

3a-2-1

R.2338

DIVI AMBROSII EPI

SCOPI MEDIOLANENSIS OMNIA OPE-
ra, per eruditos viros ex accurata diuersorum codicum
collatione emẽdata, Græcis quę vel aberãt, vel erãt
corruptissima, pleriſq; ĩ locis feliciter restitutis,
in quatuor ordines digesta: quorũ prim⁹ ha-
bet mores: secũdus pugnas aduersus hæ-
reticos: tert⁹ oratiões, epistolas, & cõ-
ciones ad populum: quartus expla-
nationes voluminum veteris &
noui testamenti:
Cui supra Frobenianam editionẽ accessit nusquã hacte-
nus impressa elegans & erudita eiusdem authoris
in duodecim Dauidicos psalmos enarratio.

Inspice lector, & comperies alium Ambro-
sium q̃ antehac habuisti.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
GRANADA

Parisijs ex officina Claudij Cheuallonij sub
Sole aureo in via Iacobæa.

1529.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ac D. domino Guillelmo Paruo Syluanectensi Episcopo, Christianissimiq; Gallorum Regis Francisci a confessione, Claudius Cheuallonius obsequium.

INGRATITVDINIS NON IMMERITO dãnemur vel maxímẽ, vigilãtissíme Præsul, si, quod nobis, imò nõ nobis solum, sed vniuersæ Reipublicę literariæ, præsertim Theologicę, beneficiũ contulisti, non tibi feramus acceptum. íd eiusmodi est. Nam cum ante menses plus minus octo diui Ambrosij Mediolanensis Episcopi opera omnia, quæ modo extarent, prælis nostris essemus cõmissuri, ad exemplar scilícet Frobenianũ: esse quædã etiã alia eius authoris opera, (quæ tua est synceritas, nõ vt multorum scíolorum ambitío, qui si in príscorũ authorũ alijs ignotos labores incídant, & nomina & titulos deradunt, vt sibí turpíssimo plagío aliena velut mancipia vendícent) nobis índicasti, simul & codicẽ peruetustum exhibuisti enarrationem diui Ambrosij in psalmos aliquot Dauidícos continentem: nec vnícum satis esse ratus exemplar, veritus ne mancũ id esset, simul vt plurí-bus fulcíremur subsídijs si quid occurreret ambigui, aliud itẽ símile ab Abbate Carolíloci nobis corrogasti, recentius quidẽ illud, sed multo pulcherrímũ, integerrímũq;. Quíbus duobus nos, q; sæpe dissíderent, tertiũ accersiuimus ex bíbliotheca illa diui Victoris ad muros Parisiẽses, pulchrũ & illud, & mediæ ætatis. Quorum collatiõe id nos speramus assecutos, vt aut paucula aut nulla sínt eo in opere in quíbus lector hæreat. Hoc igit nomine, vír optime, ímortales tibi gratias habemus & ego & Respub. líteraría, q; auspicíjs tuis editioní huic nostræ supra Germanicã illam tam insigne corollarium accesserit. Vale: & bonas líteras, quod fácis, promouere ne cesses.

ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI S. D.

PRIMVS hic tomus cõtinet τὰ ἠθικά, hoc est, quæ ad mores Christíanorũ instituẽdos faciũt: quorũ oportet primã esse curã. Quæ videbãtur νόθα, nõ semouímus, vel quia pauca sunt, vel quia nõ indígna lectu, cuiuscũq; sunt. Pagína quadragesíma colũna quarta, líbellus cuí títulus, Ad virginẽ deuotã, nihil prorsus habet Ambrosíj nec in phrasi, nec i sentẽtijs. Ad íd persuadẽdũ satis arbitror monuisse lectorẽ vt inspíciat. Pagína quadragesímaprima colũna tertía, líbellus qui hũc proxime sequítur, título, Ad vírginem lapsam, vídetur nõ ineruditus. Apparet declamatiõnem esse, qualis est illa sancti Hieronymi de matre & filia reconcilíandis. & habetur ínter huius opera, si títulis habẽda fides: quãquam hic, ne deprehenderetur fucus, scríba omísit princípium, & ín fine quædam adiecit, aliaq; nonnulla variauit. Huius extrema pars ín qua consolatur vírginem, nõ est nouus líbellus, vt a typographis dístinctus est, sed extremum caput superioris.

CATALOGVS.

Officiorum líbri.	III.	De viduís.	I.
De vírginibus.	III.	De pœnitentía.	II.
Ad vírgines exhortatio.	I.	Exhortatio ad pœnitentiam.	
Institutio virginis.	I.	De fuga seculi.	I.
Ad virginem deuotam.		De bono mortis.	I.
Ad virginem lapsam.			

EPISTOLA NVNCVPATORIA.

REVERENDISSIMO DOMINO, D. IOANNI ALASCO, ARCHIEPISCOPO GNESNENSI, AC TOTIVS POLONIAE PRIMATI, ERASMVS ROTERO. S. D.

PRISCI mortales, [illegible] præsul, quod æternũ, cunctisq; venerãdũ esse volebant, numinis cuipiã dedicabãt, vt vel religío petulantiã hominũ deterreret ab iniuria. Exẽplũ hoc a lucis ac tẽplis paulatim demigrauit ad studia, vt si quid nomi operis pararetur editioni, celebri cuipiam gratioso nomini cõsecraretur. Id tot iam seculis adeo receptum est, vt aduersus rationis exactores vel sola suffíciat præscriptio. Illud tamẽ ineptũ videri potest, quod quidã aliena dicant viris primatibus, nec aliena modo, verũ etiã ea quibus ipsorũ opera nihil prorsus accessit, nisi forte quod eadẽ deprauatiora reddiderũt. Alioquí quum nũc nouorũ librorum γάργαρα, vt habet vetus comœdia, pene nos obruant: mihi præclarius esse facínus videtur, veterũ autorũ monumenta tẽporũ iniuría scribarũq; temeritate collapsa restituere, q; noua cudere volumina, præsertim quum quod sua ætate vere dixit Ecclesiastes, nihil esse nouum sub sole, & scribendi plures libros nullum esse finẽ, in hoc seculum multo verius dici possit. Inter príscos autẽ ecclesiæ doctores latinos vix alium arbitror esse dignioré cuius extent integrę lucubrationes, q; diuum Ambrosiũ. Hoc & ex animo dictum videri velim, & citra cuiusquã contumeliã. Sit línguarũ ac scripturarũ pitior Hieronymus, sit elaboratioris phraseos Hilarius, sit in quæstionũ nodis explicãdis argutior Augustinus, aliis item dotibus excelluerint alii: sed quem mihi dabis qui pari synceritate tractet sacras líteras, qui cautius vitarit suspecta dogmata, qui sic vbiq; gerat Christianũ Episcopũ, qui sic spiret paterna víscera, qui summã præsulis autoritatem cũ summa mansuetudine coniunxerit? Vbiq; sentias illũ hoc affící quod loquitur. Et adest dictioni modesta quędam ac pía iucũditas, grataq; ciuilitas. Est quẽ nõ omnino sine causa doctorẽ mellífluum vocant. At hic iuxta nomen suũ vere cæléstí manat Ambrosía, dignus qui sit quod dicitur, Ambrosius, hoc est, ímortalis, non solum apud Christum, verũ etiã apud hoies. Quantũ autẽ sudoris exhaustum sit in hoc restituẽdo, dum collatiõe veterũ codícũ emẽdãtur deprauata, restituũtur amputata, resecantur assuta, reponuntur græca, quæ vel aberãt prorsus, vel figuris nihil significantibus fuerant addita, tuæ prudentiæ fuerit æstímare. Vt autẽ tam insignẽ ecclesiæ doctorẽ tui nominis auspicio potíssimũ velut renatum in lucem prodire vellem, cum primis in causa fuit Ioannes a Lasco, te patruum [illegible] referens. Nam iuuenis senem sic exprimit, vt in eo velut renatũ videri queas. Is tui simulacrum quoties mihi depingebat oratione, toties aguoscebam in narrãte imaginis expressæ antitypon. Adeo dum patruum depingit, seipsum depingebat imprudẽs. Hunc mihi conuictorem pauculos licet menses contigísse, nõ in postrema felicitatis parte pono. Vtinã mihi liceret per adulationis inuidiam prædicare dei dotes quas in illo & amaui, & veneratus sum. Illud non possum nõ fateri, senex iuuenis cõuictu factus sum melior, ac sobrietatẽ, tẽperantiã, verecundiam, línguæ moderationem, modestiã, pudicitiam, integritatẽ, quã iuuenis a sene discere debuerat, a iuuene senex didici [illegible]. Nec alio nomine mihi videtur felicior Polonia, q; quod talem regem [illegible] sortita sit [illegible], quorum [illegible] pari studio certat hos fatales bellorum & opinionum tumultus componere, prolapsosq; Christiani populi mores instaurare. Quumq; eo processerit tua [illegible] senectus, vt meritò possit a negociis impetrare dimissionem, tamen ad ecclesiæ patriæq; commoda procurãda iuuenis es. Hic igitur veteris prouerbii venit in mentem, ὡς ἀεὶ τὸμ ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Itaq; visum est pulcre cõgruere vt pfícisceretur Ambrosius præsul ad præsulem, claris natalibus insignis ad nobilíssimũ, pius ad [illegible] antístitem, eruditus ad eruditionis eximium patronum, virgo & virginitatis præco facundíssimus ad [illegible], denicq; pacificator ad episcopum [illegible]: cui rei dicas Ambrosium diuinitus fuísse datum. Hoc agebat illa facunda lingua quum Liguriæ consularem ageret præsidem, sedabat tumultus, sarciebat concordiam non minus accurate q; dextre ac feliciter: nec id solum in iis regionibus vbi fungebatur magistratu, verum etiã quoties res apud alios spectabant ad seditionem, Ambrosius veluti peritus ac felix nauclerus ad sedandam tempestatem accersebatur. Ac ne multa commemorans, plus æquo præfationem extendam: Quum extincto Auxentio, qui fouerat Arianos, Mediolani per episcopos ageretur de præsule subrogando, tantaq; studiorum variãtium contentione flagrarent comitia, dum pars Arianæ factionis, pars orthodoxorum flagitat episcopum, vt res ad extremos tumultus tẽdere videretur, Theodosius Cæsarum piíssimus eo legat Ambrosium, vt rerum exitiales motus componeret. Is dum pro delegato munere templum ingressus, singulari facundia suadet concordiam, subito cuncta populi modo dissidentis studia in vnum conuersa sunt, tamq; iunctis vocibus suffragíisq; concordibus Ambrosium episcopum flagitant. Multa causatur ille, se prophanę functionis hominem esse, sacrarum rerum imperitum, nondum sacro lauacro renatum, quum Paulus vetet etiam neophytum ad ecclesiæ gubernacula admoueri. Sed hic frustra facundus erat. Quo vehementius ille detrectat, hoc magis accenduntur populi studia. Quid multis? imperator perspiciens diuinitus geri negocium, populi cõstantem approbat voluntatẽ. Ambrosius frustra reluctans pro præside consulari fit præsul infulatus, pro fascibus sumit pedum, ante præfectus gregi dominico, q; in gregem dominicum cooptatus. exitiabile dissídium extinguitur, & ecclesiæ sua redditur cõcordia. Sed quod Insubriũ vni gratulamur ecclesiæ, hoc iam dudum optamus ecclesiæ catholicæ, videlicet vt exoriatur aliquis Ambrosio símilis, qui paribus auspicíis hunc miserandum orbis tumultum, quo nulla ætas vidit quicquam perniciosius, redigat in tranquillitatem. Saltem talis quíspiam nobis exoriatur ex pontificum theologorum aut monachorum ordine, qualis tunc prodiit Ambrosius e classe catechumenorum, eq; prophano magistratu. Magnũ pondus habet morum integritas, magnã habet autoritatem coniuncta mansuetudini constantia, deniq; plurimum valet eloquentiæ copulata prudẽtia. Sed hoc malum nõ símplex, hæc lues quæ non solum ecclesiam tot opinionibus dísscidit, verum etiam principum animos implacabili dissídio cõmittit, hominem requirit datum cælitus, cuius autoritatẽ reuereatur populus, cuius constantię cedat & principum sublimitas. Nulla ex victoria armis parta plus laudis tulit Theodosius, q; qđ ab Ambrosio se vinci passus est. Babylę parũ feliciter cessit qđ impatorẽ ípia cæde fumestatũ tẽplo phibuit, ímo feliciter cessit ipsi, qui presu'is autoritatem sua morte confirmauit. At Ambrosio cessit

felicius,qui summa cōstantia suam tuens autoritatem ipsum etiā Cæsarem Christo lucrifecit,ac pulcherrimū exēplum oībus monarchis edidit quanta sit episcoporū dignitas,si modo vere sint quod audiunt. Nec dubito quin tales simus habituri principes aliquot qualis fuit Theodosius,si tales haberemus episcopos qualis erat Ambrosius:& haberemus,opinor,nisi populi mores alienarēt benigni numinis fauorē. Quoq; magis liqueat quod dicimus,primū rem,deinde personas expēdamus. Thessalonicę quidā e comitatu cęsaris per populi tumultū fuerat interfectus. Cesar ira dissimulata plebem ad ludos Circenses euocat. Ibi repēte circūfusa militibus inermi multitudine,promiscue sęuitū est in noxios iuxta & innoxios,pœnaq; non meritis est data,sed furori. Id factū hodie iustū videri posset. Quoties enī in bello trucidantur quibus ex pacto deditionis erat ꝓmissa incolumitas? Quoties oppido capto sęuitur propemodū atrocius in immerētes,q̃ in nocētes? & sęuitiā excusat odiū criminis. Hęc de re. Iam mihi cogita Ambrosium vnius ciuitatis episcopū,quæ tum,vt opinor, minus erat ampla minusq; frequēs q̃ nūc est,nullis aliis armatū pręsidiis,q̃ quę decēt episcopū,lingua,precibus, & vitæ sanctimonia. Ex aduerso cōsidera Cæsarū illius tēporis potentiā:cui si conferas horū tēporū ditionē,eā dūtaxat quā Cęsaris titulus addit electis (Nā Carolus & sine Cęsaris titulo principum maximus est) rem vix seriam esse dicas:& tū talis episcopus talem Cęsarē ob pręcipitatū vindictæ ius ab ecclesiæ foribus submouit, exprobrans crudelitatis immanitatē,docēsq; illum a cōsortio Christiani gregis alienū esse. Reuersus est in regiam Cesar agnoscens ęquissimū esse vt Christi legibus cedat humanę potētię fastigiū. Ibi post sex menses mœrore lachrymisq; transactos,per Ruffinū aulę prefectum agit vt anathematis vinculo solueretur,quo saltem feriis natalitiis,nam instabāt,liceret interesse. Nihil agit Ruffinus. ipse Cęsar impatiēs nō iræ,sed mœroris,adit Ambrosiū,nō in tēplū,ne iterū repelleretur, sed in locū quē Græci domū salutatoriā appellāt. Nam ibi forte tum sedebat episcopus oībus expositus,si quis quid vellet cōsulere. Patiēter fert obiurgantē,nec prius absoluitur,q̃,præter solennē pœnitētibus satisfactionē, etiam legē aduersus edictorū imperialiū sęuitiam polliceretur. Illico prodita lex,vt si qui per edictum Cęsaris iuberētur occidi,in tricesimū vsq; diem proferretur executio,quo spatium esset cognoscēdi, locusq; daretur vel Christianę clementię,vel necessarię seueritati. mox posito regis diademate,Cæsaris personā exuit,pœnitētis suscepit,humi prostratus,ac lachrymis vbertim effusis rigans solum,supplici voce precatus est domini misericordiam. Cui hęc nō viderentur in Cæsare plus q̃ satis? Sed mane dum auditurus,(quod & inuictam episcopi cōstantiā, & Cęsaris nō fucatā pietatē magis illustret) quum ex more munus detulisset ad altare,rediens cōstitit intra cancellos. Id videns Ambrosius,per diaconum percontatur quur ibi moraretur. Respondenti,vt videam peragi mysteria:rursum misso diacono renunciauit vt agnosceret suum locū:nam eum in quo consisteret,esse sacerdotibus designatum. Purpura,inquit, imperatorē facit,sacerdotē nequaquā. Quid expectas? vt Cęsaris victa lenitas tandē excandescat? Nequaquā, verum excusat se,quod nō in cōtēptum loci restiterit illic,sed quod quoniā Constantinopoli reperisset hūc morem,vt Cæsar intra cancellos videret peragi mysteria, credidisset idem esse receptum Mediolani. His placide dictis,abiit in locum præscriptum. Nec eo contētus, vbi reuersus est Constantinopolim,etiā quum inuitaretur vt intra cancellos ex more consisteret dum peraguntur mysteria,negauit se facturum,addens se neminem nosse qui vere sciret episcopū gerere,pręter vnum Ambrosium. O nostri seculi prolapsos mores. Si nunc dignetur princeps quilibet tēplum adire, extruitur illi tabernaculum altari sublimius: & intra cancellos non modo consistunt proceres aulæ,verū etiam sordidi negociatores (quos Cicero vix recipit inter honestos ciues) decanos & ecclesię primores e sellis suis deturbāt. Quanto minus fastus addebat Theodosio sceptrum ac diadema,q̃ istis addit sordido quęstu nec semper iusto pauxillum partum pecuniæ. Simili constantia restitit Iustinæ Augustæ minitanti vt aut Arrianos reciperet,aut iret in exilium. Ille vero nihil pauefactus, non prodam,inquit,lupis gregem mihi cōmissum. Hic occide si libet. Sed nemo potest Ambrosiū agere,nisi qui pro pietate mori paratus est. Immo difficillimū est cuiquā vere sacerdotem agere,qui libenter aliud est q̃ sacerdos. Onera sunt verius q̃ ornamenta,quæ libertatem adimunt cū dignitate,fitq; nōnunquā vt dū vtrūq; volunt esse,nec principes sint,nec sacerdotes. Sed desino,ne vitæ Ambrosianę videar historiam texere. In hoc diuerticulum me deduxit horum temporum miseranda calamitas. Nunc ad institutū reuertimur. Quēadmodum singularis quædam huius viri integritas cum summa constantia pariq; mansuetudine coniuncta fecit vt nec regali fastigio cederet,nec malorū improbitati succumberet,gratus autem esset ac venerandus etiam alienis,ac parum amicis:ita nullius vnquā scripta latius inclaruerunt,aut minus obnoxia fuerunt inuidiæ q̃ huius. Quibusdam sero contigit sua gloria, nonnullis diu luctamen fuit cum æmulis,complurium labores penitus interciderunt. Ne quid horum accideret Ambrosio,causam ego pręcipuam arbitror,perpetuam quandam in scriptis omnibus moderationē,quæ nec in redarguēdis hominum vitiis obliuiscitur Christianæ mansuetudinis. dicas eum dolere,nō irasci: nec vsquam excurrit in leuitatis aut ostētationis speciem, vt vbiq; pectus vere Romanum, immo Christianum agnoscas. Erant qui Cyprianum verterent in Caprianum. Origenes ne mortuus quidem hydram inuidiæ potuit effugere. Hieronymo ad extremum vsq; vitæ diem amarulenta cum æmulis rixa fuit. Tertullianus bis perierat,primum deprauatione,deinde situ,nisi nuper Beatus Rhenanus eum luci reddidisset. Idem euenerat propemodum Irenæo,tam indigno qui periret. Ambrosius a nemine nō honorifice citatur,etiam ab hæreticis. tanta erat nominis autoritas viuo, quæ vix aliis a rogo contigit. Alius fortasse disertius laudauit virginitatem,sed huius mellita facūdia virgines ex vltimis mundi regionibus, hoc est, e Mauritania Mediolanum pellexit,ambientes illic sacro velo decorari. Alius fortasse vehementius disputauit. Sed hic grandem illum cetum in ecclesiæ sagenam pertraxit, Augustinum. Vnus Hieronymus, quanq̃ illum aliquot locis multa cum honoris pręfatione citat,tamen alicubi minus candide de libris eius sentire videtur. Siquidem in præfatione in Didymi librum de spiritu sancto ab ipso versum,taxat libellos cuiusdā de spiritu,ex græcis bonis latinos nō bonos,in quibus nulla vis sit argumentorū,sed tantū orationis facies exquisitis hincinde coloribus pigmentata. Rursus in præfatione qua pręfatur in homilias in Lucam,recitante Ruffino, nam opus hoc intercidit,taxat illum in cōmentariis in Lucam,vt verbis ludentem, sententiis dormitantem,deniq; græcorum plumis sese venditantem. Verum siue hoc vere scripsit in Ambrosiū, vt inimicus exprobrat Ruffinus,siue in alium,certe a nomīe tēperauit: quod ipsum venerandæ cuiusdam autoritatis est argumentum. In catalogo scriptorum nec laudat eum,nec vituperat. Ne in alterutrā,inquit,partē aut adulatio in me reprehendatur,aut veritas. Ac ne lucubrationes quidē illius recenset,quod tamē in aliis solet. Ex quo diuinare licet Hieronymo quædam in Ambrosii libris displicuisse,quæ ob singularē hominis autoritatē supprimere maluerit q̃ euulgare. Nec ea res quicq̃ officit gloriæ sacri doctoris. Nā & Hieronymus erat homo,& nihil est humanū ex oī parte beatū,nec eadē placent oībus. Illud cōfitendū,at nō improbandum,quod pleraq; quæ scripsit Ambrosius, hausit e gręcorū cōmētariis,pręsertim Origenis,sed ita, vt qđ sanū esset excerperet:quod a synceritate doctrinę catholicę alienū, aut cōtētiosum, dissimularet,nec errorē proferēs,nec autorem prodens, quorū alterū nō erat tutū,alterū inuidiosum. Quod in illo cōprobat etiā diuus Hieronymus episto. ad Pāmachium,& Oceanum: Nuper,inquiens,sanctus Ambrosius sic Hexaemeron illius cōpilauit,vt magis Hippolyti sententias Basiliiq; sequeretur. Rursus ad Pāmachium & Marcellā, Habuit,inquit, Ambrosiū, cuius pene omnes libri Origenis sermonibus pleni sunt. Nec Ciceroni quisq̃ vitio vertit quod in philosophicis argumentis gręcos sequeretur,nō vt interpres,sed vt imitator. Nec erat corniculæ furtū,quod gręcorū nomīa,quę pleraq; tū apud Latinos magna laborabant dogmatū improbatorū inuidia,pressit,sed cauti pastoris omnem offendiculi dissidiiq; materiā excludentis. Porro dicēdi character nec flaccidus est,nec humilis: quo noīe taxare videtur libellos de spiritu sancto Hieronymus,excusante Augustino,quod rem licet grandē,tū subtilē docenti nō laudanti cōueniret oratio demissior. sed habet interim suos aculeos, vbi res postulat,propius tū accedens ad argutā iucūditatē,q̃ ad Δείνωσιν illam,& affectus pene tragicos,in quos interdū exardescit Hieronymus,& Hilarius. Ac plerūq; totus fere sermo ex variis sententiarum generibus velut ex tessellis cōtextus est, quo dicendi genere supra modū delectatus videtur Seneca. Hoc nō minus creber est Ambrosius,sed tamen mollior,vt frustra reclamante Fabio,qui vult orationē esse veluti luminibus distinctā,nō velut emblematibus cōpactā,frequēter & diuisionē,& argumētū,& transitū, & conclusionē siue clausulā argumētationis per sententiam efferat. Interdū totus apparatus collectionis,hoc est ꝓpositio,assumptio,ratio,cōfirmatio,expolitio meris constat sentētiis. Passim accinūtur epiphonemata, vixq; alius crebrius aut frequētius vtitur sentētiarū genere,quas appellant νοήματα,in quib⁹ latet aliquid arguti sensus,quod quū nō exprimatur,ītelligitur,ob hoc ipsum gratius,quia dictū obscurius. Porro dēsitatis satietatē ac tędium excludit varietas tam felix,vt naturę rem esse dicas, nō affectationis,quod hoc dicēdi genus a puero imbiberat. Nonnunq̃ eandē sentētiā aliter atq; aliter variatā repetens, velut infigit animis,quod elabi nō vult. Interim plurimū addit iucūditatis illa paucis verbis modulata breuitas. Nusq̃ enī sermo longis ambagibus vix tandē absoluēs periodū,obscuritate molestus est, quod in Augustini scriptis offendit Hieronymū,sed cōmatibus,& colis,concentu nōnunq̃,numero plerūq; iucūdus,tinnulus & cōpositus incedit. Horum omniū nō pigeret ex ipsius libris exēpla proferre,nisi nō solū perlongū videretur, verū etiā hic intēpestiuū. Augustinus in libris de doctrina Christiana quædā huius generis cōmonstrauit. In summa,hęc rhetorices imperitis frustra dicerētur,peritis in procliui fuerit animaduertere,præsertim si legant huius libros de virginibus & viduis. Nā hic velut in argumento plausibili magis expromit,ne dicam ostētat,dictionis ornamēta. Igitur Ambrosiū si minus oī ex parte restitutū, certe multo minus deprauatū dedimus. Superest vt huic conatui faueat Roma quæ genuit Ambrosiū, faueat Liguria quę pręsidē meruit,faueat Insubria quę presulem asciuit,deniq; faueat quacūq; patet orbis Christianus, insigni Christianę pietatis doctori. Vixit Insubribus, sed scripsit oībus. Proinde hoc quicqd est studii nostri, [redacted],si tua celsitudo comiter approbarit,alios qui plus q̃ ego pręstare valent,ad similē industriam extimulabit. Bene vale. Datum Basileæ Id. Augusti. Anno. M. D. XXVII.

CENSVRA ERASMI ROTERODAMI.

authoris damnati, opus tñ permiss.

NIHIL ex iis quæ prius fuerant excusa,detraxi. Quę videbantur esse notha,suis tomis īdicaui. Primus nihil habet in quod cadat vlla suspicio. Nam libros de vocatione gentium,in aliud semouimus volumen,de quo nostrā opinionē & illud confirmat, quod Augustinus libris ad Bonifaciū,quum ex Ambrosianis lucubrationibus recenseat aliquot testimonia aduersus Pelagianā hæresim multo post exortā q̃ illa scriberet Ambrosius,tamē ex iis libris, qui velut ex professo pugnant aduersus illorum dogmata,nullum adfert: vt alterutrū fuerit necesse,aut Ambrosiū extrema senectute cōgressum cum Pelagianis,aut opus alterius esse: quod mihi fit probabilius. Extra controuersiam est, Ambrosium iam vita defunctū quum Augustinus scriberet aduersus Iulianum. lege primū librū. Creditur Hegesippū de excidio vrbis Hierosolymitanæ vertisse e gręco,quod opus nō addidimus,vel quia vix credibile est esse Ambrosii, vel quia iam toties excusum nusquā nō est ad manū. Sanctus Augustinus libro ad Bonifaciū quarto,capite vndecimo,nō semel profert testimoniū ex Ambrosii cōmētariis quibus exposuit Esaiā. Quod opus sane dolemus hactenus inueniri nō potuisse. Rursus cōtra Iulianum Pelagianæ hæreseos instauratorē refert eius verba ex cōmentariis in psalmū quadragesimū octauum: nec hos hactenus inuenire licuit. Idem aduersus eundē libro secundo crebro refert Ambrosii testimoniū ex libro de sacramento regenerationis, vel de philosophia. Ioannes Tritēhemius abbas in Catalogo refert illius in psalmos libros vndecim,quos tamen negat sibi conspectos esse. Idem recenset librū de iudiciis,de quadragintaduabus mansionibus,nec hos repertos. Addit librum Hymnorū,& Præfationum,quē intercidisse doleo. Declarant enī hęc fragmenta quę nunc in tēplis canūtur deprauatissima,illum in modulādis lyricis haud quaquā infelici fuisse vena. Et tamē his submotis quidā maluerunt nugaces nænias, fortasse deliri cuiuspiā,in quibus nec sensus est sanus, nec latinitas pura,nec vlla metri ratio. Hoc tantū pręferītur Ambrosianis,quod ab eiusdem ordinis sodali venerint. Ex Anglia quidā docti miserunt ad me speciminis loco paginā descriptā ex cōmentariis in episto. ad Hebręos,quibus prefixum erat Ambrosii nomē,sed tota phrasis magis referebat Remigiū,aut Anselmū,aut alium eius notæ scriptorem,q̃ Ambrosium. Qui vitam Ambrosii descripsit titulo S. Paulini,meminit cuiusdam libri quem Ambrosius scripserit infanti quem excitarat a mortuis,de quo sentiens nescio. Porro si quis me roget quid de hoc historico sentiā,dicam paucis,hac lege,vt nihilo secius suo quisq; fruatur iudicio. Idem est artifex,qui tā multa contaminauit in scriptis Hieronymianis, & Augustinianis,natus ad hunc ludum. Habebat historiam Ambrosianæ vitæ,ei attexuit præfationem,vt vides lepidam,intertexuit interloquutiōes, addidit coronidem, & affinxit aliquot prodigia. Adiungerē causas cur ita sentiam,sed apud imperitos id frustra fecero, peritos monuisse satis fuerit. Conferat qui volet Paulini stylum cū huius assutis pannis,deinde perpēdat quāta sit orationis inęqualitas. Postremo quot locis sic frigeat, vt facile appareat illum fingere. Bene vale lector, & fruere quod damus bonis auspiciis.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI VITA, TITVLO PAVLINI EPISCOPI AD BEATVM AVGVSTINVM CONSCRIPTA.

HORTARIS venerabilis pater Augustine, vt ſicut beati viri, Athanaſij epiſcopus, & Hieronymꝰ preſbyter, ſtylo proſecuti ſunt vitas ſanctorū Pauli & Antonij in eremo poſitorū, ſicut etiā Martini venerabilis epiſcopi Turonē ſis eccliæ, Seuerus ſeruus dei ſermone cōtexuit, ſic etiā ego beati Ambroſij epiſcopi Mediolanenſis eccleſiæ, meo proſequar ſtylo. Sed ego vt meritis tantorū virorū, qui muri eccleſiarū ſunt, & eloquētiæ fontes, ita etiā ſermone me īparē noui. Tū qa abſurdū eſſe opinor quod præcipis declinare: ea quę a pbatiſſimis viris, q illi ante me aſtiterūt, & maxime ab ſorore ipſius venerabili Marcellina didici, vel quæ ipſe vidi cū illi aſtarē, vel quæ ab iis agnoui qui illum in diuerſis prouinciis poſt obitum ipſius ſe vidiſſe narrarūt, vel quæ ad illū ſcripta ſunt cū adhuc obiiſſe neſciretur, A diut⁹ orationib⁹ tuis, & meritis tāti viri, licet inculto ſermone breuiter ſtrictiq; deſcribam: vt lectoris animū etſi ſermo offendit, tū breuitas ad legendū puocet, ne verborū fucis veritatē obducam: ne dū ſcriptor elegantię pōpam requirit, lector tantarū virtutū amittat ſcientiā: quē non magis verborū phaleras, pōpaſq; ſermonū, q̄ virtutes rerū, gratiaq; ſpiritusſancti ſpectare cōuenit. Siquidē nouimus viatores gratiorē habere aquā breui vena ſtillantē forte cū ſitiūt, q̄ profluentis fontis riuos, quorū copiā non ſitis tēpore reperire poſſunt. Et hordeaceus panis dulcis ſolet eſſe etiā iis qui cēteris vicib⁹ ferculorū quotidiani conuiuij copias ructare conſuerūt. Sed & hortorū amœna mirātibus, hęrbę agreſtes placere cōſueręt. Quāobrem obſecro vos oēs in quorū manibus liber iſte verſabitur, vt credatis vera eſſe quę dicimus. Nec putet me quiſq; ſtudio amoris aliquid q̄d fide careat poſuiſſe: q̄nquidem melius ſit penitus nihil dicere, q̄ aliquid falſi proferre: cū
Mat. 12. ſciamus nos omnū ſermonū noſtrorū reddituros eſſe rationē. Nec dubitē, etſi nō ab oībus oīa, tamē ab diuerſis diuerſa ſciri, & ea cognita nōnullis eſſe, quæ etiā minus ipſe aut audire, aut videre potui. Vnde ab die natiuitatis eius narrandi initiū ſumā, vt gratia viri ab incunabulis quę fuerit agnoſcatur. Igitur poſito in adminſtratione prefecturę Galliarū patre eius Ambroſio, natus eſt Ambroſius, qui infans in area prętorij in cunabulis poſitus, cum dormiret aperto ore, ſubito examen apum aduenięs, faciē eius atq; ora cōpleuit, ita vt ingrediendi egrediendiq; frequētarent vices. Quæ pater qui prope cū matre vel filia deambulabat, ne abigerētur ab ancilla quę curam nutriendi infantis ſuſceperat, prohibens, (ſolicita enim erat ne infanti nocerēt) expectabat tamen patrio affectu quo fine illud miraculū daudere tur. At illę poſt aliquādiu euolantes, in tantam aeris altitudinē ſubleuatæ ſunt, vt humanis oculis minime vi derentur. Quo facto territus pater ait: Si vixerit infantulus iſte, aliquid magni erit. Operabatur eñ iam tunc dominus in ſeruuli ſui infantia, vt impleretur quod dictum eſt:
Prou. 16. Fauum mellis, ſermones boni. Illud eñ examen apum, ſcriptorū ipſius nobis generabat fauos, qui cæleſtia dona annunciarent, & mentes hominū de terrenis ad cælum erigerent. Poſtea vero cū adoleuiſſet, & eſſet in vrbe Roma conſtitutus cum matre vidua, & ſorore quæ virginitatem iam fuerat profeſſa, comite alia virgine, cuius virginis ſoror Candida, & ipſa eiuſdem profeſſionis, quæ nunc Carthagine degit iam anus, cum videret ſacerdotibus a domeſtica ſororis vel matris manus oſculari, ipſe ludēs offerebat dexteram, dicens & ſibi id ab eis fieri oportere, ſiquidem epiſcopū ſe futurū eſſe memoraret. Loquebatur enim in illo ſpiritusſanctus: qui illum ad ſacerdotiū nutriebat. Illa vero vt adoleſcentē & neſcientem quid diceret, reſpuebat. Sed poſtquā edoctus eſt liberalibus diſciplinis, ex vrbe egreſſus eſt: profeſſuſq; in auditorio præfecturæ prętorii, ita ſplendide cauſas perorabat, vt eligeretur a viro illuſtri Probo, tunc præfecto prętorii, ad conſilium tribuendum. Poſt quod conſularitatis ſuſcepit inſignia, vt regeret Liguriam Emiliamq; prouincias: venitq; Mediolanū. Per idem tēpus mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ epiſcopo (qui Dionyſio beatæ memoriæ confeſſore ad exilium deſtinato, incubabat eccleſiā) cū ppls ad ſeditionē eſſet cōmot⁹, quæ illi cura ſedādæ ſeditionis, ne populus ciuitatis in periculum ſui verteretur, perrexit ad eccleſiam. Ibiq; cū alloqueretur plebē, ſubito vox fertur infantis in populo ſonuiſſe, Ambroſium epiſcopum. Itaq; qui antea turbulentiſſime diſſidebant, quia & Arriani ſibi, & catholici ſibi epiſcopum cupiebant: ſuperatis alterutris, ordinari repente hunc vnum mirabili & incredibili concordia conſenſerunt. Quo ille cognito, egreſſus eccleſiam tribunal ſibi parari fecit, quippe mox futurus epiſcopus altiora cōſcendit. Tunc contra conſuetudinē ſuam tormenta iuſſit perſonis adhibere. Quod cum faceret, populus nihilominus acclamabat: Peccatū tuum ſuper nos. Sed nō ſimiliter is populus tunc clamauit ſicut populus Iudęorum. Illi enim vocibus ſuis ſanguinē dominicū effuderunt, dicētes: Sanguis huius ſuper nos: Iſti vero catechumenū ſcientes, fideli voce remiſſionē illi peccatorū omniū per baptiſmatis gratiā promittebāt. Tunc ille turbatus reuertens domū, philoſophiā profiteri voluit, futurus ſed verus philoſoph⁹ Chriſti, qui cōtēptis ſecularib⁹ pōpis, piſcatorū ſecuturus eſſet veſtigia, qui Chriſto populos congregarūt: non fucis verborū, ſed ſimplici ſermone, & verę fidei ratione, miſſi ſine pera, ſine virga, etiā ipſos philoſophos cōuerterunt. Quod vbi ne faceret reuocatus eſt, publicas mulieres publice ad ſe ingredi fecit, ad hoc tantū, vt viſis his, populi intentio reuocaretur. At vero populus magis magiſq; clamabat: Peccatū tuum ſuper nos. At ille cum videret nihil intētionem ſuam proficere poſſe, fugam parauit. Egreſſus noctis medio ciuitatem, cum Ticinum ſe pergere putaret, mane ad portam ciuitatis Mediolanenſis, quę Romana dicitur, inuenitur. Deus enim qui eccleſię ſuæ catholicæ murū parabat aduerſus inimicos ſuos, & turrem erigebat cō tra faciem Damaſci, hoc eſt perfidiam hæreticorū, fugam illius impediuit. Qui inuentus cū cuſtodiretur a populo, miſſa relatio eſt ad clementiſſimū imperatorē tunc Valentinianū, qui ſummo gaudio accepit quod iudices a ſe directi ad ſacerdotium peterētur. Lętabatur etiā Probus præfectus, quod verbum eius impleretur in Ambroſio. Dixerat enim proficiſcenti cū mandata ab eodem darentur, vt moris eſt: Vade age nō vt iudex, ſed vt epiſcopus. Pendente itaq; relatiōe iterum fugam parauit, atq; in poſſeſſione cuiuſdam Leontii clariſſimi viri aliquandiu delituit. Sed vbi relationi reſponſum eſt, ab eodem Leontio proditur. præceptū enim erat vicario vt ſiſteret rebus perficiendis. Qui iniuncta ſibi cum vellet implere, propoſito edicto conuenit omnes, vt ſi vellent ſibi cōſulere, rebuſq; ſuis, proderent virum. Productus itaq; & adductus Mediolanum, cum intelligeret circa ſe dei voluntatē, nec ſe diutius poſſe reſiſtere, poſtulauit ſe nō niſi a catholico epiſcopo debere baptizari. Solicitam enim habebat perfidiam Arrianorum. Baptizatus itaq; fertur omnia Eccleſiaſtica officia impleſſe, ad quæ octaua die epiſcopus ordinatus eſt cum ſumma gratia & lætitia cunctorū.

Igitur poſt annos aliquot ordinationis ſuæ, ad vrbem Romam, hoc eſt ad propriū ſolū perrexit, ibiq; ſanctā puellā, de qua ſupra memorauimus, cui manū offerre ſolitus erat, in domo propria cū germana ſicut reliquerat inuenit, iam matre defuncta. Atq; cū illa dexteram illius oſcularetur, ſubridēs ait illi: Ecce, vt dicebā tibi, ſacerdotis manū oſcularis. Per idē tēpus cū trans Tyberim apud quādam clariſſimā inuitatur vt ſacrificiū in domo offerret, quędā balneatrix quę paralytica in lecto iacebat, cū cognouiſſet ibidē eſſe dñi ſacerdotē, in ſellula ſe ad eandem domū ad quā ille inuitatus aduenerat, portari fecit, atq; oranti & imponēti manus, veſtimēta attigit. Quæ cū exoſcularetur, ſtatim ſanitate recepta ambulare cœpit: vt impleretur illud dominicū dictū ad
Ioan. 14. Apłos: Etiam maiora iis facietis credētes in nomine meo. Quod tamen ſignū ſanitatis vt mirabile fuit, ita etiā Gionē poſt annos plurimos ſanctis viris referētib⁹ poſitus in vrbe cognoui. Sirmiū vero cū ad ordinandū epiſcopū Anemiū perrexiſſet, ibiq; Iuſtinæ tunc tēporis reginę potētia & multitudine coadunata de eccleſia pelleretur, vt nō ab ipſo, ſed ab hæreticis Arrianis epiſcopus in eadē eccleſia ordinaretur, eſſetq; cōſtitutus in tribunali, nihil curās eorū quę a muliere excitabantur, vna de virginibus Arrianorū impudētior cæteris, tribunal cōſcēdēs, apprehēſo veſtimēto ſacerdotis, cū illū attrahere vellet ad partē mulierum, vt ab ipſis ęſus de eccleſia pelleretur, audiuit (vt ipſe ſolit⁹ erat referre) Et ſi ego indignus tanto ſacerdotio ſum, tamen te nō conuenit vel profeſſionē tuā in qualēcūq; ſacerdotē manus iniicere, vnde debes vereri dei iudicium, ne tibi aliquid eueniat. Quod dictū exitus cōfirmauit. Nam alio die mortuā ad ſepulchrū vſq; deduxit, gratiā pro cōtumelia rependens. Sed hoc factū non leuē aduerſarios incuſſit metū, pacēq; magnā eccleſiæ catholicę in ordinando epiſcopo tribuit. Ordinato itaque catholico ſacerdote Mediolanū reuertitur, ibiq; ſupradictæ Iuſtinę mulieris innumeras inſidias ſuſtinuit, quæ munerib⁹ atq; honoribus aduerſus ſanctū virū oblatis, populum excitabat: ſed infirmorū mentes talib⁹ pmiſſis decipiebātur. Promittebat enī tribunatus, & diuerſas alias dignitates iis qui illū de eccleſia raptū ad exiliū perduxiſſent. Quod cū multi conarētur, ſed deo præſule perficere nō valuerūt, vnus infelicior cęteris nomine Eutimius, tāto furore excitatus eſt, vt iuxta eccleſiā ſibi domū pararet, atq; in eadē carrū conſtitueret, quo facilius raptū ſu perpoſitū carpento ad exiliū perduxiſſet. Sed iniquitas eius in verticē ipſius deſcendit. Poſt annū eodē die quo illū rapere ſe arbitrabatur, in eodē carpento impoſitus, de eadē domo ipſe ad exiliū deſtinatus eſt, reputās ſibi iuſto iudicio dei id in ſe eſſe cōuerſum, vt in eodē carpēto dirigeretur ad exiliū, quod ipſe parauerat ſacerdoti. Cui nō minimū ſolatii ſacerdos præbuit dādo ſumpt⁹, vel alia quæ erāt neceſſaria. Sed hæc cōfeſſio hominis nec mulieris furorē, nec voces ſonorum Arrianorū clementia repreſſit. Maiore enim accēſi demētia, baſilicā Portianā inuadere nitebātur. Exercitus etiā armatus ad cuſtodiēdas fores eccleſiæ eſt directus, vt nemo auderet catholicā eccleſiā ingredi. Sed dñs qui de aduerſariis ſuis eccleſię ſuę triūphos donare cōſueuit, ad eccleſiæ ſuæ munimentū militū corda cōuertit, vt aduerſis ſcutis eccleſiæ fores ſeruarēt, nec egredi dimitterēt: ſed ingredi eccleſiā plebē catholicā minime phiberēt. Sed nec hoc ſatis erat miſſis militib⁹, niſi vt etiā p catholica fide cū plebe pariter acclamaretur. Hoc in tēpore primo antiphonæ, hymni ac vigilię in eccleſia Mediolanēſi celebrari cœperūt. Cuius celebritatis deuotio vſq; in hodiernū diē nō ſolū in eadē eccleſia, verū per oēs pene prouincias occidētis manet. Per idē tēpus ſancti martyres Prothaſius & Gerualius ſe ſacerdoti reuelauerūt. erāt enim in baſilica poſiti in qua ſunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrū. Sed ſancti martyres Nabor et Felix celeberrime frequētabantur: Prothaſii vero et Geruaſii martyrū vt nomina, ita etiā ſepultura incognita erat, intantū vt ſupra ipſorū ſepulchra ambularēt omnes qui vellēt ad cācellos peruenire quib⁹ ſanctorū Naboris & Felicis martyrum corpora ab iniuria ſepulchri defendebātur: ſed vbi ſanctorū martyrū ſunt corpora leuata, & in lectis poſita, multorū ibi ſanatę ægritudines perdocentur. Cæcus etiā Seuerus nomine, qui nunc vſq; in eadē baſilica quę dicitur Ambroſiana, in qua martyrū corpora ſunt tranſlata, religioſe ſeruit, vbi veſtē martyrū attigit, ſtatim lumē recepit. Obſeſſa etiā corpora ab ſpiritibus immundis curata, ſumma cū gratia domū repetebant. Sed iis beneficiis martyrum inquantū creſcebat fides eccleſię catholicæ, intantū Arrianorū perfidia minuebat. Deniq; ex hoc tēpore ſedari cœpit perſecutio quę Iuſtinæ furore accēdebatur, vt ſacerdos de eccleſia pelleretur. Tamē adhuc intra palatium multitudo Arrianorū cū Iuſtina cōſtituta deridebat tantā dei gratiā, quā eccleſiæ ſuæ catholicæ dñs Ieſus meritis martyrū ſuorū cōferre dignatus eſt, venerabilęq; virū Ambroſiū narrabat pecunia cōparaſſe homines qui ſe vexari ab immūdis ſpiritibus mētirētur, atq; vt ab illo, ſicut & a martyribus ſe torqueri dicerēt. Sed hoc Iudaico ore loquebātur Arriani, ſuppares ſcilicet eorū. Illi enim de dño dicebāt: Quoniā in Beelzebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. Iſti de martyribus, vel de dñi ſacerdote loquebantur, q nō dei gratia quæ per ipſos operabatur, immūdi ſpiritus pelleren tur, ſed accepta pecunia ſe torqueri mētirētur. Clamabant enim dęmones, Scimus vos martyres. Et Arrianꝰ dicebāt: Neſcimus eſſe martyres. Iam hoc & in euāgelio legimus vbi dixerūt dæmones ad dñm: Scimus te quia ſis dei filius. Et Iudei dixerūt: Hic autem vnde ſit, neſcim⁹. Sed nō hic teſtimoniū accipitur dæmonū, ſed cōfeſſio. Vnde miſeriores Arriani vel Iudei, vt qđ confitētur dęmones, illi negant. Deus tamē, qui gratiā eccleſiæ ſuę augere cōſueuit, nō paſſus eſt diu inſultari a perfidis, ſanctis ſuis. Vnus itaq; ex ipſa multitudine, ſubito arreptus ſpiritu immūdo, clamare cœpit, ita tor queri eos, vt ipſe torquebatur, qui negarent martyres, vel qui nō crederēt in trinitatis vnitatē, quā docet Ambroſius. At illi hac voce cōfuſi, qui cōuerti debuerāt, & dignā tali cōfuſione agere pœnitētiā, in piſcina demerſum hominē necauerūt, perfidię homicidiū iungentes. Deduxit enim illos ad hūc finē digna neceſſitas. Sanctus vero Ambroſius epiſcopus maioris humilitatis virtut⁹, donatā ſibi a dño gratiā referuauit, creſcebatq; quotidie fide & amore corā deo & hominibus. Per idē tempus erat quidā vir de hęreſi Arrianorū, acerrimus nimiū diſputator, & durus, atq; incōuertibilis ad fidem catholicā. Is cōſtitutus in eccleſia tractante epiſcopo, vi dit (vt ipſe poſtmodū loquebatur) angelū ad aures epiſcopi tractātis loquentē, vt verba angeli populo epiſcopus renūciare videretur. Quo viſo cōuerſus, fidē quam expugnabat, cœpit ipſe defendere. Fuerūt etiā duo cubicularii tunc tēporis Gratiani, imperatoris, de hæreſi Arrianorū, qui tractandā epiſcopo queſtionē proponerent. Ad quā audiēdā altero die ad Baſilicā Portianā ſe affuturos promiſerāt. Erat enim queſtio de incarnatione dñi. Sed alio die miſerādi homines ſuperbiæ tumore cōpleti, nec memores pmiſſorū, contēnentes deī in ſacerdote ipſius, nec plebis expectantis cōſiderantes iniuriā, immemores etiā dictorū dominicorū: Quoniā
Matt. 18 qui ſcādalizauerit vnū ex minimis iſtis, oportet vt mola aſinaria collo eius alligetur, & demergatur in pfundum maris: cōſcendētes in equos quaſi gratia geſtādi, ciuitatē egreſſi ſunt, expectāte ſacerdote, & plebe in eccleſia cōſtituta. Sed huius contumacię qui finis fuerit, horreſco referēs. Subito enim pręcipitati, miſeras animas emiſerūt, atq; corpora illorū ſepulturæ ſunt tradita. Sanctus vero Ambroſius cū ignoraſſet quod factū

esset,nec diutius posset plebē tenere,ascēdens pro tribunali,de eadē quēstione quę fuerat proposita,sermonem adorsus est,dicēs: Debitū fratres curo soluendū,sed hesternos meos nō inuenio creditores.& reliqua quę scripta sunt in libro qui de incarnatione dñi intitulat. Occiso itaq; Gratiano imperatore,recipiēdi corporis eius causa secundā ad Maximū suscepit legationē. Apud quē q̄ constanter egerit,qui voluerit cognoscere,ipsius legationis epistolam ad Valentinianū iuniorē datam cū legerit,approbabit. Nobis enim alienū a ꝓmissione visum est illa inserere,ne adiumēta epistolæ prolixitas fastidiū legenti afferret. Ipsum vero Maximū a cōmunionis consortio segregauit, admonēs vt effusi sanguinis dñi sui,&(quod est grauius) innocētis,ageret pœnitentiam,si sibi apud deū vellet esse consultū. Sed ille cū pœnitentiā declinat superbo spiritu,non solū futuram, sed etiā p̄sentē salutem amisit,regnūq; quod arripuerat,fœmineo quodāmodo timore deposuit,vt procuratorē sereipublicæ nomine præfuisse cōfiteretur. Mortua vero Iustina quidā aruspex Innocētius nomine,nō opere,in causa maleficiorū cū a iudice torqueret, aliud q̄ interrogaretur fateri cœpit. Clamabat enim, ab angelo maiora tormenta sibi adhiberi eo qui custodiret Ambrosiū,quoniā tēporibus Iustinę ad excitāda odia populorū in episcopū,cacumē tecti ecclesiæ cōscendens medio noctis sacrificauerit. Sed quanto instātius & solicitius opera maligna exercebat,tāto magis amor populi circa fidē catholicā, & dñi sacerdotē cōualescebat. Misisse etiā se & dæmones qui illū interecarēt, fatebatur. Sed dæmones renunciasse,se non solū ad ipsum appropīquare minime posse,verū etiā nec ad fores domus in qua manebat episcopus: quia ignis insuperabilis omne illud ædificiū cōmuniret,vt etiam lōge positi vrerētur: atq; ita cessasse artes suas, quib⁹ aduersus dñi sacerdotē se aliquid posse arbitrabatur. Alius etiā gladium ferens ad cubiculū vsq; peruenit,vt interficeret sacerdotē: sed cū eleuasset manū districto gladio,dextera obrigēte remānsit. Tunc se missum a Iustina postq̄ confessus est,brachiū quod inique cū extēderetur riguerat, sanatū est cōfessione. Per idem tēpus cum vir illustris Probus puerū suum notariū,qui spiritu immūdo grauiter vexabatur,direxisset ad episcopū, egressum vrbe dimisit diabolus,timēs ad virū sanctū perduci. Atq; ita puer q̄diu Mediolani apud episcopū fuit, nulla cōminatio diaboli apparuit. Sed vbi egressus de Mediolano est,& prope vrbē peruenit,idem spiritus qui illū antea habuerat,vexare cœpit. Qui cū interrogaretur ab exorcistis,cur q̄diu Mediolani fuit,nō in illo appatuisset,cōfessus est diabolus timuisse se Ambrosiū,& ideo recessisse ad tēpus, atq; expectasse in illo loco vbi ab illo recesserat,donec reuerteretur: quo reuertente,vas quod deseruerat repetisset. Extincto itaque Maximo,posito Theodosio imperatore Mediolani, Ambrosio vero episcopo cōstituto Aquileiæ, in partib⁹ oriētis in quodam castello a Christianis viris synagoga Iudæorū & locus Valentinianorum incēdio cōcremata sunt, propterea quod Iudei vel Valentiniani insultarent monachis Christianis. Valentinianorū enim hęreses triginta deos colunt. Sed de huiusmodi facto comes orientis ad imperatorē relationē direxit. Qua acta imperator præceperat vt synagoga ab episcopo reædificaret. Sed huius præcepti tenor cū ad aures peruenisset venerabilis viri Ambrosii episcopi, direxit ad Imperatorē epistolam, quia ipse in tempore excurrere nō poterat, qua illū conuenit vt id quod ab eodē statutū fuerat,reuocaretur,seruariq; sibi deberi ab eo audientiā, quoniā si dignus nō esset qui ab eo audiretur,dignus etiā non esset qui pro illo audiretur,vel cui preces suas, aut cui sua vota cōmitteret. Paratū etiā se esse pro tali negocio mortem subire,ne dissimulatione sui præuaricatorē faceret imperatorem, qui tam iniusta contra ecclesiā præcepisset. Postea vero cū Mediolanū reuertitur, posito imperatore in ecclesia, de eadē causa tractauit in populo. In quo tractatu introduxit domini personā loquentis imperatori: Ego te ex vltimo imperatorem feci, ego tibi exercitū inimici tui tradidi, ego copias quas ille aduerus te exercitui suo præparauerat dedi,ego inimicum tuū in potestatē tuā redegi, ego de semine tuo supra solium regni cōstitui,ego te triūphare sine labore feci: & tu de me inimicis meis donas triūphos? Cui descēdenti exhedrā imperator ait: Cōtra nos posuisti hodie episcope. At ille respondēs ait non se contra ipsum,sed pro ipso fuisse locutū. Tunc imperator: Reuera,inquit,dura præceperā contra episcopū de synagoga reparanda. In monachos vero vindicandū esse a comitibus qui in tēpore aderāt,dicebatur. Quibus episcopus: Ego quidem cū Imperatore nunc ago,vobiscū vero mihi aliter agendū est. Atq; ita obtinuit vt illa quæ statuta fuerāt, reuocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua imperator illū agere debere testaretur. Cui episcopus: Ergo ago fide tua. Respōdit Imperator: Age fide mea. Qua spōsione iterata,iam securus peregit sacerdos diuina mysteria. Hæc autem scripta sunt in epistola quā ad germanā suam fecit,in qua tractatū euenit quem eodē die habuit de baculo nuceo qui a propheta Hieremia visus esse describitur. Per idē tempus causa Thessalonicēsis ciuitatis nō minima successit tribulatio sacerdoti, cū pene cōperisset ciuitatē deletam. Promiserat enim illi imperator se veniā daturū ciuib⁹ supradictæ ciuitatis,sed agētibus comitibus occulte cū imperatore, ignorāte sacerdote vsq; in horam tertiam gladio ciuitas est donata, atq; plurimi interēpti innocentes. Quod factū vbi cōperisset sacerdos,copiam imperatori ingrediendi ecclesiam denegauit: nec prius dignum iudicauit cœtui ecclesię, vel sacramentorum cōmunioni,q̄ publicam ageret pœnitentiā. Cui imperator cōtra asserebat Dauid adulterium simul & homicidium perpetrasse. Sed respōsum illico est: Quia secutus es errantē,sequere corrigentē. Quod vbi audiuit clemētissimus imperator: ita suscepit animo, vt publicā pœnitentiam nō abhorreret. Cuius correctionis profectus secundā illi parauit victoriā. Per idem tēpus duo potētissimi & sapientissimi viri Persarū ad famam sacerdotis venere Mediolanū,deferentes secū plurimas quæstiones,vt ex illis probarent sapiētiam viri. Cū quo ab hora diei prima vsq; ad horā fere tertiam noctis per interpretem disputauerunt,admiranteq; discesserunt abeo. Et vt se probarent nō ob aliam causam venisse, nisi vt certo certius nossent virū quem fama compererant: alia die valefacientes imperatori, profecti sunt vbem Romam,illic volētes cognoscere potētiam illustris viri Probi. qua cognita ad propria reuerterūt. Sed egresso Theodosio de Italia, & Constātinopoli constituto, Valētiniano Augusto intra Gallias posito,directa relatio est sub nomine senatus a Symmacho tūc p̄fecto vrbis de repetēda ara victoriæ,& sumptibus cæremoniarū. Sed vbi cōperit sacerdos,misso libello ad imperatorē postulauit vt ad se relationis exēplaria dirigerētur,quib⁹ ipse pro partibus suis respōsurus esset. Qua relatione accepta, p̄clarissimū libellū cōscripsit,vt cōtra nihil vnq̄ auderet Symmachus vir eloquētissimus respondere. Sed postq̄ augustę memorię Valentinianus in Viennensi ciuitate(quę est Galliarū ciuitas) vitam finiuit,Eugenius suscepit imperiū: qui vbi imperare cœpit,nō multo post petētibus tūc Flauiano præfecto,& Arbogaste comite,aram victoriæ,& sumptus cæremoniarū (quod Valentinianus augustæ memoriæ adhuc in iunioribus annis constitutus petentibus denegauerat) oblitus fidei suę concessit. Hoc vbi audiuit sacerdos,relicta ciuitate Mediolanēsi,ad quam ille festinato veniebat,ad Bononiensem ciuitatē emigrauit,atq; inde Fabētiam vsq; perrexit. Vbi cū aliquātis

degeret diebus,inuitatus a Florentinis,ad Thusciam vsq; descendit,declinans magis aspectum sacrilegi viri, non formidans imperātis iniuriā. Nam epistolam ad eundem dedit,in qua cōuenit conscietiam illius,de qua pauca de multis ponenda duxi. Etsi imperatoria potestas magna sit,tamen cōsiderato quantus sit deus: qui corda hominū videt,conscietiam interiorē interrogat. Nouit omnia anteq̄ fiant, nouit interna pectoris tui. Ipsi falli vos nō patimini,& deū vultis celare? Non cecidit in animū tuū quicq̄? Si illi agebāt tam perseueranter, nonne tuum fuit imperator pro dei summi & veri & viui veneratione perseuerantius obsistere,& negare quod erat iniuria sacrilegis? Et iterum. Quomodo igitur meis vocib⁹ & apud deū, & apud omnes homines teneor? Aliud mihi nō licere intellexi, aliud nō oportere nisi consulerē mihi,quia non potui tibi. In supradicta itaq; ciuitate Florētinorū, cū in domo clarissimi quondam viri Decētis,& quod est amplius,Christiani, maneret filius ipsius Pāsophius nomine,admodū paruulus,cū spiritu immundo laboraret, frequenti oratione, & impositione man⁹ sacerdotis ipsius est sanatus. Sed post aliquantos dies subita infirmitate correptus infantulus exhalauit spiritū. Cuius mater valde religiosa,& plena fide, ac timore dei,ablato illo de superiore parte domus,ad inferiora descēdit, ac in lecto sacerdotis ipso absente cōposuit. Quem cū reuertens sacerdos in lectulo inuenisset (erat enim illo in tēpore extra domum positus) miseratus matrē,& fidē ipsius contēplatus, Helisæo similis supra corpus infantis se ipse composuit,atq; orando merūt viuū reddere matri quem mortuū inuenerat. Ad quem etiam infantulū libellum cōscripsit, vt quod ętatis infantia scire nō poterat, legendo agnosceret. Veruntamen factum scriptis suis non cōmemorauit. sed quo affectu declinauerit commemorare,non est nostrum iudicare. In eadem etiam ciuitate Basilicam cōstituit,in qua deposuit reliquias martyrū Vitalis & Agricolæ,quorū corpora in Bononiensi ciuitate leuauerat. Posita enim erant corpora martyrū inter corpora Iudæorū. Nec erat cognitū populo Christiano, nisi se sancti martyres sacerdoti ipsi reuelarent. Quæ cum deponerētur sub altari quod in eadem Basilica cōstitutum est,magna illic totius plebis sanctæ lætitia atque exultatio fuit,pœnæ dæmonū confitētium martyrum merita. Per idem tempus Arbogastes comes aduersum gētem suam,hoc est Francorum, bellum parauit, atq; pugnando non paruam multitudinē manu fudit, cum residuis vero pacē firmauit. Sed cū in conuiuio a regibus gentis suæ interrogaretur vtrum sciret Ambrosium,& respōdisset nosse se virū, & diligi ab eo, atq; frequenter cum illo conuiuari solitū,audiuit: Inde hoc vincis omnes,quia ab illo viro diligeris,qui dicit Soli, sta:& stat. Quod ego ideo posui, vt cuius famæ fuerit vir sanctus etiam apud Barbaras gētes,legentes agnoscant. Nam & nos referēte iuuene quodam Arbogastis,admodum religiosum cognouimus, qui tūc interfuit. Erat enim in tēpore quo hæc loquebatur, vini minister. Profectus itaque sacerdos de Thusciæ partibus Mediolanū reuertitur, iam inde egresso Eugenio contra Theodosium imperatorem: ibiq; Christiani imperatoris præstolabatur aduentū securus de dei potentia quod non traderet credentem in se hominibus iniustis, nec relinqueret virgam peccatorū super sortem iustorum, ne extenderent iusti ad iniquitates manus suas. Promiserat enī Arbogastes tunc comes,& Fabianus præfectus de Mediolano egredientes cum victores reuertissent,stabulum se esse facturos in Basilica ecclesiæ Mediolanēsis, atq; clericos sub armis probaturos. Sed miserandi homines cum demonibus suis male crediduli sunt,& aperiūt os suum in blasphemiam ad deū, spem sibi victoriæ ademerunt. Causa autē commotionis hęc fuit: quia munera imperatoris, qui se sacrilegio cōmiscuerat,ab ecclesia respuebantur,nec orandi illi cum ecclesia societas tribuebatur. Sed dominus qui ecclesiam suam tueri consueuit,de cælo iaculatus est iudicia, atq; omnem victoriam ad religiosum imperatorem trāstulit Theodosium. Extincto itaq; Eugenio a satellitibus eius,cum scripta acciperet imperatoris,non illi alia cura maior fuit,q̄ vt pro iis interueniret quos reuatos inuenerat. Obsecratus est primo scriptis imperatorē misso diacono: postea vero q̄ directus est Ioannes tunc tribunus & notarius,qui nūc præfectus est,ad tuitionem eorum qui ad ecclesiam cōfugerunt, etiam ipse Aquileiam perrexit,precatus pro eis: quib⁹ sceleris venia impetrata est,quia Christianus imperator prouolutus pedibus sacerdotis testabatur meritis & orationib⁹ eius saluatum se esse. Reuertens itaq; de vrbe Aquileiensi, vno die præcessit imperatorē. Nec diu clementissimæ memoriæ Theodosius imperator susceptis filiis in ecclesia,et traditis sacerdoti, in hac luce fuit. Post cui⁹ obitum fere triēnium superuixit. Quo in tempore sancti Nazarii martyris corpus,quod erat in horto positū extra ciuitatem, leuatū ad basilicam Apostolorum quæ est in Romana,trāstulit. Vidimus enim in sepulchro quo iacebat corpus martyris,(q̄ quando sit passus,vsq; in hodiernū diem scire nō possumus) sanguine martyris ita recentem,quasi eadem die fuisset effusus. Caput etiam ita integrum atq; incorruptū cum capillis capitis atq; barba, vt nobis videretur eodem tempore quo leuabatur, lotum atq; cōpositum in sepulchro. Et quid mirū? quandoquidem dominus hoc in euangelio ante promisit, quod capillus de capite eorum non periret. Etiam odore tāto repleti sumus,vt omnīū aromatum vinceret suauitatem. Leuato corpore martyris,& in lectica composito,statim ad sanctū Celsum martyrē, qui in eodem horto positus est, cum sancto sacerdote ad orationem perreximus. Numq̄ tamen illum antea orasse in eodem loco compertū habemus. Sed hoc erat signum reuelati martyris, si sanctus sacerdos ad locū ad quem nūq̄ antea fuerat oratum, isset. Cognouimus tamen a custodibus loci ipsius,quod a parētibus illis traditum sit nō discedere de loco illo per omnem generationem & progeniem suorū, eo quod thesauri magni in eodē loco positi essent. Et vere magni thesauri,quos non ærugo neq; tinea exterminat,neq; fures effodiūt & furantur: quia custos eorū Christus est, & locus eorum aula cælestis est,quib⁹ viuere Christus fuit,& mori lucrum. Translato corpore martyris ad Basilicam Apostolorum,vbi pridie sanctorū apostolorū reliquiæ summa omnium deuotione positæ fuerant, cum tractaret episcopus,quidam de populo repletus spiritu immundo clamare cœpit se torqueri ab Ambrosio. At ille cōuersus ad eum ait: Obmutesce diabole, quia nō te torquet Ambrosi⁹, sed fides sanctorū, & inuidia tua,quoniam illo vides ascēdere homines vnde tu deiectus es. Nā Ambrosius non scit inflari. Quo dicto, ille qui clamabat obmutuit, prostratusq; in terrā est,nec amplius vocem qua obstrepi posset, emisit. Per idem tempus cum consulatus sui imperator Honorius in vrbe Mediolanensi Libycarum ferarū exhiberet munus, populo illuc concurrente data copia est missis militibus ab Stilicone comite,hortatu Eusepii præfecti, vt Cresconius quidam de ecclesia raperetur. Quem confugientem ad altare domini sanctus episcopus cū clericis qui in tempore aderant,defendēdum circūdedit. Sed multitudo militū,quæ duces suos habebat de perfidia Arianorum, prævaluit aduersum paucos, atque ablato Cresconio exultantes ad amphitheatrū reuerterūt,ecclesiæ luctū non modicum relinquētes. Nam sacerdos prostratus ante altare domini factū diu fleuit. Sed in tēpore cū reuertissent,& renunciassent iis a quibus fuerant destinati milites, dimissi leopardi saltu celeri ad eundem locū in quo sederant qui de ecclesia triumpha-

bant,ascendentes grauiter laniatos reliquerunt. Quod vbi vidit tunc Stilico comes,pœnitẽtia motus est, ita vt p multos dies satisfaceret sacerdoti, & illesum quidẽ illum qui ablatus fuerat,dimiserat. Sed quia grauissimorum criminum erat reus, & aliter emendari nõ poterat, exilium destinatur,nõ multo post indulgentia prosequente. Per idem tempus cum ad palatium pergeret,quẽ pro loco officii nostri sequeremur, Theodolo tunc notario, qui postea summa cũ gratia Vtinensem rexit ecclesiam,cum casu quidam pede esset lapsus,atq; prostratus iaceret in terra, ridente, conuersus sacerdos ait: Et tu qui stas, vide ne cadas. Quo dicto,stati is qui alienum lapsum riserat, suũ doluit. Per idem tempus Fritigil quędam regina Marcomannorũ,cum a quodam Christiano viro, qui ad illam forte de Italiæ partibus aduenerat,referente sibi,audiret famã viri, Christo credidit, cuius illum seruitũ recognouerat: missisq; muneribus placatos ab ecclesia postulauit, vt scriptis ipsius qualiter credere deberet, informaretur. Ad quã ille epistolam fecit prędaram in modum catechismi,in qua etiã admonet vt suaderet viro Romanis pacẽ seruare. Quã accepta epistola mulier suasit viro,& cũ populo suo se Romanis tradidit. Quæ cum aduenisset Mediolanum, plurimum doluit quod sanctũ sacerdotem ad quem festinarat,minime reperisset. Iam enim de hac luce migrauerat. Tẽporibus vero Gratiani(vt retro redeam)cum ad prætorium Macedonii tũc magistri officiorum pro quodam intercedẽdo perrexisset, atque præcepto supradicti viri fores inuenisset clausas, nec copiam ingrediẽdi adeptus esset,ait: Et tu quidem venies ad ecclesia, nec clausas ianuas inuenies: quam ingrediaris. Quod factum est mortuo Gratiano. confurgiens etenim Macedonius ad ecclesiam, patẽtibus ianuis aditum reperire nõ poterat. Ipse autem vir venerabilis episcopus erat multæ abstinẽtiæ,& vigiliarum multarũ & laborum, quotidiano ieiunio macerãs corpus. Cui prandendi nunq; cõsuetudo fuit nisi die sabbato & dominico, vel cum natalitia celeberrimorũ martyrum essent. Orandi etiã assiduitas magna die ac nocte. Nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus eius attenuaretur. Erat enim in illo solicitudo omniũ ecclesiarũ,interueniẽdi,etiam magna assiduitas & cõstantia. In rebus etiam diuinis implẽdis fortissimus labor,intãtum vt quod implere solitus erat circa baptizandos, quinq; postea episcopi tempore quo decessit vix implerẽt. Solicitus etiam pro pauperibus & captiuis nimiũ. Nam in tempore quo episcopus ordinatus est, aurum omne atq; argentum quod habere poterat,ecclesiæ vel pauperibus contulit. Prædia etiam quæ habebat, referuato vsu fructu germanæ suæ, donauit ecclesiæ: Nihil sibi quod hic suum diceret derelinquẽs, vt nudus atque expeditus miles Christi dominũ sequeretur. Qui cum dies esset,propter nos pauper factus est, vt nos eius inopia ditaremur. Erat enim gaudens cũ gaudentibus, & flens cum flentibus. Siquidem quotiens cuiq; illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos cõfessus esset,ita flebat, vt & illum flere compelleret. Videbatur etiam sibi cum iacẽte iacere. Causas autem criminum quas illi confitebantur, nulli nisi domino soli apud quẽ intercedebat,loquebatur: bonum relinquẽs exemplum posteris sacerdotibus, vt intercessores apud deum sint, magis q̃ accusatores apud homines. Nam & secũdum Apostolum,circa huiusmodi hominem confirmanda charitas est: quia ipse sui accusator est,nec expectat accusatorẽ,sed præuenit, vt confitendo suum alleuet ipse delictũ,nec habeat quod aduersarius criminetur. Ideoque scriptura dicit: Iustus in principio sermonis accusator est sui. Vocem enim eripit aduersario,& quasi dentes quosdam paratos ad prędam criminationis infestę peccatorum suorũ confessione confringit, dans honorẽ deo, cui nuda sunt omnia,& qui vult vitam magis peccatoris q̃ mortem. Nam ipsi pœnitenti nõ sufficit sola confessio,nisi subsequatur emendatio facti, vt pœnitẽs non faciat pœnitẽda. Humiliet etiam animam suam sicut Dauid sanctus,qui postq̃ audiuit a propheta, Dimissum est peccatũ tuum: humilior factus est in emendatione peccati, ita vt cinerem sicut panẽ manducaret, & potum suum cũ fletu misceret. Elebat etiam amarissime quotiens cunq; forte nũciatum illi fuerat de cuiuscunq; sancti obitu sacerdotis,intantũ vt nos illum consolari niteremur,ignorãtes pium affectũ viri, nec qua ratione ita fleret intelligentes. Quibus ille huiusmodi respõsum reddebat, Non se flere quia recesserat qui fuerat mortuus nunciatus,sed quia se præcesserat, vel quia difficile esset inuenire virum qui summo sacerdotio dignus haberetur. Ipse autem de sua morte ante prędixit quod vsq; Pascha nobiscũ futurus esset. quod quidem meruit dominũ obsecrando quo maturius hinc liberaretur. Ingemiscebat enim vehemẽter cum videret radicem omnium malorum auaritiam pullulare, quæ neq; copia neq; inopia minui potest,magis magisque increscere hominibus, & maxime in iis qui in potestatibus erant constituti, ita vt interueniendi illi apud illos grauissimus labor esset, quia omnia precio distrahebãtur. Quæ res primo omne malũ inuexit Italiæ, & exinde omnia vergunt in peius. Et quid dicam si in huiusmodi personis ita rabiem suam exercet, qui solent aut filiorum aut propinquorum causas prætendere ad excusandas excusationes in peccatis, quandoquidem plerosq; ceperit etiam cælibes sacerdotes vel leuitas, quibus portio deus est, vt etiam ipsi illam appetãt. Et væ mihi misero, quia nec sine mũdi prouocamur vt tã graui iugo seruitutis liberari velim⁹, quo demergimur ad profundũ inferni, vt faciamus nobis amicos de mãmona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula. Attamẽ beatus ille qui quando cõuersus diruptis vinculis, atq; proiecto iugo huiusmodi dominationis, tenebit & allidet paruulos eius ad petrã, hoc est, omnes intẽtiones eius allidet ad Christum, qui secundũ Apostolum petra est, quę omnes ad se allisos interimit, ipsa inuiolabilis manens, nec reum faciens eũ qui ad se alliserit nequissimi vteri deteriores partus, sed innocẽtem: ita vt securus possit dicere: Portio mea dominꝰ. Quia cui nihil in seculo est, illi portio est Christus. Et qui contempserit pauca, multa percipiet, insuper & vitam æternã possidebit. Ante paucos vero dies q̃ lectulo detineretur, cum quadragesimum tertium psalmũ dictaret, me excipiente & vidente subito in modũ scuti breuis ignis caput eiꝰ cooperuit, atq; paulati per os ipsius tanq̃ in domo habitator ingressus est. Post quod facta est facies eiꝰ velut nix. Postea vero reuersus est vultus eius ad speciem suam. Quod cũ fieret, stupore percussus obrigui, nec potui scribere quæ ab illo dicebantur, nisi posteaq̃ visio ipsa transibat. Dicebat enim in tẽpore testimonium scripturæ diuinę, quod ego optime retinebam. Nam scribendi vel dictandi ipso die finẽ fecit. Sed quidem ipsum psalmũ explere nõ potuit. Ego vero id qđ visum a me fuerat, honorabili viro Casto diacono(sub cuius cura degebam)statim retuli. At ille repletus gratia dei,spiritusanctiaduentum me in illo vidisse edocuit lectione Actuũ apostolorum. Superioribus autem diebus cũ Stiliconis tũc comitis seruus qui dæmonio laborauerat, in Ambrosiana Basilica iam sanus maneret, cõmendatus a domino suo, (ferebatur enim q̃ libenter ab eodem haberetur)facere falsas epistolas tribunatus compertũ est, intantum vt tenerentur homines qui ad ministrandũ pergebãt. Sed vbi ad personam serui sui peruenit comes Stilico, ipse in seruo suo noluit vindicare. Homines etiã qui decepti fuerant, interuẽtu sacerdotis dimisit,de ipso vero seruo sacerdoti questus est. Quem vir sanctus cum de ecclesia

Ambrosiana egrederetur,requiri fecit, atq; ad se perduci. Quẽ cũ interrogasset,& deprehendisset autorẽ tanti flagitii, ait. Oportet illum tradi Satanæ in interitũ carnis,ne talia aliquis in posterũ audeat admittere. Quẽ eodem momento cũ adhuc sermo esset in ore sacerdotis sancti,spiritus immundus arreptum discerpere cœpit. Quo viso,nõ minimo timore repleti sumus & admiratione. Multos etiã diebus ipsis imponẽte illo manus & imperante,ab spiritibus immũdis vidimus esse purgatos. Per idem tẽpus Nicẽtius quidam ex tribuno & notario quodam pedũ dolore tenebatur, vt raro in publico videretur. Cum ad altare accessisset vt sacramenta perciperet, calcatusq; casu a sacerdore exclamaret, audiuimus: Vade, & amodo saluus eris. Nec se amplius doluisse pedes, tempore quo sanctus sacerdos de hac luce migrauit, lachrymis testabatur. Sed post dies hos ordinato sacerdote ecclesiæ Ticinẽsi, incidit in infirmitatem. Qua cũ plurimis diebus detineretur in lectulo, comes Stilico dixisse fertur quod tanto viro recedente de corpore, interitus immineret Italiæ. Vnde conuocatis ad se nobilibus viris illius ciuitatis, quos diligi a sancto sacerdote cognouerat, partim interminatꝰ est illis, partim blãdo sermone persuasit vt pergerẽt ad sanctũ sacerdotem, suaderent illi vt sibi viuendi peteret, a domino commeatũ. Quod ille vbi ab illis audiuit, respondit: Nõ ita inter vos vixi, vt pudeat me viuere: nec timeo mori, quoniam dominũ bonum habemus. Per idem tempus cũ in extrema parte porticus in qua iacebat, in vno positi Castus, Polemius, Venerius & Felix tunc diaconi secũ tractarent voce ita repressa vt vix inuicem se audirẽt, qui post obitum illius episcopus ordinandus esset, atq; cum de nomine sancti loquerentur Simpliciani: tanq̃ interesset tractatui, cũ longe positus ab ipsis saceret, approbãs exclamauit tertio: Senex, sed bonus. Erat enim Simplicianus æui maturior. Qua voce audita expauescentes fugerũt. Defuncto tamẽ eo non alius illi successit in sacerdotio nisi is quem ille bonum senẽ trina voce signauerat. Cui Simpliciano Venerius quem supra memorauimus, successor fuit. Felix vero nunc vsq; Bononiensem regit ecclesiã. Castus autem & Polemius nutriti ab Ambrosio bonæ arboris boni fructus, in ecclesia Mediolanensi diaconii fungũtur officio. In eodem tamẽ loco in quo iacebat(sicut referente sancto Basiano episcopo Laudensis ecclesię,qui ab eodem audierat,didicimus)cum oraretvnà cum supradicto sacerdote,viderat dominum Iesum aduenisse ad se,& arridentem sibi. Nec multos post dies ablatus est. Sed eodem tẽpore quo a nobis migrauit ad dominum,ab hora circiter vndecima diei vsq; ad illam horã qua emisit spiritum,expansis manibus in modum crucis orauit: nos vero labia illius moueri videbamus, vocem autem nõ audiebamus. Horatus autem sacerdos ecclesię Vercellensis,cum in superiora domus sequi eũ composuisset,tertio vocem vocantis se audiuit, dicentisq; sibi: Surge,festina: quia modo est recessurus. Qui descendẽs obtulit sancto domini corpus. Quo accepto vbi glutiuit,emisit spiritum, bonum viaticũ secum ferens, vt in virtute escæ anima refectior,angelorum nũc consortio,quorum vita vixit in terris,& Heliæ societate lætetur: quia vt Helias nunquã regibus vel vllis potestatibus,ita necisti pro dei timore loqui veritus est. Atq; inde ad ecclesiã maiorẽ antelucana hora qua defunctus est,corpus ipsius portatum est. Ibiq; eadẽ fuit nocte quam vigilamus in pascha: quem plurimi infantes baptizati cum a fonte venirent, viderunt,ita vt aliqui sedentem in cathedra tribunali dicerent,alii vero ascendentem suis parẽtibus digito ostẽderent: sed illi videntes videre non poterant,quia mundatos oculos nõ habebant. Plurimi autem stellam supra corpus eius se videre narrabant. Sed lucescẽte die dominico cum corpus illius peractis sacramentis diuinis de ecclesia leuaretur portãdum ad Basilicam Ambrosianã in qua positus est, ita ibi dæmonũ turba clamabat se ab illo torqueri,vt eiulatus eorũ ferri non posset. Quæ gratia sacerdotis nõ solum in illo loco,verumetiam in plurimis prouinciis vsq; in hodiernũ manet. Iactabãt etiam turba virorum ac mulierum oraria vel semicinctia sua, vt corpus sanctũ aliquatenus ab ipsis contingeretur. Erat enim exequiarum turba innumerabilis totius dignitatis,totiusq; sexus,omniũq; pene ætatum,nõ solũ Christianorum,sed etiam Iudęorum & Paganorũ: maiore tamen gratia ordo præcedebat eorum qui fuerant baptizati. Eadẽ qua obiit die, sicut textus epistolæ loquitur quæ a successore eius venerabili viro Simpliciano susceptа est,de partibus Orientis ad ipsum tanq̃ adhuc nobiscum viuentẽ directa, quę nũc vsq; Mediolani habetur,in monasterio cuiusdã viri sancti apparuit orans cum illis,& imponẽs illis manus. Habet enim diẽ epistola quo directa est: qua lecta inuenimus diem esse quo ille defunctus est. Intra Thusciam ciuitate Florentiana, vbi nunc vir sanctus Zenobius nomine, episcopus est,quia promiserat se petẽtibus illis illos se sępius visitaturum,frequenter ad altare quod est in Basilica Ambrosiana,quę ibidem ab ipso cõstituta est, visum orare, ipso sancto viro sacerdote Zenobio referẽte didicimus. In eadẽ etiam domo in quam declinãs Eugenium misit tempore quo Ragadaisus supradictam ciuitatẽ obsidebat, cum iam de se penitus desperasset viri ciuitatis,per visum cuidam apparuit, & promisit alio die salutem illis affuturam. Quo referẽte ciuium animi sunt erecti. Nam altero die aduenięte Stilicone tũc comite cum exercitu,facta est de hoste victoria. Hęc Pąsophia religiosa fœmina matre pueri Pansophii referente cognouimus. Masczeli etiã desperante de salute sua vel exercitus quem ducebat cõtra Gildonem, baculum tenens manu in visu noctis apparuit,atq; cum pronoluteretur ad pedes sancti viri Masczezel, percutiens in terra senex baculo quo regebatur, tertio,(hac enim illi specie apparuerat)ait: Hic,hic,hic. signãs locum: deditq; intellectum viro quem visitatione dignũ fuerat arbitratus, vt agnosceret in ipso loco in quo sanctũ domini viderat sacerdotem,die tertia victoriã adepturum. atq; ita securus bellum & inchoauit,& consummauit. Nos tamen ea Mediolani positi ipso Masczeli referẽte cognouimus. Nam & in hac prouincia in qua nunc positi deseruimus, plurimis hoc ipsum retulit sacerdotibꝰ, quibus etiam referentibus securius ante nobis cognita huic libro adiungere arbitrati sumus. Sisinni etiã & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus,hoc est,post obitum sancti Ambrosii in Anauniæ partibus persequẽtibus gẽtilibus viris martyrii coronam adepti sunt, cũ reliquias Mediolanẽses summa cum deuotione susceperunt,aduenięte quodam cæco et referente cognouimus, qui eodẽ tacto lectulo in quo sanctorum reliquiæ portabantur,lumẽ recepit,eo q̃ per visum noctis vidisset nauem appropinquare littori in qua erat multitudo ablatorum. Quibus descendentibus ad terrã,cum vnũ de turba precaretur vt sciret qui essent ii viri, audierit Ambrosiũ,eiusq; consortes. Quo audito nomine,cum deprecaretur vt lumen reciperet, audierit ab eo: Perge Mediolanum, & occurre fratribus meis qui illo vẽturi sunt(designans diem)& recipies lumen. Erat enim vir (vt ipse differebat)de littore Dalmateno,nec se ante venisse in ciuitatem asserebat, priusquã recto itinere reliquiis sanctorum occurrisset nõdum videns: sed tacto loculo videre cœpisse. His itaq; decursis,non arbitror grauevideri si paululum promissi nostri metas excesserimus,vt domini dictum quod per os sanctorum prophetarum locutus est,completum esse doceamus: Sedentem aduersus fratrem suum, & detrahentem occulte, persequiebar. Et alibi: Noli diligere detrahere,ne eradiceris. Vt quicunq; forte huiusmodi captus est consue- Psal. 49. Psal. 100.

tudine,cum legerit qualiter in iis qui ſancto viro detrahere auſi ſunt,fuerit vindicatū,ipſe etiam in aliis emendetur.Igitur Donatus quidam natione Apher,preſbyter tamen eccleſię Mediolanenſis, cum in conuiuio poſitus,in quo erant nonnulli militares religioſi,detraheret memorię ſacerdotis,aſpernantibus illis, & deſerentibus linguā nequam, ſubito vulnere percuſſus grauī, de eodem loco in quo iacebāt, alienis manibus ſubleuatus, in lectulum pōſitus eſt, atq; inde ad ſepulchrum vſq; perductus. In vrbe etiam Carthaginēſi, cum apud Fortunatum diaconum fratrem venerabilis viri Aurelii epiſcopi ad cōuiuium conuenīſſem vnà cum Vincentio Coloſſitano epiſcopo, Murano etiam epiſcopo Bolitano,ſed & aliis epiſcopis & diaconibus,tūc Murano epiſcopo detrahēti ſancto viro, retuli exitū preſbyteri ſuperius memorati: quod ille de alio dictum, de ſe oraculum,maturo ſuo exitu cōprobauit. Nam de eodē loco in quo iacebat, cum ſubito vulnere ingēti eſſet percuſſus,alienis manibus ad lectum portatus eſt, atq; inde ad domum in qua hoſpitabatur reductus diem clauſit.Is finis virorum detrahentium fuit: quem videntes qui tunc aderant,admirati ſunt. Vnde hortor & obſecro omnem hominem qui hunc librum legerit, vt imitetur vitam viri,laudet dei gratiam,declinet detrahentium linguas, ſi vult magis cōſortium habere cū Ambroſio in reſurrectione vitæ,q̄ cū detrahentibus illi ſubire ſupplicium,quod nullus ſapiēs non declinat. Tuam etiam precor beatitudinē pater Auguſtīne, vt pro me humillimo peccatore Paulino cum omnibus ſanctis qui tecum inuocāt nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, in veritate orare digneris, vt quia in adipiſcēda gratia cum tanto viro non ſum dignus habere conſortiū, adeptus meorum veniam peccatorum, ſit mihi prēmium fugiſſe ſupplicium.

CAPITA LIBRI PRIMI OFFICIORVM.

Epiſcopi proprium munus docere populū. Caput I.
Tacendo fugimus periculum,& diſcimus recte dicere. Caput II.
Taciturnitatem moderādam eſſe, & q̄ in ira ſilendum ſit. Caput III.
Orationem non affectus promat,ſed ratio. Hinc enim inſidias loquenti tendit hoſtis inuiſibilis. Cap.IIII.
Quod etiam carnales inimicos cum nos inſtinctu diaboli ad conuitia prouocant, patiētia ſuperare debeamus. Caput.V.
Exemplum patientiæ Dauid. Cap. VI.
Quod pſalmus.38.non ſolum ſilentii laude, ſed etiam contemptu rerū valde ſit mirabilis. Cap. VII.
Quod nomen officii non ſolum philoſophis,ſed etiam noſtris vſitatum ſit. Cap. VIII.
Officii diuiſio, & honeſtum atq; vtile vnde metiantur Chriſtiani. Caput IX.
De decoro,& q̄ primum officium ſit linguæ moderatio. Caput X.
Officium omne aut mediū aut perfectū eſſe.Cap.XI.
Non externis ſed internis & æternis bonis æſtimatur felicitas. Caput XII.
Deum, etiam cum non putatur, regere omnia quæ creauit. Caput XIII.
Deū nihil præterire, & ſcripturarū teſtimoniis, & Sanctis comprobatur exemplo. Cap. XIIII.
His quib⁹ diſplicet quod bonis male,& malis ſit bene, ſatisfacere debere Lazari & Pauli exēpla.Ca.XV.
Commemoratiō beatitudinis.de Euang. hic laborem dicit eſſe, mercedem in cælo. Caput XVI.
Adoleſcentis officia,& exempla huic ætati propoſita. Caput XVII.
De bono verecundiæ,quod maxime in ſancta dei eminuit genitrice,& quod geſt⁹ exterioris hominis perſæpe qualitatē interioris oſtendat. Cap.XVIII.
In omnibus actis viriliter agendum,nec quicq̄ affectatum aut fœmineum attentandum. Cap. XIX.
Intemperantium hominū conſortia, mulierum quoq; commercia vitanda. Cap. XX.
De iracundia in ſe reprimenda, & in aliis mitiganda. Caput XXI.
De cogitationibus & appetitu, & decoro ſermonis in confabulando & in diſceptando. Cap. XXII.
Quod ioca,quę philoſophi ponūt inter officia,penitus ab eccleſia ſint remouenda. Cap. XXIII.
De tribus quæ in vita actiua neceſſario ſunt obſeruanda,& qd appetitū rōni cedere cōueniat.Ca.XXIIII.
Quod virtutes quatuor principales in patribus noſtris non mediocriter ſint cōſummatæ. Cap. XXV.
Quid in veritatis inueſtigatione ſeruandum ſit. Caput XXVI.
Quod virtutes quatuor ita perplexæ ſint, vt ab inuicē ſeparari nequeant. Cap. XXVII.
Primum quod philoſophi dicunt & ſecundum iuſtitię munus apud nos excludi,tertium vero a noſtris mutuatum. Cap. XXVIII.
Iuſtitiā & fidē hoſtibus etiā exhibēdā. Ca. XXIX.
De beneficentia. Cap. XXX.
De reddendo beneficio. Cap. XXXI.
Beneuolentiā liberalitate potiorē eſſe. Ca. XXXII.
Beneuolentiam in eccleſia maxime, & earundem virtutum hominibus perſeuerare. Cap. XXXIII.
Laus beneuolentiæ. Cap. XXXIIII.
De fortitudine. Cap. XXXV.
Fortitudinem maxime in animo & contemptu rerum conſtare labentium. Cap. XXXVI.
Mala æquanimiter toleranda, & interdum etiam deſinanda. Cap.XXXVII.
Quod prouidentia magnū munimen fortitudinis ſit. Caput XXXVIII.
Fortitudinem aduerſus omnia vitia dimicare debere. Caput XXXIX.
Virtutē bellicā noſtris etiam nō inuſitatā. Cap.XL.
Fortitudinē non ſolum in vincēdo,ſed etiam plus in tolerando conſtare. Cap. XLI.
Poteſtates non iritandas, & adulationibus non attendendum. Cap. XLII.
De temperantia,& eius partibus. Cap. XLIII.
Officio ſibi cōgruo quēq; ſtudere debere.Ca.XLIIII.
De pulchro & honeſto. Cap. XLV.
Quod pulchra & honeſta ſint naturalia,turpia vero cōtra naturam. Cap. XLVI.
Quarum paſſionum reſtrictione pulchrum illud poſſit acquiri. Cap. XLVII.
De tribus generibus hominum iniurias accipientium. Caput XLVIII.
De vanitate calcanda. Cap. XLIX.
Quod officiorum gratia miniſtros altaris maxime deceat. Caput L.

RERVM ATQVE SENTENTIARVM

ſcitu digniorum quæ in D. Ambroſii Theologi incomparabilis operibus habentur,ſecundum ſeriem literarum

INDEX.

ABBA. folio.495.C.
Abdemelech quid. 108.F.
Abel & Cain myſterium. 254.C.
Abel iuſtus. 346.E.
Abel quid. 254.A.
Abimelech mori maluit, q̄ amicum prodere. 22.B.
Abrahæ virtutes. 271.I.
Abrahæ liberalitas. 14.B.
Abrahæ adulterium excuſatur. 272.E.
Abram & Abraham. Ibidem.I.
Abrahæ apparuit deus in triplici perſona. 273.B.
Abraham quid. 276.G.
Abſalonis exemplo nihil ſimulatum perpetuū eſſe declaratur. 15.H.
Abſinthium fugiunt culices. 228.G.
Abyſſus. 223.B.
Accipitres. 239.C.
Acetum apibus medetur. 240.B.
Acham propter auaritiam præcipitatus. 16.D.
Acholius. 170.G.
Adam. 382.D.
Adam & Chriſti comparatio. 446.M.
Adæ ſepultura. 480.H.
Adæ maledictio quomodo ſublata. 58.G.
Adæ & Petri comparatio. 203.I.
Adamantina natura. 308.F.
Adoleſcentes claros viros ſequi decet. 15.A.
Adoleſcentibus quæ decora. 3.K.
Adoleſcentulæ rarius progrediantur, etiam ad eccleſiam. 35.H.
ἀδολεσχία. 388.D.&.405.I.
Adorare lignum,gentiliſ error eſt. 137.H.
Apparere quomodo dicantur angeli.&c. 430.C.
Appetitus ſubiectus eſt rationi lege naturæ. 9.L.
Adulterium,naturæ iniuria eſt. 236.C.
Adulationibus non attendendum. 9.B.
Aegyptiaci dies. 184.F.
Aegyptiorū ſacerdotes circuncidi oportuit. 178.B.
Aegyptus pro Nilo. 281.H.
Aemulari quid in ſac.lit. 348.B.& deinceps.
Aeones Valentinianorum. 154.L.
Aera duo quid. 277.F.
Aer corpus eſt. 222.C.
Aer quid. 268.C.
Aeſculapius medicus. 26.M.
Aeſtas. 233.A.
Aetas, debilitas, & verecundia largiendo pauperibus conſideranda. 7.B.
Aethiopia quid. 248.C.
Affectuum omnium capita ſunt delectatio & dolor. 288.I.
Afflictionum remedium. 408.A.
Aphricanus. 156.M.
Agar. 258.A.
Ager beatorum. 291.F.
s.Agnes. 216.L.
Agnetis martyrium. 22.C.
Agni paſchalis eius. 139.k.
Agonum & vitæ humanæ comparatio. 3.F.
Agricola martyr. 32.A.co.3.
ἀιδὼν quid. 63.D.
Ain litera quid. 416.G.
αἴσθησις 247.k.
αἶλουρ. 171.A.
ἀιτία. quid. 121.G.
αἴξ vnde. 280.A.
ἀκαστέργασον. 87.D.
Alani. 476.k.
ἀλάλαγμα. 671.k.
Aleatorum leges. 314.C.
Allegoria in numero Græco τῶν. 271.M.
Allegorica diluuii et arcę interpretatio.265.E.et deinc.
Alleluia. 381.C.
Aleph. Ibidem.A.
Allium leopardus fugit. 242.k.
Allophyli qui dicti. 6.F.
Amalech quid. 221.A.
Amazones. 546.C.
Ambitioſi habent mercedem præſentium. 11.A.
Ambroſia filia Euſebii. 36.A.co.3.
Ambroſii & Ticinenſ.epiſcopi exemplum. 16.M.
Ambroſius vaſa myſtica confregit, vt captiuos redimeret. 16.F.
Ambroſius a forenſibus negociis vocatus eſt ad ſacerdotium. 53.I.
Ambroſius quum ſcriberet libros de virginibus, nondum triennium ſacerdotio præfuerat. 26.F.
Amen. 366.C.& 516.D.
Amicitia neſcit ſuperbiam. 22.D.
Amicitia aliena ſit ab adulatione. Ibidem.F.
Amici definitio. 109.I.
Amicitia. 12.k.
Amici probandi. 2.A.
Aminadab quid. 287.D.&.384.k.
Aminadab currus; Chriſti figura eſt. 31.E.
Amphibia quæ. 244.M.
Amygdali. 236.A.
Ananiæ liberalitas falſa. 26.C.
Angeli filii dei dicti. 262.G.
Angeli tutores humani gregis. 440.F.
Anima quid. 283.G.
Anima cur ſanguis dicta in ſacris lit. 268.k.
Anima qualis ſit ſubſtantia. 150.L.
Anima ad ſimilitudinem dei creata. 246.H.
Anima hominis & ſpiritus dicitur. 106.k.
Animam alii ſanguinem, alii ignem &c. eſſe voluerunt. 268.I.
Anima ſoluta a corpore,adhuc futuri iudicii ambiguo ſuſpenditur. 258.L.
Anima bipartita eſt. 271.C.
Anima pro homine. 284.G.
Anima immortalis eſt. 63.B.
Anima pro homine in ſacra ſcrip. 244.B.
Animæ & muſices venuſta comparatio. 62.A.
Animæ deſcriptio apud Ezechielem de quatuor animalibus. 31.M.
Animæ in ſeptenarium ordinem digeſtæ. 63.E.
Animæ partus. 258.A.
Animi motus ſi non euelli,at præcaueri cōuenit.4.G.
Animus autor culpę, caro peccati miniſtra eſt. 50.G.
Animus ex corporis motu cognoſcitur. 3.L.
Animæ motus. 280.E.
Animalia adulterina. 235.E.
Animantium tria genera. 237.k.
Anſeres. 238.A.
ἀνθρωποφ. 244.B.
Antichriſtus in nomine ſuo venturus eſt. 104.A. &.549.H.
Antichriſtus quando venturus. 549.G.

Antichristus ex circuncisione aut circuncisus vēturus. 549.H.
Antichristi qui. 477.B.
Antiochenæ cuiusdam virginis historia. 25.I.
Antipelargosis quid. 238.M.
Antrum vnde dictum. 222.B.
Annulus. 469.M.
Appetitus rationi pareat. 5.C.
Apis Aegyptiorum deus. 485.E.
ἀφὴ. 263.B.
Apostoli, episcopi sunt. 537.I.
Apostoli gratiā habuerunt maiorē q̄ prophetę. 544.I.
Apostoli omnes vxores habuerunt, excepto Ioanne & Paulo. 526.C.
Apostoli & prophetæ sunt os Christi. 53.G.
Apostata vnde dictus. 416.B.
ἀποτέλεσμα. 171.A.
Apum politia. 239.H.
Aqua in varias mutatur species. 330.E.
Aquam super cælos esse. 224.H.
Aqua quare admisceatur vino in calice. 335.H.
Aquila. 239.D.
Aquila quid mystice. 472.M.
Aquilæ industria circa pullos. 424.C.
Arriani expungunt ea quę contra se faciunt. 111.M.
Arrianorum de filio questiones. 77.F.
Arrianorum errores. 96.D.
Arcadius. 136.E.
Arcus quem deus in signū posuit, aliud est quàm iris. 269.E.
Arca Noe descriptio est humani corporis. 262.L.
Arca fœderis & Noe quid differant. 263.C.
Architæ Tarentini dictum. 4.k.
Ardea. 238.A.
Arida quare a deo apparere iussa, & non potius terra. 227.C.
Arminense concilium. 159.G.
Aristotelicorum de principiis opinio. 220.A.
Arteria quid. 268.k.
Artium cultores quibus sua accepta ferant. 171.A.
Ascendere & descendere quid in sac.lit. 306.G.
Aser quid. 301.M.
Asini pigritia. 241.k.
Asini mysterium. 274.M.
Assyrii vnde dicti. 248.C.
Athletarum species. 351.H.I.
Attilius. 156.M.
Atlanticum mare. 237.E.
Atramento scribere quid. 265.B.
Auaritia Ananiæ. 207.C.
Auaritia malorum radix. 14.k.
Auaritiæ malum. 16.C.&343.B.C.
Auaritiæ pedissequæ. 340.D.
Auaritia. 255.k.
Auaritia idololatria dicta. 539.A.
Augustini disputationes. 218.F.
Augustinus cuculla nigra indutus &c. 218.H.
Autumnus. 233.D.
Auxen Assyrii & Hebręi Euphratē dixerūt. 248.D.
Auxentius. 112.A.&.159.H.

BAbylon. 270.k.&342.G.in fi.
Baptisma, post q̄d nemo delinquit, quid. 28.A.
Baptismi ceremoniæ. 332.I.
Baptismi typus fuit transitus maris rubri. 332.k.
Baptismum dei consilium dictum. 105.k.
Baptismus pro mortuis. 518.A.
Baptismus Ioānis, & baptismus Christi. 354.E.in fi.
Baptismus Christi, typo ignis prefignatus. 21.E.
Baptismatis tres testes. 330.F.
Baptismatum multa genera. 333.A.
Barrabas quid. 480.B.
βάρις. 377.B.
Basilisci noxius visus. 402.M.
Bathuel quid. 56.M.
Bauto. 153.D.
Beatum nihil, nisi quod caret peccato. 11.I.
Beati definitio. 291.E.
Beatus quis. 2.G.&.341.L.M.& deinceps.
Beatitudo nostra futura, non præsens. 3.G.
Beatitudo est & in doloribus. 11.k.
Belus idolum Babyloniorum. 485.E.
Bellica gloria claruere patres. 7.L.
Beneficiis superare debemus. 7.C.
Beneficia pauperib⁹ magis q̄ diuitib⁹ erogāda. 16.A.
Beneficia non solum pecuniaria sunt. Ibidem.B.
Beneficentia. 6.G.
Beneficentiæ & membrorum humani corporis comparatio. 17.M.
Beneuolentiæ prętextu Eua serpēti assensit. 7.G.in fi.
Beneuolentia facit vt amici vulnera, q̄ inimici oscula vtiliora sint. 7.I.
Beneuolentia præstat liberalitati. 7.F.
Beth quid. 149.F.&.382.H.
Bethania quid. 455.M.
Bethel quid. 271.E.
Bethlehem quid. 277.D.
Bibenda multa. 343.I.k.L.
Blasphemia spiritus quæ. 52.C.
Bobus inest imbrium præscientia. 242.C.
Bonum triplex. 278.M.
Bonorum iudicia non negligenda. 9.k.
Bononienses virgines. 24.k.
Bonitas omnibus grata. 12.G.
Bonitas fructus spiritussancti. 348.H.
Branchiæ idem agunt in piscibus, quod pulmo in hominibus. 235.G.
Buxus. 229.k.

CAdes. 34.G.
Cadere in sacris lit. quid. 351.G.
Cæthura. 256.A.
Caiaphæ prophetia qualis. 412.M.
Cain cur non passus a deo occidi. 261.A.
Cain quid. 254.A.
Cain æternā vitā posthabuit corporali. 261.A.
Cain longæuitas indulta in vindictā est. Ibidem.D.
Cain sacrificium. 256.C.
Cain cur signatus a deo. 58.C.
Calamus quid mystice. 454.k.
Calcanei iniquitas. 377.I.k.L.
Calceamenta Euangelica quæ. 442.A.
Calceamenta quomodo non accipienda. 57.D.
Calceamentum. 469.M.
Calicem bibere quid. 464.C.
Calix domini quid. 355.F.&.429.A.
Camillus. 156.L.in fi.
Cancri fraudes. 236.E.F.
Canes natura duce syllogizant. 242.F.
Canino sanguine omnes feræ curantur. 242.k.
Canis. 235.B.
Canis beneficiorum memor. 242.G.
Canum gratitudo. 242.A.
Canticorum in sac.lit. præstantia. 341.D.
Cantica qui scripserint ex sacris authoribus. 341.D.
Cantica Canticorū Salomonis mystica sunt. 284.I.
Cantus sanctorum. 455.I.
Caph quid. 404.F.
Caput sanctorum Christus est. 425.M.
Capilli capitis nostri qui. 105.F.
Capitis præstantia. 244.M.
Caro pro homine. 283.G.&.62.H.
Caro ante mentem non corrumpitur. 42.A.
Caro dicitur etiam de anima. 416.E.

Carnis venenum est medicina spiritus. 50.D.
Castigare amantis est. 400.G.
Castitas etiam loci abolet infamiā, non locus infamat castitatem. 25.L.
Castitas angelos seruauit. 24.G.
Castitas triplex. 44.G.&35.D.
Cedrus. 229.I.
Cerui veneno pascuntur. 228.k.
Cerui cura. 242.k. Cete. 236.M.
Chaldæorum superstitiones. 277.A.&.234.B.
Cham quid. 269.F.&.342.G.in fi.
Chamæleon. 240.C.
Charitas sine qua omnia alia inania, quę sit apud Paulum. 187.H.
Charitas, legis plenitudo. 359.L.
Charitatis summum mandatum. 409.G.
Charitas vna patris & filii & spiritussancti. 103.k.
Charitatis testimonium. 12.L.
Charitas non metuit pericula. 400.C.
χλιδάσθ. 343.E.
Christus quare in aliena sepultura positus. 206.k.
Christi dictum, Non est meum dare vobis, quomodo accipiendum. 94.M.
Christus quomodo vitis, & pater agricola. 92.B.
Christus quomodo fuerit in forma dei. 541.E.
Christus quomodo subiectus patri. 96.L.
Christus finis legis est. 409.B.
χρῖσμα, quid. 400.H.
Christus omnia nobis est. 31.G.
Christus matrē corpore, patrē virtute referebat. 26.I.
Christus vno tantum loco stare ad dexteram patris legitur. 87.L.
Christi & aquilæ comparatio. 208.C.
Christus qui passus est, & dei verbum, idem. 119.L.
Christus non in phantasmate passus est. Ibidem.
Christus quomodo quærendus. 423.C.
Christus quomodo nouissimus dictus. 39.C.
Christus viginti aureis in veteri testamēto, triginta in nouo venditur. 114.A.
Christus quomodo nescire momenta extremi iudicii dicatur. 97.M.&.98.A.
Christi paupertas. 345.M.
Christi tædium & pauor. 478.C.
Christus pro omnibus mortuus est. 93.I.
Christiani aliter atq; Ethnici metiuntur officia. 2.B.
Christiani aliter atq; Ethnici nomē sortiūtur. 348.D.
Christus quomodo caro, maledictum, & peccatum factus sit. 120.D.E.
Christus seruus & dominus. 346.B.
Christus quo in loco passus. 376.B.
Christus peccatum factus pro nobis. 354.G.
Christi velle, fecisse est. 63.L.
Christi passio non mutauit verbi naturam. 119.k.
Christi varia nomina. 117.A.
Christiani ore tenus, vulpibus comparati. 212.H.
Christus quomodo ematur & vendatur. 114.C.
Christianus quis. 409.E.
Christiana infirmitas, fortitudo est. 196.L.in fi.
Christianorum infantia. 205.H.
Christus cur ex monumento nouo resurrexerit. 28.I.
Christianus vim sibi non inferat. 27.L.in fi.
Cibo parce vtendum virginibus. 26.M.
Ciconiæ. 238.I.
Cygnus. 240.A.
Circumcisionis vocabulum. 272.I.
Circumcisio quur octauo die. 440.I.
Circumcisio cordis. 406.F.
Circumcisio cur data. 282.D.
Circumcisionis ratio & autoritas. 177.M.
Ciuitatum sex ad refugia dispositarum mysticus intellectus. 55.I.
Ciuilia bella. 375.F.
Clamor sanctorum. 366.G.
Claues regni & scientiæ. 209.E.
Clauis spiritalis crucis. 416.E.
Clerici quidam cur non ab Ambrosio recepti. 3.M.
Clericos decet fraus & turpe lucrum. 19.G.
Coccus quid mystice. 422.B.
Cocci in expugnatione Iericho mysterium. 96.B.
Codicū Græcorum & Latinorum collatio quo ad integritatem. 491.A.
Cælum mystice quid. 407.A.
Cæli qualitas & essentia. 222.L.
Cælorum numerus. 224.C.
Cæli sunt etiam in terris. 406.M.
Cælorum nomen generale est, firmamentum autem speciale. 225.C.
Cælum quomodo ascendendum. 31.B.
Colloquia familiaria qualia esse debeant. 4.M.
Coluber cerauum fugit. 228.k.
Columba. 195.k.
Colūbæ & corui in arca Noe interpretatio. 41.B.C.
Commutatio in sac.lit. 370.E.
Compungi quid. 400.D.
Confessio trina in baptismo. 333.I.
Confessio mundat cor. 404.D.
Confessio, pœnarum compendium. 360.H.
Confessio Christi sit aperta, non inuoluta. 479.H.
Confessio medicina erroris est. 37.H.
Confessionem insinuat. 236.C.
Coniuges quomodo se vicissim gerere debeant. 358.k.
Coniugium non spernendum. 272.B.
Coniugium vinculum est. 46.C.
Coniugia ex Christianis non alienigenis domibus petenda. 173.M.
Conscientia. 208.M.
Consiliis fit vt amicos habeamus. 12.M.
Consiliarius qualis esse debeat. 14.I.
Consiliarius bonus, qui & sibi consulit. 13.I.
Cōsecrationis verba mutāt panē in corpus Christi.&c. 335.D.
Consolatio. 317.G.357.H.&.420.M.
Constantinopolis. 99.M.
Consuetudo peccandi q̄ pernicios a. 343.A.
Consummationes multæ sunt. 409.A.
Conuersatio eligenda. 7.D.E.
Conuitia malorum dissimulanda. 1.I.
Conuiuiorum gratia. 365.A.
Conuiuium ecclesiæ. 255.H.
Cordis & oris custodia. 340.B.
Cornices. 238.I.
Cornu mysticum. 368.C.&.F.
Corpus coinquinat animam. 60.k.
Crapulæ mala. 255.G.
Crucis signum in nanium velis. 206.E.
Cubiculum orationis quid. 257.A.&.337.A.
Cupressus. 229.I. Cyprianus. 491.A.

DAleth. 487.H.
Dalilæ auaritia Sampsonē perdidit. 16.D.
Dęmonia non habēt diuinā naturam. 121.B.
Damalis. 280.B. Damasus. 155.k.&.552.C.
Damonis & Pythiæ amicitia. 20.G.
Dan quid. 301.k.&.365.D.
Danielis consilium & virtutes. 13.G.
Danubius. 224.L.
Dauid cum potuisset nocere, maluit parcere. 19.I.
Dauid sibi plebem officiis conciliauit. 12.I.
Dauidis fletus. 420.k.&.131.C.
Dauidis denudatio quid figurauerit. 161.I.
Dauidis victoria aduersus Goliā typ⁹ ē Christi. 422.D
Dauidis pœnitentia. 324.G.
Debitores duo q. 456.E. Debita & debitores. 313.M

Decorum a summo opifice in humano corpore formã-do seruatum. 4.B.
Decorum seruandum in veri inuestigatione. 5.I.
Decorum in itinere seruandum. 4.A.
Decorum & indecorum quid. 286.L.
Decorum personæ. 9.E.
Decor orationis. 5.A.
Deficere quid. 404.C.
Defunctis collata humanitatis officia, præstantissima. 312.F.
Delectationis efficacia. 341.A.B.C.
Delinquere sibi. 346.H.
Depositio defunctorum quid. 210.F.
Depositum quando non reddendum. 10.k.
Desertum quid. 454.H.
Dextera quid. 191.H.&.107.C.&.110.L.
Deus non vult ad se veniri per suffragia. 485.D.
Deus aliter tentat q̃ diabolus. 274.I.&.528.k.
Deus cur non vno momẽto creauerit omnia. 163.I.
Deus vnius pœna plurimos corrigit. 421.E.
Deus cur iuret. 257.G.
Deus non locorum intervallo amittitur. 416.A.
Deus autor est omnis boni. 425.E.F.
Deus dissimulat nonnunq̃ se scire quod nouit. 98.H.
Deum esse vel operibus cognoscitur. 407.D.
Deus morum magis quàm annorum ætatem consi-derat. 412.L.
Deus quomodo velit omnes saluos fieri. 67.I.
Deo nihil est simile. 116.k.
Deus vultnos signis ad suæ cognitionem potẽtię pe-uenire, etiam si possit iis quæ iidem habeant prom-ptiorem. 224.G.H.&.I.
Deus præest omnibus creatis. 2.M.
Deo nihil occultum. 3.A.B.C.
Deus æque iudicat bonis & malis. 3.D.
Deus iustos audit etiam mortuos. 260.L.
Dei indignatio non vltionis executio, sed absolutionis operatio magis est. 48.F.
Deus aliter bonus, iustus, sapiens & c̃. dicitur, aliter ho-mo. 17.I.
Deus sphęræ assimilatus. 537.C.
Deus quomodo caput Christi. 88.L.
Deus frequenter mutat sententiam suam. 20.F.
Deus adoptiuus homo dicitur. 541.k.
Deus ignoscit etiam propter aliena merita. 450.I.
Dei gratia non desperanda. 269.D.
Deus quomodo digito scripserit legem. 110.H.
Deus non placatur muneribus, sed affectu. 259.k.
Deus quomodo habeat manus & digitos. 107.C.
Diaboli tentatio, euersio est. 528.k.
Diabolus cur permittatur a deo tentare. 457.E.
Dialecticorum argutiæ. 121.D.
Dianæ & Neptuni fabula. 26.M.
διαβήματα. 351.D.
Dictamo capreæ vulneratæ curantur. 242.k.
Dierum obseruatio. 533.A.&.B.
Dies & horæ diei quid mystice. 469.H.
Dies nocti antefertur. 223 F.
Dies tres ante solem fuerunt. 231.F.
Dies solis. 207.k.
Dies iræ. 486.C.
Dies mali. 350.D.
Dii gentium etiam a suis irrisi cultoribus. 26.E.
Dii etiam homines dicti. 93.D.
Dii gentilium fictitii. 157.k.
Dilectionis vtilitas. 12.G.
Diluuium speciale. 263.L.
Dionysius. 159.D.
Disciplinę consideratio. 366.L.
Disciplina domini duplex. 400.I.
Discipuli perfectio, magistri laus. 547.L.
Dispersio in sa.lit.quid. 369.M.& deinceps.
Disputationes vanæ. 405.k.
Dives est, qui suo contentus est. 303.H.
Diuidendum recte. 352.G.
Diuitiæ non conferunt vitæ beatæ. 12.A.
Diuinitas non recipit numerum. 113.B.
Diuitis & pauperis comparatio. 244.I.
Diuitię vix sanctis domini contẽptui sunt. 16.C.&.D.
Diuitiæ cur a deo largiantur. 3.G.
Diuitiarum despectus. 13.L.
Doech fallacia. 20.D.
Dominica dies. 307.k.
Dominus quomodo dicatur iustificari. 326.L.
Domus mystica. 352.M.
Donec quomodo in sacris lit.accipiatur. 38.D.
Donorum dei administratores sumus, non dñi. 3.G.
Dorcas. 392.F.
Drachma & didrachmum quid. 139.L.
Draco elephantem ligat. 228.k.
Ducere in altum. 450.A.

Ebrietas causa seruitutis. 308.C.
Ebrietas duplex. 269.L.
Ebrietatis mala, quorum primum est pudicitię periculum. 24.H.
Ecclesia mari comparata. 227.G.
Ecclesia sine auro congregata est: non habeat igitur au rum quod seruet, sed quod eroget. 16.G.
Ecclesię caput, oculi, capilli &c̃. 415.A.
Ecclesia viti comparata. 229.E.
Ecclesia ciuitas dei est. 416.D.
Ecclesiæ figura in Magdalena. 403.A.
Ecclesię & malorum granatorũ comparatio. 230.A.
Ecclesię thesauris non parcendũ tpe necessitatis. 16.G.
Ecclesię possessio sumptus est egenorum. 157.E.
Ecclesię filius quis. 460.E.
Ecclesię intercessio. 450.k.
Ecclesiæ arma. 45.G.
Ecclesiastes Salomonis naturalis est. 284.I.
Ecclesiasticos nõ malis artib⁹ ad honores niti oportet. 15.k.&.L.
Ecclesiasticus sit hospitalis, nõ cõuiua extraneus. 4.F.
Echini terreni, id est heritii cautela. 242.C.
Echini prognosticatio. 236.H.
ἐκδιήσεις quid. 280.C.
ἐκκύφια. 257.A.&.273.E.
ἐκκλησιάσωνε, varie interpretatum. 406.I.
Elleborus. 228.H.
Electrum. 230.G.
Eleemosyna. 54.B.&.C.&.198.G.
Eleemosyna quibus & quo ordine pręstanda. 473.C.
Elementa parricidium accusant. 260.k.&.L.
Elementorum qualitates. 227.D.E.
Elephanti promuscis. 242.M.
Elephantus formidabilis tauris. 243.E.
Eloquentiæ mundanæ & diuinæ differentia. 405.C.
Empirici. 354.C.
ἐν ἀορίστῳ quid. 424.I.
Enchoria quę. 238.D. Engaddi. 285.C.
ἐν κεφαλαίῳ ab aliquibus dictum pro ἐν ἀρχῇ. 221.B.
Enneadecateris. 184.E. Enon quid. 354.E.
Enoch cur raptus. 128.E. Entelechia. 262.D.
ἐνθουσιᾶ. 372.B. ἔπος θεῷ, sapientis dicti. 271.C.
ἐπιδόσιον quid. 336.D.&.87.G.
Epicureis deus nõ videtur curare humana. 2.L.et.M.
Epiphania. 195.A.
Episcopus quid. 339.A.
Episcopatus non pecuniis coemendus. 338.L.
Episcopi appellabãtur primi presbyteri. 537.k.L.M.
Episcopi de laicis in ecclesia, & non laici de episcopo in consistorio iudicare debẽt. 158.B.C.D. & deinceps.
Episcopi electio. 537.M.

Episcopi munus in membris putridis. 16.E.
Episcopus quomodo vnius vxoris vir esse debeat. 338.C.
ἐπιθυμία quid. 357.C.
ἐπιχαλία. 420.A.
Errores, fortissimi etiam viri non potuerunt cauere. 324.G.
Erugo thesauri huius mundi lasciuia est. 104.L.
Et coniunctiua particula distinguit nonnunq̃. 422.k.
ἐξόδια. 93.k.
Excessus quid. 280.k.
Excommunicatio non præcipitanda. 16.E.
Exempla patrum. 5.G.H.
Exequiarum officium mortuis deferendum. 275.E.
Exlex quis. 415.F.
Exorcistæ & lectores in ecclesia qui 537.k.
Exurge Borea, & veni Auster, excussum. 344.H.
Eua, vita interpretatur. 37.G.
Euangelica historia a variis descripta. 434.L.
Euangelium, mare est. 235.M.
Euangelistæ, diaconi sunt. 537.I.
Euglyphus quid. 418.k.
Eunomiani error. 118.F.in fi.
Eunomiæ. 327.H.
Eusebius. 182.I.
Eusebius hæreticum se esse mentitus est, vt hæreticos lucrifaceret. 210.D.
Eusebii martyrium. Ibidem.E.
Eustorgius. 159.D.
Exempla magis mouent q̃ verba. 550.B.

Faber pater Christi dicitur. 194.G.
Fames verbi. 468.E.F.
Famis tempore subueniendum. 18.k.
Febres spirituales quæ. 449.G.H.
Felicitas non æstimanda externis. 2.k.
Feræ quid mystice. 108.D.in fi.
Fermentum. 190.I.&.468.B.
Festi dies quomodo celebrandi. 134.H.
Festus dies domini quando. 258.I.
Fiat, fiat, in sa.lit.quid significet. 366.C.
Ficulneæ folia. 230.A.
Ficus agrestis & domestica. 229.L.
Fides est quę dat salutem. 551.E.
Fides radix iustitiæ. 6.G.
Fides etiam perfidis præstanda. 19.M.
Fide seculum hoc fugitur. 56.I.in fi.
Fidei testimonium. 12.M.
Fidei nihil in iis quos pecunia vel adulatione tibi de-uinxeris. 15.k.
Fides vera nunq̃ turbatur. 118.E.
Fides præcedit deuotionem. 299.I.
Fides inexercitata cito languescit. 405.L.
Fides citharæ quare sic dictæ. 136.C.
Fides est redemptio animæ. 139.G.
Fidei acquisitio vnde. 69.H.
Figulus. 205.A.
Filius æqualis est patri. 90.B.
Filius sempiternus est, & non creatura. 77.M.&.78. A.& per totum.
Filius dei etiam Paracletus dictus. 104.B.
Filius nõ potest a se facere quicq̃. explicatũ. 89.C.&.D.
Filius quomodo viuat propter patrem. 91.C.
Finis dicitur Christus. 378.M.
Flagella post mortem nihil prosunt. 322.M.
Fluuiorum quatuor mystica expositio. 247.M.
Fœmineus sexus ad decipiendum vsitatus. 203.H.
Fœneratio duplex. 352.G.
Fœneratorum nequitia. 313.D.
Formicæ industria. 241.M.&.242.C.
Fornax sanctorum. 426.E.F.
Forte quomodo accipiatur. 52.H.
Fortitudo sine iustitia, iniquitatis materia est. 7.k. &.6.A.
Fortitudo aduersus vitia dimicat. 8.G.
Fortitudo rerum contemptu constat. 7.M.
Fratres & gentis & generis dicti. 38.C.
Fructus sapientiæ quis, & quod folium. 344.E.
Frugalitas. 13.L.&.277.k.
Fulicæ. 238.A.&.239.E.

Gad quid. 301.k.
Galaad quid. 417.L.M.
Galathæ mercatores. 13.L.
Galli a leonibus timentur. 242.k.
Gallus. 240.I.
Gastrimargiam sequitur luxuria. 380.G.
Gedeonis historia. 99.F.& deinceps.
Generatio hominis duplex. 268.E.
Gentes ab ecclesia deuictæ, quæ intelligantur moraliter. 367.F.G.
Gentes cur tam sero vocatę. 68.H.
Gentium vocatio a prophetis prædicta. 37.M.
Gigantes. 262.G.
Gimel. 384.k.in fi.
Gladius versatilis quur ante paradisi positus. 426.F.
Gladius a domino emissus, qualis. 478.F.
Gladius est verbum dei. 367.L.
Gladius peccatoris quis. 349.H.
Gog. 83.L.
Gomor quid. 139.I.&.177.H.
Gothi. 476.k.
Gratia spiritalis pignẽ exurit, per aquã mũdat. 21.F.
Gratiæ agendæ post mensam. 202.H.& deinceps.
Gratianus. 138.L.
Græci sermonis vis exprimi non potest. 409.A.
Græci singulis tantũ annis accipiũt corpus dñi. 336.D.
Gregorius. 100.A.
Grues. 238.F.
Gygis fabula, & equi ænei. 18.G.
Gymnosophistæ. 143.I.

Hæreditas Christiana. 414.A.
Hæreticus. 204.k.
Hæresis Arriana. 77.H.I.
Hæretici vulpibus comparati. 461.F.
Hæreticorũ quorundã errores recẽsentur. 118.F.&.G.
Hæretici iij, pernicios issimi, quibus multa cum orthodoxis paria sunt. 115.H.
Hæreticorum de diuinitate opiniones. 76.k.
Hæretici & desyllabis faciunt quæstiones. 107.C.
Halcyon. 237.L.
Halcyonides dies. Ibidem.M.
Hamilcaris sacrificandi studium. 157.M.
Hannibal. 156.L.
Harmonia nuptialis. 470.H.
He, quid. 389.B.
Hebdomada a quibusdam vnus dies dicta. 223.G.
Hebdomas. 163.k.in fi.
Hebręi quare dicti, non Abræi. 442.G.
Helena crucis diuinæ inuentrix. 137.F.
Heliodori & Oniæ exemplum. 16.k.
Herbarum notitia animalibus inest. 242.D.
Heri & hodie quid. 164.A.
Herodis crudele promissum. 20.E.&.346.k.
Herodes non fuit legitimus rex. 437.k.
Hester magnanimitas. 22.A.B.
Heth. 395.M.
Hetrusci iuuenis fabula. 36.A.
Hyems & æstas quando mystice. 233.A.
Hippocrates. 164.B.
Hippopotamus. 234.M.
Hirundo. 238.M.
Homo quo ad imaginẽ dei creatus. 243.M.&.35.F.
Homo vetus & nouus. 538.E.

Homouſion. 115.L.
Hominum tria genera iniurias accipientium. 9.M.
Homo in ſe duplex. 352.k.
Homo omnis imperfectus. 352.C.
Homo ſolus non laudatus in creatione. 37.E.
Homo duplex. 37.B.&.C.
Homo hominis cauſa factus, & omnia propter homi-
nem. 6.B.
Homo puluis. 344.I.
Hominis vocabulum vnde. 17.M.
Honeſtum & vtile Chriſtianis vnū eſt. ibidē.H.&.I.
Hominibus datū eſt quod angeli nō habēt. 402.D.
Honeſtas Chriſtiana. 9.F.G.
Honeſtas a natura petenda. ibidem.H.
Honeſtati ſalus etiam poſtponenda. 18.H.&.I.
Honeſtatis maxima cura fuit maioribus 21.k.
Honorius. 136.E.
Horoſcopus. 232.F.
Hortus nucum quid. 287.B.
Hoſpitalitas Abrahæ. 273.B.&.15.D.
Hoſpitalitatis præceptum. 43.C.
Hoſtes peregrini dicti. 6.F.
Humana natura ſine gratia qualis. 68.L.
Humana gloria qualis. 228.A.
Humanitas lege naturæ docetur. 7.C.&.17.L.M.
&.18.A.
Humani corporis copioſa deſcriptio. 244.M.&.245.
per totum.
Humiliatio ad correctionē, non ad deſperationem fieri
debet. 406.I.
Humilitas rara in iuuenibus. 422.I.
Hūilitas. 534.G.et.412.H.&.426.I.et.412.E.&.13.L
Huni. 314.D.&.476.k.
Hyems quid myſtice. 347.G.
Hyginus. 153.G.
Hyle. 121.F.&.171.A.&.220.B.
Hyſſopo mundari quid. 327.B.C.

IAcob quare Iſrael dictus. 439.F.
Iacob qua ratione claudicauerit. 293.A.
Iacob Patriarchæ fuga. 56.L.
Iacob patriarcha nobis imitandus 375.E.
Iactantia. 426.A.
Ianus. 194.H.
Ianiculum. Ibidem.
Iaphet. 167.D.&.269.F.
Ibi, quid. 347.I.k.
Icari fabula. 32.C.
Idea. 220.A.
Idithum qui fuerit. 378.M.
Idololatria. 545.G.H.I.&.L.
Idola cum videntur prodeſſe, obſunt. 459.B.
Ieiunium verum quomodo fieri debeat. 305.E.
Ieiunii virtutes. 308.H.&.307.I.
Ieiunii fracti prima præuaricatio. Ibidem.M.
Ieiuni ſputi vis. 242.L.
Iepte promiſſa. 20.E.
Ieſus Naue ſolem ſiſtere potuit, auaritiam minime.
16.D.
Ieſus Naue Moyſi indiuiduus erat comes. 15.B.
IESV ſubiectio. 441.A.
Iethro. 256.C.
Ignis alienus. 141.A.
Ignis dei. 421.M.
Ignis in ſacris literis quid. 24.E.&.360.k.&.409.F.
Ignorantia excuſat peccatum. 124.I.
Imago dei vir, & non mulier. 546.B.
Imagines Chriſti quomodo colendę. 403.A.B.
Imitari deum quomodo poſſimus. 412.H.
Imperator nihil habet iuris in diuina. 160.E.I.k.
Impius gaudet ſui peccati conſorte. 270.B.
Impius ipſe ſibi pœna eſt. 2.L.
Impietas an ſecundum naturam ſit. 344.k.
Improbus & inuidus quid differant. 17.A.
Indicus vermis. 240.C.D.
Indulgentiæ domini, pphetico ſpiritu præuiſę. 361.k.
Infantes aliena confeſſione credunt. 74.H.in fi.
Infantium multorū a ſalute alienatio quare. 74.E.F.
Infirmitas, virtutis officina. 350.M.
Inimicitiæ ſubeundę ſunt plerunq; propter amici inno
centiam. 22.D.
Intellectus ſpiritale munus eſt. 418.D.
Intemperantiæ incommoda. 263.L.
Interpretari in eccleſia quid. 514.L.
Interpretatione omnis ſcriptura indiget. 551.D.
Inuenire & quærere in ſa.lit. quid. 346.I.
Inutile idem & indecorum. 19.E.
Ioachim aurum in obſidione ſeruatum perdidit, & ipſe
in captiuitatem deductus. 16.H.
Ioannes quomodo acceperit Mariam in ſua. 34.A.
De Ioannis Euangeliſtæ morte dubitatū eſt. 426.F.
Iob dixit quæ ipſe improbauit. 2.H.in fi.
Ioci ab eccleſia remouendi. 5.B.
Iordanis reuertitur in ſuum fontem. 224.I.
Ioſeph ſeruitus myſtica. 296.G.
Ioſeph conſilium. 13.F.
Ioſiæ fides. 17.B.
Iod quid. 401.F.
Ira qualis eſſe debeat. 538.F.
Ira, inconſiderata res. 546.F.
Iracundia aut vitanda, aut temperanda. 4.G.
Iracundia extra peccatum quæ. 4.I.k.L. 538.F.
Iſachar quid. 301.G.
Iſraelitæ veri qui. 497.k.
Iſidis ſacra. 161.G.
Iubileus annus. 389.I.
Iudas proditor. 346.k.
Iudęus quid. 33.C.&.D.
Iudæi quomodo fœnerent gentibus. 142.M.
Iudicii extremi meditatio deterret a peccatis. 42.M.
Iudices non niſi per ſpiritū ſanctum iudicant. 111.co.2.
Iudicii extremi dies expectatur ab omnibus quę a ſecu
lo fuerunt animabus: interim tamen quęq; vel iniu-
ria afficitur, vel fructu gaudet. 63.B.C.D.
Iudith fortitudo. 20.G.&.25.k.
Sancta Iuliana. 33.C.
Iulianus. 137.L.
Iunior non ſolum ætate, ſed & ſenſu dicitur. 270.E.
Iurandum non facile. 35.I.&.412.A.
Ius commune natura, priuatum vſurpatio fecit. 6.B.
Ius ligandi & ſoluendi par. 47.k.
Iuſtitia temperata eſſe debet. 538.F.
Iuſtitia etiam hoſtibus debetur. 6.D.
Iuſtitiæ exempla. Ibidem.
Iuſtitia vera quæ. 435.L.M.442.I.
Iuſti quotidie & viuunt & moriuntur. 406.D.
Iuſtus myſticus. 351.C.
Iuſtus nunq̄ ſolus eſt. 17.G.in fi.
Iuſtus quis. 5.H.
Iuſtus cedendo vincit. 1.k.
Iuſtus diues eſt æternorum æſtimatione. 17.H.
Iuſtus non derelinquitur. 352.A.
Iuſtus vir murus eſt patriæ. 273.k.
Iuſtus qualis eſſe debeat cum ſibi inuidetur. 292.E.F.
Iuſtus vir nihil vult niſi ſummum bonum. 290.H.
Iuſtus ſe totum committit deo. 267.H.
Iuſti vtres dicuntur. 405.C.in fi.
Iuſtitia & iniuſtitia oppoſitæ. 345.I.
Iuthungi. 153.E.
Iuuentuti graue eſt iugum Chriſti. 124.G.
Iuuentus ſuſpecta. 26.k.in fi.
Iuuentus peccandi initium. 268.A.
Iuuenilia deſideria. 555.k.

KAlendæ Ianuariæ. 194.G.
κατεκίβασαμ & κατέβησαμ. 420.k.
κατόρθωμα quid. 2.F.
κοσμοκρατόρες. 165.D.
κρῖσις. 418.k.
Kuph quid. 423.G.

LAban quid. 57.E.
Laborandū, & qua ratione. 550.C.&.545.H.
Lachrymæ pœnitentiales. 203.I.k.
Lætus. 152.E.
Lamed quid. 406.F.
Lapidibus homines comparati. 441.H.
Lapis molaris quare non oppignerandus. 316.I.
Laquei peccatorum. 413.F.&.447.B.
Largitas duplex. 15.F.
Lauare pedes quid. 30.A.B.
Laurus. 229.I.
Laurentii martyris exemplum de erogandis Eccleſiæ
theſauris. 16.H.
Lectus myſtice quid. 450.L.
Leges naturæ. 415.C.
Legis promulgatio quid profuerit. 289.k.
Legis vindicta timori magis eſt, quàm vt commutet
naturam. 267.L.M.
Legis dei meditatio. 403.k.
Lehem quid. 149.F.
Leo aquatilis 235.B.
Leoni ægro ſimia deuorata medetur. 242.k.
Leonis ferocitas. 241.L.
Leopardi medicina. 242.k.
Lepores albi hyemali tempore. 240.D.
Leuitarum non mediocre officium. 10.F.
Lex. 343.G.
Lex duplex. 56.F.
Lex cur pædagogus dicatur. 176.A.
Lex nihil prodeſt, ſi finem ignores. 409.I.in fine.
Lex factorum. 532.E.
Lex naturæ maior, quàm legum præſcriptio. 271.G.
Leui. 296.B.C.
Leuitæ qui. 55.k.
Liberalitas duplex. 14.B.
Liberalitas quibus preſtanda. 14.D.
Liberalitatis exempla. 6.k.L.M.
Liberi arbitrii defenſores. 66.A.
Libri aperti qui dicantur in ſa.lit. 345.k.
Libertas vera quæ. 142.F.in fine, & deinceps.
Libertatē ſuam quomodo tueātur tenues. 550.C.
Libido. 263.L.M.
Lignum in ſa.lite. quid. 343.M.
Lignum ſcientiæ boni & mali. 247.F.
Lingua menti obediat. 1.E.F.G.
Lilium conuallium quid. 39.k.
Locus, Non veni dare pacem, excuſus. 465.k.
Locus, Omnis autē qui negauerit me, excuſus. 48.C.
Locus Pauli, Quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo
omnia, explicatus. 107.k.
Locus ad Hebr. 6. de pœnitentia explicatus. 51.I.
Locus Eſaiæ, Vidi dominū. &c. explicatus. 115.A.
Locus apud Amos explicatus de creatione ſpiritus.
106.F.in fine, &' deinceps.
Locuſta. 240.F.
Logiſmos quid' græcis. 288.L.
Logos quid. 116.M.
Loquacitatis incommoda. 30.L.M.
Loqui diſcimus exercitiis. 2.E.
Loth. 271.k.L.&.276.k.L.
Loth adulterium excuſatur. 172.F.&.274.B.
Lucas quur quatuor tantum filiorū Iacob fecerit men-
tionem. 438.D.
Lucerna quid. 411.D.E.&.deinceps.
Lucifer. 129.A.
Lucrum nō quęrēdum in rebus diuinis. 449.A.B.
Lucrum nō quærendum alieno incōmodo. 18.D.E.
Ludi Circenſes a Valentiniano aboliti. 124.k.
Lumen vultus dei quid. 104.E.
Lumen quid. 35.A.
Luna & ſtellæ quid. 37.A.
Luna non habet corporis imminutionem. 231.L.
Luna rorem adminiſtrat. 232.I.
Lunaris curſus obſeruatio. 533.B.
Lunæ myſteria magna. 233.I.
Luna eccleſiæ typus. 234.A.
Lupus hominū vocem eripit. 242.k.
Luſcinia. 240.G.
Lux deus eſt. 348.k.
Lyciorum Luctus. 130.H.

MAccabæa propter carnes porcinas paſſa eſt.
41.F.in fine.
Maccabæorum fratrum conſtantia. 294.B.
Magiſtri, exorciſtæ ſunt. 537.k.
Magorum munera. 440.C.
Magdalena vna ne, an plures. 482.B.
Mali cognitio malum non eſt, ſed actus. 249.G.
Mali cur iubeantur vitari. 550.D.
Malitia inidonea reguo. 14.M.
Malitia fons peccati eſt. 415.H.
Manaſſes quid. 300.B.in fine.
Mandragora. 228.I.
Manichęi obteiunii dñica die indictū dānant. 184.I.
Manus domini quæ. 402.G.&.431.G.
Manibus laborandum. 545.H.
Maranatha. 519.A.
Mare quur ſalſum. 225.B.
Maria diuerſa. 226.L.
Maria cur poſt deſponſationem conceperit a ſpiritu, &
non ante. 437.H.
Maria aula regalis dicta. 39.E.
Mariæ deiparæ exemplo viuant virgines. 25.C.
Mariæ ſororis Aaron myſtica interpretatio. 23.C.
Mariæ pudor perpetuus. 28.F.
Maria coniunx Ioſeph quomodo. Ibidem.C.
Marthæ opera & Mariæ mēs religioſa. 463.E.F.
Matthæus & Lucas per diuerſas perſonas genealo-
giam Chriſti deſcribunt. 435.L.M.
Maſculi nomine mens ſignificatur. 282.I.
Mathematica auocant potius a deo, quàm ad ſalutem
faciant. 232.C.D.E.&.deinceps.&.544.H.
Matrimonii cur priſcis ſacerdotib⁹ permiſſū. 552.B.
Matrimonii incommoda. 33.H.&.I.
Maxilla quid. 124.D.
Medicina antiquior quæ. 230.B.
Medicinæ ortus vide. 354.C.
Medici officium. Ibidem.&.349.C.
Medicinæ p̄cepta cōtraria ſunt ſtudio diuino. 431.I.
Melchiſedech quid. 271.M.
Mem quid. 409.E.
μίων quid. 185.B.
Mentiri ſibi quid. 346.G.
Mercurius. 159.F.
Mergi. 238.A. μερίδες quid. 232.F.
Meritis ſuis nemo peruenit ad ſalutem. 71.L.
Meſopotamia. 173.M.&.247.M.&.275.k.
μεταμψύχωσις. 135.D.
Militaris gloria vana. 191.C.&.D.
Militaris diſciplina. 272.A.
Miniſter Chriſti qualis eſſe debeat. 46.B.
Miniſtros altaris decet officiorum gratia. 10.F.
Miſeremini mei amici mei. &c. qualiter dictū. 22.D.
Miſericordia commēdatur Chriſtianis. 2.F.&.G.
Miſericordia de cælo petenda. 347.B.
Mnarum apud Euāgeliſtam myſterium. 474.I.
Moderatio virtutum pulcherrima. 47.G.

Mons mysticus. 347.B.
Montis ascensio quid. 277.G.
μονότης. 93.M.in fine.
Mors terribilis opinione tantum, & vario cuiusq; affectu, non reipsa. 62.D.
Mors est animę absolutio, corporis resolutio. Ibidē.E.
Mors vitæ via est. Ibidem.
Mors triplex. 59.M.
Mors pro remedio nobis est. 132.A.
Mors generaliter neq; bona neq; mala, sed in specie & optima & pessima. 62.F.
Mors a deo non facta. 60.L.
Mors corporalis non lugenda. 130.F.G.
Mors est vitiorum sepultura. 61.A.&.287.I.
Mortuis quantū satis est officii deferēdum. 275.E.
Morte mori quid. 250.E.
Mors Christi, fructus est vitæ. 350.G.in fine.
Moyses edoctus in omni Ęgyptiorū sciētia, data opera philosophicas quæstiones de sphęrarū motu prętexit tanquam inutiles. 241.G.
Moysi manus quam in sinum bis misit, mystica interpretatio. 21.A.
Moysi vultus. 420.E.F.
Moyses se pro populo obtulit. 12.H.
Moyses vnde dictus. 22c.D.
Moyses in ocio negociabatur. 17.B.
Moyses pro hoste orauit. 20.M.
Moysi velamen. 420.E.
Mulier quid in sacris literis. 28.k.&.37.G.
Muliebris sexus nō culpād, ppter Euę errorē. 37.D
Mulier vocabulū sexus est, nō corruptelæ. 37.M.i fi.
Mulieres quales deceat habere inaures. 275.L.
Mulierum fletus ineptus. 130.k.
Mulierū amor immodicus multis magno malo fuit. 415.D.E.F.
Mundi sapientes. 544.I.
Muræna. 235.B.
Mus elephanto terribilis. 243.E.D.& deinceps.
Musica cælestis. 224.B.C.D.
Mustela. 235.B.
Myrrha quid mystice. 422.C.
Myricę. 230.k. Myrodes. 159.D.

NAason quid. 287.D.
Nabal. 147.A.
Nabuthe maluit cum periculo honestatē, quàm vtilitatem sine periculo. 159.D.
Naim. 310.E. νάφθα. 263.B.
Natura omnes pauperes nascuntur. 303.M.
Natura magistra veritatis est. 242.D.&.56.F.
Natiuitatum iudicia. 232.C.
Nauis dominica. 32.D.
Neomeniæ. 532.k.
Neophyti. 205.k.
Neptalim quid 302.B.
Nequitię spiritales sunt etiam in cęlestibus. 399.L.
Niceni concilii decretum. 120.A.
Nidi humani corporis. 262.M.
Nihil, id est malitia. 57.C.
Nilus. 224.L. Nili fragor. 224.E.
Noctua. 240.G.
Noë filiorum significatio. 262.C.
Noë cultor vitium. 231.A.
Nomina apud veteres ratione quadam imponebātur. 483.H.I.
νόμος. 371.F.
Nouatianorum error. 47.k.
Nouatiani ligare volunt, sed non soluere. Ibidem.
Nouatiani quibus errorem suum probent. 49.C.
Nubere vnde dictum. 34.B.
Nubes leuis quid apud Esaiam. Ibidem.A.
Numerus sacer. 440.M.
Numerare, id est eligere, in sacris literis. 271.M.
Nummularii templi qui. 475.F.
Num litera quid. 411.B.
Nuptiæ vnde dictæ. 276.A.
Nuptiæ non damnantur. 23.M.&.29.C.
Nuptiæ pro remedio sunt institutæ. 44.B.
Nuptiæ inuitę solent malos habere prouētū. 511.G.
Nuptiæ secundæ non damnantur. 44.A.
Nuptiæ secundæ non benedicuntur. 552.A.
νυσταγμὸς. 388.B.

OBlatio qualis esse debeat. 267.L.
Octonarius numerus mysticus est. 452.F.
Otiosorum studium. 550.C.
Oculus mysticus qui. 404.k.
Oculus malus quomodo itelligēdus. 416.H.& dein.
Oculorum laus. 244.M.
Occulta in sacris literis quæ. 374.E.
Odisse quomodo permissum Christianis. 415.B.C.
Officium vnde. 2.A.in fine.
Officii vocabulo & scriptura vtitur. Ibidem.
Officii diuisio. Ibidem.B.
Officia media quæ. Ibidem.F.
Officia perfecta quæ. Ibidem.
Officium suum cuiq; innatum. 9.D.
Ogdoę quid 163.k.
οἰκουμένη. 377.E.
Oleum quid. 411.F.
Oleum lætitiæ quid. 102.M.
Oleæ ramusculis sanatur cernuus. 228.G.
Orare quomodo omni loco debeamus. 551.G.
Opera legis. 488.G.
Opera libera non seruilia probantur deo. 409.G.
Opera magis fruadent q̄ verba. 550.B.
Operis voluntarii & coacti præmia. 412.I.
Opes fidei nō p̄iudicāt, si bene vti nouerim? 365.k.
Opium. 228.I. Opobalsamum. 385.C.
Opus affectu iudicatur. 6.I.
Ordo personarum in diuinis diuersus. 39.B.
Ordinum sacrorum origo & varietas a primitiua Ecclesia. 537.I.
Orgiorum religio. 23.D.
Oratio qualis esse debeat. 35.G.&.37.A.&.424.D
Orantium varii affectus. 337.C.
Orationis principium. Ibidem.
Origenes. 176.F.
ὀρμή. 9.k. Os quid. 419.G.
Oscula spiritalia. 529.A.
Ossa humiliata quid. 327.E.
Ostium in arca ex aduerso quid. 263.G.
Ouis hyemis asperitatem præsentit. 242.C.
οὐρανός vnde. 225.C.&.240.A.

PAdus. 224.M.
Pacem habere quid. 419.k.
πάιδευσις. 355.G. πέλη. 351.k.
Paleste qui vocantur. 351.k.
Palma. 229.I.&.L.&.196.H.
παμμάχοι. 351.k.
Pampinus. 230.C.
Pani assimilatur cibus mysticus. 410.k.
Parabolæ de filio perdito enarratio. 52.A.
Paradisū animā hominis quidā esse voluerūt. 251.B.
Paradisus quid, vbi, & qualis, inuestigatu difficile. 164.M.&.247.C.
De Paradiso variæ opiniones. 164.L.
παρανόμοι. 415.F.
Pardus varicolor. 241.L.
Paruulorum iudicium. 69.D.in fine.
Pascha quid. 205.H.&.256.I.
Pascha quomodo celebrandum. 184.H.&.408.F.
Pascha IESV Christi. 220.M.
Paschale festum. 122.E.
Passio Christianis vita est. 556.G.
Pastores. 256.B.C.&.537.k.
Pater genuit filium extra tempus. 90.L.
Patris & filii vnum est regnum. 86.k.
Pater Christi quomodo pater noster. 28.M.
Paulinus. 161.G.
Paulus ciuis Romanus. 536.F.&.556.F.
Pauli raptus. 350.k.
Paulus quomodo in tertiū cælum raptus. 527.k.
Pauperum salus non includatur loculis. 14.E.
Pauper mystice. 351.B.
Pauperes ac tenues quomodo libertatem suam non amittant. 550.C.
Pax alia dei, alia mundi. 529.A.
Pelitera quid. 419.A.
Peccator latere cupit. 271.D.
Peccati definitio. 354.G.
Peccati & gelicidii comparatio. 405.F.
Peccata triplicia. 489.A.
Peccatores cæli qui, & qui terræ. 416.D.
Peccatum & iniquitas differunt. 327.F.
Peccatorum remissio nulla post mortem. 60.B.
Peccatorum multitudo impunitatē nō facit. 43.D.
Peccatorum remissio omnibus data. 399.k.
Peccatores emendandi, non abiiciendi. 47.H.
Pedes quid. 410.F.
Pedes nostri quomodo stent in cælis. 30.A.&.B.
Pelagiæ exemplum. 27.M.&.143.L.
Pelargos quid. 238.M.
Pentecostes festum. 471.H.
Pentecoste & tesseracoste numeri. 436.C.
Penula beati Pauli. 556.F.
περάσαι quid. 375.G.
Peregrinis alimonia submūistranda. 15.D.&.19.B.
Peregrini huius mundi qui. 280.M.
Perfectio quomodo i factis, quomodo iperfectio. 17.k.
Periculis se offerre, temeritas est. 8.D.
Periuriū tolerabile in promissis non honestis. 20.E.
Perdix. 168.B.&.241.k.
Perire quomodo impii dicantur. 344.k.L.M.
Persæ qui dicantur Hebræis. 344.C.
Persę sibi ipsis criminum vltores sunt. 139.k.
Persequutio multiplex. 405.k.in fine.
Persequutiones q̄ meritorię. 428.A.in fi.&.429.C.
Petitoriæ orationis artificium est in precatione dominica. 336.B.&.337.C.D.
Petrus quid. 414.M.
Petri periurium defenditur. 479.F.
Petri hæreditatem non habent qui fidem Petri non habent. 48.L.
Petri nauis. 459.L.
Petri & Christi de iterāda crucifixiōe colloquiū. 159.A.
Petri in Ananiam sententia. 207.D.
Petri pœnitentia. 203.H.
Petri fides. Ibidem.L.
Petrus cruce periit. 210.A.
Pharaones. 497.E.&.F.
Phares quid. 436.H.in fine.
Pharisæi vnde dicti. Ibidem.
Pharmutius mensis. 185.A.
Phasis. 224.M. Phene. 239.E.
Philon Iudęus. 248.I.
Philosophiæ retia. 430.M.
Philosophorum de anima commenta. 63.C.
Philosophiæ pallium tollendum. 31.D.
Philosophorū & Christianorum collatio. 143.k.
Philosophia mundana lutum versat. 345.L.
Philosophiæ mundanæ subtilitates semel captū ægre dimittunt, & ob hoc pernicioſæ. 544.k.
Philuminaris. 180.k.
φλέγ quid. 268.k.
Phison. 248.A.&.344.A.
Phlomos herba. 242.B.
Phœnix. 246.D.&.132.G.&.424.C.
Phrygiorum sacrorum impudicitia. 23.B.
Pietas. 5.M.&.423.E.
Pignora recipere mutuum danti non licet. 315.F.
Pinna templi. 197.D.
Piraterium. 202.F.
Piscium genera. 235.A.
Plantare & rigare quid. 507.A.B.
πλατῆα. 409.D.
Platææ fugiendæ. 30.k.
Plato de nostris mutuatus est. 345.k.
Plato cælum currum volucrem esse dixit. 280.E.
Platonicorum de principiis opinio. 220.A.
Platonicus ortus. 61.E.
Platonis πόλις. 271.A.
Platonis poculum. 59.A.
Pluuia non speranda de lunæ initiis, sed de misericordia dei. 232.k.
Poëtica figmenta de inferis. 62.F.
Poëticæ comparationes ad informationem vitæ possunt induci. 84.D.
Pœnitentia radix correptionis. 267.A.
Pœnitentia duplex. 54.E.
Pœnitentia post baptismū extremū remediū. 42.k.
Pœnitentium varij modi. 54.D.
Pœnitētia quādo agenda. 54.H.& dein.&.55.A.B.
Pœnitentiæ definitio. 354.D.
Pœnitentiæ fletus. 53.B.
Pœnitentia adolescentis cuiusdam. 54.G.
Pœnitentia non differenda. Ibidem.
Pœnitentia mature agenda. 51.G.
Politia auiū exēplo primū ab hoibus īstructa. 238.G.
πολυμερῶς. 367.E.
Polypi ingenium. 236.E.
Populus. 229.k.
Porta clausa apud Ezechielem quid. 38.H.
Portæ æternales quid. 88.H.&.I.
Potestas non iritanda. 9.B.
Præceptum & cōsilium quid differant. 46.E.in fine.
Presbyteri olim episcopi appellati. 537.L.
πρέσβυ quid. 2.C.
Præterita p futura ponere peculiare est scripturę. 274.k
Primogenita. 259.G.H.
Principium multipliciter acceptum. 220.k.
Proborum consilia requirenda. 13.F.
Prodigalitas. 15.F.
Promissa non semper soluenda. 10.L.
Prophetæ interpretes dicuntur. 537.I.
Prophetæ quomodo cernant occulta cordiū. 441.L.
Prophetare. 537.k.
Protoplasti quo nudi fuerint, & clausis oculis. 252.F.
Prouerb. Publica via ne ambules. 142.D.
Prouerb. Aut piscem olet aut florem. 235.B.
Prouerbia Salomonis moralia. 284.I.in fine.
Prouidentia. 8.D.
Psalmus. 118. quur per Hebræorum literas distinctus. 381.A.B.&.411.C.
Psalmorū liber in sacris literis dulcissimus. 341.C.
Psalmorū tituli, īfinē, & itelleci? qd significēt. 57.G.
Psalmus quinquagesimus quibus legendus. 45.C.
Psalmorum virtutes. 337.E.
Psalteriū in quīq; libros videt esse diuisū. 366.C.D.E.
πτώματα. 351.G.
Pudicitia nescia captiuitatis. 24.k.
Puellę parētū iudiciū spectare debēt i spōsalib? 275.M
Puer quis. 436.H.in fine.
Pueri vocabulum non ætatis tantum, sed etiam conditionis est. 275.F.
Pusillus quis. 474.G. πύκτου. 351.k.

Pythagoræ silentium. 2.D.
Pythagoras ex Iudæis genus duxit. 142.B.
Quadrati homines qui dicantur. 262.M.
Quadragenarij numerus. 299.M.&.447.E
Quadragesimalis ieiunii violatio. 299.k.
Quadragesimali tępore cõtinue ieiunãdum. 196.C.
Quadragesimale ieiunium. 309.B.
Quadrãs dari consuevit p balneãdi facultate. 466.k.
Quadrans quid in Euangelio. Ibidem.
Quærere & inuenire in sacris literis quid. 346.I.
Quæstiones aliquot circa Adæ præuaricationem. 248.H.249.250.&c.
Quæstiones hominum animalium. 110.I.
Qualitas & quantitas dei non requirenda. 116.M.
Quare deꝰ de tuni gratiã, alteri aũt deneget. 68.A&B
Quasi, vt, & huiusmodi particulæ quomodo accipiendæ in scripturis. 167.k.
Quaternarius numerus a quibusdam inauspicatus habitus. 234.C.
Quatuor tantum beatitudines apud Lucam enumerantur. 452.E.
Quid sit ponere in cęlum os. 322.C.
Quinq; panum interpretatio. 458.I.
Quinquagenarius numerus. 325.L.
Quis, in sacris literis quomodo accipiatur. 49.C.
Quod factum est in ipso, vita erat: excussum. 350.F.
Quo mense Pascha celebrandum. 184.H.
Quomodo verbũ permaneat i cęlo in æternũ. 407.E.
Quur Ioseph generatio magis quàm Mariæ describatur. 443.D.

Rhaab exemplum. 25.k.&.347.F.&.436.H.&365.A.&.356.A.
Rachel quid. 47.D.
Rachelis & Lyæ mysterium. 292.I.
Rachelis pudor. 27.A.
Rana. 235.B.
Ratione præstamus cæteris animantibus. 5.k.
Rebeccæ & Rachelis typus. 31.D.
Rebeccæ pudor. 27.A.
Regnũ cælorũ quomodo vi rapiat. 193. L.&.455.C.
Repellere aut nõ repellere quomodo Christus dicitur. 368.M.& deinceps.
Repetitio in sacris literis confirmatio est. 63.M.
Reptilia vnde dicta. 234.M.
Res quid. 425.L.
Resurrectionis duo genera. 345.M.
Respicere quid. 419.I.
Resurrectio quatenus suspendatur. 551.I.
Resurrectiõis fides exẽplis astruit. 132.E.F.G.& dein.
Resurrectionis fide solari debemus. 290.F.
Reuelare viam suam quid sit. 348.H.
Rhenus. 224.L. Rhodanus. Ibidem.
Romanorum dii. 156.L.
Romanorũ monarchia cur fuerit aplorũ tẽpore. 375.F
Romani cives quæcunq; gens oblatis donis siebant. 536.F.&.556.F.
Romani pueri non lauabant cũ parentibus. 270.C.
Romanorum priscorum mulieres. 546.C.
Roboam consilio iuuenum deceptus. 14.L.
Rosa, humanæ vitæ speculum. 229.C.
Rubi folia serpentem necant. 228.G.
Ruth & Booz historiæ mysterium. 86.C.D.

Salim quid. 417.k.
Sabbatum. 532.k.
Sabbatum δευτερόπρωτον. 375.k.&.451.k.
Sabbatum magnum quando Christianis. 429.I.
Sabaoth. 88.F.
Sacerdos magnus qui. 56.D.
Sacerdos pro populo orat, non contra. 355.F.
Sacerdotalis dignitas. 337.M.
Sacerdotum autoritas. 361.k.
Sacerdotibus veterum quur concessum sit habere vxores, & quur hodie non concedatur. 552.B.
Sacerdotibus solis ius est ligãdi & soluendi. 47.k.
Sacerdotis officiũ est munus spiritussancti. Ibidé.L.
Sacerdotis est velle prodesse omnibus. 19.H.
Sacerdotis est liberalem esse. 13.M.
Sacerdotis arma. 158.H.
Sacrę literę habẽt etiã frmõis rhetorici ornatũ. 434.C.
Sacramẽtũ corporis Dñici quotidie sumẽdũ. 336.D.
Sacramenti consecratio. 335.B.C.D.E.F.
Sacramenta rerum spiritalium facile publicari non debent. 248.B.&.547.k.
Sacramentorum gratia esse non potest, nisi vbi est venia peccatorum. 104.E.
Sacramenta non quærunt aurum. 16.G.
Sacrificiũ commendatur celeritate & gratia. 256.D.
Sacrificium laudis quid. 412.k.
Sagittæ quid in sacris literis. 355.I.
Salim quid. 354.E.
Salix. 229.k.
Salomonis nobile iudicium. 13.A.
Salomonis lectus quid significet. 27.F.
Salphe quid. 148.B.
Saltationum incommoda. 27.H.I.
Salutatio quomodo prohibita in via. 462.H.
Saluos omnes fieri quomodo velit deus. 551.D.
Samaritanus quid. 463.D.
Samaritani solam legem recipiunt. 512.H.
Samech quid. 414.D.
Sampsonis fortitudo. 105.B.
Sampsonis propositio mystica. Ibidem.B.
Sampsonis cincinni. 30.G.
Sãpsonis factũ in nexu vulpiũ, quid significet. 406.E.
Sampsonis crines. 105.E.
Sanctus, sanctus, sanctus, cur ter dictum. 113.H.
Sanctus Laurentius. 189.E.in fine.
Sctõrũ virtutes mirabiles, q̃s i qete exercuerũt. 17.B.ii.
Sanctorum fides nos seruat. 273.k.
Sancti spiritalibus semper intendunt. 407.G.
Sancti quomodo clament. 423.M.
Sancti quomodo fugerint. 56.k.L.M.
Sanguis quomodo anima carnis. 472.L.
Sanguis taurinus haustus lethalis. 228.k.
Sapiens omnis diues est. 144.k.L.M.
Sapiẽtia cõmunis quid, quid item perfecta. Ibidem.
Sapientia aliter in Daniele, aliter in Salomone. 17.k.
Sapientes qui. 5.G.H.
Sapientia non est malorum. 13.I.k.
Sapientis sermo consideratus. 2.E.
Sapientis patria mundus est. 13.k.
Sapiẽtis omnia esse, nõ primi Stoici dixerunt. 279.B.
Sara & Sarra quid. 282.k.&.371.B.
Saræ risus qualis. 273.H.
Saulus & Paulus quid. 483.I.
Scandalizari. 527.G.
Scabellum dei quid. 112.G.
Scarus solus ruminat inter pisces. 235.H.
Scientiæ studia sine factis nihil prosunt. 5.L.
Scientia, doloris adiectio est. 62.B.
Scythæ. 546.B.
Schin quid. 428.M.
Scipio nõ primus solus non esse sciuit cum solus esset, sed ante ipsũ Moyses, q tacẽs clamabat. 17.A.B.ii.
σκοτώδης. 374.F.
Scriptura diuina multiformis, & quæ quibus in libris explicata. 347.L.
Scorpena. 235.E.
Sebastianus martyr. 428.B.
Seculi iucunditas amata. 400.E.
Seculi huius homines vitandi. 40.k.L.
Seculi illecebræ. 55.G.H.
Sedere qui dicantur. 343.A.
Sedem Dauid quis occupet. 438.A.
Seleucis. 240.F.
Semen iusti quod est. 352.E.
Seminũ Christi & diaboli diuersitas. 228.M.i fine.
Senectus est & in moribus, non tm̃ in annis. 255.I.
Seniores cõsiliis, iuniores ministerio pręualent. 15.C.
Senones. 156.L.
Sensus magis spectandus quàm verba. 440.A.
Septenarius numerus sacer. 264.G.
Septenarius numerus. 163.I.&.164.A.B.&.292.k.&.471.F.in fine.
Septentrio. 163,k.
Septuagies septies quid. Ibidem.G.
Sepulchra preciosa frustra adornantur. 63.C.
Sepulchra in sacris literis. 376.D.
Sermo popularis qualis esse debeat. 165.k.
Sermonis moderati commoda. 1.G.H.I.
Sero quomodo accipiatur. 482.A.
Serpens fœniculo restituit sibi visum. 242.B.
Serpentes vnde dicti. 238.C.
Serpentis maledictio explicata. 58.E.
Serpentis sub figura diabolus latet. 247.H.
Seruitus liberis omni supplicio grauior. 21.B.
Seruos redimere, liberalitas est. 13.M.
Seruitus & libertas vera. 142.F.& deinceps.
Seueritas dura non sit, neq; remissa. 15.L.in fine.
Sexus saluti non præiudicat. 341.M.& fo.seq.A.
Sicera. 310.D.
Sichem quid. 271.D.&.227.A.&.295.I.
Signa infidelium causa fiunt. 542.C.in fi.&.556.I.
Signum quid. 272.L.
Signum crucis. 206.E.F.
Signo Christi omnia auspicanda. 202.k.
Silentium ociosum vitandum. 1.E.
Silurus piscis. 235.I.
Similitudinum natura nõ species spectanda. 467.H.
Simon magus. 209.F.
Simplicianus. 218.F.in fine.
Simplicitas cauta fit. 348.F.
Simulatione nihil peius. 552.F.
Sina mons quid. 371.A.&.425.I.
Sinus patris. 194.L.
Sirenarum voces. 206.A.
Sirmiensis Ecclesia. 112.A.
Sobrietas mentis medicina est corporis. 264.F.in fi.
Socratis festinatio ad suos deos. 63.I.
Sodomitæ ob inhospitalitatem puniti. 238.k.
Sodoma & Gomorra quid Chaldæis. 267.C.
Solis ortus & occidens mystice. 407.H.
Solis & Lunæ cursus. 133.D.E.
Solis & Lunæ magnitudo. Ibidem.F
Salomonis & reginę Sabę mystica interpretatio. 13.E.
Salomonem sequuti sunt philosophi. 131.F.
Solon. 164.B.
Somnium Ioseph. 14.F.in fine.
Somnus spiritalis. 353.C.
Sophia. 115.M.in fine.
Soreth. 349.E.
Sors Euangelica. 34.E.
σωτὴρ. 292.A.
S. Soteris. 34.M.in fine.
Spadones. 235.I.
Spartum tripiex. 469.A.in fine.
Spiritus, sicut pater & filius, sanctus est. 101.I.
Spiritus est autor prophetarum. 109.F.
Spiritus sanctus operatur & in angelis. 103.H.
Spiritus sanctus replet omnia. 102.C.
Spiritus ponitur pro gratia spiritali. 112.E.
Spiritus aëris. 535.M.
Spiritus quomodo probandi. 548.M.in fine.
Spiritus sancti θεότης. 111.M.in fine.
Spiritus sanctus dominus dictus. 105.I.
Spiritus dicuntur etiam venti. 106.G.in fine.
Spiritus dei & spiritus Christi idem est. 101.E.
Spiritus sanctus digitus dei dictus. 110.G.&.k.
Spiritus sancti descensio præfigurata per angelum descendentem in piscinam Syloë. 102.F.
Spiritus sctus omnia operatꝰ est cũ patre & filio. 106.C.
Spiritus sanctus omnia viuificat. Ibidem A.in fine.
Spiritus sancti templum sumus. 112.M.
Spiritus sanctus παντοδύναμος καὶ πᾶν ἐπίσκοπος a Salomone dictus. 115.D.
Spiritus sancti opus est regeneratio. 333.M.in fine, & folio sequenti.A.
Spiritus sanctus non est creatura. 100.E.
Spiritus principalis. 327.L.
Spiritus sanctorum etiam absentia nouit. 544.M.
Squilli folia lupos fugant. 242.L.
σάγμα. 388.E.
Stigmata. 535.B.
στιγμαί. 360.G.
Stoicorum de peccatis iudicium. 47.I.
στοιχεῖα Græcis elementa dicuntur. 227.D.
Stola quid. 291.I.&.410.E.&.469.M.
Stola Christi quæ. 40.B.
Sturni vescuntur conio. 228.H.
Suauitatum varietas. 230.F.
Substantia dei quæ. 116.I.
Sunamitis. 146.I.
Superbia. 416.A.
Supplicationes. 551.C.
Susannæ & Christi collatio. 204.H.&.357.M in fi.
Suspicioni locus non dandus. 4.G.
Symbolum recensendum quotidie. 27.E.in fine.
Symmachiani. 529.B.
Synagoga propter meretricios mores a domino dãnata. 348.C.
Syracusani cuiusdam fabula mire festiua. 20.B.
Syrorum lingua. 222.I.

Tabulæ legis cantico firmatæ. 341.D.
Tabulæ mysticæ. 345.L.
Tau litera quid. 430.F.
Taciturnitas moderanda. 1.E.
Taciturnitas pueri cuiusdam inter sacrificia. 27.B.
Taciturnitas discenda. 1.C.
τάχα Græcis quid. 52.H.
ταπεινότης quid. 426.F.
ταπότης. 109.k.
τελευτὴ Græcis mors. 62.G.
τέλος. 378.M.&.409.A.
Temperantia virtus est fœminarum. 45.C.
Templum dei quomodo ornari debeat. 15.G.
Temporum quatuor descriptio. 133.A.
Tentatio & calumnia quid. 420.C.
Tentationes patrum. 408.C.
Tentationum dei & diaboli diuersitas. 528.k.
Terra mystice quid. 348.G.&.407.A.
Terra sine Sole fœcunda. 231.k.
τέρατα. 375.F.
Terræ stabilitatis ratio, fides est. 221.k.
Terrestria mala sunt, cælestia bona. 57.D.in fine.
Tertullianus. 491.A.
Tertullianus & Nouatianus hæretici. 515.k.
Testudo venenum origano depellit. 242.B.
Teth quid. 400.B.
Tetradis mysterium. 281.D.
Thamar conceptus. 436.C.
Thalassometra nunquam auditus. 236.k.
Tharsis quid. 376.I.
Thecla. 29.G.
Theclæ virginitas. 25.H.

Theodosius. 137.E.&.L.
Theodosii fides. 136.A.
Theophilus quid. 435.F.in fine.
Theotimi ardor in vxorem. 449.H.
Theriaca. 354.I.
Thymallus. 235.B.
Thymiamaterium. 334.I.
θυμός. 355.G.
Tibicines cur adhibiti in funere. 457.L.
Tigridis in prolem pietas. 242.E.
Timor dei. 289.A.
Tobiæ & Raguel honestas. 21.A.
τόκος. 314.F.
Tonitruum. 106.I.k.
Topazion. 418.I.
Torrens quid mystice. 437.D.
Torcular. 475.I.
Tradere Satanæ. 551.C.
Triennium quid mystice. 436.M.
Tristitiam comitatur grauitas. 406.L.
Tructæ. 235.C.
Turturis pudicitia. 424.C.
Turturis marini aculeus nociuus. 237.D.
Tympana quid mystice. 422.D.
Tyrii negociatores. 13.L.
Vasa lignea & fictilia quę dicant Paulo. 555.H.
Vau quid. 391.L.
Væ prægnantium quid. 477.D.
Valentiniani mors. 124.A.&c.
Vellus aureum. 237.E.
Venena cur generata. 228.G.H.
Venenum est quicquid nocet. 310.A.i fine.
Ventilare quid. 368.B. Ver. 233.A.
Verbi diuini fures. 405.k.
Verborũ ambagibus nemo circũueniendus. 20.E.
Verbum vitæ quid. 104.F.
Verbi diuini gladius. 31.D.
Verecundia, pudicitiæ comes. 3.k.
Verecũdia adolescẽtib9 peculiaris esse debet. Ibidẽ.I.
Verecundia sanctorum. Ibidem.
a Veritate discedere non est boni viri. 20.C.in fine.
Vernaculi qui mystice. 282.E.
Vespertilio. 240.H.
Veteris testamenti notitia multum prodest. 556.C.
Via duplex. 342.k. Viæ mysticæ. 345.H.I.
Vidua qualis esse debeat. 44.F.in fine.
Vidua virtute designatur. 43.D.
Viduarum cura. 14.A.
Victorinus. 491.A.
Victoria turpis inhoneste quæsita. 20.L.
Vinea mystica. 349.E.&.475.k.
Vina neganda potentibus. 309.M.
Vipera. 236.A.
Viri nomine etiã mulier significatur ĩ sa.lite. 341.M.
Vir quando audire vxorem debeat. 37.k.
Viris euangelizandi mandatum officium, & non mulieribus. 482.C.
Virgæ Moysi significatio. 20.L.&.M.
Virgines orbatas locare cõnubio liberalitas est. 14.A
Virgines an inspici liceat. 171.M.in fine.
Virginitas non pudica quæ lege tenetur, nec casta quę metu cogitur, nec honesta q̃ mercede cõducit. 23.D.
Virginis & agriculturæ cõparatio. 27.D.
Virgines non temere velentur. 29.G.
Virgines Vestæ & Palladis. 23.D.
Virgo habitu tantum, bis adultera est. 42.E.
Virginis & apum comparatio. 31.k.
Virginibus solis palmam publicę salutis scriptura dedit. 33.L.
Virgo nõ solũ carne, sed mẽte integratur. 28.I.in fine.
Virginis cuiusdam Pythagoreæ fabula. 23.E.
Virginitas imperari non potest. Ibidem.G.
Virginis & vxoris collatio. Ibidem.H.
Virginum vota an improba & inutilia. 29.A.in fi.
Virgines viuunt cælestem vitam in terris. 24.F.
Virginis corruptæ increpatio. 41.k.
Virginitas apibus comparanda. 24.B.in fine.
Virtus sine exercitatione esse non potest. 254.L.
Virtus in infirmitate consummatur. 222.M.in fine.
Virtutes principales in patribus cõsummatę. 5.G.H.
Virtutum indiuidua series. 13.D.
Virtus est summum bonum. 12.A.in fine.
Virtus nihil habet simulati. 15.H.
Visus humani infirmitas. 233.G.
Vita æterna quid. 105.M.
Vita arguit animos. 13.I.
Vita dicitur cursus. 342.I.k.
Vitalis martyr. 32.A.&.33.B.
Vitam beatã scriptura vitã æternam dicit. 11.A.
Vita beata honestate acquiritur. Ibidem.
Vita viuere. 386.I.
Vita beata variis modis a philosophis estimata. 11.B.
Vita beata in cognitione diuina & bonis operibus cõsistit. Ibidem.G.
Vlyssis fabula tractatur. 206.A.
Vmbra Christi & sanctorum. 423.I.k.
Vmbrarum varietas secundũ tempus & loca. 133.D.
Vnguentum Christi quid. 30.D.&.E.&.103.A.
Voluntas hominis qualis. 66.k.
Voluntas in lege non solum in studio, sed etiam in facto est. 343.G.
Voluptas. 254.M.
Voluptate non acquiritur beatitudo. 11.L.
Vota non impleta melius erat omisisse. 41.B.
Vota quæ nolis exoluere, satius erat nõ vouisse. 20.F.
Vox quæ esse debeat. 5.B.
Vox suauior in collo proceriori. 240.B.
Vri quid. 510.D.
Vrsi ægri medela. 242.k.
Vrsæ pietas. 242.B.
Vrsæ medicina. Ibidem.
Vrsatius & Valens. 111.A.
Vsus cito commutat naturam. 4.F.
Vsus artem fecit. 354.C.
Vsia quid. 121.H.in fine.
Vsura. 314.C.
Vtile idem & iustum. 12.D.
Vtilitas in quibus vere consistat. Ibidem.
Vtilitas duplex apud Paulum. Ibidem.F.
Vtile solum quæstu vulgo metitur. Ibidem E.
Vulpes pinus lachrymula prolongat vitam. 242.B.
Vulpis fraudulentia. 241.k.
Vultures concipiunt sine maribus. 239.G.
Vxor in vet.test.soror dicta. 173.H.in fine.
Vxor qualis deligenda. 37.I.
Vxor non solum censu & decore, sed & moribus ornata quærenda. 271.E.
Xenophontis κύρου παιδεία. 271.A.
Zabulus. 93.G.&.99.B.
Zabulon quid. 301.D.
Zadik quid. 420.M.
Zain quid. 393.k.
Zara quid. 436.G.
Zebedæi filiorum mater pie errauit. 94.D.
Zelotes Christi apostolus dictus. 17.B.
Zelare sacerdotis est. 421.G.
Zelus sanctorum. Ibidem.H.
Zelus dei. 17.B.I.&.287.k.
Zizania idem quod lolium. 228.M.
Zona pellicea. 209.A.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS OFFICIORUM LIBER I.

Episcopi proprium munus, docere populum. CAPVT I.

A NON ARROGANS videri arbitror, si inter filios suscipiam affectum docendi, cum ipse humilitatis magister dixerit: Venite filii, audite me: timorẽ domini docebo vos. (Psal. 33.) In quo licet et humilitatem verecundiæ eius spectare, & gratiã. Dicendo enĩ, timorem domini, qui cõmunis videtur esse omnibus, expressit insigne documentum verecundiæ. Et tamen cum ipse timor initium sapientiæ sit, & effector beatitudinis, quoniam timentes deum beati sunt: præceptorem se sapientiæ edocendę, & demonstratorem beatitudinis adipiscendæ, euidenter† significauit. (†alias prudenter.) Et nos ergo ad imitandam verecundiam seduli, ad conferendam gratiam nõ vsurpatores, quæ illi spiritus infudit sapientiæ, ea per illum nobis manifestata, & vsu cõperta atq; exemplo, vobis quasi liberis tradimus, cum iam effugere non possimus officium docendi, quod nobis refugientibus imposuit sacerdotii necessitudo. (Ephe. 4.) Dedit enim deus quosdam quidem apostolos, B quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores. Non igitur mihi apostolorũ gloriã vidico. Quis enim hoc, nisi quos ipse filius elegit dei? Non prophetarum gratiam, non virtutem euangelistarum, non pastorum circunspectionem, sed tantummodo intentionem & diligentiam circa scripturas diuinas opto assequi, quam vltimam posuit apostolus inter officia sanctorum, & hanc ipsam, vt docendi studio possim discere. Vnus enim verus magister est, qui solus non didicit quod omnes doceret. Homines autẽ discunt prius quod doceant, & ab illo accipiunt quod aliis tradant. Quod ne ipsum quidem mihi accidit. Ego enim raptus de tribunalibus atq; administrationis infulis ad sacerdotium, docere vos cœpi quod ipse non didici. Itaq; factũ est vt prius docere inciperem, q̃ discere. Discẽdum igitur mihi simul & docendum est, quoniam non vacaui ante discere. Et quantumlibet quisq; profecerit, nemo est qui doceri non egeat dum viuit.

C Tacendo fugimus periculum, & discimus recte dicere. Caput II.

QVID autem præ cæteris debemus discere q̃ tacere, vt possimus loqui, ne prius me vox cõdemnet mea, q̃ absoluat aliena? Scriptum est enim: Ex verbis tuis condemnaberis. Quid opus igitur vt properes periculum suscipere cõdemnationis loquẽdo, cum tacendo possis esse tutior? Complures vidi loquendo peccatũ incidisse, vix quenquam tacẽdo. Ideoq; tacere nosse q̃ loqui, difficilius est. Scio loqui plerosq;, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cum sibi loqui nihil profit. Sapiens est ergo qui nouit tacere. (Esa. 50.) Deniq; sapiẽtia dei dixit: Dominus dedit mihi linguam eruditionis, vt sciam quando oporteat sermonem dicere. Merito ergo sapiens, qui a domino accipit quo tempore sibi loquẽdum sit. Vnde D bene ait scriptura: Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus. (Eccli. 20.) Ideo sancti domini qui sciebant quia vox hominis plerũq; peccati† annũcia est (†alias peccato adiũcta.), & initium erroris humani sermo est hominis, amabant tacere. Deniq; sanctus domini ait: Dixi, custodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea. Sciebat enim & legerat diuinę esse protectionis, vt homo a linguæ suæ flagello abscondere tur, & a conscientiæ suæ testimonio. Verberamur enĩ tacito cogitationis nostræ opprobrio, & iudicio consciẽtiæ. verberamur vocis nostræ verbere, cum loquimur ea quorum sono cæditur animus noster, & mens consauciatur. Quis enim est qui mũdum cor a peccatorũ habeat colluuione, aut non delinquat in lingua sua? Et ideo quia neminẽ sciebat castũ os seruare posse ab immunditia sermonis, ipse sibi silentio legẽ imposuit innocentiæ, vt tacendo culpam declinaret, quam vix effugere posset loquendo. Audiamus ergo cautionis magistrũ: Dixi, custodiam vias meas. (Psal. 38.) Hoc est, tacito cogitationis præcepto indixi mihi vt custodirẽ vias meas. Aliæ sunt viæ quas debem9 sequi, aliæ quas custodire. Sequi vias dñi, custodire nostras, ne in culpam dirigantur. Potes autẽ custodire, si non cito loquaris. Lex dicit: Audi Israel dñm deum tuum. (Deut. 6.) Nõ dicit loquere, sed audi. Ideo Eua lapsa est, quia locuta est viro quod non audierat a dño deo suo. Prima vox dei dicit tibi: Audi. Si audias, custodis vias tuas. & si lapsus es, cito corrige. In quo enim corrigit iunior viã suam, nisi in custodiẽdo verba dñi? Tace ergo prius, & audi, & non delinques in lingua tua. Graue malum, vt aliquis ore suo cõdẽnetur. Etenim si pro ocioso verbo reddet vnusquisq; rationẽ, quanto magis pro verbo impuritatis & E turpitudinis? Grauiora sunt enim verba præcipitationis, q̃ ociosa. Ergo si pro ocioso verbo ratio poscitur, q̃to magis pro sermone impietatis pœna exsoluitur?

Taciturnitatem moderandam esse, & quod in ira silendum sit. Caput III.

QVID igitur? Mutos nos esse oportet? Minime. Est enim tẽpus tacẽdi, & tẽpus loquẽdi. (Eccles. 3.) Deinde si pro ocioso verbo reddemus rationem, videamus ne reddamus & pro ocioso silẽtio. Est enim & negociosum silentiũ, vt erat Susannæ, quę plus egit tacẽdo, q̃ si esset locuta. Tacẽdo enim apud homines, locuta est deo. Nec vllũ maius indiciũ suæ castitatis inuenit, q̃ silentium. Consciẽtia loquebatur, vbi vox non audiebatur: nec quærebat pro se hominum iudiciũ, quæ habebat dñi testimoniũ. Ab illo igitur volebat absolui, quẽ sciebat nullo modo posse falli. Ipse dñs in euangelio tacens operabatur salutẽ hominum. Recte ergo Dauid non silentiũ sibi indixit perpetuum, sed custodiã. Custodiamus ergo cor nostrũ, cu- F stodiamus os nostrum. Vtrũq; enim scriptum est, Hic vt custodiamus os. Alibi tibi dicitur: Omni custodia serua cor tuũ. (Prou. 4.) Si custodiebat Dauid, tu non custodies? Si immunda labia habebat Esaias, qui dixit: O miser ego, quoniam cõpunctus sum, quia cũ sim homo, & immunda labia habeam. (Esa. 6.) Si propheta dñi immũda habebat labia, quomodo nos munda habemus? Et cui, nisi vnicuiq; nostrũ scriptum est: Sepi possessionẽ tuam spinis, & aurum & argẽtum tuũ alliga, & ori tuo facostiũ & vectem, & verbis tuis iugũ & staterã? (Eccli. 28.) Possessio tua, mens tua est. Aurum tuũ, cor tuũ est. Argentũ tuum, eloquiũ tuum est. Eloquia dñi, eloquia casta, argẽtum igne examinatum. (Psal. 11.) Bona etiam possessio, mens bona. Deniq; possessio preciosa, homo mũdus. Sepi ergo hãc possessionem, & circũuallato cogitationibus, munito spinis solicitudinũ, ne in eam irruant & captiuam ducant irrationabiles corporis passiones, ne incursent motus graues, ne diripiant vindemiam eius transeuntes viam. Custodi interiorem hominem tuum. Noli eum

G quasi vilem negligere ac fastidire, quia preciosa possessio est. Et merito preciosa, cuius fructus non caducus & tēporalis, sed stabilis atq; æternæ salutis est. Cole ergo possessionē tuam, vt sint tibi agri. Alliga sermonē tuū, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coerceatur. Cito lutū colligit amnis exundās. Alliga sensum tuum, nō sit remissus ac defluus, ne dicatur de te, Non est malagma ponere, neq; oleum, neq; alligaturam. Habet suas habenas mētis sobrietas, quibus regitur & gubernatur. Sit ori tuo ostiū, vt claudatur vbi oportet: & obseretur diligentius, ne quis in iracūdiam excitet vocem tuā, & contumeliam rependas contumeliæ. Audisti hodie lectū:
Esa.1. Pſal.4. Irascimini, & nolite peccare. Ergo & si irascimur, quia affectus naturæ est, nō potestatis: malum sermonē non proferamus de ore nostro, ne in culpā ruamus. Sed iugū sit verbis tuis & statera, hoc est, humilitas atq; mensura, vt lingua tua mēti subdita sit. Restringat habenę vinculis, frenos habeat suos, quib⁹ reuocari possit. Ad mēsurā sermones pferat libra examiatos iustitię, vt sit grauitas in sensu, in sermōe pōdus, atq; in verbis modus.

Orationē non affectus promat, sed ratio. Hinc enim insidias loquenti tendit hostis inuisibilis. Cap. IIII.

Talias cor. † alias interrogef. HAEC si custodiat aliquis, fit mitis, mansuetus, modestus. Custodiēdo enim os † suum, & retinendo linguā suam, nec prius loquendo q̄ interroget, † & expendat atq; examinet verba sua, si dicendum hoc, si dicendū aduersum hunc, si tempus sermonis sit huius, is profecto exercet modestiam, ac mansuetudinem, & patientiam: vt non ex indignatione & ira in sermonem erumpat, non alicuius passionis indicium det in verbis suis, non ardorem libi
H diuis flammare in sermone suo indicet, & inesse dictis suis stimulos iracundiæ, postremo ne sermo qui commendare interiora debet, vitium aliquod esse in moribus aperiat & prodat. Tunc enim maxime insidiatur aduersarius, quādo videt nobis passiones aliquas generari: tunc fomites mouet, laqueos parat. Vnde nō immerito (sicut audistis hodie legi) propheta dicit: Quia
Pſal.90. ipse liberauit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Symmachus irritationis verbum dixit, alii perturbationis. Laqueus aduersarii est sermo noster, sed etiā ipse non minus aduersarius est nobis. Loquimur plerūq; quod excipiat inimicus, & quasi nostro gladio nos vulneret. Quanto tolerabilius est, alieno gladio q̄ nostro perire? Explorat ergo aduersarius nostra arma, & concutit sua tela. Si viderit moueri me, inserit aculeos suos, vt seminaria iurgiorum excitet. Si emisero verbum indecorū, laqueum suum strīgit. Interdum mihi escam proponit vindictæ possibilitatem, vt dum vindicare cupio, ipse me inserā laqueo, & nodū mortis adstri-
I gam mihi. Si quis ergo hunc aduersariū sentit præsentem esse, tūc magis custodiam adhibere debet ori suo, ne det locum aduersario. Sed non multi hunc vident.

Quod etiam carnales inimicos cum nos instinctu diaboli ad cōuitia prouocāt, patientia superare debeamus. Huius rei exemplum inducitur Dauid lacessitus a Semei. Caput. V.

SED etiam ille cauendus est, qui videri potest, quicūq; iritat, quicunq; incitat, quicunq; exasperat, quicunq; incētiua luxuriæ aut libidinis suggerit. Quando ergo aliquis nobis conuitiatur, lacessit, ad violētiam prouocat, ad iurgium vocat, tunc silētium exerceamus, tunc muti fieri nō erubescamus. Peccator est enim qui nos prouocat, qui iniuriam facit, & nos similes sui fieri desiderat. Denique si taceas, si dissimules, solet dicere, Quid taces? Lo
K quere si audes. Sed non audes. Mutus es. elinguem te feci. Si ergo taceas, plus rūpitur, victum se reputat, irrisum, post habitum, atq; illusum. Si respōdeas, superiorem se factum arbitratur, quia parem inuenit. Si enim taceas, dicetur: Ille conuitiatus est hunc, cōtempsit iste. Si referas contumeliā, dicetur: Ambo conuitiati sunt. Vterq; condemnatur, nemo absoluitur. Ergo illius est studium, vt iritet, vt similia illi loquar, similia agam. Iusti est autem dissimulare, nihil loqui, tenere bonū fructum conscientiæ, plus cōmittere bonorū iudicio, q̄ criminantis insolentiæ, contētum esse grauitate morum suorum. Hoc est enim silere a bonis, quia bene sibi conscius falsis non debet moueri, nec æstimare plus ponderis in alieno esse conuitio, q̄ in suo testimonio. Ita fit vt etiam humilitatē custodiat. Si autē nolit humilior videri, talia tractat & dicit ipse secum, Hic ergo vt me cōtēnat, & in cōspectu meo loquatur talia aduersum me, quasi non possim ego ei aperire os meū? Cur nō etiam ego dicam in quibus eum mœstificare possim? Hic ergo vt mihi iniurias faciat, quasi vir nō sim, quasi vindicare me nō possim? Hic vt me criminetur, quasi ego nō possim grauiora in eū componere? Qui talia dicit, non est mitis atq; humilis, nō est sine tentatione. Tentator eum exagitat, ipse ei tales opiniones inserit. Plerunq; adhibet hominē atq; apponit nequam spiritus qui hæc illi dicat. Sed tu in petra fixū vestigiū tene. Et si seruus conuitium dicat, iustus tacet. Et si infirmus contumeliam faciat, iustus tacet. Et si pauper criminetur, iustus non respondet. Hęc sunt arma iusti, vt cedendo vincat, sicut periti iaculandi cedentes solent vincere, & fugientes grauioribus sequentem vulnerare ictibus.

Exemplum patientiæ Dauid. Caput. VI.

L DAVID enim est opus moueri cum audimus conuitia? Cur non imitamur dicentem: Obmutui, & humiliat⁹ sum, et filui a bonis? An Pſal.38. hoc dixit tantummodo, non etiam fecit Dauid? Imo & fecit. Nam cum ei conuitiaretur Semei filius Gemini, tacebat Dauid: & quāuis septus armatis non retorquebat conuitiū, non vltionē quęrebat, eousq; vt dicente sibi Saruiæ filio quod vindicare in eum vellet, non permiserit. Ibat ergo tanq̄ mutus & humiliatus, ibat tacens, nec mouebatur, cū vir appellaretur sanguinis, qui erat conscius propriæ mansuetudinis. Non ergo mouebatur conuitiis, cui abundabat bonorū operum conscientia. Itaq; is qui cito iniuria mouetur, facit se dignū videri contumelia, dum vult ea indignus probari. Melior est itaq; qui cōtemnit iniuriam, q̄ qui dolet. Qui enim contemnit, quasi nō sentiat ita despicit: qui autem dolet, quasi senserit torquetur.

Quod psalmus. xxxviii. non solum silētii laude, sed etiam contēptu rerum valde sit mirabilis. Cap. VII.

M NEQVE improuide ad vos filios meos scribens, huius psalmi procemio vsus sum, quem psalmum propheta Dauid sancto Idithun canendum dedit. Ego vobis tenendum suadeo, delectatus eius sensu profundo & virtute sententiarum. Aduertimus enim ex his quæ breuiter libauimus, & silendi patiētiam, & opportunitatem loquendi, & in posterioribus contēptum diuitiarum, quę maxima virtutum fundamēta sunt, hoc psalmo doceri. Dum igitur hunc psalmū considero, succesisse animo de officiis scribere. De quibus etiam si quidam philosophiæ studentes scripserunt, vt Panætius, & filius eius apud Græcos, Tullius apud latinos, nō alienum duxi a nostro munere, vt & ipse scriberē: et sicut Tullius ad eruditionem filium, ita ego quoq; ad vos informandos filios meos. Neq; enim minus vos diligo quos in Euā-

A gelio genui, q̄ si coniugio suscepissem. Non enim vehementior est natura ad diligendum, q̄ gratia. Plus certe diligere debemus quos perpetuo nobiscum putamus futuros, q̄ quos in hoc tantum seculo. Illi degeneres nascuntur frequenter, qui dedeceant patrem: vos ante elegimus vt diligamus. Itaq; illi necessitate diligūtur, quæ non satis idonea atq; diuturna est ad perpetuitatem diligendi magistra: vos iudicio, quo magnum charitati pondus advim diligēdi adiungitur, probare quos diligas, & diligere quos elegeris.

Quod nomen officii nō solum philosophis, sed etiā nostris vsitatum sit. Caput VIII.

ERGO quoniā personæ conueniunt, videamus vtrum res ipsa cōueniat scribere de officiis, et vtrū hoc nomen philosophorū tantūmodo scholæ aptū sit, an etiā in scripturis reperiatur diuinis. Pulchre itaq; dī legim⁹ hodie Euā gelium (quasi adhortaretur ad scribendum) spiritus sanctus obtulit nobis lectionem, qua confirmaremur
Luc.1. etiam in nobis officium dici posse. Nam cum Zacharias sacerdos obmutuisset in templo, & loqui nō posset, factum est, inquit, vt impleti sint dies officii eius, abiit in domum suam. Legimus igitur officium dici a nobis posse. Nec ratio ipsa abhorret, quandoquidem offi-
Officium vide. cium ab efficiendo dictum putamus, quasi efficium: sed propter decorem sermonis vna immutata litera,
B officium nuncupari. Vel certe, vt ea agas, quæ nulli officiant, prosint omnibus.

Officii diuisio, & honestum atq; vtile vnde metiantur Christiani. Caput IX.

EFFICIA autem ab honesto & vtili duci existimauerūt, & de iis duobus eligere quid prestet. Deinde incidere vt duo concurrant honesta, & duo vtilia, & quæratur quid honestius, & quid vtilius. Primū igitur in tres partes officium diuiditur, honestum, & vtile, & quid prestātius. Deinde hæc tria in quinq; genera diuiserūt, in duo honesta, & duo vtilia, & eligendi iudicium. Prima igitur pertinere dicunt ad deum honestatemq; vitæ. Secunda ad vitæ commoda, copias, opes, facultates. De iis eligendi subesse iudicium. Hæc illi. Nos autem nihil omnino nisi quod deceat, & honestū sit, futurorū magis q̄ præsentium metimur formula: nihilq; vtile nisi quod ad vitæ illius æternæ prosit gratiam desiuimus, non quod ad delectationem præsentis. Neq; aliqua cōmoda in facultatibus & copijs opum constituimus, sed incōmoda hæc putamus si nō reiiciātur, eaq; oneri magis cū sint æstimari, q̄ dispēdio cū erogātur. Nō superfluum igitur scriptionis nostræ est opus, quia officium
C diuersa æstimamus regula, atq; illi æstimauerunt. Illi seculi cōmoda in bonis ducunt, nos hæc etiā in detrimentis: quoniam qui hic recipit bona, vt ille dives, illic cruciatur: & Lazarus qui mala hic pertulit, illic cōsolationē inuenit. Deinde qui illa nō legūt, nostra legent si volent, qui nō sermonū supellectilē, neq; artem dicēdi, sed simplicem rerum exquirunt gratiam.

De decoro, & quod primū officium sit linguæ moderatio. Caput X.

Pſal. 64. Titum. 2. Hebræ. 2. DECORVM autem in nostris scripturis primo constituī loco (quod græce πρέπον dicitur) instruimur & docemur legētes: Te decet hymnus deus in Sion. Vel græce, σοὶ πρέπει ὑμνος ὁ θεός ἐμ σιών. Et apostolus ait: Loquere quæ decent sanam doctrinam. Et alibi: Decebat autem eum per quem omnia, & propter quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem salutis eorum D per passionem cōsummari. Nunquid prior Panætius, nunquid Aristoteles, qui & ipse disputauit de officio, q̄ Dauid: cum & ipse Pythagoras qui legitur Socrate antiquior, prophetā secutus Dauid, legem silentii dederit suis? Sed ille, vt per quinquennium discipulis vsum inhiberet loquendi, Dauid autē non vt naturæ munus imminueret, sed vt custodiam proferendi sermonis doceret. Et Pythagoras quidem, vt non loquendo loqui doceret, Dauid vt loquendo magis disceremus loqui. Quomodo enī sine exercitio doctrina, aut sine vsu profectus? Qui disciplinam bellicam vult assequi, quotidie exercitatur armis, & tanquā in procinctu positus præludit prælium, & velut coram posito prætendit hoste, atq; ad peritiam vireſq; iaculandi vel suos explorat lacertos, vel aduersariorū declinat ictus, & vigilanti exit obtutu. Qui nauim in mari regere gubernaculis studet, vel remis ducere, prius in fluuio præludit. Qui cantandi suauitatē, & vocis affectant præstantiam, prius sensim canendo vocem excitant. Et qui viribus corporis, legitimoq; luctandi certamine coronā petūt, quotidiano vsu palæstræ durantes membra, nutrientes patientiam, laborem assuescunt. Necnon ipsa natura nos in paruulis docet, quod prius sonos meditātur loquēdi: vt loqui discant. Itaq; sonus excitatio † quædam & pa- † alias exlæstra vocis est. Ita ergo qui volunt discere cautionē lo- ercitatio. E quendi, quod naturæ est non negent, quod custodiæ est exerceant: vt qui in specula sunt, speculando intendant, non dormiendo. Omnis enī res propriis ac domesticis exercitiis augetur. Ergo Dauid tacebat, nō semper, sed pro tēpore. Nō iugiter, neq; oībus, sed iritanti aduersario, prouocāti peccatori non respondebat. Et sicut alibi ait, Loquētes vanitatē, & cogitantes dolum, nō audie- Pſal.37. bat quasi surdus: & quasi mutus non aperiebat illis os suum. Quia & alibi habes: Noli respondere imprudēti Prou.26. ad imprudentiā eius, ne similis illi fias. Primū igitur officii est, loquēdi modus. Hoc sacrificii laudis deo dependitur. Hoc reuerētia exhibetur, cū scripturæ diuinæ legūtur. Hoc honorātur parētes. Scio loqui plerosq; cū tacere nesciant. Rarū est tacere quenq̄, cui sibi nō prosit loqui. Sapiens vt loquatur, multa prius cōsiderat, quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tēpore. Est ergo & tacēdi & loquēdi modus. Est etiam factis modus. Pulchrum est igitur tenere mensuram officii.

Officiū omne aut mediū, aut perfectū esse. Ca. XI.

F EFICIVM autem omne, aut mediū, aut perfectum est, quod æque scripturarū autoritate probare possumus. Habemus etenim in euangelio dixisse dominum: Si vis in vi- Matt.19.
tam æternam venire, serua mandata. Dicit ille: Quæ? F Iesus autem dixit illi: Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falsum testimonium dices, Honora patrem & matrē, Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Hæc sunt media officia, quibus aliquid deest. Denique dicit illi adolescēs: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus, Si vis perfectus esse, vade vēde bona tua, & da pauperibus: & habebis thesaurum in cælo: & veni sequere me. Et supra habes scriptū, vbi diligēdos Matt.5. inimicos, & orandum dicit pro calumniatibus & persequentibus nos, & benedicere maledicentes. Hoc nos facere debemus, si volumus perfecti esse sicut pater noster qui in cælo est, qui super bonos & malos solem suum iubet radios suos effundere, & pluuia & roreteras vniuersorum sine vlla discretione pinguescere. Hoc est igitur perfectū officium, quod κατόρθωμα dixerunt Græci, quo corrigūtur omnia quæ aliquos potuerunt lapsus habere. Bona etiā misericordia, quæ & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum patrē. Nihil tam

G cõmendat Christianam animã, q̃ misericordia, primũ in pauperes, vt cõmunes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad vsum generat fructus terrarũ: vt quod habes, largiaris pauperi, & consortem & conformẽ tuum adiuues. Tu mummũ largiris, ille vitam accipit. Tu pecuniam das, ille substantiã surã ęstimat. Tuus denarius census illius est. Ad hæc plus ille tibi confert, cũ sit debitor salutis. Si nudum vestias, teipsum induis iustitiã. Si peregrinũ sub tectum inducas tuũ, si suscipias egentem, ille tibi acquiret sanctorũ amicitias, & æterna tabernacula. Non mediocris ista gratia. Corporalia seminas, & recipis spiritalia. Miraris iudicium domini de sancto Iob? Mirare virtutẽ eius, qui poterat dicere,
Iob. 29. Oculus eram cæcorum, pes claudorũ. Ego eram infirmorũ pater. vellęribus agnorum meorũ calefacti sunt humeri eorũ. Foris nõ habitabat peregrinus. Ostium autem meũ omni venienti patebat. Beatus plane, de cuius domo nunquam vacuo sinu pauper exiuit. Neq; enim quisquã magis beatus q̃ qui intelligit super pauperis necessitatẽ, & infirmi atq; inopis ærumnam. In die iudicii habebit salutem a domino, quem habebit surã debitorem misericordiæ.

Non externis, sed internis & æternis bonis æstimatur felicitas. Caput XII.

H SED plerisq; reuocantur ab officio dispensatricis misericordiæ, dum putant hominis actus nõ curare dominum, aut nescire eum quid in occultis geramus, quid teneat nostra cõscientia: aut iudicium eius nequaq̃ iustum videri, quãdo peccatores diuitiis abundare vident, gaudere honoribus, sanitate, liberis: contra autem iustos inopes degere, inhonoros, sine liberis, infirmos corpore, luctu frequenti. Nec mediocris ea quæstio, quando quidem tres illi reges antici Iob propterea eum peccatorem pronunciabant, quia inopem factum ex diuite, orbatum liberis ex fœcũdo parente, perfusum vlceribus,
†alias vi- bicibus inhorrentem † vili cibo, exaratum vulneribus a capite
Iob. 21. vsq; ad pedes videbant. Quibus hanc sanctus Iob proponit assertionem: Si ego propter peccata mea hæc patior, cur impii viuunt? Inueterauerunt autem, & in diuitiis semen eorum secũdum voluntatem, filii eorum in oculis, domus eorum abundant, timor nusquã; flagellum autem a domino non est ipsis. Hæc videns infirmus corde exagitatur, & studium auertit suum. Cuius dicturus sermones, ante sanctus præmisit Iob, dicens: Portate me, ego autem loquar, deinde ridete me. Nam & si arguor, quasi homo arguor. Portate ergo onus sermonum meorũ. Dicturus enim sum quod nõ probo, sed ad vos redarguendos proferam sermones
I iniquos. Aut certe, quia ita est versus: Q uid autem? Numquid ab homine arguor? Hoc est, homo me non potest redarguere quia peccaui, etsi arguí dignus sum: quia non ex euidenti culpa me arguitis, sed ex iniuriis ęstimatis merita delictorũ. Vidẽs ergo infirmus abundare iniustos successibus prosperis, se autem atteri, dicit domino, Discede a me, vias tuas scire nolo. Quid prodest quia seruimus ei? Aut quæ vtilitas quia occurrimus ipsi? In manibus eorum omnia bona, opera autem impiorum non videt. Laudatur in Platone quod in Politia sua posuit eum qui contra iustitiam disputandi partes recepisset, postulare veniam dictorũ quæ non probaret, & veri inueniendi, atq; examinandæ disputationis gratia, illam sibi impositam personam dicere. Quod eousque Tullius probauit, vt ipse in libris quos scripsit de republica, eam sententiam dicendam putauerit. Quanto antiquior illis Iob, qui hæc primus reperit? Nec eloquentiæ phalerandæ gratia, sed veritatis probandæ premittenda æstimauit. Statimq; ipse quæstionem eodem reddidit, subiiciens quod extinguatur lucerna impiorũ, & futura sit eorũ euersio. Nõ k falli deum doctorem sapientiæ & disciplinæ, sed esse veritatis iudicem. Et ideo non secũdum forensem abundantiam æstimandam beatitudinem singulorũ, sed secundum interiorem conscientiã, quæ innocentiũ & flagitiosorũ merita discernit, vera atq; incorrupta pœnarum premiorũq; arbitra. Moritur innocens in potestate simplicitatis suæ, in abundantia proprię voluntatis, sicut adipe repletam animã gerens. At vero peccator q̃is foris abundet, & deliciis diffluat, odoribus fragret, in amaritudine animæ vitam exigit, & vltimũ diem claudit, nihil secum eorum quę epulatus fuerat referẽs, bonorũ nihil secum auferens, nisi precia scelerũ suorũ. Hæc cogitãs, nega (si potes) diuini esse iudicii remunerationem. Ille suo affectu beatus, hic miser. Ille suo iudicio absolutus, hic reus. Ille in exitu lætus, hic mœrens. Cui absolui potest, qui nec sibi innocens est? Dicite, inquit, mihi, vbi est protectio tabernaculorũ eius? Signũ eius nõ inuenietur. Vita etenim facinorosi, vt somniũ. Aperuit oculos, trãsiuit requies eius, euanuit delectatio: licet ipsa quæ videtur etiã dũ viuunt impiorũ requies in inferno sit. Viuentes enim in inferna descendunt. Vides conuiuiũ peccatoris, interroga eius conscientiam. Nonne grauius oĩbus fœtet sepulchris? Intueris lætitiam eius, & salubritatẽ miraris corporis, filiorũ atq; opum abundantiã. Introspice vlcera & vibices animæ ei⁹, cordisq; mœstitudinẽ. Nã de opib⁹ quid loquar, cũ legeris quia in abundantia est vita eius: cũ scias quia etsi tibi videatur diues, sibi pauper est, & tuum iudicium suo refellat? De multitudine quoq; filiorum, & de indolentia quid loquar, cum se ipse lugeat, & L sine hærede futurum iudicet, cum imitatores sui successores suos esse nolit? Nulla enim hæreditas peccatoris. Ergo impius ipse sibi pœna est, Iustus autẽ ipse sibi gloria. Et vtriq; aut bonorum aut malorum operum merces ex seipso soluitur.

Deum, etiam cum non putatur, regere omnia quæ creauit. Caput XIII.

SED reuertamur ad propositũ, ne diuisionẽ factam præterisse videamur, quia occurrimus opinioni eorũ qui videntes sceleratos quosq; diuites, lætos, honoratos, potentes, cũ pleriq; iustorũ egeant, atq; infirmi sint, putant vel nihil deum curare de nobis, vt Epicurei dicũt: vel nescire actus hominũ, vt flagitiosi putant: vel si scit oĩa, iniquũ esse iudicẽ, vt bonos egere patiatur, abundare ĩprobos.

Nec supfluus velut quidã excursus fuit, vt opinioni huiusmodi, ipsorũ affectũ respõderet quos beatos iudicant, cũ ipsi se miseros putẽt. Arbitratus enĩ sum quod ipsi sibi facilius q̃ nobis crediderĩt. Quo decurso, pcliue æstimo vt refellam cætera. Et primo eorũ assertionẽ, qui deũ putant curã mũdi nequaq̃ habere, sicut Aristo M teles asserit vsq; ad lunam eius descendere prouidẽtiã. Et quis operator negligat operis sui curam? Quis deserat & destituat quod ipse condendum putauit? Si iniuria est regere, nonne est maior iniuria fecisse: cum aliquid nõ fecisse nulla iniustitia sit: non curare quod fecerís, summa inclementia? Quod si aut deum creatorem suum abnegant, aut ferarum & bestiarum se haberi numero cẽsent: quid de illis dicamus, qui hac se cõdemnant iniuria? Per omnia deum ire ipsi asserunt, & omnia in virtute eius consistere, vim & maiestatẽ eius per omnia elementa penetrare, terras, cælum, maria: & putant iniuriam eius, si mentem hominis, qua nihil nobis ipse præstantius dedit, penetret, & diuinæ maiestatis ingrediatur scientia? Sed horũ magistrum velut ebrium, & voluptatis patronũ, ipsi qui putantur sobrii irrident philosophi. Nam de Aristotelis opinione quid loquar, qui putat deum suis contentum esse fi-

A nibus, & præscripto regni modo degere, vt poetarũ loquuntur fabulæ, qui mũdũ in tres ferũt esse diuisum, vt alii cælũ, alii mare, alii inferna coercenda imperii forte obtenerint, eosq; cauere ne vsurpata alienarũ partiũ solicitudine, inter se bellũ excitent. Similiter ergo asserit quod terrarũ curã nõ habeat, sicut maris vel inferni nõ habet. Et quõ ipsi excludunt quos sequuntur poetas?

Deum nihil præterire & scripturarum testimoniis, & Solis cõprobatur exẽplo, qui licet creatura sit, tamen vel lumine vel calore cuncta penetrat. Cap. XIIII.

SEQVITVR illa responsio, vtrũ deum, si operis sui cura nõ præterierit, prętereat scientia. Ergo qui plãtauit aurem, non audit? qui finxit oculũ, non videt, non considerat? Non præterĩt hæc vana opinio sanctos prophetas. Deniq; Dauid inducit eos loquẽtes, quos superbia inflatos asserit. Q uid enim tam superbũ, q̃ cum ipsi sub peccato sint, alios indigne ferant peccatores viuere, dicentes:
Psal. 93. Vsq;quo peccatores dñe, vsq;quo peccatores gloriabũtur? Et infra: Et dixerunt, Non videbit dñs, nec intelliget deus Iacob. Q uibus respondet propheta dicẽs: Intelligite nunc insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plãtauit aurẽ, nõ audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? Q ui corripit gẽtes, nõ arguet, qui docet hominem sciẽtiam? Dominus scit cogitationes hominũ, quoniã vanæ sunt. Q ui ea quæ vana sunt deprehendit, ea quę facta sunt nescit, & ignorat quod ipse fecit? Potest opus suum ignorare artifex? Homo est, & in opere suo latentia deprehendit, & deus opus suũ ne-
B scit? Altius ergo profundũ in opere, q̃ in autore? Et fecit aliquid quod supra se esset, cuius meritum ignoraret autor, cuius affectũ nesciret arbiter? Hęc illis. Cęterum
Hiere. 17. nobis satis est ipsius testimoniũ qui ait: Ego sum scru-
Lucæ. 5. tans corda & renes. Et in euãgelio quod ait dñs Iesus: Q uid cogitatis mala in cordib⁹ vrĩs? Sciebat enim qd
Luc. 6. cogitarẽt mala. Deniq; euãgelista testat dicẽs: Sciebat enĩ Iesus cogitatiões eorũ. Q uorũ nõ poterit satis mouere opinio, si facta eorum cõsideremus. Nolunt supra se esse iudicẽ, quem nihil fallat. Nolunt ei dare occultorum scientiã, qui metuũt occulta sua prodi. Sed etiam
Iob. 24. dominus scĩens opera eorũ, tradidit eos in tenebras. In nocte, inquit, erit fur, & oculus adulteri seruabit tenebras, dicens: Non cõsiderabit me oculus. & latibulum personæ oppositũ suæ. O mnis enim qui lucẽ fugit, diligit tenebras, studens latere: cũ deum latere non possit, qui intra profundũ abysси, & intra hominũ mẽtes, nõ solum tractata, sed etiam volutẽda cognoscit. Denique &
Eccli. 23. ille qui dicit in Ecclesiastico: Q uis videt me? & tenebrę cooperiũt me, & parietes. Q uem vereor? Q uãuis in lecto positus hæc cogitet, vbi non putauerit cõprehendi tur. Et erit inquit dedecus, quod non intellexerit timorem dei. Q uid autem tã stolidum q̃ putare quod deũ
C quicq̃ prætereat: cũ sol qui ministeꝛ luminis est, etiam abdita penetret, & in fundamẽta domus vel secreta cõclauia vis caloris eius irrumpat? Q uis neget verna tẽperie tepefieri interiora terrarũ, quas glacies hyberna constrinxerit? Norunt ergo arborum occulta vim caloris vel frigoris, adeo vt radices arborum aut vrãtur frigore, aut fotu solis virescãt. Deniq; vbi clementia cæli arriserit, varios terra se fundit in fructus. Si igitur radius solis fundit lumen suum super omnem terram, & in ea quæclausa sunt se inserit, nec vectibus ferreis aut grauium valuarum obicibus quo minus penetret impeditur, quomodo non potest intelligibilis dei splendor in cogitationes hominũ & corda semet (quæ ipse creauit) ĩsererẽs? sed ea quę ipse fecit, nõ videt, & fecit vt meliora sint quæ facta sunt, & potentiora q̃ ipse est qui ea fecit, vt possint quando volunt cognitionem sui operatoris latere? Tantam ergo virtutem & potestatem in-

seruit mentibus nostris, vt eam comprehendere oĩ ves D lit ipse non possit?

His quibus displicet qđ bonis male, & malis sit bene, satisfacere debere Lazari & Pauli exẽpla. Ca. XV.

DVO absoluimus: & vt arbitramur, non incongruenobis huiusmodi cecidit disputatio. Tertium genus quęstionis restabit huiusmodi: Cur peccatores abundent opibus & diuitiis, epulentur iugiter, siue mœrore, sine luctu, iusti autem egeant, & afficiantur aut cõiugum amissione, aut liberorum. Q uibus satisfacere debuit illa euangelii parabola, quod diues byssо & purpura induebatur, & epulas copiosas exhibebat quotidie, pauper autem plenus vlceribus de mensa eius colligebat reliquias: post obitum vero vtriusq;, pauper erat in sinu Abrae requiem habens, diues in suppliciis. Nonne euidẽs est, meritorum aut præmia aut supplicia post mortem manere? Et recte, quia in certamine labor est, post certamẽ aliis victoria, aliis ignominia. Numquid prius quam cursus cõficiatur, palma cuiquam datur, aut defertur corona? Merito Paulus, certamẽ, inquit, bonum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: quod reliquum, repo
2. Tim. 4. sita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Non solũ autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduẽtum eius. In illa, inquit, die reddet, nõ hic. Hic autem in laboribus, in periculis, in naufragiis quasi athleta bonus decertabat, quia sciebat quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Ergo non potest quis præmium E accipere, nisi legitime certauerit. Nec est gloriosa victoria, nisi vbi fuerint laboriosa certamina.

Commemoratis beatitudinibus de euãgelio, bic laborem dicit esse, mercedem in cælo, ponens exemplum athletarum & spectatorum. Cap. XVI.

NONNE iniustus est qui ante quærat præmium, quam certamen fuerit absolutum? Ideoq; dominus in euãgelio ait: Beati pau-
Matt. 5. peres spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cælorum. Non dixit, Beati diuites, sed pauperes. Inde incipit beatitudo iudicio diuino, vbi ærumna æstimatur humano. Beati qui esuriunt, quia ipsi saturabuntur. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem habebunt. Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur deus. Beati mundo corde, quoniam ipsi deũ videbunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis cum vobis maledicẽt homines, & persequentur, & dicent omne malum aduersum vos, propter iustitiam. Gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælo. Futuram, non præsentẽ, in cælo, non in ter- F ra mercedem promisit esse reddendam. Q uid alibi poscis, quod alibi debetur? Q uid præpropere coronã exigis antequam vincas? Q uid detergere pulverem, quid requiescere cupis? Q uid epulari gestis antequam stadium soluatur? A dhuc populus spectat, adhuc athletę in stemmate sunt, & tu iam otium petis? Sed forte dicas, Cur impii lætantur? Cur luxuriantur? Cur etiam ipsi non mecum laborant? Q uoniam qui non subscripserint ad coronam, non tenentur ad laborem certaminis. Q ui in stadium nõ descenderint, non se perfundit oleo, non obliniunt pulvere. Q uos manet gloria, expectat inuria. Vnguentati spectare volent, nõ decertare, non solem, æstus, pulverem, imbresq; perpeti. Dicant ergo & ipsis athletæ, Venite, nobiscum laborate. Sed respondebũt spectatores: Nos hic interim de vobis iudicamus, vos autem sine nobis coronę (si viceritis) gloriam vendicabitis. Ifti igitur qui in deliciis, qui in luxu-

G ria, rapinis, quæstibus, honoribus studia posuerũt sua, spectatores magis q̃ præliatores sunt. Habent lucrum laboris, fructum virtutis non habent. Fouent ocium, astutia & improbitate aggerant diuitiarum aceruos, sed exsoluent (feram licet) nequitiæ suæ pœnam. Horum requies in inferno, tua vero in cœlo. Horum domus in sepulchro, tua in paradiso. Vnde pulchre, vigilare eos in tumulo Iob dixit: quia soporem quietis habere nõ possunt, quem ille dormiuit qui resurrexit. Noli igitur vt paruulus sapere, vt paruulus loqui, vt paruulus cogitare, vt paruulus vendicare ea quæ sunt posterioris ætatis. Perfectorũ est corona. Expecta vt veniat quod perfectum est, quando non per speciem & in ænigmate, sed facie ad faciem formã ipsam redopertæ veritatis possis cognoscere. Tunc qua causa ille diues fuerit qui erat improbus & raptor alieni, qua causa potens alius, qua causa ille abundauerit liberis, ille fultus honoribꝰ, reuelabitur. Fortasse vt dicatur raptori, Diues eras: qua causa aliena rapiebas? Egestas non compulit, inopia nõ coegit. Nonne ideo te diuitem feci, vt excusationem habere nõ possis? Dicatur etiã potenti, Cur nõ affluisti viduæ, orphanis quoq; iniuriam patientibus? Nunquid tu infirmus eras? Nunquid non poteras subuenire? Ideo te feci potentem, vt nõ inferres violentiam, sed repelleres. Nonne tibi scriptum est: Eripe pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate? Dicatur etiã abundanti liberis: Honoribus cumulaui te, salubritatem corporis concessi tibi, cur non secutus es præcepta mea? Famule meus quid feci tibi, aut quid contristaui te? Nõne ego tibi liberos dedi, honores contuli, salutẽ donaui? Cur me negabas? Cur æstimabas quod ad scientiam meã quæ gereres non peruenirent? H Cur tenebas dona mea, despiciebas mãdata mea? Denique de Iuda proditore hæc colligere licet, qui & apostolus inter duodecim electus est, & loculos pecuniarum quas pauperibus erogaret, cõmissos habebat, ne videretur aut quasi inhonorus, aut quasi egenus dominum prodidisse. Et ideo vt iustificaretur in eo dominus, hæc ei cõtulit: vt nõ quasi iniuria exasperatus, sed quasi præuaricatus gratiã, maiori esset offensæ obnoxius.

Iob. 21.

1. Cor. 13

Eccli. 4.
Psal. 81.

Adolescentis officia, & exẽpla huic ætati proposita. Caput XVII.

QVONIAM igitur & pœnã improbitati, & virtuti fore præmiũ, satis claruit: de officiis aggrediamur dicere, quæ nobis ab adolescentia spectanda sunt, vt cũ ętate accrescãt simul studia bonorũ actuũ. Est igitur bonorũ adolescẽtiũ timorẽ dei habere, deferre parẽtibus honorẽ, habere senioribus reuerẽtiã, castitatẽ tueri, nõ aspernari humilitatẽ, diligere clementiã ac verecundiã, quę ornamẽto sunt minori ætati. Vt enim in senibus grauitas, in iuuenibus alacritas: ita in adolescentibus verecundia, velut quadã dote cõmẽdatur naturę. Erat Isaac deũ timens, vtpote Abraę indoles, honorẽ deferẽs patri vsq; eo, vt aduersus paternã voluntatẽ nec mortem recusaret. Ioseph quoq; cũ somniasset qd̃ sol & luna & stellę adorarẽt eũ, sedulũ tamẽ obsequiũ deferebat patri: castus ita, vt ne sermonẽ quidẽ audire vellet nisi pudicũ: humilis vsq; ad seruitutẽ, verecũdus vsq; ad furcã, patiens vsq; ad carcerem, remissor iniuriæ vsq; ad remunerationẽ. Cuius tanta verecundia fuit, vt cõprehẽsus a muliere, vestem in manibus eius fugiens mallet relinquere, q̃ verecundiam deponere. Moyses quoq; & Hieremias electi a domino vt oracula dei prędicarẽt populo, quod poterãt per gratiã, excusabant per verecundiam.

I

De bono verecũdię, quod maxime in sancta dei emittit genitrice, & quod gestus exterioris hoĩs persæpe qualitatẽ interioris ostendat. Caput XVIII.

DVLCHRA igitur virtus verecundiæ, & suauis gratia, quæ non solum in factis, sed etiã in ipsis spectatur sermonibus, ne modũ progrediaris loquẽdi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum enim mentis, plerũq; in verbis refulget. Ipsum vocis sonũ libret modestia, ne cuiusquam offendat aurem vox fortior. Denique in ipso canendi genere, prima disciplina verecundia est, immo etiam in omni vsu loquendi, vt sensim quis aut psallere, aut canere, aut postremo loqui incipiat, vt verecũda principia cõmendent processum. Silentiũ quoq; ipsum in quo est reliquarũ virtutum ocium, maximus actus verecundiæ est. Denique si aut infantiæ putatur, aut superbiæ, probro datur: si verecundiæ, laudi ducitur. Tacebat in periculis Susanna, & grauius verecũdiæ q̃ vitæ damnũ putabat, nec arbitrabatur periculo pudoris tuendam salutem. Deo soli loquebatur, cui poterat casta verecundia eloqui. refugiebat ora intueri virorum. Est enim & in oculis verecũdia: vt nec videre viros fœmina, nec videri velit. Neq; vero quisq̃ solius hanc laudem castitatis putet. Est enim verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonus enim regendæ castitatis pudor est comes: qui si se prætendat ad ea quę prima pericula sunt, pudicitiam temerari nõ sinat. Hic primus in ipso cognitionis ingressu domini matrem cõmendat legentibus: & tanq̃ testis locuples, dignam quæ ad tale munus eligeretur, astruit, quod in cubiculo, quod sola, quod salutata ab angelo tacet, & mota est in introitu eius, quod ad virilis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus virginis. Itaq; quamuis esset humilis, præ verecundia tamen non resalutauit, nec vllum responsum retulit, nisi vbi de suscipienda domini generatione cognouit, vt qualitatem effectus disceret, non vt sermonẽ refelleret. In ipsa quoq; oratione nostra multum verecũdia placet, multũ cõciliat gratię apud deum nostrum. Nonne hæc prætulit publicanum, & commendauit eum, qui nec oculos audebat ad cælum leuare? Ideo iustificatur magis domini iudicio, q̃ ille pharisæus, quẽ deformauit præsumptio. Ideoq; oremus in incorruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deum locuples, vt ait Petrus. Magna igitur modestia, quæ cum sit etiam sui iuris remissior, nihil sibi vsurpans, nihil vendicans, & quodãmodo inter vires suas contractior: diues est apud deũ, apud quem nemo diues. Diues est modestia, quia portio dei est. Paulus quoq; orationẽ deferri præcepit cum verecundia & sobrietate. Primam hanc & quasi præuiam vult esse orationis futuræ, vt non glorietur peccatoris oratio, sed quasi colore pudoris obducta, quo plus defert verecundiæ de recordatione delicti, eo vberiorem mereatur gratiã. Est etiã in ipso motu, gestu, incessu, tenẽda verecũdia. Habitus enim mẽtis, in corporis statu cernit. Hinc homo cordis nostri absconditus, aut leuior, aut iactantior, aut turbidior, aut cõtra grauior, & cõstantior & purior, & maturior æstimatur. Itaq; vox quædam est animi, corporis motus. Meministis filii quendam amicum, cum sedulis se videretur commẽdare officiis, hoc solo tamen in clerum a me non receptum, quod gestus eius plurimũ dedeceret. Alterum quoq; cum in clero reperissem, iubere me ne vnquam præiret mihi, quia velut quodam insolentis incessus verbere oculos feriret meos. Idq; dixi cum redderetur post offensam muneri: hoc solum excepi: nec fefellit sententia. Vterq; enim ab ecclesia recessit, vt qualis incessu prodebatur, talis perfidia animi demõstraretur. Namq; alter Arianæ infestationis tempore fidem deseruit, alter pecuniæ studio, ne iudicium subiret, sacerdotem se nostrum negauit. Lucebat in illorum incessu imago leuitatis, species quędam surrarum percursantium. Sunt etiam qui sensim ambulando imitantur histrionicos gestus, & quasi quædã fercula põparũ, & statuarũ motus nu-

k

L

Luce. 18.

1. Pet. 5.

Tulli⁹ lib. i. de offi. decori.

M

A tantum, vt quotiensc̃unq; gradum transferunt, modulos quosdam seruare videantur. Nec cursim ambulare honestum arbitror, nisi cum causa exigit alicuius periculi, vel iustæ necessitas. Nã plerũq; festinãtes anhelos videmus torquere ora: quibus si causa desit festinationis necessariæ, næuus iustæ offensionis est. Sed non de his dico, quibus rara, pperatio ex causa nascitur, sed quibus iugis & cõtinua in naturã vertitur. Nec in illis ergo tanquã simulacrorum effigies probo, nec in istis tanq̃ excussorum ruinas. Est etiã gressus probabilis, in quo sit species autoritatis, grauitatisq; pondus, tranquillitatis vestigiũ, ita tamẽ, si studiũ desit atq; affectatio, sed motus sit purus ac simplex. Nihil enim fucatũ placet. motũ natura informet. Si quid sane in natura vitii est, industria emendet: vt ars desit, non desit correctio. Quod si etiã ista spectantur altius, quãto magis cauẽdum est ne quid turpe ore exeat. Hoc enim grauiter coinquinat hominẽ. Non enim cibus inquinat hominẽ, sed iniusta obtrectatio, sed verborũ obscœnitas. Hæc etiã vulgo pudori sunt. In nostro vero officio, nullũ verbũ quod inhoneste cadat, nõ incutit verecũdiam. Et nõ solum nihil ipsi indecorũ loqui, sed ne aurem quidẽ debemus huiusmodi præbere dictis, sicut Ioseph ne incongrua suæ audiret verecũdiæ, veste fugit relicta: quoniã quę delectat audire, alterũ loqui prouocat. Intelligere

B quoq; quod turpe sit, pudori maximo est. Spectare vero si quid huiusmodi fortuito accidat, quanti horroris est? Quod ergo in aliis displicet, nũquid potest in seipso placere? Hæc ipsa natura nos docet, quæ perfecte quidem omnes partes nostri corporis explicauit, vt & necessitati cõsuleret, & gratiã venustaret. Sed tamen eas quæ decoræ aspectu forẽt, in quibus formæ apex quasi in arce quadam locatus, & figuræ suauitas, & vultus species emineret, operãdiq; vsus esset paratior, obuias atq; apertas reliquit. Eas vero in quibus esset naturalis obsequium necessitatis, ne deforme sui præberent spectaculum, partim tanq̃ in ipso emẽdauit † atq; absconditalias cõ- corpore, partim docuit & suadet tegendas. Nonne mẽdauit. igitur ipsa natura est magistra verecundiæ? Cuius exẽplo modestia hominum (quam a modo scientiæ quid deceret, appellatam arbitror) id quod in hac nostri corporis fabrica abditum reperit, operuit & texit, vt ostium illud tegebatur quod extransuerso faciendum in arca illa Noe iusto dictum est, in qua vel ecclesiæ vel nostri figura est corporis, per quod ostium egerimtur reliquiæ ciborum. Ergo naturæ opifex sic nostræ studuit verecundiæ, sic decorum illud & honestum in nostro custodiuit corpore, vt velut ductus quosdam aquę, exitus cuniculorum nostrorum post tergum relegaret, atq; ab aspectu nostro auerteret, ne purgatio ventris vsum oculorum offenderet. De quo pulchre Apostolus ait: Quæ videntur, inquit, membra corporis infiriora, necessariora sunt: et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his abũdantiorem honorem

1. Cor. 12.

C circundamus: & quæ inhonesta sunt nostra, honestatem abundantiorem habent. Etenim imitatione naturæ industria auxit gratiam. Quod alio loco etiam altius interpretati sumus, vt non solum abscondamus ab oculis, verumetiam quæ abscondenda accepimus, eorum indicia vsusq; membrorum suis appellationibus nuncupare indecorum putemus. Denique si casu aperiantur hæ partes, confunditur verecundia: si studio, impudẽtia æstimatur. Vnde & filius Noe Cham offensam retulit, quia nudatum videns patrem risit: qui autem operuerunt patrẽ, acceperunt benedictionis gratiam. Ex quo mos vetus & in vrbe Roma, & in plerisq; ciuitatibus fuit, vt filii cum parentibus puberes, vel generi non lauarent, ne paternæ reuerentiæ autoritas minueretur, licet plerique se & in lauacro quantum possunt tegant, ne vel illic vbi nudum totum est corpus, huiusmodi intecta portio sit. Sacerdotes

Geñ. 9.

D quoq; veteri more, sicut in Exodo legimus, brachas accipiebãt, sicut ad Moysen dictum est a domino: Et facies illis brachas lineas, vt tegatur turpitudo pudoris. a lumbis vsq; ad femora erunt, & habebit eas Aaron & filii eius cum intrabunt in tabernaculum testimonii, & cũ accedent sacrificare ad aram sancti, & non inducent sup se peccatũ, ne moriantur. Quod nonnulli nostrorum seruare adhuc feruntur: pleriq; spiritali interpretationi ad cautionem verecundiæ, & custodiam castitatis dictum arbitrantur.

Exo. 28.

In oĩbus actis viriliter agẽdũ, nec quicquã affectatũ aut fœmineum attentandum. Caput XIX.

DELECTAVIT me diutius in partibus demorari verecundiæ, quia ad vos loquebar, qui aut bona eius ex vobis recognoscatis, aut damna ignoratis. Quæ cũ sit omnibus ætatibus, personis, tẽporibus & locis apta, tamẽ adolescentes, iuuenilesq; annos maxime decet. In omni autem seruandum ætate, vt deceat quod agas, & conueniat, & quadret sibi ordo vitæ suæ. Vnde Tullius etiam or dinem putat in illo decoro seruari oportere, idq; positũ dicit in formositate, ordine, ornatu ad actionem apto. Quæ difficile ait loquendo explicari posse, & ideo satis esse intelligi. Formositatem autem cur posuerit, nõ satis intelligo. Quis ille etiã vires corporis laudet, nos certe in pulchritudine corporis locum virtutis non ponimus: gratiam tamen non excludimus, quia verecun

E dia & vultus ipsos solet pudore perfundere, gratiores reddere. Vt enim artifex in materia cõmodiore melius operari solet, sic verecundia in ipso quoq; corporis decore plus eminet, ita tamen, vt etiam ipse nõ sit affectatus decor corporis, sed naturalis, simplex, neglectus magis q̃ expetitus, non preciosis & albentibus adiutus vestimentis, sed cõmunibus, vt honestati vel necessitati nihil desit, nihil accedat nitori. Vox ipsa nõ remissa, nõ fracta, nihil fœmineũ sonans, quales sumpsi multi granitatis specie simulare consueruit, sed formã quãdam & regulam ac succũ virilem referuans. Hoc est enim pulchritudine viuendi tenere, cõuenientia curiq; sexui & personæ reddere. Hic ordo gestorũ optimus, hic ornatus ad omnẽ actionẽ accõmodus. Sed vt molliculum & infractum aut vocis sonũ, aut gestum corporis nõ probo, ita neq; agrestem ac rusticũ. Naturã imitemur. Eius effigies, formula disciplinæ, forma honestatis est.

Intemperantium hominũ consortia, mulierũ quoq; commercia vitanda. Caput XX.

HABET sane suos scopulos verecũdia, non quos ipsa inuehit, sed quos sæpe incurrit, si intemperantium incidamus consortia, qui sub specie iucunditatis venenum infundunt F bonis. hi si assidui sint, & maxime in conuiuio, ludo, ac ioco, enerrãt grauitatẽ illam virilem. Caueamus itaq; ne dum relaxare animũ volumus, soluamus omnem harmoniã, quasi concentum quendam bonorum operum. Vsus enim cito inflectit naturam. Vnde q̃ prudenter factis conuenire ecclesiasticis, & maxime ministrorum officiis arbitror, declinare extraneorũ cõuiuia, vel vt ipsi hospitales sitis peregrinãtibus, vel vt ea cautione nullus sit opprobrio locus. Conuiuia quippe extraneorũ occupationes habent, tum etiã epulandi produnt cupiditatẽ. Surrepunt etiam fabulæ frequenter de seculo ac voluptatibus. claudere aures nõ potes, prohibere, putatur superbiæ. surrepunt etiam præter voluntatem pocula. Melius est tuæ domui semel excuses, q̃ alienæ frequenter: & vt ipse sobrius surgas, tamen ex aliena insolentia condemnari non debet præsentia tua. Viduarũ ac virginum domos, nisi visitandi gratia, iu-

G niores adire non est opus, & hoc cum senioribus, hoc est, vel cum episcopo, vel si grauior est causa, cũ presbyteris. Quid necesse est vt demus obtrectandi locũ secularibus? Quid opus est vt illæ quoq; visitationes crebræ accipiant autoritatem? Quid si aliqua illarum forte labatur? Cur alieni lapsus subeas inuidiam? Q̃ multos etiã fortes illecebra decepit? Quãti nõ dederẽt errori locum, & dederũt suspicioni? Cur nõ illa tempora quibus ab ecclesia vacas, lectioni impẽdas? Cur non Christum reuisas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus cũ diuina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Vna est domus, quæ omnes capit. Illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, nõ obsequium hominibus deferẽdum recepimus. Humiles nos esse decet, mites, mansuetos, graues, patiẽtes, modum tenere in omnibus, vt nullum vitium esse in moribus, vel tacitus vultus, vel sermo annunciet.

De iracũdia in se reprimenda, & in aliis mitigãda. Caput XXI.

AVEATVR iracũdia: aut si præcaueri non potest, cohibeatur. Mala enĩ lex peccati indignatio est, quæ ita animum perturbat, vt rationi non relinquat locum. Primum est igitur, si fieri potest, vt morum tranquillitas vsu quodã affectioni proposito in naturam vertatur. Deinde quo-
H niam ita plerumq; motus infixus est naturæ ac moribus, vt euelli atq; euitari non queat: si præuideri potuerit, ratione opprimatur. Aut si prius occupatus fuerit animus ab indignatione, q̃ cõsilio prospici ac prouideri potuerit ne occuparetur: meditare quomodo motum animi tui vincas, iracundiam temperes. Resiste iræ si
Rom. 12. potes, cede si non potes: quia scriptum est: Date locũ
Gene. 27. iræ. Iacob fratri indignanti pie cessit, et Rebeccæ, id est patiẽtię instructus cõsilio abesse maluit & peregrinari, q̃ excitare fratris indignationem, & tunc redire, cũ fratrem mitigatum putaret. Et ideo tantam apud deum inuenit gratiam. Quibus deinde obsequiis, quãtis muneribus fratrem ipsum reconciliauit sibi, vt ille præceptæ benedictionis non meminisset, meminisset delatę satisfactionis? Ergo si præuenerit & præoccupauerit mentem tuam iracundia, & ascenderit in te, non relinquas locum tuum. Locus tuus patiẽtia est, locus tuus sapiẽtia est, locus tuus ratio est, locus tuus sedatio indignationis est. Aut si te contumacia respõdentis mouerit, & peruersitas impulerit ad indignationem: si non
Psal. 33. potueris mitigare mentem, reprime linguam tuam. Sic enim scriptum est: Cohibe linguam tuam a malo: & labia tua ne loquantur dolum. Deinde inquire pacẽ, & sequere eam. Pacem illam sancti Iacob vide, qua primum sedato animum. Si non præualueris, frenos linguæ impone tuæ: deinde recõciliationis studium non prætermittas. Hæc oratores seculi de nostris vsurpata in suis posuere libris. Sed ille sensus huius habet
I gratiam, qui prior dixit: Vitemus ergo aut temperemus iracundiam, ne sit eius aut in laudibus exceptio, aut in vitiis exaggeratio. Non mediocre est mitigare iracundiam, non inferius q̃ omnino non commoueri. Hoc nostrum est, naturæ illud. Illæ deniq; commotiones in pueris innoxiæ sunt, quæ plus habent gratiæ, q̃ amaritudinis. Et si cito pueri inter se mouentur, facile sedantur, & maiori suauitate in se recurrunt. Nesciunt
Matt. 18. se subdole artificioseq; tractare. Nolite hos contemnere pueros, de quibus dominus ait: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cælorum. Itaq; & ipse dominus, hoc est, dei virt⁹, sicut puer, cũ malediceretur, non remaledixit: cũ pcuteretur, non repercussit. Ita ergo te compara, vt quasi puer iniu-
k riam non teneas, malitiam nõ exerceas, omnia a te innocenter proficiscantur. Non cõsideres quid ab aliis in te referatur, locum tuũ serua, simplicitatem & puritatẽ tui pectoris custodi. Noli respõdere irato ad iracũdiam eius, siue imprudenti ad imprudẽtiam eius. Cito culpa culpam excutit. Si lapides teras, nõne ignis erumpit? Ferũt Gentiles, vt in maius omnia verbis extollere solent, Archytę Tarentini dictũ philosophi, quod ad villicum suũ dixerit: O te infœlicẽ, q̃ te afflictarem nisi iratus essem. Sed etiam Dauid, & armatã dexterã in indignatione cõpresserat: (et quanto plus est non remalediceré, q̃ nõ vindicare?) & bellatores aduersus Nabal ad vltionem paratos, Abigail deprecatione reuocauerat. Vnde aduertimus, tempestiuis quoq; intercessionibus nõ solum cedere nos, sed etiã delectari oportere. Eousq; autẽ delectatus est, vt benediceret interueniẽtem, quod ab studio vindictæ reuocatus foret. Iam dixerat de inPsal. 54. micis suis: Quoniam declinauerũt in me iniquitates, & in ira molesti erãt mihi. Audiamus turbatus in ira quid dixerit: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Illi ergo ad iracundiã prouocabant, hic tranquillitatem eligebat. Iam dixerat: Ira-Psalm. 4. scimini, & nolite peccare. Moralis magister, qui naturalem affectum inflectendum magis ratione doctrinę, q̃ extirpandum nouerat, moralia docet. Hoc est: Irascimini vbi culpa est, cu irasci debeatis. Nõ potest enim fieri, vt nõ rerum indignitate moueamur: alioquin nõ virt⁹, sed lenitudo & remissio iudicat. Irascimini ergo ita, vt a culpa abstineatis. Vel sic: Si irascimini, nolite peccare, sed vincite ratione iracundiam. Vel certe sic:
L Si irascimini, vobis irascimini, quia commoti estis: & non peccabitis. Qui enim sibi irascitur quia cito commotus est, desinit irasci alteri. Qui autem vult irã suã iustam probare, plus inflãmatur, & cito in culpam cadit. Melior est autem secundum Salomonem, qui ira-Prouerb. cundiam cõtinet, q̃ qui vrbem capit: quia ira etiam fortes decipit. Cauere igitur debemus ne in perturbationes prius incidamus, q̃ animos nostros ratio componat. Examinat enim mẽtem plerũq; aut ira, aut dolor, aut formido mortis, & improuiso percellit ictu. Ideo præuenire pulchrũ est cogitatione, quæ voluendo mẽtem exerceat, ne repentinis excitetur commotionibus, sed iurgo quodã rationis & habenis constricta miteſcat.

De cogitationibus, & appetitu, & decoro sermonis in confabulando, & in disceptando. Caput XXII.

SVNT autem gemini motus, hoc est cogitationũ & appetitus, alteri cogitationũ, alteri appetitus, non confusi, sed discreti & dispares. Cogitationes verum exquirere & quasi emolere muneris habẽt: appetitus ad aliquid impellit agendũ atq; excitat. Itaq; ipso genere naturæ suæ & cogitationes tranquillitatem sedationis infundunt, & appetitus motum agendi excutit. Ita ergo informati sumus, vt bonarum rerũ subeat animũ cogitatio, ap-M petitus autẽ rationi obtẽperet, (si vere vt illud decorũ custodiamus, animũ volumus intendere) ne rationem excludat rei alicuius affect⁹, sed ratio quid honestati cõueniat, examinet. Et quoniam ad conseruationẽ decori spectare diximus vt sciamus in factis dictisve quis modus, prior autem ordo loquẽdi q̃ faciendi est: sermo in duo diuiditur, In colloquium familiare, & in tractatum disceptationẽq; fidei atq; iustitie. In vtroq; seruandũ ne sit aliqua perturbatio, sed tanq̃ mitis & placidus, & beneuolentiæ plenus & gratię, sine vlla sermo ducatur cõtumelia. Absit pertinax in familiari sermone cõtentio. quæstiones enim magis excitare inanes, q̃ vtilitatis aliquid afferre solet. Disceptatio sine ira, suauitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. Et sicut in omni actu vitæ id cauere de-

A bemus, ne rationẽ nimius animi motus excludat, sed teneamus cõsilii locũ: ita etiam in sermone formulam eam tenere conuenit, ne aut ira excitetur, aut odiũ, aut cupiditatis nostræ aut iguauiæ aliqua exprimamus indicia. Sit igitur sermo huiusmodi de scripturis maxime. Quid enim magis nos oportet loqui, q̃ de conuersatione optima, adhortatione obseruatiõis, disciplineq; custodia? Habeat caput eius rationẽ, & finis modum. Sermo enim tediosus iras excitat. Q̃ vero indecorũ, vt cum omnis confabulatio habere soleat incremẽtum gratię, habeat næuum offensionis. Tractatus quoq; de doctrina fidei, de magisterio continẽtię, de disceptatione iustitiæ, de hortatione diligẽtiæ, non vnus semper, sed vt se dederit lectio, nobis & arripiẽdus est, & provt possumus prosequendus, neq; nimiũ prolixus, neq; cito interruptus, ne vel fastidium derelinquat, vel desidiam prodat atq; incuriã. Oratio sit pura, simplex, diluoida, atq; manifesta, plena grauitatis & ponderis, nõ affectata elegantia, sed non intermissa gratia.

Quod ioca quæ philosophi ponunt inter officia, penitus ab ecclesia sint remouenda. Caput XXIII.

B MVLTA præterea de ratione dicẽdi dant præcepta seculares viri, quę nobis prætereũda arbitror: vt de iocandi disciplina. Nam licet interdum honesta ioca ac suauia sint, tamen ab ecclesiastica abhorrent regula: quoniam quæ in scripturis sanctis non reperimus, ea quẽadmodum
Luce. 6. vsurpare possumus? Cauendum est etiam in fabulis, ne inflectant grauitatem seuerioris propositi. Væ vobis qui ridetis: quia flebitis: ait dominus: & nos ridendi materiam requirimus, vt hic ridentes, illic fleamus? Non solum profusos, sed omnes etiam iocos declinandos arbitror: plenum tamẽ suauitatis & gratię sermonem esse non indecorum. Nam de voce quid loquar, quam simplicẽ & puram esse satis arbitror? Canoram autem esse, naturæ est, non industriæ. Sit sane distincta pronunciationis modo, & plena succi virilis, vt agrestem ac subrusticum fugiat sonũ, non vt rhithmũ affectet scenicum, sed mysticum feruet.

De tribus quæ in vita actura necessario sint obseruanda, & quod appetitum rationi cedere conueniat. Caput XXIIII.

DE ratione dicendi satis dictum puto, nunc de actione vitę quid congruat cõsideremus. Tria autem in hoc genere spectanda cernimus. Vnum, vt rationi appetitus non reluctetur. Hoc enim solummodo possunt officia nostra illi decoro conuenire. Si enim appetitus rationi obe-
C diat, facile id quod deceat in omnibus officiis, cõseruari potest. Deinde ne maiore studio q̃ res ipsa est quæ suscipitur, vel minore, aut paruã magno ambitu suscepisse, aut magnam inferiore destituisse videamur. Tertium de moderatione studiorum operumq; nostrorũ. De ordine quoq; rerum, & de opportunitate temporũ nõ dissimulandum puto. Sed primũ illud quasi fundamentum est omniũ, vt appetitus rationi pareat. Secundum & tertium, idem est, hoc est, in vtroq; moderatio. Vacat enim apud nos speciei liberalitas, quæ pulchritudo habetur, & dignitatis contẽplatio. Sequitur de ordine rerum, & de opportunitate temporũ. Ac per hoc tria sunt: quæ videamus vtrum in aliquo sanctorum consummata possimus docere. Primũ igitur ipse pater Abraam, qui ad magisteriũ futuræ successionis informatus & instructus est, iussus exire de terra sua, & de
Gen. 12. cognatione sua, & de domo patris sui, nonne multiplicitate necessitudinis perstrictus affectu, tamen appetitum rationi obedientem præbuit? Quem enim terræ suæ, cognationis, domus quoq; propriæ gratia nõ dele-D ctaret? Et hunc ergo mulcebat suorũ suauitas, sed imperii cælestis & remunerationis æternæ consideratio mouebat amplius. Nonne considerabat vxorem imbecillem ad labores, teneram ad iniurias, decoram ad incentiua insolentium, sine summo nõ posse duci periculo? Et tamen subire omnia, q̃ excusare, cõsultius diiũ dicauit. Deinde cum descenderet in Aegyptum, monuit vt diceret se sororẽ esse, nõ vxorem ipsius. Aduerte quanti appetitus. Timebat vxoris pudori, timebat propriæ saluti, suspectas habebat Aegyptiorum libidines, & tamen præualuit apud eum ratio exequendæ deuotionis. Considerauit enim quod dei fauore vbiq; tutus esse posset: offenso autem domino, etiã domi nõ posset illæsus manere. Vicit igitur appetitum ratio, & obedientem sibi præstitit. Capto nepote, non perterritus, neq; tot regum turbatus populis, bellum repetiit: victoria potitus, prædæ partem cuius ipse fuit autor, recusauit. Promisso quoq; sibi filio, cum consideraret emortui corporis sui vires depositas, sterilitatem coniugis, & suprema senectutem: etiam contra vsum naturæ deo credidit. Aduerte conuenire omnia. Appetitus nõ defuit, sed repressus est. Animus æqualis gerendis: qui nec magna pro vilib⁹, nec minora pro magnis duceret. Moderatio pro negociis, ordo rerum, opportunitas temporum, mensura verborum. Fide primus, iustitia præcipuus, in prælio strenuus, in victoria non E auarus, domi hospitalis, vxori sedulus. Sanctum quoq; eius nepotem Iacob delectabat domi securum degere, sed mater voluit eũ peregrinari, vt daret fraternæ iracundiæ locum. Vicit appetitum, consilii salubritas. Exul domo, profugus a parentibus, vbiq; tamen conuenientem mensuram negociis tenuit, & temporibus opportunitatẽ reseruauit. Acceptus domi parentibus, vt alter maturitate pronocatus obsequii benedictionẽ daret, alter amore pio propenderet. Fraterno quoq; iudicio prælatus, cum cibum suum fratri cedendum putasset: delectabatur vtiq; alimento secũdum naturam, sed secũdum pietatẽ cessit petito. Pastor dño gregis fidus, socero gener sedulus, impiger in labore, in cõmunio parcus, in satisfactione præuius, in remuneratione largus. Deniq; sic fraternã mitigauit iracũdiam, vt cuius verebatur inimicitias, adipisceretur gratiam. Quid de Ioseph loquar, qui vtiq; habebat cupiditatẽ libertatis, & suscepit seruitutis necessitatẽ? Q̃ subditus i seruitute, q̃ in virtute cõstans, q̃ benignus in carcere, sapiẽs in interpretatione, in potestate moderatus, in vbertate pudus, in fame iustus, ordinẽ laudis rebus adiungẽs, & opportunitatẽ tẽporibus, equitatẽ populis officii sui moderatione dispẽsans? Iob quoq; iuxta secũdis atq; aduersis reb⁹ irreprehẽsibilis, patiens, gratus deo atq; acceptus, vexabatur doloribus, sed se cõsolabatur. Dauid etiam fortis F in bello, patiẽs in aduersis, in Hierusalem pacificus, in victoria mãsuetus, in peccato dolẽs, in senectute prouidus, rerum modos, vices temporũ, per singularũ sonos seruauit ætatum, vt mihi videatur non minus viuẽdi genere, q̃ canendi suauitate prædulcis moralẽ † deo fuisse meriti cantilenam. Quod his viris principaliũ virtutum officium defuit? Quarum primo loco cõstituerunt prudentiam, quæ in veri inuestigatione versatur, & scientiæ plenioris infundit cupiditatem. Secũdo iustitiam, quæ suum cuiq; tribuit, alienum non vendicat, vtilitatem propriam negligit, vt cõmunem æquitatem custodiat. Tertio fortitudinem, quæ & in rebus bellicis excelsi animi magnitudiẽ, & domi eminet, corporisq; præstat viribus. Quarto temperantiam, quæ modum ordinemq; seruat omnium quæ vel agenda vel dicenda arbitramur.

† alias immortalẽ.

Quod virtutes quatuor principales, in patribus nostris non mediocriter sint cõsummatæ. Cap. XXV.

GAEC forsitan aliquis dicat primo loco poni oportuisse, quoniam ab his quatuor virtutibus nascuntur officiorū genera. Sed hoc artis est, vt primo officiū definiatur, postea certa in genera diuidatur. Nos autem artē fugimus, exempla maiorum proponimus, quę neq; obscuritatem afferunt ad intelligendū, neq; ad tractādum versutias. Sit igitur nobis vita maiorum, disciplinæ speculū, non calliditatis cōmentarium: imitandi reuerentia, non disputandi astutia. Fuit igitur in sancto Abraam primo loco prudentia, de quo dicit scriptura: Credidit Abraam Gene. 15. deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Nemo enim prudens, qui deum nescit. Deniq; insipiens dixit: Quia nō Psal. 52. est deus. Nā sapiēs nō diceret. Q uō enī sapiens, qui nō requirit autorē suū, qui dicit lapidi: Pater me⁹ es tu: qui dicit diabolo, vt Manichęus, Autor meus es tu? Q uō sapiēs, vt Arianus, qui mauult imperfectū autorē habere atq; degenerē, q̄ verū atq; perfectū? Q uō sapiēs, vt Marcion atq; Eunomi⁹, qui malunt deum malū q̄ bonū habere? Q uō sapiens, qui deū suū nō timet? Initiū Eccli. 1. enim sapientiæ timor domini. Et alibi habes: Sapientes non declinant de ore domini, sed tractant in confessionibus suis. Simul quoq; dicēdo scriptura, Reputatū est ei ad iustitiam: alterius virtutis gratiam ei detulit. Primum igitur nostri definierunt prudentiam in veri cōsistere cognitione. Q uis enim illorū ante Abraam, Dauid, Salomonem? Deinde iustitiam spectare ad so- Psal. 111. cietatem generis humani. Deniq; Dauid ait: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Iustus miseretur, iustus commodat. Sapienci & iusto to- H tus mundus diuitiarū est. Iustus cōmunia pro suis ha- Prouerb. bet, sua pro cōmunibus. Iustus seipsum prius q̄ alios ac- 18. cusat. Ille enim iustus, qui nec sibi parcit, & occulta sua latere non patitur. Vide q̄ iustus Abraam. In senectute susceperat filium per repromissionem: reposcenti domino negandum ad sacrificium (q̄uis vnicum) non putauit. Aduerte hic omnes virtutes quatuor in vno facto. Fuit sapientiæ, deo credere, nec filii gratiam anteferre autoris præcepto. Fuit iustitiæ, acceptum reddere. Fuit fortitudinis, appetitum ratione cohibere. Ducebat hostiā pater: interrogabat filius: tentabatur affectus patri⁹, sed nō vincebatur. Repetebat fili⁹ appellationē paternā. cōpungebat paterna viscera, sed nō minuebat deuotionē. Accedit & quarta virtus tēperātia. Tenebat iust⁹ & pietatis modū, & executionis ordinē. Deniq; dū sacrificio necessaria vehit, dum ignē adolet, dum filium ligat, dū gladiū educit: hoc immolandi ordine meruit, vt filium reseruaret. Q uid sapientius sancto Iacob, qui deum vidit facie ad faciem, & meruit benedictionem? Q uid iustius, qui ea quæ acquisierat, oblatis muneribus cum fratre diuisit? Q uid fortius, qui cum deo luctatus est? Q uid modestius, qui modestiam ita & locis & temporibus deferebat, vt filię in- I iuriam mallet præterexere cōiugio, q̄ vindicare, eo quod inter alienos positus amori potius consulēdum, q̄ odia colligenda censebat? Noe q̄ sapiens, qui tantam fabricauit arcam? Q̄ iustus, qui ad semē omnium reseruatus, solus ex omnibus & præteritæ generationis supstes est factus, & autor futuræ, mundo potius & vniuersis magis q̄ sibi natus? Q̄ fortis, vt diluuium vinceret? Q̄ temperans, vt diluuium toleraret? quando introiret, qua moderatione degeret, quando coruū, quando colūbā dimitteret, quādo recideret reuertētes, quando exeūdi opportunitatem captaret, agnosceret?

Quid in veritatis inuestigatione seruandum sit. Caput XXVI.

TAQVE tractant in veri inuestigatione tenendum illud decorum, vt summo studio requiratur quid verum sit, nō falsa pro veris ducere, non obscuris vera inuoluere, non sur- K persuis vel implexis atq; ambiguis occupare animū. Q uid tam indecorū, q̄ venerari signa quæ ipsi fecūt? Q uid tam obscurū, q̄ de Astronomia & Gæometria tractare quod probant, & profundi aeris spatia metiri, cælū quoq; & mare numeris includere, relinquere causam salutis, erroris quęrere? An nō ille eruditus in omni sapientia Ęgyptiorum Moyses probauit ista? Sed illam sapientiam detrimētum & stultitiam iudicauit, & auersus ab ea, intimo deum quæsiuit affectu. Ideoq; vidit, interrogauit, audiuit loquētem. Q uis magis sapiēs, q̄ ille quē docuit deus, qui omnē sapientiam Ęgyptiorum, omniumq; artium potentias operis sui virtute euacuauit? Non hic incognita pro cognitis habebat, hisq; temere assentiebaſ. Q uæ duo in hoc maxime naturali atq; honesto loco vitanda dicunt, qui sibi nec contra naturam esse, nec turpe iudicāt saxa adorare, & a simulacris auxiliū petere, quę nihil sentiant. Q̄ to igitur excelsior virt⁹ est sapiētia: tāto magis emitēdū esse arbitror nobis, vt assequi eā possimus. Itaq; ne quid contra naturā, ne quid turpe atq; indecorū sentiamus: duo hęc, id est, & tempus & diligentiam ad cōsiderationem rerum examinandi gratia conferre debemus. Nihil est enim magis quo homo cæteris animantibus præstet, q̄ quod rationis est particeps, causas rerum requirit, generis sui autorem inuestigandum putat, in cuius potestate vitæ necisq; nostrę potestas sit, qui mundum hūc suo nutu regat, cui sciamus rationem esse reddendam nostrorum actuum. Nihil est enim quod magis proficiat ad vitam honestam, q̄ vt credamus eum iudicem futurum, quem & occulta non fallant, & indecora offendant, & honesta delectent. Omnibus igitur hominib⁹ L meſt secundū naturam humanam verum inuestigare, quod ad studium cognitionis & scientiæ trahit, & inquirendi infundit cupiditatem. In quo excellere vniuersis pulchrum videtur, sed paucorum est assequi, qui voluendo cogitationes, cōsilia examinando, non mediocrem impendunt laborem vt ad illud beate honesteq; viuendum peruenire possint, atq; operibus appropinquare. Non enim qui dixerit, inquit, mihi dñe, dñe: in- Matth. 7. trabit i regnū cælorū, sed qui fecerit ea quę dico. Nā studia scientiæ sine factis, haud scio an etiā inuoluāt magis.

Quod virtutes quatuor ita perplexæ sint, vt ab inuicem separari nequeant. Caput XXVII.

PRIMVS igitur officii fons prudētia est. Tulli⁹ lib. Q uid enim tam plenū officii, q̄ deferre auto- i. de origi ri studium atq; reuerentiam? Q ui tamen ne honesti fons & in virtutes deriuatur cęteras. Neque ex quatuor enim potest iustitia sine prudentia esse: cum examina- or fontib⁹ re quid iustum, quid ve iniustum sit, non mediocris prudentiæ sit. Summus in vtroq; error. Q ui enim iustum iudicat iniustum, iniustum vero iustū, execrabilis erit apud deum. Vt quid abundant iustitiæ imprudenti? Salomon ait. Neq; iterum prudentia sine iustitia est. Pietas enim in deum, initium intellectus. Q uo aduer M timus illud ab huius seculi translatum magis q̄ inuētum sapientibus, quia pietas fundamētum est omniū virtutum. Iustitiæ autem pietas est prima in deū, secunda in patriam, tertia in parentes. Itē in omnes, quæ & ipsa secundum naturæ est magisterium. Siquidem ab ineunte ætate vbi primum sensus infundi cœperit, vitam amamus tanq̄ dei munus, patriam parentesq; diligimus, deinde æquales, quibus sociari cupimus. Hinc charitas nascitur, quæ alios sibi præfert, nō quærens quæ sua sunt. in quibus est principatus iustitiæ. Omnibus quoq; animantibus innascitur primum salutem tueri, cauere quæ noceant, expetere quę prosint, vt pastum, vt latibula, quibus se a periculis, imbribus, Sole defendant: quod est prudentiæ. Succedit quoq; vt omnium genera animantium, congregabilia natura

A sint, primo generis sui ac formæ consortibus, tum etiā cæteris: vt videmus boues armentis, equos gregibus, & maxime pares paribus delectari. Ceruos quoq; cernis, & plerumq; hominibus adiūgi. Iam de procreandi studio & sobolis, vel etiam generantium amore, quid loquar, in quo est forma iustitiæ præcipua? Liquet igitur & has & reliquas cognatas sibi esse virtutes, si quidem & fortitudo quæ vel in bello tuetur a barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel a latronibus socios, plena sit iustitię: & scire quo consilio defendat atq; adiuuet, captare etiam temporum & locorum opportunitates, prudentiæ ac modestiæ sit: et temperantia ipsa sine prudentia modū scire nō possit, opportunitatē noscere, & secundum mensuram reddere sit iustitiæ: et in omnibus istis magnanimitas necessaria sit, & quædam fortitudo mētis, plerūq; & corporis, vt quis quod velit possit implere.

Primum quod philosophi dicunt & secundum iustitię munus apud nos excludi, tertiū vero a nostris mutuatum. Caput XXVIII.

VStitia igitur ad societatem generis humani, & ad cōmunitatem refertur. Societatis enim ratio diuiditur in duas partes, iustitiā & beneficētiam, quam eandem liberalitatē & benignitatem vocant. Iustitia mihi excelsior videtur, liberalitas gratior. Illa censuram tenet, ista bonitatem. Sed primū ipsum quod putāt philosophi iustitiæ munus, apud nos excluditur. Dicāt enim illi eā primā esse iustitię formam, vt nemini quis noceat nisi lacessitus B iniuria. quod Euāgelii auctoritate vacuatur. Vult enim scriptura, vt sit in nobis spiritus filii hominis, qui venit conferre gratiam, non inferre iniuriā. Deinde formam iustitiæ putauerūt, vt quis cōmunia, id est publica, pro publicis habeat, priuata pro suis. Nec hoc quidē secundum naturam. Natura enim omnia omnibus in cōmune profudit. Sic enim deus generari iussit omnia, vt pastus omnibus communis esset, & terra ergo foret omniū quædā cōmunis possessio. Natura igitur ius cōmune genauit, vsurpatio ius fecit priuatū. Q uo in loco aiūt placuisse Stoicis, quæ in terris gignātur, omnia ad vsus hominū creari, homines autem hominū causa esse generatos, vt ipsi inter se aliis alii prodesse possint. Vnde hoc, nisi de nostris scripturis dicēdum sumpserunt? Moyses enim scripsit, quia dixit deus: Faciamus hominē ad imaginem nostrā, & secūdum similitudinem, & habeat potestatē piscium maris, & volatilium cæli, & pecorū, & omnium repētium super terrā. Geñ. 1. Psal. 8. Et Dauid ait: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora cāpi, volucres cæli, & pisces maris. Ergo omnia subiecta esse homini de nostris didicerunt, & ideo censent propter hominē esse generata. Hominem quoq; hominis causa generatū e Geñ. 2. se in libris Moysi reperimus, dicēte domino: Non est bonum esse hominē solum. faciamus ei adiutoriū simile sibi. Ad adiumentū ergo mulier data est viro, quę geC neraret, vt homo homini adiumento foret. Deniq; anteq̄ mulier formaretur, dictū est de Adam: Non est inuentus adiutor similis illi. Adiumentum enim homo nisi de homine habere nō poterat. Ex omnibus igitur animantibus nullū animal simile, & vt absolute dicamus, nullus adiutor hominis inuentus est. Muliebris igitur sexus adiutor expectabatur. Ergo secundum dei voluntatem, vel naturæ copulā, inuicē nobis esse auxilio debem⁹, certare officiis, velut in medio omnes vtilitates ponere, & vt verbo scripturæ vtar, adiumentum ferre alter alteri vel studio, vel officio, vel pecunia, vel operibus, vel quolibet modo, vt inter nos societatis augeatur gratia, nec quisq̄ ab officio vel periculi terrore reuocetur, sed omnia sua ducat, vel aduersa vel prospera.

Deniq; sanctus Moyses pro populo patrum bella susci- D pere grauia non reformidauit, nec regis potētissimi tre pidauit arma, nec barbaricę immanitatis expauit ferociam, sed abiecit salutē suam, vt plebi libertatem redderet. Magnus itaq; iustitiæ splendor, quę aliis potius nata q̄ sibi, cōmunitatem & societatem nostram adiuuat, excelsitatē tenet, vt suo iudicio omnia subiecta habeat, opem aliis ferat, pecuniā conferat, officia non abnuat, pericula suscipiat aliena. Q uis non cuperet hanc virtutis arcem tenere, nisi prima auaritia infirmaret atq; inflecteret tantę virtutis vigorem? Etenim dum augere opes, aggerare pecunias, occupare terras possessionib⁹ cupimus, præstare diuitiis: iustitię formam exuimus, beneficētiam cōmunem amittimus. Q uomodo enim potest iustus esse, qui studet eripere alteri q̄d sibi quærat? Potentiæ quoq; cupiditas, formam iustitiæ virilē effœminat. Q uomodo enim potest pro aliis intercedere, qui alios sibi subiūcere conatur: & infirmo aduersus potentes opem ferre, qui ipse grauem libertati affectat potentiam?

Iustitiam & fidem hostibus etiam exhibendam. Caput XXIX.

QVANTA autem iustitia sit, ex hoc intelligi potest, q̄ nec locis, nec personis, nec tēporibus excipitur, quę etiam hostibus reseruatur, vt si constitutus sit cum hoste aut locus aut dies prælio: aduersus iustitiā putetur, aut loco præuenire, aut tēpore. Interest enim vtrū aliquis pugna aliqua & cōflictu grauī capiatur, an superiore gratia, vel aliquo euentu. Siquidem vehemētioribus hostibus & E infidis, & iis qui amplius læserint, vehementior refertur vltio, vt Madianitis, qui per mulieres suas plerosq; Nume. 31 peccare fecerant ex plebe Iudeorum, vnde & dei in populum patrum iracundia effusa est: et ideo factum est vt nullum Moyses victor superesse pateretur: Gabaonitas autē qui fraude magis quam bello tētauerant plebem patrum, nō expugnaret Iesus, sed conditionis impositæ afficeret iniuria: Syros vero Helisæus quos obfidentes in ciuitatē duxerat momentaria cæcitate percussos, cāi quo ingrederētur videre non possent, volenti regi Israel percutere non acquieſceret, dicens: Non per- 4. Reg. 6 cuties quos nō captiuasti in lancea & in gladio tuo, pone eis panem & aquā, vt manducent & bibāt, & remittantur, & eant ad dominum suū. vt humanitate prouocati gratiā repræsentarēt. Deniq; postea in terrā Israel venire piratæ Syriæ destiterūt. Si ergo in bello iustitia valet, quanto magis in pace seruanda est? Et hanc gratiam propheta his detulit, qui ad eum corripiēdum venerāt. Sic enim legimus, quod in obsidionē eius miserat rex Syriæ exercitum suū, cognito quod Helisęus esſet qui cōsiliis & argumētationibus eius obuiaret omnibus. Q uem videns exercitū Giezi seruus prophetæ, de salutis periculo trepidare cœpit. Cui dixit propheta: F Noli timere, quoniam plures nobiscū sunt, quam cum illis. Et rogante propheta vt aperirētur oculi seruo suo, aperti sunt. Vidit itaq; Giezi totū montē equis repletū & curribus in circuitu Helisæi. Q uibus descēdentibus ait propheta: Percutiat dominus cęcitate exercitū Syriæ. Q uo impetrato dixit ad Syros: Venite post me, & ducam vos ad hominem quem quæritis. Et viderūt Helisæum, quē corripere gestiebant, & videntes tenere non poterant. Liquet igitur etiam in bello fidem & iustitiam seruari oportere, nec vllum decorū esse posse, si violetur fides. Deniq; etiam aduersarios molli veteres appellatione nominabāt, vt peregrinos vocarent. Hostes enim antiquo ritu peregrini dicebantur. Q uod æ- Iosue. 9. quę etiā ipsum de nostris assumptū dicere possumus. Aduersarios enī suos Hebræi allophylos, hoc est, alienigenas, latino appellabant vocabulo. Deniq; in libro

G Regnorũ primo sic legimus: Et factũ est in diebꝰ illis, conuenerũt alienigenæ in pugnã ad Israel. Fundamẽtum ergo est iustitię fides. Iustorũ enim corda meditãtur fidem: & qui se iustus accusat, iustitiam supra fidẽ collocat. Nam tunc iustitia eius apparet si vera fateatur. Denicꝫ & dominus per Esaiã: Ecce, inquit, mitto lapidem in fundamentum Sion, id est, Christũ in fundamentum ecclesiæ. Fides enim omnium Christus. Ecclesia autem quædam forma iustitię est, commune ius omnium. In commune orat, in cõmune operatur, in cõmune tentatur. Denicꝫ qui seipsum sibi abnegat, ipse iustus, ipse dignꝰ Christo est. Ideo & Paulus fundamẽtum posuit Christum, vt supra eum opera iustitiæ locaremus, quia fides fundamentum est. In operibus autem aut malis iniquitas, aut bonis iustitia est.

Esa. 28.

De beneficentia. Caput XXX.

Tulliꝰ lib. i. quemadmodũ ex beneficentia quę iustitiæ cõiuncta est, officia manent.

SED iam de beneficentia loquamur, quę dicitur etiam ipsa in benevolentiam & liberalitatem. Ex his igitur duabus constat beneficentia, vt sit perfecta. Non enim satis est benevelle, sed etiam benefacere. Nec satis est iterũ benefacere, nisi id ex bono fonte, hoc est, ex bona voluntate proficiscatur. Hilarem enim datorem diligit deus.

2. Cor. 9.

Nam si inuitus facias, quæ tibi merces est? Vnde apostolus generaliter inquit: Si volens hoc ago, mercedẽ habeo: si inuitus, dispensatio mihi credita est. In Euangelio quoq; multas disciplinas accepimus iuste liberalitatis. Pulchrum est igitur benevelle, & eo largiri cõsilio, vt prosis, nõ vt noceas. Nam si luxurioso ad luxuriæ effusionem, adultero ad mercedẽ adulterii largiendum putes, non est beneficentia ista, vbi nulla est benevolentia. Officere enĩ istud est, non prodesse alteri: si largiaris ei qui conspiret aduersus patriam, qui congregare cupiat tuo sumptu perditos qui impugnent ecclesiam. Non est hæc probabilis liberalitas, si adiutes eũ qui aduersus viduam & pupillos grauii decernit iurgio, aut vi aliqua possessiones eorum eripere conatur. Non probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri quis extorqueat: si iniuste quærat, & iuste dispensandũ

1. Cor. 9.

H

Luc. 19.

putet: nisi forte, vt ille Zachæus, reddas quadruplum prius ei quem fraudaueris: & gẽtilitatis vitia, fidei studio, & credentis operatione compenses. Fundamentũ igitur habeat liberalitas tua. Hoc primum queritur, vt cum fide conferas. fraudem non facias oblatis, ne dicas te plus conferre, & minus cõferas. Quid enim opus est dicere? Fraus promissi est. in tua potestate est largiri quod velis. Fraus fundamentũ soluit, & opus corruit.

Actu. 5.

Numquid Petrus ita indignatione efferbuit, vt Ananiam extingui vellet, vel vxorem eius? Sed exemplo eorum noluit perire cæteros. Nec illa perfecta est liberalitas, si iactantię causa magis q̃ misericordiæ largias.

I

Affectus tuus nomen imponit operi tuo. Quomodo a te proficiscitur, sic æstimatur. Vides q̃ moralẽ iudicem habeas? Te consulit quomodo opus tuum suscipiat, mentem tuam prius interrogat. Nesciat inquit sinistra tua quid faciat dextera tua. Nõ de corpore loquitur, sed etiã vnanimus tuus, frater tuus quod facis nesciat: ne dum hic mercedem queris iactantię, illic remunerationis fructum amittas. Perfecta autẽ est liberalitas, vbi silentio quis tegit opus suum, & necessitatibus singulorum occulte subuenit: quẽ laudat os pauperis, & non labia sua. Deinde perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore cõmendatur, vt primũ operaris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, erumnam perpeti, qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit aut captiuitatis suorum, aut calumniæ, & nõ adiuues: si sit in carcere, & pœnis & suppliciis propter debitum aliquod iustus excrucietur: (nam etsi omnibus

Matt. 6.

debetur misericordia, tamen iusto amplius) si tempore afflictionis suæ nihil a te impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortẽ, plus apud te pecunia tua valeat, quam vita morituri. De quo pulchre Iob dixit: Benedicto perituri in me veniebat. Personarũ quidem deus acceptor nõ est, quia nouit omnia. Nos autẽ omnibus quidem debemus misericordiã: sed quia pleriq; fraude eam quærunt, & fingunt egenam, ideo vbi causa manifestatur, persona cognoscitur, tẽpus vrget, largius se debet profundere misericordia. Non enim auarus dominus est, vt plurimũ querat. Beatus quidẽ qui dimittit omnia, & sequitur eum. Sed & ille beatus est, qui quod habet, ex affectu facit. Denicꝫ duo æra viduæ illius, diuitum muneribus prætulit: quia totũ illa quod habuit contulit: illi autem ex abundanti partem exiguam cõtulerunt. Affectus igitur diuitem collationẽ aut pauperem facit, & pretium rebus imponit. Cæterum deus non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte vt Heliseus qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret. Est etiam illa probanda liberalitas, vt proximos seminis tui nõ despicias, si egere cognoscas. Melius est enĩ vt ipse subueniας tuis, quibus pudor est ab aliis sumptũ deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: nõ tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus. Causa enim præstat, non gratia. Neq; enim propterea te domino dicasti, vt tuos diuites faciας, sed vt vitam tibi perpetuã fructu boni operis acquiras, & precio miserationis peccata redimas tua. Putant se parum poscere? precium tuũ quærunt, vitæ tuæ fructum adimere contendunt. Et accusat quod eum diuitem non feceris, cum te ille velit æternæ vitę fraudare mercede? Consilium præmisimus, autoritatem petamus. Primum igitur neminem debet pudere si ex diuite pauper fiat dum largitur pauperi, quia Christus pauper factus est cum diues esset, vt nos sua inopia ditaret. Dedit regulam quam sequamur, vt bona ratio

Iob. 29.

L

fit exinaniti patrimonii, si quis pauperũ famem repulit, inopiam sublenauit. Vnde & consilium in hoc do, Apostolus dicit. Hoc enim vobis vtile est, vt Christũ imitemini. Consilium bonis datur, correptio errantes coercet. Denique quasi bonis dicit: Qui non tantum facere, sed & velle cœpistis ab anno præterito. Perfectorum vtrunq; est, non pars. Itaq; docet & liberalitatem sine benevolentia, & benevolentiam sine liberalitate non esse perfectam. Vnde ad perfectum hortatur dicens: Nunc ergo & facere consummate, vt quemadmodum prompta est in vobis voluntas faciendi: ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enĩ voluntas prõpta est: secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim vt aliis refectio sit, vobis autem angustia, sed ex æqualitate in hoc tẽpore vestra abundantia sit ad illorum inopiam: vt & illorum abũdãtia sit ad vestrã inopiam, vt fiat æqualitas, sicut scriptũ est: Qui multũ, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. Aduertimus quemadmodum & benevolentiam, & liberalitatem, & modum cõprehendit, & fructum, atq; personas. Ideo modũ, quia imperfectis dabat consilium. Non enim patiuntur angustias nisi imperfecti. Sed & si quis ecclesiã nolens grauare in sacerdotio aliquo constitutus aut ministerio, non totum quod habet conferat, sed operetur cum honestate quantum officio satis est, nõ mihi imperfectus videtur. Et puto quod hic angustiam non animi, sed rei familiaris dixerit. De personis autem puto dictum, vt vestra abundantia sit ad illorum inopiam, & illorũ abundantia ad vestram inopiam: id est, vt populi abũdantia sit bonæ operationis ad illorum sublenandam alendo inopiam: & illorum abundantia spiritalis adiuuet in plebe inopiam meriti spiritalis, & conferat ei gra-

2. Cor. 8.

M

A tiam. Vnde exemplum optimum posuit: Qui multum, non abundauit: & qui modicũ, non minuit. Bene hortatur ad officiũ misericordię omnes homines istud exemplum: quoniã & qui plurimum auri possidet, non abundat, quia nihil est quicquid in hoc seculo est. & qui exiguũ habet, non minuit: quia nihil est quod amittit. Res sine dispendio est, quæ tota dispenditũ est. Est etiã sic intellectus bonus: Qui plurimum habet, etsi nõ donat, non abundat: quia quãtũuis acquirat, eget semper qui plus concupiscit. Et qui exiguũ habet, non minuit, quia non multum est quod pauperem pascit. Similiter ergo & ille pauper qui cõfert spiritalia pro pecuniariis, etsi plurimum habeat gratiæ, non abundat. Nõ enim onerat gratia, sed alleuat mentem. Sed etiam sic potest intelligi: Non abundas o homo. Quantum est enim

Luc. 7.

quod accepisti, etsi tibi multum est? Ioannes quo nemo maior est inter natos mulierũ, inferior tamen erat eo qui minor est in regno cælorum. Potest & sic intelligi: Non abundat dei gratia corporaliter, quia spiritalis est. Quis eius potest aut magnitudinem aut latitudinem comprehendere, quam non videt? Fides si fuerit sicut granũ sinapis, montes transferre potest: & non tibi datur vltra granum sinapis. Si in te abundet gratia, est verẽdum ne mens tua tãto munere incipiat extolli: quia multi sunt qui ab altitudine cordis sui grauẽ corruerunt, q̃ si nullam habuissent dei gratiã. Et qui parum habet, non minuit: quia non est corporeum vt diuidatur. & quod parum videtur habenti, plurimum

B est cui nihil deest. Considerauda etiã in largiendo ætas atq; debilitas, nonnũquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victum querere. Similiter & debilitas corporis, & hęc iuuanda promptius. Tum si quis ex diuitiis cecidit in egestatẽ, & maxime si non vitio suo, sed aut latrociniis, aut proscriptione, aut calumniis quę habebat amisit. Sed forte dicat aliqs: Cęcus

Luc. 11.

vno loco sedet & preteritur, & iuuenis validus frequenter accipit. Verum est, quia obrepit propter importunitatem. Nõ est illud iudicii, sed tedii. Nam & dominus ait in euangelio de eo qui iam clauserat ostium suum, si quis ostium eius procacius pulsset, quia surgit, & dat illi propter importunitatem.

De reddendo beneficio. Caput XXXI.

Prou. 23.

VLCHRVM quoq; est propensiorẽ eius haberi rationem, qui tibi aut beneficium alicui quod aut munus cõtulit, si ipse in necessitatẽ incidit. Quid enim tã contra officium, q̃ nõ reddere quod acceperis? Nec mensura pari sed vberiore reddendum arbitror, & vsum pensandum beneficii, vt tãto subuenias, quãto eius erũnã repellas. Etenĩ superiorem nõ esse in referendo q̃ in cõferendo beneficio,

C hoc est minorẽ esse: quoniam qui prior cõtulit, tempore superior est, humanitate prior. Vnde imitanda nobis est in hoc quoq; natura terrarũ, quæ susceptum semen multiplicationi solet numero reddere quam acceperit. Ideo est tibi scriptum: Sicut agri cultura est homo insipiẽs, & tanq̃ vinea homo egẽs sensu. Si reliqueris eum, desolabitur. Sicut agri cultura ergo etiã sapiens, vt tãquam fœnerata sibi maiore mensura semina susceptа restituat. Terra ergo aut spontaneos fructꝰ germinat, aut creditos vberiore cumulo refidit ac reddit. Vtrũq; debes quodam hæreditario vsu parentis, ne relinquaris sicut infœcundus ager. Esto tamen vt aliquis excusare possit quod non dederit, quomodo excusare potest quod non reddiderit? Non dare cuiquã vix licet, nõ reddere vero non licet. Ideo pulchre Salomon ait: Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige ea quæ apponuntur tibi: & mitte manum tuam, sciens quod oportet te talia præparare. Si autẽ insatiabilis es,

D noli concupiscere escas eius. hęc enim obtinent vitã fallam. Quem nos imitari cupientes, sententias scripsimus. Cõferre gratiam bonũ est: at qui referre nescit, durissimus. Humanitatis exemplum ipsa terra suggerit. Spontaneos fructus ministrat quos non seueris, multiplicatum quoq; reddit quod acceperit. Negare tibi pecuniam numeratã nõ licet, qũo licet acceptã non referre gratiã? In Prouerbiis quoq; habes quod ita plurimum redhibitio ista gratię apud deũ cõsueuit valere, vt etiã in die ruinæ inueniat gratiam, quãdo possunt præpõderare peccata. Et quid aliis vtar exemplis, cũ dominus ipse remunerationem vberiorẽ sanctorũ meritis in euãgelio polliceatur, atq; exhortetur vt operemur bonum opus, dicẽs: Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. mensuram bonam, cõmotam, superefflueẽtem dabunt in sinũ vestrũ? Itaq; & illud communiũ Salomonis, nõ de cibis, sed de operibus est bonis. Quo enĩ melius epulatur animi, q̃ bonis factis? Aut quid aliud tam facile potest iustorum explere mentes, q̃ boni operis conscientia? Qui autem iucundior cibus, q̃ facere voluntatem dei? Quẽ cibum sibi solũ dominus abundare memorabat, sicut scriptum est in euãgelio: Meus

Luce. 6.

Ioan. 4.

cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, qui est in cælo. Hoc cibo delectemur, de quo ait propheta: Delectare in domino. Hoc cibo delectantur qui superiores delectationes mirabili ingenio cõprehenderunt, qui possunt scire qualis sit illa mũda & intelligibilis mẽtis delectatio. Edamus ergo panem sapientię, & saturemur

Psal. 36.

E in verbo dei: quia nõ in solo pane, sed i omni verbo dei vita est hominis facti ad imaginem dei. De poculo vero satis expresse dicit sanctus Iob: Sicut terra expectãs pluuiam, sic & isti sermones meos.

Deut. 8.

Iob. 29.

Beneuolentiam liberalitate potiorem esse. Caput XXXII.

PVLCHRVM est ergo vt diuinarũ scripturarũ humescamus alloquio, & quasi rosficiũ nos dei verba descẽdant. Cum igitur sederis ad illã mensam potentis, intellige quis sit iste potens: & in paradiso delectationis positus, atq; in cõmunio sapientię collocatus cõsidera quę apponunt tibi. Scriptura diuina, cõuiuiũ sapiẽtię est: singuli libri, singula sunt fercula. Intellige prius quæ habeantur in ferculis dapes, & tũc mitte manum, vt ea quę legis vel quæ accipis a domino deo tuo, operibus exequaris, & collatã in te gratiam officiis repręsentes, vt Petrus & Paulus, qui euangelizando vicem quandam largitori muneris reddiderunt, vt possint singuli dicere: Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia eius in me egena non fuit, sed abundantius illis omnibus laborani.

1. Cor. 15.

Alius ergo fructum accepti beneficii, vt aurum auro, F argentum argẽto rependit, alius laborem, alius (haud scio an etiam locupleti?) solum restituit affectũ. Quid enĩ si reddendi nulla facultas suppetit? In beneficio reddendo plus animus q̃ census operatur, magisq; prępõderat benevolentia, q̃ possibilitas referendi muneris. Gratia enim in eo ipso quod habetur refertur. Magna igitẽ benevolẽtia, quæ etiã si nihil cõferat, plus exhibet: & cum in patrimonio nihil habeat, largitur pluribus, idq; facit sine vllo suo dispẽdio, & lucro omniũ. Et ideo prestat benevolẽtia supra ipsam liberalitatẽ. Ditior hęc morbꝰ, q̃ illa muneribus. Plures enĩ sunt qui indigent beneficio, q̃ qui abũdãt. Est autẽ benevolẽtia coniuncta liberalitati, a qua ipsa liberalitas proficiscitur. cũ largitatis affectũ sequitur largiẽdi vsus, est separata atq; discreta. Vbi enim deest liberalitas, benevolẽtia manet cõmunis quędã parẽs omniũ, quæ amicitiã cõnectit & copulat, in cõsiliis fidelis, in prosperis lætа, in tristibus mœsta, vt vnusquisq; benevolẽtis se magis q̃ sapientis credat cõsilio, vt Dauid cũ esset prudentior, Ionathę ta-

G men iumioris consiliis acquiescebat. Tolle ex vsu homi
num beneuolētiam, tanq̄ solē e mundo tuleris, ita erit:
quia sine ea vsus hominū esse nō potest, vt peregrinati
mōstrare viam, reuocare errantem, deferre hospitium.
Iob. 31. Nō igitur mediocris virtus, de qua sibi plaudebat Iob
dicens: Foris autem non habitabat hospes, ianua mea
omni venienti p.tebat. Aquam de aqua profluēti da
re, lumen de lumine accēdere. Beneuolentia itaq; in iis
est omnibus, tanq̄ fons aquæ reficiens sitientem, tanq̄
lumen quod etiā in aliis luceat, nec illis desit qui de suo
lumine aliis lumen accenderint. Est etiā illa beneuolen
tiæ liberalitas, vt si quod habes debitoris chirographū,
scindēs restituas, nihil a debitore cōsecutus debiti. Q d
exēplo sui facere nos debere Iob sanctus admonet. Nā
qui habet, non mutuatur: qui nō habet, nō liberat syn
grapham. Q uid igitur etiam si ipse non exigas, auaris
hæredibus reseruas, quam potes cū beneuolentiæ lau
de sine damno pecuniæ repræsentare? Atq; vt plenius
discutiamus, beneuolentia a domesticis primum profe
cta personis, id est, a filiis, parentibus, fratribus, per con
iunctionum gradus in ciuitatē peruenit ambitū, & de
paradiso egressa mundum repleuit. Deniq; cum in vi
ro & fœmina beneuolentē deus posuisset affectū, dixit:
Gene. 2. Erūt ambo in vna carne, & i vno spiritu. Vnde se Eua
serpenti credidit: quoniam quę beneuolentiam accepe
rat, esse maleuolentiam non opinabatur.

H Beneuolentiam in ecclesia maxime, & earundē vir
tutum hominibus perseuerare. Cap. XXXIII.

AVGETVR beneuolentia cœtu ecclesiæ,
fidei consortio, initiandi societate, percipien
dæ gratię necessitudine, mysteriorū commu
nione. Hæc enim etiam appellationes neces
situdinum, reuerentiam filiorum, autoritatem & pie
tatem patrum, germanitatē fratrū sibi vēdicant. Mul
tum igitur ad cumulandā spectat beneuolētiam neces
situdo gratię. Adiuuant etiam pariū studia virtutum.
Siquidem beneuolentia etiam morum facit similitudi
nē. Deniq; Ionathas filius regis imitabatur sancti Da
uid mansuetudinem, propter quod diligebat eum. Vn
Psal. 17. de & illud, Cum sancto sanctus eris: non solum ad con
uersationem, sed etiam ad beneuolentiam deriuādum
videtur. Nam vtiq; & filii Noe simul habitabant, & nō
erat in his morum cōcordia. Habitabant etiā in domo
patris Esau & Iacob, sed discrepabant. Non enim erat
beneuolentia inter eos, quæ sibi præferret alterum, sed
magis contentio, quę preriperet benedictionem. Nam
cum alter prædurus, alter mansuetus esset: inter dispa
res mores, & studia cōpugnantia, beneuolentia esse nō
poterat. Adde quia sanctus Iacob paternæ degenerem
I domus virtuti, preferre nō poterat. Nihil autem tā con
sociabile, q̄ cum æquitate iustitia, quæ velut compar &
socia beneuolentiæ, facit vt eos quos pares nobis credi
mus, diligamus. Habet autē in se beneuolentia etiam
fortitudinem. Nam cū amicitia ex beneuolentiæ fon
te procedat, nō dubitat p amico grauia vitæ sustinere
picula. Et si mala mihi, inquit, euenerit, p illū sustineo.

Laus beneuolentiæ. Caput XXXIIII.

BENEVOLENTIA etiam gladiū ira
cundiæ extorquere consuēuit. Beneuolētia
facit vt amici vulnera vtilia magis q̄ volu
taria inimici oscula sint. Beneuolētia facit
vt vnus fiat ex pluribus: quoniā & si plures amici sint,
vnus fiunt, in quibus vnus spiritus, & vna sentētia est.
Simul aduertimus etiā correptiones in amicitia gra
tas esse, quæ aculeos habent, dolorem non habent. Cō
pungimur enim censoriis sermonibus: sed beneuolen
tiæ delectamur sedulitate. Ad summam, nō omnibus
eadem semper officia debentur, nec personarū semper, k
sed plerūq; caussarum & temporum prælationes sunt,
vt vicinum quis interdum magis q̄ fratrem adiuuerit:
quoniā & Salomon dicit: Melior est vicinus in proxi- Prou. 27.
mo, q̄ frater longe habitans. Et ideo plerunq; amici se
beneuolentiæ quisq; committit, q̄ fratris necessitudini.
Tantum valet beneuolentia, vt plerunq; pignora vin
cat naturæ.

De fortitudine, quam sine iustitia virtutem non esse
manifestis declaratur indiciis. Cap. XXXV.

SATIS copiose iustitiæ loco honesti naturā
& vim tractauimus. Nūc de fortitudine tra
ctemus, quæ velut excelsior cæteris, diuidi
tur in res bellicas & domesticas. Sed belli
carum rerū studiū a nostro officio iam alienū videtur,
quia animi magis q̄ corporis officio iutēdimus, nec ad
arma iā spectat vsus noster, sed ad pacis negocia. Ma
iores aūt nostri, vt Iesus Naue, Hieroboal, Sampson,
Dauid, summam rebus quoq; bellicis retulere gloriā.
Est itaq; fortitudo velut excelsior cæteris, sed nunq̄ in
comitata virtus. Non enim seipsam cōmittit sibi: alio-
qui fortitudo sine iustitia, iniquitatis materia est. Quo
enim validior est, eo promptior est vt inferiorē oppri
mat: cum in ipsis rebus bellicis iusta bella an iniusta
sint, spectandum putetur. Nunq̄ Dauid nisi lacessitus
bellum intulit. Itaq; prudētiam fortitudinis comitem
habuit in prælio. Nam & aduersus Goliam immani
mole corporis virū singulari certamine dimicaturus,
arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis la- L
certis magis q̄ alienis integumentis nititur. Deinde e
minus, quo grauius feriret, rēu lapidis hostem intere
mit. postea nunq̄ nisi consulto domino bellum adorsus
est. Ideo in omnibus victor præliis, vsq; ad summā se
nectam manu promptus, bello aduersum Titanas sus
cepto, ferocibus bellator miscebatur agminibus, glo
riæ cupidus, incuriosus salutis. Sed nō hæc sola pręcla
ra fortitudo est, sed etiam illorū gloriosam fortitudinē
accipimus, qui per fidem magnitudine animi obstru- Heb. 11.
xerunt leonum ora, extinxerūt virtutem ignis, effuga
runt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate, fortes,
qui non comitatu & legionibus succincti, communē cū
multis victoriam, sed nuda virtute animi singulare de
perfidis retulerunt triumphum. Q̄ insuperabilis Da
niel, qui circa latera sua rugientes non expauit leones.
Fremebant bestiæ, & ille epulabatur.

Fortitudinem maxime in animo & cōtemptui rerū
constare labentium. Cap. XXXVI.

NON igitur in viribus corporis & lacertis tā
tummodo fortitudinis gloria est, sed magis
in virtute animi. Neq; in inferēda, sed in de M
pellenda iniuria lex virtutis est. Q ui enim
non repellit a socio iniuriam si potest: tam est in vitio,
q̄ ille qui facit. Vnde sanctus Moyses hinc prius orsus
est tentamenta bellicę fortitudinis. Nam cum vidisset Exo. 2.
Hebræum ab Ægyptio iniuriā accipientē, defendit ita
vt Ægyptium sterneret, atq; in arena absconderet. Sa
lomon quoq; ait: Eripe eum qui ducitur ad mortē. Vn Prou. 24.
de igitur hoc vel Tullius, vel etiam Panętius, aut ipse
Aristoteles trāstulerint, apertum est satis, quāq̄ etiam
his duobus antiquior dixerit Iob: Saluum feci paupe- Iob. 29.
rem de manu potētis, & pupillum cui adiutor nō erat,
adiuui. Benedictio perituri in me veniebat. Nonne hic
fortissimus, qui tam fortiter pertulit impetus diaboli,
& vicit eū in virtute mentis suę? Neq; vero de eius du
bitādum fortitudine, cui dicit dominus: Accinge sicut Iob. 40.
vir lumbos tuos, suscipe altitudinem & virtutem, om
nem autē iniuriosum humiliato. Apostolus quoq; ait:

Heb. 6. Habetis fortissimam consolationē. Est ergo fortis qui
A se in dolore aliquo consolatur. Et reuera iure ea fortitu
do vocatur, quando vnusquisq; seipsum vincit, ira con
tinet, nullis illecebris emollitur atq; inflectitur, non ad
uersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi vē
to quodā variarum rerū circūfertur mutatione. Q uid
autem excelsius & magnificētius, q̄ exercere mentem,
afficere carnem, & in seruitutē redigere, vt obediat im
perio, consiliis obtemperet, vt in adeūdis laboribus im
pigre exequatur propositū animi ac voluntatem? Hęc
igitur prima vis fortitudinis: quoniam in duobus gene
ribus fortitudo spectatur animi. Primo vt externa cor
poris pro minimis habeat, & quasi superflua despicien
da magis q̄ expetenda ducat. Secundo, vt ea que sum
ma sunt, oēsq; res in quibus honestas & illud πρέπον ο
cernitur, præclara animi intentione vsq; ad effectū per
sequatur. Q uid enim tam præclarum, quam vt ita ani
mum tuū informes, vt neq; diuitias, neq; voluptates,
neq; honores in maximis constituas, neq; in his studiū
omne conteras? Q uod cū ita affectus animo fueris, ne
cesse est vt illud honestum ac decorū præponēdum pu
tes, illiq; mentem ita intēdas tuam, vt quicquid accide
rit quo frangi animi solēt, aut patrimonii amissio, aut
honoris imminutio, aut obtrectatio infideliū, quasi su
perior non sentias. Deinde vt te salutis ipsius pericula
pro iustitia suscepta non moueant. Hæc vera fortitudo
est, quam habet Christi athleta: qui nisi legitime certa
uerit, non coronatur. An mediocre tibi videtur præce
Roma. 5. ptum fortitudinis? Tribulatio patientiā operatur, pa
tientia probationem, probatio vero spem. Vide quot
certamina, & vna corona. Q uod præceptum non dat
B nisi qui est cōfortatus in Christo Iesu, cuius caro requiē
non habebat, afflictio vndiq;, foris pugnæ, intus timo
2. Cori. 7. res. Et q̄uis in periculis, in laboribus plurimis, in carce
ribus, in mortibus positus, animo tamen nō frangeba
tur, sed præliabatur adeo, vt potentior suis fieret infir
mitatibus. Itaq; considera quemadmodū eos qui ad of
Colos. 2. ficia ecclesiæ accedunt, despicientiam rerum humana
rum habere doceat. Si ergo mortui estis cū Christo ab
elementis huius mundi, quid adhuc velut viuentes de
hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, ne attaminaue
ritis, ne gustaueritis, quę sunt omnia ad corruptelā ipso
vsu. Et infra: Si ergo consurrexistis cum Christo, quæ
sursum sunt quærite. Et iterum: Mortificate ergo mē
bra vestra, quæ sunt super terrā. Et hæc quidem adhuc
omnibus fidelibus. Tibi autem fili contemptum diui
tiarum, prophanarum quoq; & aulium fabularū suā
det declinationē, nihil permittens nisi quod te exerceat
ad pietatē: quia corporalis exercitatio nulli rei vsui est,
1. Tim. 4 pietas autem ad omnia vtilis. Exerceat ergo te pietas
ad iustitiam, continētiam, mansuetudinem, vt fugias
iuuenilia opera, confirmatus & radicatus in gratia, bo
C num fidei subeas certamen, nō te implices negociis se
cularibus, quoniam deo militas. Etenim si is qui impe
ratori militat: a susceptionibus litium, actu negociorū
forensium, vēditione mercīū prohibetur humanis legi
bus: quāto magis qui fidei exercet militiā, ab omni vsu
negociationis abstinere debet, agelliūli sui contētus fru
ctibus, si habet: si nō habet, stipendiorū suorum fructu?
Psal. 36. Siquidē bonus testis est qui dicit: Iuuenis fui, & senui,
& nō vidi iustū derelictū, nec semen eius quęrens panē.
Ea est enim trāquillitas animi & tēperantia, quæ neq;
studio quęrendi afficitur, neq; egestatis metu angitur.

Mala æquanimiter toleranda, & interdum etiam
declinanda. Caput XXXVII.

EST etiam quæ dicitur vacuitas animi ab
angoribus, vt neq; in doloribus molliores
simus, neq; in prosperis elatiores. Q uod si
hi qui ad capessendam rēpublicam adhor
tantur aliquos, hæc præcepta dant, quanto magis nos D
qui ad officium ecclesiæ vocamur, talia debemus age
re quæ placeant deo, vt & prætendat in nobis virtus
Christi, & ita simus nostro probati imperatori, vt mē
bra nostra arma iustitiæ sint, arma non carnalia in qui
bus peccatum regnet, sed arma fortia deo, quibus pec
catum destruatur? Moriatur caro nostra, vt in ea om
nis culpa moriatur, & quasi ex mortuis viuētes, nouis
resurgamus operibus ac moribus. Hæc sunt plena ho
nesti & decori officii stipendia fortitudinis. Sed quia in
omnibus quæ agimus, non solum quid honestum, sed
etiam quid possibile sit quærimus, ne forte aggredia
mur aliquid quod non possimus exequi: inde nos tem
pore persecutionis de ciuitate in ciuitatem cedere, imo
vt ipsius verbo vtar, fugere vult dominꝰ, ne temere ali
quis dum martyrii desiderat gloriam, offerat se pericu
lis, quę fortasse caro infirmior aut remissior animus fer
re ac tolerare non queat.

Q uod prouidentia magnum munimen fortitudi
nis sit. Caput XXXVIII.

NEC rursus propter ignauiam cedere quis ac
deserere fidē debet metu periculi. Q ua gra
tia preparandus est animus, exercēda mens,
stabilienda ad constantiā: vt nullis pertur
bari animus possit terroribus, nullis frangi molestiis,
nullis supplicii cedere. Q uæ difficile quidē sustinētur,
sed qua omnia supplicia grauiorū supplicionū vincun
tur formidine: ideo si consilio firmes animū tuum, nec
a ratione discedendum putes, & proponas diuini iudi- E
cii metū, perpetui supplicii tormenta, potes animi subi
re tolerantiam. Hoc igitur diligentiæ est, vt quis ita se
cōparet. Illud ingenii, si quis potest vigore mentis pre
uidere quæ futura sunt, & tanquā ante oculos locare
quid possit accidere, & quid agere debeat si ita accide
rit, definire: interdum duo & tria simul voluere animo,
quæ cōiciat aut singula aut coniuncta accidere posse,
& aut singulis aut coniunctis disponere actus quos in
telligat profuturos. Fortis ergo est viri nō dissimulare
cum aliquid immineat, sed prætendere, & tanq̄ explo
rare de specula quadam mentis, & obuiare cogitatione
prudentia rebus futuris, ne forte dicat postea: Ideo ista inci
di, quia non arbitrabar posse euenire. Deniq; nisi explo
rentur aduersa, cito occupant. Vt in bello improuisus
hostis vix sustinetur: & si imparatos inueniat, facile op
primit: ita animum mala inexplorata plus frāgunt. In
his ergo duobus illa est animi excellentia, vt primū ani
mus tuus bonis exercitatus cogitationibus, mūdo cor
de quod verum & honestū est videat. Beati enim mun Matt. 5.
do corde: quia ipsi etiam deū videbunt. atq; id quod ho
nestum est, solum bonū iudicet. Deinde nullis pertur
betur occupationibꝰ, nullis cupiditatibꝰ fluctuet. Neq; F
vero id quisq̄ facile facit. Q uid enim tam difficile, q̄ de
spicere tanq̄ ex arce aliqua sapientię opes, aliaq; omnia
quæ pleriſq; videtur magna & præcelsa? Deinde vt iu
dicium tuum stabili ratione confirmes, & quæ iudica
ueris leuia, tanq̄ nihil profutura contēnas. Deinde vt si
quid acciderit aduersi, idq; graue & acerbū putetur, ita
feras, vt nihil præter naturā accidisse putes, cum lege
ris: Nudus sum natus, nudus exibo: quæ dominus de- Iob. 1.
dit, dominus abstulit. & vtiq; & filios amiserat, & facul
tates. seruesq; in omnibus personam sapientis & iusti,
sicut ille seruauit qui ait: Sicut domino placuit, ita fa- Iob. 2.
ctum est. sit nomen domini benedictum. Et infra: Si
cut vna insipientium mulierum locuta es. Si bona susce
pimus de manu domini, quæ mala sunt non sustine
bimus?

Fortitudinem aduersus omnia vitia dimicare debe
re, præcipue aduersus auaritiam. Cap. XXXIX.

NON est igit̃ mediocris, nec discreta a cęteris animi fortitudo, quę bellum cum virtutibus gerat, sed quę sola defendat ornamẽta virtutum omnium, & iudicia custodiat, & quę inexpiabili prelio aduersus omnia vitia decernat, inuicta ad labores, fortis ad picula, rigidior aduersus voluptates, dura aduersus illecebras, quibus aurem deferre nesciat, nec (vt dicitur) aue dicat, pecuniam negligat, auaritiam fugiat tanq̃ labem quandam quæ virtutem effœminet. Nihil enim tam contrarium fortitudini, q̃ lucro vinci. Frequẽter pulsis hostibus, inclinata in fugam aduersariorum acie, dum exuuiis cæsorum capitur prędator, inter ipsos quos strauit miserandus occubuit, & triumphis suis deiectæ legiones dum spoliis occupantur, hostem in se reuocarunt qui fugerat. Fortitudo igitur tam immanem pestem repellat & proterat, nec tentetur cupiditatib⁹, nec frangatur metu, quia virtus sibi constat, vt fortiter oia pfequatur vitia, tanq̃ virtutis venena: iracundiam velut quibusdam propulset armis, quę tollit consilium, & tanq̃ ægritudinem vitet. Gloriæ quoq; caueat appetentiam, quæ frequenter nocuit immoderatius appetita, semper autem vsurpata. Quid horum sancto Iob vel in virtute defuit, vel in vitio obrepsit? Quomodo laborem ægritudinis, frigoris, famis, pertulit? Quomodo despexit salutis periculi? Nunquid rapinis diuitiæ coaceruatæ, de quibus tanta inopibus affluebant? Nunquid auaritia, census aut voluptatis studia cupiditatesq; excitauit? Nũquid trium regum iniuriosa contentio, vel seruorum contumelia in irã excussit? Nunquid gloria sicut leuem extulit, qui imprecabatur grauia sibi si vnq̃ vel non voluntariam celauisset culpam, vel reueritus esset multitudinem plebis, quo minus annunciaret eam in conspectu omnium? Neq; enim cõsentaneæ sunt vitiis virtutes, sed sibi constãt. Quis igitur tam fortis, q̃ sanctus Iob? Cui secundus adiudicari potest, qui parem vix reperit?

Virtutem bellicam nostris etiam non inusitatam. Caput XL.

SED fortasse aliquos bellica defixos gloria tenet, vt putent solam esse prælialem fortitudinem, & ideo me ad ista deflexisse, quia illa nostris deforet. Q̃ fortis Iesus Naue, vt Iosue. 10.
vno prælio quinq; reges captos sterneret cum populis Iudicũ. 7.
suis? Deinde cũ aduersum Gabaonitas surgeret prælium, & vererentur ne nox impediret victoriam, magnitudine mentis & fidei clamauit: Stet sol. & stetit dum 1.Reg. 14
victoria consummaretur. Gedeon in trecentis viris deingenti populo & acerbo hoste reuexit triũphum. Ionathas adolescens virtutem fecit in magno prælio. 1.Mac. 2.
Quid de Maccabæis loquar? Sed prius de populo dicam patrum, qui cum essent parati ad repugnandum pro templo dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die I lacessiti sabbati, maluerũt vulneribus offerre nuda corpora, q̃ repugnare, ne violarent sabbatum. Itaq; omnes læti se obtulerunt morti. Sed Maccabæi considerãtes quod hoc exemplo gens omnis posset perire, sabbato etiam, cũ ipsi in bellum prouocarentur, vlti sunt innocentium necem fratrum suorũ. Vnde postea stimulatus rex Antiochus, cũ bellum accẽderet per duces suos Lysiam, Nicanorem, Gorgiam, ita cum orientalibus suis & Assyriis attritus est copiis, vt quadraginta & octo milia in medio campi a tribus milibus prosternerentur. Virtutem ducis Iudæ Maccabæi de vno eius 1.Mac. 6.
milite cõsiderate. Nanq; Eleazarus cum supereminẽtem cæteris elephantem lorica vestitum regia aduerteret, arbitratus quod in eo esset rex, cursu concito in medium legionis se proripuit, & abiecto clypeo vtraq; manu interficiebat bestiam, atq; intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam. Itaq; cadens bestia oppressit Eleazarum, atq; ita mortuus est. Quãta igitur k
virtus animi, primo vt mortem non timeret, deinde vt circunfusus legionibus inimicorum, in confertos raperetur hostes, medium penetraret agmen, & cõtẽpta morte ferocior, abiecto clypeo, vtraq; manu vulneratæ molem bestiæ subiret ac sustineret, post infra ipsam succederet, quo plenior ferret ictu, cuius ruina inclusus magis q̃ oppressus, suo est sepultus triũpho? Nec fefellit opinio virũ, q̃us regius fefellerit habitus. Tãto enim virtutis spectaculo defixi hostes, inermem occupatũ incursare non ausi, post casum ruentis bestiæ sic trepidauerunt, vt impares se oẽs vnius virtuti arbitrarẽtur. Deniq; rex Antiochus, qui cũ centum viginti milibus hominũ armatus venerat, & cũ trigintaduobus elephantis, ita vt ad ortum solis p singulas bestias velut montes quidã armorũ coruisco tanq̃ lampadibus ardentibus refulgerent, vnius territus fortitudine pacẽ rogaret. Itaq; Eleazarus hæredem virtutis suæ pacem reliquit. Sed hæc triumphorum sint.

Fortitudinẽ non solum in vincendo, sed etiã plus in tolerando constare. Caput XLI.

SERVM quia fortitudo nõ solum secundis rebus, sed etiã aduersis probatur, spectemus Iudæ Maccabæi exitum. Is enim post victum Nicanorẽ regis Demetrii ducem, securior aduersus viginti milia exercitus regis cum nõgentis viris bellum adorsus, volentibus his cedere ne multitudine opprimerẽtur, gloriosam magis mortẽ, q̃ turpem fugam sustulit: Ne crimen, inquit, nostræ relin- 1.Mac. 9.
quamus gloriæ. Itaq; cõmisso prælio, cum a primo ortu diei in vesperã dimicaretur, dextrum cornu in quo validissimam manũ aduertit hostium, aggressus facile auertit. Sed dum fugientes sequitur, a tergo vulneri locum præbuit. Ita gloriosiorẽ triũphis mortẽ inue- L
nit. Quid Ionathan fratre eius attexam, qui cũ parua manu aduersus exercitus regios pugnans, desertus a suis, & cum duobus tantum relictus reparauit bellum, auertit hostem, fugitãtes suos ad societatem reuocauit triumphi? Habes fortitudinem bellicã, in qua non mediocris honesti ac decori forma est, quod mortẽ seruituti præferat ac turpitudini. Quid autẽ de martyrum dicam passionibus? Et ne longius euagemur, nõ minorem de superbo rege Antiocho Maccabæi pueri reue- 2.Mac. 7.
xerunt triũphum, q̃ parentes proprii. Siquidem illi armati, isti sine armis vicerũt. Stetit inuicta septem puerorum cohors regiis cincta legionibus, defecerunt supplicia, cesserunt tortores, nõ defecerũt martyres. Alius coriũ capitis exutus, speciem mutauerat, virtutẽ auxerat. Alius linguam iussus amputandã promere, respõdit: Non solos dñs audit loquẽtes, qui audiebat Moysen tacentem. Plus audit tacitas cogitationes suorũ, q̃ voces omniũ. Linguæ flagellum times, flagellum sanguinis nõ times? Habet & sanguis vocem suã, qua cla- M
mat ad deũ, sicut clamauit in Abel. Quid de matre loquar, quæ spectabat læta filiorum quot funera, tot trophæa, & morientiũ vocib⁹ tanq̃ psallentiũ cantibus delectabatur, pulcherrimã ventris sui citharã in filiis cernens, & pietatis harmoniã oĩ lyrę numero dulciorem? Quid de bimulis loquar, qui ante palmã victorię acceperũt, q̃ sensum naturæ? Quid de sancta Ague, quæ induarũ maximarũ rerũ posita periculo, castitatis & salutis, castitatẽ protexit, salutẽ cũ immortalitate cõmutauit? Non prętereamus etiã sanctũ Laurentiũ, qui cũ videret Sixtũ episcopũ suũ ad martyriũ duci, flere cœpit, nõ passionẽ illius, sed suã remansionẽ. Itaq; his verbis appellare cœpit: Quo pgrederis sine filio pater? Quo sacerdos sancte sine diacono pperas? Nunq̃ sacrificium sine ministro offerre cõsueueras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerẽ probasti? Experire certe

A vtrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti dominici sanguinis consecrationẽ, cui consummandorum cõsortium sacramentorum, huic cõsortiũ tui sanguinis negas? Vide ne periclitetur iudiciũ tuum, dum fortitudo laudatur. Abiectio discipuli, detrimẽtum est magistri. Quid qd illustres & præstantes viri disciplonũ certaminib⁹ magis q̃ suis vincunt? Deniq; Abrahã filium obtulit, Petrus Stephanum præmisit. Et tu pater ostẽde in filio virtutem tuam, offer quem eruditsti, vt securus iudicii tui comitatu nobili peruenias ad coronam. Tunc Sixtus: Non ego te fili relinquo ac desero: sed maiora tibi debentur certamina. Nos quasi senes leuioris pugnæ cursum recipim⁹, te ẽ̃ iuuenẽ manet gloriosior de tyranno triũphus. Mox venies, flere desiste, post triduum me sequeris. Inter sacerdotem & leuitam hic medius numerus decet. Nõ erat tuum sub magistro vincere, quasi adiutorem quæreres. Quid cõ sortium passionis meæ expetis? Totam tibi hæreditatem eius dimitto. Quid præsentiam meam requiris? Infirmi discipuli magistrum præcedãt, fortes sequantur, vt vincant sine magistro, qui iam non indigent magisterio. Sic & Helias Helisæum reliquit. Tibi ergo cõmendo nostræ virtutis successionem. Talis erat contẽtio, digna sane de qua certarent sacerdos & minister, quis prior pateretur pro Christi nomine. In fabulis ferunt tragicis, excitatos theatri magnos esse plausus cũ
B se Pylades Orestem diceret: Orestes, vt erat, Orestem se esse assereraret: ille vt pro Oreste necaretur, Orestes ne Pyladem pro se pateretur necari. Sed illis non licebat viuere, quod vterq; esset parricidii reus, alter qui fecisset, alter qui adiuuisset. Hic Laurentiũ sanctum ad hoc nullus vrgebat nisi amor deuotionis, tamẽ & ipse post triduum, cum illuso tyranno impositus super craticulam exureretur, Assum est, inquit: versa & manduca. Ita animi virtute vincebat ignis naturam.

Potestates non iratandas, & adulationibus non attendendum. Caput XLII.

GAVENDVM etiam reor, ne dum aliqui nimia gloriæ ducuntur cupiditate, insolentius abutantur potestatibus, & plerunq; auersos a nobis animos gẽtilium, in studia persecutionis excitent, atq; inflamment ad iracũdiam. Itaq; vt illi perseuerare possint, & supplicia vicere, quãtos perire faciunt? Prospiciẽdum etiam ne adulantib⁹ aperiamus aurem. Emolliri enim adulatione, non solũ fortitudinis non esse, sed etiam ignauiæ videtur.

C De temperantia, & eius partibus. Cap. XLIII.

QVONIAM de tribus virtutib⁹ diximus, restat vt de quarta virtute dicamus, quę tẽperantia ac modestia vocatur: in qua maxime tranquillitas animi, studium mansuetudinis, moderationis gratia, honesti cura, decoris consideratio spectatur & quæritur. Ordo igitur quidã vitæ nobis tenendus est, vt a verecundia prima quædã fundamenta ducantur, quæ socia ac familiaris est mentis placiditati, proteruiam fugitans, ab omni aliena luxu, sobrietatem diligit, honestatem fouet, decorum illud requirit. Sequatur cõuersationis electio, vt adiũgamur probatissimis quibusq; senioribus. Namq; vt æqualiũ vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam & ductu vitæ colorat mores adolescẽtiũ, & velut murice pbitatis ificit. Nãq; si ii qui sunt ignari locorũ, cum solertibus viarũ iter adoriri gestiunt, quanto magis adolescentes cum senibus debẽt nouum sibi iter vitæ aggredi, quo minus errare possint, & a vero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, q̃ eosdem & magistros vitæ & testes habere. Quærendum est etiam in omni actu, quid personis, tẽporibus cõueniat, D
atq; ætatibus, quid etiã singulorũ ingeniis sit accõmodum. Sæpe enim quod alterum decet, alterum nõ decet. Aliud iuueni aptũ, aliud seni: aliud in piculis, aliud in rebus secundis. Saltauit ante arcam domini Dauid, non saltauit Samuel. Nec ideo ille reprehẽsus, sed magis iste laudatus. Mutauit vultum coram rege cui nomẽ Achis. At hoc si fecisset remota formidine quo minus cognosceretur, nequaquã leuitatis reprehensione carere potuisset. Saul quoq; vallatus choro prophetarum, etiam ipse prophetauit: & de solo quasi indigno memoratum est: Et Saul inter prophetas?

Officio sibi cõgruo quẽq; studeredebere. C. XLIIII.

NVNQVISQVE igitur suũ ingeniũ nouerit, & ad id se applicet, quod sibi aptũ elegerit. Itaq; quid sequatur, pri⁹ cõsideret. Nõ solum nouerit bona sua, sed etiam vitia cognoscat, æqualemq; se iudicem sui prębeat, vt bonis intendat, vitia declinet. Aliius distinguendæ lectioni aptior: alius psalmo gratior: alius exorcizãdis qui malo laborãt spiritu, solicitior: alius sacrario opportunior habetur. Hæc omnia spectet sacerdos, & quid cuique congruat, id officii deputet. Quo etenim vnusquẽq; suum ducit ingeniũ, aut qd officiũ decet, id maiore impletur gra- E
tia. Sed id cum in omni vita difficile sit, tum in nostro actu difficillimum est. Amat enim vnusquisq; sequi vitam parẽtum. Deniq; plerisq; ad militiam feruntur quorum militauerunt parentes, alii ad actiones diuersas. In ecclesiastico vero officio nihil rarius inuenias, q̃ eũ qui sequatur institutũ patris, vel quia graues deterrent actus, vel quia in lubrica ætate difficilior abstinentia, vel quia alacri adolescẽtiæ videtur vita obscurior: & ideo ad ea cõuertuntur studia, quæ plausibiliora arbitrãtur. Præsentia quippe plures q̃ futura præferunt. Illi autem præsentib⁹, nos futuris militamus. Vnde quo pręstantior causa, eo debet esse cura attentior.

De pulchro & honesto. Caput XLV.

TENEAMVS igitur verecundiam, & eã quę totius vitæ ornatum attollit modestiã. Non enim mediocre est rebus singulis modum seruare, atq; impartiri ordinẽ, i quo vere prælucet illud quod decorum dicitur, quod ita cum honesto iungitur, vt separari nõ queat. Siquidem & qd decet, honestũ est: & quod honestum est, decet: vt magis in sermone distinctio sit, q̃ in virtute discretio. Differre enim ea inter se intelligi potest, explicari non po- F
test. Et vt conemur aliquid eruere distinctionis, honestas velut bona valetudo est, & quædam salubritas corporis: decus autem tanquam venustas & pulchritudo sit. Sicut ergo pulchritudo sine salubritate ac valetudinem videtur excellere, & tamen sine his esse nõ potest, neq; vllo separari modo, quoniã nisi bona valetudo sit, pulchritudo esse ac venustas nõ potest: sic honestas decorum illud in se cõtinet, vt ab ea profectum videatur, & sine ea esse non possit. Velut salubritas igitur totius operis actusq; nostri honestas est, & sicut species est decorũ, quod cũ honestate confusum opinione distinguitur. Nam etsi in aliquo videatur excellere, tamẽ in radice est honestatis, sed flore præcipuo, vt sine ea decidat, in ea floreat. Quid enim est honestas, nisi quę turpitudinem quasi mortẽ fugiat? Quid vero inhonestũ, nisi quod ariditatem ac mortem afferat? Virente igitur substãtia virtutis, decorum illud tanquam flos emicat, quia radix salua est. At vero propositi nostri radice vitiosa, nihil germinat. Habes hoc in nostris aliquãto expressi⁹. Dicit enim Dauid: Dñs regnauit, decorẽ in- Psal. 92.
duit. Et Apostolus ait: Sicut in die, honeste ambulate. Rom. 13.

G Quod Græce dicitur εὐχημόνως. Hoc autem proprie significat, bono habitu, bona specie. Deus ergo primũ hominem cum conderet: bona habitudine, bona membrorum compositione formauit, & optimã ei speciem dedit, remissionẽ nõ dederat peccatorum: sed posteaq̃ renouauit eum spiritu, & infudit ei gratiam, qui venerat in serui forma, & in hominis specie, assumpsit decorem redemptionis humanæ. Et ideo dixit propheta:
Psal. 92. Dominus regnauit, decorẽ induit. Deinde alibi dicit:
Psal. 64. Te decet hymnus deus in Sion. Hoc est dicere, Honestum est vt te timeamus, te diligamus, te precemur, te
1. Cor. 14 honorificemus. Scriptum est enim: Omnia vestra honeste fiant. Sed possumus & hominem timere, diligere, rogare, honorare. Hymnus specialiter deo dicitur. Hoc tanq̃ excellentius cæteris credere est decorũ, quod
1. Tim. 2. deferimus deo. Mulierẽ quoq; in habitu ornato orare conuenit, sed specialiter eã decet orare velatã, & orare promittentem castitatem cum bona conuersatione.

Quod naturalia pulchra sint & honesta: turpia vero contra naturam. Caput XLVI.

ESt igitur decorũ quod præminet, cuius diuisio gemina est. Nam est decorũ quasi generale, quod per vniuersitatem funditur honestatis, & quasi toto spectatur corpore. Est etiam speciale, quod i parte aliqua enitet. Illud generale ita est, ac si æquabilem formam atq; vniuersitatem honestatis in omni actu suo habeat concinentẽ, cum o-
H mnis sibi eius vita cõsentit, nec in vlla aliqua re discrepat. Hoc speciale, cum aliquẽ actum in suis habet virtutibus præminentem. Simul illud aduerte, quod & decorum est secundum naturã viuere, secundum naturã degere: & turpe est quod fit contra naturam. Ait enim
1. Cor. 11. Apostolus quasi interrogans: Decet mulierem nõ velatam orare deum? Nec ipsa natura nos docet. Quod vir quidẽ si comam habeat, ignominia est illi, quoniã contra naturam est. Et iterum dicit: Mulier vero si capillos habeat, gloria est illi. Est enim secundum naturam, quoniãquidem capilli pro velamine sunt. Hoc est enim naturale velamen. Personam igitur nobis & speciem natura ipsa dispensat, quã seruare debemus: vtinamq; & innocentiã eius custodire possimus, nec acceptam nostra malitia mutaret. Habes hũc decorem generalem, quia fecit deus mũdi istius pulchritudinem. Habes & per partes, quia cum faceret deus lucem, &
I diem noctemq; distingueret, cum conderet cælum, cũ terras & maria separaret, cum solem & lunam & stellas constitueret lucere super terram, probauit singula. Ergo decorũ hoc quod in singulis mundi partibus elucebat, in vniuersitate resplenduit, sicut probat sapiẽtia,
Prouer. 8 dicens: Ego eram cui applaudebat, cum lætaretur orbe perfecto. Similiter ergo & in fabrica humani corporis grata est vniuscuiusq; mẽbri portio. Sed plus in cõmune compositio membrorum apta delectat, quod ita sibi quadrare & conuenire videantur.

Quarum passionum restrictione pulchrũ illud possit acquiri. Caput XLVII.

SIquis igitur æquabilitatem vniuersæ vitæ, & singularũ actionum modos seruet, ordinẽ quoq; & constantiam dictorum atq; operũ, moderationemq; custodiat, in eius vita decorum illud excellit, & quasi in quodam speculo elucet. Accedat tamen suauis sermo, vt conciliet sibi affectũ audientium, gratumq; se vel familiaribus, vel ciuibus, vel si fieri põt oĩbus præbeat, neq; adulãtẽ se, neq; adulãdum cuiquã exhibeat. Alterũ enim calliditatis est, vanitatis alterum. Non despiciat quid de se vnusquisq;, & maxime vir optimus sentiat. Hoc enĩ modo discit bonis deferre reuerentiã. Nam negligere bonorum iudi- k
cia, vel arrogantię, vel dissolutionis est: quorum alterũ superbiæ asscribitur, alterũ negligentiæ. Caueat etiam motus animi sui. Ipse enĩ sibi & obseruandus & circũspiciendus est, & vt aduersum se cauẽdus, ita etiam de se tuendus. Sunt enim motus, in quibus est appetitus ille, qui quasi quodã prorumpit impetu. Vnde græce ὁρμὴ dicitur, quod vi quadam se repẽte proripiat. Non mediocris in his vis quædã animi atq; naturę est. Quę tamẽ vis gemina est. Vna in appetitu, altera in ratione posita, quæ appetitum refrenet, & sibi obediẽtẽ præstet, & ducat quo velit, & tanq̃ sedulo magisterio edoceat quid fieri, quid euitari oporteat, vt bonæ dominatrici obtẽperet. Soliciti enim debemus esse ne quid temere aut incuriose geramus, aut quicq̃ omnino cuius probabilem nõ possimus rationẽ reddere. Actus enĩ nostri causa etsi nõ omnibus redditur, tamẽ ab omnibus examinatur. Nec vero habemus in quo nos possimus excusare. Nã etsi vis quædã naturæ in omni appetitu sit, tamen idẽ appetitus rationi subiectus est lege naturæ ipsius, & obedit ei. Vnde boni speculatoris est, ita prætendere animo, vt appetitus neq; præcurrat rationem, neq; deserat: ne præcurrendo perturbet atq; excludat, eãq; deserẽdo destituat. Perturbatio tollit constantiam, destitutio prodit ignauiam, accusat pigritiã. Perturbata enim mente latius se ac longius fundit appetitus, & tanquã efferato impetu frenos rationis non suscipit, nec vlla sentit aurigæ moderamina, quib⁹ posfit reflecti. Vnde plerunq; nõ solum dum animus exa- L
gitatur, amittitur ratio, sed etiam inflãmatur vultus vel iracundia, vel libidine, pallescit timore, voluptate se non capit, & nimia gestit lætitia. Hæc cũ fiunt, abiicitur illa naturalis quædam censura, grauitasq; morum: nec teneri potest illa quæ in rebus gerendis atq; consiliis sola potest autoritatem suam atque illud quod deceat tenere, constantia. Grauior autem appetitus ex indignatione nimia nascitur, quã acceptæ plerunq; accendit iniuriæ dolor. De quo satis nos Psalmi quẽ in præfactione posuimus, præcepta instruũt. Pulchre autem & hoc accidit, vt scripturi de officiis, ea prefationis nostræ assertione vteremur, quę & ipsa ad officii magistrium pertineret.

De tribus generibus hominum iniurias accipientium. Caput XLVIII.

SED quia supra, vt oportebat, pstrinximus M
quẽadmodũ vnusquisq; cauere possit ne excitetur accepta iniuria, verentes ne prefatio prolixior fieret, nũc de eo verius disputãdũ arbitror. Locus enĩ opportunus est vt in partib⁹ tẽperantiæ dicamus quẽadmodum reprimatur iracundia. Tria itaq; genera esse hominũ iniuriã accipiẽtium, in scripturis diuinis demonstrare volumus si possumus. Vnũ est eorũ quibus peccator insultat, conuitiatur, inquietat. Iis quia deest iustitia, pudor crescit, augetur dolor. Horũ similes plurimi de meo ordine, de meo nũero. Nã mihi infirmo si quis iniuriam facit, forsitan, licet infirmus, donẽ iniuriam meã. Si crimen obiiciat, non sum tãtus, vt sim cõtẽtus cõscientia mea, etiãsi me eius obiecti alienũ nouerĩ, sed cupio abluere ingenui pudoris notã, tanq̃ infirmus. Ergo oculũ pro oculo, & dẽtẽ p Deut. 19.
dẽte exigo, & cõuitiũ puitio repẽdo. Si vero is sum qui proficiã, & si nõdũ perfectus, nõ retorqueo cõtumeliã: & si influat ille cõuitiis, & inũdet aures meas cõtumeliis, ego taceo, & nihil respõdeo. Si vero pfect⁹ sim (vere bi gratia loquor, nã veritate infirmus sum) si ergo pfectus sim, bñdico maledicẽtẽ, sicut bñdicebat & Paul⁹, q
ait: Maledicimur, & benedicimus. Audierat enĩ dicen- 1. Cor. 4.
tem: Diligite inimicos vestros, orate pro calũniãtibus Matt. 5.
& persequẽtibus vos. Ideo Paulus persecutionẽ patie-

A batur & sustinebat, quia vincebat & mitigabat humanum affectum propositę mercedis gratia, vt filius dei fieret si dilexisset inimicum. Tamẽ & sanctum Dauid in hoc quoque genere virtutis imparem Paulo nõ fuisse edocere possumus: qui primo quidem cum maledi-
2. Reg. 16. ceret ei filiũ Semei, & crimina obiceret, tacebat, & humiliabatur, & silebat a bonis suis, hoc est: bonorũ operum conscientia: deinde expetebat maledici sibi, quia maledicto illo diuinam exquirebat misericordiam. Vide autem quomodo & humilitatem & iustitiã & prudentiam emerendæ a domino gratię reseruauerit. Primo dicit: Ideo maledicit mihi, quia dñs dixit illi vt maledicat. Habes humilitatẽ, quia ea quæ diuinitus imperabantur, æquanimiter quasi seruulus ferenda arbitrabatur. Iterũ dixit: Ecce filiũ me⁹ qui exiit de vētre meo, quærit animã meam. Habes iustitiam. Si enim a nostris grauiora patimur, cur indigne ferimus quæ inferuntur ab alienis? Tertio ait: Dimitte illum vt maledicat, quoniam dixit illi dom⁹, vt videat humiliationem meam, & retribuet mihi dominus pro maledicto hoc. Nec iam solum conuitiantem pertulit, sed etiã lapidantem & sequentem illæsum reliquit, quinetiam post victoriã petenti veniã libenter ignouit. Quod eo inferui, vt euangelico spiritu sanctum Dauid non solum inoffensum, sed etiam gratum fuisse conuitianti docerem, & delectatum potius q̃ exasperatum iniuriis, pro quibus mercedem sibi reddendam arbitrabatur. Sed tamen quamuis perfectus, adhuc perfectiora
B quærebat. Incalescebat iniuriæ dolore quasi homo, sed vincebat spiritu, quasi bonus miles. Tolerabat quasi athleta fortis: patientiæ autem finis promissorum expectatio: & ideo dicebat: Notum fac mihi domine finẽ
Psal. 38. meum, & numerum dierum meorum, qui est, vt sciã quid desit mihi. Finem illum quærit promissorum cælestium, vel illum quando vnusquisq; surget in suo ordine, primitiæ Christus, deinde ii qui sunt Christi, qui
1. Cor. 15. in aduentum eius crediderunt, deinde finis. Tradito enim regno deo & patri, & euacuatis omnibus potestatibus, vt Apostolus dixit, perfectio incipit. Hic ergo impedimentum, hic infirmitas etiam perfectorũ, illic plena perfectio. Ideo & dies illos requirit vitæ æternæ qui sunt, non qui præterierunt, vt cognoscat quid sibi desit, quæ terra sit repromissionis perpetuos fructus ferens, quæ prima apud patrem mansio, quæ secunda, quæ tertia, in quibus pro ratione meritorũ vnusquisq; requiescit. Illa ergo nobis expetenda, in quibus perfectio, in quib⁹ veritas est. Hic vmbra, hic imago, illic veritas. Vmbra in lege, imago iñ euãgelio, veritas ĩ cælestibus. Ante agnus offerebatur, offerebat' vitulus, nũc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi recipiens passionem, & offert se ipse quasi sacerdos, vt peccata nostra dimittat. Hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud patrẽ pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus: illic facie ad faciem, vbi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate est.

C De vanitate calcanda. Caput XLIX.

ERGO dum hic sumus, seruemus imaginẽ, vt ibi perueniamus ad veritatem. Sit in nobis imago iustitiæ, sit imago sapientię, quia veniemus ad illum diem, & secundum imaginem æstimabimur. Non inueniat in te aduersarius imaginem suam, non rabiem, nõ furorem. In his enim
1. Petri. 5. imago nequitiæ est. Aduersarius enim diabolus sicut leo rugiens quærit quem occidat, quem deuoret. Non inueniat auri cupiditatem, non argenti aceruos,
Ioã. 14. non vitiorum simulacra, ne auferat tibi vocem libertatis. Vox enim libertatis illa est, vt dicas, Veniet huius mundi princeps, & in me inueniet nihil. Itaque si securus es quod nihil in te inuenĩat cum venerit per- D
scrutari, dices illud quod dixit ad Laban Iacob patri- Gene. 13.
archa: Cognosce si quid tuorum apud me est. Merito beatus Iacob, apud quem nihil Laban suum potuit reperire. Absconderat enim Rachel simulacra deorum eius aurea & argentea. Itaq; si sapientia, si fides, si contemptus seculi, si gratia tua absondat omnem perfidiam, beatus eris, quia non respicis in vanitates & insanias falsas. An mediocre est tollere vocem aduersario, vt arguendi te non possit habere autoritatem? Itaque qui non respicit in vanitates, non conturbatur. qui enim respicit, cõturbatur, & vanissime quidem. Quid est enim congregare opes, nisi vanũ? quia caduca quærere, vanũ est satis. Cum autem congregaueris, qui scias an possidere liceat tibi? Nonne vanum est vt mercator noctibus ac diebus cõficiat iter quo aggerare possit thesauri aceruos, merces congerat, conturbetur ad precium, ne forte minoris vendat q̃ emerit, aucupetur locorũ precia, & subito aut latrones in se inuidia famosæ negociationis excitet, aut non expectatis seremoribus flatibus, dum lucrum quærit, naufragium impatiens moræ incidat? An non conturbatur etiam illevane, qui summo labore co acerauit quod nescĩat cui hęredi relinquat? Sæpe quod auarus summa congesserit solicitudine, præcipiti effusione dilapidat hæres luxuriosus, & diu quæsita, turpis helluo, præsentium cę- E
cus, futuri improuidus, quadam absorbet voragine. Sæpe etiam sperat⁹ successor inuidiam partæ acquirit hæreditatis, & celeri obitu extraneis aditæ successionis transcribit compendia. Quid ergo vane araneã texis, quæ inanis & sine fructu est, & tanquam cassas suspendis inutiles diuitiarũ copias, quæ etsi fluant, nihil prosunt, imo exuunt te imaginem dei, & induunt terreni imaginem? Si tyranni aliquis imaginem habeat, nonne obnoxius est dãnationi? Tu deponis imaginem æterni imperatoris, & erigis in te imaginem mortis? Eĩce magis de ciuitate animæ tuæ imaginem diaboli, & attolle imaginẽ Christi. Hæc in te fulgeat, in tua ciuitate, hoc est in anima resplendeat, quæ obliterat vitiorum imagines, de quibus ait Dauid:
Domine, in ciuitate tua ad nihilum deduces imagi- Psal. 72.
nes eorum. Cum enim depinxerit illam Hierusalẽ dominus ad imaginem suam, tũc aduersariorum omnis imago delebitur.

Quod officiorum gratia ministros altaris maxime deceat: qđ testimonio Leuitici comprobatur. Ca. L.

VOD si euangelio domini etiam populus ipse ad despicientiam opum informatus atque institutus est, quanto magis vos leui- F
tas oportet terrenis non teneri cupiditatibus, quorũ deus portio est? Nã aĩ diuideretur a Moyse possessio terrena patrũ populo, excepit Leuitas dñs a terrenę possessionis cõsortio, qđ ipse illis eẽt funiculus hæreditatis. Vnde ait Dauid: Dñs pars hæreditatis Psal. 15.
meæ, & calicis mei. Demq; sic appellatur Leuita, ipse meus, vel ipse pro me. Magnum ergo munus eius, vt de eo dominus dicat, ipse meus. Vel quemadmodum
Petro dixit de stratere in ore piscis reperto: Dabis eis p Mat. 17.
me, & pro te. Vnde & Apostolus aĩ episcopũ dixisset 1. Tim. 3.
debere esse sobrium, pudicũ, ornatum, hospitalẽ, docibilem, non auarum, non litigiosum, domui suę bene prepositũ, addidit, Diaconos similiter oportet esse graues, nõ bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrũ sectates, habẽtes mysteriũ fidei in cõscientia pura. Et hi autẽ probẽtur primum, & sic ministrẽt, nullũ crimẽ habẽtes. Aduertimus quãta in nobis requirãtur, vt abstinẽs sit a vino minister domini, vt testimonio bono fulciatur, nõ solũ fideliũ, sed etiã ab iis qui foris sunt. Decet enim actuum operũq; nostrorum testem esse publi-

G cam existimationem & attestationem, ne derogetur
muneri, vt qui videt ministrum altaris cõgruis ornatũ
virtutibus, autorẽ prædicet, & dominum veneretur,
qui tales seruulos habeat. Laus enim domini, vbi mũ-
da possessio, & innocẽs familiæ disciplina. De castimo-
nia autem quid loquar, quãdo vna tantum, nec repeti-
ta permittitur copulæ? Et in ipso ergo coniugio lex est,
non iterare coniugiũ, nec secundæ coniugis sortiri con-
iunctionem. Quod plerisq; mirum videtur, cur etiã an-
te baptismum iterato cõiugio, ad electionem muneris
& ordinationis prærogatiuam impedimenta generen
tur, cum etiam delicta obesse non soleant si lauacri re-
missa fuerit sacramẽto. Sed intelligere debemus quia
in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri nõ potest.
In coniugio non culpa, sed lex est. quod culpæ est igi-
tur, in baptismate relaxatur: quod legis est, in coniu-
gio non soluitur. Quomodo autem potest hortator
esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit? In-
offensum autem exhibendum & immaculatum mini-
sterium, nec vllo coniugali coitu violandum cognosci-
tis, qui integro corpore, incorrupto pudore, alieni etiã
ab ipso consortio coniugali, sacri ministerii gratiam re-
cepistis. Quod eo non præterii, quia in plerisq; abditio-
ribus locis cum ministerium gererent, vel etiam sacer-
dotium, filios susceperunt, & id tãquam vsu veteri de-
fendunt, quando per interualla dierum sacrificium de-
ferebatur, & tamen castificabatur etiam populus per bi
H duum aut per triduum, vt ad sacrificium purus accede
Exod. 19. ret, vt in veteri testamento legimus: Et lauabat vesti-
menta sua. Si in figura tanta obseruantia, quanta in ve
ritate? Discedum sacerdos atq; Leuita quid sit lauare vesti-
menta tua, vt mundũ corpus celebrandis exhibeas sa-
cramẽtis. Si populus sine ablutione vestimentorũ suo-
rum prohibebatur accedere ad hostiam suam, tu illot?
mente pariter & corpore, audes pro aliis supplicare, au
des p aliis ministrare? Nõ mediocre officiũ Leuitarũ,
Nume. 3. de quib? dicit dñs: Ecce eligo Leuitas de medio filiorũ
Israel pro omni primogenito aperiẽte vulvam in filiis
Israel. redemptiones eorum erunt iusti, & erunt mihi
Leuitæ. Mihi enim sanctificaui primogenitum in ter
ra Egypti. Cognouimus quia non inter cæteros Le-
uitæ computantur, sed omnibus præferuntur, qui eli-
guntur ex omnibus, & sanctificantur, vt primogenita
fructuũ atq; primitiæ quæ domino deputantur, in qui-
bus est votorum solutio, & redẽptio peccatorum. Nõ
accipies, inquit, eos inter filios Israel, & constitues Le-
uitas super tabernaculũ testimonii, & super omnia va-
† altare sa ei?, astare, † & super quæcunq; sunt in ipso. Ipsi tollãt
tabernaculum, & omnia vasa eius, & ipsi ministrent in
eo, & in circuitu tabernaculi castra ipsi constituant, &
I promouendo, tabernaculum ipsi deponant Leuitæ: &
constituẽdo castra, rursum tabernaculum ipsi statuãt.
Alienigena quicũq; accesserit, morte moriatur. Tu er-
go electus ex omni numero filiorũ Israel, inter sacros
fructus quasi primogenitus æstimatus, præpositus ta-
bernaculo, vt prætendas in castris sanctitatis & fidei,
ad quę si alienigena accesserit, morte morietur, positus
vt operias arcam testamenti. Non enim omnes vidẽt
alta mysteriorum, quia operiuntur a Leuitis, ne vi-
deant qui videre non debent, & fumant qui seruare nõ
possunt. Moyses denicq; circumcisionem vidit spiritalẽ,
sed operuit eam, vt in signo circumcisionem præscribe-
ret. Vidit & azyma synceritatis & veritatis, vidit pas-
sionem domini, operuit azymis corporalibus azyma
veritatis: operuit passionẽ domini, agni vel vituli im-
molatione: & boni Leuitæ seruauerunt mysterium fi-
dei suæ sub hoc tegmine: & tu mediocre putas quod
commissum est tibi? Primum vt alta dei videas, quod
est sapientiæ: deinde vt excubias pro populo deferas,
quod est iustitiæ: castra defendas, tabernaculũq; tuea-
ris, quod est fortitudinis: teipsum continentem ac so-
brium præstes, quod est temperantiæ. Hæc virtutum k
genera principalia constituerunt etiam ii qui foris
sunt. sed communitatis superiorem ordinem q̃ sapien-
tiæ iudicauerunt, cum sapientia fundamentum sit, iu-
stitia opus sit, quod manere non potest nisi fundamen-
tum habeat. Fundamentum autem Christus est. Pri- 1. Cor. 3.
ma ergo fides, quæ est sapiẽtia, vt Salomon dicit, secu- Eccli. 1.
tus patrem, Initium sapientiæ timor domini. Et lex Deuter. 6.
dicit: Diliges dominum deum tuum, diliges proxi-
mum tuum. Pulchrum est igitur vt gratiam tuam at-
que officia in societatem humani generis cõferas. Sed
primum illud decorum est, vt quod habes preciosissi-
mum, hoc est mentem tuam (qua nihil habes præstan
tius) deo deputes. Cum solueris autori debitum, licet
vt opera tua in beneficentiam & adiumenta hominũ
conferas, atque opem feras necessitatibus aut pecuniæ,
aut officio, aut etiam quocunque munere: quod late pa-
tet in vestro ministerio. Pecunia, vt subuenias, debito
obligatum liberes. Officio, vt seruanda suscipias, quæ
metuit amittere qui deponenda credidit. Officium est
igitur depositum seruare ac reddere. Sed interdum cõ- Quando
mutatio fit aut tempore, aut necessitate, vt non sit of- nõsit red-
ficium reddere quod acceperis: vt si quis contra pa- dendũ de-
triam opem Barbaris ferens pecuniam apertus hostis positum.
reposcat, aut si cui reddas cum assit qui extorqueat, si
furenti restituras cum seruare non queat, si insanienti
gladium depositum non neges quo se ille interimat,
nonne soluisse contra officium est? Si furto quæsita sci-
ens suscipias, vt fraudetur qui amiserat, nonne contra
officium est? Est etiam contra officium nonnunquam
soluere promissum, sacramentũ custodire, vt Herodes, Mat. 14.
qui iurauit quoniã quicquid petitus esset, daret filię He
rodiadis, & necem Ioannis præstitit, ne promissum ne L
garet. Nam de Iepte quid dicam, qui immolauit filiã, Iudic. 11.
quæ sibi victori prima occurrerat, quo votum imple-
ret quod spoponderat vt quicquid sibi primum occur-
risset, offerret deo? Melius fuerat nihil tale promitte-
re, q̃ promissum parricidio soluere. Hæc quanti consi-
lii sit prospicere, non ignoratis. Et ideo eligatur leuita,
qui sacrarium custodiat, ne fallatur consilio, ne fidem
deserat, ne mortem timeat, ne quid intemperantius
gerat, vt specie ipsa grauitatem præferat: nec solum ani
mum, sed etiam oculos continentes habere quem de-
ceat, ne vel ipse frontem sobrietatis, fortuitus violet
occursus: quoniam qui viderit mulierem ad concu- Mat. 5.
piscendum eam, adulterauit eam in corde suo. Ita adul
terium non solum facti collusione, sed etiam aspectus
intentione committitur. Magna hæc videntur, ac ni-
mis seuera, sed in magno munere non superflua, quan-
do tanta est Leuitarum gratia, vt de his Moyses in
benedictionibus diceret: Date Leui veros eius, date Deut. 33.
Leui manifestos eius, date Leui sortem suffragii sui, M
& veritates eius viro sancto, quem tentauerunt in ten-
tationibus, maledixerunt super aquam contradictio-
nis. Qui dicit patri suo, & matri suæ, Nõ noui te: & fra
tres suos non cognouit, & filios suos abdicauit: hic cu-
stodit verba tua, & testamentum tuum obseruabit. Il-
li ergo veri eius, & manifesti eius, qui nihil i corde doli
habeant, nihil fraudis occultent, sed verba eius custo-
diant, & in corde suo conferant, sicut conferebat & Ma
ria: qui suos parentes officio suo non nouerint præfe-
rendos, qui violatores oderint castitatis, pudicitiæ vl-
ciscatur iniuriam, nouerint officiorum tempora, quod
maius, quod minus sit, quod cuique aptum sit tempo-
ri, & vt id solum sequantur quod honestum est. Sane
vbi duo honesta, id quod honestius est, præponendum
putent. Hi iure benedicti. Si quis ergo manifestet iusti
tias dei, & incensum ponat, benedic domine virtutem
ipsius, opera manuum eius suscipe, vt gratiam prophe
ticę benedictionis inueniat apud eum qui viuit & re-
gnat in secula seculorum. Amen.

CAPITA LIBRI SECVNDI OFFICIORVM.

Honestate vitam acquiri beatam. Caput I.
Beatitudinem multis & diuersis modis philosophos æstimasse, sed iuxta nostros in cognitione diuina so lũmodo & bonis operibus constare. Caput II.
Omnia philosophorum apud nos argumenta vanesce re, qui aut in sola rerum scientia, aut voluptate, aut commoditate corporis & externa beatitudinẽ con stituere. Caput III.
Beatitudinẽ doloribus & necessitatibus adipisci, exẽ pla de patribus. Caput IIII.
Quæ putãtur bona, plerisq; impedimẽto esse ad beatã & æternã vitam: & quę mala, materias quasdã esse virtutũ & æternarum beatitudinum. Cap. V.
De vtili nõ quęstuoso illo, sed iusto & honesto. C. VI.
Vtilitatem præcipue fide & dilectione & æquitate me tiendam. exempla de Dauid & Moyse, qui idcirco maxime diligebantẽ a populis, quia pro ipsis sese ob iectarent periculis. Caput VII.
Consilia plurimũ ad conciliationem valere aliorum, quod claruit in Salomone. Caput VIII.
Virtutes omnes indiuiduas, sed opinione vulgi seiun ctas, nec tamen apud ipsum vulgus alteram sine al tera comprobari, non solum a philosophis, sed plus etiam intimatur a nostris. Caput IX.
Mystica interpretatio super Salomone & regina Sa ba. Caput X.
Quod a probis viris consilium sit requirendum, exem pla de patribus. Caput XI.
Improbos homines, licet prudentes videantur, fugiẽ dos. Caput XII.
Sapiẽtiã vitiosos hoies sibi vẽdicare nõ debere, quip pe quæ nullũ cõsortiũ cum vitiis põthre. C. XIII.
Quod prudentia omnibus virtutibus sit associa, maxi me in cupiditate calcanda. Caput XIIII.
De liberalitate quæ non solum facultatum dispersione sed & benevolentia constat & consilio. Cap. XV.
De sobrietate, quæ & temperãtia, in liberalitate seruã da, exemplum de Ioseph, & eius prudentissimo per interpretationem somnii consilio. Cap. XVI.
A qualis meriti viro consilium sit requirẽdum, intro ducuntur Paulus & Ioseph. Caput XVII.
Quod mali consiliarii sępe fiant in ruinam, introduci tur Roboam cõsilio iuuenũ deceptus. Ca. XVIII.
Iustitia & benevolentia & affabilitate non fucata plu rimos posse conciliari. Caput XIX.
Ad cõmendationes hominũ plurimũ valere si proba tis adhęreant. exempla de patribus: & dispares etiã ætate, vitæ delectari similitudine. exemplum poni tur de Petro & Ioanne. Cap. XX.
De laude miserationis & hospitalitatis, & malo prodi galitatis, & inanis fauoris, & hoc maxime i sacerdo tibus reprehenditur, qui omnia ornate & ordinate agere debent. Caput XXI.
De modo inter remissionem & seueritatem conseruã do, & quod simulata remissio grauiores aliquando causas adoriatur, exemplũ de Absalon. C. XXII.
Q̃d pecunia redẽpti nõ diu fidẽ custodiãt. C. XXIII.
Bonis tantum artibus ad honores nitendum, maxi me ecclesiasticos, nec inferiores ordines simulatis vir tutibus episcopo derogare, nec item episcopum cle ro esse inimicum, sed iustum in omnibus, maxime in iudicando. Caput XXIIII.
Fauores & beneficia plus paupib? q̃ diuitib? erogãda, quia de eo quod diues forte dedignaẽ, pauper maxi mam tibi habet gratiam: & quod beneficia non sola pecunia fiant. Caput XXV.
De malo auaritiæ, exempla de Balaam, & Acham, & Dalila. Caput XXVI.
De benignitate, & quod excõmunicatio tardius sit exe renda. Caput XXVII.
De bono compassionis, & quod sacris ecclesiarum the sauris non sit parcendum tempore necessitatis, exẽ pli causa inducitur Laurentius, & ipse Ambrosius. Caput XXVIII.
Deposita viduarum, imo omnium fidelium in eccle sia cum sui etiam periculo conseruanda, exemplum de Ouia, & Heliodoro, & seipso, & Ticinensi episcopo. Caput XXIX.
Qui fugiendi, & qui sint in bono zelandi. Ca. XXX.

DIVI AMBRO SII EPISCOPI MEDIO LANEN. OFFI. LIB. II.

Honestate vitam acquiri beatam. Caput I.

A SVPERIORE libro de officiis tractauim?, quę cõueni re honestati arbitrabamur, in qua vitã beatã positã esse minime dubitabamus, quã scriptura appellat vitã æternã. Tãtus enim splendor honestatis est, vt vitam beatã effi ciant tranquillitas conscientiæ, & securitas innocentiæ. Et ideo sicut exortus sol lunæ globum & cætera stellarum abscondit lumina, ita fulgor honestatis vbi vero & incorrupto vibrat decore, cętera quæ putantur bona secundũ voluptatem corporis, aut secundũ seculũ clara & illustria, obumbrat. Beata plane, quę nõ alienis æsti matur iudiciis, sed domesticis percipitur sensibus, tanq̃ sui iudex. Neq; enim populares opiniones pro mercede aliqua requirit, neq; p supplicio pauet. Itaq; quo mi nus sequitur gloriam, eo magis super eã eminet. Nã qui gloriam requirunt, iis iam merces præsentiũ, vm- B bra futurorũ est, quæ impediat vitam eternã: quod in Euãgelio scriptũ est: Amẽ dico vobis, receperũt mercẽ Mat. 6. dẽ suã. de iis scilicet q̃ velut tuba canẽdo vulgare libera litatẽ suã quã faciũt circa pauperes, gestiũt. Similiter & de ieiunio quod ostentationis causa faciunt, habẽt, in quit, mercedẽ suã. Honestatis igit̃ est vel misericordiã facere, vel ieiunium deferre in abscõdito, vt mercedem videaris a solo deo tuo quærere, nõ etiã ab hominibus. Nam qui ab hominibus quærit, habet mercedem suã. qui autem a deo, habet vitam æternam, quam præsta re nõ potest nisi autor æternitatis, sicut illud est: Amẽ Luce. 23. dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Vnde expres sius scriptura vitam æternã appellauit eam quæ sic sit beata, vt non hominum opinionibus æstimanda relin queretur, sed diuino iudicio committeretur.

Beatitudinẽ multis & diuersis modis philosophos æstimasse, sed iuxta nostros in cognitione diuina solũmodo & bonis operibus constare. Caput II.

TAQVE philosophi vitam beatam alii in non dolendo posuerunt, vt Hieronymus: Alii in rerũ scientia, vt Herill?, qui audiẽs ab Aristotele & Theophrasto mirabiliter lau datam esse rerũ scientiam, solã eam quasi summũ bo num posuit, cum illi eam quasi bonum, non quasi so lum bonum laudauerint. Alii voluptatem dixerũt, vt Epicurus. Alii, vt Calipho, & post eum Diodorus, ita interpretati sunt, vt alter ad voluptatẽ, alter ad vacuita

Gtem doloris, consortium honestatis adiungerent, quod sine ea nō possit esse beata vita. Zenon Stoicus solum & summum bonum quod honestum est: Aristoteles autē & Theophrastus & cæteri Peripatetici, in virtute quidē, hoc est, in honestate vitam beatam esse, sed cō pleri eius beatitudinem etiam corporis voluptatibus atq; externis bonis asseruerunt. Scriptura autem diuina vitam beatā in cognitione posuit diuinitatis, & fructu bonæ operationis. Deniq; vtriusq; assertionis euangelicū suppetit testimonium. Nā & de scientia ita dicit
Ioan.17. dominus Iesus: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quē misisti Iesum Chri
Mat.19. stum. Et de operibus ita respōdit: Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Sed ne æstimetur hoc recens esse, & prius tractatū a philosophis, q̄ in euangelio prædicatum: anteriores euangelio philosophi, id est, Aristoteles, & Theophrastus vel Zenon atq; Hieronymus, sed posteriores prophetis, accipiant q̄ longe antequā philosophorum nomen audiretur, per os sancti Dauid vtrunq; aperte vi-
Psal.93. deatur expressum. Scriptum est enim: Beatus homo quē tu erudieris domine, & de lege tua docueris eū. Ha-
Psal.111. bemus & alibi: Beatus vir qui timet dominū, in mandatis eius cupiet nimis. Docuimus de cognitione, cui⁹ præmium æternitatis fructum esse commemorauit adiiciens propheta quæ sint in domo huius timētis dominum, vel eruditi in lege, & cupientis in mandatis di-
Ibidem. uinis. Gloriæ, inquit, & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. De operibus quoq; in eodem psalmo subiunxit, vitæ æternæ suppetere præmium viro iusto. Deniq; ait: Beatus vir qui miseretur
H & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in seculum non commouebitur. In memoria æterna erit iustus. Et infra: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Habet ergo vitam æternam fides, quia fundamentū est bonum. Habent & bona facta, quia vir iustus & dictis & rebus probatur. Nam & si exercitatus sit in sermonibus, & desidiosus in operibus, prudentiā suam factis repellit: & grauius est scire quid facias, nec fecisse quod faciendū cognoueris. Contra quoq; strenuū esse in operibus, affectu infidum, ita est ac si vitioso fundamento pulchra culminum velis eleuare fastigia: quod quo plus struxeris, plus corruit: quia sine munimēto fidei bona opera non possunt manere. Infida statio portu nauem perforat, & arenosum solum cito cedit, nec potest impositę ædificationis sustinere onera. Ibi ergo plenitudo præmii, vbi virtutū perfectio, & quædam in factis atq; dictis æqualitas est sobrietatis.

Omnia philosophorum apud nos argumēta vanescere, qui aut in sola rerum scientia, aut voluptate, aut
I cōmoditate corporis & externa beatitudinē cōstituere.
Caput III.

EST quoniam sola rerum scientia explosa est vel quasi inanis secundū philosophiæ disputationes superfluas, vel quasi semiperfecta sententia: consideremus q̄ enodem de eo diuina scriptura absoluat sententiam, de quo tam multiplices & implicatas atq; cōfusas videmus esse quæstiones philosophiæ. Nihil enim bonum scriptura nisi qđ honestum asserit, virtutemq; in omni rerum statu beatam iudicat, quæ neq; augeatur bonis corporis vel externis, neq; minuatur aduersis: nihilq; beatū, nisi quod a peccato alienū sit, plenū innocentiæ, plenum gratiæ
Psalm.1. dei. Scriptū est enī: Beat⁹ vir qui nō abiit in cōsilio impiorum, & in via peccatorū non stetit, et in cathedra pestilentiæ nō sedit, sed in lege domini fuit voluntas eius. Et alibi: Beati immaculati in via, qui ambulant in le- Psal.118.
k ge dñi. Innocentia igitur & scientia beatum faciūt. Bonæ quoq; operationis mercedem esse beatitudinē vitæ æternæ, superius aduertimus. Restat igitur vt spreto patrocinio voluptatis, aut doloris metu (quorū alterū quasi infractum & molliculum, alterum quasi enervatū & infirmum despuitur) in ipsis doloribus vitam beatā eminere demonstrem. Quod facile doceri potest, cum legerimus: Beati estis, cum vobis maledicent & perse- Matt.5.
quentur, & dicent omne malum aduersum vos, mētientes propter iustitiā. Gaudete & exultate, quoniā merces vestra copiosa est in cælo. Sic enim persecuti sunt & prophetas ante vos. Et alibi: Qui vult venire post Matt.16.
me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

Beatitudinem doloribus & necessitatibus adipisci. exempla de patribus.
Caput IIII.

EST ergo beatitudo & in doloribꝰ, quos plena suauitatis virtus comprimit & coercet, ipsa sibi domesticis opibus abundās vel ad
L conscientiam, vel ad gratiam. Neq; enim patrum beatus Moyses, cum Egyptiorum vallatus populis, & mari clausus, per fluctus sibi & populo patrū pedestrem viam piis meritis muenisset. Quando autē fortior q̄ tunc erat Moyses, cum extremis circūuentus periculis, non desperabat salutem, sed exigebat triumphum? Quid Aaron, quando se beatiorem credidit, q̄ tunc quando medius stetit inter viuos ac mortuos, & obiectu sui statuit mortē, ne ad viuorū transiret agmina a cadaueribus mortuorum? Quid de puero Danie-
le loquar, qui tam sapiēs erat, vt inter leones fame exasperatos nulla bestialis ęuitiæ formidine frangeretur, ita alienꝰ a metu vt posset epulari, nec vereret ne ad pastum exemplo sui feras prouocaret? Est ergo & in dolore virtus, quæ sibi bonæ suauitatē exhibeat cōsciētię: & ideo iudicio est quod nō minuat dolor virtutis voluptatē. Sicut ergo nulla virtuti decessio beatitudinis per
dolorē, ita etiā nulla accessio per voluptatem corporis, aut cōmodorum gratia. De quibus pulchre Apostol⁹
Phil.3. ait: Quę mihi lucra fuerunt, hæc duxi propter Christū detrimenta esse. Et addidit: Propter quē oīa duxi dāna, & æstimo vt stercora, vt Christum lucrifaciā. De- Hebr.11.
nique Moyses dānum suū credidit thesauros esse Egyptiorū, & opprobriū dñicę crucis prætulit, nec tūc diues cū abundaret pecunia, nec postea paup cū egeret alimē
M to: nisi forte tunc alicui minus beat⁹ videtur fuisse, cum in deserto quotidiana alimonia sibi & populo suo deforet. Sed quod summi boni ac beatitudinis nemo negare audeat, manna ei, hoc est, panis angelorū ministrabatur e cælo, carnes quoq; quotidiana pluuia toti⁹ plebis epulis redundabāt. Heliæ quoq; sancto panis ad victū deerat, si quæreretur: sed nō videbatur deesse, quia non quęrebatur. Itaq; diurno coruorū obsequio, mane panis, caro ad vesperā deferebatur. Nūquid ideo min⁹ beatus, quia pauper erat sibi? Minime: immo eo magis beatus, quia deo diues. Aliis enim q̄ sibi diuitē esse præstat, vt iste erat, qui tēpore famis cibum a vidua petebat, largiturus ei vt hydria farinæ per triennū & sex mēses nō deficeret, & per quotidianos vsus olei vas viduæ inopi sufficeret ac ministraret. Merito ibi volebat Petrus esse, vbi istos videbat. Merito in monte cū Christo in gloria apparuerunt, quia & ipse pauper factus est, cū diues esset. Nullū ergo adminiculū præstāt diuitiæ ad vitam beatā. Quod euidenter dominus in
euangelio demōstrauit dicēs: Beati pauperes, quoniā Lucę.6.
vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuriunt & sitiunt iustitiam, quia ipsi saturabuntur. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Itaq; paupertatem, famem, dolorem, quæ putantur mala, nō solum impedimento non

A esse ad vitam beatam, sed etiam adiumento, euidentissime pronunciatum est.

Quæ putantur bona, plerunq; impedimēto esse ad beatam & æternā vitam: & quæ mala, materias quasdam esse virtutum, & æternarum beatitudinum.
Caput V.

SED & illa quæ videntur bona, diuitias, fatietatem, lætitiam expertem doloris, detrimento esse ad fructū beatitudinis, dominico declaratū iudicio liquet, cū dicit. Væ vo-
Lucę.6. bis diuitibus, qui habetis consolationem vestram: Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Et illis qui ridēt, quia lugebunt. Sic ergo nō solum adminiculo nō sunt ad vitam beatam, corporis aut externa bona, sed etiā
3.Re.21. dispēdio sunt. Inde enim beatus Nabuthe, etiam cum lapidaretur a diuite: quia pauper & infirmus aduersus opes regias solo erat affectu & religione diues, vt pecunia regali nō commutaret paternæ vineæ hæreditatē: eoq; perfectꝰ, quia sanguine proprio defenderet iura maiorum suorum. Inde quoq; miser Achab, etiam suo iudicio, quia pauperem necari fecerat vt eius posset vineam. Certum est solum & summū bonum esse virtutem, eamq; abundare solam ad vitæ fructum beatæ, nec externis aut corporis bonis, sed virtute sola vitam præstari beatam, per quam vita æterna acquiritur. Vita enim beata fructus præsentium, vita autem æterna spes futurorum est. Sūt tamen qui in hoc corpore tam
B infirmo, tam fragili, impossibilem vitam beatam putant, in quo necesse est angi, dolere, deplorare, ægrescere: quasi vero ego in corporis exultatione dicam vitam beatam consistere, & non in altitudine sapientię, suauitate conscientiæ, virtutis sublimitate. Nō enim in passione esse, sed victorem esse passionis beatū est, nec frāgi temporalis motu doloris metuentem accidere hæc quæ grauia ad vim doloris feruntur, cæcitatem, exiliū, famem, stuprum filiæ, amissionem liberorum. Quis neget beatum Isaac, qui non videbat i senectute, & beatitudines suis benedictionibus cōferebat? An non beatus Iacob, qui profugus patria domo, mercenarius pastor exilium sustinuit, filiæ pudicitiam ingemuit esse temeratam, famēq; pertulit? Non ergo beati, quorum fide deus accipit testimoniū, cū dicitur: Deus Abraā, deus Isaac, deus Iacob? Misera est seruitꝰ, sed nō miser Ioseph, immo plane beatꝰ, cū dñæ libidines in seruitute positus coerceret. Quid de sancto Dauid loquar, qui
C triū filiorū deplorauit obitū, Ammon, & Absalō, atq; infantuli ex ea quę fuit Vriæ nati: & quod his durius, incestum filiæ Thamar? Quomodo non beatus, de cuius successione beatitudinis autor exortus est qui pluri-
Ioā.20. mos fecit beatos? Beati enim qui non viderūt, & crediderunt. Fuerunt & ipsi in sensu infirmitatis, sed conualuerūt de infirmitate fortes. Quid laboriosius autē sancto Iob vel in domus incendio, vel filiorum decem interitu momentario, vel doloribus corporis? Nunquid minus beatus, q̄ si illa non pertulisset, in quibus magis probatus est? Esto tamen fuisse in illis aliquid acerbitatis: quem virtus animi non abscondit dolorem? Neq; enim profundum mare negauerim, quia vadosa sunt littora: neq; cælum lucidum, quia interdum obtexitur nubibus: neq; terrā fœcundā, quia aliquib⁹ locis ieiuna glarea est: aut ętas segetes, quia intermixtā solet habere sterilē auenā. Similiter puta beatę messem cōsciētię interpellari aliquo acerbo dolore. Nōne totius manipulis vitæ beatę, si quid forte accidit aduersi atq; amaritudinis, tanq̄ sterilis auenæ absconditur, aut tanquam lolii amaritudo frumenti suauitate obducitur? Sed iam ad proposita pergamus.

De vtili, nō q̄stuoso illo, sed iusto & honesto. C.VI.

SVPERIORE libro ita diuisionem feci- D
mus, vt primo loco esset honestum ac decorum, a quo officia ducerentur, secundo loco quid vtile. Et quemadmodum in primo dixi mus quia inter honestum & decorum est quædā distinctio, quæ magis intelligi q̄ explicari possit: sic & cū vtile tractamus, considerandum videtur quid vtili⁹. Vtilitatē autē non pecuniarii lucri æstimatione subducimus, sed acquisitione pietatis, sicut Apostolus ait: 1.Tim.4.
Pietas autem ad omnia vtilis est, promissionē habēs vitę præsentis, & futurę. Itaq; in scripturis diuinis, si diligenter quęramus, sæpe inuenimus quod honestū est, vtile vocari. Omnia mihi licent, sed non omnia vtilia 1.Cor.6.
sunt. Supra de vitiis loquebatur: nunc ergo dicit: Licet peccare, sed non decet. In potestate sunt peccata, sed non sunt honesta. Luxuriari promptū est, sed nō iustū. Non enim deo esca, sed ventri colligitur. Ergo quia qđ quod vtile, id etiā iustū: iustū est vt seruiamus Christo, qui nos redemit. Ideo iusti qui pro eius nomine morti se obtulerunt: iniusti qui declinauerunt, de quibus dicitur: Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in Psal.29.
corruptionem? Id est, quis iustitiæ meę professus? Vnde & illi: Alligemus iustum, quia inutilis est nobis: id Sapiē.2.
est, iniustus, qui nos arguit, condemnat, corripit. Licet hoc possit etiam ad auaritiam hominum impiorū deriuari, quæ perfidiæ vicina est: sicut in Iuda proditore legimus, qui auaritiæ studio, & pecuniæ cupiditate laqueū proditionis incurrit atq; incidit. De hac igitur tractandum est vtilitate, quæ sit plena honestatis, sicut i-
1.Cor.7. psis verbis definiuit Apostolus dicens: Hoc autem ad vtilitatem vestram dico, non vt laqueū iniiciam vobis, sed ad id quod honestum est. Liquet igitur quod hone E
stum est, vtile & iustum esse: & quod vtile, honestum & iustum: & quod iustum, vtile & honestum. Neq; enī mihi ad mercatores lucri cupidine auaros, sed ad filios fermo est, & fermo de officiis, quæ vobis (quos elegi in ministeriū domini) inculcare gestio atque infundere, vt ea quæ mentibus ac moribus vestris vsu atque institutione inolita atq; impressa sunt, etiam sermone ac disciplina aperiantur. Itaque de vtilitate dicturus, vtar illo versiculo prophetico: Declina cor meum in testi- Psal.118.
monia tua, & non in auaritiam: ne vtilitatis sonus excitet pecuniæ cupiditatem. Denique aliqui habēt: Declina cor meum in testimonia tua, & nō ad vtilitatem: hoc est, illam quæstuum nundinas aucupantem vtilitatem, illam vsu hominum ad pecuniæ studia inflexā acderiuatam. Vulgo enim hoc solū dicunt vtile, quod quæstuosum. Nos autem de ea tractamus vtilitate, quæ damnis quæritur vt Christum lucremur, cuius quæstus est pietas cum sufficientia. Magnus profecto F
quęst⁹ quo pietatē acquirimus, quæ apud deū diues est non caducis facultatibus, sed muneribus ęternis, i quibus non tentatio lubrica, sed constans & ppetua fit gratia. Est ergo vtilitas alia corporalis, alia pietatis, sicut
1.Tim.4 diuisit Apostolus. Corporalis enim exercitatio ad modicum, inquit, vtilis est, pietas autē ad omnia vtilis est. Quid autem tam honestū, q̄ integritas? Quid tam decorum, q̄ immaculatum seruare corpus, & inuiolatum atque incontaminatum pudorem? Quid etiam tam decorum, q̄ vt vidua vxor defuncto coniugi fidem seruet? Quid etiam hoc vtilius, quo regnū cœleste acquiritur? Sunt enim qui se castrauerunt propter regnum cælorum.

Vtilitatem præcipue fide ac dilectione & æquitate metiendam. exempla de Dauid & Moyse, qui idcirco maxime diligebantur a populis, quia pro ipsis sese obiectarent periculis.
Caput VII.

G EST igitur non solum familiare contubernii honestatis & vtilitatis, sed eadem quoq; vtilitas quę honestas. Ideo et ille qui regnū cælorum volebat omnib⁹ aperire, nō quod sibi vtile quærebat, sed quod omnibus. Vnde ordo quidā nobis & gradus faciendus est etiam ab his vsitatis & communibus ad ea quæ sunt præcellentia, vt ex pluribus vtilitatis colligamus profectum. Ac primum nouerimus nihil tam vtile q̄ diligi, nihil tam inutile q̄ non amari. Nam odio haberi, exitiale ac nimis capitale arbitror. Itaque id agamus, vt omni sedulitate commendemus existimationem opinionemq; nostram, ac primū placiditate mētis, & animi benignitate influamus in affectum hominū. Popularis enim & grata est omnibus bonitas, nihilq; quod tam facile illabatur humanis sensibus. Ea si māsuetudine morum, ac facilitate animi, moderatione præcepti, & affabilitate sermonis, verborumq; honore, patienti quoq; sermonum vice, modestiæq; adiuuetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. Legimus enim non solū in priuatis, sed etiā in ipsis regibus quātū facilitas blandæ affabilitatis profecerit, aut superbia verborūq; obtuerit tumor, vt regna ipsa labefactaret, & potestatē solueret. Iam si quis consilio, vsu, ministerio, officiis popularem comprehendat gratiam, aut si quis periculum
H suum pro vniuersa plebe offerat, non est dubium quod tantum charitatis a plebe in eum refundatur, vt populus salutem eius & gratiā sibi præferat. Quātas Moyses a populo illatas absorbebat contumelias: & cum dominus in insolentes vindicare vellet, se tamen pro populo offerebat frequenter, vt indignationi diuinę plebē subduceret. Q̄ miti sermone post iniurias appellabat populū, consolabatur in laboribus, delinibat oraculis, fouebat operibus. Et cum deo constanter loqueretur, homines tamen humili & grata appellatione affari solebat. Merito æstimatus est supra homines, vt & vultui eius non possent intendere, & sepulturam eius non repertam crederent, quia sic sibi totius plebis mentes deuinxerat, vt plus eum pro mansuetudine diligerent, q̄ pro factis admirarentur. Quid eius imitator sanctus Dauid, electus ex omnib⁹ ad plebem regendā, q̄ mitis & blandus, humilis spiritu, sedul⁹ corde, facilis affatu? Anteregnum se pro omnibus offerebat, rex cum omnibus æquabat suā militiā, & partiebatur laborem, fortis in prelio, mansuetus in imperio, patiens in cōuitio, ferre magis prōptus q̄ referre iniurias. Ideo tā charus erat omnibus, vt iuuenis ad regnum etiā inuitus peteretur, & resistens cogeretur, senex ne prelio interesset a suis rogaretur, quod mallent omnes pro ipso periclitari, q̄ illum pro omnibus. Ita sibi gratis officiis plebem obligauerat, Primum vt in discordiis populi exulare in Hebron mallet, q̄ in Hierusalem regnare. Deinde vt etiam in hoste positam virtutem diligeret: iustitiam etiā iis qui arma contra se tulerant, æque ac suis præstādam putaret. Denicp fortissimum aduersæ partis propugnatorem Abner ducem, & inferentem præliā miratus est, & orātem pacis gratiam non aspernatus honorauit conuiuio, interēptum insidiis doluit & fleuit: prosequut⁹ exequias, honestauit: mortē vltus, cōscientiæ fidem prestitit: quam filio inter hæreditaria iura transcripsit, magis solicitus ne innocentis mortem inultam relinqueret, q̄ quo suam mortem doleret. Nō mediocre istud, presertim in rege, sic obire humilitatis munia, vt communem se exhiberet etiam infimis, alie no periculo cibū non quærere, potum recusare, peccatū fateri, seq; ipsum pro populo offerre morti, vt in se diuina indignatio conuerteretur, cum ferienti angelo offerēs se diceret: Ecce sum ego q̄ peccaui, & ego pastor malum feci, & iste grex quid fecit? Fiat manus tua in me.
2. Regū 24. Nam quid alia dicam, quod dolū meditantibus os suū nō aperiebat, & tanq̄ non audiēs, nullū sermonem refe-

rendum putabat? Non respōdebat conuitiis, cum sibi k derogaretur orabat, cum maledicerētur benedicebat. Ambulans in simplicitate, & superborum fugitans arrogantiam, sectator extitit immaculatorū. Qui cinerē Psal. 101. miscebat alimentis suis, cum peccata propria deploraret, & potum suum temperabat fletib⁹. Merito sic expetitus est ab vniuerso populo, vt venirent ad eum omnes trib⁹ Israel dicētes: Ecce nos ossa tua & caro tua 2. Reg. 5. sumus: & heri & nudiustertius cū esset Saul & regnaret super nos, tu eras qui producebas & inducebas Israel. Et dixit tibi dñs: Tu pasces populum meum. Et quid plura de eo dicam, de quo huiusmodi dei processit sententia, vt de eo diceret: Inueni Dauid seruū meū secundum cor meū? Quis enim in sanctitate cordis & iustitia sicut iste ambulauit, vt impleret volūtatē dei? Propter quem & delinquētibus posteris eius venia data, & prerogatiua est referuata hęredibus. Quis igitur nō diligeret eum, quem videbat ita charum amicis, vt quia ipse syncere amicos diligebat, æque diligi se a suis amicis arbitraretur? Denicp parentes eum filiis suis, fi- 1. Re. 20. lii præferebant parentibus. Vnde grauiter indignat⁹ Saul, percutere Ionathan filiū suum basta voluit, quia pluris apud eum valere Dauid amicitiam iudicabat, q̄ vel pietatem vel autoritatem paternā. Etenim ad incētiuum charitatis cōmunis plurimum proficit si quis vicem amātib⁹ reddat, nec minus redamare se probet, q̄ ipse amatur: idq; amicitiæ fidelis patet exēplis. Quid enim tam populare q̄ gratia? Quid tā inolitū atq; impssū affectib⁹ humanis q̄ vt eū amare inducas i animū, a quo te amari velis? Merito sapiēs dicit: Perde pecuniā, ppter Eccli. 29. fratrem & amicum. Et alibi: Amicum salutare nō eru- Eccli. 22. bescam, & a facie illius non me absondam. Siquidem vitæ & immortalitatis medicamentum in amico esse, ecclesiasticus sermo testatur. Et summum in charitate præsidium nemo dubitauerit, cum Apostol⁹ dicat: O- 1. Cor. 13. mnia suffert, oīa credit, omnia sperat, omnia sustinet L charitas, nunq̄ cadit. Ideo Dauid nō cecidit, quia char⁹ fuit omnibus, & diligi a subiectis q̄ timeri maluit. Timor enim tēporalis tutaminis seruat excubias, nescit diu turmitatis custodiā. Itaq; vbi timor decesserit, audacia obrepit: quoniam fidem non timor cogit, sed affectus exhibet. Prima ergo ad commendationem nostri est charitas. Bonum est ergo testimoniū habere de plurimorum dilectione. Hinc nascitur fides, vt committere se tuo affectui nō vereanf etiā alieni, quē plurib⁹ charū aduerterint. Similiter etiā per fidē ad charitatē peruenitur: vt qui vni aut duob⁹ prestiterit fidem, tanq̄ influat in animos vniuersorū, & oim acquirat gratiam.

Consilia plurimorum ad cōciliationē valere aliorū: quod claruit in Salomone. Caput VIII.

M IVO igitur hæc ad cōmēdationē nostri plurimum operantur, charitas, & fides, & tertiū hoc, si habeas quod i te admiratione dignum pleriq; existimēt, & iure honorandū putent. Et quia consiliorum vsus maxime conciliat homines, ideo prudentia & iustitia in vnoquoq; desiderātur, & ea expectātur a plurib⁹: vt in quo ea sint, illi desideratur fides, quo possit vtile consilium ac fidele desiderāti dare. Quis enim ei se committat, quē non putet plus sapere q̄ ipse sapiat qui quærit consiliū? Necesse est igitur vt præstantior sit a quo consilium petitur, q̄ ille est qui petit. Quid enim consulas hominem quem nō arbitreris posse meli⁹ aliquid repire, q̄ ipse intelligis? Q̄d si eum inueneris qui vitacitate ingenii, mentis vigore atq; autoritate prestet, & accedat eo vt exemplo & vsu paratior sit, presentia soluat pericula, prospiciat futura, denunciet imminentia, argumenta expediat, remediū ferat in tempore, paratus sit non solum ad consulendū

A sed etiam ad subueniendum: huic ita fides habetur, vt dicat qui cōsilium petit: Et si mala mihi euenerint, per illum sustineo. Huiusmodi igitur viro salutem nostrā & existimationem committimus, qui fit (vt supra diximus) iustus & prudens. Facit enim iustitia, vt nullus sit fraudis metus. Facit etiam prudentia, vt nulla erroris suspicio sit. Promptius tamen nos iusto viro q̄ prudenti cōmittimus, vt secundū vsum vulgi loquar. Ceterū sapientū definitione, in quo vna virtus est, cōcurrunt cæteræ, nec potest sine iustitia esse prudētia. Q̄d
Psal. 36. etiam in nostris inuenimus. Dicit enim Dauid: Iustus autem miseretur & fœnerat. Quid fœneret iustus, ali-
Psal. 111. bi dicit: Iucundus vir qui miseretur & fœnerat, disponet sermones suos in iudicio. Ipsum illud nobile Salomonis iudicium nonne sapientię plenū ac iustitię est?
3. Re. 3. Itaq; spectemus illud, si ita est. Duę, inquit, mulieres in conspectu regis Salomonis steterunt, & dixit vna ad eum: Audi me domine. Ego & hæc mulier in vno habitantes cubiculo, ante diem tertium partu edito singulos filios suscepimus, & eramus vna, arbiter nullus domi, nec vlla alia fœmina nobiscū nisi nos solæ: & mortuus est filius eius hac nocte, vt obdormiuit super eū, & surrexit media nocte, & accepit filium meum de sinu meo, & collocauit eum in sinu suo, & filium suum mortuum posuit in sinu meo. Et surrexi mane vt lactarē paruulū, & inueni eum mortuum. Et cōsideraui illum diluculo, & nō erat fili⁹ me⁹. Et respōdit altera: Nō, sed
B filius meus est hic qui viuit, filius autem tuus qui mortuus est. Et hæc erat contētio, cum vtraq; filium sibi vē dicaret superstitē, defuncti autē suū negaret. Tunc rex iussit afferri machæram, & infantē diuidi, & singulas partes dari singulis, dimidiā vni, & dimidiā alteri. Exclamauit mulier quæ vero erat affectu percita: Nequaquā domine infantē diuidas. detur potius illi, & viuat, & nō interficias eum. At respondit altera: Neq; meus neq; huius sit infans. diuidite eum. Et statuit rex dari infantem ei mulieri quæ dixerat: Nolite interficere eū, sed date eū illi mulieri. quia mota sunt inquit viscera eius in filio suo. Itaq; non immerito æstimatus est est intellect⁹ dei i eo esse, in quo occulta sunt dei. Quid autem occultius, q̄ internorum viscerum testimonia, in quæ sapientis intellectus velut quidā pietatis descēdit arbiter, & velut quandam genitalis aluī vocem eruit, qua maternus patuit affectus, qui elegerat filium suū vel apud alienam viuere, q̄ in conspectu matris necari? Sapientiæ igitur fuit, latentes distinguere cōscientias, ex occultis eruere veritatem, & velut quadam machęra ita spiritus gladio penetrare nō solum vteri sed etiā animæ & mentis viscera. Iustitię quoq;, vt quæ suū ne
C cauerat, alienum non tolleret, sed vera mater reciperet suum. Denicp etiam scriptura hoc pronūciat. Audiuit inquit omnis Israel hoc iudicium quod iudicauit rex, & timuerunt a facie regis, eo p intellectus dei in eo esset, vt faceret iustitiam. Denicp & ipse Salomon ita posuit sapientiam, vt daretur sibi cor prudens audire & iudicare cum iustitia.

Virtutes omnes indiuiduas, sed opinione vulgi seiunctas, nec tamē apud ipsum vulgus alterā sine altera cōprobari, non solū a philosophis, sed plus etiam intimatur a nostris. Caput IX.

R IQVET igitur etiam secundum scripturam diuinam, quę antiquior est, sapientiam sine iustitia esse non posse: quia vbi vna earū virtutum, ibi vtraque est. Daniel quoq; q̄ sapienter alta interrogatione fraudulentæ accusationis deprehendit mendacium, vt calumniatorum sibi respōsio non cōueniret? Prudentiæ igitur fuit, vocis suæ testimonio reos prodere. Iustitiæ quoque, nocentes supplicio dare, innocentem subducere. Est ergo indiuiduū

sapientiæ atq; iustitiæ contubernium, sed vulgi vsu di- D uiditur vna quædam forma virtutum, vt temperantia sit in despiciendis voluptatibus, fortitudo spectetur in laboribus & periculis, prudentia in delectu bonorū, sciens commoda & aduersa distinguere, iustitia quæ sit bona custos iuris alieni, & vindex proprietatis, suiq; cuiq; conseruans. Sit igitur nobis communis opinionis gratia, quadripartita hæc facta diuisio, vt ab illa subtili disputatione philosophiæ sapientiæque, quæ limandæ veritatis causa quasi ex adyto quodam eruitur, retrahentes pedem, forensem vsum ac popularem sensum sequamur. Hac igitur diuisione seruata, reuertamur ad propositum. Prudentissimo cuique causam nostram committimus, & ab eo consilium promptius q̄ a cæteris poscimus. Præstat tamen fidele iusti consilium viri, & sapientissimi ingenio frequenter præponderat. Vtiliora enim vulnera amici, q̄ alienorū oscula. Prou. 27.

Mystica interpretatio super Salomone & regina Saba. Caput X.

D ENIQVE quia iusti iudicium est, sapientis autem argumētum: in illo censura discēptationis, in hoc calliditas inuētionis. Quod si vtriq; connectas, erit magna consiliorum salubritas, quæ ab vniuersis spectatur admiratione sapientiæ, & amore iustitiæ, vt omnes quærant audire E sapientiam eius viri, in quo vtriusq; virtutis copula fit: sicut quærebant omnes reges terræ videre faciem Salomonis, & audire sapientiā eius, ita vt & Saba regina 3. Reg. 10 veniret ad eum, & tentaret eum in quæstionibus. Et venit, inquit, & omnia locuta est quæ habebat in corde suo, & audiuit omnem sapientiam Salomonis, nec vllum verbum præteriit eam. Quæ sit ista, quam nihil prætereat, nec sit aliquid quod ei nō annunciauerit verus Salomon, cognosce o homo ex his quæ audis loquētem. Verus est inquit sermo quem audiui in terra mea de sermonibus tuis, & de prudentia tua, & nō credidi his qui dicebant mihi, donec veni, & viderunt oculi mei, & nunc non est nec dimidia quidem pars secundum ea quæ annunciabantur mihi. Apposuisti bona super omnia quæ audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ, & beati pueri tui qui assistunt tibi, qui audiunt omnem prudentiam tuam. Intellige conuiuium veri Salomonis: & quæ apponūtur in eo conuiuio, intelligę sapienter, & considera in qua terra congregatio nationum audierit famam sapientiæ veræ atq; iustiF tiæ, & quibus eum viderit oculis, contéplantibus vtiq; quæ non videntur: quoniam quæ videntur, tēporalia 2. Cor. 4. sunt: quæ autem non videntur, æterna. Quæ sunt beatæ mulieres, nisi illæ de quibus dicitur: Quia multæ verbū dei audiunt, & pariunt? Et alibi: Quicūq; enim Mat. 12. verbū dei fecerit, ipse meus frater & soror & mater est. Qui etiam pueri tui beati qui assistūt, nisi Paulus qui dicebat: Vsq; in hunc diē sto protestans minori ac maiori: & Symeon qui expectabat in templo vt videret cōsolationē Israel? Quomodo ergo dimitti poscēret, nisi quia assistens domino, discendi habere facultatē non poterat, nisi voluntatem domini adeptus esset? Exemplī causa propositus est nobis Salomō, a quo certatim vt audiretur eius sapientia postulabatur.

Quod a probis viris consilium sit requirendū. Exēplum de patribus. Caput XI.

I OSEPH quoq; nec in carcere feriat⁹ erat quo minus de rebus incertis consuleretur. Cuius cōsilium Ægypto vniuersæ profuit, vt non sentiret septem annorum sterilitatē, aliosq; populos miseræ famis leuaret ieiunio. Daniel ex captiuis regalium consultorum arbiter factus con-

G filiis suis emendauit præsentia, annunciauit futura. Ex iis enim quæ frequenter interpretatus ostenderat veri se esse annuncium, fides ei in omnibus deferebatur. Sed etiam tertius locus de iis qui admiratione digni æstimarẽtur: Ioseph, Salomonis & Danielis exemplo decursus videtur. Nam quid de Moyse loquar, cuius omnis Israel quotidie consilia præstolabatur, quorũ vita fidem faciebat prudentiæ, admirationemq; eius augebat? Quis se non committeret consilio Moysi, cui seniores siqua supra suum intellectum et virtutem esse arbitrarentur, diiudicanda seruabant? Quis Danielis consiliũ refugeret, de quo ipse deus dixit: Quis Daniele sapientior? Aut quomodo dubitare homines de eorum mentibus possent, quibus deus tantam cõferebat gratiã? Moysi consilio bella conficiebantur, Moysi meritis de cælo affluebat alimonia, potus e petra. Q̃ purus Danielis animus, vt mulceret barbaros mores, mitigaret leones? Quæ in illo tẽperantia? quanta animi & corporis cõtinentia? Nec immerito mirabilis factus omnibus, quando (quod vehementer admirantur homines) regalibus fultus amicitiis, aurum non quærebat, nec delatum sibi honorem pluris faciebat q̃ fidẽ. Quinetiam periditari malebat pro lege domini, q̃ pro gratia hominis inflecti. Nam de sancti Ioseph (quẽ pene prẽterieram) castimonia & iustitia quid dicam, quarum altera illecebras heriles respuit, refutauit præmia, altera mortem cõtempsit, metum repulit, carcerẽ prẽoptauit? Quis hũc priuatæ causæ ad consulendum idoneum non iudicaret, cuius ferax animus & mens fertilis, temporis sterilitatem quodam consiliorum & cordis vbere fœcundauit?

Ezec. 28.

Improbos homines, licet prudentes videantur, fugiendos. Caput XII.

H ADVERTIMVS igitur quod in acquirẽdis consiliis plurimum adiungat vitæ probitas, virtutũ prærogatiua, beneuolentię vsus, frugalitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis e turbida aqua potum petat? Itaq; vbi luxuria est, vbi intemperantia, vbi vitiorum confusio, quis inde sibi aliquid hauriẽdum existimet? Quis non despiciat morum colluuionem? Quis vtilem causæ alienæ iudicet, quem videt inutilẽ vitæ suæ? Quis iterum improbum, maleuolum, contumeliosum non fugiat, & ad nocendum paratum? Quis non eum omni studio declinet? Quis vero, quamuis instructum ad consilii opem, difficilem tamen accessu, ambiat, in quo sit illud tanquam siquis aquæ fontem præcludat? Quid enim prodest habere sapientiam, si consilium neges? Si consulendi intercludas copiam, clausisti fontẽ, vt necaliis influat, nec tibi profit. Pulchre autem & de illo conuenit, qui habens prudentiam, commaculat eam vitiorum sordibus, eo quod aquæ exitũ contaminet. Degeneres animos vita arguit. Quomodo enim eum potes iudicare cõsilio superiorem, quem videas inferiorem moribus? Supra me debet esse, cui me committere paro. An vero idoneum eum putabo qui mihi det consilium, quod non dat sibi: & mihi eum vacare credam, qui sibi non vacet, cuius animum voluptates occupent, libido deuinciat, auaritia subiurget, cupiditas perturbet, quatiat metus? Quomodo hic consilii locus, vbi nullius quieti? Admirandus mihi & suspiciendus consiliarius, quem propitius dominus patribus dedit, offensus abstulit. Huius imitator debet esse qui potest consilium dare, & alienam a vitiis custodire prudẽtiam, quia nihil inquinatũ in illam incurrit.

I

Sapientiam vitiosos homines sibi vendicare non debere, quippe quæ nullum consortiũ cum vitiis potest habere. Caput XIII.

VIS igitur tantam vultu speciem præferat pulchritudinis, & beluinis posterioribus aferinis vnguibus formæ superioris dehonestet gratiam: cum tam admirabilis et præclara forma virtutum sit, & specialiter pulchritudo sapientiæ, sicut series scripturæ indicat? Est enim hæc speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionem luci comparata inuenitur purior. Lucem etenim hanc suscipit nox, sapientiam autem non vincit malitia. Diximus de eius pulchritudine, & scripturæ testimonio cõprobauimus: superest vt doceamus scripturæ autoritate nullum ei contubernium cum vitiis esse, sed indiuiduam cum cæteris virtutibus coniunctionem, cuius spiritus est disertus, sine inquinamento, certus, sanctus, amans bonum, acutus, qui nihil vetet benefacere, benignus, stabilis, securus, omnẽ habens virtutem, omnia prospiciens.

K

Quod prudentia omnib⁹ virtutibus sit associa, maxime in cupiditate calcanda. Caput XIIII.

OMNIA igitur operatur prudentia, cum omnibus bonis habet cõsortium. Nam quomodo poteſt vtile cõsilium dare, nisi habeat iustitiam, induat constantiam, mortem non formidet, nullo terrore, nullo reuocetur metu, nulla adulatione a vero deflectendũ putet, exilium non refugiat, quæ nouerit sapienti patriam mũdum esse, egestatem non timeat, quę nihil deesse sapienti sciat, cui totus mundus diuitiarum est? Quid enim præcelsius illo viro qui auro moueri nesciat, contemptum habeat pecuniarum, & velut exarce quadam despiciat hominum cupiditates? Quod qui fecerit, hunc homines supra hominem esse arbitrantur. Quis est, inquit, & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua. Quomodo enim non admirãdus qui diuitias spernit, quas plerique saluti propriæ prætulerunt? Decet igitur omnes censura frugalitatis, continentiæ autoritas, & maxime eum qui honore præstet, ne præminẽtem virum thesauri possideãt sui, & pecuniis seruiat, qui præest liberis. Illud magis decet, vt supra thesaurum sit animo, & infra amicum obsequio. Humilitas enim gratiam auget. Hæc plena laudis, & digna primario viro, non communem cum Tyriis negociatoribus & Gallathis mercatoribus habere turpis lucri cupidinem, nec omne bonum locare in pecunia, & tanquam mercenario munere quotidianos numerare quæstus calculari compendio.

L Eccli. 31.

De liberalitate, quæ non solum facultatum dispersione, sed & benevolentia constat & consilio. Caput XV.

QVOD si ab his sobrium gerere animum, laudabile est: quanto illud præstantius, si dilectionẽ multitudinis liberalitate acquiras, neq; superflua circa importunos, neque restricta circa indigentes? Plurima autem genera liberalitatis sunt, nõ solũ quotidiano sumptu egẽtib⁹, quo vitã suã sustinere possint, dispõere ac dispẽsare alimoniã: verũ etiã iis qui publice egere verecũdantur, cõsulere ac subuenire, quatenꝰ cõmunis egenorũ alimonia nõ exhauriatur. De eo enim loquor qui præest alicui muneri, vt si officium sacerdotis gerat, aut dispensatoris, vt de his suggerat episcopo, nec reprimat si quem positum in necessitate aliqua cognouerit, aut deiectũ opib⁹ ad inopiæ necessitatem redactum, maxime si non effusione adolescentiæ, sed direptione alicuius & amissione patrimonii in eam ciderit iniuriam, vt sumptum exercere diurnum non queat. Summa etiam liberalitas captiuos redimere, eripere ex hostium manibus,

M

A subtrahere neci homines, & maxime fœminas turpitudini, reddere parentibus liberos, parentes liberis, ciues patriæ restituere. Nota sunt hæc nimis Illyrici vastitate & Thraciæ, quanti vbique venales erant toto captiui orbe: quos si reuoces, vnius prouinciæ numerum explere non possint. Fuerunt tamẽ qui etiã quos ecclesiæ redemerunt, in seruitutẽ reuocare vellent, ipsa gratiores captiuitate, qui inuiderent alienam misericordiam. Ipsi si in captiuitatem venissent, seruirent liberi: si venditi fuissent, seruitutis ministerium non recusarent: & volunt alienam libertatem rescindere, qui suã seruitutem non possent rescindere, nisi forte precium recipere emptori placeret: in quo tamen non rescinditur seruitus, sed redimitur. Præcipua est igitur liberalitas redimere captiuos, & maxime ab hoste barbaro qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam, nisi quod auaritia reseruauerit ad redemptionem: æs alienum subire, si debitor soluendo non sit, atque arteture ad solutionem quæ sit iure debita, & inopia destituta: enutrire paruulos, pupillos tueri. Sũt etiã qui virgines orbatas parentibus tuendæ pudicitiæ gratia connubio locent, nec solum studio sed etiam sumptu adiuuent. Est etiã genus illud liberalitatis quod Apostolus docet, si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt earum alimoniis ecclesia non grauetur, vt iis quæ vere viduæ sunt sufficiat. Vtilis igitur huiusmodi liberalitas, sed non communis omnibus. Sunt enim plerique etiam viri boni, qui tenues sunt censu, contenti quidem exiguo ad sui vsum, sed non idonei ad subli-

1. Tim. 5.

B dium leuandæ paupertatis alienæ. Tamen suppetit aliud beneficentiæ genus, quo iuuare possint inferiorem. Est enim duplex liberalitas, vna quæ subsidio rei adiuuat, id est, vsu pecuniæ: altera quæ operarum collatione impenditur, multo frequenter splendidior, multoque clarior. Quanto illustrius Abraam captum armis victricibus recepit nepotẽ, q̃ si redemisset? Quanto vtilius regem Pharaonem sanctus Ioseph consilio prouidentiæ iuuit, q̃ si contulisset pecuniam? Pecunia enim vnius ciuitatis non redemit vbertatem, prospiciẽtia totius Ægypti per quinquennium famem repulit. Facile autem pecunia consumitur, consilia exhauriri nesciunt. Hæc vsu augentur, pecunia minuitur, & cito deficit, atque ipsam destituit benignitatem, vt quo pluribus largiri voluerit, eo pauciores adiuues, & sæpe tibi desit quod aliis conferendum putaueris. Consilii autem operisque collatio quo in plures diffunditur, eo redundantior manet, & in suum fontem recurrit. In se enim refluit vbertas prudentiæ: & quo pluribus fluxerit, eo exercitius sit omne quod remanet.

De sobrietate, quæ & temperantia, in liberalitate seruanda. Exemplum de Ioseph, & eius prudentissimo per interpretationem somnii consilio. Caput XVI.

C

IQVET igitur debere esse liberalitatis modum, ne fiat inutilis largitas: cui⁹ sobrietas tenenda est, maxime sacerdotibus, vt nõ pro iactantia, sed pro iustitia dispẽsent. Nusquam enim maior auiditas petitionis. Veniunt validi, veniunt nullam causam nisi vagandi habentes, & volunt subsidia vacuare pauperum, exinanire sumptum: nec exiguo contenti, maiora quærunt, ambitu vestium captantes petitionis suffragium, & natalium simulatione licitantes incrementa quæstuum. His si quis facile deferat fidem, cito exinanit pauperum alimoniis profutura compendia. Modus assit largiendi, vt nec illi manes recedant, neque transcribatur vita paupẽrum in spolia fraudulentorũ. Ea ergo mensura sit, vt neque humanitas deseratur, nec destituatur necessitas. Plerique simulant debita. sit veri examen. Exutos se per latrocinia deplorant. aut iniuria fidem faciat, aut cognitio personæ, quo propensius iuuentur. Ab ecclesia relegatis sumptus impartiendus, si desit eis alendi copia. Itaq; qui modum seruat: auarus nulli, sed largꝰ omnibus est. Non enim solas aures præbere debemus audiendis precantium vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas, q̃ vox pauperi. Neq; vero fieri potest vt non extorqueat amplius importunitas vociferantium, sed nõ semper impudentiæ locus sit. Videndus est ille qui te non videt, requirendus ille qui erubescit videri. Ille etiã clausus in carcere, occurrat tibi, ille affectus ægritudine mentem tuam personet, qui aures non potest. Quo plus te operari viderit populus, magis diliget. Scio plerosq; sacerdotes, quo plus contulerunt, plus abundasse: quoniam qui cuiq; bonum operarium videt, ipsi confert, quod ille suo officio dispẽset, securus quod ad pauperem sua perueniat misericordia. Nemo enim vult nisi pauperi proficere suam collationem. Nam si quem aut immoderatum aut nimis tenacem dispensatorem viderit, vtrumq; despiciet, si aut superfluis erogationib⁹ dissipet alieni fructus laboris, aut recõdat sacculis. Sicut igitur modus liberalitatis tenendus est, ita etiã calcar plerumq; adhibendum videtur. Modus ideo, vt q̃ benefacis, id quotidie facere possis, ne subtrahas necessitati quod indulseris effusioni. Calcar propterea, quia melius operatur pecunia in pauperis cibo, q̃ in diuitis sacculo. Caue ne intra loculos tuos includas salutẽ inopum, & tanquam in tumulis sepelias vitam paupertũ. Potuit donare Ioseph totas opes Ægypti, & effundere thesauros regios: noluit tamen de alieno effusus videri: maluit frumenta vendere, q̃ donare esuriẽtibus: quia si paucis donasset, pluribus defuisset. Eam liberalitatẽ probauit, quæ abundaret omnibus. Patefecit horrea vt omnes emerẽt subsidium frumentarium, ne gratis accipiendo cultus terrarum relinquerent: quoniam qui alieno vtitur, suum negligit. Itaq; primum omniũ coacernauit pecunias, deinde instrumenta cætera, ad postremum iura terrarum regi acquisiuit, non vt omnes exueret suo, sed fulciret, publicum tributum constitueret, quo sua tuti⁹ habere possent. Quod ita fuit gratũ omnibus quibus terras ademerat, vt non venditionem sui iuris, sed redemptionem salutis putarent. Denique dixerunt: Sanasti nos, inuenimus gratiam in conspectu domini nostri. Nam & de proprietate nihil amiserant qui ius receperant, & de vtilitate nihil perdiderãt qui acquisierãt perpetuitatem. O virum magnum, qui non largitatis superfluæ temporalem captauit gloriã, sed perpetuam commoditatem cõstituit prouidentiæ. Fecit enim vt tributis populi se iuuarent suis, nec in tẽpore necessitatis aliena subsidia desiderarẽt. Meli⁹ enĩ fuit conferre aliquid de fructibus, q̃ totum de iure amittere. Quintam portionem collationis statuit, & in prouidendo perspicacior, & in tributo liberalior. Denique numquam postea Ægyptus huiusmodi famem pertulit. Q̃ præclare autem collegit futura, primum q̃ argute regalis interpres somnii veritatem expressit. Sõnium regis primum hoc fuit. Septem iuuencæ ascendebant de flumine visu decoræ, & pingues corpore, & ad oram pascebantur fluminis. Aliæ quoque vitulæ visu deformes, ac ieiunæ corpore, post illas inuencas ascendebant de flumine, & iuxta eas in ipso ripariũ thoro pascebantur: & visæ sunt hæ vitulæ tenues atq; exiles deuorare illas quæ præstabant & forma & gratia. Et somnium secundum hoc fuit, Septẽ spicæ pingues, electæ & bonæ de terra surgebãt, & post eas septem spicæ exiles & vento corruptæ ac marcidę se subiicere moliebantur, & visum est quod lætas & vberes spicas, steriles spicæ & tenues deuorauerunt. Hoc somnium ita aperuit sanctus Ioseph, eo quod septẽ iuuencæ septem

D

E

F

Gen. 47.

Gen. 41.

G anni forent, & ſeptem ſpicæ ſimiliter ſeptem anni forent, ex fœtu & fructu interpretatus tempora. Fœtus enim iuuencæ annum exprimit, & fructus ſegetis annum conſummat integrũ. Quæ ideo aſcendebant de flumine, quod dies anni ac tempora, fluminis præteriẽt modo, & curſum labuntur. Annos itaque ſeptem priores vberes, terræ fertiles ac fœcundos declarat futuros. Poſteriores autem alios ſeptem annos ſteriles atque infœcundos, quorum ſterilitas abſumptura foret vbertatem ſuperiorum. Qua gratia proſpiciẽdum admonuit vt vberioribus annis congregaretur ſubſidium frumentarium, quod ſuſtentare poſſet inopiam futuræ infœcunditatis. Quid primum mirer? Ingeniũ quo in ipſum veritatis deſcendit cubile, an conſiliũ quo tam graui atque diuturnæ proſpexit neceſſitati, an vigilantiam atq; iuſtitiam, quarum altera impoſito ſibi tanto munere congregauit tam multiplices commeatus, altera æqualitatem per omnes ſeruauit? Nam de magnanimitate quid loquar? quod venditus a fratribus in ſeruitutem, non retulit iniuriam, ſed famem depulit? Quid de ſuauitate qua dilecti fratris preſentiam pia fraude quæſiuit, quem ſimulato per elegantiam furto reum ſtatuit rapinæ, vt obſidẽ teneret gratiæ? Vnde merito ei a patre dicitur: Filius ampliatus meus Ioſeph, filius meꝰ ampliatꝰ, zelotes filius meus, filiꝰ meꝰ adoleſcẽtior. Adiuuet te deus meꝰ, & bñdicat te bñdictione celi a ſummo, benedictione terræ habẽtis omnia propter benedictiones patris tui, & matris tuę. Prætaluit ſuper benedictiones mõtium manentium, & deſideria collium ęternorum. Et in Deuteronomio. Qui viſus eſt, inquit, in rubo, veniat ſup caput Ioſeph & ſuper verticem ipſius, honorificus inter fratres ſuos primitiuus, tauri decus eius, cornua vnicornis cornua ipſius. In ipſis gentes ventilabit ſimul vſque ad extremum terræ. Ipſi decem milia Effraim, & ipſi milia Manaſſes.

Gen. 49.

Deut. 33.

H

A qualis meriti viro conſilium ſit requirẽdum, introducuntur Paulus & Ioſeph. Caput XVII.

TALIS itaq; debet eſſe qui conſilium alteri det, vt ſeipſum formam aliis præbeat ad exẽplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, vt ſit eiꝰ ſermo ſalubris atque irreprehenſibilis, conſiliũ vtile, vita honeſta, ſententia decora. Talis erat Paulus, qui conſilium dabat virginibus, magiſterium ſacerdotibus, vt primum ſeipſum præberet nobis formam ad imitandum. Ideo & humiliari ſciebat, ſicut ſciuit & Ioſeph, qui ſummo ortus patriarcharum genere, non dedignatꝰ degenerem ſeruitutem, exhibebat eam obſequiis, illuſtrabat virtutibus. Sciuit humiliari, qui & vẽditores & emptorem

1.Cor.7.

I

paſſus eſt, & dominum appellabat eum. Audi humiliãtem ſe: Si dominus meus præter me nihil ſcit in domo ſua, & omnia quęcũq; habet, dedit in manus meas, neq; ſubtractum eſt a me quicquam pręter te, quæ vxor illius es: quomodo faciam verbum malum hoc, & peccabo coram domino? Plena vox humilitatis, plena caſtimoniæ. Humilitatis, quia domino deferebat honorificentiam, quia referebat gratiam. Plena quoq; caſtimoniæ, quia turpi flagitio contaminari, graue peccatũ putabat. Talis igitur debet eſſe conſiliarius, qui nihil nebuloſum habeat, nihil fallax, nihil fabuloſum, nihil ſimulatum quod vitam eius ac mores refellat, nihil improbum ac maleuolum, quod auertat cõſulentes. Alia ſunt enim quæ fugiuntur, alia quę cõtemnuntur. Fugimus ea quæ poſſunt nocere, quæ malitioſe poſſunt in noxã ſerpere, vt ſi is qui cõſulitur, dubia ſit fide, & pecuniæ auidus, vt poſſit precio mutari, ſi iniurioſus, hic fugitur ac declinatur. Qui vero voluptuarius, intemperans, etſi alienus a fraude, tamen auarus & cupidior lucri turpis, hic contemnitur. Quod enim ſpecimẽ indutriæ, quẽ fructũ laboris edere poteſt, quã recipere animo curam ac ſolicitudinem, qui ſe torpori dederit atq; ignauiæ? Ideo boni vir cõſilii dicit: Ego autem didici, in quibus ſum, ſufficiens eſſe. Sciebat enĩ oim malorũ radicem eſſe auaritiam, & ideo ſuo contentus erat, alienum nõ requirebat. Satis mihi, inquit, eſt quod habeo. ſiue parum ſiue plurimum habeam, mihi plurimũ eſt. Expreſſius aliquid dicendum videtur. Signato verbo vſus eſt. Sufficit mihi, inquit, in quo ſum, id eſt, nec deeſt, nec ſuperfluit. Non deeſt, quia nihil quæro ampliꝰ. Non ſuperfluit, quia nõ ſoli mihi habeo, ſed pluribus. Hoc de pecunia. Cæterum de omnibꝰ dici poteſt, quia ſufficiebant illi preſentia, hoc eſt, non honorem maiorem, non obſequia vberiora deſiderabat, nõ gloriæ immodicæ cupidus, aut gratiã in debite quærebat, ſed debiti finem certaminis, patiens laboris, ſecurus meriti præſtolabatur. Scio, inquit, & humiliari. Non ergo indocta humilitas, ſed quæ habeat ſui modeſtiam & ſciẽtiam, laudi datur. Eſt enim humilitas formidinis, eſt & imperitiæ atq; ignorantiæ. Ideo & ſcriptura ait: Et humiles ſpiritu ſaluabit. Præclare ergo dixit: Scio & humiliari, id eſt, quo in loco, qua moderatione, quo fine, in quo officio, in quo munere. Neſciuit Phariſæus humiliari, ideo deiectus eſt. ſciuit publicanus, ideo iuſtificatus eſt. Sciebat & abundare Paulus, qui animũ habebat diuitem, etſi theſaurum diuitis non habebat. Sciebat abundare, quia non quærebat datum in pecunia, ſed requirebat fructum in gratia. Poſſumus & ſic intelligere, quia ſciebat abũdare, qui poterat dicere: Os noſtrum patet ad vos o Corinthii, cor noſtrum dilatatum eſt. In omnibus erat imbutus, & ſaturari, & eſurire. Beatus, qui ſciebat ſaturari in Chriſto. Non ergo

Gen. 39.

Pſal. 33.

1. Cor. 6.

L

illa corporalis ſed ſpiritalis eſt ſaturitas, quã operatur ſcientia. Et merito ſcientia opus eſt, quia nõ i pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo dei. Ergo qui ſic ſciebat ſaturari, & ſic eſurire, ſciebat vt ſemper noua quæreret, eſurire & ſitire dominum. Sciebat eſurire, qui ſciebat quia eſurientes manducabunt. ſciebat & poterat abundare, qui nihil habebat, & poſſidebat omnia.

Deut. 8.

Quod mali conſiliarii ſæpe fiãt in ruinam, introducitur Roboã conſilio iuuenum deceptus. C. XVIII.

GREGIE itaque viros alicui præſidentes muneri commendat iuſtitia, ecõtra iniquitas deſtituit atq; impugnat. Exẽplo nobis eſt ſcriptura quæ dicit, cum populus Iſrael poſt mortem Salomonis rogaſſet filium eius Roboã vt releuaret ceruices eorum a ſeruitute dura, & paterni imperii temperaret auſteritatem, illum ſpreto ſenili cõſilio, de ſuggeſtione adoleſcentium reſponſum dediſſe huiuſmodi, quod & onus adiceret ſuper patris iugũ, & leuiora grauioribus ſupplicis mutaret. Quo reſponſo exaſperati populi reſponderunt, Non eſt nobis portio cũ Dauid, neq; hæreditas in filiis Ieſſe. Reuertere vnuſquiſq; in tabernacula tua Iſrael, quoniã hic homo neq; in principem neque in ducem erit nobis. Itaq; deſertus a populo ac deſtitutus, vix duarum tribuũ propter Dauid meritum habere potuit ſocietatem.

2. Reg. 12.

M

Iuſtitia & beneuolentia & affabilitate nõ fucata plurimos poſſe conciliari. Caput XIX.

CLARET ergo quoniam & æquitas imperia cõfirmet, & iniuſtitia diſſoluat. Nã quomodo põt malitia regnũ poſſidere, q̃ ne vnã quidem priuatam poteſt regere familiam? Summa igitur benignitate opus eſt, vt nõ ſolũ publica gubernacula, ſed etiam priuata iura tueamur. Plurimum iuuat beneuolentia, quę omnes ſtudet beneficiis

A amplecti, deuincire officiis, oppignerare gratia. Affabilitatem quoq; ſermonis diximus ad conciliandam gratiam valere plurimum. Sed hanc volumus eſſe ſyncęram ac ſobriam ſine vlla adulatione, ne ſimplicitatem ac puritatẽ alloquii dedeceat ſermonis adulatio. Forma enim eſſe debemus cæteris, nõ ſolum in opere, ſed etiã in ſermone, in caſtitate, ac fide. Quales haberi volumus, tales ſimus: & qualem affectum habemus, talem aperiamus. Neq; dicamus in corde noſtro verbũ iniquum, quod abſcondi putemus ſilentio ab eo qui audit in occulto dicta, qui occulta facit, & cognoſcit ſecreta viſcerũ, qui ſenſum viſceribus infudit. Ergo tanquã ſub oculis conſtituti iudicis, quicquid gerimus, in luce poſitum putemus, vt omnibus manifeſtetur.

Ad cõmendationes hominum plurimum valere ſi probatis adhæreant. Exempla de patribus. Et diſpares etiam ætate, vitæ delectari ſimilitudine. Exemplũ ponitur de Petro & Ioanne. Caput XX.

RLVRIMVM itaq; prodeſt vnicuiq; bonis iũgi. Adoleſcẽtibꝰ quoq; vtile vt claros & ſapientes viros ſequantur: quoniã qui cõgreditur ſapientibus, ſapiens eſt: qui autẽ cohæret imprudentibus, imprudẽs agnoſcitur. Et ad inſtructionem itaq; bonis iungi plurimum proficit, & ad probitatis teſtimonium. Oſtendunt enim adoleſcẽtes eorum ſe imitatores eſſe, quibus adhæſerint: & ea conB ualeſcit opinio, quod ab his virtẽdi acceperint ſimilitudinem, cum quibus conuerſandi hauſerint cupiditatẽ. Inde tantus Ieſus Naue, quod eum non ſolum erudiuit ad legis ſcientiam Moyſi copula, verumetiam ſanctificauit ad gratiam. Deniq; cum in eius tabernaculo diuina refulgeret præſentia, & videretur maieſtas domini, ſolus erat in tabernaculo Ieſus Naue. Moyſes cum deo loquebatur: Ieſus pariter nube ſacra tegebatur. Preſbyteri & populus deorſum ſtabant: Ieſus cũ Moyſe ad accipiendam legem aſcendebat. Omnis populus intra caſtra erat, Ieſus extra caſtra in tabernaculo teſtimonii. Cum columna nubis deſcenderet, & loqueretur cum Moyſe, quaſi fidus aſtabat miniſter. Nec exibat de tabernaculo iuuenis, cum ſeniores longe poſiti diuina trepidarent miraculã. Vbiq; igitur inter admiranda opera & reuerẽda ſecreta ſanctо Moyſi individuus adhærebat. Vnde factum eſt vt qui fuerat ſocius cõuerſationis, fieret ſucceſſor poteſtatis. Me rito vir huiuſmodi meruit vt ſiſteret fluminũ curſus, di

Ioſue. 10.

ceret: Stet Sol. & ſtaret Sol quaſi eiꝰ ſpectator victorię, noctem differret, diem produceret. Quod quidẽ Moyſi negatum eſt, ſolus eligeretur vt populum introduceret in terram repromiſſionis. Magnus vir fidei miraC culis, magnus triumphis. Illius auguſtiora opera, huius proſperiora. Vterq; igitur diuina ſubnixus gratia, vltra humanam proceſſit conditionem. Ille mari, hic cælo imperauit. Pulchra itaq; copula ſeniorũ atq; adoleſcentium. Alii teſtimonio, alii ſolatio ſunt: alii magiſterio, alii delectationi. Omitto quod Abrahæ adhæſit Loth adoleſcentulus etiam proficiſcenti, ne forte hoc propinquitatis magis fuiſſe exiſtimetur, & neceſſariæ potius q̃ voluntariæ adiunctionis. Quid de Heliа atq; Heliſæo loquamur? Licet enĩ nõ expreſſe Heliſæum iuuenem ſcriptura ſignificauerit, aduertimus tamen & colligimus iuniorem fuiſſe. In actibus Apoſtolorum Barnabas Marcum aſſumpſit, Paulus Silan, Paulus Timotheum, Paulus Titum. Sed illis ſuperioribus videmus diuiſa officia, vt ſeniores cõſilio preualerent, iuueniores miniſterio. Plerunq; etiã virtutibus pares, diſpares ætatibus, ſui delectantur copula, ſicut delectabãtur Petrus & Ioannes. Nam adoleſcentẽ legimus in euãgelio Ioãnẽ & ſua voce, licet meritis & ſapientia nulli fuerit ſeniorum ſecundus. Erat enim in eo ſenectus venerabilis morum, & cana prudentia. Vita enim immaculata, bonæ ſenectutis ſtipendium eſt.

Sapiẽ. 4.

D

De laude miſerationis & hoſpitalitatis, & malo prodigalitatis & inanis fauoris: & hoc maxime in ſacerdotibus reprehenditur, qui omnia ornate & ordinate agere debent. Caput XXI.

ADIVVAT hoc quoq; ad profectũ bonæ exiſtimationis, ſi de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum ereas, q̃tum ſine perturbatione fieri poteſt, ne videamur iactantiæ magis cauſa facere, q̃ miſericordiæ, & grauiora inferre vulnera, dum leuioribus mederi deſideramus. Iam ſi oppreſſum opibus potentis, & factione magis q̃ ſceleris ſui precio grauatum liberaueris, egregiæ conualeſcit opinionis teſtimonium. Commendat pleroſq; etiam hoſpitalitas. Eſt enim publica ſpecies humanitatis, vt peregrinus hoſpitio nõ egeat, ſuſcipiatur officioſe, pateat aduenienti ianua. Valde id decorum totius eſt orbis exiſtimatione, peregrinos cũ honore ſuſcipere, non deeſſe menſæ hoſpitalitatis gratiã, occurrere officiis liberalitatis, explorare aduentus hoſpitii. Quod Abrahæ laudi eſt datũ, qui ante ianuã ſuam ſpeculabatur, ne forte præteriret peregrinus aliquis, & diligenter pretẽdebat excubias vt occurreret, vt

E

præueniret, vt rogaret, ne tranſiret hoſpes, dicens: Domine ſi inueni gratiã ante te, ne præterieris puerũ tuũ. Et ideo pro hoſpitalitatis mercede fructum poſteritatis recepit. Loth quoq; nepoꝰ eius, non ſolum genere, ſed etiã virtute proximus, propter hoſpitalitatis affectum, Sodomitana a ſe ſuiſq; ſupplicia detorſit. Decet igitur hoſpitalẽ eſſe, benignum, iuſtum, non alienũ cupidũ, immo de ſuo iure cedentẽ potius aliqua ſi fuerit laceſſitus, q̃ aliena iura pulſantẽ, fugitantẽ litiũ, abhorrẽtem a iurgiis, redimentẽ cõcordiam, & trãquillitatis gratiam. Siquidem de ſuo iure virum bonũ aliquid relaxare, non ſolum liberalitatis, ſed plerũq; etiam cõmoditatis eſt. Primum diſpendio litis carere, non mediocre eſt lucrũ. Deinde accedit ad fructũ quo augetur amicitia, ex qua oriuntur plurimæ cõmoditates, quæ contemnenti aliquo in tempore poſtea fructuoſæ ſunt. In officiis autem hoſpitalibꝰ, omnibus quidem humanitas impartienda eſt, iuſtis autẽ vberior deferẽda honorificentia. Quicunq; enim iuſtũ receperit in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet, vt dominus pronunciauit. Tanta autẽ eſt apud deum hoſpitalitatis gratia, vt ne potus quidem aquæ frigidæ a præmiis remunerationis immunis ſit. Vides quia Abraham deũ recepit hoſpitio dum hoſpites quærit? Vides quia Loth angelos ſuſcepit? Qui ſcis an & tu cum ſuſcipis hoſpitẽ, ſuſcipias Chriſtũ? Licet in hoſpite ſit Chriſtus, quia Chriſtus in paupere eſt, ſicut ipſe ait: In carcere eram, & veniſtis ad me: nudus eram, & operuiſtis me. Suaue eſt igitur nõ pecuniæ, ſed gratiæ ſtudere. Verum hoc malum iamdudũ humanis influxit mentibus, vt pecunia honori ſit, & animi hominũ diuitiarum admiratione capiantur. Inde ſe immerſit auaritia, veluti quędã bonorum ariditas officiorum, vt homines damnũ putẽt quicquid præter morem impẽditur. Sed etiam in hoc aduerſus auaritiã, ne quod afferre poſſit impedimẽtũ, proſpexit ſcriptura venerabilis, dicens: Quia melior eſt hoſpitalitas cũ oleribus. Et infra: Melior eſt panis in ſuauitate cum pace. Nõ enim prodigos nos docet eſſe ſcriptura, ſed liberales. Largitatis enim duo ſunt genera. Vnum liberalitatis, alterũ prodigæ effuſionis. Liberale eſt hoſpitio ſuſcipere, nudũ veſtire, redimere captiuos, nõ habẽtes ſumptũ iuuare. Prodigũ eſt, ſumptuoſis effluere cõuiuiis, & vino plurimo. Vnde legiſti: Prodigũ eſt vinũ, & cõtumelioſa ebrietas. Prodigũ eſt popularis fauoris gratia exinanire proprias opes.

Mat. 10.

Mat. 25.

Prou. 15.

Prou. 20.

G Quod faciunt qui ludis circenſibus vel etiam theatra-
libus & muneribus gladiatoriis vel etiam venationi-
bus patrimonium dilapidant ſuũ, vt vincant ſuperio-
rum celebritates: cũ totũ illud ſit inane quod agunt: qñ
quidem etiã bonorum operũ ſumptibus immoderatũ
eſſe nõ deceat. Pulchra liberalitas erga ipſos quoq; pau
peres menſuram tenere, vt abundes pluribus: non con-
ciliandi fauoris gratia vltra modũ fluere. Quicquid ex
affectu puro ac ſyncero promitur, hoc eſt decorũ, nõ ſu-
pfluas ædificationes aggredi, nec prętermittere neceſ-
ſarias. Et maxime ſacerdoti hoc conuenit, ornare dei tẽ
plum decore congruo, vt etiã hoc cultu aula domini re-
ſplendeat, impenſas miſericordiæ conuenientes frequẽ
tare, q̃tum oporteat largiri peregrinis, nõ ſuperflua, ſed
competentia: nõ redundãtia, ſed cõgrua humanitati,
ne ſumptu pauperum alienam ſibi quærat gratiã, ne
reſtrictiorem erga clericos aut indulgentiorem ſe præ-
beat. Alterũ enĩ inhumanũ, alterũ prodigũ, ſi aut ſum-
ptus deſit neceſſitati eorũ quos a ſordidis negociatio-
nis aucupiis retrahere debeas, aut voluptati ſuperfluat.

De modo inter remiſſionem & ſeueritatẽ cõſeruan-
do, & quod ſimulata remiſſio grauiores aliquando cau
ſas adoriatur, exemplum de Abſalon. Cap. XXII.

CAVINETIAM verborum ipſorũ & præ-
ceptorũ eſſe mẽſuram cõuenit, ne aut nimia
remiſſio videatur, aut nimia ſeueritas. Ple-
riq; enĩ remiſſiores malunt eſſe, vt videan
H tur boni. Sed nihil ſimulatum & fictũ verę virtutis eſſe
certum eſt, quinetiã diuturnũ eſſe non ſolet. In princi-
pio vernat, in proceſſu tanq̃ floſcul⁹ diſſipatur & ſoluit̃.
quod autem verũ ac ſyncerũ, alta radice fundatur. Et vt
exemplis aſſertiones noſtras probemus quoniã quæ
ſimulata ſunt, diuturna eſſe non poſſunt, ſed tanq̃ ad tẽ-
pus virentia cito decidunt: ex ea familia ex qua nobis
plurima ad virtutis profectum exempla accerſuimus,
vnum ſimulationis & fraudis proferamus teſtimo-
2. Re. 15. nium. Abſalon erat Dauid regis filĩ⁹, decore inſignis,
egregius forma, præſtans iuuenta, ita vt vir talis in Iſ-
rael non reperiretur, a veſtigio pedis vſq; ad verticem
immaculatus. Is fecit ſibi currus & equos, & viros qn-
quaginta qui præcurrerent ante eum. Surgebat dilu-
culo, & ſtabat ante portam in via, & ſi quem aduertiſ-
ſet regis iudicia quęrentem, accedebat ad eum, dicens:
Ex qua ciuitate es tu? Reſpondit ille: Ex vna tribu
ſum de tribubus Iſrael, ſeruus tuus. Referebat Abſa-
lon: Verba tua bona ſunt & directa: & qui te audiat, nõ
eſt tibi datus a rege. Quis conſtituet me iudicem? Et
quiſquis ad me veniet, cuicunq; fuerit iudicium neceſ-
ſarium, iuſtificabo illum. Talibus delinibat ſingulos
I ſermonibus. Et cum accederent adorare eum, exten-
dens manus ſuas apprehendebat atq; oſculabatur eos.
Sic conuertit in ſe corda omnium, dum blanditiæ hu-
iuſmodi intimorum tangunt viſcerum ſenſum. Sed
delicati iſti & ambitioſi elegerunt honorabilia & grata
ad tempus & iucunda. Vbi autem parua proceſſit di-
latio, quam prudens omniũ propheta pauliſper cede-
do interponendam putauit, non potuerunt tolerare ac
ſuſtinere. Deniq; non dubitans de victoria Dauid, com
mendabat filium dimicaturis, vt ei parcerent. Ideoque
nec prælio intereſſe maluit, ne vel referre arma parrici-
† Als fi- dæ licet videretur, ſed tamen †filio. Liquet igitur ea
lioli. eſſe perpetua ac ſolida, quæ vera ſunt, & quæ ſyncere
potius q̃ dolo congregantur. Ea vero quæ ſimulatio-
ne atque aſſentatione parta ſunt, non poſſe diu perſe-
uerare.

Quod pecunia redempti non diu fidem cuſtodiant:
quia quos ſemel pecunia redemeris, ſemp ſe remiſſiõe
& adulatione putant redimendos. Caput XXIII.

VIS igitur vel illos qui pecunia ad obediẽ k
tiã redimuntur, vel eos qui aſſentatione in-
uitantur, fidos ſibi arbitretur? Nam & illi
frequenter ſe vendere volunt, & iſti impe-
ria dura ferre non poſſunt. Leui aſſentatiuncula facile
capiuntur. ſi perſtrinxeris verbo, immurmurant, deſe-
runt, infeſti abeunt, indignãtes relinquũt, imperare ma
lunt q̃ obedire. Quaſi obnoxios beneficio, ſubiectos ſi-
bi debere eſſe exiſtimãt, quos prępoſitos ſibi habere de-
beant. Quis igitur ſibi fideles putet, quos vel pecunia
vel adulatione ſibi obligandos crediderit? Nam & ille
qui pecuniam acceperit, vilem ſe & deſpectum iudicat
niſi ſæpe redimatur. itaque frequenter expectat precii
ſui: & ille qui obſecratione ambitus videtur, vult ſem-
per rogari.

Bonis tantum artibus ad honores nitendum, maxi
me eccleſiaſticos, nec inferiores ordines ſimulatis vir-
tutibus epiſcopo derogare, nec item epiſcopum dero eſ
ſe inuidum, ſed iuſtum in omnibus, maxime in iudi-
cando. Caput XXIIII.

ERGO bonis artib⁹ & ſyncero propoſito ni
tendum ad honorẽ arbitror, & maxime ec-
cleſiaſticum, vt neq; reſipina arrogãtia, vel
remiſſa negligẽtia ſit, neq; turpis affectatio,
& indecora ambitio. Ad omnia abundat animi dire-
cta ſimplicitas, ſatisq; ſe ipſa commendat. In ipſo vero
munere neq; ſeueritatem eſſe durã cõuenit, nec nimiã
remiſſionẽ: ne aut poteſtatẽ exercere, aut ſuſceptũ offi-
cium nequaq̃ implere videamur. Enitẽdũ quoq; vt be- L
neficiis atq; officiis obligemus plurimos, & collatã re-
ſeruemus gratiam, ne iure beneficii fiãt immemores,
qui ſe grauiter læſos dolent. Sæpe enim vſu venit vt
quos gratia foueris, vel aliquo ſuperiore cumulaueris
gradu, auertas ſi indigne aliquem eis præponendũ iu-
dices. Sed & ſacerdotem beneficiis ſuis vel iudiciis fa-
uere conuenit, vt æquitatẽ cuſtodiat: & preſbytero vel
miniſtro deferre vt parenti. Neq; eos qui ſemel proba-
ti ſunt, arrogantes eſſe oportet, ſed magis tanquã me-
mores gratiæ, humilitatẽ tenere: neq; offendi facerdo-
tem ſi aut preſbyter, aut miniſter, aut quiſquam de cle-
ro, aut miſericordia, aut ieiunio, aut integritate, aut do
ctrina, aut lectione exiſtimationẽ accumulet ſuã. Gra-
tia enim eccleſiæ, laus doctoris eſt: bonum alicui⁹ præ-
dicari, ita tamen, ſi nullo ſtudio fiat iactantię. Laudent
enim vnũquenq; proximorum labia, & non os ſuũ, &
cõmendent opera, nõ ſtudia ſua. Cæterum ſi quis non
obediat epiſcopo, extollere atq; exaltare ſeſe deſideras,
obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectatione do- M
ctrinæ, aut hũilitatis, aut miſericordiæ: is a vero deum
ſuperbit: quoniam veritatis ea eſt regula, vt nihil fa-
cias cõmendandi tui cauſa quo minor alius fiat: neque
ſi quid boni habeas, id ad deformationẽ alterius & vi-
tuperationem exerceas. Non defendas improbum, &
ſancta indigno committẽda arbitreris, neq; iterum vr-
geas & impugnes cuius crimen nõ deprehenderis. Nã
cum in omnibus iniuſtitia cito offendat, tum maxime
in eccleſia, vbi æquitatem eſſe oportet, vbi æqualitatẽ
haberi decet, vt nihil ſibi potentior plus vindicet, ni-
hil vſurpet ditior. Siue enĩ paup, ſiue dives, in Chriſto
vnũ ſunt: nihil ſanctior plus ſibi arroget. Ipſum enĩ par
eſt eſſe humiliorem. Sed nec perſonam alterius accipia
mus in iudicio. gratia abſit, cauſam merita decernant.
Nihil ſic opinionem, immo fidẽ grauat, q̃ ſi in iudican-
do potẽtiori dones cauſam inferioris, vel pauperem in-
nocentem arguas, diuitem excuſes reum culpæ. Pro-
num quippe eſt genus hominum fauere honoratiori-
bus, ne læſos ſe putent, ne victi doleant. Sed primum
ſi offenſam vereris, non recipias iudicium. ſi ſacerdos
es, aut ſi quiſquam alius, nõ laceſſas. Licet tibi ſilere in

A negocio duntaxat pecuniario, quanquam ſit cõſtantiæ
adeſſe æquitati. In cauſa autẽ dei, vbi cõmunionis pe-
riculum eſt, etiam diſſimulare, peccatum eſt non leue.

Fauores & beneficia plus pauperibus q̃ diuitib⁹ ero
ganda, quia de eo quod dives forte dedignatur, pauper
maximam tibi habet gratiam: & quod beneficia nõ ſo
la fiant pecunia. Caput XXV.

QVID autem tibi prodeſt fauere diuiti? An
quia citius amatẽ remuneret? His enĩ faue-
mus frequentius, a quibus referendæ vicem
ſperamus gratiæ. Sed eo magis infirmo &
inopi nos ſtudere cõuenit, quia pro eo qui nõ habet, re-
munerationẽ ſperamus a domino Ieſu, qui ſub ſpecie
conuiuii generalem virtutis edidit formam, vt nis po-
tius noſtra cõferamus beneficia qui nobis ea non poſ-
ſunt repręſentare, dicens, ad conuiuiũ atq; epulas non
eos qui diuites ſint, ſed pauperes inuitandos. Diuites
enim rogari videntur vt ipſi quoq; nobis reddant cõui-
uium. Pauperes (quia nõ habent quod reſtituãt) cum
acceperint, remuneratorem nobis faciunt dominũ, qui
ſe pro paupere obligandum obtulit. Ad ipſum quoque
ſeculi vſum collatio beneficii facta i pauperes magis q̃
in locupletes, plus iuuat, quia dives dedignatur benefi-
cium, & pudet eũ debitorem eſſe gratiæ. Quinetiã id
quod collatũ eſt ſibi, meritis ſuis arrogat, quod vel vt
debitum acceperit, vel ideo datũ ſit, eo quod is qui de-
dit, reddendũ ſibi a diuite vberius exiſtimauerit. Ita in
accipiendo beneficio, eoipſo quod acceperint diuites,
B dediſſe ſe magis q̃ accepiſſe exiſtimãt. Pauper vero &
ſi non habet vnde reddat pecuniã, refert gratiã. In quo
certum eſt quod plus reddat q̃ acceperit. Pecunia enĩ
numo ſoluitur, gratia nunq̃ exinanitur. Reddendo va
cuatur pecunia, gratia autem & habẽdo ſoluitur, & ſol-
uendo retinetur. Deinde quod dives refrigit, pauper fa-
tetur, quod ſit obligatus debito, ſibiq; ſubuentum, non
honori ſuo delatũ putat, donatos ſibi arbitratur filios,
vitã redditã, ſeruatã familiã. Quãto igit̃ meli⁹, apud
bonos q̃ apud ingratos locare beneficium? Vnde dñs
Mat. 10. ad diſcipulos ait: Nolite poſſidere aurum, neq; argẽtũ,
neq; pecuniam, quia velut falce pullulantẽ in pectorib⁹
humanis ſuccidit auaritiam. Petrus quoq; claudo (qui
Actuũ. 3. ex vtero matris ſuæ portabatur) ait: Argentũ & aurũ
nõ habeo, ſed quod habeo do tibi. In nomine Ieſu Chri
ſti Nazareni ſurge & ambula. Itaq; pecuniam non de-
dit, ſanitatẽ dedit. Quanto melius eſt ſalutẽ habere ſi-
ne pecunia, q̃ pecuniã ſine ſalute? Surrexit claudus, qũ
non ſperabat: pecuniam nõ accepit, quã ſperabat. Sed
hæc vix in ſanctis domini reperiuntur, vt diuitiæ con-
C temptui ſint.

De malo auaritiæ exemplo de Balaam, & Achã,
& Dalila. Caput XXVI.

AETERVM ita incubuerunt mores ho
minum ad admirationẽ diuitiarũ, vt nemo
niſi dives honore dignus putetur. Neq; hic
recens vſus, ſed iã dudum, quod peius eſt, in-
oleuit hoc vitium humanis mentibus. Siquidem cum
Hierico magna ciuitas tubarũ ſacerdotalium ſono cor
Ioſue. 6. & 7. ruiſſet, & Ieſus Naue potiretur victoria, cognouit infir
matã eſſe virtutẽ populi per auaritiã, atq; auri cupidi-
tatẽ. Nã cum de ſpoliis vrbis incenſæ ſuſtuliſſet Achã
veſtem aureã, & ducenta argenti didrachmata, & lin-
guã auream, oblatus dño negare nõ potuit, ſed prodi-
dit furtũ. Vetus igitur & antiqua auaritia eſt, quæ cũ
ipſis diuinę legis cœpit oraculis, immo, ppter ipſam re-
primendã lex dei data eſt. Propter auaritiã Balac pu-
tauit Balaã præmiis poſſe tẽtari vt malediceret popu-
lum patrũ: & vicißet auaritia, niſi dñs a maledicto eũ
abſtinere vetuiſſet. Et propter auaritiã præcipitatus D
Acham, in exitiũ deduxerat totam plebem parẽtum.
Itaq; Ieſus Naue, qui potuit ſolẽ ſiſtere ne procederet,
auaritiã hominũ non potuit ſiſtere ne ſerperet. Ad vo-
cem eius ſol ſtetit, auaritia nõ ſtetit. Sole itaq; ſtante cõ
fecit Ieſus triumphum, auaritia autem procedẽte pene
amiſit victoriã. Quid? fortiſſimum omniũ Sãpſon nõ-
ne Dalilę mulieris auaritia decepit? Itaq; ille qui rugiẽ
tem leonẽ manib⁹ diſcerpſit ſuis, qui vinctus & alieni-
genis traditus, ſine vllo adiutore ſolus diſſolutis vincu
lis, mille ex his peremit viros, qui funes intextos ner-
uis velut mollia ſparti fila dirupit, is ſuper genua mu-
lieris inflexa ceruice trũcatus inuicti crinis ornatũ, pre-
rogatiuam ſue virtutis amiſit. Influxit pecunia in gre-
miũ mulieris, & a viro diſceſſit gratia. Feralis igitur
auaritia, illecebroſa pecunia, quæ habẽtes contaminat,
nõ habentes non iuuat. Eſto tamen vt aliquando adiu
uet pecunia, inferiorẽ tamen, & ipſum deſiderantem.
Quid ad eũ qui non deſiderat, qui non requirit, qui au-
xilio eius nõ indiget, ſtudio nõ flectitur? Quid vt aliis
ſit ille copioſior qui habet? Nunquid idcirco honeſtior
quia habet quo honeſtas plerũq; amittitur, quia habet
quod cuſtodiat, magis q̃ quod poſſideat? Illud enĩ poſ-
ſidemus quo vtimur. Quod autem vltra vſum eſt, nõ
vtiq; habet poſſeſſionis fructum, ſed cuſtodiæ periculũ.

De benignitate, & quod excommunicatio tardius
ſit exercenda. Caput XXVII.

AD ſummã nouimus quod pecuniæ contem- B
ptus, iuſtitiæ forma ſit: & ideo auaritiã decli
nare debemus, & omni ſtudio intendere ne
quid faciamus vnũ aduerſus iuſtitiã, ſed in
omnibus geſtis & operibus cuſtodiamus eam. Si vo-
lumus cõmendare nos deo, charitatẽ habeamus, vna-
nimes ſimus, humilitatẽ ſequamur, alter alterũ exiſti-
mantes ſuperiorem ſibi. Hæc eſt enim humilitas, ſi ni-
hil ſibi quis arroget, ſed inferiorẽ ſe eſſe exiſtimet. Epi-
ſcopus vt membris ſuis vtatur clericis, & maxime mi-
niſtris qui ſunt vere filii: quem cuiq; viderit aptum mu
neri, ei deputet. Cum dolore amputatur etiam quæ pu
trunt pars corporis, & diu tractat̃ ſi poteſt ſanari medi-
camentis. ſi nõ poteſt, tunca medico bono abſcinditur.
Sic epiſcopi affectus boni eſt, vt optet ſanare infirmos,
ſerpentia auferre vlcera, adurere aliqua, nõ abſcindere,
poſtremo quod ſanari nõ poteſt, cum dolore abſcinde-
re. Vnde pulcherrimum illud præceptũ magis emi-
net, vt cogitemus nõ quæ noſtra ſunt, ſed quę aliorum.
Hoc enĩ modo nihil erit quod vel irati noſtro indulgea
mus affectui, vel fauentes noſtræ plus iuſto tribuamus
aliquid voluntati. F

De bono compaſſionis, & quod ſacris eccleſiarũ the
ſauris non ſit parcendum tempore neceſſitatis, exẽpli
cauſa inducitur Laurentius, & ipſe Ambroſius.
Caput XXVIII.

NOC maximum incentiuũ miſericordiæ, vt
cõpatiamur alienis calamitatibus, neceſſita
tes aliorũ quãtũ poſſumus iuuemus, & plus
interdũ q̃ poſſumus. Meli⁹ enĩ eſt enim pro mi
ſericordia cauſas præſtare, vel inuidiã perpeti, q̃ prę-
dere inclementiã: vt nos aliquando in inuidiam incidi-
mus, qui cõfregerimus vaſa myſtica, vt captiuos redi-
meremus: quod Arrianis diſplicere poterat, nec tã fa-
ctum diſplicere, q̃ vt eſſet quod in nobis reprehenderẽt.
Quis autẽ eſt tã durus, immitis, ferreus, cui diſpliceat
quod homo redimitur a morte, fœmina ab impurita-
tibus Barbarorum, quæ grauiores morte ſunt: adole-
ſcentulę, vel pueruli, vel infantes ab idolorũ contagiis,
quib⁹ mortis metu inquinabãtur? Q uã cauſam nos et
ſi nõ ſine ratione aliqua geſſimus, tñ ita i populo proſe-

Guti sumus, vt confiteremur, multoq; fuisse cõmodius astrueremus, vt animas dño q̃ aurũ seruaremus. Qui enim sine auro misit apostolos, & ecclesias sine auro cõgregauit. Aurũ ecclesia habet, nõ vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatib⁹. Quid opus custodire quod nihil adiuuat? An ignoramus quãtũ auri atq; argenti de templo domini Assyrii sustulerint? Nonne melius cõflat sacerdos propter alimoniã pauperum, si alia subsidia desint, q̃ sacrileg⁹ cõtaminata asporter hostis? Nonne dicturus est dñs: Cur passus es tot inopes fame emori? Et certe habebas aurũ, vt ministrasses alimoniam. Cur tot captiui deducti in cõmercium sunt, nec redẽpti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat vt vasa viuentiũ seruares, q̃ metallorũ. His nõ posset responsum referri. Quid enim diceres? Timui ne templo dei ornatus deesset? Responderet: Aurũ sacramenta non quærunt: neq; auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorũ, redẽptio captiuorũ est. Et vere illa sunt vasa preciosa quæ redimunt animas a morte. Ille verus thesaurus est dñi, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Tũc vas dominici sanguinis agnosco, cum in vtroq; videro redemptionẽ, vt calix ab hoste redimat quos sanguis a peccato redemit. Q̃ pulchrum vt cũ agmina captiuorũ ab ecclesia redimuntur, dicatur: Hos Christus redemit, Ecce aurum quod ꝓbari potest, Ecce aurum vtile, Ecce aurũ Christi, quod a morte liberat, Ecce aurũ quo redimitur pudicitia, seruatur castitas. Hos ergo malui vobis liberos tradere, q̃ aurum reseruare. Hic numerus captiuorum, hic ordo præstãtior est, q̃ species poculorũ. Huic mune
H ri proficere debuit aurum redẽptoris, vt redimeret periclitantes. A gusto infusum auro sanguinẽ Christi nõ solum irritũ fasse, verũ etiã diuinæ operationis impressisse virtutem redẽptionis munere. Tale aurum sanct⁹ martyr Laurentius dño reseruauit, a quo cum quererentur thesauri ecclesiæ, promisit demonstraturum se. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus vbi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes, dicẽs: Hi sunt thesauri ecclesiæ. Et vere thesauri, in quibus Chri
2. Cor. 4. stus est, in quibus Christi fides est. Deniq; apostol⁹ ait: Habemus thesaurũ in vasis fictilibus. Quos meliores thesauros habet Christus, q̃ eos in quibus se esse dixit?
Mat. 25. Sic enim scriptum est: Esurini, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes erã, & collegistis me. Et infra: Quod enim vni horum fecistis, mihi fecistis. Quos meliores Iesus habet thesauros, q̃ eos in quibus amat videri? Hos thesauros demonstrauit Laurẽtius, & vicit, qã eos nec psecutor potuit auferre. Itaq; Ioachim qui aurum i obsidione seruabat, nec dispensabat alimoniæ cõparandæ: & aurum vidit diripi, & se in captiuitatẽ deduci. Laurentius qui aurum ecclesiæ maluit erogare pauperibus, q̃ persecutori reseruare,
I pro singulari interpretationis viuacitate sacrã martyrii accepit coronã. Numquid dictũ est sancto Laurẽtio: Nõ debuisti erogare thesauros ecclesiæ, vasa sacramẽtorũ vendere? Opus est vt quis fide syncera & perspicaci prouidentia munus hoc impleat. Sane si in sua aliquis deriuat emolumenta, crimen est. Sin vero pauperibus erogat, captiuũ redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere, cur parũ viuit? Nemo potest queri quia captiui redẽpti sunt. Nemo potest accusare, quia tẽplũ dei ædificatum est. Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt. Nemo potest dolere, quia in sepulturis Christianorũ, requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa ecclesiæ etiam initiata cõfringere, conflare, vendere licet. Opus est vt de ecclesia mystici poculi forma non exeat, ne ad vsus nepharios sacri calicis ministeriũ trãsferatur. Ideo intra ecclesiam primum quæsita sunt vasa quæ initiata nõ essent: deinde comminuta, postremo cõflata, per minutas erogationes dispensata egentibus, captiuorũ quoq; precijs profecerunt. Quod si desint noua, & quę k
nequaquã initiata videantur: in huiusmodi vsus quos supra diximus, arbitror omnia pie posse conuerti.

Depositа viduarum, immo omniũ fidelium in ecclesia cum sui etiam periculo cõseruanda. Exemplum de Onia, & Heliodoro, & seipso, & Ticinensi episcopo.

Caput XXIX.

ILLVD sane diligenter tuẽdum est, vt depositа viduarum intemerata maneant, sine vlla seruentur offensione: nec solũ viduarũ, sed etiam omniũ. Fides enim exhibẽda omnibus, sed maior est viduarum causa & pupillorum. Deniq; hoc solo viduarũ nomine (sicut in libris Maccabæorum legimus) cõmẽdatũ templo omne seruatũ 2. Mac. 3.
est. Nam cum indicium factũ esset pecuniarum quas in tẽplo Hierosolymis maximas reperiri posse Simon nefarius Antiocho regi prodidit, missus in Hierusalẽ Heliodorus ad tẽplum venit, & summo sacerdoti aperuit indicii inuidiã, & aduẽtus sui causam. Tunc sacerdos depositа esse dixit viduarum victualia & pupillorum, quædam autẽ Hircani Tobiæ viri sancti: eaq; demonstrauit. Argẽti talẽta quadringẽta erãt, auri vero ducẽta. Q̃ cum Heliodorus ereptũ ire vellet, & regis vẽdicare cõmodis, sacerdotes ante altare iactauerũt se, induti sacerdotales stolas, & deũ viuũ qui depositis legem dederat, flentes inuocabant custodẽ se præceptorum præstare suorũ. Vultus vero & color summi sacerdotis immutatus declarabat doloré animi, & mentis intentæ solicitudinẽ. Flebant omnes, quod in cõtemptũ locus vẽturus foret si nec in dei tẽplo tuta fidei seruaretur custodia: accinctæq; mulieres pectus, & clausæ L
virgines pulsabãt ianuas, ad muros alii currebãt, per fenestras alii prospectabant, omnes ad cælũ tẽdebãt manus, orantes vt suis dominus adesset legibus. Heliodorus autem nec his territus, quod intẽderat vrgebat, & satellitibus suis ærarium sepserat. Tum subito apparuit illi terribilis eques armis præfulgens aureis, equius autem eius erat insigni ornatus opertorio. Alii quoq; duo iuuenes apparuerunt in virtute inclyta, decore grato, cum splendore gloriæ, specioſi amictu, qui circumsteterunt eum, & vtraq; ex parte flagellabant sacrilegum, sine vlla intermissione cõtinuato verbere. Quid multa? Circumfusus caligine in terram concidit, & eui denti diuinæ operationis indicio exanimatus iacebat, nec vlla spes in eo residebat salutis. Oborta est lætitia metuentibus, metus superbis, deiectiq; ex amicis Heliodori quidam rogabãt Oniam vt vitam posceret ei, quoniam supremum gerebat spiritum. Rogante itaque sacerdote summo, iidem iuuenes iterũ Heliodoro apparuerunt iisdem amicti vestibus, & dixerũt ad eũ: M
Oniæ summo sacerdoti gratias age, propter quem tibi vita est reddita. Tu autem expert⁹ flagella dei, vade & nuncia tuis omnibus quantam cognoueris templi religionem, & dei potestatem. His dictis non comparuerunt. Heliodorus itaq; recepto spiritu hostiam domino obtulit, Oniæ sacerdoti gratias egit, & cum exercitu ad regem reuertitur, dicens: Si quem habes hostem, aut insidiatorẽ rerũ tuarũ, illuc eum dirige, & flagellatũ recipies eũ. Seruãda est igitur filii depositis fides, adhibẽda diligentia. Egregie hinc vestrũ emitescit ministeriũ, si suscepta impressio potẽtis quã vel vidua vel orphani tolerare nõ queant, ecclesiæ subsidio cohibeatur, si ostẽdatis plus apud vos mandatum dñi, q̃ diuitis valere gratiã. Meministis ipsi quotiẽs aduersus regales impetus pro viduarũ, immo omniũ depositis certamẽ subierimus. Cõmune hoc vobiscũ mihi recẽs exẽplũ ecclesiæ Ticinẽsis ꝓferã, quę viduę depositũ qã susceperat, amittere periclitabatur. Interpellãte enim eo qui sibi illud imperiali rescripto vendicare cupiebat, dẽ-

Arici nõ tenebant autoritatẽ, honorati quoq; & intercessores dati, nõ posse præceptis imperatoris obuiari ferebãt. Legebatur rescripti forma directior, magister officiorũ statuta agens in rebus iminebat. Quid plura? Traditũ erat: tamen cõmunicato mecũ consilio, obsedit sanctus episcopus ea cõclauia ad quæ trãslatũ illud depositũ viduæ cognouerat. Quod vbi nõ potuit auferri, receptũ sub chirographo est. Postea iterũ flagitabatur ex chirographo. Præceptũ impator iterauerat, vt ipse p semet ipsum nos cõueniret. Negatũ est, & expositа diuinę legis autoritate, & serie lectionis, & Heliodori periculo, vix tandẽ rationẽ impator accepit. Post etiã tentata fuerat obreptio, sed præuenit sanctus episcopus vt redderet viduę qd acceperat. Fides interim salua est, oppressio nõ est formidini, quia iam res nõ fides periclitatur.

Qui fugiẽdi, & qui sint in bono zelãdi. Cap. XXX.

ILLI fugite improbos, cauete inuidos. Inter improbum & inuidum hoc interest. Improbus suo delectatur bono, inuidus torquetur alieno. Ille diligit mala, hic bona odit, vt prope tolerabilior sit qui sibi vult bene, q̃ qui male o- B
mnibus. Filii ante factum cogitate: & cum diutius cogitaueritis, tũc facite quod probatis. Laudabilis mors cũ occasio datur, rapienda est illico. Dilata gloria fugit, nec facile cõprehenditur. Fidem diligite, quoniã per fidem & deuotionẽ Iosias magnũ sibi ab vniuersis amorem acquisiuit, quoniã celebrauit pascha domini cum esset annorũ decẽ & octo, quẽadmodũ nemo ante eum. Zelo itaq; vt vicit superiores, ita & vos filii zelum dei sumite. Exquirat vos dei zelus & deuoret, vt vnusquisq; vestrum dicat: Exquisiuit me zelus domus tuæ. Apostolus Christi zelotes dictus est. Quid de apostolo dico? Ipse dominus ait: Zelus domus tuæ comedit Psal. 68.
me. Sit ergo inter vos dei zelus, non iste humanus quẽ inuidia generat. Sit inter vos pax, quę super omnẽ sen- Philip. 4.
sum est. Amate vos inuicem. Nihil charitate dulcius, nihil pace gratius. Et vosipsi scitis qd præ cæteris vos semp dilexi & diligo, Quasi vnius patris filii, coaluistis in affectũ germanitatis. Q̃ę bona sunt tenete, & deus pacis & dilectionis erit vobiscũ in domino Iesu, cui est honor, gloria, magnificentia, potestas, cũ spiritu sancto in secula seculorũ. Amen.

CAPITA LIBRI TERTII OFFICIORVM.

Quod sancti & in quiete maxima operentur & mira, ostenditur ex Moyse & Helisęo. Caput I.
Honestũ & vtile apud Christianos vnum esse, qui non cõmoda tẽporalia sequimur, sed ęterna. Cap. II.
De calumnia reprimẽda, & beneficentia cũctis exhibẽda. Exẽplũ de harmonia mẽbrorũ, quę singula singulis obsequuntur. Cap. III.
Alienis incõmodis nostra lucra nõ quęrẽda. Cap. IIII.
Nihil a sapientibus nisi quod honestũ sit expetendũ, & honestati salutẽ quoq; postponẽdam, in quo Dauid maxime cõmendatur, & Ioannes. Cap. V.
Famis tempore subueniendũ, nec aurare partis incubãdum, vel precia captanda. Exẽpla de Ioseph, & diuite auaro in Euangelio. Cap. VI.
Peregrinos tẽpore famis verbe non arcendos: quod non solum inhonestum, sed & inutile propositis comprobatur exemplis. Cap. VII.
Honestatẽ saluti quoq; prælatã a deo cõprobari. Exẽpla de Iosue & Caleb & cęter[exploratorib⁹. Ca. VIII.
Fraudes & turpia lucra clericos maxie dedecere, & oẽs hõestatẽ Dauid & Nabuthę imitari debere. Ca. IX
Vitia virtutibus obliterari, & perfidis etiã ac fraudulentis fidem oportere custodiri: quod Iosiæ Gabaonitis intimatur exhibuisse. Caput. X.
Auaros & fraudulentos interdũ cupitis fraudari, semp autẽ apud deum maleuolentię reatu obnoxios teneri. Fabula de quodam Syracusano, & paradigma de Doech Idumęo, & Ananiã. Cap. XI.
De malo temerarii iuramenti paradigma de Herode & Iepte, & quod filia eius sponte sua die condicta reuersa, fidem illorum præcellat Pythagorẽorũ qui se vades inuicem dederunt. Cap. XII.
Quãtũ periculũ Iudith hõestatis itutu subierit. C. XIII
Quod semper honestatem sequatur vtilitas: quod licet apud homines aliter sæpe contingere videatur, apud deum tamen perpetuo ita esse comprobatur multis exemplis. Caput XIIII.
Laus honestatis, magnanimitate Hester, & fide Ionathę cõmendatur & Achimelech. Cap. XV.
De moderamine amicitiæ conseruande, clauditur volumen. Caput XVI.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. OFFI. LIB. III.

Quod sancti & in quiete maxima operẽtur & mira, ostenditur ex Moyse & Helisæo. Caput I.

A DAVID ꝓpheta docuit nos tanq̃ in ampla domo deambulare in corde nostro, & conuersari cũ eo tanq̃ cũ bono cõtubernali, vt ipse sibi diceret, & loqueretur secum, vt est illud: Dixi, custodiã vias meas. Salomon quoq; filius eius
Pſal. 38. ait: Bibe aquã de tuis vasis, & de puteorũ tuorum fontibus. hoc est, tuo consilio vtere. Aqua enim alta, consilium in corde viri. Nemo, inquit, alienus particeps sit tibi, fons aquę tuę sit tibi proprius: & iucũdare cũ tua vxore
Prouer. 5 quæ est tibi a iuuẽtute. Ceru⁹ amicitię, & pullus gfarũ cõfabulẽtur tecũ. Nõ ergo prim⁹ Scipio sciuit solus nõ esse cũ solus esset, nec min⁹ negocios⁹ cũ ociosus esset. Sciuit ante ipsum Moyses, qui cũ taceret, clamabat: cũ ociosus staret, pręliabatur: nec solũ pręliabatur, sed etiã de hostibus quos nõ contigerat, triũphabat, adeo ocio- B
sus, vt manus eius alii sustinerent: nec minus q̃ cæteri negocios⁹, qui ociosis manibus expugnabat hostem, quẽ nõ poterant vincere qui dimicabãt. Ergo Moyses & in silentio loquebatur, & in ocio operabatur. Cuius autẽ maiora negocia, q̃ huius ocia, qui quadragita diebus positus in monte, totã legẽ cõplexus est, & in illa solitudine qui cũ deo loqueretur nõ defuit? Vnde & Da-
uid ait: Audiam quid loquatur in me deus. Et quanto Pſal. 48.
plus est, si cũ aliquo deus loquatur, q̃ ipse fecit? Transibant Apostoli: & vmbra eorũ curabat infirmos. Tan- Actuũ. 5.
gebantur vestimenta eorũ, & sanitas deferebatur. Sermonẽ locutus est Helias, & pluuia stetit, nec cecidit sup 3. Reg. 17
terrã tribus annis, & sex mẽsibus. Iterũ locut⁹ est, & hydria farinę nõ defecit, & vas olei toto famis diuturnæ tẽpore nõ est exinanitũ. Et qui plerosq; delectant bellica, quid est præstantius exercitus magni lacertis? an suis meritis cõfecisse prælium? Sedebat Helisæus in vno
4. Reg. 6 loco, & rex Syriæ magnã belli molem inferebat popu-

Glo patrum,diuersiſq; cõſiliorum acerbabat fraudibus:& circũuenire inſidiis moliebatur,ſed omnes eius appara
tus prophęta deprehẽdebat,& vigore mẽtis p gratiam
dei vbiq; pręſens,cogitatiões hoſtiũ ſuis annũciabat,&
mouebat quibus cauerent locis. Quod vbi regi Syriæ
manifeſtatũ eſt,miſſo exercitu clauſit pphętã. Orauit
Heliſęus,& omnes illos cęcitate percuti fecit,& captiuos
intrare Samariã,qui venerãt obſidere eũ. Conferamus
hoc otium cũ aliorũ otio. Alii enim requieſcendi cauſa
abducere animũ a negociis ſolent,& a cõuentu cœtuq;
hominũ ſubtrahere ſeſe,& aut ruris petere ſecretũ,ca-
ptare agrorũ ſolitudines,aut intra vrbẽ vacare animo,
indulgere quieti & tranquillitati. Heliſæus autẽ aut in
ſolitudine Iordanẽ tranſitu ſuo diuidit,vt pars defluat
poſterior,ſuperior autẽ in fontẽ recurrat,aut in Carme
lo,reſoluta difficultate generãdi,inopina ſterilẽ conce-
ptione fœcundat,aut reſuſcitat mortuos,aut ciborũ tẽ
perat amaritudines,& facit farinæ admixtione dulce-
ſcere,aut decẽ panibus diſtributis reliquias colligit ple-
be ſaturata:aut ferrũ ſecuris excuſſum,& in fluuiũ Ior-
danis merſum profundo,miſſo in aquas ligno facit ſu-
pernatare,aut emũdatione leproſum,aut ficcitatẽ im-
bribus,aut famẽ mutat fœcunditate. Quando ergo in-
ſtus ſolus eſt,qui cũ deo ſemper eſt? Quãdo ſolitarius
Roma.8. eſt,qui nunq; ſeparatur a Chriſto? Quis nos,inquit,ſe-
parabit a dilectione Chriſti? Confido quia neq; mors,
neq; vita,neq; angelus. Quando autẽ feriatur a negotio,qui nunq; feriatur a merito,quo cõſummatur negoH
cium? Quibus autẽ locis circũſcribitur,cui totus mun-
dus diuitiarũ poſſeſſio eſt? Qua æſtimatione definitur,
qui nunq; opinione cõprehenditur? Etenim quaſi ignoratur & cognoſcitur,quaſi moritur & ecce viuit,quaſi
triſtis & ſemper lætior,vt egenus & largus,vt qui nihil
habeat,& poſſideat oĩa. Nihil enĩ ſpectat vir iuſtus,niſi
quod cõſtans & honeſtũ eſt. Et ideo etiã ſi alii videatur
pauper,ſibi diues eſt:qui non eorũ quę caduca,ſed eorũ
quæ ęterna ſunt æſtimatione cenſetur.

Honeſtũ & vtile apud Chriſtianos vnũ eſſe,qui nõ cõmoda tẽporalia ſequimur,ſed æterna. Caput II.

ET quoniam de duobus ſuperioribus locis diximus,in quibus honeſtũ illud & vtile tracta
uimus,ſequitur vtrum honeſtatẽ & vtilitatem inter ſe cõparare debeamus,& quærere
quid ſit ſequẽdum. Sicut enim ſupra tractauimus vtrũ
honeſtum illud an turpe eſſet,& ſecundo loco vtrum
vtile an inutile: ſimiliter hoc loco vtrum honeſtum ſit
an vtile,nonnulli requirendum putant. Nos autẽ moI nemus ne hæc inter ſe velut compugnantia inducere
videamur,quæ iam ſupra vnum eſſe oſtendimus:nec
honeſtum eſſe poſſe niſi quod vtile,nec vtile,niſi quod
honeſtum,quia non ſequimur ſapientiam carnis,apud
quam vtilitas pecuniariæ iſtius commoditatis pluris
habetur,ſed ſapientiam quæ ex deo eſt,apud quam ea
quæ in hoc ſeculo magna æſtimantur,pro detrimento habentur. Hoc enim catorthoma quod perfectum
& abſolutũ officium eſt,a vero virtutis fonte proficiſcitur. Cui ſecũdum eſt cõmune officiũ,quod ipſo ſermone ſignificatur non eſſe arduæ virtutis ac ſingularis,
quod poteſt plurimis eſſe cõmune. Nam pecuniæ cõpendia captare,familiare multis:elegantiori cõuiuio &
ſuauioribus delectari epulis,vſitatum eſt. Ieiunare autem,& cõtinentẽ eſſe,paucorum eſt:& alieni cupidum
non eſſe,rarum eſt. Contra autẽ detrahere velle alteri,
& nõ eſſe contentũ ſuo. Nam in hoc cũ pleriſq; conſortium eſt. Alia igitur prima,alia media officia. Prima
cum paucis,media cum pluribus. Deniq; in iiſdem verbis frequenter diſcretio eſt. Aliter enim bonum deum
dicimus,aliter hominem:aliter iuſtum deum appellamus,aliter hominẽ. Similiter & ſapiẽtem deum aliter
dicimus,aliter hominem. Quod & in euangelio docek
mur: Eſtote ergo vos perfecti,ſicut & pater veſter qui Matt.5.
in cælis eſt,perfectus eſt. Ipſum Paulum lego perfectũ
& nõ perfectũ. Nam cũ dixiſſet: Non quod iam accepe- Philip.3.
rim,aut iam perfectus ſim,ſequar autẽ ſic vt cõprehendam:ſtatim ſubiecit: Quicũq; ergo perfecti ſumus. Duplex eſt enim forma perfectionis: Alia medios,alia plenos numeros habens. Alia hic,alia ibi. Alia ſecũdum
hominis poſſibilitatem,alia ſecũdum perfectionem futuram. Deus autem iuſtus per omnia,ſapiens ſuper omnia,perfectus in omnibus. Inter ipſos quoq; homines
diſtantia eſt. Aliter Daniel ſapiens,de quo dictum eſt:
Quis Daniele ſapiẽtior? aliter alii ſapiẽtes. Aliter Sa- Ezech.28
lomon,qui repletus eſt ſapientia ſuper omnem ſapientiam antiquorum,& ſuper omnes ſapientes Aegypti.
Aliud eſt enim cõmuniter ſapere,aliud ſapere perfecte. Qui cõmuniter ſapit,pro temporalibus ſapit,pro
ſe ſapit,vt alteri aliquid detrahat,& ſibi adiũgat. Qui
perfecte ſapit,neſcit ſua ſpectare commoda,ſed ad illud
quod æternum eſt,quod decorum atq; honeſtum,toto
affectu intendit,quęrens nõ quod ſibi vtile eſt,ſed quod
omnibus. Itaq; hęc ſit formula,vt inter duo illa honeſtum atq; vtile errare nequeamus,eo quod iuſtus nihil
alteri detrahẽdum putet,nec alterius incõmodo ſuum
commodum augeri velit. Hanc formam tibi pręſcribit
Apoſtolus dicens: Omnia licent,ſed non omnia expe- 1.Cor.10.
diunt. Omnia licent,ſed non omnia ędificant. Nemo
quod ſuum eſt quęrat,ſed quod alterius. Hoc eſt,nemo
cõmodum ſuum quęrat,ſed alterius: nemo honorem L
ſuum quęrat,ſed alterius. Vnde & alibi dicit: Alter al- Philip.2.
terum exiſtimantes ſuperiorem ſibi,non quæ ſua ſunt
ſinguli cogitãtes,ſed quę aliorum. Nemo etiam ſuam
gratiam quęrat,nemo ſuam laudẽ,ſed alterius. Quod
euidenter etiã in Prouerbiis declaratum eſſe aduertimus,dicente ſancto per Salomonem ſpiritu: Fili ſi ſapiens fueris,tibi ſapiens eris & proximis. Si autem malus euaſeris,ſolus hauries mala. Sapiens enim aliis cõſulit,ſicut iuſtus: quandoquidem conſors ſui eſt vtriuſque forma virtutis.

De calumnia reprimenda,& beneficẽtia cunctis exhibenda. Exẽplum de harmonia mẽbrorũ,quę ſingula ſingulis obſequuntur. Caput III.

SI quis igitur vult placere oĩbus per omnia,
quęrat non quod ſibi vtile eſt,ſed quod multis,ſicut quęrebat & Paulus. Hoc eſt enim
conformari Chriſto,alienũ nõ quęrere,nihil
alteri detrahere vt acquirat ſibi. Chriſtus enĩ dñs cum
eſſet in forma dei,exinaniuit ſe vt formã ſuſciperet ho- M
minis,quã operũ ſuorũ locupletaret virtutibus. Tu ergo expolias,quẽ Chriſtus induit? Tu exuis quẽ veſtiuit Chriſtus? Hoc enĩ agis quãdo alterius detrimẽto tua cõmoda augeri expetis. Cõſidera o homo vnde nomen ſumpſeris. ab humo vtiq;,quæ nihil cuiq; eripit,
ſed omnia largitur oĩbus,& diuerſos in vſum omnium
animãtium fructus miniſtrat. Inde appellata humanitas,ſpecialis & domeſtica virtus hominis,quæ cõſortẽ
adiuuet. Ipſa te doceat forma tui corporis,mẽbrorũq;
vſus. Nũquid mẽbrũ tuũ alterius mẽbri officia ſibi vendicat,vt oculus officiũ oris,aut os oculi officiũ ſibi vẽdicet,aut manꝰ pedũ miniſteriũ,aut pes manuũ? Quinetiã ipſę manus dextera ac ſiniſtra diſpartita habẽt officia pleraq;,vt ſi vſum cõmutes vtriuſq;,aduerſum naturã ſit: priuſq; totũ hominẽ exuas,q̃ mẽbrorũ tuorũ miniſteria cõuertas,ſi aut de ſiniſtra cibũ ſuggeras,aut de
dextera fungaris miniſterio ſiniſtrę,vt reliquias ciborũ
abluas: niſi forte poſcat neceſſitas. Finge hãc & da oculo virtutẽ,vt poſſit detrahere ſenſum capiti,auditũ auribus,menti cogitationes,odoratũ naribus,ori ſaporẽ,
& ſibi conferat,nonne omnẽ ſtatum diſſoluet naturæ?

1.Cor.12. Vnde pulchre Apoſtolus ait: Si totũ corpus oculus,
A vbi auditus? Si totũ auditus,vbi odoratus? Omnes ergo vnum corpus ſumus,& diuerſa membra,ſed omnia
corpori neceſſaria. Non enĩ poteſt mẽbrũ mẽbro dicere,nõ es mihi neceſſariũ. quinetiam ipſa quæ videntur
infirmiora membra eſſe,multo magis neceſſaria ſunt,
& maiorẽ plerumq; tuendi ſe requirunt ſolicitudinem.
Et ſiquid dolet membrũ vnum,cõpatiuntur ei membra omnia. Vnde q̃ graue eſt vt detrahamus aliquid
ei cui nos compati oportet: & cui debemus cõſortium
miniſterii,ei fraudi & noxæ ſimus? Hæc vtiq; lex naturæ eſt,quæ nos ad omnẽ ſtringit humanitatẽ,vt alter
alteri tanq̃ vnius partes corporis inuicem deferamus.
Nec detrahendũ quicq̃ putemus,cũ cõtra naturæ legẽ
ſit nõ iuuare. Sic enim naſcimur,vt conſentiant mẽbra
mẽbris,& alterum alteri adhęreat,& obſequantur ſibi
mutuo miniſterio. Quod ſi vnum deſit officio ſuo,impediantur & cætera: vt ſi eruat oculum manus,nonne
ſibi operis ſui vſum negauit? Si pedem vulneret,quãtorũ ſibi actuũ profectũ inuiderit? Et quãto grauius eſt
totum hominẽ q̃ vnum mẽbrũ detrahi? Iam ſi in vno
membro totũ corpus violatur,vtiq; in vno homine cõmunio totius humanitatis ſoluitur,violatur natura generis humani,& ſanctæ eccleſiæ congregatio,quæ in
vnum connexum corpus atq; compactum vnitate fidei
& charitatis aſſurgit. Chriſtus quoq; dñs qui pro vniuerſis mortuus eſt,mercedẽ ſanguinis ſui euacuatã dolebit. Quid q̃ etiã ipſa lex dñi hanc formã tenendam
edocet,vt nihil alteri detrahas tui cõmodi ſeruãdi gra-
B tia,cum dicit: Non tranſferas terminos antiquos quos
ſtatuerunt patres tui. cum vitulum errantẽ fratris tui
reducendum pręcipit,cum furem mori iubet,cum vetat mercenarium debita mercede fraudari,cum pecuniam ſine vſuris reddendam cenſet? Subuenire enim
nõ habenti humanitatis eſt,duritię autem plus extorquere q̃ dederis. Etenim ſi ideo ĩops auxilio tuo eguit,
quia non habuit vnde de ſuo redderet: nonne impium
eſt ſi ſub humanitatis ſimulatione amplius ab eo poſcas,qui non habebat vnde minus ſolueret? Abſoluis
igitur alteri debitorem,vt condẽnes tibi: & hanc humanitatem vocas,vbi eſt iniquitatis auctio? Hoc præſtamus cęteris animãtibus,quod alia genera animãtium
conferre aliquid neſciunt: feræ autem eripiunt,homiPſal.36. nes tribuunt. Vnde & Pſalmiſta ait: Iuſtus miſeretur
& tribuit. Sunt tamen quibus & feræ conferant. Siquidem collatione ſobolem ſuam nutriunt,& aues cibo
ſuo pullos ſatiant ſuos. homini autem ſoli tributũ eſt
vt omnes tanq̃ ſuos paſcat. Debetur iſtud ipſo naturæ
iure. Quod ſi non licet nõ dare,quomodo detrahere licet? Nec ipſæ leges nos docẽt,quę ea quę detracta ſunt
alicui cum iniuria perſonæ,aut rei ipſius cumulo,reſtitui iubent,quo furem a detrahendo aut pœna deterreant,aut mulcta reuocent. Pone tamen quod aliquis
poſſit aut pœnam nõ timere,aut mulctæ illudere. Nũquid dignum eſt vt aliqui alteri detrahant? Seruile hoc
vitium,& familiare vltimæ conditioni,adeo cõtra naC turam,vt inopia magis hoc extorquere videatur,q̃ natura ſuadere. Seruorũ tamen occulta furta,diuitum rapinæ publicę. Quid autem tam contra naturam,q̃ violare alterum tui cõmodi cauſa,cum pro omnibus excubandum,ſubeundas moleſtias,ſuſcipiendum laborem naturalis affectus perſuadeat,& glorioſum vnicuiq; ducatur ſi periculis propriis quærat vniuerſorum
tranquillitatem,multoq; ſibi vnuſquiſq; arbitretur gratius excidia patriæ repuliſſe,q̃ propria pericula,præſtantiuſq; eſſe exiſtimet,quod operam ſuam patriæ impenderit,q̃ ſi in ocio poſitus tranquillam vitam voluptatum copiis functus egiſſet?

Alienis incommodis noſtra lucra non quærenda. Caput IIII.

DINC igitur colligitur quod homo qui ſecũD dum naturæ formatus eſt directionem,vt
obediat ei,nocere non poſſit alteri. Quod ſi
cui noceat,naturam violet: neq; tantum eſſe
commodi quod adipiſci ſeſe putet,quantum incommodi quod ex eo ſibi accidat. Quæ enim pœna grauior,q̃ interioris vulnus conſcientiæ? Quod ſeuerius
iudicium q̃ domeſticum,quo vnuſquiſq; ſibi eſt reus,
ſeq; ipſe arguit quod iniuriam fratri indigne fecerit?
Quod non mediocriter ſcriptura condemnat dicens:
Ex ore ſtultorum baculus contumeliæ. Stultitiæ igitur condemnatur qui cõtumeliam facit. Nõne hoc magis fugiendum,q̃ mors,q̃ diſpendium,q̃ inopia,q̃ exilium,q̃ debilitatis dolor? Quis enim vitium corporis,
aut patrimonii damnum non leuius ducat vitio animi,& exiſtimationis diſpendio? Liquet igitur id expetendum & tenendum omnibus,quod eadem ſingulorum ſit vtilitas,quæ ſit vniuerſorum,nihilq; iudicandum vtile,niſi quod in cõmune profit. Quomodo
enim poteſt vni prodeſſe,quod inutile ſit omnibus?
Mihi certe non videtur qui inutilis eſt omnibus,ſibi
vtilis eſſe poſſe. Etenim ſi vna lex naturæ omnibus,
vna vtiq; vtilitas vniuerſorũ. Quod ſi vna vtilitas vniE uerſorum,ad conſulendum vtiq; omnibus naturæ lege
conſtringimur. Non eſt ergo eius qui conſultum velit
alteri ſecundum naturam,nocere ei aduerſus legem naturæ. Etenim ſi ii qui in ſtadio currunt,ita feruntur
præceptis informari atq; inſtrui,vt vnuſquiſq; celeritate,non fraude contendat,curſuq; quantum poteſt ad victoriam properet,ſupplantare autem alterum aut manu deiicere non auſit: quanto magis in hoc curſu vitæ
iſtius ſine fraude alterius & circũſcriptione quærenda
nobis victoria eſt? Quæruntur aliqui,ſi ſapiens in naufragio poſitus inſipienti naufrago tabulam extorquere poſſit,vtrum debeat. Mihi quidem etſi præſtabilius communi videatur vſui ſapientem de naufragio
q̃ inſipientem euadere,tamen non videtur quod vir
Chriſtianus & iuſtus & ſapiens quærere ſibi vitam
aliena morte debeat,vtpote qui etiam ſi in latronem
armatum incidat,feriẽtem referire non poſſit: ne dum
ſalutem defendit,pietatẽ contaminet. De quo in euangelii libris aperta & euidens ſentẽtia eſt: Reconde gladium tuum. Omnis enim qui gladio perauſerit,gla- Mat.26.
dio ferietur. Quis latro deteſtabilior,q̃ perſecutor qui
venerat vt Chriſtum occideret? Sed noluit ſe Chriſtus
perſecutorum defendi vulnere,qui voluit ſuo vulnere
omnes ſanare. Cur enim te potiorem altero iudices,cũ
viri ſit Chriſtiani præferre ſibi alterum,nihil ſibi arro- F
gare,nullum ſibi honorem aſſumere,non vendicare
meriti ſui precium? Deniq; cur non tuum tolerare potius incõmodum,q̃ alienũ cõmodum diripere aſſuecas? Quid tam aduerſus naturam,q̃ non eſſe contentum eo quod habeas,aliena quærere,ambire turpiter?
Nam ſi honeſtas ſecundum naturam: (omnia enim fecit deus bona valde) turpitudo vtiq; cõtraria eſt. Non
poteſt ergo honeſtati conuenire & turpitudini,cũ hæc
inter ſe diſcreta naturæ lege ſint.

Nihil a ſapiẽtibus niſi qđ honeſtũ ſit expetẽdum,& honeſtati ſalutem quoq; poſtponẽdam. In quo Dauid maxime cõmendatur. Caput V.

SED iam vt etiam in hoc libro ponamus faſtigiũ,in quo velut in fine diſputationis noſtræ dirigamus ſententiã,vt nihil expetẽdũ
ſit niſi qđ honeſtũ. Nihil nãq; agit ſapiẽs niſi
qđ honeſtũ ſit,niſi qđ cũ ſynceritate ſine fraude ſit: neq;
quicq̃ facit,in quo ſe crimine quoq̃ obliget,etiã ſi latere
poſſit. Sibi enĩ eſt reus priuſq̃ cæteris,nec tam pudenda
apud eũ publicatio flagitii,q̃ conſcientia eſt. Quod nõ
fictis fabulis,vt Philoſophi diſputãt,ſed veriſſimis iu-

Gstorum virorum exemplis docere possumus. Non igitur ego simulabo terræ hiatum, quæ magnis quibusdam dissiluerit soluta imbribus, in quem descendisse Gyges, atq; ibi fabularū illum equum æneum offendisse a Platone inducitur, qui in lateribus suis fores haberet: quas vbi aperuit, animaduertisse anulū aureum in digito mortui hominis, cuius illic exanime corpus iaceret: auriq; auarum sustulisse anulum. Sed cum se ad pastores recepisset regios, de quorum ipse numero foret: casu quodam, quod palam eius anuli ad palmam conuerterat, ipse omnes videbat, atq; a nullo videbatur: deinde cum in locum suum reuocasset anulum, videbatur ab omnibus. Cuius solers factus miraculi, per anuli opportunitatem reginæ stupro potitus, necem regi intulit, cæteriscp interemptis quos necandos putauerat, ne sibi impedimento forent, Lydiæ regnum adeptus est. Da, inquit, hunc anulum sapienti, vt beneficio eius possit latere cū deliquerit. Non minus fugiet peccatorum contagium, q̄ si non possit latere. Non enim latebra sapienti spes impunitatis, sed
1.Tim.1. innocentia est. Denicp lex non iusto est posita, sed iniusto: quia iustus legem habet mentis suæ, & æquitatis ac iustitiæ suæ normam. Ideoq; non terrore pœnæ reuocatur a culpa, sed honestatis regula. Ergo vt ad propositum redeamus, non fabulosa pro veris, sed vera pro fabulosis exempla proferamus. Quid enim mihi opus est fingere hiatum terræ, equum æneum, anulumq; aureum in digito defuncti repertum, cuius anuli tanta sit vis, vt pro arbitrio suo qui eum sit indutus anulum, appareat cum velit: cum autem nolit, conspectui se præsentium subtrahat, vt præsens non possit videri? Nempe eo tendit istud, vtrum sapiēs etiam
H si isto vtatur anulo, quo possit propria flagitia celare, & regnum assequi, nolit ne peccare, & grauius ducat sceleris contagium, pœnarum doloribus, an vero spe impunitatis vtatur ad perpetrandum scelus. Quid inquā mihi opus est figmento anuli, cum possim docere ex rebus gestis quod vir sapiens cum sibi in peccato non solum latendum, sed etiam regnandum videret si peccatum admitteret, contra autē periculum salutis cerneret si declinaret flagitium, eligeret tamē magis salutis periculum vt vacaret flagitio, q̄ flagitium quo sibi re-
1.Reg.26 gnum pararet? Denicp Dauid cū fugeret a facie regis Saul, cum eum rex cum tribus milibus virorū electorum ad inferendā necem in deserto quereret, ingressus in castra regis, cū dormientē offendisset, non solum ipse non percussit, sed etiam protexit, ne ab alio qui simul ingressus fuerat, perimeretur. Nam cū diceret ei Abisai: Conclusit hodie dominus inimicū tuū in manibus tuis, & nunc occidam eum: respondit: Non consumas illum, quoniam quis inuiciet manum suam in Christū domini, & purus erit? Et addidit: Viuit dñs, quia nisi
I dominus percusserit illum, aut nisi hora illius venerit vt moriatur, vel in pugnam descenderit, & apponatur mihi, nō sit a domino inijcere manum meā in Christū domini. Itaq; non permisit necari eum, sed solum lanceam quæ erat ad caput eius, & lenticulam tulit aquæ, dormientibus cunctis. egressus de castris transiuit in cacumen montis, & coarguere cœpit stipatores regios, & præcipue principem militiæ Abner, quod nequaq̄ fidam custodiam regi & domino suo adhiberet: denicp demonstraret vbi esset lancea regis, vel lenticula quæ erat ad caput eius. Et appellatus a rege lanceā reddidit: & dominus, inquit, restituat vnicuiq; iustitias suas, & fidem suam: sicut tradidit te dominus in manus meas, & nolui inijcere manū meā in Christū domini. Et cū hoc diceret, timebat tamē insidias eius, & fugit, sedem exilio mutans. Nec tamen salutē prętulit innocentiæ,
†alias potuisset. cū iam secundo facultate sibi tributa regis necandi nō luisset † vti occasionis beneficio, quę & securitatē salutis metuenti, & regnum offerebat exuli. Vbi opus fuit Ioanni Gygeo anulo, qui si tacuisset, nō esset occisus ab k
Herode? Pręstare hoc illi potuit silentium suum, vt & videretur & non occideretur. Sed quia non solum peccare se propter salutis defensionem passus non est, sed ne alienum quidem peccatum ferre ac perpeti potuit, ideo in se causam necis excitauit. Certe hoc negare non possunt potuisse fieri vt taceret, qui de illo Gyge negāt potuisse fieri vt anuli beneficio abscōderetur. Sed fabula etsi vim nō habet veritatis, hanc tamen rationē habet, vt si possit celare se vir iustus, tamen ita peccatum declinet, quasi celare non possit, nec personam suam indutus anulum, sed vitam suā Christū indutus abscondat, sicut Apostolus ait: Quia vita nostra abscondita Coloss.3.
est cum Christo in deo. Nemo ergo hic fulgere quærat, nemo sibi arroget, nemo se iactet. Nolebat se Christus hic cognosci, nolebat prædicari in euangelio nomen suum cum in terris versaretur, venit vt lateret seculū hoc. Ergo & nos simili modo abscondamus vitam nostram Christi exemplo, fugiamus iactantiam, prędicari nō expetamus. Melius est hic esse in humilitate, ibi in gloria. Cū, inquit, Christus apparuerit, tunc Ibidem.
& vos cum illo apparebitis in gloria.

Famis tēpore subueniēdum, nec auare partis incubandum, vel precia captanda. Exępla de Ioseph, & diuite auaro in euangelio. Caput VI.

NON vincat igitur honestatem vtilitas, sed honestas vtilitatem. Hanc dico vtilitatem, quæ æstimatur secundum vulgi opinionē. Mortificetur auaritia, moriatur cōcupiscentia. Sanctus in negociationem introisse se negat: quia preciorum captare incrementa, non simplicitatis, sed L
versutię est. Et alius ait: Captans precia frumenti, ma- Prouer.11
ledictus in plebe est. Definita est sententia, nihil disputationi relinquens: quale controuersiarū genus solet dicēdi esse cum alius alleget agriculturam laudabilē apud omnes haberi, fructus terræ simplices esse triplos, plus qui seminauerit, eū probatiorē fore, vberiores redditus industriæ nō fraudari, negligentiā magis & incuriam ruris inculti reprehēdi solere. Arauī, inquit, studiosius, vberius seminaui, diligētius excolui, bono collegi prouentu, solicitus recondi, seruaui fideliter, prouide custodiui. Nunc in tēpore famis vendo, subuenio esurientibus, vendo frumentum non alienum, sed meū, non pluris q̄ cæteri, immo etiam minori precio. Quid hic fraudis est, cum multi possent periclitari si nō haberēt quod emerent? Num industria in crimen vocatur? Num diligentia reprehenditur? Num prudentia vituperatur? Fortasse dicat: Et Ioseph frumenta in abundantia collegit, in caritate vendidit. Num carius aliquis emere cōpellitur? Num vis adhibetur emptori? Omnib⁹ defertur emendi copia, nulli irrogatur iniuria. His igitur quātum cuiusq; fert ingenium disputatis, exurgit alius M
dicens: Bona quidē agricultura, quę fructus ministrat omnibus, quæ simplici industria accumulat terrarum fœcunditatem, nihil doli, nihil fraudis interferens. Denicp si quid vitii fuerit, plus dispendii est: quia si bene aliquis seuerit, melius metet: & si syncerū tritici granū seminauerit, puriorē ac syncerā messem colliget. Fœcūda terra multiplicatū reddit quod accepat, fidelis ager fœneratos solet restituere prouētus. De redditibus igitur vberis glebę expectare debes tui mercedem laboris, de fertilitate pinguis soli iusta sperare compēdia. Cur ad fraudem conuertis naturę industriam & indulgentiā? Cur inuides vsibus hominū publicos partus? Cur populis minuis abundantiam? Cur affectas inopiam? Cur optari facis a pauperibus sterilitatē? Cū enī nō sentiant beneficia fœcūditatis, te auctionante precium, te condēte frumētū: optant pot⁹ nihil nasci, q̄ te de fame publica negociari. Ambis frumētorū indigentiam, ali-

Amentorū penuriam, vberis soli partus ingemiscis, fles publicam fertilitatem, horrea frugum plena deploras, exploras qñ sterilior prouētus sit, quādo exilior partus. votis tuis gaudes arrisisse maledictū, vt nihil vsq; nascerētur. Tunc messem tuam venisse lætaris, tunc tibi de omnium miseria congeris opes, & hanc tu industriam vocas, hanc diligentiam nominas, quæ calliditatis versutia, quæ astutia fraudis est: & hoc tu remedium vocas, quod est commentum nequitię. Latrocinium hoc an fœnus appellem? Captantur tanquā latrocinii tempora, quibus in viscera hominū durus insidiator obrepas. Augetur precii tanq̄ forte cumulatū fœnoris, quo periculū capitis acceruatur. Tibi conditæ frugis multiplicatur vsura, tu frumētum quasi fœnerator occultas, quasi venditor auctionaris. Quid imprecaris male omnibus, quia maior futura sit fames, quasi nihil frugū supersit, quasi infœcundior annus sequatur? Lucrum tuum, damnū publicum est. Ioseph sanctus omnibus aperuit horrea, nō clausit: nec precia captauit annonæ, sed perenne subsidiū collocauit: nihil sibi acquisiuit, sed quemadmodum fames etiam in posterum vinceretur, prouida ordinatiōe disposuit. Legisti quēadmodū hūc frumentarii precii captatorē exponat in euāgelio dominus Iesus, cuius possessio diuites fructus attulit, & ille
Luc.12. quasi egēs dicebat: Quid faciam? nō habeo quo cōgregem. Destruā horrea mea, & maiora faciam. cum scire nō posset vtrū sequenti nocte anima sua ab eodem repeteretur. Nesciebat quid faceret. quasi ei alimenta deessent, herebat ambiguo. Nō capiebāt horrea annonam,
Prouerb. & ille se egere credebat. Recte igitur Salomon: Qui cō
11. tinet inquit frumētū, relinquet illud nationibus. nō hęredibus: quoniā auaritiæ emolumentū ad successorum
B iura nō peruenit. Quod non legitime acquiritur, quasi ventis quibusdā ita extraneis diripientibus dissipatur. Et addidit: Captans annonam maledictus in plebe est, benedictio autē in capite eius qui participat. Vides ergo quod largitorē frumenti esse deceat, nō precii captatorem. Non est igitur ista vtilitas, in qua plus honestati detrahitur, q̄ vtilitati adiungitur.

Peregrinos tēpore famis vrbe non arcendos: quod non solum inhonestum, sed & inutile propositis comprobatur exemplis. Caput VII.

SED & illi qui peregrinos vrbe prohibent, nequaq̄ probandi. expellere eo tempore quo deberent iuuare, separare a commerciis cōmunis parentis, fusos omnibus partus negare, inita iam confortia viuendi auerruncare: † cum
† alias auo care. quibus fuerint cōmunia iura, cum his nolle in tempore necessitatis subsidia partiri? Feræ non expellunt feras, & homo excludit hominē? Feræ ac bestiæ cōmunem
C putant omnibus victum quē terra ministrat. Illæ etiā conformē sui generis adiuuant: homo impugnat, qui nihil a se alienum debet credere quicquid humani est. Quanto ille rectius, qui cum iam prouecta processisset ætate, & famem toleraret ciuitas, atq; (vt in talibus solet) peterētur vulgo vt peregrini vrbe prohiberētur, prę-fecturæ vrbanæ curam cęteris maiorem sustinens, conuocauit honoratos, & locupletiores viros popposcit vt in medium cōsulerent, dicēs: Q̄ immane esset peregrinos eīci, q̄ hominē exueret qui cibum morienti negaret. Canes ante mensam impastos esse non patimur, & homines extrudimus? Q̄ inutile quoq; tot populos mundo perire, quos dira conficeret labes. quantos vrbi suę perire, qui solerent adiumento esse vel in conferendis subsidiis, vel in celebrandis commerciis, neminē fame aliena iuuari: protrahere vt plurimū diem posse, non inopiam repellere: imo tot cultoribus extinctis, tot agricolis occidentibus, occasura in perpetuum subsidia frumentaria. Hos igitur excludimus qui victū nobis inferre consuerūt? Hos nolumus in tpe necessitatis pascere, qui nos omni ætate pauerunt? Quāta sunt D
quę ab ipsis nobis hoc ipso tpe ministrātur? Nō in solo Deute.8.
pane viuit homo. Nostra illic familia, pleriq; etiā nostri parentes sunt. Reddamus quod accepimus. Sed veremur ne cumulemus inopiā. Primū omniū misericordia nunquā destituitur, sed adiuuatur. Deinde subsidia annonæ quę his impartienda sunt, collatione redimamus, reparemus auro. Nūquid his deficiētibus, nō alii nobis redimēdi cultores vidētur? Quāto vilius est pascere q̄ emere cultores? Vbi etiam reparas? Vbi inuenias quē reformes? Adde: si inuentas quē ignarum, & alieni vsus: numero possis substituere, nō cultui. Quid plura? Collato auro coacta frumenta sunt. Ita necabū-dantiā vrbis minuit, & peregrinis alimoniā submini-strauit. Quante hoc cōmēdationis apud deum fuit sanctissimo seni? Quantę apud homines gloriæ? Hic magnus vere probatus, qui vere potuit imperatori dicere demonstrans, puinciæ totius populos: Hos tibi omnes reseruaui, hi viuunt beneficio tui senatus, hos tua cura iam morti abstulit. Quanto hoc vtilius, q̄ illud quod proxime Romæ factū est, eiectos esse vrbe amplissima qui iam plurimā illicę tatem transegerant, flentes cum filiis abisse, quibus velut ciuibus amoliēbum exilium deplorarent, interruptas complurīū necessitudines, direptas affinitates. Et certe arriserat anni fœcunditas, inuectitio vrbs sola egebat frumēto, potuisset iuuari si peterent ab Italis frumentū, quorū filii expellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, & exigere quasi suū. Quid illū eīcis qui de suo pascitur? Quid illum eīcis qui te pascit? Seruū retines, trudis parentē? Frumentum suscipis, nec affectum impartis? Victum extorques, nec rependis gratiā? Q̄ deforme hoc, q̄ inutile? Q uomodo enim poteſt vtile esse quod non decet? Quātis corporatorū subsidiis dudum Roma frauda- E
ta est? Potuit & illos nō amittere, & euadere famem, expectatis vētorū opportunis flatibus, & sperataruṁ commeatu nauium. Q̄ vero illud superius honestum atq; vtile? Quid enim tam decorum atq; honestum, q̄ collatione locupletum iuuare egentes, ministrare victum esurientibus, nulli cibum defore? Quid tam vtile, q̄ cultores agrorum reseruari, non interire plebē rusticanorū? Quod honestū igitur, vtile: & quod vtile, honestum. Ecōtra, quod inutile, indecorum: quod autem indecorum, id etiam inutile.

Honestatem saluti quoq; prælatam a deo comprobari. Exempla de Iosue & Caleb, & cæteris exploratoribus. Caput VIII.

VANDO maiores nostri seruitio exire potuissent, nisi id nō solum turpe, sed etiam F
inutile credidissent, regi seruire Egyptiorum? Iesus quoq; & Caleb missi ad explorandam terram: vberem quidem terram, sed a ferocissimis inhabitari gentibus nunciauerunt. Terrore belli populus infractus, recusabat terræ eius possessionem. Suadebant missi exploratores Iesus & Caleb terrā esse vtilem, indecorum putabant cedere nationibus. lapidari potius eligebant, quod minabatur populus, q̄ decedere de honestate. Dissuadebāt alii, plebs reclamabat, dicens aduersus diras & asperas gentes bellum fore, cadendum sibi in prælio, mulieres suas & pueros direptioni futuros. Exarsit domini indignatio, vt omnes vellet perdere, sed rogante Moyse temperauit sententiam, vltionem distulit, satis esse perfidis supplicii iudicans, vt si parceret interim, nec percuteret incredulos, ad eam tamen terram quam recusauerant, propter incredulitatis suæ pręcium non peruenirent, sed pueri & mulieres qui non immurmurauerant, vel sexu vel ętate veniabiles, caperēt eius terrę ꝓmissam hereditā-

G tem. Deniq; quicūq; erant a vicesimo anno & supra, in deserto eorū membra ceciderunt, sed aliorum dilata est pœna. Qui autem ascenderunt cum Iesu, & dissuadendum putauerint, plaga mala statim mortui sunt. Iesus vero & Caleb cum innoxia ætate vel sexu in terram promissionis intrarunt. Pars igitur melior gloriā saluti prætulit, deterior salutem honestati. Diuina autem sententia eos probauit, qui honesta vtilibus præstare arbitrabantur. Eos vero cōdemnauit, apud quos ea quæ videbantur saluti potius q̄ honestati accōmoda, præponderabant.

Fraudes & turpia lucra clericos maxime dedecere, & omnes honestatem Dauid & Nabuthę imitari debere. Caput IX.

NIHIL itaq; deformius, q̄ nullum habere a morem honestatis, & vsu quodam degeneris mercaturę quęstu solicitari ignobili, aura o æstuare corde, diebus ac noctibus inhiare in alieni detrimenta patrimonii, non eleuare animum ad honestatis uitorem, nō considerare veræ laudis pulchritudinem. Hinc nascuntur aucupia quæsitæ hæreditatis, continentiæ atq; grauitatis simulatione captatæ, quod abhorret a ppósito Christiani viri. Omne enī quod arte elicitū, & fraude cōpositū est, caret merito simplicitatis. In ipsis qui nullū ecclesiastici ordinis officiū receperint, incongrua iudicatur affectatæ ambitio hæreditatis. In supremo fine vitæ positos suū habere iudiciū, vt libere testentur quod sentiunt, qui postea nō sunt
H emendaturi: cū honestū nō sit compendia aliis vel debita vel parata auertere, cum vel sacerdotis vel ministri sit prodesse si fieri potest omnibus, obesse nemini. Deniq; si nō potest alteri subueniri nisi alter lædatur, commodius est neutrum iuuari, q̄ grauari alterum. Ideoq; in causis pecuniariis interuenire non est sacerdotis, in quibus non potest fieri quin frequēter lędatur alter qui vincitur, qm̄ intercessoris beneficio se victū arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus. posse autē solius est dei. Nam in causa capitis nocere ei qué iuuare debeas periclitantē, non sine peccato est grauī. In causa autē pecuniæ odia quęrere, insipientiæ est: cum pro salute hominis graues frequēter fiant molestiæ: in quo etiam periclitari gloriosum sit. Propósita igitur forma i sacerdotis officio teneatur, vt nulli noceat ne lacessitus quidē, & aliqua iniuria offensus.
Psalm̄. 7. Bonus em̄ est vir qui dixit: Si reddidi retribuentibus mihi mala. Quę em̄ est gloria, si eum nō lædimus qui nos nō læserit? Sed illa virtus est, si Iesus remittas. Q̄ honestū, quod Dauid cū potuisset regi inimico nocere,
I maluit parcere? Q̄ etiam vtile, quia successori hoc prosit, vt discerent oēs fidem regi ppriō seruare, nec vsurpare imperium, sed vereri? Itaq; & honestas vtilitati prælata est, & vtilitas secuta est honestatē. Parum est quod pepercit: addidit, q̄ etiā in bello doluit occisum, &
2. Reg. 1. flebiliter deplorauit dicēs: Montes qui estis in Gelboe, neq; ros neq; pluuia cadat sup vos. Montes mortis, qm̄ ibi sublata est protectio potentiū, protectio Saul. Non est vnctus in oleo, sed sanguine vulneratorū, & ex adipe belligerantiū. Sagitta Ionathæ nō est retro reuersa, & gladius Saul non est reuersus vacuus. Saul & Ionathas speciosi & charissimi, inseparabiles in vita sua, & in morte nō sunt separati. Sup aquilas leuiores, super leones potētiores. Filię Israel plorate sup Saul, q̄ vestiebat vos vestimenta coccinea cū ornamento vestro, qui imponebat aurum sup vestimenta vestra. Quomodo ceciderunt potētes in media pugna? Ionathas in morte vulneratus est. Doleo in te frater Ionatha, speciosus valde. Ceciderat amor tuus in me, sicut amor mulierū. Quomodo ceciderūt potētes, & perierūt arma concupiscenda? Quæ mater vnicum sic defleret filiū, quēad-
modum hic defleuit inimicū? Quis gratiæ autorē tā- k
tis prosequeretur laudibus, quantis iste prosecutus est insidiatorē capitis sui? Q̄ pie doluit, quanto ingemuit affectu? Aruerunt montes prophetico maledicto, & diuina vis sententiā maledicentis impleuit. Itaq; pro regiæ necis spectaculo pœnam elementa soluerūt. Quid vero sancto Nabuthæ, quæ fuit causa mortis, nisi honestatis contēplatio? Nam cum ab eo vineam rex posce- 3. Reg. 21
ret, pecuniam daturū se pollicens: indecorum precium pro paterna recusauit hęreditate, maluitq; morte declinare huiusmodi turpitudinē. Nō mihi, inquit, fiat a domino, vt dem tibi hęreditatē patrum meorū. Hoc est, tantū mihi opprobriū non fiat, nō permittat deus tantum extorqueri flagitiū. Nō vtiq; de vitibus dicit: (neq; enī de vitib⁹ cura est deo, neq; de terreno spatio) sed de iure loquitur patrum. Potuit vtiq; & aliam vineam de vineis regis accipere, & i amicis esse, in quo nō mediocris seculi huius vtilitas æstimari solet: sed quod turpe erat, iudicauit nō videri vtile: maluitq; periculum cum honestate, q̄ vtilitatē cum opprobrio. Vulgarem vtilitatem loquor, nō illam in qua etiā honestatis gratia est. Deniq; & ipse rex potuit extorquere, sed impudens arbitrabatur: sed occisum doluit. Dominus quoq; mulieris immanitatē, quę honestatis immemor turpe antetulit lucrum, cōgruo supplicio plectendam annūciauit. Turpis est itaq; oīs fraus. Deniq; etiā in rebus vilibus execrabilis est stateræ fallacia, & fraudulenta mēsura. Si in foro rerū venaliū in vsu cōmercioū fraus plectitur, potest ne irreprehēsibilis videri inter officia virtu- Prouerb.
tū? Clamat Salomon: Pondus magnū & exiguum, & 20. L
mēsurę duplices, immūda sunt apud deū. Supra quoq; ait: Statera adultera, abominatio est domino: pondus autem æquum, acceptabile est illi.

Vitia virtutibus obliterari, & perfidis ac etiā fraudulentis fidem oportere custodiri: quod Iosue Gabaonitis intimatur exhibuisse. Caput X.

IN omnibus igitur decora est fides, iustitia grata, mēsura æquitatis iucunda. Quid autē loquar de cōtractibus cæteris, ac maxime de coēptione prędiorū, vel transactionibus, atq; pactis? Nōne honestatis formulæ sunt, dolū malū abesse: eumq; cuius dolus fuerit deprehensus, duplici pœnæ obnoxium fore? Vbiq; honestatis præponderat consideratio, quæ dolum excludit, fraudem eiicit. Vnde recte generalem Dauid propheta prompsit sen- Psal. 14.
tentiā dicens: Nec fecit proximo suo malū. Non solum itaq; in contractibus (in quibus etiam vitia eorum quę veneunt, prodi iubentur: ac nisi intimauerit venditor, M
quāuis in ius emptoris transcripserit, doli actione vacuantur) sed etiā generaliter in omnibus dolus abesse debet: aperiēda simplicitas, intimāda veritas est. Veterē autē istā de dolo nō iurisperitorū formulā, sed patriarcharū sententiā scriptura diuina euidenter expressit in libro testamēti veteris qui Iesu Naue inscribitur. Nam cū exisset fama p populos, siccatum esse mare in Hebręorum transitu, fluxisse aquam de petra, de cælo diuinam ministrari alimoniā tot populi milibus abundantē, corruisse muros Hierico sacro tubarū sono ictos, & vlulatu plebis arietatos, Gethæorum quoq; regem victum, & suspensum in ligno vsq; ad vesperā: Gabaonitæ metuentes validam manum, venerunt cum versutia, simulantes se de terra longinqua esse, diuq; peregrinatos dirupisse calciamenta, detriuisse amictus vestium, quarum veterascentiū indicia monstrarēt. Causam autē tanti laboris, emerendæ pacis, & ineundæ cū Hebræis esse amicitię cupiditatem, & cœperūt ab Iesu Naue poscere vt secum firmaret societatem. Et quia adhuc erat ignarus locorū, atq; incolarū inscius, nō cognouit fraudes eorum, neq; dominū interrogauit, sed

A cito credidit. Adeo sancta erat illis tęporibus fides, vt fallere aliquos posse nō crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui cæteros de suo affectu æstimant? Et quia ipsis amica est veritas, mentiri neminem putant: fallere quid sit ignorant, libēter credunt quod ipsi sunt, nec possunt suspectum habere quod non sunt. Hinc Sa-
Prouerb. 14. lomon ait: Innocens credit omni verbo. Non vituperā da facilitas, sed laudanda bonitas. Hoc est innocentem esse, ignorare quod noceat: & si circumscribitur ab aliquo, de omnibus tamen bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur. Hac igitur mentis suæ deuotione indinatus vt crederet, testamentū dispositum, pacem dedit, confirmauit societatem. Sed vbi in terras eorum ventum est: deprehensa fraude, quod cī essent finitimi, aduenas se esse simulauerāt, circūscriptum sese populus patrum indignari cœpit, Iesus tamē pacem quā dederat, reuocandā non censuit, quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solueret. Multauit tamen eos vilioris obsequii ministerii. Clementior sententia, sed diuturnior. Manet enim officiis pœna veteris astutiæ hæreditario in hunc diem ministerio deputata.

Auaros & fraudulentos interdum cupitis fraudari, semp aūt apud deū maleuolētię reatu obnoxios teneri. Fabula de quodā Syracusano, & paradigma de Doech Idumæo, & Anania. Caput XI.

B NON ego in hęreditatibus ademtis digitorum percussiones, & nudi successoris salutationes notabo, (nam hæc etiā vulgo notabilia) nō simulatæ piscationis cōpositas copias vt emptoris illiceretur affectus. Cur enim tam studiosus luxuriæ ac deliciarum repertus est, vt huiusmodi fraudem pateretur? Quid mihi tractare de Syracusano illo amœno secretoq; secessu, & de Siculi hominis calliditate, qui cum peregrinum aliquem reperisset, cognito quod cupidus esset hortorum venalium, ad cœnam in hortos rogauit. Promisit inuitatus postridie se venire. Veniens offendit illic magnam piscatorū multitudinem, exquisitis copiis adornatum conuiuium, in prospectu cœnantium ante hortulos compositos piscatores, vbi nunq̄ ante iaciebant retia: vnusquisq; quod cœperat, certatim offerebat epulantibus, supra mensam pisces ingerebantur, oculos recumbentium resilientes verberabāt. Mirari cœpit hospes tantā copiam piscium, tantumq; numerum cymbarum. Responsum quærenti, aquationem illic esse, dulcis aquæ gratia innumerabiles eo pisces cōuenire. Quid multa? Pellexit hospitem vt sibi extorqueret hortos, vēdere volens co-
C gitur, precium grauatim suscipit. Sequenti die ad hortos emptor cum amicis venit, nauigium nullum inuenit. Percontāti num aliqua piscatoribus eo esset die feriarum solēnitas, respōdetur, nulla, nec vnq̄ illic præter hesternum diem piscari solitos. Q̄ hic redarguendi haberet autoritatem doli, qui tam turpe captarit aucupiū deliciarū? Q̄ si em̄ alterū peccati arguit, ipse a peccato debet alienus esse. Non ergo huiusmodi nugas ego in hanc ecclesiasticę censionis autoritatē vocabo, quæ generaliter condēnat omnē lucri turpis appetentiam, breuiq; sermonis cōpendio excludit leuitatem ac versutiā. Nam de illo quid loquar, qui de eo testamēto quod ab aliis licet factum, falsum tamen cognouerit, hæreditatem sibi aut legatum vendicet, & lucrum querat alieno crimine: cum etiam leges publicæ eum qui sciens falso vtitur, tanq̄ reum adstringāt facinoris? Regula autem iustitiæ manifesta est, quod a vero declinare virum nō deceat bonū, nec damno iniusto afficere quenq̄, nec doli aliquid annectere, fraudisve cōponere. Quid euidētius
Actu. 5. eo, quod Ananias quia fraudauit de precio agri sui quem ipse vendiderat, & portionem precii tanq̄ sum-
mæ totius numerum ante pedes posuit apostolorum, D
sicut reus fraudis interiit? Licuit vtiq; illi nihil offerre, & hoc sine fraude fecisset. Sed quia fraudem admisit, nō liberalitatis gratiā reportauit, sed fallacię pœnā exsoluit. Et dominus in euāgelio cū dolo accedentes repudiauit, dicens: Vulpes foueas habent, quoniā in sim- Matth. 8.
plicitate cordis & in innocētia nos iubet viuere. Dauid quoq; ait, Sicut nouacula acuta fecisti dolum, nequitiæ Psal. 51.
arguens proditorem, eo quod instrumentū huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plerunq; vlceret. Si quis igitur prætendat gratiā, & dolum nectat, Doech proditoris exēplo, vt eū quē celare & ptegere debeat, prodat ad mortē: instrumēti istius cōparatiōe cenſetur, quod ebriæ mētis & titubantis vitio manus vulnerare consueuit: sicut iste malitię ebrius vino, p funestæ pro- 1. Reg. 22.
ditionis indiciū Achimelech sacerdoti necem detulit, eo quod prophetā hospitio suscepisset, quē rex inuidiæ accensus stimulis persequebatur.

De malo temerarii iuramenti paradigma de Herode & Iepte, & quod filia eius sponte sua die condicta reuersa, fidem illorum præcellat Pythagoreorum qui sevades inuicem dederunt. Caput XII.

RVRVM igitur ac syncerum oportet esse affectum, vt vnusquisq; simplicem sermonē proferat, vas suum in sanctificatione possideat, nec fratrem suum circūscriptiōe verbo- E
rum inducat, nihil promittat inhonestū: aut si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, q̄ facere quod turpe sit. Sæpe pleriq; cōstringunt seipsos iurisiurandi sacramento: & cum ipsi cognouerint promittendum nō fuisse, sacramenti tamen cōtēplatione faciunt quod spoponderunt: sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici prēmium turpiter promisit, crudeliter sol- Mat. 14.
uit. Turpe quod regnū pro saltatione promittitur, crudele quod mors prophetæ pro iurisiurādi religione donatur. Quāto tolerabilius tali fuisset periurii sacramēto? si tamen periurii possit dici quod ebrius inter vina iurauerat, quod euiratus inter saltantiū choros promiserat. Infertur disco prophetę caput: & hoc æstimatum est fidei esse, quod amentiæ fuit. Neq; vnq̄ adducar vt credam nō incaute principem promisisse Iepte vt im- Iudicū. 11.
molaret deo quicquid sibi reuertēti intra limen domus suæ occurreret, cū & ipsum voti pœnituerit fini postq̄ filia occurrit sibi. Deniq; conscidit vestimenta sua, & dixit: Heu me filia, impedisti mihi, impedisti mihi, in stimulū dolorū facta es mihi. Q̄ licet pio metu ac formidine acerbitatē duræ solutionis impleuerit, tamē luctū annuum etiam posteris deplorandum statuit ac dereli- F
quit. Dura, pmissio, acerbior solutio, quā necesse habuit lugere etiā ipse qui fecit. Deniq; factum est præceptum & decretum in Israel ex diebus in dies: Ambulabunt, inquit, filiæ populi Israel, lugētes filiam Iepte Galaditæ quatuor diebus in anno. Non possum accusare virum qui necesse habuit implere quæ vouerat, sed tamē miserabilis necessitas quæ soluitur parricidio. Melius est nō vouere, q̄ vouere id quod sibi cari promittitur nolit exsolui. Deniq; in Isaac habemus exēplum, pro quo Gene. 22.
arietem deus statuit immolari sibi. Non semper igitur promissa soluēda omnia sunt. Deniq; ipse dominus frequenter suam mutat sentētiam, sicut scriptura indicat. Nam & in eo libro qui inscribitur Numeri, ppōsuerat Num̄. 14.
percutere morte & perdere populū, sed postea rogatus a Moyse, reconciliatus est populo suo. Et iterum ad Num̄. 16.
Moysen & Aarō ait: Diuidite vos de medio synagogę, & cōsūmabo eos simul. Quibus discedentib⁹ a cœtu, Dathan & Abiron atq; Chore subito impios terra prærupto soluta hiatu absorbuit. Præcellentius & antiquius istud exēplū de filia Iepte, q̄ illud quod memorabile habetur apud philosophos de duobus Pythago-

G reis: quorū alter cū a tyranno Dionysio capitis dānatus esset, præscripto mortis die, poposcit vt domū pergendi ei facultas daretur, quo cōmendaret suos. Ac ne reuertendi nutaret fides, vadem mortis obtulit ea condi tione, vt ipse deferret ad constitutū diem, vas eius sibi pro eo moriendum agnosceret. Nec qualitatē sponsionis qui offerebatur recusauit, constantiq animo diem necis præstolabatur. Itaq alter se nō subtraxit, alter ad diem repedauit. Quod eousq fuit mirabile, vt tyrānus eos sibi in amicitiā adsciscēret, quorū vrgebat periculū. Quod ergo in spectatis & eruditis viris plenū miraculi est, hoc in virgine multo magnificentius, multoq illustrius deprehenditur, quæ ingemiscenti patri ait: Fac mihi vt exiuit de ore tuo. Sed spatium duorū poposcit mensium, vt cū equalibus conuentū ageret in montibus, quæ virginitatem eius prædestinatā neci pio affectu prosequerētur. Nec flet us equalium mouit puellam, nec dolor flexit, nec gemitus retardauit, nec dies præteriit, nec fefellit hora. Rediit ad patrem, quasi ad votum rediret, & voluntate propria cunctantem impulit, fecitq arbitratu spontaneo, vt quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.

Quantum periculum Iudith honestatis intuitu subierit. Caput XIII.

I SCCE tibi Iudith se offert mirabilis, quę formidatū populis virum Holofernē adiit, Assyriorum triūphali septum caterua. Quę primo formæ gratia & vultus decore perculit, deinde sermonis circumscripsit elegantia. Primus triūphus eius, quod integrum pudorem de tabernaculo hostis reuexit. Secūdus, quod fœmina de viro reportauit victoriam, firgauit populos consilio suo. Horruerunt
H Persæ audaciam eius. Vtiq (quod in illis Pythagoreis duobus mirantur) nō expauit mortis periculū, sed nec pudoris, quod est grauius bonis fœminis: nō vnius ictum carnificis, sed nec totius exercit? tela trepidauit. Stetit inter cuneos bellatorū fœmina, inter victricia arma secura mortis. Quantū ad molem spectat periculi, moritura processit: quātū ad fidem, dimicatura. Honestatem igitur secuta est Iudith: & dum eam sequitur, vtilitatē inuenit. Honestatis enī fuit, phibere ne populus dei se, pphanis dederet, ne ritus patrios & sacramenta proderet, ne sacras virgines, viduas graues, pudicas matronas Barbaricę subiiceret impuritati, ne obsidionem deditiōe solueret. Honestatis fuit se malle pro omnib? periclitari, vt omnes eximeret periculo. Quāta honestatis autoritas, vt consiliū de summis rebus fœmina sibi vendicaret, nec principibus populi cōmitteret? Quanta honestatis autoritas, vt deum adiutorem præsumeret: quanta gratia, vt inueniret?

I Quod semper honestatem sequatur vtilitas: quod licet apud homines aliter sæpe contingere videatur, apud deum tamen perpetuo ita esse comprobatur multis exemplis. Caput XIIII.

VID vero Helisæus nisi honestatem secutus est cū exercitū Syriæ qui ad obsidēdum eum venerat, captiuum introduxit in Samariā, cuius oculos cæcitate obduxerat, &
4.Reg.6 dixit: Domine aperi oculos eorū, vt videant. & viderunt? Itaq cum rex Israel percutere ingressos vellet, eamq sibi dari, a propheta facultatem poscēret, respondit non percutiendos, quorum captiuitatem non esset manu operatus, armisq bellicis: sed magis subsidio alimentorum iuuandos. Deniq epulariibus refecti copiis, nunq postea in terrā Israel piratæ Syrię reuertendum putarunt. Quāto hoc sublimius, q illud Grecorū, quod cum duo populi aduersum se de gloria imperioq decertarent, & alter ex his haberet copiā quēadmodū naues k alterius populi clanculo exureret, turpe credidit, maluitq minus posse honeste, q plus turpiter. Et isti quidē sine flagitio hæc facere nequibāt, vt eos qui consūmandi belli Persici gratia in societatē cōuenerant, hac fraude deciperēt, quā licet possent negare, nō possent tñ nō erubescere. Helisæus autē nō fraude, deceptos licet, sed potestate domini percussos, maluit tamē seruare q perdere, quia decorum foret hosti parcere, & aduersario donare vitam, quā potuisset auferre, nisi perpecisset. Liquet igitur id quod decorū est, semp esse vtile. Nā & Iudith sancta decoro contemptu porpriæ salutis soluit obsidionis periculū, & publicā honestate ppria acquisiuit vtilitatē. Et Helisęus glorioſius ignouit q perculit, & vtilius reseruauit hostes q cœperat. Quid autē aliud Ioannes, nisi honestatē considerauit, vt inhonestas nuptias etiā in rege nō posset perpeti, dicens: Nō licet tibi Marci. 6.
illam vxorē habere? Potuit tacere, nisi indecorum sibi iudicasset mortis metu verum nō dicere, inclinari regi, prophetica autoritatem adulatione subtexere. Sciebat vtiq moriturum se esse, quia regi aduersabatur, sed honestatem saluti prætulit. Et tamen quid vtilius q quod passionis viro sancto aduexit gloriā? Sancta quoq Su- Danie. 13
sanna denūciato falsi testimonii terrore, cū hinc se videret vrgeri periculo, inde opprobrio, maluit honesta morte vitare opprobrium, q studio salutis turpem vitam subire ac sustinere. Itaq dum honestati intendit, etiam vitam reseruauit: quæ si id quod sibi videbatur ad vitā vtile, præoptauisset, nō tantam reportasset gloriā, imo etiam (id quod non solū inutile, sed etiam periculosum foret) pœnam criminis forsitan nō euasisset. Aduertimus igitur quia id quod turpe est, non potest esse vtile: neq rursus id quod honestum est, inutile: quia cōplex honestatis est semper vtilitas, & vtilitatis honestas.
Memorabile ferūt rhetores, quod dux Romanorū cū L
ad eum aduersarii regis medicus venisset pollicens daturum se regi venenū, vinctum eum ad hostem remiserit. Et reuera preclarum, vt qui virtutis certamen susceperat, nollet fraude vincere. Non enī in victoria honestatem ponebat, sed ipsam, nisi honestate quæsitam, victoriam turpem pronūciabat. Redeamus ad nostrum Moysen, atq ad superiora reuertamur: vt quāto præstantiora, tanto antiquiora promamus. Nolebat Ęgypti rex populum dimittere patrum. Dixit Moysesq sacerdoti Aaron, vt extenderet virgam suā super omnes aquas Ęgypti. Extendit Aaron, & conuersa est aqua fluminis in sanguinē, & nemo poterat bibere aquam, omnesq Ęgyptii siti peribant, fyncera autē fluenta patribus abundabant. Iactauerunt fauillam in cælum, & facta sunt vlcera, & veficæ cadentes in hominibus & quadrupedibus. Deduxerūt grandinem in igne flammeo, contrita erant sup terrā omnia. Rogauit Moyses, & vniuersa in suam gratiā reuerterūt. Grādo sedata est, sanata vlcera, solitos potus flumina præbuerūt.
Iterum caligantibus tenebris operta erat terra per tri- M
duum, ex quo Moyses manū leuauerat, & tenebras infuderat. Moriebatur omne primogenitū Ęgyptiorū, cum Hebræorū omnis esset inoffensa progenies. Rogatus Moyses vt his quoq finem exitiis daret, orauit & impetrauit. In illo prædicandum, quod a fraudis cōsortio tēperauit. in hoc mirabile, quoniā diuinitus intēta supplicia, virtute propria etiam ab hoste detorserit. Vere nimiū, sicut scriptū est, mansuetus & mitis, sciebat quod fidem rex nō seruaret promissi, tamen honestum putabat vt rogatus oraret, læsus benediceret, appetitus remitteret. Proiecit virgam, & serpēs factus est qui deuorauit serpentes Aegyptiorū, significans quod verbū caro fieret, quę serpētis diri venena vacuaret p remissionē & indulgētiā peccatorū. Virga est enī verbū directū, regale plenū potestatis, insigne imperii. Virga serpens facta est, quoniā qui erat filius dei ex deo patre

A natus, filius hominis factus est natus ex virgine: qui quasi serpēs exaltatus in cruce, medicinam vulneribus
Ioan. 3. infudit humanis. Vnde & ipse dūs ait: Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filium hominis. Deniq & alterum signū ad dominū Iesum pertinet quod fecit Moyses. Manum sitam misit in sinū, & protulit eam, & facta est manus eius sicut nix. Iterum misit, & protulit eā, & erat sicut carnis humanæ species: significans domini Iesu primum fulgorem diuinitatis, postea susceptionem carnis, in qua fide credere omnes gentes populosq oporteret. Merito manum misit, quia dextera dei Christus est, in cuius diuinitatem & incarnationem si quis non crediderit, quasi reprobus flagellatur, sicut iste rex, qui quoniā signis nō credidit euidētibus, postea flagellatus orabat, vt veniā mereretur. Quantus igitur honestatis affectus esse debeat, ex his probatur, & eo maxime, quod se obiiciebat
Exo. 32. pro populo dicens vt remitteret populo deus, aut certe de libro viuētiū se deleret. Tobias quoq formā expres-
Tobię. 2. sit honestatis euidentius, cum relicto cōiunio mortuos
Tobię. 7. sepeliret, & ad cibos pauperis mensæ inuitaret inopes, Raguel præcipue, qui contēplatione honestatis, cū rogaretur vt filiam suam in cōiugium daret, vitia quoq filiæ non tacebat, ne circumuenire petitorem videretur tacendo. Itaque cū Tobias filius Tobiæ poscęret vt sibi daret puellam, respondit, lege quidem ipsi eam deberi tanq propinquo, sed dedisse se eam iam sex viris, & omnes eos esse mortuos. Iustus itaq vir plus alienis timebat, & malebat inuuptam sibi manere filiā, q propter nuptias eius extraneos periclitari. Q breuiter ab-
B soluit omnes quæstiones philosophorum. Illi de vitiis tractant domorum, tegenda an prodenda a venditore videantur: hic noster nec filiæ vitia celanda arbitratus est. Et certe non ipse affectabat vt eā traderet, sed rogabatur. Quanto vtiq iste honestior sit illis, dubitare nō possumus si conferamus q to præstantior sit filiæ causa, q rei venalis pecunia. Cōsideremus aliud quod in captiuitate gestū summū tenuit honestatis decorē. Nullis enim aduersis honestas impeditur, quæ in his eminet & magis præcellit q in prosperis. Inter vincula itaq, inter arma, flammas, seruitutem (quę liberis omni supplicio grauior est) inter pœnas mortiētium, excidia patriæ, viuorum formidinem, sanguinem peremptorū, non excidit tamen cura honestatis maioribus nostris, sed inter euersæ patriæ cineres & fauillas in affectibus
2. Mac. 1. piis respleduit & refulsit. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, qui tunc dei omnipotētis cultores erant, acceptum ignē de altari sacerdotes domini occultę in valle absconderunt. Erat illic velut patēs puteus, aquæ secessu insequens, nec populari vsui patēs, ignoto & ab arbitris remoto loco. ibi obsignauerunt indicio sacro pariter ac silentio ignem reconditū. Non illis stu-
C dio fuit aurum defodere, argentū absconděre, quod seruarēt posteris suis: sed inter extrema sua honestatis curam habētes, sacrum ignem seruandū putarūt, ne eum vel impuri contaminarent, vel defunctorū sanguis extingueret, vel deformium ruinarum aceruus aboleret. Abierunt itaq in Persidem sola religione liberi, quoniam sola illis per captiuitatem extorqueri nequiuit. Post plurimum vero temporis, quādo placuit deo, dedit hanc mentem regi Persarū vt instaurari in Iudæa templum, & legitimos reparari Hierosolymis ritus iuberet. Cuius gratia muneris Neemiam sacerdotē rex Persarū direxit. At ille secū deduxit illorum sacerdotum nepotes qui, pfecturi de patrio solo, sacrū (ne periret) ignem absconderant. Venientes autem, vt patrum sermone est proditum, non inuenerūt ignem, sed aquā crassam. Et cum deesset ignis quo adolerēt altaria, hau rire eos aquā Neemias sacerdos, sibiq deferre, & aspergere super ligna iussit. Tunc visu mirabile, cū esset cęlū intextum nubibus, sol repente illuxit, accensus est magnus ignis, ita vt omnes in tam euidenti domini gra- D
tia factum stupentes, lætitia perfunderentur. Orabat Neemias, psallebant sacerdotes hymnum deo vsq quo consumptum est sacrificiū. Iussit iterum Neemias residura aquæ maiores perfundi lapides. Quo facto flāma accensa est, lumen autē refulgens ab altari consumptū illico est. Hoc patefacto indicio, rex Persarū eo loco in quo ignis fuerat absconditus, & postea reperta est aqua, templum fieri mandauit, cui inferebantur dona plurima. Appellauerunt autem illud qui erant cum sancto Neemia, Epathar, quod interpretationem habet purificationis. a plurimis Nephthe vocatur. Inuenitur autem in descriptionibus Hieremiæ prophetæ, quod iusserit accipere de igne eos qui postea essent futuri. Hic est ignis qui cecidit super sacrificium Moysi, & cōsumpsit illud, sicut scriptum est: Quia exiuit ignis a domino, & consumpsit vniuersa quæ erant super altare holocausta. Hoc igue oportebat sanctificari sacrificiū. Ideoq & in filios Aaron qui alienū ignē inferre voluerunt, exiuit iterum ignis a domino, & cōsumpsit eos, ita vt mortui extra castra proiicerentur. Veniens autē Hieremias in locum, inuenit domū in modum spelūcæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incēsi intulit illuc: & obstruxit ostium. Quod cum ii qui simul venerant, curiosius perscrutarentur, vt notarent sibi locum, nequaq comprehendere atq inuenire potuerunt. Vt autem cognouit Hieremias quod affectassēt, dixit: Ignotus erit locus, donec congreget deus cōgregationem populi, & propitius fiat. Tūc deus ostēdet hæc, & apparebit maiestas domini. Congregationē populi tenemus, propi- E
tiationem domini dei nostri agnoscimus, quam propitiator in sua operatus est passione. Arbitror quod nec ignem istum possimus ignorare, cum legerimus quia baptizat dominus Iesus in spiritu sancto & igni, sicut in euangelio dixit Ioannes. Merito consumebatur sacrificium, quoniā pro peccato erat. Ille autem ignis typus spiritus sancti fuit, qui descensurus erat post domini ascensionem, & remissurus peccata omniū: qui quasi ignis inflammat animum ac mētem fidelē. Vnde ait Hieremias accepto spiritu: Et factum est in corde meo Hiere. 20
vt ignis ardens, flammigerans in ossibus meis, & dissolutus sum vndiq, & ferre non possum. Sed & in actibus apostolorum cū decidisset super apostolos spiritus Actu. 2.
sanctus, & plerosq qui expectabant promissa domini: tanq ignem dispersas esse linguas legimus. Deniq sic vaporabatur singulorū animus, vt musto repleti esse æstimarentur, qui acceperāt linguarum diuersitatem. Quid ergo sibi vult quod ignis aqua factus est, et aqua ignem excitauit, nisi quia spiritalis gratia per ignē exu- F
rit, per aquā mundat peccata nostra? Eluitur enim peccatum, & exuritur. Vnde & Apostolus ait: Vniuscu- 1. Corit. 3.
iusque opus quale sit, ignis probabit. Et infra: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quod ideo posuimus, vt probaremus per ignē exuri peccata. Notum est ergo hunc esse vere ignem sacrum, qui tunc in typo futuræ remissionis peccatorū descendit super sacrificiū. Hic igitur ignis absconditur captiuitatis tempore, quo culpa regnat: tempore autem libertatis ꝓmitur. Et licet in aquæ speciem mutatus, tamen seruat ignis naturā, vt consumeret sacrificiū. Nec mireris cum legeris quia pater deus dixit: Ego sum ignis cōsumēs. Et alibi: Me Hiere. 2.
dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Ipse quoq dominus Iesus quasi ignis inflammat audientium corda, quasi Lucę. 12.
fons refrigerat. Nam ipse in euangelio suo dicit quod ideo venerit, vt ignem in terras mitteret, & potū sitientibus aquæ viuæ ministraret. Helię quoq tēpore descē 3. Reg. 18
dit ignis, quando prouocauit prophetas gentiū vt altare sine igne accenderent. Et cū illi nequissent facere, hostiam suam tertio ipse perfudit aqua, & manabat aqua in circuitu altaris, & exclamauit, & cecidit ignis a do-

G mino de cælis,& consumpsit holocaustū. Hostia illa tu-
es. Considera tacitus singula. In te descendit vapor spi-
ritus sancti,te videtur exurere cum tua peccata consu-
mit. Deniq; quod consumptū est sacrificium Moysi tē-
pore, sacrificium pro peccato erat. Vnde Moyses ait,
sicut in Maccabæorum scriptū est libro,eo quod nō sit
manducatū quod erat pro peccato,consumptū est. Nō-
ne tibi consumi videtur,quādo in baptismatis sacramē-
Roma. 6. to interit homo totus exterior? Vetus homo noster
exterior crucifixus est cruci, Apostolus clamat. Illic,si-
cut patrum exempla te docēt, Aegyptius demergitur,
Hebræus resurgit sancto renouatus spiritu, qui etiam
per mare rubrum inoffenso trāsiuit vestigio, vbi bapti-
2. Cori. 4. zati sunt patres sub nube,& in mari. In diluuio quoque
Noe tempore mortua est omnis caro,iustus tamen cū
sua progenie seruatus est. Aut non cōsumitur homo,cū
absorbetur mortale istud a vita? Deniq; exterior corrū-
pitur,sed interior renouatur. Nec solum in baptismate,
sed etiam in pœnitentia fit carnis interitus ad profectū
2. Cor. 5. spiritus,sicut apostolica docemur autoritate,dicēte san-
cto Paulo: Iudicaui vt presens eum qui sic operatus est
tradere huiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiri-
tus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Proli-
xior excursus admirādi gratia mysterii factus videtur,
dum studemus reuelatum plenius sacramentum pan-
dere,quod cousq; plenum honestatis est, vt sit plenū re-
H ligionis. Quanta autē honestatis cura maioribus fuit,
vt vnius mulieris iniuriam stupro illatā intemperan-
tium,bello persequerentur,& victo populo tribus Ben
iamin obtestarētur in coniugium se eis proprias filias
non daturos? Remanserat tribus sine vllo posteritatis
subsidio,nisi fraudis necessariæ accepisset licentiā. Q uę
tamen indulgentia congruo intēperantiæ supplicio nō
videtur vacare, quando illis hoc solum permissum est,
vt raptu inirent coniugia,non cōnubii sacramento. Et
reuera dignum fuit vt qui alienum contubernium sol-
uerant,ipsi nuptiarum amitterēt solennitatē. Q̄ plena
autem miserationis historia? Vir,inquit, Leuita acce-
Iudic. 19. perat sibi iugalem,(quam a concubitu concubinam ap
pellatam arbitror)quę aliquanto post quibusdā(vt fie-
ri solet offensa rebus,) ad patrem se cōtulit,& fuit illic
quatuor mensibus. Exurrexit vir eius,& abiit ad soceri
sui domum,vt cum sua iugali repararet gratiam,& re-
uocaret eam,ac reduceret. Occurrit mulier, atq; in do-
mum patris sui introduxit maritum. Lætatus adole-
scētulæ pater venit obuiam, & sedit cum eo tribus die-
bus,& epulati sunt, & quieuerunt. Et sequenti die sur-
rexit Leuita diluculo,& retentus est a socero,vt tā cito
non discederet conuiuii iucunditatem. Et alio & tertio die
non permisit pater adolescentulę proficisci generū suū,
I donec lætitia & gratia inter eos omnis consummare-
tur. Sed die septimo cum iam ad vesperum declinaret
dies,post mensas & læta cōuiuia,cum prætexeret finis-
timæ noctis vicinia, et apud suos potius q̄ apud extra-
neos requiescendum putaret, nequiuit tenere,& dimi-
sit vna cum filia sua virum. Verum vbi facta est aliqua
progressio,cū vesper iam propior vrgeret,& appropin-
quandum foret ad vrbem Iebusæorum, dicēte seruulo
vt ad eam dominus suus deflecteret,non acquieuit do-
minus suus,quia non erat ea ciuitas filiorum Israel:sed
intendit peruenire vsq; Gabaa,quę habitabatur a popu
lo tribus Beniamin. Nec erat quisq̄ qui aduenientes re-
ciperet hospitio,nisi vir peregrinus,pgressa ætate. Q ui
cum aspexisset eos, interrogauit Leuitā: Quo vadis,
vel vnde venis? quo respondente quod esset viator, &
repeteret montē Effrem, & non esset qui colligeret eū:
hospitium obtulit,adornauit conuiuiū. At vbi satietas
epulandi facta est,& mensæ remotæ,irruentes pestilen
tes viri circumierunt domum. Tūc senior filiam suam
virginem, & coæqualem eius cum qua cubitare solita
esset,offerebat viris iniquitatis,tātum ne vis irrogare-
tur hospiti. Verum vbi partū ratio processit, & vis præ- K
ualuit,cessit Leuites iugalem suam. Et cognouerūt eā,
& tota nocte illuserunt ei. Quę atrocitate vel dolore vi
cta iniuriæ, ante ostium hospitii quo vir suus diuerte-
rat,proiecit se,atq; exhalauit spiritum,supremo licet vi
tæ munere affectum bonæ cōiugis seruās, vt exequias
saltem sui funeris marito referuaret. Quo cognito (ne
multis morer) omnis prope populus Israel in bellū ex-
arsit,dubioq; euentu cum anceps maneret prœliū, tertia
tamen præliandi vice traditus est populus Beniamin
populo Israel,& diuina iudicatus sententia pœnas in-
temperantiæ luit. Condēnatus quoq; ne quis ei ex nu-
mero patrum filiam suam daret in vxorem. Id confir-
matum iurisiurandi sacramēto est. Sed compūcti quod
tam acerbam in fratres tulissent sententiam,ita seueri-
tatem eius temperauerunt, vt orbatas parentibus vir-
gines in cōiugium sibi adsciscerēt, quorum patres pro
delicto perepti forent, vel raptu copulam sociarēt: quia
pro tam turpis commissi facinore,qui alieni matrimo-
nii ius violauerant,indignos se impetrando exhibuere
matrimonio. Sed ne periret vna populo trib⁹, fraudis
indulta est cōiuentia. Quanta igitur honestatis cura
maioribus fuerit,hinc proditur, vt quadraginta milia
virorum stringerent gladium aduersus fratres suos de
tribu Beniamin,dum vlcisci volunt iniuriam impudi
citiæ, quia temeratores castitatis non sufferebantur. † Talias non
Itaq; eo bello cęsa sunt vtrinq; sexaginta quinque milia offerebāt.
bellatorum,& exustæ vrbes. Et cū inferior primo fuis-
set populus Israel, tamen nec aduersi metu belli perci-
tus vindicandæ castitatis sequestrauit dolorem. Rue-
bat in prælium, vel sanguine suo parans cōmissi flagi-
tii diluere notam. Et quid mirum si populo dei decori L
illud atq; honestū curæ fuit,quādo etiam leprosis(sicut 4. Reg. 6
in libris Regnorum legimus)honestatis non defuit cō
sideratio? Fames erat magna in Samaria,quia obsede
rat eam Syrorū exercitus. Rex militares excubias su-
pra murum solicitus reuisebat. Interpellauit eū mulier
dicens: Persuasit mihi hæc mulier vt afferrem filium
meum,& attuli,& coximus & comedimus eū, & pro-
misit vt & ipsa postea filium suum afferret,& carnes il-
lius simul manducaremus. Nunc autem filium suum
abscondit,& non vult eū afferre. Motus rex quod non
solum humanis sed etiam parricidalibus cadaueribus
mulieres pastæ viderentur,& tam atrocis calamitatis
exemplo percitus, Helisæo prophetę mādauit necem,
cuius in potestate fore crederet vt obsidionē solueret,
propulsaret famem,vel quia nō permiserat regi vt per-
cuteret Syros quos cæcitate perfuderat. Sedebat Heli
sæus cum senioribus in Bethel, & priusq̄ introiret ad
eū regis nuncius,ait ad seniores viros: Si vidistis quo-
niam filius homicidę illius misit auferre caput meum? M
Et introiuit nuncius, & mandatum regis pertulit, de-
nuncians præsens capitis periculum. Cui respōdit pro-
pheta: Hac hora diei crastina,mēsura similaginis siclo, 4. Re. 7.
& duæ mensuræ hordei siclo in porta Samariæ. Et cū
missus a rege nuncius non credidisset,dicens, si pluerit
dominus de cælo abundantiam frumēti,ne sic quidem
id posse effici:dixit ad eum Helisæus: Quia non credi-
disti,oculis vid ebis'tuis,& non manducabis. Et factus
est subito in castris Syrię velut quadrigarum sonus, &
vox multitudinis,& vox magnæ virtutis,atq; ingens
belli tumultus,& arbitrati sunt Syrii quod rex Israel in
societatem aduocasset prœlii regem Aegypti,& regem
Amorræorum:& fugerūt diluculo,relinquentes taber
nacula sua; quoniam verebantur ne improuiso aduētu
nouorum opprimerētur hostium,& coniunctis regum
viribus non possent resistere. Id incognitum Samariæ
erat,quoniam victi metu,& fame tabidi,nec prętende-
re audebant. Erant autem leprosi quatuor ad portā ci-
uitatis,quibus vita erat supplicium,& mori lucrum,&
dixerūt ad se inuicem: Ecce nos hic sedemus,& mori-

A mur. Si ingredimur vrbem,moriemur fame. si mane-
mus hic,nullum subsidium viuēdi suppetit nobis. Ea-
mus in castra Syriæ,aut compendium mortis erit,aut
salutis remedium. Perrexerunt itaq;, & intrauerunt ca
stra,& ecce omnia nuda hostiū. Ingressi tabernacula,
primum repertis alimētis fugauerunt famem, deinde
auri & argenti quantum potuerunt diripuerunt. Et cū
soli possent prædæ incubare,elegerunt tamē regi nun-
ciare fugisse Syrios: quia id honestum arbitrabātur,q̄
represso indicio fouere fraudis rapinam. Quo indicio
egressus est populus, & diripuit castra Syriæ, & com-
meatus hostium: abundantiam fecit annonæ, vilita-
tem reddidit,vt secundum propheticum dictum men-
sura similaginis siclo,& duæ mensurę hordei pari pre-
cio constarent. In hac lætitia plebis nuncius ille in quo
requiescebat rex,constitutus in porta inter exeuntium
festinationem & remeantium exultationem conculca
tus a plebe mortuus est.

Laus honestatis,magnanimitate Hester,& fide Io
nathæ commendatur & Achimelech. Ca. XV.

VID Hester regina, nōne vt populum suū
periculo erueret (quod erat decorum atq; ho
nestum) morti se obtulit, nec immitis regis
trepidauit furorem? Ipse quoq; rex Persarū
ferox atq; tumido corde,tamen decorū iudicauit indici
insidiarum quæ sibi paratę forent, gratiā repręsentare,
B populumq; liberum a seruitute eripere, eruere neci, nec
parcere neci eius qui tam indecora suasisset. Deniq; quē
secundū a se,ac præcipuū inter omnes amicos haberet,
cruci tradidit, quod dehonestatū se eius fraudulētis cō
siliis animaduertisset. Ea enim amicitia ,pbabilis, quæ
honestatem tuetur,præferēda sane opibus,honoribus,
potestatibus:honestati vero præferri non solet,sed ho
nestatē sequi. Q ualis fuit Ionathæ: qui pro pietate nec
offensam patris,nec salutis periculū refugiebat. Q ua-
lis fuit Achimelech, qui pro hospitalis gratiæ officiis
necem potius sibi q̄ proditionem fugientis amici subi-
endam arbitrabatur.

De moderamine amicitiæ conferuandæ,claudi-
tur volumen. Cap. XVI.

NIHIL igitur præferendum honestati: quæ
tamē ne amicitiæ studio prętereatur, etiam
hoc scriptura admonet. Sunt enim pleræq;
philosophorum quęstiones, vtrū amici cau-
sa quisquā contra patriam sentire necne debeat, vt ami
co obediat: vtrum oporteat vt fidem deferat dū indul
get atq; intēdit amici cōmoditatibus. Et scriptura qui-
Prou. 25. dem ait: Claua & gladius & sagitta ferrata, sic homo
est testimonium dās falsum aduersus amicum suum.
Sed cōsidera quid adstruat. Non testimoniū reprehen
dit dictum in amicum,sed falsum testimonium. Q uid
C enim si dei causa, quid si patriæ cogatur aliquis dicere
testimonium? Nunquid præponderare debet amicitia
religioni,prępondęrare charitati ciuium? In his tamen
ipsis rebus requiręda est veritas testimonii, ne amicus
appetatur amici pfidia,cuius fidē absolui debebat. A-
micus itaq; neq; noxio gratificari debet, neq; innocenti
insidiari. Sane si necesse sit dicere testimonium: si quid
in amico vitii cognouerit, corripere occulte:si nō audie
rit,corripere palam. Sunt enim bonæ correptiones, &
plerūq; meliores,q̄ tacita amicitia. Etsi lædi se putat a-
micus,tu tamen corripe. Etsi amaritudo correptionis
animum eius vulneret, tu tamē corripere ne verearis.
Prou. 27. Tolerabiliora sunt enim amici vulnera,q̄ adulantium
oscula. Errantem igitur amicum corripe, innocentē a-
micum ne deseras. Constās enim debet esse amicitia,
persęuerare in affectu,non puerili modo amicos muta-
re vaga quadam debemus sententia. Aperi pectus tuū D
amico,vt fidelis sit tibi,& capias ex eo vitæ tuę iucun-
ditatem. Fidelis enim amicus,medicamentum est vi-
tæ,& immortalitatis gratia. Defer amico vt æquali,
nec te pudeat vt præuenias amicum officio. A micitia
enim nescit superbiam. Ideo sapiens dicit: A micū salu Eccli. 22.
tare nō erubescas. Nec deseras amicum in necessitate,
nec dereliquas eum, neq; destituras,quoniā amicitia vi-
tæ adiumētum est. Ideo in ea onera nostra portemus,
sicut Apostolus docuit. Dicit enim iis quos eadē com
plexa est charitas: Etenim si amici secundę res amicos
adiuuant,cur nō & in aduersis amici rebus amicorum
adiumētum suppetatę? Iuuemus consilio, conferamus
studia,compatiamur affectu. Si necesse est, toleremus
propter amicum etiam aspera. Pleriq; inimicitiæ sub-
eundæ sunt propter amici innocentiam, sępe obtrecta-
tiones. si restiteris vel respōderis cum amicus arguitur
& accusatur,nec te pœniteant eiusmodi offensiones. Iu
sti enim vox est: Et si mala mihi euenerint ,ppter ami-
cū, sustineo. In aduersis enim amicus probatur. Nam
in prosperis amici omnes videntur. Sed vt in aduersis
amici patientia & tolerantia necessaria,sic in prosperis
autoritas congrua est, vt insolentiā extollentis se amici
reprimat & redarguat. Q̄ pulchre in aduersis positus
Iob dicit: Miseremini mei amici mei, miseremini. Iob. 19.
Nō quasi abiecta vox ista est: sed quasi censoria. Nā cū
iniuste argueretur ab amicis, respondit: Miseremini
mei amici. hoc est, misericordiā debetis facere: oppri-
mitis autem vos & impugnatis hominem,cuius eru- E
mnis cōpati ,p amicitia vos oportebat. Seruate igitur
filii initam cum fratribus amicitiā, qua nihil est in re-
bus humanis pulchrius. Solatium quippe vitæ huius
est vt habeas cui pectus aperias tutum, cum quo arca-
na participes,cui cōmittas secretū pectoris, vt colloces
tibi fidelem virum, qui in prosperis gratuletur tibi, in
tristibus cōpatiatur,in perfectionibus adhortetur. Q̄
boni amici Hebræi pueri,quos a sui amore nec forna-
cis ardentis flāma diuisit? De quo loco, vt superius di-
ximus,bene ait sanctus Dauid: Saul & Ionathas spe- 2. Reg. 1.
ciosi & charissimi,inseparabiles in vita sua, & in morte
non sunt separati. Hic est amicitiæ fructus, nō vt fides
propter amicitiam deseratur. Non potest enim homi-
ni amicus esse, qui deo fuerit infidus. Pietatis custos
amicitia est,& æqualitatis magistra, vt superior infe-
rioris se exhibeat æqualem,inferior superiori. Inter dis-
pares enim mores non potest esse amicitia: & ideo con
uenire sibi vtriusq; debet gratia. Nec autoritas desit in- F
feriori,si res popoposcerit, nec hūilitas superiori. A udiat
quasi parem,quasi æqualem, & ille quasi amicus mo-
neat,obiurget non iactantiæ studio,sed affectu charita
tis. Neq; monitio aspera sit,neq; obiurgatio contume-
liosa. Sicut enim adulationis fugitans amicitia debet
esse,ita etiā aliena insolentiæ. Q uid est enim amicus,
nisi consors amoris, ad quem animum tuum adiūgas
atq; applices,& ita misceas,vt vnum velis fieri ex duo-
bus,cui te tāq; alteri tibi cōmittas, a quo nihil timeas,
nihil ipse commodi tui causa inhonestum petas? Non
enī vectigalis amicitia est: sed plena decoris,plena gra-
tiæ. Virtus est enim amicitia,non quæstus: quia non
pecunia queritur,sed gratia: nec licitatione preciorum,
sed concertatione beneuolentiæ. Deniq; meliores ami-
citiæ sunt inopum plerunq; q̄ diuitū: & frequenter diui
tes sine amicis sunt, quibus abundant pauperes. Non
est enī vera amicitia, vbi est fallax adulatio. Diuitibus
itaq; pleriq; assentatorie gratificantur. Erga pauperem
nemo simulator est. Verū est quicquid defertur pau-
peri. huius amicitia inuidia vacat. Q uid amicitia pre-
ciosius,quę angelis cōmunis & hominibus est? Vnde
& dominus Iesus dicit: Facite vobis amicos de iniquo Lu. 16.
māmona,qui recipiant vos in æterna tabernacula sua.
Ipse nos deus amicos ex seruulis facit,sicut ipse ait: Iā Ioan. 15.

G vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis.
Dedit formam amicitię quam sequamur, vt faciamus
amici voluntatem, vt aperiamus secreta nostra amico
quæcunq; in pectore habemus, & nos illius arcana non
ignoremus. Ostendamus illi nos pectus nostrū, & ille
Ibidem. nobis aperiat suum. Ideo, inquit, vos dixi amicos, quia
omnia quæcunq; audiui a patre meo, nota feci vobis.
Nihil ergo occultat amicus si verus est. effundit ani-
mum suū, sicut effundebat mysteria patris dñs Iesus.
Ergo qui facit mandatum dei, eius amicus est, & hoc
honoratur nomine. Qui est vnanimis, ipse amicus est:
quod vnitas animorū in amicis sit, neq; quisq̃ detesta-
bilior, q̃ qui amicitiam læserit. Vnde in proditore dñs
hoc grauissimum inuenit quo eius condemnaret perfi-
diam, quod gratiæ vicē nō repræsentauerit, & couiuiis
Psal. 54. amicitiæ venenum malitiæ miscuerit. Itaq; sic ait: Tu
vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, q sem
per mecū dulces capiebas cibos. Hoc est, non potest sus
tineri istud, quia vnanimis appetisti eū qui tibi dona-
uerat gratiā. Nā si inimicus meus maledixisset mihi,
sustinuissem vtiq;: & ab eo qui me oderat, abscōderem
me. Inimicus vitari potest, amicus nō potest, si insidia-
ri velit. Illum cauemus cui non cōmittimus cōsilia no- H
stra: hunc cauere non possumus, cui cōmisimus. Itaque
ad aceruādam peccati inuidiā non dixit, tu vero seruus
meus, apostolus meus, sed vnanimis meus, hoc est, nō
meus, sed etiam tuus proditor es, qui vnanimū prodi-
disti. Dominus ipse cū a tribus regibus offensus esset
qui sancto Iob honorem non detulissent, ignoscere his
per amicum maluit, vt amicitiæ suffragiū remissio fie-
ret peccatorū. Itaq; rogauit Iob, & dominus ignouit.
Profuit illis amicitia, quibus obfuit insolentia.

HAEC apud vos deposui filii, quæ custodia-
tis in animis vestris: quæ vtrū aliquid profe
ctus habeant, vos probabitis. Interim copiā
multam exemplorum afferunt. Nam pro-
pe omnia maiorum exempla, plurima quoq; dicta his
tribus inclusa libris tenentur, vt etsi sermo nihil deferat
gratiæ, series tamen vetustatis quodam compēdio ex-
pressa, plurimum instructionis conferat.

Finis libri tertii & vltimi Officiorum
diui Ambrosii.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOlanensis ad Marcellinam sororem suam de virginibus liber primus.

A SI IVXTA CAELE-
stis sententiam veritatis, ver
bi totius quodcunq; ociosum
fuerim⁹ locuti, habem⁹ præ-
stare ratione, vel si vnusquis-
que seruus credita sibi talēta
gratię spiritualis (quę nūmu
lariis diuidēda forent, vt cre-
scētibus multiplicarētur vsu-
ris) intra terrā suam vel qua-
si timidus fœnerator, vel quasi auarus possessor abscon
derit, non mediocrem domino reuertente offensam in-
cidet: iure nobis verendum est, quibus licet ingeniū te-
nue, necessitas tamen maxima, eloquia dei credita po-
puli fœnerare mentibus, ne vocis quoq; nostræ poscat
vsuram, præsertim cum studium a nobis dominus nō
profectum requirat. Vnde scribendi aliquid sententia
fuit. Maiore siquidē pudoris periculo auditur vox no-
stra q̃ legitur. Liber enim nō erubescit. Equidem inge-
nio diffisus, sed diuinæ misericordię prouocatus exem
plis, sermonem meditari audeo. Nam volēte deo etiā
B asina locuta est. Quod si mihi sub istius seculi onerib⁹
constituto assistat angelus, ego quoq; muta diu ora la-
xabo. Potest enim soluere impedimēta imperitiæ, qui
in illa asina soluit naturę. In arca veteris testamēti vir-
ga floruit sacerdotis. Facile deo est vt in sancta ecclesia
de nostris quoq; nodis flos germinet. Cur autem despe
randum q dominus loquatur in hominibus, qui est lo-
cutus in sentibus, nec rubum est dedignatus? Atq; vti-
nā meas quoq; illuminet spinas. Erunt fortasse qui etiā
in nostris sentibus aliquem mirentur lucere fulgorem,
erunt quos spina nostra non vrat, erunt quibus de rubo
audita vox nostra soluat de pedibus calciamentum, vt
impedimentis corporalibus exuatur mentis incessus.
Sed hæc sanctorum merita virorum. Vtinam me sub
illa infructuosa adhuc ficu iacētem ex aliqua Iesus par-
te respiceret, ferret post trienniū fructus & nostra ficus.
Lucę. 13. Sed vnde tantum peccatoribus spei? Vtinam saltē il-
le euangelicus dominicæ cultor vineæ ficum nostram
fortasse iam iussus excidere, dimittat illā & hoc anno,
vsq; dum fodiat, & mittat cophinum stercoris. nā forte
de terra suscitet inopem, & de stercore erigat pauperē. Psal. 112.
Beati qui sub vite & olea equos suos alligant, laborem
cursuum suorum paci & lætitiæ consecrantes, ne ficus C
adhuc, id est, illecebrosa deliciarum obumbret prurigo
mundi, humilis ad altitudinem, fragilis ad laborē, mol
lis ad vsum, sterilis ad fructum. Ac fortasse miretur ali
quis cur scribere audeo qui loqui nequeo. Attamē si re-
petamus quę legimus in euāgelicis scripturis, & sacer-
dotalibus factis, ac nobis sanctus Zacharias propheta
documēto sit: inuenies esse quod vox non explicet, sty-
lus signet. Quod si nomē Ioannis reddidit patri vocē,
ego quoq; desperare nō debeo quin vocem licet mutus
accipiam, si loquar Christū: cuius quidem generationē
iuxta propheticum dictū quis enarrabit? Et ideo quasi
seruus domini familiā prędicabo. Immaculatus enim
dominus, immaculatam sibi familiā etiam in hoc ple-
no colluuionum fragilitatis humanæ corpore cōsecra-
uit. Et bene procedit vt quoniam hodie natalis est vir-
ginis, de virginib⁹ sit loquēdū, & ex pdicatione liber su-
mat exordiū. NATALIS est virginis, itegritatē
sequamur. Natalis est martyris, hostias immolemus.
Natalis est sanctæ Agnes, mirentur viri, non desperēt
paruuli, stupeant nuptæ, imitentur innuptæ. Sed quid
dignum ea loqui possumus, cuius ne nomē quidem est
vacuum luce laudis? Fuit deuotio supra ętatem, virtus
supra naturam: vt mihi videatur nō hominis habuisse
nomē, sed oraculum martyris, quæ indicauit quid esset
futura. Habeo tamen vnde mihi subsidium cōparetur.
Nomen virginis titulus est pudoris. Appellabo mar- D
tyrem. Prędicaui satis. prolixa laudatio est quę nō quę-
ritur, sed tenetur. Facessant igitur ingenia, eloquentia
conticescat. Vox vna pręconium est. Hanc senes, hanc
iuuenes, hanc pueri canant. Nemo est laudabilior q̃ qui
ab omnibus laudari potest. Quot homines, tot præco
nes qui martyrē prædicant dum loquuntur. Hæc duo-
decim annorum martyrium fecisse traditur. Quo dete
stabilior crudelitas quæ nec minusculæ pepercit ætati.
Immo magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimoniū
inuenit ætate. Fuit ne in illo corpusculo vulneri locus?
Et quæ non habuit quo ferrū reciperet, habuit quo fer-
rum vinceret. At istius ætatis puellæ toruos etiā vul-
tus parentum ferre non possunt, & acu districta solent
puncta flere quasi vulnera. Hęc inter cruentas carnificū
impauida manus, hæc stridentium grauibus immobi
lis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis
totū offerre corpus, mori adhuc nescia, sed parata vel

A si ad aras inuita raperetur, tendere Christo inter ignes
manus, atq; in ipsis sacrilegis focis trophæū domini si-
gnare victoris, nunc ferratis colla manusq; ambas inse
rere nexibus. Sed nullus tam tenuia membra poterat
nexus includere. Nouū martyrii genus. Nōdum ido-
nea pœnæ, & iam matura victoriæ, certare difficilis, fa
cilis coronari, magisterium virtutis impleuit, quę prę-
iudicium vehebat ætatis. Nō sic ad thalamum nupta
properaret, vt ad supplicii locum lęta successu, gradu fe
stina virgo processit, non intorto crine caput cōpta, sed
Christo: non flosculis redimita, sed moribus. Flere o-
mnes, ipsa sine fletu. Mirari pleriq; quod tam facile vi-
tæ suæ prodiga, quam nondum hauserat, iā quasi per-
functa donaret. Stupere vniuersi, quod iam diuinitatis
testis existeret, quæ adhuc arbitra sui per ætatē esse nō
posset. Effecit deniq; vt ei de deo crederetur, cui de ho-
mine adhuc non crederetur: quia quod vltra naturam
est, de autore naturæ est. Quanto terrore egit carnifex
vt timeretur, quantis blanditiis vt suaderet, quātorum
vota vt sibi ad nuptias proueniret. At illa: Et hęc spon
si iniuria est, inquit, expectare placituram. Qui me sibi
prior elegit, accipiet. Quid percussor moraris? Pereat
corpus qd amari potest oculis quibus nolo. Stetit, ora-
uit, ceruicē inflexit. Cerneres trepidare carnificē, quasi
ipse addictus fuisset, tremere percussoris dextram, pal-
lere ora alieno timentis periculo, cū puella non timeret
suo. Habetis igitur in vna hostia duplex martyriū, pu-
doris & religionis. Et virgo permansit, & martyrium
obtinuit. Inuitat nunc integritatis amor, & tu soror san
B cta vel mutis tacita moribus, vt aliquid de virginitate
dicamus, ne veluti transitu quodā præstricta videatur,
quæ principalis est virtus. Non enim ideo laudabilis
virginitas, quia in martyribus reperitur: sed quia ipsa
martyres faciat. Quis autem humano eā possit inge-
nio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legi
bus? Aut quis naturali voce cōpecti, quod supra vsum
naturæ sit? E cœlo arcessiuit, quod imitaretur in terris.
Nec immerito viuendi sibi vsum quæsiuit e cœlo, quę
sponsum sibi inuenit in cælo. Hæc nubes aera angelos
sideraq; transgrediēs, verbum dei in ipso sinu patris in-
uenit, & toto hausit pectore. Nam quis tātum cum in-
Canti. 1. uenerit relinquat boni? Vnguētum enim exinanitum
est nomen tuum. Propterea adolescentulæ dilexerunt
te, & attraxerunt te. Postremo non meū est illud, quo-
Matt. 22 niam quæ non nubunt neq; nubentur, erunt sicut ange
li dei in cælo. Nemo ergo miretur si angelis comparen
tur, quæ angelorum domino copulantur. Quis igitur
neget hanc vitam fluxisse de cælo, quam non facile in-
Ioan. 1. uenimus in terris? Nisi postq̃ deus in hæc terreni cor-
poris membra descendit. tunc in vtero virgo concepit,
C & verbum caro factum est: vt quod caro factum est, ca-
ro fieret dei. Dicet aliquis: Sed etiam Helias nullis cor
porei coitus fuisse permixtus cupiditatibus inuenitur.
Ideo ergo curru raptus ad cælū, ideo cum domino ap-
paret in gloria, ideo dominici vēturus est pręcursor ad-
uentus. Et Maria sumens tympanū pudore virgineo
choros duxit. Sed cōsiderate cuius illa speciem tūc gere
bat. Nōne ecclesiæ, quę religiosos populi cœtus qui car
mina diuina concinerent, immaculato virgo spiritu co
pulauit? Nam etiam templo Hierosolymis fuisse legi-
1. Cor. 10. mus virgines deputatas. Sed quid apostol⁹ dicit? Hæc
autem in figura contingebāt illis, vt essent indicia futu
rorum. Figura enim in paucis est, vita in pluribus. At
vero posteāq̃ dominus in corpus hoc veniens, cōtuber-
nium diuinitatis & corporis sine vlla concretæ cōfusio-
nis labe sociauit, tunc toto orbe diffusus corporibus hu
manis vitæ cælestis vsus inoleuit. Hoc illud est quod
ministrātes in terris angeli decātarunt futurum genus
quod ministerium domino immaculati corporis obse-
quiis exhiberet. Hæc est cælestis illa militia, quam lau
dantium exercitus angelorū promittebat in terris. Ha-
bemus ergo autoritatem vetustatis a seculo, plenitudi- D
nem professionis a Christo. Certe nō est hoc mihi com
mune cum gentibus, non populare cū Barbaris, nō cū
cæteris animantibus vsitatum, cum quibus etsi vnum
eundemq; vitalem aeris huius carpimus spiritum, vul
garem terreni corporis participamus statum, generan
di quoq; non discrepamus vsu: hoc solo tamen naturæ
parilis cōuitia declinamus, quod virginitas affectatur
a gentibus, sed consecrata violatur, incursatur a Barba
ris, nescitur a reliquis. Quis mihi prætēdit Vestę vir-
gines, & Palladis sacerdotes? Qualis ista est non mo-
rum pudicitia, sed annorum, quæ non perpetuitate, sed
ętate præscribitur? Petulātior est talis integritas, cuius
corruptela seniori seruatur ætati. Ipsi docent virgines
suas nō debere perseuerare nec posse, qui virginitati fi-
nem dederunt. Qualis autem est illa religio, vbi pudi-
cæ adolescētes iubentur esse, impudicæ anus? Sed nec
illa pudica est quę lege tenetur, & illa impudica quæ le-
ge dimittitur. O mysteria, o mores, vbi necessitas im-
ponitur castitati, autoritas libidini datur. Itaq; nec ca-
sta est quę metu cogitur, nec honesta quæ mercede con
ducitur, nec pudor ille qui intemperantiū oculorū quo-
tidiano expositus conuitio flagitiosis aspectibus verbe
ratur. Conferūtur immunitates, offerūtur precia, quasi
non hoc maximū petulantiæ sit indicium, castitatē vē-
dere. Quod precio pmittitur, precio addicitur, & pre-
cio remuneratur. Nescit redimere castitatem quæ ven-
dere solet. Quid de sacris Phrygiis loquar, in quibus
impudicitia disciplina est, atq; vtinā sexus fragilioris?
Quid de Orgiis Liberi, vbi religionis mysterium est
incentiuum libidinis? Qualis igitur potest ibi vita esse
sacerdotum, vbi colitur stuprum deorum? Non habēt
igitur sacram virginem. Videamus ne forte aliquā vel
philosophiæ pręcepta formauerint, quæ magisterium
sibi omniū solent vēdicare virtutū. Pythagorea quædā E
vna ex virginibus celebratur fabulis: quæ cū a tyranno
cogeretur secretum prodere, ne quid in se ad extorquen
dam confessionē vel tormentis liceret, morsu linguam
abscidisse fertur, atq; in tyranni faciem despuisse, vt qui
interrogandi finem nō faciebat, non haberet quā inter-
rogaret. Eadem tamen forti animo, sed tumēti vtero,
exemplum taciturnitatis, & proluuium castitatis, vi-
cta est cupiditatibus, quę tormentis vinci nequiuit. Igi-
tur quæ mentis potuit tegere secretū, corporis nō texit
opprobrium. Vicit naturam, sed non tenuit disciplinā.
Quę vellet ī voce munimētū sui pudoris existere? eo for-
tasse erudierat illā pœnitentia, vt culpam negaret. Nō
igitur inuicta vndiq;. Nam & tyrannus licet non potue
rit inuenire quod interrogabat, tamē quod non interro
gabat inuenit. Quanto nostræ virgines fortiores, quæ
vincunt etiā quas nō vident potestates, quibus nō tan-
tum de carne & sanguine, sed etiam de ipso mūdi prin- F
cipe seculiq; rectore victoria est. Aetate vtiq; Agne mi
nor, sed virtute maior, triūpho numerosior, constantia
confidētior, non sibi linguam propter metum abstulit,
sed propter trophæum reseruauit. Nihil enim habuit
quod pdi timeret, cuius nō erat criminosa sed religiosa
confessio. Itaq; illa secretū tantūmodo celauit, hæc pro-
bauit deum, quem quia ætas nondū poterat confiteri,
natura confessa est. In laudationibus solet patria prędi-
cari & parentes, vt in commemoratione autoris digni-
tas successionis exaggeretur. Ego licet laudationē non
susceperim virginitatis, sed expressionē, ad rem tamē
pertinere arbitror, vt quę sit ei patria, quis autor, appa-
reat. Ac prius vbi sit patria definiamus. Si enim ibi est
patria, vbi genitale domicilium: in cęlo profecto est pa-
tria castitatis. Itaq; hic aduena, ibi incola est. Quid au-
tem est castitas virginalis, nisi expers contagionis inte
gritas? Atq; eius autorē quē possumus existimare nisi
immaculatū dei filium, cuius caro nō vidit corruptio-
nem, diuinitas non est experta contagionem? Videte

G igitur q̃ta virginitatis merita sunt. Christus ante virginem, Christus ex virgine, a patre quidem natus ante secula, sed ex virgine natus ob secula. Illud naturæ suę, hoc nostræ vtilitatis est. Illud erat semper, hoc voluit. Spectate aliud virginitatis meritũ. Christus virginis sponsus, & si dici potest, Christus virgineæ castitatis. Virginitas enim Christi, nõ virginitatis est Christus. Virgo est ergo quæ nupsit, virgo quæ nos suo vtero portauit, virgo quæ genuit, virgo quę proprio lacte nutriuit. De qua legimus q̃ta fecit virgo Hierusalem. Nõ deficiẽt de petra vbera, neq; nix a Libano, aut declinauit aqua valida vẽto quę portatur. Qualis est hæc virgo quę trinitatis fontibus irrigatur, cui de petra fluunt aquæ, non deficiunt vbera, mella fundũtur? Petra au-
1.Cor.10. tem est iuxta Apostolũ Christus. Ergo a Christo non deficiunt vbera, claritas a deo, flumen a spiritu. Hęc est trinitas quæ ecclesiam suam irrigat, pater, Christus, & spiritus. Sed iã a matre descendamus ad filias. De vir-
Ibident.7 ginibus, inquit apostolus, præceptũ domini nõ habeo, consiliũ autem do. Si doctor gentiũ non habuit, habere quis potuit? Et præceptum quidem non habuit, sed habuit exemplum. Nõ enim imperari potest virginitas: sed optari. Nã quæ supra nos sunt, in voto magis q̃ in magisterio sunt. Sed volo vos inquit, sine solicitudine esse. Nam qui sine vxore est, solicitus est quæ dñi sunt, quomodo placeat deo. Et virgo cogitat quæ dñi sunt, vt sit sancta corpore & spiritu. Nam quæ nupta est, cogitat quæ mundi sunt, quomodo placeat viro. Nõ ego
H quidem dissuadeo matrimonium, sed virginitatis ate-
Rom.14. xeo beneficium. Q̃ui infirmus est, inquit, olera mãducet. Aliud exigo, aliud admiror. Alligat? es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? ne quæsieris vxorem. Hoc præceptum est copulatis. De virginibus autem quid ait? Et qui matrimonio iũgit virginẽ suã, bene facit: & qui nõ iungit, melius facit. Illa nõ peccat si nubat: hęc si non nubat, æterna est. Ibi remedium infirmitatis, hic gloria castitatis. Illa nõ reprehẽditur, ista laudatur. Conferamus si placet bona mulierum cũ vltimis virginum. Lactet licet fœcundo se mulier nobilis partu: quo plures generauerit, plus laborat. Numerat solatia filiorũ, sed numeret pariter & molestias. Nutrit, & plorat. Q̃ualia sunt vota quę flentur? Cõcipit & grauescit. Prius vtiq; impedimentũ fœcũditas incipit afferre q̃ fructum. Parturit & ęgrotat. Q̃ dulce pignus quod a periculo incipit, & in periculis desinit, prius dolori futurum q̃ voluptati? Periculis emitur, nec pro arbitrio possidetur. Quid recẽseam nutriendi molestias instituendi & copulandi? Felicium sunt istæ miseriæ.
I Habet mater hæredes: sed arguet dolores. Nam de adulteris nõ oportet dicere, ne sanctissimorum parentũ animi contremiscant. Vide mi soror q̃ graue sit pati quod non oportet audiri. Et hæc in præsenti seculo. Veniẽt autem dies quando dicant: Beatę steriles, & vẽtres quæ non genuerunt. Filiæ enim huius seculi generantur & generant, filia autem regni abstinet a voluptate viri, & a voluptate carnis, vt sit sãcta corpore & spiritu. Quid ego famulatus graues & addicta viris seruitia replicẽ fœminarũ, quas ante iussit deus seruire, q̃ seruos? Quę eo prosequor, vt indulgẽtius obsequãtur. Quibus hoc si probæ sunt, merces est charitatis: si improbæ, pœna delicti. Hinc illa nascitur incentiua vitiorũ, vt quæsitis coloribus ora depingãt, dum viris displicere formidãt, & de adulterio vultus meditentur adulterium castitatis. Quanta hæc amentia, effigiem mutare naturæ, picturam quærere, & dum verentur maritale iudicium, prodere suum? Prior enim de se pronunciat, quæ cupit mutare quod nata est. Ita dum alii studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem iudicem mulier veriorem requirimus deformitatis tuæ, q̃ te ipsam quæ videri times? Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis, cur te formosam esse mentiris, nec tuæ consciẽtię, nec alieni gratiam erroris habitura? Ille enim alteram diligit, k
tu alteri vis placere: & irasceris si amet aliã qui adulterare in te docetur? Male magistra es iniuriæ tuæ. Lenocinari refugit etiam quę passa lenonem est? Ac licet vilis mulier, nõ alteri tamẽ, sed sibi peccat, tolerabiliora quę propemodũ in adultero crimina sunt. Ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Iam quãto precio opus est ne etiam pulchra displiceat. Hinc preciosa collo dependẽt monilia, inde per humum vestis trahitur aurata. Emitur igitur hæc species, an habetur? Quid quod etiam odorum variæ adhibentur illecebræ, gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur? Quid ibi remanet suum, vbi tam multa mutantur? Sensus suos amittit mulier, & viuere posse se credit? Vos vero beatę virgines, quę talia tormenta potius q̃ ornamẽta nescitis, quibus pudor sanctus verecũda suffusus ora, & bona castitas est decori. non humanis addictę oculis, alieno errore merita vestra pẽsatis. Habetis sane & vos vestræ militiam pulchritudinis, cui virtutis militat forma, nõ corporis, quã nulla extinguet ætas, nulla eripere mors potest, nulla ægritudo corrũpere. solus formæ arbiter petitur deus, qui etiã in corpore minus pulchro diligit animas pulchriores. Non vteri onus notum, nõ dolor partus, & tamẽ numerosior soboles piæ mentis, quę omnes pro liberis habet. fœcũda successoribus, sterilis orbitatibus, nescit funera, nouit hæredes. Sic sancta ecclesia immaculata coitu, fœcunda partu, virgo est L
castitate, mater est prole. Parturit itaq; nos virgo, non viro plena, sed spiritu. Parit nos virgo, non cum dolore membrorũ, sed cum gaudiis angelorũ. Nutrit nos virgo, nõ corporis lacte, sed apostoli, quo infirmam adhuc crescentis populi lactauit ætatẽ. Quę igitur nupta plures liberos habet q̃ sancta ecclesia, quę virgo est sacramẽtis, mater est populis, cuius fœcunditatem etiã scriptura testatur dicens: Q̃uoniam plures filii desertę magis Esa.54.
q̃ eius quæ habet virum? Nostra virũ nõ habet, sed habet sponsum, eo quod siue ecclesia in populis, siue anima in singulis, sacræ doctrinę verbis sine vllo flexu pudoris quasi sponso inuubit æterno, effœta iniurię, fœtarationis. Audistis parentes quibus erudire virtutibus, quibus instituere disciplinis filias debeatis, vt habere possitis quarũ meritis vestra delicta redimantur. Virgo dei donum est, munus parentũ, sacerdotium castitatis. Virgo matris hostia est, cuius quotidiano sacrifi-
cio vis diuina placatur. Virgo indiuiduum pignus pa- M
rentum, quæ non dote solicitet, non emigratione destituat, non offendat iniuria. Sed nepotes aliquis habere desiderat, & auí nomẽ acquirere. Primum suos tradit, dum quærit alienos. Deinde certis defraudari incipit, dum sperat incertos, cõfert opes proprias, & adhuc poscitur, nisi dotẽ soluat exigitur. Si diu viuat, onerosus est. Emere istud est generũ, non acquirere, qui parentibus filię vendat aspectus. Ideo ne tot mẽsibus gestatur vtero, vt in alienam transeat potestatem? Ideo cõmendandę virginis cura suscipitur, vt citius parentibus auferat? Dicet aliquis: Ergo dissuades nuptias? Ego vero suadeo, & eos damno qui dissuadere consueruntvt pote qui Sarę ac Rebeccę & Rachel cęterarumq; veterum coniugia fœminarum pro documẽtis singulariũ virtutum recẽsere soleam. Q̃ui enim copulam damnat, damnat & filios, & ductam per successionũ seriem, generis societatẽ damnat humani. Nam quẽadmodũ duratura in seculũ ętas succedere posset ętati, nisi gratia nuptiarum procreandę studium sobolis incitaret? Aut quomodo prędicari potest quod immaculat? Isaac ad altaria dei victima paternę pietatis accessit, qđ Israel humano situs in corpore deum vidit, & religiosum populo dedit nomẽ, quorum originem damnat? Vnum sane licet sacrilegi homines habent, quod in his etiam a sapientissimis probetur, qui coniugia damnãdo profitentur, ipsi non debuissent nasci. Non vtiq; dissuadeo

A nuptias, si fructus sacræ virginitatis enumero. Paucarum quippe hoc munus est, illud omniũ. Nec potest esse virginitas nisi habeat vnde nascatur. Bona cũ bonis comparo, quo facilius quid præstet eluceat. Neq; mea sententiam affero, sed eam repeto quam edidit spiritus sanctus per prophetã. Melior est, inquit, sterilitas cum virtute. Primum enim quod nupturę præ cęteris cõcupiscamt, vt sponsi decore se iactẽt: eo necesse est impares sacris se fateantur esse virginibus, quibus solis cõtingit
Psal.44. dicere: Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis. Q̃uis est iste sponsus? Nõ vilibus addictus obsequiis, non caducis superbus diuitiis, sed
2 cuius sedes in seculum seculi, filiæ regũ in honore eius. Astitit regina a dextris eius i vestitu deaurato, varietate circũamicta virtutũ. Audi igitẽ filia, & vide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populũ tuum, & domũ patris tui, quoniam cõcupiuit rex speciem tuam, quia ipse est deus tuus. Et aduerte quãtum tibi spiritus sanctus scripturę diuinę testificatione detulerit. Regnum, aurũ, pulchritudinem. Regnũ, vel quia sponsa es regis ætemi, vel quia inuictũ animũ gerens, ab illecebris voluptatum non captiua haberis, sed quasi regina dominaris. Aurũ, quia sicut illa materies examinata igne preciosior est, ita corporis species virginalis spiritu consecrata diuino, formæ suę acquirit augmentũ. Pulchritudinem vero quis potest maiorem existimare decore eius quæ amatur a rege, probatur a iudice, dicatur domino, consecratur deo, semper sponsa, semper innupta, vt nec amor finem habeat, nec damnũ pudor? Hæc pa-
B fecto vera pulchritudo est, cui nihil deest, quæ sola me-
Canti.4. retur audire a domino: Tota es formosa ,pxima mea, & reprehensio nõ est in te. Veni huc a Libano, trãsibis & pertransibis a principio fidei, a capite Sanir & Hermon, a latibulis leonũ, a mõtibus pardorum. Quibus indiciis ostenditur perfecta & irreprehensibilis virgina lis animæ pulchritudo, altaribus cõsecrata diuinis, inter occursus & latibula spiritualium bestiarũ nõ inflexa mortalibus, sed intenta mysteriis dei meruisse dilectũ,
Psal.103 cuius vbera plena lætitię. Vinũ enim lętificat cor ho-
Canti.4. minis. Et odor, inquit, vestimẽtorum tuorum super omnia aromata. Et infra: Et odor, inquit, vestimentorũ tuorũ sicut odor Libani. Vide quẽ nobis tribuas virgo processum. Primus enim odor tuus super omnia aromata quæ in saluatoris missa sunt sepulturam: & mortuos corporis motus, membrorumq; redolet obisse delicias. Secundus odor tuus sicut odor Libani dominici corporis, integritatem virgineę florem castitatis exhalat. Fauum itaq; mellis tua opera cõponant. Digna enim virginitas quæ apibus cõparetur, sic laboriosa, sic pudica, sic continens. Rore pascitur apes, nescit cõcubitus, mella componit. Ros quoq; virginis est sermo diuinus, quia sicut ros dei verba descendunt. Pudor virginis est int=merata natura. Partus virginis fœtus laboriorum, expers amaritudinis, fertilis suauitatis, in cõ-
mune labor, cõmunis est fructus. Q̃ te velim filia imi-
C tatricem esse huius apiculæ, cui cibus flos est, ore soboles legitur, ore componitur. Hãc imitare tu filia. verba tua nullum doli velamen obtendant, nullum habeant fraudis inuolucrum, vt & puritatem habeant, & plena grauitatis sint, meritorũ quoq; tuorũ tibi ætema poste ritas tuo ore pariatur. Nec soli tibi, sed etiã pluribus cõgreges. Quis sat enim quãdo a te anima tua reposcatur? Nec receptacula horreorũ frumẽtis coaceruata dimittẽs, nec vitæ tuę vsui profuturæ, nec meritis, rapiaris eo quo thesaurũ tuum ferre non possis. Dives igitur esto, sed paupi, vt naturę participes tuæ, participes sint etiam facultatum. Florem quoq; tibi demonstro carpẽ
Canti.2. dum: illum vtiq; qui dixit: Ego flos campi, & liliũ conuallium, tanq̃ lilium in medio spinarũ. quod est euidentis indicii spiritualiũ nequitiarũ sentibus virtutes obsideri, vnde nemo fructum referat, nisi qui cautus accedat. Sume igitur alas virgo, sed spiritus, vt superuoles D
vitia si contingere cupis Christum. In altis habitat, & humilia respicit. Et species ei? sicut cedrus Libani, quę comã nubibus, radicẽ in terris inserit. Principiũ enim eius in cælo, posteriora eius in terris, fructus cęlo proximos ediderunt. Scrutare diligẽtius tam bonũ florem, nec vbiq; eũ in pectoris tui cõualle reperies. humilibus enim frequẽter inhalatur. Amat generari in hortis, in quibus eum Susanna dum deambularet inuenit, mori
Gen.27. prius q̃ violari parata. Q̃ui sunt autem horti, ipse demõstrat dicens: Hortus cõclusus soror mea sponsa, hortus Ibidem.4
conclusus, fons signatus: eo quod in hortis huiusmodi impressam signaculis imaginẽ dei, synceri fontis vnda resplendeat, ne volutabris spiritualium bestiarũ, sparso cœno fluenta turbentur. Hinc ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinã. Itaq; sicut hortus fructibus inaccessus vitem redolet, fragrat oleam, rosam renidet, vt in vite religio, in olea pax, in rosa pudor sacratæ virginitatis inoleiscat. Hic est odor quẽ Iacob patriarcha fragrauit quando meruit audire: Ecce odor fi- Gen.27.
lii mei sicut odor agri pleni. Nam licet plenus omnib? fere fructib? patriarchæ sancti fuerit ager: ille tamẽ fruges maiore virtutis labore generauit, hic flores. Accingere itaq; virgo, & si vis huiuscemodi tibi vt hortus aspiret, prophetícis eum claude præceptis: Pone custo- Psal.140.
diam ori tuo, & ostium circũstantiæ labiis tuis: vt etiã tu possis dicere: T'anq̃ malus in lignis nemoris, ita fraternus meus in medio filiorũ. In vmbra eius concupi- E
uí & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Inuenit quem dilexit anima mea, tenui eũ, & nõ relinquam eum. Descendat fraternus meus in hortũ suum, & mãducet fructũ pomorũ suorum. Veni fraterne mi, exeamus in agrum, ponemẽ vt sigillũ in cor tuum, & velut signaculum super brachium tuũ. Fraternus meus can Canti.5.
didus & rubeus. Decet enĩ vt plene noueris virgo quẽ diligis, atq; omne in eo & ingenitę diuinitatis & assumptæ mysterium incorporationis agnoscas. Candidus merito, quia patris splẽdor. rubeus, quia partus est virginis. color in eo fulget & rutilat vtriusq; naturæ. Memẽto tamẽ antiquiora in eo diuinitatis insignia, q̃ corporis sacramenta: quia nõ cœpit a virgine, sed qui erat venit in virginem. Ille discretus a militibus, ille lancea vulneratus, vt nos sacri vulneris cruore sanaret, respon
debit tibi profecto, (est enĩ mitis & humilis corde, blan- Ibidẽ.4.
dus aspectu) Exurge aquilo, et veni auster, aspira hortũ meum, & fluant aromata mea. Ex omnibus enim partibus mũdi odor sanctæ religionis adoleuit, dilectę quo F
virginis mẽbra fragrarunt. Formosa es proxima mea, vt bona opinio, pulchra vt Hierusalẽ. Non caduci itaq; corporis pulchritudo vel morbo peritura vel senio, sed nullis obnoxia casibus opinio bonorum nũq̃ morituraq; meritorũ virginibus est decori. Et quoniam nõ humanis iam sed cælestibus, quorum vita viuis in terris, digna es cõparati: accipe a domino præcepta quę serues. Pone me vt sigillum, inquit, in cor tuũ, & velut signaculum super brachiũ tuum. Quo signatiora prudentię tuæ factorumq; documenta promantur, in quibus figura dei Christus eluceat, qui paternæ ambitũ exequans naturæ, totum quicquid a patre diuinitatis assumpsit, expressit. Vnde etiã Apostolus in spiritu nos dicit esse signatos: quoniã patris imaginem habemus in filio, sigillũ filii habemus in spiritu. Hac trinitate signati cauearnus diligẽtius ne quod accepimus pignus in cordibus nostris, aut morum leuitas, aut vllius adulterii fraus resignet. Sed facessat hic sacris virginib? metus, quibus tanta præsidia tribuit primũ ecclesia, quę tenęræ prolis solicita successu, ipsa quasi murus abũdantibus in modũ turribus increscit vberib?, donec soluto obsidionis hostilis incursu, pacẽ validę iuuẽtutis materne præsidio virtutis acquirat. Vnde & propheta ait: Fiat pax Psal.121.
in virtute tua, & abũdantia in turribus tuis. Tum ipse

G pacis dominus postq̃ validioribus brachiis cõmissa sibi vineta complexus, palmites suos gẽmare conspexerit, vultu præsulem nascẽtibus fructibus auras temperat,
Canti.7. sicut ipse testat dicẽs: Vinea mea est in cõspectu meo. Mille Salomoni & ducẽti qui seruant fructũ eius. Supra ait sexaginta potẽtes in circumitu propaginis eius strictis armatos telis, & eruditos prœliarib⁹ disciplinis: hic mille ducẽtos. Creuit numer⁹ vbi creuit & fructus: quia quo fœcior quisq, eo munitior. Sic Helisæus prophẽta exercitus angelorũ præsidio sibi adesse monstrauit. Sic Iesus Naue ducẽ militiæ cœlestis agnouit. Possunt igitur fructũ in nobis custodire, qui possunt etiam militare pro nobis. Vobis autem virgines sanctæ speciale præfidiũ est, quę in temerato pudore sacrũ domini seruatis cubile. Neq; mirũ si pro vobis angeli militãt, quæ angelorũ⁹ moribus militatis. Meretur eorũ præsidium castitas virginalis, quorũ vitã meretur. Et quid pluribus exequar laudẽ castitatis? Castitas enim angelos fecit. Qui eã seruauit, angelus est: qui perdidit, diabolus. Hinc religio etiã nomen accepit. Virgo est quæ
Mat.22. deo nubit. Meretrix quæ deos fecit. Nã de resurrectione quid dicã, cuius præmia iam tenetis? In resurrectione autem neq; nubẽt, neq; nubentur, sed erũt sicut angeli, inquit, in cælo. Quod nobis promittitur, vobis præsto est, votoriq; nostrorum vsus apud vos est. De hoc mundo estis, & nõ estis in hoc mũdo. Seculũ vos habere meruit, tenere nõ potuit. Q̃ prędarũ autem angelos propter intemperantiã suam in seculũ cecidisse de cœlo, virgines propter castimoniã in cœlũ transisse de seculo? Beatæ virgines, quas nõ illecebra solicitat corporum, non colluuio præcipitat voluptatũ. Cibus parcimonię, potus abstinentiæ, docet vitia nescire, qui docet causas
H nescire vitiorũ. Causa peccandi etiam iustos sæpe decepit. Hinc populus dei postq̃ sedit bibere, deũ negauit.
Exodi.32 Hinc Loth concubitus filiarum ignorauit & pertulit.
Genã.19. Hinc inuersis vestigiis filii Noe patri quondam pudẽda texerunt, quæ procax vidit, modestus erubuit, pius
Ibidem.9 texit, offensurus si & ipse vidisset. Quanta vis est vini, vt quem diluuia non nudauerũt, vina nudarẽt? Quid illud? Quantæ felicitatis est quod nulla vos habẽdi cupiditas inflãmat? Pauper quod habes poscit, quod non habes non requirit: fructus laboris tui thesaurus est inopi: & duo æra si sola sint, census est largitẽtis. Audi ergo soror quantis careas. Nam caue quid debeas. Nec meum est docere, nec tuum discere. Perfectæ enim virtutis vsus magisteriũ non desiderat, sed informat. Cernis vt pomparũ ferculis similis incedat quæ se componit vt placeat, omniũ in se vultus & ora conuertens, eo ipso quo studet placere, deformior. Prius enim populo displicet, q̃ placeat viro. At in vobis reiecta decoris cura plus placet, & hoc ipsum quod vos nõ ornatis, ornatus est. Certe laceræ vulneribus aures, & depressę onera miseræ cerui cis, non sunt alleuamẽta pœnarum, sed
I discrimina metallorum. Hinc collũ catena constringit, inde pedem compes includit. Nil refert, auro corpus onerẽtur, an ferro. Si cerui x premitur, si grauatur incessus, nil precium iuuat: nisi quod vos mulieres ne pereat vobis pœna, trepidatis. Quid interest vtrũ aliena sententia, an vestra vos dãnet? Hinc vos etiam miserabiliores q̃ qui publico iure dãnantur: quod illi optãt exui, vos ligari. Q̃ vero miserabilis illa conditio, quod tanq̃ mancipii forma venalis nuptura licitatur: & qui precio vicerit, emat. Tolerabilius tamẽ mancipia venerit, quę sæpe sibi dominos legunt. Virgo si eligat, crimen est: si non eligat, cõtumelia. Quæ quãuis pulchra sit & decora, & timet videri, & cupit. Cupit, vt se carius vẽdat: timet, ne hoc ipsum dedeceat quod videtur. Quãta autem votorum ludibria, & ad procorũ euentus suspecti metus, ne pauper illudat, ne dies fastidiat, ne pulcher irrideat, ne nobilis spnat. Dicet aliquis: Tu nobis quotidie, virginũ canis laudes: quid faciã qui eadem quotidie cantito, & proficio nihil? Sed nõ mea culpa. Denię k
de Placentino sacrandę virgines veniũt, de Bononiẽsi veniũt, de Mauritania veniũt, vt hic velẽtur. Magnã rem videtis: hic tracto, & alibi persuadeo. Si ita est, alibi tractemus, vt vobis persuadeam⁹. Quid? qd etiam qui me nõ audiunt, sequuntur: qui audiũt, nõ sequũtur? Nam pleraq; virgines cognoui velle, & prohiberi etiã prodire a matribus, &, quod est grauius, viduis, cũ quibus hic mihi sermo est. Nempe si hominẽ amarẽt filiæ vestræ, per legem possent eligere quẽ vellent. Quibus igitur hominẽ eligere licet, deũ non licet? Contemnimi q̃ dulcis pudicitiæ fructus sit, qui Barbaricis quoq; inoleuit affectibus. Ex vltimis infra vltraq; Mauritaniæ partibus deductæ virgines hic sacrari gestiũt: & cũ sint omnes familiæ in vinculis, pudicitia tamẽ nescit esse captiua. Profitetur regnũ æternitatis, quæ mœret iniuriam seruitutis. Nam quid de Bononiẽsibus virginib⁹ loquar, fœcundo pudoris agmine, quæ mũdanis se deliciis abdicantes, sacrariũ virginitatis incolunt sine contubernali sexu, contubernali pudore prouectæ ad vicenarium numerũ, & centenariũ fructum, relictoq; parentum hospitio tendũt in tabernaculis Christi indefessæ milites castitatis? Nũc canticis spiritualibus personãt, nunc victũ operibus exercent. Liberalitatis quoq; subsidium manu quærũt. Quod si inuestigandæ virginitatis inoleuerit odor, (namq; præ cęteris speculãdi venatum pudoris explorant) totis curarũ vestigiis prædam latentẽ vsq; ad ipsa cubilia persequũtur: aut si liberior alicuius volatus affulserit, totis omnes videas assurgere alis, concrepare pennis, emicare plausu, vt casto pudicitiæ choro cingant volantẽ, donec albenti delectata comitatu, in plagas pudoris, & indaginem castitatis, do- L
mus patriæq; oblita succedat. Bonũ itaq; si virginis studia parentũ quasi flabra pudoris aspirent. Sed illud gloriosius, si teneræ ignis ætatis etiam sine veteribus nutrimẽtis sponte serapiat in fomitem castitatis. Dotem negabũt parẽtes? sed habes diuitem sponsum, cuius cõtenta thesauro, patrię successionis emolumẽta nõ quæras. Quanto dotalibus prestat cõpendiis casta pauperτas: & tamen quam audistis aliquando propter studiũ integritatis, legitimę factam successionis extortẽ? Cõ- τexortẽ.
tradicunt parentes, sed volunt vinci. resistũt primo, qui τals ce-
credere τ timẽt. Indignantur frequẽter, vt discas vince- dere.
re: abdicationem minantur, vt tentent si potes damna seculi non timere. Quæsitis blandiũtur illecebris, vt videant si variarũ mollire tenõ queat blanditia voluptatum. Exerceris virgo dum cogeris. Et hæc tibi prima certamina anxia parentũ vota proponũt. Vince prius puella pietatem. Si vincis domũ, vincis & seculũ. Sed esto, maneant vos damna patrimonii. Nonne caducarum & fragiliũ dispendium facultatum, futura cœli regna cõpensant? Quanq̃ si verbis cœlestibus credimus, nemo est qui reliquerit domũ, aut parẽtes, aut fratres, Luc.18.
aut vxorem, aut filios propter regnũ dei, & nõ recipiat M
septies tantũ in hoc tempore, in seculo autem venturo vitam æternã possidebit. Crede fidẽ tuam deo, quæ homini pecuniã credis. fœnerare Christo. Bon⁹ depositę spei custos, multiplicatis fidei tuę talentũ soluit vsuris. Non fallit veritas, non circũscribit iustitia, non decipit virtus. Quod si nõ creditis oraculo, vel exẽplis credite. Memorię nostræ puella dudũ nobilis in seculo, nũc nobilior deo, cũ vrgeretur ad nuptias a parentibus & propinquis, ad sacrosanctũ altare confugit. Quo enim melius virgo recurreret, q̃ vbi sacrarium virginitatis offertur? Ne is quidem finis audacię. Stabat ad arã dei pudoris hostia, victima castitatis, nũc capiti dexteram sacerdotis imponẽs, precem poscens, nũc iustæ impatiẽs moræ, ac summum altari subiecta verticẽ. Nũ melius, inquit, q̃ altare velabit, quod sanctificat ipsa velamina, frõtem? Plus talis decet flãmeus, in quo caput omniũ Christus quotidie cõsecratur. Quid agitis vos propin-

A qui? Quid exquirẽdis adhuc nuptiis solicitatis animũ? Iam dudũ prouisas habeo. Spõsum offertis? Meliorem reperi. Quaslibet exaggerate diuitias, iactate nobilitatem, potentiam prędicate. Habeo eum cui nemo se comparet, diuitem mundo, potentem imperio, nobilem cęlo. Si talem habetis, non refuto optionem. si non reperitis, non prouidetis mihi, sed inuidetis. Silentibus cęteris vnus abruptius, Quid si, inquit, pater tu⁹ viueret, innuptam te manere pateretur? Tu illa maiori religione, moderatiore pietate: Et ideo fortasse defecit, ne quis impedimentum posset afferre. Quod ille responsum de patre, de sęculo, maturo fuit probauit exitio. Ita cæteri eadẽ quisq; metuentes, fauere cœperunt qui impedire quærebant, nec dispendium debitarũ attulit virginitas facultatum, sed etiam emolumentũ integritatis accepit. Habetis puellæ deuotionis pręmiũ, parentes cauete offensionis exemplum.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANEN. EPISCOPI DE VIRGINIBVS LIBER II.

B VPERIORE libro quantum virginitatis munus sit, euoluimus. non enim potuimus explicare, vt per se cælestis gratia muneris inuitet legentem. Secundo libro virginem institui decet, & tanq̃ cõpetentium præceptorũ magisteriis eruditi. Sed quoniam nos infirmi ad monẽdum sumus, & impares ad docendũ, (debet enĩ is qui docet, supra eum qui docetur excellere) ne vel susceptũ deseruisse munus, vel nobis arrogasse amplius videremur, exẽplis potius q̃ præceptis putauimus imbuendã, licet amplius proficiatur exẽplo: quoniã nec difficile quod iam factum est existimatur, & vtile quod probatum, & religiosum quod hæreditario quodã paternæ virtutis vsu in nos est successione trãsfusum. Quod si quis nos præsumptionis arguit, arguat poti⁹ fedulitatis, quia rogãtibus virginibus ne hoc quidẽ putaui negandũ. Malui enim me in periculũ deduci pudoris, q̃ nõ obsequi voluntati earũ, quarum studiis etiã deus noster placido se indulget assensu. Sed neq; præsumptio notari potest, quoniam cũ haberent vnde discerẽt, affectũ potius q̃ magisterium quæsiuerunt meũ. Et excusari sedulitas nõ po-
C test, quoniam cũ haberent autorẽ matris ad obseruantiam disciplinę, non superfluũ iudicauĩ si nostri sermonis blanditiã deriuarent ad professionis illecebram. Ille docere facilis, qui seuero vitia coercet affectu. Nos qui docere nõ possumus, blãdiamur. Et quoniã pleręq; absentes nostri desiderabãt sermonis vsum: volumẽ hoc condidi, quo profectæ ad se vocis meę munus tenentes deesse non crederent quẽ tenerent. Sed proposita prosequamur. Sit igitur vobis tãq̃ in imagine descripta virginitas vitaq; beatę Mariæ, de qua velut speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hic sumatis licet exẽpla viuẽdi, vbi tanq̃ in exemplari magisteria expressa probitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendũt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius dei matre? quid splẽdidius ea, quã splendor elegit? quid castius ea, quę corpus sine corporis contagione generauit? Nã de cęteris eius virtutibus quid loquar? Virgo erat nõ solum corpore, sed etiam mẽte, quæ nullo doli ambitu syncerũ adulterari affectũ. Corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarũ, sed in prece pauperis spem reponẽs. Intẽcta operi, vere ũda fermone, arbitrũ mentis solita non hoD minem sed deũ quærere. Non lædere eos, bene velle omnib⁹, assurgere maioribus natu, æqualibus nõ inuidere, fugere iactãtiam, rationem sequi, amare virtutẽ. Quãdo ista vultu læsit parẽtes? quãdo dissensit propinquis? quando fastidiũit humilẽ? quando derisit debilẽ? quãdo vitauit inopem, eos solos solita cœtus virorum inuisere, quos misericordia nõ erubescceret, neq; præteriret verecundia? Nihil torum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundũ: nõ gestus fractior, nõ incessus solutior, non vox petulantior: vt ipsa corporis species simulacrũ fuerit mẽtis, figura probitatis. Bona quippe dom⁹ in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo prætendat ingressu nihil intus latere tenebrarum, vt mẽs nostra nullis repagulis corporalib⁹ impedita, tãq̃ lucernę lux intus posita foris luceat. Quid ego exequar ciborum parcimoniam, officiorũ redundantiã, alterum vltra naturã superfluisse, alterũ pene ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermissa tẽpora, hic cõgeminatos ieiunio dies? Et si quando reficiendi succedisset voluptas, cibus plerũq; obuius, qui mortẽ arceret, nõ delicias ministraret. Dormire nõ prius cupiditas q̃ necessitas iuit. Et tamen cũ quiesceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut formo interrupta cõtinuat, aut dispositа gerit, aut gerẽda prænũciat. Prodire domo nescia, nisi cum ad ecclesiam cõueniret, E
& hocipsum cũ parentibus aut propinquis. Domestico operosa secreto, foręsi stipata comitatu, nullo meliore tamen sui custode q̃ seipsa: quæ incessu affectuq; venerabilis, nõ tam vestigiũ pedis tolleret, q̃ gradũ virtutis attolleret. & tamẽ alios habeat virgo membrorũ custodes suorum, morũ autem suorũ se habeat ipsa custodem. Plures erũt de quibus discat, si ipsa se doceat, quæ virtutes magistras habet: quia quicquid egerit, discipli
na est. Sic Maria intẽdebat omnibus, quasi a pluribus moneretur. sic implebat omnia virtutis officia, vt non tam disceret q̃ doceret. Talẽ hanc euangelista mõstrauit, talem angelus reperit, talẽ spiritus sanctus elegit. Quid enim in singulis morer, vt eam parentes dilexerint, extranei prædicauerint, quæ digna fuit ex qua dei filius nasceretur? Hæc ad ipsos ingressus angeli inuẽta domi in penetralibus sine comite, ne quis intẽtionẽ abrumperet, ne quis obstreperet. Neq; enim comites fœminas desiderabat, quę bonas comites cogitatiões habebat. Quinetiã tũ sibi minus sola videbatur, cũ sola esset. Nam quẽ admodũ sola, cui tot libri adessent, tot archangeli, tot prophetæ? Deniq; & Gabriel eã vbi reuisere solebat inuenit, & angelũ Maria, quasi viri specie mota, trepida, quasi nõ incognitũ audito nomine recognouit. Ita peregrinata est in viro, quæ non est peregri F
nata in angelo, vt agnoscas aures religiosas, oculos verecundos. Deniq; salutata obmutuit, & appellata respõdit. sed quæ primo titubauerat aspectu, post ea promisit obsequium. Q̃ vero religiosa in propinquas fuerit, scriptura diuina significat. Nã & humilior facta est vbi se a deo cognouit electã, & statim ad cognatã sũã in montana processit, non vtiq; vt exemplo crederet, quæ iam crediderat oracula. Beata enim, inquit, quæ credidisti. Lucæ.1.
Et tribus cũ ea mẽsibus mansit. Tanti autẽ interuallo temporis non fides quæritur, sed pietas exhibetur. Et hoc posteaq̃ in vtero parentis exiliẽs puer matrem domini salutauit, prius compos deuotionis q̃ naturæ. Inde tot sequentibus signis, cum sterilis pareret, virgo cõciperet, loqueretur mut⁹, adoraret Magus, expectaret Symeon, sidera nunciarent: Maria mobilis ad introitum, immobilis ad miraculũ: conseruabat, inquit, hæc Ibidem.2
omnia in corde suo. Quanuis mater domini, discere tamen præcepta domini desiderabat: & quæ deũ genuerat, deum tamẽ scire cupiebat. Quid quod annis quoq; omnibus ibat in Hierusalẽ solenni die Paschæ, & ibat cum Ioseph? Vbiq; in virgine comes singularum vir-

G tutum eſt pudor. Hic indiuiduus debet eſſe virginita=
ti,ſine quo nō poteſt eſſe virginitas. Nec ad templum
igitur Maria ſine pudoris ſui cuſtode proceſſit. Hęc eſt
imago virginitatis. Talis enī fuit Maria,vt eius vni⁹
vita omnium diſciplina ſit. Si igitur autor nō diſplicet,
opus probemus:vt quęcunq; ſibi eius exoptat premiū,
imitetur exemplū. Quantę in vna virgine ſpecies vir=
tutum emicant. Secretum verecūdiæ, vexillum fidei,
deuotionis obſequiū,virgo intra domū,comes ad my=
ſterium,mater ad tēplum. O quātis illa virginibus oc=
curret,quantas cōplexa ad dominū trahet dicens: Hæc
thorum filii mei,hęc thalamos nuptiales immaculato
ſeruauit pudore. Quemadmodū eas ipſe dominus cō=
mendabit patri:nimirū illud repetens ſuum: Pater ſan
cte, iſtę ſunt quas ſeruaui tibi,in quibus filius hominis
caput reclinās quieuit.peto vt vbi ego ſum, & ipſę ſint
mecum. Sed non ſolū ſibi debent prodeſſe,quæ non ſo=
læ vixerunt ſibi.hæc parentes redimat,hęc fratres. Pa
ter iuſte,mūdus me nō cognouit,iſtæ autē me cogno=
uerunt, & mundū cognoſcere noluerunt. Quę pompa
illa,quanta angelorū lætitia plaudentiū,quod habitare
mereatur virgo in cælo,quæ cæleſtē vitam vixit in ſe=
culo? Tunc etiam Maria tympanū ſumēs choros vir=
ginales excitabit cantantes domino, ꝙ per mare ſeculi
H ſine ſecularibus fluctibus tranſierunt. Tunc vnaquæq;
Pſal.42. exultabit dicens:Introibo ad altare dei mei,ad deū qui
lætificat iuuētutem meam. Immolo deo ſacrificiū lau=
Pſal.49. dis,& reddo altiſſimo vota mea. Neq; enim dubitaue=
rim vobis patere altaria,quarū mentes altaria dei con=
fidenter dixerim,in quibus quotidie pro redemptione
corporis Chriſtus immolatur. Nam ſi corpus virginis
dei templum eſt,animus quid eſt,qui tanq̄ mēbrorum
cineribus excitatis,ſacerdotis ęterni redopertus manu
vaporem diuini ignis exhalat? Beatæ virgines,quę tā
immortali ſpiratis gratia,vt horti floribus, vt templa
religione,vt altaria ſacerdote. Ergo ſancta Maria diſci
plinam vitæ informet, Thecla doceat immolari, quæ
copulam fugiens nuptialem, & ſpōſi furore damnata,
naturam etiam beſtiarū virginitatis veneratione mu=
tauit. Nanq; parata ad feras,cū aſpectus quoq; declina=
ret virorū,ac vitalia ipſa ſęuo offerret leoni,fecit vt qui
impudicos detulerant oculos,pudicos referrent. Cerne
re erat lingentem pedes beſtiam,cubitare humi,muto
teſtificantem ſono quod ſacrū virginis corpus violare
nō poſſet. Ergo adorabat prædam ſuam beſtia,& pro=
priæ oblita naturę, naturam induerat quam homines
amiſerant. Videres quadam naturæ transfuſione ho=
mines feritatem indutos ſæuitiam imperare beſtię,be
ſtiam exoſculantem pedes virginis docere quid homi=
nes facere deberēt. Tantum habet virginitas admira=
I tionis,vt eam etiā leones mirentur. Non impaſtos ci=
bus flexit,non citatos impetus rapuit, non ſtimulatos
ira exaſperauit,non vſus decepit aſſuetos,non feros na
tura poſſedit. Docuerūt religionem,dum adorant mar
tyrem: docuerunt etiam caſtitatem,dum virgini nihil
aliud niſi plantas exoſculantur,demerſis in terram ocu
lis,tanq̄ verecūdantibus ne mares aliqui vel beſtia vir=
ginem nudam videret. Dicet aliquis: Cur exemplū at=
tuliſti Mariæ,quaſi reperiri queat quę matrem domi=
ni poſſit imitari? cur etiam Theclæ quā gentiū doctor
†diſcipulā inſtituit? Da huiuſcemodi doctorē, ſi diſciplinam† re=
quiris huiuſmodi. Recēs vobis exemplum profero, vt
intelligatis apoſtolū nō vnius eſſe doctorē, ſed omniū.
Antiochiæ nuper virgo quædam fuit fugitans publici
vſus:ſed quo magis virorū euitabat aſpectum, eo am=
plius incendebat. Pulchritudo enī audita nec viſa plus
deſideratur, duobus ſtimulis cupiditatū amoris & co=
gnitionis,dū & nihil occurrit qđ minus placeat,& plus
putatur eſſe quod placeat,quod nō iudex oculus explo=
rat,ſed animus amator exoptat. Itaq; ſancta virgo ne
diutius alerētur potiendę ſpe cupiditatis,integritatem
pudoris profeſſa ſic reſtinxit improborum faces,vt non k
iam amaretur,ſed produceretur. Ecce perſecutio. Puel
la fugere neſcia, certe pauida ne incideret in inſidiato=
res pudoris, animū ad virtutē parauit, tā religioſa, vt
mortē nō timeret:tam pudica,vt expectaret. Venit co
ronæ dies maxima omniū expectatio. producitur puel
la,duplex profeſſa certamen,& caſtitatis,& religionis.
Sed vbi viderūt conſtantiā profeſſionis, metum pudo
ris,paratam ad cruciatus,erubeſcentē ad aſpectus,exco
gitare cœperūt quemadmodū ſpecie caſtitatis religio=
nem tollerent,vt cū id abſtuliſſent quod erat amplius,
etiam id eriperent quod reliquerāt. Aut ſacrificare vir=
ginem,aut lupanari proſtitui iubent. Quomodo deos
ſuos colūt qui ſic vindicāt,aut quemadmodū ipſi viuūt
qui ita iudicant? Hic puella,non quod de religione am=
bigeret, ſed de pudore trepidaret, ipſa ſecū: Quid agi=
mus hodie? Aut martyr, aut virgo. altera nobis inui=
detur corona. Sed nec virginis nomen agnoſcitur, vbi
virginitatis autor negatur. Nam quemadmodū virgo
ſi meretricem colas? queādmodū virgo ſi adulteros di=
ligas? queādmodū virgo ſi amorem petas? Tolerabi=
lius eſt enim mētem virginem q̄ carnē habere. Vtrūq;
bonum, ſi liceat:ſi non liceat,ſaltem non homini caſtæ
ſed deo ſimus. Et Raab meretrix fuit,ſed poſtq̄ deo cre
didit,ſalutē inuenit. Et Iudith ſe, vt adultero placeret,
ornauit: quæ tamen quia hoc religione non amore fa=
ciebat,nemo eam adulteram iudicabat. Bene ſucceſſit
exemplum. Nam ſi illa quæ ſe cōmiſit religioni,& pu=
dorem ſeruauit & patriā:fortaſſis & nos ſeruando reli= L
gionem ſeruabimus etiā caſtitatē. Quod ſi Iudith pu=
dicitiam religioni preferre voluiſſet,perdita patria etiā
pudicitiam perdidiſſet. Itaq; talibus informata exēplis
ſimul animo tenens verba domini quibus ait: Quicū= Mat.10.
ꝙ perdiderit animam ſuam propter me,inueniet eam:
fleuit & tacuit, ne eam vel loquentem adulter audiret:
nec pudoris elegit iniuriam,ſed Chriſti recuſauit. Ae=
ſtimate vtrum adulterare potuerit corpus,quæ nec vo
cem adulterauit. Iam dudū verecundatur oratio mea,
& quaſi audire geſtorū ſeriem criminoſam atq; expla=
nare formidat. Claudite aurē virgines dei,ducitur puel
la dei ad lupanar. Sed aperite aurem virgines dei, vir=
go proſtitui poteſt, adulterari nō poteſt. Vbicunq; dei
virgo eſt, dei templū eſt. Nec lupanaria infamant ca=
ſtitatem,ſed caſtitas etiā loci abolet infamiam. Ingens
petulantium cōcurſus ad fornicem. Diſcite martyrum
miracula ſanctæ virgines,dediſcite locorum vocabula.
Clauditur intus columba,ſtrepunt accipitres foris, cer
tant ſinguli qui prædā primus inuadat. At illa mani=
bus ad cęlum leuatis quaſi ad domum veniſſet oratio=
nis,nō ad libidinis diuerſorium: Chriſte,inquit,qui do= M
muiſti Danieli virgini feros leones,potes etiā domare
hominū feras mentes. Chaldæis rorauit ignis, Iudæis
ſe vnda ſuſpendit miſericordia tua,non natura ſua. Su
ſanna ad ſupplicium genu fixit, & de adulteris trium=
phauit. Aruit dextera quæ templi tui dona violabat.
nunc templum ipſum attrectatur tuū, ne patiaris ince=
ſtum ſacrilegii,qui non paſſus es furtum. Benedicatur
& nunc nomen tuum,vt quæ ad adulterium veni, vir=
go diſcedam. Vix compleuerat precem,& ecce vir mi=
litis ſpecie terribilis irrupit. quemadmodū eū virgo vt
vidit,tremuit,cui populus tremēs ceſſit? Sed nō illa im
memor lectionis: Et Daniel,inquit,ſuppliciū Suſannę
ſpectaturus aduenerat: & quā populus dānauit, vnus
abſoluit. Poteſt & in hoc lupi habitu ouis latere. Ha=
bet & Chriſtus milites ſuos,qui etiam legiones habet.
Aut fortaſſe percuſſor intrauit.ne vereare anima,talis
ſolet martyres facere. O virgo, fides tua te ſaluā fecit.
Cui miles: Ne queſo paueas ſoror:frater huc veni,ſal=
uare animam,non perdere. Serua me,vt ipſa ſerueris.
Quaſi adulter īgreſſ⁹,ſi vis martyr egrediar. Veſtimē
ta mutemus. cōueniūt mihi tua,& mea tibi, ſed vtraq;

A Chriſto. Tua veſtis me verum militem faciet, mea te
virginem. Bene tu veſtieris, ego melius exuar, vt me
perſecutor agnoſcat. Sume habitū qui abſcōdat fœmi=
nam, trade qui conſecret martyrem. Induere chlamy=
dem,quę occultet mēbra virginis,ſeruet pudorem. Su
me pileum, qui tegat crines,abſcondat ora. Solent eru
beſcere qui lupanar intrauerint. Sane cū egreſſa fueris,
Geñ.19. ne reſpicias retro,memor vxoris Loth,quę naturā ſuā
quia impudicos licet caſtis oculis reſpexit,amiſit. Nec
vereare ne quid pereat ſacrificio. Ego pro te hoſtiā deo
reddo,tu pro me militem Chriſto;habens bonam mili
tiam caſtitatis,quæ ſtipendiis militat ſempiternis,lo=
ricā iuſtitiæ,quæ ſpiritali munimine corpus includat:
ſcutū fidei,quo vulnus repellas:galeā ſalutis. Ibi enim
eſt præſidium noſtræ ſalutis, vbi Chriſtus eſt: quoniā
mulieris caput vir, virginis Chriſtus. Et intra hęc ver=
ba chlamydem exuit, ſuſpectus tamen adhuc habitus
& perſecutoris & adulteri. Virgo ceruicem,chlamydē
cœpit miles offerre. Quæ pompa illa,quę gratia, cum
in lupanari de martyrio certarent? Addantur perſonę,
miles & virgo,hoc eſt,diſſimiles inter ſe natura,ſed dei
miſeratione cōſimiles,vt compleatur oraculum, Tunc
Eſa.65. lupi & agni ſimul paſcentur. Ecce agna & lupus nō ſo=
lum paſcūtur ſimul,ſed etiam immolantur. Quid plu=
ra? Mutato habitu euolat puella de laqueo, iā nō ſuis
alis,vtpote quę ſpiritalibus ferebatur:& (qđ nulla vnq̄
viderunt ſecula) egreditur de lupanari virgo, ſed Chri=
ſti. At illi qui videbant oculis,& non videbant,ceu ra=
ptores ad agnam lupi fremere ad prædam. Vnus qui
erat immodice diſtrictior,introiuit. Sed vbi hauſit ocu
B lis rei textū: Quid hoc, inquit,eſt? Puella ingreſſa eſt,
vir videtur. Ecce non fabuloſum illud,cerua pro virgi=
ne,ſed quod verum eſt,miles ex virgine. At etiam au=
Ioan.2. dieram & non crediderā ꝙ aquas Chriſtus in vina con
uertit:iam mutare cœpit & ſexus. Recedamus hīc dū
adhuc qui fuim⁹ ſumus. Nūquid & ipſe mutatus ſum,
qui aliud cerno q̄ credo? Ad lupanar veni, cerno vadi=
moniū:& tamen mutatus egrediar:pudicus exibo,qui
adulter intraui. Indicio rei, quia debebatur tāto corona
victori,damnatus eſt pro virgine qui pro virgine com
prehenſus eſt. Ita de lupanari non ſolum virgo,ſed etiā
martyres exierunt. Fertur puella ad locum ſupplicii cu
curriſſe,certaſſe ambo de nece, cū ille diceret, Ego ſum
iuſſus occidi, te abſoluit ſentētia, quādo me tenuit. At
illa clamare cœpit: Nō ego te mortis vadem elegi,ſed
prædem pudoris optaui. Si pudor quæritur, manet ne=
xus. ſi ſanguis expoſcitur,fideiuſſorē non deſidero, ha=
beo vnde diſſoluā. In me lata eſt iſta ſententia quæ pro
me lata eſt. Certe ſi pecuniæ te fideiuſſorem dediſſem,
& abſente me iudex tuum cenſum fœneratori adiudi=
caſſet, eadem me ſententia conuenires, meo patrimo=
C nio ſoluerem tuos nexus. Si recuſarē, quis me indignā
morte cenſeret? Quāto maior eſt capitis huius vſura?
Moriar innocens, ne moriar nocens. Nihil hic mediū
eſt, hodie aut rea ero tui ſanguinis,aut martyr mei. Si
cito redii, quis me audet excludere? Si morā feci, quis
audet abſoluere? Plus legibus debeo rea non ſolum fu
gæ meæ,ſed etiam cædis alienæ. Sufficiunt membra
morti,quæ non ſufficiebant iniuriæ. Eſt in virgine vul=
neri locus,qui non erat contumeliæ. Ego opprobrium
declinaui,non martyrium tibi ceſſi. Veſtem,non pro=
feſſionem mutaui. Quod ſi mihi preripis mortem, nō
redemiſti me,ſed circumueniſti. Caue ne quæſo conten=
das,caue ne contradicere audiaris. Noli eripere benefi=
cium quod dediſti. Dum mihi hanc ſententiam negas,
illam reſtituis ſuperiorem. Sententia enim ſentētia ſu
periore mutatur. Si poſterior me nō tenet, ſuperior te=
net. Poſſumus vterq; ſatiſfacere ſententiæ, ſi me prius
patiaris occidi. In te non habēt aliam quam exerceant
pœnā, in virgine obnoxius pudor eſt. Itaq; glorioſior
eris ſi videaris de adultera martyrem feciſſe, q̄ de mar=
tyre adulteram reddidiſſe. Quid expectatis? Duo con= D
tenderunt,& ambo vicerunt: nec diuiſa eſt corona, ſed
addita. Ita ſancti martyres inuicem ſibi beneficia confe
rentes,altera principium martyrio dedit,alter dedit ef=
fectum. At etiam Philoſophorum gymnaſia Damo=
nem & Pythiam Pythagoręos in cælum ferunt,quo=
rum vnus cum eſſet morti adiudicatus,cōmendando=
rum ſuorū tempus popoſcit. Tyrannus autem aſtutiſ=
ſimus, quod reperiri eum nō poſſe exiſtimaret, petiuit
vt ſponſorē daret qui pro ſe feriretur ſi ipſe faceret mo=
ram. Quid de duob⁹ pręclarius, neſcio: vtrunq; pręcla=
rum. alter mortis vadem inuenit, alter ſe obtulit. Itaq;
cum reus moram ſupplicio faceret, fideiuſſor vultu ſe=
reno mortem nō recuſauit. Cum duceretur, amicus re=
uerſus eſt,ceruicem ſubſtituit,colla ſubiecit. Tūc admi
ratus tyrannus chariorem philoſophis amicitiā q̄ vitā
fuiſſe,petiuit vt ipſe ab iis quos damnauerat,in amici=
tiam reciperetur. Tanta virtutis eſt gratia,vt & tyran=
num inclinaret. Digna laude, ſed minora noſtris. Nā
illic ambo viri,hic vna virgo,quæ primo etiam ſexum
vinceret. Illi amici,iſti incogniti. Illi tyrāno vni ſe obtu
lerūt, iſti tyrānis pluribus,hoc etiā crudelioribus, quod
ille pepercit,iſti occiderunt. Inter illos in vno obnoxia
neceſſitas,in his amborum voluntas libera. Hoc quoq;
iſti prudentiores, quod illis ſtudii ſui finis amicitię gra
• tia,iſtis corona martyrii. Illi enim certauerūt homini=
bus,iſti deo. Et quoniā rei iſtius fecimus mētionē, par
eſt contexere quid de diis ſuis ſenſerit,quo magis infir=
mos iudicetis,quos irrident ſui. Nanq; is cum veniſſet
in templū Iouis,amictū aureum quo operiebatur ſimu
lacrum eius,detrahi iuſſit,imponi laneū, dicēs aurum E
hyeme frigidū, æſtate oneroſum eſſe. Sic deum irriſit
ſuū,vt nec onus ferre poſſe,nec frigus putaret. Item cū
Eſculapii barbam vidiſſet auream,tolli imperauit,in=
cōgruū eſſe appellās vt filius barbā haberet, cū Apollo
pater eius adhuc nō haberet. Itē ſimulacris tenentibus
aureas pateras ademit,allegās accipere ſe debere quod
dii darēt: quoniam hæc ſunt vota,inquit,hominū, vt a
diis quæ bona ſunt adipiſcamur. Nihil autē auro me=
lius:quod tamē ſi malum eſt,habere deos nō debere. Si
malū nō eſt,habere magis homines debere,qui vti ſci=
rent. Ita ludibrio habiti ſunt,vt neq; Iupiter veſtē ſuam
defendere potuerit, nec barbā Eſculapius, nec Apollo
pubeſcere adhuc cœperit,neq; omēs qui dicūtur dii,re=
trahere potuerint pateras quas tenebāt, non tam furti
reatū timentes,q̄ ſenſum nō habētes. Quis igit̄ eos co
lat,qui nec defendere ſe quaſi dii,nec abſcōdere quaſi ho
mines poſſunt? At in tēplo dei,nonne cū Hieroboā rex 3.Re.12.
ſceleratiſſimus dona quæ pater eius poſuerat auferret, &.13.
ac ſuper ſanctū altare libaret idolis,dextera eius quam
tetendit aruit,nec ſua ei quę inuocabat idola profuerūt? F
Deinde conuerſus ad dn̄m rogauit veniā, ſtatimq; ma
nus eius quę aruerat ſacrilegio,ſanata eſt religione. Tā
maturū in vno & miſericordię diuinę & indignationis
exemplū extitit,vt ſacrificanti ſubito dextera adimere=
tur,pœnitēti venia daretur. Hæc ego vobis ſanctę vir=
gines nondum triennalis ſacerdos munuſcula paraui,
licet vſu indoctus,ſed veſtris edoctus moribus. Quan
tus etenim adoleſcere vſus potuit in tam parua initia=
tæ religionis ætate? Si quos hic flores cernitis, de ve=
ſtræ vitæ collectos legite ſinu. Non ſunt hæc precepta
virginibus,ſed de virginibus exēpla. Veſtrę virginita
tis effigiē noſtra depinxit oratio, veſtrę grauitatis ima
ginem quaſi in ſpeculo quodam ſermonis iſtius cerni=
tis refulgere. Vos ſi quā noſtro gratiā inhalaſtis inge=
nio,veſtrū eſt quicquid iſte redolet liber. Et qm̄ quot ho
mines, tot ſententię: ſiquid defecatū eſt in ſermone no=
ſtro, omnes legāt: ſi quid decoctū, maturiores probent:
ſiquid modeſtum,pectoribus inhæreat, genas pingat:
ſiquid florulentum, ætas florulenta nō improbet. De=
buimus ſponſæ citare amorem. Scriptū eſt enim: Dili Deuter.6.

Ges dominum deum tuum. Debuimus in nuptiis calamistris quibusdã crines saltẽ orationis ornare. Scriptũ
Ezech. 21 est enĩ: Plaude manu, & percute pede. Debuimus perpetuos spargere thalamos rosis. Etiam & in iis coniugiis tẽporalibus nubenti prius plauditur, q̃ imperatur, ne ante dura offendãt imperia, q̃ blanditiis amor fotus inoleſcat. Equorum vis plausæ ſonitũ diſcit amare cernicis, ne recuſet iugum. Deniq; prius aſſueſcitur verbo laſciuiæ, q̃ verbere diſciplinæ. Aſt vbi colla ſubdiderit iugo, & habena conſtringit, & ſtimulus vrget, & cõpares trahunt, & iugalis inuitat. Sic etiã virgo noſtra debuit prius amore pio ludere, aurea thori regni cæleſtis fulcra mirari, in ipſo veſtibulo nuptiarũ & poſtes frondium ſertis cernere coronatos, & chori ſtrepentis interius haurire delicias, ne ſe prius dominico iugo timeſa ẽta ſubduceret, q̃ vocata inclinaret. Veni igitur huc a Libano ſponſa, veni huc a Libano, trãſibis & pertranſ ibis. Sæpius enim nobis iſte verſiculus recãtãdus eſt, vt vel dominicis vocata verbis ſequatur, ſiqua nõ credit humanis. Hoc nos magiſterium non inuenimus, ſed accepimus. ſic inſtituit myſtici carminis doctrina cæleſtis. Oſculetur me ab oſculo oris ſui, quia bona vbera
Canti. 1. tua ſuper vinum, & odor vnguentorũ tuorum ſuper omnia aromata. Vnguentum exinanitum eſt nomen tuum. Totus iſte deliciarum locus ludum ſonat, plauſum excitat, amorem prouocat. Ideo, inquit, adoleſcentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te retro. In odorẽ vnguentorum tuorũ curramus. Induxit me rex in tabernaculum ſuum. Ab oſculis cœpit, vt ad tabernaculum peruenirẽt. Atq; illa tam patiens duri laboris, exercitatæq; virtutis, vt aperiat manu claſtra, in agrũ exeat, in caſtellis maneat, in principio tamen retro odorẽ cur-
H rit vnguenti: mox cum in tabernaculũ venerit, vnguẽtum mutatur a caſtellis. Deniq; quo euadat videte: Si murus inquit eſt, ædificemus ſuper eum turres argenteas. Quæ ludebat oſculis, iam turres erigit, vt preciosis ſanctorum turrita faſtigiis, non ſolum hoſtiles fruſtretur incurſus, verum etiam bonorum propugnacula ſtruat tuta meritorum.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANEN. EPISCOPI DE VIRGINIBVS LIBER III.

I VONIAM quæ habuimus digeſſimus ſuperioribꝰ libris duobus, tempus eſt ſoror ſancta, ea quæ mecũ conferre ſoles, beatæ memoriæ Liberii præcepta reuoluere, vt quo vir ſanctior, eo ſermo accedat gratior. Nanq; is, cũ in ſaluatoris natali ad apoſtolũ Petrũ virginitatis profeſſionem veſtis quoq; mutatione ſignares (quo enim melius die q̃ quo virgo poſteritatẽ acquiſiuit) atq; aſtãtibus etiam puellis dei cõpluribus q̃ certarent inuicẽ de tua ſocietate: bonas, inquit, filia nuptias deſideraſti. Vides ḡtus ad natalẽ ſponſi tui populus cõuenerit, &
Ioan. 2. nemo impaſtus recedet. Hic eſt qui rogatꝰ ad nuptias aquã in vina conuertit. In te quoq; ſyncerũ ſacramentũ cõferet virginitatis, q̃ prius eras obnoxia vilibus na-
Mat. 15. turæ materialis elemẽtis. Hic eſt qui quinq; panibus & duobus piſcibꝰ quatuor milia populi in deſerto pauit. Sed plures pauiſſet, ſi iã tunc qui paſcerentur fuiſſent. Deniq; ad tuas nuptias plures vocauit. Sed iam nõ panis ex hordeo, ſed corpus miniſtrat e cælo. Hodie quidem ſecundũ hominẽ homo natus ex virgine, ſed ante omnia generatus ex patre, qui matrem corpore, virtute referat patrem. Vnigenitus in terris, vnigenitus in k
cælo. Deus ex deo, partus ex virgine. Iuſtitia de patre, virtus de potente, lumen ex lumine. Non impar generanti, non poteſtate diſcretus, non verbi extẽſione aut prolatione cõfuſus, aut cum patre mixtus. Sed vt a patre generationis iure diſtinctus ſit, ipſe eſt fratrꝰ tuus, ſine quo nec cæleſtia nec marina nec terrena conſiſtũt. Verbum patris bonum, quod erat in principio. Habes eius æternitatem. Et erat, inquit, apud patrem. Habes indiſcretam a patre inſeparabilẽq; virtutẽ. Et deus erat verbũ. Habes ingenitam eius diuinitatẽ. De cõpendio enim tibi fides eſt hauriẽda. Hunc filia dilige, quia bo-
nus eſt. Nemo enim bonus niſi ſolus deus. Si enim nõ Lucæ. 18.
dubitatur quia deus filius, deus autem bonus: vtiq; nõ dubitatur quia bonus filius deus. Hunc inq̃ dilige. Ipſe eſt quem pater genuit ante luciferũ vt æternũ, ex vtero generauit vt filium, ex corde eructauit vt verbum. Ipſe eſt in quo cõplacuit pater. Ipſe eſt patris brachiũ: quia creator eſt omniũ. Patris ſapientia, quia ex dei ore proceſſit. Patris virtus, quia diuinitatis in eo corporaliter habitat plenitudo. Quẽ pater ita diligit, vt in ſinu portet, ad dexteram locet, vt ſapientiam dicat, virtutẽ nouerit. Si igitur virtus dei Chriſtus, numquid aliquando ſine virtute deus? Numquid aliquando ſine filio pater? Si ſemper vtiq; pater, vtiq; ſemper & filius. Perfecti ergo patris perfectus eſt filius. Nã qui virtuti derogat, ei
derogat cuius eſt virtus. Inæqualitatẽ non recipit perfecta diuinitas. Dilige igitur quem pater diligit, honorifica quẽ honorificat pater. Qui enim non honorificat Ioan. 5.
filium, nõ honorificat patrem. Et qui negat filiũ, nec patrem habet. Hæc quantũ ad fidem. Sed interdũ etiam cum fides tuta eſt, iuuentus ſuſpecta eſt. Modico itaq; vino vtere, ne infirmitatẽ corporis augeas, non vt vo-
luptatem excites. Incendunt enim pariter duo, vinũ & L
adoleſcentia. Infrenẽt etiam teneram ætatem ieiunia, & parcimonia cibi retinaculis quibuſdã indomitas cohibeat cupiditates. Ratio reuocet, mitiget ſpes, reſtringat metus. Nã qui moderari neſcit cupiditatibus, ſicut equus raptatur indomitꝰ, voluitur, obteritur, laniatur, affligitur. Quod aliquãdo iuueni ob amorẽ Dianę cõtigiſſe proditur. Sed poeticis mendaciis coloratur fabula, vt Neptunus prælati riualis dolore incitatus, equis dicatur furorẽ immiſiſſe, quo eius magna potẽtia prædicetur, quod iuuenẽ non in virtute vicit, ſed fraude decepit. Vnde eius ſacrificium quotãnis inſtaurant Dianæ, vt equus ad eius immoletur aras. Quam virginẽ dicunt, quę (id quod etiã meretrices erubeſcere ſolẽt) amare potuit non amãtem. Sed habeant per me licet fabulæ ſuam autoritatem, quaſi non, licet ſceleſtũ vtriq;, minus tamen ſit iuuenem amore adulteræ ſic flagraſſe vt periret, q̃ duos (vt ipſi dicũt) deos de adulterio cer-
taſſe: ſouem autem dolore ſcortantis filię in medicum M
vidicaſſe adulteri, quod eius curaſſet vulnera, qui Dianam in ſyluis adulteraſſet, veriatricẽ ſane optimam nõ ferarum, ſed libidinum, ſed ferarum etiam, vt nuda venetur. Dent igitur Neptuno dominatũ furoris, vt adſtruant crimẽ inceſti amoris. Dent Dianæ regnum in ſyluis quas incolebat, vt confirment adulteriũ quod gerebat. Dent Eſculapio quod mortuum reformauerit, dummodo profiteantur quod fulminatus ipſe nõ euaſerit. Dent etiam Ioui fulmina quæ non habuit, vt teſtificentur quæ habuit opprobria. Sed a fabulis ad propoſita reuertamur. Eſcis quoq; omnibus quæ gignant membris calorem, parce vtendum puto. Carnes enim etiam aquilas volantes deponunt. In nobis quoque a-
les interior illa de qua legimꝰ, Renouabitur ſicut aquiPſal. 102.
læ iuuentus tua: ſublime tenens virgineo prope volatu ſuperfluæ carnis neſciat appetẽtiam. Conuiuiorum deuitandæ celebritates, fugiẽdę ſalutationes. Ipſas viſitationes in iuniorib⁹ eſſe pauciores volo, ſi forte deferendũ ſit parentibus aut æqualibꝰ. Teritur officiis pu-

A dor, audacia emicat, riſus ſubrepit, modeſtia ſoluitur dum affectatur vrbanitas. Interroganti non reſpõdere, infantia: reſpõdere, fabula eſt. Deeſſe igitur ſermonem
1. Cor. 14 virgini q̃ ſupereſſe malo. Nam ſi mulieres etiã de rebus diuinis in eccleſia iubentur tacere, domi viros ſuos interrogare: de virginibus quid cautum putamus, in quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas commendat pudorem? An vero mediocre pudoris exemplum eſt quod Rebecca cum veniret ad nuptias, & ſponſum vi-
Geñ. 24. diſſet, velamẽ accepit: ne prius videretur q̃ iungeretur? Et vtique pulchra virgo non decori timuit, ſed pudori. Quid Rachel? quemadmodũ extorto oſculo fleuit & gemuit? Nec flere deſiſſet, niſi proximũ cognouiſſet. Ita & pudoris ſeruauit officium, & pietatis non amiſit affectum. Quod ſi viro dicitur, Virginem non cõſideres, nequando ſcandalizet te: quid dicendum ſacre virgini, quæ ſi amet, animo peccat: ſi amaẽ, & facto? Maxima eſt virtus tacendi, præſertim in eccleſia. Nulla te diuinarum ſententia fugiet lectionum ſi aurem admoueas, vocem premas. Nullum ex ore verbum quod reuocare velis, proferas, ſed parcior loquendi fiducia ſit.
Prou. 10. Copioſum quippe in multiloquio peccatum. Homicidæ dictum eſt: Peccaſti, quieſce. ne peccaret amplius.
Geñ. 4. Sed virgini dicendũ eſt, Quieſce, ne pecces. Conſeruabat enim Maria, vt legimus, omnia in corde ſuo quæ
Lucæ. 2. de filio dicebantur: & tu cum legitur aliquid quo Chriſtus aut venturus annũciatur, aut veniſſe oſtenditur, noli fabulando obſtrepere, ſed mentem admoue. An quicquam eſt indigniusq̃ oracula diuina circumſtrepi ne audiantur, ne credantur, ne reuelentur: circumſonare ſacramenta confuſis vocibus, vt impediatur oratio pro ſalute deprompta omniũ, cum gentiles idolis ſuis
B reuerentiam tacendo deferũt? Vnde illud exemplum proditur: Alexandro ſacrificante Macedonum rege, puerulum barbarum qui ei lumen accenderet, exceſſe ignem brachio, atq; aduſto corpore manſiſſe immobilem, nec dolorem prodidiſſe gemitu, nec tacito pœnã indicaſſe fletu. Tanta in puero barbaro fuit diſciplina reuerentię, vt naturam vinceret: atq; ille non deos, qui nulli erãt, ſed regem timebat. Quid enim timeret eos qui, ſi idem ignis eos contigiſſet, arſiſſent? Quid quod quidam in conuiuio patris adoleſcens iubetur nẽ meretricios amores indiciis inſolentibus prodat? Et tu in miniſterio dei virgo gemit⁹, excreat⁹, tuſſes, riſus abſtinę. Quod ille in conuiuio poteſt, tu in miniſterio dei non potes? Vocis virginitas prima ſignetur, claudat ora pudor, debilitatem excludat religio, inſtituat cõſuetudo naturam. Virginem mihi prius gratuitas ſua nũciet, pudore obmio, gradu ſobrio, vultu modeſto, & prenuncia integritatis anteeant ſigna virtutis. Non ſatis probabilis virgo eſt quæ requiritur cum videtur. Frequens ſermo eſt, cum plurima ranarum murmura reli
C gioſę auribus plebis obſtreperent, ſacerdotem dei præcepiſſe vt conticerent, ac reuerentiã ſacrę deferrent orationi: tunc ſubito circumfuſos ſtrepitus quieuiſſe. Silent igitur paludes, homines non ſilebunt? Et irrationabile animal per reuerẽtiam recognoſcit, quod per naturam ignorat: Hominum tantam eſſe immodeſtiam, vt pleriq; deferre neſciant mentium religioni, quod deferunt aurium voluptati? Hæc tecum ſanctę memoriæ Liberius, quę apud alios maiora verbis, apud te minora exemplis. ita omnem diſciplinam non ſolũ virtute adæquaſti, ſed etiam æmulatione viciſti. Nanq; ieiunium in præceptis habemus, ſed ſingulorũ dierum. Tu autẽ multiplicatis noctibus ac diebus innumera tẽpora ſine cibo tranſigis: & ſi quando rogaris vt cibũ ſumas, pauliſper deponas codicem, reſpondeas illico: Non in pane ſolo viuit homo, ſed in omni verbo dei. Ipſe epularum vſus cibus obuius, vt edendi faſtidio ieiunium deſideretur, potus e fonte, fletus in prece, ſomnus in codice. Hæc iunioribus conuenere annis, donec mens æui matura caneſceret. Aſt vbi domiti trophæũ corporis vir- D
go ſuſtulerit, moderandum labori, vt magiſtra ſuppari ſeruetur ætati. Cito fœcũdis onerata palmitibus emeritæ ætatis vitis crepat, niſi aliquãdo reprimatur. Eadem tamen donec adoleſcit exuberat, & inueterata am putatur, ne filueſcat farmentis, aut fœtu nimio exinanita moriatur. Bonus agricola optimam vitem & fotu terræ cohibet, & defendit a frigore, & ne meridiano ſole vratur explorat. Agrum quoq; vicib⁹ exercet: vel ſi non patitur ocioſum, diuerſa alternat ſemina, mutatis vt fœtibus arua requieſcãt. Tu quoq; virgo veterana pectoris tui colles diuerſis ſaltem ſeminib⁹ fere, nũc alimoniis mediocribus, nũc ieiuniis parcioribꝰ, lectione, opere, prece: vt mutatio laboris, inducię ſint quietis. Non totus meſſem generat ager. Hinc de collibus vineta conſurgũt, illinc purpuraſcentes cernas oliuas, hic olentes roſas. Sæpe etiam relictis aratris ipſe validus agricola digito ſoli ſcalpit, vt florũ deponat radices, & aſperis manibus quibus luctãtes inter vineta flectit inuencos, molliter omnium preſſat vbera. Eo quippe melior ager, quo numeroſior fructus. Ergo & tu boni agricolę exemplũ ſecuta, non perennibus ieiuniis tanq̃ depreſſis vomeribus humũ tuã fundas. Floreat in hortis tuis roſa pudoris, lilium mentis, & irriguũ ſacri ſanguinis violaria bibant fontem. Vulgo hoc ferunt: Q̃ velis prolixe facere, aliquando ne feceris. Debet eſſe aliquid quod quadrageſimæ diebus addatur, ſed ita, vt nihil oſtentationis cauſa fiat, ſed religionis. Oratio quoq; nos deo crebra cõmendet. Si enim propheta dicit: Se- Pſal. 118.
pties in die laudẽ dixi tibi: qui regni erat neceſſitatibus E
occupatus: quid nos facere oportet, qui legimus: Vigi Mat. 26.
late & orate, ne intretis in tentationẽ? Certe ſolẽnes orationes cũ gratiarũ actione ſunt deferendæ, cum e ſomno ſurgimus, cũ prodimus, cũ cibũ paramus ſumere, cum ſumpſerimus, & hora inceſſi, cum deniq; cubitũ pergimus. Sed etiam in ipſo cubili volo pſalmos cum oratione dominica frequenti contexas vice, vel cũ eui-
gilaueris, vel antequã corpus ſopor irriget, vt te in ipſo quietis exordio rerũ ſecularium cura liberam, diuina meditantem ſomnus inueniat. Deniq; etiam ille philoſophiæ ipſius qui nomen inuenit, quotidie priuſq̃ cubitũ iret, tibicinẽ iubebat molliora canere, vt anxia curis ſecularibus corda mulceret. Sed ille, ſicut is qui laterẽ lauat, ſecularia ſecularibus fruſtrã cupiebat abolere. Magis enĩ ſe oblinebat luto, qui remediũ a voluptate quærebat. Nos autẽ terrenorũ vitiorũ colluuione deterſa, ab omni inquinamẽto carnis mentiũ interna mundemus. Symbolũ quoq; ſpecialiter debemus tanq̃ noſtri ſignaculũ cordis antelucanis horis quotidie recenſere. Quod etiam cũ horremus aliquid, animo recurrẽdum F
eſt. Quando enim ſine militiæ ſacramẽto miles in tentorio, bellator in prælio? Iam illud quis nõ ad noſtram inſtitutionem dictũ intelligat, quod ait ſanctus prophe-
ta: Lauabo per ſingulas noctes lectũ meũ, lachrymis Pſal. 6.
meis ſtratũ meum rigabo? Nam ſiue lectũ iuxta literã intelligas, tantam vbertatẽ oſtendit profundi oportere lachrymarũ, vt lauetur lectus, ſtratũ rigetur fletibus obſecrantis. Fletus enim præſentiũ, merces eſt futurorum: quoniã beati qui fletis. ipſi enim videbitis. Siue Lucæ. 6.
pro corpore accipiamus propheticũ dictũ, delicta corporis pœnitentię lachrymis abluamus. Fecit enim ſibi le- Canti. 3.
ctum Salomon ex liguis Libani, colũnæ eius argẽteæ erant, acclinatoriũ eius aureũ, dorſum eius gemmatũ ſtratũ. Quis eſt iſte lectus, niſi noſtri corporis ſpecies? Nanq; in gẽmis aer ſpecie fulgoris oſtenditur, in auro ignis, aqua in argẽto, terra per liguũ, ex quibus corpus humanũ quatuor conſtat elementis, in quo noſtra recubat anima, ſi non aſpero montium, nõ humi arido expers quietis exiſtat, ſed ſublimis a vitiis ligno ſulta requieſcat. Vnde & Dauid dicit: Dominus opem ferat Pſal. 40.
illi ſup lectũ doloris eius. Nã lectus doloris eſſe qui po-

G teſt,cum dolere non poſſit qui non habet ſenſum? Corpus autē doloris, ſicut corpus eſt mortis. (Rom.7.) Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quoniam verſiculum induximus,in quo dominici corporis fecimus mentionē:ne quem forte perturbet legētem quod dominus corpus ſuſcepit doloris,recordetur quia Lazari mortem doluit & fleuit, & in paſſione eſt vulneratus,atq; ex vulnere ſanguis & aqua exiuit, ſpiritumq; exhalauit. Aqua ad lauacrū, ſanguis ad potū, ſpiritus ad reſurrectionē. Vnus enim eſt Chriſtus nobis ſpes,fides,charitas. Spes in reſurrectione,fides in lauacro,charitas in ſacramento. Tamen vt corpus ſuſcepit doloris, ita etiā ſtratū in infirmitate verſauit, quia conuertit in commodū carnis humanę. Nam paſſione infirmitas eſt ſoluta,mors reſurrectione, & tamē mœrere p ſeculo,gaudere debetis in domino,triſtes ad pœ- (Ibidē.12.) nitentiam, alacres ad gratiam: licet & flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus oportere gentium doctor ſalutari præceptione præſcripſerit. Verum qui penitus enodare cicatricē omnē deſiderat quæſtionis, (Coloſſ.3.) ad eundem confugiat apoſtolum. Omne enim inquit quodcunq; facitis in verbo aut in facto,omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, gratias agentes deo patri per ipſum. Omnia ergo dicta noſtra factaq; referamus ad Chriſtum, qui vitam fecit ex morte, lucē creauit ex tenebris. Nanq; vt corpus ægrotum nūc calidioribus fouetur,nūc frigidioribus temperatur, remediorumq; mutatio ſi iuxta præceptū fiat medici, ſalutaris eſt:ſi contra mandatū vſurpetur,languoris augmentū

H eſt: ita medico noſtro quicquid penditur Chriſto,remedium eſt:quicquid vſurpatur,incommodū. Debet igitur bonæ conſcientiæ mentis eſſe lætitia,non inconditis comeſſationibus,non nuptialibus excitata ſymphoniis. Ibi enī intuta verecundia,illecebra ſuſpecta eſt,vbi comes deliciarū eſt extrema ſaltatio. Ab hac virgines dei procul eſſe deſidero. Nemo enim,vt dixit quidā ſecularium doctor,ſaltat ſobrius,niſi qui inſanit. Quod ſi iuxta ſapientiam ſecularem, ſaltationis aut temulētia autor eſt,aut demētia: quid diuinarum ſcripturarū cautum putamus exemplis, cū Ioannes prenuncius Chriſti,ſaltatricis optione iugulatus,exēplo ſit plus nocuiſſe ſaltationis illecebram,q̃ ſacrilegi furoris amentiam? Et quoniam talis viri non strictim prætereunda eſt recordatio,intereſt, vt quis,& a quibus,& quam ob cauſam, quomodo,& quo tēpore ſit occiſus,aduertere debeamus. Ab adulteris iuſtus occiditur,& a reis in iudi-

I cem capitalis ſceleris pœna cōuertitur. Deīde præmiū ſaltatricis, mors eſt prophetæ. Poſtremo,quod etiam omnes barbari horrere conſuerūt, inter epulas atq; conuiuia conſummādæ crudelitatis profertur edictum. Et a conuiuio ad carcerem,de carcere ad cōuiuiū feralis flagitii circunfertur obſequium. Quanta in vno facinore ſunt crimina. Extruitur regifico luxu ferale cōuiuium, & explorato quando maior ſolito turba conuenerit,reginæ filia intimis mandata ſecretis,in cōſpectum virorum ſaltatura pducitur. Quid enim potuit filia de adultera matre diſcere, niſi damnum pudoris? An quicquam eſt tam pronū ad libidines, q̃ incōditis motibus ea quæ vel natura abſcondit,vel diſciplina velauit,mēbrorum operta nudare,ludere oculis,rotare ceruicē,comam ſpargere? Merito inde in iniuriam diuinitatis proceditur. Quid enim ibi verecundiæ poteſt eſſe,vbi ſaltatur,ſtrepit,concrepatur? Tunc rex,inquit,delectatus dixit puellæ,vt peteret de rege quod vellet. Deinde iurauit quod vel dimidium regni,ſi petiſſet, cōcederet. Vide quemadmodum ſeculares ipſi de ſecularib9 ſuis iudicēt poteſtatibus, vt pro ſaltatione etiam regna donentur. Puella autem admonita a matre ſua,popoſcit afferri ſibi in diſco caput Ioannis. Quod dicit, Rex cōtriſtatus eſt:non pœnitentia regis,ſed confeſſio iniquitatis eſt:quam diuinæ habet conſuetudo ſententiæ, vt qui geſſerunt impia,ipſi propria confeſſione ſe dānent. K

Sed propter diſcumbentes, inquit. Quid indignius q̃ vt homicidium fieri iuberet ne diſcumbentibus diſpliceret? Et propter ius,inquit, iurandum. O religionem nouam. Tolerabilius peieraſſet. Vnde non immerito dominus in Euangelio iubet non eſſe iurandum, ne ſit cauſa periurii,ne ſit neceſſitas delinquendi. Itaq; ne iuſiurandum violaretur,percutitur innocens. Quid prius horreſcam, neſcio. Tolerabiliora periuria q̃ ſacramēta ſunt tyrannorum. Quis non cū e cōuiuio ad carcerem curſari videret, putaret prophetam iuſſum eſſe dimitti? Quis inquam cum audiſſet natalem eſſe Herodis, ſolenne conuiuium, puellę optionem eligēdi quod vellet datam,miſſum ad Ioannem ob ſolutionem non arbitraretur? Quid crudelitati cum deliciis? quid cum funeribus voluptati? Rapitur ad pœnam propheta conuiuiali tempore,conuiuiali præcepto, quo non cuperet vel abſolui:perimitur gladio:caput eius affertur in diſco. Hoc crudelitati ferculum debebatur, quo inſatiata epulis feritas veſceref. Intuere rex acerbiſſime tuo ſpectacula digna conuiuio. Porrige dexteram, ne quid ſęuitiæ tuæ deſit, vt inter digitos tuos riui defluant ſacri cruoris. Et quoniā non exaturari epulis fames, non reſtingui poculis potuit inauditæ ſæuitiæ ſitis, bibe ſanguinem ſcaturientibus adhuc venis execti capitis profluētem. Cerne oculos in ipſa morte ſceleris tui teſtes, auerſantes conſpectum deliciarum. Clauduntur lumina non tam mortis neceſſitate, q̃ horrore luxuriæ. Os aureum illud exangue, cuius ſententiam ferre non po- L teras,cōticeſcit, & adhuc timetur. Lingua tamen,quę ſolet etiam poſt mortem officiū ſeruare viuentis,palpitante licet motu damnabat inceſtum. Portatur hoc caput ad Herodiadem:lætatur, exultat, quaſi crimē euaſerit,quia iudicem trucidauit. Quid dicitis vos ſanctæ fœminæ? Videtis quid docere,quid etiam dedocere filias debeatis? Saltet,ſed adulteræ filia. Quæ vero pudica eſt,quæ caſta eſt,filias ſuas religionem doceat,nō ſaltationem. Vos autem graues & prudentes viri diſcite deteſtabilium hominū epulas euitare. Talia ſunt cōuiuia,qualia iudicia perfidorum. Iam ad finē orationis vela pandenti bene ſuggeris ſoror ſancta,quid ſuper eorum meritis exiſtimandum ſit,qui ſe præcipitauere ex alto,vel in fluuium demerſerunt, ne perſecutorum inciderent manus, cum ſcriptura diuina vim ſibi Chriſtianum prohibeat inferre. Et quidem de virginibus in neceſſitate cuſtodiæ conſtitutis enodem habe- M mus aſſertionem,cum martyrii extet exemplum. Sancta Pelagia apud Antiochiam quondam fuit, annorū fere quīdecim,ſoror virginū,& ipſa virgo. Hæc primo domi claſſico perſecutionis incluſa, cū ſe a prædonibus fidei vel pudoris circūſederi videret,abſēte matre & ſororibus,vacua præſidio,ſed deo plenior: quid agimus, inquit,niſi proſpicias captiua virginitas? Et votum eſt & metus eſt mori,quia mors non excipitur, ſed aſciſcitur. Moriamur ſcilicet vel ſi nolunt licere, moriamur. Deus remedio nō offenditur, & facinus fides ableuat. Certe ſi vim ipſam nominis cogitemus,quę vis voluntaria:illa magis eſt vis mori velle, nec poſſe. Nec difficultatem veremur. Quis enim eſt qui vult mori, & nō poſſit,cū ſint ad mortē tam procliues vię? Iam enim ſacrilegas aras pręcipitata ſubuertā,& accēſos focos cruore reſtinguā. Non timeo ne dextera deficiens nō peragat ictum,hec pectus ſe dolore ſubducat. Nullū peccatum carni relinquā,nō verebor ne deſit gladius. Poſſumus mori noſtris armis,poſſumus mori ſine carnificis beneficio. Matris in gremio fertur ornaſſe caput, nuptialē induiſſe veſtē,vt non ad mortē ire diceres,ſed ad ſponſum. Aſt vbi deteſtādi perſecutores ereptā ſibi viderunt prædā pudoris, matrē & ſorores cœperūt quærere. Verū illæ ſpirituali volatu iam campū caſtitatis tenebant, cū ſubito hinc perſecutoribus imminētibus,

A inde torrente fluuio excluſæ a fuga,incluſæ ad coronā, quid veremur? inquiūt. Ecce aqua. quis nos baptizari prohibet? Et hoc baptiſma eſt, quo peccata donantur, regna quærūtur. Et hoc baptiſma eſt, poſt quod nemo delinquit. Excipiat nos aqua quæ regenerare conſueuit. Excipiat nos aqua quę virgines facit. Excipiat nos aqua quæ cælum aperit,infirmos tegit,mortem abſcōdit,martyres reddit. Te rerū conditor precamur deus, ne exanimata ſpiritu corpora vel vnda diſpergat, ne mors ſeparet funera,quarum vitam non ſeparauit affectus,ſed ſit vna conſtantia, vna mors, vna etiam ſepultura. Hęc effatę, & ſuſpenſæ paululū,incincto ſinu quo pudorem tegerent, nec greſſum impedirent, conſertis manibus tanq̃ choros ducerent, in mediū progrediuntur alueum,vbi vnda torrentior, vbi profundum abruptius, illuc veſtigia dirigētes. Nulla pedem retulit,nulla ſuſpendit inceſſum, nulla tentauit vbi greſſum figeret,anxiæ cum terra occurreret,offenſę vado,lætę profundo. Videres piam matrem ſtringentem nodo manus,gaudere de pignore,timere de caſu,ne ſibi filias vel fluctus auferret. Has tibi, inquit, hoſtias Chriſte immolo,pſules virginitatis,duces caſtitatis,comites paſſionis. Sed quis iure miretur tantam viuentibus fuiſſe conſtantiam,cū etiam defunctæ immobilē ſtationem corporum vendicauerint? Non cadauera vnda nudauit,non rapidi curſus fluminis volutarūt. Quin etiam ſancta mater licet ſenſu carens pietatis, tamen adhuc ſeruabat amplexum:& religioſum quem ſtrinxerat no-

B dum,nec morte laxabat: vt quæ religioni debitū ſoluerat,pietate hærede mereretur. Nam quas ad martyriū iunxerat,vſq; ad tumulum vēdicabat. Sed quid alienigenis apud te ſoror vtor exemplis, quam hæreditariæ caſtitatis inſpirata ſucceſſio,parētis infuſione martyris erudiuit? Vnde enim didiciſti,quæ non habuiſti vnde diſceres, cōſtituta in agro,nulla ſocia virgine,nullo informata doctore? Nō ergo diſcipulam (quod fieri ſine magiſtro non poteſt) ſed heredem virtutis egiſti. Qui enim fieri poſſet vt ſancta Soteris tibi non eſſet mētis autor, cui autor eſt generis, quæ perſecutionis ætate ſeruilibus quoq; contumeliis ad faſtigiū paſſionis euecta,etiam vultum ipſum qui inter cruciatus totius corporis liber eſſe conſueuit iniuriæ,& ſpectare potius tormenta q̃ perpeti,carnifici dedit: tam fortis & patiens, vt cum teneras pœnę offerret genas,prius carnifex cędendo deficeret,q̃ martyr iniurię cederet. Non vultum inflexit,non ora conuertit: non gemitum, non lachrymam dedit. Deniq; cum cętera pœnarum genera viciſſet,gladium quē quærebat inuenit. Nobile apud vete- (3.Reg.3.) res Salomonis illud fertur fuiſſe iudiciū, cum a duab9 litigantibus mulieribus interpellatus eſſet,quarū altera conuerſa per ſomnum cū infantem oppreſſiſſet ſuū, poſtulabat alienum. Altera veri amoris conſcia, & cul-

C pæ neſcia, filium iure propriū vendicabat. Vtraq; igitur perſeueranter nitēte,cognitoris hæſit intentio. Nō enim poterat Salomon arbiter eſſe interioris arcani,cū petentis vtriuſq; mens eſſet occultior. Euentu conuentus ambiguo machæram promi iuſſit,mandatoq; miniſtris quo ſimularent triſte miniſterium, diuidi iuſſit infantem, vt ſingulę mulieres ſingulas partes adipiſcerentur. Quo audito illa quæ petebat alienū,non ſolum acquieuit,ſed etiam diuiſionem paruuli depoſcit,nullo (†cōmota) affectu cōuenta† materno. Illa quæ ſuum ſciebat infantem,non vinci metuēs,ſed orbari, nec iam ſolatio proprio,ſed pignori ſuo conſulens, orare occœpit vt incolumis magis puer traderetur alienæ, q̃ ſectus in partes matri propriæ redderetur. Vnde Salomō qui nō maieſtate diuina,ſed argumētis vt homo interiorem interrogabat affectum,illi potius iudicauit paruulū eſſe reddendum,quam veram matrem dolor proprius prodidiſſet. Illam vero quam morituri paruuli miſericordia non mouebat,exortem pronunciauit eſſe naturæ, quā exortem vidit eſſe pietatis. Veritas ergo nō latuit,ſed D

tamē per ſimulationem alterius fluctuauit. Diuq; etiā bona mater euentu hæſit ambiguo, dum iudicii periclitatur incerto. Hæc licet in figura ſuperioribus ſint facta temporibus,ſcripta ſunt tamē ad correptionem noſtrā,vt intelligamus prodi omnia poſſe quę facta ſunt, & omnia compoſita reuelari. Duæ igitur iſtæ, quoniā propoſitum eſt nobis hoc loco non tractare de mulieribus: duæ inquam iſtæ, fides eſt,atq; tentatio. Tentatio inquā communis ab initio autor erroris: quæ poſtq̃ poſteritatem ſuam carnalis vitio conuerſationis,& ſomno mētis amiſit,poſteritatis fructus auferre conatur alienæ. Itaq; dum tentatio litigat: fides fluctuat, donec machęra Chriſti latentes diſtinguat affectus. Quę eſt hæc machæra Chriſti? Illa de qua ſcriptum eſt: Gladiū (Matt.10.) veni mittere in terrā. Eſt enim gladius de quo ſcriptū eſt: Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. (Luc.2.) Qui autem ſit hic gladius,quæ machæra,cognoſce. (Heb.4.) Verbū inquit,acutum & validum,& penetrabilius omni gladio acutiſſimo, penetrans vſq; ad diuiſionem animę & ſpiritus,artuūq; & medullarū. Bonus gladius verbum dei,bonus gladius, vtpote ſcrutator cordis & renis,qui mendacium a veritate diſcernat, atq; eos quorum animam pertranſierit,non interficiat, ſed reſeruet. Hęc igitur de regnorum dicta ſint libro aſſumpta de cauſa, de hiſtoria recenſita,de conſcientia vſurpata, & fide prompta. Nūc decurſæ ex libro Iudicum inſpiciamus ſeriem E lectionis. Non enim ocioſis parricidiū fuit auribus audiendū. Itaq; repetamus hiſtoriam. Iepte iudex Iudęo- (Iudic.11.) rum fuit. Is euentu belli conflictatus ambiguo, præliorumq; veritus incerta,votū vouit huiuſmodi, ſi aduerſarios depuliſſet, vt quicquid ei primū intra domus ſuę limen occurriſſet,hoſtiam immolaret deo ſuorū preſuli triumphorū. Itaq; bello potitus, fuſiſq; hoſtibus domum rediit: cui in ipſo veſtibulo filia memor pietatis, ignara oblationis occurrit. Sed recordatus illico pater, & propriæ ſponſionis admonitus, ingemuit ſoluendi muneris ſponſiones. Heu me,inquit,filia, pdidiſti me. Ego enim aperui os meum de te ad dominum. Tum illa: O pater,ſi in me aperuiſti os tuum ad dominum, fac mihi ita vt exiuit de ore tuo. Duorū tamen tantum menſium inducias poſtulauit, donec in montem aſcenderet,& ſuper virginitatē ſuam fleret. Deinde duobus poſt exactis mēſibus remeauit ad patrem. Votum ille compleuit. His enim verbis vtendū eſt, quādo ſcriptu- F ra diuina effectum rei non prodidit, ſed refugit parricidii mētionem. Quid igitur? hoc probamus? Minime iure gentium: ſed tamen & ſi parricidiū non probo, aduerto præuaricandæ metū & formidinem ſponſionis. Deniq; ad Abrahā dictū eſt: Nunc ſcio quia amas do- (Gen.22.) minum deū tuū,quia nō pepercisti vnico filio tuo. Habes igitur indiciū quo docetur pręuaricandum temere non eſſe promiſſum. Verū deo parricidium nō probari,in eadē aſſeritur lectione, cū pro filio ouis ſubiicitur, vt ipſa potius q̃ filius feriretur. Habuit igit̃ Iepte quod ſequeretur exemplum: quia dominus ſanguine nō delectaretur humano. In vno enim oraculo ad Abraham prompto docuit filiorum ſalutem religionis obſequio poſthabendam, offerri a parentibus deo debere filios, non debere iugulari. Certe cum hæc filia tam ſolicita fuerit de patris voto,cur pater non dubitauerit de filiæ parricidio: & cum illa paternum caueret mendacium, iſte filiæ nō cauerit interitū? Dicet aliquis: Qua ratione illic deus non permiſerit parricidium fieri,hic ſit paſſus impleri? Nunquid acceptor perſonarū deus? Non, ſed meritorum atq; virtutum. Certe dum conſilium eſſet ambiguum,ſignare debuit oraculum, quid ad præſens facto, & in reliquum cōueniret exemplo. Vbi vero iam præceſſiſſet exemplum,neceſſarium nō iudicauit oraculū, cū facti forma veteris quid fieri oporteret oſtēderit. Aut fortaſſe quia nō vna forma meritorum,

G ideo non vna forma factorum. Pater doluit, fleuit filia,
vterq; de dei miseratione dubitauit. Nõ doluit Abraã,
nec consuluit parentis affectũ. Vbi audiuit diuinitatis
oraculum, non distulit sacrificium, sed maturauit obse-
quium. Non dubitauit Isaac, cũ imparibus sequeretur
patrem passibus. Non fleuit cum ligaretur, nõ dilatio-
nem poposcit cum offerretur. Et ideo misericordia lar-
gior, vbi fides promptior. Et bene non fleuit factum pa
tris, quia risus est matris. Pro qua deuotionis exulta-
tione ouis pro illo iussa est immolari, quia se ipse nõ dis-
tulerat immolandũ, nec de dei miseratione ambiguus,
nec de sui deuotione solicitus. Nemo igitur inuẽtus est
qui tam cruentũ patris reuocaret affectum, quia omnis
promissio muneris conueniebat officio. Sacrificiũ itaq;
sanguinis immolatur, & nemo est qui resistat. Sacrifi-
cium castitatis offertur, & qui prohibeat nõ inuenitur.
Pater parricidium promisit, & soluitur. Pater integri-
tatem filię vouit, & tam piæ oblationis non inuidetur
affectus. Illic filia dolens sanguinem suũ obtulit pro pa
tria sponsione. Hic tam pium promissum nec hæredi-
tario munere, nec ꝓpria soluitur volũtate. Quo in ne-
gocio etiam nos vocamur in culpam. Quam tandem?
Quia nuptias prohibuimus illicitas? Vocent ergo in
eandem culpam etiam Ioannẽ Baptistam. Et cũ aliud
nihil forte habeamus quod probetur in nobis, hoc solũ
condemnetur in nobis quod probatũ est in Propheta.
An erubescendũ protulimus autorẽ? Quam vero cau
sam aliam habuit ille martyrii, repetite animo. Causa
Mat. 14. illius passionis certe hæc fuit. Non licet inquit tibi eam
vxorem habere. Si hoc de vxore hominis, quanto ma-
gis de virgine deo consecrata? Si hoc dictũ est regi, q̃to
H magis dicendũ est priuatis? Gratias itaq; diuinitati q̃d
hic nullus Herodes, atq; vtinam nulla Herodias. Non
licuit ergo pro virginitate sermonem dicere? Et cur scri
Psal. 67. ptum est: Iudicate pupillo, & iustificate viduã? Et cur
scriptũ est: Patris orphanorum, & iudicis viduarũ? Er-
go castimonię & integritati deditas deserem⁹, aut etiã
condemnabimus? At certe ipsis gentilibus inter aras
& focos venerabilis solet esse virginitas: & in quib⁹ nul
la meritorum est pietas, nulla mentis integritas, in iis
tamen carnis virginitas prædicatur. A prophanis igi-
tur ceremoniis virgines nemo prohibebit, ab ecclesia
dei virginitas arcebitur? Illic coguntur quod nõ docen
tur, hic interdicitur quod non licet non doceri. Illic prę-
miis reuocãtur a nuptiis, hic ad nuptias coartabuntur
iniuriis? Illic violentia fit vt capiantur, hic fiet violẽtia
ne profiteantur? Et potest esse patiẽtia sacerdotũ, vt nõ
vel morte oblata, si ita necesse est, integritatis sacrifi-
ciũ vindicetur? Considerate quia virgines prę aposto-
lis resurrectionem domini videre meruerũt. Certe hoc
docuit hodierna quę decursa est lectio. Nam cũ in nouo
Ioã. 19. monumento (sicut Ioãnes dixit) corpus positum esset
domini Iesu, in suo autem monumento (sicut est secun
I dum librũ euangelii Matthęi) posuisset Ioseph domi-
Mat. 27. ni corpus, obseruabant virgines. Bene & Matthæus
monumentũ dixit nouũ, ne ex monumento veteri re-
surrexisse alius crederetur. Bene etiam secundũ spiritũ
iusti in monumentũ positum est, quia Christus a mor
tuis in nouo iusti resurgit affectu. Bene etiam secundũ
Vide infra sup Luc. c. 24. fo. 482. q per mariam nõ dominã meam sed aliã ex mulieribus sic dictam intelligit.
literam alienũ monumentum fuit, quia suum monu-
mentum dominus non quęsiuit. Habeant tumulũ qui
sub lege sunt mortis. Victor mortis suum tumulũ nõ
habebat. Non enim ille sepulchrũ mortis desiderabat,
qui de morte trophęa referebat. Vidit ergo Maria re-
surrectionem domini, & prima vidit, & credidit. Vidit
& maria Magdalena, quãuis adhuc ista nutaret. Hoc
loco non mediocrem aduertite quæstionem, ne subdu-
bitare de resurrectione domini virgines debeatis. Vi-
dete quod meritum. Nõ sola carnis virginem facit, sed
etiam mentis integritas. Deniq; Maria Magdalena
dominũ prohibetur tangere, quia nutabat de resurre-
ctionis fide. Illa igitur tangit Christum, quę fide tãgit. K
Magdalena autem stabat ad monumentum foris plo
rans. Quę foris est, plorat. nã quę intus est, plorare nõ
nouit. Plorat autem, quia corpus non videt Christi: &
perisse putat, quia ipsa nõ cernit. Ergo Maria foris, sed
non Petrus, non Ioannes foris. Deniq; illi currẽtes in-
trauerunt, & ideo non plorauerũt, & gratulantes reces-
serunt. Illa quę non introiuit, fleuit, non credidit, fraude
sublatũ putauit, nec cũ angelos cerneret, credendũ arbi
trabatur. Et ideo dicũt ei angeli: Mulier quid ploras? Ioã. 20.
quem quæris? Hoc angeli dicũt, & dominus postea iis-
dem verbis repetiuit, vt sciatis quia angelorum verba
mandata sunt domini. Deniq; eadem (vt dixi) etiã dñs
verba repetiuit dicẽs: Mulier quid ploras? quem quæ-
ris? Quę nõ credit, mulier est: nam qui credit, in virum Ephe. 4.
perfectũ resurgit, in mensurã ætatis plenitudinis Chri-
sti. Mulier, inquit, non de sexu, sed de cunctatione con-
uitium est. Et bene mulier quæ nutabat, quia virgo iã
crediderat. Quid ploras? hoc est, tu tibi es causa ploran
di, tu tibi es autor flendi, quæ es Christi incredula. Plo
ras quia non vides, Christum. crede, & videbis. Adest
Christus, nec vñq̃ iis a quib⁹ quęritur deest. Quid plo-
ras? hoc est, nõ lachrymis opus est, sed fide prompta, &
deo digna. Noli cogitare mortalia, & non plorabis. no
li cogitare peritura, & flẽdi causam habere nõ poteris.
Cur inde ploras, vnde alii gratulantur? Quẽ quæris?
hoc est: Non vides quia adest Christus? nõ vides quia
Christus est dei virtus, quia Christus est dei sapiẽtia,
quia Christus est sanctitas, quia Christus est castitas,
quia Christ⁹ integritas, quia Christus natus est ex vir-
gine, quia Christus ex patre, & apud patrem, & in pa-
tre semper, natus, non factus, nec degener, sed semper
verus deus ex deo vero? Tulerũt, inquit, dominum de Ioã. 20.
monumẽto, & nescio vbi posuerũt eum. Erras mulier L
quæ putas ab aliis Christum de monumento esse sub-
latum, & non potestate propria resuscitatũ. Sed nemo
tulit dei virtutem, nemo tulit dei sapientiam, nemo tu
lit venerabilem castitatem. Non tollitur Christus de
monumẽto iusti, nec de suæ virginis secreto, & pię mẽ
tis arcano: & si qui volunt tollere, auferre non possunt.
Tunc ait illi dñs: Maria, respice ad me. Quando non
credit, mulier est. quando cõuerti incipit, Maria voca-
tur, hoc est, nomẽ eius accipit quæ parturit Christum.
Est enim anima quę spiritualiter parit Christum. Re-
spice, inquit, ad me. Qui Christum respicit, emenda-
tur. Errat autem quæ Christum non videt. Et ideo il-
la cõuersa respexit, & dixit: Rabbi, quod interpretatur
magister. Quæ respexit, conuertitur. quę conuertitur,
plenius intuetur. quæ videt, proficit. Et ideo magistrũ
appellat, quem mortuũ esse credebat. Alloquitur quẽ
putabat amissum. Noli, inquit, me tangere. hoc est:
Etsi correptionis tentamenta sunt, non tangit tamen
Christum nutantis affectus. Noli, inquit, me tangere. M
hoc est, noli tangere dei virtutem, dei sapientiam, reue
rendam integritatem, honorabilem castitatẽ. Sed va-
de ad fratres meos. Quid est aliud dicere, nisi, iam no-
li foris flere? Vade ad electos & ad obseruantissimos
sacerdotes, & dic illis: Ascendo ad patrem meum, & Ioan. 20.
patrem vestrũ: deum meum, & deum vestrum. Quid
est aliud dicere, nisi, ne mulier hinc moueas quęstionẽ?
Certe a perfectioribus quęre, dicent tibi quæ distinctio
sit inter patrem meum, & patrem vestrũ. Nam qui iu-
xta diuinam generationem pater mihi est, is iuxta ad-
optionem pater vester est. Patrem meũ dicẽdo, a crea-
turis se dei filius separauit. Patrem vestrũ dicẽdo, ado-
ptionis spiritalis gratiam designauit. Ita & deum meũ
dicendo, mysterium suæ incarnationis ostendit, vt quẽ
patrem naturaliter habet, deum appellet propter susce
pti corporis sacramentum. Deum quoq; vestrum cum
dicit, profectũ in nobis suę operationis ostendit. Et ve-
re deus noster factus est nobis, ex quo passus est Chri-

A stus, quando vt alia omittam, pro integritate seruanda
mori virgines sunt paratæ. Nihil de causa, nihil de pso-
na loquor. Vbi enim domini gratia, ibi debet esse pax
domini. Nec quẽq̃ publicis arguo, sed meipsum defen-
satum venio. Accusati enim sumus: & nisi fallor, accu-
satores nostri pleriq; de vobis sunt. Horũ ego affectus
redarguere malo, q̃ personas prodere. Criminis autem
inuidia hęc est, quia suadeo castitatẽ. Qui hoc nõ liben-
ter accipit, ipse se prodit. Virginitatem, inquit, doces,
& persuades plurimis. Vtinam conuincerer, vtinam
tanti criminis probaretur effectus. Non vererer inui-
diam, si efficaciã recognoscerem. Atq; vtinam me exẽ-
plis potius argueretis, q̃ sermonibus cęderetis. Sed ve-
reor ne pręuaricatores mihi apposuisse videar, qui me
alienis cõmẽdent laudibus. Initiatas, inquit, sacris my-
steriis, & consecratas integritati puellas nubere prohi-
bes. Vtinã potuissem reuocare nupturas. Vtinã pos-
sem flammeũ nuptiale pio integritatis velamine mu-
tare. An indignũ videtur vt sacratę virgines a sacrosan
ctis altaribus nõ abducantur ad nuptias? Et quibus li-
cet sponsum eligere, nõ licet deum pręferre? In me ergo
facti cõditio mutatur, vt ꝓ opprobrio mihi cedat quod
semp spectauit ad gratiã sacerdotũ, iacere semina inte-
gritatis, & virginitatis studia prouocare. Quęro enim
vtrum quasi improbũ hoc, an quasi nouũ, an quasi inu-
tile reprehẽdatur? Si quasi improbũ, improba ergo vo-
ta sunt omniũ, improba vita est angelorũ, quam gratia
B resurrectionis imitatur. Qui enĩ nõ nubunt neq; nubẽ-
tur, erũt sicut angeli in cælo. Qui hoc vtiq; reprehẽdit,
resurrectionis vota condẽnat. Itaq; improbũ videri non
potest, quod hominibus ꝓ præmio constitutũ est. Nec
potest eius rei species displicere, cuius veritas & in fru-
ctu est & in voto. Sed esto nõ sit improbũ, numquid no-
uum est? Nos enĩ noua oĩa quę Christus nõ docuit, iu-
re damnamus, quia fidelibus via Christus est. Si igitur
Christus nõ docuit quod docemus, etiã nos id detesta-
bile iudicamus. Discutiamus ergo vtrũ Christus inte-
Matt. 19. gritatẽ docuerit, an repudiandã putauerit. Et sunt, in-
quit, spadones, qui seipsos castrauerũt ꝓpter regnũ cæ-
lorũ. Est ergo præclara militia quæ regno cælorũ mili-
tat. Itaq; iam tũc dominus docuit, esse debere inteme-
rata studia castitatis. Vnde & Apostoli eam cæteris
pręeminere cernẽtes, si ita est causa, aiunt, viri cũ vxo-
re: nõ expedit nubere. Quo dicto & grauiora iudicarũt
onera vinculi cõiugalis, & verę integritatis gratiã prę-
tulerunt. Sed dominus qui sciret prędicandã omnibus
integritatẽ, imitandã paucis: nõ oẽs, inquit, capiunt ver
bum istud, sed quibus datũ est. hoc est, nõ est cõmunis
plurimis & vulgaris integritas, nec ꝓ infirmitate per-
mittitur, sed ꝓ virtute cõceditur. Deniq; cũ dixisset: Et
sunt spadones qui seipsos castrauerũt propter regnum
cęlorum: vt ostenderet hoc non mediocris esse virtutis,
Qui potest, inquit, capere, capiat. Et ideo post hoc ver
bum offeruntur pueri ad benedicẽdum, qui corruptelæ
expertes, integritatis munus immaculata ętate serua-
C rent. Talium enĩ est regnũ cælorũ, qui in puerilem ca-
stimoniã tanq̃ in naturã infantiũ corruptelæ ignorãtia
remeauerint. Est ergo etiã cælesti voce ꝓbata virgini-
tas, dominicisq; expetẽda pręceptis. Quo loco magiste
riũ diuinę vocis imitemur. Nam cũ in superioribus cõ
iugiũ memorauerit nõ esse soluendũ nisi ex causa forni-
cationis: in posterioribus integritatis gratiã donũq; cõ-
texuit, vt doceret nõ damnãdas esse nuptias, sed probã-
das, nuptiis tamen ipsis integritatis studia pręferenda.
Quis enĩ tam auersus a vero, qui nuptias dãnet? Sed
quis tam alienus a ratiõe, qui cõiugii onera nõ sentiat?
1. Cor. 4. Etenim mulier innupta & virgo, cogitat quæ sunt do-
mini, vt sit sancta corpore & spiritu. Nam quæ nupta
est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.
Et præter has molestias quãuis nubendo non peccet,
contritionem tamẽ habebit carnis huiusmodi. Grauis
enĩ partus labor est, grauis creandorum & erudiendo- D
rum liberorũ molestia. Quib⁹ ante pręscripsit, ne quis
huiusmodi auerteretur iiuriis. Multæ enĩ in partus do
loribus cõstitutę, coniugio se renunciare dicunt. Multi
etiã matrimonii onera nõ ferẽtes, alieno ab vxore auer
tuntur affectu. Et ideo Apostolus ante præmisit: Iun-
ctus es vxori? noli quærere solutionẽ. Et bene ait: Iun-
ctus es. Quodã enĩ vir & vxor nexu inter se amatorio
copulãtur, & quibusdam inuicem sibi habenis amoris
adstricti sunt. Bona igitur vincula nuptiarũ, sed tamẽ
vincula: & si vincula, tamẽ vincula charitatis. Bonũ cõ
iugium, sed tamẽ a iugo tractũ, & iugo mundi, vt viro
potius cupiat placere, q̃ deo. Bona etiã vulnera charita
tis, & osculis præferenda. Vtiliora enĩ vulnera amici, q̃ Prouerb. 27.
voluntaria oscula inimici. Deniq; Petrus vulneratur,
Iudas osculatur. Illũ oscula cõdẽnant, hũc vulnera emẽ-
dant. Illius osculis proditionis vulnera funduntur, istius
lachrymis culpa lauatur. Itaq; vt ostẽderet sermo pro-
pheticus bona vulnera charitatis, ecclesia dicit in Can-
ticis cãticorũ: Quia vulnerata charitate ego sum. Ne-
mo ergo vel qui coniugiũ elegit, reprehẽdat integrita-
tem: vel qui integritatẽ sequitur, condẽnet coniugium.
Nanq; huius sententię aduersarios interpretes dãnauit
iamdudum Ecclesia, eos scilicet qui audeant soluere co-
pulam coniugalem. Audite enĩ quid dicat sacrosancta
ecclesia: Veni frater meus, exeamus in agrũ, requiesca Canti. 7.
mus in castellis, diluculo surgamus in vineas, videa-
mus si floruit vitis. Multos ager fructus habet, sed ille E
melior est qui & fructibus redundat & floribus. Est er-
go ecclesię ager diuersis fœcũdus copiis. Hic cernas ger
mina virginitatis flore vernantia, illic tanq̃ in campis
siluæ viduitatẽ grauitate pollẽtẽ, alibi tanq̃ vberi fruge
coniugii ecclesię segetẽ replentẽ mũdi horrea, ac veluti
maritatæ vineæ fœtibus torcularia Iesu domini redũ-
dantia, in quibus fidelis coniugii fructus exuberat. Nec
improbũ igitur nec nouum integritatis est studiũ. Vi-
deamus ne forte inutile iudicetur. Nõnullos enĩ dixisse
audiui quod periit mũdus, defecit genus hominũ, con-
iugia labefactata sunt. Quęro quis tandẽ quęsiuit vxo-
rem qui nõ inuenerit? Quando fuerint bella pro virgi-
ne? Quis vñq̃ pro virgine sit peremptus? De coniugiis
autem ista nascuntur, vt perimatur adulter vxoris, ra-
ptor præliis appetatur. Ista reipublicę semper damno
fuerunt. Pro virgine sacra nemo damnatus est, quia ca
stitatem nõ pœna cohibet, sed religio auget, fidesq; con
seruat. Si quis igitur putat cõsecratione virginũ minui
genus humanũ, consideret quia vbi paucę virgines, ibi
etiam pauciores homines: vbi virginitatis studia cre-
briora, ibi numerũ quoq; hominũ esse maiorẽ. Discite
quãtas Alexãdrina, totiusq; Orientis & Aphricana ec
clesia quotãnis sacrare consueuerint. Pauciores hic ho-
mines prodeunt, q̃ illic virgines cõsecrantur. Ex ipsius F
igitur orbis terrarũ vsu nõ inutilis virginitas existima
tur, pręsertim cũ per virginẽ salus venerit orbẽ fœcun-
datura Romanũ. Quod si quis hoc ꝓhibet, prohibeat
igitur pudicas vxores degere, quia frequentius possunt
parere incontinẽtes. Nulla peregrinanti marito fidem
seruet, ne damnũ faciat prolis futurę, & partus frequen
tioris amittat ætatẽ. Sed difficilior fit via adolescenti-
bus ad nuptias impetrandas. Quid si forte cõmodior?
Quęro enim cum his aliquem habere tractatũ, qui ar-
cendę virginitatis sentẽtiam gerunt. Itaq; qui sunt isti,
discutere debemus, vtrum qui vxores habẽt, an qui nõ
habent. Si qui habent, timere non debent: vxores eo-
rum iam virgines esse nõ possunt. Si qui nõ habent, nõ
sibi iniuriam faciant, quod eius tantum nuptias spera-
uerint, quę nuptura nõ esset. An fortasse patres pro fi-
liarum coniunctiõe soliciti, moleste ferunt virgines cõ-
secrari? Nec hi quod vereantur habent, si sequatur consi
lium. Inter paucas suę citius eligentur. Aiunt etiã ple-
riq; maturioris ętatis virgines esse velandas. Neq; ego

G abnuo,sacerdotalis esse cautionis debere,vt nõ temere
puella veletur. Spectet plane,spectet ętatẽ sacerdos,sed
fidei vel pudoris. Spectet & maturitatẽ verecũdię, exa-
minet grauitatis caniciem,morum senectam, pudici-
tiæ annos,animos castitatis. Tamen deinde si matris
tuta custodia, comitũ sobria sedulitas,si hęc presto sint,
nõ deest virgini longæua canicies. Si hęc desunt, diffe-
ratur puella moribus q̃ annis. Non ergo ætas reiicitur
florentior,sed animus examinatur. At certe Theclam
nõ senectus sed virtus probauit. Et hinc quid plura con
texam,cũ omnis ætas habilis deo,perfecta sit Christo?
Deniq; non virtutem ætatis appendicem dicimus,sed
virtutis ætatem. Nec mirere in adolescentulis profes-
sionem,cum legeris in paruulis passionẽ. Scriptum est
Psalm. 8. enĩ: Ex ore infantiũ & lactentium perfecisti laudẽ. An
dubitamus si eum vsq; ad continẽtiam sequatur adole-
scentia,quẽ vsq; ad mortẽ confitetur infantia? Et quasi
incredibile putamus si puellæ nubiles Christũ sequan-
tur ad regnum,quẽ etiam pueri sequebantur in deser-
Mat. 14. tum? sicut legimus quia saturata sunt de quinq; pani-
bus quatuor milia hominũ, exceptis, inquit, pueris &
mulierib9. Nolite ergo a Christo arcere infantes,quia
& ipsi pro Christi nomine subiere martyrium. Talium
est enim regnũ cælorũ. Vocat eos dominus,& tu pro-
Ibidẽ. 19. hibes? De ipsis enĩ dominus ait: Sinite eos venire ad
me. Nolite adolescentulas arcere,de quibus scriptũ est:
Canti. 1. Propterea adolescentulę dilexerunt te nimis,& intro-
duxerunt te in domum matris suæ. Nolite postremo a
Lucæ. 1. Christi charitate etiã paruulos separare,quẽ etiã intra
matris vterũ adhuc positi exultatione prophetica fate-
bantur. In ipsis adhuc ecclesię principiis turbę require-
H bant eũ. Qua ratione? Quia manus, inquit, imponẽs
curabat eos. Nec tẽpus ad sanãdũ,nec locus quęritur.
Omnibus enim locis omnibusq; tẽporibus nõ est præ-
termittenda medicina. Intra domũ Maria ab angelo
benedicitur,intra domũ Dauid vngitur in prophetam.
Vbiq; Iesus curat, vbiq; sanat, in itinere, in domo, in
Lucæ. 8. deserto. In itinere curatur quę fimbriam tetigit. In do
mo principis synagogę filia resuscitatur. In deserto tur-
Ibidẽ. 4. ba sanatur. Deniq; sic habes, Cum sol autem occidisset:
omnes qui habebant infirmos variis languoribus, du-
cebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens
curabat eos. Sanabat ergo & in deserto,& occidẽte iam
sole,& sanabat imponẽs manus,vt & deum se & homi
nẽ demonstraret. Nõ immerito igitur facta iam die tur
bæ requirebant eum. Vide ordinẽ. Sole occidente ęgri
deferuntur ad Christũ,facta autẽ die turbę requirebant
eum. Quando enim nisi per diem quæritur Christus?
Nam qui in luce ambulat,non recedit a Christo. Itaq;
nox habebat adhuc ægrotantium gemitus,dies iam fi
I dem plebis,iam lętitiam sanatorum: vt quod scriptum
est,compleretur: Ad vesperum demorabitur fletus,&
Psal. 29. ad matutinũ lætitia. Quę enim turbæ maior gratia,q̃
vt etiã in desertum locũ Christũ sequatur? In quo ille
docet,a perfecto abesse debere iactantiam. Non enim
sanandorũ copiã,sed operũ iactãtiã declinabat. Et nos
igitur si salui esse desideram9,vel si iam meremur sani-
tatẽ,pcul a luxuria,procul a lasciuia,tanq̃ in arido vitæ
istius & ieiuno solo quadã siti corporis fugitantem de-
liciarum Christum sequamur. Sequamur per diem.
Ioan. 8. Adest ecclesię dies,quẽ Abraham vidit,& gauisus est.
Sequamur ergo per diem Christum. Non enim in no-
Canti. 3. ctibus reperitur. In cubili,inquit,meo,in noctibus quęsi
ui quem dilexit anima mea. quęsiui eum,& nõ inueni
eum. vocaui eum,& nõ obaudiuit me. Non in foro,nõ
in platęis Christus reperitur. Deniq; nec illa eum in fo-
ro & in platæis potuit reperire,quę dicit: Exurgã,ibo,
& circuibo in ciuitate,in foro,& in platęis,& quęram
quem dilexit anima mea. Quęsiui eum,& non inueni
eum. Vocaui eum,& non obaudiuit me. Nequaq̃ igi-
tur ibi quæramus Christũ, vbi inuenire nõ possumus.

Non est Christus circũforaneus. Christus enĩ est pax,in K
foro lites. Christus iustitia est,in foro iniquitas. Christus
operator est,in foro inane ocium. Christus charitas est,
in foro obtrectatio. Christus fides est,in foro fraus atq;
perfidia. Christus in ecclesia est,in foro idola. Et vt illa
vidua quam in alio perstrinximus libro,cognoscat non
obtrectandi me locutum illa studio,sed monendi,meq;
non asperum,sed solicitum: gratiã reconciliationis acci
piat. In ecclesia vidua iustificatur, in foro circumueni-
tur. Fugiamus ergo forum,fugiamus platęas. Pruden
tiam autẽ notam assume tibi,& custodias te a mulie-
re aliena. Per fenestram enim de domo sua in platæis
prospicit. Fugiamus platęas. Non enim iniuria tantũ-
modo est nõ inuenisse quem quæras,sed etiam plerũq;
vbi nõ oportet quęsisse,vulnus est,quęsisse in domibus
virorum qui sibi falso doctorũ nomẽ assumunt,quęsisse
procacius q̃ verecũdius. Ergo caueamus exẽplo ecclesię
illius,ne qui nos custodes inueniant qui circumeunt ci-
uitatem. Inuenerũt,inquit,me custodes qui circumeũt Canti. 5.
ciuitatem,percusserunt & vulnerauerũt me, & tulerũt
pallium meum a me custodes murorũ. Non in se filiæ,
non,inquã,in se filiæ,sed in nobis vulneratur ecclesia.
Caueamus igitur ne lapsus noster,vulnus ecclesię fiat:
ne quis a nobis pallium auferat,hoc est,amictum pru-
dentiæ,insigne patientię,quo mollioris ambitio vestis
exuitur. Qui enĩ mollioribus vestibus induuntur,in
domibus regum sunt. Nobis autẽ pallium dedit Chri- Mat. 11.
stus, quo apostolos suos,& corpus suum ipse vestiuit.
Quod deniq; iubet te dare si quis a te tunicam petat,vt
dimittas ei & pallium,id est insigne philosophiæ tuæ
tradas,& quasi amictu prudentię tuę eum qui ante nu- L
dus fuerat,circũuestias. Ibi igitur filiæ Christum quæ-
ramus,vbi quærit ecclesia, in montibus boni odoris,
qui excelsorum sublimitate factorum,suauem vitę odo
rem pro meritorũ verticibus exhalant. Fugit enim pla
tęas,fugit conuentus & strepitus fori,iuxta quod scri-
ptum est: Fuge fraternus meus, & similis efficere cer- Canti. 2.
uo aut hinnulo ceruí in montes aromatum. Serpenti-
nis enim inuisus colubris, effugitans canũ,atq; humi
reptantibus infestus serpẽtibus, nescit habitare nisi in
sublimitate virtutũ,nescit cõmorari nisi in talibus eccle
siæ filiabus quę possunt dicere: Christi enĩ bonus odor 2. Cor. 2.
sumus deo,sed quibusdã odor mortis in mortem,in iis
qui pereunt: quibusdam odor vitæ in vitam,in iis vtiq;
qui odorem resurrectionis dominicæ viuida fide spe-
rant. Isti sunt aromatũ mõtes,qui domini corpus Iesu
acceperunt,& in linteis cum aromatibus ligauerunt.
Quicunq; enim crediderunt quia Iesus mortuus est,&
sepultus est,& resurrexit: ii excelsum veræ cacumen fi-
dei virtutum fastigiis extulerunt. Vbi ergo Christus M
quæritur? In pectore prudentis scilicet sacerdotis. Et
quoniam de deserto tractatus hic sumitur: vbi quæren-
dus sit,etiam ipse monstrat dicens: Ego flos campi,& Canti. 2.
lilium conuallium,tanq̃ lilium in medio spinarũ. Ecce
alius locus,in quo solet dominus diuersari,immo nõ in
vno loco,sed in pluribus. Ego,inquit, flos campi: quia
patentem simplicitatẽ puræ mentis frequentat. Et li-
lium cõuallium. Flos enim humilitatis est Christus,
nõ luxuriæ,nõ voluptatum atq; lasciuię, sed flos simpli
citatis,flos humilitatis,tanq̃ lilium in medio spinarũ.
Nonne inter asperitates laborũ,cõtritionesq; animorũ
boni flos odoris assurgit,quia contrito corde deus pla-
catur? Hoc est desertum filiæ quod ducit ad regnum.
Hoc est etiã desertũ qđ floret vt lilium,iuxta qđ scriptũ
est: Lætare sterilis,& exulta desertum,& floreat vt li- Esaię. 35.
lium. In hoc deserto,filiæ,arbor illa bona fructifera quę
bonos fructus facit,incipit brachia factorũ suorum dif-
fundere, verticem diuinitatis attollere. Iuxta quã no-
stræ ligna syluæ frutescant: quia sicut arbor mali inter
ligna syluæ,ita frater meus inter medium filiorum. Et
videns hoc ecclesia lætetur & gaudeat dicens: In vm- Canti. 2.

A bra eius concupiui & sedi, & fructus eius dulcis in fau-
cibus meis. Videns,inquã,hoc ecclesia, & fidei nostræ
iam læta successu dicat, Inducite me in domo vini, &
ordinate in me charitatem. Charitas non potest esse si-
ne fide. Tres enim sunt velut vades ecclesię, spes,fides,
charitas. Cũ spes præcesserit,fides fundata fuerit: ordi-
natur charitas, ecclesia copulatur. Didicisti ergo vbi
Christum requiras,disce etiam quemadmodum possis
mereri vt ille te quęrat. Excita spiritũ sanctum dicens:
Exurge aquilo,& veni auster,aspira hortũ meũ,& pro-
fluant aromata mea. Descendat fraternus meus in hor
tum suum,& manducet fructum pomiferarũ suarum.
Hortus verbi,animę vernantis affectus est,& in pomi-
feris virtutis est fructus. Venit ergo: & siue manduces
siue bibas, si Christum inuocas, adest dicens: Venite
Prouer. 9 manducate panes meos,& bibite vinum meum. Siue
etiam dormias,pulsat ad ianuam. Venit,inq̃,frequen-
ter,& per prospectum mittit manũ suam,sed nõ semp
nec ad omnes,sed ad eam animã quę potest dicere: No
Canti. 5. cte exui me tunicam meam. Etenim in hac seculi nocte
prius tibi corporalis vitę amictus est exuendus. Exuit
enim se carne dominus, vt pro te de dominatiõibus &
potestatibus mundi istius triũpharet. Quomodo in-
duam illam? Vide anima deo deuota quid dicat. Sic se
actus corporis & terrenos exuit mores,vt nesciat quo-
modo,etiam si velit,rursus possit induere. Quomodo
induam illã? Hoc est,qua verecũdia? quo pudore? qua
postremo memoria? Cõsuetudo enĩ boni,vsum praui-
tatis veteris amisit. Laui pedes meos,quomodo inqui
nabo illos? Didicisti in euangelio quod pedes lauare,si-
dei mysterium,humilitatis insigne sit,iuxta quod scri-
Ioan. 13. ptum est: Si ego laui pedes vestros dominus & magi-
ster,quãto magis vos debetis alter alterius pedes laua-
B re? Sed hoc ad humilitatem pertinet. Quantum vero
ad mysteriũ, pedes debet lauare suos qui vult partem
habere cum Christo. Si enim nõ lauero,inquit,tibi pe-
des,non habebis partem mecum. Cum hoc Petro di-
citur,quid de nobis censetur? Qui lauit igitur pedes,nõ
necesse habet iterum lauare: & ideo caueat ne inquinet
eos. Et bene sancta ecclesia dicit: Laui pedes meos. Nõ
dicit,quomodo iterum lauabo eos? sed quomodo iterũ
inquinabo eos? quasi oblita maculæ veteris,oblita con
tagii. Admonet igitur in ministerio corporali quẽad-
modum spirituale debeamus actuum nostrorũ diluere
vestigium. Itaq; pedes cum semel laueris æterni fontis
irriguo,& mysterii mundaueris sacramento,caue ite-
rum corporeæ cupiditatis illuuiem,ne lutulenti actus
sordibus inquinentur. Isti sunt pedes quos Dauid lauit
in spiritu,qui te docet quẽadmodum eos inquinare nõ
Psal. 121. possis,dicens: Stantes erant pedes nostri in atriis tuis
Hierusalem. Vtiq; hic nõ corporis,sed animi intellige
pedes. Quomodo enĩ terrenus homo in cælo haberet
C corporis pedes? Hierusalem enim, sicut Paulus te do-
cuit,in cælo est. Et idem te docuit quẽadmodum in cę-
Philip. 3. lo stare possis,cum dicit: Nostra autẽ conuersatio in cę-
lis est. Conuersatio morũ,cõuersatio factorũ,conuersa-
tio fidei. Quisquis sic viuit,potest dicere: Frater meus
misit manum suam per prospectũ, & venter meus tur-
batus est ad illum. surrexi aperire fratri meo. Bonum
est vt ad aduentum domini interiora turbentur. Si ad
angeli aduẽtum Maria turbata est, quanto magis ad
Christi nos turbamur aduentum? Influentibus quip-
pe diuinis,corporeus peregrinatur affectus, & vsus ille
exterioris hominis exolescit. Et tu turbare, & tu festi-
na. Festinantes illi agnum manducare præcipiuntur.
Surge, aperi, ad ianuã Christus est, vestibula domus
tuę pulsat. si aperueris,itroibit,& itroibit cũ patre. Nec
solũ cũ ingressus fuerit,mercedẽ relinqt,sed etiã prius q̃
ingrediatur,mercedem præmittit. Adhuc anima tur-
batur,adhuc parietes domus suę palpat,adhuc ostium
quærit vbi Christus est,adhuc soluit vinculum carnis

& corporis claustrũ, adhuc Christus foris pulsat. Ma- D
nus,inquit,meę stillauerunt myrrhã,& digiti mei ple- Canti. 5.
ni in manibus clausurę. Quam myrrhã stillant animæ
manus,nisi illam quam obtulit iustus ille Nicodemus
magister in Israel,ille qui meruit lauacri primus audi-
re mysteriũ,qui attulit mixturã myrrhæ & aloes quasi
libras centum,& misit in corpus Iesu? Perfectum vtiq;
odorem fidei attulit. Hunc odorem fragrat anima quæ
Christo aperire incipit: vt accipiat primũ odorem do-
minicę sepulturę,& credat quia caro eius non vidit cor-
ruptionem,nec odore aliquo mortis emarcuit,sed ęter-
ni illius floris & semper virẽtis odore condita surrexit.
Quomodo enĩ poterat vel in carne marcescere, cuius
nomen vnguentum exinanitum est? Exinaniuit se,vt
spiraret tibi. Semper vnguentũ hoc erat,sed erat apud
patrem,erat in patre. olebat tantũ angelis & archange-
lis,tanq̃ intra vas cæli. Aperuit os pater dicens: Ecce Esaię. 49
posui te in testamẽtum generis mei,in lucem gẽtium,
vt sis in salutem vsq; ad extremum terrę. Descendit fi-
lius,repleta sunt omnia nouo odore verbi. Eructauit cor
patris verbum bonum,fragrauit filius,spiritus sanctus
exhalauit,atq; per omnium corda diffudit. Diffusa est
enim charitas dei in cordibus nostris per spiritũ sanctũ. Roma. 5.
Ipse dei filius in corpore tanq̃ in vase odorem primo co
hibebat suum, operiẽs tempus: sicut ait: Dominus dat
mihi linguam eruditionis,vt sciam quando oporteat
me dicere sermonẽ. Venit hora,aperuit os, exiuit vn-
guentum,quando virtus exibat de eo. Hoc vnguẽtum
exinanitum est supra Iudęos,& collectum est a genti-
bus. Exinanitũ in Iudęa: & redoluit in omnibus terris.
Hoc vnguento vncta est Maria,& virgo concepit,vir-
go peperit bonũ odorem dei filium. Hoc vnguentum
effusum est super aquas,& sanctificauit aquas. Hoc vn-
guento vncti sunt tres pueri,& humorẽ iis flamma ro- E
rauit. Hoc Daniel vnctus est,& leonum ora molliuit,fe
ritatemq; permulsit. Fluit hoc vnguentum quotidie,&
nunquam deficit. Accipe vas tuum virgo,& accede,vt
possis hoc vnguento repleri. Accipe vnguentum æsti-
matum trecentis denariis,sed gratis datum, non ven-
ditum, vt omnes haberẽt. Gratis virgo vngere,noli cõ
tristari sicut Iudas quia hoc vnguẽtum effunditur, sed
consepeli te in Christum. Claude sane vas tuum, ne vn
guentũ effluat. Claude integritatis claue,loquẽdi vere-
cundia,abstinentia gloriandi. Hoc quę habet vnguen-
tum,Christum recipit. Et ideo quę habebat,ait: Ape-
rui,inquit,fratri meo. frater meus trãsiuit. Quomodo
transiuit? id est mentis interna penetrauit,sicut dictum
est Marię: Et tuam ipsius animã pertransibit gladius. Lucę. 2.
Viuum enim verbũ dei sicut gladius acutus penetrãs Hebrę. 4.
corporalium repagula cogitationum,cordis interna ri-
matur. Et tu igitur anima vna de populo,vna de ple-
be. neq; enĩ Christus stupet aliqua secularium discrimina
dignitatũ,nec auratã vestẽ,aut monile preciosum,aut F
nobilia coruscãtium gemmarũ serta miratur,quorum
dispendiis sæpe lis mouetur in ecclesia, pax fugatur.
Certe tu vna de virginibus,quę corporis tui gratiã splẽ
dore mentis illuminas,(propior enim es quę ecclesię cõ
pareris) tu,inquã,in cubiculo tuo & nocturno tẽpore
constituta,semper meditare Christum, & eius aduen-
tum omnibus sperato momentis. Si tardare tibi vide-
tur,exurge. Tardare videtur cũ diu dormis,tardare vi-
detur cũ ab oratione vacas,tardare videtur cũ vocẽ non
excitas psalmis. Primitias vigiliarũ tuarũ Christo di-
cato,primitias actuum tuorũ Christo immola. Audi-
sti in superioribus quia vocauit te dicẽs: Veni a Liba- Canti. 4.
no sponsa,veni a Libano,transibis & pertrãsibis a prin
cipio fidei. Transibis in seculum certatura,pertransibis
ad Christũ triũphatura de seculo. Audisti quia te a leo-
num & pardorũ,id est,a spiritualium nequitiarũ incur
sionib9 separauit. Audisti quia placet ei tuarũ pulchri-
tudo virtutum. Audisti quia vestimentorũ tuorũ aro-

G mata,hoc est bonum odorē integritatis omnibus odo-
ribus prętulit. Audisti quia hortus es clausus,suauium
pomiferarū refertus fructibus. Pete igitur vt aspiret tu-
bi spiritus sanctus,spiret supra cubile tuum,atq; odorē
piæ mentis & gratię spiritualis accumulet. Respon de-
Canti. 5. bit tibi: Ego dormiui,& cor meum vigilat. Audis vo-
cem pulsantis ad ianuam,& dicentis: Aperi mihi soror
mea,surge proxima mea,columba mea,perfecta mea,
charitate proxima,simplicitate columba,virtute perfe-
cta,quia caput meū plenum est rore. Sicut enim ros cęli
nocturnas amouet ficcitates,ita ros domini nostri Iesu
Christi nocturnis & secularibus tenebris æternæ vitæ
stillauit humorē. Hoc est caput quod æstu mundi nesci-
Lucę. 23. uit arescere. Vnde ait: Quia si in humido hoc faciunt,
in arido quid facient? Hoc igitur caput rorat aliis,sibi
abundat. Et bene abūdat caput Christi,quia caput tuū
Christus est,qui plenus est semper,nec liberalitatibus
exhauritur suis,aut diuturna deficit largitate. In hoc
caput ferrum nō ascendit,quod est instrumētum belli,
insigne discordiæ. Nunc expecta & vide,ros ille qualis
sit,scilicet non vulgaris humoris. Cincinni autem sunt
in eo guttarū noctis. Noli proxima mea accipere cin-
cinnos corporalium capillorū. Non illa ornamenta,sed
crimina sunt. Lenocinia formę,non præcepta virtutis.
Alios cincinnos Nazareus habet, quibus ferrum non
ascendit,quos nemo prędidit,qui nō calamistris compo
siti,& arte digesti,sed multiplici crispante virtutum ni-
tentium gratia refulserūt. Disce in historia quales Na-
zareus cincinnos habeat, quos quādiu Sāpson habuit
intactos,nunq̄ vinci potuit. Cincinnos perdidit, & me-
ritum virtutis amisit. Audita igitur virtute verbi,quā
exteras tunicam nocte,ne quęsieris quēadmodum in-
H duas eam. Offunditur em̄ & frequenter offertur per ne-
quitiam spiritalem. Quēadmodum,inquā,induas eā,
obliuiscaris & nescias: & quasi iam dīs assistat,exors
corporalium vinculorū turbata consurgas,internā ora-
tionibus prępares mentē dum surgis,vt ex humilibus
ad superna contēdas,& studeas fores tui cordis aperire:
dum manus tuas tendas ad Christum,fidelem tuā ge-
sta spirabunt odorem. Admoue igitur manus naribus
tuis,& odorē actuum tuorū indefessa ac perui gili ala-
critate mentis explora. Mulcebit te odor dexterę tuæ,
& fragrantiā resurrectionis tua mēbra redolebunt,myr
rham digiti tui sudabunt,hoc est fidei verę gratiā spiri-
tualia gesta fragrabunt. Capis ergo virgo ex interiore
tuo corpore voluptatē,& ipsa tibi dulcis,ipsa tibi suā-
uis es,ipsa tibi (quod peccantibus sæpe contingit) nō
incipis displicere. Plus enim tibi placebit nuda simpli-
citas corporeę fraudis exuta tegminibꝰ. Talē te Chri-
stus desiderauit,talem te Christus elegit. Aperto itaq;
ingreditur ostio. Neq; enim potest fallere,qui se ingres-
surum esse promisit. Complectere igitur quem quęsisti,
I accede ad ipsum,& illuminaberis: tene illum,roga ne
cito abeat,obsecra ne recedat. Verbum em̄ dei currit,
fastidio nō capitur,negligentia nō tenetur. Obeat ani-
ma tua in verbo eius,& cęlestis sermonis insiste vesti-
Canti. 5. gio. cito em̄ transit. Deniq; quid ait illa? Quęsiui eum,
& non inueni illum. vocaui eum,& non obaudiuit me.
Ne putes displicere te,quę vocasti,quę rogasti,quę ape
ruisti,quod tam cito abiit. Sinit nos sæpe tentari. De-
niq; turbis rogantibus ne recederet,quid ait in Euange
Lucę. 4. lio? Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare ver-
bum dei,quia ideo missus sum. Sed etiā si tibi ille abisse
videtur,tu rursus explora: noli iam deo deuota illos
metuendos circumforaneos intelligibiles timere custo-
des,noli timere eos qui circūeunt ciuitatē,noli vulnera
formidare,quę sequentibus Christū nocere nō possunt.
Etiam si corpus tuum,hoc est vitam corporis tui aufe-
rant,vicinus est Christus: quem cū inueneris,vbi cum
eodem cōmorari debes agnosce,ne forte ante discedat.
Cito enim desent negligētes. Quis igitur te nisi sancta
ecclesia debet docere quēadmodū Christū teneas? Im- k
mo iam docuit,si quæ legis intelligas. Q̄ modicū,in-
quit,fuit cum transii ab ipsis,donec inueni quē dilexit
anima mea. tenui eum,& nō relinquam eum. Quibus
igitur Christus tenetur? Non iniuriæ nexibus,non rē-
stiū nodis,sed vinculis charitatis,mentis habenis strin
gitur,& animę tenetur affectu. Si vis & tu tenere Chri
stum,quęre iugiter,nec pœnam metuas. Inter em̄ sup-
plicia frequēter corporis,inter ipsas persecutorū manus
Christus melius inuenitur. Q̄ modicū,inquit,fuit cū
transiui ab ipsis. Exiguo enim spatio breuiq; momēto
cum persecutorū manus euaseris,nec succubueris pote
statibus mundi,tibi Christus occurrit,nec te diu tenta-
ri patitur. Quæ sic Christum requirit, quæ Christum
inuenit,potest dicere: Tenui eū,nec relinquā eum,do- Canti. 8.
nec introducam eum in domū matris meæ,& in cubi-
culum eius quæ me concepit. Quæ est domus matris
tuę, & cubiculū eius,nisi internū tuę secretūq; naturæ?
Hanc domū serua,huius domus mundato penetralia,
vt cū immaculata domus fuerit,nec vllius adulterinæ
conscientiæ sordibus inquinata,spiritualis domus in sa
cerdotium sanctum lapide angulari coaugmentata cō-
surgat,& spiritus sanctus habitet in ea. Quæ sic Chri-
stum requirit,quæ sic Christum obsecrat,non relinqui-
tur ab eo,immo etiam frequenter reuisitur. Est enim
nobiscum vsq; ad consummationē mundi. Ergo Chri-
stus repertus est,& tenetur,& repertus est ille qui p fe-
nestram tuā manū misit. Quæ est fenestra nostra,nisi
per quā opera Christi videmus,oculus scilicet animi,&
mentis obtutus? Et ideo virgo per fenestram tuā Chri
stus introeat,Christus manū suā mittat per fenestrā,
tibi veniat verbi non corporis amor. Si igitur per fene-
stram tuam manū mittit dei verbū,vide quēadmodū L
fenestras tuas prępares,vide quēadmodum ab omni
puluere delictorū detergere debeas. Nihil tetrum ha-
beat,nihil adulterinū fenestra virginis. Procul stibium
& cæteras affectati nugas decoris,procul adulterini
amoris illecebras. Similis aurium causa est,quibus nō
suspendenda onera,nō figenda vulnera,sed vnus orna-
tus est,audire quod prosit. Iamuam quoq; tuam disce tē
poribus obserare nocturnis,nō facile quisq; patentē repe
riat. Sponsus ipse vult clausam esse cū pulsat. Iamua no
stra,os nostrū est. Christo,ppemodū soli debet apiri,nec
aperiatur nisi ante pulsauerit dei verbum. Deniq; ideo
scriptum est: Hortus cōclusus soror mea sponsa,hortus Canti. 4.
conclusus,fons signatus. Nec facile aperiat os suum,ne
vulgari designet alloquio. Neq; de ipsis diuinis decet
nisi verbo dei interpellata respondeas. Quid tibi cū cę-
teris? Soli Christo loquere,soli fabulare Christo. Si em̄
mulieres in ecclesia taceant,quāto magis non decet pa
tere virginis ianuam,nō decet viduę patere fores? Cito
insidiator pudoris obrepit,cito verbū excidit quod re-
uocare desideres. Si Euæ clausa fuisset ianua: nec Adā M
deceptus fuisset,nec respondisset interrogata serpenti.
Introiuit mors per fenestram,hoc est per Euæ ostium.
Ingreditur mors per ostium tuū,si falsum loquaris,si Hiere. 9.
turpiter,si procaciter,postremo si vbi nō oportet loqua-
ris. Clausæ sint igitur labiorū fores tuorū,& obseratum
maneat vocis vestibulū,tūc fortasse reserandum cū au-
dieris dei vocem,cū audieris dei verbū. Tunc tibi myr-
rha sudabit,tūc tibi baptismatis aspirabit gratia,vt ab
elementis mundi cōmoriare cū Christo,& cū Christo
resurgas. Quid adhuc,inquit,velut viuētes de hoc mū- Coloss. 2.
do decernitis? Ne tetigeritis,ne attaminaueritis,ne
gustaueritis quæ sunt ad corruptionē ipso vsu. Corrup-
tela enim abesse debet a castis. Itaq; carnis & mundi
sepelite curā. quia cū Christo resurrexistis,quæ sursum
sunt quęrite,vbi Christus est. Cū Christū quæritis,pa-
trem deum videtis. Christus em̄ in dextera dei sedet.
Sed ea quæ Christū requirit,nō debet esse vulgaris,nō
debet esse in foro,nō in platæis voce querula,gressu lu-

A brica,facilis auditu,vilis aspectu. Terrenum tibi aposto
lus consortiū negat,& vltra naturę propemodū termi-
nos alis ad cælum docet spiritualibus euolandū. Quæ
Colos. 3. sursum sunt,inquit,sapite,nō quę sup terrā. Sed qa hoc
impossibile erat in hoc corporis velut claustro reclusis,
& quia desinctis corporibus anima fertur ad superiora
reuolare, alligata dum viuimus,quadam nostræ lege
Ibidem. naturæ,ideo addidit: Mortui enim estis,& vita vestra
abscondita est cum Christo in deo. Si abscondita est
cum Christo in deo,non appareat mundo. Christus
enim mortuus est mundo, viuit deo. Vide nunc quē-
admodum desiderari amet Christus,confabulationes
non amet. Aperuit virgo illa suas fores dei verbo: sed
trāsiuit,inquit,& exiuit anima mea in verbo eius. Exi-
uit a mundo,exiuit a seculo,remānsit in Christo. Q ręsi-
ui,inquit,eū,& nō inueni eū. Amat em̄ Christus diu re
quiri. Inuenerūt illam custodes murorū. Fortasse sunt
& alii custodes,quos magis intelligere debeamus. Est
enim ciuitas quæ portas murorū clausas non habet,de
Apoc. 21. qua dictum est: Et portæ eius nō claudentur per diem.
Nox enim nō erit amplius in ea. afferent gloriā & hono-
rē gentes in illam. Illa est ergo ciuitas Hierusalē quę
in cælo est,intra quā iam quasi perfecta & immaculata
seruaris. Non em̄ intrat in eam omne cōmune. Cōmu-
nis castitas nō est,cōmunis pudicitia nō est,quę in libro
vitæ scribitur. Si igitur inuenimus ciuitatem,ingredia
mur in eam,videamus lumen eius,videamus muros,
videamus tribꝰ,videamus fundamēta muralia,videa
mus etiā custodes murorum. Sed quomodo ingredia-
mur in eā? In hac ciuitate vita est,& vna est via quę du
B cit ad vitam. Via ergo Christus est. Ergo Christum
sequamur. Sed ipsa in cælo est ciuitas. Quomodo igi-
tur ascendamus ad cælum,docet te euangelista,qui di-
Apoc. 21. cit: Et eduxit me spiritus in montē magnū & altum,
& ostendit mihi ciuitatē sanctam Hierusalē descenden
tem de cælo. Ascendamus ergo spiritu,quia caro ascen
dere ad eam nō potest. Ascendamus nos interim ad cæ
lum,vt ad nos postea de cęlo illa descendat,in qua lumē
est simile lapidis pretiosissimi,vt lapidis Iaspidis,&
crystalli. Habet murum magnū & altum. Didicisti lu-
men,didicisti murū: discę portas,discę custodes. Habet
inquit,portas duodecim,& in portis angelos duode-
cim,in quibus duodecim tribuum filiorū Israel super-
scripta sunt nomina. In portis patriarcharū nomina cō
tinentur,in muro apostolorū. Fundamenta enim ciui-
tatis apostoli,& lapis angularis est Christus,in quo o-
mnis structura consurgit. Deus extra,deus intus,deus
vbiq; est. Habet em̄,inquit,ciuitas maiestatē dei. Ergo
& vos sanctæ virgines,& quicūq; iusti estis,& imma-
culatam animę geritis castitatē,ciues sanctorū estis,&
domestici dei. Sed tunc nobilitatem istam patriæ possi
debitis,si Christum intra ciuitatis huius prespepia quę-
ritis,ingressi per fidem,actusq; preciosos patriarcharū,
clarificati lumine,fundati super apostolos,versantes
C inter angelos. Quomodo igitur isti custodes angeli
sunt,qui castæ animæ pallium tollunt? Aliud pallium
virginum est,aliud adolescentiæ circūforanæ. Illa quæ
in foro Christum requirit, pallium etiā quod habebat
amisit. Prudentia enim non in foro & in platęis,sed in
ecclesia possidetur. Et fortasse, vt cū ipsis quoq; venia-
mus in gratiam, atq; omniū misericordem deum esse
doceamus,quia & illi Christum aliquando reperiunt,si
tamen iugiter quærant: pallium hoc amictus corporis
est. Ergo qui quęsiuit in cubili Christū,si tamē sic quęsi
Psal. 62. uit,sicut ille qui dixit: Sic memor fui tui super stratum
Psal. 133. meū. Si quæsiuit iuxta quod scriptum est: In noctibus
extollite manus vestras in sancta. Si quęsiuit in ciuita-
te,in foro,& in platæis,in ciuitate dei nostri: In foro fo
tasse in quo iudex ille diuini iuris sedet: In platęis vnde
collecti sunt qui ad cœnā dominicā conuenerūt: Potest
custodientibus ciuitatem dei angelis dum diu quærit
occurrere. Q uinetiā ex cælesti custodum natura cæle- D
stem intelligere possumus ciuitatem,cæleste forum iu
stitiæ sempiternę,non vilis platæas,sed fortasse in qui-
bus superfluere fons ille consueuit,de quo scriptum est:
Superfluant tibi aquæ de tuo fonte,& in platæis tuis Prouer. 5.
diffundantur tuæ aquæ. Qui sic ergo Christū requirit,
ad angelos peruenit. Sed si bonis ad angelos meritis
peruenitur: cur qui peuenerit, vulneratur? Est & gladi?
bonus,cuius gladii bonum vulnus. Vulnerat dei ver-
bum,sed nō vlcerat. Est vulnus boni amoris,sunt vul-
nera charitatis. Ideoq; dixit: Vulnerata charitate ego
sum. Quę perfecta est,vulneratæ charitatis est. Bona
sunt igitur verbi vulnera,bona sunt amantis vulnera.
Vtiliora em̄ vulnera amici,q̄ voluntaria oscula inimi- Prouerb.
ci. Vulneratæ charitatis Rebecca est, quę derelictis pa 27.
rentibus migrauit ad sponsum. Vulneratæ charitatis
Rachel,quę zelauit sororem,amauit maritum. Sorori
enim quod abundaret filiis,ipsa adhuc sterilis inuide-
bat,quia typum gerebat ecclesię,an dicitur: Lętare ste Gala. 4.
rilis quę non paris,erumpe & clama quę non parturis.
Inuenerūt ergo custodes & vulneraueruēt eam,& tule-
runt ei pallium. hoc est,actus corporales inuolucrum
sustulerunt,vt nuda mentis simplicitas quęreret Chri-
stum,quia nemo potest amictu vestitus philosophiæ,
in habitu scilicet sapientiæ secularis Christū videre. Et
bene tollitur ei amictus philosophię,ne quis eā per phi-
losophiam deprędetur. Bene tollitur ei pallium quę ad
Christū propinquat,vt deum visura mundo corde gra
diatur. Beati enim mundo corde: quia ipsi deum vide- Matth. 5.
buūt. Deniq; vbi mundauit cor, verbum reperit,deum E
vidit. Quęre ergo illum virgo. Immo quęramus oēs.
Anima enim sexum nō habet. Sed ideo fortasse fœmi-
neum nomen accepit,quod eam violentior æstus corpo
ris angit. Ipsa autem impetus carnis amore sui molli
quadam & blanda ratiōe demulcet. Ergo orationibus
& obsecrationibus deū imitare debemus vt quasi bo-
nus auster afflare dignetur, verbiq; nobis auram cæle-
stis aspiret,quæ fructiferas arbores non turbare vento
graui,sed leni spiramine flatuq; molli consueuit agita-
re. Vnde scriptum est: Posuit me currus Aminadab.
eo quod anima nostra coniūgitur corpori, vt velut qui-
dam equorū fremētium currus rectorē sui quærat auri-
gam. Aminadab enim pater Naason fuit,sicut in Nu-
meris legimus,qui erat princeps populi Iudæ. Cuius
figura refertur ad Christum,qui verus populi princeps
animam iusti velut currū agitator ascēdens, verbi ba-
benis gubernat,ne violentorum equorū furore in abrup
ta rapiatur. Sunt enim eius velut quatuor equi,qua-
tuor affectiōes,ira,cupiditas,voluptas,timor. Q uibus Sapiē. 9.
furētibus cū cœperit agi,nequaq̄ seipsa cognoscit. Cor-
ruptibile em̄ corpus animā grauat,& tanq̄ irrationabi-
lium animaliū cursus inuitam rapit, voluentibus curis
velut quodam impetu proruentem,donec memoratæ
corporis passiones verbi virtute mitescant. Hæc verbi
tanq̄ boni agitatoris est prouidentia,ne illi animę quæ F
in se nō est morti obnoxia,corpus mortale coniunctum
agitationē sui faciat esse difficilem. Primo igitur hos
veloces motꝰ corporis domitet,& nexu rōnis infrenet,
dein caueat ne dispari motu se velut eq iplicēt, vt bonū
aut improbus decoloret,aut tardus impediat,aut turbidus
quietet. Fremit em̄ equus malitię,sesęq; iactādo currū
lædit,grauat iugalem. Hūc bonus auriga demulcet,&
in campum veritatis mittit,fraudis declinat anfractus.
Tutus ad superiora cursus est,periculosus ad inferiora
descensus. Inde quasi emeriti qui bene portauerint iu-
gum verbi,vsq; ad domini presepe ducuntur,in quo nō
fœnū est esca,sed panis qui descendit e cęlo. Huius cur-
rus rotæ sunt de quibus dixit propheta: Et spiritus vi- Ezechi. 1.
tæ erat in rotis. eo quod currus animæ teres & rotun-
dus sine vlla offensione voluatur. Sed ne longius laba-
mur,imitatur dei verbum in hortum nucis,in quo fru-

G ctus propheticę lectionis & sacerdotalis est gratię, quæ amara in tẽtationibus, dura in laboribus, in virtutibus interioribus fructuosa est. Vnde etiã virga Aaron nu-
Nũc.17. cea floruit, nõ iam natura sua, sed virtute secreta. Descẽ dat ergo in hortum suum, vt vindemiet fidem, capiat odores, pabulum cæleste reperiat, suauitatem nostri
Canti.5. mellis epuletur, dicẽs: Vindemiaui myrrham meam cum aromatibus meis, manducaui panem meũ cum melle meo. Quod diuersarũ virtutum concretũ floribus, illarum apum quę sapientiam prędicant, consono opere congregatũ, sancta ecclesia in fauis condit, vt cibus Christi sit. Omnia igitur habemus in Christo, omnis anima accedat ad eũ. Sine corporalib⁹ ægra peccatis, siue clauis quibusdã secularis cupiditatis infixa, siue imperfecta adhuc quidem, sed intenta tamen meditatione proficiens, siue multis aliqua sit iam perfecta virtutibus, omnis in domini potestate est, & omnia Christus est nobis. Si vulnus curare desideras, medicus est. Si febribus æstuas, fons est. Si grauaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si cęlum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibũ queris, alimentũ est. Gustate
Psal.33. igitur & videte quoniã suauis est dominus, beatus vir
Marci.5. qui sperat in eo. Sperauit in eo illa quę fluxu sanguinis laborabat, & continuo sanata est, sed quia fidelis accessit. & tu cũ fide filia vel fimbriam eius attinge. Iam secularium fluxus voluptatũ modo torrentis exundans, verbi salutaris calore siccabitur, si cum fide accedas tamen, si pari deuotione diuini sermonis extremã saltem fimbriam comprehendas, si tremens procidas ante domini pedes. Vbi sunt pedes verbi, nisi vbi est corpus
H Christi? O thesauris omnibus opulentior fides. O virtutibus corporis omnibus fides fortior. O medicus omnibus salutarior. Simul vt accessit mulier, virtutem sensit, medicinam impetrauit. Et si oculum lumini admoueas, illuminatur antequã sentias, & operatio lucis prœuenit apparatũ. Passio inueterata, passio immedicabilis, quę & artis omnẽ vicerat excogitationẽ, & pecuniarum subministrationẽ, solo fimbriæ curatur attactu. Illius igitur fœminæ tibi virgo & in adeundo seruanda verecundia, & in fide imitãda deuotio est. Quãta vero illa gratia, quod ea quæ videri erubescebat, vitium tamen nõ erubuit confiteri? Noli ergo lapsus occultare tuos, fatere quod ille iam nouit, noli erubescere
Hiere.17. quod nõ erubuerunt prophetæ. Audi Hieremiã dicentem: Sana me domine, & sanabor. Sic & illa dixit cum tangeret fimbriam: Sana me domine, & sanabor. Salua me domine, & saluabor, quia gloria mea tu es. Sola
I enim sana est, quam tu sanaueris. Si quis tamen tibi dicat (quia sic plerũq; tentãtur fideles) Vbi est verbũ dominí? veniat. Dictum est enim de domino: Descendat
Mat.27. nunc de cruce, & credimus ei: confidit in deo, liberet nũc eum si vult. Si quis ergo tibi insultando hoc dixerit, & te in fabulas voluerit euocare, noli respõdere ei. Noluit enim talibus respondere Christus. Solum Christũ interroga. Illis enim si dixeris, nõ credent: si interrogaue-
Hiere.17. ris, nõ respondebunt tibi. Dic soli verbo: Non laborani sequens post te, & diem hominis nõ concupiui. Hoc dixit illa mulier, & stetit sanguis. Quãuis fatigata, quãuis ægra quę diu quęsierat Christũ, dixit tñ: Non laborani sequẽs post te. Neq; enim laborat quę Christũ sequitur, cum laborantes ad se vt requiescant euocet. Ergo ipsum sequamur. Quãdiu ipsum sequimur, nõ labora-
Esaię.40. mus, quia nõ est labor in Iacob. Et in Esaia: Qui expectant dominũ: current, & non laborabunt. Deinde cum quęreret Christus quis tetigisset eum, nomine tibi videtur illa dixisse, Quid interrogas? Domine tu scis: quæ prodeunt per labia mea, ante faciem tuã sunt. Et ideo
Hiere.17. nõ confundor peccata propria confiteri. Confundantur qui persequitur me, & nõ confundar ego. Non confu-
Lucæ.5. sus est Petrus dicere: Exi a me domine, quia peccator sum ego. Vir enim sapiens & grauis, in quo esset ecclesiæ firmamentũ, & magisterii disciplinæ, nihil vtilius sibi esse prospexit, q̃ ne secundantis operis extolleretur euentu. Et ideo, Exi, inquit, a me domine. Non rogat vt deseratur, sed ne infletur. Paulus quoq; carnis stimu- K
2.Cor.12. lo gloriatur, quod sibi ne extolleretur, prouisum est. Illecebrosa iactantia est, quã etiam Paulus veretur. Lubrica, quę etiã in Paulo cauetur. Sed nõ iste facili mobilis casu, qui reuelationib⁹ timebat extolli. Et ideo quasi fortis athleta lætatur quod vulnere corporis emere diceret animę sanitatem. Ergo & tu si munera diuina superfluere in te & redundare cognoueris, tuam metire virtutem, gratiam deo redde, contemplationẽq; corporis, velut nauis sabburrã suscipe, ne te in tantis mundi fluctibus iactãtiæ alicuius aura circũferat. Apes illa sapiens cum aeris motus suspectos habet, lapillis sæpe sublatis per inania se librat nubila, ne leue alarum remigium præcipitent flabra ventorũ. Paulus & Barna-
Actu.14. bas putauerunt se grauari cum cernerent se adorari. Et tu caue virgo illius apiculæ modo ne alarum tuarum volatum aura mundi huius extollat. Habet enim anima volatus suos. Et ideo dictum est: Qui sunt isti qui
Esaię.60. sicut nubes volant, & sicut columbę cũ pullis suis? Habet ergo anima spirituales volatus, quę breui momento totum percurrit orbem. Liberę enim sunt cogitationes prudentiũ. Quanto ad altiora & diuiniora se subrigunt, tanto magis sine vllo terrenę molis impedimento feruntur. Itaq; adhęrens deo, & imaginis in se referens cælestis effigiem, vbi cursus suos ab equorũ perturbatione placidauerit, in illum æthereum purũq; locum plausu spiritualiũ euecta pennarũ despicit omnia
L quę in hoc mundo sunt, & ęternis intenta virtutibus supra mũdum labitur. Supra mũdum enĩ iustitia est, supra mũdum castitas, supra mũdum bonitas, supra mũdum est sapientia: et si in hoc mundo sit, supra mũdum
Matt.4. tamen est. Supra mũdum erat iustitia, cũ omnia regna mundi & vniuersam eius gloriã diabolus offerret. Supra mundum fuit, quæ de mundo nihil attigit. Deniq;
Ioan.14. ait: Venit huius mundi princeps, & in me inuenit nihil. Discite ergo in hoc mundo supra mundum esse: & si corpus geritis, volitet in vobis ales interior. Supra mũdum est ille qui tollit deũ in corpore suo. Sed deum imitari nõ possumus, imitemur apostolos quos mundus odio habuit, quia nõ erant de hoc mũdo. Hos imitare, hos sequere. Sed arduum putas humana virtute supra mũdum ascendere. Bene asseris: Nam & Apostoli nõ quasi consortes, sed quasi discipuli sequendo dominum supra mũdum esse meruerunt. Et tu esto Christi discipula, Christi æmula: & pro te rogat, qui pro illis
M rogauit. Non enim pro Apostolis tantũ, inquit, rogo,
Ioan.17. sed & pro iis qui credent per sermonem eorũ in me, vt omnes vnũ sint. Vnum igitur nos esse vult dominus, vt supra mũdum simus omnes, vt vna sit castitas, vna voluntas, vna bonitas, vna gratia. His enĩ alitur & augetur animæ volatus. Ergo non pigrescamus deserere terrena. Ea est enĩ natura pennarũ, vt agitando se virtutẽ capiat. eo iuuatur volatus, quo anima delectatur. Quæ si semp deum sequatur, atq; in domo domini habitare desideret, & eius delectatione pascatur, ac miraculis virtutũ alatur cælestiũ: foris relinquet inuidiam, quæ extra chorũ est angelorũ, foris cupiditates corporis, quę tẽplũ dei maculare non debent. Et ideo quoniã templũ dei sumus, materiales a nobis solicitudines abdicemus. Ac ne forte philosophica alicui aut poetica vsurpasse videamur, vt currus, equos, alas animæ dicemus, quæ illi magis assumpsere de nostris: domesticis nos vsos subsidiis, propheticę series lectionis ostẽ
Ezechi.1. dit, quæ in hunc modum a sancto Ezechiel scripta est. Et facta est illic super me manus domini, & vidi, & ecce spiritus virgens veniebat ab aquilone, & nubes magna erat in eo, & ignis resulgens, & lumen in eo, & in

A medio sicut lumen electri in medio ignis, & lumen in eo, & in medio sicut similitudo quatuor animaliũ. Vides igitur animalia iam quatuor esse descripta. Cuiusmodi sint animalia ista, debemus aduertere. Similitudo, inquit, vultus eorũ facies hominis, & facies leonis a dextris illorum quatuor, & facies vituli a sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorũ quatuor, & alæ eorum extensæ. Hic quoq; animã describi accepimus, cuius quatuor aialia, quatuor affectiones sunt, sed nõ ita vt illę quas supra descripsimus. Adhuc enim illæ eruditiuntur animę, processumq; accipiunt, hęc iam perfecta describitur. Deniq; illæ inuitantur ad cælũ, hęc in celo est cũ dei verbo. Habet autẽ quatuor affectiões, id est similitudini hominis, leonis, vituli, & aquilæ cõparandas. Quas formas librorũ euangeliconũ ppriẽtate accepimus figuratas. Et ideo hic quoq; in homine rationabilis, in leone impetibilis, in vitulo cõcupiscibilis, in aquila visibilis, per figuras animaliũ, species affectionis expressa est. Nam in oĩ sapiente viro prudẽtes græciæ eẽ mẽorauerũt λογιστικὸν θυμικὸν ἐπιθυμητικὸν, Διορατικὸν, Latini vero prudẽtiã, fortitudinẽ, tẽperantiam, atq; iustitiam. Prudentia enĩ rationis humanæ est. Fortitudo vim quãdam ferocientis virtutis habet, mortisq; contẽptum. Temperãtia sacratæ vinculo charitatis, mysteriorũq; contẽplatione cęlestium negligit corporis voluptates. Iustitia in alto quodam suggestu locata videt exploratq; omnia, quæ aliis potius nata q̃ sibi, nõ tam suas vtilitates q̃ publica emolumenta rimatur. Meritoq; anima operata iustitiã, formã aquilæ accipit, quod terrena defugiens, totaq; cælesti sublimis & intẽta mysterio, resurrectiõis gloriã precio equitatis adipiscitur. Propter quod ad eam dictum est: Re-
B nouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Est ergo & iuxta
Psal.102. Dauid, alis spiritualibus fulta, quã eousq; volucrẽ nobis
Psal.123. voluit declarare, vt alibi quoq; diceret: Anima nostra
Psal.10. sicut passer erepta est de laqueo venãtiũ. Et alibi: In domino confido: quomodo dicitis animę meę, trãsmigra in montes sicut passer? Habet igitur alas anima suas, quibus se possit libera leuare de terris. Alarũ autem remigium nõ materialis compago pennarum, sed continuus ordo bonorum factorum est: qualis ille dominicus, cui bene dicitur: In vmbra alarum tuarũ sperabo. Non solũ enĩ manus domini affixæ cruci in modũ volantis extentę, sed etiam facta cęlestia, velut vmbra refrigerante salutis æternæ, mundi feruentis incendia tẽperarunt. Ergo quia volandi nobis data est copia, excitet in se vnusquisq; gratiã dei, ac posteriora obliuiscens, priora appetens, ad destinata contendat. Procula mili-
C tiæ honoribus, procul ab æstibus mundine quod fabulæ ferunt, æstu solis cæra resoluta Icareos volatus pęna relabente destituat. Nam licet grauitas dictorũ absit, poetico tamen sale declarare voluerũt prudentium maturitati tutos volatus esse per seculum, iuuenilem vero leuitatem obnoxiam cupiditatibus mũdi, refluentibus pennis, & per obliuia veritatis meritorũ cõpage resoluta, maiore pernicie ĩ terrã relabi. Haud facilis volatus omnibus, difficilis etiam discordantibus in terris animalibus vitæ cursus humanę est. At si sibi actus nostri ordo conueniat, videbit & in nobis propheta rotam illam vnam super terrã coniunctam animalibus quatuor. Videbit ergo rursus Ezechiel. videt enim adhuc & viget, & vigebit. Videbit inquã rotam in medio rotæ super terrã sine offensione labentẽ. Rota enim super terram, vita est corporis ad animæ aptata virtutem, & ad euangelicum coherenti cursu formata præceptũ. Rota autem in medio rotæ, veluti vita intra vitam: quod sanctorũ sibi vita nõ dissonet, sed qualis fuerit superioris ętatis, talis sit & sequentis: vel quod in hac vita corporis vitę voluatur vsus ęternę. Cũ ista cõgruerint, tũc diuina vox resultet, tunc sup similitudinẽ throni similitudo sicut species hominis apparebit. Hic homo verbum est, quia verbũ caro factum est. Hic homo nostro- D
rum est agitator animalium, nostrorũ rector est morũ, qui pro nostrorũ ratione meritorũ aut currum plerũq; aut montem ascẽdit, aut nauem, sed nauem in qua aut Apostoli nauigant, aut piscatur Petrus. Necenim vilis est nauis quæ ducitur in altum, hoc est, ab incredulis separatur. Cur enim nauis eligitur in qua Christus sedeat, turba doceatur, nisi quia nauis ecclesia est, quæ pleno dominicæ crucis velo sancti flatu spiritus in hoc bene nauigat mundo? In hac naui piscatur Petrus, & nunc retibus, nunc hamo piscari iubetur. Grande mysterium. Spiritalis enĩ videtur esse piscatio, qũa doctrinæ hamũ mittere iubetur in seculum, vt primũ illum martyrem Stephanũ de mari verrat, qui censum Christi in interioribus cõtineret. Martyr enĩ Christi thesaurus ecclesię. Martyr igitur ille qui de mari cælum primus ascendit, captus a Petro, minister altaris, non reti sed hamo leuatus, vt riuo sui sanguinis eluaretur. Cuius in ore thesaurus erat, cũ Christũ in cõfessione loqueretur. Qui enim thesaurus in nobis est, nisi dei verbũ? Ergo & retibus & hamo piscatur pfectior, vt reti cõcludat, hamo adurat. Sed reti turba concluditur, hamo singularis erigitur. O si mihi liceret illum hamum vorare qui adureret os meũ, & leui daret salutem vulnere. Intrate igitur filiæ in Apostolorũ retia, quæ nõ hominis autoritate, sed dei voce laxantur. Rete enĩ sapientię spiritalis atq; doctrinę regnum cælorũ est, quia scriptũ est:
Simile est regnũ cęlorum reti missо in mare. Audistis
Mat.13. hodie dicẽtem dominũ Iesum Simoni: Duc in altum,
Lucæ.5. & laxate retia vestra in capturam. Ante nõ ducebat in altũ Petrus, qñ piscabatur in stagno. Et si mare erat, E altũ nõ erat. Altũ mare scriptura nescit. Quid ergo sit altũ, accipe. Aqua alta, cõsiliũ in cordeviri. Altũ cor viri est, vbi nihil vadosum est. Duc ergo in altum disputationis tuę fideiq; remigium, duc in cor viri. Per parabolam hic vocat ad ecclesiam Petrũ, quem secũdũ Mattheum simplici vocauit sermone dicens: Venite, & fa-
Mat.4. ciam vos piscatores hominũ. Est & aliud mysterium. Duc in altum: quia ante in arena erat quãdo in synagoga erat. alta nõ erat aqua iudęę. Deniq; Samaritana & puteum altum putabat dicens: Et puteus altus est, vn-
Ioan.4. de mihi aquam viuam habes dare? Nõ ergo ducere in altum poterat, quãdo cũ Iudęis credebat, qui etiã de puteo aquam haurire nõ poterãt. Ideo dicitur Petro: Duc in altum. hoc est, duc ad Christũ. Altus enĩ Christus,
Lucæ.1. de quo dicitur ad Ioannẽ a patre: Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Duc ergo ad Christũ. Et bene altũ, in quo est altitudo diuitiarum sapientię & scientiæ dei.
Roñ.11. Duc in altum, quia altus super altum custodiet & exal F
tabit. Ibi ergo altę aquę vbi Christus est, hoc est, fides,
Psal.76. altæ aquæ, quæ timent deum, quales ille: Viderunt te aquę deus, viderũt te aquę, & timuerũt. Apud Iudęos aqua alta nõ erat in corde viri: ideoq; dominus ait: Po-
Mat.15. pulus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longe est a me. In corde amat esse Christus. Sicut enim fuit Ionas
Ibidẽ.12. in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctib⁹: sic erit & fili⁹ hois in corde terrę trib⁹ dieb⁹, & trib⁹ noctib⁹. Deniq; vt scias quia de fide dicit, Duc in altũ: ait Petrus:
Lucę.4. Præceptor, per totã noctem laborãtes nihil cepimus, sed in verbo tuo laxabo retia. Noctem habebat Petrus anteq̃ Christum videret. Nondum enim venerat dies, quia veram nõ viderat lucem. Synagoga nox est, dies ecclesia est. Vnde & Paulus dicit: Nox præcessit, dies
Roñ.13. autem appropinquauit. Bona lux, quę perfidię excussit caliginem, fidei diem fecit. Dies factus est Petrus, dies Paulus. Ideoq; hodie natali eorũ spiritus sanctus increpuit dicẽs: Dies diei eructat verbum, hoc est, ex intimo
Psal.18. thesauro cordis fidẽ prędicant Christi. Et bonus vterq; dies, qui nobis verum lumen euomuit. Hęc in euangelio legimus. Et fortasse in cælo hodie de nobis Christi & Petri iste sit sermo. Quotidie piscatur Petrus, quo-

G tidie ei dicit dominus: Duc in altum. Videor mihi audire dicentē Petrū: Pręceptor, per totā noctem laborantes nihil cepimus. Nox fuit cū pauciores ad vigilias cō uenerūt. Laborabat in nobis Petrus, qñ nostra laborabat deuotio. Laborabat & Paulus. Deniq; audistis dicentē hodie: Quis infirmatur, & ego nō infirmor? Nolite facere vt pro vobis laborēt Apostoli. ergo dicāt ei: Per totā noctē laborantes nihil cepimus. Nullus certe de ditioribus ieiunauit. Quib⁹ hodie bene respōdit Petrus: In timore hoc incolatus vestri tēpus cōuersamini, scientes quod non corruptibilibus argēto vel auro redēpti estis de vana vestra cōuersatione paternę traditiōis, sed precioso sanguine quasi agni incōtaminati & imaculati Christi Iesu. Non ergo aurum & argentū vos liberauit, sed probatio fidei multo precioſior auro quod perit. Bonus seruus preciū studet præparare dño quod pro se solutū est. Noli aurū parare filia, noli argētū. Nō diuitiis istis te Christus redemit. Paratū habeto precium. nō semper exigeris, sed semper debes. Sanguinem soluit, sanguinem debes. Ille pro te solvit, tu pro te redde. Eramus oppignerati malo creditori peccatis. Contraximus chirographum culpæ, pœnam sanguinis debebamus. Venit dñs Iesus, suū pro nobis sanguinē obtulit. Sed non potes sanguinē reddere. Bonus quidē seruus debet preciū suū reparare dño suo. Sed si nō pōt preciū reddere: vel hoc faciet, ne precio videatur indignus. Ergo & tu dignum te gere tali precio, ne veniat Christus qui te mūdauit, qui te redemit, & si te in
Psal. 29. peccato inuenerit, dicat tibi: Quæ vtilitas in sanguine meo? Quid pfeci tibi, dū descendo in corruptionē? Sed ne mireris quomodo descēderit in corruptionem, cuius caro (vt alibi scriptū est) nō vidit corruptionē. Descēdit
Actuū. 2. quidē in locum corruptionis, qui penetrauit inferna, sed
H corruptionem in corruptus exclusit. Verum vt iam ad superiora redeamus, rogate vt & mihi dicatur: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Quis enī est qui sine deo piscetur hanc plebē, præsertim cū tantę pēstates & procellæ mundi huius obsistant? Sed qñ vult dñs, iubet laxare retia, & capitur multitudo piscīū. Nec solū vna, sed etiā altera nauis impletur, quia plures ecclesiæ imaculata plebe cōplentur. Et bene accidit, quia nos laboraturos dñs sciebat, & auxilium de sociis ministrauit. Adest piscator ecclesiæ Bononiensis aptus ad hoc piscandi gen⁹. Da domine pisces, quia dedisti adiutores. Nec tamē nostris sed apostolicis vtimur retib⁹.

In illos finus & quosdā Apostolicarū disputationū recessus vestrū o filię cogatur agmen. Viuificet vos Petrus filię, qui & pro vidua interuenit, quāto magis pvirgine? Qui diutius viduas flere non passus, motus earū lachrymis suscitauit altricē. Viuificet vos Paulus, qui vos pręcepit honorari, qui ait: Bonū est si sic maneant I. sicut & ego. Honore prouocat, magisterio docet, inuitat exēplo. Viuificet ille qui relictis suis oibus secutus est dominū. secutus est Petrus, secutus est Ioānes. Vide quid piscator etiā iste profecerit. dum in mari lucrū suum quærit, vitam inuenit omniū. Lembū deserit, deum reperit. Scalmū reliquit, verbum inuenit. Lina laxauit, fidem vinxit. Plicauit retia, homines eleuauit. Mare spreuit, cęlum acquisiuit. Hic ergo piscator dum ipse turbato agitatur salo, mobili mētes statione nutātes fundauit in petra. Adstruamus igitur piscatoris artem frequētius, vt plenius de virtute credamus. Fuerit minister ignobilis, vt sit euāgelista nobilior. Pauperta-
te egens, vt virtute locupletior. Vilis ad honorē videtur, sed precioſus ad fidē. Quāto minus creditur piscatori, tāto amplius creditur, quia nō sua, sed diuina sunt quæ locutus est. Obsequitur plebeia conditio, expectationem aufert sapientiæ secularis, opinionem auget sapientiæ spiritalis. Qui legem non didicit, & quæ legis sunt sapit, ipse sibi lex est. Qui legem non didicit, & vltra legem loquitur, ab eo accipit a quo ipsa lex venit. Quæ tam repentina dignitas? Piscatores duo in monte domini, vni latori legis, executori alteri conferū tur. Videte qualis iste piscator sit. Moyses quidem terrena omnia & mūdanę sapientiæ altitudinē supergressus, vsq; ad cælum & fidera prudentia mentis ascendit. Piscatoris istius mens nō nubibus caligatur, nō tēporibus includitur nō mysteriis naturę cælestis excluditur, sed omnē corporalem materiā supergressa, verbū apud k
deum vidit, & quod verbum ipsum deus esset aspexit. Nec obtutu carnis in Petro infirmata trepidant, sed dei filium etiā in homine deprehēdit, vt assumptio corporis ad iuris diuinitatis assumētis adscita, i nomē trāsiret autoris. Et Moyses quidē cū dicit: Et dixit deus, & fecit deus: patrem filiumq; signauit. Sed ille nō ignorabat, ego adhuc ignorabā. Deniq; post legem populus errauit, post euangeliū credidit. Magna in diuersis virtutibus dei gratia. In illo quia mundū descripsit, in isto quia mundū ignorauit.

FINIS.

DIVI AMBRO SII EPISCOPI MEDIOLANENSIS AD VIRGINES EXHORTATIO.

A 

VI ad cōuiuium magnum inuitātur, apophoreta secum referre cōsuerūt. Ego ad Bonoriēse inuitatus cōuiuium, vbi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis & gratię referraui. Apophoreta autē solent habere triūphos principū. & hęc apophoreta triūphalia sunt. Christi enī nr̄i principis triūphi sunt martyrū palmę. Nec vero huc dirigebā iter, sed quia petitus a vobis sum, debui mecum deferre quę aliis parabantur, ne minor ad vos venirē: vt quod in me minus est q̄ presumebatur, in martyre plus inueniretur. Martyri nomen Agricola est, cui Vitalis seruus fuit ante, nunc cō sors & collega martyrii. Pręcessit seruus vt prouideret locum, secutus est dominus, securus quod fide seruuli a m inueniret paratum. Non aliena laudamus. Passio enī serui, dñi disciplina est. Hic instituit, ille impleuit. Nihil illi decerpitur. Quomodo enim minui pōt quod Christus donauit? Egregie & ille qui homini seruiuit, seruiendo didicit quomodo Christo placeret. Hic tamē geminā laudē acquisiuit: in illo magisterii, in se martyrii. Certauerūt tamen inter se inuicem beneficiis, postq̄ B
æquales esse meruerunt. Hic illum ad martyriū pręmisit, iste illum accersiuit. Nullum ergo ad cōmendationē hominis conditio affert impedimentum, nec dignitas prosapiæ meritum, sed fides affert. Siue seruus, siue liber, omnes in Christo vnū sumus: & vnusquisq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet a domino. Nec seruitus derogat, nec libertas adiuuat. Vide ad eam rem q̄ nihil in conditione momēti sit. Seruus, inquit, vocatus 1. Cor. 7.
es? non sit tibi curę. Qui enī vocatus est in domino seruus, libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Vide inquā vim Apostoli. Plus putatur dedisse ei qui seruus, q̄ ei qui liber vocatus est. Ex seruo enī libertus Christi fit, ex libero seruus. Sed nulli plus dedit, verum vtriq; æqualem mensuram diuisit. Apud Christum enim seruitus & libertas æqua lance pendūtur, nec vllo discrimiculo bonæ seruitutis & liber-

A tatis merita diuiduntur, quia nulla maior est dignitas
Roma. 1. q̄ seruire Christo. Deniq; Paulus seruus Christi Iesu. Hæc enim seruitus gloriosa est, in qua gloriatur Apostolus. An nō summa gloria est, quādo tali precio æstimati sumus, vt sanguine dñi redimeremur? Sed pergamus ad cætera. Cūq; sanctus Vitalis cogeretur a psequentibus vt Christum negaret, & ille amplius prositeretur dominū Iesum Christum, omnia tormentorum genera in eum exercentes, vt non esset in corpore eius sine vulnere locus, orationem fudit ad dominum, dicens: Dñe Iesu Christe saluator meus, & deus meus, iube susc̄ipi spiritum meum, quia iam desidero vt accipiam coronam, quam angelus tuus sanctus mihi ostēdit. Et completa oratione emisit spiritum. Sanctus vero Agricola mitior habebatur moribus, vt ab ipsis etiā inimicis diligeretur. Ideoq; differebāt eius passionem. Sed hæc persecutorū honorificentia, omni erat immanitate acerbior, quę inuidebat martyrū. Deniq; vbi nō acquieuit sanctus Agricola, crucifixus est, vt aduertamus illas blanditias eorum non sedulitatis fuisse, sed fraudis. Supplicio seruū, dñm terrere voluerūt. Vertit hoc Christ⁹ in gratiā, vt martyrio serui dñs inuitaret. Vtriq; nomē aptum martyrio, vt designati ad martyrium ipsis vocabulis viderētur. Ille Vitalis dictus est,
B quasi qui contēptu istius vitæ, verā illam vitam æternā sibi haberet acquirere: Iste Agricola, qui bonos fructus spiritalis gratiæ seminaret, & sacri sanguinis effusione, meritorum suorum omnium virtutumq; rigaret plantaria. Sepulti autem erant Agricola & Vitalis in Iudæorum solo inter ipsorū sepulchra. Iudæi ambierunt cum seruulis sepulturæ habere consortium, quorū
Num. 23. dominum negauerunt. Sic & aliquando Balaā dixit: Moriatur anima mea pro animis iustorū. & tamē nō cōmunicauit eorum operibus cum viueret, quorum in animis cupiebat mori. Et isti quos viuentes persecuti sunt, mortuos honorabant. Illic igit̄ martyris exuuias requirebamus, tanq̄ inter spinas rosam legentes. circūfundebamur Iudæis, cum sacræ reliquiæ eruherentur. Aderat populus ecclesiæ cum plausu & lætitia. Dicebāt Iudæi: Flores visi sunt in terra, cum viderēt martyres. Dicebant Christiani: tēpus incisionis adest. Iam
Cant. 2. qui metit, mercedē accipit. Alii seminauerunt, & nos metimus martyrum fructus. Iterum audientes Iudæi voces plaudentis Ecclesiæ, dicebant inter se: Vox turturis audita est in terra nostra. Vnde bene lectum est:
Psal. 18. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiā.
C Dies diei, Christianus Christiano. Nox nocti, Iudęus Iudæo. Indicabant ergo Iudæi quod haberent scientiā martyrum, sed non scientiā verbi. Id est, non secundum illam solius boni, & solius veri scientiā. Ignorantes enī
Rom. 10. dei iustitiam, & volētes sibi iustificare, iustitiā dei nō receperunt. Detuli ergo vobis munera, quæ meis legi manibus, id est, crucis trophea, cuius gratiam in operibus agnoscitis. Certe & ipsi dæmones cōfitētur. Condant alii aurum atq; argētum, ac de latētibus eruāt venis. Legāt preciosa monilium serta. Tēporalis ille thesaurus est, & sæpe habētibus pernicios⁹us. Nos legim⁹ martyris clauos, & multos quidē, & plura fuerunt vulnera q̄ membra. Clamare martyrem diceres ad populum Iudæorum, cum clauos eius colligeremus: Mitte
Ioan. 20. manus tuas in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Collegimus sanguinem triumphalem, & crucis lignum. Hæc sanctæ viduæ negare non potuimus postulanti. Munera itaque salutis accipite, quæ nunc sub sacris altaribus reconduntur. Ea igitur vidua sancta est Iuliana, quæ hoc domino templum parauit atq; obtulit, qđ hodie dedicamus, digna tali oblatione, quæ in sobole sua templa iam domino pudicitiæ atque integritatis sacrauit. Dum Iulianam volui dicere, Iudeā dixi. Non errauit lingua, sed definiuit. Iudæa enim
Psal. 75. est anima quæ Christum fatetur. Denique notus in Iudæa deus. Id est, vbi agnoscebatur deus, non vbi D
negabatur. Est ergo in spiritu Iudæa, vbi maior portio intellectus & syncerior, quia salus ex Iudæis est. Ioan. 4.
Linguæ igitur error testimonium sanctitatis inuenit. Honoremus ergo hanc viduam, quia scriptum est: Vi 1. Tim. 5.
duas honora quæ vere viduę sunt. Licet verborum nostrorum honorem non ambiat quæ Apostoli mandatum adæquauerit, habens in bonis operibus testimonium, quæ bene filios educauerit, melius instituerit. Quis hanc non vt destitutam & miserabilem deplorauit quando amisit maritum? At ista ministrum sacris ereptum altaribus amplius ingemuit, quam sibi coniugem, aut patrem filiis. Nam etsi præsidio esset mariti viduata & solatio, tamen apud piam mentem causa Ecclesiæ præponderabat. Succinxit itaque mentis viscera, & circūfusam se videns numero filiarū triū, & vnius filii, quo solent terreri cæteræ, hoc fortior facta, tali filios alloquio conuenit: Filii amisistis patrem, matrem habetis. Melior quidem fuisset illa commutatio, si pater viueret, mater deesset. Tamen infirma licet & desolata ostendo vobis, si vultis sequi, quo arbitremini patrem vobis non decessisse. Habebitis enim meliorem de cælo parentem. Ille est qui & hos suffulsit patres. Quid enim aliud iam superest spei? Pater E
vobis sint dies gratia, non pecunia, opulentus ministerio, non patrimonio, cuius hæreditas fides est locupples deo, sed egena seculo. Satis vos diuites reliquit, si propositum eius sequamini. Sola est fides vtrique indiscreta sexui, cēsus virorum, dos virginum. Et tu quidem fili aliquātō propior patri, agnosce quæ matri debeas, quod domui vocabulum reddas. Ętas te excusat, sed hæreditas vocat. Iucundentur fili pater & mater in te. Noli matrem contemnere quasi imprudentem. Regis admonitio, inquit, quæ mater sua, qui filiis, qui seruat dictiones dei. Primogenite tibi dico fili, qui filius mei vēteris, qui natus meartum orationum, ne dederis mulieri turam honestatem. Audis quid sapiens dicat, quid scriptura asserat. Confidera quis te vt nascereris iuuerit, filius es votorum magis q̄ dolorum meorum. Cōsidera cui te mulieri pater tali nomine designauerit qui vocauit Laurentium. Ibi vota deposuimus, inde nomē assumpsimus. Vota effectus secutus est, redde martyri quod debes martyri. Ille te nobis impetrauit, tu restitue qđ de te huiusmodi nominis appellatione promisimus. Quid autem est fili aliud qđ eligendum putes, nisi deum patrum tuorum? Ipse enī pauperes & diuites facit, humiles & excelsos facit: sus- F
citat a terra pauperem, & de stercore inopem, & sedere eum facit cum potentatibus in tribunali honoris & hæreditatis. Dat votum optanti, & benedicet annos iusti. Quid hoc fili præcellentius, aut quid est vita hominis in hac terra, nisi leuis cursor? En transiuimus, & nihil vidimus. Atque vtinam hunc cursorem imitaremur, vt nihil videremus, & nulla portaremus onera. Sed quod est grauius, cursus vacuus, & onera inania. Inania quidem, sed non leuia, neque delicti vacua, quia graue fœnus peccati est. Vnde clamat sanct⁹ Iob: Nōne tētatio est vita hoīs in terra? aut sicut mercena- Iob. 7.
rii quotidiani vita eius, & sicut seruus timēs dñm suū, qui vmbrā inuenerit, & sicut mercenari⁹ expectās mercedē suā, sic ego expectaui i vacuū. Noctes autē dolorū date sunt mihi. Si dormiero, dico, Quādo dies? Cum surrexero, iterum, Quādo vesper? Plenus sum dolorū a vespere vsq; mane. Vita autem mea leuior q̄ fauilla. Perit autem in vana spe. Nihil igitur est homo, nisi tu dñe intendas in eum, & visitationē eius facias vsq; mane, & in requiem eum inducas. Arbor si excidatur, repullulat, & floret ab aquę odore. Homo cū ceciderit, nihil est, ingruit super eum dolores. Hāc igitur tētationē tātarū necessitatū si vultis filii vitare, integritas corporis expetenda vobis est, quā ego pro cōsilio suadeo, non

G pro imperio præcipio. Sola est enī virginitas quæ suaderi potest, imperari non potest, rēs magis voti q̄ præcepti. Quod enim gratiæ est, non iubetur, sed desideratur, electionisque magis est q̄ seruitutis. Vnde &
1.Cor.7. Apostolus dicit: De virginibus autem præceptum dominī non habeo, consilium autem do tanquam misericordiam consecutus a domino. Legerat enim dixis-
Esa.56. se dominum spadonibus: Qui cunq; custodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego volo, & amplectentur testamētum meum, dabo illis in domo mea, & in muro meo locī nominatū, meliorē filiorū & filiarum, nomen æternum dabo illis, & non deficient. Meliorem, inquit, locum vobis dabo, spadonibus dicit: iis videlicet qui se refecta genitali parte abscīderint. Ipsi sunt ergo qui habētī cælo præmia cæteris præstantiora. Hoc in euangelio suo prædicat dei filius. Dicentibus enim Apostolis, quia si ita est causa viri, vt non liceat illi vxorem dimittere, nisi ex sola causa fornicationis, non ex-
Mat.19. pedit nubere, respondit dominus: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Hoc est: non capit hoc conditionis humanæ infirmitas, vt omnibus pateat, sed illis solis facile est ad capiendum, quibus diuina refulsit gratia vt castrare se possint, qui regnum cælorum adipiscantur. Audisti fili quantum sit præmiū integritatis. Regnū acquiritur, & regnum cæleste, vitam angelorum exhibet. Hoc vobis suadeo, quo nihil pulchrius, vt inter homines angeli fitis, qui nulla sibi ligantur nuptiali copula: quoniam quæ non nubunt,
H & qui vxores non ducunt, sicut angeli in terris sunt, vt tribulationem carnis non sentiant, seruitutem ignorēt, a mundanæ cogitationis ableuentur contagio, diuinis rebus mentem intendant, vt tanquam exuti corporis infirmitate, non quæ hominis sunt, sed quæ dei sunt, cogitent. Considerate filiæ si velitis nubere, quantum vobis desit, quibus pater deest. Deest opima dos, quod ipsum tamen si abundaret, timeretis magno precio seruitutem. Nunc vero quis non despiciat destitutas patre? Quo cōfugietis? Vnde auxilium postulabitis aduersus virorum iniurias? Quāta in ipsis coniugiis incommoda sunt? Q̄ graues plerunque contumeliæ? Quanta vincula? Primum ipsum coniugium vinculum est, quo alligat viro nupta, & ei subiectione adstringitur. Bonum quidem charitatis vinculum est, sed tamen vinculum, de quo cum velit se exuere nupta, non
1.Cori.7. possit, nec liberum sui habere arbitrium. Denique Apostolus dicit: Mulier sui corporis potestatē non habet, sed vir. Et quid mirum de muliere, quandoquidem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier? Si
I qui fortior est, potestatem nō habet, quanto minus infirmior? Non ergo absolut mulierem communis seruitus, sed grauius adstringit. Videte itaq; quid scriptura dicat, quid Apostolus suadeat. Quis vobis potest melius consilium dare, q̄ ille vas dominicæ electionis? Quid igitur dicat, percipite auribus. Volo autem omnes homines esse sicut meipsum. Et iterum dicit de nō nuptis, & viduis: Bonum est illis si sic maneant, sicut & ego. Volo vos imitatrices esse tanti Apostoli, vt vitam eius sequamini, qui coniugii vinculum refugit, vt vinctus esset Christi Iesu. Non potuisset ad tantam apostolatus sui peruenire gratiam, si fuisset alligatus coniugii contubernio. Quod si ille qui & doctrina præstantissimus erat, & tantum Christi donum habebat, iudicauit tantum momēti esse si abstineret ab vsu copulæ cōiugalis, & ideo sic mansit, ne plurimum suo muneri decerperetur, quod neque orationi vacare semper liceret, neque semper diuinis intendere mandatis, quem cōiugii cura reuocaret, vt placere vxori esset necesse: quid vtique vos eligere oportet, quibus sola virginitas potest libertatem dare? Quoniam quæ nupserit, ad seruitutem pecunia sua venditur. Meliori conditione mancipia q̄ coniugia comparantur. In illis me-
ritum emitur seruitutis, in istis precium ad seruitutem k
additur. Nupta venalis auro grauatur, auro æstimatur. Experta fum filiæ labores copulæ, cōiugii indignitates. Et sub bono coniuge, nec tamen sub bono marito libera fui, seruiebam viro, & laborabam placere. Miseratus est dominus, & fecit ministrum, continuoque & mihi & vobis raptus est. Et fortasse miserante domino, ne diceretur maritus. Videtis filiæ lōgæuam matrem doloribus, & adhuc immaturam viduitatis stipē diis. Videtis amissum omne præsidium & ornamentum. Nec auxilium viri habeo, nec virginitatis gratiā. Et de me leuis cura. Vos mœreo, vos confidero. Remāserunt mihi onera cōiugii, abiere adumbrāta. Quātō mallem in hos nunquam venisse vsus. Potestis tamē excusare patrē, ableuare matrē. Si quid in nobis amissū est, in vobis repræsentet. Hoc solo nos cōiugii nō
Ioan.19. pœnitebit, si vobis labor noster pfecerit. Proximū putabo matrē esse virginū, ac si virginitatē tenerē. Cōsiderate filiæ quā sibi veniēs in has terras dīs Iesus matrē elegerit, salutē mundo daturus. Per virginem venit, &
Mat.19. mulieris lapsus partu virginis soluit. Vestra quoq; itegritas meos soluat errores. Quid boni sit virginitas, cōsiderate. destitutā me esse certū est, præsidio egere. Sed
L si volueritis sic manere, nullius opem requiram, abundabit mihi ad omnem opitulationem vestræ integritatis corona. Quis nō dicet beatam, quam nūc miserā putant? Quis non honorabit tot virginum matrem? Quis non venerabitur aulam pudoris? Multas fœminas scriptura diuina in lucem euexit, palmā tamen publicæ salutis solis virginibus dedit. In veteri testamento terra ac mari clausum Hebræorum populum virgo per maria pedes duxit. In euāgelio autorem mundi & redemptorem virgo generauit. Virgo est ecclesia, quā studuit Apostolus virginē castam assignare Christo. Virgo est filia Sion. Virgo est ciuitas illa Hierusalē quæ in cælo est, in quam nihil cōmune intrat atq; immundū. Virgo est & illa quā vocat Iesus, cui & dixit:
Cant.4. Ades huc a Libano spōsa, ades huc a Libano, trāsibis & ptrāsibis. A prīcipio fidei nō solū trāsit virgo, sed etiā pertransit, quæ festinat ad sponsum. Trāsit seculū, pertransit ad Christum. vel quia ea quæ Christo sedicate rit, transeundo ad cælestia, terrena pertrāseat. Nam & ipse sponsus sic venit ad sponsam suam, vt saliat super montes, trāsiliat super colles. Addit adhuc ad laudem
Cant.4. virginitatis: Hortus clausus soror mea sponsa, hortus
M clausus, fons signatus. quod meliores afferat fructus clausto pudoris septa virginitas, in qua intemerata permaneant castitatis signacula. Hunc hortum animę vestræ, hūc fontem seruate puri liquoris, vt eum in vobis nemo perturbet, nemo resignet, quem genitalis in vobis origo signauit. Nemo auferat animæ vestræ vineam, & vilia olera ferat. Vinea enim quidam fructus virginalis est: Coniugia velut olerum plantaria sunt, in quibus frequens zelus est: et ideo, sicut olera herbarum, cito cadunt atque marcescunt, nisi finem imponat senectus, aut ad perfectum vehat continentia. Non veniat ergo in vobis Achab, qui concupiscat vineam vestram delere & extinguere. Nec veniat in vobis Iezabel, vanum illud & seculare profluuium, hoc enim significatur vocabulo, vana & vacua redundantia. Sed veniat Nabuthe, qui venit a patre, sicut indicat nominis ipsius interpretatio, qui vineam sanguine defendat suo, & pro ea mortem offerat. Hic est qui lapidatus pro nobis est, pro nobis mortuus, pro nobis falsis appetitus testimoniis, Qui pauper huc venit, cum
2.Cor.8. dives esset, vt vos eius inopia ditaremini. Hic est vitis, qui redundantibus gratiæ suæ fructibus repleuit vniuersum orbem terrarum. Hic in vestris pectoribus alta maneat defixus radice, vt & fructus vester exuberet, & liquore gratiæ spiritualis corporei vaporis incendia temperētur. Hic est qui venit in nube leui, sicut

Esa.19. dixit propheta: Ecce dominus sedet super nubem leuē
A & veniet in Egyptum. significās quod in Egyptum, id est, in afflictionē istam mundi huius veniret per virginem. Nubem itaq; Mariam dixit, quia carnem gerebat: leuem, quia virgo erat, nullis onerib? grauata cō iugii. Ipsa est virga germinans florem, quia pura, & ad dominum libero corde directa virginitas, quę nullis in hoc seculo curarum anfractibus reflectatur. Ideo illam dominus de cruce discipulo suo dilectissimo sibi tradidit sancto Ioāni, qui dixit patri & matri suæ, Non noui vos. Deniq; vocatus a Christo reliquit patrem, verbū secutus. Huic traditur virgo, qui suos nescīat. Huic traditur virgo, qui de pectore Christi hauriat sapientiam. Huic traditur virgo, qui fratres suos non cognouit, & filios suos nō sciuit. Ideoq; benedicit eum lex. Date Leui veros eius, date Leui sortes eius. Vnde & matrem
Ioan.19. domini ipse suscepit. Scriptum enim habemus quia ex illa hora suscepit eam discipulus in sua. Quid est in sua, cum reliquerit patrē, & Christum secutus sit? Aut
Matt.19. quomodo in sua, cum ipsi Apostoli dixerint: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te? Quæ sua habebat Ioannes, qui mundana & secularia non habebat, quia de mundo non erat? Quæ ergo habebat sua, nisi ea quæ a Christo acceperat? Bon? verbi sapiētięq; possessor, bon? receptor gratiæ. Audite quæ Apstia Chri
Ioan.20. sto acceperint. Accipite, inquit, spiritū sanctum. quorū remiseritis peccata, remissa erunt: & quorum detineritis, detenta. Neq; enim mater domini Iesu nisi ad possessorem gratiæ demigraret, vbi Christus habebat habitaculum. Date ergo & vos filii mei vero illi Leui ve
B ros eius. Estote nubes, sed leues. Eritis profecto si ableuet virginitas onera conditionis, & tenebras huius limosæ carnis illuminet. Ideo dicit ilia: Nigra sum, &
Cant.1. decora, filię Hierusalem. Nigra per carnem, decora per virginitatē. Nubes itaq; sunt, & graues nubes quę nupserint. Nanq; a nubibus verbum nubētium tractū arbitror. Deniq; operiuntur & nubes, cum acceperint nuptiræ velamina. Et vere graues nubes, quæ sustinent sarcinam matrimonii. Nam etiam grauari aluo ferunt, cum semina cōceptionis acceperint. Date ergo Leui veros eius. Quid tā verū q̄ intemerata virginitas, quę signaculū pudoris, & clausū integritatis genitale custodit? At vero cum vsu coniugii inuencula defloratur, amittit quod suum est, quādo ei miscetur alienū. Illud ergo verum quod nascimur, non in quod mutamur, quod a creatore accepimus, non quod de cōtubernio assumpsimus. Date ergo vero illi Leui, illi sacerdo
C tum principi, vero Aaron, vero Melchisedech veros eius, quales ipse condidit, nō quales seculi huius vsus efficit, vt opus suum in vobis, & illud genitale signaculum inuiolatum atq; integrum recognoscat. Date illi & exhibete illum Adam qui fuit ante peccatum, illam Euam quæ finit anteq̄ lubricum serpentis hauriret venenum, priusquā eius supplantarentur insidiis, quādo non habebant quo confunderētur. Nam vtiq; nunc licet bona sint coniugia, tamen habent quod inter se ipsi coniuges erubescāt. Tales ergo estote filii quales Adā & Eua in paradiso fuerunt, de quibus scriptum est qđ postea q̄ de paradiso est eiectus Adam, cognouit Euā vxorem suam, & illa concepit, & peperit filium, cui nomen Abel. Melior itaque secundus q̄ prior fructus, quia iste immaculatus, ille maculosus. Iste adhærens deo, & totus a domino, ille mundana & terrena possessio. Denique in isto mundi redemptio annunciatur, ab illo mundi ruina. In hoc Christi sacrificiū, in illo diaboli parricidium. Nihil ergo vobis sit filii cum possessione seculi, nec terrenæ vobis & Iudaicæ possessionis vlos vendicandos esse fortitus arbitremini. Legimus quidem quia Moyses, id est lex, terras bello & cædę quæsitas, sorte distribuendas Hebræorum populo censuerit, quarum possessionem sibi Salphæ filiæ postula-
runt, sed quia Salphæ filiæ. Tamen idem Moyses D
Leuitis nō diuisit terrā, quorum non erat terrenus, sed superior incolat?. Sed iis sine labore terreno sacri stipēdia ministerii deputaunt. Salphæ autē filiæ quid sunt quę terrā petūt, nisi (vt interpretatio docet) oris obumbratio? quæ vtique in illis est, quibus non est verbum in ore ipsorum, nec in sermone eorum veritas: sicut in populo Iudæorum qui nolunt Christum deum dei filium confiteri. Tales igitur terram requirunt, & huiusmodi postulāt possessionē, in qua tota vitæ suę ætate desident, & pro fructibus spinas curarum & solicitudinum metant. Fugite ergo filiæ vmbram oris, quę in lumen æternum creditis, quod illuminat omnem hominem, qui non tanquam in vmbra Christum, sed in lumine cōfitemini. Popul? qui sedebat in vmbra mor-
Esa.9. tis, lux orta est illis. Fuim? ergo in vmbra, sed nūc iā nō sum?, qui Christū fatemur. Atq; vtinā licuisset & mihi dicere, qui Christo profitemur. Et tū profitearmur, ego viduitatē, vos virginitatem. Fiat in vobis ore ad salutē confessio. Date ergo Leui illi salutari nostro sortes eius. Sors eius Leuitica est, fors ei? virginitas est, fors E
eius viduitas est, quoniā non solū virgo, sed etiam mulier innupta cogitat quæ sunt domini. Vnde & Apo-
Ephe.1. stolus dixit: In quo & sorte constituti sumus. Sicut enī in veteri testamento terra sorte diuisa est, ita in Euangelio sorte quadam dominio deputamur. Vnde & scriptum est de Euangelistis: Diuiserunt sibi vestimenta
Ioan.19. mea, & supra vestimentum meum miserunt sortem. Et Apostoli, cum eligendus esset duodecimus apostoAct.1. lus in locum Iudæ, sorte munus apostolatus deferendum arbitrati sunt. Itaq; oratione facta vt de duob? dominus quem vellet eligeret, fors cecidit super Matthiā. Illa igitur vetus terrena fortitio, hæc spiritalis. In illa census seculi materialis, in hac personalis officii. Ibi possessio curarum, hic diuisio gratiarum. Illic possidemus arua plena laboris atq; mœstitiæ, hic possidemur a Christo. Vnde sanctus domini dicit: Possedisti renes
Psal.138. meos. Hic fili possideat renes vestros, vt in illis seminaria maneant castitatis, incentiua virtutum. Ideoque dicate vos Christo, confitemini ei, vt dicatis: Portio mea dominus. Non potest hoc nupta dicere, sed innupta. Nupta enī quærit viro suo, innupta autē Christo placere. Illa mundi, hæc Christi possessio est. Christi possessio Leuita est, qui nihil sibi de terris vendicat. Qui quærit vxorem, nō potest dicere: Portio mea dominus. Denique Christi minister quid ait? Argen-
Actuū.3. tum & aurum non habeo, sed quod habeo, do tibi: In F
nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Hoc enim acceperat, quoniam aurum non desideraverat. Denique missus erat sine virga, sine sacculo, sine pecunia. Et ideo gloriabatur, quia non habebat quod nō acceperat. Non enim erubescebat in paupertate, quem pauper redemerat. Ideoq; dixit, Surge & ambula: quia legerat: Iste pauper clamauit, & domin? exaudiuit eū.
Psal.33. Sit ergo vobis portio dominus, dominus qui sterilem & parientem facit. Vtrāque facit, sed altera in tristitia parit, altera in sterilitate lætatur, cui dicitur: Le-
Esa.54. tare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis. Habet filios sine partus dolore. Vnde & dicitur de ecclesia: Quis audiuit si parturiunt
Esa.66. terra vno die, & gens nata est simul? Vno autem die terra non parturit, sed parit gratia. Venit paschæ dies, in toto orbe baptismi sacramenta celebrantur, velantur sacræ virgines. Vno ergo die sine aliquo dolore multos filios & filias solet ecclesia parturire. Ideoq; pulchre dicitur, Et gēs nata est simul, de populo cōsecrato. Videtis mysteria, videtis gratiā Christi, gratiā spiri-
Gal.3. tussancti, quæ velut quadā sorte defertur, quoniā nō ex operibus, sed ex fide vnusquisq; iustificatur a domino. Sicut enī sortis euentus non in nostra est potestate, sed quem casus attulerit, sic gratia domini nō quasi ex mer-

G cedis merito,sed quasi ex voluntate defertur. Vnde &
Apostolus ait de diuisionibus grãtiæ quæ diuerso mo=
1. Cor.12. do dei seruulis deferuntur: Hęc autem omnia operatur
vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult.
Prout vult,inquit,non prout debetur. Deniq; & domi
nus ait illis vberiorem mercedẽ pro opere postulanti=
bus,& conquerentibus quod parẽ accepissent cum iis
Mat. 20. qui posterius aduenerant: Si ego bonus, oculus tuus
quare nequam est? Date ergo filii sortes vestras ei qui
vltra meritum laboris remunerationẽ suis donare cõ=
sueuit. Date veritatem ipsi⁹ viro sancto,id est, integri=
tatem. Ipsius enĩ est integritas qui immaculatus adue
nit. Veritas itaq; virginitas, corruptela mendaciũ est.
State ergo in corde vestro,sicut bona vinea in propagi
ne sua. Multæ enim tẽtationes sunt,ideoq; ait scriptu=
Psal. 105 ra: Tentauerunt eum in tentatione, & maledixerũt ei
super aquam contradictionis Cades. Tentatur virgi=
nitas a plerisq; petitoribus. Et cum voluerit virgo per=
seuerare,existunt qui contradicant. Cõtradicit petitor,
& refutatus maledicit. In opprobrio esse videtur innu=
pta vel virgo vel vidua. Cades enĩ innupta est, quæ est
sancta corpore & spiritu,& domino se dicauit,quæ reli=
quit parentes, & non facit voluntatem eorum qui so=
lent dicere: Debes nobis filia nepotes. Cades est quæ fi
lios nescit. Quod si illa diuitiis seculi prefert opprobriũ
Christi,quod necesse est subeat qui quærit Christo pla=
cere: quanto magis vos,quos pater prouocat ad inte=
gritatem,mater hortatur id sequi quod conuenit? Bo=
1.Cor,7. num est ergo virginitas. Deniq; qui iudicauit, iquit,in
H corde suo seruare virginẽ suã, bene facit. Igitur & qui
matrimonio iungit virginem suã, bene facit: & qui nõ
iungit, melius facit. Ille bene facit propter laqueum:
hic melius facit propter vtilitatem. Illud pro remedio,
istud pro præmio. Beatior autẽ erit quæ sic mãserit,se=
cundum meum cõsilium. Puto enim quod & ego spi=
ritum dei habeã. Sequimini ergo filiæ consilium Apo
stoli,donũ spiritussancti. Sumite ergo & vos sicut sum=
Exo.15. psit Maria soror Moysi & Aaron tympanum in ma=
nibus vestris,& exite dicentes: Cãtemus domino,glo=
riose enim honorificatus est,equum & ascẽsorem pro=
iecit in mare. Mortificate membra vestra, vt tympani
modo nulla in iis lasciuia carnis exęstuet, oĩsq; flagrã=
tiæ corporalis sensus intereat. Nesciat in iis nisi ĩ mor=
tuis corporis voluptatib⁹ sol⁹ spũs resultare. Si enĩ mor
tui fueritis peccato, viuetis deo. Viuetis autem si non
regnet in corpore vestro mortuo vlla cõcupiscẽtia. Ver
sate manib⁹ vestris crucẽ dñi Iesu, & in vestris eã ope=
ribus ableuantes calcate mundi huius profundum, &
pertransite, vt ille sicut equus adhinniens in libidinem,
nullum locum inueniat in vobis, & quicunq; voluerit
I persequens comprehendere vos, demergatur. Dextera
leuaq; circa vos aquæ murus fit, vt vapor omnis corpo
ris temperetur, donec ad illos intelligibiles duodecim
fontes, & septuaginta arbores palmarum, ad illam ma
gni requiem sabbati diuina vos dignatio perducat, &
in monte hæreditatis suæ plantare dignetur, vbi san=
cta Maria choros ducit. Induite ergo filiæ dominum
Iesum Christum, quærite veram sapientiã, de qua di=
Iob.28. cit Iob: Sapientia autẽ vnde inuenta, aut qui locus di=
sciplinæ? Abyssus dixit, Non est in me. Mare dixit,
Non est mecum. Bene abyssus dixit, nõ est in me, quia
resurrexit. Non enim habet quem tenere non potuit.
Deniq; habes in euangelio quia angeli dixerunt mu=
Mat. 28. lieribus ad sepulcrum venientibus: Iesum qui crucifi=
xus est, quæritis. nõ est hic, sed surrexit. Quid est, non
est hic? id est, non est in sepulcro, non est in infernis, sed
in cælestibus est. Mare quoque, hoc est, seculum dicit,
mundus hic dicit, Nõ est mecum: quia supra mũdum
est, quẽ vitæ humanæ lapsus atq; illecebra nõ immuta=
1.Pet.2. uit, quia peccatum nõ fecit, nec est dolus inuẽtus in ore
eius. Abyssus ergo dixit: Nõ est in me. Mare dixit: nõ
est mecum. Sed cęlum nõ dixit quia nõ est apud se, quẽ K
receperat resurgẽtem. Paradisus nõ dixit: nõ est in me,
quẽ regnare in se absoluto quoq; latrone cognouerat, si=
cut ipse dominus dixit: Hodie mecum eris in paradi= Luc. 23.
so. Attrahite filiæ sapiẽtiam in interiora vestri cordis
promptuaria, quoniã ea est omni auro argentoq; pre=
ciosior, quam mors nescit, quia non mortui laudant do
minum, sed viuẽtes. Et vos igitur vt viuatis, laudate
dñm, & laudate eum diebus ac noctibus. Laudabitis
autẽ, si ab eo nulla vos auertat cupiditas matrimonii,
& cura mundi, quoniã quæ cõiugium sortiuntur, solici
tantur mundi huius negociis. Cõsiderate filiæ quid vo
tis debeatis parẽtum. Aperuimus ad deum os nostrũ,
votum est voluntas parẽtum. Nos orauimus, vos sol=
uite. Quanta vis sit in votis parentum, Iepte Galadi= Iudicũ.11.
tæ filia vos debet docere, quæ ne frustraretur oblatio=
nem patriam, etiã mortem suam obtulit. Nam cum il
le solicitus de belli periculo vouisset, si ꝓsperior pugnæ
euentus foret, id quod regredienti domum suã primo
sibi occurreret, deo se immolaturum: vbi victoria po=
titus est, occurrit filia læta præ cæteris gaudio victorię
& pietatis officio. Ingemuit pater non affectus imme=
mor, sed memor voti. Quæsiuit causam filia, respõdit
ille quid dño promisisset. Tum illa hortata est vt ꝓmis=
sum deo munus impleret. Itaq; incautam patris obla=
tionem sanguine suo soluit. Hæc vobis filiæ sunt com=
munia. Tu autem fili quem mihi verus Helcana, id est L
dei dedit possessio, postulatus meus, petitus meus (in=
de enim etiam Samuel nomẽ accepit) tu inquã impe=
tratus meus, & votiuus meus, qui quomodo ĩ vterum
meum veneris nescio, (iam enim desperauerã sobolẽ
sexus virilis) quẽ mihi vota mea, nõ aliqua solẽnis cœt⁹
secreta formarunt: tu inquam fili agnosce a quo dona=
tus sis mihi. Ille tua ora plasmauit, ille tua mẽbra disti
xit, ille mea orata suscepit, cuius tẽplo, cui⁹ obsequio te
anteq̃ nascereris sacraui. Non parentibus, non tibi, sed
deo natus es, cuius anteq̃ de vulua matris exires, esse
cœpisti. Et oẽs quidẽ illius sumus, sed tamen tu specia=
liter promissus dño, tu redderis, quia scriptum est: Vo= Psal.75.
uete & reddite dño deo vestro. Ego misera, ego indi=
gna, & tamẽ quasi Anna promisi, vt oĩbus vitæ tuæ
diebus ac noctibus a conspectu dñi non recedas. Ego ꝓ=
misi, tu exequere. Dominus sibi hostię suæ munus im
plebit. Hæc & alia pia mater, quæ postq̃ congruẽtem fi
liorum vidit affectum, ablactatũ suum vberibus gratię
spiritualis in tẽplum dñi deducens, conuersa ad preces:
Cõfirmatum est inquit cor meum in domino, exaltatũ 1. Reg.2.
est cornu meum in domino. Dilatatũ est os meum sup
inimicos meos, lætor in salutari tuo, quoniã nõ est san
ctus alius quomodo dñs, & nõ est iust⁹ quomodo deus M
noster, & nõ est sanct⁹ preter te. Ista igitur ad filios ma
ter dicit, quæ simul & viduitatis in se, & integritatis in
liberis titulos in domũ suã intulit quasi quosdam fœ=
mineos principatus. Egregia sane fœmina, quæ sibi ni
hil reliquit: totũ quod habuit, deo obtulit. Cuius vita
institutio disciplinę est, & quædã formula castitatis, bo
no proposito, & meliore magisterio. Exẽplum enim vi
duitatis, & virginitatis magisterium est. Procedit in
ecclesiã filiarum virginũ septa comitatu, domesticum
decus inuehẽs, & inuenit in ecclesia quod suũ dicat, filiũ
sacrarũ lectionum oracula personantẽ, vt videantur sibi
sorores domi discere, cum frater auditur. Mater quoq;
ad imitationẽ cælestis exempli gaudet se ꝑficere de fi=
lio, & oĩa legẽtis verba pio mãdat affectu, & sedulo cor=
de conseruat. Sed q̃uis nil maternis defuerit hortatio=
nib⁹, ego quoq; vos filiæ vel paucis alloquor: Quęrite Mat.6.
dñm Iesum, qui nos monet vt queramus regnũ dei, &
ecce oĩa, inquit, suppetẽt vobis. Sed malo ego vos ante
meritũ deferre, & sic exigere mercedẽ. bona merces, sed
diuinior dispensator mercedis, & autor muneris. In re=
gno merces, in Christo remunerandi potestas. Quę=

A rite illam in scripturis diuinis, ibi Christus inuenitur.
Cant.1. Et dicite sicut illa dicebat: Annuncia mihi quem dile=
xit anima mea. Sed synagoga quærebat quem amise=
rat, vos quærite quẽ non amittatis. Sed cur synagoga
dicis, quem dilexi, & non dicis, quem diligo? ideo nõ te
nes, quia dilexisse te dicis. Cur non potius adhuc dili=
gis, vt possis tenere? Verũ illã omittamus. Tu virgo
cũ cœperis quærere, adest. Neq; enim fieri põt vt desit
quærẽtibus se, qui palã factus est non quęrẽtibus, & in=
uentus est non interrogantibus. Dum tractas & cogi=
tas, pręsto est. Disce interrogare cũ venerit, vbi pascat,
vbi maneat, sicut illa dicebat: Vbi pascis, vbi manes
in meridiano? Vbi enim Christus manet, nisi vbi iu=
stitiæ meridies fulget? Ideoq; sacratæ scripturæ doce=
Psal.18. tur testimonio qui dicit: In sole posuit tabernaculũ suũ.
Psal.35. Vnde & alibi idem dicit propheta: In lumine tuo vide
bimus lumen. Lumen filius est, lumen & pater, qui vi=
detur in filio: quoniam filius splendor gloriæ patris,
Heb.1. & imago substantiæ eius est. Sed etiam in tuo lumine
virgo Christum require, in bonis cogitationib⁹, in bo=
nis operibus quæ luceãt corã patre tuo qui in cælis est.
Quære in noctibus, quære in cubili tuo, quoniã & no=
cte venit & pulsat ianuam tuã. Vult enim te omnibus
inuigilare momentis, vult ianuã tuæ mentis patentẽ
B inuenire. Est & illa ianua quam vult patere vt aperias,
vt resonet os tuum laudẽ domini, gratiam sponsi, cru=
cis cõfessionem, cum symbolum recẽses, psalmos in cu=
biculo tuo concinis. Ergo cum venerit, vigilantẽ te in=
ueniat, vt parata sis. Dormiat caro tua, vigilet fides,
dormiant illecebræ corporis, vigilet cordis prudentia,
mẽbra tua redoleant crucẽ Christi, & sepulturæ odo=
rem, vt nihil iis somn⁹ caloris infundat, nullos excitet
motus. Ipsa est anima quæ se Christo aperit, quam nul
li vapores carnis exagitant. Cum hæc inuenerit spon=
sus, transibit. Anima tua illum sequatur, discedat a cu=
bili suo, exeat in verbo eius, sicut scriptũ est: Exiuit ani=
ma mea in verbo tuo. id est, peregrinetur a corpore, vt
deo adsit: quoniam cum est in corpore, peregrinatur a
2.Cor.5. Christo. Vnde & Apostolus ait: Audemus ergo & cõ
tendimus magis peregrinari de corpore, & adesse ad
dominũ: et ideo cõtendimus siue absentes siue præsen=
tes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet
C ante tribunal Christi, vt reportet vnusquisq; ꝓpria cor=
poris sicut gessit, siue bonum, siue malum. Q̃ cito cau=
sam probauit, qua corpus resurgit. Oportet enim carnẽ
resurgere, quæ remunerationem suorum est adeptura
gestorum, vt quæ in corpore gessimus, in corpore reci=
piamus. Vult igitur se dominus sæpius quæri. disce=
dit, currit vt resuscitet gratiam, quã vult a te etiam in te
resuscitari, sicut habemus ad Timotheũ scriptũ: Pro=
2. Tim.1. pter quam causam admoneo te vt resuscites gratiam
dei quę est in te per impositionem manuum mearum.
Quæ autem resuscitauerit gratiã, fit vulnerata chari=
tatis, sicut illa dixit, quia vulnerata charitatis ego sum.
Si suscitaueritis & resuscitaueritis charitatẽ, quid istud
sit, poterimus intelligere si repetamus quia sagitta est
Esa.49. dñs Iesus, cui dicit pater: Posui te sicut sagittã electã.
Et quia ipse est charitas, sũt vtiq; iacula charitatis qui=
bus vulnerat sese quęrentes. Deniq; & alligati vinculis
ipsum sequuntur, quia quos vulnerat ligat. Ergo sunt
etiã vincula charitatis, quib⁹ ligat⁹ est Paulus, qui ait:
Ad Phi= Paulus vinctus Iesu Christi. Vulnera autem charita=
lemo. tis esse docet Iob, quo nemo ampli⁹ Christum dilexit,
qui diligebat etiam in ipsis sui corporis cruciatib⁹. Vn
Iob.6. de dicebat: Sagittę autem domini ĩ meo corpore sunt,
quarum furor ebibit sanguinem meum. cũ cœpero lo=
qui, compungunt me. Sunt ergo charitatis vulnera, &
Prou.27. bona vulnera. Deniq; meliora vulnera amici, q̃ volun=
Hiere.37. taria oscula inimici. Hieremias quoq; ęstuabat, & ignẽ
charitatis quo inflãmabatur ad officium prophetandi,
ferre non poterat. Deniq; demergebatur in lacum, quia
Iudæis futura excidia annunciabat, & tacere non pote= D
rat. Lapidabatur Stephanus, & illa pro Christo vulne Actuũ. 7.
ra quasi vulnera charitatis pio excipiebat affectu. Va=
pulabãt Apostoli, & cõgratulabãtur. Q̃ bonus est do=
min⁹, pro quo dulces & iniuriæ sunt, & grata mors. Et
bene grata, quę acquirit immortalitatẽ. In omni, inqt, Eccls.9.
tempore sint vestimenta tua candida. Quid candidius
virginitate? quid nitidius intacti vestimento pudoris?
Bona quidem castitas coniugalis, & castitas viduita=
tis. Munda omnis castitas, sed forte non omnis cãdi=
da, aut non candida in omni tẽpore. Nõ candida, quan=
do non habet quis sui corporis potestatem, quando ad
tẽpus sequestratur oratio. De virginitate ergo pulchre
dicitur: In omni tempore sint vestimenta tua candida,
& oleum in capite tuo, vt faces tuæ semper possint lu=
cere, nec extinguãtur cum cœperit sponsus ille cælestis
venire. Quam autem vnctionẽ in capite tuo Ecclesia=
stes dixerit, de prouerbiis colligimus, quia oculi homi=
nis in capite eius, id est sapientiæ tuæ sensus. Ideo for=
te & euangelica mulier illa laudatur, quæ pedes domi= Luc.7.
ni capillis suis tersit, quod fide se humiliauerit, ne ꝑ car=
nis elata sapientiam videretur, quam legi subditã ve=
rus occultorũ interpres Paul⁹ negauit, eo quod Chri=
sto subiiceretur. Et pulchre hoc possumus intelligere
etiã corporaliter, quoniam in propheticis scriptis repre
hẽduntur filiæ Sion quod alta ceruice procederent, nu
tibus oculorum, & itinere pedum trahentes simul tu=
nicas, & ludentes pedibus. Et ideo gloriam vestis ea= E
rum, & ornatus earum, crines & cincinnos dñs ablatu=
rum esse se dicit. Recte ista mulier sparsit capillos suos,
vt nodos criniũ euãgelica solueret disciplina. Vnde &
Apostoli dixerunt: Non in plicatu capillorũ, sicut Pe= 1.Petri.3.
trus docuit: neq; in tortis crinibus, aut auro & margari=
tis, vel veste preciosa, vt Paulus asseruit: sed magis in= 1. Tim.2.
terioris hominis ornamenta fœminis requirẽda, quo=
niam ille absconditus cordis homo qui est pauper secu=
lo, ipse est locuples deo. Audistis filiæ quia paupes vos
vocatis. Quis aũt est homo diues, cũ multis egeat, ni=
si ille cui nõ est graue peccatum in cõscientia? Bona est Eccli.13.
enim inquit substãtia, cui nõ est peccatum in cõsciẽtia.
Audistis inquã ĩ quo possitis apud deũ esse locupletes,
vt sit in vobis incorruptibilis & modestus spiritus. Bo
næ enim diuitię sunt innocẽtię atq; simplicitatis, quib⁹
peccatũ non imputatur, quia nulla in iis doli fraudisq;
versutia est. Omnis enim simplex obtrectare nõ nouit,
nescit inuidere, suo cõtentus est, aliena nõ quærit. Et si F
egeat, sibi diues videtur si suppetat quod alimento est
satis. Deniq; pulchre Apostolus Paulus: Et profunda 2.Cor.8.
inquit, paupertas eorũ abundauit in diuitiis simplicita=
tis eorum. Et quia ecclesia congruis erat ornatibus cõ=
pta, & de Christo lumen recipiens refulgebat: põt etiã
sic locus ille accipi, eo quod synagoga ad ecclesiã dicat:
Vbi pascis, vbi manes in meridiano: ne forte fiam cir= Cant.1.
cũamicta super greges sodaliũ tuorum. Mercenaria es
se desiderat, quæ sibi vẽdicabat ante dñatũ. Q̃ dãnosa
perfidia est. Sed quia icredula, immitis, sacrilega, ideo
eã a gregibus ecclesiæ suę separat Christus, dicẽs: Nisi
scias te o decora in mulierib⁹, hoc est, prius te quę sis i=
psa cognosce, & tunc pete vt meis gregibus appropin=
ques. Et bene in mulieribus decora dicitur synagoga,
non in virginibus, quia Euã mulierẽ sequebatur, ꝑ quã
lapsus aduenit. Ecclesia autẽ decora in virginibus est,
quia virgo sine ruga est. Scire ergo debet siue vir siue
mulier, quia ad imaginẽ dei est & similitudinẽ. In quo
enim ad imaginem dei sumus, nisi in animæ substãtia
& mẽtis vigore? Hæc nostra oĩs portio. Deniq; Dauid
inquit: In deo sperabo, non timebo qd faciat mihi caro. Psal.55.
Non ergo caro sumus, sed spiritus. De Iudæis autem
dictũ est: Nõ permanebit in iis spiritus meus, quia car= Gene.6.
nes sunt. Non aurum sumus, nõ pecunia, non diuitia=
rum copiæ. Illa enĩ nostra. Et ideo tibi dicit Moyses:

G Attende tibi,hoc eſt,animæ tuæ,ne pereat, ne carnalis fias. Attende tibi,hoc eſt, imagini quam a Chriſto accepiſti,ſimilitudini ad quam factus es. Ipſam ſerua imaginem,quam Chriſtus in te operibus ſuis pinxit: ſicut ipſe ait ad Hieruſalem, id eſt,ad animam pacificam:Ecce ego Hieruſalem pinxi muros tuos. Attende ergo tu præcipue fili: attende tibi vt lætęris in iuuẽtute tua:cui dicit ſcriptura: Lætare adoleſcens in iuuẽtute tua. Non vnius tibi dicit tempus ætatis. Eſt quaſi quidam flos vitæ,bonorumq; ætas operum, de qua ſcriptum eſt:Renouabitur ſicut aquilæ iuuentus tua. Et oblectet,inquit,te cor tuum in diebus adoleſcentiæ tuæ,& ambula in via cordis tui ſine macula,& in aſpectu oculorum tuorum, & nõ in audacia oculorum tuorum. In aſpectu vtique ſpirituali,non audacia ſeculari. Et ſcito quod ſuper hæc omnia adducet te deus in iudicium, & repellet iram a corde tuo, & amouebit nequitiam a carne tua. Attende tibi virgo & tu, vt inſiſtas orationi, & vult⁹ tuus aſſidua obſecratione paleſcat. Sed ante orationem præpara animam tuam, vt non videaris tentare deum cum deprecaris, vt id quod oras,mores tui loquantur,fides adiuuet,opera cõmendent. Attende tibi, quod dico tibi, cuicunque virgini loquor. Nam tibi piæ non deeſt inſtitutionis magiſtra. Attende inquam virgo ſacræ præſertim profeſſionis,& ab hominis ireuerentis oculis caue. Et ſi ad H tempus præterierit quaſi viator,tamen os ſuum aperit,& ab omni aqua ꝓxima bibet, vt te inebriet. Null⁹ ſit tuus ſine matre progreſſus,quæ ſit anxia tui cuſtos pudoris. Ipſa quoque ad eccleſiam progreſſior arior ſit adoleſcentulis. Conſidera quanta fuerit Maria,& tamen nuſquam alibi niſi in cubiculo reperitur cum quęritur. Illa te doceat quid ſequaris. Angelum in ſpecie viri vidit,& pauebat corde,pereginabatur aſpectu. Vnde dicit ad eam Angelus: Ne timeas Maria. Decet ſolitudo verecundiam: & gymnaſium pudoris,ſecretum eſt. Quid enim tibi vel ad proximam facile accedere? Peſſatui facilis in domum proximi. qui autem ſapiens eſt, verecundatur. Inde naſcuntur fabulæ, de quibus pulchre admoneris vt caueas,cum dicit tibi vir ſapiens: Quis dabit diſciplinæ meæ cuſtodiam, & ſupra labia mea ſignaculum certum,ne cadam ab illis,& lingua mea perdat me? Si virilis ſexus iubetur tacere coram ſenioribus, q̃ indecorum eſt virgines loqui, & varios ferere ſermones? Eſto vt imperes tibi ſilẽtium, nunquid potes aliis imperare ne audias? Poteſt quis aliquando frenos ori ſuo imponere,& verbis ſtateram, auribus non poteſt. Loqui enim in nobis eſt, audire ex I aliena pẽdet poteſtate. Sæpe enim audimus quod nolumus. Quid deinde aliud nos ſcriptura admoneat,cõſideremus. Non iurandum,inquit, facile: quia plerunq; multi caſus accidunt, vt non poſſimus implere quod iurauerimus. Qui autem non iurat, vtiq; nõ peierat. qui autem iurat, aliquando neceſſe eſt incidat periurium, quia omnis homo mendax. Noli ergo iurare, ne incipias peierare. Nec ipſam quidem liberiorem lætitiam in virginibus decet eſſe. Quæ ſi non habent q̃d fleant, lapſus fleant peccantium. Et enim quæ aliorum lapſus fleuerit, ſuos cauebit. Fleant poſtremo vel illa contemplatione, vt hic flentes, illic accipiant cõſolationem: ne ſicut diues ille qui hic luxuriat⁹ eſt, illic pœnas graues ſubire domini declaratur oraculo, & tu audias: Receꝑiſti bona in vita tua. Quãto beatius Lazarus qui hic fleuit,& illic exultauit: hic eſuriuit,& illic epulatur. Si vis ergo & tu bonam lætitiã ſequi, demonſtrat tibi Eccleſiaſtes liber quã ſequi debeas, qui ait: Veni, manduca in lætitia panem tuum, quoniã iam placuerunt deo facta tua. Quid autẽ idem Eccleſiaſtes monuerit nos omnes de immoderatione ridẽdi, conſideremus. Sicut vox, inquit, ſpinarum ſub olla, ita riſus ſtultorum. Nẽpe ſpinæ cum ardent ſonant,& cito exuruntur, vt nullus caloris ſit effectus. Vnde & Iudæis dictum eſt: Exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Exuſti ſunt enim ſuo riſu, & conflagrarunt in domini paſſione, quando in animę ſuæ iocabantur incendium, dicentes: Sperauit in domino, eripiat eum, ſaluum faciat eum, quoniã vult eum. Et deridentes percutiebant calamo caput eius, & ſpinis eum coronabant, atq; acetum ei vt biberet offerebant. Ille riſus ſynagogam incendit in æternum. Sic ergo eſt riſus ſtultorum, qui ſine gratia ſonat,& ollam ſui corporis vrit. Merito negabat Sara quia riſerat, ne videretur ridendo de effectu promiſſoris dubitaſſe cæleſtium,& tamẽ ille riſus plenus grauitatis fuerat & pudoris, quem nemo alius teſtis niſi deus ſolus cognoſceret, quem occulta nõ fallunt. Q̃ pulchrum & illud: Noli feſtinare in ſpiritu tuo iraſci, quia ira in ſinu ſtultorũ requieſcit. hoc eſt, etſi cauſa ſit q̃ moueat indignationem, non ſit feſtina vindicta, ne immoderatus calor indignationis exæſtuet. Non poteſt igitur auferre quod naturalis eſt motus, ſed moram inſerit vt medicina cõ ſilii temperet iracundiam. Sic enim Dauid ante iam dixerat: Iraſcimini, & nolite peccare. Non quo ſperaret iracundiã, ſed q̃d id q̃d naturę eſſet, auferre nõ poſſet, & quaſi bonus medicus remedium daret, vt ipſa iracũdia non noceret. Deniq; etiam ſi quis prolapſus eſſet corde, quoniam ira neſcit tenere moderamen, ſuadet vt compũgatur in cubilib⁹ ſuis, & ſuũ vnuſq; ſꝑ cõdẽuet errorẽ. ſic eñ ſcriptũ eſt, Quæ dicitis in cordib⁹ veſtris, & i cubilib⁹ veſtris cõpungimini. Voluit itaq; oẽs hoies ſuorũ delictorum eſſe cẽſores, vt & qui publico teſtimonio L nõ tenetur, ſeipſum iudicẽ qui in occulto lapſus eſt erubeſcat, & aculeo quodã coerceat amaritudinis & pudoris. Quid de parcimonia loquar, cum ſapiẽs dicat: Auferre me ventris concupiſcentias, & concubitus cupiditas ne apprehẽdat me? Nec infirmitatem exieiunio, & abſtinentiam reformides. Infirmitas enim grauis ſobriam facit animam. Quomodo etiam docent Salomonis prouerbia bonæ opinioni ſtudendum, dicendo: Potius eſt nomen bonum, q̃ diuitiæ multæ. Quid eſt enim patrimonium niſi bona illa gubernatio, vnde ſanctus Iob dicit: Benedictio morituri ſup me veniebat, & os viduæ me benedicabat. Oculus eram cæcorum, & pes claudorum, inualidorum pater. Si vidi nudum prætereuntem, & non veſtiui, ſi me non benedixerunt egentes, & de velleribus ouium mearum humeros eorum non calefeci, ſi abſcondi aliquando peccatum meum, quod vel imprudens non ex voluntate commiſerim, ſi aliquando permiſi vacuo ſinu exire inopem ianuam meam? His enim nomen bonum paratur. Præ cæteris tamen in virgine præcellit ſtudiũ ſobrietatis. Sobrietatem dico non vini abſtinentiam, ſed corporalis laſciuiæ, qua grauius q̃ vino inebriamur. M Dat enim calicem ruinæ,& iræ poculum. Vnde & dicit dominus ad Hieruſalem: Audi humiliata & ebria non a vino. Ecce accepi de manu tua calicem ruinæ, & poculum iræ. Si hunc calicẽ exinaniuerit ſynagoga, non bibant filiæ eccleſiæ. De Iudæis enim dictum eſt: Filiæ eorum compoſitæ, circumornatæ quomodo ſimilitudo templi. Vos autem templum dei eſtis, filiæ eius qui non tranſfiguratur in angelum lucis, ſed verum lumen de vero eſt lumine. Ideo in vobis non ſimilitudo, ſed veritas ſit. Multæ autem cum ſtudium caſtitatis profiteantur, affectant admiſcula pulchritudinis, vt comptiores prodeant, nitidiore vultu q̃ ſacras domini decet, quibus apoſtolico ſermone reſpondeo: Quæ mortuæ eſtis cum Chriſto ab Col.2. elementis huius mundi, quid adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis, inquit, ne attaminaueritis, ne guſtaueritis quæ ſunt omnia ad corruptelam. At non ſancta Soteris, vt domeſticum piæ parentis proferamus exemplum. Habemus enim nos ſacerdotes noſtram nobilitatem præfecturis & conſulatibus præferendam. Habemus inquam fidei dignitates, quæ perire non norunt. At non, vt dixi, Soteris vultus ſui curam gerebat, quæ cũ eſſet decora facie valde, & nobilis virgo maiorum proſapia, conſulatus & præfecturas parentum ſacra poſthabuit fide, & immolare iuſſa non acquieuit? Quam perſecutor immanis palmis cædi præcepit, vt tenera virgo dolori cederet aut pudori. At illa vbi audiuit hãc vocem, vultũ aperuit, ſoli inuelata atq; intacta martyrio, & volẽs iniurię occurrit, vultum offerens, vt ibi martyrii fieret ſacrificium, vbi ſolet eſſe tentamentum pudoris. Gaudebat enim diſpendio pulchritudinis periculum integritatis auferri. Sed illi potuerunt quidem vultum eius vulnerũ vibicibus exarare, faciem tamẽ virtutis eius & gratiam decoris interni nequaquam exarare potuerunt. Hetruſcum iuuenem veteres fabulæ ferunt, cum propter admirãdam oris proprii pulchritudinem in amorem accẽderet fœminas, ſtigmatibus inaraſſe vultum ſuum, nequa eum adamare poſſet. Vidẽro vtrum caſtus fuerit illius animus, affectus tamen non innocẽs, propter quem in ſe ipſe animaduerteret. Ille tamen ſola excepit vulnera ne noceret: hæc triumphales retulit martyrii cicatrices, vt imaginem dei quam acceperat reſeruaret. Seruate & vos hanc imaginem filiæ, ſeruate B tæ ſcripturæ præcepta diuinæ, vt omne os iniqui obſtruatur. Scriptũ eſt enim: Beat⁹ quẽ tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Bonus domin⁹ erudit & docet, & plerũq; arguit. Sed etiam quem arguit, beatum facit. Beatus enim homo quem arguit dominus. Et ideo increpationes eius non refugias, quia charitatis & gratiæ ſunt. Ipſe enim percutit, & quaſi bon⁹ medicus manibus ſuis ſanat. Septies de neceſſitatib⁹ te liberat, in ſeptimo autem non te contingit malum. In fame eripiet te a morte, in pugna autem de manu ferri te exuet, a flagello linguæ te abſcondit. Si enim tu nulli putaueris derogandum, alienæ linguæ flagella non metues. Mire autem ſermones maledicorũ expreſſit dicendo, linguæ flagellum, cuius ſonus late reſultet. A quo nos ſeparare cupiens Petrus Apoſtolus 1.Pet.3. monet vt non reddamus malum pro malo, & maledictum pro maledicto, ſed magis cum maledicitur nobis, benedictionis referamus gratiam. Et ideo dicit: Cohibe linguam tuam a malo, tanquã linguæ flagello, nec timeas verborum ſonum, ſi munda eſt conſcientia tua. Bonum eſt quidem nullũ (ſi fieri poteſt) locum obtrectationi dare: ſed quia pleriq; non vitiis ſed virtutibus derogant, reprehendant quod laudis eſt, non inueniant C quod erroris eſt. Sed, quod peius eſt, non ſolum ab aliena lingua, ſed etiam a noſtra flagellamur. Et hæc ſunt grauiora verbera, cum ex multiloquio peccatum incurrimus. Et ideo cuſtodi virgo vias tuas, vt non delinq̃s in lingua tua. Et bona loqui plerunq; crimen eſt virginis. Sed quid miraris de virgine, cum mulier in ſilẽtio iubeatur diſcere? Bonus eſt pudor, quem commendãt ſilentia. Suſanna periclitabatur & tacebat, vt meli⁹ tacito pudore loqueretur. Deniq; inuenit verecundia defenſorem qui defenderet caſtitatem. De qua bene dicitur quod eã ja flagello linguæ domin⁹ abſcondit. Quid de fœminis dicimus? Ioſeph tacuit accuſatus, vt meli⁹ eum innocentia q̃ lingua defenderet. Tacuit Daniel omnibus ſapientior, & ora clauſit leonum. Vnde pulPſal.38. chre ſanctus Dauid dicit: Poſui, inquit, ori meo cuſtodiam, dum conſiſteret aduerſum me peccator. Quid enim vis loqui? Vereris ne te tacẽte obiecta credãtur? Sed audi bonum magiſtrum dicentẽ ſanctũ Iob: Ecce rideo opprobrium, & nõ loquor: clamabo, & nuſquam iudicium. Id eſt, criminator aliquis opprobria iacit? habes quod intra te rideas, ſi crimen conſcientiæ non recognoſcis. Quid enim referas verba verbis? Nondum eſt iudiciũ: et ſi clames, non appropinquat. Debentur tibi in hoc ſeculo multa certamina. Vicerat ſanct⁹ Iob damni dolorem, vicerat immo excluſerat luct⁹ acerbi- D tatem in amiſſionib⁹ filiorum, vicerat vulnerum aſperitates, vibices corporis, adhibentur mulieris tentamẽta, & ipſa non ſenſit. Adhuc amicorum increpationes ad certamen ei vltimum reſeruantur. Luctatus fuerat cum affectu patrio, luctatus cũ dolore corporis & egritudine: oportebat eum ſubire etiã ſermonum tentationes. Ergo quando vides viduam diſpendiis aliquibus laborare, aut filiorum incommoditate vel morte, iuſtũ iniuriis afficiri: noli ex iſtius ſeculi incommodis merita eius penſare, aut mirari quod derelictus a domino ſit. Hic quidem luctamur, ſed alibi coronamur. Nõ de me tantũ, ſed de oibus hoibus cõiter ſum locutus. Nam vñ mihi tãtũ meriti, cui indulgẽtia pro corona eſt? Hic luctа, illic bravium. Hic militia, illic ſtipẽdium eſt. Ergo dum i hoc mũdo ſum, adhuc luctor, adhuc decerto, adhuc impellor vt decidam. Sed potens eſt dominus, qui impulſum ſuſcipiat, labẽtem ſtatuat, nutantem erigat. Quid ergo miraris aliquem laborare? Donec vita eſt iſta, certamen non deerit. Non exit corona, nullus probatur niſi qui perſeueraverit vſq; in finẽ, vt poſtea poſſit qui legitime certauerit coronari. Quis fortior Paulo? quis beatior? Ille tamen vas electionis dominicę, nõ ante ſibi coronã vendicauit, q̃ certamen omne cõſummareturideoq; ait: Certamen bonũ certaui, curſum cõ- 2.Tim.4 ſummaui, fidem ſeruaui: quod reliquum, repoſita eſt E mihi corona iuſtitiæ. Quam non ſolum ſibi, ſed etiam omnibus diligẽtibus adnẽtum domini dicit eſſe reddẽdam. Pulchre dixit, adventum Chriſti diligẽtibus. Nemo enim feſtinat ad iudicium, niſi de innocentia ſecurus, aut qui de labore pręſumit, cui aut gratia domini, aut pia pro Chriſto certamina ſuffragãtur. Quã vtiq; habebit prærogatiuam & ea vidua quę bene filios educauerit, & in liberis gratulabitur, & maxime quæ omnes quos ſuſcꝑit, domino dedit. Vnde & illa Euangelica vidua diuitibus antefertur. Non ſolum enim quia totum quod habuit, ad victum pauperũ miſit, ſed etiam quod duo æra detulit, dominica voce laudatur, id eſt plenam fidem. Deniq; ad hominis ſanitatem & ille Samaritanus duo æra ſtabulario dedit, quibus vlcera curaret illius a latronibus vulnerati. Ergo quia & ſecundum vetus teſtamentum Mariæ ſororis Aaron virginitatẽ, & ſecundũ nouum ſanctæ Mariæ matris domini integritatem ſtudio ſuæ prolis imitata eſt, remunerationem fidei diuino iudicio conſequetur, quæ nihil ſibi ad ſeculi ſubſidium reſeruauit, ſed totũ domino ſobolis piæ munus impendit. ¶ Te nũc dñe precor, F vt ſupra hãc domum tuam, ſupra hæc altaria quæ hodie dedicãtur, ſupra hos lapides ſpirituales quib⁹ ſenſibile tibi in ſingulis tẽplis ſacratur, quotidianus præſul intẽdas, orationeſq; ſeruorũ tuorũ quę i hoc loco fundãtur, diuina tua ſuſcipias miſericordia. Fiat tibi in odorẽ ſanctificationis omne ſacrificiũ quod in hoc tẽplo fide integra, pia ſedulitate deferẽ. Et cũ ad illã reſpicis hoſtiam ſalutarem per quã peccatum mundi huius aboletur, reſpicias etiam ad has piæ hoſtias caſtitatis, & diuturno eas tuearis auxilio, vt fiant tibi in odorẽ ſuauitatis hoſtię acceptabiles, Chriſto dño placẽtes, & itegrũ ſpiritũ eorũ animã & corpus ſine querelæ loco vſq; in diẽ dñi Ieſu Chriſti filii tui ſeruare digneris. Amẽ.

FINIS.

CAPITA INSTITVTIONIS VIRGINIS.

De commendatione Euſebii, quod Ambroſiã filiam ſuam deo deuouerit, ac de laude huiuſcemodi oblationis, virtute quoque taciturnitatis, & loco orandi. Caput I.

De commendatione ordinis in oratione seruandi, & quod a diuinis laudibus inchoandum sit, & quomodo virgo tria in se seruare debeat. Caput II.
Quod sexus muliebris non sit culpandus propter erroris causam quam Eua inuexit. Et quomodo omniū animantium gratia foris, hominis autem intus existat. Caput III.
Quomodo per mulierem Ecclesiae gratia figuratur. Quodq; mulier lapsus sui in peccatum excusatione habeat quam vir habet. Caput IIII.
Quomodo mulierem audire vir iubeatur. Quomodo etiam Maria non solum virginitatis incentiuum attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione haereticorum qui sanctissimam Mariā perseueraſſe virginem negauerunt. Caput V.
Quomodo non derogauerit virginitati Mariae quod coniunx Ioseph nominata fuerit. Caput VI.
Quod Maria pudorem nunquam mutauerit, quae nec animum mutauerat. Caput VII.
Quod Maria sit porta illa clausa quam Ezechiel descripsit, in qua sedit Christus, & exiuit. Ca. VIII.
Quemadmodum virgo Maria sit virga & hortꝰ clausus, ac paradisus, & fons signatus, atq; porta clausa. Caput IX.
Quod Christus qui corona est virginum, sit vnus sicut & pater vnus est, & spiritꝰ vnus: & quomodo in personis diuinis sit aequalitas. Caput. X.
Quod nulli alii laborare aut seruire debeamus, nisi soli Christo, qui primus est. Et quomodo aliquando secundus & nouissimus dicatur. Caput XI.
Quomodo Christus dicatur iuuenis secundus & finis omni populo eius. Quomodo etiam virgo Maria dicatur aula regalis. Caput XII.
Quomodo Mariana virginitas dicatur leuis nubes, super quam dominus sedit, quae aliis virginibꝰ pluuiam spiritalem irrorat, & vnguentum integritatis. Caput XIII.
Quomodo gressus Mariae speciosi dicantur in calciamentis. Et quod moduli femorum suorum similes sint torquibꝰ. Et vmbilicus crater tornatilis. Et veter sicut aceruus tritici minuti inter lilia. C. XIIII.
Quomodo sacrę virgines dicantur lilia Christi, & de anno dominicae benignitatis. Caput XV.
Quomodo filiae Hierusalē egredi iubeantur ad videndum regem Salomonem &c. Et de stola piae operationis quam induere debēt virgines. Ca. XVI.
Quomodo in virginibus videatur angelorum vita in terris, quam in paradiso amiseramus. Et de deuota deprecatione quam Ambrosius fecit super virginem velandam. Caput. XVII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

Institutio virginis, ad Eusebium.

De commendatione Eusebii quod Ambrosiam filiam suā deo deuouerit, ac de laude huiuscemodi oblationis, virtute quoq; taciturnitatis, & loco orandi. Caput I.

A COMMENDAS mihi pignus tuū, qđ æque est meū, Ambrosiam domini sacrā: & pio eius affectu tibi asseris praestantiorem reliqua sobole solicitudinem. Et vere ita est apud mentem fidelē. Caeteros enim instituis vt emittas domo, atq; alienis copules, istam tecum semper habebis. In ceteris quoq; paternae vteris pietatis necessitudine, in hac vltra patrē procedis, votoq; & studio ꝓgrederis, vt placeat deo. Quae cum sit praestantior cautela votorum, sola tamen soluat quicquid pro se & pro omnibus filiis debes. Hoc est sacrificium quod Abel obtulit ex primitiis ouium suarum foetibus. Quod & 1.Cor.7. Apostolus praecęteris laudat ad Corinthios dicens: Quoniam qui statuit in corde suo firmus, & iudicauit in corde suo seruare virginem suā, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem suā, bene facit: & qui non iūgit, melius facit. Vnde pulchre Dauid cum descripsisset ecclesiae gratiam, cuius omnis gloria intꝰ est nō foris, (in bonis enim cogitationibus, atq; immaculato castitatis affectu, & syncerae ꝓpositio conscientiae Psal.44. summa est laus) subtexuit dicens: Afferentur regi virgines post eam. Et cōuersus ad dominum patrē: Proximae, inquit, eius afferentur tibi, afferentur in laetitia & exultatione, adducētur in templum regis. Quae est proxima, nisi quae Christo ꝓpinquat, cui dicit deus verbum: Exurge, veni proxima mea, formosa mea, colūba mea, quia ecce hyems praeteriit? Antequam verbū B dei reciperet, hyems erat, inhonora, sine fructu: vbi verbum dei recepit, & mundus ei est crucifixus, aestas est facta. Deniq; feruore sancti spiritus vaporata, flos esse coepit, & spirare odorem fidei, fragrātiā castitatis, suauitatem gratiae. Vnde & alibi addidit: Oculi tui co- Cant.4.
lumbae extra taciturnitatem tuam. eo quod tota spiritalis & simplex sicut columba, (in cuius specie visus est a Ioanne descēdere spiritusſanctus) spiritalia videat, & nouerit ea quae viderit tacere mysteria. Nō enim mediocris virtus tacere. Est enim & tempus tacendi, sicut Eccls.3.
tempus loquendi: sicut & scriptū est: Dominus dat mi- Esa.50.
hi linguam eruditionis, quādo oporteat dicere sermonem. Virginitatis itaq; dos quaedam est verecundia, quae cōmēdatur silentio. Ideo ecclesiae gloria intus est, non vtiq; in multiloquio, sed in sensibus vel in penetralibus sacramentorum, sicut ipsa dicit ad spōsum: Quis Cant.8.
dabit te fratrem mihi lactentem vbera matris meae, & inueniens te foris osculabor te? Et quidem non spernēt me, assumā te, & ducam te in domum matris meae, & in secretum eius quae concepit me. Et supra ait: Intro- Cant.2.
duxit me rex in cubiculum suum. Foris osculatur ecclesia Christum, & ab eo in cubiculum introducitur. Oscu C
latus est eam foris, quando tanquam sponsus procedēs Psal.18.
de thalamo suo, exultauit tanquam gigas ad currendā viam. Tanquā gigas foris est, quia nō rapinā arbitrat? est esse se equalē deo: formā serui accepit. Foris ergo factus est, qui erat intus. Vide illū intus, qñ legis q; in sinu est patris. Cognosce illū foris, qñ nos quęrit vt reducat. Foris sibi factꝰ est, vt mihi intꝰ esset, & fieret mecus noster. Ibi ergo simus vbi Christus medicus est, radicatus et fixus in cordibus nostris. Et ideo sicut ipse
præcepit: Cum oras, intra in cubiculum tuum, & essim Mat.6.
de super te animam tuam. Cubiculum tuum interiorum secretum est, cubiculum tuum conscientia tua est. Denique Ecclesiastes tibi dicit: Et quidem in conscientia tua regi ne maledixeris, & in penetralibus cubiculorum ne maledicto deuoueris diuitem. Ibi ergo ora, & ora in occulto, vt audiat te qui in occulto audit, & ora sine ira & disceptatione, abdicato occulta dedecoris. Iustus enim non proditionem criminis metuit, sed contagionem.

A De commendatione ordinis in oratione seruandi, & quod a diuinis laudibus inchoandū sit. Et quomodo virgo tria in se seruare debeat. Caput II.
Quod sexus muliebris non sit culpādus propter erroris causam quā Eua inuexit. Et quō omniū animātiū gratia foris, hominis autē intus existat. Ca. III.
Quomodo per mulierem Ecclesiae gratia figuratur. Ca. IIII.
Quomodo mulierem audire vir iubeatur. Quomodo etiam Maria non solum absolutā a crimine, verumetiā prouocauit ad gratiam. Accusamus autē plerūq; fœmineum sexū quod erroris causam inuexerit, & nō cōsideramus quāto iustius in nos obiurgatio retorqueatur. Nā vt repetamus a principio, & rursū exordia interrogemus: quātū ei delatū sit, inuestigabimus, & quam in misera conditionis humanę fragilitate, fœmina inuenerit gratiam. Nācū omnia opera sua laudauerit deus, cælum, terram, maria, noctem & diē, quod ista proficerēt ad vsum laboris, illa ad fructū quietis, laudauerit feras, bestias: vbi ad hominem vētū est, solus non videtur esse laudatus, propter quem generata oīa sunt. Quae igitur causa est, nisi forte ea, quia alia in specie sunt, homo in occulto? Nihil in bestiis plus reperias, q̄ qđ videturꝰ homine nihil est inferius, q̄ qđ videtur: qui cū exanimo cōstet & corpore, hoc vtiq; in eo seruit qđ videtur, illud autē in eo regit hominē quod nō videtur. Merito ergo alia in exordio laudantur, istius laudatio nō promitur sed reseruatur, quia aliorū gratia foris, huius intus est. Aliorū in natiuitate, huius i corde. Quid enim tam altū & tā profundū q̄ mens hominis, quae quasi inuolucro quodā corporis tegitur & occultatur, vt eā haud facile quisq; introspicere & speculari queat? Ideo ergo homo nō ante laudatur, quia nō in forensi pelle, sed in interiore homine ante probādus sic prædicandus est, quē prędare definiuit Apostolus Petrus dicens absconditum esse cordis hominē in incor- 1.Pet.3.
ruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deū locuples. Merito ergo differtur, vt sequatur venerata'ei laudatio, cuius dilatio non dispēdium sed incrementi est. Nemo ergo se despiciat quasi vilem, nec contuntu corporis fese æstimet. Nā etsi dixerit sanctus Iob: Nudus exiui de vētre matris meę, nudus & hinc abibo: ha Iob.1.
buit tamē quo nō solū inter homines, sed etiā apud deū diues inueniretur. Quid autem locupletius, q̄ quod ad imaginem dei est ac similitudinem? Ad imaginē autē interior est homo, non iste exterior: ille qui sensu æstimatur, non oculis cōprehenditur. Ille ergo nobis expectandus est, qui serius inuestigatur. Ideo deus non putauit hominis fabricam esse laudandā, quia maior eius virtute est portio. Præclara quidē species, & prętātior cæteris animantibus, sed irrationabilia specie corporis æstimentur: ea autē quae rationis plena sunt, cōmunē laudem sequestrent. Homo igitur mihi non tam vultu q̄ affectu admirādus emineat atq; excellat, vt in iis laudetur, in quibus etiam deus prophetico iudicio laudat, de quo scriptum est: Terribilis in consiliis super filios Psal.65.
hominum, cuius opera coram deo luceāt, qui bona iugibus operibus facta cōtexat. Et ideo laudatio eius nō in exordio sed in fine est. Nemo enim nisi legitime certauerit coronabitur. Ideoq; sapiēs tibi dicit: Ante mor- 2.Tim.2.
tem non laudes hominem quenquā. Quia ratione hoc Eccli.11.
dixerit, superioribus docuit dicens: Quia in fine hominis nudantur opera eius. Spectemus tertium, in quo manifestauit deus sententiam suam. Cum enim fecisset hominem, & potuisset in paradiso operari & custodire, dixit: Non est bonū solum esse hominem. Faciamus, inquit, ei adiutorium secundum se. Sine muliere igitur homo non habet laudem, in muliere prędicatur.

1.Tim.2. VAM bona oratio cum misericordia. Bona oratio quae ordinem seruat, vt primo a diuinis inchoemus laudibus. Si enim cum apud hominem agimus, beneuolum volumus iudicem facere, quanto magis cum dāmnostrū precamur? Primo ergo immolemus deo sacrificiū laudis, vt & Apostolus dicit: Obsecro ergo primo omniū fieri orationes, obsecrationes, postulationes, gratiarū actiones. Doceat te Dauidicus psalmus octauus, qui cœpit a dei laudibus: Dñe dominus noster, q̄ admirabile est nomē tuum in vniuersa terra: Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Hactenus oratio. Inde sequitur obsecratio, vt destruatur inimicus. Postulatio, vt lumā & stellas videat, lunam ecclesiam, stellas filios ecclesiae cœlestis gratiae luce fulgētes: & quod petit, prophetico spiritu visurū se esse promittit. Gratiarū actio quod tuetur dās hominē, & hunc limum corporis nostri diuina visitatione cōfirmat, vel quod homini animātium genera vniuersa subiecit. Similiter & dominica oratio omnia cōprehendit, quam vulgare nō opus est. Tu autem qui legis, quēadmodum distinguere debeas recognoscis. Præcipue tamē, vt dixi, commendāda est oratio, sicut præmisi, placiditate animi & trāquillitate, vt vnusquisq; sibi constet & cōgruat, & fiat illud
Mat.18. quod scriptū est: Si duobus ex vobis conuenerit sup terrā, de omni re quācumq; petierint, fiet a patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres cōgregati i nomine meo, ibi ego sum i medio eorū. Qui sunt isti duo, B
nisi anima & corpus? Vnde & Paulus castigabat car- 1.Cor.9.
nem suā, & seruituti redigebat, vt esset animae tanquā imperatrici suae caro subdita, & mentis imperiis obtēperaret, ne esset in vno homine dissidiū, ac bellum intra se gereret, & legi mentis repugnaret lex corporis. Duo igitur ista diuersa ratiōe quadā & pace iungebat, secundum quod ipse asseruit dicens: Quia Christus est
Ephe.2. pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem sepis, soluit inimicitias in carne sua: ne id ageret qđ nolet, atq; id faceret quod odisset. Isti ergo sunt duo, anima & caro. Vnde & Dauid ait: Nō timebo quid faciat
Psal.55. mihi caro. quā aduersariam animae suę nosset. Quę tamen duo, vt euidētius exprimamus, non solū duo sunt, sed etiā duo homines, vnus interior, alter exterior. Isti duo si sibi propositi in æqualitatem, cōcurrant, vt cogi- C
tationes factis, & cogitationibus facta cōueniant, vitae
Psal.76. nostrae rota sine vlla offensione voluetur, vt, quēadmodum scriptum est: Fiat vox tonitrui in rota. Isti igitur duo vnum sunt, nec solū vnum, sed vnus homo. Vnde
Ephe.2. & Apostolus ait: Vt duos cōderet in vno homine, faciens pacē, & reconciliaret vtrosq; in vno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso, vt in vtrisq; accessum habeamus in vno spiritu ad patrem. Sunt etiā duo homines, vetus & nouus. Vetꝰ ille peccato obnoxius & obsoletus, ac vestimenti veteris similitudine attritus & scissus, quem in baptismate affigimus cruci. Vñ Apostolꝰ ait: Quia vetꝰ homo noster
Rom.6. simul crucifixus est cruci, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Vetus ergo affigitur, vt moriatur peccato, vt nouus resurgat, qui renouatur per gratiā. Diximus de duobus. Fortasse dicat aliquis: Quid de tribus dicis, qñ sic habet scriptura: Vbi enim
Mat.18. sunt duo vel tres cōgregati i nomine meo, ibi ego sum in medio eorū? Hinc quoq; ratio manifesta est, quia idē Apostolus dicit: Ipse autem deus pacis sanctificet vos
1.Thes.5. per omnia, vt integer spiritus vester & anima & corpꝰ sine querela in die domini nostri Iesu Christi seruetur. Vbi ergo tres isti integri, ibi Christus est in medio eorum, qui hos tres intus gubernat & regit, ac fideli pace D
componit. Hæc igitur tria, integra prę cæteris in se virgo custodiat, vt nullam det sacrae virginitatis querelā, & sit inoffensa, sine ruga, sine macula. De qua licet frequentibus libris dixerimus, tamen memorati pignoris causa, huncad te librum condendū arbitrati sumus.

Quod sexus muliebris non sit culpādus propter erroris causam quā Eua inuexit. Et quō omniū animātiū gratia foris, hominis autē intus existat. Ca. III.

ONA virginitas, quae sexum vtrumq; non solum absolutā a crimine, verumetiā prouocauit ad gratiam. Accusamus autē plerūq; fœmineum sexū quod erroris causam inuexerit, & nō cōsideramus quāto iustius in nos obiurgatio retorqueatur. Nā vt repetamus a principio, & rursū exordia interrogemus: quātū ei delatū sit, inuestigabimus, & quam in misera conditionis humanę fragilitate, fœmina inuenerit gratiam. Nācū omnia opera sua laudauerit deus, cælum, terram, maria, noctem & diē, quod ista proficerēt ad vsum laboris, illa ad fructū quietis, laudauerit feras, bestias: vbi ad hominem vētū est, solus non videtur esse laudatus, propter quem generata oīa sunt. Quae igitur causa est, nisi forte ea, quia alia in specie sunt, homo in occulto? Nihil in bestiis plus reperias, q̄ qđ videturꝰ homine nihil est inferius, q̄ qđ videtur: qui cū exanimo cōstet & corpore, hoc vtiq; in eo seruit qđ videtur, illud autē in eo regit hominē quod nō videtur. Merito ergo alia in exordio laudantur, istius E
laudatio nō promitur sed reseruatur, quia aliorū gratia foris, huius intus est. Aliorū in natiuitate, huius i corde. Quid enim tam altū & tā profundū q̄ mens hominis, quae quasi inuolucro quodā corporis tegitur & occultatur, vt eā haud facile quisq; introspicere & speculari queat? Ideo ergo homo nō ante laudatur, quia nō in forensi pelle, sed in interiore homine ante probādus sic prædicandus est, quē prędare definiuit Apostolus Petrus dicens absconditum esse cordis hominē in incor- 1.Pet.3.
ruptione quieti & modesti spiritus, qui est ante deū locuples. Merito ergo differtur, vt sequatur venerata'ei laudatio, cuius dilatio non dispēdium sed incrementi est. Nemo ergo se despiciat quasi vilem, nec contuntu corporis fese æstimet. Nā etsi dixerit sanctus Iob: Nudus exiui de vētre matris meę, nudus & hinc abibo: ha Iob.1.
buit tamē quo nō solū inter homines, sed etiā apud deū diues inueniretur. Quid autem locupletius, q̄ quod ad imaginem dei est ac similitudinem? Ad imaginē autē interior est homo, non iste exterior: ille qui sensu æstimatur, non oculis cōprehenditur. Ille ergo nobis expectandus est, qui serius inuestigatur. Ideo deus non putauit hominis fabricam esse laudandā, quia maior eius virtute est portio. Præclara quidē species, & prętātior cæteris animantibus, sed irrationabilia specie corporis æstimentur: ea autē quae rationis plena sunt, cōmunē laudem sequestrent. Homo igitur mihi non tam vultu q̄ affectu admirādus emineat atq; excellat, vt in iis laudetur, in quibus etiam deus prophetico iudicio laudat, de quo scriptum est: Terribilis in consiliis super filios Psal.65.
hominum, cuius opera coram deo luceāt, qui bona iugibus operibus facta cōtexat. Et ideo laudatio eius nō in exordio sed in fine est. Nemo enim nisi legitime certauerit coronabitur. Ideoq; sapiēs tibi dicit: Ante mor- 2.Tim.2.
tem non laudes hominem quenquā. Quia ratione hoc Eccli.11.
dixerit, superioribus docuit dicens: Quia in fine hominis nudantur opera eius. Spectemus tertium, in quo manifestauit deus sententiam suam. Cum enim fecisset hominem, & potuisset in paradiso operari & custodire, dixit: Non est bonū solum esse hominem. Faciamus, inquit, ei adiutorium secundum se. Sine muliere igitur homo non habet laudem, in muliere prędicatur.

G Nam cum dicit: Non est bonum solum esse hominē, confirmat vtiq; bonum esse hominum genus si virili sexui fœmineus sexus accedat. Simul illud considerādū, quia ille de terra factus & limo est, ista de viro. Et caro quidem limus, sed ille adhuc informis, iste informatus. Iam illud præclarum Apostolicum arcessamus exem
Ephe. 5. plum quod habemus scriptum: Quia relinquet homo patrem & matrem, & adherebit vxori suæ, & erūt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in ecclesia.

Quomodo per mulierem ecclesiæ gratia figuratur. Quodq; mulier lapsus sui in peccatum excusationē habeat quam vir habet. Caput IIII.

ADVERTIMVS itaq; per mulierē cæleste illud impletum esse mysteriū, ecclesiæ in ea gratiam figuratā, propter quam Christus descendit, & æternum illud opus humanæ redēptionis absoluit. Vnde & Adam vocauit nomen mulieris suæ vitā. Nam & in populis per mulierem successionis humanæ series & propago diffunditur, & per ecclesiam vita conquiritur æterna. Sane negare nō possumus quod errauerit mulier. Quid miraris tamen si infirmior lapsus est sexus, cū sit lapsus etiā fortior? Mulier excusationem habet in peccato, vir nō habet. illa (vt scriptura asserit) a sapiētissimo omnium serpente decepta est, tu a muliere: id est, illam superior creatura decepit, te inferior. Te enim mulier decepit, illam malus licet tamen angelus. Si tu inferiori non potuisti resistere, quomodo illa potuit superiori? Culpa
H tua illam absoluit. Si de merito culpæ dubitas, interro
Gene. 3. gemus sentētiam qua illi dictum est: In tristitia paries filios, & ad virum tuum cōuersio tua, & ipse tibi dominabitur. Viro autem dicitur: Terra es, & in terrā ibis. Et vere iuxta hanc sententiam, quandoquidem si Adā quod a domino deo audierat, seruare non potuit, quomodo potuit seruare mulier quod audiuit a viro? Si illum dei vox non confirmauit, quomodo istam vox firmaret humana? Deniq; Adam conuentus quod cōtra diuina quæ corā audierat præcepta gustasset, nihil habuit quod diceret, nisi quod sibi mulier dedisset, & manducasset: mulier autem ait: Serpēs traduxit me, & mānducaui. Quanto maior mulieris absolutio? Ille arguitur, hæc interrogatur. Adde illud, quod & prior culpā fatet̄. Etenī quæ se dicit esse seductā, testat̄ errorē. Erroris igitur medicina confessio est. In iudicio ipso quanto clementior mulier viro? Ille mulierem suam accusauit, ista serpentem, hoc est, nec accusata crimē retorsit, sed ipsum accusatorem suum maluit si posset absoluere q̄ ligare. Habes igitur & culpæ absolutionem in confessione, & sententiæ in executione. In tristitia, inquit,
I paries filios. Condēnationis suæ pondus agnoscit, munus pœnalis conditionis exequitur. Pro te mulier doloribus suis militat, & remunerationem ex pœna inuenit, vt per filios per quos affligitur liberetur. Facta est itaq; gratia ex iniuria, salus ex infirmitate. Scriptū est
1. Tim. 2. enim: Quia salua erit per filiorum generationem. Cū salute itaq; parit, quos ī tristitia parturiuit: & ad laudē educat, quos peperit cū dolore. Sed dicis o vir quia mulier tētatio fuerit viri. Verum est etiam: Si est decora, ecce alia tentatio. Tamen Abraæ descendenti in Egyptum vxoris pulchritudo non nocuit, immo magis ꝓfuit. honoratus est enim per vxorē, non ludibrio habit⁹ in vxore. Cur autem tu vultus decorem in coniuge magis q̄ morum requiras? Placeat vxor honestate magis q̄ pulchritudine. Illa eligatur quæ Saram moribus referat. Non est vitium mulieris, esse quod nascitur: sed vitium viri est quærere in vxore quo sæpe tentetur: in quo si infirmior fuerit mulier, ipsa labatur: si fortior, vir periclitetur. Nō possumus reprehēdere diuini artificis
opus: sed quē delectat corporis pulchritudo, multo ma- K
gis illa delectet venustas quæ ad imaginem dei est, intus non foris comptior. Si ergo vxor tentatio est, esto cautior, quære remedium aduersus tentationis periculum. Vigilate, inquit, & orate, ne intretis ī tentationē. Mat. 26.
Domin⁹ hoc dixit, vir audiuit, mulier impleuit. Quotidie mulieres ieiunant, & nō indicta præstant ieiunia, peccatum agnoscunt, accersunt remedium. Semel de interdicto mulier māducauit, & quotidie ieiunium soluit. Qui secutus es errantem, sequere corrigentē. Ambo māducastis, cur sola ieiunat? hoc est, ambo deliquistis, cur sola remedium quærit errori?

Quomodo mulierem audire vir iubeatur. Quomodo etiam Maria non solum virginitatis incentiuū attulit, sed & deum intulerit. Et de confutatione hæreticorum qui sanctissimam Mariam perseuerasse virginem negauerunt. Caput V.

VENI Eua iā sobria, veni Eua etsi ī te aliquādo intemperās, sed iam in prole ieiuna. Veni Eua iam talis vt nō de paradiso excludaris, sed rapiaris ad cælum. Veni Eua iā Sara, quæ parias filios non in tristitia, sed in exultatione: non in mœrore, sed risu. Isaac tibi multiplex nascetur. Veni iterum Eua iam Sara, de qua dicatur viro: Au- Gene. 21.
di Sarai vxorem tuā. Sis tu licet viro subdita, quia else te deceat: cito tamen soluisti sententiam, vt vir te audire iubeatur. Si typum Christi illa pariēdo a viro meretur audiri, quantum proficit sexus, qui Christum salua tamen virginitate generauit? Veni ergo Eua iam Maria, quæ nobis non solum virginitatis incētiuum L
attulit, sed etiam deum intulit. Vnde lætus & exultās tanto munere dicit Esaias: Ecce virgo in vtero conci- Esa. 7.
piet, & pariet filiū, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscū deus. Vnde hoc munus? Non de terra vtiq;, sed de cælo vas sibi hoc per qd̄ descenderet Christus elegit, & sacrauit templum pudoris. Per vnam descendit, sed multas vocauit. Vnde & speciale Maria domini hoc nomen inuenit, quod significat, deus ex genere meo. Dictæ sunt & ante Mariæ multæ, nam & Maria soror Aaron dicta fuit, sed illa Maria amaritudo maris vocabatur. Venit ergo dominus in amaritudinē fragilitatis humanæ, vt cōditiōis amaritudo dulcesceret verbi cælestis suauitate, & gratia temperata. Hoc significauit fons Mara per lignum dulcoratus, eo quod populus nationum amar⁹ ante peccatis, vel caro nostra temperamento passionis dominicæ in vsus alteros mutaretur. Egregia igitur Maria, quæ signum sacræ virginitatis extulit, & intemeratæ integritatis pium Christo vexillum leuauit. Et tamen cū omnes ad cultū virginitatis, sanctę Ma- M
riæ aduocentur exemplo, fuerunt qui eam negarēt virginem perseuerasse. Hoc tātum sacrilegium silere iam dudum maluimus, sed quia causa vocauit in medium, ita vt eius prolapsionis etiā episcopus argueretur, indē natum nō putauimus relinquendum, et maxime quia & mulierem eā legimus, sicut in Chana Galilææ ipse dominus dicenti sibi, Vinum nō habent fili, respondit: Ioan. 2.
Quid mihi & tibi est mulier? Et alibi legim⁹ quod dixerit Matthæus de Ioseph & Maria: Inuenta est an- Matt. 1.
tequā cōuenirent, in vtero habens de spiritu sancto. Et infra: Non cognouit eam donec peperit. Et iterum de Ioseph: Noluit eam traducere. Et fratres domini vidētur significare quod de Maria suscepti sint, Et Apostolus ait: Postq̄ venit plenitudo tēporis, misit deus filiū Gal. 4.
suum factū ex muliere, factum sub lege. Quæ singula notāda nobis sunt, vt qui illa legit, sermonis huius modi vinculo non alligetur. Respondeamus itaq; suo ordine. De mulieris nomine quid mouemur? Ad sexum retulit, non enim corruptelæ, sed sexus vocabulum est.

A Vulgi vsus non præiudicat veritati. Deniq; virginitas primum hoc nomen accepit. Nam cum sumpsisset deus vnam de costis Adæ, & suppleuisset carnem in locum ipsius: Ędificauit, inquit, eam in mulierē. Vtiq; adhuc virum non cognouerat, & iam mulier vocabatur. Rationem quoq; nominis hui⁹ scriptura nō tacuit
Gene. 2. dicens: Quia dixit Adam: Os de ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro suo sumpta est. Quia sumpta est, inquit, de viro suo, non quia virum experta. Itaq; quādiu in paradiso fuit, mulier vocata est, & cognita viro non erat. Vbi autē eiecta est de paradiso, tunc legitur quia Adam cogno-
Gene. 4. uit Euam mulierem suam, & tunc concepit & peperit filium. Primus igitur solutus est nodus. Secunda quęstio, quia scriptum est: Antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens. Consuetudo autem scripturę diuinæ est, vt causam quæ suscepta est adstruat, incidētē differat. Quo soluitur etiam tertia quæstio, qua dictū est: Non cognouit eam donec peperit filium. Quid ergo? Postea cognouit? Minime. Denique scriptum est: Ego sum deus, & donec senescatis ego sum. Nunquid igitur postquam senuerunt, quia dictum erat, deus esse
Psal. 109. desiuit? Item in ꝓpheta Dauid legimus: Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Nūquid subiectis populis nationum, qui ante videbātur inimici, cum salutis autorem negarent, simulacris seruirent: ad dexteram patris filius sedere desiuit, aut in perpetuum nō sedebit? Quid autem præiudicat Mariæ si cælestis consilii mysterium Ioseph non intellexit, & putauit virginem non esse quam prægnātem videret? Resurrectio-
B nem eius angeli ignorauerunt, quod significant versi-
Psal. 23. culi: Tollite portas pricipes vestras, & eleuamini portę æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Interrogant quasi ignorent, & alii respondent: Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio, ipse est rex gloriæ. Et repetiuit propheta eosdē versiculos, & nihilominus illi quasi ignorantes iterum interrogauerunt. Sic enim scriptum est: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Quomodo ergo homo potuit diuinum scire secretum, quod angeli nescie-
Esa. 63. bāt? Et in Esaiæ libro habes: Quis est iste qui aduenit ex Edom, rubor vestimentorum ex Bosor? Et vtique minus erat hominem resurrexisse, q̄ virginem parturire. Etenī iā Heliæ precibus, Helisæi orationib⁹ mortui resurrexerant, nunquam autem ante, nunquā postea virgo generauit. Hoc autem opinatus est quod traduceret eam quasi ream, antequā ab angelo monere-
C tur, postea autem quasi fidelis nec dubius virginitatis eius seruauit oraculum.

Quomodo non derogauerit virginitati Mariæ qd̄ coniunx Ioseph nominata fuerit. Caput VI.

NEC illud moueat quod ait: Quia Ioseph accepit coniugem suā, & profectus est in Ęgyptum. Desponsata enim viro, coniugis nomen accepit. Cum enim initiatur coniugiū, tunc coniugii nomen adsciscitur. Nō enim defloratio virginitatis facit coniugium, sed pactio cōiugalis. Deniq; cum iungitur puella, cōiugium est, non cum virili admixtione cognoscitur. Quod autem fuit desponsata connubio, licet alibi plenius dixerimus, libare satis est causam cælestis mysterii, vt ab iis qui Mariam grauem vtero cernerēt, non adulteriū virginitatis, sed desponsatæ partus legitimus crederetur. Maluit enī dominus aliquos de sua generatione, q̄ de matris pudore dubitare. Fratres autem gētis & generis, populi quoq;
Psal. 21. cōsortio nūcupari docet dñs ipse qui dicit: Narrabo nomen tuum fratrib⁹ meis, in medio ecclesiæ laudabo te.
Paulus quoq; ait: Optabā ego ipse anathema esse pro Rom. 9.
fratribus meis. Potuerūt autē & fratres esse ex Ioseph D
non ex Maria. Quod quidem siquis diligētius prosequatur, inueniet. Nos ea persequēda non putauimus, quoniā fraternum nomen liquet pluribus esse cōmune. An vero dñs Iesus eam sibi matrem eligeret, quæ virili semine aulam posset incestare cælestem: quasi eam cui impossibile esset virginalis pudoris seruare custodiam? Cuius exemplo cęteræ ad integritatis studium prouocantur, ipsa ab huiusmodi quod per se cæteris ꝓpositum foret munere deuiaret? Et quæ esset cui maius q̄ matri dominus meritum reponeret, præmiū reseruaret? Nulli enim vberiora q̄ virginitati deputauit munera, sicut scriptura nos docet. Sic enim per Esaiā dñs locut⁹ est. Ne dicat spado, quia ego sum lignū ari- Esa. 56.
dū, hęc dicit dñs spadonib⁹: Quicūq; custodierint pręcepta mea, & elegerint quę ego volo, & amplectent̄ testamētū meū, dabo illis in domo mea & in muro meo locum nominatum meliorē filiorum & filiarū, nomen æternum dabo illis, & non deficient. Aliis promittit vt non deficiant: matrem suā deficere patiebatur? Sed non deficit Maria, non deficit virginitatis magistra, nec fieri poterat, vt quæ deum portauerat, portandum hominem arbitraretur. Nec Ioseph vir iustus in hanc proruisset amentiam, vt matri domini corporeo concubitu misceretur. Sed tamē Maria suis, non alienis moribus defendat̄. Nō defecit, vt dixi. Ipse testis est fili⁹ dei, qui cum esset in cruce, discipulum matri commēdabat Ioan. 19.
vt filium, discipulo eam tradebat vt matrem. Docuit hoc Ioānes, qui mystica magis scripsit. Alii enim Euāgelistæ scripserunt quod in passione domini terra cōtremuit, sol refugit, persecutorib⁹ venia postulata est. Iste E
dilectus domini qui e pectore eius hauserat secreta sapientiæ, & piæ volūtatis arcana: ab aliis dicta pręteriit, hoc diligentius prosecutus est, vt maternæ virginitatis perseuerantiam suo indicio comprobaret, quasi fili⁹ de matris pudore solicitus, ne quis eam tanto conuitio temeratæ integritatis aspergeret. Dignū quippe erat vt qui latroni veniam donabat, matrem dubio pudoris absolueret. Dicit ergo ad matrem: Mulier, ecce fili⁹ tuus. Dicit & ad discipulum: Ecce mater tua. Ipse est discipulus, cui mater commendabatur. Quomodo marito vxorem tolleret, si fuerat Maria mixta coniugio, aut vsum thori coniugalis cognouerat?

Quod Maria pudorem nunquam mutauerit, quæ nec animum mutauerat. Caput. VII.

CLAVDITE ora impii, aperite aures pii, F
audite quid Christus loquatur. Testatur de cruce dñs Iesus, & paulisper publicā differt salutem, ne matrem inhonoram relinquat. Subscribitur Ioannes in testamento Christi. Legatur matri pudoris defensio, testimonium integritatis. Legatur & discipulo matris custodia, pietatis gratia cōmendatur. Et ex illo suscepit eam discipulus in suā. Nō vtiq; Christus faciebat diuortium, nō Maria relinquebat virum. Sed cum quo virgo habitare debebat, q̄ cū eo quem filii hæredem, integritatis sciret esse custodē? Stabat ante crucem mater, & fugientibus viris stabat intrepida. Videte vtrum pudorē mutare potuerit mater Iesu, quæ animum nō mutauit. Spectabat piis oculis filii vulnera, per quem sciebat omnibus futuram redemptionem. Stabat non degeneri mater spectaculo quæ non metueret peremptorem. Pendebat in cruce filius, mater se persecutoribus offerebat. Si hoc solum esset vt ante filium prosterneretur, laudandus pietatis affectus, quod superstes filio esse nolebat. sin vero vt cū filio moreretur, cum eodē gestiebat resurgere, nō ignara fuit mysterii quod genuisset resurrecturum: simul quia publico vsui impendi mortem filii nouerat, præ-

G stolabatur si forte etiam sua morte publico muneri aliquid adderetur. Sed Christi passio adiutore non eguit,
Esa.63. sicut ipse dñs longe ante prædixit: Et respexi, & nō erat adiutor: & attendi, & nemo suscipiebat, & liberabo eos brachio meo. Quomodo ergo extorqueri potuit integritas Mariæ, quæ fugientibus Apostolis supplicia nō timebat? Sed ipsa se offerebat periculis, cui? tanta gratia, vt non solum in se virginitatis gratiam reseruaret, sed etiam iis quos viderat, integritatis insigne cōferret. Visitauit Ioannē Baptistam, & in vtero matris prius quam nasceretur exultauit. Ad vocem Mariæ exultauit infantulus, obsecutus antequā genitus. Nec immerito mansit integer corpore, quem in tribus mēsib⁹ oleo quodam suæ præsentiæ & integritatis vnguento domini mater exercuit. Eademq; postea Ioānu Euangelistæ est tradita coniugium nescienti. Vnde non miror præ cæteris locutū mysteria diuina, cui præsto erat aula cælestium sacramētorum. Nunc mihi dicant qui hanc quæstionem ferunt, Quid est quod ait dominus
Ezech.39 per prophetam, Nunc reuocabo captiuitatem Iacob, & miserebor adhuc domus Israel? Et infra: Congregabo, inquit, eos de gentibus, & congregabo illos de regionibus nationum, & sanctificabor in his in conspectu gentium, & scient quod ego sum dominus deus ipsorū, dum apparebo illis inter nationes, & nō auertam amplius faciem meam ab eis, pro eo quod effudi irā meā in domum Israel, dicit dominus. Et infra dicit prophetа vidisse se in monte alto nimis ædificationem ciuitatis, cuius portæ plurimæ significantur, vna tamen clau
Ezec.44 sa describitur, de qua sic ait: Et conuerti me secundum viam portæ sanctorum exterioris, quæ respicit ad orientē, & hęc erat clausa. Et ait ad me dñs: Porta hęc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eā: quo-
H niam dominus deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, quoniam dux hic sedebit in ea, vt manducet panem in conspectu domini. Secundum viam portæ intrabit, & secundum viam eius exibit. Quæ est hęc porta, nisi Maria: ideo clausa, quia virgo? Porta igitē Maria per quam Christus intrauit in hunc mundum, quādo virginali fusus est partu, & genitalia virginitatis claustra nō soluit. Mansit intemeratum septum pudoris, & inuiolata integritatis duratuere signacula cum exiret ex virgine, cuius altitudinem mundus sustinere non posset.

Quod Maria sit porta illa clausa quā Ezechiel descripsit, in qua sedit Christus & exiuit. Caput VIII.

HAEC, inquit, porta clausa erit, & nō aperietur. Bona porta Maria, quæ clausa erat, & non aperiebatur. Trāsiuit per eam Christ⁹ sed non aperuit. Et vt doceamur quia portā
Psal.23. habet omnis homo per quā Christus ingreditur: Tollite, inquit, portas principis vestri, & eleuamini portæ
I æternales, & introibit rex gloriæ. Quanto magis ergo porta erat in Maria in qua sedit Christus corporaliter & exiuit? Est enim & porta ventris. Vnde ait Iob san-
Iob.3. ctus: Intenebrescant, inquit, stellæ noctis illius, quia nō conclusit portas ventris matris meæ. Est ergo & porta ventris, sed non omnis clausa semper, verum vna sola potuit manere clausa, per quam sine dispendio claustrorum genitalium, virginis partus exiuit. Ideo ait
Ezec. 44 propheta: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, hoc est, nemo hominum, quoniā dominus inquit deus Israel transibit per eam. Eritque clausa, id est, & post transitum domini erit clausa, & nō aperietur a quoquam. Nec aperta est, quoniam habuit
Ioan.10. semper ianuam suam Christum, qui dixit: Ego sum ianua. quam nemo ab ea potuit auellere. Hæc porta ad orientem aspiciebat, quoniā verum lumen effudit, quæ generauit orientem, peperitq; solem iustitiæ. Audiat ergo imprudētes, Clausa, inquit, hæc porta est, quiæ so- K
lum recepit deum Israel. Si igitur de eo dictum est ad
Psal.147 ecclesiam: Quoniam confortauit seras portarum tuarum, suam portam confortare non potuit? Sed confortauit profecto, & seruauit intactam. Denique non est aperta. Audiant igitur prophetam dicentē: Non aperietur, eritque clausa. hoc est, nō aperietur ab eo cui desponsabitur. Non licebit enim vt aperiatur per quā dominus trāsibit. Et post eum, inquit, erit clausa: hoc est, non aperiet eam Ioseph, quoniam dicetur ei: Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim
Matt.1. ex ea nascetur, de spiritu sancto est. Porta ergo clausa virginitas est, & hortus clausus virginitas, & fons signatus virginitas.

Quemadmodum virgo Maria sit virga, & hortus clausus, ac paradisus, & fons signat⁹, atq; porta clausa. Caput IX.

AVDI virgo diligentius apertis auribus, & clauso pudore. Aperi man⁹, vt te pauper agnoscat. Claude ostiū, ne temerator irrepat. Aperi mētem, serua signaculū. Virga quo-
Esa.11. que a radice virginitas est. Sic enim scriptum est: Exiet virga a radice Iesse, & flos a radice ascendet. Nō cauta est hæc virga, sed solida. Nemo ergo adurat virgam tuam, vt florem suum custodiat. Virga es o virgo, nō curueris, non inflectaris in terram, vt in te flos paternæ radicis ascendat. Hortus clausus es virgo: serua fructus tuos. Non ascendant in te spinæ, sed vuę tuæ floreant. Hortus clausus es filia, nemo auferat sepem tui pudoris, quia scriptū est: Et destruētem sepem Eccli.10.
mordebit serpens. Sed illam solum auferat de qua dictum est: Quid inciſa est sepis? Nemo parietem tuum destruat, ne sis in conculcationem. Paradisus es virgo, Etiam caue. Fons signatus es virgo, nemo aquā tuam polluat, nemo conturbet, vt imaginem tuam in fonte tuo semper attendas. Porta clausa es virgo, nemo aperiat ianuam tuam, quam semel clausit sanctus & ver⁹
Apo.3. qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit: & claudit & nemo aperit. Aperuit tibi scripturas, nemo eas claudat. Clausit pudorem tuum, nemo aperiat eum.

Quod Christus qui corona est virginum, sit vnus, sicut & pater vnus est, & spirit⁹ vnus: & quomodo in pso nis diuinis sit æqualitas. Caput X.

VENIO, inquit, cito, tene quod habes. nemo
Apoc.3. accipiat coronā tuam. Quæ est corona tua,
Esa.62. nisi illa de qua dictum est: Et eris corona decoris in manu domini? Quis hoc dicit, nisi il
Eccls.4. le de quo dixit Ecclesiastes: Est vnus, & non est secun-
Mat.23. dus? Quis est iste: nisi ille de quo dictum est: Magister vester vnus est Christus? Vnus est, quia vnigenitus
Iob.9. dei filius: vnus, quia solus, vt scriptum est: Qui expan-
M dit cælū solus, & ambulat sicut in terra super mare. Hic ergo non est secundus, quia primus est. Non est secun-
1.Cor.8. dus, quia vnus est. Vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Vnus deus pater, & vnus dei
1.Cor.12. filius, & vnus spiritus sanct⁹, sicut scriptum est: Hęc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Vn⁹, inquit, vn⁹: quia vnus deus. Nullus secundus, quia quod vult facit, non quod imperatur. Vnus ergo pater deus, & vnus dei filius. Vnus & vnus, quia non duo dii. Vnus filius, quia cum pa-
Ioan.10. tre vnum est, sicut ipse dixit: Ego & pater vnum sumus. Et vnus spiritus, quia vnitas trinitatis est, nō ordine distincta, non tempore. Sed dicunt lectum: Ite bap-
Mat.28. tizate gētes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti.

A Et obiiciunt, quia primo patrem nominauit, secundo filium, tertio spiritum sanctum. Numquid ergo quia di-
Ioan.1. cit euangelium: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum: inferiorē significauit patrem, quia primo verbū dei in principio semper esse ac fuisse memorauit? Aut cum dixit Apostolus: In regno Christi & dei: ordinem fecit? Aut cum dicit ipse dominus Iesus:
Luc.4. Spirit⁹ domini sup me, eo quod vnxit me: euāgelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionē: eminentiorem filio dei spiritum esse testatus est? Aduertis virgo quemadmodum ista soluantur. Aperi ad hæc aures tuas, os tuum claude. Aperi aures, vt fidem audias: claude os, vt teneas verecundiam. Deinde illud legunt, quia dixit: In nomine patris & filii & spiritus sancti. & non intelligunt quid ante præmiserit. In nomine, inquit. Tres personas quidem significauit, sed vnum trinitatis nomen asseruit. Vnus itaq; deus, vnum nomen, vna diuinitas, vna maiestas. Nullus ergo secūdus, quia principium omnium trinitas est, & trinitatis primatus super omnia est. Ergo vnus, &
Esa.63. non est secundus. Vnus est qui secundum non habet, quia vnicus solus sine peccato, solus sine adiutorio, qui ait: Respexi, & non erat adiutor.

Quod nulli alii laborare aut seruire debeamus nisi soli Christo, qui primus est. Et quomodo aliquando secundus & nouissimus dicatur. Caput XI.

B NON est finis labori eius, quia pro omnibus aduocatus noster est apud patrem, & infirmitates nostras suscepit, & pro nobis dolet
Mat.25. & infirmatur, sicut ait: Egere eram, & nō visitastis me. cuius oculus non satiatur diuitiis, quia ipse
Col.2. est altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, in quo sunt thesauri mysteriorum cælestium. Cur ergo seculo potius laboramus, & fraudamus animā nostram tantæ bonitatis dispendio, qui nulli alii nisi huic seruire domino deberemus? Hic ergo non est secundus. Ego certe hoc testimoniū defero. Lego quia primus est, lego quia nō est secūdus. Illi qui secundum aiunt, doceāt
1.Co.15. lectione. Sed dicit aliquis quia scriptum est: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cæles-
C tis. Verum, ante videamus de quo dicat. Secundus inquit, homo. quasi hominem secundum dixit. Et ego dico quia primus est secundum diuinitatē, ante quem nullus. secundus autem secundum carnem, quia post
1.Cor.15 Adam. Ego plus dico, non solum secundum lego hominem, sed etiam nouissimū. Denique sic habes: Factus est primus homo Adam in animam viuentē, nouissimus Adam in spiritum viuificantē. Vide clementiā Christi, ipse est prim⁹ & nouissimus. Qui prim⁹ erat, propter nos se nouissimū fecit. Primus, quia per ipsum omnia, nouissimus, quia per ipsum resurrectio. Decidit enim & proiecit se vt caderet, infra omnes se faciēs, vt omnes iacentes leuaret. Vnde & ait Ecclesiastes:
Eccls.4. Quia si ceciderit vnus, eriget socium suū, & væ illi qui vnicus ceciderit, & non est secundus vt eum erigat. Et quidem si dormiāt duo, est calor illis, & vnus quomodo calefiet? Hoc est, qui Christum habet secum, & si ceciderit resurget, & si mortuus fuerit reuiuiscet, quia adest ille qui venit ignem in terram mittere. Denique &
4.Re.4. Helisæus cum puerum resuscitaret, insufflauit illi, vt infunderet vitæ calorem. Habeto ergo tecum hunc ignem in pectore tuo, qui te resuscitet, ne frigus tibi perpetuæ mortis irrepat. Hic ergo iuuenis se proiecit
Luc.24. qui venit per Mariam, & infundebat vitę calorem pectoribus audientium. Vnde dicunt illi in Euangelio: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis cum aperiret nobis scripturas?

Quomodo Christus dicatur iuuenis secūdus, & finis omni populo eius. Quomodo etiam virgo Maria D
dicatur aula regalis. Caput XII.

HIC est iuuenis secūdus, vt dicit Ecclesiastes: Vidi vniuersos qui viuunt, qui ambulāt sub
Eccls.4. sole cum iuuene secundo, quis resurget pro eo? Quis enim pro Christo resurget, cum ille pro omnib⁹ resurrexerit, & in illo omnes resurrexerint, cum spem resurrectionis acceperint? De Christo autem dictum liquet quādo aduertis congruere istum locum cum benedictione vel prophetia Iacob, qui ait de iuda: Quis suscitabit eum? Nō vtiq; alter, quia ipse
Genē.49. se suscitauit, sicut ipse ait: Soluite tēplū hoc, & i triduo
Ioan.2. resuscitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Illud quoq; vere Christo cōuenit soli quod addidit, Non est finis omni populo eius: quia popul⁹ Christi innumerabilis finem nō habet, cui fides resurrectionis æternæ, perpetuæ vitæ acquirit ætatem. Secundū carnem itaq; & iuuenem dictum, & cadere vel resurgere, dubiū nō est. Denique & illud attexuit, quia optimus
2.Cor.8. puer pauper & sapiēs. Paup eni fact⁹ est, cum dives esset. Ipse ergo rex Israel transiuit hanc portam, ipse dux
Ioan.1. fedit in ea, quando verbum caro factum est, & habitauit in nobis, quasi rex sedens in aula regali vteri virgi-
E nalis, vel in olla feruenti, sicut scriptum est: Moab aula spei, vel olla spei meæ. Vtrumq; enim diuersis in cōdicibus inuenitur. Aula regalis est virgo, quæ non est
Psal.59. viro subdita, sed deo soli. Est & olla vterus Marię, quę spiritu ferueuti qui superuenit in eam, replenit orbem terrarum, cum peperit saluatorem. Q ui manducauit in porta sedens, vtiq; cibum illum de quo dixit: Meus
Ioan.4. cibus est vt faciam volūtatē patris mei, qui in cælo est.

Quomodo Mariana virginitas dicat⁹ leuis nubes, super quam dominus sedit, quæ aliis virginib⁹ pluuiā spiritalē irrorat, & vnguētum integritatis. Ca. XIII.

DIVITIAS Marianæ virginitatis. quasi olla ferbuit, & quasi nubes pluit in terras
Psal.19. gratia Christi. Scriptum est enim de ea: Ecce dominus venit sedens super nubem leuē. Vere leuem, quæ coniugii onera nescīuit. Vere leuē, quæ leuauit hunc mundum de grauī fœnore peccatorum. Leuis erat quæ remissionē peccatorum vtero gestabat. Denique eleuauit Ioannem in vtero constitutū,
Luc.1. qui ad vocem eius exiliuit, & infans exultauit in gaudio, prius sensu deuotionis, q̄ spiritus infusione vitalis animatus. Excipite igitur, excipite sacræ virgines nubis huius pluuiam spiritalem temperamētum flagrā-
F tiæ corporalis, vt corporis omnes restiguatis ardores, atq; interna mentis vestræ humescant. Huius imbrē nubis sacratæ patres nostri annunciauerunt nobis salutem mundi futurum. Hunc imbrem significabant esse venturum stillicidia stillantia super terram, quę Hie
Iudi.6. robaal popolcit & meruit. Bonam nubem sequimini, quę fontem intra se genuit, quo rigauit orbem terrarū. Excipite ergo voluntariā pluuiam, pluuiā benedictionis, quam hæreditati suæ dominus effudit. Excipite aquam, & non effluat vobis: quia nubes est. diluat vos & sacro humore perfundat: quia olla est: spiritu vaporet æterno. Excipite itaq; ex hac Moabitide olla gratiæ cælestis vnguentum, nec vereamini ne deficiat qđ exinanitum est, & plus redūdat, quandoquidem in omnem terram odor eius exiit, sicut scriptum est: Vn-
Cant.1. guentum exinanitum nomē tuum, propterea adolescē tulæ dilexerunt te. Descēdat istud vnguentum in animæ præcordia, viscerumq; secreta, quo non deliciarum odores sancta Maria, sed diuinę gratię spiramēta redolebat. Hæc pluuia Euæ restinxit appetentiam: hoc vnguentum fœtorem hereditarii erroris absterfit: hoc vnguentū Maria soror Lazari in pedes Christi effu-

Luc.7. dit,& tota domus pio repleta odore fragrauit. Nec vl-
G la ſe pauperem putet,nulla ſe arbitretur inopem, nulla
metuat ne precioſum hoc vnguentum emere non poſ-
Eſa.55. ſit,aut fontem iſtum putet eſſe venalem. Qui ſititis,
inquit,ite ad aquam:& quicunq; non habetis argentũ,
Eſa.52. ite & emite & bibite ſine argento. Et ſupra ait: Gratis
venundati eſtis,& ſine argento redimemini. Ideo pau-
per fact⁹ eſt dñs cum diues eſſet, vt eum omnes emãt,
& egenos præcipue ſua paupertate locupletet. Parate
igitur vaſa domini vt excipiatis hunc fontem aquę vi-
tæ,fontem virginitatis,integritatis vnguentum,odo-
rem fidei,& ſuauis miſericordiæ gratia florulentum.
1.Petri.2. induamini agni eius innocentiam,qui cum maledice-
retur, non remaledixit: cum perrcuteretur, non reper-
cuſſit.

Quomodo greſſus Mariæ ſpecioſi dicantur in cal-
ceamentis. Et quod moduli femorum ſuorum ſimiles
ſint torquibus. Et vmbilicus crater tornatilis. Et vẽter
ſicut aceruus tritici minuti inter lilia. Ca. XIIII.

HANC imitamini filiæ,cui pulchre conue-
nit illud quod de eccleſia prophetatum eſt:
Cant.7. Specioſi facti ſunt greſſus tui in calceamẽtis
filia Aminadab:eo qđ ſpecioſe eccleſia Euã-
gelii prædicatione proceſſit. Specioſe procedit anima,
quæ corpore velut calceamento vtitur,vt quo velit ſuũ
poſſit ſine impedimento vllo circũferre veſtigium. In
hoc calceamento ſpecioſe proceſſit Maria, quę ſine vl-
la commixtione corporeæ conſuetudinis autorem ſa-
Ioan.1. lutis virgo generauit. Vnde egregie Ioannes ait: Nõ
ſum dignus ſoluere corrigiam calceamenti eius, id eſt:
Non ſum dignus incarnationis myſterium comprehẽ
dere anguſtiis mẽtis humanæ, atq; inopis vilitate ſer-
monis abſoluere. Vnde & Eſaias dixit: Generationẽ
Eſa.55. eius quis enarrabit? Specioſi ergo greſſus vel Mariæ
vel eccleſiæ,quoniam ſpecioſi pedes euãgelizantium.
H Quę pulchra etiam illa quæ in figura eccleſiæ de Maria
prophetata ſunt,ſi tamen non mẽbra corporis,ſed my-
ſteria generationis eius intendas. Dicitur enim ad eã:
Cant.7. Moduli femorum tuorũ ſimiles torquib⁹, opera ma-
nuum artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis non
deficiens mixto. Venter tuus ſicut aceruus tritici mi-
nuti inter lilia: eo quod continens ſibi ſit in omnibus
Chriſti ortus ex virgine. Sicut victores ſolent ſecula-
rium preliorum,ſtrenuorum virorum donatis torqui-
bus honorare ceruices:ita iugum noſtrum leuauit, vt
fidelium colla virtutis inſignibus coronaret. Vere au-
tem aluus ille Marię crater tornatilis,ĩ quo erat ſapiẽ-
tia,quæ miſcuit in cratere vinum ſuum, indeficientem
cognitionis piæ gratiam, diuinitatis ſuæ plenitudine
ſubminiſtrans. In quo virginis vtero ſimul aceruus tri
tici,& lilii floris gratia germinabat,quoniam & granũ
tritici generabat,& lilium. Granum tritici,ſecundum
Ioan.12. quod ſcriptum eſt: Amen amen dico vobis, niſi granũ
tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum
manet. Sed quia de vno grano tritici aceruus eſt fact⁹,
Pſal.64. completum eſt illud propheticum: Et conualles abun-
dabunt frumento. quia granum illud mortuum pluri-
I mum fructum attulit. Hoc itaq; granũ omnes homi-
nes perpetua cæleſtium munerum eſca ſaturauit. Con
ſummatum eſt illud prophetici oris eloquium, dicente
Pſal.80. eodem Dauid: Cibauit eos ex adipe frumenti, & de pe
tra melle ſaturauit eos. In hoc grano eſſe etiam lilium
Cant.2. diuina teſtantur oracula, quia ſcriptum eſt: Ego ſum
flos campi,& lilium conuallium,ſicut lilium in medio
ſpinarum. Chriſtus erat lilium in medio ſpinarũ,quan-
do erat in medio Iudæorum.

Quomodo ſacræ virgines dicantur lilia Chriſti, &
de anno dominicæ benignitatis. Caput XV.

AVDI virgo quid dicat: Lilium,inquit,con- K
uallium,id eſt,humilium animarum & mi-
tium. Eſto ergo mitis,humilis atq; manſue
ta,vt in te ſicut lilium germinet Chriſtus,de
quo & alibi habes: Labia eius lilia ſtillantia myrrham Cant.5.
plenam:id eſt,qui Chriſti paſſionem loquuntur,& ſuo
ore concelebrant,ac mortificationem eius in ſuo circũ-
ferunt corpore. Chriſti lilia ſunt ſpecialiter ſacræ virgi-
nes,quarum eſt ſplendida & immaculata virginitas.
Vnde pleriq; accipiunt quod eccleſia videatur dicere:
Ego ſum flos campi, & lilium conuallium. quæ in hac Cant.2.
conualle iſtius mundi gratiam boni odoris exhalat ſe-
dula confeſſione pietatis. Denique & alibi dicit: Frater Ibidem
meus deſcẽdat in hortum ſuum, in phialas aromatis,
paſcere ĩ hortis, & colligere lilia. Ego fratri meo, & fra
ter meus mihi, qui paſcit inter lilia. Ex illo ergo vtero
Mariæ diffuſus eſt in hunc mundum aceruus tritici
minuti inter lilia,quando natus eſt Chriſtus, cui dicit
propheta Dauid: Benedices coronam anni benignita- Pſal.64.
tis tuæ,& campi tui replebuntur vbertate. Pingueſcẽt
fines deſerti,exultatione colles accingẽtur, induti ſunt
arietes ouium,& conualles abundant frumento: etenĩ
clamabunt,& hymnum dicent. Quis eſt annus domi-
nicæ bonitatis,niſi ille de quo ſcriptura dicit: Tempo- Eſa.49.
re accepto exaudiui te,& in die ſalutis adiuui te: quan-
do populorum fide eccleſiã fœcundauit, iuſtitia induit
ſacerdotes? Vnde & Apoſtolus dicit: Ecce nunc tem- 2.Cor.6.
pus acceptabile,ecce nunc dies ſalutis,quando venit do
minus prædicare annum domini acceptum, & diẽ re-
tributionis. Sicut in euangelio ſuo ipſe memorauit di-
cens: Spirit⁹ domini ſuper me,propter quod vnxit me. Luc.4.
&c. Tunc ergo dominus operibus ſuis,& gloria & ho- L
nore ſui tempus coronauit aduentus. Totus enim ille
annus cõuerſationis eius in hoc mũdo, diuerſarum ha-
buit certamina paſſionum. Vicit Herodem paruulus,
de quo in paſſione infantium triũphauit. Eſuriuit,ſiti-
uit,pro nobis vapulauit,pro nobis contumeliarũ indi-
gna tolerauit,crucem aſcendit, mortuus eſt pro nobis.

Quomodo filiæ Hieruſalem egredi iubeãtur ad vi-
dendum regem Salomonem &c. Et de ſtola piæ ope-
rationis quam induere debẽt virgines. Caput XVI.

VIDES quanta certamina paſſus eſt,ſed ta-
men nõ auarus exactor præmii, cui abunda-
uit vna cæleſtis corona virtutis. Vnde egre
dimini filiæ Hieruſalem ,ſicut vos hortatur
ſcriptura diuina ĩ Cãticis Cãticorũ: Egredimini,& vi- Can.3.
dete regem Salomonẽ in corona qua coronauit eũ ma-
ter eius in die ſponſalium eius & iucunditatis cordis M
eius: quia fecit ſibi, inquit, charitatem a filiabus Hieru
ſalem. hoc eſt, egredimini ex his anguſtiis & ſolicitudi-
nibus corporalibus,egredimini ex hac delectatione car
nali,peregrinamini de corpore, vt adeſſe domino poſſi-
tis,quoniam qui in carne ſunt,domino ſuo placere non
poſſunt. Dicatur ergo vobis quia non eſtis in carne,ſed
in ſpiritu. Eritis autem in ſpiritu,ſi potueritis compre-
hendere Salomonis veri illius pacifici charitatẽ quam
fecit ſibi ipſe,& ideo coronã accepit a matre, beata ma-
tre Hieruſalem. Beatus & Mariæ vterus, qui tãtum
dominum coronauit quando formauit. Coronauit eũ
quando generauit,quia & ſi eum ſine aliqua ſui opera-
tione formauerit,quia ſpiritus ſanctus ſuperuenit ĩ vir
ginem (vnde & ipſe ait: Inoperatum meum viderunt Pſal.138.
oculi tui) tamen hoc ipſo quod ad omnium ſalutẽ eum
concepit & peperit,coronam capiti eius æternæ pieta-
tis impoſuit,vt per fidem credentium fieret omnis vi-
ri caput Chriſtus. Inoperata ergo eſt caro Chriſti,quã
vt maria virgo conciperet, inuſitato quodam nouoq;
incarnationis myſterio,ſine vlla virilis ſeminis admi-
xtione diuinæ gratia diſpoſitionis quod erat carnis aſ-

A ſumpſit ex virgine,atq; in illa nouiſſimi Adã immacu
lati hominis membra formauit. Hominem audis, ſed
ſupra hominem intellige, quia ſcriptum eſt: Non co-
Exo.34. ques agnum in lacte matris ſuæ. Et alibi legis: Et ho-
mo eſt,& quis agnoſcet eum? Ergo non debes agnum
illum in quo plenitudo diuinitatis corporaliter inhabi-
tat,conditionis humanæ viribus æſtimare,& maieſta
tem incomprehenſibilis poteſtatis, degeneris cogni-
tionis infirmitate concludere. Nõ enim illum perfectæ
fidei cibum Iacob coxit in lacte, quo Iſaac pater ita eſt
delectatus,vt ei prærogatiuam omnem benedictionis
prophetica ſobrietate conferret. Et ideo Apoſtolus ſcri
pſit ſuccum lactis, tenuis cibum eſſe doctrinæ, dicens:
Heb.5. Quia omnis qui alitur lacte, expers eſt verborũ iuſti-
tiæ. paruulus enim eſt. perfectorum autem eſt ſolida
eſca. Et tu ergo filia ſume ſtolam illam mulieris piæ
operationis ſtudio contextam,quæ manus ſuas aperit
pauperi,& lucerna eius non extinguitur in tota nocte,
atq; indue te,& huiuſmodi epulas affer ad patrem, vt
Gene.27. dicat: Quid eſt quod tam cito veniſti filia? laudet in te-
nera adhuc ætate prudentiam,piæ quoq; deuotionis af
fectũ, & dicat tibi: Accede ad me filia. odoratusq; odo-
rem veſtimentorum tuorum benedicat te dicens: Ec-
ce odor filiæ meæ ſicut odor agri pleni quem benedi-
xit dominus. &, det tibi dominus a rore cæli deſuper,
& ab vbertate terræ abundantiam. Atq; his adiũgat:
Qui maledixerit tibi, maledictus erit:& qui benedixe-
rit te, benedictus erit. Hac ſtola indutus Iacob hominẽ
vidit,& ab eo quaſi a domino deo benedictionem po-
poſcit,& appellauit locum, viſio dei. Hac ſtola indut⁹
B vidit illam ſtolam Chriſti de qua ait: Lauauit in vino
Geñ.49. ſtolam ſuã. Et benedixit Ioſeph dicens: Filius amplia-
tus meus Ioſeph,filius ampliat⁹, zelatus meus, filius
meus adoleſcentior ad me reuertere. ſignificans domi-
nicæ reſurrectionis inſigne. Et addidit: Benedictio pa-
tris tui & matris tuæ præualuit ſup benedictiones mõ-
tium manentium,& deſideria collium æternorum, id
eſt, ſuper regem gratiæ. Hanc ſume ſtolam vt induas
Chriſtum,atq; in eius agnitione renoueris. Indue ergo
ſicut electa dei viſcera miſericordiæ,benignitatem, hu
militatem,patientiam,modeſtiam,charitatem quę eſt
vnitatis vinculum,vt nemini quicquam debeas,niſi i-
nicem ſororẽ tuã diligas,nec gratiæ eius inuideas, ſed
quo probatiorẽ videris imiteris,vt ſit in te pax Chriſti
& gratia,& verbum dei habitet ĩ corde tuo, atq; huius
mundi ſurgias cogitationes. Semel mundo mortua,ne
quæſo tetigeris, ne attaminaueris quæ ſunt iſtius ſe-
culi,ſed ſemper in pſalmis & hymnis & canticis ſpiri-
tualibus abducas te ab huius ſeculi conuerſatione,non
homini ſed deo cantans. Et ſicut ſancta faciebat Ma-
C ria,conferas in corde tuo. Quaſi bona quoq; agnicula
Pſal.118. rumines ĩ ore tuo præcepta diuina, vt dicas & tu: Exer
cebor in mirabilibus tuis. nec dormitet aut ſtillet ani-
ma tua præ tædio. Stillicidia enim eiiciunt hominem
tempore hyemali. anima autem perfecta non ſtillat,in
qua nulla grauioris eſt rima peccati, ſed manet ĩ domo
ſua,& inoffenſæ habitationis nouitate lætatur & frui-
tur. Ac ſi aliquid forte nutauerit, dicas: Cõfirma me in
verbis tuis.

Quomodo in virginibus videatur angelorum vita
in terris, quam in paradiſo amiſeramus: et de deuota
deprecatione quam Ambroſius fecit ſuper virginem
velandam. Caput XVII.

NVNC ad te decurſis omnibus pater glo-
riæ vota conuerto, cuius pietati inceſſabiles
gratias agimus, quod in virginib⁹ ſacris an-
gelorum vitam videmus in terris, quam in
paradiſo quondã amiſeramus. Quid enim vel ad inui-
tanda virginum ſtudia, cõfirmandamq; virtutem, vel
ad concelebrandam virginitatis gloriam plus confer- D
re potuiſti, ꝙ vt deus ex virgine naſceretur? Amplius
nobis profuit culpa ꝙ nocuit, in quo redemptio quidem
noſtra diuinum munus inuenit. Sed ipſe quoque vni-
genitus filius tuus venturus in terras ſuſcipere quod a-
miſſum eſt, puriorẽ carnis ſuę gñationẽ reperire nõ po
tuit, ꝙ vt habitatione cæleſtis aulam virginis dedica-
ret, in qua eſſet & immaculatæ caſtitatis ſacrarium,&
dei templum. Quid autem illud attexam, quod diui-
no tuo munere cum ſanctis Moyſe & Aaron virgo pe
des per fluctus duxit Hebræorum exercitum? Relin-
quo vetera, priuata nõ quęro, ſatis eſt iſta nobilitas fa-
miliæ virginali. Te quæſo vt tuearis hanc famulam
tuam quæ tibi ſeruire, tibi animam ſuam, tibi integri-
tatis ſuæ ſtudium dicare præſumpſit. Quam ſacerdo-
tali munere offero, affectu patrio commendo, vt propi
tius & præſul conferas ei gratiam, quo cæleſtium tha-
lamorum immorantem adytis ſpõſum excutiat, me-
reatur videri, introducatur in cubiculum dei ſui regis,
mereatur audire dicentem ſibi: Ades huc a Libano Cant.4.
ſponſa, ades huc a Libano, tranſibis & pertranſibis a
principio fidei, vt tranſeat ſeculum, ad illa æterna per-
tranſeat. Intende igitur pater in tuum munus, cui ſan-
ctificando nullius conſilium requiſiſti, ſed ipſe ſine vllo
petitore atq; arbitro tantam contuliſti gratiam, quan-
tam ante oracula diuina credere nemo potuiſſet, vt in
ſuo vtero deum virgo portaret. Cui⁹ prærogatiua mu
neris prouocata crebreſcunt ſtudia virginitatis, & ſacrę
integritatis exempla. Quibus hæc quoq; famula tua
ad huiuſcẽmodi virtutis gratiam laceſſita, tuis aſſiſtit E
altaribus, non rutilanti cæſarie flauum deferens cri-
men, flammeo nuptiali dicatum, ſed illum crinem quo
euãgelica illa mulier ſancta Maria pedes Chriſti ſedu-
la pietate deterſit, & domum totã effuſo impleuit vn-
guento, ſacro offerens velamine conſecrandum. Adeſt
puella quã non nuptiarum feſta, non pręmia, non one-
rati põdus vteri, votiuo nupturis dolore ſolicitent, ſed
quæ immaculatos ſibi fidei part⁹ & pietatis expoſcat,
vt in vtero accipiat de ſpiritu ſancto, & ſpiritum ſalutis
deo fœta parturiat. Sed vt iſta procedere poſſit merito-
rum gratia, tu deus pater oĩpotẽs ſuffragia commẽda-
tionis adiunge. Non enĩ ſolitaria dos pudoris eſt. Suc-
cingat ſacræ virginis crinem modeſtia, ſobrietas, con-
tinentia, vt virtutum accincta comitatu, purpureo do-
minici ſanguinis redimita velamine, mortificationem
domini Ieſu ĩ ſua carne circũferat. Hæc ſunt enim me-
liora velamina, quę ſunt indumenta virtutum, quibus
culpa obtegitur, innocentia reuelatur. His igitur famu
lam tuam indue veſtimentis, quæ in omni tẽpore mũ-
da ſint. Mundum enim manet quicquid nulla interue
niens culpa fuſcauerit, vt ei iure dicatur: Quoniam pla Eccl.9.
cuerunt deo facta tua. In omni tempore ſint veſtimen-
ta ſua candida, & oleum in capite non deſit, quo faces F
ſuas myſticas poſſit accẽdere, vt cum venerit ſponſus,
inter illas ſapientes virgines cæleſti thalamo digna nu
meretur, quæ deuotionis ac fidei ſuæ grauitatisque
lumine munus ſacræ profeſſionis illuminet. Tuere igi
tur ancillam tuam pater charitatis & gloriæ, vt quaſi
in horto clauſo & fonte ſignato teneat clauſtra pudi-
citiæ, ſignacula veritatis. Agrum ſuum colere no-
uerit, quem colebat ſanctus Iacob, & ſexageſimos &
centeſimos quoq; fructus capeſſat in huius virtutibus
& fortitudinib⁹ agri. Suſcites in ea gratiam, & reſuſci-
tes charitatem. Inueniat quem dilexit, teneat eum, nec
dimittat eum donec bona illa vulnera charitatis exci-
piat, quæ oſculis præferuntur. Semper parata, noctib⁹
& diebus toto ſpiritu mẽtis inuigilet, ne vnquam ver-
bum eam inueniat dormientem. Et quoniã vult ſe di-
lectus tuis ſæpius quæri, vt exploret affectum recur-
rentẽ, ſequatur exeat fides, & anima eius in verbo tuo
peregrinetur corpore, vt aſſit deo, vigilet cor eius, caro

G dormiat,ne male incipiat vigilare peccatis. Tu domine adiũge alios sacræ virginitatis ornatus. Adiũge sedulos pios cultus, vt nouerit possidere vas suum, nouerit humiliari,dilectionem teneat,veritatis murum, pudoris septum: non pineæ velamen eius,non vincant cupressi: pudicitiam eius nõ turtures, simplicitatem eius non vincant columbæ. Sit in corde simplicitas, in verbis modus,erga omnes pudor,pietas erga propiquos, circa egenos & inopes misericordia, quod bonum est teneat, ab omni specie abstineat mala, veniat super eã benedictio morituri,& os viduæ benedicat eam. Pone verbum tuum vt signaculum in brachio eius, vt in omnibus sensibus & operibus eius Christus eluceat. Christum intendat, Christum loquatur. A qua multa nõ possit eius excludere charitatem, nec persecutio, nec gladius, nec periculum, sed confirmata in omni verbo & opere bono, gloriã tuã induat,& in tua gratia cõuersetur in hoc mundo. Sanctifices eam in veritate, in virtute cõfirmes, in charitate connectas, atque ad illã cælestem gloriã pudicitiæ & integritatis coronam illibatam immaculatamque diuino tuo fauore perducas, vt illic agni tui sequatur vestigia, in meridiano pascat, in meridiano maneat, nec in greges sodalium incidat, sed agnis tuis admixta sine offensione versetur comes virginum, pedissequa Mariarum. Egredere itaque tu dominе Iesu in die sponsaliũ tuorum, suscipe iam dudum deuotam tibi spiritu, nunc etiã professione, imple agnitione voluntatis tuæ, assume ab initio in salutẽ in sanctificatiõe spiritꝰ, & fide veritatis, vt dicat famula tua,

Psal.72. Tenuisti manum dexteram meam,& in volũtate tua deduxisti me, & in gloria assumpsisti me. Aperi manum tuam, & imple animam eius benedictione, vt saluam facias sperãtem in te,& fiãt vas in honorem, sanH ctificatum, vtile domino, ad omne opus bonum probatum, per illam æternalem crucem, per illam venerabilem gloriam trinitatis, cui est honor, gloria, perpetuitas, patri deo & filio & spiritui sancto, a seculis nunc & semper, per omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI AD VIRGINEM DEVOTAM.

Qua ratione virgo deuota nullum tractatum habere debeat cum secularibus hominibꝰ, nec aliquid apud illos quærere. Caput I.

De repulsione excusationis quã, virgo prætendere possit, aliisq; pulchris admonitionibus vt secularium hominum conuersationem deuitet. Caput II.

I Quemadmodum virgo intrare debeat in cubiculum, & clauso ostio patrem orare vt det ei mentem bonã & intellectum, vt sciat quos sequi, & quos vitare debeat, cum pulchra instructione de cauendis & agendis. Caput III.

DIVI AMBRO

SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI LIBER AD VIRGINEM DEVOTAM.

Qua ratione virgo deuota nullum tractatum habere debeat cum secularibus hominibus, nec aliquid apud illos quærere. Caput I.

AVDI FILIA & vide & inclina aurem tuã, & obliuiscere populum tuũ, et domum patris tui, quoniam concupiuit rex speciem tuam, quoniã ipse est dominus deus tuus, & adorabunt eũ. Ipsius te deuouisti esse sponsam, deuota deo diceris. Quid tibi cũ hominibus secularibus, aut quã tractatum habes cum illis? Quid vis scire cũ ipsis? perditionem quam ipsi sequuntur? Si castitatem quæris, hanc illi non habent. Si fidem quæris, quis est fidelis in illis quem tu comitaberis? Si autẽ Christum quæris, non manet in illis. Nescio quid quæras, quales amicitias vel quales fabulas habeas cũ illis. Deuouisti animam tuam ad destruenda omnia quæ sunt huius seculi. Quomodo autem, quid quæris seculum cui renunciasti? Reuerti vis ad vomitum tuum sicut canis, aut

1.Petri.2. velut sus lota iterum in volutationem, sicut scriptũ est dicente Apostolo: Si quæ destruxi, iterum reædificabo, præuaricatorem legis me cõstituo. Iterum ipse repetit dicens: Quicquid in seculo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ: quod non est de deo, sed de hoc mundo est. Item alibi dicit: Si quis voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituetur. Quid dicis deuota deo? Quid vis hominibus placere? Quid desideras, vel quid quæris? Si deum quæris, tecum est. Si autem hominem quæris, non hoc deuouisti. Quid sunt homines? Homines huius seculi. Et

1.Ioan.2. seculum transit,& concupiscentia eius. Qui autem fecerit quæ scripta sunt, manet in æternum. Quid desideras nescio. Si aurum, argẽtum, si vitam, si vestem splendidam, hoc tibi non placuit cum deo, hoc deus non admiratur, sed cor contritum & humiliatũ. Quid L quæris homines, seculi, quos sanctus Apostolus iudicat Paulus dicens: Quorum deus venter est,& gloPhil.3. ria in pudẽdis ipsorum, qui terrena sapiunt: nostra autem conuersatio in cælis est? Si ergo conuersationem in cælo habemus, quæ sursum sunt quærere debemus, Col.3. vbi Christus est, non quæ super terram. Rogo soror, qui sunt isti homines huius seculi? Fratres tuos spirituales homines non sequeris, & sequeris carnales, qui si non saturentur, murmurabunt? Misisti margaritas tuas ante porcos, qui conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant te. Non audisti: Vitate canes, viPhil.3. tate malos operarios. Qui sunt isti? Homines huius seculi, qui non sequuntur vestigia Christi. Rogo te quid tibi demonstrant? Dic mihi, castitatem quam non habent? Quid? fidem quam non inueniunt? Doctrinam quam non sequuntur, nisi diabolicam sapientiam huius seculi? Ieiunium quod odiunt? Abstinentiam quã iudicant? Humilitatem quam opprimunt? Sobrietatem quam negligunt? Synceram mentem quam non habent nisi dũplicem? Verecundiam quam proiiciunt a se? Nescio autem quid vis studere cum M ipsis.

De repulsione excusationis quã virgo prętẽdere possit, aliisq; pulchris admonitionibꝰ vt secularium hominum conuersationem deuitet. Caput II.

SED quid dicis? Ego autem cõuerto eos ad me. Si autem ad te conuersi fuerint, non tibi expedit. Quid quærit lupus cũ agno? Vel quid querit canis nisi panem? Quare autẽ fugit leo nisi pro præda? Tu te ipsam castam custodi si potes. Quid vis docere quod tu ipsa nõ facis? Sicut dicit Apostolus: Nolite omni spiritui credere, sed pro-

1.Ioan.4. bate spiritus si ex deo sunt. Si autem ab ipsis doctrinã accipias, docebũt te quod faciunt, vel quod sequuntur,

A concupiscẽtiam, fornicationem, libidinem, auaritiam, fraudem, immunditiam, impudicitiã, luxuriam, ebrietatem, improbitatem, turpiloquium, stultitiam, maleficia, homicidia, iram, rixam, & omnem malitiam. Quid dicis misera, vel quid excusas? Deuouisti animã tuam vt ab ipsis hominibus recederes, nunc autẽ quid quæris? Rogo, non confunderis quando de te illi sibi fabulas faciunt dicentes: Ecce deuota deo, quæ nos sequitur? Dereliquit enim viam suam,& per terminos agri sui errauit, viam habitationis suæ non inuenit: Venite præoccupemus eam,& ducemus in viam nostram. Cecidisti misera in via lata & spatiosa quæ ducit ad mortem. Videtur tibi esse bona quę mala est, sequeris eos amãs,& nescis quoniã recta in foueã cadis, memor nõ es arctam & angustam esse viã quę ducit ad

Actu.14. vitã. Laboriosa tibi videtur esse quæ bona est. Oblita es dictum fuisse: Quia p multas tribulatiões nos oportet in regnum cælorũ introire. Nunc autem voluntati

Eccli.39. tuæ vis studere. Nõ legisti Salomonẽ dicẽtem: Bonis bona creata sunt ab initio, similiter impiis & peccatoribus bona & mala. Item ipso dicente: Initium vitæ hois

ii.Cor.2. spiritaliter arguetur. Spiritalis omnia iudicat, ipse autẽ a nemine iudicatur. Vbi es deo deuota? Spiritalis quidẽ de aliis iudicãs, tu ipsa iudicaris. Quid quæris cũ illis?

2.Cor.6. Quę pars fideli cũ infidele? Vel quę pars sancti hoĩs ad canem? Virgo potes esse corpore, sed nõ mente corrupta. Oculi autem tui obcęcati sunt nimio ardore libidinis, in quibus trabes subiacet. Aures tuæ plenæ sunt omni spurcitia virili. Pedes vero tui veloces sunt,& nõ B sunt pigri ad iauam foris. Vbi sanctitas, vbi verecundia, vbi sobrietas, vbi grauitas, vbi castitas, vbi modestia, vbi fides, vbi cõtinẽtia, vbi pura mẽs? Vbi sunt illa oĩa,p quibꝰ fidẽ tuã oppoſueras quã pdidisti? Melius

Matth.6. enim fuerat te nõ vouisse & facere,q̃ vouere & non facere.

Psal.17. Nõ potes duobꝰ dominis seruire, aut deo, aut mãmonæ, sicut scriptũ est: Cũ puerso subuerteris. Non põt cõ-

Matth.9. mitti pannũ vetus cũ nouo. Tollit enim fortitudinẽ eius,

Eccli.27. & peior scissura fit. Volatilia ad sibi similia cõueniunt, & veritas ad eos qui operantur eã reuertetur. Absit vt tu mihi soror esse dicaris, quæ cũ talibꝰ cõuersaris. Aut

Matth.7. facite arborẽ bonã, & fructus eius bonos: aut facite arborem malam, & fructus eius malos. Vnaquęq; arbor ex fructu suo cognoscitur. Quicũq; autẽ qualis fuerit, cũ

Gene.8. tali se iungit. Colũba dimissa de manu hominis, statim reuersa est ad eũ in arcam. Nam coruus dimissus carnem secutus est: quẽ tu quoq; vis sequi, vt non reuertaris ad ianuam Christi. Est tibi cõuersatio cum bestiis agri, & cũ volatilibus cæli, sicut & coruus nõ memoraC ris dũm qui te de diluuio liberauit, nõ quęris cubile tuũ vmbrosum & bonum, vbi requiem tẽporalem habuisti. Non tibi ante oculos est tẽpestas, atq; oblita es charitatem Christi, & tenes charitatẽ hominũ huius seculi, qui nõ habent charitatem in se nisi diabolicã. Illi autem aliam carnem sequũtur, & nõ desinunt quoadusq; moriuntur. Recede misera de illis hominibus, ne carnes tuas electas comedãt, & talos tuos euertãt, & relinquaris nuda & spoliata sicut i cucumerario. Modo autem quid facies, quia nuda es & spoliata? Ibis ad vicinos tuos quos ante oderas, petens ab ipsis operimentũ pudoris? Illi autẽ dare nolunt dicẽtes: Vbi est vestimẽtum tuũ splendidũ, quod ante portare solebas? Quid dicis & quid respondes eis, quã frigus obligauit? Gratulãtur autẽ in malis tuis quę tibi venerũt. Tũc te planges dicendo: Heu mihi misere, cui talia venerũt. Quid mihi profuit illa captiuitas quæ me captauit miseram &

Psal.138. infelicem? Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? Si ascẽdero in celũ, tu illic es. si descendero ad infernum, ades. Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitauero in extremo maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Tũc dices: Va-

Oseæ.2. dam & reuertar ad virũ meũ primariũ, quia melꝰ mihi erat tũc magis q̃ modo, qui mihi dabat vestimẽta mea D & oleum meũ in tẽpore suo. Modo autem quid facio? Tũc reuerteris in domũ tuã cũ fletu, vide exieras gaudens. Sedebis in angulo domus tuæ lugens & contristata, plorãs die ac nocte, quęrẽs qui simul tecũ cõtristetur,& nõ erit: & cõsolantes te, & nõ inuenies. Et dabũt tibi eleemosynã quos ante oderas, & mouebunt capita sua sup te dicentes: Ecce quæ erat deuota deo, modo facta est vt stercora terrę, & sicut cinitas quę expugnatur. Vbi est castitas illius? Vbi sunt omnia illa quæ eã sequebantur? Dereliquerunt enĩ illam, quia castitas erat dux eorũ. perdidit castitatẽ, & fugerũt omnia illa. Modo autẽ quid facies misera? Vbi sunt illi quos insequeris? Redimant te si possunt. Quã potes dare cõmutatiõnẽ pro anima tua quã fraudasti p inobedientiam tuam, vt non audires fratres tuos, vel sorores quæ tibi demonstrabant ne te iungeres cum hominibus secularibus? Nũc autẽ quid faciemus tibi, vel quid dicemus, quos audire noluisti? nisi vt nosipsos plangamus sup te dicẽtes: Parce domine, parce. Qui forte fletum nostrũ & gemitũ exaudire dignetur, vt det tibi animũ cõtendi ad ipsum denuo, vt rememores peccata tua dicendo: Quantis panibus mercenarii patris mei abũdant? ego autem fame pereo. Surgam itaq;, & vadam ad pa- Luce.15. trem meũ, & dicam illi: Pater peccaui in cælum, & coram te, iam non sum digna vocari filia tua, suscipe me sicut vnam ex ancillis tuis, vt viuam. Quid si forte pro te occiderit vitulum illum saginatũ? Zelans enĩ te, zelor. desponsaui enim te vni viro virginem castam exhi- 2.Cor.11. bere Christo. Timeo enĩ ne sicut serpẽs Euam seduxit E astutia sua, sic tui sensus corrũpantur, & excidãt a charitate quæ est in Christo Iesu.

Quẽadmodũ virgo intrare debeat in cubiculum, & clauso ostio patrem orare vt det ei mentẽ bonã & intellectũ, vt sciat quos sequi, & quos vitare debeat, cũ pulchra instructione de cauendis & agendis. Caput III.

MIDE ergo & caue de istis hominibus, vt mihi soror & domina nomineris. Intra in cubi- Matth.6. culum, clauso ostio ora patrem tuum vt det tibi mentẽ bonam & intellectũ, vt scias quos debeas sequi,& quos vitare, quia multi sunt qui fingũt se esse quod non sunt, sed mentiuntur,& nescis quoniã de anima tua agitur, ne ducant te captiuã sicut bouem qui ad occisionem ducitur, aut velut canem, vt alligetur. Ne festines sicut auis in laqueum. Audi me, remoue pedem tuum de illis, sede sedula in domo tua, opeF rare manibus tuis quod bonum est, vt habeas vnde cõmunicare possis necessitatem sustinentibus. Ora sine 1.Thess.5 intermissione, ne facilis videaris in plateis. Certa bo- 1.Timo.6 num certamen, curre velocius vt comprehendas in quo comprehensa es a Christo. Audiant te homines, & lętentur de bono animo,& de mente qua viuis. Da eleemosynam,& ecce omnia munda erunt tibi. Non te pigeat visitare infirmos. Ex his enim in dilectione firmaberis. Non iurabis omnino, neq; per verum, neq; per mendacium, sed sit sermo tuus: est est, non non. Quod Iacobi.5. autem amplius est, a malo est. Iracscere, & noli peccare Psalm.4. ad excusandas excusationes in peccatis, cum homini- Psal.140. bus operãtibus iniquitatẽ. Humilia te filia ante dominum, quoniã deus superbis resistit, humilibus autem 1.Petri.5. dat gratiam. Accede ad dominũ vt illuminet te,& nõ erubesces in conspectu illius. Recede de voluptate seculi,& induere constantia virtutis. Depone vestimenta huius seculi, & induere tunica perpetuitatis. Derelinque cibos istius seculi, & accipe tibi sancta sanctorum. Memorare Sidrach, Misach, Abdenago, & Daniel Daniel.1. recusasse carnes & vinum gẽtilũ, & accepisse sibi olera & legumina. Memento Machabæam propter carnes porcinas passam fuisse, & filios ipsius assatos vel fri

G xos in oleo. Ambula filia in habitu ſancto cum verecũdia & ſobrietate & grauitate, depone mendacium, loquere veritatẽ cũ proximo tuo. Ora filia ſine intermiſſione, ieiuna frequẽter, & da eleemoſynam, quoniã eleemoſyna a morte liberat, & non patitur ire in tenebras. Tobię. 4. Munus bonum eſt eleemoſyna, quæ purgat omnẽ ſordem & ſqualorem. Beata eris ſi hæc omnia cũ legeris facias. Zelare quod bonũ eſt, vt quod malum eſt obliuiſcaris. Benedicat te pater & filius & ſpiritusſanctus benedictione qua patres noſtros benedicere dignatus eſt, Abraã, Iſaac, & Iacob. Ora pro me filia, quia & ego Iacobi. 5. ſolicitus ſum de te, ſicut ſcriptum eſt: Orate pro inuicem. Item frater fratrem adiuuãs exaltabitur. Exaltet te dominus in ſanctitatem & dilectionẽ, ſicut ſcriptum Rom. 13. eſt: Qui diligit fratrẽ ſuum, legem impleuit. Impleat dominus omnes petitiones tuas. Preſtet hoc tibi deus pater per Ieſum Chriſtũ filium ſuum dominũ & deũ, regem, iudicem, ſaluatorem, redemptoremq; noſtrum, qui eſt benedictus cum ſpiritu ſancto per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI AD VIRGINEM LAPSAM.

Quod pro corruptiõe deo dicatę virginis omnes boni
H conſurgere debeant. Caput I.
Increpatio eiuſdem corruptę, quod corruptorem admiſerit. Caput II.
Quod læſa corruptæ cõſcientia, neq; cælũ neq; terram tute contueri audeat. Caput III.
Qualem excuſationẽ corruptæ afferre ſoleãt. Ca. IIII.
Quæ ſolita ſint obſeruari in velatione ſacræ virginis. Caput V.
Quibus ſe defendere debeat refugiis virgo de ſtupro ſolicitata. Caput VI.
Quam diligentiam ſuperiõr facere teneatur circa virgines conſecratas. Caput VII.
Remediũ adhibendũ corruptę virgini. Cap. VIII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI LIBER AD VIRGINEM LAPSAM.

I Quod pro corruptione deo dicatæ virginis omnes boni conſurgere debeant. Caput I.



Roma. 12 VDITE me nunc qui prope eſtis, & qui longe, qui timetis deum, & eccleſiæ eius gaudio congaudetis, & triſtitiæ conlugetis, ſicut ſcriptum eſt: Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Vos inquã appello qui charitatem Chriſti veriſſimam tenetis, & ſuper iniquitate nõ gaudetis, ſed potius ingemiſcitis. Aduertite verba oris mei, & an ex iuſto dolore procedant iudicate, & detecti ſceleris qualitatem mecũ pariter perhorrete. Virgo nobilis, dicata Chriſto, ſapiens, erudita, ruit in foueam turpitudinis, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem. Se perdidit, & eccleſiã maculauit. Hinc omnis anima Chriſtiana graue vulnus excepit, quia ſanctum datum eſt canibus, & margaritæ miſſæ ſunt ante porcos. A rabidis enim hominibus nomen ſceleratum eſt ſanctitatis, & ab immundis & luteis precioſum concul k catum eſt propoſitũ caſtitatis. Hinc eſtus animo meo, hinc inſanus dolor, quia vnum malum bona plurima ſecum trahit, & vna nubecula peccatricis pene totam lucem obſcurauit eccleſiæ. Aſſumam ergo vocem propheticam, & flebiliter dicam: Audite me omnes populi, & videte dolorem meum: virgines meæ & iuuenes Threñ. 1. mei abierunt in captiuitatem. Vere hęc eſt captiuitas, vbi animę a peccato captiuę ducuntur ad mortem, & a diabolica dominatione poſſidentur.

Increpatio eiuſdem corruptæ, quod corruptorem admiſerit. Caput II.

AD TE ergo nunc ſermo ſit, quæ caput horum & cauſa malorum es, quæ multipliciter miſera cũ gloria virginitatis nomẽ etiã perdidiſti. Nefas eſt enim Suſannã vocari non caſtam, non licet nominari quod non es. Vnde incipiam? Quod primũ, quod vltimum dicam? Bona cõmemorem quæ perdidiſti, an mala deſleam quæ inuenuiſti? Eras virgo in paradiſo dei, vtiq; inter flores eccleſiæ. Eras ſponſa Chriſti, eras templum dei, eras habitaculum ſpiritusſancti. Et cum dico totiens eras, neceſſe eſt vt totiens ingemiſcas, quia non es quod fuiſti. Incedebas in eccleſia tanquã columba illa de qua ſcriptũ Pſal. 67. eſt: Pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi L eius in pallore auri. Splendebas vt argẽtum, fulgebas vt aurum, quãdo cum ſyncera conſcientia procedebas. Eras tanquã ſtella in manu domini, nullum ventum, nullius belli nebulas pertimeſcebas. Quæ iſta ſubitanea conuerſio? Quæ iſta repẽtina mutatio? De dei virgine facta es corruptio Satanæ, de habitaculo ſpiritusſancti tugurium diaboli. Quæ incedebas vt columba, nunc lates in tenebris ſicut ſtellio. Quę fulgebas vt aurum propter virginitatis honorem, nunc vilior facta es luto platearum, vt etiam indignorum pedibus conculceris. Quæ fueras ſtella radians in manu domini, veluti de alto ruens cælo, lumen tuum extinctum eſt, & conuerſa es in carbonem.

Quod læſa corruptę conſcientia, neq; cęlum neq; terram tute contueri audeat. Caput III.

VAE tibi miſera, & iterum væ, quæ tanta bona propter parui tẽporis luxuriam perdidiſti. Quam tibi ſpem apud Chriſtum dominũ reliquiſti, cuius mẽbra tollens feciſti mẽbra meretricis? Quis te ſpiritus ſanctus viſitabit, cum eum repudiaſti, qui ſe quoq; a cogitationibus ſordidis M longe facias? Sed veniamus ad humana, vt illa diuina noſcantur. Aſpice quis ſanctorum, aut quæ ſanctarum tibi approximare non horreat, aperi oculos tuos ſi potes, erige frontem, vales aliquem ſanctorum fiducialiter intueri? Nonne tuam faciem conſcientiæ commiſſum tanquã plumbum inclinat & premit? Nonne tenebræ ante oculos tuos, & dura caligo verſatur? Nõne timor & tremor animã tuam & membra quaſſant? Si ergo homines in carne conſtitutos, & alicuius forſitan delicti obnoxios nõ potes intueri, tam graui confuſione ſepulta: quid facies corã caſtis Apoſtolis? Quid facies coram Helia, Daniele, & tãtorum exercitu prophetarum? Quid facies coram Ioanne? Quid facies coram Maria, Tecla, & Agne, & immaculato choro puritatis? Quid deniq; coram angelis ſanctis? Nonne ſplendore & claritate immaculatorũ quaſi fulminibus percuſſa combureris?

Qualem excuſationem corruptæ afferre ſoleant. Caput IIII.

A SED dictura es forſitan: Non potui ſuſtinere, quia carnem fragilem circũferebam. Reſpondebit tibi beata Tecla cum ſuis innumerabilibus ſociis, Et nos eadẽ carne amiſ ctæ ſumus, non tamen plenum propoſitum caſtitatis noſtræ aut fragilitas carnis potuit mutilare, aut ſæuitia tyrannorũ per varia tormenta potuit deiicere. Reuera non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine anima quę carnem præcedit in voluptate. Sed dicis: Nolui hoc malum, ſed violentiam paſſa ſum. Reſpondebit tibi fortiſſima illa Suſanna, cuius tu nomen fallaciter baiulas: Ego etenim inter duos preſbyteros poſita, inter duos vtiq; iudices populi, inter ſyluas paradiſi ſola conſtituta vinci non potui, quia nec volui. Tu ab vno ineptiſſimo adoleſcente, & in media ciuitate, quomodo vim potuiſti perferre, niſi quia vltro voluiſti violari? Quis denig; tuas voces audiuit? Quis obluctationes ſenſit? Vt autem hęc omittam, certe poſt illatam violentiam prodere ſcelus ſi non aliis, vel parentibus vel tuis ſororibus debuiſti. Eſſet enim excuſatio infelicitatis, eſſet conſcientiæ plena purgatio, ſi hoſtem pudicitiæ tuæ deduxiſſes in publicũ. Sed erubuiſti forſitan, ne te violatam multi cognoſcerent. Et quid timuiſti vbi nõ erat timor, niſi vt tacendo crimen cũ adulterio ſæpius † ſociares? Eſto autem, pudor prohibuit confiteri. Quid de ſecunda commixtione dicis? Quid de tertia? Quid de frequenti cõmercio fœditatis? Ceſſet, ceſſet iam violentiæ figmentum, ceſſet roboris augmentum, vbi totiens mẽbra illa dicata Chriſto, ſceleſto mœcho ſuis viſceribus polluenda præbuiſti. Horret, horret animus, B mens tabeſcit, cũ ad adytum ſceleris peruenitur. Nam & medicus quãuis fortis ſit animo, tamen cum altius ſecat vulnus, puto ex parte aliqua ſuſtinebit horrorem. Heu perdita, iam ne intelligis omnes vias excuſationis omnimodis clauſas? Iam ne ſentis quãtum tibi mali & in carne, & in anima nepharia libido cõtulerit? Non iſtam confuſionem de te tuus expectauerat pater, qui te ſibi ſingularem gloriam computabat. Non hunc luctum & has lachrymas ex te ſibi naſci tua crediderat mater, quæ partus ſui gemitũ per tuam virginitatem conſolabatur. Non fratres tui, non ſorores hoc ex te dedecus expectabãt, quos omnes quaſi vno gladio tui ſceleris grauiter fauciaſti. Si fuiſſes cõmuni ſorte defuncta, fleſſent te modicũ propter deſiderium parentes, ſed exultaſſent granditer, quia immaculatam præmiſerãt virginem, hoſtiam viuam, domino propitiatricẽ ſuorum videlicet delictorum. At nunc plangunt mortuam, & non mortuam: lugent viuam, & non viuam. Mortuam vtiq; gloria virginitatis, viuam dedecore turpitudinis. Ingratus eſt pater ſuis viſceribus de quibus nata es, maledicit ſuo vtero mater ex quo in hanc C lucem infeliciter proceſſiſti. Nec tamẽ modum ſuo dolori reperiunt, niſi hoc ſolum plane videntur habere ſolatium, quia te nec pater compulit, nec mater coegit vt virginitatẽ profitereris, quã vltro & propria voluntate profeſſa es. Nam ſcio cum multas difficultates tibi tuus genitor proponeret, cum arduum eſſe iter ſeruandæ virginitatis ingereret, te non ſolum pertinaciter perſtitiſſe, ſed etiam reuelationes tibi datas dixiſti terribiles. Inquantũ ſibi ergo ſperabant mercedem ex eo quod nõ tuo proposito reſtiterunt, in tantum tibi intellige miſera pondus iudicii creſcere quia non ſeruaſti quod vltro promiſiſti. Quibus te ſpinis ſerpens ille nequiſſimus obligauit? Quibus te venenis infecit ille qui Euam decepit, vt tanta te cæcitate percuteret, tantam animæ tuæ faceret obliuionem?

Quę ſolita ſint obſeruari in velatiõe ſacræ virginis. Caput V.

NON es memorata diei ſanctæ dominicæ re- D ſurrectionis, in quo diuino altari te obtuliſti velandam? In tanto itaq; ſolenni conuẽtu eccleſiæ dei, inter lumina illa ſplendida, inter candidatos regni cæleſtis quaſi regina regi nuptura, proceſſeras. Non es memorata qualis allocutio facta eſt illa die ad te: Aſpice filia & intuere, & obliuiſcere populum tuum, & domũ patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum, quia ipſe eſt dominus deus tuus? Aſpice ergo quantus ad ſponſi tui & domini nuptias conuenerit populus. Seruare te oportuit fidem, quam ſub tantis teſtibus pollicita es, ſemper cogitare cui virginitatem ſpoponderis. Facilius te oportuit ſanguinem cum ſpiritu fundere, q̃ perdere caſtitatem tuam. His tunc in illo die conſecrationis tuæ dictis, & multis ſupra caſtitatem tuam præconiis, ſacro velamine tecta es, vbi omnis populus dotem tuam ſubſcribens, non atramento, ſed ſpiritu, pariter clamauit, Amẽ. Vincor lachrymis cum hæc recordor, compungor ſtimulis cũ hæc exempla cõſidero. Nam ſi inter decem teſtes confectis ſponſaliis, nuptiis conſummatis, quæuis viro fœmina coniuncta mortali, nõ ſine magno periculo perpetrat adulterium: quid putes fore ſi inter innumerabiles teſtes eccleſię, coram angelis, exercitibus cæli facta copula ſpiritalis per adulterium ſoluitur? Neſcio an poſſit ei digna mors an poena cogitari. Dicit aliquis: Melius eſt ergo nubere q̃ 1. Cor. 7. vri. Hoc dictum ad nõ pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Cæterum quæ ſe ſpopondit Chriſto, & ſanctum velamen accepit: iam nupſit, iam immortali iuncta eſt viro. Et iam ſi voluerit nubere, communi lege cõiugii adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur. E Si hoc ita eſt, quid de illa dicendum eſt quæ occulta & furtiua turpitudine conſtupratur, & fingit ſe eſſe quod non eſt? Habitu virgo, facto nõ virgo. Bis adultera, & in actu, & in aſpectu.

Quibus ſe defendere debeat refugiis virgo de ſtupro ſolicitata. Caput VI.

SED ad te iterum redeo, quę obliuionẽ tantorũ paſſa bonorũ, receptaculum tantorum malorum facta es. Quomodo tibi in actu illo ignominioſo non venit in mentem habitus virginitatis, proceſſus in eccleſiam inter virgineos choros? Quomodo oculos tuos non perſtringebat lux vigiliarum? Aures tuas non penetrabat hymnorum ſpiritalium cantus? Mentem tuam non ventilabat lectionum cæleſtium virtus? Hinc vel maxime clamãte apoſtolo: Fugite fornicationem, quia omne peccatum 1. Cor. 6. quodcũq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuũ peccat. Et cũ dicit, In corpus ſuũ, F tamen in Chriſtũ eũ peccare demonſtrat. Nã ſubiũgit: Non eſtis veſtri. Emptieñ eſtis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore veſtro. Et iterũ dicit: Fornicatio autẽ & omnis immũditia nec nominetur inter Ephe. 5. vos, ſicut decet ſanctos. Et ſepoſita oñi adulatione ſententiam figit apoſtolus: Hoc, inquit, ſcitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus non erit hæres in regno dei. Hæc tanta & tam terribilia nõ tibi veniebant in mentẽ, cũ ad illud opus nephanum tua membra peterentur? Sed mortifera te obliuio tanq; in gurgitem altiſſimum demergebat, & quaſi captiuam execrabilis libido ducebat. Nonne vel illum locum tabulis ſeparatũ in quo in eccleſia ſtabas, recordari debuiſti, ad quem religioſę matronę & nobiles certatim currebant tuta oſcula petentes, quæ ſanctiores & meliores te erãt? Nõne vel illa p̃cepta q̃ oculis tuis ipſe ſcriptus paries ingerebat, recordari debuiſti? Diuiſa eſt 1. Cor. 7. mulier & virgo. q̃ nõ eſt nupta, cogitat q̃ dñi ſunt, quõ ſit ſancta corpore & ſpiritu. Tu autẽ in cõtrariũ vertens dictũ, ita cogitans, ita agens, vt nec corpore eſſes ſancta

G nec spiritu. Corpore quidē fornicando, spiritu autē vir-
ginitatē mētiendo. Proh nephas, solet fama subsequi
factum: tua autē ad malū fama preuenit. Nam cū ante
trienniū rumor quidā & susurratio de te fuisset, tu syn-
ceritatem prætendebas, vindictam de maledicis in ec-
clesia postulabas publice. Quos æstus ego sustinui:
quos pater tuus pro tua sustinuit opinione labores, re-
quirentes singulos, singulos adstringētes, vt ad autorē
infamiæ veniremus. Graue enī erat nobis & intolera-
bile de dei virgine vel turpe aliquid dici vel credi. Nec
hoc verita es, nec ante oculos habuisti, ne venires inimi-
cis tuis in gaudiū, & eos haberes infensos qui ꝓ tua opi
nione laborabāt. Multū audax, multū temeraria, vt te
cōscientia tua nō terreret, simulata virginitate putares
Mat.10. te etiā deum posse decipere. Sed ille qui dixit: Nihil oc-
cultum quod nō reueletur, Et vos, inquit, fecistis in oc-
culto, ego autē in manifesto vos faciam. Ille qui nō mē-
titur, furtiuū scelus deduxit in publicū, & in conspectu
solis huius tenebrarum vestrarum opera denudauit. O
quicquid prætēdit sermo, crudeliora occurrūt, & cupiēs
moderari non inuenit modum. Oblita es propositum,
oblita parentes, oblita es ecclesiam, oblita gloriam di-
gnitatis tuę, oblita honorem virginitatis, etiam oblita
promissionē regni, oblita iudiciū terribile, amplexa es
corruptionē, protulisti fructū cōfusionis, finē vero mor-
tem sæuissimā, & interitum sempiternum.

Quam diligentiā superior facere teneatur circa vir-
gines consecratas. Caput VII.

ET certe nō habes quod de nostra negligentia
conqueraris. Quodcunq; enim ad officium
H pastoris pertinet, & tibi & omnibus non ne-
gatum est. Dilectio spiritalis adhibita, cōmo
nitio sancta non desiit. Oblita domū patris tui, vt scri-
ptum est, ad monasteriū virginale transisti. Non dico
tuta esse debueras inter tot posita si voluisses, sed etiam
tutelam aliis præstare potuisses. Sed frustra hęc & alia
prouisa sunt. Hymnū virginitatis exposui, quo & glo-
riam propositi & obseruantiā pariter decantantes, Se-
minaui secus viam, seminaui in spinis, seminaui in pe-
trosa. Aut enī ex corde tuo verba mea volucres id est
dæmones rapuerunt, aut malis tuis cogitatiōibus suf-
focata sunt, aut aruerūt nimio æstu libidinis. Heu me
quia vbi putaui ædificare aurum, argentū, lapides pre-
ciosos, inuentus sum ligna, fœnum, stipulā, arsuras ma
terias laborasse. Dicam & ego secūdum prophetā: Heu
me, quia factus sum sicut qui colligit stipulā in messe.
Equidem si tibi soli damnū fecisses, erat quidē tristitia,
sed forsitan tolerabilis: Nunc vero quātas animas tuo
scelere sauciasti, quātas animas propter te de proposito
suo pœnitere fecisti? Quanta labia etiam fidelium in-
I quinata sunt, viam domini blasphemādo? Aperuit in
nos gentilitas os suum: aduersus sanctam ecclesiā Sy-
nagoga Iudæorū per tuum dedecus exultauit. Quod
Matt.18. si is qui vnum scandalizauerit, mola circūligatus iacta-
ri debet in mare: quid de te pronūcias, per cuius scelus
omnis anima sauciata est, & nomen domini in gētibus
blasphematum est? Nonne quotiens dicitur, O virgi-
nes: totiens tibi cumulus iniquitatis augetur? Iaces ec-
ce vulnerata. Iaces ecce prostrata.

Remediū adhibendū corruptæ virgini. Cap. VIII.

CVPIO prodesse, sed subuenire nō possum,
quia totum caput in dolore, & totum cor in
mœstitia est, a pedib⁹ vsq; ad caput, sicut ait
Esaiæ.1. Esaias: Nō est malagma īponere. Infirmi-
tas tua omne humanę medicinę exclusit auxilium. Et
licet tam boni q̄ mali iusta indignatione permoti, te o-
mni depopulatione dignam, omni tormentorū genere
discruciatā iudicent morte mulctandā, aut ignibus exu- K
rendā: ego tamen qui scio grauiora facinorosis seruari
tormenta, & sine fine impias animas cruciatus mane-
re nō tēporales vtiq;, sed æternos: aliis te volo cruciati-
bus affici, profuturis vtiq;, nō animā perdituris. Ego se-
cundum diuinā sentētiam dabo consiliū. Solum enim
& vnicū tentādum est remediū, illud quod diuina vox
per Ezechielem miseris porrigit. Nolo, inquit, mortē Ezech.33
peccatoris, sed tantū vt conuertatur, & viuat. Et iterū:
Post hęc, inquit, dixi: Cōuertere ad me. Nunquid resi- Hiere.8.
na nō est in Galaad, aut medicus nō est ibi? Quare nō
ascendit sanitas filię populi mei? Hęc vtiq; dicta pœni-
tentiam sapiunt, hæ sententiæ dei vocant ad pœniten-
tiam peccatores. Pœnitudo enim necessaria est, sicut
vulneratis sunt necessaria medicamina. Sed quāta pu-
tas & qualis necessaria pœnitentia, quæ aut æquet cri-
mina, aut certe excedat? Vide ergo si simplex hoc pec-
catum adulterii est, an duplex sit per illam necem quæ
facta dicitur in occulto: & secūdum conscientiæ molem
exhibenda est pœnitentiæ magnitudo. Pœnitentia er
go non verbis agenda est, sed & actu. Hæc autem sic
agitur: Si tibi ante oculos ponas de quanta gloria rue-
ris, & de quo libro vitæ nomen tuum deletum sit, & si
te iam credas prope ipsas positam tenebras exteriores,
vbi erit fletus oculorum, & stridor dētium sine fine. Cū
hæc certa fide sicut est animo conceperis, quia necesse
est præuaricatricem animā tartareis pœnis & gehen-
næ ignibus tradi, nec aliud remedium cōstitutum esse
post baptismū q̄ pœnitentiæ solatium, quantāuis affli
ctionem, quātumuis laborem & indecorem subire esto
contenta, dummodo ab æternalibus pœnis libereris.
Ergo hæc tu tecum cogitans, & mēte retractans, pro- L
prii facti tu ipsa iudex esto crudelior. In primis omnis
cura vitæ huius interimenda tibi est, & quasi mor-
tuam te existimans, sicut es, quomodo possis reuiui-
scere cogita. Deinde lugubris tibi accipienda est vestis,
& mens ac membra singula digna castigatione pu-
nienda. Amputentur crines, qui per vanam gloriam
occasionē luxuriæ præstiterunt. Defluant oculi lachry-
mas qui masculum simpliciter non aspexerunt. Palle-
scat facies, quæ quondam viruit impudice. Deniq; to-
tum corpus īcuria maceretur: cinere aspersum, & oper-
tum cilicio perhorrescat, quia male sibi de pulchritudi-
ne placuit. Cor vero sit liquescens sicut cera, ieiuniis in-
quietās seipsum, & cogitationib⁹ ventilans quare sit ab
inimico subuersum. Sēsus etiam crucietur, quia in mē
bra corporis cū haberet dominationē, malo cessit impe
rio. Talis vita, talis actio pœnitentiæ si fuerit perseue-
rans, audebit sperare & si non gloriam, certe pœnæ va-
cuationem. Dicit enim deus: Cōuertimini ad me, & cō Iohelis.2.
uertar ad vos. Conuertimini ex toto corde vestro, in ie-
iunio & fletu, & in planctu: dirūpite corda vestra, & non
vestimentum, quoniā pius & misericors sum. Sic con- M
uersus magnus ille Dauid iustificatus est. Sic Niniue
peccatrix illa ciuitas incūbentē sibi euasit interitū. Pec-
cator ergo si sibiipsi nō pepercit, a deo illi parcitur. Et si
futuras pœnas gehennæ perpetuas in hoc paruo vitæ
spatio compensauerit, seipsum ab æterno iudicio libe-
rat. Grandi plagæ alta & prolixa opus est medicina.
Grande scelus grandem habet necessariā satisfactionē.
Nam nō est dubium leuius esse crimen, vbi peccatum
suum vltro homo confitetur, & pœnitet. At vbi celans
mala sua inuitus detegitur, & nolens publicatur, illud
grauius scelus est, quod tibi vtiq; prouenisse negare nō
poteris. Et ideo fortius est dolendum, quia peccatū est
fortius. Si mente cernerent homines peccatores quale
iudicium imminet mundo, sensus humanus nō disper-
geretur vanitate seculari, si nō infidelitate grauaretur.
Quātūuis & qualēuis cruciatum longior vita duceret
optarent, dummodo in illas pœnas æterni ignis nō in-
currerēt. Sed tu quę iam ingressa es agonē pœnitētiæ,

A insiste misera fortiter, inhære tanq̄ naufragus tabulæ,
sperans per ipsam te de profundo criminum liberari.
Inhære pœnitentiæ vsq; ad extremū vitæ, nec tibi prę-
sumas ab humano die posse veniam dari, quia decipit
te qui hoc tibi polliceri voluerit. Quæ enim proprie in
dominum peccasti, ab illo solo te conuenit in die iudicii
expectare remedium.

CORRVPTORIS OBIVRGATIO

DE te autē fili serpētis, minister diaboli, vio-
lator templi dei, qui vno scelere duo crimina
perpetrasti, adulterium vtiq;, & sacrilegium.
Sacrilegiū plane, vbi vas Christo oblatum,
Danie.5. domino dedicatum, dementi temeritate polluisti. Bal-
thasar ille rex Persarum, qui in vasis domini quę de tē-
plo Hierosolymis fuerant a patre eius ablata, bibere cū
suis amicis & cōcubinis vsurpauit, ipā nocte angeli ma
nu percussus, crudeli morte punitus est. Quid de te ar-
bitraris perdite pariter & ꝑditor, qui vas rationabile cō-
secratum Christo, sanctificatū spiritui sancto impie te-
B merasti, polluisti sacrilege, & tui propositi immemor,
& iudicii diuini contēptor? Melius enim fuerat omni-
no te nō esse natū, q̄ sic natum, vt te sibi gehēna propriū
filium vēdicaret. Et licet ipsa cōscientia sceleris te agat
Prouerb. per diuersa precipitem (fugit enim impius nemine per
28. sequente se) licet te diræ imagines peccati dormien-
tem quoq; perterreant, nō solū vigilantē: tamē ne quid a D
pastore etiā oui morbidæ vel moriturae medicaminis
denegatum sit, do cōsilium: Petas vltro carcerē pœni-
tentiæ, obstringas catenis viscera, aīam tuā gemitibus
ieiuniisq; discrucies, sanctorū petas auxiliū, iaceas sub
pedibus electorū, vt nō per cor impœnitēs thesaurizes Roma.2.
tibi iram in die iusti iudicii dei, qui reddet singulis secū-
dum opera sua. Nec te in eorū numero cōstituas, quos
luget Paulus: Qui ante peccauerunt, & nō egerūt pœ- 2.Cor.12.
nitentiam super immūditia & fornicatione & libidine
quę gesserūt. Nec tibi de multitudine peccantiū similiū
blandiaris, & dicas: Non solus hoc ego egi, multos ha-
beo socios. sed recogita, quia multitudo sociorū impu-
nitatem non facit criminū. Nam Sodoma & Gomor-
rha in totis quinq; ciuitatibus innumerabiles vtiq; ha-
bitabant populi, & omnes pariter qui libidinose corpo-
ra sua tractauerunt, igneis imbribus conflagrati sunt:
solus autem Loth de illo ineuitabili incendio euasit,
quia ab illa turpitudine se alienum præstiterat. Exclu-
de ergo vel nunc infelix de corde tuo blandimenta ser-
pentis, & luctu & fletu continuo, dum in corpore tuo
immundo anima illa tenebrosa versatur, remedium ti-
bi in die necessitatis acquire, semper ante oculos tuos 2.Cor.5.
habens apostoli sententiam: Quia omnes nos oportet
manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq;
propria corporis sui secundum quæ gessit, siue bonum
siue malum.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. AD VIRGINEM LAPSAM EXHORTATIO.

Threñ.2. QVIS consoletur te virgo fi-
lia Siō, quia magna facta est
sicut mare cōtritio tua? Effū-
de sicut aquā cor tuū ante fa-
ciem dñi, Extolle ad eū ma-
nus ꝓ remedio animæ tuę &
peccatorū tuorū. Accipe igi-
tur lamentū. Et primū quidē
nullo die quinquagesim⁹ psal
C mus itermittatur, quia in ne-
gocio tali cantatus est. Et vsq; versiculū illū: Cor cōtri-
tum & humiliatū deus nō spernit, cū lachrymis gemi-
tuq; pcurrēs: insup etiā hanc lamētationē nō sine cōpū-
Hiere.9. ctione cordis in conspectu dei iudicis funde: Quis dabit
capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarū, vt
defleam vulnera animæ meæ? Conuersi sunt dies festi
mei in luctū, & cantica in lamētationem, recessit sonus
hymnorū, & lętitia psalmorū, & successit stridor dētiū,
Psal.38. & fletus oculorū. Obmutui, & humiliata sum, & silui a
bonis, & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meū
intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Ti-
mor & tremor venerūt sup me, & contexerūt me tene-
bræ. Abyssus circumdedit me, postremo mersit caput
meū in fissuras montium. Heu me, quia facta sum sicut
Sodoma & Gomorra. Cōbusta sum, quis miserebitur
cineres meos? Durius offendi q̄ Sodoma, quia illa legē
nesciens deliquerat, ego autē accepta gratia peccaui in
dominū. Si homo peccet in hominem, erit qui interue-
niat. Ego quę peccaui in dominū, quē propitiatorē inue
Psalm.7. niam? Concepi dolorē, & peperi iniquitatē. Lacū ape-
rui & effodi eū, & incidi in foueam quā feci. Ideo con-
uersus est dolor meus in capite meo, & in vertice meo
iniquitas mea descendit. Immūditia mea ante pedes
meos. nō fui memor nouissimorū meorū, & cecidi mi-
rabiliter: nec est qui consoletur me. O quā acerbus fru-
ctus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio. Quomo- E
do facta sum ī desolationē? Subito defeci, perii propter
iniquitatem meam, velut e somno exurgens: ideo in ci
uitate domini vilificata est imago mea. Deletum est Psal.102.
de libro vitæ nomen meum, facta sum sicut noctua in
domicilio, sicut passer vnicus in ædificio, non est qui cō Psal.141.
soletur me. Considero a dextris, & video, & non est Psal.30.
qui agnoscat me. Periit fuga a me, & non est qui re-
quirat animam meam. Facta sum sicut vas perditum,
quoniam audiui vituperationem omniū circa me ha-
bitantium. Væ diei illi in quo me infelix vterus ge-
nuit, & lux ista crudelis excepit. Oportuerat me po-
tius non fuisse natam, q̄ sic in gentibus fabula fierem.
Propter me confusio & improperium factum est o-
mnibus famulis domini, & eum digne colentibus. Lu
gete me montes & colles, lugete me fontes & flumina,
quia fletus filia ego sum. Lugete me bestiæ siluarum,
reptilia terræ, & volucres cæli, & omnis anima quæ
vita frueris. Nam vos beatæ feræ & volucres, quibus
nullus metus de inferis, neq; post mortem reddēda est
ratio. nos manet pœna crudelis Tartari, qui habentes
sensum delinquimus, & ideo non est pax peccatoribus.
Meum est peccatum, mea iniquitas. Non sunt simi- F
lia offensa hominum, quia horribilis hæc impietas est,
carne pollicita seruare virginem, & castitatem professa
publice, mentita sum domino: ideo nō est mihi fiducia
inuocandi dominum altissimū, quia obstructum est os
delinquentium. Nam meū malum propheta cecinit,
quod qui elongant se a deo, peribunt, disperdit omnē Psal.72.
fornicantem a se. Et iterum: Adhęsit anima mea fau- Psal.21.
cibus meis, & in puluerem mortis deducta sum. Ve-
runtamē clamabo ad dominū cū adhuc tēpus est, dum
datur spatium, quia in morte nō est memoria, & in in-
ferno non est confessio. Domine ne in ira tua arguas Psal.37.
me, neq; in furore tuo corripias me. Quoniam sagit-
tæ tuæ infixæ sunt mihi, & nō est sanitas in carne mea
a vultu iræ tuæ. Non est pax ossibus meis a facie iræ
tuæ. Quoniam iniquitates meæ superposuerūt caput
meū, sicut onus graue grauatę sunt super me. Compu-
truerūt & deteriorauerūt cicatrices meę, a facie insipiē-
tiæ meæ. Miseriis afflicta sum vsq; in finē, rugio a ge-
mitu cordis mei. Cor meum cōturbatum est intra me,

G dereliquit me virtus mea,& lumen oculorũ meorũ,&
ipsum nõ est mecum. Deus repulisti me,& destruxisti
me,ostendisti mihi dura,potasti me vino compunctio-
nis,expulsa sum ab oculis tuis,iam non adiiciam vt re-
spiciam ad tẽplum sanctũ tuũ,& facta sum in extermi-
nio,Quę vtilitas in sanguine meo,dũ descendo in cor-
ruptionẽ? Nũquid mortuis facies mirabilia,aut medi-
Ezech.33 ci suscitabũt? Tuus sermo est,tua promissio est: Nolo
mortẽ peccatoris,sed conuersionẽ,vt possit viuere. Ad
te deus meus conuersio,quia solus potes renouare oĩa,
& ab inferis animas reuocas. Tu soluis compeditos,tu
deus elisos erigis,cæcos illuminas,mortuos suscitas.
Psal.118. Erraui sicut ouis perdita,require famulã tuã,ne lupus
Psalm.2. crudelis glutiat me. Multi dicunt animę meę,nõ est sa
lus in deo eius. Sed tuum cõsilium tecũ est. Quot sunt
Psal.38. dies famulæ tuę,quãdo facies meũ iudicium? Defecit
in salutari tuo anima mea,defecerũt in lachrymis oculi
mei,effusa est in terra gloria mea. Quãdo respiciẽs re- H
stitues animã meã? Propter iniquitatẽ corripuisti me,
& tabescere fecisti sicut araneã animã meã. Memento
domine quod puluis sum,vide humilitatem meã,& la
borem meũ,& remitte omnia peccata mea. Remitte
mihi vt refrigerer priusquã abeam,& amplius nõ ero, Iob.9.
nec in inferno erit confessio. Potens es domine dirum-
pere vincula mea quibus ligata sum atq; constricta,qui
Raab sordidam nõ aspernatus es. Iram tuam domine
aufer a me,quia peccaui tibi crudeliter,donec iustifices
causam meã,& educas me in lumine deus virtutum.
Da pœnitentiæ effectum, confessionis perseuerãtiam,
ne me induret deceptor animæ. Hoc mihi donum,hãc
mihi gratiam de tuo fonte præstari cupio deus,vt in
æternum tibi confitear. Qui viuis & regnas in trinita-
te in secula seculorum. Amen.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS DE VIDVIS LIBER VNVS.

A BENE accidit fratres,vt quo-
niã tribus libris superioribus
de virginũ laudibus disserui-
mus,viduarũ tractatus inci-
deret. Neq; enim inhonoras
debuimus pręterire,& a vir-
ginũ pręconio separare, quas
apostolica sententia cũ virgi-
nibus copulauit: iuxta quod
1.Cor.7. scriptum est: Et mulier innu-
pta,& virgo cogitat quæ sunt domini,vt sit sancta cor-
pore & spiritu. Quodãmodo enĩ magisteriũ virginita-
tis,viduarũ valescit exẽplis. Quę cũ viro castum cubile
custodiunt,documẽto virginibus sunt integritatẽ deo
esse seruandã. Et propemodũ nõ inferioris virtutis est
eo abstinere coniugio quod aliquãdo delectauerit,q̃ cõ-
iugii oblectamẽta nescire. In vtroq; fortes,vt eas & con
iugii nõ pœniteat cui fidẽ seruent,& coniugalia oblecta
menta nõ alligent,ne videantur infirmę,quę sibi adesse
nõ possunt. In hac ipsa tamẽ virtute pręmia sunt reposi
ta libertatis. Mulier enĩ vincta est quanto tempore vir
eius viuit.quod si dormiuerit vir eiꝰ,libera est. cui vult
nubat,tantũ in domino. Beatior autẽ erit si sic ꝑmãse-
rit,secũdum meũ consilium dico. Puto enĩ quod & ego
B spiritũ dei habeã. Euidenter igitur expressit apostolus
quid intersit,cũ aliã vinctam esse dixerit,aliam beatio-
rem esse memorauerit. Idq; nõ tam ex suo iudicio q̃ di-
uini spiritus docuit infusiõe depromptũ,vt cęlestis ista
non humana sentẽtia videretur. Quid vero illud quod
tẽporibus iis quibꝰ fames omne genus vrgebat huma
nũ,Helias ad viduã destinatus est? Et vide queãdmo-
dum ꝓpria singulis gratia reseruetur. Angelus ad vir-
ginem,ꝓpheta ad viduã. Adde quod Gabriel ille,hic
Helias,vt ex angelorũ & ꝓphetarũ numero pręstantis-
simi principes videãtur electi. Sed nõ simplex viduita-
tis laus est,nisi virtus etiã viduitatis accedat. Nã vtiq;
multę viduę,sed vna oĩbus antefertur: in qua non tam
cęterę reuocantur ab studio,q̃ virtutis prouocãtur exẽ-
plo. Solicitas igitur aures præsagio facit,q̃uis simplici-
tas intellectus ipsa moralis sit,quę ad virtutis exẽplum
viduas cohortetur,quia nõ professiõe,sed merito vide-
tur vnaquęq; pręstare,& hospitalitatis apud deum gra
Mat.10. tiam nõ perire,qui potũ aquę frigidę,sicut in Euãgelio
ipse mẽorauit,pręmio ęternitatis remuneret amplissi-
mo,& farinæ breuis oleiq; mensuram indeficienti af- C
fluentium copiarũ vbertate compẽset. Nam si quis de
gentilibus dixit cõmunia omnia amicorũ esse debere,
quãto magis debẽt esse cõmunia cognatorũ? Cognati
enĩ sumus,qui in vnã seriem corporis copulamur. Sed
tamẽ nõ pręscripto quodam hospitalitatis fine cõcludi-
mur. Cur enĩ propriũ id quod in seculo est putes,cũ cõ-
mune sit seculum? Aut cur priuatos terræ deputes fru-
ctus,cũ terra cõmunis sit? Respicite,ĩquit,volatilia cę- Matt.6.
li,quoniã nõ serunt,neq; metunt. Et enĩ quibus nihil est
propriũ,nihil deest. Et sententiæ suę deus arbiter nouit
seruare promissum. Deniq; aues nõ cõgregãt,& redun-
dant,quia pater cælestis pascit illas. Nos autẽ genera-
lis monimẽta sententiæ ad vsus proprios deriuantes,
Omne,inquit,lignũ quod habet in se fructus seminis sa Gene.1.
tiui,erit vobis in escam,& oĩbus bestiis,& omnibꝰ aui-
bus,& omnibus serpentibus super terrã: congregando
egemus,& cõgregando euacuamur. Nõ possumus enĩ
sperare promissum,qui nõ seruamus oraculũ. Salubre
est igitur pręceptum quoq; hospitalitatis aduertere,vt
hospitibus deferamus: quia nos quoq; sumus hospites
mundi. Quã vero sancta vidua,quę cũ fame vrgeretur
extrema,veneratione deo debitã reseruabat. Nec solũ
sibi vsurpabat alimenta,sed cũ filio diuidebat,ne charo
pignori superuiueret. Magnũ pietatis officiũ,sed reli-
gionis vberius. Nã sicut neminẽ filio oportuit antefer-
ri,ita propheta dei & filio præferri debuit & saluti. Cui
nõ exiguũ victũ,sed vitæ suæ omne subsidiũ existiman
da est detulisse,quæ nihil reliquit sibi,tam hospitalis vt
totũ daret,tam fidelis vt cito crederet. Ergo vidua non
abstinẽtia corporis tantũ definitur,sed virtute designa- D
tur. Cui pręcepta nõ do ego,sed Apostolus tribuit. Ho
norificentiã nõ solus impartior,sed gentiũ doctor prius
detulit dicens: Viduas honora quæ vere viduæ sunt. 1.Tim.5.
Siqua autem vidua filios aut nepotes habet,discat pri
mũ suam domũ regere,& mutuã vicem reddere paren
tibus. Vnde aduertitur vtriũq; pietatis affectum viduæ
inesse debere,vt filios diligat,parẽtibꝰ deferat. Ita dum
obsequium parentibus rependit: magisteriũ exercet in
filios,suoq; ipsa remuneratur officio,cum id quod aliis
defert,sibi proficit. Hoc enim acceptũ est coram deo. Et
ideo si cogitas vidua quæ dei sunt,debes id sequi quod
deo placere didicisti. Et supra quidẽ sanctus apostolus
ad cõtinẽtię studium viduas cohortatus,dixit eas cogi-
tare quę sunt domini. Alibi autẽ vbi eligitur vidua quę
probata est,nõ solum cogitare præcipitur,sed etiã spe-
rare de domino. Quæ enĩ vere vidua est, inquit,& de-
solata,sperat in dominũ: & instat obsecratiõibꝰ & ora-
tionibus die ac nocte. Nec immerito has irreprehensi-
biles ostendit esse debere,quibus vt opus virtutis indi-
citur,ita etiã honorificentia larga defertur,vt etiam ab

A episcopis honorentur. Qualis autem eligi debeat,ipso
doctoris sermone describitur. Non minus,inquit,sexa-
ginta annorũ,quæ fuerit vnius viri vxor. Non quo se-
nectus sola viduam faciat,sed quo viduitatis merita,sti
pẽdia senectutis sint. Nam vtiq; illa pręclarior,quæ ca-
lorem adolescentiæ,& iunioris feruescentẽ edomat ęta
tis ardorem,nec mariti gratiã,nec vberiora liberorum
oblectamenta desiderans,q̃ quæ effœta iam corpore,
frigida senectute,matura æui,nec calere voluptatibus
potest,nec sperare de partu. Neq; vero siqua in secun-
das nuptias inciderit,(quas vtiq; apostolica præcepta
non damnãt) quasi fructu pudoris amisso,si rursus so-
luta fuerit viro,ab affectu viduitatis arcetur. Habebit il
la quidem vel seræ meritũ castitatis,sed ꝓbatior erit
quæ alterius nõ fuerit experta coniugium. In illa enim
eminet studium castitatis,huic aut senectus,aut pudor
modum videtur fecisse nubendi. Nec sola tamen casti-
tas corporis viduæ fortitudo est,sed magna & vberri-
ma disciplina virtutis,quæ in operibus bonis testimo-
nium habeat,si filios educauerit,si hospitio receperit,si
sanctorũ pedes lauerit,si tribulationẽ patientibus sub-
ministrauerit,si postremo oĩe opus bonũ fuerit subse-
cuta. Vides q̃ multas virtutum comprehenderit disci-
plinas: Primo pietatis officium, Secundo hospitalita-
tis studium,& humilitatis obsequium,Tertio miseri-
cordiæ ministerium,liberalitatisq; subsidium: ad sum-
mam,oĩs executionẽ boni operis flagitauit. Et ideo
adolescentiores deuitandas putat,eo quod non valeant
tantæ opera implere virtutis. Etenim vicina est lapsi-
bus adolescentia,quia variarum æstus cupiditatũ,fer-
B uorem calentis inflammat ætatis. Boniq; doctoris est
materiam arcere peccati. Prima enim institutionis est
disciplina,culpam auertere: secunda,virtutẽ infundere.
Tamen cum sciuerit apostolus Annam illam ab ado-
lescentia octogenariã viduam dominicorũ operum ex-
titisse prænunciam: non puto quod iuniores reuocãdas
putarit a viduitatis affectu,maxime cũ dixerit: Me-
1.Cor.7. lius est nubere q̃ vri. Nam vtiq; pro remedio nuptias
suasit,vt peritura sanetur,non pro electione pręscripsit,
casta & continens quid sequatur. Aliud est enim subue
nire labenti,aliud suadere virtuti. Et quid de humanis
iudiciis loquar,cum diuinis iudiciis in nullo grauius Iu
dæi dominũ læsisse prodantur,q̃ quod viduæ gratiam
minorumq; iura violarent? Hæc propheticis causa vo-
cibus conclamatur,quæ meritum Iudæis refectionis
inuexerit. Hæc sola causa delicti inuidiam mitigatura
memoratur,si honoretur vidua in honoribus,æqui iu-
Esaię.1. stitia iudicii deferatur. Sic enim habes: Iudicate pupil-
lo,& iustificate viduam,& venite disputemus,dicit do-
Psal.145. minus. Et alibi: Pupillum & viduã suscipiet. Et alibi:
Psal.131. Viduam eius benedicens benedicam. In quo ecclesiæ
C quoq; figura prætexitur. Videtis igitur sanctæ viduæ
nequaq̃ lubrico munus studio deferendũ,quod diuinæ
benedictionis subsidiis honoratur. Quid vero illud,vt
3.Reg.17 ad superiora redeamus,quod cũ in omni terra esset fa-
mes maxima,viduę tamen deo cura nõ defuit,atq; ad
alendam eã propheta directus est? In quo cũ me admo
neat dominus quod in veritate dicturus sit,ad mysteriũ
videtur solicitare aures. Quid enim verius Christi &
ecclesiæ potest esse mysterio? Non igitur ociose inter
multas viduas vna prefertur. Quæ enim talis,ad quã
tantus propheta,qui ad cęlum raptus est,dirigatur,eo
prefertim tempore quo clausum est cęlum annis tribus
& mensibus sex,cum facta esset fames magna in omni
terra? Vbiq; ergo fames erat,& adhuc tamen hęc vi-
dua non egebat. Qui sunt hi tres anni? Forte illi qui-
bus dominus venit in terras,& fructum in ficulnea in-
Lucę.13. uenire non potuit: iuxta quod scriptum est: Ecce anni
tres sunt ex quo veni quærens fructũ in ficulnea hac,&
nõ inuenio. Hęc est profecto vidua illa de qua dictum
Esaię.54. est: Lætare sterilis quę nõ parturis,erumpe & exclama
quæ non parturis,quoniam multi filii desertæ magis q̃ D
eius quę habet virum. Et bene vidua,cui bene dicitur:
Ignominię & viduitatis tuę non eris memor,quia ego Esaię.54.
dominus qui facio te. Et fortasse ideo vidua,quæ ami-
sit quidem virum secũdum corporis passionem, sed in
die iudicii filium hominis quem amisisse visa est,rece-
ptura. Tempus enim breue,inquit,dereliqui te,vt glo-
riosius scilicet fidẽ relicta seruares. Habent itaq; omnes
quod imitentur exẽplum,virgines,nuptę,& viduę. Et
fortasse ideo ecclesia virgo,nupta,vidua,quia vnum
corpus in Christo sunt. Hęc igitur illa vidua est,pro-
pter quã verbi cęlestis siccitas cũ esset in terris,ꝓphetæ
sunt destinati. Erat enĩ vidua quæ sterilis erat,sed par-
tum suo tẽpori reseruabat. Vnde nec illius nobis vide-
tur ꝑsona mediocris,qui aridã terrã verbi rigauit rore
cęlesti,clausumq; cęlũ nõ humana vtiq; potestate resera
uit. Quis enĩ est qui cęlũ potest aperire nisi Christꝰ,cui
quotidie de peccatoribus cibus ecclesię cumulo congre-
gatur? Neq; enĩ humanę facultatis est dicere: Hydria 3.Reg.17
farinę nõ deficiet,& vas olei non deficiet vsq; in diẽ quo
dabit dñs pluuiã sup terrã. Nam licet mos sit ita prefa-
ri prophetis,tamẽ hic vera dei vox est. Ideo pręmissum
est: Quia hæc dicit dominus. Domini enĩ est perpetui-
tatem sacramentorũ spondere cęlestiũ,& non defuturã
spiritalis exultationis gratiam polliceri: largiri muni-
menta vitę,fidei signacula,dona virtutũ. Quid est au-
tem: Vsq; in illum diem quo dabit dominus pluuiam
super terrã: nisi quia descendet sicut pluuia in vellus,& Psal.71.
sicut stillicidia stillantia sup terrã? In quo veteris myste
riũ reseratur historiæ,quo sanctus Gedeon mystici cer-
taminis pręliator,futurę capiens insigne victorię,spiri-
tale sacramẽtũ vigore mentis agnouit,pluuiam illam E
verbi rorẽ esse diuini,quæ primo pluit in vellus,cũ ter-
ra omnis perpetuis siccitatibus ęstuaret. Secundo vero
indicio vniuersam terrã fuso imbre madefecit,cũ sicci-
tas esset in vellere. Aduertit enĩ vir pręsagus futurę ec-
clesię crescentis insigne. Nam primo intra Iudęam di-
uini cœpit ros sermonis humescere (notus enim in Iu- Psal.75.
dęa deus) cũ arido fidei totius orbis vniuersa torrerẽt.
Sed vbi Ioseph greges deum negare cœperũt,& ausu
nephario imaniũ delictorũ cõtrahere diuinitatis offen-
sam,tunc ꝑ omnes terras fuso imbris rore cælestis,po-
pulus Iudęorũ ęstu perfidię suę cœpit arescere,cũ eccle-
siam sanctam ex oĩbus terrarũ partibus congregatam,
propheticę nubes & salutaris imber apostolicus irriga-
rent. Hęc est illa pluuia nõ terrarũ humido,nõ nebulo-
so concreta montiũ,sed cælestium scripturarum salubri
per totum orbem imbre diffusa. Ostenditur exẽplo igi-
tur,non omniũ esse diuinę mereri miracula potestatis,
sed eorũ quibus religiosæ deuotionis studia suffragen-
tur. Et diuini eos fructu operis abdicari,qui reuerentiæ
cælestis sunt exortes. Ostẽditur etiã in mysterio,quod F
ad instaurandã ecclesiã dei filius humani corporis sa-
cramenta susceperit abdicato populo Iudæorũ,quibus
cõsiliarius & propheta,beneficiorũq; adempta sunt mi
racula diuinorũ,eo quod cinico quodam inuidię næuo
in dei filium credere noluerunt. Docuit igitur scriptura
quãta collatio gratię,quãtum etiã sit munus diuinę be-
nedictionis in viduis. Quibus quoniã honorificentia a
deo tanta cõfertur,facile est aduertere qualis debeat vi-
ta cõpetere. Docet enim Anna quales deceat esse vidu-
as,quę immaturo mariti obitu destituta,maturæ ta-
men a deo remuneratione laudis inuenit,nõ minus re-
ligionis officio,q̃ studio castitatis intenta. Vidua,in-
quit,octoginta & quatuor annorũ,vidua quæ nõ disce- Lucæ.2.
debat de tẽplo,vidua q̃ ieiuniis & obsecratiõibꝰ die ac
nocte seruiret. Vides qualis vidua prædicetur,vniꝰ viri
vxor,ętatis quoq; ꝓbata iam processu,vuida religioni,
& effœta iam corpore,cui diuersoriũ in tẽplo,colloquiũ
in prece,vita in ieiunio,quę dierũ noctiũq; tẽpibus inde-
fessæ deuotionis obsequio,cũ corporis agnosceret sene-

G ctutem,pietatis tamē neſciret ętatem. Sic inſtituitur a
iuuentute vidua,ſic prædicatur in ſenectute veterana,
quæ viduitatē non occaſione temporis,nō imbecillita=
te corporis,ſed virtutis magnanimitate ſeruauerit. Et=
enim cum dicit ſeptem annis eam cum viro fuiſſe a vir=
ginitate ſua:ab adoleſcentiæ vtiq; ſtudiis inchoata præ=
dicat ſubſidia ſenectutis. Docemur itaq; triplicem caſti
tatis eſſe virtutem. Vnam coniugalem, aliam vidui=
tatis,tertiam virginitatis. Non enī aliam ſic prædica=
mus,vt excludamus alias. Suis quibuſq; profeſſionib⁹
iſta cōducunt. In hoc eccleſiæ opulens diſciplina,quod
quos pręferat habet,quos reiiciat nō habet,atq; vtinam
habere nunquā poſſit. Ita igitur virginitatem prædica=
mus,vt viduas nō reiiciamus.ita viduas honoramus,
vt ſuus honor coniugio reſeruetur. Nō noſtra hoc præ=
cepta,ſed diuina teſtimonia docent. Reminiſcamur
itaq; quemadmodum Maria, quēadmodum Anna,
quēadmodum Suſanna laudentur. Et quoniam nō lau
des earum tantūmodo prędicandæ ſunt,ſed diſciplinæ
etiam ſunt ſequendæ, reminiſcamur vbi Suſanna, vbi
Anna,vbi Maria ſint repertæ,& aduertamus quēad=
modū ſingulæ aptis laudibus prædicentur,& vbi nam
commorātur. Nupta in paradiſo,vidua in templo, vir=
go in ſecreto:ſed in illis tardior fructus,in virgine ma=
turior. Illas ſenectus probat,virginitas laus ætatis eſt,
nec adiumēta quærit annorum, quę omniū eſt fructus
ætatum. Adoleſcentiā decet,iuuētutem ornat,ampli=
ficat ſenectutem,omniq; æuo habet iuſtitię ſuæ canos,
maturitatem grauitatis, velamen pudoris, qui deuo=
tionem nō impediat,religionem augeat. Aduertimus
H enim ex ſequentibus,quia quotannis in die ſolenni pa=
ſchæ ſancta Maria cum Ioſeph Hieruſalem petebat.
vbiq; impigra deuotio,vbiq; aſſiduus virgini comes pu
doris adiungitur. Nec inflatur domini mater quaſi ſe=
cura de meritis,ſed quo meritū maius agnouit,eo vo=
tum vberius exoluit, officiū copioſius detulit,munus
religioſius vexit,myſticū tēpus impleuit. Quanto igi=
tur vos magis cōuenit intentas eſſe ſtudio caſtitatis,ne
locū ſiniſtræ relinquatis opinioni,quæ pudicitiæ teſti=
moniū in ſolis habetis moribus? Virgo enim licet in
ea quoq; maior ſit morū prærogatiua q̃ corporis,calū=
niam tamen integritate carnis abiurat. Vidua quæ
probandæ ſubſidiū virginitatis amiſerit,nō in voce ob=
ſtetricis,ſed in ſuis morib⁹ habet caſtitatis examē. Do=
cuit igitur ſcriptura q̃ attentus viduę eſſe debeat & re=
ligioſus affectus. Docuit etiā lib.eodem,ſed alio loco,q̃
miſericordē in pauperes & liberalem eſſe cōueniat,nec
paupertatis debere contēplatione reuocari,quia libera=
litas nō cumulo patrimonii,ſed largitatis definitur affe
ctu. Deniq; dominica voce illa vidua omnibus antefer=
Lucę.21. tur,de qua dictum eſt: Vidua hęc plus omnibus miſit.
In quā moraliter dominus inſtituit vniuerſos,ne quis a
collatione miniſterii pauptatis pudore reuocetur:nec
I ſibi diuites blādiantur quod plus videantur conferre q̃
pauperes. Vberior eſt enim nummus e paruo,q̃ the=
ſaurus e maximo:quia non quātum detur,ſed quātum
reſideat expenditur. Nemo plus tribuit,q̃ qui nihil ſibi
relinquit. Quid tu diues egeni cōparatione te iactas,&
cum tota onereris auro, precioſam per humū trahens
veſtē,quaſi inferior tuis & parua diuitiis honorari deſi=
deras,quia inopem collatione viciſti? Et flumina ſup=
fluunt cum redūdant. Gratior tamen hauſtus e riuulo
eſt. Spumant & muſta dum feruent,nec damnū putat
agricola quod defluxerit. Gemētibus areis dum cædi=
tur meſſis,frumēta defolliunt. Sed deficientibus meſſi=
bus nō deficit hydria de farina, & plena olei teſta deſu=
dat. Exinaniuit tamen dolia diuitum ſiccitas,cū viduę
pauxillulum oleariū redūdaret. Nō ergo quid faſtidio
expuas,ſed quātum deuotione conferas,æſtimandum
eſt. Deniq; nulla plus tribuit,q̃ illa quæ de filiorū alimē
tis pauit prophetā. Et ideo quia nulla plus cōtulit,nul=
la plus meruit. Hęc moraliter:nec myſtice tamen deſpe K
xeris hanc mulierē in gazophylaciū duo æra mittentē.
Magna plane fœmina,quæ diuino iudicio meruit oī=
bus anteferri,ne forte illa ſit quæ de fide ſua ad ſubſidiū
hominū duo teſtamenta contulerit. Et ideo nulla plus
fecit. Nec quiſquā hominū quātitatem potuit collatio=
nis eius æquare,quæ fidem cum miſericordia copula=
uit. Et tu igitur quæcunq; vitam ſtudio viduitatis ex=
erces, ne dubites ad gazophylaciū duo æra deferre vel
fidei plena, vel gratiæ. Felix illa quæ de theſauro ſuo
integram regis imaginem profert. Theſaurus tuus
ſapientia, theſaurus tuus caſtitas atq; iuſtitia eſt,the=
ſaurus tuus ītellectus bonus: qualis ille theſaurus fuit,
de quo magorum viri aurum, thus, & myrrham,cum
adorarent dominum,protulerūt,auro regis potentiam
declarantes,deū thure venerantes,myrrha reſurrectio=
nem corporis cōfitentes. Habes & tu theſaurū hunc,ſi
in te requiras. Habemus etenim theſaurum in vaſis fi= 2.Cor.4.
ctilibus. Habes aurum quod conferas. Non enim reni=
tentis metalli precium de te deus exigit, ſed illud aurū
quod iudicii die nequeat ignis exurere. Nec dona pre=
cioſa depoſcit,ſed odorem fidei,quem altaria tui cordis
exhalent,& religioſæ mētis ſpiret affectus. Ex hoc igi=
tur theſauro nō ſolum magorū tria munera,ſed etiam
duo viduæ æra promuntur,in quibus integra cæleſtis
imago regis effulgeat, ſplendor gloriæ eius,& imago
ſubſtantię. Bona & illa plane laborioſæ ſtipendia caſti=
tatis,quæ de ſuo opere quotidianoq; penſo conferat vi=
dua, nocturnis pariter ac diurnis iugi exercens labore
penſa tēporibus,& pudicitię quęſtuoſæ peruigil opere
mercedem cōgregās,vt intemeratū defuncti coniugis L
cubile cuſtodiat,alere dulces liberos poſſit,miniſtrare
pauperibus. Hæc eſt pręferēda diuitibus. Hæc eſt quæ
Chriſti iudicium non timebit. Hanc æmulamini filię.
Bonum eſt enim æmulari in bono ſemp. Ęmulamini 1.Cor.12.
meliora chariſmata. Spectat vos dominus ſemp, ſpe=
ctat,inquā,Ieſus cū ad gazophylaciū acceditis,& de bo
norum operū mercedibus ſtipem portatis egentibus
conferendam. Quantum eſt igitur vt æra tua cōferas,
& Chriſti corpus acquiras? Noli ergo vacua prodire in
conſpectu domini dei tui,vacua miſericordiæ,vacua fi=
dei, vacua caſtitatis. Non enim inanes dominus, ſed
virtutibus opimas ſpectare Ieſus & laudare conſueuit.
Videat te adoleſcentula laborantem,videat miniſtrā=
tem. Hæc eſt enim merces quā deo debes,vt de aliarū
quoq; profectibus mercedem deo tuo conferas. Nulla
merces deo melior,q̃ ea quæ habet pietatis munera.
An vero mediocris tibi vidua illa videtur Noemi,quę
viduitatem ſuam meſſis manipulis ſuſtētabat alienæ,
quā ęuo grauem alebat nurus? Nam hoc quoq; & ad
ſubſidium & ad gratiam viduarū proficit, vt ita inſti=
tuant nurus ſuas,quo poſſint ī his maturę habere ſub=
ſidium ſenectutis,& quaſi ſtipendium magiſterii,mer=
cedem quoq; ſuę capere diſciplinę. Etenim quę bene in= M
ſtituerit,bene erudierit nurum ſuā Ruth,ei deeſſe non
poterit,quæ viduitatem ſocrus paternæ domui pręfe=
rat. Etſi vir quoq; eius mortuus fuerit,nō relinquat ta=
men,alat inopem,ſoletur mœrētem,nec dimiſſa diſce=
dat. Neſcit enim egere optima diſciplina. Sic illa Noe=
mi duobus deſtituta filiis & marito,quę fructus fœcun=
ditatis amiſerat, pietatis emolumenta non perdidit.
Nam & ſolatium mœroris, & ſubſidium paupertatis
inuenit. Videtis igitur ſanctæ fœminę q̃ fœcūda ſit vi
dua prole virtutum,meritorūq; ſuorū ſobole,quę perire
non poſſit. Bona igitur vidua egere non nouit:& ſi feſ=
ſæ fuerit ætatis,& ſupremę paupertatis:eruditionis ta
men ſuæ ſolet habere mercedem. Etſi proximi deſue=
rint,inuenit tamen extraneos qui matrem colant, reue
reantur parētem, paruiſq; alimentorū ſumptibus mer=
cedē cupiant ſuæ cōmendationis acquirere. Plus enim
viduæ rependunt merita,q̃ cibus quærit,ſumptus im=

A pendit. Sed triſtes videtur ducere dies,& lachrymis tē=
pus exigere. Hæc beatior,qđ perpetua ſibi gaudia exi=
guis fletibus emit,paruiſq; momentis tempora acqui=
Lucæ.6. rit æterna. Quib⁹ bene dicitur: Beatę triſtes,ipſę enim
ridebitis. Quis igitur falſas pręſentium imagines gau
diorum,futuræ ſecuritatis præferat voluptati? An de=
ſpicabilis nobis autor videtꝰ ille dominici corporis, au=
Pſal.101. tor electus qui cinerem ſicut panē manducabat,& potū
cum fletu miſcebat,vt veſpertinis lachrymis, matuti=
næ ſibi lætitiam redēptionis acquireret? Vnde igitur
plurimū gaudere meruit,niſi quia plurimū fleuit,& tā=
quam lachrymarū precio ſuarū futuræ ſibi gloriæ gra=
tiam comparauit? Habet igitur vidua bonam cōmen=
dationis ſuę materiam,vt dum virū luget,fleat ſeculū,
& in promptu ſint lachrymæ redemptrices,dū pendun
tur mortuis, viuētibus profuturę. Paratus eſt mœſti=
tudine animi fletus oculorū,miſericordiam cōciliat,la=
borem minuit, dolorem ableuat, ſeruat pudorem, nec
iam miſera ſibi videtur quæ conſolationem in lachry=
mis habet,in quibus ſunt charitatis ſtipendia, pietatis
officia. Sed nec fortitudo bonę viduæ deeſſe conſueuit.
Hæc enim vera eſt fortitudo,quæ naturæ vſum,ſexus
infirmitatem, mentis deuotione tranſgreditur : qua=
lis in illa fuit cui nomē Iudith,quæ viros obſidione fra
ctos,perculſos metu,tabidos fame, ſola potuit a collu=
uione reuocare,ab hoſte defendere. Etenim,vt legim⁹,
B cum Holophernes ſucceſſu multorū terribilis præliorū
intra muros innumera virorū milia coegiſſet,armatis
pauētibus,& de extrema iam ſorte tractantibus, extra
murum proceſſit,& illo præſtātior exercitu quem libe=
rauit,& eo fortior quem fugauit. Sed vt diſcas maturæ
viduitatis affectum, ſeriem ipſam proſequere ſcriptu=
Iudith.8. rarum. A dieb⁹ enim viri ſui quibus ille defunctus eſt,
veſtē iucunditatis depoſuit,mœroris aſſumpſit,per o=
mnes dies intenta ieiunio,ſabbato tantū & dominica,
ſacratarumq; temporibus feriarū non refectioni indul=
1.Cor.10. gens,ſed religioni deferens. Hoc eſt enim,ſiue mandu=
catis, ſiue bibitis, in nomine domini Ieſu Chriſti agen
da eſſe omnia, vt etiam ipſa refectio corporalis ſacro re=
ligionis cultui deferatur. Diuturnis igitur mœroribus
Iudith.10 & quotidianis roborata ieiuniis ſancta Iudith, quæ ſe=
culi oblectamenta non quæreret,periculi negligēs,mor
tiſq; contēptu fortior,vt cōmento ſtrueret dolum,veſtē
illam iucunditatis quam viuēte viro veſtiri ſolebat, ſe
induit, quaſi placitura viro ſi patriam liberaret. Sed vi
rum alium videbat,cui placere quærebat:illum vtique
Ioan.1. de quo dictū eſt: Poſt me venit vir, qui ante me factus
eſt. Et bene coniugales pugnatura reſumpſit ornatus,
quia monimēta coniugii, arma ſunt caſtitatis. Neque
enim vidua aliis aut placere poſſet,aut vincere. Quid
cætera proſequamur,quod inter tot milia hoſtium ca=
C ſta permanſit? Quid eius ſapientiā prædicemus,quod
huiuſcemodi eſt commenta cōſilium,vt dum potētem
elicit intemperantia,a ſe inferiores arceret,occaſionem
pararet victoriæ,abſtinentiæ meritum,pudicitiæ gra=
tiam reſeruaret? Nec cibo enim(vt legimus)maculata
nec adultero,non minus ſeruatæ caſtitatis ex hoſtibus
reuexit trophæū,q̃ patriæ liberatæ. Quid ſobrietatem
loquamur? Temperātia enim virtus eſt fœminarum.
Inebriatis vino viris, & ſomno ſepultis abſtulit vidua
gladium,exeruit manum,bellatoris abſcidit caput,per
medias hoſtium acies intemerata proceſſit. Aduerta=
tis igitur quātū nocere mulieribus poſſit ebrietas,quā=
do viros vina ſic ſoluunt,vt vincantur a fœminis. Eſto
igitur vidua temperans,caſta primum a vino, vt caſta
poſſis eſſe ab adultero. Nequaq̃ te ille tentabit, ſi vina
non tentent. Nam ſi Iudith bibiſſet,dormiſſet cū adul=
tero. Sed quia non bibit,haud difficile ebrios exercitus
vnius ſobrietas & vincere potuit & eludere. Nec dexte
ræ tantū hoc opus,ſed maiora trophæa ſapientiæ. Nā
manu ſolum Holophernę viciſſet,conſilio autē omniū
hoſtium vicit exercitum. Suſpenſo enim Holophernis D
capite,quod virorū conſilio non potuit excogitari,ſuo=
rum erexit animos, hoſtiū fregit,ſuos pudore excitās,
hoſtes quoq; terrore percellens,eo quod cæſi ſunt & fati
gati. Ita vnius viduæ tēperantia atq; ſobrietas non ſo=
lum naturam ſuam vicit,ſed, quod eſt amplius,fecit vi
ros etiam fortiores. Nec his tamē elata ſucceſſibus,cui
vtiq; gaudere & exultare licebat iure victoriæ,viduita=
tis reliquit officiū,ſed contēptis omnibus qui eius nu=
ptias ambiebant,veſtem iucunditatis depoſuit,vidui=
tatis reſumpſit,nec triūphorum ſuorum amauit orna=
tus: illos exiſtimans eſſe meliores,quibus vitia corpo=
ris,q̃ quibus hoſtiū arma vincuntur. Ac ne vna vidua
tantum hoc opus imitabile aliis videatur impleſſe,plu
res alias vel parilis vel proximæ fuiſſe virtutis nequaq̃
dubitādum videtur. Bona enim ſeges plurimas ſpicas
fructu refertas ferre conſueuit. Nec dubites illam vete=
rum ſegetem temporū in cōplurium fœminarum mo=
ribus fœcundaſſe. Sed quia prolixum eſt complecti o=
mnes,cognoſcite aliquas,& præcipue Debborā, cuius
nobis prodidit ſcriptura virtutē. Hæc enim docuit non
ſolum viri auxilio viduas nō egere, verum etiam viris
poſſe eſſe ſubſidio: quæ nec ſexus infirmitate reuocata
munia virorum obeunda ſuſcepit, & ſuſcepta cumula=
uit. Deniq; cum Iudęi iudicum regerentur arbitrio,qui Iudic.4.
virili non poterant vel æquitate regi,vel virtute defen=
di,bellis hincinde ardentibus: Debboram ſibi,cuius re= E
gerentur iudicio,cooptarūt. Itaq; multa milia virorum
vna vidua & in pace rexit, & ab hoſte defendit. Multi
iudices in Iſrael, ſed nulla ante iudex fœmina. Multi
iudices poſt Ieſum, ſed nullus propheta. Et ideo lectū
iſtius puto eſſe iudiciū,& geſta eius arbitror eſſe deſcri
pta,ne mulieres a virtutis officio muliebris ſexus infir
mitate reuocentur. Vidua populos regit, vidua ducit
exercitus,vidua duces eligit,vidua bella diſponit,man
dat triumphos. Non ergo natura rea eſt culpæ,nec in=
firmitati obnoxia. Strenuos enim nō ſexus, ſed virtus
facit. Et in pace quidem nulla querimonia,nullus error
mulieris inuenitur,cū pleriq; non mediocriū peccatorū
autores populo ſuo iudices extitiſſent. Vbi vero Cha=
nanæa gens ferox prælio,& affluētium copiarū opima
ſucceſſu,hoſtiles in populum Iudæorum animos extu
lerunt,vidua præ cęteris bellicos inſtruit apparatus. Et
vt diſcas nō publicis copiis domeſticas neceſſitates fuiſ
ſe ſubnixas,ſed domeſticis diſciplinis, munus publicū
gubernatum:domo propria filium ducē producit exer=
citus: vt agnoſcatis quod poſſit inſtituere vidua bella=
torem. Quem quaſi mater erudiit, quaſi iudex propo=
ſuit,quaſi fortis inſtituit,quaſi prophetes victorię certa
tranſmiſit. Deniq; in mulieris manu ſummā fuiſſe vi=
ctoriæ docet Barach filius dicens: Niſi tu veneris me= Iudic.4.
cum,non ibo,quia non noui diem in qua dirigit domi= F
nus angelū ſuum mecum. Quāta ergo fœminæ iſtius
virtus,cui dux dicit exercitus: Niſi tu veneris, nō ibo?
Quanta,inquam,viduæ fortitudo,quę a periculis filiū
nec materno reuocat affectu,immo ad victoriā filiū ſtu
dio matris hortatur dicens quod in manu mulieris ſit
ſumma victorię. Debbora ergo prælii probauit euen=
tum. Barach iuſſus produxit exercitū. Hialech cœpit
triumphum. Huic enim prophetia Debborę militauit.
Quę myſtice nobis ortum ſurrecturę ex gētibus eccle=
ſiæ reuelauit,cui triumphus de Siſara ſpiritali,hoc eſt
de aduerſariis poteſtatibus quæreretur. Nobis igitur
prophetarū oracula dimicarunt,nobis illa prophetarū
iudicia & arma vicerunt. Et ideo nō populus Iudęorū,
ſed etiā Hialech victoriam de hoſte quęſiuit. Infelix er=
go populus,qui hoſtem quē fugauit,perſequi fidei vir=
tute nō potuit. Itaq; illorū delicto ſalus gentibus,illorū
deſidia nobis ſeruata victoria eſt. Hialech ergo proſtra=
uit Siſaram,quē tamē coruſco duce,(hoc enim ſignifi=
cat interpretatio Barach) manus veterū fugauerat Iu

G dæorum. Frequenter enim, vt legimus, orationibus & meritis prophetarū cæleſtia patribus affuere ſubſidia, ſed iis iam tunc de nequitiis ſpiritalibus victoria para-
Mat. 25. batur, quibus dicitur in Euangelio: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum a cōſtitutione mūdi. Ergo principium victoriæ a maioribus, finis in eccleſia. Eccleſia autē non armis ſecularibus vin-
1.Cor. 10. cit aduerſarias poteſtates, ſed armis ſpiritualibus, quæ ſunt fortia deo ad deſtruendas munitiones, & altitudinem nequitiæ ſpiritualis. Et ideo Siſaræ ſitis, lactis poculo reſtinguitur, quia oratione ſuperatur. Quod enim nobis ſalutare ad eſcā, hoc aduerſariæ poteſtati lethale ad infirmitatem. Arma eccleſiæ fides, arma eccleſiæ oratio eſt, quæ aduerſarium vincit. Ergo ſecundū hiſtoriam ad prouocandos animos fœminarū, fœmina indicauit, fœmina diſpoſuit, fœmina prophetauit, fœmina triūphauit, & prœliantibus intermixta copiis, imperio viros docuit militare fœmineo. Secundū myſteriū veræ fidei, militia eccleſiæ victoria eſt. Non ergo habetis quod per naturam vos excuſetis fœminæ. Non habetis viduæ qđ ad infirmitatē ſexus, ad amiſſionē ſubſidii maritalis mobilitatem veſtrā referre poſſitis. Satis vnicuiq; præſidii eſt, ſi virtus animi nō deſit. Et ipſe in viduis frequens proceſſus ætatis munimen pudoris eſt, & ipſe amiſſi coniugis dolor, vſus operis, domus cura, ſolicitudo liberorum noxiam pudori ſolet arcere laſciuiam. Atq; ipſe lugubris habitus, pōpa funebris, fletus aſſiduus, & mœſtę fronti inarantium rugis impreſſa triſtitia petulantium premit oculos, reſtinguit libidines, procaces auertit aſpectus, bonus cuſtos pudoris,
H pietatis dolor, non obrepit culpa, ſi cura nō deſit. Didiciſtis igitur viduę ſubſidio vos nō egere naturæ, & poſſe ſalubritatem tenere conſilii, nec domeſtico indigere præſidio, quæ etiam publicæ poteſtis apicem potētiæ vēdicare. Sed fortaſſe dicit aliqua, ei tolerabiliorem viduitatem cui profluāt res ſecūdę, aduerſis vero viduas cito frangi, facile ſuccūbere. De quo etſi ipſo doceamur vſu, læta viduis lubrica magis eſſe q̄ ſeria, tamen ſcripturarum inſtruimur exēplis, infirmitatibus quoq; viduarum non deeſſe ſolere ſubſidia, faciliuſq; q̄ cęteris diuina atq; humana ſuppetere, ſi bene filios inſtituāt, ge-
Lucę. 4. neros legant. Deniq; cū ſocrus Simonis magnis febribus detineretur, Petrus & Andreas rogauerunt dominum pro ea. Et ſtans ſuper illam, imperauit febri, et remiſit illam: & continuo ſurgens miniſtrabat illis. Magnus, inquit, tenebatur febribus, & rogauerūt illum pro ea. Et tu habes proximos, qui deo pro te ſupplicēt. Habes Apoſtolos proximos, habes martyres proximos, ſi ipſa martyribus deuotionis ſocietate, miſericordiæ
I quoq; muneribus appropinques. Proximus eſt enim qui miſericordiam facit. Fac & tu miſericordiā, & eris Petro proxima. Non ſanguinis neceſſitudo, ſed virtutis cognatio facit proximos: quia non in carne ambulamus, ſed in ſpiritu. Ama ergo propinquitatē Petri, affinitatem Andreę, vt pro te rogent, & recedant cupiditates tuę verbo dei pulſæ. Surges illico, quę in terris iace-
Philip. 3. bas, vt Chriſto miniſtres. Noſtra enim converſatio in cælis eſt, vnde & ſaluatorē expectamus dominum Ieſum. Nemo enim iacens Chriſto miniſtrat. Miniſtra pauperi, & miniſtraſti Chriſto. Quod enim vni horū
Matt. 25. feciſtis, mihi inquit feciſtis. Habetis ergo viduæ auxilium, ſi tales vobis generos poſteritatis veſtræ patronos, tales proximos eligatis. Ergo rogauerunt pro vidua Petrus & Andreas. Vtinam exiſtat aliquis qui tā cito poſſit rogare pro nobis, vel certe iſte qui pro ſocru rogat Petrus, & Andreas frater eius. Tunc enī pro affinitate poterant, nunc iam poſſunt pro nobis & pro omnibus impetrare. Videtis enim quod magno peccato obnoxia, minus idonea ſit quæ pro ſe precetur, certe quiæ pro ſe impetret. Adhibeat igitur ad medicū alios precatores. Aegri enim, niſi ad eos aliorum preci-

bus medicus fuerit inuitatus, pro ſe rogare nō poſſunt. K
Infirma eſt caro, mens ægra eſt, & peccatorum vinculis impedita ad medici illius ſedem debile non poteſt explicare veſtigium. Obſecrādi ſunt angeli pro nobis, qui nobis ad præſidium dati ſunt. martyres obſecrādi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrocinium vendicare. Poſſunt pro peccatis rogare noſtris, qui proprio ſanguine etiā ſiqua habuerunt peccata, lauerunt. Iſti enim ſunt dei martyres, noſtri præſules, ſpeculatores vitę actuūq; noſtrorum. Nō erubeſcamus eos interceſſores noſtræ infirmitatis adhibere, quia ipſi infirmitatem corporis etiam cum vincerēt cognouerunt. Inuenit ergo Petri ſocrus qui pro ſe rogarent. Et tu vidua inuenis qui pro te ſupplicent, ſi quaſi vere vidua & deſolata in deū ſperes, inſtes obſecrationibus, inſiſtas orationibus, afficias corpus tuum quaſi quotidie moriens, vt moriendo reuiuiſcas. Fugias delicias, vt etiam ægra ſaneris. Nam vidua quæ in deliciis 1. Tim. 5.
eſt, viuens mortua eſt. Sublata eſt tibi cauſa nubendi, habes qui pro te intercedant: ne dixeris, deſtituta ſum. Querela nupturæ eſt. Ne dixeris, ſola ego ſum. Caſtitas ſolitudinem quęrit: pudica ſecretū, impudica cōuentum. Sed negocium habes, & interceſſorem aduerſarii vereris, apud iudicem pro te dominus interuenit dicēs: Iudicate pupillo, & iuſtificate viduā. Sed patrimoniū Eſa. 1.
vis tueri. maius pudoris eſt patrimoniū, quod melius regit vidua q̄ nupta. Seruus peccauit, ignoſce. Melius eſt enim alterius culpam feras, q̄ tuam prodas. Sed vis L
nubere, licet. non habet crimen ſimplex voluntas. cauſam non quæro, cur fingitur? Si honeſtum putas, fatere. ſi incongruum, ſile: ne accuſes deum, ne accuſes propinquos quod præſidia tibi deſint. Vtinā non deſit voluntas. ne te conſulere liberis dicas, quibus matrem eripis. Eſt etiam quod facultati licet, ætati non licet. Cur maternæ parantur nuptiæ inter nuptias filiarū, & plerūq; poſt nuptias? Cur adulta filia diſcit prius ſponſum matris q̄ ſuum erubeſcere? Suaſimus fateor vt veſtem mutares, nō vt flammeum ſumeres: vt a ſepulchro recederes, non vt thalamum præparares. Quid ſibi vult noua nupta poſt generos? Q̄ indecorū eſt iuniores habere liberos q̄ nepotes. Sed ad propoſitū reuertamur, ne qui noſtrorum dolemus vulnera peccatorū, medicū relinquamus: & dum alienis medemur vlceribus, vlcera noſtra cumulemus. Rogatur ergo hic medicus. Ne timeas quia magnus eſt dominus, & fortaſſe ad ægrā non dignatur venire: Venit enim ad nos ſæpe de cęlo, nec ſolum diuites, ſed etiam pauperes ſolet & ſeruulos pauperum viſitare. Venit & nūc rogatus ad Petri ſocrum, & ſtans ſuper illam imperauit febri, & remiſit illam. & continuo ſurgens miniſtrabat illi. Sicut dignus memoria, ita dignus deſiderio, dignus etiam charitate dominicæ in ſingulos dignationis affectus, & facta miranda. Viſitare viduas nō dedignatur, & tugurii vilis penetralia anguſta ſuccedere. Quaſi deus iperat, quaſi homo viſitat. Gratias euangelio, per quod etiā nos qui M
oculis noſtris venīētem in hunc mūdum non vidimus Chriſtum, videmur ei dum facta eius legimus intereſſe: vt ſicut illi quibus appropinquabat, fidem mutuabātur ex eo, ita etiam nobis dum geſtis eius credimus appropinquet. Vides qualia habeat genera ſanitatū? imperat febri, imperat ſpiritibus immundis, alibi ipſe imponit manus. Nō ſolū igitur verbo, ſed etiam tactu ægros curare conſueuit. Et tu igitur quæ variis mūdi æſtuas cupiditatibus, vel formam viri alicuius cupis vel pecuniam, roga Chriſtum, adhibe medicum, porrige ei dexteram tuā, & tāgat interiora tua dei manus, verbiq; cęleſtis gratia interiorum venas ſcrutetur animorum. Pulſet dei dextera ſecreta cordis. Alii oculos luto illiniunt, vt videre poſſet, Creatorq; omnium docet nos noſtrę memores debere eſſe naturę, & corporis cernere vilitatē. Nemo enim magis poteſt videre diuina, niſi

A qui humilitate conſcia ſui, neſcit extolli. Alius ſacerdoti ſe offerre precipitur, vt carere in perpetuum lepre poſſit exuuiis. Solus enim mentis & animi poteſt ſeruare mūditiam, qui ei ſacerdoti ſe nouit offerre, quē pro peccatis noſtris accepimus aduocatum: illum vtiq; cui dicitur: Tu es ſacerdos in ęternum ſecundū ordinē Mel-
Pſal. 109. chiſedech. Nec vereare morā aliquā ſanitatis, neſcit indumētum qui ſanatur a Chriſto. Opus eſt vt remediū adhibeas quod acceperis. Simul enim vt præceptū dederit, cęcus videt, paralyticꝰ ambulat, mutus loquitur, ſurdus audit, febriens miniſtrat, lunaticus liberatur. Et tu igitur quæcunq; indecorę alicuius rei cupiditate langueſcis, obſecra dominū, fidem defer, nec vllam timeas morā. vbi adeſt oratio, adeſt verbū: fugatur cupiditas, libido diſcedit. Ne confeſſionis verearis offenſam, immo magis præſume prerogatiuā. Incontinentia etiam qua corporis morbo antea laborabas, Chriſto incipias miniſtrare. Poteſt etiā hoc loco videri Petri ſocrus affectio voluntatis, ex qua ſibi velut ſemen futuræ poſteritatis aſſumpſerat: quod vnicuiq; voluntas ſua poſteritatis eſt autor. Ex voluntate enim ſapientia naſcitur,
Sapien. 8. quam ſapiēs in matrimoniū adſciſcit ſibi dicēs: Propoſui ergo hanc adducere ego mihi in coniugiū. Ergo voluntas illa quæ primo variarum cupiditatum æſtibus madefacta languebat, poſtea per apoſtolatus officiū in miniſterium Chriſti iam robuſta ſurrexit. Simul qualis eſſe debeat quæ Chriſto miniſtrat, oſtenditur. Oportet eam primo carere variarum illecebris voluptatum, vitare internum corporis animiq; languorem, vt corpus & ſanguinem Chriſti miniſtret. Neque enim poteſt quiſquam peccatis ſuis æger minimeq; ſanus
B immortalium ſanitatum remedia miniſtrare. Vide quid agas ſacerdos, ne febrienti manu corpus Chriſti attingas. prius curare, vt miniſtrare poſſis. Si mundos eos qui ante fuerant leroſi, Chriſtus iubet occurrere ſacerdotibus, quanto magis mundum ipſum conuenit eſſe ſacerdotem? Non habet igitur quod moleſte ferat illa vidua quod ſibi non pepercerim, quando nec mihi parco, Surrexit itaq; Petri, inquit, ſocrus, & miniſtrabat illis. Et bene ſurrexit. Sacramenti enim typum apoſtolica iam gratia miniſtrabat. Proprium eſt autē
Ephe. 5. ſurgere Chriſti miniſtros: iuxta quod ſcriptū eſt: Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Didicimus igitur nec ſumptibus egere viduas, quę donare conſueuerint: nec ſubſidio, quibus ſæpe in periculis maximis defenſę ſunt virorūcopiæ. Maritalia iis quoq; officia vel a generis vel a proximis facile ſolere reparari: eſſe etiam in eas diuinam miſericordiā promptiorē: et ideo cū ſup-
C petere non videatur cauſa, nubendi ſtudiū abeſſe debere. Quod tamen pro cōſilio dicimus, non pro præcepto imperamus, prouocantes potius viduam q̄ ligantes. Neq; enim prohibemus ſecūdas nuptias, ſed non ſuademus. Alia eſt enim infirmitatis contemplatio, alia gratia caſtitatis. Plus dico, non prohibemus ſecundas nuptias, ſed non probamus ſæpe repetitas. Neq; enim
1.Cor. 6. quicquid licet, & decet. Omnia mihi licent, dicit apoſtolus, ſed nō omnia ſunt vtilia. Et vinum bibere licet, ſed plurimum non decet. Licet ergo nubere, ſed pulchrius eſt abſtinere. Sunt enim vincula nuptiarū. Vultis ſcire quæ vincula? Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro
1.Cor. 7. alligata eſt legi. Si autem mortuus fuerit vir, ſoluta eſt a lege viri. Probatum eſt igitur vinculū eſſe coniugiū, quo mulier ligatur & ſoluit. Bona mutui amoris gratia, ſed maior eſt ſeruitus. Neq; enim mulier ſui corporis poteſtatem habet, ſed vir. Et ne forte tibi non coniugii videatur iſta ſeruitus eſſe, ſed ſexus: ſimiliter & vir ſui corporis poteſtatem nō habet, ſed mulier. Quanta igitur coniugii neceſſitas, quæ ſubiicit alteri etiam fortiorem. Mutuis enim neceſſitatib? ab vtroq; ſeruitur. Nec temperanti licet virgo ſubducere caput, cui alterius intemperantię ſeruiendum ſit. Precio, inquit, empti eſtis, nolite fieri ſerui hominū. Videtis q̄ euidens ſit con D
iugalis definitio ſeruitutis. Non ego hoc dico, ſed apoſtolus: nec ille, ſed Chriſtus qui loquebaē in eo. Et hanc vtiq; ſeruitutē de bonis coniugibus definuit. Nanq; ſupra ſic habes: Sanctificatus eſt vir infidelis per vxorem fidelem. Et ſanctificata eſt mulier infidelis per maritū fidelē. Et infra: Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat. Nō eſt ſeruituti deditus frater aut ſoror in talib?. Si igitur bonum coniugiū ſeruitus eſt, malum coniugium quid eſt, quando nequeunt ſe inuicem ſanctificare, ſed perdere? Sed vt ad gratiam virtutis viduas adhortamur: ita etiam ad eccleſiæ diſciplinam fœminas prouocamus, quæ eccleſia conſtat ex omnibus. Et licet Chriſti grex conſtet ex omnibus, grex tamen in aliis pabulo veſcitur, in aliis adhuc lacte nutritur, quibus lupi illi qui latent in veſtimento ouium, ſunt cauendi, abſtinētię ſpeciem prætendentes, prouocantes autem intēperantiæ fœditatem. Et enim quia ſciūt valida onera caſtitatis: cum ipſi ea attingere digitis non queant, ab aliis ſupra modum exigunt, cum ipſi ſeruare nec modum poſſint, ſed iniuſto ſub faſce ſuccumbāt. Menſura enim oneris pro meſura debet eſſe geſtantis, alioquin impoſiti oneris fit ruina, vbi vectoris infirmitas eſt. Nam & infantium fauces ſtrāgulat eſca robuſtior. Et ideo ſicut multitudo vectorum, non paucorū viribus æſtimatur, nec tamen fortioribus de aliorum infirmitate preſcribitur, ſed vnicuiq; q̄tū oneris ſubire cupiat, relaxatur, manente mercedis cumulo in virtutis augmento: ita etiā fœ- E
minis non laqueus iniiciendus, nō ſupra vires abſtinētiæ grauioris vectura ſubeunda eſt: ſed relinquendum vt vnaquęq; ſe pendat, nō autoritate aliqua coacta prę-
1.Cor. 7. cepti, ſed incremento gratiæ prouocata. Et ideo diuerſis virtutib? merces diuerſa propoſita eſt. Nec aliud reprehenditur, vt aliud prędicetur: ſed omnia prædicantur, vt quæ meliora ſunt preferantur. Honorabile itaq; coniugium, ſed honorabilior integritas. nam & qui matrimonio iungit virginē ſuā, bene facit: & qui non iungit, melius facit. Quod igitur bonū eſt, non vitandum eſt: & quod eſt melius, eligēdum eſt. Itaq; non imponitur, ſed præponitur. Et ideo bene Apoſtolus dixit: De
1.Cor.7. virginibus autem præceptum domini non habeo, conſilium autem do. Et enim præceptum in ſubditos fertur, conſilium amicis datur. Vbi præceptum eſt, ibi lex eſt: vbi conſilium, ibi gratia eſt. Præceptum vt ad naturam reuocet, cōſilium vt ad gratiā prouocet. Et ideo lex Iudæis lata eſt, gratia autem electionibus reſeruata eſt. Lex vt a naturæ finibus culpæ ſtudio demeantes, ad naturæ obſeruātiam pœnæ terrore reuocaret: Gra- F
tia autem vt electos tum ſtudio bonorū, tum propoſitis etiam præmiis prouocaret. Et vt intelligas diſtantiam præcepti atq; conſilii, illum recorderis cui in Euangelio ante præſcribitur ne homicidium faciat, ne adulterium admittat, ne falſum teſtimonium dicat. Præceptum etenim ibi eſt, vbi eſt pœna peccati. At vero cū ſe præcepta legis memoraſſet impleſſe, conſiliū ei datur vt vendat omnia, & ſequatur dominū. Hæc enim non præcepto imperantur, ſed pro conſilio deferuntur. Duplex nanq; forma mādatiēſt, vna præceptiua, altera voluntaria. Vnde & dominus in alia dicit: Non occides, vbi præcepit. In alia: Si vis perfectus eſſe, vende omnia tua. Ergo hic liber eſt a præcepto, cuius defertur arbitrio. Itaq; qui præceptū impleuerint, poſſunt dicere: Ser Luc. 17.
ui inutiles ſumus. quod debuim? facere, fecimus. Hoc virgo non dicit. Non dicit ille qui bona ſua vēdidit, ſed quaſi repoſita expectat præmia, ſicut ſanctus apoſtolus ait: Ecce nos reliquim? omnia, & ſecuti ſumus te. Quid Matt. 19.
ergo erit nobis? Non enim quaſi inutilis ſeruus, quod debuit facere feciſſe ſe dixit, ſed quaſi vtilis dño, qui cōmiſſa ſibi talenta quæſitis multiplicauit vſuris: mercedem fidei atq; virtutis, bene ſibi conſcius, meritorumq; ſeurus expectat. Et ideo ei cum cæteris dicitur: Vos

[G] qui secuti estis me in regeneratione: cū sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & ipsi super duodecim sedes, iudicantes tribus Israel. At vero illi qui talēta seruauerit, etsi premia, minora tamē praemia pollicetur, dicēs: Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te cōstituam. Fides igitur ex debito, misericordia in praemio. Qui bene credidit, vt ei credat emeruit. Qui bene contulit, quoniam suum non quęsiuit, quod caeleste est impetrauit. Ideo ergo praeceptum non datur, cōsilium datur. Preceptum enim castitatis est consilium integritatis. Sed nō omnes capiunt verbum istud, sed [Matt. 19.] quibus datum est. Sunt enim spadones qui de matris vtero sic nati sunt, in quibus naturae necessitas virtus nō est castitatis. Et sunt spadones qui seipsos castrauerūt voluntate vtique, nō necessitate. Et sunt spadones qui facti sunt ab hominibus. Et ideo magna in iis continētię gratia, quia voluntas facit, non infirmitas continentē. Nam decet integrum diuini operis seruare munus, nec illis forte parū sit, lubrico corporis nō teneri. Nam etsi erepta est subeūdi istius palma certaminis, erepta etiā materia periculi, & quamuis non queunt coronari, non queunt tamē vinci. Habent alia genera virtutū quibus commendare se debeant, si fides firma sit, proflua misericordia, aliena auaritia, frequens gratia. Sed in istis nulla culpa, quia facti ignorantia. Non eadē causa corū qui in seipsos ferro vtuntur, quos non imprudēter deflex imus. Sunt enim qui virtutis loco ponāt, ferro culpā cōpescere. De quibus etsi nostrā nolumus proferre sententiam, quamuis sint statuta maiorum, considerent tamen ne quis id ad professionē infirmitatis trahat, non ad firmitatis gloriam. Ergo nemo militet, ne aliquādo [H] vincatur, nec pedis vtatur obsequio qui gradiendi periculum reformidat, nec oculi intendat officio qui concupiscentiae timet lapsum. Sed quid prodest carnē abscindere, cum etiā ipsa culpa sit in aspectu? Nam & qui viderit mulierem ad concupiscēdum, [Matth. 5] iam moechatus est eam in corde suo. Et quae similiter virū in concupiscentia viderit, adulteratur. Castos ergo non infirmos esse nos conuenit. Pudicos oculos habere, nō debiles. Nemo igitur, vt plerique arbitrātur, se debet abscindere, sed magis vincere. Victores enī recipit ecclesia, nō victos. Et quid argumētis opus? Praesto sit apostolici forma praescripti. [Gal. 5.] Sic enim habes: Vtinā & abscindantur qui volūt vos circumcidi. Cur enim coronae occasio, & virtutis vsus eripitur homini qui ad laudem natus est, ad victoriam preparatus est, qui ipse potius virtute animi castrare se possit? Sunt enī spadones qui seipsos castrauerunt propter regnum caelorū. Sed hoc non omnibus imperatur, sed ab omnibus flagitatur. Etenim qui mādata dat decretorum, semper tenere debet mēsuram: & qui pensa distribuit, aequitatē debet examinis reseruare. [Prou. 11.] Statera enim fallax abominatio est apud deum. Est ergo minus pondus & maius. Sed vtrunque non recipit [I] ecclesia. Pondus enim maius & minimū, & mensurae duplices, immūda in cōspectu domini. Vtraque sunt pēsa quae diuidit sapientia. Et ita diuidit virtutem, vt vires aestimet singulorū. Et ideo dicit: Qui potest capere capiat. Scit enim creator omnium, affectus esse varios singulorum. Et ideo praemiis virtutē prouocauit, non infirmitatem vinculis alligauit. Scit & ille gētium doctor bonus morum auriga nostrorū, & quidam interiorum rector affectuū, qui de seipso didicerat, legi mentis legem corporis repugnare, eandem tamen Christi gratiae cedere. Scit, inquā, varios cursus mentiū repugnare. Et ideo neque in tantum adhortationem integritatis intendit, vt aboleret gratiam nuptiarū, neque ita coniugium praetulit, vt studia integritatis extingueret. Sed a continentię persuasione incipiens, ad incontinētię remedia descendit. Et cum brauium supernae vocationis fortioribus demōstrasset, deficere tamen in via neminem passus est, ita plaudens prioribus, vt non despiceret & sequentes. Didicerat enim & ipse quia dominus [K] Iesus aliis panem hordeaceum ne in via deficerēt, aliis corpus suum vt ad regnum contenderent ministrauit. Nec dominus ipse preceptū imposuit, sed voluntatem inuitauit. Nec apostolus praeceptū statuit, sed cōsilium dedit. Sed non hoc humanum cōsilium, humanarū virium habere mensuram. Diuinae munus misericordię confitetur in se esse collatū, vt fideliter sciret prima preferre, secūda disponere. Et ideo existimo, inquit, nō statuo. Et existimo bonum esse propter instantem necessitatem. Non ergo copula nuptialis quasi culpa vitāda, sed quasi necessitatis sarcina declināda. Lex enī adstrinxit vxorem, vt in laboribus & in tristitia filios generet, & conuersio eius ad virum sit, quod ei ipse dominetur. Ergo laboribus & doloribus in generatione filiorū addicitur nupta, non vidua, & dominatui viri sola subditur copulata, nō virgo. Omniū autem horum virgo libera est, quae verbo dei suum spopondit affectum, quae sponsum benedictionis cum facibus expectat, bonae lumine voluntatis accenso. Et ideo prouocatur consiliis, non vinculis alligatur. Sed nec vidua praeceptum accipit, sed consilium. Consilium autem non semel datum, sed sępe repetitū. Et primo dixit: Bonum est enim mulierem non tangere. Et iterum: Volo sic omnes homi- [1. Cor. 7.] nes esse, sicut & meipsum. Et tertio: Bonum est illis si sic maneāt sicut & ego. Et quarto: Bonum est propter instantem necessitatem, & hoc placere domino, & hoc honestum esse. Postremo beatiorem esse in viduitate perseuerantem, non tantū suo consilio, sed etiam dei spiritu definiuit. Quaenam igitur talis consiliarii benignitatem recuset, qui & volūtati habenas indulgeat, & id suadeat aliis quod in se expertus vtile iudicauit, non facile comprehendi, nec fastidiosis aequari? [L] Quae igitur refugiat sancta fieri corpore & spiritu, cum supra laborem sit praemium, supra vsum gratia, supra opus merces? Atque hoc ita dico, non vt laqueum caeteris iniiciā, sed vt commissi mihi ruris operarius agrum hūc ecclesiae fertilem cernam nunc integritatis flore vernātem, nunc viduitatis grauitate pollētem, nunc etiam coniugii fructibus redundantem. Nam etsi diuersi, vnius tamen agri fructus sunt, nec tanta hortorum lilia, quantę aristae segetum, messium spicae, compluriumque spatia camporum recipiendis aptantur seminibus, q̄ redditis nouales fructibus feriantur. Bona ergo viduitas, quae totiens apostolico iudicio praedicatur. Haec enim magistra fidei, magistra est castitatis. Vnde & illi q deorum suorum adulteria & probra venerātur, caelibatus & viduitatis statuere poenas, vt aemuli criminū mulctarent studia virtutum. Specie quidem qua foecūditatem quaererent, sed studio quo propositū castitatis abolerent. Nam confectis & miles stipēdiis arma deponit, & relicto officio quod gerebat, ad propria veteranus rura dimittitur, vt & ipse exercitae laboribus vitae requiē consequatur, & alios spes futurae quietis subeundis faciat operibus prōptiores. [M] Agricola quoque maturior torquendā † aliis stiuā cōmittit, [† alīs, torquēda aliis aestiua.] & iuuenili grauatus opere prouidentiam curae senilis explorat. Vitem facilis tondere q̄ premere, vt iuuenescentem luxuriam reprimat, & adolescētem lasciuiam falce succidat, parcorum quandam partuum castitatem docēs etiam in vitibus expetēdam. Similis huic vidua velut emeritis veterana stipēdiis castitatis, etsi coniugii arma deponat, domus tamen totius pacem gubernat: & si vehēdis oneribus ociosa, maritādis tamē iunioribus prouida. Vbi cultus vtilior, vbi fructus vberior sit, quorum copiā aptior senili grauitate disponit. Itaque si maturioribus potius q̄ iunioribus committitur ager, cur putes vtiliorē nuptam esse q̄ viduā? Quod si persecutores fidei, persecutores fuerūt etiam viduitatis, vtique fidem persequentibus, viduitas non pro supplicio fugienda est, sed tenēda pro praemio. Sed fortasse aliquibus propter suscipien-

[A] dos liberos coniugia iterāda videantur. Quod si filiorum studium causa nubendi est: vtique vbi est fructus filiorum, causa non suppetit: quanq̄ cuius consilii sit iterum experiri velle frustra tētatā foecūditatē, aut subire quam pertulerit orbitatē? Haec enim iterandi causa est filios non habentibus. Ergo illa quae liberos suscepit & perdidit, (cum ipsa enim maior cōtentio quę spem generandi habet) illa, inquā, nonne sibi videtur inter ipsa repetitarum foedera nuptiarum, amissorum pretexere funera filiorum? Nonne iterum passura quod repetit, & ad ipsos votorum tumulos, exceptarum orbitatum imagines, lamentorum strepitus perhorrescit? Vel cū accensis funalibus nox ducitur, nonne pompę funebris exequias magis putat q̄ thalamū praeparari? Cur igit̄ filia dolores magis quos times repetis, q̄ filios quos iam non speras requiris? Si grauis est dolor, subterfugienda causa eius est, non petenda. Nam tibi quid consilii tribuam, quę liberos habes? Quę tibi causa nubendi, nisi forte leuitatis error, & intēperantiae vsus, & saucii cogit pectoris cōscientia? Sed consilium sobriis non [B] ebriis datur. Et ideo apud liberam conscientiam mihi sermo est, cui vtrunque integrū est. Habeat saucia remedium, honesta consilium. Tu, inquam, filia quid moliris? Cur hęredes quaeris extraneos, cum habeas tuos? Non filios desideras quos habes, sed seruitutem quam nō habes. Haec est enim vera seruitus, in qua infractior amor, quam non defloratae pignus virginitatis, & plena sancti pudoris & gratiae aetas prima commendat. Vbi offensa grauior, suspectior insolentia, cōcordia infrequentior, quam non temporibus inolitus amor, non [D] vigens annis forma conciliat. Molesta pietas, vt amare liberos metuas, aspicere liberos erubescas, atque inde oriatur causa discordiae, vnde solet mutuus amor mulcere affectus parentum. Generare liberos vis, non fratres futuros tuorum, sed aduersarios filiorū. Quid est ergo generare alios liberos, nisi spoliare quos habes liberos: quibus pariter auferuntur & pietatis officia, & compendia facultatum? Lex diuina caelesti inter se cōiuges autoritate cōstrinxit, & difficile manet mutuus amor. Tulit enim costam de viro, & formauit foeminam, vt sibi eos inuicem copularet, dicens: Et erūt duo [Gen. 2.] in carne vna. Non hoc de secundis sed primis nuptiis dixit. Neque enim Eua secūdum accepit virum, neque sancta ecclesia secundum agnouit virum. Sacramentum [Ephe. 5.] enim illud magnū est in Christo & in ecclesia. Et ideo custodiendum est. Sed neque Isaac aliam preter Rebeccam sciuit vxorem: neque Abraham pater † aliam, [† alīs, abrahā patrē cū alia, nisi &c.] nisi cum Saram sepeliuit vxorem. Nam in sancta Rachel magis figura mysterii fuit, q̄ ordo coniugii. Et tamen in ea quoque habemus quod ad primi coniugii gratiam referre possimus, si quam primo sponsam habuit, plus amauit, nec fraus exclusit affectum, nec sponsae amorem coniugii interuentus aboleuit. Itaque sanctus patriarcha nos docuit quātum deferre primis nuptiis debeamus, cum tantum primis sponsalibus ipse detulerit. Cauete igitur filiae ne & gratiam nuptiarum tenere nequeatis, & molestias augeatis.

FINIS.

CAPITA PRIMI LIBRI DE POENITENTIA.

De commēdatione moderationis erga peccatores seruandae ab iis qui illorum morbos curare debent, per exempla, scripturam, atque rationem, cum acri reprehensione eorum qui dura pro mitibus sequenda opinantur: & cum ipsi quęrant misericordiam domini, aliis eam denegāt, cuiusmodi sunt doctores Nouatianorum. Caput I.

[C] De repulsione responsionum quibus Nouatiani errorē suum defendere conantur. Caput II.

De sententia scripturae in superiori capitulo adducte, & quemadmodum fieri possit vt aliquis qui victus suppliciis deū sermone negauerit, & corde adorauerit, per poenitentiam mereatur veniam peccatorum. Caput III.

De dictorum in superiori capitulo multiplici probatione ex sacrarum scripturarū testimoniis. Cap. IIII.

De confutatione erroris Nouatianorū qui spem venię excludunt, per exēplum de illo semiuiuo relicto a latronibus, quē pius Samaritanus dominus Iesus misericordia motus curauit, & supra suum iumentum imposuit vulneratum, & a sacerdote atque leuita prętereuntibus, per quos Nouatiani intelliguntur, fuit neglectus. Cap. V.

De ecclesia Christi per coenam significata, ad quam omnes vocati sunt, siue boni siue mali: & qui se excusauerūt, Nouatiani sunt, atque ceteri hęretici, qui partem cum Christo non habebunt, eo quod poenitentiae lauacrum respuant. Cap. VI.

De multiplici potestate data discipulis a Christo, cum reprehensione Nouatianorum, qui remissionem in baptismo concedunt, sed poenitentię lauacrū negāt, cū nihil intersit inter vtrunque sacramentū. Ca. VII.

De falso intellectu scripturę quo Nouatianus errorem suum probare contendit, quē autor hic efficaciter reprobat fultus scripturę sacrę testimoniis. Ca. VIII.

Qualiter intelligēda sint verba Ioānis in canonica sua dicentis: Est peccatum ad mortē, non de illo dico vt oret quis: cū sanctus Ioannes nō ignorauerit Moysen atque Hieremiam atque Stephanū pro salute aliorū orasse, atque exauditos fuisse. Cap. IX. [E]

De eo quod nullus fidem habens exclusus sit a venia, Quod hi quoque qui post poenitentiam coronā martyrii meruerunt, maius etiam donum fidei perceperunt. De forma quoque poenitentis in semiuiuo a latronibus relicto conueniēter expressa. Cap. X.

De aliis quibusdā scripturis quibus eliditur error Nouatiani veniā post lapsum negantis, cum dominus Iesus venerit in mūdum non vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Cap. XI.

Quemadmodum testimoniis ipsius Dauid atque sancti Pauli reprobetur falsitas Nouatiani, quia castigat deus omnem filium quem recipit: & quem castigauit, morti non tradidit. Cap. XII.

[F] Quod peccantes tradantur plerunque a deo atque ab eius ecclesia in potestatem diaboli, in afflictionem carnis vt spiritus saluetur. De custodia quoque oculorum seruāda, & velamine mulierum: atque exemplo Ioseph colloquia pudica esse seruanda. Caput XIII.

De exhortatione ad castimoniae puritatē, atque fomētorū luxurię resecationē. Quod satan quoque autor sit debilitatis, in cuius potestatē per excōicationis censurā plerique dātur ad tēpus, vt spiritus saluetur. Ca. XIIII.

De ecclesiae farina, & fermentū peccatorū quemadmodum expurgetur, fermentumque haereticorū quomodo in ecclesiae farina abscōdatur. De pascha quoque nostro Christo immolato pro peccatoribus, quos inuidus a tanta gratia exclusit Nouatianus. Ca. XV.

De misericordia domini Iesu. Et quemadmodū ii qui eius clementiā non imitātur, spiritus ipsius nō sint. Et quod misericordia facta poenitentibus in praesenti, testimoniū sit remunerationis future. Ca. XVI.

De indulgentia & pietate fienda emendatis, atque seueritate erga pertinaces. Et qui sint qui circūueniantur a Satana. Et quod per interitū carnis non intellexerit apostolus eius consumptionem, sed castigationē atque vitiorum repressionem. Caput XVII.

G DIVI AMBROSII MEDIOLANEN. EPISCOPI DE POENITENTIA LIBER I.

De commendatione moderationis erga peccato=
res ſeruandæ ab iis qui illorum morbos curare debent,
per exempla, ſcripturam atq; rationem, cum acri repre
henſione eorũ qui dura pro mitibus ſequenda opinan=
tur: & cum ipſi quærant miſericordiã domini, aliis eam
denegant, cuiuſmodi ſunt doctores Nouatianorum.
Caput I.

SI VIRTVTVM finis
ille eſt maximus, qui pluri=
morum ſpectat profectũ: mo
deratio prope omnium pul=
cherrima eſt, quæ ne ipſos q;
dem quos damnat, offendit:
& quos damnauerit, dignos
ſolet facere abſolutione. De=
niq; ſola eſt quę domini quę=
H ſitam ſanguine eccleſiã pro=
pagauerit, imitatrix beneficii cęleſtis, & redemptionis
vniuerſorum, ſalubri fine temperãs, quem ferre poſſint
aures hominũ, mentes non refugere, nõ pauere animi.
Etenim qui ſtudet humanæ infirmitatis emendare vi
tia, ipſam infirmitatẽ ſuis debet ſuſtinere & quodam=
Luc. 15. modo penſare humeris, non abiicere. Nam paſtor ille
euangelicus laſſam ouem vexiſſe legitur, nõ abieciſſe.
Eccli. 7. Et Salomon ait: Noli iuſtus eſſe nimiũ. Debet enim
iuſtitiam temperare moderatio. Nam quẽadmodum
ſe tibi curandum præbeat quem faſtidio dedas, qui con
temptui ſe non compaſſioni medico ſuo putet futurũ?
Ideo dominus Ieſus cõpaſſus nobis eſt, vt ad ſe voca=
ret, non deterreret. Mitis venit, venit humilis. Deniq;
Matt. 11. ait: Venite ad me omẽs qui laboratis, & onerati eſtis,
& ego vos reficiam. Reficit ergo dominus, non exclu=
dit neq; abiicit: meritoq; tales diſcipulos elegit, qui do=
minicę voluntatis interpretes plebem dei colligerent,
non repudiarẽt. Vnde liquet eos inter Chriſti diſcipu=
los nõ eſſe habẽdos, qui dura pro mitibus, ſuperba pro
humilibus ſequẽda opinantur: & cum ipſi quęrant do=
I mini miſericordiam, aliis eam denegant, vt ſunt docto
res Nouatianorũ, qui mundos ſe appellant. Quid his
Iob. 15. ſuperbius, cũ ſcriptura dicat quia nemo mundus a pec=
Pſal. 50. catis, nec vnius diei infans: Et Dauid clamet: A deli=
cto meo munda me? Sanctiores iſti q̃ Dauid, de cuius
naſci familia Chriſtus incarnationis elegit myſterio,
cuius poſteritas aula cæleſtis eſt, vtero virginali ſuſci=
piens mundi redemptorem. Quid autem durius q̃ vt
indicant pœnitẽtiam quam non relaxent, cum vtiq; ve
niam negando incentiuũ auferant pœnitẽtiæ? Nemo
enim poteſt bene agere pœnitẽtiam, niſi qui ſperauerit
indulgentiam. Sed negant iis oportere reddi commu=
nionem, qui præuaricatione lapſi ſunt. Si vnum tantũ
crimen exciperent, dure quidem, ſed tamen diuinis tan
tum redargui viderẽtur ſententiis, aſſertionibus tamẽ
ſuis cõuenirent. Dominus enim crimen nullũ excepit,
qui peccata donauit omnia. At cũ omia peccata Stoi=
corum quodam more paribus putent æſtimanda mẽ=
ſuris, & ęque eum qui gallum, vt aiunt, gallinaceũ, atq;
illum qui patrem ſuffocauerit, in perpetuũ aſſerant cæ=
leſtibus abdicãdũ myſteriis: quomodo vnius criminis
obiiciunt reos, cũ indigniſſimum eſſe nõ poſſint etiam
ipſi negare, vt paucorum pœna veniat ad multos?

De repulſione reſponſionum quibus Nouatiani er=
rorem ſuum defendere conantur. Caput II.

SED aiunt ſe domino deferre reuerentiã, cui K
ſoli remittẽdorum criminũ poteſtatem re=
ſeruẽt. Immo nulli maiorem iniuriã faciũt,
q̃ qui eius volunt mãdata reſcindere, cõmiſ=
ſum munus refundere. Nam cũ ipſe in euãgelio ſuo di=
xerit dominus Ieſus: Accipite ſpiritum ſanctum. quo= Ioan. 20.
rum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ reti
nueritis, detenta erunt: Quis eſt ergo qui magis hono
rat, vtrum qui mandatis obtẽperat, an qui reſiſtit? Ec=
cleſia in vtroq; ſeruat obediẽtiam, vt peccatũ & alliget
& relaxet. Hæreſis in altero immitis, in altero inobe=
diens, vult ligare quod nõ reſoluat, non vult ſoluere qđ
ligauit: in quo ſe ſua damnat ſentẽtia. Dominus enim
par ius & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, qui vtrũq; pa
ri conditione permiſit. Ergo qui ſoluendi ius nõ habet,
nec ligandi habet. Sicut enim ſecundũ dominicam ſen
tentiã, qui ligandi ius habet, & ſoluendi habet: ita iſto=
rum aſſertio ſeipſam ſtrangulat, vt quia ſoluẽdi ſibi ius
negant, negare debeant & ligãdi. Quomodo igitur po
teſt alterum licere, alterum non licere? Si quibuſdã da=
tum vtrunq; eſt licere, aut vtrunq; nõ licere, certum eſt
eccleſiæ vtrũq; licere, hæreſi vtrunq; nõ licere. Ius enim
hoc ſolis permiſſum ſacerdotib⁹ eſt. Recte igitur eccle=
ſia vendicat, quæ veros ſacerdotes habet: hæreſis ven=
dicare nõ poteſt, quę ſacerdotes dei non habet. Non vẽ
dicando autem ipſa de ſe pronũciat, quod cum ſacerdo= L
tes non habeat, ius ſibi vendicare nõ debeat ſacerdota=
le. ita in impudenti cõtumacia pudentem cernimus cõ
feſſionem. Spectat etiam illud, quoniã qui ſpiritũ ſan=
ctum accipit, & ſoluendi peccati poteſtatem & ligandi
accipit. Sic enim ſcriptum eſt: Accipite ſpiritũ ſanctũ.
quorum remiſeritis peccata, remittuntur: & quorũ reti
nueritis, detenta erunt. ergo qui ſoluere nõ poteſt pec=
catum, non habet ſpiritum ſanctum. Munus ſpiritus
ſancti eſt officium ſacerdotis, ius autem ſpiritus ſancti
in ſoluendis ligandiſq; criminibus eſt. Quomodo igi=
tur munus eius vendicant, de cuius diffidũt iure & po=
teſtate? Quid quod inſolentiores ſunt? Nam cũ ad mi
ſericordiam prõptior q̃ ad ſeueritatem ſit ſpiritus dei,
quod ait ſe velle, id noluũt: quod nolle, hoc agunt: cũ vin=
dicare iudicis ſit, remittere miſericordis. Tolerabilius
igitur Nouatiane remitteres q̃ ligares. Aliud enĩ qua=
ſi delinquendi parcens vſurpares, aliud quaſi ærumnę
cõpaſſus ignoſceres. Sed aiunt ſe exceptis grauioribus
criminibus relaxare veniam leuioribus. Non hoc qui= M
dẽ autor veſtri erroris Nouatian⁹ ait, qui nemini pœni
tentiam dandam putauit, ea ſcilicet cõtemplatione, vt
quod ipſe non poſſet ſoluere, non ligaret, ne ligãdo ſpe=
rari a ſe faceret ſolutionem. In eo igitur patrem veſtrũ
propria damnatis ſentẽtia, qui diſtinctionem peccato=
rum facitis quæ ſoluenda a vobis putetis, & quæ ſine
remedio eſſe arbitremini. Sed deus diſtinctionẽ non fa=
cit, qui miſericordiam ſuam promiſit omnibus, & rela
xandi licentiam ſacerdotibus ſuis ſine vlla exceptione
cõceſſit. Sed qui culpam exaggerauerit, exaggeret etiã
pœnitentiã. Maiora enim crimina maioribus abluun
tur fletibus. Ita nec Nouatianus probatur, qui veniã
interduſit omnibus: nec vos imitatores eiuſdem & cõ=
demnatores, qui ibi minuitis ſtudia pœnitẽtię, vbi au=
geri oportet, quia grauiora peccata maiorib⁹ ſuſtentan
da fulcris docuit Chriſti miſericordia. Quę autem iſta
peruerſitas eſt, vt vobis vendicetis poſſibilia conceſſa,
deo (vt ipſi dicitis) ĩpoſſibilia reſeruetis? hoc eſt ſibi eli=
gere cauſas ignoſcẽdi, deo materiem feriendi relinque=
re. Et vbi eſt illud: Sit autem deus verax, omnis autẽ Rom. 3.
homo mendax, ſicut ſcriptum eſt: Vt iuſtificeris in ſer Pſal. 50.
monibus tuis, & vincas cum iudicaris? Vt cognoſca=
mus igitur deum miſericordiæ magis indulgentẽ eſſe
q̃ ſeueritatis tenacẽ, ipſe ait: Miſericordiam malo q̃ ſa= Ozee. 6.
crificium. Quomodo igitur veſtrũ poteſt acceptũ eſſe
ſacrificium deo, qui negatis miſericordiã, cum ipſe di=

A cat nolle ſe mortem peccatoris, ſed correctionẽ? Cuius
Roma. 8. interpres apoſtolus ait: Quia deus filiũ ſuum mittens
in ſimilitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit
peccatũ in carne, vt iuſtificatio legis impleretur in no=
bis. Non ſimilitudine carnis ait, quia Chriſtus verita=
tem ſuſcepit carnis humanę. Non ſimilitudinem, neq;
in ſimilitudine peccati ait, quia peccatum non fecit, ſed
peccatum pro nobis factus eſt: ſed venit in ſimilitudine
carnis peccati, hoc eſt, ſuſcepit ſimilitudinẽ carnis pec=
catricis. Ideo ſimilitudinem, quia ſcriptũ eſt: Et homo
eſt, & quis agnoſcit eum? Homo erat carne, ſecundum
hominẽ qui agnoſceretur, virtute ſupra hominem qui
non agnoſceretur. ita & hic carnem habebat noſtram,
ſed carnis huius vitia non habebat. Non enim ſicut o=
mnis homo eſt, ex virili erat & fœminea permixtione
generatus, ſed natus de ſpiritu ſancto & virgine imma
culatum corpus ſuſceperat, quod non ſolum nulla vitia
maculauerant, ſed nec generationis aut cõceptionis cõ
cretio iniurioſa fuſcauerat. Nam omnes homines ſub
peccato naſcimur, quorũ ipſe ortus in vitio eſt, ſicut ha=
Pſal. 50. bes lectum dicente Dauid: Ecce enim in iniquitatibus
cõceptus ſum, et in delictis peperit me mater mea. Ideo
Roma. 7. Pauli caro corpus mortis erat, ſicut ipſe ait: Quis me
liberabit de corpore mortis huius? Chriſti autem caro
damnauit peccatũ quod naſcendo non ſenſit, quod mo=
riendo crucifixit, vt in carne noſtra eſſet iuſtificatio per
gratiam, vbi erat ante colluuio per culpã. Quid ergo
dicemus ad hæc, niſi quod dixit apoſtolus: Si deus pro
Roma. 8. nobis: quis contra nos? Qui filio proprio non pepercit,
ſed pro nobis omnibus tradidit eũ, quomodo non etiã
cum illo omnia nobis donauit? Quis accuſabit aduer=
B ſum electos dei? Deus qui iuſtificat: Quis eſt qui da=
mnet? Chriſtus qui mortuus eſt, immo qui & reſurre=
xit, qui eſt in dextera dei, qui etiam interpellat pro no=
bis. Pro quib⁹ ergo Chriſtus interpellat, eos Nouatia=
nus accuſat. Quos Chriſtus ad ſalutẽ redemit, eos No
uatianus damnat ad mortem. Quibus Chriſtus dicit:
Matt. 11. Tollite iugum meũ ſuper vos: & diſcite a me quia mi=
tis ſum: Nouatianus dicit, immitis ſum. Quib⁹ Chri=
ſtus dicit: Inuenietis requiem animabus veſtris: iugũ
enim meũ ſuaue eſt, & onus meum leue eſt: his graue
onus & durum imponit iugũ Nouatianus. Q; propen
ſus igitur ad miſericordiã ſit dominus Ieſus, licet iſta
ſatis inſtruant, tamen ipſe etiam te doceat, quia cũ ad=
uerſus impreſſionẽ perſecutionis inſtruere nos vellet,
Matt. 10. ait: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autẽ
C non poſſunt occidere: ſed potius eum timete qui poteſt
animã & corpus mittere in gehennã. Et infra: Omnis
ergo qui confeſſus me fuerit corã hominibus, cõfitebor
& ego eum coram patre meo qui eſt in cælis. Qui autẽ
negauerit me coram hominibus, negabo & ego eũ co=
ram patre meo qui eſt in cælis. Vbi confitetur, pro o=
mnibus confitetur, omnes complectitur: vbi negat, nõ
omnes negat. Sicut enim ſupra habet: Omnis qui me
confeſſus fuerit, cõfitebor & ego eum, hoc eſt, omnem.
Conſequens erat, vt infra quoq; ſic diceret: Omnis au=
tem qui negauerit me. Sed ne omnes negare videre=
tur, ita ſubiecit: Qui autem negauerit me coram ho=
minibus, negabo & ego eum. Gratiã promittit omni=
bus, non omnibus minatur iniuriam. quod eſt miſera=
tionis, exaggerat: quod vltionis, extenuat. Atq; ita ſcri
ptum eſt non ſolũ in eo libro qui ſecundum Matthæũ
ſcribitur euangelii domini Ieſu, ſed etiam in eo lectum
Luc. 12. eſt quem ſecundum Lucam reperimus: vt ſcias non o=
cioſe id poſuiſſe vtrunq;.

De ſententia ſcripturæ in ſuperiore capitulo addu=
ctæ, & quemadmodum fieri poſſit vt aliquis qui victus
ſuppliciis deum ſermone negauerit, & corde adoraue=
rit, per pœnitentiam mereatur veniam peccatorum.
Caput III.

DIXIMVS quid ſcriptũ ſit, colligamus D
ſententiam. Omnis, inquit, qui me cõfeſſus
fuerit: id eſt, ex quacunq; vita, ex quocunq;
ſtatu, qui confeſſus me fuerit, habebit remu
neratorem me confeſſionis ſuæ. Cum dicitur, Omnis,
nullus a remuneratione qui fuerit confeſſus excluditur.
Non ſimiliter, omnis qui negauerit, negabitur. Poteſt
enim fieri vt aliquis victus ſuppliciis, ſermone neget,
& corde adoret. Nunquid eadẽ cauſa eſt eius qui ſpon=
te neget, & eius quem tormenta inclinauerint ad ſacri=
legium, non volũtas? Q; indignum autem, cum apud
homines valeat certaminis gratia, vt apud deũ non va
lere aſſeratur? Nam ſæpe in hoc athletarũ ſeculari cer=
tamine etiam victos quorũ fuerint certamina probata,
vulgus hominum cum victoribus coronare cõſueuit,
maxime q̃s viderit aut forte dolo aut fraude excluſos† †al's exci=
victoria. Chriſtus ergo athletas ſuos quos viderit gra= ſos: al's ex=
uibus pauliſper ceſſiſſe ſuppliciis, ſine venia patietur cuſſos: vt
manere? Nunquid non habebit remunerationem labo de pœni.
ris, qui etiam quos proiicit, non in æternũ proiicit? Di diſti. i. põt
cit enim Dauid: Non in æternum proiiciet deus. Et cõ fieri.
tra hunc audiemus hæreſim dicẽtem: Proiicit in æter= Pſal. 76.
num? Nec in finẽ, inquit, miſericordiã ſuam abſcindet
a generatione in generationẽ, aut obliuiſcetur miſere=
ri deus, clamat propheta: & ſunt qui diuinæ miſeratio=
nis quędam inducant obliuia? Sed aiunt ideo ſe iſta aſ=
ſerere, ne mutabilem deum facere videantur, ſi iis qui=
bus fuerat iratus, ignoſcat.

De dictorum in ſuperiori capitulo multiplici proba= E
tione ex ſacrarum ſcripturarũ teſtimoniis. Cap. IIII.

QVID ergo? Repudiabimus diuina oracu=
la, & opiniones iſtorum ſequemur? Sed nõ
deus alienis aſſertionibus, ſed ſuis æſtimã=
dus vocibus eſt. Quid enim prõptius ede=
re poſſumus in fine eius miſericordiæ, q̃ quod ipſe per
prophetam Ozee, quibus tanq̃ iratus minabatur, cõti=
nuo tanq̃ reconciliatus indulget? Ait enim: Quid tibi Ozee. 11.
faciã Effrem, aut quid tibi faciã Iuda? Et infra: Quo=
modo te conſtituam? Velut Adama efficiam te, & ſi=
cut Seboim. In ipſa indignatione velut patrio quodã
affectu hęret quomodo ad pœnam tradat errãtem. Et
ſi Iudæus miretur, deus tamen adhuc ſecũ examinat.
Sed cõtinuo qui dixerat, ſicut Adama faciã te, & ſicut
Seboim, quæ duæ vrbes ex viciſia Sodomorũ parilis
excidii traxere conſortium: Conuerſum eſt inquit cor
meum, in eo ipſo conturbata eſt pœnitentia mea. Non
faciam ſecundum iracũdiam furoris mei. Nonne appa
ret quod ideo nobis peccantibus indignetur dominus
Ieſus, vt indignationis ſuæ nos furore conuertat? Indi
gnatio ergo eius non vltionis executio, ſed magis ab= F
ſolutionis operatio eſt. Sic enim dixit: Si conuerſus in=
gemueris, ſaluus eris. Expectat gemitus noſtros, ſed tẽ
porales, vt remittat ppetuos. Expectat lachrymas no=
ſtras, vt profundat pietatẽ ſuam. Sic in Euangelio, vi=
duæ matris lachrymis cõpaſſus, filiũ eius reſuſcitauit.
Expectat cõuerſionem noſtrã, vt reuertamur & ipſi ad
gratiam: quæ, ſi nullus lapſus nobis irreperet, in nobis
perſeueraret. Sed quia peccatis noſtris cõtrahimus of=
fenſam, indignatur vt humiliemur, humiliamur vt di=
gni ſimus magis miſeratione q̃ pœna. Doceat te certe
Hieremias dicens: Quia non repellet in æternũ domi= Threñ. 3.
nus, quoniam cũ humiliauerit, inquit, miſerebitur ſecũ
dum multitudinem miſericordiæ ſuæ: Quia nõ humi
liauit toto corde ſuo, neq; repulit filios hominum. Hoc
certe in threnis Hieremiæ legimus. Et ex his vel cete=
ris quæ ſequuntur, aduertimus quia ideo humiliat ſub
pedes ſuos omnes vinctos terræ, vt iudiciũ eius decli=
nemus. Sed nec toto corde humiliat peccatorẽ vſq; ad
terram, qui etiam de terra ſuſcitat inopem, & de ſterco=

G re erigit pauperem. Non enim ex toto corde humiliat, qui se veniæ reseruat. Quod si non ex toto corde omnẽ humiliat peccatorem, quanto magis eũ qui non ex toto peccauit? Nã sicut dixit de Iudæis: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me: fortasse & de aliquibus lapsis dicat: Isti labiis me negarũt, sed corde mecũ sunt. Vicit eos pœna, non auertit perfidia. Sine causa autem iis aliqui veniam negant, quorum fidem eo vsq; cõsectatus persecutor est, vt eam studeret expugnare tormentis. Negarunt semel, sed quotidie confitentur. Negarũt sermone, sed confitẽtur gemitibus. Confitentur eiulatibus, confitentur fletibus, confitentur liberis non coactis vocibus. Cesserunt quidem ad tempus diaboli tentationi, sed etiam diabolus postea recessit ab iis, quos sibi vendicare nõ potuit. Cessit ergo fletibus, cessit pœnitẽtię. Quos inuaserat alienos, perdidit suos. Nõne ita istud est, ac si quis captiuũ victæ urbis populũ abducat? Captiuus abducitur, sed inuitus qui in alienas terras necessitate contendat, intimo tamen non migret affectu, patriam secum animo vehat, quærat copiam quẽadmodũ reuertatur. Quid ergo? Cum huiusmodi reuertitur, num est aliquis qui persuadeat eum nõ recipiendũ, minore scilicet honore, sed studio propensiore, ne habeat in quo insultet aduersarius? Si armato ignoscis ei qui pugnare non potuit, non ignoscis ei in quo sola pugnabat fides? Ipsius diaboli de huiusmodi lapsis si requiramus sententiã, non ne videtur dicere: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longe est a me? Quomodo enim mecum est, qui non recedit a Christo? Sine causa autem me colere videntur, qui doctrinam Iesu custodiunt. Ego autẽ
H putabam quod mea docerent, plus damnãt dum comperta deserũt. Certe Iesus in his amplius gloriatur, dũ recipit reuertentes. Exultant omnes angeli, quia gaudium maius est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente, q̃ in nonaginta & nouem iustis qui nõ indigent pœnitẽtia. De me in cælo, de me in teris triumphus sumitur. mihi Christo perit, quãdo hi qui ad me cum fletu venerunt, cum desiderio ad ecclesiam reuertuntur. Et horum exẽplo etiam de meis peridtor, qui didicerint nihil hic esse vbi homines præsentibus provocantur præmiis: & plurimum illic, vbi gemitus, lachrymæ, ieiunia, meis epulis præferuntur.

Luc. 15.

De confutatione erroris Nouatianorum qui spem venię excludũt, per exemplum de illo semiuiuo relicto a latronibus, quem pius Samaritanus dominus Iesus misericordia motus curauit, & supra suum iumentum imposuit vulneratũ, & a sacerdote atq; leuita prętereũtibus, per quos Nouatiani intelligũtur, fuit neglectus.

Caput V.

I NOC ergo Nouatiani excludit'is. Quid est enim aliud excludere, nisi spem venię negare? Sed neq; feminiuum illũ derelictum a latronibus Samaritanus prætẽrit, sed vulnera eius oleo vinoq; curauit, prius infundẽs oleũ quo foueret, et supra iumentũ suum imposuit vulneratum, in quo eius peccata vexit omnia, nec eorum pastor despexit errantem. Vos autem dicitis: Noli me tãgere. vos dicitis volentes iustificare vosipsos: Non est proximus noster. superbiores q̃ legis peritus. Ille Christum tentare cupiebat. Ille enim dixit: Quis est meus proximus? Ille interrogat, vos negatis, sicut sacerdos ille descendens, & sicut Leuita prętereiens, qué curandũ suscipere debuistis, nec recipiẽtes hospitio, pro quo Christ⁹ duos numerauit denarios, cuius te proximũ fieri Christ⁹ iubet, vt facias in eũ misericordiam. Ipse enim est proximus, quem non solũ conformis natura coniunxerit: sed etiã misericordia copulauerit. Ab eo te alienũ superbia facis, extollẽs te frustra inflatus mẽte carnis tuę, & non tenens caput. Si enim caput teneres, aduerteres nõ tibi eũ deferẽdũ pro quo Christus mortuus est. Si caput teneres, aduerteres corpus omne cõpaginãdo potius q̃ soluẽdo in incrementũ dei per copulã charitatis & redẽptionem crescere peccatoris. Cũ igitur fructũ omnẽ auertis pœnitẽtiæ, quid aliud dicitis, nisi hoc: Nemo de vulneratis nostrũ ingrediatur hospitiũ, nemo sanetur in nostra ecclesia? Apud nos non curantur ægroti, sani sumus, medicũ non habemus necessariũ, quia ipse ait: Non opus est sanis medicus, sed his qui male habent.

k Col. 2.

Matth. 9.

De ecclesia Christi per cœnam significata, ad quam omnes vocati sunt siue boni siue mali: & qui se excusauerunt, Nouatiani sunt, atq; cęteri hęretici, qui partem cum Christo non habebunt, eo quod pœnitentiæ lauacrum respuant.

Caput VI.

L EGO domine Iesu ad ecclesiam tuã totus aduenio, quoniam Nouatianus excusat. Nouatianus dicit, Iuga boum emi. qui iugum Christi suaue nõ suscipit, & onus graue collo imponit suo, quod portare nõ queat. Nouatianus seruos tuos a quibus inuitabatur tenuit, & contumelia affectos occidit, quos iterati baptismatis labe inquinauit. Mitte ergo ad exitus viarũ, & collige bonos & malos, & debiles & cæcos & claudos introduc in ecclesiã tuã. Iube impleatur domus tua, introduc omnes ad cœnã tuam: quia qué tu vocaueris, dignũ facies si sequatur. Ille sane reiicitur qui nõ habuerit vestẽ nuptialem, hoc est amictũ charitatis, velamẽ gratiæ. Mitte, inquã, ad vniuersos, nõ excusat ecclesia tua a cœna tua. Excusat Nouatianus. Non dicit familia tua, sana sum, medicũ
L nõ requiro: sed dicit: Sana mẽ dñe, & sanabor, salua me & saluabor. Deniq; ecclesiæ tuæ species est in illa quæ accessit retro & tetigit fimbriã vestimenti tui, dicẽs intra se: Quia si tetigero vestimentũ eius, salua ero. Hæc ergo ecclesia cõfitetur vulnera sua, hæc curari cupit. Et tu quidem dñe, omnes cupis: sed non omnes curari volunt. Non vult Nouatianus, qui se putat esse sanũ. Tu domine egrũ te esse dicis, & in minimo nostram sentis infirmitatẽ, dicens: Aeger erã, & visitastis me. Nouatianus illũ minimũ visitare nescit, in quo tu desideras visitari. Tu dicis Petro excusanti ne ei pedes lauares: Nisi lauero tibi pedes, non habebis partẽ mecũ. Quod ergo isti possunt consortiũ tecum habere, qui claues regni nõ susciptunt, negantes quod dimittere peccata debeant? Quod quidẽ recte de se fatẽtur. non habẽt enim Petri hæreditatẽ, qui Petri fidẽ non habẽt, quã impia diuisione discerpunt. Sed hoc improbe, quod etiã in ecclesia donari peccata negant posse, cum Petro dictũ sit: Tibi dabo claues regni cælorum, & quæcũq; ligaueris super terrã, erunt ligata & in cęlo: & quæcunq; solueris super terrã, erũt soluta & in cælis. Cum & ipse vas electionis dominicæ dicat: Si cui autem quid donastis, &
M ego. nã & ego quod donaui, ꝓpter vos in persona Christi. Cur igitur Paulum legunt, si eum tam impie arbitrantur errasse, vt ius sibi vẽdicaret domini sui? Sed vẽdicauit acceptum, non vsurpauit indebitum.

Luc. 14.

Matt. 16.

2. Cor. 2.

De multiplici potestate data discipulis a Christo, cũ reprehẽsione Nouatianorũ qui remissionem in baptismo concedit, sed pœnitẽtiæ lauacrum negãt, cũ nihil interſit inter vtrunq; sacramentum.

Cap. VII.

V VLT dominus plurimũ posse discipulos suos, vult a seruis suis ea fieri i nomine suo, quæ faciebat ipse posit⁹ in terris. Deniq; ait: Et maiora his facietis. Dedit vt mortuos suscitarent. Et cũ ipse Saulo reddere posset vsum videdi, eum tamẽ ad Ananiam discipulũ suũ misit, vt eius benedictione, Saulo refunderẽtur oculi quos amiserat.

Ioan. 14.

A Petrum quoq; secum in mari iussit ambulare: & quia titubauit, reprehẽdit illico, eo quod dona gratiarũ fidei pauxillitate minuisset. Dedit etiã discipulis vt lux mũdi essent per gratiam, qui erat ipse lux mundi. Et quia descensurus esset ecælo, & in cælũ ascensurus, Heliã ad cælũ leuauit, inde eũ terris placito redditurus tempore. Baptizaturus quoq; in spiritu sancto & igni, per Ioannem baptismatis sacramenta prẽmisit. Omnia denique
Mar. 16. donauit discipulis suis, de quibus ait: In nomine meo dæmonia eicient, linguis loquẽtur nouis, serpẽtes tollent: & si mortiferũ quid biberint, nõ eos nocebit: supra ægros manus imponẽt, & bene habebũt. Omnia ergo dedit: sed nulla in iis hominis potestas est, vbi diuini muneris gratia viget. Cur ergo man⁹ imponitis, & benedictionis opus creditis, si quis forte reualuerit ægrotus? Cur præsumitis aliquos a colluuione diaboli per vos mundari posse? Cur baptizatis, si per hominẽ peccata dimitti nõ licet? In baptismo vtiq; remissio peccatorum omniũ est. Quid interest, vtrũ per pœnitẽtiam, an per lauacrum hoc ius sibi datũ sacerdotes vẽdicent? Vnum in vtroq; ministerium est. Sed dices quia in lauacro operatur mysteriorũ gratia. Quid in pœnitẽtia? Nõne dei nomẽ operatur? Quid ergo? Vbi vultis vẽ dicatis vobis dei gratiam? vbi vultis, repudiatis? Sed
B hoc insolentis arrogãtiæ, nõ sancti timoris est, vt fastidio vobis sint qui volũt agere pœnitentiã. Perpeti vidclicet flentiũ lachrymas nõ potestis. Non ferunt oculi vestri vilia vestimentorũ, illuuiem sordidatorum, sit perbo oculo & turmido corde delicati mei, arrogãti voce dicentes singuli: Noli me tangere, quia mũdus sum.
Ioan. 20. Dixit quidẽ dominus ad Mariam Magdalenã: Noli me tãgere: sed non dixit, quia mũdus sum, qui mũdus erat. tu audes Nouatiane mũdũ te dicere, qui & si operibus mundus esses, hoc solo verbo fieres immundus?
Esa. 6. Esaias dicit: O miser ego, & cõpũctus corde: quia cum sim homo, & immũda labia habeã, in medio quoq; populi immũda labia habentis inhabitẽ. & tu dicis, mundus sum, cum mundus nõ sit (vt scriptũ est) nec vnius
Iob. 15. diei infans? Dauid dicit: Et a delicto meo munda me.
Psal. 50. qué vtiq; misericordiæ sępe domini iustificauit gratia. tu mundus, cũ tam iniustus sis, vt nõ miserearis, vt festucam in oculo fratris tui videas, trabem autẽ quæ in oculo tuo est, non consideres? Immundus enim apud deũ omnis iniquus. Quid autẽ iniustius, q̃ vt velis tibi dimitti peccata tua, cũ roganti ipse non putes remittenda? Quid iniustius, q̃ vt te iustifices in quo damnas alterum, cum grauiora cõmittas? Deniq; remissionem
C celebraturus peccatorum nostrorum dominus Iesus di-
Matth. 3 centi sibi Ioanni: Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad mẽ? respondit: Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Et dominus quidem venit ad peccatorem, cum peccatum ipse non haberet, & baptizari voluit, cui mundari necesse non erat.

De falso intellectu scripturæ quo Nouatianus errorem suum probare cõtendit, quem autor hic efficaciter reprobat fultus scripturę sacrę testimoniis. Ca. VIII.

N OS quis ferat, qui putatis vobis opus nõ esse mundari per pœnitentiã: quia mundatos dicitis vos esse per gratiã, quasi iam peccare vobis impossibile sit? Sed dicent. Scriptum est: Si peccauerit homo in hominem, orabũt pro eo ad dominum. si autem in dominũ peccauerit homo, quis orabit pro eo? Primũ, vt supra iam dixi, tunc te ista paterer obiicere, si solis prævaricatoribꝰ nõ relaxares pœnitentiã. Tamẽ quid scrupuli ista afferret quæstio? Nõ enim scriptũ est: Nullus orabit pro eo, sed quis orabit?
Psal. 14. hoc est, quis ille sit qui in tali causa orare possit, quæritur, non excluditur. Deniq; habes in psal. xiiii. Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mõte sancto tuo? Nõ enim nullus, sed probatus habitabit. D Nec hoc dicit quod nemo requiescat, sed requiescat electus: vt scias hoc esse verũ quod non multo post in psal. xxiii. ait: Quis ascẽdet in montẽ domini, aut quis stabit in loco sancto eius? id est, non quicũq; de vulgo, nec plebeiæ vilitatis aliquis, sed vitæ egregiæ, singularisq; meriti. Et vt scias quia cũ dicitur, quis, non intelligitur nullus, sed aliquis significatur: cũ dixisset: Quis ascendet in montem dominĩ? subiecit: Innocẽs manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanũ animã suam. Et alibi: Quis sapiẽs & intelliget hęc? Nũquid dicit, quia nullus intelliget? Et in Euangelio: Quis fidelis dispen-
Luc. 12. sator & prudens, quẽ constituet dominus super familiã suam, vt det illis in tempore tritici mẽsuram? Et vt cõprehendas quia de eo dixit qui vtiq; est, nõ de eo qui nõ est, subiũxit: Beatus ille seruus, quem cum venerit dñs inuenerit sic facientem. Et illud ita opinor dictũ: Deus
Psal. 82. qui s similis tibi? non vtiq; nullus: quia imago patris, filius est. Similiter igitur accipiẽdum: Quis orabit pro eo? hoc est, singularis vitæ aliquis debet orare p eo qui peccauit in dominũ: quia quo maior culpa, eo maiora sunt quærẽda suffragia. Nõ enim quicũq; de vulgo pro
E Iudæorum populo, sed Moyses rogauit, quãdo vituli caput fidei immemores adorauerũt. Numquid errauit Moyses? At certe quia non errauit: q̃d rogauit, & meruit, & impetrauit. Quid enim talis affectus nõ impetraret, quando se obiecit pro populo dicẽs: Et nunc si di-
Exo. 32. mittis illis peccatũ, dimitte: sin autem, dele me de libro vitæ? Vides quia non tanq̃ delicios⁹ intercessor & fastidii plenus sibi consulat, ne offensionẽ cõtrahat: quod Nouatianus metuere se dicit: sed magis omnium memor, sui immemor, offendere nõ timebat ipse, vt plebẽ ab offensionis periculo exueret & liberaret. Merito ergo scriptum est: quis orabit pro eo, hoc est, talis qualis Moyses, qui se offerat pro peccãtib⁹? talis qualis Hieremias, cui prophetæ cũ esset dictum a domino deo nostro, Noli orare pro populo isto: tamen orauit: & veniã
Hiere. 7. promeruit. Deniq; intercessione prophetica, & obsecratione tanti vatis inflexus dominus dicit ad Hierusalẽ, quoniam ea quoq; pœnitentiam pro delictis egerat, dicens: Domine omnipotẽs deus Israel, anima in angu-
Baruch. 3 stiis, & spiritus anxius clamat ad te: Audi dñe, & miserere. Et iubet luctus vestimẽta deponi, & abiici gemitus pœnitẽtiæ. Sic enim scriptũ est in fine libri: Exuere
Baruch. 5 Hierusalem stola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decorem eius quæ a deo tibi data est gloriæ in æternũ.

Qualiter intelligenda sint verba Ioannis in canonica sua dicẽtis: Est peccatũ ad mortẽ, non de illo dico vt
F oret quis: cũ sanctus Ioannes nõ ignorauerit Moysen, atq; Hieremiam, atq; Stephanum pro salute aliorum orasse, atq; exauditos fuisse.

Caput IX.

P Ales igitur precatores in delictis maximis sunt requirendi. Nam si quicunq; de populo orent, non exaudiuntur. Vnde nec illa quæstio vestra quicq̃ potenit ferre põderis, quam sumitis de epistola Ioannis, dicentis: Qui scit fratrem
1. Ioan. 5. suum peccare peccatum nõ ad mortem, petat, & dabit illi vitam deus, quia non peccat ad mortem. Est peccatum ad mortem, non de illo dico vt oret. Non enim ad Moysen & Hieremiam loquebatur: sed ad populum, qui suorum peccatorum alium precatorem deberet exhibere, cui satis est si pro leuioribꝰ delictis deum precetur, grauiorum veniam iustorũ orationibus reseruandam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore, qui legisset Moysen rogasse & impetrasse vbi erat pręuaricatio voluntaria, qui sciret etiam Hieremiã rogasse? Quomodo Ioannes diceret non orandũ pro peccato quod esset ad mortem, qui ipse in Apocalypsi scripsit mãdatum angelo ecclesiæ Per-
Apoca. 2.

G gami: Habes illic tenẽtes doctrinam Balaam,qui docebat Balach mittere scandalũ coram filiis Israel,manducare immolata,& fornicari: ita & tu habes tenentes doctrinã Nicolaitarum,similiter age pœnitentiã,alioquin venio tibi? Vides quod deus qui pœntentiã exigit,veniam polliceatur? Deniq; & tibi dicit: Qui habet aures,audiat quid spiritus dicat ecclesiis: Vincenti dabo manducare manna. Nonne ipse Ioannes cognouerat Stephanum pro persecutoribus suis,qui Christi nomen audire non poterãt,deprecatũ,cum de ipsis a quibus lapidabatur, diceret: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. cuius precationis effectũ in Apostolo videmus? Paulus enim qui lapidantiũ Stephanum, vestimenta seruabat: nõ multo postea per gratiam Christi factus apostolus est,qui fuerat ante persecutor.

Actu. 5.

De eo quod nullus fidẽ habens exclusus sit a venia, quod ii quoq; qui post pœnitentiam coronam martyrii meruerunt, maius etiam donum fidei perceperunt. De forma quoq; pœnitentis in feminino a latronibus relicto conuenienter expressa. Cap. X

ERGO quia de Ioannis generali epistola sermo est,ipsius Ioannis in euãgelio scripta interrogemus, vtrũ cum vestra interpretatione cõueniãt. Scribit enim dixisse dominum:

Ioan. 3.

Quia sic dilexit deus hunc mũdum,vt filium suũ vnigenitum daret,vt omnis qui credit in ipso, non pereat: sed habeat vitam æternã. Si quem ergo lapsum reuocare cupias: vt credat,an vt non credat hortaris? Vtiq; vt credat. Sed qui credit,iuxta domini sententiã,habebit vitam æternam. Quomodo ergo prohibebis orare pro eo cui æterna vita debetur,cum diuinæ sit gratiæ fides,sicut Apostolus in diuisionibus gratiarum docet

1.Cor. 12

quia alii datur in eodem spiritu fides: Et discipuli domino dicant: Adauge nobis fidem? Qui ergo fidẽ habet,

Luc. 17.

habet vitam æternam: qui vitam habet,non est exclusus a venia. Omnis,inquit,qui credit in eũ,non pereat. Cum omnis dicitur,null? excluditur, nullus excipitur. Non enim excipit eum qui lapsus est, si tamen postea bene credat. Plurimos comperimus se reformasse post lapsum,& pro nomine dei passos. Num possumus iis martyrum consortia negare,quibus dominus Iesus nõ negauit? Audemus igitur dicere non esse his vitã reddita m,quibus Christus coronam reddidit? Sicut ergo post lapsum pleriq;, si patiantur,corona redditur: ita si credant,& fides redditur. Quæ fides dei donum est,sicut habes scriptum: Quia a deo vobis datum est nõ solum vt credatis in eum,sed etiam vt pro illo patiamini. Nunquid is qui dei donum habet,potest nõ habere indulgentiam? Non vna autem,sed duplex gratia est,vt omnis qui credit, & patiatur pro domino Iesu. Habet igitur qui credit, suam gratiam. habet autem alteram si fides eius passionibus coronetur. Neq; enim prius pateretur Petrus,sine gratia fuit: sed vbi passus est, acquisiuit alteram. Et plerisq; qui non habuerunt gratiam vt pro Iesu paterentur, habuerunt tamen gratiã vt in

Ioan. 3.

Iesum crederent. Ideo dicitur: Vt omnis qui credit in eum,non pereat. Omnis,inquit,hoc est,ex quocunque statu,ex quocũq; lapsu,si credat,perire non timeat. Potest enim fieri vt aliquem de Hierusalem descẽdentem in Hiericho,hoc est de martyrii certamine relapsum in istius vitæ cupiditatem secularemq; gratiam,vulneratum a latronibus, hoc est a persecutoribꝰ, & seminiuũ relictum,euãgelicus ille Samaritanus inueniat,qui nostrarum custos animarum est,(Samaritanus enim custos dicitur) & nõ prętereat eum,sed curet & sanet. fortasse ideo non præterit eum: quia aliquid in eo vitale agnoscit, vnde possit vitam resumere. Nonne vobis videtur ille qui lapsus est,seminiuus esse, si vitale aliquid fides spiret? Nam qui penitus deũ ex suo corde abiicit, ille mortuus est. qui ergo nõ penitus abiicit,sed per impressionem tormẽtorum ad tẽpus negauit, seminiuus est: aut si mortuus est,cur ei dicitis agendam pœnitentiam,qui iam curari nõ potest? Si seminiuus est,infunde vinum & oleum,nõ vinum sine oleo: sed quod & foueat,& remordeat. Tolle eum in iumentũ tuum,trade stabulario,duo æra ad eius curam impẽde,esto ei proximus. Proximus autem esse non potes, nisi facias misericordiam. Nemo enim potest dici proximꝰ, nisi qui curauerit,nõ occiderit. Si autem vis dici proximus,dicit tibi Christus: Vade & tu fac similiter.

k

Luc. 10.

De aliis quibusdam scripturis quibus eliditur error Nouatiani veniam post lapsum negantis, cum dominus Iesus venerit in mundũ non vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Caput XI.

ALIVD simile consideremus. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autẽ non credit filio,non videbit vitam,sed ira dei manet super eũ. Quod manet, vtiq; iam cœpit, & ex delicto aliquo cœpit,quia ante non credidit. Vbi ergo quis credit,ira dei discedit,vita autẽ accedit. Credere ergo in Christum,lucrum vitæ est. Qui enim credit in eum,non iudicatur. Sed referũt hoc loco quoniã is qui credit in Christum, custodire debeat sermonem eius. Sic enim aiunt scriptum dicẽte domino: Ego lux in hunc mũdum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat: & si quis audierit sermonẽ meum, & custodierit eum,ego non iudico eũ. Ille non iudicat, & tu iudicas? Ille dicit, vt q̃ credit in me, in tenebris nõ maneat,hoc est: & si fuit in tenebris,non permaneat in eis,errorem emendet,culpam corrigat,custodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo mortem peccatoris. sed cũ dixi supra: Quoniam qui in me credit,nõ iudicatur: & hoc custodio. Non enim veni vt iudicem mũdum: sed vt saluetur mundus per me. Libẽter ignosco, prompte indulgeo,misericordiam malo q̃ sacrificiũ, quia per sacrificium iustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. Non veni vocare iustos, sed peccatores. In lege sacrificium, in Euangelio misericordia est: lex per Moysen data est,per me gratia. Quid hoc euidentius? Deniq; & subter ait: Qui spernit me,& nõ accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Num tibi videtur accipere verba Christi, qui se nõ correxerit? Profecto non videtur. Qui ergo corrigit se,accipit verbum eius. Hoc est enim verbum eius, vt se vnusquisq; reuocet a culpa. Aut excludas igitur necesse est hãc eius sententiam: aut si negare non potes, acquiescas. Oportet eum quoque mandata custodire dominica, qui peccare desiit, delictis renunciauit. Non ergo de eo debes interpretari dictum, qui semper custodierit. Si enim hoc sensisset, addidisset,semper. Non addendo autem de eo pronunciauit, qui quod audiuit, custodierit. Audiuit autem, vt corrigeret errorem. Custodiunt igitur quod audiuit.

Ioan. 3.

Ezech. 33

Ioan. 3.

Matt. 9.

Psal. 88.

Quẽadmodum testimoniis ipsius Dauid atq; sancti Pauli reprobetur falsitas Nouatiani: quia castigat deus omnem filium quẽ recipit: & quem castigat, mõti non tradit. Caput XII.

QVAM vero durũ sit vt ad pœnã vocetur perpetuã qui vel postea custodit dñi mãdata, ipse te doceat qui etiã non custodientibus mãdata sua veniã nõ negauit, sicut habes in psalmi corpore: Si iustitias meas pphanauerint, & mãdata mea nõ custodierint, visitabo in virga iniquitates eorũ, & in flagellis delicta eorũ, misericordiã autẽ meã non dispergã ab eis. Omnibus igitur promittit misericordiam. Sed ne sine iudicio hanc esse misericordiã pu-

A tes, est discretio inter eos qui perpetuã detulerint obedientiam mandatis cælestibus, & inter eos qui aliquãdo vel errore vel necessitate lapsi sint. Et ne nostro circumscribi te argumẽto putes, Christi iudicium accipe.

Luc. 12.

Et enim ait: Si sciens seruus voluntatẽ domini, & nõ fecit, vapulabit multis: si autem nescit, vapulabit paucis. Vterque igitur si credat,recipitur,quia castigat omnem filium deus quẽ recipit: & quem castigat,morti

Psal. 117.

vtiq; non tradit,quia scriptum est: Castigãs castigauit me dominus,& morti nõ tradidit me. Deniq; Paulus docet non deserendos eos qui peccatum ad mortẽ fecerint: sed potius lachrymarũ paribus, & potu coercendos flebili, ita tamen, vt ipsa moderata esset tristitia. Hoc enim significat: Et potum dabis eis in lachrymis in mensura. vt ipsa mœstitia mensuram habeat, ne forte abundantiore tristitia absorbeatur qui agit pœniten-

2.Cor. 4.

tiam, sicut scripsit ad Corinthios Paulus: Quid vultis? in virga veniam ad vos,an in charitate & spiritu mansuetudinis? Sed nec virga grauis est, quoniam legerat:

Prou. 23.

Tu quidem percuties eum virga, animã autem eius a morte liberabis. Quid esset in virga venire,docet inuectio fornicationis, accusatio incesti, reprehensio tumoris, qđ inflati essent, quos magis lugere oporteret, postremo condẽnatio rei, vt tolleretur a cõsortio communionis, & traderetur aduersario, nõ ad interitũ animę, sed carnis. Sicut enim dominus in animam sancti Iob potestatem non dedit, sed in carnẽ eius permisit licentiam, ita & hic traditur Satanæ in interitum carnis, vt

L

serpens terram eius lingeret, animæ non noceret. Moriatur ergo caro nostra cupiditatibꝰ, sit captiua, sit subdita, nec legi mẽtis nostræ repugnet, sed bonæ seruitu-

B

ti subiecta moriaẽ, sicut in Paulo, qui castigabat corpus suum vt seruituti rediger et, quo probabilior fieret prædicatio si lex carnis eius cũ lege mentis congrueret & cõueniret. Interit enim caro cũ sapientia eius transit in spiritum, vt iam non quæ carnis sunt sapiat, sed quæ sunt spiritus. Vtinam videam infirmari carnẽ meam, vtinam non trahar captiuus in legem peccati, vtinam non in carne viuã, sed in fide Christi. Et ideo maior in infirmitate corporis gratia q̃ in salute. Deniq; & Paulum quem multum dilexit, noluit liberare ab infirmitate carnis, cui petenti vt discederet a se infirmitas, respõ-

2.Cor. 12

dit: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficitur. Et Paulus plus sibi in infirmitatibus placet dicens: Cum infirmor, tunc potens sum. Consumitur enim carnis in infirmitatibus, animæ fortitudo.

Quod peccantes tradantur plerumque a deo atq; ab eius ecclesia in potestatem diaboli in afflictionẽ carnis, vt spiritus saluetur. De custodia quoq; oculorũ seruanda, & velamine mulierum, atq; exemplo Ioseph collo-

C

quia pudica esse seruanda. Caput. XIII.

EXPLANAVIMVS Pauli sententiã, nunc verba ipsa cõsideremus, qua ratione dixerit quod tradiderit eũ Satanæ in interitũ carnis, quia tentator noster diabolus est. Nã debilitates mẽbris singulis inferre, & ægritudines toto solet mouere corpori. Deniq; percussit sanctũ Iob vlcere malo a pedibus vsq; ad caput, quia in potestatẽ acceperat interitũ carnis eius, dicẽte deo: Ecce trado tibi eũ, tantũmodo animã eius custodi. Hoc iisdem verbis Apostolus trãstulit dicẽs quod tradiderit huiusmodi hominem Satanæ in interitũ carnis, vt spiritus saluus sit in die dñi nostri Iesu Christi. Magna potestas, magna gratia, quæ imperat diabolo vt se ipse destruat. Se enim destruit cũ hominem quẽ tentãdo supplãtare studet, ex infirmo fortiorẽ efficit: quia dum carnem debilitat, mẽtem eius corroborat. Ægritudo enim carnis peccatum repellit, luxuria autem carnis culpã adolet. Illuditur ergo diabolus, vt ipso mortis suæ vulnere cõtra se armet

Iob. 2.

quem debilitandũ putauit. Sed & sanctũ Iob magis armauit postea q̃ vulneraui t, qui totũ corpus diris perfusus vlceribus, diaboli quidẽ morsum pertulit, sed venena non sensit. Et ideo bene ei dictũ est: Adduces draconem in hamo, ludes eum sicut autem, ligabis eum sicut passerem, puer imponet super eum manũ. Vides quẽadmodum a Paulo illudatur, vt in cauernã eius sicut puer ille propheticus manũ mittat, & nihil serpens noceat ei, de latebris eruat eum, de veneno eius faciat spiritale antidotum, vt quod venenũ est, medicamentum fiat: venenum ad interitũ carnis, medicamẽtum sit ad salutem spiritus. Quod enim nocet corpori, iuuat spiritum. Manducet ergo terram meã serpens, dentẽ carni infigat, cõterat corpus, dicat dominus et de me, Trado tibi eum, tantũmodo animã eius custodi. Quanta vis Christi, vt custodia hominis imperetur etiam ipsi diabolo, qui semper vult nocere. Dominũ ergo Iesum nobis propitiemus. Imperãte Christo & diabolus ipse sit prædæ suæ custos. Vel inuitus mãdatis obsecũdat cęlestibus, & quãuis inuitus tamẽ mansuetis obsequitur imperiis. Sed quid ego cõmendo obsequiũ eius? Sit ille semper malus, vt sit bonus deus semper, qui malitiã eius nobis in gratiam cõuertit. Vult nocere ille, sed nõ potest si Christus obsistat. Carnẽ vlcerat, sed custodit animã. Terram deuorat, sed referat spiritum. Deniq; scriptũ est: Tũc lupi & agni simul pascentur, leo & bos

Esaie. 65.

palcam manducabũt, serpẽs autem terrã vt panem: & non nocebunt neq; vastabunt in monte sancto meo, dicit dominus. Damnati enim serpentis hęc est sententia: Erit tibi terra cibus. Quæ terra? Ea vtiq; de qua dictũ

E

est: Terra es, & in terram ibis. Hãc terrã serpẽs mãducat si propitius est nobis dominus Iesus, vt nõ compatiatur anima carnis debilitati, non accendatur vapore corporis, & calore membrorũ. Bonũ est nubere magis

Gen. 3.

1.Cor. 7.

q̃ vri. Est enim flamma quæ interna vrit. Vnde himc ignẽ non alligemus in sinu mentis, & recessu pectoris, nec interioris nostri vramus exuuias, & forense hoc nostræ animæ vestimentũ velamenq; carnale edax libidinis flãma consumat, sed trãseamus per ignẽ. Et si quis incidit amoris incendiũ, trãsiliat, & nõ alliget adulteriam cupiditatẽ vinculis cogitationũ, nullos sibi nodos assiduæ nexu meditationis adstringat, nõ intẽdat sæpius in formã mulieris meretricis, nec adolescentula ad vultũ iuuenis oculos leuet. Et si fortuita aspexit, & capta est, q̃to magis capietur si curiosa aspexerit? Vel consuetudo nos doceat. Ideo velamine obnubit caput suum mulier, vt etiam in publico tuta verecũdia sit. nõ facile vultus eius in adolescentis oculos occurrat, nuptiali velamine tecta sit, ne vel fortuitis occursibus pateat ad vulnus vel alienũ, vel suum: sed vtiq; suũ vulnus est. Q̃d si tegmine caput velat, ne temere aut videatur aut videat, (dũ enim caput velatur, vult? absc̃ditur) quanto magis velare se debet pudoris tegmine, vt etiam in publico habeat suũ ipsa secretũ? Verũ esto incideri t oculus, sed non intendat affectus. Non enim vidisse crimen est: sed cauendum ne origo criminis sit. Videt carnalis oculus, sed premat cordis oculos, mentis maneat verecundia. Habemus immortalem & indulgẽtem dominũ. Dixit quidem propheta: Nolo intendas in formam mulieris fornicarię. Sed tamen dominus dixit: Qui viderit mulierem ad concupiscendũ

Prouer. 6

Matth. 5

eam, iam adulterauit eã in corde suo. Non dixit, si quis viderit, adulterauit: sed si quis ad cõcupiscendũ viderit. non aspectũ, sed affectum queſiuit. Bonus tamẽ pudor qui ipsos corporis oculos sic premere consuetuit, vt sępe nõ videamus etiã quod videmus. Et enim specie aspicere videmur quicquid occurrerit: sed si non misceatur animi intẽtio, hic quoq; secundum carnis officium nostr aspectus vanescit, ita plus videmus animo q̃ corpore. Et si viderit caro, ignem non alligemus in sinu, hoc est, in secreto mẽtis, animiq; arcano. Non implicemus

G ignem hunc ossibus, non ipsi nobis nodos inuiciamus, non misceamus sermonem aliquem cum huiusmodi, vnde exæstuet ignis. Adulterinus sermo iuuenculæ, nodus adolescentium est. Verba adolescentis vincula sunt amoris. Vidit hunc ignē Ioseph quando cū adulterii cupida mulier allocuta est, voluit eum capere sermone, misit laqueos labiorum suorum, sed pudicū virum ligare non potuit. Soluit enim vincula mulieris vox pudoris, sermo grauitatis, habena cautelę, fidei custodia, castimoniæ disciplina. Capere igitur eū retibus suis impudica nō potuit, misit manum, & apprehēdit vestem eius, vt nodū stringeret. Verba petulantis mulieris cupiditatū retia sunt, manus eius amoris nodus est. Sed nec retibus capi potuit mens pudica, nec nodo excussa vestis, solutus est nodus: & ideo quia non alligauit ignem in suum mētis suæ, non combussit corpus suum.

De exhortatione ad castimoniæ puritatem, atq; fomentorum luxuriæ resecationem. Quod Satan quoq; autor sit debilitatis, in cuius potestatem per excōmunicationis censuram plerīq; dantur ad tempus vt spiritus saluetur. Caput XIIII.

VIDES ergo quia animus noster culpæ autor est. Itaq; innocens caro, sed plerūq; peccati ministra. Ergo non te vincat formæ concupiscentia. Multa retia tenduntur a diabolo, multi laquei. Oculus meretricis laqueus amatoris est. Ipsi nobis oculi nostri retia sunt, & ideo scriptum est: Neq; capiaris oculis tuis. Ipsi nobis ergo tendimus retia, quibus inuolumur & implicamur. Ipsi nobis vincula nectimus, sicut legim⁹ quia vinculis peccatorum
H suorum vnusquisq; constringitur. Et ideo transeamus ignem adolescentię, ardoremq; iuuenilis ætatis, transeamus aquam, non remaneamus in aqua, ne flumina nos profunda cōdudāt. Transeamus magis, vt & nos
Psal. 123. dicamus: Torrentem pertransiuit anima nostra. Qui
Esa. 43. enim transit, saluus est. Deniq; dominus ficait: Si trāseas per aquam, flumina tenō concludent. Et propheta
Psal. 36. dicit: Vidi impium superexaltatū vltra cedros Libani, & transiui, & ecce non erat. Transi secularia, & cecidisse aspicies altitudines impiorū. Moyses q̄q; trāsiens
Exo. 3. secularia flumina, vidit visum magnū, & ait: Transiēs videbo hoc visum. Si enim fuisset in corporis vitiis & seculi istius lubricis voluptatibus, tanta nō vidisset mysteria. Transeamus ergo & nos ignem hunc libidinis, quem timens Paulus, sed nobis timens, qui castigādo
1. Cor. 6. corpus suum fecerat vt iam non timeret sibi, dicit nobis: Fugite fornicationem. Fugiamus ergo tanq̄ sequētem, quæ non post nos, sed in nobis sequitur. Nosmetipsos ergo videamus diligenter, ne dū illam fugimus, nobiscum eam portemus. Volumus enim plerunq; fugere, sed nō penitus eam de nostro excutimus animo.
I Tollimus eam magis q̄ relinquimus. Trāsiliamus ergo eam, ne nobis dicatur:
Esa. 50. Ambulate in igne flammæ vestræ quam accendistis: quoniam sicut ille qui alligat ignem in sinu, vestimenta cōburet: sic qui ambulat super ignem, pedes cōburat necesse est, quoniam scriptū
Prou. 6. est: Ambulabit quis super carbones ignis, pedes autē non comburat? Grauis ignis est, & ideo non demus illi alimēta luxuriæ. Pascitur libido cōuiuiis, nutritur deliciis, vino accenditur, ebrietate flammatur. Grauiora his sunt fomenta verborum, quæ vino quodam Sodomitanę vitiis mentem inebriant. Cauteamus tamen & huius abundantiā vini. Vbi enī caro inebriatur: mens titubat, animus vacillat, cor fluctuat. Ideo ad vtrumque vtile præceptum est quo monetur Timotheus his verbis: Vino modico vtere propter frequentes tuas infirmitates. Cum calet corpus, tradit vaporem. cum alget
1. Tim. 5 morbi frigore caro, refrigerat animā tuam. cum dolet corpus tuum, tristis est mēs tua: sed tristitia tua in gaudium veniet. Noli ergo timere si māducetur caro tua. anima tua non deuoratur. Ideo Dauid nō timere se dicit, quia carnem eius non animā inimici edebant, sicut
Psal. 26. legimus: Dum appropinquant super me nocentes, vt edant carnes meas: Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderūt. Ruinam igitur solam facit sibi serpens. ideo serpenti traditur qui a serpente elisus est, vt quē deiecit, hunc erigat, & fiat ruina serpētis, hominis resurrectio. Satanā autem corporalis huius contritionis & carnalis autorem debilitatis scriptura ostēdit, Paulo dicēte: Datus est mihi stimulus carnis meę
2. Cor. 12. angelus Satanę, vt me colaphizet, vt non extollar. Sic enim curare Paulus didicit, quemadmodū ipse sanatus est. Bonus itaq; doctor dum promittit alterum de duobus, vtrumq; donauit. Venit in virga: quia a cōmunione sacra conuictū remouit. Et bene dicitur tradi Satanæ qui separatur a Christi corpore. Venit etiam in charitate spirituq; mansuetudinis: vel quia sic tradidit vt spiritum eius saluum faceret: vel quia eum quē ante sequestrauerat, postea sacramētis reddidit. Nam & sequestrari oportet grauiter lapsum, ne modicum fermē
1. Corin. 5 tum totam massam corrumpat. Expurgandum est ve tus fermentum, vel in singulis vetus homo, hoc est exterior homo cum actibus suis, vel in populo inueteratus peccatis, vitiisq; concretus. Bene dixit expurgandum, non proiiciendum. Quod enim expurgatur, non totū iudicatur inutile. Ideo enim purgatur, vt vtile ab inutili separetur. Quod autem proiicitur, nihil vtile habere creditur.

De ecclesiæ farina, & fermentū peccatorū quemadmodum expurgetur, fermentumq; hæreticorū quomodo in ecclesiæ farina absondatur. De pascha quoq; nostro Christo immolato pro peccatoribus, quos inuidus a tanta gratia exclusit Nouatianus. Cap. XV.

QUAM tū igitur apostolus addendū sacramētis iudicauit cęlestib⁹? si purgari se ipse vellet. Et bene ait: Expurgate. Velut operibus enī quibusdā totius populi purgatur, & plebis lachrymis abluitur, qui orationib⁹ & fletibus plebis redimitur a peccato, & in homine mūdatur interiore. Donauit enim Christus ecclesię suę, vt vnū per oēs redimeret, quę dīi Iesu meruit aduentū, vt per vnū omnes redimerentur. Hic sensus Pauli est, quē verba obscuriorē faciūt. Cōsideremus ipsum Apostoli sermonē: Expurgate, inquit, vetus fermētū, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi. Siue q̄ tota ecclesia suscipiat onus peccatoris, cui cōpatiēdum & fletu & oratione & dolore est, & quasi fermēto eius se totā conspergat, vt per vniuersos ea quæ superflua sunt in aliquo pœnitentiā agēte, viriK tim misericordię aut cōpassionis velut collatiua quadā admixtione purgent. Siue vt illa mulier euāgelica docet, quæ typū prętēdit ecclesiæ, eo q̄ fermentū absc̄odit
Luc. 13. in farina sua donec fermētetur totū, vt mundū omne su
M matur. Docuit me dns in euangelio quid sit fermentū, dicens: Nō intelligitis, quia nō de pane dixi: Attēdite a
Matt. 16. fermēto Pharisæorū & Saduceorū. Tūc inquit intellexerunt quia nō dixit a panibus, sed a doctrina Pharisæorū & Saducæorū attēderent sibi. Hoc ergo fermentum, hoc est doctrinā Pharisæorū, & disputationē Saducæorū, absc̄odit ecclesia in farina sua, cū literam legis duriorē spiritali interpretatione mollit, & velut mola quadā suę disputationis infregit, proferēs velut de folliculis literarū, mysteriorū interna secreta, & resurrectionis fidē astruēs, qua dei misericordia prędicatur qua reparari vita creditur mortuorū. Nō absurda aūt videtur ad hūc locū assumptio cōparationis huius. Siquidem regnū cęlorū est peccatoris redēpto, & ideo farina ecclesiæ cōspergamur omnes boni & mali, vt simus omnes

A in noua conspersione. Quis autē non vereretur ne fermenti vitiosioris admixtio massam decoloraret? Ideo dixit: Vt sitis noua cōsperso, sicut estis azymi, hoc est, tales conspersio vos reddat, qualis erat innocentiæ vestræ pura synceritas. Ita si misereamur, non fuscamur peccato alieno: sed redemptionem eius acquirimus nō strę gratiæ, vt qualis erat puritas, perseueret. Et ideo addidit: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. hoc est, passio domini omnib⁹ profuit, & peccatoribus donauit redēptionem, quos flagitii pœnituit admissi. Itaq; epulemur bonum cibū pœnitentiam gerentes, læti redemptione. Nullus enim cibus est benenolētia & pietate dulcior, epulis nostris atq; lætitię nulla de peccatore seruato inuidia admisceatur, ne se ipse a domo patris quemadmodū expositus in euangelio inuidus ille frater excludat, qui fratrem receptū doluit, quē in perpetuum gaudebat exclusum. Cuius vos similes esse Nouatiani nō potestis negare, qui ideo (vt dicitis) in ecclesiam non conuenitis, quia per pœnitentiam tributa spes fuerat iis qui lapsi fuit reuertēdi. Sed hoc prætentum est specie, cæterum episcopatus amissi dolore
1. Cor. 5. succensus Nouatianus schisma composuit. Sed nō intelligitis quia de vobis quoq; prophetauit Apostolus, & vobis dicit: Et vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrū qui hoc opus fecit? Vtiq; tūc penitus tollitur, cum aboletur peccatum eius. Non enim excludēdum ab ecclesia dicit Apostolus, qui suadet esse purgandum.

B De misericordia domini Iesu. Et quemadmodū ii qui eius dementiam non imitantur, spiritus ipsius nō sint. Et q̄ misericordia facta pœnitentibus in præsenti, testimoniū sit remunerationis futuræ. Cap. XVI.

QVM igitur Apostolus peccatū remiserit, qua vos autoritate dimittendum negatis? Quis reuerentior Christi: Nouatianus, an Paulus? Sed nouerat Paulus dominū misericordem, nouerat dominum Iesum seueritate magis discipulorum offensum, q̄ misericordia. Deniq; Iacobū & Ioannem dicentes quod ignem de cælo peterēt, qui
Luc. 9. consumeret eos qui dominum recipere nolebāt, confutauit Iesus dicens: Nescitis cuius spiritus estis? filius enim hominis nō venit animas hominum perdere, sed saluas facere. Et illis quidem dixit: Nescitis cuius spiritus estis, qui ipsius erant spiritus: vobis autē dicit: Nō estis spiritus mei, qui meam demētiam nō tenetis, qui meam refutatis misericordiam, qui excluditis pœnitētiam, quam ego per apostolos meos prædicari volui in nomine meo. Frustra enim dicitis vos prædicare pœnitentiam, qui tollitis fructum pœnitentiæ. Homines enim ad aliquod studiū aut præmiis aut fructibus inci
C tantur. Omne autem studium torpescit dilatione. Et ideo dominus vt presentium fructu cumularetur deuotio discipulorum, dixit quoniam qui dimisisset omnia sua, & deum secutus esset, septies tātū reciperet & hic, & in futurum. Prius hic promisit, vt fastidia dilationis auferet. addidit & in futurum, vt hic disceres credere in futurum quoq; soluenda tibi præmia. Remuneratio igitur præsentium, testimonium futurorū est. Si quis igitur occulta crimina habens, propter Christū tamen studiose pœnitentiam egerit, quomodo istic recipit si ei communio non refunditur? Volo veniam reus speret, petat eam lachrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, vt ignoscatur obsecret, & cum secundo & tertio fuerit dilata eius communio, credat remissius se supplicasse, fletus augeat miserabilior, postea retertatur, teneat pedes brachiis, oculetur oculis, lauet
Luc. 7. fletibus, nec dimittat, vt de ipso dicat dominus Iesus: Remissa sunt peccata eius multa, quoniā dilexit multum. Cognoui quosdam in pœnitētia sulcasse vultum lachrymis, exarasse continuis fletibus genas, strauisse D corpus suum calcādum omnibus, seruo ore semper & pallido mortis speciem spiranti in corpore prætulisse.

Quibus indulgentia, quibus seueritas exhibenda. Caput. XVII.

VID expectamus vt mortui mereātur veniam, qui mortem sibi intulerūt cum viuerent? Satis est, inquit, ei qui talis est, obiurgatio hæc quæ fit a pluribus: ita vt ecōtrario magis doueris & consolemini, ne forte abundātione tristitia absorbeatur. Si satis ad cōdemnationem est obiurgatio quæ fit a pluribus, satis est quoq; ad remissionem peccati obsecratio quæ fit a pluribus. Moralis magister, & nostræ fragilitatis conscius, & pietatis diuinæ interpres vult donari peccatū, vult cōsolationem adhiberi, ne tristitia pœnitentem tædio longæ dilationis absorbeat. Ideo ergo donauit apostolus, nec solum donauit, sed etiā confirmari in eum charitatem voluit. Qui charus est, nō habet duritiam: sed mansuetudinē. Non solum donauit ipse, sed voluit etiā omnes donare, & se propter alios donasse dixit, ne multi propter vnī
2. Cor. 2. diutius contristarentur. Si cui, inquit, donastis, & ego. nam & ego propter vos in persona Christi, vt non circumueniamur a Satana. Nec enim versutias eius ignoramus. Recte potest serpentem cauere qui eius potest
E versutias non ignorare, quæ multę ad nocendum sunt. vult enim semper nocere, semper circumuenire vt mortem inferat. Sed debemus cauere ne remediū nostrum fiat eius triumphus. Circumuenimur enim ab eo si per nimiam tristitiam pereat qui potest liberari per indulgentiam. Et vt sciremus quia de baptizato dicit, addidit: Scripsi vobis in epistola, ne cōmisceamini fornica-
1. Cor. 5. riis, non vtiq; fornicariis huius mundi. Et infra subiunxit: Nunc autem scripsi vobis, non commisceri si quis frater nominatur fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens. Quos simul subiunxit ad pœnam, simul voluit etiam ad veniam pertinere. Si quis autem talis est, inquit, cum hoc nec cibū sumas. Q̄ seuerus pertinacib⁹, q̄ indulgens rogātibus. Aduersum illos Christi armatur iniuria, his Christi inuocatio suffragat. At ne quis forte eo moueatur, quia scriptū est: Tradi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, & dicat: Quomodo potuit ad veniā pertinere, cuius omnis interierit caro, cum manifestū sit in vtroq; redemptū hominē, in vtroq; saluari, neq; animā sine carne, neq; carnē sine anima, cum sibi sint gestorum operum cōsortiis copulatę, siue consortio vel pœnae esse vel præmii? Is sibi respon
F sum hoc habeat, q̄ interitus non consummatā absumptionem carnis significet, sed castigationē. Sicut enim mortuus peccato, deo viuit: ita illecebra carnis interit, & cupiditatibus suis moritur caro, vt castitati cęterisq; bonis operib⁹ reuiuiscat. Et quod aptius exemplum q̄ de matre sumamus? Nāq; ipsa de qua assumpti sumus terra, intermisso exercitio cultuque videtur deserta, & aut vinetis quibus confitus est ager, aut oleis moritur, succum tamen propriū velut quandam sui animam nō amittit. Deniq; repetitur a cultore, & creditis seminibus quibus habilis æstimatur, feracior assurgit fructibus. Non ergo alienum si etiam nostra caro interire sic dicitur, vt repressa magis q̄ absumpta credatur.

FINIS LIB. I.

DIVI AMBROSII MEDIOLANEN. EPISCOPI DE POENITENTIA LIBER II.

Quod pœnitentia non solum solicite, sed & mature sit agenda. Caput. I.

G ET SI NON pauca quę ad
cohortationem pœnitentiæ
proficiãt, ſcripta ſint libro ſu-
periore, tamẽ cum adiici poſ
ſint cõplura, ne velut ſeme-
ſas verborũ noſtrorum epu-
las reliquiſſe videamur, in-
ceptum proſequamur conui
uium. Agenda eſt enim pœ
nitentia non ſolũ ſolicite, ſed
etiã mature, ne forte euangelicus ille paterfamilias qui
arborem ficũ plantauit in vinea ſua, veniat, & querens
Luc. 13. fructum in ea, ſi nõ inuenerit, dicat cultori vineę, Succi-
de illam. vt quid etiam terram occupat? Et niſi cultor
vineę interueniat, dicẽs: Domine remitte illam & hoc
anno, vſq; dum fodiam circa illam, & mittã cophinum
ſtercoris: excidatur ficulnea. Stercoremus ergo & nos
agrum hũc quem poſſidemus, & imitemur laborioſos
agricolas, quos nõ pudet fimo pingui ſatiare terram, &
immũdo cinere agrum aſpergere, vt fructus vberiores
colligant. Et queadmodũ ſtercoremus, docet Apoſto-
Philip. 5. lus dicens: Et æſtimo ſtercora, vt Chriſtũ lucrifaciam.
qui per infamiam & bonã famam meruit Chriſto pla-
Geñ. 18. cere. Legerat enim ꝙ Abraam dũ ſe ſtercus & cinerẽ
fatetur, ſumma humilitate inuenit dei gratiã. Legerat
quod Iob in ſtercore ſedẽs, omnia que amiſerat recupe-
rauit. Legerat prophetantẽ Dauid quod deus de terra
ſuſcitat inopem, & de ſtercore erigit pauperem. Et nos
H ergo non erubeſcamus fateri domino peccata noſtra.
Pudor eſt vt vnuſquiſq; crimina ſua ꝓdat. Sed ille pu-
dor agrum ſuũ arat, ſpinas tollit perpetuas, ſentes am-
putat, fructus adolet quos in te mortuos eſſe credebas.
Sequere illum qui bene arãdo agrum ſuũ fructus quæ-
1. Cor. 4. ſiuit æternos. Maledicimur, inquit, & benedicimus:
perſecutionẽ patimur, & ſuſtinemus. Blaſphemamur
& obſecramus. tanq̃ purgamenta huius mundi facti ſu
mus. Si & tu ſic araueris, ſeminabis ſpiritalia. Ara vt
peccatũ auferas, fructum acquiras. Ille arauit, vt perſe-
cutoris in ſe eradicaret affectum. Quid plus potuit no
bis conferre Chriſtus ad ſtudium correctionis, q̃ vt cõ-
uerteret & daret nobis ex perſecutore doctorem?

De redargutorum hæreticorum obniſu, autoritatẽ
apoſtolicæ ſententiæ ſuo errori ſuffragari iactantium,
& defenſionis illius repulſione, ex dictis Apoſtoli, qui
ſibi contrarius eſſe non potuit. Caput II.

I CVM igitur tam euidenti & ipſius Apoſto
li & ſcriptorũ eius exemplo redarguãtur, ta-
men adhuc obniti volunt, & autoritatẽ aiũt
apoſtolicæ ſibi ſuffragari ſententiæ, allegan
Heb. 6. tes ſcriptum ad Hebręos: Impoſſibile eſt enim hos qui
ſemel illuminati ſunt, & guſtauerũt donum cæleſte, &
participes facti ſunt ſpiritusſancti, & bonũ guſtauerunt
dei verbũ, virtuteſq; futuri ſeculi: lapſos iterũ reuocari
in pœnitentiã, rurſus crucifigẽtes filiũ dei, & oſtẽtatio-
ne triũphantes. Nunquid Paulus aduerſus factũ ſuum
prædicare potuit? Donauit Corinthio peccatũ per pœ
nitentiam: quomodo hic potuit ſententiam ſuam ipſe
reprehendere? Ergo quia nõ potuit quod ædificauerat
deſtruere, non contrariũ dixiſſe eũ, ſed diuerſum aduer-
timus. Quod enim cõtrariũ eſt, ſeipſum impugnat: qđ
diuerſum eſt, diſtinctam ſolet habere rationẽ. Ita autẽ
contrarium nõ eſt, vt alterũ ſuffragetur alteri. Etenim
quia de remittẽda predicauit pœnitẽtia, debuit & de iis
qui iterandũ putant baptiſmũ, non ſilere: & prius ſolici
tudinẽ nobis auferri oportuit, vt ſciremus etiã poſt ba-
ptiſmũ ſi qui peccarent, donari eis poſſe peccatũ, ne ſpe
veniæ deſtitutos iterãdi baptiſmatis opinio vana per-
uerteret. Deinde iterandũ nõ eſſe baptiſma, rationabili
diſputatione ſuadẽdũ fuit. De baptiſmate autem dictũ
verba ipſa declarant, quibus ſignificauit impoſſibile eſ- K
ſe lapſos renouari in pœnitentiã. Per lauacrũ enim re-
nouamur, per quod renaſcimur, ſicut ipſe Paulus dicit:
Conſepulti enim ſumus cũ illo per baptiſmũ in morte, Roma. 6.
vt quemadmodũ ſurrexit Chriſtus ex mortuis per glo
riam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulem⁹. Et
alibi: Renouamini ſpiritu mẽtis veſtræ, & induite nouũ Ephe. 4.
hominẽ qui ſecundũ deum creatus eſt. Et alibi: Reno- Pſal. 102.
uabitur ſicut aquilæ iuuẽtus tua. quod etiam aquila cũ
fuerit mortua, ex ſuis reliquiis renaſcat, ſicut per bapti-
ſmatis ſacramẽtum cũ fuerimus peccato mortui, rena-
ſcimur deo ac reformamur. Vnum ergo baptiſmũ do-
cet, ſicut alibi: Vna fides, vnum inquit baptiſma. Illud
quoq; euidẽs, ꝙ in eo qui baptizatur, crucifigitur filius
dei: quia nõ potuit caro noſtra abolere peccatũ niſi cru-
cifixa eſſet in Chriſto Ieſu. Deniq; ſcriptũ eſt, quia qui- Romã. 6.
cunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius
baptizati ſumus. Et infra: Si enim complantati ſumus
ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erim⁹,
ſciẽtes quia vetus homo noſter ſimul cõfixus eſt cruci.
Et ad Coloſſenſes ait: Cõſepulti ei in baptiſmo, in quo Col. 2.
& cõſurrexiſtis. Quod ideo ſcriptũ eſt, vt credam⁹ quia
ipſe crucifigitur in nobis, vt per illũ peccata noſtra mũ-
dentur, vt ipſe chirographũ noſtrũ affigat cruci, qui ſo-
lus poteſt donare delicta. Ipſe in nobis prĩcipatus & po
teſtates triũphet: quoniã de ipſo ſcriptũ eſt: Prĩcipatus
& poteſtates oſtẽtauit triũphans eos in ſemetipſo. Er-
go quod ait in hac epiſtola quæ ſcribitur ad Hebræos,
impoſſibile eſſe lapſos renouari in pœnitẽtiã, ac rurſus L
crucifigẽtes filiũ dei, & oſtẽtatione triũphantes: eo ſpe-
ctat, vt de baptiſmo dictũ credam⁹, in quo crucifigim⁹
filiũ dei in nobis, vt per illũ nobis mũdus crucifigatur:
quia quadã triũphamus ſpecie, dũ ſimilitudinẽ mortis
eius aſſumim⁹, qui principatus & poteſtates in ſua cru
ce oſtẽtauit ac triũphauit, vt in mortis eius ſimilitudi-
ne nos quoq; de principatibus quorũ iugũ deponimus
triũphemus. Semel autem crucifixus eſt Chriſtus, ſe-
mel peccato mortuus, & ideo vnũ nõ plura baptiſma-
ta. Quid ꝙ & ſupra doctrinã baptiſmorũ præmiſit? Et
quia multa erãt baptiſmata in lege, merito reprehẽdit
illos qui perfecta dimittãt, & principia verbi requirant.
Docet nos ſcire oportere deſtructa eſſe vniuerſa legis
baptiſmata, vnũ baptiſma eſſe in eccleſia. Hortatur au
tem nos vt relinquẽtes initiũ verbi, ad perfectum tẽda-
mus. Et hoc faciemus, inquit, ſi quidẽ permiſerit deus. Heb. 6.
Nõ poteſt enĩ ſine fauore dei aliquis eſſe perfect⁹. Poſ-
ſem quidem etiã illud dicere ei qui hoc de pœnitẽtia di
ctum putat: quia quę impoſſibilia ſunt homini, poſſibi
lia ſunt apud deum: & potẽs eſt deus quando vult do-
nare nobis peccata etiam quæ putamus non poſſe con
cedi. Et ideo quod nobis impoſſibile impetratu vide-
tur, deo donare poſſibile eſt. Nam & impoſſibile vide- M
batur vt peccatũ ablueret aqua. Deniq; Naaman Sy- 4. Reg. 5
rus lepram ſuã mundari per aquam poſſe non credidit.
Sed quod impoſſibile erat, fecit deus poſſibile eſſe, qui
tantam nobis donauit gratiã. Similiter impoſſibile vi
debatur per pœnitentiã peccata dimitti. Conceſſit hoc
Chriſtus Apoſtolis ſuis, quod ab Apoſtolis ad ſacer-
dotum officia tranſmiſſum eſt. Factũ eſt igitur poſſibi
le, quod impoſſibile videbatur. Sed tamẽ de baptiſmo
dictum, ne quis iteraret, vera ratione perſuadet.

Quod Apoſtolus nõ venerit cõtra euidentẽ doctri-
nam Chriſti, qui de peccatore pœnitentiã agente cõpa
rationem poſuit filii prodigi, & queadmodũ ex hoc ad
ſpem veniæ per pœnitentiã prouocemur. Cap. III.

NEQVE enim Apoſtolus contra euiden-
tem Chriſti doctrinam veniret, qui de pec-
catore pœnitentiam agẽte comparationem
poſuit, eo ꝙ peregre profectus acceptã a pa-

A tre omnem ſubſtãtiam deuorauerit viuendo luxurio-
ſe, & poſtea panẽ patris deſiderauerit cum veſceretur
ſiliquis, & meruit ſtolam, annulum, calceamentũ, im-
molationem quoq; vituli, quæ ſpeciem habet paſſionis
dominicæ, per quam celeſte ſacramentũ nobis donatũ
eſt. Bene dicitur quia peregre profectus eſt qui erat a
ſacris altarib⁹ ſeparatus. hoc eſt enim ab Hieruſalẽ illa
quę in cęlo eſt, ciuico quodam & domeſtico ſanctorum
Ephe. 2. ſeparari domicilio. Vnde & Apoſtolus ait: Ergo iam
non eſtis aduenę atq; peregrini: ſed ciues ſanctorum, &
domeſtici dei. Et conſumpſit, inquit, ſubſtãtiam ſuam.
Merito conſumpſit eam, cuius fides in operibus clau-
Heb. 11. dicabat. Fides enim eorũ quę ſperantur ſubſtantia eſt,
rerum argumentũ non apparentium. Et bona ſubſtan
tia fides, in qua ſpei eſt noſtrę patrimoniũ. Nec mirum
ſi fame peribat qui diuino alimento egebat, cuius deſi-
Luc. 15. derio cõpulſus, Surgam, inquit, & ibo ad patrẽ meũ, et
dicam illi: Pater peccaui in cęlum, & coram te. Nonne
aduertiſtis id euidenter iam nobis expoſitũ, quod me-
rendi gratia ſacramẽti ad precandũ impellimur: & hoc
auferre vultis propter quod agitur pœnitentia? Tolle
gubernatori perueniẽdi ſpem, & in mediis fluctibus in-
certus errabit. Tolle luctatori coronã, lentus iacebit in
ſtadio. Tolle piſcatori capiẽdi efficaciam, deſinit iacta-
re retia. Quomodo ergo poteſt qui famem patitur ani
mæ ſuæ, ſtudioſius deum precari, ſi ſacram deſperet a-
limoniam? Peccaui, inquit, in cęlum, & coram te. Fa-
tetur vtiq; peccatũ ad mortẽ, ne quẽ vos agentẽ cuiuſli-
B bet criminis pœnitentiam iure excludi putaretis, quan
do is qui in cælum peccauit, vel in regnum cæleſte, vel
in animam ſuam, quod eſt peccatum ad mortẽ, & pec-
Pſal. 50. cauit corã deo, cui ſoli dicitur: Tibi ſoli peccaui, & ma-
lum coram te feci: tam cito veniam meretur, vt veniẽ-
ti & adhuc longe poſito occurrat pater, & oſculum tri-
buat, quod inſigne eſt ſacræ pacis: ſtolã proferri iubeat,
quæ veſtis eſt nuptialis, quã ſi quis non habuerit, a con
uiuio nuptiali excluditur. Det annulum in manũ eius,
quod eſt fidei pignus, & ſancti ſpiritus ſignaculũ. Cal-
ceamenta deferri præcipiat. Celebraturus enim paſcha
domini, epulaturus agnũ, tectũ debet aduerſus omnes
incurſus beſtiarum ſpiritaliũ morſuſq; ſerpentis habe-
re veſtigium. Vitulũ præcipiat occidi: quia paſcha no-
ſtrum immolatus eſt Chriſtus. Etenim quotienſcunq;
1. Cor. 11 ſanguinem domini ſumimus, mortẽ domini annũcia-
mus. Sicut ergo ſemel pro omnib⁹ immolatus eſt, ita
quotienſcunq; peccata donantur, corporis eius ſacramẽ
tum ſumimus: vt per ſanguinẽ eius fiat peccatorũ re-
miſſio. Ergo euidentiſſime domini prædicatione man
datum eſt etiã grauiſſimi criminis reis, ſi ex toto cor-
de & manifeſta confeſſione peccati pœnitentiã gerant,
C ſacramenti cæleſtis refundẽdam gratiam. Vnde nihil
vobis ad excuſationem reſediſſe certum eſt.

De ſpiritu blaſphemię, qui nõ remittetur hic, neq; in
futuro: & quomodo intelligatur illud de hæreticis atq;
ſchiſmaticis, qui eccleſiam ſeparant, quibus indulgẽtia
negatur quãdiu tanti criminis merita nõ depoſuerint.
Caput IIII.

PERLATVM eſt tamẽ ad nos, etiã illud
vos obiicere ſolere, quod dicatis ſcriptum eſ-
Matt. 12. ſe: Omne peccatum & blaſphemia remitte-
tur hominibus, ſpiritus autem blaſphemia
non remittetur hominibus: Et quicũq; dixerit verbum
contra filiũ hominis, remittetur ei. qui autẽ dixerit con
tra ſpiritũ ſanctum, nõ remittetur ei neq; in hoc ſeculo,
neq; in futuro. Quo exemplo omnis aſſertio veſtra de-
ſtruitur & abſoluitur. Scriptũ eſt enim: Omne peccatũ
& blaſphemia remittetur hominibus. Cur igitur nõ re-
mittitis? Cur ligatis vincula quæ nõ ſoluitis? Cur no-
dos nectitis quos nõ relaxatis? Remittite cęteris, agite
de iis quos peccantes in ſpiritũ ſanctum euangelica au- D
toritate in perpetuũ adſtrigi putatis. Et tamẽ quos ad-
ſtrigat cõſiderem⁹ repetẽtes ſuperiora lectionis ipſius,
vt euidẽtius cõprehendamus. Dicebant Iudæi: Hic nõ Luc. 11.
eiicit dæmonia niſi in Beelzebub principe dæmonio-
rum. Reſpondit Ieſus: Omne regnũ diuiſum contra ſe
deſtruetur, & omnis ciuitas vel domus diuiſa cõtra ſe,
nõ ſtabit. Si enim Satanas Satanam eiicit, aduerſum
ſe diuiſus eſt. quomodo ergo ſtabit regnũ eius? Quod
ſi ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii veſtri in quo
eiiciũt? De iis vtiq; expreſſum videm⁹, qui dñm Ieſum
in Beelzebub eiicere dęmonia loquebantur, quibus ſic
reſpondit dñs, quod Satanæ hæreditas in iis eſſet qui
Satanę cõpararent ſaluatorẽ omniũ, & in regno diabo
li cõſtituerent Chriſti gratiam. Et vt cognoſceremus
quia de hac dixit blaſphemia, adiunxit: Progenies vi-
perarũ, quomodo poteſtis bona loqui, cum ſitis mali?
Hos ergo qui hæc loquũtur, negat ad veniam pertine-
re. Deniq; Petrus Simoni, qui magicę artis conſuetu- E
dine deprauatus putaſſet quod gratiã Chriſti per im-
poſitionẽ manus, atq; infuſionẽ ſpiritusſancti cõpararet
pecunia, ait: Non eſt tibi pars neq; ſors in hac fide: quia Actu. 8.
cor tuũ non eſt rectum apud deũ. Pœnitẽtiam itaq; age
ab hac nequitia tua, & precare dominũ, ſi forte remitta
tur tibi recordatio cordis tui. In obligatione enim ini-
quitatis, & amaritudĩe fellis video te eſſe. Vides quod
hunc magica vanitate blaſphemantẽ in ſpiritũſanctũ,
apoſtolica autoritate cõdemnet, & eo magis quia purã
conſcientiã fidei non habebat, & tamen non intercluſit
ei ſpem venię, quẽ inuitauit ad pœnitentiã? Reſpõſum
eſt igit̃ a domino blaſphemiæ Phariſęorũ, & ideo his
poteſtatis ſuæ gratiã negat, quæ in remiſſionem pecca
torum eſt, qui cęleſtẽ eius poteſtatẽ diabolico fultã ſuf-
fragio vẽdicarent. Eos quoq; aſſerit diabolico vti ſpiri-
tu, qui ſepararent eccleſiã dei: vt omniũ temporũ hære-
ticos & ſchiſmaticos cõprehenderet, quibus indulgen-
tiam negat. quod omne peccatũ circa ſingulos eſt, hoc
in vniuerſos. Soli enim ſunt qui volunt ſoluere Chriſti
gratiam, qui eccleſiæ mẽbra diſcerpunt, propter quam
paſſus eſt dñs Ieſus, ſpirituſq; ſanctus datus eſt nobis.
Deniq; vt ſciatis quia de diſperſorib⁹ dicit, ſic habemus
ſcriptũ: Qui non eſt mecum, cõtra me eſt: & qui nõ col- Matt. 12.
ligit mecũ, diſpergit. Et vt ſcirem⁹ de his dictũ, ſtatim
ſubiũxit: Ideo dico vobis, omne peccatũ & blaſphemia
remittetur hominibus, ſpiritus autẽ blaſphemia nõ re-
mittetur hominibus. Cũ dicit, Ideo dico vobis: nonne
euidẽter hoc præ cęteris a nobis intelligi voluit? Meri F
toq; adiũxit: Arbor bona bonos fructus facit, mala au-
tem arbor malos fructus facit. Cõgregatio enim mala
bonum facere fructũ nõ poteſt. Arbor itaq; cõgregatio
eſt, fructus boni arboris, filii eccleſię ſunt. Et ideo reuer
timini ad eccleſiam ſi qui vos ſeparaſtis impie. Omni-
bus enim conuerſis pollicetur veniam, quia ſcriptũ eſt:
Omnis quicũq; inuocauerit nomẽ dñi, ſaluus erit. De- Iohel. 2.
niq; etiã Iudęorũ populus qui dicebat de domino Ieſu,
Dæmoniũ habet: qui dicebat, In Beelzebub eiicit dæ-
monia: qui crucifixit dñm Ieſum, Petri prædicatione
vocatur ad baptiſmũ, vt ſceleris tanti merita deponat.

De infructuoſa pœnitentia Iudæ, qui non corã deo
ſed coram Iudæis pœnituit, quodq; pœnitentia debeat
eſſe ſyncera, non doloſa. Et quomodo intelligenda ſint
verba apoſtoli Petri, quibus Nouatiani errorem ſuũ
defendunt. De differenti quoq; acceſſu ad baptiſmum
atq; pœnitentiam. Caput V.

SED quid mirũ ſi ſalutem negatis aliis, qui
veſtram recuſatis? licet illi nihil deferãt qui
a vobis pœnitẽtiam petunt. Arbitror enim
quod etiam Iudas potuiſſet tanta dei miſe-
ratione non excludi a venia, ſi pœnitentiã nõ apud Iu-

G deos, sed apud Christum egisset. Peccaui, inquit, quod
Matt. 27 tradiderim sanguinem iustū. Responderunt: Quid ad
nos? Tu videris. Quę vox alia vestra est cū etiā mino
ris peccati reus vobis factū propriū cōfitetur? Quid re-
spondetis aliud nisi hoc, Quid ad nos? tu videris? Hūc
sermonem laqueus sequitur. eo feralior est pœna, quo
culpa est minor. Sed si isti non conuertūtur, vel vos re-
uertimini, qui lapsu vario de innocētiæ fideiq; pręcelso
fastigio decidistis. Bonū dominū habemus, qui velit
donare omnibus, qui te per prophetam vocauit dicēs:
Esa. 43. Ego sum, ego sum qui deleo iniquitates tuas, & me-
mor nō ero, tu autem memor esto, & iudicemur. Refe
runt tamen quęstionē de verbo apostoli Petri: quia di-
xit, Si forte. & putant non cōfirmasse Petrum vt agē-
ti pœnitētiam peccatum remitteret. Sed cōsiderent de
quo loquatur, hoc est, de Simone, qui non ex fide crede
ret: sed dolum cogitaret. Deniq; & dominus dicenti ei,
cuius non plenam synceritatem videret, Sequar te, ait:
Matth. 8 Vulpes foueas habēt. Quem ergo dominus ante ba-
ptismum prohibuit sequi, quoniam fraudulentū vide-
bat: miraris si post baptismū præuaricantem nō absol-
uit apostolus, quem in obligatione iniquitatis manere
pronunciat? Sed hoc illis responsum sit. Ego autē nec
Petrum dubitasse dico, nec verbi vnius pręiudicio tan
tam causam strangulandā arbitror. Nam si putant du
bitasse Petrū, nūquid & deus dubitauit qui ait ad Hie-
Hiere. 26. remiā prophetā: Sta in atrio domus domini, & respon
sum dabis omni Iudæ, iis qui veniūt adorare in domo
domini, omnia verba quę cōstitui tibi respondere illis:
noli auferre verbum, forsitan audient, & auertētur? Di
cant ergo dominū ignorasse quid esset futurū. Sed non
ignorantia eo verbo exprimitur: sed in scripturis diui-
nis frequēs huiusmodi cōsuetudo aduertitur, eo qd sim-
Ezech. 3. plex sit elocutio. Siquidē & ad Ezechiel dicit dn̄s: Fili
hominis mittā ego te ad domū Israel, eos qui me exa-
H cerbauerunt ipsi, & patres eorū vsq; in hodiernum, & di
ces ad eos: Hęc dicit dominus, si forte audient & terre-
buntur. Nesciebat ergo eos posse aut non posse conuer
ti? Non ergo semper dubitātis ista est elocutio. Deniq;
ipsi sapientes seculi, qui omnem gloriā suam statuūt in
expressione verborum, quod latine forte dicim⁹, græce
τάχα, nō vbiq; pro dubitatione posuerūt. Aiunt itaq;
Iliad. 3. dixisse primū suorū poetā ἢ τάχα χῆρα ἔσομαι, qd' est,
cito vidua ero. Et alibi: τάχα γάρ σε κατακτανέουσιν Ἀ-
χαιοί, πάντες ἐφορμηθέντες. Nō enī dubitaret oībus si-
mul insurgētibus, vnū facile ab vniuersis posse ꝓsterni.
Sed nos nostris magis q̄ alienis vtamur. Deniq; habes
in euāgelio quia ipse fili⁹ de patre ait, cū misisset seruos
Mat. 21. ad vineam suā, & occisi essent, dixisse patrem: Mittā
filium meū dilectissimū, forsitan ipsum verebuntur. Et
Ioā. 8. alibi ex sua persona filius ait: Neq; me scitis, neq; patrē
meum. Si enim me sciretis, & patrē meum forsitan sci
retis. Si ergo his verbis vsus est Petrus, quibus domi-
nus vsus est sine præiudicio sententiæ suæ, cur nō acci-
piamus & Petrum his vsum sermonib⁹ sine suæ fidei
præiudicio? Neq; poterat dubitare de Christi munere,
qui sibi soluendorū peccatorū dederat potestatē, præser-
I tim cum versutiis hæreticorū locum non deberet relin
quere, qui ideo volunt spem hominū destituere, vt ite-
randi baptismatis apud desperantes facilius inducant
persuasionem. Sed Apostoli hoc habentes secundum
Christi magisteriū pœnitentiam docuerūt, spoponde-
runt veniam, culpam relaxauerunt: sicut & Dauid do-
Psal. 31. cuit dicens: Beati, quorum remissę sunt iniquitates, &
quorum tecta sunt peccata: Beatus vir cui nō imputa-
uit dominus peccatum. Vtrūq; enim beatum dixit, &
cuius iniquitas remittitur per lauacrū, & cuius pecca-
tum tegitur operibus bonis. Qui enim agit pœniten-
tiam, non solū diluere lachrymis debet peccatū suum:
sed etiam emēdatioribus factis operire & tegere delicta
superiora, vt non ei imputetur peccatū. Ergo tegamus
lapsus nostros posterioribus factis, mūdemus fletibus, K
vt audiat nos dominus deus noster ingemiscētes, sicut
audiuit lachrymantē Effrem, quemadmodū scriptum
est dicēte deo: Audiens audiui Effrem lachrymātem. Hiere. 31
Et ipsa verba Effrem lamentantis expressit dicens: Ca
stigasti me, & castigatus sum, sicut vitulus non sum e-
doctus. Vitulus enim ludit, & præsepe deserit. & ideo
Effrem sicut vitulus nō est edoctus lōge positus a præ-
sepi, quia præsepe domini deseruit, & Hieroboam secu
tus vitulos adorauit, quod prophetia futurū per Aarō
indicauerat, sic lapsurum populū Iudæorum. Ideoq; a-
gens pœnitentiā dicit: Conuerte me, & conuertar: quia
tu dominus meus: quia in nouissimo captiuitatis meę
pœnitētiam egi, & postq̄ cognoui, ingemui super dies
cōfusionis, & subiectus sum tibi, quia accepi opprobriū,
& demonstraui te.

De instructione atq; exhortatione ad lamēta pœni-
tētiæ ex diuersis sacræ scripturæ sentētiis atq; exēplis.
Caput VI.

ADVERTIMVS quomodo agenda sit
pœnitētia, quibus sermonibus, quibus fleti-
bus, vt peccati dies cōfusionis appellet. Con
fusio est enim quando Christus negatur. Et
ideo subiiciamus nos deo, vt nō subditi simus peccato,
& delictorum nostrorū memoriam recēsentes tanq̄ op-
probrium erubescamus, nō velut quandam gloriā prę-
dicemus, sicut quidā expugnata pudicitia, oppressa iu-
stitia gloriantur: & tanta fiat conuersio, vt qui deū non
agnoscebamus, ipsi eū iam aliis demonstremus: mo- L
tus autē dominus tali conuersione nostra respondeat:
A iuuentute mea es tu filius dilectus mihi Effrem, vt Hiere. 31.
puer in deliciis, quoniā eo q̄ sermones mei in ipso sunt,
memoria memor ero eius, propterea festinaui super il-
lum, misericordia miserebor eius, dixit dn̄s. Quam au
tem misericordiā nobis polliceatur, infra ostēdit dicēs:
Inebriaui omnem animā sitientē, & omnē animā esu-
riētem satiaui. Ideo exurrexi, & vidi: & somnus meus
mihi dulcis est. Aduertimus q̄ peccantibus dn̄s sacra-
menta ꝓmittat sua, & ideo om̄es cōuertamur ad dn̄m.
Si isti nō cōuertūtur, vel vos reuertimini qui lapsu va-
rio de innocētiæ fideiq; præcelso fastigio decidistis. Bo
num dn̄m habemus, qui velit donare oībus, qui te per
prophetam vocauit dicēs: Ego sum, ego sum qui deleo
iniquitates tuas, & memor nō ero: tu aūt memor esto,
et iudicemur. Ego, inquit, memor nō ero, tu autē me-
mor esto. hoc est, nō reuoco illa. quæcūq; delicta donaui
tibi, velut quadā obliuione tecta sint, tu autem memor M
esto. Ego, inquit, memor nō ero propter gratiā, tu me-
mor esto propter correctionē: memor esto vt scias do-
natum esse peccatū, ne glorieris quasi innocēs, ne te iu-
stificādo plus ingraueris. sed si vis iustificari, fatere deli
ctum tuū. Soluit enim criminū nexus verecunda cōfes
sio peccatorum. Vides quid a te exigat deus tuus, vt
memor sis eius quā accepisti gratię. Nō glorieris quasi
non acceperis. Vides qua remissionis pollicitatione te
prouocet ad cōfitendum. Vide ne reluctādo mandatis
cælestibus indeuotionē Iudæorū incidas, quibus dicit
dn̄s Iesus: Cantauimus vobis, & nō saltastis: lamenta- Luc. 7.
uimus, & nō plorastis. Vilis sermo, sed nō vile myste-
rium. Et ideo cauendū ne quis vulgari quadam sermo-
nis huius deceptus interpretatione, putet nobis salta-
tionis lubricæ histrionicos motus, & scænæ deliramē-
ta mandari (hæc etiam in adolescentula ætate vitiosa
sunt) sed saltationē eam mandauit, qua saltauit Dauid 2. Reg. 6.
ante arcam domini. Totū enim decet quicquid defer-
tur religioni, vt nullū obsequiū quod proficiat ad cultū
& obseruantiā Christi, erubescamus. Non ergo illa de-
liciarū comes atq; luxuriæ saltatio prædicatur: sed qua
vnusquisq; corpus attollat impigrum, nec humi pigra
iacere membra, vel tardis sinat torpere vestigiis. Sal-

A tabat spiritaliter Paulus cum se pro nobis extēderet, &
Philip. 3. posteriora obliuiscens, priora appetens, contenderet ad
brauium Christi. Tu quoq; cum ad baptismum venis,
manus eleuare, pedes quibus ad ęterna conscendas, ve-
lociores habere admoneris. Hæc saltatio fidei socia,
gratiæ comes. Hoc est ergo mysterium: Cantauimus
vobis, noui vtiq; canticum testamenti. & non saltastis,
hoc est, non eleuastis animum ad spiritalem gratiam.
Lamentauimus, & non plorastis, hoc est, non egistis
pœnitentiam. Et ideo derelictus est Iudęorū populus,
quia nec egit pœnitentiam, & gratiam refutauit. Per
Ioannem pœnitētia, per Christum gratia. Istam quasi
dn̄s donat, illam quasi seruus annūciat. Vtrunq; igitur
ecclesia custodit, vt & consequatur gratiam, & nō abii-
ciat pœnitentiam. Gratia enim munus largientis est,
pœnitentia delinquētis remedium. Sciuit Hieremias
magnum remediū esse pœnitentiæ, quam in Threnis
suis suscepit pro Hierusalem, & ipsam inducit agētem
Threñ. 1. Hierusalē dicens: Plorans plorauit in nocte, & lachry-
mæ eius in maxillis eius, nec est qui consoletur ab oī-
bus qui diligunt eam. Viæ Sion lugent. Et adiecit: In
his ergo fleo, oculi mei caligauerūt a fletu, quia elōga-
uit a me qui me consolabatur. Aduertimus quod hunc
malorum suorum acerbissimum cumulum arbitraba-
tur, quia deerat qui consolaretur mœrentē. Quomodo
ergo vos ipsam consolationē aufertis, qui spem relaxan
dæ negatis pœnitentiæ? Sed audiant qui agunt pœni-
tentiam, quomodo agere debeant, quo studio, quo affe
ctu, qua mentis intentione, qua intimorū concussione
B viscerū, qua cordis conuersione. Vide, inquit, domine,
quia tribulor, venter meus turbatus est a fletu meo, cō-
uersum est cor meum in me. Cognouisti intentionem
animi, fidem mētis cognosce, & habitū corporis. Sede-
Threñ. 2. runt, inquit, in terra, tacuerūt seniores filiæ Sion, & im
posuerunt terrā super caput suum, præcinxerunt se ci-
licio, deduxerunt in terrā principes, virgines Hierusalē
defecerunt in lachrymis, oculi mei caligauerunt. Tur-
batus est vēter meus, effusa est in terra gloria mea. Sic
Ionæ. 3. fleuit & Niniuæ populus, & denunciatū excidium ci-
uitatis euasit. Tanta est enī pœnitentiæ medicina, vt
mutare videatur suam deus sentētiā. In te est igitur vt
euadas. vult se rogari dominus, vult de se sperari, vult
sibi supplicari. Homo es, & vis rogari vt ignoscas, &
putas deū tibi non roganti ignoscere? Ipse dn̄s Hieru-
salem fleuit, vt quia ipā flere nolebat, dn̄i lachrymis ad
veniā ptineret. Ipse nos flere vult, vt euadere possimus,
Lucæ. 23. sicut habes scriptū in euangelio: Filiæ Hierusalē nolite
2. Regū me flere, sed vosipsas flete. Fleuit Dauid, & meruit vt
24. mortem populi pereuntis diuina remoueret misericor
dia, quādo tribus sibi propositis optionibus, eam tamē
C in qua maiorem domini miserationem experiretur, ele
git. Quid erubescis tu peccata tua flere, cum deus pro-
Ezech. 2. phetas iusserit flere ꝓ populis? Deniq; & Ezechiel ius-
sus est flere Hierusalem, & accepit librū in cuius capite
scripta erant, lamētatio, & melos, & væ: duo tristia, &
vnum delectabile: qm̄ ille saluus erit in futurum, qui in
Eccls. 7. hoc seculo plus fleuerit. Cor enī sapientium in domo lu
ctus, & cor stultorum in domo epularū. Et ipse dn̄s ait:
Lucæ. 6. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

De Lazaro suscitato, & fletu sororum eius. De la-
chrymatione quoq; Iesu, vbi spiritalis resurrectio pec-
catorum innuitur. De inuidia quoq; Iudæorum qui
Lazarum interficere cogitabant, quorum duritiæ No
uatiani successores sunt, qui per pœnitentiā suscitatos
interficere volunt. Caput VII.

FLEAMVS igitur ad tempus, vt exulte-
mus in æternū. Timeamus dominū, preue
niamus eum confitēdo peccata nostra. Cor-
rigamus lapsus nostros, emendemus erro-
rem, ne & de nobis dicatur: Heu me anima, quia periit D
timor tuus a terra: & qui corrigat, in hominibus nō est. Esaię. 43.
Quid vereris apud bonum dominum tuas iniquitates
fateri? Dic, inquit, iniquitates tuas, vt iustificeris. Ad-
huc reo culpæ, iustificationis præmia proponuntur. Il
le enim iustificatur, qui proprium crimen sponte agno-
uerit. Deniq; iustus in exordio sermonis accusator est Prouerb.
sui. Nouit omnia dominus, sed expectat vocem tuam, 18.
nō vt puniat: sed vt ignoscat. nō vult vt insultet tibi dia
bolus, & celantem peccata tua arguat. Præueni accusa
torem tuū. si te ipse accusaueris, accusatorē nullum ti-
mebis. si te detuleris ipse, etsi mortu⁹ fueris reuiuisces.
Veniet ad monumentū Christus, & si viderit flere pro
te Martham boni fœminā ministerii, flere Mariam,
quæ attente audiebat verbum dei, sicut sancta ecclesia
quæ optimam partem sibi elegit: mouebitur misericor
dia, cum viderit in tuo obitu lachrymas plurimorū, &
dicet: Vbi posuistis eum? hoc est, in quo rerū statu est, Ioan. 11.
in quo pœnitentiū ordine? Videam quem fletis, vt la-
chrymis suis ipse me moueat. Videā si iam peccato ei
cuius venia poscitur, defunctus est. Dicet plebs: Veni,
& vide. Quid est veni? Hoc est, veniat peccatorū remis
sio, veniat defunctorū vita, mortuorum resurrectio, ve-
niat & in hunc peccatorem regnū tuum. Veniet itaq;
& leuari lapidem iubebit, quem ceruicibus peccatoris
lapsus imposuit. Potuit remouere lapidem imperio
sermonis. Iubenti enim Christo etiam insensibilis so-
let natura obedire. Poterat tacita vi operationis occul-
tæ transferre saxum sepulchri, in cuius passione remo-
tis lapidibus plurima defunctorū sepulchra patuerunt: E
sed hominibus iussit vt remouerent lapidem: in verita-
te quidē, vt increduli crederēt quod videbant, & aspice-
rent resurgentem mortuum. In typo autem, quod no-
bis donaret vt leuaremus delictorū onera, moles quas-
dam reorum. Nostrū est onera remouere, illius est re-
suscitare, illius educere de sepulchris exutos vinculis.
Videns itaq; graue onus peccatoris illachrymat domi
nus Iesus. solā enī flere nō patitur ecclesiam. Compati-
tur dilectæ suæ, & dicit defuncto: Veni foras: hoc est,
Quid iaces in tenebris cōscientiæ, & delictorum tuorū
sordibus quodam reorum carcere? Exi foras, delictum
proprium prode, vt iustificeris. Ore confessio fit ad salu
tem. Si cōfessus fuerit a Christo vocatus, claustra rum-
pentur, & omnia soluētur vincula, etsi corruptelæ cor-
poreę fœtor grauis sit. Quatriduum enim habebat ille
cuius fœtebat in tumulo caro. cuius autē caro non vidit
corruptionē, triduo fuit in sepulchro. Carnis enī vitia
nesciuit, quę ex quatuor constat elemētorū substantiis.
Quātuslibet ergo mortui fœtor sit, aboletur omnis vbi
sacrum redoleuerit vnguētū: & surgit defunctus, & sol-
uere iubentur eius vincula, quæ adhuc in peccato sunt: F
tollere velamē de facie eius, qd veritatē gratiæ quā ac-
ceperat, obūbrabat. Sed quia venia donatus est, reuela-
re faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim
quod erubescat, cui peccatū remissum est. In tanta vero
domini gratia, tantoq; diuini muneris miraculo, cum
oporteret vniuersos lætari, cōmouebantur impii, & ad-
uersus Christum concilium congregabant: Lazarum
quoq; interficere volebant. Nōne merito eorū successo-
res vos fore cognoscitis, quorum duritię heredes estis?
Nam & vos indignamini, & contra ecclesiam congre-
gatis concilium, quia videtis mortuos in ecclesia reui-
uiscere, & peccatorum indulta venia resuscitari. Itaq;
quod in vobis est, per inuidiā rursus vultis interficere
suscitatos. Sed Iesus nō reuocat beneficia, immo cumu
lo suę liberalitatis amplificat. Reuisit solicite resuscita-
tum, & celebratæ resurrectionis gratia lætus ad cœnā
venit, quā ei sua præparauit ecclesia, in qua ille qui fue-
rat mortuus, vnus inter discūbentes cū Christo inueni-
tur. Tunc mirātur omnes qui vident puro vtiq; obtutu
mentis, qui inuidere nō norunt. Tales enī ecclesia filios

habet. Mirãtur, vt dixi, quomodo ille qui iacebat in tumulo heri & nudiustertius, vnus sit de discũbẽtibus cũ domino Iesu. Ipsa Maria mittit vnguentum in pedes domini Iesu. Ideo forte in pedes, quia vnus de infimis ereptus est morti. Omnes enim corpus Christi sumus, sed alii forte superiora mẽbra sunt. Os erat Christi apo
2.Cor.13. stolus qui dicebat: Experimẽtũ queritis eius qui in me loquitur Christus? Os eius prophete, per quos loquebatur futura. Vtinam ego pes eius esse merear, & mittat in me Maria vnguentum suum pretiosum, & vngat & peccata extergat.

De spiritalibus vnguentis, atq; inibi autor quædam modeste de seipso subiicit. Caput VIII.

QVOD igitur de Lazaro legimus, in vnoquoq; debemus conuerso peccatore credere, qui licet fœtorem habeat, tamẽ fidei pretiosę emendatur vnguento. Tantũ enim gratiæ fides habet, vt vbi ante diem fœtebat mortuus, illic bono odore tota repleatur domus. Fœtebat Corinthia do
1.Cor.5. mus quando scriptum est de ea: Auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes. Fœtor enim erat, quia modicum fermentũ totam massam
2.Cor.2. corruperat. Cœpit bene olere cũ dicitur: Si cui quid donastis, & ego. Nã & ego quod donaui, ꝓptervos in persona Christi. Itaq; liberato peccatore factũ est in eo gaudiũ magnũ, & redoluit dom⁹ tota suauitate gratię. Vñ bene cõscius quod oẽs apostolicæ remissionis ꝓfudisset
H vnguento, ait: Christi bonus odor sumus deo in his qui salui fiunt. Huius igitur effusione vnguenti lætantur omnes, solus Iudas contradicit. Ergo & nunc qui prædicator est, contradicit, reprehẽdit qui proditor, sed a Christo ipse reprehẽditur, qui dominicę remediũ mortis ignorat, & tamen mysteriũ sepulturæ nõ intelligit. Ideo enim & passus & mortuus est dominus, vt nos redimeret a morte. Hoc excellentissimũ indicat preciũ suæ mortis, quo peccator absoluitur, & in nouam assumitur gratiã, vt veniant & mirentur omnes quomodo cũ
Lucę.15. Christo recũbat, & laudantes deum dicant: Manducemus & epulemur, quia hic mortu⁹ erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Si quis autẽ infidelis obiecerit, quare cũ publicanis & peccatoribus manducet: respon-
Matth.9. detur ei: Non opus est sanis medicus, sed his qui male habent. Ostende igitur medico vulnus tuum, vt sanari possis: & si nõ monstraueris, nouit, sed a te expectat audire vocem tuam. Absterge lachrymis cicatrices tuas. Sic peccatũ mulier illa in euangelio fœtoremq; sui erroris absterſit, sic culpam diluit, dum Iesu pedes lachrymis lauit. Vtinam mihi quoq; pedum tuorum lutum
I Iesu referres, quos dum in me deambulas inquinasti. Vtinam sordes vestigiorũ tuorum detergendas mihi offeras, quas ego actu meo tuus affixi greſſib⁹. Sed vnde mihi aqua viua, qua pedes tuos possim lauare? Si aquam nõ habeo, habeo lachrymas, quibus dum pedes
Lucę.7. tuos lauo, vtinã me ipsum diluã. Vnde mihi vt de me dicas: Dimissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multũ? Plus debuisse me fateor, & plus dimissũ mihi, qui de forensiũ strepitu iurgiorũ, & a publicę terrore administrationis, ad sacerdotium vocatus sum: & ideo vereor ne ingratus inueniar si minus diligam, cui plus dimissum est. Sed nõ omnes mulierẽ istam æquare possunt, quę etiã Simoni qui prandiũ domino dabat, merito prelata est, quę omnibus qui volunt veniam promereri, magisterium præstitit, osculando pedes Christi, lachrymis lauando, tergendo crinibus, vngendo vnguento. In osculo insigne charitatis est, & ideo dicit dominus Iesus: Osculetur me ab osculo oris sui. Capilli quid
Canti.1. significant, nisi vt mouearis indinata omni insularũ dignitate seculariũ, ad obsecrandã indulgẽtiã, ad terram te ipse prosternas, vt humi iacẽs moueas misericordiã?

Vnguento quoq; bonę cõuersationis exprimitur odor. K
Rex nempe erat Dauid, & dicebat: Lauabo per singu- Psalm.6.
las noctes lectum meũ, lachrymis stratum meũ rigabo. Et ideo tantã gratiã meruit, vt ex eius familia virgo eligeretur quæ nobis partu proprio Christum ederet. Ideo & ista in euãgelio predicatur mulier. Tamẽ si hãc equare nõ possumus, scit dñs Iesus & infirmis subuenire, vbi nõ est quæ possit parare conuiuium, quæ deferre vnguentũ, fontem aquæ viuę secum portare. Venit ipse ad sepulchrũ. Vtinam ergo ad hoc monumentum meũ digneris accedere domine Iesu, tuis me lachrymis laues, quoniam durioribus oculis non habeo tantas lachrymas, vt possim mea lauare delicta. Si illachryma-
ueris pro me, salu⁹ ero. si dignus fuero lachrymis tuis, fœtorem abstergo delictorũ omniũ. si fuero dignus vt paulisper illachrymes, vocabis me de monumento huius corporis, & dices: Exi foras. vt nõ intra corporis huius angustias inclusæ teneantur cogitationes meę, sed egrediantur ad Christũ, in lumine versentur, vt nõ cogitem opera tenebrarũ, sed opera lucis. Qui enim peccatũ cogitat, intra suã conscientiã studet se ipse includere. Voca ergo foras seruum tuũ. Quãuis ligatus viculis peccatorum meorũ vinctos habeam pedes, innexas manus, & cogitationibus & operibus mortuis iam sepultus, te vocãte liber egrediar, & inueniar vnus de discumbẽtibus in conuiuio tuo, & domus tua precioso repleatur vnguẽto, si quę redimere dignatus es, custodieris. Dicetur enim: Ecce ille nõ in ecclesię nutritus sinu, nõ edomitus a puero, sed raptus a tribunalibus, abductus
L uanitatibus seculi huius, a præconis voce ad psalmi- stæ assuefactus canticũ, in sacerdotio manet nõ virtute sua, sed Christi gratia, & inter conuiuas mensę cælestis recũbit. Serua domine munus tuũ, custodi donũ quod cõtulisti etiã refurgienti. Ego sciebam quod nõ eram dignus vocari episcopus, quoniã dederã me seculo huic, sed gratia tua sum quod sum, & sum quidẽ minimus omniũ episcoporũ, & infimus merito. tamẽ quia & ego laborem aliquẽ pro sancta ecclesia tua suscepi, hunc fructum tuere, ne quẽ perditum vocasti ad sacerdotiũ, eum sacerdotem perire patiaris: ac primũ vt condolere norimus peccantib⁹ affectu intimo. Hæc enim summa virtus, quia scriptũ est: Et nõ gaudebis super filiis Iuda in
die perditionis eorũ, & ne magna loquaris in die tribulationis eorũ. sed quotiẽscũq; peccatũ alicuius lapsi exponitur, cõpatiar, nec superbe increpem, sed lugeam & defleam: vt dum aliũ fleo, meipsum defleam dicens: Iu-
stificata est magis Thamar q̃ ego. Fortasse adolescen- Gene.38.
tula lapsa sit: occasionibus, quę delictorũ fomites sunt, decepta ac præcipitata sit. peccamus & seniores. Repugnat in nobis lex huius carnis legi mentis nostræ, & ca
ptiuos nos trahit in peccatũ, vt faciamus qd nolumus. M
Illi de ætate suppetit excusatio, mihi iam nulla. Illa enim debet discere, nos docere. Ergo iustificata est magis Thamar q̃ ego. Incusamus alicuius auaritiam. recordemur si nihil ipsi auare fecimus: & si fecimus, quoniã radix est malorũ auaritia, & tãq̃ sub terra occulte in nostro serpit corpore. dicamus singuli: Iustificata est magis Thamar q̃ ego. Si cõmoti fuerimus in quẽq̃ grauiter, leuiorẽ causam laicus habet q̃ episcopus: eo quod cõ motus egerit aliquid. retractemus nobiscũ, & dicamus: Iustificatus est magis iste qui commotiõis arguitur, q̃ ego. Hęc enim si dicamus, ipsi nobis cauemus ne dicat nobis dominus Iesus, aut quisq̃ de discipulis eius: Fe-
stucã in oculo fratris tui vides, trabem autẽ quæ in ocu Matth.7.
lo tuo est, non vides? Hypocrita eiice primũ trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui. Non ergo erubescamus dicere grauiorẽ nostrã culpã esse q̃ eius quẽ arguẽdũ putamus, quia dixit hoc Iudas qui arguebat Thamar, & recordatus suam ipse culpã ait: Iustificata est magis Thamar q̃ ego. In quo & altitudo mysterii est, & morale preceptũ, & ideo cul-

A pæ eius deputatum nõ est, quia ipse se accusauit prius q̃ ab aliis accusaretur. Non ergo gaudeamus super alicuius peccato, sed magis lugeamus: quia scriptũ est: Noli
Miche.7. supergaudere mihi inimica mea quia cecidi, sed resurgam: quoniã si sedero in tenebris, dominus illuminabit me. Iram domini sustinebo, quia peccaui ei, donec iustificet causam meã, & faciat iudicium meũ, & educat me ad lumen, & videbo iustitiam eius, & videbit inimica mea, & cooperietur cõfusione, quę dicit ad me: Vbi est dñs deus tuus? Oculi mei videbunt eam, & erit in conculcationẽ sicut lutum in via. Nec immerito, quoniam qui lapsu alieno gaudet, diaboli gaudet victoria. Et ideo doleamus magis cũ audimus periisse hominẽ, ꝓ quo Christus mortuus est, qui nec in messe stipulã negligit. Atq; vtinã hanc stipulã in messe, hoc est inanẽ auenam
Ibidem. fructũ mei nõ abiiciat, sed colligat, sicut ait: Heu me qa factus sum sicut qui colligit stipulã in messe, & racemũ in vindemia. vt vel primitiua manducet in me gratiæ suę, etsi posteriora nõ approbẽ. Ergo & agẽdam pœnitentiã, & tribuendam veniam credere nos conuenit, vt veniam tamẽ tanq̃ ex fide speremus, nõ tanq̃ ex debito. Aliud est enim mereri, aliud presumere. Tanq̃ ex syngrapha fides impetrat. Presumptio autẽ arrogãti est prospior q̃ roganti. Prius solue debitũ, vt quod speraueris impetrare merearis. Solue boni affectum debitoris, vt usuram nõ facias, sed fidei tuæ censu cõtracti nominis fœnus euacues. Plura soluendi habet subsidia qui deo, q̃ is qui homini debet. Homo pecuniã pro pecunia re-
B poscit, quę nõ semp debitori presto est. deus affectũ exigit, qui in tua potestate est. Nemo pauper est qui deo debet, nisi qui seipsum pauperem fecerit. Et si nõ habet quæ vendat, habet quæ solurat. Oratio, lachrymæ, ieiunia, debitoris boni census est, multoq; vberior q̃ si quis
Actuũ.5. ex precijs fundorum pecuniam sine fide deferat. Denq; pauper erat Ananias cum vendito agro pecuniam deferret ad Apostolos, vnde nec soluere se potuit, sed im-
Lucæ.21. plicauit. Dives illa vidua quæ duo æra minuta in gazophylacium misit, de qua dictum est: Hęc vidua paupercula plus omnibus misit. Non enim pecuniam deus, sed fidem quærit.

De eleemosyna qua intentione fieri debeat. De falsę quoq; & infructuosæ pœnitentię multiplicibus modis. Caput IX.

NEQVE ego abnuo liberalitatib⁹ in pauperes factis posse minui peccatũ, sed si fides cõmendet expensas. Quid enim prodest collatio patrimonii sine gratia charitatis? Sunt qui iactantiã solam decore largitatis affectent, vt eo se pro-
C batos vulgo velint, quod sibi nihil reliquerint: sed dum presentis seculi mercedẽ requirũt, nõ recondunt in futurum: & quia hic perceperũt mercedem suam, illic sperare nõ possunt. Sunt qui opes suas tumultuario mentis impulsu, nõ iudicio perpetuo, vbi ecclesiæ contulerunt, postea reuocandas putarunt: quibus nec prima merces rata est, nec secũda, quia nec prima iudicium habuit, & secunda habuit sacrilegiũ. Sunt quos pœnituerit opes suas diuisisse pauperibus. sed eos qui ꝓpœnitẽtia agunt,
† als, hoc solũ timere oportet ne &c. hoc solũ † pœnitere nõ debet, ne ipsius pœnitẽtię agant pœnitentiam. Nam pleriq; futuri supplicii metu, peccatorũ suorũ conscii pœnitẽtiam petunt: & cũ acceperint, publicæ supplicationis reuocantur pudore. Hi videtur malorũ petisse pœnitẽtiã, agere bonorũ. Nõnulli ideo poscunt pœnitentiã, vt statim sibi reddi cõmunionem velint. hi nõ tam se soluere cupiunt, q̃ sacerdotẽ ligare.
Matth.7 Suam enim cõscięntiam nõ exuunt, sacerdotis induunt. Præceptum est: Nolite sanctũ dare canibus, neq; miseritis margaritas vestras ante porcos. hoc est, immũdis
† spiritib⁹. impuritatibus † sacre cõmunionis nõ impẽdẽda cõfortia. Itaq; videas eos mutata veste incedere, quos luge-
re & gemere oportebat, quia vestem illam oblatiõis & D
gratiæ sordidarunt: fœminas autẽ margaritis onerare aures, curuare ceruices, quas bene Christo, nõ auro ichiarent: quæ seipsas flere debebant, ꝙ margaritã quę de cælo est perdiderũt. Sunt etiam qui arbitrentur hoc esse pœnitentiã, si abstineant a sacramentis cælestibus. Hi fœtiores in se iudices sunt, qui pœnã prescribũt sibi, declinant remediũ, quos vel pœnam suã cõueniebat dolere, quia cælesti fraudarentur gratia. Alii proposita spe agendæ pœnitentiæ licentiam sibi delinquendi propagatam putant, cũ pœnitentia remedium peccati sit, nõ peccandi incentiuũ. Vulneri enim medicamentũ necessarium est, non vulnus medicamento: quia ꝓpter vulnus medicamentũ quæritur, non propter medicamentum vulnus desideratur. Infirma deinde spes quæ cõmittitur tempori, cum omne tempus incertum sit, nõ omni spes temporisit vt superstes.

Quod pœnitentia sit facienda cũ humilitate & oratione atq; fletu, quorum necessitas exemplis scripturæ probatur. De pœnitentia quoq; publica in ecclesia non iteranda, et de renunciatione sui ipsius, atq; pristinæ vitæ, atq; crucis dominicæ baiulatione pœnitentibus opportunis. Caput X.

ANquisquã ferat vt erubescas deum rogare, qui non erubescis rogare hominẽ: & pudeat te deo supplicare quẽ nõ lates, cum te nõ pudeat peccata tua homini quẽ lateas confiteri? An testes precationis & conscios refugis, cũ si homi- E
ni satisfaciendum sit, multos necesse est ambias obsecres vt dignentur interuenire, ad genua te ipse prosternas, osculeris vestigia, filios offeras culpæ adhuc ignaros paternæ etiam veniæ precatores? Hoc ergo in ecclesia facere fastidis, vt deo supplices, vt patrociniũ tibi ad deum obsecrandum sanctę plebis requiras, vbi nihil est quod pudori esse debeat, nisi nõ fateri, cũ omnes simus peccatores, vbi ille laudabilior qui humilior, ille iustior qui sibi abiectior? Fleat pro te mater ecclesia, & culpam tuam lachrymis lauet. videat te Christus mœrentem, vt dicat: Beati tristes, quia gaudebitis. Amat vt pro Lucę.6.
vno multi rogent. Denique in euangelio motus viduę lachrymis, quia plurimi pro ea flebãt, filium eius resuscitauit. Ideo citius exaudiuit Iesus Petrũ vt Dorcas resurgeret, quia pauperes mortẽ mulieris ingemiscebãt. Ideo ipsi Petro statim dimisit, quia amarissime fleuit. Et tu si amarissime fleas, Christus ad te respiciet, culpa discedet. Vsus doloris ablegat luxuriã criminis, erroris delicias. Ita dum dolemus admissa, admittenda excludimus, & fit quædam de condẽnatione culpæ, disciplina innocẽtiæ. Nil ergo te reuocet a pœnitentia, hæc tibi cõmunis cũ sanctis est. Vtinãq; imitãda talis, qua- F
lis sanctorũ deploratio. Dauid mãducabat sicut panem Psal.101.
cinerem, & potum suũ lachrymis tẽperabat. Ideo nunc amplius gaudet, qui amplius fleuit. Per exitus aquarũ descenderũt, inquit, oculi mei. Ioannes multũ plorauit, & reuelata sibi dicit Christi mysteria. At vero illa mulier quæ cũ esset in peccatis, & deberet flere, gaudebat, & veste purpurea atq; coccinea operiebatur, & auro se multo & preciosis lapidibus ornabat, æterni fletus luget erũnam. Merito reprehẽduntur qui sæpius agendam pœnitẽtiam putant, quia luxuriantur in Christo. Nãsi vere agerent pœnitẽtiã, iterandã postea nõ putarent: quia sicut vnum baptisma, ita vna pœnitẽtia, quę tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. sed hæc delictorũ leuiorũ, illa grauiorum. Facilius autẽ inuenì qui innocẽtiam seruauerint, q̃ qui congrue egerint pœnitẽtiam. An quisquã illam pœnitentiam putat, vbi acquirendæ ambitio dignitatis, vbi uni effusio, vbi ipsius copulæ coniugalis usus? Renũciandum seculo est, somno ipsi minus indulgendum q̃

G natura postulat, interpellandus est gemitibus, interrũpendus est suspiriis, sequestrandus orationibus, viuendum ita, vt vitali huic moriamur vsu, seipsum sibi homo abneget, & totus mutetur: sicut quẽdam adolescẽtem fabulæ ferũt post amores meretricios peregre profectũ, & abolito amore regressum postea veteri occurrisse dilectæ, quæ vbi non interpellatã mirata putauerit nõ recognitã, rursus occurrens dixerit: Ego sum: respondit ille: Sed ego nõ sum ego. Vnde bene dominꝰ ait:
Mat. 16. Qui vult post me venire, abneget semetipsum sibi, & tollat crucem suam, & sequatur me. Etenim qui mortui & sepulti Christo sunt, nõ debent iterũ velut viuẽtes de hoc mũdo decernere. Ne tetigeritis, inquit, nec attamnaueritis, quę sunt oia ad corruptelã ipso vsu, eo qđ ipse huius vitę vsus corruptela sit integritatis.

De nõ differẽdo pœnitentiã. Et de grauitate pœnæ conscientiæ prẽteritorũ peccatorũ memoris, & qua ratione seipsam abscondere nõ possit. De motibus quoq; sensitiuis menti repugnãtibus quomodo ad petrã Christum elidi debeant. Caput XI.

I ONA ergo pœnitentia: quę si non esset, omnes ad senectutẽ differrent ablutionis gratiam. Quibus satis responsi sit, quia melius est vt habeam quod farciam, q̃ non habeam quo vestiar. Sed sicut semel assuta redintegrãtur, ita frequenter suta soluuntur. Eos autẽ qui pœnitentia differunt, satis ipse dominus admonuit dicens: Pœnitentiã
Matth. 3. agite. appropinquabit enim regnum cęlorũ. Nescimus qua hora fur veniat, nescimus an proxima nocte a nobis reposcatur anima. Adam post culpam statim de paradiso deus eiecit, non distulit, sed statim separauit a deliciis, vt ageret pœnitẽtiam, statim tunicam vestiuit
H pelliceam, non fericam. Quid enim quod differas? An vt plura peccata cõmittas? Ergo quia deus bonus est, ideo tu malus, & diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ cõtemnis? Sed bonitas domini magis ad pœnitẽtiam te debet adducere. Ideo ad omnes sanctus Dauid dicit:
Psal. 94. Venite adoremus, & procidamus ante eum, & ploremus ante dominũ nostrum qui fecit nos. De peccatore autem sine pœnitẽtia mortuo, quia nihil aliud superest nisi grauiter mœrere, nisi flere, habes ploratem ipsum
2. Reg. 19 & dicẽtem: Filius meus Absalon. Qui enim penitus est mortuus, sine vlla exceptione defletur. De his qui exules atq; peregrini limitũ paternorũ, quos lex Moysi sancta prescripsit, mundanis implicabantur erroribus,
Psal. 136. audis canentẽ: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus dum recordaremur Sion. Inducit enim lapsorum gemitus in ipso tempore presentium & rerum labentium adhuc positos statu debere respiscere, & eorum videlicet exemplo qui propter peccati preciũ dediti erant in captiuitatis grũnam. Nihil est autem quod tam summo dolori sit q̃ si vnusquisq; positus sub captiI uitate peccati recordatur vnde lapsus sit, atq; vnde decideri, eo quod ad corpoream atq; terrenam ab illa speciosa ac pulchra diuinæ cognitionis intẽtione deflexerit. Sic habes Adam abscõdentem se vbi deum cognouit esse præsentem, & quęsitũ latere voluisse, & vocatũ a domino ea voce quę latentis morderet affectum, hoc est, Adam vbi es? hoc est, cur te abscondis? Cur lates? Cur fugis eum quẽ videre desiderabas? Ita grauis culpa est conscientiæ, vt sine iudice ipsa se puniat, & velare se cupiat, & tamen apud deum nuda sit. Et ideo nemo in peccato positus arrogare sibi debet autoritatem aut
Gene. 4. vsurpationem sacramentorũ, quia scriptum est: Peccasti, quiesce. Quod in præsenti psalmo Dauid dicit: In
Psal. 136. salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Et infra: Quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena? Si enim caro menti repugnat, nec subdita est animi gubernaculo, & mentis imperio, aliena est terra, quæ non domatur exercitio cultoris, & ideo non po- k
test fructus charitatis, patiẽtiam pacis afferre. Melius est ergo tunc quiescere, cum exercere non queas opera pœnitentiæ, ne in ipsa pœnitentia fiat quod postea indigeat pœnitentia. Quæ si semel fuerit vsurpata, nec iure celebrata: nec prioris fructũ obtinet, & auferit vsum posterioris. Sane & cum caro repugnat, mens ad dominum debet esse intenta: & si opera non sequuntur, fides desideret: & si impugnant vel carnis illecebræ, vel potestates aduersariæ, maneat mens deo dedita. Tunc enim maxime vrgemur cum caro cedit, & sunt qui vehementer incumbant misere animę, quærentes omne auferre præsidium. Vnde illud est: Exinanite exinanite vsq; ad fundamentũ in ea. Quam miseratus Dauid ait: Filia Babylonis misera. Misera vtiq, quia Babylonis filia est, quæ dei filia esse desiit. Cui tamẽ mediocriter inuitat dicens: Beatus qui tenebit & allidet parvulos tuos ad petram, hoc est, qui infirmas & lubricas cogitationes elidat ad Christũ: qui omnes irrationabiles motus sui reuerentia & disceptatione cõmunat, vt si adulterino quis amore raptatur, excludat ignẽ, copulamq; meretricis, & se studio suo abdicet, vt Christum acquirat. Didicimus ergo & agendam pœnitẽtiam, & eo agendam tempore quo culpæ deferuescat luxuria, & in captiuitate peccati positos, reuerẽtiores nos, nõ vsurpatores esse debere. Nam si Moysi propius accedere Exodi. 3.
gestienti, vt cognitionem mysterii cælestis hauriret, dicitur: Solue calceamẽtum pedum tuorum: quãto magis nos animæ nostræ pedes exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere?

FINIS.

DIVI AMBROSII AD POENITENTIAM AGENDAM EXHORTATIO.

L

ADMONEO vos fratres in cõspectu dei, timori vestro admungere timorẽ meũ. Qui autem nõ timet, timentẽ me cõtẽnit, sed malo suo. Audite ergo quæ dicturus sum. Certus sum quia homo baptizatus, si vitam, nõ audeo dicere sine peccato, sed si vitam sine crimine duxerit, & alia peccata habuerit, quæ quotidie dimittãtur in oratione dicenti: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & aliis faciat quod sibi a deo cupit fieri: quando diem finierit, vitam nõ finit, sed transit de vita in vitam. Siue iste voluntate sua currat ad baptismũ, siue in periculo constitutus baptizetur, & exeat: ad dominũ vadit, ad requiem vadit. Baptizatus homo M
si postea desertor violatorq; sacramenti fuerit, peccat, & deum repellit a se. Si autem agat pœnitentiam ex toto corde, vbi deus videt, saluabitur, sicut vidit cor Dauid quãdo increpatus a propheta grauiter post cõminationes terribiles dei exclamauit dicẽs, Peccaui. & mox vt audiuit, abstulit peccatũ suũ. Quantũ valẽt tres syllabę. Tres enim syllabę sunt, Pec ca ui, sed in istis tribus syllabis flamma sacrificii cordis eius ad cælum ascendit. Ergo qui egerit veraciter pœnitentiã, & solutus fuerit a ligamento quo erat constrictus, & a Christi corpore separatus, & bene post pœnitentiã vixerit & post recõciliationem: cũ defunctus fuerit, ad dominũ vadit, ad requiẽ vadit, a regno dei nõ priuabitur, & a populo diaboli separabitur. Qui autẽ positus in vltima necessitate ægritudinis sue acceperit pœnitentiã, & mox reconciliatus fuerit, & vadit, id est, exit de corpore: fateor vobis, nõ illi

A negamus quod petit, sed nõ præsumo dicere quia bene hinc exit. Nõ præsumo, nõ polliceor, nõ dico, nõ vos fallo, nõ vos decipio, nõ vobis promitto. Fidelis bene viuẽs, securus hinc exit. Agẽs pœnitẽtiam dum sanus est, & reconciliatus, si postea bene vixerit, securus est. Sed dicis: Quid est, si bene vixerit? vel in hoc nos instrue facere dos bone, vt hoc sciamus. Illud nescire te dicis, an ille qui infirmus & impotens est peccare, si pœnitentiã accipit, et mox tranfit, facinora sua relaxantur in die iudicii? Hinc nullam securitatẽ nobis das? Quid est bene viuere post pœnitentiã? doce nos. Dico vobis, abstinere ab ebriositate, a concupiscentia, a furto, a malo eloquio, ab ipso immoderato risu, a verbo otioso, vnde reddituri sunt homines rationẽ in die iudicii. Ecce q̃ leuia dixi, vt tacerem grauia & pestifera. Et aliud dico. Non solum post pœnitentiam ab istis intus homo obseruare se debet, sed & ante pœnitẽtiam dum sanus est, quia nescit si possit ipsam pœnitentiam accipere, & confiteri deo & sacerdoti peccata sua. Ecce quod dixi post pœnitentiam, dico ante pœnitentiam melius. Agens vero pœnitẽtiam ad vltimum, & reconciliatus, si exierit, an securus hinc exeat, ego non sum securus. Pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Quod dico attendite. Ego illud planius expono, ne aliquis me male intelligat. Numquid dico damnabitur? non dico. sed nec liberabitur dico. An aliud mihi dicis, sancte episcope? Quid tibi dicam, nescio. Dixi nõ præsumo, nõ promitto, prorsus nescio de dei voluntate. Vis te frater a
B dubio liberari, vis quod incertũ est euadere? Age pœnitentiam dum sanus es. Si enim agis veram pœnitẽtiam dum sanus es, & inuenerit te nouissimus dies, securus es. Ergo curre & reconcilieris. Si sic agis, securus es. Quare securus? Vis dicam tibi? Quia egisti pœnitentiam eo tempore quo & peccare potuisti. Ecce dixi quare securus es. Si autẽ tunc agere vis ipsam pœnitẽtiam quando peccare iam non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquit, si forte deus mihi misereatur, & dimittat mihi peccata mea? Bene dicis frater, bene dicis, vnde scio: & ideo tibi do pœnitentiam, quia nescio. At ille inquit, Ergo dimitte causam meã deo. Quid tu me verbis affligis, & non iudici me deo dimittis? Illius iudicio te cõmitto, eius iudicio me cõmendo. Nam si scirem nihil tibi prodesse, non te admonerẽ, nõ te terrerẽ. Duę res sunt, aut ignoscetur tibi, aut nõ tibi ignoscetur. Quid horũ tibi futurũ sit, nescio, sed do cõsiliũ: Dimitte ĩcertũ, & tene certũ. Et dũ viuis age pœnitẽtiam veram, vt cũ veneris in iudicium dei,
C nõ a deo cõfundaris, sed ab eo in regnum iducaris, hoc prestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE FVGA SECVLI.

Qua ratione homo impediatur vt a terrenis se exuere, mentemq; eleuare, & semper ascẽdere sine diuino auxilio nõ possit. Et quod ascendere volens, non læta seculi & amœna, sed plena doloris & luctus sequi debeat. Quod etiã saluus esse volens, a Christo doceatur vt supra mundum ascendat, & hoc seculum fugiat. Caput I.
Quod etiã lex doceat seculũ esse fugiẽdũ, & deũ sequẽdum. Et de absolutione quatuor quęstionũ secũdum mysticam intellectũ per adaptationẽ ad diuersa genera virtutũ iuxta quatuor quę posita sunt in lege circa vrbes ad refugia dispositas. Caput II.
Quod prememorata virtutũ genera etiã in Apostolo non adumbrata, sed expressa habeantur, vt ex dictis ipsius aperte demonstratur. Caput III.
Quid sit fugere seculum, cum exhortatione vt fidei suffragio subnixi accedamus ad sedem gratiæ, hoc D
seculum & eius contagionem fugientes, neq; fugere erubescentes, cum gloriosum sit ita fugere, quemadmodum ex fuga Iacob & aliorum sanctorũ patrum demonstratur. Et q̃ beata etiam sit fuga quam Iacob susceperit. Caput IIII.
Cur hinc fugere debeamus, & quomodo transire cum Moyse, vt videamus deum, calceamẽta pedum soluendo. Quomodo etiam relinquere vmbram huius vitæ, & cum sancto Dauid euolare, etsi non vt aquila, saltem vt passer, etiam si non ad cælum, saltem ad montes. Caput V.
Qua ratione volens fugere, velociter & diligenter fugere debeat: quo etiã fugiendũ sit, & ad qđ bonũ animas nostras erigere debeamus. Caput VI.
Quod non mediocris sit causa cur hinc fugere debeamus. Quodq; nõ impigre malitia huius seculi fugiẽda sit, & quid sit hinc fugere. Cur etiã malitia in terris versetur & sæuiat. Qua præterea ratione dominus Iesus vindictam diaboli autoris malitiæ distulerit, neq; eadem sententia in ipsum, & in hominem dicta sit. Caput VII.
Quomodo hinc animo fugere possimus, etsi corpore retineamur. Quod etiam hinc, quia tempus breue est, fugiamus, ne cum prętereunte figura mũdi opera nostra nosq; ipsi prętereamus: quod si cauere velimus, mandata dei non prætereamus, neq; disciplinæ alicuius profectum, quemadmodum Ioseph fecit, & in Sara ostenditur, & sicut Iacob exercitus est. Caput VIII.
De exhortatione quod hinc fugiamus, sicut fugit de patria sanct? Iacob, & sicut cerui fugiũt ad fontes aquarũ, quos & Dauid sitiebat. Quis quoq; sit iste fons, & quid hunc fontem desideras facere debeat, exẽplo Susannę. Quomodo etiã sicut Paul? & Loth fugerunt, nos fugere debeamus. Quib? præterea modis quis bene fugere possit. Caput IX.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE FVGA SECVLI LIBER VNVS.

Qua ratiõe homo impediatur vt a terrenis se exuere, mentẽq; eleuare, & semper ascendere sine diuino auxilio non possit. Et quod ascendere volens, nõ læta seculi & amœna, sed plena doloris & luctus sequi debeat. F
Quod etiam saluus esse volens, a Christo doceatur vt supra mundũ ascẽdat, & hoc seculũ fugiat. Caput I.

LEQVENS nobis de effugiẽdo seculo isto est sermo, atq; vtinam q̃ facilis sermo, tã cautus & solicitus affectus. Sed quod peius est, frequenter irrepit terrenatũ illecebra cupiditatum, & vanitatũ offusio mentẽ occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites, animoq; voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autẽ impossibile. Deniq; voti magis eam esse rem q̃ effectus, testatur propheta dicendo: Declina cor meũ in testimonia tua, & non in Psal. 118.
auaritiam. Non enim in potestate nostra est cor nostrũ, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ mẽtem animũq; cõfundunt, atq; alio trahunt q̃ tu proposueris. Ad secularia reuocant, mũdana inserunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tẽpore quo eleuare mentẽ paramus, insertis inanibus cogitationibus

G ad terrena plerũq; deiicimur. Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine auxilio diuino quomodo fieri potest? Nullo profecto modo.
Psal.83. Denique supra eadem scriptura dicit: Beatus vir cuius est auxilium abs te domine, ascensus in corde eius. Beatus plane, quem delectatio nõ reuocat, quẽ voluptas nõ inclinat, qui ad iferiora nõ respicit. Q d nec ipsius Lothi vxor potuit euadere. Q uo admonitus exẽplo Apostolus, posteriora obliuiscẽs, & ea quę sunt priora appetẽs,
Philip.3. festinabat ad brauiũ, & peruenire meruit, quia ante se Christũ videbat, a quo ad iustitię vocabatur coronam. Sed peruenit ille qui seipm sibi abnegauit, vt Christũ lucraretur. Denique non ipse viuebat, sed viuebat in eo Christus. Nã quis inter tot passiones huius corporis, inter tãtas illecebras huius seculi, tutũ atq; intemeratũ seruare potest vestigiũ? Respexit oculus, & sensum mẽtis euertit. audiuit auris, & intentionẽ inflexit. inhalauit odor, & cogitationẽ impediuit. os libauit, & crimen reddidit. tactus cõtigit, & ignẽ adolenit. Intrauit mors
Hiere.9. per fenestram, dixit propheta. Fenestra tua est oculus
Matth.5. tuus. Si videris mulierem ad concupiscẽdum, intrauit mors. si audias sermones meretricios, intrauit mors. si luxuria sensus tuos capiat, penetrauit mors. Et ideo qui vult ascendere: nõ læta seculi, nõ amœna, nõ delectabilia, sed plena doloris & fletus sequatur. Melius est
Eccls.7. enim ire in domũ luctus, q̃ in domum gaudii. Denique nec Adam de paradiso descendisset nisi delectatione deceptus esset. Pulchre igitur Dauid, qui periculosos homines etiã ipso aspectu fuerat expertus, beatũ illum dicit cui spes omnis in dei nomine est. Sic enim non respicit in
H vanitates, & insanias falsas, si semper Christũ intẽdat, si semper Christum interioribus oculis aspiciat. Vnde
Psal.118. iterum ad seipsum conuersus ait: Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Vanitas circus est, quia nihil prodest. vanitas est equorũ velocitas, quia mendax ad salutem est. vanitas theatrũ est, vanitas ludus omnis.
Eccls.1. Omnia vanitas, inquit, ecclesiastes, quæ in hoc seculo sunt. Denique qui salutis esse vult, supra mundum ascendat, quærat verbum apud deum, fugiat hunc mũdum, terras relinquat. Non enim potest percipere illud quod est, & est semper, nisi prius hinc fugerit. Vnde & dominus volens patri deo appropinquare apostolos, ait:
Ioan.14. Surgite eamus hinc.

Quod etiam lex doceat seculum esse fugiendum, & deum sequendum. Et de absolutiõe quatuor quęstionũ secũdum mysticũ intellectũ per adaptationẽ ad diuersa genera virtutũ iuxta quatuor quę posita sunt in lege circa vrbes ad refugia dispositas. Caput II.

I
Num.35. IOCET te etiam lex fugiendum seculum, deum sequendum. Quid enim aliud docet cum dicit: Disponetis vobis ciuitates ad refugium, & erunt vobis refugia quo refugiat homicida omnis qui percusserit animã inuitus. Et in-
Iosue.20. fra: Sex ciuitates ad refugia erunt vobis, tres ciuitates dabitis trans Iordanem, & tres ciuitates dabitis in terra Chanaan? Aperte quidẽ confugientibus ob crimen homicidii, refugia propositi sunt. Sed si consideremus altius, quatuor sunt quę admonent profundius esse spectanda arcana lectionis istius. Vnum, qua ratione ex iis ciuitatib⁹ quæ Leuitis in portionẽ sorte obuenerũt, sex ciuitates ad refugiũ datæ sint homicidii crimine laborantibus, cur non etiam aliarũ tribuum ciuitates ad hoc munus deputatę. Secũdum, qua ratione sex numero. nõ enim ociose numerus hic præscriptus videtur neq; plurium, neq; pauciorũ ciuitatũ. Tertium, cur tres vltra Iordanẽ ciuitates, & tres in regione Chananęa dispositę sint, quę refugio peccantibus forent. Quartum, cur denumeratio & definitio tẽporis comprehensa sit intra quod habitet homicida in ciuitate refugii, quoad moriatur sacerdos magnus, & post mortem sacerdotis k
magni reuertatur homicida in ciuitatem habitationis suæ. De singulis ergo oportet dicere, atq; eo ordine quo proposuimus, quęsita absoluere. Competẽter itaq; Leuitarum ciuitates datas ad refugium, primo explicandum est. Cõgrue autẽ prouisum liquet, quia Leuitę fugitantes sunt mundi huius, vt placeant deo: relinquunt patriã, parentes, filios, omnẽ cognationẽ, vt adhęreant vni deo. Denique & Abraæ dictũ est: Exi de terra tua, &
Gene.12. de cognatione tua, & de domo patris tui. Sed forte dicas: Leuita non erat. Sed habebat in lumbis suis Leuin, vt legimus ad Hebręos scriptum. Et dominus Le
Hebræ.7. uitis dicit cum discipulis suis, hoc est apostolis dicit: Si
Luc.9. quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. quanq; ad omnes iam dictum sit: Vos autẽ genus electum, regale sacerdotiũ,
1.Petri.2. gens sancta, populus in adoptionẽ. Venit plenitudo, reliquiæ cessarunt. Christus enim omnes vocauit, omnibus profecto patet, vt omnes sequãtur, omnibus regnũ propositũ, & vita ętema. Ergo cui deus portio est, nihil debet curare nisi deum, ne alterius impediatur necessitatis mumere. Q uod enim ad alia officia confertur, hoc religiõis cultui, atq; huic nostro officio decerpitur. Hæc enim vera est sacerdotis fuga, abdicatio domesticorũ, & quædam alienatio charissimorũ, vt suis se abneget qui seruire deo gestit. Recte ergo fugaces fugacibus cõmendauit ætemæ legis sanctio, vt qui hunc mundum obliti sunt, eos recipiant qui peccata sua condẽnantes atq; opera, obliuionem vitæ superioris exoptent, & secularia quę gesserint, abolere desiderent. Fugitans igitur est suorum sacri altaris eius minister. Vnde domi-
L
nus quasi princeps sacerdotũ, formã leuitis in euangelio dans suo dixit: Quę est mater mea, aut qui sunt fra-
Mat.12. tres mei? Hoc est, non agnosco matrem, nõ recognosco fratres, ignoro proximos. Mater mea & fratres mei ii sunt qui audiunt verbũ dei, & faciunt. Solum ergo verbum dei nouit minister, cum eos nouit in quibus operatur dei verbum. Et ideo exul est mundi, fugitans corporis, fugitãs passionum, qui abdicat se omnibus, vt solus remaneat, sicut Helias dixit: Et ego relictus sum so-
3.Reg.19 lus. Sed non erat solus, cum quo erat Christus. Et ipse
Ioan.16. dominus relictus est solus. Sed non sum, inquit, solus, quoniam pater mecũ est. Est etiam illa causa, quia leuitæ ministri sunt dei. Et ideo ipsorum ciuitates fugiẽtibus homicidis per legem deputantur, quia ipsius est diuina mandata exequi circa eos qui crimen mortale admiserint. Nescit ecclesia publicas leges, suas nouit. Vt dominico sacerdos obediat imperio, audi leuitam dicentẽ: Tradidi huiusmodi satanæ in interitũ car-
1.Cor.5. nis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Percussus igitur leuitico gladio moriatur sensus carnis in nobis, vt viuat anima nostra. Nisi enim sensus M
carnis occiderit, nullus potest esse vitæ fructus ętemæ. Sex autẽ ciuitatũ refugia sunt ita, vt prima ciuitas sit cognitio verbi, & ad imaginẽ eius forma viuẽdi. Q uicunq; eam cognitionem fuerit ingressus, tutus a pœna
Ioan.15. est: secũdum quod & dominus ait: Iam vos mũdi estis
Ioan.17. propter sermonem quem locutus sum vobis. Et alibi: Hęc est autem vita ętema, vt cognoscant te solũ deum verum, & quẽ misisti Iesum Christũ. Hęc est igitur ciuitas velut Metropolis, cui adiacent aliæ quinq; ciuitates leuitarũ. Secunda est ciuitas, consideratio diuinæ operationis, qua creatus est mundus. Tertia ciuitas, cõtẽplatio potestatis regię, & maiestatis æternę. Quarta ciuitas, propitiationis diuinę cõtuitus. Q uinta ciuitas, legis diuinę cõtẽplatio, quę pręcipit quid faciendum sit. Sexta quoq; ciuitas, portio legis quę pręscribit quid nõ faciendum sit. Q uanta abundantia diuinæ misericordiæ, quantæ diuitiæ pietatis eius, vt singulorũ studia fragilitatesq; humanæ cõditionis considerãs, quibus & inuiti ac reluctantes ad culpam ducimur, & non volun-

A taria delicta victi illecebris frequẽter cõmittimus, diuersa nobis refugia proponat, sex videlicet vrbium, vt quo numero mũdus formatus est, eodem numero aduersus mundana vitia, & seculi huius naufragia remediũ prouideretur. Primũ igitur est remediũ, vt si boni propositi viro culpa irrepserit, is sine vlla cõperendinatione, si perfectam velit habere securitatẽ, ad ipsam rerũ omniũ arcem properet, vbi verbum est dei in illo sinu patrio, id est, arcano ac recessu dei, vbi est fons sapiẽtiæ, vnde promorte, vitæ æternæ hauriat potum immortalẽ. Secũdum est remedium, vt qui nõ potest cognitionẽ boni illius prælibare, & tardior vel ingenio est, vel fidei cõprehensione, qui veloci mentis vigore atq; ingenii acumine ad cognitionis summã contẽditur, saltem operã domini consideret, atq; ex his quę facta sunt, tanti cõtẽplentur operis autorẽ, quoniã ex his bonis quæ sunt in constitutione istius creaturæ (bona enim valde sunt, sicut dominus dixit) bonum illud summũ atq; æternum cõprehenditur. Q ui ordo rerum, quæ disciplina, quę gratia? Nonne his q̃uis tardum ingenium diligere autorẽ suum prouocatur? Et ernũ si parẽtes quia nos genuerũt, amamus: quãto magis diligere debemus creatorẽ parentum, autorẽq; nostrum? Ergo operatoria virtus dei etsi nõ videtur, tamẽ ex suis operibus ęstimatur, operatoremq; opera sua produnt, vt intelligatur qui nõ com-
Ioan.10. prehẽditur. Vñ & dñs ait: Si mihi nõ creditis, vel operibus credite. Bona igitur etiã hęc ciuitas ad refugium, quę ædificatoris sui testificatur gratiã, & affectum no-
B strum excitat, vt eius simus cupidiores, qui tãtã nobis fabricę huius videatur cõtulisse pulchritudinẽ. Tertius ordo est regalis potestatis cõtemplatio, vt subiiciamur regi, si nõ deferimus tanq̃ parenti. Metu enim præfidentis plerũq; fit obediens potestati, qui est saluti ingratus, vt necessitatẽ sobrietatis agnoscat qui noluit ac nequiuit gratiam pietatis agnoscere. Corrigit ergo necessitas, quem pietas prouocare debuerat. Hæ sunt tres ciuitates trans Iordanem, perfectiori prudentiæ ad refugium datę, vt primo culpã fugiamus inductione animi conformis ad imaginẽ dei. Ita enim creati sumus, dicẽte
Gene.1. deo: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ nostram. Hæc ergo primæ illius ciuitatis lex est. Deinde si per fragilitatẽ carnis, & mundi illecebras, ita mẽtem nostram formare nõ possumus, reuerentia paternæ generationis, & sedulitate prolis peccatũ leuemus. Chari-
1.Petri.4. tas enim multitudinẽ peccatorũ operit. Q ui ergo adimaginem dei esse nõ potuerit, sit ad plenitudinem charitatis. Illa ciuitas culpã excludit, hęc solvit. Hęc deniq; lex
Deute.6. secundę ciuitatis: Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Sed si turbus anguſti amini & imminuti sunt qui abundantiã charitatis & gratiã recipere nõ possunt, habes tertiã ciuitatẽ, vt diuinę potestatis formido te sobriũ faciat, &
Mat.4. inflectat metus. Et hęc lex tertia: Dñm deũ tuũ adorabis, & ipsi soli seruies. Hæ igitur præcipue virtutes, &
C ideo paucorũ, nõ pluriũ, supra Iordanẽ positę, vt exprimas quasi imago archetypũ, diligas quasi filius patrẽ, adores quasi subdit⁹ regẽ. Q ui enim Iordanẽ trãsierint, Iordanis autẽ descensio eorũ dicitur, Q ui descenderint ergo ex illis superioribus virtutibus ad hęc inferiora, id est, in quibus integritas, charitas, humilitas vacillauerit, habẽt propria homini refugia quę petant, vt qui obnoxiũ delictis, & inflexi vitiis sunt nõ voluntariis, sperẽt dñm sibi reconciliari posse si veniã petant, sperẽt posse se corrigi si pręcepta sequãtur cælestium mandatorũ, quibus aut informamur ad innocentiam, aut reuocamur a culpa. Hæ igitur intra Iordanẽ ciuitates sequẽdæ sunt, vt propitiemus nobis deũ, sequamur quæ iubet, vitemus quę prohibet. Sit ergo propitiadæ diuinitatis ambitio, sequendæ pręceptionis obeditio, interdictę pręuaricationis cautio, quibus propitiatoriã dei misericordiã & nomotheticen eius prouidentiã vel institutorũ obse-
quio, vel interdictorũ declinatione veneremur. Quar- D
tum supereſt, quod ait: Q uia vsq; ad illud tẽpus erit in Iosue.20.
ciuitate refugii homicida ille, donec moriatur sacerdos magnus. In quo secũdum literam hæret interpretatio. Primũ ipsa fuga sorte magis q̃ æquitate alicuius examinis definita, deinde in causis paribus impar euẽtus. Poterat enim fieri vt post homicidæ illius refugiũ sequẽti die obiret magnus sacerdos. Q uę autem sub incerto sententiæ? Ergo quia hæret litera, quęramus spiritalia. Quis est iste magnus sacerdos, nisi dei filius, verbum dei, cuius aduocationẽ pro nobis habemus apud patrẽ, qui exors est omniũ voluntariorum & accidentiũ delictorũ, in quo consistunt omnia quę in terris sunt, & quę in cęlo? Vinculo enim verbi cõstricta omnia sunt, & eius continẽtur potẽtia, & in ipso constant, quoniam in ipso creata sunt omnia, & in ipso habitat omnis plenitudo. Et ideo omnia manẽt, quia dissoluti illa nõ finit quæ ipse constringit, quoniam in eius voluntate consistunt. Omnia enim quoad vult suo imperio coercet & regit, & naturali concordia ligat. Vinit igitur verbum dei, & maxime in animis viuit piorum, nec vnquã moritur plenitudo diuinitatis. Numquã enim moritur sempiterna diuinitas, & æterna dei virtus. Sane moritur nobis si a nostra anima separatur, non quo morte corrumpatur, sed quo dissoluatur atq; extatur mens nostra ab eius coniunctione. Mors enim vera est, verbi & animæ separatio. Deniq; statim incipit anima peccatis patere voluntariis.

Quod præmemorata virtutũ genera etiã in Apo- E
stolo nõ adumbrata, sed expresse habeantur, vt ex dictis ipsius aperte demonstratur. Caput III.

HABEMVS hęc genera, non adumbrata, sed expressa, virtutum, in Apostolo, dicente eo: Ita quod in me est, promptus sum & vo- Roma.1.
bis qui Romæ estis euangelizare. Non enim erubesco euãgeliũ. Virtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudęo primũ, & Greco. Iustitia enim dei in eo reuelatur, id est, in eo qui credidit. Deniq; addidit: Ex fide in fidem, sicut scriptũ est, Iustus autem ex fide viuit. In quo igitur iustitia dei reuelatur, nisi in eo qui conformis est imaginis dei? Habes primũ præceptũ ad imaginem. Secũdum, quia inuisibilia illius per ea quæ facta sunt intelliguntur, id est, sempiterna virtus eius & diuinitas operibus eius cognoscitur. hæc est operatoria virtus. Tertium de imperiali potestate, quia verbũ dei regale est, & iudiciale, & plenum iustitiæ sacerdotalis, remunerationẽ bonorum actuum, & retributionẽ malorum venturis in iudicium suum seruans: de quibus ait Apostolus: Scimus autem quoniam iudicium dei Roma.2.
est secũdum veritatem in eos qui talia agunt. Itaq; qui veritatem & iustitiam dei cognouit, non debet ea agere quæ morte digna sunt. Sequitur bonitas dei propitiatoria, vtiq; de qua dicit: An diuitias bonitatis eius, & F
patientię, & longanimitatis contẽnis? Ignoras quoniã bonitas dei ad pœnitentiam te adducit? id est, debet te adducere, prouocare, vt quia bonus est deus, sperare possis tuorum peccatorum indulgentiam. Non vult enim vindicare, qui est paratus ignoscere. Subtexuit etiam legislationẽ, id est, nomotheticen, vt si quis contẽplationę diuinæ bonitatis resoluitur, & magis ad negligentiam q̃ ad pœnitentiam prouocatur, legę sequatur: Q uoniam & quicunq;, inquit, sine lege peccauerũt, sine lege & peribunt: & quicũq; in lege peccauerunt, per legem iudicabũtur. Lex autem gemina est, naturalis & scripta. Naturalis in corde, scripta i tabulis. Omnes ergo sub lege, sed naturali. Sed nõ est omniũ, vt vnusquisq; sibi sit lex. Ille autem sibi lex est, qui facit sponte quæ legis sunt, & in corde suo scriptum, opus legis ostẽdit. Habes quæ bona legis sint, quæ tamen non solum

G scire vel audire perfunctorie, sed etiã facere debemus. Non enĩ auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabitur. Cognouisti etiam quę mala sint. Primũ natura ipsa boni operis magistra est. Scis nõ furandũ, & seruum tuũ si furtũ tibi fecerit verberas, & si quis ad vxorem tuã affectauerit, persequẽdum putas. Quod ergo in aliis reprehendis, ipse committis? Qui prędicas nõ furandum, furaris? Qui dicis nõ adulterandum, adulteras? Secuta est etiam lex quę data est per Moysen. Per legem autem agnitio peccati. Accepisti etiam quid declinares, & ea agis quę prohibita cognoscis? Lex autẽ quid operatur, nisi vt omnis mũdus fieret subditus deo, quia nõ solum hebræo lata est, verũ etiam aduenam vocauit, quę non excluſit proſelytum? Sed quia & lex os omniũ potuit obstruere, non potuit mentem conuertere, ideo vltimũ remedium postremę illius ciuitatis debebatur, in quo esset refugiũ salutare, vt mors principis sacerdotũ ab omĩ nos mortis liberaret formidine, atq; exueret metu. Quis ille est, nisi de q̃
Ioãnis.1. lectum est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi: quẽ proposuit deus propitiationẽ per fidẽ in sanguine
Roma.3. ipsius ad ostensionẽ iustitię suæ? Accipe autẽ quia ipse princeps est sacerdotũ magnus. pater iurauit de eo di-
Psal.109. cens: Tu es sacerdos in ęternum. Recte in ęternũ, quia alii tẽporales omnes sub peccato: hic autẽ impræuaricabile habet sacerdotiũ. Omnes sub morte, hic autem semper viuẽs, quoniã qui saluare alios potest, ipse peri-
Hebr.7. re quẽadmodũ posset? Talis enim, inquit, nobis decebat. Recta elocutio. Siquidem & apud eos qui verborum & elocutionũ delectum habuerunt, huiusmodi inuenitur, dicente alio, loco editiore q̃ victoribus decebat.

H Quod ideo non preterii, vt sciamus quia apostolus naturalibus magis q̃ vulgatis aut secũdum artem vtitur verbis. Talis ergo, inquit decebat, vt esset princeps sacerdos, iustus, sanctus, innocens, immaculatus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cælis factus. Hoc est igitur verbũ, quod supra cęlos habitans illuminat omnia. vnde & vnctus naturaliter legitur a deo patre: quia lumen est verum, quod illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Hoc est verbum dei in quo est magnum sacerdotium, cuius Moyses in illo vestimento principis sacerdotũ indumenta describit intelligibilia, quod virtute sua induit mundũ, & tanq̃ eo amictus fulget in omnibus. Indutit etiã cognationẽ generis humani per huius corporis susceptionẽ, & inenarrabilẽ charitatem, infundens se omnibus spiritu & plenitudine diuinitatis suæ, de cuius plenitudine omnes accepimus: vt sciamus supereminentem scientię charitatem Christi, & impleamur in omnẽ plenitudinẽ dei. Caput est enim omniũ Christus, ex quo totũ corpus producitur, & mutua sibi connexione coniungitur, incrementũ sui in ædificationẽ charitatis accipiens. Hoc est igitur
I verbum, quod supereminet, quod Moysi in illius arcæ
Exodi.25. testimonii ædificatione dicit: Immittes in arcam testimonia quæcunq; dabo tibi, & facies impositionẽ propitiatorii. Et infra: Impones propitiatorium super arcam desuper, & immittes testimonia quę dabo, & innotescã tibi inde, & loquar tibi desup. hoc est, inde vbi sup cælos est, vbi apud patrem est, inde tibi loquar.

Quid sit fugere seculum, cum exhortatione vt fidei suffragio subnixi accedamus ad sedem gratiæ, hoc secutum & eius contagionem fugientes, neq; fugere erubescentes, cum gloriosum sit ita fugere, quemadmodum ex fuga Iacob & aliorum sanctorũ p trũ demonstratur. Et q̃ beata etiam sit fuga quam Iacob suscepit.

Caput IIII.

ACCEDAMVS itaq; fidei suffragio subnixi, & eius remigiis subleuati, ad illam sedem gratię, fugiẽtes hoc seculum, & eius cõtagionẽ. Hoc est autẽ fugere, abstinere a peccatis, ad similitudinẽ & imaginẽ dei formã virtutũ assu k
mere, extẽdere vires nostras ad imitationẽ dei secundũ mensurã nostræ possibilitatis. Vir enĩ perfectus, imago & gloria est dei. Vnde & dñs ait: Perfecti estote, si- Matth.5.
cut & pater vester qui in cælis est; perfectus est. Hoc est igitur simile esse dei, habere iustitiã, habere sapientiã, & in virtute esse perfectum. Deus enĩ est sine peccato. Et ideo qui peccatũ fugit, ad imaginẽ est dei. Non est igitur dubiũ q̃ is qui a peccato est abstinẽs, fugit. Vnde &
Apostolus clamat: Fugite fornicationẽ. Persequitur 1.Cor.6.
enim nos peccatorũ illecebrę, persequitur libido. Sed tu fuge tanq̃ furiosam dominã, quæ si comprehẽderit, nec die nec nocte requiescere sinit, exagitat, vrit, incẽdit. Fuge auaritiã, ne te interius cõprehẽdat. Fuge inuidiam, quæ non solum alienos, verũ multo magis eum quem possederit, lacerare cõsuerit. Fuge perfidiam, ne te suis
inuoluat retibus. Vnde & dñs ait: Cũ autẽ persequen- Mat.10.
tur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Quod si in alia persequẽtur, vos in aliã fugite. Amẽ dico vobis, nõ cõsummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. Etenĩ q̃nis propter infirmitatem carnis fugam nobis suadere videatur, tamẽ melius fugit qui fugit illecebram secularem, vt nõ teneatur diuitiarũ suarũ solicitudine, nõ thesauri contẽplatione, non vitæ istius cupiditate, sed directa animi intẽtione festinet ad gloriam regni cælestis, properet ad coronam, nec terrenorum contuitu a sui corporis passiõe reuocetur. Fuga ergo mors est vel celebrata, vel adumbrata. Et forte illas exprimit refugii legitimi ciuitates, vt cõfugiamus ad virtutum culmina, quas pro prẽmiis bono fœneratori alibi dispẽsat dicens: Quia in modico fidelis fuisti, eris potestatem habens super decem ciuitates. Sed quia legẽ imple Lucæ.19.
L
tur, qui potuit dicere: Non veni soluere legem, sed im- Math.5.
plere: perfectiorẽ numerũ remuneratiõis indulget. Nõ ergo erubescamus fugere. Gloriosa enim hæc fuga est, fugere a facie peccati. Sic fugit Iacob matre sua dicente. Dixit enim Rebecca: Exurgens fuge in Mesopotas- Gene.27.
miã. Sic fugit & Moyses a facie regis Pharao, ne eum aula regia coinquinaret, ne irretiret potẽtia. Deniq; pretiosius Ægypti diuitiis æstimauit opprobrium Christi. Sic fugit etiã Dauid a facie regis Saul, a facie Absalõ. Deniq; fugiens augebat incremẽta pietatis, qui & insidiatori pepercit, & parricidæ salutem rogauit. Sic fugit & populus Hebręorũ, vt fides eius & vita inter fluctus sibi aperiret viam. Fuga illa erat trames innocẽtię, virtutis via, pietatis assumptio. Audeo dicere: Sic fugit
Ionas in Tharsis, nõ corporis fuga, sed mẽtis ascẽsione, Ionæ.2.
qui vsq; ad Christi ascendit similitudinẽ, vt fieret typus Christi. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Nam si sic non fugisset, nunq̃ de ventre ceti esset auditus. Sed si dubitas, doceat te Rebecca q̃ beata sit fuga quã suscepit Iacob. Stasit Rebecca: Fuge inquit, in Mesopotamiã M
Et Isaac dicit: Surgens vade in Mesopotamiã in domum Bathuel. In hymnis vel oraculis a plerisq;, vt ante nos scriptum est, Bathuel sapientia dicitur: interpretatione autẽ latina, filia dei significatur. In domũ ergo sapientię mittitur Iacob, & accipere admonetur vxorẽ a filiabus Laban, qui habitabat in Charris, quod significat cauernas, in quibus species est sensuum, qui sunt tanq̃ in cauernis corporis, vt visus in oculis, auditus in auribus, odoratus in naribus, in ore sapor. Qui enĩ delectatur hoc mũdo, & tripudiat in voluptatibus corporis, obnoxius est sensuum passionib⁹, atq; in his habitat & diuersatur. Vnde ei dicit Rebecca, habitando paucos dies cũ illo, nõ multo tẽpore, ne corporeis coloretur voluptatib⁹, & seculi capiatur illecebris. Persuadet aũt habitare, vt discat studiosius disciplinę virtutes sensuũ, & velut situs quosdam carnis atq; regiones, vt se cognoscat, & nouerit vehementiam carnis, quid & qua causa

A creatum sit, quemadmodum vnusquisq; sensus operetur. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum
Mat.5. eam. Male sic videt oculus. Videat ergo oculꝰ? & fingatur suo munere, non lubricæ mentis imperio diriga tur ad lapsum, vt vitium referat pro officio. Breue ergo tempus ad cognoscendos sensus, vel potius experiẽdos datur, & fortasse tenerioris adolescẽtiæ prima exordia: statimque reuocatur, ne diutius titubet in lubrico, & diuidua quadam inundatione corporis huius seculi mergantur animi interiora vestigia. Cum autem vel expertus fuerit, vel steterit in instabili & incerto atque humido solo, reuocatur a matre patientia vel perseuerantia quæ dicit: Mittam ad te, & accersiam te inde, vt & illic in lubrico tutum portum inuenias sapientiæ, quæ te non sinat tanquam in naufragio fluctuare, & reuersus perseuerare circa dei noueris cultum, & sis in conuentu gentium, significans eius fide ecclesiã gentium congregandam. His igitur patientiæ & perseuerantiæ instructus disciplinis, profectus Iacob copulam sibi acquisiuit de sapientiæ domo, consortem proposiB ti, opinam dote prudẽtiæ, cum qua vitæ tempora sine vlla offensione transcurreret. Audito igitur thesauro sapientiæ, variarum sibi ouium instituit gregem, seduIoan.14. lum, rationabilẽ, virtutum plurimarum diuersitate fulgentem. Vnde & iactantia carnis eius recidit, quod significat femoris stupor, salua sacra interpretatione mysterii. His ergo virtutib⁹ velut gradib⁹ quibusdã mẽs eius ascendit in cælum, & dei secreta cognouit, & confirmatus est & repletus, vt Laban scrutans domũ eius nihil apud eum inuane, nihil vacuum reperiret, nulla simulacra, nullam effigiem vanitatis. Non enim apud eũ erat imago, sed veritas: non effigies ignauiæ, sed solida forma iustitiæ, & veræ virtutis expressio intelligibilis. Itaque Laban perscrutatus est domũ eius spiritalẽ, & non inuenit effigies. Plena enim erat non figurarum, sed negociorũ. Potuisset autẽ inuenire fundamenta virtutum & culmina, nisi cæcitatem cordis, & perfidæ mentis caliginem detulisset. Deniq; ea improbitatis cæcitate suffusi mẽtem Sodomitæ ostium neIoan.20. quaq̃ sancti Loth inuenire potuerũt. Vñ enĩ mens impia videre potuit viri sancti vel exitũ vel ingressũ? Ipse
C quoq; dominus in euangelio ait: Venit enim princeps mundi huius, & in me inuenit nihil. Quomodo nihil inuenire potuit in eo in quo plenitudo diuinitatis habitabat, & habitabat corporaliter, de quo virtus exibat & sanabat omnes? Quomodo nihil inuenire potuit in soliditate virtutis, vbertate sapiẽtiæ, integritate iustitię? Ipse dixisti domine: Plenus sum. ipse dixisti: MitIoan.16. te manum tuam in latus meum, & noli esse incredulꝰ, sed fidelis. Misit manum qui non credebat, & dominũ te & deum reperit. Non ergo tu vacuus, sed ille cæcus & inanis princeps istius mundi, qui nescit nisi sua cernere, nescit nisi sua inuenire: ea quæ Christi sunt, nescit agnoscere. Aut si sic, quemadmodum plerique habẽt, Nõ inueniet in me nihil, hoc est, nõ inueniet in me malitiam, quia malitia nihil est. non inueniet mortuum, quia mortuus non est. Sed quomodo mortuum inueniret in eo, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt? Non inueniet, inquit, peccatum in me, qui mundi peccatum abstuli. Quomodo enim nihil habet, qui omnia habet? Et quod plus est, omnia habet quæ pater habet, sicut ipse ait: Omnia quæ pater habet, mea sunt.

Cur hinc fugere debeamus, & quomodo transire cum Moyse vt videamus deum, calceamenta pedum soluendo. Quomodo etiam relinquere vmbram huius vitæ, & cũ sancto Dauid euolare, etsi non vt aquila, saltem vt passer, etiam si non ad cælum, saltem ad montes.

Caput V.

EVGIAMVS ergo hinc, vbi nihil est, vbi D
inane est omne quod magnificum putatur esse, vbi & qui se putat aliquid esse, nihil est, & omnino non est. Vidi, inquit, impium fu- Psal.36.
perexaltatum & eleuatũ vltra cedros Libani, & trãsiui, & ecce non erat. Et tu transi sicut Dauid, transi sicut bonus seruus, vt dicatur tibi: Transi recumbe. Transi sicut Moyses, vt videas deum Abraham, Isaac & Iacob, & videas visum magnum. Sed si videre vis, solue calceamentum pedum tuorum, solue omne vinculum iniquitatis, solue vincula seculi, relinque calceamẽtum quod terrenum est. Ideo Iesus sine calceamento auro & argento Apostolos destinauit, ne secum terrena portarent. Qui enim bonum quærit, non in calceamento, sed pedum velocitate & decore laudatur, dicente scriptura: Q̃ speciosi pedes euangelizantium pa- Esa.52.
cem, euangelizantium bona. Solue ergo calceamentũ pedum tuorum, vt speciosi sint ad euangelizandum. Soluedixit, nõ liga. Solue vt transeas, & illum quem mirabaris in terra impiũ, nihil illic esse, nihil posse reperias. Transi igitur, hoc est, fuge de terris, vbi malitia est, vbi auaritia. Ideo dicit tibi Dauid: Declina a malo Psal.33.
& fac bonum. Declinare, fugere est vtiq;. Malum autem in terris, bonum in cælo est. Vnde & addidit: Inquire pacẽm, & sequere eam. Pax in cælo est. Denique de cælo veniens dicit: Pacem meam do vobis, pacem Ioan.14.
relinquo vobis. Ergo quia fugienda & declinanda sunt mala, mala autem in terris, in terris iniquitates, fugiamus terrena, ne nos comprehendant iniquitates, quæ etiam sanctum comprehenderunt Dauid, sicut i- E
pse testatur dicens: Comprehenderunt me iniquitates Psal.39.
meæ, & non potui vt viderem. eo quod fumo iniquitatis oculus animæ cæcatur, ne videat quæ sunt lucida. Sic ergo & Laban bona Iacob videre nõ potuit, & princeps huius mundi gloriam Christi. Sed forte dicas: Cur igitur Iacob ad Labau missus est, si Laban reprehensibilis? Si nomen consideremus, candidus dicitur Latine. ergo ad splendidiora iubetur egredi Iacob. Sed quia carnalis erat, melius intelligimus splendidiora vitæ huius. Quasi nondum perfectus, primo ad eum vadit, apud quem ad horam exultaret in luce eius. Filios autem deteriores habebat, id est, ecclesia vel prudẽtia? Quæ ecclesia inanes ideas & vanas nescit simulacrorum figuras, sed veram nouit trinitatis substantiam. Denique vmbram aboleuit, splendorem gloriæ manifestauit. Relinquamus ergo vmbram, qui solem F
quærimus. deseramus fumum, qui lumen sequimur. Fumus iniquitas est, quia sicut fumus oculis, sic iniqui tas vtentibus ea vmbra est vitæ. Vmbra enim est no Iob.8.
stra hæc vita in terra, sicut Iob dixit. Quid autem hic nisi tentationes? Omne tempus in solicitudine, omnis vita in molestiis. In medio, inquit, laqueorum ambu- Eccl.9.
labis. Et alius in via qua ambulabat, extentos sibi, sed Psal.141.
absconditos laqueos querebatur, ne deprehensus caderet. Volebat fugere sicut passer, sed adhuc laqueus contritus non erat. Periit, inquit, fuga a me. Grauatas ha- Ibidem
bebat pennas per illam tenebrosam aquam in nubib⁹ aeris, & fortasse euolare non poterat. Denique illas pẽnas quærebat accipere vt euolaret & requiesceret, sicut scriptum est: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, Psal.54.
& volabo & requiescam? Vbi enim volatus, ibi requies. Denique alibi dicit: Si dormiatis inter medios Psal.67.
cleros, pennæ columbæ deargentatæ. Sed fortasse dicas: Quomodo ergo hic dicit fugam a se perisse, qui supra dixerat: Si sumpsero pennas meas ante lu- Psal.138.
cem? Nunquid cõtrariũ est? Absit. Multa enim instotum certamina. Nũquid semel Athleta luctaꝰ? Quo-

G tiens post coronas multas vincitur? In alio certamine quotiens qui sæpe vicerat, interdum fluctuat, & in incerto hæret? & sæpe fit vt fortibus fortis congrediatur, maioraq; oriatur certamina, vbi maiora virium documenta. Ergo Dauid vbi fugam quærebat vt euaderet aduersarium, & non inueniebat pennas suas, ancipiti fluctuabat certamine. Siquidem vbi in potestate habet pennas suas, titul? psalmi in finem est, id est, perfectionem & consummationem victoriæ. Denique quasi victor dicit: Domine probasti me, & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionē meā. Merito habebat facultatem volandi, qui pennas resurrectionis acceperat. Hic autem adhuc in spelunca est, id est, in carne, in antro quodam istius corporis, cum rege Saul filio duritiæ, & intelligibilis illius principis potestate decertans, qui non videtur, sed intelligitur. vnde & psalmi titulus, intellectus est, quē tamen Dauid positus in carne conclusit, sed vt conduderet rogando meruit. Deniq; a voce precationis cœpit. Adde illud quod ille ex persona saluatoris psalmus dicitur, iste ex persona Dauid, qui in potestate non habebat victoriam, sed sperabat a Christo, & ipse tamen posteaq̄ expandit ad deum manus suas tanquam pennas animæ suæ, & confrigit ad dominum, & spiritussancti deductionem poposcit, quo cognosceret viam per quam posset ascendere, inclinari vidit cælos vt Christus descenderet, & rogauit vt eum leuaret manu sua. Aut forte ideo pen-

H nas suas iam non quærebat, quia perfectior factus manum Christi desiderabat. Qui vult igitur manu Christi leuari, ante ipse euolet, habeat pennas suas. Qui fugit seculum, pennas habet, etsi suas non habet: ne forte ille solus non habeat suas, qui potestatem habet volandi: si suas inquā non habet, ab eo qui habet accipiat.

Psal. 54. Qui fugit ergo seculum, volat. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Euolauit ergo Dauid, sicut nycticorax in domicilio. Si autē ad Christum referas, euolauit in corporis passione, vt sub vmbra alarū suarum protegeret populos nationum. Euolauit diuinitate, mansit corpore, atq; habitauit in deserto, vt plures fierēt desertæ filii, q̄ eius quæ habebat virum. Illud ergo corpus sequamur, vt & nos resurgamus. Vbi enī corpus, ibi & aquilæ. Qui non potest vt aquila volare, volitet vt passer. Qui non potest ad cælum, volet ad montes, fugiat ante vallestria, quæ cito corrumpuntur humore, & ad montes transeat. Transiuit ad montes Segor nepos Abrahæ, & saluus fact? est. quæ autē nō potuit ascendere affectu fœmineo reclinata, salutem amisit. Appropinquantibus montibus æternis, domi-

Mich. 2. nus dicit per Micheam prophetam: Surgite hinc, quia

I non est vobis hic refrigeratio. Propter spurcitiam corrupti estis corruptione, persecutionem passi estis. Et

Luc. 21. dominus dicit: Tunc qui in Iudæa sunt, fugiat ad mōtes, vbi mons Sion, & ciuitas pacis Hierusalem, nō terrenis, sed viuis cōstructa lapidibus, & decem milia angelorum, primitiuorum ecclesia, perfectorum spiritus, iustorum deus, qui in sanguine suo melius locutus est q̄ Abel. Ille enim vindictam clamauit, hic indulgentiam. Ille peccatum fratris accusat, hic peccatum mundi remisit. Ille prodidit crimē, hic texit, secundum quod

Psal. 31. scriptum est: Beati quorum tecta sunt peccata.

Qua ratione volens fugere, velociter & diligēter fugere debeat: quo etiam fugiendum sit, & ad quod bonū animas nostras erigere debeamus. Caput VI.

QUI fugit, velociter fugiat, ne comprehendatur. Velociter deprædetur hunc mundum, vt Hebræus Egyptum. Qui parturit, parturiat, ne onusto & degrauato iniquitatibus mentis vtero fugere non possit: & fugiat non quasi lactantem ferens, sed quasi expeditum: non paruulum gestans, sed perfectum in Christo exhibēs: k
fugiat non quasi feriatus in sabbato, sed tanquam operarius in negocio, nec tanquam sterilis in frigore, sed tāquam opimus in messe. Ideo enim dictum est: Ora- Mat. 24.
te ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Fuga ergo hæc fœcunda virtutum est, nō effœta meritorum. Fuga hæc nescit frigus timoris, tremorem mortis, contractionem solicitudinis, dissolutionis ocium, lasciuiæ ferias, torporem lentitudinis, sed vitæ cælestis requirit impigrū viatorē, regni supioris cōpetitorē strenuū, diuitē agricolā, qui fruct? suos cogat, et cogēdo diripiat.
Quid enim aliud a te o homo quæritur, nisi vt timeas Deut. 10.
dñm, requiras eum, post ipsum ambules, comprehendas vias eius? In quo, inquit, comprehēdam dominū? Si comprehendam in holocaustis? Non in decem milibus hœdorum, non in milibus arietum: non in fructibus impietatis reconciliatur dominus, & peccata redimuntur, sed in bona vita domini gratia comprehenditur. Renunciatum est, inquit, tibi homo quid sit bonū, aut quid dominus requirat a te. Quid aliud nisi vt facias iustitiam, & diligas misericordiam, & paratus sis ire cum domino deo tuo? Dicit ergo euangelium: Sur- Ioan. 14.
gite, eamus hinc. Dicit tibi lex: Post dominum deum tuū ambulabis. Didicisti quomodo hinc fugias: quid moraris? Dicit tibi euangelium iterum: Progenies Mat. 3.
viperarum, quis vobis demonstrauit fugere ab ira vēturæ? Et dicit hoc illis qui veniebāt ad baptismū poeni L
tentiæ. Ergo pœnitentia fuga est bona. Gratia dei fuga est bona, in qua est assumptio fugientis. Defertum fuga est bona, ad quod fugit Helias, Helisæus, Ioannes baptista. Fugit Helias mulierem Iezabel, id est, ef- 3. Reg. 19
fusionem vanitatis, & fugit ad montem Oreb, quod significat exiccationem, vt siccaretur in eo carnalis profluuium vanitatis, & cognosceret plenius deum. Erat enim ad torrētem Chorrad, quod est cognitio, vbi abundantiam profluentem diuinæ cognitionis hauriret, ita fugiens seculum, vt nec cibum corporis huius exquireret, nisi quem aues detulissent ministræ, quamquam esca eius plerunque terrena non fuerit. Denique quadraginta diebus in virtute escæ quā acceperat, ambulabat. Vtique non mulierem fugiebat propheta tātus, sed seculum. An mortem timebat qui se obtulerat requirenti, & qui dicebat ad dominum: Recipe animam meā? tædium vitæ istius sustinens, nō cupiditatem: sed fugiebat secularem illecebram, & conuersationis maculosæ contagionem, & impiæ ac præuaricatricis nationis sacrilegia. Salomon quoque in mulieris illius specie corruptelam seculi hui? exponit, & meretricias artes declinandas edocēt. Hæc est mulier aliena & fornicaria, a qua te vt custodias adhortatur. Ne declines in vias seculi cor tuum, sed colloces illud i manu domini, in qua est cor regis. Qui enim seipsum regit, quod pluris est q̄ aliis imperare, cor eius in manu dei est, & quo deus vult conuertit illud. Non mirum si conuertit in bonum, qui perfectæ bonitatis est. In manu ergo dei sumus, vt bonum queramus, illud bonum incorruptibile atque incommutabile, de quo dicit Amos propheta: Exquirite bonum, & non malignum, Amos. 5.
vt viuatis, & sic erit vobiscum dominus deus omnipotens. Quomodo dixistis: Odio habuimus mala, & dileximus bona? Vbi ergo bonus deus, ibi bona sunt quæ desiderauit videre Dauid, & visurum se credidit, sicut ipse ait: Credo videre bona domini in terra vi- Psal. 26.
uentium. Illa enim bona sunt quæ manent semper, quæ non queunt temporis vel ætatis mutatione corrumpi. In illis bonis est qui deum quæsierit & inuenerit. Vbi enim cor hominis, ibi & thesaurus Mat. 6.
eius est. Non enim solet bonum datum deprecantibus dominus denegare. Ergo quia bonus dominus est, & maxime sustinentibus se bonus est, ipsi adhæreamus, cum ipso simus tota anima nostra, toto cor-

A de, tota virtute, vt simus in lumine eius, & videamus eius gloriam, & delectationis supernæ fruamur gratia. Ad illud igitur bonum erigamus animas nostras, vt in illo simus, atq; in ipso viuamus. Ipsi adhæream?, quod est supra omnem mentem, & omnem considerationem, & pace vtitur perpetua ac tranquillitate. Pax autem supra omnem mentem est, & supra omnē sensum. Hoc est bonum quod penetrat omnia, & omnes in ipso viuimus, atq; ex ipso pendemus, Ipsum autem
Mat. 10. supra se nihil habet, sed est diuinum. Nemo enī bonus
Psal. 103. nisi vnus deus. Quod ergo bonum, diuinum: & quod diuinum, bonum. Et ideo dicitur: Aperiente te manū, implebuntur omnia bonitate. Per bonitatem enim dei nobis vniuersa tribuuntur, merito bona, quibus nihil admixtum est mali. Hæc bona promittit scriptura fidelibus, dicens: Quæ bona sunt terræ, manducabitis. Boni ergo illius similes simus, vt quæ bona sunt adipiscamur. Bonum quod est, sine iniquitate est, sine dolo, sine asperitate, cum gratia, cum pietate, cum synceritate & benevolentia, charitate, iustitia. Itaque omnes virtutes bonitas tanquam mater fœcunda amplectitur.

Quod nō mediocris sit causa cur hinc fugere debeamus. Quodq; non impigre malitia huius seculi fugiēda sit. Et quid sit hinc fugere. Cur etiam malitia in terris versetur & sæuiat. Qua præterea ratione dominus

B Iesus vindictam diaboli autoris malitię distulerit, neq; eadem sententia in ipsum & in hominem dicta sit.

Caput VII.

EST igitur non mediocris causa cur hinc fugere debeamus, vt perueniamus a malis ad bona, ab incertis ad fidelia & plena veritatis, a morte ad vitam. Ipse quoq; dominus dicēdo: Posui ante te bonum & malum, vitam & mortē: demōstrauit quia bonum vita est, sed æterna. Si enim hæc obnoxia seculo, atq; eius malignitati: vtiq; illa est bona, quæ non corrumpitur & mutatur, quæ nullo vitio degenerat, quæ virtute acquiritur. Fugiamus ergo malitiā seculi huius, in quo ipsi dies, inquit, mali sunt, & fugiamus impigre. Ideoq; Esaias clamat: Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta, id est, non corporis sed animæ genua cōualescite, vt directum ad cæli altissima mentis vestigiū possit attolli, vt sit doctrina solidior, vita maturior, gratia plenior, prudentia circūspectior. Hoc est enī fugere, scire quo tēdas, ableuare se a seculo, ableuare se a corpore, ne iterū frustra se aliqs
C extollat, & inflata mēte carnis suæ nō teneat caput, & dicaf de his: Fugerūt, & nō viderūt. Sed hoc est fugere hinc, mori elemētis istius mūdi, abscōdere vitā in deo, declinare corruptiones, nō attaminare cupiditates, nescire quæ sunt mundi istius, qui nobis varios gignit dolores, exinanit cum repleuerit, cū exinaniuerit replet. Et hæc omnia inania & vacua, in quibus nullus solidus est fructus. Mortuus est dies, & nihil habet, quia non est in deum dies: & ideo insipiens, quia sapientia cultura est dei: abstinere autem a malis, disciplina est. Quis ergo non fugiat malitiæ locum, officinā improbitatis quæ interire nesciatē? Deniq; non ociose signum positum est supra Cain, ne quis eum occideret, vt significaretur quod nō extinguatur & auferatur a terris malitia. Timebat Cain ne occideretur, quia fugere nesciebat. Augetur enim & cumulaf ipso vsu malitia, & est sine moderatione, sine fine dolo & fraude decernēs, quę factis suis pdīt, & sanguine peręptorū, sicut & Cain pditus est. Versatur itaq; in terris malitia, & ideo rogamus voluntatem dei fieri i terris sicut & in cælis, vt & hic sit innocentia. Itaq; malitia quoniam illic iam locū non habet, hic circuit, hic sæuit, sesęq; infundit, non mū dano illo mersa diluuio, non Sodomitano exusta incēdio. Deniq; grauius postea in seminariis pullulauit, vsq; D
que in ipsum parricidales ac sacrilegas initiēs manus vniuersorum autorem salutis. Lex factum damnat, nō aufert malitiam. Ipse dominus Iesus peccatum donauit, † autorē eius distulit, vt esset per quē iusti probarē- † dānauit
tur. Et enī quia malum deus non fecit, sed nequitia diaboli inseruit: vindictā deus distulit, vt ab ipsis quos deceperat, diabolus vinceretur. Exercentur ergo decepti vt & precium luant facilitatis, & sumant studia virtutis, industriam cautionis. Vnde ait: Estote astuti sicut Mat. 10.
serpentes. Quare sicut serpentes? Vt & ille spolietur suo, & qui alios exuere voluit, amittat quæ sunt ipsius, non venena, sed merita naturæ. Deniq; dicitur ille, cū
tur ascenderis. Scriptum est enim: Videbā satanam si- Luc. 10.
cut fulgur cadentem de cælo. Non fulgur, inquit, sed sicut fulgur, quia suum lumen amisit, quod habebat antequam tibi tuum lumen vellet auferre. Verum forte dicas quia & de saluatore legimus quia sicut fulgur Luc. 17.
coruscans de sub cælo, ita erit & aduētus filii hominis. Bene & hic sicut fulgur, quia hic supra fulgur. Denique fulgur de sub cælo, lumen autem verum supra cælum. Ergo satanas sicut fulgur, quia amisit quod habuit, tu autē recepisti quod amiseras. Nō enī ita circa illū sicut circa te soluta est sentētia. Nā Christi gratia quæ te resoluit, illum adstrixit. Manet eni maledictio directa in serpentem propter turam deceptionem. Sic enim dictū est ad eum: Maledictus tu ab omnibus pecoribus ter- Gene. 3.
ræ. Omnium enim cōmunis inimicus est, qui fuit hostis bonorum, & pro iis damnatur quos adhuc non læserat: quoniam qui hominē læsit, cui illa omnia subiecta sunt, læsit omnia. Cōmunem etenim legem soluit, E
qua & ipse homini cum cæteris subditus est: ideo communi odio omnium atq; execratione maledictio eius oneratur. Genus autem dānationis, non mors sed pœna diuturna est. Super pectus, inquit, tuum & ventrem ambulabis. Premēda enim fuit noxia conscientia, & proterenda malitia, fraudulentumq; secretum tanquā a dei facie relegandum: simul ostenditur quod terrena malitia sit, quæ in terrā recurretur. Deniq; addidit: Et terram edes omnes dies vitæ tuæ. Describi quidē his natura serpentis videtur, sed magis omne vas malitiæ describitur, omnis serpens improbitatis, qui in ventrē se deiicit, atque intra se venenum suum claudit, & int? in pectore suo voluit, cogitationibus suis lubricus, & super fraudes suas ambulās, suis dolis seipse implicās, mortens semper atq; exagitans sua venena cum cogitat, ventrem quoq;, hoc est, seminarium cordis sui proferens. Vnde pulchre Dauid ait: Alienati sunt pecca- Psal. 57.
tores ab vtero, errauerunt a vētre, locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpētis, sicut aspidis surdæ & obstruentis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici, cum incantatur a sapiēte. Propter hoc etiā illud pulchre dictum videtur quod F
in libro prophetico legimus: Ventrem meum doleo, Hiere. 4.
ventrem meum doleo. quia ibi est malitia, vbi debet esse innocentia, & illud plus laborat quod in nobis debet esse tranquillius, atque id nequitiæ vestigiis proculcatur, stimulatur vnguibus, processu quodam improbitatis incrementoq; concutitur, vbi est genitale seminarium posteritatis æternæ. Videtur quidem hoc ad id esse referēdum quod dolebat perisse quos creauit filios & susceperat, sed multo magis q̄ in ventre suo verbi seminarium non habebant. Ideo ventrem suum dicit, quasi preciosissimum. Preciosus enim mentis vterus est, in quo fœcunda feges consiliorum verbi semine pullulare consuevit, & vitæ totius solent atq; virtutum ac disciplinarum quædam membra formari. Sed vt reuertamur ad propositum, quod malitiam deus reprimendam, interimq; abolendam putauerit, ait ad serpentē: Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem, & se- Gene. 3.
mē tuū & semē mulieris. Ipsa tibi seruabit caput, & tu

Gillius calcaneum. Vbi inimicitiæ sunt, discordia est, nocendiq; studium. vbi nocēdi studium, ibi malitia ponitur. Ergo discordię inter serpētem & mulierem, discordiæ malitia subest. Non est ergo sublata malitia. Denique seruatum est serpenti vt calcaneum mulieris & seminis eius obseruet, quo noceat, & venenum suum infundat. Non ergo ambulemus in terrenis, & serpēs nobis nocere non potest. Sumamus euangelicum calceamentum quo venenum serpentis excluditur, morsus eius hebetatur, vt simus calceati pedes in euangeliū. Et fortasse ideo Moyses iubetur soluere calceamentū pedum suorum, vt sumeret calceamentum euangelii, vel quia non Moysi, id est, non prophetis, sed Apostolis prædicatio euangelii debebatur. Ea est quam supra diximus, dicta in serpentem sentētia. in hominē quoq; cuiusmodi dicta sit, consideremus. Maledictus est ille qui autor est culpæ, sed non maledictus est iste qui aliena fraude deceptus est: tamen quia non seruauit mandatum dei, operum suorum labore damnatur. Maledicitur sane terra, sed in operibus peccatoris, & maledicitur donec resoluatur in terram. Ideo ergo deus suscepit carnē, vt maledictum carnis peccatricis aboleret, & factus est pro nobis maledictum, vt benedictio absorberet maledictionem, integritas peccatum, indulgentia sententiam, vita mortem. Suscepit enim & mortem, vt impleretur sententia, satisfieret iudicato per maledictum carnis peccatricis vsq; ad mortem. Nihil ergo factum est contra sententiam dei, cum sit diuinæ cōditio impleta sentētiæ. Maledictum enī vsq; ad mortē, post mortem autē gratia. Mortui ergo seculo sumus, quid adhuc seculo deseruimus? Mortui sumus cum Christo, quid adhuc vitæ huius actus requirimus? Mortē enim Christi in corpore nostro circūferimus, vt & vita Christi in nobis manifestef. Non ergo iam nostrā illā vitam, sed Christi vitam viuimus, vitam innocentiæ, vitam castimoniæ, vitam simplicitatis, omniumq; virtutum. Cum Christo resurrexerimus, in ipso viuam⁹, in ipso ascendamus, vt serpens calcaneum nostrum qđ vulneret, in terrenis reperire non possit.

Quomodo hinc animo fugere possimus, etsi corpore retineamur. Quod etiam hinc quia tēpus breue est fugiamus, ne cum prætereunte figura mundi opera nostra, nosq; ipsi prætereamus: qđ si cauere velimus, mādata dei nō prætereamus, neq; disciplinæ alicuius professum, quemadmodum Ioseph fecit, & in Sara ostenditur, & sic Iacob executus est. Caput VIII.

IVGIAMVS hinc. Potes animo fugere, etsi retineris corpore. Potes & hic esse, & adesse ad dīm, si illi adhæreat aīa tua, si post ipsum cogitationib⁹ tuis ambules, si fide non specie vias eius sequaris, si ad ipsum confugias. Est enī refugium & virtus, cui dicit Dauid: Ad te confugi, & nō sum deceptus. Ergo quia deus refugium, deus autē in cælo, & supra cælos: vtiq; hinc illo cōfugiēdū est, vbi pax, vbi requies ab operib⁹, vbi epulemur sabbatū magnum, sicut dixit Moyses: Et erunt sabbata terræ vobis escæ. Epulatorium enim & plenum iucunditatis & tranquillitatis est, requiescere in deo, & eius delectationem videre. Quid ergo confugimus ad deum, ad mundum reuertemur? Qui peccato mortui sumus, peccata repetemus? Qui renūciauimus seculo & vsui eius, iterum in luto eius hærebimus? Fugiamus hinc, quia tēpus breue est. Audi quomodo fugias. Et qui habent vxores, ita sint ac si non habeant: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui hoc mūdo vtuntur, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. Non ergo cum prætereunte figura mundi opera nostra prætereant, ne etiam ipsi præ- k tereamus, sed maneamus in veritate. Si maneamus in Christo, manemus in veritate, & cū eo manebimus, & non præteribimus, sed dicemus: Benedictio domini super vos, benedeximus vobis in nomine domini. Qui enim prætereunt, non possunt dicere quia non dixerūt prætereuntes viam: benedictio domini super vos, quē admodum dixit propheta. Itaque si volumus nō præterire opera nostra, non prætereamus mandata dei, nō prætereamus requirendi Iesu domini diligentiam, emerendi eius gratiam. Non præteriit eum illa mulier quæ vsq; pharisæi domum ingressa, in qua Christus recumbebat, in pedes eius superfudit vnguētum. Nō prætereamus disciplinæ alicuius profectum, sicut etiam Ioseph adolescētulus nō præteriit, quia fratres suos requirebat, & ad eum festinabat locum in quo pascebāt oues, & cum cognouisset quia in Dothaim sunt, perrexit eo. Significatur autē illo verbo Dothaim, defectus idoneus, id est, vanarum opinionū defectus non mediocris, sed perfectus & plenus, in quo profectus est animæ. Sapiens enim quando monuit, addidit: Deficiunt enim seculares opiniones, quæ mulieribus infirmis comparantur. Vnde pulchre quo ostenderetur Sara ad profectum venisse vt generaret risum & lætitiam, Defecerunt, inquit, Saræ fieri muliebria. Bona ergo defectio cupiditatum, defectio vanitatis, quia veritatis adiectio est. Vnde & sanctus Dauid ait: Defecit in salutare tuum anima mea. Paritura enī erat quæ concesserat & promiserat deus, paritura lætitiam, & sobriam illam iucūditatis ebrietatem, paritura ante expectatum ingenium celeritate partus, fœta sapientiæ. Denique & de aliis Hebræis mulieribus habes quia Hebrææ prius pariunt q̄ veniant obstetrices, eō q̄ animæ iustorum non expectent artes & disciplinas propter inuentionum genera, nec requirant adiumenta generandi, sed sponte partus suos fundant, expectationēque præueniant. Nec minus impiger ad inueniendum q̄ ad exequendum Iacob, cui cum mater dixisset vt inferret patri escas, definitionum genera suppetisse cernimus. Nam & cito inuenit, & inuentorum suorum autorem testificatus est deum, in quo & diligentiæ palma, & ingenii sanctificatur vbertas. Prima ergo definitio in inuentione. Quod inuenitur, quæritur: et quod quæritur, temporis est: quod temporis est, vtique diligentiæ est. Ingenium igitur diuini est muneris, quod autem diuini muneris, hoc naturæ. Ingenium ergo naturæ est, inuentio diligentiæ. Illud siue tempore, hoc indiget tempore. Ideoque illud in tempore præsto est, hoc in spatio temporis inuestigatur. Illud supra nos, L hoc vero ad nos refertur. Quærenti igitur patri cibum verbi, Non enim in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei, Talem cibum quærebat Isaac, Talem cibum esuriuit Petrus quando vidit crediturī gentilis populi mysteria, Esau præsto non habuit cibum spiritalis & velocioris ingenii. Dum ille venatur & quærit, & prædarum atque agrestem fermonem suggerere parat, præuenit Iacob celeri inuentione, & miti & prope domestica responsione suaue verbum ministrans, quo eum mulceret ac delectaret. Vnde miratus pater ait: Quid est hoc, quod tam cito inuenire potuisti fili mi? Respondit Iacob: Quod tradidit dominus deus tuus in manus meas. Prima definitio in interrogatione est, secunda in responso. Plena igitur omnia reperiens pater quæ erant vel ingenii vel diligentiæ, definitionis consummationē conclusit dicens: Ecce odor filii mei tanquam odor agri pleni, cui benedixit dominus. Ager enim & naturale habet fertilitatis ingenium, & culturæ diligentiam temporalem: meritoque in eo est plenitudo, cui vtrunque non deest simul. Cum addiderit, quem benedixit dominus, videtur naturæ gratiam prætulisse inuentionis labori. Et cōfirmauit Esau dicens: Iustevocatum est nomē il-

Alius Iacob. Supplantauit enim me iam bis, & primogenita mea accepit. Sed forte dicas: In quo moram fecit, qui ad venationem a patre missus est? Sed considera quia & pater pronunciauit quia paratum habere nō posset quod spiritaliter petebatur, & ideo quia deficiebat ingenio, vel diligentiæ subsidium vt adiūgeret exigebat. Celeritatis quoque admonet qui ait: Cape arcū & sagittam. Accepit tamen & diligentiæ fructum, qui agnouit superius, & sui ingenii munus. Nec immerito domesticos cibos detulit, qui de domesticis seminis sui sapientiæ sibi acquisiuit copulam. Bona autem diligētia cum sapientia, & inuentiō cū ingenio naturali. Denique habens in promptu sapientiæ copulam sanctus Isaac, deambulabat in campo, immo abalienabatur. Et nos primo sapientiæ copulemur, & sic exeamus in campum quærere & inuenire cupientes. Multi enim sine sapientia male quærunt. Et ideo Cain quia non accepérat a deo prudentiā, male quæsiuit, male exiuit in campum. Abel bene, qui perfectum sacrificii mun⁹ impleuit. Bonū enim sapientiæ sacrificium, bona est hostia fides, & oīs virtus. Denique sapientia interfecit suas Prou. 9. hostias, & miscuit in cratere vinū suum. Et ideo vt insipientibus gentilibus potum fidei daret, ad creatorem suum conuocauit eos, dicens: Qui est insipiens, diuertat ad me. Et egentibus sensu dixit: Venite & edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis. De hoc cratere Plato in suos libros transferendum putauit, ad cuius potum vocauit animas, sed eas explere B nescíuit, qui potum nō fidei, sed perfidiæ ministrabat.

De exhortatione quod hinc fugiamus, sicut fugit de patria sanctus Iob, & sicut cerui fugiūt ad fontes aquarum, quos & Dauid sitiebat. Quis quoque sitit fons, & quid hunc fontem desiderās facere debeat, exemplo Susannæ. Quomodo etiam sicut Paulus & Loth fugerunt, nos fugere debeamus. Quibus præterea modis quis bene fugere possit. Caput IX.

IVGIAMVS hinc, sicut fugit de patria sanctus Iacob. Sciebat enim veram patriā esse superiorē. Fugiamus sicut cerui ad fontes aquarum, quos sitiebat Dauid. Sitiat et Psal. 35. anima nostra. Quis est ille fons? Audi dicentē: Quoniam apud te est fons vitæ. Huic fonti dicat aīa mea: Quando veniam & parebo ante faciem tuam? Fons enim deus est. Sed qui hūc fontem desiderat, effundat super se animam suam, vt nihil possessioni carnis relinquat, sed vbiq; anima superfluat. Pulchre eam effudit Susanna, vt euaporare in ea non possent incendia cor- C poris, mortis formidines, vitæ cupiditates. Effusa sup ipsam animam, omne restinxit carnale desiderium, seculare studiū. Quæ etiam prodigiosorum senum & impudentiū presbyterorum nō potuit flāmas restinguere, nisi in his libidinis profluuium redundasset. A quibus cum intenderetur calumnia si assensus negaretur Dan. 13. adulterio, ingemuit Susanna, & dixit: Angustiæ mihi assunt vndiq. Si enī hoc fecero, morte æterna peribo. si autem non fecero, non effugiam manus vestras. Melius tamen iudicauit crimen potius fugere, q̄ periculū. Plorauit itaque cum crimen obiiceretur, plorauit cum sibi de pudica & casta adulteri iudicium vendicarent, non mortem deplorans, sed castitatis calumniam. Religionis iniuriam plorauit, & effudit super se non corpus, sed animam. Effudisset enim corpus, si carnalibus acquieuisset. Denique cum morte damnaretur, exclamauit quasi iudex reorum, arbitra calumniantium: & innocentis conscientiæ autoritate diuinam sibi i iudicium accersiuit cognitionem, nō timore mortis pericita, sed arguentis censuræ potestate præcelsa. Susanna ergo fugit seculum, & se deo credidit, ad illam arcē ciuitatis æternæ fugiens, quæ totum mundum com- plectitur, quoniā intra deū sunt omnia. Fugit & Paulus, vt euaderet per feneſtram in sporta demissus. Spar- 1. Cor. 11. tum enim triplex corrumpi non posse nouerat. Sed fu- Eccls. 4. D git vt euāgelium domini toto orbe prædicaret: & ideo in paradisum rapt⁹ est. Et nos fugiamus per feneſtrā, audientes præcepta domini, & visu sobrio, atq; oculorū castitate seruantes. Fugiamus sicut Loth Sodomitana crimina amplius q̄ supplicia formidans. Magis enī pius certa scelerum fugit contagia, qui Sodomitanis domum clausit, nec cohabitans, nec cogitans eos, quorum flagitia nesciebat, & opprobria auersabatur: nec fugiens respexit eos, quorum conuersationes non desiderabat. Fugit ergo sicut Loth, qui renunciat vitiis, abdicat se incolarum moribus, qui post se non respicit, qui superiorem illam ciuitatē ingreditur introitu cogitationū suarū, nec recedit ex ea donec moriatur princeps sacerdotū q tulit peccatū mūdi. Mort⁹ qdē semel est, sed moriaē vniuiq; qui baptizatur in morte Christi, vt cō sepeliamur cū eo, & resurgamus cū eo, & in nouitate vitæ illius ambulemus. Bene fugis, si cor tuum non imitetur peccatorum consilia, cogitationes eorum. Bene fugis, si oculus tuus fugiat calices & phialas, ne fiat libidinosus dum moratur in vino, si oculus tuus aliena declinet, vt lingua tua veritatem custodiat. Bene fugis, si non respondeas imprudenti ad imprudentiam illius. Bene fugis, si auferas gressum pedum tuorum ex ore insipientium. Cito enim malis ducab⁹ erratur. Sed si vis bene fugere, longe fac vias tuas ab eorum sermo- E nibus. Mortuus est tibi princeps sacerdotum, tibi crucifixus est, vt clauis eius adhæreas. Te enim in illa cæne & tua peccata suscepit, affixa sunt in patibulo tuorum delictorum chirographa, vt iam mundo nihil debeas, cui semel renunciasti. Et re ſte nihil debes, cui suppetit dicere: Mihi enim mundus crucifixus est, & ego mundo, vt iam mortem non timeas, si geras Christū, in quo potes dicere: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Etenim cum vetus homo noster affixus est cruci, destructum est peccatum, obtusus aculeus, vacuata culpa, vt vlterius seruire flagitiis desinamus. Abiit enim vetus homo in nobis. Nunc autem iam non vetus homo in nobis, sed noua est creatura, habēs in se similitudinem Christi, cuius mortis similitudini consepulti, imaginem vitę eius assumpsimus, alas gratiæ spiritalis accepimus. Sic igitur volate, vt dicatur de vobis: Qui sunt isti qui vt nubes volant, & sicut columbæ cum pullis suis? vt nebulæ vestræ rorent iustitiam, & columbæ pariant simplicitatem. Sic nauigate quasi trāffretantes mundū, non pererrantes, quasi naues Tharsis, vt ad intelligibiles portus cursum dirigatis, & conuehatis diuitias maris. Sic festinate vt dicatur de vobis: Leues facti sunt super aquilas. Ab ira enim ventura fugiendum videtis, quā declinare poterunt qui per pœnitentiam sibi spem locauerint euadendi, & reconciliationis futuræ fidem hauserint, per dominum nostrum, cui regnum est a seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorum. Amen. F

FINIS.

CAPITA LIBRI DE BONO MORTIS.

De causa facilitatis scribendi de bono mortis, & qua ratione mors bona vel mala videri possit, cum argumento ex descriptione vitæ & mortis accepto, quo mors dicenda videatur mala. Caput I.
De tribus mortis generibus. Et quod mors tertia quæ

G est animę & corporis secessio, cum omnes absoluat, paucos delectet. Quodq; hoc nõ eius sit vitiũ, sed nostræ infirmitatis, qui delectatione vitæ istius capimur: in qua cum plus sit amaritudinis q̃ voluptatis, mors quæ est finis illius, bona est, nec vita ista tãtopere desideranda. Caput II.

Quid secundum scripturam sit mors, & quid vita. Et ꝙ in hac vita sit quædã mors bona, cum scilicet quis in hac vita positus speciem mortis imitatur, & ita se agit, vt ei moriantur omnes corporis delectationes, & etiam ipse cupiditatibus omnibus mundique illecebris moriatur. Ad quam & ipse Apostol⁹ nos hortatur, docens istam mortem in hac vita positis expetẽdam. Et quõ quis sic mortem imitet. Quib⁹ etiam rebus deflectatur & abducatur. Caput III.

De solutione obiectionis qua mors arguitur nõ esse bona, quia deus eã non fecerit, & qua ratione omnifariam mors sit bonum. Quodq; ideo frustra homĩes mortem timeant, præsertim cum sit finis peccati, & ꝙ ipsa mundum redemerit. Caput IIII.

Qua ratione cõmunis omnium mors non sit timẽda. Quomodo etiã dum in corpore sumus, vsum mortis imitantes abducere nos debeamus a nexu corporis, omniaq; terrena relinquere, conscendere ad diuina, surgere de mundanis, fugere hæc mala, & exaltare animam ad imaginem & similitudinẽ dei, eãq; munire muris ac speculatore. Quomodo etiã ipsa
H debeat ingredi ĩ hortos atq; paradisum, & ex illo abundantiam virtutum transferre, & in hortum mentis trãsplantare, in quem verbum dei inuitatum descendat, & pascatur: & cognoscere quos fruct⁹ & cibos epuletur, quibus ve delectetur. Caput V.

Quomodo cauendi sint laquei principatuum aeriorũ qui nos recte gradientes & ad altiora tendentes impedire quærunt, & ad terrena reuocare. Cap. VI.

Quomodo nostri nobis sint laquei cauendi. Et de molestiis huius vitæ, propter quas totam vitã odio habuit Ecclesiastes, & mortem laudauit. Quodq; impio amarior sit vita q̃ mors, cum grauius sit ad peccatum viuere, q̃ in peccato mori. Ex quibus concluditur mortem non esse malum. Caput VII.

Qua ratione non mors ipsa quæ terribilis apud viuentes æstimatur, sit terribilis, sed opinio de morte, & de confutatione duarum causarum ob quas mortẽ insipientes verentur. Quodq; mors generaliter non sit mala, licet specialiter pessima sit mors peccatorũ. Cur præterea Græci finem appellauerint mortẽ. Et quãtã morti sanctus Iob laudẽ tribuerit. Ca. VIII.

I Quemadmodum ex recapitulatione de bono mortis, probetur anima non mori cum corpore, & quod in bonis demoratura sit. Quid etiam nobis cauẽdum sit, & quid faciẽdum si velimus post mortem huius corporis in istis bonis esse. Caput IX.

De diuino testimonio quo demonstratur quod anima non moriatur cum corpore. Et de errore hominum qui preciosa struunt sepulchra, tanquam animæ & corporis receptacula, cũ animarũ superiora esse habitacula scripturæ testimoniis valde ꝓbetur. Ca. X.

De iustarum animarum ingenti lætitia per septenariũ ordinem digesta. Ac de admonitione vt & nos studium adhibeamus quo anima nostra deo appropinquet, & ab eo nõ separemur. Quo etiam modo hoc facere debeamus. Quodq; non vereamur illum omnibus debitum finem, in quo Hesdras remunerationem suæ deuotionis inuenit. Caput XI.

De consolatiua exhortatione vt intrepide ꝑgamus ad redẽptorẽ nostrum Iesum Christum, & ad patriarcharum cõcilium, sanctorum cœtum, iustorumque cõuentum, vbi paradisus iucunditatis, parataæq; seruulis Iesu promissæ mansiones. qua ratione præterea illuc festinare debeamus. Caput XII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE BONO MORTIS LIBER VNVS.

k

De causa facilitatis scribendi de bono mortis, & qua ratione mors bona vel mala videri possit, cum argumẽto ex descriptione vitæ & mortis accepto, quo mors dicenda videatur mala. Caput I.

QVONIAM de anima superiore libro sermonem aliquem contexuimus, faciliorem viam putamus de bono mortis cõficere aliquid. Quę si animæ noceat, malum videri potest. si nihil autem officiat animę, ne malum quidẽ. Quod autẽ malum non est, id etiam bonum: quoniam quod vitiosum, id malum. quod autẽ vitio caret, id bonum: ideoq; bona malis contraria sunt, & mala bonis. Deniq; innocentia est vbi non est nocendi voluntas, & noxius dicitur qui non sit innoxius, misericors qui remittat, immisericors qui ignoscere atq; inflecti nesciat. Sed forte aliquis asserit: Quid tam contrarium q̃ vita morti? Si ergo vita bona putatur, quomodo mors nõ est mala? Et ideo quid sit vita, quid etiam mors, consideremus. Vita est spirandi munere frui, mors priuari. Hoc autem spirandi munus apud plerosq; in bonis ducitur. Hoc est ergo vita, frui bonis: mors contra, bo- L nis exui. Et scriptura dicit: Ecce dedi ante faciem tuã vitam & mortem, bonum & malum. vitã bonum appellans, mortem malum, & illa sibi priora, & hæc sibi conferens. Denique vt lectionis diuinæ exemplo vtamur, in paradiso est positus homo, vt ederet de ligno vitæ, & cæteris paradisi lignis, de ligno autem in quo esset cognitio boni & mali, non ederet: qua die autem ederet, morte moreretur. Nõ seruauit præceptũ, & caruit fructu, atque eiectus de paradiso mortem gustauit. Malum igitur mors, quæ precio damnationis infertur.

De tribus mortis generibus. Et quod mors tertia, quæ est animæ & corporis secessio, cum omnes absoluat, paucos delectet. Quodque hoc non eius sit vitium, sed nostræ infirmitatis, qui delectatione vitæ istius capimur: in qua cum plus sit amaritudinis q̃ vo- M luptatis, mors quæ est finis illius, bona est, nec vita ista tantopere desideranda. Caput II.

SED MORTIS tria sunt genera. Vna mors peccati est, de qua scriptũ est: Anima quæ peccat, ipsa morietur. Alia mors my- Ezec. 18. stica, quando quis peccato moritur, & deo viuit, de qua ait idem Apostolus: Consepulti enim Roma. 6. sumus cum illo per baptismum in mortem. Tertia mors qua cursum vitæ huius & munus explemus, id est, animæ corporisque secessio. Aduertimus igitur quod vna mors sit mala, si propter peccatum moriamur: alia mors bona sit, qua is qui fuerit mortuus, iustificatus est a peccato. Tertia mors media sit. Nam & bona iustis videtur, & plerisque metuenda. Quæ cum absoluat omnes, paucos delectat. Sed non hoc mortis est vitium, sed nostrę infirmitatis, qui voluptate corporis & delectatione vitæ istius capimur, & cursum hunc consummare trepidamus, in quo plus amaritudinis q̃ voluptatis est. An non sancti ac sapien-

A tes viri, qui longæuitatem peregrinationis huius ingemiscebant, dissolui & cum Christo esse pulchrius æstimantes, denique diem generationis suæ execrabãtur, sicut ille qui ait: Pereat dies illa in qua nat⁹ sum? Quid enim est quo hæc vita delectatur, plena erumnarum & solicitudinum, in qua innumeræ calumniæ, & multæ molestiæ, & multæ lachrymæ eorum qui affliguntur molestiis, & non est, inquit, qui eos consoletur? Et ideo
Eccls. 4. laudat Ecclesiastes defunctos magis q̃ viuentes. Et optimus, inquit, supra hos duos qui nõdum natus est, qui non vidit hoc malum. Et alibi idem Ecclesiastes meliorem longæuo viro asseruit, quem abortu eiecit mater sua, quia non vidit hæc mala quæ fiunt in hoc mundo, nec in has venit tenebras, nec in vanitate ambulauit seculi, & ideo requiem hic magis habebit qui in hanc vitam non venit, q̃ ille qui venit. Quid enĩ boni est homini in hac vita, qui in vmbra viuit, nec expleri potest cupiditatib⁹ suis? Et si repleat diuitiis, fructũ quietis amittit, quia cogitur custodire qđ misera auiditate quæsierit, vt miserius eas possideat cui prodesse nõ poterunt. Quid enim miserius q̃ vt custodia torqueat, quarum abundantia nihil prosit? Itaque si plena oneris vita, vtiq; finis eius alleuamẽtũ est. Alleuamẽtum autem bonum mors, mors autẽ finis. Mors igitur bonum est. Neq; enim aliter gauisus est & Symeõ,
Luc. 2. qui responsum acceperat non visurum se mortem, nisi
B prius videret Christum domini: & cum eum parentes in templum ducerent, suscepit manibus suis, & dixit: Nunc dimittis domine seruum tuum in pace. quasi necessitate quadam teneretur in hac vita, non voluntate. Ita dimitti petit quasi a vinculis quibusdã ad libertatẽ festinaret. Sunt enim velut vincula quædam corporis huius, & quod est grauius, vincula tentationum, quæ nos alligant, & ad iniuriam captiuitatis adstringunt quadam lege peccati. Denique in exitu ipso videmus quemadmodum anima decedentis paulatim soluat se vinculis carnis, & ore emissa euolet tanquam carcereo corporis huius exuta gurgustio. Deniq; festinabat etiã sanctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire, dicẽs:
Psal. 38. Aduena ego sum apud te in terra & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et ideo tanquam peregrinus ad illam sanctorum communem omnium patriam festinabat, petens pro huius cõmorationis inquinamento remitti sibi peccata priusquã discederet de vita. Qui enĩ hic non acceperit remissionẽ peccatorum, illic non erit. Non erit autem, quia ad vitam æternam non poterit peruenire, quia vita æterna remissio peccatorum est.
Ibidem. Ideoq; dicit: Remitte mihi vt refrigerer priusquã eam, & amplius non ero. Quid igitur tantopere vitam istã
C desideramus, in qua quãto diutius quis fuerit, tãto maiore oneratur sarcina peccatorum? Ipse dominus ait:
Matt. 6. Sufficit diei malitia sua. Et Iacob dixit: Dies annorũ
Gene. 47. vitæ meæ quos habeo, centum triginta, minimi & mali. nõ quia dies mali, sed quia nobis accessu dierum malitiæ incremẽta cumulãtur. Nullus enim dies sine nostro pctõ præterit. Vnde egregie Apostolus ait: Mihi
Phil. 1. viuere Christus est, & mori lucrum. aliud ad necessitatem vitæ referẽs, aliud ad mortis vtilitatem. Christus enim nobis viuere, cui seruimus, cui oportet vt a sanctis suis in euangelii prædicatione deferatur obsequiũ. Deniq; & Symeon qui ait: Nũc dimittis seruum tuũ, propter Christum expectabat. Christ⁹ enim rex noster est, & ideo quod rex iubet, deserere non possumus & cõtemnere. Quantos imperator terræ huius in peregrinis locis aut honoris specie, aut muneris alicuius causa iubet degere? Nunquid hinc cõsulto imperatore discedunt? Et quanto amplius est diuinis parere q̃ humanis? Viuere ergo sancto Christus est, & mori lucrũ. Quasi seruus enĩ non refugit vitæ obsequium, & quasi sapiens lucrum mortis amplectitur. Lucrum est euasisse incrementa peccati, lucrum fugisse deteriora, & ad meliora transisse. Et addidit: Dissolui, & cum Christo D esse. multo enim melius. permanere autẽ in carne, magis necessarium propter vos. Aliud melius, aliud necessarium. Necessarium propter fructum operis, meli⁹ propter gratiam & copulam Christi.

Quid secundum scripturam sit mors, & quid vita. Et quod in hac vita sit quædam mors bona, cum scilicet quis in hac vita positus speciem mortis imitatur, & ita se agit vt ei moriantur omnes corporis delectationes, & etiam ipse cupiditatibus omnibus mundique illecebris moriatur: ad quam & ipse Apostolus nos hortatur, docens istam mortem in hac vita positis expetẽdam. Et quomodo quis sic mortem imitetur. Quibus etiam rebus deflectatur & abducatur. Caput III.

ERGO quoniam docuit apostolus eum qui euaserit ex hoc corpore, si meruerit tamen, cum Christo futurum: quid sit mors, quid etiam vita, consideremus. Itaque scriptura docente cognouimus quia mors absolutio est animæ & corporis, & quædam hominis separatio. Soluimur enim hoc nexu animæ & corporis cũ recedimus. Vnde & Dauid ait: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo Psal. 115. hostiam laudis. Vincula autem vitæ huius, id est, coniunctionis nostræ quæ ex anima constat & corpore, significari docet superior versiculus psalmi huius: Preciosa in cõspectu domini mors sanctorum eius. Et ideo E quasi propheta prędidens se cum sanctis, & qui pro deuotione animas suas in Christo deposuerũt, futurum, lætatur, quia & ipse obtulit se fideliter pro dei populo aduersus Goliam singulari certamine dimicare, vt solus commune periculum & crimẽ refelleret, vel cum se morti pro domini placanda offensione promptus obiiceret, vel cum se pro salute populi laborantis diuinę vltioni paratus offerret. Sciebat enim gloriosius esse pro Christo mori, q̃ regnare in hoc seculo. Quid enim pręstantius q̃ fieri Christi hostiam? Itaque cum frequenter ab eo legamus domino oblata esse sacrificia, hoc tamen loco addidit: Tibi sacrificabo hostiam laudis. Nõ sacrifico, inquit, sed sacrificabo, significans illud perfectum esse sacrificium, quando vnusquisq; domino corporis huius vinculis absolut⁹ assisteret, & offerret se hostiam laudis, quia ante mortem nulla est perfecta lau- F datio. Neq; quisquã in hac vita potest definito præconio prædicari, cum posteriora eius incerta sint. Mors igitur absolutio est animæ & corporis. Denique & in apostolo docuimus lectum, Dissolui & cum Christo esse, multo melius. Solutio autem ista quid aliud agit, nisi vt corpus resoluatur & quiescat, anima autem cõuertatur in requiem suam, & sit libera, quæ si pia est, cũ Christo futura sit? Quid igitur in hac vita aliud iusti agũt, nisi vt exuãt se huius corporis cogitationib⁹ †, † cõtagionibus. quæ velut vincula nos ligant, & se ab his molestiis separare contendant, renunciẽt voluptatibus suis atque luxuriæ, fugiant flammas libidinum? Nonne igitur vnusquisque in hac vita positus speciem mortis imitatur, qui potest ita se agere vt ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus mundique illecebris etiam ipse moriatur, sicuti mortuus erat Paulus dicens: Mihi enim mundus crucifixus est, & Gala. 6. ego mundo? Denique vt sciamus quia est mors in hac vita, & bona mors, hortatur nos vt mortem Iesu in corpore nostro circumferamus. Qui enim habuerit in se mortem Iesu, is & vitam domini Iesu in corpore suo habebit. Operetur igitur mors in nobis, vt operetur & vita. Bona vita post mortem, hoc est, bona vita post victoriam, bona vita absoluto certamine, vt iam lex carnis legi mentis repugnare non nouerit, vt iam nobis nulla sit cum corpore mortis contẽtio: sed sit in corpore mortis victoria. Atq; haud scio

G ipſe an maioris virtutis mors iſta q̃ vita ſit. Certe apoſtoli moueor autoritate dicẽtis: Ergo mors ĩ nobis operatur, vita autem in vobis. Vnius mors quantorũ populorum vitam ædificabat. Itaq; docet & iſtam mortem in hac vita poſitis expetẽdam, vt mors Chriſti in corpore noſtro eluceat, & illam beatam qua corrumpitur exterior, vt renouetur interior homo noſter, & terreſtris domus noſtra diſſoluatur, vt habitaculum nobis cæleſte reſeretur. Imitatur igitur mortem qui ſe a communione carnis huius abducit, atq; illis vinculis
Eſa. 58. ſoluit, de quibus tibi dicit dominus per Eſaiam: Solue omnem colligationem iniuſtitiæ, diſſolue obligationes violentarum commutationum, dimitte cõfractos in remiſſionem, & omnẽ circunſcriptionẽ iniquam dirumpe. Imitatur & ille mortẽ qui ſe voluptatib⁹ exuit, & a terrenis cogitationibus attollit atq; ableuat, & in illo cæleſti habitaculo locat, in quo Paulus cum adhuc viueret conuerſabatur. Aliter enim nõ diceret: Noſtra autem cõuerſatio in cælis eſt. quod pariter ad præſumptionem meriti poteſt meditationemq; conferri. Illic enim erat eius meditatio, illic animę eius conuerſatio, illic eius prudẽtia, quæ vtiq; intra anguſtias carnis huius hærere non ſolebat. Sapiens enim cum illud diuinum requirit, abſoluit animam ſuam corpore, & eius abnegat contubernium, cum illam veri tractat ſciẽtiã, quam velut nudam ſibi & apertã deſiderat demonſtraH ri, & ideo retibus quibuſdam & nebulis huius corporis ſe quærit exuere. Neq; enim manibus iſtis aut oculis atq; auribus comprehendere illam ſupernã poſſumus
2. Cor. 4. veritatem: quoniam quæ videntur, temporalia ſunt: quæ autem non vidẽtur, æterna. Deniq; ſepe fallimur viſu, & aliter pleraq; q̃ ſunt videmus. Fallimur etiam auditu: & ideo non cõtemplemur illa quæ vidẽtur, ſed quæ non vidẽtur, ſi nolumus falli. Quãdo igitur anima noſtra non fallitur, quando ſolium veritatis attingit, niſi quando ſe ab iſto ſecernit corpore, neq; ab ipſo decipitur & illuditur? Illuditur enim viſu oculorum, illuditur auditu aurium: & ideo relinquat illud & deſe-
Col. 2. rat. Vnde Apoſtolus clamat: Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne guſtaueritis omnia quæ ſunt ad corruptelam. In corruptelam enim ſunt, quæ ſunt in corporis indulgentia. Et ideo oſtendens nõ per corporis diligentiam, ſed per animæ eleuationem, & cordis humilitatem inueniſſe quod verum eſt, addidit: Noſtra autem cõuerſatio in cælis eſt. Ibi igitur quærat q̃d verũ eſt, quod eſt & manet, ſeq; in ſeſe colligat, & congreget omnem aciem virtutis ſuæ, neq; aliis cõmittat & credat, ſed ſeipſum cognoſcat & intelligat, & quod ſibi videtur verum eſſe, hoc ſequendum nouerit. quod delectatione carnali eligendum æſtimauerit, hoc ſciat falI ſum, ab eo fugiat & recedat, quia fraudis eſt plenum. Merito ergo depreciauit & dehoneſtauit hoc corpus, corp⁹ mortis appellans. Quis enĩ oculis potuit videre virtutum ſplendorem? quis iuſtitiã manib⁹ comprehẽdere? quis ſapientiam oculorum obtutib⁹ intueri? Denique quando aliquid cogitamus, neminem nobis occurrere, neminem volumus obſtrepere aurib⁹ noſtris, atque ita intendimus animo, vt plerũq; non videamus præſentia. Quinetiam in noctib⁹ ſyncerius cogitam⁹, & tunc melius quæ mouent, corde meditamur. Vnde
Pſal. 4. & propheta ait: Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini. Sæpe etiã aliqui claudunt oculos ſiquid profundæ volunt niſu cogitationis eruere, oculorum impedimenta vitantes. Sæpe etiam ſolitudines captamus, ne cuius ſermo noſtris auribus inſuſurret, & quaſi ſemita quædam inhærentem cogitationi animam abducat a vero, atq; ab intentione deflectat. Multas igitur occupationes nobis corporis huius neceſſitas gignit, atq; vſus inuehit, quibus impedi tur animæ vigor, ac reuocatur intẽtio. Vnde de ſe pul
Iob. 10. chre dicit ſanctus Iob: Memento quia lutum me fiſti. Si ergo lutum eſt corpus, oblinit nos vtiq;, non di- k
luit, & coinquinat animam inquinamento intemperãtiæ. Corium & carnẽ me, inquit, induiſti, oſſibus & neruis intexuiſti. Ligatur itaq; & diſtẽditur anima noſtra iſtius corporis neruis, & ideo interdum rigeſcit, ſæpe curuatur. Et addidit: Ab iniquitate innocentẽ me non feciſti. Si enim impi⁹ fuero, væ mihi. ſi autem ſim iuſtus, non potuero me reclinare. Plenus enim confuſionis ſum. Induxiſti ſuper me tẽtationes. Quid enim eſt aliud hęc vita, niſi plena laqueorum? Inter laqueos ambulamus, inter plurimas verſamur tẽtationes. Deniq;
Iob. 7. idem ſupra ait: Numquid non tentatio eſt vita hominis in terra? Bene addidit in terra, quia eſt vita hominis & in cęlo. Sicut mercenarii, inquit, merces vita ei⁹, in labore ſcilicet & tepore, lenior fabulis, & fluitans & natans verbis: cuius habitatio in luteis domibus, & ipſa vita in luto, nulla firmitudo ſententiæ, nulla cõſtãtia. In die nox deſideratur, in nocte dies quæritur, ante eſcam gemitus, inter cibos fletus, lachrymę, dolores, timores, ſolicitudines, nulla requies a perturbationibus, nulla a laborib⁹ reclinatio, iræ, & indignationis mot⁹ horridior. Pleriq; cupiũt mortẽ, & nõ ipetrãt. ſi autẽ impetrauerit, gratulãtur, quia ſola eſt mors requies viro.

De ſolutione obiectionis qua mors arguitur non eſſe bona, quia deus eã nõ fecerit, & qua ratione omnifariam mors ſit bonum. Quodque ideo fruſtra homines L
mortem timeant, preſertim cum ſit finis peccati, & qđ ipſa mundum redemerit. Caput IIII.

SED dicet aliquis ſcriptum eſſe quia deus Sapien. 1.
mortem nõ fecit. Vita erat in paradiſo, vbi lignũ vitæ, & vita erat lux hominũ. Mors igitur mala, quę acceſſit & ſubintrauit. Sed quomodo mors mala, ſi aut ſecundum gentiles ſenſu caret, aut ſecundum Apoſtolum lucrum Chriſtus eſt, Phil. 1.
cum quo eſſe multo meli⁹? Quomodo igitur mors nobis malum, ſi nullus poſt mortem ſenſus eſt? Vbi enĩ nullus ſenſus, nullus vtiq; iniuriæ dolor, quia dolor ſenſus eſt. Aut quia eſt poſt mortem ſenſus, eſt vtiq; vita poſt mortem, & ſuperſtes mortis eſt anima, quæ ſenſu vtitur, & vita fungitur. Cum autem manet poſt mortem vita atq; anima, manet bonum, nec morte amittitur, ſed augetur, nec vllo impedimẽto mortis retardatur anima, ſed operatur magis, quia operatur quæ ſua ſunt, ſine vlla ſocietate corporis, qđ animæ maiori oneri q̃ vſui eſt. Quid igitur mali eſt animæ, quæ puritatem ſuam cuſtodierit, & virtutum diſciplinam ſeruauerit? Aut ſi non ſeruauerit, nõ mors malũ, ſed vita, qa vita nõ fuit. Quæ eſt enĩ vita vitiis peccatiſq; obſita? M
Quid igitur accuſamus mortem, quæ aut vitæ preciũ fuit, aut abolet eius dolorem atque cruciatum? Itaque mors aut ſuæ quietis bono vtitur, aut malo alieno laborat. Nũc illud ſpecta: Si vita oneri, mors abſolutioC ni. ſi vita ſupplicio, mors remedio. aut ſi iudicium poſt mortem, etiam vita poſt mortem. Mors igitur ea non eſt bona? Aut ſi hic vita bona, quomodo mors illic nõ eſt bona, cum ibi nullus ſit terribilis iudicii met⁹? Sed ipſa hæc vita bona ſi eſt, quibus rebus bona eſt? Virtute vtique, & bonis moribus. Non ergo ſecundũ animæ & corporis copulam bona eſt, ſed quia per virtutẽ quod malum eſt ſuum repellit. Quod autem bonum eſt mortis adipiſciẽ, vt quod animæ eſt, magis q̃ id qđ contubernii & cõiunctionis operẽ. Q̃d ſi vita bona quę animæ ſe a corpore ſeparãtis eſt ſpeculum, et ſi anima bona quæ ſe eleuat atq; abducit a corporis cõtubernio: & mors vtiq; eſt bonum, quæ animam a ſocietate carnis huius abſoluit & liberat. Omnifariam igitur mors eſt bonum, & quia compugnantia diuidit, ne ſe inuicẽ impugnent, & quia portus quidam eſt eorum qui magno vitæ iſtius iactati ſalo, fidę quietis ſtationẽ requi-

A runt. Et quia deteriorem ſtatum nõ efficit, ſed qualem in ſingulis inuenerit, talem iudicio futuro reſeruat, & quiete ipſa fouet, & preſentium inuidiæ ſubducit, & futurorum expectatione componit. Accedit eo, quod fruſtra homines mortem timent, quaſi finem nature. Nã ſi recolamus quod deus mortem non fecerit, ſed poſtquam homo lapſus in flagitium eſt, prævaricationis & fraudis ſententia comprehenderit vt in terram ſuam terra remearet, inueniemus mortem finem eſſe peccati, ne quo eſſet vita diuturnior, eo fieret culpa numeroſior. Paſſus eſt igitur dominus ſubintrare mortem, vt culpa ceſſaret. Sed ne iterũ naturæ finis eſſet in morte, data eſt reſurrectio mortuorum, vt per mortem culpa deficeret, per reſurrectionem autem perpetuaretur natura. Itaq; mors hæc tranſitus vniuerſorũ eſt. Opus eſt vt conſtanter tranſeas. Tranſitur autẽ a corruptione ad incorruptionem, a mortalitate ad immortalitatem, a perturbatione ad tranquillitatem. Nõ igitur mente mortis offendat, ſed boni trãſitus beneficia delectent. Quid eſt enim mors niſi ſepultura vitiorum,
Num. 23 virtutum ſuſcitatio? Vnde & ille ait: Moriatur anima mea in animis iuſtorum. id eſt, conſepeliatur, vt ſua vitia deponat, iuſtorum aſſumat gratiam, qui mortificationem Chriſti in corpore ſuo atq; anima circũferunt. Mortificatio autẽ Chriſti, remiſſio peccatorum, abolitio criminum, erroris obliuio, aſſumptio gratiarũ eſt.
B Quid autem de bono mortis pleni⁹ poſſumus dicere, q̃ quod mors eſt quæ mundum redemit?

Qua ratione communis omnium mors non ſit timẽda. Quomodo etiã dũ in corpore ſumus vſum mortis imitates, abducere nos debeamus a nexu corporis, omniaq; terrena relinquere, conſcendere ad diuina, fugere de mundanis, fugere hęc mala, & exaltare animã ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei, eamq; munire muris ac ſpeculatore. Quomodo etiã ipſa debeãt ingredi in hortos atq; paradiſum, & ex illo abundantiam virtutum tranſferre, & in hortum mentis tranſplantare, in quem verbum dei inuitatum deſcendat & paſcatur, et cognoſcere quos fructus & cibos epuletur, quibus ve delectetur. Caput V.

SED de cõmuni omnium morte dicamus. Mat. 10.
Quid eam timeamus, quæ animæ nocere nõ ſoleat? Scriptum eſt enĩ, Nolite timere eos qui occidũt corpus, animã autẽ nõ poſſunt occidere. Per mortem autem iſtam anima liberatur, dum a corporis contubernio ſecernitur, & inuoluceris pertinationis exuitur. Vnde & nos dum in corpore ſumus vſum mortis imitantes, ableuemus animã noſtrã ex iſti⁹ carnis cubili, & tãquã de iſto exurgamus ſepulchro. Abducamus nos a corporis nexu, relinquamus omnia quæcunq; terrena ſunt, vt cum venerit aduerſarius, nihil in nobis inueniat ſuum. Contẽdamus ad illud æternum, ad illud diuinũ euolemus pennis dilectionis, & remigio charitatis. Surgam⁹ hic, hoc
Ioan. 14. eſt, de ſecularibus atque mundanis. Dixit enim dominus: Surgite eamus hĩc. præci, piẽs vt vnuſquiſq; ſurgat de terrenis, erigat animam humi iacentem, ad ſuperna attollat, excitet aquilam ſuam, & illam aquilã ad quã
Pſal. 102. dictum eſt: Renouabitur ſicut aquilæ iuuẽtus tua. Ad animã hoc dictũ eſt. Anima ergo noſtra ſicut aquila alta petat, ſupra nubes volet, renouatis ſplẽdeſcat exuuiis, cælo volatus ſuos inferat, vbi laqueos incidere nõ poſſit. Auis enĩ quæ deſcẽdit ex alto, vel quæ in altum ſe extollere non poteſt, frequenter aut laqueis capitur, aut viſco fallitur, aut quibuſcunq; irretitur inſidiis. Sic quoq; & anima noſtra caueat ad hæc mundana deſcẽdere. Laqueus in auro, viſcum eſt in argento, nexus in prædio, clauus in amore. Dum aurum petimus, ſtrangulamur. dum argentum quærimus, in viſco eius hæ-

remus. dum prædium inuadimus, alligamur. Quid D
in vanum quærimus lucrum, precioſæ animę detrimẽtum? Exiguus tibi eſt totus mundus pro vnius animę diſpendio. Quid enim prodeſt homini ſi hunc mundũ Luce. 9.
lucretur, animæ vero ſuæ detrimẽtum patiatur? Aut quam commutationem dabis pro anima tua? Non auro redimitur, non argẽto, immo auro amittitur. Quia etiam mulieris decus dum tẽtat, adſtringit. Clauus eſt libido, clauus triſtitia, clauus iracundia, claui ſunt oẽs paſſiones quę velut veru quodam animam noſtrã penetrãt, & infigunt corpori, viſceribuſq; eius annectũt. Fugiamus ergo hæc mala, & exaltemus animam noſtrã ad illã imaginẽ dei & ſimilitudinẽ. Fuga malorũ ſiſtitudo dei eſt, & virtutib⁹ imago dei acquiritur. Ideo qui nos pinxit quaſi autor, pinxit virtutũ colorib⁹. Ecce ego, inquit ad Hieruſalẽ, pinxi muros tuos. Nõ deteramus penicillo negligentiæ depicta animæ noſtræ firmamenta muralia. Ideo dixit: Muros pinxi, quibus hoſtẽ poſſim⁹ auertere. Habet aĩa muros ſuos, de quib⁹ eminet, & de quib⁹ ait: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obſeſſa. His munitur muris, his obſeſſa defenditur. Et vere mur⁹ aĩa, quæ prętẽditur in caſtris. Vñ & ipſa ait in cãticis: Ego murus, & vbera mea vt turres, Bonus Canti. 8.
mur⁹ quem pinxit dñs, ſicut ipſe ait: In manibus meis pinxi muros tuos, & in conſpectu meo es ſemper. Bona anima quę habet ſpeculatorem deum, & in manib⁹ eius eſt, ſicut anima prophetica, quæ in manus domini commendatur vt ſpiritus, & quæ in conſpectu dei eſt. Oculi enim domini ſuper iuſtos, ſicut & ipſe ait: Ego Pſal. 33.
eram in oculis eius tanquam inuenięs pacem. Bonas turres habet, quæ habet & de intelligibilibus verbũ, & de moralibus diſciplinam. Ideoq; hæc anima habens E
gratiam ſuorum vberum ingreditur in hortos, & inueniens illic ſponſum ſedentem & diſputãtem cum amicis, ait: Qui ſedes in hortis, vocem tuam inſinua mihi. Mihi, inquit, non amicis. Fuge frater meus. Hortatur vt fugiat ſponſus, quia iam ſequi poteſt etiam ipſa terrena fugientem. Dicit vt ſimilis ſit dãmulæ, quæ euadit de retibus. Vult enim & ipſa fugere & euolare ſupra mundum. Hinc hortum illum ſibi Plato compoſuit, quem Iouis hortum alibi, alibi hortum mentis appellauit. Iouem enim & deum & mentem totius mundi dixit: In hunc introiſſe animam, quam venerem nũcupat, vt ſe abundantia & diuitiis horti repleret, in quo repletus potu iaceret, purũ qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum compoſuit, eo quod anima deo adhærens in hortum mentis ingreſſa ſit, in quo eſſet abundãtia diuerſarum virtutum, floreſq; ſermonũ. Quis autem ignorat quod exparadiſo illo quem legimus in Geneſi habentem lignum vitæ, & lignum ſciẽtiæ boni & mali, & ligna cætera, abundantiam virtutum putauerit tranſferendam, & in hortum mentis eſſe plantandam? Quem in canticis Canticorum Salomon hortum animæ ſignificauit, vel ipſam animam, F
Sic enim ſcriptum eſt: Hortus cluſus ſoror mea ſponſa, hortus cluſus, fons ſignatus, tranſmiſſiones tuæ paradiſus. Et infra ait anima: Exurge aquilo, & veni auſter. perfla hortum meum, & defluant vnguenta mea. Deſcendat frater meus in hortum ſuum. Quanto hoc pulchrius quod anima ornata virtutum floribus hortus ſit, vel in ſe paradiſum habeat germinantẽ. In quẽ hortum inuitat verbum dei deſcendere, vt anima illa verbi imbre cæleſtis, & eius copiis irrigata fructificet. Verbum autem dei paſcitur animæ virtutibus, quoties obedientem ſibi & opimam inuenerit, & carpit fructus eius, atque his delectatur. Cum autem deſcẽderit in eam dei verbum, defluunt ex ea ſalubrium vnguẽta verborũ, & diuerſarũ fragrant lõge lateq; redolẽtia gratiarum ſpiramina. Vnde ait, ſpõſus (Spõſus autẽ animæ deus verbum eſt, cui anima legitimo quodam cõnubiũ fœdere copulatur) Ingreſſus ſum i hortum meũ Cant. 5.

G soror mea sponsa, vindemiaui myrrham meam cũ vnguentis meis, manducaui panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Edite proximi mei & bibite, & inebriamini fratres mei. Ego dormio, & cor meum vigilat. Cognoscamus quos fructus & cibos epuletur deus, quibus ve delectetur. Delectatur eo si quis mortificet peccatum suum, obliteret culpam suam, sepeliat atq; abolefaciat iniquitates suas. Myrrha enim est sepultura mortuorum. Mortua autẽ peccata sunt, quæ vitæ suauitatem habere non possunt. Perfunduntur autẽ diuini sermonis vnguentis, & fortiore cibo verbi velut pane, & suauiore sermone velut melle curãtur quędam vulnera delictorum. Sermones
Prou. 16. autem cibos esse docet & alibi Salomon, dicens: Faui mellis, sermones boni. In illo ergo horto sermones boni sunt, aliius qui culpam coherceat, alius qui iniquitatem corripiat, alius qui mori faciat insolentiam, & velut sepeliat eam, quãdo correptus aliquis erroribus suis renunciat. Est etiã sermo fortior qui confirmat cor hominis validioribus scripturæ cælestis alimentis. Est etiam sermo suasorius dulcis vt mel, & tamẽ peccatoris conscientiam in ipsa suauitate compungẽs. Est etiã feruentioris spiritus sermo, qui inebriat sicut vinum, & cor hominis lætificat. Est etiam lacteus sermo, purus & candidus. Hos cibos dulcium vtiliumq; sermonum epulandos sponsus proximis suis dicit. Proximi au-
H tem sunt qui eum sequuntur, & nuptiis eius intersunt. Quo cibo & potu repleta anima (bibit enim vnusquisq; aquã de suis vasis, & de puteorum suorum fontib⁹) atq; inebriata, seculo dormiebat, vigilabat deo. Et ideo sicut posteriora docent, aperiri sibi deus verbum eius iamiam postulabat, vt eam suo repleret ingressu. Hinc ergo epulatores illi Platonici, hinc nectar illud ex vino & melle prophetico, hinc sonus ille translatus est, hinc vita illa perpetua, quam deus dixit suos epulari, quia Christus vita est. Ideoq; talium sermonum seminibus animæ eius repletus est venter, atque ipsa exiuit in verbo. Quæ autem exit anima a seruitio isto, & eleuat se a corpore, verbum sequitur.

Quomodo cauẽdi sint laquei principatuum aeriorum qui nos recte gradientes & ad altiora tendentes impedire quærunt, & ad terrena reuocare. Cap. VI.

I SED sunt principatus aerii, & potestates mũdi, qui nos velut de muro deiicere animæ, vel impedire recte gradientes, vel ad altiora tendentes quærunt deponere, & ad terrena reuocare. Sed nos multo magis ad sublimia mentẽ erigamus, verbum sequentes dei. Illi principatus offerunt secularia, quibus tuam mentẽ incurrent. Tu magis ad Christum anima dirige gressus tuos. Iniiciunt cupiditatem auri, argenti, vicinæ possessionis, vt acquirendæ eius gratia excuses a cœna illius qui ad nuptias verbi te inuitauit. Tu caue ne excuses, sed vestem tibi nuptialem, & vtere conuiuio diuitis, ne diues qui te inuitauerat, cum excusaueris tu, dum es secularibus occupatus, alios inuitet, & tu excludaris. Iniiciunt etiã honoris appetentiam potestates mundi, vt te extollas sicut Adã, & dum vis adæquari deo similitudine potestatis, diuina præcepta despicias, & quæ habebas in-
Matt. 13. cipias amittere. Qui enim nõ habet, & quod habet auferetur ab eo. Quotiens in oratione nobis, qua maxime deo appropinquamus, offunduntur ea quæ plena sunt opprobrii alicui⁹ aut sceleris, quo nos a studio precationis auertant. Quotiens inimicus cordi nostro conatur inferere quo nos reflectat a sanctitatis pposito, & piis votis. Quotiẽs corporeos inflãmat ardores. Quotiens occurrere facit oculos meretricios, quibus castum iusti tentet affectum, vt improuiso amoris spiculo feriat imparatum. Quotiens inserit animo tuo verbum iniquum, & cogitationes cordis absconditas, de quo tibi dicit lex: Attende tibi ne fiat verbum absconditum in corde tuo iniquum, & dicat tibi dominus: Quid cogitas mala in corde tuo? Neve cum abundaueris auro & argẽto, & opimis agrorum fructibus, vel honorib⁹, dicas: Virtus mea dedit mihi hæc. & obliuiscaris dominum deum tuũ. His ergo anima quæ cupit euolare, deponitur. Sed tu obluctare quasi bonus miles Christi Iesu, & inferiora obliuiscens, terrena despiciens, ad cælestia & æterna cõtende. Attolle animam tuam, ne eam illiciat esca laqueorum. Voluptates seculi, escæ quędam sunt: & quod peius est, escæ malorum, escæ tẽtationum. Dum voluptatem queris, laqueos incurris. Oculus enim meretricis, laqueus amatoris est. Oculꝰ ergo meretricis est laqueus. Laqueus est etiam sermo meretricis, qui obdulcat ad tẽpꝰ fauces tuas, & postea exasperat eas amaritudine cõscientiæ peccatricis. Laqueꝰ est aliena possessio plena amœnitatis. Omne iter istius vitæ, plenum laqueorum est. Vnde iustus dicit: In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueos mihi. In via, inquit, hac absconderunt. Ideo tu illam viam ambula quæ dicit: Ego sum via, veritas, & vita. vt dicas: Animam meam conuertit, deduxit me super semitas iustitiæ propter nomẽ suũ. Moriatur igitur nobis hoc seculũ, moriatur nobis carnis istiꝰ sapiẽtia, quæ inimica est deo. Subiiciamus animam nostrã soli Christo, vt dicat vnusquisq;: Nonne deo subiecta est anima mea? Non seculo subdita, non mundo, inquit, subdita. Non potest hoc pecuniosus, non potest auarus dicere, sed dicit iustus & continens. Auarus autem dicit: Anima, habes multa bona in annos multos posita, requiesce, manduca, bibe, epulare. quia auari aĩa subdita est luxuriæ corporali, iusti autem anima vtitur corpore vt instrumento aut organo, quæ velut præclara artifex quo vult obsequiũ corporis ducit, & effingit de eo speciẽ quã elegerit, & eas quas voluerit facit in eo resonare virtutes, pangens nunc modulos castitatis, nunc modulos tẽperantiæ, sobrietatis carmen, integritatis dulcedinem, virginitatis suauitatem, grauitatem viduitatis. Interdum tamen modulator cõpatitur organo suo. Et ideo honesta modulare, vt sit honesta compassio. Nam & ille qui videt, videdo plerumq;, & audiens audiendo afficitur. Et ideo dicit scriptura: Oculi tui recta videant. Et infra: Ne multus fueris ad alienam. Noli intendere in oculos iuuenculæ. Noli intẽdere in verba meretricis.

k
Deut. 8.

Pſal. 141.
Ioan. 14.
Pſal. 22.
Pſal. 61.
L
Luc. 12.
Prou. 4.
M

Quomodo nostri nobis sint laquei cauendi. Et de molestiis huius vitæ, propter quas totam vitam odio habuit Ecclesiastes, & mortẽ laudaut. Quodq; impio amarior sit vita q̃ mors, cum grauius sit ad peccatum viuere, q̃ in peccato mori. Ex quib⁹ conciditur mortẽ non esse malum. Caput VII.

ET quid de extraneis laqueis loquor? Nostri nobis laquei sunt cauẽdi. In ipso hoc corpore nostro laquei circũfusi nobis sunt, quos debemus vitare. Non credamus nos huic corpori, non misceamus cum eo animã nostram. Cum amico, inquit, misce animam tuam, non cum inimico. Inimicum tibi est corpus tuum, quod repugnat mẽti tuę, cuius opera inimicitiæ, dissensiones, lites, perturbationesq; sunt. Noli cum eo miscere animã tuam, ne vtrũq; cõfundas. Nã si miscetur, ergo melior fit caro, quæ inferior est, q̃ anima quæ superior, quia anima vitam corpori tradit, caro autem mortem animæ trãsfundit. Cõfunditur ergo vtriusq; operatio, confunditur prope ipsa vtriusq; substantia. Igitur suscipit in se anima insensibilitatem defuncti corporis, & corpus omnibus animę virtutib⁹ fingitur. Ac ne forte quia infunditur anima corpori, etiam confundi putetur, exemplum nobis sit

A huius luminis gratia. Siquidem & lumen terreno loco infunditur, nec tamen confunditur. Non fit ergo cõfusa operatio quorum dispar substantia est, sed fit anima in corpore vt viuificet corpus, hoc gubernet, hæc illuminet. Negare tamen non possumus quod compa-
Mat. 26. tiatur corpori suo, nam & cõtristatur. Siquidem Iesus ait: Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ. affectum hoPſal. 6. minis in se exprimens. Et alibi: Anima mea turbata est. Siquidẽ & modulator modulis suis, aut tibiæ, aut citharæ, aut organi, voce, gestu, affectuq; compatitur, in tristib⁹ sonis tristior, in lętis lętior, i acutioribꝰ excitatior, ipsis mitioribꝰ mitior atq; mãsuetior, vt sonos cãtuum ipse commendet & quodãmodo modulef affectus. Anima quoq; in hoc corpore tanquam in fidibus musicis, quę sobria est, cum summis, vt ita dicam, digitis velut neruorum sonos ita pulsat carnis passiones, vt consonum reddat morum atq; virtutum cõsentiemq; concẽtum, vt in omnibus cogitationib⁹ suis, in omnibus operibus id custodiat, vt omnia consilia & facta sibi concinant. Anima est ergo quæ vtitur, corpꝰ quod vsui est, ac per hoc aliud quod in imperio, aliud quod in ministerio, aliud quod sumus, aliud quod nostrum est. Si quis animæ pulchritudinem diligit, nos diligit: si quis corporis decorem diligit, non ipsum hominem, sed carnis diligit pulchritudinem, quæ tamen cito marcescit & defluit. Vnde illi intende, de quo dicit
Pſal. 15. propheta: Qui nõ accepit in uanum animam suam. In
B uanum accipit animam suam, vt iam de huius vitæ discamus molestiis, qui secularia struit, ædificat corporalia. Quotidie ad edendum & bibendum surgimus, & nullus expletur, vt non post momentum esuriat ac sitiat. Quotidie lucrum quærimus, & nullus cupiditati
Eccls. 1. modus ponitur. Nõ satiabitur, inquit, oculus visu, nec auris auditu. Qui diligit argẽtum, non satiatur argẽto. Nullus finis laboris, & nullus est fructus abundantiæ. Cupimus quotidie scire noua. & quid est ipsa scientia, nisi quotidiani doloris adiectio? Omnia quæ sunt iam fuerunt, & nihil sub sole est notum, sed omnia vanitas. Totam vitã odio habui, dixit Ecclesiastes. Qui
Eccls. 4. vitam odio habuit, vtiq; mortem prędicauit. Denique mortuos laudauit magis q̃ viuẽtes, & illum iudicauit beatum, qui in hanc vitam non venit, nec inanem hũc
Eccls. 7. suscepit laborem. Circuiuit, inquit, cor meum vt scirẽ impiũ lætitiam, & vt considerarem & quærerem sapiẽtiam & numerum, & vt scirem per imperium lętitiam & molestiam & iactationẽ, & inueni ego eam amariorem q̃ mortem: non quia amara sit mors, sed quia im-
C pio amara, & tamen amarior vita q̃ mors. Grauius est quim ad peccatum viuere, q̃ in peccato mori, quia impius q̃ diu viuit peccatũ auget: si moriatur, peccare desinit. Plerique criminum suorum absolutione lætantur: si emẽdatum sunt, recte: si perseueraturi in eis, stulte: quia longe illis plus damnatio profuisset, ne incrementa facerent peccatorum. De quo sublimis est sententia apo-
Roma. 1. stoli dicentis quod non solum ii qui flagitiosa agunt, sed etiam qui ea approbant, digni morte sint: sed & illos qui talia condemnant in aliis qualia ipsi agunt, inexcusabiles haberi, vt & sua damnet eos sentẽtia. cum enim alios condemnant, seipsos condemnant. Nec sibi eos blandiri oportere quia pœnarum ad tẽpus immunes videntur, & exortes reatus, cum grauiores pœnas intra se luant, & sibi rei sint, qui aliis non videntur, atq; in se intorqueant grauiorem conscientiæ sententiam, cum de aliorum peccatis iudicãt. Sed noli, inquit, o homo diuinæ bonitatis & patientiæ thesauros contẽnere. Bonitas enim dei ad pœnitentiam te prouocat, ad correctionem inuitat: duritia autem tua qua in erroris pertinacia perseueras, futuri iudicii auget seueritatem, vt dignam retributionem tuorum accipias delictorũ. Non igitur mors malum. Nam neque apud viuentes mors est, neque apud defunctos. Apud alios enim nõ est, quia adhuc viuunt, alii transierunt. Itaq; neq; apud D eos mala est qui eam adhuc nescíunt, hoc ipso quia nescíunt: neq; apud eos qui iam & secũdum corpus nihil sentiunt, & secundum animam liberati sunt.

Qua ratione non mors ipsa, quæ terribilis apud viuentes æstimatur, fit terribilis, sed opinio de morte. Et de confutatione duarum causarum ob quas mortẽ insipientes verentur. Quodq; mors generaliter non sit mala, licet specialiter pessima sit mors peccatorũ. Cur præterea Græci finem appellauerint mortem. Et quãtam morti sanctus Iob laudẽ tribuerit. Caput VIII.

QVOD si terribilis apud viuentes æstimatur, nõ mors ipsa terribilis est, sed opinio de morte, quam vnusquisq; pro suo interpretatur affectu, aut pro sua conscientia perhorrescit. Suæ igitur vnusquisq; conscientiæ vulnus accuset, non mortis acerbitatem. Denique iustis mors quietis est portus, nocentibus naufragium putatur. Certe iis quibus grauis est timor mortis, non est graue mori, sed graue est viuere sub metu mortis. Non ergo mors grauis, sed metus mortis. Metꝰ autem opinionis est, opinio vero nostræ infirmitatis, contraria veritati. Nã per veritatem virtus, per opinionem infirmitas. Opinio autem nõ mortis vtiq;, sed vitæ est. Ergo illud grae vita magis inuenitur esse. Liquet igitur quia mortis metus non ad mortem referendus est, sed ad vitam. Non enim habemus quod in morte metuamus, si nihil quod timendum sit, vita nostra commisit. Etenim E prudẽtibus delictorum supplicia terrori sunt, delicta autem non mortuorum actus sunt, sed viuentium. Vita igitur ad nos refertur, cuiꝰ actus in nostra potestate est, mors autem nihil ad nos. Est enim separatio animæ & corporis. Anima absoluitur, corpus resoluitur. Quę absoluitur, gaudet: quod resoluitur in terram suam, nihil sentit. Quod nihil sentit, nihil agnoscit. Tamen si mors malum, quomodo iuuenes non timẽt fieri senes, nec finitimam mortis verentur ætatem? Patientiusq; deficit qui præsumpta morte deficit, q̃ qui inopinata. His quoque qui mortem malum putant, aptum respõ sum arbitror, quia per vitam ad mortem est transitus, per mortem autem ad vitam reditus. Neque enim nisi qui mortui fuerint, possunt resurgere. Insipientes autem mortem quasi summum malorum reformidant, sapientes quasi requiem post labores & finem malorũ expetunt. Duabus autem ex causis mortem insipiẽtes F verentur. Vna quod eam interitum appellant. interitus autem hominis esse non potest, cum anima superstes corpori sit, saluo eo quod ipsum corpus maneat resurrectio. Altera autẽ causa, quod pœnas reformident, poetarum videlicet fabulis territi, latratus canis infernalis Cerberi, & Cocyti fluminis tristem voraginem, & nautam inferni gurgitis Charontem tristiorem, furiarum agmina, aut præruptа tartarea, in quibus hydra sæuior sedem habeat, Tityi quoq; viscera reparandis fœcundа suppliciis, quæ vultur immanis sine vllo fine depascitur. Ixionii quoq; orbis perpetuam sub pœnæ atrocitate vertiginem, & saxi desuper imminentis super capita accubantium inter epulas impendentem ruinam. Hæc plena sunt fabularum: nec tamẽ negauerim pœnas esse post mortem. Sed quid ad mortem id quod post mortem est? Si autem quæ post mortem sunt, referantur ad mortem: eadem etiam quæ post vitam sunt, referãtur ad vitam. Nulla ergo erunt supplicia quæ referãtur ad mortem. Mors enim, vt supra diximus, absolutio est & separatio animæ & corporis. Non est autem mala solutio, quia dissolui & esse cũ Philip. 1.
Christo multo melius. Non igitur mala mors. Deniq; Pſal. 33.
mors peccatorum pessima. Nõ vtiq; mors pessima generaliter, sed pessima specialiter peccatorum. Denique

G preciosa iustorum. Vnde liquet acerbitatem non mortis esse, sed culpæ. Pulchre autem Græci a fine mortē appellauerunt. τελευτὴν enim mortem appellāt, eo qđ finis istius vitæ sit. Sed etiam somnum scriptura nuncupat mortem, sicut est illud: Lazarus amicus noster Ioan. 11.
dormit, sed vadam vt suscitem eum. Somnus autē bonus, quoniā quies est, sicut scriptū est: Ego dormiui, & Psal. 3.
requeui, & surrexi, quoniā dominus suscepit me. Dulcis igitur quies mortis. Deniq; dominus suscitat quiescentes, quia dominus est resurrectio. Illud quoq; egre- Eccli. 11.
gium, quod ait scriptura: Ante mortem non laudaueris quēquam. Vnusquisque enim in nouissimis suis cognoscit̄, & in filiis suis æstimatur, si bene filios suos instituit, & disciplinis cōpetentibus eruditi. Siquidem ad negligētiam patris refertur dissolutio filiorum. Dū enim vnusquisq; quādiu viuit, obnoxius est lapsui, nec Gene. 25.
senectus immunis a crimine: ideo legis quia Abrahā mortuus est in senectute bona, eo quod in bonitate positi sui permansit. Mors igitur vitæ est testimonii. Nam si laudari ante gubernator non potest, q̄n portū nauem deduxerit: quomodo laudabis hominem prius quam in statione mortis successerit? Et ipse sui est gubernator, & ipse vitæ huius iactatur profundo. Quandiu in salo isto, tandiu inter naufragia. Dux ipse nisi cōfecto prælio non sumit lauream, nec miles arma deponit, nec stipendii mercedem adipiscitur, nisi hoste superato. Mors igitur stipēdiorum plenitudo, summa mercedis, gratia missionis est. Quantum autem morti de- Iob. 29.
dit sanctus Iob, qui dixit: Benedictio morituri i me veniat. Nam etsi Isaac benedixerat filios suos moriens, & Iacob benedixerat patriarchas, tamen benedictionis illius gratia poterat solis benedicentium meritis deputari, vel pietati paternæ. Hic vero nulla prærogatiua meritorum est, nulla pietatis, sed solius mortis priuilegium, cum benedictio cuiusque morituri tātum virtutis habeat, vt eam sibi sanctus propheta optauerit. Ac per hoc cogitemus semper hunc versiculum, & corde teneamus. Si quem viderimus pauperem morituꝝ, sumptu iuuemus, dicat vnusquisque nostrum: Benedictio morituri in me veniat. Si quem viderim? debilē,
H non deseramus. si quem in extremis positum, non relinquamus. occurrat & nobis dicere: Benedictio morituri in me veniat. Laudet & te vnusquisque moriturus, vnusquisq; depositus æuo, vnusquisq; confectus vulnere graui, vnusquisque morbo absumptus, etiam morti proximus. Hic versiculus quantos benedici fecit. quotiens mihi pudorem incussit si morituꝝ præterii, si non visitaui grauiter ægrum, si fastidiui inopem, si captiuum non redemi, si senem spreui. Sit ergo in corde
I semper, vt stimulet duriores, vt admoneat promptiores. Resonent te postrema verba morituri, & benedictionem tui egrediens corpore anima secum vehat. Eri- Prou. 24
pe etiam eum qui ad mortē ducitur, qui perituꝝ erat Iob. 29.
nisi tu subuenisses, vt dicas: Benedictio morituri veniat in me.

Quemadmodum ex recapitulatione de bono mortis, probetur anima non mori cum corpore, & quomodo in bonis demoratura sit. Quid etiam nobis cauendum sit, & quid faciendum si velimus post mortem huius corporis in bonis esse. Caput IX.

VIS igitur dubitet de bono mortis, cum id quod inquietum, id quod erubescendum, id quod inimicum nobis est, id quod violentū, id quod procellosum, & ad omnia vitia illecebrosum est, conquiescat & iaceat, & quasi feruida cauea claudatur sepulchri, reliquatur rabies eius examinis, & emortua compago viscerum in terram resoluatur: id autem quod familiare virtutibus, amicū discipliuis, studiosum gloriæ, sequax boni, deo subditū est, ad illud sublime euolet, & cum illo puro & perpetuo bono atq; immortali maneat, ipsi adhæreat, & cū ipso sit de quo cognationē ducit, vt quidā ait: Cuius & genus Act. 17.
sumus? Non enim mori animam cum corpore manifestum est, quia non est de corpore. Non esse autem eā de corpore scriptura multis modis edocet. Nā & Adā a domino deo nostro accepit spiritum vitæ, & facti? est Gene. 2.
homo in animam viuentem. Et Dauid ait: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit mihi. Et i quo benefecerit, audi. Quia liberauit, inquit, pedes meos a lapsu. Vides gratulari eū mortis huius remedio, quia finis factus est erroris, quia culpa non natura defecit. Deniq; quasi exutus & liber, dicit: Placebo domino in regione viuorum. Illa est enim viuorum regio. Deniq; illam animarum requiem dicit, terrā esse dicit viuentium, quo peccata non penetrant, vbi virtutū viuit gloria. Ista autē regio plena est mortuorum, quia plena delictorum: meritoque dictum est: Relique mortuos sepelire mortuos suos. Sed & supra Mat. 8.
similiter ait: Anima eius in bonis demorabitur, & semen eius hæreditabit terram. hoc est: Anima timentis deum habitabit in bonis, vt semper in eis sit, & secundum ea. Quod potest etiam de eo accipi qui sit in corpore, & vt ipse si timeat deum, i bonis habitet, & in cælestibus sit, & possideat corpus suum, & dominetur ei quasi in seruitutem redacto, & possideat hæreditatē gloriæ & cælestium promissorum. Vndē & nos si vos Pfal. 24.
lumus post mortē corporis huius in bonis esse, caueamus ne agglutinetur anima nostra huic corpori, ne cōmisceatur, ne inhæreat, ne trahatur a corpore, & tanquam ebria perturbationib? eius vacillet & fluitet, nec se ei credat atq; eius delectationib?, vt cōmittat se eius
L sensibus. Nam & oculus eius error & fraus est, quia fallitur visus: & auris eius deceptio est, quia & auditus illuditur: & sapor eius deceptio est. Denique non ociose dictum est: Oculi tui recta videant, & lingua tua nō loquatur peruersa. Quod non esset dictum, nisi frequēter Prou. 4.
errarent. Vidisti meretricē, captus es vultu eius, & forma decoram putasti: errauerunt oculi tui, peruersa viderunt, alia nunciauerūt. Nam si vera vidissent, vidissent deformem meretricis affectum, inhærentem procaciam, indecentem impudicitiam, marcentes libidines, tetram colluuionem, animæ vulnera, conscientiæ cicatrices. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscē- Mat. 5.
dum eam. Vides quod iste falsum quæsierit, qui nō veritatem sed adulterium requisiuit. Videre enim quæsiuit vt concupiscēret, non vt verum cognosceret. Erat igitur oculus vbi errat affectus. Affectus ergo deceptio est, deceptio visus. Et ideo tibi dicitur: Neque capiaris oculis, id est, nō capiatur anima tua. Mulier enī Prou. 6.
M virorū pretiosas animas capit. Deceptio auditus: Denique blandimento multo sermonis mulier fornicaria
Prou. 24 sæpe iuuenis cor seduxit, decepit, illusit. Ergo non la-
Iob. 29. queis nos credamus & retibus iis quæ decipiunt & illudunt, quia corda tentantur, impediuntur cogitationes, quæ impediuntur visu, impediuntur auditu, odore, tactu, sapore. Non sequamur illecebrosa & seductoria, sed sequamur illud quod bonū est, illi adhæreamus, illud imitemur. Illius præsentia, illius communicatio nos meliores faciat, mores nostros coloret, illius quædam nos societas informet. Qui enim bono adhæret, assumit inde quod bonum est, quia scriptum est: Cum Pfal. 17.
sancto sanctus eris, & cū peruerso peruersus eris, & cū
innocente innocens eris. Assiduitate enim atq; imitatione quedam similitudinis imago formatur. Ideoque addidit: Quoniam tu illuminas lucernam meam domine. Et enim qui appropinquat lumini, citius illuminatur, & plus in eo splendor æterni luminis refulget e proximo. Ergo anima quæ illi adhæret inuisibili bono deo atq; immortali, & ipsa corporea hæc fugit, & terrena & mortalia derelinquit, fitq; illius similis quod desi-

A derat, & in quo viuit & pascitur: & quia immortali intendit, non est ipsa mortalis. Quæ enim peccat moritur, non vtique aliqua sui dissolutione, sed merito moritur deo, quia viuit peccato. Ergo quę non peccat, non moritur, quia manet in substantia sui, manet in virtute & gloria. Nam quomodo substantia eius interire potest, cum vtiq; anima sit quæ vitam infundit? Et cui anima infunditur, vita infunditur: a quo anima discedit, vita discedit. Anima ergo vita est. Quomodo potest mortem recipere, cū sit contraria? Sicut enim nix calorem non recipit, nam statim soluitur, & lux non recipit tenebras, nam statim discutit, infuso enim lumine tenebrarum horror aufertur, sicut admoto igne niuium rigor desinit: ita & anima quæ vitam creat, mortē non recipit, non moritur.

De diuino testimonio quo demonstratur quod anima non moriatur cum corpore. Et de errore hominum qui preciosa struunt sepulchra tanq̄ animæ & corporis receptacula, cum animarum superiora esse habitacula scripturæ testimoniis valde probetur. Caput X.

Ioan. 10. HABEMVS ergo rationē, sed hæc humana, illud diuinum, quod ait dominus: Potestatem habeo ponendi animā meam, & potestatem habeo iterū sumendi eam. Vides igitur quia non moritur cum corpore, quæ & ponitur & resumitur, & in manus dei patris cōmendatur? Sed
B ne forte dicas speciale esse quod Christi est, & q̄uis ille quę sunt hominis susceperit, tamē quia alterius est causa & istud astruere, ne tempus crastinetur, audi dicentem: Quid scis an nocte hac a te tua anima reposcatur? Luc. 12.
Nunquid dixit, moriatur in te anima tua? Sed reposcatur a te. Quę data est, repositur, vel repetunt a te. Repetitur enim anima, nō interimitur. Quod repetitur, manet: quod interimitur, nō manet. Quomodo enim interimitur, de qua dixit sapientia dei non timendum quenquam qui potest corpus occidere, animam autem
Pfal. 118. nō potest? De qua dicit Propheta: Anima mea in manibus tuis semper. Semper, inquit, non in tempore. Et tu commenda animam tuam in manus domini. Non solum cum recedit e corpore, sed etiam cū est in corpore, est in manibus domini, quia nō vides eam vnde veniat, aut quo vadat. Est & in te, & est cum deo. Deniq;
Prou. 21. cor regis in manu domini, ab eo regitur et gubernatur.
C Cor repletur mente, & mens animæ principale est, & virtus animæ est. Non eam virtutē dico quæ in lacertis, sed quæ in consiliis, temperantia, pietate, atq; iustitia est. Si cor hominis in manu domini, multo magis anima. Si anima in manu dei est, non vtiq; anima nostra sepulchro simul cū corpore includitur: nec busto tenetur, sed quiete pia fungitur. Et ideo homines frustra preciosa struunt sepulchra, quasi ea animæ & nō solius corporis receptacula sint. Animarū autē superiora esse habitacula, scripturę testimoniis valde pbatur. Siquidem & in Esdræ libris legimus: Quia cū venerit iudi-
4. esdr. 7. cii dies, reddet terra defunctorū corpora, & puluis reddet eas quę in tumulis requiescunt reliquias mortuorū. Et habitacula, inquit, reddent animas quæ his cōmendatę sunt, & reuelabitur altissimus super sedem iudicii. Hæ sunt habitationes de quibus dicit dominus multas mansiones esse apud patrē suum, quas suis pergens ad patrem discipulis præpararet. Sed Esdræ visus sum scriptis, vt cognoscant gentiles ea quæ in Philosophiæ libris mirantur, translata de nostris. Atq; vtinam non superflua his & inutilia miscuissent, vt dicerēt animas hominum pariter ac bestiarum esse communes, carūq; summum præmium, si magnorum philosophorū animæ in apes aut luscinias demigrarent, vt qui ante hominū genus sermone pauissent, postea mellis dulcedine, aut cantus suauitate mulcerent. Satis fuerat dixisse illis quod liberatę animæ de corporibus ἀϊδίου τόπου peterēt, D
id est locum qui nō videtur. Quem locum latine infernum dicimus. Deniq; & scriptura habitacula illa animarum promptuaria nuncupauit: quæ occurrens querelæ humanæ, eo quod iusti qui præcesserūt videantur vsq; ad iudicii diem, per plurimū scilicet temporis debita sibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait cōronæ esse simulem iudicii diem, in quo sicut nouissimorū tarditas, sic nō priorum velocitas. Coronę enim dies expectatur ab omnibus, vt intra eum diem & victi erubescant, & victores palmam adipiscantur victoriæ. Illud quoq; non reliquit occultum, eo quod superiores videantur qui ante generati sunt, infirmiores qui postea. Cōparauit eū vtero mulieris partus huius seculi, quoniā fortiores sunt qui in virtute iuuentutis nati sunt, infirmiores qui tempore senectutis. Defecit enim multitudine generationis hoc seculi tanq̄ vulua generantis & tanq̄ senescens creatura robur iuuētutis suæ, velut marcenti iam virium suarū vigore deponit. Ergo dum expectatur plenitudo tēporis, expectant animæ remunerationem debitam. Alias manet pœna, alias gloria: & tamen nec illæ interim sine iniuria, nec istæ sine fructu sunt. Nam & illæ videntes seruantibus legem dei repositam esse mercedem gloriæ, cōseruari earum ab angelis habitacula, sibi autem dissimulationis & contumaciæ supplicia futura, et pudorem & confusionem, vt intuentes gloriam altissimi, erubescant in eius conspectum venire, cuius mandatum temerauerunt. Si- E
cut enim præuaricatio Adæ, ita & confusio: quoniam sicut ille per incuriam mandatorum cælestium lapsus est, & pudore se prolapsionis abscondit, fulgorem diuinæ præsentiæ verecundia peccatricis conscientiæ subire non ausus: ita & animæ peccatorum vibrantis luminis eius splendorem non sustinebunt, quo teste se reminiscentur errasse.

De iustarum animarum ingēti lætitia per septenarium ordinem digesta. Ac de admonitione vt & nos studium adhibeamus quo anima nostra deo appropinquet, & ab eo non separemur. Quo etiam modo hoc facere debeamus. Quodq; non vereamur illum omnib? debitum finem in quo Esdras remuneratione suæ deuotionis inuenit. Caput XI.

IVSTARVM autem animarum per ordines quosdā digesta lętitia. Primum quod viceriut carnem, nec illecebris eius inflexæ F
sint. Deinde quod precio sedulitatis, & innocentiæ suæ securitate potiantur, nec quibusdā sicut imperiorum animæ erroribus & perturbationibus implicētur, atq; vitiorum suorū memoria torqueantur, & exagitētur quibusdam curarum æstibus. Tertio quod seruatæ a se legis diuino testimonio fulciantur, vt factorum suorum incertum supremo iudicio non vereātur euentum. Quarto quia incipiunt intelligere requiem suam, & futuram sui gloriam præuidere, eaq; se consolatione mulcentes in habitaculis suis cum magna trāquillitate requiescēt, stipatæ præsidiis angelorū. Quītus autem ordo exultationis vberrimæ habet suauitatem, quod ex hoc corruptibilis corporis carcere in lucē libertatēq; peruenerint, & repromissam sibi possideant hæreditatem. Est enim ordo quietis, quia est & resurrectionis. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita 1 Cor. 15.
& in Christo, inquit, omnes viuificabuntur. Vnusquisq; autē in ordine suo, primitiæ Christus, deinde qui sunt Christi, qui in aduentu eius crediderunt, deinde finis. Erit igitur ordo diuersus claritatis & gloriæ, sicut erit ordo meritorum. Processus quoq; ordinum, processum exprimit claritatis. Deniq; sexto ordine demonstrabitur iis quod vultus earum sicut sol incipiat refulgere, & stellarum luminibus comparari: qui tamen fulgor ea-

G rum corruptelam iam ſentire non poſſit. Septimus vero ordo is erit, vt exultent cum fiducia, & ſine vlla cunctatione confidant, & ſine trepidatione lætentur, feſtinantes vultum eius videre, cui ſedulæ ſeruitutis obſequia detulerunt: de quo innoxiæ conſcientiæ recordatione præſumāt glorioſam mercedem laboris exigui, quam incipientes recipere, cognouerint indignas eſſe huius tēporis paſſiones, quibus remunerationis æternæ gloria tanta refertur. Hic ordo, inquit, animarū quę ſunt iuſtorum, quos etiam immortales non dubitauit dicere in quinto ordine, eo quod ſpatiū, inquit, incipiūt recipere fruentes & imortales. Hæc eſt, inquit, requies earum per ſeptem ordines, & futuræ glorię prima perfunctio priuſquā in ſuis habitationibus quietæ congregationis numere perfruantur. Vnde ait propheta ad angelum: Ergo dabitur tempus animab⁹ poſtquā ſeparatæ fuerint de corpore, vt videant de quo modo dixiſti? Et dixit angelus: Septem dies erit libertas earū, vt videant in ſeptem diebus qui prædicti ſunt ſermones, & poſtea cōgregabuntur in habitaculis ſuis. Hęc ideo plenius de iuſtorum ordine expreſſa ſunt, q̄ de paſſionibus impiorum, quia melius eſt cognoſcere quomodo innocentes ſaluentur, q̄ quomodo crucientur fla
H gitioſi. Ergo quia iuſti hanc remunerationem habent vt videant faciem dei, & lumen illud quod illuminat omnem hominem, abhinc induamus huiuſmodi ſtudium, vt appropinquet anima noſtra deo, appropiquet oratio, adhæreat illi noſtrum deſiderium, non ſeparemur ab eo. Et hic quidem poſiti meditando, legendo, quærēdo copulemur deo, cognoſcamus eū vt poſſum⁹.
Ex parte enim hic cognoſcimus, quia hic imperfecta, il
1.Co.13. lic perfecta omnia: hic paruuli, illic robuſti. Videmus, inquit, nūc per ſpeculū in ænigmate, tūc autem facie ad faciē. Tunc reuelata facie gloriam dei ſpeculari licebit, quam nunc animæ corporis huius concretis viſceribus inuolutæ, ex quibuſdam carnis huius maculis & colluuionibus obumbratæ ſyncere videre nō poſſunt. Quis
Exod.33. enim, inquit, videbit vultum meum & viuet? Et recte. Nam ſi ſolis radios oculi noſtri ferre non poſſunt, & ſi quis diutius e regione ī ſolē intēderit, cæcari ſolere perhibetur. ſi creatura creaturam ſine fraude atque offenſione ſui non poteſt intueri: quomodo poteſt ſine periculo ſui vibrantē cernere vultum creatoris æterni, corporis huius opert⁹ exuuiis? Quis enim iuſtificatur in conſpectu dei, cum vnius quoq; diei infans mundus a peccato eſſe non poſſit, & nemo poſſit de ſui cordis integritate & caſtimonia gloriari? Non timeamus igitē recipi ab hominibus, non vereamur illum debitum o
I mnibus finem, in quo Eſdras remunerationē ſuæ deuotionis inuenit, dicente ei domino: Tu enim recipieris ab hominibus, & conuerſaberis reſiduum cum filio meo, & cum ſimilib⁹ tuis. Quod ſi illi glorioſum & iucundum erat cum ſimilibus conuerſari, quanto nobis glorioſius erit & iucundius ad meliores pergere, & cōuerſari cum iis quorum facta miramur? Quis vtique prior, Eſdras, an Plato? Nam Paulus Eſdræ, nō Platonis ſecutus eſt dicta. Eſdras reuelauit ſecundum collatam in ſe reuelationem, iuſtos cum Chriſto futuros, futuros & cum ſanctis. Hinc & Socrates ille feſtinare ſe dicit ad illos ſuos deos, ad illos optimos viros. Noſtra ſunt vtiq; quæ in philoſophorum literis præſtant, & ille poſuit ea quorum propriū teſtimonium nō habebat: nos diuini præcepti habemus autoritatē. Moyſes & Helias cum Chriſto apparuerūt, Abrahā duos alios cī deo ſuſcepit hoſpitio, Iacob dei caſtra cōſpexit, Daniel iuſtos ſicut ſolem & ſtellas fulgere in cælo, reuelante ſibi ſpiritu ſancto, declarauit.

De cōſolatiua exhortatiōe vt intrepide pgam⁹ ad redēptorē noſtrū Ieſum Chriſtū, et ad pīarchārū cōciliū, ſanctorū cœtū, iuſtoriq; cōuētū, vbi paradiſus incūdita

tis, paratæq; ſeruulis Ieſu promiſſæ māſiones. Quā ra k
tione prætereā illuc feſtinare debeamus. Ca. XII.

[illegible] IS igitur freti intrepide pergamus ad redēptorem noſtrum Ieſum, intrepide ad patriarcharum concilium, intrepide ad Abrahā patrem noſtrum cum dies aduenerit profiſciſcamur, intrepide pergamus ad illum ſanctorum cœtum, iuſtorumq; conuentum. Ibimus enim ad patres noſtros, ibimus ad illos noſtræ fidei præceptores, vt etiam ſi opera deſint, fides opituletur, defendatur hæreditas. Ibimus & vbi ſinum ſuum Abraham ſanct⁹ expandit, vt ſuſcipiat pauperes, ſicut ſuſcepit & Lazarū: in quo ſinu requieſcūt qui in hoc ſeculo grauia atq; aſpera pertulerunt. Sed nunc pater etiam atq; etiam extende ad ſuſcipiendum hinc pauperem manus tuas, aperi gremium tuum, expāde ſinus tuos vt plures ſuſcipias, quia plurimi in deum crediderunt. Sed tamen quāuis fides creuerit: abundat iniquitas, refrigeſcit charitas. Ibimus ad eos qui recumbunt in regno dei cū Abraham, Iſaac & Iacob, quoniā rogati ad cœnā nō excuſauerunt. Ibimus eo vbi paradiſus eſt iucunditatis, vbi Adam qui incidit ī latrones, neſcit iam vulnera ſua flere, vbi & latro ipſe regni cælestis conſortio gratulatur, vbi nullæ nubes, nulla tonitrua, nullæ coruſcationes, nulla vētorū procella, neq; tenebrę, neq; veſp, neq; eſtas, L
neq; hyems vices variabunt tēporum. Nō frigus, non grando, non pluuiæ, non ſolis iſtius erit vſus, aut lunę, neq; ſtellarū globi, ſed ſola dei fulgebit claritas. Dominus enim erit lux omnium, & illud lumē verum quod illuminat omnem hominem, fulgebit omnibus. Ibimus eo vbi ſeruulis ſuis dominus Ieſus manſiones parauit, vt vbi ille eſt, & nos ſimus. Sic enī voluit. Quæ Ioan.14.
ſint illæ manſiones, audi dicētem: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. Quæ ſit voluntas, iterum inquit: Venio & accerſo vos ad meipſum, vt vbi ego ſū & vos ſitis. Sed dices quia ſolis diſcipulis loquebatur, quod ipſis ſolis ſpoponderit. multas manſiones igitur vndecim tantum diſcipulis præparabat? Et vbi eſt illud quod ex oībus mundi partibus venient & recūbēt in dei regno? Vbi voluntatis diuinæ dubitam⁹ effect⁹? Sed Chriſti velle, feciſſe eſt. Deniq; demōſtrauit & viā, demonſtrauit & locū, dicens: Et quo vado, vos ſcitis, & viam ſcitis. Locus apud patrem eſt, via Chriſt⁹ eſt, ſicut ipſe ait, Ego ſum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad patrem niſi per me. Ingrediamur hāc viam, te- M
neamus veritatem, vitam ſequamur. Via eſt quę perducit, veritas eſt quæ confirmat, vita quæ per ſe redditur. Et vt ſciamus veram volūtatē, addidit in poſterioribus: Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, Ioan.17.
& illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Repetitio iſta confirmatio eſt, ſicut illud: Abrahā, Abraham. Et alibi: Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates Eſaie.43.
tuas. Pulchre autē quod ſupra promiſit, hic poposcit. Et quia ante promiſit, & ſic poposcit, nō ante poposcit & ſic promiſit: promiſit quaſi arbiter muneris, cōſcius teſtatis, poposcit a pre quaſi pietatis iterpres. Et ante promiſit, vt teſtatē cognoſcas: poposcit poſtea, vt pietatem intelligas. Non poposcit ante & ſic promiſit, ne videretur promiſiſſe poti⁹ quod impetrauerat, q̄ qđ promiſerat præſtitiſſe. Nec ſuperfluum putes qđ poposcit, cum tibi exprimat paternæ voluntatis cōſortium, in quo vnitatis indicium, non incrementum eſt poteſtatis. Sequimur te domine Ieſu, ſed vt ſequamur accerſi, quia ſine te nullus aſcendit. Tu enim via es, veritas, vita: poſſibilitas, fides, præmium. Suſcipe nos quaſi via, cōfirma quaſi veritas, viuifica quaſi vita. Pā
de illud tuum bonum, quod videre deſiderabat Dauid
inhabitans in domo domini, ideoq; dicebat: Quis oſtē Pſal.4.
dit nobis bona? Et alibi: Credo videre bona domini Pſal.26.
in terra viuentium. Ibi enim ſunt bona, vbi vita per-

Pſal.64. petua eſt, vita ſine crimine. Alibi quoq; ait: Repleb⁹i
A mur in bonis domus tuæ. Quod ideo frequentauit, vt ſcires hinc bonum illud philoſophos tranſtuliſſe, quod ſummum aſſerunt. Pande ergo illud vere bonū tuū illud diuinū, in quo & viuimus, & ſumus, & mouemur.
Actu.17. Mouemur quaſi in via, ſumus quaſi ī veritate, viuim⁹ quaſi in vita æterna. Demōſtra nobis illud bonū quod eſt ſimile ſui, ſemper indiſſolubile atq; immutabile, in quo ſimus æterni in agnitione omnis boni, ſicut vas
Ad Phi- electionis tuæ Paulus teſtificatus eſt dicens: Forſitan
lemo. enim ideo diſceſſit ad horam, vt æternum illum recipe res. Ęternum ergo miniſtrū dei dixit, ſcribēs ad Philemonem, cuius fidem in agnitionem omnis boni qđ in ſanctis eſt, in Chriſtum Ieſum euidētiorem fieri poſtulabat. In quo bono eſt requies pura, lux immortalis, gratia perpetua, hæreditas animarum pia, & ſecura tranquillitas, non morti ſubiecta, ſed erepta de morte, vbi nullæ lachrymæ, nullus eſt fletus. Vnde enim illic fletus, vbi nullus eſt lapſus, vbi ſunt ſancti tui errorib⁹ & ſolicitudinibus, inſipientia atq; ignorātia, timore ac metu, cupiditatibus atq; omnibus corporeis colluuionibus & paſſionibus abſoluti, vbi regio viuētium eſt? Et vt aſſertioni huic adiūgamus autoritatē, de quo bo
Pſal.114 no propheta dicit: Cōuertere anima mea in requiē tuā, quia dominus beneſecit tibi, quoniam eripuit animam meā de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos
B a lapſu. Placebo domino in regione viuorum. Placebo dixit, non placeo, hoc eſt, de tempore ſibi blanditur futuro. Cōtraria ſunt autem præſentib⁹ futura, & tpalib⁹ æterna. Et ideo qui ibi viuorū regio, hic vtiq; mortuorū. An non mortuorū hæc regio, vbi vmbra mortis, vbi porta mortis, vbi corpus eſt mortis? Deniq; do
Pſal.9. natur Petro ne forte portę inferi præualeāt ei. Portę inferi iſtæ ſunt terrenę. Vnde & ille ait: Qui exaltas me de portis mortis. Sicut enī ſunt portę iuſtitiæ, in quib⁹ ſancti domino cōfitētur, ita ſunt criminū portæ, in quibus impii dominum negauerunt. Audi quoniā regio iſta ſit mortuorum. Si quis igitur mortuum tetigerit, immundus erit. Immundus autem in cōſpectu domini omnis iniquus. Si quis igitur tetigerit iniquitatem, immundus. ſi quis in delicijs, mortuus, quoniā quę in delicijs eſt, viuens mortua eſt. Et qui infideles ſunt, de- 1.Tim.5.
ſcendunt in infernum viuentes, etſi nobiſcum videntur viuere, ſed in inferno ſunt. Si quis vſuram accepe- C
rit, rapinam facit, vita non viuit, vt habes in Ezechiel. Si quis autē iuſtificationes domini cuſtodit vt faciat Ezech.33
eas, vita, inquit, viuet, & viuet in eis. Ipſe eſt ergo in regione viuorum, in illa regione vbi vita non abſcondita eſt, ſed libera: vbi non vmbra, ſed gloria. Hic enim nec ipſe Paulus viuebat in gloria. Deniq; in corpore mortis ingemiſcebat. Audi dicentem: Nunc enim vita noſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo: cum autē Chri- Col.3.
ſtus apparuerit vita noſtra, tunc & nos cum illo apparebimus in gloria. Feſtinemus ergo ad vitam. Si quis vitam tangit, viuet. Deniq; tetigit illa mulier quæ tetigit fimbriā eius, & a morte dimiſſa eſt, cui dicitur: Fi- Luc.8.
des tua te ſaluum fecit, vade in pace. Si enim qui mortuum tangit, immundus eſt: ſine dubio qui viuentē tāgit, ſaluus eſt. Quæramus ergo viuētem. Sed iterum videamus ne eum quæramus inter mortuos, & dicatur nobis ſicut & mulieribus illis: Quid quæritis viuētem cum mortuis? Non eſt hic, ſed ſurrexit. Ipſe quoq; Luc.24.
dominus vbi ſe quæri vellet oſtendit, dicens: Vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum, Ioan.20.
& ad patrem veſtrum, deum meum, & deum veſtrū. D
Ibi ergo quæramus eum, vbi quæſiuit Ioannes, & inuenit. Ille eum in principio quæſiuit, & inuenit viuentem apud viuentem, filium apud patrem. Nos eum in temporum fine quæramus, & cōplectamur pedes ei⁹, & adoremus eum, vt dicat & nobis: Nolite timere, id eſt, nolite timere a peccatis ſeculi, nolite timere ab iniquitatibus mundi, nolite timere a fluctibus corporalium paſſionum, ego ſum peccatorum remiſſio. nolite timere a tenebris, ego ſum lux. nolite timere a morte, ego ſū vita. Quicunque ad me venit, mortem non videbit in æternum. quoniam ipſe eſt plenitudo diuinitatis, & ipſi eſt gloria, decus, perpetuitas a ſeculis, & nūc & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

OPERVM AMBROSII
PRIMI TOMI
FINIS.

DIVI AMBROSII OPE=

RVM TOMVS SECVNDVS PVGNAS

continens, hoc eſt, ea quæ pertinent ad confuta=
tionem hæreticorum ac Gentium.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ERASMVS ROTEROD. PIO LECTORI S. D.

author damnatus

HIC SECVNDVS tomus, optime lector, exhibebit tibi pugnas aduersus hæreticos, quanquam ea res frequenter & in cæteris operibus incidit, præsertim in enarrationibus. In hoc ordine sunt duo libelli de vocatione omniũ gentiũ, quos arbitror alterius esse. Cuius rei si nullũ esset aliud argumentum, tanta tamẽ est totius phraseos dissimilitudo, vt primo statim gustu lector deprehendat alium loqui q̃ Ambrosium. Atq; vtinã tales multos libellos Ambrosianis admiscuisset, qui hos admiscuit. Tales imposturas facile tulerimus, quæ pro auro supponãt aurum. Ineptum autem sit, nec admodũ refert diuinare quis fuerit, quum ætas illa tot habuerit eruditos ac eloquentes viros. Res ipsa loquitur hominem fuisse in sacris literis diligenter exercitatũ, ingenio sano & acuto. Ipsa phrasis sic Isocraticis illis schematibus modulata tinnulaq; est, vt, quod est in hac affectatione difficillimum, præsertim in argumento subtili, nusquã desideres sermonis perspicuitatem, nusquam offendaris odio captatæ concinnitatis, nec vsquã frigeat affectatio sentẽtiarũ argutularũ, sed quod puer in Rhetorum scholis didicerat, feliciter accommodat ad seriam scripturarum tractationẽ. Nec deest orationis copia, idq; citra tædij sensum. Pelagianorum meminit cap. 7. quos haud scio an nouerit Ambrosius. Siquidem Pelagius sub extremam Hieronymi ætatẽ cœpit apud Italos impietate celebris esse. Nec Hieronymus in catalogo meminit librorum quos scripsit aduersus Pelagium. Contexuit autem catalogum viuo etiamnum Ambrosio. Rursus lib. 2. cap. 8. refert hęc verba ex libro cuiusdã Pelagiani, Habet gratia quod adoptet, non habet vnda quod diluat. Capite decimo, hoc est vltimo, subindicat se fuisse Romanum, aut certe Italum, hũc in modum loquẽs: At alij Barbari dũ Romanis auxiliantur, quod in suis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad suas sedes cũ Christianæ religionis institutione remearunt. Quãquam fateor hoc argumẽtum esse dilutius, eo quod id tẽporis plerq; mundi regiones parebãt imperio Romano. Stylus nõ prorsus abhorret a phrasi Eucharii Lugdunẽsis episcopi. In veteris testamẽti citatione nusquã vtitur nostra translatione, ne in nouo quidem per omnia conuenit cum hac nostra: quod sane vetustatis est indicium.

CATALOGVS.

De vocatione Gentium.	II
De fide ad Gratianum.	V
De spiritu sancto ad eundem.	III
De fide contra Arianos.	I
De incarnationis dñicæ sacramento.	I
De mysterio Paschæ.	I

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM LIBER PRIMVS.

De propositione quæstionum quæ inter defensores liberi arbitrii, & prędicatores gratiæ dei vertuntur, intentione quoq; autoris, ac tractandorum ordine, iuxta quem primitus de voluntatis humanę motibus & gradibus disputãdum est. De redargutione præterea quorundam non sane inter voluntatem & gratiam dei discernentium. Caput I.

INTER DEFENSORES liberi arbitrii, & prædicatores gratię dei, magna & difficilis dudũ vertitur quæstio. Quæritur enim vtrum velit deus omnes homines saluos fieri. Et quia negari hoc non potest: cur voluntas omnipotẽtis nõ impleatur, inquiritur. Cumq; hoc secundum voluntates hominũ fieri videatur, gratia videtur excludi: quæ si meritis redditur, constat eam non donũ
B esse, sed debitum. Vnde iterũ quæritur cur hoc donum sine quo nemo saluus est, ab eo qui omnes saluari vult, non omnibus conferatur. Atq; ita contrariarum disputationum nullus terminus reperitur, dũ nõ discernitur quid manifestum, quid sit occultum. De hac igitur cõpugnantia opinionũ, qua mensura & temperantia sentiendum sit, quantum dominus adiuuerit, annitar inquirere, exercens atque discutiens modulum facultatis meę in iis quę cordi meo sobrie (quantum arbitror) inhæserũt: vt si in eas regulas processerit stylus, quę nihil offensionis, nihil habeant prauitatis: non solum nobis, sed & aliis vtile sit ad aliquem nos limitem peruenisse, quem non debeamus excedere. Primitus itaq; de voluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. Inter quam & gratiam dei quorundam nõ sana discretio est, existimantium quod prædicatione gratiæ libenum negetur arbitrium, nec aduertẽtium eadem regula sibi posse obiici quod gratiam negent, cum eam humanæ voluntatis nõ ducem volunt esse, sed comitem. Si enim tollitur voluntas, vbi ipsa est verarum origo
C virtutum? Si tollitur gratia, vbi ipsa est bonorum causa meritorum?

Quod omni humanæ voluntati naturaliter qualiscunq; insit voluntas. Et de distinctione voluntatis in naturalem, animalem, & spiritalem. Quod etiam diuina prouidentia quãuis electum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamẽ nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxerit. Cap. II.

SED IAM auxiliante Christo qđ tractando concepimus, inchoemus. Omni animæ humanę, quantum intelligere atq; experiri datur, naturaliter qualiscunq; inest voluntas, qua aut appetitur quod placet, aut declinatur quod displicet. Huius voluntatis, quantum ad naturalem pertinet motum ex vitio primæ præuaricationis infirmũ, genera sunt duo, secundum quę voluntas hominis aut sensualis, aut animalis est. Sed cũ adest gratia dei, accedit ei per donũ spiritus tertium genus, vt possit fieri spiritalis, & per hunc excellentiorem motum omnes affectus vndecunq; nascentes supernæ rationis lege diiudicet. Sensualis igitur voluntas, quam & carnalem possumus dicere, non erigitur supra eum motũ qui de corpo-
D ris sensibus nascitur, qualis est in animis paruulorũ, qui licet nullo iudicio rationis vtantur, ostendũt tamen aliquid se velle, aliquid nolle, cum videndo, audiẽdo, odorando, gustando, tangendo, & ea quibus delectantur amant, & ea quibus offenduntur oderunt. Quid autem est amare, nisi velle? aut quid est odisse, nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi voluntatem suam, quæ etsi prouidendi & consulendi impos atq; ignara sit, in his tamen amat agere quę carnis sensibus blandiuntur, donec vigor rationalis ingenii per maturiora ministeria corporis excitetur, & ad famulantium sibi membrorũ vsum non alieno motu, sed sua lege moueatur. Ab hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanent ii quos etiam in animis maioribus excordes videmus & fatuos, ad animalem surgitur voluntatem: quæ priusq; spiritu dei agatur, etiam si supra sensualem moti se ipsa attollere potest, tamẽ sine sui amoris participatione in terrenis occiduisq; versatur. In hac humana etiam ingenia, si corporeæ voluptati nõ turpiter seruiant, & cupiditates suas iustitiæ atq; honestatis legibus temperent, nihil supra mercedẽ gloriæ temporalis acquirunt. Et cũ præsentem vitam decenter exornent, æternę tamen beatitudinis prẽmiũ non habẽt: quia rectas actiones & bona studia sua non ad eius laudem atq; honorẽ referunt, a quo acceperunt, vt in ipsa animali discretione sublimius saperẽt, & excellentiùs ceteris enitescerent. Cum enim quidam non
E solum ad instituta vtilissimarum artiũ, & doctrinas liberalium disciplinarũ, sed etiam ad inquisitionẽ summi boni aciem mentis intẽderint, & inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspexerint, non agentes gratias tamen deo, nec confitẽtes illum sibi esse huius facultatis autorem, sed dicentes se esse sapiẽtes, hoc est non in deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studiis atque rationibus propinquassent, euanuerunt in cogitationibus suis. Et quod illuminante dei gratia inuenerant, obcæcante superbia perdiderũt, relapsi a superna luce ad tenebras suas, hoc est ab incommutabili atq; æterno bono ad mutabilem corruptibilemq; naturam. Cum ergo tales in amorem sui recidunt, & ita sibimet placent, vt totum quod in se laudabile iudicant, non ad dona dei referant, sed sibiv̄ dicent, & studio propriæ voluntatis adscribant, procul ab illa spiritali exulant voluntate, & nihil in se habent quo ad vitam prouehantur æternam, incipientes in semetipsis etiã illa temporalia dei dona corrumpere, & a bono eorum vsu in cõsuetudinẽ innumerabiliũ transire vitiorum. Quãuis enim scriptum sit quod cum dispertiret excelsus gentes, quẽadmodum dispersit filios Pſal. 77. F
Adam, statuit terminos gentium secundũ numerum angelorum dei, et facta est portio domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel: & scriptum sit dominũ dicere ad Israel: Eritis mihi sancti, quia ego Leuit. 19.
sanctus sum, domin⁹ deus vester, qui segregaui vos ab omnibus gentibus esse mihi: Et q̃uis scriptũ sit in libro Hester, dicẽte Mardocheo: Gratias tibi domine, quoniam fecisti noua signa & prodigia, qualia non sunt facta in gẽtibus, diuidens omne seculũ in sortes duas, elegisti vnam tibi populi tui, relinquens aliam gentibus: Et Paulus & Barnabas dicant: Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annunciantes vobis conuerti ad deum viuum, qui fecit cęlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in prẽteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas: Quanuis ergo hæc & multa similia, veritatis scriptura pronunciet, secundum ipsam tamen credimus & piissime confitemur q̃ nũquam vniuersitati hominum diuinæ prouidẽtiæ cura defuerit. Quæ licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suę dona subtraxit, vt prophetica voces & prẽcepta legalia conuincerentur in elementorum obsequiis ac testimoniis acce-

G pisse. Vnde & inexcusabiles facti sūt, quia deos sibi dei
dona fecerunt,& quæ creata erant ad vtendum, vene-
rati sunt ad colendum. In quam impietatem etiam illa
gens quā sibi ab omnibus gentibus dominus segrega-
uit,tota trāsisset,nisi misericordię suæ propositum sus-
tentandis electorū lapsibus prætendisset. Nam plenæ
sunt paginæ veteris testamenti de Israeliticę defectio-
nis relatu, vt aperte appareat diuinę semper fuisse gra-
tiæ quod nō omnis ille populus discessit a domino. Ita
humana natura in primi hominis præuaricatione vi-
tiata,ctiā inter beneficia, inter præcepta & auxilia dei,
semper in deteriorē est prociuior uolūtatem,cui com-
mitti nō est aliud q̄ dimitti. Hęc itaq; uolūtas vaga, in-
certa, inſtabilis, imperita, infirma ad efficiēdum, facilis
ad audendū, in cupiditatibus cęca, in honoribus tumi-
da, curis anxia, suspicionibus inquieta, gloriæ q̄ virtutū
auidior, famæ q̄ conſciētiæ diligentior, & per omnem
sui experientiam miserior fruendo iis quę cōcupiuerit,
q̄ carendo, nihil in suis habet viribus, nisi periculi facili-
tatem: quoniam voluntas mutabilis quæ non ab incō-
mutabili uolūtate regitur, tanto citius propinquat ini-
quitati, quanto acrius intēditur actioni. Q uandiu ergo
homini ea placēt quæ deo displicent, uolūtas eius ani-
malis est: quia etiam si in bonis moribus agat, male
adhuc viuit si nō in dei gloriā viuit. Hoc est enim pro-
prium & pręcipuū piorum, vt in domino gloriētur, nec
se nisi in deo diligāt. Bene enim se amant, qui in se ope-
ra dei amant. Nā & deus hoc amat in nobis, quod ipse
H fecit:& hoc odit, quod ipse nō fecit. Si ergo opus dei a-
mamus in nobis, bonam uolūtatem recte amamus in
nobis: quæ vtiq; si opus dei non esset, amanda nō esset.
Q uis autem homo, nisi malæ uoluntatis fuerit, bonā
in se non amat uoluntatem, quæ superni agricolæ pri-
Matt. 15 ma plātatio est? Dicēte enim veritate: Omnis planta-
tio quā non plātauit pater meus cælestis, eradicabitur:
quicquid non est eradicandum, manifestum est a patre
esse plantatū. Bona autem voluntas, omniū virtutum
germen est primū, quæ innixa origini suæ, in illa æter-
na & incōmutabili uolūtate requiescit, vt vere sit spiri-
2.Cor.6. talis: quoniam qui adhæret deo, vnus spiritus est, dum
per cōmunionem illuminātis & illuminati, iustificātis
& iustificati, regētis et subditi, omnis actio ad vnū refer
tur: et quod ad vnū refertur, vtriusque est: quia neca deo
alienari potest quod dedit, nec ab homine qđ accepit.

De pulchra ac subtili huius quæstionis tractatione,
vtrum cum bonę voluntatis homo esse incipit, eadem
quæ in ipso erat, corrigatur voluntas: an alia ei quā nō
I habebat, & quę priori repugnet, detur. Q uemadmodū
etiam cū in diuinis scripturis salus generaliter omnib⁹
hominibus promittitur, pro parte hominū omnes ho-
mines nominentur. Caput III.

HIC tractandum videtur vtrū cum bonæ vo
luntatis esse homo incipit, eadē quæ in ipso
erat, corrigatur voluntas: an alia ei quā non
habebat, & quæ priori repugnet, detur. Q d
vt euidētius appareat, altius id nō pigeat inquirere. O-
mnes homines in primo homine sine vitio conditi su-
mus, & omnes naturæ nostræ incolumitatē eiusdē ho
minis præuaricatione perdidimus. Inde tracta morta-
litas, inde multiplex corporis animique corruptio, inde
ignorātia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupidita-
tes, sacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, iniusta
gaudia, pœnitenda consilia, & nō minor miseriarū mul
titudo q̄ criminum. His ergo atq; aliis malis in naturā
humanā irruentibus, fide perdita, spe relicta, intelligen
tia obcæcata, voluntate captiua, nemo in se vnde repa-
raretur inuenit: quia etsi fuit qui naturali intellectu co-
natus sit vitiis reluctari, huius tantū temporis vitā ste-
riliter ornauit, ad veras autem virtutes æternāq; bea-
titudinem nō profecit. Sine cultu enim veri dei, etiam k
quod virtus videtur esse, peccatū est, nec placere vllus
deo sine deo potest. Q ui vero deo non placet, cui nisi si-
bi & diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur: nō
voluntate, sed voluntatis sanitate priuatus est: quia
nec detrudi ab innocētiæ statu posset, nisi uolūtate pec-
caret. Q uæ ergo natura erat bona, qualitate facta est
mala. Et ille animi motus qui nūq̄ potest sine aliquo es
se amore, hoc est sine aliqua voluntate, non perdidit ap
petitū, sed mutauit affectū, id recipiens desiderio, quod
debuit refutare iudicio. Cum igitur homo ad pietatē
redit, (de quo ideo dictum est: Spiritus vadēs, & nō re-
diens: quia nisi illum deus cōuerteret, non rediret) non
fit nouum figmentum, nouaq; creatura, non alia in eo
creatur substantia, sed eadem quę fuerat labefactata, re-
paratur. Nec aliud ab eo auferturnisi vitium, quod na-
tura non habuit. Fuit enim in Adā natura sine vitio,
qui per voluntatis inobediētiam mala multa cōtraxit,
& in posteros magis magisq; multiplicāda transfudit.
Quę vt vincantur, atq; in nihilum deducantur, nō effi-
cit nisi gratia Saluatoris, qui opus suū opere suo repa-
rat. Sicut enim dicit Ioannes Apostolus: In hoc appa- 1. Ioan.3.
ruit filius dei, vt soluat opera diaboli. Et sicut rūpit vin
cula captiui, sic vestit nuditatē spoliati, sic sanat vulne-
ra sauciati, vt quod in ipso agit, etiam per ipsum gera-
tur. Cui vtiq; cōtra hostem suū non expedit sine prote-
ctore confligere. Cum illo enim habet certamen, a quo
aliquando superatus est. Non ergo fidat de viribꝰ suis, L
quæ etiam cū essent integræ, non steterunt: sed per illū
quærat victoriam, qui solus non est victus, & omnibus
vicit. Et si querit, non dubitet querendi affectum ab il-
lo se accepisse quem querit. Nec quia spiritu dei agitur,
ideo se putet liberum arbitrium nō habere, quod ne tūc
quidem perdidit quando diabolo voluntate se dedit, a
quo iudicium voluntatis deprauatum est, nō ablatum.
Q uod ergo non interfectum est per vulnerantem, non
tollitur per medētem. Vulnus sanatur, non natura re-
mouetur. Sed quod in natura periit, non restituitur nisi
ab autore naturę. Dicit dominus: Et disponam domui Hiere.31.
Israel, & domui Iudæ testamentum nouū, non secun-
dum testamētum quod disposui patribus eorum in die
qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de
terra Ægypti, quia ipsi non perseuerauerūt in testamē-
to meo, & ego eos neglexi, dicit dominꝰ: Q uia hoc est
testamentū quod disposui domui Israel post dies illos,
dicit dominus: Dabo leges meas in sensu ipsorū, & in
corde ipsorum scribā eas, & ero illis in deū, & ipsi erunt M
mihi in populum. Et non docebit vnusquisq; proximū
suum, & vnusquisq; fratrem suū, dicens, Cognosce do-
minum: quia omnes cognoscent me a pusillo eorū vsq;
ad magnum, quia propitius ero iniquitatibus eorum,
& peccatorum eorum memor nō ero. Et dabo illis viā
alteram, & cor aliud, vt me timeant omnes dies in bo-
num ipsis, & filiis eorum post eos, & cōstituam illis te-
stamentum æternum quod nō auertam post eos, & ti-
morem meum dabo in cor eorum ne discedāt a me, &
visitabo eos vt bonos eos faciam. Per Esaiam quoque
de gratia sua dominus qua ex omnibus hominibus no
uam creaturā facit, eadem prænūciat dicens: Ecce faciā Esa.42.
noua quæ nunc orientur, & cognoscetis ea, & faciam in
deserto viam, & in sicca terra flumina. Benedicent me
bestiæ agri, Sirenæ & filię Struthionū, quod dederim in
deserto aquā, & flumina in ficca terra ad potandum ge
nus meum electū, populum meum quem mihi acqui-
siui, vt enarrent virtutes meas. Et iterū: Per meipsum Esa.45.
iuro, nisi exibit de ore meo iustitia, & verba mea non a-
uertentur, quia mihi flectetur omne genu, & confitebi-
tur omnis lingua deo. Si ergo impossibile est ista non
fieri, quia nec incerta præscientia dei est, nec mutabile
consiliū, nec inefficax voluntas, nec falsa promissio: o-
mnes isti de quibus hęc prædicta sunt, sine cuiusq̄ exce-

A ptione salutantur. Dat enim leges suas in sensum ipso-
rum, easq; in cordibꝰ eorum digito suo scribit, vt agni-
tionem dei non doctrinæ humanæ opere, sed magiste-
1.Cor.3. rio summi eruditoris accipiant: quia neq; qui plantat,
neq; qui rigat, est aliquid, sed qui incrementū dat deus.
Omnes hi a pusillo vsq; ad magnum cognoscēt deum,
quia vt venirent ad Christum, a patre audierūt atq; di-
dicerunt. omnes educti ab errore dirigūtur in viam vi-
tæ, omnibꝰ corde mutato recta sapere & recta velle do-
natur, omnibus timor quo in mādatis dei erudiantur,
inseritur. Fit in deserto via, & terra arida fluminibus
irrigatur, vt qui prius ad confitendū deum os non ape
riebant, & velut muta atq; irrationabilia animalia in se
ritatem transierāt bestiarum, diuinorum eloquiorum
fontibus mundati benedicant & laudent deū, enarran-
tes virtutes & mirabilia misericordię eius q elegit eos,
& in filios adoptauit, ac noui testamenti fecit heredes.
Heb.9. Si autem (vt Apostolus loquitur) hominis confirma-
tum testamētum nemo spernit aut superordinat, quo-
modo fieri potest vt ex vlla parte diuina promissio re-
soluatur? Manet prorsus & quotidie implet quod A-
brahæ dominus sine conditione promisit, sine lege do-
nauit: quia etsi quidam quibus hęc prædicata sunt, non
crediderunt: incredulitas eorum fidem dei non euacua-
Roma.3. uit. Est enim deus verax, omnis autem homo mēdax.
B Et illi quidem qui audito euangelio credere noluerūt,
inexcusabiliores facti sunt, q̄ si nullum præconium ve-
ritatis audissent. Sed certum est eos apud præsciētiam
dei, Abrahæ filios nō fuisse, nec in illorū sorte numera-
Genē.26. tos, de quibus dictū est: Benedicentur in semine tuo o-
mnes tribꝰ terræ. Crediturosenim promisit qui dixit:
Hiere.31. Et nō docebit vnusquisq; proximū suum, & vnusquisq;
fratrem suum, dicens: Cognosce dominū: quia omnes
cognoscent me a pusillo eorū vsq; ad magnum. Recon
ciliandos promisit qui dixit: Propitius ero iniquitati-
bus eorum, & peccatorū eorū memor non ero. Obedi-
turos promisit qui dixit: Dabo illis viam alterā, & cor
aliud, vt timeant me omnes dies. Perseueraturos pro-
misit qui dixit: Timorem meū dabo in cor eorum, ne
Esa.45. discedant a me: & visitabo eos, vt bonos eos faciā. Po-
†fibi obse- stremo omnes sine cuiusq̄ exceptione † promisit qui di-
quuturos, xit: Per memetipsum iuro, nisi exibit de ore meo iusti-
fortassis. tia, & verba mea non auertētur, quia mihi flectetur o-
vide Ro- mne genu, & confitebitur omnis lingua deo. Hic si di-
mañ. 14. camus non fieri quod deus iurauit esse faciendum, fal-
Philip. 2. sitatem deo (quod absit) & mēdacium adscribimus ve
C ritati. Si autem (vt pietas fidesq; persuadent) dei verba
non excidunt, & fit omnino quod statuit, quomodo no
bis veracis promissionis firmitas apparebit, cum mul
ta adhuc hominum milia dæmoniis seruiant, & idolis
genu flectant, nisi huiusmodi denūciationes dei secun-
dum illam incōmutabilem scientiā editas nouerimus,
in qua apud illū iam vniuersitas humana discreta est,
& siue de bonis siue de malis loquatur, ita vnius partis
meminit, quasi neminē hominum prætermittat? Nā
2.Cor.5. cum dicit Apostolus: Vetera trāsierūt, ecce facta sunt
omnia noua: nūquid nō omnes homines videtur dixis-
Col.1. se renouatos? Aut cū dicit: Q uia in ipso complacuit
omnem plenitudinē habitare, & per ipsum reconciliari
omnia in ipso: nunquid nō ita loquitur quasi neminem
velit exortem huius reconciliationis intelligi? Aut cū
Heb.1. ait, Nouissimis istis diebꝰ locutus est nobis in filio, quē
constituit hæredem vniuersorum: nunquid aliud sonat
forma sententiæ, q̄ omnes homines in Christi hereditā-
tate a patre esse transcriptos, secundum prophetiā Da-
Psal.2. uid dicentis: Postula a me, & dabo tibi gentes hæredi-
tatem tuam, & possessionē tuam terminos terræ? Di-
Ioan.12. cente enim domino: Si exaltatus fuero a terra, omnia
Esa.40. traham ad me: nonne vniuersorū videtur promissa cō-
uersio? Aut cū de ecclesia pphetatur & dicitur: Omnis
vallis replebitur, & omnis mōs & collis humiliabitur,
& erunt prauа in directa, & aspera in vias planas: nun- D
quid vllus hominum videtur omissus, qui nō significa-
tus sit Christo esse subdēdus? Q uid cum dicitur: Et ve Esa.66.
niet omnis caro in cōspectu meo vt adorent in Hieruſa
lem, dicit dominus: Aut illud: Et erit in dieb⁹ illis, Ef-
fundam de spiritu meo super omnē carnē: Aut illud:
Alleuat dominus omnes qui corruūt, & erigit omnes
elisos: Nūquid nō ita pronunciatū est, quasi ab hōc dei psal.144.
munere nemo discretus sit? Habet ergo populꝰ dei ple-
nitudinem suam, & quamuis magna pars hominū, fal-
uantis gratiam aut repellat aut negligat, in electis ta-
men & præscitis, atq; ab omniū generalitate discretis,
specialis quædam censetur vniuersitas, vt de toto mun
do totus mūdus liberatus, & de omnibus hominibus
omnes homines videantur assumpti: sicut etiam cū de
impiis sermo est, ita locutionē suā diuinus stylus ordi-
nat, vt ea quæ de quadā parte dicūtur, ad omnes homi
nes pertinere videantur: veluti est illud quod ait Ioan-
nes Baptista: Q ui de cælo venit, super omnes est. quod Ioan.3.
vidit & audiuit, testificatur, & testimoniū eius nemo
accipit. Aut illud Apostoli: Omnes quę sua sunt quæ- Philip.2.
runt, nō quæ Iesu Christi. Aut illud quod psalmus Da
uidicus canit: Dominꝰ de cælo prospexit super filios ho Psal.13.
minum, vt videat si est intelligens, aut requirens deū.
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est
qui faciat bonū, nō est vsq; ad vnum. His igitur & aliis
documentis, quæ possunt ab inquirētibus numerosio-
ra proferri, nō dubie demōstratur interdū & pro parte
terræ omnē terrā, & pro parte mūdi totum mundū, &
pro parte hominū omnes homines nominari, quorum
tamen discretionē plerunq; scriptura cito aperit, vt sen-
sus legentis ab vniuersitatis appellatione ad partē quę
intelligenda est transferatur: sicut est illud Apostoli di
centis: Prædicamus Iesum Christū crucifixū, Iudæis 1.Corint.1.
quidem scandalum, gētibus autem stultitiā, ipsis vero E
vocatis Iudæis atq; Græcis Christū dei virtutē, & dei
sapientiam. Numquid ipsis Christus virtus quibus scā
dalum, aut ipsis sapientia quibus stultitia? Sed quoniā
quidam ex eisdē iustificabūtur fide, quidā autē sua im-
pietate obdurabūtur: vnū credentiū & nō credentiū ge
nus sub vocatorū appellatione discreuit, vt quos a fide
significabat alienos, eos q̄ quis audissent euangeliū, osté
deret vocationis extraneos. Hac regula per Esaiā pro-
mittit sermo diuinus, dicēs: Educam cæcos in viā quā Esa.42.
non nouerūt, & semitas quas nescīunt calcabunt: et fa-
ciam illis tenebras lucescere, & prauа in directū. Hæc
verba facia, & nō derelinquā eos. Sed quod sequīē, Ipsi
autem cōuersi sunt retrorsum: ad partē quādā generis ipsorū
referēdum est, nō ad eos de quibus ait: Non derelinquā
eos. Iterū dicit dominus ad Iacob: Noli metuere, quia Esa.43.
tecum sum. Ab oriente adducam semen tuū, & ab oc-
casu colligam te. Dicam Aquilonі, adduc: & Aphrico,
noli vetare, adduc filios meos de terra longinqua, & fi-
lias meas a summo terræ, omnes in quibus vocatū est F
nomen meū. In gloriā enim meam paraui illū, & finxi
& feci illum. Q uod autem sequitur, Et produxi plebē
cæcam, & oculi eorū sunt cæci, & surdas aures habent:
non potest eis vlla ratione congruere, quos in gloriam
suam parasse se dicit. In iis quippe omnibus verbis quę
de vno hominū genere dicuntur, aliis personis priora,
aliis posteriora conueniunt. Apud Apostolum quoq;
quod in parte populi agitur, sub totius populi nūcupa-
tione narratur, & in reliquis plenitudo censetur. Cui enī
de Iudeorū obcęcatione dissereret, & quosdam ex ipsis
gratia saluos fieri demōstraret, Dico ergo, inquit, num- Roma.11.
quid repulit deus populum suum? Absit. Nam & ego
Israelita sum ex semine Abrahā de tribu Bēiamin. nō
repulit deus plebem suam quam præscīuit. Plebs ergo
præscita, plebs non repulsa, ii sunt qui in Christo iustifi
cati sunt. Et quod de omni Israele dici videtur, in iis tā-
tum quos sibi gratię electio reliquos fecit, ostēditur, si-

G cut ſequentia apoſtolici ſermonis enarrant. Adiungit enim & dicit: An neſcitis in Helia quid dicit ſcriptura, quemadmodũ interpellat deũ aduerſus Iſrael? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderunt, & ego relictus ſum ſolus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi reſponſum diuinum? Reliqui mihi ſeptem milia virorũ qui non curuauerunt genu Baal. Sic ergo, inquit, & in hoc tẽpore reliquiæ per electionẽ gratiæ ſaluæ factę ſunt. Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non eſt gratia. Non ergo omnis Iſrael reprobatus, nec omnis electus eſt, ſed partem cæcitas volũtaria auertit, partem ſibi illuminatio gratuita reſeruauit, & tamen ita de eis ſermo habetur, vt & in iis qui pereunt, & in iis qui ſalui fiunt, nulla totius generis videatur facta diſcretio. Nam cũ legitur: Secundum euangelium quidem inimici propter vos, ſecundum electionem autem dilecti propter patres: ita locutio ſonat, tanquã eoſdem dicat dilectos, quos dixit inimicos. Sed hãc caliginem apoſtolus ipſe deterſit dicendo: Quia cæcitas ex parte in Iſrael contigit. vt vnũ genus in duas ſpecies intelligerem⁹ eſſe diuiſum, & omnem hominem, omnẽ plenitudinem, omnẽ Iſraelem, nõ ſemper ad vniuerſitatem, ſed plerũq; ad partem eſſe
H referẽdum. Inter has autem formulas locutionũ, etiam illam in ſcripturis dictionem debem⁹ aduertere, qua id quod ad diuerſorũ temporũ homines pertinet, ita promittitur, quaſi de vna eiuſdẽ ætatis generatione dicatur, ſicut eſt quod ſanctus Petrus apoſtolus ſcribens ſui
1.Petri.2. & futuri temporis gẽtibus ait: Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, vt virtutes annũcietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum, qui aliquando non populus, nunc autem populus dei, qui non cõſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiã conſecuti. Nunquid cum prædicarentur hæc, adhuc illi homines permanebant, quos omnes deus in præteritis generationibus dimiſerat ingredi vias ſuas, & iidẽ ipſi qui prius traditi fuerant volũtatibus ſuis, nunc de tenebris in lumen admirabile vocabãtur? Nõne illi iam defecerant, iam in hoc mundo non erant, nec ab errore ad veritatẽ reditus olim mortuis ſuppetebat? Et tamen quod poſt multa ſecula gratia in poſteris impiorum ſit, loquendi conſuetudo perſtrinxit, vt ipſi videãtur nunc eligi, qui prius fuerant derelicti. Pertinent autem hæc nõ ad eoſdem homines, ſed ad eiuſdem gẽtis homines: & vocatio quæ illuxit prope mundi finem, ad præteritam non recurrit ætatẽ. Ita modo quodã & ipſi & non ipſi ſunt, de quibus & quibus iſta dicuntur, dum in aliquo ſpeciali a generalibus non diuiduntur, in aliquo vero a communibus ſeparantur.

I De ſolutione calũnioſæ obiectionis qua quidam dicunt autorem per ſuperius dicta contradicere apoſtolo definienti quod deus velit omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. Et quod profunditas diuinorum myſteriorũ atq; iudiciorum a nobis nõ ſit perquirenda. Caput IIII.

SED CVM legerint hæc vel audierit qui amant calũnioſa certamina, dicent nos per huiuſmodi diſputationes Apoſtolo cõtra-
1.Tim.2. dicere definienti quod deus omnes homines velit ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Quam particulam verborũ Apoſtoli ita nos integre pleneq; ſuſcipimus, vt nihil ei de pręcedẽtibus ſiue ſubiectis quæ ad ipſam pertinent ſubtrahamus: quoniam vt cætera diuinorum eloquiorũ teſtimonia ſequeſtremus, hic locus ſufficit ad euacuãdum quod calumnioſe obiiciunt, & ad defendendũ quod impie diffitẽtur. Scribens itaq; ad Timotheũ Paulus Apoſtolus ait: Obſecro igitur primo omnium, fieri obſecrationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro K
regibus, & omnib⁹ qui in ſublimitate ſunt, vt quietam & trãquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſalutari noſtro deo, qui omnes homines vult ſaluos fieri, & in agnitionẽ veritatis venire. Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus. De hac ergo doctrinæ apoſtolicæ regula qua eccleſia vniuerſalis imbuitur, ne in diuerſum intellectum noſtro euagemur arbitrio, quid in ipſa vniuerſalis eccleſia ſentiat requiramus, quia nihil dubium eſſe poterit in pręcepto, ſi obedientia concordat in ſtudio. Præcepit itaq; Apoſtolus, immo per Apoſtolũ dominus qui loquebatur in Apoſtolo, fieri obſecrationes & poſtulationes, gratiarumactiones pro omnibus hominibus, pro regibus, ac pro iis qui in ſublimitate ſunt. Quam legem ſupplicationis ita omnium ſacerdotum & omnium fidelium deuotio cõcorditer tenet, vt nulla pars mũdi ſit in qua huiuſmodi orationes non celebrentur a populis Chriſtianis. Supplicat ergo vbiq; eccleſia deo nõ ſolum pro ſanctis & in Chriſto iam regeneratis, ſed etiam pro omnibus infidelib⁹ & inimicis crucis Chriſti, pro omnibus idolorum cultoribus, pro omnibus qui Chriſtum in membris ipſius perſequuntur, pro Iudæis quorum L
cæcitati lumen euangelii non refulget, pro hęreticis & ſchiſmaticis qui ab vnitate fidei & charitatis alieni ſũt. Quid autem pro iſtis petit, niſi vt relictis errorib⁹ ſuis conuertantur ad deum, accipiant fidem, accipiant charitatem, & de ignorantiæ tenebris liberati in agnitionem veniãt veritatis? Quod quia ipſi pręſtare ſibi nequeunt malæ conſuetudinis pondere oppreſſi, & diaboli vinculis alligati, neq; deceptiones ſuas euincere valent, quibus tam pertinaciter inhæſerunt, vt quantum amanda eſt veritas, tantum diligãt falſitatem: miſericors & iuſtus dominus pro omnibus ſibi vult hominibus ſupplicari: vt cum videmus de tam profundis malis innumeros erui, non ambigamus deum præſtitiſſe quod vt præſtaret oratus eſt, & gratias agentes pro iis qui ſalui facti ſunt, ſperemus etiam eos qui nondum illuminati ſunt, eodem diuinæ gratiæ opere eximẽdos de poteſtate tenebrarum, vt in regnũ dei priuſq̃ de hac vita exeant transferantur. Quod ſi aliquos, ſicut videmus accidere, ſaluantis gratia præterierit, & pro eis o- M
ratio eccleſiæ recepta nõ fuerit: ad occulta diuinæ iuſtitiæ iudicia referẽdum, & agnoſcẽdum eſt ſecreti huius profunditatẽ nobis in hac vita patere nõ poſſe. Ex par- 1.Cor.13
te enim ſcimus, & ex parte prophetamus, & videmus nunc per ſpeculum in ænigmate. Nec ſapientiores aut ſcientiores beatiſſimo apoſtolo ſumus, qui cum de gratiæ potentia diſputaret, magnorum myſteriorũ ingreſſus arcanum, iis quæ impoſſibile erat enarrare, ſuccubuit. Cũ enim dixiſſet: Nolo vos ignorare fratres my- Romã.11.
ſterium hoc, vt non ſitis vobiſipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte in Iſrael contigit, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret, ſicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion qui eruat & auertat impietates ab Iacob, & hoc illis a me teſtamẽtum, cum abſtulero peccata eorum. Secũdum euangelium quidem inimici propter vos, ſecundum electionem vero dilecti propter patres. Sine pœnitentia enim ſunt dona & vocatio dei. Sicut enim aliquando & vos non crediditis deo, nunc autem miſericordiam conſecuti eſtis propter illorum incredulitatem: ita & iſti nũc non crediderunt in veſtra miſericordia, vt & ipſi miſericordiam conſequãtur. Cõcluſit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium miſereatur. Cum ergo hęc diuinorum operũ myſteria ſupra menſuras humanæ intelligentię excellentia, quodam mẽtis ſuę profudiſſet exceſſu, totã expoſitionis rationem tranſtulit ad ſtuporem, & admirator eorum quæ protulerat, exclamauit & dixit: O altitudo

A diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ dei, q̃ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles vię eius. Quis enim cognouit ſenſum dñi? aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia. Ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Cur anterioribus ſeculis dimiſſæ ſint omnes gentes ingredi vias ſuas, vno tantum Iſraele excepto, & ad cognitionem veritatis electo. Et quare deus vni homini det gratiam, alteri autem deneget. Caput V.

PREMISSA enim docentis aſſertio locũ dabat multimodæ quæſtioni, vt variatæ per tot populos ac tẽpora gratiæ dei cauſa quæreretur: cur ſcilicet anteriorib⁹ ſeculis dimiſſæ eſſent omnes gentes ingredi vias ſuas, vno tãtum Iſraele, qui diuinis eloquiis erudiretur, excepto, & ad cognitionem veritatis electo, cuius infidelitas locum tandẽ ſaluandis gentibus fecerit: tanq̃ ſi vnus populus in fide ſui generis permaneret, miſericordia dei cæteris ſe nationibus preſtare non poſſet. Cur denique ipſi quorũ diminutio ſalus gentibus eſt, ab obcæcatione ſua nõ liberentur priuſq̃ ingrediatur gentium plenitudo: quaſi illuminari cũ omnibus nequeãt, qui omnes facta omnium gentium adoptione ſaluandi ſunt. Aut quomodo omnis Iſrael ſublata obcęcatione ſaluandus ſit, cuius innumerabilis multitudo in ſua infidelitate
B deficiens, ad tempora ſaluandis promiſſa nõ peruenit. Vel quomodo ipſarum gentium, quarũ prius non eſt facta vocatio, dicatur nunc ingredi plenitudo, cum tanta promiſcuæ ætatis et conditionis hominum milia in omnibus nationibus quę ſunt ſub cælo, ſine Chriſti iuſtificatione moriantur. Sed horum myſteriorum iudiciorumq; cauſas pius & doctus magiſter maluit ad altitudinem diuitiarum ſapientiæ dei ſcientiæq; ſuſpendere, q̃ iuſtiſſimæ veritatis & miſericordiſſimæ bonitatis ſubtractum ab humana cognitione ſecretũ temeraria inquiſitione diſcutere, nihil omittẽs de iis quæ nõ oportet ignorari, nihil contrectans de iis quæ non licet ſciri. Multa enim ſunt in diſpẽſatione operum diuinorum, quorũ cauſis latẽtibus ſoli monſtrantur effectus, vt cum pateat quod geritur, nõ pateat cur geratur, negocio in medium deducto, & in occultũ ratione ſubducta, vt in eadem re & de inſcrutabilibus pręſumptio cõprimatur, & de manifeſtis falſitas refutetur. Neq; enim ſi neſcio cur ille græcus creetur, hic barbarus, iſte in diuitiis, ille in egeſtate naſcatur, hunc valida proceri corporis pulchritudo ſublimet, illum debilium membro-
C rum exilitas cõtracta deformet, iſte a catholicis editus in veritatis cunabulis nutriatur, ille hæreticorũ progenies cum ipſo lacte matris hauriat virus erroris, ſi deniq; mille alias differẽtias in habitu corporum, in qualitatibus animorum, in conditione temporũ, in more regionum diiudicare nõ poſſum: ideo quod omnium hominum deus ſit conditor atq; ordinator, ignoro. Qui vtiq; ſingulorum hominũ ita & corpora creauit & ſpiritus, vt præter illam ſecuturã ex vniuſcuiuſq; ſtudio voluntariam diuerſitatem, ipſa cõditionis exordia diſſimillima numeroſitate variaret. Turbarent autem nos & in diuerſum diſtraherent multæ vaniloquorũ opiniones, qui de incognoſcibilibus deuenire in incõueniẽtia pręſumpſerunt, & has originales inęqualitates fatis, quæ nulla ſunt, & ſyderibus deputarunt, niſi certiſſima notitia teneremus deum creatorẽ de elemẽtis naturalibus prout vult vas vnũquodq; formare, & vnã naturam animarum, vnam naturam corporũ placitis ſibi temperare menſuris. Quæ vtiq; opera dei humanæ intelligẽtiæ cognoſcibilia eſſent ſi innoteſcere debuiſſent, & maniſeſtaref cur ita quidq; fieret, niſi ꝙ ita fieret, ſcire ſuffi
Exo.3. ceret. Dicit dñs ad Moyſen: Quis dedit os homini, & quis fecit mutũ & non audientem, videntẽ & cæcum? D
nonne ego dominus deus? Et per Eſaiam: Nõne ego fœcũdum & ſterilem feci? dicit dominus. In libro Ec-
cleſiaſtico legitur: Bona & mala, vita & mors, pauper- Eccli.11.
tas & honeſtas a deo ſunt. Et Iob dicit: Abundant ta- Iob.12.
bernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cũ ipſe dederit omnia in manibus eorum. Et idem de omnium rerum humanarum profectu & defectu diſputans, omneſq; mutationes ad iudicia dei referẽs, Apud ipſum eſt, inquit, ſapientia & fortitudo: ipſe habet cõſilium & intelligentiã. Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet. ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat. ſi cõtinuerit aquas, omnia ſiccabuntur. ſi emiſerit eas, ſubuertent terram. Apud ipſum eſt fortitudo & ſapiẽtia, ipſe nouit & decipiẽtem, & eum qui decipitur. adducit cõſiliarios in ſtultũ finem, & iudices in ſtuporem. Baltheũ regum diſſoluit, & præcingit fune renes eorũ. ducit ſacerdotes inglorioſos, & optimates ſupplantat, cõmutans labium veraciũ, & doctrinam ſenum auferẽs, effundens deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerãt releuãs. qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucẽ vmbrã mortis. qui multiplicat gentes, & perdet eas, & ſubuerſas in integrũ reſtituet. Qui immutat cor principum terræ, & decipit eos, vt fruſtra incedant per inuium. palpabũt quaſi in tenebris, & nõ in luce, et errare eos faciet quaſi ebrios. Et iterum idem dicens voluntatem dei irritã eſſe non poſſe, Ipſe enim, inquit, ſolus eſt, et nemo auertere poteſt cogitationem eius, & anima eius quodcunq; voluerit, hoc fiet. Libe-
ratur pars hominum parte pereunte. Et ſi hoc volũta- E
tũ meritis velimus adſcribere, vt malos neglexiſſe gratia, bonos autem elegiſſe videatur: reſiſtet nobis innumerabiliũ cauſa populorũ, quib⁹ per tot ſecula nulla cęleſtis doctrinæ annũciatio coruſcauit, nec meliores fuiſſe eorum poſteros poſſumus dicere, de quibus ſcriptũ
eſt: Gentium populus qui ſedebat in tenebris, lucem vi- Eſa.9.
dit magnã, & ſedentibus in tenebris & vmbra mortis lux orta eſt illis. Et ad quos apoſtolus Petrus dicit:
Vos autem genus electũ, regale ſacerdotium, gẽs ſan- 1.Petri.2.
cta, populus acquiſitionis, vt virtutes annuncietis eius qui de tenebris vos vocauit in tam admirabile lumen ſuum, qui quondam non populus, nũc autem populus dei, quorũ aliquando non eſt miſertus, nunc autem miſeretur. Non ergo meritis minorũ tribuitur quod non meruere maiores. par enim impietas & patres accuſabat & filios, eademq; ignorantiæ cæcitas omnes ſimul in eoſdẽ mergebat errores. Sed cur illorũ non miſertus & horum miſertus ſit deus: quę ſcientia cõprehendere, quę poteſt inueſtigare ſapiẽtia? Latet diſcretionis iſta ratio, ſed non latet ipſa diſcretio. Non intelligimus iudicantem, ſed videmus operantem. Quid calũniamur
iuſtitiæ occultę, qui gratias debemus miſericordię ma- F
niſeſtæ? Laudem⁹ & veneremur quod agitur, quia tutum eſt neſcire quod tegitur. Reſpice autem & ad vniuerſalem multitudinem paruulorum, in quibus excepto illo quo in damnationem naſcitur gẽs humana delicto, nec præterita poſſunt merita nec futura cenſeri. Omnes enim de quibus nũc loquimur, ante vllũ intelligentiæ vſum, ante liberum volũtatis arbitrium, alii ad æternam beatitudinem regenerati, alii ad perpetuam miſeriam tranſeũt nõ renati. Si originalem culpam fateris, omnis numerus in reatu eſt. ſi moralem innocentiam quęris, omnis ſumma ſine vitio eſt. Non inuenit quod diſcernat humana iuſtitia, ſed habet quod eligat inenarrabilis gratia dei. In abſcondito eſt cõſilium, ſed non latet donũ: opus exerit pietas, cauſam obſcurat poteſtas. Sed tã indubitabile eſt quod nõ videtur, q̃ quod videtur: quia authori manifeſti operis negari confeſſio etiam incognitæ non poteſt æquitatis. Quod ſi & ad illos dirigas mentis intuitum qui longam agentes in flagitiis & ſceleribus ætatem, ſacramento baptiſmatis

G Christi in ipso vitæ fine renouantur, & sine vllo suffra-
gio bonorum operum in regni cælestis consortiū trans
feruntur: quo intellectu diuinum iudicium comprehen
des, nisi vt indubitanter agnoscas gratuita esse dei mu
nera: & sicut nulla sunt tam detestanda facinora, quæ
possint gratiæ arcere donum, ita nulla posse tam præ-
clara opera existere, quibus hoc quod gratis tribuitur,
per retributionis iudicium debeatur? Vilesceret enim
redemptio sanguinis Christi, nec misericordiæ dei hu-
manorum operum prerogatiua succūberet, si iustifica-
tio quæ fit per gratiam, meritis precedentibus debere-
tur, vt non munus largientis, sed merces esset operan-
tis. Vnde autem posset probari quod ad euacuandum
originale peccatum nulla idonea esset industria, nisi &
impii & facinorosi per lauacrum Christi assumerentur
in regnum, agnoscerentq; qui in sua iustitia gloriantur,
q̄ nihil dignum agere possint adoptione filiorum dei si
ad regenerationis non peruenerint sacramentum, cum
eadem qua scelestissimi peccatores conditione tenean-
tur, pares futuri in sanctificatione si affuerit regenera-
tio, simul perituri si cessauerit ablutio? Si ergo etiā ex
nequissimis in ipso vitæ exitu gratia inuenit quos ado
ptet, cū tamen multi etiam qui minus nocentes viden-
tur, doni huius alieni sint: quis hoc aut sine dispēsatio-
ne dei fieri, aut sine profunda dicat æquitate decerni?
Quod vtiq; non ideo iniquum est, quia occultū est: sed
ideo æquum est, quia iudicium dei esse nō dubium est.
Quod enim ab illius pendet arbitrio: qua sententia iu-
dicari debeat, priusq̄ iudicetur incertū est. Cum autem
res ad finem suum venerit, nemini liberum est de exi-
tu conqueri, quia certissimum est nihil aliter deum fa-
H cere debuisse q̄ fecerit. Qui multimodæ vocationis va
rietatem ad vnam gratiam pertinentem, etiam illa re-
gula euangelicæ comparationis astruxit, qua ostendit
patremfamilias diuerso tempore conducentem opera-
rios vineæ sub pactione denarii, quo vitę æternæ signi-
ficatur ęqualitas, vbi sine dubio hora vndecima intro-
missi in vineam, totius diei operariis exæquati, istorū
de quibus nunc loquimur, præferunt sortem, quos ad
commendandam gratiæ excellentiam in defectu diei
& conclusione vitæ diuina indulgentia munerauit, nō
labori precium soluēs, sed diuitias bonitatis suæ in eos
quos sine operibus eligit, effundens, vt etiam ii qui in
multo labore sudarunt, nec amplius q̄ nouissimi acce-
perunt, intelligant donum se gratię, non operum acce-
pisse mercedē. Vnde si & nos aduersum patremfami-
lias murmuremus, eo q̄d nouissime vocati totius diei
operariis coęquentur, nec amplius multa opera q̄ pene
nulla mereantur: dicetur nobis quod vni eorum respon
Matt. 20. sum est: Amice, non facio tibi iniuriam. nōne ex dena-
rio conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade:
volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut non
I licet mihi de re mea facere quod volo? An oculus tuus
nequam est, quia ego bonus sum? Certe huic calūnia-
tori iniusta videbatur hæc largitas, & quid eruditionis
retulit? quid rationis accepit? Non est ei dispensationis
huius reuelata iustitia, nec ad inspectionē secreti laten-
tis admissus est: sed vt a discutiendis dei iudiciis absti-
neret, opposita est ei bonitas miserantis, & volentis po
testas, quasi illi & ab Apostolo diceretur: O homo, tu
Roma. 9 quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmētum
ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Omnibus ergo ho-
minibus cuiuslibet generis, cuiuslibet cōditionis & æ-
tatis causa percipiendæ gratiæ voluntas dei est, apud
quam ratio electionis abscondita est, ab ea gratia inci-
pientibus meritis, quam accepere sine meritis. Quę si
Ioan. 3. possent bona esse sine gratia, nō diceretur: Nisi quis re-
natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in re-
Ioan. 6. gnum cælorum. et, Nisi manducaueritis carnē filii ho-
minis, & biberitis sanguinem eius, non habebitis vitā
in vobis. Sed diceretur: Nisi quis fuerit iustus & bo-
nus, beatus in æternum esse nō poterit. Nec opus esset K
per aquam & spiritum renasci, si per mandatum suffi-
ceret erudiri. Et euacuaretur fides, quæ credit per ba-
ptismum omnia peccata dimitti, si gratia nō malis &
impiis, sed bonis & rectis doceretur impendi. Origo
itaque veræ vitæ veræq; iustitiæ in regenerationis est
posita sacramēto, vt vbi homo renascitur, ibi etiā ipsa-
rum virtutum veritas oriatur. Et incipiunt ad perpe-
tuam gloriam proficere per fidem, qui vix ad tempo-
ralem vanæ laudis poterant peruenire mercedem. Si-
ue enim Iudæus legis scientia tumēs, siue Græcus stu
dio sapientię naturalis inflatus, priusquam iustificetur
per fidem Christi, conclusus est sub peccato: & si in sua
infelicitate perstiterit, ira dei manet super eum, illa sci-
licet in Adæ preuaricatione contracta, de qua Aposto
lus loquitur dicens: Et vos cum essetis mortui delictis Ephe. 2.
& peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis se-
cundum seculum mundi huius, secundum principem
potestatis aeris huius, spiritus qui nunc operatur in fi-
lios diffidentiæ, in quibus & nos aliquando conuersati
sumus in desideriis carnis nostræ, facientes volūtatem
carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ, sicut
& cæteri. Et iterum: Qui eratis illo tempore sine Chri
sto, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamē
torum, promissionis spem non habentes, & sine deo in
mundo. Et iterum: Eratis aliquando tenebræ, nūc au- Ephe. 5.
tem lux in domino. Et iterum: Gratias agentes patri, Col. 1.
qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorū in lumi-
ne, qui eripuit nos de tenebris, & potestate tenebrarū,
& transtulit in regnum filii dilectionis suæ. Et iterum:
Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, ad Ti-
errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in tum. 3.
malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. L
Cum autē benignitas & humanitas apparuit Salua-
toris nostri: non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos,
sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per
lauacrum regenerationis spiritus sancti, quem effudit
in nos abunde per Iesum Christum saluatorem no-
strum, vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secun
dum spem vitæ æternæ.

Qualis sit natura humana sine gratia. Caput VI.

ITVT breuissime pateat qualis sit natura
humana sine gratia, dicat Iudas apostolus
quid agat vel ignorātia imperitorū, vel do-
ctrina sapiētium. Hi autem, inquit, quęcūq; Iudæ. 1.
quidem ignorant, blasphemant: quæcūq; autem natu- M
raliter vt muta animalia norunt, in his corrumpūtur.
Dicat etiā sub verbis Zachariæ euāgelista Lucas, an-
te illuminationem gratię in qua humanū genus nocte
versetur, & de quibus ignorantię tenebris dei populus
eruatur: Et tu, inquit, puer propheta altissimi vocabe- Luc. 1.
ris. preibis enim ante faciē domini parare vias eius, ad
dandam scientiam salutis populo eius in remissionem
peccatorū ipsorum, propter viscera misericordię domi-
ni, in quibus visitauit nos oriēs ex alto, lucere iis qui in
tenebris & vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis. Hęc autem viscera misericordię
dominus non ad vnius tātū populi redemptionem, sed
omnium nationū impendit salutem, dicente euangeli-
sta: Quia Iesus moriturus erat pro gente, non tantum
pro gente, sed etiam vt filios dei dispersos congregaret
in vnum. Hoc enim agit illa vox domini, quæ per quā-
dam pietatis tubam toto terrarū orbe resonantem, o-
mnes homines & inuitat, & conuenit. Nam cū dixis-
set: Cōfitebor tibi pater domine cæli & terræ, quia abs- Matt. 11.
condisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti
ea paruulis: Ita pater, quoniam sic beneplacitū est ante
te: addidit: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. &

A nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit
nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et deinde adie
cit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis,
& ego vos reficiam. Tollite iugum meū super vos, &
discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & inue-
nietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum
suaue est, & onus meū leue est. Ioannes vero baptista
in euangelio Ioannis prophetico spiritu protestatur di
Ioānis. 3. cens: Qui de cælo venit, super omnes est. quod vidit &
audiuit, testificatur, & testimonium eius nemo accipit.
Qui accipit testimoniū eius, signauit, quoniā deus ve-
rax est. Igitur quantū attinet ad humani generis cæci-
tatem longa ignorantiæ & superbię nocte contractam,
venit in hunc mūdum creator mundi, & mundus eum
non cognouit. Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam
nō cōprehenderūt. Qui super omnes est, quod vidit &
audiuit, testificatur, & testimoniū eius nemo accipit.
Sed quia nō frustra deus dei filius venit in mūdum, &
dedit semetipsum pro omnibus, mortuusq; est nō tātū
pro gente, sed etiā vt filios dei dispersos congregaret in
vnum, & vniuersis dicit: Venite ad me omnes qui la-
boratis & onerati estis: et seruato sibi incognoscibilis
electionis arbitrio, dat sui patrisq; notitiā quibus eam
voluerit reuelare: omnes filii lucis, filii promissionis,
filii Abrahæ, filii dei, genus electum, regale sacerdo-
tium, veri Israelitæ, precogniti & preordinati in regnū
dei, qui eos vocauit nō solum ex Iudæis, sed etiā ex gē-
tibus: testimoniū eius qui de cælo venit accipiunt, signi
ficantes quia deus verax est, id est, expresse significātes
B in sui saluatiōe quoniā deus verax est, implens & perfi-
ciens quod promisit Abrahæ omniū gentiū patri: qui
pollicente deo quod hæres futurus esset mūdi, nō hæsi-
tauit diffidentia, sed cōfortatus est fide, dans gloriā deo,
& plenissime sciens quoniā quod promisit, potēs est &
facere. Quis autē tam alienus est a fide Abrahæ, quis
tam degener ab vniuersarū gētiū patre, qui promissio-
nem dei aut non impleri, aut ab alio præter eū qui pro-
misit, dicat impleri? Ille quidem erit mendax, deus au-
tem est verax. Et omnis qui accipit testimonium eius,
hoc signat, hoc indicat, quod per lucem illuminantē fa-
ctus est videns, factus est obediens, factus est intelligēs,
1. Ioan. 5. sicut Ioannes euangelista testatur dicens: Scimus quia
mundus totus in maligno positus est, & scimus quia fi
lius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus
verum deum, & simus in vero filio eius.

Cur saluator omniū hominū non omnibus dederit hunc sensum, vt cognoscerent verum deum. Cur etiam quidā paruuli salui fiant renati, alii pereant non renati. Caput VII.

C SI vero quæritur cur saluator omniū homi-
num non omnibus dederit hunc sensum, vt
cognoscerēt verū deum, & essent id est per-
manerent in vero filio eius: q̄uis credamus
nullis hominibus opem gratię in totū fuisse subtractā, de
quo plenius in sequētibus differemus: tamē ita forte hoc
velatum sit, sicut illud absconditū est, cur antea omni-
bus gentibus pretermissis, vnū populum sibi quem ad
veritatis cognitionē erudiret exceperit: de quo iudicio
dei si nō est cōquerēdum: multo minus de hoc quod cū
electione omniū gētium geritur, murmurādū est. Quę
enim deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda. quæ
autem manifesta fecit, nō sunt neganda: ne & in illis il-
licite curiosi, & in istis damnabiliter inueniamur ingra
ti. Non autē ignoramus esse quosdam tam inconside-
ratæ presumptionis, & tam superbę arrogātię, vt quod
precipuus magister gentiū non ab hominibus neq; per
hominē sed diuinitus eruditus, supra mensuram scien-
tiæ suę longe & alte remotū esse confessus est, audeant
falsi nominis temerare doctrina, & nihil illic occultum,
nihil velint esse secretum, vbi apostolus nō quid sentien D
dum esset aperuit, sed quid nō scrutādum esset, ostēdit.
Nullis etenim (quod supra iam diximus) studiis, nul-
lis ingeniis indagare concessum est quo iudicio quove
consilio deus incōmutabiliter bonus, incōmutabiliter
iustus, semper prescius, semper omnipotēs, ideo omnia
in incredulitate concluserit, vt omniū misereatur, & ta- Romā. 11.
men illis seculis quibus vnum Israelem erudiebat, innu
merabiles populos impiorum illuminare distulerit, &
nunc eundem Israelem, donec vniuersitas gentium in-
troeat, obcęcatum esse patiatur, pereuntem in tot mili-
bus nascentium atq; morientiū, & saluandū in eis quos
mundi finis inuenerit. Quo mysterio toto scripturarū
corpore dilatato, innotuit quidē nobis quid factum sit,
quid fiat, quid ve faciendum sit: sed quare ita fieri pla-
cuerit, ab humanę intelligentiæ contēplatione subtra-
ctum est. Isti autē qui nescire aliquid erubescunt, & per
occasionem obscuritatis tendunt laqueos deceptionis,
omnē discretionem qua deus alios eligit, aliosq; nō eli-
git, (multi enī sunt vocati, pauci autem electi) ad meri- Mat. 20.
ta humanę referunt voluntatis, docentes scilicet nemi-
nem gratis, sed ex retributione saluari, quia naturaliter
omnibus sit insitū, vt si velint, possint veritatis esse par
ticipes, eisq; affluere gratiam a quibus fuerit expetita.
Quę diffinitio, vt interim de gratiæ veritate taceatur,
de his videtur aliquā ostentare ratiunculam qui libero
vtuntur arbitrio. De paruulis vero quibus sine vllo bo-
næ voluntatis merito in originali vulnere cum cæteris
mortalibus causa cōmunis est, nihil potest expositionis
afferri qua doceatur cur isti salui fiant renati, illi pereāt E
non renati, sub illius prouidentia & oīpotētia in cuius
manu est anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ
carnis hominis, & cui dicitur: Breues dies hominis Iob. 14.
sunt, numerus dierum eius apud te est. Non autem pu
to istos voluntatū patronos, simplicitate illorum tam
impudenter vsuros, vt aut fortuitu ista dicant accidere,
aut non renatos asserant non perire. Aperte enim aut
cum paganis conuincerentur sentire de fato, aut cū Pe-
lagianis transfusum in posteros Adæ negare peccatū.
Fato autem nō baptizari paruulos nec Pelagiani po-
tuerunt dicere, sed quia eos liberos a peccato ausi sunt
profiteri, meruere damnari. Cum autem de discretio-
ne omniū hominū quęstio ventiletur, & ab omnibus
hominibus paruuli nequeāt separari, simulq; de totius
ætatis hominibus veritas dixerit, Filius hominis ve- Lucæ. 19.
nit quęrere & saluare quod perierat: frustra profundita-
tem inscrutabilis gratiæ per liberum arbitriū conātur
aperire, qui causam electionis in eorum cōstituunt me-
ritis qui eliguntur. Et cum multa de maiorum volun-
tate ac iudicio inepta & falsa protulerint, in paruulorū
tamen discretiōe deficiunt, nec possunt de eius quęstio-
nis ratione reddita gloriari, quæ de omnibus homini- F
bus tractatur, & non de omnibus expeditur. Multifor-
mitas autē & magnitudo diuinę gratię probat istos cō
tra veritatē etiā quod de maiorū voluntatibus loquun
tur, astruere, eorūq; persuasioni diuinorum eloquiorum
testimonia repugnare. Quæ si omnia sermoni nostro
velimus annectere, modus nō erit differendo. Quæ ta-
men si se recordationi offerunt, nō omittentur, vt quā-
tum satis est, manifestetur omne hominis bonū meri-
tum ab initio fidei vsq; ad perseuerātiæ consummatio-
nem donum atq; opus esse diuinum.

Fides vnde nascatur, & vnde acq̄ratur. Cap. VIII.

IGITVR fides quæ bonę voluntatis & iu-
stæ actiōis est genitrix, quo ipsa fonte nasca-
tur, apostolus Paulus exponat, qui pro Ro-
manorū fide deo gratias agit dicēs: Primū Roma. 1.
quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro
oībus vobis, quia fides vestra annunciatur in vniuerso

G mundo. Ad Ephesios quoq; scribēs, Propterea, inquit,
Ephe. 5. & ego audita fide vestra quę est in domino Iesu, & dile
ctione in omnes sanctos, nō cessо gratias agens pro vo
bis, memoriā vestri faciens in orationib⁹ meis, vt deus
domini nostri Iesu Christi, pater glorię det vobis spiri
tum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illu
minatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vo
cationis eius, quæ diuitiæ glorię hęreditatis eius in san
ctis. De fide etiam Colossensiū similiter gratias agens,
Coloss. 1. Gratias agimus, inquit, deo & patri domini nostri Ie
su Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidem
vestram in Christo Iesu, & dilectionem quā habetis in
sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vobis in
cælis. Et vt alia bona ab eodem bonorum autore perci
piant, quid pro eis oret enarrans, Ideo, inquit, & nos ex
qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes &
postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius
in omni sapientia & intellectu spiritali, vt ambuletis di
gne deo placentes, in omni opere bono fructificantes &
crescentes in scientia dei, in virtute confortati secūdum
potentiam claritatis eius in omni patientia & longani
mitate cū gaudio. Item ad Thessalonicēses, qui spiritu
1. Thes. 1. fidei dilectionisq; seruiebant: Gratias agimus, inquit,
deo semper pro omnibus vobis, memoriā facientes in
orationibus nostris sine intermissione, memores ope
ris fidei vestrę & laboris & charitatis & sustinētiæ spei
domini nostri Iesu Christi ante deum & patrē nostrū.
1. Thes. 2. Et infra: Ideo & nos gratias agimus deo sine intermis
sione, quoniā cū accepissetis a nobis verbū auditu dei,
accepistis nō vt verbū hoim, sed (sicut est vere) verbū
dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Potuit ne ple
nius aut euidentius demonstrari dei esse donū credēn
tium fidem, q̄ vt ideo agerentur gratiæ deo, quoniā ii
H quibus verbū dei per homines prędicabatur, non quasi
de hominū sermone dubitarunt, sed tanq̄ deo loquenti
per hoīes crediderūt, qui in ipsis est operatus vt crede
rent? In secunda quoq; ad eosdem Thessa. epist. de fide
2. Thes. 1. in Christo proficientiū ita apostolus loquitur: Gratias
agere debemus deo semper pro vobis fratres, ita vt di
gnum est, quoniā supercrescit fides vestra, & abundat
charitas vnius cuiusq; vestrū in inuicē, ita vt & nos ipsi
in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra
& fide in omnibus persecutiōibus vestris & tribulatio
nibus quas sustinetis in exēplum iusti iudicii dei, vt di
gni habeamini in regno dei, p quo & patimini. Petrus
1. Petri. 1. quoq; apostolus ex deo haberi fidem prædicans, ita scri
bit: Scientes quod nō corruptibilibus auro & argēto re
dempti estis de vana cōuersatione vestra paternæ tra
ditionis, sed precioso sanguine quasi agni incōtaminati
& immaculati Christi Iesu, pręcogniti quidem ante cō
stitutionē mundi, manifestati autem nouissimis tēpo
ribus propter vos qui per ipsum fideles estis in deum,
I qui suscitauit eum a mortuis, & gloriā ei dedit, vt fides
vestra & spes esset in domino. Itē idem in secūda episto
2. Petri. 1. la de fidei perceptione sic loquitur: Simon Petrus ser
uus & apostolus Iesu Christi, iis qui coæqualem nobis
adepti sunt fidem per iustitiā domini & saluatoris Iesu
Christi. Vnde autem habeatur spiritus fidei, Ioannes
1. Ioan. 4. apostolus manifestissime docet dicēs: Omnis spiritus
qui confitetur Iesum in carne venisse, ex deo est. Et ois
spiritus qui soluit Iesum, ex deo nō est, & hic est Anti
christus. Item dicit ab eo recipi euāgeliū, in quo est spi
ritus veritatis. Nos, inquit, ex deo sum⁹. qui nouit deū,
audit nos. qui nō est ex deo, nō nos audit. In hoc cogno
scimus spiritū veritatis, & spiritū erroris. Item in actī
Actuū. 3. bus apostolorū Petrus apostolus fidem esse per domi
num Iesum pronuncians: Hunc, inquit, quē videtis &
nostis, cōfirmauit nomen eius, & fides quę per eum est
dedit integram sanitatē istam in conspectu omniū ve
strum. De fide quoq; Lydiæ, cuius inter alias mulieres
quę euangelium pariter audiebant, dominus cor ape-

tuit, ita in eadem narratur historia. Die autem sabba- k
torum egressi sumus extra portā iuxta flumen, vbi vi- Actu. 16.
debatur esse oratio, & sedētes loquebamur mulieribus
quæ conuenerant: & quædam mulier Lydia purpura-
ria ciuitatis Thyatirenorū, colens deum, audiuit, cuius
dominus cor aperuit vt intenderet iis quæ dicebātur a
Paulo. Non autē ex humana sapientia esse fidem, sed
ex inspiratione diuina, ipsius veritatis voce firmatur.
Dicente enim domino ad discipulos suos: Vos autem Mat. 16.
quem me esse dicitis? respondens Simon Petrus di-
xit: Tu es Christus filius dei viui. Respondens autem
Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bariona, quia caro &
sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cęlis est.
Paul⁹ vero apostolus hācipsam fidē secūdū mēsurā da-
ri pro arbitrio largientis ita prędicat: Dico enī per gra- Roīn. 12.
tiam quæ data est mihi, oībus qui sunt inter vos, non
plus sapere q̄ oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatē,
sicut vnicuiq; diuisit deus mēsurā fidei. Itē idem vnita-
tem rectæ fidei, & consensionē in honorē dei a deo esse
cōmendans, Deus autē, inquit, patientię & consolatio- Roīn. 15.
nis det vobis idipsum sapere in alterutrum secundum
Iesum Christum, vt vnanimes vno ore honorificetis
deū & patrē domini nostri Iesu Christi. Et infra: Deus
autem spei repleat vos omni gaudio & pace in creden-
do, vt abundetis spe in virtute spiritus sancti. Quo testi
monio nō solum fides, sed etiā gaudium & pax, & abū-
dantia spei docētur nisi in virtute sancti spūs nō haberi.
Ad Ephesios vero scribēs aplūs de diuitiis gratię p ma-
lis bona retribuentis, & de fide quæ nō ex nobis, sed ex
dei dono habetur, hæc loquitur: Deus autē qui dives est Epheſi. 2.
misericordia, propter nimiā suam charitatē qua dilexit
nos, & cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos L
Christo, cuius gratia salui facti sumus, & corresuscita-
uit & considere fecit in cælestibus in Christo Iesu. Gra-
tia enim estis saluati per fidem, & hoc nō ex vobis. Dei
enim donū est, nō ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius
enim sumus figmentū, creati in Christo Iesu in opera-
bus bonis, quę preparauit deus, vt in illis ambulemus.
Propriū ergo hoc habet noua creatura per gratiam, vt
qui figmētum dei sunt, qui natiuitate cælesti condītur
in Christo, nō ocio torpeant, nec desidia resoluātur, sed
de virtute in virtutē proficiant, per viam bonorū ope-
rum ambulando. hoc est enī fingi, hoc de vetere creatu-
ra nouam fieri, hoc de imagine terreni hominis ad ima
ginem cælestis hominis reformari, quod totū siue palā
per cooperatores gratię, siue occulte p subministratio-
nē spiritus, ille inchoat, ille auget & perficit, cuius agri-
cultura, cuius ędificatio, & cuius figmentū sumus.

Quod a domino deo omnia virtutū dona dirigan- M
tur & disponantur. Et quod omnia in manu eius sint.
Quodq; deus sit autor omnis boni. Caput IX.

ABVNDE, quantum arbitror, his testimo-
niis (quāuis & alia documēta aggregari po-
tuerint) demonstratū est, fidem qua iustifi-
catur impius, nisi ex dei munere non haberi,
eamq; nullis meritis pręcedētibus tribui, sed ad hoc do-
nari, vt principiū possit esse meritorū, vt cui ipsa data fue
rit, nō petita, ipsius iam petitionibus bona cætera cōse-
quantur. Vnde itaq; quædam de plurimis assumenda
sunt testimonia, quæ in diuersitate donorum ostēdant
gratię largitatem. Ex deo vtiq; esse, vt homo viam dei
eligat, & vt surgat a lapsu, psalmus Dauidicus canit di
cens: A domino gressus hominis dirigentur, & viam Psal. 36.
eius volet. Cum ceciderit, nō collidetur: quia dns suppo
nit manū suam. Item idem quod duce deo veniatur ad
deum: Emitte lucē tuā, & veritatē tuā, ipsa me deduxe- Psal. 42.
runt & adduxerūt in montē sanctum tuū, & in taberna-
cula tua. Item quod in domino sit hominis fortitudo, &
dei voluntas pręueniat liberandum. Fortitudinem, in- Psal. 58.

A quit, meā ad te custodiā, quia deus susceptor me⁹, deus
Prouer. 2 meus, voluntas eius pręueniet me. In prouerbiis quoq;
legimus de sapientia & intellectu: Quoniam dominus
dat sapientiam, & a facie eius scientia & intellectus. Itē
in eodem libro de dispensationibus sapientiæ dei, sine
Prouer. 8. qua nullæ rectæ sunt actiones, ita dicitur: Merī consiliū
& mea tutela. ego prudentia, mea autē virtus. Per me
reges regnant, & tyranni per me obtinent terrā. Item
alibi, quod nemo possit recte incedere nisi domino diri-
Prou. 20. gente: A domino corrigitur gressus viri, mortalis au-
Prou. 21. tem quomodo intelligit vias suas? Item alibi: Omnis
vir videtur sibi iustus, dirigit autē corda dominus. Et
infra: Præparatur voluntas a domino. Item ibidem de
Prou. 19. cogitatione atq; consilio: Multæ cogitationes in corde
viri, cōsilium autē domini obtinet. In libro vero Eccle-
siaste dicitur quod & habere necessaria, & eis bene vti,
donum sit dei. Non est, inquit, bonū homini nisi quod
manducat & bibit, & ostendit animæ suæ bonum in la
bore suo. Et quidem hęc vidi ego, quia a manu dei est.
Quoniā quis manducabit aut pascet absq; illo? Item in
eodem libro legitur quod corda & opera iustorū in ma
nu sint dei, & tantū in studiis suis proficiant, quantū il-
Eccls. 8. le donauerit. Quantūcūq; laborauerit homo vt quęrat,
nō inuenet: & qdcūq; dixerit sapiens vt sciat, nō poterit
inuenire, quia vniuersum hoc dedi in cor meum, & cor
meū vniuersum hoc vidit, quia & iusti, & sapientes, &
operationes eorū in manu dei. In libro autem sapientię
Sapien. 7. de eodem gratiæ opere ita dicitur: Quoniam ipse & sa
pientiæ dux est, & sapientiū emendator. in manu enim
B illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientiæ &
operum scientia & disciplinæ. De cōtinētia quoq; quod
ex dei habeatur munere, eadem scriptura sic loquitur:
Sapien. 8. Vt sciui quia aliter nō possum esse continens, nisi deus
det: & hoc ipsum erat sapientię scire, cuius esset hoc do-
num. Cui sententiæ Pauli apostoli doctrina cōcordat
1. Cor. 7. in prima ad Corinthios hæc scribētis: Volo autem o-
mnes homines esse sicut meipsum, sed vnusquisq; pro-
prium habet donum ex deo, alius sic, alius vero sic. Do
minus vero in euangelio secūdum Matthęum hæc de
continentię dono insinuasse narratur. Dicentibus nāq;
Mat. 19. discipulis suis: Si ita est causa viri cū vxore, nō expedit
nubere: dicit illis Iesus: Non omnes capiunt verbum
istud: sed quibus datum est a patre meo. De timore dei
Eccli. 1. & sapientia ita in Ecclesiastico legitur: Corona sapien-
tiæ timor domini. vtraq; autem dona sunt dei. Item de
eodem: Timor domini super omnia se superposuit. bea-
tus cui donatū est habere timorē domini. Esaias quoq;
de diuitiis spiritalibus, quarū autor est dominus, ita lo-
quitur: In thesauris salus nostra aduenit. sapientia &
C pietas & disciplina a domino, hi sunt thesauri iustitiæ.
Item de altitudine diuitiarum sapientię & scientię dei,
Esaię. 33. cuius bonitas nullius merito pręuenitur, hęc dicit: Qui
mensus est manu aquam, & cælum palmo, & vniuer-
sam terrā pugillo, qui statuit montes in libra, & rupes
in statera. Quis cognouit sensum domini, aut quis ei⁹
fuit consiliarius, qui instruat eum, aut quē consuluit, &
instruxit eum, vel quis ostendit ei iudicium, aut viam
prudentiæ quis ostendit ei, vel quis prior dedit ei, & re-
tribuetur illi? Vnde & in lib. Iob secūdum eūdem sen-
Iob. 41. sum leguntur domini verba dicentis: Quis ante dedit
mihi, vt retribuam illi? Omnia quæ sub celo sunt, mea
sunt. Hieremias vero quod a deo sit homini recta sapiē
Hiere. 10. tia, sic profatur: Scio domine quia nō est in homine via
eius, nec viri est vt dirigat iter suum. Itē quod ad deū
cōuersio cordis ex deo sit, per ipsum dominus protesta-
Hiere. 24 tur & dicit: Restituā illos in terrā istam, & rędificabo
& nō destruam, & plantabo eos, & nō euellam, & dabo
illis cor vt sciant me, quia ego sum dominus, & erunt
mihi in populū, & ego ero illis in deum, quia conuertē-
tur ad me ex toto corde suo. Item idē prædicans quod
vt deus cognoscatur, ex deo sit: Et scient, inquit, quia
ego dominus deus illorū: & dabo illis cor cognoscendi D
me, & aures audiendi. Quod autem omne verbū bonū
& omne opus sanctum sumministratio sit spiritus san-
cti, sine quo nihil recte agatur, in prima ad Corinthios
Paulus apostolus docet dicens: Ideo notum vobis fa- 1. Cor. 12.
cio quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema
Iesu. Et nemo potest dicere dominū Iesum nisi in spi-
ritu sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt, idem autem
spiritus: & diuisiones ministrationū sunt, idem autem
dns: et diuisiones operationū sunt, idem vero deus, qui
operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autē datur ma-
nifestatio spiritus ad vtilitatem. Alii quidem per spiri-
tum datur sermo sapientiæ, alii autē sermo scientiæ se-
cundum eundem spiritū, alteri fides in eodē spiritu, alii
gratia sanitatū in vno spiritu, alii ppbetatio, alii discre-
tio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio
sermonū. Hęc autē omnia operatur vnus atq; idem spi-
ritus, diuidens singulis prout vult. Tantum vero vnū-
quēq; habere gratię, quantū dominus donauerit, idem
apostolus ad Ephesios ait: Vnū corpus, & vnus spiri- Ephe. 5.
tus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę, vnus
dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus deus & pater
omniū, qui super omnes est, & super omnia, & in oībus
nobis. Vnicuiq; autē nostrum data est gratia secūdum
mēsuram donationis Christi: propter quod dicit: Ascē
dens in altum captiuam duxit captiuitatē, dedit dona
hominibus. Item idem in secūda ad Corinthios dicit
quod ne ad cogitandum quidē quod spiritale est, idonei
simus nisi per gratiā dei. Fiduciā autē talē habemus p 2. Cor. 3.
Christū ad deū, nō quod sufficiētes simus aliquid cogi- E
tare a nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia no-
bis ex deo est, qui & idoneos fecit nos ministros noui
testamēti, nō litera, sed spiritu. Litera enim occidit, spi-
ritus autē viuificat. Et iterū in eadem epistola docens
bonorū operū affectum & sufficientiā a dei gratia mini
strari, Potens est autē, inquit, deus omnē gratiā abun- 2. Cor. 9.
dare facere in vobis, vt in omnibus per omnia sufficien
tiam habentes abundetis in omne opus bonū, sicut scri
ptum est: Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius ma- Psal. 111.
net in æternum. Qui autē ministrat semen seminanti,
& panem ad manducādum præstabit, & augebit incre
menta frugum iustitiæ vestræ, vt in oībus locupletati
abūdetis in omnē simplicitatē. Ad Ephesios vero scri-
bens Apostolus docet quod omnia bona quibus place
tur deo, dona sint dei, & quod ab ipso peti oporteat, vt
ea nō habentibus tribuat. Huius rei, inquit, gratia flec- Ephe. 5.
tō genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi,
ex quo omnis paternitas in cęlo & in terra nominatur,
vt det vobis secūdum diuitias gloriæ suæ virtutē cor-
roborari per spiritū eius in interiori homine, habitare F
Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate ra
dicati & firmati, vt possitis comprehēdere cū omnibus
sanctis quæ sit latitudo & longitudo, sublimitas & pro-
fundum, supereminētem scientiæ charitatem Christi,
vt impleamini in omnē plenitudinē dei. Ei autem qui
potens est omnia facere superabundantius q̄ petimus
aut intelligimus, secūdum virtutē qua operatur in no-
bis, ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu, in omnia
secula seculorum, amen. Omnis autem boni deum esse
autorem, cuius dona nec incerta sint nec mutabilia, sed
ex æterna voluntate veniētia, Iacobus Apostolus ita
loquitur: Nolite errare fratres mei dilecti. Omne datū Iacobi. 1.
optimū, & omne donū pfectū desursum est descēdēs a pa
tre luminū, apud quē nō est trāsmutatio, nec vicissitudi-
nis obumbratio. Voluntarie enī genuit nos verbo ve-
ritatis, vt simus initium aliquod creaturę eius. Cui &
Zacharias propheta cōcinit dicens: Saluabit dominus Zacha. 9.
in die illo sicut oues populum suum, quoniam lapides
volumtur super terrā ipsius: quia si quid bonum, ipsius
est: et si quid optimū, ab ipso est. In euāgelio vero secū-
dum Matthæū, quod scientiæ & intellectus dona sint

G dei,quæ quibus voluerit largiatur,ita dicitur,Tunc ac=
Mat.13. cedentes discipuli eius dixerunt:Quare in parabolis lo
queris ad eos? At ipse respōdēs ait illis:Quia vobis da
tum est nosse mysteria regni cælorū,illis autem nō est
datum.Ioannes quoq; euangelista pronunciat neminē
aliqd boni habere nisi quod de sursum acceperit,dicens:
Nō potest homo accipere quicq̄ nisi fuerit ei datum de
cælo.In eiusdem vero euangelio doctrina est ipsius ve
ritatis quod nemo veniat ad filium,nisi attractus a pa=
tre,quia venturū deus & intelligētem & obediētem fa=
cit.Nemo,īquit,potest venire ad me,nisi pater qui mi=
sit me,attraxerit eum,& ego resuscitabo eum in nouissi
mo die.Scriptum est enī in prophetis:Et erunt omnes
dociles dei.Omnis qui audiuit a patre,& didicit,venit
ad me.Et infra:Propter hoc dixi vobis,quia nemo po=
test venire ad me,nisi datum fuerit ei a patre meo.In fi
de autem & in operibus bonis proficere ac perseuerare
vsq; in finem,muneris atq; auxilii esse diuini,sanctarū
scripturarū confirmat autoritas.Etenī scribēs Paulus
Philip.1. aplus Philippēsibus ait:Cōfidens hoc ipsum quia qui
cœpit in vobis opus bonum,perficiet vsq; in diem Chri
sti Iesu.Huius autē testimonii virtutem quidā volens
ad sui sensus prauitatē conuertere,ita quod dictum est,
qui cœpit in vobis,volebat intelligi,quasi dictum esset,
qui cœpit ex vobis,vt & initium & consummatio ope=
ris nō ad deum,sed ad hominē referretur,qui & incipe=
re & perficere voluisset.Sed hanc insanissimā superbiā
in eadem epistola excellentissimus gratiæ prædicator
elidit dicens:In nullo terreamini ab aduersariis,quę est
H illis causa perditionis,vobis autē salutis,& hoc a deo:
quia vobis donatum est pro Christo non solum vt in
Philip.2. eū credatis,sed etiā vt pro illo patiamini.Et iterū:Cū
metu,inquit,& tremore vestrā salutē operamini.deus
est enī qui operatur in vobis & velle & perficere ꝓ bona
1.Thes.3. voluntate.Item in prima ad Thessalonicēses docet ex
deo esse principiū & profectum consummationeq; vir=
tutum,dicēs:Ipse autem deus,& pater noster,& domi
nus Iesus dirigat viam nostrā ad vos,vos autē domi=
nus multiplicet,& abūdare faciat charitatē in inuicem
& in oēs,quēadmodū & nos in vos,ad confirmāda cor=
da vestra sine querela in sanctitate vitæ ante deum &
patrem nostrum in aduentu domini nostri Iesu Christi
cū omnibus sanctis eius.Ad Corinthios quoq; scribēs,
& omniū virtutum proficientē perseuerantiā dei donū
1.Corin.1. esse cōmēdans,Gratias,inquit,ago deo meo semp pro
vobis in gratia dei quæ data est vobis in Christo Iesu,
quia in omnibus diuites facti estis in illo,in omni ver=
bo & sapientia,sicut testimoniū Christi confirmatū est
in vobis,ita vt nihil vobis desit in vlla gratia,expectan
tibus reuelationem domini Iesu Christi,qui & cōfirma
bit vos vsq; ad finem sine crimine,in diem aduentus
domini nostri Iesu Christi.Item ad Romanos de cha
I ritate Christi,qua eos quos diligit,inseparabiles facit,
id est,vsq; in finem perseuerantes:(nam quid est aliud
Roma.8. perseuerare,q̄ tētatione nō vinci?)Quis nos,inquit,se=
parabit a charitate Christi? Tribulatio,an angustia,an
persecutio,an fames,an nuditas,an periculum,an gla=
dius,sicut scriptum est:Quia propter te mortificamur
tota die,existimati sumus sicut oues occisionis.Sed in
his omnibus superamus per eum qui dilexit nos.Item
1.Cor.15. ad Corinthios de victoria quā perficit Christus,Sti=
mulus,inquit,mortis peccatum est,virtus vero peccati
lex.Deo autem gratias,qui dedit nobis victoriam per
Iesum Christū dominū nostrū.Item ad Thessalonicē=
1.Thes.5. ses de perseuerantia quā deus tribuit,Ipse autem,ait,
deus pacis sanctificet vos per omnia,vt integer spiritus
vester & anima & corpus sine querela in aduentum do
mini nostri Iesu Christi seruetur.Fidelis est qui voca=
uit vos,qui etiā faciet.Item ad Thessalonicēses,quod
omnia bona nostra siue in operando,siue in loquēdo,&
in eis perseuerantia,dona sint dei,ita prædicat dicens:
Ipse autē dominus noster Iesus Christus,& deus pater K
noster qui dilexit nos,& dedit consolationē æternā,& 2.Thes.2.
spem bonam in gratia,exhortetur & corda vestra,& cō
firmet in omni opere & sermone bono.De cætero fra= 2.Thes.3.
tres orate pro nobis,vt sermo domini currat,& clarifi=
cetur,sicut & apud vos,& vt liberemur ab importunis
hominibus & malis.Non enī omniū est fides.Fidelis
autē deus est,qui & cōfirmabit nos,& custodiet a ma=
lo.Petrus quoq; apostolus vnde esse virtutem perseue=
rantiæ doceat,audiamus:Deus autem,inquit,omnis 1.Petri.5.
gratiæ,qui vocauit nos in æternam suam gloriam in
Christo Iesu,modicū passos,ipse perficiet,confirmabit
solidabitq;,cui est virtus & potestas in secula seculorū.
Ioannes vero Apostolus quod victoria sanctorū opus
dei sit habitantis in sanctis,ita loquitur:Vos ex deo 1.Ioan.4.
estis filioli,& vicistis mūdum,quoniā maior est qui in
vobis est,q̄ qui in mundo.Item idem:Omne quod na= 1.Ioan.5.
tum est ex deo,vincit mundum,& hæc est victoria quę
vincit mūdum,fides nostra.In euangelio autem secun
dum Lucā,deum dare vt in fide perseueretur,ita pro=
mitur:Dixit autem Iesus Petro:Simon,Simon,ecce Lucę.22.
satanas postulauit vt vos cerneret sicut triticū.Ego au=
tem rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua:& tu con=
uersus confirma fratres tuos,& roga ne intretis in ten=
tationem.In euangelio quoq; Ioannis,de ouibus Chri
sti quæ de manu ipsius a nullo rapiuntur,hæc legimus
dicere veritatem:Sed vos non creditis,quia nō estis de Ioānis.10.
ouibus meis.Oues meæ vocem meā audiunt,& ego
noui illas,& sequuntur me,& vitam æternam do illis,
& nō peribunt in ęternū,nec quisq̄ rapiet eas de manu L
mea.Item in eodem euangelio,de iis quos pater dat fi
lio,qui & omnes veniunt ad filiū,& quorū nullus perit,
hæc ipsius domini ore dicuntur:Omne quod dat mihi Ioānis.6.
pater:venit ad me,& eum qui venit ad me,nō eiiciam
foras:quia descendi de cælo nō vt faciam voluntatem
meā,sed voluntatem eius qui misit me patris,vt omne
quod dedit mihi,nō perdam ex eo quicq̄,sed resuscitem
illud in nouissimo die.Multa sunt alia in canonicarum
serie scripturarū,quę vitādę ꝓlixitatis studio pręterim⁹,
qm̄ quę assūpsim⁹,nec pauca sūt,nec obscura,nec leuia:
quibus plenissime declaratur oīa quę ad ꝓmerendā vi=
tā ęternā pertinēt,sine gratia dei nec inchoari,nec auge
ri posse,nec ꝑfici,& cōtra omnē electionē de libero arbi=
trio gloriātē,illā inuictissime reniti sentētiā dicētis aplī:
Quis enī te discernit? Quid aūt habes qđ nō accepisti? 1.Cor.4.
Si autē accepisti,quid gl̄iaris quasi non accepis? Igitur
profunditas illius quęstionis quā secundū admirationē
apostoli impenetrabilē cōfitemur,ꝑ liberi arbitrii velle
& nolle non soluitur,qa licet insit hoī bonū nolle,tū nisi
donatū nō habet bonū velle,& illud cōtraxit natura per
culpā,hoc recipit natura ꝑ gratiā.Sed quid illud sit,qđ
hęc eadē natura in oībus hoīb⁹ ante recōciliationē ma=
la,in oībus misera,nō in oībus iustificatur,& a pereūti=
bus quadā sui parte discernitur ab eo qđ venit quærere
& saluare quod perierat,humano sensu prorsus nō pōt
indagari.Quātūlibet enī īpiorū malignitas accusetur
resistēs gratię dei,nunqđ ꝓbabūtur eā,quib⁹ est collata,
meruisse:aut illa virtus gratię quę sibi q̄s voluit subdi=
dit,cōuertere eos qui icōuertibiles ꝑmāsere,nō potuit?
Tales fuerūt qui sunt attracti,quales ii qui i sua duritia
sunt relicti.Sed illis tribuit gratia stupenda qđ voluit,
istis retribuit veritas iusta qđ debuit,vt iudiciū dei ma
gis inscrutabile sit in electione gratię q̄ in retributiōe iu
stitię.Verūtamē ne illa pars fidei qua pie credim⁹ deū
velle vt omnes hoīes veritatis agnitione saluentur,per
hoc quod de effectibus gratię euidenter ostēditur,infir=
mata videatur,annitēdum est auxiliāte Christo vt no=
bis stabilitas huius diffinitionis appareat.Sed quia
necessariæ inquisitionis negociū nō leuem operam sibi
poscit impendi,secuturam disputationē ab exordio al=
terius voluminis inchoemus.

A

CAPITA LIBI SECVNDI DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM.

Quod tria sint quibus in quęstione superius disputata
inhæreri debeat,quodq; deus iustus sit ordinator,
& quemadmodum secūdum ea quæ prędicatoribus
a domino iussa sunt,nullarū nationū facta sit discre=
tio,nemoq; sit exceptus,sed ad omnes homines mis=
sum sit euangelium,& gratia salutaris dei oībus ho=
minibus apparuerit.Et de mysterio eius quod dictū
fuit apostolis:In viā gentiū ne abieritis &c.ac de oc=
cultis dei iudiciis in hoīm vocatione. Caput. I.
Quod ad ipsam cognitionem veritatis & perceptionē
salutis nō quisq̄ suis meritis,sed ope & opera diuinę
gratiæ perueniat. Caput II.
De consideratione differentiarū quibus diuinę gratiæ
opera & dona variata sunt. Caput III.
Quod auersio a deo non sit diuinæ constitutionis,sed
propriæ voluntatis. Caput IIII.
Quod etiā ante aduētū Christi natiōes quę alienatę a
cōuersatione Israel spem nō habebant,ob hoc nō sint
excusabiles.Et quomodo ꝓpter ꝑsecutiones bonorū
Christus populū suum auxerit. Caput V.
Quod Christus pro omnibus impiis & peccatoribus
mortuus fuerit. Caput VI.
Quomodo mysteriū vocationis gentiū prophetis fue=
B rit cognitum & apostolis. Caput VII.
Quare tanta multitudo nō regeneratorū infantium a
perpetua alienetur salute. Caput VIII.
Quomodo gratia tanq̄ famulā & receptricē donorum
suorum præparet voluntatem. Caput IX.
De recapitulatione in hoc secundo libro definitorū, &
operis conclusione,quēadmodum videlicet deus oēs
homines velit saluos fieri. Caput X.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE VOCATIONE OMNIVM GENTIVM LIBER SECVNDVS.

Quod tria sint quibus in quæstione superius dispu=
tata inhæreri debeat,quodq; deus iustus sit ordina=
tor,& quemadmodū secūdum ea quę prędicatoribus a
domino iussa sunt,nullarū nationum facta sit discretio,
C nemoq; sit exceptus,sed ad omnes homines missum sit
euangeliū,& gratia salutaris dei omnibus hominibus
apparuerit.Et de mysterio eius quod dictū fuit aposto=
lis:In viam gentium ne abieritis &c.ac de occultis dei
iudiciis in hominū vocatione. Caput I.

REMOTIS abdicatisq; oī=
bus cōcertationibus quas in=
tēperantium disputationū gi
gnit animositas,tria esse per=
spicuū est quibus in hac quę=
stione de qua secūdum volu=
men incipimus,debeat inhę=
reri.Vnum,quod profitēdū
est deum velle omnes homi=
nes saluos fieri,& in agnitio=
nem veritatis venire.Alterū,quod dubitādum nō est,
ad ipsam cognitionē veritatis,& perceptionē salutis,nō
suis quenq̄ meritis,sed ope atq; opere diuinæ gratiæ
peruenire.Tertium,quod confitēdum est,altitudinem
iudiciorū dei,humanæ intelligentiæ penetrabilem esse
nō posse:et cur nō omnes saluet,qui omnes vult saluos
fieri,nō oportere disquiri:quoniā si quod cognosci non
potest,nō quæratur inter primā ac secūdam definitio= D
nem,nō remanebit causa certaminis,sed secura ac tran
quilla fide vtrunq; prædicabitur,vtrūq; credetur.Deus
quippe apud quem non est iniquitas,& cuius vniuersæ
viæ misericordia & veritas,omniū hominū bonus cō=
ditor,iustus est ordinator,neminē indebite damnans,
neminem debite liberans,nostra plectens cū punit no=
xios,sua tribuens cū facit iustos,vt obstruatur os loquē
tium iniqua,& iustificetur deus in sermonibus suis,&
vincat cū iudicatur.Nec dānati iusta querimonia,nec
iustificati verax est arrogātia,si vel ille dicat nō meruis=
se se pœnam,vel iste asserat meruisse se gratiam.Sicut
autem ea quę ad manifestationē gratiæ ex diuinis pro=
feruntur eloquiis,nulla possunt ratione,differendi arte
violari,vt perspicue cōsonantesq; in tanta numerosita=
te sententiæ ad aliquod prauæ interpretationis trahā=
tur incertū:ita etiā quod de saluatione omniū hominū
in eodem scripturarū corpore reperitur,nulla contraria
argumentatione temerandū est,vt quanto hoc ipsum
difficiliore intellectu capitur,tanto fide laudabiliore cre
datur.Magna enim fortitudo est consensionis,cui ad
sequendam veritatem autoritas sufficit etiā latente ra=
tione.Proinde vigilanter cōsideremus,prædicatoribus
euāgelii quid a domino iubeatur.Secūdum Matthęū
quippe sic ait:Data est mihi potestas omnis in cælo &
in terra.Euntes ergo docete omnes gentes,baptizātes Mat.28.
eos in nomine patris,& filii,& spiritussancti,docentes
eos seruare omnia quæcūq; mandaui vobis.Et ecce vo E
biscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationē
seculi.Secūdum Marcū vero eisdem apostolis ita dici= Mar.16.
tur:Ite in orbem vniuersum,prędicate euangeliū vni=
uersæ creaturę:& qui crediderit,& baptizat⁹ fuerit,ipse
saluus fiet.qui vero nō crediderit,damnabitur.Nūquid
hac pręceptione vllarum nationū vllorūve hominū fa=
cta discretio est? Neminē merito excepit,neminē sepa=
rauit genere,neminē conditione distinxit.Ad omnes
prorsus homines missum est euangeliū crucis Christi:
& ne prędicantiū ministeria humano tantū viderentur
opere peragenda:Ecce ego,inquit,vobiscū sum omni=
bus diebus vsq; ad consummationē seculi.Id est,cum
sicut oues introieritis in mediū luporū,nolite de vestra
infirmitate trepidare,sed de mea potestate cōfidite,qui
vos vsq; ad consummationē seculi in hoc opere nō dere
linquam,non ad hoc vt nihil patiamini,sed quod mul=
to maius est,pręstiturus vt nulla sæuientiū crudelitate
superemini.In mea enī potestate prędicabitis,& ꝑ me
fiet,vt inter cōtradicētes,inter furentes,Abrahę filii de
lapidibus suscitētur.Ego insinuabo quod docui,ego fa=
ciam quod promisi.Tradent enī vos in cōciliis,in syna= F
gogis suis flagellabūt vos,& ante reges & pręsides sta=
bitis propter me in testimoniū illis & gentibus.Cū au=
tem tradent vos,nolite cogitare quomodo aut quid lo= Mat.10.
quamini.Non enī vos estis qui loquimini,sed spiritus
patris vestri qui loquitur in vobis.Tradet enim frater
fratrem in mortē,& pater filium,& insurgent filii in pa
rentes,& morte eos afficient.Et eritis odio oībus ho=
minibus propter nomē meū.Qui autē perseuerauerit
vsq; in finem,hic saluus erit.Apparuit ergo (vt aposto
lus ait) gratia salutaris dei omnibus hominibus,& ta=
men ministri gratię odio erant oībus hominibus.& cū
alii essent qui oderant,alii qui odiis persequētium pre=
mebantur:neutra tamē pars nuncupatione omniū ho=
minū priuabatur,habente quidē salutis suæ damnū re=
bellium portione,sed obtinente plenitudinis censum fi=
delium dignitate.Dicit enī Ioannes apostolus:Sed & 1.Ioan.2.
si quis peccauerit,aduocatū habem⁹ apud patrē Iesum
Christū iustum,& ipse est propitiatio pro peccatis no=
stris,nō pro nostris autē tantū,sed etiā pro totius mun=
di.Magni autē & inenarrabilis sacramēti mysteriū est,
quod prædicatoribus quibus dictū est:Ite in orbē vni= Mar.16.
uersum,& prædicate euangelium vniuersæ creaturæ:

Giſdem prius dictum fuerat: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne introieritis, ſed potius ite ad oues quæ perierũt domus Iſrael. Quãuis enim ad omniũ hominũ vocationẽ euãgelium dirigeretur, omneſq; dominus ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis vellet venire, non tamen ſibi diſpenſationum ſuarum abſtulerat poteſtatẽ, vt aliter ſi occulto iuſtoq; iudicio ſtatuerat, conſilii ſui ordo decurreret. Vnde locum nõ habent contumaciũ murmura querelarũ, quia quod deus fieri voluit, conſtat non aliter fieri debuiſſe q̃ voluit. Poſteriore vero tẽpore cũ iam dñs Ieſus in dei patris gloria conſideret, & prædicatores verbi ſuſcepto negocio deſerũirent, volentes apoſtoli euãgelizare verbum in Aſia, vetiti ſunt ab ſpiritu ſancto, & diſponentes ire in Bithyniam, prohibiti ſunt ab ſpiritu Ieſu, nõ vtiq; negata illis populis gratia, ſed quantũ apparuit retardata. Nam poſtea etiã apud ipſos fides Chriſtiana conualuit. Quę autem fuerit differendæ vocationis cauſa, nõ claret, & tamen rei geſtæ docemur exemplo quod inter generalia vel promiſſa, vel opera, vel præcepta, quędam deus a cõmunib⁹ excepta cauſis occultiore nouit ordinare ratione, credo vt interpoſitis quibuſdam obũbrationibus ea quæ ſecretius micant, mirabilius innoteſcant, ne negligentior fiat acies de facilitate cernendi, & quodãmodo dormitet aſſuetis, ſi nõ excitetur inſolitis. Has autẽ incognoſcibiles illuminationũ dilationes, inter quas vtiq; multi in infidelitate deficiũt, nõ ſolum in populis remotioribus impiorũ, ſed etiam in ciuitatibus fidelium per plurimas domos ac familias nouimus fieri, dũ Chriſtianæ fidei etiã qui Chriſtiani futuri ſunt aduerſantur. Multi enĩ quod oderũt, amabunt: quod nõ recipiunt, prędicabunt. Et quis inter hęc querulis aut curioſis notum faciet cur adhuc ſol iuſtitiæ quibuſdã gentibus nõ oriatur, & a tenebroſis cordibus etiã nunc radios ſuos veritas reuelanda contineat? Cur corrigẽdi tam diu ſinantur errare, & quod ſenibus in fine preſtandum eſt, per tam longã nõ tribuatur ętatem? Cur filiis iam in Chriſtũ credentibus necdum credant parẽtes? Et rurſum a religioſis parẽtibus ſoboles prauta diſcordet? Cũ tamẽ deo, qui initiorũ fidei incrementiq; largitor eſt, ſecũdum ipſius præceptum quotidie pro oĩbus ſupplicetur, vt et ſi exaudit, nota ſit gratia miſerationis: et ſi non exaudit, intelligatur iudiciũ veritatis. Sed ne in præteritis quidem ſeculis hæc eadem gratia, quæ poſt domini noſtri Ieſu Chriſti reſurrectionem vbiq; diffuſa eſt, & de qua ſcriptum eſt, Illuxerunt coruſcationes tuę orbi terræ: defuit mũdo. Quãuis enĩ ſpeciali cura atq; indulgentia dei populum Iſraeliticũ conſtet electum, omneſq; aliæ nationes ſuas vias ingredi, hoc eſt ſecũdum propriã permiſſæ ſint viuere voluntatem, nõ ita ſe tamen æterna creatoris bonitas ab illis hominibus auertit, vt eos ad cognoſcẽdum ſe atq; metuendum nullis ſignificationibus admoneret. Cælum quippe ac terra et mare, omniſq; creatura quę videri atq; intelligi poteſt, ad hanc præcipue diſpoſita eſt humani generis vtilitatẽ, vt natura rationalis de contẽplatione tot ſpecierũ, de experimẽtis tot bonorũ, de perceptione tot munerũ, ad cultum & dilectionẽ ſui imbueretur autoris, implente omnia ſpiritu dei, in quo viuimus mouemur & ſumus: quoniam etſi longe eſt a peccatoribus ſalus, preſentia tamen ſalutis ipſius ac virtute nihil vacuum eſt. Igitur ſicut dicit propheta, Miſericordia domini plena eſt terra, quę nullis vnquã ſeculis, nullis generationibus defuit, eãq; prouidentiã qua vniuerſitatẽ rerum adminiſtrat & cõtinet, regendis alendiſq; naturis ſemper impẽdit, diſpoſitũ habens ex incõmutabilis æternitate cõſilii, quibus quidq; tẽporibus diſtribueret, & multiformis gratię ſuę inſcrutabiles inueſtigabileſq; menſuras per quę dona ac ſacramenta variaret. Sicut enim iſta gratiæ largitas quę in omnes gentes nouiſſime effluxit, nõ euacuat eam quæ ſupervnum Iſrael ſub lege roranit, nec preſentes diuitiæ fidem præteritæ abrogant parcitatẽ: ita nec de illa cura dei, quę patriarcharũ filiis proprie præſidebat, conijciẽdum eſt gubernacula diuinę miſericordię cęteris hominib⁹ fuiſſe ſubtracta, qui quidem in cõparatione electorum videntur abiecti, ſed nunq̃ ſunt manifeſtis occultiſq; beneficiis abdicati. Legimus enim in actibus apoſtolorũ Paulum & Barnabam apoſtolos Lycaoniis dicere: Viri, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annunciãtes vobis ab his vanis cõuerti ad deum viuum, qui fecit cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis ſunt, qui in prẽteritis generationib⁹ dimiſit omnes gẽtes ingredi vias ſuas. Et quidem nõ ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit, benefaciens de cęlo, dans pluuias & tẽpora fructifera, implens cibo & lætitia corda veſtra. Quod eſt autẽ hoc teſtimoniũ quod ſemper domino deſeruiunt, & nunq̃ de eius bonitate ac poteſtate conticuit, niſi ipſa totius mũdi inenarrabilis pulchritudo, & inenarrabilium beneficiorũ eius dies & ordinata largitio, per quę humanis cordibus quędam æternæ legis tabulæ prębebantur, vt in paginis elementorũ, ac voluminibus tẽporũ, cõmunis & publica diuinę inſtitutiõis doctrina legeretur? Cælum ergo, cunctaq; cęleſtia, mare & terra, omniaq; quę in eis ſunt, conſono ſpeciei ſuæ ordinationiſq; concẽtu proteſtabãtur gloriã dei, & prædicatione perpetua maieſtatẽ ſui loquebantur autoris. Et tamen maximus numerus hominũ qui vias voluntatis ſuæ ambulare permiſſus eſt, non intellexit, nec ſecutus hanc legem eſt, & odor vitę qui ſpirabat ad vitã, factus eſt ei odor mortis ad mortẽ, vt etiam in illis viſibilibus teſtimoniis diſceretur quod litera occideret, ſpiritus autem viuificaret.

Quod ad ipſam cognitionẽ veritatis, & perceptionem ſalutis non quiſq̃ ſuis meritis, ſed ope & opera diuinæ gratiæ perueniat. Caput II.

VOD ergo in Iſrael per conſtitutionẽ legis & prophetica eloquia gerebatur, hoc in vniuerſis natiõibus, totius creaturę teſtimonia & bonitatis dei miracula ſemp egerunt. Sed cum in illo populo cui vtraq; eruditio preſuit, nemo niſi gratia iuſtificatus ſit per ſpiritum fidei, quis ambigat eos qui de quibuſcũq; nationibus quibuſlibet temporibus deo placere potuerunt, ſpiritu gratiæ dei fuiſſe diſcretos? Quæ etſi parcior antea atq; occultior fuit, nullis tamẽ ſeculis ſe negauit, virtute vna, quãtitate diuerſa, conſilio incommutabili, opere multiformi. Nam & in iis diebus quibus totum mũdum ineffabilium donorum flumina rigant, nõ idem modus oĩbus, nec eadem menſura conferitur. Quãuis enĩ per miniſtros verbi & gratiæ dei eadem cunctis veritas prædicetur, eadem cohortatio adhibeatur, dei tamen agricultura eſt, dei ædificatio, cuius virtus inuiſibiliter agit, vt incremento perficiat quod ædificatur aut colitur: ſicut atteſtatur Paulus apoſtolus, dicens: Quid igitur eſt Apollo? quid vero Paulus? Miniſtri ei⁹ cui credidiſtis, & vnicuiq; ſicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incremẽtum dat, deus. Qui plantat autẽ, & qui rigat, vnum ſunt. Vnuſquiſq; autẽ propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborẽ. Dei enĩ ſumus adiutores, dei agricultura eſtis, dei ædificatio eſtis. Agricultura ergo huius atq; ædificationis in tantum quiſq; adiutor & operarius ac miniſter eſt, inquantũ vnicuiq; dominus dederit. Et ĩ qui miniſtrorũ labore excoluntur, ad eum proficiũt modum ad quem illos incrementi autor exerexerit. In agro enĩ domini nõ vniformis nec vna plãtatio eſt. Et quãuis in vnum decorem totius tẽpli ſtructura conueniat, nõ idem tamen locus eſt, nec idem vſus omniũ lapidum, ſicut & in vno

Acorpore nõ omnia mẽbra eũdem actum habẽt, dicente apoſtolo: Nũc autẽ poſuit deus mẽbra, & vnũquodq; eorũ ſicut voluit. Hæc vero mẽbra vnde apta, vnde vtilia, vnde ſint pulchra, idem doctor exponit, dicens: Ideo notum vobis facio quod nemo in ſpiritu dei loquens dicit anathema Ieſu: & nemo poteſt dicere dñm Ieſum niſi in ſpiritu ſancto. Diuiſiões vero gratiarũ ſunt, idem autem ſpiritus: & diuiſiones miniſtrationũ ſunt, idem autẽ dominus: & diuiſiões operationũ ſunt, idem vero deus qui operatur omnia in oĩbus. Vnicuiq; autem datur manifeſtatio ſpiritꝰ ad vtilitatem. Alii quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, alteri fides in eodem ſpiritu, alii operatio virtutum, alii prophetatio, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarũ, alii interpretatio ſermonum. hæc autẽ omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Hæc magiſtro gentium tanta luce, tanta euidentia prędicãte, qua ratione, qua cauſa dubitandum eſt an omniũ nobis virtutũ germen ex deo ſit, vel quis niſi inſipientiſſimus de differentia diuinorũ munerũ conqueratur, aut imparibus aſſcribendum meritis arbitretur quod nõ equaliter de ſuperna liberalitate conferatur? Si enim hæc diſtributio ſecũdum præcedentiũ operum merita prouenireꝰ, nõ ipſorum donorũ catalogum tali concluſione apoſtolus terminaret, vt diceret: Hæc autẽ oĩa operatur vnus atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult. Vbi vtiq; ſi meritorum cauſas voluiſſet intelligi, diceret: Diuidens ſingulis prout merẽtur: ſicut plantatoribus aut rigatoribus prẽmiũ deuotiõis ſpopondit, dicens: Vnuſquiſq; autẽ propriã mercedem accipiet ſecũdum ſuum laborẽ.

B Datur ergo vnicuiq; ſine merito vnde tendat ad meritum, & datur ante vllum laborem vnde quiſq; mercedem accipiat ſecũdum ſuum laborẽ. Quod ita eſſe etiã euangelicæ veritatis teſtimonio agnoſcitur, vbi per cõparationem dicitur quod homo peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos, & tradidit illis ſubſtantiã ſuam, & vni dedit quinq; talenta, alii autẽ duo, alii vero vnum, vnicuiq; ſecundum propriam virtutem, id eſt, ſecũdum propriam & naturalem poſſibilitatem, non autem ſecundum proprium meritũ: quia aliud eſt poſſe operari, aliud operari: & aliud eſt poſſe habere charitatẽ, aliud habere charitatem: & aliud eſt capacem eſſe continentiæ, iuſtitiæ, ſapientiæ, aliud vero eſſe continẽtem, iuſtum, atq; ſapientem. Nõ itaq; omnis reparabilis reparatur, nec omnis ſanabilis ſanatus eſt, quia reparabilem & ſanabilem eſſe, de natura eſt: reparatum autem & ſanatum eſſe, de gratia eſt. Deniq; iſti quibus ſecundum modulum capacitatis ſuę, quem in eis diſtributor ſubſtantię præuidebat, diſpar creditus eſt numerus talentorum: nõ meriti remuneratione, ſed operis accepere materiam. In qua duorum ſeruorum vigilantiſſima induſtria non ſolum glorioſis laudibus honeſtatur, ſed

C etiam in æterna domini ſui gaudia intrare præcipitur. Tertii vero pigrum ocium, & deſidioſa nequitia ſic punitur, vt & vituperationis dedecoretur opprobrio, & portione quam acceperat, exuatur. Dignus enim erat perdere inutilem fidem, qui non exercuerat charitatẽ. Vnde & in ſubſequenti ſermone quo apertiſſime declaratur futuri forma iudicii, ſedente filio hominis in ſede maieſtatis ſuæ, antequam facta congregatione omnium gentium alii ducuntur ad dexteram, alii ad ſiniſtram conſtituendi: laudatis dextris de operibus charitatis, nihil aliud ſiniſtris obiicitur q̃ miſericordiæ beneuolentięq; neglectus. Acceperãt ergo etiã iſti fidem, ſed nõ ſectati fuerant dilectionẽ: nec de nõ ſeruato, ſed de non auctо munere damnabũtur. Quãuis enim omnia bona, dona ſint dei, a deo tamen quædam etiam non petita tribuuntur, vt per ipſa quæ accepta ſunt, ea quæ nondum ſunt donata, querantur. Semen quippe quod iacitur in terram, non ob hoc ſeritur, vt ipſum ſolum maneat, ſed vt fructum afferendo, multiplex atq; D numeroſum ſit. Cui quidem profectus ab illo eſt qui dat incrementum: ſed terra viuens, & de gratiæ iam imbre fœcũda, habet quod ipſa expectetur ad id quod accepit, augendum.

De conſideratione differẽtiarũ quibus diuinę gratię opera & dona variata ſunt. Caput III.

IIS recte (vt arbitror) quantũ dominus tribuit pertractatis, ad id vnde digreſſa eſt diſputatio, reuertamur, ad conſiderationẽ ſcilicet differentiarũ quibus diuinę gratię opera ac dona variata ſunt. Altitudo quippe diuitiarũ ſapientię & ſcientię dei, cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, & inueſtigabiles viæ, ſic ſemper miſericordiam ſuam & iudicium temperauit, vt ſecretiſſima æterni conſilii voluntate noluerit in omnibus ſuper omnes generatiões aut ſuper omnes homines, æquales donorum ſuorum eſſe menſuras. Siquidem aliter eos iuuerit quos ad cognoſcendum ſe, cæli & terræ teſtimoniis conueniebat: aliter illos quibus non ſolum elementorum famulatus, ſed etiam doctrina legis, prophetarũ oraculis, miraculorum ſignis, & angelorum cooperationibus conſulebat. Et multo magis aliter miſericordiam ſuam vniuerſis hominibus declarauerit, quando filius dei factus eſt filius hominis, vt inueniretur ab eis qui eũ nõ quærebant, & appareret iis qui illum non interrogabant, & nõ in vno tãtũ populo Iſraeliticæ ſtirpis excelleret, ſed in omni gente quæ eſt ſub cælo, multiplicatũ Abrahæ ſemen oriretur, in quam hæredum ſucceſſionem non filii carnis, ſed filii promiſſionis intrarent. Et quanta in E prẽteritis ſeculis ſuper cęteras natiões, tanta nunc eſſet in gente Iudæa parcitas gratiæ: cum tamen introducta plenitudine gentium, etiam ipſorum ariditati earundem rigationum inundatio ſpondeatur. Quę itaq; cauſæ ſint harum ſub eadem gratia diſſimilitudinum, quæve rationes, ſanctis ſcripturis non loquẽtibus quis loquetur? Et cum in eis ſcientia Pauli Apoſtoli a diſputatione tranſeat ad ſtuporem: cuius erit tanta præſumptio, qui hæc differendo exiſtimet aperienda potius q̃ ſilentio miranda? Patienter igitur & equanimiter ignoretur tam remotum ab humana cogitatione ſecretum: nec tamen quia nequeunt clauſa penetrari, ideo etiam reſeratorum eſt prætereundus introitus. Manifeſtauerunt enim diuinorum eloquiorum multæ autoritates, & continua omniũ ſeculorum experimenta docuerunt, iuſtam dei miſericordiam, miſericordemq; iuſtitiam nec alendis vnquã corporibus hominum, nec docendis iuuandiſq; eorum meritibus defuiſſe. Semper etenim pluit ſuper bonos & malos, ſemper Matth. 5.
ſolem ſuum oriri fecit ſuper iuſtos & iniuſtos, ſemper vitales auras præbuit, ſemper diei & noctis viciſſitudines miniſtrauit, vbertatem agris, multiplicatione ſeF minibus, fœcunditatem generãdis hominibus ſemper impendit. Et ſiquando aliquid horum minuit, benignis correptionibus auerſionem deſidiamq; male viuentium caſtigauit, vt miſerationes eius quærerent in aduerſis, cuius iuſtitiam non timuerant in ſecundis. Deniq; ſi ad ipſa mundi exordia recurramus, inueniemus omnium ſanctorũ qui diluuium præceſſerunt, dei ſpiritum fuiſſe rectorem, propter quod & filii dei nominati ſunt: quoniam ſicut ait Apoſtolus: Quicunq; ſpiri- Roma. 8.
tu dei aguntur, hi filii ſunt dei. Et cum iidem neglecta obſeruantia patrum, illicitis ſe reproborum connubiis miſcuiſſent, atque ob nephariam ſocietatem digni exterminio iudicarentur, dominus ait: Non permane- Geneſ. 6.
bit ſpiritus meus in hominibus iſtis, quoniã caro ſunt. Vnde apparet quod iſte populus cuius generationes diſcreto ordine cum annorũ numero digeruntur, ſpiritalis antea fuit, ea vtiq; voluntate cui ſpiritus ſanctus

G præfidebat,ſic impendens moderaminis ſui regimen, vt declinandi ad vitia non adimeret poteſtatem,qua poteſtate hic populus ſi non vteretur, non reliqueret deum,nec relinqueretur a deo,eſſetq; ille de quo dictum
Eccli. 31. eſt: Felix qui potuit tranſgredi,& non eſt tranſgreſſus. Quandiu ergo apud deum manſit,ea voluntate manſit, quam deus inſpirauit & rexit. Præparatur enim ſicut ſcriptum eſt, voluntas a domino. Sed huius præparationis non vnus ſemper proueſſus,nec vna menſura eſt: quoniam multis modis & innumerabilibus differentiis gratiæ opera & dona variantur, inq; ipſis ſingulis generibus munerum diſſimiles ſunt gradus, & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum atque lignorum quæ terra producit,non vna ſpecies, nec vnum in omnibus genus eſt, ſed ſingula quæq; in ſui ſeminis forma,& in ſuæ ſtirpis qualitate gignuntur,plenũ autem decorem non ſtatim vt edunt accipiunt,ſed certis & ordinatis prouehuntur augmẽtis, donec ad perfectam ſui habitus quantitatem per ſuccedentia ſibi incrementa perueniant: ita & ſemina chariſmatum plantæq; virtutum non in omni agro cordis humani totum hoc pariter quod ſunt futura naſcuntur,nec facile reperitur in exordio maturitas,& in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequenter potens & miſericors deus mirabiles iſtos ſuæ operationis effectus, & quibuſdam mentibus non expectata profectuum mora, totum ſimul quicqd collaturus eſt,
Hebre. 7. inuehit. In Abrahæ lumbis Leui ſanctificatur, & ſimul cum eo domus Aaron & ſacerdotalis ordo bene-
H dicitur. In Iſaac de repromiſſione concepto, & contra ſpem ſterilium ſenum nato, omnium gentium vocatio, & tota Chriſti forma præconditur. Iacob nullo merito ſuffragante dilectus,priuſquam naſcatur eligi-
Hiere. 1. tur. Hieremiæ dicitur: Priuſquã te formarem in vtero,noui te:& priuſquã exires de vulua, ſanctificaui te.
Luce. 1. Ioannes intra Helizabet matris viſcera ſpiritu ſancto repletus exultat, & vt nullus inter natos mulierũ maior ſit, prius ſentit initia gratiæ q̃ naturæ. Sed cum & alia ſimilium documentorum exempla nõ deſint,quæ breuitatis ſtudio præterimus: multo tamen crebrior, multoq; numeroſior pars illa hominum eſt, cui particulatim quicquid ſuperna largitas donat accreſcit, vt conferendorum munerũ cauſæ de iis quæ ſunt collata,parientur. Quidam accepta fide diffidentia non ca-
Marci. 9. rent,quam vtiq; ineſſe ſibi nouerat qui dicebat: Credo domine,adiuua incredulitatem meam. Quam nec illi abeſſe penitus a ſuis animis ſentiebant qui dixerunt:
Luce. 17. Domine auge nobis fidem. Quidã quod credunt,non intelligunt, & multi eorum diu in ſuæ ſimplicitatis modulo detinentur. Multi vero cito intellectus lumen accipiunt. Ipſa autẽ intelligentia non in omnibus eun-
I dem habet vigorem,aut ſimilem facultatem. Et pluriũ cũ & fide & intellectu videantur ornati,laborant tamen indigentia charitatis: et iis quæ fide & intellectu vident,nequeunt inhærere,quoniam perſeuerari in eo non poteſt,quod non toto corde diligitur. Donum quoq; ipſius charitatis nõ ſemper eiuſmodi eſt,vt quicquid ad plenitudinem ipſius pertinet,ſimul a percipiẽte ſumatur. Eſt enim amor qui poteſt alio amore ſuperari. Et ſæpe dilectio dei ex mundi dilectione marceſcit,niſi ad eum feruorem ſpiritu ſancto inflammante profecerit,qui nullo extingui frigore,nullo poſſit tepore languere. Cum itaq; in hoc inenarrabili dono dei omnium ſumma donorum,& qiædam ſit cunctarum vita virtutum: ad hoc cætera conferuntur, vt habeat animæ fidelis intentio per quæ ad perfectam charitatem poſſit eniti. Quæ quoniam non ſolum ex deo, ſed etiam deus eſt,ſtabiles & perſeuerantes atque inſuperabiles facit quos flumine ſuæ voluptatis impleuerit. Qui autem iſtarum aquarum dulcedinem neſciunt, & adhuc de mundi huius torrentibus bibunt, aut etiam ſi aliquid primoribus labris de vitæ fonte k
guſtauerunt, inebriari tamen aureo Babylonis calice delectantur: ſuo prorſus decipiuntur arbitrio, ſua voluntate labuntur: et ſi in hac deſidia perſeuerant, ipſi ſe iis quę accepere, diſpoliant. Facile enim quælibet bona ſine charitate poſſunt perire,quæ non poſſunt ſine charitate prodeſſe.

Quod auerſio a deo non ſit diuinę conſtitutiõis,ſed propriæ voluntatis. Caput IIII.

HAEC autem ſummatim breuiterq; perſtricta ad id valent, vt certiſſime nouerimus nullum fidelium a deo non diſcedentem reliniqui, neq; cuiuſquã ruinam ex diuina eſſe conſtitutione diſpoſitam,ſed multis qui iam iudicio rationis vtuntur,ideo liberum eſſe diſcedere, vt nõ diſceſſiſſe ſit præmiũ: & vt quod nõ poteſt niſi cooperante ſpiritu dei fieri,eorũ meritis deputetur,quorum id potuit voluntate non fieri. Quæ voluntas in malis actionibus ſola eſſe poteſt,in bonis autem ſola eſſe non poteſt. Quãuis enĩ ſecũdum naturam ſit homini vt bonæ ſit voluntatis, vitium tamen quod per malam voluntatem irruit in naturam,nõ naturæ ſuperatur virL
tute,ſed gratiæ. Regebatur ergo primus ille populus dei,ſpiritu dei,& a maledicti ac predãnati populi ſocietate ac moribꝰ per eruditionẽ ſancti ſpiritus abſtinebat, cuſtodiens diſcretionẽ ſui a permixtione carnaliũ,quorum mala tam diu ſuſtinuit patientia dei,quãdiu boni per id quod eos nõ imitabantur,placere potuerũt. Vbi vero etiã boni malorũ imitatione corrupti ſunt,& per voluntatis defectũ in eandẽ nequitiã cõſpirauit vniuerſitas: quos,excepta Noe domo,vna impietas prophanauit,ſententia vna deleuit. Bonitas autẽ dei ne illi quidem parti defuit,quę in charitate nõ ſtetit, & ab initio ſui veneno diabolici furoris intumuit. Principem enim gentis impię ſancti fratris meritis inuidentẽ,cædemq; eius parricidali corde meditantẽ,dignatur dñs paterno mitigare cõſilio,dicens ad Cain: Vt quid triſtis factus
Genes. 4. es? vt quid cõcidit vultꝰ tuus? Nõne ſi recte offeras,recte autem nõ diuidas,peccaſti? Quieſce. Ad te enĩ erit cõuerſio eius,& tu dominaberis eius. Depone,inquit, ortam de inuidiæ æmulatione triſtitiam,& flammas odii crudelis extingue. Nihil tibi Abel nocuit,nec mihi placẽdo te læſit. deſpexi munera tua meo iudicio,nõ illius voto. Opus enim bonum negligenter egiſti. recta fuiſſet oblatio tua,ſi fuiſſet recta diſcretio. Sciens cui offerres,ſcire debueras quid voueres. Nõ digne inter me & te diuiſiſti,quoniã tibi electiora ſeruaſti. Tuus ergo hic error eſt,tuũq; peccatũ. quieſce,& noli in inſontẽ fraM
trem moueri,ad te potius tua culpa reuocetur. noli peccato regnũ in te dare,ſed tu potius in ipſum ſume dominatũ. Pœnitendo enim nec in maius facinus progredieris,& ab eo in quo te doles diſpliciſſe,mundaberis. Cum ergo talia ad Cain loqueretur deus,numquid ambiguum eſt voluiſſe eum,& quantũ ad medendi modũ ſufficiebat,egiſſe vt Cain ab illo impietatis furore reſipiſceret? Sed malitia pertinax inde facta eſt inexcuſabilior, vnde debuit eſſe correctior. Et vtiq; præſciebat deus ad quem finem inſanientis eſſet progreſſura conceptio. Neq; ex eo quod falli ſcientia diuina non poterat,neceſſitate peccandi vrgebatur facinus voluntatis, a cuius vtiq; intentione atq; effectu potuit incolumitas Abel illæſa defendi, niſi placuiſſet deo cum magna laude patientiæ ſuæ,vt temporalis furor impii fieret perpetuus honor iuſti. Poſteris vero iſtius fratricidæ, quãuis in progenitoris ſui moribus viuerent,nunquã ſe diuinam bonitatẽ negaſſe quis non facile aduertat ſi conſideret quãtum eis prodeſſe potuerit tam longa patientia dei,tam dires bonorũ tẽporalium copia,& multiplicatę fœcunditatis tam numeroſa propagatio? quę

A beneficia licẽt obduratis nihil remedii & emẽdationis attulerint,probant tamen auerſionem eorum non diuinæ fuiſſe conſtitutionis,ſed propriæ voluntatis. In cõſeruatione autem Noe filiorumq; eius & nurui,in quibus omnium gẽtium ſeminarium diſponebatur, quãta diuinæ gratiæ opera reuelata ſint, ſancta ſcriptura manifeſtat,dum in illa mirandæ capacitatis arca, vniuerſi generis animalium quantum reparationis aderat receptrice,congregatura ad ſe omne hominum genus eccleſia figuratur. Dum per lignũ & aquam redẽptio crucis Chriſti, & ablutio regenerationis aperitur. Dum in iis qui ex illa mundi vaſtatione ſaluati ſunt,omnium gentium plenitudo benedicitur. Dum donum fœcunditatis iteratur,& ſolo eſu ſuffocatorum & ſanguinis interdicto,libertas edendi quod placuerit,augetur,ſalutiſq; ſecuritas in teſtimonio verſicoloris arcus, hoc eſt in ſigno multiformis gratiæ conſecratur. Quæ vtique myſteria atque ſacramenta non vnius tantum familiæ pauciſſimos tunchomines,ſed in ipſis omnes eorum poſteros imbuebant, vt quod eruditioni impẽdebatur parentum, proficeret ſcientiæ filiorum. Iam vero procurrente humanæ propagationis augmento, cum ipſa mortalium numeroſitas de ſuis multiplicationibus ſuperbiret,& ſecundum elationis ſuæ altitudinem cælo cuperet molem immodicæ inſtructionis inferere,q̃ mirabilis erga cohibendam hanc inſolentiam
B fuit diuinæ cenſura iuſtitiæ? Quæ vnam illorum populorum loquelam notis ſibi inuicem ſignificationibꝰ conſonantem,ſeptuaginta & duarum linguarum varietate confudit,vt & inter diſſonas voces operantium pereunte concordia,inſanæ molitionis machina ſolueretur,& habitando orbi terrarum daret incolas malæ cõgregationis opportuna diſperſio. In iſto autem opere prouidentiæ dei præordinabantur miracula gratiæ Chriſtianæ,quæ omnẽ hanc diſperſionẽ in illius ædificationis erat vocatura cõpagẽ, i qua omne genu flectat deo,& omnis lingua confitetur,quoniam Ieſus in glo-
Philip. 2. ria dei patris eſt. Hãc latitudinem gratiæ in plenitudine diſpoſitorum temporum reuelandæ,facta ad Abraham promiſſio dei ſignis iam luculentioribus indicabat,quando duplex eius ſucceſſio, filii ſcilicet carnis,& filii promiſſionis, multitudini arenarum cõparabatur & ſiderum, & vir ſenex per annoſam vxoris ſterilitatẽ ab ſpe iam prolis alienꝰ,credebat laudabili fide pergere vnius filii patrem futurum eſſe ſe mundi, proſpiciens illum in ſemine ſuo,immo conſpiciens qui dixit:
Ioan. 8. Abraham diem meum vidit,& gauiſus eſt. Qua fide Abraham cum iuſtificaretur,nondum mandatum circumciſionis acceperat,ſed cum eſſet in præputio naC
turali,reputata eſt fides eius ad iuſtitiam,& eadem fides ſignaculum circumciſionis acceperat in eo corporis mẽbro,per quod ſemen procreationis peruenturum erat ad eam carnem,in qua ſine carnali ſemine dei filius deꝰ verbum caro fieret,ac de Abrahæ filia Maria virgine naſceretur,aſſumptis omnibus in huius natiuitatis cõfortium, qui in Chriſto per ſpiritum ſanctum regenerati,quod Abraham credidit credidiſſent.

Quod etiam ante aduentum Chriſti nationes quæ alienatæ a cõuerſatione Iſrael, ſpem non habebant, ob hoc non ſint excuſabiles. Et quomodo propter perſecutiones bonorum Chriſtus populũ ſuum auxerit. Caput V.

Gene. 12. HAEC autem fides, antequam veniret hoc ſemen de quo Abrahæ dictum eſt, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ: intra vnius ſtirpis populum continebatur, vigente apud veros Iſraelitas ſpe redemptionis noſtræ, quoniam etſi fuerunt ex alienigenis quos temporibus legis veritas illuſtrare dignata ſit,tam pauci fuerũt, vt vix cognoſcantur an fuerint. Neq; ob hoc excuſabiles D
ſint nationes, quæ alienatæ a cõuerſatione Iſrael ſpem non habentes,& ſine deo in hoc mundo ſub ignorãtiæ tenebris perierunt,quia hæc abundantia gratiæ quę nũc vniuerſum mundum rigat,pari antea largitate nõ fluxit. Adhibita enim ſemper eſt vniuerſis hominibus quædam ſupernæ mẽſura doctrinæ,quæ etſi parcioris occultioriſq; gratiæ fuit, ſufficit tamen,ſicut dominus iudicauit,quibuſdam ad remedium,omnibus ad teſtimonium, vt nõ dubie,ſed euidenter appareat quod niſi vbi abundauit peccatum,ſuperabundaret gratia,nũc quoque vniuerſum genus humanum ſimilis obcæcaret impietas. An forte,vt plerique garriunt, meliora q̃ veterum ingenia noſtris ſeculis orta ſunt, & aptiores diuinis donis animas tempora extrema pepererunt? Quod etiam ſi ita eſſet, ad bonitatem id referendum eſſet autoris,qui vocandis ad vitam æternam populis, ea quæ non reuiterentur, corda finxiſſet. Sed nihil prorſus nouatum eſt in generatione carnali,nec generoſior auis minorum orta ſucceſſio eſt, cum potius in hominibus illius temporis quo mundi redemptor aduenit, quanto erat propago tardior, tanto ſit iniquitas inuenta robuſtior. Probauit hoc Iudaici furoris impietas: et
E quam apta euangelio Chriſti fuerit illa generatio, non ſolum populi,ſed etiam ſcribarum & principum ac ſacerdotum corda docuerunt,quibus parum fuit in agnũ dei tollentem peccatum mundi,contra teſtificationem legis, contra oracula prophetarum, contra diuinarum experimenta virtutũ, ſeditionibus, contumeliis, ſputatis,alapis,colaphis,lapidibꝰ,flagris, & ad poſtremum crucis atrocitate ſæuiſſe, niſi etiam teſtes reſurrectionis eius eadem perſequerentur inſania: quam apoſtoli quando a põtificibus flagellati ſunt,oſtẽderunt in pſalAct. 4.
mo Dauidico prophetatam,dicẽtes: Domine,tu es qui feciſti cælũ & terrã, & mare, & omnia quę in eis ſunt, qui ſpiritu ſancto p os patris noſtri Dauid pueri tui dixiſti: Quare fremuerunt gẽtes,& populi meditati ſunt inania: aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in vnum aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtũ eius? Conuenerunt enim vere in ciuitate iſta aduerſus
F ſanctum filium tuum Ieſum,quem vnxiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Iſrael, facere quæ manus tua & conſilium decreuerunt fieri. Igitur ad manifeſtãdam gratiam dei, quæ ex æterno eius incommutabiliq; conſilio in ſalutem omnium gentiũ diſponebatur,nõ priora quaſi incapacia declinata ſunt tempora, ſed iſta electa, quæ tales populos ediderunt, quorum ferox & voluntaria iniquitas non conſulendi affectu,ſed intentione ſæuiendi perſiſteret facere quæ manus dei & conſilium decreuerunt fieri, vt mirabilior eſſet gratia & potentia dei, quæ de tam duris animis, tã tenebroſis mẽtibus,tam inimicis cordibus fecit ſibi populum fidelẽ,ſubditũ,ſanctum,qui non per ſapiẽtiã huius mundi peruenit ad lumẽ ſapientię dei, ſed per illius donum de quo teſtatur Ioannes apoſtolus dicens:
1. Ioan. 5. Scimus qua filius dei venit, & dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus verum deum,& ſimus in vero filio eius. Cui teſtimonio apoſtolus Paulus conſonat dicẽs: Gra
Col. 1. tias agẽtes patri qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lumine,qui eripuit nos de tenebris, & de poteſtate tenebrarum,& tranſtulit in regnum filii dilectionis ſuæ. Et iterũ idẽ: Eramus enĩ, inquit, aliquãdo
ad Tit. 3. inſipientes,increduli,errãtes,ſeruiẽtes deſideriis & voluptatibus variis,in malitia & inuidia agentes, odibiles,odientes inuicẽ. Cũ autẽ benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri,nõ ex opibꝰ iuſtitiæ quę fecimus nos,ſed ſecundum ſuã miſericordiã ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis ſpirituſſanctꝰ,quẽ effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorẽ noſtrum vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſimus ſecũdũ ſpem vitæ æternæ. Potuit ne plenius,luculẽtius,veriusex-

Gplicari quæ merita hominum Christus inuenerit, & quos sibi mores subiecerit, quę ad se corda conuerterit, quando venit mederi nō sanis, sed male habentibus, & vocare non iustos, sed peccatores: quoniam gentiū populus qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam, & sedentibus in tenebris & vmbra mortis, lux orta est illis. Fremebant gentes, insanescebātur populi, sæuiebant reges, & potestates contradicebant, superstitiones & totius mundi reluctabantur errores. Sed de resistentibus, furentibus, persequentibus, populum suum Christus augebat, & per vincula ac supplicia mortesque sanctorum roborabatur fides, vincebat veritas, perque vniuersum mundum dominici agri segetis multiplicabatur vbertas. Tanta enim desuper præbebatur constantia fidei, fiducia spei, fortitudo tolerantię, vt ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium spiritus sanctus accenderat, nullo modo opprimentibus posset extingui: cum & qui cruciabantur, vehementius inardescerent: & qui sæuiebant, eandem quam persequebantur flammam sæpe conciperent, qua beat⁹ apostolus Paulus ignitus fideliter ferenterq; dicebat: Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad dominum nostrum Iesum Christum, per quem & accessum habemus fide in gratiam istā in qua stamus, sed & gloriamur in spe gloriæ filiorum dei, non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patiētia autē probationem, probatio vero spem, spes autem nō confundit, quia charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Et iterū: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, existimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, per eū qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc charitas diffusa per spiritū sanctum fecit vt mundus fidelium mundum vinceret impiorū. Hęc Neronis crudelitatē, Domitiani furorē, multorūque post eos principum glorioso innumerabilium martyrum fine confudit, donante Christo imitatorib⁹ suis de persecutionibus regum, æternarum stemmata coronarum.

Mat. 9. Esa. 9. Roma. 5. Rom. 8. Psal. 43.

Quod Christus pro omnibus impiis & peccatoribus mortuus fuerit. Caput VI.

I NVLLA igiturratio dubitandi est Iesum Christum dominum nostrū pro impiis & peccatoribus mortuum, a quorum numero liber inuentus est. Nonne est pro omnibus mortuus Christus? Sed prorsus pro oīb⁹ mortuus est Christus. Nemo ergo omnium hominum ante reconciliationē, quę per Christi sanguinem facta est, non aut peccator aut impius fuit, dicente apostolo: Si enī Christus cum adhuc infirmi essemus, iuxta tēpus pro impiis mortu⁹ est: vix enim pro iusto quis moritur, nam pro bono forsitan quis audeat mori: cōmendat autem suam charitatem deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, multo magis iustificati sanguine ipsius salui erim⁹ ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Idem autē apostolus in secunda ad Corinthios ait: Charitas enī Christi vrget nos iudicantes hoc, quoniā si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro oīb⁹ mortuus est, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. De seipso vero quid pronunciat audiamus. Fidelis, inquit, sermo & omni acceptione dignus, quia Christus venit in hūc mūdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informationem eorum qui crediturī sunt illi in vitā æternam. Siue ergo circuncisio, siue præputium, peccato vniuersaliter concludebatur, vnusq; omnes reatus obstrixerat, & inter magis minusq; impios nemo erat qui posset absq; Christi redemptione saluari: quæ redēptio vniuerso sese intulit mundo, & omnibus hominibus indifferenter innotuit: quandoquidem in die quinquagesimo ab illo Pascha in quo se hostiam deo verus agnus obtulerat, cum apostoli & qui cū eis vnanimes erant, repleti spiritu sancto linguis omnium gētium loquerentur, conueniebat excita miraculo diuersi generis hominum multitudo, vt euāgelium Christi in eis qui aderant, totus mundus audiret. Confluxerant autem (sicut scriptū est) Parthi & Medi, Elamitæ, & qui inhabitāt Mesopotamiam, Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphyliā, Egyptum & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudei quoq; & Proselyti, Cretes & Arabes, audientes eorum linguis prædicari magnalia dei, quorum testificatio etiam in eas gētes quę remotiores sunt, longe lateq; procurreret. Ad cuius rei effectum credimus prouidentia dei Romani regni latitudinē præparatam, vt nationes vocandæ ad vnitatem corporis Christi, prius iure vnius consociarentur impietatis: quanuis gratia Christiana non contenta sit eosdem limites habere quos Roma, multosq; iam populorum sceptro crucis Christi illa subdiderit, quos armis suis ista non domuit. Quæ tamen per Apostolici sacerdotii principatum amplior facta est arce religionis q̄ solio potestatis. Quod si forte, quēadmodum quasdā gentes, quod non volunt, in cōfortium filiorum dei nouimus adoptatas, ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes quibus nondum gratia saluatoris illuxit: nō ambigimus etiā circa illas occulto iudicio dei tempus vocationis esse dispositum, quo euāgelium quod nōdum viderunt, audiant atq; suscipiant. Quibus tamen illa mensura generalis auxilii quæ desuper omnibus semper hominibus est præbita, non negatur: quāuis tam acerbo natura humana vulnere sauciata sit, vt ad cognitionem dei neminem contēplatio spontanea plene valeat erudire, nisi obumbrationē cordis vera lux discusserit, quam inscrutabili iudicio deus iustus & bonus non ita præteritis seculis quēadmodū in nouissimis diebus effudit. Vnde & beatus Apostolus Paulus scribens Colossensibus ait: Mysterium qd absconditum fuit a seculis & generationibus, nunc autē manifestatum est sanctis eius, quibus voluit deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gētib⁹, quod est Christus in nobis.

Act. 2. Col. 1.

Quomodo mysterium vocationis gētium prophetis fuerit cognitum & apostolis. Caput VII.

NVNQ VID hoc mysterium etiā prophetis incognitum fuit? & illi per quos spiritus sanctus loquebatur, ea quorum ab ipsis fiebant denunciationes, nesciebant? Nō ita plane intelligendum puto, sed ipsis gentibus absconditum fuisse mysterium, quod dominus quādo voluit, & quibus voluit reuelauit. Nam de vocatione gentium quę non erant populus dei, & quibus prius non misertus est, nunc autem miseretur, in Deuteronomio ita dicitur: Et vidit dominus, & zelauit, & iratus est propter iram filiorum suorum & filiarum, & dixit: Auertā faciem meā ab eis, & ostēdā quid erit in nouissimo, quia

Deut. 32.

A generatio peruersa est filiis, in quibus non est fides in illis. Ipsi in zelum compulerunt me in hoc quod nō est deus, irritauerunt me in idolis suis. Et ego in zelum incitabo eos in eis qui non erat gens, super gente insipiēte irritabo eos. Et David hæc de adoraturis deū omnibus gentibus præciuit: Omnes gentes quascunq; fecisti, venīet & adorabunt coram te domine, & glorificabunt nomen tuum. Et iterum idem: Et adorabunt eū omnes reges terræ, omnes gentes seruient ei. Et iterū: Benedicētur in ipso omnes tribus terræ, omnes gētes magnificabunt eum. Esaias quoq; similia annūciat dicens: Quoniam erit in nouissimis diebus manifestus mons domini, & domus dei in cacumine montium, & exaltabitur super colles, & venient ad eum omnes gentes. Et iterum idem: Et faciet, inquit, domin⁹ sabaoth omnibus gentibus, in monte isto bibent in iucunditate vinum, vngentur vnguento in mōte isto, tradet hæc omnia gentibus, hoc enim consilium super omnes gentes. Et iterum idem: Et reuelabit dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, & videbunt omnes gentes terræ salutem quæ a domino est. Et iterū: Ecce aduenæ ad te per me accedēt, & ad te fugient. Et infra: Gentes quæ te non cognouerunt, inuocabunt te: & populi qui te nesciunt, ad te confugient. Osee quoq; paria prophetat dicēs: Et erit in loco in quo dictum est eis: Non populus meus vos, ibi vocabitur filii dei viui, & congregabuntur filii Iudæ, & filii Israel in idipsum. Et iterum: Miserebor non dilectæ, & dicā non populo meo: populus meus es tu. & ipse dicet: deus meus es tu. Sub Apostolis vero cum ii qui in Christū ex circuncisione crediderant, eos qui gentiles erant, dicebanturque præputium, iustificationum gratiæ arbitrarentur participes esse non posse: docet beatus Apostolus Petrus q̄ indiscretus apud deum vterque sit populus, si in vnitatem fidei ambo conuenerint. Cum autem, inquit, cœpissem loqui, decidit spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autē verbi domini sicut dicebat: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto. Si ergo eādem gratiam dedit illis deus sicut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere deum? His auditis, tacuerunt, & glorificauerunt deum dicentes: Ergo & gentibus deus pœnitentiam ad vitam dedit. Iacobus quoq; Apostolus de hac vocatione gentium dicit: Viri fratres audite me: Simon narrauit quemadmodum primum deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo, & huic concordant verba prophetarum, sicut scriptū est: Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum David, quod cecidit, & diruta eius ædificabo, & erigam illud, vt requirant cæteri hominum dominū, & omnes gentes super quas inuocatū est nomen meū, dicit dominus faciens hæc. notum a seculo est domino opus suum. Symeon quoque ille cui responsum erat a spiritu sancto non eum visurum mortem priusquam videret Christum domini, de salute omnium gentiū quę in Christo reuelabatur, hæc dixit: Nunc dimittis seruū tuum domine secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad reuelationē gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. His & aliis testimoniis scripturarum non dubie demonstratur ista ditissimam, potentissimam, benignissimam gratiam qua in nouissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocātur, prioribus seculis in occulto dei absconditam fuisse consilio. Et cur hac manifestatione qua nūc vniuersis nationibus innotescit, antea reuelata non fuerit, nullam posse scientiam comprehendere, nullam intelligentiam penetrare: cum tamen illud qd de bonitate dei piissime creditur, quia omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non oporteat nisi perpetuum æternumq; sentiri, secundum eas mensuras quibus deus dona generalia specialibus nouit cumulare munerib⁹: vt & qui exortes gratię fuerint, de sua nequitia redarguantur: & qui eius lumine enituerint, non in suo merito, sed in domino gloriētur. In hoc sane angusto quidem, sed tamen recto intelligentiæ tramite non parum difficultatis opponit consideratio paruulorum, qui nullo iudicio rationis vtuntur, quo autoris sui beneficia sentiētes, ad agnitionem valeant veritatis accedere, nec videtur de neglectu opitulantis gratiæ iuste argui in illa ignorantia naturaliter constituti, quam dubium non est nullā recipere scientiam, nullam sentire doctrinam.

Psal. 85. Psal. 71. Esa. 28. Ose. 1. Act. 15. Amos. 9. Luc. 2.

Quare tanta multitudo non regeneratorum infantium a perpetua alienetur salute. Caput VIII.

NDE cum omnes homines velit deus saluos fieri, quid est quod alienatur a salute ppetua tāta infantiū multitudo, totq; in his ætatibus hominum milia extra vitam relinquūtur æternam: quasi ad hoc tantum conditi sint ab eo, qui neminem odiens creauit, vt quia in hunc mundum cū peccati carne venerunt, insolubilis culpæ vincula sine reatu propriæ actionis incīderent? quid hoc profundius, quid mirabilius esse potest? Neque credi fas est eos qui regenerationis non adepti sunt sacramentum, ad vllum beatorum pertinere consortium. Et magis stupendum, magisq; fit mirum, quod vbi actio non offendit, vbi arbitrium nō restitit, vbi eadem miseria, simili imbecillitas, causa communis est, non vnum esse de tanta parilitate iudicē: & quales reprobat abdicatio, tales adoptat electio. Veruntamen de hac altitudine discretionis dei non cōturbabitur cor nostrum si firma & stabili fide omne iudicium dei iustū esse credamus, nec appetamus habere cognitum, quod voluit esse secretum, vt vbi inuestigari non potest quare ita iudicet, sufficiat scire quis iudicet. Quāquam non ita incognoscibilis ista sit quæstio, vt nihil fit quod de ea eruditionis possimus acquirere, si ad contemplandum id quod videri potest, tranquillus sobrii cordis adhibeatur intuitus. Cum enim consideramus inter paganos, inter Iudæos, inter hæreticos, inter ipsos catholicos Christianos q̄ multiplex pereat numerus paruulorū, quos quantū ad proprias pertinet voluntates, neque bonū aliquid, neque malum cōstat egisse, discimus super eos illam manere sententiam, quam humanum genus præuaricatione primi parentis excepit, cuius sententiæ rigor dum etiam circa tales non resoluitur, q̄ magnum illud peccatum fuerit demonstratur. Nemo autem putaretur non innocens nasci, nisi etiam talibus esset noxium non renasci. De immaturitate vero mortis non est ratio conquerendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas obnoxiū sibi omnē vitæ nostræ fecerit diem. Esset enim, quoniam secundum aliquem modum immortalis dici homo posset, si esset tempus intra quod mori omnino non posset. Sed nunquam corruptio ita incorruptionis est particeps, vt non semper obnoxium sit defectioni quod debetur occasui. Vitæ huius principium, mortis exordium est, nec prius incipit augeri ætas nostra q̄ minui. Cui si quid adiicitur spatii temporalis, non ad hoc accedit vt maneat, sed in hoc transit vt pereat. Quod ergo ab initii sui die mortale est: qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec vnquam ei vicinius est posse viuere, q̄ posse deficere. Quanuis autem ex vna causa omnium hominum sit orta mortalitas, non in vnam tamen, sed in multiplicem imbecillitatem corruptibilis natura distrahitur. Et siue morbis siue debilitatibus siue vulneribus, non solū anni aut menses vel dies ætatis humanę, sed

G & omnes horæ omniaq; momenta subiecta sunt. Nec est aliquod mortis genus aut vllus obeũdi modus qui non intra vniuersitatem mortalium in aliquam incidat portionem. Manet enim graue iugum super filios Adam a die exitus de ventre matris eorum, in diem sepulturæ in matrem omnium. Sed huius asperrimi iugi pondera non ita in Adæ filios irruerunt, vt diuina iustitia nihil eis suæ dimensionis adhiberet, quę defectionum legibus ita defectura subiecit, vt ab eis moderationum suarum nõ auerteret potestatem. Ideo omnia omnes inciderent mala, quia per cõmunem conditionem omnes omnibus subiacerent, sed vt generali necessitate variata, causas sibi dominus indulgentiæ correptionisq; seruaret, essetq; in vno omnium debito quod et misericors remitteret, & iustus exigeret. Cum igitur iusta & omnipotẽs prouidẽtia dei incessabiliter vniuersa diiudicet, & nemo in hunc mundum veniat, neq; ab hoc mũdo exeat, nisi eo ortu atq; decessu quem rerum arbiter secundum altissimam scientiam suã Iob.12. sapientiaq; decernit, sicut scriptum est in libro Iob: Quis ignorat quod omnia hæc manus domini fecerit, in cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ Iob.14. carnis hominis? Et iterum: Breues dies hominis sunt, & numerus dierum eius apud te est. Quis audeat causas operum & cõsiliorum eius inquirere? Inscrutabile enim est, valdeq; secretum cur tantis differentiis H conditio humana variata sit. Illum ab infantia vsque in senectutem longæua carpit infirmitas, nec inter perseuerãtes dolores statutæ deficit tempus ætatis. Illum integris valentem viribus annosissimus vigor vegetat. Huic in pueritia finis est, illi in adolescentia. Huic vltra iuuentutem non licet progredi: illi impossibile est vsq; ad loquendi rudimenta grandescere. Quas vitæ metas multiformiter inæquales minus acerbas experiretur caduca mortalitas, si præsentis tãtum seculi detrimenta pateretur, & non in æternas miserias caderent qui hĩc sine lauacro regenerationis exissent. Sed cũ inscrutabilis sit causa tã donorũ quæ gratia tribuit, q̃ miseriarum quas natura promeruit: ipsa nos intelligẽtiæ difficultas ad nostrum remittit autorem. Et cum quęrimus quomodo omnes homines saluos fieri velit, qui non omnibus illud tempus impertit in quo per voluntariam fidem percipiendæ gratiæ sint capaces, non irreligiose arbitror credi, neque inconuenienter intelligi quod isti paucorum dierum homines ad illã pertineãt gratiæ partem, quæ semper vniuersis est impensa nationibus, qua vtiq; si bene eorum vterentur parentes, etiam ipsi per eosdem iuuarentur. Omnium nanq; exordia paruulorum, totaq; illa principia necdum rationalis infantiæ, sub arbitrio iacẽt voluntatis alienæ, nec vllo modo eis nisi per alios consuli potest, & consequẽs est illos ad eorum pertinere cõsortium, quorum vel recto vel prauo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena cõfessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non credunt. Et cum ipsi nec præsentis vitæ desiderium habuerunt, nec futuræ: q̃ ipsorum factum est I nasci, tam ipsorum efficitur non renasci. Sicut autẽ circa maiores præter illam generalem gratiam parcius atq; occultius omnium hominum corda pulsantẽ, excellentiore opere, largiore munere, potentiore virtute vocatio specialis exeritur, ita etiã circa innumeros paruulos eadem manifestatur electio, quæ quidem nec illis qui renati non sunt, in parentibus defuit, sed iis qui renati sunt, præ parentibus affuit: ita vt multis sæpe quos suorum impietas deseruit, alienorum cura seruierit, & ad regenerationem venerint per extraneos, quę eis non erat prouidenda per proximos. In quo opere gratiæ quis nisi arrogantissimus atque vanissimus de diuina iustitia conqueratur, quod non omnibus paruulis similis prouidentia consulat, omniaq; pericula quæ moriturorum regenerationem prohibere possunt, aut potestate submoueat, aut miseratione pręueniat? Q̃ K vtique erga omnes ita fieret, si ita fieri omnino deberet. Non autem latet quantum cordibus fidelium desidiæ gigneretur si in baptizandis paruulis nihil de cuiusquam negligẽtia, nihil de ipsorum esset mortalitate metuendum: quandoquidem vt tales baptismo fraudarentur, nullo modo posset accidere. Hac vero tã inamissibili felicitate infantium vehemẽtissime opinio illius roboraretur erroris, qui gratiam dei secũdum merita hominum dari audet cõtra fidem catholicam prędicare. Videretur quippe inculpabili innocẽtiæ hoc tota æquitate deberi, vt neminem eorum adoptio præteriret, quos nullus reat⁹ perstrĩgeret: nec impie a quodam de paruulorum baptismo dictum fuisset, Habet gratia quod adoptet, non habet vnda quod diluat. Sed hoc detestabiliter prędicatum omnes discipuli veritatis intelligunt: & inde manifestum est eos qui salui fiunt, nõ merito, sed gratia liberari, quia sine baptismo mortuos perisse non dubium est. Qui vtiq; nisi grauissimi peccati essent participes, non perirent. Nunc autẽ occulta quidem dei discretione, sed iusta sic ostenditur & quid conferat gratia, & quid pręuaricatrix mereatur natura: vt nec contra donum eleuetur superbia, nec cõtra periculum cesset industria. Siue igitur nouissima cõtemplentur secula, seu prima, seu media, rationabiliter & pie creditur omnes homines saluos fieri deum velle, semperq; voluisse: & hoc non aliunde monstratur, q̃ de iis beneficiis, eaque prouidẽtia dei, quam vniuersis L generationibus communiter atque indifferenter impẽdit. Fuerunt enim ac sunt huiusmodi dona ita generalia, vt per ipsorum testimonia ad quærendum verum deum possent homines adiuuari: quibus donis autorẽ suum per omnia secula protestantibus, specialis gratię largitas superfusa est. Quæ licet copiosius nunc q̃ ante præstetur, causas tamẽ distributionum suarum dominus apud scientiam suam tenuit, & intra secretum potentissimæ voluntatis occuluit: quæ si omnibus vniformiter affluerent, non laterent. Et q̃ nulla est ambiguitas de benignitate generali, tã de speciali misericordia nihil qđ stupẽdũ esset existeret, ac proinde illa esset gratia, ista nõ esset. Deo autẽ placuit & hãc multis tribuere, & illã a nemĩe submouere, vt ex vtraq; appareat non negatum vniuersitati, quod collatum est portioni: sed in aliis præualuisse gratiam, in aliis resiluisse naturam. Hanc quippe abundantiorem gratiam ita credimus, atq; experimur potentem, vt nullo modo arbitre- M mur esse violentam, quo quicquid in saluandis hominibus agitur, ex sola dei voluntate peragatur, cum etiã ipsis paruulis per alienæ voluntatis subueniatur obsequium.

Quomodo gratia tanquam famulam & receptricem donorum suorum præparet voluntatẽ. Ca. IX.

GRATIA quidem dei in omnibus iustificationibus principaliter pręeminet, suadendo exhortationibus, monẽdo exemplis, terrendo periculis, incitãdo miraculis, dãdo intellectum, inspirando cõsilium, corq; ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo. Sed etiam voluntas hominis subiungitur ei, atq; cõiũgitur, quæ ad hoc prædictis est excitata pręsidiis, vt diuino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum quod superno semine concepit ad studium, de sua habens mutabilitate si deficit, de gratiæ opitulatione si proficit. Quæ opitulatio p innumeros modos siue occultos siue manifestos omnibus adhibetur: & quod a multis refutatũ, ipsorum est nequitiæ: quod autem a multis suscipitur, & gratiæ est diuinæ, & voluntatis humanæ. Siue igitur initia, siue profectus fidelium, siue vsq; in finem perseuerantium cogitemus genus, nulla species cuiusquã

A virtutis occurrit, quæ vel sine dono diuinæ gratiæ, vel sine cõsensu nostræ volũtatis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, vt in eo quem vocat, primam sibi receptricem & famulã donorum suorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentiũ nulla est, nec potest asseri vel fidem, vel spem, vel charitatem eis inesse, quorum ab his bonis consensus alienus est. Hunc autem consensum non solum cohortatio prædicantium, & incitamenta doctrinæ, sed Prou.9. & metus gignit, propter quod scriptum est: Principiũ sapientiæ timor domini. Qui quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, q̃ vt quem fecerit timentem, faciat & volentem, nec solum volentem, sed etiam Eccli.25. sapientem. Vnde & illud scriptum est: Beatus cui donatum est habere timorem dei. Quid enim tam beatificum q̃ hic timor, qui genitor eruditorq; sapiẽtiæ est? In cuius vtique deuotione deuota est & voluntas, quæ autore gratiæ eodẽ proficit timore quo cœpit. Cum ergo hic timor etiã per quãdã vim magni terroris immittitur, nõ ibi ratio extinguitur, nec intellect⁹ auferẽ, sed illa potius quæ mentem premebat caligo discutitur, vt voluntas deprauata prius atq; captiua, recta efficiatur & libera. Vnde sicut animus nihil virtutis capit nisi radium veri acceperit luminis, ita gratia nihil ei quem vocat, cõfert, nisi oculos in eo aperuerit volũtatis. Quę in plerisq; (sicut superius disputatum est) ab ipso initio sui ardentissima citis & magnis ditatur augmentis: in plerisq; autem tarde cunctanterq; proficiens, vix ad ea B incrementa prouehitur, quæ idoneam ad perseuerandum Ioan.6. habeant firmitatem. Dicit quidem dominus: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eũ. Sed hoc ideo dictum est, vt illam fidem sine qua nemo ad Christum venit, ex patris haberi munere Mat.16. nouerimus, secundum illud quod Apostolo dicitur: Beat⁹ es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Qui in cordibus trahendorum hoc egit vt crederent, hoc effecit vt vellent. Non enim esset vnde traherẽtur, si sequaces fide & volũtate nõ essent: qm̃ qui nõ credunt, nec trahũtur omnino, nec veniunt, neq; accedũt qui dissentiũt, sed recedũt. Qui ergo veniunt, amore ducuntur. dilecti enim sunt, & dilexerunt: quæsiti sunt, & quæsierunt: & quod eos voluit deus velle, voluerunt: qui ad obediendum sibi ipsum velle sic donat, vt etiam a perseueraturis illã mutabilitatem quæ potest nolle, non auferat. Alioquin nemo vnquam fidelium recessisset a fide. Neminem concupiscentia vinceret, neminem tristitia elideret, neminem iracũdia debellaret, nullius charitas refrigesceret, nullius patientia frangeretur, & collatam sibi gratiam nemo negligeret. Sed quia hæc possunt fieri, & in consensum talium tentationum facilis nimium procliuis- C que descensio est, nunquam debet in auribus fidelium Mat.26. vox illa domini nõ sonare, qua Apostolis dicitur: Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Vbi si de vigilando tantum, non etiã de orando discipulos admoneret, solas liberi arbitrii vires videretur hortatus. Sed cum addidit, Et orate, satis docuit superni futurũ muneris, vt eos etiam vigilantes tentationis procella non Luc.22. vinceret. Tale est & illud qđ ait: Simon Simon, ecce satanas expostulauit vt vos cerneret velut triticum, ego autem rogaui pro te, ne deficiat fides tua: & tu tandem conuersus, confirma fratres tuos, & roga ne intretis in tentationem. Si ergo defectura erat fides tanti Apostoli nisi pro eo Christus oraret, inerat ei proculdubio mutabilitas, quæ posset in tentatione nutare, & non ita iã perseuerantiæ fuerat virtute solidatus, vt nullis periculis esset obnoxius. Siquidem tam grauis eum perturbatio etiam post ista concusserit, vt in Caiphæ domo vnius ancillæ interrogatione pauefactus, vsque ad trinam negationem Christi, cui moriturum se spopõderat, constantia deficiente perductus sit. Qui ergo tunc conturbatum cor Apostoli, non humanis, sed diuinis D conuenit occulis, & ad largos pœnitudinis fletus potẽti incitauit aspectu, potuit hanc firmitatem animi pręcipuo conferre discipulo, vt sicut ipsum dominum nihil ab explendæ passionis proposito deterrebat, ita nec beatum Petrum vlla tunc formido superaret. Sed hæc stabilitas illius tantummodo propria fuit, qui solus vere potenterque dicebat: Potestatem habeo ponerẽ ani- Ioan.10. mam meam, & potestatem habeo iterum sumere eã. In cæteris vero hominibus, donec caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & donec spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: incommutabilis animi formido non potest reperiri: quoniam non huius, sed alterius vitæ est vere perfecta & secura felicitas. In præsentis autem agonis incerto, vbi tota vita tentatio est, & ab insidianti superbia nec ipsa est tuta victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris sanctis suis donet virtutem perseuerandi vsque in finem diuina protectio, a nullis tamen aufert quod ipsis repugnat ex ipsis, vt in omnibus studiis eorum atque conatibus semper inter se velle & nolle decertet. Quam compugnãtiam idem beatissimus Petrus etiam in ipsa palmarum omnium consummatione perpessus est. Siquidem hoc ipse dominus protestetur & dicat: Amen amen dico tibi, quando iuuenis Ioan.21. eras, præcingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te præcinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit signi- E ficans qua morte glorificaturus esset deum. Quis ergo ambigat, quis ignoret hac fortissimam petram quę ab illa principali petra communionem & virtutis sumpsit & nominis, hoc desiderium semper habuisse, vt ei moriendi pro Christo constantia donaretur? Veruntamen ita ineuitabilis erat obluctatio trepidationis, vt vir martyrii auidissimus, adepturus quidem denũciaretur victoriam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igitur non solum ab incipiẽtibus, verum etiam a prouectissimis sanctis vniformiter domino supplicatur, & dicitur: Ne nos inducas in tentatio- Mat.6. nem, sed libera nos a malo. Vniuersis enim qui in fide & dilectione permanent, ab ipso donatur ne in tentatione superentur: vt qui gloriatur, in domino 1.Cor.1. glorietur: ipsamq; gloriam iisdem quibus eam impertit, asscribit: vt quãuis auxilio dei steterint, tamen quia in se habebant vnde caderent, ipsorum sit meritum quod steterunt. Igitur sicut qui crediderunt, iuuantur vt in fide maneant: sic & qui nondum crediderunt, iuuantur vt credant. Et quemadmodum illi in sua habent potestate vt exeant: ita & isti in sua habent po- F testate ne veniant. Fitque manifestum quod diuersis atque innumeris modis omnes homines vult deus saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Sed qui veniunt, dei auxilio diriguntur: qui non veniunt, sua pertinacia reluctantur. Quanuis autem multi amantes tenebras suas, splendorem non recipiant veritatis, & multi qui illuminati fuerant, tenebrescant: verbum tamen dei manet in æternũ, & de promissionis veritate nihil excidit. Intrat quotidie præscita & promissa gentium plenitudo, & in Abrahæ semine omnis gens, omnis tribus, omnis lingua benedicitur. Quod enim pater filio dedit, filius non amittit, neque quisquam potest de manu eius eripere quod accepit. Firmum fundamentum dei stat, & mansuri in æternum templi ædificatio non vacillat, prætenta super omnes veritate & misericordia dei: a quo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in iis quos promisit, efficitur. Ipse enim operatur omnia in omnib⁹. Sed omnia proculdubio iusta & bona. Vniuersę enim Psal.24. viæ domini, misericordia & veritas. Qui sicut præsciuit ante secula quanta totius mundi hominum multitudo, vel cõmunibus vsa donis, vel specialibus adiuta

G præſidiis,declinans tamen ab itinere veritatis & vitæ ingreſſura eſſet latitudinem erroris & mortis: ita ſemper præcognitum habuit quantus piorum numerus per opem gratiæ,& per ſeruitutẽ obedientiæ ad æternam beatitudinẽ pertineret: vt nullo excidente de plenitudine promiſſorum, qui nec proiectu erat fallẽdus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus quos eligit ex omnibus. Vniuerſitati quippe hominum,quod abunde probauimus, ita multiplex atq; ineffabilis bonitas dei conſuluit ſemper & cõſulit, vt neque vlli peremtũ excuſatio ſuppetat de abnegato ſibi lumine veritatis, neq; cuiq; fit liberũ de ſua iuſtitia gloriari,cum & illos propria nequitia demergat ad pœnã, & iſtos dei gratia perducat ad gloriam.

De recapitulatione in hoc ſecundo libro definitorũ & operis concluſione, quemadmodum videlicet deus omnes homines velit ſaluos fieri. Caput X.

NVOD itaq; in principio ſecundi huius voluminis inſinuauimus,hocnunc iterum cõmendamus, vt cum de gratię profunditate & altitudine diſputatur,tribus illis ſaluberH rimis & veraciſſimis definitionib⁹ innixi. Quarum vna profitetur æternum & proprium diuinæ eſſe bonitatis,vt omnes homines ſaluos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire. Alia ſimul prędicat omnẽ hominem qui ſaluus fit, quiq; in agnitionem veritatis venit,dei auxilio iuuari & regi, vtq; i fide quæ per dilectionẽ operatur permaneat, cuſtodiri. Tertia vero tẽperanter & ſobrie proteſtatur non õnem voluntatis dei comprehendi poſſe rationem, & multas diuinorũ operum cauſas ab humana intelligẽtia eſſe ſubductas: vt cum in temporibus, in nationibus, in familiis, in paruulis,in nondum natis & genitis quædam aut varie aut inſigniter geſta noſcuntur,non ambigimus ea ex illis eſſe quæ iuſtus & miſericors deus in hoc tranſituro ſeculo noluit ſciri. Quod quidem ad vtilitatẽ noſtram diſpoſitum ſentiendum eſt, vt quoniam ſalui facti ſumus,cui præparauit deus quod oculus non vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit,ſicut conI ſtanter credimus videndum quod nondum videmus, ita patienter expectemus intelligendum quod nõdum intelligimus. Si ergo ceſſet inſidioſa malignitas, ſi inſolens præſumptio conquieſcat: his recte, vt arbitror, pertractatis,nullius ſupereſt cauſa certaminis, neque vltra neceſſe eſt nos interminabilib⁹ quæſtionibus occupari. Elaboratum eſt enim,quantum dominus adiuuit, vt non ſolum in nouiſſimis diebus,ſed etiam in cũctis retro ſeculis probaretur gratiam dei omnibus hominibus affuiſſe, prouidẽtia quidem pari, & bonitate generali,ſed multimodo opere, diuerſaq; mẽſura: quoniam ſiue occulte ſiue manifeſte, ipſe eſt, vt apoſtolus ait,ſaluator omnium hominũ, maxime fidelium. Quæ ſentẽtia ſubtiliſſimæ breuitatis,& validiſſimi roboris, ſi tranquillo conſideretur intuitu, totam hanc de qua egimus controuerſiam dirimit. Dicendo enim,qui eſt ſaluator omnium hominum, confirmauit bonitatem dei ſuper vniuerſos homines eſſe generalem. Adiicien do autem,maxime fidelium,oſtẽdit eſſe partem generis humani, quæ merito fidei diuinitus inſpiratæ, ad ſummam atque æternam ſalutem ſpecialibus beneficiis prouehatur: quod vtique nulla iniquitate agitur iuſtiſſimi & miſericordiſſimi dei, cuius iudicium in his diſpenſationibus non cum arrogantia diſcutiendum, ſed cum tremore laudandum eſt: ſiquidẽ in ipſis quoque fidelium populis, quod iam ſuperius oſtẽſum eſt, non eadem omnibus nec paria conferantur,& ante vlla humanorum pondera meritorum,diſſimillima diuinorum menſura ſit munerum. Si enim de parentum carnalium iudiciis conqueri nõ audemus,cum aliquos filios ſuos ante vlla morum examina,ante aliqua pie- k tatis obſequia,indulgentiore amplectuntur affectu, in dominis quoque erga famulos libera eſt diſpoſitio,nec iuſte a quoquam reprehenditur qui de vnius conditionis familia quoſdam ſibi quos benignius honeſtaret, & quos liberius erudiret,elegit: nunquid de ſummi patris & veri domini beneuolentiſſima æquitate cauſandum eſt,quod is magna domo eius innumeris differẽtiis vniuerſa variantur? Cumq; nemo aliquid boni habeat quod non ille donauerit, non omnes tamẽ iiſdem virtutibus micant,aut eadem chariſmatum dote ditẽtur. Nec poſſumus hanc diuerſitatem graduum cauſis aptare meritorum,cum totius boni meriti principalis cauſa ſit gratia,de cuius opib⁹ ſumitur quicquid in ſingulis probabile reperitur. Sicut ergo de iis quę intra ec cleſiam multiformiter ſpiritusſanctus operatur, impiũ eſt vllam querelam corde concipere: ita etiã de illa prouidentia quæ infidelibus præſidet,nullatenus murmurandum eſt: quoniam & iuſtus & bonus arbiter nec voluntatis iniquæ eſt,nec diſcretionis incertæ, vt ſub immenſa omnipotẽtis dei miſericordia atque iuſtitia putemus quod quiſquam pereat qui perire non debeat. Nulla pars mundi ab Euangelio vacat Chriſti,& licet illa generalis vocatio non quieſcat,tamen etiã iſta ſpeL cialis iam vniuerſis eſt & facta cõmunis. Ex omni gente,ex omni conditione adoptãtur quotidie milia ſenũ, milia iuuenum,milia paruulorum, & effectib⁹ gratiæ Chriſtianæ etiam ipſa quibus mũdus atteritur, arma famulantur. Q̃ multos enim qui in tranquillitate pacis ſacramentum baptiſmatis ſuſcipere differebant, ad aquam regenerationis confugere inſtatis periculi metus impulit,& lentis tepidiſq; animis quod diu cohortatio quieta non ſuaſit, minax ſubito terror extorſit. Quidam eccleſiæ filii ab hoſtibus capti dominos ſuos Chriſti euangelio manciparunt: & quibus conditione bellica ſeruiebant,eiſdem fidei magiſterio præfuerunt. At alii Barbari dũ Romanis auxliãtur, qđ in ſuis locis noſſe non poterant,in noſtris didicere regionibus, & ad ſedes ſuas cum Chriſtianæ religionis inſtitutione remearunt. Ita nihil obſiſtere diuinæ gratiæ poteſt quo minus id quod voluerit, impleatur, dum etiã diſcordiæ ad vnitatem trahunt,& plagæ in remedia vertuntur,vt eccleſia vnde metuit periculum, inde ſumat augmentum. Ad quoſlibet igitur rerum humanarum exitus ſe noſtra conuertat inſpectio. nulla ſecula, nulla M negocia,nullos generationũ ortus atq; deceſſus ab ęternis & inſcrutabilibus iudiciis dei vacare reperiet. Omnes varietatum compugnantiæ, & vniuerſæ diſſimilium prouentuum cauſæ,quas inueſtigare & diſcernere non valemus,in illa æterna ſciẽtia ſimul notæ,ſimulque diuiſæ ſunt. Et nihil ibi inordinatum eſt etiã de necdum exiſtentium qualitatibus actionum: quoniam non eſt in deo accidens motus,aut noua voluntas,aut temporale cõſilium,nec cogitatio eius cum rerum mutabilium inæqualitate variatur, ſed cuncta pariter tempora & temporalia ſempiterno ac ſtabili comprehẽdit intuitu,& omnibus omnia iam retribuit, qui quæ ſunt futura,iã fecit. Hinc illud eſt beati Pauli Apoſtoli ſcribentis ad Epheſios: Benedictus deus & pater Ephe.i. domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpiritali in cæleſtib⁹ in Chriſto: ſicut elegit nos in ipſo ante mũdi cõſtitutionẽ, vt eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius in charitate. Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum,ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ,in laudem gloriæ gratiæ ſuæ. et cætera quæ ſub eiuſdem ſenſus prædicatione connectit, docens donum atque opus gratiæ in æterno ſemper dei manſiſſe conſilio, omnesque adoptionis filios, non ſolum in eo tempore quo iam exiſtentes vocati ſunt,ſed etiam priuſquam mundus conderetur, ele-

A ctos. In qua electione quicquid hominum in Chriſto præcognitum non eſt, nulla eidem ratione ſociabitur. Omnes enim qui in regnum dei de cuiuslibet temporis vocatione vẽturi ſunt, in iſta quæ ſecula cũcta præceſſit,adoptione ſignati ſunt. Et ſicut null⁹ infidelium in hac ſorte numeratus,ita nullus piorum ab hac ſorte diſcretus eſt. De plenitudine quippe membrorum corporis Chriſti,præſcientia dei,quæ falli nõ poteſt, nihil perdit, & nullo detrimento minui poteſt ſumma præcognita, atque in Chriſto ante ſecula æterna prędelecta,
2.Tim.6. ſicut ad Timotheum ſcribens Apoſtolus dicit: Collabora Euangelio ſecundum virtutem dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſancta,non ſecundum opera noſtra,ſed ſecundum ſuum propoſitum,& gratiam quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tempora æterna. Contra hanc inuictæ veritatis ſplendidiſſimã lucẽ ſolent quidam non ſobrie dicere,ſuperfluo ad acquirenda bonorum operum merita laborari, fruſtra etiã orationibus quibus deus exorandus ſperatur, inſiſti, ſi ex incommutabili propoſito eius Chriſtianæ gratię ſubſiſtit electio,nec aliter quicquam procedere poteſt q̃ omnipotentis voluntate diſpoſitum eſt. Sed qui ſe ingenioſe hoc arbitrantur opponere,non intelligunt ſciẽtiam dei,quæ & præterita & præſentia & futura comB plectitur,tempore non teneri, et tam in conſpectu eius aſtare ea quæ gerenda ſunt, q̃ illa quæ aut geruntur, aut geſta ſunt. Quod cum veriſſimum ſit, non indiget mora cernendi & diſcernẽdi illa virtus quæ perpetuo veroq; cõtuitu creata & creãda,orta & oritura,acta & agenda ſimul aſpicit: & quicquid in vniuerſitate rerum per ſecula præfinita euoluitur,ac multimodis varietatibus explicatur, id totum in eo iam ordine comprehendit,quem ex ipſius ſummo illo perfectoque iudicio mundi huius finis accipiet. Hæc autem æterna & ſemper tranquilla cognitio nulla nos vrget neceſſitate peccandi: nec inde manat iniquitas, vnde iuſtitia: quia cum bonus deus omnia bona fecerit, & mali nulla ſit omnino natura,a liberis voluntatibus, quas vtique bonum ſunt liberas fieri, ſpontanea eſt orta tranſgreſſio,& natura mutabilis, cuius incolumitas ab incommutabili pẽdebat eſſentia, a ſummo ſe bono dum proprio peruerſe delectatur abrupit,cui nunc ruinæ metur gratia dei. Et propterea Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum,vt ſoluat opera diaboli, quæ vtique ſic ſoluuntur,vt in deſtructione eorum, etiam ab iis quibus ſuccurritur, laboretur, quoniam & hoc a ſaluante
Roma.5. donatur. Ideo beatus Apoſtolus: Non ſolum autem
C inquit,ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes qđ tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem,probatio autem ſpem, ſpes autem non confundit, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Item-
Ephe.2. que idem ad Epheſios: Gratia,inquit, ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, dei enim donum eſt, non ex operibus,ne quis glorietur. Ipſius enĩ ſumus figmẽtum,creati in Chriſto in operibus bonis, quæ præparauit deus vt in illis ambulemus. Deus ergo iis quos eligit ſine meritis,dat vnde ornentur & meritis. Et fruſtra dicitur quod ratio operandi non ſit in electis, cum etiam ad hoc operentur vt electi ſint. Virtutum quippe munera ociоſa eſſe non poſſunt, quoniam ſicut ve-
Mat.25. ritas ait: Omni habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet auferetur ab eo. Non igitur ad hoc datur continentia, vt concupiſcentiis non repugnet, nec ideo cuiquam tribuitur ſapientia & intellectus, vt non die ac nocte in domini lege meditetur. Quid agit donum dilectionis,ſi beneuolentiæ ſolicitudo non vigilat? Quis fructus eſt patientiæ,ſi non habet fortitudo quod toleret? Aut quomodo in Chriſto pie viuere oſtenditur, qui nulla perſecutione pulſatur? Vel pax quæ eſt a deo & cũ deo, nunquid bene quieta eſt ſi non diſcordat a mundo? Aut amor dei poterit ſine diaboli D inimicitiis obtineri? Neminem prorſus dei gratia intentabilem facit,neq; ob hoc cæleſtium armorum præſidio a dextris & ſiniſtris inſtruitur Chriſtiana militia, vt nullo cum hoſte confligat, cum laudabilius ſit atque felicius pugnantem non potuiſſe vinci, q̃ deſidẽ nõ potuiſſe tentari. Orationũ vero ſolicitudinem diuinæ electionis propoſito nõ reſolui,vno teſtimonio euidenter probabo, vt cætera ſtudio breuitatis omittam. In libro igitur Tobiæ ad filium eius Tobiam Ra- Tobiæ.6. phael angelus dicit: Memor eſto mandatorum patris tui,quoniam præcepit tibi accipere debere vxorem de genere patris tui. Et nunc audi me frater,noli cõputare dæmonium illud,ſed poſtula eam. Et ſcito quoniã dabitur tibi hac nocte vxor: & cum intraueris in cubiculum, tolle de iecore piſcis illius, & impone ſuper carbones,& odor manabit, & odorabitur illud dæmoniũ & fugiet,& non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cœperis velle eſſe cum illa, ſurgite primum ambo,& deprecamini dominũ cæli,vt detur vobis miſericordia & ſanitas. Et nolite timere. tibi enim deſtinata eſt ante ſecula, & tu eam ſanabis. Quamuis ergo quod ſtatuit deus, nulla poſſit ratione non fieri, ſtudia tamen non tolluntur orandi: nec per electionis propoſitum,liberi arbitrii deuotio relaxatur: cum impleндæ voluntatis dei ita ſit prædinatus effectus, vt per laborem operum,per inſtantiam ſupplicationum, E per exercitia virtutũ, fiant incrementa meritorum: et qui bona geſſerint, nõ ſolum ſecundum propoſitũ dei, ſed etiã ſecũdum ſua merita coronentur. Ob hoc enim in remotiſſimo ab humana cognitione ſecreto,preſinitio hui⁹ electionis abſcõdita eſt, & de nullo ante ipſius finem pronunciari poteſt, quod in electorum gloria ſit futurus, vt perſeuerantem humilitatem vtilis metus ſeruet,& qui ſtat, videat ne cadat: et ſi forte aliqua victus tentatione corruerit,non abſorbeatur triſtitia, nec de eius miſeratione diffidat,qui alleuat oẽs qui ruunt, & erigit omnes eliſos. Dum enim in hoc corpore viuitur,nullius eſt negligenda correctio, nullius eſt deſperãda reparatio. Oret itaq; ſancta eccleſia, & pro iis qui crediderunt gratias agens, proficientem eis perſeuerãtiã petat. Pro iis autem qui extra fidem ſunt,poſcat vt credãt. Nec ideo ab obſecrationibus ceſſet,ſi pro aliquibus exaudita non fuerit. Deus enĩ qui omnes vult ad agnitionem veritatis venire,non poteſt quenquam ſine iuſtitia refutare.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE FIDE. F

Expoſitio fidei noſtræ. Caput I.
De vno deo. Caput II.
Expoſitio dogmatis Arriani. Caput III.
Non eſſe diſſimilem patri filium dei. Caput IIII.
De ſempiterno dei filio. Caput V.
Non eſſe creaturam dei filium. Caput VI.
Quod facturam vel creaturam dei filium dicant Arriani. Caput VII.
Definitio patrum de fide. Caput VIII.

AMBROSIO RELIGIOSO SACERDOTI OMNIPOTENTIS DEI GRATIANVS AVGVSTVS.

G CVPIO valde quem recordor absentem, vt
cum quo mēte sum, cum eo etiam corpore
sim pręsenti. Festina igitur ad me religio-
se dei sacerdos, vt doceas doctrinam veram
credentem, non quo contentioni studeam, aut velim
deum verbis magis q̃ mente complecti, sed vt magis
aperto pectori reuelatio diuinitatis īsidat. Docebit enī
me ille quem non nego, quem fateor deum ac dominū
esse meum, non ei obiiciens quam in me video creatu-
ram, quia Christo nihil me addere posse confiteor: vel-
le tamen vt etiam patri me commendem filium præ-
dicando. Non ego in deo verebor inuidiam, non me ta
lem laudatorem putabo, qui diuinitatē verbis augeā.
Ego infirmus & fragilis quantum possum prædico,
non quantum est ipsa diuinitas. Rogo te vt mihi des
ipsum tractatum quem dederas, augendo illic de spiri-
tu sancto fidelem disputationem, scripturis atque argu
mentis deum esse cōuince. Diuinitas te seruet per mul
tos annos, parens, & cultor dei æterni, quem colimus
Iesum Christum.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER PRIMVS.

H

PROLOGVS.

3.Reg.10 REGINA austri venit audi-
re sapientiam Salomonis, vt
in libro regnorum legimus.
Hirā quoq; rex ad Salomo-
nem misit vt cognosceret eū.
Tu quoq; sancte Imperator
Gratiane, veteris imitator hi
storiæ, fidem meā audire vo
luisti. Sed non ego Salomon
cuius mireris sapientiā, neq;
tu vnius gentis, sed totius orbis Augustus, fidem li-
bello exprimi censuisti, nō vt disceres, sed vt probares.
Quid enim discas Imperator Auguste, cum ab ipsis
Esa.1. cunabulis pio fuisti semper affectu? Priusquam te, in-
quit, formarem in vtero matris tuæ, noui te: & priusq̃
exires de vulua, sanctificaui te. Sanctificatio ergo nō tra
I ditur, sed infunditur: & ideo diuina dona custodi. Qđ
enim nemo te docuit, vtiq; deus autor infudit. Petis a
me fidei libellum, sancte Imperator, profecturꝰ ad prę-
lium. Nosti enim fide magis Imperatoris q̃ virtute
militum quæri solere victoriam. Nam & Abraham
Gene.14. trecentos decem & octo duxit ad bellum, & ex inimi-
cis trophæa hostibus reportauit, signoque dominicæ
crucis & nominis, quinq; regum victriciumq; turma-
rum subacto robore & vltus est proximum, & filium
Iosue.6. meruit & triumphum. Iesus quoq; filius Naue, hostes
quos totius exercitus manu valida superare non poterat,
septem tubarū sacerdotaliū sono vicit, vbi ducem mi-
litiæ cælestis agnouit. Ergo & tu vincere paras qui
Christum adoras, vincere paras qui fidē vendicas, cu-
ius a me libellum petisti. Mallem quidem cohortandi
ad fidem subire officium, q̃ de fide disceptandi. In alte-
ro enim religiosa confessio est, in altero incauta præ-
sumptio. Sed quoniam neq; tu cohortatione indiges,
neq; ego excusandi liber, vbi pietatis officiū est, audax
negocium verecunda occasione suscipiam, vt de fide
pauca disceptem, de testimoniis plura contexam. De
conciliis id potissimum sequar, quod trecenti decem &
octo sacerdotes, tanquam Abrahæ electi iudicio, con-
sona fidei virtute victores, velut trophæum toto orbe
subactis perfidis extulerunt, vt mihi videatur hoc esse K
diuinum, quod eodem numero in consiliis fidei habe-
mus oraculum, quo in historia pietatis exemplum.

Expositio fidei nostræ. Caput I.

ASSERTIO autem nostræ fidei hęc est, vt
vnum deum esse dicamus. Neq; vt gentes
filium separemus. Neq; vt Iudæi natum ex
patre ante tēpora, & ex virgine postea edi-
tum denegemus. Neq; vt Sabellius patrem confunda
mus & verbum, vt eundem patrem asseramus & filiū.
Neq; vt Fotinus initium filii ex virgine disputemus.
Neq; vt Arrius plures credendo & dissimiles potesta-
tes, plures deos gentili errore faciamus, quia scriptum
est: Audi Israel, dn̄s deus tuus deus vnꝰ est. Deus enī Deut.6.
& dominus nomen magnificentiæ, nomen est potesta
tis: sicut ipse dicit: Dominus nomen mihi est. Et sicut Esa.42.
alibi propheta asserit: Dominus omnipotens nomen Exod.15.
est ei. Dominus ergo & deus, vel quod dominetur o-
mnibus, vel quod spectet omnia, & timeatur a cunctis.
Si ergo vnus deus: vnum nomē, vna potestas, vna est
trinitas. Denique ipse dicit: Ite baptizate gentes in no- Mat.28.
mine patris & filii & spiritus sancti. In nomine vtique,
non in nominibus. Ipse etiam dicit: Ego & pater vnū Ioan.10.
sumus. Vnū dixit, ne fiat discretio potestatis. Sumus L
addidit, vt patrem filiūq; cognoscas, quo perfectus pa-
ter perfectum filium genuisse credatur, & pater & filiꝰ
vnum sint, non confusione, sed vnitate naturæ.

De deo vno. Caput II.

VNVM ergo deum, non duos aut tres deos
dicimus, vt impia Arrianorum hæresis dū
criminatur īcurrit. Tres enim deos dicit qui
diuinitatem separat trinitatis, cum dominꝰ
dicendo, Ite baptizate gentes in nomine patris & filii
& spūs sancti, vnius esse trinitatē potestatis ostenderit.
Nos patrem & filiū & spiritū sanctum confitemur, ita
vt in trinitate pfecta & plenitudo sit diuinitatis, & vni-
tas potestatis. Omne regnum in seipso diuisum facile Mat.12.
destruetur. Dominus hoc dicit. Non ergo diuisum est
regnum trinitatis. Si diuisum non est, vnum est. quod
autem vnum non est, diuisum est. Tale ergo regnum M
esse cupiūt trinitatis, quod diuisione sui facile destrua-
tur. Immo quia non potest destrui, constat non esse di-
uisum. Nō enim diuiditur vnitas nec scinditur, & ideo
nec corruptelæ subditur nec ætati. Non quicunque, in- Mat.7.
quit, qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū
celorū. Nō ergo perfunctoria fides debet esse, Impator
Auguste. Scriptum est enim: Zelus domus tuę come- Psal.68.
dit me. Itaque fideli spiritu & mente deuota Iesum do-
minum inuocemus, deum esse credamus, vt in nomi-
ne eius quicquid a patre petimus impetremus. Pater
enim se per filium vult rogari. Filius vult rogari patrē.
Concordat pietatis gratia, nec virtutis facta discordāt.
Quæcunque enim pater facit, eadem & filius facit si- Ioan.8.
militer. Et similiter facit, & eadem facit filius: sed vult
rogari patrem in eo quod ipse facturus est, vt non im-
possibilitatis indicium, sed vnitatem potestatis agno-
scas. Iure igitur adorandus atque venerandus est dei fi
lius, qui mundum diuinitate sua condidit, & nostrum
pietate sua informauit affectum. Et ideo bonum deū,
sempiternum, perfectum, omnipotentem, verum debe
mus credere, vt in lege accepimus & prophetis, scriptu
risq; diuinis cæteris, quia sine his deus non est. Nō po-
test enim bonus nō esse qui deus est, cum in natura dei
plenitudo bonitatis sit. Neq; ex tēpore deus potest es-
se, qui fecit tempora, neq; potest imperfectus deus esse.
Qui enim minor est, imperfectus vtiq; est, cui desit ali-
quid quo maiorem possit æquare. Hæc igitur fidei no-

A stræ prædicatio. Deus malus non est, deo impossibile
nihil est, deus temporalis non est, deus minor non est.
Si fallor, redarguant. Quia igitur deus Christus, &
bonus vtique & omnipotens & sempiternus & perfe-
ctus & verus est. Hæc enim in natura diuinitatis sunt.
Aut igitur negēt naturam diuinitatis in Christo, aut
quæ diuinæ naturæ sunt, deo negare nō possunt. Cer-
te ne quis possit errare, sequatur ea quibꝰ scriptura san-
cta vt intelligere possimus filium significat. Verbum
dicitur, filius dicitur, dei virtus dicitur, dicitur dei sapiē
tia. Verbum, quia immaculatus, virtus quia perfectꝰ,
filius quia genitus ex patre, sapientia quia vnum cum
patre, vnum æternitate, vnum diuinitate. Non enim
pater ipse qui filius, sed inter patrem & filium genera-
tionis expressa distinctio est, vt ex deo deus, ex manēte
manēs, plenus e pleno sit. Nō sunt igitur hæc nuda no
mina, sed operatricis virtutis indicia. Est enī plenitu-
do diuinitatis ī pr̄e, est plenitudo diuinitatis ī filio, sed
nō discrepās, sed vna diuinitas. Nec cōfusū qđ vnū est,
nec multiplex qđ indifferēs. Etenī si omniū credētiū, si-
Actu.4. cut scriptū est, erat aīa vna, & cor vnū, Si omnis q ad-
1.Cor.6. hæret domino, vnus spiritus est, vt apostolus dixit, Si
vir & vxor in carne vna sunt, Si omnes homines, quā-
tum ad naturam pertinet, vnius substantiæ sumus: Si
B hoc de humanis scriptura dicit, quia multi vnum sunt,
quorum nulla potest esse cum diuinis cōparatio: quan-
to magis pater & filius in diuinitate vnū sunt, vbi nec
substantiæ nec voluntatis vlla est differentia. Nanque
aliter quomodo vnum deum dicimus? Diuersitas plu-
res facit, vnitas potestatis excludit numeri quantitatē,
quia vnitas numerus non est, sed hæc omniū ipsa prin
cipium est. Quantam vero scriptura diuina patris &
filii secundum diuinitatem expresserit vnitatem, pro-
phetica testantur oracula. Sic enim dicit dominus sa-
Esa.45. baoth: Labor Egypti, & mercatus Ethiopum & Sa-
bain, viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, &
post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt te, &
in te deprecabunt, qm̄ in te est deus, & nō est deꝰ pręter
te. Tu enī es deꝰ, & nesciebamꝰ, deus Israel. Audis p-
pheticā vocē. In te, inqt, est deus, & nō est deꝰ pręter te.
Quō hoc secūdū Arrianos cōuenit? Necesse est negēt
aut patris aut filii diuinitatem, nisi eiusdē diuinitatis
crediderint vnitatem. In te, inquit, est deus, quoniam
Ioan.5. in filio pater. Scriptum est enim: Pater qui in me ma-
net, ipse loquitur: & opera quæ ego facio, & ipse facit.
Ioan.14. Sed & alibi in patre filius est, quia dicit: Ego ī patre, &
C pater in me est. Dissoluant si possunt hanc naturæ pro-
prietatem, & operis vnitatem. Deus igitur in deo est,
sed non duo dii. Scriptum est enim quia vnus deus, &
dominus in domino, sed non duo domini, quia æque
scriptum est: Nolite duobꝰ dominis seruire. Et lex di-
Deut.6. cit: Audi Israel, dominus deus tuus, deus vnus est. Et
Geñ.19. vtiq; in eodem est testamento: Pluit dominus a domi-
no. Dominus, inquit, a domino pluit. Sic & in Genesi
Gene.1. habes: Et dixit dominus, & fecit deus. Et infra: Et fecit
deus hominem ad imaginem dei. sed tamen non duo
dii, sed vnus deus fecit. Vtrobiq; igitur vnitas opera-
tionis seruatur & nominis. Nam vtiq; cum legimus,
deus ex deo, non duos deos dicimus. Deniq; habes in
psal.xliiii.q; & deum patrem dicit propheta, & deum fi
lium declarauit dicēs: Sedes tua deus in seculum secu-
li. Et infra: Vnxit te deus deus tuꝰ oleo letitiæ præ cō
sortibus tuis. Deus est qui vngit, & deus qui secūdum
carnem vngitur dei filius. Deniq; quos habet vnctionis
suæ Christus nisi in carne cōsortes? Vides igitur quia
deus a deo vnctus, sed in assumptione naturæ vnctus
humanæ dei filius designatur, nec legis forma viola-
tur. Et hic ergo cū dicitur: Pluit dn̄s a domino, vnita-
tem diuinitatis agnosce. Operationis enim vnitas nō
facit pluralem diuinitatē, sicut ipse dn̄s ostendit dicens:
Ioan.10. Credite mihi quia ego in patre, & pater in me, alio-
quin vel propter opera ipsa credite. Et hic aduertimus D
quod vnitatem diuinitatis, per vnitatem operum desi-
gnauerit. Vt autem vna deitas & patris & filii, & vna
dn̄atio probaretur, ne gentilis aut Iudaicæ impietatis
incurreremus errorē prouidens apostolꝰ, quid sequi de-
beremus ostēdit dicēs: Vnus deus pater, ex quo oīa, & 1.Cor.8.
nos in ipso, & vnus dn̄s Iesus Christus, per quē oīa, &
nos per ip̄m. Sicut enī vnū dicēdo dn̄m Iesum Christū,
patrem dn̄m non negauit: ita vnum dicēdo deum pa-
trē, æque a deitatis veritate nec filium separauit. Vn̄
nec pluralitatem diuinitatis, sed vnitatē potēstatis ostē
dit: quia & in dn̄atione diuinitas, & in diuinitate do-
minatus est: sicut scriptum est: Scitote quoniā dn̄s ipse Psal.99.
est deus, ipse fecit nos, & nō ipsi nos. In te igitur est deꝰ
per vnitatē naturæ, & nō est deus præter te, per ꝓprie-
tatē substātię, repulsam differentiæ. Et in Hieremiæ
quoq; libro vnum deum scriptura dicit, & tamen & pa-
trē & filium cōfitetur. Itaq; sic habes: Hic est deus no- Baruc.3.
ster, & nō æstimabitur aliꝰ ad eū, qui adinuenit omnē
viam disciplinę, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel
dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hoībus
cōuersatus est. De filio dicit: Ipse enim est cum hoībus
cōuersatus. Et dicit: Hic est deus noster, nō æstimabit
alius ad eū. Quid discutimus eū de quo tātꝰ dicit ꝓphe E
ta? Sanctus spiritus dicit q; ad eum nō possit alius æsti
mari. Quę enī potest esse alia æstimatio, vbi diuinita-
tis vnitas est? Cōfitebatur hoc populus in periculis cō-
stitutus. Nesciebat quærere quæstionē, quia religionē
timebat. Adesto sancte spiritus prophetis tuis quibus
inesse cōstituisti, quibus credimus. Si prophetis nō cre-
dimus, sapiētibus credo huius mūdi? Sed vbi sapiens, Esa.33.
vbi scriba? Rusticus noster cum ficus insereret, inuenit
quod philosophus ignorauit. Quæ stulta sunt enī huiꝰ 1.Cor.1.
mundi elegit deus, vt cōfundat quæ sunt fortia. Credi-
mus Iudæis, quia notus aliqn̄ in Iudæa deus. sed hoc
ipsum negāt ꝓpter qđ credimus, quia nō nouerunt pa-
trē, qui filium negauerūt. Vnū deum cōmunis natura
testatur, quia vnus est mūdus. Vnū deum fides signi-
ficat, quia vna fides noui & veteris testamenti. Vnum
spiritū sanctum testificatur gratia, quia vnū baptisma
in noīe trinitatis est. Vnum deum ꝓphetæ dicūt, apo-
stoli audiunt. Vnū deum magi crediderunt, & aurum
thus & myrrhā supplices ad Christi cunabula detule-
rūt, Auro regē fatētes, vt deum thure venerātes. The
saurus enim regni, sacrificium dei. myrrha est sepultu-
ræ. Quid igitur voluerunt sibi mystica munera inter
abiecta præsepia, nisi vt intelligeremus in Christo diffe
rentiā diuinitatis & carnis? Vt homo cernitur, vt dn̄s F
adoratur, latet in pannis, sed fulget in stellis. Cunæ na-
scentē indicāt, & stellæ dominantē. Caro est quę inuol-
uitur, diuinitas cui ab angelis ministratur. Ita nec di-
gnitas naturalis maiestatis amittitur, & assumptæ car
nis veritas cōprobatur. Hæc est fides nostra. Sic se deꝰ
cognosci voluit ab hoībus, sic tres pueri crediderūt, nec
incendia circūiecta senserunt, cum infidos noxiꝰ ignis
exureret, & fideles innoxia flāma roraret, quibus alio-
rum incēdia refrigerabāt, quia merito fidei perdiderat
suam pœna naturā. Aderat enim in specie angeli qui
monebat, vt in numero trinitatis, vnius esset laudatio
potestatis. Benedicebatur deus, videbatur ī angelo dei
filius, sancta & spiritalis in pueris gratia loquebatur.

Expositio dogmatis Arriani. Caput III.

NVNC cōsideremus quas Arriani dei filio
inferant quæstiones. Dissimilem patri di-
cunt esse dei filium. Hoc si homini obiicia-
tur, iniuria est. Ex tempore cœpisse dicunt
dei filium, cum conditor ipse sit temporum. Hoīes su-
mus, & esse nolumus tēporales. Ex tēpore cœpimus,
& sine tēpore futuros esse nos credimꝰ, & fieri nos opta

G mus ęternos. Et quō negare possumus dei filiū sempiternum, quem sempiternum docet atq; demōstrat natura nō gratia? Creatum dicūt. Quis autorē inter opera sua deputet, vt videatur id esse qd fecit? Bonum negāt. Sacrilega vox ipsa se dānat, vt indulgentiā sperare non possit. Negāt verum dei filiū, negāt omnipotentē, cum fateātur oīa facta per filium, omnia creata per dei esse virtutē. Quid est enim virtus, nisi perfecta natura? Negant etiā diuinitate vnum esse cū patre. Deleāt ergo euangelium, deleant Christi vocē. Ipse enim dixit: Ego & pater vnum sumus. Nō ego hoc dico, Christus dixit. Nūquid fallax, vt mentiretē? Nūquid impius, vt qd nō erat vsurparet? Sed singula suis locis plenius digerentur. Nunc quoniā hęreticus dicit esse dissimilem, idq; versutis disputationibus astruere nititur, dicendū est nobis quod scriptū est: Cauete ne quis vos deprędetur per philosophiā, & inanem seductionē secūdum traditionem hominum, & secūdum elemēta huius mūdi, & nō secundum Christum, quia in ipso habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Omnē enī vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt, quæ philosophorum sententia definitur nō astruēdi vim habere, sed studium destruendi. Sed nō in dialectica cō placuit deo saluum facere populū suum. Regnū enī dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

Ioan. 10.
Col. 2.
1. Cori. 4.

H Non esse dissimilē patri filium dei. Caput IIII:

DISSIMILEM igitur dicunt esse. Nos negamus, immo poti⁹ horremus hāc vocē. Sed nolo argumēto credas sancte Imperator, & nostræ disputationi, scripturas interrogemus, interrogem⁹ aplos, interrogem⁹ pphetas, interrogemus Christū. Quid multa? patrē interrogem⁹ cuius honori studere se dicunt, si filius degener iudicet. Sed nō est honorificētia boni patris, filii iniuria. Non potest bono patri placere si filiꝰ degenerasse potius a patre, q̄ patrē æquasse credatur. Da veniam sancte Imperator, si ad ipsos pauliſp verba cōuerto. Sed quē potissimum legā, Eudoxium Eunomiumve, an Arrium vel Ętium eius magistros? Plura enim noīa, sed vna perfidia, impietate nō dissonans, cōmunione discordās, nō dissimilis fraude, sed cogitatione discreta. Cur enim secum nolint cōuenire, non intelligo. Eunomii personā diffugiūt Arriani, sed eius perfidiā asserunt, impietatē exequūtur. Aiunt eum prodidisse effusius quæ Arriꝰ scripserat. Magna cæcitatis effusio. Autorē probant, executorē refutant. Itaq; nunc in plures sese diuisere formas. Alii Eudoxium, alii Eunomiū vel Ętium, alii Palladium vel Demophilum atq; Auxentiū, vel perfidiæ eius hereses sequuntur, alii ditersos. Numquid dissus est Christus? Sed qui eū a patre diuidunt, ipsi se scindunt: & ideo quoniā cōmuniter aduersus ecclesiam dei quibus inter seipsos nō conuenit, cōspirarunt, cōmuni noīe hæreticos quibus respōdendum est nominabo. Heresis enim, velut quędā Hydra fabularum, vulneribus suis creuit. Et dum sæpe reciditur, pullulauit, igni debita, incendioq; peritura. Aut velut quædam monstruosi Scylla portenti in varias formas distincta perfidiæ, velut superne vacuū Christianæ sectæ nomen obtēdit. Sed quos in illo impietatis suæ freto miseros inter naufragia fidei repererit fluctuātes, beluinis succinsta prodigiis tetri dogmatis sæuo dente dilacerat. Cuius spelunca sancte imperator, vt ferūt nautæ, cæcis latebris inhorrētē, omnēq; eius vicinia ceruleis canib⁹ inter pfidiæ saxa resonantē, dausa quodāmodo prēterire aure debemus. Scriptū est enim. Sepi aures tuas spinis. Et alibi: Videte canes, videte malos operarios. Et iterū: Hæreticum post primā correptionē deuita, sciēs quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cū sit proprio iudicio dānatus. Itaq; tanq̄ boni gubernatores quo tutius prętermeare possimus, fidei vela tēdamus,

1. Cori. 1.
Eccls. 28.
Phil. 3.
Ad tit. 3.

k scripturarūq; relegamus ordinē. Apostolus dicit imaginē patris Christū esse. ait enī q̄ ipse sit imago dei inuisibilis, primogenit⁹ vniuersæ creaturæ. Primogenitus, inquit, nō primo creatus, vt & genitus pro natura, & prim⁹ pro ppetuitate credatur. Alibi quoq; Apostolus asseruit q̄ ipsum posuit hæredē omniū, per quē fecit & secula, qui est splendor gloriæ, & character substātiæ eius. Imaginē Apostolus dicit, & Arrius dicit esse dissimilē. Cur imago, si similitudinem non habet? In picturis hoies nolunt esse dissimiles, & Arrius dissimilē patrē cōtendit in filio, & vult vt pater dissimilē genuerit sui, quasi impotēs qui generare similē non potuerit. Prophetæ dicunt: In lumine tuo videbimus lumē. Prophetæ dicūt: Splendor est enim lucis æternæ, & speculū sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Vide quāta dicātur. Splendor, q̄ claritas paternæ lucis in filio sit. Speculum sine macula, qđ pater videatur in filio. Imago bonitatis, qđ nō corpus in corpore, sed virtus in filio tota cernatur. Imago docet nō esse dissimilē, character expressum esse significat, splēdor signat æternū. Imago itaq; nō vultus est corporalis, nō fucis cōpositā, nō cæris, sed simplex de deo, egressa de patre, expressa de fonte. Per hāc imaginē Philippo patrē dūs demōstrauit dicēs: Philippe, q̄ me videt, videt & patrē. Et qūo tu dicis, ostēde nobis patrē? Nō credis quia ego in patre, & pater in me est? Videt enim i imagine patrē, qui videt in filio. Vides quā imaginē dicat. Imago ista veritas est, imago ista iustitia est, imago ista dei virtus est, nō muta, quia verbum est: nō insensibilis, quia sapiētia est: nō inanis, quia virtus est: nō vacua, quia vita est: nō mortua, qa resurrectio est. Vides ergo quia dum imago dicitur, patrē significat esse cuiꝰ imago sit filius, quia nemo pōt ipse sibi imago sua esse. Plura possim de filio testimonia dicere, sed ne forte ipse sibi nimiū fauisse dicatur, patrē interrogemus. Nempe ipse dixit: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostrā. Pater filio dicit: Ad similitudinem nostrā: & tu dissimilem filium dei dicis? Ioānes dicit: Dilecti filii dei sumus, & nōdum apparet quid erimus. Scimus quia si reuelatū fuerit, similes ei erimus. O impro uida amētia. O impudens peruicacia, hoies sumus, & in quo possumus, ad similitudinē dei erimus, & similē audemus dei filium denegare? Ergo pater dicit: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. In principio ipsius mundi patrē & filium esse audio, & vnum opus cerno. Audio loquentē, agnosco faciētem, sed & patris & filii vnam imaginem, vnam similitudinem lego. Similitudo hęc nō diuersitatis, sed vnitatis est. Qđ igitur tibi vsurpas, filio dei derogas, cū vtiq; nisi p ūnaginem dei, ad imaginem dei esse non possis.

Coloſ. 1.
Heb. 1.
Pſal. 35.
Sapien. 7.
Ioan. 14.
L
Geñ. 1.
1. Ioan. 3.
M

De sempiterno dei filio. Caput V.

CLARET igitur non esse dissimilē, & ideo procliuior via est vt etiā sempiternum esse fateamur, cū similis sempiterno vtiq; sempiternus sit. Si autē patrē sempiternum dicimus, & hoc idē filium denegamus, dicimus esse dissimilē. Sēpiterno enim tēporale dissimile est. Clamat ppheta sempiternū, clamat & apostolus sempiternum. Plenū est vetus testamētū testimoniis filii sempiterni, plenū est nouū. Ordinē ergo teneamus. Scriptū est i veteri testamēto, vt vel vnū e pluribus dicā: Ante me nō fuit alius deus, & post me nō erit. Nihil ergo argumentabor, teipsum interrogo. Quis hoc dicit, pater, an filiꝰ? Vtrū dixeris, eo te cōuinci intelliges, vel si credas, doceri. Quis ergo hoc dicit, pater, an filiꝰ? Si filius, ante me inquit, nō fuit alius deus: si pater, post me, inquit, nō erit. hic priorē, ille posteriorē nō habet. inuicē i se, & pater in filio, & filius in patre cognoscit. Cū enim patrē dixeris,

DE FIDE. LIBER I. 78

A eius etiam filium designasti, quia nemo ipse sibi pater est. Cū filium nominas, etiam patrē eius fateris, quia nemo ipse sibi filius est. Itaq; nec filius sine patre, nec pater potest esse sine filio. Sēper igitur pater, semp & filiꝰ.

Ioan. 1.

In principio enī erat verbū, & verbū erat apud deum, & deus erat verbū. hoc erat i principio apud deū. Erat, inquit, apud deū. Erat, erat, erat, erat. ecce quater erat. Vbi impius inuenit q̄ nō erat? Alibi quoq; Ioānes in epistola sua dicit qđ erat in principio. indefinite tendit erat. Quicquid excogitaueris, erat filius. Oēs autē hæreses hoc capitulo breui piscator noster exclusit. Quod enī erat in principio, nō includitur tēpore, nō principio præuenit. Ergo Arrius cōticescat. Q̄ autē erat apud deum, nō cōmixtione cōfunditur, sed manētis verbi apud patrē solida pfectione distinguitur, vt Sabelli? obmutescat. Et deus erat verbum. Nō ergo in prolatione sermonis hoc verbū est, sed in illa cælestis designatione virtutis, vt confitetur Fotinus. Q̄d vero erat in principio apud deū, sempiternæ diuinitatis in patre & filio inseparabilis vnitas edocetur, vt erubescat Eudoxius, & Eunomius. Postremo cū oīa per ipsum facta dicantur, ipse cōditor noui vtiq; testamēti & veteris designatur, vt Manichæus locū tētationis habere nō possit. Ita piscator bonus intra vnū oēs rete cōclusit, vt faceret inhabiles fraudi, quāuis essent inutiles captioni. Dicmihi hęretice, dat enim venia clemētissimus Imperator, vt te nō obloquendi studio, nec audiēdi cupiditate, sed exponēdi gratia pauliſp alloquar, Dic mihi inquā, Fuit ne aliqn tēpus quo oīpotēs deus pater nō erat, & de? erat? Tēpus inquis nō astruo. Bñ & argute. Si enim tēp⁹ dixeris, teipsum cōuinces, quia necesse est asseras fuisse tēpus ante filium, cū filiꝰ tēporis autor sit & creator. Nō pōt enim post opus suū ipse cœpisse. Necesse est igitur autorē operis sui esse fatearis. Ante tēpora, inquis, nō nego filiū. Sed cū filium dico, ostēdo priorē patrē, quia pater, ings, filio prior est. Quid est hoc? Negas esse tēpus ante filium, & tamē nescio quid ante filiū vis præcessisse quod temporis sit, & ostēdis media nescio quæ molimina fuisse generandi, in quo generationē patris significas tēporalē. Nā si pater esse cœpit, deus ergo primo erat, postea pater factus est. Q̄ūo ergo immutabilis deus? Si enim ante deus, postea pater: vtiq; generationis accessione mutatus est. Sed auertat deus hanc amētiā. Nos enim ad impietatē eorum redarguendā, hāc retulimus quæstionē, quia pia mens generationē sine tēpore asserit, vt & sempiternū patrē cum filio dicat, nec aliquando asserat esse mutatum. Iungat igitur honorificētia patri filium quē diuinitas iunxit: nō sepa ret impietas, quē generationis proprietas copulauit. Honorificemus filium, vt honorificem⁹ & patrē, sicut in Euāgelio scriptū est. Sēpiternitas filii, paternæ maiestatis insigne est. Si iste non semper fuit, ergo ille mutatus est. sed si semper fuit filius, ergo nec pater aliquādo mutatus est, qui immutabilis semper est. Itaq; videmus qđ illi qui volunt negare filiū sempiternum, volūt patrē docere esse mutatum. Accipe aliud quo clareat filium sempiternū. Aplꝰ dicit qđ dei sempiterna virtꝰ sit atq; diuinitas. Virtus autē dei Christus est. Scriptum est enī Christū esse dei virtutē, & dei sapientiā. Ergo si Christus dei virtus, quia virtus dei sempiterna, sempiternus igitur & Christus. Non ergo ex vsu generationis humanæ calūniā hærectice instruas, neq; ex nostro sermone cōponas. Neq; enim angustis sermonibus nostris, immēsæ magnitudinē possumus diuinitatis includere, cuius magnitudinis nō est finis. Nanq; hominis generationē si definire cōtendas, tēpus ostēdis. Generatio autē diuina supra oīa est. Late patet, supra oēs cogitationes ascēdit et sensus. Scriptū est enim: Nemo venit ad patrē nisi per me. Quicquid igitur de patre cogitaueris, qualibet eius ęternitatē, nō potes de eo aliqd nisi per filiū cogitare, nec pōt vllus ad patrē nisi per filiū

B

C

Roma. 1.
1. Cor. 1.

transire sensus. Hic est, inquit, filius meus dilectissimꝰ. Est, inquit, qđ indefinenter est. Vnde & Dauid dicit, In æternū, inquit, dñe permanet verbū tuum in cælo. Quod enī manet, nec substātia nec æternitate deficit. Queris a me, qūo si filius sit, nō priorē habeat patrem. quæro itē abs te, qñ aut qūo filium putes esse generatū? Mihi enim impossibile est generationis scire secretū. Mens deficit, vox silet, nō mea tātum, sed angelorum. Supra potestates, supra angelos, supra cherubim, supra seraphim, supra omnē sensum est, quia scriptū est: Pax autē Christi quæ est supra omnē sensum. Si pax Christi supra omnē sensum est, quēadmodū nō est sup omnē sensum tāta generatio? Tu quoq; manū ori admoue, scrutari nō licet superna mysteria. Licet scire qđ natus sit, non licet discutere quēadmodū natus sit. Illud negare mihi nō licet, hoc quærere met? est. Nā si Paulus ea quę audiuit raptus i tertium cælū, ineffabilia dicit, qūo nos exprimere possumus paternę generationis arcanū, quod nec sentire potuimus, nec audire? Verū si me ad cōsuetudinē trabis generationis humanę, vt patrē dicas priorē, vide vtrū ad generationē dei, terrenæ generationis exēpla cōueniant. Si secundū hominē loquamur, negare nō poteris priores esse iter hoies pris q̄ filii passiones. Prior creuit, prior senuit, prior doluit, prior fleuit. Si igit hic tēpore minor, ille antiquior passione. Si hic generationis incurrit ætatē, nec ille generādi euasit pudorē. Quid te ista quæstionum torməta delectāt? Audis dei filium, aut dele nomē, aut agnosce naturam. Audis vterū, agnosce generationis perspicuæ veritatē. Audis cor, verbū intellige. Audis dexteram, cognosce virtutē. Audis os, cognosce sapientiam. Nō hæc sunt in deo corporaliter æstimāda. Incōprehēsibiliter generatur filius. Impassibiliter generat pater, & tamē ex se genera uit, & ante omnē intellectum genera uit deus verus deū verum. Pater diligit, & tu discutis: pater cōplacet, & tu cum Iudæis inuides: pater honorificat, & tu cum gētibus cōuitiaris? Quæris a me vtrum prior nō possit esse qui pater est. Quæro a te vt doceas qñ pater fuerit prior: aut testimoniis aut argumentis collige veritatē. Si testimoniis, accepisti vtiq; sempitemā dei esse virtutē. Legisti etiam dicētē: Israel si me audieris, nō erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum. Aliud horum æternitatem, aliud proprietatē substātiæ indifferentis significat, vt neq; posteriorē neq; alteri? diuinitatis filium esse credamus. Nā si posterior est, recēs est: & si vnius non est diuinitatis, alienus est. Sed nec posterior, quia recēs nō est: nec alienus, quia ex patre natus, quia supra oīa est deus benedictus in secula, sicut scriptū est. Sed si alienum putāt, cur adorāt eū, cū scriptū sit: Neq; adorabis deum alienū? Aut si nō adorant, fateātur, & finis est, ne quē sub religiosi noīs professione decipiāt. Hæc nēpe sunt testimonia scripturarum. Aut si habes aliud, proferre debebis. Supest vt & argumētis veritas colligatur. Quanquā etiā humanis testimoniis argumēta cedere soleant, argumentare tamen hæretice vt voles. Vsu, inquis, accipiemus, eo qui nascitur, priorē esse qui generat. Persequere igitur oīa vestigia cōsuetudinis, & si cætera conueniunt, nō obsisto quin & istud requiras. Si autē nulla cōcordāt, quēadmodū cū desint cætera, hoc solū exigis? Ergo quia vsum requiris, qñ generatus est ex patre, parvulus fuit, vidisti in cunis infantulum vagientē? Processus aliquos accepit ætatis? Si enim infirmitatē generationis habuit, necesse est vt non solū nascēdi, sed etiam viuēdi inciderit infirmitatē. Si fortasse eo prolaberis amentiæ, vt de dei filio ista nō abnuas, qui eū ex infirmitate metiris humana: quid si deum negare non potes nomine, infirmitate tamē hominē vis probare? Quid si dum filiū discutis, patrē arguis: & dum Christo præiudicas, patrem adiudicas? Nā si diuina generatio subiecta tēpori fuit, & id ex vsu generationis vsur-

Matt. 17.
Pſal. 118. D
Phil. 4.
2. Cor. 12.
Pſal. 80.
Roma. 9.
E
F

G patur humanæ, ergo & pater corporali vtero portauit
filium, decẽ mẽsiũ curriculis onus vexit? Sed quomo-
do sine sexu altero generationis vsus? Vides solemnem
generationis seriẽ nõ cœpisse, & tu partus cuiusdã cor-
porei necessitates putas fuisse solẽnes. Tu vsum quæ-
ris, ego sexũ. Tu tẽp⁹ exigis, ego ordinẽ. Tu finẽ discu
tis, ego quæro principiũ. Nẽpe finis ex principio, non
principiũ pẽdet ex fine. Omne, inquis, qđ natũ est, prin
cipium habet. Et ideo quia filius est, principiũ habet, &
ex tẽpore esse cœpit. qđ ipsorum ore sit dictum. Ego au
tem filiũ natum esse profiteor. quod reliquũ est impie-
tatis, horresco. Deum cõfiteris homo, & tali circumscri-
bis calũnia? Deus hanc auertat amentiã. Rursus obii-
ciunt: Ergo non est filius si non habet quæ habent filii.
Ignoscat mihi pater, ignoscat mihi filius, ignoscat spi-
ritus sanctus, quæstioné pro pietate referre cupiẽti. Est
certe pater, & manet semper, sunt etiã creaturę pro dis-
positione diuina. Est ergo aliquid eorũ quod nõ subie-
ctum sit aut locis, aut tẽporibus, aut creationi, aut cau-
sæ alicui vel autori? Profecto nihil. Quid ergo dicitis?
Est horũ aliquid quo egeat pater? Impium est dicere.
Ergo aut definite quę creaturarum sunt aptare diuini-
tati, aut si cõparare cõtenditis, cõsiderate quo vestra pe-
cedat impietas, quod abfit vel in sensus nostros aliquã-
H do veniat. Nos enim piam respõsionẽ tenemus. Nã⁹
oĩpotens deus est, & ideo nullo eorũ pater indiget, quia
non habet mutationẽ sui aliquam vel profectũ quo nos
egemus, quorum infirmitas ex huiusmodi rebus profe
ctum accipit. Qui autẽ oĩpotens est, vtiq; nõ creatus, &
sine loco, & supra tẽpora est. Nihil enĩ ante deum, im-
mo hoc ipsum verbũ, ante deũ dicere esse aliquid, gra-
ue. Ergo si ita est, quia nihil horũ est ĩ deo prẽ quæ pfe-
ctum significent, quia deus est: nihil horum aptari etiã
potest dei filio, vt vel initiũ accipiat vel profectũ, quia
deus verus ex deo vero est. Ergo quia vsitatum nõ re-
perimus ordinẽ, acquiesce Arriane prẽcipuã filii gene-
rationem fuisse. Acquiesce, inquã: & si mihi nõ credis,
erubesce vel dei vocẽ dicẽtis: Cui me similẽ existima-
Num.23. tis? Et itenũ: Quia nõ sicut homo, ita & deus. Etenĩ si
operatio dei prẽcipua est, quia non manibus operatur
aliquid, nõ labore cõficit, nõ diebus absolvit, (Ipse enim
Psal.148 dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt) cur nõ
credamus prẽcipuam generationẽ esse eius in filio, cu-
ius prẽcipuã operationẽ in operibus eius agnoscimus?
digniũ certe est vt specialiter & prẽcipue videatur gene
I rasse filium. Habeat generationis inusitatæ gloriã, qui
habet potestatis inusitatæ gratiã. Nõ solum admira-
bilis ex patre gñatio Christi, sed admirabilis etiã ipsa
generatio eius ex virgine. Tu illã dicis nostræ simílem
cõceptionis, & ego probo istã nostræ esse dissimilẽ, im-
mo te ipsum cogã fateri. Dic quẽadmodum sit nat⁹ ex
Maria, quo vsu vterus eũ habuerit virginalis, quõ sine
semine viri partus, vnde virgo prẽgnãs, quẽadmodũ
puella mater ante fœta, q̃ copulã vxoris experta? causa
deerat, & generabatur filiꝰ. Vñ ergo legis nouatę par-
tus? Si igitur ĩ virgine vsus defuit generationis huma
nę, quẽadmodũ in deo patre ꝓprie generationis vsum
requiris? Certe vsus in sexu est: quia sexus in carne est.
Vbi ergo caro non est, quẽadmodũ carnis infirmita-
tẽ exigis? Nemo meliorẽ discutit. Credere tibi iussum
Gene.15. est, & nõ discutere permissum est. Scriptũ est enim: Cre
didit Abrahã deo. Nec solum ĩ generatione filii sermo
Psal.32. defecit, sed etiã in operibꝰ dei. Scriptum est enim: Oĩa
opera eius in fide. Opera ergo eius in fide, generatio si-
ne fide? Et discutimus quæ nõ videmus, qui iubemur
credere magis q̃ discutere quæ videmus? Dicit aliquis:
Quõ generatus est filius quasi sempiternus, quasi ver-
bum, quasi splendor lucis æternæ, quia simul splendor
operaẽ vt nascitur? Apostoli istud exẽplũ est, nõ meũ.
Noli ergo credere qđ fuerit vel momẽtũ aliquod quo
fuerit sine sapiẽtia deus, aut sine splẽdore lux. Noli Ar
riane ex nostris æstimare diuina, sed diuina crede vbi I
humana non inuenis. Rex gentilis in igne cum tribus
pueris Hebræis quarti quasi angeli vidit figuram: et
quia præstare putabat angelis dei filium, qué nõ legit
sed credi iudicauit. Abraham quoq; tres vidit, & vnum
adorauit. Petr⁹ in monte Moysen & Heliã cũ filio dei
vidit, nec errauit in natura, nec errauit in gloria. Deniq;
quid facere deberet, nõ illos, sed Christũ interrogauit.
Nã etsi tribus parabat obsequium, vnius tñ expecta-
bat imperium. Sed quoniã vel tabernaculorum nume
rum deferẽdũ tribus simpliciter æstimauit, emendatur
dei patris autoritate dicẽtis: Hic est filius meus dilectis
simus, ipsum audite. id est, quid conseruos tuos cũ dño
socias tuo? Hic est filiꝰ meus, nõ Moyses filius, nõ He Mat.17.
lias filius, sed hic filius. Sensit emẽdationẽ apostolus,
procidit in faciẽ cõsternatus patris voce, & filii claritа-
te. Sed eleuatur a filio, qui iacentes erigere consuevit.
Vnũ vidit, solũ vidit dei filium. Recesserũt enĩ seruuli,
vt solus dñs qui solus designabatur, filiꝰ videret. Quid
igitur sibi vult illa visio, nõ æqualitatẽ Christi seruorũ
significans, sed mysterium signãs, nisi vt appareret no-
bis qđ lex & prophetæ cum euãgelio cõgruentes, sem-
piternum dei filium quẽ annũciauerãt, reuelarent? Er-
go & nos cum audimus ex vtero filiũ, ex corde verbũ,
credamus quia nõ plasmatus manibus, sed ex patre na
tus: nõ artificis opus, sed progenies est patris. Et ideo
qui dicit: Hic est filius meus, nõ dixit: hic est tẽporalis:
nõ dixit, hæc est creatura mea, hæc factura mea, hic ser
uus meus, sed hic filius meus, quẽ videtis ĩ gloria. Hic
est deus Abrahã, deus Isaac, deus Iacob, qui apparuit
in rubo Moysi, de quo Moyses ait: Qui est, misit me. L
Nõ pater in rubo, nõ pater in eremo, sed filius Moysi Exodi.3.
locutus est. Deniq; de ipso Stephan⁹ dixit: Hic est qui
fuit in ecclesia ĩ eremo. Hic est ergo qui legẽ dedit, ipse
qui locutus est Moysi dicẽs: Ego sum deus Abrahã,
deus Isaac, deus Iacob. Hic est deus patriarcharũ, hic
est deus prophetarũ. Filiũ ergo legimus, mens tua pci-
pit lectionem, edat lingua cõfessionem. Auferhinc ar-
gumenta vbi fides quæritur, in ipsis gymnasiis suis iã
dialectica taceat. Nõ quæro quid loquãtur philosophi,
requiro quid faciant, soli in suis gymnasiis remanserũt.
Vide q̃ fides argumentis præponderet. Illi quotidie a
suis cõfortibus desenitur qui copiose disputãt, isti quo-
tidie crescunt qui simpliciter credunt. Nõ creditur phi-
losophis, creditur piscatoribus. nõ creditur dialecticis,
creditur publicanis. Illi voluptatibus & delicis orbem
ligarunt, isti ieiuniis & doloribus exuerũt. Plures itaq;
iam cœpit illicere iniuria q̃ voluptas. Nũc videamus
quo distant a gentilibus Arriani. Illi deos appellãt dis-
pares sexu, dissimiles potestate: isti trinitatẽ asserũt dif-
ferẽtis diuinitatis, & dissimilis potestatis. Illi deorũ suo
rum principium asserunt tẽporale, & isti Christũ cœpis
se ex tẽpore mẽtiunt. Nõne ex philosophia omnẽ im- M
pietatis suæ traxerũt colorẽ? Illi tamẽ qđ venerãtur am
plificant, isti dei filiũ creaturã asserũt esse, qui deus est.

Non esse creaturam dei filium. Caput VI.

PATVIT, vt arbitror, sancte Imperator,
neq; dissimilẽ esse patris, neq; ex tẽpore esse
dñm Iesum. Restat vt illud quoq; sacrile-
gium redarguatur, & ꝓbemus creaturã nõ
esse dei filiũ: in quo nobis præsentis oraculum lectionis
aspirat. Audiuimus enĩ legi dicẽte dño: Ite in orbẽ vni- Marc.16.
uersum, & prædicate euãgeliũ vniuersæ creature. Qui
vniuersam creaturã dicit, nullã excipit. Et ideo vbi sunt
qui creaturã Christũ appellãt? Nã si creatura esset, nũ-
quid ipse sibi mãdaret euãgeliũ prædicari? Non igitur
creatura est, sed creator, qui docẽdæ creaturæ discipulis
suis mãdat officiũ. Nõ ergo creatura Christus. Vani- Roma.8.
tati enĩ creatura subiecta est, sicut apostolus dixit. Nũ-

A quid ergo Christus subiect⁹ est vanitati? Rursus iuxta
eundẽ apostolũ, Creatura cõgemiscit & cõparturit vsq;
nũc. Nũquid ergo Christ⁹ cõgemiscit & cõparturit qui
2.Cor.5. nostros a morte gemit⁹ liberauit? Creatura, inquit, libe-
rabitur a seruitute corruptionis. Videmus igitur ma-
gnã inter creaturã & dñm esse distantiã, quia seruitus
creatura est, dñs autẽ spiritus est. vbi autẽ spiritus dñi
est, ibi libertas. Quis hũc induxit errorẽ, vt eũ qui crea-
uit oĩa, qui fecit oĩa, diceret creaturã? Num ipse dñs se
creauit? Si enĩ lectũ est qđ p ipsum oĩa facta sunt, & sine
ipso factum est nihil: nunquid ipse se fecit? Si lectum est
quod negari nõ potest, quia deus in sapientia fecit oĩa:
Psal.109. nũquid verisimile videri põt q̃ a seipsa est facta sapiẽ-
tia? Legimus genitũ, quia pater dixit: Ego ex utero an
te luciferum genui te. Legimus primogenitũ filiũ, le-
gimus vnigenitum. Primogenitũ, quia nemo ante ip-
sum. Vnigenitum, quia nemo post ipsum. Legimus
Esa.53. etiã: Generationem eius quis enarrabit? Generationẽ,
inquit, non creationẽ. Quis his tantis ac talibus cõfer-
Ioan.20. ri potest? Ostẽdit etiã dei filius distantiã generationis
& gratiæ dicẽs: Ascẽdo ad patrẽ meũ, & patrẽ vestrũ,
deum meum, & deum vestrũ. Nõ dixit: Ascẽdo ad pa
trem nostrũ, sed ascẽdo ad patrẽ meum, & patrem ve-
strum. Separatio ista diuersitatẽ ostẽdit, quod illius ge
nitor, noster creator sit. Et addidit: Deum meũ, & deũ
B vestrum. quia licet ipse & pater vnum sint, & illi pa-
ter sit proprietate naturę, nobis deus pater cœperit esse
per filium nõ naturæ iure, sed gratiæ: tamen vtrãq; na-
turam hic significare videtur in Christo, & diuinitatis
& carnis. Diuinitatis ex patre, carnis ex matre. Illamq;
ante oĩa, istãq; ex virgine. Deniq; ante patrẽ vt filius no
minauit, deum postea vt homo nuncupauit. Vbiq; au
tem deum suũ quod ex persona dicat hoĩs, testimonia
Psal.21. docent. Deus deus meus respice in me, quare me dere-
liquisti? Et alibi: De ventre matris meæ deus meus es
tu. Et supra quasi homo patitur, & infra homo est qui
C ex matris vẽtre iactatur. Itaq; cum dicit: De ventre ma
tris meæ deus me⁹ es tu, significat eum qui pater sem-
per erat, ex illo deum sibi esse, ex quo de vẽtre matris ia
ctatus est. Cum igitur in Euãgelio, in Apostolo, in p-
phetis generationem Christi legerimus, vnde audẽt di
cere creatũ esse vel factum? Et quidẽ in quo creatum le-
gerint, in quo factum, cõsiderare deberẽt. Edoctum est
enim dei filium de deo esse genitum, de deo natũ. Fa-
ctum autẽ in quo legerint, diligẽter aduertãt. Nõ enim
deus factus, sed deus dei filius natus est. Postea autẽ se
cundũ carnem homo factus ex Maria est. Si mihi nõ
Gal.4. credunt, credãt apostolo dicenti: Postq̃ vero venit ple-
nitudo tẽporis, misit deus filium suũ factum ex mulie
re, factum sub lege. Filium, inquit, suũ, nõ vnũ de mul-
tis: non cõmunẽ, sed suum. Suũ cum dicit, generationis
æternæ proprietatẽ signauit. Hũc postea factũ ex mu-
liere asserunt, vt factura nõ diuinitati, sed assumptioni
corporis adscriberetur. Factũ ex muliere per carnis sus
ceptionem. Factum sub lege per obseruãtiã legis. Ge-
neratio autẽ illa cælestis ante legem, ista post legem.

Quod facturam vel creaturã dei filium dicant Arriani. Caput VII.

NDE & illud vane iactare cõsueruntquod
scriptum est: Et deũ eũ & Christũ fecit deꝰ.
Imperiti legãt totũ & intelligãt. Si ceni scri-
ptum est: Et deũ eum, et Christũ fecit deus,
hũc Iesum quẽ vos crucifixistis, nõ diuinitas crucifixa,
sed caro est. Hoc vtiq; fieri potuit quod potuit crucifigi.
Nõ ergo factura dei filiꝰ. Facesset igitur & illud de quo
calũniari solẽt, & discãt quẽadmodũ dictũ sit: Dñs crea-
uit me. nõ dixit, pater creauit, sed dñs creauit me. Caro
dñm cognoscit. Gloria patrem significat. Creatura no-
stra dñm cõfitetur. Charitas patrẽ nouit. Itaq; qs igno
ret quia ob causam incorporationis hoc dicitur? In eo D
igitur se creatũ dicit, in quo & hominẽ testificaẽ dicẽs:
Quid me quæritis occidere hominẽ? In quo & crucifi- Ioan.7.
xus est, mortuus & sepultus est. Nec dubitãdũ qđ præ-
teritũ posuit qđ erat futurũ. Hæc enim cõsuetudo est, p-
phetiæ, vt quæ futura sunt, vel quasi presentia vel qua-
si facta dicantur. Deniq; in Psal.xxi. legisti: Tauri pin-
gues obsederũt me. Legisti etiã: Diuiserũt sibi vestimẽ
ta mea. Q̃ euãgelista de tẽpore passionis prophetatiũ
esse significat. Deo enĩ quæ sunt futura presentia sunt:
& ei cui præcognita sunt oĩa, ventura pro factis sunt, si-
cut scriptũ est: Qui fecit quæ vẽtura sunt. Nec mirũ si
ante secula fundatũ se esse dicit, cũ legeris prædestina-
tum ante tẽpora secularia. Q̃ verũ de incarnatione id
videatur expressum, declarãt sequẽtia. Sapiẽtia, inquit, Prou.9.
ædificauit sibi domũ, & subdidit columnas septẽ, & inter
duas hostias miscuit in cratere vinũ suũ, & parauit suã
mẽsam, & misit suos seruos cõuocãs cũ altissima præ-
dicatione dicẽs: Qui est insipiẽs, declinet ad me. Nõne
in euãgelio post incarnationẽ hæc oĩa videmus esse cõ
pleta? quod sacri conuiuii celebrauit mysteria, qđ apo-
stolos misit, voce clamauit dicens: Si qs sitit, veniat ad Ioan.7.
me, & bibat. Ergo sequẽtia respõdẽt prioribꝰ, & totius
cursum incarnationis videmus prophetiæ expositione
digestũ. Multa alia documẽta præsto esse possunt hu-
iusmodi de incarnatione dicta videri. Sed nõ me inuol-
uo libris, ne tractatus videatur esse diffusior. Nũc ipsos
Arrianos interrogo vtrũ idem putẽt esse genitum qđ
creatum? Si enĩ idẽ dicunt, nihil vtiq; distat inter gñare
& creare. Ergo quoniam & nos creati sumus, inter nos
& Christum, inter Christum & elemẽta nulla distãtia
est. Sed quãuis amentes sint, id tñ nõ audebunt dicere. E
Postremo vt insipiẽtiæ eorũ quod verum nõ est indul
geam: si nihil, vt putant, distat in verbo: cur nõ eũ quem
colunt, meliore appellãt nomine? Cur verbo nõ vtũtur
patris? Cur abiiciũt quod honorificẽtiæ, assumũt quod
iniuriæ? Si autem distat inter creatum & genitum, vt
ego arbitror: cũ legerimus genitum, nõ vtiq; idẽ & ge-
nitum intelligemus & creatum. Dicãt igitur generatũ
ex patre, ex virgine procreatũ: aut dicant quõ dei filius
& genitus & creatus, vna natura, & maxime deus die-
uersitatẽ nõ recipit. Certe faceſſet nostra sentẽtia. Pau-
lum interrogemus, qui spiritu dei plen⁹ has præuidẽs
quæstiones, generaliter cõtra gentes, specialiter contra
Arrianos locut⁹ ait diuino iudicio, eos esse dãnatos qui
seruirent creaturæ potius q̃ creatori. Deniq; sic habes:
Tradidit illos deus in desideria cordis eorũ, vt cõtume Rom.1.
liis afficiant corpora sua inter semetipsos, qui cõmuta-
uerunt veritatẽ dei in mẽdaciũ, & coluerunt & seruie-
runt creaturæ potius q̃ creatori, qui est deus benedict⁹
in secula. Prohibuit itaq; me Paulus creaturæ seruire,
sed Christo admonet seruiẽdũ. Nõ ergo creatura Chri
stus. Paulus, inquit, seruus Iesu Christi. Bonus seruus
qui dñm recognoscit, ipse creaturæ seruire nos prohi-
bet. Quẽadmodum ergo Christo ipse seruiret, si crea- F
turã Christũ putaret? Aut igitur desinant colere qđ
creaturã appellãt, aut desinãt quẽ colere se simulant, di
cere creaturã, ne sub appellatione cultorum sacrilegia
grauiora cõmittãt. Detestabiliorenim domesticus ho
stis q̃ extraneus, & grauius scelus aduersus Christum,
cũ abutãtur Christi noĩe. Quẽ igitur meliorẽ interpre-
tem quærimus scripturarũ, q̃ illũ doctorẽ gentium, vas
electionis, electum de persecutoribus, qui Iesum quem
persecut⁹ fuerat, fatetur? Legerat vtiq; Salomonẽ plus Psal.148.
q̃ Arrius, & erat peritus in lege: & ideo quia legerat,
nõ creatũ Christũ dicit esse, sed genitũ. Legerat enĩ: Ipse
dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt. Nũquid
dicto factus est Christus? Nũquid mandato creatus est
Christus? Quõ autẽ creatura in deo esse põt? Etenim
deus naturæ simplicis est, nõ cõiũctæ atq; cõpositæ, cui
nihil accidat, sed solũ quod diuinũ est, in natura habeat

Gsura, complens omnia, nusquā ipse confusus, penetrans omnia, nusquam ipse penetrandus, vbiq; totus, eodemque tēpore vel in cælo vel in terris vel in nouissimo maris præsens, visu incōprehensibilis, factu interpretabilis, sensu inæstimabilis, fide sequendus, religione venerandus, vt quicquid religiosius sentiri potest, quicquid præstāti? ad decorem, quicquid sublimius ad potestatem, hoc deo intelligas conuenire. Ergo quia in filio cō placet pater, crede quia dignus patre filius. Crede quia
Ioan. 8. a deo exiuit filius, vt ipse testatur dicens: Ex deo processi
Ioan. 16. & veni. Et alibi: A deo exiui. Qui ex deo processit, & a deo exiuit: nihil aliud potest habere nisi quod dei est. Vnde nōn solum deus, sed etiam verus deus. Verus e vero, & adeo verus, vt ipse sit veritas. Itaque si nomē quærimus, veritas est. Si maiestatem quærimus naturalem, eo usq; filius dei verus est, vt et proprius. Scri-
Roma. 8. ptum est enim: Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Tradidit vtiq; secundum carnem. Proprietas diuinitatis est, veritas proprietatis, misericordia pietatis, oblatio securitatis. Sed ne calumniarentur quia scriptum est, Tradidit eum pater:
Gal. 1. ipse Apostolus alibi dixit: Pax a deo patre, & domino nostro Iesu Christo, q se dedit pro peccatis nostris. Et
Ephe. 5. alibi: Sicut Christ? dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Si ergo & traditus est a patre, & ipse se tradidit, apparet vnam esse operationem, vnam esse patris & filii voluntatem. Si naturalem ergo maiestatē quærimus, genitus est. Qui genitum inficiatur, proprium negat. Qui proprium abnuit, communem cæteris arbitratur. Sin vero generationis ipsius proprietatē requirimus, ex deo exiuit. Nā cū in vsu nostro id sit exire
H quod ia sit, & ex interioribus secretis prodire videat qd exire perhibetur: angustis licet sermonibus proprietatem diuinæ generationis aduertamus, vt non ex loco aliquo videatur exisse, sed vt deus ex deo, filius ex patre. Nec videatur cœpisse ex tēpore qui ex patre nascen-
Eccli. 24. do prodiit. vt dixit ipse qui natus est: Ex ore altissimi prodii. Sed si naturā non agnoscunt, si non credunt scripturis, vel operibus credant. Cui dicit pater: Faciamus hominem: nisi ei quem verum filium sciret? In quo nisi in vno suam imaginem recognosceret? Non est vnum adoptiuus & verus: nec filius diceret, Vnum sumus: si se cum vno qui verus non erat, ipse conferret. Faciam? ergo, dicit pater. qui dixit, ver? est. Potest ne ergo ver? non esse ille qui fecit: & quod dicenti defertur, faciēti negatur? Quomodo autem nisi verum filium sciret, cōmitteret ei voluntatis suæ vnitatem, & operis veritatem? Cum enim eadem faciat fili? opera quæ pater facit, & quos vult viuificet fili?, sicut scriptum est, nec indifferens potestate, & liber est voluntate: ita vnitas seruatur, quia & virtus dei in diuinitatis proprietate est, & libertas nō in aliqua differentia, sed i vnitate est voluntatis. Turbati in freto Apostoli, licet adhuc non cre
I dentes corde, vbi primum sub pedibus domini ludere aquas, & inquieto maris æstu deambulantis domini super aquas intrepida videre vestigia, subitoque naui quæ fluctibus turbaretur, vbi eam tamen Christus ascendit, placida æquora, & elementa consexere famu-
Mat. 14. lantia, verum dei filium crediderunt dicētes: Vere dei filius est. Hoc idem centurio cum aliis qui secum erāt, tremefactis mundi cardinibus in passione domini, con-
Mat. 27. fitetur, & tu hæretice negas. Centurio dicit: Vere filius dei erat iste. Erat, inquit centurio: & Arrianus dicit, non erat. Ille ergo generationis & veritatē & æternitatem asseruit, manu cruentus, sed mente deuotus. Tu hæretice veritatem generationis negas, tēpus ascribis. vtinā manus potius q̄ animum cruētasses. Sed nec manu innocens, & mēte feralis, quantum in te est mortē infers, qui infirmum opinaris. Immo, quod grauius est, etsi diuinitas vulnus sentire nō possit, quod in te tamē est, maiestatem suā in Christo, non corpus interficere conaris. Verum igitur deum dubitare nō pos- k
sumus, quē verum dei filium & carnifices crediderunt, & dæmones fatebantur: quorum nunc non testimonia requiruntur, sed tuis tamē sacrilegiis præferuntur. Illos nominauimus vt erubescerес, diuina quoque responsa adhibuimus vt crederes. Clamat dominus per Esaiā: Esa. 65.
Seruientibus mihi vocabitur nomē nouum, quod benedicetur super terram, & benedicent deum verum: & qui iurant super terram, iurabunt per deum verū. Hæc dixit Esaias quando vidit maiestatē eius. Hoc in euangelio designatur, quod maiestatē viderit Christi, & loquutus sit de eo. Accipe tamē quod etiam scripserit Euā-
1. Ioan. 5. gelista Ioannes in epistola dicens: Scimus quoniam filius dei apparuit, & dedit nobis sēsum vt cognoscam? patrem, & simus in vero filio eius Iesu Christo. Hic est verus deus, & vita æterna. Verum Ioānes filium dei, & verum deum dicit. Ergo si verus deus, vtique non creatus, nihil fallax habens atq; fucatū, nihil confusum atq; dissimile.

Definitio patrum de fide. Caput VIII.

DEVS igitur ex deo, lumen de lumine, ver? deus de deo vero, ex patre natus, nō factus, vnius substantiæ cum patre. Sic nempe nostri secundū scripturas dixerunt patres, qui etiam sacrilega dogmata ideo suis inserenda putauere decretis, vt Arrii perfidia ipsa se proderet, ne quasi fucis quibusdam & coloribus illita velaretur. Fucum enī faciunt qui non audent explicare quod sentiunt censorie. Itaq; impietas Arriana non expositione referatur, L
sed damnatione detegitur: vt qui curiose gestit audire, prius damnatā cognoscere ne laberetur, quā expositam audiret vt crederet.

Expositio quæ Arrii perfidiam damnat. Ca. IX.

OS, inquit, qui dicunt: Erat quādo nō erat, & anteq̄ nascerē nō erat: & qui exnihilo factū, aut ex alia substantia vel vsia dicūt esse, aut mutabilē & cōuertibilē dei filiū, anathematizat catholica & aplica ecclesia. Accepisti sācte Imperator eos qui talia asserūt, iure dānatos, nō humana industria, nō cōpositione aliqua: sed trecēti decē & octo, vt supra dixi, episcopi ad cōcilii cōuenerūt. Sed vt i numero eorum per signum suæ passionis & nominis dominus Iesus suo probaret se adesse cōcilio, crux in trecentis, Iesu nomē in decē & octo est sacerdotibus. Hoc & in Ariminensi cōcilio habuit prima cōfessio, & post Ariminēse cōcilium secunda correctio. Epistola ad imperatorem Cōstātium missa testatur correctionem, secuta cōcilia confitētur. Arrius ergo dicit: Erat quando nō erat: sed scriptura dicit, erat: nō dicit, nō erat. Deniq; Ioannes scripsit: In principio erat verbum, & verbum Ioan. 1.
erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in prin M
cipio apud deum. Ecce quotiens erat, & nusquam dixit quod non erat. Cui ergo credimus: Ioāni in Christi pectore recumbēti, an Arrio inter effusa se sua viscera voluntāti, vt agnoscerемus similē Iudæ proditoris Arrii quoq; fuisse perfidiam, quem similis pœna dānauit. effusa sunt enim & Arrii viscera. Pudet dicere vbi, atq; ita crepuit medius prostratus in facie, ea quibus Christum negauerat fœda ora pollut?. Crepuit enim, sicut
etiam de Iuda Petrus apostolus dixit, quia possedit a- Actuū. 1.
grum de mercede iniustitiæ, & in facie prostratus crepuit medius, & effusa sunt oia viscera eius. Nō est fortuita mors vbi in sacrilegio pari pœnæ parile processit exēplum, vt idem subirent supplicium qui eundē dominum negauerunt, & qui eundē dūm prodiderunt. Veniamus ad alia. Arrius dicit: Anteq̄ nascerē nō erat, sed scriptura dicat omnia esse per filium. Quomodo er-

Ago aliis dedit esse, qui nō erat? Cum autē dicit impius, quando & ante, hæc vtiq; duo verba tempus ostēdunt. Quomodo ergo negant tempus ante filium, & volunt prius fuisse quæ temporis sunt, cum id ipsum, quādo & ante & aliquando non fuisse, sit temporis? Arrius dixit exnihilo dei filium, quomodo ergo dei filius? Quomodo paterno generatus ex vtero? Quomodo eructuatū ex corde verbū legitur, nisi vt ex intimo & inæstimabili patris intelligatur, vt scriptū est, prodisse secreto? Filius enim aut per adoptionem, aut per naturā est. Per adoptionem nos filii dicimur, ille per veritatem naturę est. Quomodo ergo ex nihilo ille, qui ex nihilo fecit omnia? Non habet filium qui nescit vnde sit. Deniq; nec Iudæi habebant filium, quia vnde esset nesciebant. Et ideo dixit his domin?: Nescitis vndeveni. Et infra: Ne
Ioan. 8. que me noscitis, neq; patrem meum scitis. Qui enim negat ex patre filium, nec patrem ex quo est filius nouit, neq; filium nouit qui patrē nescit. Arrius dicit: Ex alia substantia. Quæ igitur alia substātia æquatur dei filio, vt ex ipsa dei fili? fit, aut qūo reprehēdūt qa nos in
B deo aut vsian grēce, aut latine substātiā dicimus, cū ex alia dicēdo substātia deū esse filiū, etiam ipsi substantiā dei esse confirment? Sed si de nomine substantiæ aut naturæ diuinæ voluerint dicere, facile reuincunt̄, quia & vsian græce, & latine substantiam frequēter scriptura memorauit. Et Petrus vult nos, vt legimus, diuinę cōsortes fieri naturæ. Quod si ex alia substantia filium dicent, ipsi se reuincunt, & verbum substantiæ qđ metuunt confitendo, & filium creaturis quibus præferre se simulant coæquabunt. Arrius dicit creaturam dei filium, non sicut cæteras creaturas. Quæ enim creatura non sicut alia creatura est? Homo non vt angelus? terra non vt cælum? sol non vt aqua? lumen non vt tenebræ? Nihil ergo præferendo donauit, sed ad simplices accipiendos, misero colore fraudem suę impietatis obduxit. Arrius dicit mutabilem & conuertibilem dei filium. Quomodo ergo deus sit mutabilis, cū ipse dixe-
Mala. 3. rit: Ego sum, ego sum, & non sum mutatus? Vere nūc mihi propheticum illud est confitendum, quod prophe-
Esa. 6. taturus de domino præmittit Esaias dicens: O miser ego & compuncto corde, qui cum immunda labia habeam, in medio quoq; populi inhabitem immunda labia habentis, vidi dominum sabaoth. Ergo si Esaias miserum se dicit, qui vidit dominum sabaoth: quid ego de me dicam, qui cum immunda labia habeam, cogor de dei generatione tractare? Quid igitur de iis quę me tuo, loquturus ērīpo, cum Dauid de iis quæ sciat, ori suo custodiā petat? O si mihi quoq; vnum de seraphim candentē illum carbonem quem de altari diuino sumpsit, vtriusq; forcipe deferens testamēti, immunda adu-
C ratlabia. Aut quia tunc seraphim descendit in figura ad prophetam: tu autem domine reuelato mysterio ad nos in carne venisti, non per legatum, neq; per nunciū, sed ipse per te, ab occultis meis conscientiam mcā mundes, vt ego quoq; dudum immundus, sed iam per tuā misericordiam fide mundus, illud Dauidicum canam
Psal. 70. dicens: Psallam tibi in cithara deus Israel, gaudebunt labia mea dum cantauero tibi, & anima mea quam redemisti. Itaq; domine calumniatores tuos & hostes relinquens, confer te ad nos, & sanctifica aures principis Gratiani, omniumq; præterea quorum in manus hic libell? venerit, vacuas mihi præsta, nec ibi auditæ perfidiæ sordes resident. Emunda ergo, emunda autē non fontanis poculis, nec fluuiali haustu, nec fusurro prætermeantis riuuli, sed sermonibus ad vicem aquarum operātibus, supra nitorē aquarum perspicuis, & omni purioribus niue, illis vtiq; sermonibus quibus dixisti
Esa. 1. Per Esaiam: Si fuerint peccata vestra sicut phœniciū, vt miuem dealbabo. Est etiā poculū quo secreta mentis mundare cōsuesti. Poculū nō naturæ veteris, nec ex vite solēni, sed poculū nouū de cælo delatū, in terra ex-
D pressum ex illo botrione peregrino, qui sicut vua de vite, ita ille in carne crucis pependit eligno. Ex hoc ergo botrione est poculum quod lætificat cor hominis, sobrietatem inebriat, crapulam fidei & veræ religionis exhalat, crapulam castitatis infundit. Hoc igitur poculo domine meus, domini aures Augusti mentis emūda, vt sicut poculo naturali homines inebriati quietem diligunt, timorem mortis expellunt, iniurias non sentiunt, aliena non quærunt, suorum obliuiscuntur, ita etiam poculo tuo crapulatus pacem diligat, & fidei exultatione securus mortem infidelitatis ignoret, patiētiam charitatis exhibeat, facrilegia aliena non teneat, fidem etiam pignoribus suis præferat, secūdum quod scriptum est: Relinque omnia tua, & veni sequere me. Mat. 19.
Hoc poculo domine Iesu sensus etiam nostros dilue, vt te adoremus, te colamus visibilium & inuisibilium creatorem. Non potes ergo inuisibilis aut bonus non esse, qui id etiam tuis operibus contulisti.

FINIS.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE FIDE.

E

Quod Arriani bonum dei filium negent. Caput I.
De vero & bono dei filio. Caput II.
De omnipotenti dei filio. Caput III.
De domino maiestatis dei filio. Caput IIII.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANEN. EPISCOPI DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER II.

PROLOGVS.

SATIS, VT arbitror, libro superiore sancte Imperator edoctum est sempiternum esse deum dei filium, non dissimilem patri, genitū, nō creatū. Deum quoq; verum dei filiū scripturarum lectionibus ap- E
probauimus, & apertis maiestatis suæ indiciis designatū. Itaq; quāuis ista ad fidem copiose redundantia sint, quod a fontis meatu magnitudo plerumq; decurrentis fluminis æstimatur, tamē quo purius niteat fides, tripartita videatur derivāda distinctio. Sunt enim euidentia indicia quæ proprietatē deitatis ostēdūt, Sunt quæ similitudinē patris & filii, Sūt etiam quæ perspicuam diuinæ maiestatis exprimunt vnitatem. Proprietatis itaq; sunt, generatio, deus, filii?, verbum. Similitudinis, splendor, character, speculum, imago. Vnitatis æternæ, sapiētia, virt?, veritas, vita. Hæc indicia ita dei filium signant, vt ex his & sempiternum patrem esse cognoscas, nec ab eo filium discrepantem. Ex eo enim qui est generatio, ex sempiterno deus, ex patre filius, ex deo verbum, splendor gloriæ, character substantiæ, speculum dei, maiestatis imago, de bono bonitas, de sapiente sapientia, de forti virtus, de vero veritas, de viuente vita. Concordant igitur patris & filii indicia, quib? nō discrepare inter se, sed vnius maiestatis esse nemo dubitauerit. Quorum singulorū proferremus exempla nominum, nisi coartādi sermonis studio teneremur. His duodecim tanquam lapidibus preciosis fidei columna consurgit. Hi sunt enim

G precioſi illi lapides, ſardius, iaſpis, ſmaragdus, chryſolithus, & cæteri, quibus ſancti Aaron, illius vtique qui figuram geſſit Chriſti, veri ſcilicet veſtimentum ſacerdotis intexitur, circũdati auro lapides, & ſculpti de nominibus filiorum Iſrael, duodecim lapides ſibi inuicẽ cohærentes. Nam ſi eos aliquis ſeparet aut ſecernat, omnis fidei ſtructura diſſoluitur. Itaq; principium fidei noſtræ eſt, ſcire quod genitus eſt dei filius. Si genitus non eſt, nec filius eſt. Nec ſatis eſt dixiſſe filium, niſi & vnigenitum filium deſignaueris. Si creatura eſt, deus non eſt: ſi deus non eſt, nec vita eſt: ſi nõ eſt vita, nec veritas eſt. Ergo tria illa, id eſt, generatio, filius, vnigenitus, principaliter & proprie indicãt ex deo filium. Tria ſequentia, id eſt, deus, vita, veritas, virtutem eius manifeſtant, qua condidit & fecit ſubſiſtere creaturam. In ipſo enim viuimus, mouemur & ſumus, ſicut ait Paulus. Et ideo in illis tribus proprietas filii, in iſtis aliis paternæ ac filii operationis vnitas declaratur. Imago quoq; & ſplendor & character dicitur dei filius, quia hęc incomprehenſibilem & inueſtigabilem paternæ diuinitatem maieſtatis in filio, & expreſſam ſimilitudinẽ reuelarunt. Hæc quoq; tria videmus ad ſimilitudinem pertinere. Reliquum eſt virtus, ſapiẽtia, iuſtitia: vt his ſingulis operationibus æternitas probaretur. Hoc igitur eſt illud veſtimentum precioſis lapidibus adornatum, hic veri amictus eſt ſacerdotis, hæc veſtis nuptialis, hic textus propheticus, qui bene nouerit iſta contexere. Neque vilis iſta textura eſt, de qua dominus dicit per prophetam: Quis dedit mulieribus texturæ ſapiẽtiam? Nec communes iſti lapides, vt legimus ſupplementi. Omnis enim in eo perfecto eſt, ſi nihil deſit lapidis compoſiti & circumdati auro, intelligibili ſcilicet natura. Si eos bene mens noſtra componat, naturaliſque ſenſus probabili ratione compaginet. Denique q̃ non mediocres lapides ſint, lectio docet, quod cum alii alia viliora deferrent, iſtos tamen lapides ſuper humeros ſuos religioſi principes attulerunt, ex quibus fecerũt rationale opus textile. Textile enim opus eſt quando fidei facta concordant. Nec me aliquis errare putet, quia ſupra tripertitam de quaternis, ſubter vero quadripertitã de ternis feci diſtinctionẽ. Boni operis gratia p diuerſas plus placet formas. Bona enĩ & illa quę textrinũ indumenti ſacerdotalis oſtendit, vel lex ſcilicet, vel eccleſia, quę binas veſtes fecit viro ſuo, ſicut ſcriptum eſt, vnam operis, alteram mentis, fidei intexens factorũq; velamina. Itaq; alibi, ſicut legimus, aurum prætexit, & poſtea hyacinthum ac purpuram cum cocco ſubiungit & byſſo. Rurſus alibi ex hyacintho & cæteris prius floſculos format, aurumq; ſubnecſit, & vnus eſt habit⁹ ſacerdotis, vt iſdem coloribus micans, gratiæ decoriſque diuerſitas, ordinis diuerſitate reſplẽdeat. Itaque vt etiam rationis typicæ ſerie deſignet, auro & argento probabili non eſt dubiũ eloquia domini deſignari, quibus fides conſtat. Scriptum eſt enim: Eloquia domini eloquia caſta, argẽtum igne examinatum, probatum, terræ purgatum ſeptuplum. Hyacinthus autem aeris habet ſimilitudinem, quem ſpiramus, & cuius carpimus flatum. Purpura quoq; ſpeciem aquarum exprimit. Per coccum ignis intelligitur, terra per byſſum, hæc enim ex terra gignitur. Ex his autem quatuor elementis corpus ſubſiſtit humanum. Siue ergo mentis fidei præcedente conſcientia, corporis facta ſubnectas: ſiue facta præcedant, & fides aſtipuletur comes religioſa factorum, hic religioſi ornatus antiſtitis, hoc velamẽ eſt ſacerdotis. Bona ergo fides, cum pulchro operũ renitet ornatu: de qua vt ad ſummam loquar, definitiones iſte ſunt, quæ non queunt ſolui. Si ex nihilo eſt, non eſt filius. Si creatura eſt, non eſt creator. Si factura eſt, non eſt omnium factor. Si diſcens, non præcognitor. Si accipiens, nõ eſt perfectus. Si proficiens, nõ eſt deus. Si diſſimilis, non imago. Si per gratiam, non per naturam. Si bonitatis expers, autor malitiæ. Nemo bonus k niſi vnus deus.

Quod Arriani bonum filium dei negent. Ca. I.

SVPEO itaq; ad reliqua ſancte Imperator, & toto corpore animoq; deficio, eſſe aliquos homines, vel potius nõ homines, ſed humana adopertos ſpecie, intus autẽ demẽtiæ beſtialis, qui poſt tãta domini & tam diuina beneficia bonũ negent eſſe autorẽ bonorum. Scriptũ eſt inquiunt: Nemo bonus niſi vnus deus. Scriptũ eſt, agnoſco, ſed litera errorem nõ habet, vtinam Arriana interpretatio nõ haberet. Apices ſine crimine ſunt, ſenſus in crimine. Dictum domini ſaluatoris agnoſco. Sed conſideremus quando dicat, cui dicat, qua circumſpectione dicat. Dicit vtique in hominis forma dei filius, & dicit ſcribæ, ei ſcilicet qui magiſtrum bonum dei filium nominaret, deum negaret, quod ille nõ credidit. Chriſtus adiungit vt dei filium non vt bonum magiſtrum, ſed vt bonũ deũ credat. Nã ſi vbi vn⁹ deus dicitur, nequaq̃ tamen dei filius a diuinitatis plenitudine ſeparat: quomodo vbi vnus deus bonus nuncupatur, a plenitudine diuinæ poteſtatis vnigenitus excluditur? Neceſſe eſt igitur aut deum negẽt dei filium, aut deum bonũ eſſe fateantur. Et ideo circumſpectione cæleſti nõ dixit: Nemo bonus niſi vn⁹ pater, ſed nemo bon⁹ niſi vnus de⁹. Pater enim proprium generantis eſt nomen, deus autem vnus eſt, nequaquã deitatem trinitatis excludit, & ideo natura laudatur. Bonitas ergo in natura eſt dei, & in natura dei etiam dei filius. Et ideo non quod ſingularitatis, ſed quod trinitatis eſt prædicatur. Nõ igitur a domino bonitas negatur, ſed talis diſcipulus reſtatur. Nam cum ſcriba dixiſſet: Magiſter bone: reſpondit dominus: Quid me dicis bonum? id eſt, quem deum non credis? Nõ eſt ſatis vt bonum dicas. Nõ tales ego quæro diſcipulos qui me magis ſecundũ hominem magiſtrũ bonum q̃ ſecũdum diuinitatẽ deũ bonũ credãt. Sed nolo prærogatiua naturæ ſuæ & priuilegio poteſtatis vtatur. Nõ dicatur bon⁹, ſi nõ meretur a nobis. Si hoc nõ meretur operibus, ſi bñficiis nõ meretur, abdicetur ſuæ iure naturæ, ſubdatur noſtro iudicio. Qui iudicaturus de nobis eſt, nõ dedigna⁹ iudicari, vt iuſtificetur in ſermonibus ſuis, & vincat cũ iudicatur. Hiccine ergo nõ bonus, qui bona tribuit mihi? Hiccine nõ bonus, qui cũ ſexcẽta milia populi Iudęorum perſecutoribus ſuis cederent, dehiſcentẽ ſubito rubri maris æſtum indiuidua aquarũ mole diuiſit, vt fideles circũfuſa vnda muniret, infidos refuſa demergeret? Hiccine nõ bonus, cuius imperio maria ſolidata fugiẽtibus, ſaxa humefacta ſitientibus, vt opus veri agnoſceretur au M toris, cum humor rigeſceret, petra inũdaret? Quod vt agnoſceres opus Chriſti, Apoſtolus dixit: Petra autẽ 1.Cor.10. erat Chriſtus. Hiccine non bonus, qui tam innumera populi milia, nequa inceſſeret fames, in deſerto pauit pane cæleſti, ſine vſu laboris, cũ fructu quietis, ita vt eorũ per quadraginta annos nec veſtimẽta veteraſcerẽt, nec calceamẽta tererẽtur, inſtar infidelib⁹ futuræ reſurrectionis oſtẽdẽs, quod nec factorũ decora ſplẽdidorũ, nec circũfuſæ virtutis nitor, nec vitæ curſus periret humanę. Hiccine nõ bonus, qui nobis cælũ fecit eſſe quod terra eſt, vt ſicut in cælo quaſi in ſpeculo quodã, ſtellarũ lucentium refulgent globi, ita etiam Apoſtolorum & martyrum & ſacerdotum vice ſtellarũ ſplẽdentiũ toto illuceſcerent chori mundo? Ergo non ſolum bonus, ſed etiam paſtor bonus, hoc eſt, non ſibi tantum, ſed etiam ouibus ſuis bonus. Bonus enim paſtor animam ſuam Ioan.10. ponit pro ouibus ſuis. Poſuit plane animam ſuã, vt non ſtram leuaret. Sed pro diuinitatis poteſtate poſuit & ſumpſit, ſicut ſcriptum eſt: Poteſtatem habeo ponendi animam meã, & poteſtatem habeo ſumendi eã. Nul-

A lus eam tollit a me, ſed ego a memetipſo pono eam. Vides bonitatem, quia ſponte poſuit: vides poteſtatẽ, quia ſumpſit. Et tu bonũ negas, cũ ipſe de ſe in euange-
Mat.20. lio dixerit: Si ego bonus, quare oculus tuus nequam? Ingrate, quid agis? Bonum negas per quem bona ſperas, ſi tamẽ credas? Bonum negas qui dedit nobis quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit? Nec in bonum credam? Bonum eſt enim confiteri domino. Mihi expe-
Pſal.117. dit vt domino confitear. Scriptum eſt enĩ: Cõfitemini domino, quoniã bonus. Mihi expedit vt iudicem meũ bonum arbitrer. Dominus enĩ bonus iudex domui Iſrael. Ergo ſi iudex, dei filius vtiq; quoniã iudex dñs, & deus bonus eſt. Iudex autem dei filius eſt, & deus bonus iudex dei filius. Si fortaſſe non credas aliis, non
Pſal.44. credas filio: audi patrem dicentem: Eructauit cor meũ verbum bonum. Bonum ergo verbũ eſt verbum hoc
Ioãnis.1. de quo ſcriptum eſt: Et verbũ erat apud deum, & deus erat verbum. Ergo ſi verbum bonum eſt, filius autem dei verbum eſt: bonus vtiq; deus eſt dei filius, etiam ſi non placeat Arrianis. Erubeſcant aliquando. Iudei dicebant: Bonus eſt. etſi alii dicebant, nõ eſt: alii dicebãt tamen, bonus eſt. & vos omnes bonum negatis. Bo-
Ibidem. nus eſt, qui peccatũ mundi abſtulit. De ipſo enĩ dictum eſt: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mũdi. Sed
Canti.1. quid dubitamus? Credidit iam eccleſia bonũ, & confeſ-
Canti.7. ſa eſt dicendo: Oſculetur me ab oſculo oris ſui, quoniã bona vbera tua ſuper vinũ. Et alibi: Et fauces tuæ tanq̃ vinum optimũ. Bonus ergo ille nos legis & gratię nu-
B triuit vberibus, cęleſti cura, hominũ prędicatiõe demulcens. Et nos bonũ negamus, cum ſit imago bonitatis, exprimens æternæ in ſeſe bonitatis effigiem? ſicut & ſupra oſtendimus ſcriptum, quia ipſe eſt ſpeculum ſine macula, & imago bonitatis illius.

De vero & bono deo dei filio. Caput II.

1.Cor.8. SED quid vobis videtur, qui bonum & verum deum dei filiũ denegatis, cũ ſcriptum ſit q̃ nullus deus niſi vnus? Nam & ſi ſunt qui dicantur dii, an inter eos Chriſtum annumeratis qui dicuntur & nõ ſunt? cũ ſpeciale ſit eius, vt ſemper ſit, & prẽter ipſum bonus & verus alius deus nõ ſit: quoniã in ipſo eſt deus: ſpeciale autẽ etiam patris ſit, vt poſt ipſum verus alius deus nõ ſit, qui a vnus de⁹. Nec iuxta Sabellianos patrem filiumq; confundens, nec iuxta Arrianos patrem filiumq; ſecernens. Pater enim & filius diſtinctionẽ habent, vt pater & filius ſeparationem diuinitatis non habent.

De omnipotente dei filio. Caput III.

C TAQVE cum verus & bonus dei filius, vtiq; omnipotens deus dei filius. Num hinc
Exo.15. quoq; dubitari poteſt? Supra diximus lectũ quia deus omnipotens nomen eſt ei. Ergo quia filius dominus, dñs autẽ omnipotens: omnipotẽs dei filius. Sed accipe etiã eam de qua dubitare nequeas
Apoca.1. lectionem. Ecce venit, inquit, cũ nubibus, & videbit eũ omnis oculus, & qui eum cõpunxerunt, & plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ, etiã amen. Ego ſum alpha & ω, dicit dominus Ieſus, qui eſt, & qui erat, & qui
Zacha.2. venturus eſt omnipotẽs. Quem igitur cõpunxerũt, & quẽ ſperamus eſſe venturũ, niſi filium dei? Ergo omnipotẽs dominus & deus etiã Chriſtus eſt. Accipe aliud ſancte Imperator, accipe Chriſtum loquẽtem. Hæc dicit dominus omnipotens: Poſt honorẽ miſit me ſuper gentes quę deprædauerũt vos: qm̃ qui tangit vos, quaſi qui tangit pupillã oculi eius. Quia ecce ego inijcio manũ meã ſup eos qui deprędauerũt vos, & erunt in prędã qui prędauerũt eos, & ſcient quia dñs omnipotẽs miſit me. Vtiq; qui dicit, dominus eſt omnipotens: & qui miſit, dominus eſt omnipotens. Ergo & patris & filii D omnipotẽtia, ſed trĩ deus vnus o ipotẽs, quia vnitas poteſtatis eſt. Atq; vt ſcias Impator Auguſte Chriſtum eſſe qui locutus eſt & in pphetis & in euãgelio, tanq̃ in
Eſaię.52. prędeſtinatione euangelii per Eſaiam dicit: Ipſe qui loquebar, aſſum, hoc eſt, aſſum in euãgelio q̃ loquebar in
Ioãnis.16. lege. Deinde alibi: Omnia quæ pater habet, mea ſunt. Quę ſunt oĩa? Non vtiq; locutus eſt de creatis, hęc enĩ oĩa facta ſunt p̃ filiũ. Sed ea q̃ pater habet, id eſt æternitatẽ, maieſtatẽ, diuinitatẽq; naſcẽdo poſſidet. Ergo eũ qui oĩa habet quę pater habet, (ſcriptũ eſt enĩ: Oĩa quæ pater habet, mea ſunt) omnipotentem eſſe dubitare nõ
1.Tim.6. poſſum⁹. Nec vereor quia ſcriptũ eſt de deo, Beatus & ſolus potens: ab eo dei filius ſeparetur, cũ ſcriptura deũ ſolum potẽtem dixerit, nõ patrẽ ſolum, et ipſe de Chriſto deus pater aſſerat per prophetã: Poſui adiutorium
Pſal.88. ſup potẽtem. Non ergo pater ſolus potens, ſed potens etiã dei filius. In patre enĩ laudatur filius. Certe oſtendat aliquis quid ſit qđ nõ poſſit dei filius. Quis ei adiutor cũ cælum faceret, fuit? Quis adiutor cum conderet mundum? An qui in conſtitutione angelorum & dominationũ adiutore nõ eguit, eguit vt hominẽ liberaret? Scriptum eſt, inquiunt, Pater, ſi poſſibile eſt, tranſ-
Mat.26. fer a me calicem hunc. Et ideo ſi omnipotens eſt, quomodo de poſſibilitate ambigit? Ergo quia o ipotentem probaui, probaui vtiq; ambigere eum de poſſibilitate non poſſe. Verba, inquis, Chriſti ſunt. Verum dicis. Sed quãdo & in qua forma loquatur aduerte. Hominis ſubſtantiam gerit, hominis aſſumpſit affectum. Deniq; E ſupra habes quia progreſſus puſillum procidit in faciem ſuam, oras & dicis: Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Non ergo quaſi deus, ſed quaſi homo loquitur. Deus enim poſſibile aliquid aut impoſſibile neſciebat? Aut aliquid impoſſibile deo, cum ſcriptum ſit: Impoſſibile enim tibi nihil eſt. De quo autem dubitat, de ſe, an de patre? De eo vtiq; qui dicit, tranſfer: dubitat hominis affectu. Ergo propheta nõ putat aliquid impoſſibile deo. Propheta non dubitat, & filium dubitare tu credis? Num intra homines conſtitues deũ? Et dubitat de patre deus, & de morte formidat? Timet ergo Chriſtus: & dum Petrus non timeat, Chriſtus timet? Petrus dicit, Animam meam pro te po-
Ioan.13. nam. Chriſtus dicit, Anima mea turbatur. Vtrumq; verum eſt, & plenum vtrumq; rationis, quod & ille qui eſt inferior, nõ timet: & ille qui ſuperior eſt, gerit timẽtis affectum. Ille enim quaſi homo vim mortis ignorat, iſte quaſi deus in corpore conſtitutus fragilitatem carnis exponit, vt eorum qui ſacramẽtum incarnationis abiurant, excluderetur impietas. Deniq; & hæc dixit, & Manichæus non credidit, Valentinus negauit, Marcion phantaſma iudicauit. Eouſq; autẽ hominem quem in veritate corporis demonſtrabat, æquabat affe- F
Mat.26. ctu, vt diceret, Sed trĩ nõ ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. cum vtiq; ſimiliter ſit Chriſti velle quod pater vult, cuius ſimiliter eſt facere quod pater facit. Quo loco etiã illa veſtra queſtio conticeſcit, quã ſoletis obiicere, quia dixit dominus: Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Et
Ioãnis.6. alibi: Ad hoc deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui me miſit. Ergo vt quaſi interpoſitis plenioris expoſitionis pauliſper induciis, cur dixerit ſi poſſibile eſt, voluntatis interim libere dominũ fuiſſe doceamus: in tantum proceſſiſtis impietatis, vt negetis quod filius dei liberæ volũtatis ſit. Ac certe ſoletis etiã ſancto ſpiritui derogare, & negare non poteſtis ſcriptũ eſſe: Spiritus vbi vult ſpirat. Vbi vult,
Ioãnis.3. inquit, nõ vbi iubetur. Ergo ſi ſpiritus vbi vult ſpirat, filius quod vult nõ agit? Et certe idem dei filius in euãgelio ſuo dicit vbi velit ſpirãdi ſuppetere ſpiritui facultatẽ. Nũquid ergo ſuperiorẽ fatetur, quia illi licet quod ſibi nõ licet? Apoſtolus quoq; dicit quia omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus, diuidẽs ſingulis prout vult.
2.Cor.12.

G Prout vult, inquit, hoc est, pro liberæ voluntatis arbitrio, non pro necessitatis obsequio. Et diuidit spiritus non mediocria, sed quę deus cõsueuit operari, gratiam curationum, & operationem virtutum. Ergo diuidit spiritus prout vult, filius dei non liberat quem vult? Sed audi etiam ipsum agere quod vult. Dixit enim:
Psal. 59. Vt faciam voluntatẽ tuam deus meus volui. Et alibi:
Psal. 53. Voluntarie sacrificabo tibi. Sciuit sanctus apostolus Petrus Iesum in potestate habere quę vellet, & ideo cũ
Mat. 14. videret ambulare eũ supra mare, ait: Domine si tu es, iube me venire ad te super aquã. Petrus credidit quia si Christus iubeat, naturę possit conditio mutari, vt humanis se subiiciat vnda vestigiis, & discrepantium naturarũ possit cõuenire cõcordia. Petrus poscit vt iubeat, non vt roget Christus. Christus non rogauit, sed iussit, & factum est: & Arrius contradicit? Quid est tamen quod pater velit, & filius nolit: aut filius velit, & pater
Ioãnis. 5. nolit? Pater quos vult viuificat, & filius quos vult viuificat, sicut scriptum est. Dic nunc quos viuificauerit filius, & pater viuificare noluerit? Cum autẽ filius quos velit viuificet, & operatio vna sit: vides quia non solum filius voluntatem patris, sed etiam pater filii faciat voluntatẽ. Quid est autẽ viuificare nisi per filii passionẽ? Passio autẽ Christi, voluntas est patris. Quos ergo filius viuificat, p patris viuificat voluntatẽ. Vna igitur est voluntas. Quę autẽ voluntas patris, nisi vt veniret Iesus in hũc mũdum, & nos mundaret a vitiis? Audi
Matth. 8. leprosum dicentẽ: Si vis, potes me mũdare. Respondit Christus: Volo. & statim secutus est effectus sanitatis.
H Vides quia filius arbiter suæ voluntatis est, & Christi voluntas eadẽ quæ paterna est: quãq; cũ dixerit: Omnia quæ pater habet, mea sunt: sine dubio quia nihil excipitur, quam pater habet, eandẽ habet & filius voluntatem. Vna ergo volũtas, vbi vna operatio. In deo enim vna voluntatis series, operationis effectus est. Sed alia voluntas hominis, alia dei. Denique vt scias vitam in voluntate esse hominis, quia mortẽ timemus: passionem autẽ Christi in voluntate diuina, vt pateretur pro nobis: cum Petrus dominũ vellet a passione reuocare,
Mat. 16. dominus ait: Non sapis ea quæ dei sunt, sed quæ sunt hominũ. Suscepit ergo voluntatem meã, suscepit tristitiam meam. Confidenter tristitiam nomino, quia crucem prædico. Mea est voluntas quam suam dixit, quia vt homo suscepit tristitiam meã, vt homo locutus
Mat. 26. est. Ideo ait: Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. Mea est tristitia, quam meo suscepit affectu. Nemo enim moriturus exultat. Mihi compatitur, mihi tristis est, mihi dolet. Ergo pro me & in me doluit, qui pro senihil habuit quod doleret. Doles igitur domine Iesu, non tua sed mea vulnera, nõ tuã mortẽ, sed nostrã infirmitatem, sicut ait propheta: Quia pro nobis dolet. Et nos domine estimauimus te esse in doloribus, cum tu non
I pro te, sed pro me doleres. Et quid mirũ si pro oĩbus doluit, qui pro vno fleuit? Quid mirum si moriturus pro omnibus tedeat, qui Lazarum resuscitaturus illachrymat? Verum & ibi piæ sororis lachrymis cõmouetur, quia mentẽ humanã tangebat, & hic alto operatur effectu, vt sicut mors eius mortem abstulit, liuor eius vlcera nostra curauit: ita etiã mœrorẽ nostrũ mœror eius aboleret. Vt homo ergo dubitat, vt homo turbatur. Nõ turbatur virtus, nõ turbatur eius diuinitas, sed turbatur anima, turbatur secundum humanæ fragilitatis assumptionem. Et ideo quia suscepit animã, suscepit & animæ passiones. Non erñ eo quod deus erat, aut tur-
Psal. 21. bari aut mori posset. Deniq; deus deus, inquit, meus, quare me dereliquisti? Vt homo ergo loquitur, meos circũferens metus, quod in periculis positi a dño deseri nos putamus. Vt homo turbatur, vt homo flet, vt homo crucifigitur. Sic erñ & apostol⁹ Paulus dixit: Quia Christi carnem crucifixerũt. Et alibi apostolus Petrus
1. Petri. 4 ait: Christo passo secũdum carnẽ. Caro igitur est passa, diuinitas autẽ mortis libera, passioni corpus, natura hu- K
manę legi cõcessit. An vero mori diuinitas põt, cũ anima nõ possit? Nolite, inquit, timere eos qui corpus pos- Mat. 10.
sunt occidere, animã autẽ nõ possunt. Si ergo anima occidi nõ potest, quomodo diuinitas potest?

De domino maiestatis dei filio. Caput IIII.

VNDE illud quod lectum est dominũ maiestatis crucifixum esse, non quasi in maiestate sua crucifixum putem⁹? sed quia idem deus, idem homo: per diuinitatem deus, per susceptionem carnis homo Iesus Christus: dominus maiestatis dicitur crucifixus, quia consors vtriusq; naturę, id est humanę atq; diuinæ, in natura hominis subiit passionem, vt indiscrete & domin⁹ maiestatis dicatur esse qui passus est, & filius hois, sicut scriptũ est, qui descendit de cælo. Per naturã igitur hois & dubitauit & tenduit & resurrexit. Quod enim cecidit, hoc resurrexit per naturam hominis. Dicit etiã illud de quo calũniari solent, quia dictum est: Vado ad patrem, quoniam Ioan. 14.
pater maior me est. Quomodo vadit nisi per mortem, & venit nisi per resurrectionem? Deniq; addidit, vt de assumptione se dixisse signaret: Propterea dixi vobis priusquã fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Loquebatur enim passionem sui corporis & resurrectionem, per quã credere cœperant qui ante dubitabant. Neq; enim deus de loco ad locum trãsit: qui vbiq; semp est. Vt homo est qui vadit, ipse est qui venit. Deniq; & alibi dicit: Surgite eamus, inquit. In eo ergo vadit & venit, L
quod est cõmune nobiscũ. Nam quomodo potest minor esse deus, cũ deus perfectus & plen⁹ sit? Sed minor in natura hominis: & miraris si ex persona hominis patrem dixit maiorẽ, qui in persona hominis se vermẽ dixit esse, non hominem? Dixit enim: Ego autem sum Psal. 21.
vermis, & nõ homo. Et alibi: Sicut ouis ad occisionem Esaię. 53.
ductus est. Si in hoc minorẽ dicis, negare non possum. Sed vt verbo vtar scripturæ, non minor natus, sed minoratus est, hoc est, minor factus est. Quomodo autẽ minor factus, nisi quia cum in forma dei esset, non rapi- Philip. 2.
nam arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit? Non amittens vtiq; quod erat, sed assumẽs quod nõ erat, quia formam serui accepit. Deniq; vt sciremus per susceptionem corporis minoratum, de homine Dauid prophetauit, dicẽs: Quid est homo quod Psalm. 8.
memor es eius, aut filius hominis, nisi quia visitas eũ? Minoraſti eũ paulominus ab angelis. Hoc ipsum interpretatus Apostolus ait: Nam paulominus minoratum ab angelis videmus Iesum propter passionem Hebræ. 2.
mortis, gloria & honore coronatũ, vt sine deo p omnibus gustaret mortem. Non solum ergo a patre, sed etiam ab angelis minor filius dei factus est. Et si hoc ad præiudicium trahis: num ergo filius in natura dei M
minor est q̃ sui angeli qui ei seruiunt & ministrant? Ita dum minorem vultis asserere, impietatem incurritis, vt angelorum naturam dei filio præferatis. Sed nõ est seruus supra dominũ suum. Deniq; & in carne constituto angeli ministrabant, vt nihil ei agnoscas per naturam corporis imminutum. Neq; enim deus sui pati potuit detrimentũ, cum id quod assumpsit ex virgine, nec accessio diuinæ nec diminutio potestatis sit. Non est ergo secundum diuinitatẽ minor, qui plenitudinem habet diuinitatis & gloriæ. Maior enim & minor in iis quæ corporalia sunt, distingui solent. Aut statu maior, aut plenitudine, aut certe ætate. vacant erñ ista vbi de diuinis tractatus inducitur. Maior etiam vulgo dici solet qui aliquem instituit & informat. In dei autem sapientia non cadit vt instituta fit alterius disciplinis, cum ipsa disciplinarum omniũ tradiderit institutum. Q̃ bene autem posuit Apostolus quod sine deo pro omnibus gustauerit mortẽ, ne diuinitatis illam passio-

A nem putaremus fuisse, non carnis. Ergo si non inuenerunt quẽadmodum possent probare maiorem, non veris calumnientur, sed verborum rationem requirant. Ego illos interrogo: quo putent esse maiorem, si quia pater est, eo maiorem putant. Sed non hic ætas & tempus, neq; canities patris, & filii puerilia est. Hæc enim maiorem solent facere patrem. Cæterum pater & filius, generantis & nati nomina sunt, quæ non videntur separare, sed iungere. Non enim pietas naturæ detrimentũ est. Nanq; homines sibi inuicem conciliat necessitudo, nõ separat. Itaq; si nec de natura afferre possunt aliquam quæstionem, vel testimoniis credant. Deniq; filium nõ esse eo minorem quia filius est, Euangelista
Ioan. 5. testatur, & æqualem esse quia filius est, ipse significat dicens: Propterea enim volebant eum occidere Iudęi, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem proprium dicebat deum, æqualem se faciens deo. Non Iudęi hoc dicunt, sed euangelista testatur, quod æqualem se faciebat deo, proprium se filium dei dicẽs. Non enim scriptum est ex persona Iudęorum dicentiũ: Propterea volebant eũ Iudæi occidere, sed euangelista ex sua persona dicit: Propterea enim volebant illum Iudæi occidere. Et interpretatus est causam, ideo Iudæos ad necem eius esse commotos, quod cum & sabbatum quasi deus solueret, & deum patrem sibi proprium vendicaret, non solum in solutione sabbati maiestatẽ diuinę potestatis, sed etiam in patris proprii nomine ius sibi æternæ æqualitatis assciseret. Quibus aptissime respondit
B dei filius, vt & dei se filiũ, & æqualem probaret. Quæcunq;, inquit, pater fecerit, eadem & fili⁹ facit similiter. Filius igitur patri & dicitur & probatur æqualis. Bona æqualitas, quæ & differentiam diuinitatis excludit, & cum filio patrem signat, cui filius sit æqualis. Nõ est enim diuersa nec singularis æqualitas, quia nemo æqualis ipse sibi solus est. Ergo Euangelista interpretatus est quid sit propriũ filium dei se dicere, hoc est, æqualem se facere deo. Vnde id secutus Apostolus dixit:
Philip. 2. Non rapinã arbitratus est esse se æqualem deo. Quod enim quis non habet, rapere conatur. Ergo nõ quasi rapinam habebat equalitatem cum patre, quam in natura sui tanquã deus & dominus possidebat. Vnde addidit: Formam serui accepit. Contrarius vtiq; seruus æquali. Æqualis ergo in dei forma, minor in susceptione carnis, & hominis passione. Nam quomodo eadẽ posset minor esse æqualisq; natura? Quomodo autem si minor est, eadem similiter facit quæ pater facit? Nam quẽadmodum eadem operatio diuersæ esset potestatis? Numquid sic potest minor quẽadmodũ maior operari, aut vna operatio potest esse vbi diuersa subsistantia est? Itaq; accipe Christum secũdum diuinitatẽ minorem non posse dici. Ipse loquitur ad Abraham: Per
Gene. 22. C meipsum iurraui. Ostendit autẽ apostolus eum qui iurauit per se, minorẽ esse nõ posse. Itaq; sic ait: Abrahæ
Hebræ. 6. cum repromisisset deus, quoniã nullũ alium maiorem habebat, iurauit per seipsum, dicens: Nisi benedicendo benedixero te, & multiplicando multiplicauero te. Ergo maiorem nõ habuit Christus, & ideo per se iurauit. Et bene addidit: Homines enim per maiorem iurant, quia homines maiorem habent, deus nõ habet. Aut si volunt de patre dictum videri, reliqua nõ cohęrẽt. Neq; enim pater visus est Abrahæ, & deo patri pedes lauit, sed in eo futuri hominis est figura. Deniq; dei filius di-
Ioãnis. 8. xit: Abrahã diem meũ vidit, & gauisus est. Ipse est ergo qui per se iurauit, quem Abraham vidit. Et reuera quomodo maiorem habet, qui diuinitate cum patre vnum est? Quod enim vnũ est, dissimile non est. Inter maiorem autem minoremq; discretio est. Ergo de filio & de patre præsentis docet lectionis exẽplum, quia nec pater minorem habet, nec maiorem dei filius, cũ in patre & filio nulla distantia diuinitatis sit, sed vna maiestas. Nec illud sine metuo quod solent obtẽdere mino-

rem esse quia missus est. Si erñ & minor nõ docetur, & D
honorificentię docetur equalitas, cũ ita omnes honorificent filium sicut honorificant patrẽ, constat eo minorem nõ esse qui missus est. Nõ ergo humani sermonis angustias, sed verborũ charitatẽ intuere, operib⁹ crede. Considera quia dñs noster Iesus Christus in Esaia locutus est, ab spiritu sancto esse se missum. Nũquid ergo spiritu minor filius, quia missus ab spiritu est? Habes igitur scriptum quod filius a patre & spiritu eius dicat esse se missum. Ego sum, inquit, primus, & ego in pos- Esaię. 48.
terũ, & manus mea fũdauit terrã, dextera mea solidauit cælum. Et infra: Ego locutus sum, ego vocaui, ego adduxi eum, & prosperũ iter eius feci. Accedite ad me, & audite hęc, nõ in occulto ab initio locutus sum. Cũ fierent, illic erã: & nũc domin⁹ misit me, & spiritus eius. Vtiq; qui cælum fecit & terram, ipse dicit a domino & spiritu eius esse se missum. Videte ergo quod simplicitas sermonis, nõ iniuria missionis sit. Ipse igitur missus a patre, ipse est missus ab spiritu. Et vt agnoscas nullã maiestatis esse distantiam, etiam filius spiritũ mittit, sicut ipse dixit: Cũ venerit autẽ paracletus quem ego Ioan. 15.
mittam vobis a patre meo, spiritum veritatis, qui a patre meo procedit. Hunc eundem paracletum & a patre esse mittẽdum supra posuit dicens: Paracletus autem Ioan. 14.
spiritus ille sanctus, quem mittet pater in nomie meo. Vide vnitatem, quia quẽ deus pater mittit, mittit & filius. Et quẽ mittit pater, mittit & spirit⁹. Aut si volunt filium missum, quia dexteram patris filium legimus, ipsi de patre quod de filio abnuũt, fatebuntur: nisi forte E
aut alterũ sibi patrẽ, aut alterũ sibi filiũ inueniãt Arriani. Sileant igitur inanes de sermonib⁹ questiones, quia
1. Cor. 2. regnũ dei, sicut scriptũ est, non in persuasione verbi est, sed in ostensione virtutis. Seruemus distinctionẽ diuinitatis & carnis. vnus in vtraq; loquitur dei filius, quia in eodem vtraq; natura est. Et si idem loquitur, non vno semper loquitur modo. Intende in eo nunc gloriã dei, nunc hominis passiones, quia quasi deus loquitur quæ sunt diuina, quia verbum est: quasi homo dicit quę sunt humana, quia in mea substantia loquebatur. Hic
Ioãnis. 6. est panis viuus, qui descẽdit de cælo. Panis hic caro est, sicut ipse dixit: Hic panis quem ego dabo, caro mea est. Hic est qui descẽdit, hic est quem pater sanctificauit, & misit in hunc mũdum. Hęc ipsa litera nos docet, sanctificatione nõ diuinitatẽ eguisse, sed carnem. Deniq; ipse dñs dixit: Et ego memetipsum sanctifico pro ipsis. vt agnoscas quod & sanctificatur in carne pro nobis, & diuinitate sanctificat. Hic idem est quem pater misit, sed Gala. 4.
factum ex muliere, factum sub lege, vt apostolus dixit. Hic est qui ait: Spiritus domini super me: propter quod Lucæ. 4.
vnxit me: euangelizare pauperibus misit me. Hic est qui dicit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoF
scet de doctrina vtrũ ex deo est, an ego a meipso loquar. Alia ergo ex deo doctrina, alia ex homine. Itaq; Iudæi cum doctrinam eius secundum hominem quærerent & dicerent, Quomodo hic literas nouit, cum nõ didicerit? respondit Iesus & dixit: Mea doctrina non est Ioãnis. 7.
mea. Nam cum sine eruditione literarum doceat, non quasi homo, sed potius vt deus videtur docere, qui doctrinam non didicerit, sed inuenerit. Adiuuenit enim omnẽ viam disciplinæ, vt supra lectum est. Nam vtiq; de filio dei dictum est: Hic est deus noster, & non æsti- Baruch. 3
mabitur alius ad eum, qui adiuuenit omnem viam disciplinæ. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est. Quomodo ergo secũdum diuinitatem doctrinã suam nõ habet, qui adiuuenit omnem viam disciplinæ antequã videretur in terris? Aut quomodo minor, de quo dictũ est: Non æstimabitur alius ad eum? Vtiq; incomparabilis dicitur, ad quem nemo alius æstimari potest. Sed ita incomparabilis, vt & patri nequeat anteferri. Quod si de patre dictũ putãt,

G impietatē Sabellii non euadent, vt patri susceptionem humanæ carnis attribuant. Prosequamur sequentia.

Ioānis.7. Qui a semetipso, inquit, loquitur, gloriam suam quærit. Vide vnitatē, quę & patrem signat & filium. Non potest non esse qui loquitur, sed non potest a semetipso esse quod loquitur, in quo naturaliter ex patre sunt omnia. Quid est autem, Gloriam suam quærit? Hoc est, non diuisam a patre gloriam. Nam vtiq; & verbum deus habet gloriam. Deniq; dicit: Vt videāt gloriam meam. Sed illa verbi gloria, eadem patris gloria

Philip. 2. est, sicut scriptum est: Dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Ita igitur secundum diuinitatē dei filius suam gloriam habet, vt patris & filii vna sit gloria. Non est ergo minor in claritate, quia vna gloria. Non minor diuinitate, quia plenitudo diuinitatis ī Christo

Colos. 2. est. Et quomodo, inquit, scriptum est: Pater, venit hora, clarifica filium tuum? Qui hoc dicit, clarificatione,

Ioan. 17. inquit, indiget. Hucusq; oculos habes, quod reliquū est non legisti. Sequitur enim: Vt filius tuus clarificet te. Nunquid & pater indiget, quia clarificandus a filio est? Pari modo obedientiam filio obiicere solent, quia scri-

Philip. 2. ptum est: Et specie inuentus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem. Et hominē præmisit, & vsq; ad mortē dixit, vt intelligeremus obedientiam mortis non diuinitatis fuisse, sed incarnationis, in qua & officia nostra suscepit, & nomina. Didicimus itaq; vnam esse potentiam trinitatis, quam nos in ipsa quoq; docuit passione. Filius enim patitur, In manus patris cōmendatur spiritus, Deus quoq; pater ma-

H xima voce atq; post ipsam docuit passionē. Filius enim patitur per corporis sacramētum, apostolis spiritus sanctus infunditur, pater quoque maxima voce signatur. Didicimus vnam patris & filii esse imaginem, vnam similitudinē, vnam sanctificationē. Didicimus vnam esse operationē, vnam gloriam, vnam quoq; diuinita-

Mat. 4. tem. Vnus ergo & solus deus, quia scriptū est: Dominū deū tuū adorabis, & illi soli seruies. Vnus deus, nō vt ipse sit pater & filius, sicut impius Sabellius asserit, sed quia patris & filii spiritusq; sancti vna diuinitas sit. vbi autē vna diuinitas, vna voluntas, & vna præceptio. Deniq; vt scias & patrē esse, & filium esse, & vnū opus

1. Thes. 5. patris & filii esse, Apostoli sequere qui dixit: Ipse autē deus & pater noster & dominus Iesus dirigat viam nostram ad vos. Et patrem loquitur, & filium loquitur: sed vnitas directionis est, quia vnitas potestatis est. Sic

2. Thes. 2. & alibi habes: Ipse autem dominus noster Iesus Christus & deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationē ęternam, & spem bonam in gratia, consoletur corda vestra & confirmet. Quantā vnitatē ostendit, vt consolationis vnitas non pluralitas sit? Conticescat ergo perfidia, aut si ratione nō vincitur, morali humanita-

I tate flectatur. Consideremus ī moraliter egerit dominus, vt nos non solum fidem, sed etiam mores doceret. Nanq; in forma hominis constitutus, subditus erat Ioseph & Mariæ. Nunquid ergo minor & hominibus, quia subditus? Aliud pietatis, aliud potestatis est, sed nō præiudicat pietas potestati. In eo ergo legis subditum patri, in corpore scilicet, in quo erat subdit⁹ matri. Agamus & nos moraliter, persuadeam⁹ illis quod sibi profit, obsecremus & ploremus ante dominū qui fecit nos. Non enī vincere volumus, sed sanare: nō insidiose agimus, sed religiose monemus. Sæpe flectit humanitas, quos nec virtus potuerit superare, nec ratio. Deniq; dominus illum hominē qui ex Hiericho descēdens incidit in latrones, quem nō asperioribus legis medicamētis, nō pphetico rigore curauerat, oleo curauit & vino. Veniant ergo ad hunc omnes qui sanari volunt, accipiant medicamētū quod & a patre detulit, & preparauit in cęlo, ex illis confectū immortalibus succis. hoc ex terra nō pullulat. Expers enī omnis natura huius cōfectionis. Diuino enī cōsilio suscepit hanc carnē, vt ostenderet legem carnis legi esse subditam meę. Suscepit K carnem, vt quasi homo vinceret qui homines erudiret. Quid mihi prodesset si quasi deus exerta potestate diuinitatem suam tantūmodo inuiolabilem demonstrasset? Aut cur susciperet carnem, nisi vt tentari se nostre atq; infirmitatis meæ conditione pateretur? Tentari debuit, compati mihi debuit, vt scirem quēadmodum tentatus vincerem, compassus euaderem. Vicit per cō tinentiam, vicit per contēptum diuitiarum, vicit per fidem, calcauit ambitionem, fugauit intēperantiā, lasciuiam relegauit. Hoc medicamentum Petrus vidit, & retia sua, instrumenta videlicet quæstus & subsidia dereliquit, renuncians carnis concupiscentiæ tanquā corruptæ nauī, in quā quasi sentina quædam multarū ingreditur passionum. Magnum ergo medicamentum, quod nō solum cicatricem vetusti vulneris amputauit, sed etiam causam passionis incidit. O fides thesauris omnibus opulentior: O fides vulnerum nostrorum peccatorumq; medicina præstantior. Consideremus quia nobis prodest bene credere. Mihi enim prodest scire quia propter me Christus suscepit meas infirmitates, mei corporis subiit passiones, pro me peccatū, hoc est p omni homine, pro me maledictū factus est, & pro me atq; in me subditus atq; subiectus, pro me agnus, pro me vitis, pro me lapis, pro me seruus, pro me filius ancillæ, pro me diem iudicii ignorās, pro me nescięs diem aut horam. Nam quomodo posset diem nescire, qui dies fecit & tempora? Quomodo posset diem ignorare iudicii, qui & horā iudicii futuri expressit & causam? Factus ergo maledictum nō secūdum diuinitatem, sed L Deut. 21.
secundum carnem. Scriptum est enim: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Secundum carnem vtiq; pependit: & ideo maledictū, quia nostra maledicta suscepit. Ille fleuit, ne tu homo diu fleres. Ille iniurias passus est, ne tu iniuriam tuam doleres. Grande remediū, solatium habere de Christo. Ille enim pro nobis hæc patientius tulit, & sumus qui patienter hæc pro illius nomine ferre nequeamus. Quis appetitus nō discat ignoscere, quādo pro persecutoribus suis Christus & crucifixus orabat? Vides ne illas quas tu putas Christi infirmitates, tuas esse virtutes? Cur de remediis nostris ei quæstionem mouemus? Lachrymæ illæ nos lauant. Fletus illi nos abluunt, ac dubitatio illa nos firmat, ne tu si cœperis dubitare, desperes. Quāto maior est iniuria, tanto vberior debetur gratia. Sed & in ipsis iniuriis cognosce diuinitatem. In cruce pendebat, & elementa ei omnia seruiebant. Sol refugit, dies occidit. Obfusę & circūfusæ tenebræ. Terra tremuit, non tremuit qui pependit. Quid aliud hęc ī autoris reuerentiam signant? Quia in cruce est vides: quia regnum dei donat, nō vides: quia mortem gustauit legis: quia latronem quoq; ad paradisum inuitauit, non legis? Mulieres flentes M
intueris ad tumulum, nō intueris angelos excubātes? Quid dixerit legis, quid gesserit non legis? Dicis Chananeæ mulieri dixisse dominum: Non sum missus nisi Mat. 15.
ad oues quæ perierunt domus Israel. Non dicis, quoniā id quod ab ea rogatus est fecit. Vnde intelligere te conuenit, quia missus non id significat quod alieno sit coactus imperio, sed quod voluntario functus sit arbitratu, alioquin contēptum ostendis patris. Si enim, vt tu interpretaris, paternorum famulus præceptorum Christus venerat in Iudæam, vt solis eius incolis mederetur, & Chananeę prius filiam (vt legimus) liberauit, nō vtiq; alieni fuit executor imperii, sed voluntarii liberi arbitrii. Vbi autem libertas voluntatis, ibi nulla preuaricatio missionis. Nec vereare ne displiceat patri quod fecit filius, cum ipse dicat: Quæcunq; placita sunt Ioānis. 8.
ei, facio semper. Et alibi: Opera quæ ego facio, ipse fa- Ioan. 14.
cit. Quomodo ergo patri potuit displicere quod ipse fecit per filium? Vnus enim deus, sicut scriptum est, qui Roma. 3.
iustificauit circūcisionem ex fide, & præputiū per fidē.

A Omnia lege, omnia diligenter aduerte, inuenies sic demonstrasse se Christum, vt deus in homine cerneretur. Nec malitiose accipias de patre filium gloriante, cum audias patrem in filio complacētem. Sed si moralibus flecti non queunt, prouocemus ad iudicem. Ad quem tandem ibimus? Nempe ad eum qui iudicium habet.

Ioānis. 5. Nunquid ad patrem? Sed pater nō iudicat quēquam. Omne enim iudicium dedit filio. Dedit vtiq; generando, non largiendo. Vide ī te noluerit filio suo derogare, vt tibi ipsum iudicem daret. Videamus ergo ante iudicium quis causam meliorem habeat, ego, an tu. Nempe prudentis actoris est, prius conciliare sibi iudicem. Hominem honoras, deum non honoras? Quid ergo conciliat cognitorem, honorificentia, an iniuria? Pone me peccasse: quod nō est: num offenditur honore suo Christus? Peccamus omnes. Quis ergo veniā promerebitur? qui defert honorificentiam, an qui irrogat contumeliam? Aut si te ratio nō mouet, species saltem iudicii ipsa cōmoueat. Attolle oculos ad iudicem tuos, intuere qui sedeat, cum quo sedeat, vbi sedeat. Se-

Psal. 109. det Christus ad dexteram patris. Aut si oculis hoc nō potes comprehendere, audi dicentem prophetam: Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam. Sedet ergo ad dexteram patris filius. Dic nunc qui de secularibus arbitraris estimanda diuina, Num tibi videatur inferior qui ad dexteram sedet? Num iniuriam patris, qui ad sinistram sedet? Pater honorat, & tu iniuriam putas? Pater maiuit id esse pietatis exēplum, & tu putas præceptionis imperium? De morte surrexit, & ad dexterā dei sedet. Sed dixit, inquis, pater. Ac-

Mat. 26. cipe etiam vbi nō dicit pater, & prædicit filius. Amodo videbitis filium hominis sedētem ad dexteram virB tutis. Et hoc de assumptione corporis dicit. Hinc dicit: Sede ad dexteram meā. Nam si de æterna sede diuinitatis queris, interrogatus a Pilato si ipse esset rex Iu-

Ioan. 18. dæorū, ait: In hoc sum natus. Vnde & Apostolus monet hoc esse nobis vtile, si Christum non ex præcepto neq; ex gratia, sed quasi dilectissimū filium ad dexterā

Colos. 3. dei sedere credamus. Sic enī habes: Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexteram dei sedens. quæ sursum sunt sapite. Hoc est enim superiora sapere, & credere, quia Christus vt sedeat, non quasi iussus obsequitur, sed quasi filius dilectissim⁹ honoratur. Propter

Psal. 109. rationem ergo corporis dicit: Sede ad dexteram meā, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. Quod si & hoc ad calumniam trahis, quia pater ad filium dicit, Ponam inimicos tuos: etiā pater trahit ad filiū quos filius suscitet atq; viuificet. Nemo enī, inquit, potest venire ad me, nisi pater qui misit me, attraxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Et tu filium dei pro infirmitate dicis esse subiectum, cui pater

C attrahit, quos ille in nouissimo die suscitet? Hęccine tibi videtur esse subiectio, in qua regnū patri paratur, cui pater ad filium trahat: & calumnię locus nō sit, cum patri regnū filius tradat, nec aliquid præferatur? Hæc enī documenta pietatis sunt, quod & pater filio, & filius patri tradat. Ita enim sibi tradunt, vt neq; ille qui accipit quasi alienum acquirat, nec qui tradit amittat. Ad dexteram quoq; sedere nulla prælatio est, neq; ad sinistram iniuria. Diuinitas enim gradum nescit, nec loco aliquo circūscribitur, nec temporibus definitur. Angustis animis homines ista pensamus. Nulla differentia charitatis, nullum discrimen est vnitatis. Sed cur longius euagamur? Circūspectasti omnia, vidisti iudicē, aduertisti angelos prædicantes. Illi laudant, & tu vituperas? Dominationes & potestates venerātur, & tu calumniaris? Adorāt omnes sancti eius, nō adorat dei filius, nō adorat spūs sanctus. Seraphim dicūt: Sanctus, sanctus, sanctus. Quid sibi vult sub vno noie sanctitatis, trina repetitio? Si trina repetitio, cur vna laudatio? Si vna laudatio, cur trina repetitio? Trina repetitio cur nisi quia pater & filius & spiritus sanctus sanctitate vnā D
sunt? Non dixit semel, ne filium sequestraret: non bis, ne spiritum præteriret: non quater, ne creaturam sibi coniungeret. Et vt ostēderet trinitatis vnā esse deitatē, cū tertio dixisset: Sanctus, sanctus, sanctus addidit singulariter: Dūs deus sabaoth. Sanctus igitur pater, sanctus filius, sanctus & dei spiritus. Adoratur igitur trinitas, nō adorat. Laudatur trinitas, nō laudat. Ego malo sicut Seraphim credere, & sicut omnes potestates virtutesq; cælestes adorare. Igitur prosecutionē tuam videamus, quēadmodum cōcilies tibi iudicem. Dic sane, dic inquam, Ego te Christe puto esse dissimilem patri. Respondebit & ille: Discerne si potes. Discerne, inquam, quo putes esse dissimilē. Dic aliud: Creaturā, iquies, te arbitror. Respondebit & Christus: Si duorum hominum testimoniū verum est, tu nec mihi nec patri saltē credere debuisti, qui genitū nominauit? Bonū, inquit, nego. Dicet & ille: Fiat tibi secūdum fidem tuam, vt tibi bonus nō sim. Omnipotentem nō arbitror. Respondebit & ipse: Non possum ergo tibi tua peccata donare. Subiectum dico. Referet ad hoc: Cur igitur libertatem acveniam ab eo petis quem putas pro seruitio esse subiectum? Video hærere prosecutionem tuam: non vrgeo, quia peccatorum meorum ipse sum conscius. nō inuideo veniam, quia ipse opto indulgentiam, votum tuum scire desidero. En allego apud iudicem desideria tua, non prodo crimina. Seriem tuorum expecto votorum. Dic vtiq; ea quæ in communi voto sunt. Dic inquam: Domine fac me ad imaginem dei. Respondebit & ille: Ad quam imaginem? quā negasti? Dic, Fac me incorruptibilem. Referet vtiq, Quomodo te incorruptibilem facere possum, quem tu creaturam dicēdo, capacem corruptibilitatis esse voluisti? Mortui resur- E
gent incorrupti, & tu corruptibilem dicis quem deum cernis? Dic, Bon⁹ esto mihi. Dicet tibi: Quid postulas quod negasti? Ego te bonum volui. Ego dixi: Estote Leuit. 19.
sancti, quoniam ego sanctus sum. Et tu mihi id negare contendis? Tu expectas veniam peccatorum? Sed nemo potest donare peccata nisi solus deus. Itaq; cum verus & solus tibi deus non sim, non possum vtiq; tua peccata donare. Hæc Arrianus dicit. Et Fotinianus: Nego te, inquit, deum. Respondebit & dominus: Dixit Psal. 52.
insipiens in corde suo, non est deus. De quo dictum putas, de Iudæo, de gentili, an de diabolo? De quo vis dictū sit Fotiniane, tolerabilior est ille qui tacuit. Tu vero & voce ausus es dicere, vt insipiente insipientior probareris. Negas ergo, inquit, deum, cum ego dixerim: Dii Psal. 81.
estis, & filii excelsi omnes. Et tu deū negas, cuius opera diuina circūspicis? Dicat & Sabellianus: Ego teipsum patrem & filium & spiritum sanctum arbitror. Respōdebit & dominus: Non audis patrem? non audis filium? Nunquid hic vlla confusio est? Scriptura ipsa F
te docet patrem esse qui detulit iudicium, filium esse qui iudicat. Non audisti me dicentem: Solus nō sum, Ioānis. 8.
sed ego, & qui misit me pater? Dicet & Manichæus: Ego autorem carnis nostræ diabolum credo. Respondebit ei: Ergo quid facies in cælestibus? Vade ad autorem tuum. Ego eos volo mecū esse, quos dedit mihi pater. Tu te a diabolo creatum Manichęe arbitraris, ad illius ergo festina sedem, vbi ignis & sulphur, vbi nō restinguitur eius incendium, nec vnquā pœna morietur. Omitto alia hæreticorum portenta, nō nomina, qui dicunt: Qui dies erit iudicii, quæ erit forma sententiæ? Respondebit his omnibus & ille moraliter: Po- micheę. 6.
pulus meus, quid feci tibi, aut quid cōtristaui te? Nōne ex Ægypto eduxi te, & ex domo seruitutis liberaui te? Sed parum est ex Ægypto liberasse, & ex domo seruitutis eripuisse, plus est teipsum dedisse pro nobis. Dices: Nonne vestras omnes suscepi iniurias? Nōne corpus meum pro vobis obtuli? Nonne mortem appetiui, quod non erat diuinitatis meæ, sed vestræ redem-

Gptionis. Hæccine referūtur gratiæ, hoc profecit sanguis
Psal. 20. meus, sicut in propheta ipse iam dixit: Quæ vtilitas
in sanguine meo, quia descendi in corruptio nem? Hoc
ergo profecit, vt me impie negaretis, pro quibus ista
sustinui. Ego vero tunc domine Iesu etsi grauium pec-
catorum mihi ipse sim conscius, dicam tamen, non te
negaui. habes quod ignoscas fragilitati carnis. Deli-
ctum fateor, peccatum non abnuo. Si vis potes me sal-
uare: quia hoc qui dixit, & meruit. Ne quæso in iudi-
cium intres cum seruo tuo. Non quæro vt iudices, sed
ignoscas. Quid putamus Christum iudicaturum? E-
go scio, iudicaturum dico, immo iam iudicauit. Tene-
mus eius sententiam. Vt omnes, inquit, honorificent fi-
Ioānis. 5. lium, sicut honorificant patrem. Qui non honorificat
filium, non honorificat patrem, qui misit illum. Si dis-
plicet sententia, appella ad patrem, rescinde iudicium
quod pater attulit. Dic quia dissimilem habet filium:
Respondebit tibi: Ergo mentitus sum, qui dixi filio:
Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem
nostram. Dic quia creauit: Respondebit tibi: Cur ergo
adorasti, quem creaturam putasti? Dic quia minorem
generauit filium: Respōdebit, Metire, videamus. Dic
quia ei non debuisti credere: Referet ad hoc: Non tibi
Mat. 17. dixeram: Hic est filius meus dilectissimus, in quo com
placui, ipsum audite? Quid est, ipsum audite? Dicen-
tem vtiq; Omnia quæ pater habet, mea sunt. Hoc audie
runt Apostoli, sicut scriptum est: & ceciderunt in fa-
ciem suam, & timuerunt valde. Si ceciderunt qui con-
fessi sunt, quid facient qui negarunt? Si illos Iesus te-
H tigit & leuauit: vos iacere patietur, ne videatis gloriā
quam negastis. Videamus ergo quoniam quem filius
damnat, & pater damnat. Et ideo honorificemus filiū
sicut honorificamus patrem, vt per filium ad patrem
peruenire possimus. Hæc ergo Imperator Auguste
carptim ac breuiter impolita magis proposui, q̄ enoda-
ta digessi. Quod si qua Arriani inconsummata arbi-
trantur, ego vix fateor inchoata. Siqua adhuc superes-
se opinantur, ego prope omnia. Infidelibus enim totū
deest, sed abundat fidelibus. Deniq; vna confessio Pe-
Mat. 16. tri abundauit ad fidem Christo: Tu es Christus filius
dei viui. Sat est enim generationem scire diuinam, nō
diuisam, non diminutam, non deriuatoriam, non crea-
tam. Hoc etiam totis scripturarum exponitur libris,
Esaię. 6. nec adhuc ab impiis creditur. Incrassatum est enim,
vt scriptum est, cor eorum, & auribus suis grauiter au-
dierunt, & oculos suos grauauerunt: nequando oculis
suis videant, & auribus audiant, & corde intelligant.
Nanq; more Iudaico aures suas Arriani claudere so-
lent, aut ferere tumultum quotiens cumq; verbum salu-
tis auditur. Et quid mirum si humanis vocibus cre-
I dere non solent infideles, qui non credunt diuinis? Fi-
Ioan. 12. lius dei dicebat, sicut habes in Euangelio: Pater clarifi-
ca nomen tuum. Vox patris de cælo audita est dicen-
tis: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Infideles hæc
audiebant, sed non credebant. Dicebat filius, respon-
debat pater. Dicebant Iudæi: Tonitruum factum est il-
li. alii dicebant, Angelus locutus est ei. Paulus quoque
Actuū. 9. sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, cum voce
Christi vocaretur ad gratiam, pluresq; comites pariter
incederent, solus vocem Christi audisse se dixit. Ideo
sancte Imperator, qui credit audit, & audit vt credat.
Qui nō credit, non audit, sed nec vult nec potest audi-
re, ne credat. Atq; vtinam quod in me est audire vel-
lent vt crederent, audire cum bona mansuetudine vt
verum quærentes, non veritatem impugnantes. Scri-
ptum est enim vt non intendamus fabulis & genealo-
ad Titū 3. giis interminabilibus, quę quæstiones magis præstant
q̄ ædificationem dei quæ in fide est. Finis autem præ-
1. Tim. 1. cepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, &
fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conuersi
sunt in vaniloquium, volentes esse legisdoctores, non
intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affir- k
mant. Alibi quoq; idem Apostolus dicit: Stultas au- 2. Tim. 2.
tem & sine disciplina quæstiones deuita. Tales deferē-
dos Apostolus dicit, qui quæstiones asserant, hos esse
hereticos: de quibus alibi dicit quod discedent quidam 1. Tim. 4.
a fide, intendētes spiritibus erroris, & doctrinis demo-
niorum. Et Ioannes dicit hæreticos esse antichristos,
Arrianos vtiq; designans. Hæc enī hæresis post omnes
hæreses cœpit, & ex omni hæresi venena collegit. Sicut
enim de antichristo scriptū est quia aperuit os suum in Apoc. 13.
blasphemia ad deum, blasphemare nomē eius, & bellū
facere cum sanctis eius: ita & isti filio dei derogant, nec
martyribus pepercerūt: & quod fortasse ille non faciet,
scripturas falsauere diuinas. Itaque qui dicit quia Iesus
non est Christus, hic est antichristus. Qui negat sal-
uatorem mundi, negat Iesum. qui negat filium, negat
& patrem, quia scriptum est: Omnis qui negat filium, 1. Ioan. 2.
negat & patrem. Neq; vero te Imperator pluribus te-
nere debeo bello intentum, & victricia de barbaris tro-
phæa meditātem. Progredere plane scuto fidei septus,
& gladium spiritus habens. progredere ad victoriam
superioribus promissam temporibus, & diuinis oracu-
lis prophetatam. Nanq; & futuram nostri depopula-
tionem, et bella Gothorum Ezechiel illo iam tempore
prophetauit. Sic enim habes: Propterea prophetiza fi- Ezech. 33.
li hominis, & dic, O Gog, hæc dicit domin?: In die illa
cum cōstituetur habitare populus meus Israel in pace,
surges & venies de loco tuo ab extremo Aquilonis, &
gentes tecum multæ, sessores equorum, omnis congre
gatio multa & magna, & virtus copiosa, & descēdet ad
L populum meū Israel, vt nubes operiet terram in nouis-
simis diebus, &c. Gog iste Gothus est, quem iam vide-
mus exisse, de quo ꝓmittitur nobis futura victoria, di-
cente domino: Et deprædabunt eos qui deprędati eos
fuerant, & despoliabunt eos qui sibi spolia detraxerunt,
dicit dominus. Eritq; in die illa, dabo Gog, hoc est Go-
this, locum nominatū monumētum in Israel multorū
virorum congestum, qui superuenerunt ad mare, &
per circuitum struet vallis persitomion, & obruet illic
Gog & totam multitudinem eius, & vocabitur polyan
drium Gog, & obruet eos domus Israel vt purgetur
terra. Nec ambiguum sancte imperator, quod qui per-
fidiæ alienæ pugnam excepimus, fidei catholicæ in te
vigentis, habituri sumus auxiliū. Euidens enī ante hac
diuinæ indignatiōis causa præcessit, vt ibi primū fides
Romano imperio frangeretur, vbi fracta est deo. Non
libet confessorum neces, tormēta, exilia recordari, pio-
rum sacerdotia, proditorum munera. Nonne de Thra
ciæ partibus per ripēsem Daciam & Mysiā omnemq;
Valeriam Pannoniorum, totum illum limitem sacri-
legis paritervocibus & barbaricis motibus audiuimus M
inhorrentem? Quid poterat nobis vicinia tam feralis
inuehere? Aut quēadmodum res Romana tali tuta
C poterat esse custodia? Sed iam satis superq; omnipo-
tens deus nostro exilio, nostroq; sanguine, cōfessorum
neces, exilia sacerdotum, & nephas tantæ impietatis
eluimus, satis claruit eos qui violauerunt fidem, tutos
esse non posse. Conuertere domine, fideiq; tuæ attolle
vexilla. Non hic aquilæ militares, neq; volatus auium
exercitum ducunt, sed tuum domine Iesu nomen &
cultus. Non hic infidelis aliqua regio, sed ea quæ con-
fessores mittere solet Italia, aliquando tentata, muta-
ta nunquam: quam dudum ab hoste barbaro defendi-
sti, nunc etiam vindicasti. Non hic Imperatoris mens
lubrica, sed fides fixa. Ostende nunc euidens tuę maie-
statis indicium, vt is qui te verū virtutū dominū, & cę-
lestis militiæ ducem, is qui te veram dei virtutem cre-
dit esse atq; sapientiam, non temporalem vtiq; nec crea
tam sed sempiternam, sicut scriptum est, dei virtutem 1. Cor. 1.
& diuinitatem, tuæ maiestatis fultus auxiliō, fidei suæ
trophæa mereatur.

A CAPITA LIBRI TERTII.

Qua ratione autor ea quę in superioribꝰ libellis breui-
ter digesta sunt, in hoc libro latius exequi curauerit.
Cur etiam illicitum putari nō debeat quod ad infor-
mationē vitæ humanæ cōparationē a poeticis fabu
lis deriuatam induxerit. Caput I.
Quod nos magis q̄ poetæ illecebram secularis lasciuię
pernicioſam debeamus iudicare. Quodq; nostræ sa
lutis gratia Christus corporis infirmitates suscepe-
rit, licet secūdum diuinitatem æqualis sit patri in al-
titudine & immortalitate. Quod præterea (contra
hæreticorum insaniam) cū de deo dicitur solus, non
seperetur filius. Caput II.
Quomodo filius factus intelligatur. Quēadmodum
etiam omnia per ipsum facta sint, cū diuersorū here-
ticorum confutatione. Caput III.
Quid significet quod de incarnatione domini scriptū
est: Deus creauit me principiū viarū suarū. Et quod
Christus dicatur principium, non solum per relatio-
nem ad diuinitatem, sed etiam ad documenta vi-
tutum. Quomodo etiam intelligatur id quod scri-
ptum legitur: Puer natus est nobis &c. quo multæ
hereses extinguūtur. De solutione quoq; dubitatio-
nis quomodo de incarnatione Christi dictū sit: Do-
minus creauit me &c. cū ante incarnationē eius crea
tura mundi fuerit. Caput IIII.
De solutione obiectionis sumptæ ex eo qđ scriptū est:
Post me venit vir qui ante me factus est, cū cōsueta-
B tione erroris Arrianorū. Et quomodo iuxta my-
sticam intelligentiā historiæ de Booz & Ruth desi-
gnatus fuerit Christus, qui ecclesiam sibi copulauit.
Quomodo etiam sepe ad causam pertineat cū Chri
stus dicitur factus. Quomodo deniq; ipse idem sa-
cerdos sit & hostia. Caput V.
Quod patris & filii vnum sit regnum, & non diuisum,
sicut Arriana sæuitas asserit. Caput VI.
Quod vna sit maiestas & vna gl̄ia, vna quoq; substātia
patris & filii, cū redargutione Arrianorū, & quēad-
modū fraudē eorū cauere debeamus. Caput VII.

DIVI AMBRO
SII EPISCOPI MEDIOLANEN.
DE FIDE AD GRATIANVM AVGVSTVM LIB. III.

Qua ratiōe autor ea quę in superioribus libellis bre-
uiter digesta sunt, in hoc libro latius exequi curauerit,
Cur etiam illicitū putari non debeat quod ad informa-
C tionem vitæ humanæ cōparationem a poeticis fabu-
lis deriuatam induxerit. Caput I.

QVONIAM clemētissime Imperator, instruēdi tui grā, aliqua de fide mihi scribenda mandaueras, & verecūdantem, corā etiā ipse fueras adhortatus: ideo quasi in proclivi positus, duos tātū scripsi libellos, quib? vias quasdam fidei & semitas demonstrarē. Sed quoniam mens prauta quorūdam, ferendis intenta quæstionibus, stylo lacessit vberiore confligi, tuæ quoq; pia me cura clemētiæ ad interna vocat, volens in pluribus experiri quę in paucis probasti: ea quę perpaucis superius digesta sunt, placuit paulo latius exequi, ne ea quasi diffidentia asser tionis deseruisse potius q̄ securitate fiduciæ proposuisse videamur. Et quod hydręnuminis & scylleī littoris cō- D parationem induximus, vt ostenderemus vel rediuiua plantaria cauēda perfidię, vel famosa naufragia: si quis contra licitum putat calorem disputationis eiusmodi a poeticis fabulis deriuatū, & cū in fide nihil quod vitu-perare possit inuenerit, aliquid in sermone reprehendit: agnoscat nō solum sententias, sed etiam versiculos poe tarū scripturis insertos diuinis. Vnde enī illud, Huius Actuū. 17 & genus sumus: quod Paulus vsit prophetico doctus vsurpat? Nam & gigantes, & vallem Titanū prophe-tici sermonis series non refugit. Et Esaias sirenas & fi-lias passerum dixit. Et Hieremias de Babylone memo rauit quod habitabūt in ea filię sirenū, vt ostēderet Ba-bylonis, hoc est secularis cōfusionis, illecebras vetustis lasciuię fabulis cōparandas, quæ velut scopuli in istius vitæ littore dulcē sonare quādā cantilenā ad capiendos animos adolescentium viderētur. Quā sapiens etiā ab ipso poeta græco inducit, vt quasi quibusdā prudentiæ suæ circūdatus vinculis præteriisse videatur. Ita nō diffi cile iudicatum est ante aduētum Christi etiā fortiores posse capi speciosæ deliciis voluptatis.

Quod nos magis q̄ poetæ illecebram secularis lasci
uiæ pernicioſam debeamus iudicare. Quodq; nostrę sa
lutis gratia, Christus corporis infirmitates susceperit,
licet secundum diuinitatem æqualis sit patri in altitu-
dine & immortalitate. Quod præterea (contra hære-
ticorum insaniam) cum de deo dicitur solus, non sepa- E
retur filius. Caput II.

QVOD si poeta ille pernicioſam mentibus hominū, & subeūdis obnoxiam naufragiis, lasciuiæ secularis illecebram iudicauit: quid nos æstimare oportet, quibus scriptum est: Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. Et alibi: Rom. 13. Castigo corpus meū, & in seruitutē redigo, ne aliis prę- 1. Cor. 9. dicans ipse reprobus efficiar? Nō enī per luxuriā nobis Christus, sed p ieiuniū salutem attulit. Neq; ille emerē-dæ gratię suę causa, sed nostre eruditionis gratia ieiuna uit. Neq; infirmitate corporis victus est vt esuriret, sed esuriendo susceptī corporis fidē prędicauit, vt nō solū cor-pus, sed etiā infirmitates nostri corpor (doceret a se esse susceptas, sicut scriptū est: Q ipse infirmitates nostras ac Esaię. 53. cepit, & egritudines nostras portauit. Corporis est igi-tur, hoc est, nostrū est qđ esuriit, nostrū est quod sitiuit, quod tristis fuit vsq; ad mortē. Cur ad diuinitatē quæ sunt nostra referēt? Corporis est quod etiā factus asse-ritur. Deniq; si habes: Mater Sion dicet, homo, & ho- Psal. 86. mo factus est in ea, & ipse fundauit eā altissim?. Homo inquit, factus est, nō deus factus est. Q ui autē idem al-tissimus, idem homo, nisi mediator dei & hominū, ho- 1. Tim. 2. mo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redēptionē F pro nobis? Et hoc vtiq; ad incarnationē pertinet. Re-demptio enim nostra per sanguinē, remissio per pote-statem, vita per gratiā. Quasi deus donat, quasi homo precatur. Aliud creatoris, aliud redēptoris est. Distin-cta licet, vnius tamen autoris beneficia sunt. decuit enī vt ille nos redimeret qui creauit. Quis autem neget Christum esse altissimū significatum? Nam qui aliter sentit, deo patri sacramentū incarnationis ascribit. Sed hinc dubitari nō potest quod altissimus Christus sit, cū etiam alibi dixerit de mysterio passionis: Dedit vocem Psal. 17. suam altissimus, & mota est terra. Et in euangelio ha-bes: Et tu puer propheta altissimi vocaberis. prędibis enī Lucæ. 1. ante faciem domini parare vias eius. Ergo quod altissi mus deus est, & Christ?. Et solus vtiq; cū dicitur deus, nō separatur etiam dei filius. Q ui enim altissimus, so-lus: sicut scriptū est: Cognoscāt quoniam dominus no- Psal. 82. men est tibi, tu solus altissimus super omnē terrā. Vn-de etiam illud explosum est quod solent ad calumniam deriuare, quod de deo scriptum est: Q ui solus habet im 1. Tim. 6. mortalitatē, & lucem habitat inaccessibilē. De deo enī

G scriptū est quod est cōmune nomen patri & filio. Nam si vbicunq; deum legunt, negant etiam filiū designari: & impii sunt diuinitatis potentiam filio denegando, & incarnatū patrē Sabelliana impietate astruere videbūtur. Dicant eū quomodo illud nō impie de patre intelligere possint quod apostolus ait: In quo & cōsurrexistis Colos. 2. per fidem operationis, qui suscitauit illum a mortuis. Et aduertant de sequētib⁹ quid incurrāt. Sequit̄ enī: Et cū mortui essetis delictis, & p̄putio carnis vestrę, vinificauit nos cū illo, donans nobis delicta, delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, exuens se carnem. Ergo nō deus pater solus intelligendus est qui suscitauit carnem, & nō etiam filius cuius templum resuscitatū est. Qui suscitauit, vtiq; & vinificaunt. Qui vinificauit, & delicta donauit. Qui chirographū tulit, affixit illud cruci. Qui affixit illud cruci, carnem se exuit. Sed pater nō se exuit carnem. Non Ioan. 1. enim pater caro factus est, sed verbū (sicut legimus) caro factum est. Videtis ergo quod Arriani dum separant a patre filium, in id periculum incidunt, vt patrem passum esse cōmemorent. Nos autem facile docemus de filii dictum operatione. Nam & ipse corpus suum Ioānis. 2. resuscitauit, sicut ipse dixit: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Et ipse vinificat nos cū suo corpore. Sicut enim pater suscitat mortuos & vinificat, sic & filius quos vult vinificat. Et ipse delicta donauit, di- Ioānis. 5. ceus: Dimissa sunt tibi peccata tua. Et ipse chirographum affixit cruci, qui crucifixus est per corporis pas- H sionem. Nec alius se carnē exuit, nisi dei filius qui carnem se induit. Ipse ergo significatur deus, qui opus nostræ resurrectionis operatus est. Ergo cū legis deum, nō separes patrem, nō separes filium, quia diuinitas patris & filii, vna eademq; est. Et ideo nec ibi separes vbi legis quod beatus, & solus potens. De eo enim dictum 1. Tim. 6. est, sicut habes: Præcipio corā deo qui vinificauit oīa. sed etiam Christus vinificat. Conuenit & patri & filio dei nomen, quando conuenit & operationis effectus. Prosequamur & cętera. Præcipio, inquit, corā deo qui vinificat omnia, & Christo Iesu in deo. Hic etiam ver- Psal. 55. bum est, sicut scriptū est: In deo laudabo verbū, in deo sempiterna sua virtus est Iesus. In deo igitur vnitatem diuinitatis, in Christo autem incarnatiōis testificatus est sacramentū. Deniq; vt de incarnatione Christi se di- 1. Tim. 6. xisse ostenderet, subdidit: Qui testimoniū reddidit sub Pontio Pilato bonam confessionem, vt serues mādatum sine macula vsq; in aduentum domini nostri Iesu Christi, quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, & rex regum, & dominus dominantium. Qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Quem vidit hominū nemo, sed nec vide- I re potest. Ergo de deo hæc scripta sunt, cuius nominis & dignitas & veritas cōmunis est filio. Cur igitur hoc loco filius separatur, cū etiam filio hęc cuncta cōueniāt? Aut si non conueniunt, nega deum, vt neges quæ deo sunt cōuenientia. Beatus negari nō potest, qui beatitu- Psal. 31. dines donat. Beati enī quibus remissę sunt iniquitates. Beatus negari nō potest qui sanam doctrinam tribuit, sicut scriptū est, quæ est secundum euangelium claritatis. Beatus dei potens abnui nō potest, de quo pater di- Psal. 88. cit: Posui adiutorium super potentē. Immortalitatem autem eius quis audeat diffiteri: cū etiam aliis immortalitatem ipse largitus sit, sicut scriptum est de sapiētia Sapiē. 8. dei: Per hanc habeo immortalitatē? Sed alia immortalitas suæ naturę, alia nostræ est. Non sunt fragilia cō parāda diuinis. Vna sola substātia diuinitatis, quę mori nescit. Vnde & Apostolus cū sciret animā & angelos immortales, quod solus deus immortalitatē habeat Ezech. 18. prędicauit. Nā & anima moritur. Anima enī quę peccauerit, ipsa morietur. Nec & angelus immortalis est naturaliter, cuius immortalitas in voluntate est creatoris.

Neq; ad prę iudiciū trahas quod non moritur Gabriel, k non moritur Raphael, nō moritur Vrihel. Et in ipsis enim naturę capacitas vitio obnoxia, sed non obnoxia disciplina. Omnis enim rationalis creatura accidentia recipit, & subiecta iudicio est. In accidentibus autem & pœna iudicii & corruptela est & profectus. Vnde & Ecclesiastes ait: Quoniam omne opus suum deus ad- Eccls. 11. ducet in iudicium. Ergo corruptelæ & mortis, etiam si non moriatur aut peccet, capax tamē omnis est creatura. Nec ex immortali natura habet, sed ex disciplina vel gratia, si se in aliquibus ad vitia nō mutat. Alia ergo immortalitas quæ donatur, alia quę sine capacitate mutabilitatis est semper. An negatur immortalis diuinitas Christi, quia in carne pro omnibus mortem gustauit? Iam ergo melior Gabriel q̄ Christus, quia ille nō est defunctus, hic mortuus est. Sed non est seruus supra dominū. alia enī carnis infirmitas, alia diuinitatis ętemitas. Mors carnis est, immortalitas potestatis. Quod si diuinitas fecit ne caro videret corruptionem, quę vtiq; corruptelę erat obnoxia per naturā, quomodo mori posset ipsa diuinitas? Quomodo autē lucē inaccessibilem non habitat filius, cū in sinu patris filius sit? Lux autem pater, lux etiā ipse sit filius, quia deus lux est. Aut si aliam lucem inaccessibilē nisi diuinitatis putamus, nūquid melior patre lux est, vt nō sit in luce, qa sicut scriptū est: Et apud patrē est, & in patre? Nō ergo separent filium cū legunt solum deum, nec patrē separent cum legunt filium solum in terris. Si filius sine patre non est, & putas qd pater sine filio sit in cęlo? In carne est filius. cū dico in carne est, vel in terris, fecūdū carnem nō iam nouimus Christū. Ergo in carne est filius, L & solus nō est, fecūdum quod scriptū est: Et nō sum so- Ioānis. 8. lus, quia pater mecū est. & putas qd sit pater solus in lu- Ioānis. 1. cę? An nelē argumētū † putes, accipe etiā testimoniū: † at ne hoc Deum, inquit, nemo vidit vnquā, nisi vnigenitus filius argutum qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quomō solus pa- &c. ter, si in sinu patris filius est? quomodo enarrat quē non videt? Non ergo solus pater. Accipe nunc & solum patrem, & solum filium. Solus pater, quod alius pater nō est. Solus filius, quod alius filius non est. Solus deus, quod vna diuinitatis trinitas est.

Quomodo filius factus intelligatur. Quēadmodū etiā omnia per ipsum facta sint, cū diuersorum hæreticorum confutatione. Caput III.

SATIS ergo claret & solum deum nō esse patrē sine filio, & solum deum non intelligi filium sine patre. In quo autem factus sit, per os sancti patriarchæ locutus asseruit dicens: Quia repleta est malis anima mea, & vita mea in Psal. 87. inferno appropinquauit. Æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiuto- M rio inter mortuos liber. Et hic sicut homo, inquit, non sicut deus, factus sum. Et repleta est malis anima mea. Anima vtiq; nō diuinitas. Factus est in eo in quo erat infernus debitus, factus est in eo in quo cū aliis æstimatur. diuinitas enī similitudinē collationis abiurat, & tamen ni ipsa carne morti obnoxia maiestatē aduerte diuinitatis in Christo. Et si factus est sicut homo, & sicut caro factus est, tamen inter mortuos liber, & liber sine adiutorio. Sed quomodo hic sine adiutorio fuisse se filius dicit, cū supra dictum sit: Posui adiutoriū super po- Psal. 88. tentē? Ergo & hic distingue naturas. Adiutoriū caro habet, diuinitas nō habet. Liber igitur est qui mortis vincula nescit, nō captus ab inferis, sed qui operat? sit in infernis. Sed sine adiutorio est, quod nō per nūcium, neq; legatū, sed ipse per se dñs salutem fecit populū suū. Quomodo ergo potuit adiutoriū sui corporis quærere suscitandi, qui alios suscitauit? Ac licet homines quoq; resuscitauerint mortuū, non in sua tamen virtute fece-

A rūt, sed in Christi nōie. Aliud est rogare, aliud impare: 3. Reg. 17 aliud mereri, aliud donare. Helias ergo suscitauit, sed 4. Reg. 4 orauit, non imperauit. Helisæus suscitauit configura- 4. Reg. 13 tus mortuo: suscitauit etiam ipsius mortui corporis tactus, vt esset typus venturū eum qui missus in similitudine carnis humanæ etiam sepultus mortuos suscita- Actu. 9. ret. Petrus quoque cum Æneā curaret, ait: In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Non in suo ait, sed in Christi nomine. Surge autem verbum est imperātis, sed fiducia de merito est, non prę sumptio de potestate, & de nominis operatione, nō de sua virtute præceptionis autoritas. Quid igitur Arriani dicūt? In nomine Christi & Petrus imperat, & illi nolunt imperasse dei filium, sed rogasse. Sed lectum est quod rogauit. Disce distantiam: Rogat qua si filius hominis, imperat qua si dei filius. An non defertis hoc dei filio, quod etiā diabolus detulit? Et vos maiore sacrilegio derogatis. Ille Luc. 4. dicit: Si filius dei es, dic lapidi huic vt fiat panis. Ille dicit impera, vos dicitis obsecra. Ille credit quod iubente dei filio elemēta rerumq; in aduersum naturā vertatur, vos creditis quod nisi roget dei filius, nec voluntas ipsius impleatur. Et diabolus ex potestate ę̄stimādum putat dei filiū, vos de infirmitate. Tolerabiliora sunt tentamenta diaboli, q̄ argumenta sunt Arrii. Nec moueat quod potētem filium dixit hominis, cum dominum maiestatis legeris crucifixū. Quæ autē maior potētia, q̄ supra cælestes potestates habere dominatū? B Habebat autem qui thronis, dominationibus, angelis Marci. 1. imperabat. Nam etsi erat inter bestias, sicut scriptum est, tamen ei angeli ministrabāt. Et vt agnoscas aliud incarnationis esse, aliud potestatis: secundū carnē itaq; tentatur a bestiis, secundum dignitatē ab angelis adoratur. Dicimus igitur factum esse hominem, & ad ho- Roma. 1. minem hoc esse referēdum. Deniq; & alibi habes: Qui factus est ei ex semine Dauid. secundū carnem vtiq; ex semine Dauid factus est. Deus autē ante secula ex deo natus est. Nec semper tamen factū esse ad creationē referetur. Scriptum est enim: Domine refugiū factus es Psal. 89. nobis. Factus es mihi in salutem. Non vtiq; creationis definitio vel editio declaratur. Sed refugiū factus mihi, & conuersus mihi dicitur ad salutem, sicut & Apo- 1. Corin. 1. stolus dixit: Qui factus est nobis sapientia a deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Nobis factum, non creatum ex patre dixit. Deniq; quomodo dicat factum nobis esse sapientiam, in posterioribus exposuit, dicēs: 1. Cor. 2. Sed loquimur dei sapientiam in mysterio, quæ absconC dita est, quam prædestinauit deus ante tempora sęcularia in gloriam nostram, quam nemo principū huius sęculi cognouit. Si cognouissent, nūq̄ dominum maiestatis crucifixissent. Vbi mysteriū passionis exprimitur, nō vtiq; generationis æternæ series declaratur. Sapientia igitur mea, crux dñi est: redemptio mea, mors 1. Petri. 1 domini est. Sanguine enim precioso redempti sumus, vt apostolus Petrus dixit. Sanguine igitur suo quasi homo dominus nos redemit, idēq; quasi deus peccata donauit. Non ergo in verbis quasdam cōstituamus insidias, & verborum tendiculas aucupemur, vt quod & aliud secūdum impios significare reputatur sermo qui legitur, non id quod sensus exprimat, sed quod litera ostendat, interpretemur. Sic perierunt Iudæi dum sensuum profunda despiciūt, & sequitur nuda verborum. Litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Et tamē inter duo grauia sacrilegia fortasse detestabili? sit ad diuinitatem referre quæ carnis sunt, q̄ ad literam referre quæ spiritus sunt. Illi timuerūt in deo carnem credere, & ideo redemptionis gratiam perdiderūt, quia causam salutis abiurant. Isti diuinitatis maiestatem ad carnis infirma deducunt. Detestandi Iudęi, qui carnē domini crucifixerunt. detestabiliores tamen eos arbitror, qui di- ad Titū 3. uinitatem Christi cruci subditam crediderunt. Deniq; qui cum Iudæis sæpe tractabat, Hæreticū, inquit, post

vnam correptionem deuita. Nec tamen sine iniuria pa D tris factum nobis esse sapientiam, ad illam inenarrabilem nec vllis temporibus momētisq; obnoxiam Christi generationē sacrilega interpretatione deriuant. Nā præter id quod filii iniuria patris est contumelia, etiam in patrem sacrilegia ista procedūt: de quo scriptum est: Est autem deus verax, omnis autem homo mendax. Roma. 3. Aut si de filio putant dictum, generationi quidem nō prę iudicant, quia deum verum huius lectionis autoritate, quod abnuunt, confitentur. Prolixum est si velim singula recensere quotiens factum legerimus, nō vtiq; per naturam, sed per gratiam. Nam & Moyses dicit: Adiutor & protector factus est mihi in salutē. Et Da- Exo. 15. uid dicit: Esto mihi in deum protectorē, & in domū re- Psal. 30. fugii, vt salutē me facias. Et Esaias dicit: Factus es omni ciuitati humili adiutor. Nō vtiq; sancti deo dicūt: creatus es, sed protector & adiutor per gratiam tuā factus es nobis. Vnde nec illud verēdum est quod solent Arriani sæua interpretatione componere dicentes factum esse dei verbū, quia scriptum est, inquiunt: Quod Ioan. 1. factum est in ipso, vita erat. Primū, intelligāt, si ad substantiam diuinā referant quod factum est, Manichęorum se quæstionibus implicari. Obiiciunt enim Manichæi: Si quod in ipso factum est, vita est: est ergo aliquid quod in ipso factū nō sit, & mors sit. vt duo impie inducant principia. Sed hoc dānat ecclesia. Deinde vnde possunt docere sic pronunciasse eu angelistā? Pleriq; enim docti & fideles sic pronūciant: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est. Alii sic: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū E est nihil. Deinde: Quod factū est, pronunciant, & subiungunt: In ipso. hoc est: Quicquid autem factū, est in ipso. Quid est, in ipso? Apostolus docet dicens: In ipso Actu. 17. sumus, & viuimus, & mouemur. Tametsi quēadmodum velint pronuncient, non possunt hinc calumniari deo verbo, si ad substātiam eius velint referre, quod factum est: quin & calumnientur & patri deo, de quo scriptum est: Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, Ioan. 3. vt manifestentur opera eius quod in deo sunt facta. Ecce hic opera hominis in deo facta legimus, & ad substātiam tamen diuinā referre non possumus. Sed aut per ipsum facta cognoscimus, vt est illud apostolicū, quod omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante Col. 1. omnes, & omnia in ipso constant. Aut vt docet prę sentis lectio testimonii, virtutes quibus vitæ æternæ fructus acquiritur, in deo facta æstimare debemus, charitatem, pietatem, religionem, fidem, & alia huiusmodi, quæ in voluntate dei facta sunt. Ergo sicut in dei patris, ita etiam in Christi volūtate & virtute facta sunt, sicut legimus: Creati in Christo in operibus bonis. Et Ephe. 2. in Psalmo: Fiat pax in virtute tua. Et alibi: Omnia in Psal. 121. sapientia fecisti. In sapientia, inquit, fecisti, non sapien- Psal. 103. tiam fecisti. Nam cū omnia in sapiētia facta sint, Christus autem dei sapientia sit, non accedēs vtiq;, sed subsistens & permanēs in æternum: si facta est sapiētia, iam F deteriore conditione facta est, q̄ omnia, eo quod sapientia fieri per seipsam non potuit. Ergo si factum esse frequenter ad aliud, non ad naturam refertur, etiam creatum esse ad causam refertur.

Quid significet quod de incarnatione domini scriptum est: Deus creauit me principium viarum suarum. Et quod Christus dicatur principium, nō solum per relationem ad diuinitatem, sed etiam ad documenta virtutū. Quomodo etiam intelligatur id quod scriptum legitur: Puer natus est nobis &c, quo multæ hæreses extinguuntur. De solutione quoq; dubitationis quomodo de incarnatione Christi dictū sit: Dominus creauit me &c. cum ante incarnationem eius creatura mundi fuerit. Caput IIII.

GNDE intelligimus illud quod de incarnatione domini ſcriptū eſt: Dominus creauit me principium viarum ſuarū in opera ſua, id ſignificare quod ad redimēda opera patris dominus Ieſus ex virgine ſit creatus. Neq; enim dubitari poteſt de incarnationis dictum eſſe myſterio, cum propter opera ſua corruptelæ ſeruitio liberanda dominus ſuſceperit carnem, vt illum qui imperium habebat mortis, per ſui corporis deſtrueret paſſionē. Caro enim Chriſti ꝓpter opera, diuinitas ante opera, quia ipſe ante omnia, & omnia in ipſo conſtant. Non ergo diuinitas propter opera, ſed propter diuinitatem opera, ſicut Apoſtolus declarauit dicēs ꝙ propter filiū dei omnia. Sic enim habes: Decebat autem eum per quē omnia, & propter quem omnia, multis filiis in gloriam adductis, ducem ſalutis eorum per paſſionem conſummari. Nonne euidēter expoſuit ꝙ dei filius qui propter diuinitatem ſuam omnia creauit, is poſtea propter populi ſalutem & carnis ſuſceptionem, & mortis aſſumpſerit paſſionē? Propter quæ autem opera ſit creatus ex virgine, ipſe dominus cum illum cæcū curaret, oſtendit dicēs: In illo me oportet operari opera eius qui miſit me. Et addidit, vt de incarnatione dictum crederemus: Cū in hoc mundo ſim, lux ſum huius mūdi. Et enim quaſi homo in hoc mundo pro tēpore eſt. nā quaſi deus ſemper eſt. Deniq; alibi ait: Ecce vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem mūdi. Nec de principio refidet aliquid quæſtionis, cum interrogatus in carne, Tu quis es? reſponderit: Principium, qui & loquor vobis. Quod non ſolum ad diuinitatis ꝛternitatem refertur, ſed etiam ad documenta virtutum. Ex hoc enim & deum ſe probauit æternum, quia omnium ipſe principiū eſt, & vniuſcuiuſque virtutis autor eſt, quia eccleſiæ caput eſt, ſicut ſcriptum eſt: Quia ipſe caput corporis eccleſiæ, qui eſt principium, primogenit⁹ ex mortuis. Liquet igitur & de incarnatione dictum eſſe principiū viarum ſuarum, quod ad ſacramentum ſuſcepti corporis videtur eſſe referendum. Deniq; vt ſcias ꝙ vias ſuas omnipotens pater ſecundum incarnationem præſcripſerit filio, habes in Zacharia Ieſum indutum veſtimenta ſordida, ab angelo dictum, Hæc dicit dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaueris, & præcepta mea cuſtodieris. Quod eſt veſtimentum illud ſordidum, niſi carnis aſſumptio? Viæ igitur domini velut quidam tramites bonæ vitæ ſunt, qui diriguntur a Chriſto, qui ait: Ego ſum via, & veritas, & vita. Via ergo ſupra eſt dei virtus. Chriſtus enim nobis via eſt, & bona via, quę credētibus cæli regna patefecit. Viæ autem domini viæ rectæ ſunt, ſicut ſcriptū eſt: Vias tuas domine notas fac mihi. Via caſtitas, via fides, via abſtinentia. Eſt nanq; via virtutis, eſt & via iniquitatis. Scriptū eſt enim: Et vide ſi eſt via iniquitatis in me. Principiū itaq; noſtræ virtutis eſt Chriſtus. Principiū integritatis, qui docuit virgines non viriles expectare concubitus, ſed integritatem mētis & corporis ſancto magis dicare ſpiritui ꝙ marito. Principium parſimoniæ Chriſtus, qui pauper factus eſt cum eſſet diues. Principium patientiæ Chriſtus, qui cum malediceretur, non maledixit: cum percuteretur, non repercuſſit. Principium humilitatis Chriſtus, qui formam ſerui accepit, cum patrē deū maieſtate virtutis æquaret. Ex illo enī accepit virtus vnaquęq; principium. Et ideo vt hęc virtutū genera diſceremus, filius datus eſt nobis, cuius principium ſuper humeros eius. Principium illud, crux domini eſt, principium fortitudinis, quo via ſanctis eſt referata martyribus ad ſacri certaminis paſſionem. Vidit hoc principiū Eſaias, & ideo ait: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Viderunt magi, & ideo cum paruulum in præſepi cernerent, adorauerunt dicētes: Puer natus eſt nobis. Cū ſtellam conſpicerent, prędicātes, filius datus eſt nobis. Aliud munus eſt terris, aliud munus eſt cęlo, et vtrūq; vnus in vtroq; perfectus, & ſine mutabilitate diuinitatis, & ſine humanæ imminutione naturę. Vnum adorauerunt, eidemque munera obtulerunt, vt oſtenderēt ipſum eſſe cæli dominum qui in præſepibus videretur. Diſtingue ſingulorum momenta verborum: Puer natus eſt nobis, filius eſt nobis. Etſi ex patre natus, non tamen nobis natus, quia nō filius propter nos, ſed nos propter filium. Neq; enim nobis natus eſt, qui & ante nos natus eſt, & totius eſt cōditor creaturæ. Neq; nunc primū naſcitur qui erat ſemper, & erat in principio, ſed illud quod nō erat, nobis naſcitur, hoc eſt puer ex virgine, corpus ex Maria. Hoc enī poſt nos, illud ante nos. Alii ſic habēt: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis. Qui datus ſit, audi prophetam dicentem: Et ſalutare tuū da nobis. Quod enī ſupra nos eſt, datur: quod de cælo eſt, datur: ſicut etiam alibi de ſpiritu legimus quod charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Sed vide quemadmodum hic locus multas hæreſes extinguat. Puer natus eſt nobis, non Iudæis: nobis, non Manichæis: nobis, nō Marcionitis. Propheta dicit, Nobis, hoc eſt credentibus, non incredulis. Et ille quidē miſericordia ſua omnibus natus eſt. Nam & lumē dei oriri iubetur ſuper bonos & malos: ſed oriri non videntibus non videtur. Si ergo puer non omnibus natus eſt, ſed fidelibus, ſic filius nō infidelibus datus eſt, ſed fidelib⁹ nobis datus eſt, non Fotinianis. Illi enim non datum nobis dei filium dicūt eſſe, ſed ab initio inter nos natum. Nobis, non Sabellianis. Illi enim nolunt filium datum, eundē aſſerentes patrem eſſe quem filium. Nobis, nō Arrianis. & ipſi enim non habēt filium pro ſalute datum, ſed pro infirmitate tranſmiſſum. Non habēt conſiliarium quem putant futura neſciſſe: non habent filium, quem ſempiternū non putant, cum ſcriptum ſit de verbo dei, ꝙ erat in principio. Et alibi: In principio erat verbū. Deniq; vt ad propoſitum reuertamur exemplum: In principio, inquit, anteq̄ terram faceret, & anteq̄ produceret fontes aquarum, ante omnes colles genuit me. Fortaſſe dices, quomodo de incarnatione Chriſti dictum eſſe memorauerim, Dominus creauit me: cum ante incarnationē Chriſti creatura ſit mundi? Sed cōſidera quod moris eſt ſcripturis diuinis & futura pro præteritis dicere, & geminam in Chriſto ſignificare ſubſtātiam, diuinitatis, & carnis, ne quis aut diuinitatem neget eius aut carnem. Nam ſicut in Eſaia habes: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis: ita hic quoq; ante premiſit creaturam carnis, et ſubtexuit aſſertionem diuinitatis, vt ſcires nō duos Chriſtos, ſed vnum eſſe, quod & ante ſecula generatus ſit ex patre, & vltimis tēporibus creatus ex virgine: hoc eſt: Ego ſum ille creat⁹ ex homine, creatus ad cauſam, qui ſum generatus ante ſecula. Deniq; dicturus, Dominus creauit me: premiſit, cōmemorabo quę a ſeculo ſunt. Dicturⁿ genuit, premiſit, in principio, anteq̄ terram faceret, ante omnes colles genuit me. Ante cum dicitur, in infinitū retro ſine aliqua deſinitione porrigitur. Deniq; ante Abrahā, inquit, ego ſum, non vtiq; poſt Adam: & ante luciferum, nō vtiq; poſt angelos. Sed ante cum dicit, nō ſe intra aliquem, ſed omnia intra ſe dicit. Sic enim moris eſt æternitatē dei ſcripturis ſignificare diuinis. Denique alibi habes: Priuſquam mōtes fierent, aut formaretur orbis terræ, a ſeculo & vſq; in ſeculum tu es. Ante omnia ergo generatio, inter omnia & propter omnia creatura. Natus ex patre ſupra legem, factus ex Maria ſub lege.

De ſolutione obiectionis ſumptę ex eo quod ſcriptū eſt, Poſt me venit vir qui ante me factus eſt: cum cōfutatione erroris Arrianorum. Et quomodo iuxta myſticam intelligentiam hiſtoriæ de Booz & Ruth deſignatus fuerit Chriſtⁿ, qui eccleſiā ſibi copulauit. Quomodo etiam ſæpe ad cauſam pertineat cū Chriſtus dicitur factus. Quomodo deniq; ipſe idem ſacerdos ſit & hoſtia.

Caput V.

SED ſcriptū eſt: Poſt me venit vir qui ante me factus eſt, quia prior me erat. Vnde dicunt: Ecce qui erat, factⁿ eſt. Ipſa verba perpēdamus. poſt me, inquit, vir. Vir ergo qui venit, ipſe qui factⁿ eſt. vir autē nomē eſt ſexus. Sexus autem non vtiq; diuinitati, ſed naturæ deputatur humanæ. Poſſem ergo dicere: Erat in præcogitatione quidem corporis, ſed æternitate virtutis. Nam & eccleſia erat, & ſancti erant predeſtinati ante ſecula. Sed non id loco hoc dico, ſed illud aſſero, factū eſſe, non ad diuinitatem, ſed ad incarnationis pertinere naturam, ſicut ipſe Ioannes dixit: Hic eſt de quo dixi: Poſt me venit vir qui ante me factus eſt. Itaq; cum ibi geminam, ſicut ſupra dixi, in Chriſto ſubſtantiam propoſuit, vt vtrumq; intelligas & diuinitatis et carnis, hoc loco cœpit a carne. Eſt enim ſcripturis promiſcua cōſuetudo diuinis, vt interdum a diuinitate Chriſti incipiant, & ad incarnationis ſacramenta deſcendant. Interdum ab humilitate incarnationis exordium ſumāt, & ad gloriam diuinitatis aſſurgant, vt in prophetis, euangeliſtis, frequenter & in Paulo. Ergo & hic iuxta memoratam cōſuetudinē ab incarnatione domini cœpit de eius diuinitate dicturus, vt nō cōfunderet humana atq; diuina, ſed vt diſtingueret. Verum Arriani, velut Iudaici caupones, miſcent aquam cū vino, quia diuinam generationē humanāq; confundunt, ad diuinitatem referētes quod de carne ſit dictum. Nec metuo quod obiecturi videtur, quod in ſuperioribus nō habet virum. Sic enim habet: Qui poſt me venit. Sed vide, ante ibi quid premiſerit: Verbum, inquit, caro factum eſt. Et ideo nō addidit virum: quia carnem dixerat. Per carnē autem virum intelligimus, & per virum carnem. Ergo quod dixerat, Verbum caro factum eſt: virū hoc loco nominare ſuperfluum fuit, quem iam carnis expreſſione ſignificauerat. Quo exēplo in poſterioribⁿ quoq; & agnum præmiſit qui tolleret peccatū mūdi. Et vt incarnatum intelligeres quem ante memorauit, ait: Hic eſt de quo ante dixi, qui ante me factus eſt. hoc eſt, virum dixi, non deum factū. Sed vt ipſum incarnatū declararet eſſe, qui ante ſecula erat: ne duos filios crederemus, ait: Quia prior me erat. Nā ſi, factus eſt, ad diuinam generationē retuliſſet, quid opus fuerat vt adhuc adderet tertiū, atq; iteraret quod ſupra dixerat? Sed quod ante de incarnatione tantū dixerat, Poſt me venit vir qui ante me factus eſt: ideo addidit, Quia prior me erat, quoniā diuinitatis æternitas fuerat exprimēda. Et hæc eſt cauſa prelationis, vt merito antelatus videatur, qui proprii patris ſempiterna virtus eſt. Dat tamē intelleⁿ? ſpiritalis vbertas, vt excurrere & euagari ad concludēdos libeat Arrianos, qui volunt factum hoc loco nō ad virū, ſed ad diuinitatē referre. Quid eſt enim tenere quod poſuit, cū dixerit Baptiſta: Poſt me venit qui ante me factus eſt, hoc eſt ſupra meritum meū factus, ſupra meam gratiā, tempore carnis poſterior, diuinitatis honore venerabilis. Poſt me enim venit, tēporis eſt: prior me erat, æternitatis: ante me factus eſt, honoris eſt. quod etiā incarnationis myſterium ſupra humanam eſt gratiam. Deniq; in inferioribus quid ſupra contexuiſſet expreſſit dicēs: Poſt me venit vir, cuius nō ſum dignus calceamenta portare. Preſtantiam vtiq; dignitatis, nō æternitatem diuinæ generationis exponens. Quod eo vſq; ad incarnationem pertinet, vt typū in hominibus myſtice calceamenta ante præmiſerit. Lege enim proximo defuncti, vel fratri copula deferebatur eius vxoris, vt ſemen fratris vel proximi reſuſcitaret. Vnde qđ Ruth, licet ipſa alienigena, tamen quia maritū habuerat ex Iudęis qui reliquerat ſuperſtitem proximū, eamq; colligentē manipulos ſuæ meſſis, quibus alebat & ſocrum, Booz vidit & amauit, non aliter eam accepit vxorē, niſi calceamētum eius ante ſoluiſſet, cui vxor debebatur ex lege. Hiſtoria ſimplex, ſed alta myſteria, aliud enim gerebatur, aliud figurabatur. Nam ſi ſecundū literam ſenſum torqueamus, prope quidam pudor eſt, & horror in verbo eſt ſi ad cōmixtionis corporeæ conſuetudinē ſententiam intellectumq; referamus. Deſignabatur autem futurus ex Iudęis, ex quibus Chriſtus ſecundū carnē, qui proximi ſui, hoc eſt populi mortui ſemen, doctrīnę cælestis ſeminere reſuſcitaret, cui calceamentū nuptiale eccleſiæ copulandæ præſcripta legis ſpiritalia deferebāt. Non Moyſes ſponſus. Illi enim dicitur: Solue calceamentum pedū tuorum. vt domino ſuo cedat. Non Ieſus Naue filius ſponſus. Nam & ipſi dicitur: Solue calceamentum pedum tuorū, ne ex ſimilitudine nominis ſponſus eccleſię crederetur. Nō alius ſponſus, ſed ſolus Chriſtus, & ſponſus de quo dixit Ioannes: Qui habęt ſponſam, ſponſus eſt. Illis etiam calceamentū ſoluitur, huic ſolui non poteſt, ſicut dixit Ioannes: Non ſum dignus ſoluere corrigiā calceamēti eius. Solus ergo Chriſtus eſt ſponſus, cui illa veniēs ex gētibus ſponſa, ante inops atq; ieiuna, ſed iā Chriſti meſſe diues, nubat, quę manipulos fœcundæ ſegetis verbique reliquias gremio legat mētis interno, vt exhauſtam illam viduam morte filii, atq; inopem defuncti populi matrem nouis paſcat alimentis, non relinquens deſtitutā viduam, & nouos quærens. Solus ergo Chriſtus eſt ſponſus, qui nec ſynagogæ ipſi manipulos ſuæ meſſis inuidebat. Vtinā ſeipſam non excluderet. Habuit quos perſe colligeret, ſed quia ſponſus eius eſt mortuus, quaſi filio egeno defuncto, per eccleſiā manipulos quibus viueret colligebat, quos venientes in exultatione portabūt, ſicut ſcriptum eſt: Venientes autē venient in exultatione, tollētes manipulos ſuos. Quis enim ſibi alius ſponſam audeat eccleſiā vēdicare, quā a Libano vⁿ? & ſol? vocauit dicens: Ades huc a Libano? Aut de q̄ alio potuit eccleſia dicere: Fauces eius dulcedines, & totⁿ? deſiderīū? Et quia de calceamēto pedū tractatū ſumpſim⁹, cui alii niſi verbo dei incarnato cōuenit dici: Crura eius columnæ marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas? Solus enim Chriſtus inābulat animis, & graditur in mōte ſanctorum, in quibus velut aureis baſibus fundamētiſq; preciofis ſolidata veſtigia verbi cæleſtis hæſerūt. Claret igitur hinc & typū ad incarnationis ſpectare myſterium, non ad ſubſtātiam diuinitatis, ſed ad incarnationem. Sæpe nōnunq̄ etiam ad cauſam pertinet, cum dicitur factus. Nam ſi ad diuinitatem refers, ergo & in opprobrium deus factⁿ eſt. Sic enim habes: Tu autem repuliſti, et ad nihilum redegiſti, diſpuliſti Chriſtū tuū. Et infra: Factus eſt in opprobrium vicinis ſuis. Et vicinis, inquit, non ciuibus, non domeſticis, non adhęrentibus: Quoniā qui adheret domino, vnus ſpiritus eſt. Qui vicinus eſt, nō adhæret. Factus eſt in opprobriū, quia crux domini Iudæis ſcandalum, Græcis ſtultitia. Nam ſapientibus per eandem crucem excelſior factus eſt cæliſ, excelſior angelis, & melioris teſtamēti factus eſt ſponſor, ipſe qui erat prioris. Vide q̄ non refugiam iſta, vt etiam congeram. Sed quomodo factus ſit conſidera: primū ꝙ purificatione facta cōſedit in dextra magnitudinis in excelſis, tāto melior factus angelis. Vbi purificatio hoſtia, vbi hoſtia corpus, vbi corpus oblatio, vbi munus oblationis: ibi ſacrificiū paſſionis. Dein de ſponſor melioris teſtamēti. Vbi teſtamētum, mors neceſſe eſt precedat teſtatoris, ſicut ſubter eſt ſcriptum. Mors autem non ad diuinitatis æternitatē, ſed ad fragilitatem refertur humanam. Excelſior quoq; cæliſ factus quomodo ſit oſtenditur. Immaculatus, inquit, ſegregatus a peccatoribus, & excelſior cęlis factus, qui nō habet quotidie neceſſitatem, ſicut ſacerdotes prius pro ſuis delictis hoſtiā offerre, deide pro populi. Hoc enim fecit ſemel ſe offerēdo, ſicut ſcriptū eſt. Nemo excelſior

G factus dicitur, nisi qui in aliquo fuerit humilior. In eo igitur excellentior factus est, secundo ad dexteram patris, in quo se minor angelis fecit? obtulit passioni. Po-
Philip. 2. stremo ipse Apostolus ad Philippenses ait quod in similitudinem hominis factus est, specie inuentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem. Vide vbi factus sit: in similitudine, inquit, hominis, non in potestate dei. Et factus obediens vsq; ad mortem, vt obedientiam quidem hominis haberet, regnum diuinitatis. Quantis igitur adhuc vtemur exemplis ad incarnationem vel aliquid referendum esse quod factus est. Quod autem & factum est, idem est & creatum. Dixit enim, & facta sunt: mandauit, & creata sunt.
Pſal. 148. Creatū quoq; supra ostendimus in libro primo de incarnatione dictum videri. Ipse etiam Apostolus asserendo seruiendum non esse creaturæ, significauit ex deo filium non creatum esse, sed genitū. tamen etiam alibi vt manifestaret quomodo in Salomone sit lectū, Dominus
Prouer. 8 creauit me: quid in Christo creatū esset, ostendit. Itaq; to-
Heb. 2. tius seriem capitis recensemus. Sic enim habes: Ergo quia filii participes sunt sanguinis & carnis, et ipse similiter particeps factus est eorundem, vt per mortem destrueret hunc, qui mortis habebat imperiū. Quis ergo est qui nos participes suæ voluit esse carnis & sanguinis? Vtiq; dei filius. Quomodo nisi per carnem particeps factus est noster, aut per quā nisi per corporis mortem, mortis vincula dissoluit? Morti enim mors facta
H est susceptio mortis in Christo. Ergo de incarnatione proposuit. Videamus sequentia. Nec enim statim angelos, inquit, assumpsit, sed semē Abrahę, vnde habuit per omnia fratrib⁹ similari, vt misericors fieret & fidelis particeps sacerdos a deo, vt expiaret peccata populi.
Ibidem. In quo enim passus est ipse & tentatus, potest & tentatos iuuare. Propter quod fratres sanctissimi vocationis cælestis participes intuemini apostolū & principem sacerdotum confessionis nostræ Iesum fidelem esse creatori suo, sicut Moyses in domo eius asserit. Hæc nempe verba sunt Apostoli. Videtis in quo creatū dicat, in quo assumpsit, inquit, semē Abrahæ, corporalem vtiq; generationem asserit. In quo autem nisi in corpore expiauit populi peccata? In quo passus est nisi in corpore? sicut & supra diximus: Christo passo secundū carnē. In quo sacerdos nisi in eo quod sacerdotali assūpsit ex genere? Et sacerdos enim aliquid debet offerre, & secundum legē in sancta intrare. Per sanguinem ergo, quia sanguinem taurorum hircorumq; repudiauerat deus,
I hunc vtiq; sacerdotē per suum sanguinem, sicut legisti, in sancta sanctorum cæli summa penetrantem oportebat intrare, vt æterna nostrorum esset ablutio peccatorum. Idem ergo sacerdos, idem & hostia, & sacerdotiū tamen & sacrificium humanæ cōditionis officium est. Nam & agnus ad immolādum ducius est, & sacerdos erat secūdum ordinē Melchisedech. Nemo igitur vbi ordinem cernit humanę conditionis, ibi ius diuinitatis adscribat. Nam & illum Melchisedech per quē Abraham hostias suas obtulit, non angelū vtiq; secundū Iudaica ludibria intelligit ecclesia, sed virum sanctū, ac sacerdotem dei, qui typum gerēs domini, & sine patre & sine matre, & sine generationis enarratione, & sine initio & sine fine describitur, vt ostenderet sempiternū filium dei in hunc mundū esse venturum, qui & sine patre secundū incarnationē natus est, & sine matre secundum diuinam generationē, & sine enarratione generationis, quia scriptū est: Generationem autem eius quis
Esa. 55. enarrabit? Ergo illū Melchisedech in Christi typo sacerdotem dei accipimus. Sed illum in typo, hunc in veritate. typus autem vmbra est veritatis. Illum in nomine vnius ciuitatis, hunc regem in recōciliationē totius
2. Cor. 5. mundi: quia scriptū est: Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, hoc est sempiternā diuinitas. Aut si pater in filio, sicut filius in patre, & substantię vtiq; & operationis vnitas nō negatur. Quomodo autem negare k
merito possunt etiam si velint, cum scriptum sit: Pater Ioan. 14.
autem in me manēs ipse loquitur, & opera quæ ego facio, ipse facit? Nō dixit, & ipse facit, ne similitudine magis q̄ vnitatem operis æstimares. Sed dicēdo, quæ ego facio, ipse facit: manifestum reliquit quod vnū opus patris & filii credere debeamus. Deniq; vt similitudinem operum, non vnitatem voluit intelligi. Qui credit, inquit, in me: opera quæ ego facio, & ipse faciet. Bene hic interponēdo, & similitudinem nobis donauit, vbi vnitatem naturalem negauit. Vnū est igitur opus patris & filii, etiam si non placet Arrianis.

Quod patris & filii vnum sit regnum, & non diuisum, sicut Arriana fœuitas asserit. Cap. VI.

VERO autem quomodo regnū velint patris & filii esse diuisum, cum dominus dixerit: vt supra ostendimus: Omne regnū inter Matt. 12.
se diuisum, facile destruetur. Et ideo ad excludendum Arrianę sacrilegium fœuitatis, vnum imperium patris & filii etiam Petrus sanctus asserit dicens: Quapropter satisagite fratres certam vocatio- 2. Petri. 1.
nem & collectionem facere. Hæc enim facientes nō errabitis. Sic enim abundantius ministrabitur introitus in æternum imperium dei & domini nostri cōseruatoris Iesu Christi. Aut si quis de Christi tātum imperio L
dictum putat, & ideo sic accipit, vt patrem filiumq; potestate secernat, is tamē & regnū filii fatebitur, & æternum. Itaq; non solum duo inducēt regna diuisa, vt obnoxia sint defectui, sed etiam cū regna cōparabilia nulla sint dei regno, quod filii esse etiā si velint negare, non possunt: aut contra suam sententiam ridebūt, vt idem patris & filii regnum esse fateantur. Aut, quod sacrilegiū est dicere, ius patri regni minoris adscribent. Aut, quod contrariū est, quem minorē diuinitate impie memorant, eius regnum fatebuntur æquale. Sed hoc non quadrat, nō congruit, non cohæret. Dicāt igitur vnum esse regnum, sicut nos dicimus & probamus. Probamus autem nō nostris, sed cælestibus testimoniis. Primum enim etiam aliis exemplis discę regnum cælorū
Marci. 9. stabunt mortem, donec videāt filium hominis venientem in regnum suū. Dubitari ergo non potest quod sit regnum filii dei, sed accipe ipsum esse regnū filii quod patris est. Amen dico vobis quod sunt quidam circumstantium qui non gustabunt mortem donec videāt regnum dei venientis in virtute. Eo enim vsq; regnū est, M
vt vnum sempiternū. Idem hæres, eadē merita, idem sponsor: quomodo nō idem regnum, cū præsertim ipse de se filius dixerit: Tūc iusti fulgebūt sicut sol in regno Matt. 13.
patris sui? Quod enim patris est per maiestatis ꝓprietatem, id etiam filii est per eiusdem claritudinis vnitatem. Ergo & patris regnū scriptura dixit, & filii. Accipe nunc quod vbi regnū dei dicit, nec patris nec filii separat potestatem, quia & patris vnum & filii regnum vno dei nomine comprehēdit: sicut habes: Cum videris Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes ꝓphetas in regno dei. An negamus in regno dei prophetas esse, cū
& latrom dicenti, Memēto mei cum veneris in regnū Luc. 23.
tuum: respondebit dominus: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso? Aut quid est esse in regno dei, nisi ęternam nescire mortem? Qui autem nesciunt æternam mortē, vident filiū hominis venientem in regnum suū. Quomodo ergo potest non in potestate habere quod donat, dicēs: Tibi dabo claues regni cælorū? Mat. 16.
Et videto distātiam. Seruus aperit, dominus largitur. Iste per se, ille per Christū. Famulus claues accipit, dominus ordinat potestates. Aliud ius donātis, aliud dispensantis obsequium est. Vnū igitur patris & filii re-

A gnum euidenter est declaratum. Sic & apostolus Pau-
Ephe. 5. lus asserit dicens: Hoc autem scitote, q̄ omnis impudicus, aut immūdus, aut auarus, qđ est idololatria, non habet hęreditatem in regno Christi et dei. Ergo vnum regnum, et vna diuinitas. Vnam diuinitatem lex probauit, quæ dicit vnum deum. Probauit & Apostolus
Col. 2. dicēdo de Christo: In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Si enim iuxta Apostolum, plenitudo omnis corporaliter diuinitatis in Christo est, aut vnius diuinitatis patrem & filium fatebitur: aut si patris & filii diuinitatem cupiūt separare, cum omnium plenitudinē diuinitatis corporaliter filius habeat, quid est quod patri æstimant amplius adscribēdum, cū amplius nihil sit plenitudine, & plenitudo perfectio sit? Ergo vna diuinitas.

Quod vna sit maiestas, & vna gloria, vna quoq; substantia patris & filii, cum redargutione Arrianorum. Et quemadmodum fraudem eorū cauere debeamus.
Caput VII.

IMAGINEM autem vnam & similitudinem vnā supra diximus. Supereſt vt vnius quoq; maiestatis patrē filiūq; doceam⁹. Nec longe aberit. Cum enim ipse dixerit de se fi-
Matt. 25 lius: Cum autem venerit filius hominis in maiestate
B sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Ecce filii expressa est maiestas. Accipiant nunc, vt dubitare nō possint, q̄ patris & filii vna
Luc. 9. maiestas sit. Ipse enim dominus dixit: Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cū venerit in maiestate sua, & patris, & sanctorū angelorum. Quid est: Et sanctorū angelorū, nisi q̄ honorāt & seruū domini dignitatē suam? Ergo ad filium & patrem retulit, nō vt angeli habeant cū patre & filio æquale consortiū, sed vt præminētem gloriam dei cernant. Neq; enim suam maiestatē angeli habēt: sicut lectum est de filio, Cū sederit in sede maiestatis suæ: sed assistūt vt patris & filii gloriam videāt quibus aut possunt aut merentur aspectibus. Deniq; ipsa se explanant verba diuina, vt intelligas illam gloriā & patris & filii cū angelis nō esse communem. Sic enim habes: Cum autē venerit filius hominis in maiestate, & omnes angeli cum eo. Et vt doceret vnam maiestatē & vnā gloriam esse patris & suam, ipse in alio libro ait: Et filius cōfundet eum cū venerit in gloria patris sui cum angelis sāctis. Illi in obsequio, hic in gloria. Illi in comitatu, iste in suggestu. Illi stāt, hic sedet. Vt verbo tamē vsus vtamur humani, hic iudicat, hi ministrant. Diuine autem non premisit maiestatem patris, & subdidit suam
C & angelorū, ne de superioribus ad inferiora facisse gradum quendā ordinem videretur. Sed quod pater inferior videri nō poterit, præmisit maiestatem suā, & addidit patris & angelorum, ne se medium inter patrem & angelos nominando, vt ab angelis ad patrē p sui quoq; incremēta facisse quendā videretur ascensum, aut a patre rursus ad angelos per ordinē cum sui etiam diminutione crederetur fuisse descensum. Nam nos qui vnam diuinitatē patris cōfitemur: diuersum, vt Arriani, non putamus. De substātia autē imperator Auguste quid loquar? Vnus filium cū patre esse substantiæ, cū imaginem paternæ substantiæ filii legerimus, vt in nullo secūdum diuinitatē a patre intelligas discrepare. Iuxta
Ioan. 16. hanc imaginem dixit: Omnia quæ pater habet, mea sunt. ergo nec substantiam in deo possumus denegare. Neq; enim insubstantiuis est quod aliis dedit habere substantiā, licet alia sit substantia dei, alia creaturę. Nō
Pſal. 138. potest insubstantiuus filius dei esse, per quē cūcta subsistunt. Et ideo ait: Non est absconditum os meū quæ fecisti in abscondito, & substātia mea in inferioribus terræ. Virtuti enim & diuinitati, ea quæ ante cōstitutionem mūdi, vel inperspicabili maiestate sunt gesta, absD
condita esse non poterant. Legimus ergo substātiam. Sed dices de incarnatione dictam esse substantiā. Interim nomen substantiæ lectū probaui, & lectum nō patrimonio, vt dicitis. Iam si placet accipiamus secundum mysterium in inferioribus Christi fuisse substantiam. Et enim vt defunctorū animas in sui corporis anima liberaret, vincula mortis solueret, peccata donaret, operatus est in inferno, et tamē quid obstat quo minus illam diuinam intelligas substātiam, cī deus ita vbiq; fit, vt ei dictum sit: Si ascēdero in cælum, tu illic es: si de- Ibidem.
scendero ad infernum, ades. Deniq; ad substantiam diuinam deriuādam esse intellectū, sequentibus declarauit dicens: Inoperatū meum viderūt oculi tui. eo quod Ibidem.
non in operis factura sit filius, sed verbū genitum potestatis æternæ. ἀκατέργαστον enim dixit, hoc est, inoperatum atq; increatum verbū sine alicuius creaturæ testimonio ex patre natum, & tamē abundātius aliis ad substantiā testimoniis. Sit ista hoc loco substantia corporalis, dummodo nō opus dei filium, sed inoperatum eius diuinitatē & ipse fatearis. Scio autem aliquos dicere inoperatum esse etiam incarnationis mysterium, quod non sit virilis copulæ vsu operatum, quod partus est virginis. Si ergo plerique hoc loco nec Mariæ partum opus esse dixerunt, tu Arriane opus putas esse dei verbum? At hic tantum substātiam legimus. Nonne E
& alibi: Portæ effractæ sunt, montes ceciderunt, & revelata est substantia: nunquid hic & creatura significatur? Solent enim aliqui dicere pecuniariam esse substātiam. Ergo si ad hunc sensum refers, ideo ceciderūt mōtes, vt pecuniarū patrimoniū cerneretur. Sed si meminerimus qui montes ceciderunt: illi vtiq; de quibus dictum est, Si habueritis fidē sicut granum sinapis, dice- Matt. 21.
tis huic monti, tollere, & iactare in mare. Montes ergo sunt altitudines se extollentes. Deniq; in græco, regna ceciderūt, habetur. Quæ regna, nisi Satanæ, de quo dixit dominus: Quomodo stabit regnū ipsius? Ipsos er- Mat. 12.
go legimus mōtes, quę regna sunt diaboli. Ideoq; istis cadentibus regnis de corde fidelium, reuelatum est paternæ dei filiū Christum esse substantiæ. Qui sunt etā vel illi & ipsi mōtes ærei, de quorū medio quatuor currus procedunt? Aduertimus altitudinē illam, & extollentem se aduersus scientiam dei, verbo domini corruisse, cū diceret dei filius: Obmutesce, & exi immunde spi- Marci. 1.
ritus. De q̄ & in Propheta dixit: Ecce ego ad te mons Hiere. 51.
corrupte. Isti ergo ceciderunt montes, & reuelatū est q̄ esset in Christo diuina substantia, dicētibus iis qui viderunt: Vere filius dei est. Nō enim humana sed diuina potestate dæmoniis imperabat. Hieremias quoq; dicit: Super montes accipite luctū, & super semitas de- Hiere. 9.
sertas planctum, quia defecerunt eo quod nō sint homines, non acceperunt vocē substantiæ, a volatilibus vsq; F
ad iumenta expauerunt & perierūt. Nec prætereat etiā alibi cū fragilitates exponeret conditionis humanę, vt susceptam a se infirmitatē carnis, & affectū nostræ mētis ostenderet, dixisse domino per prophetā: Memēto Pſal. 88.
domine quæ est substantia mea. Quod in natura fragilitatis humanæ dei filius loquebatur, de quo supra, vt incarnationis mysteriū reuelaret, ait: Tu vero repulisti domino, & pro nihilo dispulisti Christum tuū, euertisti testamentū serui tui, prophanasti in terra sanctitatem eius. In quo vtiq; seruū dixit nisi in carne, quod nō rapinam arbitratus est esse sę æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit seruī formam accipiens, in similitudinem hominū factus, specie inuētus vt homo? Mea ergo susceptione seruus, sua domin⁹ potestate est. Quid illud quod habes: Quoniam qui stetit in substātia domini: Et alibi: Et si stetissent in substātia mea, & audis- Hiere. 23.
sent verba mea, & si docuissent verba mea, & si docuissent plebem meā, auertissem eos a nequitiis & conuentionibus suis? Quomodo negant dei esse substātiam,

G quomodo verbum substantiæ, quod creberrimũ in scri-
pturis est, putãt esse vitam, cum in deo esse nõ abnuãt?
Non igitur verbum, sed vim verbi fugiunt, quod no-
lunt verũ esse dei filium. Nam licet humano verbo nõ
possit diuinæ generationis series cõprehendi, tamẽ iu-
dicarunt patres fidem suã tali proprie & ἐπιούσιον ser-
mone signandam, autoritatẽ secuti prophetæ, qui ait:
Qui stetit in substantia dei, & vidit verbum eius. Se-
cundum impietatem igitur suam propositũ substantię
verbum recipiunt Arriani. Secundũ pietatem autem
fidelium comprobatũ repudiãt & refutant. Nam quid
est aliud cur homousion patri nolint filiũ dici, nisi quia
nolunt verum dei filium confiteri? sicut autor ipsorum
Eusebius Nicomediensis epistola sua prodidit dicens:
Si verum, inquit, dei filium & increatum dicimus, ho-
mousion cum patre incipimus cõfiteri. Hæc cũ lecta es-
set epistola in concilio Niceno, hoc verbum in tractatu
fidei posuerunt patres, quod viderunt aduersariis esse
formidini, vt tanq̃ euaginato ab ipsis gladio, ipsorũ ne-
fandæ caput hæresis amputarent. Frustra autem ver-
bum istud propter Sabellianos declinare se dicũt, & in
eo suam imperitiam produnt. Homousion enim aliud
alii, non ipsum esse sibi. Recte ergo homousion patri fi-
lium dicimus, quia verbo eo & personarũ distinctio, &
H naturę vnitas significatur. An negare possunt vsiam le-
ctam, cum panẽ ἐπιούσιον dominus dixerit. Et Moy-
ses scripserit, ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι λαὸς περιούσιος. Aut
quid est vsia, vel vnde dicta, nisi quod semper ma-
neat? Cui enim esse est semper, deus est: & ideo manẽs
semper, vsia dicitur diuina, & propterea ἐπιούσιος pa-
nis, quod ex verbis substãtia, substãtiam manẽtis cor-
di & animę subministret. Scriptum est enim: Et panis
cõfirmat cor hominis. Seruemus igitur pręcepta ma-
iorum, nec hereditaria signacula ausi rudis temeritate
violemus. Librum signatũ illum propheticũ nõ senio-
res, non potestates, non angeli, non archangeli aperire
ausi sunt, soli Christo explanandi eius prærogatiua est
seruata. Librum sacerdotalem quis nostrum designa-
re audeat, signatum a confessoribus, & multorum iam
martyrio consecratum? Quem igitur designare cona-
ti sunt, postea tamen damnata fraude signarunt. Qui
violare non ausi sunt, confessores & martyres extiterũt.
Quomodo fidem eorũ possumus denegare, quorũ vi-
I ctoriam prędicamus? Nemo metuat, nemo formidet,
plus confert fidelibus qui minatur. Venenatę sunt blã-
ditiæ perfidorũ, tunc cauẽdæ, cum id quod negant, præ-
dicare se simulant. Sic decepti sunt & ante qui facile cre-
diderunt, vt ibi perfidiæ laqueos inciderent, vbi fidẽ es-
se credebant. Qui dicit, inquit, Christũ creaturã secun-
dum cæteras creaturas, anathema sit. Audierunt sim-
Prou. 14. plices, & crediderunt. Innocẽs enim, sicut scriptum est,
credit omni verbo. Audierunt ergo & crediderunt pri-
mi, decepti somno: ac velut aues intenti ad escam fidei,
extentũ sibi laqueum non cauerunt. Ita dum fidem se-
quuntur, hamum nefandæ fraudis attrectauerunt. Et
Matt. 10. ideo, Estote, inquit, astuti sicut serpẽtes, & simplices si-
cut columbæ. præmittitur astutia, vt sit tuta simplici-
tas. Sunt enim serpẽtes euãgelici, qui exuunt veterem
Col. 3. vsum, vt induant nouos mores, sicut scriptũ est: Expo-
liantes veterem hominẽ cum actibus suis, & induẽtes
nouum secundum imaginẽ eius qui creauit eũ. Disca-
mus ergo depositis vetusti hominis exuuiis, angelico-
rum serpentium vias, vt more serpentiũ seruare caput,
fraudẽ cauere nouerimus. Satis fuerat dicere, Qui di-
cit creaturam Christũ, anathema sit. Cur bonæ confes-
sioni Arrianæ venena permisces, vt totum corpus con-
tamines? Addẽdo enim, secundum cęteras creaturas,
nõ creaturam Christũ negas, sed creaturam dicis esse.
Dissimilem creaturam enim dicis, etsi præstantiorem
cæteris asseras creaturis. Deniq; Arrius huius impie-
tatis magister dei filium creaturã dixit esse perfectam,
sed non sicut cæteras creaturas. Vides igitur hæredi- K
tario patris vestri vos vsos esse sermone. Sat est creatu-
ram negare, quid opus fuit addere, sed nõ sicut cęteras
creaturas? Decide quod putruit, ne serpat contagio. ve-
nenum habet, mortem affert. Deinde dicis interdum
deum Christum, sed ita dic deũ, vt deum verũ, vt ple-
nitudinem ei paternæ diuinitatis assignes. Sunt enim
qui dicantur dii, siue in cęlo, siue in terra. Nõ enim per- 1. Cor. 8.
functorie nũcupandus deus, sed ita vt eãdem diuinita-
tem prædices in filio quam pater habet: sicut scriptum
est: Sicut enim pater vitã habet in semetipso, sic dedit Ioan. 5.
& filio vitam habere in semetipso. Dedit vtiq; quasi fi-
lio per generationem, nõ quasi inopi per gratiam & po-
testatem. Dedit ei iudicium facere, quia filius hominis
est. Vide quid addidit, ne tu calumnieris ex verbo. Fi-
lium hominis legis, & accipiẽtem arguis. Negas ergo
deum, si non omnia filio quæ dei sunt, deferũtur. Cum
enim dixerit: Omnia quæ pater habet, mea sunt: cur tu Ioan. 16.
non omnia quæ diuinæ naturę sunt, etiam in filio con-
fiteris? Nam qui dicit: Omnia quæ pater habet, mea
sunt: quid excipit qd non habet? Quid est quod ἐμφα-
τικῶ q̃ fideli magis sermone commemores quod mor-
tuos resuscitauerit, maria pede transierit, infirmitates
hominũ curauerit? Hęc etiã seruulis suis prestitit. Plus
ista miror qd tantã dederit potestatẽ hominib⁹. Aliqd
de Christo audire desidero, qd speciale sit Christi, quod
cũ iis quę creata sunt, nõ possit esse cõmune. Quia geni-
tus qui vnicus est dei fili⁹, quod deus verus, quod deus
ex deo vero, q ad dexterã patris sedet: vbiq; lego confes-
sum patris & filii. semper ad dexterã filius sedet. Num-
quid melior filius patre? Nõ hoc dicimus. Sed charitas
dei ignorat, humana iniquitas derogat. Sciuit pater fe-
rendas esse de filio quęstiones, præbuit nobis qd seque- L
remur pietatis exẽplũ, ne filio derogemus. Vno tamẽ
loco stantẽ ad dexterã dei Iesum Stephanus vidisse di-
xit. Et hoc dixit, ne quã hic moueas quęstionẽ. Cur enĩ
vbiq; ad dexterã sedere ostẽditur, vno legit̃ in loco sta-
re? Sedet quasi iudex viuorũ & mortuorum, stat quasi
aduocatus suorũ. Stabat ergo quasi sacerdos, quãdo pa-
tri hostiã boni martyris offerebat, stabat quasi bono lu-
ctatori brauiũ tãti p̃sul certaminis redditurus. Accipe
& tu spiritũ dei, vt ista distinguas, sicut accepit & Ste-
phanus, et dicas sicut dixit et martyr: Ecce video cælos Act. 7.
apertos, & filiũ hominis stantẽ ad dexterã dei. Qui cę-
los aptos habet, Iesum ad dexterã dei cernit. Qui clau-
sos oculos habet mẽtis, Iesum ad dexterã dei nõ videt.
Cõfiteamur ergo Iesum ad dexterã, vt cęlum & nobis
aperiatur. Claudũt sibi cęlũ qui aliter cõfitentur. Quod
si qui obiiciũt quod fili⁹ stabat, ostẽdant hoc loco qd pa-
ter sedebat. Nam licet filiũ hominis stare dixerit, tamẽ
hoc loco nec patrẽ sedere memorauit. Vt autẽ euiden-
tius cognosceret̃ nulla esse stantis iniuria, sed potestas,
filiũ Stephanus obsecrat vt se amplius cõmendaret pa-
tri, dicẽs: Dñe Iesu, recipe spiritũ meũ. Et vt eandẽ pa-
tris & filii potestatẽ esse ostẽderet, repetiuit dicẽs: Dñe, M
ne statuas illis hoc peccatũ. Hoc dñs in passione p̃pria
quasi filius hominis patri dicit. Hoc & Stephanus filiũ
dei in suo martyrio deprecatur. cũ eadẽ gratia a patre fi-
lioq; deposcitur, eadẽ potẽtia declarat̃. Aut si volũt Ste-
phanũ patri dixisse, videãt qd p̃pria testificatione signi-
ficẽt. Licet nos ista nõ moueãt, aduertãt tamẽ qui totũ
in litera cõstituũt, et in ordine, qd filius p̃us rogat̃. Nos
autẽ & secũdũ eorũ interpretationẽ ostẽdimus vnitatẽ
paternę maiestatis & filii. Nã cũ & pater rogatur & fi-
lius: ęqualitas precationis, operationis indicat vnitatẽ.
Si autẽ illis nõ placet filio dictũ Dñe, videmus qd etiã
dñm eũ negare conãtur. Sed iã quod martyris tanti co-
rona p̃cessit, studia certaminis relaxem⁹, ferias hodier-
ni sermonis habeamus. Prosequamur sanctũ martyrẽ
laudib⁹, sicut post magna decebat certamina vulnerib⁹
quidẽ aduersarii cruẽtatũ, sed Christi p̃miis coronatũ.

A CAPITA LIBRI QVARTI.

Quod non mirũ videatur quod humanum genus er-
rauerit de filio dei, cũ & Angeli non potuerint my-
sterium domini Iesu Christi cognoscere nisi per re-
uelationem, vt ex hoc ostẽditur quod dum domino
cælos ascendente multitudo Angelorũ triumphali
agmine præcurrerent, Tollite portas principes ve-
stras &c. alii stupẽtes dixerũt: Quis est iste rex glo-
rię? Et quomodo nos celũ ascẽdere possimus. Quo-
modo etiam portas nostras Christo aperire debea-
mus. Caput I.
De confutatione Arrianorum ex solutione quęstionũ
quas faciũt ex illis verbis Apostoli: Omnis viri ca-
put Christus est &c. Et istis: Qui autem plantat, &
qui rigat, vnum sunt. Caput II.
De solutione obiectionis Arrianorũ sumptę ex verbis
domini dicentis: Amen amen dico vobis, nõ potest
filius facere a se quicquã nisi quod viderit patrem fa-
cientem, cum euidenti & multiplici eorum redar-
gutione. Caput III.
De solutione obiectionum quibus impii hæretici inæ-
qualitatẽ patris & filii probare contẽdunt. Ca. IIII.
De solutione quæstionis quã pleriq; faciunt ex eo quod
scriptum est: Sicut me misit viuens pater, & ego vi-
uo propter patrem: & qui manducat me, & ipse vi-
uit propter me. Caput V.
De solutione obiectionis quam Arriani sumũt ex hoc
quod dñs dixit: Hæc infirmitas non est ad mortem.
B Caput VI.
De dissolutione obiectionis quã Arriani ex hoc faciũt
quod a domino dictũ legitur: Ego sum vitis vera, et
pater meus agricola est. Caput VII.

DIVI AMBRO-
SII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE AD GRATIA- NVM AVGVSTVM LIBER IIII.

Quod nõ mirum videatur quod humanum genus
errauerit de filio dei, cum & angeli nõ potuerint myste-
riũ domini Iesu Christi cognoscere nisi per reuelatio-
C nem, vt ex hoc ostenditur quod dũ domino cælos ascẽ-
dente multitudo angelorum triũphali agmine præcur-
rerent, Tollite portas principes vestras &c. alii stupen-
tes dixerũt: Quis est iste rex gloriæ? Et quomodo nos
cælum ascendere possimus. Quomodo etiã portas no-
stras Christo aperire debeamus. Caput I.

CONSIDERANTI Imperator Auguste, qua ra-
tione sic errauerit humanũ
gen⁹ de dei filio, pleriqueve
in diuersa sequerẽtur, nequa-
q̃ satis mirum videtur quod
errauit humana sciẽtia de su-
pernis, sed qd scripturis non
detulit obedientiam. Quid
enim mirum si mysteriũ dei
patris & domini Iesu Christi, in quo sunt oĩes thesau-
ri sapientiæ & scientiæ absconditi, per sapiẽtiam mũdi
non potuerunt homines comprehendere, quod nec an-
geli cognoscere nisi ex reuelatione potuerũt? Quis enĩ
potuit opinione magis q̃ fide sequi dominũ Iesum, nũc
de cæli altissimis inferna penetrantẽ, nunc ab inferis ad
cælestia resurgentẽ, subito exinanitum vt habitaret in
nobis, nec vnq̃ imminutum, cum semper fili⁹ in patre,
& in filio pater esset? Dubitauit in eo ipse prænuncius,
licet per synagogã & typum. Et dubitauit ipse ante do- D
mini faciem destinatus. Deniq; missis discipulis inter-
rogat: Tu es qui venturus es, an aliũ expectamus? Ob- Matt. 11.
stupuerũt & angeli cæleste mysterium. Vnde cũ resur-
geret dominus, atq; illum quem dudũ secundum carnẽ
angustus sepulchri locus texerat, resurgentẽ ab inferis
cæli alta sustinere nõ possent, hæserunt etiam cælestia
opinionis incerto. Veniebat enĩ nouis victor redimi-
tus exuuiis, dominus in tẽplo sancto suo. præibãt ange-
li & archangeli, mirantes spolium ex morte quęsitum.
Et quamuis scirent nihil deo accedere externe potuisse,
quia infra deũ omnia sunt, tamẽ trophæa crucis, cuius
principium super humeros eius, et triũphatoris æterni
manubias intuentes, quasi eum quẽ emiserant, cęli por-
tæ capere nõ possent, licet nunq̃ eius capiant maiesta-
tem, maiorem viam quærebãt aliquam reuertẽti: adeo
nihil exinanit⁹ amiserat: debuit tamẽ nouo victori no-
uum iter parari. Semper enim victor & pręcelsior æsti-
matur. Sed quia æternæ sunt iustitiæ portæ, eædemq;
noui & veteris testamẽti, quibus cęlũ aperitur, nõ mu-
tãtur vtiq;, sed eleuãtur: quia nõ vnus homo, sed totus
in omniũ redemptore mũdus intrabat. Trãslatus erat
Enoch, raptus Helias. Sed non est seruus supra domi- Matt. 10.
num. Nullus enim ascendit in cæliũ, nisi qui descẽdit de Ioan. 3.
cælo. Nam & Moysen, licet corpus eius non apparuit
in terris, nusquam tamen in gloria cęlesti legimus, nisi
posteaquã dominus resurrectionis suæ pignore vincu-
la soluit inferni, & piorum animas eleuauit. Trãslatus
ergo Enoch, rapt⁹ Helias, ambo famuli, ambo cũ cor-
pore, sed nõ post resurrectionem, non cũ manubiis mor-
tis, & triumpho crucis, viderãt illos angeli. Et ideo do-
minum omniũ primum & solum de morte triumphã-
tem venire cernentes, tolli portas principibus impera- E
bant, cum admiratione dicentes: Tollite portas princi- Psal. 23.
pes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit
rex gloriæ. Erant tamen & in cęlestibus qui stuperent,
qui admirarentur nouã pompam, nouã gloriã, & ideo
requirebãt: Quis est iste rex gloriæ? Sed quod & ange-
li processus habent scientiæ, & capacitatẽ profectus ha-
bent, habent vtiq; discretionem virtutis atq; prudẽtiæ.
Solus sine processu deus, & in omĩ perfectione semper
æternus est. Dicebant alii, illi vtiq; qui affuerant resur-
genti, illi qui viderant vel iam cognouerãt: Dominus
fortis & potens, dominus potẽs in prælio. Iterum mul-
titudo angelorum triũphali agmine præcinebant: Tol-
lite portas principes vestras, & eleuamini portæ æter-
nales, & introibit rex gloriæ. Rursus alii stupentes di-
cebant: Quis est iste rex gloriæ? Vidimus eum nõ ha-
bentem speciẽ atq; decorem. Si ergo ipse non est, Quis
est iste rex gloriæ? Respondetur a sciẽtibus: Dominus F
virtutum, ipse est rex gloriæ. Ergo dominus virtutum
ipse est filius. Et quomodo infirmũ Arriani dicũt, quẽ
dominum virtutum sicut & patrẽ credimus? Quomo-
do Arriani discretionem faciũt potestatis, cum domi-
num sabaoth patrem, dominũ sabaoth filiũ legerim⁹?
Nam & hoc sic positũ pleriq; codices habent, quod do-
minus sabaoth ipse sit rex gloriæ. Sabaoth autẽ inter-
pretes alicubi dominum virtutũ, alicubi regem, alicu-
bi omnipotẽtem interpretati sunt. Ergo quoniam qui
ascendit, filius est: qui ascendit autem, dominus est sa-
baoth: omnipotẽs vtiq; dei filius est. Quæ igitur age-
mus? quomodo ascẽdemus ad cęlum? Sunt illic dispo-
sitæ potestates, ordinati principes, qui cæli ianuas ser-
uant, qui ascendẽtem interrogant. Quis me admittet
nisi omnipotentem annũciem Christum? Clausę sunt
portæ, non cuicunq; aperiuntur, non quicunq; vult nisi
qui fideliter credit, ingreditur. custoditur aula imperia-
lis. Sed esto, indignus obrepserit, latuerit principes por-
tarum cælestium, discubuerit in cæna domini. ingres-
sus dominus conuiuii videns nõ indutum nuptiale fi-
dei vestimẽtum, proiiciet eum in tenebras exteriores,

G vbi sit fletus,& stridor dentium,si fidē pacemq; non seruet. Seruemus igitur nuptiale quod accepimus vestimentum,nec Christo propria denegemus, quē omnipotentem amniciant angeli,prophetæ significant, apostoli testificantur,sicut iam supra ostēdimus. Et fortasse non de istius tantūmodo cæli portis propheta dixerit quod præteribit.& alios enim cælos dei verbum penetrat,de quibus dictū est: Habemus enim sacerdotem magnum,principē sacerdotū, qui penetrauit cælos, Iesum filiū dei. Qui sunt isti cæli,non nisi & ii de quibus dicit propheta: Cæli enarrant gloriam dei? Stat enim Christus ad ianuam mētis tuæ. Audi tu dicentē: Ecce sto ad ianuam,& pulso. Si quis mihi aperuerit, ingrediar ad illum,& cœnabo cū eo,& ipse mecū. Et ecclesia domino dicit: Vox fratris mei pulsat ad ianuā. Ergo secundū superius exemplum non solus stat,sed præcedunt eum angeli,qui dicunt: Tollite portas principes vestras. Quas portas? Illas vtiq; de quibus & alibi dicit: Aperite mihi portas iustitiæ. Aperi ergo Christo portas tuas,vt ingrediatur in te,aperi portas iustitiæ, aperi portas pudicitiæ,aperi portas fortitudinis atq; sapientiæ. Crede angelis dicētibus: Et eleuamini portæ ęternales,vt introeat in te rex glorię,dñs sabaoth. Porta tua vocis fidelis canora confessio est,porta tua ostiū verbi est,quam sibi Apostolus optat aperiri dicēs: Vt aperiatur mihi ostium verbi ad eloquendū mysterium Christi. Aperiatur igitur Christo porta tua,nec solum aperiatur,sed etiam eleuetur,si tamē æternalis est,non caduca. Scriptum est enim: Et eleuamini portæ æternales. Eleuatum est superlimen Esaiæ,quando Seraphim labia eius tetigit, & vidit regē dominū sabaoth. Tunc ergo portę eleuabūtur,si sempiternum,si omnipotentem, si ineſtimabilem,si incōprehensibilē,si eum qui & præterita omnia & futura omnia nouerit,filium dei credas. Quo: si præfinitæ potestatis & sciētię,subiectumq; opinere,nō eleuas portas æternales. Eleuentur ergo portæ tuę,vt non Arriano sensu paruulus, nō pusillus,nō subditus ad te Christus introeat, sed intret in dei forma,intret cum patre,intret talis qualis est,& cælum & omnia supergressus,& mittat tibi spiritū sanctum. Expedit tibi vt credas quod ascendit,& sedet ad dexteram patris. Nam si eum inter creaturas & terrena impia cogitatione detineas,si nō tibi abeat, nō tibi ascēdat: nec paracletus ad te veniet,sicut ipse dixit: Nā si ego non abiero,paracletus non veniet ad vos. si autē abiero, mittam illum ad vos. Quod si inter terrena eū requiras,sicut Maria Magdalene requirebat, cane ne & tibi dicat: Noli me tangere,nondum enim ascēdi ad patrem meum. Portæ enim tuæ angustæ sunt,capere me nō queunt,eleuari non queunt, intrare nō possum. Vade ergo ad fratres meos, hoc est ad alias portas æternales,quę cum Iesum viderint eleuantur. Æternalis porta est Petrus,cui portæ inferi non prævalebunt. Æternales portæ Ioānes & Iacobꝰ,vt portæ filii tonitrui. Ętternales portæ sunt ecclesiæ,vbi laudes Christi annūciare propheta desiderans dicit: Vt annūciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion. Grande ergo mysterium Christi,quod stupuerūt & angeli. Et ideo venerari debes & domini famulos, derogare non debes. Ignorare nō licet,& propterea enim descēdit vt credas. Si non credis,non descendit tibi, nō tibi passus est. Si non venissem,inquit,& locutus fuissem his, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habēt de peccato suo. Qui me odit, & patrē meū odit. Quis igitur odit Christū nisi qui derogat? Sicut enim amoris est deferre,ita odii est derogare. Qui odit,quæstiones mouet: qui amat,reuerentiam defert.

Heb.4. Pſal.18. Apoc.3. Canti.5. Pſal.117 Pſal.29. Col.4. Eſa.6. Ioan.16. Ioan.20. Ivtpote. I Pſal.72. Ioan.15.

De confutatione Arrianorū ex solutione quæstionū quas faciūt ex illis verbis Apli: Omnis viri caput Christus est &c. Et istis: Qui autē plātat,et q rigat,vnū sūt.

Caput II. k

ITAQVE discutiamus eorum alias quæstiones. Scriptum est,inquiunt: Omnis viri caput Christusꝰ est,caput autem mulieris vir, caput autem Christi deus. Quia in quæstione dicant velint vtrum coniungere, an diuidere hæc quatuor velint. Si enim cōiūgere, atq; ita,vt dicāt deū caput esse Christi,sicut vir est mulieris caput: videte qd incidant. Nam si hæc tanē ex paribus sumpta est cōparatio,& hęc quatuor,id est mulier,vir,Christꝰ,et deus, quasi ex vnius atq; eiusdem naturæ similitudine cōparantur,ergo mulier & deus vnius incipiēt esse naturæ. Quod si hoc displicet(quod sacrilegum est dicere,vt vos iunt)diuidant. Itaq; Christum apud deū patrē ita volunt esse,sicut est mulier apud virū. Vnius vtiq; Christum & deum dicunt esse substantiæ,quoniā mulier & vir vnum sunt in carne naturę. Nam qui distat,in sexu est. Cum vero inter Christū & deum patrem sexus nō intercedat: quod vnū inter filium & patrem in natura est,fatebuntur: quod diuersum in sexu est, denegabūt. Placet ne ista diuisio, an mulierem, virum & Christū vnius volunt esse substantiæ,& patrem separāt? Hæccine igitur diuisio placet? Si ita est,videte,qd incidant. Aut enim non solū Arrianos et Fotinianos se necesse est cōfiteantur, q̄ Christū hominē tātum fatentur, quē humanæ tantūmodo naturæ æstimant copulandum, aut vel inuitos acquiescere par est nostræ sententię, per quam id quod impie cogitarūt, pie religioseq; defendimus, vt sit Christus quidem secundū generationem di L uinam dei virtus, secundū assumptionē autem carnis, vnius cum omnibus hominibus in carne substantiæ, salua tamen incarnationis suæ gloria,qui autoritatem suscepit,nō imaginem carnis. Sic ergo iuxta humanā cōditionem caput Christi deus. Non enim dixit,caput Christi pater,sed caput Christi deus,quia diuinitas,vtpote creatrix,caput est creaturæ. Et bene dixit, caput Christi deus,vt & diuinitatē Christi significaret,& carnem,hoc est incarnationē in Christi nomine, in deo autem vnitatem diuinitatis,& magnitudinē potestatis. Eousq; autem caput Christi deus secundū incarnationem dictum est,vt & caput viri Christus secundū incarnationem verbi dictum sit, quod alibi Apostolus euidenter exposuit dicens: Quoniam vir caput est mulieris,sicut & Christus ecclesiæ. Et in consequentibus addidit: Qui se tradidit pro ea. Secundū incarnationē igitur caput viri Christus,quia secundū incarnationem facta traditio est. Est ergo viri caput Christꝰ, caput Christi deus,vbi seruī,hoc est hominis,nō dei forma tractatur. Sed nihil prēiudicat dei filio si secundū carnis veritatem similis sit hominibꝰ,qui diuinitate cū patre vnū est. Nō enim potestas hac interpretatione minuitur si misericordia prędicatur. Quis autē vnam diuinitatem patris & filii pie abneget,cū ipse dominus consummaturus p̄cepta discipulis suis dixerit: Vt sint vnū, sicut & nos vnum sumus. Pro testimonio enim fidei positū est,licet ab Arrianis ad argumētū perfidiæ deriuetur. Etenim quoniam toties lectā negare non queunt vnitatem,extenuare conantur, vt talis videatur diuinitatis vnitas inter patrem & filium,qualis est inter homines vnitas deuotionis & fidei,licet etiam inter ipsos homines vnitas nature sit ex cōmunitate naturæ. Vnde & illud aptissime soluitur,quod ad extenuationem dominicæ vnitatis obiicere cōsueruntꝰ quia scriptum est: Qui autem plantat,& qui rigat, vnū sunt. Hoc Arrianis si saperent,non obiicerent. quomodo negare conantur quod pater & filius vnū sunt,cū Paulus & Apollo & natura vnum sint & fide? Sed tamen per omnia vnū esse nō possunt,& nequeunt cōparari humana diuinis. Inseparabilis ergo deus pater verbo,inseparabilis virtute,inseparabilis sapientia per diuinæ vnitatē substantiæ,& est in filio,sicut frequēter scriptū est. Est vero nō

1.Cor.11. Ephe.5. M Ioan.17. 1.Corin.3

A vt egentem significans,nec vt vacuū implens, quia nō vacua dei virtus. Nec enī virtus virtute augetur, quia nō duæ virtutes, sed vna virtus. Nec diuinitas diuinitatem accipit,quia non duę diuinitates,sed vna diuinitas. Nos autem per acceptam & inhabitātem in nobis virtutem vnū erimus in Christo. Cōmunis ergo litera,sed discrepans diuina humanaq; substātia. Nos vnū erimus,pater & filius vnū sunt. Nos secundū gratiā,filius secūdum substantiā. Alia autem per cōiunctionē, alia per naturam vnitas. Denīq; vide quid ante prēmi serit, Vt omnes vnū sint,sicut tu pater in me, & ego in te. Considera ergo q̄ nō dixit: Tu in nobis,& nos in te: sed tu in me,& ego in te: vt se a creaturis separaret. Et addidit: Et isti in nobis: vt etiam hic suam potētiam & patris a nobis secerneret: vt quod nos in patre et filio sumus,non naturæ videatur esse,sed gratiæ. Quod autē filius & pater vnum sunt,nō hoc filius accepisse per gratiam,sed naturaliter vt filius possidere credatur.

De solutione obiectionis Arrianorū sumptę ex verB bis dñi dicētis: Amen amē dico vobis, nō potest filius facere a se quicq̄,nisi quod viderit patrē facientē: cū euidenti & multiplici eorū redargutione. Cap. III.

ALIVD rursus obiiciūt,asserentes vnā atq; eādem potestatē filii & patris esse nō posse, Ioan.5. quia ipse dixit: Amen amen dico vobis, nō potest filius facere a se quicq̄,nisi quod viderit patrem facientē. Itaq; nihil feciſſe filiū dicunt,nec facere posse,nisi quod viderit facientē patrem. O præscia sapientia infidelium argumētorū, quæ subiecit quod solueret quęstionē,addendo quod sequitur: Quia quecūq; ille fecerit, eadē & filius facit similiter. Hoc nēpe sequitur. Cur ergo scriptū est, Eadem facit filius,& nō taliaꝰ nisi vt in filio vnitatē non imitationem paterni operis æstimares. Sed tamē vt illorū quoq; argumenta discutiamus, quæro vtrespondeant vtrū videat filius opera patris. Videt itaq;,an nō? Si videt,ergo & facit. Si facit, desinant omnipotētem negare,quē omnia posse facere quę patrē facientē viderit,cōfitentur. Quid est autem, viderit? Corporaliū ne aliquis vsus oculorū est? Sed si hoc de filio velint dicere, corporalis etiā in patre vsum C operationis ostēdit,vt faciētem videat quod ipse facturus est. Quid est autē: Nō potest filiꝰ facere a se quicq̄? Hoc interrogemus,hoc cōsiderem⁹. Est ergo aliud impossibile dei virtuti atq; sapiētię,hoc est dei filius,qui alienam vtiq; non accipit fortitudinē,sed quemadmodū vita est,nō alia vinificatione subnixus, sed alios vinificans,quia ipse vita est: ita etiā sapientia est,nō quasi insipiens accipiens sapientiā,sed qui de suo alios faciat esse sapientes. Ita etiam virtus est, non quasi per infirmitatem cōsecutus incremēta virtutis,sed ipse virtus,qui virtutē fortibus largitur. Quomodo ergo virtus,quasi cū iurisiurandi attestatione dicit: Amen amen dico vobis. quod est: fideliter,fideliter dico. Fideliter ergo dicis deū,& cū sacramenti quadā repetitione cōfirmas quod nihil facere potes nisi quod faciētem patrē videris. Fecisti mundum. Nunquid alterū mūdum pater tuus fecit, quē quasi ad exemplar acceperis? Ergo necesse est fateātur impii aut duos aut certe multos esse mūdos, quod philosophi asserunt, vt se etiā in hoc errore gentilitatis inuoluāt. Aut si velint verū sequi, dicāt sine exēplari te feciſſe quod feceris. Dic mihi domine, quando in mari patrē incarnatū videris ambulantē? Ego enim nescio,ego hoc de patre credere sacrilegū puto, qui te solum carnē assumpsiſſe cognoui. Quando videris in nuptiis patrem aquam in vina vertentē? Sed solū te vnigenitum filium legi ex patre natū, solū te ex spiritu sancto accepi & virgine secūdum incarnationis sacramēta generatū. Ergo ista quæ memoratuimus a te gesta, nō fecit pater, sed sine exēplo paterni operis ad redimendā tuo sanguine salutem mūdi, immaculatus ex aluo vi- D ginis processisti. An ne forte incarnationis tātūmodo putent sequestrandū esse mysteriū, licet cū dicant: Non potest filius a se facere quicq̄,nihil excipiant, ita vt quidam impius dixerit,nec culicē facere potest: tam temerario ausu pētulantiq; sermone maiestatē supernæ virtutis irridens. Dic domine Iesu quando terrā sine te pa ter fecerit? Cęlum enim sine te nō fecit, quia scriptū est: Verbo domini cęli firmati sunt. Sed nec terram sine te Pſal.32. fecit, quia scriptū est: Omnia per ipsum facta sunt, & si- Ioan.1. ne ipso factum est nihil. Nā si aliquid sine te deo verbo pater fecit: non ergo omnia facta per verbum,& euangelista mētitur. Quod si omnia facta per verbū, & omnia per te cœperunt esse quæ nō erant: vtiq; quæ nō vidisti a patre facta, a te ipse feciſti. Nisi forte philosophicas tibi ideas Platonica illa disputatione præstituunt, quas ab ipsis tamen philosophis scimus irrisas. Si autem ex te ipse feciſti, vana est assertio perfidorū, quæ autori omniū,cui suppetit ex se faciēdi magisteriū, tribuit discēdi profectū. Quod si per te negant cælum esse factū vel terram,cōsiderent impii quo se furore præcipitent, cum scriptū sit: Dii qui non fecerūt cęlū & terrā, pereāt. Hiere.10. Peribit ergo, o Arriane, qui quod perierat, & reperit, & redemit? Sed ad proposita reuertamur: Quomodo nō potest filius facere a se quicq̄? Quæremus quid sit qđ facere nō possit. Multæ sunt impossibilitatū differētię. Est aliquid natura impossibile. Et est aliquid quod est possibile per corporis & animæ firmitatē, impossibile per imperitiā aut impotentiā. Est etiam quod per defi- E nitionē immutabilis propositi, & cōstantis perseueratiam volūtatis,atq; amicitię fidē,sit impossibile mutari. Sed hæc vt euidēter possimus aduertere, per exēpla nobis disputatio dirigat. Impossibile est vt attis sapientiæ disciplinā aliquā assequatur vt artē. Impossibile est & lapidē prodire quoq̄. Impossibile est enim lapidē moueri,nisi motu moueatur alterius. Non potest ergo lapis per seipsum moueri,& transire de loco. Non potest etiā aquila humanis imbui disciplinis. Habes vnā speciem cū impossibilitatis causa natura est. Impossibile est & debili facere opera robusti. Sed huic alia impossibilitatis causa est. Quod enim facere potest per naturam,per infirmitatē nō potest. Causa igitur huic quoq; impossibilitatis infirmitas. Alia ergo impossibilitatis hæc species,quoniā a faciendi possibilitate,corporis infirmitate reuocatur. Tertia quoq; impossibilitatis est causa, quia etiā si per naturā quis & firmitatē corporis facere aliquid possit,nō potest tamen facere per imperitiam vel impotentiā,vt aut indoctꝰ,aut senex. Quas igitur harū quas enumerauimus impossibilitatū causas(vt quartā interim sequestrem⁹) filio dei existimas cōuenire? nūquid insensibilis per naturā, & immobilis sicut lapis? Lapis quidē est impius in ruinā,fidelibꝰ an- F gularis. Sed nō insensibilis,supra quē sensibilium populorū fideles ædificātur affectus,nō immobilis petra. Bi 1.Cor.10. bebant enim ex cōsequenti petra,petra autē erat Christus. Nō ergo paternū opus per naturę distantiā impossibile Christo. Nūquid forte per debilitatē impossibile ei aliquid æstimemus? Sed nō ille debilis qui aliorum debilitates imperiali sermone sanabat. An debilis videbatur cū paralytico præcipiēs: Tolle grabatū tuū,& Marci.2. ambula: sanitatis iā mandabat officiū, cū adhuc ille remedium debilitatis oraret? Num debilis dñs virtutū cū illuminaret cęcos,inclinatos erigeret, mortuos suscitaret, votis nostris medicinæ pręcurreret effectus, orās curaret,& fimbria mūdaret & tactus? Nisi forte debilitatem illā impii putabatis,quando vulnera videbatis. Erant quidē illa corporis vulnera, sed nō erat vulneris illiꝰ vlla debilitas, ex quo omniū vita pfluebat. Vnde & ppheta dixit: Liuore eius nos sanati sumꝰ. An qui Eſa.53. in vulnere debilis non erat, erat in maiestate? Quomodo, quęro, cum dæmoniis imperaret,& reis peccata di-

G mitteret,aut cum rogaret patrē? Quo loco fortasse dicant,quomodo pater & filius vnū sunt,si filius nūc imperat,nūc precatur? Et vnum sunt,& imperat & precatur. Sed neq; cū imperat, solus: nec cū precat, infirmus.
Ioan. 5. Solus nō est,quia quæcūq; filius facit,pater facit. Infirmus nō est,quia etsi in carne infirmatus est,ppter peccata nostra,tamē illud nostræ erat in eo pacis eruditio, sicut scriptū est,non suæ maiestatis infirmitas. Deniq; vt scias quod secundū hominē rogat, & diuinitatē imperat,habes in euangelio quod et Petro dixit: Rogaui
Luc. 22. pro te vt non deficiat fides tua. Eidem autem supra di-
Matt. 16. centi, Tu es Christus, filius dei viui: respondit: Tu es Petrus,& super hanc petrā ędificabo ecclesiā meam,& tibi dabo claues regni cælorū. Ergo cui propria autoritate regnū dabat, huius fidē firmare nō poterat: quem cum petrā dicit,firmamentū ecclesię indicauit? Quando igitur roget,quando imperet cōsidera. Rogat quando passurus ostenditur. Imperat quando filius dei creditur. Duas igitur species impossibilitatis vacare iam cernimus, quod neq; insensibilis neq; infirma potest esse dei virtus. Nūquid tertiū profertis in mediū,q̄ quasi imperitus sine magistro facere nihil possit, aut seruus
H sine domino? Ergo mentitus es domine Iesu, qui te & magistrū & dominū ipse dixisti, & fefellisti discipulos
Ioan. 13. tuos dicēs: Vos vocatis me magister & dñe,& bene dicitis,sum enim. Sed nō falleres veritas, eos præsertim quos amicos vocasti. Tamē si vt imperitū te ab artifice viderint,vt tibi,hoc est dei sapiētiæ dicāt peritiā defuisse,vnitatem tamē substantiæ inter te & patrē separare non possunt. Artifice nanq; ab imperito imprudētia non natura fecernit. Sed nō in patre artificium,neq; in te insipientia. Non est enim insipiens sapiētia. Ergo si neq; insensibilis in filio natura,neq; debilitas,neq; imperitia,neq; seruitus potest esse: considerent quod & per naturam & maiestatē vnum sit cū patre filius,& per operationē non discrepet a patre virtus,cum omnia quę
Ioan. 5. pater fecerit,eadē & filius faciat similiter. Neq; enim similiter potest quisq̄ facere idē opus quod alius fecerit, nisi qui & inæqualitatē non habeat operationis,& naturæ eiusdē habeat vnitatē. Ahuc tamen requiro quid sit quod nō possit facere a se filius nisi viderit facientem patrem? Et insipienter aliqua de vilioribus exēpla pro-
2. Cor. 12 pono. Factus sum enim insipiēs, vos me coegistis. Nā
1. Tim. 1. quid insipientius q̄ de maiestate dei argumenta discutere, quæ quęstiones magis prętant, q̄ ædificationem dei, quæ est in fide? Sed argumētis argumenta respondeant. Illis verba, nobis charitas quę in deo est, de corde puro,& cōscientia bona,& fide non ficta. Ergo ad infirmationem tam ineptæ propositionis nō piget etiam ridicula deriuare. Quomodo ergo videt filius patrem? Videt equus picturā, quam per naturā imitari non potest. Non vtiq; sic videt filius. Videt parumlus viri opera maioris, sed imitari non potest. Nec vtiq; sic videt fi
I lius. Ergo si filius & per eiusdem cū patre arcanum cōmune naturæ inuisibiliter & videre & facere potest, & per plenitudinē diuinitatis quod voluerit exequi: quid superest,nisi vt per vnitatem inseparabilē potestatis nihil credamus filium facere, nisi quod viderit patrem facientem,quia per inseparabilem vnitatem nihil a se facit filius,quoniā nihil vult quod pater nolit? Quod vtique non infirmitatis sed vnitatis est. Ergo nec contumax filius,vt etiā de quarta propositione dicamus. Nihil enim consiliarius filius facit,quod cū patris non cōueniat volūtate. Deniq; vidit pater quod fecit filius, & probauit quod bona valde. Sic enim habes in Genesi:
Gen. 1. Et dixit deus: Fiat lux. & facta est lux: et vidit deus lucē quod bona est. Nunquid hic dixit pater: Fiat talis lux qualem ipse feci? Sed fiat lux,quæ ante nō fuerat. Aut fili? qualē faceret iterrogauit? Sed fecit vt voluit, qualem pater vsq; eo voluit,& probauit. Ergo nouū opus, filii est. Deniq; si reprehēditur in filio secundū interpre-

k tationes Arrianorū,quod quæ viderit,facit,qui vtique secundū scripturas quod non vidit,& fecit,& dedit esse quæ non erant: quid dicunt de patre, qui quod viderat, prædicauit: quasi ea quæ facienda forent, non potuerit prævidere? Similiter ergo videt filius patris opus, sicut pater opus filii. Nec quasi alienū laudat, sed quasi proprium recognoscit. Quæcunq; enim pater fecerit, eadē Ioan. 5.
& filius facit similiter: vt idem opus patris filiiq; sentires. Nihil ergo facit filius nisi quod pater probet, pater laudet, pater velit, quia ex patre totus est, nō vt creatura, quæ multa cōmittit dum studio lapsuq; peccati voluntatem frequenter offendit autoris. Nihil ergo filius facit nisi quod placeat patri, quia vna voluntas, vna sententia est, vna est vera charitas, vnus operationis effectus. Deniq; vt scias charitatis esse quia nō potest filius a se facere quicq̄ nisi quod viderit facientē patrem: cum præmisisset, Quæcūq; enim ille fecerit, eadē & filius faciat similiter: subiecit, Pater enī diligit filiū. Ergo quod dixit scriptura, quia nō potest, ad inseparabilis & individuæ charitatis retulit vnitatem. Quod si naturaliter
L est & vere est inseparabilis charitas, inseparabilis vtiq; est etiā operatio naturaliter,& impossibile vt opus filii cū patria non cōueniat volūtate, quando id quod filius operatur, operatur & pater: & quod pater operatur, operatur & filius: & quod loquitur filius, loquitur & pater, sicut scriptū est: Pater meus qui in me manet, ipse Ioan. 14.
loquitur: & opera quę ego facio, et ipse facit. Nihil enim pater sine virtute atq; sapientia sua cōdidit, qui omnia in sapientia fecit, sicut scriptū est: Omnia in sapiētia fe- Psal. 103.
cisti. Nihil etiā deus verbū sine patre fecit. Non operatur sine patre. Non sine patria voluntate sacrosanctæ illi se obtulit salutaris mūdi totius hostia passioni. Nō sine patria volūtate mortuos suscitauit. Deniq; Lazarum suscitaturus leuauit oculos sursum, & dixit: Pater Ioan. 11.
gratias ago tibi, quia audisti me: et ego sciebā quia semper me audis, sed propter turbam quæ circūstat dixi, vt credat quia tu me misisti. Vt q̄uis ex persona hominis in carnis susceptione loqueretur, vnitatē tamē paternæ volūtatis & operationis exprimeret, quia pater omnia audit, omnia videt quę vult filius. Videt ergo & pater faciētem filium, audit voluntatem. Deniq; nō rogauit, & exauditū se esse dixit. Nec æstimari potest quod nō audit pater quod velit filius. Et vt scias quia semper auditura a patre, nec quasi ppheta, sed quasi filius: Et ego inquit, sciebam quia semper me audis, sed propter turbam quæ circūstat dixi, vt credant quia tu me misisti. Propter nos igitur gratias egit. Nec eundē patrē eundemq; filium esse credamus cū idem opus patris audi- M
mus & filii. Nam vt cognosceres nō quasi infirmū gratias egisse, sed quasi dei filium semper sibi diuinam potentiam vēdicare, clamauit: Lazare veni foras. Imperantis vtiq; vox ista est, non precātis. Sed ad superiora redeamus, & proposita cōcludamus. Facit quasi verbū filius volūtatem patris. Verbum hoc nostrū vtiq; prolatiuum est, syllabæ sunt, sonus est, & tamē a sensu nostro & mente nō discrepat, & quæ interiori tenemus affectu, ea tanq̄ operantis verbi testificatione signamus. Sed non sermo noster operatur, solum est verbum dei quod nec prolatiuū est, nec προφορικὸν ἀθέτημα dicunt, sed quod operatur, & viuit, & sanat. Vis scire quale verbū, audi dicentem: Viuū est enim verbū dei, & validū, atq; ope Heb. 4.
ratorium, & acutum, & omni gladio acutissimū, penetrās vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, artuumq; & medullarum. Verbum igitur audis dei filium, & a patria voluntate & potestate fecernis. Audis quod viuit, audis quod sanat, noli ergo nostro comparare verbo. Si enim verbum nostrum quis non obtutu viderit, nō auditu audierit loqui, & loquitur tamen cognita per quædam naturę humanę interna mysteria: quomodo nō impius qui secundū diuinitatem in dei verbo & obtutum quendam corporeum exigit, & auditum, & pu-

A tet quod non possit a se quicq̄ facere filius, nisi quod patrem facientem viderit, cum per vnitatē (vt diximus) eiusdem substantię, idem velle atq; idem nolle & idem posse & in patre sit, & in filio, & in spiritu sācto? Quod si homines plerumq; sensuum qualitate discreti, tamen vnius propositi intētione cōcordant, quid de patre nos & de filio congruit æstimare, nisi id quod humana imitatur charitas, substantia diuina possideat? Ponamus tamen, sicut ipsi volunt, quod quasi in exemplari, quod viderit patrem faciētem, filius faciat. Et hoc vtiq; eiusdem substātiæ est. Nullus enim potest alterius imitationem operationis implere, nisi qui eiusdē naturæ habeat vnitatem.

De solutione obiectionum quibus impii hęretici inæqualitatē patris & filii probare contendūt. Ca. IIII.

IMPERATOR Auguste, quidam hoc etiam ad inæqualitatem dei patris obiciendam vsurpare confirmarunt, quia dicāt omnipotentem patrem esse, quod generauit filiū: negent autem omnipotentē filium, dicētes quod generare non potuit. Sed vide quēadmodum sæua impietas, vt dialectica philosophorum, se ipsa cōuincat. Hac enim quæstione aut coæternū patri filium esse sua voce fateantur, aut si principium tēporis filio aliquod ad-
B scribunt, principiū potentiæ necesse est tribuant etiam patri. Ita cum omnipotētem filium negant, incipiunt, quod nefas dictu est, asserere per filiū patrem omnipotentem esse cœpisse. Nam si per generationem omnipotens pater, vtiq; aut coæternus patri filius est, quia semper omnipotens pater, sempiternus & filius: aut si fuit quando non erat filius sempiternus, fuit ergo quādo non erat omnipotens pater. Nam cum volunt filiū dicere aliquando cœpisse, in illud recidunt, vt & patris
Ioan. 16. potentiam dicant non semper fuisse, sed ex filii generatione cœpisse. Ita dum filio dei cupiunt derogare, plus tribuunt, vt contra fas omne autorē paternæ potentiæ declinare videātur, cū filius dicat: Omnia quę pater habet, mea sunt. hoc est, non quæ patri ipse tradiderit, sed quæ a patre iure generationis acceperit. Et ideo filium esse sempiternam didicimus virtutē. Si ergo sempiterna eius virtus atq; diuinitas, vtiq; & potentia eius sempiterna. Filio igitur qui derogat, patri derogat, pietatē offendit, violat charitatem. Nos honorificemus filiū in quo pater complacet. Placet enim patri vt laudetur filius in quo ipse cōplacuit. Respondeamus tamen
C intētioni eorū, ne epilogo quodam inuidiam quæstionis declinasse videamur. Generauit, inquiunt, pater, nō generauit filius. Quod hic argumentū est inæqualitatis? Generatio enim paternę proprietatis est, nō potētiæ: & pietas æquat, non separat. Deniq; in ipso vsu nostrę infirmitatis frequenter euenire cognoscimus vt & infirmi filios habeant, et nō habeant fortiores: habeant serui, & nō habeant domini: habeāt inopes, nō habeāt qui potētes sunt. Sed hoc dicūt et infirmitatis esse quod homines volūt filios habere nec possunt: q̄uis humana non sint conferēda diuinis, tamē intelligant inter ipsos quoq; homines nō potentiæ esse sed paternæ proprietatis habere filios vel nō habere. Nec in potestate nostræ voluntatis esse generare, sed in corporis qualitate. Nā si esset potentię, vtiq; potētior multos haberet. ergo nō est potētia habere filios vel nō habere. Nūquid naturæ est? Si naturæ infirmitatem putatis, & ad humana cōfertis exēpla, eadem patris est natura quæ filii est. itaq; aut verū filiū dicitis, & patri in filio derogatis per vnitatem eiusdē naturę. Sicut enim pater natura deus, ita
Gal. 4. & filius. Deos autē ait Apostolus nō natura deos esse, sed dici. Aut si negatis esse verū filium, hoc est eiusdē naturæ: non est ergo generatus. si non est generatus filius, nō generauit pater. Colligitur itaq; iuxta sentētiā vestram vt nō sit omnipotēs deus pater, quia generare D
nō potuit si non generauit filium, sed creauit. Sed quia omnipotens pater, cū iuxta sententiā vestram solus generator omnipotēs sit, generauit vtiq; filiū, nō creauit. Verū ipsi magis q̄ vobis credēdum est. Ille ait: Genui: & frequenter ait, generationis suæ testis. Non est ergo naturæ, non est potētiæ in Christo aliqua quod nō generauit infirmitas, quia generatio, sicut sæpe iam diximus, nō ad subtilitatē potentię, sed ad proprietatē refertur naturę. Nam si ideo omnipotēs pater, quia filiū habet: omnipotētior ergo esse potuit si plures haberet. An vero potentia eius in vna generatione deficit? At ego ostendā & Christum habere filios, quos quotidie generat, sed ea generatione vel poti? regeneratione quę potestatis est, nō naturæ. Adoptio enim potestatis est, generatio ꝑprietatis: quod ipsa scriptura nos docuit. Dicit enim Ioannes quia in hoc mundo erat, & mundus Ioan. 1.
per ipsum factus est, & mundus eū non cognouit, & sui eū non receperunt. Quotquot autē receperūt, dedit eis potestatē filios dei fieri, iis qui credunt in nomine eius. Didicimus enim potestatis esse quod nos filios dei fecit, proprietatis autem generationes esse oracula diuina declarant. Dicit enim sapientia dei: Ex ore altissimi Eccli. 24.
prodiui. hoc est, nō coacta sed libera, nō potestati obnoxia, sed nata generationis arcano, priuilegio dominationis, & iure potestatis. Deniq; de eadē sapientia, hoc E
est de domino Iesu, alibi pater dicit: Ex vtero ante luci- Psal. 109.
ferum genui te. quod vtiq; ideo dixit, non vt corporalē aluū declararet, sed vt proprietatem verę generationis ostenderet. Nam si ad corporalia referas, ergo omnipotens pater cū dolore & conceptione generauit. Sed absit vt deū ex infirmitate corporis metiamur. Est quidā vterus paternę arcanū substantiæ, interiusq; secretum, quod nō angeli, non archangeli, non potestates, nō dominationes, non aliqua creaturarū potuit penetrare natura. Cū patre enim semper & in patre semper est fili?. Cum patre per distinctionē indissociabilē trinitatis æternæ: in patre per diuinā vnitatē naturæ. Quis igitur hic arbiter diuinitatis? Quis discutiat patrē ac filiū, ille quare regenerauerit, iste cur genuerit? Seruulū suū aut ancillam cur non genuerit nemo condēnat, isti condēnant cur non genuerit Christus. Condemnāt enim sua opinione cū derogāt. Nec cōiugibus inter se cur nō F
generauerit, aut charitas minuit, aut meritū derogatur. Isti quia non generauit, Christi minuūt potestatē. Cur, inquiūt, filius pater nō est, quod & pater filius nō est? Cur non iste nō generauit, cum nec ille generatus est? Nec ideo minus habet filius quod pater nō est, nec pater minus habet qui filius nō est. Dixit enim filius: Omnia quę pater habet, mea sunt. A deo generatio in Ioan. 16.
paterna proprietate, non iure est potestatis. Est quedā indistincta distincte incomprehēsibilis & inenarrabilis substātia trinitatis. Distinctionem etenim accepimus & filii & spiritus sancti, non cōfusionem: distinctionem, non separationem: distinctionem, nō pluralitatem. Diuino itaq; admirandoque mysterio, manentem semper accepimus patrem, semper filium, semper spiritū sanctum. Non duos patres, non duos filios, non duos spiritus. Vnus enim deus pater, ex quo omnia, & nos in
ipso. Et vnus dominus Iesus, per quem omnia, & nos 1. Cor. 8.
per ipsum. Vnus natus ex patre dñs Iesus, et ideo vnigenitus. Vnus & spiritus sanctus, vt idem Apls dixit. Sic accepimus, sic legimus, sic tenem?, distinctionē nescimus, secreta nescimus, causas nō discutimus, secreta scrutamus. Facinus indignum, vt qui generationis fidę facultatē nō habēt, diuinę generationis examen sibi arrogent, vendicēt potestatē. Negēt ergo æqualem patri filium, quod nō generauit filius. Negent æqualē patri filium, quod patrem habet. Hoc si de hominibus dicerent, quorum aliqui volūt filios habere nec possunt, iniuriam putaremus. Sic etiam si inter duos honore pa-

Gres,habenti filios, qui nõ habet,negaretur æqualis. Et ideo hoc inquam graue & de ipsis hominibus videtur, vt quis minor putetur q̃ patrem habet. Nisi forte tanq̃ constitutũ in familia,putent Christũ dolere quod emãcipatus a patre non sit,& administrandi patrimonii nõ habet facultatem. Sed non Christus in sacris, qui sacra vniuersa distinxit. Quomodo tamen respondeant, vera ne generatio sit,et verus filiꝰ ex deo patre natus,hoc est ex substantia patris,an ex alia natus substantia? Si enim dicunt ex patre, hoc est ex dei substantia, cõuenit quod ex substantia patris filiũ dicant. Ergo quia vnius substãtiæ,vnius vtiq; potẽtiæ. Si vero ex alia substantia filius est,quomodo omnipotens filius est,& omnipotens filius non est? Quid enim prestantius si ex alia substantia filiũ deus fecit,cum vtiq; & filius ex alia nos substantia filios dei fecerit? Ergo aut vnius substantiæ filius cum patre,aut vnius potentiæ. Friget igitur eorum quæstio quod de Christo iudicare nõ possunt, immo quod vincit ille cui iudicatur. Digni tamen sunt isti iudicio suo, qui hanc obiiciunt quæstionem. Si enim ideo æqualis patri filius nõ est, quia nõ generauit filiũ: & isti vtiq; fateantur si non habent filios qui seruent huiusmodi quæstiones,suos sibi etiam seruulos preferendos,eo quod habẽtibus filios equales esse non possunt. Si autem filios nõ putent sibi merito, sed filiorum iure deferri,non cõsistit igitur hæc quæstio, quod æqualis filius patri ideo esse nõ possit,quod pater generauit filiũ, filius nullum ex seipso generauerit. Nam & fons fluuium generat, & fluuius fontẽ ex seipso nõ generat. Et
H lux splendorem generat,non splendor lucem,& vna natura est splendoris & lucis. Vnde cum æqualem ex generationis obiectu ꝓbare nõ potuerint,intelligant etiã illam diuulgantem suæ calumniam quæstionis explosam. Solent enim opponere,quomodo æqualis potest esse filius patri? Nam si filius est,anteq̃ generaretur,nõ erat: aut si erat,cur natus est? Et Arrianos se negare cõ fuerunt,qui proponunt Arrii quæstiones. Itaq; exigũt a nobis responsionem, vt si dixerimus quod anteq̃ generaretur erat, astute referãt, Ergo anteq̃ generaretur creatus est: & non differt a cæteris creaturis,quia prius cœpit creatura esse q̃ filiꝰ. Et adiiciũt,cur q̃ erat,natus est? An quod imperfectus erat, vt postea perfectior fieret? Si autem respõderimus quod nõ erat, obiiciũt statim: ei ergo generatio contulit vt esset quod nõ erat antequam nasceretur. vt hinc colligant: Erat ergo quãdo non erat filius. Sed quia hoc proponunt,& obscuritate volunt inuolutere veritatẽ, dicant ipsi vtrum temporaliter generet pater,an intemporaliter? Si enim temporaliter dixerint: quod filio obiiciunt, patri adscribent, vt videatur pater cœpisse esse quod non erat. Si intemporaliter,quid superest nisi vt ipsi soluant quam proposuerunt quæstionem, vt cum generationem patris abnuãt temporalem,generationẽ quoq; filii temporalem nõ esse fateantur? Si ergo nõ est generatio eius ex tempore,
I æstimari datur quod nihil præcesserit ante filiũ, qui nõ sit ex tempore. Si enim aliud ante filiũ,iam non sunt in ipso creata omnia quæ vel in cælo sunt vel in terris, & Apostolus redarguitur qui hoc in epistola sua scripsit. Quod si nihil ante generationem, non aduerto cur posterior asseratur quem nemo præcessit. Connectẽda est alia eorum plena impietatis obiectio, quæ latẽtem habeat dolum, quo sensus facilium mẽtesq; perstringant. Interrogãt enim vtrũ quod finem habet, aliquãdo cœperit? Et si acceperint huiusmodi responsionẽ, quia quod finem habet,cœpit aliquando: referunt vtrũ pater desierit generare filium? Quod cũ tenuerint nostro aspirãte consensu,cõtexunt, Cœpit ergo generatio. Id si nõ abnuas,consequi videtur, vt si cœpit generatio, videatur in eo cœpta qui natus est, vt natus esse dicatur, qui ante nõ fuerit: vnde definãt, Aliquãdo ergo filius nõ fuit. Adiiciunt alias ineptias loquacitatis suæ,dicentes: Si verbũ patris filius est,& ideo genitus dicitur,quia verbum est,opus non est. multifariã locutus est pater,multos ergo generauit filios, si nõ operatus est,sed locutus est verbũ. Amentes homines,quasi nõ intelligãt quid interfit inter prolatiuũ sermonẽ,& in ęternũ permanẽs dei verbũ ex patre natum. natũ vtiq;,nõ prolatũ,in quo non cõposita syllaba, sed plenitudo diuinitatis æternæ est,& vita sine fine. Subtexunt aliam impietatẽ,proponentes vtrum volẽs an inuitus generauerit pater: vt si dixerimus volentẽ,antiquiorẽ generatione volũtatem videamur fateri,& referãt quod nõ sit filius coæternus patri,quem aliquid antecessit,aut q̃ et ipse sit creatura, quia scriptũ est: Omnia quæ voluit ipse fecit. cum hoc ipsum non de patre & filio,sed de iis quas filius fecit, dictum sit creaturis. Sin autem inuitũ patrem generasse respõderimus,inuralidũ patrem dixisse videamur. Sed nihil in sempiterna generatione precedit,nec velle, nec nolle. ergo nec inuitũ dixerim,nec volẽtem,quia generatio nõ in volũtatis possibilitate est,sed in iure quodã & proprietate paterni videtur esse secreti. Nã sicut bonus pater nõ aut ex volũtate est,aut necessitate,sed per naturã: ita non generat ex voluntate aut necessitate pater. Esto tamẽ,sit generatio in volũtate generãtis. quãdo hanc voluntatẽ fuisse dicunt? Si in principio: vtiq; si sempiterna volũtas,sempiternus & filius. Si cœpit volũtas,displicuit igitur sibi quod erat deus pater, vt mutaret statũ. Displicuit ergo sibi sine fine, placere cœpit in filio. Iam illa cõsequẽtia, vt dicamus: Si studiũ generandi nostro more assumpsit,ergo & cætera quæ gene- L
rationẽ precedere solent,nostro more assumpsit. nostro autẽ vsu generationis votũ est, non volũtas. Produnt igitur impietatẽ suam qui volunt generationẽ cœpisse Christi, vt videatur nõ generatio illa verbi manentis, sed prolatio fluẽtis esse sermonis. Deinde multos indu cendo filios,negẽt in Christo diuinæ ꝓprietatẽ nature, vt nec vnigenitus nec primogenit? æstimetur. Postremo vt si principiũ esse credatur accepisse,etiã finem videatur habiturus. Sed neq; principiũ assumpsit aliquãdo dei filiꝰ, qui erat in principio: neq; finẽ,qui est principiũ vniuersitatis, & finis. Nã cũ sit principiũ,quomodo quod habeat accepit? Aut quõ sui finẽ habebit,cum omniũ ipse sit finis, vt in illo fine sine fine maneamus? Dei enim generatio cũ tẽporalis non sit,nec ante se nec in se tẽpus inuenit. Frigida igitur eorum & vana quæstio,& in creaturis ipsis nõ habet locũ. Ipsa etenim quę tẽporalia sunt, discretionẽ in quibusdã habere tẽporis nõ videtur. Lux nẽpe splendorẽ generat,nec cõprehendi potest quod splendor luce posterior sit, aut lux splendore antiquior,quia vbi lumẽ,& splẽdor est: & vbi splẽdor,& lumẽ est. Itaq; nec sine splendore lumẽ,nec splendor potest esse sine lumine: quia in splendore lumen, & splẽdor in lumine est. Vnde et Apostolus splendorem Heb.1.
paternæ gloriæ filiũ dicit, quia splendor paternæ lucis M
est filius: coæternus,propter virtutis æternitatẽ: inseparabilis,propter claritudinis vnitatẽ. Ergo si tẽporalia hæc & aeria hic cõprehendere & separare non possumus quæ videmus: deũ quem non videmus, qui super omnẽ est creaturã,in ipso suæ generationis arcano possumus comprehẽdere,possumus eũ a filio tẽpore separare,cum omne tempus opus filii sit? Definãt ergo dicere: & anteq̃ generaretur,non erat. Ante enim temporis est,generatio ante tempora: & ideo quod posterius est,prius non est: nec opus ante autorẽ potest esse,cũ opera principiũ de operatione sua sumãt. Nã quomodo ante operationẽ suam vius operis æstimatur,cũ omne tempus opus sit ei, omne opus de operatore suo vt esset accepit? Experiri igitur adhuc istos volo qui sibi videntur astuti,vt de nostris respondeant qui calũniãtur diuinis,longeq; refugiunt ab inscrutabili superne generationis exemplo. De filio dei dicunt quod antequam generaretur non erat,hoc est de dei sapientiã,de virtu-

A te dei,de dei verbo,cuius generatio nihil ante se nouit: quia si aliquando,vt volunt,non fuit (quod nefas dictu est) non fuit ergo in deo perfectionis aliquãdo plenitudo diuinæ,si postea ꝓcessum generationis accepit. Tamen vt sciant q̃ vana sit & solubilis eorũ quæstio, licet nihil in eo humanis diuinisve cõmune, tamen docebo homines anteq̃ nascerentur fuisse. Aut negent Iacob sanctũ fuisse priusq̃ nasceretur, qui fratrẽ supplãtauit in materni adhuc vteri positus arcano. Negẽt Hieremiã
Hiere.1. antequam nasceretur sanctũ fuisse, cui dicitur: Priusq̃ te formarem in vtero matris tuę,noui te: & priusquam exires de vulua,sanctificaui te: & prophetã in gentibus posui te. Quid hoc euidentius tanti exẽplo prophetæ, qui sanctificatus est anteq̃ natus: & anteq̃ formaretur, est cognitus? Quid etiam de Ioãne loquar,de quo mater religiosa testatur qđ intra materna situs adhuc viscera ꝓsentiam domini spiritu cognouit,exultatione
Luc.1. signauit,sicut scriptum meminimus matre dicẽte: Ecce enĩ vt facta est in auribus meis vox salutationis tuę, exultauit in gaudio infãs in vtero meo. Erat igitur qui prophetabat,an non erat? At certe erat. Erat enim qui venerabatur autorẽ,erat qui loquebatur in matre. Denicꝰ Helizabeth filii spiritu replebat, mater filii spiritu sanctificabatur. sic enim habes, quod exultauit infans
B in vtero eiꝰ, & repleta est spiritu sancto. Vide singulorum verborũ proprietates. Vocẽ quidem Marię prior Helizabeth audiuit, sed Ioãnes prior domini gratiam sensit. Pulchre sibi cõuenium oraculo oraculis,fœmina mulieri,& pignus pignori. Istæ gratiã loquũtur,illi intus operantur, pietatisq; mysterii maternis adoriũtur profectibus,duplicique miraculo,licet honore diuerso,ꝓphetãt matres spiritu parulorum. Quis igitur autor huius miraculi? nonne dei filius,qui fecit esse,nõ natos? De rebus humanis quæstio nostra non potest cõuenire. Potest ne de diuinis conuenire secretis,vt qui anteq̃ generaretur,non erat? Numquid pater aliqua tẽpora cõceptionis accepit,vt filium tempora prẽuenirent? Aut fœmineæ more naturæ generationis suæ molitus est partum, vt molitio ipsa filio esset antiquior? Quid est hoc? cur diuina scriptura discutimus proprietatem legi diuinæ generationis,non qualitatẽ? Facinus indignũ, vt ex se quidam cælestia metiantur,qui tanq̃ vnum de spadonibus putant Christum nõ nasci potuisse, sed fieri: aut tanq̃ vnũ de spadonibus patrem, qui filiũ quem generare non potuerit,adoptauerit.

De solutione quæstionis quam plerisq; faciunt ex eo quod scriptum est: Sicut misit me viuens pater,& ego
C viuo propter patrem: & qui manducat me,& ipse viuit propter me. Caput V.

Ioan.6. PLERIQVE etiam hinc faciũt quæstionem,quia scriptũ est: Sicut misit me viuus pater,& ego viuo propter patrẽ: & qui mãducat me, ipse viuit propter me. dicentes: Quomodo æqualis est patri filius qui dixit quod propter patrem viuit? Qui hoc proponunt,primũ respondeant cuiusmodi vita sit filii, vtrum ea quam pater largitus sit non habenti? Sed quomodo vitam aliquando
Ioan.14. potuit non habere,cum ipse sit vita, sicut ait: Ego sum via, veritas,& vita? Vita vtiq; sempiterna, sicut virtꝰ est sapientię. Aliquando ergo,vt sic loquar, si vitã non habuit,consideratę quid lectum sit hodie de domino Ie
1.Thes.5. su,quod mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cũ illo viuamus. Cuius mors, vita est: huius diuinitas, vita non est: cum diuinitas vita sit sempiterna? An vero vita eiꝰ in patris potestate? Sed
Ioan.10. nec corporis quidem sui vitã in alterius fuisse potestate memorauit, sicut scriptũ est: Ego pono animã meã, & iterũ sumam illam: Nemo tollit illam a me, sed ego pono eam a meipso: Potestatem habeo ponendi animam meam,& iterum potestatem habeo sumendi eã: D
hoc mandatum accepi a patre meo. Eius ergo vita secũdum diuinitatẽ in alterius potestate iudicatur, cuius vita secundum corpus alienæ nõ erat subdita potestati? Aliena enim potestas erit, si non erat vnitas potestatis. Sed sicut potestatis suæ esse significat ponere animam, & liberæ voluntatis: ita etiam quod secũdum mandatum deposuit patris,suæ ac paternę voluntatis significat vnitatem. Ergo si vitam filius neq; aliquo accepit ex tempore, neq; alienæ habet potestati subditã, videamꝰ qua ratione dixerit: Sicut misit me viuus pater,& ego viuo propter patrẽ: ita & qui manducat me, ipse viuit propter me. Si primam eligũt, hoc significat q̃ sicut missus sum a patre,& descendi a patre, ita viuo propter patrem. Quis autem missus est atq; descẽdit, nisi filius hominis, sicut ipse supra sapientia dixit: Nemo ascendit in cælũ nisi qui de cælo descendit filius hominis? Ergo si quasi filius hominis missus est, atq; descendit: ita quasi filius hominis viuit propter patrem: deniq; & qui manducat quasi filium hominis. Actum ergo incarnationis suę aduentui comparauit. Quod si secunda complacuit,nõne & æqualitatem filii cum patre,& similitudinẽ eius cum homine manifesta,distinctione colligim? Nam quid est: Sicut ipse viuit pro- E
pter patrẽ,& nos viuimus propter ipsum: nisi quod vnificat filius hominis,sicut pater in filio carnem viuificauit humanã? Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult viuificat, vt ipse dominus supra dixit. Aequalitas ergo filii ad patrẽ,per vnitatem quoq; vimificationis astruitur, quando sic viuificat filius vt pater. Agnosce ergo eius vitam & potentiam sempiternam. Similitudo etiam nostra ad filiũ & quædam secundum carnẽ vnitas declaratur, quoniã quemadmodum filius a patre sicut homo est, viuificatur in carne. Sic enim scriptũ est, quod sicut dominus Iesum Christũ a mortuis suscitauit, ita etiam nos quasi homines viuificamur a deo. Secundũ hanc ergo expositionem humanam nõ solum ad conditionẽ humanam deriuatur gratia largitatis, sed etiam diuinitatis æternitas prædicatur. Diuinitatis, q̃ ipsa viuificat: humanæ autem cõditionis, q̃ viuificata est & in Christo. Quod si quis vtrumq; ad Christi refert diuinitatẽ, ergo filius dei hominibus cõparatur, vt ita filius propter patrem viuat, sicut nos propter filium dei viuim? Sed filius dei vitam largitur æternã, nos autẽ largirinequimus: ergo nostri comparatione nec ille largitur. Habẽt igitur Ariani fidei suæ prẽmiũ, ne vitam æternã adipiscantur a filio. Libet iam vlterius progredi. Nam si
F illis placet hũc locum ad diuinæ perpetuitatem referre substantiæ,accipiant tertiam expositionẽ. Nonne euidenter videtur dicere quod sicut viuus pater est, ita vivit & filius? Quod vtiq; quis nõ aduertat ad vnitatem vitæ,quod eadem patris & filii vita sit, esse referendũ? Sicut enim pater vitam habet in semetipso,sic dedit filio vitam habere in semetipso. Dedit per vnitatẽ,dedit non vt auferat,sed vt clarificetur in filio. Dedit vt complaceat. Dedit non vt pater custodiret, sed vt filius posfideret. Sed obiiciendũ putant qđ dixit: Ego viuo propter patrem. Vtiq; si ad diuinitatem referunt: propter patrem viuit filius,quod ex patre filius est: propter patrem,quod vnius substantiæ cum patre: propter patrẽ, q̃ cruciatum est verbum ex patris corde, quod a patre processit, quod ex paterno generatꝰ est vtero, quod fons pater filii est,quod radix paterꝰ filiꝰ est. Sed dicunt fortasse: Si vnitatem putas patris ac filii vitę esse,cum filius dixerit, Et ego viuo propter patrem: nunquid vnitas est filii vitæ atq; hominum, cum dixerit filius: Qui manducat me,& ipse viuit ꝓpter meꝰ? Immo plane,sicut vniuersitatẽ fateor esse vitę cælestis in patre & filio per diuinæ vnitatem substantiæ, ita vel diuinę naturæ vel dominicæ incarnationis, excepto primlegio,

G societatem nobiscum vitæ spiritalis in filio esse profiteor per humanæ vnitatem naturæ. Qualis enim cælestis, tales & cælestes. Deniq; sicut in illo sedemus ad 1.Cor.15. dexteram patris, nō φ cum ipso sedemus, sed quod sedemus in Christi corpore, de quo postea dicemus plenius: sicut, inquā, sedemus in Christo per corporis vnitatem, ita & in Christo viuimus per corporis vnitatē. Non solum autem non vereor quod scriptum est: Et ego viuo propter patrem: sed etiam si per patrem dixisset, non vererer.

De solutione obiectionis quam Arriani sumunt ex hoc quod dominus dixit: Hæc infirmitas non est ad mortem. Caput VI.

SOLENT enim etiā illud obiicere quod Ioan.11. hæc dixit: Hæc infirmitas nō est ad mortē, sed ꝑ claritate dei, vt clarificetur filius eius per ipsum. Non solum enim per patrē, & a Ioan.17. patre filius clarificatur, quod scriptum est: Clarifica me Ioan.13. pater: & alibi: Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo, & deus clarificauit eum: sed etiā per filium & a filio clarificatur pater, quia veritas dixit: Ego te clarificaui super terrā. Sicut ergo clarificatur per patrem, ita etiam propter patrē viuit. Vnde & H quidam opinionem magis putauerunt esse ǭ gloriā, & ideo sic interpretati sunt: Ego te clarificaui super terrā, opus cōsummaui qđ dedisti mihi, & nunc clarifica me pater. hoc est, δόξασόν: vt sit hic sensus, opinionē de te hominibus huiusmodi infūdi, vt cognoscant te verum deum: & tu hanc de me cōfirma illis opinionem, vt credāt me tuū filiū, & deum verum. Iam illud ridiculum est, quod quidam ex illo apostolico discretionem inter 1.Cor.8. patrem & filiū faciunt potestatis, quod scriptū est: Nobis tamen vnus deus pater, deus ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus dominus Iesus, per quem omnia, & nos per ipsum. Aiunt enim nō mediocrem diuinę maiestatis esse distantiam quod dictū est, ex illo omnia, & per hunc omnia. Nihil autem expressius ǭ quod hoc loco omnipotens filius euidenti ratione signatur. Nā vt ex illo omnia, ita per hūc omnia. Inter omnia pater nō Psal.118. est, cui dictū est: Quoniam vniuersa seruiunt tibi. Inter omnia filius nō est, quia omnia per ipsum facta sunt, & omnia in ipso cōstant: & ipse est super omēs cælos. Nō ergo inter omnia filius, sed super omnia, quod secundū carnem quidem est ex familia Iudæorū, idem tamē super omnia deus benedictus in secula, cuius est nomen Psal.8. super omne nomen, & de quo dicitur: Omnia subiecit sub pedibus eius. Subiiciendo autem omnia, nihil reliquit ei non subiectum, sicut Apostolus dixit. Quod si hoc etiam secundū incarnationis locutus est sacramentum, quemadmodū possumus de supernæ generationis incōparabili maiestate dubitare? Nihil igitur potestatis inter patrem & filiū certum est interesse. Deniq; eousq; nihil interest potestatis, vt idē Apostolus ex eo Roma.11 dixerit esse omīa, per quē omnia, sicut habes: Quoniā I ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Si igitur pater (sicut putant) tantūmodo signatur, nō potest idem omnipotens esse, quia ex ipso omnia: & omnipotēs nō esse, quia per ipsum omnia. Aut igitur inualidum nec omnipotentē patrem sua assertione memorabunt, aut certe omnipotentē etiam filiū inuiti voce propria fatebuntur. Eligant tamen vtrū hic patrē declaratū putēt. Si patrem, ergo & per ipsum omnia. Si filiū, ergo et ex ipso omnia. Si autem & per patrē omnia, nihil vtiq; filio derogandū. Et si ex filio omnia, similiter & filio deferendum. At ne insidiari nos vnius arbitrentur obreptione versiculi, totum capitulū recenseamus. O altitudo, inquit, diuitiarū sapientiæ & sciētiæ dei, ǭ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini? aut qs cōsiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā K ex ipso, & per ipsum, et in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula. De quo igitur dictū putant, de patre, an de filio? Si de patre: sed nō est sapientia dei pater, quia sapientia dei filius est. Quid est autē quod non possit sapiētia, de qua scriptū est: Cū sit vna, omnipotēs, & permanēs, in Sap.7. se omnia innouat? Non ergo accedētem legimus, sed permanentē. Habes ergo iuxta Salomonē, omnipotētem & permanētem sapiētiam. Habes ergo etiā bonā, quia scriptū est: Sapiētiā autem nō vincit malitia. Sed Ibidem. ad propositū reuertamur. Q̃ inscrutabilia sunt, inquit, iudicia eius. Si igitur omne iudiciū pater dedit filio, filius videtur declarare qui iudicat. Deniq; vt scias quod non de patre, sed de filio dicit, addidit: Quis prior, inquit, dedit illi? Dedit etiā pater filio, sed dedit iure generationis, nō munere largitatis. Et ideo licet negari non potest a patre accepisse filiū, secūdum quod scriptū est: Omnia mihi tradita sunt a patre meo: dicendo tamen, Mat.11. Quis prior dedit illi? nō accepisse ꝑ naturā a patre filiū denegauit, sed priorē nō posse dici inter patrē & filium declarauit: quia etsi pater dedit filio, nō tamen quasi posteriori dedit, quia increata & inæstimabilis trinitas, quæ vnius est æternitatis & glorię, nec tēpus nec gradum vel posterioris recipit vel prioris. Quod si gręcos L magis codices sequendos putamus, quia habent vides quoniam cui nihil addi potest, nō dispar a pleno est. Ergo si filio magis cōuenit hoc totum apostolicū capitulum, videmus & de filio esse credendū quia ex ipso omnia, sicut scriptū est: Quoniā ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Esto tamē de patre dictū putent. Itaq; meminerimus qđ sicut ex ipso legimus omnia, ita etiā per ipsum omnia. in vniuersitatem quippe totius creaturę patris & filii ꝑfutura auctoritas. At licet superius omnipotentē filium paterno probauerimus exēplo, tamē quod illis derogare studiū est, cōsiderent quod & patri derogēt. Si enim infirmus filius, quia per ipsum omnia: nunqd & infirmus pater, quia & per patrē omnia? Sed vt agnoscant nullā discretionem inter hæc esse, verū demōstrabo, eiusdē esse ex quo aliquid, & per quē aliquid, et ostendā vtrumq; de patre lectū. Sic enim habem⁹: Fidelis deus, per quē vocati estis in cōmunionem filii eius. Quid Apostoli dixerint, cōsiderent. Per patrē vocamur, et nihil est quęstionis. Per filiū creamur, & hoc vilius æstimabimus? Pater in cōmunionem filii vocauit, & religiose hoc, sicut debemus, accipimus: filius omnia creauit, & putāt nō liberæ esse potestatis arbitriū, sed coactę atq; seruilis operationis obsequiū. Vt autē agnoscas plenius nihil distare inter patris & filii potestatē: cum per patrem in communionē filii eius vocemur, ex filio ipsa est cōmunio, sicut scriptū est: Quoniā de plenitudine eius nos omnes accepimus. licet secundū grecū euangelium, ex plenitudine eius intelligere debeamus. Ecce & per patrem cōmunio, & ex filio cōmunio, sed nō discrepās, sed vna cōmunio, sicut idem Ioannes in epistola sua dixit: Et communicatio sit cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Accipite etiam quod non solum ex patre & filio, sed etiam ex spiritusancto vnam nobis cōmunionē scriptura memorauit. Gratia, inquit, domini nostri Iesu Christi, & charitas dei, & cōmunicatio sancti spirit⁹ cum omnibus vobis. Quæro autem in quo minor videatur is per quem omnia, ǭ is ex quo omīa? an quod operator asseritur? Sed operatur & pater, quia ver⁹ est M qui dixit: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Sicut igitur pater operatur, operatur & filius. Non ergo operator infirm⁹ aut vilis est, quoniam operatur & pater: & ideo quod commune est filio cum patre, vel propter patrem, inferiore loco accipi nō oportet, ne patri potius in filio ab hæreticis derogeť. Nec mediocre illud quod alibi ętiā idem sanctus Ioannes ad refellendas Arrianę perfidiæ quęstiones ait: Scitis quoniā iu- 1.Ioan.3.

[Margin: τίς προέδωκεν αὐτῷ. Sic habet loc⁹ apd Esaiā Cap. 40. & item apud Paulum. Ambrosius tñ legisse videt προσέδωκεν, siue προσέθηκεν, quū dicit, cui nihil addi pōt. Et eādē lectionē indicabāt qualiacūq; vestigia grecorū exemplarium: ǭquam qđ nobis tradidit editio Aldina, nec cōsētit cū eo quod vertit Hiero. nec cū eo qđ editū ē noīe Sept. Latine.]

A stus est, scitote quoniā qui fecit iustitiam, ex ipso natus est. Iustus autē quis nisi dominus, qui iustitias dilexit: aut quem (sicut superiora indicāt) repromissorem vitæ habemus? Si igitur filius dei vitam nobis promisit æternā: & ipse iustus est, & ex ipso vtiq; nati sumus. Aut si ex filio nos per gratiam natos negant, nec iustum filium confitentur. Credas igitur necesse est etiam ex dei filio omnia, quia omnium sicut deus pater, ita & filius & autor est & creator. Videmus ergo inanem esse hāc quæstionē, cum & de filio credi conueniat quoniam ex Roma.11 ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omīa. Diximus quoq; ex ipso, quomodo etiā per ipsum. In ipso autē omnia es Col.1. se quis dubitet, cum alibi scriptum sit: Quoniā in ipso cōdita sunt omnia in cælis, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Habes ergo ex ipso gratiam, ipsum operatorem, in ipso omnium firmamentum.

De dissolutione obiectionis quā ex hoc faciunt quod a domino dictum legitur, Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Caput VII.

ILLVD quoq; ad separandā patris & filii diuinitatem obiicere consueuerūt, quod domi- Ioan.15. nus dixit in euangelio: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est: agricolā & vitem diuersæ dicētes esse naturæ, & vitem esse in agricolæ potestate. Sic ergo vultis esse filiū secundū diuinitatem sicut vitis est, vt sine cultore nihil valeat, φ possit deseri vel recidi: & ex litera calūniam comparatis, φ B dominus vitem se esse dixit, incarnationis suæ significans sacramētum. Tamē si placet vt ex litera argumētemur, fateor & ego, immo profiteor φ vitē se filius nominauit. Væ enim mihi si sacramentū salutis publicę derogauero. Quomodo ergo vultis accipere φ se vitē dei filius nominauit? Si secundū diuinā substātiam dictum accipitis, & sicut inter agricolā & vitē, ita etiā inter patrem & filiū diuinitatis creditis esse distantiā: geminam filio, geminā patri facitis iniuriā. Filio, quia si secūdum diuinitatē inferior est ǭ agricola, inferior etiā Paulo apostolo vestra assertione necesse est ęstimetur, quia Paulus agricolā se esse dixit, sicut habes: Ego plātaui, Apollo rigauit, deus autē incrementū dedit. Nū ergo vultis vt Paulus melior sit dei filio? Habetis vnā iniuriam. Alterā, quia si secundū substantiam generationis æternę vitis est filius: cū dixerit, Ego sum vitis, vos palmites estis: vnius nobiscū etiam illa diuina generatio videbitur esse substātiæ. Sed quis similis tui in Psal.88. diis dñe? sicut scriptū est. Et rursus in psalmo: Quoniā quis in nubib⁹ æquabitur dño? aut quis similis erit domino inter filios dei? Nec tamē soli filio derogatis, sed etiā patri. Nam si in agricolæ nomine omnis paternæ C prærogatiua est potestatis: cū etiam Paulus agricola sit, patri vtiq; (cui filiū negatis æqualē) Apostolum cō- 1.Cor.3. paratis. Deniq; cum scriptū sit: Sed neq; qui plantat est quicq̃, neq; qui rigat, sed qui dat incrementū deus: in eo nomine vos summā paternæ maiestatis locabitis, qđ videtis infirmū. Si enim qui plantat et q rigat nihil est, sed qui dat incrementū deus: videte quid vestra asserere moliatur impietas, vt & pater nomine sit contēnendus agricole, & deus incrementū paterno operi qui tribuat requirēdus. Impie igitur ex nomine agricolæ dei patris pręferēdā æstimāt potestatē, in quo sit patri deo cū homine appellationis cōmune cōsortium. Quid autem egregiū si ei, vt vultis hęretici, filio pręferať, cuius diuina substantia ab humana cōditione non discrepet? Nam si vitē filiū secundū diuinā substātiam appellatū putatis: non solū corruptelæ incertisq; elemētorum obnoxiū iudicatis, sed etiā humanæ tantūmodo consortē naturæ, sicut vites & palmites: vt non incarnationis sacramētum dei filius assumpsisse videatur, sed principiū sumpsisse de carne. Ego autem dicā plane carnem eius D licet nouo generationis mysterio, vnius tamen naturę fuisse nobiscū, & hoc salutis sacramentū esse, nō diuinę generationis exordium. Vitis enim est qui meas sustinet passiones, quādoquidē in illo nixa fragilis prius humana cōditio fœcūdis rediuiuę fructib⁹ pietatis adoleuit. Veruntamē si te pōpa delectat agricolæ, dicas velim quis ille sit qui locutus sit in ꝓpheta: Domine notū mihi fac vt sciam. tūc vidi cogitationes eorum. Ego vt Hiere.11. agnus ductus sum innocēs ad immolandū, et nesciebā: aduersum me cogitauerunt consiliū, dicentes: Venite mittamus lignū in panem eius. Si enim filius incarnationis futurę loquitur sacramentum, quod impiū est vt de patre credas, filius est vtiq; qui dixit: Ego plātaui te vitem fructiferā. quomodo conuersa es in amaritudinē vitis alienę? Itaq; & filiū vides esse agricolā, vnius nominis cū patre, vnius operis, vnius dignitatis atq; substantiæ. Ergo si agricola & vitis est filius, vitē vtiq; secundum incarnationis accipimus sacramentū. Sed nō solum se esse vitē dixit, sed etiā botrionem voce prophe Nūe.13. tica nūcupauit, tunc quādo ad vallem botrionis exploratores Moyses iussu domini direxit. Quę est illa vallis, nisi hūilitas incarnationis, & fœcūditas passionis? Et puto botrionem ideo dictū, quia ex vinea illa trāslata ex Ęgypto, hoc est, ex familia Iudęorū, vtilis mūdo fructus emicuit. Nemo certe botrionē potest ad gene- E rationem referre diuinā: aut qui refert, aliud nihil relinquit, nisi vt botrionē illum natū ex vite credam⁹. Itaq; adscribit insipiens patri quod reprehēdit in filio. Verū si iam dubitari non potest φ vitis secūdum incarnationem dei filius nominatus sit, videtis secūdum quod sacramētum dominus sit locutus, quoniam pater maior est me. Nam cum hoc in superioribus dixerit, cōtinuo subiecit: Ego sū vitis vera, & pater meus agricola est. Ioan.14. vt agnosceres secūdū id patrē esse maiorē, quia sicut agricola vitis, ita pater dominicę carnis est cultor, quę et augeri potuit per pietatē, & per passionē recidi, vt omē genus ab æstu secularium noxio voluptatum, diffusæ salutaribus brachiis crucis vmbra velaret.

CAPITA LIBRI QVINTI.

De intentione autoris, & trāsitu ad hunc quintū librū. Et qua ratione quinq; libros de patris ac filii & spiritussancti inseparabili diuinitate digesserit. De postulatione quoq; veniæ si quos ꝓlixitas huiusce sermonis offenderit, cum excusatione sui, & ministrorum dei inæqualitate atq; cōmendatione. Caput I.
De ampla ac diserta confutatione impiorū Arrianorū dicentium Christum a solo et vero deo separatū, per F rationes & testimonia scripturarū, quibus euidēter comprobatur quod cum de deo solus legitur, nequaquam a patre filius separetur. Cap. II.
De solutione obiectionis qua argui potest inæqualitas patris et filii ex hoc qđ filius deū patrē adorare legiť. De solutione q̃q; atq; confutatione obiectionis Arrianorum qua probare conantur dissimilitudinē patris & filii ex respōsione eiusdem filii data ad ea quæ mater filiorum Zebedæi postulabat. Cap III.
De redargutione eorum qui vnitatē in diuinitate negare cupientes, extenuare student patris & filii charitatem, ex hoc quod scriptū est: Et dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Quomodo etiam intelligēdum sit quod filius missus dicitur, & quēadmodū dominum dicat, quem patrē nouit: cum diuersorum hęreticorum condemnatione qui ex falsa superiorū intelligentia errauerunt. Caput IIII.
De cōfutatione Arrianorū qui ideo aliam patris, aliā filii, aliam spiritussancti dicūt esse potestatem, quia scriptū sit: Ite, docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris & filii & spiritussancti, ex verborū

G ordine differentiam diuinę poteſtatis faciętes. Qui
præterea idcirco negant in Chriſtū eſſe credendum
quod ſcriptū ſit: Qui credit in me, non credit in me,
ſed in eum qui me miſit. Caput V.
Quod non debeamus deducere filiū in hanc humilita
tem, vt niſi quæ audierit, facere aut loqui neſciat, cū
Arrianorū confutatione. Et vnde maxime vnitatē
diuinæ maieſtatis intelligere poſſimus. Quib⁹ etiā
rationib⁹ dei filius creatura dici nō poſſit. Cap. VI.
Quemadmodū intelligere debeamus filium eſſe ſubie
ctum patri, cum hæreticorū condemnatione. Quo
modo etiam non ſolus deus pater filio, ſed & filius
ipſe ſibi ſubiecerit omnia. Et qua de cauſa filius ſubie
ctus ſit in nobis. Quodq; eadem ſit charitas dei pa
tris & Chriſti. Quod præterea nihil ſit quod diuini
tas ſempiterna nō poſſit, nihil quod lateat veritatē,
fallat iuſtitiam, prætereat ſapientiam. Cap. VII.
De condēnatione execrabilium Arrianorum, dicentiū
quod dei filius neſciat tempora & annos, argumen
torumq; ſuorum deſtructione, cum finali & conclu
ſiua confutatione erroris eorundem quo aſſerunt fi
lium eſſe minorem patre. Cap. VIII.
De humili ac deuota autoris ad deum patrem conuer
ſione, rectęq; fidei cōfeſſione, cum diſertiſſima huius
H operis concluſione, ad laudem & gloriam ineſtima
bilis, inenarrabilis, incircūſcriptæ & immēſæ ac ſan
ctiſſimæ trinitatis, perfidiſſimorumq; Arrianorum
confuſionem & damnationem. Caput IX.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANEN. EPISCOPI DE FIDE AD GRATIA= NVM AVGVSTVM LIBER V.

De intentione autoris, & tranſitu ad hunc quintum
librum. Et qua ratione quinq; libros de patris & filii &
ſpiritusſancti inſeparabili diuinitate digeſſerit. De po
ſtulatione quoq; veniæ ſi quos plixitas huiuſce ſermo
I nis offenderit, cum excuſatione ſui, & miniſtrorum dei
inæqualitate atq; commendatione. Caput I.

Mat. 24. VISNAM eſt fidelis ſeruus & prudens quē conſti
tuit dominꝰ ſuper familiam ſuam, vt det illis in tempore
cibū? Beatus ille ſeruus, quē
veniens dominus eius inue=
nerit ſic facientem. Non vilis
hic ſeruus eſt. Magnus ali=
quis eſſe debet. Quis ſit iſte
cōſideremus. Eſt Petrus, i=
pſius domini ad paſcēdū gregē electus iudicio, qui ter=
Ioan. 21. tio merē audire: Paſce agniculos meos, paſce agnos,
paſce ouiculas meas. Itaq; paſcendo bene cibo fidei gre
gem Chriſti, culpā lapſus prioris aboleuit. Et ideo ter
tio admonetur vt paſcat, tertio vtrū dominum diligat
interrogatur: vt quem tertio ante crucē negauerat, ter=
1. Cor. 5. tio fateretur. Beatus & ille ſeruꝰ qui poteſt dicere: Lac
vobis potum dedi, nō eſcam, nondum enim poteratis.
Nouit enim quos quēadmodū paſcat. Quis enim no=
ſtrum hoc facere poteſt? Quis noſtrū poteſt vere dice=
1. Cor. 9. re: Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifa
ciam? Et tamen ille tantus ad curam gregis electus a
Chriſto, qui ſanaret infirmos, curaret inualidos, hære=
ticum a commiſſo ſibi ouili ſtatim poſt vnā correptio=
nem repellit, ne vnius erraticæ ouis ſcabies ſerpenti vl
cere totum gregem cōtaminet. Iubet præterea ſtultas
queſtiones & contentiones eſſe vitandas. Quid igitur
nos agem⁹ inter meſſis antiquæ noua zizania impru= k
dentes accolæ conſtituti? Si taceamus, credere videbi=
mur. Si cōtendamus, verēdum eſt ne nos quoq; iudice=
mur eſſe carnales. Scriptū eſt enim de huiuſmodi que=
ſtionibus, quod generāt lites. Seruum autem domini
2. Tim. 2. non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, do
cibilem, patientem, cum modeſtia docentē eos qui reſi
ſtunt. Et alibi: Siquis contentioſus eſt, nos talem con=
1. Cor. 11. ſuetudinem nō habemus, neq; eccleſia dei. Eoq; ſcribe=
re aliquid ſentētiæ fuit, vt ſine ſtrepitu aliquo impieta=
ti hæreticorū per noſtra ſcripta reſpondeamus. Quin=
tum itaq; imperator Auguſte hunc librū paramus or=
diri. Nam & quartū librum oportuit in illa vitis diſpu
tatione finiri, ne coaceruaſſe magis librum eum dē quo=
dam videremur quæſtionum tumultu, q̄ fructu ſpirita=
lis vineæ repleuiſſe, nec inconſummatā fidei vindemiā
tantis adhuc ſuperfluētibus diſputationib⁹ decuit de=
relinqui. Quiſq; igitur libros de patris ac filii & ſpiritus
ſancti inſeparabili diuinitate digerim⁹, ſequeſtrata in=
terim pleniore diſputatione de ſpiritu ſancto, prouocati
magiſterio euāgelicæ lectionis, vt credita nobis quinq;
fidei talenta quaſi quadam horum quinq; ſorte librorū
humanis fœneremur affectibus, ne forte cū venerit do=
minus, & inuenerit in terram abſcōditam pecuniā ſuā,
dicat mihi: Serue male & piger, ſciebas quod meto vbi Matt. 25
non ſemino, & cōgrego vbi non ſparſi: oportuit ergo te
committere pecuniam meā nummulariis, & veniens
ego recepiſſem quod meū eſt. Aut quemadmodum in
alio libro eſt: Et ego, inquit, veniens cū vſuris vtiq; exe= Lucę. 19.
giſſem. Date ergo veniā ſi quos prolixioris huiuſce ſer
monis offendit audacia. Officii contemplatio cogit cre
dere quod accepimus. Diſpēſatores ſumus myſteriorū
cęleſtiū. Miniſtri ſumus, non ex æquo omnes, ſed vni= L
cuiq;, inquit, ſicut dominus dedit. Ego plantaui, Apol 1. Cor. 3.
lo rigauit, ſed dominus incrementū dedit. Vnuſquiſq;
igitur enitatur vt mercedem poſſit accipere ſecundum
ſuum laborem. Dei enim ſumus, vt Apoſtolus ait, co=
operarii, dei cultura, dei ædificatio. Beatus itaq; ille qui
tales fœnoris ſui cernit vſuras. Beatꝰ & ille qui fructus
ſui operis intuetur. Beatus quoq; qui ſuperædificat ſu=
pra fundamentū fidei aurū, argentū, lapides precioſos.
Vos nobis eſtis omnia qui hæc auditis & legitis. Vos
fœneratores vſurę, verbi vſurę, nō pecunię. Vos agri=
colę reddit⁹. Vos ædificatores, aurū, argentū, lapideſq;
precioſos ſuperædificantes. In veſtris meritis ſacerdo=
talis ſumma laboris eſt. In veſtris animis fructꝰ epiſco
palis operis eniteſcit. In veſtris profectibus aurū domi
ni refulget, multiplicatur argētum, ſi eloquia diuina te=
neamus. Eloquia enim domini, eloquia caſta, argentū Pſal. 11.
igne examinatū, probatum terrę, purgatū ſeptuplum.
Vos ergo facietis fœneratoré diuitē, agricolā fructuo=
ſum. Vos peritū probabitis architectū. Non arrogan= M
ter dico quod tam mea ſunt q̄ veſtra quæ voueo. O ſi
mihi liceat ſecure de vobis tūc temporis dicere: Domi= Mat. 25
ne, quinq; talēta mihi dediſti, ecce alia quinq; lucratus
ſum: & oſtēdere veſtrarum talenta precioſa virtutum.
Habemus enim theſaurum in vaſis fictilib⁹. Hæc ſunt 2. Cor. 4.
talenta quæ habet dominus ſpiritaliter fœnerari, aut Luc. 10.
duo æra noui & veteris teſtamēti, quæ ſpoliato illi a la
tronibus Samaritanus ille euangelicus ad curāda vul=
nera dereliquit. Neq; ergo fratres voti auar⁹ ideo opto
hæc, vt ſuper multa conſtituar. Satis eſt mihi præmiū
de veſtro prouentu. Vtinam nō indignus eo inueniar
quod accepi. ea quæ ſunt me maiora, melioribus tribu=
endo, non exigo: licet ſoleas domine dicere: Volo au= Matt. 20.
tem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi. Accipiat pote=
ſtatem ſupra decem ciuitates qui meretur. Sit ille talis
qualis Moyſes, qui legis decem verba conſumpſit. Sit
ille Ieſus Naue, qui ſubegit quinq; reges, et ciuitates in Ioſue. 10.
deditionem accepit, vt eſſet typus venturum eius no=
minis virum, cuius imperio corporales deliciæ vince=

A rentur, conterterētur gentes, vt fidem Ieſu Chriſti ma
gis q̄ priſtina ſtudia ſua & vota ſequerentur. Sit ille Da
uid, cui occurrerunt pſallentes inuēciulæ, dicentes: Saul
1. Reg. 18 triumphauit in milib⁹, Dauid in decem milibus. Mihi
ſatis eſt ſi nō in exteriores tenebras extrudar, quēadmo
dum ille qui cōmiſſum ſibi talentū in terra quadam ſuę
carnis abſcōdit: ſicut principes ſynagogæ, cęteriq; prin=
cipes Iudæorū, qui credita ſibi eloquia dei humo qua=
dam ſui corporis occupauerūt, deliciiſq; carnis intēti quaſi
in quandam exaltati cordis foueā fœnus cęleſte merſe=
runt. Nos igitur nō intra latibula carnis abſconditā do=
mini teneamus pecuniā vel minam illam, ſed tanq̄ bo=
ni in ſudario reponamus nūmularii, cū ſudore quodam
mentis & corporis æquo & parato ſemp libremus affe=
ctu, vt prope ſit verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc
verbū dei precioſum eſt talentum quo redimeris. Hęc
eſt pecunia pro menſis animarū ſæpe cernenda, vt fre=
quenter agitando in omnē terrā, bonorum fonus factus
ſit exire nummorū, per quam vita partitur ęterna. Hęc
eſt autem vita æterna, quam largitꝰ is omnipotens pa=
ter, vt cognoſcamus te ſolum verum deum, & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum.

De ampla ac diſerta confutatione impiorū Arria=
norum dicentium Chriſtū a ſolo & vero deo ſeparatū,
per rationes & teſtimonia ſcripturarū, quibus eudēter
cōprobatur quod cū de deo ſolus legitur, nequaquam a
patre filius ſeparetur. Caput II.

B NDE aduertāt Arriani q̄ impii ſint, qui de
ſpe noſtra & voto nobis faciunt queſtiones.
Et quoniā hic præ cæteris vociferari ſolent,
dicentes ſeparatum a ſolo & vero deo Chri=
ſtum: intellectus impios pro noſtris viribꝰ cōfutemus.
Hoc enim loco magis intelligere debent quod hęc vti=
litas, hæc merces eſt perfectæ virtutis, hoc diuinum &
incōparabile munus, vt cognoſcamus cum patre Chri=
ſtum, nec ſeparemus a patre filium, ſicut ſcriptura non
ſeparat. Nunq; hoc magis ad vnitatem, q̄ ad diſtantiā
diuinæ proficit poteſtatis, quod idem præmiū, vnum
honorem nobis dat patris filiiq; cognitio: quī merce=
dem habere non poterit niſi qui & patrem cognouerit
& filium. Sicut enī patris, ita filii cognitio vitam acqui
rit æternam. Itaq; ſicut in principio ſtatim verbum cū
deo pātre pia confeſſione iunxit euangeliſta, dicens: Et
Ioānis. 1. verbum erat apud deū: ita & hic ſcribendo verba dñi:
Ioan. 17. Vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti
Ieſum Chriſtū: coniunctione illa patrē vtiq; copulant,
& filiū, vt Chriſtū verū deū a maieſtate patris nemo
ſeparet. Nunq; enī coniunctio ſeparat. Et deo dicendo:
Vt cognoſcant te ſolum verum deum, & quem miſiſti
Ieſum Chriſtum: & Sabellianos interfecit, & Iudæos
excluſit: eos vtiq; qui audirent loquentem: ne aut illi
C eundem patrē putarent eſſe quē filiū, ſi non addidiſſet,
& Chriſtum: aut iſti in patre filium ſepararent. Quero
autem cur non ſic putent ſubaudiendum, & ex ſuperio=
ribus colligēdum, vt quod præmiſit, ſolum verū deum
patrem, ſubaudiamus etiā Ieſum Chriſtum ſolum ve=
rum deum. Exprimēdum enim alterū nō fuit, ne duos
deos dicere videretur. Nam neq; duos dicimus deos,
& eiuſdem cū patre diuinitatis filium cōfitemur. Itaq;
queramus qua ratiōe diuinitatis hic putent factam eſſe
diſtantiam, vtrū deum negent Chriſtū? Sed negare nō
poſſunt. An verum deum negent Chriſtū? Sed dicāt,
ſi verū negant, vtrū falſum, an nūcupatiuū deū iudicēt.
Nam ſecūdū ſcripturas aut ver⁹ deus eſt, aut trīmodo
nūcupatiu⁹, aut falſus. Verus vt pater, nūcupatiuus vt
ſancti, falſus vt dęmones atq; ſimulacra. Dicāt igitur q̄
filiū dei cōfeſſione deſignēt, vtrū falſo p̄reptū dei nomē,
an vero quaſi nuncupatiuo inſpiratione tantū diuini=
tatis nomen eſſe arbitremur? Falſo p̄reptum nomen
nō puto q̄ dicant, vt apertiore ſe crimine impietatis in= D
uoluant, ne vt dęmoniis & ſimulacris, ita etiā Chriſto
falſo dei inditum nomen inſinuando ſe prodant. Sinau
tem ideo dictum putant deum, q̄ inſpiratione diuinita
tis habuit, ſicut & ſancti dei multi viri, (eos eī ſcriptura
deos dixit, ad quos ſermo fiebat dei) ergo nō vltra ho=
mines deum p̄ferunt, ſed comparandum hominibus
arbitrantur, vt hoc eum putent eſſe quod hominibus
ipſe donauit, dicens ad Moyſen: Poſui te in deū Pha= Exodi. 7.
raoni. Vnde & in pſalmo dictū eſt: Ego dixi, dii eſtis. Pſal. 81.
Et hanc tamen ſacrilegorū opinionē Paulus excludit
qui ait: Nam etſi ſunt qui dicantur dii, ſiue in cælo, ſiue 1. Cor. 8.
in terra. Non dixit, ſunt dii, ſed ſunt qui dicantur. Chri
ſtus autē, ſicut ſcriptū eſt, heri & hodie ipſe eſt. Eſt, in= Hebrę. 13.
quit, nō ſolum nomine, hoc eſt, ſed etiā veritate. Et bē
ne ſcriptum eſt: heri & hodie ipſe eſt: vt Arrii impietas
aſtruendi ſacrilegii locum inuenire non poſſet: qui cum
legeret in pſalmo ſecūdo dicentem filio patrem: Filius
meus es tu, ego hodie genui te. Ad notauit hodie nō he=
ri, ad æternitatem diuinæ generationis referens quod
de carnis aſſumptione memoratum eſt. Sancto igitur
ſpiritu repletus Apoſtolus, vt illam elideret fæuitatē,
ait: Heri & hodie ipſe eſt, & in ſecula. Heri propter ęter
nitatem, hodie propter corporis ſuſceptionē. Eſt ergo
Chriſtꝰ, & eſt ſemp. Qui eīn ſemper eſt, eſt. Chriſtus
autem ſemper eſt, de quo dicit Moyſes: Qui eſt, miſit Exodi. 3.
me. Erat vtiq; Gabriel, erat Raphael, erant angeli, ſed
ſemper eſſe qui aliquādo nō fuerint, nequaq̄ pari ratiōe
dicuntur. In Chriſto autem, ſicut legimus, nō fuit eſt &
non, ſed eſt in illo fuit. vnde vere dei ſolius eſt eſſe, qui E
ſemper eſt. Ergo & ſi nuncupatiuū deū nō audent dice=
re, & falſum eum dicere maioris eſt impietatis: reſtat
vt deus verus ſit, veri patris nō diſſimilis, ſed æqualis.
Qui cū & iuſtificet & ſanctificet quos velit, nō foris aſſu
mens, ſed in ſe habens ſanctificandi poteſtatē: quomo=
do nō eſt verus deus? Nā & Apls eīn vtiq; verū deū di=
xit, qui naturaliter verus deus eſſet, ſicut habes: Quia
tūc, inquit, neſciētes deū, ſeruiſtis iis qui natura nō erāt Gala. 4.
dii, hoc eſt, qui veri dii eſſe nō poterant, quibus hoc na=
turaliter minime ſuppetebat. Verū copioſe iam verū
deum Chriſtum in ſuperioribus libris ſcripturarum le=
ctionib⁹ approbauimus. Ergo ſi Chriſtus, vt edoctum
eſt, deus verus eſt: quæramus qua ratione, cum ſolum
verum deum patrem legunt, a patre filium cupiunt ſe=
parare? Si dicunt quod verus ſolus deus pater eſt, ne=
gare nō poſſunt quod & filius ſolus deus veritas eſt, &
quod Chriſtus veritas eſt. Nūquid veritas vero minor
eſt, cum ſecūdum appellationē nominū verus plerunq;
a veritate dicatur, ſapiens a ſapientia, iuſtus a iuſtitia?
Hoc nos inter patrem nō ſentimus & filium, quodq; pa
trī nihil deeſt, quod pater eſt verax, & filius quod veri=
tas eſt, equalis eſt vero. Vt ſciant autē cū ſolum legūt,
nequaq̄ eſſe a patre filium ſeparandum, meminerint in
prophetis a deo dictum: Ego extendi cælum ſolus. Et F
vtiq; nō extendit ſine filio pater. Ipſe enim filius qui ſa=
pientia dei eſt, dicit: Quando parabat cęlum, cum ipſo Prouer. 8.
aderam. Et Paulus de filio dictum eſſe confirmat: Ini= Hebræ. 1.
tio terram tu fundaſti domine, & opera manuum tua=
rū ſunt cæli. Siue ergo filius cælum fecit, ſicut & Apo=
ſtolus voluit intelligi, & ipſe vtiq; nō ſine patre cælum
ſolus extēdit: ſiue vt in Prouerbiis habes, Deus in ſa= Prouer. 3.
pientia fundauit terrā, parauit autē cælos in intellectu:
oſtenditur quod nec pater ſolus ſine filio cęlos fecit, nec
ſine patre filius: & tamen qui cęlum extēdit, ſolus deus
eſt. Q̄ vero & de filio aperte intelligēdum ſit quod ſo=
lus appelletur, etſi nunquā inſcio patre aliquid feciſſe
credatur, etiā alibi habes, vbi ſcriptum eſt: Extendens Iob. 9.
cælum ſolus, & ambulans quaſi in pauimento ſup ma=
re. Nanq; euāgelium domini docuit nos quod in mari
non patēr, ſed filius ambulauit, quādo Petrus rogauit
eum dicens: Domine, iube me venire ad te. Sed etiam Mat. 14.

G prophetia ipſa documento eſt. Sanctus eñ Iob aduentum domini prophetabat, de quo vere dixit quod magnum cetũ erat debellaturus, & factũ eſt. Nam feralē iſtum cetum, zabulum ſcilicet vltimis tēporibus venerabilis corporis ſui paſſione proſtratũ perculit & afflixit. Eſt ergo ſolus & vere dei filius. Hęc eñ & filio prerogatiua defertur. De nullo eñ qui creatus eſt, proprie dici poteſt quod ſolus. Nam cui ineſt cõmunitas creaturæ, quēadmodum quaſi ſolus poteſt a cæteris ſeparari? Itaq; homo rationabilis videtur inter omnia terrena animantia, ſed tamē nõ eſt ſolus rationabilis. Scimus enim rationabilia eſſe & cæleſtia opera dei. angelos & archangelos rationabiles cõfitemur. Si ergo angeli rationabiles, nõ vtiq; ſolus ratiõabilis homo dicitur. Sed dicunt ſolum dici poſſe ſolem, quia ſol alter nõ eſt. Sed & ipſe ſol habet cõmunia multa cũ ſtellis, quod percurrit cælum, quod ętherec illius cæleſtiſq; ſubſtantiæ eſt, quod creatura eſt, quod in omnia dei opera cõputatur, quod cũ omnibus deo ſeruit, cũ omĩbus benedicit deũ, cum omnibus laudat. Non ergo ſolus proprie dicitur, quod nec a cæteris ſeparatur. Itaq; cũ patris & filii ſpiritusq; ſancti diuinitati, quę ſola nõ inter omnia, ſed ſuper omnia eſt, nulla poſſit creatura conferri (vt de ſpiritu interim aſſertio reſeruetur) ſicut pater dicitur ſol⁹ deus verus, cui nihil cõmune cũ cæteris, ita etiam ſolus eſt filius imago veri dei, ſolus dextra patris, ſolus virtus dei atq; ſapientia. Solus ergo filius facit, ſicut & pater, quia
Ioãñis. 14 ſcriptum eſt: Quęcunq; facio, ipſe facit. Cum eñ vnum opus ſit patris & filii, bene de patre & filio dicitur quod
H deus ſolus operatus eſt, vnde etiã cũ creatorē dicimus, & patrem & filium confitemur. Nam vtiq; cũ Paulus diceret, Qui ſeruierunt creaturæ potius q̃ creatori: nec patrem creatorē negauit, ex quo omnia: nec filium, per quem omnia. A quo alienum vtiq; non videtur quod
1. Tim. 6. ſcriptũ eſt quod ſolus habet immortalitatem. Quomõ eñ immortalitatē nõ habet, qui vitam habet in ſemetipſo? Habet vtiq; in natura, habet in ſubſtantia, & habet nõ per gratiã temporalem, ſed per ſempiternã diuinitatem, habet nõ ex dono quaſi ſeruus, ſed ex generationis proprietate quaſi filius coęternus. Et habet ſicut pater. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo, ita & filio dedit vitam habere in ſemetipſo. ſicut habet, inquit, ſic dedit. Didiciſti ſupra quēadmodum dederit, ne putares eſſe gratiæ largitatem, vbi generationis arcanum eſt. Cum ergo inter patrem & filium vitæ nulla diſtantia ſit: quēadmodũ quod immortalitatē ſolus habeat pater, filius nõ habeat, æſtimari poteſt? Vnde intelligãt nec hoc loco a ſolo vero deo patre filium ſeparãdum, quia probare nõ poſſunt ꝙ ſolus & verus dei filius nõ ſit, cum preſertim & hic aut ſubaudiatur, vt dixim⁹, & Chriſtum ſolum verũ deum eſſe: aut certe aliud ad diuinitatē patris & filii, aliud ad incarnationem Chriſti relatum intelligēdum ſit: quia non eſt perfecta cognitio
I niſi eius qui & ſecũdum æternitatem vnigenitũ deum verum dei filium Ieſum Chriſtum, & ſecundum carnē generatum ex virgine confitetur. Quod alibi hic ipſe
1. Ioan. 4. euangeliſta nos docuit, dicens: Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, de deo eſt. Deniq; q̃ nõ alienum ſit etiã incarnationis hoc loco intelligere ſacramētum, docet nos ipſius ſeries lectionis. Sic
Ioan. 17. eñ habes: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vtiq; cũ & horã veniſſe cõmemoret, & clarificari petat, quomodo niſi ſecũdum carnis aſſumptionē locutum eum conuenit æſtimari? Nam nec vlla ſibi tēporum preſcripta momenta diuinitas habet, nec clarificatione indiget lumen ęternũ. Ergo in ſolo vero deo patre & filium dei ſolum verũ ſecũdum diuinitatis intelligimus vnitatem: & in Ieſu Chriſti nomine, quod ex virgine natus accepit, incarnationis agnoſcimus ſacramentũ. Quod ſi cũ ſolum deũ legunt patrem, filium cupiunt ſeparare: ergo cũ de filii incarnatione legunt: Hic eſt lapis qui reprobatus eſt a vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: et infra: Non eſt aliud nomē ſub cælo datũ k
hominibus, in quo oportet vos ſaluos fieri: patrem ęſtimant ab impertiendæ vobis ſalutis beneficio ſeparandum. Sed neq; ſine patre ſalus, neq; vita æterna ſine filio. Sed aſſerunt Arriani, ſolum verum deum ſicut patrem, ita & filium dicitis, & vnius ſubſtantiæ patrem & filium cõfitemini. nõ vnum deũ, ſed duos deos inducitis, quia qui vnius ſubſtantię ſunt, nõ vnus deus, ſed duo dii videntur, ſicut duo hoĩes, aut duæ oues pluresve dicuntur, homo autē & ouis nec duo homines dicuntur, nec duæ oues, ſed vnus homo, & vna ouis. Hęc Arriani dicunt, & hac diſputatione verſuta ſimpliciores capere nituntur. Tamen ſi legimus ſcripturas diuinas, inueniemus pluralitatem in ea cadere quæ diuerſę diſcretæq; ſubſtantiæ ſunt, hoc eſt. ἑτερούσια. Idq; in Salomonis libris habemus expreſſum, eo loco ſcilicet in quo dicit, Tria ſunt impoſſibilia intelligere, & quartũ Prou. 30.
non agnoſco: Veſtigia aquilę volantis, & viam ſerpentis ſupra petrã, & ſemitas nauis nauigantis, & vias viri in iuuentute. Vtiq; aquila & nauis & ſerpens vnius nõ ſunt generis atq; naturæ, ſed differentis diſcretæq; ſubſtantiæ, & tamen tria ſunt. Contra ſe igitur ſua eſſe intelligant argumenta teſtimoniis ſcripturarum. Itaq; dicendo patris & filii diſcretam eſſe ſubſtantiam, differentemq; deitatem, duos vtiq; ipſi deos aſſerunt. Nos autem cum patrem confitemur & filium, aſſerendo tamen vnius eſſe diuinitatis: non duos deos, ſed vnum deũ dicimus. Et hoc dominicis eloquiis approbamus, quia ibi plures ſunt, vbi aut naturæ aut voluntatum & L
operationum eſt differentia. Deniq; vt ſuis ſibi teſtimoniis reuincantur, duo homines dicuntur, quia licet vnius naturæ ſint iure naſcendi, tamen & tempore, & cogitatione, & opere, & loco diſtant, & ideo non poteſt vnus homo dici in ſignificatione & numero dierũ, quia non eſt vnitas vbi eſt diuerſitas. vnus autem deus dicitur, & patris & filii ac ſpiritusſancti gloria & plenitudo ſignatur. Deniq; tanta veritas vnitatis eſt, vt etiam quando natura ſola generationis aut carnis ſignificatur humanæ, & vnus homo de multis dicitur, ſic habes: Dominus mihi adiutor, nõ timebo quid faciat mi- Pſal. 117.
hi homo. id eſt, non vna perſona hominis, ſed vna caro & vna fragilitas generationis humanæ. Et addidit: Bonũ eſt ſperare in domino, q̃ ſperare in homine. Nec hic vtiq; ſpecialem hominē, ſed generalem conditionē deſignauit. Deniq; ſtatim ſubiecit de pluribus: Bonum eſt confidere in domino, q̃ confidere in principib⁹. Sed vbi homo dicitur, naturæ interdum, vt ſupra diximus, cõmunis inter omnes vnitas ſignificatur, vbi principes variarum quędam differentia poteſtatum eſt: ſed inter homines aut in hominib⁹ vnius alicuius rei vnitas eſt, aut charitatis, aut cupiditatis, aut carnis, aut deuotiõis & fidei. Generalis autem vnitas, & quæ in ſe ſecũdum diuinitatis gloriã complectatur omnia, ſolius eſt patris M
& filii & ſpiritusſancti. Vnde & dominus cum diuerſitatem inter ſe hominũ deſignaret, quod nihil habēt inter ſe quod poſſit ad vnitatem indiuiduæ ſubſtantiæ pertinere: In lege veſtra, inquit, ſcriptum eſt quod duo- Ioãñis. 8.
rum hominũ teſtimoniũ verũ eſt. Et cum præmiſiſſet, duorum teſtimoniũ verum eſt: vbi venit ad ſuum & patris teſtimoniũ, nõ dixit, verum eſt teſtimonium noſtrum, quod duorũ deorum teſtimoniũ eſt, ſed ego, inquit, ſum qui teſtimonium perhibeo de meipſo, & teſtimoniũ perhibet de me qui miſit me pater. Supra quoq; ſimiliter ait: Et ſi iudico ego, iudicium meũ iuſtum eſt, quia ſolus non ſũ, ſed ego, & qui miſit me pater. Itaq; & infra & ſupra patrem ſignauit & filium, & pluralitatē non admiſcuit, nec diuinæ vnitatem ſubſtantiæ ſeparauit. Euidens igitur, quia quod vnius ſubſtantiæ, ſeparari non poteſt, etſi non ſit ſingularitatis, ſed vnitatis. Singularitatem hanc dico, quæ græce μονότης dici-

A tur. Singularitas ad perſonam pertinet, vnitas ad naturam. Ea vero quæ diuerſæ ſubſtantiæ ſunt, non ſolum vnum, ſed etiam per plura dici ſolere licet etiã ex prophetico claruerit teſtimonio, expreſſius tamē ipſe Apo-
1. Cor. 8. ſtolus declarauit dicens: Nam etſi ſunt qui dicãtur dii, ſiue in cęlo, ſiue in terra. Vides igitur quod ii qui ex diuerſis ſubſtantiis ſunt, & nõ ex vnius veritate naturæ, dii appellantur. Pater autem & filius quia vnius ſubſtantiæ ſunt, non duo dii, ſed vnus deus. Pater ex quo omnia, & vnus dominus Ieſus Chriſtus per quē omĩa. Vnus, inquit, deus pater, & vnus dominus Ieſus. Et ſupra: Vnus deus, nõ duo. Et infra: Vnus domin⁹, & nõ duo. Pluralitas ergo excluditur, nõ vnitas ſequeſtratur. Sed quēadmodum cũ legimus dominũ Ieſum, nec patrem (vt ſupra diximus) a dominationis iure ſecernimus, quod ei cõmune cũ filio eſt: ita dum legimus ſolum verum deum patrē, nec filium a ſolius veri dei poſſumus ſeparare quod ei cõmune cum patre eſt: Aut dicant quid aliud ſentiant, quidve arbitrentur, cũ legim⁹:
Mat. 4. Dominũ deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies: vtrum Chriſtum nõ adorandum, & Chriſto nõ æſtimant ſeruiendum? Quod ſi illa quæ adorauit eum Chananęa impetrare meruit quod popoſcit, et Paulus Apoſtolus, qui ſeruum ſe Chriſti prima ſcriptorum ſuorũ prefatione profitetur: apoſtolus eſſe meruit nõ ab hominibus, neq; per hominem, ſed per Ieſum Chriſtũ: dicant
B quid arbitrentur ſequēdum, vtrum cum Arrio malint ſibi ſocietatē eſſe perfidiæ, vt ſolum & verũ deum Chriſtum negando oſtēdant quod nec adorãdum eum, nec ſeruiendum ei iudicent: an vero cõſortium malint habere cũ Paulo, qui ſeruiendo atq; adorando etiã Chriſtum, vtiq; ſolum verum deum voce affectuq; nõ diffitebatur, quem pio ſeruitio fatebatur.

De ſolutione obiectionis qua argui poteſt inæqualitas patris & filii ex hoc quod filius deum patrem adorare legitur. De ſolutione quoq; atq; confutatione obiectionis Arrianorũ qua ꝓbare conantur diſſimilitudinē patris & filii ex reſponſione eiuſdē filii data ad ea quæ mater filiorum Zebedæi poſtulabat. Caput III.

Ioãñis. 4. QVOD ſi quis dicat quoniã deum patrem adoret & filius, quia ſcriptum eſt: Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus: cõſideret quãdo, & apud quē, & cuius ſuſcepto loquatur affectu. Deniq; & in ſuperioribus nõ immerito premiſſum eſt quod Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat, & a Samaritana bibere poſtulabat: quod ſecundum carnem hominis loquebatur. Nam ſecũdum diuinitatē nec fatigari poterat, nec ſitire. Deinde cum Samaritana quaſi Iudęũ appellaret, & prophetã puta-
C ret: quaſi Iudęus qui ſpiritaliter myſteria legis doceret, reſpondit dicens: Vos adoratis quod neſcitis, nos adoramus quod ſcimus. Et vt oſtenderet quod ſecundum incarnationem reſponderat, addidit quod ſalus ex Iudęis eſt. Sed ſtatim poſt hoc ſequeſtrauit hominis affectum, dicens: Veniet, inquit, hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrem. Non dixit, adorabimus. Quod vtiq; dixiſſet ſi conſortium noſtri ſubiret obſequii. Verum cũ legerimus quod Maria adorauit eum, intelligere debemus quod nõ poteſt per eandē naturam & adorare quaſi ſeruus, & adorari quaſi dominus, ſed potius quod vt homo inter homines adorare dicitur, & quaſi dominus & filius adoratur. Multa ergo ſecũdum incarnationis legimus & credimus ſacramentum. Sed in ipſa naturę humanę affectione maieſtatem licet ſpectare diuinam. Fatigatur ex itinere Ieſus, vt reficiat fatigatos. Petit bibere, ſitiētibus potum ſpiritalem daturus. Eſurit, cibos eſuriētibus ſalutis traditurus. Moritur viuificatur⁹, ſepelitur reſurrecturus. Tremulo pendet in ligno, confirmaturus trementes. Cælum caligine obducit, vt illuminet. Terras tremefacit, vt ſolidet. Maria conturbat, vt mitiget. Reſerat tu- D
mulos mortuorũ, vt oſtendat domicilia eſſe viuorum. Creatur ex virgine, vt ex deo natus eſſe credatur. Neſcire ſe ſimulat, vt ſcire faciat neſcientes. Adorare quaſi Iudeus dicitur, vt quaſi verus dei filius adoretur. Quomodo, inquiunt, filius dei ſolus verus deus poteſt eſſe ſimilis patri, cum ipſe dixerit filiis Zebedæi: Calicem Mat. 20.
quidem meũ bibetis, ſedere autem ad dexterã meã, vel ad ſiniſtram, nõ eſt meũ dare vobis, ſed quibus paratũ eſt a patre meo? Hoc igitur veſtræ differentiæ, vt vultis, nõ æqualitatis eſt argumentũ: cum in eo magis venerari domini clemētiam, adorare gratiam deberetis, ſi tamē virtutis atq; ſapientiæ dei profunda ſecreta poſſetis aduertere. Conſiderate enim quæ cum filiis petat. mater eſt vtiq;, cui pro filiorũ honore ſolicitæ immoderatior quidem, ſed tamen ignoſcenda menſura votorũ eſt. Atq; mater ætate longęua, ſtudio religioſa, ſolatio deſtituta, quæ tunc temporis quando vel iuuanda, vel alenda foret validę prolis auxilio, abeſſe ſibi liberos patiebatur, & voluptati ſuæ mercedem ſequētium Chriſtum prętulerat filiorum. Qui prima voce vocati a domino, vt legimus, relictis retibus & patre ſequuti ſunt Mat. 4.
eum. Hæc igitur ſtudio maternæ ſedulitatis indulgentior, obſecrabat ſaluatorē dicens: Vt ſedeãt hi duo filii Mat. 20.
mei, vnus ad dexteram tuã, & alius ad ſiniſtrã tuam in regno tuo. Etſi error, pietatis tamē error eſt. Neſciũt E
enim materna viſcera patiētiam. etſi voti auara, tamē venerabilis cupiditas, quæ non pecuniæ eſt auida, ſed gratiæ. Nec inuerecunda petitio, quæ nõ ſibi, ſed liberis conſulebat. Matrem conſiderate, matrem cogitate. Sed nihil mirum ſi vilis vobis videtur circa filios affectus parentum, quia etiam omnipotentis patris vilem putatis eſſe circa vnigenitum filium charitatem. Dominus cœli atq; terrarum verecundabatur (vt ſecundum aſſumptionem carnis & virtutes animæ loquar) verecundabatur inquam, & vt ipſius verbo vtar, confundebatur matri pro filiis poſtulanti etiam ſuæ ſedis conſortium denegare. Vos æterni dei filium propriũ interdum pro miniſterio ſtare contēditis, interdum famulatoriũ, hoc eſt, nõ ex maieſtatis vnitate, ſed ex patris præceptione vultis eius eſſe confeſſum, & negatis hoc deo vero dei filio, quod ille hominib⁹ aperte noluit denegare. Conſiderabat enim matris dilectionē, quę filiorum mercede grãdęuam ſolabatur ſenectam, & deſideriis feſſa maternis, chariſſimorũ pignorum tolerabat abſentiam. Conſiderate etiam fœminã, hoc eſt ſexum fragiliorem, quē dominus propria nondum confirmauerat paſſione. Conſiderate inquam Euæ illius primæ mulieris hereditatem tranſfuſam, in omnes immoderatæ cupiditatis ſucceſſionem labentem, quã dominus adhuc proprio ſanguine nõ redemerat, nondum inoli- F
tam affectibus omnē immodici contra fas honoris appetentiam, ſuo Chriſtus cruore diluerat. Hæreditario igitur mulier delinquebat errore. Et quid mirum ſi mater pro filiorũ ſuorũ (quod eſt tolerabilius q̃ ſi ipſi) quãdo etiã apoſtoli ipſi inter ſe, ſicut legimus, de ſui prælatione certabant? Non debuit igitur medicus omnium Lucę. 22.
deſtitutam matrē, & ægram adhuc mentem, pudoris conuitio ſauciare, ne poſtulato ſibi ſuperius denegato quaſi immoderatæ petitionis damnata mœreret. Deniq; dominus qui honorãdam ſciret eſſe pietatem, non mulieri ſed filiis eius reſpondit dicens: Poteſtis bibere calicem quē ego bibiturus ſum? Dicētibus autem illis: Poſſumus: ait illis Ieſus: Calicem quidem meũ bibetis, ſedere autē ad dexteram meã vel ad ſiniſtrã non eſt meũ dare vobis, ſed quibus paratũ eſt a patre meo. Q̃ patiens & clemens dñs, q̃ alta ſapientia, & bona charitas. Volens eñ oſtēdere quod nõ perfunctoriã rem aliquã diſcipuli poſtularent, ſed etiam quã impetrare nõ poſſent, prerogatiuã eius paternę honorificentiæ refer-

G rauit,non metuens ne quid iuri proprio derogaret,qui
Philip.2. nõ rapinã arbitratus est esse se æqualem deo:simul di-
Ioan.13. ligens discipulos:quod sic habes: Vsq in finem dilexit
eos, noluit iis quos diligeret, videri quod peteret dene
gasse sanctus & bonus dominus,quod mallet aliquid
dissimulare de iure,q̃ de charitate deponere. Charitas
enim patiens est,benigna est,nõ æmulatur,nõ inflatur,
nõ quærit quæ sua sunt. Deniq; vt agnoscatis nõ infir-
mitatis sed indulgentiæ esse quod dixit, Non est meũ
dare vobis: vbi sine matre filii Zebedæi rogant,nihil de
Mat.10. patre dixit. Sic enim habes: Non est meũ dare vobis,
sed quibus paratũ est. Ita Marcus Euangelista posuit.
Vbi vero mater pro filiis rogat,hoc est secũdum Mat
Mar.10. thæum: Non est,inquit,meũ dare vobis,sed quibus pa
ratũ est a patre meo. Hic addidit,a patre meo,quia ma
iorem indulgentiã maternus poscebat affectus. Quod
si putant,dicendo, Quibus paratum est a patre meo,
quod aut patri plus tribuit, aut sibi aliquid derogauit,
dicant vtrum & illic putent patri aliquid derogatum
Ioãnis.5. quia dixit in euangelio filius de patre: Pater nõ iudicat
quẽq. Quod si sacrilegũ putamus dicere quod pater
ita iudicium detulit filio, vt ipse nõ habeat, (habet enĩ,
nec potest amittere quod habet naturaliter diuina ma-
iestas) sacrilegum vtiq; æstimare debemus quod nõ po
H test filius dare quicq̃ quod aut homies mereri possunt,
aut quæuis accipere creatura, præsertim cũ ipse dixerit:
Ego ad patrem vado,& quodcũq; ab eo petieritis in no
mine meo,hoc faciam. Si enĩ quod pater dare potest,fi
lius nõ potest:mentita est ergo veritas. Non enĩ potest
facere quicq̃ quod in nomine eius pater fuerit obsecra-
tus. Nec enim ideo dixit, Quibus paratum est a patre
meo,vt tantũmodo a patre poscant. Nam omnia quæ-
cunq; a patre fuerint postulata, se donare memorauit.
Deniq; nõ dixit: Quodcũq; a me petieritis,hoc faciam:
sed quodcũq; ab eo petieritis in nomine meo,hoc faciã.
Quæro nunc vtrum possibile aliquid humanæ condi-
tioni,aut alicui creaturæ,aut impossibile putent a Ze-
bedæi coniuge & filiis postulatũ? Si possibile,quomo-
do ad sinistrã suam vel ad dexteram impertiendę apo-
stolis sedis nõ habuit potestatẽ,qui omnia fecit esse cũ
nõ erant? Aut quomodo nõ poterat iudicare de meri-
tis hominũ,cui pater dedit omne iudiciũ? Notum est
quẽadmodum dederit. Nam quomodo quasi indigens
accepit filius,qui omnia creauit ex nihilo? Quorũ igi-
tur naturas fecerat,eorum iudicium non habeat? De-
dit autem filio pater omne iudiciũ, vt omnes,inquit,
honorificent filium,sicut honorificant patrẽ. Non igi-
tur potentia filii, sed cognitio nostra proficit. Neq; ali-
quid ad substãtiam eius accedit,sed ad nostrã vtilitatẽ
quod a nobis cognoscitur, vt cognoscendo dei filium,
vitam habeamus æternam. Cũ autem in cognitione si
I lii dei honor illius,noster non illius sit profectus:si quis
putat quod dei virtus illo honore cumulatur, necesse
etiam deum patrẽ credat posse cumulari,quod & ipse p
cognitionem nostrã clarificatur sicut filius, iuxta quod
Ioan.17. scriptum est dicente filio: Ego te clarificaui super terrã.
Ergo si possibile aliquid erat quod petebatur,in pote-
statevtiq; filii fuit:sed tũ ostendant qui possibile putant,
quid de hoibus,aut ceteris creaturis,aut ad dexteram,
aut ad sinistram dei sedeat. Pater enim dicit filio: Se-
de ad dexteram meã. Itaq; si quis ad dexterã filio sedet,
inter ipsum vtiq; & patrem, vt humano vsu loquamur,
filius medius reperitur. Non ergo possibile homini ali-
quid petebatur,sed noluit dicere,cũ homines sedere se-
cum nõ possent. Siquidem diuinam suam gloriam ce-
lare priusquã resurgeret, nõ diuulgare cupiebat. Nam
cum supra inter famulos suos Moysen & Heliam ap-
paruisset in gloria,monuerat discipulos ne cui dicerent
quod vidissent. Itaq; si possibile nõ hominibus erat vel
creaturis cæteris hoc mereri,nõ debet videri filius mi-
nus posse quod nõ dedit apostolis:quod nec pater ho-
minibus vel creaturis dedit: aut dicant cui horũ dede- k
rat pater? Non vtiq; angelis, de quibus scriptura dicit Apoca.7.
quod omnes angeli stabant in circuitu sedis. Deniq;
& Gabriel se stare dixit,sicut habes: Ego sum Gabriel Lucæ.1.
qui asto ante deum. Non ergo angelis,non senioribus
qui adorant sedentẽ. Illi enim nõ supra sedem maiesta-
tis sedent, sed vt dicit scriptura,in circuitu sedis. Sedes
enĩ alię viginti & quatuor sunt, vt habes in Apocalypsi
Ioannis: Et supra sedem viginti quatuor seniores sedẽ- Apoca.4
tes. In Euangelio quoq; ipse dominus dicit: Cũ sederit Mat.19.
filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & ipsi
super sedes duodecim,iudicantes duodecim tribus Is-
rael. Non ergo sedis suæ dixit Apostolis dari posse cõ-
sortium,sed alias illas sedes esse duodecim: quas tamẽ
nõ corporali confessu,sed pro successu spiritalis gratiæ
æstimare debemus. Deniq; in libro Regnorum dixit
Micheas propheta: Vidi dominũ deum Israel sedẽ- 3.Reg.22
tem super thronum suum,& omnis militia cæli stabat
circa eum ad dexteram eius,& ad sinistram. Quomo-
do igitur stãtibus angelis ad dexterã vel ad sinistram
domini dei,stante omni militia cæli,sedebũt homines
ad dexteram dei vel ad sinistrã, quibus pro virtutibus
præmia angelorũ similitudo promittitur: sicut domi-
nus dicit: Eritis sicut angeli in cælo? Sicut angeli,inqt, Mat.22.
nõ plus q̃ angeli. Si ergo nihil plus dedit pater q̃ filius,
nihil vtiq; minus dedit filius q̃ pater,nihil igitur minus
L filius potest q̃ pater. Posito tamen possibili impetratu
hominibus quod posceretur, quid est quod ait: Sede-
re autem ad dexterã meã vel ad sinistram,non est meũ
dare vobis? Quid est meũ? Supra dixit: Calicem qui- Mat.20.
dem meũ bibetis. & infra posuit: nõ est meũ dare vobis.
& supra meũ,& infra meũ dixit,nõ imutauit. Ergo su-
periora docent propter quod dixerit. Rogatus enim a
muliere quasi homo vt ad dexteram vel ad sinistram
suam filios ei? sedere pateretur: quia illa quasi hominẽ
rogauerat,& dñs quasi tantũmõ homo de sua passione
respõdit: Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum?
Itaq; quod secũdum carnem de passione sui corporis lo-
quebatur,demonstrare voluit quod secũdum carnem
subeundę passionis nobis exemplum ac similitudinem
derelinqueret,secũdum humanã autẽ conditionẽ sedis
supernæ consortia non donaret. Hoc enĩ est quod dixit,
non est meũ: sicut alibi: Mea doctrina nõ est mea.non Ioãnis.7.
est enim,inquit,secũdum carnem meã,quia quæ diui-
na sunt,non sicut carnis eloquia. Indulgentiam autem
suam circa discipulos quos diligeret,quã expresse reue-
lauit, premittens: Calicem quidem meũ bibetis. Et enĩ
quod non debebat id dare quod petierãt,aliud ꝓfuit,
vt prius cõmemoraret quid his tribueret,q̃ quid nega-
ret,quo magis æquitatem sibi petitionis q̃ studium do
minicæ libertatis intelligerent defuisse. Calicem quidẽ
meũ bibetis,hoc est,passionẽ quidem quæ carnis meæ M
est,nõ nego.Quod enim humanæ assumptionis ha
beo,potestis imitari.donaui vobis victoriã passiõis,hę
reditatẽ crucis. Sedere autẽ ad dexterã meã vel sinistrã,
nõ est meum dare vobis, Non dixit, nõ est meũ dare:
sed,Non est meũ dare vobis:hoc est,non sibi potestatẽ
deesse asserens,sed meritũ creatoris. Accipe aliter: Nõ
est meũ dare vobis. Quid est,non est meũ? qui veni hu
militatẽ docere.nõ est meũ,qui veni non ministrari,sed
ministrare.nõ est meũ,qui iustitiã seruo,nõ gratiã. De-
niq; ad patrẽ referens addidit, Quibus paratum est: vt
ostenderet patrem quoq; non petitionibus deferre sole-
re,nõ meritis:quia deus personarum acceptor non est. Actu.10.
Vnde & Apostolus ait: Quos præscíuit,& prædesti- Roma.8.
nauit. Iure igitur reprehenditur mulier,quæ & impos-
sibilia,& speciali quodam priuilegio ab eo domino po-
stulauit, quia ea quæ sanctis iudicauit esse donanda,
non duobus apostolis,sed omnibus discipulis etiã sine
cuiusquã precatione voluntaria sui largitate cõtulerit,
sicut scriptum est: Duodecim vos sedebitis super sedes Mat.19.

A iudicantes duodecim tribus Israel. Ergo etiã si possibi-
le putemus postulatũ fuisse,calumniæ locus nõ est: ta-
mẽ cũ legerim seraphim stare,quomodo possum quod
homines ad dexterã vel sinistram filio dei sedeant arbi
Psal.79. trari? Supra Cherubim domin⁹ sedet,sicut habes: Qui
sedes sup Cherubim,appare. Quomõ apli sup Cheru-
bim sedebũt? Et hoc tũ colligo nõ ex meo ingenio,sed
ex dominicę vocis oraculo. Ipse enĩ dominus in poste-
Ioan.17. rioribus apostolos cõmẽdans patri ait: Pater,quos de-
disti mihi,volo vt vbi ego sum,& illi sint meũ. Vtiq;
si iudicasset quod diuinam sedem pater hominibus da-
ret,dixisset: Volo vbi ego sedeo,& illi sedeant mecum.
Sed volo,inquit,vt sint meũ,non sedeant meũ: & vbi
ego,non quomodo ego. Deinde sequitur: Vt videant
claritatem meã.nõ vt habeant,sed vt videant. Seruus
enim videt, dominus possidet, sicut & Dauid docuit
Psal.26. dicens: Vt videã voluptatem domini. Et ipse dominus
Mat.5. in Euangelio reuelauit dicens: Beati mũdo corde: ipsi
enim deum videbunt. Videbunt,inquit,nõ super Che
rubim cũ deo sedebunt. Desinant ergo viliora secũdum
diuinitatẽ æstimare de dei filio,ne viliora quoq; de pa-
tre æstiment. Qui enim male crediderit de dei filio,nõ
potest bene sentire de patre. De patre qui male credide-
rit & de spiritu,nõ potest bene sentire de filio. Eorũ enĩ
vna dignitas, vna gloria, vna charitas, vna maiestas
est. In cõmune derogatur quicquid in aliquo putaueris
derogandum. Iam enim non erit plenitudo,quã discer-
nas & diuidas in aliquas portiones.

B De redargutione eorum qui vnitatem in diuinitate
negare cupientes,extenuare studeant patris & filii cha-
ritatem,ex hoc quod scriptum est: Et dilexisti eos,sicut
& me dilexisti. Quomodo etiã intelligẽdum sit quod
filius missus dicitur,& quẽadmodum dñm dicat,quem
patrẽ nouit,cũ diuersorũ hereticorũ cõdẽnatione qui ex
falsa superiorũ intelligẽtia errauerunt. Caput IIII.

EXISTVNT tamen Imperator Auguste
qui in hac diuinitate vnitatẽ substantiæ ne-
gare cupientes,extenuare studeant patris &
filii charitatẽ,quia scriptum est: Et dilexisti
Ioan.17. eos,sicut & me dilexisti. Quod cũ dicũt,quid aliud a-
gunt nisi inter dei filiũ & homines equalitatẽ quãdam
comparationis inducunt? Numquid sic diligi possunt
a deo homines quẽadmodum filius in quo complacuit
pater? Ille per se cõplacet,nos per ipsum. In quibus enĩ
deus filium suum ad imaginem suam cernit,eos per fi-
lium suum assciscit in gratiã filiorũ: vt quẽadmodum
per imaginem ad imaginẽ sumus,sic per generationẽ
filii in adoptionẽ vocemur. Alius igitur naturæ amor
sempiternus,alius gratię. Aut si ex verbis faciunt quę-
C stionem,quia scriptũ est: Et dilexisti eos,sicut me dile-
xisti: & cõparationẽ factam putant: ergo & illud in cõ-
Lucæ.6. parationedicti putant, Estote ergo misericordes,sicut
Mat.5. & pater vester qui in cælis est. Et alibi: Estote perfecti,
sicut & pater me⁹ qui in cælis est,perfectus est. quia ille
secundum plenitudinem maiestatis suæ perfectus est,
nos autem perfecti secũdum virtutis accidentis profe-
ctum. Sic etiã filius diligitur a patre secũdum semp ma
nentis plenitudinẽ charitatis: in nobis autẽ charitatẽ
dei,virtutis emeretur profectus. Vides igitur quã gra-
tiam deus dederit hominib⁹,& tu patris & filii vis dis-
soluere naturalem & indiuiduam charitatẽ: & tu verba
adhuc discutis,vbi vnitatem maiestatis aduertis. Vi-
deo totum hunc locum ex cuius affectu loquatur. Ha-
Ioãnis.17 bes enim dicentẽ ipsum: Clarifica me pater claritate ea
quã habui priusquã mundus esset apud te.& tamen vt
scires magnum deum,& salutarẽ,& omnipotentẽ dei
filium,iudicium suæ maiestatis admisceat dicendo: Et
mea omnia tua sunt, & tua mea. Omnia habet, & tu
missum esse ad iniuriam deriuas,qui secũdum carnem
nõ accipis missum? Apostolus dixit,& ex verbo simpli D
ci prę iudiciũ struis,quo dicas inferiores a superioribus
mitti solere. Quid ad illa respondes,quod filius ad ho-
mines missus est? Num minorem putas eum qui mit-
titur,eo videlicet a quo mittitur? Discę quod & minor
maiorem misit,& maiores ad minores missi sunt. Nã
& Tobias Raphael angelũ misit. Et angelus ad Ba- Tobię.9.
laam missus est,& dei filius ad Iudęos. Nunquid ergo Nũe.22.
minor etiam Iudęis dei filius,ad quos mittebatur? De
ipso enim scriptũ est: Nouissime autẽ misit eis filium Mat.21.
suum vnicum. Et vide quod ante seruos,postea filium
nominauit: vt scias quod dei filius vnigenitus secun-
dum diuinitatis potentiã nec nomen habet nec cõsor-
tiũ cõmune cũ seruis. Reuerẽdus mittitur,nõ cũ famu
lis reuerẽdus. Et bene addidit,meũ,vt nõ vnus de mul-
tis,nec degeneris naturæ,aut minoris alicuius potesta
tis,sed verus a vero,paternæ imago venisse substantię
crederetur. Esto tamen,minor sit qui mittitur,eo a quo
mittitur: ergo & Pilato minor Christus,quoniã Pila-
tus misit eum ad Herodem. Sed præiudicat potestati
scriptura,quę missum a patre dicit,missum dicit a pręsi
de. Vnde si sobrie de dei filio quæ digna sunt opine-
mur,ideo missum intelligere debemus,quod ex illo in-
cõprehensibili ineffabiliq; secreto maiestatis profun-
dæ dedit se cõprehẽdendum pro captu nostro menti-
bus nostris dei verbum,non solum cũ se exinaniret,sed
etiã cũ habitaret in nobis,sicut scriptũ est: Quoniã in- Lenit.26.
habitabo in illis, Deniq; & alibi habes quod deus dixit: 2.Cor.6.
Venite descendamus,& confundamus linguas eorũ. Gene.11.
Non enim deus de loco aliquando decidit,qui ait: Ego Hiere.23.
cælum & terram cõpleo. sed dico descendere videtur,si E
nostros dei verbi penetret affectus,sicut dixit prophe-
ta: Parate viam domino,rectas facite semitas eius. vt Esaię.40.
quẽadmodum ipse promisit,veniẽs cũ patre,apud nos
faciat mãsionem. Euidens est igitur quomodo veniat.
Vnde & euidens est quomodo dominũ dicat,quẽ pa-
trem nouit: Ait enĩ: Confiteor tibi pater domine cæli Mat.11.
& terræ. Ante patrẽ dixit sapientia suum,postea crea-
turæ dominũ nuncupauit. Itaq; dominatũ non esse vbi
vera progenies est,ipse dominus ostendit in Euange-
lio suo,dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius fi Mat.22.
lius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis Iesus: Quomodo
ergo Dauid in spiritu vocat eum dominũ,dicẽs: Dixit Psal.109.
dominus dño meo,sede a dextris meis? Et addidit: Si
ergo Dauid in spiritu vocat eum dominũ,quomodo fi
lius eius est? Et nemo poterat ei respõdere verbũ. O q̃
caute propter Arrianos etiã in hoc testimonio domi-
nus fidei prospexit. Non enim dixit, Vocat eum spiri-
tus dominũ,sed quod Dauid dixit in spiritu: vt cuius
secũdum carnem filius est, Dauid scilicet,eius etiã secũ-
dum diuinitatẽ & dominus & deus crederetur. Vides
igitur quod nomen pietatis & domini secretum est. Et F
bene dominus suum quidem patrẽ,cæli autem & terrę
dominũ prędicauit, vt tu cum legis & patrem & domi-
num,intelligas patrẽ filii, & dominũ creaturæ. In alio
prærogatiua naturę est,in alio autoritas potestat⁊. For-
mã enim serui accipiens,eo vtiq; dominũ vocat,quo ser
uientem suscepit,æqualis in dei forma,seruus in corpo
ris. seruitus enim carnis,dominatus autem diuinitatis
est. Vnde & Apostolus ait: Deus domini nostri Iesu
Christi pater glorię,hoc est,deum assumptionis huma
næ asserens,patrem autẽ gloriæ. Num enĩ duos filios
habuit deus,Christũ,& gloriã? Minime. Ergo si vnus
dei filius Christus,vtiq; Christus est gloria. Quid au-
tem ei derogas qui patris gloria est? Si ergo & filius
gloria est,& pater gloria: quia pater gloriæ non potest
aliud esse q̃ gloria: non diuisio gloriarũ,sed vna est glia.
Itaq; ad proprietatẽ naturæ gloria refertur,dominatus
ad susceptę corporis seruitutẽ. Si enĩ caro etiã iusti ani- 1.Cor.9.
mæ subdita est (sicut scriptũ est) Castigo corpus meũ Psal.118.
& seruituti redigo: quanto magis subiecta est diuinita-

Gti,de qua dicitur:Quoniam vniuersa seruiunt ei? Vna autem quęstione & Sabellianos & Fotinianos & Arrianos dominus exclusit. Nam cū dominū cū domino dicit,Sabellius excluditur:qui eūdem patrem vult esse quem filium.Excluditur Fotinus,qui secundum carnē iudicat quod dominus Dauid regis non poterat esse Mat.4. nisi qui deus est. Scriptū est enī:Dominū deū tuū adorabis,& illi soli seruies. Nunquid cōtra legē ppheta sentiret,qui sub lege regnaret? Excluditur Arrius,quod filium sedere audit ad dexteram patris,vt si ex vsu argumentetur humano,ipse se perimat,& venenū sacrilegę disputationis suę in se refundat,vt dum inęqualitatem patris & filii ex consuetudine hominū interpretatur:in vtroq; a vero deuius eū præferat cui derogat,cōsessurū priorem quē audit ad dexterā. Excluditur etiā Manichæus. Non enī negat esse se Dauid filiū secūdum carMat.10. nem,vtpote qui clamātibus cæcis,Iesu fili Dauid miserere nobis:& delectatus est fide,& stetit,& curauit eos: sed negat nos esse æternitatis,si Dauid solius filius a perfidis nominetur. Nam filius est contra Hebionem. Filius Dauid est contra Manichæos. Filius dei est cōtra Fotinum. Filius Dauid est cōtra Marcionē. Filius dei est contra Paulum Samosatenū. Filius Dauid est contra Valentinum. Filius dei est cōtra Arrium atq; Sabellium gentilis erroris hæredes. Dominus Dauid est contra Iudæos,qui dei filium in carne cernētes, hominē tantūmodo impio furore credebant.Sed ecclesiastica fide & dei patris & Dauid idem vnus atq; idem filius. Quod incarnationis dei mysteriū vniuersæ salus Hebræ.2. est creaturæ,secundum quod scriptū est: Vt sine deo p H omnibus gustaret mortē: Id est,quod creatura omnis sine passione aliqua diuinitatis,dominici sanguinis redimēda sit precio,sicut habes:Omnis creatura liberabiRoma.8. tura a seruitute corruptionis. Aliud est igitur secūdum diuinam substantiā, aliud secūdum susceptionē carnis filium nominari.Nam & secundum generationē diuinam deo patri æqualis est filius, & secūdum susceptionem corporis deo patri seruus est. Quod formā serui, inquit,accepit,vnus tamen atq; idem est filius. Contra autē sancto patriarchæ Dauid secūdum gloriam suam dominus est,secūdum corporalis successionis seriem filius est,nō deficiens a se,sed nostræ sibi adoptionis gratia acquirens. Non solum ex genere Dauid seruus est, Psal.88. sed etiam ex nomine,sicut habes:Inueni Dauid seruū meum.Seruus est,in quo vnctus est.Seruus est,in quo sanctificatus est.Seruus est,in quo creatus est. Et vt de cōpendio dicam,seruus est in quo matrem habet,sicut Psal.115. scriptum est:O domine,ego seruus tuus,& filius ancillæ tuæ. Nam secūdum diuinam generationē non matrem habet,sed patrē,nec corporalis est ventris fructus, sed sempiterna dei virtus. Ergo etiā cū legimus quod Ioānis.7. dixit dominus:Tempus meū nondum impletum est: Ibidem. et, Adhuc modicū tēpus vobiscum sum:et,Vado ad Ioan.13. eum qui me misit: &,Clarificatus est filiꝰ hominis: ad I incarnationis sacramentū referre debemus.Cū autem legimus: Et deus clarificatus est in eo, et deus clarificauit eum:quid ibi est quęstionis,vbi & filius clarificatur a patre,& pater clarificatur a filio? Deniq; vt fidem vnitatis aperiret, etiam spiritu clarificādum esse dixit, Ioan.16. sicut habes: Ille de meo accipiet, & clarificabit me. Clarificat ergo dei filium etiā spiritussanctus.Quomodo igitur ipse dixit:Si ego clarificauero meipsum,clari Ioānis.8. tas mea nihil est? Ergo nihil claritas filii. Sacrilegum est dicere,nisi referas ad carnem,quod ex persona hominis filius loquebatur,eo quod comparatiōe diuinitatis nulla est carnis claritas. Desinant igitur impie obiicere quod in suam perfidiam retorquetur. Scriptum est enim, non nego: Nunc clarificatus est filius hominis. Sed videant quid subiectum sit: Clarificatus est filius hominis. Videant etiā quid sequatur: Et deus clarificatus est in eo.Ego excusationem habeo de filio hominis,ille de patre nō habet:quia pater nō suscepit carnē. k excusationē habeo,nō vtor:ille nō habet,& calumniatur. Aut simpliciter me patiatur intelligere,aut ad carnem referre quæ carnis sunt. Pia mens,quæ leguntur, secundum carnem diuinitatemq; distinguit, sacrilega confundit,& ad diuinitatis retorquet iniurā, quicquid secundum humilitatē carnis est dictum.

De confutatione Arrianorū,qui ideo aliam patris, aliam filii,aliam spiritussancti dicunt esse potestatem, quia scriptum sit, Ite docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris,& filii,& spiritussancti:ex verborum ordine differentiam diuinæ potestatis facientes. Qui præterea idcirco negant in Christum esse credendum quod scriptum sit:Qui credit in me,nō credit in me,sed in eum qui me misit. Caput V.

VID quod etiā more Iudaico falsi & imputdentes interpretes Arriani verborū sunt diuinorum, dicentes vsq; adeo aliam patris, aliam filii,aliam spiritussancti esse potestatem, vt scriptum sit: Ite docete omnes gentes,baptiMat.28. zantes eos in nomine patris,& filii, & spiritussancti:& ex verborū ordine differētiam diuinæ faciunt potestatis? Ego autē licet hoc ipsum testimoniū in superioribus libris pro vnitate asseruerim maiestatis ac nominis,tamen si hic faciunt quęstionē, possum testimoniis asserere scripturarū in plerisq; locis prius filium nominatum,postea patrem dictum. Nunquid igitur filii sanctificatio ante præmissa est,verborum, vt Arriani volunt,præiudicio,pater secūdus a filio est? Absit inquā absit. Nescit hunc ordinem fides, nescit discretū patris & filii honorem. Non legi,non audiui,nec aliquem in deo inuenio gradum. Nusquā secūdum, nusquā tertiū deum legi.primū legi,primū ac solum audiui. Si ordinis exigimus superstitionē,nec ad dexteram patris sedere filius debet,nec primū se & principium debuit dicere. Male ergo euāgelista quod prius a verbo q̄ a deo cœpit dicens: In principio erat verbum,& verbum erat Ioānis.1. apud deum. Etenim iuxta humani ritus ordinē prius patrem debuit nominare. Nescivit etiam Apostolus ordinem,qui ait: Paulus seruulus Christi Iesu vocatus Roma.1. Apostolus,segregatus in Euangeliū dei. Et alibi: Gra 2.Cor.13. tia domini nostri Iesu Christi,& charitas dei,& cōmunicatio spiritussancti. Si verborū sequamur ordinem, in primo filium posuit,in secundo patrem. Sed verborum ordo sępe mutatur,& ideo nō debes vel de ordine vel de gradu patri deo & filio eius facere quæstionē,cū secundum diuinitatē diuisio nulla sit vnitatis. Ad extremū, vt Christianos se nō esse manifestent,negant in Christum esse credendum,dicentes scriptum esse:Qui Ioānis.12 in me credit,non credit in me,sed in eum qui me misit. Hanc ergo expectabā confessionem. Quid me quibusdam ambagibus ludebatis? Sciam mihi aduersum gētiles esse contētionem:sed conuertitur,vos non cōuer- M timini. Illi si credant,saluum est sacramētum: vos perdidistis acceptum:et nec cœptum fortasse,sed factum. Scriptum est,inquiunt: Qui in me credit,nō in me credit,sed in eū qui me misit.Sed videte quid sequatur, & videte sic quēadmodum se dei filius vult videri.Sequitur enim:Et qui videt me,videt eum qui me misit.hoc est,quod pater videtur in filio. Exposuit igitur id quod ante præmisit: quia credit in filium,qui confitetur & patrem. Nam qui filium nescit,nec patrem nouit.Ois enim qui negat filium,nec patrē habet.Qui confitetur filium,& filium & patrem habet. Quid est ergo: Non credit in me? Non in id quod corporaliter cernitis,non in hominē tantūmodo quem videtis. Non enim in hominē tantūmodo credēdum asseruit,vt credas quia Iesus Christus ipse est & dei filiꝰ & homo. Propter quod & vtrunq; ait: A meipso non veni.Et alibi. Ego sum Ioānis.8.

A principiū, qui & loquor vobis.Quasi homo a se nō venit.Quasi dei filius nō ex homine principiū habet, sed sum,inquit,ipse principium,qui loquor vobis. Neq; humana sed diuina sunt quæ locutus sum. Neq; enim fas est credere q̄ negauerit in se esse credēdum,cū ipse dixeIoan.11. rit:Vt omnis qui credit in me,in tenebris nō maneat. Ioānis.6. Et alibi: Hæc est enī voluntas patris mei qui me misit, vt omnis qui videt filium,& credit in eum,habeat vitā Ioan.14. ęternā. Et alibi:Credite in deū, & in me credite. Nemo ergo filium sine patre accipiat,quod filiū legimus. Habet patrem filius,sed non tęporalem,nō ex passione,nō ex conceptione,nō ex gratia. Generationē legi,nō legi conceptionē. Et pater dicit:Genui,nō dicit creaui. Et filius nō creatorem suum deum secundum æternitatem diuinæ generatiōis,sed patrem nominat. Se quoq; nūc ex persona hominis, nunc in dei maiestate significat: nunc vnitatem sibi diuinitatis cum deo patre vendicans,nunc fragilitatem humanæ carnis assūmēs: nunc doctrinam suam non habere, nunc voluntatem suam se nō quærere,nunc testimonium suum verum nō esse, Ioānis.5. nunc verum esse significans.Nam ipse dixit:Si ego testimonium perhibeo de meipso,testimonii meū nō est Ioānis.8. verum. Et ipse in posterioribus ait: Et si ego testimonium perhibeo de me,verū est testimoniū meū. Quomodo igitur non est verum testimoniū tuum domine B Iesu,cui q credidit,in cruce licet positus,& inter confessi sceleris supplicia constitutus,merita latronis exuit,prę- Actu.9. mia innocentis meruit? Deceptus est ergo Paulus,qui ideo recepit oculos, quia credidit, quos amiserat anteq̄ Iosue.5. crederet? Errauit ne etiam Iesus Naue,qui ducem militiæ cęlestis agnouit,sed postea q̄ credidit,statim vicit, dignus qui fidei prælio triūpharet? Deniq; non æratas acies in bella produxit,nec ariete cęteriſq; tormētorum machinis,sed tubarum septem sacerdotaliū sono murorum hostilium septa deposuit. Ita bellum immane Iosue.2. confecit tubæ clangor,& infula sacerdotis. Vidit hoc meretrix,& quę in excidio ciuitatis remedia desperaret salutis,quod fides vicerat,signa fidei atq; vexilla dominicæ passionis attollens, coccum in fenestra ligauit, vt species cruoris mystici quæ foret mundum redempturā, vernaret. Ita foris Iesus homen fuit prælianti bus ad victoriam,intus species dominicæ passionis periclitantibus ad salutem. Vnde quod intellexit Raab cælestePsal.86. mysterium,dicit dominꝰ in psalmo: Memor ero Raab & Babylonis scientibus me. Quomodo ergo nō est verum testimoniū tuum domine,nisi secūdum fragilitatem hominiꝰ? Omnis enī homo mendax. Deniq; vt se-Psal.115. cundum hominē dixisse se demōstraret, ait: Qui misit me pater, ipse testimoniū perhibet de me. Verū autē est testimonium secundum diuinitatē,sicut ipse ait:Et verum est testimonium meū,quia scio vnde venio,aut C quo vado:vos autem nescitis vnde venio,& quo vado: vos secundum carnem iudicatis. Non ergo secundum diuinitatem,sed secundum hominē iudicant qui putāt Christo testificandi scientiam defuisse. Ergo cū audis: Qui credit in me,nō credit in me: Et qui misit me pater,ipse mihi mandatū dedit:didicisti quo id putes esse referendum. Deniq; mandatum quod esset ostendit dicens: Pono animā meā, & iterum sumā eam. Nemo Ioānis.10. tollit eam a me,sed ego pono eā a meipso. Vides ideo dictum,vt ostenderet sibi ponendæ ac resumendæ animæ potestatē,sicut ipse dixit: Potestatē habeo ponēdi animā meā,& potestatem habeo iterum sumendi eā. Hoc mandatum accepi a patre meo. Siue igitur mandatum,siue,vt aliqui latini habent,præceptū: non vtiq; secundum diuinitatem,sed secūdum incarnationē datur,ad subeundæ victoriam passionis.

Quod non debeamus deducere filiū in hanc humilitatem,vt nisi quæ audierit,facere aut loqui nesciat,cū Arrianorū confutatione. Et vnde maxime vnitatē diD uinitatis maiestatis intelligere possimus. Quibus etiā rationibus dei filius creatura dici nō possit. Caput. VI.

MAVD vero in hāc humilitatem dei filium deducemus, vt nisi quæ audierit, facere aut loqui nesciat,& præscriptā agendi loquēdiq; ei putemus esse mensuram,quia scriptū est: Ex meipso non sum locutus.Et infra: Sicut dixit mihi Ioan.12. pater,ita loquor:sed ad obedientiam carnis,vt ad fidem vnitatis ista referantur. Pleriq; etiam doctiores & audire filium,& dicere aliquid filio patrem accipiunt per vnitatem naturæ.Quod enī per vnitatem voluntatis nouit filius,patrem velle videtur audisse. Vnde nō officium corporale,sed arbitriū indissociabile cooperationis declaratur. Neq; enim verborū hic aliquem significat auditum,sed vnitatem voluntatis atq; virtutis,quę & in patre est,& in filio. Quam etiā & in spiritussancto esse memorauit alio loco,dicens:Non enim loquetur a Ioan.16. semetipso,sed quæ audit loquetur.vt aduerteremus qđ quicquid spiritꝰ loquitur,loquitur & filius: & quicquid loquitur filius,loquitur & pater: quia vna sententia & operatio triunitatis.Sicut enim pater videtur in filio,nō vtiq; specie corporali,sed vnitate diuinitatis: ita etiam pater loquitur in filio,nō temporali voce, nec corporali sono,sed operis vnitate. Deniq; cum dixisset: Et pater Ioan.14. qui in me manet,ipse loquitur:& opera quę ego facio, ipse facit:addidit,Credite mihi,quia ego in patre,& pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite. Hic intellectus esse videtur secūdum diuinarum seriem scri B pturarum. Arriani autem qui nōlunt de deo æstimare quæ digna sunt,vel apto suis meritis confutentur exēplo,nec totum carnaliter credant,cum ipsi patris sui diaboli opera incorporaliter videant, sicut de eorum consortibus Iudęis dominus declarauit dicens: Vos quod vidistis patrem vestrum facientem facitis.cū vtiq; non quod diabolum operātem viderint,sed quod arbitraria eius fecerint arguātur,inuisibiliter in his secūdum iniquitatem sutam diabolo operāte peccatū. Hoc secūdum Apostolum propter insipiētiam posuimus perfidorū. Cæterum satis probatum est scripturarum exēplis,ad vnitatē maiestatis pertinere diuinæ,quod & pater maneat in filio,& ea quę loquitur filius,a patre videatur audisse. Vnitatem autē maiestatis quibꝰ aliis possumus intelligere,q̄ quod eadem patri & filio deferūtur? Nam quid præcellentius potest dici,q̄ quod Apostolus dixit dominū maiestatis crucifixum? Filius ergo est,& deus maiestatis,& dominus maiestatis. Sed non creaturis subiecta maiestas: Non ergo creatura filius. Filius paternæ est imago substantiæ: Non ergo creatura filius. Omnis autem creatura dissimilis supernę substantiæ, sed nō dissimilis dei patris filius: Non ergo creatura filius. Filius nō rapinam arbitratus est esse se æqualem F deo,sed nulla creatura æqualis deo, æqualis autem filius: Nō ergo creatura dei filiꝰ. Omnis creatura mutabilis,sed nō mutabilis dei filius: Non ergo creatura dei filius. Omnis creatura accidentia boni & mali recipit suæ capacitate naturæ,eademq; decessionē sentit: Dei autem filio nihil potest ex eius diuinitate vel decedere vel accedere: Nō ergo creatura dei filiꝰ. Omne opꝰ suū Eccl.12. adducet deus in iudiciū,qđ ipse iudicat: Nō ergo creatura dei filiꝰ. Postremo vt vnitatem intelligas,de ouibus dicens saluator, Nullus,inquit,rapit eas de manu mea. Pater quod dedit mihi,maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sic viuificat filius vt pater. Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat,sic & filius quos vult viuificat. Sic suscitat filius vt pater. Sic conseruat filius vt pater. Qui nō impar est gratia,quomodo impar est potestate? Sic etiam nō perdit filius vt pater. Et ideo ne quis vel duos deos crederet,vel discretionē potestatis induceret: vnum se

G esse cū patre dixit. Id quēadmodum potest dicere creatura? Non ergo creatura dei filius est. Non idem est regnare & seruire: Christus autem & rex est, & filius regis: Non ergo seruus est dei filius. Omnis autem creatura seruit, sed nō seruit dei filius, qui ex seruis filios dei
Lucę.19. facit: Non ergo creatura dei filius. Diuine vtique illam parabolam induxit diuitis qui in regionē longinquam profectus est accipere regnum, & reuerti, seipsum secūdum substantiam diuinitatis incorporationisq; describens. Ipse enim diues secundum plenitudinem diuinitatis, qui pro nobis pauper factus est, cū diues esset. Et rex æternus, & æterno rege progenitus, peregre profectus secūdum corporis susceptionē, quia vias hominis tanquā iter ingressus alienum, in hunc mundum venit vt regnum sibi pararet ex nobis. Venit ergo Iesus in
Lucæ.17. hunc mundum regnum accipere de nobis, quibus ait: Regnum dei intra vos est. Hoc est regnum dei quod Christus accepit, hoc est quod patri tradidit. Nā quomodo regnū accepit, qui rex erat sempiternus? Venit ergo filius hominis accipere regnum, & reuerti. Nolue
Lucæ.19. runt eum suscipere Iudæi, de quibus ait: Illi qui noluerūt me regnare super se, adducite & interficite eos. Se-
1.Cor.15. quamur scripturarū ordinē. Ille qui venit, regnum deo patri tradet: & cū tradiderit regnum, tunc & ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Sicut filius hominis, regnū accepit dei filius: vt filius vtiq; hominis etiā traditurus est quod accepit. sicut filius hominis tradit ergo, & vt filij hominis subie
H ctionem vtiq; per conditionem carnis, nō per maiestatem diuinitatis agnosceret. Et tu ad contumeliā obiicis quod ei subiecerit omnia deus, cū audias quod regnum filius hominis deo tradat, et vt in superioribus diximꝰ libris, legeris: Nemo venit ad me nisi pater attraxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Si literam sequamur, vide magis atq; aduerte vnitatē honorificentiæ, & pater subiecit filio, & filius patri tradet. Dic quid sit amplius, trahere, an resuscitare? Nōne secundum morem hominū, ministerium trahentis, potestas est resuscitātis? Sed & filius ad patrem trahit, & pater ad filium trahit, & filius suscitat, & pater suscitat. Facessant sacrilege commenta discretionis, vbi vnitas potestatis est. Tradat igitur patri regnum suum filius,
Lucę.17. non deperit Christo quod tradit, sed proficit. Nos sumus regnum, & nobis dictum est: Regnum dei intra
Ioan.14. vos est. Et sumus regnum Christi ante, postea patris, quia scriptum est: Nemo venit ad patrem nisi per me. Cum in via sum, Christi sum: cum peruenero, patris sum, sed vbiq; per Christum, & vbiq; sub Christo. Bo-
Mat.28. num est in regno Christi esse, vt Christus nobiscum
Philip.1. sit, sicut ipse ait: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cōsummationē mundi. sed melius est esse cum Christo. Dissolui enim, & cum Christo esse multo melius, cū in hoc
Roma.5. mundo sub peccato simus. Christus nobiscum est, vt
I per vnius obedientiam iusti constituantur multi. Et si peccatum huius mundi eu asero, incipiam esse cū Chri-
Ioan.14. sto. Deniq; ait: Veniam iterum, & assumam vos ad
Ioan.17. me. Et infra: Volo vt vbi ego sum, & isti sint mecum. Ergo nunc sub regno Christi sumus, dum in corpore versamur, & nondum forma exuimur serui, quā ille cū se exinaniuisset accepit. cum vero gloriam eius videri-
Lucę.13. mus, quam habuit priusquā mūdus esset, erimus in regno dei, in quo patriarchæ sunt & prophetæ, de quibus scriptum est: Cū videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, vt iam pleniore cognitione potiamur. Sed in filii regno & pater regnat, & in regno patris filius regnat, quia pater in filio, & in patre filius, & in quo habitat pater, habitat filius, sicut ipe ait:
Ioānis.14 Ego & pater veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Ergo sicut vna domus, ita & vnum regnum. Eousq; autē vnū patris & filii regnū est, vt quod filius tradit, pater accipiat: & qđ pater accipit, filius nō amittat. Ergo in vno regno vnitas potestatis est. Nemo igi k
tur diuinitatē inter patrem filiumq; secernat.

Quemadmodum intelligere debeamus filium esse subiectum patri, cum hæreticorū condēnatione. Quomodo etiam nō solum deus pater filio, sed & filius ipse sibi subiecerit omnia. Et qua de causa filius subiectus sit in nobis. Quodq; eadē sit charitas dei patris & Christi. Quod præterea nihil sit quod diuinitas sempiterna nō possit, nihil quod lateat veritatem, fallat iustitiam, prætereat sapientiam. Caput VII.

QVOD si patri & filio vnum dei nomen & ius est, cū deus verus & sempiternus sit etiā dei filius: subiectum itaq; Imperator Augu ste quēadmodum debeamus accipere, consi deremus. Quomodo enim subiectus dei filius? vt creatura vanitati? Sed impium est de diuinitatis substantia tale aliquid æstimare. An quemadmodū creatura
Psalm. 8. omnis dei filio, quod æque scriptum est: Omnia subiecisti sub pedibus eius? Sed non Christus ipse sibi subiectus est. An quemadmodum mulier viro, sicut legimus: Mulieres viris suis subiectæ sunt: et alibi: Mu-
Ephe.5. lier in silentio discat cum omni subiectione? Sed sacrile
1.Tim.2. gum est vel patri virum, vel dei filio mulierem compa-
1.Petri.2. rare. An quēadmodum Petrus dixit: Subiecti estote omni humanę creaturæ? Nec sic itaq; Christus. Vel
L quemadmodum Paulus scripsit: Patri & deo subiecti inuicem, in timore Christi? Sed neq; in suo, neq; in alterius Christi timore subiectus est filius, quia vnus est Christus. Quorum verborū vim considerate, quia patri subiecti sumus dum etiā Christum veremur. Quomodo ergo subiectum intelligimus? Totum Apostolicum capitulum recensemus, vt nihil videatur fraude subtractum, aut obreptione prætrictum. Si in hac
1.Cor.15. vita tantū in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium. Videtis quoniam de resurrectione Christi tracta est disputatio: quoniam sicut per vnum hominem, inquit, mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Sicut enī in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabūtur, vnusquisq; autem in suo ordine, primitię Christus, deinde ii qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt, deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem. Oportet enī illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autē
M inimica destruetur mors. Omnia enī subiecit sub pedibus eius. Cum autē dicat, Omnia subiecta sunt ei: sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi qui sibi subiecit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Quod etiam ad Hebræos Apostolus dixit: Nunc autē nondū videmus oīa illi esse subiecta. Accipi mus apostolicæ seriem lectionis. Quomō igitur subiectum dicemus? Sabelliani & Marcionitæ dicāt quod hæc futura sit Christi ad deum patrem subiectio, vt in patrē filius refundatur. Si ergo ea erit verbi subiectio, vt resoluatur in patre deus verbum, ergo & quæcunq; patri filioq; subiecta sunt, in patrem & filium resoluentur, vt sit deus omnia, & in omnibus creaturis. Sed absurdum est dicere. Nō igitur per refusionem subiectio. Alia sunt enī quę subiiciuntur, ea vtiq; quę creata sunt: & alius cui fit subiectio. Conticescant itaq; hæreses refusionis interpretes. atq; vtinā & illi tacerent, qui qnī resolubile dei verbū, deiq; sapientiam probare non possunt, infirmitatem diuinitatis subiectioni adscribunt, dicentes quod scriptum est: Cum autem subiecta illi fuerint oīa, tunc & ipse subiectus erit. Videmus igitur quod nondum subiectum, sed subiiciendum esse scriptura cō

A memorat. Ergo nunc nō est subiectus deo patri filius. In quo igitur filium subiectum fore dicitis? Si in diuinitate: nec in obediēs est, quia nō est patri discors. Nec subiectus, quia non est seruus, sed vnicus proprio patri filius. Deniq; cum cęlum crearet, & terram conderet: & potestatem exercebat & charitatem. Nulla igitur seruilis in Christi diuinitate subiectio. Si autē nulla subiectio, voluntas libera est. Quod si etiam subiectionē putant filii, quia cum eius voluntate omnia faciati, discāt hoc ipsum esse indiuiduæ potestatis argumentum, qđ vnitas voluntatis est, quæ non cœpit ex tempore, sed erat semper. Vbi autem vnitas perpetuæ volūtatis, nō vtiq; temporalis subiectionis infirmitas. Si enim per naturam subiiceretur, semper subiectus maneret. Cum vero subiiciendus dicatur, in tempore dispēsationis, ergo susceptæ nō perpetuę infirmitatis erit illa subiectio, maxime cum sempiterna dei virtus non possit statum mutare pro tempore, nec deo patri ex tempore ius potestatis accedere. Nam si filius aliquando mutabitur, vt secundum diuinitatem subiiciatur: ergo & deus pater aliquando plus poterit, vt secundum diuinitatē habeat filium: nunc interim minus posse secūdum interpretationem vestram necesse est æstimetur. Quid au-
B tem culpæ cōmerūt filius, vt postea secundum diuinitatem subiici posse credatur? Nunquid secundum diuinitatē ad dexteram patris sedere præripuit, & inuito patre sibi prærogatiuam paterni solii vēdicauit? Sed ipse
Ioan.8. ait: Omnia quæ placita sunt ei, facio semper. Ergo si in omnibus patri complaceat filius, cur subiicietur qui ante subiectus non erat? Videamus itaq; ne non diuinitatis illa, sed nostra fiat in Christi timore subiectio, ple
1.Cor.15. na gratię, & plena mysterii. Itaq; rursus apostolica verba pandamus. Cum autem subiecta, inquit, illi fuerint omnia, tunc & ipse subiectus erit ei qui sibi subiecit oīa, vt sit deus omnia in oībus. Ergo quid dicis? Nunc subiecta nō sunt ei omnia? Non subiecti sanctorum chori, non angeli, qui in terris posito ministrabant: nō archāgeli, qui etiam ad Mariam aduentus dominici prænū cii mittebantur: non omnis militia cælestis: non Cherubim & Seraphim: non throni & dominationes & potestates, quæ venerantur & laudant? Quomodo ergo
Mat.11. subiecta erūt? Sic vtiq; quemadmodum ipse dominus dixit: Tollite iugum meū super vos. Nō enim indomiti iugum portāt, sed humiles atq; mansueti. Nec est plane angelis nec ipsis hominibus vilis, sed gloriosa subiectio, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestiū, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteat
C quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Ideo autē ante subiecta non erant omnia, quia nondum receperāt
Ioan.1. sapientiā dei, nondum habile iugum verbi mētis quadam cervice portabāt. Quotquot autem, sicut scriptū est, receperunt eum, dedit eis potestatē filios dei fieri. Dicet aliquis: Ergo iā subiectus est Christus, quia plurimi crediderunt? Minime: quia nō in paucis est Christi subiectio, sed in omnibus. Sicut enim si in me concupiscat adhuc caro aduersus spiritum, spirit? autē aduersus carnem, nec videor esse subiectus, etsi ex parte sim subditus: ita quia omnis ecclesia vnū corpus est Christi: quādiu genus dissentit humanū, Christum diuidimus. Nōdum ergo subiectus est Christ?, cuius nō sint adhuc mēbra subiecta. Cum autē fuerimus non multa mēbra, sed vnus spiritus: tunc & ipse subiectus erit, vt p ipsius subiectionem sit deus omnia in omnibus. Sicut autem nondum subiectus est Christus, ita nondū per-
Ioan.4. fectum est opus patris, quia dei filius dixit: Meus cib? est vt faciam voluntatē patris mei qui me misit, & perficiam opus eius. Quid igitur quæstionis est quod in me erit filii subiectio, in quo perfectum est opus patris, quia nō sum ipse pfectus? Ergo qui imperfectum opus facio patris, ipse filiū facio esse subiectū? Sed nō est inuria ista, sed gratia, quia in eo qđ subiicimur, noster vtiq;
D non diuinitatis est profectus, vt subiiciamur legi, subiiciamur gratiæ: quoniam ante, sicut ipse dixit Apostolus, sapientia erat carnis inimica in deum. Legi enī nō Rom.8.
erat subiecta. Nūc autē iam per Christi est subdita passionem. Et tū ne quis calumnietur, videte quid diuinitus spiritus scriptura præcauerit. Ostēdit enī nobis i quo subiect? erit deo Christ?, dū docet in quo sibi vniuersa subiiceret. Ideoq; dicit: Nunc autē non videmus oīa ei subiecta. Nā paulominus q̄ angelos minoratum vidimus Iesum propter passionē mortis. Ostendit itaq; mi norem factū ppter incarnationē. Quid igitur impedit quin etiā subiectionē i carnis susceptiōe significet, p quā subiiciet sibi omnia, dum in ipsa patri deo est subiect?
Consideremus itaq; eius subiectionem. Pater, inquit, Lucę.22.
meus, si vis transfer calicem hunc a me. verum nō mea voluntas sed tua fiat. Ergo secundū humanæ naturæ assumptionē erit illa subiectio: quia sicut legimus, specie inuētus vt homo, humiliauit semetipsum fact? obe Phil.2.
diens vsq; ad mortē. Subiectio vtiq; obedientię est, obedientia mortis, mors assumptionis humanæ. Assumptionis ergo humanę erit illa subiectio. Nequaq; igitur diuinitatis infirmitas, sed dispensatio ista pietatis est. Videq; non timeā eorum passiones. Illi obiiciūt subiiciendum patri deo. Ego lego Mariæ subditum matri, quia scriptum est de Ioseph & Maria: Et erat subditus Luc.2.
illis. Aut si hoc putant, dicāt quod hominibus erat subE iecta diuinitas. Non igitur præiudicet quod subiectus dicitur, cui non præiudicat quod seruus legitur, qđ crucifixus asseritur, mortuus prædicatur. Qui cum moreretur vivebat, cum subiiceretur regnabat, cum sepeliretur resuscitabat. ac subiectum se potestati præbebat humanæ, alias se dominū maiestatis declarabat æternæ. Erat sub iudice, & ad dexteram dei soli?, vbi iudex perpetuus iudicabat. Scriptum est deniq: A modo vi- Mat.26.
debitis filium hominis sedentem ad dexterā virtutis. Vapulabat a Iudęis, imperabat angelis. Nat? ex Maria sub lege erat, ante Abrahā supra legē erat. i cruce venerādus naturæ. Deniq; sol refugit, terra cōtremuit, cōticuerūt angeli. Cui? igitur passionē elementa videre timuerūt, huius generationē videre potuerūt. Et in quo subiectionē corporis nō tulerunt, in eo subiectionē naturę venerabilis sustinebūt? Sed cū vni? nature sint pater & filii? & spūs sanctus, vtiq; nō erit pater sibi ipse subiect?. Et ideo nō erit in eo subiect? filius, in quo cū patre vnū est, ne per vnitatē diuinitatis videatur & pater filio esse subiectus. Ergo sicut in illa cruce non diuinitatis plenitudo, sed nostra fragilitas erat subdita, ita etiam postea subditus erit filius patri, in nostrę vtiq; participatione naturæ, vt subiectis carnis illecebris, nō cupiditas dñetur cordi, nō ambitio, non voluptas, sed oīa nobis de? sit, & oīno quātū capere possum?, ad eius imaginē filiꝰ tudinē F
q; viuamus. Ad cōmunitatē igitē būficiū trāsiuit a specie, qa in sua carne naturā toti? hūanæ carnis edomuit. Et ideo iuxta apostolū, Sicut portauim? imaginē hui? 1.Cor.15.
terreni, portem? & imaginē cælestis. Qđ vtiq; nisi per interiorē hominē nō pōt euenire. Deponentes igitē vni- Coloss.3.
uersa, hoc est, illa quæ legim?, irā, animositatē, blasphemiā, turpiloquiū: & sicut infra dicit, Expoliātes nos veterē hominē cū actib? suis, induamur nouū q renouatē in agnitionē secūdū imaginē ei? qui creauit nos. Et vt scires qđ cū dicit: Vt sit deus oīa in oīb?: a deo patre nō separet Christū, ipse ad Colossens. dixit: Vbi non masculus, inquit, & fœmina, Iudæus & Gręcus, Barbarus & Scytha, seruus & liber, sed oīa & in omnib? Christ?. Ergo etiā ad Corinthios dicens, Vt sit deus oīa in oī- 1.Cor.15.
bus: & vnitatē & æqualitatē cū deo patre cōplexus est Christi, qa nec a patre fili? separatur. Et similiter sicut pater oīa in omnibus, ita oīa in omnibus etiā Christus operatur. Si ergo Christ? quoq; in oībus oīa operatur, nō vtiq; i diuinitatis maiestate subiectus est, sed in nobis. Quo aūt subiect? in nobis, nisi eo modo quo minor

G angelis factus est,in corporis scilicet sacramento? In eo enim nondum subiecta ei omnia videbãtur, quæ creatori suo a principio sui vtiq; seruiebant. Q; si quæsieris quẽadmodum sit subiectus in nobis, ipse ostẽdit dicẽs:
Mat. 25. In carcere erã,& venistis ad me. Infirmus erã,et visitastis me.quod enĩ vni eorum minimorũ fecistis,mihi fecistis. Infirmum audis,et non moueris:subiectũ audis, & moueris:cum in eo infirmus,i quo subiectus, in quo peccatum atq; maledictũ pro nobis factũ est. Sic igitur non propter se,sed pro nobis erit subiectus in nobis, nõ in natura subiectũ æterna.neq; enĩ in natura maledictũ
Deu. 21. æterna. Maledictus autẽ oĩs qui pẽdet in ligno. Male dictus,quia nostra maledicta subiecit. Subiectũ ergo,qa subiectionẽ nostrã ipse subiecit,scilicet in seruilis formę assumptione in dei maiestatẽ, vt dũ ille nostræ fragilitatis se pręberet in carne cõsortẽ,nos in virtute sua diuinæ faceret cõfortes naturæ. Nõ quo aut hoc nobiscũ supra Christi generatione naturale cõsortium, aut diuinitatis in Christo sit illa subiectio, sed sicut in illa p carnem illã quæ est pignus nostræ salutis, fedrere nos ĩ cælestibus apostolus dixit, vtiq; nõ sedẽtes: sic & ille p nostræ assumptionem naturæ dicitur subiectus in nobis. Quis enĩ tam demẽs qui putet, vt supra dixim⁹, qđ ad dexterã dei patris sedes sibi venerabilis nõ debeat, cũ scilicet etiã secundum carnẽ Christo ea a patre,generationis tĩ supnę & æqualitatis potẽtia deferatur? Angeli adorãt: & tu tibi pręsumptione sacrilega soliũ dei sterEphe. 2. nis? Scriptũ est,inquiunt,qđ cĩ mortui essetis peccatis,
H cõuiuificauit vos in Christo,cuius gratia estis salui facti,& simul suscitauit,simulq; facit sedere in cælestibus in Christo Iesu. Agnosco scriptũ. Sed non vt hoies sedere ad dexterã sibi patiatur deus,sed vt in Christo sedere,quia ipse est omniũ fundamẽtum,& ipse est caput ecclesiæ, in quo cõmunis secundũ carnẽ natura prærogatiuã sedis cælestis emeruit. In Christo enim deo caro. In carne autẽ humani natura generis omniũ hominum particeps honoratur. Sicut nos ergo in illo sedemus p corporeæ cõmunẽ naturæ,ita & ille qui p susceptionẽ nostræ carnis maledictũ filium dei nõ credit,ita & inquã ille per obediẽtiã omnium erit subiectus in nobis,cũ gentilis crediderit, cum Iudæus agnouerit quẽ crucifixit,cum Manichæus adorauerit quẽ in carne venisse nõ credidit, cum Arianus omnipotentẽ cõfessus fuerit quem negauit,cum postremo in oĩbus fuerit sapiẽtia dei,iustitia,pax,charitas,resurrectio. Per sua igitur opera Christus & genera diuersa virtutũ erit in nobis patri subditus,cum vitiis abdicatis, & feriante deli
I cto,vnus in omnibus deo cœperit in vno sensu populorum omnium spũs adhærere. tũc erit deus oĩa & in omnibus. Conclusionem igitur totius absolutionis breuiter colligamus: Vnitas potestatis opinionẽ iniuriosæ subiectiõis excludit:euacuatio potestatis,& victoria de morte quæsita,triumphatoris vtiq; non minuit potestatẽ. Subiectionẽ operatur obedientia,obedientiam Christus assumpsit.obediẽtia vsq; ad mortem,crux ad ad salutem. Ergo vbi opus,ibi & autor est operis. Cum igitur omnia Christo subiecta fuerint per obedientiam Christi,vt in nomine eius genu flectãt,tunc erit ipse omnia in oĩbus. Nunc enim quia nõ omnes credunt, nõ videntur omnes subiecti. Cum oẽs ergo crediderint, & dei fecerint volũtatem,erit omnia & in omnibus Christus. Cum Christus fuerit omnia & in omnibus,erit omnia & in omnibus deus,quia pater manet semper in filio. Quomodo ergo infirmitatis arguitur, qui redemit infirmos? At ne forte & illud ad ifirmitatẽ filii referas quod scriptum est, quod subiecit ei deus oĩa: discce quod oĩa sibi etiã ipse subiecerit, Scriptum est enĩ: Nostra autẽ conuersatio in cælis est: vnde & saluatorẽ expectamus dñm Iesum,qui trãsfiguraũt corpus humilitatis nostræ,cõforme vt fiat corpori gloriæ suæ secũdum operationẽ qua possit etiã sibi subiicere omnia.
Philip. 3.

Didicisti ergo quod omnia possit sibi subiicere, secũdũ k
operationẽ vtiq; diuinitatis. Discce nunc quod secundũ carnẽ omnia subiecta accipiat, secundum quod scriptũ
Ephe. 1. est: Q ui operatus est in Christo,suscitans eum a mortuis, & constituẽs eum ad dexterã suam in cælestibus supra omnẽ principatum,& potestatem, & virtutẽ, & dominationem, & omne nomẽ quod nominatur non solum in hoc seculo,sed etiam in futuro: & omnia subiecit sub pedibus eius. Secũdum igitur carnẽ ei omnia subiecta tradentur,secundũ quod & a mortuis suscitat⁹ est. & secundum animã humanam, ac rationabilẽ subiectionem diuine pleriq; interpretantur quod scriptum
Psal. 61. est: Nõne deo subiecta erit anima mea? Animã dixit, non diuinitatem: animã,non maiestatem. Et vt sciremus quod dñs per prophetã de susceptione naturæ est locutus humanæ,addidit: V squequo adiicietis sup ho
Ioan. 7. minem? secũdum illud quod ait in euãgelio: Quid me quæritis interficere hominẽ? Et addidit: Verumtamẽ precium voluerunt repellere, cucurrerunt in sitim, ore suo benedicebãt,& corde suo maledicebãt. Iudæi enim reportante Iuda precium,recipere noluerunt, currẽtes in sitim amentiæ,quia spiritalis potus gratiam recusarunt. Hec est pię subiectionis interpretatio. Etenim dũ dominicæ passionis hoc munus sit: vtiq; in quo passus
L. est,in hoc erit subiectus in nobis. Quærimus,qua causa? Vt neq; angeli,neq; virtutes,neq; altitudo,neq; profundũ, neq; præsentia,neq; futura,neq; creatura alia separare nos possit a charitate dei,quæ est in Christo Iesu. Videmus itaq; ex iis quę diximus, nullam exceptã esse creaturam: sed istis quas supra dixit,omnẽ, signa est,annumeratam esse. Simul etiam illud est considerãdum,quod cum in superioribus dixerit: Q uis nos separabit a charitate Christi? subter posuit: Neq; mors,neq; vita,nec alia creatura separare nos poterit a charitate dei, quæ est in Christo Iesu. Videmus ergo eãdẽ charitatem dei esse,quæ Christi est. Deniq; non otiose posuit charitatem dei quæ est in Christo Iesu,ne separatã dei & Christi intelligeres charitatem. Nihil autem est quod charitas diũdat. Nihil quod diuinitas sempiterna non possit. Nihil quod lateat veritatem, fallat iustitiam,prætereat sapientiam.

De condemnatione execrabilium Arrianorum dicẽtium quod dei filius nesciat tempora & annos,argu- M
mentorũq; suorũ destructione,cum finali & conclusiua confutatione erroris eorundem quo asserunt filium esse minorem patre. Caput VIII.

NDE execrabiles eos qui ista cõmemorãt, & a spiritu sancto esse dãnatos scire debem⁹. Quos enim alios nisi specialiter Arrianos propheta cõdẽnat, qui dicunt quod dei filius nesciat tẽpora & annos? Nõ enĩ est aliquid quod ignoret deus. Si autẽ deus: & Christ⁹, & altissimus Christ⁹. ipse est enim super omnia deus. Videte quẽadmodum sanctus Dauid huiusce modi qui dei filio scientiam derogẽt perhorrescat. Sic enim habes: In laboribus homi
Psal. 72. num nõ sunt,et cũ hominibus nõ flagellabuntur. Ideo obtinuit eos superbia eorũ, cooperti sunt iniquitate et impietate sua,prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in dispositionẽ cordis. V tiq; cõdẽnat qui ex dispositione cordis æstimãda quæ diuina sunt arbitrãtur. Nã deus nec dispositioni est subiectus, nec ordini, quando etiã ipsa quæ sunt in vsu hominũ, & successione generis humani, nõ semper aliqua solẽnis dispositione rationis, sed plerunq; secretis latẽtibusq; decursa mysteriis,euenire cernamus. Cogitauerũt,inquit, & locuti sunt nequitiã,iniquitatẽ in excelso locuti sunt. Posuerunt in cælum os suum. Videmus itaq; quod impii sacrilegii reos damnet,qui ex similitudine humanæ naturæ,dispositionem sibi arrogẽt cælestis arcani. Et di-

A xerunt: Quomodo scit deus? & si est scientia omnis in altissimo? Nõne hæc cotidie perstrepunt Arriani,scientiam omnem in Christo esse non posse: quia ipse, inquiũt,diei & horæ se professus est esse ignarum? Nonne dicunt,quomodo sciũt⁹ qui eum non potuisse scire cõmemorant nisi quæ audierit & viderit? & ea quę spectant ad diuinæ vnitatem naturę,ad infirmitatẽ quoq; sacrilega interpretatione deriuant? Scriptum est, in-
Marc. 13. quiunt: De die autem illa & hora nemo scit,neq; angeli cælorum,nec filius,nisi solus pater. Primum veteres non habent codices græci,quod nec filius scit. Sed non mirũ si & hoc falsarũt,quia scripturas interpolauere diuinas. Q ua ratione autem videatur adiectum, prodidẽdum ad interpretationem tãti sacrilegii deriuatur. Pone tamen ab euangelistis scriptum. Medium itaq; nomen est filii. Nam & filius hominis dicitur, vt secundũ imprudentiam assumptionis nostræ diem futuri iudicii nescisse videatur. Q uo enim nesciret diẽ dei filius, cũ in ipso sint thesauri sapientiæ & sciẽtię abscõditi? Quæro autem vtrum ex substantia,an ex accidẽti habuerit scientiam? Omnis enim scientia aut ex natura, aut ex disciplina est. Ex natura suppetit,vt equo currere,pisci natare. hæc enim faciunt anteq; discant. Ex disciplina rursus suppetit natare homini. Nam nisi didicerit,scire non poterit. Cum ergo multis animantibus suppetant ex natura facere & scire quæ non didicerint, quid censes de dei filio? vtrum ex institutione,an ex natura habeat scientiam? Si ex institutione,ergo non est
† perfect⁹ et ita mox bis. natus sapiẽtia,& ex processu cœpit esse profectus,† nec erat semper. Q uod si naturalem scientiam habet, vtiq; profectus in principio erat,profectus ex patre processit,& ideo præscientia non egnit futurorum. Nõ ergo nescĩit diem. Neq; enim sapientiæ dei est ex parte scire,& ex parte nescire. Nam quomodo potest nescire
B partem,qui fecit omnia, cum minus sit scire q̃ facere? Multa enim scimus quæ facere non possimus,nec eodem modo omnes scimus, sed ex parte cognoscimus. Nouit enim ventorum vim,stellarumq; cursus, aliter rusticus,aliter ciuitatis incola, aliter gubernator. Etsi omnes non norunt,omnia tamen nosse dicuntur. Sol⁹ autem plane nouit ille qui fecit omnia. Nouit gubernator quota vigilia procedat Arcturus,quales ortus prę-
exploret Orionis: nõ tamen collig ationes Vergiliarũ, cæterarumq; stellarum aut numerum nouit, aut nomina,sicut ille qui numerat multitudinem stellarũ, & omnibus nomina his vocans. Q uem vtiq; nõ fallit operis sui virtus. Q uomodo enim vultis hæc fecisse dei filium? Numquid quasi annulum,qui nõ sentit quod exprimit? Q uia omnia in sapientia pater fecit,id est, oĩa per filium fecit, qui est virtus dei & sapiẽtia. Sapiẽtiæ autem id conuenit,vt suorum operum & virtutes norit & causas. Et ideo non potuit creator omnium ignorare quod fecit,nescire qđ ille donauit. Nouit ergo diẽ
C quem fecit. Sed dicis quod præsentem nouit,nescit futurum. Licet inepta sit propositio, tamen vt de scriptu
Heb. 1. ris satisfaciam tibi, discce quod non solum præterita fecit,sed etiam quæ futura sunt,sicut scriptum est: Q ui fecit quæ aduẽtura sunt. Et alibi ait scriptura: Per quẽ & facta sunt secula,splendor est gloriæ,& character substantiæ eius. Secula enim & præterita & præsentia & futura sunt. Q uomodo ergo facta sunt quæ futura fuit, nisi quia operatoria virtus est, scientia comprehendit numerum omnium seculorum? Sicut enim vocat quę non sunt tanquam quæ sunt,sic & fecit quæ futura sunt tanquam quæ sint,quia non contingit vt non sint, sed necessario sunt futura quæ esse præcepit. Ergo qui fecit quę futura sunt,eo genere quo sunt futura cognouit. Si hoc de seculis,multo magis de iudicii credendum die,
Psal. 118. eo quod cognitionem eius habeat dei filius tanquam a se iã factæ,quia scriptũ est: Dispositione tua pmanebit dies. Non solum permanet dixit, sed etiam permanebit,vt eius dispositione quæ ventura sunt gubernẽtur. D
Q uę disposuit ergo,nõ nouit? Q ui plantauit aurẽ, nõ audiet? Q ui finxit oculũ,non cõsiderat? Videamus tamen ne quid forte magnum sit quod creatorem suum potuerit prętĕrire,& negligant vtrum quasi magnum aliquid & præstantius putent esse q̃ cætera: an quasi minimum atq; subiectum. Si minimum atq; subiectũ, nõ est iniuria (vt nostro vsu loquar) vilia & exigua nescire. Nam cum potentiæ sit scire quæ maxima sunt, despexisse videtur degeneris operis vilitatẽ. Fastidio igitur absolutus est,non potestate fraudatus est. Q uod si magnum & summum arbitrãtur scire iudicii diem,dicãt quid deo patre maius aut melius sit. Patrem igit deum nouit, vt ipse ait qđ nemo nouit patrẽ nisi filius, Mat. 11.
& cui voluerit fili⁹ reuelare. Patrẽ,inquit, nouit, & diẽ nescit. Sic ergo creditis qđ patrẽ reuelauit,diẽ non põt reuelare? Verũ nõ solum sacrilega ista, sed etiã inepta dubitatio. Nunc consideremus quibus modis scientia colligatur,& ostendamus ipsum filium demonstrasse, quod & dicit,sciret. Q uod enim scimus: aut tempore, aut loco,aut signis,aut personis declaramus, aut ordine. Q uomodo igitur nescĩt iudicii diem, qui & horã iudicii & locũ & signa expressit? Deniq; sic habes: In il- Marc. 13.
la hora qui fuerit in tecto, non descendat tollere vasa: & qui in agro,similiter nõ redeat retro. Eousque igitur futurorum norat periculorum cruẽtus,vt etiam præsidia periclitantibus demõstraret. An poterat dominus diẽ ignorare, qui ipse dixit quod filius hominis dominus est sabbati? Locum quoque etiam alibi designauit,cũ sibi structuras templi ostendentibus discipulis diceret: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis,non relinque- Luc. 6.
tur lapis super lapidem qui non destruatur. De signo E
quoque interrogatus ab apostolis dixit: Videte ne se- Luc. 21.
ducamini. Multi enim venient in nomine meo dicentes,quia ego sum Christus. Et infra. Terræmotus,inquit,magni erunt per loca singula, & fames, & pestilentia, terroresq; de cælo, & signa magna erunt. Itaq; & personas expressit,& signa. Q uo autem modo vel circundaturos exercitus Hierusalem dicat, vel implenda tempora gentium,& quo ordine, Euangelicæ vtique lectionis attestatione reseratur. Sciũt ergo omnia. Sed quærimus qua ratione designare momẽta voluerit. Si quæramus: non ignorãtiæ inueniemus esse,sed sapientiæ. Nobis enim scire non proderat: vt dum certa futuri iudicii momenta nescimus,semper tanquã in excubiis constituti,& in quadam virtutis specula collocati,peccandi consuetudinem declinemus,ne nos inter vitia dies domini deprehendat. Non enim prodest scire,sed metuere quod futurum est. Scriptum est enim:
Noli alta sapere, sed time. Nam fidiem designasset ex- Rom. 11.
presse, vni ætati hominum quæ proxima erat iudicio videretur disciplinam præscripsisse viuendi, superioris
tẽporis aut iustus esset remissior, aut peccator securior. F
Nã adulter nisi quotidianã pœnam metuat, nõ potest adulterandi cupiditatem desinere. Nec latro obsessorũ saltuum secreta deserere,nisi sciat sibi mõtis omnibus imminere supplicium. Plerunque enim quibus incentiuum est impunitas, timor tædium est. Ideo ergo dixi quod scire non proderat,sed ignorare,vt ignorãtes timeremus,vt obseruantes emẽdaremur, sicut ipse
dixit: Estote parati, quia nescitis qua hora filius homi- Mat. 24.
nis venturus est. Nanq; miles si bellum in manib⁹ esse cognoscat,portendere non nouit in castris. Vnde alibi quoque ipse dominus interrogat⁹, ab apostolis inquã, qui vtique non sicut Arrius intelligebant, sed filiũ dei futura scire credebant: Nam nisi hæc credidissent,nunquam interrogassent: Interrogatus autem quando re- Actũ. 1.
stitueret regnũ Israel, nõ se nescire dixit,sed ait: Nõ est vestrum scire tempora & annos quæ pater posuit i sua potestate. Attendite quid dixerit: Non est vestrum scire. Lege iterum, Nõ est vestrum. Vestrum dixit, non

G meum. Iam enim non secundum perfectionem, sed secundum profectum humani corporis ac nostræ animę loquebatur. Vestrum ergo dixit, non meum. Quod &
1. Thes. 5. apostolus secutus, De temporibus autem & momentis fratres nō habetis, inquit, opus vt vobis scribamus. Itaq; ne apostolus quidē ipse Christi seruus dixit se nescire momēta, sed nō opus esse edoceri populū, qui semper spiritalibus munimentis esse debet armatus, vt virtus Christi in vnoquoq; portendat. Cum autē dicit dominus, de temporibus quæ pater posuit in sua potestate, vtiq; non potest exors esse scientiæ paternæ, cuius nec quaquam exors est potestatis, cuius potestas ex sapientia & virtute gignitur, quod vtrumq; Christus est. Sed quæritis, qua causa non ita discipulis negauerit, quasi sciret & nollet dicere, sed neq; angelos, neq; filium scire memorauerit? Interrogabo vos & ego, qua causa i Ge-
Gene. 18. nesi deus dicat: Descendam itaq; vt videam secundum clamorē eorum venientem ad me, si cōsummabuntur: sin autem, vt sciā? Qua causa etiā scriptura de deo di-
Gene. 11. cat: Et descendit dominus videre ciuitatem & turrim quam ædificarent filii hominum? Qua causa etiam di-
Psal. 52. cat propheta in psalterio: Dominꝰ respexit super filios hominum si est intelligens aut requirens deum: quasi & illic si nō descēderet deus, & hic si non prospiceret dominus, aut operā hominū ignoraret aut merita? Sed etiam in euangelio habes secundum Lucā, qua pater
Luc. 20. dicit: Quid faciam? Mittam filium meū dilectissimū,
Mat. 21. forsitan hunc verebūtur. Secūdum Matthæum autē
Mar. 12. & secundū Marcum: Quoniam misit deus vnicum fi-
H lium suum dicēs: Verebuntur filium meum. In vno libro dicit: Forsitan verebuntur, & quasi nesciens dubitat. Nam hic sermo dubitātis est. In duobus autē aliis libris, Verebuntur, inquit, filium meū. hoc enim cōfirmat reuerentiā deferendā. Sed neq; dubitare dei est, neque falli. Dubitat enim qui ignorat quod futurum est, fallitur autem qui aliud prædixit, & aliud est secutum. Quid autem euidentius q̄ quod scriptura habet aliud patrem dixisse de filio, & aliud accidisse eadem scriptura testatur? Ille dixit: verebuntur filiū meum. filius autem vapulauit, illusus est, crucifixus est, mortuus est, multoq; illis seruis qui prius fuerāt destinati, grauiora secundum carnem passus est. Fefellit igitur pater, aut ignorauit, aut sibi subuenire nō potuit? Sed verus nescit fallere. Scriptum est enim: Fidelis deus, qui nō mētitur. Quomodo autem ignorauit, qui nouit oīa? Aut quid nō potuit, qui omnia potest? Tamen si aut ignorauit, aut nō potuit, (facilius enī acquiescitis vt dicatis patrē ignorasse, q̄ cōfiteamini fuisse) videtis quia ex hoc ipso quod vnius substātiæ est filius cum patre, sic quēadmodum pater, ita & filius (vt secundum vestram in-
I sipientiā loquar) aut non omnia nouit, aut non omnia potest. Nō sum enim autarus aut præceps circa filiū, laudes, vt plus audeam dicere filium posse q̄ patrē, & inter patrem & filium discretionem faciam potestatis. Sed fortasse dicetis non ita dixisse patrem, sed de patre filiū nos fefellisse. Iam ergo non solum infirmitatis filium, sed etiam sacrilegii & mendacii coarguitis. Verumtamen si nō creditis de patre filio, nec de se credetis. Si enī fallere nos voluit qui dixit dubitasse patrē, quia nesciret quod esset futurum: fallere ergo etiam de se nos voluit, quia futura nescire se dixit: multoq; tolerabilius ad pudorem, si ignorantiam ante portendit, quod de se fecit, q̄ si contrario præmissis lusus videatur affectu, quod de patre prædicauit. Sed neq; fallitur pater, neq; fallit filius: verū ea est in scripturis cōsuetudo diuinis, sicut & & superiora & multa alia exempla testātur, vt deus dissimulet se scire qđ nouit. Et in hoc ergo vnitas diuinitatis, & vnitas dispositionis in patre probatur & filio, si quēadmodū deus pater cognita dissimulat, ita filiꝰ etiā in hoc imago dei, quę sibi sunt nota dissimulet. Edoctū est igitur nō ignorasse dei filiū quæ futura sunt. Quod si fatentur: & ego, vt iam respōdeā qua ratione neq; an- k
gelos neq; filium sed patrē scire memorauit, solennem eius circa discipulos charitatem etiā in hoc loco & gratiam recognosco, quod ex frequētia ipsa debet omnib? esse iam cognitū. Mauult enim dñs nimio in discipulos amore propēsus, pendētibus iis quæ cognitu inutilia iudicaret, videri ignorare quod nouerat, q̄ negare: plusq; amat nostram vtilitatē instruere, q̄ suam potētiam demonstrare. Sunt tamē pleriq; nō ita timidiores vt ego. Malo enim alta timere, q̄ sapere. Sūtn̄ pleriq; eo freti quod scriptum est: Et Iesus proficiebat ætate et Lucę. 2.
sapientiā & gratia apud deū & homes: qui dicunt cōfidēter quod secundum diuinitatem quidē ea quæ futura sunt, ignorare non potuit, sed secundum nostræ conditionis assumptionem ignorare se quasi filiū hominis ante crucē dixit. Et enim cum filium dicit, non quasi de alio dicit. Nā ipse est & dominus noster dei filius, & filius virginis. Sed medio verbo nostrū informat affectum, vt quasi hominis filius secūdū susceptionē nostrę imprudentiæ tibi profectus, non plene adhuc scisse oīa crederetur. Nō est vestrū scire quæ futura sunt. Eadē Actuū. 1.
igitur videtur ignorare conditione, qua proficit. Nam L
quomodo secūdū diuinitatē proficit, in quo habitat plenitudo diuinitatis? Aut quid est quod nesciat dei filiꝰ, Col. 2.
qui dicebat: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Mat. 9.
Quomodo nesciat de quo dicat scriptura: Iesus autem Lucæ. 6.
norat cogitationes eorum? Hæc tamen alii dicāt: Ego autē vt ad superiora redeam, qui proposuerim scripturę quod pater dixit: Fortasse reuerebuntur filium: quod Lucę. 20.
vtiq; ideo arbitror propositum, vt quod de hominib? loquebatur pater, humano locut? videatur affectu: multo magis arbitror quod filius qui cum hoibus cōuersatus est, & hominē egit, & carnem suscepit, nostrum assumpsit affectum, vt nostra ignorātia nescire se diceret, non qđ aliquid ipse nesciret. Nā etsi homo in veritate sui corporis videbat, erat tamē vita, erat lux, & virtus exibat de eo, quæ vulnera sauciorum maiestatis sui auM
toritate sanabat. Aduertitus ergo quæstionem nobis esse sublatam, cum & filii dictum ad susceptionem integræ conditionis referatur humanæ, et de patre ideo scriptū sit, vt vel sic calūniari filio desinatis. Nihil ergo fuit quod ignorauerit dei filius. Nihil enim fuit qđ ignorauerit pater. Quod si nihil filiꝰ ignorauit, vt iam cōcludamus, dicant in quo eum minorem velint videri. Si minorē generauit deus filium, minus contulit. Si minus contulit, aut deus minus voluit, aut minus potuit. Sed nec infirmꝰ, nec inuidus pater: ga nec voluntas ante filium, nec potestas. In quo minor, qui omnia habet quæ pater habet? Nam & omnia a patre iure genera-
tionis accepit, & totum patrē gloria suæ maiestatis expressit. Scriptum est, inquiunt: Quoniam pater ma- Ioan. 14.
ior me est. Sed scriptum est: Non rapinā arbitratus est Phil. 2.
se esse æqualē deo. Scriptum est quod propterea vole- Ioan. 5.
bant illū Iudæi occidere, quia filiū se dicebat dei, æqualem se faciens deo. Scriptum est: Ego & pater vnū su- Ioan. 10.
mus. Vnū legunt, multa nō legunt. Numquid ergo & minor & æqualis p naturā eandē potest esse? Sed aliud ad diuinitatem refertur, aliud ad carnem. Minorē dicunt: Quero, qui mēsus sit, qui tam exaltati cordis, qui velut ante tribunal patrē deum & filiū cōstituat, vt de
prælatione diiudicet? Nō est exaltatum cor meum, ne Psal. 130.
que inuanū elati sint oculi mei: Dauid dicit. Rex David exaltare cor metuit in rebus humanis, nos exaltamus aduersus diuina secreta? Quis igit iudicat de dei filio? Throni, dominationes, angeli, potestates? sed famulantur & seruiunt. Archangeli? sed ministrāt. Cherubim & Seraphim? sed laudant. Quis igitur iudicat de dei filio, cū legeris qđ ipse pater nouerit filiū, nō iudicat? Nemo enim nouit filium nisi pater. Nouit, inquit, Mat. 11.
nō iudicat. Aliud est nosse, aliud iudicare. Habet pater in se scientiā, filius supra se non habet potestatē. Et tru-

A sus: Nemo nouit patrem nisi filius, & ipse nouit sicut eum pater nouit. Sed dicis quod minorem se dixit, dixit & lapidē. Plus dicis, & impie calūniaris: minus dico, & plus astruo. Minorē dicis, & supra angelos cōsteris. Ego minorē angelis dico, & nō derogo, quia non diuinitatem arguo, sed misericordiam prædico.

De humili ac deuota autoris ad deum patrem confessione, rectæq; fidei cōfessione, cum disertissima huiꝰ operis conclusione, ad laudem & gloriam inæstimabilis, inenarrabilis, incircūscriptæ & immēsæ ac sanctissimæ trinitatis, perfidissimorūq; Arrianorū confusionē & damnationem. Caput IX.

AD te nunc oīpotens pater oū lachymis verba conuerto. Ego te quidem inaccessibilem, incomprehensibilem, inæstimabilem prōpte dixerim, sed filium tuum minorē nō audim dicere. Nā cum illum splendorē gloriæ, & imaginē substantiæ tuæ legerim, vereor ne minorē imaginem tuæ dicendo substātiæ, minorem substantiam tuā dicere videar, cuius imago sit filius, cum plenitudo tuæ diB uinitatis omnis in filio sit. Immensum te filiūq; tuum & spiritum sanctum, incircūscriptum, inæstimabilem, inenarrabilem legi libenter, credo libēter. Et ideo æstimare non possum, vt examinare possim. Esto tamen, spiritu ausuq; temerario metiri te velim, Vnde quæso te metiar? Funiculum agrimensorium vidit propheta quo metiebatur angelus Hierusalem. Metiebatur tamen angelus, non Arrius. Metiebatur angelus Hieru salem, nō deum: & fortasse non Hierusalem metiri pō-
Ezec. 40. terat angelus. Vir enim erat. Deniq; sic habes: Et allevaui oculos & vidi, & ecce vir, & in manu eius funiculus agrimensoris. Vir erat, quod typum susciperēdi corIoan. 1. poris declarabat. Vir erat ille de quo est dictum: Post me venit vir cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius. Ergo Iesus in typo Hierusalem me-
2. Cor. 11. titur, nō Arrius deum. Et satanas trāsfigurat se in angelum lucis. Quid mirum si Arrius sui imitatur autorem, vt vsurpet illicita? licet quod pater suus Zabulus per semetipsum non fecit, intolerabiliore iste sacrilegio diuinorum sibi scientiam secretorū, & supernæ generationis arcana præsumat. Zabulus enim verū dei filium fatebatur, Arrius negat. Si ergo metiri te oīpotens pater nō queo, possum ne fine sacrilegio de tuę generationis disputare secreto? Possum ne dicere qđ aliquid inter te & filiū tuū plus minus ve sit, cum ipse qui
Ioan. 16. natus est dixerit: Omnia quæ pater habet, mea sunt?
Luc. 12. Quis me constituit iudicem aut diuisorē de rebus humanis? Hoc filius dicit, & nos inter patrē & filium diC uisionē nobis & iudicium vendicamus? Bona pietas arbitror refugit etiam in diuisore patrimonii. Nos ergo erimus arbitri vt inter te & filium tuum increatæ
Luc. 11. maiestatem substātiæ diuidamus? Generatio, inquit, hec, generatio nequam est: signū querit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Signum vtiq; datur non diuinitatis, sed incarnationis. Deniq; de in-
Esa. 7. carnatione dicturus ait: Pete tibi signū. Et cum ille dixisset, Nō petam, neq; tētabo dñm, respōsum est: Ecce virgo i vtero & cē. Ergo signū diuinitatis videre nō possumus, mensurā quærimus? Væ misero mihi, impie discutere audem?, quē digne rogare nō possumus? Videro tamē quid faciāt Arriani. Ego te pater si maiorē omnibus dixero, iniuriose te tuis operib? cōparaui. Si maiorē filio, vt Arrius asserit, ipie iudicaui: de te prius erit illa sententia. Nā neq; vlla fieri potest nisi ex cōparatione prælatio, neq; preferri quisquā nisi prius de quo fuerit iudicatū. Iurare nobis per cælū nō licet, iudicare de Dei filio licet? Sed filio tuo soli iudiciū de oīb? detu-
Mat. 5. listi. Ioānes carnē dñi baptizare metuebat. Ioānes prohibebat dicēs: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? & ego Christi iudicio meo subdā? Moyses excu- D
sat, Petrus iperatū i ministerio declinat obsequiū, Arrius scrutatur etiam alta dei? Sed nō Arrius spirit? sanctus. Sed Arrio & hominibus dictū est: Altiora te ne Eccli. 3.
quæsieris. Moyses vultum domini prohibetur videre, Arrius meruit videre secretū? Moyses & Aaron in Psal. 98.
sacerdotibus eius. Moyses qui cum dño apparet in gloria. Moyses ergo illa posteriora tātum modo dei in typo vidit, Arrius totū deum facie ad faciem cōprehendit? Sed nemo, inquit, videre potest faciē meā & viuit. Exod. 33.
Paulus etiā de inferioribus dicit: Ex parte cognoscim? 1. Cor. 13.
& ex parte prophetamus. Arrius dicit: Ex toto deum nō ex parte cognoui. Inferior ergo Paulus q̄ Arrius? Et vas electionis ex parte scit, vas perditionis totum scit? Scio, inquit, hominē siue in corpore siue extra cor- 2. Cor. 12.
pus nescio, deus scit, qui raptus est in paradisum, & audiuit ineffabilia. Paulus raptus vsq; ad tertium cælum, seipsum nescit: Arrius in stercore volutatus deum scit? Paul? dicat de seipso, deus scit. Arrius de deo dicit, Ego noui. Sed nō Arrius raptus in cælum, quātus eum secutus sit qui iactatione damnabili diuina præsumeret dicens: Ponam thronum meum super nubes, & Esa. 14.
ero similis altissimo. Sicut enī ille dixit: Ero similis altissimo, sic Arrius altissimum dei filium similē sui vult videri, quem non diuinitatis æternæ maiestate veneratur, sed ex carnis infirmitate metitur.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. IN LIBRVM PRIMVM DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM

PROLOGVS.

IEROBOAL sub arbore, vt legim?, quercus, tritici messem cū virga cæderet, accepit oraculū, vt a potestate alienigenarū i libertatē dei populū vindicaret. Nec mirum si est electus ad gratiā, cui sub vmbra iā tum sacræ crucis & venerabilis sapientiæ prædestinato incarnationis futuræ mysterio cōstitutus, feracis segetis sensibilia de latibulis frumēta, pduceret, electionēq; sanctorū a purgamentis inanis paleæ sequestraret, qui tanq̄ virga veritatis exerciti, superflua veteris hoīs cum eius actibus deponentes, quasi in torcular ita in ecclesia cōgregātur. Ecclesia enim torcular est fontis æterni, in qua cælestis vitis fructus exundat. Quo motus oraculo Gedeō, cui audisset qđ deficiētibus licet populorū milibus, in vno viro dñs plebem suam ab hostibus liberaret, obtulit hœdum caprarū, cuius carnē secundū præceptū angeli & azyma supra petrā posuit, & ea iure perfudit, quę simul vt virgę cacumine quā gerebat angelus dei cōtigit, de petra ignis erupit, atq; ita sacrificiū quod offerebat absumptum est. Quo indicio declaratū videtur qđ petra illa typū habuerit corpis xp̄i, quia scptū est: Bibebāt de 1. Cor. 10.
cōsequēti eos petra, petra autē erat Christus. Qđ vtiq; nō ad diuinitatē eius sed ad carnē relatum est, quæ fidēlium corda populorum perenni riuo sui sanguinis inūdauit. Iā tunc igitur in mysterio declaratū est quia dñs Iesus in carne sua totius mūdi peccata crucifixus aboleret. Nec solū delicta factorū, sed etiā cupiditates animorū. Caro enī hœdi ad culpā facti refertur, ius ad illecebras cupiditatū, sicut scriptū est: Quia cōcupiuit populus cupiditatē pessimā, & dixerūt: Quis nos cibabit F
carnē? Quod igitur extēdit angel? virgā, & tetigit petram de qua ignis exiuit, ostēdit quod caro domini spi-

G ritu repleta diuino, peccata omnia humanæ conditionis exureret. Vnde & dominꝰ ait: Ignem veni mittere Luc.12. in terram. Aduertit igitur vir doctus & præsagus futuri superna mysteria, & ideo secundum oracula occidit vitulum a patre suo idolis deputatum, & ipse septennē aliū vitulū immolauit deo. Quo facto manifestissime reuelauit post aduentū domini omnia gentilitatis abolenda sacrificia, solumq; sacrificium deo dominicæ passionis pro redemptione populi deferēdum. Etenim vitulus ille erat in typo Christus, in quo septem spiritalium plenitudo virtutum, sicut Esaias dixit, habitabat. Ioan.8. Hunc vitulum & Abraham obtulit, quando diem domini vidit, & gauisus est. Hic est qui nunc in hœdi typo, nunc in ouis, nūc in vituli offerebatur. Hœdi, quod sacrificium pro delictis sit: ouis, quod voluntaria hostia: vituli, quod immaculata sit victima. Prænidit ergo mysterium sanctus Gedeon. Denique trecentos elegit ad prælium, vt ostenderet non in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mundum ab incursu grauiorū hostium liberandum. Et tamen licet fortis & fidus, plenior adhuc de dño futuræ victoriæ documenta quærebat, dicens: Si saluas in manu mea Israel, quēadmodum locutus es domine, ecce ego pono lanæ vellus in area: & si ros factus fuerit super vellus, & super omnem terram siccitas, cognoscam quia in manu mea secundū promissa tua populum liberabis. Et ita factū est. Sed H adiecit postea vt rursum ros profluxeret sup totā terrā, & siccitas esset in vellere. Quærit fortasse aliquis vtrū nam quasi incredulus esse videatur, qui frequentib⁹ informatus indiciis adhuc plura poscebat. Sed quemadmodum poterat videri quasi ambiguus incertusq; tentasse, qui mysteria loquebatur? Nō ergo ille ambiguus sed prouidus, ne nos ambigeremus. Nā quomodo ille ambiguus, cuius precatio habebat effectū? Vnde autē securus adorsus esset prælium, nisi intellexisset oraculū? Ros enim in vellere, fides erat in Iudæa: quia sicut ros dei verba descendunt. Ergo quando totus orbis infructuoso æstu gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille cælestis visitationis in vellere. Postea vero q̄ oues quæ perierunt domus Israel, (vnde puto figuram iudaici velleris adumbratam) oues inquam illę fontem aquæ viuæ negarunt, ros fidei humentis exaruit in pectoribus Iudæorum, meatusque suos fons ille diuin⁹ I in corda gētium deriuauit. Inde est quod nunc fidei rore totus orbis humescit. At vero Iudæi pphetas suos & consiliarios perdiderunt. Nec mirum si perfidię subeant siccitatem, quos dominus deus prophetici imbris Esa.5. vbertate priuauit, dicens: Mandabo nubibus meis ne pluant super vineam istam. Est enim propheticæ nubis pluuia salutaris, sicut & Dauid dixit: Descendit sicPsal.71. cut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillātia super terram. Hanc nobis scripturæ diuinæ totius mundi pluuiam pollicebantur, quæ rigaret orbem sub domini salutaris aduētu spiritus rore diuini. Venit ergo iam dominus, venit & pluuia, venit dominꝰ stillicidia secum cælestia deferens: & ideo iam nos bibimus qui ante sitiebamus, & diuinum illum spiritum haustu interiore potamus. Hoc ergo præuidit sanctus Gedeon, quia verum & spiritalem rorem etiam gentes nationesq; erāt fidei perceptione bibituræ, & ideo diligentius exploranit. Est enim necessaria cautela sanctorum. Siquidem etiam Iesus Naue cum vidisset ducem militiæ Iosue.5. cælestis, interrogauit: Noster es, an aduersariorū? ne forte aliquibus aduersarii præstigijs falleretur. Non tamen ociose vellus non in campo posuit vel in prato, sed Lucæ,10. posuit in area, vbi messis est tritici. Messis enim multa, operarii autē pauci. Eo quod per fidem domini futura esset messis fœcūda virtutum. Nec illud ociosum quod exiccauit vellus Iudaicum, & rorem eius misit in pelue vt repleretur aqua, nō tū ipse eo rore pedes lauit. Alii debebatur tāti prærogatiua mysterii, expectabatur ille qui sordes omniū solus posset abluere. Non erat tantus Gedeon, qui hoc sibi mysterium vēdicaret. Nō enim Gedeon, sed filius hominis venit non ministrari, sed ministrare. Itaq; cognoscamus in quo hęc mysteria videantur esse completa. Nō in sancto Hieroboal. Adhuc enim erāt illa principia. Ideo gentes victæ, quia siccitas erat adhuc in gentibus. Ideo Israel vicit, quia ros tunc manebat in vellere. Veniamus ad euangeliū. In- Ioan.13. uenio dominū spoliantē se vestimenta, & præcingentē se linteo, mittentem aquam in peluem, lauantem pedes discipulorum. Hæc erat aqua, ros ille cælestis, hoc prophetabatur quod illo rore cælesti discipulorū suorū dominus Iesus pedes lauaret. Et nunc extendantur pedes animorum nostrorum, vult dñs Iesus & nostros lauare pedes. Nō enim Petro soli, sed vnicuiq; dicit fideli: Nisi lauero tibi pedes, non habebis mecum partem. Veni ergo dñe Iesu, exue te vestimenta quæ propter me induisti: esto nud⁹, vt nos misericordia tua vestias. Præcinge te propter nos linteo, vt nos tui muneris immortalitate præcingas. Mitte aquam in peluem, lava non solum pedes, sed etiam caput. Nec solum corporis nostri, sed etiam mētis vestigia volo exuere, oēs nostræ sordes fragilitatis, vt & ego dicam: Nocte exui tu Cant.5. nicam meā, quomodo induam eā? Laui pedes meos, quō inquinabo illos? Quāta ista maiestas est? Quasi minister pedes famulorū tuorū lauas, quasi de⁹ rorē mittis e cælo. Nec solū pedes lauas, sed etiā vt tecum recūL bamus inuitas, & exemplo nos tuæ dignationis hortaris, dicens: Vocatis me dominum & magistrum, & Ioan.13. bene facitis, sum enim. Si ergo ego laui pedes vestros dñs & magister, & vos inuicē lauate pedes vestros. Volo ergo & ego pedes lauare fratrum meorū, volo domini implere mandatum. Voluit me nō verecundari, nō dedignari quod ipse prius fecit. Bonum mysterium humilitatis, quia dum alienas sordes lauo, meas abluo. Sed non hoc omnes haurire poterāt mysteriū. Lauare voluit quidē & Abrahā pedes, sed hospitalitatis affectu. Volebat & Gedeō lauare pedes angelo dñi qui apparuit sibi, sed volebat vni, volebat quasi is qui deferret obsequiū, nō qui donaret consortium. Hoc mysteriū magnū est, quod nemo cognouit. Denique Petro dixit: Quod ego facio, tu nescis, cognosces postea. Hoc iquā diuinum mysteriū est, quod etiā qui lauerunt requirūt. Nō est ergo simplex aqua cælestis mysterii, per quā cōsequimur vt partē cum Christo habere mereamur. Est & quædam aqua quā mittamus in peluim animæ nostræ, aqua de vellere in libro Iudicū, aqua de libro psal- M morum. Aqua est ros cælestis oraculi: Veniat igitur dñe Iesu hæc aqua in meam animā, in meā carnem, vt huius humore pluuiæ nostrarū cōualles mentium atq; intimi cordis arua viridescant. Veniant in me stillicidia tua gratiā immortalitatēq; rorantia. Dilue gressus mentis meæ, ne iterum peccē. Ablue animi mei calcaneum, vt possim abolere maledictum, ne morsum serpētis interiore pede sentiā, sed ficut ipse iussisti sequētibus te, vt serpētes & scorpiones illęso possim calcare vestigio. Redemisti mundū, redime vnius animā peccatoris. Hæc est specialis tuæ prærogatiua pietatis, qua totū mundū in singulis redemisti. Helias ad vnā missus est viduā, Helisæus mūdauit vnū, tu nobis dñe Iesu hodie mille mundasti. Quātos in vrbe Roma, quātos Alexandriæ, quātos Antiochiæ, quātos etiā Cōstantinopoli. Nā etiā Constantinopolis iam dei verbū recepit, & euidētia meruit tui documēta iudicii. Eterū quandiu venena Arrianorum suis fouebat inclusa visceribus, bellis finitimis inquieta, murus armis circūsonabat hostilib⁹. Postea vero q̄ fidei exules abdicauit, hostem ipsum iudicē regum, quem semper timere consueuerat, deditum vidit, supplicem recepit, morientem obruit, sepultum possidet. Quantos ergo & Constantinopoli, quantos postremo toto hodie in orbe mundas

A sti⁹ Non mundauit Petrus, non mundauit Ambrosius, non mundauit Gregorius. Nostra enim seruitia, sed tua sunt sacramenta. Neq; enim humani operis est diuina conferre, tuum domine munus & patris est, qui
Iohel.2. locutus est per prophetas dicens: Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii & filiæ eorum. Hic est in typo ros ille cælestis. Hæc pluuia
Psal.67. voluntaria sicut legimus: Pluuiam voluntariā segregans deus hæreditati suæ.

CAPITA PRIMI LIBRI DE SPIRITV SANCTO.

Non esse inter creaturas spiritum sanctum, nec inter omnia, sed super omnia. Caput I.
Non posse ad spiritum derivari dei quia scriptum est de dei filio: Omnia per ipsum facta sunt, quia spiritꝰ dei super omnia, non inter omnia est. Caput II.
Non videri spiritum dei a patris & filii maiestate secerni, quia scriptum est: Nobis autem vnus deus pater ex quo omnia, & nos in ipsum: & vnus dominus Ie
B sus, per quem omnia, de spiritu autē nihil dixit. plerisque locis & de spiritu dixit scriptura & filio, & de deo patre eo loco nihil dixit, aut de deo patre dixit & spiritu, & de filio nihil dixit. Caput III.
Quoniam ipse est spiritus sanctus, qui est spiritꝰ dei, & spiritus Christi. Ipse est spiritus patris, ipse paracletus, ipse spiritus veritatis, ipse spiritus vitę. Ca. IIII.
Quia sicut pater sanctus, ita filius, ita & spiritus dicitur sanctus. Caput V.
Quia in spiritu signamur. Caput VI.
Quia replet omnia spiritus dei. Caput VII.
Quia sempiternus dei filius. Caput VIII.
Quia spiritus peccata condonat. Caput IX.
Non de loco ad locum transire spiritum dei, de quo scriptū est: Quia a patre procedit, & de quo dicit filiꝰ dei: Quem ego mittam vobis. Caput X.
Quia vna pax, vna gratia patris & filii & spiritus sancti. Caput XI.
Quia vna charitas patris & filii & spūs sancti, et opatio trinitatis, vt passionem corporis dominꝰ Iesus subiret. Caput XII.
Quia vna cōicatio patris & filii & spūs sācti. Ca. XIII.
Quia vnū nomē patris & filii & spūs sācti. Ca. XIIII.
C Quia & filius paracletus dicit sicut & spūs, & qa bñficii & gratiæ hoc nomen nō iniuriæ est. Ca. XV.
Quia sicut pater lumē, ita & filius lumen, & spūs lumē est. Et sicut patrem ignem legimus, ita & filium & spiritum sanctum. Caput XVI.
Quia lumē vultꝰ dei spūs, & spūs lumen. Ca. XVII.
Quia sicut pater vita, & filius vita, & spiritus sanctus vita. Caput XVIII.
Quia sicut pater fons vitæ est, ita etiā filius, ita & spiritus sanctus. Caput XIX.
Quia sicut pater flumen, ita & filius & spiritus sanctus. Caput XX.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER I.

Non esse inter creaturas spiritum sanctū, nec inter omnia, sed super omnia. Caput I.

NON enim spiritus sanctus D aut potestati alienæ est subiectus aut iuri, sed suę libertatis arbiter, omnia pro auctoritate propriæ voluntatis diuidens, sicut legimus, singulis prout 1.Cor.12. vult. Non ergo inter omnia, sed super omnia spiritus sanctus est. Iam enim de eō qđ non ita plene de dei filio, clēmētissime Imperator, instructꝰ, es vt ipse iam docear: cupientem te & exigētē audire aliquid expressius, non morabor, præsertim cum ita te assertione istiusmodi testificatus sis proxime delectatum, vt basilicam ecclesiæ sine vllo monitore præceperis reformari. Fidei itaque tuæ gratiā, nostræ præmium iam tenemus. Neq; enim aliud possumus dicere, nisi sancti spiritꝰ hāc tuis- se gratiam, quod ignorantibus omnibus subito basilicam reddidisti. Spiritus inquā sancti hoc munus, hoc opus est, qui a nobis quidem tunc prædicabatur, sed in te operabatur. Nec superioris tēporis damna deploro, quando quidem sequestratio illa basilicæ cuiusdam fœnoris traxit vsuras. Etenim basilicam sequestrasti, vt fidem probares. Impleuit igitur propositum suum pietas tua, quæ sic sequestrauerat, vt pbaret: sic probauit E vt redderet. Nec fructum amisi, sed iudicii teneo. Patuitq; omnibus in quadam facti discretione, discretam tibi nunq̄ fuisse sententiam. Patuit inquā omnibus & tum non fuisse cum sequestrares, & tuī esse cum redderes. Primum igitur ab inferioribus inchoemus, vt quasi per gradus quosdā tractatus noster ascendat, quo facilius ii qui fidem non deferunt, vel ratione flectātur. Possunt enim dicere in principio: Nec nos dicimus seruire spiritum. Sed cum dicant seruire Christum, quomodo possent negare de spiritu? Quod si secundū carnem in serui forma consentiunt Christum fuisse, constat & conuenit. Ergo si secundum diuinitatem suam Christus non seruit, non seruit etiam spiritus. Quod si non seruit spiritus, omnia autē seruiunt, super oīa igitur spiritus est, qui nō seruit sicut omnia. Nō esse ergo inter creaturas spiritum sanctū, nec inter oīa, sed super omnia. Non enim alienæ aut potestati aut iuri subiectus est, sed suæ libertatis est arbiter. Siquidem omnia pro autoritate propriæ voluntatis diuidēs, sicut scriptū est, singulis prout vult. Nūc idipsum quod diximus, testimoniis astruamus. Principium disputationis est, qa F seruiunt oīa. Seruire autē omnia licet, quoniā scriptum est: Vniuersa seruiunt tibi. Dixit hoc spiritus per pro- Psal.118. phetam, nō dixit seruimus, sed seruiūt tibi, vt crederes quod ipse a seruitio sit exceptus. Ergo cū vniuersa seruiant, nō seruiat spiritus, vtiq; inter vniuersa nō est spiritus sanctus. Nā si inter oīa dicimus esse spiritum sanctum, vtiq; cū legerimus quia alta dei scrutatꝰ spūs, deꝰ patrē esse super omnia denegamus. Etenī cū ex deo spi- 1.Cor.2. ritus sit, & spiritus oris eius, quō possumus inter oīa dicere spiritū sanctum, cum sup oīa deus sit, cuius est spiritus, plenæ vtiq; perfectæq; virtutis? Ac ne apostolū arbitretur errasse, accipiāt quē fiduciæ huius sit secutꝰ autorē. Dñs enim in euāgelio dixit: Cū venerit paracletꝰ Ioan.15. quē ego mittam vobis a patre meo spiritum veritatis qui a patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me. Ergo & a patre procedit spūs sanctus, & testificatur de filio. Testificatur etiam de patre testis fidelis & verus, quo nihil ad expressionē diuinæ maiestatis est plenius, nihil ad vnitatē diuinæ potestatis euidētius, cū idē noluerit spūs quod & filius, qui paternorum testis & consors indiuiduus secretorum est. Excluſit itaq; a cognitione dei societatē & multitudinē creaturæ: nō excludē do autē spiritū sanctū, ostēdit nō esse socium creaturæ. Vū & illud qd lectū est in Euāgelio: Quia deū nemo Ioan.1. vidit vnquam nisi vnigenitus filius qui est in sinu pa-

G tris, ipse enarrauit: ad exceptionē pertinet spiritus sancti. Quomodo enim deum non videt, qui scrutatur etiā alta dei? Quomodo deum nō videt, qui cognouit quæ dei sunt? Quomodo deum non videt, qui cognouit quia ex deo est? Ergo cum ita positum sit, quia deū nemo vidit vnquā, vidit autē spiritus: vtiq; exceptus est spiritus. Super oīa igitur est, qui est exceptus ex oībus.

Non posse ad spiritum deriuari dei quia scriptū est de dei filio, Omnia per ipsum facta sunt, quia spiritus dei super omnia, non inter omnia est. Caput II.

VIDETVR sancte Imperator plena ratio esse pietatis, sed impiis non videtur. Deniq; qd moliantur aduerte. Solent enim dicere hæretici, ideo inter omnia spiritum sanctum esse
Ioan. 1. numerādum, quia scriptum est de dei filio: Omnia per
Tratio. ipsum facta sunt. Q̄ male cōfunditur actio? quæ nō tenet veritatem, & præpostero ordine assertionis inuolūtur. Hoc enī tunc valeret, vt inter omnia diceret esse spiritum sanctum, si factum probarent. Nā omnia per filium scriptura dicit esse quæ facta sunt. Cum autē factus nō doceatur spiritus sanctus, vtiq; nec inter omnia probari potest, qui neq; factus est sicut omnia, nec creatus. Mihi igitur ad vtrūq; hoc proficit testimonium, vt
H & super omnia probetur esse qui factus non est: & quia super oīa est, non videatur factus esse, nec inter ea quæ sunt facta numerādus. Quod si quis, quia omnia facta per verbū euāgelista posuit, non excipit spiritū sanctū, quanquam in Ioanne locutus spiritus dei, omnia per ipsum facta sunt dixerit, non omnia facta sumus, cum vtiq; loqui in euāgelistis spiritum dei ipse dominus ostenderit dicens: Non enim vos estis loquētes, sed spi-
Mat. 10. ritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tamen si quis, vt dixi, hoc loco non excipit spiritum sanctum, sed inter omnia numerat: nec ibi ergo excipit dei filium, vbi
1. Cor. 8. apostol? dixit: Nobis tamē vn? deus pater, ex quo oīa, & nos in illum. Sed vt sciat quia inter omnia non est filius, legat sequentia. Nam cum dicit: Et vnus dom? Iesus, per quem omnia: ab omnibus vtiq; excepit dei filium, quia excepit & patrem. Eiusdem autem impietatis est vel patri vel filio vel spiritui sancto derogare. Nō enī credit in patrē, qui non credit in filium: nec credit in dei filiū, qui nō credit in spiritū: nec pōt sine regula veritatis fides stare. Nā qui negare cœperit vnitatē potestatis in patre & filio & in spiritu sancto, non potest vtique ibi vbi nulla diuisio est, fidem probare diuisam. Ergo quia pietatis vnitas est bene credere, etiā vnitas impie
I tatis est male credere. Itaque qui putant spiritum inter omnia debere numerari, quia omnia legunt facta per filium: etiam filium vtiq; inter omnia annumerandum putant, quia legunt ex deo omnia. Consequenter autē nec patrem secernunt ab omnibus, qui a creaturis omnibus filium non secernunt: quoniam sicut ex patre omnia, ita etiam per filiū omnia. Hoc ipsum supra euidenter apostolus dixit, ne inter omnia posuisse filium vel impius videretur, qui audierat dixisse filium: Pater quod dedit mihi, maius omnibus est.

Non videri spiritum dei a patris & filii maiestate secerni, quia scriptum est: Nobis autem vnus deus pater ex quo oīa, & nos in ipsum: & vnus dominus Iesus, per quem omnia: de spiritu autē nihil dixit: plerisq; locis & de spiritu dixit scriptura, & de filio & de deo patre eo loco nihil dixit: aut de deo patre dixit & spiritu, & de dei filio nihil dixit. Caput III.

SED fortasse aliquis dicat, qua ratione cum dixerit hic ex patre omnia, & per filium omnia, de spiritu sancto tacuerit: & hinc cupiat præiudicium comparare. Quod si sic cœperit malitiose interpretari, q̄ multis inueniet locis
K prædicatam sancti spiritus potestatem, in quib? vel de patre vel de filio nihil scriptura expresserit, sed intelligendum reliquerit. Numquid ergo cum gratia spiritus prædicatur, dei patris aut vnigeniti filii denegaē? Nō ita, quia sicut pater in filio, & filius in patre, ita etiā diffusa est charitas dei in cordibus nostris per spiritum san- Rom. 5.
ctum qui datus est nobis. Et sicut qui benedicitur in Christo, benedicitur in nomine patris & filii & spiritus sancti, quia vnum nomen est, potestas vna: ita etiā vbi operatio aliqua diuina aut patris, aut filii, aut spiritus designatur, nō solum ad sanctū spiritū, sed etiā ad patrē referē & filiū: nec solū ad patrē, sed etiā ad filiū refertur & spiritū. Deniq; & æthiops eunuchus Candacis reginæ baptizatus in Christo, plenum mysterium Actuū. 8.
consecutus est. Et illi qui negauerunt se scire spiritum, Actuū. 19
quāuis baptizatos se dicerēt in Ioannis baptismo, baptizati sunt postea: quia Ioānes in remissionē peccatorum, in aduentientis Iesu, non in suo baptizauit nomine. Et ideo spiritum nesciebant, quia nec baptismum in Christi noīe, sicut Ioānes baptizare solebat, acceperāt. Ioānes enī licet nō baptizaret in spū, tri & Christū prædicabat in spū. Deniq; cū interrogarēt ne forte ipse
esset Christus, respōdit: Ego vos aqua baptizo, veniet Mat. 3.
autem fortior me, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Ergo isti, quia nec in Christi nomine, nec cum fide spirit? sancti baptizati fuerant, non poterant accipere bapti- L
smatis sacramentum. Baptizati sunt itaq; in nomine Iesu Christi, nec iteratum est in his baptisma, sed nouatum. Vnum enim baptisma. Vbi autē non est plenum baptismatis sacramētum, nec principium vel species aliqua baptismatis estimatur. Plenum autem est, si patrem & filium spiritumque fatearis. Si vnum neges, totum subrues. Et quemadmodum si vnum in sermone comprehēdas, aut patrem, aut filium, aut spiritum sanctum, fide autem nec patrem nec filium nec spiritum abneges, plenum est fidei sacramentum: ita etiam quāuis & patrem & filium & spiritum dicas, & aut patris aut filii aut spiritus sancti minuas potestatem, vacuum est omne mysterium. Denique & illi qui Actuū. 19
dixerant: Nec si spiritus sanctus sit, audiuimus: baptizati sunt postea in nomine domini nostri Iesu Christi. Et hoc abundauit ad gratiam, qui iam spiritum sanctum Paulo prædicante cognouerant. Nec contrariū debet videri, quia quanuis etiam postea tacitum sit de spiritu, tamen creditum est: & quod verbo tacitum fuerat, expressum est fide. Cum enim dicitur: In nomine
domini Iesu Christi, per vnitatem nominis impletum M
mysterium est: nec a Christi baptismate spiritus separatur, quia Ioannes in pœnitentiam baptizauit, Christus in spiritu. Nunc cōsideremus vtrum quemadmodum in Christi nomine plenum esse legim? baptismatis sacramentum, ita etiam sancto tantum spiritu nuncupato, nihil desit ad mysterii plenitudinem. Rationē sequamur. Qui vnum dixerit, trinitatem signauit. Si Christum dicas: & deum patrem a quo vnctus est filiū, & ipsum qui vnctus est filium, & spiritum quo vnctus
est designasti. Scriptum est enim: Hunc Iesum a Na- Actuū. 10
zareth, quem vnxit deus spiritu sancto. Et si patrem dicas, & filium eius & spiritum oris eius pariter indicasti, si tamen id etiam corde comprehendas. Et si spiritum dicas, & deum patrem a quo procedit spiritus, & filium, quia filii quoq; est spiritus, nuncupasti. Vnde vt rationi copuletur autoritas, in spiritu quoque rectē bap- Actuū. 8.
tizare nos posse scriptura indicat, dicente dño: Vos autē baptizabimini in spiritu sancto. Et alibi apostolus ait: Oēs enī in ipso corpore in vno spiritu baptizati sumus. Vnum opus, quia vnū mysterium. Vnum baptisma, quia mors vna pro mundo. Vnitas ergo operationis, vnitas prædicationis, quæ non potest separa-

A ri. Quod si hoc loco separatur spiritus ab operatione patris & filii, quia dictum est: Ex deo omnia, & per filium omnia: ergo & ibi quia apostolus de Christo dixit: Qui est super omnia deus benedictus in secula: non
Rom. 9. solum eum creaturis omnibus, sed etiā patri (quod dictu nefas est) prætulit. Sed absit. Nō enim inter omnia pater, non inter plebem quandam creaturarum suarū. Subter creatura omnis, supra diuinitas patris & filii & spiritus sancti. Illa seruit, hæc regnat. Illa subiacet, ista dominatur. Illa opus, hæc autor est operis. Illa adorat omnis, hæc adoratur ab omnibus. Deniq; de filio scri-
Heb. 1. ptum est: Et adorent eum omnes angeli eius. Nō habes, adoret spiritus sanctus. Et infra: Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū? Nonne omnes sunt, inquit, ministri spiritus in ministerium qui mittuntur? Cum dicit omnes, nunquid & spiritum sanctum comprehendit? Non vtiq;, quia angeli & cæteræ potestates in ministerium & obsequium dei filio vt seruiant destinantur. At vero spiritus sanctus
B non minister, sed testis est filii: quemadmodum de ip-
Ioan. 15. so filius dixit: Ille testimonium perhibet de me. Testis est ergo filii spiritus. Qui testis est, nouit omnia: sicut deus pater testis est. Sic enim habes in posterio-
Heb. 2. ribus, quia confirmata est salus nostra testificante deo signis quoque & prodigiis & variis virtutibus, & spiritus sancti diuisionibus. Qui diuidit, vtiq; supra omnia non inter omnia est. Diuidere enim operatoris gratia, nō operis est materia. Si supra omnia filius, per quem initium salus nostra vt prædicaretur accepit: vtique & pater de? qui testificaē & asseuerat signis & pdigiis de salute nostra, exceptus a cunctis est. Sīr autem & spiritus qui diuisionibus suis nostræ testimonium fert salutī, non est in creaturarum plebe numerandus, sed cū patre æstimādus & filio, qui non per incisiones sui diuiditur ipse cum diuidit. Indiuiduus enim cum sit, nihil amittit cum omnibus largitur: sicut & filius regnū patre accipiente nihil perdit, nec pater filio cum sua tradit, amittit. Nullum itaq; dānum esse in diuisione gratiæ spiritalis, domino attestante cognouimus. Qui enim vbi vult spirat, vbique sine damno est. De quo infra dicemus plenius. Interim nunc quoniam propositū
C est ordine suo asserere non esse inter omnia spiritum computandum: ipsum apostolum, de cuius verbis faciunt quæstionem, assertionis huius adhibeamus autorem. Quæ enim essent illa omnia, siue visibilia, siue
Col. 1. inuisibilia, ipse signauit dicens: Quoniam in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra. Vides oīa de his dicta quæ vel in cælis sunt, vel in terra? Sunt enim in cælis etiam inuisibilia quæ facta sunt. Tamē ne cui esset incognitum, addidit de quibus diceret: Siue sedes, inquit, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cōstant. Nunquid ergo hic inter creaturas spiritum sanctum comprehendit? Aut cum dicit ante omnes dei filium, nūquid ante patrem dixisse æstimandus est? Non vtiq;. nam sicut hic per filiū dicit omnia creata esse, & in ipso omnia constare cælestia, ita etiam in spiritu sancto vires habere vniuersa
Psal. 32. cælestia dubitari non potest, quando lectum est: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Super omnia est igitur de quo est omnis cælestium & terrestrium virtus. Qui igitur super omnia est, vtique non seruit. qui non seruit, liber est. qui liber est, habet iura dominatus. Hoc si a principio dicerem, negaretur. Sed quēadmodum illi minora negant ne maiora credantur, ita & nos minora premittamus, vt aut perfidiam suam etiam in minoribus prodant: aut si vel minoribus consentiunt, maiora de minorib? colligamus. Arbitror, clemētissime Imperator, plenissime confusos eos qui audent inter omnia spiritum san-
ctum computare. Sed tamen vt sciant se non tantum D
apostolicis testimoniis, sed etiam dominicis peruergeri: quomodo audent inter omnia numerare spiritū sanctum, quādo ipse domin? dixerit: Qui blasphemauerit in filium hominis, remittetur ei: qui autē blasphe- Mat. 12.
mauerit in spiritum sanctum, nec hic nec i futurum remittet ei? Quomodo igitur inter creaturas audet qs quam spiritum cōputare? Aut quis sic se obligat, vt si creaturæ derogauerit, non putet sibi hoc aliquā venia relaxādum? Nam si Iudæi, quia adorauerūt militiam cæli, diuino præsidio destituti sunt: qui autem adorat & confitetur spiritum sanctum, acceptus est deo: qui non confitetur, sacrilegii reus sine venia damnatur: vtique hinc æstimari potest non inter omnia sed super omnia esse spiritum sanctū, cuius iniuria æternis suppliciis expiatur. Cur autem dixerit dominus: Qui blasphemauerit in filium hominis, remittetur ei: qui autē blasphemauerit in spiritū sanctū, nec hic nec in futurū remittet ei, diligēter aduerte. Nūquid alia est offensa filii, alia spirit? sancti? Sicut enī vna diuinitas, sic vna iniuria. Sed si qui corporis specie decept? humani, remissius aliquid sentit de Christi carne q̄ dignum est (neque enim vilis nobis debet videri, quæ aula virtutis, fructi? est virginis) habet culpam, non est tamē exclusus a venia, quam fide possit assīscere. Si qui vero sancti spirit? dignitatem, maiestatem & potestatem abneget sempiternam, & putet nō in spiritu dei eiici dæmonia, sed E
in Beelzebub, nō potest ibi exoratio esse veniæ, vbi sacrilegii plenitudo est: quia qui spiritū negauit, & deum patrem negauit & filium: quoniam idem est spiritus dei, qui spirit? Christi est. Vnum autem esse spiritum nemo dubitauerit, etsi de vno deo plerique dubitarint. Alium enim dixerunt plerique hæretici deum veteris, alii noui testamēti. Sed sicut vnus pater, qui & olim lo- Heb. 1.
cutus est, vt legimus, patrib? in prophetis, & in nouissimis diebus nobis locutus est in filio: et sicut vnus filius qui iuxta veteris seriem testamenti ab Adam ofensus, ab Abrahā visus, a Iacob adoratus est: ita etiā spiritus sanctus vnus est, qui efferbuit in prophetis, insufflat? est apostolis, copulat? est patri & filio in baptismatis sacramento. De ipso enim dicit Dauid: Et spi- Psal. 50.
ritum sanctum tuū ne auferas a me. De ipso etiam alibi dicit: Quo ibo a spiritu tuo? Psal. 138.

Quoniam ipse est spiritus sanctus, qui est spirit? dei & spiritus Christi, ipse paracletus, ipse spiritus veritatis, ipse spiritus vitæ. Caput IIII.

SI scias quia idem spiritus dei est, qui est spiritus sanctus, sicut & in Apostolo legimus: 1. Cor. 12.
Nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo dicit dominū Iesum nisi F
in spiritu sancto. Ipsum apostolus spiritum dei dixit. Ipsum etiam spiritum Christi appellauit, sicut habes: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Rom. 8.
Christi non habet, hic nō est eius. Et infra: Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis. Ipse est ergo spiritus dei qui spirit? Christi. Ipse est spiritus vitæ, sicut ait apostolus: Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me a lege peccati & mortis. Quem ergo spiritum vitæ Apostolus dixit, ipsum dominus in euangelio paracletum nominat, ipsum spiritum veritatis, sicut habes: Et rogabo patrem, & aliū Ioan. 14.
paracletū dabit vobis, vt vobiscū sit in æternum, spiritum veritatis, quem hic mundus nō potest accipere, quia non vidit eum, nec cognouit eum. Habes ergo & paracletum spiritum, eundem & spiritum veritatis, & spiritum inuisibilem designatum. Quomodo igitur secundum diuinitatem quidam filium visibilem putāt, cum etiam spiritum mundus videre non possit? Acci-

[G] penũc eiusdem voce domini quod ipse sit spiritus sanctus, qui & spiritus veritatis. Habes enim in vltimo libri huius: Accipite spiritum sanctum. Ipsum quoq; esse spiritum sanctum qui est spiritus dñi, Petrus docet dicens: [Actuũ. 5.] Anania, quid tibi visum est mentiri spiritui sancto? Et statim ad vxorem Ananiæ idem ait: Quid vobis visum est tentare spiritũ dñi? Cum dicit, vobis, ostẽdit de eo dictũ spiritu de quo Ananiæ dixerat. Ipse est ergo spiritus domini, qui spiritus sanctus. Ipsum etiam spiritum sanctum qui spiritus patris est, declarauit dominus dicens secundũ Matthæum in persecutione nõ [Mat. 10.] esse cogitandum quid loquamur. Non enim vos estis [Luc. 12.] qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Idem autem secundum Lucam ait: Nolite soliciti esse qualiter respondeatis aut dicatis, Spiritus enĩ sanctus dei docebit vos in ipsa hora quæ oporteat dicere. Ergo quamuis multi dicantur spiritus, quia lectum [Psal. 103.] est: Qui facit angelos suos spiritus: vnus tamen est dei spiritus. Ipsum igitur vnum spiritum & apostoli & prophetæ sunt secuti: sicut etiam vas electionis, doctor gentium dicit: quia vnum spiritum potauimus, quasi eum qui non queat scindi, sed infunditur animis, & sensibus illabitur, vt secularis sitis restinguat ardorẽ. Non ergo sanctus spiritus de substantia corporalium. Hic enim corporalibus incorpoream infundit gratiam. sed nec de substantia inuisibilium creaturarum est, nam & [H] illi sanctificationem huius accipiunt, & per hunc reliquis mundi operibus antecellunt, siue angelos dicas, siue dominationes, siue potestates, omnis creatura expectat sancti spiritus gratiam. Sicut enim nos per spiritum [Gal. 4.] liberi, quia misit deus spiritum filii sui in corda nostra clamantem, abba pater: itaq; iam nõ est seruus, sed filius: ita etiam omnis creatura reuelationẽ filiorũ dei expectat, quos vtiq; sancti spiritus gratia filios dei fecit. Ergo & creatura ipsa spiritalis gratiæ reuelatione mutatur, & liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. Omnis ergo creatura mutabilis, non solum ea quæ iam peccato aliquo aut elementorum cõditione mutata est, verum etiã quę corruptelæ potest esse obnoxia vitio naturæ, etsi nõdum est studio disciplinę. Nam vt in superioribus libris docuimus, & angelorum naturam liquet potuisse mutari. Vtiq; æstimare conuenit, qualis vnius natura, talis & cæterorum. Mutabilis ergo & reliquorum natura, sed melior disciplina.

Quod sicut pater sanctus, ita filius, ita & spiritus dicitur sanctus. Caput V.

[I] ERGO omnis mutabilis creatura, sed non mutabilis spiritus sanctus. Neq; enim aliquo vitio mutari potest qui omnium abolet vitia, peccata condonat. Quomodo ergo mutabilis qui sanctificãdo alios mutat ad gratiã, non ipse mutatur? Quomodo mutabilis, qui bonus semper est? Neq; vnquã malus spiritus sanctus, per quẽ nobis quæ bona sunt ministrantur. Vnde euãgelistæ duo in vno eodemq; loco diuersis quidem inter se verbis sed eadẽ [Mat. 7.] designarunt. Habes enim in Matthæo: Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quãto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? Secundum Lucã autem inuenies ita scriptũ: Quã- [Luc. 11.] to magis pater vester de cælo dabit spiritũ bonũ petẽtibus se? Aduertimus ergo bonum esse spiritũ sanctum dñi iudicio, euangelistarũ testimonio, quãdo alius pro sancto spiritu bona, alius pro bonis sanctũ spiritũ noiauit. Si igitur quod bonum est, hoc est spiritus sanctus, quõ bonus non est? Nec fallit quod nõnulli codices habent etiã secundum Lucã: Quanto magis pater vester de cælo dabit bonum datũ petẽtibus se? Hoc bonũ datum gratia spiritalis est, quod dñs Iesus effudit de cælo postq; patibulo crucis fixus triumphales reuehens etiã [K] captiuatæ mortis exuuias, victor mortis a mortuis resurrexit, sicut habes: Ascendens in altum captiuã duxit [Psal. 67.] captiuitatẽ, dedit dona hominibus. Et bene ait data. Sicut enim filius datus, de quo scriptum est: Puer natus est [Esa. 9.] nobis, filius datus est nobis: data est & gratia spiritalis. Quid autem dubitem dicere quia datus est & spiritus sanctus, cum scriptum sit: Gratia dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis? Quem vtiq; quoniã pectora recipere captiua nõ poterant, prius dñs Iesus captiuam duxit captiuitatẽ, vt liberis affectibus gratiæ diuinæ munus infunderet. Pulchre autẽ duxit captiuam captiuitatẽ. Christi enim victoria, victoria libertatis est, quæ oẽs gratiæ vẽdicauit, nullum adstrinxit iniurię. Ergo in omnium absolutione, nemo captiuus est. Et quia dominicę tẽpore passionis sola feriabatur iniuria quæ captiuos omnes amiserat quos tenebat, in se recurrens captiua facta est ipsa captiuitas, iam nõ Belial addicta, sed Christo, cui seruire libertas est. Qui enim in dño vocatus est seruus, liber- [1. Cor. 7.] tus est domini. Sed vt ad proposita reuertamur: Oẽs, [Psal. 13.] inquit, declinauerũt, simul inutiles facti sunt, nõ est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum. Si excipiunt spiritum sanctum, etiã ipsi eum nõ esse inter omnia cõfitentur. Si nõ excipiunt, ergo & ipsum inter oĩa declinasse fateãtur. Sed videamus vtrum bonitatẽ habeat, cum fons sit principiũq; bonitatis. Nã sicut pater bonitatem habet, & filius habet, ita etiã bonitatem habet spiritus sanctus. Quod etiã apostolus docuit dicẽs: Fructus au- [Gal. 5.] tem spiritus, pax, charitas, gaudium, patiẽtia, bonitas. Quis autẽ dubitet qđ bonus sit, cuius fructus est bonitas? Arbor enĩ bona bonos fructus facit. Itaq; si bonus deus, [Mat. 7.] quõ non bonus qui oris eius est spiritus, qui scrutat etiã [L] alta dei? An in alta dei cõtagio mali possit itrare? Vñ & illud intelligitur q̃ amẽtes sint qui bonum filium dei abnegant, cum bonũ spiritũ Christi negare nõ possint, de quo ait dei filius: Propterea dixi, de meo accipiet. [Ioan. 16.] An non bonus spiritus qui bonos de pessimis facit, peccatum abluit, malum delet, crimen excludit, bonũ munus infundit, de persecutoribus apostolos facit, de peccatoribus sacerdotes? Eratis, inquit, aliquãdo tenebræ, [Ephe. 5.] nunc autem lux in domino. Sed quid differimus eos? Nam si verba exigunt, cum facta nõ abnuant, accipiãt bonum scriptum. Dixit enĩ Dauid: Spiritus tuus bo- [Psal. 142.] nus deducet me in viam rectã. Quid est enim spiritus, nisi plenus bonitatis? qui cum sit inaccessibilis natura, receptabilis tamen propter bonitatem suã nobis est, cõplens virtute oĩa, sed qui solis participatur iustis, simplex substantia, opulens virtutibus, vnicuiq; præsens, diuidens de suo singulis, & vbiq; totus. Meritoq; filius dixit: Ite baptizate gẽtes in nomine patris & filii & spi- [Mat. 28.] ritus sancti, nõ dedignatus spiritus sancti societatẽ. Cur igitur quod dominus non dedignatus est in baptismatis sacramento, moleste ferunt aliqui filio vel patri spi- [M] ritum nostra deuotione coniungi? Bonus ergo spiritus. Bonus autem nõ quasi acquirens, sed quasi impertiẽs bonus est. Nõ enim accipit a creaturis, sed accipitur spiritus sanctus, sicut non sanctificatur, sed ipse sanctificat. Creatura enim sanctificatur. Sanctificat autẽ spiritus sanctus, in quo licet verbi cõmunio, discretio tamen naturæ est. Sanctus enim dicitur homo qui accipit, & deus qui tribuit sanctitatẽ, quia legimus: Estote sancti, quo- [Leui. 19.] niam ego sanctus sum. Nõ ergo potest sanctificatio & corruptela vnius esse naturæ. Et ideo non potest gratia sancti spiritus & creatura vnius esse substãtię. Itaq; cum omnis inuisibilis præter trinitatẽ reliqua natura, cuius rationabilem & incorpoream iure quidã substantiam putant, non impertiat spiritalem gratiã, sed acquirat, nec participet, sed assumat, separanda vtiq; est a societate spiritus sancti communitas creaturæ. Credant igitur quia creatura nõ est spiritus sanctus. Aut si crea-

[A] turam putant, cur associant patri? Si creaturam, cur filio dei iungũt? Quod si a patre & filio dei nõ existimãt separãdum, non æstimẽt creaturam: quia vbi vna sanctificatio, vna natura est.

Quia in spiritu signamur. Caput VI.

SVNT tamen pleriq; qui eo quod in aqua baptizamur & spiritu, non putent aquæ & spiritus distare naturã. Nec aduertunt quia in illo aquarum sepelimur elemento, vt renouati per spiritum resurgamus. In aqua enim imago mortis, in spiritu pignus est vitæ, vt per aquam moriatur corpus peccati, quæ quasi quodã tumulo corpus includit, et per virtutẽ spiritus renouemur a morte peccati. Et ideo hi tres testes vnũ sunt, sicut Ioãnes dixit: a- [1. Ioan. 5.] qua, sanguis, & spiritus. Vnum in mysterio, nõ in natura. Aqua igitur testis est sepulturę, sanguis testis est mortis, spiritus testis est vitæ. Siqua ergo in aqua gratia, non ex natura aquæ, sed ex præsentia est spũssancti. Nũquid ĩ aqua viuimus, sicut ĩ spũ? Nũquid in aqua signamur, sicut ĩ spũ? In ipso enĩ viuimus, & ipse est pignus [Ephe. 1.] hæreditatis nostrę: sicut & Aplus scribẽs ad Ephesios ait: In quo credẽtes signati estis spũ pmissionis sancto. Sãcto igitur spũ signati sumus, nõ natura, sed a deo, qđ [B] scriptum est: Qui vnxit nos deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Signati er- [2. Cor. 1.] go spiritu a deo sumus. Sicut enim in Christo morimur vt renascamur, ita etiam spiritu signamur vt splẽdorem atq; imaginem eius & gratiam tenere possimus, quod est vtiq; spiritale signaculum. Nam etsi spiritu signemur in corpore, veritate tamẽ in corde signamur, vt spiritussanctus exprimat in nobis imaginis cælestis effigiẽ. Quis igit audeat dicere discretũ a deo patre & Christo esse spiritumsanctum, cum per ipsum ad imaginem & similitudinẽ dei esse mereamur, & per ipsum [2. Petri. 1.] fiat, quemadmodum Petrus apostolus dixit, vt diuinę simus cõsortes naturæ? In quo vtiq; non carnalis successionis hæreditas, sed adoptiõis gratiæ spiritale cõmercium est. Atq; vt sciamus cordis nostri magis hoc q̃ cor- [Psal. 4.] poris signaculum, docet propheta qui dicit: Signatum est in nobis lumen vultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo.

Quia replet omnia spiritus dei. Caput VII.

CVM igitur omnis creatura certis naturæ suæ sit circũscripta limitibus, siquidem & illa inuisibilia opera quæ nõ queunt locis & [C] finibus cõprehendi, substantiæ suæ tamen proprietate clauduntur: quomodo quis audeat creaturam appellare spiritumsanctum, qui non habeat circũscriptam determinatamq; virtutem? Quia & in omnibus & vbiq; semper est: quod vtiq; diuinitatis & domi- [Psal. 23.] nationis est proprium. Dñi enim est terra, & plenitudo eius. Et ideo cum dñs seruulos suos aplos destinaret: vt agnosceremus aliud creaturam esse, aliud gratiã spiritalem: alios alio destinabat, quia omnes simul vbiq; esse non poterant. Dedit autem omnibus spiritumsanctum: qui licet separatis apostolis, sic inseparabilis gratię munus infunderet. Erant igitur diuersæ personæ, sed vnus in omnibus operationis effectus, quia vnus est [Actuũ. 1.] spiritussanctus, de quo ait: Accipietis virtutem venientem spiritusancto in vos, & eritis mihi testis in Hierusalẽ & in omni Iudæa & Samaria vsq; in fines terræ. Incircunscriptus igitur & infinitus spiritussanctus, qui se discipulorum sensibus per separatarum diuortia discreta regionum semotosque fines totius orbis infudit, quem nihil potest præterire vel fallere. Et ideo sanctus ait: [Psal. 138.] Quo ibo a spiritu tuo, aut quo a facie tua fugiam? De quo hoc angelo scriptura dicit? De qua dominatione? de qua potestate? Cuius inuenimus angeli virtutẽ per [D] plurimos esse diffusam? Angeli enim ad paucos mittebantur, spiritus autem sanctus populis infundebatur. Quis igitur dubitet quin diuinum sit quod infunditur simul pluribus, nec videtur: corporeum autem, quod videtur a singulis & tenetur? Sed quemadmodum sanctificans Apostolos spiritus non est humanæ consors naturæ: ita etiam sanctificans angelos dominationes & potestates, non habeat consortium creaturæ. Si qui autem putant non esse spiritalem in Angelis sanctitatem, sed aliam quandam gratiam suæ proprietate naturæ, hi inferiores profecto angelos hominibus iudicabunt. Cum enim & ipsi fateãtur quod spiritui sancto angelos conferre non audeãt, nec possent vetare quod hominibus infundatur spiritussanctus, (sanctificatio enim spiritus, donum munusq; diuinum sit) inueniẽt vtiq; homines qui meliorem sanctificationem habent, angelis præferendi. Sed cum angeli hominibus in adiumentũ descendant, intelligendum est quod creatura quidem superior angelorum sit, quę plus recipit gratię spiritalis, eiusdem tamen & erga nos & illos munus auctoris sit. Quanta autem gratia quæ præmiis angelorũ etiam inferiorem creaturam humanæ cõditionis exæquet? sicut dominus ipse promisit dicẽs: Eritis sicut an- [Mat. 22.] geli in cælo. Nec difficile. Qui enim illos angelos fecit in spiritu, homines quoq; per eandẽ gratiam similes fa- [E] ciet angelorum. De qua autem creatura dici potest qđ repleat omnia spiritus? quod scriptum de spiritusancto: Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem: non de [Iohel. 2.] angelo dici potest. Deniq; Gabriel ipse missus ad Mariam, Aue, inquit, gratia plena. Spiritalem vtiq; in ea [Luc. 1.] declarans gratiam, quod in eam sanctusspiritus superueniret, & plenum gratiæ vterum verbo esset habitura cælestis. Domini enim est omnia cõplere, qui dicit: Ego cælum & terram compleo. Si ergo dominus est [Hiere. 23.] qui cælum complet & terram, quis potest spiritum sanctum iudicare dominationis & diuinæ potestatis exortem, qui repleuit orbem, & quod vltra totum orbẽ est repleuit Iesum mundi totius redemptorem? Scriptũ [Lucę. 4.] est enim: Iesus autem plenus spiritusancto regressus est ab Iordane. Quis igitur alius, nisi qui eiusdem plenitudinis complentem omnia posset implere? Sed ne hoc secundum carnem dictum obiiciant, quanquam plus vnus ille q̃ omnes, de cuius carne exibat virtus, vt vsq; sanaret omnes: tamen sicut dominus complet oĩa, ita etiam de spiritu lectum est quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarum. Habes etiam de omnibus qui [F] conuenerant cum apostolis dictum, quia repleti sancto [Actuũ. 4.] spiritu loquebantur verbum dei cũ fiducia. Vides quia & plenitudinẽ & fiduciam dat spiritus, cuius operationem archangelus nunciat Mariæ dicens: Spiritussan- [Lucæ. 1.] ctus superueniet in te. Habes etiam in Euangelio quia [Ioan. 5.] angelus secundum tempus descẽdebat in natatoria, & mouebatur aqua, & qui prior descendisset in natatoria sanus fiebat. Quid in hoc typo angelus, nisi descensionem sanctispiritus nunciabat, quæ nostris futura temporibus aquas sacerdotalibus inuocata precibus consecraret? Ille ergo angelus sanctispiritus erat nuncius, eo quod per gratiam spiritalem medicina nostris esset animi ac mentis languoribus deferenda. Eosdem ergo & spiritus habet, quos deus pater & Christus ministros. Sic omnia possidet, sic omnia operatur in omnibus, quẽadmodum & deus pater operatur & filius. Quid igitur sanctispiritus operatione diuinius, cum etiam benedictionum suarum præsulem spiritum deus ipse testetur dicens: Ponam spiritum meum supra semen tuum, & [Esa. 44.] benedictiones meas super filios tuos? Nulla enim potest esse plena benedictio, nisi per infusionẽ spiritussancti. Vnde & apostolus nihil melius hoc nobis qđ optaret inuenit, sicut ipse dixit: Non deficimus pro vobis [Coloss. 1.] orantes & obsecrantes, vt repleamini cognitione volũ-

G tatis eius, in omni sapiẽtia & intellectu spirituali ambulantes digne deo. Hanc igitur dei esse docuit voluntatẽ, vt magis in bonis operibus & sermonibus & sensibus ambulantes repleamur voluntate dei, qui ponit in cordibus nostris spiritum sanctũ. Ergo si is qui habet spiritum sanctum, dei repletus est voluntate, vtiq; inter patrem & spiritum nulla distantia voluntatis est. Simul illud aduerte, quia deus dat spiritum sanctum. Non enim humanũ hoc opus, neq; ab homine datur, sed inuocatus a sacerdote, a deo traditur, in quo dei munus, ministerium sacerdotis est. Nam si Paulus apostolus indicauit quod ipse donare spiritum sanctum sua autoritate non posset, & in tantum se huic officio imparem credidit, vt a deo nos spiritu optaret impleri, quis tãtus est qui huius traditionem muneris sibi audeat arrogare? Itaque apostolus votum precatione detulit, nõ ius autoritate aliqua vendicauit. Impetrare optauit, non imperare præsumpsit. Petrus quoq; ait quia non erat idoneus qui posset spiritum sanctum vel cogere vel arcere.

Actuũ.11 Sic enim dixit: Ergo si eandem gratiam concessit illis deus sicut & nobis, ego quis eram qui possem prohibere deum? Sed fortasse apostolici non moueantur exẽplis: & ideo diuinus vtamur oraculis. Scriptum est enĩ: Iacob puer meus, suscipiam eum. Israel dilectus meus, suscepit eum anima mea, dedi spiritũ meum in ipsum.

Esa.61. Dominus quoq; per Esaiam dixit: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me. Quis ergo audeat dicere creaturam spiritus sancti esse subsitantiã, qui cum illuxerit in cordibus nostris, diuinæ cernimus pulchritudinem veritatis, & distantiam creaturæ diuinitatisq; cognoscimus, vt opus segregẽt ab autore? Aut de qua creatura deus ita locutus est quod aut dominationes aut potestates effundat aut angelos? Sed de spiritu, inquit, meo effundam. Non spiritum ait, sed de spiritu. Neque enim nos capere possumus plenitudinem spiritus sancti, sed tantum accipimus quantum de suo arbiter nostri pro sua voluntate diuiserit. Sicut enim

Phil.2. dei filius non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, vt nos eum nostris animis percipere possemus: (exinaniuit autẽ nõ qđ ipse esset vacuus suæ plenitudinis, sed quo mihi qui plenitudinẽ eius sustinere non possem, pro eo quod capere possem infunderetur) ita etiam de spiritu sancto pater sedicit effundere super omnem carnem. Nõ enim totum effudit, sed quod effudit, omnibus abundauit. Supra nos ergo effusum est de spiritu. At vero supra dominũ Iesum cum in forma esset hominis, manebat spiritus, sicut

Ioan.1. scriptum est: Super quem videris spiritum descendentem de cælo, & manẽtem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Circa nos ex affluenti commodo liberalitas largitẽtis est, in illo toti⁹ manet in æternũ spũs plenitudo. Quod igitur nobis satis esse iudicauit effudit, & quod effusum est, nõ separatum est nec incisum, secundum quod vnitatem habebat plenitudinis, quæ aciem nostri cordis illuminet pro nostræ possibilitate virtutis. Deniq; trĩ capimus, quãtũ pfectus nostrę mẽtis acgrit. Insepabilis est enĩ plenitudo gratię spiritalis, sed nobis p nrę participatẽ facultate naturę. Effudit ergo deus de spũ. Effundit etiã charitas dei p spiritum: quo loco vnitatem debemus agnoscere operationis & gratiæ. Sicut enim de spiritu sancto deus effudit,

Rom.5. ita etiam charitas dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum. vt intelligamus non esse opus sanctum spiritum, qui diuinæ arbiter & fons profluus charitatis est. Similiter autem vt credas id quod effundit cum creaturis non posse esse commune, sed speciale diuinitatis: etiam & filii nomen effunditur, sicut habes,

Cant.1. Vnguentum effusum est nomen tuum. Cuius virtute sermonis nihil potest esse præstãtius. Nam sicut inclusum in vase aliquo vnguẽtum cohibet odorem suũ, qui odor quandiu vasis illius angustiis coercetur, etsi ad plures non potest peruenire, tamen vim suã seruat: K cum vero de vase illo quo claudebatur vnguentum fuerit effusum, longe late q; diffusum ducitur: ita & Christi nomen ante eius aduentum in Israel populo quasi

Psal.75. in vase aliquo Iudæorum mentibus claudebatur. Notus enim in Iudæa deus, in Israel magnum nomẽ ei⁹. Hoc vtiq; nomen quod vasa Iudæorum angustiis suis coercitũ continebãt. Magnũ quidẽ & tũc nomen, cum infirmorũ atq; pauconũ hæreret angustiis, sed magnitudinẽ sui nondũ per corda gentiũ & in fines totius orbis effuderat. Postea vero q̃ per omnẽ mũdũ suo illuxit aduẽtu, p omnẽ vtiq; creaturã diuinũ illud suũ nomen extendit, nõ repletum excessione aliqua (plenitudo enim nescit augmentum) sed replens vacua, vt esset admirabile nomen eius in vniuersa terra. Huius igitur effusio nominis abundantem quandam exuberantiam gratiarum, bonorumq; cælestium significat largitatẽ. Ex abundanti enim superfluit quicquid effunditur. Itaque sicut creatura non potest dici sapientia quæ ex ore dei procedit, nec verbum quod eructuatur ex corde, nec vitus in qua plenitudo maiestatis æternæ est: ita etiam creatus non potest spiritus æstimari qui ex ore dei funditur, cum ipse deus tantam ostenderit vnitatem, vt effundere se de spiritu suo dicat. Quo intelligam⁹ quia etiam dei patris eadem gratia sit, quæ spiritus sancti est, & quod sine incisione ac detrimento aliquo diuidat⁹ mentibus singulorũ. Quod ergo de spiritu effunditur: L nec inciditur, nec partibus aliquibus corporalibus comprehenditur aut secatur.

Quia sempiternus dei spiritus. Caput VIII.

SVO MODO enim credibile est quod spiritus sectilibus aliquibus diuidatur? Dicit enĩ Ioannes de deo: Ex hoc cognoscimus quia 1.Ioan.3. manet in nobis de spiritu quem dedit nobis. Quod autem manet, semper vtiq; est, nec mutatur. Ergo si mutationem non habet, æternitatem habet. Et ideo spiritus sanctus sempiternus est, creatura autem obnoxia vitio, ideoq; mutabilis. Quod autem mutabile est, esse non potest sempiternum: & ideo non potest consortium esse creaturæ spiritus sanctus, quia sempiternus est spiritus, creatura autem omnis in tẽpore est. Sempiternum autẽ spiritum etiã apostolus ostendit:

Heb.9. Si enim sanguis hircorum & taurorũ & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnem emũdãdam, quanto magis sanguis Christi qui per spiritum sempiternum se obtulit immaculatum deo? Pleriq; arbitrati sunt vnguentum Christi esse spiritũ sanctum. Et bene vnguentum, quia oleum lætitiæ nuncupatum est, quo plurimarum redolent epulæ gratiarum. Verũ, illum deus omnipotens pater vnxit principem sacerdotum, qui non vt alii in typo vnctus ex lege, sed & secundum legem vnctus in corpore, & in veritate supra legẽ virtute sancti spiritus ex patre plenus est. Hoc est oleũ

Psal.44. lætitiæ, de quo dicit propheta: Vnxit te deus de⁹ tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Deniq; Petrus vnctum spiritu dicit Christum, sicut habes: Vos scitis qđ

Actu.10. factum est verbum per totam Iudæam, incipiẽs a Galilæa post baptismum quod prædicauit Ioãnes, Iesum a Nazareth, quomodo vnxit eum deus spiritu sancto. Oleũ igitur lætitiæ spiritus sanctus est. Et pulchre oleũ lætitiæ dixit, ne creaturam putares. Olei enim huiusmodi natura est, vt nequaq̃ naturę alterius humidę misceatur. Lætitia quoq; nõ corpus vngit, sed intima cordis illuminat, sicut propheta dixit: Dedisti lętitiam in

Psal.4. corde meo. Ergo cum ludat operã qui oleum velit cum creatura humidiore cõfundere, quia cum oleum leuior natura sit cęteris, residentibus aliis eleuatum secernit: qũo putant isti deterrimi caupones oleum lętitiæ cum cęteris creaturis sua posse fraude cõfundi, cum vtiq; nõ

A queant incorporeis corporea, increatis creata miscere? Et bene oleum lætitię dicitur quo vnctus est Christus. Neq; enim vsitatum fuit ei oleum & cõmune quærendum, quo aut vulnera curãtur, aut æstus leuatur, cũ fomẽtum vulnerũ suorum salus mundana nõ quæreret, nec refectionẽ corporis fatigativirtus sempiterna deposceret. Nec mirum si habet oleum lætitiæ, qui facit exultare morituros, tristitia mundũ exuit, maiestate fœ-

2.Cor.2. torem mortis aboleuit. Et ideo apostolus ait: Christi enim bonus odor sumus deo. vtiq; de spiritalib⁹ signi-

Luc.4. ficans se locutum. Sed & cum ipse filius dei dicit: Spiritus domini super me, propter quod vnxit me: spiritale significat vnguentum. Ergo vnguentum Christi est spiritus. Aut si quod vnguẽtum exinanitum est in nomine domini Iesu Christi, ipsum intelligere volũt vnguenti expressum nomine, non spiritum Christi: vtiq; cum vnctum spiritu sancto dominũ Iesum Petrus apostolus dixerit, liquet sine dubio quod vnguentũ dicatur & spirit⁹. Sed quid mirũ, cũ & pater & filius spiritus esse dicatur? De quo quidẽ dicemus plenius cum de vnitate nominis dicere cœperimus. Tamẽ quia hic quoq; incidit pulcherrimus locus, ne sine corollario eum prę-

Ioan.4. terire videamur, accipiant quia & pater dicitur spirit⁹, sicut in euangelio dominus locutus est, Quoniam spiritus est deus. & Christus spiritus dicitur, quia Hiere-

Thren.4. mias dixit: Spiritus ante faciem nostrã Christus dãs. Et pater ergo spiritus, & filius spiritus. Q d nõ est creaturæ corpus, hoc spirit⁹ est. Sed nõ confusus cũ patre & filio spirit⁹ sanct⁹, verũ & a patre distinctus & filio. Nõ enim spiritus sanctus est mortuus, qui mori nõ potuit, qui carnẽ nõ suscepit, nec mortis capax esse potuit sempiterna diuinitas: sed mortuus secundum carnẽ Chri-

B stus. In eo vtiq; mortuus, quod suscepit ex virgine, non in eo quod habebat ex patre. In eo enĩ mortuus, in quo crucifixus est Christus. Spirit⁹ autẽ sanctus nõ potuit crucifigi, qui carnẽ & ossa non habuit, sed crucifixus est dei filius, qui carnẽ & ossa suscepit, vt ĩ illa cruce nostrę carnis tentamẽta morerentur. Suscepit enim quod nõ erat, vt celaret quod erat. Celauit quod erat, vt tẽtarẽ in eo & redimeretur quod nõ erat, vt ad id quod erat, p id quod non erat, nos vocaret. O diuinum crucis illius sacramẽtũ, in qua hęret infirmitas, virtus libera est: affiguntur vitia, eriguntur trophæa. Vnde quidã sanct⁹

Psal.118. ait: Cõfige clauis a timore tuo carnes meas. nõ ferreis clauis, sed timoris & fidei. Vehementior est enim virtutis strictura q̃ pœnæ. Deniq; Petrus cũ vsq; in atriũ principis sacerdotum dominum sequeretur: quẽ nemo ligauerat, fides vinxerat: & quẽ fides vinxerat, pœna non soluit. Rursus cũ ligaretur a Iudæis, deuotio soluit, pœ-

C na nõ tenuit, quia nõ secessit a Christo. Ergo & tu crucifige peccatum, vt moriare peccato. Q ui enim peccato moritur, deo viuit. Viuamus ei qui filio proprio non pepercit, vt in illius corpore nostras crucifigeret passiones. Pro nobis enim mortuus est Christus, vt

1.Pet.2. nos in illius reduiuo corpore viueremus. Mortua est ergo in illo non vita nostra, sed culpa. Q ui peccata, inquit, nostra pertulit corpore suo super lignũ, vt a peccatis nostris separati cum iustitia viuamus, cuius vulnere plagarum sanati sumus. Lignum igitur illud crucis velut quædã nostræ nauis salutis vectura, nõ pœna est. Alia enim salus nõ est nisi vectura salutis æternæ, dum mortẽ expetẽdo nõ sentio, dum pœnã cõtẽnendo non patior, dum metũ nescio negligẽdo. Q uis est igitur cuius vulnere plagarum sanati sumus, nisi Christ⁹ dñs? De quo idem prophetauit Esaias, quia plaga eius nostrã medicina est. Et de quo Paulus apostol⁹ in epi-

2.Cor.5. stolis suis scripsit: Q ui peccatũ nõ cognouit, sed pro nobis peccatum fact⁹ est. Hoc quippe diuinum in eo, quia caro peccatum nõ fecit, nec in eo suscepti corporis natura peccauit. Nãquid mirum si non peccauit sola diuinitas, cum peccãdi incẽtiua nõ habeat? Si autẽ sol⁹ exors peccati deus, omnis vtiq; creatura per naturam sui, vt D diximus, obnoxia potest esse peccato.

Quia spiritus peccata condonat. Caput IX.

DI cigitur quicũq; spiritus sancti diuinitatem negas. Spiritus autẽ obnoxius nõ potuit esse peccato, qui magis peccata cõdonat. Nunqd angelus donat? Nunquid archãgelus? Non vtiq;. Sed donat solus pater, solus filius, solus spirit⁹ sanctus. Nemo autẽ quod nõ potest donare, nõ potest vitare. Sed fortasse dicit aliquis quia & Seraphim dixit

Esa.6. Esaię: Ecce tetigit hoc labia tua, & abstulit iniquitates tuas, & pcãta tua circũpurgauit. Abstulit, ingt, & circũpurgauit. Nõ ego abstuli, sed ignis de altari dei, hoc est, gra spiritalis. Q uid enĩ aliud pie intelligere possum⁹ in altari dei esse, nisi spiritus gratiã? Nõ vtiq; lignum sylvarum, nec fuligimẽ atq; carbonẽ. Aut quid tã pium q̃ vt secundum mysterium intelligamus, quia reuelabat in ore Esaię, omnes hoies per passionẽ Christi esse purgandos? Q uia velut carbo secundum carnẽ exustus est nostra peccata, sicut in Zacharia habes: Nõne hic titio e- Zacha.3.
E iectus ab igni? Et ille erat Iesus indutus vestimẽta fordida. Deniq; vt sciamus cõmunis hoc redẽptionis mysterium per prophetas euidẽtissime reuelatum, etiam hoc loco habes ab illo dictum, Ecce abstuli peccata tua: nõ quo Christus peccata sua deponeret, qui peccatũ nõ fecit, sed quod in carne Christi omnes a peccatis suis genus absolueretur humanum. Sed etiã si Seraphim abstulisset peccatum: quasi vnum vtiq; de ministris dei ad hoc esset ministerium destinatum. Sic enim dixit Esaias, Q uia missum est ad me vnum de Seraphim. E

Non de loco ad locum transire spiritum dei, de quo scriptum est: Q ui a patre procedit: & de quo dicit filius dei: Q uem ego mittam vobis. Caput X.

IT spiritus quidẽ missus dicitur, sed Seraphi ad vnum, spiritus ad oẽs. Seraphim mittitur in ministerium, spiritus operatur mysteriũ. Seraphim quod iubetur exequitur, spirit⁹ qđ vult diuidit. Seraphim de loco ad locum transit. nõ enim cõplet omnia, sed ipsum repletur ab spiritu. Seraphim descendit cum aliquo secundũ naturã suã trãsitu. At vero de spiritu sancto hoc non possumus æstimare: de quo dicit filius dei: Cum venerit, inquit, paracletus Ioan.15.
F spiritus veritatis, quẽ ego mitto vobis, qui a patre procedit. Et tenĩ si de loco procedit spirit⁹, & ad locũ transit: & ipse pater in loco inuenit, & filius. Si de loco exit quẽ pater mittit, aut filius: vtiq; de loco trãsiẽs spiritus atq; progrediens, & patrẽ sicut corpus secũdum impias interpretationes relinquere videtur & filium. Hoc secundum eos loquor qui putant quod habeat spiritus defectorium motũ. Sed neq; in loco aliquo pater circũscribitur, qui est super omnia nõ solum corporeæ naturę, sed etiam inuisibilis creaturæ. Neq; filius suorũ operũ locis tẽporibusq; conditur, qui super omnẽ est creaturam, totius opifex creaturæ: neque spiritus veritatis, vtpote dei spiritus, circumscribitur aliquibus finibus corporalibus, qui creaturæ inenarrabili diuinitatis plenitudine supereminet, spirandi vbi velit, & inspirandi quomodo velit, habens super omnia potestatem. Non ergo quasi ex loco mittitur spirit⁹, aut quasi ex loco procedit quando procedit ex filio, sicut ipse filius cum dicit: De patre processi & veni: omnes interficit opiniones Ioan.10.
quæ ex loco ad locum possunt sicut in aliquibus corporalibus æstimari. Similiter cum aut intus aut foris legimus deum esse, non vtiq; deum aut intra aliquod corpus includimus, aut ab aliquo corpore separamus: sed alta hoc & inenarrabili æstimatiõe pẽsantes, diuinę naturæ intelligimus arcanum. Deniq; ita sapiẽtia ex ore

G altissimi prodisse se dicit, vt non extra patrem sit, sed apud patrem, quia verbum erat apud deum. Nec solum apud patrem, sed etiã in patre. Dicit enim: Ego in patre, & pater in me est. Sed neq; cã de patre exit, de loco recedit, aut quasi corp⁹ a corpore separat. Neq; dũ cã patre est, quasi in corpore tanũ corpus includitur. Spirit⁹ quoque sanctus cum procedit a patre & filio, non separatur a patre, non separatur a filio. Quemadmodum enim separari potest a patre, qui spiritus oris eius est? Quod vtiq; & æternitatis indicium, & diuinitatis exprimit vnitatem. Est ergo & manet semper qui oris est spiritus. Sed descendere videtur etiam cum illum recipimus vt habitet in nobis, ne nos simus a gratia eius alieni. Nobis descendere videtur, non quo ille descendat, sed quo ad illum animus noster ascendat. De quo plenius diceremus, nisi meminissemus in libris iam superioribus positũ quod & pater dixerit: Descendamus Gene. 11. & confundamus linguas eorum. Et filius dixerit: Qui Ioan. 14. diligit me, sermonem meum seruabit, & pater me⁹ diliget eum, & ad eum veniemus, & mãsionem apud eũ faciemus. Sic igitur venit spiritus, quemadmodum venit pater: quia vbi pater est, ibi est & filius: & vbi filius est, ibi est & spiritus sanctus. Non ergo discrete venire æstimandus est spiritus sanctus. Venit autem non de loco ad locum, sed a dispositione constitutionis ad salutem redemptionis, a gratia viuificationis ad gratiam sanctificationis, vt de terris ad cælũ, de iniuria ad gloH riam, de seruitio ad regnum transferat. Sic ergo venit spiritus, quemadmodum venit pater. Dixit enim fili⁹: Ego & pater veniemus, & mãsionem apud eum faciemus. Nunquid corporaliter pater venit? Sic ergo spiritus venit: in quo, cã venit, & patris & filii plena præsentia est. Quis autem potest a patre & filio spiritum sanctum separare, cum vel appellare patrem & filiũ sine spiritu non queamus? Nemo enim dicit dominum 1.Cor.12. Iesum nisi in spiritu sancto. Ergo si appellare dominũ Iesum sine spiritu non possumus, sine spiritu prædicare non possumus. Si autem & angeli prædicant dominum Iesum, quem nemo potest sine spiritu prædicare: & in ipsis ergo spiritus sanctus operatur. Probauimus igitur vnam præsentiam esse, vnam gratiã esse patris & filii & spirit⁹ sancti, quæ tam cælestis atq; diuina est, Mat. 11. vt pro ea agat gratias patri filius dicens: Confiteor tibi domine pater cæli & terræ quod abscondisti hæc a sapientibus & prudẽtibus, & reuelasti ea paruulis. Ergo cum vna vocatio sit, vna etiam gratia est.

Quia vna pax, vna gratia patris & filii & spiritus sancti. Caput XI.

I Gal.1. DENIQVE scriptum est: Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Ecce habemus quia patris & filii vna est gratia, & patris & filii vna est pax: sed & gratia & pax fructus est spiritus, sicut ipse apostol⁹ docuit Gal.5. dicens: Fructus autem spiritus, charitas, gaudiũ, pax, patientia. Et bona pax & necessaria, vt nemo a disputationum turbetur incertis, neq; passionum corporaliũ tẽpestate quatiatur, sed in simplicitate fidei & trãquillitate mentis quietus circa dei cultũ perseueret affectus. De pace probauimus. De gratia autem propheta Zacharias dicit: Quia promisit deus effundere in Hierusalem spiritum gratiæ & misericordiæ. Et Apostolus Actuũ.2. Petrus dicit: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis gratiã spiritus sancti. Ergo sicut patris & filii, ita & spiritus sancti gratia est. Quomodo enim sine spiritu põt esse gratia, cũ gratia diuina ois in spiritu sit? Nec solũ pacẽ & gratiã legimus patris & filii & spiritus sancti, sed etiam charitatem & cõmunionẽ, fidelis Auguste. De charitate enim dictum est: Gratia domini nostri Iesu Christi, & k charitas dei.

Quia vna charitas patris & filii & spiritus sancti, & operatio trinitatis, vt passionem corporis dominus Iesus subiret. Caput XII.

ACCIPIAMVS charitatẽ patris. Eadẽ charitas quæ patris, etiam filii est. Ipse enĩ dixit: Qui me diligit, diliget a patre meo, Ioan. 14. & ego diligam eum. Quæ est enim charitas filii, nisi quia se pro nobis obtulit, & suo sanguine nos redemit? Eadem autẽ charitas & in patre est, quia Ioan.3. scriptũ est: Sic enim dilexit deus mũdũ, vt filium proprium daret. Tradidit ergo pater filiũ, & fili⁹ ipse se tradidit. Seruatur charitas, nec lædit⁹ pietas. Nulla est enim pietatis iniuria, vbi nulla est traditionis æruna. Tradidit volentem, tradidit offerentem, non vtiq; ad pœnã pater filium, sed ad gratiã. Si discutis facti meritũ, interroga pietatis vocabulũ. Vas electionis vnitatem hanc diuinæ charitatis euidenter ostendit, quia & pater tradidit filium, & fili⁹ ipse se tradidit. Pater tradidit, quia filio proprio non pepercit, sed pro nobis oib⁹ Rom.8. tradidit illum. De filio quoq; dicit: Qui se tradidit pro Gal.2. me. Tradidit inquit. Si gratię, quid arguo? Si iniuriæ, plus debeo. Sed sicut pater tradidit filium, & filius ipse se tradidit, accipe quia & spiritus eum tradidit. Scriptũ est enim: Tunc Iesus ductus est in desertum ab spiritu, Mat.4a vt tentaretur a diabolo. Ergo & spiritus diligens tradidit dei filium. Sicut enim vna est charitas patris & filii, ita hanc charitatem dei supra effundi per spiritũ sanL ctum, & fructum esse sancti spiritus declarauimus: quia Gal.5. fructus est spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia.

Quia vna communicatio patris & filii & spiritus sancti. Caput XIII.

COMMVNICATIONEM autẽ & patris & filii esse manifestũ est, quia scriptũ est: Et cõmunicatio nostra cum patre & cã filio eius Iesu Christo. Et alibi: Cõmunicatio spiritus sancti cũ omnibus vobis. Si igitur vna pax, vna gratia, vna charitas, vna communicatio est patris & filii & spiritus sancti: vna certe operatio est. Et vbi vna operatio est, vtiq; non potest virtus esse diuisa, & discreta substantia. Nam quomodo operationis eiusdem gratia conueniret?

Quia vnum nomen patris & filii & spiritus sancti. Caput XIIII.

M VIS igitur vnitatem separare audeat nominus, cum operationis videat vnitatẽ? Sed quid ego vnitatẽ nominis argumẽtis astruo, cum diuinæ vocis euidens testimonium sit, vnum nomen esse patris & filii & spiritus sancti? Scriptum est enim: Ite baptizate gentes in nomine patris Mat.28. & filii & spiritus sancti. In nomine dixit, non in nominibus. Non ergo aliud nomen patris, aliud nomẽ filii, aliud nomen spiritus sancti, quia vnus deus: non plura nomina, quia non duo dii, nõ tres dii. Et vt aperiret qa via diuinitas, vna maiestas est, quia vnum nomẽ patris & filii & spiritussancti, non in alio nomine venerit filius, in alio nomine spiritussanctus, ait ipse dominus: Ego veni in noie patris mei, & nõ accepistis me. si alius Ioan.5. venerit in noie suo, illum accipietis. Quod autẽ nomẽ patris est, hoc idẽ filii scriptura declarat, quia in Exodo dixit dñs: Ego antecedo in nomine meo, & vocabo te nomine meo dñm in conspectu tuo. Dominus ergo dixit, quia in noie suo vocauit dominum. Dominus ergo & patris est nomen & filii. Cum autẽ vnum nomen sit

A patris & filii, accipe quod & spiritussancti idem nomen sit, quoniam & spiritussanctus in nomine filii venit: si-
Ioan.14. cut scriptum est: Paracle⁹ autẽ ille spiritussanctus quẽ mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. Qui autẽ venit in nomine filii, vtiq; etiã in nomine patris venit, ga vnũ nomẽ patris & filii est. Sic fit vt vnũ & patris & filii nomen sit & spiritussancti. Nec enĩ est
Actuũ.4. aliud nomen sub cælo vllum in quo oportet saluos fieri. Simul docuit vnitatem diuini nominis esse credendam, non disparilitatem, quoniam in vnitate nominis venit Christus. In suo autem nomine vẽturus antichri-
Ioan.5. stus est, sicut scriptum est: Ego veni in nomine patris mei, & nõ accepistis me. si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Edoctum est igitur ex his non esse in patre & filio & spiritu pacleto nominis diuersitatẽ. Et quod nomen est patris, id esse etiam filii nomen: similiter quod nomen est filii, esse id etiã spiritussancti. Quãdoq; etiam paracletus filius dicitur, sicut & spiritussanctus. Et ideo ait in euangelio dominus Iesus: Rogabo patrẽ meũ, & alium paracletum dabit vobis, qui vobiscum sit in ęternum, spiritum veritatis. Et bene dixit aliũ, ne ipsum filiũ ipsum spiritũ intelligeres. Vnitas enĩ nois est nõ filii spiritus, quæ est Sabelliana cõfusio.

Quia & filius paracletus dicitur sicut & spiritus, et quia beneficii & gratiæ hoc nomen, non iniuriæ est. Caput XV.

B TAQVE alius paracletus est filius, alius
p.Ioan.2. paracletus spiritussanctus. Filium enim paracletum dixit etiã Ioannes, sicut habes: Si quis peccauerit, paracletũ habem⁹ apud patrem Iesum Christum. Itaq; quẽadmodum vnitas nominis, ita etiam vnitas potestatis est. Vbi enĩ paracletus spiritus, ibi etiam filius. Nam sicut hic in ęternum dominus futurũ cum fidelib⁹ spiritum dicit, ita etiam
Matt.28. de se alibi ostendit quod inæternum cum apostolis sit futurus, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem mundi. Vnum sunt ergo filius & spiritus, vnum nomen est trinitatis, & vna inseparabilisq; præsentia. Sicut autem ostendimus paracletum filium nominatum, ita etiam ostendimus veritatem spiritum nuncupatum, Veritas Christus, veritas spiritus. Habes enim in epistola Ioãnis: Quoniã spiritus est veritas. Non solum ergo veritatis, sed etiã
Ioan.14. veritas dicitur spiritus, sicut & veritas filius prædicatur, qui ait: Ego sum via, veritas & vita.

Quia sicut pater lumen, ita & filius lumen, & spirit⁹ lumen est. Et sicut patrem ignem legimus, ita & filiũ & spiritum sanctum. Caput XVI.

C VID autem astruam quod sicut pater lu-
1.Ioan.1. men, ita etiã filius lumen, & spiritussanct⁹ lumen est? Q̃d vtiq; diuinæ potẽtiæ est. Deus enĩ lux est, sicut dixit Ioannes: quia deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt. lux autẽ & filius, quia vita erat lux hominum. Et vt ostẽderet se de dei filio euãgeIoan.1. lista dixisse, ait de Ioanne baptista: Nõ erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mũdum. Ergo quia deus lux est, lux autem vera est dei filius: fi-
Esa.9. ne dubio deus ver⁹ est dei filius. Habes & alibi quia fiPsal.35. lius dei lux est. Popul⁹ qui sedebat in tenebris & in vmbra mortis, lucẽ viderunt magnã. Quid autẽ hoc eũdentius quod ait: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen? hoc est, quod apud te deus omnipotẽs pater, qui fons vitæ es, in lumine tuo filio lumen videbimus spiritus sancti: sicut ipse dominus ostẽdit dicẽs: Accipite spiritum sanctum. Et alibi:
Ioan.20. Et virtus exibat de eo. Ipsum autẽ patrẽ quis dubitet
Luc.6. lucem esse, cum lectũ sit de filio eius quia splẽdor sit lucis æternæ? Cuius enim nisi patris splendor est filius, Heb.1. qui & cã patre semper est, nec dissimilis, sed eadẽ claritate semper fulget? Et Esaias significat nõ solũ lucẽ, sed etiã ignem spiritum sanctũ, dicẽs: Et erit lux Israel Esa.10. in igne. Itaq; prophetat eum ignem ardentẽ, quia in tribus istis generibus propensius maiestatem diuinitatis aduertimus: quoniã et sanctificare diuinitatis esse aduertimus, & illuminare ignis & lucis est proprium, & specie ignis exprimi vel videri, diuine est cõsuetudinis. Deus enim est ignis cõsumẽs, sicut Moyses dicit. Vi- Deute.4. dit enim ipse in rubo ignẽ, & audierat deum tunc quãdo vox facta est de flãma ignis ad eum dicẽs: Ego sum Exo.3. deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. Vox ergo de flãma, & in rubo flãma, & flamma nõ noxia. Vrebatur enim rubus, & nõ exurebatur, eo quod illo mysterio dñs figuraret quia illuminaturus spinas nostri corporis adueniret, nec cõsumpturus ærumnosos, sed mitigaturus ærumnas, qui baptizaret in spiritu sancto & igni, vt gratiam tribueret, peccata cõsumeret. Ergo, in specie ignis deus, seruato proposito. In actibus quoque apostolorũ cum supra fideles spiritus sanctus descendisset, ignis species videbatur. Sic enim habes: Et fact⁹ est Actuũ.2. subito de cælo sonus tanq; vi magna spiritus ferretur, & repleuit totã domum vbi erant sedentes, & visæ sunt illis dispersæ linguæ tanquam ignis. Vnde & illud, qñ Iudic.7. Gedeon superaturus Madian, trecẽtos viros iussit hydrias sumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dextris tenere tubas: Ita nostri acceptum ab apostolis seruauere maiores, quod hydriæ sint corpora nostra figurata de limo, quæ timere non norunt si feruore gratiæ spiritalis ignescant, & Iesu domini passionem cano E ræ vocis cõfessione testentur. Quis igitur de diuinitate sancti spiritus dubitet, cum vbi spiritus gratia sit, ibi species diuinitatis appareat? Quo testimonio non diuersitatẽ, sed vnitatem diuinæ colligimus potestatis. Nam quemadmodum potest esse discretio potestatis, vbi vnius in omnibus operationis effectus est? Neque vero potest esse gratia facta mẽtorum, nisi vbi fuerit venia peccatorum. Quis est igitur iste ignis? Non vtiquę virgultis vilibus cõtextus, aut stipula syluarũ, fragosus incẽdũs, sed ignis ille qui vt aurũ bona facta meliorat, & vt stipulam peccata cõsumit. Hic est vtiq; spirit⁹ sanctus, qui dominici vultus et ignis appellatur et lumen.

Quia lumen vultus dei spiritus, & spiritus lumen. Caput XVII.

SICVT supra diximus: Signatũ est in nobis lumen vultus tui domine. Q̃d est ergo Psal.4. lumẽ signatum, nisi illius signaculi spiritalis, in quo credẽtes signati sunt? Signati, in- Ephe.1. quit, estis spiritu promissionis sancto. Et sicut lumẽ est vultus diuini, ita etiã ignis emicat ex dei vultu, ga scriptum est: Ignis in cõspectu eius ardebit. Præfulget enĩ Psal.49. gratia diei iudicii, vt sequatur absolutio quæ sanctorũ B remuneratur obsequiũ. O magna abundantia scripturarum, quam nemo possit humano ingenio comprehẽdere. O maximum diuinæ vnitatis iudicium. His enĩ duobus versiculis q̃ multa signantur.

Quia sicut pater vita, & filius vita, et spiritus sanct⁹ vita. Caput XVIII.

DIXIMVS quia lux est pater, lux filius, lux spiritus sanctus: accipiamus etiã quia vita est pater, vita filius, vita spirit⁹ sanctus. Et quia sicut pater vita, ita et filius vita, et spirit⁹ sanctus est vita. Dixit enim Ioãnes: Q̃uod erat ab initio, 1.Ioan.1. quod audiuimus, et q̃d vidimus, et oculis nostris pspeximus, et man⁹ nostræ scrutatæ sunt de verbo vitæ, et

G vita apparuit, & vidimus, & testamur & annũciamus vobis de vita quæ erat apud patrem. Et verbum vitæ dixit & vitam, vt & patrem vitam significaret & filiũ. Quid enim est vitæ verbum nisi dei verbum? Acper hoc & deus verbum dei vita est. Et sicut verbum vitæ Ezech. 1. dicitur, ita & spiritus vitæ. Scriptum est enim: Et spiritus vitæ erat in rotis. Itaq; sicut verbum vitæ vita est, ita & vitæ spiritus, vita est.

Quia sicut pater fons vitæ est, ita etiam filius, ita & spiritus sanctus. Caput XIX.

ACCIPE nũc quia sicut pater fons vitæ est, ita etiam filium pleriq; fontem vitæ memorarunt significatum, eo quod apud te, inquit, deus omnipotens, filius tuus fons vitæ sit, hoc est, fons spiritus sancti, quia spiritus vita est, sicut dominus ait: Verba quæ ego locut⁹ sum vobis, spiIoan. 6. ritus & vita sunt: qa vbi spũs, & vita: & vbi vita, etiam spiritus sanctus. Pleriq; tamẽ hoc loco patrẽ volunt tãtummodo fontem significatum, quanquã videant qd scriptura memorauerit quia sicut pater fons vitæ, ita & filius vita & spiritus: & sicut pater flumen, ita & fiPsal. 35. lius & spiritus sanctus. Apud te, inquit, fons vitæ. hoc est apud patrem filius: quoniã verbum apud deum, qd erat in pricipio, & erat apud deum. Sed siue patrẽ quis H hoc loco, siue filium intelligat fontẽ, fontem vtiq; intelligimus nõ aquæ istius quæ creata est, sed diuinæ illi⁹ gratię, hoc est spiritus sancti. Ipse est enĩ aqua viua, proIoan. 4. pterea dominus dicit: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Hanc aquam sitiuit anima Dauid. Harum fontem aquarum desiderat cernuus, non sitiens venena serpentum. Viua est enim gratia spiritalis, eo quod mẽtis interna purificet, & omne animi peccatum abluat, occultorumq; mundet errorem.

Quia sicut pater flumen, ita & filius, ita & spiritus sanctus. Caput XX.

SED ne quis forte tanquam pusillitatem spiritus redarguat, & hinc velit quandam facere distantiam magnitudinis, quod aqua portio videatur esse fontis exigua: quãquã creaturarũ exempla minime diuinitati aptanda videãtur, tamen ne quid ex hac quoq; creaturæ cõparatione prę iudicent, discant non solum aquam, sed etiã flumen dicIoan. 7. tum spiritũ sanctum, secundum quod lectũ est: Fluminа de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. Hoc autẽ dicebat de spiritu sancto quẽ accepturi erant qui crediturі erant in eo. Ergo flumen est spiritus sanctus, & flumẽ maximũ quod secundum Hebreos de Iesu fluxit in terris, vt ore I sæpe accepimus prophetarum. Magnum hoc flumen quod fluit semper, & nunquã deficit. Nec solum flumẽ, sed etiã profusi impetus, & magnitudinis redũdantis, Psal. 45. sicut etiam Dauid dixit quia fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Neq; enim ciuitas dei illa Hierusalẽ meatu alicuius fluuii terrestris abluitur, sed ille ex vitę fonte procedens spiritus sanctus, cuius nos breui satiamur haustu, in illis cælestib⁹ thronis, dñationib⁹ & potestatibus, angelis & archangelis redundãtius videtur effluere pleno septẽ virtutum spiritaliũ feruens meatu. Si enim fluuius riparũ editis superfusus exundat, quãto magis spiritus omnẽ supereminens creaturã, cum reliqua tanq; inferiora nostræ mẽtis aruа perstrigat, cæIesti illã creaturarũ naturã effusiore quadã sãctificationis vbertate lætificat? Nec moueat qd vel hic dixit flumina, vel alibi septẽ spiritus. his enĩ sanctificationibus septẽ spiritaliũ, sicut Esaias dixit, significat̃ plenitudo Esa. 11. virtutũ, spũs sapiẽtiæ & intellectus, spiritus cõsilii atq; virtutis, spiritus cognitionis atq; pietatis, spirit⁹ timoris dei. Vnum ergo flumen, sed multi spiritaliũ donok rum meatus. Hoc igitur flumẽ exit ex fonte vitæ. Nec hic rursus sensum tuũ ad inferiora detorqueas, qa quędam diuersitas videtur esse fontis & fluminis: & tamẽ ad oĩa prospexit scriptura diuina, ne infirmitas humani caperetur ingenii vilitate sermonum. Proponas tibi licet quoduis flumẽ, e fonte est, vni⁹ tũ naturę, vni⁹ splẽdoris & gratiæ. Dic sane & tu spiritũ sanctum vni⁹ cum filio dei & deo patre esse substãtiæ, vni⁹ claritatis & gloriæ. Capiam fidele cõpendiũ de vnitate virtutis, nec verebor aliquã de diuersitate magnitudinis quæstionem. Nam etiam in hoc nobis scriptura prospexit. Dicit enim dei filius: Qui biberit de aqua quã dabo ei, Ioan. 4. fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternã. Hic fons vtiq; gratia spiritalis est, fluuius ex viuo fonte procedens. Fons igitur vitæ etiã spiritus sanctus est. Aduertis etiam ex verbis ipsis diuinæ significari magnitudinis vnitatem, nec posse Christum etiam a perfidis fontẽ negari, cum fons dicatur & spiritus. Et sicut flumen dicitur spirit⁹, ita & pater dixit: Ecce ego decurrã Esa. 66. in vos sicut fluuius pacis, & sicut torrens inundans gloriam gẽtium. Quis autẽ dubitet flumen esse dei filiũ, de quo æternæ vitæ flumina profluebant? Bona ergo aqua spiritalis gratia. Quis hunc fontem dabit pectori meo? In me saliat, ĩ me fluat vitæ largitor æternę. Superfluat in nobis fons iste, nõ effluat. Dicit enim sapiẽProu. 5. tia: Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus, inq; plateis tuis superfluãt aquæ tuæ. Quo L modo hãc aquam tenebo ne effluat, ne labatur? Quomodo vas meum cõseruabo ne qua penetrãs rima peccati, æternæ vitæ distillet humorem? Doce nos domine Iesu, doce sicut docuisti Apostolos tuos dicẽs: NoMat. 6. lite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ęrugo & tinea exterminat, & vbi fures effodiũt & furant̃. Furẽ videlicet immundũ spiritum esse significat, qui i bonorum operum luce gradiẽtibus non posset obrepere. In tenebris autẽ secularium cupiditatũ, & interoblectamẽta terrestriũ si quẽ ceperit voluptatũ, oĩ virtutis æternæ flore dispoliat. Et ideo dñs dicit: Thesaurizate vobis thesaurum in cælo, vbi neq; ærugo neq; tinea exterminat, & vbi fures nõ effodiũt & furantur: Vbi enĩ fuerit thesaur⁹ tuus, ibi erit & cor tuum. Ęrugo nostra, lasciuia est. Ęrugo nostra, libido est. Ęrugo nostra, luxuria est, quæ flagitiorũ sordibus aciẽ mẽtis obducũt. Tinea rursus nr̃a, Arri⁹ est. Tinea nr̃a, Fotin⁹ est, qui sanctũ ecclię vestimẽtũ ipietate sua scindũt, & vnitatẽ diuinæ potestatis indiuiduã separare cupiẽtes, sacrilego morsu pcioſum fidei velamẽ obrodunt. Fũditur aqua si Arri⁹ dentẽ impresserit. Efflunt si aculeũ suũ in alicuius vas Fotinus infixerit. Vile figmentũ sumus, cito vitia sentimus. Sed nemo dicit figulo, qd me fecisti sic? Nã & M si vile vas nostrũ, aliud tũ in honore, aliud in cõtumelia est. Noli ergo aperire lacũ tuũ, noli fodere vitiis atq; criminibus: ne quis dicat: Lacũ aperuit, & effodit eũ, Psal. 7. & incidit in foueam quam operatus est. Si Iesum quęritis, cõtritos lacus deserite. Christus enim nõ ad lacũ, sed ad puteum sedere consuevit. Ibi eum Samaritana illa quæ credidit, illa quę aquam haurire cupiebat, inuenit. Quãtis mane venire debueris, tamen etiam si serius veneris, etiam sexta hora Iesum fatigatum ex itinere inuenies. Fatigatus est, sed in te, quia diu te quæsiuit, tua illum tanditu incredulitas fatigauit. Nõ offenditur tũ, si modo venias: petit bibere, datur⁹. Bibit autẽ nõ aquã prætermeãtis riuuli, sed salutẽ tuã, bibit affectũ tuũ, bibit calicẽ, hoc est, passionẽ illã tuorũ criminũ redẽptricẽ, vt tu siti istius mũdi sacri pot⁹ cruore restinguas. Sic Abrahã deum posteaq; puteũ fodit emeruit. Sic Isaac dũ ad puteũ deãbulat, veniẽtẽ illã in typo ecclesiæ accepit vxorẽ. Fidelis ad puteũ, infidelis ad lacũ. Denique & Rebecca, sicut legim⁹, petitorẽ iuenit ad fontem, & meretrices in lacu Iezabel se cruore lauerunt.

A

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. IN LIBRVM SECVNDVM DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM

PROLOGVS.

ITSI in libro primo veteris historię lectione patefactũ sit & in ipsis iudiciis Iudęorũ veterũ spiritalẽ gratiã refulsisse, & p spiritũ sanctũ cælestiũ sacramentorũ reuelata mysteria: quę Moyses nõ ignorauit ęternũ. Denique statim in principio mũdi, immo ante principiũ eũ deo iunxit, quẽ ante mundi principium sempiternũ esse cognouit. Nanq; si quis diligẽter aduertat, & patrem in principio & filiũ cognoscet & spiritũ. De patre enĩ scriptũ est: In Genes. 1. principio fecit deus cælũ & terrã. De spiritu dictum est, Spiritus superferebatur super aquas. Et bene in exordio creaturę baptismi figura signatur, per quod habuit creatura mũdari. Lectum etiã de filio quod ipse est qui discreuit inter mediũ lucis & tenebras. Vnus est enim deus pater qui dicit, & vnus dominus Iesus qui facit. Sed ne rursus aut arrogans putes dicentis imperiũ, aut vile facientis obsequium: æqualem sibi pater filiũ conGene. 1. fitetur operis vnitate, dicẽs: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinẽ nostrã. Et imago enĩ & operatio B & similitudo cõmunis, quid aliud nisi maiestatis eiusdem significat vnitatẽ? Tamen vt æqualitatẽ plenius patris filiiq; cognoscas, sicut dixit pater, & filius fecit: ita & pater operatur, & filius dicit. Pater opatur, sicut scriIoãnis. 5. ptum est: Pater meus vsq; modo operatur. Filius dicit, Ioan. 17. sicut habes dictum ad filiũ: Dic verbo, & sanabitur. Et filius dicit patri: Volo vt vbi ego sum, & isti sint mecũ. Fecit pater quod filius dixit. Sed nec Abrahã ignoravit spiritũ sanctũ. Denique tres vidit, & vnum adoravit: quia vnus deus, vnus dominus, & vnus spiritus. Et ideo vnitas honoris, quia vnitas potestatis. Et quid de singulis loquar? Sampson diuina promissione generatus, Iudicũ. 13. spiritũ comitantẽ habebat. Sic enĩ legim⁹: Quia benedixit eũ dñs, & cœpit spiritus domini comitari cũ eo in Iudi. 14. castra. Et ideo futurũ præuidens sacramentũ ex alienigenis poscebat vxorẽ: quod pater eius ac mater, vt scriptum est, ignorabãt quoniã a dño est. Meritoq; sortior cęteris habebatur, quia eum spiritus domini dirigebat, quo duce solus nunc alienigenarũ fugabat populos, nũc leonẽ morsu inuiolabilis, fortitudine insuperabilis discerptũ manibus diuidebat. Vtinã tam cautus ad seruãdam gratiã, q̃ fortis ad superãdam bestiã. Et fortasse hoc nõ solum virtutis miraculũ, sed etiã sapientiæ mysteriũ, prophetiæ oraculũ fuit. Neq; enĩ ociosum videtur quod cũ tenderet ad mysteriũ nuptiarũ, leo occurrit ei, quẽ manibus ille discerpsit, in cuius corpore cõnubia petituruа optata, congregationẽ apum reperit, & mel sustulit de ore eius, quod patri tribuit edendum & matri. Habebat gentiũ populus mella, qui credidit. qui corpus feritatis erat ante, nũc Christi est. Nec ipsa quæstio vacat a sacramẽtis quã proposuit sodalib⁹ suis dicens: De edente exiuit esca, & de potẽte exiuit dulce. Denique eousq; mystica, vt tribus diebus eius reuelatio quęreretur, quæ non potuit nisi per fidem ecclesiæ die septima cõpleto legis tempore post passionem domini reuelari. Ioãnis. 7. Si cenim habes, quia & apostoli ideo non intelligebant quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quid, inquit, dulcius melle, quid fortius leone? Ad quæ ille respõdit: Iudic. 14. Si non domuisse tis vitulam meã, nõ inuenisse tis quæstionem meã. O diuinum mysteriũ. O euidens sacramentum. euasimus interemptorẽ, potentem vicimus. Ibi nunc cibus vitę est, vbi erant antea miseriæ, fames, mortes. In salutem pericula, in suauitatem amaritudo conuertitur. Gratia ex offensione processit, potentia ex infirmitate, vita de morte. Sunt tamen qui econtrario putant fundari nõ potuisse conũgium nisi occiso leone de tribu Iudæ: et ideo in corpore eius, hoc est, ecclesiæ apes repertas quæ condunt mella sapientiæ, quia post dominii passionem magis apostoli crediderit. Hunc igitur leonem Sampson quasi Iudæus occiderit, & in eo mel in figura redimẽde hereditatis fuenerit, vt reliquię saluę fierent fecũdũ electionẽ gratiæ. Et decidit, inquit, super eum spiritus domini, & descendit in Ascalonem & percussit inde triginta viros. Neq; enim poterat victoriam non tenere qui sacramẽta cernebat. Accipiant itaq; in stolis premiũ sapientiæ, conuersationis insigne, qui absoluunt & renunciant quæstionem. Rursus hic alia oboriuntur mysteria, quod vxor eius auferatur, & ideo vulpes incendunt manipulos alienigenarum. Eos enim qui aduersus diuina sacramenta contẽdant, decipere sua consuevit astutia. Vnde iterum cum dicit in Canti. 2. Canticis canticorũ: Prendite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, vt vineę nostræ floreant: bene pusillas vulpes dixit, quia maiores vineas exterminare nõ poterant, licet fortibus & diabolus sit pusillus. Ergo ille (vt cõpendiũ faciamus historiæ, suo enim tẽpori totius lectionis digestio referuanda est) inuictus, quãdiu habuit gratiã spiritalem, sicut dei populus ille electus a domino, ille Nazare⁹ in lege. Inuictus ergo Sampson atq; ita insuperabilis, vt in maxilla asinæ viros mille percuteret: ita plenus gratiæ cælestis, vt etiã aquam in maxilla asini sitiens reperiret; siue hoc ad miraculum C conferas, siue ad mysteriũ vertas, quod in populi foret humilitate gentilis & requies & triũphus: iuxta quod scriptũ est: Qui te percusserit in maxillã, præbe ei & alteram. Per hanc enĩ iniuriam patiẽtiam quã cruciunt sacramenta baptismatis, de quibus dã stimulis iracundię triũphamus, vt morte obita resurrectionis requiem cõsequamur. Ille ne ergo Sampson qui funes intextos neruis, q nouas restes sicut mollia fila dissoluit? Ille ne Sampson qui crinium suorũ palo constricta defixo vinda non sensit quãdiu habuit gratiam spiritalem? Is inquam postea q̃ spiritus dei discessit ab eo, longe mutatus ab illo Sampson qui redit Allophylorum indutus exuuias, in mulieris genib⁹ virtutis † palpatusq; captus sacro crine tondetur. Tantum ne ergo momenti crines habuere capitis, vt manẽtibus his virtus inuicta duraret, tonso autẽ capite fortitudo omnis viri subito solueretur? Non ita est vt tantam vim corporalium capillorum putemus. Sũt quidam crines religionis & fidei, crines Nazarei in lege perfecti, in parsimonia & abstiD nentia cõsecrati, quibus illa in typo ecclesiæ quæ domini pedes oleo perfuderat, verbi cęlestis vestigia detergebat. Tunc enĩ & secundum carnẽ noueramus Christũ. Illi videlicet crines de quibus dicitur: Capillatura tua Canti. 4. vt greges caprarũ. ex illo capite pullulantes de quo dictum est: Caput autem viri Christus. Et alibi: Caput Canti. 5. eius aurum cephas, & crines eius abietes nigrę. Et bonæ abietes, naues Tharsis, quæ fluctibus supernatant mundi, & tutũ remigiũ salutis exhibeant. Vnde & in Euãgelio dominus noster visibiles capitis & intelligibiles capillos quosdam esse significãs, ait: Sed & capilli E capitis vestri omnes numerati sunt, spiritaliũ videlicet significans facta virtutũ. Neq; enim de capillis nostris cura est deo. Quanquã & illud nõ absurdum sit æstimare, quia pro maiestate diuina eũ latere nihil possit. Sed quid mihi prodest si deus ipse oẽs meos nouit capillos? Illud mihi redundat & proficit, si bonorũ operũ perpigil testis, remunerationem gloriæ donet æternæ. Denique & ipse Sampson non corporales sed intelligibiles hos capillos esse declarans, ait: Si tonsus fuero, discedet a me virtus mea. Hoc de mysterio.

G

CAPITA SECVNDI LIBRI DE SPIRITV SANCTO.

Quia dominus spiritus, quia virtus spirit⁹, sicut pater virtus, & filius virtus. Caput I.

Quia vnum consilium est patris & filii & spūs sancti. Caput II.

Quia sicut vita est cognoscere patrē & filium, ita vita est cognoscere spiritum dei. Caput III.

Quia sicut pater viuificat, ita filius, ita & spūs sanctus. Caput IIII.

Quia sicut pater creator est omnium, ita & filius, ita & spiritus sanctus. Caput V.

Quia sicut patri & filio, ita etiā spiritui sancto seruiendum est. Caput VI.

De eo quod scriptum est: Ecce ego firmās tonitrua, & creans spiritum. Caput VII.

Creat pater dominicæ incarnationis sacramentū, creat & spiritus, creat & filius. Caput VIII.

Quia sicut pater & filius, ita & spūs sanctus regenerat. Caput IX.

Quia eadē verba quibus spiritū inferiorē videri volūt, præeminentiam ostendunt patris & filii. Cap. X.

H Quia vna voluntas, vna vocatio patris & filii & spiritus sancti. Caput XI.

Quia sicut pater nouit filiū, & fili⁹ patrē, sic spūs patrē & filiū. Et sicut pater reuelat nobis quę sua sunt, sic & filius, sic & spūs sanctus reuelat nobis. Caput. XII.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE SPIRITV SANCTO AD GRATIANVM AVGVSTVM LIBER SECVNDVS.

Quia dominus spirit⁹, quia virtus spiritus, sicut pater virtus, & filius virtus. Caput I.

NVNC lectionis seriem consideremus. Supra habes quia benedixit eū dominus; & cœpit spirit⁹ comitari cū eo. (Iudicū. 13.) Infra ait: Et direxit sup eū spūs domini. (Iudic. 14.) Itē ait: Si tonsus fuero, discedet a me virtus mea. I Postea q̃ tonsus est, vide scripturā, quid dicat: Dominus, inquit, discessit ab eo. Vides ergo quia ille qui comitabatur, ipse discessit. Idē est ergo dominus, qui spiritus domini, hoc est, ipsum spiritū dei, dominū nuncupauit, sicut & apostolus ait: Dominus autem spiritus est. vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Habes ergo dominū dictum etiam spiritū sanctum. Non eñ vnus sed vnum sunt spiritus sanctus & filius. Hoc quoq; loco virtutem dixit, & spiritum significauit. Sicut eñ pater virtus, ita & filius virtus, & spiritus sanctus est virtus. (1. Cor. 1.) De filio legisti Christū dei virtutem esse atq; sapientiā. Legimus etiam quia virtus est pater, sicut scriptum est: (Mat. 26.) Videbitis filium hominis ad dexteram virtutis. Hic vtiq; virtutem patrem dixit, cuius ad dexterā filius sedet, sicut habes: (Psal. 109.) Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meā. Virtutē etiā spiritum sanctū ipse dominus nuncupauit dicens: (Actu. 1.) Accipietis virtutem aduenientem in vos spiritus sancti. Ipse enim spiritus virtus est.

Quia vnum consilium est patris & filii & spiritus sancti. Caput II.

QVIA legisti, Spiritus consilii atq; fortitudinis: K & sicut filius magni consilii angelus, ita etiam spiritus consilii est, vt vnum scias patris & filii & spiritus sancti esse consiliū. Consilium nō de rebus incertis aliquibus, sed pręcognitis & statutis. Arbitrū autē diuini consilii, spiritū etiam inde cognosce. Nam cū supra docuerimus arbitrum baptismatis esse spiritum sanctum, baptismū autē dei esse cōsilium legerimus, sicut habes: Pharisæi autē consilium dei spreuerunt, non baptizati ab eo: liquido claret quod sine spiritu baptisma esse nō possit, sine spiritu quoq; nō esse consilium dei. Et vt sciamus plenius virtutem esse spiritum, scire debemus ipsum esse promissum, quādo dixit dominus: Effundam de spiritu meo super omnē carnem. (Iohel. 2.) Ille enim qui promissus est nobis, ipse est virtus: sicut etiā in euangelio idem dei filius declarauit dicens: Et ego mittā promissa patris mei in vos. (Luce. 24.) vos autem sedete in ciuitate quoadusq; impleamini virtute ex alto. Eousq; autem virtutem esse spiritū sanctum euangelista significat, vt & eum vi magna etiā sanctus Lucas descendisse memoraret, dicens: Et factus est subito (Actuū. 2.) de cælo sonus tanq̃ vi magna spiritus ferretur. Sed ne rursus putes ad sensibilia & corporalia hoc esse vertendum, accipe quia sic descendit & spiritus quēadmodum descensurus est Christus. Nam & ipse cum virtute descendet, L sicut habes: Et videbunt filium hominis venientem (Mat. 24.) in nubib⁹ cæli in virtute maxima & maiestate. Quomodo enim nō est vna virtus atq; eadem potestas, cū vnum opus, vnum iudiciū, vnum tēplum, vna viuificatio, vna sanctificatio, vnum etiā regnum sit patris & filii & spiritus sancti?

Quia sicut vita est cognoscere patrē & filiū, ita vita est cognoscere spiritum dei. Caput III.

DICANT enim in quo dissimilitudinē diuini operis arbitrentur, quādoquidem sicut vita est cognoscere patrem & filium, quēadmodum ipse dominus declarauit dicens: Hæc est autem vita ęterna, vt cognoscant te solum verum deum, (Ioan. 17.) & quem misisti Iesum Christū: ita etiā vita est cognoscere spiritū sanctum. Dicit eñ dominus: Si diligitis me, mādata mea seruate, & ego rogabo patrē, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternū, spiritum veritatis, quem mundus nō potest accipere, quia nō videt eū, nec cognoscit eū: vos autem M scitis eū, quia apud vos manet, & in vobis est. Ergo mūdus nō habebat vitam æternam, quia nō acceperat spiritum. Vbi autem spiritus, ibi vita æterna. Ipse est eñ spiritus vitæ operator æternæ. Vnde miror cur de solo & vero deo Arriani moueant quęstionē. Sicut enim vita ęterna est cognoscere Iesum Christum, ita vita æterna est cognoscere spiritum sanctum: quem sic non videt mundus, quemadmodum patrem: sic non scit, quemadmodum filium. Qui autē de hoc mundo non est, habet vitam æternam, & cum ipso manet spiritus in æternum, qui est lumen vitæ æternæ. Ergo si hoc confert cognitio soli veri dei, quod confert filii spiritusq; cognitio, cur filium & spiritum a veri dei honore secernis, cum a magnitudine beneficii non secernas? Aut enim credas necesse est solius veræ diuinitatis esse hoc maximū munus: & solam & veram diuinitatem, sicut patris, ita & filii & spūs confitebere. aut si deus ex ęquo vitam potest ęternam conferre, qui verus deus non sit: incides vt patri magis derogare videaris, cuius opus non potest solius veræ diuinitatis esse præcipuum, sed creaturæ operibus conferendum.

Quia sicut pater viuificat, ita filius, ita & spiritus sanctus. Caput IIII.

A QVID autem mirum si spiritus operator est vitæ, qui viuificat sicut pater, viuificat sicut filius? Viuificare autē quis abnuat esse maiestatis æternę? (Psal. 118.) Scriptum est eñ: Viuifica seruum tuū. Viuificatur ergo qui seruus est, hoc est homo, qui vitam ante non habuit, sed vt haberet accepit. Videamus igitur vtrū viuificetur spūs, an ipse viuificet. (2. Cor. 3.) Sed scriptū est: Litera occidit, spūs autē viuificat. Ergo viuificat spūs. Sed vt intelligas patris & filii & spūs sancti viuificationē nō esse diuisam, accipe q̃a viuificationis quoq; vnitas sit, quando ipse per spiritū viuificat deus. (Roma. 8.) Dixit enim Paulus: Qui suscitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

Quia sicut pater creator est omniū, ita & filius, ita & spiritus sanctus. Caput V.

QVIS vero dubitare potest quia viuificet omnia spirit⁹ sanctus? quādo & ipse, sicut pater & filius, creator est omnium: nec quicq̃ nisi cū spiritu sancto deus omnipotens pater intelligatur operatus. Quandoquidem & in principio creaturæ spiritus superferebatur super aquam. Itaque cum superfertur spiritus, nulla erat gratia creaturæ. Postea vero q̃ operationem spiritus etiam creatura B mundi istius suscepit, omnem hanc gratiæ meruit venustatem qua mundus illuxit. Deniq; sine spiritu sancto vniuersitatis gratiā manere non posse propheta (Psal. 103.) declarauit dicens: Auferes spiritū eorum, & deficient, & in puluerem suum conuertentur. Emitte spiritū tuū, & creabuntur, & innouabis omnē faciem terræ. Non solum igitur sine spiritu docuit omnē creaturam stare nō posse, sed etiā creatorem totius esse spiritum creaturæ. Et quis neget opus esse spiritus sancti quod creata est terra, cuius opus est quod nouatur? Nam si negare cupiant quod per spiritum sit creata, cum per spiritum nouandam negare non possint, meliorem ergo operationem spiritus sancti q̃ patris & filii qui cupiunt separare defendent, quod abhorret a vero. Neq; enim dubium est quod nouata terra melior q̃ creata sit, aut si primo sine operatiōe spiritus sancti terram pater fecit & filius, postea vero spiritus sancti operatio copulabitur, videbitur id quod factum est, eius quod accessit eguisse præsidio. Sed absit vt hoc quisquā æstimet, vt operatio diuina varietatem creatoris quam Manichæus inducit habere credatur. An vero sine opere spūs sancti substātiam putamus esse terrarū, sine cuius opere nec cæli cō(Psal. 32.)uexa subsistunt? Scriptū est eñ: Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Aduerte quid dicat. Omnē inquit virtutem cælorum ad C spiritū esse referēdam. Qui enim superferebatur anteq̃ terra fieret, quomodo cum terra fieret non ferebatur? Gentiles homines per vmbram quādam nostros secu(Virgil. libro. 6. ęneidos.)ti, quia veritatem spiritus haurire non poterant, quod cælum ac terras lunæ quoq; stellarumq; micantiū globos spiritus intus alat, suis versibus indiderūt. Ergo illi per spiritū nō negant virtutē subsistere creaturæ: nos qui legimus, denegamus? Sed flatilem putatis ab illis spiritū designatū. Sed illi autorē omniū flatilem spiritū declararunt, nos dubitamus spiritū dei esse omniū creatorem? Sed quid alienis immoror? Accipiant documētum euidens, nihil posse esse quod spiritus negetur operatus, nec de angelis, nec de archāgelis, nec de thronis, nec de dominationib⁹ posse dubitari quod eius operatione subsistant: quandoquidem ipse secundum carnem dominus cui angeli seruiebant, spiritu in virgine superueniente generatus sit: sicut & secundum Matthæum ad Ioseph angelus dixit: Ioseph fili Dauid noli (Matth. 1.) timere accipere Mariā coniugem tuā. quod eñ ex ea nascetur, de spiritu sancto est. Et secundū Lucā dixit ad Mariam: Spiritus sanctus veniet in tē. (Luce. 1.) Opus ergo spiritus, virginis partus est. D Opus spiritus, fructus est ventris, secūdum quod scriptum est: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Opus spūs, flos radicis est. Ille inquā flos, de quo bene est prophetatū: Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. (Esaie. 11.) Radix Iesse patriarchę familia Iudęorū, virga Maria, flos Marię Christus, qui bonum odorem fidei toto sparsurus orbe virginali ex vtero germinauit, sicut ipse dixit: Ego flos campi, & lilium cōuallium. (Canti. 2.) Flos odorē suum succisus reseruat, & cōtritus accumulat: nec auulsus amittit. Ita dominus Iesus in illo patibulo crucis nec contritus emarcuit, nec auulsus euanuit, sed illa lanceę punctione succisus, sacro speciosior fusi coloris cruore vernauit, mori ipse nesciens, & mortuis æternæ vitæ munus exhalans. In hoc igitur spiritussanctus virgæ regalis flore requieuit. Bona virga, vt quidam putant, & caro domini, quę de radice terrena ad superna se subrigens, odoriferos sacræ fructus religiōis circūtulit mūdo, mysteria diuinę reuelationis, & gratiam cęlestibus altaribus supereffundens. Dubitare ergo nō possumus spiritū creatorē, quē dominicæ cognoscim⁹ incarnationis autorē. Quis eñ dubitet, cum in principio euāgelii habeas quia Christi generatio sic erat: Cū desponsata (Matth. 1.) esset Maria Ioseph: antequā conuenirent, inuēta est in vtero habens de spiritu sancto. Nam licet pleriq; habeant, de spiritu, Gręcus tamē vnde transtulerūt latini, E ἐκ πνεύματος ἁγίου dixit, hoc est, ex spūsancto. Quod ergo ex aliquo est, aut ex substātia est, aut ex potestate eius. Ex substantia, sicut filius, qui ait: Ex ore altissimi (Eccli. 24.) prodiui: sicut spūs qui a patre ꝓcedit, de quo dicit filius: (Ioan. 16.) Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Ex potestate autem, sicut illud est: Vnus deus pater, ex quo omnia. (1. Cor. 8.) Quomodo ergo in vtero habuit Maria ex spiritusancto? Si quasi ex substātia: ergo spiritus in carnē & ossa conuersus est? Nō vtiq;. Si quasi ex operatione & potestate eius virgo concepit, quis neget spiritū creatorem? Quid quod etiā Iob creatorē suum euidenter ostendit, dicens: Spiritus diuinus, qui fecit me? Et diuinū vtiq; & creatorem vno versiculo demonstrauit.

Quia sicut patri & filio, ita etiam spiritui sancto seruiendum est. Caput VI.

SI igitur creator est spiritus, nō est vtiq; creatura. Creaturam enim apostolus creatoreq; diuisit, dicens: Seruierunt creaturę potius q̃ (Roma. 1.) creatori. Simul creatori admonet seruiendum, damnando eos qui seruiunt creaturæ, cū creatori seruitium debeamus. Et quoniā creatorem spiritū nouerat, docet eidem seruiendum, dicens: Videte canes, (Philip. 3.) F videte malos operarios, videte concisionē. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritui deo seruimus. Quod si quis de latinorū codicum varietate contēdit, quorū aliquos perfidi falsauerunt, Græcos inspiciat codices, & aduertet q̃a scriptum est, οἱ πνεύματι θεῷ λατρεύοντες. quod interpretatur, qui spiritui deo seruimus. Ergo si seruiendum dicat spiritui idem apostolus qui nō creaturæ sed creatori asserit seruiēdum: euidenter vtiq; ipse sanctum ostendit spiritū creatorē, & in ęternę diuinitatis honore venerādum, quia scriptū est: Dominū deum (Mat. 4.) tuum adorabis, & illi soli seruies.

De eo quod scriptum est: Ecce ego firmans tonitrua & creans spiritum. Caput VII.

NEC præterit hæreticos obiectare consuesse, ideo videri creatum spiritū sanctū, quia pleriq; eorum ad argumenta astruenda suę impietatis asciscunt illud quod Amos de flatu ventorū locutus est, vt ipse propheticus sermo declarat.

G Sic enī habes: Ecce ego firmās tonitrua, & creans spiri
tum, & nuncians in homines Christū suum, faciens lu=
cem & nebulam, & ascendens super excelsa, dominus
deus omnipotēs nomē est ei. Si hinc faciunt questionē
de eo quod scriptū est: Ecce ego firmans tonitruum, &
creans spiritum, quod creatum spiritū dixit: quia crea=
tur spiritus, Hesdras nos docuit, dicens in tertio libro:
Et in die secundo iterum creasti spiritum firmamenti.
Tamen vt propositis inhæreamus, his videlicet quæ
Amos dixit, nonne euidenter dictionū testificatur series
de istius creatura mundi locutū prophetā? Deniq; ita
cœpit: Ego dominus firmans tonitruum, & creans spi=
ritū. Ipse ordo nos doceat. Nam si de spiritusancto dice=
re voluisset, nō de tonitruo vtiq; premisisset. Neq; enim
antiquiora tonitrua sunt, q̄ spiritussanct⁹. Quāuis im=
pii sint, tamen id nō audeant dicere. Deinde cum subie
ctum videamus esse de luce & nebula, nōne manifestū
est quod de creatura mundi dictum intelligendum sit?
Cum enim sint aliquę tempestates istius mūdi, præce=
dere tonitrua, sequi ventorum flatus, cęlum nebulis ca=
ligari, lucem fundi ex tenebris, ipso vsu quotidiano exē
ploq; cognoscimus. Nam etiam flatus ventorum spi=
Psal. 10. ritus dicitur, sicut scriptum est: Ignis & sulphur & spi=
ritus procellæ. Et vt scires quia hunc spiritū dixit, ait:
Firmans tonitrua, & creans spiritū: quia frequēter creā
tur ista cū fiunt. Spiritus autē sanctus æternus est, quē
si quis audet dicere creatum, non potest tamen dicere
H quod quotidie creatur, sicut flabra ventorū. Deniq; ipsa
sapientia secundum suscepti locuta corporis sacramen=
tum, ait: Dominus creauit me. Quāuis ventura pro=
phetaret, tamen quia prædestinatus erat domini salua
toris aduentus, nō dixit creat me, sed creauit me, ne fre
quenter sed semel crederent ex virgine Maria Iesu cor
pus esse generandū. Ex hoc igitur quod velut quotidia=
nam opationē dei in tonitrui firmamēto, & in spiritus
creatiōe propheta declarauit, intelligere nefas est vt de
spiritu sancto tale aliquid ęstimem⁹, quē ipsi impii ante
secula esse negare nō possunt: vnde & semp eum esse, &
semper manere, pia assertiōe testamur. Neq; enim qui
ante mundum superferebatur super aquas, potest vide=
ri creari posse post mūdum: aut multos spiritussanctos
æstimari fas est, qui veluti quotidiana generatione ge=
nerentur. Absit vt se quisquā tali impietate cōtaminet,
vt dicat frequenter creari, aut vnquam creari spiritum
sanctum. Cur enim frequenter creari videatur, nō intel
ligo, nisi forte & mori eum credant frequēter, & frequē=
ter recreari. Sed quēadmodum mori potest spiritus vi=
tæ? Ergo si mori nō potest, causam non habet cur sæ=
pius sit creandus. Aut qui aliter putant, in illud sacrile=
I gium incidunt, vt nō distinguant spiritūsanctum, qui
prolatiuum verbum putant in patrem redire, prolati=
uum spiritum in deum refundi, vt vnius refusio sit &
quædam vicissitudo in varias formas sese permutan=
tis, cum patris & filii & spiritussancti manens semper
immutabilisq; distinctio vnitatem suæ teneat potesta=
tis. Si quis tamen propheticum dictum ideo deriuan=
dum putat ad interpretationem spiritussancti, quia ha
bet, Annuncians in homines Christum suum: is ad
incarnationis dominicæ mysteria dictum facilius de=
riuabit. Nam si te mouet quia spiritum dixit, & ideo
hoc non putas deriuandum ad mysteria assumptionis
humanæ: prosequere scripturas, & inuenies optime
congruere de Christo, de quo bene conuenit æstimari
quia firmauit tonitrua aduētu suo, vim videlicet & so=
num cælestium scripturarum, quarum velut quodam
tonitruo mentes nostræ redduntur attonitæ vt timere
discamus, & reuerentiam cęlestibus deferamus oracu=
Marci. 3. lis. Deniq; in euangelio fratres domini, filii tonitrui di=
cebantur. Et cum vox patris facta esset dicentis ad fi=
Ioānis. 12 lium: Et honorificaui, & iterū honorificabo: Iudęi dicē=
bāt, Tonitruū factū est illi. Nā licet gratiā veritatis hau
rire nō possent, tamē confitebātur inuiti, & ignari my= K
sterium loquebātur, eo quod magnū patris de filio te=
stimoniū resultabat. In Iob quoq; libro scriptura dicit: Iob. 26.
Firmamentum quoq; tonitrui sui quis scit quādo fiet?
Vtiq; si ad hęc cōmotionū cęlestium tonitrua pertine=
rent, nō futura eorū firmamēta, sed facta dixisset. Ergo
tonitrua ad sermones domini retulit, quorum in omnē
terrā exiuit sonus. Spiritū autē hoc loco animā quam Psal. 18.
suscepit rationabilem atq; perfectam intelligimus, quia
scriptura frequēter & animā hominis spiritus vocabu=
lo designauit, sicut habes: Qui creauit spiritū hominis
in ipso. Vnde & dominus animā suā spiritus appella=
tione significans, ait: In manus tuas cōmēdo spiritum
meū. Et vt scires quia Iesu domini descensionē memo=
rauit, addidit quod nunciaret in homines Christū suū.
Annunciauit enim in baptismate, dicens: Hic est filius
meus dilectus, in quo bene complacui. Annunciauit in
monte, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audi=
te. Annūciauit in passione, cū sol recessit, maria terræq;
tremuerunt. Annunciauit in centurione, qui ait: Vere
dei filius erat iste. Totum igitur hunc locū aut ad sim=
plicem intellectū istius flatus qui viuendo hauritur, aut
ad mysteriū dominici corporis referre debemus. Nam
si hic creatum dixisset spiritū sanctū, vtiq; & alibi idem
scriptura declarare potuisset, sicut de filio dei frequenter
legimus quia secūdum carnem & factus est, & creatus.
Cuius tamen maiestatē in eo ipso quod carnem pro no
bis suscepit, cōsiderare nos cōuenit, vt diuinā potētiam L
in ipsa corporis assumptione videamus.

Creat pater dominicæ incarnationis sacramentum, creat & spiritus, creat & filius. Caput VIII.

ETENIM sicut legimus quia creauit pater
dominicæ incarnationis sacramētū, creauit
& spiritus: ita etiam legimus quod & suum
corpus Christus creauit. Creauit enī pater,
secundum quod scriptum est: Dominus creauit me. Et
alibi: Misit deus filium suū factū ex muliere, factū sub Gala. 4.
lege. Creauit & spiritus, & illud omne mysteriū, secun=
dum quod legimus quia inuēta est Maria in vtero ha= Mat. 1.
bens de spiritu sancto. Habes quia creauit pater, creauit
& spiritus sanctus. Accipe quia creauit & filius dei, di=
cente Salomone; Sapientia fecit sibi domū. Ergo spiri= Prouer. 9.
tus sanctus qui creauit dominicæ incarnationis sacra=
mentū, quod super omnes est creaturas, quomodo esse
poterat creatura? De generalitate autem supra osten=
dimus quia secūdum carnem creator est noster spiritus
sanctus in homine exteriore. Nunc ostendamus quia
creator est noster etiā secūdum gratiæ sacramentū. Et M
sicut creat pater, ita creat & filius, ita creat & spirit⁹ san=
ctus, sicut legimus dicēte Paulo: Dei enim donum est Ephe. 2.
non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enī sumus fa=
ctura, creati in Christo in operibus bonis.

Quia sicut pater & filius, ita & spiritus sanctus regenerat. Caput IX.

ERGO creat pater in operibus bonis, creat &
filius, quia scriptū est: Quotquot autē eū re= Ioānis. 1.
ceperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri
iis qui credunt in nomine eius, qui nō ex san=
guinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex volūtate vi=
ri, sed ex deo nati sunt. Similiter ex spiritu secundum
gratiā nos renasci dominus ipse testatur, dicēs: Quod
natum est ex carne, caro est, quia de carne natū est. Et
quod natū est de spiritu, spiritus est, quia deus spūs est.
Nolite mirari quia dixi, oportet vos nasci denuo. Spiri
tus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde
veniat, aut quo vadat. sic est omīs qui natus est de spiri=
tu. Claret igitur spiritalis quoq; generatiōis autorē esse

A spiritū sanctū, quia secundum deum creamur, vt filii dei
simus. Ergo cum ille nos in regnū suum per adoptionē
sacræ regenerationis assumpserit, nos ei quod suum est
denegamus? Ille nos supernæ regenerationis fecit hæ=
redes, nos hæreditatē vendicamus, refutamus autorē?
Sed nō potest manere beneficiū, cum autor excluditur.
Nec autor sine munere, nec munus sine autore. Mu=
nus si vendicas gratię, crede potētiam. Si refutas potē=
tiam, gratiā ne requiras. Qui Christū negauit, statim
amisit & nomē. Nā si autor vilis, quomodo dona pre=
ciosa? Cur nostris ipsi muneribus inuidemus, spem im
minuimus, dignitatē repudiamus, cōsolatorem nega=
mus? Sed illum negare nō possum⁹. Sed absit vt nege=
mus quod maximū est, cū apostolus dicat: Vos autē
fratres secundum Isaac promissionis filii estis: sed sicut
tunc qui secundum carnem natus est, persequebatur eū
qui secūdum spiritum. Iterum vtiq; subauditur de supe
rioribus, qui secūdum spiritū natus est. Qui ergo secū=
dum spiritum nascitur, secūdum deum nascitur. Rena=
scimur autem quando in interiore renouamur affectu,
& exterioris hominis vetustatem deponimus. Et ideo
Ephe. 4. ait iterum apostolus: Renouamini spiritu mentis ve=
stræ, & induite nouum hominē qui secūdum deū crea=
tus est in veritate & iustitia & sanctitate. Audiant quē=
admodum vnitatē diuinæ operationis scriptura signa=
uerit. Qui renouatur spiritu mentis, induit nouum ho=
B minē qui secūdum deum creatus est. Sancti igitur spiri=
tus opus est regeneratio ista prestantior: & noui huius
hominis qui creatus est ad imaginē dei, autor est spūs.
Quem vtiq; meliorē hoc exteriore esse nostro homine
nemo dubitauerit. Siquidē cælestem alterū, terrenum
1. Cor. 15. alterū apostolus significauit, dicens: Qualis cælestis,
tales & cælestes. Ergo cū cęlestē faciat gratia spiritalis,
quid terrenū creare possit, etiā sensu debemus aduerte=
re, licet credamus exēplis. Dicit enī alibi sanctus Iob:
Iob. 27. Viuit dn̄s qui sic me iudicat, & omnipotēs qui ad ama
ritudinem perduxit animā meā, spiritus autē diuinus
qui est in naribus meis. Non vtiq; spiritū hic auram vi=
talem hanc & spiramentū corporeū designauit, sed na=
res hic interioris sui hominis significat, quib⁹ vitæ odo
rem carpebat æternæ, & gratiā cælestis vnguenti ge=
minis quibusdam sensibus hauriebat. Sunt enī nares
spiritales, vt legimus, quas habet sponsa verbi, cui dici=
Canti. 7. tur: Et odor naris tuæ. Et alibi: Odoratus est dn̄s deus
Gene. 8. odorem suauitatis. Sunt enim quędam interioris mē=
bra hominis, cuius manus in actu, aures in auditu, pe=
des in processu quodam boni operis ęstimantur. Itaq;
ex officiis veluti quasdam colligimus mēbrorum figu=
ras. Neq; enim in interiore homine secundum carnalia
aliquid nos conuenit opinari.

C Quia eadē verba q̄bus spiritū inferiorē videri volūt, preeminētiam ostendunt patris & filii. Caput X.

ET sunt quidam qui corporaliter deum pu=
tant esse formandum, cum legunt aut ma=
num eius, aut digitum. Nec aduertūt quod
hæc non propter formā scripta sint corporis,
quia in diuinitate nec membra nec partes sunt, sed pro=
pter vnitatē diuinitatis expressam, vt credamus quia
impossibile est a patre deo vel filium vel spiritum san=
ctum separari, cum plenitudo diuinitatis velut corpo=
raliter habitet in substantia trinitatis. Ideo igitur & fi=
Psal. 117. lius, patris dextera nuncupatur, sicut lectum est: Dexte
ra dn̄i fecit virtutē, dextera dn̄i exaltauit me. Sed quid
mirum si de verbis amentes homines faciunt quęstio=
nem, cū faciant & de syllabis? Sunt enī qui hinc putent
faciendam esse distantiam, quo dicant in spiritu deum,
non cum spiritu prædicādum: & ex vna syllaba vel vsu
quodam diuinitatis æstimandum putent esse momē=
tum, argumētantes, quod si in spiritu deum prædican=
dum putent, ministeriū sancti spiritus signare videan= D
tur. Si vero cū spiritu dicant dei vel virtutem esse vel
gloriam, societatem quādam & cōmunionem patris &
filii & spiritussancti designare videātur. Sed quis sepa=
ret quod non potest separari? Quis diuidat societatem
quam indiuiduam Christus ostendit? Ite, inquit, bapti Mat. 28.
zate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus=
sancti. Nunquid hic circa patrē vel filium vel spiritū=
sanctum aut verbum mutauit, aut syllabam? Nō vtiq;,
sed in nomine, inquit, patris & filii & spiritussancti, idē
de spiritu quod de patre & de se sonat. Vnde nullū spi=
ritussancti ministeriū, sed consortium magis honoris
aut operis, cum in spiritu dicatur, æstimatur. Cōsidera
& hic quia ad patrem & filium hoc opinionis vestræ
præiudicium deriuatur, quia hic non dixit, cū patris &
filii & spiritussancti nomine, sed in nomine: & tamē nō
ministerium aliquod trinitatis hac syllaba exprimitur,
sed potestas. Deniq; vt scias quia fidei non præiudicat
syllaba, sed conuincat fides syllabam, & Paulus loqui=
tur in Christo. Nec ideo minor Christus est, quia Pau
lus locutus in Christo est, sicut habes: Coram deo in 2. Cor. 2.
Christo loquimur. Quēadmodū igitur Apostolus di=
cit quia in Christo loquimur, ita illud est, quia loqui=
mur spiritu: sicut ipse Apostolus dixit: Quia nemo di= 1. Cor. 12.
cit dominū Iesum nisi in spiritusancto. Non subiectio
itaq; hoc loco spiritussancti, sed gratiæ copula designa=
tur. Et vt scias discretionē nō esse de syllaba, alibi quoq; E
ait: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctifi= 1. Cor. 6.
cati estis, sed iustificati estis in nomine Iesu Christi, &
in spiritu dei nostri. Quā multa possum hinc exempla
proferre. Scriptum est enim: Omnes vos vnū estis in
Christo Iesu. Et alibi: Sanctificatos in Christo Iesu. Et
iterum: Vt nos essemus iustitia dei in ipso. Et alio lo= Gala. 5.
co: Vt excidant a fide quæ est in Christo Iesu. Verum
quid ago? Dū enī similiter dico scriptū esse de filio, quē=
admodum de spiritu scriptū est: magis illud incurro, vt
non quia de filio scriptum est, religiose dictum videatur
esse de spiritu, sed quia idem de spiritu scriptum est, etiā
de filio propter spiritum obiiciant derogatum. Dicunt
enim: Nunquid de deo patre scriptum est? Sed acci=
piant etiam de deo patre dictum: In deo laudabo ser= Psal. 55.
mones, in deo laudabo verbum. Et alibi: In deo facie= Psal. 59.
mus virtutē: et, In te cōmemoratio mea semper: et, In
tuo nomine exultabimus. Et iterum alibi: Vt manife=
stentur opera eius, quia in deo sunt facta. Et Paulus: In
deo qui omnia creauit. Et iterū: Paulus & Syluan⁹ &
Timotheus ecclesiæ Thessalonicēsium in deo patre &
dn̄o Iesu Christo. Et in Euangelio: Ego in patre, & pa Ioan. 14.
ter in me, & pater in me manet. Scriptū est etiā. Qui 2. Cor. 10.
gloriatur, in dn̄o glorietur. Et alibi: Vita autem nostra Colos. 3.
abscōdita est cū Christo in deo. Nūquid hic plus filio q̄
patri detulit, vt in deo nos diceret esse cū Christo? Aut F
nunquid plus nostra conditio q̄ spiritus gratia sibi ven=
dicat, vt nos possimus esse cum Christo, spiritussanctus
esse non possit? Aut cum Christus velit esse nobiscum,
sicut ipse dixit: Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego Ioan. 17.
sum, & isti sint mecū: dedignetur esse cū spiritu? Scri=
ptum est etiam: Conuenientibus vobis & meo spiritu
cum virtute domini Iesu. Ergo nos cū virtute domi=
ni cōuenimus, & audemus dicere quod nolit dominus
Iesus cū spiritu conuenire, qui nō dedignatur cōuenire
nobiscū? Nullam igitur distantiam putat Apostolus
hac an illa syllaba vtaris. Syllaba enim coniunctionis
est, coniunctio autem seiunctionem non facit. Neq; enī
si diuideret, coniunctio diceretur. Quid igitur te mo=
uet vt dicas quia gloria est deo patri vel Christo eius,
vita, virtus, magnificentia, potestas in spiritu sancto, &
nolis dicere cū spiritu sancto? An quia times ne spiritū
cū patre & filio sociare videaris? Sed audi & de spiritu
scriptū: Lex enim spiritus vitę in Christo Iesu. Et alibi Roma. 8.
deus pater dicit: Et adorabūt te, & in te deprecabūtur.

G In Christo orare nos debere deus pater dicit, & tu pu=
tas spiritui derogari si in eo gloria Christi esse dicatur?
Audi quod times de spiritu confiteri, nõ timuisse de se
Philip. 1. sibi Apostolum vẽdicare. Ait enim: Cupio dissolui, &
cũ Christo esse multo melius. Cũ quo igitur est Apo=
stolus, cũ eo negas esse spiritum, per quem Apostolus
meruit esse cum Christo? Quæ igitur ratio est vt in
spiritu mauis dicere q̃ cũ spiritu gloriã dei esse vel Chri
sti? An quia si dicas in spiritu, minor Christus spiritu
declaretur? Quãuis hoc refutabile sit, vt maiorẽ dñm
2. Cor. 5. facias & minorem: tamen cũ lectum sit quia pro nobis
peccatũ factus est Christus, vt nos essemus iustitia dei
in ipso: ille inuenitur potissimus, in quo sumus nos infi=
Coloss. 1. mi. Sic & alibi habes: Quia oĩa in ipso cõstant, hoc est,
in eius virtute. Nec cõparari possunt illi quę in eo con=
stant, quia ex virtute eius vt cõstent substantiam conse
quuntur. Nũquid igitur sic deũ regnare vultis in spũ, vt
virtus spiritus regnandi deo principiũ quasi fons quidã
substãtiæ largiatur? Sed hoc impiũ est. Et ideo vt vnã
patris & filii & spũssancti maiores nostri dicerent pote=
statem, cũ spiritu gloriã Christi esse memorabant, quo
indiuiduã copulam declararent. Quomodo enĩ sepa=
ratur spiritussanctus a filio, cũ ipse spiritus testimoniũ
reddat spiritui nostro quod sumus filii dei? Si autem
Roma. 8. filii, & heredes: hæredes quidem dei, coheredes autem
Christi. Quis igitur tam amens qui coniunctionẽ spi=
ritus & Christi dissociet sempiternã, cũ spiritus etiam
H disiuncta connectat, per quem Christi efficimur cohere=
des, si tamen, inquit, compatimur vt glorificemur? Si
nos ergo conglorificabimur cũ Christo per spiritũ, quo=
modo & ipsum cõglorificare Christo spiritum recusa=
mus, dissociamus vitam Christi & spũssancti, cũ spiri=
tus dicat quod simul victuri sumus cum dei filio? Dicit
Roma. 6. enĩ Apostolus: Si autẽ mortui sumus cum Christo,
credimus quod etiam simul viuemus cum illo. Deinde
2. Tim. 2. alibi: Si enim compatimur, inquit, & conuiuemus: nec
solum conuiuemus, sed etiã conglorificabimur: nec so=
lum conglorificabimur, sed etiã conregnabimus. Non
est igitur in syllabis istis vlla discretio. vtraq; enĩ sylla=
ba coniunctionis est. Deniq; sæpe reperim⁹ in scriptu=
ris alteram interpositã, & alterã intellectã: sicut scriptũ
Psal. 65. est: Introibo in domũ tuam in holocaustis, hoc est cum
Psal. 104. holocaustis. Et alibi: Eduxit eos in argẽto & auro, hoc
Psal. 43. est, cũ argento & auro. Et alibi quoq; ait: Nõ egredieris
in virtutibus nobiscum, quod est, cum virtutib⁹. Ergo
cum & in vsu sermonis calumnia esse non possit, & ex
sermone calumnia diuinitati non debeat excitari, opus
Rom. 10. est vt ad iustitiam corde credatur, & ex fide cordis fiat
ad salutem in ore confessio. Sed qui corde non credunt,
calumnias struunt verbis. Deniq; simile illud est quod
I aiunt discretionẽ esse, quia scriptũ est: Nobis autẽ vnus
1. Cor. 8. deus pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus dñs
Iesus Christus, per quẽ oĩa: & nos per ipsum. Volũt
enĩ cũ dicitur, ex illo, materiã designari. Cũ dicitur per
illum, quoddam vel instrumentũ operis vel ministeriũ
declarari. Cũ dicitur autẽ, in illo, quod aut locus signifi=
cetur aut tẽpus, in quo omnia facta videantur. Ita igi=
tur distantiã quandam substantiæ probare desiderant,
tanq̃ instrumentũ ab autore, & tanq̃ tẽpus aut locũ ab
instrumẽto dirigere gestientes. Nunquid ergo alienus
secũdum naturam filius a patre, quia alienũ instrumẽ=
tum ab operatore ꝓprio vel autore? Aut nunquid alie=
nus filius ab spiritu, quia ab instrumenti genere aut lo=
cus separatur aut tẽpus? Cõpara nunc assertiones no=
stras. Illi volunt ex deo tanq̃ ex natura dei esse materiã,
vt si dicas ex ligno arcam esse factã, ex lapide statuã, ita
ex deo materiã processisse, & eandem materiã tanq̃ per
instrumẽtum aliquod factam esse per filiũ: vt non tam
operatorem filium q̃ instrumentum operis esse decla=
rent, & omnia ita facta in spiritu, tanq̃ in aliquo loco fa=
cta vel tẽpore. singula singulis tribuunt, in cõmune oĩa
negant. Verum nos ostendimus ita ex deo patre esse K
omnia, vt nec amiserit deus pater qđ vel p ipsum & in
ipso omnia sint, nec tanq̃ ex materia ex ipso omnia sint.
Ita quoq; per dñm filium esse omnia, vt nõ priuatus sit
eo ꝙ ex filio sint omnia. Ita omnia esse in spiritu, vt do=
ceamus omnia esse per spiritum, & omnia esse de spiri=
tu. Nam istę syllabæ, sicut illę de quibus superius dixi=
mus, se inuicem signant. Non enĩ ita dixit Apostolus,
ex deo omnia, & per filium omnia, vt separabilem sub=
stantiã patris filiiq; signaret, sed vt inconfusibili distin=
ctione, ꝙ alius sit pater, alius sit fili⁹, doceret. Nõ igitur
tanq̃ cõpugnãtes syllabæ istæ, sed tanq̃ sociæ atq; cõcor
des sunt, vt etiã vni sæpe conueniant, sicut scriptũ est:
Quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso oĩa sunt. Quod Rom. 11.
si vere consideres, vnde translatum sit de filio dictũ esse
non ambiges. Dicit enim Apostolus secũdum prophe Ibidem.
tiam Esaiæ: Quis cognouit sensum domini, aut quis
cõsiliarius eius fuit? Et addidit: Quia ex ipõ & p ipsum
& in ipso omnia. Quod Esaias de operatore omnium
dixit, sicut habes: Quis mensus est manu aquam, & cę Esaię. 40.
lum palmo, & vniuersam terrã clausa manu? Quis sta=
tuit mõtes in libra, & rupes in statera? Quis cognouit
sensum domini: aut quis cõsiliarius ei⁹ fuit? Et addidit
Apostolus: Quoniã ex ipõ, & per ipsum, & in ipso oĩa.
Quid est ex ipso? Quod ex ipsius voluntate natura sit
omniũ, & ipse sit autor omniũ quæ esse cœperunt. Per
ipsum quid est? Quia per ipsum constitutio & perseue
rantia omnibus impertita videatur. In ipso quid est? L
Quia omnia admirabili quodã desiderio & inenarra=
bili amore autorem vitæ & ministratorẽ gratię suæ ac
muneris intuentur, secũdum quod scriptum est: Oculi Psal. 144
omniũ in te sperãt, & aperies manũ tuam, & implebis
omnẽ aĩam bona volũtate. De patre quoq; si dicas: Ideo
ex ipso, quia ex ipso operatrix sapiẽtia, quæ & oĩbus ex
sua & patris voluntate dedit esse quæ non erant: Per
ipsum, quia per sapientiã eius facta sunt omnia: In ipso,
quia in ipso est viuificatoriæ fons substantię, in quo vi= Actu. 17.
uimus & sumus & mouemur. Ex spũ quoq; per ipsum
formati, in ipso roborati vitæ capimus munus ęternę.
Cũ hæc igitur vel patri vel filio vel spirituisancto cõue=
nire videãtur, nihil vtiq; humile in his certũ est declara=
ri, cũ & ex filio dicam⁹ esse pleraq;, & multa p patrẽ, sicut
habes de filio dictum: Vt augeamur in ipõ per oĩa, qui Ephe. 4.
est caput Christus: ex quo totũ, inquit, corpus cõpactũ
& connexum per omnẽ iuncturã ministrationis in mẽ
suram vniuscuiusq; partis augmẽtum corporis facit in
ædificationẽ sui in charitate. Et iterũ ad Colossenses de
iis qui nõ haberent cognitionẽ vnigeniti filii dei: Quia Colos. 2.
non tenent, inquit, caput ex quo omne corpus per cõ=
paginatiões & colligationes subministratũ & copula=
tum crescit in incremẽtum dei. Caput enĩ Christũ esse M
ecclesiæ supra diximus. Et alibi habes: Quia de pleni= Ioãnis. 1.
tudine ei⁹ nos oẽs accepim⁹. Et ipse dñs dixit: De meo Ioan. 16.
accipiet, & annũciabit vobis. Et supra ait: Cognoui vir Lucę. 8.
tutẽ exisse ex me. Similiter vt cognoscas vnitatẽ, etiã
de spiritu dicitur: Quia qui seminat in spũ, de spũ me= Gal. 6.
tet vitã ęternã. Et Ioães ait: Ex hoc cognoscim⁹ quia 1. Ioan. 4.
in nobis est, qm̃ de spiritu suo dedit nobis. Et angelus
dicit: Quod enĩ ex ea nascetur, de spiritusancto est. Et Lucę. 1.
dñs ait: Quia qđ natũ est de spiritu, spũs est. Ergo sicut Ioãnis. 3.
ex patre legimus esse omnia: ita ex filio posse dici oĩa,
per quẽ omnia sunt: & ex spũ esse omnia, in quo omnia
sunt: testimoniis edocetur. Nunc considerem⁹ vtrũ per
patrem esse aliquid docere possimus. Sed scriptum est:
Paulus seruus Christi per voluntatẽ dei. Et alibi: Iam 1. Cor. 1.
nõ seruus sed filius. si autẽ filius, & hęres p deũ. Et alibi: Gala. 4.
Sicut resurrexit Christus per gloriam patris. Et alibi
deus pater ad filium dixit: Ecce proselyti veniunt ad tę
per me. Multa reperies alia, si quæras, per patrẽ facta.
Nunquid ideo minor pater, quia ex filio pleraq; esse le=
gimus, & p patrem facta vel dicta plurima in scripturis

A celestibus reperimus? Sed etiã similiter legimus facta
pleraq; per spũ, sicut habes: Nobis autẽ reuelauit deus
per spũ suũ. Et alibi: Bonum depositũ custodi per spũ=
sanctum. Et ad Ephesios: Cõfortari per spiritũ eius. Et
ad Corinthios: Alii enim datur per spiritum sermo sa=
Roma. 8. pientiæ. Et alibi: Si autẽ per spiritũ facta carnis morti=
ficaueritis, viuetis. Et supra: Qui suscitauit Christũ ex
mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter
inhabitãtem spiritum eius in vobis. Sed fortasse dicat:
Ostende mihi specialiter lectum quia ex filio oĩa, vel ex
spiritu oĩa. At ego refero vt & illi mihi lectũ esse osten=
dant quia per patrẽ omnia. Sed cũ hæc vel patri proba=
uerimus vel filio vel spirituisancto cõuenire, nec vllam
ex huiusmodi syllabis nasci posse diuinæ distantiã po=
testatis: non est dubiũ quia per quẽ omnia, ex eo oĩa: &
ex quo omnia, per eũ omnia: & in quo omnia, per eum
vel ex eo omnia esse intelligere debemus.

Quia vna voluntas, vna vocatio patris & filii & spi
ritussancti. Caput XI.

OMNIS enim creatura & ex volũtate & per
operationem & in virtute est trinitatis, sicut
Gene. 1. scriptũ est: Faciamus hominẽ ad imaginem
Psal. 22. & similitudinẽ nostrã. Et alibi: Verbo do=
mini cæli firmati sunt, & spũ oris eius oĩs virtus eorũ.
B Nec solũ vna operatio est vbiq; patris & filii & spũssan
cti, sed etiã vna atq; eadẽ volũtas, vna vocatio, vna prę=
ceptio: quod liquet in illo magno ac salutari ecclĩæ spe=
ctare mysterio. Sicut enĩ pater vocauit gẽtes ad ecclesiã
dicens: Vocabo nõ plebem meã, plebem meã: & nõ di=
lectam, dilectam: et alibi: Domus mea, domus oratio=
nis vocabitur oĩbus gentibus: ita etiã dñs Iesus ad vo=
candam & congregãdam ecclesiam Paulum a se dicit
electum, sicut habes ad Ananiã dictũ a dño Iesu: Vade
quoniã vas electionis est mihi hic ad sufferendũ nomẽ
meũ coram gentibus. Sicut ergo pater deus vocauit ec
clesiam, ita vocauit & Christus. Et queãdmodum Chri
stus vocauit, ita vocauit & spirit⁹, dicens: Separate mi=
hi Paulum & Barnabam in opus quo vocaui eos. Tũc
ieiunantes, inquit, & orantes imposuerunt eis manus,
& dimiserunt eos. Ipsi autem pręmissi ab spiritusancto
deuenerunt in Seleuciam. Ergo non solum Christi sed
etiã spũssancti imperio apostolatum Paulus accepit, &
ad congregationẽ gentiũ festinauit. Nec solus Paulus,
sed etiam Petrus, sicut legimus in Actibus Apostolo=
rum. Nam cum in oratione vidisset cælum apertũ, &
quatuor initiis ligatum vas quoddã tanquã linteamen
in quo erant omnia genera quadrupedũ & ferarũ & vo
C lucrum cæli, facta est vox ad eum: Surge occide & man
duca. Et Petrus dixit: Absit dñe, nunq̃ manducaui cõ=
mune & immũdum. Et vox rursus ad eum: Quę deus
mundauit, tu cõmune ne dixeris. Hoc autẽ factum est
per ter, & receptum est vas in cælo. Ergo cũ hoc secum
Petrus tacite cogitaret, & venissent ad eum Cornelii
seruuli ab angelo destinati, ait illi spũs: Ecce viri querũt
te. surge itaq; & descende, & vade cũ eis, ne dubitaueris,
quoniã ego misi illos. Quæ euidenter expressit suam san=
ctus spiritus potestatẽ. Primo omniũ, quia aspirauit o=
ranti, affuit deprecanti. Deinde quoniã vocatus Petrus
respondit, dñe: et ideo secundo euidẽtius meruit oracu=
lum, quia cõfessus est dominũ. Sed quis iste sit dñs, scri=
ptura declarat. Respondenti enĩ is vtiq; cui respõderat
loquebatur. Spiritũ autẽ ostendunt sequentia declara=
tum: quia ipse qui mysteriũ figurabat, mysterium reue
labat. Simul illud aduerte, quia tertio repetita figura
mysterii, operationẽ trinitatis expressit. Et ideo in my
steriis interrogatio trina defertur, & confirmatio trina
celebratur. Nec potest quis nisi trina confessione purga
ri. Vnde ipse Petrus in Euãgelio tertio interrogatus
vtrũ diligat dñm, vt trina responsione vincula quę do=
minũ negãdo ligauit, absolueret. Tunc deinde quia ad D
Corneliũ angelus mittitur, Petrũ spiritussanctus allo=
quitur. Oculi enĩ dñi super fideles terrę. Nec illud ocio=
sum, vt cũ in superiorib⁹ præmisisset, Quod deus mun
dauit, tu ne cõmune dixeris: subito decidit super gentes
vt mundaret eos spiritussanctus. Vnde ostẽditur ope=
rationẽ spiritus, operationẽ esse diuinã. Petrus autem
missus ab spiritu nõ expectauit imperiũ dei patris, sed
ipsius quoq; spiritus illud confessus oraculum, ipsius spi
ritus gratiã esse testatur, dicens: Si ergo eandem gra= Actu. 11.
tiam illis concessit deus, sicut & nobis: ego quis eram
qui prohiberẽ deum? Spiritus ergo sanctus est qui nos
ab illa gentili colluuione mũdauit. In illis enĩ generib⁹
quadrupedum & ferarum & volucrũ figura erat condi=
tionis humanæ, quæ ferarũ modo bestiali videtur in=
duta sæuitia, nisi spiritus sanctificatione mitescat. Bo=
na ergo gratia, quę ferinam rabiem spiritali simplicita=
te cõmutat. Eramus enim & nos aliquãdo insipientes, Ephe. 2.
increduli, errantes, seruiẽtes desideriis & voluptatibus
variis. Nunc autem per renouationẽ spiritus hæredes
Christi, angelorũ cœpimus esse cohæredes. Itaq; spiri=
tu videns Dauid sanctus propheta ex feris nos similes
futuros esse cælestium, ait: Increpa feras syluæ. syluam Psal. 67.
videlicet significans non ferarũ fragosam cursibus, nec
bestiarum gemitibus inhorrẽtem, sed illam syluam de
qua scriptum est: Inuenimus eã in cãpis syluæ. In qua
sicut dixit prophetia: Iustus vt palma florebit, & velut E
cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur. Illa sylua
quæ verbi cęlestis alimoniã propheticarum virtutibus
arborum concussa defluxit. Illa sylua ad quam Pau=
lus lupus quidem raptor introiuit, sed pastor exiuit. In
omnẽ enim terram exiuit sonus eorum. Eramus ergo
feræ, & ideo dicit dominus: Attẽdite vobis a falsis pro= Matth. 7.
phetis qui veniunt in vestitu ouium, intus autem sunt
lupi rapaces. Sed per spiritũ sanctum iam leonum sæ=
uitia, pardorum varietas, tigrium astutia, luporum ra=
pacitas de nostris exoleuit affectib⁹. Magna igitur gra
tia, quæ cælo terras mutauit, vt conuersatio nostra, si=
cut Apostolus dixit, in cęlis sit, qui ante sicut feræ erra=
bamus in syluis. Sed nec hoc loco tantũ Petrus aposto
lus, sed etiã alibi in eodẽ libro a spiritu sancto ædificatã
ecclesiam demonstrauit. Habes enim dixisse eũ: Deus Actu. 15.
qui nouit corda hominũ, testimonium perhibuit dans
his spiritũsanctum sicut & nobis, & nihil discreuit in=
ter nos & illos, mũdans per fidem corda eorum. In quo
illud est contuendũ, quia sicut Christus lapis est angu=
laris, qui vnitatem plebis vtriusq; connexuit, ita etiam
spiritussanctus non discreuit vtriusq; populi corda, sed
iunxit. Non ergo tanquã Iudæus contemnas filium,
quem annunciauerunt prophetæ, contẽnas etiam spi= F
ritum sanctum, contemnas Hieremiam, quem de lacu
Iudaicæ domus ille assumptus a domino pannis & fu=
nibus eleuauit. Verbum enĩ propheticum despiciens
in lacum demerserat populus Iudęorum. Nec quisquã
inuentus est de Iudæis qui leuaret prophetã, sed vnus
æthiops Abdemelech, sicut scriptura testatur. In quo
nomine figura pulcherrima est, quia sermonẽ prophe=
ticum quem Iudęi velut in cœnum sue mentis carnisq;
detruserant, nos videlicet ex gentibus peccatores, nigri
ante delictis & quondã infructuosi eleuauimus de pro=
fundo. Scriptum est enim: Æthiopia præleuabit ma= Psal. 67.
nus suas deo. In quo sanctę ecclesię species significatur,
quæ ait in Canticis canticorũ: Nigra sum & decora fi= Canti. 1.
lia Hierusalem. Nigra per culpam, decora per gratiã:
nigra per conditionẽ, decora per redẽptionẽ. Aut certe
nigra exercitii sui puluere. Nigra ergo dum præliatur,
decora dum victoriæ suæ insignibus coronatur. Et be=
ne funibus leuatur propheta. Fidelis enĩ dixit: Funes Psal. 15.
ceciderũt mihi in pręclaris. Bene pannis, quia ipse dñs
excusantib⁹ iis qui primo ad nuptias vocati fuerãt, ad
exitus viarũ misit, vt quotquot inuenirentur & boni &

G mali ad nuptias vocarentur. His itaq; pannis propheticum verbum leuauit e cœno.

Quia sicut pater nouit filiũ, & filius patrẽ: sic spũs patrẽ & filiũ. Et sicut pater reuelat nobis quæ sua sunt, sic & filius, sic & spũs reuelat nobis. Caput XII.

ERIS ergo & tu Abdemelech, hoc est assumptus a domino, si de pfundo gentilis imprudentiæ leuaueris dei verbũ, si crediderís quia nõ fallitur, nõ præteritur dei filius, nõ ignorat quæ futura sunt, nõ fallitur etiã spiritus sanctus, de
Ioan. 16. quo dicit dominus: Cum venerit autẽ ille spiritus veritatis, deducet vos in omnẽ veritatem. Qui dicit omnẽ, nihil præterit, non diem, nõ horam, nõ præterita, nõ futura. Et vt scias quia omnia nouit, & futura annũciat, & vnius est scientiæ cũ patre & filio: audi quid dicat de eo dei veritas: Non enĩ loquitur a semetipso, sed quæ audit, loquitur: & quæ euenient, annunciabit vobis.
Mat. 24. Itaq; vt aduertas quia nouit omnia: cum diceret filius, De die autem illa & hora nemo nouit, neq; angeli cælorum: excepit spiritũ sanctum. Si autem exceptus est spiritus sanctus ab ignorãtia, quomodo nõ exceptus est dei filius? Sed dicis: Quia cum angelis annumeranit & dei filium. Annumeranit quidem filium, sed nõ annumeranit spiritum. Aut fatere igitur potiorem esse spiritum dei filio, vt iam nõ quasi solum Arrianus, sed
H etiã quasi Fotinianus loquaris: aut agnosce quo referre debeas quod nescire filiũ dixit. Et enĩ quasi homo annumerari creaturis potuit, qui creator est? Quod si vis dicere, quia nouit omnia, & præscientiã habet omniũ dei filius futurorũ: quæ filio incognita putas, ea de filio spiritus sanctus accepit. Accepit autẽ p vnitatẽ substantię, sicut accepit a patre filius. Ille, inquit, me clarificabit,
Ioan. 16. quia de meo accipiet, & annũciabit vobis. Oĩa quęcũq; habet pater, mea sunt. ꝓpterea dixi, de meo accipiet, & annunciabit vobis. Quid igitur hac euidentius vnitate? Quę habet pater, filii sunt. quę habet filiꝰ, accepit & spiritus. Accipe tamen quia nouit iudicii diem dei fi-
Zacha. 14 lius. Lectum est in Zacharia: Et veniet dominus deus meus, & omnes sancti cum eo. In illa die nõ erit lumen sed frigus & gelu: et erit dies vna, & dies illa nota domino. Hæc igitur dies nota domino, quã venit cũ sanctis suis secundo nos illuminaturus aduẽtu. Sed quod orsi sumus de spiritu, prosequamur. Habes enim in eo quod prætulimus exemplo, quia filius dicit de spiritu: Ille me clarificabit. Clarificat ergo & spiritus filiũ, sicut clarificat pater. sed etiam spiritum clarificat dei filius, sicut supra diximus. Nõ est ergo infirmus qui redimit claritatem per vnitatem lucis æternæ. Nec inferior sancto spiritu, cuius hoc ipsum est quod clarificatur ab spũ.
I Assumeris ergo & tu si credas, quia hoc locutus est spiritus, quod locutus est pater, quod locutus est filiꝰ. Deniq; Paulus ideo assumptus est, quia sic credidit, sic docuit, quia quod oculus non vidit, nec auris audiuit quæ ꝓparauit deus diligẽtibus se, nobis reuelauit p spiritũ suum, sicut scriptũ est. Et ideo reuelationis spiritus dicitur, sicut habes: Dat enim deus sic præparantibus se spiritum sapientiæ & reuelationis in cognitione eius. Vnitas igitur est scientię, quãdo sicut pater reuelat qui
Mat. 11. dat spiritũ reuelationis, sic reuelat & filius, quia scriptũ est: Nemo nouit filium nisi pater. neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Plus dixit de filio, nõ quod plus habeat q̃ pater, sed ne minus habere credatur. Nec ĩmerito sic reuelat patrẽ qui sic nouit patrem, quẽadmodũ filium pater nouit. Accipe nunc
1. Cori. 2. quia deum patrẽ nouit & spiritus. Scriptum est enim: Quia sicut ea quæ hominis sunt, nemo nouit nisi spũs qui in ipso est: sic & quæ dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus dei. Nemo, inquit, cognouit nisi spiritus dei. Numquid excluſus est dei filius? Non vtiq; quia nec spi-

k rituſanctus excluſus est, cũ dicitur: Neq; patrem quis nouit nisi filius. Ergo vnius & pater & filius & spiritus sanctus & nature sunt & scientię. Neq; cũ omnibus quę per filium facta sunt, sanctus annumerãdus est spiritus, cum deũ patrẽ nouerit: quẽ, sicut scriptũ est, quis nõ põt nosse nisi filiꝰ? sed & spũsanctus nouit. Quid ergo? Cũ dicitur vniuersitas creaturarũ, nũ spũsanctus cõprehenditur? Nunc velim respõdeant, quid est in homie quod cognoscat quę sunt hois? Vtiq; rationabile quod cæteris animę virtutibus supereminet, quod pręcipue natura hoĩs ęstimatur. Quid est igitur spũs qui alta dei nouit, per quẽ deus oĩa potẽs reuelaturꝰ? Nũquid plenitudine diuinitatis inferior est, qui eiusdẽ cũ patre substãtiæ etiã hoc exẽplo probatur? Aut aliquid ignorat qui nouit consilia dei, & mysteria eius ab initio abscondita? Quid est quod nesciat, qui nouit omnia quæ dei sunt? Spiritus enĩ etiã alta dei scrutatur. Ac ne putes quod scrutetur incognita, & ideo scrutetur vt discat id quod ignorat: ante præmisit, quia reuelauit nobis deus p spiritum suum. simul vt disceres quia nouit spiritus quæ nobis per ipsum spiritũ reuelãtur, in posterioribus ait: Quis ei scit hoĩm quę hominis sunt, nisi spũs q in ipso est? Sic & quę dei sunt, nemo cognouit nisi spiritus dei. Ergo si hominis spũs nouit quę hominis sunt, & anteq; scrutetur nouit, potest ne aliquid dei esse quod spũs dei nesciat? De quo non ociose apostolus dixit: Quæ dei sunt, nemo cognouit nisi spũs dei: vt nõ scrutãdo cognouerit, sed nouerit per naturã. Non ꝙ accidens in eo sciẽ- L
tia diuinorũ, sed cognitio naturalis sit. Verum si te mouet quia dixit, scrutatur: accipe quia id quoq; de deo scriptum est, eo ꝙ sit scrutator cordis & renum. Ipse enim
Hiere. 17. dixit: Ego sum scrutans corda & renes. Etiam de filio dei habes ad Hebræos: Qui scrutator est animi & cogitationis. Vnde liquet quia nemo inferior supioris scrutatur interna: Diuinæ enĩ solius est potestatis, occulta nouisse. Similiter ergo scrutatur spirituſanctus vt pater, similiter vt filius scrutatur, cuius proprietate sermonis id exprimitur, vt videatur nihil esse qd nesciat quẽ nihil præterit. Deniq; ille electus a Christo, instructus ab spiritu est. Nam sicut ipse testatur, per spiritũ diuini cognitionẽ consecutus arcani, ostẽdit quia & nouit spiritus domini, & ea nobis quæ dei sunt spiritꝰ reuelauit,
1. Cor. 2. sicut reuelauit & filius. Et addidit: Nos autẽ nõ spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in suasoriis humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtute dei. Probatum est igitur quia sicut deus nouit quæ sua sunt, ita & filius quæ dei sunt, ita etiã spiritus reuelauit. Ex vno enim spiritu per vnum filiũ in vnum patrẽ cognitio nostra procedit. Ex vno patre per vnum filium in vnũ spũsanctũ bonitas
M & sanctificatio & imperiale ius æternæ traditur potestatis. Vbi ergo ostensio spũs, ibi dei virtus: nec potest esse discretio, vbi opus vnum est. Et ideo quod loquitur filius, loquitur & pater: & qđ pater loquitur, loquitur & filius. Vnde & de spũ filius dei dixit: Non enĩ loquitur Ioãnis. 16.
a se, hoc est nõ sine mea & patris cõmunione. Neq; enĩ diuisus ac sepertitus est spiritꝰ, sed quæ audit loquitur: audit videlicet per vnitatem substantię, & proprietatẽ scientiæ. Neq; enĩ foraminibus aliquibus corporalibus recipit auditũ, & quibusdã diuina modulis carnalibus vox resultat, vel audit id quod ignorat, qnĩ in rebus humanis scientiã plerũq; auditus operatur, & tamẽ nec in ipsis hominibus semper colloquiũ corporale aut carnalis auditus est. Q ui enĩ loquitur linguis: nõ hominibus inquit, loquitur, sed deo. Nemo enĩ audit. spiritu enĩ loquitur. Ergo si in hominibus nõ semper auditus est corporalis, in deo tu infirmitatis humanæ sonitꝰ, & quędã organa exigis carnalis auditus, cũ ideo audire dicatur vt scire credatur? Nos enĩ id scimus quod audierimus, & ante audimus, vt scire possimꝰ. In deo autẽ, quia no-

A uit omnia anteq̃ fiant, scientia præcedit auditum. Itaq; vt quod velit pater, filium nõ ignorare dicamus, audiſ se memoramus. Sed in deo non sonus neq; syllaba quę significare solent indicia volũtatum, sed volũtatis vnitas diuinis quidem intelligitur arcanis, nostris autem significatur indiciis. Quid est ergo, Non enĩ a se loquitur? hoc est, nõ sine me loquitur, quia loquitur veritatẽ, sapiẽtiam aspirat. Non sine patre loquitur, quia dei spiritus est. Nõ a se audit, quoniã ex deo omnia. Omnia
Matt. 11. accepit a patre filius, quia ipse dixit: Oĩa mihi tradita sunt a patre meo. Omnia patris habet filiꝰ, quia iterum ait: Omnia quæ pater habet, mea sunt. Et quę accepit ipse per vnitatem naturæ, ex ipso per eãdem vnitatem accepit spiritus, sicut ipse dominus Iesus declaIbidem. rat de spiritu suo, dicens: Propterea dixi, de meo accipiet, & annunciabit vobis. Q uod ergo loqtur spiritus, filii est: quod dedit filiꝰ, patris est. Ita nihil a se aut filius loquitur aut spiritus, quia nihil extra se trinitas loquitur. Q uod si ad infirmitatẽ spirituſanctĩ, & quandã corporeæ similitudinem vilitatis id deriuare cõtendas, etiam ad filii iniuriam deriuabis, quia & de se filius di-
Ioan. 5. xit: Sicut audio, iudico. Et non potest aliquid facere filius, nisi quod viderit facientẽ patrem. Si enim verum est, verũ est quod dixit filius: Omnia quæ pater habet, mea sunt: & secundũ diuinitatem vnũ est cum patre filius, vnum per substantiam naturalẽ, non vnus secũdũ Sabellianam superbiam. Q uod vnũ itaq; est per subB stantiæ proprietatẽ, non potest separari: & ideo non potest filius facere nisi quod audierit a patre, quia inæternum est permanens dei verbũ, nec vnq̃ pater a filii operatione diuiditur: & quod operatur filius, scit patrẽ velle: et quod vult pater, filius nouit operari. Deniq; ne vel in tempore vel in ordine aliquã inter patrem & filiũ putares operis distãtiam, sed eiusdẽ operationis crederes vnitatem: Et opera, inquit, quæ ego facio, ipse facit. Et rursus ne discretionem aliquã in operis diſtinctione sentires, sed idem velle, idem facere, idem posse patrẽ & filium iudicares, dicit tibi sapientia de patre: Q uæcunq;
Ibidem. enim ille fecerit, eadẽ & filius facit similiter. Non ergo alicui prior vel secundus est actus, sed idem vnius operationis effectus est. Et ideo nihil a se posse facere filius dicitur, quia a patre non potest eius operatio separari. Similiter & spirituſancti operatio non secernitur. Vt de etiam ea quæ loquitur, audire a patre dicitur. Q uid si doceo quia & pater audit filiũ, sicut & filius audit patrem? Habes enim scriptũ in euãgelio quia dicit filius:
Ioan. 11. Pater, gratias tibi ago quia audisti me. Q uomodo autem diuit pater filium, cum filius nihil ad patrem in superioC ribus de Lazaro sit locutus? Ac ne putares quia semel a patre auditus est filius, addidit, Et ego sciebam quia semper me audis. Ergo nõ subiectæ obediẽtię, sed vnitatis auditus est sempiternę. Similiter igitur & audire a patre spiritus, & clarificare filium dicitur. Clarificare ideo, quia docuit nos spirituſanctus filiũ dei imaginem esse inuisibilis dei, & splẽdorem gloriæ, & characterem substãtiæ eius. Spiritꝰ enim & in patriarchis & in prophetis locutus est & apostolis. Deniq; tũc perfectiores esse cœperunt posteaq̃ spiritũ acceperũt. Nulla ergo di
1. Cor. 12. stantia diuinæ virtutis & gratię. Nam licet diuisiones gratiarum sint, idem tamẽ spiritus: & diuisiones ministeriorum sint, idem tamẽ dominus: & diuisiones operationum sint, idem tamẽ deus, qui operatur omnia in omnibus. Diuisiones autem sunt munerũ, non separationes trinitatis. Deniq; idem est deus, qui operatur omnia in omnibus, vt scias quia non est discretio operationis inter deum patrem & spiritumsanctũ, quãdo ea quæ operatur spiritus, operetur & pater deus, qui operatur omnia in omnibꝰ. Nam cum operetur omnia in omnibus, alii tamen datur per spiritũ sermo sapientię, alii sermo scientiæ secundũ eundem spiritũ, alteri fides in eodẽ spiritu, alii gratia curationũ in vno spiritu, alii D operatio virtutũ, alii ꝓphetia, alii discretio spirituũ, alii genera linguarũ, alii interpretatio sermonũ. Hęc oĩa operatur vnus atq; idẽ spiritus diuidens singulis prout vult. Nõ est ergo dubiũ quin ea quæ operaẽ pater, operetur & spũs: nec ex præcepto, sicut q corporaliter audit vt operetur: sed ex volũtate, qui sui est liber arbitrii, nõ alienæ famulus potestatis. Non enim quasi iussus obtemperat, sed quasi largitor suæ moderator est largitatis. Vide nunc interim vtrũ omnia operari dicas spiritum, quæ operatur & pater. Negare tamen non potes quia operatur pater quæ spirituſanctus operatur: aliquin non omnia operatur pater, si non operatur quæ operatur & spiritus. Q uod si quę operatur spiritus, operatur & pater, cũ spiritus operationes suas pro voluntate sua diuidat, necesse est id quod diuidit spiritꝰ, aut inuito patre deo dicas eum ex voluntate diuidere: aut si idem velle dixeris patrẽ quod vult spiritus sanctꝰ, necesse est vt vnitatem voluntatis operationisq; diuinæ vel iniuitus, vel si nõ corde, saltem ore fatearis. Q uod si & vnius volũtatis & operationis est cũ patre deo spiritus sanctus, vnius etiam substantię est: quoniam ex operibus finis creator agnoscitur. Idem igitur spiritus, idem inquit dominus, idem inquit deus. Et spiritum si dicas E sanctum, & dominũ si dicas, idem est: & si deum dicas, idem est. Nõ idem vt ipse pater, ipse filius, ipse spirituſanctus, sed quia & pater & filius eiusdẽ est potestatis. Idem ergo est per substantiam atq; virtutẽ, quia nõ est in diuinitate vel Sabelliana cõfusio, vel Arriana discretio, vel terrena corporalisq; mutatio. Accipe aliud sancte imperator, in causa validum, sed tibi notũ. Multifa
Heb. 4. rie, inquit, & multis modis etiã deus locutus est patribus in prophetis. Et sapientia dei dixit: Mittã prophetas & apostolos. Et alii datur, sicut scriptum est, per spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientię secundũ eundem spiritum, alii fides in eodem spiritu, alii gratia curationũ, alii operatio virtutis, alii prophetia. Ergo secũdum Apostolum nõ solum per patrem & filium, sed etiam per spiritumsanctũ prophetia & diuinũ munus vna est gratia. Habes ergo quia etiã spiritus autor est
Actu. 10. prophetarum. Apostoli quoq; dixerunt: Visum est spiritusanctο & nobis. Et cum dicunt, visum, non solũ operatorem gratiæ, sed etiã autorẽ imperatæ executionis ostendunt. Sicut enim de deo legimus, placuit deo: ita etiam cum dicitur quia visum est spirituſancto, arbiter suæ exprimitur potestatis. Et quomodo non arbiter, quia ea quæ vult, loquitur: quæ vult, mãdat? Sicut mãdat pater, mãdat & filius. Sicut enim audiuit Paulus vocẽ dicẽtem sibi: Ego sum, inquit, Iesus, quem tu
Actu. 9. persequeris: ita etiam spiritus Paulũ & Sylam vetuit ire in Bithyniam. Et sicut pater locutus est per prophetas, ita etiam de spiritu Agabus dicit: Hæc dicit spirituſanctus, virum cuius est zona hæc, sic alligabunt eũ in Hierusalẽ. Et sicut misit sapientia apostolos dicens: Ite in orbem vniuersum, & prædicate euangelium: sic & spirituſanctus dicit: Separate mihi Paulum & Bar
Actu. 13. nabam in opus quo vocaui eos. Itaq; permissi a spiritu sancto, quod infra scriptura indicat, nullam discretionẽ inter cæteros habuerunt apostolos, quasi aliter a patre deo, aliter a spiritu mitterentur. Deniq; cũ Paulus missus esset a spiritu, & vas electionis erat Christi, & deũ in se operatum esse cõmemorat dicens: Q ui enim ope
Gal. 2. ratus est Petro in apostolatum circũcisionis, operatus est & mihi ad gentes. Cum igitur idem sit operatus in Paulo qui est operatus in Petro, hoc vtiq; ostẽditur qđ spiritus sit operatus in Paulo quod etiam in Petro spirituſanctus operatus sit. Sed & deũ patrem in se operatum Petrus ipse testatur, sicut est in Actibus apostolorum, quia surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres,
Actu. 15. vos scitis quia a diebꝰ antiquis in nobis deus elegit ex ore meo audire nationes verbũ euangelii. Ecce igitur in Petro deus gratiam prædicationis operatus est. In

G quo vtiq; cũ per Christum electus sit & assumptus ad operationem Christi, quis audeat diffiteri, cũ ipse dominus dicat: Pasce agniculos meos? Vna igitur operatio patris & filii & spiritussancti. Nisi forte hoc putetis qui negatis eiusdem erga apostolos operis vnitatẽ, ideo operatum patrẽ, ideo operatũ spiritumsanctũ in Petro, in quo filius operatus fuerat, quasi et filii operatio minime redundaret ad gratiam. Et ideo velut adiunctis atq; collatis viribꝰ patris & filii & spiritussancti operationem fuisse multiplicẽ, ne ad confirmandũ Petrum Christi solius operatio vacillaret. Nec solum vna operatio in Petro patris & filii et spiritussancti, sed etiã in omnibus Apostolis diuinæ operationis vnitas reuelatur, & quædam supernæ constitutionis autoritas. Operatio enim diuina habet imperium, non habet ministerium. Neque enim cũ operatur deus: aut labore aliquo extenditur, aut arte: sed dixit, et facta sunt. Dixit:
Gen. 1. Fiat lux. & facta est lux. In præcepto enĩ dei operationis effectus est. Hanc igitur regalẽ quandam etiam sancto spiritui potestatẽ scripturarum testificatione delatã si velimus aduertere, facile possumꝰ reperire omnes apostolos non solum Christi fuisse discipulos, sed etiam patris & filii & spiritussancti ministros, sicut etiã do-
1.Cor. 12 ctor gentium docet, dicens: Quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primo Apostolos, secũdo Prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, gratiam curationũ, opitulationes, gubernatores, genera linguarũ, &c. Ecce
H deus posuit Apostolos, posuit pphetas atq; doctores, dedit curationum gratiam, quam supra habes dari per spiritum sanctũ: dedit genera linguarũ: sed tamen non omnes apostoli, non omnes prophetæ, non omnes doctores. Non omnes, inquit, habent gratiam curationũ, neq; omnes, inquit, linguis loquũtur. In singulis enim hominibus vniuersa dona diuina esse non possunt. pro captu vnusquisq; id accipit quod aut desiderat, aut meretur. Sed non huius infirmitatis similis potẽtia trinitatis, quæ omniũ munifica gratiarũ est. Deniq; posuit apostolos deus. Hos quos deus posuit in ecclesia, Christus elegit, & apostolos ordinauit, & in orbẽ direxit di-
Mat. 16. cens: Ite in orbem vniuersum, & prædicate euãgelium omni creaturæ: & qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui vero non crediderit, damnabitur. Signa autem credentes ista sequentur. In nomine meo dæmonia eiicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Ecce doctores posuit pater, posuit etiam Christus in ecclesiis. Et sicut pater dat gratiam curationum, ita dat & filius. Sicut pater dat dona linguarũ, ita largitur & filius. Similiter de sancto spiritu supra accepimus quia
I eadem gratiarũ genera largiatur. Datur enim, inquit, per spiritum alii gratia curationũ, alii gratia linguarũ, alii prophetia. Ergo eadem dat spiritus quæ dat pater, dat etiam filius. Accipiamus nunc expressius quod superius prelibauimus, quia idẽ quod pater & filius, etiã spiritussanctus mandet officiũ, eosdemq; cõstituat. Di-
Act. 20. cit enim Paulus: Attẽdite vobis & omni gregi in quo posuit vos spiritussanctus episcopos regere ecclesiã dei. Vnitas igitur imperii, vnitas cõstitutionis, vnitas largitatis. Nã si cõstitutionem separes & potestatẽ, quæ erat causa vt q̃s posuerat ap̃los Christus, poneret deus pater, poneret et spiritussanctus, nisi forte vt hoĩes tanq̃ in consortio possessionis aut iuris præiudiciũ verebantur: et ideo diuidebatur operatio, destruebatur imperium. Hæc inter ipsos homines angusta sunt & minuta, qui plerunq; tamẽ etiam si operatione nõ congruũt, congruunt voluntate. Vnde quidã interrogatus quid amicus esset, alter inquit ego. Si ergo homo amicũ ita definiuit, vt alterũ se esse diceret, per vnitatẽ videlicet amoris & gratiæ: quanto magis in patre & filio & spiritu sancto vnitatem maiestatis estimare debemus, cũ

per eãdem operationem ac diuinitatem vel vnitas, vel K
certe id quod amplius est, ταυτότης, sicut græce dicitur, exprimatur. ταυτὸν enim idẽ significat, eo quod idem habeat & pater & filius & spiritussanctus, vt idem velle & idem posse non ex affectione sit voluntatis, sed in substantia trinitatis. Hæc est apostolicæ fidei & deuotionis hæreditas, quam liquet ex ipsorum apostolorũ considerare actibus. Paruerunt ergo Paulus & Barnabas sancto spiritui imperanti. Paruerũt & omnes apostoli, statimq; eos quos separari iusserat spiritꝰ, ordinauerunt. Separate, inquit, mihi Paulum & Barnabam. Videtis iubentis imperium, spectate merita seruien- Act. 13.
tium. Credidit Paulus: & quia credidit, studia persecutoris abiecit, coronam iustitiæ reportauit. Credidit ille qui ecclesias deuastabat: sed conuersus ad fidem, prædicabat in spiritu quod spiritꝰ imperabat. Vngebat athletam suum spiritus, & puluere impietatis concusso, de bellatore infidelium in eluctatorẽ variis imperiorũ congressionibus efferebat, atq; ad brauium supernæ remunerationis in Christo Iesu diuersis passionibus erudiebat. Barnabas quoque credidit: & quia credidit, paruit. Itaq; sancti spiritꝰ electus imperio, quod ei ad omne redundat insigne meritorũ, non fuit tanto indignus collegio. Vna enĩ gratia fulgebat in iis quos spiritus vnus elegerat. Nec Paulus inferior Petro, quanuis ille ecclesiæ fundamentum, & hic sapiens architectus sciẽs vestigia credẽtium fundare populorum. Nec Paulus inquam indignus apostolorũ collegio, cum primo quoq; facile conferendus, & nulli secundus. Nam qui se impa L
rem nescit, facit æqualem.

FINIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS episcopi, in librum tertium de Spiritu sancto ad Gratianum

PRAEFATIO.

SVPERIORE libro euidentibus testimoniis scripturarum docuimus, apostolos & prophetas: illos ad prophetandũ, hos ad euangelizandum a sancto spiritu, sicut a patre & filio destinatos. Nũc adiicimus quod omnes iure mirentur, & dubitare nõ possint, q̃d spiritus super Christum, & quod sicut ille spiritum misit, ita & filium dei spiritus misit. Dicit enim filius dei: Spiritus domini super Luc. 4.
me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, & cęcis M
visum. Quod cum de libro Esaiæ legeret, ait in Euangelio: Hodie completa est hæc scriptura in auribus vestris. vt de se dictũ esse signaret. Ergo mirari possumus si prophetas & apostolos spiritus misit, cum Christus dixerit: Spiritꝰ domini super me. Et bene, super me dixit, quia quasi filius hominis loquebatur. Quasi filius enim hominis & vnctus & missus est ad euãgeliũ prædicandum. Sed si non creditur filio, audiant etiam patrem loquẽtem, quia spiritus domini super Christum. Dicit enim Ioanni: Super quẽ videris spiritum descendentem de cęlo, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Dixit hoc deꝰ pater Ioãni: Ioãnes & audiuit, & vidit, & credidit. Audiuit a deo, vidit in domino, credidit quia spiritus erat qui descendebat de cælo. Non enim columba descendit, sed sicut columba descendit. Sic enim scriptũ est: Et vidi spiritum Ioan. 1.
dei descendentẽ de cælo sicut columbam. Sicut Ioãnes Mar. 1.
vidisse se dicit, ita scripsit & Marcus. Lucas autem ad- Luc. 3.
didit quod corporali specie descendit spiritussanctus si-

A cut columba, ne incarnationem illam putes fuisse, sed speciem. Ideo autem speciem pretendit, vt per speciem crederet qui spiritum non videbat, & per speciem declararet vniꝰ honoris in imperio, vnius operatiõis in mysterio, vnius muneris in lauacro cum patre & filio sibi esse cõsortium: nisi forte inualidum credimus vt in eo baptizetur seruulus, in q̃ baptizatus est dominus. Pulchre autem dixit, manentem super eũ: quia ad prophetas quotiens volebat spiritus vel inspirabat, vel verbũ fiebat, semper autem manebat in Christo. Nec rursum moueat, quod super eum dixit: De filio enim hominis loquebatur quod sicut filiꝰ hominis baptizabatur. Nã secundũ diuinitatem non super Christũ est spiritus, sed in Christo: quia sicut scriptum est, pater in filio, & filius in patre: ita dei spiritus & spiritꝰ Christi & in patre est & in filio, quia oris eius spiritꝰ. Manet enim in deo qui
1.Cor. 2. ex deo est, sicut scriptum est: Nos autem non spiritum huius mũdi accepimus, sed spiritum qui ex deo est. Et manet in Christo, quia a Christo accepit: & in Christo
Ioan. 16. est, quia iterum scriptũ est: Ille de meo accipiet. Et ali-
Roma. 8. bi: Lex enim spiritus vitę in Christo Iesu, liberauit me
B a lege peccati & mortis. Non ergo secũdum diuinitatẽ Christi super Christũ est, quia non super se est trinitas, sed super omnia. Supra se autem non est, sed in se est. Quis ergo dubitet quia pphetas & apostolos spiritus
Luc. 4. misit, cum dicat dei filius: Spiritꝰ domini super me? Et
Esa. 48. alibi: Ego sum primus, et ego in eternũ, & manus mea fundauit terrã, & dextera mea solidauit cęlum. vocabo eos, & astabũt: simul congregabũtur omnes, & audiẽt. Quis illis hęc nunciauit? Diligens te, feci voluntatem tuam aduersus Babylonẽ, vt tollatur semẽ Chaldæorum. Ego locutꝰ sum: & ego vocaui: adduxi eũ, & prosperũ iter eius feci. Accedite ad me, & audite hæc: Nõne ab initio locutus sum? Cum fierent, illic erã: & nunc dominus misit me, & spiritus eius.

CAPITA TERTII LIBRI DE SPIRITV SANCTO.

Quia spiritus super Christum, & sicut filius spiritũ misit, ita & spiritus filium dei misit. Caput I.
Quia datus est spiritus sicut & filius. Cap. II.
C Quia digitus dei lectus est spiritꝰ, quo significatur vnitas diuinitatis, non inæqualitas trinitatis. Ca. III.
Quia sicut cooperatus est patri & filio spiritussanctus in nube & in mari cum liberaretur populus Iudæorum, ita & cooperatur in mysterio baptismatis. Caput IIII.
Quia sanctificat pater, sanctificat filiꝰ, sanctificat & spiritussanctus. Caput V.
Quia eadem sunt opera manuum, quæ sunt opera digitorum. Caput VI.
Quia sicut arguit pater, ita arguit filiꝰ, ita arguit & spiritus, & quia iudicat spiritus. Cap. VII.
Sicut lectum est quod verbi gladius spiritus sit, ita lectum est quod spiritussancti gladius verbum dei sit. Caput VIII.
Quia similiter vt pater & filius, ita etiam spiritus contristatus & exasperatus & tẽtatus a Iudæis legitur. Caput IX.
Quia deus spiritus secundum Petri sentẽtiam in actibus apostolorum. Caput X.
Quia deus est spiritus secundũ euangeliũ. Cap. XI.
Quia adoratur spiritussanctꝰ sicut pater & filius, & cũ patre & filio adoratur in maiestate dei. Cap. XII.
Quia deus spiritussanctus est secũdum apostolum, & quia tẽplum sumus spiritussancti, sicut & dei patris, & domini Iesu Christi. Caput XIII.
Quia non tres dii, sed vnus deus. Cap. XIIII.
Quia dñs spiritussanctus, sicut pater & filiꝰ. Ca. XV.
Quia bonꝰ spiritus dei, & spiritus veritatis, & omnẽ insinuat veritatem. Cap. XVI. D
Quia non tres domini, sed vnus dñs. Cap. XVII.
Quia sicut pater sanctus, ita filius sanctꝰ, ita & spiritus dei sanctus. Cap. XVIII.
Collectio, quia spiritus deus, quoniã & sine peccato est, peccata donat: & creator est, & seruimꝰ ei, & adoratur. Hæc enim omnia dei sunt, & quia a morte suscitat. Caput XIX.
Quia sicut pater & filius, ita & spiritussanctus suscitat mortuos. Cap. XX.
Quia spiritus in dei sede, & vnum regnũ patris & filii & spiritussancti indiuisum. Cap. XXI.
Quia dñs sabaoth etiam spiritussanctus. Ca. XXII.
Quia omnipotens etiã spiritus dei. Cap. XXIII.

DIVI AMBROSII EPISCOPI DE SPIRITU sancto ad Gratianum Augustum liber tertius.

Quia spiritus super Christum, & sicut filius spiritũ misit, ita & spiritus filium dei misit. Caput I.

QVIS EST QVI dicit, Misit me dominꝰ, et spiritus eius: nisi qui venit a patre vt saluos faceret peccatores? Quem cũ audis, & spiritus misit: ne cũ legis quia filius spiritum mittit, inferioris esse spiritum crederes potestatis. Ergo & pater filium misit, & spiritus: spiritũ quoque et pater misit, & filius. Pater misit, quia scriptũ est: Ioan. 14. E
Paracletus autem ille spiritussanctus, quem mittet pa- Ioan. 15.
ter in nomine meo. Filiꝰ misit, qui dixit: Cum venerit autem paracletus quẽ ego mittam vobis a patre meo spiritum veritatis. Si ergo se inuicem filius & spiritus mittunt, sicut pater mittit: non subiectionis iniuria, sed communitas potestatis est.

Quia datus est spiritus, sicut & filius. Cap. II.

NEC solum misit pater filium, sed etiam dedit, sicut ipse filiꝰ se dedit. Lectum est enim nobis: Gratia vobis a deo patre nr̃o, & do- Galat. 1.
mino Iesu Christo, qui se dedit pro peccatis nostris. Si subiectum in eo putãt fuisse, quia missus est: F
gratiæ esse negare non possunt, quod datus est. Datus est autẽ a patre, vt Esaias dixit: Puer natus est nobis, Esa. 9.
filius datus est nobis. Datus est autẽ, audeo dicere, & ab spiritu, qui missus ab spiritu est. Cum enim non definitum fuerit a quo datus sit, ostendit datum gratia trinitatis. Cũ autem ipse se filius dederit, vtiq; non potuit ipse sibi secundũ diuinitatem esse subiectus. Ergo non potuit diuinæ subiectionis esse quod datus est. Datus est autem & spiritussanctus, quia lectũ est: Rogabo pa- Ioan. 14.
trem, & alium paracletũ dabit vobis. Et apostolus ait: Quapropter qui hæc spernit, non hominem spernit, 1.Thes. 4
sed deum, qui dedit spiritum suũ in nobis. Esaias quoque & spiritum datum ostẽdit & filium. Sic, inquit, di- Esa. 42.
cit dominꝰ qui fecit cælum, & finxit illud, qui solidauit terram, & quæ in ea sunt, & dat populo qui est super eã spiritum, & spiritum calcantibus eam. Et ad filiũ: Ego dominus deus vocaui te in æquitate, & tenebo manũ tuam, et confortabo te, et dedi te in testamentũ generis mei in lucem gentium, aperire oculos cęcorum, educere de vinculis alligatos. Cũ ergo & filius missus et datus sit, spiritus quoq; missus et datus sit, habent vtique

Gvnitatem diuinitatis, qui habẽt operis vnitatem. Vnde etiam & digitus dei appellatus est spiritus, eo quod sit patri & filio & spiritui sancto individua inseparabilisque cõmunio. Nam sicut filium dei scriptura dexteram
Exo.15. dei dixit, sicut lectum est: Dextera tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua domine confregit inimicos: ita spiritumsanctus appellatus est digitus
Luc.11. dei, sicut ipse dominꝰ dixit: Quod si in digito dei eiicio dæmonia. Hunc enim digitum in alio libro euangelii eodem loco dei spiritum nominauit. Sic enim habes:
Matt.12. Quod si in spiritu dei eiicio dæmonia. Quid igitur expressius ad significãdam diuinitatis vel operationis dici potuit vnitatem, quę secundũ diuinitatem est patris vel filii vel spiritussancti, q̃ vt intelligamus multo magis q̃ corpus hoc nostrum æternæ plenitudinem diuinitatis scindi videri, si quis vnitatẽ substantiæ separet, multiplicet potestates, cum vna sit eiusdem diuinitatis æternitas? Plerumq; enim ex nostris sermonibus ea quæ supra nos sunt, conuenit æstimari. Et quia illa videre non possumus: ex iis quæ videre possumus, colligamus. Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea
Roma.1. quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Et subdidit: Sẽpiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Quorũ aliud de filio, aliud de spiritusancto dictum vide: vt quemadmodum sempiterna virtus patris dicitur filius, ita etiam spiritus qui diuinus est, sempiterna diuinitas esse creditur. Nam & filius quia semper viuit, vita sempiter-
H na est. Hic ergo digitus dei & sempiternus est, & diuinus. Quid enim dei proprium quod nõ sempiternum
2.Cor.3. sit & diuinũ? Hoc digito, sicut legimus, tabulas illas lapideas inscripsit quas Moyses accepit. Non enim carnali digito deus harum literarum quas legimus apices & elemẽta formauit, sed spiritu suo dedit legẽ. Et ideo Apostolus dixit: Lex enim spiritalis est, quę vtiq; non atramento inscripta est, sed spiritu dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Nam si apostoli epistola scribitur in spiritu, quid obstat quo minus etiam legem dei non atramento sed spiritu dei describi credere debeamus, quę vtiq; cordis nostri mẽsi secreta non maculat, sed illuminat? Scripta est autem in tabulis lapideis, quia in typo scripta est. Sed tabulæ fractæ primo sunt & abiectę de Moysi manibus, quia Iudæi a propheticis operibus exciderunt. Et bene tabulæ fractę sunt, nõ scriptura deleta. Et tu vide ne frãgatur tabula tua, ne mens tua & animus tuus diuida-
I tur. Nũquid diuisus est Christus? Non diuisus est, sed vnũ est cũ patre, & nemo te ab eo seperet. Si fides deficiat, tabula cordis tui frangitur. Cõminuitur animi firmitudo, si vnitatem diuinitatis in trinitate non credas.
Scripta est et fides tua, scripta est et culpa tua, sicut Hie-
Hiere.17. remias dixit: Scripta est Iuda culpa tua graphio ferreo & vngue adamãtino. Et scripta est, inquit, in pectore & in corde tuo. Ibi igitur culpa est vbi gratia. Sed culpa graphio scribitur, gratia spiritu designatur. Hoc digi-
Ioan.8. to mystice etiam dominꝰ Iesus inclinato capite scribebat in terra, cum a Iudæis adultera esset oblata, significans per figurã, quãdo de peccatis alterius iudicamus, nostri nos debere meminisse peccati. At ne rursus, qa legem deus spiritu sancto scripsit, inferius aliquid tanq̃ de ministerio spiritus crederem⁹, vel ex corporis nostri æstimatione quandam portionem exiguam dei spiritũ putaremus, ait alibi apostolus non se humanæ scientiæ verbis loqui, sed doctis spiritus, & spiritalibus spiritalia comparare: animalem autem non percipere quæ sunt spiritus dei. Sciebat enim quod is qui diuina carnalibus compararet, inter animalia esset, non inter spiritales homines comparandus. Stultitia, inquit, illi est. Et ideo quia sciebat has futuras esse animalium hominũ quæstiones, præsagus futuri ait: Quis enim cognouit sensum domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

Quia digitus dei electus est spiritus, quo significatur & vnitas diuinitatis, non inæqualitas trinitatis. Ca. III.

RED si quis adhuc carnalibus inhęret ambiguis, & corporalibus vacillat exemplis, concideret quia non potest bene sentire de filio, qui potest male sẽtire de spiritu. Nã si ideo portionem quandã exiguam putant esse spiritum dei, quia digitus dei dicitur: iidem vtiq; & portionem exiguam dicũt esse in filio dei, quia dextera dei dicitur, sed filius & dextera & virtus dicitur. Itaq; si verba nostra pẽdamus, nulla potest sine virtute esse perfectio: et ideo caueant ne putent, quod nefas dictu est, semperfectum in sua substãtia patrem perfectionẽ accipere per filium, & desinant coæternũ filiũ patri negare. Quando enim non fuit dei virtus? Quod si aliquando putant nõ fuisse dei virtutem, aliquando plenitudinẽ in deo patre negabunt fuisse, cui putent aliquando defuisse virtutem. Sed hæc, vt dixi, scripta sunt vt ad vnitatẽ diuinitatis ista referamus, & credamus qd Apostolus dixit: Quia Col.2.
plenitudo diuinitatis corporaliter habitat in Christo, & habitat in patre, & habitat in spiritu sancto.

Quia sicut cooperatꝰ est patri & filio spiritussanctus in nube & mari cum liberaretur populus Iudæorũ, ita cooperatur in mysterio baptismatis. Cap. IIII. L

ET quod sicut vnitas diuinitatis, ita vnitas operationis sit. Quod etiã ex cãtico Moysi colligi potest. Ipse enim cũ per maria traduxisset populum Iudæorũ, & dei patris operationem, & filii est cõfessus, & spiritus, dicens: Dextera manus tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua cõfregit inimicos. Habes quia & filiũ sit confessus & patrẽ, cuius est dextera. Et infra ait, ne sanctum spiritum præteriret: Et per spiritũ iracundiæ tuæ diuisa est aqua. Quo significat vnitas diuinitatis, non inæqualitas trinitatis. Vides igitur quia spiritussanctus cooperatus patri & filio sit, & tanq̃ cõgelascẽtibus fluctibus in medio mari, aquarũ quidam murus insurgeret ad transitũ Iudæorum, & rursus Ægyptiorũ populum per spiritum refusus obrueret. Inde & columnã nubis pleriq; præcessisse in die populo Iudæorum, & columnam ignis in nocte arbitrantur, quo protegeret plebem suam gratia spiritalis. Hanc autem operationem Exo.15.
dei, quam totus orbis iure miratur, sine sancti spiritus M
opere non fuisse etiam Apostolus declarauit, dicens in figura illa præcessisse spiritalis mysterii veritatem. sic enim habes: Quoniam patres nostri omnes sub nube 1.Cor.10
fuerunt, & omnes mare transierũt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundẽ potum spiritalem biberũt. Nam quẽadmodum typus sacramẽti potuit esse sine operatione spiritussancti, cuius veritas omnis in spiritu est? Quod & Apostolus docuit dicens: Sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iu- 1.Corint.6
stificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Vides igitur quia & pater operatur in filio, & filius operatur in spiritu? Et ideo secundũ seriem scripturarum noli dubitare in figura fuisse quod in veritate esse ipsa etiã veritas declarauit. Quis enim operationẽ eius abnuat in baptismo, in quo operationem eius sentimus & gratiamꝰ

Quia sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat spiritus sanctus. Caput V.

NAM sicut sanctificat pater, ita sanctificat filius, sanctificat & spiritus. Sanctificat pater secundum quod scriptũ est: Deus pacis sanc- 1.Thes.5.
tificet vos, vt integer spiritus vester & ani-

Ioan.17. Ama & corpus sine querela in die dñi nostri Iesu Christi
2.Cor.1. seruetur. Et alibi filius dicit: Pater sanctifica eos in veritate. De filio autem idẽ Apostolus dixit: Qui factus est nobis sapiẽtia a deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Vides quia factꝰ est sanctificatio? Sed factus est nobis, non vt ille mutaret qđ erat, sed vt nos sanctificaret in carne. Spiritum quoq; sanctũ sanctificare Apo-
2.Thes.2 stolus docet. Sic enĩ dicit: Gratias agere debemus deo semper pro vobis fratres dilectissimi a deo, quia elegit nos deus primitias in salutẽ, in sanctificatione spiritus & fide veritatis. Ergo sanctificat pater, sanctificat filius, sanctificat spiritus: sed vna sanctificatio, quia vnum est baptisma, & vna est gratia sacramenti:

Quia eadem sunt opera manuum, quæ sunt opera digitorum. Caput VI.

HOC EST eadẽ opera filii, quæ spiritus dei. Sed quid mirum si sanctificat singulos ipse sanctificatione non indigẽs, sed redundans, quando tantã (vt dixi) maiestatẽ eius accepimus, vt tãq̃ digitus a corpore, ita a deo patre inseparabilis videatur spiritus sanctus? Quod si quis ad diminutionem nõ ad vnitatem potestatis putat esse referendum, is profecto in eam amentiã cadet, vt tãq̃ in vnam
B velut corporis formam patrẽ & filium & spiritũ sanctũ videatur tres fingere, & tanq̃ distinctiones quasdam figurare membrorũ. Sed accipiat, vt sępius dixi, non inæqualitatem, sed vnitatem potestatis hac testificatione signari, quandoquidem quæ opera dei sunt, eadem sint opera manuum: eadem etiam legimus opera esse di-
Psal.18. gitorum. Scriptum est enim: Cęli enarrant gloriã dei, & opera manuũ eius annunciat firmamentũ. Et alibi:
Psal.101. Initio terrã tu fundasti domine, & opera manuũ tuarũ sunt cæli. Eadem igitur sunt opera manuum, quę sunt opera dei. Non ergo aliqua pro membrorũ corporaliũ qualitate discretio opationis, sed vnitas potestatis est.
Psal.8. Quæ autẽ opera sunt manuũ, eadem opera digitorũ, quia æque scriptum est: Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorũ, lunam & stellas, quę tu fundasti. Quid hic igitur digiti minus q̃ manus fecisse pdicatur, cũ idem fecerint digiti quod manus? Sicut scriptũ
Psal.91. est: Quoniã delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarũ delectabor. Et tamẽ quia manum legimus filium, scriptum est enim: Nõne manus mea fecit hæc omnia? et alibi: Posuit manũ meam sub tegumẽto petræ, (quod ad incarnationis mysteriũ spectat, quia integumentum corporis virtus dei sempiterna suscepit) vtiq; liquet manus & de filio dei & spiritu sancto scripturã locutam. Et rursus quia digitũ dei spũ
C legimus, ideo appellatos digitos æstimamꝰ, vt filiũ & spiritum designaret. Deniq; vt filii & spiritꝰ sanctificationem se habere memoraret, ait quidam sanctus: Ma-
Iob.10. nus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.

Quia sicut arguit pater, ita arguit filius, ita arguit & spiritus, & quia iudicat spiritus. Cap. VII.

QVR enim verborum simplitudinem recusamus, vbi vnitatem potestatis asserimꝰ, cum consuq; vnitas potestatis est, vt & arguat spiritus, sicut arguit pater, & arguit filiꝰ? Sicut
Psal.6. enim scriptũ est: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me: deinde in .xlix. psal. sicut dicit dominus: Arguam te, & statuam ante faciẽ tuã peccata tua: ita etiam de spiritu sancto filius dixit: Cum autem abiero, mittam paracletũ ad vos, & ille veniens arguet mũdũ de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Sed quo nos perfidorum hominũ deducit amentia, vt quæ sunt quasi de ambiguo quod spiritus sanctus arguat, vi deamur astruere, cũ iudices ipsi nõ queant nisi per spiri-

tum iudicare? Deniq; nobile illud Salomonis iudiciũ, 3.Reg.3.
quod inter dubia certantiũ, cum vna oppresso paruulo quem ipsa susceperat, vẽdicare sibi vellet alienum, altera proprium filium defensaret, & fraudem in ipsis cogitationibus occultis, & pietatẽ in maternis viscerib⁹ deprehẽdit, vtiq; per spiritus sancti munus emicuit. Neq; enim latentem conscientiam fœminarũ alia aliqua nisi spiritus sancti machæra penetrasset, de qua ait dominus: Non veni pacẽ mittere, sed machæram. quia non Matt.10.
ferro sed spiritu mens interna penetratur. Penetrabilis est enim spiritus intelligẽtiæ, spiritꝰ vnicus, multiplex, subtilis, mobilis. Et infra: Omnia prospiciens. Vides propheta quid dicat, quia omnia prospicit. Et ideo etiã Salomon prospexit, vt macheram illam iuberet afferri, qua simulato quod diuidere vellet infantem, cõsiderauit quod vera mater plus consuleret filio q̃ solatio, & gratiã iuri, non gratiæ iura præferret. At vero illa quę matris simularat affectum, vincẽdi studio cæca parũ duceret eius exitium, in quo nesciret pietatis dispẽdiũ. Itaque vir ille spiritalis, vt diiudicaret omnia, (spiritalis enim diiudicat omnia) naturam in affectibus quęsiit, quia latebat in vocib⁹: & pietatem interrogauit, vt proderet veritatem. Vicit itaq; mater charitatis affectu, quæ fructus est spiritus. Diiudicauit in propheta, quia per spiritũ datur sermo sapiẽtiæ. Quomodo ergo B
negatur quod arguere possit spiritus sanctus mundum de iudicio, qui iudicii tollit ambiguũ, largitur euẽtum? Daniel quoq; nisi accepisset dei spiritum, nũq̃ potuisset deprehendere adulteriũ libidinis, mendacium fraudis. Nam cum Susanna presbyterorũ coniurationibus appetita, inflexam populi mentẽ videret contemplatione seniorum, & omnibus destituta subsidiis, sola inter hostes pudicitiæ suæ cõscientia deum arbitrũ precaretur: Exaudiuit, inquit, dominꝰ vocem eius cũ duceretur vt Daniel.13
periret, & excitauit dominus spiritũ sanctũ pueri adolescentis cui nomen Daniel. Itaq; secundum accepti spiritus gratiam, vacillantia perfidorũ testimonia deprehendit. Deniq; non alia nisi diuinæ fuit operatio potestatis, vt eos vox sua proderet, quorũ latebat affectus. Percipite igitur spiritus sancti sacrum & cæleste miraculum. Illa quæ maluit sibi casta esse q̃ populo, illa quæ maluit innocentiæ subire periculũ q̃ pudoris, quæ cum accusaretur, tacebat: cum damnaretur, silebat: cõscientiæ suæ contenta iudicio, quæ reuerentiã pudoris etiam in periculis reseruabat, ne extorsisse petulantiam videretur, qui extorquere nõ poterãt castitatem: vbi dominũ inuocauit, spiritum meruit, qui latentẽ presbyterorum P
conscientiam reuelauit. Discant pudicæ calumniã non timere. Nanq; castimoniam vitæ præstulit, nec vitę dispendium pertulit, & gloriam retulit castitatis. Sic & Abrahã iussus adire peregrinã terrã, nec vxoris periculo pudicitiæ, nec mortis propositæ terrore auocatus, & vitam suam, & castimoniã seruauit vxoris. Nullũ itaq; deo credidisse pœnituit, & castitas deuotionem cumulauit in Sarra, & deuotio castitatẽ. Ac ne quis forte æstimet quia dicẽdo scriptura: Excitauit deus spiritũ sanctum pueri adolescentis, spiritũ in eo putet fuisse hominis, non spiritũ sanctũ: legat in posteriorib⁹, & inueniet quia spiritum sanctũ accepit Daniel, & ideo prophetauit. Deniq; & rex eũ prętulit, quia habebat gratiam spiritalem. Sic enim dicit: Tu autẽ Daniel potes, quia spiritus sanctꝰ dei in te est. Et infra scriptura dicit: Et fuit Daniel prępositus illius, quoniã spiritus erat superans in eo. Sed etiam Moysi spiritꝰ iudicaturis diuisus est. Sed quid de cæteris loquamur? Ipsum dominũ Iesum in spiritu non solum iudicare accepimus, sed etiam vindicare. Neq; enim vindicaret in Antichristum nisi ante de eius meritis iudicaret: quem, sicut legimus, domi- 2.Thes.2
nus Iesus interficiet spiritu oris sui.

Sicut lectũ est quod verbi gladius spiritus sit, ita le-

G Cum est qđ spūs sancti gladi⁹ verbū dei sit. Cap. VIII.

SED hic non acquisita gratia est, sed indiuidua manet vnitas, quia neq; Christus sine spiritu, neq; spiritus potest esse sine Christo. Non enim potest diuinæ naturę vnitas separari. Et quod in medium interuenit exēplum quod dominus Iesus interficit spiritu oris sui, gladius quidā verbi spiritus intelligitur. Deniq; in euāgelio dicit ipse dominus Iesus: Nō veni pacem mittere, sed gladium. Venit enim vt spiritum daret: ideo de ore eius gladi⁹ bis acutus, vtique gratia spiritalis. Spiritus ergo verbi gladius est. Et vt scias inæqualitatem nō esse, sed vnitatem naturæ: verbum quoq; gladi⁹ est spiritus sancti.
Ephe. 6. Scriptum est enim: Accipientes scutū fidei, in quo possitis omnia tela maligni ignita extinguere, & galeā salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbū dei. Cum igitur verbi gladius spiritus sanct⁹ sit, & spiritus sancti gladius verbum dei sit, vtiq; vnitas est potentiæ. Quam vnitatē licet aliis scripturarū locis considerare.

Quia similiter vt pater & filius, ita etiam spiritus & contristatus, & exasperatus, & tentatus a Iudæis legitur. Caput IX.

H NAM cum dicat Ezechiel ad populum Iudæorum: Et cōtristatis me in omnibus his
Ephe. 4. dicit dominus: Paulus nouo populo in epistola sua dicit: Nolite contristare spiritū sanctum dei, in quo signati estis. Rursus cum Esaias dicat de ipsis Iudæis: Ipsi autem non crediderunt, sed exacerbauerunt spiritū. Dauid autem de deo dicit: Et exacerbauerunt altissimū in siccitate, & tentauerunt deum in cordibus suis. Accipite etiam quia cū alibi dixerit scriptura tentatum spiritum, tentatū etiam deū, tandē dicat & Christum esse tentatum. Habes enim ad Corin
1. Cor. 10 thios apostolum: Neq; tēptemus Christū, sicut quidam eorū tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Iusta vindicta, vt aduersarii venena sentirent, qui nō venerabantur autorem. Et bene dominus æreo serpēte suspenso iussit curari vulnera sauciorū. Imago enī crucis, æreus serpens est: quoniam etsi in carne sua suspēsus est Chri
Galat. 6. stus, tamen & ipse crucifixus est mundo, & ipsi crucifixus est mundus. Mihi enim mundus crucifixus est, & ego mundo. Crucifixus est ergo in suis mundus illecebris, & ideo non verus sed æreus suspensus est serpens,
I quia in veritate quidē corporis, sed sine veritate peccati susceptit dominus speciem peccatoris, vt per lubricum infirmitatis humanæ, simulādo serpentē, depositis carnis exuuiis, veri destrueret serpentis astutiam. Per crucem itaq; domini quæ in tentationis vltione subuenit, offensam in perfidis trinitatis agnosco, qui medicinam trinitatis accipio. Ergo cū habeas in libro Moysi quia dominus tentatus serpentes immiserit populo Iudeorum, necesse est aut vnitatē in maiestate diuina fateaeris patris & filii & spiritus sancti: aut certe cū spiritū dicat apostolica scriptura tentatū, domini nomine spiritum vtiq; designauit. Tentatū autem spiritū sanctum
Heb. 3. ad Hebræos scribēs Apostolus dicit. Sic enim habes: Quia hæc dicit spiritus sanctus: Hodie si vocē eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in irritatione secundum diē tentationis in deserto, vbi tentauerūt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic & dixi, semper isti errāt, & isti nō cognouerūt vias meas, sicut iurauī in ira mea si introibunt in requiē meam. Ergo secundū Apostolum tentatus est spiritus, sic & ipse tētatus est, & ipse vtiq; in terrā repromissionis Iudæorum populū dirigebat, sicut scriptū est: Quia adduxit eos per abyssum sicut in æquū per desertum, & non laborauerunt, & sicut pecora per campū, descēdit spiritus a domino, & direxit eos. Et ipse vtiq; serenam cælestis
h alimoniæ pluuiam ministrabat, ipse quotidianā messem quam terra nō parturierat, agricola nō seuerat, imbre fertili fœcundabat. Nūc spectemus singula. Requiē Iudæis promiserat deus. eam requiem spiritus sua dicit. Tentatum se a perfidis deus pater memorat, & tētatum ab iisdē se dicit & spiritus, quia vna tentatio est qua tentata est a sacrilegis vna diuinitas trinitatis. Cōdemnat deus populum Iudæorū, vt in terram fluētem lac & mel, hoc est resurrectionis requiem peruenire nō possit. eadem sentētia condemnat & spiritus dicens: Si introibūt in requiem meam. Vnius ergo sententia voluntatis, vnius excellētia potestatis est. Fortasse tamē aliquis diceret hoc exemplū nō posse ad proprietatem sancti spiritus deriuari, nisi alio loco etiam Petrus apostolus nos docuisset peccatis nostris etiam spiritū posse tētari. Sic enim habes ad Ananiæ coniugem dicta: Actu. 5.
Quid vtiq; conuenit vobis tentare spiritū domini? Et enim domini spiritus ipse est dei spirit⁹, quia vnus sanctus est spiritus, vt etiam Paulus apostolus docuit dicens: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si ta- Roma. 8.
men spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic nō est eius. præmisit spiritū dei, & statim subdidit eūdem esse spiritum Christi. Et cum dixisset de spiritu, vt intelligeremus quia vbi spiritus sanctus, ibi Christ⁹ est, addidit: Si autem Christus in vobis. Deinde quomodo hic intelligimus quia vbi
L spiritus, ibi Christus: ita etiam alibi ostendit quia vbi Christus, ibi etiam spiritus sanctus sit. Nam cum dixisset: Numquid experimētum eius quæritis, qui in me lo- 2. Cor. 13.
quitur Christus? Alibi ait: Puto enim quod & ego spiritū dei habeo. Inseparabilis ergo vnitas, quia vbi aut 1. Corin. 7
pater aut Christus aut spiritus scriptura testificante signatur, ibi omnis plenitudo est trinitatis.

Quia deus spiritus secundum Petri sententiam in actibus apostolorum. Caput X.

SED & ipse Petrus in eo quod proposuimus exemplo premisit spiritū sanctum, et postea dixit spiritū domini. Sic enim habes: Ana- Actu. 5.
nia, cur implenit Satanas cor tuum ad mētiēdum spiritui sancto, vt fraudē faceres de precio agri? Nonne manēs tibi manebat: & venditū in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hoc scelus? Nō es hominibus mētitus, sed deo. Subter ad eius vxorē ait: Quid vtiq; conuenit vobis tētare spiritū domini? Primum intelligimus quia spiritum sanctū, spiritū domini dixit. Deinde cū præmiserit spiritū, & addiderit, non es hominib⁹ mētitus, sed deo: necesse est in spiritu san- M
cto vt vnitatem diuinitatis esse intelligas: quoniam cū spiritus tētatur, deus fallitur. Aut si vnitatē diuinitatis conaris excludere secundum scripturæ verba, ipse vtiq; spiritū domini credis. Si enim & de spiritu expressum intelligimus & de patre, in deo vtiq; & de patre & spiritu sancto veritatis & scientię aduertimus vnitatē, quia similiter a sancto spiritu sicut a deo patre mendacium deprehenditur. Quod si vtrumq; de spiritu accipimus, cur quod legis, perfide negare conaris? Aut igitur vnitatem diuinitatis patris & filii & spiritus sancti, aut diuinitatem sancti spiritus in patre & filio confitere. Vtrum dixeris in deo, vtrūq; dixisti, quia & vnitas diuinitatem astruit, & diuinitas vnitatem.

Quia deus spiritus est secundū euangeliū. Ca. XI.

NEC solum hoc loco euidenter sancti spiritus Θεότητα, hoc est, diuinitatē scriptura testatur, sed etiam ipse dominus dixit in euangelio: Quoniam deus spiritus est. Quem locū ita expresse Ariani testificamini esse de spiritu, vt eū

A de vestris codicibus auferatis: atque vtinam de vestris & non etiā de ecclesiæ codicibus tolleretis. Eo enim tē pore quo impiæ infidelitatis Auxentius Mediolanē sem ecclesiam armis exercituq; occupauerat, vel a Va lente atq; Vrsatio nutantibus sacerdotibus suis incursabatur ecclesia Sirmiēsis, falsum hoc & sacrilegum simulacrum tamen in ecclesiasticis codicibus deprehensum est. Et fortasse hoc etiā in oriente fecistis. & literas quidem potuistis abolere, sed fidē nō potuistis auferre. Plus vos illa litura prodebat, plus vos illa litura dānabat. Neq; enim vos poteratis oblimare veritatē, sed illa litura de libro vitę nomina vestra delebat. Cur auferebatur quoniā deus spiritus est, si nō pertinebat ad spiritum? Si enī de deo patre vultis expressum, ergo & deū patrē negatis, qui putatis esse delendū? Vtrū vultis eligite, in vtroq; vos laqueus vestre impietatis astringit, si gentiles vos esse fateamini vel patrē deū negādo vel spiritū. Tenetur igitur vestra confessio, qua delestis oraculum, dū formidatis exemplū. Delestis quidē in pectoribus animisq; vestris. Cæterū diuinum nō deletur
Esa. 43. oraculū, nō deletur spiritus sanct⁹, sed auertatur impias
Exo. 32. mentes. nō deletur gratia, sed iniquitas: quia scriptum est: Ego sum, ego sum qui deleo iniqtates tuas. Deniq; Moyses p populo petens, Dele, inquit, me de libro tuo
B si nō parces huic populo. Nec tamē deletus est, quia nō habebat iniquitatē, sed gratiā, pfluebat. Vestra igitur estis cōfessione cōuicti: quod sapienter factū nō possum dicere, sed astute. Astute enī cognouistis loci istū? vos attestatione cōuinci, nec argumēta vestra aduersus id posse testimoniū cōuenire. Quo enim possit alio intelectus loci istius deriuari, cū series lectionis tota de spiritu sit? Nicodemus quærit de regeneratione, respondet
Ioan. 3. dns: Amē amē dico tibi, nisi quis renatus fuerit per aquam & spiritū, non potest introire in regnū dei. Et vt ostēderet aliā generationē secundū carnē esse, aliam secūdū spiritū, addidit: Quod natū est de carne, caro est: quia de carne natū est. Et quod natū est de spiritu, spiritus est: quia deus spirit⁹ est. Prosequere ergo totā seriē lectionis, inuenies quod dns impietatē vestrā plenitudine assertionis excluserit. Noli ingt mirari quia dixi, Oportet vos nasci denuo. Spirit⁹ vbi vult, spirat, & vocem ei⁹ audis, sed nescis vnde veniat, aut q̄ vadat. sic est omnis qui natus est de spiritu. Quis est qui nascitur de spiritu, & qui efficitur spirit⁹, nisi qui renouatur spiritu mētis suæ? Hic est vtiq; qui per aquā regeneratur & spiritū sanctū, quoniā per lauacrū regenerationis & renouationis spūs sancti, spem vitæ capimus æternę. Et ali-
Actu. 11. bi Petrus apls ait: Vos autē spiritu sancto baptizabi
C mini. Quis est autē qui baptizat̄ spiritu sancto, nisi qui renascitur per aquā & spiritū sanctū? Ergo de sancto spi-
Ioan. 3. ritu dns dixit: Amen amē dico tibi, nisi qs renatus fuerit per aquā & spiritū, non potest introire in regnū dei. Et ideo de ipso nasci nos in posterioribus definiuit, per quē renasci nos in superioribus est locutus. Hac dnica sententia & scripto nitor, nō argumento. Quæro tamē cur si nō dubitatur per spiritū sanctū nos renasci, dubitetur de spiritu sancto nos nasci, cū ipse dns Iesus de spiritu sancto & natus sit & renatus? Quē si natū de spiritu sancto confitemini, quia nō potestis negare, renatū autem negatis: magna insipiētia, vt qđ singulare dei, confiteamini: quod cōmune est hoīm, denegetis. Et ideo bene vobis dicitur qđ Iudeis dictū est: Si terrena vobis dixi, & nō credit⁹: quō si dixero vobis cęlestia, credetis? Sed tamē vtrunq; locū ita scriptū inuenimus in greco, vt nō per spiritū dixerit, sed de spiritu. Deniq; sic habet: ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, hoc est, de aqua et spiritu. Ergo cū dubitari non debeat de sancto scriptum esse spiritu, quod natū est de spiritu: nō est dubiū quia deus et sanctus spiritus, secundū quod scriptū est, quia deus spirit⁹. Alibi quoq; vt hoc de sancto spiritu scripsisse se idē euangelista refe-

raret, per aquā, inquit, & spiritū venit Christus Iesus. D
Non solū in aquā, sed per aquā & sanguinē, & spiritus testimoniū: quoniā spiritus est veritas: quia tres sunt 1. Ioan. 5.
testes, spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres vnum sunt in Christo Iesu. Audi quomodo testis spiritus mentē renouat, aqua proficit ad lauacrū, sanguis spectat ad precium. Spiritus enim nos per adoptionē filios dei fecit, sacri fontis vnda nos abluit, sanguis domini nos redemit. Alterū igitur inuisibile, alterū visibile testimoniū sacramēto consequimur: spiritali, quia spiritus testimonium reddit spiritui nostro. Etsi in vtroq; plenitudo sit sacramēti, distinctio tamē muneris est. Ergo vbi distinctio muneris, non est vtiq; testificationis æqualitas.

Quia adoratur spiritus sanctus sicut pater & filius, & cum patre & filio adorandē in maiestate dei. Cap. XII.

SED fortasse referatur quia in posterioribus istius libri iterū dns deum spiritum dixit, & de patre deo sensit. Sic enim habes in euan-
gelio: Nunc est quādo veri adoratores ado- Ioan. 4.
rabūt patrē in spiritu & veritate. Nā & pater tales quęrit, qui adorēt eū. Spiritus autē est deus: & eos qui adorant eū, in spiritu & veritate oportet adorare. Non solū enim hoc exēplo diuinitatē sancti spiritus vultis negare, sed etiā in spiritu adorare deū, tanq̄ ad subiectionem spiritus deriuatis. Cui loco respōdebo breuiter, quia spi- E
ritus pleriq; ponitur pro gratia spiritali, sicut & apostolus dixit: Quia ipse spiritus postulat pro nobis gemiti- Roma. 8.
bus inenarrabilib⁹, hoc est gratia spiritalis. nisi forte gemitus vos sancti spiritus audire potuistis. Ergo & hic adoratur deus nō in malitia cordis, sed in gratia spiritali. In animā enim maleuolā nō intrat sapiētia, quia ne- Sapien. 1.
mo potest dicere dīm Iesum nisi in spiritu sancto. Statimq; subdidit: Diuisiones vero gratiarū sunt. Non igi- 1. Cor. 12.
tur hoc ad plenitudinē nec ad portionē spiritus potest pertinere, quia neq; humana mens eius plenitudinē capit, neq; in vllas sui diuiditur sectiones, sed donū gratię spiritalis infundit, in quo adoratur deus, sicut adoratur etiā in veritate. Nō enim adorat nisi qui veritatē diuinitatis eius pio hauriat affectu. Nec vtiq; velut personaliter Christū, aut sanctū personaliter spiritū cōprehēdit, aut putat qđ velut personaliter dictum de spiritu videatur & de Christo. Ergo de⁹ similiter adoratur in veritate, sicut adoratur in spū. Aut similis igitē subiectio, F
quod absit vt credas, & nec filius adoratur: aut qđ verū est, similis vnitatis gratia & spiritus adoratur. Colligamus hinc ergo & cōcludamus Arrianorū impias quę-
stiones. Si enī ideo negant adorandū spiritū, quia deus adoratur in spiritu: negant ergo adorādā veritatē, quia deus adoratur in veritate. Nā licet plurimæ veritates
Psal. 11. sint, quia scriptū est: Diminutę sunt veritates a filiis hominū: donatę tamē sunt a veritate diuina, qđ est Chri-
Ioan. 14. stus, q ait: Ego sum via, veritas, & vita. Ergo si hoc loco veritatem ex vsu intelligāt, intelligant etiā gratiam spiritalē, & nihil est offensionis: aut si veritatē Christū accipiunt, adorandū negent. Sed refelluntur factis priorum, facie scripturarū. Adorauit enī Christū Maria, et ideo prenūcia resurrectionis ad apłos destinatur, solues hęreditariū nexū, & fœminei generis immane delictū. Hoc enim operat⁹ est in mysterio dns, vt vbi superabundauerat delictū, superabundaret & gratia. Meritoq; ad viros fœmina destinat̄, vt quę culpā viro prima nū
ciauerat, prima dñi gratiam nūciaret. Adorauerunt & apłi: & ideo quia detulerūt fidei testimoniū, acceperūt fidei magisteriū. Adorauerūt & angeli, de quibus scriptum est: Et adorēt eū omnes angeli eius. Adorāt aūt nō solū diuinitatē eius, sed etiā scabellū pedū eius: quia scriptū est: Et adorate scabellū pedū eius, quoniā sanctū est. Aut si negāt quia in Christo etiā incarnationis adoranda mysteria sunt, in quibus velut vestigia quædā

G diuinitatis expressa,& vias quasdã verbi cęlestis aduertimus,legãt quia & apostoli adorabant eũ in carnis gloria resurgẽtẽ. Ergo si nihil derogat quod deus adoratur in Christo,quia adoratur et Christ⁹: nihil vtiq; derogat etiã spiritui quia deus adoratur in spiritu, quia adoraẽ & spiritus,sicut Aplꝰ dixit: Spiritui dei seruimus. Qui
Mat.4. enĩ seruit, & adorat, sicut supra dictũ est: Dominũ deũ tuũ adorabis, & illi soli seruies. Sed ne forte propositũ aliquos prætergredi videatur exẽplũ: qua ratione ad incarnationis dominicæ sacramentũ spectare videatur quod ait propheta, Adorate scabellũ pedũ eius: cõsideremus. Nõ enim ex vsu hominũ æstimare debem⁹ scabellũ. Neq; enim corporalis deus,aut non immẽsus,vt tanꝫ fulcrũ pedib⁹ eius scabellũ subiectũ putem⁹. Neq; adorandũ quicq; præter deũ legimus,quia scriptum est: Dominũ deũ tuũ adorabis,& ipsi soli seruies. Q uomodo ergo aduersus legẽ propheta præciperet sub legenutritus,& eruditus in lege? Nõ mediocris igit̃ quæstio, et ideo diligẽtius consideremus quid sit scabellũ. Legimus enim alibi: Cęlũ mihi thronus,terra autẽ scabellũ pedũ meorũ. Sed nec terra adoranda nobis,quia creatura est dei. Videamus tamẽ ne terrã illã dicat adorandã ppheta quã dñs Iesus in carnis assumptione suscepit. Itaq; per scabellũ terra intelligatur, per terrã autẽ caro Christi,quã hodie quoq; in mysteriis adoramus,& quã
H apostoli in dño Iesu,vt supra diximus,adorarũt. Neq; enim diuisus Christ⁹, sed vnus. Neq; cum adoraretur tanꝫ dei filius,natus ex virgine negabatur. Cũ igit̃ incarnationis adorandũ sit sacramẽtum, incarnatio autẽ
Luc.1. opus spiritus sit,sicut scriptũ est: Spiritus sanct⁹ superueniet in te,& virtus altissimi obũbrabit tibi, & qđ nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius dei: haud dubie etiã sanctus spiritus adorandus est, quãdo adoratur ille qui secundũ carnẽ natus ex spiritu est. Ac ne quis hoc deriuet ad virginẽ Mariã: erat templũ dei, non deus tẽpli. Et ideo ille solus adorãdus qui operabatur in tẽplo. Nihil ergo officit quod deus adoraẽ in spiritu,quia & spũs adoratur. q̃q; si ipsa verba cõsideremus, quid aliud in patre & filio & spiritu sancto nisi eiusdẽ potestatis vnitatẽ intelligere debemus? Quid est enim, In spiritu & veritate adorare oportet: nisi vt hoc nũq; ad gratiã spiritalẽ referas,nec ad veręcõscientiæ fidẽ,sed (vt dixim⁹) personaliter (si tamẽ dignũ hoc verbũ est maiestatis expssione diuine) de Christo accipias et de spiritu. Quid est ergo, Adoratur in Christo pater, nisi qđ est in Christo pater,& loquitur in Christo pater,& manet in Christo pater? Nõ vtiq; quasi corpus in corpore (nõ enim deus corpus) nec quasi cõfusus in cõfuso,sed quasi ver⁹ in vero,deus in deo,lumẽ in lumine, quasi pater sempitern⁹
I in filio coæterno. Nõ ergo insertio corporalis intelligitur,sed vnitas potestatis. Ergo per vnitatẽ potestatis coadoratur in patre Christ⁹, cũ deus pater adoratur in Christo. Similiter ita & per vnitatẽ potestatis eiusdem coadoratur in deo spiritus,dũ deus adoratur in spiritu. Adhuc verbi istius vim atq; sermonis diligentius pertractemus,& proprietatẽ eius ex aliis colligamus. O-
Pfal.103. mnia,inquit,in sapiẽtia fecisti. Quid igitur intelligim⁹ exortẽ factorũ esse sapiẽtiam? Sed omnia per ipsum facta sunt. Et Dauid ait: Verbo dñi cęli firmati sunt. Ergo ipse quidẽ filiũ etiam cælestiũ dicit autorẽ. Ita vtiq; dixit: In filio facta sunt omnia, vt in operũ instauratione filium a patre minime separaret, sed patri iungeret.
Col.1. Paulus quoq; ait: Quoniam in ipso cõdita sunt omnia in cælis & in terra, visibilia & invisibilia. Nũquid cum dicit,in ipso,negauit p ipsum? Nõ negauit vtiq;,sed asseruit. Deniq; & alibi dixit: Vnus dñs Iesus,per quem omnia. Ergo cũ dicit per ipsum, negauit in ipso cõdita esse omnia,per quẽ dicit esse omnia? Hanc vim habent verba hæc, in ipso, & cũ ipso, vt vnũ in his atq; cõsimile nõ contrariũ intelligatur. Quod etiã in inferioribus manifestauit dicẽs: Omnia per ipsum, & in ipso creata
k sunt. Hæc enim tria in Christo vnũ esse, cũ ipso,& per ipsum, & in ipso,sicut supra dixim⁹, scriptura testatur. Habes enĩ per ipsum & in ipso cõdita esse omnia. Accipe etiã quia cũ ipso pater,& ipse cũ patre,cũ omnia conderentur. Sapiẽtia dicit: Cũ pararet cælũ,cũ ipso erã,cũ faceret fontes aquarũ. Et in veteri testamẽto dicẽdo pater,faciamus,ostendit filiũ fecũ adorandũ quasi omniũ conditorẽ. Sicut ergo in filio creatura discutitur, quorũ filius creator accipitur,ita etiã cum in veritate adorari deus dicitur, verbi ipsius ꝓprietate in eundẽ modũ frequẽter expressa debet intelligi,quod & filius adoretur. Similiter itaq; adoratur & spiritus, quia deus adoratur in spiritu. Ergo pater & cũ filio adoratur, & cũ spiritu, quia trinitas adoratur. An vero negat aliquis adorandam diuinitatẽ trinitatis æternæ,cũ & scripturæ diuinæ inexplicabilẽ maiestatẽ exprimant trinitatis? sicut alibi ipse apostolus dicit: Quoniã deus qui dixit de tenebris lumẽ splẽdescere,illuxit in cordib⁹ nostris ad illuminationẽ sciẽtiæ claritatis dei in faciem Christi Iesu. Nẽpe hanc claritatẽ viderũt aplꝰ cũ dñs Iesus diuinitatis suę luce in mõte fulgeret. viderũt, inquit, apostoli, &
L in faciẽ prociderunt. Putas ne illos vel cũ procideret, adorasse, cum fulgorẽ diuini luminis corporalibus oculis sustinere nõ possent,& splendor lucis æternæ aciem visus mortalis obduceret? Aut quid aliud tunc temporis dixerũt illi videntes gloriam eius, nisi, Venite adoremus & procidamus ante eum?

Quia deus spiritussanctus est secũdum apostolum, & quia templũ sumus spiritussancti, sicut & dei patris, & domini Iesu Christi. Cap. XIII.

ILLVXIT enim deus in cordibus nostris ad illuminationẽ sciẽtię claritatis dei in faciẽ Christi Iesu. Quis est ergo qui illuxit, vt cognoscamus deũ in faciẽ Christi Iesu? Dixit enim,illuxit deus vt cognoscatur claritas dei in faciem Christi Iesu. quę putamus aliũ præter spũ declaratũ? Aut quis est alius præter spiritũ sanctũ cui diuinitatis
M potẽtia deferatur? Q ui enim spiritum excludit,necesse est inducat aliũ qui cum patre & filio gloriã diuinitatis accipiat. Eadẽ igitur verba repetamus: Deus est qui illuxit ad illuminationẽ claritatis dei in faciẽ Christi Iesu. Habes Christũ euidẽter expressum. Cuius ergo claritas illuminare dicitur nisi spirit⁹? Ipsum ergo deũ expressit,qui claritatẽ dei dixit. Si patris,superest vt q dixit de tenebris lumẽ splendescere,& illuxit in cordibus nostris,spiritussanctus intelligatur. Aliũ enim nõ possumus cũ patre filioq; venerari. Si igitur spiritũ intelligis, hũc Aplꝰ deũ dixit. Necesse est igitur deitatẽ spũs etiã vos fateamini qui negatis. Sed ꝯ imprudenter negatis, cũ legeritis quia tẽplum habet spirit⁹? Scriptũ est enĩ:
1.Cor.3. Templũ dei vos estis,& spiritussanctus habitat in vobis. Deus ergo tẽplũ habet, creatura tẽplũ nõ habet verum, spiritus autẽ habet templũ qui habitat in nobis.
1.Cor.6. Nã scriptũ est: Quia mẽbra vestra tẽplũ est spũssancti. In tẽplo autẽ non quasi sacerdos, nec quasi minister,sed quasi deus inhabitat,quoniã ipse dñs Iesus dixit: Inhabitabo in illis,& inter eos ambulabo,& ero illorũ deus,
Pfal.10. & ipsi ceũt mihi populus. Et Dauid dicit: Dñs in tẽplo sancto suo. Ergo spũs habitat in tẽplo sancto suo, sicut habitat pater,habitat & filius,qui ait: Ego & pater veniemus,& mansionẽ apud eũ faciemus. Manet autem in nobis pater per spiritũ, quẽ dedit nobis. Q uo igit̃ potest simul dispar manere natura? Vtiq; nõ potest. Manet autẽ cũ patre & filio spũs sanctus. Vnde & Aplus cũ gratia Iesu Christi & charitate dei cõmunicationẽ sancti spiritus copulauit dicẽs: Gratia domini nostri Iesu Christi,& charitas dei,& cõmunicatio spiritussancti cum omnib⁹ vobis. Aduertimus igitur quod pater & filius & spiritus sanctus in vno eodẽq; per naturæ eiusdem maneãt vnitatem. Ergo diuinæ est potestatis qui habitat in templo. Sicut enim patris & filii,ita & spiritussancti sumus templum: non multa templa, sed vnũ templum,quia vnius templum est potestatis.

Quia non tres dii,sed vnus deus. Cap. XIIII

SED quid veremini? an illud q̃d oblatrare cõsuestis,ne tres faciatis deos? Absit. Vbi enĩ vna deitas intelligitur, vn⁹ deus dicit̃. Neq; enim cũ filium deũ dicimus, duos deos dicimus. Nam si cũ deitatẽ spiritus cõfitemur,putatis nos tres deos dicere: ergo & cũ deitatẽ filii dicitis,quia non potestis eã negare,duos inducitis deos. Necesse est igitur iuxta sentẽtiã vestrã si deũ psonæ vnius,nõ vn⁹ natura nomẽ putatis,aut duos deos dicatis,aut deũ filiũ denegetis. Sed excusemus vos ab insciẽtia,etsi nõ excusamus a culpa. Etenim secũdum nostram sententiam, quia vnus deus, vna diuinitas,et vnitas intelligitur potestatis. Sicut vnũ deum dicimus,& patrẽ verum deitatis nomine confitentes,nec filiũ denegantes: ita etiam spiritũ sanctũ a deitatis nõ excludimus vnitate, & tres
B deos nõ asserimus,sed negamus, quia pluralitatem nõ vnitas facit,sed diuisio potestatis. Quomodo enĩ pluralitatem recipit vnitas diuinitatis,cum pluralitas numeri sit,numerum autem non recipiat diuina natura?

Quia dñs spũs sanctus,sicut pater & filius. Ca. XV.

ANVS ergo deus,salua maiestate trinitatis æternę, sicut proposito declaratur exemplo. Nec eo tamẽ solo loco trinitatẽ videmus nomine diuinitatis expressam,sed cũ plerisque locis,sicut et supra diximus,tũ maxime in his epistolis quas ad Thessalonicẽses Apostolus scripsit,diuinitatẽ atq; dominatũ patris & filii & spiritus sancti euidẽtissime declarauit. Sic enim habes: Vos autem dñs multiplicet & abũdare faciat charitate in inuicẽ & in omẽs,
1.Thes.3 sicut & nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctificatione corã deo & patre nostro ĩ aduentu dñi Iesu. Quis est igitur dñs, qui multiplicet nos & abũdare faciat corã deo & patre nostro in aduẽtu dñi Iesu? Patrem dixit,filiũ dixit: quẽ ergo cũ patre & filio præter spiritũ iunxit? Quis est dominus qui corda nostra in sanctificatione cõfirmet? Sanctificatio enim gratia spiritalis est, sicut & infra dixit: In sanctificatione spiritus, et fide veritatis. Quẽ putatis ergo hic dominum præter spiritum nũcupatũ? Hoc deus pater docere vos
Ioan.1. potuit,qui ait: Super quẽ videris spiritũ descendentẽ & manentẽ super eũ, hic est qui baptizat in spiritu sancto.
C Descendit enim spiritus in specie colũbæ,vt & sapiẽtię testimoniũ ferret,& sacramẽtũ lauacri spiritalis impleret, & vnius se cũ patre & filio operationis ostenderet. Ac ne per imprudentiã aliquid excidisse Apostolo iudicetis,sed scientẽ prudentẽq; & sancto insufflum spiritu significasse deũ quẽ dominũ sentiebat,etiã in secũda ad Thessalonicẽses epistola hoc idẽ repetiuit dicens: Dominus autẽ dirigat corda vestra in dilectione dei,& patientia Christi. Quod si dilectio dei est,dominus qui dirigat debet ostendi, si directionẽ sancti spiritus denegamus. Sed negare nõ possumus,quoniam de ipso dominus dixit: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed nõ potestis illa portare modo. Cum enim venerit spiritus ille veritatis,deducet vos in omnem veritatem.
Ioan.16.

Quia bonus spiritus dei, & spiritus veritatis, & omnem insinuat veritatem. Caput XVI.

Pfal.142 ET Dauid de ipso dicit: Spiritus tuus bonus deducet me in viã rectam. Vide quid de spiritu sancto vox dominica resultet. Filius dei venit: & quia nondũ insuderat spiritũ, parvulos quosdã nos degere sine spiritu declarauit. Spiritũ dixit esse venturum, qui faceret ex parvulis fortiores, incremento videlicet spiritalis ætatis. Q uod ideo posuit,nõ quo virtutem spirit⁹ auteferret, sed vt in cognitione trinitatis ostẽderet plenitudinem esse virtutis. Necesse est igitur aut quartũ aliquẽ dicatis quẽ sentire præter spiritũ debeatis, aut certe non aliũ dominũ iudiceris nisi spũ designatũ. Q uod si euidentẽ conceptionẽ verborũ exigitis quibus dominũ spiritũ scriptura memoratuerit: nec id latere vos potuit quia scriptũ est: Dominus autẽ spiritus est. quod vtiq; dictũ esse de spiritu sancto, totius seriei lectionis ostẽdit. Et ideo apostolica consideremus eloquia. Q uoties legitur Moyses, inquit, velamẽ po- 2.Cor.3.
situm est supra cor eorũ. Cũ vero cõuersi fuerint ad dominum, auferetur velamẽ. Dominus autẽ spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nõ solũ itaq; spiritum dominũ dixit, sed etiam addidit: Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos itaq; omnes revelata facie gloriam domini speculãtes, ad eandẽ imaginẽ reformamur a gloria in gloriã, sicut a domini spiritu, hoc est qui ad dominũ sumus ante cõversi, vt spiritali intellectu quasi in quodam speculo scripturarũ domini gloriam videremus, nũc ab hac gloria quæ nos cõuertit ad dominũ, in illam cælestẽ gloriam reformamur. Ergo cum dominus sit ad quẽ conuertimur, domini autẽ spiritus sit a quo reformamur, qui conuersi ad dominũ sumus: dominus vtiq; spiritus sanct⁹ est designatus. Ipse enim conuersos suscepit qui reformat. Nam quomodo quos nõ susceperat, reformet? Quid expressionẽ quęrimus vocis, vbi expressionẽ rerum⁹ vnitatis? Nam etsi dominũ spiritumq; distinguas, negare tamen non potes quia vbi dominus, ibi spiritus. Et qui fuerit conuersus ad dominũ, erit cõversus ad spiritum. Si literam calumniaris, vnitatẽ non inficiaris. Si vnitatem vis fecernere, potestatis dominum ipsum spiritum confiteris.

Quia non tres domini,sed vnus dñs. Cap. XVII.

SED fortassis iterũ dicas: Si dominũ spiritũ dixero, tres dominos declarabo. Nũquid cũ dñm filiũ dicis, aut filiũ negas, aut duos dominos cõfiteris? Absit. Ipse enim fili⁹ dixit: Mat.6.
Nolite duobus dñis seruire. Sed nõ vtiq; aut se, aut patrẽ dominũ denegauit. Nã & patrẽ dñm dixit, sicut habes: Cõfiteor tibi domine,pater cęli & terræ. Et se me- Mat.11.
morauit dominũ, sicut in Euãgelio legimus: Vocatis Ioan.13.
me dominũ & magistrum,et bene facitis: sum etenim. Sed nõ duos dominos dixit, immo ostẽdit se nõ duos dominos dixisse,cũ præmoneret: Nolite duob⁹ dominis seruire. Non sunt enĩ duo dñi vbi dominatus vnus est, quia pater in filio,filius in patre, & ideo dñs vnus. Sic & lex docuit: Audi Israel,domin⁹ deus tuus vnus est. Deu.6.
hoc est,immutabilis semper,vnitate permanens potestatis, semper idem, nulla accessione, nulla diminutione mutatur. Ergo vnũ dixit Moyses,& idẽ tamen dominũ a domino pluisse memoratur. Apostolus quoq;, Det, inquit, dominus misericordiã inuenire a domino. F
Dominus pluit a domino, dominus dat a dño misericordiã: dominus nec ibi discernitur vbi pluit, nec separatur vbi miseretur a dño, sed vtroq; in loco vnitas dominationis exprimitur. In psal. quoq; habes: Dixit dñs
dño meo. Nec ideo patrẽ suũ dominũ denegauit, quia filium dominũ suum esse memorauit, sed ideo filiũ dominum suũ dixit, ne crederes filiũ prophetæ fuisse, sed dominũ, quod in Euãgelio ipse dominus manifestauit dicẽs: Si enim Dauid in spiritu vocat eũ dominũ, quo- Mat.22.
modo filius eius est? In spiritu dicit Dauid dominum, non spiritus dicit. Aut si hinc calũniantur, quia dominum spiritus dixit, necesse est pari sacrilegio filium dei etiã spiritus sancti filiũ videantur asserere. Ergo quẽad-

G modum duos nō dicimus dominos cū & patrem & filium deſignam⁹, ita nec tres dominos dicimus cū dominum ſpiritū cōſitemur. Sicut enim tres ſacrilegū eſt dominos aut deos dicere, ita etiam hoc plenū ſacrilegii eſt, duos dnos aut deos dicere: quia vnus deus, vnus eſt dominus, vnus eſt ſpirit⁹ ſanctus: & qui deus, dns: & qui domin⁹, deus: quia & in dominatione diuinitas, & in diuinitate dominatus eſt. Deniq; & dīm et deū legiſti patrē: Dñe deus meus, clamabo ad te, exaudi me.
Et dīm et deū habes filiū, ſicut in euāgelio legiſti quia
Ioan. 20. cū tetigiſſet Thomas latus Chriſti, ait: Dns meus, & deus meus. Ergo ſicut pater deus, & filius dns: ita & filius deus, & pater dns. Alternatur pia ſignificatio, nō alternatur diuina natura, ſed immutabilis manet gratia. Non enim largitatis collatiua, ſed naturalis placita charitatis ſunt, quia & vnitas proprietatem habet, & proprietas vnitatem.

Quia ſicut pater ſanctus, ita filius ſanctus, ita & ſpiritus dei ſanctus. Cap. XVIII.

H ERGO ſanctus pater, ſanctus filius, ſanctus & ſpiritus, ſed non tres ſancti, quia vnus eſt deus ſanct⁹, vnus eſt dns. Vna eſt ergo vera ſāctitas, ſicut vna vera eſt diuinitas, vna illa ſanctitas naturalis. Ideo omnia hęc quę ſancta nos credimus, illam ſolā prędicant ſanctitatē: Cherubim & Seraphim indefeſſis voc⁹ laudant, et dicūt: Sanctus, ſanctus, ſanctus dns deus ſabaoth. Non ſemel dicūt, ne ſingularitatē credas. Nō bis dicūt, ne ſpiritū excludas. Non ſanctos dicūt, ne pluralitatē æſtimes. Sed ter repetūt, & idem dicūt, vt etiam in vnū diſtinctionē trinitatis, & diuinitatis intelligas vnitatē. hoc cū dicūt, deū prædicant. Nos quoq; nihil preciosius inuenimus quo deū prædicare poſſimus, niſi vt ſanctum appellemus. Quodlibet aliud inferius deo, inferius eſt domino. Ergo hinc quoq; cōſiderate vtrum aliquid ſancto ſpiritui derogandū ſit, cuius nomen dei laus eſt. Sic enim laudatur pater, ſic laudatur & filiꝰ, quemadmodū ſpiritus nominatur. Et laudat Seraphim, laudat omnis beatorum chorus, vt ſanctū deum dicat, ſanctū filiū, ſanctum ſpiritū. Quomodo igitē non omnia habet quę dei ſunt, qui cum patre & filio a ſacerdotibus in baptiſmate nominatur, & in oblationibus inuocatur, cū patre & filio a Seraphim in cæleſtib⁹ prędicatur, cū patre & filio habitat in ſanctis, infunditur iuſtis, inſpiratur prophetis? Vnde & ſcriptura diuina θεοπνευστον dicitur, q̄d deū inſpiret, quā locutus eſt ſpiritus. Aut ſi nolunt omnia
I habere quæ dei ſunt, & poſſe omnia ſpiritum ſanctū, dicant quid non habeat, quid ve non poſſit. Nam ſicut omnia habet filius, nec inuidet pater quin minus omnia naturaliter daret filio qui dedit quod maius eſt omnibus, quēadmodū ſcriptura teſtatur dicens: Pater quod dedit mihi, maius eſt omnib⁹: ita etiā ſpiritus Chriſti habet q̄d maius eſt omnibus, quia iuſtitia neſcit inuidiam. Itaq; ſi diligenter aduertamus, etiā hic diuinę po-
Ioan. 10. teſtatis cōprehendimus vnitatem: Pater, inquit, dedit mihi quod maius omnibus eſt, & nemo poteſt rapere ea de manu patris mei. Ego et pater vnū ſumus. Nam ſi recte ſupra oſtēdimus manū eſſe dei ſpiritū ſanctum: eadem vtiq; manus patris eſt quæ filii eſt manus, quoniam idem ſpirit⁹ patris qui ſpiritus filii eſt. Ideo ſicut non rapitur patri, ita non rapitur filio, ita nō rapitur & ſpiritui. Quicūq; de nobis in hoc nomine trinitatis vitam accipit æternā: ex ipſo vtiq; quod & dediſſe filio pa-
Ioan. 16. ter, & accepiſſe a filio ſpirit⁹ dicitur, quia ſcriptū eſt: Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annūciabit vobis. Q̄d de munere magis diſpenſationis videtur q̄ de poteſtatis diuinæ iure dixiſſe: quia quos filius redimit, ſpiritus quoq; ſanctificatr⁹ accipit. Ex iſtis ipſis inquā verbis de quibus calumniā ſtruunt, vnitas diuinitatis aduertitur, nō indigētia largitatis. Dedit pater per ge- k
nerationem, nō per adoptionem, dedit quaſi id quod eſſet in ipſo diuinæ iure naturę, nō quaſi liberalitatis gratia quod deeſſet. Et ideo quia ſic acquirit filius populos vt pater, ſic vinificat filius vt pater: æqualitatem ſuam ad patrem vnitatē poteſtatis expreſſit dicēs: Ego & pater vnū ſumus. Cum enim dicit, ego & pater, reuelatur æqualitas. Cum dicit, vnum ſumus: vnitas declaratur. Æqualitas cōſtitutionē excludit, vnitas ſeparationem: æqualitas patrem filiūq; diſtinguit, vnitas patrem filiūq; non ſeparat. Ergo cū dicit, Ego & pater: Sabellianū repellit, quia aliū ſe, aliū patrē dixit. Repellit Fotinianum, quia ſe cū deo patre iunxit. Illos ſuperiorib⁹ repellit, quia dixit: ego & pater. Inferioribus Arrianos, quia dicit: vnū ſum⁹. tamē & in ſuperiorib⁹ & in inferiorib⁹ hęreticā iugulat ſæuitatē Sabellianorū, quia vnū dixit ſumus, non vnus ſumus: Arrianorū, quia ego et pater, non pater & ego dixit. Quod vtiq; nō contumaciæ, ſed pietatis & præſcientiæ fuit, ne nos erroꝛē in ordine putaremus. Neſcit enī vnitas ordinē. Gradū neſcit æqualitas, nec cadit in dei filiū vt per cōtumaciam pietatem læderet magiſter ipſe pietatis. Refert itaque aduertere quo loci hæc dominus diſputauerit. Frequenter enim eius oracula ex locorū in quibus diuerſatus eſt qualitatibus ęſtimam⁹. Ieiunaturus, ab ſpiritu, ſicut legimus, L
ducitur in deſertū, vt euacuaret diaboli tentamēta, Nā etſi in abundantia copiarū continēter vixiſſe laudandū eſt, tamen in diuitiis & amœnitatibus frequentior tentationis illecebra eſt. Deniq; tentator vt teatet, copias pollicef. Et dominus vt vincat, famē nutrit. Nec ego diffiteor in diuitiis eſſe poſſe cōtinentiā. Sed & qui mare nauigat, frequēter euadit, magis tamē obnoxius eſt periculo q̄ qui nauigare noluerit. Videamus cætera. Promiſſurus regnū cælorū Ieſus mōtem aſcēdit. Alibi per ſata ducit diſcipulos, ſeminatur⁹ in eorū affectibus cæleſtium ſegetem præceptorū, vt meſſis animorum fœcūda flaueſceret. Conſummaturus ſuſceptę carnis officia, cum perfectionem in diſcipulis iam videret, quos verborū ſuorū radice fundauerat, ortū ingreditur, vt olearū nouellas in domo domini plātaret, & iuſtum palmæ florentē modo, vitēq; fœcūdam riuo ſui ſanguinis irrigaret. Hoc quoq; loco in porticu Salomonis deambulat, dedicationis (vt legim⁹) die, hoc eſt in pectore ſapientis atq; pacifici deābulat Chriſtus, eius ſibi dedicaturus affectū. Quæ iſta porticus ſit, docet prophe-
ta dicens: Deambulabam in innocentia cordis mei in Pſal. 100.
medio domus meæ. Habemus ergo in nobis domum
dei. Habemus atria, habem⁹ & porticus, qui habemus M
& plateas, quia ſcriptū eſt: Inq; plateis tuis ſuperfluant Prouer. 5.
aquæ tuæ. Dilata ergo hanc porticum tui cordis dei
verbo, qui dicit: Dilata os tuū, & adimplebo illud. Er- Pſal. 80.
go deambulans in corde ſapiētis atq; pacifici dei verbū
audiamus quid loquatur: Ego et pater vnū ſumus. Nō Ioan. 10.
dicit hoc in pectore perturbatoris & ſtulti, quia ani- 1. Cor. 2.
malis homo non percipit quę ſunt ſpūs dei, ſtultitia enī illi
eſt. Non capiūt fidei magnitudinē anguſta impiorū pectora. Deniq; Iudęi audiētes, Ego & pater vnū ſumus: tulerūt lapides, vt lapidarēt eū. Q̄i hoc audire non poteſt, Iudæus eſt: qui hoc audire nō poteſt, lapidat Chriſtum aſperiorib⁹ omni caute pfidiæ ſuæ ſaxis: & ſi mihi creditis, vulnerat Chriſtū. Nā etſi ille tā vulnus ſentire nō poſſit, (nunc enī ſecundū carnē iam nō nouimus Chriſtū) tamē Arrianorū impietate lapidat, q̄ eccleſię pietate lętatur. Bonum mihi eſt dñe lex oris tui. ſeruo
pręceptū tuum. Vnum te eſſe cū patre ipſe dixiſti. quia hoc credidit Petrus, claues regni cælorū accepit, & ſui ſecurus peccata donauit. Quia hoc nō credidit Iudas, impietatis ſuæ ſe laqueo ſtrangulauit. O dura infidelitū ſaxa verborū. O informē laqueū proditoris, ſed deformius precium Iudæorū, argētum improbum, quo aut emitur ad necem iuſtus, aut venditur. Ioſeph vēditus,

A emptus Chriſtus: alter ad ſeruitutē, alter ad mortem. Deteſtabilis hæreditas, feralis auctio, quæ aut fratrem vēdit iniuriæ, aut dīm licitatur exitio, ſalutis omnium redēptorem. Duo igitur quæ præſtantiora ſunt oībus, Iudæa violauit, fidē atq; pietatē: ſed in vtroq; Chriſtū fi
dei & pietatis autorē. Nam & in patriarcha Ioſeph typus Chriſti fuit, et in veritate ſui corporis Chriſtus: qui non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqualē deo, ſed formā ſeruī accepit. Propter lapſus videlicet noſtros ſuſcipiēs ſeruitutē, nec refugiens paſſionem, alibi viginti aureis emitur, alibi triginta. Q uomodo enim poterat verum eius preciū comprehēdi, cuius nō poteſt meritū definiri? Erratur in precio, quia erratur in ſtudio. Viginti aureis in veteri teſtamēto venditur, triginta in Euangelio. Preciōſior enim typo veritas, largior gratia q̄ diſciplina. Opimior lege præſentia, quia lex promiſit aduētum, legē aduētus implenit. Viginti aureis emīt Hiſmaelitę, triginta Iudei. Nec hic figura mediocris. Ad ſacrilegiū perfidi largiores q̄ ad ſalutē fideles ſunt. Tamen vtriuſq; cōtractus cōſiderari continent qualitatem. Viginti aurei precium ſeruitutis, triginta aurei crucis ſunt. Q̄uis enim ſimili modo aſſumptionis & paſſionis ſint admirāda myſteria, plenitudo tamen fidei in ſacramēto eſt paſſionis. Non minoris quidē ætimo ſanctæ virginis partū, ſed gratius benedicti corporis ſacramentū. Q uid clemētius q̄ quod mihi ſuas donauit in-
B iurias? Plenius tamē eſt, quod tantū contulit nobis, vt qui moriturus nō erat, quia deus erat, noſtra ille morte
Mat. 26. moreretur, vt nos eius ſpiritu viueremus. Deniq; nos ociōſe & Iudas Scarioth vnguentū illud trecētis denariis æſtimauit, quod vtiq; ipſius precii definitione crucē videretur domini declarare. Vnde & dns ait: Hæc enī
mittēs hoc vnguentū in corpus meū ad ſepeliendū me
Luc. 7. fecit. Cur igitur Iudas hoc cari⁹ æſtimauit? Q uia peccatoribus pluris cōſtat remiſſio peccatorū, & indulgen-
tia videtur eſſe preciōſior. Deniq; habes ſcriptum quia cui multū dimittitur, plus diligit. Ergo & ipſi peccatores dominicæ paſſionis quā perdiderūt gratiā confiteantur: & teſtimoniū ferunt Chriſto, qui Chriſtū ſunt perſecuti. Aut quia in maleuolā animā non intrat ſapientia, etiā hoc loquebatur proditoris affectus. cariis æſtimabat dominici corporis paſſionē, vt oīes a fide precii enormitate reuocaret. Ideoque dns gratis ſe obtulit, ne quē reuocaret a Chriſto paupertatis neceſſitas. Patriarchę eum vili vendiderūt, vt omnes emerēt. Eſaias
Eſa. 55. dixit: Q uicunq; non habetis argentū, venite, emite, & bibite. Et māducauerūt, & ſatiati ſunt in deſerto, vt eī
C acquireret qui non habebat argentū. O Iuda proditor, vnguētum paſſionis eius trecētis denariis æſtimas, & paſſionē eius trigīta denariis vēdis? Diues in æſtimatione, vilis in ſcelere. Ergo nō omnes eodē precio emūt Chriſtū. Alio emit Fotinus, qui ad mortem emit: alio Arrian⁹, qui emit ad iniuriā: alio Catholicus, qui emit ad gloriā. Sed emit ſine precio, ſecundū quod ſcriptum
Mat. 7. eſt: Q ui nō habet pecuniam, emat ſine precio. Non omnes, inquit, qui dicāt mihi domine domine, intrabūt in regnū cęlorū. Et ſi multi ſe nominēt Chriſtianos: nomen vſurpant, nō omnes mercedem habent. Et Cain obtulit ſacrificiū, & Iudas accepit oſculū, ſed audiuit:
Luc. 22. Iuda, oſculo filium hominis tradis? hoc eſt, amoris pignore ſcelus imples, & pacis inſtrumento odia ſeris, & charitatis officio mortē irrogas? Ergo nec Arriani ſibi vſurpato nomine blādiātur, quia Chriſtianos ſe eſſe dicunt. Reſpōdebit eis dominus: Nomen meū prętenditis, & ſubſtantiam denegatis. ſed nō agnoſco nomen meū vbi non eſt mea ſempiterna diuinitas. Nō eſt nomen meū quod a patre diuiditur, ab ſpiritu ſeparatur. Non agnoſco nomē meū vbi non agnoſco doctrinam meam. Nō agnoſco nomen meū, vbi non agnoſco ſpiritum meum. Neſcit enim ſe ſpiritus patris comparare ſeruitiis quæ creauit. de quo multa diximus.

Collectio, quia ſpiritus deus, quoniā & ſine peccato D
eſt, & peccata donat, & creator eſt, & ſeruim⁹ ei, & adoratur. Hæc enim omnia dei ſunt, & quia a morte ſuſcitat. Caput XIX.

AD SVMAM tamē, vt in fine quę diſperſe dicta ſunt, expreſſius colligamus, cū ex cęteris, tum ex quatuor iſtis præ cęteris manifeſta diuinitatis gloria comprobatur. Deus enī ex eo cogno ſcitur, aut quia ſine peccato eſt, aut quia peccata condonat, aut quia creatura non eſt, ſed creator eſt, aut quia nō adoratur, ſed adoratur. Sine peccato itaq; nemo eſt, quia nemo ſine peccato niſi vnus deus. Peccata quoq; nemo cōdonat niſi vn⁹ deus, quia æque ſcriptum eſt: Q uis poteſt peccata donare niſi ſolus deus? Luc. 5.
Creator quoq; omnium nō poteſt eſſe niſi qui creatura
nō eſt. qui creatura autē nō eſt, ſine dubio deus eſt, quia
ſcriptū eſt: Seruierūt creaturæ potius q̄ creatori, qui eſt Roma. 1.
deus benedict⁹ in ſecula. Deus quoq; nō adorat, ſed adoratur, quia ſcriptū eſt: Dominū deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Cōſideremus ergo vtrū horū aliquid habeat ſpirituſſanctus, quę teſtimonium afferant diuinitatis. Primū igitur de eo tractemus quia nemo ſine peccato niſi vnus deus. Exigamus vt doceāt quod peccatum habeat ſpirituſſanctus. Sed docere non poſſunt, & autoritatem requirūt, vt lectione doceamus quia nō peccauit ſpiritus ſanctus, ſicut de filio lectū eſt quia peccatum nō fecit. Et hoc accipiant ſcripturarū autoritate
nos docere. Scriptū eſt enim: Q uia in ſapiētia eſt ſpiri- Sapien. 7.
tus intelligentię, ſpiritus vnicus, multiplex, ſubtilis, bene mobilis, diſertus, immaculatus. Immaculatus dicit E
ſcriptura. Numquid mentita eſt de filio, vt de ſpiritu credas eſſe mentitam? Dixit enim Propheta in eodē loco de ſapientia, quia nihil maculoſum in illā incurrit. Ipſa immaculata eſt, & immaculatus eius eſt ſpirit⁹. Ergo ſi peccatū non habet ſpūs, deus eſt. Sed quomodo reus poteſt eſſe peccati qui donat ipſa peccata, & peccatū nō fecit? Et quia ſine peccato eſt, creatura non eſt. Omnis enim creatura peccatorum capacitati obnoxia eſt, ſola autē eſt a peccato immunis & immaculata ſempiterna diuinitas. Nunc videamus vtrū peccata donet ſpiritus. Sed hinc dubitari nō poteſt, cū ipſe dominus dixe-
rit: Accipite ſpiritum ſanctū: quorū remiſeritis peccata, remiſſa erunt. Ecce quia per ſpiritū ſanctum peccata Ioan. 20.
donantur. Homines autem in remiſſionē peccatorum miniſterium ſuum exhibent, nō ius alicuius poteſtatis exercent. Neq; enim in ſuo, ſed in patris & filii & ſpiritus ſancti nomine peccata dimittūtur. Iſti rogant, diuinitas donat. humanū enim obſequiū, ſed munificentia ſupernæ eſt poteſtatis. In baptiſmo quoq; peccata donari non eſt ambiguū. In baptiſmo autem operatio patris & filii & ſpiritus ſancti eſt. Ergo ſi peccatum nō habet ſpiritus, cū ſcriptū ſit: Q uis poteſt dimittere peccata niſi vn⁹ deus? vtiq; qui nō poteſt ab vnitate naturalis nominis ſeparari, nō poteſt etiam a dei poteſtate ſecerni. Si autem a dei nō ſecernitur poteſtate, quomodo
a dei appellatione ſecernitur? Videam⁹ nūc vtrū creatura ſit, an creator. Sed cū ſupra creatorē euidentiſſime probauerimus, quia ſcriptū eſt: Spiritus diuinus qui ſecit me: & innouari faciem terræ per ſpiritū, & ſine ſpiritu faceſſere oīa declaratū ſit: apparet ſpiritū eſſe creatorem. Sed quis hoc dubitet, quando (ſicut ſupra oſtendimus) ne domini quidem ex virgine aſſumpta generatio, quæ præſtātior omnibus creaturis eſt, operatiōnis exors ſit ſpiritalis? Non ergo creatura ſpiritus, ſed creator eſt. qui autē creator, non vtiq; creatura. Et quia creatura non eſt, ſine dubio creator eſt omniū qui patri & filio cooperator eſt in omnibus. Si autē creator, vtiq; dicendo Apoſtolus in condēnatione gentilitatis quia ſeruierūt creaturæ potius q̄ creatori, qui eſt deus benedictus in ſecula: ſtatim dō quoq;, vt ſupra docuimus, ſer-

G uiendum esse spiritui sancto, & creatorē ostēdit: & quia
creator est, deū appellari debere mōstrauit. Quod etiā
in epistola quæ ad Hebræos scripta est, cōprehendit di-
Heb.3. cens quoniam qui omnia creauit, deus est. Aut dicant
igitur quid sit qđ sine patre & filio & spiritu sit creatū,
aut spiritū quoq; vnius cum patre et filio deitatis esse fa
teantur. Adorandū quoq; docuit, quē dominū & deum
dixit. Qui enī deus vniuersitatis & dñs, vtiq; ab oībus
Mat.4. adorādus est. Sic enim scriptū est: Dominū deū tuum
adorabis, & ipsi soli seruies. Aut dicāt vbi legerit quia
Heb.1. adorat spiritus. Dictū est enim de dei filio: Adorent eū
omnes angeli eius. Nō lectū est, adoret spiritus. Quo-
modo enim potest adorare, qui nō inter famulos & mi
nistros est, sed cum patre & filio seruitia habet subiecta
Philip.3. iustorū, quia scriptū est: Spiritui dei seruimus? Adorā-
dus igitur est nobis, cui seruiēdum a nobis Apostolus
docuit. Cui autē seruimus, hūc & adoram⁹, iuxta quod
scriptū est, vt eadē sępe repetamus: Dominū deū tuum
adorabis, & illi soli seruies. q̄q̄ et hoc non prætermiserit
apostolus, quin & spiritū diceret adorandū. Cum enim
docuerim⁹ quia spiritus in prophetis est, nec hoc quisq̄
possit ambigere quia per spiritū prophetia datur: vtiq;
cum adoratur qui in pphetis est, idem spirit⁹ adoratur.
1.Cor.14 Itaq; sic habes: Si conueniat vniuersa ecclesia in vnū, &
omnes linguis loquantur, intret autē idiota aut infide-
lis, nonne dicēt quod insanitis? Sin autem prophetent
omnes, intret autē quis idiota aut infidelis, cōuincitur
H ab omnibus, diiudicatur ab omnib⁹. Occulta etiā cor-
dis eius manifesta fiunt: et ita cadēs in faciem adorabit
deū, pronuncians quod vere deus sit in vobis. Deus est
ergo qui adoratur, deus q manet & qui loquitur in pro-
phetis. manet autem & loquitur spiritus. Ergo et spiri-
tus adoratur. Itaq; sicut pater & filius vnū sunt, quia fi-
lius omnia habet quę pater habet, ita & spiritus vnum
est cum patre & filio, quia & ipse omnia dei nouit. Nō
enim extorsit, ne sit amittētis iniuria: nō rapuit, ne da-
mnum sit eius cui videtur ereptum. Neq; enim aut per
indigentiā rapuit, aut per excellentiā virtutis validio-
ris extorsit, sed per vnitatē possidet potestatis. Ergo si
hæc omnia operaŧ, quia omnia operatur vnus atq; idē
spiritus: quomodo nō deus, quia om̄ia habet quæ deus
habet? Aut consideremus quid habeat deus quod non
habeat spiritussanctus. Habet deus pater diuinitatem,
habet & filius, in quo habitat plenitudo diuinitatis, ha
Iob.27. bet spiritus, quia scriptū est: Spiritus diuinus qui est in
naribus meis. Habet deus vt scrutetur corda & renes,
Matt.9. habet & filius qui dicebat: Quid cogitatis in cordibus
vestris mala? Sciebat enim Iesus cogitationes eorum.
Habet & spiritus, qui etiā prophetis alieni cordis occul
I ta manifestat, sicut supra diximus quia occulta cordis
manifesta fiant. Et quid miramur si hominū scrutatur
occulta, qui scrutatur etiam alta dei? Habet deus vt ve
Roma.3. rax sit, quia scriptū est: Sit autē deus verax, omnis autē
homo mēdax. Et alibi scriptū est: Fidelis deus, qui nō
mentitur. Nunquid mētitur spiritus, qui est spiritus ve
ritatis, immo quē docuimus veritatem dictum, quia &
ipsum Ioānes veritatē sicut filiū nūcupauit? Et in psal-
Psal.42. mo ait Dauid: Emitte lucē tuam & veritatem tuam,
ipsa me deduxerūt & adduxerunt in mōtem sanctum
tuum, et in tabernacula tua. Si lucē hic filiū putas, ergo
spiritus veritas est. Aut si filiū putas veritatē, ergo spi
ritus lux est. Habet deus nomen super omne nomē, &
Philip.2. dedit filio nomen, sicut legimus, vt omnes in nomine
Iesu genu flectant. Hoc nomē vtrū habeat spiritus, cō-
sideremus. Sed scriptum est: Ite, baptizate gētes in no-
mine patris, & filii, & spiritussancti. Habet ergo nomē
super omne nomē. Quod ergo habet pater & filius, ha
bet & spiritus per naturalis nominis vnitatem.

Quia sicut pater & filius, ita & spiritussanctus susci
tat mortuos. Caput XX.

HABES quod suscitat mortuos. Sicut enim K
pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & fi-
lius quos vult viuificat. Suscitat autem etiā
spiritus, per quē deus suscitat, quia scriptum
est: Viuificabit & mortalia corpora vestra ppter inha- Roma.8.
bitantē spiritū eius in vobis. Tamen ne infirmam gra-
tiam putes, audi quia & spiritus suscitat. Dicit enī pro-
pheta Ezechiel: Veni spiritus, & insuffla in mortuos Ezech.37
istos, & viuēt. & prophetaui sicut mādauit mihi, & in-
trauit in eos spiritus vitę, & vixerūt, & steterūt in pedi-
bus suis congregatio nimis multa. Et infra deus dicit:
Scietis quod ego sum domin⁹, cū aperiā sepulchra ve-
stra, & educā de sepulchris populū meū, & dabo spiritū
meū in vos, & viuetis. Vtiq; cū spiritum suum dixerit,
numquid aliū præter spiritū sanctū nuncupauit? Neque
enim flatilem spiritū suū diceret, nec hic spiritus a qua-
tuor mūdi posset venire cardinibus, quia vētorū flatus
hic quē videmus, partis nō vniuersitatis est. Et hic spiri
tus quo viuimus, singulorū nō vniuersorum est. Spiri
tus autem sanctus est, vt & super om̄es, & in omnibus
sit. Itaq; ex verbis ppheticis spectare licet queādmodū
ossa dudum resolutorū mēbrorū cōpage dispersa in for
mam rediuiui corporis viuificāte spiritu reuertātur, &
in suos artus fauilla concrescat, sensu prius animata co L
eundi, q̄ specie reformata viuendi. Nonne in facti simi
litudine vnitatē diuinę recognoscimus potestatis? Sic
suscitat spiritus sicut & dominus in passione ppria sus-
citauit, cū subito in momento oculi defunctorum sepul
chra patuerunt, & rediuiua corpora surrexere de tumu-
lis mortis, quæ fœtore deterso, ac vitæ odore reparato
expirantiū fauillæ spirantiū faciem receperunt. Habet
ergo spiritus quod habet Christus. Habet igitur quod
habet deus. Omnia quæ habet pater, habet fili⁹. Ideoq;
dixit: Omnia quæ habet pater, mea sunt. Ioan.16.

Quia spiritus in dei sede, & vnum regnū patris & fi
lii & spiritussancti indiuisum. Cap. XXI.

NEC illud mediocre, quod de throno dei exi-
re fluuium legimus. Sic enim habes dicēte
Ioanne Euangelista: Et ostēdit mihi flumē Apoc.22.
aquæ viuę, splendidū tanq̄ crystallum, proce
dēs de sede dei & agni, in medio plateę eius, & ex vtra-
que parte lignū vitæ, faciēs fruct⁹ duodecim, per singu
los menses reddens fructū suum, & folia ligni ad medi- M
cinam omniū gētium. Hic est vtiq; fluuius de dei sede
procedēs, hoc est spiritussanctus: quē bibit qui credit in
Christum, sicut ipse ait: Qui sitit, veniat ad me, & bi- Ioan.7.
bat. Qui credit in me, sicut dicit sc̄ptura, flumina de vē
tre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiri
tu. Ergo flumen est spiritus. Hic igitur est in dei sede.
Neq; enim aqua abluit dei sedem. Deniq; Dauid nō su
pra sedē dei dixit, sed supra cælos esse quālibet illā intel
ligas aquam: quia scriptū est: Et aquæ quę super cælos Psal.148
sunt, laudent nomē domini. Laudent dixit, nō laudet.
Nam si aquæ elementū voluisset intelligi, laudet vtiq;
dixisset. Dicēdo autem pluraliter, virtutes voluit æsti-
mari. Et quid mirū si in sede dei spiritus sanctus est, cū
ipsum regnū dei, operatio spiritus sit, sicut scriptū est:
Quia non est regnum dei esca & potus, sed iustitia, & Rom.14.
pax, & gaudiū in spiritu sancto? Et ipse cū dicit Salua-
tor: Omne regnū in seipsum diuisum, destruetur: dein- Luc.11.
de subiiciendo, Quod si in spiritu dei eiicio dæmonia,
profecto peruenit in vos regnum dei: ostendit regnum
sibi indiuisum esse cū spiritu. Quid autem dementius
q̄ vt neget quisquam Christo conregnare spiritum san
ctum, cum etiam nos in Christi regno conregnaturos
Christo apostolus dicat? Si enim commortui sumus, 2.Tim.2
& conuiuemus. si sustinemus, & conregnabimus. Sed
nos per adoptionem, ille per potestatem: nos gratia, il-
le natura. Habet igitur consortium regni cum patre &

A filio etiā spiritus sanctus, qui vnius naturæ, vnius do-
minationis, vnius etiam potestatis est.

Quia dñs sabaoth etiā spiritussanctus. Ca. XXII.

ITAQVE cū habeat consortiū regni, quid
obstat quo minus spiritum sanctū intelliga-
mus a quo Esaias missus est? Neque enim
Paulo possumus autore dubitare, cuius sen-
tentiam in actibus Apostolorū Lucas euangelista sic
Actu.28. pbauit vt scriberet. Deniq; sic habes dicēte Paulo: Be-
ne locutus est spiritus per Esaiam ad patres nostros, di
cens: Vade ad plebē istam, & dic: Aure audietis, & nō
intelligetis: & vidētes videbitis, & non aspicietis. Spiri
tus ergo est qui misit Esaiam. Si spiritus misit, spiritus
est vtiq; quē mortuo Ozia rege vidit Esaias quādo di-
Esa.6. xit: Vidi dominū sedentē super thronū excelsum et ele
uatū, & plena erat domus maiestatis eius, & seraphim
stabant in circuitu eius, sex alæ vni, & sex alæ alteri: &
duabus velabāt pedes, & duabus velabāt faciē, & dua-
bus volabant & clamabāt alter ad alterū, et dicebāt: Sā
ctus, sanctus, sanct⁹ dñs deus sabaoth, plena est vniuer
sa terra maiestate eius. Si stabāt Seraphim, quomodo
volabāt? Si volabāt, quomodo stabāt? Si hoc nō possu
mus cōprehendere, quomodo deū cōprehendere volu-
B mus, quē nō videmus? Sed sicut rotā intra rotam vidit
propheta currentē, quod vtiq; nō ad corporalis refertur
speciē visionis, sed ad vtriusq; gratiam testamenti, eo q
teres vita sanctorū sit, & ita sibi concinens, vt superiori-
bus posteriora respondeāt. Rota igitur intra rotam est
vita sub lege, vita sub gratia, eo quod Iudæa intra eccle
siam sit, lex intra gratiā. Nam intra ecclesiā est, qui Iu-
dæus est in occulto, & circūcisio cordis intra ecclesiæ sa
cramentū est. Sed illa Iudæa intra ecclesiā, de qua scri-
Psal.75. ptum est: Notus in Iudæa deus. Ergo sicut rota intra
rotā currit, similiter alæ stabant, & alæ volabāt. Simi-
liter & Seraphim duabus alis faciē, & duab⁹ alis pedes
velabant, & duabus volabāt. Nam hic quoq; spiritalis
sapientiæ sacramentū est. Stabant tēpora, volabant tē
pora. Stant preterita, volant futura: & quasi alæ Sera-
phim, ita faciē dei vel pedes velant: eo quod in deo, qui
nec principiū nec finem habet, omnis ab hac cognitio-
ne principii eius & finis cursus tēporū feratur. Stāt er-
go præterita vel futura, præsentia volāt. Ne quęre prin
cipii eius vel finis arcana, quę nō sunt. Habes præsētia,
sed laudato, nō discute. Seraphim indefessis vocib⁹ lau
dant, & tu discutis? Quod vtiq; cū faciūt, ostendūt no-
bis nō aliquādo discutiendū deū, sed semper esse laudan
C dum. Ergo dominus sabaoth & spiritussanctus est.

Quia omnipotens etiam spiritus dei. Ca. XXIII.

NISI forte displicet impiis doctor quem Chri
stus elegit, aut dominū virtutū negare pos-
sunt spiritū sanctum, qui donet quas volue-
rit ipse virtutes. Nunc vnitatē maiestatis li
cet in patre filioq; & sancto spiritu cognoscere. Nā ple-
riq; dicūt patrē deū ab Esaia hoc tēpore visum, Paulus
spiritū dixit, Lucas probauit, Ioannes euāgelista ad fi-
Ioan.12. lium retulit. Sic enim scriptū est de filio: Hęc locut⁹ est
Iesus, & abiit, & abscondit se ab his. Cum autem tanta
signa fecisset corā eis, nō credebāt in eū: vt sermo Esaię
Esa.53. impleretur quē dixit: Domine, quis credidit auditui no
stro? & brachiū domini cui reuelatū est? Propterea nō
poterāt credere, quia iterū dixit Esaias: Excæcauit ocu
los eorū, & indurauit cor eorū, vt non videant oculis, et
corde intelligant, & cōuertantur, & sanem eos. Hæc di-
xit Esaias quando vidit maiestatē eius, & locutus est
de eo. Ipsa verba dixit Ioannes dixisse Esaiam, et maie
statē ei filii apparuisse euidentissime reuelauit. Paulus
autem spiritū hęc dixisse memorauit. Vnde igitur ista
diuersitas? Diuersitas quidem verborū, nō sensuū est. D
Nam licet diuersa dixerint, null⁹ errauit: quia & pater
videtur in filio, qui dixit: Qui me videt, videt & patrē. Ioan.14.
Et filius videtur in spiritu, quia sicut nemo dicit domi- 1.Cor.12.
num Iesum nisi in spiritu sācto: ita nō carnali oculo, sed
spiritali gratia Christus videtur. Vnde & scriptura ait:
Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illucescet ti-
bi Christ⁹. Et Paulus cū oculos perdidisset, quomodo
nisi in spiritu Christum videbat? Vnde & dñs ait: Ad
hoc enim tibi visus sum, vt cōstituerem te ministrū &
testem quib⁹ vidisti me, & in quibus visurus es. Nā &
prophetæ spiritū accipiebant, & Christū videbāt. Vna
igitur visio, vna pceptio, vna maiestas. An negas etiā
dominū maiestatis esse spiritū sanctū, cū dominus ma-
iestatis sit crucifixus, quia natus est de spiritu sancto, &
virgine Maria, quia nō alter Christus, sed vnus est, &
ante secula ex patre vt dei fili⁹ sit natus, in seculū vt ho
mo carnis assumptione generat⁹? Quid autē dicā quia
sicut pater & filius, ita etiā spiritus immaculatus est &
omnipotēs? quia omnipotens spiritus dei, quia græce
παντοδύναμον, πᾶν ἐπίσκοπον Salomon dixit, eo qđ
omnipotens & speculator sit omniū, sicut lectum est in Sapien.7.
libro Sapientię, vt supra est demōstratū. Ergo & spiri-
tus in honore est, & in maiestate. Intuere nunc ne quid
eum forte nō deceat: aut si tibi displicet Arriane, detra
he eū de patris filiiq; consortio. Sed si detrahere volue-
ris, cælum supra te verti videbis, quia virtus eorum o-
mnis ab spiritu est. Si detrahere volueris, in deum tibi E
prius mittēda est manus, quia deus spiritus. Sed quo-
modo detrahes eum, qui alta scrutatur dei?

FINIS.

CAPITA LIBRI DE FIDE ORTHODOXA CONTRA ARRIANOS.

Quod nihil periculosius iis hereticis esse possit, quibus
multa nobiscū paria sunt: qui cū integre per omnia
decurrere videātur, vno tamē verbo meram ac sim-
plicem fidem inficiūt. Quodq; sublato nomine sub-
stantiæ, quod isti de Euangelica & Apostolica fide
patrumq; traditione auferre volūt, subtiliter Arria-
na heresis intromittatur. Et qua ratione istud nomē
tollere laborauerint. Caput I.
De cōfutatione hæresis Arrianorū per firmissimas ra
tiones, & euidentia sacrę scripturę testimonia, eo qđ
ita deū filiū de deo ponant, vt ex deo factus sit, nō ex
deo natus, & quod homousion, id est vnius substan-
tiæ vocabulū auferant, illāq; sapientiā quæ dei filius
est, creaturam intelligant. Caput II. F
De destructione rationū quib⁹ Arriani errorem suum
defendere conantur, præcipue dicentes ideo homou
sion nominari nō oportere, quia in scripturis diuinis
non contineatur. Caput III.
Quo argumēto Arriani deū nō esse substātiā probare
cōtendāt, & de subtili illius dissolutione. Cap. IIII.
Quod cum vnitas substantiæ in patre & filio non solū
prophetica, sed et euangelica autoritate cōprobetur,
nō possit dici in scripturis diuinis homousion nō in-
ueniri. Et quæ sit ratio nominis. Quod præterea si
ad aliquam similitudinē velit Arrianus in deo com
parationem facere, non possit expressius cōparatum
definire, nisi cum dicat lumen ex lumine. Cap. V.
Quid sit deus, & vtrum ei aliquid possit comparari.
Quemadmodū etiam ratio quædam sit quæ apud
græcos logos nominatur, quæ inter patrē & filium
personas vel vocabula distinguit. Et quod illa ratio
multis nominibus appelletur, ac qua de causa singu
la de filio dicantur, Caput VI.
De remotione occasionis erroris quā heretic⁹ Arrian⁹

G ex hoc capere posset, quod duo nomina vel duæ personæ, id est patris & filii statuuntur, quasi duo dii dicantur. Caput VII.

De apertione totius mysterii hæresis Arrianæ cur nō fuerit filiū de substātia patris credi, & de responsione ad motiua Arrianorū, quodq; multum interfit inter ea quę facta sunt, & eū qui omnia fecit. Et quēadmodum in multis ac variis figuris deus se patrib⁹ præostenderit, qui tamen secundum deitatem videri nō potuit. Caput VIII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI de fide orthodoxa contra Arrianos Lib. I.

Quod nihil periculosius iis hęreticis esse possit, quibus multa nobiscū paria sunt, qui cū integre per omnia decurrere videantur, vno tamē verbo merā ac simplicē fidē inficiunt. Quodq; sublato nomine substātiæ, quod isti de euāgelica et apostolica fide patrūq; traditione auferre volunt, subtiliter Arriana hæresis intromittatur. Et qua ratione istud nomē tollere laborauerit. Cap. I.

H MVLTAS QVIDEM & graues hæreses nouimus a plurimis ebullire, & veneni vice ad intimū pectus canceris sui virus infundere. Sed vici illi vel facile possunt, vel facile vitari, quorū prima positione omne cōsilium pectoris pditur. At vero ii quibus multa nobiscū paria sūt, facile possunt innoxias mentes & soli deo deditas fraudulenta societate percutere, dū malorū suorū virus per bona nostra defendūt. Nihil enim periculosius iis hæreticis esse potest, q̄ qui cū integre per omnia decurrāt, vno tamē verbo, acsi veneni gutta, meram illā ac simplicem fidem dominicæ & exinde apostolicæ traditionis inficiant. Vnde vehemēter nobis cauendū est ne se vel sensibus vel auribus nostris huiusmodi aliquid latēter insinuet, quia nihil tam cogit in mortem q̄ sub obtentu fidei fidem violare. Vt enim gypsum aqua permixtum, lac colore mētitur: ita hic per verisimilem cōfessionē traditio inimica suggeritur. Qua de re nō simplicitudo confessionis, sed sensus mentis est ponderandus quo cōfessio ipsa firmatur. Denicq; si diligentius & accuratius attendatis cur voluerint de euāgelica & apostolica fide & de patrū traditione substantiæ nomē auferri, proculdubio probatis hęresim Arrianā subtili compēdio breuiatā, sublato hoc nomine intromissam. Nec hoc quidem ego suspicione aut opinione collectū affirmo. Nec, vt ipsi putāt, Academic⁹ disputator assisto, vt simplices sensus verborū subtilitate contorqueā, sed vt contortos & prauos tenui argumēto compositos, in lucem cognitionis exponam, quo facilius possit cognita & comperta iniquitas ab hominibus euitari. Quæ etenim causa, quæve ratio extitit vt quod docēdum & quod credendum cunctis ecclesiis fuerat traditū, quodq; patres nostri apostolici viri cōtra vniuersas hæreses, & maxime Arrianam, quasi quendam obicem veritatis, quo omnes aditus pestiferæ doctrinæ obstruerent, sancto spiritu mundati catholica ratione posuerunt, nō sine magno nisu ab iis qui tūc elogio Arrianæ labis addicti sunt, laboretur auferri, nisi vt filium dei mutabilē & conuertibilem, vtpote non de propria patris substantia constitisse confingant: cui & initium ex tempore, & ortum ex nihilo, nomen ex altero, vt semper, docuerūt, propter quod & sæpe dānati sunt, nunc iam libere et secure incūctanterq; ecclesiis tradere & insinuare possint. k

De confutatione hęresis Arrianorū per firmissimas rationes, et euidētia sacrę scripturę testimonia, eo quod ita deum filiū de deo ponant, vt ex deo factus sit, nō ex deo natus. Et quod homousion, id est vnius substantię vocabulum auferant, illamq; sapientiam quę dei filius est, creaturam intelligant. Caput II.

MIDETIS ergo omnia eos in tractatu ipsorum nō euāgelica fide, sed subdola malignitate ad seducēdos simplices quosq; posuisse. Nō iam tam suspectum q̄ manifestū omnibus esse debet ita eos deum de deo posuisse, vt Arrius tradere solebat, vt ex deo factus sit, non ex deo natus. Qui si natus est, vnius substantiæ est. Si factus est, verus filius nō est. Et si verus filius nō est, nec verus deus est. Aut si verus deus est, & de patre non est, duo sunt habentes singuli & voluntates proprias, & imperia diuersa. Vel si cōcordia tantū & societate vnum sunt, nō tamen & substantia: verus, vt iam dixi, deus non est. Sic erit deus vt Moyses Pharaoni, potestate, nō genere. Filius quoq; ita credendus erit, vt per Esaiam populo dictū est: Filios genui, et exaltaui. Et alibi: Dii estis, & filii altissimi omnes. Sed & primogenitus ita habebitur, quomodo & Israel a deo primogenitus filius appellatus est. Necnon & primogenitus totius creaturę, quasi in ordine factorū primogenitus habeatur, vt ex L eo seriem quandā creandis mundi rebus assignēt. Denicq; sublato homousion, id est vnius substātiæ vocabulo, similem gestori suo posuerūt, cum aliud sit similitudo, aliud veritas. Nam et homo ad imaginē et similitudinem dei factus est, nec tamē deus est. Nec quod deus est, homo extitisse credendus est. Ita & filium dei similem volunt, vt eum aliūde similē, non de ipsa vna sancta & beata patris substantia dicant. Qui si de patris substantia non est, ἀξ οὐκόντων est, id est de nullis extātibus, vt idem Arrius tradidit. Sublato enim vel id quod pater est, vndecunq; fuerit filius, necesse est vt & initium exnihilo, & ortū ex tēpore habeat. Nihil enim sine initio nisi solus deus. Vnde & filius sine ipse dominus ait: Ego & pater vnum sumus. Quod ideo dixit, Ioan. 10.
vt duarū personarum vocabula in vnius deitatis maiestate monstraret: sicut & Propheta ex voce dei: Eructauit, inquit, cor meū verbum bonum, dico ego opera mea regi. Vides ergo hoc verbum bonū, filium dei esse, quem nō aliunde nisi de paterno pectore, & (vt ita dixerim) de vtero cordis dei credimus natū. Et proinde eum regem appellat, quia ipse est rex regū. Deum dominum, cui omnia diuina opera succumbūt, qui dixit: 1. Tim. 6.
Omnia quæ pater habet, mea sunt. De hoc & Euange Ioan. 16.
lista: In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat Ioan. 1.
apud deum, & deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Igitur quod in principio erat, semper fuisse credendū est. Sed nec aliunde esse q̄ ex eo qui principium non habet, id est de corde patris, qui eructauit, inquit, cor meum verbum bonum. M
Nō enim dixit: In principio factum est verbum, sed in principio, inquit, erat verbum. Quodcunq; principium verbi assignare volueris, præiudicatum habebis, quia in principio, inquit, erat. Non quod duo principia ex rerum diuersitate dicamus, sed quia sermo filius semper cū patre est, & de patre natus est. Ac proinde cuius origo principium nō habet, sempiternus cum patre credēdus est, quia nec pater potest vnquā sine filio nominari, nec filius sine patre vocari, ac per hoc semper filius, quia semper pater. Et deus, inquit, erat verbū. Quod deus est, semper est: ne si semper non fuerit, verus deus semper esse non possit: sicuti & in sophiæ nomine, quia secūdum Apostolum ipse est sapientia patris. Ego, in- Eccli. 24.
quit, ex ore altissimi prodiui. Non ergo aliunde q̄ de pa

A tre, quia semper cū patre. Et ideo sapientia dei appellatur, vt nunq̄ pater sine sapiētia, hoc est sine filio suo fuisse credatur. Hæc est illa sapiētia ineffabilis, quæ initio viarū dei apud Salomonem vel cōdita, vel genita, vel creata describitur: quā tamē sic conditā dicit, vt semper eam cū deo fuisse ostendat. Quid enī deo dabis vt initium possis sapiētię ipsius cōsignare? Non enī ita deus sapientiā suam cōdidit, quasi aliquādo sine sapiētia fuerit. Sed cū initio viarū suarum dicat, initiū motus operis alicuius ostendit, vt hoc initiū habeat sapientia dei, quod de deo processit ad creanda omnia tam cęlestia q̄ terrestria, nō quo cœperit esse in deo. Creata est ergo sapientia, immo genita, non sibi, quæ semper erat, sed iis quę ab ea fieri oportebat, vt quia quanta & qualis esset sciri non poterat, de effectu operū suorum virtus eius & potentia nosceretur, vt quod de conditis æstimamus, tunc magis timeremus cū facta miramur. Cæterū si tu ita creatam sapientiā dicas, vt filiū dei creaturam intel
Rom. 1. ligas, occurrit tibi Apostolus condēnans eos qui creaturā colunt, dicens: Propter quod tradidit illos deus in desideriū cordis eorū, in immunditiā, vt cōtumeliis afficiant corpora sua in semetipsis: qui cōmutauerunt veritatem dei in mendaciū, & coluerūt & seruierūt creaturæ potius q̄ creatori, qui est benedictus deus in secula.
Eccli. 24. Hæc est inquā illa sapiētia dei, quæ dicit: Ego ex ore altissimi pdiui, vniuersitatis cōditrix & effectrix, id est filius dei, per quē oīa, & in quo oīa: quia vt Apls dixit:
Colos. 1. In ipso cōstituta sunt vniuersa in cęlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dnationes, siue virtu-
B tes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante omnia, & omnia
Sapiē. 7. in ipso cōstant. Hinc & Salomon: Cum sit, inquit, vna, omnia potēs, & permanēs in se: omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert. Quod confirmās Apostol⁹ ait in interiore homine habitare Christum, vt per quē a principio oīa facta sunt, per ipsum & in fine cuncta saluentur.

De destructione rationum quibus Arriani errorem suum defendere conantur, præcipue dicentes ideo homousion nominari non oportere, quia in scripturis diuinis non contineatur. Caput III.

Philip. 2. SED dicis mihi, homousion vnius substātię nomen ob hoc potius adorent q̄ creatorē seruētes. Eadē vtiq; Apostol⁹, qui dixit: Vt in nomine Iesu omnes genu flectant, cęlestium, terrestriū, & infernorū, & omnis lingua cōfiteatur. Et Moyses: Adorent, inquit, eū omnes angeli dei.
Psal. 71. Et Dauid: Omnes reges adorabūt eū. Quod quidem in scripturis non diceretur, sed quia ipse est sermo filius omniū opifex. Sed dicis homousion nominari nō opor-
C tere, quia in scripturis diuinis nō cōtineatur. Quero & ego, homo qui hoc phibes, si ideo nominari non debet, quia scriptū nō est, an quia ita credi non liceat? Quod si
Rom. 10. ita credendū est, cur nō ita profitendū? Corde enim, inquit Apostolus, creditur ad iustitiā, ore autem cōfessio fit ad salutē. Aut si ideo nominandū nō est, quia nec ita credendū: obtinuit Arrianæ labis assertio, quę ideo patrem et filiū vnius substantiæ denegauit, quia filiū dei modo ex nihilo, modo ex patre, sed ab alia substantia quādo voluit, & quomodo voluit, & vnde voluit factū induxit, dūmodo aliunde eū, et non de eo quod pater est extitisse cōfingat. Quē & si natū dicit, sed hoc dicto genus: quia rursum oīe quod natū est, factum intelligit, eo quod & nos a deo genīti appellemur, quos constat esse facturā. Vel si Arrianus non es, & verū filiū de vero patre natū non factū agnoscis, cur nō eū cum patre vnā substantiā dicis? Frustra times homo pfiteri quod credis, & frustra credis si ita nō credis, & merito hęreticus denotaris. Et q̄q̄ immutaueris dictū quo putaris prohi

buisse dei filium nūcupari facturū, sed cū subiūgis, sicuti D
aliquid horū quod factū est: ex aperto ostēdis nō ob hoc facturā dici noluisse, quasi nō debeat factus intelligi, sed non ita factū vis sicut aliquid horum quod factū est, sed tamen factū. Aliter enim dicis factū, vtpote perfectam creaturam, per quē facta sunt omnia, dūmodo et ipsum factū intelligas, licet nō ita vt cętera. Sed vt ad id reuertar quod dicis, in scripturis diuinis homousion, id est, vnius substātiæ vocabulū non inueniri: finge hoc interim sic sit, eo quod vbicūq; substantia legitur, res dei, nō deus accipiatur: q̄q̄ & aliud quod scriptum nō est, pariter profitearis, id est deū ex deo, lumen ex lumine: quid ad hæc dicis? Aut totū mecum tene, aut totū omitte. Si enim vnius substantiæ vocabulū inde times dicere, quia scriptū non est: timere idēidem debes deū ex deo, & lumen ex lumine profiteri. Sed ego probo deum de deo, & lumen de lumine, & vnius substantiæ vocabulum in diuinis scripturis contineri. Cum enim ipse dei
Ioan. 16. filius qui deus est, in Euāgelio suo dicat: Ego de patre exiui: iure & merito deum de deo profitemur, quia de deo patre filiū dei, deum verum de deo vero natū esse cognoscimus, sed non eo genere vt nos dii simus appellati, vel vt Moyses Pharaonis deus est dictus. Sed quia verus est filius, de vero patre natus est: vere & cōfidenter deus de deo dicēdus est. sic & lumē ex lumine. Quod scriptū nō est, mecum quidem dicis, sed mecum
Ioan. 8. omnino non sentis, vt quia scriptum est de patre: Deus lux est, quæ illuminat omnem hominem veniētem in hunc mundū, & lux lucet in tenebris, id est Christus in cælo, & tenebræ eam nō sunt assecutę. Hi scilicet homines quorū cor ignorantiæ tenebris obcæcatū est, Christum verū deum, & verū dei filium non agnouerūt, sed E
Ioan. 8. ipse dominus: Ego sum, inquit, lux mundi. qui me secutus fuerit, non ibit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Ergo quia lumē pater, & lux filius, recte lumē de lumine. Sed lumē ex lumine ita asseris, quasi a patre, qui verum lumen est, aliud lumē sit factum quod de ipsa patris substantia non sit, sed sicuti aliud quodlibet lumen, quanq̄ a deo sit factū, longe tamen aliud sit ab eo qui fecerit: & ideo lumē ex lumine, nō de lumine dicis. Cum ergo hæc prælocutus sum, licet mecū nō intelligas, tamen quomodocunq; ipsa pronuncias, sunt scripta non sint: an non & vnius substantiæ vocabulū, quod in scripturis non putas contineri, mecū pariter profiteris, nisi quia illic habuisti quomodo malignos sensus tuos occulta fraude in vtroq; cōtegeres, sed mecum hoc ipsum sono vocis exprimeres, sed tamē longe dicti intelligentiam separares: sicuti & illi hæretici qui resurrectionē carnis negant, ad decipiendas animas simpliciū dicunt his quia in carne nō resurgant. Sed si discutias eos cur hoc dixerint, cum scias illos carnis resurrectionē omnino negare, dicent tibi: Vtiq; ille erit qui in carne baptizatus nō fuerit, vt anima ipsius dum in corpore est, de morte delictorum suorū, & de sepulchro criminum per baptisma in eadē resurgat. Solius enim animæ per lauacri vitalis gratiam resurrectionē in carne defendent. F
nam & ipsius carnis salutē excludūt. Et hi per verisimilem confessionē innocentiū mentes occulta fraude seducunt. Et vt solet letale poculū mellis dulcedine temperatum suauitate fallēte perimere, sic & hoc malum per blandimētum aurium audiētium sensus quadam labe contaminans, contagione vitii adhærentis inficit.

Quo argumento Arriani deum non esse substantiam probare contendant, & de subtili illius dissolutione. Caput IIII.

DENIQVE & nūc possent homousiō sicuti & cętera verbotenus nominare, si haberēt quō illud ad aliā intelligētiā æquo sensu peruerterent. Sed cū viderint se in hoc verbo cō

G cludi,nullã omnino mentionẽ huius fieri voluerũt, ne
aut profitendo hoc crederẽt, aut credẽtes profes-
si viderentur, subtili ingenio excusantes quod aut
scriptũ non esset,aut deũ in substantia dici non oportere, ne corpo-
reus videretur. Deus etenim,inquiunt,efficit vt sit sub
stantia,nõ tamen vt ipse deus in substantia deputetur:
quippe, aiũt,cũ omnis substãtia cõtraria recipiat:deus
vero,qui nihil diuersum admittere potest, in substãtia
dici nõ debet. Ignoscerẽ tibi si hoc simpliciter diceres, si
rationẽ rei velles scire, si rudis ad hanc quæstionẽ acce-
deres,si nõ ipse esses qui semper vel de alia substãtia vel
de nullis extantibus dei filiũ asserebas. At cũ idem ipse
I sis,qui hinc sæpe cõuictus,sæpe confessus,sæpe negasti,
sæpe aliter immutãdo dãnatus es, qui etiã nunc in am
bitione exagitans turbas omnia: quomodo putas me
ignoscere tibi posse frequẽtius eadẽ retractanti? Sed ne
videatur hæc peruersitas præiudicata magis q̃ exami-
nata dãnari, breuiter tibi de hac oppositione respõdeã.
Prohibes itaque ideo substantiã nominari,quia omne
quod substãtia dicitur,res ipsa vnius generis habeatur.
An ignoras aliter cælestia,aliter terrena cõstare,sed &
in ipsis cælestibus rebus atq; mũdanis magnam diffe-
H rentiã interesse? Aliter enim angeli,aliter singulæ vir-
tutes constitutionũ suarũ substantias acceperunt,sicuti
1.Cor.15. Apostolus ait: Alia claritas solis,alia claritas lunæ,a-
lia claritas stellarũ. Sic & in hoc mũdo vt diuersa gene
ra rerum,ita et diuersa corpora animantiũ,et omnibus
sui cuiusq; generis substãtia, sicut Apostolus dicit: Nõ
omnis caro eadẽ caro. Si ergo ea quæ a deo facta sunt,
diuersas qualitates substantiarũ suarũ habẽt, tu putas
in deo talem esse substantiã, qualem habet aliquid ho-
rum quod factũ est, vt possit contraria recipere? Absit.
Quæ est enim substãtia dei? Ipsum quod deus est,sim
plex,singulare,purũ,nulla concretione permixtũ, lym-
pidum,bonũ,perfectũ,beatum,integrum,sanctũ, totũ.
An tu putas inane aliquid esse & vacuũ quod est de⁹?
Hoc enĩ dici blasphemia est, vt inane putetur per quẽ
cuncta constiterunt,qui omnia verbo edidit,ratione cõ
posuit, virtute perfecit, cuius nutu & imperio vniuer-
sa regũtur,cuncta deseruiunt. Et bene quod de deo le-
gis scriptũ: Ego sum q̃ sũ.&, Qui est, misit me. Et ipse
Exo.3. Ioan.17. Saluator dominus: Hæc est,inquit, vita æterna, vt co-
gnoscant te solũ verũ deũ, & quẽ misisti Iesum Chri
stum. Est ergo in substantia essentia sua deus,cuius co
gnitio vita æterna est,qui & tantus est, quantũ dici nõ
potest. Qui tũc digne æstimatur,cum inæstimabilis di
I citur, vtiq; velis an nolis. Ergo ipsum quod est, hoc est
substantiæ huius rei quæ esse defenditur:quod tamẽ tã
dictum est,quantũ & quale sit,nec mente cõcipi,nec sen
su æstimari,nec animo definiri potest, dũmodo cõstet
esse quod esse creditur, vt de eo ipso quod deus est, inde
sit filius,vt verus sit filius,& verus sit pater in filio,& fi
lius in patre. Hoc erit homousion,id est, vnius substan
Ioan.14. Ioan.10. tiæ cum patre, sicut ipse dominus ait: Ego in patre, &
pater in me. Ego & pater vnũ sumus.&, Ego de patre
exiui.&, Qui me videt,videt & patrẽ. Non immerito,
quia filius dei de deo patre natus est, & ideo de vnitate
substantię,& de maiestate deitatis vnum sunt: sicuti &
Hieremias prophetauit: Quis stabit in substantia do-
mini,& videbit verbum domini? Et iterũ: Si stetissent
in substãtia mea,& si audissent verba mea, auertissem
eos ab studiis eorum pessimis. Et apud Salomonem:
Substantia mea, dulcedo mea est.

Quod cũ vnitas substãtiæ in patre & filio non solũ
prophetica,sed et euangelica autoritate cõprobetur,nõ
possit dici in scripturis diuinis homousion nõ inueniri.
Et quæ sit ratio nominis. Quod præterea si ad aliquã
similitudinem velit Arrianus in deo cõparationem fa
cere,nõ possit expressius cõparatum definire, nisi cũ di-
cat,lumen ex lumine. Caput V.

SVM ergo hanc vnitatẽ substantiæ in patre K
& filio non solũ prophetica,sed et euangelica
autoritate cognoscas:quomodo dicis in scri-
pturis diuinis homousion nõ inueniri, quasi
aliud sit homousiõ q̃ quod dicit: Ego de patre exiui: &,
Ego & pater vnũ sumus:vel quod prophetæ ex aperto
substantiã dei intimabũt? Hæc est autem nominis ra-
tio, vt in patre & in filio vnitatẽ substantię credas,licet
rem ipsam(quæ est inenarrabilis)definire nõ possis,vt
siue lumẽ de lumine dicas,siue verbũ de verbo, siue spi
ritũ de spiritu,siue dominũ de domino: quodcũq; de eo
dixeris, vnius tamen essentię patrẽ & filium credas,&
de eo ipso quod pater est,filium intelligas. Nam si ali-
quam comparationẽ de rebus iis quæ videtur,in eo fa
cias, ipsa dissimilitudine rerũ non rationẽ ostendes,sed
altercationem disputationis induces,vt cuius voce de-
scriptum est, Cui me cõparabitis? ac pinde deus,cui as
similari nihil potest: sufficiat credi q̃d ipse sentitur, quẽ
ipse credi se voluit,non indicari. Denique si de hoc ipso
quod mecũ profiteris,ad aliquã similitudinem velis in
deo conferre,nescio an quod cõparaueris possis expres- L
sius definire: vtputa cũ dicis lumen ex lumine,si ad ex-
planandum illud scrupulosa narratione cogaris,quæro
quomodo lumen ex lumine credas? Vtrũ quasi lucer-
nam ex lucerna, vel quasi solem ex sole, vt aut duas lu-
cernas, aut duos soles quasi duos deos sub hoc exẽplo
inducas. Aut splendorẽ luminis eiusdẽ lucernæ,vel cla
ritatem solis de eodem sole fulgente,lumen de lumine
consignes,vt in matricem luminis patris figuram assi
miles,filiũ vero in splendorẽ claritatis ostẽdas,quod de
eo propheta dixit: Apud te est fons vitæ, & in lumine Psal.35.
tuo videbimus lumen. Vel Salomon cũ dicit: Candor Sapien.7
est lucis æternæ,& speculũ sine macula dei maiestatis,
& imago bonitatis illius. Vel Apostolus hic prædica- Col.1.
uerit saluatorẽ nostrũ imaginem esse inuisibilis dei, eo
quod imago lux sua sit,quæ de eodẽ sole procedit. Sed
quanta ad hęc respõderi possunt,quę lites generant (q̃d
Apostolus prohibet)longũ est dicere: Quippe cũ con- M
stet lumen illud quod deus est,æstimari,cõprehendi &
definiri nõ posse,nec vere aliquid ex iis quæ in hoc mũ-
do sunt, maiestati diuinę cõparari,quia nihil de omni-
bus istis quę videtur aut dicitur,secundũ id quod deus
est condigna similitudine æstimari potest,quippe cum
ipsis intellectibus & sensibus maior sit. Idẽ præmonuit
vt diuinitatẽ substãtiæ crederes,& verũ filium de vero
patre cognosceres. De qualitate autem rei requirere nõ
deberes,quia quale aut quantũ sit,scire non possis. Hoc
enim prophetæ,hoc apostoli prædicarunt.

Quid sit deus,& vtrum ei aliquid possit comparari.
Quemadmodum etiam ratio quædam sit quæ apud
græcos logos nominatur,quę inter patrem et filiũ per-
sonas vel vocabula distinguit. Et quod illa ratio mul-
tis nominibus appelletur,ac qua de causa singula de fi-
lio dicantur. Caput VI.

DENIQVE pro captu, pro viribus, pro fi-
de nostra intueamur deus quid sit, & videa-
mus an ei aliquid possit cõparari. Certe hic
est de quo & cũ dicitur,non potest dici. Cum
æstimatur,non potest æstimari. Cum comparatur,nõ
potest comparari. Cum definitur, ipsa sua definitione
crescit. Qui cælum manu sua operit, purgo omnem
ambitum mundi claudit. Quem totum omnia ne-
sciunt,& metuendo sciunt. Cuius nomini & virtuti fa
mulatur hic orbis. Et ipsa elementorum sibi succeden-
tium momẽtanea vicissitudo testatur. Vide ergo si po
test aliquid esse quo possit pater cõparari & filius, quia
talis est filius, qualis & pater. Non enim ipse se vnum
cum patre diceret, nisi talem se qualis est pater, sciret.
Ratio quædam est quæ apud græcos logos nuncupa-

A tur,quę inter patrẽ & filiũ personas vel vocabula distin
guit,quia & ipse filius ratio dicitur. Quæ tamen ratio
multis nominibus appellatur,modo verbũ, modo vir-
tus,modo sapiẽtia,modo dextera, modo brachiũ, mo-
do margarita,modo thesaurus,modo retia,modo ara-
trum,modo fons,modo petra,modo agnus,modo ho-
mo,modo vitulus,modo aquila,modo leo, modo via,
modo veritas: & ita, cũ sit deus omnia in omnibus, vt
per hęc vocabula diuinarũ dispositionum mysteria co-
gnoscãtur,nõ vt ipsa maiestas filii dei proprie definita
monstretur. Quid est enim filius de eo quod pater est?
Alius idem. Nam & hoc verbum nũcupatur, quia ex
proprio diuino ore processit,& nihil pater sine eo aut ius-
sit aut fecit. Virtus dicitur,quia vere de deo,& semper
cũ deo est,& omnis potestas patris in eo cõsistit. Sapie
tia appellatur,quia de corde patris aduenięs,arcana cę-
lestia credentib⁹ reserauit. Dextera nũcupatur,quia per
eũ omnia opera diuina perfecta sunt. Brachiũ dicitur,
quia ab ipso omnia cõtinentur. Margarita appellatur,
vt nihil illo preciosius habeatur. Thesaurus dicitur,vt
in ipso omnes opes & diuitiæ regnorũ cælestiũ cõditæ
agnoscantur. Retia dicitur,quia per ipsum & in ipso de
mari seculi diuersa gentiũ multitudo sicut piscium per
aquã baptismatis in ecclesia cõgregatur,vbi bonorum
malorũq; discrimẽ agnoscitur. Aratrũ nũcupatur,quia
signo crucis suę dura pectora subiiciũtur,vt necessario-
ra in ipsa præparẽtur. Fons aquæ viuę appellatur,quia
ex eo sitientia corda cælestis aquæ gratia irrigãtur. Pe
tra dicitur,quia credentibus fortitudinẽ, incredulis du-
ritiam præstat. Lapis angularis dicitur,quia vtrosq; pa
rietes noui & veteris testamẽti vnus et mediator in se
metipso continẽs copulauit. Agnus dicitur,vt innocẽ
tia Christi & passio demonstretur. Homo dicitur, quia
B secundũ carnẽ propter nos homines nasci dignatus est.
Vitulus dicitur, quia propter nostrã salutem pati susti
nuit. Aquila dicitur,quia post venerabilẽ resurrectionẽ
vt rex altã ad patris peruolat sedẽ. Leo dictus est,quia
ipse est rex regũ, qui mortẽ ac Zabulũ virtutis suæ po-
testate cõminuit. Via est,quia per ipsum ascensus est.
Veritas,quia mendaciũ nescit. Vita est,quia ipse vni-
uersa viuificat. Vides ergo per hæc vocabula significa
tiones dispositionũ & operum diuinorũ præostẽdas, nõ
tamen ipsum deũ proprie definitũ. Est ergo pater deus
immẽsus,æternus,incomprehensibilis,inæstimabilis.
Est & filius eius deus & dominus noster, tantus quan
tus est & pater,sed non aliunde q̃ de patre:quia ego,in-
Ioan.16. quit,de patre exiui:hoc est,lumen de lumine.

De remotione occasionis erroris quam hęreticus ex
hoc capere posset, quod duo nomina vel duæ personæ,
id est patris & filii statuuntur, quasi duo dii dicantur.
Caput VII.

C SED ne ex eo occasionẽ aliquã hæreticus ca
piat,cũ duo nomina,vel duas psonas,id est
patris et filii statuo,quasi duos deos dicã,vt
illi duos ex diuersitate confingũt. Nos autẽ
patrem & filiũ ita nominamus vnũ deũ,vt in his perso
nis & nominibus consignemus. Viderint philosophi,
viderint hęretici discipuli eorũ qui potestatũ diuersita-
te variantur. Nobis tamẽ vnus deus est pater, vt Apo
1.Cor.8. stolus dixit,ex quo omnia,et nos ex ipso: & vnus domi
nus Iesus Christus deus, dei filiꝰ, per quẽ omnia, & nos
per ipsum. Nam duo, quid aliud intelligatur, q̃ duorũ
per partes diuisa substãtia,& cũ omnibus ipsi dissocia-
ta natura agẽdi ac iubendi tam voluntas q̃ imperia di-
uisa? Porro pater ac filius etsi duæ personę credũtur,ra
tione tamen & substantia vnius sunt. Nam inæqualiũ
societas,melioris offensa est: & in iniuriã eius qui ve-
rus deus est,nõ verus alius cõparatur. Cũ autẽ ego pa-
trem & filiũ statuo,vnitatẽ generis assigno. Et si illã in

personis diuido,discretionẽs tamẽ personarũ rursus ea- D
dem nomina in vnitate sui naturali legis fœdere consi
gnant. Vnde & tantus est filius quãtus videbitur pa-
ter,totus de toto,integer de integro,perfectus de perfe-
cta cõsummataq; virtute,sicut Apostolus dicit: In quo Col.2.
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Nã
& Hieremias receptissimus prophetarũ hãc vnitatem
diuinitatis in patre & filio scies ait: Hic est deus noster,
& non deputabitur alius absq; illo, qui inuenit omnem
viã prudentiæ,& dedit eã Iacob puero suo, & Israel di-
lecto suo. Post hæc in terris visus est,et cũ hominib⁹ cõ Baruch.3
uersatus est. Et Esaias hoc ipsum prædicat dicẽs: Hæc Esa.45.
dicit dũs deus: Fatigata est Ægypt⁹, & negociatio Ę-
thiopum,& Sabain viri excelsi ad te trãsient, tui erunt
serui,& post te ambulabũt vincti cõpedibus,& te depre
cabuntur,quoniã in te deus est,& nõ est alius deus præ-
ter te.tu es enim deus. Quod ne putes me eo supercilio
dixisse quo Sabellius fertur, qui ipsum patrẽ ipsum fi-
lium profitetur:nõ ita nos totũ in vnam sententiam co
gimus,vt aliorũ hęreticorũ fraude capiamur. Sed quia
in ipso nomine personarũ autoritas indiscreta cogno-
scitur,& filius nõ genere sed personaliter a patre nomi-
natur,proinde totũ patri adscribimus quod est filius,&
totũ filio quod pater est. Nihil non videbitur patris qđ
iudicabitur filii,nec filii quod defẽditur patri, quia vni-
tas maiestatis nõ sinit deos plurali vocabulo appellari,
quippe cũ constet patrẽ & filiũ vnius esse substãtię, vn-
de vterq; vnus deus est dictus. Illud ante cũcta metuen
tes,quod vbi pater & filius vnũ non sunt, inuidia recu-
rat autoris interpolata natiuitas. Hoc enĩ placuit hæ-
reticis, vt deus ille omnipotẽs inuisibilis immẽsus de- E
generaret in filio. Non modo põt esse de cõditione mu
tata,quasi non potuerit pater de semetipso talẽ habere
qualis & ipse est. Proinde nos verũ filiũ de vero patre,
qui semper fuit & est vnius substãtię cũ patre, defendi-
mus. Et hoc est quod græci homousion appellãt, id est,
cum vno aliud ipsum, vt personę audiẽtis nominatim
fierent,non vt substantiam vocabula separarent.

De apertione totius mysterii hæresis Arrianæ, cur
noluerit filium de substantia patris credi,& de respõsio
ne ad motiua Arrianorum, quodque multum interfit
inter ea quæ facta sunt,& eum qui omnia fecit. Et quẽ-
admodum in multis ac variis figuris deus se patribus
præostenderit, qui tamen secundum deitatem videri
non potuit. Caput VIII.

SED vt omne mysteriũ hęresis Arrianę tra
ducam:cur nolint filium de patris substãtia
credi,breuiter intimabo. Aiũt enim: Cum
sit deus pater omnipotẽs,inuisibilis,incon- F
uertibilis,immutabilis,perfectus,semper idem,æter-
nus:filius vero visibilis,quia sæpe patrib⁹ visus,& con-
uertibilis atq; mutabilis,quia in variis figuris quibusq;
sese monstrauit. Qui si de patris,inquiunt,esset substã-
tia, numq̃ fieri posset vt ante carnis assumptionẽ aut vi-
sibilis aut mutabilis cerneretur, quin potius in æquali-
tate qua pater est,permãsisset,ex cuius substantia erat:
quia quod de patre est,nec videri,nec mutari, nec con-
uerti posse credendum est. Accedit ad causam,cum il-
lapsus est in Mariam,cũ virginis uterũ opplenit,aliud
vtiq; ex illa q̃ quod venerat, natum est. Vnde iam,in-
quiunt,corrupta substãtia statim vertit ordinem, per-
dit continuo immutationem: ipsa formando de deo in
hominẽ,de spiritu in carnem. Et vtiq; trãslatio omnis
interemptio est pristini. Ac per hoc aiunt,si filius de pa
tris substantia esset,iam et patrẽ minorẽ videri substan
tiæ suę vel traditione vel fine. & proinde filium ex alia
substantia credere maluerunt,quod cõuerti,& mutari,
& videri possit, quia hoc de patris substantia credi nõ li
ceat. Hæc est causa erroris, hęc origo hæresis Arrianę,

G dũ non intelligunt virtutẽ dei, neq; tanti sacramenti dis
positionẽ agnoscunt, cur deũ humanis cõditionibus cõ-
parent. Quibus primo respõdendũ, In loco filiũ dei nõ
ita visum vt deus erat, sed vt homo capere poterat de
deo. Deinde variis figuris nõ immutabilẽ & cõuertibi
lem ipsum esse, sed hoc esse potẽtię dei, vt cũ se singulis
prout vult reuelare dignatur, habitũ mutet, nõ substã-
tiam vertat, nec ꝓprietatẽ qualitatis amittat, sed iuxta
meritũ vidẽtis tẽperamentũ maiestatis adhibeat, ipse
tamen idem vt semper est, in substantię suæ proprieta
Psal. 101. te permaneat, sicut scriptũ est: Mutabis eos, & muta-
buntur: tu autẽ idem ipse es, & anni tui nõ deficiẽt. Nã
etsi multa sunt ex iis quæ in hoc mũdo vidẽtur, quę ex
alio cõuertãtur in aliud, vt desinãt esse quod erãt, et hoc
sint quod retro nõ fuerãt: vt limus cũ in hominẽ figura-
tur, limus esse iã desinit: aut pisces aut aues cũ de aqua
procedũt, ex eo iã nõ aqua, quia aliud: vt lutũ figuli cũ
solidatur in testã: vt lapis cũ dissoluitur decoctus in cal
cem: vt arena cũ mutatur in vitrũ: & cętera, quę longũ
est recẽsere: sed multum interest stulte hęretice inter ea
quæ facta sunt, & eũ qui omnia quẽadmodũ voluit fe-
cit. Quæ facta sunt, adscriptę cõditioni deseruiunt: qui
vero fecit, suę volũtatis & proprii iuris est. Neq; potest
in aliud q̃ q̃d est, aliquo cogente mutari, sed ꝓut vult, &
cui vult se demõstrat. Nam si angeli in figura hominũ
sæpe sunt visi, & tamẽ aliud non sunt q̃ quod se esse no-
runt, neq; substãtiam mutant cũ formã humani corpo-
H ris sumunt: q̃to magis ipse dominus noster qui omnia
fecit, q ipsis angelis vt hoc possent, sua institutione cõ-
cessit? Huc accedit quod sic filiũ dei, vt iam dictũ est, vi-
sum a patribus approbamus, vt nõ totum in illo quod
deus est, videretur: sed dispositiones rerũ futurarũ, quę
suis quibusq; tẽporibus cõplenda erant, in illo per ima-
ginem cernerẽtur. Nam quis filiũ dei videre potuit an-
teq̃ cõspicabilẽ materiam sicut ei placuit assumpsit, vel
ipsum hominẽ induere dignat⁹ est? Qui etsi Abrahæ
visus est, sed in forma hũani corporis visus est, quo sci-
licet postremis tẽporibus in homine venturus esse de-
mõstraretur. Iacob etiam alibi in angelo, alibi æque vi
detur in homine. Qui ideo se in angelo demonstrauit,
vt nunciũ se magni cõsilii indicaret. In homine vero, cũ
quo & colluctatus fuisse describitur, vt imaginẽ futuræ
colluctationis quã cum Israel habiturus erat cũ secun-
dum hominẽ aduenisset, indicaret. Sed vt dominũ cre
deret, cum quo tanto certamine sub figura hominis lu-
I ctabatur: Israel, id est homo videns deũ, nomẽ accepit.
Gen. 32. Vidi, inquit, deũ facie ad faciẽ, & salua facta est anima
mea. Et vt qui figuram hominis viderat quã deus dei
filius induerat, Moysi in rubo in flãma ignis apparuit
vt lumen credentibus, incredulis iudiciũ demõstraret,
quia Christus credẽtibus salus est, non credẽtibus pœ-
2. Cor. 2. na, vt Apostolus ait: Aliis odor eius vitę in vitã, aliis
Exo. 13. odor mortis in mortẽ. Populum Israel in colũna nubis
per diẽ, & per noctẽ in colũna ignis quasi dux itineris
pręcedebat, vt baptismi gratiam per nubem, et donum
sancti spiritus per ignem ostenderet: quia Apostolus
Paulus in nube patres baptizatos scribit. Et spiritum
sicut ignẽ esse, apostolorũ Acta declarant. Vides ergo
per omnia hęretice characteres diuinarũ scripturarum
in honore dei patribus præostensos, non tamen ipsum
deũ vt est, proprie reuelatũ. Deniq; dum Moyses ora-
ret vt faciẽ dei pure videret, quid ad illũ cõtinuo deus?
Exo. 33. Non poteris, inquit, videre faciem meã. Non enim vi-
debit homo faciem meã, et viuet. Hoc ipso quod nega-
tur aspect⁹, claritas assignatur, quæ scilicet tãta est quã-
ta credẽda est quę inuisibilis indicatur. Cũ ergo Moy-
ses & situm cæli, & ordines mũdi, & elementorũ vices,
totius deniq; orbis ornamenta digesserit, indicarit, ex-
presserit, cui ipse dominus testimoniũ perhibuit dicẽs:
Nume. 12 Nemo erit ex Prophetis vt seruus meus Moyses, cui
facie ad faciẽ, ore ad os locutus sum: Deũm tamẽ pure
videre nõ potuit, merito quidem prophetia† omnium †ꝓphetię
dignus, sed non vsq; adeo vt intueri deum valeret, quia K
homo tantũmodo esset. Et vtiq; hæc omnia filii verba
defendimus, quem in mõte Syna cũ Moyse locutũ es-
se scimus, qui agendis explicandisq; rebus a patre adue
nerat, quia omnia a principio per ipsum & ordinari, &
explicari, & manere cõuenerat, vt habẽdi filii hæc præ-
cipua ratio cõstaret. Et tamen sic visus accipitur, vt ali-
cuius cõspicabilis (vt dixi) materiæ dispositione assum
pta videretur, salua scilicet inuisibilitate eius, quã a con
spectu omniũ maiestas interfusa seposuit. Nõ enim sic
humanis aspectibus reuelatus est, vt tota in illo deitas
appareret, sed ad vicẽ speculi cũ conceptos intra lucem
suã vultus quasi ad plenã effigiẽ hominis includit, ita
maiestas eius pręeunte fulgore intra id visum esset, q̃d
imaginẽ veritatis, nõ ipsum deũ proprie demõstraret.
Sic & cum hominẽ induere dignatus est, nõ labẽ æter-
nitati intulit, vt spiritũ in carnẽ mutaret, sed vt suscepto
homini immortalitatem atq; æternitatem cęlestis vi-
tæ præstaret. Nam etsi Apostolus semetipsum exina
nisse dicit, formam serui suscipiendo: non vtiq; sic exina
nitum accipimus, vt aliud q̃ fuerat idẽ spiritus fieret,
sed vt seposito interim maiestatis suæ honore, huma-
num corpus indueret, quo suscepto salus gentiũ fieret.
Vt enim sol cũ nube tegitur, claritas eius cõprimitur,
non cæcatur, & lumẽ illud quod toto orbe diffusum cla
ro splendore cuncta perfundit, paruo admodũ obstacu- L
lo nubis includitur, non aufertur: sic & homo ille quem
dominus Iesus saluatorq; noster, id est deus deiq; filius
induit, deũ tamen in illo nõ intercepit, sed abscõdit. De-
niq; cum se in monte paululũ extra ipsum hominẽ ex-
tulisset, fulgore luminis eius pene obcæcati Apostoli,
in terrã (quippe homines) ceciderũt, periclitati vitam
nisi eis dominus cõpresso rursum maiestatis suæ hono
re vt misericors subuenisset, secũdum illam sentẽtiam:
Nemo vidit deũ, & vixit. Vt ergo claritas solis cũ vsq; Ioan. 1.
ad nostros emicat visus, sibi salua est, quia quod nõ vi-
detur, infirmitatis est nostrę, quorũ oculos nubiũ texit
obscuritas: ita probat se non suo detrimento proprii la-
tuisse fulgoris, sed carnis (vt dixi) beneficio: cui⁹ causa
fili⁹ dei, filius hominis esse sustinuit. Nẽpe enim de spi
ritu dei virgo cõcepit: & quod concepit, hoc peperit, id
est deũ homini suo (vt iã dixi) sociatũ, sicut ipse dixit:
Quod nascitur de carne, caro est: et quod nascitur de spi Ioan. 3.
ritu, spiritus est, quia deus spiritus est, & de deo natus
est: sicut & angelus ad Mariam virginem dixit: Spi-
ritus dei veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te.
Propterea quod nascetur ex te sanctũ, vocabitur filius Luc. 1.
dei. Vides ergo ipsum spiritum, id est filiũ dei venisse M
ad virginẽ, & inde dei & hominis filium ꝓcessisse. Nec
tamen ipso indumẽto carnis dei filium esse mutatum,
sed eundem ipsum esse in homine, qui fuerat ante mun
dum cum patre, per quẽ facta sunt omnia, & sine quo fa
ctum est nihil, sicut euãgelista ait: Mundus per ipsum Ioan. 1.
factus est, & mundus eum non cognouit. Cæterum a-
mentis est credere ab eo posse liberari, qui vt liberaret,
amissus est: vt nasceretur, oppressus est: vt immorta-
litatem redigeret, †trãsiuit ad mortem. Sed absit hęre †reciperet
tice, vt sensus tuæ iniquitatis a catholicis admittatur.
Nos enim credimus immutabilem & inconuertibilẽ,
verbum & spiritum, id est filium dei: qui cũ hominem
induit, non statum vertit, nõ ordinem perdidit, nõ sub-
stantiam immutauit, sed illuuias eiusdẽ corporis æter
no claritatis suę lumine illustrauit, vt ad nos per trami
tem corporis eius lux sancti spirit⁹, & æternæ vitę gra
tia redundaret. Quẽ etsi passum credimus & sepultũ,
sed homo ille passus est quẽ filius dei suscepit, quem in-
duit, quem portauit. Sed quia totũ ad autorẽ refereba-
tur quicquid homo ille patiebatur, ideo mors & passio
domini iudicatur: Nã constat immortale esse quod dei
est, hominis quod caducũ. Tertia quoq; die resurrexit,

A nõ deus in hominẽ, sed homo potius in deũ. Ascẽdit in
cælos, obtulit patri suo hoiem illũ gratissimũ munus,
consedit ad dexteram patris, secũdum quod scriptũ est:
Psal. 109. Dixit dñs dño meo, sede ad dexterã meã. Misit nobis
spiritum sanctũ de propria sua & ipsa vna substãtia sua
protectorẽ, sanctificatorẽ, & deductorẽ in vitã ęternam,
Iohelis. 2. sicut scriptũ est ex voce dei: Effundã de spiritu meo sup
seruos meos, & ancillas meas. Et iterũ: Spiritus ex me
prodiit. Et ipse dominus saluatorq; noster: De meo, in-
quit, accipiet: et ex eo vtiq; quod est filius, quia & filius
de eo quod pater est. Exinde pręfinito tẽpore venturus
viuos mortuosq; iudicaturus, vt reddat credentib⁹ prę-
mia, nõ credentibus vero supplicia. Cuius regnũ æter-
num, imortale, nec initium habet nec terminũ, cui est
honor & gloria in secula seculorum.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE INCARNATIONIS DOMINICAE SACRAMENTO.

De introductione oblationis Cain & Abel ad hæreti-
corum confutationẽ. Et quod sententia qua ad Cain
dictum est: Si recte offeras, nõ autem recte diuidas,
peccasti, quiesce: generaliter in omnes extra ecclesiã
B constitutos sit lata. Caput I.
De enumeratiõe hęreticorũ in q̃s supior gñalis sentẽ-
tia cõprobatur esse lata, cũ admonitiõe vt nos cauea-
mus ne & alicui nostrũ dicatur: Si recte offeras, recte
autem nõ diuidas, peccasti: quiesce. Caput II.
De comprobatione veritatis in superiori capitulo asser
tæ, per testimoniũ Ioannis piscatoris, & de reprehẽ-
sione eorũ qui recusant audire quę dicuntur, & intel-
ligere quæ legũtur. Quidq; cauẽdum, & quid credẽ-
dum sit circa incarnati verbi naturam. Cap. III.
De confutatione diuersorum hæreticorum non distin-
guentium naturam diuinitatis & corporis Christi,
quos superius cõmemorata sententia comprehen-
dit, cum confirmatione ex confessione Petri, ac testi-
monio Moysi & Heliæ. Caput IIII.
Quod cõfessio Petri nõ vnam tantum, sed oẽs hæreses
excluserit. Et de mysteriis incarnationis, passionis,
mortis, sepulturę & resurrectiõis Christi, cũ redargu
tione hęreticorũ erumnas & cętera quę corporis vel
animæ sunt, diuinitati attribuentiũ. Cap. V.
De illorũ qui Christũ in phãtasmate venisse & passum
esse prædicant, diuersorũq; aliorũ hęreticorũ cõdẽna-
tiõe, ampliori tñ atq; grauiori eorũ qui diuinitatẽ &
C carnem domini vnius esse naturæ asserunt, cum ar-
gumentorũ suorum dissolutione. Caput VI.
De autoris excusatione, ac responsione ad obiectionem
qua sibi dici posset quod de patris & filii diuinitate
quinq; illis libris quos scripserat, conclusorem se esse
promiserit, cũ cõfutatione erroris eorũ qui animam
putant a domino Iesu nõ esse susceptam, pulcherri-
maq; declaratione assumptionis humanæ naturæ:
et quomodo intelligẽdum sit quod scriptũ est, Iesus
proficiebat ætate & sapientia. Caput VII.
De ampliori redargutiõe eorũ qui autorẽ dicũt ea vsur-
pare quę scripta nõ sint, & dei esse substantiã atq; na-
turam, scriptũ nõ esse affirmant. Caput VIII.
De confutatione & destructiõe obiectionis præmemo-
ratorum hæreticorum qua arguunt quod nõ possint
ingenitus & genitus vnius esse naturæ atq; substan
tiæ, & de exemplari approbatiõe, cũ dicitur voce ge-
niti, nõ proprietatẽ naturæ, sed significationem ge-
nerationis exprimi. Quodq; in appellatiõe ingeniti
& geniti species videatur esse diuersa, sed tamẽ indi-
stincta diuinitas. Caput IX.
De disputatione contra quosdã superiorẽ sectam sequẽ-
tes, disputationis tamen genere discordare se putan- D
tes, qui filiũ similẽ dicunt, sed nõ vnius substantię cũ
patre, & quod cũ sit vnius naturæ filius cũ patre, etiã
vnius sit potentiæ, & ita omnipotens sicut & pater
quẽadmodũ etiam spiritum sanctum omnipotẽtem
scriptura testatur. Caput X.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI LIBER DE INCARNATIONIS DOMINICAE SACRAMENTO.

De introductione oblationis Cain & Abel ad hæ-
reticorum confutationẽ. Et quod sentẽtia qua ad Cain
dictum est: Si recte offeras, nõ autẽ recte diuidas, pec-
casti, quiesce: generaliter in omnes extra ecclesiam con
stitutos sit lata. Caput I.

DEBITVM fratres cupio
soluẽdum, sed hesternos me-
os nõ inuenio creditores, nisi
forte improuiso conuentu pu
tauerint nos esse turbandos:
sed nunq̃ fides vera turbatur. E
Itaq; dum illi forsitan veniũt,
ad istos qui ꝓpositi sunt de-
flectamus agricolas, quorum
alter, hoc est Cain, a fructibus
terrę, alter autem, Abel videlicet, ex primitiuis ouium
suarum hostiam domino obtulit. Nihil inuenio quod
in specie munerũ reprehẽdam, nisi quod & Cain mune
ra sua displicuisse cognouit, & dominus dixit: Si recte
offeras, recte autem nõ diuidas, peccasti. Vbi igitur est
crimen, vbi culpa? Nõ in oblatiõe muneris, sed in obla-
tionis affectu. Sunt quidem qui recte arbitrentur, quia
alius quę offerret elegerat, alius quę viliora habuit offe
rebat: sed non est ita inops spiritaliũ sensus in nobis, vt
putemus quia dñs corporale sacrificiũ, nõ spiritale quę-
rebat: et ideo addidit, Quiesce: tolerabilius significans
abstinere a muneribus deferẽdis, q̃ infideli studio mu-
nus offerre. Qui enĩ nescit diuidere, nescit diiudicare.
Spiritalis aũt diiudicat oĩa. Et ideo Abrahã sacrificiũ 1. Cor. 2.
quod offerebat diuisit. Sciuit etiã Abel diuidere, qui ex
primitiuis ouium obtulit sacrificiũ, docens nõ terrę mu
nera placitura deo, quæ degenerauerant in peccatores:
sed ea in quibus diuini gratia mysterii refulgeret. Pro- F
phetauit itaq; nos per passionẽ dñi a culpa esse redimẽ-
dos, de quo scriptũ est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit pec Ioãnis. 1.
catũ mundi. Vnde & de primitiuis obtulit, vt primo-
genitũ designaret. Ostendit ergo verũ dei sacrificiũ nos
futuros, de quibus propheta ait: Afferte domino filios
arietum. Meritoq; dei iudicio cõprobatur, quã puto ge
neralem in omnes extra ecclesiam cõstitutos latam esse
sententiã. Multorũ enĩ hic figuram cerno populorum,
quos diuina sentẽtia comprehendit, quorũ in illo Cain
iam tunc munera refutauit.

De enumeratiõe hæreticorũ in quos superior gene-
ralis sentẽtia cõprobatur esse lata, cũ admonitiõe vt nos
caueam⁹ ne & alicui nostrũ dicatur: Si recte offeras, re-
cte autẽ nõ diuidas, peccasti: quiesce. Caput II.

GENERALIS enĩ hæc in impios omnes
sententia est. Itaq; si Iudęus offerat, qui filiũ
virginis Mariæ a patre deo separat, dicitur
ei: Si recte offeras, nõ autem recte diuidas,
peccasti: quiesce. Si offerat Eunomianus, qui ex impie-

G tatis Arrianæ fonte progrediens, redundanti perfidiæ
suę labitur cœno, generationē tñ Christi quę sup oīa est
asserens ex philosophię traditionibus colligēdā, cū vtiq;
alia creaturarū sit ratio, alia secretorū potētia diuinorū:
Genes.4. & ipsi dicitur: Si recte offeras, nō recte autē diuidas: pec
casti, quiesce. Dicitur hoc Sabelliano, qui patrē filiūq;
cōfundit. Dicitur hoc Marcionitę, qui alium putat deū
noui, alium veteris testamēti. Dicitur hoc Manichęo,
& Valentino, qui nō putauerūt veritatē carnis huma-
nę a Christo esse susceptā. Paulus quoq; Samosatenus
& Basilides in eadē sentētię sorte numerātur. Similiter
quoq; eiusdem sentētiæ autoritate dānantur qui diui-
nitatē sancti spiritus negauerūt. Alii enī quidā vel Ar-
rianorū Iudęi, vel Arriani sunt Iudæorū: quia sicut illi
filium a patre, ita & isti spiritū a deo patre & filio dei se-
parant. Nouato quoq; & Donato & oībus qui scindere
corpus ecclesię gestierunt, viritim dicitur: Si recte offe-
ras, recte autē nō diuidas, peccasti. Ecclesiæ enī sacrifi-
Rom.12. cium est quod offertur deo, ad quā Paulus dixit: Obse-
cro autē vos fratres p misericordiā dei, exhibere corpo-
ra vestra hostiā viuam, sanctā, deo placentē. Male ergo
sacrificiū diuiserūt, ecclesię mēbra lacerādo. Illos quoq;
percellit ista sentētia qui aīam rationalē ab incarnatio-
nis dñicę segregant sacramēto, naturā hoīs ab homine
separare cupiētes. Et isti fortasse recte offerūt trinitati,
sed rationē nesciūt naturæ humanę diuineq; distingue-
re. Dei enī simplex natura est, homo ex anima rationa
H li constat & corpore. Si alterū tollas, totā naturā homi-
nis sustulisti. Aduersus oēs igitur hæreses ista sentētia
est, quæ fraterno noīe, nō fraterne ecclesiā persequitur.
Siquidē sub optione noīs Christiani, & quadā nūcupa-
tiua fidei germanitate, parricidalib9 gladiis nos cupiūt
vulnerare, quia cōuersio nostra a deo est, & dominātur
nobis in seculo peccatores. Peccator enī dominatur in
seculo, iustus in dei regno. Caueam9 igitur ne quis nos
a cubiculo regis ęterni, & a secreto matris ecclesię sepa-
rare conetur, ad quod illa anima in Canticis canticorū
verbū dei se ītroduxisse significat. Caueamus ne a sinu
patris & quodā vtero paterno arcaneq; naturæ, substā-
tiam vnigeniti filii separemus, verbisq; iis quibus veri-
tas susceptæ incarnationis astruitur, diuinæ generatio-
ni preiudicia inferre meditemur, ne & nostrū alicui di-
catur: Si recte offeras, recte autē non diuidas, peccasti,
quiesce. Hoc est, si nesciamus quæ ppria sunt diuinita-
tis æternæ incarnationisq; distinguere, si creatorē cum
suis operibus conferamus, si autorē temporū dicamus
cœpisse post tempora. Neq; enī potest fieri vt per quem
sunt omnia, sit vnus ex omnibus.

De cōprobatione veritatis in superiori capitulo as-
I sertæ, per testimoniū Ioannis piscatoris, & de reprehē-
sione eorū qui recusant audire quę dicūtur, & intellige-
re quę legūtur. Quidq; cauendum, & quid credendum
sit circa incarnati verbi naturam. Caput III.

Ioānis.1. NOLO nobis credatur. scriptura recitetur.
Nō ego dico a me quia in principio erat ver
bū, sed audio. nō ego effingo, sed lego, quod
oēs legimus, sed nō oēs intelligimus. Et cū
legitur, audimus omnes, & nō audiunt oēs. Incrassatū
est enī cor quorūdam, & aures eorū grauiter audierunt,
aures scilicet interioris affectus. Nō enī caro peccat quę
suum seruat officiū, & recipit auditum, sed anim9 puri
auditus prauus interpres, qui recusat audire quæ dicū-
tur, intelligere quę leguntur. Quid aures tanq̄ cæra &
plūbo clauditis, & tamen dominica beneficia, & officia
naturę nō potestis excludere? Auditis inuiti, auditis fa
stidientes, auditis, ne quod nō audieritis, excusare possi
tis. Auditis ergo cū legitur: In principio erat verbum.
Quis hoc dicit? Ioannes vtiq; ille piscator, sed nō quasi
piscator hoc dicit, sed quasi humani piscator affect9, qui
iam nō pisces caperet, sed hoīes viuificaret. Non suum K
est quod dicit, sed eius qui viuificandi ei tribuit potesta
tem. Piscator enī ipsis quos ante capiebat piscibus, taci
turnior erat, & circa diuina mysteria magis mutus, qui
vocis suæ nesciebat autorē: sed viuificatus a Christo vo
cem audiuit in Ioanne, verbum agnouit in Christo: &
ideo plenus spiritu sancto, qui sciret principium nō tēpo
ris esse, sed supra tēpora, reliquit secula, & ascēdens spiri
tu super om̄e principiū ait: In principio erat verbū. hoc
est, remaneat cælū. Nōdum enī erat qñ in pricipio erat
verbū. Nam etsi cælū habet principiū, deus non habet.
Deniq; in principio fecit deus cęlum & terrā. Aliud est
fecit, aliud est erat. Quod fit, incipit: quod erat, prīcipiū
non accepit, sed pręuenit. Remaneant etiā tēpora, quia
post cælum tēpora. Remaneant etiā angeli & archāge
li. etsi principium eorū nō inuenio, erat tñ qñ nō erant.
Non erant enī qui aliqñ cœperūt. Si ergo principiū eo-
rū inuenire nō possum quos certū est habere principiū,
quomodo possum verbi inuenire principiū, a quo om̄e
principiū nō solum creaturarū, sed etiā cogitationū no-
strarū omniū pręuenitur? Aperte itaq; sempiternā di-
uinitatē eius expresserat. Sed tamē ne quis a patre di-
uideret verbi ęternitatē: vt eandē crederemus verbi esse
quæ patris est, bonus ille piscator adiunxit: Et verbum Ioānis.1.
erat apud deū. hoc est, quod dixerat, sic ęstimādum est:
Erat verbū quomodo erat pater, qm̄ cū patre erat, & in
patre erat, & apud patrē erat semp. Nēpe quomodo de
patre legimus erat, ita & de verbo legimus erat. Quid L
discernis intellectum, qui nō discernis auditū? Vbi esse
apud patrē est, patris esse cū verbo est. Legimus enim
quia verbū erat apud deū. Itaq; si secūdum tuā opinio-
nem aliqñ nō erat, ergo secūdum tuā opinionē & is in
principio nō erat, apud quē erat verbū. Per verbū enim
audio, per verbū intelligo quia deus erat. Nam si sem-
piternū verbū esse credidero, quod credo: nō possum de
patris æternitate dubitare, cuius æternus est filius. Si
tēporalem generationē eius existimo, incipit cōmuni-
tatem habere nobiscum, vt videatur pater esse cœpisse.
Sed si de patre nō ambigis, quia incipere esse dei nō est,
quia dei est sempiternā habere perfectionē: ne forte vsu
sermonis labereris humani dū verbū dicis & filiū, ideo
addidit: Et de9 erat verbū. habes vtiq; quod pater, quia
deus erat. Quomodo huius negas æternitatē, cui vnū
cū patre dei nomē est? Nō te sonus capiat, similitudoq;
sermonis. Aliud verbū est quod tēpora habet, quod syl
labis colligitur, literisq; cōponitur: nō tale verbū filius,
quia nō talis est pater verbi. Cauendū ergo ne tibi quę-
stionem vocis corporalis videamur ingerere. incorpo-
reus est deus. Vocem vtiq; incorporeus corporalē non
habet. Si vox corporalis nō est in patre, nec filius verbū
est corporale. Si corpus in patre nō est, nec tēpus in pa- M
tre est. Si tempus in patre nō est, vtiq; nec in verbo est.
Quod si nullum principii tēpus in verbo, nec numerus
vtiq; nec gradus verbi est: quia si numerus in verbo,
ergo multa verba. Si multa verba, multi & filii. Sed
vnum verbū est, quod & gradū excludit & numerum,
vnum secūdum naturā. Nequęrite huiusmodi naturā,
nescio multo melius hoc q̄ scio. Hoc solum bene scio, qđ
nescio quę scire non possum. Quod vidimus, inquit, & 1.Ioan.1.
quod audiuimus: Ioannes dicit. hoc solum bene scire se
dixit quod audiuit, & quod vidit, qui in Christi pectore
recūbebat. Ergo illi satis est audisse, mihi non est satis?
Sed quod ille audiuit, hoc mihi dixit: & quod audiuit
a Christo, hoccine ego possum negare verū esse de Chri
sto? Ergo quod audiuit audiui, & quod vidit audiui. Il
le enī vidit quod vidit, nō vtiq; diuinitatē, quæ secūdum
naturam suā videri nō potest. Sed quia secūdum natu-
ram suā eū videre nō poterat, suscepit quod erat præter
naturā diuinitatis, vt secūdū naturā corporis videretur.
Deniq; spūs sanctus in specie visus est sicut colūba: quia Lucæ.3.
videri diuinitas in suæ claritatis veritate nō poterat.

A De confutatione diuersorum hæreticorū nō distin-
guentium naturā diuinitatis, & corporis Christi, quos
superius commemorata sententia comprehendit, cum
cōfirmatione ex cōfessione Petri, ac testimonio Moysi
& Heliæ. Caput IIII.

NOLI igitur & tu secūdum naturā interpre-
tari, quod præter diuinitatis naturā est. Nā
& si credas a Christo carnē esse susceptam, &
offeras transfigurādum corpus altaribus, nō
distinguas tamen naturā diuinitatis & corporis, & tibi
dicitur: Si recte offeras, nō recte autē diuidas, peccasti:
quiesce. Diuide enī quod meū, diuide quod suum verbi
est. ego quod erat illius, nō habebā: & ille quod meū nō
est habebat. Suscepit quod meū est, vt impartiret quod
suum est. Suscepit nō vt confunderet, sed vt repleret. Si
credas susceptionē, affingas confusionem: Manichæus
esse desisti, nec tamen ecclesiæ filius esse cœpisti. Si cre-
das susceptionē corporis, adiūgas diuinitatis cōpassio-
nem: portionē vtiq; perfidiæ, non perfidiam declinasti.
Credis enī quod tibi prodesse pręsumis, nō credis quod
deo dignū est. Rursus si credas quia idem deus & noui
& veteris testamēti est, tēpora autē verbo eius, & mo-
menta pręmittas, tolerabilior Valentinus est, qui non
secula ante deum, sed deos putat esse quod secula sunt.
Minoris enī sacrilegii est copulari diuinitati secula q̄
præferri. Si credas iterū quia Christus principium non
sumpsit ex virgine, sed tamē aliquod ante Christū æsti
B mes esse principium: in tempore distātia, de impietate
contētio est. Virginis enī supparem negasti esse, nō tē-
poris. Ego autem & supparem virginis secūdum susce
ptionē corporis nō negabo, & creatorē temporis confi-
tebor. Quid enī proficis si dicas quia Christus hæc an
illa sit creatura? Creatura mutatur, diuinitas adoratur.
Noluit se sic Christus agnosci, nec his tantū quæ supra
hominē sunt meritis ęstimari. Deniq; cū interrogasset,
Mat.16. Quē me dicunt esse homines? cū alii dicerēt Heliā, alii
Hieremiā, aut vnum ex prophetis: nullius sententiam
prędicauit. Cum Petrus dixisset, Tu es filius dei viui:
hunc solum nō immerito laudauit. Ergo Ioānes dicit,
Petrus dicit, Christus pbauit, & tu nō probas Arria-
ne? Nec Ioanni & Petro putas esse credēdum, quos vel
solos pro testimonio gloriæ suæ dominus noster Iesus
Christus ad omnium fidem credidit abundare? Deniq;
quasi ad testimoniū veteris & noui testamēti Moyses
cū Helia asciscitur: cū Ioanne Petrus frequenter adhi-
betur. Petrus dicit, Tu es: non dicit, tu esse cœpisti. Pe-
trus dicit, Tu es filius dei: nō dicit, tu es creatura. Dixit
hoc Ioannes. Si adhuc nō credidisti, quia nō intellexisti
mysteriū supra sapiētiam recūbentis, repetiuit Petrus.
Cōmendauit vtrūq; Christus, alterū iudicio, alterū my
C sterio: id esse addidit, vt legeres ꝙ in Christi pectore re-
cumbebat, & intelligeres ꝙ eius caput, in quo principa-
le omniū sensuum est, arcano quodā sapientię repleba-
tur. Sed si nō putas intelligēdum esse mysteriū, saltem
noli impugnare iudiciū. Laudatur Petrus, quia dei fi-
lium credidit quē videbat, quia se ab imperitę plebis ru
dibus adhuc opinionibus separabat. Deniq; cū interro-
gasset dominus quid hoīes de filio hominis ęstimarēt,
cū diceretur vulgi sentētia, Petrus tacebat. Taces ergo
Simon, & respondentibus aliis adhuc taces, cū ipse sis
primus, qui etiā nō interrogatus interrogas, nec times
ne reprehēdaris a domino quia non respondes interro-
gāti. Ideo, inquit, nō respōdeo, quia nō interrogor meā,
Psal.16. sed alienā sententiā. Legi enī: Vt nō loquatur os meū
opera hominū. Opus autē est perfidorū, perfidias præ-
dicare. Ergo taceo adhuc, quia nondum id quod sentio
interrogor, nō proferā labiis quod animus nō probauit.
Erit tēpus quādo respondeā, interrogabor & ipse quid
sentiam, tunc demū respōdebo quod meū est. Meū est
enim fidem loqui, pietatē asserere, gratiā prędicare. Nō
igitur quasi pigrior sensu, voce tardior tacet, nec quasi fa D
stidiosus differt vocis obsequium, sed quasi cautus peri
culum vulgaris opinionis euitat, qui periculū nō euita-
bat salutis. Deniq; in posterioribus habes quia exiliuit
e naui vt occurreret domino, nō glorię cupidus, sed obe
dientię pręmaturus. Hic ergo qui ante reticebat, vt do-
ceret nos ꝙ impiorū nec verbū debeamus iterare: Hic,
inquā, vbi audiuit, Vos autem quid me dicitis? statim
loci nō immemor sui primatū egit. Primatū confessio-
nis vtiq;, nō honoris: pmatū fidei, nō ordinis: hoc est di-
cere: Nunc nemo me vincat, nunc meę partes sunt, de-
beo compensare quod tacui, debet prodesse quod silui.
Lingua mea non habet spinas, sine impedimēto fides
debet exire. Dū alii cœnum, alienæ licet, prolatæ tamē
impietatis euacuant, quia aut Heliam, aut Hieremiā,
aut vnum ex prophetis Christum esse dixerunt, habuit
ista vox cœnum, habuit ista vox spinas. Dū alii in hoc
labant cœnū, dum in aliis enodantur spinæ, vox nostra
filiū dei Christū resultet. Mihi purus est sermo, cui nul
las spinas expressa reliquit īpietas. Hic est ergo Petrus
qui respondit præ cæteris apostolis, imo pro cęteris, &
ideo fundamētū dicitur, quia nouit non solum propriū,
sed etiā cōmune seruare. Huic astipulatus est Christus,
reuelauit pater. Nam qui verā generationē loquitur pa
tris, a patre assumpsit, ex carne nō sumpsit.

Quod confessio Petri nō vnam tantum sed omnes
hæreses excluserit. Et de mysteriis incarnationis, pas-
sionis, mortis, sepulturę & resurrectiōis Christi, cū red- E
argutione hæreticorū erūnas & cętera quę corporis vel
animę sunt, diuinitati attribuentium. Caput V.

FIDES ergo est ecclesiæ fundamentū. Non
enim de carne Petri, sed de fide dictum est,
quia portæ mortis ei non præualebunt, sed
confessio vicit infernum. Et hæc cōfessio nō
vnam hæresim excludit. Nam cū ecclesia multis tanq̄
bona nauis fluctibus sæpe tūdatur, aduersus oēs hære-
ses debet valere ecclesię fundamētū. Dies enī me citius
defecerit, q̄ nomina hęreticorum diuersarūq; sectarum.
Aduersus omnes tamen generalis ista est fides, quia
Christus est dei filius, & sempitern9 ex patre, & natus
ex virgine. Quem quasi gigantem sanctus Dauid pro-
pheta describit, eo quod biformis gemineq; naturę vn9
sit consors diuinitatis & corporis, qui tanq̄ sponsus pro- Psal.18.
cedens de thalamo suo, exultauit tanq̄ gigas ad curren
dam viam. Sponsus animæ secūdum verbū, gigas ter-
ræ, quia vsus nostri officia percurrēs, cū deus semp esset
æternus, incarnationis sacramēta suscepit, nō diuiduus
sed vnus, quia vtrūq; vnus, & vnus in vtroq;, hoc est vel
diuinitate vel corpore. Non enī alter ex patre, alter ex
virgine, sed idem aliter ex patre, aliter ex virgine. Gene
ratio generatiōi nō præiudicat, nec caro diuinitati, quia F
nec pignus patri, nec voluntas passioni, nec passio volū
tati. Idem enim patiebatur & nō patiebatur, morieba-
tur & non moriebatur, sepeliebatur & non sepelieba-
tur, resurgebat & nō resurgebat, quia corpus proprium
suscitabat: quia quod cecidit, hoc resurgit: quod nō ceci-
dit, non resurgit. Resurgebat igitur secūdum carnem
quæ mortua resurrexit. Non resurgebat secūdum ver-
bum, quod non resolutum fuerat in terram, sed apud
deum semper manebat. Ergo & moriebatur secūdum
nostræ susceptionem naturæ, & non moriebatur secun
dum æternæ substantiam vitę: & patiebatur secūdum
corporis susceptionem, vt suscepti corporis veritas cre-
deretur: & non patiebatur secundum verbi impassibi-
lem diuinitatē, quo totius exors doloris est. Deniq; idē
dicebat: Deus deus meus respice in me, quare me dere- Psal.21.
liquisti? quia secūdum carnem relictus est, qui secūdum
diuinitatē nec deseri potuit nec relinqui. Idem etiā di-
cit: Longe a salute mea, verba delictorum meorū: hoc

G est,nõ capiatur qui audit quare me dereliquisti,sed intelligat quod secundum carnem ista dicantur,quæ longe a plenitudine diuinitatis aliena sunt. Aliena sunt enim a deo verba delictorum,quia aliena sunt & delicta verborũ.Sed qm̃ delicta aliena suscepi,etiã delictorum alienorũ verba suscepi, vt derelictũ me a patre deo esse dicam,qui apud deũ semper sum. Erat igitur immortalis in morte,impassibilis in passione. Eterñ quasi deũ non cepit mortis erumna, & eundem quasi hominem Mat.27. inferna viderunt. Deniq; emisit spiritũ,& tamen quasi arbiter exuendi suscipiendiq; corporis,emisit spiritum, nõ amisit,pendebat in cruce,& omnia cõmouebat. Tremebat in ligno,quem totus tremebat hic mũdus. Erat inter supplicia,excipiebat vulnera,& regnũ cæleste donabat. Peccatũ omniũ factus,peccata generis abluebat humani. Postremo mortuus est. Et secundo & tertio exultans atq; ouans dico, mortuus est, vt illius mors vita fieret mortuorũ.Sed nec sepulchrum quidem eius miraculo caret. Nã cũ esset vnctus a Ioseph, & in eius monumento sepultus,nouo opere quodam ipse defunctus defunctorum sepulchra reserabat. Et corpus quidem eius iacebat in tumulo,ipse autem inter mortuos liber,remissionem in inferno positis soluta mortis lege donabat. Erat enim caro eius in monumento,sed virtus eius operabatur e cælo. Ostendebatur omnibus per corporis veritatem quia nõ caro erat verbum,sed caro
H erat verbi. Caro quidem gustauit mortem,sed impassibilis dei virtus etsi exuit corpus,nullum tamen de corpore deo damnũ. Cur diuinitati attribuis erumnas corporis, & infirmum doloris humani diuinæ connectis naturæ? Nunc anima,inquit,mea turbata est,non sapientia. Immutabilis enim manebat sapientia, etsi circũdaretur amictu carnis. Nam in illa serui forma erat veri luminis plenitudo:& cũ se exinaniuit,lumen erat.
Ioãnis.12. Deniq; dicebat: Ambulate dum lumẽ habetis. Et quãdo in morte fuit,in vmbra nõ erat. Deniq; etiã in inferno positis vitæ lumen fundebat eternæ Radiabat etiã illic lux vera sapietiæ,illuminabat infernum,sed in inferno non claudebatur. Quis enim locus est sapientię?
Iob.28. Deniq; dicit iustus: Sapientia autem vnde inuenta est? Quis autẽ locus est disciplinæ? Nescit homo viã eius, nec inuenta est inter homines. Ergo nec in tẽpore,nec in loco sapientia est: vnde & tempus esse significat. Sed quomodo in tẽpore,quę in pricipio erat? Quomodo in loco,quæ apud deum erat? Vnigenitus filius si quæritur,in sinu patris euãgelico spiritu reperitur. Numquid sinum patris locũ putatis? Et quæritis quomodo nata sit,cũ dicat propheticus vir: Nescit homo viam eius?
I Et secũdum homines ortum eius æstimatis,cum Iob
Ibidem. dicat quod inter homines nõ sit inuenta? Et mortẽ tribuitis sapiẽtiæ,de qua abyssus dicit, Nõ est in me:mare dicit, Non est mecũ? Non dicit cælum, nõ est in me: sed abyssus dicit,nõ est in me. Non enĩ abysso,sed patri
Lucæ.23. dixit: In manus tuas cõmẽdo spiritũ meũ. Ipsa anima
Psal.15. etsi fuit in abysso, iam nõ est,quia scriptũ est: Quoniã nõ relinques animã meã in inferno,nec dabis sanctum tuũ videre corruptionẽ. Mare ergo dicit,non est mecũ: hoc est,vita nostra dicit fluctibus seculi inquieta. Non est enĩ inter homines caro eius,quia secundum carnem iam nõ nouimus Christum. Terra dicit,non est mecũ:
Lucę.24. quia resurrexit. Deniq; angelus ait: Quid quæritis vi-
Mat.14. uentem cũ mortuis? Et bene mare dixit, nõ est mecũ: quia super mare erat. Deniq; in mari & corpore in vestigiis ambulabat,quando & subiectum mari super mare Petrum ambulare præcepit: qui licet titubauerit, titubauit tamen nõ per imbecillitatẽ iubentis,sed per infirmitatẽ obedientis. Ergo splendori glorię nõ permiscens nostræ atramentũ naturæ,nõ luci nebulã humanę carnis infundas. Rursus passionem prædicas,si nequaq; id quod est passibile recognoscas,pietatẽ domini refelliste,salutẽ turã negasti. Vnde amentes eos æstimare debemus,qui audiẽtes dicẽtẽ dei filiũ: Quid me cędis? secũ- Ioan.18.
dum naturã diuinitatis subiectũ iniurię putauerũt. Dixit enĩ: Quid me cędis? sed cædẽ diuina natura nõ sensit. Dixit: Dorsum meum dedi in flagella, & maxillas Esaię.50.
meas in palmas: vultũ autẽ meũ nõ auerti a confusione sputorũ. Sed dorsum & maxillas dixit & vultũ, hoc est humani corporis portiones. Quod enĩ caro verbi patiebatur,vel manens in carne dei verbũ patiebatur carne, sicut scriptũ est, Christo i carne passo:in se vtiq; p corpis 1.Pet.4.
assũptiõe referebat, vt q̃ nostra sunt, ipse susciꝑet,& suis circũuestiret humana. Recte igitur secũdum naturam suam & caro passa est,nec ea corporis passiõe verbi natura mutata est. In veritate enĩ nostra est resurrectio,& ideo in veritate Christi passio prædicatur.

De illorum qui Christum in phantasmate venisse & passum esse prædicant,diuersorumq; aliorũ hęreticorum condemnatione,ampliori tamen atq; grauiori eorũ qui diuinitatẽ & carnẽ dñi vnius esse naturę asserũt, cum argumẽtorũ suorũ dissolutione. Caput VI.

SEQVE enim,quod quidã dicunt,in phantasmate passus est,quia nec in phantasmate Mat.14.
super mare ambulauit,quod discipuli in euã gelio opinati esse proꝺuntur,sed excusantur, Ioan.7.
quia nondum erat spiritus datus:nondũ enĩ Iesus fuerat honorificatus. Nobis iam crucifixus est Christus,& L
resurrexit,nobis iam spiritus datus est, qui assertor est veritatis. Et discipuli quidem aliquãdo errauerunt, ne nos postea errare possemus. Ergo illorum error nobis proficit. Quasi homines errarunt,quasi discipuli crediderunt. Et hos igitur qui in phãtasmate venisse Iesum prædicant,& illos condẽnare debemus qui aduersa erroris linea,non vnum eundemq; filium dei dicunt,sed alium esse qui ex deo patre natus sit,alium qui sit genera- Ioãnis.1.
tus ex virgine,cum euangelista dicat quia verbũ caro factum est,vt vnium dominũ Iesum,nõ duos crederes. Nõnulli etiã aliud dei verbũ,alium verũ dei filium crediderunt,cũ ipsum qui in principio erat verbũ apud deum patrem,in sua propria venisse euangelista testetur. Sunt autẽ qui tanq̃ ad vnũ prophetarũ,ita ad Christum factum esse verbũ arbitrati sunt,nõ ipsum esse dei verbum. Sed de nullo prophetarũ dictum est quia verbum caro factum est: nullus prophetarũ abstulit peccata mundi. De nullo alio dictum est: Hic est filius meus Matth.3.
dilectus,in quo cõplacui. De nullo prophetarũ legimus quod sit dñs maiestatis,quod de Christo apostolus dixit: Quia Iudęi dñm maiestatis crucifixerunt. Sed dũ 1.Cor.2.
hos redarguimus,emergũt alii qui carnẽ domini dicãt M
& diuinitatẽ vnius esse naturæ. Quæ tantũ sacrilegiũ inferna vomuerunt? Iam tolerabiliores sunt Arriani, quorũ per istos perfidiæ robur adolescat, vt maiore contentione asserãt patrẽ & filium & spiritũ sanctum vnius nõ esse substantiæ,quia isti diuinitatem domini & carnem substantiæ vnius dicere tẽtauerunt. Deinde cum isti dicant quia verbũ in carnem, capillos, sanguinẽ & ossa conuersum est,& a natura mutatũ est: pprie datur illis locꝰ vt infirmitatẽ carnis ad infirmitatẽ diuinitatis quadã fictã diuinę naturę mutatiõe detorqueãt. Sũt etiã qui in tãtũ impietatis ꝓdierint, vt putẽt quia diuinitas dñi circũcisa est,& imperfecta de perfecta facta est,& in ligno nõ caro,sed illa operatrix omniũ substantia diuina in carnis specie coagulata pendebat. Quis autẽ non horreꝛcat? Quis audiat quia nõ ex Maria virgine,sed ex diuina substãtia passibilem sibi carnẽ fecerit dei verbum? Quod asserendo eo prolabuntur, vt nõ ex tẽpore corpus domini esse susceptũ,sed coæternum dei verbo semper fuisse contẽdant. Horũ omniũ autores sunt qui diuinitatem & carnem domini vnius naturæ fuisse dixerunt. Legi enĩ, quod nõ crederem nisi ipse legissem. Legi inquã in cuiusdam libris sic positũ,& organũ &

A eum a quo mouebatur organũ,vnius in Christo fuisse naturæ. Quod ideo posui, vt ex scripturis nomẽ deprehendatur autoris,& aduertant,q̃is exquisitissimis argumẽtis, & phaleratis sermonibus,nõ posse vim veritatis obduci. Et hic mihi frequẽter Niceni concilii tractatũ se tenere cõmemorat. Sed in illo tractatu patres nostri nõ carnẽ,sed dei verbum vnius subsꝺantiæ cum patre esse dixerunt. Et verbum quidẽ ex paterna processisse substantia,carnem autẽ ex virgine esse confessi sunt. Quomodo igitur Niceni cõcilii nomen obtendi-
tur,& noua inducuntur quæ nunquã nostri fensere maiores? Cum vtiq; scripturę dicant quia Christus secũ-
dum carnem passus est,nõ secũdum diuinitatem. Scri-
Esaiæ.7. pturę dicant quia virgo in vtero accipiet,& pariet filiũ? Accepit enĩ virtutẽ,& peperit filium,quẽ & ipsa susce-
pit. Deniq; hoc etiã Gabriel proprio sermone declarat,
Lucæ.1. dicens: Et qđ nascetur ex te sanctũ,vocabitur dei filius. Ex te,inquit,vt secũdũ hoiem qđ ex ipa nasceretur adnerteres. Ex se enĩ gñauit Maria,vt qđ gñatur ex ipsa,
in eo salua generationis dñicæ prærogatiua, corporis
Roma.1. esset vera natura. Sed & Paulus dicit se prędestinatum esse in Euangeliũ dei,quod ante,inquit,promiserat per
Gala.4. prophetas de filio suo,qui factus est ex semine Dauid secũdum carnẽ. Et ad Galatas: Postq̃ autem venit ple-
nitudo tẽporis,misit deus filium suũ factum ex mulie-
2.Tim.2. re. Et ad Timotheũ dixit: Memor esto Iesum Christũ resurrexisse a mortuis ex semine Dauid. Ergo ex nobis
B accepit,quod proprium offerret pro nobis,vt nos redi-
meret ex nostro:& quod nostrum nõ erat,ex suo nobis diuina sua largitate conferret. Secũdum naturam igitur se obtulit nostrã,vt vltra nostram operaretur naturam. De nostro sacrificium,de suo prẽmiũ est. Multaq; in eodem & secũdum naturã inuenies,& vltra naturã. Secũdum conditionẽ etenim corporis in vtero fuit,natus est,lactatus est,in præsepi est collocatus. Sed supra conditionẽ virgo concepit,virgo generauit,vt crederes quia deus erat qui innouabat naturã,& homo erat qui secũdum naturam nascebatur ex homine. Neq; enim, vt quidam interpretati sunt,natura ipsa mutata verbi
Malac.3. est,quæ immutabilis semper est,sicut ipse dixit: Vide-
Hebrę.2. te videte me,quia ego sum,& non sum mutatus. Sed etiam Paulus dixit quia Iesus Christus heri & hodie, ipse est & in secula,hoc est,quia nõ secundum naturam mutatus est carnis,sed immutabilis etiam in ipsa mutabili conditionis humanæ qualitate permãsit. Dicitis igitur quia sacrificiũ de nostro obtulit. Nam quæ erat causa incarnationis,nisi vt caro quę peccauerat,per se redimeretur? Quod peccauerat igitur,hoc redẽptũ est. Non est ergo immolata diuinitas verbi,quia non peccauerat diuinitas verbi:& ideo non est verbi natura in carnis cõuersa naturã,quia immunis peccati diuinitas,pro peccato quod non fecerat,se non debebat offer-
C re. Hoc enim in se obtulit Christus,quod induit. Induit quod ante non habuit. Non igitur diuinitatis suæ diuinitatem induit,in quo erat plenitudo diuinitatis ęternæ: sed carnem assumpsit, vt spolium carnis exueret, atq; i semetipso & manubias diaboli crucifigeret,& tro-
phęa virtutis erigeret. Ergo si caro omni & in Christo subiacuit iniuriæ, quomodo vnius illam cũ deo dicitis esse subsꝺantiæ verbũ? Si enĩ vnius subsꝺantiæ verbũ & caro quę de terra habet naturã: cur vnius subsꝺantiæ asseratur verbũ atq; aĩa quã perfectam naturæ susceꝑit humanæ? Vnius autẽ subsꝺantiæ est verbum cũ deo secundum paternã professionẽ,& ipsius domini assertionẽ,qui ait: Ego & pater vnum sumus. Vnius ergo subsꝺantiæ pater cum terreno corpore prædicatur? Et adhuc indignamini Arriani,quia hi dicunt filium dei creaturam esse,cum ipsi dicatis patrem vnius cum creaturis esse subsꝺantiæ? Quid autem aliud agitis ista dicẽdo,nisi vt aut limũ Adæ terramq; nostram diuinæ subsꝺantiæ comparetis, aut certe diuinitatem in terrenæ corruptelæ iniuriam transferatis? Dicendo D
enim quod verbum caro & ossa factum est, in terram vtiq; dicitis esse conuersum,quoniã caro & ossa de terris sunt. Scriptum est,inquiunt, quia verbum caro factum est. Scriptum est,non nego,sed considera quid sequatur. Sequitur enim: Et habitauit in nobis:hoc est, illud verbum quod carnẽ susceꝑit,hoc habitauit in nobis,hoc est,in carne habitauit humana,& ideo emmanuel dictus est,hoc est,nobiscũ deus. Hoc ergo verbum caro factum est,pro eo quod est, homo factus est: sicut etiam Iohel dixit: Effundam de spiritu meo super oẽm Iohelis.2.
carnem. Non enim super irrationabilem carnem, sed in homines futura promittitur gratiæ spiritalis effusio. Quod si secundum literam vos tenetis, vt putetis ex eo quod scriptum est quod verbum caro factum est, verbum dei in carnem esse conuersum: numquid negatis scriptum esse de domino quia peccatum non fecit,sed peccatum factus est? Ergo in peccatum conuersus est dominus? Non ita,sed quia peccata nostra susceꝑit,pec-
catũ dictus est. Nam & maledictum dictus est dominus,nõ quia in maledictum conuersus est dominus,sed quia nostrum susceꝑit ipse maledictum. Maledictus Deute.21.
enim, inquit, qui pendet in ligno. Miraris ergo quia scriptum est: Verbũ caro factum est, cũ caro assumpta Ioãnis.1.
fit a dei verbo,quãdo de peccato quod non habuit,scriptum est quia peccatum factus est? Hoc est, non naturã operationẽq; peccati, vtpote in similitudinẽ carnis peccati factus,sed vt peccatũ nostrũ in sua carne crucifigeret,susceptionẽ pro nobis,infirmitatem obnoxii iam E
corporis peccati carnalis assumpsit. Definant ergo dicere naturã verbi in corporis naturã esse mutatã, ne pari interpretatione videatur natura verbi in contagium mutata peccati. Aliud est enĩ quod assumpsit,& aliud quod assumptũ est. Virtus venit in virginẽ,sicut & angelus ad eam dixit: Quia virtus altissimi obũbrabit te. Lucæ.1.
Sed natũ est corpus ex virgine,& ideo cælestis quidem descensio,sed humana conceptio est. Non ergo eadem carnis potuit esse diuinitatisq; natura.

De autoris excusatione,ac responsione ad obiectionem qua sibi dici posset quod de patris & filii diuinitate quinq; illis libris quos scripserat, concluserem se esse promiserit,cum cõfutatione erroris eorum qui animã putant a domino Iesu non esse susceptam, pulcherrimaq; declaratione assumptionis humanæ naturæ. Et quomodo intelligendum sit quod scriptum est: Iesus proficiebat ætate & sapientia. Caput VII.

ROSSEM latius prosequi,sed vereor ne hęc ipsa aliquibus aut superflua aut prolixa videantur. Fortassis enim dicat aliquis: Nõne de patris & filii diuinitate quinq; illis quos scripsisti libris,cõcluserem te esse promiseras? Sed quid F
faciam, cum quotidie nouas seminẽt quęstiones? Non preterit sponsio,sed astringit obiectio. Nam quẽadmodum potest finis esse respõsi,si modus nullus obiecti sit? Et tamẽ de patris & filii diuinitate consummaturum respõsionẽ in superioribus me spopõderã. Hoc autem libro de incarnationis dominicæ sacramento plenior sicut debuit facta digestio est. Nam cum illud quod ait dominus, Tristis est anima mea vsq; ad mortem: & Mat.26.
infra, Pater meus,si possibile est,transfer a me calicem hũc,sed trã nõ sicut ego volo,sed sicut tu vis: nõ ad spũs sancti compassionẽ,sed ad rationabilis assumptionem animæ,& naturæ humanæ refertur affectũ: consequęs est vt per assertionem dominici sacramenti,& plenitudinem naturæ humanæ fuisse astruamus in Christo, & ab infirmitatis preiudicio spiritum sanctum separemus. Non est enĩ obnoxius infirmitati,qui nõ est obnoxius passioni. Quæro igitur qua ratione animã putent quidam a domino Iesu nõ esse susceptam:an quia me-

Gtus est ne sensu Christus laberetur hūano? Dicit quippe quia cōcupiscentia carnis legi mentis repugnet. Sed qui hoc ait, tantum abest vt Christū putauerit lege carnis in peccati vincula fuisse deducēdum, vt ipse in æstu positus fragilitatis humanæ, per Christum sibi subueniri posse crediderit, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p Iesum Christum dominū nostrū. Qui ergo alios a carnis lubrico vindicabat, nūquid formidare poterat? Nec etiā ipse dominatu quodā carnis istius (sicut volunt) formidabat illecebras. Ergo & carnis susceptionem declinare debuerat, ne ad lubricum traheretur erroris. Sed quomodo lubricum poterat timere peccati, qui peccatum remissurus aduenerat? Et ideo cum susceperit carnem hominis, consequēs est vt perfectionem incarnationis plenitudinēq; susceperit. nihil enim in Christo imperfectum. Susceperit itaq; carnem, vt resuscitaret. Assumpsit animā, sed animā perfectam, rationabilem, humanam assumpsit atq; suscepit. Nam quis potest negare quod susceperit animā, cum ipse dicat: Animam meā pono pro ouibus meis? Et iterū: Propterea me pater diligit, quia ego pono animā meā, vt iterū sumā illam. Nō per parabolam hoc dicitur, nec perfunctoria significatione, in qua aliud dicitur, & aliud intelligitē, sicut illud: Neomenias & sabbata vestra odit anima mea. Licet illud etiā ad Christi animā possit referri, quæ ideo posita est

H vt aboleret Iudaicę superstitionis errorē, & vnius sacrificii institueret veritatē. Sed de hoc dubitent prophetico, euāgelicū hoc refutare nō possunt de animę proprietate dictum, cū de morte dīi & resurrectiōe sit dictum. Deniq; addit: Nemo tollit eā a me, sed ego pono eam a meipso: potestātē habeo ponendi animā meā, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Eandem igitur posuit quā suscepit. Suscepit dico. Non enī verbum ipsum dei viuum in sua carne ad nostrę animæ vicem factum est, sed sicut carnem nostrā, ita & animā nostrā perfectā naturæ humanę assūptione suscepit. Assumpsit inquā animā, vt incarnatiōis suæ beneficeret sacramēto susceptо. suscepit affectū meū, vt emēdaret. Quid autē opus fuit carnem suscipere sine anima, cū vtiq; insensibilis caro & irrationābilis anima nec peccato sit obnoxia, nec digna prēmio? Illud ergo pro nobis suscepit, quod in nobis amplius periclitabatur. Quid autē mihi prodest si totū me nō redemit? Sed totū me redemit, qui ait: Mihi indignamini qui totū hoiem sanum feci in sabbato? Totum redemit: quia in virum perfectum fidelis nō ex parte sed totus resurgit. Desinant ergo isti misericordes timere ne Christus carnē suam vel animā perfectā sensumq; hominis non potuerit gubernare, qui etiam illum asinę pullum quem ante nemo sederat, gubernauit. Qui plantauit aurem, non audiet? Qui alios regebat, se regere ipse nō poterat? Qui peccata donabat, peccatum ipse faciebat? Desinant nimium soliciti isti

I tanquā pædagogi Christi vereri ne etiam in ipso concupiscentia carnis legem mentis oppresserit, quæ non oppressit in Paulo, sed tantūmodo repugnauit. Athleta Christi victorias mentis numerat suæ. Hi trepidant ne caro titubauerit in domino, quæ vicit in seruulo. Non vult pro se timere nos Christus. Non vult pro se flere nos dominus. Deniq; dicit: Filiæ Hierusalem nolite me flere, vos ipas flete. Et istis dicit, Nolite mihi timere, vobis timete. An nō audistis dicentem Dauid: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ, a quo trepidabo? Et alibi: Non timebo quid faciat mihi homo. Et alibi: Nō timebo quid faciat mihi caro. Ergo lapsum naturæ humanę timere potuit, quem homo ipse nō timuit? Deus igitur ante carnem, deus in carne, perfectionem naturę assumpsi humanæ, suscepi sensum hominis, sed nō sensu carnis inflatus. Sensu hominis animam meam dixi esse turbatam, sensu hominis esurui, sensu hominis rogaui, qui rogantes exaudire consueui. Sensu hominis proferi, sicut scriptum est: Et Iesus proficiebat ætate & sapientia & gratia apud deum & homines. Quomodo proficiebat sapientia dei? Doceat te ordo verborum. Profectus ætatis, & profectus sapientiæ, sed humanæ est. Ideo ætatem ante præmisit, vt secūdum homines crederes dictum. Etas enim non diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat ætate hominis, proficiebat sapientia hominis. Sapientia autem sensu proficit, quia a sensu sapientia. Iesus autem proficiebat ætate & sapientia. Quis sensus proficiebat? Si humanus, ergo ipse susceptus est. Si diuinus, ergo mutabilis per profectum. Quod enim proficit, vtiq; mutatur in melius. Sed quod diuinū est, nō mutatur. Quod ergo mutatur, non vtiq; diuinum. Sensus igitur proficiebat humanus. sensum ergo suscepit humanum. Et vt sciamus quia secundum hominē loquebatur, præmisit dicens: Puer autem confortabatur & crescebat, & implebatur sapientia, & gratia dei erat cū illo. Et puer nostrę nomen ætatis est, nec confortari virtus poterat dei, nec crescere deus, nec altitudo sapientiæ dei, nec plenitudo diuinitatis impleri. Quæ igitur implebatur, erat non dei sed nostra sapientia. Nam quomodo implebatur, qui vt omnia impleret descendit? Per quem autē sensum Esaias dixit: Patrem puer nesciebat aut matrem? Scriptum est enim: Priusquam sciat puer patrem aut matrem, accipiet virtutē Damasci, & spolia Samarię. Sapientiam enim dei futura & occulta nō fallunt. Expers autem agnitionis infantia per humanā vtiq; imprudentiam quod adhuc nō didicit ignorat. Sed verendum est inquam ne si duos principales sensus aut geminam sapiētiam Christo tribuimus, Christum diuidamus. Numquid cum & diuinitatem eius adoramus & carnem, Christū diuidimus? Numquid cū in eo imaginem dei crucēq; veneramur, diuidimus eum? Apostolus certe quid de eo dixit? Quoniam etsi crucifixus est, inquit, ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute dei. Ipse dixit quia non diuisus est Christus. Numquid etiam cum dicimus quia animā rationabilem & intellectus nostri suscepit capacem, diuidimus eum? Nō enī ipse deus verbum pro anima rationabili & intellectus capaci in carne sua fuit, sed animā rationabilem & intellectus capacem, & ipsam humanam, & eiusdem substantiæ cuius nostræ sunt animæ, & carnem nostræ similem, eiusdemq; cuius caro est nostra substantię susciens deus verbum, perfectus etiam homo fuit, sine vlla tamen labe peccati, quia peccatum ipse non fecit, sed pro nobis peccatum factus est, vt nos essemus iustitia dei in ipso. Caro ergo ipsius & anima, eiusdem cuius animę nostræ carnesq; substantiæ. Nec timeo ne tetrada videar inducere. Nos enī vere solam qui hoc asserimus, colimus trinitatē. Non enim Christum diuido, cum carnis eius diuinitatisq; distinguo substātiam, sed

M vnum Christum cum patre & spiritu dei prædico, & illos magis qui carnem Christi vnius cum diuinitate eius dicunt esse substantiæ, tetrada inducere demonstrabo. Non enim quod eiusdem substantiæ est: vnus, sed vnum est. Nam vtique filium eiusdem cum patre substantiæ confitentes in tractatu concilii Niceni, non vnam personam, sed vnam diuinitatem in patre & filio crediderunt. Ergo cum dicunt eiusdem carnem, cuius & filius dei erat, fuisse substantiæ: ipsi quod nobis obiicimt ineptius vanæ assertionis incurrunt, vt diuidant Christum. Itaque quartū increatum quod adoremus inducunt, cum sola increata sit diuinitas trinitatis.

k Lucæ. 2.

2. Pet. 1. Gala. 4.

Ioan. 7.

Ioan. 10.

Psal. 93.

Luce. 23.

Psal. 26.

Psal. 55.

Esaiæ. 8.

L

2. Cor. 13.

1. Cori. 1.

2. Cor. 5.

De ampliori redargutione eorum qui autorē dicunt ea vsurpare quæ scripta non sint, & dei esse substātiam atq; naturam, scriptum non esse affirmant.

Caput VIII.

A CONCLVSERAM librum, sed religionis fuit ne prætergredi videremur quod soluere nequiremus. Nam cum dudum audierint quidam dicētibus nobis, Filium dei qui generatus sit, patri qui generauit, inæqualem esse non posse, quāuis ille generatus sit, iste generauerit, quia generatio non potestatis est, sed naturæ: aduersus illam quidem quæstionem vocem sibi arbitrantur occlusam, sed tergiuersatiōe damnabili in eodem loco vestigium vertunt, vt putent mutationē fieri questionis mutatione sermonis, dicentes, Quomodo possint ingenitus & genitus esse vnius naturæ atq; substantiæ? Ergo vt respondeam, clementissime Imperator parce mihi, propositę quæstioni: primū omniū ingenitum in scripturis diuinis nusquam inuenio. Non legi, nō audiui. Cuius igitur mutabilitatis sint homines istiusmodi, vt nos dicant ea vsurpare quæ non sunt scripta, cum ea quæ sunt scripta dicamus, & ipsi obiiciant quod scriptum nō sit: nomine ipsi sibi aduersantur, & autoritati calumniæ suæ derogant? Dicunt enim nō esse scriptū dei esse substantiam atq; naturam, cū vtiq; filium dei patris esse splendorem glorię, & characterem, substātiæ eius scriptura testetur, & multos alios de diuina dixisse substantia, in alio libro plenissime ostenderimus. Naturam quoq; diuinam quis abnuat, cum Petrus Apostolus in epistola sua scripserit id operatā domini misericordiā per passionem crucis, vt nos, inquit, faceret diuinæ consortes

B naturæ. Sed etiam alibi Paulus scripsit: Sed tunc quidem ignorantes deum, iis qui natura nō sunt dii, seruistis. Ita enim & in græcis codicibus inuenimus, quorū potior autoritas est. Quid igitur agunt qui negant naturam esse diuinam, nisi vt iam nō solum filio calūniētur, sed etiam patri? Si enim negatur natura deus esse, ergo per gratiam est, vt homines: aut certe falso creditur, vt dæmones, quorum simulacra dei appellatione donantur. Sed Apostolicam autoritatem sequamur, vt dicamus in simulacris naturam non esse diuinam. Si ergo in simulacris nō est, non est in dæmoniis: superest vt in deo diuina sit natura atq; substantia. Docuimus igitur apostolica autoritate recte de deo patre dici quod natura sit deus. Accipiant nunc quod eadem dei patris sit natura quæ filii est, eadē sit & spiritus sancti, ne forte idem dicant. Naturam quidē legimus esse diuinam, naturæ autē diuinæ non legimus vnitatem.

Ioan. 10. Sed cum ipse filius dixerit, Ego & pater vnum sumus:

Ioan. 16. vnitatem diuinitatis probauit. Cum dixerit: Omnia

Ioan. 17. quæ pater habet, mea sunt: et infra: Pater, omnia mea

Ioan. 14. tua sunt, & tua mea: asseruit vnitatem. Cū dixerit: Pater qui in me manet, ipse loquitur: & opera quæ ego facio, ipse facit: vnitatem euidentissime declarauit. Deinde Petrus vnam naturam ostendit esse diuinam. Po-

C tuit enim sic dicere, si aliter æstimasset, potuit inquā sic dicere, Vt nos faceret diuinarū consortes naturarū: maxime cū per filium in naturæ diuinæ consortiū transeamus. Numquid potest donare quod nō habet? Ergo nō est dubium quia de eo quod habet donat, & ideo habet naturam diuinam, qui consortia diuinæ donat naturæ.

Gala. 4. Apostolus quoq; Paulus dicēdo, Qui natura nō sunt dii: ostendit vnam veri dei esse naturam. Nanq; & ipse potuit dicere, Qui naturis nō sunt dii: si sciret pluralitatem diuinæ esse naturæ, vt alia esset in patre, alia in filio, alia in spiritu sancto. Dicendo ergo, Natura non sunt dii: vnitatē naturæ expressit diuinæ. Quid est autem natura deum esse, nisi verum deum esse? Sicut ad

1. Thes. 1. Thessalonicēses dicit: Quomodo conuersi estis ad deū a simulacris seruire deo viuo & vero. Illi enim dii esse simulantur, natura autem deus viuus & verus est. Nā & in ipso vsu nostro est adoptiuus filius, & verus filius. Adoptiuum filium nō dicimus filium esse natura, sed eum dicim? natura esse qui verus est filius. Ergo & naturam & substātiam esse diuinam probauimus lectione. Vnitatem quoq; non pluralitatē diuinæ esse naturæ, apostolica autoritas demonstrauit. D

De confutatione & destructione obiectionis prememoratorum hereticorū, qua arguunt quod non possint ingenitus & genit? vnius esse naturę atq; substantię, & de exemplari approbatione cū dicitur voce geniti non proprietatē naturę, sed significationē generatiōis exprimi. Quodq; in appellatione ingeniti & geniti species videatur esse diuersa, sed tamen indistincta diuinitas.

Caput IX.

NVNC illi asserant vbi ingenitum patrem legerint. Sed si dialectico more cōcedi sibi id postulant, vt quod lectum non sit, pro lecto vsurpent: produnt se contētionis studio differre, nō cognitionem quærere veritatis. Nanq; in ipsa dialectica si nō concedatur quod concedi sibi postulant qui aditum contētionis inuenire desiderāt: principium inuenire nō queunt disputandi, & hoc ibi, vbi contentio est magis de disputationis argutiis, q̄ de examine veritatis. Hæc est enim dialecticorū gloria, si videantur expugnare verbis & refellere veritatem. Contra definitio fidei est, vt veritas non verba pandantur. Deniq; verba philosophorū excludit simplex veritas piscatorū. Quæ igitur ista assertio est, vbi si non donatero eis verbum ingeniti, assertionis principium inuenire non possunt? Vbi ergo legerint demōstrent. Exciderat animo. Nūc redeo in memoriā. Lectum est, inquiunt. Nam Arrius E dixit ingenitum patrē, & genitum & creatum filium. Quo autore contra apostolica scripta contendant? Cōtendunt tamen, si modo Arrii se discipulos esse fateantur. Nam quomodo negant magistrū, cuius inuentum sequūtur? Sed si illi hoc dicit quod Arrius, iustius ego debeo dicere quod Apostolus dixit. Patrem enim dixit, nō ingenitum nominauit: filium dixit, & genitum filium nominauit. Quod legi, nō nego, immo libenter vsurpo: quod non legi, vsurpare non debeo. Sed tamen quod in dialectica non faceremus, vsurpent, ne forte dicant: Quia genitū nō legimus patrē sicut filium, ideo ingenitum æstimare debemus. Intelligitur hoc, ergo non legitur. Sed si intelligitur, nec spiritū sanctum genitum legi. Ergo & spūs quia genitus nō est, ingenitus vtiq; secūdum vestram alibi sentētiam nominādus est. Si igitur ingenitum dicitis & genitum nō posse vnius esse substātię, superest vt de patre & spiritu sancto, quia nec patrē genitū legimus, nec spiritū sanctū, vnitatē diuinę naturę & substantię nō negetis. Si enī in eo est vis omnis vestrę disputationis, quod ingenitus & genitus nō possunt esse vnius naturę: ergo qui nō est genitus, cū eo qui nō sit genit?, vnius naturę atq; substātię est. Et si F ideo putatis patrē maiorē esse, quia genitus nō est, nūquid & spiritus sanctus maior est filio? Multa possunt & innumera exempla suppetere, vt de eo quod genitū nō sit, dicatur ingenitum. Nam & mundum plerique ingenitum esse dixerunt, & materiā rerum omniū, quam græci ὕλην dicunt, quasi sylvā materialem ingenitam esse memorarūt. Videtur igitur in hoc verbo prerogatiuam quandam potestatis esse nō posse, nisi forte hoc verbo sibi honorare deū videantur, quo philosophi mūdum putauerunt esse donādum. Nunquid ergo sic ingenitus pater sicut mundus? Absit. Aut hi: solus deum decet sermo, cū deus vltra sermonum omniū sit ambitum? Nihil igitur preciosum deo in eo sermone, qui cō munis possit esse cū cæteris. Sed tamen quēadmodum vultis, inæstimabilis sit huius prærogatiua sermonis, quæ non autoritate aliqua designatur, sed vestro æstimatur arbitrio. Quo igitur hoc proficit, vt ex verbo velitis facere inter patrem & filium distantiam naturæ, distantiam potestatis? Ingenitus, inquit, & genitus nō possunt vnius esse naturæ atq; substantiæ, vt quēad-

G modum interdum dicunt, inoperatus & factus nō sunt vnius naturae. Neq; enim discretionē faciunt ingeniti & inoperati, neq; distantiam volunt esse inter genitum vel creatum, modo vt creaturam filium dicant. Ergo quia pater omnē causam, hoc est αἰτίαν (sicut grȩci dicunt) supergressus, cū ex alio creatus nō sit filius, vtiq; substantia sit, nō aliunde principium habens & causam ex qua sit: et ideo, inquiunt, alia talis substantia esse nō potest, quia omnia ex patre deo habent subsistendi causam: Inde non esse verisimile dicunt, vt filius, quia ex patre est, & ex se causam non habet vt sit, sed ex patre, similis sit patri: cum pater ex alio causam non habeat, filius autem (vt ipsi allegant) esse nō potuerit nisi hoc ipsum ex patre vt esset acceperit. Ideoq; ingenitum & genitum dicunt esse dissimilem: quasi vero, quod alibi saepe iam dixi, generatio potestatis sit, nō naturȩ. Cum enim dico genitum, non proprietatem naturae, sed significationem generatiōis expressi. Hoc exemplis euidentioribus approbabo. Nam si generaliter dicam filium, nec addam cuius, potest intelligi & filius hominis, & filius iniquitatis, & filius pestilentiae, & filius diaboli, sicut de Iudaeis scriptura testatur, & quod in vsu est, & foetus pecudis, & pulli columbarū. Et ideo in appellatione filiorum nō est expressio significata naturae. At vero si naturam designare desidero, aut hominem nuncupabo, aut equum nominabo, aut auem dicam, vt natura possit intelligi. Ita ergo si naturā cupio desi-
H gnare diuinam, deum verum debeo nominare. Cum autem filium dico, generatum significo. Cum patrem quoq; dico, generasse declaro. Non ergo hinc naturae discretionem facias, cum sit hoc significatorium generantis & geniti. Significatoria autē huiusmodi exprimunt substantiȩ qualitatem. Multi enim, vt dixi, filii, sed diuersitas filiorum. Alius per naturam, alius p gratiam. Multae creaturae inuisibiles & visibiles. Inuisibiles, vt principatus & potestates, throni & dominationes. Visibiles, vt sol, luna, stellae, homo, terra. Ergo diuersae species & diuersae creaturarum substantiae sunt. Itaq; si velis proprietatē creaturae alicuius exprimere, aut solem aut lunam nominabis aut stellas. Et sic intelligitur quid sit quod significādum putaueris. Cȩterum si factum dicas aut creatum (quod interdum filium dicunt) quia multa facta & creata sunt, non proprietatem substantiae videris significasse, sed speciem qualitatis. Aliud enim substantia, aliud qualitas est. Deniq; diximus & alibi vsian ita interpretatos latinos, vt substantiam dicerent. Vsia autem dei cum dicatur, quid aliud significatur nisi deum semper esse? Quod literae ipsae exprimūt: quāuis diuina vsai, hoc est, cum sit sem-
I per, vsia dicitur, vnius literȩ mutato ordine propter sonum & compendium decoremq; sermonis. Ergo vsia quod semper sit deus significat. Ingeniti autē, vt tu vis, vel geniti appellatio quid sit declarat, hoc est quod non ex alio sit pater, nec ex se filius. Species hic videtur esse diuersa. Species vtiq; distincta, sed indistincta diuinitas. Quaeris quomodo hoc probari possit? Etiam in creaturis ostendam diuersam speciem, diuersa initia in plerisq;, & vnam esse substantiam, & de scripturis exēpla proferam. Itaq; si in iis quae mortalia sunt, hoc potest couenire: quēadmodum patris & filii & spiritus diuinitati legē cuiusdam necessitatis imponunt? Omnia nempe volatilia quae eiusdem generis videntur, eiusdē vtiq; & naturae sunt, vt aquilarum vnum genus & vna natura est, vulturum similiter, & caeterorum secūdum genus suum volatilium. Quēadmodum autem coeperint esse volatilia, tres species reperimus, & ortus eorū causas legimus esse diuersas. Scriptum est enim dixis-
Genes.1. se deum: Producant aquȩ repentia animarū viuentiū, & volatilia volantium. Et paulo post cum paradisum fecisset deus, & posuisset in eo hominem, scriptum est
Genes.2. quia figurauit deus de terra bestias agri, & volatilia caeli. Significantur ergo volatilia hoc loco figurata de K
terra. Supra quoq; legisti quia dixit deus auibus: Crescite & multiplicamini. vtiq; ex coitu maris & foeminae generationis incrementa praecipiens. Itaq; aduertimus etiam quae vnius generis sunt, diuerso modo esse coepisse, alia de aquis, alia de terra, alia de maris & foeminȩ generatione, & vnius tamen haec esse naturȩ, dissimilitudineq; substantiae non habere. Quid vero tam vnius naturae q̄ caro nostra cū dominici corporis veritate? Diuersis tamē vtraq; ducta causis, orta principiis est. Caro enim domini spiritu in virginem superueniēte generata, nō expectauit virilis foemineiq; coitus solēne cōmercium. Caro vero nostra, nisi virilis iuxta foemineusq; sexus genitalia sulcis naturalibus obducat semina, intra viscera nescit materna formari: & tamen cū generationis fuerit causa diuersa, carnis tamen in Christo cum hominibus omnibus vna natura est. Partus enim virginis nō naturā mutauit, sed generandi vsum nouauit. Deniq; caro de carne nata est. Habuit ergo de suo virgo quod traderet. Non enim alienum dedit mater, sed propriū e visceribus suis contulit, inusitato modo, sed vsitato munere. Habuit igitur carnē virgo quā naturae solennis iure transcripsit in foetum. Eadem igitur secundum carnem generantis Mariae, genitiq; natura, nec dissimilis fratrib⁹, quia dicit scriptura, Vt per Hebre.2.
omnia similis fratribus fieret. Similis vtiq; dei filius nostri, non secundum diuinitatis plenitudinem, sed secundum animȩ rationalis, & (vt expressius dicamus) hu- L
manae nostriq; corporis veritatē. Quid autem de ipso loquamur Adam, qui cum sit formatus e limo terrae, generauit vtiq; filios suae consortes naturae, participes generis, successionis heredes? Diuersa quidem in filiis & parente principia, sed humanae conditionis vna natura. Nec tamen dissimilitudo ortus, similitudini substantiae prȩiudicauit. Similis ergo filius patri etiam in iis quȩ propter humanȩ conditionis fragilitatem similitudinis plenitudinem habere non possunt. Quomodo ergo dei patris dissimilis filius verus?

De disputatione cōtra quosdam superiorem sectam sequentes, disputationis tamen genere discordare se putantes, qui filium similem dicunt, sed nō vnius substantiae cum patre, & quod cū sit vnius naturae filius cū patre, etiam vnius sit potentiȩ, & ita omnipotens sicut & pater, quemadmodum etiā spiritū sanctum omnipotētem scriptura testatur. Caput X.

SED pleriq; eandem sectam sequentes, disputatiōis genere discordare se putāt ab iis qui dissimilem patri per omnia filium dicunt. M
Ideo horū quoq; qui similem dicunt filium, sed non vnius substantiae cum patre, ineptias discutiamus. Quae non vnius naturae sunt, diuersae sunt vtiq; atq; distantis: & quae distantis naturae, consequens est vt similia esse nō possint, nisi forte secūdum speciem similia dicas, dissimilia secundū veritatē. Nam & lactis, & niuis, & cygni albentis cōcolor species est, sed discrepantiam seruat distantis naturae: nec differentia naturarum, specierum similitudine coloratur. Quomodo ergo isti similem dicunt patrem & filium, qui vnitatem substantiae negant? An secūdum formam & figuram colorem similem putant? Sed haec corporis sunt, haec cōpositionem quādam indicant. Quomodo antē inuisibili similitudinē secūdum colorem aptamus aut formā? Aut quomodo creatura potest esse similis increato? Quomodo splendor gloriȩ, & character substantiae eius, si diuersa gloria, vt illi dicūt, diuersa substātia est? Secundum gloriam, inquiunt, & operationem similis est, & propterea imago dei dicitur filius. Ergo si p aliqua nō per omnia similis, pro parte similis, p parte dissimilis. Huic autem propositioni consequens est vt si ex

A parte similis, pro parte dissimilis, nō in toto est: pro parte sit dei imago cōposita: ac per hoc sequitur vt & ipse compositus videatur, cuius sit imago composita. Composita autē si ex parte similitudinē seruet, imago eius ex parte similis esse non possit. Sed qui similem secundum vnitatem naturae negant, similem caeteris arbitrantur. Solent enim dicere, Cur putatis quia multum dedit scriptura filio quia imaginem dixit, cū ipse deus
Leuit.19. dixerit hominibus: Estote sancti, quoniam ego sanctus
Mat.5. sum: & filius dixerit: Estote perfecti, sicut & pater vester qui in cȩlis est, perfectus est? Nec intelligūt eo ipso astrui quia non secūdum partem, sed secūdum plenitudinem diuinitatis & perfectionē similis sit filius patri. Deniq; si multi similes, cur solus filius imago inuisibilis dei dicitur, & character substātiae eius, nisi quia in eo naturae eiusdē vnitas, & eius maiestatis expressio est? Alia enim secūdum imitationem similitudo, alia secūdum naturam: quod propositorū exemplorū etiam verba indicant. Dicit enim scriptura: Estote sancti, vt fiant id per imitationem homines. Ergo dicitur, estote, quia nō sunt. De se autē dicit deus, quia sanctus sum, nō vtiq; proficiente processu, sed manente natura. Deinde ait sapientia: Estote perfecti: vt incipiant habere quod non habent. De patre autem dicit: Sicut pater vester qui in caelis est, perfectus est. Est ergo perfectus pater. qui est,
B semper est. Ideo vel vsia Graece, quod sit semper: vel latine, quod in suo maneat, nec ope subsistat aliena, appellatur substantia. Sanctus ergo pater, & perfectus pater. Sanctus etiā & perfectus filius, quasi imago dei. Imago autem dei, quia omnia quae sunt dei, videntur in filio, id est sempiterna diuinitas, omnipotētia atq; maiestas. Talis ergo qualis est deus, sua videtur imagine. Vnde oportet vt imaginem eius talem credas, qualis est deus. Nā si imagini detrahas, & vtiq; ei cuius imago est, videbitur esse detractum. Si minorem imaginē credas, minor deus apparebit imagine. Qualem enim aestimaueris imaginem, talis tibi videbitur hic, cuius
Ioan.14. inuisibilis est imago. Dixit enī imago, Qui me videt, videt & patrem. At qualem ȩstimaueris eū cuius imaginem esse filium credis, talis tibi necessario filius aestimandus est. Vnde quia increatus pater, increatus & filius: quia nō minor pater, nō minor filius: quia omnipotens pater, omnipotens & filius. Dictum est igitur, etiā si vsurpent quod nō legunt, vt ingenitum dicant, verbo tamē nihil impediri quo minus vnius naturae atq; substantiae Christum cum patre esse credamus. Quod si vnius naturae, vtiq; vnius potentiae. Qui quidem locus haud difficilior est ad refellenda studia perfidorum. Quomodo enim negant omnipotētem Christū, quod scriptum est: qui volunt vsurpare quod nō docent scri-
C ptum? Omnipotētem etenim Christum supra docuimus & in Ioannis Euangelistae Apocalypsi, & in Zacharȩ prophetia, & in Euāgelio significatum. Quae si quis recensenda putat, superiora reuoluat & repetat. Tamen quod ibi propter congestionem testimoniorū pene praeterii, dicant de quo putēt dictum quod Amos
Amos.9. prophetauit? Sic enim scriptum est: Dominus qui attigit terram, & mouet eam, & lugebunt omnes cōmorātes in ea, & ascendet sicut flumen Ȩgypti. Qui aedificat super celum ascensionem suam, & repromissionem suam super terram confirmat, qui aduocat aquam maris, & effundit eam super faciem terrȩ, dominus omnipotens nomen est ei. Nonne haec omnia in filium intelligant conuenire? Qui terrā descendens tetigit, in passione cōmouit, de terris ascendit in caelum, & super terram descendit e caelo, sicut ipse promiserat. Sed quid de filio laboro, cum etiam spiritum omnipotentē scriptu-
Psal.32. ra testetur? Scriptum est enim: Verbo domini caeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et de sapientia scriptum est quia habeat in se omnipoten-
Sapien.7. tem spiritum. Dicit enim Salomon, quia omniū artifex docuit me sapientia. Est enim in ea spiritus intelligentiae sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, bonus, mobilis, disertus, immaculatus, manifestus, inuiolabilis, bonum amans, acutus, prouidēs, possibilis, munificus, benignus, stabilis, integer, sine solicitudine, qui omnia potest, omnia spectat, & per omnia penetrans spirituū intelligibilium.

FINIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANEN. EPISCOPI DE MYSTERIO PASCHAE LIBER VNVS.

Vnde sacrum nomen Paschae descenderit, & qua ratione Christus se in passionem Paschae mysterio cōsecrauerit. Caput I.

PASCHAE mysterium de fide omnibus credentibus in Christo renatis, recidiuatum fidei annuȩ felicitatis gaudiū & gloriā subministrat. Quod E
quidem sacrū nomē ab ipsius domini passione descendit. Pascha enī passio est saluatoris, sicuti beatus Apostolus dicit: Pascha enim nostrum 1.Cori.5.
immolatus est Christus. Ad hoc enim humanum corpus Christus accipiens, se in passionem paschae mysterio consecrauit, vt quisquis huius muneris per fidem participationem esset indeptus, consortio dominicae felicitatis dignus merito censeretur.

De cōmendatione paschalis temporis ab iis quae eo tempore facta cōmemorantur. Caput II.

EST enim Pascha vere anni principium, primi mensis exordium, nouella germinū reparatio, ac tetrae hyemis nocte discussa, primi veris restituta iucunditas. Hoc inquam tēpore visibilium & inuisibiliū conditor deus defixa humo caeli machinam suspendens, diem solis ardore radiauit, splendorem lunȩ solatio noctis attribuit, pendentem caeli cameram splendentiū syderum decorauit ornatu, mare certis littorum finibus coercens, concauȩ ac stridentis vndae aestum metas statuti limitis haud iussit excedere. Et vt plana mundi facies oculorum eminus subtraheretur aspectui, ad hoc in ornatum mundialis fabricae, nemorosi colles atque excelsi constituti sunt montes, vt iterum mortalibus campestris orna- F
tus iucundior adueniret.

Qua ratione homo terrestris creaturae factus sit dominus, & quomodo gratiā creatoris amiserit, ac mortis sententiam incurrerit. Quodq; ita diabolus mortis sortitus sit imperium, & omnes a deo deuiātes Tartari clausos ergastulo possederit. Caput III.

IPSEQVE homo diuini opificii dignatione formatus, ad hoc terrestris creaturae effectus est dominus, vt diuinis institutionibus parens, eius tantum & voluntatem seruaret, qui se in tātis rebus dominū praefecisset ex nihilo. Qui in ipso exordio, non nescius, deprauatus inuidia, dum super indultum dei opificium cupit fieri, quod natura non dederat, amisit gratiam quā creatoris pietas attribuerat: continuo ob concupiscentiam diabolicae dece-

Gptionis ſententiam mortis pręuaricator incurrens, etiã adſiturae ex ſe ſtirpis originem propagauit, vt diuina
Sapien. 2. hoc loco recte ſententia compleretur: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Ita per occaſionem delicti in vniuerſis peccatoribus diabolus mortis eſt ſortitus imperium, atq; omnes a deo deuiantes, peccati vinculo obſtrictos, ſqualentis tartari clauſos ergaſtulo poſſidebat.

Quomodo deus humanã carnem aſſumens, & corpus conditioni mortis addicens, ad tartara deſcenderit, & feras inferni ianuaſq; confringens, vinctos e diaboli faucibus reuocauerit. Caput IIII.

H VORVM interitum dolens diuina cenſura, non per ſeruũ vatem, nec per angelum inuiſibilem, ſed ad hoc per ſubſtantiam humanae carnis, in homine deus veniens habitauit, vt honeſtam viuendi formã mortalibus daret, & temporariis æternam in ſe credẽtibus vitam, exemplo ſuae mortis ac reſurrectionis aperiret. Vt enim incredulitas & ſimulacrorum cultus cæli aditum clauſerat, ita inferni barathrum prævaricatorib⁹ perfidia procurarat. In quorum ſuppliciis vſq; ad aduentum ſaluatoris domini Ieſu Chriſti, diabolus per mortem regnauit, donec humanae carnis ad deum attẽperata ſubſtantia, immaculatũ corpus cõditioni mortis addixit. Expers peccati Chriſtus cũ ad tartari ima deſcenderet, feras inferni ianuaſq; cõfringens, vinctas peccato animas mortis dominatione deſtructa, e diaboli faucibus reuocauit ad vitam, atq; ita diuinum triumphum æternis
1. Cor. 15. characteribus eſt cõſcriptum, dum dicit: Vbi eſt mors aculeus tuus? Vbi eſt mors victoria tua? Quã felicitatem reparatae ſalutis Paulus recolens clamat: Sicuti per Adam mors intrauit in hunc mundum, ita & per Chriſtum ſalus reſtituta eſt mundo. Et iterum: Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo
I cæleſtis. Et adiiciẽs ait: Sicut portauimus imaginem terreni, id eſt vetuſti hominis in crimine: ſic portemus imaginem cęleſtis, id eſt ſuſcepti, redempti, reparati, ac purificati hominis ſalutem teneamus in Chriſto: quia idem ipſe apoſtolus ait: Initium Chriſtus, id eſt autor reſurrectionis & vitæ, deinde ii qui ſunt Chriſti, id eſt qui in forma puritatis eius viuentes, de ſpe reſurrectionis eius ſecuri erunt, cum ipſo cæleſtis promiſſi gloriã
Ioãnis. 5. poſſeſſuri: ſicut ipſe dominus in euãgelio ait: Qui, inquit, me ſecutus fuerit, nõ periet, ſed trãſiet de morte ad vitam. Ita ſaluatoris paſſio, vitę humanę ſalus eſt. Ad hoc enim pro nobis mori voluit, vt nos in eum credentes perpetuo viueremus. Voluit pro tẽpore fieri quod nos ſumus, vt nos ęternitatis eius promiſſionem indepti, cũ eodem perpetuo viueremus. k

De ingentibus paſchalis myſterii dieiq; illius præconiis. Caput V.

H AEC inquam illa eſt cæleſtium myſteriorũ gratia, hoc paſchae donũ, hæc optabilis anni feſtiuitas, hæc exordia gignentiũ rerum. Hinc vitalis lauacri ſacrę eccleſię editi puerperio infantes parvulorũ ſimplicitate renati, barathro innocentis perſtrepunt cõſcientię. Hinc caſti patres, pudicæ etiam matres, nouellam per fidem ſtirpem proſequuntur innumerã. Hinc ſub fidei arbore ab vtero fontis innocui cereorum ſplendet ornatus. Hinc cæleſtis meriti ſanctificantur munere, & ſacramenti ſpiritalis celebri myſterio ſaginantur. Hinc vnius plebis gremio beatę eccleſię nutrita fraternitas, vnicę diuinitatis ſubſtantiam, ac virtutis trinum nomẽ adorantes, pſalmũ L
annuę feſtiuitatis cũ propheta cõcelebrant: Hic eſt dies Pſal. 117.
quem fecit domin⁹, exultemus & letemur in eo. Quis inquam dies? Nempe ille qui attribuit viuendi principium, lucis exordiũ, autor luminis, id eſt ipſe dominus Ieſus Chriſtus, qui de ſemetipſo ait: Ego ſum, in- Ioan. 11.
quit, dies. qui per diem ambulat, non offendit: id eſt qui Chriſtũ in omnibus ſequitur, per eius veſtigia vſq; ad æternae lucis ſolium tranſmeabit, ſicut ipſe patrem pro nobis adhuc in corpore conſtitutus orat dicens: Pater, Ioan. 17.
volo vt vbi ego ſum, ibi ſint & ii qui in me crediderũt: vt ſicut tu in me, & ego in te, ita & illi maneant in nobis. Hic inquam exultationis & letitiae dies eſt, in quo promiſſum perfectæ gloriae conſecuti, recte plebs ſancta ad inſtar angelorum futuraę laudis myſterium, adhuc in hoc ſeculo conſtituti domino cum propheta canamus: Hic eſt dies quem fecit dominus, exultemus & letemur in eo, id eſt autor inſtitutionis, redemptionis M
& vitae perpetuae, dominus Ieſus Chriſtus, qui eſt rex regum, & dominus dominorum, abſq; initio, ſine fine in patre regnans cum ſpiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen.

OPERVM DIVI AMBROSII SECVNDI TOMI FINIS.

OPERVM DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN.

Tomus Tertius, continens orationes, epiſtolas, & ſermones ad populum habitos.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ERASMUS ROTEROD. PIO LECTORI S. D.

author damnatus

TERTIUS hic Tomus exhibebit orationes, epistolas, & conciones ad populum breues: quas suppositititias esse nihil addubito. nihil enim in his Ambrosianæ venæ. Videntur eiusdē cuius multos habemus sermones Augustini titulo, ad fratres eremitas, de tēpore &c. Quin hic non pauci sunt quos videmus inter eos qui Augustino tribuuntur, veluti qui hic est nonus Ambrosij, illic est. 25. Augustini de verbis Apostoli. Rursum qui hic est. 37. illic est inter sermones de tēpore. 78. & qui hic 69. illic est de sanctis. 26. & qui hic. 72. illic de sanctis est. 31. Rursus idē sermo bis habebatur in hoc volumine sub numero. 9. &. 59. & idem habebatur inter Augustinianos. Sermo de Agne cuius sit nescio. Appēdix in fine indicat artificem: Hæc ego Ambrosius &c. Vltimus de baptismo, diui Augustini, [redacted].

CATALOGUS.

Oratio funebris de obitu Valentiniani imperatoris.
De excessu fratris sui Satyri, funebris.
De fide resurrectionis, de eodem.
Funebris de morte Theodosij Imperatoris.
Epistolæ ad diuersos, varijs argumentis.
Conciones ad populum breues.

A
DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. ORATIO FUNEBRIS DE OBITU VALENTINIANI IMPERATORIS.

ETSI incrementum doloris
sit, id qđ doleas scribere: quo-
niam tamen plerunq; in eius
quem amissum dolemus, cō-
memoratione requiescimus,
eo quod in scribendo, dum in
eum mentem dirigimus, in-
tentionemq; defigimus, vide-
tur nobis in sermone reuiui-
scere: figuare aliquid de Valē-
tiniani iunioris vltimis cordi fuit, ne aut obliterasse si-
lentio bene meriti de nobis pignoris memoriā videre-
mur, atq; inhonoratā reliqsse, aut refugisse incētiuū do-
lēdi, cum doluisse plerunq; solatium sit dolētis: simul vt
cum de ipso aut ad ipsum loquor, tanquā de præsente
sermo sit. Quid igitur primum defleam? Quid primū
amara conquestione deplorem? Conuersi sunt dies no
bis votorū nostrorum in lachrymas. Siquidem Valē-
tinianus nobis, sed nō talis qualis sperabatur, aduenit.
B Et iste quidē vel morte sua voluit implere promissum,
sed nobis acerbissima est facta eius, quæ exoptabatur,
præsentia. Vtinam adhuc nobis abesset, vt sibi viue-
ret. Sed ille non passus cum audiret alpes Italiæ hoste
infestari Barbaro, maluit periclitari se si Gallias dere-
linqueret, q̃ nostro deesse periculo. Magnum discrimē
agnoscimus imperatoris, quod Romano subuenire vo
luit imperio. Hæc causa mortis, quæ plena laudis. Sol-
uamus bono principi stipendiarias lachrymas, quia ille
nobis soluit etiam mortis suæ stipendium. Nec tamen
flendi admonitio necessaria. Flēt omnes, flent & igno-
ti, flent & timentes, flent & inuiti, flent & Barbari, flēt
& qui videbantur inimici. Quantos iste de Galliis vsq;
huc totius tractu itineris populorū egit gemitus? Oēs
enim non tāquā imperatorem sibi, sed tanquam parē-
tem publicum obisse domestico fletu doloris illachry-
mant, suaq; omnes funera dolēt. Amisimus enim im-
peratorem in quo duo pariter acerbāt dolorem, anno-
rum immaturitas, & cōsiliorum senectus. In his ergo
Thre. 1. flēt, sicut dixit propheta: Oculi mei caligauerūt a fletu,
quia elōgauit a me qui consolabatur me. Oculi mei nō
solum corporis, sed etiam mētis hebetati sunt, & qua-
dam cæcitate omnis sensus obductus est, quoniam ere
ptus est mihi qui cōuertit animam meam, & ad spem
maximam de summa rerum desperatione reuocauit.
C Audite omnes populi & videte dolorē meum. Virgi
nes meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem: sed
cognito quod de Valētiniani essent partibus, liberi re-
uerterunt. Militauit hostis Barbarus Imperatori ado
lescenti, & suæ oblitus victoriæ, memor fuit imperia-
lis reuerentiæ. Laxauit sponte quos ceperat, excusans
quod ignorasset Italos. Nos adhuc murū Alpibus ad-
dere parabamus. Valentiniani gratia non expectauit
Alpium vallum, fluenta amnium, aggeres niuium,
sed Alpes & fluuios supergressa, muro nos sui imperii
protexit. Vnde prophetici Threni mihi vtendum ex-
ordio videtur. Quomodo mœret Italia, quæ abunda-
Thre. 1. bat gaudiis? Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ il
lius in maxillis eius. Non est qui eam consoletur ab o-
mnibus qui diligunt eam. Omnes qui amāt illam, de-
spexerunt eam. Omnis populus eius ingemiscens. Et
quia de Hierusalem, id est, ecclesia, plorauit in nocte,
quoniā qui eā splendidiorem fide sua & deuotione fa-
ciebat, occubuit: merito ergo plorās plorauit, & adhuc
lachrymæ eius in maxillis eius. Vbertatem quidem D
fletuum solet vultus humescentis declarare infusio,
cum lachrymis genæ rorāt. Sed quia scriptum est, Ge- Cant. 5.
næ eius sicut phialæ aromatis gignentes vnguētaria,
labia eius sicut lilia distillantia myrrhā plenam: mysti-
ce ecclesiæ gratia deflentis accipitur, quæ in obitu Va
lentiniani bonum doloris sui effudit vnguētum, & vi-
tam eius prædicando concelebrat. Cui mors obesse nō
potuit, eo quod odor prædicationis vniuersorum ore
celebrabilis, fœtorem omnē mortis aboleuit. Flet igi-
tur ecclesia pignus suum, & lachrymæ eius in maxillis
eius. Quid sit maxilla, audi. Qui te percusserit in ma- Luce. 6.
xillam, præbe ei & alterā: eo quod in dolore sit patiens
vt pœniteat verberantē. Percussa eras ecclesia in ma-
xilla tua cum amitteres Gratianum, præbuisti & alte
ram quādo tibi Valētinianus ereptus est. Merito tibi
non in vna maxilla, sed in vtraq; sunt lachrymæ, quia
pie germanū vtrūq; deploras. Ploras igitur ecclesia, &
fletum genæ tuæ velut fluentibus quibusdā stillicidiis
pietatis exūdāt. Quę sunt istę genę ecclesię de quib⁹ &
alibi ait scriptura: Vt coriū malorum granatorū genæ Canti. 6.
tuæ? Istæ sunt genæ ī quib⁹ solet nitere verecūdia, pul-
chritudo fulgere, in qb⁹ aut flos iuuētę, aut pfectæ æta-
tis insigne est. In obitu igitur fideliū imperatorū quidā
fidei pudor, quædam ecclesiæ verecundia est, & in tam
immatura morte piorum principū omnis ecclesię mœ E
stior pulchritudo est. Plorat ecclesia in sapientibus suis
qui velut caput ecclesiæ sunt. Oculi enim sapiētis in ca- Eccls. 2.
pite eius. Plorat in oculis, hoc est in suis fidelibus, quia
scriptum est: Oculi tui sicut columbę, extra taciturnita Canti. 4.
tem tuam, eo quod & videant spiritualiter, & nouerint
ea quæ viderint tacere mysteria. Plorat in sacerdotib⁹
suis, qui sunt sicut genæ ecclesiæ, in quibus est barba Psal. 132.
Aaron, hoc est barba sacerdotalis, in quam de capite
descendit vnguentum. Isti sunt in quibus est pulchri-
tudo ecclesiæ, in quibus flos eius gratior, in quib⁹ ætas
perfectior, qui velut cortices malorum punicorum de-
corem floris præferant abstinentia corporali, intus au-
tem commissam sibi plebem diuersæ ætatis & sexus
foueant sapientia spirituali, obiecti quidem seculo ad
iniurias, sed interna mysteria diuidētes. Plorat in vir-
ginibus suis, quæ sunt sicut lilia myrrha plena, candorē
integritatis, & mortificatæ corporalis illecebræ gloriā
præferentes. In his ergo flet, sicut scriptum est: Viæ
Sion lugent, sacerdotes eius ingemiscūt, virgines eius Thren. 1.
abductæ, & ipsa indignatur intra se. Et intra se quidem
indignatur, ad Valentinianum autem dicit: Assumā Canti. 8.
te & inducam te in domum matris meæ, & in secretū
eius quæ concepit me. Potum tibi dabo a vino operosi
vnguenti, hoc est multi operis, multi odoris vnguenti,
a fluxu malorum granatorū meorum: vt bibat vinum F
quod lætificat cor hominis, & defluat in eum malorū
granatorum fluxus, in quibus multus & diuersus est
fructus. Sermo enim multorum sensuum, & de diuer-
sis scripturis abundans, sermo angelorum, sermo apo-
stolorum ac prophetarum, quos vno velut corio eccle-
sia sancta complectitur, malorum fluxus est granato-
rum. Videns hæc Valentinianus integræ plena gra-
tiæ respondet: Misericordiæ domini quod non defeci- Thre. 3.
mus, quia non sunt consummatæ miserationes eius.
Renouabit illa sicut lux matutina. Multi sunt gemi-
tus mei, & cor meum defecit. Sors mea dominus, di-
xit. Ideo suscitabo eum. Bonus est dn̄s sustinentib⁹ eū,
animæ quæ quærit eum. Bonum est sperare in salu-
tare dn̄i. Bonū est viro cum portauerit iugum graue
in iuuentute sua: sedebit singulariter, & silebit, quia tu-
lit iugum graue. Et ille quidē se suarū virtutum remu-
neratione solatur, eo quod in iuuentute sua labores ab-
sorbuit, pericula multorum tolerauit. Iugum maluit
graue emendatioris propositi, q̃ molle illud ac plenum
deliciarū inuidia mētis ceruice portare. Bene beat⁹ pla-

G ne qui vel in senectute correxit errorem, beatus qui vel
sub ictu mortis animum conuertit a vitiis. Beati enim
Psal.13. quorum tecta sunt peccata, quia scriptum est, Desine a
malo, & fac bonum, & inhabita ĩ secula seculorũ. Qui=
cũq; ergo desierit a peccatis, & fuerit ad meliora in qua=
cunq; conuersus ætate, habet superiorum indulgentiã
peccatorum, quæ fuerit vel patienti cõfessus affectu, vel
corrigenti auersatus ingenio. Sed huic cum plurimis
veniæ societas emerendæ. Plurimi enim sunt qui se a
peccatis iuuentutis in senectute reuocare potuerũt. Ra
rus autẽ qui in iuuentute graue iugum seria sobrietate
portauerit. Hoc est illud iugum de quo domin⁹ in euã=
gelio ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onera=
Mat.11. ti estis, & ego vos reficiam. tollite iugum meum super
vos. Si quis ergo antequam graui oneretur peccatorũ
sarcina, tulerit iugum in iuuẽtute, singulariter sedebit,
non cum plurimis cõferendus, sed cum illo potest dice=
Psal.4. re, Quoniam tu singulariter in spe cõstituisti me. Sed
forte dicas, quomodo iugum graue dicit Hieremias,
cum in euangelio dominus dixerit: Iugum enim meũ
suaue, & onus meum leue est? Ac primum disce quia
Græcus iugum tantummodo posuit, non addidit gra=
ue. Tamen & illud aduerte, quia etsi ita esset in Thre=
nis, in euãgelio iugum suaue dixerit, & onus leue, non
iugum leue. Potest enim graue iugũ verbi esse, sed sua=
ue. Graue adolescenti, graue iuueni, cuius ætas est flo=
rulentior, vt nolit iugo verbi subiicĩedam animi præbe
re ceruicem. Potest & graue verbi iugum videri præ
põdere disciplinæ, austeritate correctionis, põdere abs=
tinentiæ, restrictioneq; lasciuiæ, suaue tamen esse fru=
ctu gratiæ, spe remunerationis æternæ, purioris cõsciẽ
tiæ suauitate. Tamen iugũ verbi suaue dixit, onus obe
H dientiæ leue: quoniam ei qui iugum verbi patienti cer
uice susceperit, disciplinæ onus graue esse non poterit.
Qui ergo tulerit a iuuentute iugum, singulariter sede=
bit & silebit, reuelata sibi gaudẽs diuinæ remuneratio=
nis æterna mysteria. Aut certe silebit, non opus habẽs
excusatione peccati, quod matura cõfessione præuenit,
& propera correctione deposuit. Nõ enim dicetur huic,
Quæ in iuuentute non cõgregasti, quomodo inuenies
in senectute? Potest autem & sic intelligi: Quoniã qui
cito portauerit iugum verbi, hoc est a iuuentute non se
miscebit cum iuuenibus, sedebit seorsum & silebit, do=
nec plena se perfectione virtutis erudiat, & magnã in=
duat animo patientiam, dabitq; percutienti maxillam
suam, etiam cædis contentus iniuria, vt mandatis ob=
sequatur cælestibus. Magnum est enim vel abstinere
a vitiis iuuentutis, vel ea in ipso iuuentutis vestibulo
derelinquere, atq; ad saniora cõuerti. Lubricæ enĩ & per=
Prou.3. plexæ viæ sunt iuuentutis. Deniq; Salomon ait: Tria
mihi impossibilia sunt intelligere, & quartum quod nõ
cognosco. Vestigia aquilæ volantis, & vias serpentis
in petra, & semitas nauis nauigantis, & vias viri in iu=
Psal.24. uẽtute. Dauid autẽ ait: Delicta iuuẽtutis meæ & igno=
I rantias meas ne memineris. Iuuenis enim non solum
fragilitate lubricæ ætatis prolabitur, verumetiã igno=
rantia cælestium mandatorũ plerunq; delinquit. Cito
autem meretur veniã qui prætendit ignorantiã. Pro=
pheta itaq; dicit: Delicta iuuẽtutis meæ & ignorãtias
meas ne memineris. Non dicit, delicta senectutis meæ
& scientiæ meæ ne memineris, sed quasi propheta qui
cito correxerit & emendauerit vitia iuuentutis, ætatẽ
ignorantiamq; prætendit. Valentinianus quoq; in de=
licto prophetæ simul ait: Delicta adolescentiæ & igno=
rantiæ meæ ne memineris. Non solum dixit, sed etiã
ante correxit errorem, q̃ disceret esse lapsum alicuius er
roris. Itaq; dicit, Correctionem iuuentutis meæ ne me=
mineris. Error in pluribus est, in paucis correctio. Et
quid iam de aliis dicam, qui etiam ludo iuuentutis pu=
tauerit abstinendum, resecandam ætatis licentiam, se=
ueritatis publicæ duritiam molliendam, lenitatem se=
nectutis in alienis annis deferendam ei qui in periculũ K
cõuicti criminis vocaretur? Ferebatur primo ludis Cir
censibus delectari. sic istud abstersit, vt ne solennibus
quidem principum natalibus, vel imperialis honoris
gratia Circenses putaret esse celebrãdos. Aiebant ali=
qui ferarum eum venationibus occupari, atque ab
actibus publicis intentionem eius abduci. Omnes fe=
ras vno momento iussit interfici. Audire in consistorio
negocia, & Danielis spiritu in quibus dubitarẽt senes,
vel personæ alicuius contuitu ducerentur, congruam
vero adolescentẽ videres senilem ferre sententiã. Iacta=
bant inuidi, qui præmature prãdium peteret. cœpit ita
frequentare ieiunium, vt plerunq; ipse impransus con=
uiuium solenne suis comitibus exhiberet, quo & reli=
gioni sacræ satisfaceret, & principis humanitati. Sceni
cæ cuiusdam forma ac decore deperire Romæ adole=
scẽtes nobiles nunciabatur: Iussit eã ad comitatum ve=
nire. Missus precio deprauat⁹ sine mãdati effectu red=
iit. Alterum misit, ne voluisse emendare vitia ado=
lescentum & non potuisse videretur. Datus est obtre=
ctandi aliquibus locus, deductam tamen nunquam aut
spectauit aut vidit. Postea redire præcepit, vt & omnes
agnoscerent irritum eius non esse mandatum, & ado=
lescentes doceret ab amore mulieris temperare, quam
ipse qui potuit habere in potestate, despexerat. Et hæc
fecit cum adhuc nõ haberet vxorem, & tamen exhibe=
ret sui tanquam vinctus coniugio castitatem. Quis tã
dominus serui q̃ ille sui corporis fuit? Quis tam aliorũ L
arbiter, q̃ ille suæ cẽsor ætatis? Quid de pietate eius lo=
quar? qui cum homines nobili ortos genere, & locuple=
ti prosapia, quæ cito mouere inuidiã solet regiæ cupi=
ditatis, accusator vrgeret, præfect⁹ insisteret, rñdit vt ni
hil cruentum sanctis præsertim diebus statueretur. Et
cum post aliquot dies accusatoris legeretur libellus, ca=
lumniam pronũciaturus, accusatum libere donec præ=
fect⁹ cognosceret, obseruare iussit. Neq; ante aut post=
ea quisquam tanti criminis sub adolescente imperato=
re formidauit inuidiam. Risit adolescens quod robusti
metuunt imperatores. Miserat propter recuperãda tẽ=
plorũ iura, sacerdotiorũ ꝓphana priuilegia, cultus sa=
crorum suorũ Roma legatos, & quod est grauius, sena=
tus nomine nitebantur. Et cũ vniuersi qui in consisto=
rio aderant christiani pariter atq; gentiles dicerent esse
reddenda, solus velut Daniel excitato in se dei spiritu
arguebat perfidiæ christianos, gentilibus obuiabat di=
cens, Quod pius frater eripuit, quomodo a me putatis es= M
se reddendum, cum in eo & religio lædatur & frater, a
quo se nollet pietate superari? Et cum paterno cõueni=
retur exemplo, quod sub patre suo ea nullus abstulerat,
respondit, Patrem meum laudatis quia non abstulit,
nec ego abstuli. Nunquid pater meus reddidit, vt me
debere reddere postuletis? Postremo & si pater reddi=
disset, frater abstulerat. Imitatorem in ea parte fratris
esse me mallem. Aut nunquid meus pater Augustus
fuit, & frater non fuit? Par vtriq; debetur reuerentia, &
par vtriusq; est circa rempublicam gratia. Vtrunq; imi
tabor, vt & nõ reddam, quod & pater reddere non po=
tuit, quia nullus abstulerat: & seruem quod a fratre est
cõstitutũ. Postulet parens Roma alia quæcũq; deside=
rat. Debeo affectũ parẽti, sed magis obsequiũ debeo sa=
lutis autori. Quid de amore ꝓuincialiũ loquar, vel quo
eos ipse cõplectebatur, vel qui ab iis cõsultori suo repen=
debatur, quibus nihil vnquam indici passus est? Præ=
terita, inquit, non queunt soluere, noua poterunt susti=
nere? Hoc laudant prouinciæ Iulianum: & ille quidem
in robusta ætate, iste in processu adolescentiæ. Ille pluri
ma reperit, & exhausit oĩa: iste nihil inuenit, & oĩbus
abundauit. Audiuit in transalpinis partibus positus
ad Italiæ fines Barbaros appropinquasse. solicit⁹ ne a=
lieno hoste suum regnum attẽtaretur, venire propera=
bat cupiẽs dimittere Gallicana ocia, & picula nr̃a susci=

A pere. Hæc mihi cum aliis communia, illa priuata quod
sepe me appellabat absentem, & a me initiatũ se sacris
mysteriis præferebat. Quin etiã cum rumor quidã ad
Viennẽsem pertulisset vrbem quod inuitandi eius ad
Italiam gratia eo pergerẽ, q̃ gaudebat, q̃ gratulabatur
me sibi optato affore. mora ei aduentus mei prolixior
videbatur. atq; vtinã aduentũ ipsius nullus præuenis=
set nuncius. Iam promiserã me profecturum, respõdẽs
vel honoratis petentibus, vel profecto vt tranquillitati
Italiæ cõsuleretur, me sicut superfluo ingerere non pos=
sem propter verecũdiam, ita necessitatib⁹ nõ defuturũ.
Cõfirmatum hoc erat. Ecce postridie literæ de instruẽ
dis mansionibus, inuectio ornamentorũ regaliũ, alia=
que eiusmodi quæ ingressurum iter imperatorẽ signifi=
carent. Quibus rebus ab ipsis quibus fuerat postulata,
intermissa legatio est. Reus mihi videbar speratæ meę
præsentiæ, nec impletæ: sed vtinã viuẽti tibi hunc de=
berẽ reatũ. Excusarẽ quod nulla tua audissem pericu=
la, nullas tuas accepissem literas, quod non potuissem
propriis animalibus occurrere, etiã si iter ingressus es=
sem. Itaq; securus veniæ, dum dies subduco, aduentum
tuũ intelligo. Ecce rescriptũ accipio, vt sine mora per=
gendũ putarẽ, eo quod vadem fidei tuæ haberẽ caput,
comitem tuum velles. Num restiti? Num moratus
B sum? Additur eo vt properarem ocyus, nec arbitrarer
causam itineris mei Synodum Gallorum esse episco=
porum, propter quorum frequẽtes dissensiones crebro
me excusaueram, sed vt ipse baptizaretur in ipso egres=
su. Gestarum iam rerum indicia potui cognoscere, sed
properandi studio nihil aduertere poterã. Iam supera=
bam Alpium iuga, & ecce nuncius amarus mihi & o=
mnibus de tanti morte imperatoris. Reflexi, iter fleti=
bus meis laui. Quibus ego votis omnium proficisce=
bar? Quo gemitu omnium reuertebar? Nõ enim im=
peratorem sibi, sed salutem ereptam putabant. Quãto
ipse angebar dolore? Primum quod tantus princeps,
quod dulce pignus meum, quod ita mei cupidissimus
occidisset. Quos ego æstus eius illo biduo fuisse cõperi,
quo literis quas ad me miserat superuixit. Vesperi ꝓ=
fectus est silentiarius, tertio die mane querebat iam ne
remeasset, iam venirem? Ita sibi salutẽ quãdam ventu=
ram arbitrabatur. O iuuenis optime, vtinam te viuen
tem inuenire potuissem, vtinã te dilatio aliqua meo re=
seruasset aduentui. Nihil de aliqua mei virtute polli=
ceor, nihil de ingenio atq; prudentia: sed quanta ego cu=
ra inter te & comitem tuum, quãta sedulitate cõcordiã
& gratiã refudissem. Q; meipsum pro tua obtulissem
C fide, q̃ in meipsum eos recepissem quibus ille se time=
re dicebat. Certe si comes nõ esset inflexus, tecũ remã=
sissem. Pręsumebam de te quod ipse me audires. si pro
te non esse auditum videres, multa habueram quæ te=
nerem. Nunc nihil habeo præter lachrymas & fletus.
Quotidie mihi maior ad dolorẽ es, crescis ad gemitũ.
Omnes quanti me feceris protestantur. Omnes absen
tiam meam causam tuę mortis appellant. Sed nõ sum
ꝓpheta, quo potuerim futura cognoscere, sed sum vox
clamantis in gemitu, quo possim deflere præterita.
Quid enim habeo quod melius faciã, quam vt tibi la=
chrymas pro tanto tuo in me affectu repẽdam? Ego te
suscepi paruulum, cum legatus ad hostẽ tuum perge=
rem. Ego Iustinæ maternis traditum manibus ample
xus sum. Ego tuus iterum legatus repetiui Gallias, &
mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, dei=
de pro pace atq; pietate qua fraternas reliquias postula
bas, nondum pro te securus, & iam pro fraternæ sepul=
turæ honore solicitus. Sed reuertamur ad Threnos, &
ipsa doloris ingrediamur viscera. Quid testabor, inqt,
Thre.2. tibi, aut quid assimilabo tibi filia Hierusalem? quis sal=
uam faciet te? & quis consolabitur te virgo filia Sion?
Quia magna facta est super te contritio tua, quis sana=
bit te? Quis autem me consolabitur, a quo alii petunt
consolationis officium? Impleuit me amaritudine, ine D
briauit in felle. Ventrem meum doleo, vt prophetico Hiere.4.
vtar eloquio, quoniam quem in euangelio eram gene=
raturus, amisi. Sed ille non amisit gratiã quã poposcit,
qui mihi in sermone quo vtebar ad plebem, hodie sur=
rexit. Nã cum in tractatũ incidissem propositæ lectio=
nis, quod populus pauper benediceret deum: quærere
cœpi quis esset hic popul⁹, & distinguere qd̃ esset pplus
alter diues, alter paup: diues Iudæorũ, pauper ecclesię.
Diues ille eloquiis sibi creditis, iste pauper aliena eloqa
mutuatus. Merito pauper, quia cõgregatus a paupere
est, illo videlicet qui pauper factus est cum diues esset, 2.Cor.8.
vt nos eius inopia ditaremur. Exinaniuit enim se vt o=
mnes repleret. Sed quomodo paup, qui habebat æter=
nitatis diuitias, & plenitudinem diuinitatis? Denique
in carne erat, & dicebat: Amodo videbitis filium homi
nis sedentem ad dexteram virtutis. Et alibi ad Petrũ Mat.16.
dicit: Tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergo paup
qui regnum cæleste donabat? Sed audi quomodo pau
per. Tollite, inquit, iugum meum super vos, quia mi=
tis sum, & humilis corde. Ideo & popul⁹ eius paup est,
nõ indigẽtia, quẽ diuite illo populo video ditiorem. Nõ
solum enim oracula prophetarum, sed etiã apostolorũ
meruit diuino fusa spiritu habere præcepta. Non ergo
inopia pauper, sed spiritu, cui dictum est, Beati paupe= Mat.5.
res spiritu, ipsorum est enim regnum cælorum. Vere
beati pauperes, qui acceperunt quod diuites non habe=
bãt. Ex hoc numero est ille propheticus pauper de quo E
scriptum est: Iste pauper clamauit, & dominus exaudi=
uit eum. Ex hoc populo ille qui ait: Argentum & aurũ
non habeo, sed quod habeo, hoc do tibi. In nomine Iesu
Nazareni surge & ambula. Ille ergo pauper autor po=
puli pauperis dicit: Deus laudem meam ne tacueris, Psal.108.
quia os peccatoris & os dolosi super me apertũ est. Lo=
cuti sunt super me lingua dolosa, & sermonibus odii cir
cundederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo
vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabã.
Bonũ scutum oratio, quo omnia aduersarii ignita spi=
cula repelluntur. Orabat ergo dominus Iesus, & eius
imitator Valentinianus orabat. Sed forte dicatur, qd
ei profuit sua oratio? Ecce in primo vitæ occidit cursu,
de celeritate mortis non de genere loquor. Non enim
accusationis voce vtor, sed doloris. Sed etiam domin⁹
orabat, & crucifixus est. Hoc enim orabat, vt peccatum
mundi tolleret. Audiamus ergo quid oret Christi di=
scipulus. Vtique quod magister docuit. Docuit autẽ
vt vigilemus, ne intremus in tentationem, hoc est, ne
incidamus in peccatum. Hæc est enim tentatio Chri=
stiani, si in suæ animæ periculum prolabatur: mortem F
autem timere nõ est perfectionis. Rogare autem quis
debeat & pro inimicis suis, orare etiam pro persequen
tibus, sicut dominus orabat dicens: Pater dimitte illis, Lucę.23.
non enim sciunt quid faciunt. Vide clementiam ma=
gnam. illi suum persequebantur autorem, ipse aduer=
sariis etiam grauia peccata donabat, quin etiam igno=
rantiæ velamine excusabat admissum, dicens, quia ne=
sciunt quid faciunt. Nam si scirent, dominum non per=
sequerentur suum, in cuius potestate ac iure salutem es
se suam arbitrarentur. Et quia non sola Christi perse=
cutores eius erant morte contenti, addebant maledi=
cta atque conuitia, vt ait ipse: Maledicent ipsi, & tu Psal.108.
benedices. Docuit nos quod timere maledicta perse=
quentium minime debeamus, cum habeamus bene=
dictionis autorem. Nec mouere nos conuitia debeant,
vbi præsul est qui possit auferre maledicta. Quid illud
quod mori non timuit? Immo pro omnibus se obtu=
lit dicens quod frustra innoxii in inuidiam vocaren=
tur, quod frustra propter se alii periclitarentur: Sibique
potius mortem optabat, ne ipse aliis causa mortis es=
set. Hoc est illud euãgelicum domini in ipsa sui captio=
ne dictẽtis: Si me quæritis, sinite hos abire. Occidit itaq; Ioan.18.

G pro omnibus quos diligebat. Pro quo amici sui parum
putabant si oēs perirēt. Aduertamus quem circa ami-
cos suos habuerit animum. Consideremus quem erga
germanas suas habuerit affectū. In ipsis requiescebat,
in ipsis se consolabatur, in ipsis relaxabat animū, & fes-
sa curis corda mulcebat. Rogabat eas vt si quo pueri-
tiæ suæ lapsu, si sermone aliquo offensæ a fratre viderē-
tur, ignoscerent, veniam sibi a domino deprecarentur.
Manus, caput sororibus osculabatur, immemor impe-
rii, memor germanitatis: & quo magis aliis potestatis
iure præstaret, hoc se magis sororibus exhibebat. Ro-
gabat vt nō meminissent iniuriæ, meminissent gratiæ: vt
quod acciderat de earum possessione, audiret negociū.
Tantus enim erat, vt etiam in causa sororum æquus
fore arbiter a prouincialibus existimaretur, quod etsi
circa sanctas necessitudines suas charitate propenderet,
tamen pietatē suam iustitia tēperaret. Audiuit nego-
cium nō de iure, sed possessione prædii. Hinc pietas pro
sororibus, inde misericordiæ pro orphano causa certa-
bat, vt pro eo apud ipsas interueniret sorores. Remisit
ad iudicem publice negocium, ne aut ius aut pietatem
læderet. Priuatim tamē, quātum ex proposito nobiliū
puellarum aduertimus, pium sanctis sororibus impres-
sit affectum, vt cōcedendi prædii voluntatem haberēt,
H iudicium darent. Vere dignæ tanto fratre germanæ,
quæ ei quod mater sibi reliquerat mallent de suo potiꝰ
iure laxare, quam fratrē in sua causa verecundiam susti
nere. Hæc est vobis sanctæ animæ hæreditas precio-
sior fraternæ laudis & gloriæ, his vos pius frater nobi-
liores & ditiores reddidit, qui caput vestrū nō gemmis
Tornabat. onerabat, † sed osculis. Manus vestras nō tam regalibꝰ
ambiebat insignibus, q̄ imperatorio ore lambebat. In
vestræ fructu præsentiæ omne ponebat solatiū, vt nec
ipsam nimie desideraret vxorem. Ideo nuptias differe-
bat, quia pius eū vestræ gratiæ pascebat affectus. Hæc
vobis desiderio amplius q̄ dolori sint, vt fraterna gloria
plus reficiat mentē, q̄ dolor torqueat: pascunt frequēter
& lachrymæ, & mentem alleuāt: fletus refrigerant pe-
ctus, & mœstum solātur affectum. Durum quidem fu-
nus videtis, sed stabat & sancta Maria iuxta crucem fi
lii, & spectabat virgo sui vnigeniti passionem. Stātem
illam lego, flentem non lego. Vnde dixit ei filiꝰ, Mu-
lier, ecce filius tuus. & discipulo dixit, Ecce mater tua.
hæreditatem illis charitatis suæ & gratiæ derelinquēs.
In quo vobis pia pignora, quoniā fratrē vestrum pro-
pter mea peccata nō merui, affectū paternum exhibere
desidero. Illū intueor ī vobis, illū teneo, illum puto esse
mihi p̄ntē, immo vtrunq; germanū, quos velut oculos
I mihi effossos doleo. Felicius episcopos p̄sequātur im-
peratores q̄ diligant. Quāto mihi beatius Maximus
minabatur? In illius odio laus erat, in horū amore sup-
plicii feralis hæreditas. Vtinam filii pro vobis licuisset
hunc spiritum fundere: cōpendium doloris inueneram,
& gloriosius mihi fuerat pro tantis obire pignoribus.
Sed ad vestram sanctæ filiæ cōsolationē reuertar, quā-
uis rerū gestarū acerbitas vim omnē cōsolationis absor
beat. Quæ si breuis sit, nihil afferet quo mœstum affe-
ctum demulceat. sin prolixior, longiorē afferat admoni
tionem doloris. Quo enim prolixior fueris, hoc magis
in cōsolando afficies eum quem consolari velis, & diu-
tius mœrorem eius tenebris. Nō igitur velut penicillo
quodam sermonis mei vestras abstergam lachrymas.
Neq; enim id facere vellem, etiā si possem. Est enī piis
affectibus quædā etiam flēdi voluptas, & plerunq; gra-
uis euaporat dolor. Sed id postulo, ne vel infixum pe-
ctori vestro fratrem duris gemitibus releuetis, vel auer
tatis planctibus, vel requiescentem excitetis. Ille vobis
maneat in corde, ille viuat in pectore, ille amplexibus
piis hæreat vt solebat. Ille fraterna oscula premat, ille
semper in oculis sit, semper in osculis, semp ī alloquiis,
semper in mētibus: ille iam talis, vt ei nihil timeatis si-
cutante. Obliuiscamini eius ærumnā, teneatis gratiā. K
Ille vobis auxiliaturus speretur, ille noctibus præsul as-
sistat, illum a vobis iam nec somnus excludat. Propter-
ipsum delectet quies, vt vobis gratior reuertatur. In vo
bis est filiæ vt fratrem vobis iam nemo possit auferre.
Sed corpus eius tenere desideratis, tumulum circūfu-
sæ tenetis. Ille tumulus fratris vobis habitatio sit. Ille
sit aula palatii, in quo chara membra requiescūt. Quod
si me ad illum reuocatis dolorē, quod cito excessit e vi-
ta: nec ego abnuo immatura obisse ætate, quem nostræ
vitæ tēporibꝰ fulcire cuperemus, vt de nostris annis vi-
ueret, qui fungi nō potuit suis. Sed quæro vtrum aliq̄s
sit post mortē sensus, an nullꝰ? Si est, viuit: immo quia
est, vita iam fruitur æterna. Quomodo enim non ha-
bet sensum, cuius anima & viuit & viget, & remeabit
ad corpus, & faciet illud cum refusa fuerit, reuiuiscere?
Clamat Apostolus, Nolumus vos ignorare fratres de 1. Thes. 4.
dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri qui
spem non habent. Nā si credimus quod Iesus mortuus
est, & resurrexit: ita & deus illos qui dormierunt per Ie-
sum, adducet cum eo. Manet ergo eorū vita, quos ma
net resurrectio. Quod si gentes qui spem resurrectionis
non habent, hoc vno se consolantur quo dicant q̄d nul-
lus post mortem sensus sit defunctorum, ac per hoc nul
lus remaneat sensus doloris: quanto magis nos conso-
lationem recipere debemus, quia mors metuenda non
sit, eo quod finis sit peccatorum: vita autem desperan-
da nō sit, quæ resurrectione reparatur? Iob quoq; docet
nec mortem timendam, & potius optādam piis, dicēs:
Vtinam in inferno me custodires & absconderes me Iob. 14.
donec mitigetur ira tua, & cōstituas mihi tēpus in quo L
memor sis mei. Si enim mortuus fuerit homo, viuet.
Cōsummans dies vitæ meæ sustinebo donec iterum
fiam. Tūc vocabis, & ego tibi obediam. Opera autem
manuum tuarum ne despicias. Istud tamen dolēdū sit
quod primæua obierit ætate. Gratulandum autem q̄d
virtutum stipēdiis veteranus decesserit. Tanta enī fuit
emēdatio vitæ eius in illo omnibus lubrico adolescen-
tiæ tēpore, tanta laus morum eius, vt omnē memoriā
doloris obducat. Quod enim obiit, fragilitatis est: q̄d
talis fuit, admirationis. Q̄ beata fuisset respublica si eū
diutius seruare potuisset. Sed quia vita sanctorum non
hic in terris est, sed in cælo (Iustis enim viuere Christꝰ, Philip. 1.
& mori lucrū, quia & dissolui & cum Christo esse, mul-
to melius) dolendum est quod nobis cito raptus sit, cō-
solandū quod ad meliora transierit. Deniq; Dauid mo 2. Re. 12.
riturum filium flebat, mortuum non dolebat. flebat ne
sibi eriperetur, sed flere desiuit ereptum, quē sciebat esse
cum Christo. Sed vt scias verum esse quod assero, in-
cestum Ammon filium fleuit occisum, parricidā Ab-
salon doluit interēptum, dicens: Filius meus Absalon, M
filius meus Absalō. Innocētem filium nō putauit esse
lugēdum, quia illos sibi perisse pro scelere, hunc pro in-
nocentia credidit esse victurum. Nihil ergo habetis q̄d
grauissime doleatis in fratre. homo natus est, humanæ
fuit obnoxius fragilitati. Nemo se redimit a morte, nō
diues, non ipsi reges, immo ipsi grauioribus subiacent.
Iob dixit: Numerati anni dati sunt potenti, timor au- Iob. 15.
tem eius in auribus eius. quando videtur habere pacē,
tunc veniet ei euersio. Vobis quoque ipsis tam acerba
incidisse patienter ferre debetis, quæ videtis vobis cō-
munia esse cum sanctis. Etiam Dauid amissis filiis de-
stitutus est. Optasset illos tales obire, qualis vobis fra-
ter ereptus est. Ille crimina doluit, nō exitum filiorum.
Quæ luctus tēpora protrahūtur, duorum mensiū cur-
ricula ī fraterni funeris quotidiano clausistis amplexu.
Sola in scripturis Iepte filia fletꝰ sui tēpora postulauit Iudic. 11.
cognito quod pater eius profecturus ad prælium voue
rat quia id rerum potiꝰ offerret domino quod sibi pri-
mum occurreret. Post victoriam reuertenti occurrerat
filia ignara pietatis, ignara promissi. Vidit eam, & in-

A gemuit pater dicens: Heu me filia, impedisti me, in sti-
mulum doloris facta es mihi. Ego vero aperui os meū
de te ad dn̄m, & nō potero auertere. Illa dixit ad eum:
Pater, si in me aperuisti os tuū, fac mihi vt exiit de ore
tuo. Et iterum dixit: Sine mēsibus duobus, & vadens
flebo in montibus super virginitatem meam ego & cō
pares amicæ meæ. Itaq; duobus exactis regressa men-
sibus, sacrificii munus impleuit. Quæ decreto populi
Israel quaternis in anno diebus ab eiusdem plebis fœ-
minis deploratur. Ad deflendum igitur suæ virgini-
tatis florem duos sat esse menses Iepte filia iudicauit,
& adhuc non venerat resurrectio, & hoc spatio tempo-
ris satis putauit paucis se esse defletam. Vobiscum o-
mnes populi defleuerunt, omnes ingemuerūt prouin-
ciæ, & adhuc parua putatis vestri hæc esse supplicia? Si
fratrē vestrum redimere possetis exitio, nollet tamē il-
le vestra afflictione resuscitari: qui se melius viuere cre-
didit in vobis, qui optauit potiꝰ seipsum mori cum ve-
stram videret iniuriam, qui pro vobis se libēter fuit pa-
ratus offerre, qui ipso vestri doloris die dicitur hanc so-
lam emisisse vocem, Væ miseris sororibus meis. Itaq;
magis vestrā destitutionem q̄ suam mortem dolebat.
Sed audiui vos dolere quod non acceperit sacramenta
B baptismatis. Dicite mihi, quid aliud in nobis est nisi
voluntas, nisi petitio? Atqui etiam dudum hoc votum
habuit, vt antequam in Italiam venisset, initiaretur, &
p̄xime baptizari se a me velle significauit. Et ideo præ
cæteris causis me accipiendum putauit. Non habet er
go gratiam quā desiderauit? Non habet quam popo-
Sapiē. 4. scit? Et quia poposcit, accepit. Et vbi illud est: Iustꝰ qua-
cunq; morte præuētus fuerit, anima eius in refrigerio
erit? Solue igitur pater sancte munus seruo tuo, quod
Moyses dum in spiritu vidit accepit: Quod Dauid q̄a
ex reuelatiōe cognouit emeruit. Solue inquā seruo tuo
Valentiniano munus quod concupiuit, munus quod
poposcit sanus, robustus, incolumis. Si affectus ægritu
dine distulisset, tamen nō penitus a tua misericordia es
set alienus, qui celeritate temporis esset nō voluntate
fraudatus. Solue ergo seruo tuo munꝰ tuæ gratiæ, quā
ille nunquam negauit, qui ante diem mortis templo-
rum priuilegia negauit insurgentibus quos uereri
posset. Astabat virorum caterua gentilium, supplica-
bat senatus. Non metuebat hoībus displicere in Chri-
sto. Qui habuit spiritum tuum, quomodo non accepit
gratiam tuam? Aut si quia solēniter nō sunt celebrata
mysteria, hoc mouet: ergo nec martyres si catechume-
ni fuerint, coronantur? Non enim coronātur si non ini-
tiantur? Quod si suo abluuntur sanguine, & hunc sua
pietas abluit & voluntas. Ne quæso eū domine a fra-
tre seiungas, ne iugum hoc piæ germanitatis patiaris
abrumpi. Hic tuus iam, & tuo iudicio vindicatus, peri-
clitatur amplius Gratianus, si separetur a fratre, si non
C mereatur esse cum eo, per quē meruit vindicari. Quas
ille nunc manus ad te pater erigit, quas pro fratre pre-
ces fundit? quo ei inhæret amplexu? quemadmodū si-
bi eum non patitur auelli? Adest etiam pater qui mili-
tiam sub Iuliano & tribunatus honores fidei amore cō
tempsit. Dona patri filium, fratri germanum, quorum
vtrunq; imitatus est, alterum fide, alterum deuotione
pariter atq; pietate in tēplorum priuilegiis denegādis.
Quod patri defuerat, adiūxit: quod frater cōstituit, cu-
stodiuit. Et huic adhuc intercessionē ascisco, cui remu-
nerationē præsumo? Date manibus sancta mysteria.
Pio requiē eius poscamus affectu. Date sacramēta cæ-
lestia mysteria. Animā piā matris oblationibus prose-
quamur. Extollite populi mecū manus in sancta, vt eo
saltē munere vicē eius meritis repēdamus. Nec ego flo
ribus tumulū eius aspergā, sed spiritū eius Christi odo
re perfundā. Spargant alii plenis lilia calathis, nobis li-
lium est Christus. Hoc reliquias eius sacrabo, hoc eius
gratiam cōmendabo. Nunq̄ ego piorum fratrum sepa
rabo numerum, merita discernā. Scio q̄ dn̄m cōmemo D
ratio ista conciliet, copula ista delectet. Nec putet aliq̄s
meritis eorū obitꝰ celeritate detractū. Raptꝰ est Enoch,
ne malitia mutaret cor eiꝰ. Et Iosias decimooctauo an
no regni sui ita dn̄i pascha celebrauit, vt oēs retro prīci-
pes deuotione superaret, nec diutius fidei suæ meritis
superuixit, immo quia plebi Iudææ graue imminebat
exitium, rex iustus ante sublatꝰ est. Metuo ne & tu no
bis aliqua nostri offensione sis raptus, vt octauodeci-
mo regni tui anno imminentis mali acerbitatem qua-
si iustus euaderes. Sed iam chara mihi cōplectar visce-
ra, & debita quōdam sepulchro prius tamē singula mē-
bra perspiciā. Valentinianus meus, iuuenis meus can
didus & ruber, habens in se imaginē Christi. Talibus
enim prosequitur ecclesia in Cāticis Christū. Nec iniu-
riam putes, charactere dn̄i inscribuntur & serauli, & no
mine imperatoris signātur milites. Deniq; & ipse dn̄s
dixit: Nolite tangere christos meos. Et: Vos estis lux
mundi. Et Iacob dixit: Iuda, te laudabunt fratres tui.
Ad filiū loquebatur, & dn̄m reuelabat. Et de Ioseph di
xit: Filius meus ampliatus, filius meus ampliatus Io-
seph. & Christum significabat. Licet ergo & mihi cha-
ractere domini schema: Iuuenis meus candidus & ru-
ber decē milibus. Electus est filiꝰ meus, cum post mor-
tem patris paruulus asciseeretur imperio. Caput eiꝰ au
rum cephas, oculi eius sicut columbæ super abundātiā E
aquarum. Ibi enim sedimus & fleuimus, dixerunt qui
inde venerunt. Venter eius pyxis eburnea, qui recipe-
ret oracula scripturarū, vt posset dicere, Vētrē meū do- Hiere. 4.
leo, sicut dixit propheta. Dicit enim hæc qui imitator
est Christi. Genæ eius phialæ aromatis, quibus Chri- Cantic. 5.
stus influebat vnguentum. Labia eius lilia distillantia
myrrha plena. Manus eius tornatæ aureæ, plenæ tar-
sis, eo quod ī verbis eius iustitia refulgeret, in factis &
operibus reuiueret gratia, in quo & plenum virtutis &
autoritatis regalis esset alloquium, nec inflexa aliquo
mortis terrore cōstantia, & factorū preciosa emendata
correctio. Oīs enim bonus operarius, manꝰ Christi est,
fauces eius dulcedines, & totum desiderium. Q̄ dulcia
enim oīa iudicia eius vniuersorum faucibus adhæse-
runt? Quāta gratia sermones ipsius singuli recensent?
Queadmodū fili desideraris a populis? mihi certe im-
pressisti quæ pectore teneo, verba illa postrema, quibꝰ
me vadē tuum fieri postulabas. Reliquisti ipse de me
testimonium iudicii gloriosi. Ego tibi fidem meā exhi
bere nō potui quam parabā. Dixi tamen absens, & dicē
tem me fidem pro te Christus audiuit. Tenetur in cæ-
lo spōsio mea, etsi nō tenetur in terris. Obligatus sum
deo, etsi nō potui hominibꝰ obligari. Locutus sum de
corpore tuo. Nunc alloquar animā tuā dignā prophetī-
cis ornamentis. Iisdem igitur vtar exordiis. Quæ nā
est hæc prospiciēs sicut diluculū, speciosa sicut luna, ele-
cta sicut sol? Videor mihi te videre fulgentē, videor au
dire dicētē: Diluculū mihi est pater. Nox terrena preces F
sit, dies cælestis appropinquauit. Prospicis nos igit' san-
cta aīa, de loco superiore tanq̄ inferiora respiciens. Exi-
sti de tenebris istius seculi, & vt luna resplēdes, vt sol re
fulges. Bn̄ vt luna, quia & ante in vmbra licet istius cor
poris refulgebas, & terrarum tenebras illuminabas, &
nunc lumen a sole iustitiæ mutuatā clarū diem ducis.
Videre igitur videor te tanquā de corpore recedētē, &
repulsa noctis caligine surgētē diluculo sicut solē, appro
pinquātem deo, & rapido volatu sicut aquilam quæ ter
rena sunt relinquentē. Conuertere Sunamitis cōuerte-
re. Cōuertere, & videbimus in te. Cōuertere ad nos pa-
cifica, vt gloriā tuā sororibus tuis mōstres, & incipient
se tuæ quietis & gratiæ securitate solari. Semel tātū ad
nos conuertere, vt te videamus. Et rursus conuertere,
atq; ad Hierusalem illā ciuitatem sanctorum tota intē-
tione festina. Aut certe ad animā piam Christus hoc
dicit. iubet illā paulisper cōuerti, vt nobis gloria eiꝰ ap-

G pareat,& requies futura cum ſanctis. Et poſtea præcipit eam ad illud ſupernum ſanctorum feſtinare conſortium. Quid videbitis,inquit,in Sunamite, de qua venit ſicut chori caſtrorum? Hoc eſt in ea quę multum & aduerſus plurimos in corpore præliata eſt? Etenim pugnauit aduerſus extraneos hoſtes, pugnauit aduerſus lubricas ſeculi mutationes, pugnauit aduerſus corporis fragilitates, aduerſus multiplices paſſiones. Audiuit a domino, Conuertere Sunamitis. Conuerſa eſt ad pacem ſemel in ſeculo, conuerſa eſt iterata communione ad gratiam Chriſti. Et ideo pulchra cõuerſio ei⁹ in ſeculo, pulcherrimus in cęleſtibus eius, volatus in cælũ. Vnde meretur audire: Specioſi facti ſunt greſſus tui in calceamentis filia Aminadab, hoc eſt filia principis. Specioſa es enim in proceſſu, habitaſti in corpore, tanquam calceamento eo vſa, non vt inuolucro, vt quia ſuperior & eminentior eo vt velles tuum circumferres ſine vlla offenſione veſtigium. Vel certe ſicut calceamẽtum illud exoluere, ſicut Moyſes fecit, cui dictum eſt:
Exo. 3. Solute calceamentum pedum tuorum. Dicit igitur tibi nunc pater Aminadab ille populi princeps: Audi filia & vide, quoniam concupiuit rex ſpeciem tuam. Specioſi ergo facti ſunt greſſus tui in calceamẽtis filia Aminadab. Moduli femorum tuorum ſimiles torquibus. hoc eſt, conſonãs ſibi in omnibus factis tuis gratia atq; moderatio magnorum æquauit inſignia triumphorũ. Deniq; moderatione tua ex tranquillitate pacifica nec Gallia hoſtem ſenſit, & Italia hoſtem repulit, qui eius finibus imminebat. Torques autem inſignia eſſe vi-
H ctoriæ dubitari non poteſt, cum ii qui in bello fortiter fecerint, torquibus honorẽtur. Vmbilicus tuus crater tornatilis non deficiens mixto. Vẽter tuus aceruus tritici munitus inter lilia. Ceruix tua ſicut turris eburnea. Oculi tui ſtagna in Eſebon. Bonus vmbilicus animæ virtutum omnium capax, ſicut crater ab ipſo fidei auto re tornatus. Sapientia enim in cratere miſcuit vinum
Prouer. 9. ſuum dicens, Venite edite panes meos, & bibite vinũ quod miſcui vobis. Vmbilicus ergo iſte tornat⁹ omni decore virtutũ nõ deficit mixto. Vẽter quoq; eius non ſolum iuſtitiæ velut frumentario cibo replebatur, ſed etiã gratiæ ſuauitate quæ florebat lilium. Ceruix quoque eius candida & pura in ore Chriſti ſponte ſubiecta, cogitationes rationabiles, fidei odor, circumciſionis attentio, ornatus capitis glorioſus, quod non regalia diademata, ſed domini ſanguinis inſignia coronarẽt. Me-
Cantic. 7. rito tanquam rex peccati victor, & cæleſti corona redimitus aſcendit. Cuius animæ dicit deus verbum. Qã pulchra & ſuauis facta eſt charitas i deliciis tuis? Pulchra per virtutis decorem, ſuauis per gratiam. Procera ſicut palma, quæ vincentis eſt præmium. Tuæ aſcendenti animæ Gratianus frater occurrit, & complexus
I eam dicit. Ego fratri meo, & ſuper me conuerſio eius: vel quod ſibi eam cupiat inhærere, vel quod pietate fraterna quaſi aduocatus aſſiſtat dicens conuerſionẽ eius etiam ſuæ gratiæ præferendam. Veni, inquit, frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis, diluculo ſurgamus i vineas. Hoc eſt, veniſti eo, vbi diuerſarum virtutum fructus pro ſingulorũ meritis deferuntur, vbi abundant meritorum præmia. Exeamus ergo in agrum in quo nõ vacuus labor, ſed fœcundus prouẽtus eſt gratiarũ, quod in terris ſeminaſti, hic mete. qđ ibi ſparſiſti, hic collige. Aut certe veni i illũ agrum qui eſt odor Iacob, hoc eſt veni in gremium Iacob, vt ſicut
Luc. 16. Lazarus pauper in Abrahę ſinu, ita etiam tu in Iacob patriarchæ tranquillitate requieſcas. Sinus enĩ patriarcharum receſſus quidã eſt quietis æternæ. Merito ergo Iacob eſt fructuoſus, ſicut Iſaac patriarcha teſtatus
Gene. 27. eſt dicẽs. Ecce odor filii mei tãquã odor agri pleni quẽ benedixit dñs. Requieſcamus, inquit, in caſtellis: oſtẽdens illic eſſe requiẽ tutiorẽ, quæ ſepto cæleſtis refugii munita atq; vallata nõ exagitetur ſeculariũ incurſibus beſtiarum. In foribus, inquit, noſtris omnes fœtus ar- K
borum, noua & vetera frater meus ſeruauit tibi. Quis Cantic. 7.
dabit te frater fratrem mihi lactẽtẽ vbera matris meę? Inueniens te foris obſculabor te, aſſumã te & inducã te in domum matris meæ, & in ſecretum eius quæ concepit me. Potum dabo tibi a vino operoſi vnguenti, a fluxu malorum granatorũ meorũ. Læua eius ſub caput meum, & dextera eius cõplectetur me. Promittit fratri auguſtæ memoriæ Gratianus præſto ſibi fructus diuerſarum eſſe virtutum. Fuit enim & ipſe fidelis in domino, pius atq; manſuetus puro corde. Fuit etiã caſtus corpore, qui præter coniugium neſcierit fœminæ alterius cõſuetudinem. Ideo in foribus ſedis ſuæ habet fructus paratos, nec longe petendos offert, qui ſeruauerit fratri noua & vetera, hoc eſt, & teſtamẽti veteris & euangelii ſacramenta, & dicit: Quis dabit te frater fratrem mihi lactentẽ vbera matris meæ? hoc eſt, nõ quicunq; te, ſed Chriſtus illuminabit gratia ſpirituali. Ille te baptizauit, quia humana tibi officia defuerunt. Plus adeptus es qui minora te amiſiſſe credebas. Quæ ſunt vbera eccleſiæ, niſi ſacramenta baptiſmatis? Et bñ ait lactẽtẽ, quaſi qui baptizatus lactis niuei ſuccum requirat. Inueniens, inquit, te foris, oſculabor te: hoc eſt extra corpus te reperiens, oſculo myſticæ pacis amplectar. Nemo te ſpernet, nullus excludet, in penetralia te arca na eccleſiæ matris inducã, & in oĩa ſecreta myſterii, vt bibas poculum gratiæ ſpiritualis. Amplexatus igitur fratrẽ ducere cœpit ad propriam manſionẽ: & quia pio L
officio ad vlteriora proceſſerat, cum fratre cœpit aſcendere, petens vt ſibi & fratri maior illic charitas augeaſ, eo quod vitia humana defecerant, inuidia atq; iactãtia, quæ in pleriſq; ſolẽt fraternæ pietatis iura vacuare. Videntes eos vel angeli vel aliæ animæ quærunt ab iis quæ veluti comitatu ſuo fratres hos & officio deducebant: dicẽtes: Quæ eſt hæc quæ aſcendit candida inni- Cantic. 8.
tens ſuper fratrem ſuum? Nec nos quidem dubitabamus de meritis Valentiniani, ſed iam credamus vel teſtimoniis angelorũ quod deterſa labe peccati ablutus aſcẽdit, quẽ ſua fides lauit, & petitio cõſecrauit. Credamus quia aſcendit a deſerto, hoc eſt ex hoc arido & inculto loco ad illas florulentas delectationes, vbi cũ fratre coniunctus æternæ vitæ fruitur voluptate. Beati ambo, ſi quid meæ orationes valebunt. Nulla dies vos ſilentio præteribit. Nulla inhonoratos vos mea tranſibit oratio. Nulla nox nõ donatos aliqua precum mearum cõtextione tranſcurret. Omnibus vos oblationib⁹ frequentabo. Quis prohibebit innoxios noſtrare? Quis vetabit cõmendationis proſecutionem complecti? Si
oblitus fuero te ſancta Hieruſalem, hoc eſt, ſancta ani- Pſal. 136.
ma, pia & pacifica germanitas, obliniſcatur me dexte- M
ra mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi nõ memínero tui, ſi nõ memínero Hieruſalẽ principio meæ lætitiæ. Ipſe me citius q̃ vos obliniſcar. Et ſi vnquam ſermo tacebit, loquetur affectus. Et ſi vox deficiet, non deficiet gratia, quæ meis eſt infixa præcordiis. Quomodo ceciderunt potẽtes? Quomodo vterq; ſuper illa Babylonis ceciderunt flumina? Quomodo rapidiora vtriuſq; vitæ fuere curricula, q̃ ipſius Rhodani fũt fluẽta? O mihi Gratiane & Valentiniane ſpecioſi & chariſſimi, q̃ anguſto vitã fine clauſiſtis, q̃ proxima vobis mortis fuere cõfinia, q̃ ſepulchra vicina. Gratiane inquã & Valẽtiniane in veſtris nominibus adhærere iuuat atq; delectari, in veſtri cõmemoratione requieſcere. Omnibus Gratiane & Valentiniane ſpecioſi & chariſſimi, inſeparabiles in vita, & in morte non eſtis ſeparati. Nõ vos diſcreuit tumulus, quos nõ diſcernebat affect⁹. Nõ cauſa mortis ſeparauit, quos pietas vna iungebat. Nõ virtutũ diſtãtia diſpares fecit, ſuper colũbas ſimpliciores, ſuper aquilas leniores, ſuper agnos clemẽtiores, ſuper vitulos innocẽtiores. Gratiani ſagitta nõ eſt reuerſa retro, & Valẽtiniani iuſtitia non fuit vacua, nec

A inanis autoritas. Quomodo ſine pugna ceciderunt potẽtes? Doleo in te fili Gratiane, ſuauis mihi valde. Plurima dediſti tuę pietatis inſignia. Tu me inter tua pericula requirebas, tu i tuis extremis me appellabas, meũ de te plus dolebas dolorem. Doleo etiã in te fili Valentiniane, ſpecioſus mihi valde. Ceciderat amor tuus in me, ſicut amor pignoris. Tu per me putabas eripi te periculis, tu me nõ ſolum vt parentem diligebas, ſed vt redemptorẽ tui & liberatorẽ ſperabas. Tu dicebas, putas ne videbo patrem meũ? Specioſa de me voluntas tua, ſed nõ efficax præſumptio. Hei mihi vanæ ſpes in homine, ſed tu in ſacerdote. Hei mihi quod volũtatem tuã non ante coguoui. Hei mihi quod nõ clanculo ante miſiſti. Hei mihi qualia amiſi pignora. Quomodo ceciderunt potẽtes, & perierũt arma concupiſcentia deũ? Et quia nemo habet quod alii plus deferat, q̃ quod ſibi optat: nõ me ab illis poſt mortẽ ſepares, quos in hac vita chariſſimos ſenſi dñe. Peto, vt vbi ego fuero, ſint & illi mecũ: vt illic eorum perpetua copula fruar, quia hic vti eorũ diuturniore coniunctione non potui. Te quæſo ſumme deus, vt chariſſimos iuuenes matura reſurrectione ſuſcites & reſuſcites, vt immaturum huncvitę iſtius curſum matura reſurrectione compenſes.

B DIVI AMBRO
SII MEDIOLANEN. EPISCOPI ORATIO FVNEBRIS DE EXCESSV FRATRIS SVI SATYRI.

EDVXIMVS fratres dilectiſſimi hoſtiam meam, hoſtiam incontaminatã, hoſtiã deo placentẽ, dominũ & fratrem meum Satyrum. Memineram quippe eũ eſſe mortalem, nec fefellit opinio, ſed ſuperabundauit gratia. Itaq; nihil habeo quod querar, ſed habeo i quo deo gratias agã,
C quia ſemper optaui vt ſi quæ perturbationes vel eccleſiam vel me manerẽt, in me potius ac meã reciderẽt domum. Deo igitur gratias, quia in hoc omniũ metu, cũ omnia motibus ſint ſuſpecta barbaricis, cõmunẽ mœrorem priuato dolore tranſegi, & in me conuerſum eſt quicquid timebamus omnes: atq; vtinã hic cõſummatum ſit, vt dolor meus publici doloris redẽptio ſit. Nihil quidẽ habui fratres chariſſimi in rebus humanis tãto fratre preciofi⁹, nihil amabili⁹, nihil chari⁹. Sed præſtant priuatis publica. Ipſius quoq; ſi quis ſententiã ſciſcitaretur, mallet occidi pro aliis, q̃ ſibi viuere. Propterea enim pro omnibus ſecundũ carnẽ Chriſtus eſt mortuus, vt non nobis ſolis viuere diſceremus. Accedit illud, quod ingratus diuinitati eſſe non poſſum. Lætandum eſt enim magis quod talẽ fratrem habuerim, q̃ dolendum quod fratrẽ amiſerim. Illud enim munus, hoc debitum eſt. Itaq; perfunctus ſum quãdiu licuit cõmiſſo mihi fœnore, qui depoſuit pignus recepit. Nihil intereſt vtrum abiures depoſitum, an doleas reſtitutũ. In vtroq; enim fidei ambiguum, vitæ periculum eſt. An ſi pecuniam neges, culpa eſt: ſi hoſtiã neges, impietas nõ eſt: cum pecuniæ fœnerator illudi poſſit, naturæ autor, & neceſſitudinis creditor fraudari nõ queat? Itaque quãto vberior fœnoris ſumma, tãto gratior vſura ſortis. Vñ ingrati de fratris morte eſſe non poſſumus, quia quod naturæ cõmunis fuit reddidit, qđ gratiæ ſingularis eſt meruit. Quis enim cõmunẽ conditionẽ recuſet? Quis doleat ſibi proprium pignus ereptũ, cum D
ad ſolatium noſtri filium ſui vnicum pro nobis pater tradiderit ad mortem? Quis exceptũ ſe putet eſſe debere a conditione moriendi, qui non ſit exceptus a conditione naſcẽdi? Magnum pietatis myſterium, vt mors corporis nec in Chriſto eſſet excepta: ac licet naturę dominus, carnis tamẽ quam ſuſceperat legem nõ recuſaret. Et mihi neceſſe eſt mori, illi neceſſe non fuit. An Ioan. 21.
qui de ſeruo dicit, Si eum volo ſic manere donec veniο, quid ad te? non potuit ipſe ſic manere ſi vellet? Sed perpetuitate vitæ huius ſibi precium, mihi ſacrificii perdidiſſet. Quod igitur maius eſt ſolatium noſtri, q̃ qđ ſe cũdum carnem & Chriſtus eſt mortuus? Aut cur ego vehementius fleam fratrẽ, cum ſciam illũ mori non potuiſſe pietatem? Cur ſolus præ cæteris fleam, quẽ fletis omnes? Priuatũ doloreẽ cõmuni dolore digeſſi, præſertim cum meæ lachrymæ nihil profint, veſtræ autẽ lachrymæ fidem aſtruant, cõſolatio eam afferant. Fletis diuites, & flendo probatis uihil opitulari repoſitas diuitias ad ſalutem, cum pecunię precio mors differri nõ queat, & pari vſu ſtultitem inopẽq; dies ſupremus eripiat. Fletis ſenes, quod in hoc liberorum ſortẽ paretis: & ideo quia vitã corporis producẽre nõ poteſtis, inſtituite liberos nõ ad vſum corporis, ſed ad virtutis officium. Fletis & iuuenes, quod naturæ finis non ſit maturitas ſenectutis. Fleuerunt & pauperes, & quod⁹ multo eſt precioſius, multoq; vberi⁹, lachrymis ſuis ei⁹ delicta lauerũt. Illæ ſunt lachrymæ redemptrices, illi gemitus qui doloré mortis abſcõdunt. Ille dolor qui perpetuæ vbertate lætitiæ veteris ſenſum doloris obducat. Itaq; licet priuatum ſuum, tñ fletus eſt publicus, & ideo nõ põt fletus eſſe diuturn⁹, qui vniuerſoꝝ eſt affectibus conſecratus. Nã quid te mi frater amantiſſime fleam, qui mihi ſic ereptus es, vt eſſes ſomnium? Non enĩ perdidi vſum tui, ſed cõmutaui, ante corpore inſeparabilis, nunc indiuiduus affectu. Manes enĩ mecũ, ac E
ſemper manebis. Et quidẽ cum viueres nobiſcum, nũquã te patria eripuit mihi, nec ipſe mihi vnquã patriã prætuliſti, & nunc alteram præſtitiſti. Cœpi enim hic iam nõ eſſe, peregrinus vbi melior mei portio eſt. Nũquam enim totus in me fui, ſed i altero noſtri pars maior amborum: vterq; autẽ eramus in Chriſto, in quo & ſumma vniuerſitatis, & portio ſingulorum eſt. Hic mihi tumulus genitali ſolo gratior, in quo nõ naturæ, ſed gratiæ meæ fructus eſt. In iſto corpore enim quod nũc exanimatum iacet, præſtãtior vitæ meæ fun ctio, quia in hoc quoq; quod gero corpore, vberior tui portio. Atque vtinã vt memoriæ, vt gratiæ, ita etiam vitæ tuæ hoc quicquid eſt quod ſpiramus, ſpirare poſſemus, dimidiumq; meorum decideret tẽporum, quod ad tuorũ proficeret vſum. Par enim erat vt quibus indiuiſum ſemper fuit patrimoniũ facultatum, non eſſet vitæ diuiſum tẽpus: vel certe qui indiſtincta ſemper habuim⁹ viuendi conſortia, non haberemus diſtincta moriendi. Nunc vero frater, quo progrediar, quo ve conuertar? Bos bouẽ requirit, ſeqs nõ totum putat, & frequẽti mu- F
gitu pium teſtatur affectum ſi forte defecerit cum quo ducere collo aratra cõſueuit: ego te frater non requirã? Aut poſſum vnquam obliuiſci tui, cum quo vitæ huiꝰ ſemper aratra ſuſtinui? Labore enim inferior fui, ſed amore communior: non tam mea virtute habilis, q̃ tua patientia tolerabilis: qui pio ſemper ſolicit⁹ affectu lat⁹ meum tuo latere ſpiebas, charitate vt frater, cura vt pater, ſolicitudine vt ſenior, reuerentia vt iunior. Ita in vnius neceſſitudinis gradu complurium mihi neceſſitudinum officia impendebas, vt in te non vnũ, ſed plures amiſſos requirã, in quo vno ignorata adulatio eſt, expreſſa pietas. Neque enim habebas quod ſimulatione adderes, qui totum pietate comprehenderas, vt nec incrementa reciperes, nec vicem expectares. Sed quo immemor officii, memor gratiæ, immodico dolore

G progrediorꝰ Reuocat apostolus,& tanquã frenos mœ-
roris inducit dicẽs,sicut nuper audistis, Nolumus vos
1. Thes. 4. ignorare fratres de dormientibus,vt non tristes sitis,si
cut & cæteri qui spem non habent. Date veniã fratres
2. Cor. 4. charissimi. Neq; enim omnes possumus dicere, Imita-
tores mei estote,sicut & ego Christi: sed ad imitãdum
si autorem quæritis,habetis quẽ possitis imitari. Non
omnes ad docendum idonei,vtinam omnes ad discen-
dum habiles. Non graue lachrymis contraximus cul-
pam. Non omnis infidelitatis aut infirmitatis est fle-
tus. Alius est naturæ dolor,alia est tristitia difficilẽtiæ.
& plurimum refert desiderare quod habueris,& lugere
quod amiseris. Non solus dolor lachrymas habet, ha-
bet & lætitia lachrymas suas. Et pietas fletum excitat,
& oratio stratum rigat,& precatio iuxta propheticum
dictum lectulum lauat. Fecerunt & fletum magnum
sui,cum patriarchæ sepelirentur. Lachrymæ ergo pie-
tatis indices,non illices sunt doloris. Lachrymatꝰ sum
ergo fateor etiã ego,sed lachrymatꝰ est & dñs. Ille alie-
nũ,ego fratrem. Ille in vno lachrymatus est oẽs, ego in
omnibus lachrymabor te frater. Ille nostro non suo la-
H chrymatus est affectu. Neq; enim diuinitas lachrymas
habet,sed lachrymatus eo quo crucifixus est, quo mor-
tuus,quo sepultus est. Lachrymatus est eo de quo ho-
Psal. 86. die nobis inuinuauit propheta dicens: Mater Sion di-
cet,homo,& homo factꝰ est in ea, & ipse fundauit eam
altissimus. Eo lachrymatus est quo matrem Sion di-
xit,genitus in Iudæa,susceptus ex virgine. Matrẽ au-
tem secundum diuinitatem habere non potuit,qui au-
tor est matris. Ille factus est nõ diuina generatione,sed
humana,qua homo factus est, deus natus est: sicut &
Esaię. 9. alibi habes: Puer natus est nobis, filiꝰ datus est nobis.
In puero enim nomen ætatis,in filio plenitudo diuini-
tatis est,factus ex matre,natus ex patre, idem tamẽ &
natus & datus. non diuersum,sed vnum putes. Vnus
enim dei filius,& natus ex patre,& ortus ex virgine di-
stanti ordine,sed in vnum concurrente nomine,sicut &
Psal. 86. præsens lectio docet quia & homo factus est in ea, & ip-
se fundauit eam altissimus. homo vtiq; corpore, altis-
simus potestate. Et si deꝰ & homo diuersitate naturæ,
I idẽ tñ non alter in vtroq;. Aliud ergo speciale naturæ
suæ,aliud commune nobiscum,sed in vtroq; vnus,& in
vtroq; perfectus. Non igitur mirandum est quia & do-
minum eum & Christum fecit deus. Fecit ergo Iesum
eum vtiq; qui ex corpore nomen accepit, fecit eum de
quo etiam patriarcha scribit Dauid quia mater Sion
dicet, homo,& homo factus est in ea. Quasi homo ergo
factus dissimilis,vtiq; nõ diuinitate,sed corpore: nec dis
cretus a patre,sed exceptus in munere: manens in con-
sortio potestatis,segregatꝰ in mysterio passionis. Plu-
ra loci huius tractatus exposcit,quibus possimus ostẽ-
dere autoritatem patris,proprietatẽ filii, trinitatis to-
tius vnitatẽ: sed consolandi hodie non tractandi partes
recepi: q̃q̃ abducere a mœrore animum intentione tra-
ctãdi,consolationis vsus sit. Sed tẽperandus mihi mœ-
ror,q̃ alienandus affectus est,vt mulceantur magis de-
sideria q̃ sopiantur. Non libet enim abire a fratre lõgi?
& occupatione subduci,cum velut comitandi eius gra
tia hic sermo susceptus sit,vt diutius sensu psequar,pfi
ciscentem,& quem oculis teneo,mente complectar. In
illo enim totam oculorum aciem figere libet, cum illo
totis animorum officiis immorari,illum toto blandi-
tiarũ ambire obsequio,dum stupet animus. Nec amis-
sum credo,quem adhuc cerno præsentem: nec mortuũ
puto,cuius adhuc officia non requiro,quibus ego vitæ
meæ vsum & spirãdi omne munus addixeram. Quid
enim referam tantæ gratiæ, tanto labori? Ego te fra-
ter hæredem feceram,tu me hæredem reliquisti. Ego
te superstitem optabam, tu me superstitem dimisisti.
Ego pro muneribus tuis vt compẽsarem beneficia,vo-
ta referebam, nunc & vota perdidi, sed tamen tua be-
neficia non amisi. Quid agam mei successor hæredis? K
Quid agam meæ vitæ superstes? Quid agam exors
huius quod cupio luminis? Quas grates, quæ mune-
ra referam tibi? Nihil a me præter lachrymas habes.
Aut fortasse securus meriti tui, quas solas superstites
habeo lachrymas non requires. Nam etiam cum ad-
huc viueres, flere prohibebas, mœroremque magis
nostrum q̃ tuam mortem tibi esse testabaris dolori.
Prohibent vlterius prodire lachrymæ, fletusque re-
uocant. Prohibet etiam tui gratia, ne dum nostra de-
flemus,de tuis meritis desperare videamur. Aut cer-
te vt nobis etiam mœroris istius minuas acerbitatem,
non habeo quod timeam qui timebam tibi,non habeo
quod mihi iam mundus eripiat. Et si sancta superfit so
ror Marcellina,integritate venerabilis,æqualis mori-
bus,non impar officiis: tibi tamen ambo plus timeba-
mus,in te vitæ huius iucunditatem repositam putaba
mus. Propter te viuere delectabat, propter te non pi-
gebat mori. Te enim ambo superstitem precabamur,
tibi nos superuiuere nõ iuuabat. Quãdo nõ cohorruit
animus cum metus huiusmodi titillaret? Quomodo L
consternata mens erat ægritudinis tuæ nuncio? Væ
miseræ opinioni,putabamus redditum,quem videmꝰ
dilatum. Tuis enim votis apud sanctũ martyrẽ Lau-
rentium impetratum esse nunc cognoscimus cõmea-
tum,atque vtinam non solum commeatum,sed etiam
prolixum vitæ tempus rogasses. Potuisti annos pluri-
mos impetrare viuendi,qui potuisti commeatum im-
petrare veniendi. Et quidem tibi omnipotens æterne
deus gratias ago,quod vel hæc nobis suprema solatia
non negasti,quod amãtissimi fratris ex Siculis Aphri
canis ve regionibus exoptatum nobis reditum cõtuli-
sti. Ita enim maturę postquam venit ereptus est, qua-
si propter hoc solum videretur esse dilatus,vt ad fratres
rediret. Habeo planẽ pignus meum quod nulla mihi
peregrinatio iam possit auellere. Habeo quas comple-
ctar reliquias. Habeo tumulum quem corpore tegã. M
Habeo sepulchrum super quod iaceam,& commenda-
biliorem deo futurum esse me credam,quod supra san-
cti corporis ossa requiescam. Vtinã sic potuissem ad-
uersus mortem quoque tuam meum corpus obiicere.
Si gladiis petitus esses,me pro te potius suffigendum
dedissem. Si exeuntem potuissem reuocare animam,
meam potius obtulissem. Nihil mihi profuit vltimos
hausisse anhelitus,nihil flatus meos inspirasse morien
ti. Putabam enim quod aut tuam mortem ipse susci-
perem,aut meã vitã in te ipse transfunderẽ. O infelicia
illa,sed tamen dulcia suprema oscula rum pignora. O
amplexus miseri inter quos exanimum corpus obrigu-
it,halitus supremus euanuit. Stringebam quidem
brachia,sed iam perdideram quem tenebam, & extre-
mum spiritum ore relegebam, vt consortium mortis
hauirem. Sed nescio quomodo vitalis ille mihi halitꝰ
factus est,& maiorem gratiã in ipsa morte redolebat.
Atque vtinam si tuam nequiui meo spiritu vitã pro-
ducere,vel vltimi anhelitus tui vigor trãsfundi potuis-
set in meam mẽtem, & illam tui animi puritatem at-
que innocentiã noster spirasset affectus. Hanc mihi he-
reditatem frater charissime reliquisses,quæ non lachry
mabili dolore percuteret aspectũ, sed memorabili gra-
tia commendaret hæredem. Quid igitur nunc agam,
cum omnes vitæ istius suauitates,cuncta solatia,cun-
cta deniq; ornamenta amiserim? Tu enim mihi vnus
eras domi solatio,foris decori,tu inquam in consiliis ar
biter,curæ particeps,deprecator solicitudinis,depulsor
mœroris: tu meorũ assertor actuũ,cogitationũq; defen-
sor: tu postremo vnus in quo domestica solicitudo resi-
deret,publica cura requiesceret. Testor sanctam animã
tuam,me in publicis ecclesiæ id sæpe veritum esse, ne
displicerem tibi. Deniq; vbi rediisti,obiurgasti moram.
ita domi foriq; eruditor quidam & arbiter sacerdotis,

A vt domestica cogitare non fineres,publica curare cen-
seres. Vt vereor,ne videar arroganter dicere. Hæc enĩ
laudis tuæ portio est,quia sine offensione vlla & guber
nasti fratris domum,& cõmendasti sacerdotium. Sen-
tio equidem quod repetẽdis officiis tuis, recensendisq;
virtutibus afficiatur animus,sed tamen in ipsa mei af-
fectione requiesco, atq; hæ mihi recordationes etsi do-
lorem renouant,tamẽ voluptatẽ afferunt. An ego pos
sum aut non cogitare de te,aut vnquam sine lachrymis
cogitare? Et potero vnquam aut tanti non meminisse
fratris,aut sine lachrym abili quadã meminisse gratiæ?
Quid enim mihi vnquam iucundum quod nõ esset ex
te profectum? Quid inquam mihi sine te, aut tibi vn-
quam sine me voluptati fuit? Quis non visus nobis,&
prope visus ipse somnusq; cõmunis? Quæ discreta vi
quam voluntas,quod non cõmune vestigium? fere vt
cum gradum tollerem,vel tu meum,vel ego tuum cor
pus videremur attollere. Qd siquãdo sine altero prod-
eundum fuit, intectum latus putares, affectum vultũ
cerneres,mœstum animum iudicares,non assueta gra
tia,non vigor solitus prænitebat,suspecta omnibus so-
litudo metum alicuius ægritudinis afferebat. Ita no-
uum videbatur omnibus nos diuidi. Ego certe frater-
B næ absentiæ impatiens,vel non immemor,quasi præ-
sentem reflexa sæpius cervice quærebam,& coram al-
loqui atq; aspicere videbar mihi. Sed tanquã suspẽsum
collo iugum,vbi speratis exciderat,trahere me puta-
bam,difficilis progredi,verecundus videri,& redire de-
properans,quod sine te procedere non liberet. At vero
vbi ambobus prodeundum fuit,non plura in itinereve
stigia q̃ verba,nec incessus q̃ sermo crebrior,nec ambu-
landi cura,sed colloquendi gratia. Vterq; enim nostrũ
ex alterius ore pendebat,non intẽto aspectu legere iter,
sed mutuo solicitos excipere sermones,haurire oculorũ
gratiam,spirare fraternę imaginis voluptatem. Quas
virtutes tuas tacitus mecum ipse mirabar. q̃ plaudebã
mihi quod tali me dominus fratre donauerat,tam pu-
dico,tam efficaci,tam innocenti,tam simplici, vt cum
tuam innocentiam cogitarẽ,efficaciã desperarem: cum
efficaciam cernerem, innocentiam non putarem: sed
vtrumq; mira quadam virtute iungebas. Denique ea
quæ ambo nequiueramus concludere, solus implesti.
Plaudebat sibi,vt audio, Prosper quod sacerdotii mei
occasione redditurum se quæ abstulerat non putabat,
sed vehementiorẽ tuam vnius efficaciam expertus est
q̃ duorum. Itaq; soluit omnia,nec moderationi ingratꝰ
tuæ,nec illudens pudori,sed & modestiæ gratus,nec i-
C solens efficaciæ. Sed cui frater illa quæsisti? Nos enim
idem volebamus laborum tuorum esse præmium, qd
documentum erat. Peregisti omnia,& vbi perfunctus
omnibus reuertisti,tu solus nobis qui omnibus es pre-
ferendus eriperis,quasi ideo mortem distuleris, vt con
summares pietatis officium,palmam efficaciæ repor-
tares. Q̃ nec ipsi nos frater charissime seculi huius de-
lectabant honores,quod nos a nobis inuicẽ diuidebãt,
quos ideo adepti sumus,non quia fuit eorum expeten-
da perceptio, sed ne vilis dissimulatio videretur. Aut
fortasse ideo sunt tributi, vt quia immaturo tui obitus
nostræ futurus erat voluptatis occasus,sine nobis iam
viuere disceremus. Equidẽ præsagæ mentis agnosco
formidinem,dum repeto sæpe quæ scripserim. Reuo-
cabam te frater,ne ipse Aphricã peteres, ac potius ali-
quem destinares,timebam te committere viæ. Sed &
peregrinationẽ explicuisti,& rem ordinasti,& veteri &
sentinoso,vt audio, nauigio iterũ te fluctibꝰ credidisti.
Nãq; dum celeritatẽ aucuparis, cautelã prætermisisti,
auidus nostræ gratiæ,dissimulans periculi tui. O fal-
lax lætitia,o incerta humanarũ rerũ curricula. Ex A-
phrica redditũ,ex mari restitutum,ex naufragio seruа-
tum putabamus iã nobis non posse eripi,sed grauiora
naufragia in terris positi sustinemus! Nã quẽ non po-
tuerunt naufragia ad moritẽ deducere streuuis natati- D
bus enitata,eiꝰ mors cœpit nobis esse naufragio. Quid
enim supereſt suauitatis,quibus tam prædulce decus,
tam charum in his mũdi tenebris lumẽ extinctum est,
in quo nõ nostræ solum familiæ, sed totius patriæ decꝰ
occidit? Habeo sane vobis fratres dilectissimi,plebs sa
cta,maximam gratiã,quod nõ alium dolorem meum
q̃ vestrum putatis,quod vobis accidisse hãc nostri cre-
ditis solitudinẽ, quod fletum totius ciuitatis, ætatum
omnium, ordinum omniũ, vota noua quadam pieta-
te desertis. Non enim misericordiæ priuatæ dolor, sed
ſidda publicæ officium & munus est gratię. An siqua
vos mei tangit misericordia quod talẽ fratrem amise-
rim, habeo fructum vberẽ, habeo vestri pignus affectꝰ.
Mallem fratrem viuere,sed tamen publicum officium
in secũdis rebus iucũdius est, in aduersis gratius. Neq;
vero mihi mediocre meritũ tanti videtur officii. Neq;
enim ocioſe vel in actibus apostolorum Thabitã mor Actuũ. 9.
tuam flentes viduæ describuntur, vel in euangelio mo
ta lachrymis viduæ prosequens turba funus adolesce- Luc. 7.
tis inducitur,cui resurrectio debebatur: illam tñ Tha-
bitam viduæ,hunc tota ciuitas fleuit. Non ergo dubiũ
est vestris lachrymis apostolorum patrocinium cõpa-
rari,non inquã dubium est Christum misericordia mõ
tum cum vos flẽtes videret. Etsi nũc nõ tetigit loculũ,
suscepit tamen cõmẽdatum spiritum. Et si nõ appella- E
uit corporis voce defunctum,diuinæ tamen potestatis
autoritate a cruciatibus mortis,& nequitiæ spiritalis i-
cursionibus eius animã liberauit. Etsi nõ resedit in lo-
culo qui erat mortuus,tamen requieuit in Christo. Et
si non locutus est nobis,tamẽ ea quę supra nos sunt cer
nit, & quæ potiora sunt nobis iam se videre lætatur.
Per ea enim quæ in Euangelio legimus, quæ futura
sunt intelligimus,& præsentium species futurorũ est.
Nõ opus fuit ei resurrectio temporalis, cui æterna de-
betur. Quid enim in hanc miseram & erumnosam re-
cideret labem, atq; in hanc flebilem vitam rediret, quẽ
raptum magis esse ex tam imminẽtibus malis, virgen
tibusq; periculis gaudere debemus? Nam si placato se-
culo bellisq; cessantibꝰ raptum Enoch nemo defleuit,
sed magis propheta laudauit, sicut de illo scriptura di-
xit, Raptus est ne malitia mutaret cor eius: quãto ma- Sapiẽ. 4.
gis nunc iure dicẽdum est, cum ad seculi lubricum vi-
tæ accedat ambiguum: Raptus est ne manꝰ incideret
barbarorũ. raptꝰ est nẽ totius orbis excidia, mũdi finẽ,
propinquorũ fimera,ciuium mortes,ne postremo san-
ctarum virginum atq; viduarum,quod omni morte a-
cerbius est,colluuionem videret. Ego enim te frater tũ
vitæ tuæ flore,tum mortis commoditate beatum ar- F
bitror. Nõ enim nobis ereptus es,sed periculis: non vi-
tam amisisti,sed ingruentium acerbitatum formidine
caruisti. Nam qua eras sanctæ mentis misericordia in
tuos,si nunc vrgeri Italiã tam propinquo hoste cogno-
sceres,quãtum ingemisceres,q̃ doleres in Alpium val-
lo summam nostræ salutis cõsistere, lignorumq; con-
cædibus construi murum pudoris: qua afflictione mœ
reres in tanto teneri discrimine tuos ab hoste impuro
atq; crudeli,qui nec pudicitiæ parceret nec salutiꝰ? Quo
nam inquam hæc modo ferres,quæ nos perpeti,& for-
tasse (quod grauius est) spectare cogemur, rapi virgi-
nes,& auulsos a cõplexu parẽtum paruos liberos supra
tela iactari,incestari sacrata deo corpora, & senilem vi-
duæ maturioris vterum in vsus desuetos onerum re-
dire nõ pignorum? Quonã inquã modo ista tolerares
qui etiã vltimo spiritu,tui iam fortassis oblitus, & ad-
huc nostri non immemor, de cauenda incursione bar-
barorum nos sæpius admonebas, cõmemorans nõ fru
stra te dixisse fugiẽdum,fortasse ideo quod nos destitui
tua morte cernebas: quod nõ infirmitate animi,sed pie
tate faciebas,etsi infirmus pro nobis, tamen firmus tu
bi. Q ui cum a viro nobili reuocareris Symmacho tuo

G parente, quod ardere bello Italia diceretur, quod in periculum tenderes, quod in hostem incurreres, respōdisti hāc ipsam tibi causam esse veniēdi ne nostro deesses periculo, vt cōsortē te fraterni discriminis exhiberes. Felix igitur tam opportuno obitu, quia nō es in hunc seruatus dolorē. certe felicior q̄ sancta soror, quę tuo solatio destituta, de suo pudore solicita, duobus nuper beata germanis, nunc ex duobus fratribus erumnosa, neq; alterum sequi potest, neq; alterum derelinquere, cui tumulus hospitium tuus, & corporis tui sepulchrum est domus. atq; vtinam vel hoc tutum diuersorium, cibus in fletibus, potus in lachrymis. Cibū etenī dedisti nobis panē lachrymarū, & potū dedisti nobis ī lachrymis in mēsurā, aut fortasse vltra mēsuram. Nā quid de me loquor, cui neq; mori licet, ne sororē relinquā, neq; viuere libet, ne a te reuellar? Quid enim mihi sine te potest esse iucundum, in quo omnis semper fuit nostra iucunditas? Aut quid diutius in hac vita degere iuuat, atq; in terris morari, in quibus tādiu iucunde viximus quādiu simul viximus? Et si esset qđ hic delectare nos posset, sine te delectare non posset. Et si quādo voluissemus impense vitam producere, iam tū sine te esse nollemꝰ. Hec intolerabilia. Quid enim tolerabile sine te tāto vitæ comite, tanto laborum meorum officiorumq; consorte? Cuius ego casum, quo esset tolerabilior, nec præmeditari potui: ita pauebat animus de illo tale aliquid cogitare, non quo cōditionem ignorarem, sed quidam votorum vsus sensum cōmunis fragilitatis obduxerat, vt de illo nisi secunda omnia cogitare nescirem. Deniq; proxime cum graui quodam atq; vtinā supremo vrgērer occasu, hoc solum dolebam quod non ipse assideres lectulo, ac votiuum mihi cum sancta sorore partitus of-
H ficium, morientis oculos digitis tuis clauderes. Quid optaueram? Quid repēdo? Quæ vota deficiunt? Quę ministeria succedunt? Aliud præparabam, aliud exhibere cōpellor, nō iam ipse ministerium funeris, sed minister. O dura oculorum lumina, quæ potuistis fratrē videre morientem. O immites & asperæ manus, quæ clausistis oculos in quibus plus videbam. O durior ceruix, quæ tam lugubre onus cōsolabili licet obsequio gestare potuisti. Hæc tu frater mihi iustiꝰ exhiberes. Hęc ego a te expectabam, hæc ego officia desiderabā. Nūc vero ipse meæ vitæ superstes, quod sine te solatium capiam, qui solus mœrentem solari solebas, excitare lętitiam, mœstitiam propulsare? Qualem te nunc ego frater aspicio, iam nulla mihi verba referentem, iam nulla
I offerentem oscula? quanquā ita mutuus semper vtriq; nostrum insederit amor, vt interiore potius foueretur affectu, q̄ forensi blanditia diuulgaretur. Neque enim aliorum quærebamus testimonium, qui tātam nostri gratiam tenebamus. Ita virilis se vtriq; nostrum germanitatis succus infuderat, vt non blanditiis probare amorem, sed conscientia teste pietatis interno amore cōtēti, succū blanditiarū non requirere videremur, quos & ipsa in amorē mutuū imago formaret. Nescio qua enim expressione mentis, qua corporis similitudine alter in altero videbamur. Quis te aspexit qui nō me visum putaret? Quotiens aliquos salutaui, qui quoniam te prius consalutauerant, se a me iam dicerent salutatos? Quāti tibi dixerunt aliquid qui se mihi dixisse memorarēt? Quę mihi hinc gaudia, quāta frequēter oborta lætitia, quod eos errare in nobis cernerem? Q̄ gratꝰ error, q̄ iucunda prolapsio, q̄ religiosa fallacia, q̄ suauis calumnia. Neq; enim de tuis erat aliquid aut factis aut sermonibus quod timerem, qui mihi tua lætabar ascribi. Tamen si vehementius contēderēt quod se mihi aliquid intimasse memorarent, respondebā ridens & gaudēs, Videte ne fratri dixeritis. Nā cū omnia nobis essent nostra cōmunia, indiuiduus spiritꝰ, indiuiduus affectus, solum tamen cōmune non erat secretū amicorū, non quo cōferendi periculum vereremur, sed tenēdi ser-
uaremus fidem. Sane si cōsilio pendenda res esset, erat K
semper cōmune consilium, non semper cōmune secretum. Nā et si amici ita alteri nostrum dicerēt, vt dicta sua ad alterutrum peruenirent, tamen scio plerunq; cōplacitum ita fidem secreti esse seruatam, vt nec fratri cōmitteretur. Erat enim fidele indicium, & extraneo nō esse proditum, quod nō esset cum fratre collatum. His igitur tantis ac talibus bonis in excessum quēdam fateor mētis elatus, superstitem me timere desiderarem, quod illum vita crederem digniorē, & ideo excepi plagam quam ferre non possum. Tolerabiliora enim tāti doloris præmeditata q̄ inexplorata vulnera. Quis iam mœstum solabitur? Quis afflictum leuabit? Cum quo participabo curas? Quis me ab istius mundi vindicabit vsu? Tu enim autor negociorum, censor seruulorū, arbiter fratrum, nō litis sed pietatis arbiter. Nā si quādo aliquid cum sancta sorore mihi cōferēdum fuit, vtra melior videretur sentētia, te iudicem sumebamus, qui nullius læderes os, atq; vtriq; satisfacere gestiēs & amādi affectum tenebas, & censendi modum, vt & vtrunq; gratum dimitteres, & vtriusq; tibi gratiam vēdicares. Aut si ipse aliquid disceptandum deferres, q̄ grata contentio tua, q̄ sine felle ipsa indignatio, q̄ seruulis ipsis coercitio non amara, cum te fratribus magis deferre, q̄ ex L
affectu diceres vīdicare. Nobis enim professio repressit studia coercendi, immo tu frater ab omni nos abducebas coercitionis affectu, vindicare pollicens, & lenire desiderans. Non mediocris igitur prudentiæ testimonium, quæ ita a sapiētibus definitur, bonorum primū esse deum scire, & verum illud atq; diuinum pia mente venerari, illam amabilem & cōcupiscendam æternę pulchritudinem veritatis tota mentis charitate diligere. Secundum autem, in proximos a diuino illo fonte atq; cælesti naturæ deriuare pietatem: quod etiam mūdi sapientes nostris hausere de legibus. Neq; enim deriuare ista in hominū disciplinas, nisi de cælesti illo diuinæ legis fonte potuissent. Quid igitur obseruātiam eius erga dei cultū predicem? qui priusquam perfectioribus esset initiatus mysteriis, in naufragio constitutꝰ, cum ea qua veheretur nauis scopuloso illisa vado, & vrgentibus hinc atq; inde fluctibus solueretur, non mortē metuēs, sed ne vacuus mysterii exiret e vita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fideliū sacramentum poposcit, non vt curiosos oculos insereret arcanis, sed vt fidei suæ consequeretur auxiliū. Etenī M
ligari fecit in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita se deiecit in mare, non requirens de nauis compage resolutam tabulam cui supernatans iuuaretur, quoniā fidei solius arma quęsierat. Itaq; se tectum atq; munitū satis credens, alia auxilia nō desiderauit. Simul fortitudinem eiꝰ spectare licet, qui fatiscente remigio nō quasi naufragus tabulam sumpserit, sed quasi fortis ex seipso adminiculū suæ virtutis assumpserit. Nec deserunt spes, nec fefellit opinio. Deniq; primus seruatus ex vndis, & in portū terrenæ stationis euectus, pręsulē suum cui se crediderat recognouit, statimq; vbi etiam cæteros seruulos suos vel ipse liberauit, vel liberatos cōperit, negligens facultatū, nec amissa desiderans, dei ecclesiam requisiuit, vt ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret, pronūcians nullum referendæ gratiæ maius esse officiū. Quod si homini non referre, simile homicidio iudicatum est: quantum crimen est nō referre deo? Est ergo prudentis agnoscere seipsum, & quemadmodum a sapientibus definitum est, secundū naturam viuere. Quid enim est tam secundum naturam, q̄ referre autori gratiam? Aspice cælum hoc, nōne autori refert gratiā cum videtur? Cæli enī enarrant Psal. 18.
gloriam dei, & opera manuum eius annūciat firmamētum. Mare ipsum cum sedatum atq; tranquillū est, diuinę serenitatis testatur indicium: cum mouetur, indignatio superna terrori est. Nonne omnes dei gratiam

A iure miramur, cum aduertimus quod insensibilis natura quadam sensibili ratione suos fluctus coerceat, & fines suos vnda cognoscat? Nam de terris quid loquar, quæ diuino obedientes præcepto, omnibus sponte animantibus pabulum subministrant, aeq; id quod acceperint agri, velut crescentibus vsuris multiplicatum cumulatumq; restituunt? Ergo ille qui natura duce diuini rationem operis igneo mentis vigore perceperat, sciuit primo omnium seruatori suo gratiam esse referendam. Sed quia referre poterat, habere poterat. Est enī huiuscemodi gratiæ vis, vt & cum refertur habeatur, & habēdo referatur. Referebat igitur gratiam, deferebat fidem. Nam qui tantum mysterii cælestis inuoluti in orario præsidium fuisset expertus, quantum arbitrabatur si ore sumeret, & toto pectoris hauriret arcano: q̄ maius putabat fusum in viscera, quod tantum sibi tectum orario profuisset? Sed non ita auidus fuit, vt esset incautꝰ. Scimus enim plerosq; auiditate studii prætermittere cautionem. Aduocauit ad se episcopū, nec vllam veram putauit nisi veræ fidei gratiam, percōtatusq; ex eo est vtrū nam cum episcopis catholicis, hoc est cum Romana ecclesia cōueniret. & forte & ad id locorum in schismate regionis illius ecclesia erat. Lucifer enim se a nostra tunc temporis communione diuise-
B rat, & quāquam prouide exulasset, & fidei suæ reliquisset hæredes, non putauit tamen fidem esse in schismate. Nam etsi fidem erga deum teneret, tamen erga dei ecclesiam non teneret, cuius patiebantur velut quosdā artus diuidi, & membra lacerari. Etenim cum propter ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides, a quibus euacuatur eius passio, corpusq; distrahitur. Itaq; quanuis gratiæ fœnus teneret, & metueret tāti nominis debitor nauigare, tamen eo transire maluit, vbi tuto posset exoluere. Iudicabat enim diuinæ solutionem gratię in affectu ac fide esse, quam quidem statim vbi primū copia liberior ecclesiæ fuit, implere nō distulit. Dei gratiam & accepit desideratam, & seruauit acceptam. Nihil igitur ea prudentia sapientius, quæ diuina & humana secernit. Nam quid spectatam in stipendiis forensibus eius facundiam loquar, quæ incredibili admiratione in auditorio emicuit? Sed malo illa laudare, quæ præceptis mysteriis dei duxit humanis esse potiora. Fortitudinem quoq; eius si quis plenius spectare volet, consideret quotiens post naufragium inuicto quodam cōtemptu vitæ huius maria transfretauerit, diffusasq; regiones obeundo peragrarit: postremo q; hoc ipso tempore
C periculū non refugerit, sed ad periculum venerit, patiēs iniuriæ, negligens frigoris, atq; vtinā solicitus cautionis: sed hoc ipso beatus, quod dum licuit vigore vti corporis, inoffenso ad exequenda quæ vellet functus iuuētutis officio, vitam vixit, debilitatem ignorauit. Qua vero prosecutione simplicitatē eius edisserā? Ea est enī quædam morum tēperantia, mentisq; sobrietas. Date quæso veniam, & permittite dolori meo vt de eo mihi paulo vberius liceat loqui, cum quo iam non cōceditur colloqui. Certe & vobis proficit vt aduertatis non fragilitate quadam vos hoc officiū, sed iudicio detulisse, nec misericordia mortis impulsos, sed virtutum honorificētia prouocatos. Anima enī benedicta omnis simplex. Tantæ autē simplicitatis erat, vt cōuersus in pueros, simplicitatem illius ætatis innoxiæ, perfectę virtutis effigie, & quodā innocentium morum speculo reluceret. Intrauit igitur in regnum cælorum, quoniā credidit dei verbo, quoniā sicut puer artem repulit adulandi, iniuriæ dolorem clementer absorbuit, quā clementius vindicauit, querelæ q̄ dolo promptior, satisfactioni facilis, difficilis ambitioni, sanctus pudori, vt frequēter in eo superfluam magis verecundiam prædicares, q̄ necessariam quæreres. Sed nunq̄ superflua fundamenta virtutis. Pudor enim nō reuocat, sed cōmendat officiū.
Itaq; velut quadam virginali verecūdia suffusus ora, cū D
vultu affectum proderet, si forte aliquam subito veniēs offendisset parentem, velut depressus & quasi demersus in terram, licet in ipso nequaquam dissimilis cœtur virorum, rarus attollere os, eleuare oculos, referre sermonem, quod pudico quodā mentis pudore faciebat, cum quo castimonia quoq; corporis congruebat. Etenī intemeratą sacri baptismatis dona seruauit, mūdo corpore, purior corde, non minus adulterini sermonis opprobrium q̄ corporis perhorrescens, non minorem ratus pudicitiæ reuerētiam deferendam integritate verborū, q̄ corporis castitate. Deniq; in tātum castimoniā dilexit, vt nec vxorem expeteret, licet in eo non solum castitatis appetentia fuerit, sed etiam pietatis gratia. Miro autem modo & coniugium dissimulabat, & instantiam declinabat. tātaq; erat dissimulatio, vt nobis quoq; vrgentibus differre magis consortium q̄ refugere videretur. Hoc vnum itaq; fuit, quod nec fratribꝰ crederet, non aliquą cunctationis hæsitantia, sed virtutis verecūdia. Quis igitur nō miretur virum inter fratres duos, alterā virginem, alterum sacerdotem, ætate medium, magnanimitate non imparem, ita inter duo maxima munera pręstitisse, vt alterius minoris castitatē, alterius sanctitatem referret, non professionis vinculo, sed virtutis officio? Ergo si libido atq; iracūdia, reliquorū vitiorū educatrices sunt, iure castitatē atq; clementiā E
dixerim quasdā virtutū parētes: quanq̄ pietas quoq; vt omnium principatus bonorum, ita etiam seminarium virtutum est cæterarum. Nam de parsimonia quid loquar, & quadam habendi castitate? Is enim non quærit aliena qui sua seruat, nec inflatur in modico qui contentus est proprio. Nihil ergo aliud nisi proprium recuperare voluit, magis ne fraudaretur, q̄ vt ditaretur. Nā eos qui aliena quærunt, recte accipitres pecuniæ nominabat. Quod si radix malorum omnium auaritia est, vtiq; vitia exuit qui pecuniā nō requirit. Nō vnquā accuratioribus epulis aut cōgestis ferculis delectatus est, nisi cum amicos ad epulas rogaret, quantum naturæ satis esset, non quātum voluptati superesset requirens. Et certe erat non pauper opibus, sed tamen pauper spiritu; quoniam ipsorum est regnum cælorū. De istius beatitudine nequaquam vtiq; dubitare debemus, qui neque vt opulens exultauit in diuitiis, neq; vt pauper exiguum quod habuit iudicauit. Superest vt ad conclusionem cardinalium virtutum, etiā iustitiæ partes in eo debeamus aduertere. Nam etsi cognatæ sint inter se concretæq; virtutes, tamen singularum quædam forma expressior desideratur, maximeq; iustitię. Ea enim F
sibi parcior foris tota est, & quicquid habet, quadā inclementia sui, dum rapitur amore communi, transfundit in proximos. Sed huius multiplex species. Alia erga propinquos, alia erga vniuersos, alia erga dei cultū vel adiumentum inopum. Itaque qualis in vniuersos fuerit, prouincialium quibus præfuit, studia docēt, qui parentem magis fuisse proprium q̄ iudicem loquebantur, gratum piæ necessitudinis arbitrū, constantē æqui iuris disceptatorem. Inter fratres autem qualis fuerit, licet omne hominum genus beneuolentia complecteretur, indiuisum patrimoniū docet, nec distributa aut delibata, sed reseruata hæreditas. Etenim pietatem sibi causam esse negauit testandi. Nam hoc quoque vltimo sermone signauit, cum quos dilexerat cōmēdaret, sibi nec vxoris arbitrium fuisse ducendæ, ne a fratribus diuelleretur: nec testamenti faciēdi voluntatem, ne nostrum in aliquo arbitrium læderetur. Denique & oratus & obsecratus a nobis, nihil tamen condendum putauit, nō oblitus pauperum, sed tantum obsecrans esse tribuēdum, quantum nobis iustum videretur. Quo vno satis & diuini timoris expressit indiciū, & humanæ edidit religionis exemplum. Nam quod pauperibus contulit, deo detulit: quoniam qui largitur pau-

G peri, fœneratur deo: & postulando quod iustum est, nõ exiguum sed totum reliquit. Hæc enim est summa iustitiæ, vendere quæ habeas, & conferre pauperibus.
Psal. 111. Qui enim dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Ergo dispensatores nos non hæredes reliquit. Nam hæreditas successori quæritur, dispensatio pauperibus obligatur. Vnde non immerito quantus fuerit, hodie quoq; per vocem lectoris paruuli spiritus sanctus expressit: Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam, nec fecit proximo suo dolum, hæc est generatio requirentium deum. Hic ergo & in mõtem domini ascendet, & in tabernaculo habitabit dei, quia igressus sine macula operatus est iustitiam, locutus est veritatem, non decepit proximũ, nec pecuniã fœnerat? est suã, qui semp voluit recuperare hæreditariã. Agnosco oraculũ. qđ enĩ nulla ordinauit dispositio, spiritus reuelauit. Quid vero illud recenseam, quod supra ipsam iustitiam pietate progressus, cum quædam incubatori cõmunium fructuũ mei contemplatione muneris putasset esse tribuẽda, largitatis me iactabat autorem, portionis suæ lucrum ad cõmune consortium cõferebat? Hæc & alia quæ mihi tũc erant voluptati maximæ, nunc recordatione doloris exasperaui. Manent tamen, eruntq; semper, nec tanq̃ vmbra præterierunt, neq; virtutis gratia cum corpore occidit, nec idem naturæ meritorumq; finis, licet ipsius naturæ vsus non in æternum occidat, sed tẽporali quadam vacatione rẽquiescat. Talibus igitur perfunctum virtutibus, ereptum periculis, desiderio magis q̃ amissione flebo. Suadet enim ipsa opportunitas mortis vt
H prosequendũ magis gratia q̃ dolendum putemus. Scriptum est enim, in communi dolore proprium vacare debere. Neq; enim prophetico sermone, vni illi mulieri quæ figuratur, sed singulis dicitur, cum ecclesię dictum videtur. Dicitur ergo & ad me, & dicit scriptura cælestis: Hoccine doces, sic instituis dei plebem? An nescis quia exemplum tuum, periculum cæterorum est? Nisi forte exauditũ nõ esse te quereris. Primum istud arrogantis est impudentiæ, mereri solum velle, quod multis etiam sanctis negatum noueris, cum scias quia non est personarum acceptor deus. Nã & misericors deus, tamen si semper exaudiret omnes, non iam ex voluntate libera, sed ex quadam velut necessitate facere videretur. Deinde cum omnes rogent, si exaudiret omnes, nemo ergo moreretur. Pro quantis quotidie rogas? Nunquid constituitio dei contemplatione soluenda est tui? Cur ergo non impetratum aliquando doles, quod non semper impetrabile esse cognoscis? Stulta, inquit,
4. Esd. 10. super omnes mulieres: nõne vides luctũ nostrũ, & quæ
I nobis contigerũt, quoniam Sion mater nostra omniũ in tristitia cõtristatur, & humilitate humiliata est? Lugete validissime & nunc, quoniam oẽs lugemus: & tristes estote, quoniam omnes contristati sumus. Tu enĩ cõtristaris in fratrem. Interroga terrã, & dicet tibi, quoniam hæc est quæ debebat lugere tantorum superstes germinum, & ex ipsa, inquit, initio omnes nati, & alii venient, & ecce pene omnes in perditionem ambulãt, & in exterminium sit multitudo eorũ. Et quis ergo debet lugere magis, nisi quæ tam magnã multitudinem perdidit, q̃ tu qui pro vno doles? Absorbeat igitur nostrum dolorem communis dolor, & acerbitatem proprii mœroris excludat. Non enim dolere debemus eos quos cernimus liberatos. neq; enĩ ociosę tã sanctas hoc tẽpore animas corporeis vinculis reminiscimur absolutas. Nanq; velut diuino iudicio tam graues viduas ita vno tẽpore defunctas videm?, vt professionis quidã videatur excessus, nõ mortis occasus, ne veterana emeritis stipẽdiis pudicitia dubium diu seruati pudoris inciderit. Quos gemitus mihi, quos dolores tã acerba excitat recordatio? Etsi mœroribus non vacabã, tamen in ipso dolore priuato, in ipso tãtorũ amisso flore meritorum, cõmunis quædã naturę me conditio solabatur, & K
delixusq; in vno dolor acerbitatem publici funeris domesticæ specie pietatis obduxerat. Repete ergo sacra scriptura solatia tua. Iuuat enim tuis præceptis, tuis sententiis immorari. Q̃ facilius est cælũ & terrã præterire, q̃ de lege vnũ apicem cadere? Sed iam audiam? quæ scripta sunt. Nunc, inquit, retine apud temetipsũ dolorem tuum, & fortiter fer qui tibi cõtigerunt casus. Si enim iustificaueris terminum dei, & filium tuũ recipies in tempore, & in mulieribus collaudaberis. Si hoc ad mulierẽ, quãto magis ad sacerdotem? Si de filio, nõ vtiq; absurdum etiam de fratrũ amissione talia memorari: quanq̃ si mihi fuisset filius, tunq̃ eum amplius dilexissem. Nã sicut in obitu liberorũ effusi labores, susceptiq; fruſtra dolores mœrorem videntur augere, ita etiã in fratribus cõsuetudinis vsus atq; collegii, acerbitatem doloris accendunt. Sed ecce dicentẽ scripturam audio: Noli facere hũc sermonem, sed cõsenti persuaderi. Qui enim fles casus Sion, & consolare propter dolorẽ Hierusalẽ. Vides enĩ quia sancta nostra contaminata sunt, & nomen quod noiatũ est super nos, pene prophanatũ est, & iuuenes nostri contumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succẽli sunt, & Leuitæ nostri in captiuitate fuerunt, & mulieres nostræ cõtaminatæ sunt, & virgines nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri proditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri inualidi facti sunt. Et quod omniũ maius, signaculũ Sion, quoniã refignata est de gloria sua nunc, & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam multã tristitiam, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur fortis, & requiem faciat tibi altissimus requietione doL lorum. Cessabunt igitur lachrymæ. parẽdum est enim remediis salutaribus, quia debet aliquid inter fidos & perfidos interesse. Fleant ergo qui spem resurrectionis habere non possunt, quã non sententia dei eripit, sed fides indemẽtia. Interfit inter Christi seruulos, idolorũq; cultores, vt illi fleãt suos quos in perpetuum existimãt interisse, illi nullas habeant lachrymarum ferias, nullam tristitiæ requiem consequãtur, qui nullam putant requiem mortuorum: nobis vero quibus mors nõ natura, sed vitæ istius finis est, quoniam in melius ipsa natura reparatur, fletus omnes casus mortis abstergat. Certe si illi sibi aliqua solatia repererunt, qui finem sensus, defectumq; naturę mortẽ arbitrati sunt: quãto magis nos, quibus meliora post mortem præmia bonorũ factorum conscientia pollicetur? Habẽt gentiles solatia sua, quia requiem malorum omniũ mortẽ existimant. M
Et vt vitæ fructu carent, ita etiam caruisse se putant omni sensu & dolore pœnarum quas in hac vita graues & assiduas sustinem?. Nos vero vt erectiores præmio, ita etiam patientiores solatio esse debemus. Nõ enim amitti, sed præmitti videntur, quos non absumptura mors, sed æternitas receptura est. Cessabũt ergo lachrymæ: aut si cessare non poterunt, in cõmunibus lamẽtis flebo te frater, & sub dolore pudico domesticos gemit? tegam. Nã cessare nõ poterunt, cum ad omnẽ sonum nominis tui lachrymæ surrepãt, vel cum vsus ipse, recordationem excitat, vel cum affectus imaginẽ repræsentat, vel cũ recordatio doloré renouat. Q̃ enĩ dees qui tantis officiis repræsentaris? Ades inquã, & semp ostenderis, & toto te animo ac mẽte cõplector, aspicio, alloquor, osculor, cõprehendo vel in ipsa quiete nocturna, vel in luce clara cũ reuisere & solari dignaris mœrentẽ. Deniq; ipsæ iam noctes, quę quasi molestiores viuente te videbantur, qđ mutui conspectus copiam denegarẽt, ipse iam somnus colloquiorum nostrorũ dudũ interruptor inamabilis, dulcis esse iã cœpit, quia te mihi reddidit. Non igitur miseri, sed beati, quorũ nec præsentia defecit, nec cura minuitur, & augetur gratia. Et enim somni similis imago mortis. Quod si in quiete

A nocturna vinculis adhuc corporeis inhærentes, & quasi inter carceraria religatæ claustra membrorum possunt tamen animæ altiora & discreta perspicere, quanto magis spectant hæc cum iam puro ætthereoq; sensu nulla corporeę labis impedimẽta patiuntur? Meritoq; mihi conquerenti vergente iam in occasum die, q̃ non reuisseres quiescẽtem, totus omni tempore indiuiduus affuisti, ita vt illo perfusus sopore membrorum, cũ ego vigilarem tibi, tu viueres mihi, dicerẽ: Quid est mors frater? Nam certe nullis a me separare momentis. Ita enim vbiq; præsto eras, vt quam in istius vitæ vsu habere copiam nequibamus, nunc nobis semper & vbiq; præsto sit. Nã tunc vtiq; omnia præsto esse nõ poterãt. nec enim complexiones nostræ conspectusq; & osculorum corporalium suauitates locis omnibus & omnib? temporibus suppetebant. Animorum imagines semper nobiscum erant etiã quando non eramus vna, quæ ne nunc quidem occiderunt, assidueque adrolant, quo maiore desiderio, eo maiore copia. Teneo igitur te frater, nec mihi te aut mors aut tempus auellet. Ipse dulces lachrymæ sunt, ipsi fletus iucũdi, quibus restinguitur ardor animi, & quasi relaxatus euaporat affectus. Neque enim sine te esse possum, aut tui non meminisse vnquam, aut meminisse sine lachrymis. O amari dies qui interruptam copulam proditis. O flebiles noctes quæ tam bonum consortem quietis & in-
B diuiduum mihi comitem perdidistis. Quas ederetis cruces nisi se offunderet imago præsentis, nisi visiones animi repræsentarent quem species corporis denegaret? Iam iam frater animo meo charissime, quanquam immaturo decesseris obitu, beatus tamen qui ista non sustines, nec amissum fratrem mœrere compelleris, quem absentem diu ferre non poteras, sed recursu celeri reuisebas. Quod si tunc solitudinis meæ tædia repellere, mœstitiam fraternæ mẽtis ableuare properabas, quanto nunc crebrius afflictum animum debes reuisere, & ex te conceptum, per te lenire mœrorem? At mihi tamen dat aliquas officii vsus inducias, & obsequii sacerdotalis intentio abducit animum. De sancta vero sorore quid fiet, quæ licet diuino metu pietatem tempe ret, rursus tamen ipsum pietatis dolorem studio religionis accendit: strata humi, & totum gremio sui complexa tumulum, laborioso fessa incessu, tristis affectu, dies noctesq; mœrorem integrat. Nã licet fletum pleumq; sermone suspendat, in oratione renouat. Et quãtis scripturarũ memoria consolationes ferentibus præcurrat, flendi tamẽ desiderium precandi assiduitate cõpensat, lachrymarum vbertatem tunc præcipue quan-
C do nemo interrumpere possit, instaurans. Ita quod misereris habes, quod reprehendas non habes. Flere enĩ in oratione virtutis est: & quanquam istud familiare virginibus, quibus mollior sexus, tenerior affectus cõtuitu communis fragilitatis, in lachrymas etiam sine domestici sensu doloris exuberat, tamen cũ maior causa mœrendi est, finis mœroris excluditur. Deest igitur consolandi via, quia suppetit excusandi gratia. Neque enim possis prohibere quod doceas, præsertim cum religionis astruat lachrymas, non doloris, & communis seriem deplorationis in metu pudoris obtexat. Consolare ergo qui potes adire animum, penetrare mentem. Cernat te esse præsentem, sentiat non esse defunctum, vt cuius secura de merito, eius functa solatio, discat proeo non grauiter dolere, qui se admonuerit non dolẽdũ. Sed quid ego demoror frater, quid expectem vt nostra tecum commoriatur & quasi consepeliatur oratio? Licet ipsa species & exanimis corporis forma soletur, ocu losq; manens gratia & permanens figura demulceat, nihil inquam moror, procedamus ad tumulũ, sed prius vltimum coram populo vale dico, pacẽ prædico, osculum soluo, præcede ad illam communem omnibus & debitam, sed iam mihi præ cæteris desiderabilem do- D
mum. Para hospiti consortium, & quemadmodũ hic omnia nobis fuere communia, ita illic quoq; ius diuiduum nesciamus. Ne quæso cupientem tui diu deseras, properantem expecta, festinãtem adiuua, & si diutius morari tibi videbor, accersi. Neq; enim vnquã prolixius abfuimus a nobis, tu tã solebas reuisere. Nunc quoniam tu redire iam non potes, nos ad te ibimus. æquum est vt officium rependamus, subeamus vicem. Nunq̃ nobis fuit vitæ cõditio discretior, semper aut fanitas aut ægritudo cõmunis, vt cum alter ægresceret, alter incurreret: cũ alter reualesceret, vterq; cõsurgeret. Quomodo ius nostrum amisimus? Et nunc consortiũ ægritudinis fuit, quomodo mortis cõsortium nõ fuit? Tibi nunc omnipotens deus innoxiam commẽdo animam, tibi hostiam meã offero, cape propitius ac serenus fraternum munus, sacrificium sacerdotis, hæc mei iam liba præmitto. In hoc ad te pignore venio, nõ pecuniæ, sed vitæ pignore, ne me diuti? residere facias tanti fœnoris debitorem. Non mediocris est fraterni amoris vsura, nec vilis naturæ fors quam cumulauit incrementum virtutis. Possum ferre, si cito cogar exoluere.

DIVI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANEN. DE FIDE RESVRRECTIONIS ORATIO. E

SVPERIORE libro aliquid indulsimus desiderio, ne tanquam ferenti plagæ austeriora adhibita medicamenta exasperarent magis q̃ lenirent dolorem: simul quia fratrem sæpius allocuti sumus, & oculis tenebamus, absurdũ non fuit relaxare paulisper affectum naturę, qui lachrymis magis pascit, fletib? delinitur, stupore defigitur. Mollis enĩ & tenera species est forma pietatis, nihil insolens amat, nil immite, nil durũ. ferẽdo autẽ probatur patientia q̃ resistendo. Ergo quia dudum dies mortis inter lachrymabiles aspectus debuit animum inclinare fraternum qui totum tenebat, nunc quoniam die septimo ad sepulchrum redimus, qui dies symbolum futuræ quietis est, a fratre paululum ad communem humani generis cohortationem iuuat deriuare mentem, intentionemq; transfundere, ita vt neque totis sensibus defigamur in fratre, ne obrepat affectus: neque tantæ exules pietatis & gratiæ, eum quem diligimus deseramus, & vere ipsi nobis tanti doloris augeamus iniurias, si hodie nobis & in sermone moriatur. Vnde proposuimus fratres charissimi solari nos communi vsu, nec diu rum putare quicquid vniuersos manet, & ideo mortẽ non esse lugendam. Primum, quia cõmunis sit, & cunctis debita. Deinde, quia nos seculi huius absolut aerũnis. Postremo, quia somni specie vbi ab istius mũdi labore requietum sit, vigor nobis viuacior refundatur. Quẽ dolorẽ non soletur resurrectionis gratia? quẽ non excludat mœrorem si credas nihil perire morte, immo ipsius celeritate fieri mortis plus perire ne possit? Erit ergo fratres charissimi, vt in adhortatione communi etiam fratri nostro pendamus affectum, nec ab eo longius deuiasse videamur, si per resurrectionis spem, & futuræ gloriæ suauitatem etiam in sermone nobis hodie reuiuiscat. Ordiamur igitur ab eo, vt lugendum nobis nostrorum obitum non esse doceamus. Quid enĩ absurdius, q̃ vt id quod scias omnibus esse præscriptũ, quasi speciale deplores? Hoc est animum supra condi-

G tionem extollere, legem non recipere, commune naturæ consortium recusare, mente carnis inflari, & carnis ipsius nescire mẽsuram. Quid absurdius q̃ nescire qui sis, affectare qđ non sis? Aut quid imprudentius, quod futurum scias, id cum acciderit, ferre non posse? Natura ipsa nos reuocat, & huiuscemodi mœroribus quadã sui collatione subducit. Quis est enim tam grauis luctus, aut tam acerbus dolor, in quo non interdum relaxetur animus? Habet hoc natura, vt quamuis homines in tristibus rebus sint, tamen, si modo homines sunt, a mœrore mentem paulisper abducant. Fuisse etiam quidam feruntur populi qui ortus hominum lugerẽt, obitusque celebrarent. Nec imprudenter. Eos enĩ qui in hoc vitæ salum venissent, mœrendos putabant: eos vero qui ex istius mundi procellis & fluctibus emersissent, non iniusto gaudio prosequendos arbitrabantur. Nos quoq; ipsi natales dies defunctorũ obliuiscimur, & eum quo obierint diem celebri solennitate renouamus. Non est grauis subeundus mœror secundum naturam, ne aut excellentiorẽ aliquã naturæ exceptationem nobis arrogare videamur, aut communem recusare. Etenim mors æqualis est omnib⁹, indiscepta pauperibus, indiscepta diuitib⁹. Et ideo licet per vnius peccatum, in omnes tamen pertransiuit, vt quem generis non refugimus autorem, non refugiamus & mor-

H tis, & sit nobis sicut per vnum mors, ita per vnum etiam resurrectio, nec recusemus ærumnam, vt perue-
Luc.19. niamus ad gratiã. Venit enim, vt legimus, Christus saluum facere quod perierat. sed vt nõ solum viuorum, sed etiã mortuorum dominetur. Lapsus sum in Adã, de paradiso eiectus in Adam, mortuus in Adam: quẽ reuocaret nisi me in Adam inuenerit, vt in illo culpæ obnoxium, morti debitũ, ita in Christo iustificatũ? Si ergo debitum mortis est, solutio debet esse tolerabilis. Sed hic locus posterioribus partibus reseruãdus. Nũc propositum est asserere mortem grauiori non debere esse mœrori, quod cũ natura ipsa respuat. Deniq; Lyciorum feruntur essæ præcepta, quæ viros iubeant muliebrem vestem induere si mœrori indulgeãt, eo quod mollem & effœminatum iudicauerint in viro luctum. Deforme est enĩ eos qui pro fide, pro religione, pro patria, pro æquitate iudicii, atque intentione virtutis obuium morti debent pectus offerre, mœrere in alio grauius, quod in se si causa exegerit expetẽdum est. Nam quemadmodum potes in te non refugere, quod impatientius aliis doleas accidisse? Depone mœrorem si potes, include si non potes. Aut absorbendus omnis, aut premendus est dolor. Cur enim mœstitiam tuam non

I ratio potius q̃ dies leniat? Nam quod obliteratura est temporis series, melius prudentia mitigabit. Quin etiam hoc ipsum irreligiosum puto erga ipsorum memoriam quos dolemus amissos, vt obliuisci eorum malimus, q̃ consolatione mulceri: aut cum horrore reminisci, q̃ meminisse cum gratia: recordationem timere quorum imago debeat esse voluptati: diffidere potius q̃ sperare de meritis defunctorum, & pœnæ addictos q̃ immortalitati debitos quos dilexeris æstimare. Sed dicis: Quos diligebamus, amisimus. Nonne hæc nobis cum ipso mundo elementisque communia sunt, quia ad tempus credita in perpetuum tenere non possumus? Gemit terra sub aratris, imbribus cæditur, tempestate concutitur, stringitur frigore, sole torretur, vt fructus annuos fœta parturiat: & cum se vario flore vestierit, exuitur proprio & spoliatur ornatu. Quantos hæc raptores habet, nec fructum suum queritur amissum, quem ideo generauit vt amitteret, nec in posterum negat, quem sibi meminit auferendum. Cælum ipsum non semper stellarum micantium globis fulget, & quasi quibusdam insignitur coronis. Non semper ortu lucis albescit, radiis solis irrutilat, sed assiduis vicibus ille quidam mundi vultus gratissimus

K humenti noctium caligat horrore. Quid gratius luce? Quid sole iucundius, qui quotidie occidit? Decessisse tamen hæc nobis non moleste ferimus, quia repræsumimus. Doceris in his quam in tuis debeas exhibere patientiam. Si superiora tibi occidunt, nec dolori sunt, cur si occiderint humana, doleantur? Sit tamen patiẽs dolor, sit in tristib⁹ modus qui exigitur in secũdis. An si immoderate gaudere nõ conuenit, lugere conuenit? Non enim mediocre malum est immoderatio doloris, aut metus mortis. Quantos ad laqueum impulit, armauit ad gladium, vt in eo ipso amentiam suã proderent, mortem nõ ferentes, & mortem appetentes, & quod pro malo fugerent, pro remedio asciscerent: qui quoniam consentaneum naturæ suæ ferre ac perpeti nequeunt, contrarium voti incidunt, vt ab his in perpetuum separentur quos sequi desiderauerunt. Sed hæc rara, quoniam natura ipsa reuocat, etsi præcipitet amentia. Illud vero frequens in mulieribus, vt clamores publicos serant, quasi metuant ne earum ignoretur erumna, vt illuuiem vestis affectent, quasi in ea sit sensus dolendi, vt impexum sordibus immadident caput, vt postremo (quod plerisq; i locis vulgo fieri solet) discisso amictu, diloricata veste secreti pudoris nuda prostituant, quasi ipsum lenocinentur pudorem, quia pudoris sui præmia perdiderunt. Sic procaces oculi prouocãtur vt concupiscant, vt amare incipiant membra nudata, quæ si non aspicerent, non amarent. At-

L que vtinã sordidata illa tegumenta corporis non speciem, sed mentem obnuberent. Latet plerunque sub tristi amictu mentis lasciuia, & deformis horror vestis obtexitur, vt secreta petulantium tegantur animorum. Satis pie virum luget, quæ seruat pudorem, non deserit fidem. Hæc bene defunctis officia impenduntur, vt viuant in mentibus, in affectibus perseuerent. Non amisit virum quæ exhibet castitatem: non est viduata coniugio, quæ non mutauit nomen mariti. Nec tu perdidisti hæredem quæ adiuuas cohæredem, sed pro successore corruptibilium mutasti consortem immortalium. Habes qui tibi repræsentet hæredem, solue pauperi quod debetur hæredi, vt nõ solum maternæ aut paternæ senectutis, sed etiã vite propriæ sit superstes. Plus successori tuo relinques, si portio eius non ad luxum præsentium proficiat, sed ad precium futurorum. Sed desideramus amissos. Duo sunt enim quæ maxime angunt, aut desiderium eorũ quos amiserimus, sicut meo exẽplo metior: aut qđ eos vitæ suauitate priuatos, ereptos laboris sui fructibus arbitramur. Tenera enim amoris est titillatio, quæ ex

M improuiso affectum excitat, vt sedandi magis q̃ excludendi doloris facultas relinquatur: simul quia pium videtur desiderare quod amiseris, & specie virtutis adolescit infirmitas. Sed cur tu putes patientiorem illam esse debere quæ dilectum ad peregrina dimiserit, & militiæ gratia, vel susceptæ administrationis officio, vel negociandi vsu transfretasse compererit, q̃ te qui non fortuito arbitrio derelinqueris, aut studio pecuniæ, sed lege naturæ? Sed recuperandi tibi interclusa spes quasi cuidam certa redeundi. Et plerunque dubia plus fatigant, vbi periculi metus integer: grauiusque est timere ne acciderit, q̃ tolerare quod iam noueris accidisse. Aliud enim summam formidinis coaceruat, aliud finem expectat doloris. An dominis ius est quo decreuerint transferre mancipia, deo non est? Sed non suppetit expectare remeantem, suppetit tamen præcedentem sequi. Et certe breuis vitæ vsus nec illi multum videtur eripuisse qui ante præcessit, nec te differre diutius qui remanseris. Quod si desiderium tuum mitigare non possis, nonne tamen videtur indignum pro desiderii tui studio rerum ordinẽ velle conuerti? Amantiũ ardẽtiora vtiq; desideria sunt, & tamen necessitatis contuitu

A temperantur. Etsi dolent deseri, lugere tamẽ nõ solent. Destituti amare impatientius erubescunt. Ita patiẽtia desiderii plus probatur. Quid autem de his loquar qui defunctos putant vitæ suauitate priuari? Nulla potest esse iucũditas inter has vitæ nostræ amaritudines aut dolores, quę vel ex corporis ipsius ĩfirmitate, vel extrinsecus accidentiũ incõmoditate generãtur. Anxii enim semper, & ad ipsa lætitiæ vota suspensi quodam fluctuamus incerto, sperantes dubia pro certis, incõmoda pro secũdis, caduca pro solidis, nihil habentes potestatis in arbitrio, firmitatis in voto. At si aliquid cõtra voluntatẽ acciderit, perditos nos putamus: plusq; aduersorum dolore frangimur, q̃ secũdorum fructu potimur. Quibus igitur carent bonis qui maioribus eripiuntur incommodis? Valetudo credo bona plus adiuuat q̃ affligit mala, aut opulentia plus delectat q̃ egestas afficit, aut filiorum magis amabilis gratia, q̃ lugubris amissio, aut adolescentia iucundior, q̃ senectus tristior, quã plerũq; suorum tædet votorum, & optati pœnitet, vt doleat impetratum quod non impetrare metuebat. Exilia vero, & cęterarũ pœnarum acerbitates quæ potest compensare patria, quæ voluptates, quæ etiam cũ sunt debilitantur tamen aut non intẽdendi affectu, aut amittendi metu? Esto tamen maneat inoffensus, im-

B munis a doloribus, perpes in voluptatibus vitę cursus humanæ: quid tamẽ commodi consequi potest anima in istiusmodi corporis inclusa compaginibus, & quibusdam membrorũ angustiis coartata? Si caro nostra carcerem fugit, si detestatur omne quicquid euagandi facultatem negat, quę vtiq; paruis vltra se audiendi videndiq; excurrere videtur sensibus, quanto magis anima nostra corporeũ istud euadere gestit ergastulum, quæ motu aereo libera nescimus quo vadat, aut vnde veniat? Scimus tamen quod corpori superuiuat, & ea iam depositis proprii sensus repagulis expedita libero cernat obtutu quæ ante sita in corpore non videbat. Quod exemplo dormientiũ possumus æstimare, quorum animi velut sepulto quiete corpore, ad altiora se subrigunt, & renunciant corpori rerum absentium vel etiam cælestium visiones. Ergo si mors carnis & seculi nos absoluat erumnis, vtiq; malum nõ est, quæ libertatem restituit, & excludit dolorem. Hinc igitur nobis adoriendus disputandi locus, mortem malum nõ esse, quia erumnarum omnium malorumq; perfugium est, & fida statio securitatis, ac portus quietis. Nunquid in hac vita non experimur aduersa? Quas non procellas tempestatesq; perpetimur? Quibus non exagitamur incommodis? Cuius parcitur meritis? Sanctus patriarcha Israel profugus patria, fratre, parentibus, domum

C mutauit exilio, stuprum filiæ, generi necem fleuit, famem pertulit, sepulturam defunctus amisit. transferri enim ossa sua, ne vel mortuus requiesceret, obsecrauit. Sanctus Ioseph odia fratrũ, insidias inuidorũ, seruulorum obsequia, mercatorũ imperia, dominę petulantiã, mariti inscitiã, carceris quoq; est expertus erũnam. Sanctus Dauid filios amisit duos, vnũ incestum, alterum parricidam. Hos habuisse pudoris est, doloris est perdidisse. Amisit & tertiũ quẽ amabat paruulũ. hunc viuentem adhuc fleuit, mortuũ non desiderauit. Sic enĩ legi-
2.Reg.12 mus quod ægrotante puero deprecabatur Dauid dominũ pro puero, & ieiunauit, & in cilicio iacuit, & astãtibus maioribus natu vt excitarent eũ de terra, nec surgẽdũ sibi, nec cœnãdũ putauit. Vbi vero defunctũ puerum cõperit, surrexit de terra, lauit illico, vnctus est, vestimenta mutauit, adorauit dominũ, cibũ sumpsit. Cũ hæc miranda suis pueris viderẽtur, infante viuẽte eum ieiunasse, plorasse, quia iure arbitrabatur dominũ posse misereri, nec dubitandũ quod vitã posset seruare viuentis, qui posset viuificare defunctos: iam vero obita morte quid ieiunaret, qui iam non posset reducere mortuũ, exanimẽq; reuocare? Ego, inquit, ibo ad eũ, ipse autem

non reuertetur ad me. O maximũ solatiũ desiderantis. D
O verum sapientis iudicium. O miram patientiã seruientis, vt nemo sibi aduersi aliquid accidisse indigne ferat, & contra meritũ suum se queratur afflictũ. Quis enim tu es qui de tuo merito ante pronũcies? Cur præuenire desideras cognitorẽ? Cur eripis sententiã iudicaturo? Nec sanctis istud permissum est, nec a sanctis impune vnquã est vsurpatũ. Dauid se ꝓpterea flagellatũ suo carmine cõfitetur: Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerũt diuitias. Ergo sine causa iusti- Psal.72.
ficaui cor meũ, & laui inter innocẽtes manus meas, & fui flagellatus tota die, & vindex meus in matutinum. Petrus quoq; quãuis plenus fide deuotionis, tamẽ quia nondum conscius nostræ infirmitatis presumptiue dixerat domino, Animã meã pro te ponam: tẽtationem Ioan.13.
presumptionis antequã tertio gallus cantaret incurrit: licet ipsa tentatio documentũ fuerit ad salutem, vt discamus non contẽnere carnis infirmitatem, ne contẽnendo tentemur. Si Petrus tentatus est, quis præsumat, quis astruat se nõ posse tentari? Atq; haud dubie ꝓ nobis tentatus est Petrus, vt in fortiore nõ esset tentamẽti periculum, sed ab illo disceremus quemadmodum in persecutionibus resistentes etsi vitæ studio tẽtaremur, tentationis tamẽ aculeum patientiæ lachrymis vincere-
remus. Idem tamen Dauid, ne quẽ fortassis scriptura- E
rum tenacem moueat factorũ diuersitas, idem inquam Dauid parricidam mortuũ fleuit, qui nõ fleuerat innocentẽ. Deniq; cũ ploraret & lugeret, dixit: Filius meus 2.Reg.18
Absalon, filius meus Absalon. Quis dabit mihi mortem pro te? Non solum ergo fletur Absalon, fletur parricida: nõ fletur incestus, sed etiam vindicatur, alter contemptu regni, alter fratris exilio. fletur sceleratus, nõ fletur dilectus. Quæ causa, quæ ratio? Nõ mediocris igitur in prudentibus deliberatio, sapiẽtibus confirmatio. Magna enim prudentiæ in tanta factorum diuersitate constãtia. Vna est fides: & illos mortuos fleuit, & flendum infantem mortuum non putauit. Illos enim sibi perisse credebat, hunc resurrecturum sperabat. Sed de resurrectione posterius, nunc ad proposita reuertamur. Præmisimus enim etiam sanctos viros grauia in hoc mundo & multa perpessos, sine suffragatione meritorum, cũ erumnã laborũ. Vnde regressus ad se Dauid in posterioribus dicit: Memento domine quia puluis su- Psal.102.
mus. homo tanquã fœnum dies eius. Et alibi: Homo Psal.143
vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereũt. Quid enĩ nobis miserius, qui tanquã spoliati & nudi proiicimur in hãc vitã, corpore fragili, corde lubrico, imbecillo animo, anxii ad solicitudinẽ, desidiosi ad laborem, proni ad voluptates? Non nasci igitur longe optimũ, secundum sancti Salomonis sentẽtiam. Ipsum F
enim etiã qui sibi visi sunt in philosophia excellere, secuti sunt. Nam ipse illis anterior, nostris posterior, ita in Ecclesiaste locutus est: Et laudaui ego omnes defun- Eccls.4.
ctos qui iam mortui sunt, magis q̃ viuentes quicũq; viuunt vsq; ad huc: & optimus super hos duos, qui nondum natus est, & qui non vidit hoc opus malum quod factum est sub sole. Et vidi ego vniuersum laborem eorum, & omnẽ virtutem operis huius, quia æmulatio viro ab altero. Equidem hoc vanitas, & præsumptio spiritus. Et quis hoc dixit, nisi ille qui sapiẽtiã poposcit & impetrauit, vt sciret dispositiones orbis terrarum, & virtutem elementorũ, anni cursus, & stellarum dispositiones, non ignoraret naturas animaliũ, & iras colligeret bestiarũ, vim ventorũ, & cogitationes hominũ deprehenderet? Quem igitur nõ latuerunt cælestia, quẽadmodum laterent mortalia? Qui cogitationẽ mulieris inuestigauit infantem vendicantis alienum, qui naturas animalium quas nõ acceperat, diuina tamen gratia aspirãte cognouit: hic de suæ conditione naturę quã in se expertus est, errare aut mentiri potuit? Sed nõ solus hoc sensit, etsi solus expressit. Legerat sanctum di-

Iob.3. xisse Iob: Pereat dies illa qua natus sum. & cognoue-
G rat, nasci, malorum omniū esse principiū: & ideo diem
qua natus est, perire optauit, vt tolleretur origo icōmo-
dorum: & optauit perire diem generatiōis suę, vt diem
resurrectionis acciperet. Audierat etiā Salomon dixis-
Psal.38. se patrem suum: Notum fac mihi domine finem meū,
& numerum dierum meorū qui est, vt sciam quid desit
mihi. Nouerat enim Dauid non posse id quod perfe-
ctum est, hic comprehendi, & ideo ad ea quę sunt futu-
1.Cor.10. ra properabat. Nunc enim ex parte scimus, & ex parte
cognoscimus: tunc autem id quod perfectum est, pote-
rit cōprehendi, cū revelata facie nobis speculandæ ma-
nifestatis æternitatisq; diuinæ cœperit relucere non vm-
bra, sed veritas. Nemo tamen festinaret ad finem, nisi
vitæ istius fugeret incommoditatē. Et ideo etiā Da-
uid quare ad finem festinet, exposuit dicens: Ecce vete-
res posuisti dies meos, & habitudo mea tanquam nihil
ante te: verūtamen vniuersa vanitas omnis homo vi-
uens. Quid igitur videmur fugere? Vanitatem. Aut
quid nos delectat in hoc seculo vane conturbari, thesau-
rum pecuniarum condere, & ignorare cui cōgregemus
hæredi? Petamus amoueri a nobis plagas, eripi nos,
& insipienti seculo carere, de peregrinatione diuturna
ad illam redire patriam & naturalem domum. In hac
enim terra aduenæ sumus atq; peregrini: remigrādum
eo vnde descendimus, ambiendum & obsecrandum
H non perfunctorie, sed obnixe, vt a dolis & ab iniquitate
loquaciū liberemur. Et ille qui remedium nouerat, pro-
longatum tamen suum ingemuit incolatū, & cum pec-
catoribus & iniquis se habitare deplorat. Quid ergo fa-
ciam qui & peccatum habeo, & ignoro remediū? Hie-
remias quoq; quod generat? sit & ipse deplorat his ver-
Hiere.15. bis dicens: Heu me mater, vt quid me peperisti virum
causam dicentem iudicii? In omni terra nō profui, neq;
profuit mihi quisquā: virtus mea defecit. Si igitur sanc-
ti viri vitam fugiunt, quorum vita etsi nobis vtilis, si-
bi tamen inutilis æstimatur: quid nos facere oportet,
qui nec aliis prodesse possumus, & nobis vitam hanc
quasi fœnebrem pecuniam vsurario quodam cumulo
grauescentem onerari in dies peccatorum cupimus?
Quotidie morior, Apostolus dicit, meli⁹ q̄ illi qui me-
ditationem mortis philosophiā esse dixerunt. Illi enim
studium prędicarunt, hic vsum ipsum mortis exercuit.
Et illi quidem propter se, Paulus autem ipse perfe-
ctus moriebatur, nō propter suam, sed propter nostram
infirmitatem. Quid autem est mortis meditatio, nisi
quædam corporis & animæ segregatio? Qua mors
ipsa non aliud q̄ corporis atq; animæ secessio definitur.
Sed hoc secundum cōmunem opinionem. Secundum
scripturas autem triplicem esse mortem accipimus.
I Vna est cum morimur peccato, deo viuimus. Beata
igitur mors quę culpę refuga, domino dedita, a morta-
li nos separat, immortali nos consecrat. Alia mors est
vitæ excessus, qua mortuus est patriarcha Abraham,
patriarcha Dauid, & sepulti sunt cum patribus suis, cū
auima nexu corporis liberatur. Tertia mors est de qua
Mat.8. dictum est: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
Ea morte non solum caro, sed etiam anima moritur.
Anima enī quæ peccat, ipsa morietur. Moritur enim
domino non naturæ infirmitate, sed culpæ. Sed hæc
mors non perfunctio huius est vitæ, sed lapsus erroris.
Vna ergo est mors spiritalis, alia naturalis, tertia pœ-
nalis. Sed nō quæ naturalis, eadem pœnalis. Nō enim
pro pœna, sed pro remedio dedit mortem. Deniq; A dę
peccanti præscriptum est aliud pro pœna, aliud pro re-
Genes.3. medio. Pro pœna dicitur: Quoniam audisti vocem
vxoris tuæ, & manducasti de ligno de quo præceperam
tibi ab hoc solo ne manducares, maledicta terra in ope-
ribus tuis. manducabis fructum eius oībus diebus vi-
tę turę. Spinas & tribulos germinabit tibi, & edes pa-
bulum agri tui. Cum sudore vultus tui māducabis pa-
nem tuū, donec reuertaris in terram de qua assumptus k
es. Habes pœnarum ferias, quia aduersus spinas seculi
huius, & solicitudines mundi, voluptatesq; diuitiarum
quæ verbū excludunt, pœnam includunt, mors pro re-
medio data est, quasi finis malorum. Non enim dixit,
Quoniam audisti vocem mulieris, reuerteris in terrā.
Hæc enim esset pœnalis sentētia, quēadmodum est il-
la: Maledicta terra, spinas & tribulos germinabit tibi:
sed dixit: Manducabis panem tuum in sudore, donec
reuertaris in terram. Vides mortē magis metam esse
nostrarū pœnarū, qua cursus huius vitæ inciditur. Er-
go mors nō solum malum non est, sed etiam bonū est.
Deniq; pro bono quæritur, sicut scriptum est: Quęrunt Apoc.9.
homines mortem, & non inuenient eam. Quærunt
enim illi qui dicturi sunt mōtibus, Cadite super nos: &
collibus, operite nos. Quæret etiā anima illa quæ pec-
cat. Quærit diues ille positus in inferno, qui vult digito
Lazari refrigerari linguā suam. Videmus itaq; quod
& mors hæc lucrū est, & vita pœna est. Vnde & Pau-
lus ait: Mihi enī viuere Christus est, & mori lucrum. Philip.1.
Quid est Christus, nisi mors corporis, spirit⁹ vitæ? Et
ideo cōmoriamur cū eo, vt viuamus cū eo. Sit quidam
quotidianus vsus in nobis affectusq; moriendi, vt per il
lam quam diximus segregationē a corporeis cupidita-
tibus anima nostra se discat extrahere, & tanquam in
sublimi locata quo terrenæ adire libidines, & eam sibi
glutinare non possint, suscipiat mortis imaginem, ne L
pœnam mortis incurrat. Repugnat enim lex carnis le-
gi mentis, & eam legi erroris addicit, sicut apostolus re
uelauit dicens: Video enim legē carnis meæ repugnā- Rom.7.
tem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati.
Omnes impugnamur, omnes sentimus, sed nō omnes
liberamur. Et ideo infelix ego homo, nisi remediū quę-
ram. Sed quod remedium? Quis me liberabit de cor-
pore mortis? Gratia dei per Iesum Christum dominū
nostrum. Habemus medicū, sequamur remediū. Re-
medium nostrū, Christi gratia: & corpus mortis, cor-
pus est nostrū. Ergo peregrinemur a corpore, ne pere-
grinemur a Christo: etsi in corpore sumus, tamen quæ
sunt corporis non sequamur, nec deseramus iura natu-
ræ, sed dona gratię prēoptemus. Dissolui enim, & cum
Christo esse, multo melius: permanere autem in carne
magis necessariū propter vos: sed nō omnibus necessa-
rium: Domine Iesu, nō mihi, qui nulli vtilis sum. Nam
mihi lucrum est mori, ne plura peccem. Lucrum mihi
est mori, qui ipso libro quo alios cōsolor, quasi vehemen
tiori monitore ad desiderium amissi fratris impellor,
qui me eius nō sinit obliuisci, nūc magis amo, & vehe-
mentius desidero. Desidero cum loquor, desidero cum M
relego: & ideo hoc potius scribendum arbitror, ne quā-
do ab eius recordatione diuellar. Quod nō contra scri-
pturas facio, sed cum scripturis sentio, vt patientius do-
leam, impatientius desiderē. Prestitisti mihi frater ne
mortē timerem, atq; vtinam moriatur anima mea in
anima tua. Hoc enī sibi Balaā p maximo bono optat
donatus spiritu prophetandi. Moriatur, inquit, anima
mea in animis iustorū, & fiat semen meū sicut semen
iustorum. Et vere hoc secūdum prophetiā optat. Qui
enim viderat ortū Christi, vidit eius triūphalem mor-
tem, vidit in eo perennem hominū resurrectionem, &
ideo mori non timet resurrecturus. Non moriatur er-
go anima mea in peccato, ne peccatum in se recipiat:
sed moriatur in anima iusti, vt eius recipiat equitatem.
Deniq; qui moritur in Christo, fit eius gratię particeps
in lauacro. Non ergo formidabilis mors: nec amara
egentibus: nec gratiosa diuitibus: nec iniusta seniori-
bus: nec ignaua fortibus: nec perpetua fidelibus: nec im
prouisa sapiētibus. Q̄ multi enī vitā solo mortis stimu
lo cōsecrarūt, quātos viuere puduit, mori profuit? Mor
te vnius plerīq; accepimus maximos populos libera-
tos. Morte Imperatoris fugatos exercitus hostiū, quos

A virus vincere nequiuisset. Morte martyrū religio de-
fensa, cumulata fides, ecclesia roborata est. vicerūt mor-
tui, victi persecutores sunt. Itaq; quorum vitam nesci-
mus, horū mortem celebramus. Vnde & Dauid pro-
Psal.115. phetice gloriatus in suæ mentis excessu, Preciosa, in-
quit, in cōspectu domini mors sanctorū eius. Mortem
maluit preferre q̄ vitam. Ipsa mors martyrū, prēmium
vitæ est. Morte etiam inimicorū odia soluūtur. Quid
plura? Vnius morte mundus redemptus est. Potuit
enim Christus nō mori si voluisset. Sed neq; refugien-
dam mortem quasi ignauam putauit, neq; melius nos
q̄ moriendo seruasset. Itaq; mors eius vita est omniū.
morte eius signamur, mortem eius orantes annuncia-
mus, mortem eius offerentes prædicamus, mors eius
victoria eius, mors eius sacramētum est, mors eius an-
nua solennitas mūdi est. Quid præterea de eius morte
dicamus, cū diuino probemus exēplo, quia immortali-
tatē mors sola quę sunt, atq; ipsa se mors redemit? Non
igitur mœrenda mors, quæ causa salutis est publicę, nō
fugiēda mors quā dei filius nō dedignatus est, Nō refu
gię. nō resoluēdus est ordo naturæ. Quod enim cōmu-
ne est omnib⁹, exceptū singulis esse nō potest. Et mors
quidem in natura nō fuit, sed conuersa in naturam est.
Non enim a principio deus mortē instituit, sed pro re-
medio dedit. Et consideremus ne videatur esse contra-
B rium. Nam si bonum est mors, cur scriptum est quia
deus mortē non fecit, sed malitia hominū mors introi-
uit in orbem terrarū. Reuera enim mors diuino operi
necessaria nō fuit. cū in paradiso positis bonorū omniū
iurgis successus afflueret, sed præuaricatione damnata
in labore diurno gemituq; intolerando vita hominum
cœpit esse miſabilis, debuit dari finis malorū, vt mors
restitueret quod vita amiserat. Immortalis enim oneri
potius q̄ vsui est, nisi aspiret gratia. Et si bene discuti-
as, nō naturæ mors ista est, sed malitiæ. Manet enim
natura, malitia moritur. Resurgit quod fuit: atq; vtinā
vt peccādi liberum, ita vacuum culpæ prioris. Sed hoc
ipsum indicio est mortē nō esse naturæ, quia iidem eri-
mus qui fuimus. Itaq; aut peccatorū nostrorum suppli
cia pendemus, aut bene gestorū gratiā consequemur.
Resurget enim natura eadē, iam stipendiis mortis ho
1.Thes.4. norator. Deniq; mortui qui in Christo sunt, resurgunt
primi, deinde & nos qui viuimus, inquit, simul cū illis
rapiemur in nubibus obuiā Christo in aera, & ita semp
cum domino erimus. Illi primi, viuentes autē secundi.
Illi cum Iesu, viuētes per Iesum. Illis dulcior vita post
requiem viuentibus. etsi grata compendia, tamē igno-
rata remedia. Nihil est igitur quod in morte timeam⁹,
nihil quod debeamus dolere, si aut naturæ repetenti vi-
C ta quæ accepta est rependatur, aut petenti impendatur
officio, in quo religionis cultus, aut virtutis vsus est.
Neq; enim quisq̄ sibi vt sic maneret optauit. Ioānī pro-
missum æstimatū est, sed nō est creditum. Verba tene-
mus, sentētiā deriuamus. Ipso in libro negat sibi quod
nō moreretur esse promissum, ne quē vana spes exēplo
incesseret. Quod si id velle, spes insolēs est: quāto insolē
tius est, qd nō præter modū acciderit, vltra modū dole-
re? Gentiles plerīq; se cōsolantur viri vel de cōmodita-
te erūnæ, vel de iure naturæ, vel de immortalitate ani-
mæ: quibus vtiuā sermo constaret, ac nō miserā animā
in varia portentorū ludibria formasq; transfunderent.
Quid igitur nos facere oportet, quorū stipendium re-
surrectio est, cuius gratiā quoniā negare plerīq; nō pos-
sunt, fidem abnuunt? Et ideo nō vno argumēto aliquo
sed pluribus modis vt possumus astruamus. Equidem
omnia aut vsu, aut ratione, aut exēplo, aut eo quia de-
corū sit ea esse, ideo esse creduntur, & ad finem singula
suffragantur. Vsus, quia mouemur. Ratio, quia quod
mouet, virtutis alterius cōuenit æstimari. Exemplum
quia genauit ager fruges, & ideo generaturū esse pre-
sumimus. De quorū gratia vbi fructū nō putam⁹, dece-
re tū credimus vt virtutis opera minime deseramus. D
Singula igitur singulis astruūtur. Tribus tamē euidē-
tius colligitur resurrectionis fides, quib⁹ oīa cōprehēdū
tur: ratione, vniuersitatis exēplo, testimonio rei gestæ,
quia plurimi surrexerūt. Ratio euidens est, quia cū oīs
vitæ nostræ vsus in corporis animæq; cōfortio sit, resur
rectio autē aut boni actus prāmiū habeat, aut pœnam
improbi, necesse sit corpus resurgere cuius actus experi
ditur. Quomodo enī in iudiciū vocabitur aīa sine cor-
pore, cū de suo & corporis cōtubernio ratio præstanda
sit? Resurrectio oīb⁹ erit, sed ideo difficile creditur, quia
non nostrū meritū, sed dei munus est. Prima igitur re-
surrectionis fides vsus est mūdi, rerūq; status omniū, ge
nerationū series, successionum vices, obitus ortusq; si-
gnorū, diei & noctis occasus, eorūq; quotidie tanq̄ redi-
uiua successio. Temperamēti quoq; genitalis huius ali-
ter ratio subesse non posset, nisi humoris ipsius quo oīa
terrena generantur, quantū diurni solis æstus extorre-
ret, tantum rore nocturno dispositio diuina repararet.
Nam quid de fructibus loquar? Nōne tibi videntur oc-
cidere cū decidunt, resurgere cū renascūnt? Quod satū
est resurgit, resurgit quod mortuū est, & in eadē gene-
ra, in eisdem species reformatur. Hos terra primū red-
didit fructus, in his primū natura nostræ speciē resurre-
ctionis imitata est. Quid dubitas de corpore corpus re-
surgere? Granum seritur, granū resurgit: pomū decidit, E
pomū resurgit. Sed flore granū induitur, folliculoq; ve-
stitur. Et hoc mortale oportet induere īmortalitatē, & 1.Cor.15.
hoc corruptibile induere incorruptionē. Flos resurrectio-
nis īmortalitas est. Flos resurrectionis incorruptio est.
Quid enī vberius quiete ppetua? Quid locupletius se-
curitate diuturna? Hic est multiplex fructus, cuius pue-
tus pullulat fœcūdior hominū naturā post mortē. Sed
miraris quēadmodum putrefacta solidentur, dispersa
coeant, absumpta reparētur: nō miraris quēadmodū se-
mina vapore & cōpressu terrę soluta virideſcāt. Nam
vtiq; etiam ipsa terreno cohalitu putrefacta soluuntur,
& cum occata soli genitalis succus animauerit, quodā
calore vitali spiritū quendā herbæ viridantis exhalant.
Deinde paulatim tenerā spicæ adoleſcētis ętatē culmo
erigit, & vaginis quibusdā natura tanq̄ fedula mater
includit, ne pubescētem glacies adurat aspera, atq; a ni-
mio solis defendat ardore. Frugem quoq; ipsam adhuc
quasi primis crūpentē cunabulis, mox adultā, ne pluuia
decutiat, ne aura dispergat, ne auiū minorū morsus in-
terimat, vallo aristarū sepire cōsueuit. Quid igitur mi-
raris si hoīes quos acceperit terra restituat, cū seminū
corpora quę cū vi susceperit, viuificet, erigat, vestiat, mu-
niat, atq; defendat? Desine ergo dubitare qd depositum F
generis humani terræ fides reddat, quę cōmendata sibi
semina vsurario quodā fœnore multiplicata restituat.
Nā quid de generib⁹ arborū loquar, quę posito surgunt
de semine, fructusq; resolutos reduuia fœcunditate re-
suscitant, & formę veteri atq; imagini suæ reddūt, mul
taſq; ętates quędam arborū corpora reparata transmit-
tunt, vt ipsa durando vincāt secula? Putrescere videm⁹
aciuū, vitē resurgere: surculus īseritur, arbor renascitur.
An de reparādis arboribus diuina est prouidētia, de ho-
minibus nulla cura? Et qui ea quæ ad vsus hoīm dedit,
perire nō passus est, hoiem perire patietur, quē ad ima-
ginem sui fecit? Sed incredibile tibi videtur vt mortui
reuiuiscant. Insipiens tu, ipse quod seminas, nōne prius
moritur, vt viuificetur? Sere quēlibet fructū arentē, re-
suscitatur. Sed habet succū: & nostrū corpus habet san-
guinē suū, habet humorē suū, hic nostri succus est cor-
poris. Vnde illud quoq; explosum arbitror, quod arētē
surculū quidā reuiuiscere negant, idq; ad prejudiciū car-
nis deriuare nituntur. Nō enī caro arida, cū caro omnis e
limo sit, limus in humore, humor e terris. Deniq; nulla
ta gignētia quāuis iugi serenitate, humo arida arenoſa
saq; nascuntur, quoniā ipsa sibi terra ad humorē sufficit.

G Num igitur in hominibus terra degenerat, quę omnia regenerare consueuit? Vnde claret nō esse dubitādum quod secundū naturā magis ꝙ cōtra naturā est interire. Sequitur illud quod gētiles plerīq; perturbat, quō fieri possit vt quos mare absorbuerit, ferę dilacerauerint, bestię deuorauerit, terra restituat? Quo ita demū veniatur necesse est, vt nō de fide resurrectiōis, sed de parte dubitetur. Esto enī vt laceratorū corpora nō resurgant, resurgunt cęteri. Nec resurrectio destruitur si cōditio excipitur. Miror tī cur vel de his dubitādū putēt, quasi nō oīa quę ex terris sunt, in terrā redeāt, & in terrā resoluātur. Marę quoq; ipsum quęcūq; corpora hūana demerserit, vicinis expuit vnda plerīq; littoribꝰ. Quod ni ita esset, difficile credo deo foret dispersa cōnectere, dissipata sociare, cui mundus obtēperat, muta obsequitur elementa, seruit natura: quasi nō maioris miraculi sit limū animare ꝙ iungere? Auis in regione Arabię, cui nomē est Phœnix, redintegrato sue carnis humore reparabilis, cū mortua fuerit reuiuiscit. Solos non credimus homines resuscitari? Atqui hoc relatiōe crebra, & scripturarū autoritate cognouimꝰ, memoratā auē quingētorū annorū spatia vitali vsui habere prescripta, cāq; cū sibi finem vitæ adesse presaga quadā naturæ suæ æstimatione cognouerit, thecā sibi de thure & myrrha & cæteris odoribus adornare, cōpletoq; opere pariter ac tēpore itrare illam, atq; emori, ex cuius humore orīn vermē, paulatimq; eum in auis eiusdem figuram cōcrescere, vsumq; formari, subnixam quoq; remigio pēnarum, renouatæ vitę officia munere pietatis ordiri. Nam thecam illam
H vel tumulum corporis, vel incunabulum resurgētis, in qua deficiens occidit, & occidens resurrexit, ex Ęthiopia in Lycaoniā vehit, atq; ita resurrectione auis huius locorum incolę completum quingentorū annorū tempus intelligimt. Ergo isti aui quingentesimus resurrectionis annus est, nobis millesimus. Illi in hoc seculo, nobis in consummatione mūdi. Pleriq; etiā opinantur quod auis hęc rogū sibi ipsa succēdat, & rursus de faullis suis & cinerib⁹ reuiuiscat. Sed fortasse natura discretior, fidei quoq; discretionē videatur afferre. In originē principiumq; hominis procreandi mens nostra redeat. Viri estis, fœminæ estis: quę humana sunt, nō ignoratis: & si qui ignoratis, ex nihilo putatis esse quod nascimur, ꝙ ex paruo quanti exurgimus? Etsi nō exprimimus, intelligimus tamē quid velimus, vel potius quid nolimus dicere. Vnde hoc caput, & vultus iste mirabilis, cuius artificē non videmus, opus videmus, in varia officia vsuq; formatur? Vnde forma erectior, status excelsior, faciēdi vis, sentiēdi viuacitas, gradiēdi facultas? Iguota certe nobis sūt naturę organa, sed nota ministeria. Et tu semen fuisti, & tuū corp⁹ semē est resurrecturi.
1. Cor. 15. Audi Paulū, & disce quia semen es. Seminatur in corruptiōe, surgit in incorruptiōe. Seminatur in ignobilitate, surgit in gloria. Seminatur in infirmitate, surgit in
I virtute. Seminatur corpus aīale, surgit corpus spiritale. Et tu ergo seminaris vt cætera, quid miraris si resurgis vt cætera? Sed illa credis quia vides, ista nō credis quia nō vides. Beatiores qui nō viderunt, & crediderūt. Tamen anteq; tēpus veniat, nec illa creduntur. nō enim omne tēpus accōmodum ad resuscitanda semina. Alio tritica seminatur, alio nascitur: alio vitis inseritur, alio gēmantia sarmenta pubescūt, luxuriat pampinus, vua formatur, alio plantatur olea, alio velut aluo grauis & onusta, ple baccarū fructus sini vbertate curuescit. Ante vero ꝙ suum cuiq; tempus aduenīat, fœtura restrictior est: nec generatiōis ætatē habet in potestate generandi ipsa quæ generat. Nunc informē situ, nūc fœtuum nudam, nunc virentē floribus, nunc carentē ipsam omniū cernas parentē: quæ vtiq; vellet oībus se vestire tēporibus, nec vnq; aurea segetum aut viridantia pratorum indumenta deponere, ipsa sui egens, & prouentuī suorum quæ in alios transfuderit, indotata compēdiis. Ergo & nostrā resurrectionē etsi nō credis fide, non credis
K exēplo: vsu es crediturus. Et aliis quidē fructib⁹, vt viti oleæ pomisq; diuersis, anni ætas extrema habilis maturandis: nobis quoq; mūdi cōsummatio tanq; extremus anni finis accommodā resurgendi præscribit ætatē. Et bene in cōsummatione mūdi resurrectio mortuorū est, ne post resurrectionē in hoc malū nobis esset seculum recidēdū. Ideo enim Christus est passus, vt nos ex hoc malo seculo liberaret, ne iterum nos huius seculi tentamenta subrueret, & obesset renasci, si renasceremur ad culpam. Et rationē igitur resurrectionis, & tēpus tenemus. Rationē, quia in omnibus sibi fœtibus eque natura respondet: nec in sola hominū successione degenerat tempus, quia omnia in anni fine generantur. Mundi tēpora, annus vnus est. Et quid mirū si annus vnus est, quando dies vna est? Vna enim die dominus operarios cōduxit ad vineam, dicens, Quid hic statis tota die Mat. 22.
ociosi? Causæ originū semina sunt. Semen esse corpus humanū, gentiū doctor asserit. Est ergo substantia resurgendi, quando est series seminādi. Quod si substantia aut causa non esset, arduum quisq; putaret deo vndevellet, vel quomodo vellet hoies regenerare, qui mundum ex nulla materia, nulla substantia esse iussit, & fecit? est? Cælū aspice, terrā intuere. Vnde stellarū ignes? Vnde orbis solis & radius, globus lunæ? Vnde montiū vertices, dura saxorū, nemorosa syluarū? Vnde vel diffusus aer, vel infusæ vel superfusæ aquæ? Sed si hæc oīa deus fecit ex nihilo, Ipse enī dixit, & facta sunt: ipse Psal. 148.
mandauit, & creata sunt: cur miremur renasci posse qđ fuerit, cū videamus natum esse quod nō fuit? Illud mi- L
rum, quod cū resurrectionē nō credant, tamen ne genus pereat hominū, dementi quadam benignitate prospiciunt, & ideo transire ac demigrare in corpora dicunt animas, ne mūdus intereat. Sed quid sit difficilius, ipsi asserant, transire animas, an redire: sua repetere, an noua quęrere. Sed illi dubitent qui nō didicerūt, nos vero qui legimꝰ legē, pphetas, apostolos, euāgeliū, dubitare fas nō est. Quis enim dubitet cū legit, Et in tēpore illo Danie. 12.
saluabitur ois plebs tua quæ scripta est in libro, et multi dormientiū in terrę fossu vna apertiōe exurgent, hi in vitam ęternā, & hi in opprobriū & in confusionē perpetuam: & intelligentes splendebūt vt splendor firmamēti, & ex iustis multi sicut stellæ in secula? Bene itaq; dormientiū dixit quietem, vt intelligas mortē nō esse ppetuam, quę somni vice inuitur ad tēpus, & ad tēpus excluditur. Meliorēq; profectū vitæ eius ostēdit quæ futura post mortē est, ꝙ eius quę ante mortē mœrore ac dolore transigitur. Siquidē illa stellis cōparatur, hæc erūnæ addicitur. Nam quid illa cōtexam quæ alio loco scripta sunt, Suscitabis me, & cōfitebor tibi? Quid etiam illud quod Iob sanctus vitę istius expertus iurias, & aduersa oīa patientia virtutis exuperās, cōpensatione sibi malorū præsentiū de resurrectione promisit dicens, Suscita- M
bis corpꝰ meū hoc, quod multa mala passum est? Esaias quoq; resurrectionē populis annūcians, dīci se nūciū dixit esse responsi. Sic enī habes, Os enī domini locutū Esaię. 26.
est, Et dicent die illa. Quid igitur os dīi locutū sit populos esse dicturos, in posterioribus declaratur, vbi scriptū est, Propter timorē tuū in vtero accepimus & parturiuimus spiritū salutis tuę, quē effudisti super terrā: cadent qui inhabitant terrā, resurgent qui in monumētis sunt. Ros enim qui abs te est, sanitas est illis: terra vero impiorū peribit. Ambulate populus meus, & itra in recessus tuos. Absconde te aliquātulū donec transeat ira dei. Q bene recessus esse signauit tumulos mortuorū, quib⁹ pauxillulū abscōdimur, vt in iudiciū dei quod pro nostris sceleribus ius debitæ indignatiōis assumet, tolerabilius trāsire possim⁹. Viuit igitur ꝙ abscōditur, & quiescit quasi e medio se subtrahēs & recedens, ne eū arctioribus laqueis mūdi huius inuolūtat erūna, quibus repositam resurrectionis esse letitiā, sanitatemq; corpo-

A rum solutorum diuino rore reparabilē, cælestia oracula propheticis vocib⁹ pollicētur. Et bene ros significatur, quo genitalia oīa terrarū semina suscitantur. Quid igitur mirū si fatiscētis quoq; corporis nostri cineres ac fauillæ pinguedine cęlestis roris exuberāt, & accepto humore vitali in cōpagem suā membrorū nostrorū habitus reformantur? Dicit etiā sanctus Ezechiel, ppheta & plena expositiōe describit quēadmodū arētibus vigor ossibus refundatur, sensus redeat, motus accedat, neruiq; redeuntibus corporis cōpago rigescat humana: quēadmodū nimis arida renatis ossa visceribꝰ vestiantur, venarūq; hiatus & sanguinis riuulos extētæ cutis velamē obducat. In ipsis, dū legimus, pphetici sermonib⁹, humanorū videtur seges corporū reditura cōsurgere, atq; ipsa spatia diffusa cāporū nouis videas pullulare seminibus. Quod si veteres sapiētes satis Hydręntib⁹ in regione Thebana inhorruisse armatorū segetē credidere unt, cū vtiq; alterius naturæ semina certū sit in naturā verti alterā nequiuisse, nec partū suis discordem fudisse seminibus, vt ex serpēte homies nascerentur, vt caro ex dētibus gigneretur: ꝙto magis vtiq; credendū est, quęcūq; sunt seminata, in suā naturā resurgere, nec a fatiōe sua segetes discrepare, nec duris mollia, nec mollib⁹ dura viuiscere: nec in sanguinē venena cōuerti, sed carnem
B de carne, os de ossib⁹, sanguinē de sanguine, humorē de humore reparari? Potestis ergo gentiles reformationē negare naturę, q mutationē potestis asserere? Potestis nō credere oraculis, nō euāgeliis, nō pphetis, qui fabulis inanib⁹ creditis? Sed iam ipsum audiamus ppheta m.
Ezech. 37. Sic enim ait, Et facta est sup me manus domini, & eduxit me in spiritu dīs, & posuit me in medio cāpo, & hic erat plenus ossibus humanis, & circūduxit me p gyrū eorū, & ecce multa valde in facie campi, arida nimis. Et ait ad me, Fili hois, si viuēt ossa ista? Et dixi: Domine tu scis. Et ait ad me, Sta, & dices illis, Ossa arida audite verbū domini. Hęc dicit dīs ossib⁹ istis: Ecce ego induco in vos spiritū vitæ, & dabo in vos neruos, & adducā super vos viscera, & extēdam super vos cutem, & dabo spiritum meū in vos, & viuetis, & scietis quod ego sum dīs. Et pphetaui sicut mandauit mihi. Et factū est cū prophetarem hęc oīa, & ecce factus est terræ motus magnus. Vide nūc quēadmodū & auditum in ossibus & motum prius ostendat esse, ꝙ vitę spūs refundatur. Nā & supra ossa arida iubētur audire, quasi sensum habeāt audiendi, & hic accessisse eorū vnūquodq; ad suam cōpaginem pphetico sermone signatur: Sic enim habes, Et accedebant ossa vnūquodq; ad suā cōpaginē. Et vidi, &
C ecce super illa neruī & viscera nascebātur, & ascendebat super ea cutis desuper, & spiritꝰ in his nō erat. Magna domini gratia quod futurę resurrectionis ppheta testis adhibetur, vt nos quoq; ea illius oculis viderem⁹. Neq; enim omnes testes adhiberi poterāt, sed in vno omnes testes sumus, quia nec in virū sanctū cadit mēdaciū, nec in tantū error pphetā. Nec minus verisimile debet videri quia iubente deo ossa in suam cōpaginē reformantur, cū vtiq; innumera habeamus exēpla quibus natura rerum cælestibus est obsecuta præceptis, vt terra pabulum gignere iuberetur & gigneret, vt ad virgę tactū sitientibus populis petra vomeret aquā, atq; æstu torridis miserationē diuina vndarent fluenta dura saxorum. Virga in serpētē versa quid aliud indicauit, nisi volēte deo ex insensibilibus sensibilia posse generari? An vero incredibilius putas quod ossa cum iubentur accedunt, ꝙ quod retrorsum fluenta vertuntur, maria fugiunt? Sic
Psal. 109. enī propheta testatur: Mare vidit & fugit, Iordanis cōuersus est retrorsum. Nec sup hoc ambigi potest quod duorū populorū alterius salute, alteriꝰ obitu cōprobatū est aquarū cursus stetisse frenatos, eosdēq; aliis circūfusos, aliis ad mortē refusos, vt alios mergerent, alios reseruarent. Quid in ipso euangelio? nonne ibi probauit dominus quod verbo vnda mitescat, fugētur cęli nubi-
D la, cedant flabra ventorū, placidisq; littoribus muta deo famulentur elemēta? Sed persequamur cętera, vt quēadmodū spiritu vitæ animētur defuncti, surgant iacentes, sepulchra reserentur, possimus aduertere. Et ait ad me, Prophetiza fili hominis, & dic spirituī, Hæc dicit dūs: A quatuor ventis cæli veni spiritus, & insufflā in mortuos istos, & viuant. Et prophetaui sicut mādauit mihi, & intrauit in eos spūs vitę, & vixerūt, & steterūt in pedibus suis cōgregatio nimis multa. Et locutus est dīs ad me dicens: Fili hominis, ossa hęc oīs domus Israel est. Ipsi enim dicunt, Arida facta sunt ossa nostra, periit spes nostra, interiimus. Propterea pphetiza & dic, Hęc dicit dūs, Ecce ego aperiam vobis monumēta vestra, & educā vos de monumentis vestris in terrā Israel, & scietis quod ego sum dīs, cū aperiam sepulchra vestra, & educā de sepulchris populi meī, & dabo spiritū meū in vobis, & viuetis, & ponā vos super terrā vestrā, & scietis quod ego dīs locutus sum, & faciā, dicit dīs. Aduertimus quēadmodū vitalis spūs in artus resumatur, cognouimus quēadmodū dehiscētib⁹ tumulis mortui suscitētur. An vero mirādū est iussu domini mortuorū sepulchra referari, cū tota suis terminis vno touitruo terra quatiatur, mare suis exūdet finibus, itęq; fluuiorū cursus refrenetur vndarū? Deniq; ille qui credidit quia in momento oculi, in nouissima tuba mortui E
resurgent, cū primis rapietur in nubibus obuiā Christo in aera, qui nō crediderit, reliquetur: & pfidię suę subdet se ipse sententiæ. Ostendit tibi dominus etiā in euangelio, vt iam ad exēpla veniamus, quēadmodū resurgas. Non enī vnū Lazarū, sed fidē omniū suscitauit. Quod tu si credas cum legis, mens quoq; tua quę mortua fuerat, in illo Lazaro reuiuiscit. Quid enim sibi vult quod dīs ad monumētū accessit, magna voce clamauit, Lazare exi foras: nisi vt futurę resurrectiōis specimē pręstaret, exēplum ederet? Cur voce clamauit, quasi spiritu nō soleat operari, quasi tacitus nō soleat iperare? Sed vt illud ostēderet qđ scriptū est. Q in momēto oculi, in no Ioan. 11.
uissima tuba & mortui resurgēt incorrupti. Tubarū enī 1. Cor. 15.
crepitus, vocis metitur elatio. Et clamauit, Lazare exi foras. Cur etiā nomē additur, nisi forte ne alius resuscitatus p alio videretur, aut fortuita magis resurrectio ꝙ impetrata? Audiunt ergo defuncti, & exiuit foras de monumēto, ligatus pedes & manus institis, & facies eius orario colligata erat. Cōprehende si potes quēadmodū clausis oculis iter carpat, vinctis pedibus gradū dirigat, inseparabili gressu, separabiliq; pgressu. Manebāt vinacula, nec tenebāt: tegebātur oculi, sed videbāt. Videbat denuq; qui resurgebat, qui ābulabat, qui deserebat sepulchrū. Virtute enī diuine pręceptionis operante, natura F
sum nō requirebat officiū, & tanq; in excessu posita, nō iam suo ordini, sed diuino nutui seruiebat. Rūpebātur prius mortis ꝙ sepulturę vincula, agebatur prius ꝙ parabatur incessus. Si miraris hęc, disce qui impauerit, tum mirari desines. Iesus Christus dei virtus, vita, lux, resurrectio mortuorū, virtus erexit iacentē, vita gressum extulit, lux furgauit tenebras, reparauit obtutū, resurrectio viuendi gratiā reformauit. Fortasse moueat qđ Iudæi lapidē tollunt, Iudęi instita soluunt, ne forte & tu solicitus sis qui lapidē de monumēto tuo tollant, quasi vero qui spiritū refūdere poterat, lapidē mouere nō poterat, aut vincula rūpere, qui vinctū fecerat ambulare, aut deoperire facię qui opertis oculis lumen infuderat, aut fundere petrā qui poterat reformare naturā. Sed vt vel oculis suis crederent, qui credere mente nolebāt, remouent lapidem, vident cadauer, fœtorē sentiunt, instita rumpunt. Non possunt negare defunctum quē aspiciūt resurgentē, vident signa mortis, & vitę munera. Quid si dum audiunt, vel auribus suis creduntꝰ? Quid si dum intuētur, vel oculis suis corrigūtur? Quid si dū rūpūt vincula, mentes suas soluunt? Quid si dū Lazarꝰ exuitur,

G populus liberatur: dum Lazarum abire permittūt, ipſi
ad dominū reuertuntur? Deniq; multi qui venerant ad
Mariam: videntes quæ facta ſunt, crediderūt. Nec hoc
ſolum exẽplum edidit dominus noſter Ieſus Chriſtus,
ſed alios quoq; reſuſcitauit, vt nos vel exẽplis vberiori-
bus crederemus. Reſuſcitauit adoleſcẽtem fletu viduę
matris inflexus, qñ acceſſit & tetigit loculum dicens:
Lucæ. 6. Adoleſcẽs, tibi dico ſurge, & reſedit qui erat mortuus,
& cœpit loqui. Statim vt audiuit: ſtatim reſedit, ſtatim
locutus eſt. Alia enī virtutis gratia, aliius ordo naturæ.
Mat. 9. Nā quid de archiſynagogæ filia loquar, in cuius obitu
flebant turbę, tibicines pſonabāt? Et enī ad finē mortis
pōpa funeris exhibetur. Quā cito ad vocē dñi cōuertit
ſpūs, rediuiuum corpus erigitur, cibus ſumitur, vt vitæ
teſtimoniū crederetur? Et quid miremur ad vocem dei
refundi animā, redire oſſibus viſcera, cū meminerimus
3. Reg. 17 pphetici tactu corporis mortuū ſuſcitatū? Helias ora-
uit, & defuncti ſuſcitauit infantē. Petrus in noīe Chri-
ſti Thabitā ſurgere atq; ambulare præcepit: & redditā
ſibi pauperes gratulati crediderūt pro alimentis, & nos
adhuc p ſalute nō credimus? Illi reſurrectionē alienam
ſuis lachrymis redemerūt, nos noſtrā nec Chriſti redi-
mimus paſſione, qui cū emitteret ſpiritū, vt oſtenderet
pro noſtra reſurrectione ſe mortuū, ſeriem ipſam reſur-
Mat. 27. rectionis exercuit. Simul enī vt clamans iterū voce ma
gna emiſit ſpiritū, terra mota eſt, & petrę ſciſſæ ſunt, &
H monumēta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorū dor
mientiū reſurrexerunt, & exeuntes de monumēto poſt
reſurrectionē ejus venerunt in ſanctā ciuitatē, & multis
apparuerūt. Si hęc lecta ſunt cum emitteret ſpiritū, cur
incredibilia putamus cū redire cœperit ad iudiciū, præ-
ſertim cū hęc reſurrectio documētum illius reſurrectio-
nis, & futuræ veritatis ſit exẽplum? Minus autē exem
plum eſt q veritas. Quis igitur in domini paſſione mo
numenta aperuit, manū reſurgētibus dedit, viam qua
ciuitatē ſanctā peterēt, demonſtrauit? Si nemo fuit, fuit
itaq; vis diuina quæ operaretur in corporibus mortuo-
rū. Hominis tu quæris auxilium, vbi opus dei cernis?
Non egent humanis diuina myſteria. Cælū deus fieri
iuſſit, & factum eſt. Terram creari ſtatuit, & creata eſt.
Quis humeris ſaxa cōuexit? quis cōgeſſit ipſas? quis
laboranti deo ſuam operam miniſtrauit? In momen-
to hęc facta ſunt. Vis ſcire q breuī? Dixit, & facta ſunt.
Si dicto elementa cōſurgunt, cur dicto mortui nō reſur-
gant? Qui licet mortui ſint, tamen aliquando vixerūt,
habuerunt ſpiritū ſentiendi, habuerūt vires agendi. plu
rimūq; refert, capax animi nō fuiſſe, & exanimū reman-
Mat. 4. ſiſſe. Diabolus dixit, Dic lapidi huic vt fiat panis. Con-
fitetur iubente deo conuerti poſſe naturā, tu non credis
I iubēte deo reformari poſſe naturam? De ſolis curſu cę-
liq; ratione philoſophi diſputant, & ſunt qui putant his
eſſe credēdum, cum quid loquātur ignorent. Neq; enim
cælum aſcēderunt, axem dimenſi, mūdum oculis pſcru
tati ſunt, quia nullus eorum cū deo in principio fuit, nul
lus eorum de deo dixit, Cum pararet cælum, cum ipſo
eram, & eram cū eo cōponens, ego erā cui aggaudebat.
Eſaię. 66. Si ergo illis creditur, non creditur deo qui ait, Quēad-
modum cęlum nouum, & terra noua quę ego facio ma
nere corā me, ſic ſtabit nomē veſtrū & ſemen veſtrū, &
erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato, & veniet
omnis caro in conſpectu meo, vt adorēt in Hieruſalem
dixit dñs deus, & exibunt, & videbunt mēbra hominū
qui prēuaricati ſunt in me. Nā vermis eorū nō morie-
tur, & ignis eorū nō extinguetur, & erunt in aſpectum
vniuerſæ carnis. Si terra renouatur & cælum, cur dubi
temus hominē poſſe renouari, propter quem terra fa-
cta & cælum eſt? Si prævaricator ſeruatur ad pœnā,
cur iuſtus nō perpetuatur ad gloriā? Si vermis nō mo-
ritur peccatorū, quēad modū interibit caro iuſtorū? Hęc
eſt enim reſurrectio, ſicut verbi ipſius ſono exprimitur,
vt quod cecidit, hoc reſurgat: quod mortuū fuerit, reui-
uiſcat. Et hęc eſt ſeries & cauſa iuſtitiæ, vt quoniā cor- k
poris animiq; cōmunis eſt actus, quæ animꝰ cogitauit,
corpus efficit: vtrūq; in iudiciū veniat, vtrūq; aut pœnę
dedatur, aut glorię reſeruetur. Nam propemodū abſur
dum videtur, vt cū animi legem lex carnis impugnet,
& mens plerūq; quod odit hoc faciat, quando inhabi-
tans in homine peccatū carnis operatur: animus ſubda
tur iniuriæ, alienæ reus culpę: caro quiete potiatur au-
tor erumnæ: & ſolus atteratur qui nō ſolus errauit: aut
ſolus gloriam referat, qui non ſolus gloriæ militauit.
Plena, ni fallor, & iuſta ratio. Sed ego rationem a Chri
ſto nō exigo. Si ratione cōuincor, fidem abnuo. Credi-
dit Abraham deo, & nos credamus: vt qui ſumus ge-
neris, etiā fidei ſimus hæredes. Credidit & Dauid, pro-
pter quod locutus eſt: & nos credamus, vt poſſimus lo-
qui, ſcientes quoniā qui ſuſcitauit dominū Ieſum Chri
ſtum, & nos cū Ieſu ſuſcitabit. Hoc enim promiſit qui
nunquā mētitur deus. Hoc promiſit veritas in Euāge-
lio ſuo dicēs, Hęc eſt autē voluntas eius qui miſit me, vt Ioānis. 6.
omne quod dedit mihi, nō perdam ex eo, ſed reſuſcitē il-
lud in nouiſſimo die. Nec ſatis putauit ſemel dixiſſe,
ſed etiā repetit, expreſſione firmauit. Sic enī ſequitur,
Hæc eſt enī voluntas patris mei qui miſit me, vt omnis
qui videt filiū, & credit in eum, habeat vitam ęternā, &
reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Quis hoc dicit? Vtiq;
is qui mortuos plurima defunctorū corpora ſuſcitauit.
Si deo non credimus: nec exemplo credimus. Non cre L
dimus quod promiſit, quādo etiā quod nō promiſit effe
cit? Ipſe autē quam cauſam moriendi habuiſſet, niſi ha
buiſſet cauſam reſurgendi? Etenim quoniam dei mori
nō poterat ſapientia, reſurgere autem nō poterat quod
mortuum non erat: aſſumitur caro quæ mori poſſet, vt
dum moritur quod ſolet: quod mortuū fuerat, hoc reſur
geret. Neq; enī poterat eſſe niſi per hominē reſurrectio:
quoniā ſicut per hominē mors, ita per hominē reſurrec-
tio mortuorū. Ergo reſurrexit homo, qñ homo mor-
tuus, & reſuſcitatus homo, ſed reſuſcitās deus: tunc ſe- 2. Cor. 5.
cundum carnē homo, nūc per omnia deus. Nunc enim
ſecūdū carnē iam nō nouimus Chriſtū, ſed carnē p gra-
tiam tenemus, vt ipſum primitias quieſcētium, ipſum
primogenitū ex mortuis nouerimus. Primitiæ vtiq;
eiuſdē ſunt generis atq; naturæ, cuius & reliqui fructus,
quorū pro lætiore prouentu primitiua deo munera de-
feruntur, ſacrum munus pro omnibus, & quaſi repara-
tæ quędam liba naturæ. Primitię ergo quieſcētiū Chri
ſtus. Sed vtrū ſuorū quieſcentiū, qui quaſi mortis exor-
tes dulci quodā ſopore tenentur, an omniū mortuorū?
Sed ſicut in Adam oēs moriūtur, ita in Chriſto oēs vi- 1. Cor. 15.
uificabuntur. Itaq; ſicut primitiæ mortis in Adam, ita
etiā primitiæ reſurrectiōis in Chriſto omnes reſurgunt. M
Sed nemo deſperet, neq; iuſtus doleat cōmune conſor-
tium reſurgēdi, cū præcipuū fructum virtutis expectet.
Omnes quidem reſurgent, ſed vnuſquiſq;, vt ait apoſto
lus, in ſuo ordine. Cōmunis eſt diuinæ fructus clemen-
tiæ, ſed diſtinctus ordo meritorū. Dies omnibus lucet,
ſol omnes populos fouet, pluuia poſſeſſiones omnium
vberiore imbre fœcundat. Omnes naſcimur, oēs reſur-
gemus, ſed in vtroq; vel viuendi, vel reuiuiſcēdi gratia
diſpar diuerſaq; cōditio. In momēto enī, in ictu oculi, in
nouiſſima tuba & mortui reſurgent incorrupti, & nos
immutabimur. Quinetiā in ipſa morte quieſcunt alii,
viuunt alii. Bona quies, ſed vita melior. Deniq; Paulus
advitam excitat quieſcētem dicens, Surge qui dormis, Ephe. 5.
& exurge a mortuis, & illuminabit tibi Chriſtus. Ergo
hic excitatur vt viuat, vt ſimilis Pauli ſit, vt poſſit dice
re, Quia nos qui viuimꝰ, nō præueniemus eos qui dor
mierūt. Nō enī cōmunē hūc viuēdi loquitur vſum, ſpi-
randiq; cōmerciū, ſed meritū reſurgēdi. Nā cū dixiſſet:
Et mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgēt primi: ſubiecit
deinde, Et nos qui viuimus, ſimul cū illis rapiemur in
nubibꝰ obuiā Chriſto in aera. Vtiq; mortuꝰ eſt Paulꝰ,

A & paſſione venerabili vitam corporis cū immortali glo
ria cōmutauit. Nū fefellit ergo qui ſe viuentem ſcripſit
in nubibus obuiam Chriſto eſſe rapiēdum? Hoc enim
de Enoch legimus aut Helia. ſed & tu rapieris in ſpiri-
tu. Ecce currus Helię: eccę ignes etſi non videtur, parā-
tur vt iuſtus aſcēdat, innocens transferatur, & tua vita
mori neſcit. Deniq; apoſtoli mori neſcierūt. Vnde di-
Mat. 16. ctum eſt, Amē amēdico vobis, multi ex his aſtantibus
nō guſtabūt mortē donec videant filiū hoīs veniētem
in regno ſuo. Viuit enī qui nō habet quod moriatur in
eo, qui nō habet ex Ęgypto calciamētū aliquod vt vin-
culum, ſed exuit illud priuſq; coporis huius deponat offi
cium. Non ſolus itaq; Enoch viuit, quia nō ſolus eſt: ra
pietur & Paulus obuiam Chriſto. Viuunt etiā patriar
chæ, neq; enim aliter deus Abrahā, deus Iſaac, & deus
Lucæ. 20. Iacob, niſi mortui viuerēt, diceretur. Deus enī mortuo-
rū nō eſt, ſed viuētiū. Viuemus & nos, ſi geſta moreſq;
maiorū voluerimus imitari. Miramur patriarcharū
prēmia, imitemur obſequia, prædicemus gratiā. Non
eſcis inducti, ſeculi laqueos incidam⁹, arripiam⁹ oppor-
tunitatē tēporis, prēſcriptū legis, clementiā vocationis,
deſiderii paſſionis. Exierūt de terra ſua Patriarchæ, &
nos exeamus, ppoſito de corporis poteſtate nos exea-
mus, illi exilio: ſed exiliū nō putarūt quod deuotio obi-
ret, nō neceſſitas imparet. Illi terram ſolo mutarūt, nos
B cælo terrā mutem⁹. Illi habitatiōe, nos ſpū. Illis illumi-
natū ſtellis cęlū oſtēderit, ſapientia noſtri cordis oculos
illuminet. Sic typus veritati, & veritas concurrit typo.
Abrahā paratus hoſpitib⁹, fidelis deo, impiger miniſte
rio, prōptus officio, trinitatē in typo vidit, hoſpitalitatē
religione cumulauit, tres ſuſcipiēs, vnū adorās, & perſo
narū diſtinctione ſeruata, vnū tamen dīm nominabat,
tribus honorificentiā muneris deferens, & vnā ſignifi-
cans poteſtatē. Loquebatur enim in eo nō doctrina, ſed
gratia: & melius credebat ille quod nō didicerat, q nos
qui diſcim⁹? Nemo enī typū falſauerat veritatis, & ideo
tres vidit, ſed vnitatē veneratur. Tres meſuras ſimila-
ginis promit, vnum immolat vitulū, ſatis credens vnū
eſſe ſacrificiū, triū munus: vna hoſtia, triū gratia. Nam
in quatuor regibus quis non intelligat quod materialis
elementa naturę prefigurato dominicæ paſſionis indi-
cio, & oīa ſibi mundana ſubiecerit, fidelis in bello, abſti-
nens in triūpho, qui domꝰ nō hominū diteſcere, ſed dei
mallet. Generare ſe poſſe filium ſenex credidit, immo-
lare poſſe ſe filiū pater iudicauit: nec patrius trepidauit
affectus, cū ſenis dextera pietas adiuuaret. Sciebat enī
acceptiorē deo filiū immolatū eſſe q ſanū. Ergo adducit
ad ſacrificiū filiū dilectiſſimū: & quē ſero ſuſceperat, cito
obtulit: nec paterni nominis appellatione reuocatur, cū
C ille patrē vocaret, hic filiū. Chara quidē nominū pigno-
ra, ſed amabiliora præcepta. Itaq; licet cōpaterētur cor-
da, vota durabant. Diſtrinxit ſuper filiū gladiū paterna
manu, & patrio percuſſit affectu. Ne periret pœna tre-
pidauit, ne ictus erraret, dextera deficeret, ſenſit pietatis
affectū, ſed nō omiſit deuotiōis negociū, & properabat
obſequiū etiā cū audiret oraculū. Vnde nos quoq; deū
omnibus quos diligimus præferamus, patri, fratribus,
matri, vt poſſit nos ſeruare dilectos, ſicut in Abraham
vberiorē remuneratorē q miniſtrū videmus. Obtulit
quidē filiū pater, ſed deus nō ſanguine ſed pietate placa
tur. Quem p hoīe demōſtrauit in ligno, vt & filiū patri
redderet, nec periret hoſtia ſacerdoti. Itaq; nec Abrahā
parricidio cruentatus: nec deus ſacrificio defraudat⁹ eſt.
Vidit propheta, nec affectauit iactātiā, nec tenuit per-
tinaciā, quem p homine mutauit: quo magis oſtēditur
q religioſe obtulerit, quē tam libenter receperit. Et tu ſi
deo munus tuū offeras, nō amittes. Sed auari ſumus,
deus vnicū filiū morti p nobis obtulit, nos noſtros ne-
gamus. Vidit hoc Abrahā, & agnouit myſteriū, ſalu-
tem nobis in ligno futurā: nec latuit in vno eodēq; ſacri-
ficio aliud eſſe quod videretur offerri, aliud quod poſſet
occidi. Imitemur ergo Abrahæ deitotionē, imitemur D
Iſaac bonitatē, imitemur caſtimoniā. Bonus plane &
pudicus vir, deuotus deo, caſtus vxori, qui iniuriam nō
reddidit, excludētibus ceſſit, pœnitētes eoſdem recepit,
nec proteruus cōtumaciæ, nec durus gratiæ, litiū fugi-
tans cū recederet, facilis venię cū reciperet, profuſior bo-
nitate cū ignoſceret, petebat ſocietatis cōſortiū, adiun-
xit cōmunia voluptatis. Imitemur etiā in Iacob typum
Chriſti. ſit eius in nobis aliqua ſimilitudo factorū. cer-
mus cōſortes ſi fuerimus imitatores. Matri obediuit,
fratri ceſſit, ſocero ſeruiuit, mercedē de lucris nō de gre-
gis diuiſione queſiuit. Non auara diuiſio, vbi lucratiua
portio. Nec illa ociosa ſignificatio, ſcala de cęlo, quod p
crucē Chriſti angelorū atq; hoīm futura cōſortia vide-
rentur: cui obſtupefactum eſſet femur, vt in femore ſuo
aguoſceret generationis hæredem, & obſtupefactio fe-
moris, paſſionē prophetaret hæredis. Videmus igitur
cęlum patere virtuti: nec hoc eſſe paucorū. Multi enim Matth. 8.
venient ab oriente, & ab occidente, & aquilone, & au-
ſtro, & recūbent in regno dei, delectationem perpetuæ
quietis ſepultis animorū motib⁹ exprimentes. Sequa-
mur Abrahā moribus, vt nos eripiat in gremiū ſuum,
& tanquā Lazarū ſuæ humilitatis hæredem propriis
circūfuſum virtutibus pio foueat amplexu. Non enim
nos in gremio corporali, ſed in quodam bonorū factorū
amictu ſancti patriarchæ probata deo ſucceſſio fouet. E
Nolite, inquit, ſeduci. deus nō irridetur. Aduertimus q
graue ſit ſacrilegiū reſurrectionē nō credere. Si enim nō
reſurgem⁹, ergo Chriſtus gratis mortu⁹ eſt, ergo Chri
ſtus nō reſurrexit. Si enī nobis nō reſurrexit, vtiq; nō re
ſurrexit, qui ſibi cur reſurgeret, rationē nō habebat. Re
ſurrexit in eo mūdus, reſurrexit in eo cælum, reſurrexit
in eo terra. Erit enī cælum nouum, & terra noua. Sibi
autē non erat neceſſaria reſurrectio, quē mortis vincula
nō tenebant. Nam etſi ſecundum hominem mortuus,
in ipſis tamen erat liber infernis. Vis ſcire q liber? Fa- Pſal. 87.
ctus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber.
Et bene liber, qui ſe poterat ſuſcitare, iuxta quod ſcriptū
eſt. Soluite hoc tēplum, & in triduo reſuſcitabo illud. Ioānis. 2.
Et bene liber, qui alios deſcēdebat redēpturus. Factus
eſt autē ſicut homo, nō ſpecie vtiq;, ſed veritate format⁹,
quia & homo eſt, & quis cognoſcet eum? Etenī ſimili-
tudine hoīm factus, & ſpecie inuentus vt homo, humi-
liauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortē, vt per
illam ſcilicet obedientiā eius gloriā videremus, gloriā
quaſi vnigeniti ſecūdum ſanctū Ioānem. Ita enim ſcri-
pturæ figura ſeruatur, vt & vnigeniti gloria, & perfecti
hominis natura ſeruetur in Chriſto. Itaq; adiutore nō
eguit. Neq; enim eguit cum faceret mūdum, vt egeret
cū redimeret: nō legatus, nō nuncius, ſed ipſe dominus F
ſaluum fecit eum. Ipſe dixit, & facta ſunt. ipſe dominus
ſaluum fecit eum: vbiq; ipſe, quia per ipſum oīa. Quis
autē adiuuaret eum in quo creata ſunt oīa, & omnia
in ipſo conſtant? Quis adiuuaret eū qui oīa in momen
to facit, & in nouiſſima tuba mortuos ſuſcitat? Non
quia prima aut ſecunda nō poſſit aut tertia, ſed ordo ſer
uatur, non quo difficultas ſero vincenda, ſed legitimus
numerus explicandus ſit. Tēpus autē arbitror de tu-
barū ſpecie dicere, quoniā ſermo ppinquat ad finem, vt
noſtri quoq; cōſummandi eloqui tuba ſignū ſit. Septē
tubas legimus in Apocalypſi Ioannis, quas ſeptē ſum-
pſere angeli, vbi habes quoniā ſeptimus angelus tuba
cecinit, et facta eſt vox magna de cælo dicens: Factum
eſt regnū huius mūdi dei & Chriſti eius, & regnabit in
ſecula ſeculorū. Tuba quidē & pro voce accipitur, quia
habes: Quoniā ecce oſtiū apertū in cælo, & vox prima Apoc. 4.
quam audiui, ſicut tubæ loquentis mecum, & dicentis:
Aſcende huc, & oſtēdam tibi quæ oportet fieri. Legi-
mus etiā: Canite initio mēſis tuba. Sed etiā alibi: Lau
date eū in ſono tubæ. Ergo quid ſibi vult tubarū ſignifi
catio, omni virtute debemus aduertere, ne quaſi ſabu-

G Iam aniliter accipiẽtes periclitemur, si indigna dogmate spiritali, nec conuenientia scripturarũ eminentiæ sentiamus. Ephe.6. Nã cũ legimus bellum nobis esse nõ aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus spiritalia nequitię quæ sunt in cælestibus: nõ carnalia vtiq; arma, sed fortia deo æstimare debemus. Non enim satis est tubam videre nec sonum eius audire, nisi proprietatem sonitus intelligas. Etenĩ si incertam vocem det tuba, quis parabit se ad bellum? Vnde oportet vocis tubæ nos scire virtutẽ, ne videamur barbari cũ tubas huiusmodi aut audimus aut loquimur. Et ideo cũ loquimur, oremus vt eas nobis spiritussanctus interpretetur. Requiramus igitur in scripturis veterib⁹ quid de tubarũ genere legerim⁹, sciẽtes eas solennitates quę Iudeis lege pręscriptę sunt, superiorũ esse vmbram celebritatũ, cælestiumq; festorũ. Hic enim vmbra, illic veritas. Per vmbrã ad veritatẽ peruenire nitamur. Cuius figura etiã alibi expressa est. Leuit.10. Habes enĩ quia locutus est dominus ad Moysen. Loquere filiis Israel, dicens: Mense septimo, vna mensis erit vobis requies in memoriale tubarũ vocata, sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis, accendetis holocaustũ domino. In Numeris autẽ locutus est dominus ad Moysen dicẽs: Num.10. Fac tibi duas tubas ductiles, argenteas facies eas, & erunt tibi ad euocandam synagogam, & promouenda castra, & tuba canes in illis, & colligetur oĩs turba ad ostium tabernaculi testimonii. Si autẽ in vna tuba cecineris, ad te venient omnes prin- H cipes & duces Israel: & tuba canetis significationẽ primã, & promouebunt castra, & cõstituẽtur ad Orientẽ. Et tuba canetis significationem secũdam, & promouebunt castra, & constituentur ad Liba. Et tuba canetis significationẽ tertiam, & promouebũt castra, quæ constituentur ad Boream. Et tuba canetis significationẽ quartam, & promouebunt castra quę constituentur ad Aquilonẽ. Significationẽ tuba canẽt in promotu eorũ, & cõgregabitis synagogã. Tuba canite & nõ significatione, & filii Aaron sacerdotes tubis canent, & erit vobis legitimũ sempiternũ in progenies vestras. Si autẽ exieritis in bellum in terrã vestrã: aduersarios qui resistunt vobis, signabitis tubis, & reminiscimini corã deo, & liberationẽ habebitis a mortuis vestris. Et in diebus lętitię vestrę, & in diebus festis vestris, & in neomeniis vestris concinite tubis, & in holocaustis & sacrificiis salutaribus vestris, & erit vobis in cõmemoratiõe vestra corã domino, ait dominus. Quid igitur dies festos in potu & in epulis ęstimabimus? Sed nemo nos in manducando diiudicet. Nouimus enĩ quia lex spiritalis est. Nemo ergo nos iudicet in escis aliquibus, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniis, aut sabbato, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi. Corpus itaq; Christi requiramus, quod nobis quasi nouissima I tuba vox de cælo paterna monstrauit, tunc cũ dicebant Iudæi quia tonitruum factum est illi. Corpus Christi quod iterũ tuba nobis nouissima reuelabit, quoniã ipse dominus in iussu archangeli, & in tuba domini descendet de cęlo, & mortui qui in Christo sunt resurgẽt. Vbi enim corpus, illic aquilę. vbi Christi corpus, ibi veritas. Septima igitur tuba hebdomadis requiem videtur significare, quæ non solum in diebus & annis & periodis ęstimatur (vnde & iubileus sacratus est numerus) sed etiam annum septuagesimũ comprehendit, quando in Hierusalẽ regressus est populus, qui septuaginta annis in captiuitate durauit. in cẽtesimis quoq; etiã & in millesimis sacri obseruatio minime præteritur. Neq; enim 3.Reg.19 ociose dixit: Reliqui mihi septem milia virorũ qui non flexerunt genua Baal. Ergo vmbra futuræ quietis in diebus, mẽsibus, annis, mundi ipsius tẽpore figuratur: & ideo per Moysen mandatur filiis Israel vt septimo mẽse vna mẽsis singulis fiat requies ĩ memoriale tubarũ, nec seruile aliquod opus, sed deo sacrificiũ offeratur, eo quod in ipso fine hebdomadis quasi mundi sabbato spiritalia a nobis nõ carnalia opera flagitentur. Quod K enim carnale, seruile: quia animo caro seruit, liberũ innocentia facit, culpa vernaculum. Oportuit igitur per speculũ & in ęnigmate fieri spiritalia. Nunc enĩ per speculum videmus, tunc facie ad faciem. 1.Cor.13. Nunc secundum carnem militamus, tunc spiritu videmus diuina mysteria. Et ideo vere legis character in nostris moribus exprimatur, qui in dei ambulamus imagine, quoniam iam legis vmbra transiuit, vmbra Iudæis carnalibus, imago nobis, veritas resurrecturis. Tria enĩ hęc secundum legẽ esse cognouimus, vmbrã, imaginẽ, veritatẽ: Vmbram in lege, imaginem in Euangelio, veritatem in iudicio. Sed Christi omnia, & in Christo omnia, quẽ nunc secũdum veritatẽ videre non possumus, sed videmus quasi in quadam imagine, futurorum vmbram in lege perspeximus. Ergo Christus nõ vmbra, sed imago dei, nõ vacua imago, sed veritas. Et ideo per Moysen lex: quia vmbra per hominẽ, figura per legem, per Iesum veritas. Neq; enim veritas aliunde, nisi per veritatem procederet. Si quis ergo hanc imaginem dei videre desiderat, debet diligere deũ, vt diligatur a deo, & sit iam non seruus, sed amicus, qui mandata dei fecerit, vt possit introire in nubem, vbi est deus. Ipse faciet sibi rationabiles tubas duas ductiles argento probato, hoc est precioso verbo cõpositas & ornatas, quibus non raucum increpãs terribili sonitu murmur interstrepat, sed sublimes gratiæ deo cõtinua iubilatione fundãtur. Talium enim tubarum sonitu mortui suscitantur, nõ L crepitu vtiq; aeris, † sed verbo veritatis animati. († als æris.) Et fortasse duæ istæ tubæ sunt, per quas diuino spiritu Paulus increpuit dicens: Orabo spiritu, orabo & mẽte: psallam spiritu, psallam & mente. 1.Cor.14. Altera enim sine altera nequaq̃ videtur vocationẽ habere perfectã. Nec tamen omnium est vtraq; canere tuba, nec est omniũ vniuersam colligere synagogam, sed solis sacerdotibus & ministris dei canentibus ista prærogatiua defertur, vt quicũq; audierit & secutus eo fuerit vbi est dei gloria, & ad tabernaculum testimonii præmatura intentione conuenerit, opera possit spectare diuina, & legitimum illud æternumq; domiciliũ in sue posteritatis seriem promereri. Tunc enim bellum cõficitur, hostis fugatur, quando spiritus gratia concinit, & mẽtis industria. Sunt & illæ salutares tubę, si corde credas, & ore cõfitearis. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Rom.10. Hac igitur gemina tuba ad illam sanctam terram, resurrectiõis scilicet gratiam peruenitur: & ideo semper tibi concinat, vt semper audias dei voces: semper te angelorum prophetarumq; oracula excitent atq; commoueant, vt ad superiora festines in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei, in voce exultationis & confessionis sonitus epulantis. Non enim soli hostes harum tubarum sonitu vincuntur, sed & delectationes, M & dies festi, & neomeniæ sine his esse nõ possunt. Nemo enim potest nisi diuini hauriat promissa sermonis, & resultãtibus credat oraculis, exultare dies festos lætitia, aut neomenias agere, quibus se corporali gratia & seculari occupatione vacuatũ, Christi repleti luce desideret. Sacrificia quoq; ipsa deo probata esse non possunt, nisi confessio vocis aspiret, quæ sacerdotali oblatione ad obsecrandam dei gratiam populos excitare consueuit. Itaq; simus prædicatores domini, & laudemus eum in voce tubæ, nõ exigua de virtute eius & vilia sentientes, sed ea quę possint aurem mẽtis implere, & intimæ conscientię penetrare secretum, & ea quæ corpori cõueniant, diuinitati nõ putemus aptãda. Nec diuinę magnitudinẽ potestatis humanis virib⁹ metiamur, vt queramus quõ quis resurgat, aut quali corpore veniat, aut queadmodũ soluta coeant, lapsa reparẽtur. Hęc enĩ arbitrio dei simul vt statuũtur ĩplẽtur, nec sensibilis tubarũ expectatur auditus, sed inuisibilis potẽtia magnificentiæ cælestis operatur. Deo enĩ velle ꝑ facto

A est, nec resurrectionis requirendus nisus, sed fructus nobis est expetẽdus. Quæ procliue celebrabitur, si exinaniti vitiis plenitudinẽ spiritalis mysterii cõsequamur, gratiamq; renouatã caro sumat a spiritu, & fulgorẽ lucis æternæ anima mereatur a Christo. Sed non solum singulorum, verum etiam vniuersitatis ista mysteria sunt. Aduerte enim iuxta typum legis ordinem gratiæ. Cum tuba prima cecinerit, orientales congregat quasi precipuos & electos. Cum secunda, suppares meritis qui secundum Libanum siti dereliquerint ludibria nationum. Cum tertia, eos qui tanq̃ in mari exagitati istius flatu mũdi seculi huius fluctibus vacillarint. Cum quarta, illos qui dura mentiũ nequaq̃ satis potuerint eloquii spiritalis mollire pręcepto, & ideo secũdum Boream vocati sunt. Boreas enim secũdum Salomonem durus est ventus. Itaq; licet in momẽto resuscitẽtur omnes, omnes tamen meritorũ ordine suscitantur. Et ideo primi resurgent qui maturo deuotionis occursu, & quodam antelucano fidei exortu prodeuntis solis ęterni radios receperũt. Quod vel de patriarchis iuxta veteris seriem testamẽti, vel de Apostolis iuxta euangelium iure memorauerim. Secũdi autẽ qui ritũ gẽtiũ relinquẽtes, ab errore sacrilego trãsierũt in ecclesię disciplinã. Et ideo illi primi ex patrib⁹, isti secũdi ex gẽtib⁹. Ab illis enĩ lux fidei cœpit, in istis vsq; ad mundi occa- B sum suscepta durauit. Tertii suscitãtur & q ab Austro, & qui ab Aquilone sunt. His quatuor terra distinguit, his quatuor annus includit, his quatuor ecclesia cõgregatur. Omnes enĩ qui sacrosanctæ ecclesiæ copulati, diuini nominis appellatione censentur, prerogatiuã resurrectionis, & delectationis æternę gratiã consequentur: Luc.13. quoniã venient ab oriente & occidẽte, & ab aquilone & austro, & recũbent in regno dei. Non enim exigua mũdum suũ Christus luce complectitur: Psal.18. quãdoquidem a summo cęlo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summũ eius: nec est qui se abscondat a calore eius. Omnes enim benignus illustrat, nec refutare leuẽ, sed emendare vult: nec excludere durum ecclesia, sed mollire desiderat. Et ideo eos in Canticis canticorũ ecclesia, in euãgelio Christus inuitat dicẽs: Mat.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, et ego reficiam vos. tollite iugũ meum super vos, & discite quia mitis sum, & humilis C corde. Ecclesiæ quoq; vocẽ inuitãtis agnosce. Dicit enĩ: Canti.4. Exurge aquilo, & veni auster, perfla ortũ meũ, & defluant vnguẽta mea. Descendat frater meus in ortum suum, & edat fructum pomiferarũ suarum. Sciẽs enim iam tunc etiam ortum tibi fore opera fructuosa, Christo tuo fructũ de talibus pollicebare, quę primo te in cubiculum dixisti regis introductã, diligẽs vbera super vinum, cum diligentem amares, lactantem quæreres, pericula pro religione contẽneres, deinde a Libano sponsa rogaris vt venias iudicio domini adhuc tota formosa, tota irreprehẽsibilis. Sic enim scriptum est: Tota es formosa proxima mea, & reprehẽsio non est in te. ades huc a Libano. Postea ipsa iam nullos æque lapsus, iã nullos impetus descendentes a Libano pertimescens, Aquilonem & Austrum aduocas, perflari cupiẽs ortũ tuũ, vt in aliis vnguẽta tua defluãt, in aliis multiplices fœcũditatis tuæ fruct⁹ offeras Christo. Et ideo beatus qui custodit verba prophetiæ huius, quæ nobis resurrectionem euidentioribus testimoniis reuelauit dicens: Apoc.20 Et vidi mortuos magnos et pusillos stantes ante sedem, & libros aperuerũt, & alius liber apertus est, qui est vitę, & iudicati sunt mortui de scriptis in libris secũdum facta sua, & dedit mare mortuos qui in ipso erãt, & inferi dederunt mortuos qui penes se erant. Ne ergo dubites queadmodum resurgant quos inferi reuomũt, mare reddit. Accipe etiam quãdo promittatur gratia futura iustorũ. Et audiui, inquit, vocem magnã de cælo dicentem: Apoc.21. Ecce tabernaculũ dei cũ hominibus, & habitabit cũ illis, & ipsi populus eius erunt, & ipse deus cũ illis erit illorũ deus, & delebit omnem lachrymã de oculis eorum, D & mors nõ erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor vltra erit. Cõpara nũc si placet atq; contende vitam hãc cum illa vita. Elige si potes perpetuã corporis vitam in labore ærumnaq; miserabili tantarũ commutationũ, votorumq; tædio, fastidio voluptatũ. Nonne si deus ista perpetuare velit, illa diligeres? Nã si per se ipsa vita fugienda est, vt sit molestiarum fuga, requies ærũnarum: quanto magis ea requies est expetenda, cui futuræ resurrectionis voluptas perpetua succedet, vbi nulla criminũ series, nulla illecebra delictorum? Quis in dolore tam patiens, qui non mortẽ oret? Quis in infirmitate tam constans, vt non optet mori se potius q̃ debilẽ viuere? Quis in mœrore tam fortis, vt non desideret eo se vel moriendo defungi? Quod si ipsi nobis dum viuimus displicemus, cũ viuẽdi finem præstitũ esse nouerimus: quanto amplius vitę nos tæderet istius si sine fine futuros nobis labores huius corporis cerneremus? Quis est igitur qui se velit mortis exortem? Aut quid grauius immortalitate miserabili? Si in hac vita, inquit, in Christo tantũ sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus: 1.Cor.15. non quo in Christo sperare sit miserũ, sed quia Christ⁹ sperantibus in se, vitã alterã præparauerit. Hæc enim peccato obnoxia est, illa ꝑmio reseruata. Ipsos cursus breues nostrarũ ætatum quantũ videmus nobis afferre fastidium? Puer adolescentiã desiderat, adolescẽs annos sibi maioris metitur ætatis, iuuenis beneficio æui florentis ingratus, senilem honorificentiã concupiscit. ita omnib⁹ ex natura venit velle mutari, cõtra sectas philosophorũ, qui vel animã solam durare dicant post corporis mortem, vel μεταψυχωσιν credãt, quia eius nos quod sumus, pœnitet. Deniq; etiam ipsa postremũ vota fastidio sunt: & quæ mereri optauimus: cũ meruerimus, abdicamus. Vnde nõ immerito etiam sancti viri prolongatum incolatũ suũ sæpe doluerunt. Doluit Da- E uid, doluit Hieremias, doluit Helias. Si sapiẽtibus creditur: et hi in quib⁹ diuinus spiritus loquebatur, ad meliora properabãt. Si reliquorum iudicia sciscitamur, vt omnes in vnã conueniãt sententiã, quanti mortẽ mœrori, quanti mortem formidini prætulerũt, iudicantes videlicet grauiorẽ metum mœroris esse q̃ mortẽ. adeo suis malis mors non timetur, sed vitæ miseriis antefertur, cum expetitur morientis exitus, & euitatur formido viuentis. Sed esto, huic vitę resurrectio præferatur. Quid? philosophi ipsi gen⁹ post mortẽ aliq̃d repererũt, quo nos vti magis q̃ resurgere delectabit? Et illi quidẽ qui dicunt animas immortales esse, non satis mulcere me possunt cũ pro parte me redimũt. Nam quæ potest esse gratia, vbi nõ totus euasi? Quæ vita si in me opus dei occidat? Quæ iustitia si naturæ finis mors sit, errãti & iusto vitæ cõmunis? Quæ veritas, vt quia ipsa se moueat, et semper moueat anima, immortalis esse credatur, quod nobis in corpore cõmune cum bestiis: ante corpus quid geratur incertũ, nec ex cõtrariis colligatur veritas, sed destruatur? F An vero illorũ sentẽtia placet qui nostras animas, vbi ex hoc corpore emigrauerint, in corpora ferarũ variarumq; animantiũ transire cõmemorant? At certe hæc Circeis medicamẽtorum illecebris cõposita esse ludibria pœnarũ ipsi philosophi disserere solent, nec tam illos qui perpessi ista simulentur, q̃ sensus eorũ qui ista cõfinxerint, velut Circeos populos ferunt in varia bestiarũ monstra cõuersos? Quid enim tam simile prodigii q̃ homines credere in habitũ ferarũ posse mutari? Quãto maioris est prodigii gubernatricem hominis animam, aduersam humano generi bestiarum suscipere naturã, capacẽq; rationis ad irrationabile animal posse trãsire, q̃ corporis effigies esse mutatas? Vos ipsi hęc destruitis qui docetis. Nam magicis incantata carminibus portento huius conuersionis genera tradistis. Ludunt hæc poetæ, reprehendũt phi-

G loſophi,& quæ putant ficta de viuentibus,hęc arbitran
tur vera de mortuis. Illi autem qui iſta finxerũt, nõ ſuã
probare fabulam,ſed philoſophorũ errores irridere vo
luerunt,qui putant quod illa anima quę miti humiliq́
propoſito iracundiã vincere,patiẽtiam aſſumere, cruo
re abſtinere conſueuerat, eadem frequẽti motu leonis
incenſa,iræ impatiens,effrena rabie,ſitire ſanguinem,
cędemq́ poſſit expetere. Et illa quæ populorum fremi-
tus varios regali quodam conſilio tẽperabat,& rationa
bili voce mulcebat, eadẽ ſe inter deuia atq́ deſerta ritu
luporũ patiatur vlulare. Aut quę iniuſto ſub onere ge-
mẽs duros aratri labores queſtu miſerabili mugiebat,
eadem poſtea in figurã hominis cõmutata, leui cornu
quærat in fronte. Vel illa quam præpetes prius pennę
vſq́ ad alta cęli per ſublime aeris alarũ remigiis euehe-
bant, eadẽ poſtea volatus iã nõ ſuos requirat,& ſe hu-
mani doleat corporis grauitate pigreſcere. Hinc fortaſ-
ſe & illum Icarum perdidiſtis,quod perſuaſionibus ve
ſtris inductus adoleſcens, prius auẽ ſe fuiſſe fortaſſe cre
diderat. Hinc etiam ſenes pleriq́ decepti ſunt, vt graui
immorentur dolori,cygneis male creduli fabulis,dum
putant modulis ſe mulcendo flebilibus, albẽtem molli
pluma mutare caniciẽ. Hæc q̃ incredibilia,q̃ deformia?
Quãto illud eſt cõuenientius, vt credas ſecundũ natu-
H ram,credas ſecundũ vſum fructuũ cæterorũ, credas ſe-
cundum geſtorũ exempla,oracula prophetarũ,Chriſti
cæleſte promiſſum. Quid vero præſtantius,q̃ vt opus
dei radices nõ perire,& ſecundũ imaginẽ & ſimilitudi-
nem dei factos transferri non poſſe in effigies beſtiarũ,
cum vtiq́ ad ſimilitudinem dei non corporis ſit imago
ſed ſpiritus? Nam queadmodũ homo cui ſubiecta ſunt
animãtium genera cæterorum,in ſubiectũ ſibi animal
meliore ſui parte demigret? Nõ patitur hoc natura:&
ſi pateretur natura,nõ pateret gratia. Sed videro quid
vos de vobis gẽtes opinionis habeatis. Neq́ enim mi-
rum debet videri quod creditis vos in beſtias poſſe mu
tari,qui beſtias adoratis. Ego tamen malim de veſtro
merito melius iudicetis,vt nõ inter cœtus ferarum,ſed
inter angelorum conſortia vos credatis futuros, & ani
mos ex hoc iam vitæ anfractu & terreni corporis collu
uione diſcedere, & ad illa concilia ſuperna contendere.
Et ſic ſanctorum ſit peruenire, laudem dicere deo, quã
citharizantes illos dicere prophetica lectione comperi-
mus,quia magna & mirabilia opera tua domine deus
omnipotens,iuſtæ & veræ vię tuæ rex gentiũ:quis nõ
timebit & magnificabit nomen tuũ?quia ſolus ſanctus
es,quia omnes gentes venient & adorabũt ante te. Vi
dere quoq́ tuas Ieſu nuptias, in quib⁹ de terrenis ad cę-
I leſtia concinentibus omniũ gaudiis ſponſa deducitur.
Pſal. 64. Ad te enim omnis caro veniet,iã non ſeculo obnoxia,
ſed ſpiritui copulata. Videre thalamos ornatos byſſi-
no,roſis,liliis,& coronis. Sic enĩ cuius alterius ornãtur
nuptiæ,cõfeſſorũ liuore,martyrum ſanguine,liliis vir-
ginum,coronis etiã ſacerdotũ? Hoc ſibi præ cęteris Da
uid ſanctus optauit,vt hęc ſpectaret & cerneret. Deniq́
Pſal.26. ait: Vnã petiui a dño,hãc requirã,vt inhabitẽ ĩ domo
dñi omnes dies vitæ meæ,& videã voluptatẽ dñi. Iu-
uat hoc credere,ſperare delectat. Certe nõ credidiſſe pœ
na eſt,ſperaſſe gratia. Q đ ſi in hoc erro, quia angelis
me poſt mortẽ ſociari malo q̃ beſtiis,libenter in hoc er-
ro:neq́ vnq̃ hac me opinione dũ viuo,fraudari patiar.
Quid enĩ mihi ſupeſt ſolatii,q̃ q̃d me citius ad te frater
ſpero venturũ,nec digreſſus tui inter nos lõga diuortia
fore,tuis interceſſionib⁹ mihi hoc poſſe cõferri,vt citius
deſiderãtẽ tui aduoces? Quis enĩ eſt qui nõ ſibi debeat
1.Cor. 15 iſtud optare præ cæteris,vt corruptibile hoc induat in-
corruptelã, & mortale hoc ĩduat immortalitatẽ,vt qui
nũc morti corporis fragilitate ſuccũbimus, ſupra natu-
ram ſiti mortem iam timere nequeamus.

F I N I S.

DIVI AMBROSII ORATIO DE EXITV, VITA, ac virtutibus Theodoſii Imperatoris,habita in celebritate quadrageſimi diei obitus ſui, Honorio principe filio eius aſſiſtente.

HOC NOBIS motus terra-
rũ graues, hoc iuges pluuiæ
minabãtur,et vltra ſolitũ ca-
ligo tenebroſior denũciabat,
quod clementiſſimus Impe-
rator Theodoſius receſſurus
eſſet e terris. Ipſa igitur exceſ
ſum eius elemẽta mœrebãt.
Cælum tenebris obductum,
aer perpeti horrens caligine.
Terra quatiebatur motib⁹,replebatur aquarũ alluuio-
nibus. Quid ni mundus ipſe defleret eum principẽ cõ-
tinuo eſſe rapiendũ,per quem dura mũdi iſtius tempe-
rari ſolerent, cum criminũ pœnas indulgẽtia præueni-
ret? Et ille quidẽ abiit ſibi in regnũ quod non depoſuit,
ſed mutauit,in tabernacula Chriſti iure pietatis aſcit⁹,
in illam Hieruſalem ſupernã,vbi nũc poſitus dicit,Si-
cut audiuimus,ita & videmus in ciuitate domini vir- L
tutum,in ciuitate dei noſtri quam deus fundauit in æ-
ternum. Sed plurimos tanq̃ paterno deſtitutos præſi-
dio dereliquit,ac potiſſimũ filios. Sed nõ ſunt deſtituti
quos pietatis ſuæ reliquit hæredes. Non ſunt deſtituti
quibus Chriſti acquiſiuit gratiã,et exercitus fidem,cui
documento fuit deum fauere pietati,vltoreq́ eſſe perfi-
diæ. Eius ergo principis & proxime conclamauimus
obitum,& nũc quadrageſimũ celebramus aſſiſtente ſa-
cris altaribus Honorio principe: quia ſicut ſanctus Io-
ſeph patri ſuo Iacob quadraginta dieb⁹ humationis of
ficia detulit, ita & hic Theodoſio patri iuſta perſoluit.
Et quia alii tertiũ diem & trigeſimum, alii ſeptimũ &
quadrageſimũ obſeruare cõſuerunt,quid doceat lectio,
conſideremus. Defuncto,inquit, Iacob pręcepit Ioſeph Geñ.50.
pueris ſepultoribus,vt ſepelirẽt eum. Et ſepelierunt ſe-
pultores Iſrael, & repleti ſunt ei quadraginta dies. ſic
enim dinumerantur dies ſepulturę. Et luxit eum Egy
ptus ſeptuaginta diebus. Hæc ergo ſequẽda ſolẽnitas,
quam præſcribit lectio. Sed etiã in Deuteronomio ſcri
ptum eſt: Quia planxerunt filii Iſrael Moyſen diebus Deu.34.
triginta, & conſummati ſunt dies luctus. Vtraq́ ergo
obſeruatio habet autoritatẽ,qua neceſſariũ pietatis im
pletur officium. Bonus itaq́ Ioſeph,qui formã pio mu M
neri dedit,quẽ amabat pater,cui dixit: Adiuuet te deus Geñ.49.
meus,& benedicat te benedictione terræ habẽtis omĩa
propter benedictionẽ mamillarũ & vuluæ, benedictio-
nis matris tuæ, & propter benedictionẽ patris tui. Pii
patris ſoboles bona. Celebrat ergo & iſte quadrageſi-
mam patris Iacob ſupplantatoris illius,et nos celebra-
mus Theodoſii quadrageſimã,qui imitatus Iacob ſup
plantauit perfidiam tyrannorũ, qui abſcõdit ſimulacra
gentium. Omnis enim cultus idolorũ fides eius abſcõ-
dit. Omnes enim ceremonias obliterauit, qui etiã iis
qui in ſe peccauerãt,doluit quam dederat periiſſe indul
gentiam, & veniam denegatã. Sed non negabunt filii
quod donauit pater, nõ negabunt etiamſi quidã inter-
turbare conatus ſit. Neq́ enim poterũt negare quod in
cõmune donauit,qui ſoluit quod ſingulis dedit. Nihil
glorioſius exitus tãti principis habuit, qui omnia iam
filiis tradidiſſet,regnũ,poteſtatẽ,nomen Auguſti. Ni-
hil inquam ſpecioſius ei in morte ſeruatum eſt, q̃ quod
immane quantis promiſſa annonarũ exigendarũ rela-
xatio dũ moratur,facta eſt ſucceſſio eius indulgentiarũ
hæreditas, vt ille qui voluit impedire, ſibi odiũ fecerit,

A Theodoſio tamen tantæ cumulus gratiæ nõ adeptus
ſit. Nec immerito. Si enim priuatorũ vltimæ volunta
tes & deficientiũ teſtamenta habẽt perpetem firmita-
tem: quomodo poteſt tanti principis eſſe irritũ teſtamẽ
tum? Glorioſius quoq́ in eo Theodoſius,qui non com
muni iure teſtatus eſt. De filiis enim nihil habebat no
uum quod cõderet,quibus totũ dederat,niſi vt eos pręs
ſenti cõmendaret parẽti. De ſubditis ſibi & cõmiſſis te-
ſtari debuit, vt legata dimitteret, fideicõmiſſa ſigna-
ret. Pręcepit dare legem indulgentiæ,quam ſcriptã re-
liquit. Quid dignius q̃ vt teſtamentũ imperatoris lex
ſit? Ergo tantus imperator receſſit a nobis,ſed non to-
tus receſſit. Reliquit enim nobis liberos ſuos,in quib⁹
eum debemus agnoſcere,& in quib⁹ eũ & cernimus,&
tenemus. Nec moueat ætas:fides militũ,imperatoris
perfecta ætas eſt. Eſt enĩ perfecta ætas, vbi perfecta eſt
virtus. Reciproca hæc,quia & fides imperatoris,mili-
tum virtus eſt. Recognoſcitis nẽpe quos vobis Theo-
doſii fides triumphos acquiſiuerit:cum locorum angu-
ſtiis & impedimentis calonũ agmen paulo ſerius in a-
ciem deſcenderet, & inequitare hoſtis mora belli vide-
retur,deſiliuit equo princeps,& ante aciẽ ſolus progre-
diẽs ait, Vbi eſt Theodoſii deus? Iã hoc Chriſto pro-
B ximus loquebatur. Quis enĩ poſſet hoc dicere, niſi qui
Chriſto ſe adhærere cognoſceret? Quo dicto excitauit
omnes,et exemplo omnes armauit,et iam certe ſenior
ętate,ſed validus fide. Theodoſii ergo fides fuit veſtra
victoria. veſtra fides,filiorũ eius fortitudo ſit. Fides er-
go auget ætatem. Deniq́ nec Abraham vt in ſenectu-
te generaret filiũ,conſiderauit ætatem, nec Sara vt pa
reret. Nec mirũ ſi auget ætatem fides,cũ repræſentet fu
Heb.11. tura. Quid enim eſt fides niſi rerũ earũ quæ ſperantur
ſubſtantia? Sic nos ſcripturę docent. Ergo ſi ſubſtantia
eorum quæ ſperantur, fides eſt: quanto magis eorum
quæ videntur? Bona fides,de qua ſcriptũ eſt: Iuſtus au
Aba.2. tem ex fide viuit,quod ſi ſubtraxerit ſe,nõ placebit ani-
mæ meæ. Nos autem nõ ſubtrahamus nos ad diſpen-
dium animæ,ſed inhæreamus fidei ad animæ noſtræ
acquiſitionem, quoniã in hac fidei militia teſtimoniũ
conſecuti ſunt ſeniores noſtri Abraham, Iſaac, Iacob.
Et ideo hæreditatẽ nobis fidei reliquerunt. Fidelis A-
Geñ.15. braham,qui non ex operib⁹, ſed ex fide iuſtificatus eſt,
quoniã deo credidit. Iſaac per fidem nec gladiũ ferituri
parentis expauit. Iacob paternæ fidei veſtigiis intẽtus
dum iter agit, angelorum vidit exercitũ,& vocauit cõ-
4.Reg.6. cilium dei. Alibi q̃q́,id eſt in libris regnorũ, Heliſæus
erat intra Samariam,& ſubito eũ circũfuſus Syrorum
obſedit exercitus. Vidit eos Giezi,et ait ad dominum
ſuũ: O domine,quid faciemus? Et dixit Heliſæus pro-
pheta: Noli timere: quoniã nobiſcum plures ſunt q̃ cũ
illis. Et rogauit vt aperiret deus oculos Giezi. Et aper-
C ti ſunt oculi eius,& vidit plenũ montem equis & curri-
bus in circuitu Heliſæi,& rogauit Heliſæus vt percute
ret eos deus cæcitate,& percuſſi ſunt, & introierunt in
ciuitatem,quo ingrederẽtur nequaq̃ vidẽtes. Audiſtis
certe milites qui circũfuſi eſtis,quia vbi perfidia, ibi cę-
citas eſt. Merito ergo cæcus erat exercitus infidelium.
Vbi autem fides,ibi exercitus angelorũ eſt. Bona ita-
que fides,quæ frequenter operatur in mortuis. Deniq́
aduerſarius & legiones ſuæ quotidiana martyrũ virtu
te torquẽtur. Vnde arbitror quod fila chordarũ citharę
ideo fides dicantur,quoniam & mortua ſonum reddãt.
Quo magis ac magis enitẽdũ eſt ne in hoc viuẽdi mu-
nere ſiti ſimus ingrati, ſed pii pignorib⁹ principis ſedu
lum ac patrũ impendamus affectũ. Soluite filiis eius
quod debetis patri. Plus debetis defuncto, q̃ debuiſtis
viuenti. Etenim ſi in liberis priuatorũ nõ ſine graui ſce
lere minorũ iura temerãtur,quanto magis in filiis im-
peratoris? Addatur,& cui⁹ imperatoris? Imperatoris
pii, imperatoris miſericordis, imperatoris fidelis, de q̃
Prou.20. non mediocre locuta eſt ſcriptura dicens: Magnum &
honorabile eſt homo miſericors. Inuenire autem virũ D
fidelem,difficile eſt. Si magnũ eſt miſericordem aut fi-
delem quẽcunq́ hominẽ inuenire,quanto magis impe
ratorem,quẽ poteſtas ad vlciſcendũ impellat,ſed reuo-
cet tamen ab vltione miſeratio? Quid pręſtantius fide
Imperatoris,quem nõ extollat potẽtia,ſuperbia nõ eri-
gat,ſed pietas inclinet? De quo Salomon præclare ait:
Iniqui regis imitatio ſimilis rugitui leonis. ſicut autẽ
ros in herba,ſic & hilaritas eius. Quantũ igitur eſt de-
ponere terrorẽ potentiæ,præferre ſuauitatem gratiæ?
Beneficium ſe putabat accepiſſe Auguſtæ memoriæ
Theodoſius cum rogaretur ignoſcere. Et tũc propior
erat veniæ,cũ fuiſſet commotio maior iracũdiæ. Præ-
rogatiua ignoſcendi erat,indignatũ fuiſſe. Et optaba-
tur in eo quod in aliis timebatur, vt iraſceretur. Hoc e-
rat remediũ reorũ,quoniam cum haberet ſupra omnes
poteſtatem,quaſi parẽs expoſtulari malebat,q̃ quaſi iu
dex punire. Sępe tremẽtes vidimus quos obiurgabat,
& cõuictos ſceleris, cum deſperaſſent,ſolutos crimine.
Vincere enim volebat,nõ plectere:æquitatis iudex,nõ
pœnę arbiter,qui nunq̃ veniam cõfitenti negaret. Aut
ſi quid eſſet quod occulta cõſcientia inuolueret, deo ſer-
uabat. Hãc vocẽ eius homines magis q̃ pœnam time-
bant,quod tanta imperatorẽ ageret verecũdia, vt mal-
let ſibi homines religione q̃ timore aſtringere. Maxi-
mum philoſophorũ impunitatẽ ferunt dediſſe iis faci- E
noribus quę per iram cõmiſſa forent: ſed ſcriptura diui-
na melius ait: Iraſcimini, & nolite peccare. Maluit pec Pſal.4.
catum recidere q̃ excuſare. Satius eſt indignatione lau
dem clementiæ reperire,q̃ ira in vltionẽ excitari. Quis
ergo dubitabit filiis eius maximũ pręſidium fore apud
deum? Domino fauẽte Arcadius imperator iam vali-
dus iuuentus eſt. Honorius cõtinuo pulſat adoleſcẽtiæ 4.Regũ
fores, puectior ætate q̃ Ioſias. Ille enim deſtitutus pa- 22.&.23.
tre orſus imperiũ vſq́ ad triceſimũ et primũ annum re- 3.Reg.15
gni ſui perduxit ætatẽ,& placuit domino quod prę cæ- 2.Para.16
teris regibus Iſrael domini paſcha celebrauit, & cere-
moniarum aboleuit errores. Aſa quoq́ adhuc inualid⁹
corporis robore,cum regnãdi curricula recepiſſet, qua-
draginta annis regnauit in Hieruſalem: quoniam cũ
Ethiopũ infinita vrgeretur atq́ innumerabili multitu
dine,ſperauit a dño & in paucis ſe poſſe ſaluari. Vtinã
tam fidelis proceſſu q̃ exordio. Nã ſeruatus in paucis
& victor,poſtea a Syriis auxilia relicto domino poſtu-
lauit, & medicos adhibuit ad pedũ dolorem. Accepto
enim tanto indicio diuini fauoris,auxiliatorem ſuũ nõ
derelinquere debuit,ſed tenere. Ideo ei nec medici pro-
fuerunt,& quaſi incredulus mortẽ impleuit. Sed illorũ
patres Abias & Amos ambo infideles. Theodoſius
vero plenus timoris dei,plen⁹ miſericordię, ſperamus
quod liberis ſuis apud Chriſtũ præſul aſſiſtat,ſi domi-
nus propitius ſit rebus humanis. Bonũ eſt miſericors
homo,qui dũ aliis ſubuenit,ſibi cõſulit, & in alieno re-
medio vulnera ſua curat. Agnoſcit enim ſe eſſe homi-
nem qui nouit ignoſcere,& vias Chriſti ſequitur, q car
ne ſuſcepta maluit in hũc mundũ redẽptor venire q̃ iu-
dex. Vnde pulchre Pſalmiſta dixit: Dilexi quoniã au- Pſal.114
diet dominus vocẽ orationis meę. In quo pſalmo dum F
legitur,velut ipſum Theodoſium loquentẽ audimus.
Dilexi,inquit. Agnoſco vocẽ piam, cuius teſtimonia
vocis agnoſco. Et vere dilexit, qui officia diligẽtis im-
pleuit, qui ſeruauit hoſtes, qui dilexit inimicos, qui iis
a quib⁹ eſt appetit⁹ ignouit, qui regni affectatores per-
ire non paſſus eſt. Non mediocris ſed perfecti in lege
vox iſta eſt dicere, dilexi. Plenitudo enĩ legis, dilectio Roñ.15.
eſt. Sed quid dilexerit, audiam⁹. Cũ tacet, vrget nos di
lectio. vtique diuinę charitatis gratia ſignificatur: quia
diligimus illud quod eſt ſuper omnia deſiderabilia de-
ſiderabile: de quo ſcriptũ eſt: Diliges dominũ deũ tuũ. Deut.6.
Ergo decedens e terris pia anima, & ſancto repleta ſpi-
ritu, quaſi interrogantibus iis qui ſibi occurrerãt cũ ſeſe

Gal sublimia et superna subrigeret, dicebat: dilexi: Nihil hoc plenius, nihil expressius. Interrogabant angeli vel archangeli, Quid egisti in terris? (occultorū enim solus cognitor deus) dicebat: dilexi. Hoc est dicere, Legē implevi, Euangelium non præteriui. Hoc est dicere, morti me obtuli, & tota die existimatus sum sicut ouis occisionis. Et ideo confido quia neq; mors, neq; vita, neque angeli, neq; virtutes, neq; altitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hoc mandatū legis etiam in euāgelio dominus Iesus docet esse seruandū, Ioan. 21. cum dicit ad Petrum: Simon Ioānis diligis me? Et ille respondit: Tu scis domine quia diligo te. Et iterum dixit, Simō Ioannis diligis me? Et iterum respondit, Etiam domine: tu scis quia diligo te. Et tertio interrogatus ait: Omnia tu scis, tu scis quia amo te. Confirmauit itaq; charitatem trina responsio, vel aboleuit trinæ negationis errorē. Et hic trinam responsionem si Psal. 114. quærimus, inuenimus. Dilexi quoniam audiet dominus vocem orationis meæ. Dilexi quoniam inclinauit aurem suam mihi, vt in diebus meis inuocarem eum. Dilexi quia tribulationē & dolorē inueni, & pro nomine dei mei pericula infernī non refugi, sed expectaui vt comprehendere & inuenire me possent. Et pulchre ait: Dilexi: quia iam cursum vitę huius impleuerat. Vnde 2. Tim. 4. & Apostolus in passione iam positus ait: Certamē bonum certaui, cursum consummaui, fidē seruaui. Quod reliquū est, reposita est mihi corona iustitiæ. Magnus dominus, qui nobis dedit certamina quibus mereatur qui vicerit coronari. Dilexi, inquit cōfidens, quoniā audiet dominus vocem orationis meæ. Dilexi, & ideo inclinauit aurem suam mihi, vt iacentē erigeret, mortuū suscitaret. Non enim deus inclinat aurem suam vt audiat corporaliter, sed vt condescēdat nobis quo nos audire dignetur, & infirmitates nostræ releuare substan-
H tiæ. Inclinat se nobis, vt nostra ad eum ascēdat oratio. Voce non indiget, qui misericordiā defert. Neq; enim voce indiguit, qui Moysen tacentē audiuit, & nō loquētem, sed interpellantē gemitibus ineffabilibus ad se clamare dicebat. Nouit deus & sanguinē audire, cui nulla vox subest, lingua non suppetit, sed accepit vocē sacrę titulo passionis. Clamauit in martyrio, clamauit in parricidio quod pertulit p sacrificio. Dilexi, inquit, & ideo diligens feci voluntatē domini, & inuocaui eum nō in paucis, sed in omnibus diebus vitæ meæ. Nam certis diebus inuocare, nō omnibus, fastidiētis est, nō sperantis, & pro vsu affluētium cōmodorum mercedē gratiarum referre, nō pro deuotionis affectu. Et ideo Paulus 1. Thes. 5. in omnibus, inquit, gratias agite. Quando enim nō habes quod deo debeas, aut quādo sine dei munere es, cui 1. Cor. 4. quotidie viuēdi vsus a domino est? Quid enim habes
I quod non accepisti? Ergo quia semper accipis, semper inuoca. Et quia quod habes, a domino est, debitore te semper esse cognosce. Malo tamen vt quasi diligens q̄ coactus debitū tuum soluas. Audis dicentē: Circumderunt me dolores mortis. Ego tamē & in mortis dolore dominū dilexi. Pericula inferni inuenerunt me, nō timentē vtiq;, sed amātem, sed sperantē, quod nullę me angustiæ, nulla pſecutio, nulla pericula, nullus gladius Roma. 5. separat a Christo. Denicq; volēs inuenit tribulationem & dolorem, sciēs quia tribulatio patientiā operatur, patiētia probationē, probatio spem. Etenim quasi bonus athleta quæsiuit certamina, vt coronam inueniret: quā tamen non suis viribus, sed domini auxilio nouit sibi esse donatam. Non enim potuisset vincere, nisi eū qui certantes adiuuat inuocasset. Miser homo cōgreditur vt vincat, & ipse in periculum ruit, nisi domini nomen asfuerit, si cum veretur orauerit dicens: O domine libera Roma 7. anima meam. Hinc illud apostolicū: Video legem carnis mee repugnantē legi mētis meæ, & captiuantē me in lege peccati, quod est in membris meis. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gra- K
tia dei per Iesum Christum dominū nostrū. Ille vincit qui gratiam dei sperat, nō qui de sua virtute pręsumit. Cur ergo non pręsumas gratiam, cum habeas pręsulem certaminis misericordiam? Misericors enim & iu- Psal. 114.
stus dominus, & deus noster miseretur. Bis misericordiam posuit, semel iustitiā. In medio iustitia est, gemino septo inclusa misericordiæ. Superabūdant enim peccata, superabūdet ergo misericordia. Apud dominum omnia virtutū abūdantia est, quia dominus virtutum est. Neq; tamē iustitia sine misericordia est, neque sine misericordia iustitia: quia scriptū est: Noli esse nimium Eccli. 7. iustus. Quod supra mensuram est, etsi bonum est, tamen tu non sustines. Mensuram serua, vt secundū mēsuram recipias. Non impedit tamen iustitia misericordiam, quia misericordia ipsa iustitia est. Dispersit dedit Psal. 111.
pauperibus, iustitia eius manet in ęternū. Nouit enim iustus debere se infirmis atq; inopibus subuenire. Vnde dominus veniēs ad baptismū, vt nobis infirmantibus peccata donaret, ait ad Ioannem: Sine modo. Sic Mat. 3.
enim decet nos implere omnē iustitiam. Liquet igitur iustitiam esse misericordiam, & misericordiā esse iustitiam. Etenī si dei nos misericordia nō sustentaret, quomodo in ipso exordio paruuli viueremus, cui effusi vtero de calidis in frigida, de humidis in arida piscīi more iactemur, quos naufragos in hanc vitam quidā nature fluctus expuerit? Ratio deest, sed gratia diuina nō deficit. Ipse ergo custodit paruulos, aut certe eos q̄ se paruulos humili confitentur affectu. Bona igitur humilitas, quę liberat periclitantes, iacētes erigit. Nouit eam L
ille qui dixit: Ecce sum ego, peccaui, & ego pastor malefeci, & isti in hoc grege quid fecerūt? Fiat manus tua 2. Regū
in me. Bene hoc dicit qui regnū suū deo subiecit, & pœnitentiam gessit, & peccatum suum confessus veniam postulauit, ipse per humilitatē peruenit ad salutē. Humiliauit se Christus, vt omnes eleuaret. Ipse ad Christi peruenit requiem, qui humilitatē Christi fuerat secutus. Et ideo quia humilē se præbuit Theodosius imperator, & vbi peccatum obrepsit, veniam postulauit: conuersa est anima eius in requiē suam, sicut habet scriptura quę dicit: Cōuertere anima mea in requiē tuam, Psal. 114.
quia dominus benefecit mihi. Pulchre dicit animę cōuertere, quasi diuturno cuiusq; operis sudore exercitæ, vt a labore conuertatur ad requiē. Cōuertitur equus ad stabulū, vbi cursum impleuerit: nauis ad portū, vbi ad stationē fidam a fluctuū mole subducitur. Sed quid est quod ait: Ad requiem meam, nisi secundū illud intelligas quod ait dominus Iesus: Venite benedicti patris Matt. 25
mei, hæreditate possidete paratū vobis regnum a constitutione mundi? Tanq̄ enim possessionem hereditatiam, de qua recipim⁹ quæ promissa sunt nobis. Fidelis deus quæ semel seruis suis præparat, non subtrahit. Si fides nostra manet, manet & spōsio. Vide o homo M
circa te gratiam Christi adhuc in terris quas teris, & in cælo possides. Ibi ergo sit cor tuū, vbi est possessio tua. Hæc est requies quæ iustis debetur, negatur indignis. Vnde ait dominus: Sicut iuraui in ira mea, si introibūt Psal. 94.
in requiē meam. Qui enim non cognouerunt vias domini, non ingrediūtur in requiē domini. Qui autē bonum certamen certauit, & cursum cōsummauit, ipsi dicitur: Conuertere in requiem tuam. Bona requies prę-
terire quæ mūdi sunt, & in illis quæ supra mundū sunt cælestium consortiis requiescere secretorū. Hæc est requies ad quā properauit dicens: Quis dabit mihi pen- Psal. 54.
nas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Hanc sanctus requiem suam nouit, ad hanc requiem conuertendum animæ suæ dicit. Erat ergo anima in requie sua, ad quam dicit esse redeundum. Hęc est requies sabbati magni, vt vnusquisq; sanctorum supra mūdi sensibilia sit in illo intelligibili secreto totus intētus atq; adhærēs deo. Hæc est requies illa sabbati quo requieuit deus ab

Aomnibus operibus mūdi istius. Feriatus his seculi curis Theodosius se ereptum gaudet, & eleuat animam suam, atq; ad illam perpetuā dirigit requiē, pulchre sibi consultum asserens quod erupuerit animā eius deus de morte, quam mortē frequēter in hoc seculi istius lubrico sustinebat, inquietus fluctib⁹ peccatorum: eripuerit etiā oculos eius a lachrymis. Fugit enim dolor, & tri-
Apoc. 21. stitia, & gemitus. Et alibi habemus: Deleuit omnē lachrymam ab oculis eorū, & mors nō erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor. Si ergo mors nō erit, lapsum sentire nō poterit in illa requie cōstitutus, sed placebit deo in regione viuorū. Nō enim vt hic homo involutus est mortis corpore obnoxio lapsibus atq; delictis, ita & illic. Ideoq; regio illa virorum est, vbi anima est, quę ad imaginē & similitudinē dei facta est, non caro figurata de limo: ideo in terrā reuertitur, anima ad requiē festinat supernam, cui dicitur: Cōuertere anima mea in requiē tuam, in quam festinauit intrare Theodosius, atq; ingredi ciuitatē Hierusalē, de qua dictū est: Et reges terræ ferēt gloriam suam in illam. Illa est ve-
2. Cor. 5. ra gloria quæ ibi sumitur, illud regnū beatissimū quod ibi possidetur, ad qd festinabat Apostolus dicens: Audemus ergo, & cōsentimus magis peregrinari de cor-
B pore, & adesse ad dominū, & ideo cōnitimur siue absentes siue præsentes placere illi. Absolutus igitur dubio certamine fruitur nūc augustæ memorię Theodosius luce perpetua, tranquillitate diuturna, & pro iis quæ in hoc gessit corpore, munerationis diuinæ fructibus gratulatur. Ergo quia dilexit Augustæ memorię Theodosius dominū deum suum, meruit sanctorum consortia. Et ego vt quidem sermonē meum per orationē cōcludam, dilexi virum misericordē, humilē imperio, corde puro & pectore māsueto præditū, qualem dominus
Esa. 66. amare consuenit dicens: Supra quem requiescā, nisi supra humilē & mansuetum? Dilexi virū qui magis arguentē q̄ adulantē probaret. Strauit omne quo vtebatur insigne regium, defleuit in ecclesia publice peccatū suum, quod ei aliorum fraude obrepserat. Gemitu & lachrymis orauit veniam. Quod priuati erubescunt, nō erubuit imperator publice agere pœnitentiam, neq; vllus postea dies fuit quo nō illū doleret errorē. Quid q̄d prędaram adeptus victoriam, tamē quia hostes in acie strati sunt, abstinuit a cōsortio sacramentorū, donec domini circa se gratia filiorum exprimeretur aduētu? Dilexi virum qui me in supernis suis vltimo spiritu requirebat. Dilexi virū qui cum iam corpore solueretur, magis de statu ecclesiarū q̄ de suis periculis angebatur. Di-
lexi ergo fateor, & ideo dolorē meū intimo viscere do-
C lui, & prolixiore sermonis prosecutione solandū putaui. Dilexi, & præsumo de domino quod suscipiat vocē orationis meæ qua prosequor animam piam. Circūdederunt me dolores mortis, pericula inferni inuenerunt
Psal. 114 me. Multorū enim pericula sunt, sed remedia paucorum. In omnibus sacerdos periclitatur, in omnib⁹ reis angitur. Quod enim alii patiuntur, ipse sustinet: & iterum liberatur cum alii qui tenētur periculis, liberātur. Conteror corde, quia ereptus est vir quē vix possumus inuenire. Sed tamē tu solus domine inuocandus es, tu rogandus vt eum in filiis repræsentes. Tu domine custodiens etiā paruulos in hac humilitate, saluos facito sperantes in te. Da requiē perfecto seruo tuo Theodosio, requiē quam præparasti sanctis tuis. Illo cōfortatur anima eius, vnde descendit, vbi mortis aculeū sentire non possit, vbi cognoscat mortem hanc nō hominis finem esse, sed culpæ. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est, vt iā peccato locus esse non possit. Resurget autem, vt perfectior renouato munere vita reparetur. Dilexi, & ideo prosequor eum vsq; ad regionem viuorum, nec deseram, donec fletu precibus inducā virū quo sua merita vocant, in monte domini sanctum, vbi perennis vita, vbi corruptelæ nulla cōtagio, nullus gemitus, nullus dolor, nulla consortia mortuorū, vera re- D
gio viuētium, vbi mortale hoc induat immortalitatē, 1. Cor. 15.
& corruptibile hoc induat incorruptionē. Magna requies, quę votum impleat diligentis. pulcherrima promissio. Ideo cētesimus quartusdecimus psalmus inscribitur. Deniq; supra in quartodecimo psalmo perfectionem hominis accepimus, sed illic formatus perfectus licet vir, sed adhuc peccato obnoxius, quia viuit in seculo. Hic vera perfectio est, vbi iam culpa cessauit, gratia perpetuæ quietis affulsit. Ideo cētesimus quartusdecimus psalmus, quia remuneratio charitatis est. vnde domini pascha quartadecima luna formā celebritatis accepit: quoniā qui pascha celebrat, debet esse perfect⁹, debet amare dominū Iesum, qui diligēs populum suum perfecta charitate, sese obtulit passioni. Et sic diligam⁹ nos quoq;, vt si necesse fuerit, pro domini nomine mortem nō fugiamus, nullū existimemus doloré, nihil metuamus. Perfecta enim charitas timorē expellit foras. Grande numeri mysteriū, quando pater filiū vnicū pro 1. Ioan. 4.
nobis omnib⁹ tradidit, cum pleno luminis sui orbe luna fulgeret. Ita est enī ecclesia, quæ pie pascha celebrat domini nostri Iesu Christi, sicut luna perfecta in ęternū manet. Quisquis bene hic dominī pascha celebrat, in lumine perpetuo erit. Quis splēdidius celebrauit q̄ qui sacrilegos remouit errores, clusit templa, simulacra destruxit? In hoc Iosias rex superiorib⁹ antelat⁹ est. Ma- E
net ergo in lumine Theodosius, & sanctorum cœtib⁹ gloriatur. Illic nūc cōplectitur Gratianum iam sua vulnera non mœrentē, quia inuenit vltorē. Qui licet indigna morte prereptus ac præreptus sit, requiē animę sue possidet. Ille bonus vterq; & pietatis interpres, largius misericordiæ sue consortio delectatur. De quibus bene dicitur: Dies diei eructat verbū. Contra autem Maxi- Psal. 18.
mus & Eugen⁹ in inferno quasi nox nocti indicat scientiam, docentes exemplo miserabili q̄ durum sit arma suis principibus irrogare. De quib⁹ pulchre dicitur: Vi Psal. 36.
di impium superexaltatū & eleuatū super cedros Libani, & transiui, et ecce nō erat. Transiuit enim pius de caligine seculari ad lumen ęternū, & non erat impius, qui esse desiuit iniquus. Nūc se Augustæ memorię Theodosius regnare cognoscit, quādo in regno domini Iesu Christi, & considerat tēplū eius. Nunc sibi rex est, quando recipit etiam filiū Gratianū, & pulchra iam dulcissima sibi pignora quę hic amiserat, quando eius flaccilla adhęret fidelis anima deo, quando patrē sibi redditum gratulatur, quando Constantino adhæret. Cui licet baptismatis gratia in vltimis cōstituto omnia peccata dimiserit, tamen quod prim⁹ imperatorū credidit, et post se hereditatem fidei principibus dereliquit, magni meriti locū reperit, cuius temporib⁹ completum est illud E
propheticī: In illo die erit quod super frenū equi est, sanctum domino omnipotenti. Quod illa sanctæ memoriæ Helena mater eius infuso sibi sancto spiritu reuelauit. Beatus Constantinus tali parente, quæ imperanti filio diuini muneris quæsiuit auxiliū, quo inter prælia quoq; tutus assisteret, & periculū non timeret. Magna fœmina, quæ multo amplius inuenit q̄d imperatori cōferret, q̄ q̄d ab imperatore acciperet. Anxia mater p filio cui regnū orbis Romani cesserat, festinauit Hierosolymā, & scrutata est locū dominicæ passionis. Stabularium hanc primo fuisse asserunt, sic cognitā Constantio seniori qui postea regnū adeptus est. Bona stabularia, quę tam diligenter præsepe domini requisiuit. Bona stabularia, quę stabularium nō ignorauit illum qui vulnera curauit a latronibus vulnerati. Bona stabularia, quę maluit existimari stercora, vt Christū lucrifaceret. Ideo illū Christus de stercore leuauit ad regnū, se-
cundum quod scriptum est: Quia suscitat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Venit ergo Hele- Psal. 112.
na, cœpit reuisere loca sancta, infudit ei spirit⁹ vt lignū crucis requireret, accessit ad Golgothā, & ait: Ecce lo-

G cas pugnæ, vbi est victoria? Quæro vel vexillum salutis, & non inuenio. Ego, inquit, in regnis, & crux domini in pulueres? Ego in aulis, & in ruinis Christi triumphus? Ille adhuc latet, & latet palma vitæ æternæ? Quomodo me redemptã arbitror, si redẽptio ipsa non cernitur? Video qd egeris diabole, vt gladius quo peremptus es, obstrueretur. Sed Isaac obstructos ab alienigenis puteos eruerauit, nec latere aquã passus est. Tollatur igitur ruina, vt vita appareat. Promatur gladius quo veri Goliæ caput est amputatum. Aperiatur humus, vt sal⁹ fulgeat. Quid egisti diabole vt absco̅deres lignum, nisi vt iterum vincereris? Vicit te Maria, quæ genuit triũphatorem, quæ sine imminutione virginitatis edidit eum qui crucifixus vinceret te, & mortuus subiugaret. Vinceris & hodie, vt mulier tuas insidias deprehẽdat. Illa quasi sancta dominũ gestauit, ego crucẽ eius inuestigabo. Illa generatiõ decuit, ego resuscitatũ. Illa fecit vt deus inter homines videretur, ego ad remediũ peccatorum diuinũ de ruinis eleuabo vexillũ. Aperit itaq; humum, decutit puluerẽ, tria patibula cõfusa reperit, quæ ruina contexerat, inimicus absconderat. Sed non potuit obliterari Christi triumphus. Incertus hæret vt mulier, sed certam indaginem sanctus spiritus inspirat, eo quod duo latrones cũ domino crucifixi fuerint. Quærit ergo mediũ lignum. sed poterat fieri vt patibula inter se ruina cõfunderet, casus mutaret, & inuerteret. Redit ad euangelii lectionẽ, inuenit quia in medio patibulo prælatus titulus erat, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hinc collecta est series veritatis, titulo crux patuit salutaris. Hoc est quod petentibus Iudæis Pilatus respondit: Quod scripsi, scripsi. id est, non ea scripsi quę vobis placerẽt, sed quę ætas futura cognosceret. non vobis scripsi, sed posteritati, propemodũ dicens: Habeat Helena quæ legat vnde crucem domini recognoscat. Inuenit ergo titulum, regẽ adorauit, nõ lignum vtiq;, quia hic Gẽtilis est error, & vanitas impiorum. Sed adorauit illum qui pepẽdit in ligno, scriptus in titulo. Illum qui sicut scarabeus clamant, vt persecutoribus suis peccata donaret. Anuida mulier festinabat tangere remediũ immortalitatis, metuebat calcare sacramentum salutis. Læto corde, & trepidanti vestigio quid faceret nesciebat. Pertendit tamẽ ad cubile, veritatis lignum refulsit, & gratia micuit, vt quia iam fœminam visitauerat Christus in Maria, spiritus in Helena visitaret: docuit etiam quod mulier ignorabat, & deduxit in viam quam mortalis scire nõ poterat. Quæ fuit clauos quib⁹ crucifixus est domin⁹, & inuenit. De vno clauo frenos fieri præcepit, de altero diadema intexuit. vnũ ad decorẽ, alterũ ad deuotionẽ vertit. Visitata est Maria vt Euã liberaret, visitata est Helena vt imperatores redimerẽtur. Misit itaq; filio suo Constantino diadema gẽmis insignitũ, quas preciosior ferro innexas, crucis redẽptionis diuinæ gẽma connecteret. Misit & frenum. vtroq; vsus est Constãtinus, & fidẽ transmisit ad posteros reges. Principiũ itaq; credentiũ imperatorum, sanctũ est quod super frenum: ex illo fides, vt persecutio cessaret, deuotio succederet. Sapiẽter Helena egit, quæ crucẽ in capite regũ leuauit & locauit, vt crux Christi in regibus adoretur. Nõ insolẽtia ista, sed pietas est, cum defertur sacræ redẽptioni. Bonus itaq; clauus Romani imperatoris, qui totũ regit orbem, ac vestit principũ frontem, vt sint prædicatores qui persecutores esse cõsuerũt. Recte in capite clauus, vt vbi sensus est, ibi præsidiũ. In vertice corona, in manib⁹ habena, Corona de cruce, vt fides luceat. habena q̃s de cruce, vt potestas regat, sitq; iusta moderatio, non iniusta præceptio. Habeant hoc etiam principes Christi sibi liberalitate concessum, vt ad imitationẽ domini dicatur de imperatore Romano: Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Ex illo gratulatur ecclesia, erubescit Iudæus, non solũ erubescit, sed etiam torquetur, quod ipse sibi autor cõfusionis est. Dũ insultat Christo, confessus est eũ regem. dũ regem Iudæorũ appellauit, sacrilegiũ suũ qui non credidit, confitetur. Ecce inquiũt: Et crucifiximus Iesum, vt Christiani & post mortẽ resurgant, & mortui regnẽt. Nos crucifiximus quẽ reges adorant. Quẽ nõ adoramus, ipsi adorãt. Ecce et clauus in honore est: & quẽ ad mortem impressimus, remediũ salutis est, atq; inuisibili quadã potestate dæmones torquet. Putabamus nos vicisse, sed victos fatemur. Iterũ Christus resurrexit, & resurrexisse eũ principes agnouerunt. Iterũ viuit, qui non videtur. Nũc maior nobis cõtentio, nũc pugna nobis vehementior aduersus eũ cui regna famulantur, cui seruit potestas. illũ cõtempsim⁹, quomodo regib⁹ resistemus? Ferro pedũ eius reges inclinantur. Reges adorant, et Fotiniani diuinitatẽ eius negant? Clauũ crucis eius diademati suo præferũt imperatores, & Arriani potestati eius imminuunt? Sed quæro quare sanctũ super frenũ, nisi vt imperatorũ insolentiam refrenaret, cõprimeret licentiam tyrannorum, qui quasi equi in libidines adhinnirẽt, quod liceret illis adulteria impune cõmittere? Quæ Neronũ, quę Caligularũ cæterorũq; probra comperimus, quib⁹ non fuit sanctũ super frenũ. Quid ergo aliud egit Helenę operatio vt frena dirigeret, nisi vt omnibus imperatoribus sancto dicere spiritu videretur: Nolite fieri sicut equus & mulus: sed in freno & chamo maxillas eorũ constringeret qui se non agnoscerẽt reges, vt regerẽt sibi subditos? Prona enim potestas in vitium ferebatur, et more pecudũ vaga sese libidine polluebant. Ignorabant deũ, lestrinxit eos crux domini, & reuocauit a lapsu impietatis. Leuauit oculos eorũ, vt Christũ in cælo quærerent. Exuerũt se chamo perfidiæ, susceperũt frena deuotionis & fidei, secuti dicentem: Tollite iugũ meũ super vos. Iugũ enim meũ suaue est, & onus meum leue est. Inde reliqui principes Christiani, præter vnũ Iulianũ, qui salutis suę autorẽ reliquit, dũ philosophię se dedidit errori, inde Gratianus & Theodosius. Non ergo mentita est prophetia dicens: Ambulabũt reges in lumine tuo. Ambulabũt plane, ac maxime Gratian⁹ & Theodosius præcæteris principes non iam armis militũ, sed meritis suis tecti, non purpureũ habitũ, sed amictũ induti gloriæ. Qui cũ hic delectarentur absolutione multorũ, quanto magis illic pepercisse se plurib⁹ recẽsendo pietatis suæ recordatione mulcẽtur, qui nũc luce fruuntur candida, longe meliora illic, q̃ hic possidebant, habitacula consecuti, dicẽtes: O Israel q̃ magna est domus domini, & q̃ ingens locus possessionis eius: magnus, et non habẽs finẽ. Et perfuncti maximis laborib⁹ inter se conferũt: Bonũ est viro cũ portauerit iugũ graue a iuuentute, sedebit singulariter, & silebit, quia portauit iugum graue. Qui enim iugũ graue portauit a iuuentute, requiescit: postea remot⁹ a turba præcipuũ locũ quietis suæ possidet dicẽs: Quoniam tu singulariter in spe cõstituisti me. Portauit iugũ graue a iuuẽtute sua Lazarus pauper, ideo singulariter i sinu Abrahæ requiescit diuinæ testimonio lectionis. Portauit iugũ graue Theodosius a iuuentute, quando infidi abantur eius saluti qui patrem eius triũphatorem occiderant. Portauit iugũ graue, quãdo subiit pietatis exiliũ, quando infusis Romano imperio barbaris suscepit imperiũ. Portauit iugũ graue, vt tyrãnos Romano imperio demoueret. Sed quia hic in labore, ibi in requie. Sed iam veniam⁹ ad Augusti corporis transmissionẽ. Fles Honori germen Augustũ, & lachrymis piũ testificaris affectũ, q̃d inhonorũ adhuc honore tumuli patris corpus p spatia multa trãsmittis. Sed & patriarcha Iacob ꝓpter populũ liberandũ quẽ tetra fames graui vrgebat periculo, relicta domo senex ad peregrina cõtendit, atq; ibi defunctus, ad sepulchrũ patriũ per aliq̃t dies filio prosequente deduct⁹ est. Nec derogãtũ est aliqd meritis ei⁹, sed magis accessit ad laudẽ, q̃d pro suis carẽs dedita do-

Ioan. 19.

Psal. 32.

Mat. 11.

Esa. 60.

Baruch. 5

Threñ. 3.

Psal. 4.

Luc. 16.

Psal. 10.

A mus sorte, quodã supremi funeris peregrinatus est exilio. Fles etiam imperator Auguste quod nõ vsq; Constãtinopolim reuerẽdas reliquias ipse prosequeris. Eadem tibi causa nobiscũ est. omnes iusto dolore prosequimur: omnes, si fieri posset, deductores tecũ esse cuperemus. Sed Ioseph ad finitimã accessit prouinciam. Hic multa interiacent regionum diuortia, hic maria transfretanda sunt. Nec hoc quidem tibi laboriosum, nisi te teneret respublica, quam boni imperatores & parentibus & filiis prætulerunt. Deniq; ideo te imperatoré pater fecit, dominus confirmauit, vt non solum militares patri, sed omnibus imperares. Nec vereare ne inhonoræ videantur quocunq; accesserint reliquiæ triumphales. Nõ hoc sentit Italia, quæ daros spectauit triũphos, quæ a tyrannis iterũ liberata concelebrat sue libertatis autorem. Non hoc Constantinopolis, quę secundo ad victoriam principem misit, quem cum vellet tenere, nõ potuit. Expectabat quidem inreditu eius triũphales solennitates, & titulos victoriarũ. Expectabat totius orbis imperatoré stipatũ exercitu Gallicano, & totius orbis subuixum viribus. Sed nunc illuc Theodosius potentior, nũc gloriosior redit, quem angelorum caterua deducit, quem sanctorum turba prosequitur. Beata plane quæ paradisi incolam susc̃ipis, & habitatorẽ superB næ illius ciuitatis augusto sepulti corporis tenebis hospitio.

FINIS.

INDEX EPISTOLARVM DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI.

EPISTOLÆ LIBRI PRIMI.

Ambrosius Iusto, exponens quid significet illud didrachmum cuius dimidiũ Hebræus præcipitur offerre pro redemptione animæ suæ. Epistola I.
Ambrosius Simpliciano, explanans quid sibi velit q̃d Moyses post oblatũ sacrificium, & immolatas domino salutares hostias, dimidiam partẽ sanguinis in crateras miserit, dimidiam autem ad altare fuderit. Epist. II.
Ambrosius Simpliciano, causam reddens cur Moyses propheta maximus inueniatur magis Aarõ fratris consiliũ q̃ suum probasse. Cur etiam tam difficile tamq; rarum sit pœnitẽtiam peccati gerere in hac vita homini. Epist. III.
C Ambrosius Irenæo, declarans quomodo intelligendũ sit quod in Exodo legitur: Abominanda apud Aegyptios immolemus deo? Qualibus præterea ductoribus, & qua via ad ecclesiã Christi perueniatur. Qui illam ingrediantur, & quid eis in ipsa sit agendum. Epistola IIII.
Ambrosius Felici Comensi episcopo, asserens se & lectione sermonis illius, & spe futuri aduentus refocillatum, simulque vt venire non negligat adhortans. Epistola V.
Ambrosius Irenæo, Pythagoricũ mandatũ cõmemorãs, quo ille discipulos suos cõmunem atq; vsitatam populo viã ingredi prohibuit, & vt idẽ a sacerdotib⁹ obseruetur, multiplici ratione persuadens. Epi. VI.

EPISTOLÆ LIBRI SECVNDI.

Ambrosius Simpliciano, elegãter de vera libertate ac etiam seruitute disputans, fortissimisq; argumentis solum sapientẽ vera libertate gaudere, & omnẽ insipientem seruum esse comprobans, atq; ad illam amplectendam plurimũ cohortans. Epist. VII.
Ambrosius Faustino, eũdem propter obitum germanæ acerbo dolore mœrentẽ consolãs. Epist. VIII.

Ambrosius Bellicio graui egritudine priusq; in domiD num Iesum crederet iactato, postea vero reualescente, illum ex diuinæ visitationis pietate in fide Christi confortãs, & ad aliorum sacramentorũ perceptionem exhortans. Epist. IX.

EPISTOLÆ LIBRI TERTII.

Ambrosius Simpliciano, pulchre de veris diuitiis, ac contraria paupertate differens, & ꝙ omnis soluq; sapiens vere diues, atque insipiens pauper sit, demonstrans. Epistola X.
Ambrosius Irenæo, versiculum illum, Speciosus forma & c̃, græco sermone annotatum voluens, pluribusq; rationibus & exemplis nos prouocans vt illi summo bono quod est dominus Iesus, quo nihil est speciosius, animo intẽdamus, illud quæramus, illud intueamur, illud teneamus, in illo versemur, illi adhæreamus, & in eo pascamur. Epistola XI.
Ambrosius Irenæo, prosequens illud verbum Aggei prophetæ: Si tẽpus vobis est vt habitetis in domibus cælatis? multo ex hoc nos sermone commonẽs vt in superioribus domibus, et non in vallestribus et subterraneis habitem⁹, talesq; domos nosmetipsos domino ædificemus. Epist. XII.

EPISTOLÆ LIBRI QVARTI.

E Ambrosius Irenæo, hãc quæstionem: Vtrũ sit aliqua apud deum differẽtia charitatis eorũ qui a pueritia, & eorum qui iuuentutis aut posterioris ætatis processu crediderint, dissoluens. Epist. XIII.
Ambrosius Irenæo, errorem removens, ne quis eum de quo in superiori epistola dictum est ꝙ duas habebat vxores, duas asciuisse sibi animas intelligat. Epistola XIIII.
Ambrosius Ireneo, causam reddens cur lex prohibuerit mulieres vti veste virili, atq; viros indui stola muliebri. Epistola XV.
Ambrosius Ireneo, epistolam ad Ephesios summaria ac breui explanatione perstringẽs. Epist. XVI.
Ambrosius clericos quosdã qui propter leuem aliquã offensionem ab officio desistunt, redarguit, & ad cõstantiam exhortatur. Epistola XVII.

EPISTOLÆ LIBRI QVINTI.

Ambrosius Horõtiano, eum docens ex Michæa prophe-
ta quomodo anima vetus & infirma a recto itinere deuians lapsa sit: quo ve processit conuertatur, F
gradumq; reparet ac reformet, & vt in proposito suo perseueret admonens. Epist. XVIII.
Ambrosius Horontiano, differens quemadmodũ animam euãgelicam quę est ecclesię filia, dominus Iesus primo susceperit, erudierit, atq; consummauerit. Epistola XIX.
Ambrosius Horontiano, quæ sit diuina hereditas desiuiens, & cur tãti æstimetur, vt propter eam pleriq; morti se offerant. Epistola XX.
Ambrosius Horontiano, quæstionẽ de natura & substãtia animę subtili resp̃sione dissoluẽs. Epi. XXI.
Ambrosi⁹ Horõtiano, superioris quæstionis resp̃sionem latius explanãs atq; complens. Epist. XXII.
Ambrosius Horontiano, dubitationẽ tollẽs de quo spiritu dictum sit quia postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Epistola XXIII.
Ambrosius Marcello, narrãs se causam veternosi iurgii inter illum et fratrem ac sororẽ componendi tarĩ arbitrum suscepisse, rationemq; huiusce modi cõpositionis exponens. Epist. XXIIII.
Gratianus Augustus beato Ambrosio, vt ad se docẽdum venire festinet postulans, & vt scripturis atque argumẽtis spiritum sanctum deum esse conuincat, rogans, Epistola XXV.
Ambrosius Gratiano Augusto, epistolam ipsius plurimum commendans, suaq; voluntati se satisfactum pollicens. Epistola XXVI.

Ambrosius Valentiniano imperatori, legationis suę expositionem insinuans. Epistola XXVII.
Ambrosi⁹ Theodosio imperatori, seipsum excusans, & vt ille facinoris sui pœnitentiam agat, rationibus atq; exemplis suadēs, rogans, hortans, & admonēs. Epistola XXVIII.
Ambrosius Theodosio imperatori vindicari iubēti in episcopum et Christianos qui synagogam incenderunt, vehementer eum ob hoc arguēs, atq; vt aliam epistolam dictari iubeat, et quod prius iussum fuerat emendet, exhortans. Epistola XXIX.
Ambrosius Valentiniano, eundem rogans atq; cōuemens ne ad petitionem gentiliū aras eorum imperatorio decreto instaurari iubeat, ostēdensq; ex tali decreto, primum deo, deinde patri & fratri iniurias irrogari. Epistola XXX.
Symmachi vrbis præfecti persuadētis ritus veteres circa cultū deorū esse seruādos, ad imperatores relatio.
Ambrosius Valētiniano imperatori, relationi Symmachi respondens, aptissimisq; cōfutationibus eam refellens. Epist. XXXI.
Ambrosius Valētiniano imperatori, recusans certare cum Auxentio Arriano in cōsistorio imperatore iudicaturo, ex eo quod in causa fidei episcopi de laicis in ecclesia, & non laici de episcopis in consistorio debeant iudicare. Epist. XXXII.
Sancti Ambrosii in Auxentium de Basilicis tradendis inuehentis, suosq; ad constantiam atque tolerantiam exhortantis, oratio.
Ambrosius Marcellinę sorori suæ, referens illi quid in causa de basilicis tradendis actum sit, & in quo statu res ipsa nunc consistat. Epist. XXXIII.
Ambrosius Theodosio imperatori, decessum Valentiniani Augusti vehemēter se dolere, aptissimumq; pro sepultura eius locū præparatum esse insinuans. Epistola XXXIIII.
Ambrosi⁹ Eusebio episcopo, apparitori præfecturę offensam quam cōtraxerat esse remissam, Faustinūq; paruulum tussi laborantem ad sororem venisse referens. Epistola XXXV.

EPISTOLĘ LIBRI SEXTI.

Ambrosius Sabino episcopo, eos qui indignum duxerint q̃ Paulinus venditis facultatibus, & seculo relicto, secretum quoddam elegerit, confutans, & cōprobans quod non ignominiosum aut turpe, sed gloriosum sit, opprobriosum, vilem & nudū fieri pro Christo. Quid etiam denudatio ipsius Dauid figurauerit, exponens. Epist. XXXVI.
Ambrosius Chromatio, ex illo quod in libro Numerorum a Balaam dictum esse legitur, quia nō mētitur deus, nec est augurator in Israel: discutiens vnde habuerit iste qui augur erat, vt oraculū dei loqueretur, & futura manifestaret. Epi. XXXVII.
Ambrosius Horontiano, rationē huic quæstioni reddēs, cur prius omnia vel volatilia, vel terrestria, vel quę in aquis sunt, pducta fuerint, q̃ homo ppter quē cūcta illa creata sunt, formaret. Epi. XXXVIII.
Ambrosius Horontiano, de diuisione prophetica quæ operatorem atq; opera distinxit, ratione quoq; sex dierū quibus factus est mundus, et mysterio septimi atq; octaui nūeri subtiliter differēs. Epi. XXXIX.
Ambrosius Sabino, libellos illi mittens, atq; rogās vt scrutanter discutiat, & quæ corrigēda decreuerit, arbitrii sui iudicio corrigat. Epistola XL.
Ambrosius Sabino, ex eo quod illi cōplacuit vsus epistolarum, spondēs se frequētius eū scriptis suis, præsertim cum solus sit, velle alloqui, solitudinemq; plurimū commendās atq; suadens. Epist. XLI.
Ambrosius Sabino, de paradiso quid alii senserint referens, & quæ sua de mystico paradiso sit sentētia, pulchra expositione declarans. Epist. XLII.
Ambrosius Sisynnio, pietatem illius commendans q̃ filio ignouerit qui eo inconsulto vxorem acceperat. Epistola XLIII.

EPISTOLĘ LIBRI SEPTIMI.

Ambrosius Constantio, in suscepto ecclesiæ gubernamine illum confortans, ac diligenti cōmonitione instituens qualem se debeat coram plebe domini exhibere loquendo, docēdo, admonendo, hortando, persuadendo, obsecrando, vt vitiis & terrenis cupiditatibus renuncient, virtutes sectentur, bonorūq; operū diuitias quærāt, & domino in sobrietate & gratia & tota mentis sedulitate seruiant. Demū eidem aliam quandā ecclesiā commendans. Epist. XLIIII.
Ambrosius Sabino, causam reddēs cur post scripturā prius directam codicem apertius scriptum transmiserit. Cur etiam propriam manum stylo suo affixerit, ad epistolarem inde ludū eum inuitans, & vsum illius exponens. Epistola XLV.
Ambrosius Eusebio, iucunditatē illius in filiis & filiorum benedictionem recensens. Epist. XLVI.
Ambrosius Irenæo, confutans errorē cuiusdam maledici Apollinaristæ, qui non potest audire quod dominus noster Iesus Christus pro nobis seruitutem susceperit. Epistola XLVII.
Ambrosius Irenæo, psequens illud quod in Hieremia scriptū est: Clamauit perdix, congregauit quæ nō peperit: naturam istius auis describēdo, & eam diabolo ac membris suis adaptando. Epi. XLVIII.
Ambrosi⁹ Syricio, narrās illū Prisco aduenienti literas dedisse, & se eidē reuertenti alias reddidisse. Et quia vtrunq; eorū officio remuneratus sit, etiā eius officii preciū incremēta debere adipisci gratię. XLIX.
Ambrosius Attico, scribens literas suas Priscū sibi, & se illi alias reddidisse, Priscū dilectioni suæ amplius commendans. Epist. L.
Ambrosius Felici, significans tuberū sibi missorū partem amicis direxisse. Et illū quod se tamdiu nequaq̃ reuiserit, arguens. Epist. LI.
Ambrosi⁹ Romulo, questioni illius, cur videlicet deus dixerit: Ponam celum æreum, & terram ferream, satisfaciens. Epistola LII.
Ambrosius Titiano, illi congaudēs quod a Rufino liberatus sit, quem sibi grauiorē iudicem in negocio cum nepte sua arbitrabatur. Epistola LIII.
Ambrosius Syricio, gratum sibi asserens cū & ab ipso literas accipiat, & ille aliquos de cōseruitio suo dirigat, eosq; se diligere contestans qui non patiuntur se a suo munere diutius abesse, & ad sequendum dominum Iesum suadens. Epist. LIIII.
Ambrosi⁹ Fœgadio & Delphino episcopis, insinuans Polybiū vt vtriq; eorum scriberet poposcisse, ac post datam epistolam vtriusq; nomine conscriptam, alteram exegisse, & ei se illam dedisse. Epi. LV.
Ambrosius Romulo, de eo quod Aarō populo poscēti sibi deos fieri aurū detraxerit, & q̃ eo auro figuratum sit vituli caput, & quod Moyses tam dure indignatus sit vt iuberet quemq; insurgere in necē proximi sui, quid ipse sentiat exprimens. Epist. LVI.
Ambrosius Seuero episcopo, scribens compresbyterū suum Iacobum Campaniæ sibi ad requiescendū littora, vbi orationi vacet, & deo seruiat, elegisse, se vero in medio omnium molestiarum freto versari conquerens. Epistola LVII.
Ambrosius Studio, pia illi persuasione respōdēs quid in causa cuiusdam criminosi potius agere debeat. Epistola LVIII.
Ambrosius sacerdotibus quibusdam & omni clero plebis Thessalonicensium, de obitu, vita, virtutibus & conuersatione sancti viri Acholii. Epist. LIX.
Ambrosius Anysio sancti Acholii successori, de successione eius congaudens, vitamq; sancti Acholii commendans, & illius adolescentiam, iuuentutem atq; senectutem benedicens. Epistola LX.
Ambrosius Candidiano, splendorem sermonis, & fulgorem affectus eius commendans, illiq; benedictionem optans. Epistola LXI.

EPISTOLĘ LIBRI OCTAVI.

Ambrosius Irenæo, quæstionem cur dominus deus manna pluerit populo patrum, & nunc non pluat, dissoluens. Epist. LXII.
Ambrosius Iusto, differens quod veteres quos pleriq; secundū artem scripsisse negant, secundum gratiam quæ super omnem artem est, scripserint: de quorum tamen scriptis ii qui de arte scripserunt, artem inuenerunt. Epist. LXIII.
Ambrosius Syagrio Veronensis ecclesiæ episcopo, literis illius respondens, eumq; vehemēter arguēs de iudicio attentato in causa cuiusdam virginis per turpes quasdam personas accusatę, et cur causam istam ad se reuocauerit, & qualem in ea sententiam pronūciauerit, exponens. Epist. LXIIII.
Ambrosius Syagrio, pro castitatis contumelia dolentem querelam faciens, atq; ex scripturis sanctis ostēdens quantum maiores nostri reuerentię detulerint castimoniæ, quātumve vltionis studium aduersum temeratores pudicitiæ fuerit. Epist. LXV.
Ambrosius Paterno, eūdem quia filio neptem ex filia copulare voluit, redarguens, & vt ab ea discedat intētione, commonens. Epist. LXVI.
Ambrosius Quinegio, illum de consultatione sua cōmendans. Epistola LXVII.
Ambrosius Antonio, amorem eius in se, et sui animū in illum commemorans. Epist. LXVIII.
Ambrosius Alypio, literas illius sibi esse redditas, & se suis respondisse literis significans. Epi. LXIX.

EPISTOLĘ LIBRI NONI,

Ambrosius Vigilio, institués eum quomodo plebem docere debeat, ac inter cætera vt coniugia ex alienigenis refugiāt, Sampsonisq; exemplo comprobans q̃ perniciosum sit alienigenæ mulieris copulam ascīuisse. Epistola LXX.
Ambrosius Irenæo, occasione eius quod in Apostolo scriptum est: Lex enim iram operatur, &c̃. quæstionem cur lata sit lex, absoluens. Epist. LXXI.
Ambrosius Irenæo, causam reddens cur pleraq; in lege præcepta sint quæ per euangeliū vacuata videntur, vt est circumcisio corporalis, & obseruatio sabbati, aliaq; plura huiusmodi, Cur etiam lex pedagogus dicatur. Epistola LXXII.
Ambrosius Clementiano, vim apostolicę disputationis in superiori epistola notatæ aperiens, simulque ostendens Iudęum non esse secundum adoptionem hæredem. Epistola LXXIII.
Ambrosius Horontiano, ex eo quod ab apostolo commemoratum est, Abraham credidit deo, & reputatum est ei ad iustitiam, &c̃. colligens quod ii magis Abrahę filii sunt qui ex fide heredes sunt, ipsam q̃q; fidem plurimum commēdans. Epi. LXXIIII.
Ambrosius Bellicio, exponens quid sibi velit illud q̃ dominus Iesus videns a generatione cæcum, exspuit, & fecit lutum, & superunxit oculos cæci, &c̃. Epistola LXXV.
Ambrosius Studio, quæstionē ab eo propositam quā in quadam epistola superius ad eundem scripta absoluit, latius ac plenius pertractans & absoluens. Epistola LXXVI.
Ambrosius Constantio, causam reddens cur circumcisio veteris testamēti autoritate quasi vtilis imperetur, & noui testamenti magisterio quasi inutilis repudietur, aduersantiumq; obiectiones arguta respōsione dissoluens. Epist. LXXVII.

EPISTOLĘ LIBRI DECIMI.

Ambrosius Theophilo, dolenter conquerens de statu causæ discordiarū inter Euagriū & Flauianū, & qd eū in hac re agere velit, exponēs. Epi. LXXVIII.
Ambrosius Theophilo & Anysio, excusans se de iudicio ferendo inter Bonosum episcopū & accusatores eius, illisq; causam istam cōmittens. Eosdē preterea approbans merito abhorruisse blasphemiā quorundam qui inuiolatam virginem Mariam plures peperisse filios mentiuntur. Epist. LXXIX.
Syricius papa, Mediolanensi ecclesię, narrās quid actū sit contra hæreticos qui sub velamento pii nominis serpentino sermone catholicam veritatem corrumpere, ac fideles Christianos sauciare moliti sunt, admonensq; vt ab illis se custodiant. Epi. LXXX.
Ambrosius, Bassianus & cæteri Syricio papæ, pastoralem illius solicitudinē circa ouile Christi custodiedum, & lupos arcendos cōmendantes, virginitatēq; contra istorū dementiam coniugio pręferentes, Immaculatam preterea Christi genitricē Mariam, ratione, testimoniis, figuris, & exemplis astruentes in partu virginem permāsisse, Præconia deniq; viduitatis attexentes, ac tandem Iouinianum & reliquos hęreticos esse dānatos insinuantes. Epi. LXXXI.
Ambrosius Vercellensi ecclesiæ, & eis qui inuocāt nomen domini nostri Iesu Christi, dolenter conquerēs quod ipsa sola adhuc sacerdotem non habeat, illosq; admonens vt parentū exempla sequantur ad postulandum sacerdotem. Eorum præterea errorem qui nullum dicunt esse abstinētiæ meritum, vel virginitatis fructum, rationibus scripturis & exemplis cōfutans, voluptatem quoq; condemnans, & ieiunium, abstinentiam, temperantiam ac virginitatem excellenter commendans. Vercellenses deinceps ad constantiam & alias virtutes exhortās. Quodq; maxime in episcopi petitione abesse debeat malignitas. Ac tandem qualis in episcopum eligēdus, qualesve & ipsi esse debeant, exponens. Epi. LXXXII.
Ambrosius episcopis per Aemiliā constitutis, eos de celebritate paschali instruēs. Epi. LXXXIII.
Ambrosius sacræ virgini Demetriadi, magnis pręconiis veram humilitatem exaltās, aduersantemq; illi superbiam digna vituperatione confundēs. Aeper hoc ipsam ad elationē cauendam, & pręsidio syncerę humilitatis armādā psuadēs. Epi. LXXXIIII.

FINIS INDICIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI, EPISTOLARVM LIBER PRIMVS.

DIVI AMBROSII ad Iustum, exponentis quid significet illud didrachmum cuius dimidium Hebræus præcipitur offerre pro redemptione animæ suæ.
Epist. I.

AMBROSIVS IVsto. Pulchre admones frater vt epistolares fabulas, & sermonem absentium ad interpretationē conferamus oraculi cęlestis, interrogās me quid significet illud didrachmum cuius dimidium Hebræus pręcipitur offerre pro redēptione animę suę. Quid

G enim tam consociabile, q̃ de diuinis rebus sermonẽ con
texere? Est autem dimidiũ didrachmi drachma. Redẽ
ptio autem animæ fides. Fides ergo drachma, quam
Lucę. 15. illa mulier in euangelio, vt legimus, amissam diligẽter
requirit, lucernã accendens, & mũdans domum suam:
& si inuenerit, conuocat amicas & vicinas, petens con-
gratulari eas secũ, quod inuenerit drachmam quã per-
diderat. Magnũ enim damnũ animæ si quis fidẽ ami-
serit, vel gratiã, quam fidei precio acquisiuit sibi. Et tu
ergo accende lucernã tuam. Lucerna tua oculus tuus
est, ille interior oculus scilicet mẽtis. Istam lucernã accẽ
de, quæ accipit oleum spirituale, & lucet in tota domo
sua. Quære drachmam, redẽptionem animæ tuę: quã
qui amiserit, turbatur: qui inuenerit, exultat. Est & re-
demptio animæ misericordia. Redẽptio enim animæ
hominis, diuitiæ eius sunt, quib⁹ vtiq; fit misericordia,
quæ sumptu pauperes iuuat. Fides igitur gratia, gra-
tia misericordia, misericordia redẽptio est animæ, quæ
drachma, hoc est integro precio summę plenioris expẽ
ditur. Sic enim scriptũ est dicente domino ad Moysen:
Exo. 30. Quod si acceperis cõputationem filiorũ Israel in visita
tione ipsorũ, & dabũt singuli redemptionẽ animæ suæ
domino, & non erit in his ruina in visitatione eorũ. Et
hoc est quod dabũt quotquot perambulãt visitationẽ,
didrachmi dimidiã partẽ, quod est secundũ didrachmũ
H sanctũ. Viginti oboli didrachmũ. Dimidia autẽ pars
didrachmi illatio dño. Omnis qui intrauerit visitare a
viginti annis & supra, dabũt illationẽ domino. Qui di
ues est, non adiiciet: & qui pauper est, nõ minorabitur
a dimidia parte didrachmi, cũ cœperint dare oblationẽ
domino, & exorare pro animabus suis. Et accipies pe-
cuniam illationis a filiis Israel, & dabis illã in opus ta-
bernaculi testimonii, & erit filiis Israel legitimum me-
moriale in cõspectu domini, & orare pro animabus ve-
stris. Ita ergo deerat vel diues qui plus offerret, vel pau
per qui minus haberet, si in pecunia dimidiũ didrach-
mũ istud nõ in virtute esset. Vnde aduertẽdũ quod nõ
materialis ista sed intelligibilis drachma sit, quæ ex æ-
quo ab omnibus conferenda existimabatur. Denique
etiam de illa cælesti esca (Esca autem & delectatio ali-
menti cęlestis sapiẽtia est, qua vescebantur in paradiso
locati, qui erat indeficiẽs animę cibus, quẽ vocauit mã
na diuinus sermo) ita legimus distributionẽ factã per
Ibidẽ. 16. singulas animas, vt æqualis fieret diuisio. Et collegę-
runt secũdum dispositionem Moysi, is qui plurimũ, &
qui minimũ, & mensurã fecerunt Gomor, & nõ abun-
dauit & superfuit ei qui multũ: & ei qui minus, nõ de-
I fuit. Vnusquisq; enim pro numero animarũ qui apud
se erat in tabernaculis, collegerunt p singula capita Go
mor, id est mensurã vini, sicut habet interpretatio. Est
autem mensura sapientiæ: quæ si supra mẽsuram sit,
Eccls. 7. nocet, quia scriptum est: Noli esse multum sapiens. Et
Paulus docuit secundũ mensuram dari diuisionẽ gra-
1. Cor. 12. tiarum, cũ dicit: Quia vnicuiq; datur manifestatio spi-
ritus ad vtilitatẽ, alii sermo sapientiæ, alii sermo scien-
tiæ secundũ eundem spiritum, alteri fides in eodẽ spiri-
tu, alii gratia sanitatũ in vno spiritu, & diuidi eam gra
tiam secundũ voluntatẽ spiritus. Quod diuidit, æqui-
tatis est. quod autem secundũ voluntatem suã diuidit,
potestatis. Vel quia id velit vnicuiq; conferre q̃d pro-
futurum nouerit. Gomor ergo mensura est, & mensu-
ra vini, quod lętificat cor hominis. Quid autem nisi sa
pientiæ potus, iucunditas cordis est? Hoc est illud vi-
num quod miscuit in cratere sapientia, & offert biben-
dum, vt sumamus nobis sobrietatem & prudentiam,
quod ea æqualitate trãsfundi oportet sensibus & cogi-
tationibus nostris, et omnibus motibus, quia intra hãc
nostram sunt domũ, vt sciamus posse abundare omni-
bus, deficere nulli. Plenius autem de sanguine Christi
intelligitur, cuius ad gratiam nil minuitur, nihil adau
getur. Et si parum sumas, & si plurimum haurias, ea-
dem perfecta est omnibus mensura redemptionis. Pa- K
scha quoq; domini, hoc est, agnum ita patres epulari iu
bentur, vt secundũ numerum animarũ epulentur sua-
rum, neq; plures, neq; pauciores, neq; aliis plus dari, a-
liis minus, sed secundũ animas singulorum: ne aut for
tiores amplius sumant, aut infirmiores minus. Gratia
enim ęqualis singulis diuiditur, redẽptio diuiditur, do-
nũ diuiditur. Neq; plures oportet esse, ne quis vacuus
spei & redẽptionis recedat. Plures sunt quando aliqui
extra numerũ sunt. sancti numerati sunt omnes, & capil
li eorũ. Cognouit enim dominus qui sunt ipsius. Neq; 2. Timo. 2.
pauciores, ne magnitudine gratię fit ad recipiendũ in-
firmior. Et ideo omnes æqualitatẽ deuotionis & fidei
deferre præcepit ad pascha domini, id est, ad trãsitum.
Pascha autem est quãdo anima irrationabilem depo-
nit passionem, sumit autem bonam compassionem, vt
compatiatur Christo, & transitũ eius in se suscipiat, vt
inhabitet in ea, & deambulet, & fiat eius deus. Gratia
itaq; æqualis per omnes, virtus autẽ diuersa in singu-
lis. Vnusquisq; ergo portionẽ competentẽ suis viribus
sumat, ne aut fortior indigeat, aut oneretur infirmior.
Habes hoc in euangelio, quia merces æqualis omnib⁹ Mat. 20.
soluitur in vinea laborantibus, sed pauci ad brauium,
pauci ad coronam perueniunt, pauci dicunt: Reposita 2. Timo. 4.
est mihi corona iustitię. Alia est enĩ merces liberalita-
tis & gratiæ, aliud virtutis stipendum, laboris remune
ratio. Ergo didrachmum redemptio est, immo dimi-
dium didrachmi. Redimit autẽ nos a morte, redimit L
a seruitute, ne subiecti simus mundo, cui renuncia-
mus. Vnde dominus in euãgelio dicit ad Petrum vt Matt. 17.
vadat ad mare, & mittat hamum, in ore piscis inuen-
tum staterẽ sumat, & det p domino & pro se, exigenti-
bus didrachma. Hoc est igit̃ didrachma q̃d exigebatur
secundum legem, sed non debebat illud filius regis, sed
alienus. Quid enim se Christus redimeret ab hoc mũ-
do, qui venerat vt tolleret peccatum mundi? Quid se a
peccato redimeret, qui descenderat vt omnibus pecca-
tũ dimitteret? Quid se redimeret a seruitute, qui se ex-
inaniuerat, vt vniuersis libertatem daret? Quid se re-
dimeret a morte, qui carnem susceperat, vt morte sua
omnibus resurrectionem acquireret? Non vtique opus
habuit redemptione redemptor vniuersorum, sed sicut
circumcisionem accepit vt legem impleret, & ad bapti-
smum venit vt impleret iustitiam, ita etiã didrachma
exigentibus solutionem non recusauit, statim staterẽ
pro didrachma iussit pro se & Petro dari. Maluit enim
supra legẽ soluere, q̃ id quod erat legis negare. Ostẽdit
autẽ contra legẽ Iudæos facere, qui ab vno didrachmũ
exigerent, cũ dimidiũ didrachmi exigendum Moyses M
prescripserit. Et ideo & pro se & p Petro tanq̃ singulas
drachmas in statere solui mãdauit. Bonus autẽ cẽsus
Christi, qui statere soluitur, quia statera iustitia est, iu-
stitia autem supra legẽ. Deniq; finis legis Christus est, Roma. 10
ad iustitiã omni credẽti. Hic stater in ore piscis inueni-
tur, illius piscis quem capiunt piscatores hominũ, illius
piscis qui põderat sermones suos, vt igne examinatos
proferat. Hũc staterem nescierunt Iudæi, quẽ proditori
dederunt. Lex autẽ dimidiũ didrachmi pro redẽptione
animæ exigit, quã drachmã deo deputat, quia totũ di-
drachmũ vẽdicare nõ poterat. Vix enim in Iudæo vel
portio deuotionis poterat inuestigari. Qui autem ve-
rus est liber, verus Hebreus, totus est dei: totũ quod ha
bet, libertatis est. Nihil habet illius qui libertatẽ recu-
sat, dicẽs: Dilexi dominũ meũ, & vxorẽ, & infantes: nõ Exo. 21.
abibo liber. Quod non solum ad dominũ, sed etiam ad
eius refertur infirmitatẽ qui se subiecerit mũdo, quod
diligat mundũ, vel mentẽ suã, id est, nõ huius autorem
volũtatis. Nec solũ ad vxorem, sed etiã ad delectationẽ
refertur, quæ domesticã non illam æternã curam susci-
pit. Huic ergo ad limen & ostium suũ dominus suus
aurem pertũdit, vt meminerit sermonis sui quo serui-

A tutem elegit. Et ideo tu Christiane istum ne imiteris,
Mat. 19. quia tibi scriptum est, non vt didrachmi dimidium (si
tamen vis perfectus esse) deo offeras, sed vt omnia tua
vẽdas, & des pauperibus. Nec vt portionem seruitutis
mũdo reserues, sed vt totum te abneges, & domini cru
cem tollas, & sequaris eum. Cognouimus itaq; ideo di
midiũ didrachmi lege postulari, quia dimidium generi
huius mundi seruabatur, id est, conuersationi seculari,
& vsui domestico, & posteritati reseruabatur, quib⁹ ne-
cesse erat & sortem ex sorte, id est, transmissionis depu-
tari. Vnde & dominus tentãtibus se Pharisæis subdo
la interrogatione vtrũ suaderet censum dari Cesari, re-
spõdit: Quid me tentatis hypocritę? ostẽdite mihi nu-
misma cẽsus. At illi obtulerũt ei denarium, in quo erat
imago Cæsaris. Ait illis: Reddite quæ sunt Cæsaris,
Cæsari: & quæ sunt dei, deo. ostendens illos ita esse im-
perfectos, qui sibi perfecti viderentur, vt prius Cæsari q̃
deo soluerent. Quibus enim prior esset cura mundi, ab
iis prius soluendũ foret quod erat mundi. Vnde & ait:
Reddite, id est, vos reddite quæ sunt Cæsaris, apud q̃s
figura & imago inuenitur Cæsaris. Illi ergo Hebræi
Daniel. 1. pueri Ananias, Azarias, Misael, ille Daniel sapien-
tior, qui non adorauerunt imaginem regis, qui non re-
B ceperunt eam, qui nihil de illa mensa regis accipiebant,
non tenebantur ad solutionem tributi. Nihil enim eo-
rum quę sub rege terreno erant, possidebãt. Ergo eorũ
imitatores nõ soluũt tributum, quibus portio deus est.
Ideo dominus ait: Reddite, id est, vos reddite qui pro-
tulistis imaginẽ Cæsaris, apud quos inuenitur. ego au
tem nihil debeo Cæsari, quia nihil huius mũdi habeo.
Ioan. 14. Venit enim huius mundi princeps, & in me inueniet
nihil. Nihil debet Petrus, nihil apostoli mei, quia non
sunt de hoc mũdo. Et si in hoc mũdo sunt, ego misi eos
in hunc mundũ. Sed iam non sunt de hoc mundo, quia
mecum sunt supra mundum. Ergo quod diuinæ legis
est, solui iubetur, non quod Cæsaris. Et tamẽ & ipsum
perfectus, id est prędicator euangelii iam non debebat,
qui plus prædicabat. Non debebat filius dei, non debe-
bat & Petrus in adoptionẽ a patre ascitus per gratiã.
sed ne scandalizentur, inquit, vade ad mare, et mitte ha
Mat. 14. mum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle, & a-
perto ore eius inuenies ibi staterem. illum sumẽs da iis
p me & te. O magna mysteria, dat dimidiũ didrachmi
quod lex iubebat, & non negat quod legis est, quasi fa-
ctus ex muliere, sub lege factus. secundũ incarnationem
locutus sum. Ex muliere secundum sexum. mulier se-
xus est, virgo species. sex⁹ generis, virgo integritatis.
C In quo ergo venit sub lege, in eo fact⁹ est ex muliere, id
est, in corpore. Et ideo didrachma solui iubet pro se &
Petro, quia vterq; sub lege generati. Iubet ergo secun-
dum legẽ solui, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Et
tamen staterem dari iubet, quo vectes imponerent ori
suo, ne ex multiloquio peccatum admitterent. Et iubet
dari in ore piscis repertum, vt agnoscerẽt verbũ. Qui
enim quod legis est, exigebãt: cur quod legis est, nescie-
bant? Verbum enim dei ignorare non debebant: quia
Deut. 30. scriptum est: Prope est verbum in ore tuo, & in corde
tuo. Totum igitur didrachmũ deo soluit, qui seculo ni-
hil reseruauit. Deo enim iustitia soluitur, quæ est men-
tis sobrietas. Deo soluit̃ sermonis custodia, quę est ser-
Roma. 10 monis sobrietas. Corde enim creditur ad iustitiam, ore
autem cõfessio fit ad salutẽ. Potest autem & drachma
pro veteri testamento accipi, didrachmũ pro vtriusque
testamenti precio, quia secundum legem vnusquisque
per legem redimebatur. Qui autem secundum euãge-
lium redimitur, soluit drachmam secundũ legem, san-
guine redimitur Christi, secũdum gratiam, geminam
habens redẽptionem, & deuotionis, & sanguinis. Nec
enim fides sola ad perfectionem satis est, nisi etiã bapti-
smatis adipiscatur gratiam, & sanguinem Christi redẽ
ptus accipiat. Bona ergo drachma quæ deo soluitur.
Non est drachma denarius, sed diuersum est. Denique D
in denario imago Cæsaris est, in drachma imago dei:
Quia vnius est dei, ad imitationem ipsius, ab vno inci
pit, & in infinitum diffunditur. Et iterũ de infinito nu-
mero in vnum quasi in finem omnia reuertuntur: quia
deus & principium & finis omnium est. Vnde nec nu-
merum monada, sed elemẽtum numeri quibus ea cura
est appellauerunt. Et hoc propterea diximus, quia scri-
ptum est: Ego sum α & ω: primus, & nouissim⁹. &, Au Apoc. 1.
di Israel: Dñs deus tu⁹ deus vnus est. Et tu ergo ad si-
militudinẽ domini vnus esto atq; idem. Non hodie so-
brius, cras ebriosus: hodie pacificus, crastina die litigio-
sus: hodie frugi, crastina die incontinens. Mutatur enĩ
vnusquisq; morum varietate, & fit alter, in quo non a-
gnoscitur quod fuit, & incipit esse quod non fuit, sui de-
gener. Graue est enĩ mutari in peius. sed esto sicut ima
go in drachma, immutabilis, eũdem habitum seruãs.
Quotidie videns drachmam, attende imaginem: hoc
est, videns legem, attende in lege imaginem dei Chri-
stum. Quia ipse imago dei inuisibilis & incorruptibi-
lis, luceat tibi velut in speculo legis. Cõfitere eum in le-
ge, vt eum in euangelio recognoscas. Si cognouisti in
mãdatis, recognoscis in operibus. Vale, & si non infru
ctuose didrachmum istud cõmissum mihi arbitraris,
iterum si quid habes, committere ne dubitaueris. E

Sancti Ambrosii ad Simplicianũ, explicantis quid
sibi velit quod Moyses post oblatum sacrificiũ, & im-
molatas domino salutares hostias, dimidiam partem
sanguinis in crateras miserit, dimidiam autẽ ad altare
fuderit, Epistola II.

AMBROSIVS Simpliciano. Motum te
cum legeres, significasti mihi, quid sibi velit
quod Moyses post oblatum sacrificium, &
immolatas domino salutares hostias, dimi-
diam partem sanguinis in crateras miserit, dimidiam
autem ad altare effuderit. Sed quid est quod ipse dubi-
tes, & a nobis requiras, cum fidei & acquirendæ cogni-
tionis diuinæ gratia totum orbẽ peragraueris, & quoti
dianæ lectioni nocturnis ac diurnis vicibus omne vitæ
huius tempus deputaueris, acri pręsertim ingenio etiã
intelligibilia complectens? Vtpote qui etiam philoso- E
phiæ libros q̃ a vero sint deuii demõstrare soleas, & ple
rosque tam inanes esse, vt prius scribentum in suis scri
ptis sermo q̃ vita eorum defecerit. Tamen quia colla-
tio sermonis, vt pecunię, magno est vsui, atq; ea maxi-
mus in commune emolumentum negociationis pro-
fectus paratur: quod mirabilis sit ista sanguinis diui-
sio, reticere non queo. Pars enim eius moralem sapiẽ-
tiæ disciplinam videtur significare, pars mysticam. Il-
la quæ in crateras mittitur, moralis est: hæc quæ ad al-
tare effunditur, mystica, eo quod diuino munere & aspi
ratione quadam humanis infundatur mentibus, vt cõ
uenientia & fidei plena de deo sentiant. Deniq; qui lo-
cuti sunt de eius maiestate, & de cælestib⁹, vel aposto-
li, vel sancti prophetæ, non nisi ex reuelatione demon-
strata sibi loqui ausi sũt. Vnde Paulus et raptum se in 2. Cor. 12.
paradisum, & audisse se verba quæ non licet homini lo
qui, in epistola sua testificatus est. Stephanus quoq; vi- Actu. 7.
dit cælos apertos, & Iesum ad dexteram dei stantem.
Et Esaias propheta vidit sedentem. Nam de Moyse Esa. 6.
quid loquar, de quo dicit scriptura quod nõ surrexit am
plius propheta in Israel sicut Moyses, qui vidit domi- Deut. 34.
num facie ad faciem in omnibus signis & prodigiis
quæ fecit in terra Egypti? Mystica ergo deo libantur,
qui splendore diuinæ sapientiæ, cuius pater & genitor
est, inflammat animæ vigorem, ac mẽtem illuminat.
Sapientia autem dei Christus, in cuius pectore recũbe
bat Ioannes, vt de principali illo secretoq; sapiẽtię hau-
sisse diuina proderetur mysteria. Denique ipse conscius

G muneris hoc ſcripſit, qui ſibi quod acceperat vendicare,
& ſuo aſſignare ingenio reformidabat. Sed & ipſe do-
Ioan.20. minus dicebat apoſtolis os ſuũ aperiens: Accipite ſpiri
tum ſanctũ. quo declarauit ſe eſſe qui Moyſi dixerat:
Exo.4. Ego aperiã os tuũ, & inſtruã te quid debeas loqui. Er-
go hæc ſapiẽtia diuina inenarrabilis, impermixta atq;
incorrupta ſanctorũ animis ſui infundit gratiã, et cogni
tionem reuelat, vt ſpeculẽtur eius gloriã. Illa autẽ mo-
ralis ſapientię diſciplina eſt, quę mittitur in crateras, &
ex illis percipitur atq; hauritur. Crateres igitur ſenſuũ
receptacula. Crateres oculi ſunt duo, aures ſunt, nares
ſunt, os quoq; & alię partes cõuenientes muneri. Oculi
enim viſum recipiũt & miniſtrant, auditũ aures, odorẽ
nares, ora guſtatũ, & cętera. In iſtos crateres verbum il
lud in quo eſt principatus ſacerdotii vel ꝓphetię, effun-
dit ſanguinis ſui partes, vt viuificet atque animet irra-
tionabiles portiones, & faciat rationabiles. Deniq; vbi
legis diuinę pręcepta numerauit atq; annũciauit popu
lo, Theoriam poſtea intelligibilis illiꝰ arcæ teſtimonii
vel candelabri vel thymiamatis locuturus immolauit
hoſtias & libauit, ſanguinis partẽ infundens altaribus
ſacris, partẽ autem infudit crateribus. Fit ergo diuiſio
H myſticæ illius, hoc eſt, diuinę moraliſq; ſapiẽtiæ. λόγος
enim diuiſor eſt animarũ atq; virtutũ. λόγος autẽ verbũ
dei validũ & acutũ, quod pertranſit & penetrat vſq; ad
diuiſionẽ animæ, virtutes quoq; diſtinguit & diuidit,
cuius miniſter Moyſes diuiſione ſanguinis virtutum
genera diſtinxit. Et quia nihil præ cæteris in lege, niſi
Chriſti aduẽtus annũciatur, atq; eius præfiguratur paſ
ſio, vide ne iſta ſit hoſtia ſalutaris, quã verbũ deus in ſe-
metipſo obtulit, atq; in ſuo immolauit corpore. Quod
primo moralẽ in euangelio, ſed etiã in lege docuit diſci
plinam, & in ſua patiẽtia atq; in ipſo actu & opere mon
ſtrauit, tanq̃ in crateras ita in mores noſtros ſenſuſque
transfundẽs velut ſubſtantiam quãdam & vitalia ipſa
ſapientiæ, quibus mentes hominũ viuificauit ad virtu
tis ſeminariũ, & inſtituta pietatis, deinde accedẽs ad al
tare effudit hoſtiæ ſuæ ſanguinẽ. Itaq; ſiue ita hęc acci-
pias, pius vt arbitror ſenſus eſt: ſiue ſecũdũ Salomonẽ
velis, concurrit ęque, vt quia ſanguinẽ miſit in crateras
Moyſes ꝓpheta, cognoſcas ipſum eſſe ſanguinem de
Prouer.9 quo ſcriptũ eſt quia ſapiẽtia miſcuit in cratere vinũ ſuũ
dicens vt relinqueret inſipientiam, & quæreret ſapien-
tiam. Hauritur ergo de cratere ſapientia, hauritur diſci
plina, hauritur intellectus, hauritur correctio, hauritur
vitæ emẽdatio, hauritur morũ & conſiliorũ tẽperatio,
pietatis gratia, virtutis incrementum, fons vbertatis.
I Quod vero ad altare effundit ſanguinem, intelligere li
cet ablutionẽ mũdi, remiſſionem omniũ peccatorum.
Etenim ſanguinẽ illum ad altare quaſi hoſtiam effun-
dit ad multorũ exhaurienda peccata. Agnus enim ho
ſtia eſt, ſed agnus nõ irrationabilis naturæ, ſed diuinæ
Ioan.1. potẽtiæ, de quo dictũ eſt: Ecce agnus dei, ecce qui tollit
peccatũ mundi. Non ſolũ enim mũdauit ſanguine deli
cta vniuerſorũ, ſed etiã diuina poteſtate donauit. An
non tibi videtur effudiſſe ſanguinem ſuum, de cuius la
tere ſupra ipſum paſſionis altare aqua cucurrit & ſan-
guis? Vale, & nos parentis affectu dilige, vt facis.

Diui Ambroſii ad Simplicianum, cauſam reddẽtis
cur Moyſes propheta maximus inueniat̃ magis Aa-
ron fratris conſiliũ q̃ ſuum probaſſe, Cur etiam tam dif
ficile tamq; rarũ ſit pœnitentiã peccati gerere in hac vi
ta homini, Epiſtola III.

AMBROSIVS Simpliciano. Quãtus
ſit vnuſquiſque in ſuo munere, exẽplo debet
Deu.34. eſſe lectio, quę iure te mouit, quod Moyſes
ille quo nemo pręſentius deũ vidit, neq; ſur
rexit amplius in Iſrael propheta qui deũ facie ad faciẽ
Exo.34. ſicut Moyſes videret, ille qui quadraginta diebus cum
deo iugiter & noctibus fuit cũ legẽ acciperet in monte, K
ille inquam cui deus dabat quos loqueretur ſermones,
inuenitur magis Aarõ fratris cõſilium q̃ ſuũ probaſſe.
Fuit ergo quiſq̃ hominũ Moyſe prudentior & inſtru-
ctior? Atq; ipſum Aarõ poſtea cũ Maria circa Ęthio-
piſſæ perſonã legimus erraſſe. ſed hoc ipſum diligenter
diſcute, vbi Moyſes ſcientia præponderet, vbi Aaron
cõſilio. Moyſes magnus ꝓpheta, qui de Chriſto dixit:
Sicut me, ipſum audietis. & de q̃ ipſe dñs ait: Si Moy- Luc.16.
ſen & prophetas nõ audiunt: nec ſi quis ex mortuis ad
illos abierit, credẽt. Ergo in cauſa prophetiæ præfertur
Moyſes ſicut ꝓpheta. Vbi autem cauſa & munus &
officium ſacerdotii eſt, prefertur Aaron ſicut ſacerdos.
Tractemꝰ ergo ipſum locũ. Immolatus erat hircus ꝓ Leuit.10.
peccato, & oblatus in holocauſtũ. Quæſiuit eũ poſtea
Moyſes, et cõbuſtus erat. Et iratꝰ eſt Moyſes ad filios
Aaron Eleazar & Ithamar, qui ſuperfuerant, dicens:
Quare nõ manducaſtis quod oblatũ eſt pro peccato in
loco ſancto? Quoniãquidẽ ſanctaſanctorũ ſunt hęc vo-
bis manducare, vt auferatis peccatũ ſynagogę, & intus
manducandũ eſſe, ſicut mihi præceptũ eſt, ait. Cũ ergo
iratũ eum vidiſſet Aaron, placide reſpõdit ei: Si hodie
obtulerint pro peccato ſuo holocauſta ſua contra domi
num, & acciderint mihi talia, mãducabo quod pro pec-
cato obtulerũt hodie? nũquid placebit dño? Et audiuit L
Moyſes, & placuit illi. Quid iſta ſignificent, conſidere
mus. Nihil peccare, ſolius eſt dei: emẽdare ſapiẽtis eſt,
& corrigere erratũ, & pœnitentiã gerere peccati. Id ta-
men eſt difficile in hac vita hominũ. Quid enim tam
rarũ q̃ vt inuenias virũ qui ſeipſum coarguat, & factũ
condẽnet ſuũ? Rara itaq; confeſſio de peccato, rara pœ-
nitentia, rara in hominibus verbi eius aſſertio. Repu-
gnat enim natura, repugnat verecundia. Natura, quia
omnes ſub peccato: & qui carnẽ gerit, culpæ obnoxius
eſt. Ergo repugnat natura carnis, & illecebra ſeculi in-
nocẽtiæ integritatiq;. Repugnat etiã verecundia, quia
erubeſcit vnuſquiſq; propriã culpã fateri, dũ præſentia
magis q̃ futura cogitat. Studebat autẽ Moyſes pecca-
ti vacuã reperire animam, vt exuuias erroris depone-
ret, et nuda culpę ſine vllo ſui pudore diſcederet. Sed nõ
inuenit, quia cito impetꝰ irrationabilis preuenit, & flã-
ma quædã celerrimi motus animam depaſcitur, atque
exurit eius innocentiã. Pręponderãt enim futuris pręe-
ſentia, & violẽta moderatis, & plura paucioribus, & iu
cunda ſeriis, & aſperis mollia, & triſtibus læta, & illece
broſa rigidioribus, & præpropera tardioribus. Velox
enĩ eſt iniquitas, quæ ad nocendũ occaſiones ſuggerit,
quia veloces pedes eius ad effundendũ ſanguinẽ. Lẽta M
autẽ virtus omnis & diuturna cunctatrix ante iudicat,
& adorienda incipit. Ita mens boni, ſpeculatrix cõſilio-
rum ſuorũ eſt, priuſq; examinat quid decorũ atq; hone-
ſtum: iniquitas vero opere cogitationẽ anteuertit. Pi-
gra igitur & verecũda eſt pœnitentia, quia premitur &
reuocatur pręſentiũ pudore. Solis enĩ intendit futuris,
quorũ ſpes ſera, tardior fructus, & ideo petitio ipſa tar-
dior. Inter hæc ſpei & virtutis molimina pręcurrit im-
pudẽtia, & ſpecie pręſentiũ pœnitẽtia excluditur, & tãq̃
exuritur affectꝰ eius, & hmõi aboletur in vitiis. Quęrit
eã lex, & non inuenit. Ambuſta eſt enim feruore & fu-
mo iniquitatis, & indignatio quędã legis mouetur. Di
cit Moyſes deuorandã fuiſſe pœnitentiã in ſanctiſſan-
ctorum, ſacerdotes quaſi ſegniores increpat. Reſpõdit
Aarõ, prouidũ debere eſſe iudiciũ ſacerdotale, nec facile
male ſanę cõſciẽtię cõmittẽdũ id muneris, ne fiat error
deterior priore. Vaſe enĩ fœtido vel oleũ vel vinũ faci-
le corrũpitur ac deteriorat̃. Quõ aũt poterat vbi ignis
alienus erat, peccatũ exuri, & hoc ſub conſpectu dñi, cui
& occulta ſunt cognita? Nunquid poteſt placere dño ſi
quis cũ adhuc verſetur in iniquitatibꝰ, & iniuſtitiã cor-
de incluſã teneat, dicat ſe agere pœnitentiã? Simile eſt
ac ſi quis æger ſe ſanũ ſimulet, magis ægrotabit: quia

A nihil ei prodeſſe poteſt ſimulatio ſanitatis, cum verbo
adumbretur, non vllo fulciatur ſubſidio virtutis. Ignis
itaq; alienus eſt libido. Ignis alienus eſt omne iniuſtæ
incendiũ cupiditatis. Ignis eſt alienus omnis ardor a-
uaritię. Hoc igni nemo mũdatur, ſed exuritur. Nã vbi
iſte ignis alienus eſt, ſi quis in cõſpectu ſe offerat domi
Leuit.10 ni, ignis eum cæleſtis abſumit, ſicut Abiud et Nadab
quos exuſſit ignis celeſtis pariter cũ iis quæ ꝓ peccato
ſacris fuerant oblata altaribus. Qui ergo vult mũdare
peccatũ ſuũ, ignem a ſe remoueat alienũ. Illi ſoli igitur
ſe offerat qui culpam nõ hominem exurit. Qui ſit iſte
ignis, audi dicentẽ: Quia Ieſus baptizat in ſpiritu ſan-
cto & igni. Hic eſt ignis qui ſiccauit hæmorrhouſę per
duodecim annos ſanguinẽ profluẽtem. Hic eſt qui pec
Lu.19. catum Zachæi abſtulit dicentis quod dimidium bo-
norum ſuorum daret pauperibus, & ſi cui quicq̃ abſtu-
lit, redderet quadruplum. Hic eſt ignis qui abſterſit cul
pam latronis. Ignis enim cõſumẽs eſt qui dixit ei: Ho-
die mecum eris in paradiſo. Illos itaq; ſanauit, in quibꝰ
ſimplicem & puram reperit cõfeſſionẽ, nihil malignũ,
nihil fraudulẽtum. Deniq; Iudas ad remedium perue-
nire non potuit, cum diceret: Peccaui quod tradiderim
ſanguinem iuſtum: qui alienũ ignẽ voluebat in pecto-
re ſuo, qui eum inflammauit ad laqueũ. Indignꝰ enim
remedio fuit, quia non intimo mentis conuerſus inge-
B muit, & ſedulo geſſit pœnitẽtiã. Tantæ enim pietatis
eſt dominus Ieſus, vt & ipſi donaret veniam ſi Chriſti
expectaſſet miſericordiam. Hanc ergo culpã ſacerdotes
non auferunt, neq; peccatũ eius qui in dolo ſe offert, &
adhuc in ſtudio delinquẽdi eſt. Non enim poſſunt epu
lari in eo quod plenum fraudis, & ſerpentis interius ci-
catricis eſt. Cibus enim ſacerdotis eſt in peccatorũ re-
Ioan.4. miſſione. Vnde ait princeps ſacerdotum: Meus cibus
eſt vt faciam voluntatẽ patris mei qui in cælo eſt. Quę
eſt voluntas dei, niſi ea, cũ conuerſus ingemueris, tunc
ſaluus eris? In illo ergo ſubdolo cibꝰ nullus eſt. Deniq;
nec ipſe epulandi ſuauitatẽ capere poteſt in quo nõ ſyn
cera & pura conſcientia eſt. Amaritudo enim fraudis
epulandi ſuauitatẽ obducit: nec permittit mala cõſcien
tia vt reficiat & paſcat obnoxium animum pœnitẽtia.
Ideo ergo talis affectus, talis petitio, talis pœnitentia
non eſt vſui aut voluptati ſacerdotibus. Meritoq; hir-
cus ille qui pro peccato oblatus eſt in holocauſtũ, quia
nõ fuit ſyncera hoſtia, exuſtus eſt, quia in eius ſacrificio
ignis alienus repertus eſt. Non eſt itaq; complacitũ &
acceptum ſacrificium deo. Nõ eſt enim acceptum niſi
C quod fuerit in diuitiis ſynceritatis & veritatis probatũ.
Leuit.10. Ideo & alibi legis duos hircos, vnum in quo ſors domi
ni, alterum tranſmiſſionis. Illum in quo ſors domini,
offerri atque immolari pro peccato: illum vero in quo
ſors tranſmiſſionis, dimitti in deſertum, vt accipiat po
puli iniquitates, vel alicuiꝰ peccatoris. Sicut enim duo
Mat.24. ſunt in agro, & vnus eorũ aſſumitur, alius derelinqui-
tur: ita ſunt duo hirci, vnus qui ad ſacrificiũ eſt vtilis, a-
lius qui in deſertũ dimittitur. Hic nulli vſui neq; eden-
dus neq; epulandus a ſacerdotũ filiis. Sicut enim ex iis
quæ alimentorũ ſunt, quod bonũ eſt editur, quod inuti
le aut malũ, proiicitur: ita & bona opera epulatoria di-
cimus, quæ ſunt eſui. Non placebit ergo domino ſi mã
ducet ſacerdos ſacrificiũ in quo fraus ſit oblationis, non
ſedulæ cõfeſſionis ſynceritas. Et ideo hircus iſte in de-
ſertũ dimittẽdus eſt, vbi errauerũt patres noſtri, errauę
runt in eo, & nõ potuerũt ad reſurrectionis terrã ꝑueni-
re, ſed interiit a terra memoria eorũ. Deniq; quę ſũt epu
latoria opera, audi. Et erũt ſabbata terrę nobis eſcæ. E-
pulatoria enĩ & refectoria requies ĩ deo, quę facit animi
trãquillitatẽ. Vnde et nos etiã in ſermone requieſcamus.
Vale, & nos, vt diligis, dilige: quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Ireneum, declarantis quomodo
intelligendum ſit quod in Exodo legitur, Abominãda
apud Ęgyptios immolemus deo. Qualibus pręterea D
ductoribꝰ, & qua via ad eccleſiam Chriſti perueniatur,
Qui illam ingrediantur, & quid eis in ipſa ſit agendũ.
Epiſtola IIII.

AMBROSIVS Ireneo. Mouerit te ſigni-
ficaſti mihi eo quod legeris, Abominãda a- Exo.8.
pud Ęgyptios immolemꝰ deo. Sed habui-
ſti quo iſtud ſolueres, quia in Geneſi ſcriptũ
eſt quod Ęgyptii paſtorẽ pecorũ abominabãtur. Non
vtiq; propter hominẽ, ſed propter pecora. Illi enim ara-
tro terrã inuertebãt. Abrahã autem & Iacob, & poſtea
Moyſes, Dauid, paſtores fuerunt, regalem quãdam in
hoc munere diſciplinã induẽtes. Oderãt ergo Ęgyptii
immolata ſacrificia, id eſt perfecta ſtudia virtutum, &
plena diſciplinæ. Quod ergo vitioſi oderunt, hoc apud
bonos ſyncerũ ac pium eſt. Opus virtutis deteſtatur lu
xurioſus helluo, refugit Ęgyptius. ita corpus q̃d illece-
bras diligit, auerſatur animę virtutes, abominatur im-
perium, refugit virtutũ diſciplinas, & omnia opera quę
huiuſmodi ſunt. Quæ ergo Ęgyptiꝰ refugit, Ęgyptiꝰ
ille & nõ homo, hęc tu amplectere, qui habes humani-
tatis ſcientiam. Illa autẽ declina quæ illi ſequuntur atq;
eligunt, quoniã duo ſibi iſta cõgruere non poſſunt, pru-
dentia, & inſipientia. Itaq; ſicut iis quæ in quodã cenſu
imprudentiæ atq; intemperantiæ ſunt, abdicat ſe pru- E
dentia, abdicat continentia, ita eorũ omnis exors inſi-
piens eſt atq; incontinens, quę in bonis atq; in hæredi-
tate ſapientis viri ſunt & continẽtis. Deniq; ſanctæ illę
tali coniugio Lia & Rachel, vna laborioſa, altera aſpi
ratio fortis, refugiẽtes non generis neceſſitudinem, ſed
morum diſcrepãtiam, cum viri exerciti Iacob ſermone
edoctæ eſſent quod vellet diſcedere, vt Laban & filiorũ
eius inuidiam declinaret atq; ignauiam, reſponderunt:
Nũquid eſt nobis portio aut hęreditas in domo patris
noſtri, & nõ ſicut alienę exiſtimamur ei? Vendidit enĩ Gen.31.
nos, & deuorauit precium noſtrum. Ecce primũ, quia
ignauus & inuidus laborioſam & diſciplinæ tenacem
alienat a ſe ac defugit, ſeſeque cupit ſeparare: quoniam
eas oneri eſſe cernit ſibi, & putat ſe lucrum feciſſe quod
alienauit eas, & hoc eſſe ſuum precium iudicat, eumq;
fructũ voluptatis ſuæ. Nunc audiamus quomodo quę
habet virtus, non habeat ignauia. Aiunt enim omnes
diuitiæ & gloria, quã tulit deus patri noſtro, nobis erit
& filiis noſtris. Merito deo arbitro dicunt eſſe ſublata,
quia ipſe eſt autor bonorũ, cuius gratia ignaui exuun-
tur, quia decorem hæreditatis diuinæ capere improbi
atq; infirmi non queunt, ſuccedit autem intentus, & ſpi
ritum in ſe fortis habens. Quis autem fortis niſi ſolus F
deus, qui omnia coercet & regit? His ergo debetur hæ-
reditas dei. Vnde & Eſaias dicit: Eſt hæreditas credẽ-
tibus in domino. Et pulchre ait: Eſt hęreditas. ipſa enĩ
ſola hæreditas eſt, alia nõ eſt. Neq; enim cęcus theſau-
rus hęreditas eſt, neq; caduca omnia hęreditatis habẽt
commodũ. Sola eſt illa hæreditas, in quibus eſt portio
deus. Vnde ſanctus domini dicit: Portio mea domi-
nus. Et alibi: Hæres factꝰ ſum teſtimoniorũ tuorũ. Vi
deas quæ poſſideat iuſtus, mandata dei, oracula eius,
pręcepta eius. In his diues eſt, his paſcitur, in his dele-
ctatur quaſi in omnibus diuitiis. Hęc ergo poſſidentes
Lia & Rachel, opes patrias nõ requirebant, in quibus
erat pecunia adultera, irrationabilis ſpecies, & ſpiritua
lis expers vigoris. Deniq; quaſi diuites & liberę non eũ
diuitem ſed egentẽ arbitrabãtur. Omnis enim bonarũ
& liberalium cõſors diſciplinarũ neminem inſipientũ
diuitem putat, ſed inopem atq; egenum, abiectũ quoq;,
& ſi regalibus diuitiis affluat, & ſuperbus auro ſuam
iactet potentiam. Fugienda eſt igitur talium ſocietas,
& ſi aliqua generis copulentur neceſſitudine. Noxiæ
ſunt enim conuerſationes cum inſipientibus, & inficiũt
ſobriam mentem ac decolorant: quia ſicut adhærens

G sancto sanctus eris: ita cū peruerso peruersus eris. Frequenter enim accidit vt quis cōtra propositū suum intemperantem audiens, cū velit ipse continentiæ disciplinam tenere, fuco insipientiæ coloretur. meritoq; contrariæ sibi sunt & repugnantes disciplina atq; insolētia. Vnde cum vir exercitatus earū sententiam quæreret, vocem emittunt probatę iam diuturno exercitio virtutis. Nunquid est nobis portio aut hæreditas in domo patris nostri? Id est, consulis nos vtrum velimus ab eo recedere? Quasi vero non cognoueris quod nullam habeamus cupiditatē eius societatis, neq; nos dulcis pluribus secularium diuitiarum cupiditas teneat, aut lętitia luxuriæ. Hæc sunt quæ nos miseria aliena nobis duximus. Hæc sunt quæ plena inopię atq; egestatis arbitramur. Adiiciūt etiam causam successionis, quia veram gloriam, & boni thesauri copias amisit Laban, in quibus maximus vigor datus est mentis, & bona moneta imaginis dei & similitudinis, quia spiritualē monetam amisit, quia splēdida magis seculi elegit, q̃ vera & vtilia vitæ suæ, quorū decor expertem diuinorū bonorum præterit: quoniam ille quæ putat pulchra, in iis se fallit ipsum & decipit. Vnde audi eius verba & iudicia. Secutus factum Iacob, & filias suas, ne forte apud eas suorū vitiorum reperiret aliquid, & reuocandi ad se haberet auctoritatē, coarguens iustum, cū ratione esset redargutus, & nihil respondere ac referre posset, quo eū deberet tenere: Si annūciasses, inquit, mihi, emisissem
H te. In quo prodidit quid iustus fugerit, ne eū prosequeretur, ne deduceret, ne tali comitatu stipatus procederet. Primū quod multorum dominorū mācipio se subiicere non debuit, vt ab eo tanq̃ seruulus dimitteretur. Deinde quia vir exercitio intentus, & quærens verā viam ad virtutē persequi, nō hominem deductorē, sed oracula quęsiuit cęlestia. Quæ me, inquit, hinc præceperunt abire, & nūc comitātur viantē. Sed quomodo me dimisisses? An cū lætitia tua, quæ plena est mœstitudinis, cū tympanis scilicet atq; organis immoderata modulātibus, & sonis tibiarū suauibus insuauia resultantibus, sonis dissonis, crepitibus discrepātibus, vocibus mutis, cymbalis animā ferientibus. His me delectari posse credidisti? his reuocari? Hęc sunt quę ego fugi: nec vereor verborum tuorū inuidiā. Fugi, ne me talia sequerētur, ne quid de tuis accipiens abirē. Non enim talibus deductoribus ad ecclesiā Christi peruenitur, ad quā tēdebat Iacob, vt eo deduceret populorū copias, inueheret nationum diuitias, posteritatē infunderet, fugiēs vmbrā
I inanium rerū, præferens insensibilibus simulacris virtutum spirantem decorē, plausibilibus præponēs seria. Vides enim queādmodū conuiuia gentiles adornent, festa annuncient, sed ea piis mentibus infestiora sunt: quia iis pleriq; decipiuntur, dulcibus capiūtur epulis, capiuntur saltantium choris, dū ieiunia nostra fugiūt, dū ea sibi aspera putant, dū corpori noxia & molesta arbitrātur. An opinatus es quia aurū tuum desiderarem? Sed non habes aurū igne examinatū, quo iusti probātur. An quia argentū cuperē? Sed non habes argentū, qui non habes splēdorem alloquii cælestis. Sed fortasse speraui quod adiiceres mihi ad obsequiū seruulos tuos. Ego vero liberos quero, fugio seruos peccati. Sed forte comites itineris & duces viarū necessarii fuerunt. Vtinā sequi possent, ego illis monstrarē domini vias. Sed qui deū nescitis, vias ei⁹ quomodo nouistis? Vias eius ingrediūtur electi a domino. Non quicūq; intrant eas, sed tamen nemo excluditur. Sequatur qui paratus est, ingrediatur viā quæ ducit ad Mesopotamiam, vt qui eā petit, per aquas transeat, aquas Tigris atq; Euphratæ, fortitudinis atq; iustitiæ, per lachrymas pœnitētię, baptismū gratię. In ea est virtus exercitus dei. Omnes enim qui sunt in ecclesia, deo militant. In ea est grex ille insignis diuersarū virtutum, quem Iacob sibi elegit. Omīs enim sine signo anima, indocta & inerudita est, disciplinarū nescia. quę autem insignita, eadē diues ope K
rum, & gratiarū opima. Ad eam qui venit, iratum fratrem reconciliet prius. Ad eam qui venit, Sichimam preciosam illam & actuosam inhabitet virtutum officinam, vbi læsæ castitatis grauis vltio. Ad eam qui venit, luctetur cum deo, vt ad imitationē eius se exerceat, ad humilitatem Christi & passiones eius cōgrediatur. Tollat crucē suam, & Christū sequatur. Deniq; bonus cōgressor non æmulatur, non inflatur, immo etiam benedicit congredientē sibi tali munere. Sequamur ergo sanctū Iacob, & vias eius, vt perueniam⁹ ad eas passiones, ad eas cōgressiones, perueniamus ad murū, perueniamus ad patientiam matrem fidelium, et ad patrem Isaac, id est iucunditatis capacem, lætitię redundantē. Vbi iā patientia, ibi lætitia: quia post tribulationes patientia. patiētia autem probationē operatur, in qua est spes, de qua non confundimur, quoniam qui non fuerit cōfusus crucem Christi, nec Christus cōfundetur in eo. Vale fili, & nō erubescas patrem interrogare, qui non erubescis in passionibus Christi gloriari.

Diui Ambrosii ad Felicem Comensem episcopū, se & lectione sermonis illius, & spe futuri aduentus refocillatum asserentis, simulque vt venire non negligat adhortantis Epistola V.

AMBROSIVS Felici Comēsi episcopo. Etsi habitu corporis minus valebam, tamē vbi sermonē vnanimis mihi pectoris tui legi, nō mediocrem sumpsi ad conualescēdum L
gratiam, quasi quodam tui alloquii pulegio refotus, simul quia celebrem vtriq; nostrum annunciasti diē affore, quo suscepisti gubernacula summi sacerdotii, de quo ante momentū cū fratre nostro Bassiano loquebar. Ortus enim sermo de Basilicę quam condidit apostolorū nomine, dedicatione, dedit huic sermoni viā. siquidem significabat quod sedulo tuę quęreret sanctitatis pręsentiam. Tum ego nostris fabulis intexui diē natalis tui, qui foret in exordio ipso calēdarū nouembriū, eumq; (si nō fallerer) appropinquasse, & crastina celebrandū die, vnde posthac non excusaturū promisi ego de te, quoniā & tibi id de me licet. Promisi illi, exegi mihi. Præsumptū enim habeo quod affuturus sis, quia debes adesse. Nō ergo te magis meū promissum tenebit, q̃ tuū institutū, qui id in animū induxeris, vt quod oportet facias. Aduertis itaq; quia nō tam promissi audax, q̃ tui conscius fratri spopondi. Veni igitur, ne duos sacerdotes redarguas, te qui nō affueris, et me qui tā facile pro- M
miserim. Natalem autē tuū prosequemur nostris orationib⁹, & tu nostri in tuis votis nō obliuiscaris. Te noster spiritus comitabit, tu quoq; cū ingredieris secundū tabernaculū quod dicitur sanctasanctorū, facito nostro more, vt nos quoq; tecum inducas cū spiritu. Adolens aureum illud thymiamaterion, nos ne intermiseris. Ipsum est enim quod in secūdo tabernaculo est, de quo plena sapientiæ oratio tua sicut incensum dirigitur ad cælestia. Ibi arca testamēti vndiq; auro tecta, id est, doctrina Christi, doctrina sapientiæ dei. Ibi doliū aureum habens manna, receptaculū scilicet spiritalis alimonię, & diuinæ promptuariū cognitionis. Ibi virga Aaron insigne sacerdotalis gratię aruerat ante, sed in Christo refloruit. Ibi cherubim sup tabulas testamēti, lectionis cognitio sacræ. Ibi propitiatoriū, supra quod in excelsis de⁹ verbū est, imago inuisibilis dei, quod tibi dicit: Loquar tecū desuper ppitiatoriū de medio duorū Cherubim. Sic enim loquitur nobiscū, vt nos eius sermonem intelligamus: vel quia nō mūdana, sed intelligibilia loquitur, sicut ait: Aperiā in parabolis os meū. Vbi enī Psal. 77.
Christus, ibi omnia, ibi doctrina eius, ibi peccatorū remissio, ibi gratia, ibi separatio mortuorū ac viuētium. Et Aaron quidē semel stetit in medio eorū obiiciēs se

A ne mors trāsiret ad viuentiū agmina a funeribus mortuorū. Hic autē quasi verbū semper stat in singulis, quē nos nō videmus intra nos, separans rationabiles virtutes a cadaueribus passionū letaliū, et pestilentiū cogitationū. Hic stat quasi qui in hūc mūdū venerit vt aculeū mortis hebetaret, deuoratoriū ei⁹ obstrueret, viuētib⁹ æternitatē gratię daret, defunctis resurrectionē cōcederet. Huic tu militas bonā militiā, huius depositū custo-
Deu. 15. dis, huius pecuniā fœneras, secundū q̃d scriptū est: Fœnerabis gētibus. Bonū fœnus spiritalis gratię, quod veniens dn̄s cū vsuris exiget, & cū te bene dispēsasse inuenerit, dabit tibi plura pro paucioribus, eritq; mihi fructus dulcissimus, quod meū in te iudiciū cōprobabitur, ordinatio nō reprehēdetur, quā accepisti per impositionē manuū mearū, & benedictionē in nomine domini Iesu. Fac ergo bonum opus, vt in illo die mercedē inuenias, & ego in te, et tu in me requiescamus. Multa messis Christi, sed pauci operarii, & difficile reperiūtur qui adiuuēt. Verū hoc vetus, sed potens est dn̄s qui mittat operarios in messem suā. Certe in illo ordine Comēsiū iam pleriq; cœperūt credere magisterio tuo, & doctrina tua verbū dei receperūt, sed qui dedit credētes, & adiutores dabit, quo & tibi excusandi auferatur necessitas, quod serius nos inuiseris: & mihi crebrior tuę pręsentię refundatur gratia. Vale, & nos dilige, vt facis.

B Diui Ambrosii ad Irenæum, pythagoricū mandatum cōmemorantis, quo ille discipulos suos cōmunem atq; vsitatam populo viam ingredi prohibuit: & vt idē a sacerdotibus obseruetur, multiplici ratione persuadentis Epistola VI.

AMBROSIVS Irenæo. Pythagoricum mandatū in aliquorū scriptis pręđicari inuenimus, quo ille discipulos suos cōmunem atq; vsitatā populo phibuerit ingredi viā. Sed hoc vnde assumpserit, non est incognitū. Nā cū ex populo Iudæorū (vt pleriq; arbitrātur) genus duxerit, ex eius disciplina deriuauit etiam magisterii pręcepta, meritoq; magn⁹ apud philosophos habitus, æqualem (vt aiunt) vix reperit. Legerat itaq; in Exodo, Moysi
Exo. 3. diuino præceptū esse oraculo: Solue calciamentū pedū tuorum. Id etiam præceptū Iesu Naue, videlicet vt detritæ & popularis vię deponerēt puluerē, qui viam dn̄i ambulare desiderarēt. Legerat præceptū eidē Moysi, vt montem cū sacerdotibus ascēderet, populus autem deorsum staret. Separauit igitur sacerdotes a populo, & postea ipsum Moysen introire intra nubē præcepit.
C Vides diuisiones? Nihil in sacerdotibus plebeiū requiri, nihil populare, nihil cōmune cum studio atq; vsu & moribus incōditę multitudinis? Sobriā a turbis grauitatem, seriam vitā, singulare pondus dignitas sibi vendicat sacerdotalis. Quomodo enī potest obseruari a populo qui nihil habet secretū a populo, dispar a multitudine? Quid enī in te miretur si sua in te recognoscat, si nihil in te aspiciat q̃d vltra se inueniat, si quæ in se erubescit, in te quē reuerēdum arbitratur offendat? Superegrediamur igitur plebeias opiniones, & strata quædā gregalis cōuersationis, ac detritæ viæ orbitas declinemus, ac vulgaris semitæ solū, quā currit ille cuius vita leuior cursore, de quo dicitur: Transiuit, & nō vidit. sed quęramus nobis viā inaccessam sermonibus insolētiū, inuiā operibus imperitorū, quā nullus maculosus deterat, maculosus scilicet ignauię suę sordib⁹, & fumo iniquitatis oblitus, tenebrisq; & parietinis quibusdam animæ ruinosus, qui nullā virtutis suauitatē gustauerit, aut certe limis eam spectandā magis q̃ directo affectu, & aperto sinu mētis suscipiendā arbitratus sit: & quod pleriq; amāt, qui sibi faceti atq; vrbani vidētur, pulchritudinem sapiētiæ in dedecus versutiæ transfigurātes, veram nō intuens gratiā, tanq̃ in nocte positus nō credit in die viuētibus: quia de numero Themanorum & D
Sabęorū est deficientiū & auertentium se a veritate, de quibus dicit Iob: Videte vias Themanorū, & semitas Iob. 6.
Sabæorū: quia cōfusionē incident qui in ciuitatibus & diuitiis spem habent. Ita & vos insurrexistis in me sine misericordia: vnde viso vulnere meo timete. Has igitur deuias semitas declinantiū, & illū deficientiū puluerem, qui propter suā appetentiā ceciderunt sæpe in deserto, derelinquamus. Cōuertamur autē, & sequamur sapientiæ viā quam nō calcauerūt filii glorificātium se & iactantiū, quam interitus ignorat, mors nescit, quia deus direxit eā. Abyssus dixit, nō est in me. mare dixit, Iob. 28.
non est mecū. Sed si quæris viā sapientiæ & disciplinę, colere deū atq; ei subditū esse, sapientia est: abstinere autem a peccatis, disciplina est. Quid igitur nobis cū isti⁹ seculi via, in qua est tentatio, immo ipsa vita hominis tentatio est, & exilior q̃ sermo fabularū, habitare in luteis domib⁹, dies & noctes in lucris ponere, & de lucris semper cogitare, & sicut mercenarius diurnā mercedē quærere, atq; vt cicadas aiunt, aura quadam pasci cupiditatū? Vere sicut cicadas, quia de die in diem viuunt, questuq; rumpuntur suo. Quid enim aliud sunt homines nullius ponderis, nullius disciplinæ, nisi vt videantur sicut cicadę, ad mortē nati diurnam, strepentes magis q̃ loquētes? Qui sub ardore feruentiū cupiditatū se E
mulceant cantu sibi noxio, statimq; occidant, nullū fructum ferētes, nihil habētes gratię. Horū igitur viæ noxiæ, tortuosæq; serpentiū, qui venenato lapsu corporis sese trahunt, atq; in spiram nequitiæ sese colligūt, & erigere non queunt ad cælestia. Ingrediamur autē portas domini, portas iustitiæ, quas iustus q fuerit ingressus, confitetur domino. Sed hæc paucorū ingressio. Vnde dominus ait: Quia angusta porta, & arcta est via quæ Mat. 7.
ducit ad vitā, & pauci sunt qui inueniūt eam. Lata autem porta & spatiosa via quā multi gradiūtur, ad mortem dirigit, & viatores suos eo ducit. Sit ergo via nostra angustior, virtus exuberantior, trames pressior, fides sublimior, callis arctior, vigor mētis exundās, semitæ rectæ, quia inflexibilia sunt virtutū vestigia. Vnde Salomō: O qui dereliquerūt semitas rectas. sit gressus ad supiora, quia melius est ascēdere q̃ descēdere. Deniq; sicut lectū est hodie: Væ iis qui descendūt in Ęgyptū. Esa. 31.
Nō vtiq; trāsire in Ęgyptū, criminosum est, sed trāsire in mores Ęgyptiorū, transire in eorū perfidiā, escæ cupiditatem, luxurię deformitatē. qui eo transit, descēdit: qui descendit, cadit. Declinemus itaq; Ęgyptiū hominem, & non deū. Vitiis enim suis etiam ipse rex Ęgyptiorū in potestatē est datus, cuius cōparatione Moyses deus existimatus est, imperans regnis, subiiciēs sibi potestates. Vnde ei dictū legimus: Faciam te in deū Exo. 7.
regi Pharaoni. Vale, & nos, vt facis, quasi fili⁹ dilige.

LIBER SECVNDVS. F

DIVI AMBROSII ad Simplicianū, eleganter de vera libertate ac etiā seruitute disputantis, fortissimisq; argumētis solū sapientē vera libertate gaudere, & omnē insipientē seruū esse cōprobantis, atq; ad illā amplectendam plurimū cohortātis Epist. VII.

AMBROSIVS Simpliciano. Proxime cum veteris amoris vsu familiaris inter nos sermo cederet, delectari te insinuasti mihi cū aliquid de Pauli apostoli scriptis coram populo ad disputādum assumerē, quod eius profundum in consiliis vix comprehēdatur, sublime in sentētiis.

G audientem erigat, disputantem accendat, tum quia in plerisq; ita se ipse suis exponat sermonibus, vt is qui tractat, nihil inueniat quod adiiciat suũ, ac si velit aliquid dicere, Grãmatici magis q̃ disputatoris fungatur munere. In eo tamẽ, tum quoniam & veteris affectũ amicitiæ, & quod plus est, paternæ gratiæ amorẽ recognosco: (nã vetustas habet aliquid cũ pluribus cõsociabile, patrius amor non habet:) tũ quia non ieiune me fecisse iam quod postulas arbitrat⁹ es, parebo volũtati tuę: admonitus pręsertim et prouocatus exẽplo meo, quod mihi non difficillimũ, quia nõ magnum aliquẽ sed me ipsum imitabor, cũ in meos non magnos aliquos vsus reuertor. Et de cõsiliis quidem, cum beatæ vitę imago atque effigies nostro sermone exprimeretur, putamus eam factã complexionem, vt plurib⁹ fortasse aliis, tibi certe amanti nostri nõ improbemur, licet difficilius sit tuo iudicio q̃ plurium non displicere. Sed iudicii pondus affectu ableuas, eoq; mihi blandior. Hæc autẽ epistola quoniã te absentẽ offendit, de sententiis Pauli est apostoli, qui nos a seruitute in libertatem vocat, dicẽs: Precio empti estis, nolite fieri serui hominũ. ostendẽs libertatem nostram † in Christi esse sapientia. [†alias ĩ cogitatiõe esse sapiẽtię.] Quę sententia magno a philosophis fluctuata atq; iactata est disputationis molimine, dicẽtibus quia omnis sapiẽs liber, omnis autẽ insipiens seruiat. Sed multo hoc prius Dauid filius dixit, qui ait: Stultus sicut luna mutatur. Sapiens enim non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, non tristibus mergitur. Vbi enim sapientia, ibi virtus animi, ibi constantia & fortitudo. Sapiens ergo idem est animo, nõ minuitur, non augetur rerum mutationibus: nec vt paruulus fluctuat, vt circunferatur omni vento doctrinę, sed manet

H perfectus in Christo, fundat⁹ charitate, radicatus fide. Sapiens ergo defectus rerũ ignorat, & variũ animum nescit, sed fulgebit sicut sol iustitiæ, qui in regno patris sui fulget. Vnde tamen hoc plenius hauserit philosophia, de qua patrum disciplina & prudentia, consideremus. Nonne primus Noe cũ aduertisset quia insipienter filius suus Cham riserat nudatũ patrem, maledixit [Gen. 9.] ei dicens: Maledictus Chã, seruus domesticus erit fratribus suis. & præposuit ei fratres eius dominos, qui sapienter patris senectutem honorandã putarunt. Nõne etiam fons ille disciplinarum omniũ Iacob vbertatem disputationis huius omnium pectoribus infudit, qui sapiẽtiæ merito prælatus est fratri seniori? Deniq; pater pius qui inter duos filios affectu certaret paterno, sed disceptaret iudicio (Affectus enĩ necessitudine fertur, meritis autem iudicia formantur) cum diuideret alteri gratiam, alteri misericordiam, sapienti gratiam, insipienti misericordiam, quia ad virtutem se propriis viribus erigere nõ poterat, nec spontaneũ gressum attollere, benedixit eum vt seruiret fratri suo, & esset ipsius seruus: ostendens ita deteriorẽ esse seruitute insipiẽtiã,

I vt remedio ei seruitus sit, quia stultus regere se non potest: & nisi moderatorẽ habeat, præcipitatur ꝓpriis voluntatibus. Diligẽs ergo pater & consulens seruũ eum fratris sui fecit, vt eius regeretur cõsilio. Ideo incõsultis populis sapientes quiq; adhibẽtur rectores, qui plebeiã insipientiam vigore proprio regant, vt potentię specie dominẽtur, quo vel inuitos auctoritate potestatis subiiciant ad obediendũ prudentioribus, & obsequendũ legibus. Imposuit igitur insipienti velut indomito iugũ, & cui in gladio suo viuendũ dixerat, libertatẽ negauit, ne temeritate laberetur: prefecit ei fratrẽ, cuius auctoritate & moderatione subiectus proficeret ad conuersionem. Et quia seruit⁹ habet discretionẽ (Est enim necessitatis infirmior, voluntatis fortior, quia pulchrius est bonũ q̃d nõ ex necessitate fit, sed ex volũtate) ideo ei primo iugum imposuit necessitatis, postea benedictionẽ ei voluntariæ subiectionis impartiuit. Non igitur natura seruũ facit, sed insipientia: nec manumissio liberũ, sed disciplina. Deniq; Esau liber natus est, & seruus factus est. [K] Ioseph venditus in seruitutẽ est, & electus est ad potestatem, vt suis emptoribus imperaret. Nõ dedignabatur tamen obsequium sedulitatis, sed tenebat virtutis fastigiũ, conseruabat libertatem innocẽtiæ, integritatis auctoritatem. Vnde pulchre Psalmista ait: [Psal. 104.] In seruum venũdatus est Ioseph, humiliauerunt in cõpedibus pedes eius. In seruum, inquit, venũdatus est, non seruus factus. Humiliauerũt pedes eius, non animam eius. Quomodo enim humiliata est anima, de qua dicit: Ferrũ pertrãsiuit anima eius? Nam cũ aliorum animas peccatum trãseat (Ferrũ enim peccatum est, quod est penetrabile) Ioseph sancti anima ita nõ patuit peccato, vt magis peccatũ ipsa penetraret. Deniq; nec herilis illecebrę flexus est delinimẽto, nec immerito flammas nõ sensit libidinis, quia maiorẽ diuinę flagrabat ardorẽ gratię. Vnde & hoc pulchre de eo dictũ est: Quia eloquiũ domini vssit eũ, quo restinxit ignitas diaboli sagittas. Quomodo hic seruus, qui erudiuit principes populi in illa frumẽtaria dispẽsatione, vt futuræ inopiæ consulerẽt, & declinando prouiderent? Aut quomodo seruus, qui totã terram acquisiuit, & vniuersum populũ Ęgyptiorũ in seruitutem redegit? Non vt cõditionem seruitii ignobilis irrogaret, sed vt tributũ constitueret, pręter possessionẽ tamen sacerdotalẽ, quã a tributis immunẽ reseruauit, vt apud Ęgyptios quoq; inuiolabilis haberet religio sacerdotalis. [L]

Non fecit igitur eũ seruum venditio. Nam vtiq; negociatoribus erat vẽditus. Verũ si preciũ spectes, multos inuenies qui emerunt sibi puellas formæ elegantioris quarũ amore capti turpi seruitio sese dederũt. Videbatur Apeme cõcubina Darii regis sedẽs ad dexterã eius [3. Esd. 4.] auferens de capite eius diadema, & suo imponẽs vertici, palmis faciem eius sinistra manu verberans, quã rex aperto ore intuebatur, gaudẽs si quãdo arrideret ei mulier: quod si ea indignaretur, miserũ se atq; afflictum putabat, vt potestate submissa blanditias obtexeret, & cõciliari sibi eã deprecaretur. Sed quid ista magno allegamus ambitu? Non videmus plerũq; in potestatẽ piraticã vel immaniũ Barbarorũ redactos parentes a filiis redimi? Nunquid leges pecuniæ potiores q̃ leges naturæ? Nunquid in seruitute accrescit pietas? Pleriq; emptores leonũ sunt, & tamẽ nõ dominãtur leonibus, sed ita subiiciũtur versa vice, vt si exasperatos eos excutere ceruice toros viderint, fugiant & delitescãt. Nihil ergo pręiudicat pecunia, quæ plerũq; sibi dominos emit: [M] nihil tabulę auctionales, quibus emptor frequẽter adiudicatur atq; addicitur. Cõtractus nõ mutat gen⁹, nec sapientiæ libertatem adimit. Deniq; famulo sapiẽti multi (vt scriptũ est) seruiunt liberi, & est seruus intelligens qui regat dominos stultos. Quem ergo magis liberũ censes? Sola est sapientia libera, quæ diuitibus pauperes præficit, & quæ seruos ꝓpriis fœnerare dominis facit, fœnerare non pecuniam, sed intellectũ, fœnerare talentum illius dominici æterniq; thesauri qui nunq̃ corrumpitur, cuius & vsura preciosa est, fœnerare illud intelligibile eloquiorũ argentum cælestiũ, de quo lex dicit: Fœnerabis gentibus, tu autem non mutuaberis. Quod Hebręus fœnerauit gẽtibus, ipse autẽ non accepit [Deu. 15.] a populis doctrinam, sed tradidit, cui aperuit dominus thesaurũ suum, vt gentes pluuia sermonis sui faceret humescere, & fieret princeps gẽtium, ipse autem supra se principẽ nullũ haberet. Liber est ergo qui sapiẽs est, precio emptus oraculorum cælestium, illo auro, illo argento emptus sermonis diuini, precioque emptus sanguinis (non enim minimũ est emptorem agnoscere) precio emptus gratię, qui audiuit & intellexit dicentem: Qui sititis, ite ad aquã: & quicũq; non habetis ar- [Esa. 55.] gentum, ite, emite, & bibite, et mãducate. Liber est ille qui progrediens in bellum, si viderit mulierem bonam aspectu, & deprędatus opes inimicorũ suorũ, repertam

A illic concupierit eam, demptis superfluis, & indumẽto captiuitatis detracto, in vxorem eam sibi copulauerit, iam nõ seruam, sed liberã. intelligit enĩ famulatui prudentiam & disciplinam non subiacere. Ideoq; lex dicit: Non venundabitur pecunia. Omne enim preciosum [Iob. 28.] non est dignum. Et Iob dicit, Attrahe sapientiã in interiora. Non illi cõparabitur Ęthiopię topazion, quod auro habetur argentoq; preciosius. Sed nõ ille solum liber qui dominũ licitatorem nõ pertulit, aut tollentem digitum non vidit, sed ille magis liber, qui intra se liber est, qui legibus naturę liber est, legẽ sciens naturæ præscriptam esse moribus, nõ conditionibus, & mensuram officiorum consentaneam nõ hominis arbitrio, sed naturæ disciplinis. Vtrum igitur iste liber tibi tantũmodo, an quidam censor videtur, & præfectus moribus? Vnde vere ait scriptura quia pauperes diuitum præpositi erunt, & priuati vtiq; administrantiũ. An tibi liber videtur qui pecunia suffagiũ sibi emit? Qui plausum populi magis q̃ iudicium requirit prudentiũ? Ille ergo liber est qui popularibus auris mouetur? Ille qui reformidat sibilum vulgi? Sed nõ ista libertas, quã manumissus accipit, & palma lictoris donatus acquirit. Non enim munificentiã, sed virtutem libertatẽ esse arbitror, quæ nõ suffragiis defertur alienis, sed magnani-

B mitate propria vendicatur ac possidetur. Sapiens enim semper liber, semper honoratus, semper is qui præsit legibus. [1. Tim. 1.] Deniq; iusto nõ est posita lex, sed iniusto. Iustus enim ipse sibi lex est, non habens necesse longius sibi arcessere formam virtutis quã corde inclusam gerat, scriptum habẽs opus legis in tabulis cordis sui, cui dictum [Prouer. 5] sit: Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus. Quid enim nobis tam proximũ q̃ dei verbũ? Hoc est verbũ in corde nostro, & in ore nostro, quod nõ videmus & tenemus. Sapiẽs ergo liber, qm̃ qui ea facit quę vult, liber est. Sed nõ omnis bona voluntas, sed sapientis est omnia quæ bona sunt velle. Odit enĩ malum, quia quod bonum est elegit. Ergo si quod bonum est elegit, arbiter electionis, & eligens operationis liber est, quia quod vult facit. Liber ergo sapiẽs. Sapiens oĩa quę facit, bene facit. Qui autem bene facit omnia, recte facit omnia. Qui vero recte facit omnia, vtiq; inoffense & irreprehensibiliter, & sine damno & cõmotione sui facit omnia. Cui igitur hoc subest, vt inoffense faciat, faciat irreprehensibiliter, faciat sine commotione sui, sine damno: nihil insipienter facit, sed sapiẽter omnia. Qui autem sapiẽter facit, nihil habet quod metuat. Metus enim in peccato est. Vbi autẽ nulla formido, ibi libertas: vbi libertas, ibi potestas faciendi quod vult. Solus ergo sapiens liber est. Etenim qui neq; cogi potest, neq;

C prohiberi, is nequaq̃ seruus. Sapientis autem est neq; cogi, neq; prohiberi. Non est igitur seruus sapiẽs. Prohibetur enim qui non fungitur iis quæ desiderat. Quæ autem desiderat sapiens, nisi ea quę virtutis & disciplinæ sunt, sine quibus esse non potest? In ipso enim sunt, nec diuelluntur ab eo. Quod si diuelluntur, iam nõ sapiens, qui sit sine virtutis vsu ac disciplina, quib⁹ ipse se fraudet si nõ sit voluntarius virtutis interpres. Quod si cogitur, manifestum est quod inuitus faciat. In omnibus autẽ factis aut a virtute correctiones sunt, aut a malitia prolapsiones, aut media ac indifferentia. Virtutis non coactus, sed voluntarius executor est sapiens, quoniã oĩa quę placent agit: malitiam fugitãs, nec somniũ eius admittit. Indifferẽtibus ita nõ mouetur, vt nullis momẽtis sicut vulgus hominũ huc atq; illuc inclinetur, sed tanquã in statera mens eius æqua lance pendeat, vt neq; ad voluptaria propendat, neq; omnino ad ea quæ sunt auersanda, vel leuiter studium inclinet suum, sed immobilis maneat affectu. Vnde liquet quia nihil inuitus facit sapiens, neq; cogitur: quia si seruus esset, cogeretur. liber igitur est sapiens. Apostolus quoq; sic definit dicens: [1. Cor. 9.] Nõ sum ergo liber, nõ sum Apostolus. Sed adeo liber, vt cũ subintrassent quidam tentare libertatẽ [D] eius, nec ad horam ipse (vt ipse ait) cederet subiectioni, vt veritas euangelii prædicaretur. Qui ergo nõ cessit, volens prędicauit. Vbi voluntas, ibi merces voluntatis. Vbi necessitas, ibi obsequium necessitatis. Melior ergo voluntas q̃ necessitas. Velle ergo sapiẽtis est, parere & seruire insipientis. Hæc etiã Apostoli definitio dicentis: Si enim volens hoc ago, mercedẽ habeo. si autẽ inuitus, dispensatio mihi credita est. Sapienti igitur merces defertur, sapiens autem ex voluntate facit. Liber itaq; secũdum Apostolum sapiẽs. Vnde & ipse clamat: Vos enĩ in libertatẽ vocati estis, tantũ ne liber- [Gala. 5.] tatem in occasionẽ carnis detis. Sequestrata lege Christianum ne inuitus videatur legi succumbere, vocat in Euangelium, quod voluntas & prædicat, & operatur. Iudęus sub lege, Christianus per Euangeliũ. In lege seruitus, in Euãgelio libertas, vbi cognitio sapientiæ. Oĩs ergo qui Christum recipit, sapiens: qui autẽ sapiens, liber. omnis igitur Christianus & liber & sapiẽs. Docuit me tamen Apostolus quod vltra ipsam libertatem sit, vt & seruire libertas sit. Cũ liber, inquit, essem, omniũ [1. Cor. 9.] me seruum feci, vt plures lucrifacerem. Quid est vltra libertatem nisi habere spiritũ gratiæ, habere charitatẽ? Libertas enim liberũ facit hominibus, charitas amicũ deo. Vnde ait Christus: Vos autem dixi amicos. Bo- [E] na charitas, de qua dicitur: Per charitatẽ spiritus seruite inuicem. Seruiuit & Christus, vt omnes liberos faceret. Manus eius in cophino seruierũt, qui nõ rapinam arbitratus esse se æqualem deo, formã serui accepit, & omnia omnibus factus est, vt omnibus salutem afferret. Cuius imitator Paulus & quasi sub lege erat, & quasi sine lege viuebat pro comũ vtilitate quos cupiebat lucrari, & infirmis volens fiebat infirmus, vt eos cõfirmaret, & currebat vt cõprehẽderet, & corpus suũ castigabat, vt potestates aereas in Christo triũpharet. Est ergo sapienti & seruire libertas. Vnde colligitur quia stulto & imperare seruitus est: & quod peius est, cum paucioribus præsit, pluribus dominis & grauiorib⁹ seruit. Seruit enim propriis passionibus, seruit cupiditatibus suis, quarum dominatũ nec nocte potest fugere nec die, quia intra se dominos habet, intra se seruitiũ patitur intolerabile. Gemina enĩ seruitus est, altera corporis, animarũ altera. Domini autem corporis quidẽ homines, animarũ autem malitiæ & passiones, a quibus sola animi libertas sapientem vindicat, vt seruitio ei liceat exire. Queramus igitur illum vere sapientẽ, vere liberum, qui quãuis sub plurium hominũ dominatu degat, libere dicit: Quis est qui mecum iudicio contẽ- [Hiere. 2.] dat? Tu solus manum tuam a me abstine, a cuius conspectu nõ potero me abscondere, & timor tuus non me [F] percellat. Quem secutus Dauid rex ait: Tibi soli pec- [Psal. 50.] caui. Regali enim subnixus fastigio, quasi legum dñs legibus reus non erat. soli deo obnoxius tenebatur, qui dominus est potestatum. Alium audi liberum: Mihi [1. Cor. 4.] autem pro minimo est vt a vobis diiudicer, aut ab humano die, sed neq; meipsum diiudico, Nihil enim mihi sum conscius. qui autem diiudicat me, dominus est. Vera libertas hominis spiritualis, quia diiudicat oĩa, ipse autẽ a nemine diiudicatur, nec a quacunq; creatura participe, sed soli deo se subditũ nouit, qui solus sine peccato est: de quo dicit Iob: Viuit domin⁹, qui sic me iudicat. Solus enim ille potest iudicare iustum, cuius in conspectu cælum nõ est mũdum, nec stellarum pura & clara lumina. Quis est qui Sophoclea in medium ferat carmina dicentia: Iuppiter mihi præest: nullus autem hominũ? Quanto antiquior Iob, quãto vetustior Dauid? Agnoscant ergo de nostris se habere quæcũq; præstantiora locuti sunt. Quis igitur sapiens nisi qui ad ipsa puenit diuinitatis secreta, & manifestata sibi cognouit occulta sapientiæ? Solus igitur sapiens qui duce deo vsus est ad cognoscenda veritatis cubilia, &

G mortalis homo immortalis dei heres & successor est fa-
ctus per gratiam, & quidā iucunditatis particeps, sicut
Psal.44. scriptum est: Propterea vnxit te deus deus tuus oleo lę
titiæ prę cōsortibus tuis. Si quis igitur propius ipsa in-
trospiciat rerū negocia, cognoscet quāta sapienti adiu-
menta, & quāta in ipsis insipiēti refragia sint, quid huic
adiumento libertas, illi impedimēto seruitus sit. Insur-
git enim sapiens quasi victor debellatis a se ac trium-
phatis libidinis, timoris, ignauiæ, mœstitudinis, cæte-
risq; vitiis, donec ea de possessione suæ mētis eliminet,
& omnibus terminis finibusq; suis ꝓpulset atq; arceat:
quoniā dux cautior nouit excursus cauere latrocinan-
tium, & quædam furta belli, quæ iniquissimi animæ
nostræ aduersarii ignitis sæpe pertentant spiculis. Sūt
enim nobis quædam & in pace prælia, & in bello pax.
2.Cor.7. Vnde & ille ait: Foris pugnę, intus timores. Sed in his
omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Di-
cit quia neq; angustiis, neq; persecutionibus, neq; fame,
neq; periculo mortis terretur. Qui vero hæc timet, qui
mortem reformidat, quomodo nō seruus? Seruit profe
cto, & miserā quidem seruitutem. Nihil enim sic ani-
mā ad omnē seruitutē deiicit, quomodo formido mor-
tis. Quomodo enim se erigat abiectus & vilis sensus
atq; ignobilis, demersus in oēm infirmitatis voraginē
Genes.4. vitæ huius cupiditate? Vide q̃ seruus: Abscondam
me, inquit, & ero gemens & tremens super terram, &
erit, omnis qui inuenerit me, occidet me. Itaq; quasi ser
uus signum accepit, nec sic tamen necem potuit euade
H re. Seruit igitur peccator formidini, seruit etiam cupi-
ditati, seruit auaritiæ, seruit libidini, seruit malitiæ, ser-
uit iracundiæ: & videtur huiusmodi sibi liber? Sed ma-
gis seruit q̃ si sub tyrannis positus. Illi autē liberi sunt,
qui legibus viuunt. Lex autem vera sermo rectus, lex
vera non insculpta tabulis, nec ære incisa, sed impressa
mentibus, atq; infixa sensibus, quādo sapiens nō sub le-
ge, sed ipse sibi lex est, opus legis in corde suo continēs,
naturali sibi stylo & quadam inscriptione formatum.
Tantum ne igitur cæcitatis est, vt nō videamus mani
festas rerum expressiones, & virtutum imagines? Et q̃
indignū, vt populi integri obediant humanis legibus,
quo sint libertatis participes: sapientes autē veram le-
gem naturæ expressam ad imaginem dei, veramq; ra-
tionem signiferam libertatis negligāt & derelinquant,
cum in ea tanta libertas sit, vt paruuli seruire vitiis ne-
sciamus, alieni ab ira, exortes auaritię, ignari libidinis.
Q̃ miserū igitur, vt qui nascimur in libertate, moria-
mur in seruitute. Sed hoc fit leuitate animi, atq; infir-
mitate morum, quia curas inanes voluimus, & opera-
mur superuacua. Sapientis autē cor actumq; & opus
radicatum esse decet atq; immobile. Hoc docuit Moy-
ses quando manus ei grauiores fiebant, ita vt vix susti
Exo.17. neret eas Iesus Naue. Ideoq; vincebat populus quādo
non perfunctoria gerebantur opera, sed plena ponderis
I atq; virtutis, nō nutantis animi, nec titubantis affectu,
sed fundatæ mentis stabilitate. Ergo sapiens extendit
manus suas, stultus autem cōtrahit, sicut scriptum est:
Eccls.4. Quia stultus cōplexus est manus suas, & vorauit vi-
scera sua. carnalia magis cogitās q̃ spiritualia. At nō fi-
lia Iudæ, quæ expādens manus clamauit ad dominū:
Danie.13 Tu scis quia falsum testimoniū aduersum me dicunt.
Melius est arbitrata nō peccare, & incidere in calūnias
accusantium, q̃ peccatū subire sub impunitatis velami-
ne. Ea ergo contēptu mortis seruauit innocētiam. Sed
nec filia Iepte, quæ votum patris de immolatione sua
Iudicū.11 proprio atq; hortatorio firmauit assensu. Nō enim ego
de contēptu mortis libros philosophorū depromo, aut
Gymnosophistas Indorū, quorum præ cæteris Calani
laudatur responsum Alexandro, cū eum iuberet sequi.
Qua me, inquit, laude dignum Græciā petere poscis,
si possum cogi facere quod nolo? Et vere plenus au-
toritatis sermo, sed magis mens libertatis. Deniq; &
epistolam scripsit. Calanus Alexandro: Amici psua- K
dent tibi manus & necessitatē inferre Indorum philo-
sopho, nec in somniis videntes nostra opera. Corpora
enim transferes de loco ad locum, animas nō coges fa-
cere quod nolunt, nō magis q̃ saxa & ligna vocē emit-
tere. Maximus ignis viuentibus corporibus dolorem
inurit, & gignit corruptionē. super hunc nos sumus. vi-
uentes enim exurimur. Non est rex neq; princeps qui
extorqueat nobis facere quod nō proposuimus. Nec si-
miles sumus Græciæ philosophorū, qui verba pro re-
bus meditati sunt ad opinionis celebritatē. Nobis res
socię verbis, & verba rebus: res celeres, & sermones bre
ues. in virtute nobis libertas beata est. Pręclara verba,
sed verba: præclara constantia, sed viri: præclara episto-
la, sed philosophi. Apud nos autē & puellæ de mortis
appetentia sublimes vsq; ad cęlum erexere virtutū gra
dus. Quid Theclam, quid Agnen, quid Pelagiam lo-
quar, quę tanq̃ nobilia vitulamina pullulantes, ad mor
tem quasi ad immortalitatē festinauerūt? Inter leones
virgo exultauit, & prodeuntes bestias expectauit intre-
pida. Et vt nostra cū Indorū Gymnosophistis confera-
mus: quod ille verbis gloriatus est, sanctus Laurentius
factis probauit, vt viuus exureretur, & flammis super-
stes diceret: Versa, māduca. Haud degener Abraha-
midarū & Maccabęorū concertatus puerorū, quorum
alii super flammas canebant, alii cū exurerentur nō ro-
gabant vt parceretur, sed inuehebātur, vt amplius per- L
secutor inflāmaretur. Liber igitur sapiens. Quid autē
sublimius sancta Pelagia, quę vallata a persecutoribus
priusquā tamen in eorum conspectum veniret, aiebat:
Volens morior, nemo me cōtinget manu, nemo ocu-
lo proteruo violabit virginē. Mecum feram pudorem,
mecū incolumē verecundiam. Nullum prædones lu-
crum suæ capient insolentiæ. Pelagia Christū seque-
tur, libertatem nemo auferet, nemo captiuam videbit
liberam fidem, insignēq; pudicitiam, & prosapiam pru-
dentiæ. Quod seruum est, hic manebit nullos in vsus
debitum. Magna igitur piæ virginitatis libertas, quæ
septa agminibus persecutorū, inter maxima pericula
integritatis & vitæ nequaquā inclinata est. At nō ille
cui dominatur ira. subiicitur enim iugo peccati. Homo
enim iracūdus peccatum effodit. Qui autē peccatum Ioānis.8.
facit, seruus est peccati. At nō ille liber qui seruit auari-
tiæ. Non potest enim possidere vas suum. Non ille li-
ber qui seruiens desideriis & voluptatibus vago fluitat
errore. Non ille liber qui curatur ambitu: seruit enim
alieno imperio: sed ille liber qui potest dicere: Omnia 1.Cor.6.
mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca
ventri, & venter escis. Ille liber qui ait: Quid enim li- Ibidem.
bertas nostra iudicatur ab infideli cōscientia? Libertas
igitur sapienti nō insipienti conuenit: quoniā qui deli- Prou.26.
gat lapidem in fundibulo, similis est ei qui dat impru-
denti claritatē. seipsum vulnerat, atq; sibi potius dum
intorquet iaculum, affert periculum. Certe sicut tormē- M
to acerbatur, & geminatur malū saxi ruina, sic insipien-
tis in libertate ruina vehemētior est. Recidenda igitur
insipienti potestas, nō adiicienda libertas est. Seruitus
enim ei conuenit. Ideoq; addidit: spinæ nascūtur in ma
nu ebriosi, seruitus autem in manu imprudentis. quia
sicut ille suis vulneratur poculis, ita insipiēs suis factis.
Ille bibēdo se peccato inserit, iste operando se culpæ ad-
iudicat, & factis suis trahitur in seruitutē. Videbat se
Paulus in captiuitatē trahi a lege peccati, & ideo vt li- Romā.7.
beraretur, confugit ad libertatis gratiam. Non sunt igi
tur liberi insipientes, quibus dicitur: Nolite fieri sicut Psal.31.
equus & mulus, quibus non est intellectus. In freno &
chamo maxillas eorū constringe, qui nō appropinquāt
tibi. Multa flagella peccatorum: quia multis flagellis
opus est vt eorum imprudentia coerceatur. Disciplina
hoc exigit, nō inclemētia. Deniq; qui parcit baculo suo,
odit filium suū, simul quia vnusquisq; grauius suis pec-

A catis flagellatur. Grauia enim delictorū pondera, gra-
uia criminū verbera, sicut onus grauantur graue, & in-
fligunt animæ cicatrices, & putrescere faciunt mētis vl
cera. Deponamus igitur tam grauem seruitutis sarci-
nam, renūciemus luxuriæ ac deliciis, quæ nos quibus-
dam astringunt nexibus cupiditatū, & vinculis ligant.
Nihil enī prosunt deliciæ stulto. Et quicunq; a pueritia
dederit se deliciis, manebit in seruitute, vt viuens mor-
tuus sit. Recidatur ergo luxuries, delicię resecentur. Et
siquis fuit luxuriosus, valedicat superioribꝰ. Recisa enī
vinea fructum affert, semiputata frondescit, neglecta lu
xuriat. Ideoq; scriptū est: Tanq̃ agricultura homo im-
prudens, & tanq̃ vinea homo egens sensu. si reliqueris
eum, desertus erit. Colamus ergo corpus hoc nostrum,
castigemus illud, redigamꝰ ad seruitutē, nō illud despi-
ciamus. Sunt enim mēbra nostra arma iustitię, sunt &
arma peccati. Si eleuentur, arma iustitię sunt, vt pecca
tum in his nō dominetur. si mortuū fuerit peccato, non
regnabit in eo culpa, & erunt mēbra nostra a peccato li-
bera. Non obediamus igitur cupiditatibus eius, neq;
Roma.6. exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato.
Si videris mulierem ad cōcupiscēdum eam, mēbra tua
arma peccati sunt. Si locutus es ad solicitādam eam, lin
gua tua & os tuū mēbra peccati sunt. Si abstulisti ter-
B minos a patribꝰ positos, mēbra tua arma peccati sunt.
Si festinasti velocioribꝰ pedibus ad effundēdum inno-
centium sanguinem, mēbra tua arma iniquitatis sunt.
Contra si vidisti egenū, & induxisti in domū tuam, mē
bra tua arma iustitiæ sunt. Si eripuisti iniuriam acci-
pientem, vel eum qui ducebatur ad mortem, si scidisti
chirographum debitoris, membra tua arma iustitiæ
sunt. Si confessus es Christum (Arma enī intellectus
labia sapientię) labia tua mēbra iustitiæ sunt. Qui po-
Iob.29. test dicere, Oculus eram cæcorū, pes claudorum, pater
infirmorū: mēbra eius mēbra iustitiæ sunt. Ergo libe-
rati a peccato, quasi precio empti sanguinis Christi, nō
subiiciamur seruituti hominū vel passionum. Non eru
bescamus peccatū nostrum fateri. Vide q̃ liber qui po-
terat dicere: Non reueritus sum multitudinē populi, vt
non annunciarē in conspectu omniū peccatū meū. Qui
Prou.18. enim confitetur domino, exuitur a seruitute. Iustus enī
accusator est sui in principio sermonis. Non solum li-
ber, sed etiam iustus: sed iustitia in libertate est, & liber-
tas in cōfessione. Simul enim ac cōfessus quis fuerit, ab-
Psal.31. soluitur. Deniq; Dixi pronunciabo aduersum me iniu
stitiam meā domino, & tu remisisti impietatē cordis
mei. Mora ergo absolutionis in confitendo est, confes-
C sionem sequitur peccatorū remissio. Sapiens est igitur
qui confitetur. Liber cui peccatum dimissum est, nulla
iam trahens æra peccati. Vale, & nos dilige, vt facis,
quia & ego te diligo.

Diui Ambrosii ad Faustinū, eūdem propter obitū germanæ acerbo dolore mœrentem consolantis Epistola VIII.

AMBROSIVS Faustino. Acerbo te do-
liturum dolore obitū germanæ tuæ nō igno
rabam, non tamen vt a nobis te ablegares,
sed vt nobis redderes. Nam etsi minus iucū
da solatia mœrētibus, tamē nōnunquā necessaria sunt.
Tu autem abisti in secreta montiū, & inter ferarum di
uersaris spelęa, omni humanæ cōuersationis vsu abdi-
catus, & quod grauius est, iudicio tuo. Tantū ne de te
cōmeruit germana tua, vt propter quā excellere apud
te debuit conditio humana, quæ tam egregiam fœmi-
nam tulit, propter eam apud te minoris prærogatiuæ
sit? Illa certe vita excedēs hoc se mulcebat solatio, quod
te sibi superstitem derelinqueret, parentem nepotibus,
præsulem paruulis, auxiliatorem destitutis. Tu ita te
& nepotibus & nobis abnegas, vt consolationis illius
fructum nō sentiamus. Illa te chara pignora vocant nō D
ad dolendum, sed ad consolandum, vt cū te vident, ma-
trem sibi nō credant obisse. In tę eam recognoscant, in
te eius præsentiā teneant, in te vitam eius sibi manere
arbitrētur. Sed doles quod dudum florentissima repē-
te occiderit. Verum hoc nobis cōmune nō solum cum
hominibus, sed etiam cum ciuitatibus terrisq; ipsis est.
Nempe de Bononiensi veniens vrbe a tergo Claternā,
ipsam Bononiā, Mutinam, Regium derelinquebas, in
dextera erat Brixillum, a fronte occurrebat Placentia,
veterem nobilitatē ipso adhuc nomine sonās, ad leuam
Apœnini inculta miseratus, & florētissimorū quondā
populorum castella considerabas, atq; affectu relegebas
dolenti. Tot igitur semirutarū vrbium cadauera, terra-
rumq; sub eodem cōspectu exposita funera nō te admo-
nent vnius, sanctæ licet & admirabilis, fœminæ deces-
sionem consolabiliorē habēdam, præsertim cum illa in
perpetuū prostrata ac diruta sint, hæc autem ad tēpus
quidem erepta nobis meliorē illic vitam exigat? Itaq;
non tam deplorandam q̃ prosequēdam orationibꝰ reor.
Nec mœstificādam lachrymis tuis, sed magis oblatio-
nibus animā eius domino cōmendandā arbitror. Ve-
rum forte asseras securum te de meritis eius ac fide, ne-
quire tamē ferre desiderium, quod eam iam non videas
secūdum carnem, idq; tibi summo dolori sit. Nec illud E
te mouet Apostolicū quod ait: Quia neminem noui- 2.Cor.5.
mus ex hoc secūdum carnem: & si cognouimus secun-
dum carnem Christū, sed nunc iam nō nouimus. Caro
enim nostra perpetua esse ac diuturna nō potest, necesse
est occidat vt resurgat, necesse est resoluatur vt requie-
scat, vt fiat quidam finis peccati. Et ideo multos cogno
uimus secundum carnem, sed nunc iam non nouimus.
Ipsum dominū Iesum cognouimus (inquit Aposto-
lus) secūdum carnem, sed nunc iam nō nouimus. Iam
enī carnis deposuerat exuuias, iam specie hominis non
videbatur, iam pro omnibus mortuus erat, & omnes
in illo mortui, sed vt per ipsum renouati, & viuificati spi
ritu iam nō sibi, sed Christo viuerent. Vnde & alibi ait
idem Apostolus: Viuo autē iam nō ego, viuit autē in Gala.2.
me Christus. Meritoq; qui ante cognouerat secūdum
carnem Christū, iam operatiōes eius inuisibiliter agno
scens, iam nō carnem eius sed potentiam scrutans, qui
ante persecutor discipulos hominis, & pedisequos car-
nis infestis odiis vrgebat, postea doctor gentium factus
veneratores maiestatis eius ad prędicationē euangelii
instruere atq; informare cœperat. Et ideo addidit: Si 2.Cor.5.
quis in Christo noua creatura, id est, qui pfectus ī Chri-
sto noua creatura est, quoniā qui caro est, imperfectus F
est. Deniq; ipse dominus ait: Non permanebit spiritus Genes.7.
meus in istis hominibus, quoniā carnes sunt. Carnalis
itaq; non est in Christo, sed si quis in Christo est, noua
creatura est, nō naturæ nouitate formatus, sed gratiæ.
Vetera itaq; quę secūdum carnem erant, transierunt, fa
cta sunt noua omnia. Quæ illa? nisi quæ scriba doctus
in regno cælorū nouit, similis illius patrisfamilias qui Mat.13.
profert de thesauro suo noua, & vetera: neq; vetera sine
nouis, neque noua sine veteribus. Ideo & ecclesia dicit:
Quia noua & vetera seruaui tibi. Sed transierūt vete- Canti.7.
ra, id est, legis mysteria abscōdita: in Christo facta sunt
omnia noua. Hęc est noua creatura, de qua Apostolus
ad Galatas ait: In Christo enī Iesu neq; circuncisio ali- Gala.5.
quid valet, neq; preputium, sed noua creatura. Per quā
iam renouata caro floret, & fructū inuenit gratiæ, quæ
ante inueterati flagitii spinas habebat. Quid ergo est
quod mœreamus, si iam ad animā dicitur: Renouabi- Psal.102.
tur sicut aquilæ iuuētus tua? Quid est quod ingemisca
mus pro mortuis, cum iam reconciliatio mundi apud
deum patrē facta sit per dominū Iesum? Quoniam er-
go Christi beneficia tenemus, cū apud omnes, tū apud
te pro Christo legatione fungitur, vt noueris irreuoca
bilia eius esse dona, vt credas quod semp credidisti, nec

G nimio mœrore tuã in dubium adducas sententiã, quia
ideo peccatũ factus est dominus Iesus, vt tolleret pecca
tum mundi,& essemus in illo omnes iustitia dei, iam
non culpæ obnoxii, sed iustitiæ remuneratione securi.
Vale,& nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Bellicium, graui ęgritudine pri=
usquã in dominũ Iesum crederet iactatũ, postea autem
reualescere incipientẽ, illum ex diuinæ visitationis pie=
tate in fide Christi confortãtis,& ad aliorũ sacramẽto=
rum perceptionem exhortantis Epistola IX.

AMBROSIVS Bellicio. Iactatum te gra=
ui ægritudine significasti mihi credidisse in
dominũ Iesum,& iã cœpisse reualescere. Ad
salutem igitur ea infirmitas fuit, plus aculei
ꝗ periculi ferẽs, quia diu promissum remordebas. Hoc
Deute.32. est quod ait, Percutiã,& sanabo. Percussit infirmitate,
sanauit fide. Vidit enĩ interiorem affectum tuum non
vacuum piæ cupiditatis, sed executi dilationibus. Et
ideo admonere maluit, ita vt salutem nõ lęderet, deuo=
tionem excitaret. Quomodo enĩ saluti noceret qui so=
let dicere, vt legimus in euangelio, Ego veniam,& cu=
rabo eũ? Ergo & cũ a tuis inuitaretur vt inuiseret do=
Mat.8. mũ tuam, sine dubio dixit: Ego veniã,& curabo eum.
Etsi nõ audisti eum, ille tamẽ quasi deus insensibiliter
locutus est. Etsi nõ vidisti eũ, ille tamen quod te incor=
H poraliter inuiserit, dubitari nõ potest. Sed vidisti eum,
qui credidisti ei: vidisti eum, qui recepisti eum hospitio
tuæ mentis. vidisti eũ spiritu, vidisti eũ oculis interiori=
bus. Tene ergo hospitẽ nouum diu expectatũ, sed sero
Actu.17. susceptum, in quo & viuimus,& sumus,& mouemur.
Gustasti igitur fidei prima exordia, nõ fiat verbũ occul=
tum in corde tuo. Hæc omnis gratia est, hoc omne mu
nus. Nemo enĩ penetralia domus de ingressu ęstimat.
Esaię.64. Siquidẽ oĩs fructus in interioribus est. Neq; enĩ sapien=
tis est a fenestra respicere in domũ,& stultitia hoĩs au=
dire per ostium. Alia sunt sacramentorũ perfectorũ my
1.Cor.2. steria, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, quę prepa
rauit deus diligentibus eũ, vt dixit scriptura. Alia sunt
illa quæ de gloria futura annunciarunt Prophetæ, qui=
bus reuelatum est,& euangelizarunt sancti, spiritu dei
misso de cælo, in quę concupiscunt & angeli videre, vt
1.Pet.1. ait Apostolus Petrus. Alia sunt illa in quibus est mũ=
di redẽptio, peccatorũ remissio, gratiarũ diuisio, sacra=
mentorũ participatio: quæ cũ acceperis, tunc mirabere
I tantum donatũ esse homini, vt illud mãna quod mira=
mur fluxisse de cælo Iudæis, nec tantæ operationis iu=
dices ad salutem fuisse. Illud enim quicũq; acceperũt, in
Nũeri.32 deserto mortui sunt, præter Iesum Naue,& Caleph.
Hoc sacramẽtũ quicũq; gustauerit, nõ morietur in ęter=
num. Sanet te dominus Iesus. Vale.

LIBER TERTIVS.

DIVI AMBROSII ad Simplicianũ, pulchre de
veris diuitiis, ac contraria paupertate disserentis,
& quod omnis solusq; sapiens vere diues, atq;
insipiens pauper sit, demonstrantis
Epistola X.

AMBROSIVS Simplicia
no. Videbamur proxime in
disceptationes incidisse philo
sophiæ, cũ de Apostoli Pau=
li epistola sumentes exordiũ,
tractaremus ꝙ omnis sapiẽs
liber. Verũ postea cũ Petri
1.Pet.3. Apostoli epistolam legerem
aduerti quod omnis sapiens
etiã diues. Nec sexum exce=
perit, qui fœminas ornatũ omnẽ nõ in preciosis moni= K
libus, sed in bonis moribus habere scripserit. Nõ enim,
inquit, sit extrinsecus capillorũ implicatio, aut auri cir=
cumpositio, aut habitus vestimentorũ ornamẽtum, sed
ille absconditus cordis homo. Duo sunt igitur,& esse
hominẽ in homine,& illum esse diuitem, qui sibi nulla=
rum diuitiarũ vsum requirat. Pulchre autẽ cordis ho=
minem dixit, eo ꝙ totus sapientiæ sit absconditus, sicut
ipsa sapientia quæ non videtur, sed intelligitur. Nemo
ante Petrum tali expressione vsus est, vt diceret cordis
hominẽ. Exterior enim homo plurima in se mẽbra ha=
bet. Interior autem cordis homo totus sapientiæ est,
plenus gratiæ, plenus decoris. In incorruptiõe, inquit,
quieti & modesti spiritus, qui est ante deum diues. Et
vere diues, qui in conspectu dei potest diues videri, in
cuius conspectu terra exigua, mũdus ipse angustus est.
Sed solum illum deus diuitem nouit, qui sit diues ęter
nitati, qui non opum, sed virtutum fructus recondat.
Quis autẽ ante deum diues, nisi quietus & modestus
spiritus, qui nunquã corrũpitur? Nõne tibi videtur di=
ues qui habet pacem animi, tranquillitatem quietis, vt
nihil cõcupiscat, nullis exagitetur cupiditatũ procellis,
nec vetera fastidiat,& noua quęrat,& semper desiderã=
do fiat in summis diuitiis iops? Ea est pax vere diues,
quæ superat omnẽ mentẽ. Diues pax, diues modestia,
diues fides. Fideli enim totus mũdus possessio est. Di=
ues simplicitas. Sunt enim & diuitiæ simplicitatis, quę
nihil discutit, nihil cõtractum, nihil suspectum, aut frau L
dulentum putat, sed puro se fundit affectu. Diues bo=
nitas, quã si quis seruauerit, pascitur in diuitiis cælestis
hęreditatis.& vt antiquioribus exẽplis scripturæ vta=
mur, beatus, inquit, vir quẽ arguit dominus. Admoni
tionem autẽ dei ne recusaueris. In fame liberabit te a
morte, in prelio de manu ferri liberabit te,& a flagello
linguæ te abscondet. Feræ bestię pacificæ erunt tibi,&
scies quod in pace erit domus tua. Mitigatis enĩ car=
nis huius passionibus, quæ militare aduersum animã
solent, tabernacula tua sine perturbatiõe erunt, domus
sine offensione, semen sine defectu, posteritas sicut odor
agri pleni, sepultura sicut messis. Siquidem quãdo alii
suum defectum arbitrãtur, tunc aceruus tritici sui sup=
nis maturus infertur apothecis. Merito iustus semp
fœnerat, iniquus indiget. Ille iustitias fœnerat manda=
to dei pauperibus & egenis. At vero insipiẽs & quod
putat se habere, nequaꝗ possidet. An putas illum possi=
dere qui thesauro suo die ac nocte incubãs, auara & mi
sera torquetur solicitudine? Ille vero eget,& si alii di=
ues videtur, sibi pauper est, qui non vtitur eo quod ha=
bet, qui adhuc alia rapit, alia desiderat. Vbi enim nul= M
lus cupiditati modus, qui fructus diuitiarũ? Nemo est
diues, qui quod habet secum hinc auferre non potest.
Quod enim hic relinquitur, nõ nostrum, sed alienũ est.
Diues Enoch, qui quod habuit secũ transtulit,& omnẽ Genes.5.
illum bonitatis suæ censum cælestibus intulit recepta=
culis: qui ideo raptus est, ne cor eius malitia mutaret.
Diues Helias, qui virtutũ suarũ thesauros curru igneo 4.Reg.2.
sublimis sedibus ęthereis inuexit. Et tamẽ iste nõ me=
diocres diuitias hæredi reliquit, quas ipse non amitte=
ret. Quis hunc pauperem vel tunc dixerit, cum victus 3.Reg.17
quotidiani indigens alimonia mitteretur ad viduam,
vt pasceretur ab ea, quando ad eius vocem cælum clau
debatur & aperiebatur, quãdo ad eius verbum hydria
farinę & vas olei nõ deficiebat per triennium: sed abun=
dabat, nec minuebatur vsu, sed replebatur? Quis illum
pauperem dixerit, ad cuius voluntatem descendebat
ignis, quem in via flumina nõ cõcludebant, sed in suum
fontem recurrebant, vt sicco propheta transiret pede?
Duos finitimos vetus historia describit, regẽ Achab,
& pauperem Nabutham: quẽ horum pauperiorẽ, quẽ 3.Reg.21
ditiorem credimus? Alter regali fulcro diuitiarũ præ=
ditus, inexplebilis insatiabilisq; opibus suis, exiguã pau

A peris vineam desiderauit. Alter despiciens animo, βα=
σιλέων τὰς πολυχρύσους τύχας impialesq; gazas, suo
erat cõtẽt⁹ palmite. Nõne videt hic mag(diues, hic ma
gis rex, qui sibi abũdabat, suas regebat cupiditates, vt
nihil alienũ cõcupisceret: ille autẽ egentissimus, cui au=
rum suũ vile, alienus palmes preciosissimus existima=
batur? Sed qua ratione egentissimus, cognosce: Quia
diuitiæ iniuste congregatæ euomuntur, radix autem
iustorum manet,& palma floret. An nõ egentior pau=
pere is qui tanquã vmbra pręteriit? Hodie impius exal
tatur, cras nõ erit, nec inuenietur aliquis locus ei⁹. Quid
est itaq; diuitem esse, nisi abundare? Quis autẽ abun=
dat qui sit animo cõtractior? Qui autem animo cõtra=
ctior, vtiq; angustior. Quę igitur in angustiis abũdan=
tia? Non ergo diues qui nõ abũdat. Vnde pulchre Da=
Psal.33. uid: Diuites, inquit, eguerunt,& esurierũt. Quoniã cũ
haberent scripturarũ thesauros cælestium, eguerũt qui
non intellexerunt,& esurierũt qui nullũ spiritualis gra=
tiæ gustarunt cibum. Nihil igitur affectu sapientis di=
tius, nihil insipientis egentius. Nam cũ regnũ dei pau=
perum sit, quid esse locupletius potest? Et ideo pręclare
Rom.11. Apostolus: O altitudo, inquit, diuitiarũ sapientiæ &
Psal.118. scientiæ dei. Præclare etiã Dauid, qui in via testimo=
niorum cęlestium quasi in omnibus diuitiis delectaba=
Deut.33. tur. Expresse Moyses, qui ait: Neptalim sãtietas acci=
pientiũ. Neptalim, abũdantia significatur latina inter=
B pretatione, vel dilatatio. Ibi ergo abundantia, vbi satie
tas. Vbi autẽ fames cupiditatũ, vbi inexplebilis appe=
tentia, ibi vtiq; pauptas. Sed qa vix vlla rei pecuniariæ
vel mũdi hui⁹ cupiditas satietatẽ habet, ideo addidit:
1.Pet.3. Et replebitur benedictiõe. Secũdum hæc Petrus Apo
stolus definiuit nõ in auro & argento,& indumẽtis fœ=
minarum esse ornamẽtũ, sed in occulto cordis homine
atq; abscondito: vnde nulla se exuat cultum pietatis, or
natum gratie, vitæ æternæ hæreditatẽ. Vale,& nos
dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Irenæũ, versiculum illum: Spe=
ciosus forma,& cętera, gręco sermone annotatũ voluẽ=
tis, pluribusq; rationibus & exemplis nos prouocantis
vt illi summo bono quod est dominus Iesus, quo nihil
est speciosius, animo intendamus, illud quæramus, il=
lud intueamur, illud teneamus, in illo versemur, illi ad=
hæreamus,& in eo pascamur, Epistola XI.

AMBROSIVS Irenæo. Inter legendum
cum paululum requieuissem animo, quia lu
cubratione destiteram, versiculum illum cœ
pi mecum voluere, quo vesperi in vigiliis vsi
C fueramus, ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.
ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων αὐτόν. Et ve=
re nihil speciosius illo summo bono, cuius etiam prędi=
catio speciosa est nimis,& maxime pseuerantis sermo=
nis processus,& quędã Apostolicæ prædicationis ve=
stigia. Sed illa qui possunt? Quibus donauit deus non
solum vt Christum annũciarent, sed etiã pro illo pate=
rentur. Nos quãtum possumus intẽdamus illo animũ,
& in illo simus, illud animo teneam⁹, quod est pulchrũ,
decorum, bonum, vt fiat illuminatione eius & fulgore
speciosa anima nostra,& mens dilucida. Nam si oculi
nostri cum aliqua obducũtur caligine, pascũtur agrorũ
viriditate,& specie nemoris vel collis herbosi omnem
inæqualitatẽ egrescentis obtutus repellunt,& quadam
salubri specie pupillæ ipsæ atq; orbes colorari vidẽtur:
quãto magis hic mentis oculus cũ illud summũ intue=
tur bonum,& in eo versatur, atq; eo pascitur, splendescit
Psal.62. atq; enitet, vt fiat illud quod scriptũ est: Tanꝗ adipe &
pinguedine repleatur anima mea. Deniq; qui scienter
agnoscit animas gregis sui, curam adhibet herbis cam
pestribus, vt sint ei pascua plurima. Herbis enĩ suauio=
ribus & agni piguiores fiunt,& succus lactis salubrior,
quibus pascuis vsi sunt diuites illi qui manducauerunt D
& adorauerũt. Sunt enim bona fidei pascua, in quibus
collocatur sanctus dei. Est ergo & fœnum quo aluntur
greges ouium, qui emittunt vellera sapientiæ,& dant
amictum prudentiæ. Et fortasse hoc est fœnum mon=
tanum in quod verba descẽdunt prophetæ sicut nix sup
fœnum,& quod diligenter colligit sapiens, vt sint ei o=
ues ad vestitũ spiritalis vtiq; velaminis. Habet ergo ci=
bum suum & amictũ anima quæ illi summo bono ad=
hęret, quod est diuinũ, quod Apostolus Petrus suadet 2.Pet.1.
quærendum, vt per eius cognitionis acquisitionem di=
uinæ simus cõsortes naturæ. Huius cognitionẽ aperit
sanctis suis deus bonus,& donat hoc de thesauro suo bo
no, sicut testificatur lex sacra dicẽs: Quia iurauit domi= Deute.28
nus patribus tuis dare tibi & aperire thesaurum suum
bonum, de quo thesauro cælesti dat pluuiam terrę suę,
benedicere omnia opera manuũ tuarũ. Hæc est pluuia
eloquium legis quod irrorat animã illam fœcundam &
fertilem bonorum operũ, vt habeat humorem gratiæ.
Huius boni cognitionem quęrebat Dauid, sicut ipse si=
gnificat dicens, Vnam petii a domino, hanc requiram Psal.26.
vt inhabitem in domo domini omnes dies vitæ meæ,
& videam delectationes domini,& considerem tẽplum
eius. Deniq; hoc esse summũ bonum subtexuit statim
in eodem psalmo: Credo videre bona domini in terra
viuentiũ. Hic enim quæritur, illic facie ad faciem plene
videtur. Hoc bonum in domo dei est, in illo secreto eius E
ac recessu. Vnde iterum ait: Replebimur in bonis do= Psal.64.
mus tuæ. Alibi quoq; hanc summã esse benedictionis
expressit dicens: Benedicat te dominus ex Sion,& vi= Psal.127.
deas quæ bona sunt Hierusalem. Ideo beatus qui illic
habitat in ingressu fidei, hospitioq; mẽtis, deuotiõis ha
bitaculo, cõuersatione virtutis. In illo igitur simus, atq;
in eo maneamus, de quo & Esaias dicit: Quã speciosi pe= Esaię.52.
des euangelizantiũ pacem, euangelizantiũ bona. Qui
sunt qui euangelizant, nisi Petrus, nisi Paulus, nisi oẽs
Apostoli? Quid euangelizant nobis nisi dominũ Ie=
sum? Hic est pax nostra, hic est bonũ illud summũ, quia
ipse bonus ex bono: Ex arbore enim bona bonus fru=
ctus legitur. Deniq; & spirit⁹ eius bonus qui ex ipso ac=
cipit,& deducit dei seruulos in viam rectam. Quis autẽ
habens spiritũ dei in se, neget bonum, cũ ipse dicat: An Mat.20.
oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Hoc bonũ
veniat in animã nostrã, in nostræ mentis viscera, quod
propitius deus dat petentibus se. Hic est thesaurus no=
ster, hic est vita nostra, hic est sapiẽtia nostra, iustitia no
stra, pastor noster,& pastor bonus, hic est via nostra.
Vides quãta bona in vno bono. Hæc bona nobis prę=
dicant Euangelistæ. Hæc bona requirens Dauid ait: F
Quis ostendit nobis bona? Et ostendit ipsum esse bo= Psal.4.
na, subiiciens: Signatũ est in nobis lumen vultus tui.
Quis autẽ lumen vultus patris nisi splendor gloriæ,&
imago inuisibilis dei, in quo & videtur & clarificatur pa
ter, sicut ipse clarificat filium suũ? Ipse est ergo domi=
nus Iesus summũ bonum quod nobis annũciatũ a pro=
phetis, prędicatũ ab angelis, promissum a patre, euan=
gelizatum est ab Apostolis. Qui nobis tanquã matu=
ritas aduenit. Nec solum tanꝗ maturitas, sed tanꝗ ma
turitas in montibus adest, vt nihil acerbum, nihil im=
maturũ in nostris consiliis sit, nihil immite, nihil aspe=
rum in operibus ac moribus, qui primus euangelizans
bona affuit. Vnde & ait: Ipse qui loquebar, adsum: id Esaię.52.
est, qui loquebar in Prophetis, adsum in corpore quod
suscepi ex virgine. adsum interior imago dei, character
substantiæ.& adsum vt homo, sed quis cognoscit me?
Hominẽ enim viderunt, sed operibus supra hominem
crediderunt. An nõ vt homo cũ Lazarũ fleret,& rur=
sus supra hominẽ cũ eum resuscitaret? An nõ vt homo
cum vapularet, rursus supra hominẽ cum totius mundi
peccatũ tolleret? Ad illum igitur properemus, in quo
summũ est bonũ, quoniã ipse est bonitas, ipse patientia

G Israel,qui ad pœnitentiā te vocat,ne venias in iudiciū,
sed accipias remissionē peccatorū. Agite,inquit,pœni-
Amos. 5. tentiam. Ipse est de quo clamat Amos ꝓpheta: Exqui-
rite bonum. Ipse est summū bonum, qui nullius indi-
Coloss. 2. get,& abundat omnibus. Facile abundat in quo ple-
nitudo diuinitatis habitat corporaliter. Facile abūdat
Ioānis. 1. de cuius plenitudine oēs accepimus,& in illo repleti su-
mus,vt dicit euāgelista. Hoc igitur verū & summū bo
nū si illo cōcupiscibili suo & delectabili aīa gustauerit,&
duabꝰ his hauserit affectionibꝰ,excludens dolorē & for-
midinē,incredibiliter exæstuat. Osculata enim verbū
Psal. 118. dei modū non capit,nec expletur,dicens: Suauis es do-
mine,& in iucūditate tua doce me iustificationes tuas.
Osculata dei verbū,cōcupiscit super omnē decorem,di-
ligit super omnē lætitiam,delectatur super omnia aro-
mata,cupit frequēter videre,sæpe intēdere,cupit attra-
Canti. 1. hi,vt sequi possit. Vnguentum,inquit,exinanitum est
nomen tuū:propterea te diligimus adolescentulæ,pro-
pterea certamus,sed comprehendere te non possumus.
Attrahe nos,vt possimus currere,vt odore vnguento-
rum tuorū accipiamus virtutē sequēdi. Festinat etiam
interna mysteria videre,ipsam requiē verbi,ipsam boni
illius summi habitationē,& lucem eius, & claritatem.
In illo sinu ac recessu primo festinat audire sermōes eiꝰ:
& cū audierit,super omnē suauitatē accipit. Doceat te
Psal. 18. propheta qui gustauit, & ait: Q̄ dulcia faucibus meis
H verba tua,super mel & fauū ori meo. Quid enim aliud
desideret anima quæ semel suauitatē verbi gustauerit,
Exo. 34. quæ semel claritatem eius viderit? Moyses in monte
positus quadraginta diebus legem accipiens, cibū cor-
3. Reg. 19 poris nō requirebat. Helias ad illām festinans requiem
rogabat vt acciperetur anima sua a se. Petrus aspiciēs
& ipse in monte dominicæ resurrectiōis gloriā,nolebat
Mat. 17. descēdere,dicens: Domine,bonū est nos hic esse. Quā-
ta igitur illa diuinæ substantię gloria, quanta verbi bo-
na,in quæ concupiscunt & angeli prospicere? Anima
igitur quę illud videt,corpus hoc nō requirit,minimāq;
sibi familiaritatē cū eo esse debere intelligit,renūciat se-
culo,abducit se a vinculis carnis,exuit oībus volupta-
Actuū. 7. tum istarum nexibus. Deniq; Stephanus Iesum vide-
bat,& lapidari nō formidabat:imo cum lapidaretur,nō
pro se,sed pro illis a quibus perimebatur rogabat. Pau-
2. Cor. 12. lus quoq; raptus vsq; ad tertium cęlum,cū corpore esset
an sine corpore,nesciebat. Raptus inquā in paradisum,
vsum proprii iam nō sentiebat corporis,& audiens ver
ba dei,quomō ad corporis infirmitates descenderet eru
bescebat. Itaq; sciens quid vidisset in paradiso vel quid
audisset,clamabat dicens: Quid adhuc velut viuentes
de hoc mundo decernitis? Ne tetigeritis,ne attamina-
I ueritis,ne gustaueritis quę sunt omnia ad corruptelam
ipso vsu. Volebat enim nos in figura esse istius mundi
nō in possessione atq; vsu,vt ita vtamur hoc mūdo tanq̄
nō vtamur,tanq̄ prætereuntes,nō tanq̄ residentes,am-
bulantes tanq̄ in imagine seculi,nō in cupiditate,vt ve-
locissima dispositione ipsam imaginem huius mundi
transeamus. Deniq; ipse fide ambulans nō specie pere-
grinabatur a corpore,sed aderat domino: & cū esset in
terris:nō in terrenis,sed in cælestibus cōuersabatur. Er-
go anima nostra quæ deo vult appropinquare,eleuet se
a corpore,semper illi summo adhæreat,illi bono quod
est diuinum,quod est semper, & quod erat ab initio, &
quod erat apud deum,hoc est dei verbū. Ipsum est illud
Actuū. 17 diuinū in quo viuimus,& sumus, & mouemur. Ipsum
est quod erat in principio,ipsum est quod est. Dei enim
filius Iesus Christus in nobis,inquit,est:in quo nō fuit
est & nō,sed est in illo,fuit. Ipse dixit Moysi vt diceret,
Exodi. 3. Qui est,misit me. Cum hoc igitur anima nostra sit, &
sit(si fieri potest)semper,vt nostrum possit quis dicere,
Psal. 118. Anima mea in manibus tuis semper. Erit autē,si non
in carne sit,sed in spiritu. Erit,si se terrenis non misceat.
Cum enim ad carnalia reflectitur,tunc ei illecebra obre-
pit corporis,tūc ira & indignatione exæstuat,tūc mœ- K
stitia afficitur,tunc supinatur per arrogātiam,tunc do-
lore affligitur. Hæ sunt ægritudines animæ graues,
quibus plerūq; ad mortem cogitur,dum oculi eius cæ-
cantur,vt nō videant veræ lumē glorię,& diuitias ęter
næ hereditatis. Quod si eos ad deū semper intēdat,ac-
cipiet a Christo fulgorem sapientię, vt illuminatum in
agnitione dei habeat obtutū,vt videat illam spem no-
stræ vocationis,aspiciat illud quod est bonū, & placitū,
& perfectum. Quod enim bonū,cōplacitū patri:quod
complacitū,perfectum:sicut habes in euangelio,vbi di-
cit dominus, Diligite inimicos vestros,vt imitemini pa Lucę. 6.
trem qui pluit super iustos & iniustos,quod est vtiq; bo
nitatis. Et postea concludit dicens: Estote perfecti sicut
pater vester qui in cælis est,perfectus est. Charitas enī
perfecta est,deniq; plenitudo legis est. Quid autē tam
bonum q̄ charitas, quę malum nō cogitat? Et ideo ter-
ras fugito,in quibus inuidia est, vbi ambitio, vbi con-
tentio. Boni ergo illius capacem se anima tua præbeat,
vt supra nubes volet,sicut aquila renouetur,sicut aqui-
la pennas emittat, vt renouatis alarum remigiis alta
petere nō reformidet,hanc habitationē relinquat. Ter-
renum enim habitaculū grauat animā. Exuat vetera,
abiiciat erroris desideria,abluat oculos suos, vt videat
illum fontem veræ sapientię,illum fontem vitæ æter-
næ,qui affluit atq; exundat omnibus,nullius indigēs.
Quis enim dedit illi,cū ex ipso,& per ipsum,& in ipso Rom. 11.
omnia sint? Vitæ igitur fons est summū illud bonum, L
ex quo viuendi substātia ministratur omnibus. Ipsum
autem in se habet vitam manentē,a nullo quasi inops
accipit. Largitur bona aliis,nō aliūde assumit sibi. Neq;
enim nostri indiget. Vnde & ait ex persona hominis,
Quoniam bonorum meorum nō indiges. Quid ergo Psal. 15.
pulchrius q̄ ei appropinquare,ei adhęrere? Quæ maior
voluptas est,q̄ quod is qui viderit,& de fonte aquę viuę
gratis gustauerit? Quid potest aliud desiderare? quæ
regna? quas potestates? quā pecuinam? cum aduertat q̄
miseræ etiā hic regum cōditiones sint,q̄ mutabiles im-
perii status,q̄ exigua vitæ huiuus spatia,quāta in ipso
imperio seruitia,cū ad aliorū nō ad suū viuant arbitriū?
Quis autē peculiatus ad vitam æternā transit,nisi vir-
tutum fultus peculio,quod receptū omnibus,solis diui-
tibus impossibile pronunciatur? Non ergo his vti bea-
tum est,sed illud videre quo ista despicias,& vana veris
refellas,atq; inania & cassa iudices,illam nudę veritatis
pulchritudinē diligas,quę has seculi fucosissimas vani-
tates redarguat. Erige igitur oculos anima tuos, illos
de quibus tibi verbum dei dicit: Corde nos cepisti soror Canti. 4.
mea sponsa,corde nos cepisti vno ab oculis tuis. Ascē-
de in palmā,vince seculū,vt teneas verbi altitudinem.
Imaginē istam mundi foris relinque, foris malitiam, M
introduc autē bonitatē mentis, quæ habet gratiā in li-
gno vitæ,si lauerit stolam suam,& ingrediatur in ciui-
tatem,quę vera est patria sanctorū,in qua est dei taber-
naculum,circa quod scribę domini prætendunt, vbi nō
dies,aut sol,aut luna lumen ministrant,sed ipse dn̄s lu-
men est totā illam ciuitatē illuminās. Est enī lux mun- Ioānis. 8.
di. Non vtiq; lux visibilis,sed animarū quæ in hoc mū-
do sunt,intelligibilis claritudo,quibus se splendenti lu-
mine rationabilis infundit prudentiæ, & vt prędicatur
in euangelio,incorporeæ virtutis inflammans vapore
secreta mentiū, animorūq; penetralia. Si quis igitur in-
cola esse cœperit illius ciuitatis supernæ,incola videli-
cet cōuersatiōe ac moribus,nō discedat ab ea, nō exeat,
non reflectat vestigium,non corporis dico, sed mentis
vestigium. Non reuertatur retro. Retro luxuria,retro
impuritas est. Deniq; ascendens ad montem Loth,re-
tro reliquit Sodomitana flagitia. Quæ autē respexit
retro,non potuit ad superiora euadere. Non ergo pe-
des tui retro,sed mores reuertamur. Non fiant manus
tuæ remissæ,& deuotionis tuæ ac fidei genua dissolu-

A ta. Non fiat voluntatis tuæ recidiua infirmitas, nō vl-
lus intercursus criminum. Si ingressus es,mane,perue-
nisti? consiste,saluans salua animā tuam. Ascendens di
rectum attolle gradū, nullus inde tuto redit. Hinc via,
inde ruina est. Hinc ascensus,inde pręcipitium. Ascen-
dendi quidem labor,sed descēdendi periculum. Sed po-
tens est dominus,qui te fundatum illic custodiat, septū
propheticis muris,& apostolicis turribus. Ideo tibi di-
cit dominus: Intrate,calcate,quia assistit vindemia. In-
Mat. 24. tus non foris simus. Et in euāgelio dei filius dicit, Qui
est in tecto,non descendat vasa sua tollere. Non vtiq; de
hoc tecto dicit, sed dicit de illo, Extendit cælum sicut
cameram. Intus ergo esto intra Hierusalem,intra ani-
mam tuam pacificam, mitem atq; tranquillam. Non
exeas de ea, neq; descendas vas tuum istud aut hono-
ribus aut diuitiis aut arrogantia attollere. Intus esto,
vt per te alienigenæ nō transeant,peccata animā tuam
non transeant, vanæ operationes, & cogitationes ina-
nes. nō transibunt autem si suscitaueris bellum pro de-
uotionis & fidei certamine,pro veritatis studio aduer-
sus passionum illecebras,& sumpseris arma dei aduer-
sum spirituales nequitias,& astutiam diaboli,qui per-
tentat sensus nostros fraude ac dolo, quem mansuetus
bellator facile proterit,qui non serat iurgia,sed sicut de-
cet seruum domini,cum modestia fidem doceat,& eos
qui aduersantur redarguat. De hoc dicit scriptura, Qui
B mansuetus est, bellator exurgat, & infirmus dicat,
Philip. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Hac fide fretus
etiam qui infirmus est pręualebit, & erit sancta anima
eius, & stillabunt ei montes prophetici vel apostolici
dulcedinem,& colles fluent lac,qualis ille collis qui la-
ctis potum Corinthiis dabat, & fluent ei aquæ de suis
vasis,& de puteorum suorum fontibus,vel de ventre
eius aquæ viuę,spirituales videlicet,quas fidelibus su-
is spiritussanctus ministrat,qui etiam animam tuam
dignetur rigare,vt abundet in te fons aquæ salientis in
vitam æternam. Vale,& nos vt filius dilige,quia nos
te vt parentes diligimus.

Diui Ambrosii ad Irenæum,prosequentis illud ver
bum Aggęi prophetæ, Si tēpus vobis est vt habitetis
in domibus cælatis? multo ex hoc nos sermone cōmo-
nētis vt in superioribus domibus, & nō in vallestribus
& subterraneis habitemus, talesq; domos nosmetipsos
domino ædificemus, Epistola XII.

AMBROSIVS Ireneo. Vbi superiorem
absolui epistolam,& perferendam tibi tradi
di, venit in mentem illud quod dominus in
Aggęi. 1. manu Aggęi prophetæ locutus est dicens,
Si tempus vobis est vt habitetis in domibus cælatis?
C Quid ergo istud est,nisi in superioribus habitandum,
non in vallestribus & subterraneis habitaculis? Qui
enim infra terrā habitant, non possunt ædificare tem-
plum dei, & dicunt, Non venit tēpus vt ędificetur do-
mus dn̄i:simul q̄a luxuriosorum est hypogæa quære-
re, captātium frigus æstiuum,eo quod resoluti deliciis
æstus aliter ferre ac tolerare nequeant, & ideo requi-
rāt vmbrosa penetralia: vel quod desidiosi ignaua sub
terris agant ocia:deinde quod tenebrosa illos & opa-
ca delectent magis, quibus operiri flagitia sua cre-
Eccli. 23. dant,secundum illud, Tenebræ circundant me & pa-
rietes,quem vereor? Sed frustra hoc sperant;cum pro-
funda abyssi & abscondita deus cernat,& omnia depre
hendat antequam fiant. An non Helias in hypogęis,
non Helisæus habitabant? Deniq; alter mortuum vi-
3. Reg. 17 duæ filium tulit ad superiora, in quibus cōsueuerat se-
dere,& ibi eum resuscitauit. Alteri quoq; Sunamitis
4. Reg. 4. illa magna mulier(vt scriptura testificatur) ī superio-
ribus hospitiū parauit,& ibi concipiendæ sobolis, quia
non habebat,meruit prærogatiuam, eiusdēq; resusci-
tati pignoris vidit miracula. Quid de Petro dicā, qui D
ad horam sextam ascendens in superiora,baptizādarū Actu. 10.
gentiūm cognouit mysteria? At vero parricida Absa 2. Reg. 18
lon in valle sibi regis titulum statuit, & in fossam proie
ctus est,cum esset peremptus. Ergo sancti ascendūt ad
dominum,flagitiosi ad vitia descēdunt. Sancti in mō-
tibus,criminosi in vallibus. Deus enim montium est,
& non deus vallium. Qui ergo illic,id est in domibus
habitabant vallestribus,in quibus nō habitat deus,do-
mum dei in se habere non poterant. Hanc enim domi-
nus quærebat ab illis domum, vt semetipsos ædifica-
rent,atq; intra se dei templum viuis fidei lapidibus at-
tollerent. Neq; enim terrenorum parietum cōstructio-
nes, & siluestrium ligna culminum desiderabat, quæ
cum fuissent, manus diruerat hostilis,sed illud tēplum
quærebat quod in hominū conderetur mentibus,qui-
bus dicendum foret, Vos estis templum dei,in quo ha 2. Cor. 6.
bitaret dominus Iesus,& vnde ad redemptionem vni-
uersorum procederet,vt in vtero virginis sacra reperi-
retur aula,in qua rex habitaret cælestium,& corpus hu
manum dei templum fieret,quod etiam cum solutum
esset,in triduo resuscitaretur. Sed hanc domū nō luxu-
riosi ædificant,qui cælatas inhabitant domos,& cæla-
to argento delectantur. Sordet enim illis purum argē-
tum,ita & istis sordet simplicis habitationis locus. Si-
nuant spatia domorū, & adiiciendo adiiciunt, coniun-
gentes domum ad domū,& villam ad villam,effodiūt
terram,vt elementū quoq; eorum cedat habitaculis; & E
quasi terræ filii intra eius recondantur vterū, & abscon
dantur aluo. Isti plane sunt de quibus dicit Hieremias,
Væ qui ædificant domū suam nō cū iustitia. Qui enī Hiere. 22.
cum iustitia ædificat,nō in terrenis ædificat,sed in cæ-
lestibꝰ. Ędificasti,inquit,domū, metire superiora eius,
perflatilia distincta fenestris,& contignata cedro,& illi-
ta minio. Metitur autem superiora, qui contēplatus
iudicium dei,iudicat iudiciū humilis,& iudicium pau-
peris. Qui autem in auaritiā intendit,& in sanguinem
innocentis,non ędificat superiora cum iudicio: nec mē-
suram tenet,quia non habet Christum: nec aspirare si-
bi diuinę flatus explorat gratiæ,nec pleni luminis splē-
dorem requirit: nec illita minio habet cœnacula: cui nō
potest dici, Sicut resticula coccinea labia tua. Non sepe- Canti. 4.
lietur,inquit,huiusmodi. Qui enim viuum se sub ter-
ram infodit,& tāquā in sepulchro sepeliuit,eripuit sibi
mortuo requiē sepulturæ. Depositus itaq; in valle cor-
poraliū delectationū,non inuenit sepulchrū de quo pos-
sit resurgere. Huiusmodi ergo vir nec tēplum deo ædi-
ficat,quia nō nouit tempus correctionis suæ. Quomo-
do enim possunt tales homines tēplum ædificare, qui
quasi feræ ac bestiæ in spelæa ferarum & bestiarum la-
tibula sese receptant,atq; in foueas se serpentium more
demergunt, & consuetudine fraudulentæ vulpis info- F
diunt? Sed nec sepulchrum sibi condit qui ante tempus
moritur. Viuens enim mortuus est,nec audit vocem 1. Tim. 5.
Aggęi,id est epulantis, vt interpretatio declarat: quo- Psal. 41.
niam nō ingreditur tabernaculum dei in voce exulta-
tionis & cōfessionis sonus epulantis. Quomodo enim
vocem eius audit,qui opera eius non videt? Nam si vi-
deret,audiret verbū quod in eius manu factum est,de-
lectatus eius actibus quibus pulsauit & apertum est ei,
& descendit in eius animā, vt epuletur in eo synceri-
tatis & veritatis cibus. Ergo quia non audiuit,fit iterum
in manu Aggęi verbū,& dicit, Surgite de cęlatis et de- Aggęi. 1.
pressis malitia domibus,& ascendite in montē scriptu-
rarum cælestiū, & cædite lignū sapientiæ,lignū vitæ,
lignum cognitionis, & dirigite vias vestras, ordinate
actus vestros vt habeant ordinem suū debitum,qui ne-
cessarius & vtilis est ad ædificandam domini domum.
Nam si nō feceritis: nec cęlū dabit rorem suū,id est, ser-
mo cælestis,qui sicut ros descendit super fœnū,nō tēpe
rabit feruidos corporaliū motus passionū: nec ignita re-

G ſtinguet diuerſarum ſpicula cupiditatũ, nec terra eius
id eſt anima fructus dabit, eo quod areſcat, niſi replea-
tur irriguo verbi dei, & perfundatur a rore cęleſti, ſpiri
tualis vbertate gratiæ. Et quia ſciebat deſides eſſe habi
tantes in hypogęis, & voluptatũ gurguſtiis, Excitabo,
inquit, illis ſpiritum Zorobabel de tribu Iudæ, & Ioſe-
dec ſacerdotẽ magnũ, vt incitentur ad ædificationẽ di-
Pſal.126. uinæ domus. Niſi enim dñs ędificauerit ſibi domũ, in-
uanum laborauerũt qui ædificant eam. Ipſe eſt Zoro-
babel iugis redundantia, vtpote fons vitæ, & verbum
dei, per quod omnia, & ex quo oĩa, & oñia in ipſo. Hęc
Ioan.7. dicit redũdãtia, Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Hoc
eſt profluuiũ indeficientis meatus. Profluuium quoq;
nocturnum legimus quod eſt Zabulon, id eſt prophe-
ticum, ſed etiã & ipſum huius fluenti infuſione reſplen
duit, per quod euanuit illud profluuiũ vanitatis in Ieza
bel, quæ inimica veritati, & aduerſaria prophetarũ elo-
4.Reg.9. quiis, ita dilacerata eſt canum morſib⁹, vt nullum eius
ſupereſſet veſtigiũ, ſed toto corpore ſuo cum omnibus
poſteritatis ſuæ inſignibus extingueretur. Ipſe igitur
Zorobabel ex tribu Iudæ, ipſe Ieſus magnus ſacerdos,
& tribu deſignatus & nomine. duo ſignificari videtur,
& vnus exprimitur. Q ui idẽ quaſi potens natus ex po-
tente, quaſi redẽptor ortus ex virgine, in vtriuſq; idẽ na-
H turæ diuerſitate diuiduæ, vnius filii dei veritatẽ gigas
ſalutaris impleuit. Excitaturus itaq; a mortuis Zoro-
Aggęi.2. babel ſanctũ ait, Adhuc ego mouebo ſemel cælum &
terrã. Et maria & deſertum mouerat ante hæc, cum de
Exo.14. Ęgypto liberaret populũ ſuum, quãdo in cælo colũna
Ibidẽ.16. erat ignis, terra iter fluctus, murus in mari, via in aqua,
&.17. in deſerto meſſis quotidiana frugum cæleſtium multi-
plicabatur, petra ſoluebatur in fontes aquarũ. Sed mo-
Mat.27. uit & poſtea in paſſione domini Ieſu, quãdo cælum te-
nebris obductum, ſol refugit, petræ ſciſſæ, tumuli aper-
ti, mortui reſuſcitati, draco victus in fluctibus ſuis vidit
piſcatores hominum nõ ſolum nauigantes in mari, ſed
etiam ambulantes ſine periculo. Deſertum quoq; mo-
tum, quando infructuoſus nationũ populus in meſſem
cœpit deuotionis & fidei flaueſcere. & eouſq; deſerti &
gentium cõmotio facta eſt, vt apoſtolorũ quos direxit
ad gentes vocandas, tanta eſſet & tam vehemens prę-
Pſal.18. dicatio, vt in omnẽ terrã exiret ſonus eorũ, & in fines
orbis terræ verba eorũ. Tanta inquã cõmotio deſerti,
Eſaię.54. vt plures filii fierent deſertæ q̃ eius quæ habebat virũ.
Et floreret deſertũ vt lilium, introirent electa gentium
ad reſiduos populi, quo reliquiæ ſaluæ fierent per ele-
Aggęi.2. ctionem gratiæ. Et replebo, inquit, domum hanc argẽ-
to meo & auro: eloquiis cæleſtibus, quę ſicut argentum
igne examinatũ: & veri claritate luminis, ſicut auro ſpi
rituali in ſanctorũ occultis mentib⁹ refulgente. Has di-
I uitias cõfert eccleſiæ ſuæ, quibus intelligibiles theſauri
replentur, & gloria augetur domus ſup priorẽ gloriam
quã populus habuit electus. Pax enim & tranquillitas
Philip.4. animæ ſuper omnẽ domus gloriã eſt, quia pax ſuperat
omnẽ ſenſum. Hæc eſt pax ſuper pacẽ, quę dabitur poſt
tertiam cõmotionẽ cęli, maris, terrę, deſerti, quãdo de-
Mat.24. ſtruet omnes poteſtates & principatus. Cęlum enĩ &
terra tranſibunt, & omnis iſtius mundi figura, & vnuſ-
quiſq; in romphæa inſurget ad fratrẽ ſuum, id eſt, verbo
penetrante medullas animę, vt deſtruatur quicquid eſt
contrariũ, currus ex Ephren, & equus ex Hieruſalẽ, vt
Zacha.9. Zacharias dixit. Et ſic erit pax per omnia, vt nullis ob-
ſiſtentibus corporis paſſionibus, aut incredulæ mentis
impedimẽtis, fiat in oĩbus Chriſtus, ſubdita patri exhi
bens corda vniuerſorũ. Vnde & ad ipſum ſolũ myſtice
Aggęi.2. dicitur, Sumã te Zorobabel, & ponam te ſicut ſignacu-
lum, quia te elegi. Etenim cũ fuerit anima noſtra pacifi
Canti.6. ca, vt dicatur ei, Cõuertere cõuertere Sunamitis, quod
pacificã ſignificat, & vt tuo nomine vtar, εἰρηνικήν, tunc
accipiet in ſe ſicut ſignaculũ Chriſtũ, id eſt imaginem
1.Cor.15. dei, vt ſit ad imaginem: quoniã qualis cæleſtis, tales &
cęleſtes. Et oportet nos portare imaginẽ cæleſtis, id eſt K
pacem. Atq; vt ſciamus verum eſſe, habes in Canticis,
in vltimo, iam perfectæ animæ dici, quod & tibi dicat
dominus Ieſus, Pone me vt ſignaculũ in brachiũ tuũ, Canti.8.
vt luceat pax in corde tuo, & in operibus tuis Chriſtus,
& formetur in te ſapientia, & iuſtitia, & redẽptio. Vale
fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

LIBER QVARTVS.

DIVI AMBROSII ad Irenæũ, hanc quæſtionẽ, Vtrum ſit aliqua apud deum differentia charitatis eorum qui a pueritia, & eorum qui iuuentutis aut poſterioris ætatis proceſſu crediderint, diſſoluentis, Epiſtola XIII.

AMBROSIVS Ireneo.
Differẽtia charitatis vtrum
ſit aliqua apud deũ, eorũ qui
a pueritia crediderit, & eorũ
qui iuuẽtutis aut poſterioris
ætatis proceſſu, prudẽter re-
quirendũ putaſti. Nam hoc
quoq; ſcriptura diuĩa nõ prę- L
termiſit, neq; intactũ reliquit.
Siquidẽ dominus deus noſter ad Iohel prophetam nõ Iohelis.1.
ocioſe ait, Lamẽtare ad me ſuper ſponſam pręcinctam
ſaccum in virum eius virginalẽ. dolens ſynagogã quæ
antea virginitate ſua deſpõſata dei verbo foret, vel ani-
mã certe quæ de bonis meritis decidiſſet, ita offendicu-
lum incidiſſe peccatorũ flagitiis, vt odia contraheret, &
inquinamẽto impietatis, ac perfidię obſoleta ſordibus,
miſerabili eſſet deſpectui, longe mutata ab illius ſponſę
gratia quæ ante meruerat audire, Sponſabo te mihi in Oſee.2.
fide, & iuſtitia, & miſericordia. Nec immerito lamen-
tabilis pronunciatur, quæ tantorũ munerum amiſerat
precium, & virtutũ dotalium tam graue ſubierat diſpẽ
dium, vt ei virginalis ſponſus eriperetur. Noſtris enim
meritis verbũ dei nobis aut viuit, aut moritur. Nam ſi
bona ſtudia atq; opera noſtra ſint, viuit atq; operatur in
nobis dei verbũ. ſi tenebroſæ cogitatiões operationeſq;
noſtræ ſint, occidit nobis ſol iuſtitię. Et ideo lamentan-
dum pręcipit pro ea anima. Nam ſicut illis gratulãdũ
& epulandũ eſt, cũ quibus ſponſus eſt, ita illi animæ lu-
gendum cui ſponſus fuerit ereptus, ſicut de apoſtolis
ſcriptum eſt in euangelio, Q uoniã cũ auferetur ab eis Matth.9.
ſponſus, tunc ieiunabũt in illis diebus. Ergo & hæc ani
ma habebat ante lætitiã & exultationem, cum haberet
παρθενικὸν λόγον. Et ideo nõ ieiunabat, quia dies erãt
epularum & refectionis, cum adeſſet ſponſus inuehẽs M
quibus aderat, vbertatis affluentiã cæleſtis alimenti,
copia vini rigatus, quo corda hominũ lætificantur. ſed
poſteaquã ſponſum factis amiſit ſuis, iubetur in cilicio
agere pœnitentiã peccatorũ ſuorum, & deflere ſemet-
ipſam, quia mortuus eſt ei crucifixus pro ea Chriſtus,
qui eſt παρθενικὸς λόγος. Si a prima ętate cõuenit, nec
alterius anima hęc videtur experta copulam, ſed a prin
cipio virginalẽ fidei ſuę florem Chriſto dicauit, atq; ipſi
primis fœderata pietatis myſteriis ſacros iuuẽtula cul-
tus recepit, ipſa eſt Iſraelitica anima veteris pſapiæ ex
genere patriarcharũ: quæ ſi inoffenſum fidei ſeruaſſet
curriculum, magni meriti foret ſponſa verbi virginalis,
tanq̃ illa quę apprehẽdit iuſtitiam, & obuiauit illi quaſi
mater, & quaſi mulier a virginitate ſuſcepit illã. Alte-
ra quoq; eſt acquiſita ex gẽtibus, & vtraq; ſponſa vnius
verbi, quod eſt magnũ myſteriũ. Idq; tibi demõſtratur
in libro regnorũ. Siquidem Dauid duas vxores habuit, 1.Reg.25
Achinaã Iezrahelitẽ, & Abigeã acquiſitã ſibi poſtea.
Illam rigidiorem, iſtam miſericordiæ plenam & gra-
tiæ, hoſpitalem ac liberalem animã, quæ reuelata facie

A patrem vidit ſpeculata eius gloriam, quæ ſuſcepit diui-
num illum paternæ gratiæ rorẽ, vt habet nominis in-
terpretatio. Q uid autẽ ros patris, niſi dei verbũ, quod
humore fidei atque iuſtitiæ infudit corda vniuerſorũ?
Pulchre igitur huic animæ verus dicit Dauid, quod il-
li Abigeæ dictum eſt, Benedictus domin⁹ deus Iſrael,
qui miſit te hodie huc obuiã mihi, & bñdicti mores tui.
Et iterũ dicit ei, Aſcẽde in pace ĩ domũ tuã. vide, audi-
ui vocẽ tuã, & reuerit⁹ ſum faciẽ tuã. Deniq; in Cãticis
Cant.2. etiam hæc verba ſunt ſpõſi ad ſponſam, Oſtende mihi
faciẽ tuã, & inſinua mihi vocẽ tuã. Et tũc quidẽ dimiſſa
eſt, quã alterũ habebat virũ, qui dicebat Hebraice Na-
bal, latine inſipiẽs, durus, inhoſpitalis, inhumanus, in-
gratus, qui officia neſciret referre: ſed poſteaq̃ defunct⁹
eſt vir eius, ſolutam a lege viri accepit eam ſibi in vxo-
rem propheta Dauid. Per cuius copulam eccleſiæ cre-
dituræ ex gentibus ſignificantur myſteria, quæ amiſſo
viro cui ante iuncta fuerat, tranſiuit ad Chriſtum, cẽſu
pio diues humilitatis & fidei, miſericordiæ quoq; dota
ta patrimonio. Sed hoc loco non iſta deploratur, ſed il-
la Achinaam quæ fuit male fortis in fratrem. Et ideo
ille frater factus eſt in commotionem. Vnde ex perſo-
Pſal.43. na eorum dictum eſt, Poſuiſti nos in parabolam in gẽ-
tibus, cõmotionem capitis in populis. Q uam nutantẽ
inueniens diabolus, ſicut leo diruit, & iucunditatẽ eius
abſtulit. Vineam eius & ficum euertit, ſub quibus ſo-
B lebat ante requieſcere, & areſcere fecit fruct⁹ eius. Q uos
aridos miſeratus atq; albentes ſiccitate nimia dicit ad
Iohel.1. prophetã deus, Lamentare ad me ſuper ſponſam prę-
cinctam cilicio, & ſuper virum eius virginalẽ, id eſt ſu-
per animæ huiuſmodi vel ſynagogæ virum mortuũ.
Cui loco alio expoſtulans dicit, Eo quod oblita propo-
ſiti ſui, oblita charitatis, immemor gratiæ, de via diſci-
plinæ, ſuperiorem vxoris affectum amiſerit. Merito-
que ſuis eam ſermonibus redarguit, memorans & re-
texens eiuſdem blanditias, & pietatis vocabula. Non
ſicut domeſticum me vocabas, & patrem & initiatorẽ
virginitatis tuæ. Ergo huic animæ cui per intemperã-
tiam eius mortuum eſt dei verbum, & ille παρθενικὸς
λόγος occidit, luctum indicit, interceſſorem adhibet, vt
vocetur ad pœnitentiam, quo poſſit mereri miſericor-
diam. Illi autem quæ bona intellectu, & decora aſpectu
valde, ſicut Abigea acquiſita ſibi erat in prælio, deui-
ctis aduerſariis, & mortuo viro qui vallatus nequitiis
ſpiritualibus repugnabat acreſiſtebat ne ſibi ſpecioſa
C vxor adimeretur, quaſi victor & diligens ſponſus iucũ-
ditatem confert & gratiam, emundans eam ab omni-
bus pulchritudinis eius impedimentis, & exuens veſti
mentis captiuitatis: vt depoſitis omnib⁹ capitis ſui ca-
pillis, id eſt peccatorũ criniculis, qui quaſi ſuperflui no-
ſtro in corpore videntur, quoniam ſi vir comã nutriat,
ignominia eſt illi: in vnitate fidei, in virum perfectum,
in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti ſtudeat occur-
rere, vt omnem deponat animi perturbationẽ, & cha-
ritate fundata augeatur in domino Ieſu, & vniuerſo ac
quirat incrementa corpori. Hæc eſt anima illa quã lex
demonſtrat tibi in ſpecie mulieris bonæ, quã ſi videris
in prædam, & concupieris accipere in vxorem tibi: in-
Deut.21. duces, inquit, eam in domum tuam. vt tota ei commit
tas interiora domus tuæ, omnium tuorum viſcerum
poſſeſſionem, auferas eius ſuperflua, tondeas lapſus, &
nouacula non ſatis acuta, ne faciat dolum, tuarum exu
uias paſſionum, atque inanes ſenſus recidas. Ideo ait,
Rades eius caput. quo nulla obſtacula patiantur oculi
ſapientis, qui ſunt in capite eius. Et ſedebit, inquit, tri-
ginta diebus in domo tua. peccata propriæ deplorans
natiuitatis, & commẽta nequiſſimi patris diaboli, qui
vult congregare quæ non generauit: vt huius myſtici
numeri purificatione mundata, coniugii claues adipi-
ſcatur. Et pulchre ait, Poſtea intrabis ad eam, vt totus
ingrediaris in animam tuam, atque intra ipſam te col-
ligas, & in ea habites: apud eam commorare, in ipſa ti- D
bi ſit omnis conuerſatio, vt ſis non in carne, ſed in ſpiri-
tu, & proponas adiungere eam tibi ad conſortium vi-
tæ, ſciens quoniam communicabit tecum de bonis, &
perfunctus eius gratia dicas, Puer autem eram inge- Sapien.8.
nioſus, & ſortitus ſum animam bonam. Et illa tibi re-
ſpondeat, Aſſumam te, & inducam te in domum ma- Cantic.8.
tris meæ, & in ſecretum eius quæ me concepit. Bona
mater animarum Hieruſalem illa quę in cælo eſt. Erit
ergo vxor tua, & inueniens te oſculabitur te. Et ſi poſt-
ea diſplicuerit tibi quod caſtiget corpus ſuum, & ſerui-
tuti redigat, non patieris eam ſeruire, id eſt volupta-
tibus corporis, nec ſubiicies eam carni, ſed liberam
permanere patieris: nec alienabis eam, hoc eſt enim
vendere: nec contemnes eam, ſed permittes ſerui-
re eam deo ſuo in caſtitate fidei, & bonorum operum
ſobrietate. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Irenæum, errorem remouentis ne quis eum de quo in ſuperiori epiſtola dictum eſt qd duas habebat vxores, duas aſciuiſſe ſibi animas intelligat. Epiſtola XIIII.

AMBROSIVS Irenæo. Superiore epiſto
la ſcripſimus liberãdã ab aduerſariis animã
noſtram, & cum ea indiſſociabilis vitæ ſub-
eundum conſortium. Et quia ſermo iſte no- E
Deut.21. bis de Deuteronomio exemplum aſſumpſit aſſertio-
nis ſuæ, quo loci ſubiectum eſt de viro qui duas vxo-
res habebat, vnam odibilem, alteram amabilem: non
perfunctorie motus videris ne forte duas animas iſtũ
ſibi aſciuiſſe aliquis intelligat: quod fieri nequaquam
poteſt. Verum ipſe non ignoras quod interdum ſcri-
ptura cum allegoriam dicit: alia ad ſpeciem ſynago-
gæ, alia ad eccleſiam refert: alia ad animam, alia ad
verbi myſterium: alia ad diuerſas ſpecies & qualita-
tes animarum: quæ diſcernit qui diiudicat ſpiritu. Vn
de ſequenti capitulo legis non duas animas, ſed diuer-
ſas qualitates vnius animæ comprehenſas arbitror.
Eſt enim amabilis animæ ſpecies, quæ concupiſcit vo-
luptaria, quæ laborem fugit, compunctiones declinat,
iudiciũ dei negligit. Ideo amabilis, quia dulcis & ſua-
uis ad tempus videtur, quæ mentem non afficiat, ſed
oblectet. At illa altera triſtior, quæ zelo dei conficia-
tur, ſicut vxor ſeuera ſcortari comparem ſuum nolit,
non patiatur, non ſinat, nihil indulgeat corpori, nihil
voluptati & delectationi relaxet, abdicet occulta dede-
coris, dura laborum ſequatur, grauia periculorum. Si F
igitur pepererint ei ambæ, non poterit, inquit, primi-
tiuum filium amabilis in hæreditatis inſtitutione pre-
ponere primitiuo filio odibilis, cum ſciat odibilis fi-
lium primitiuum eſſe. In quo non tam prælationem
ſimpliciter ſignificari puto quaſi iter primitiuos duos,
q̃ expreſſionem ſolum odibilis filium primitiui habe-
re prærogatiuam. Primitiuus enim primogenitus
eſt, ſancti autem primogeniti ſunt, quia omnis ma- Exod.13.
ſculus adaperiens vuluam ſanctus domino vocabitur.
Non tamen omnis primogenitus ſanctus. Non enim
ſanctus Eſau, qui vtique primogenitus. ſancti autem
primogeniti ſunt. Denique habes in Numeris, Ec- Nume.3.
ce tuli Leuitas de medio filiorum Iſrael pro omni pri-
mogenito qui aperit vuluam, a filiis Iſrael. Mihi e-
nim in quo die percuſſi omne primitiuum Ęgypti,
ſanctificaui omne primogenitum Iſrael. Ergo Leui-
tas pro primogenitis accepit. quaſi ſanctos enĩ primo-
genitos eſſe cognoſcimus ex epiſtola ad Hebræos ſcri-
pta, in qua habemus: Sed appropinquaſtis Sion mon-
ti, & ciuitati Hieruſalem, & decem milibus angelorũ, Heb.12.
& eccleſię primitiuorum. Ergo ſicut primogeniti eccle-
ſiæ ſancti, ſic & Leuitæ, quoniam ipſi quoq; primoge-
niti. Non enĩ naſcendi ordine ſancti, ſed ſanctificationis

G munere.Leui enim tertius filius fuit Liæ,non primus
vtiq;.Qui autem sanctificatus,ipse aperit vuluā. Quā
Psal.57. vuluam? Audi dicentē,Errauerunt peccatores ab vte-
ro.Quia intellexisti primogenitum qui aperit vuluā,
intellige vterum bonæ matris,a quo non errant sancti,
sed peccatores.Leuitę autē auferūtur de medio Israel,
quia nihil habēt commune cum populo, cuius primo-
genita secularia destruunt.Primogenita enim seculi al
Gala.1. terius matris sunt, a cuius vtero segregatus Paul⁹ est
cum ad gratiam vocaretur dei. Et ideo de medio po-
puli segregatus,verbum recepit,quod est mediū in cor-
Ioan.1. de nostro. Vnde & illud dictum est, Medius autē ve-
strum stat,quem vos non videtis. Non ociosus itaque
nobis a lege in legem excursus fuit, vt primogenitum
non esse amabilis illius,id est remissioris & voluptarię
filium diceremus,quamuis præpositi capituli verba hęc
Deut.21. exprimant,dicente scriptura,Non poterit filium ama-
bilis primitiuum præponere, cum sciat filium odibilis
primitiuum esse.Ille est vere primitiuus,qui sanctę ma
tris sanctus est partus,sicut illa vera mater,a cuius vte-
ro non errant veri filii,sed peccatores.Ergo ille non ve
ræ matris filius, nō primitiuus verus,sed quasi primi-
H tiuus iuuatur sumptu ne egeat,non vt diues sit hono-
ratur.Hic autem dupla ex omnibus accipit, vt abun-
Gene.45 det: sicut etiā in Genesi habes patriarchas a fratre suo
Ioseph geminæ singulos stolæ donatos munere cum
remitterentur ad patrem, vt significarent fratrē reper-
tum Ioseph,quē defunctum esse crediderat pater. Pri-
mogenitus itaq; hæreditatis accepit prærogatiuā, di-
Deu.21. cente scriptura,Hic est initium filiorū eius, & huic de-
bentur primogenitalia. A primogenito igitur dei filio
primogeniti sancti,& ab illo initio (quia ipse est initiū
& finis) initium sanctus nuncupatur,initium filius,cui
debetur primitiarum prærogatiua,secundum illud ad
Gene.21. Abraham dictum,Eiice ancillam,& filium eius.Non
enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac.Quā
magis ad hæreditatē virtutum q̄ pecuniæ spectare di-
Ibidem. uino oraculo docetur,dicente deo,Omnia quæcunque
tibi dixerit Sara,audi vocem eius,quoniā in Isaac vo-
cabitur tibi semen.Quæ erat alia in Isaac,nisi sanctita-
tis hæreditas,quę nobilitaret patrem? Et filium quidē
ancillæ super nationes præfecit,quasi simpla conferrēs
patrimonii:filio autem Saræ dupla dedit, cui non solū
temporalia, sed etiā superna & perpetua collata sunt.
I Vale,& nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Irenæum,causam reddentis cur lex prohibuerit mulieres vti veste virili, atq; viros indui stola muliebri, Epistola XV.

AMBROSIVS Irenæo. Pertulisti ad me
quasi filius quæsiuisse aliquos de te quid si-
bi velit quod tam seuere lex immundos eos
dixerit qui alieni sexus vterentur vestibus,
vel viros scilicet vel mulieres. Sic enim scriptum est,
Deut.22. Non erit res viri super mulierem,neq; induetur vir sto
lam muliebrē,quia immundus est domino omnis qui
fecerit hoc.Et si vere discutias,incongruum est quod i-
psa abhorret natura.Cur enī homo nō vis videri esse qd
natus es? Cur alienam tibi assumis speciem? Cur men
tiris fœminam,vel tu fœmina virum? Suis vnūquēq;
sexum induit natura indumētis.Deniq; diuersus vsus,
diuersus color,motus,incessus, diuersæ vires, diuersa
vox est in viro & fœmina.Sed etiam in reliqui generis
animātibus alia species leonis, alia leenæ,alia vis, ali⁹
sonus:alia tauri,alia vitulæ. In ceruis quoq; quantum
distat sexus,tantum discrepat species, vt eos etiā emi-
nus possis discernere.In auibus vero etiam propria ad
vestitum est inter eos & homines comparatio. In illis
enim sexum naturalia ipsa indumenta discernunt. Pa-
ui mares speciosi,fœminæ non item pennarum vario
pinguntur decore.Fasianis quoq; diuersus color, qui di K
stinguat sexus discretionem. Quid in pullis? q̄ canora
vox galli? nocturnisq; vicibus solenne munus ad exci-
tandum & canendum? Nunquid illa mutāt speciē suā?
Cur nos mutare desideramus? Et quidem Gręco more
influxit vt fœminæ virilibus quasi succinctioribus tu-
nicis vtantur.Esto tamen vt illæ imitari videātur me-
lioris sexus naturā.Quid viri qui inferioris sexus mē-
tiri speciem volunt? Mēdacium & in verbo turpe est,
nedum in habitu. Deniq; in templis vbi mendacium si
dei,ibi mēdacium naturæ. Illic assumere viros mulie-
brem vestem,gestūq; fœmineum,sacrū putatur. Vn-
de lex dicit quia immundus erit dño omnis vir qui sto-
lam muliebrem induerit. Arbitror autem quod nō tā
de veste,q̄ de moribus dixerit vel de vsibus nostris atq;
actibus,quod alius virum, alius fœminā deceat actus.
Vnde & apostolus ait,quasi interpres legis: Mulieres
nostræ in ecclesia taceant.Nō enim permittitur eis lo-
qui,sed subditas esse,sicut lex dicit. Si quid autem voluīt
discere,domi viros suos interrogent. Et ad Timotheū: L
Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Doce 1.Tim.2.
re autem mulieri non permitto,neq; dominari in virū.
Quā deforme autem virum facere opera muliebria. Er-
go & pariant,ergo parturiant qui crispāt comam sicut
fœminæ.Et tamen illæ velantur,isti belligerātur. Ve
rum habeant excusationem qui patrios vsus sequūtur,
sed tamē Barbaros,vt Persæ,vt Gotthi, vt Armenii.
Maior quidem est natura q̄ patria.Quid de aliis dici-
mus,qui hoc ad luxuriam deriuandum putant,vt ca-
lamistratos & torquatos habeant in ministerio,ipsi p-
missa barba, illos remissa coma? Merito illic seruatur
castimonia,vbi nō tenetur sexus distinctio. In quo eui-
dētia naturæ magisteria sunt,dicente Apostolo: Decet 1.Cor.11.
mulierem non velatam orare deum? Nec ipsa natura
docet vos.Quod vir quidem si comam habeat, igno-
minia est illi:mulier vero si capillos habeat,gloria est il
li,quoniamquidem capilli pro velamine ei sunt. Hæc
sunt quæ referas requirentibus. Vale, & nos vt filius
dilige,quia nos te vt parentes diligimus.

Diui Ambrosii ad Irenæum, epistolam ad Ephesios summaria ac breui explanatione perstringentis, Epistola XVI.

AMBROSIVS Irenęo. Poposcisti vt sum
mam epistolæ quæ ad Ephesios scripta est,
inculcaremus tibi,quæ obscurior videretur,
nisi eius distinctiones colligas,quib⁹ persua-
dendum putauit apostolus de dei regno nobis non de-
sperandum.Proposuit itaq; primum,quod bonis ma- M
ximum solet esse ad studia virtutis incitamētum,præ-
miorum spem,& promissorum cęlestium hæreditatē,
quæ in passione Christi & resurrectione appropinqua-
uerint.Deinde subiecit non solum in paradisum reditū
nobis reformatum esse per Christum, sed etiā cælestis
solii honorē per cōsortium Christi corporis carni huic
esse impartitū,vt de ascēdēdi possibilitate iam nō dubi
tes,qui cōsortia tua in carne Christi regno cælesti ad-
hærere recognoscas,per sanguinē eius recōciliationem
factā omniū quæ vel in terra vel in cælo sunt.Qui ideo
descēdit,vt captiuitatē nostrā auerteret.Ideo ascēdit,vt
impleret oīa per apostolos,prophetas,sacerdotes, con-
firmationē vniuersorū,& cōgregationē gentium.Finē
autem spei esse nostrę charitatem ipsius, vt augeamur
in ipso per omnia,quia ipse est caput vniuersorum, ad
quem omnes secūdum mensurā operationis in vnum
corpus ædificatione charitatis assurgimus. Non ergo
desperandum quod capiti suo mēbra adhæreant, præ-
sertim cum in adoptionem filiorum dei ab initio simus
prædestinati per Iesum Christum in ipso:quam præde
stinationem probauit,asserēs illud quod ab initio præ-

A nunciatum est, Quia relinquet homo patrē & matrē,
& adhærebit vxori suæ,& erunt ambo in carne vna,sa
cramentū esse Christi & ecclesiæ.Si ergo Adæ & Euę
copula sacramentum magnum est in Christo & in ec-
clesia,certum est quod sicut Eua os de ossibus viri fuit,
& caro de carne eius, & nos membra simus corporis
Christi,os de ossib⁹ Christi,& caro de carne eius. Nul-
la autem epistola tātum benedictionis increpuit in ple-
bem dei quantum ista,in qua nō solum benedictos nos
a deo,sed in omni benedictione benedictos & spirituali
& in cælestibus significauit diuinæ locuples gratiæ te-
stis,& prædestinatos nos in adoptionem filiorum, in
filio quoq; dei nos cumulatos gratia,abūdasse ea ad co-
gnoscendum mysterium æternæ voluntatis, tū præ-
terea in plenitudine temporum,cum pacificarentur o-
mnia in Christo,& quæ in terra sunt, & quæ in cælo,
forte nos in ipso constitutos,vt quæ legis sunt implerē
tur in nobis,& quæ gratiæ: cum etiam secundum legē
electi videremur in iuuentutis ætate,quæ est vita im-
maculata,nihil habentes lasciuiæ puerilis,& senilis in-
firmitatis.Docti quoq; prælium non solū aduersus car
nem & sanguinem,sed etiam aduersus omnem militiā
Ephe.6. spūalis nequitiæ,quę est in cælestib⁹, viuidis gerere vir
tutibus.Itaq; sicut illis sortito obtigit capta ex hoste ter
B rarum possessio,ita nobis cecidit sors gratiæ, vt simus
possessio dei, q renes possidet nostros, id est seminariū
castitatis & tēperantiæ.Quæris hanc sortem agnosce
Actuū.1. re? recordare illam quæ cecidit super Mathiam, vt in
Psal.67. duodecimum apostolorum numerum subrogaretur.
Sed etiā ꝑpheta Dauid ait,Si dormiatis inter medias
sortes.eo q̄ is q medius inter veteris sortē & noui testa
mēti est recūbēs in vtroq;,ad regni cęlestis trāquillitatē
Num.27 asciscitur.Hāc sortē filię Salphe petebāt hereditatis pa
ternæ,& earum petitio diuino iudicio probata est.Sed
illæ petebant in vmbra.Salphe enim vmbra oris signi
ficatur.In vmbra ergo sermonis petēbant, loquebātur
quod non reuelabatur.Paternæ itaq; hæreditatis peti
tio Salphe filiabus in vmbra sermonis erat,nobis autē
est in euāgelii splendore, & reuelatione gratiæ. Simus
itaq; nos possessio dei,& ille nobis portio,in quo sunt di
uitiæ gloriæ & hæreditatis eius. Quis enim diues ni-
si solus deus,qui omnia creauit? Sed multo magis di-
ues misericordia, qui omnes redemit, et nos secūdum
Ephe.2. carnis naturam iræ filios & morti obnoxios mutauit
quasi auctor naturæ,vt simus filii pacis & charitatis.
Quis enim naturam mutare potest nisi qui creauit na
turam? Itaq; suscitauit mortuos,& viuificatos in Chri
C sto sedere fecit in cælestibus in ipso domino Iesu. Non
quo quisquam hominum prærogatiuam sedendi me-
Psal.109. ruerit in illa sede dei,de qua pater soli filio dixit, Sede a
dextris meis:sed quia in illa carne Christi per cōsortiū
eiusdem naturæ caro omnis humani generis honora-
ta est.Nam sicut ille in nostra carne subdit⁹ legitur per
vnitatem carnis,& obedientiam corporis,in quo fuit
obediens vsq; ad mortem,sic & nos in illius carne consi
demus in cælestibus.Nō ergo sedemus,sed in Christo
sedemus, qui solus sedet ad dexteram dei filius homi-
Mat.26. nis,sicut ipse dixit,Amodo videbitis filiū hominis se-
dentē ad dexterā dei.In eo enim abundauit gratia eius
& bonitas super nos in Christo Iesu, vt operibus mor-
tuos,per fidem redemptos, saluatos gratia tantæ do-
naret liberalitatis munere,in quo velut resuscitata etiā
ipsa natura nouæ sensit creaturæ gratiam, vt in bonis
operib⁹ ambulemus creati in Christo, qui ante obno-
xiæ hæreditatis vitio degenerauimus. Etenim subla-
tis inimicitiis quæ erant in carne ante,pax facta est vni
uersitatis in cælo,vt essent homines sicut angeli in ter-
ra,vt essent gentes vnum atq; Israelitæ,vt in hoīe vno
& nouus homo & vet⁹ sublato pariete maceriæ, qui v-
trumq; dissidioso obice diuidebat,inter se cōuenirēt. Nā
cum huius natura carnis iras discordias ac dissensiones
excitauisset, lex nos damnatorum nexuisset vinculis, D
Christus Iesus insolentiam atq; intemperantiam car-
nis mortificatione compressit, legem mandatorum in
decretis euacuauit,in quibus ostendit non secundum li
teram interpretanda legis spiritualis dogmata,cum &
sabbati ignaua ocia & corporalis superflua destrueret
circūcisionis,atq; omnibus accessum ad patrem in vno
reseraret spiritu.Quomodo enim potest discordia esse,
vbi vna vocatio,vnū corpus, & vnus spirit⁹ est? Quid
enim aliud descendens operatus est dominus Iesus,ni
si vt de captiuitate nos in libertatem vendicaret, & illā
captiuitatem vinctam perfidiæ vinculis sibi captiuam
faceret alligatam sapientiæ compedibus,mittēte vno-
quoque prudente pedes suos in cōpedes eius, sicut scri-
ptum est, Et cum descendisset, ascēderet, vt impleret o-
mnia,& nos omnes de plenitudine eius acciperemus?
Ideoq; primū repletos spiritu suo posuit in ecclesia apo- Ephe.4.
stolos,prophetas alios,alios euāgelistas,alios autē pa-
stores & doctores, vt eorū adhortationibus cōsumma-
retur profectus credentium, & ministerii fidelis opus
cresceret, ædificaretur vnusquisq; ædificatione virtutū
in mensuram ætatis interioris,quæ mēsura perfectior
vitæ immaculatæ,id est perfecti viri,accipiens de ple-
nitudine Christi recipit gratiæ plenitudinē. Quis au-
tem vir perfectus est nisi ille qui absolutus infantia pue- E
rilis ingenii,atq; adolescentiæ incerto ac lubrico,& im-
moderato iuuentutis calore,in viri perfecti firmitatem
successerit,atq; ad illam morum maturitatem adoleue
rit,vt nō facile deuii disputatoris alloquio flectatur, &
quasi quadam doctrinæ irrationabilis turbidiore in sco
pulos iactetur procella,ad erroris remedia se conferēs,
et qui veritatem non solum in sermone,sed etiā in ope-
ribus sequatur suis, & ædificationē charitatis in se sus-
cipiat,vt in vnitate fidei & agnitionis occurrat,& qua-
si membrum non desit capiti suo,id est Christo,qui est
caput omnium,ex quo totum corpus fideliū & sapien
tium per harmoniam rationabilem verbi:hoc est enim
συναρμολογουμένον ἁρμονίᾳ τοῦ λόγου δεδεμένον,
id est harmonia verbi cōpaginatum & compactū atq;
connexum:per omnem iuncturā ministrationis, in mē
suram vniuscuiusq; partis augmentum corporis facit,
in ædificationē sui in charitate, vt assurgat vnum tem-
plum dei in omnibus,& vnum domicilii cælestis habi
taculum in spiritu vniuersorum. In quo non solum san
ctorum hominum,sed omnium credentium,omnium
etiam superiorum rationabilium virtutum ac potesta-
tum,connexionem fidei spiritusq; accipiendā arbitror, F
vt per harmoniam quandam virtutum ac ministerio-
rum corpus vnū ex omnibus rationabilis naturæ spiri
tualibus adhæreat capiti suo Christo,ita ædificationis
compage connexa,vt ne tactu quidem iunctura singu-
lorum adhærentium discrepare videatur. Hoc est enī
quod dixit Gręcus ἀφὴν τῆς χορηγίας κατ᾽ ἐνέργειαν ἐν
μέτρῳ:quod non difficile erit tanto architecto secundū
mensuram vniuscuiusq; meritorum ac fidei conuenien
tem sibi connectere,cum ædificatio charitatis ruinā of-
fensionis excludat atq; obstruat. Non est ergo dubitan-
dum cælestium potestātum adhæsura ad hoc templū
ædificandum consortia. incongruum quippe intelligi
quod ita assurgat humanæ charitatis ædificatio in tē-
plum dei,vt fiat in nobis habitatio dei in spiritu, nō sic
autem in cælestibus potestatibus. Cuius rei gratia, vt
maturius in nobis ædificatio huiusmodi procederet,
hortatur nos Apostolus aperire oculos cordis, eleuare
ad superiora, agnitionem dei impense quærere, verita-
tem discutere, abscōdere in corde mādata dei, deponere
erroris desideria, dedecoris occulta, renouari per gratiā
sacramentorum, temperare iracundiam, cōmotionē
ante occasum solis relaxare, cauere ne superiora tua oc-
cupet aduersarius, spiritus ille habens potestatem, qui
se immersit in cor Iudæ, & cōminuit aīæ ei⁹ ianuas, ne

G posset resistere,furem excludere, mendacem auertere,
exurgere a mortuis,sobrietatē assumere,vxorē viro vt
ecclesiā Christo debere esse subditā,virū pro vxore ani=
mam suam offerre,sicut se pro ecclesia tradidit Christꝰ.
Postremo quasi bonum bellatorem sumere arma dei
ac pretendere semp, nō solū aduersus carnē & sanguinē
sed etiā aduersū spūales nequitias,ne a suis emolliri,ab
extraneis capi possit. Hæc breuiter cōprehēsa vt potui
pstrinxi. Vale fili,& nos dilige,quia nos te diligimꝰ.

Diui Ambrosii ad clericos quosdam qui propter le=
uem aliquā offensionem ab officio desistunt,redarguē=
tis,& ad constantiam exhortantis, Epistola XVII.

AMBROSIVS clericis. Plerūq; humanis
obrepit mentibus, vt aliqua leui perstrictī of
fensione, si nō illis cedāt pro studio volunta=
ria,officio desistāt.Qđ in alio genere homi=
num tolerabile:in iis vero qui rei diuinę intēdūt, plenū
doloris. Sunt enim aliqui in clericorum munere, quibꝰ
inimicus obrepere studet,si alias eos non potuerit cir=
cūuenire,vt læsis huiusmodi serat cogitationes: Quid
mihi prodest in clero manere, subire iniurias, labores
ppeti,quasi nō possit ager meus me pascere, aut si ager
desit,quasi aliter exercere sumptū nequeā? Itaq; hmōi
H cogitationibus etiā boni mores ab officio retrahuntur:
quasi vero hoc solum sit in clerico,vt sumptū expediat
suum,& nō vt diuinū sibi post mortem potius subsidiū
locet:quanq̃ ille post mortem abundet,qui tutus hic po
tuerit decernere aduersum tot inimicorū insidias. Vñ
Eccls.4. Ecclesiastes ait:Optimi duo super vnū,quibus est mer
ces bona in labore ipsorum:quia si ceciderit vnus, alter
erigit socium suum. Vbi sunt duo optimi super vnum
nisi vbi Christꝰ est,& is quem Christus tuetur? Quia
si ceciderit qui cum dño est Iesu,erigit eum Iesus. Sed
qua ratione dixit: In labore ipsorum? Ergo & Christus
Psal.68. laborat? Vtiq; laborat, qui ait: Laboraui clamans. La
Ioan.4. borat,sed in nobis. Deniq; ad puteum fatigatꝰ sedebat.
Sed quomodo laboret, docuit nos Apostolus minore
2.Cor.11. exēplo dicens: Quis infirmatur,& ego non infirmor?
Mat.25. Docuit & ipse dñs sua voce: Ęger eram,& non visita=
stis me.nudus erā,& nō operuistis me. Laborat vt me
4.Reg.4 iacentem erigat. Vnde in Helisæo figura domini pręs=
I cessit,qui proiecit se vt mortuum erigeret, in quo sym=
bolum est quod nobis Christꝰ cōmortuus sit, vt nobis
resurgeret. Proiecit itaq; se vsq; ad nostram Christꝰ fra
gilitatē, vt nos erigeret. Proiecit se,nō cecidit,sed ere=
xit consortem. Ipse enim consortes nos sibi fecit, vt scri=
Psal.44. ptum est:Quia vnctus est oleo iustitiæ præ consorti=
bus suis. Vnde pulchre ait Ecclesiastes: Quoniā qui
ceciderit,alter erigit socium suū,nō ipse erigitur. Chri=
stus enim non alterius auxilio atq; ope erectus est, sed
Ioan.2. ipse se resuscitauit. Deniq; soluite,inquit,hoc templū,
& in triduo illud resuscitabo. Hoc autem dixit de tem=
plo corporis sui. Nec immerito erectus non est ab alio
qui nō cecidit. Nā & ille qui a secūdo erigitur,cecidit:&
qui cecidit,indiget auxilio vt erigatur. Quod & subie=
cta docent, dicēte scriptura: Væ illi vni cum ceciderit,
& non est secundus qui eum erigat, quia & si dormiāt
duo,est calor illis. Commortui enim sumus Christo,
& ideo conuiuimus. Christus nobis cōmortuus est, vt
Luc.12. nos calefaceret,qui ait:Ignem veni mittere in terram.
Mortuus eram,sed quia in baptismate commortuus
Christo sum,accepi lumē vitæ a Christo. Et qui ī Chri
sto moritur, per Christum calefactus vitæ & resurre=
4.Reg.4 ctionis vaporem accipit. Frigidus erat puer, calefecit
eum Helisæus spiritu suo,dedit ei vitæ calorem. Con=
dormiuit ei,vt eū calor quietis eius qui in symbolo con
sepultus ei fuerat,excitaret. Frigidus itaq; est qui non
moritur in Christo. Calefieri nō potest cui ignis ardēs
non appropinquat. Inualescere non potest alteri qui se=

cum non habet Christum. Et vt cognoscas secundum K
mysterium dictum,non secundum numerū, quia opti=
mi duo q̃ vnus,subiecit mysticum, Et spartum triplex Eccls.4.
non corrumpitur. Tria enim quæ non sunt composita,
non rumpuntur. Trinitas itaq; incōpositæ naturæ rū=
pi non potest,quia deus vnum & simplex & incompo=
situm est quicquid est. Quod autem est:permanet,non
subiicitur. Bonum est itaq; adhærere alteri, & inserere
collum in torques eius,& subiicere humerū,& portare
illum,nec tędiare ad vincula,quia de domo alligatorū
exiuit qui regnet, puer ille qui super regē seniorem &
stultum est. Ideoq; qui eum sequuntur,alligati vinculis
sunt. Deniq; Paulꝰ vinctus Iesu Christi. Vnde & ipse Ephe.3.
Iesus captiuam duxit captiuitatem. Non satis visum
est ei soluere captiuitatem,quam diabolꝰ imposuerat,
ne iterum liberos vacantesq; inuaderet,sed perfecta ab=
solutio existimata est sub Christo degere,& iniicere pe
des in compedes sapientiæ ipsius,captiuum esse vt sis
liber ab aduersario. Recte puer, quoniam puer natꝰ est Esa.9.
nobis.& vere optimꝰ puer,cui dictū est a patre deo: Ma
gnum tibi est vocari puerum meum. Sapiēs quoq;, vt
Euangelium docet:Quia proficiebat ætate & sapien= Luc.2.
tia. Conuenienter etiam pauper,quia cum diues esset, 2.Cor.8.
pauper factus est,vt nos sua inopia ditaret. Et ideo nō
fastidit in regno suo pauperem,sed exaudit eum, & li=
berat ex omnibus angustiis & molestiis. Sub hoc ergo
viuamus,vt rex ille senior & stultus nullam habeat po
testatem supra nos. Qui dum vult regnare quasi volū=
tatis suę dominus,nec sub vinculis esse domini Iesu,in= L
ueteratus in peccatis, stultitiæ incidit deformitatem.
Quid enim stultius q̃ relictis cælestibus ad terrena in=
tendisse,& posthabitis perpetuis elegisse ea quæ cadu
ca sunt & fragilia? Nemo ergo dicat: Nō est nobis por=
tio in Iacob,neque hæreditas in Israel. Nemo dicat,nō
sum in clero,quia scriptum est: Date Leui cleros eius.
Et iterū Dauid ait: Quia is qui inter cleros duos me=
dius requiescit,ipse ad superna aliis euolat spiritualibus.
Non dicas de deo tuo,grauis mihi est:nec de loco tuo,
inutilis mihi est,quia scriptum est: Locum tuum noli
relinquere. Vult enim auferre eum aduersariꝰ, vult te
abducere,quia inuidet spei tuæ,inuidet muneri. Sed tu
quicūq; in clero es domini, portio eius & possessio,noli
recedere de dñi possessione,vt dicas domino: Possedi= Psal.138.
sti renes meos, suscepisti me ex vtero matris meæ. Et
ille tibi quasi bono seruo dicat: Transi,recumbe. Va=
lete filii, & seruite domino,quia bonus dominus.

LIBER QVINTVS.

M

Diui Ambrosii ad Horontianum, eum docētis
ex Michea propheta quomodo anima ve=
tus & infirma a recto itinere deuiās lapsa
sit:quoue processu conuertatur,gradū=
que reparet ac reformet,& vt ī pro=
posito suo pseueret admonētis,
Epistola XVIII.

AMBROSIVS Horontia=
no. Prophetæ quidem cōgre
gationē gētium,atq; ecclesiæ
annūciarūt ædificationē futu
rā,sed tñ quia in ecclesia nō so
lum fortiū aīarū iugis pfectꝰ,
verūetiā infirmorū lapsus, &
rursus cōuersio est,ideo possu
mus ex propheticis libris col
ligere queādmodū aut pclara
illa & fortis aīa sine vlla gradiaẗ offēsiōe, aut infirmior
labatur,aut lapsa repet ac reformet gradū. Itaq; sicut in
Cāticis cāticorū beatæ illiꝰ animæ cōtinuos processus
legimꝰ,ita in Michea, de quo nobis ppheta sermo ex=

A ortus est,consideremus lapsæ cōuersionem. Nō enim
ociose te mouit: Et tu Bethleem domus Ephrata, qđ
dictum est ab hoc propheta. Quomodo enī potest do=
mus furoris esse, vbi Christus natus est? Hoc enim ex=
primūt locorum vocabula, sed illustrant operationum
mysteria. Ac primum consideremus quid interpreta=
tionis in latino habeat Micheas. Significat autē,quis
a deo:vel, vt alibi inuenimus,quis iste, Morathi filius,
id est heredis. Quis autem hęres nisi filius dei, qui ait:
Mat.11. Omnia mihi tradita sunt a patre? Et cum ipse esset hę=
res,nos esse voluit cohæredes. Merito quis iste,non e
populo vnus,sed electus ad gratiam dei, in quo loqui=
tur spiritus sanctꝰ,qui prophetare cœpit in diebus Ioa=
than & Achaz & Ezechiæ regum. Quo ordine signi=
ficatur visionis profectus. A malis enim regibus ad
boni regis peruenit tempora. Et ideo quoniam anima
afflicta sub malis ante laborabat regibus,quem proces
sum conuersionis suæ habeat, cōsiderandum videtur.
Destructa erat quasi infirmior, & omnis munitio eius
facta erat via transeuntium,& incursus passionum,lu=
xuriæ deliciis resoluta ac contrita erat,ac relegata a fa=
cie domini. Turris eiꝰ squalida erat, que posita est(vt
Esa.5. in Esaiæ cātico legimꝰ) in medio florentis vineę. Squa
let etenim,quādo vitis arescit,& ouis sua errat. Regre=
B diente autem vitis viriditate,vel oue, splendet. Nihil
enim squalidius iniquitate, nihil splendidius iustitia.
Ad hanc turrim reuocatur ouis, quando anima reuo=
catur a lapsu,& in illa oue Christi regnum redit, quod
est initium,quia ipse est initium & finis,vel initium sa
lutis,sed tamen corripitur prius,eo quod tam grauiter
errauerit,et dicitur ei: Vt quid cognouisti mala, num=
quid rex non erat tibi? Hoc est, habebas regem qui te
regeret & tueretur,deuiare a iustitię tramite nō debui=
sti,relinquere vias domini qui tibi rationabiles sensus
impartiuit. Vbi erant cogitationes tuæ, vbi consilia,
quibus præuidere iniustitiā,propulsare iniquitates in=
sito tibi vigore potuisti? Cur comprehenderunt te dolo
res parturiētis,vt parturires iniquitates,& pareres in=
iustitias? Nullus enim maior est dolor, q̃ is qui peccati
mucrone vulnerat consciētiam, neq; vllum grauius est
onus q̃ peccatorum sarcina,& pōdus flagitiorum. De=
primit animam,curuat vsq; ad terram ne se erigere pos
sit. Grauia fili grauia nimis delictorum pōdera. Deniq;
Lucę.13. illa in Euangelio mulier quæ curuata erat,speciē præ=
tendens animæ laborantis,a Christo potuit solo erigi.
Huic ergo animæ dicitur: Viriliter age, & appropin=
qua filia Sion vt parturias. Dolores enim parturientis
Rom.5. tribulationem operantur,tribulatio patientiam,patiē=
tia probationem,probatio spem,spes autē non confun=
C dit in æternum. Simul egeritur atq; excluditur omne
quod aduersum est bonis moribus,ne residētia eius fru
ctescant semina,atq; in nouos iterum germinēt partꝰ.
Nec ociose dantur ei cornua & vngulę, vt conterat oēs
manipulos areæ,sicut vitulꝰ Libani. Nisi enim mani=
puli contriti fuerint,paleæ ventilatæ, fructus apparere
interiores & absolui nequeunt. Comminuit igitur atq;
excutit prius anima proficiens passionum superflua,vt
fructus suos demonstrare possit in ipsa segete. Quanta
aduersa sunt quæ partus impediant bonos, hæc prius
extirpanda sunt,ne his fructifera internecentur animæ
sata. Tunc etiam illud prospicit prouidus animæ con=
sultor,vt concludat eam in voluptatibus suis,atq; inter=
cludat eiꝰ cupiditates,ne in iis delectetur. Vtiles enim
sunt correptiones parentis,qui non parcit vt obedientē
præceptis salutaribus præstet animam filii sui. Virga
Psal.88. enim visitat,sicut legimus: Visitabo in virga iniquita=
tes eorum. Itaq; qui virga maxillam percutit Israeliti=
cæ animæ,erudit eam ad disciplinam patientiæ domi
nica correptione. Nemo enim desperare debet quicūq;
corripitur atq; arguitur. Qui enim diligit filium,corri=
pit. Nemo de remedio diffidat. Ecce tibi vbi domus

furorem videntis erat,ibi domus panis est:vbi crudeli= D
tas,ibi pietas:vbi pœna innocentium,ibi vniuersorum
redemptio,sicut scriptum est: Et tu Bethleem domus Mich.5.
Ephrata non es minima inter principes Iudę. Ex te e=
nim exibit princeps in Israel. Bethleem domus panis
est,Ephrata domus furorem videntis. Hoc habet in=
terpretatio istorum nominum. In Bethleem natus est
de Maria Christus,eadē autē Bethleem quæ Ephra=
ta. In domo igitur furoris generatus est Christus, &
ideo iam non domus furoris, sed domus panis, quia
panem recepit eum qui descendit de cælo. Domus au=
tem panis furorem videntis Ephrata, quia illic He=
rodes dum Christum requirit, perimi statuit infantu=
los,vnde vox in Rama audita est Rachel plorantis fi= Hiere.31.
lios suos. Sed iam nemo timeat, quia requies illa quā Mat.2.
quærebat Dauid,audita est in Ephrata,inuenta est in Psal.131.
campis syluæ. Tunc adhuc sylua erat nationum cōgre
gatio,sed posteaq̃ in Christum credidit, fructuosa facta
est,quia benedicti ventris fructum recepit. Mortua est
ergo Rachel parturiens,quia iam tūc quasi patriarchæ
vxor furorē Herodis videbat, qui nec minusculæ æta=
ti pepercit. Simul quia ī Ephrata & peperit Beniamin
specie superiorem, mysterio posteriorem, Paulum scili
cet,qui anteq̃ generaretur,non minimos dolores matri
præstitit,cuius filios persequebatur. Et illic mortua &
sepulta est,vt nos commortui & consepulti cum Chri=
sto in ecclesia resurgamus. Inde enī alia interpretatio= E
ne,vel fœcundata,vel repleta fructibus,Ephrata signi=
ficatur. Hic tamē,id est in libro prophetico inuenimus
ὀλιγοσὸς εἶ,id est,in paucioribus es. In Matthæo au= Mat.2.
tē: Et tu Bethleem domus Iudæ nō es in paucioribꝰ.
Ibi domus Iudæ,hic domus Ephrata,in quo verborū
discrepantia,non sensuum est. Nā & Iudæ interior vi=
dit furorem,& exterior pertulit. Et in paucioribus est,
quia pauci sunt qui intrāt in domum panis per angustā
viam. Et nō est in paucioribꝰ,id est de proficiētibꝰ,quæ
Christū non agnouit. Nec minima est,quæ est domus
benedictiōis,& diuinæ gratiæ receptaculū, & in eo mi=
nima cui is qui aliquid cōfert Christo, videtur deferre.
Et qui appetit ecclesiā,Christū appetit. In quouis mini
mo enim Christus aut læditur aut honoratur, secūdū
quod ipse ait: Quod enim vni horum minimorum Mat.25.
fecistis,mihi fecistis. Ipsam autem Bethleem esse quæ
est Ephrata,docet lectio Genesis, vbi ait: Mortua est Gene.35.
autē Rachel,& sepulta est ī via Ephrata,ipsa est Beth=
leem. In via sepulta est sancta Rachel, quæ typus fuit
ecclesiæ,vt trāseūtes dicāt: Bñdictio dñi sup vos, & ve=
nientes veniant in exultatione. Oīs itaq; aīa quæ reci=
pit panem illum descendētē e cœlo, domus panis est,
hoc est panis Christi, quæ habitātis ī se panis cælestis
firmamēto alitur,& corde cōfirmatur. Vñ & Paulus F
ait:Oēs enim vnus panis sumus. Oīs aīa fidelis Beth= 1.Cor.10.
leem est,sicut Hierusalē dicitur,quæ pacē & tranquilli=
tatem habet superioris Hierusalē quæ in cælo est. Ve=
rus panis est qui fractus & cōminutus satiauit vniuer=
sos. Quīta autē traditio hoc habet: Domꝰ panis. beth
domus est,leem panis dicitur. De aliorū traditionibus
propter perfidiā Iudaicā,ne ipsi se redarguerēt,vel ab i=
psis præteritum putamus, vel sublatum ab aliis. De
Iudæ quoq; tribu esse Bethleem docet lectio in Iudi= Iudic.19.
cum libro,quia vir ille Leuita accepit sibi concubinam
de Bethleem Iudæ, & irata est ei concubina eius, &
rediit in domū patris sui in Bethleem Iudæ. Egressus
itaq; Christus a diebus seculi (tunc enim nobis inci=
pit seculum,quando dies salutis)& egressus ad curren=
dam viam,dedit Israel vsq; ad tempus pariētis,cui ad=
uenit Christus,aduenit fœcunditas,aduenit partus,si=
cut euenit ecclesiæ,quæ peperit plures q̃ quæ filios ha=
bebat,& peperit septē,id est legitimos,tranquillos, pa=
cificos. Incipit ergo concipere anima, & formari in ea
Christus,quæ receperit aduentū eius,& pascitur in di=

Gnitis eius vt nihil ei desit, vt videntes etiam eam aliæ animæ reuertãtur ad viam salutis, & erit ei pax, sed nõ potest probari nisi tentationibus. Tunc enim pax eius existimabitur & tranquillitas, cum excluserit vanas cogitationes vel compresserit, cum motus omnes edomuerit passionum insurgẽtium, cum increbuerint angustiæ, persecutio, fames, periculum, gladius. Tũc erit, inquit, pax, quia in his omnib⁹ superamus propter eũ qui nos dilexit, quoniã cõfidimus in eo quia neq; mors neq; quiduis tẽtationum nos ab eius diuellat charitate & separet. Tũc ergo dabit tentationes eius vt iusti probentur. Et dominus quidem dat tentationes ea voluRom. 8. tate, vt neminem decipi velit. Sed quia plerique vincũtur infirmi tẽtationibus, qui fortes sunt probãtur. Tũc illis erit ros a domino, tũc requies, tunc erit anima iusti sicut catulus leonis in ouilibus. Quod euangelico exẽMat. 13. plo ad Christum referre non dubitauerim, quia ipse dixit: Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris sui. Cõprimentur enĩ quadrigæ eius, irrationabiles scilicet im2. Cori. 7. petus & mot⁹ istius corporis: sed abitur illud: Foris pugnæ, intus timores: sed vbiq; id est intus & foris tranquillitas erit, & non erit qui respondeat & resistat bonę voluntati, quia obedientia carnis sublato pariete maceriæ, cum fuerint vtraq; vnum, omnes abolebit discordias. Siqua autem anima infirma, sicut ille secundum carnẽ Israel, titubauerit, & ab illa Christi charitate perH secutionibus turbata se aliquantulũ separauerit, corripitur atq; arguitur quasi infida, quasi ingrata, quasi incredula, quæ liberata a vanitatibus seculi in eas respiciẽdo reciderit, a qua non munera, nõ taurorum sacrificia, sed tantũmodo vt bonum cognosceret, iustitiam faceMich. 6. ret, postulatũ est. Renũciatũ est, inquit, tibi homo quid sit bonum, aut quid dñs exquirit a te, nisi vt facias iudicium & iustitiam, & diligas misericordiam, & paratus sis ire cum domino tuo. Sed quia non seruauit hæc illa infirmior anima, ideo dominus ait: Heu me quia factꝰ sum sicut qui colligit stipulam in messe, et sicut racemũ in vindemia. Audiẽs ergo hæc propheta in quo loquebatur deus, ait ad illam animã: Heu me anima q̃ nõ est plenus timoris a terra. Vel si ipse dominus dicit, miseratus futuras pro peccatis vltiones, atq; pro nostris erroribus ingemiscens. Audiens hæc anima, quia seminum suorum fructus non colliget, nullum messe amissa firmamentum inueniet sui, premet oliua, & vnctionem lætitiæ non habebit, neq; bibet vinum iucunditatis. Cognoscens etiam in operibus carnis omnia plena I sanguinis, plena circumscriptionis, fraudum, fallaciæ, ficta officia pietatis, cõpositas simulationes, & inimicos sibi omnes qui in domo sunt, ideoq; proximi sibi corporis motus cauendos, qui sunt graues animæ nostrę aduersarii, conuertitur, & de deo sperare incipit, & intelligens vere inimicam sibi carnem existere, ait ad eam: Noli supergaudere mihi inimica mea, quia cecidi, sed resurgam, quia si federo in tenebris, dominꝰ illuminabit me. Considerans etiam insultare sibi aliquam potestatem quæ resistebat sibi ne meliorem sequeretur viã, & inequitare quod tradita esset in interitum carnis, vt diuersis attereretur malis, quæ vel a domino ꝓpter peccatorum solutionẽ decernerẽtur, vel ab iniquo propter inuidiam conuersionis, vt ad se reuocaret afflictã, dicit: Adhuc iram domini sustinebo, qui vel lapsam castigat, vel tibi potestatem affligendi dedit, quia peccaui, sustinebo tamen donec iustificet causam meam. Ni si enim confessa fuero, & exoluero precia iniquitatum mearũ, non potero iustificari. Cũ autẽ fuero iustificata, solutẽs duplicia peccata, educet iudicium meũ deponẽs indignationẽ, quia satisfactum sententię est. Educet me ad lumen, vt videã iustitiã eius, & aspiciam delectationem eius. Videbit hoc lumẽ reconciliationis meæ inimica mea, id est diaboli nequitia, & operietur confusione, quæ nunc dicit: Vbi est deus tuus? Videbit in me misericordiam eius, videbit pietatẽ eius. Et ideo nõ au k diamus eum quãdoq; in aduersis aliquibus seculi, cum aut dolor corporis est, aut filiorum amissio, vel cæterarum necessitudinũ, nõ audiamus inquã dicẽtem: Vbi est deus tuus? Tunc eius tentationes cauendæ sunt, cũ grauis vrget dolor, tunc animam ægram auertere studet. Ergo anima quæ illum non audierit insidiantem sibi, videns postea mirabilia dei, videsne in cælo, diabolum autẽ sicut colubrum reptantẽ in terrestribus, gratulabitur dicens: Quis deus sicut tu, auferens peccata, & transferens impietates? Qui non fuisti memor indignationis tuæ, sed sicut in mari mersisti iniquitates nostras sicut Ægyptium plumbũ, & rediisti ad misericordiam volũtarius, quã gemino cõtulisti munere, dimittens peccata, atq; abscõdes, secũdũ quod scriptũ est: BeaPsal. 31. ti quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Alia enim sanguine filii tui abluis, alia donas nobis, vt bonis operibus & confessionibus nostros errores tegamus. Quod ergo ait: Auferens peccata, ad remissionem pertinet, quia penitꝰ ea tollit, ita vt nõ sint, quorum memor nõ erit. Quod vero ait: Transferens iniquitates, eo quod cõfitentibus nobis lapsus nostros, & obumbrantibus eos bonæ operationis fructu, referãL tur in autorem culpæ, & peccati incentorẽ. Quid enim aliud agit qui culpam fatetur, nisi vt aduersãtis nequitię spiritualis dolo se & malitia trãsductum probet? In eo itaq; gratias agit anima ista, quia & aufert dñs peccata, & transfert iniquitates, & demergit in profundũ maris. Quod potest & ad baptismũ referri, quo Ægyptius mergitur, Hebræus resurgit, & quo altitudine sapiẽtiæ & bonorum operum abundantia tegantur peccata superiora, p diuitias misericordiæ dei nostri, qui memor promissionis suæ quam dederat Abrahæ, hæredẽ eius animã nõ est passus perire. Et illa quidẽ anima hoc reuocatur modo. Tu autẽ fili qui a primo flore pueritiæ es hæres ecclesiæ quę te susceperit & tenet, perseuerato in proposito, memor gratiæ dei & muneris quod per impositionem susceptisti manuum mearum, vt & in hoc gradu sicut in ministerio sacro fidem tuam demõstres atq; industriam, & expectes remunerationem dñi Iesu. Vale, & nos vt filius dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, differentis quẽadmodum animam euãgelicam, quę est ecclesiæ filia, dominus Iesus primo susceperit, erudierit, atq; cõsummauerit, Epistola XIX. M

AMBROSIVS Horontiano. Superiore epistola de ea anima sermonem cõtulimus, quæ itineris sui deuios aliquos habuerit anfractus, vt vetus Israel secũdum carnem fluctuãs, quia & ipse liberabitur p dñi nostri Iesu Christi gratiam, cum intrauerit plenitudo gentium, licet ista leuiore errore conuersione sese reformauerit. Hac vero epistola de ecclesiæ filia nobis sermo sit, quã dñs Iesus quẽadmodum primo susceperit, erudierit, consummauerit in suo euangelio, consideremus. Susceptit itaque eam primo tuendam in confusione positam, (Exul enĩ paradisi vbi nisi in confusione degeret anima vniuscuiusque boĩs?) deduxitque eam in Bethleem. Iam profectus susceptæ animæ significatur, quod ascẽdit ad domũ panis, in qua famẽ fidei & sterilitatem nesciat. De nostrarũ animarũ genere & ordine loquor, quibus nos viuimus & mouemur, nõ de aliqua specialiter. Nõ enĩ de proprietate & specie alicuius, sed de genere, vt dixi, animarũ disputandum putamus. Descendit in Ægyptum Christus, patrociniũ & ductum nostræ animę ferens, inde rediit in Iudæam. Fuit in deserto, fuit in Capharnaũ, fuit iuxta fines Zabulon circa maritima, trãsiuit p sata, fuit in Bethphage, fuitĩ Ephren, in Bethania, inde transiuit in padisum, vbi se capiẽdũ dedit, pas-

A sus est in Golgotha. Omnes isti processus animæ nostræ sunt, per quos exercitata gratiam piæ iustitutionis inuenit. Nã posteaq̃ excluſa de paradiso cõditio humana in Adam & Eua in castellũ relegata est, vagari cœpit huc atq; illuc, errabunda circumferens vestigia sine vllo delectu. Tẽpore cõplacito sibi exinaniuit se dominus Iesus, vt exulem in se susciperet, & veteri reformaret gratiæ. Itaq; inuentã recurso anfractu erroris reuocauit ad paradisum, vt euangelii docet lectio. Persta eam duxit, vt ieiunam pasceret, primum in deserto, deinde in Capharnaum agri non vrbis incolatu, deide iuxta fines Zabulon, circa nocturna ꝓfluuia, id est prophetarum obscuriora ænigmata, vt disceret prætendere ad fines gentium, quo omnes conuenirent, nec timeret fluctus vitæ huius & procellas, quia habet Christꝰ naues Tarsis, intelligibiles scilicet, quæ percurrãt mare, & ad templi constructionem pias merces deuehant. In huiusmodi nauibus nauigat Christus, & in puppe tanquam bonus gubernator tranquillo quiescit mari. Commotio excitatur, & increpat vẽtos, vt suis tranquillitatem refundat. Transiens quoq; ad gentes hanc animam liberat, quæ legis vinculis tenebatur, ne transiret ad nationum cõfortia. Venit in Bethaniam in locum obeditionis, ideo ibi mortuus suscitatur. Cum enim ea ko subdita fuerit animæ, tunc iam non quasi mortua iacet in sepulchro suo conditio humana, sed resuscitatur per gratiam Christi. Ibi etiã se pro dei nomine passioB ni discit offerre. De loco obeditiõis, vt Ioãnes docet, in Ephren ducitur, id est ad bonorum fructuum fœcunditatem. inde in Bethaniam reducitur, id est obedientiã. Semel enim quæ piæ subiectionis fructum gustauerit, seruare eam, & in ea probari sæpius nequaquam recusat. Vnde iam probata Hierosolymã venit, digna quæ sit templum dei, in qua Christus habitaret. Deniq; sedens super pullum asinæ dominus Iesus cum gratulatione & gaudio innocẽtis suscipit ætatis. Postea in paradiso verba vitæ æternæ docentur. Vnde etiam dominus se permisit capi, sicut Ioannes scribit euangelista, significans animam nostram vel potius conditionem humanam solutis erroris vinculis eo vnde electa erat in Adã, per Christum regressam. Vnde & latroni Luce. 23. illi confitenti dicitur: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Ille dixerat: Memento mei cum veneris in regnum tuum. Christus non de regno respõdit, sed ad causam: Hodie mecũ eris in paradiso. id est, reformandum est ante quod amissum est, postea conferendum id quod augendum est, vt per paradisum ad regnum perueniatur, nõ per regnũ ad paradisum. Seruatur discipulis qd plus cõferatur pro laboribus, ideoq; incolatum promisit, regnũ distulit. Itaq; is qui sub ictu C mortis cõuertitur, & confitetur dominum Iesum, mereatur incolatũ paradisi. Qui vero multo ante se exercuit, & Christo militauit, acquisiuit populorũ animas, pro Christo se obtulit, habeat paratum stipendiis suis dei regnum, cuius se remuneratione donatũ gaudeat. Mat. 16. Ideoq; Petro dicitur: Tibi dabo claues regni cælorum. Ex latrocinio conuersus requiem habet, in apostolatũ probatus accepit potestatem. Hæc est anima euangelica, hæc est de gentibus, hæc filia ecclesiæ, longe meliore cursu q̃ illa ex Iudęa proiecta, ad dominum Iesum & ad superiora se bonis consiliis & operibus attolles, quã suscepit in Golgotha Christus, vbi Adæ sepulchrũ, 1. Cor. 15. vt illum mortium in sua cruce resuscitaret. Vbi ergo in Adam mors omnium, ibi in Christo omnium resurrectio. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, quæ sit diuina hæreditas definientis, & cur tanto æstimetur, vt propter eam plerique morti se offerant, Epistola XX.

AMBROSIVS Horontiano. Non ociose D quærendum putasti quæ sit rei diuinæ hæreditas, & cur tanto æstimetur, vt propter eam pleriq; etiam mortem suam offerant. Verũ si consideres quia & vsu hũano hæreditatis pecuniarię gratia facit vt venerabiliora fiãt iura pietatis, quia hoc quoq; plus defertur parentibus, ne læsa pietas patris vlciscatur se exhæredatione vel abdicatione contumacis pignoris, mirari profecto desines quæ sit tanta diuinæ hæreditatis appetentia. Est autem hæreditas proposita Christianis omnibus. Sic enim dicit Esaias: Est hęreditas credẽtibus in dominum. Quæ speratur ex repromissione, non ex lege. Quod veteris testamenti exemplo probatur, dicẽte Sara: Expelle ancillam, & filiũ Gene. 21. eius. Nõ enĩ hæres erit filius ancillę cũ filio meo Isaac. Filius Saræ Isaac, filius ancillæ Ismael. hi ante legem sunt. Ergo antiquior repromissio q̃ lex. Nos secundum Isaac filii per repromissionem, Iudæi secundum carnẽ filii ancillæ. Nobis mater libera, quæ non parturiebat, & postea ex repromissione effudit peperitq; masculũ: illis mater Agar, generãs in seruitutem. Liber est cui gratia promittitur, seruus cui iugum legis imponitur. Prius ergo nobis repromissio q̃ illis lex, & secũdum naturam antiquior libertas q̃ seruitus. Libertas igitur ex repromissione, ex lege seruitus. Sed licet repromissio ipsa ante legẽ sit, vt diximus, ex repromissione autẽ libertas, in libertate charitas, secundum legem tamen est charitas, quæ maior libertate est. Non ergo serui. Et quomodo scriptum est: Laudate serui dominum? Psal. 124 Quõ ipse Apostol⁹ ait: Sed vt serui Christi facientes vo Ephe. 6. luntatẽ dei ex animo cũ bona volũtate? Verũ est & seruit⁹ libera, quæ est volũtaria, de qua Apłus ait: Qui liber vocat⁹ est, seru⁹ est Christi. Hęc est seruitus ex aniE mo, nõ ex necessitate. Itaq; nos serui quidẽ sumus creatoris nostri, sed libertatẽ habemus, quã per gratiã Christi accepim⁹ generati ex repromissione fecũdũ fidẽ. Vũ quasi ex libera geniti, libertatis sacrificiũ deferamus, signati in frõte, sicut liberos decet, vt nõ cõfundamur, sed gloriemur signati spũ, nõ carne. Quib⁹ rẽcte dicit: Stat- Gala. 5. te, & nolite iterũ iugo seruitutis cõtineri. Nõ dixit, nolite seruire, sed nolite iugo seruitutis contineri. Est enim grauius iugum seruitutis q̃ seruitus. Deniq; Isaac filio suo Esau petenti benedictionem ait: Ecce ab vberta- Gene. 27. te terræ erit tibi benedictio, & a rore cæli a summo, & super gladium tuum vives, & seruies fratri tuo. Erit autem, cum deposueris & solueris iugũ illius a collo tuo. Quomodo istud cõuenit, vt seruiat cum soluerit iugũ fratris a collo suo, nisi distantiam esse intelligamus seruitutis? Quę igitur sit differẽtia, ipsa nobis exponat lectio. Bonus Isaac, & bonus nobis, qui secũdum ipsum in libertatem nascimur: & bonus pater vtriq; filio. DeniqF quod vtrũq; diligeret, circa alterũ affectu probauit, circa alterum benedictione. Seniori enim filio dixerat vt cibum deferret sibi, & acciperet benedictionem: sed dum ille moram facit, & cibum agrestẽ & forensem requirit, frater iunior domesticum detulit ex ouium grege. Bonus cibus omnium Christus est, bonꝰ cibus est fides, suauis cibus misericordia, iucũdus cibus gratia. Hos cibos epulatur populus ecclesiæ. Bonus cibus spiritus dei, bonꝰ cibꝰ pctorũ remissio. At vero ille preduRom. 10. rus cibꝰ rigor legis, terrorq; pœnarũ. Agrestis cibꝰ obseruãtia literę potꝰ q̃ gra iudulgẽtię. Deniq; ille pplus sub maledicto, nos i bñdictione. Velox cibꝰ fides. Prope est enĩ verbũ in ore tuo, & in corde tuo: tardior cibꝰ legis. Deniq; dũ lex expectatur, pplus erravit. Cõsulit igitur bñdictionẽ pater impigro & fideli filio: sed quia bonus pater erat, seruauit & seniori filio benedictionẽ, vt eũ seruũ faceret fratris sui, nõ quo familiam suã degeneri vellet seruituti addicere, sed qa is qui regere se nõ potest & gubernare, seruire debet, & subditus esse prudentiori, vt eius regaf cõsilio, ne sua stultitia ꝓcipiteſ, & la

batur temeritate. Pro benedictione igitur huiusmodi cõfertur seruitus. Deniq; inter bona annumeratur, inter collatam terræ vbertatem,& rorem cæli a summo. Sed quia dixerat, Super gladiũ tuum viues: ne ei fortitudinis aut potestatis noceret præsumptio, addidit: Seruies fratri tuo. vt carnis fructũ vberes,& diuinæ rorem adipiscaris gratiæ,& eum sequaris qui te suo gubernaculo regat. Sed tunc erit istud, Cum deposueris iugum eius a collo tuo, vt voluntariæ seruitutis mercedem habeas, non iniuriam subeas necessitatis. Inhonora huiuscemodi seruitus, quę necessitate cogitur. Honorata autem quæ pietate defertur. Vnde apostolus: Si volens hoc ago, mercedem habeo. si inuitus, dispensatio mihi credita est. Melius vtiq; mercedis præmiũ q̃ dispensationis obsequium est. Nos igitur non contineamur seruitutis iugo, sed charitate spirit9 seruiam9, quia dicit apostolus: Per charitatem spiritus seruite inuicem. Timor legis est, charitas euangelii. Deniq; initium sapientiæ timor domini. Plenitudo autem legis charitas. Tñ & ipsa lex dicit, Et in hoc verbo omne mãdatum instauratur,& in isto vno, inquit, sermone impletur: Diliges proximum tuum. Hoc est igitur quod proposuimus: quia etsi ex lege seruitus, tamen secundũ legem libertas. Charitas enĩ libertatis, timor seruitutis est. Est igitĩ & charitas legis,& seruit9 charitat(, sed lex charitatis prænũcia est, charitas' euãgelii pię seruitutis arbitra est. Non superflua itaq; lex, quæ tanquã pædagogus prosequitur infirmiores. Infirmitatem dico morum, nõ corporũ. Infantes enim sunt qui fari verbũ dei nesciunt, qui eius opera non recipiunt. Nam si ætas senectutis vita immaculata, vtiq; ætas adolescẽtiæ est vita maculosa. Lex ergo pædagogus fuit, id est, nomos, donec fides veniret. Et quasi infirmi, inquit, custodiebamur a lege, conclusi in eam fidem quæ reuelanda foret. Postquam autem fides aduenit, non dicit euangeliũ, sed fidẽ. Ea est enim sola fides, quę est in euangelio. Nã licet iustitia dei in eo reuelatur, quæ est ex fide in fidẽ, tamẽ sic illa legis est fides, si ei accedat fidei plenitudo. Merito ergo fides ista quasi sola dicitur, quia illa sine hac fides non est, sed in hac cõfirmatur. Deniq; vbi hęc fides venit, plenitudo aduenit, aduenit filiorũ adoptio, cessauit infirmitas, abiit infantia, in virum perfectum assurgimus, Christum induimus. Quomodo igitur infirmus & paruulus esse potest, in quo Christus est dei virtus? Ergo ad perfectionẽ venimus, perfectionis precepta accepimus. Audisti hodie lectum: Non possum ego a me facere quicquam, sicut audio, & iudico. Audisti lectum: Ego non accuso vos, ego non iudico. Ego non accuso, Moyses vos accusat, in quem speratis. Audisti lectum: Si ego testimonium perhibuero de meipso, testimoniũ meũ non est verũ. Didici qualis iudex, qualis testis esse debeam. Non enim quasi infirmus dicit, Non possum ego a me facere quicquam, sed infirmus ille qui sic intelligit. Nihil quidem sine patre facit filius, quia communis operatio, & vnitas potestatis est. Sed hoc loco quasi iudex loquitur, vt cognoscamus homines in iudicando q̃ non ex voluntate nostra & potestate, sed ex æquitate debeamus formare sententiã. Constitue aliquem reum coargutum & conuictum criminis, non astruentem defensionis genera, sed deprecãtem, ac voluentem se ad genua iudicis. respondet ei iudex: Non possum a me facere quicquam. Iustitia in iudicando, non potentia est in iudicando. Ego non iudico, sed facta tua de te iudicant. Ipsa te accusant, & ipsa te condẽnant. Leges te adiudicãt, quas iudex nõ cõuetto, sed custodio. Nihil ex me ego profero, sed ex te forma iudicii in te procedit. Secundũ quod audio iudico, non secundũ quod volo,& ideo iudiciũ meum verũ est, quia nõ voluntati indulgeo, sed æquitati. Cõsideremus itaq; quæ sit iudicãdi religio. Dñs cæli atq; terrarum iudex omnium dicit: Nõ possum a me facere quicq̃, sicut audio,& iudico. Et homo dicit dño suo: Nescis quoniã potestatẽ habeo dimittere te,& potestatem habeo crucifigere te? Quare dominus non potest? Quia iudiciũ, inquit, meum verum est. Non enim quæro voluntatẽ meam, sed voluntatem eius qui misit me, id est, nõ voluntatẽ hominis quem videtis: nõ arbitrium hominis, quem vos hominem tãtummodo iudicatis: non voluntatem carnis, quia spiritus promptus, caro autem infirma: sed voluntatem diuinam, quæ autor legis, arbitraq; iudicii est. Similiter & testis verus est, qui non sibi, sed alii fert testimoniũ. Scriptum est enim: Laudet te proximus tuus, & nõ os tuum. Pulchre autem dicitur Iudæis mystice: Ego vos non iudico, id est, ego vniuersorum redemptio, ego peccatorum remissio vos nõ iudico, quia me non recepistis. Nõ iudico, qui libenter indulgeo. Ego non iudico, qui sanguine meo redimo peccatores. Ego nõ iudico, qui deleo iniquitates,& memor non ero. Ego non iudico, qui malo vitam q̃ mortẽ peccatoris. Ego non iudico, quia non damno, sed iustifico confitentes. Moyses vos accusat. ille vos arguit, in quem speratis: ille accusat vos, quia iudicandi non habet potestatẽ, quæ eius debetur autori. Ille ergo in quẽ speratis, accusat: iste in quẽ sperare noluistis, absoluit. Magna, Iudæi, imprudẽtia. Merito accusantur in criminibus suis, quia accusatorem elegerunt, & bonũ iudicem refutarunt. Ideoq; decst illis absolutio, pœna nõ deest. Recte ergo fili a lege cœpisti, in euangelio confirmatus es, a fide in fidem, sicut scriptũ est: Iustus enĩ ex fide viuit. Vale,& nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, quæstionem de natura & substantia animæ, subtili responsione dissoluentis, Epistola XXI.

AMBROSIVS Horontiano. Quæsisti a me vtrũ anima cælestis esse videatur substantiæ. Nõ enim aut sanguinem, aut ignẽ, aut neruorum harmoniam animã putas, vt vulgus philosophorum interpretatur, aut vt illa patricia quædam eorum prosapia Platonis disputat, qđ ipsum se mouet,& non mouetur ab alio, ipsa tibi anima videtur: vel certe vt Aristoteles acri ingenio quartum quoddam elemẽti genus induxit, probasti, id est entelechian, ex quo cõponeres & velut fingeres animę substantiam. De quo tibi Esdræ librum legẽdum suadeo, qui & illas philosophorũ nugas desperexerit, & abditiore prudentia, quã collegerat ex reuelatione, perstrinxerit eas substantiæ esse superioris. Apostolus quoque etsi non expressit, tamen intelligendum nobis reliquit quasi bon9 magister,& spiritualis agricola occultis doctrinæ seminibus excitãs discipulorum ingenia, q̃ animæ nostræ potioris creaturæ sint,& cuiusdam præstantissimæ naturæ. Cum enim dicit quia vanitati creatura subiecta est, non sponte, sed propter eum qui subiecit in spe, quoniam & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei, ostẽdit nõ mediocrem animarum esse gratiam, quarum vigore & virtute in adoptionem filiorũ dei assurgit humanum genus, habẽs in se quod ad similitudinem & imaginem dei tributum est sibi. Animæ enim neq; tactu aliquo comprehenduntur, neq; visu corporeo videntur, & ideo præferunt illius incorporeæ & inuisibilis naturæ similitudinem, & supergrediuntur substãtia sua corpoream & sensibilem qualitatem. Quæ enim videtur, temporalia sunt, temporalia significant, temporalibus agglutinantur. Illa autem quæ non videtur, æterno illi & summo adhærent bono, atq; in ipso viuunt & sunt & mouentur, nec ab eo, si boni consulunt, sepatiuntur separari accliuidi. Vnaquæq; ergo anima vidẽs se corporeo isto clausam gurgustio, quæ tamen terrenæ huius habitationis cõsortio nõ degenerauerit, ingemiscit

Sapiẽ. 9. grauata corporis huius coniunctione: quia corruptibile corpus grauat animam,& inclinat terrenũ habitaculum mentẽ multarũ cogitationum. simulq; cognoscẽs
2.Cor. 5. quia per fidẽ ambulat, non per speciẽ, peregrinari vult de corpore,& adesse ad dñm. Aduertim9 igitĩ quomodo vanitati creatura subiecta sit, non ex voluntate sua, sed ex diuino arbitrio, quo dispositum est animas corporibus coniungi oportere propter spem earum, vt dũ sperant bona, dignas se præstent cælesti remuneratione. Omnes enim nos oportet adesse ad tribunal Christi. Ideo vniuscuiusq; anima præuideat rependenda sibi merita conuersationis suæ. Et pulchre ait: Propria corporis, id est, quod suscepit regẽdum, vt si bene rexit, præmiũ referat, propter quod in spe subiecta est. si male, supplicium, quia non sperauit in deum, nec ad illam adoptionem filiorum,& ad veræ libertatem affectauit
Rom. 8. gloriæ. Docuit igitur Apostol9 q̃ humani generis creatura subiecta vanitati sit. Quid enim tam subiectũ vanitati q̃ homo & q̃ anima eius? Deconsortibus eius dicit: Cum sumus in corpore isto, ingemiscimus grauati.
2.Cor. 5. Psal. 143 Sed & Dauid dicit: Homo vanitati similis factus est.
Psal. 38. Et: Vniuersa vanitas oĩs homo viuẽs. Vita itaq; hois in hoc seculo vanitas est. Huic vanitati subiecta est aĩa. Itaq; sanctus cũ facit quæ sunt corporis, nõ sponte facit, nõ volẽs, sed propter eũ qui subiecit in spe, facit, vt ei pareat. Ab hoc igitur exemplo animæ progrediamur ad
B creaturas reliquas. Propone tibi solem, lunam, & stellas, quæ cæli lumina etsi præclaro fulgent nitore, creaturæ sunt tamen, & ad quotidianum ministerium vel surgunt vel occidunt, seruientes dispositioni creatoris æterni, ministrantes splendorem quo vestiuntur, atq; die nocteque emicant. Quotiens soli iste obtexitur nubibus, quotiens obiectum afferunt terræ, cum e regione eius luminis sui radius fuerit repercussus: oriuntur ipsi sed vt ait scriptura, Luna nouit occasus suos. Nouit quãdo pleno orbe suo luceat, quãdo exinanito. Stellæ quoq; nebulis obductę vanescunt, quæ sustinent ministerium huius mundani vsus, non sponte vtiq;, sed in spe, quia sperãt etiam huius laboris gratiam ab eo qui subiecit eas. Ideoq; propter eum sustinẽt, id est, propter eius voluntatem. Nec mirum si patienter sustinent, cũ sciant dominum suum, & creatorẽ omnium siue quæ in cælo, siue quæ in terra sunt, suscepisse nostri corporis fragilitatem, nostræ conditionis seruitutem. Cur ergo illa seruitutem corruptionis suæ nõ patiẽter sustineãt, cum dominus omnium pro toto mundo se humiliauerit vsq; ad mortem, serui formam susceperit, peccatum
Phil. 2. C mũdi, maledictum etiam pro nobis factus sit? Illius ergo imitantes bonitatem cælestes creaturæ, licet ingemiscant q̃ mundi huius vanitati subiectæ sint, consolãtur se tamen q̃ liberabuntur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ cum filiorũ dei adoptio venerit, quæ est vniuersorum redemptio. Cum enim intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. Cui enĩ non ignoscit populo, qui ignoscit etiam illi persecutori
Mat. 27. suo qui dixit, Crucifige crucifige: Sãguis eius super nos & super filios nostros? Sed quia vanitati etiam cælestis subiecta creatura est, licet istud ĩ spe, etiam horum perfidiam & temulentiam vanitate huius mundi lapsam pertinere ad veniam patietur veritatis pietas, & redemptio vniuersitatis. Ergo vt concludamus, & ille tantus ac talis sol, & illa luna quam noctis tenebræ nõ operiunt, & illæ stellæ quæ sunt ornamenta cæli, seruitutem corruptionis nunc sustinẽt, quia corruptibile omne corpus. Siquidem & cæli peribũt, & cælum & terra præteribit. Postea autẽ & sol & luna & cætera stellarum lumina requiescent in gloria filiorũ dei, quando
1.Cor. 15. erit deus omnia in omnibus: qui & in te & in nobis sit per suam plenitudinẽ & misericordiã. An ipsos quoq; angelos qui in istius mundi laboribus diuersa sustinẽt ministeria, sicut in Apocalypsi legimus Ioãnis, nõ ingemiscere credimus cum adhibẽtur pœnarum & excidiorum ministri? Qui habentes vitam beatã mallent vtiq; eam in illo superiore tranquillitatis suę statu currere, q̃ nostrorum peccatorum pœnis vltricibus interpolari. Etenim qui gaudent vnius peccatoris redẽptione, vtiq; tantorum peccatorum erumnis ingemiscunt. Si igitur etiã cælestes creaturæ & potestates seruitutẽ corruptionis sustinẽt, sed in spe, vt pro nobis postea & nobiscum lætẽtur, etiam nos passiones huius temporis futuræ spe & expectatione consolemur gloriæ. Vale fili,& nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, superioris quæstionis responsionem latius explanãtis atq; complẽtis, Epistola XXII.

AMBROSIVS Horõtiano. Superior epistola tuæ inquisitioni respondit. Hæc meæ responsionis portio est, quæ non soluat, sed impleat superiorem. Nã dum vlteriora recẽseo, mouit me fateor quia addidit: Scimus enim quod Rom. 8.
omnis creatura congemiscit: cum in priori capitulo sine adiectiõe dixerit quia creatura vanitati subiecta est. Nõ enim omnẽ creaturã, sed creaturã subiectã dixit. Et
E iterũ ait: Quoniã & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis. Tertio autẽ addidit quod omnis creatura congemiscat. Quid sibi igitur vult ista adiectio? Nisi forte quia nõ omnis creatura subiecta vanitati est: & quia non omnis vanitati subiecta est, nõ omnis a seruitute corruptionis liberabitur. Quid enim liberetur a seruitute quę vanitatis & corruptionis eius expers atq; immunis sit? Omnis autem congemiscat, non in suo, sed in nostro loco,& comparturiat illum fortasse spiritum salutis, spiritum iucunditatis, expectãs adoptionem filiorum dei, vt cõmunem de redemptione humani generis creaturæ lætitiam & exultationem. Aut propter charitatem igitur suam omnis ingemiscit nostrum laborem, aut propter membrum sui corporis, cuius caput Christ9 est. Sed siue ita vt diximus, siue simpliciter subiectam creaturã omnem dixerit congemiscere & comparturire, vt voles intellige. Nunc illud cõsideremus quod adiecit: Non solum autem illa, sed etiã
F nos primitias spiritus habentes ipsi intra nos ingemiscimus, adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri. Quid sit adoptio filiorũ, superior pagina docet. Et ideo exponendi sensus gratia ad superiorem recurrendum est paginam. Qui spiritu, inquit, facta carnis mortificat, viuet. Nec mirum si viuat, cũ filius dei fiat qui habet spiritum dei. A deo filius dei, vt non accipiat spiritum seruitutis, sed spiritum adoptionis filiorum, eousq; vt testimonium spiritui nostro sanctus spiritus reddat quod sumus filii dei. Testimoniũ autem hoc est spiritus sancti, quod ipse est qui clamat in cordibus nostris, Abba pater: sicut ad Galatas scriptũ Gal. 4.
est. Sed & illud grãde testimoniũ quod filii sumus dei, quia sumus hæredes dei, cohæredes autem Christi. Cohæres autem est eius qui conglorificatur ei. Conglorificatur vero ille qui patiẽdo pro ipso, compatitur ei. Et vt nos hortetur ad passionem, adiungit: quia omnia quæ patimur, minora sunt & indigna quorum pro la- Rom. 8.
boribus tanta repẽdatur futurorum merces bonorum, quæ reuelabitur in nobis, cum ad dei imaginem reformati gloriam eius facie ad faciem aspicere meruerimus. Et vt magnitudinem reuelationis futuræ extolleret, addidit quod & creatura hanc reuelationem expectet filiorum dei, quæ nunc vanitati subiecta est, nõ spõte, sed in spe, quia sperat de Christo gratiam ministerii sui, vel quia & ipsa liberabitur a seruitute corruptiõis, vt assumatur in libertatem gloriæ filiorum dei, vt sit vna libertas creaturæ, & filiorũ dei, cum reuelata fuerit eorum gloria. Verum nunc dum reuelatio procra-

G stinatur, congemiscit omnis creatura expectans adoptionis & redemptionis nostræ gloriã, parturiens iam illum spiritum salutis, & volens liberari a vanitatis seruitio. Cui coniunxit Apostolus etiam sanctorum gemitum, qui habent primitias spiritus. nam & ipsi ingemiscunt. Quamuis enĩ de suo merito securi sint, tamen quia futura est adhuc redẽptio totius corporis ecclesiæ, compatiuntur. Cum enim adhuc membra patiuntur corporis sui, quomodo alia membra licet superiora nõ compatiuntur membris vnius corporis laborantibus?

1.Co.12. Vnde puto dixisse Apostolum quia tunc & ipse filius subiectus erit, qui ei subiecit omnia. Qui enĩ adhuc laborant, nondum subiecti sunt, in quibus fortasse adhuc sitit Christus, adhuc esurit, in quibus nudus est, eo qđ non impleant verbum dei, non induant Christum, qui est indumentum credentium, amictus fidelium. Sed & illi in quibus æger est, adhuc medicina indigent, & ideo nondum subditi. Subiectio enim ista virtutis est, non infirmitatis. Denique in fortibus & facientibus manu datum dei, subiectus est dei filius. Nunc autem magis in iis laborat qui non subueniunt laborantibus, q̃ in illis qui sibi postulant subueniri. Hæc est pia interpretatio & vera subiectiõis domini Iesu, qui ideo se subiicit, vt sit deus omnia in omnibus. Sensum Apostolicũ percurrimus, nunc cõsideremus qui sunt primitias spiritus habẽtes. Et ideo legem interrogemus quid sit qđ primitiarum vel initiũ nomine declarauerit. Initia, inquit, areæ & lacus tui non fraudabis. Et infra: Initia primitiarum tuarũ inferes in domũ dñi dei tui. Alię sunt primitiæ, aliæ decimæ. Primitiæ maioris gratiæ, sanctificationis obseruantissimæ. Ideo placuit Abel, quia non est suum munus moratus, qui de primitiuis ouiũ obtulit. Licet aliqui distantiam velint esse inter primitias & primogenita, id est quæ primo nascuntur, eo qđ collectus seminibus quasi ex omnibus initia offerãtur: areæ tamẽ de messe quod primum tollitur, id offertur domino, sed de hoc alias. Sanctificari autẽ videtur primitiarum munere tota areæ messis, sed ipsę sanctiores primitiæ sunt. similiter sancti primitiæ sunt dñi, præcipue Apostoli. Primũ enim deus posuit in ecclesia Apostolos, qui & pleraq; prophetarunt, & euangelizarunt dominum Iesum, quia primi receperunt eum. Recepit eum Symeon propheta, Zacharias propheta, Ioannes filius eius, Nathanael, in quo dolus nõ erat, & ideo sub ficu requiescebat. Ioseph qui dicebatur iustus, qui sepeliuit eum. Isti sunt primitiæ fidei nostrę, sed tamen eadem cæterorum natura seminum, quæ primitiarum, licet in aliquibus minor gratia. Potens est enim deus ex lapidibus filios Abrahæ excitare. En tibi exẽplum de ipso domino Iesu. In resurrectione mortuorum primogenitus ex mortuis dicitur. Eundem ipse Apostolus primitias significauit dicens: In Christo omnes vificantur, vnusquisq; autem in suo ordine, primitiæ Christus, deinde ii qui sunt Christi, qui in aduẽtũ eius crediderunt. Eadem in illo corporis veritas quæ in nobis, sed tamẽ & primogenitus ex mortuis dicitur, quia primus resurrexit: & primitiæ, quia sanctior omnibus fructus, qui etiam cæteros consortii sui fructus sanctificauit. Ipse etiam initium eorum qui ad imaginẽ, quasi imago inuisibilis dei, in quo secundum diuinitatem nihil corporeum, nihil temporale, quia splendor est glorię paternæ, & imago substantiæ eius. Produximus sermonem epistolarem, dum volumus quid sint primitię significare. Primitiæ ergo nostri apostoli electi ex oĩb9 præsentis temporis fructibus, quibus dictum est: Et maiora his facietis. Fudit enim sem eos gratia dei. Isti inquam ingemiscebant expectantes redemptionem totius corporis, & adhuc ingemiscunt, quia multorum est labor qui adhuc fluctuant. Et si aliquis ad superiora se littoris subsistat, & adhuc medio corpore cẽdatur fluctibus, ingemiscit & comparturit, donec totus euadat.

Col.1. 1.Cor.15. Exod.34. Heb.1. Ioan.14.

Ingemiscit vtiq; qui adhuc nobis dicit: Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Nõ ergo nos moueat quod ita scriptũ est: Qui primitias spũs habentes, ipsi intra nos ingemiscimus adoptionẽ filiorum, expectantes redemptionem corporis nostri. Sẽsus enim apertus est, eo qđ primitias spiritus habentes ingemiscunt, adoptionem filiorum expectantes. Quæ adoptio filiorum, redemptio totius corporis est, quãdo facie ad faciẽ quasi dei filius per adoptionem videbit illud diuinum & æternũ bonum. Est enim adoptio filiorum in ecclesia domini, quãdo clamat spiritus: Abba pater: sicut habes ad Galatas. Sed illa erit perfecta, quando resurgent omnes in incorruptione, honore, gloria, qui merentur dei faciem videre. Tunc enim vere redemptam se humana iudicabit conditio. Vñ Apostolus gloriatur dicens: Quia spe salui facti sumus. Salus autem spes, sicut & fides, de qua dicitur: Fides tua te saluũ fecit. Ergo creatura quæ non sponte, sed in spe vanitati subiecta est, spe saluatur, sicut & Paulus cum sciret lucrum sibi esse mori, vt cum Christo esset solut9 corpore, permanebat in carne propter eos quos Christo acquireret. Spes autem quid est nisi futurorum expectatio? Vnde ait: Spes autem quę videtur, non est spes. Non enim quæ videntur, sed quę non videtur, æterna sunt. Nam quod videt quis, quid sperat? Videmur enim tenere ea quæ videmus. Quomodo ergo quæ tenemus speramus? Nihil igitur eorũ quæ sperantur videtur. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit quæ præparauit deus diligentibus eũ. Ergo si sperari non potest quod videtur, non bene habent aliqui, Nã quod videt quis, quid & sperat? Nisi & forte sic intelligas, nam quod videt quis, quid & sperat, vel quid expectat? Quia illud verum est quia id speramus quod non videmus: & ideo quanuis abesse videatur a nobis, expectamus illud per patientiam. Expectãs enĩ expectaui dominũ, & respexit me. Ideo ergo expectamus patienter, quia bonus est dominus sustinentibus eum. Et videtur conuenire, quia reddidit patientiam. Expectamus quæ speramus, & non videmus. Multũ enim facit qui sperat & ea expectat quæ non videtur, & propterea quod intendat mentem ad illud, omne quod est sustinet. Pulchre autem dicitur: Spes autem quę videtur, non est spes, de potestatib9 istius seculi, de dignitatibus, de diuitiis. Vides nescio quem fascibus præminentem & curribus, nihil habet spei in curribus qui videntur. Nec in ipso cæli elemento spes est, sed in domino cæli. Nec Chaldæus in stellis spem habet quas obseruat, nec diues in possessionibus, auarus in vsuris, sed ille spem habet qui in eum spem suam ponit quẽ nõ videt, id est in domino Iesu, qui medi9 nostrum stat, & non videtur. Denique oculus non vidit, nec auris audiuit quæ præparauit dominus diligentibus eum.

2.C. k Rom.8. Rom.8. Luc.18. Rom.8. 1.Cor.2. Psal.39. Rom.8. Psal.26.

M

Diui Ambrosii ad Horontianum, dubitationẽ tollentis de quo spiritu dictum sit quia postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Epistola XXIII.

AMBROSIVS Horontiano. Concatenãtur sibi epistolæ nostrę, vt tanquã inter præsentes videamur sermonem cedere. Ita ego ex tua interrogatione, tuq; ex mea explanatione epistolis scribendis materiam damus. Moueri enim te indicasti de quo spiritu dictum sit quia postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Superiora igitur repetam9, vt lectio manifestet quod quærimus. Similiter, inquit, & spiritus adiuuat infirmitatem nostrę orationis. Nõne tibi videtur spiritus sanct9, qui adiutor nobis est, sicut ille cui dicitur: Adiutor meus es tu, ne derelinquas me, neq; despicias me deus salutaris me9? Quis enim alius spiritus qui possit docere Paulũ quid oraret? Docet autem spiritus Christi, sicut & Christus, orare discipulos suos. Quis autẽ post Christum

A doceret nisi spiritus eius, quem ipse misit vt doceret, &
8.Cor.14 dirigeret nostras orationes? Oramus enim spiritu, oramus & mẽte. Vt bene mens possit orare, præcedit spiritus, & deducit eam in viam rectam, ne obrepant carnalia, ne minora, ne etiam maiora viribus. Vnicuique enim datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Denique scriptum est: Petite magna, & parua adiicientur vobis. Petite cælestia, & terrena adiicient. Ergo vult nos maiora petere, non in terrenis morari. Ille autem scit quid tribuat, diuidens singulis prout vult. Dicit enim interdum, sciens mensuram quam nos ignoramus, Nõ potestis hæc modo accipere. Peto mihi passionem martyrii. spiritus promptus est, sed videʒ infirmum carnis meæ, ne dum maiora cupio, minora amittã, dicit: Nõ potes hęc accipere. Quales occasiones habui, & de ipso prope fine reuocatus sum. Nouit enim bonus medic9 quæ esca cui apta sit infirmitati, & cui tempori ad profectum valetudinis. Interdum opportunitas escæ sanitatẽ reddit. quod si importune aliquis accipiat, aut non conuenienter, implicatur periculo. Ergo quia nos nescimus quid oremus, & quomodo oporteat, postulat pro nobis spiritus sanctus. est enim aduocati nostri Iesu, & postulat gemitibus ineffabilibus. Dolet enĩ pro nobis
Hiere.4. & Christus. Et deus pater dicit: Ventrem meũ doleo. Et frequenter indignantem eum legimus & dolẽtem.

B Gemit autẽ vt auferat peccata nostra, doceat nos agere pœnitentiam. Est enim pius gemitus, & plenus auPsal.37: toritatis, de quo dicit Propheta: Et gemitus meus nõ est absconditus a te. Non enim latebat vt Adam, sed
1.Par.21. dicebat: Ecce ego pastor, & grex iste qd deliquit? Ego peccaui, in me vindica. Ex hoc igitur gemitus spiritus
2.Cor.12. dei, & ille prophetę gemitus, bene ineffabilis, quia cælestis. Ea enim quæ in cælo audiuit Paulus, ineffabilia audiuit, vt fari ea homines non deberent: sed quæ occulta hominibus, deo nota sunt. Nouit enim omnia qui scrutator est cordis, sed illa scrutatur quæ mundauit spiritus. Nouit ergo deus quid postulet spiritus, & quę spiritus sapientia sit, quia interpellat pro sanctis, sicut habes: quia & spiritus interpellat pro nobis. Pro quibus enim Christus passus est, & quos sanguine mundauit suo, pro iis interpellat & spiritus. Vale, & nos vt filiʒ dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Marcellum, narrãtis se causam
C veteres nosti iurgii inter illum & fratrem ac sororem componendi tanquam arbitrum suscepisse, rationemq; huiusce modi cõpositionis exponentis, Epi. XXIIII.

AMBROSIVS Marcello. Apud me decursus est tui textus negocii quod non intulisti, sed recepisti, quia erat & pietatis necessitas, & probandæ in pauperes liberalitatis voluntas. Cognoui autem secundum sacrę formã præceptionis, in qua me induit & beatissimi Apostoli auctoritas, & tuæ doctrinæ acvitæ forma & disciplina. Nã cum ipse arguerem quod adhuc inter vos maneret veternosum iurgium, cognoscẽdi mihi necessitatẽ partes imposuerunt. Erubui recusare, fateor, cum præsertim rogati vtriusq; partis inuicem se lacesserent dicentes, vt meo sub examine liqueret cui parti maiora iuris vel iustitiæ suffragia forent. Quid plura? Cum iam conclusi essent dies, & paucarum horarũ superesset spatiũ, quibus tñ alia audiret præfectus negocia, petierũt causæ patroni, progari paucorũ dierũ tẽpora, vt ego residerẽ cognitor. Tãt9 ardor erat Christianis viris ne præfect9 de episcopi iudicaret negocio. Aiebant præterea nescio quæ gesta ídecora, & pro suo quisq; studio iactabat, quę episcopo potius iudice q̃ præfecto examinari oporteret. His confusus, simul admonitus apostolicæ præceptionis quæ arguit dicens: Nõne de iis qui intus sunt, vos iudicatis? Et iterum: Secularia igitur iudicia si habue-

ritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre iudicio contẽdit, & hoc apud infideles. Recepi cognitionem, ita tamen, vt compositionis essem arbiter. Videbam enim quod si pro tuis iudicarem partibus, posset ille non acquiescere. si pro illo ferretur sententia, obediret tua & sanctæ sororis defensio. Erat ergo iniqua decernẽdi cõditio. Posset etiam illis videri suspecta necessitudinis sacerdotalis gratia. Quãdo enim victus quemuis aliũ q̃ se æquiorem putat? Et quod verum est, erant vetusti iurgii intolerabilia vtriq; parti dispẽdia, si finis eius aut fructu careret, aut liberalitatis solatio. Cũ igitur anceps iudicium, ius controuersum, multiplices ab vtraque parte actiones cernerem, inuidiæ plenas supplicationes, rescriptorum quoque obreptiones obtexerent, aduerterem etiam graui conditione illum si vicisset, acturum de duplis fructibus & de sumptibus annosæ litis, tuo autem officio non conuenire, vt expensas iurgii posceres, nec competere vt quicquam de fructibus possessor ageres quos percepisses, malui iurgium compositione sedare, q̃ pronũciatione acerbare. Alia enim habebãt excitari iurgia. Tum, quod est grauissimum, etsi iurgia sublata forent, erant tamẽ odia mãsura quæ apud bonos mores dispendii sunt. Inter hos æstus positus, cum me persona sacerdotis, fœminei sexus videę gravitas, amici quoque contemplatio, trino quodãmõ perfunctorio conueniret nomine, illud sequendum putaui, vt neminem vinci vellem, & omnes vincere. Nec fefellit sententia. Vicistis enĩ oẽs germanitati, vicistis naturę, vicistis scripturæ dicenti: Quare nõ magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed putas te grauatum iactura iuris, damno pecuniæ. Meliora vtique sacerdotibus damna q̃ lucra fecuti sunt. Beatius est enim dare q̃ accipere. Sed forte dicas, fraudem non debui pati, iniuriam non debui perpeti, damnum subire. Quid ergo? Inferre velles? Sed & si tu non inferres, ille se passum diceret. Itaq; vide qđ dicat Apostolus: Quare non magis fraudem patimini? vt prope videatur qui non patitur feciſſe. Tolerare enim debet qui fortior est. Verum quid ego ita tecum ago, quasi hoc meum & non tuum sit? Tu enim obtusti quasi arbiter litis vt soror in diem vitæ suæ possideret partem prædii, post obitum eius fratri cederet oĩs possessio. Neq; quisquam eum vel tuo vel ecclesiæ conueniret nomie, sed sibi haberet, si ita mallet, vt nihil dispensaret ecclesiæ. Hoc cum ego prædicarem, & præferem tantam animo tuo infusam liberalitatis gratiam, respondit germanus tuus placere sibi oblationẽ si meus deteriorandæ possessionis decederet. Quemadmodum enim fœmina, & quod est amplius, vidua, possessionem regeret tributariã? Quid sibi profuturũ quod sibi iura possessionis cederes, si maiora ex inculto agri subeunda sibi dãna arbitraretur? Mouebat hoc vtriusque partis togatos. Itaq; omnium consparante assensu placuit vt Lætus agrum susciperet, & certum numerum frumenti, vini, olei, sorori quotãnis pensitaret. Ergo sanctæ germanæ tuæ non ius, sed solicitudo decessit, nõ fructus sed culturæ labor, non redditus, sed incerti euentus quædam (vt dicitur vulgo) alea. Si tempestates ventorum graues prouentum impedierint, sororitamen tuæ sua vbertas manebit. Si nimia siccitate aruerint locorum gignentia, sorori tamen tuæ stata nõ minuetur fœcunditas. Sibi asscribit Lætus cõditionẽ oblationis suæ. si necessitates temporum & extraordinariæ incubuerint exactiones, germana tua beneficio tuo & dispendio Læti immunis erit. Lætus autem se proprietate locorum sõlabitur. Vicistis ergo omnes. Lætus, quia ius loci adeptus est quod non tenebat. sorror, quia annuis potietur fructibus, iam sine lite, sine iur

D

E

Actu.26. 1.Cor.6.

F

G gio.nemo tamen plenius,nemo gloriosius q̃ tu vicisti, qui dum erga sororem confirmari vis liberalitatem tuam,in vtrunq; eam fraternæ consortem necessitudinis contulisti. Nam & fratri concessisti proprietatem, & sorori vsus fructum. Nihil autem adimitur ecclesiæ, quod pietati acquiritur. Charitas enim non damnum, sed lucrum Christi est. Deniq; charitas, fructꝰ spiritus sancti est. Apostolico igitur charactere cognitio decursa est. Dolebamus ante quod litẽ haberes. Profuit iurgium, vt formam indueres apostolicæ vitæ & præceptionis. Illud sacerdotio non congruebat, hæc trãsactio & apostolicam decet normam. Nec vereare ne immunis sit atq; exors ecclesia liberalitatis tuæ. Habet & illa fructus tuos, & quidem vberiores, habet fructus doctrinæ tuæ, habet tuæ vitæ stipendium, habet fœcunditatem, quam tuis institutis rigasti. His diues redditibus non quærit temporalia, quia æterna possidet. Addidisti autem ei non solum apostolicos, sed etiam euangelicos fructus. dominus enim dixit: Facite vobis amicos de iniquo mammona. Fecisti & tu amicos, et quod mirabile est, ex dissidentibus. Fecisti in ius germanitatis redire fratres, fecisti eos hac charitate, hac gratia securos q̃ suscipiãtur in æterna tabernacula. Christo igitur autore, & duobus arbitris sacerdotibus, te qui formam prior dedisti, me qui sententiã prompsi, facta pax non claudicabit, quando tanta fidei conuenerunt suffragia, vt pfidia nõ possit esse sine pœna. Arabit Lętus soror, cui antea alienos inuidebat labores: messem Lætus soror colliget, in qua ante ferre non poterat alienas donationes: deferet fructꝰ ad fororis horrea, & hoc lætus faciet, recepta iam etiam nominis sui proprietate. Tu interea conformatus in Apostolum Christi assumens propheticam autoritatem dices ad dominum: Possedisti renes meos. Hæc meli? Christum possessio decet, vt virtutes sacerdotis possideat sui, hos fructus capiat, qui sunt integritatis & continentiæ, & quod est amplius, charitatis & tranquillitatis. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Luce. 16.

Psal. 138.

Gratiani Augusti ad beatum Ambrosium, vt ad se docẽdum venire festinet postulantis, & vt scripturis atq; argumentis spiritum sanctum deum esse conuincat rogantis, Epistola XXV.

I AMBROSIO religioso sacerdoti omnipotentis dei Gratianus Augustus. Cupio valde vt quem recordor absentem, & cum quo mente sum, cum eodem corpore sim presenti. Festina igitꝫ ad me religiose sacerdos, vt doceas doctrinam vere credentem, non quo contentioni studeã, aut velim magis deum verbis q̃ mente complecti, sed vt magis aperto pectori reuelatio diuinitatis insideat. Docebit enim me ille quem nõ nego, quem fateor deũ ac dominum esse meum, non ei obiiciens quam in me video creaturam, qui Christo nihil me addere posse cõfiteor. Veruntamen vt etiam patri me commendem filium prædicando, non ego in deum verebor inuidiã, non me talem laudatorem putabo, qui diuinitatẽ verbis augeã. Ego infirmus & fragilis, quãtũ possũ prædico, non quantum est ipsa diuinitas. Rogo te vt mihi de ipso tractatu quem dederas, augẽdo illic de spiritu sancto fidelem disputationem, scripturis atq; argumentis deum esse cõuincas. Diuinitas te seruet per multos annos, & cultor dei æterni quem colimus Iesum Christum.

Diui Ambrosii ad Gratianum Augustum, epistolam ipsius plurimum commendantis, suæque voluntati se satisfacturũ pollicentis, Epistola XXVI.

REATISSIMO Augusto Gratiano, & k Christianissimo principi Ambrosius episcopus. Non mihi affectus defuit Christianissime principũ. Nihil enĩ habeo quod hoc verius & gloriosius dicã. Nõ inquã mihi affectꝰ defuit, sed affectũ verecũdia retardauit quo minus clementiæ tuæ occurrerem. Reuertenti tũ si non occurri vestigio, occurri animo, occurri voto, in quo maiora sunt officia sacerdotis. Occurri dico. Quando enim abfui, quem toto sequebar affectu, cui sensu ac mẽtibus inhærebam? Et certe maior animorum præsentia est. tuum quotidianum iter legebam, nocte ac die i tuis castris cura & sensu locatus, orationum excubias prætendebam, & si inualidus merito, sed affectu sedulus. Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebam?. Nihil hic adulationis est, quã tu non requiris, ego alienam nostro duco officio: sed plurimum gratiæ quã dedisti. Scit ipse nostri arbiter quem fateris, & in quẽ pie credis, refici viscera mea tua fide, tua salute, tua gloria, meq; non solum officio publico debitas pẽdere preces, sed etiã amore priuato. Reddidisti enĩ mihi quiẽtẽ ecclesiæ, perfidorum ora, atq; (quod vtinã) & corda clausisti, & hoc non minore fidei q̃ potestatis autoritate fecisti. Nam quid de literis recentibus loquar? Scripsisti tua totam epistolam manu, vt ipsi apices fidem tuam pietatemq; loquerẽtur. Sic Abraham sua manu quondam vitulum occidit, vt hospitibus epulantibus ministraret, nec in ministerio religioso aliorum adiumenta quæsiuit. Sed ille priuatus aut domino & angelis, aut domino in angelis deferebat, tu Imperator dignatione regali honoras infimum sacerdotem. Sed domino defertur cum seruulus honoratur. Ipse enim dixit: Quod vni horum minimorũ fecistis, mihi fecistis. At ego humilitatem tantummodo prædico in imperatore sublimem, ac non amplius fidem, quam vere conscia meriti tui mente dixisti, quam docet te ille quem nõ negas. Quis enĩ alius docere te potuit, vt ei non obiicias quã in te vides creaturam? Nihil moralĩ?, nihil expressius dici potuit. Creaturam enim Christum dicere, pro obiectu contumeliæ est, non pro confessione reuerentiæ. Deinde quid tam insolens, q̃ id eum existimare qđ nos sumus? Docuisti igitur me, a quo te discere velle profiteris. nihil tale adhuc legi, nihil tale audiui. Q̃ pium autem illud, q̃ admirabile, q̃ in deo non vereris inuidiã, de patre remunerationẽ pro filii amore præsumis, & laudando filium, non ei te posse aliquid addere confiteris, sed velle vt etiam patri te filii prędicatione commẽdes. Quod vtiq; solus te docuit ille qui dixit, Qui me diligit, diligetur a patre meo. Addidisti ad hęc, quia tu infirmus & fragilis non te talẽ laudatorem putabis, vt diuinitatem verbis augeas, sed quantum possis prædices, non quantum est ipsa diuinitas. Hæc infirmitas in Christo fortior est, sicut & apostolus dixit: Cum infirmor, tunc potens sum. hæc humilitas excludit fragilitatem. Veniã plane, & festinabo vt iubes, vt hæc præsens audiã, vt hæc præsens legã, cum ex tuo ore procedunt. Misi autem duos libellos, quorum iam quia tuę clementiæ sunt probati, periculum nõ verebor. De spiritu vero interim veniam scriptioni peto, quoniã quẽ iudicem mei sim sermonis habiturus agnoui. Interim tamen sententia & fides tua, de domino & saluatore deprompta de dei filio, redundat ad assertionem vberrimam per quam sancti quoq; spiritꝰ diuinitas sempiterna credatur, vt non ei obiicias quam in te vides creaturam, nec deum patrem domini nostri Iesu Christi spiritui suo existimes inuidere. Quod enim creaturæ caret communione, diuinum est. Si dominus fauerit, huic etiam clemẽtię tuæ satisfaciam voluntati, vt cuius accepisti gratiã, eum plane in dei gloria præminentẽ suo nomine existimes honorandum. Beatissimũ te & florentissimum deus oĩpotens pater dñi nostri Iesu Chri-

L

Mat. 25.

M

Ioan. 14.

2. Cor. 12.

A sti tueri ætate prolixa, & regnum tuum in summa gloria & pace perpetua confirmare dignetur domine imperator Auguste, diuino electe iudicio, principum gloriosissime.

Diui Ambrosii ad Valentinianũ imperatorem, legationis suæ expositionẽ insinuantis, Epi. XXVII.

AMBROSIVS Valentiniano imperatori. Etsi superioris legationis meę fides ita approbata sit tibi, vt ratio eius a me nõ quæreretur. Satis enĩ claruit eoipso quod aliquot dies retentus sum intra Gallias, me violẽtiã a Maximo non recepisse, neq; iis astipulatum quæ ad voluntatem eius magis q̃ ad pacem propenderent. Deniq; non cõmisisses secundam legationẽ, nisi primam probasses. Sed quia regredienti mihi decernendi secum imposuit necessitatem, ideo hac epistola expositionem legationis meæ insinuãdam putaui, ne cuiusquam sermo viri prius vana intexeret, q̃ reditus meus integra & syncęræ veritatis expressa signaculo manifestaret. Cũ peruenissem Treuiros, postridie processi ad palatiũ. Egressus est ad me vir gallicanus, præpositus cubiculi, eunuchus regius. Posposci adeũdi copiam, quæsiuit num rescriptum haberem clementiæ tuæ. Respondi habere. Retulit non posse me nisi in consistorio videri. Dixi nõ esse hũc morem sacerdotalem, certe esse aliqua de quibus serio deberem cum suo principe confabulari. Quid plura? Consuluit eum, sed eadem referenda credidit, vt siquæret etiam priora ex illius arbitrio deprõpta. Dixi tamen alienum id quidem a nostro munere, sed me recepto officio non defuturum, gratam mihi esse humilitatem in tuo præfertim, & quod verum est, fraternæ pietatis negocio. Vbi sedit i cõsistorio, ingressus sum, assurrexit vt osculũ daret. Ego inter consistorianos steti, hortari cœperunt alii vt ascenderem, vocare ille. Respõdi ego: Quid osculari eum quem non agnoueris? Si enim me agnouisses, non hoc loco videres. Commotus es, inquit, episcope? Non inquam iniuria, sed verecundia, quod alieno consisto loco. Et prima, inquit, legatione ingressus es consistorium. Nec illud inquam mei erroris fuit. vocãtis non ingredientis vitium est.

B

C Cur, inquit, ingressus es? Quia inquam tunc vt inferi pacem petebã, nunc vt æquali. Cuius, inquit, beneficio æqualis? Respondi, omnipotentis dei, qui Valentiniano regnũ quod dederat reseruauit. Ad postremũ erupit dicens: Quoniam me lusisti, & ille Bauto qui sibi regnum sub specie pueri vendicare voluit qui etiam Barbaros mihi immisit, quasi ego nõ habeã quos possim adducere, cum mihi tot milia Barbarorum militent, & annonas a me accipiant. Q̃ si ego tunc quando venisti non essem retentus, quis mihi obstitisset & virtuti meæ? Ad hæc ego leniter: Non opus est inquã vt commouearis, cum causa nulla sit cõmotionis, sed patiẽter audias quę referãtur istis. Propterea & ego veni, quia prima legatione dum mihi credis, per me decepturn te esse asserebas. Gloriosum mihi est hoc pro salute pupilli imperatoris. Quos enĩ episcopi magis q̃ pupillos debemus tueri? Scriptum est enim: Iudicate pupillo, & iustificate viduam, & eruite iniuriam accipientem. Et alibi: Iudices viduarum, & patres orphanorũ. Tamen non exprobrabo beneficium meum Valentiniano, vt verum eloquar. Vbi ego tuis legionibus obstiti quo minus influeres in Italiã? Quibus ripibus? qua acie? quibus numeris? An vero corpore meo clausi tibi Alpes? Vtinam hoc meum esset, obiectionem non timerem, non vererer criminationes tuas. Quib? promissis lusi te vt paci acquiesceres? Nõne intra Gallias iuxta vrbem Mogontiacum comes Victor occurrit mihi quem direxisti vt pacem rogaret? In quo ergo te fefellit Valentinianus, qui prius pacem a te rogatus

Esa. 1.

Psal. 67.

est q̃ postularet? In quo fefellit Bauto qui deuotionem D Imperatori exhibuit suo? An quia principem suum nõ prodidit? In quo ego te circumscripsi? Qui vbi primũ veni, cum diceres quod Valentinianus ad te quasi filius ad patrem venire deberet, responderim non esse æquum vt aspero hyemis tempore puer cum matre vidua penetraret Alpes. Sine matre autem tanto itineri dubiis rebus committeretur. De pace nobis legationem commissam, non de aduentu eius promissionem: spondere nos id non potuisse certum est, qđ mãdatum non erat, me certe nihil spopõdisse, adeo vt diceres, Expectemus quid Victor responsi referat. Illum autem liquet me retento peruenisse Mediolanum, negatumque ei qđ postulabat. De pace tantum cõspirare studia, non de aduentu Imperatoris, quem moueri non oporteret. Præsens eram vbi Victor rediit. Quomodo ergo reuocaui Valentinianum? Legati iterum missi ad Gallias, qui eius aduentum negarent, apud Valentiã Gallorum me repererunt: milites vtriusque partis qui custodirent iuga montium, offendi reuertens. Quos ego tuos reuocaui exercit? quas de Italia reflexi aquilas? quos immisit Barbaros Bauto comes? Et quid mirum si hoc Bauto fecisset, transrhenanus genere, cũ tu miniteris imperio Romano Barbarorum auxilia, E & turmas transalpinas, quibus commeatus prouincialium tributa soluebãt? Vide autem quid interfuit inter tuas minitationes, & Valentiniani Augusti pueri mãsuetudinem. Tu flagitabas quod Barbarorũ stipatus agminibus Italiæ te infunderes. Valentinianus Hunnos atq; Alanos appropinquantes Gallis per Alemãniæ terras reflexit. Quid habet inuidię si Bauto Barbaros cũ Barbaris fecit decernere? Quoniã dũ tu militem Romanum occupas, dum is aduersum se vtrinq; prætendit, in medio Romani imperii sinu Iuthungi populabantur Rhetias. Et ideo aduersus Iuthungum Hunnus accitus est. Idem tamen quia de finitimo proterebat Alemanniam, & iam vicinia mali vrgebat Gallias, coactus est triumphos suos deserere, ne tu timeres. Confer vtriusq; factum. Tu fecisti incursari Rhetias, Valentinianus suo tibi auro pacem redemit. Aspice illum quoq; qui tibi ad dexteram assistit, quem Valentinianus cum posset suum dolorem ylcisci, honoratum ad te redire fecit. Tenebat eum in suis F terris, atq; in ipso nuncio, necis fraternæ frenauit impetus: nec tibi vicem etsi non parilis dignitatis, eiusdem tamen necessitudinis retulit. Confer ergo, te iudice vtriusq; factum. Ille tibi fratrem tuum viuentem remisit, tu illi vel mortuũ redde. Quid illi reliquias germani abnegas, qui tibi aduersum se auxilia non negauit? Sed vereris ne exuuiarum reditu renouetur militibus dolor? Hoc enim allegas. Quem viuẽtem deseruerũt, eum defendent peremptum? Quid eum mortuum times, quem occidisti cum posses reseruare? Hostem inquis meum peremi. Non ille tuus hostis, sed tu illius. Ille iam non sentit defensionem. Tuam causam considera. Si quis aduersum te hodie imperium in his partibus vsurpandum putet, quæro te, vtrum te hostem illius dicas, an illum tibi? Nisi fallor, vsurpator bellũ infert, Imperator ius suum tuetur. Ergo quem nõ debueris occidere, eius reliquias negas? Habeat Valentinianus Imperator vel fratris exuuias, pacis tuæ obsides. Et quomodo allegabas quod eum non mandaueris occidi, quem prohibes sepeliri? Poterit igitur credi quod ei non inuideris vitam, cui etiam sepulturam inuides? Sed ad me reuertar. Audio te queri quod se ad Theodosium Imperatorem potius cõtulerint qui sunt cum Valentiniano Imperatore. Quid igitur futurum sperabas, cum tu refrigientes eos ad pœnam poscere, captos necare, Theodosius autem muneribꝰ ditaret, donaret honoribus? Quos, inquit, occidi? Respondi ei, Balionem. At quem virum? qualem bellatorẽ? Hęcci-

Gne fuit iusta causa exitii, quod Imperatori suo fidē seruauit? Non ego, inquit, eum iussi occidi. Respōdi: Hoc audiuimus quod occidi iussus sit. Sed, inquit, si ipse sibi vim non intulisset, iusseram eum deduci Cabillonum, & ibi viuum exuri. Respondi, Ergo propterea & illud creditum est quod eum occideris. Quis autē sibi parcē dum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, comes vtilis? Ita tum discessi, vt se tractaturum diceret. Postea cum videret me abstinere ab episcopis qui communicabant ei, vel qui aliquos deuios licet a fide ad necem petebāt, commotus eis iussit me sine mora regredi. Ego vero libēter, etsi me clericis insidias euasurū non crederent, ingressus sum iter, hoc solo dolore percitus, quod Hyginum episcopum senem in exilium duci comperi, cui nihil iam nisi extremus supereset spiritus. Cum de eo conuenirem comites eius, ne sine veste, sine plumatio paterentur extrudi senē, extrusus ipse sum. Hæc est expositio legationis meæ. Vale Imperator, & esto tutior aduersus hominē pacis inuolucro bellum tegentem. Vale.

Diui Ambrosii ad Theodosium imperatorem, seH psum excusantis, & vt ille facinoris sui pœnitētiā agat, rationibus atq; exemplis suadentis, rogantis, hortātis, & admonentis, Epistola XXVIII.

AVGVSTISSIMO Imperatori Theodosio Ambrosius. Et veteris amicitiæ dulcis mihi recordatio est, & beneficiorum quæ crebris meis intercessionibus summa gratia in alios contulisti, gratiæ memini. Vnde colligi potest quod non ingrato aliquo affectu aduentum tuū semper mihi antehac exoptatissimum declinare potuerim. Sed qua causa hoc fecerim, breuiter expediam. Soli mihi in tuo comitatu ius naturæ ereptum videbam audiendi, vt & loquendi priuarer munere. Motus enim frequenter es quod ad me peruenissent aliqua quę in cōsistorio tuo statuta forent. Ego ergo expers communis
Lucæ.8. vsus sum, cum dicat dominꝰ Iesus nihil esse occultum quod non manifestetur? Verecundia igitur qua potui satisfeci imperiali arbitrio, & prospexi ne aut ipse causam commotionis habeas, cum id egerim, ne quid ad me de imperialibus deferatur statutis: aut ego cū futero præsens, aut nō audiam per metum omnium, & quasi conniuentis famam subibo: aut ita audiam vt mihi aures pateant, vox intercludatur, vt audita nō possim eloI qui, ne eos qui in suspicionem proditionis venerint, lædam in periculo. Quid igitur facerem? Non audirem? Sed aures non possem cæra veterum fabularum claudere. Proderem? Sed quod in tuis iussis timerem, in meis verbis deberem cauere, ne quid cruentum committeretur. Tacerem? Sed quod miserrimum forte omnium, alligaretur conscientia, vox eriperetur. Et vbi
Ezech.3. illud, Sed si sacerdos nō dixerit errantibus qui errauerit, in sua culpa morietur, & sacerdos reus erit pœnæ, quia non admonuit errātē. Accipe illud Imperator Auguste, quod habeas fidei studium, non possum negare: qđ dei timorem, non diffiteor. Sed habes naturæ impetū, quem si quis lenire velit, cito vertes ad misericordiā: si quis stimulet, in maius exsuscitas, vt eum reuocare vix possis. Vtinam si nemo mitigat, nullus accendat: libēter eum committo tibi: ipse te reuocas, & pietatis studio vincis impetum naturæ. Hunc ego impetum maIui cogitationibus tuis secreto committere, q̄ meis factis publice fortassis mouere. Itaque maluī officio meo aliquid deesse q̄ humilitati, & requiri in me ab aliis sacerdotis autoritatem, q̄ a te desiderari in me amantissime honorificentiam, vt represso impetu integra esset consilii eligendi facultas. Prætendi ægritudinem corporis reuera grauem, & nisi a viris mitioribus vix leuandam: vel emori tamen maluissem q̄ aduētum tuū biduo aut triduo non expectarem. Sed quid facerē, non k
erat. Factum est in vrbe Thessalonicensium quod nulla memoria habet, quod reuocare non potui ne fieret. Immo quod ante atrocissimum fore dixi, cum totiens rogarem: & quod ipse sero reuocando graue factum putasti, hoc factum extenuare non poteram. Quando primum auditum est, propter aduentum Gallorum episcoporum synodus conuenerat, nemo non ingemuit, nullus mediocriter accepit, non erat facti tui absolutio in Ambrosii communione. In me etiam amplius commissi exaggeraretur inuidia, si nemo diceret dei nostri reconciliationem fore necessariam. an pudet te Imperator hoc facere quod rex propheta autor Christi secūdum carnem prosapiæ fecit Dauid? Illi dictum est
2.Reg.12 quia diues qui haberet plurimos greges, vnam pauperis ouem propter aduentum hospitis eripuit & occidit: & cognito quod in hoc ipse argueretur, quia ipse fecisset, ait: Peccaui domino. Noli ergo impatienter ferre Imperator si dicatur tibi: Tu fecisti istud quod Dauid regi dictum est a propheta. Si enim hoc sedulo audieris, & dixeris: Peccaui domino. Si dixeris regale illud propheticum: Venite adorem⁹, & procidamus an Psal.94. te eum, & ploremus ante dominum nostrum qui fecit nos: dicetur & tibi, Quoniā pœnitet te, dimittit tibi dominus peccatum tuum, & non morieris. Iterum cum plebem numerari iussisset Dauid, percussus est corde, L
2.Reg.24 & dixit ad dominum: Peccaui vehementer quod fecerim hoc verbum. & nunc domine aufer iniquitatem serui tui quod deliqui vehementer. Et missus est iterū ad eum Nathan propheta, qui ei trium optionem conditionum offerret, & quam vellet eligeret, famem tribus annis in terra, aut tribus mensibus fugeret a facie inimicorum suorum, aut triduo mortem in terra. Et respondit Dauid: Angustiæ sunt tria hæc vehementer, veruntamen incidam in manu domini, quoniam multæ misericordiæ eius nimis, & in manus hominis non incidam. Culpa autem erat, quoniā voluit scire numerum totius plebis quæ secū erat: quod scire deo soli debuit reseruare. Et cum, inquit, mors fieret in plebe, ipso primo die ad horam prandii cum vidisset Dauid percutientem angelum in plebem, ait Dauid: Ego peccaui, & ego pastor malignū feci, & hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me, & in domum patris mei. Itaq; pœnituit dominum, & iussit angelo vt parceret plebi, sacrificium autem offerret Dauid. Erant enim tunc sacrificia M
pro delictis, hæc nunc sunt sacrificia pœnitentiæ. Itaq; ea humilitate acceptior deo factus est. Non enim mirā dum peccare hominem, sed illud reprehensibile, si non se cognoscat errasse, non humiliet deo. Iob sanctus &
Iob.31. ipse potens in seculo, ait: Peccatum meum non abscondi, sed coram plebe omni annunciaui. Ipsi immani regi Saul dixit Ionathas filius suus: Noli peccare in ser-
1.Reg.19. uum tuum Dauid, & vt quid peccas in sanguinem innocentē, occidere Dauid sine causa? Quia etsi rex erat, peccabat tamen si occideret innocentem. Denique etiam Dauid cum iam regno potiretur, & audisset Abner innocentem occisum a Ioab duce militiæ suæ, ait: Inno-
2.Reg.3. cens sum ego & regnum meum amodo & vsq; in æternum a sanguine Abner filii Ner. & ieiunauit in dolore. Hæc ideo scripsi, non vt te confundam, sed vt regum exempla prouocent vt tollas hoc peccatum de regno tuo. Tolles autem humiliando deo animam tuā. Homo es, & tibi venit tentatio, vince eam. Peccatum nō tollitur nisi lachrymis & pœnitentia. Nec angelus potest, nec archangelus: dominus ipse, qui solus potest dicere, Ego vobiscum sum. si peccauerimus, misi pœnitē-
Mat.28. tiam deferentibus non relaxat. Suadeo, rogo, hortor, admoneo, qa dolori est mihi, vt tu qui pietatis inauditæ exemplum eras, qui apicē clemētiæ tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot periisse non doleas innocentes. Etsi in præliis felicissime ege-

Aris, & si in aliis quoq; laudabilis, tamen apex tuorum operum pietas semper fuit. Id tibi inuidit diabolꝰ quod habebas præstātissimum. Vince eum dum habes adhuc vnde possis vincere. Noli peccato tuo aliud peccatum addere, vt vsurpes quod vsurpasse multis officit. Ego certe in omnib⁹ aliis licet debitor pietati tuæ, cui ingratus esse non possum, quam pietatem multis Imperatoribus præferebam, vni adæquabam, Ego inquā causam in te contumaciæ nullam habeo, sed habeo timoris, offerre non audeo sacrificium si volueris assistere. An quod in vnius innocentis sanguine non licet, in multorum licet? Non puto. Postremo scribo manu mea quod solus legas. Ita me dominꝰ ab omnibus tribulationibus liberet, quia non ab homine neq; per hominem, sed aperte mihi interdictum aduerti. Cū enim essem solicitus, ipsa nocte qua proficisci parabam, venisse quidem visus es ad ecclesiam, sed mihi sacrificiū offerre non licuit. Alia prætereo, vt potui cauere. Sed pertuli amore tuo, vt arbitror. Dominus faciat vt oia cum tranquillitate cedant. Multifarie deus noster admonet, signis cælestibus, prophetarum præceptis, visionibꝰ etiam peccatorem vult nos intelligere, quo rogemus eum vt perturbationes auferat, pacē vobis imperantibus seruet, fides ecclesiæ & tranquillitas perseueret, cui prodest Christianos & pios esse Imperato-
B res. Certe vis probari deo: omnis rei tempus, vt scriptū
Psal.118. est. Tempus, inquit, faciēdi domine. Et tempus bene-
Psal.68. placiti deus. Tunc offeres, cum sacrificandi acceperis facultatem, quando hostia tua accepta sit deo. Nonne me delectaret habere gratiam Imperatoris, vt seciū voluntatem tuam agerem, si causa pateretur? Et simplex oratio sacrificium est. hæc veniā refert, illa offensionem: quia hæc habet humilitatem, illa contēptum. Dei enim vox est q̄ malit vt fiat mādatum eius, q̄ deferatur sacrificiū. Clamat istud deus, ad populū Moyses annunciat, ad populos Paulus prædicat. Id facito quod intelligis in tempore plus placere. Misericor-
Oseæ.6. diam, inquit, malo q̄ sacrificium. Quare non illi magis
Matt.9. &.12. sint Christiani qui peccatum condēnāt suum, q̄ qui defendere putant? Iustus enī in exordio sermonis accusa-
Prou.18. tor est sui. Qui se accusat cū peccauerit, iustus est, nō ille qui se laudauerit. Vtinam Imperator etiā ante mihi potius credidissem, q̄ consuetudini tuæ: dum puto q̄ cito ignoscis, cito reuocas, vt sæpe fecisti: & tu præuēt⁹ es, & ego non declinaui quod cauere non debuerā. Sed gratias domio, qui vult seruulos suos castigare, ne perdat. Istud mihi cōmune est cum Prophetis, & tibi erit commune cum sanctis. An ego Gratiani patrem non oculis meis præferam? Debent veniam sancta alia pignora tua. Dulce mihi nomen antetuli, quibus amorē communiter detuli. Amo, diligo, orationibus prose-
C quor. Si credis sequere. Si inquā credis, agnosce qđ dico. Si non credis, ignosce quod facio in quo deū prefero. Beatissimus & florentissimus cum sanctis pignoribus fruaris tranquillitate perpetua imperator Auguste.

Diui Ambrosii ad Theodosium imperatorem vindicari iubentem in episcopum & Christianos qui synagogam incenderunt, vehementer eum ob hoc arguentis, atq; vt aliam epistolam dictari iubeat, & quod prius iussum fuerat emendet, exhortantis,

Epistola XXIX.

CLEMENTISSIMO principi ac beatissimo Imperatori Theodosio Augusto Ambrosius Episcopus. Exercitus semper iugibus fere curis sum imperator beatissime, sed nunquā tanto in æstu fui, quanto nunc, cum vi deo cauendū ne quid sit quod asscribatur mihi etiā de sacrilegii periculo. Itaque peto vt patienter sermonem meum audias. Nam si indignus sum qui a te audiar, indignus sum qui pro te offeram, cui tua vota, cui tuas D
cōmittas preces. Ipse ergo nō audies eum quem pro te audiri velis? Non audies pro se agentem, quē pro aliis audisti? Nec vereris iudicium tuū, ne cum indignū putaris quem audias, indignum feceris qui pro te audiatur. Sed neq; imperiale est libertatem dicendi negare, neq; sacerdotale quod sentiat nō dicere. Nihil enim in vobis imperatoribus tam populare & tā amabile est, q̄ libertatem etiā in iis diligere qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Siquidē hoc interest inter bonos & malos principes, quod boni libertatē amant, seruitutē improbi. Nihil etiam in sacerdote tam periculū apud deū, tam turpe apud homines, q̄ quod sentiat non libere denunciare. Siquidem scriptum est: Et loquebar de testi- Psal.118.
moniis tuis in conspectu regum, & nō confundebar. Et alibi: Fili hominis, speculatorē te posui domui Israel, Ezech.3.
in eo, inquit, vt si auertatur iust⁹ a iustitia sua, & fecerit delictum quia non distinxisti ei, hoc est, non dixisti quid sit cauendū, nō retinebitur memoria iustitię eius, & sanguinē eius de manu tua exquirā. Tu autem si distinxeris iusto vt nō peccet, & ipse nō peccauerit, iustus vita viuet, quia dixisti ei: & tu animā tuam liberabis. Malo igitur Imperator bonorum mihi esse tecum q̄ malorum cōfortium, & ideo clementiæ tuæ displicere debet sacerdotis silentium, libertas placere. Nam silentii mei periculo inuolueris, libertatis bono iuuaris. Nō E
ergo importunus indebitis me interfero, alienis ingero, sed debitis obtempero, mandatis dei nostri obedio. Quod facio primum tui amore, tui gratia, tuæ studio conseruandæ salutis. Si id mihi vel non creditur, vel interdicitur, dico sane diuinæ offensę metu. Nam si meū periculum te exueret, patienter me pro te offerrem, sed non libenter. Malo enim te sine meo acceptum deo esse & gloriosum periculo. Sin autē silentii mei dissimulationisq; culpa & me ingratuat, nec te liberat, malo importuniorem meq̄ inutiliorē aut turpiorē iudices. Siquidem scriptum est, dicēte sancto apostolo Paulo, cui- 2.Tim.4
us nō potes doctrinā refellere: Insta opportune importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Habem⁹ ergo & nos cui displicere plus periculi sit, præsertim cum etiam imperatoribus nō displiceat suo quemq; fungi munere, & patiēter audiatis vnumquēq; pro suo suggerentē officio, immo corripiatis si nō vtatur militiæ suæ ordine. Quod ergo in iis libenter accipitis qui vobis militant, num hoc in sacerdotibus pōt molestum videri, cum id loquamur nō quod volumus sed quod iubemur? Scis enim lectum: Cum stabitis an Matt.10.
te reges & præsides, nolite cogitare quid loquamini. da F
bitur enī vobis i illa hora qđ loquamini. nō enī vos estis qui loquimini, sed spūs patris vestri qui loquitur in vobis. Et tū si in causis reipublicæ loquar, quāuis etiam illic iustitia seruāda sit, non tanto astringar metu si nō audiar. In causa vero dei quē audies si sacerdotem nō audies, cuius maiore peccaē periculo? Quis tibi verū audebit dicere si sacerdos non audeat? Noui te pium, clementem, mitem atq; tranquillum, fidem ac timorē domini cordi habentem: sed plerūq; aliqua nos fallūt. Habent aliqui zelum dei, sed non secundum sciētiam. Ne Rom.10.
igitur hoc etiam fidelibus animis obrepat, cauendū arbitror. Noui pietatem tuam erga deum, lenitatē in homines, obligatus sim beneficiis tuarum indulgētiarū. Et ideo plus metuo, ampli⁹ solicitor, ne etiam ipse tuo me postea iudicio cōdēnes, qđ mea aut dissimulatione aut adulatione prolapsionem non euitaueris. Si in me peccari viderem, nō deberem tacere. Scriptum est enī: Mat.18.
Si frater tuus in te peccauerit, corripe illum primo, dei de increpa duobus & tribus testibus. si te non audierit, dic ecclesiæ. Causam ergo dei tacebo? Quid igitur sit quod metuā, consideremus. Relatum est a comite Orientis militarium partium incēsam esse synagogam, idque autore factum episcopo. Iussisti vindicari in cæte

Gros, synagogam ab ipso ædificari episcopo. Nō astruo expectandam fuisse assertionem episcopi. Sacerdotes enim turbarum moderatores sunt, studiosi pacis, nisi cum & ipsi mouentur iniuria dei, aut ecclesiæ cōtumelia. Sit aliquis iste episcopus feruentior in exustione synagogæ, timidior in iudicio: Non vereris Imperator ne acquiescat sententiæ tuæ, ne præuaricetur non times? Non etiam vereris quod futurum est ne verbis resistat comiti tuo? Necesse erit igitur vt aut præuaricatorem aut martyrem faciat. Vtrunq; alienum temporibus tuis, vtrunq; persecutionis instar, si aut præuaricari cogatur, aut subire martyrium. Vides quo inclinet causæ exitus. si fortem episcopū putas, cauēto martyrium fortioris. si inconstantem, declina lapsum fragilioris. Plus enim astringitur qui labi infirmum coegerit. Hac proposita conditione puto dicturum episcopum quod ipse ignes sparserit, turbas cōpulerit, populos cōduxerit, ne amittat occasionē martyrii, & pro inualidis subiiciat validiorem. O beatum mendacium quo acquiritur sibi aliorū absolutio, sui gratia. Hoc est Imperator quod poposci & ego, vt in me magis vindicares, & hoc si crimē putares, mihi ascriberes. Quid mādas in absentes iudicium? Habes præsentem, habes cōfitentem reum. Prodamo quod ego synagogam incenderim, certe quod ego illis mandauerim, ne esset locus in quo Christus negaretur. Si obiiciatur mihi, cur hic
H non incenderim? Diuino iam cremari cœpit iudicio, meum cessauit opus. Et si verū quæritur, ideo segnior fui, quia non putabam hoc vindicandum. Quid facerē quod nullo vltore sine præmio foret? Tangunt hæc verecundiam, sed reuocant gratiam, ne fiat opus quo dei summi contrahatur offensio. Esto tamen, nemo episcoporum ad hoc munus conueniat. Rogauit enim clemētiam tuam: & licet ipse hoc reuocatum adhuc nō legerim, reuocatum tamen constituamus. Quid si alii timidiores dum mortem reformidant, offerant vt de suis facultatibus reparetur synagoga, aut comes vbi hoc cōpererit primo constitutum, ipse de Christianorum censu exædificari iubeat? Habebis Imperator comitē præuaricatorem, & huic vexilla committes victricia, huic labarum, hoc est Christi sacratum nomine, qui synagogam instauret, quæ Christum nesciat? Iube labarū synagogæ inferri, videamus si non resistunt. Erit igitur locus Iudæorum perfidiæ, factus de exuuiis ecclesiæ: & patrimonium quod fauore Christi acquisitum est Christianis, hoc transferetur ad donaria perfidorum? Legimus templa idolis antiquitus condita de manubiis Cimbrorum, de spoliis reliquorum hostiū. Hunc titulum Iudæi in fronte synagogæ suæ scribent, Templum impietatis factum de manubiis Christianorum. Sed disciplinę te ratio Imperator mouet. Quid igitur
I est amplius, disciplinæ species, an causa religionis? Cedat oportet censura deuotioni. Non audisti Imperator quia cū iussisset Iulianus reparari tēplū Hierosolymis, quod diuino qui faciebant repagulum, igne flagrarūt? Non caues ne etiam nunc faciat? Adeo a te non fuit iubendum, vt Iulianus hoc iusserit. Quid tamē mouet? Vtrum quia quodcunq; ædificium publicū exustū est, an quia synagogæ loaris? Si ædificio incenso moueris vilissimo, (quid enī in tam ignobili castro esse potuit?) non recordaris Imperator quantorum Romæ domus præfectorum incēsæ sunt, & nemo vindicauit? Immo si quis imperatorum voluit factum seuerius reprehēdere, eius magis qui tanto est perculsus dispēdio, causam grauet. Quid igitur dignius vt Calinici castri in parte aliqua ædificiorum incendium, an vrbis Romæ vindicandum existimaretur si oporteret? Tamen Constantinopoli dudum domus episcopi incēsa est, & filius clementiæ tuæ intercessit apud patrem, vt & suam, hoc est filii imperatoris iniuriā, & domus sacerdotalis incēdium non vindicares. Non cōsideras Imperator ne &

hoc cum vindicari iusseris, ipse iterū interueniat ne vin k
dicetur? Sed bene illud acquisitum est a patre filio. Dignum erat enim vt suam iniuriam prius ipse donaret. Bene illud cum gratiæ distinctione diuisum est, vt & filius pro sua, & pater pro filii iniuria rogaretur. Hic nihil est quod filio reserues, & vide ne quid deo deroges. Non est ergo causa tantæ commotioni idonea, vt propter ædificii exustionem in populum tam seuere vindicetur. Multo autem minus quia synagoga incensa est, perfidiæ locus, impietatis domus, amentiæ receptaculum, quod deus damnauit ipse. Sic enim legimus per os Hieremiæ dicente domino deo nostro: Et faciā do- Hiere.7.
mui vbi inuocatum est nomen meum super ipsam; in qua confiditis vos, & loco quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Sylo: et proiiciam vos a facie mea, sicut proieci fratres vestros omne semen Ephren. Et tu noli orare pro populo isto, & noli postulare illis misericordiam, & neq; accesseris ad me pro illis, quia non exaudiam te. An non vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iudę? Deus se pro illis prohibet rogari quos tu vindicandos putas. At certe si iure gentium agerem, dicerem quantas ecclesiæ basilicas Iudæi tempore imperii Iuliani incēderint, duas Damasci, quarum vna vix reparata est, sed ecclesię non synagogæ impēdiis. Altera basilica informibus horret ruinis. Incensæ sunt basilicę Gazis, Ascalone, Beryto, & illis fere locis omnibus, & vindictam nemo quęsiuit. Incensa est basilica & Alexā L
driæ a gentibus & Iudæis, quæ sola præstabat cęteris. Ecclesia non vindicata est, vindicabit synagoga? Vindicabitur etiam Valentinianorū phanum incensum? Quid est enim nisi phanum, in quo est conuentus gentilium? Licet gentiles duodecim deos appellēt, isti triginta & duos æonas colant, quos appellāt deos. Nam & de ipsis comperi relatum & præceptum vt in monachos vindicaretur, qui prohibentibus iter Valentinianis quo psalmos canentes ex consuetudine vsuq; veteri pergebant ad celebritatem Maccabæorum martyrū, moti insolentia incenderunt phanum eorum in quodā rurali vico tumultuarie conditum. Quot se offerre habent tali optioni, cum meminerint tempore Iuliani illum quia aram deiecit, & turbauit sacrificium, dānatū a iudice fecisse martyrium? Itaq; nunq; alias ille iudex qui audiuit eum, nisi persecutor habitus est, nemo illā congressit, nemo illum vnquam oculo dignū putauit. Qui nisi iam esset defunct⁹, timerem Imperator ne in eum tu vindicares, quanq; vindictam cælestem nō euaserit suo superstes hæredi. Sed refertur cognitionē mādatam iudici, scriptumq; eo q̄ non referre debuerit, sed vindicare. Requirenda quoq; sublata donaria, vt omittam alia. Incensæ sunt a Iudæis ecclesiarum basilicę, & M
nihil redditum est, nihil repetitū, nihil quæsitū. Quid autem habere potuit synagoga in castro vltimo, cū totum quicquid illic est, nō multum sit, nihil preciosum, nihil copiosum? Quid deinde de incendio potuit rapi Iudęis insidiātib⁹? Artes istæ sunt Iudæorū volētiū calūniari, vt dū ista querūtur, mādetur extra ordinē militaris cēsura iudicii, mittatur miles fortasse dicturus qđ hic aliqn̄ ante tuum Imperator dixit aduētū. Quo poterit nos Christ⁹ iuuare, qui pro Iudæis aduersus Christū militam⁹? Qui mittuntur ad vindictā Iudęorū, suos perdiderūt exercitus, nostros volūt pdere. In quas pręterea nō prosiliāt calūnias, qui etiā Christo falsis testimoniis calūniati sunt? In quas nō prosiliāt calūnias homines & circa diuina mēdaces? Quos nō autores seditionis fuisse dicāt? Quos nō appetāt, etiā quos nō recognoscāt, vt catenatorū ordines innumeros spectent de Christiano pplo, vt captiua videāt colla plebis fidelis, vt cōdātur in tenebras dei seruuli, vt feriantur securib⁹, dēturignib⁹, tradātur metallis, ne pœna cito transeat? Hūc dabis triūphū Iudęis de ecclesia dei? Hoc trophęū de Christi populo? Hæc gaudia Imperator perfidis?

A Hanc celebritatem synagogæ? Hos luctus ecclesiæ? Referet Iudęorum populus hanc solennitatem in dies festos suos, & inter illos profecto numerabit, quibus aut de Amorræis, aut de Chananęis triumphauit, aut de Pharaone rege Aegypti, aut de Nabuchodonosor rege Babyloniæ manu liberari potuit. Addet hanc celebritatem significās se de Christi populo triumphum egisse. Et cum ipsi Romanis legibus teneri se negent, ita vt crimina leges putent, nunc velut Romanis legibus se vindicandos putent? Vbi erant istæ leges cū incenderent ipsi sacratarum basilicarū culmina? Si Iulianus non est vltus ecclesiam, quia præuaricator erat, tu Imperator vlciscēris synagogæ iniuriā quia Christianus es? Et quid tecū posthac Christus loquetur? Non
2.Reg.7. recordaris quid Dauid sancto per Nathan prophetam mandauerit? Ego te de fratribus tuis minorem elegi, & de priuato Imperatorem feci, ego de fructu seminis tui in sede Imperiali locaui. Ego tibi subieci nationes barbaras, ego tibi pacem dedi, ego tibi inimicū tuum in potestatem tuam captiuum deduxi. Frumētum nō habebas ad exercitus alimoniā, ipsorum hostium manu patefeci tibi portas, aperui horrea, dederūt tibi hostes tui cōmeatus suos quos sibi parauerant. Ego perturbaui hostis tui cōsilia, vt se ipse nudaret. Ego ipsum
B vsurpatorem imperii ita vinxi, ac mentē eius ligaui, vt cum haberet adhuc fugiendi copiam, tamē cum omnibus suis tanq̄ metuens ne quis tibi periret, ipse se clauderet. Ego comitem eius atq; exercitū ex altera parte naturæ, quos ante disperseram, ne ad belli societatem coirent, ad supplemētum tibi victorię congregaui. Ego exercitum tuum ex multis indomitis conuenam nationibus quasi vnius gentis fidem & tranquillitatem & concordiam seruare præcepi. Ego cū periculum summū esset ne Alpes infida Barbarorū penetrarent consilia, intra ipsum Alpium vallum victoriam tibi contuli, vt sine dāno vinceres. Ego te triumphare feci de inimico tuo, & tu de plebe mea das meis inimicis triumphum? Nonne ppterea Maximus destitutus est, quia ante ipsos expeditionis dies cum audisset Romę synagogam incēsam, edictum Romā miserat quasi vindex disciplinę publicę? Vnde populus Christianus ait: Nihil boni huic immineret. Rex iste Iudæus factus est, defensorem istum disciplinæ audiuimus. Quem mox Christus probauit, qui pro peccatoribus mortuus est. Si de sermone hoc dictum est, quid de vltione dicetur? Ille igitur statim a Francis, & a Saxonum gente, in Sicilia, Siciæ, Petauione, vbiq; deniq; terrarū victus est.
C Quid pio cōmune cū perfido? Aboleda cū impio sunt etiā impietatis exępla. Quod illi nocuit, & quo victus offendit, hoc nō sequi debet, sed damnare qui vicit. Itaq; illa tibi non quasi ingrato recensui, sed quasi iure collata enumerauī, vt bis admonitus cui plus collatum est, plus diligas. Deniq; hoc respondenti Simoni dixit do-
Lucæ.7. minus Iesus: Recte iudicasti. statimq; cōuersus ad mulierem quæ pedes eius vnguento vnxit typum ecclesię gerens, ait Simoni: Propter quod dico tibi: Remissa sunt peccata eius multa, quoniam dilexit multū. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Hæc est mulier quæ in domū Pharisæi intrauit, & eiecit Iudæum, Christum autem acquisiuit. Ecclesia enim synagogam exclusit. cur iterum tētatur vt apud Christi famulum, hoc est de pectore fidei, de domo Christi synagoga excludat ecclesiam? Hęc ego Imperator amore & studio tui in hūc sermonē contuli. Debeo enim beneficiis tuis quibus me petente liberasti plurimos de exiliis, de carceribus, de vltimę necis pœnis, vt malle debeam pro salute tua etiā offensionem tui animi nō timere. (Nemo maiore fiducia vtitur, q̄ qui ex affectu diligit. Nemo certe debet lædere qui sibi consulit) ne tot animorū conceptam cuiusciūq; sacerdotii gratiā vno momēto amittam. Et tamen non damnū gratiæ deprecor, sed salutis periculum. Quanquā quantū est Imperator vt quęrē- D
dum aut vindicādum nō putes quod in hunc diem nemo quæsiuit, nemo vnq̄ vindicauit? Graue est fidem tuā pro Iudæis periclitari. Gedeon cū occidisset sacratum vitulum, dixerūt gentiles, Dii ipsi iniuriam suam Iudicū.6.
vindicent. Quis habet synagogā vindicare? Christus quem occiderunt, quē negauerunt? An deus pater vindicabit eos qui nec patrem recipiunt, qui filium nō recēperūt? Quis habet Valentinianorū hæresim vindicare? quā pietas tua quomodo vindicat, cū eos excludi iusserit, nec conueniendi vsurpare copiam? Si Iosiam tibi obiiciam regem deo probatum, hoc in istis damnabis quod in illo probatū est. Certe si mihi parum fidei defertur, iube adesse quos putaueris episcopos, tractetur Imperator quid salua fide agi debeat. Si de causis pecuniariis comites tuos cōsulis, quāto magis in causa religionis sacerdotes dñi æquum est consulas? Consideret clementia tua quātos insidiatores habeat ecclesia, quātos exploratores: leuem rimā si offenderint, figent aculeum. Secūdum homines loquor. Cæterū plus hominibus deus timetur, qui etiam imperatoribus iure præfertur. Si amico suo aliquis, si parēti aut propinquo deferendum existimat, recte ego & deferendū deo, & eum præferendum omnibus iudicaui. Consule tibi Imperator, aut patere me consulere mihi. Quid respondebo E
postea si cōpertum fuerit data hinc autoritate aliquos Christianorū aut gladio, aut fustibus, aut plūbis necatos? Quomodo hoc purgabo factū? Quomodo excusabo apud episcopos? Qui nūc quia p triginta & innumeros annos presbyterii quidā gradu functi, vel ministri ecclesiæ retrahuntur a munere sacro, & curię deputantur, grauiter gemunt. Nam cum ii qui vobis militant, certo militiæ tempore feruentur, quāto magis etiā eos considerare debetis qui deo militāt? Quomodo inquā hoc excusabo apud episcopos qui queruntur de clericis, & impressione grauī vastari scribunt ecclesias? Hoc tamen in notitiam clemētiæ tuæ peruenire volui, de hoc vt placet, arbitrio tuo consulere, & temperare dignabeiris. Illud autem quod me angit, & iure angit, exclude atq; eiice: Ipse facis quicquid fieri iussisti. Aut si ille factus non est, malo te magis esse clementem, q̄ illum non fecisse quod iussus est. Habes in quibus domini adhuc debes circa imperium Romanum inuitare clementiam. Habes quibus amplius q̄ tibi speres. Illorū gratia, illorum salus te in hoc sermone conueniat meo: ne causam tuam alieno committas iudicio. Integra adhuc tibi sunt omnia. In hoc me ego deo nostro pro F
te obligo, nec verearis sacramentum. Nunquid deo displicere poterit quod pro eius emendatur honorificentia? Nihil mutaueris certe in illa epistola, siue missa, siue nondum missa est, dictari iube aliam, quę plena fidei, plena pietatis sit. Tibi integrum sit emendare, mihi nō est integrum dissimulare. Antiochenis tuam donasti iniuriam, inimici tui filias reuocasti, nutriēdas apud affinē dedisti matri hosti (tui, misisti de erario tuo sumptus. Hęc tāta pietas, tāta erga deū fides hoc facto obfuscabitur? Tu igitur qui armatis pepcisti hostibus, & seruasti inimicos tuos, ne quęso tāto studio putes vindicandum in Christianos. Nūc Imperator rogo vt nō aspernanter acceperis me & pro te & pro me timentē. Sancti enī vox est, Vt quid factus sum videre contritionem populi mei, vt offensam incurrā dei? Ego certe quod honorificētius fieri potuit feci, vt me magis audires in regia, ne si necesse esset, audires in ecclesia.

Diui Ambrosii ad Valentinianum, eundem rogantis atq; cōuenientis ne ad petitionē gentilium aras eorum imperatorio decreto instaurari iubeat, ostēdētisq; ex tali decreto, primum deo, deinde patri & fratri iniurias irrogari,

Epistola XXX.

G AMBROSIVS episcopus beatissimo principi & Christianissimo Imperatori Valentiniano. Cū omnes hoīes qui sub ditiōe Romana sunt, vobis militēt Imperatoribus terrarum atq; principibus, tū ipsi vos oīpotēti deo & sacræ fidei militatis. Aliter enim salus tuta esse non poterit, nisi vnusquisq; deū verū, hoc est deū Christianorū, a quo cuncta regūtur, veraciter colat. Ipse enī solus verus est
Psal. 95. deus, qui intima mēte veneretur. Dii enī gentiū dęmonia, sicut scriptura dicit. Huic igitur deo vero quisquis militat, & qui intimo colēdū recipit affectu, nō dissimulatiōe, nō cōniuentia, sed fidei studiū & deuotiōis impendit. Postremo si nō ista, cōsensum saltem aliquē nō debet colendis idolis & prophanis ceremoniarū cultibus exhibere. Nemo enim deum fallit, cui oīa etiā cordis occulta manifesta sunt. Ergo cū a te Impator Christianissime fides deo vero sit exhibēda, cum ipsius fidei studiū cautio atq; deuotio, miror quomodo aliquib⁹ in spem venerit ꝙ debeas aras diis gentiū tuo instaurare præcepto, ad vsus quoq; sacrificiorū prophanorū præbere sumptū. Quod enī iamdudū vel fisco vel arcæ est vēdicatū, de tuo magis cōferre videbere, q̄ de suo reddere. Et de dispendiis queruntur qui nunq̄ nostro sanguini
H pepercerunt, qui ipsa ecclesiarū ædificia subruerūt. Petunt etiā vt illis priuilegia deferas, qui loquendi & docēdi nostris cōmunē vsum Iuliani lege proxima denegarunt, & priuilegia illa quibus sæpe decepti sunt etiam Christiani. Nonnullos enim illis priuilegiis partim p imprudentiam, partim propter publicarum necessitatum molestias declinādas irretire voluerūt, & quia nō omnes fortes inueniūtur, etiā sub principibus Christianis pleriq; sunt lapsi. Sed hæc si iam sublata non essent, auferēda tuo imperio cōprobarē. At cum per totū fere orbem a pluribus retro pricipibus inhibita interdictaq; sint, Romæ autem a fratre clementię tuę augustę memoriæ Gratiano fidei veræ ratione sublata sint, & datis antiquata rescriptis: ne quæso vel fideliter statuta conuellas, vel fraterna præcepta rescindas. De negociis ciuilibus si quid statuitur, nemo putat esse temerandū, & præceptū de religione calcatur? Nullus obrepat iuniori ætati tuę. siue ille gentilis est qui ista deposcit, nō debet mentē tuam vinculis suæ superstitionis innectere, sed proprio studio docere & admonere te debet quē admodum veræ fidei studere debeas, quando ille tanto motu veri vana defendit. Deferendum meritis clarorū virorū & ego suadeo, sed deum certū est oībus præferendum. Si de re militari est cōsulendum, debet exercitati
I in præliis viri expectari sententia, cōsilium comprobari. Quando de religione tractatus est, deū cogita. Nullius iniuria est, cui deus omnipotens antefertur. Habet ille sententiam suam. Inuitum nō cogitis colere quod nolit, hoc idem vobis liceat Imperator, & vnusquisq; patiēter ferat si non extorqueatur Imperatori quod moleste ferret si ei extorquere cuperet Imperator. Ipsis gentilibus displicere consueuit præuaricantis affectus. Libere enim debet defendere vnusquisq; fidele mentis suæ & seruare propositū. Quod si aliqui nomine Christiani tale aliquid decernendum putant, mētem tuam vocabula nuda nō capiant, nomina cassa non fallant. Quisquis hoc suadet, sacrificat, & quisquis hoc statuit. Tolerabilius tamē est vnius sacrificium, q̄ lapsus omnium. Totus hic Christianorū periclitatur senatus. Si hodie gentilis aliquis Imperator, quod abfit, aram statueret simulacris, & eo conuenire cogeret Christianos, vt sacrificantibus interessent, vt opplerent anhelitus & ora fideliū cinis ex ara, fauilla de sacrilegio, fumꝰ ex busto, & in ea curia sententiā diceret vbi iurati ad aram simulacri in sentētiam cogerētur: (propterea enī interpretantur aram locatam, vt eius sacramento, vt ipsi putant, vnusquisq; comētus consuleret in medium, cum curia maiore iam Christianorū numero sit referta) persecutionē esse crederet Christianus qui cogeretur tali optio- k
ne ad senatum venire: quod sit plerūq; nam etiam iniuriis conuenire coguntur. Te ergo Imperatore Christiani in aram iurare cogētur? Quid est iurare nisi eius quē testare fidei tuæ pręsulem, diuinam potentiā confiteri? Te Imperatore hoc petitur & postulatur, vt aram iubeas eleuari, sumptum sacrificiis prophanis dari. Sed hoc nō potest sine sacrilegio decerni. Vnde rogo te ne id decernas, statuas, vel in eiusmodi decreta subscribas. Conuenio fidem tuam Christi sacerdos. Omnes cōueniremus episcopi, nisi incredibile hoc & repentinum ad aures peruenisset hominū, quod tale aliquid esset vel in consistorio suggestum tuo, vel a senatu petitū: sed absit vt hoc senatus petisse dicatur. Pauci gentiles cōmuni vtuntur nomine. Nam & ante biēnum ferme cum hoc petere tentarēt, misit ad me sanctus Damasus Romanæ ecclesiæ sacerdos, iudicio dei electus, libellū quē Christiani senatores dederunt, & quidem innumeri, postulantes nihil se tale mandasse, non congruere gentilium istiusmodi petitionibus, non prębere cōsensum, questi etiam publice priuatimq; se non conuenturos ad curiam si tale aliquid decerneretur. Dignum est tēporibus vestris, hoc est Christianis temporibus, vt diguitas Christianis senatoribus abrogetur, quo gentilibus senatoribus prophanæ deferatur voluntatis effectus? Hunc libellum ego fratri clementiæ vestræ direxi. Vnde constitit nō senatum aliquid de superstitionis impensis mandasse legatis. Sed fortasse dicatur: Cur dudum nō interfuerint senatui, cū ista peterentur? Satis loquuntur quid velint qui nō interfuerunt, satis locuti sunt qui apud Imperatorē locuti sunt. Et miramur tamen si priuatis resistendi Romę eripiunt libertatem qui nolunt esse liberā tibi nō iubere quod nō probas, nō seruare quod nō sentis. Et ideo memor legationis proxime mandatæ mihi, conuenio iterum fidem tuam, conuenio mentem tuam, ne vel respondendum secundum huiusmodi petitionem gentilium censeas, vel in eiusmodi responsa sacrilegiū subscriptionis adiungas. Certē refer ad parētem pietatis tuæ principem Theodosium, quē super oībus fere maioribus causis consuleL recōsuesti. Nihil maius est religione, nihil sublimius fide. Si ciuilis causa eēt, diuerse parti respōio seruaretur, causa religionis est, episcopus cōuenio. Detur mihi exēplum missę relatiōis, vt & ego plenius respondeā, & sic de oībus cōsultus clementiæ tuæ parens respondere dignetur. Certe si aliud statuitur, episcopi hoc æquo animo pati & dissimulare nō possumus, licebit tibi ad eccle
siam conuenire, sed illic nō inuenies sacerdotē, aut mue M
nies resistentē. Quid respondebis sacerdoti dicenti tibi: Munera tua nō quērit ecclesia, quia tēpla gentiliū muneribus adornasti? Ara Christi dona tua respuit, qm̄ ara simulacris fecisti. Vox enī tua, manꝰ tua, & subscriptio tua, opꝰ est tuū. Obsequiū tuū dns Iesus recusat & respuit, qm̄ idolis obsecutus es. Dixit enim tibi: Nō po- Matth. 6.
testis duobus dominis seruire. Priuilegia tua sacratæ deo virgines nō habent, & vendicant virgines Vestæ? Cur sacerdotes dei requiris, quibus petitiōes pphanas gentiliū prętulisti? Alieni erroris societatem suscipere nō possumus. Quid respondebis his verbis, puerū esse te lapsum? Omnis ętas perfecta Christo est. Omnis deo plena pueritia fidei comprobatur. Paruuli etiam Christum intrepido aduersus persecutores ore confessi sunt. Quid respondebis germano tuo? Nōne tibi dicet: Victum me esse non credidi, quia te Imperatorem reliqui. Mori nō dolui, quia te hæredem habebā. Imperio me decedere non ingemui, quia imperia mea, prętertim de religione diuina, omnibus seculis mansura credebam. Hos ego titulos piæ virtutis erexeram, has de seculo manubias, hæc spolia de diabolo, has ego de aduersario omnium exuuias offerebam, in quibus æterna victoria est. Quid mihi plus potuit meus hostis auferre?

A Abrogasti decreta mea: quod adhuc ille qui contra me
leuauit arma, nō fecit. Nunc grauius telum corpore recipio, quod a fratre mea statuta damnantur. Meliore parte mei apud te periclitor. Illa enim mors corporis, ista virtutis est. Nunc mihi abrogatur imperium, & quod est grauiꝰ, abrogatur a tuis, abrogatur a meis, & id abrogatur quod in me etiam mei aduersarii prædicarūt. Si volens acquieuisti, damnasti fidem meā. si inuitus cessisti, pdidisti tuā. Ergo, quod grauius est, & in te periclitor. Quid respōdebis etiā patri? qui te maiore dolore cōueniet dicens: De me fili pessime iudicasti, qui putasti quod ego gentilibus conniuentiā præstitissem. Nemo ad me detulit aram esse in illa Romana curia, nunquā tantū nefas credidi, quod in cōmuni illo Christianorū gentiliūq; concilio sacrificarēt gentiles, hoc est insultarent gentiles præsentibus Christianis, & inuiti Christiani interesse sacrificiis cogerentur. Multa & diuersa crimina me imperante commissa sunt, vltus sum quæcunq; sunt deprehensa. si quis tunc latuit, debet ergo dicere me, pbasse quod ad me nemo detulerat? De
B me pessime iudicasti, si mihi superstitio aliena, non fides mea seruauit imperiū. Vnde cū aduertas Imperator, deo primū, deinde patri & fratri iniurias irrogari si quid tale decernas, peto vt id facias qd saluti tuæ apud deum intelligis profuturum.

Symmachi vrbis præfecti pfuadentis ritus veteres circa cultū deorū esse seruādos, ad Impatores relatio.

VBI primū senatus amplissimus, semp̄q; vester, subiecta legibus vitia cognouit, & a principibus piis vidit purgari famā tēporū proxi
morū, boni seculi autoritatem secutus, cuomuit diu pressum dolorem, atq; iterū me querelarum suarū iussit esse legatū. Cui ideo diui principis denegata est ab improbis audientia, quia nō erat iustitia defutura, domini Imperatores Valentiniane, Theodosi & Arcadi inclyti victores, ac triūphatores semp Augusti. Gemino igitur functus officio, & vt prefectus vester gesta publica prosequor, & vt legatus ciuium mandata cōmendo. Nulla est hic dissensio voluntatum, quia iam credere homines desierunt, aliquorum ministri regum
C coguntur se studio prestare si discrepēt. Amari, coli, diligi, maius imperio est. Quis ferat obtrusse reipublicę priuata certamina? Merito illos senatus sequitur, qui potentiam suam famæ principis prætulerunt. Noster autem labor pro clementia vestra ducit excubias. Cui enim magis cōmodat quod instituta maiorū, quod patriæ iura & fata defendimus, q̄ temporū gloriæ? Quæ tum maior est, cū vobis contra morem parentū intelligitis nil licere. Repetimus igitur religionū statum qui reipublicæ diu profuit. Certe numerentur principes vtriusq; sectæ, vtriusq; sententię, proximus eorum ceremonias patrum coluit, recentior nō remouit. Si exemplum nō facit religio veterum, faciat dissimulatio proximorū. Quis ita familiaris est barbaris, vt arā victoriæ non requirat? Cauti in posterum sumus, & talium rerum ostenta vitamus. Reddatur tamē saltem nomini honor qui numini denegat? est. Multa victoriæ debet æternitas vestra, & adhuc plura debebit. Auersentur hanc potestatem quibus nihil profuit, vos amicum triumphis patrocinium nolite deserere. Cunctis potentia ista votiua est, nemo colendam neget quam profitetur optandam. Quod si huius omnis nō est etiā iusta vitatio, ornamētis saltem curię decuit abstineri. Prestate oro vos vt ea quæ pueri suscepimus, senes posteris relinquamus. Consuetudinis amor magnus est. Merito diui Constantii factum diu nō stetit. Omnia vobis exēpla vitanda sunt, quæ mox remota didicistis. Ętemitatem curamus famæ & nominis vestri, ne quid futura ætas inueniat corrigēdum. Vbi in leges vestras & ver
ba iurabimus, qua religione mens falsa terrebitur, ne in D
testimoniis mētiatur? Omnia quidem deo plena sunt, nec vllus perfidis tutus est locus: sed plurimū valet ad metum delinquendi etiā presentia religiōis vrgeri. Illa ara concordiā tenet omniū, illa ara fidem continent singulorū, neq; aliud magis autoritatē facit sententiis nostris, q̄ quod omnia quasi iuratus ordo decernit. Patebit ergo sedes prophana periurūs, & hoc inclyti principes mei probabile iudicabūt, qui sacramēto publico tuti sunt? Sed diuus Constantius idē fecisse dicitur, cætera potius illius principis æmulemur, qui nihil tale esset aggressus si quis ante se alius nō deuiasset. Corrigit enī sequentē lapsus prioris, & de reprehēsione antecedētis exempli nascitur emēdatio. Fas sit vt parēs ille clemētiæ vestræ in re adhuc noua non caueret inuidiā. Num potest etiā nobis eadem defensio cōuenire si imitemur quod meminimus improbatum? Accipiat æternitas vestra alia eiusdē principis facta, quæ in vsum dignius trahat. Nil ille decerpsit sacratū virginum priuilegiis, repleuit nobilibus sacerdotia, Romanis ceremoniis nō negauit impensas, & per omnes vias æternæ vrbis lætum secutus senatū, vidit placido ore delubra, legit inscripta fastigiis deū nomina, percontatus est tēplorum origines, miratus est conditores. Cūq alias religiones E
ipse sequeretur, has seruauit impio. Suus cī cuiq; mos, suus cuiq; ritus est. Varios custodes vrbibus & cultus mens diuina distribuit. Vt animę nascentib⁹, ita populis fatales genii diuidūtur. Accedit vtilitas, quę maxime hominū deos asserit. Nam cū ratio oīs in operto sit, vnde rectius q̄ de memoria atq; documētis rerū secundarum cognitio venit numinū? Iam si longa ætas autoritatem religionibus faciat, seruanda est tot seculis fides, & sequendi sunt nobis parentes, qui secuti sunt felices tuos. Romā nūc putem? assistere, atq; his vobiscū agere sermonibus: Optimi principes patres patriæ reueremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit, vt vtar ceremoniis auitis. Neq; enī me pœnitet viuere meo more, quia libera fuit. Hic cultus i leges meas orbem redegit: hęc sacra Hānibalem a mœnibus, a capitolio Senonas repulerunt. Ad hoc ergo seruata sum, vt longæua reprehēdar? Videam quod instituendum putatur? Sera tamē & contumeliosa est emendatio senectutis. Ergo diis patriis, diis Indigetibus pacem roga- F
mus. Ęquum est, quicquid oīes colunt, vnum putari. Eadem spectamus astra, cōmune cælum est, idem nos mundus inuoluit. Quid interest qua quisq; prudentia verum requirat? Vno itinere non potest peruenirī ad tam grande secretum. sed hæc ōciosoni disputatio est. Nunc preces nō certamina offerimus. Quanto commodo sacri ærarii vestri Vestalium virginum prærogatiua detracta est? Sub largissimis imperatorib⁹ denegatur quod parcissimi præstiterunt? Honor solus est in illo velut stipendio castitatis. Vt vittæ earū capiti, decus faciunt, ita insigne ducitur sacrificii, vacare muneribus. Nudum quodāmodo nomē immunitatis requirunt, quoniam paupertate ac dispendio tutæ sunt. Itaq; amplius laudi earū tribuunt, qui aliquid rei detrahunt. Siquidē saluti publicæ dicata virginitas crescit merito, cum caret prēmio. Absint ab ærarii vestri puritate ista compendia, fiscus bonorū principū nō sacerdotū dānis sed hostium spoliis augeatur. Vllum ne lucrum compensat inuidia? Et quia auaritia in mores vestros non cadit, hoc miseriores sunt quibus subsidia vetera decerpta sunt. Etenī sub imperatoribus qui alieno abstinēt, qui resistunt cupiditati, ad solam detrahitur amittētis iniuriā, quod desiderii nō mouet auferētis. Agros etiā virginibus & ministris deficientium volūtate legatos fiscus retentat. Oro vos iustitię sacerdotes, vt vrbis vestræ sacris reddatur priuata successio. Dicent testamēta securi, & sciant sub principibus non auaris stabile esse quod scripserint. Delectet vos ista felicitas generis

G humani.cœpit cauſę huius exẽplum ſolicitare morientes. Ergo Romanæ religiones ſub Romana iura non pertinent? Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla lex,nullus caſus fecit caducas? Capiũt legata liberti,ſeruis teſtamentorũ iuſta cõmoda nõ negantur,tantum nobiles virgines,& fatalium ſacrorũ miniſtri excludũtur prędiis hęreditate quæſitis. Quid iuuat ſaluti publicæ caſtum corpus dicare,& imperii æternitatem cęleſtibus fulcire præſidiis,armis veſtris,aquilis veſtris amicas applicare virtutes,ꝓ oĩbus efficacia vota ſuſcipere,& ius cũ oĩbus non habere? Itaq; melior eſt ſeruitus quę hominibus impenditur. Rẽpublicã lædimus,cui nunq̃ expedit vt ingrata ſit. Nemo me putet ſolam cauſam religionũ tueri.ex huiuſmodi facinorib9 orta ſunt cuncta Romani generis incõmoda. Honorauerat lex parẽtũ Veſtales virgĩes,ac miniſtros deorũ, victu modico,iuſtiſq; priuilegiis. Stetit muneris huius integritas vſq; ad degeneres trapezitas,qui ad mercedẽ viliũ baiulorũ ſacrę caſtitatis alimẽta verterũt. Secuta eſt hoc factũ fames publica,& ſpem prouĩciarũ omniũ meſſis ęgra decepit. Nõ ſunt hęc vitia terrarũ,nihil imputam9 aſtris. Nec rubigo ſegetibus obfuit,nec auena fruges necauit,ſacrilegio annus exaruit. Neceſſe enim fuit perire oĩbus quod religionibus negabatur. Certe ſi eſt huius mali aliquod exẽplum, imputemus tantã fa-
H mẽ vicibus annorũ. Grauis hãc ſterilitatẽ aura cõſtrinxit, ſylueſtribus arbuſtis vita producitur, & rurſus ad Dodonęas arbores pleb(ruſticę ĩopia cõuolauit. Quid tale prouincię pertulerũt cũ religionũ miniſtros honor publicus paſceret? Quando in vſum hominũ concuſſa quercus,quãdo nullę ſũt herbarũ radices,quãdo alternos regionũ defectus deſeruit fœcũditas mutua,cũ populo & virginibus ſacris cõmunis eſſet annona? Cõmẽdabat enim terrarũ prouentus victus antiſtitum,& remedium magis q̃ largitas erat. An dubium eſt ſemper pro copia omniũ datum, quod nunc inopia omniũ vendicauit? Dicet aliquis ſumptum publicum denegatum alienæ religionis impendiis. Abſit a bonis principibus iſta ſentẽtia, vt quod olim de cõmuni quibuſdã tributũ eſt,in iure fiſci eſſe videatur. Nã cũ reſpublica de ſingulis conſtet:quod ab ea ꝓficiſcitur,fit rurſus propriũ ſingulorũ. Omnia regitis,ſed ſuum cuiq; ſeruatis,pluſq; apud vos iuſtitia q̃ licẽtia valet. Cõſulite certe munificẽtiã veſtrã,an hęc publica velit exiſtimari quę in alios tranſtuliſtis? Semel honori vrbis delata cõpendia deſinunt eſſe tribuẽtiũ:& qđ a pricipio bñficiũ fuit,vſu atq; ętate fit debitum. Inanẽ igitur metũ diuino aĩo veſtro
I tẽtat incutere ſi quis aſſerit conſcientiã vos habere prębentium,niſi detrahẽtiũ ſubieritis inuidiã. Faueant clementiæ veſtræ ſectarũ omniũ arcana præſidia: & hæc maxime quæ maiores veſtros aliquãdo iuuerunt,vos defendãt,a nobis colãtur. Eũ religionũ ſtatũ petimus, qui diuo parẽti culminis veſtri ſeruauit imperiũ,qui fortunato principi legitimos ſuffecit hæredes. Spectat ſenior ille diuus ex arce ſyderea lachrymas ſacerdotũ, & ſe culpatũ putat more violato,quem libenter ipſe ſeruabat. Præſtate etiam diuo fratri veſtro alieni conſilii correctionem, tegite factum quod ſenatui diſplicuiſſe neſciuit. Siquidem cõſtat ideo excluſam legationẽ, ne ad eum iudicium publicũ perueniret. Pro ęſtimatione eſt temporũ ſuperiorum, vt nõ dubitetis abolere quod probãdum eſt principis nõ fuiſſe.

Diui Ambroſii ad Valentinianum Imperatorem, relationi Symmachi reſpondentis,aptiſſimiſq; confutationibus eã refellentis, Epiſtola XXXI.

AMBROSIVS epiſcopus beatiſſimo principi, & clementiſſimo Imperatori Valentiniano Auguſto. Cũ vir clariſſimus præfectus vrbis Symmach9 ad clemẽtiã tuã retuliſſet vt ara quæ de vrbis Romæ curia ſublata fuerat, K
redderetur loco,& tu Imperator licet adhuc in minoris æui tyrocinio florentibus nouus annis,fidei tñ virtute veteranus obſecrata gentiliũ nõ probares,eodẽ quo cõperi puncto libellũ obtuli,quo licet cõprehẽderim quæ ſuggeſtioni neceſſaria viderẽtur,popoſci tamen exẽplũ mihi relationis dari. Itaq; non fidei tuæ ambiguus,ſed prouidus cautiõis,& pii certus examinis hoc ſermone relationis aſſertioni reſpondeo,hoc vnum petẽs, vt nõ verborum elegãtiam,ſed vim rerum expectãdam putes. Aurea enim (ſicut ſcriptura diuina docet) eſt lingua ſapientiũ literatorũ,quę phaleratis dotata ſermonibus,& quodam ſplendẽtis eloquii velut coloris precioſi coruſco reſultans,capit animorũ oculos ſpecie formoſi,viſuq; perſtringit. Sed aurum ſi diligentius manu tractes,foris precium, intus metallum eſt. Volue quæſo atq; excute ſectam gẽtilium,precioſa & grandia ſonant,veri effœta defendunt. Deum loquũtur,ſimulacrum adorant. Tria igitur in relatione ſua vir clariſſimus præfectus vrbis propoſuit quæ valida putauit. Quod Roma veteres,vt ait,ſuos cultus requirat. Et quod ſacerdotib9 ſuis virginibuſq; Veſtalib9 emolumẽta tribuẽda ſint. Et quod emolumẽtis ſacerdotũ negatis fames ſecuta publica ſit. In prima ꝓpoſitione, flebili Roma queſtu ſermonis illachrymat, veteres, vt ait, cultus ceremoniarũ requirẽs. Hęc ſacra,inquit, Hanniba- L
lem a mœnibus,a capitolio Senonas repulerunt. Itaq; dum ſacrorũ potentia prædicatur,infirmitas proditur. Ergo Hannibal diu ſacris inſultauit Romanis, & diis contra ſe dimicantibus vſq; ad muros vrbis vincendo peruenit. Cur ſe obſideri paſſi ſunt,pro quibus deorum ſuorum arma pugnabãt? Nam de Senonibus quid loquar,quos capitolii ſecreta penetrantes Romanæ reliquiæ non tuliſſent,niſi eos pauido anſer ſtrepitu prodidiſſet? En quales tẽpla Romana preſules habent. Vbi tũc erat Iupiter? An in anſere loquebatur? Verũ quid negem ſacrorum ritus militaſſe Romanis? Sed etiam Hannibal coſdem deos colebat. Vtrum volunt igitur eligant. Si in Romanis vicerũt ſacra,in Carthaginẽſibus ergo ſuperata ſunt.ſi in Carthaginẽſibus triũphata,nec Romanis vtiq; profuerunt. Faceſſat igitur inuidioſa illa populi Romani querela. Nõ hęc Roma mandauit. Aliis illa eos interpellat vocibus. Quid me caſſo quotidie gregis innoxii ſanguine cruentatis? Non in fibris pecudũ,ſed in viribus bellatorũ trophea victoriæ ſunt. Aliis ego diſciplinis orbem ſubegi. Militabat Camillus qui ſublata capitolio ſigna,cæſis Tarpeiæ rupis triumphatoribus reportauit,ſtrauit virtus quos religio M
non remouit. Quid de Attilio loquar,qui militiã etiã mortis impendit? Africanus non inter capitolii aras, ſed inter Hannibalis acies triũphũ inuenit. Quid mihi veterum exempla profertis? Odi ritus Neronum. Quid dicam bimeſtres Imperatores, & terminos regum cũ exordiis copulatos? Aut forte illud eſt nouum, Barbaros ſuis exceſſiſſe finibus? Nũquid etiã illi Chriſtiani fuerunt,quorũ miſerabili nouoq; exemplo alter captiuus Imperator,ſub altero captiuus orbis,fefelliſſe quæ victoriam promittebant,ſuas ceremonias prodiderunt? Numquid & tunc nõ erat ara Victoriæ? Pœnitet lapſus,& vetuſta canicies pudendi ſanguinis traxit ruborẽ. Non erubeſco cum toto orbe longeua cõuerti, verum certe eſt quia nulla ætas ad perdiſcendum ſera eſt. Erubeſcat ſenectus quæ emendare ſe nõ poteſt. Nõ annorum canicies eſt laudanda,ſed morum,nullus pudor eſt ad meliora trãſire. Hoc ſolum habebam cõmune cum barbaris,quia deum antea neſciebam. Sacrificium veſtrum ritus eſt beſtiarũ cruore reſpergi. Quid in mortuis pecudibus quæritis dei voces? Venite & diſcite in terris cæleſtem militiam. Hic viuimus,& illic militamus. Cæli myſteriũ doceat me deus ipſe qui cõdidit,non homo qui ſeipſum ignorauit. Cui magis

A de deo q̃ deo credã? Quomodo poſſum vobis credere qui fatemini vos ignorare quod colitis? Vno,inquit, itinere non poteſt perueniri ad tam grande ſecretum. Quod vos ignoratis,id nos dei voce cognouimus. Et quod vos ſuſpiciõibus quæritis,nos ex ipſa ſapiẽtia dei & veritate cõpertum habemus. Non congruunt igitur veſtra nobiſcũ. Vos pacem diis veſtris ab Imperatoribus obſecratis,nos ipſis Imperatoribus a Chriſto pacem rogamus. Vos manuũ veſtrarũ adoratis opera, nos iniuriam ducimus,omne quod fieri poteſt,deũ putari. Non vult ſe deus in lapidibus coli. Deniq; etiã ipſi philoſophi veſtri iſta riſerunt. Quod ſi vos ideo Chriſtum deum negatis,quia illum mortuum eſſe non creditis:(neſcitis enĩ quod mors illa carnis fuerit, nõ diuinitatis,quę fecit vt credentiũ iam nemo moriatur) quid vobis imprudentius, qui contumelioſe colitis,& honorifice derogatis? Veſtrum enĩ deum lignũ putatis. O contumelioſa reuerentia, Chriſtum mori potuiſſe non creditis? O honorifica ꝑuicacia. Sed vetera,inquit,reddenda ſunt altaria ſimulacris,ornamenta delubris. Repoſcantur hæc a conſorte ſuperſtitiõis: Chriſtianus Imperator aram ſoli9 Chriſti didicit honorare. Quid manus pias & ora fidelia miniſteriũ ſuis cogunt ſacrilegiis exhibere? Vox Imperatoris noſtri Chriſtũ reſultet,& illum ſolum quẽ ſentit loquatur,quia cor regis in manu dei. Nunquid Imperator gẽtilis aram Chriſto leuauit? Dum ea quæ fuerũt repoſcunt,exemplo ſui admonent
B quantũ Chriſtiani Imperatores religioni quã ſequũtur debeant deferre reuerentiæ,quãdo gentiles ſuperſtitionibus ſuis omnia detulerunt. Dũ cœpimus,etiã ſequamur. Nos ſanguine gloriamur, illos diſpendiũ mouet. Nos hæc victoriæ loco ducimus,illi iniuriam putant. Nunquã nobis amplius contulerunt q̃ cum verberari Chriſtianos atq; proſcribi ac necari iuberent. Præmiũ fecit religio quod perfidia putabat eſſe ſupplicium. Videte magnanimos:per iniurias,per inopiã,per ſupplicium nos credimus, illi ceremonias ſuas ſine quæſtu manere poſſe nõ credunt. Habeãt,inquit, Veſtales virgines immunitatẽ ſuam. Dicãt hoc qui neſciunt credere quod poſſet eſſe gratuita virginitas,prouocent lucris qui diffidunt virtutibus. Quot tamẽ illis virgines pręmia promiſſa fecerunt? Vix ſeptem Veſtales capiuntur puellæ. En totus numerus quẽ infulæ vittati capitis,purpuratarũ veſtium murices,pompa lecticæ miniſtorum circunfuſa comitatu,priuilegia maxima, lucra ingentia,preſcripta deniq; pudicitiæ tẽpora coegerunt. Attollant mentis & corporis oculos, videant plebem pudoris,populũ integritatis,conciliũ virginitatis. Nõ vittę capiti decus,ſed ignobile velamen,vſui nobile ca-
C ſtitatis:nõ exquiſita ſed abdicata lenocinia pulchritudinis:non illa purpurarũ inſignia,non luxus deliciarũ,ſed vſus ieiuniorũ:non priuilegia, nõ lucra:omnia poſtremo talia,vt reuocari ſtudia putes,dum exercentur officia. Sed dum exercetur officium,ſtudium prouocatur, ſuis caſtitas cumulatur diſpendiis. Non eſt virginitas quæ precio emitur,nõ virtutis ſtudio poſſidetur. Non eſt integritas quæcunq; tanquã in auctione nummario ad tempus ſolicitatur compendio. Prima caſtitatis victoria eſt facultatum cupiditates vincere,quia lucri ſtudium tentamentũ pudoris eſt. Ponamus tamen ſubſidia largitatum conferenda virginibus, quę Chriſtianis munera redundabunt, quod tantas opes ſufficiet ærarium? Aut ſi arbitrantur ſolis Veſtalibus conferendũ, nõ pudet vt qui totum ſibi ſub Imperatoribus gentilibus vendicarũt,iidem ſub principibus Chriſtianis non putent nobis ſortem debere eſſe cõmunem? Sacerdotibus quoq; ſuis & miniſtris queruntur alimenta publica nõ præberi. Quãtus hinc verborũ tumultus increpuit? At contra nobis etiã priuatæ ſucceſſionis emolumenta recentibus legibus denegantur,& nemo cõqueritur. Non enim putamus iniuriã,quia diſpendium nõ dolemus. Si priuilegium quærat ſacerdos,vt onus curiale D
declinet,patria atq; auita & omniũ facultatum poſſeſſione cedẽdum eſt. Quomodo hanc gentiles ſi haberẽt ingrauarent querelam,quod ſacerdos ferias miniſterii ſui emat totius patrimonii ſui damno,& priuatus vniuerſæ cõmoditatis diſpẽdio vſum publici mercetur obſequii,prætendens cõmunis ſalutis excubias,domeſticæ inopiæ ſe mercede ſolatur,quia miniſteriũ nõ vẽdidit,ſed gratiam cõparauit. Conferte cauſas. Vos excuſare vultis decurionem,cũ eccleſiæ excuſare non liceat ſacerdotem. Scribuntur teſtamenta tẽplorũ miniſtris, nullus excipitur prophanus,nullus vltimæ cõditionis, nullus prodigus verecundię:ſoli ex omnibus clerico cõmune ius clauditur,a quo ſolo pro omnibus votum cõmune ſuſcipitur,officium cõmune defertur:nulla legata vel grauium viduarũ,nulla donatio. Et vbi in moribus culpa nõ deprehenditur,tamen officio mulcta pręſcribitur. Quod ſacerdotibus phani legauerit Chriſtiana vidua,valet:quod miniſtris dei,nõ valet. Quod ego non vt querar, ſed vt ſciant quid nõ querar,cõprehendi. Malo enim vos pecunia minores eſſe q̃ gratia. Sed referunt ea quæ vel donata vel relicta ſunt eccleſiæ, non eſſe temerata. Dicant & ipſi quis templis dona detraxerit,quod factum eſt Chriſtianis. Quæ ſi facta eſſent gentilibus,redderetur potius q̃ inferretur iniuria. Nũccine demum iuſtitia prætenditur,æquitas poſtulatur? Vbi tunc erat iſta ſententia, cũ direptis Chriſtianorũ omniũ facultatibus,ipſos vitales anhelitus ſpiritus inuiderent, & nullis vſquã negata defunctis inhiberent ſupremæ cõmercia ſepulturæ? Quos gentiles præci- E
pitarunt,maria reddiderũt. Fidei iſta victoria eſt, quod & ipſi iam facta maiorũ carpũt ſuorum: ſed quę melioratio,vt eorum munera petant,quorũ geſta condẽnãt? Nemo tamen donaria delubris,& legata aruſpicibus denegauit:ſola ſublata ſunt prædia, quia non religioſe vtebantur iis quæ religionis iure defenderent. Qui noſtro vtuntur exemplo,cur non vtebantur officio? Nihil eccleſia ſibi niſi fidẽ poſſidet. Hos redditus præbet,hos fructus. Poſſeſſio eccleſię ſumptus eſt egenorũ. Numerent quos redemerint templa captiuos,quę contulerint alimenta pauperibus,quibus exulibus viuẽdi ſubſidia miniſtrauerint. Prędia igitur intercepta,non iura ſunt. En quod factũ,quod triſte piare nefas:fames, vt aiunt, publica vindicauit,quia vſui omnium proficere cœpit quod ꝓficiebat cõmodis ſacerdotũ. Propterea ergo detractis, vt aiunt,arbuſta exuta corticibus ſucco miſerabili deficiẽtiũ ora lambebãt. Propterea Chaoniã frugẽ glande mutãtes rurſus in pecudũ paſtus, & ad infelicis victus alimẽta reuocati,cõcuſſa quercu famem in ſiluis miſeram ſolabantur. Noua videlicet prodigia terrarũ F
quæ nunq̃ ante acciderãt, cum ſuperſtitio gentilis toto orbe ferueret. Reuera quãdo ante vacuis auenis ſeges fallax auari vota luſit agricolæ, & ſpem ruſticæ plebis quæſita ſulcis frugis hærba deſtituit. Et vnde Græcis oracula habitę ſuę quercus,niſi quia remediũ ſilueſtris alimonię cęleſtis religionis donũ putarũt? Talia enim ſuorũ munera credũt deorũ. Quis Dodonæas arbores niſi gentiũ populus adorauit,cũ pabulũ triſte ſacri nemoris honore donaret? Non eſt veriſimile quod indignantes eorũ dii id ꝓ pœna intulerũt,quod ſolebãt placati conferre pro munere. Quę autẽ ęquitas, vt paucis ſacerdotibus dolentes victum negatũ, ipſi oĩbus denegarẽt,cum inclementior eſſet vindicta q̃ culpa? Nõ eſt igitur idonea quæ tantam ægritudinẽ mundi fallentis cauſa conſtrinxerit, vt virẽtibus ſegetibus ſubita ſpes anni adulta moreretur. Et certe ante plurimos annos templorum iura toto orbe ſublatã ſunt. Modo ne demũ diis gentiliũ venit in mentẽ ſuas iniurias vltũ ire? Propterea nec aſſueto curſu Nilus intumuit, vt vrbicorum ſacerdotũ diſpendia vindicaret, qui nõ vindicauit ſuorũ? Eſto tamen ſi ſuperiore anno deorũ ſuorum

G iniurias vindicatas putant, cur presenti anno contẽptui fuere? Iam enim nec hærbarũ vulsis radicibus rusticana plebs pascitur, nec baccæ sylvestris explorat solatia, nec cibum de sentibus rapit, sed operum læta fœlicium dum messes suas & ipsa miratur, expleuit voti satietate ieiunium, vsurarios nobis reddidit terra prouentus. Quis ergo tam nouus humanis vsibus, vt vices stupeat annorũ? & tamen etiã superiore anno plerasq; nonimus prouincias redundasse frugibus. De Gallis qd loquar solito ditioribus? Frumẽtum Pannoniæ quod non seuerant vendiderunt, et fœcunda Rhetia fertilitatis suæ nouit inuidiam. Nam quæ solebat tutior esse ieiunio, fœcunditate hostem in se excitauit. Liguriam Venetiasq; autũni frumenta pauerunt. Ergo nec ille sacrilegio annus exaruit, & iste fidei fructib⁹ annus efloruit. Negent etiã quod largo fœtu vineæ redundauerint. Itaq; & messem fœnerată recepim⁹, & liberalioris vindemiæ beneficia possidemus. Postremus supereſt & maximus locus, vtrũ ea quę vobis profuerint Imperatores restituere subsidia debeatis. Ait enĩ, Vos defendant, a nobis colantur. Hoc est fidelissimi principes quod ferre nõ possumus, quia exprobrant nobis vestro se nomine diis suis supplicare, & vobis nõ mãdantibus
H sacrilegium immane cõmittunt, dissimulationẽ pro cõsensu interpretantes, Sibi habeant præsidia sua, suos si possunt, illa defendant. Nã si iis a quibus coluntur, auxilio esse nõ possiunt, quomodo possunt vos defendere, a quibus nõ coluntur? Sed maiorum, inquit, seruandus est ritus. Quid quod omnia postea in melius profecerunt? Mundus ipse qui vel primũ coactis elementorũ per inane seminibus tenẽro orbẽ concreuerat, vel confuso adhuc indigesti opis caligabat horrore, nonne postea distincto cæli, maris, terrarumq; discrimine, rerum formas quibus speciosus videtur, accepit? Exutæ humẽtib⁹ tenebris nouum terræ stupuere sõlem. Dies in exordio nõ refulget, sed in processu tẽporis incremento luminis micat, & caloris exæstuat. Luna ipsa quæ ꝓphetici oraculis species ecclesiæ figuratur, cũ primũ resurgens in mẽstruas reparatur ætates, tenebris noctis absconditur, paulatimq; cornua sua complens, vel e regione solis absoluẽs, clari splendore fulgoris irrutilat. Exercerĩ in fructus terræ ante nesciebant, post vbi imperare aruis solicitus cœpit agricola, & informe solum vestire vinetis, sylvestres animos domesticis mollitæ cultibus exuerunt. Anni ipsius ætas prima, quæ nos vsu parili coloraut, nutu gignentiũ: sed in processu lapsuris floribus vernat, postremis adolescit fructibus. Nos quoq; æui rudes sensus habemus infantiæ, sed mutati in an-
I nos ingenii rudimẽta deponim⁹. Dicant igitur in suis omnia manere debuisse pricipiis, mũdum tenebris obductum, quia splẽdore solis illuxerit, displicere. Et quãto gratius est animi tenebras depulisse q̃ corporis, fideiq; iubar emicuisse q̃ solis? Ergo & mũdi sicut omniũ rerum, primæua viam mutarunt, vt venerabilis canæ fidei sequeretur senectus. Quos hoc mouet, reprehendant messem, quia sera fœcũditas est. reprehendant vindemiam, quia in occasu anni est. reprehendant oliuam, quia postremus est fructus. Ergo & messis nostra fides animarũ est, ecclesiæ gratia, meritorum vindemia est, quæ ab ortu mundi virebat in sanctis, sed postrema ætate se diffudit in populos, vt aduerterent omnes nõ rudibus animis irrepsisse fidem Christi. Nulla enim sine aduersario cororia victoriæ: sed exposa ea opinione qtę ante conualuit, id quod erat verum, iure prelatum. Si ritus veteres delectabant, cur in alienos ritus eadem Roma successit? Omitto absconditam precio humum, & pastorales casas auro degeneri renitentes. Quid (vt de ipso respondeam quod queruntur) captarum simulacra vrbiũ, victosq; deos, & peregrinos ritus sacrorũ, alienæ superstitionis æmuli receperũt? Vnde igitur exẽplum quod currus suos simulato Almonis in flumine lauat Cybeles? Vnde Phrygii vates, & semp inuisa Ro k
manis nõ æque Carthaginis numina? Quã cælestem Aphri mitrã, Persę pleriq; Venerẽ colunt, ꝑ diuersitate nominis, nõ ꝑ numinis varietate. Sic deã esse & Victoriã crediderũt, quę vtiq; mun⁹ est, nõ potestas. donatur, nõ dñatur, legionũ gẽa, nõ religionũ potẽtia. Magna igitur dea, quã militũ multitudo sibi vendicat, vel preliorũ donat euẽtus. Huius arã struĩ in vrbis Romę curia petunt, hoc est, quo plures cõueniunt Christiani. Omnibus in tẽplis aræ, ara etiã in tẽplo victoriarĩ, qũ numero delectanr̃, sacrificia sua vbiq; cõcelebrãt. Quid est nisi insultare fidei, vnius aræ sacrificiũ vẽdicare? Ferendũ ne istud, vt gentilis sacrificet, & Christianus interfit? Hauriant omẽs, inquit, hauriant vel inuiti fumũ oculis, symphoniã auribus, cinerẽ faucibus, thus naribus, & auersantiũ licet ora excitata focis nostris fauilla respergat. Nõ illis satis sunt lauacra, nõ porticus, nõ plateæ occupatæ simulacris. Etiãne in cõmuni illo cõcilio nõ erit cõmunis cõditio? Obstringetur pia senatus portio obtestantiũ vocibus, adiurantiũ sacramentis? Si refutet, videbitur mendaciũ prodere. si acquiescat, sacrilegium cõfiteri. Vbi, inquit, in leges vestras & verba iurabimus? Ergo mensurã quæ legibus tenetur inclusa, ceremoniis gẽtiũ suffragiũ colligit, fidem stringit iam L
nõ solum præsentiũ, sed absentiũ etiã? Et quod est amplius, Imperatores, fides vestra pulsatur. Vos enĩ cogitis si iubetis. Constantius Augustæ memoriæ nondũ sacris initiatus mysteriis cõtaminari se putauit si aram illam videret. Iussit auferri, non iussit reponi. Illud auctoritatẽ facti habet, hoc precepti nõ habet. Nemo sibi de absentia blandiatur, presentior est q se animis inserit q̃ qui oculis ptestatur. Plus enĩ est mente cõnecti, q̃ corpore copulari. Vos senatus cogendi consilii præsules habet, vobis coit, vobis cõscientiã suã, nõ diis gentium præstat, vos liberis suis nõ tamẽ fidei suæ præfert. Hęc est charitas expetẽda, hæc est charitas maior imperio, si fides tuta sit quæ seruat Imperiũ. Sed fortasse aliquẽ moueat ita fidelissimũ principem destitutum: proinde quasi meritorum precium caducis æstimetur præsentium. Quis enim sapiens non in orbe quodam atq; circuitu locata humanarũ rerum nouit negocia, quia nõ eosdẽ semper successus habent, sed variant status, & mutant vices? Quem beatiorẽ Cneo Pompeio Romana templa miserunt? At is cũ tribus triumphis terrarum cinxisset orbẽ, pulsus acie, bello profugus, & sui terminis exul imperii, Canopei manu spadonis occubuit. Quem nobiliorem Cyro Persarum totius Orientis terræ regẽ dederũt? Is quoq; cũ principes potentissimos aduersantes vicisset, victos reseruasset, muliebrib⁹ M
armis fusus interiit. Et ille rex qui superatos etiã consessus honore donauerat, exẽto capite, & intra vtrem plenũ cruoris fatiari iussus incluso, fœmineis imperiis ludibrio fuit. Adeo in istius vitæ curriculo nõ paria paribus, sed lõge diuersa referũtur. Quẽ etiã magis sacrificiis deditum q̃ Carthaginensium ducem Hamilcarem reperimus? qui cũ toto prælii tẽpore inter acies positus dimicãtes sacrificiũ faceret, vbi partẽ suorũ victam esse cognouit, in ipsos quos adolebat se præcipitauit ignes, vt eos vel cruore suo restringueret, quos sibi nihil prosuisse cognouerat. Nã de Iuliano † quid loquar? qui cũ †Iulio.
responsis aruspicũ male credulus esset, ademit sibi subsidia reuertendi. Ergo in cõmuni casu nõ est cõmunis offensa. Neminẽ eteni promissa nostra luserunt. Respondi lacessentibus tanq̃ nõ lacessitus. Refellendæ eteni relationis, nõ exponendę superstitiõis mihi studium fuit. Te tamẽ Imperator ipsa eorũ relatio faciat cautiorem. Nam cũ de supioribus principibus texuisset, quia prior eorũ numerus ceremonias patrũ coluit, recẽtior nõ remouit, addidisset etiã, si exẽplũ religio veterũ nõ facit, faciat dissimulatio proximorũ: euidẽter docuit quod & fidei tuæ debeas, vt gẽtilitii ritus nõ sequaris exẽplũ: &

A pietati, vt fratris statuta nõ violes. Si enĩ pro suis duntaxat partibus eorum dissimulationẽ principum prædicarunt, qui cum essent Christiani, decreta tamen gentilium minime remouerunt, quanto magis amori debent deferre fraterno, vt qui dissimulare deberes, etiam si quid forsitan non probares, ne fraternis derogares statutis, & nunc teneas quod & fidei tuę, & germanitatis necessitudini iudicas conuenire.

Diui Ambrosii ad Valentinianũ Imperatorẽ, recusantis certare cũ Auxentio Arriano in consistorio Imperatore iudicaturo, ex eo quod in causa fidei Episcopi de laicis in ecclesia, & nõ laici de episcopis in consistorio debeant iudicare. Epistola XXXII.

CLEMENTISSIMO Impatori & beatissimo Augusto Valẽtiniano Ambrosius episcopus. Dalmatius me tribunus & notarius mandato, vt allegauit, clementię cõuenit turæ, postulans vt & ipse iudices eligerem, sicut elegisset Auxentius. Nec tamen expressit eorum nomina qui fuerant postulati, sed id addidit quod in consistorio esset futura certatio arbitro pietatis iudicio tuę. Cui
B rei respondeo, vt arbitror, cõpetenter. Nec quisquã cunctamacem iudicare me debet, cũ hoc asseram quod Augustæ memoriæ pater tuus nõ solum sermone respondit, sed etiã legibus suis sanxit, in causa fidei vel ecclesiastici alicuius ordinis eũ iudicare debere, qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Hæc enim verba rescripti sunt: hoc est, sacerdotes de sacerdotibus voluit iudicare. Quinetiã si alias quoq; argueretur episcopus, & morũ esset examinãda causa, etiã hanc voluit ad episcopale iudiciũ pertinere. Quis igitur cõtumaciter responderet clemẽtiæ tuæ? Ille qui te patri similem esse desiderat, an qui vult esse dissimilẽ? Nisi forte vilis quibusdã tanti Impatoris existimatur sentẽtia, cuius & fides cõfessionis constãtia cõprobata est, & sapientia melioratę reipublicę profectibus prędicatur. Quando audisti clementissime Imperator in causa fidei laicos de episcopo iudicasse? Ita ergo quadã adulatione curuamur, vt sacerdotalis iuris simus immemores, & quod deus donauit mihi, hoc ipse aliis putem esse credẽdum? Si docendus est episcop⁹ a laico quid sequatur, laicus ergo disputet, & episcopus audiat, episcopus discat a laico. At cer-
C te si vel scripturarũ seriem diuinarũ, vel vetera tẽpora retractemus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquã fidei episcopos solere de Imperatoribus Christianis, nõ Imperatores de episcopis iudicare? Eris deo fauente etiã senectutis maturitate prouectior, & tunc de hoc censebis qualis ille episcopus sit qui laicis ius sacerdotale substernit. Pater tuus deo fauente vir maturioris ætatis dicebat, Non est meũ iudicare inter episcopos. Tua nũc dicit clemẽtia, Ego debeo iudicare? Et ille baptizatus in Christo inhabilem se ponderi tãti putabat esse iudicii: clemẽtia tua, cui adhuc emerẽda baptismatis sacramẽta seruantur, arrogat de fide iudiciũ, cum fidei ipsius sacramẽta nõ nouerit? Quales autem elegerit iudices, possumus existimationi relinquere, quãdo eorũ nomina timet prodere. Veniant plane si qui sunt ad ecclesiã, audiant cũ populo, nõ vt quisquã iudex residеat, sed vnusquisq; de suo affectu habeat examẽ, eligat quẽ sequatur. Agitur de istius ecclesiæ sacerdote. si audierit illum populus, & putauerit melius disputare, sequatur fidem eius. nõ inuidebo. Omitto quia iam ipse popul⁹ iudicauit: taceo quia eũ quẽ habet, de patre tuę clemẽtię postulauit: taceo quia pater pietatis tuę quietem futuram spopondit si electus susciperet sacerdotiũ. Hanc fidem secutus sum promissorum. Quod si de aliquorum peregrinorũ assentatione se iactat, ibi sit episcopus, vnde sunt ii qui eum episcopatus putant nomine esse donandum. Nam ego nec episcopũ noui, nec vnde sit scio. Vbi illud constituimus Imperator, quod iam D
ipse tuum iudicium declarasti, immo etiam dedisti leges, ne cui esset liberũ aliud iudicare? Quod cũ præscripsisti aliis, præscripsisti & tibi. Leges enim Imperator fert, quas primus ipse custodiat. Visne igitur experiar, vt incipiant ii qui iudices eliguntur, aut aduersus tuam venire sentẽtiam, aut certe excusare quod Imperatoris tam seuero & tam districto impio nõ potuerint obuiare? Sed hoc contumacis nõ modesti est sacerdotis. Ecce Imperator legem tuã iam ex parte rescindis, sed vtinam non ex parte, sed in vniuersum. Legem enĩ tuam nollẽ esse supra dei legẽ. Dei lex nos docuit quid sequamur, humanæ leges hoc docere nõ possunt. Extorquere solent timidis cõmutationẽ, fidem inspirare non possunt. Quis erit igitur ille qui cũ legat per tot puincias
vno momẽto esse mandatũ vt quicũq; obuiauerit Imperatori, feriatur gladio: quicunq; dei tẽplum nõ tradiderit, protinus occidatur: Quis inquã est qui possit vel vnus, vel inter paucos dicere Imperatori, lex tua mihi non probatur? Non permittitur hoc dicere sacerdotibus, permittitur laicis? Et iudicabit de fide, qui aut gratiam sperat, aut metuit offensam? Deinde ipse cõmittam vt eligam iudices laicos, qui cũ tenuerint fidei veritatem, aut proscribantur, aut necẽtur, quod lex de fide E
lata decernit? Ego igitur aut præuaricationi offerã homines, aut pœnæ? Non tanti est Ambrosius, vt ꝓpter se deiiciat sacerdotiũ. Non tanti est vnius vita, quanti est dignitas omniũ sacerdotũ, quorum de consilio ista dictaui, iuti mantibus ne forte etiã gentilis esset aliquis aut Iudæus qui ab Auxentio esset electus, quibus traderemus de Christo triũphum, si de Christo iudicium committeremus. Quid illos aliud nisi Christi iniuriã audire delectat? Quid illis aliud potest placere, nisi (qđ absit) vt Christi diuinitas denegetur? Cum iis plane bene cõuenit Arriano, qui creaturam Christum dicit, quod etiam gentiles ac Iudæi promptissime confitentur. Hoc scriptum est in Ariminensi synodo: meritoq; conciliũ illud exhorreo, sequens tractatũ cõcilii Niceni, a quo me nec mors nec gladius poterit separare. Quã fidem etiam parens clemẽtiæ tuæ Theodosius beatissimus Imperator & sequitur, & probauit. Hanc fidem Galliæ tenent, hanc Hispaniæ, & cũ pia diuini spiritus confessione custodiunt. Si tractãdum est, tractare in ecclesia didici: quod maiores fecerũt mei. Si conferẽdum
de fide, sacerdotum debet esse ista collatio, sicut factum E
est sub Constantino Augustæ memoriæ principe, qui nullas leges ante præmisit, sed liberum dedit iudicium sacerdotibus. Factum est etiã sub Constantio Augustæ memoriæ Imperatore paternæ dignitatis hærede. Sed quod bene cœpit, aliter cõsumatũ est. Nã episcopi syncerã primo scripserãt fidẽ: sed dum volunt quidã de fide intra palatium iudicare, id egerunt, vt circumscriptionibus illa episcoporũ iudicia mutarentur. Qui tamen inflexam statim reuocauere sentẽtiam. Et certe maior numerus Arimini Niceni concilii fidẽ pbauit, Arriana decreta damnauit. Si ad synodum prouocat Auxentius, vt de fide disputet: licet nõ sit necesse, ꝓpter vnum tot episcopos fatigari, qui etiam si angelus de cęlo esset, paci ecclesiarum non deberet præferri: cum ardiero synodum congregari, & ipse non deero. Tolle igitur legem, si vis esse certamẽ. Venissem Imperator ad consistoriũ clementię tuę vt hæc coram suggererem, si me vel episcopi vel populus permisissent, dicentes de fide in ecclesia coram populo debere tractari. Atq; vtinam Imperator nõ denunciasses vt quo vellem pergerem. Quotidie prodibã, nemo me asseruabat. Debuisti me quo volueras destinare, quẽ ipse omnibus offerebam. Nunc mihi a sacerdotibus dicitur, Nõ multũ interest vtrũ volẽs relinquas, an tradas altare Christi. Cũ enĩ reliqueris, trades. Atq; vtinã ligdo mihi pateret qđ Arianis ecclesia minime traderetur: sponte me offerẽ

Gtaæ pietatis arbitrio. Sed si ego solus interstrepo, cur etiã de aliis oibus inuadendis ecclesiis est præceptum? Vtinam confirmetur vt ecclesiis nullus molestus sit, opto vt de me, qualis videtur, sentẽtia proferatur. Dignanter igitur Imperator accipe quod ad consistorium venire nõ potui. Ego in consistorio nisi pro te stare non didici, & intra palatium certare non possum, qui palatii secreta nec quæro, nec noui. Ego Ambrosi⁹ episcopus hunc libellum obtuli clementissimo Imperatori, & beatissimo Augusto Valentiniano.

Diui Ambrosii in Auxentium de basilicis tradendis inuehentis, suosq; ad constantiam atq; tolerantiam exhortantis, oratio.

VIDEO vos præter solitum subito esse turbatos, atq; asseruantes mei. Miror quid hoc sit, nisi forte quia p tribunos me vidistis aut audistis Imperiali mandato esse conuẽtum vt quo vellem abirem hinc, & si qui vellent, sequendi potestatem haberent. Metuistis ergo ne ecclesiam deseram, & dum saluti meæ timeo, vos relinquerẽ? Sed quid & ipse mandauerim, potuistis aduertere, deserendę ecclesiæ mihi volũtatem subesse non posse, quia plus dominum mundi q̃ seculi huius Imperatorem timerẽ. Sane si me vis aliqua abduceret ab ecclesia, carnem meã exturbari posse, nõ mentẽ. Paratum me esse vt si ille faceret quod solet esse regiæ potestatis, ego subirem quod sacerdotis esse consuevit. Quid ergo turbamini? Volens nunquã ius deseram, coactus repugnare non noui. Dolere potero, potero flere, potero gemere. aduersus arma, milites, Gotthos quoq; lachrymę meæ arma sunt. Talia enim munimẽta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo nec possum resistere. Fugere autem, & relinquere ecclesiam nõ soleo, ne quis grauioris pœnæ metu factũ interpretetur. Scitis & vos ipsi quod imperatoribus solearn deferre, non cedere, suppliciis me libenter offerre, nec metuere quæ parantur. Vtinã essem securus quod ecclesia hereticis minime traderetur: ad palatiũ Imperatoris irem libenter, si hoc cõgrueret sacerdotis officio, vt in palatio magis certarẽ q̃ in ecclesia. Sed in cõsistorio non reus solet Christus esse, sed Iudex. Causam fidei in ecclesia agendam quis abnuat? Si quis confidit, huc veniat. inclinatũ iam vel imperatoris iudiciũ, quod lata lege patefecit, quo impugnat fidem: vel sperata ambientium quorũdam studia non requirat. Non cõmitto vt quisq̃ vendat iniuriam Christi. Circũfusi milites, ar morũ crepitus, quibus vallata est ecclesia, fidẽ nõ terrẽt meã, sed mentẽ exagitãt, ne dum me tenetis, pernicio-
I sum aliquid vestræ oboriatur saluti. Ego enim iam didici nõ timere, sed vobis timere plus cœpi. Sinite queso vestrum sacerdotem cõgredi, habemus aduersariũ qui
1. Pet. 5. lacessit. Aduersarius enim noster diabolus sicut leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret, vt Apostolus dixit. Accepit sine dubio, accepit (non fallimur, sed admonemur) tentãdi huiusmodi potestatem, ne forte corporis mei vulneribus possim a fidei intentione reuocari. Legitis & vos quia multis aliis tentauit sanctum Iob dia-
Iob. 1. & 2. bolus: ad postremũ potestatem huiusmodi petiit, & accepit, vt tentaret corpus eius: quod perfudit vlceribus. Cum esset propositũ vt ecclesiæ vasa iam traderemus, hoc responsi reddidi, Me, si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut aurum, aut argẽtũ, id quod mei iuris esset, libẽter offerre: templo dei nihil posse decerpere: nec tradere illud quod custodiendum non tradendum acceperim. Deinde consulere me etiã Imperatoris saluti, quia nec mihi expediret tradere, nec illi accipere. Accipiat enim vocem liberi sacerdotis, si vult sibi esse cõsultũ, recedat a Christi iniuria. Hęc plena humilitatis sunt, &, vt arbitror, plena affectus eius quem Imperatori debet sacerdos. Sed quia lucta nobis est nõ

solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiã (quod grauius est) aduersus spiritualia nequitiæ, quæ sunt in Ephe. 6. k
cælestibus, tentator ille diabolus per ministros suos certamen auget, vulneribus corporis mei experiẽdum arbitratur. Scio fratres vulnera hęc quæ pro Christo excipimus, nõ esse vulnera quib⁹ vita amittitur, sed propagatur. Sinite quæso esse certamen, spectatores vos esse decet. Considerate quia si quẽ habet ciuitas vel athletã, vel alterius nobilis artis peritũ, optat offerre certamini. Cur in maioribus rebus repudiatis, quod vel in minoribus velle consuestis? Non metuit arma, nõ barbaros, qui mortẽ nõ timet, qui nulla carnis voluptate retinetur. Certe si dominus huic nos certamini deputauit, frustra peruigiles tot noctib⁹ & diebus custodias exhibetis. Implebitur Christi voluntas. Omnipotẽs enim noster est dñs Iesus. hæc est fides nostra. Et ideo quod fieri mandat, implebitur. nec cõuenit vos diuinę obuiare sententiæ. Audistis quod hodie lectum sit, Pullum Lucę. 19.
sibi asinæ salutator per apostolos iussit adduci, mandauitq; vt si quis resisteret, diceretur, Dominus operam eius desiderat. Quid si & nunc pullum istum asinę, hoc est animalis quod grauem sarcinam portare cõsueuit, sicut est humana cõditio, cui dicitur, Venite ad me oẽs Mat. 11.
qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam, tollite iugum meũ, quia leue est: Quid si inquã pullum istum
H L
ad se modo iussit adduci missis apostolis, illis qui iam exuti corpore incõprehensibilem oculis nostris angelorum speciem gerunt? Nonne si ab aliquo resistatur, dicent, Dominus operam eius desiderat? Si resistat vel vitæ hui⁹ cupiditas, si resistat caro & sanguis, si resistat conuersatio corporalis, quia aliquibus forsitan grati videmur: sed qui nos hic diligit, multo amplius diliget si
Philip. 1. sinat fieri hostiam Christi: quia dissolui, & cũ Christo esse, multo melius: etsi manere in carne, magis necessarium propter vos. Nihil est ergo quod vereamini fratres dilectissimi. Scio enim quia quicquid passus fuero, pro Christo patiar. Et legi quod eos timere nõ debeam qui possint carnẽ occidere. Et audiui dicentẽ: Qui per- Mat. 10.
diderit animã suam propter me, inueniet eam. Ergo si vult dominus, certũ est quod nullus obsistat. Quod si adhuc nostra differt certamina, quid veremini? Seruũ Christi non custodia corporalis, sed domini prouidẽtia sepire consueuit. Turbati estis quia apertas reperistis geminas fores, quas captus oculis quidam dum hospitium propriũ repetit, patefecisse memoratur. In quo cognoscite quod nihil suffragetur humana custodia. Ecce vnus qui videndi munus amisit, soluit vestra vniuersa mumimina, & custodias lusit. Dñs autẽ suæ misericordiæ custodiã nõ amisit. Nõne ante biduum, vt meministis, etiam illud repertũ est, quod a parte læua basili- M
cæ ingressus quidã peruius fuit, quẽ putabatis clausum esse atq; munitum? Sepserũt nempe armati basilicam, explorabant hos atq; illos aditus. cæcitate perfusi sunt, vt quod apertũ erat, videre nõ possent. Itaq; per plurimas noctes qđ apertũ fuerit, non ignoratis. Desinite ergo solicitari: quia hoc erit quod Christus iubet, & hoc
4. Reg. 6. esse expedit. Deniq; exẽpla vobis legis pferã. Helisæus quęrebatur a rege Syrię. missus erat exercitus qui eum capet. circũuallatus erat vndiq; cœpit timere ei⁹ seruulus, quia seruulus erat, hoc est, nõ erat liberæ mentis, & liberę potestatis. Petiuit aperiri ei⁹ oculos sanctus propheta, & ait, Respice, & vide quãto plures sint pro nobis, q̃ contra nos. Et respexit, & vidit angelorum milia. Aduertitis igitur quod seruulos Christi ii magis custodiant qui nõ videntur, q̃ qui videntur. Sed & illi si custodiunt, vestris custodiunt orationibus aduocati. Legistis nẽpe eosipsos qui Helisęum quęrebant, ingressos esse Samariã ad eũipsum quem capere gestiebant, cui nõ solum nõ potuerunt nocere, sed ipsius aduersus quẽ venerant, intercessione seruati sunt. Petrus quoq; apostolus vtriusq; rei vobis edat exẽplum. Nam vbi eum

Actu. 12. Herodes quæsiuit & cepit, recepit in carcerẽ. Nõ enim
A recesserat dei seruulus, sed steterat timoris ignarus. Orabat p eo ecclesia, sed apostolus in carcere quiescebat, quod est indiciũ non timentis. Missus est angelus qui dormientem excitaret, per quẽ Petrus productus e carcere, mortẽ ad tempus euasit. Idem Petrus postea victo Simone cum precepta dei populo seminaret, docebat castimoniam, excitauit animos gentiliũ: quibus eũ quærẽtibus Christianæ animæ deprecatę sunt vt paulisper cederet. Et quãtus esset cupidus passionis, tamen contemplatione populi precantis inflexus est. Rogaba tur enim vt ad instituẽdum & confirmandũ populum sereseruaret. Quid multa? Nocte muro egredi cœpit, & videns sibi in porta Christum occurrere, vrbemq; ingredi, ait: Domine, quo venis? Respõdit Christus: Venio iterum crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinũ pertinere responsum. Christus enim nõ poterat iterum crucifigi, qui carnem passione susceptæ mortis exuerat. Quod enim mortuus est, mortuus est semel: quod autem viuit, viuit deo. Intellexit ergo Petrus q̃d iterum Christus crucifigendus esset in seruulo. Itaque
B sponte remeauit, interrogantibus Christianis responsum reddidit, statimq; correptus, per crucẽ suam honorificauit dominũ Iesum. Videtis igitur quod in seruulis suis pati velit Christ⁹. Quid si & huic seruulo dicit: Illum volo sic manere, tu autem me sequere: & de hac arbore gustare vult fructum? Nam si illius cibus erat vt faceret volũtatem patris, idem cibus illius est vt nostris passionib⁹ epuletur. Nõne, vt de ipso domino sumamus exemplum, quando voluit, passus est: & cum quæreretur, inuentus est? Quando autem hora nõ venerat passionis, per medium quærentium transibat, & videntes eũ tenere non poterant. Quo vtiq; euidenter ostendit quia quãdo dominus vult, vnusquisq; inuenitur & capitur. Quando autem differt, etiam si quærentium manibus occurrat et oculis, non tenetur. Ego ipse non quotidie vel visitandi gratia prodibam, vel pergebam ad martyres? Non regiam palatii prętexebã eum do atq; redeundo? Et tamẽ nemo me tenuit, cum exturbandi me haberẽt, vt prodiderũt postea, voluntatem, dicẽtes, Exi de ciuitate, & vade quo vis. Expectabã fa-
C teor magnum aliquid, aut gladium pro Christi nomine, aut incẽdium. At illi delicias mihi pro passionibus obtulerũt, sed athleta Christi non delicias sed passiones suas exigit. Nemo ergo vos turbet q̃d aut carrũ prępararẽt, aut dura, vt videbatur sibi, Auxẽtii ipsius qui se dicit Episcopũ, ore iactata. Plerię narrabant percussores præmissos, pœnam mortis esse decretã: nec illa timeo, & ista nõ desero. Quo enim abibo, vbi nõ omnia plena gemitus sint atq; lachrymarum, quãdo per ecclesias iubentur eiici catholici sacerdotes, resistẽtes gladio feriri, curiales proscribi omnes nisi mandatũ impleuerint? Et hæc episcopi manu scripta, & ore dictata, qui se vt probaret doctissimum, vetus nõ omisit exemplum. Legimus enim in propheta quod viderit falcẽ volantem. Hanc imitatus Auxentius gladiũ volantem per
2. Cor. 11. omnes vrbes direxit. Et Satanas transfigurat se in angelum lucis, & in malũ imitatur eius potentiã. Tu domine Iesu vno momento mundum redemisti. Auxentius vno momento tot populos, quod in ipso est, trucidabit, alios gladio, alios sacrilegio. Meã basilicam petit cruento ore, sanguinolentis manibus. Cui bene pręPsal. 49. sens respondit lectio: Peccatori autẽ dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? id est, non cõuenit paci & fu-
rori, non conuenit Christo & Belial. Meministis etiã
5. Reg. 21 quod lectũ est hodie, Nabuthe sanctũ virum possessorẽ vineæ suæ interpellatũ petitione regia vt vineã suam daret, vbi rex succisis vitibus olus vile sereret, eumque respondisse, Absit vt ego patrum meorũ tradam hæreditatem. Regem contristatũ esse quod sibi esset alienũ ius relationē iusta negatum, sed muliebri consilio dece

ptum. Nabuthe vites suas vel pprio cruore defendit. D
Si ille vineam nõ tradidit suam, nos trademus ecclesiã Christi? Quid igitur a me responsum est cõtumaciter? Dixi enim conuentus: Absit a me vt tradã Christi hęreditatem. Si ille patrũ hæreditatem non tradidit, ego tradam Christi hęreditatẽ? Sed & hoc addidi, Absit vt tradam hæreditatem patrũ, hoc est hęreditatem Dionysii qui in exilio in causa fidei defunctus est, hæreditatem Eusторgii confessoris, hęreditatem Myroclis, atq; omnium retro fideliũ episcoporum. Respõdi ego quod sacerdotis est: quod imperatoris est, faciat imperator. Prius est vt animam mihi quam fidẽ auferat. Ac cui tradam, pręsens lectio euangelii docere nos debet, quid petatur, a quib⁹ petatur. Audistis nẽpe legi quod cum Christus super pullũ asinæ sederet, clamabant pueruli, Lucę. 19.
& molestę ferebant Iudæi. Deniq; interpellauerũt dominum Iesum dicentes vt faceret eos tacere. respõdit: Si hi tacebunt, lapides clamabũt. Deinde ingressus tẽplum, eiecit nũmularios, & cathedras, & columbas vẽdẽtes in templo dei. Lectio nempe ista nulla nostra dispositione recitata est, sed casu, quæ pręsentibus bene aptatur temporibus. Semper ergo Christi laudes verbera perfidorum sunt. Et nunc cum laudatur Christus, dicunt hæretici quia seditio commouetur, dicũt hæretici quia his mors paratur. & vere mortẽ habẽt in laudibus E
Christi. Quomodo enĩ laudes eius ferre possunt, cuius infirmitatẽ prędicant? Itaq; & hodie cũ laudatur Christus, Arrianorũ amentia verberatur. Geraseni præsentiam Christi ferre non poterant, isti peiores Gerasenis nec laudationem Christi sustinere possunt. Vidẽt pueros Christi gloriam concinẽtes, quia scriptũ est: Ex ore Psal. 8.
infantium & lactentiũ perfecisti laudem. irridentis tamen ætatulam fidei plenã, cum dicunt: Ecce quid clamant? Luc. 19.
Sed respondit iis Christus: Si hi tacuerint, lapides clamabunt. hoc est, fortiores clamabunt, clamabunt & iuuenes, clamabũt & maturiores, clamabũt & senes, isti lapides ad illum iam solidati lapidem, de quo scriptum est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic fa- Psal. 117.
ctus est in caput anguli. His igitur laudationibus inuitatus templum suũ Christus ingreditur, & flagellum prehẽdit, & eiicit de templo nũmularios. Non patitur enim in suo tẽplo pecuniæ esse vernaculos, non patitur in suo tẽplo esse eos qui vendant cathedras. Quid sunt cathedrę, nisi honores? Quid sunt columbę, nisi simplices mentes vel animæ fidẽ candidam & puram sequentes? Ego ergo inducam in templũ quem Christus ex- E
cludit? Iubetur enĩ exire qui dignitates vendit & honores. Iubetur enim exire qui vẽdere vult simplices mentes fideliũ. Ergo Auxẽtius eiicitur, Mercurinus excluditur. Vnum portentũ est, & duo nomina. Etenim ne cognosceretur quis esset, mutauit sibi vocabulum: vt quia hic fuerat Auxẽtius episcopus Arrianus, ad decipiendam plebẽ quam ille tenuerat, se vocaret Mercurinum. Mutauit ergo vocabulum, sed perfidiam nõ mutauit. Exuit lupum, & induit lupum. Nihil prodest q̃d mutauit nomen, quid fit agnoscitur. Alius in Scythiæ partib⁹ dicebatur, alius hic vocatur. nomina pro regionibus habet. Habet ergo iam duo nomina: & si hinc alio perrexerit, habebit & tertiũ. Quomodo enim patietur vt maneat ei vocabulum ad tãti sceleris indicium? Minora fecit in Scythia, & ita erubuit vt mutaret vocabulum. sceleratiora hic ausus est, & volet, quocunque perrexerit, nomine suo prodi tantorũ populorũ sanguinem? Manu sua scribet, & poterit consistere animo? Paucos excludebat dominus Iesus de templo suo, Auxentius nullum reliquit. De templo suo Iesus flagello eiicit, Auxẽtius gladio. Iesus flagello, Mercurinus securi. Pius dominus flagello exturbat sacrilegos, nequã persequitur pios ferro. De quo bene dixistis hodie: Leges suas secum ferat. Feret etiam si nolit, feret cõscientiam suam. Et si non fert chartulam, feret sanguine in-

G scriptam animã suam, etsi atramento inscriptã episto-
Hiere.17. lam nõ feret. Scripta est Iuda culpa tua graphio ferreo
& vngue adamantino, & scripta in pectore tuo; hoc est
ibi scripta vnde processit. Is mihi etiam audet mentio-
nem facere tractãdi, plenus sanguinis, plenus cruoris?
Qui quos nõ potuerit sermone decipere, eos gladio pu
tat esse feriendos, cruentas leges ore dictãs, manu scri-
bens, & putans quod lex fidem possit hominibus impe
Galat.2. rare. Nõ audiuit & id quod hodie dictũ est: Quoniam
non iustificatur homo ex operibꝰ legis? Aut, Per legẽ
legi mortuus sum, vt deo viuam? Id est, per legem spi-
ritualẽ interpretatione legis est mortuus corporali. Et
nos per legẽ dñi nostri Iesu Christi moriamur huic le-
gi, quæ sancit decreta perfidiæ. Non lex ecclesiam con-
Roma.1. gregauit, sed fides Christi. Lex enim nõ est ex fide, iu-
stus autem ex fide viuit. Iustũ ergo fides non lex facit,
quia nõ est per legẽ iustitia, sed per fidem Christi. Qui
autem fidem repudiat, & legis iura pręscribit, ipse se te-
statur iniustum, quia iustus ex fide viuit. Hanc ergo le-
gem quisq; sequatur qua firmatur Ariminẽse conciliũ,
Galat.4. in qua creatura dictus est Christus? Sed aiunt: Misit
deus filium suum factũ ex muliere, factum sub lege. Er
go factum legunt, hoc est creatum. Nõne hoc ipsum cõ
siderant q̃d proposuerunt, quia factus dicitur Christus,
sed ex muliere, hoc est, secundũ partum virginis factus
est, qui secundum diuinam generationẽ ex patre natus
est? Legerunt & hodie quia Christus nos redemit de
Galat.3. maledicto legis, factus pro nobis maledictũ. Nunquid
H maledictũ Christus secũdum diuinitatẽ est? Sed quare
maledictũ dicatur, Apostolus te docet dicens, quia scri
Deut.21. ptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Hoc
est, qui in carne sua nostrã carnẽ, in suo corpore nostras
infirmitates & nostra maledicta suscepit, vt crucifige-
ret. Nõ enim ille maledictus, sed in te maledictus. De-
2.Cor.5. niq; habes alibi: Qui peccatũ non cognouit, sed pro no
bis peccatum factus est: quia nostra peccata suscepit, vt
sacramento suæ passionis aboleret. Hæc ego fratres co
ram ipso apud vos plenius disputarem, sed certus non
ignaros vos esse fidei, vestrum refugit examen, & gen
tiles quosdã quatuor aut quinq; ferme homines eligit
cognitores sibi, si tamen aliquos elegit, quos vellẽ ades
se in cœtu omniũ, non vt de Christo iudicẽt, sed vt ma
iestatem audiant Christi. Tamen illi iam de Auxẽtio
pronũciauerunt, cui tractanti quotidie non crediderũt.
Quæ maior eius condemnatio, q̃ quod sine aduersario
apud iudices suos victus est? Ergo & ipsorum senten-
tiam contra Auxentium iam tenemus: & quod gẽtes
elegit, iure damnandus est, quia Apostoli pręcepta di-
1.Corin.6 misit, cum Apostolus dicat: Audet aliquis vestrũ ad-
I uersus alterũ habẽs negocium, iudicari apud iniquos,
& non apud sanctos? Aut nescitis quoniã sancti de hoc
mundo iudicabunt? Et infra ait: Sic nõ est inter vos sa
piens quisq̃ qui possit iudicare inter fratres, sed frater cũ
fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? Vides
quia quod ille obtulit, contra auctoritatem apostoli fit?
Vos eligite vtrũ Auxentiũ, an Paulum sequi debea-
mus magistrum. Sed quid dicam de Apostolo, cũ ipse
Esa.31. dñs clamet per prophetã: Audite me populꝰ meus, qui
scitis iudiciũ, quorũ in corde lex mea est. Deꝰ dicit, Au
dite me populus meus, qui scitis iudiciũ: Auxentius
dicit, Nescitis iudiciũ. Videtis quia iã deũ cõtemnit in
vobis, qui sentẽtiã cælestis refutat oraculi. Audite me,
inquit, populus meus, dicit dñs. Nõ dicit audite gẽtes,
non dicit audite Iudæi. Iam enim non populus dei qui
fuerat, populus erroris est factus. Et qui populus erro-
ris erat, populus dei esse cœpit, quia in Christum credi-
dit. Iste ergo populus iudicat, cuius in corde lex diuina
2.Corin.3 est, non humana, lex non atramento scripta, sed spiritu
dei viui non in charta exarata, sed in corde signata: lex
gratiæ, non cruoris. Quis igitur vobis iniuriam facit,
qui recusat vestram, an qui eligit audientiam? Conclu

sus vndiq; ad versutiam patrũ suorũ confugit, de impe- K
ratore vult inuidiam cõmouere, dicẽs iudicare debere
adolescẽtem catechumenum sacræ lectionis ignarũ, et
in cõsistorio iudicare. Quasi vero superiore anno quan
do ad palatium sum petitus, cum præsentibus prima-
tibus ante consistorium tractaretur, cũ imperator ba-
silicam vellet eripere, ego tũc aulæ contẽplatione rega-
lis infractus sim, constantiam nõ tenuerim sacerdotis,
aut imminuto iure discesserim. Nonne meminerũt q̃d
vbi me cognouit populus palatium petisse, ita irruit,
vt vim eius ferre nõ possent, quando comiti militari cũ
expeditis ad fugandam multitudinem egresso obtule-
runt omnes se neci pro fide Christi? Non tunc rogatus
sum vt populum multo sermone mulcerem? Sponde-
rem fidem quod basilicam ecclesiæ nullus inuaderet?
Et cum pro beneficio meum sit officium postulatũ, ta-
men quod populus ad palatium venisset, mihi inuidia
commota est. In hãc igitur inuidiam me redire deside-
rant: reuocaui populum, & tamen inuidiam non euasi:
quam quidem inuidiam ego temperãdam arbitror, nõ
timẽdam. Quid enim timeam? pro Christi nomine?
nisi forte illud mouere me debet quod aiunt, Ergo nõ
debet imperator vnam basilicã accipere ad quam pro- L
cedat: & plus vult Ambrosiꝰ posse q̃ imperator, vt im-
peratori prodeundi facultatem neget? Quod cũ dicũt,
apprehẽdere sermones nostros gestiũt, sicut Iudæi qui
Christũ versuto sermone tentabãt dicentes: Magister Mat.22.
licet tributum dare Cæsari, aut non? Semper ne de Cę
sare seruulis dei inuidia commouetur? Et hoc ad calũ-
niam sibi arcessit impietas, vt imperiale nomen obten-
dat? Et isti possunt dicere quod eorũ nõ habeant sacrile
gium, quorum imitantur magisterium? Et tamen vi-
dete quãto peiores Arriani sunt q̃ Iudæi. Illi quęrebãt
vtrum soluendũ putarent Cæsari ius tributi, isti impe-
ratori volunt dare ius ecclesiæ. Sed vt perfidi suum se-
quuntur autorem, ita & nos quæ nos dominꝰ & autor
noster docuit, respondeamus. Considerans enim Iesus
dolum Iudæorum dixit ad eos: Quid me tentatis? o- Ibidem.
stẽdite mihi denarium. Et cum dedissent, dixit: Cuius
imaginem habet & inscriptionem? Respondentes di-
xerũt: Cæsaris. Et ait illis Iesus: Reddite quę sunt Cę-
saris Cæsari, & quæ sunt dei deo. Ergo & ego dico illis
qui mihi obiiciũt, Ostẽdite mihi denarium. Iesus Cæ-
saris denarium vidit, & ait: Reddite Cæsari quæ Cæ-
saris sunt, & quæ dei sunt deo. Nũquid de ecclesiæ ba-
silicis occupandis possunt denariũ offerre Cæsari? Sed
in ecclesia vnam imaginẽ noui, hoc est, imaginem dei M
inuisibilis, de qua dixit deus: Faciamus hominem ad Gen.1.
imaginem & similitudinẽ nostram. Illam imaginẽ de
qua scriptũ est: Quia Christus splendor glorię, & ima- Heb.1.
go substantiæ eius. In ista imagine patrem cerno, sicut
dixit ipse dominus Iesus: Qui me videt, videt et patrẽ. Ioan.14.
Non enim hæc imago a patre est separata, quæ vnita-
tem me docuit trinitatis, dicẽs: Ego & pater vnum su- Ibidẽ.10.
mus. Et infra: Omnia quæcũq; habet pater, mea sunt. Ibidẽ.16.
Et de spiritu sancto dicẽs quia spiritus Christi sit, & de
Christo accepit, sicut scriptũ est: Ille de meo accipiet, & Ibidem.
annunciabit vobis. Quid igitur non humiliter respon
sum a nobis est? Si tributũ petit, non negamus. Agri
ecclesiæ soluunt tributũ. Si agros desiderat imperator,
potestatem habet vendicandorũ, nemo nostrũ interue
nit. Potest pauperibus collatio populi redundare. Nõ
faciant de agris inuidiam, tollãt eos si libitum est. Im-
peratori non dono, sed non nego. Aurum quęrunt, pos
sum dicere: Argẽtum & aurũ non quæro. Sed inuidiã
faciunt quia aurũ erogatur, nec ego hanc inuidiã per-
horresco. Habeo ærarios. Aerarii mei pauperes Chri-
sti sunt. Hunc noui congregare thesaurũ. Vtinam hoc
mihi semper crimen adscribant, quia aurũ pauperibus
erogatur. Quod si obiiciunt quod defensionẽ ab iis re-
quiram, non nego, sed etiam ambio. habeo defensionẽ,

A sed in orationibus pauperum. Cæci illi, & claudi, debi-
les & senes, robustis bellatoribꝰ fortiores sunt. Deniq;
munera pauperum deum obligant, quia scriptum est:
Prou.19. Qui largitur pauperi, deo fœnerat. Presidia bellatorũ
diuinam sæpe gratiam nõ merentur. Hymnorũ quoq;
meorũ carminibus deceptũ populum ferũt. Plane nec
hoc abnuo. Grande carmẽ istud est, quo nihil potẽtius.
Quid enim potentius q̃ confessio trinitatis, quæ quoti
die totius populi ore celebratur? Certatim omnes stu-
dent fidem fateri, patrẽ & filiũ & spiritũ sanctum norũt
versibus prædicare. Facti sunt igitur omnes magistri,
qui vix poterant esse discipuli. Quid igitur obaudien-
tius potest esse q̃ vt Christi sequamur exẽplũ, qui specie
Philip.2. inuentus vt homo humiliauit semetipsum factus obe
diens vsq; ad mortem? Deniq; omnes per obediẽtiam
Rom.5. liberauit. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis
peccatores constituti sunt plurimi, ita et per vnius obe-
dientiã iusti constituentur multi. Si ergo ille obediens,
accipiant obedientiæ magisteriũ, cui nos inhæremus,
dicentes iis qui nobis de imperatore inuidiam faciunt:
Soluimꝰ quę sunt Cæsaris Cęsari, & quę sunt dei deo.
Tributũ Cæsaris est, non negatur. Ecclesia dei est, Cę-
sari vtiq; non debet addici, quia ius Cæsaris esse nõ po-
test dei templum. Quod cũ honorificẽtia imperatoris
nemo dictũ potest negare. Quid enim honorificentius
q̃ vt imperator ecclesiæ filius esse dicatur? Quod cũ di
citur, sine peccato dicitur, cũ gratia dicitur. Imperator
enim bonus intra ecclesiam, non supra ecclesiã est. Bo-
nus enim imperator quęrit auxiliũ ecclesiæ, nõ refutat.
Hęc vt humiliter dicimus, ita constanter exponimus.
B Sed incendia aliqui, gladiũ, deportationem minantur.
Didicimus Christi seruuli nõ timere. Nõ timentibus
Psal.63. nunq̃ est grauis terror. Deniq; scriptũ est: Sagittę infan
tium factæ sunt plagæ eorũ. Satis igitur propositis re-
sponsum videtur. Nunc illos interrogo quod Saluator
Lucæ.20. interrogauit: Baptismũ Ioannis de cælo est, an ex ho-
minibus? Et non potuerunt respondere ei Iudæi. Si ba
ptismum Ioannis non soluerũt Iudæi, Auxentius sol-
uit baptismum Christi? Nõ enim istud ex hominibus
est baptismum, sed de cælo, quod detulit nobis consilii
magni angelus, vt iustificemur deo. Cur igitur rebapti
zandos Auxẽtius fideles populos putat baptizatos in
Ephe.4. nomine trinitatis, cũ Apostolus dicat: Vna fides, vnũ
baptisma? Et se hominum dicit aduersarium esse, non
Christi, cum consilium dei spernat, & condemnet ba-
ptismum, & quod Christus nobis ad redimẽda nostra
peccata donauit.

Diui Ambrosii ad Marcellinam sororẽ suam, refe-
rentis illi quid in causa de Basilicis tradendis actũ sit, et
in quo statu res ipsa nũc cõsistat, Epist. XXXIII.

QVONIAM omnibus epistolis fere soli-
cite quæris de ecclesia, accipe quid agatur.
Postridie q̃ accepi literas tuas quibꝰ signifi
C caueras quod te exagitarẽt somnia tua, mo
les inquietudinum grauiũ cœpit moueri. Nec iam por
tiana, hoc est, extramurana Basilica petebatur, sed Ba
silica noua, hoc est intramurana, quę maior est. Conue
nerunt me primo principes virtutum, viri comites cõ-
sistoriani, vt & Basilicam traderẽ, & procurarẽ ne quid
populus turbarum moueret. Respondi quod erat ordi-
nis, templũ dei tradi a sacerdote non posse. Acclamatũ
est sequenti die in ecclesia, etiam pręfectus eo venit, cœ
pit suadere vt Basilica portiana cederemꝰ. Populꝰ re-
clamauit. Ita tunc discessum est, vt intimaturum se im
peratori diceret. Sequẽti die, erat autẽ dominica, post
lectiones atq; tractatũ dimissis catechumenis symbolũ
aliquibus competentibus in baptisteriis tradebam Ba
silicæ. Illic nunciatũ est mihi comperto, quod ad portia
nam Basilicã de palatio decanos misissent, & vela sus-

pendẽrent, populi partem eo pergere. Ego tamẽ mansi D
in munere, missam facere cœpi. Dum offero, raptũ co-
gnoui a populo Castulum quendam quem presbyterũ
dicerent Arriani. Hunc autem in platea offenderant
transeuntes. Amarissime flere, & orare in ipsa oblatio-
ne deum cœpi, vt subueniret, nec huius sanguis in cau-
sa ecclesiæ fieret, certe vt meus sanguis pro salute nõ so
lum populi, sed etiã pro ipsis impiis effũderetur. Quid
multa? Missis presbyteris & diaconibꝰ eripui iniuriæ
virum. Condẽnationes illico grauissimę decernuntur,
primo in corpus omne mercatorũ. Itaq; sanctis diebus
hebdomadis vltimæ quibus solebãt debitorum laxari
vincula, stridunt catenę, imponuntur collo innocentiũ,
exigũtur ducẽta pondo auri intra totum triduũ. Respõ
dent aliqui se tantum aut duplũ si peterentur daturos,
dummodo seruarent fidem. Erant pleni carceres nego
ciatoribus. Palatina oñia officia, hoc est memoriales,
agentes in rebus, apparitores diuersorũ comitum tem
perare a processu iubentur specie qua seditioni interesse
prohibebantur, honoratis multa minabantur grauissi-
ma nisi Basilicam traderent. Feruebat persecutio: ac si
aperuissent portã, prorupturi in omne facinus videban
tur. Conuenior ipse a comitibus & tribunis vt Basilicę
fieret matura traditio, dicẽtibus imperatorem iure suo
vti, eo quod in potestate eius essent omnia. Respondi,
si a me peteret quod meũ esset, id est fundũ meũ, argen
tum meum, ius huiusmodi meum me non refragatu-
rum, q̃q̃ omnia quæ mea sunt, essent pauperum. Verũ
ea quæ diuina, imperatorię potestati non esse subiecta.
Si patrimonium petitur, inuadite: si corpus, occurrã. E
Vultis in vincula rapere? vultis i mortem? voluptati
est mihi. Non ego me vallabo circũfusione populorũ,
nec altaria tenebo vitã obsecrans, sed pro altaribus gra
tius immolabor. Horrebam quippe animo cũ arma-
tos ad Basilicam ecclesiæ occupandam missos cogno-
scerem, ne dum Basilicam vẽdicant, aliqua strages fie-
ret quæ in perniciem totius vergeret ciuitatis. Orabã
ne tantę vrbis vel totius Italiæ busto superuiuerẽ. De-
testabar inuidiam fundendi cruoris, offerebam iugulũ
meum. Aderant Gotthi tribuni, adoriebar eos dicens:
Propterea vos possessio Romana suscepit, vt perturba
tionis publicę vos prębeatis ministros? Quo transibi-
tis si hęc deleta fuerint? Exigebatur a me vt compesce-
rem populum. Referebam in meo iure esse vt nõ exci-
tarem, in dei manu vt mitigaret. Postremo si me incẽ
torem putarẽt, iam in me vindicari oportere, vel abdu
ci me in quas vellent terrarũ solitudines. His dictis illi
abierunt, ego in basilica veteri totum exegi diem, inde
domum cubitũ me recepi, vt si quis abducere vellet, in-
ueniret paratum. Ante lucẽ vbi pedem limine extuli, F
circumfuso milite occupatur basilica. Idq; a militibꝰ im-
peratori mãdatũ dicitur, vt si prodire vellet, haberet co
piam, se tamen præsto futuros si viderẽt eum cum ca
tholicis conuenire. Alioquin se ad eum cœtũ quẽ Am
brosius cogeret, trãsituros. Prodire de Arrianis nullus
audebat, quia nec quisq̃ de ciuibꝰ erat, pauci de familia
regia, nõnulli etiam Gotthi. Quibus vt olim plaustro
sedes erat, ita nunc plaustrum ecclesia est. Quocũque
fœmina ista processerit, secũ suos omnes cœtus vehit.
Circumfusam basilicã esse gemitu populi intellexi, sed
dum legũtur lectiones, intimatur mihi plenã populi es
se basilicam etiam nouã, maiorem videri plebem q̃ o-
mnes cum essent liberi: lectorem efflagitari. Quid plu
ra? Milites ipsi qui videbantur occupasse basilicam, co
gnito ꝙ præcepissem vt abstinerẽtur a cõmunionis cõ-
sortio, ad conuẽtum hunc nostrũ venire cœperũt. Qui-
bus visis turbantur mulierũ animi, proripit se vna. Ipsi
tamen milites se ad orationem venisse, nõ ad pręliũ lo-
quebantur. Clamauit aliqua populus, q̃ moderate, q̃ cõ
stanter, q̃ fideliter poscebat vt ad illam pergeremus ba
silicam. In illa quoq; basilica, fertur quod populꝰ pręsen-

G tiam flagitabat meam. Tunc ego hūc adorsus sermo-
nem sum: Audistis filii librū legi Iob, qui solēni & mu-
nere est decursus, & tempore. Sciuit & vsu hūc librum
etiam diabolus intimandum, quo virtus omnis suę tē
tationis aperitur & ꝓditur. Et ideo se hodie motu ma-
iore cōcussit. Sed gratias deo nostro, qui nos ita firma-
uit fide atq; patientia. Vnum Iob miraturus ascende-
ram, omēs Iob quos mirarer inueni. In singulis vobis
Iob reuixit, in singulis sancti illius patiētia & virtus re-
fulsit. Quid enim præsentius dici potuit a Christianis
viris, q̄ id quod hodie in vobis spiritus sanctus est locu-
tus? Rogamus Auguste, non pugnamus. Non time-
mus, sed rogamus. Hoc Christianos decet, vt & tran-
quillitas pacis optetur & fidei, veritatisq; constātia, nec
mortis reuocetur periculo. Est enī pręsul dominus, qui
saluos faciet sperantes in se. Sed veniamus ad proposi-
tas lectiones. Videtis diabolo tentandi licentiā dari, vt
boni probentur. Inuidet inimicus bonis profectibus, tē
tat diuersis modis. Tentauit sanctum Iob in patrimo-
nio, tentauit in filiis, tētauit in dolore corporis. Fortior
in suo corpore tētat, infirmior in alieno. Et mihi meas
diuitias quas in vobis habeo, volebat auferre, & hoc
tranquillitatis vestrę patrimonium dissipare cupiebat.
H Vos quoq; ipsos mihi bonos filios gestiebat eripere, p
quibus ego quotidie instauro sacrificium. Vos ruinis
quibusdam publicę perturbationis conabatur inuolue-
re. Duo igitur iam genera tentationis excepi. Et fortas
se quia infirmiorem me dominus deus nouit, adhuc in
corpus meum non dedit potestatem. Et si ipse cupiam
& si offeram, adhuc me fortasse huic certamini imparē
iudicat, & diuersis exercet laborib⁹. Nec Iob ab isto cœ
pit certamine, sed in hoc cōsummauit. Tētat⁹ est autē
Iob nūciis coaceruatis malorum, tētatus est etiam per
Iob.2. mulierem, quæ ait: Dic aliquod verbū in deum, & mo
rere. Videtis quanta subito moueātur. Gotthi, arma,
gentiles, mulcta mercatorum, pœna sanctorū. Aduer-
titis quid iubeatur cum mandatur: Trade basilicā, hoc
est, dic aliquod verbū in deum, & morere. Nec solū dic
aduersum deū, sed etiam fac aduersus deum. Manda-
tur, Trade altaria dei. Vrgemur igit̃ præceptis rega-
libus, sed confirmamur scripturæ sermonibus: quæ re-
spondit: Tanq̄ vna ex insipiētibus locuta es. Non me-
diocris igitur ista tentatio. Nanq; asperiores tentatio-
nes has esse cognouimus, quæ fiunt per mulieres. De-
niq; per Euam etiam Adam supplantatus est: eoq; fa-
ctum est vt a mandatis cælestibus deuiaret. Quo erro
re cognito, præuaricatricis cōscientię reus latere cupie-
Geñ.3. bat, sed latere nō poterat, & ideo ait ei deus: Adam, vbi
I es? Hoc est, quid eras ante? vbi nūc esse cœpisti? vbi te
constitueram? quo ipse trāsgressus es? Agnoscis esse te
nudū, quia bonę indumenta fidei perdidisti. Folia sunt
ista quibus nunc velare te quæris. Repudiasti fructum,
sub foliis legis latere cupis, sed proderis. Recedere a do
mino deo tuo propter vnā mulierē desiderasti, propter-
ea fugis quem videre quærebas. Cum vna muliere te
abscondere maluisti, relinquere speculum mundi, inco-
latum paradisi, gratiam Christi. Quid dicam ꝙ etiam
3.Reg.19 Heliam Iezabel cruenta persecuta est? ꝙ Ioannem Ba
Mat.14. ptistā Herodias fecit occidi? Singulæ tamen singulos.
Mihi quo minora longe merita, eo tentamēta grauio
ra. Virtus infirmior, sed plus periculi. Succedunt sibi
mulierum vices, alternantur odia, commēta variātur,
seniores conueniuntur, prætexitur regis iniuria. Quæ
ratio igitur est aduersus hunc vermiculum moliri gra-
uiores tentationes, nisi quia non me, sed ecclesiam per-
sequuntur? Mandatur deniq;: Trade basilicā. Respon-
deo: Nec mihi fas est tradere, nec tibi accipere Impera-
tor expedit. Domū priuati nullo potes iure temerare,
domū dei existimas auferēdam? Allegatur, imperato-
ri licere omnia, ipsius esse vniuersa. Respōdeo: Noli te
grauare impator, vt putes te in ea quę diuina sunt, im-
periale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed si vis K
diutius imperare, esto deo subditus. scriptum est: Quę
dei deo, quę Cæsaris Cęsari. Ad imperatorem palatia
pertinent, ad sacerdotē ecclesiæ. Publicorū tibi mœniū
ius commissum est, nō sacrorum. Iterum dicitur man-
dasse, Debeo & ego vnam basilicam habere. Respōdi:
Non tibi licet illā habere. Quid tibi cū adultera? Adul
tera est enim quæ nō est legitimo Christi coniugio co-
pulata. Dum hæc tracto, suggestū est mihi cortinas re-
gias esse collectas: refertam autem populo basilicam
præsentiam mei poscere: statimq; eo conuerti sermonē
meū, dicens: Quā alta & ꝓfunda oracula sunt spiritus san
cti. Matutinis horis lectum est, vt meministis fratres,
quod summo animi dolore respondemus: Deus, vene- Psal.78.
runt gentes in hęreditatem tuam. Et reuera venerunt
gentes, & plus etiā q̄ gentes venerunt. Venerūt enim
Gotthi, & diuersarū nationum viri, venerūt cū armis,
& circumfusi occupauerunt basilicā. Hoc nos ignari tuę
altitudinis dolebamus, sed nostra imprudentia aliud
opinabatur. Venerunt gētes, sed vere in hæreditatem
tuam venerunt. Qui enim gentes venerunt, facti sunt
Christiani. Qui ad inuadendā hęreditatem venerunt,
facti sunt cohęredes dei. Defensores habeo quos hostes
putabā: socios teneo, quos aduersarios existimabā. Cō- L
pletum est illud quod de domino Iesu Dauid propheta
cecinit: Quia factus est in pace locus eius, & confregit Psal.75.
cornua arcuum, scutum, & gladium, & bellum. Cuius
enim hoc munus, cuius opus, nisi tuum domine Iesu?
Videbas ad templum tuum armatos venire, hinc ge-
mere populum, & frequentem adesse, ne basilica dei tra
deretur: inde vim militibus, imperatori: mortem ante
oculos mihi: ne quid inter hęc furori liceret, inseruisti te
domine medium, et fecisti vtraq; vnum. Compescuisti
armatos dicens profecto: Si ad arma concurritur, si in
templo meo lis commouetur, quæ vtilitas in sanguine Psal.29.
meo? Gratias itaq; tibi Christe: non legatus, neq; nun-
cius, sed tu domine saluum fecisti poplū tuum, cōscidi-
sti saccum meum, & pręcinxisti me lætitia. Hęc ego di
cebam miratus imperatoris animū studio militū, ob-
secratione comitū, precatu populi posse mitescere. In-
terea nunciatur mihi missum notariū qui mādata de-
ferret. Concessi paululum, mandatū intimat. Quid ti-
bi visum est, inquit, vt contra placitū faceres? Respon-
di: Quid placitū sit ignoro, quid ve temere factum dica
tur, incertum habeo. Ait: Cur presbyteros ad Basilicā
destinasti? Si tyrannus es, scire volo, vt sciam quemad
modum me aduersum te præparē. Retuli dicens me
nihil in præiudiciū fecisse ecclesiæ: eo tempore quo au- M
dieram occupatam esse a militibus basilicam, gemitū
tantummodo liberiorem habuisse: multisq; adhortāti-
bus vt eo pergerem, dixisse, Tradere basilicam non pos
sum, sed pugnare nō debeo. Postea vero q̄ cognouerim
cortinas regias inde esse sublatas, cū me populus eo ire
deposceret, direxisse presbyteros, me tamē noluisse ire,
sed dixisse, Credo in Christo quod ipse nobiscū faciet i-
perator. Si hæc tyrānis videt̃, habeo arma, sed in Chri-
sti nomine, habeo offerendi mei corporis potestatem.
Quid moraret̃ ferire si tyrannū putaret? Veteri iure a
sacerdotib⁹ donata imperia, nō vsurpata? Et vulgo di
ci ꝙ imperatores sacerdotium magis optauerint, q̄ im
perium sacerdotes. Christus fugit, ne rex fieret. Habe- Ioan.6.
mus tyrannidem nostram. Tyrannis sacerdotis, infir-
mitas est. Cum infirmor, inquit, tunc potens sum. Ca- 2.Cor.12.
uere tamen ne ipse sibi tyrannū faceret, cui deus aduer-
sarium nō excitauit. Non hoc maximum dicere, quod
tyrannus ego sim Valētiniani, qui se meæ legationis
obiectu queritur ad Italiā nō potuisse transire. Addidi
quia nunq̄ sacerdotes tyranni fuerunt, sed tyrānos sępe
sunt passi. Exactus est totus ille dies in mœrore nostro,
scissæ tamen ab illudētibus pueris cortinæ regiæ. Ego
domum redire nō potui, quia circumfusi erant milites,

A qui basilicam custodiebant. Cum fratribus psalmos in
ecclesię basilica minore diximus. Sequēti die lectus est
de more liber Ionæ, quo cōpleto hunc sermonem ador
sus sum. Liber lectus est fratres quo prophetatur quod
peccatores in pœnitentiā reuertantur. Acceptū est ita
vt speraret̃ in præsenti futurū. Addidi quod vir iustus
etiā offensam contrahere voluisset, ne vel spectaret vel
denunciaret excidium ciuitati. Et quod lugubre esset il
lud dictū. Contristatus quoq; sit quod aruisset cucurbi-
Ionæ.4. ta. Deum quoq; dixisse ad Prophetam: Si tristis es pro
cucurbita? Respōdisse Ionam: tristis. Dixisse dominū,
si illud doleret quod exusta esset cucurbita, quanto ma-
gis sibi curæ esse oportere tantæ plebis salutē? Et ideo
excidium quod paratū toti vrbi fuerat, remouisse. Nec
mora, nunciatur imperatorem iussisse vt recederēt mi-
lites de basilica, negociatorib⁹ quoq; quod exacti de cō-
demnatione fuerant redderetur. Quæ tunc plebis to-
tius lætitia fuit? qui totius populi plausus? quę gratia?
Erat autem dies quo sese dominus pro nobis tradidit,
quo in ecclesia pœnitentia relaxatur. Certatim hoc nū-
ciare milites, irruentes in altaria osculis significare pa-
cis insigne. Tunc agnoui ꝙ deus vermem antelucanū
percusserat, vt tota ciuitas seruaretur. Hæc gesta sunt,
atq; vtinā iam finita, sed grauiores motus futuros ple-
B na commotionis imperialia verba indicant. Ego tyrā-
nus appellor, & plus etiam q̄ tyrannus. Nam cū impe-
ratorē comites obsecrarent vti prodiret ad ecclesiā, idq;
petitu militū facere se dicerent, respōdit: Si vobis iusse-
rit Ambrosius, vinctū me tradetis. Quid post hanc vo
cem supersit, cōsidera. Quam vocem omnes cohorrue
runt, sed habet a quibus exasperetur. Deniq; etiam spe
ciali expressione Calligonus præpositus cubiculi man
dare mihi ausus est: Me viuo tu contemnis Valenti-
nianum? Caput tibi tollo. Respōdi: Deus permittat ti
bi vt impleas q̄d minaris. Ego enim patiar quod epi-
scopi, tu facies quod spadones. At vtinam dominus a-
uertat eos ab ecclesia, & in me omnia sua tela conuer-
tant, meo sanguine sitim suam expleant.

Diui Ambrosii ad Theodosium imperatorē, decess
C sum Valentiniani Augusti vehemēter se dolere, aptis
simumq; pro sepultura eius locum præparatū esse insi-
nuantis, Epistola XXXIIII.

AMBROSIVS Theodosio Imperatori.
Silentium meū rupit sermo clementiæ tuę.
Nihil enim in tam tristib⁹ rebus melius fa-
cere in animum induxeram, q̄ si fieri posset,
meipsum abdere. Sed quia in secessu aliquo delitesce-
re, & sacerdotio exire non poterā, vel silētio intra me la
tebam. Doleo enim fateor dolore acerbo, non solum ꝙ
immatura ætate Valētinianus Augustus decesserit,
sed etiam quod informatus fide, ac tuis institutis tantā
deuotionem erga deum nostrum induerat, atq; tāto in
me incubuerat affectu, vt quē ante persequebatur, nūc
diligeret: quem ante vt aduersarium repellebat, nūc vt
parentem putaret. Quod ego non pro recordatione in-
iurię veteris exprompsi, sed pro testimonio conuersio-
nis. Illud enim alienum, hoc suū, quod a te infusum sibi
ita tenuit, vt matris persuasionem excluderet. Ille se a
me nutritum præferebat, ille vt sedulum patrem desi-
derabat. Ille simulato a quibusdam aduentus mei nun
cio, impatienter prestolabatur. Quinetiam illis ipsis pu
blici doloris dieb⁹ cum sanctos & summos sacerdotes
domini intra Gallias haberet, vt a me tamē sacramen-
tis baptismatis initiaretur, scribendum arbitratus est.
Quod etiam si non rationabiliter, amabiliter tamen er
ga me suum studium testificatus est. Hunc ergo nō in-
timo anhelem spiritu, secretisq; mētis atq; animi visce-
ribus amplectar? Hunc mihi mortuū putē? Immo mi-
hi magis viuum. Quas ego domino deferebam gra-
tias, quod ita in me conuersus esset, quod ita emenda- D
tus, quasi senioris cuiusdam ætatis mores induisset:
quas clementiæ tuæ quod eum non solum regno red-
didisses, sed etiam quod est amplius, instituisses fidei
& pietatis tuæ disciplinis. Hunc ergo non doleam æui
integrum, anteq̄ sacramentorum quæ desiderauit adi-
pisceretur gratiā, repentina obisse morte? Refrigerasti
animum quod etiam ipse dignatus es ferre testimo-
nium dolori. Te imperator arbitrū teneo affectus mei,
te meæ mentis interpretem. Sed flendi tempora alias
non deerunt. Nunc de sepultura eius, quoniam scripsit
clementia tua ita hic procurandum. Sed exors recessit
baptismatis. quid cognouerim, nō repressi. Est hic por-
phyreticum labrum pulcherrimū, & in vsus huiusmo-
di aptissimum. Nam & Maximianus Diocletiani so-
cius ita humatus est. Sunt tabulæ porphyreticæ præ-
ciosissimæ, quibus vestiebatur operculum quo regales
exuuiæ claudantur. Hoc fuerat præparatum, sed expe-
ctabatur rescriptum clementiæ tuæ, cuius perceptione
recreatæ sunt sanctæ filię tuæ, filii tui Valentiniani so
rores, quæ se grauibus afficiunt modis, & amplius ex-
agitabatur quod diu nihil scriberetur sibi. Vnde iis nō
parum accessit solatii, sed dū inhumatæ sunt reliquiæ,
nequaq̄ sibi parcūt. Videntur enī sibi germani sui quo- E
tidianum funus tenere. Et reuera cū sine fletu magno
ac sine dolore graui nunquam sint, tamen quotiescunq;
eo accedunt, exangues reuertuntur. Et ipsis igitur con-
suletur, & charissimis exuuiis, si acceleretur sepultura,
ne æstiuo penitus soluantur calore. Vix enim superio
rem æstatem trāsegimus. Mandatum tuum seruo, &
commēdo domino. Diligat te dominus, quia tu domi-
ni seruos diligis.

Diui Ambrosii ad Eusebium episcopum, apparito-
ri prefecturæ offensam quā contraxerat esse remissam,
Faustinumq; paruulum tussi laborantem ad sororē ve
nisse referentis, Epistola XXXV.

AMBROSIVS Eusebio episcopo. Ap-
paritor præfecturæ qui propter operas por-
tuenses offensam contraxerat, iam in portu
nauigat, opportune autē aduenit. Nam si-
mul vt accepi literas tuas, vidi præfectum, rogaui pro F
eo, ignouit illico, iussi retrahi epistolam quam de fa-
cultatibus eius publicandis dictauerat. Quod si tar-
dius venisset, nemo magis ꝓbasset inexplicabile illud
opus esse portus reformādi, q̄ iste qui illic naufragium
fecerat, nisi te habuisset gubernatorem, vt aliter nō pos
set inde nisi nudus exire. Faustinus paruulus tussi la-
borat, ad sanctam sororem curatū venit, & venit spon-
te. Expertus enim est melius sibi ventrem curari. De-
nique & me medicum putat, expectat prandium. Itaq;
hic bis ad diem curatur, & cœperat pulchre valere, sed
dum eum nimio amore abstinere gestiunt, tussire de
ventre plus cœpit, & laborabit adhuc, nisi ad medica-
menta sua reuertatur. Vale, & nos dilige, quia nos
te diligimus.

LIBER SEXTVS.

DIVI AMBROSII ad Sabinum episcopū,
eos qui indignum duxerint quod Paulinus ven-
ditis facultatib⁹, & seculo relicto, secretū quod-
dam elegerit, confutantis & cōprobantis
quod nō ignominiosum aut turpe, sed
gloriosum sit, opprobriosum vilē
& nudum fieri pro Christo.
Quid etiam denudatio
ipsius Dauid figura-
uerit, exponētis,
Epistola XXXVI.

GAMBROSIVS SABIno Episcopo. Paulinū splendore generis in partib⁹ Aquitanię nulli secundū, venditis facultatib⁹ tam suis q̄ etiam cōiugalibus, in hos se induisse cultus ad fidē cōperi, vt ea in pauperes cōferat quę redegit in pecuniam, & ipse pauper ex diuite factus tanq̄ deo nexatus graui sarcina, domui, patriæ, cognationi quoq; valedicat, quo impensius deo seruiat. Elegisse autē secretū affirmatur Nolanæ vrbis, vbi tumultū fugitans æuum exigat. Matrona q̄q; virtuti & studio eius proxime accedit, neq; a ppōsito viri discrepat. Deniq; transcriptis in aliorum iura suis prædiis, virum sequitur, & exiguo illic cōiugis cōtenta cespite solabitur se religionis & charitatis diuitiis. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata. Hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? Ex illa familia, illa prosapia, illa indole, tanta prædituri eloquentia migrasse a sena tu, interceptam familiæ nobilis successionem? ferri hoc non posse. Et cum ipsi capita & supercilia sua radant si quādo Isidis suscipiūt sacra, si forte Christianus vir attentior sacrosanctæ religioni vestē mutauerit, indignū
H facinus appellāt. Equidē doleo tantam esse in mēdacio obseruantiā, in veritate negligentiā, vt cōfundātur pleriq; attentiores ad sacrosanctam religionē videri, nō cōLucę. 9. siderantes vocem dicentis: Qui me cōfūsus fuerit corā hominibus, confundar & ego eum corā patre meo qui
Exo. 2. est in cælis. Sed non cōfusus est Moyses, qui cum esset ascitus in domū regiam, thesauris Ægypti opprobriū
2. Reg. 6. Christi præferendū putauit. Non confusus est Dauid, qui ante arcam testimonii corā omni populo saltauit.
Esa. 20. Non cōfusus est Esaias, qui nudus & discalciatus ibat per populos oracula clamās cęlestia. Quid vtiq; tā deforme visibili spectaculo q̄ histrionicos simulare gestus, & fœmineo vsu mollire mębra? Deliciarū comes & luxurię ludibriū est lasciua saltatio. Quid illud quod ipse
Psal. 46. cecinit dicens: Omnes gentes plaudite manibus? Nēpe si corporalia cōsideremus, tanq̄ muliebrib⁹ intermixtum choreis putamus eū concrepare manibus, & tur
Ezech. 21 pi sono plaudere. Nam & de Ezechiel dictū est: Plaude manu, & percute pede. Sed hæc quæ corporeo aspectu fiunt turpia, sacrosanctæ religionis cōtēplatione reuerenda sunt, vt qui ista reprehēdunt, ipsi in laqueos reprehensionis animas suas induant. Deniq; reprehendit
2. Reg. 6. Michol saltantem Dauid, & ait ad eū: Quid honorifi
I catus est hodie rex Israel, quia denudatus est hodie ante oculos puellarū suarum? Et respondit ei Dauid: Coram domino ludā qui elegit me p patre tuo, & pro vniuersa domo eius, vt constitueret me regē super populū suum Israel. Et ludam corā domino, & denudabor adhuc sic, & ero nugax ante oculos tuos, & cū puellis quibus dixisti me denudatum, honorificabor. Nō erubuit igif Dauid fœmīneas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire pro religionis obsequio verecundatus est. Ludebat enim domino puer suus, & ideo amplius placuit, quia ita se humiliauit deo, vt regale posthaberet fastigiū, & vltimū exhiberet deo quasi seruulus ministerium. Deniq; illa quę saltationē huiusmodi reprehendit, sterilitatis damnata nō dedit sobolem regiam, ne superbos crearet: et quod verū est, nullam est adepta posteritatis suę meritoriq; successionem. Quod si quis adhuc dubitat, accipiat euāgelicū testimonium. Dixit
Mat. 11. enim dei filius: Cantauimus vobis, & nō saltastis. Dereliēti sunt ita q; Iudæi qui nō saltauerunt, qui nescierūt manibus suis plaudere. Ascitæ sunt gentes quæ spiri-
Eccles. 4. tualē deo plausum dederūt. Stultus enim cōplexus est manus suas, et deuorauit viscera sua, id est, corporalib⁹ se implicauit negociis, & deuorauit viscera sua sicut mors prætalens, & ideo nō inueniet vitam æternam. K
Sapiens autem attollens opera sua, vt lucerent coram patre suo qui in cælis est, non assumpsit sed eleuauit viscera sua vsq; ad resurrectionis gratiā. Hæc gloriosa sapiētis saltatio, quam saltauit Dauid, & ideo vsq; ad sedem Christi sublimitate spiritualis saltationis ascēdit, vt videret atq; audiret dicentē dominum domino suo: Sede a dextris meis. Ergo si nō absurde cecidisse nobis Psal. 109.
hanc de saltatione interpretationē iudicas, non superfedeas adhuc lectionis laborē, vt etiam de Esaia mecum recenseas, quod bene tibi cognitū est, illū non ludibriose sed gloriosissime denudatū esse in cōspectu populorum occursantiū, vtpote qui oracula domini ore proprio resultabat. Sed forte aliquis dicat: Non igitur erat turpe vt vir nudus omnino iret per populos, cum ei et virilis sexus & muliebris occurreret? Nō ipsa species offendebat oculos omnium, & maxime mulierum? Nōne ipsi nos inspicere nudos plerumq; reuereremur? Deniq; idcirco indumentis operiuntur genitalia hominū, ne deformi visu obtutū aciemq; perstringant oculorum intuentium. Acquiesco & ego, sed considera quæ figura sit facti huius, quid ve prętēdat species huiusmodi. Eo quod ita nudi ambulabunt pueri Iudæorū & virgines in captiuitatem deducti, sicut puer, inquit, meus Esaias vadit nudus & excalciatus. Potuit quidem hoc & sermone exprimere, sed exemplo acerbare maluit, vt species L
ipsa plus inculcaret horroris, & quod in prophetę corpore auersabantur, in se pertimescerent. In quo igitur horror grauior turpitudinis, in corpore pphetæ, an in perfidorū peccato quod tantā meritis suis ærumnā incidit captiuitatis? Quid si in pphetico corpore nihil opprobrię? Ille enim corporalibus nō intendebat, sed spiritualibus. Nāq; in excessu mentis non dicit: Audiam quid Psal. 84.
loquar, sed quid loquatur in me deus. Neq; attēdit vtrū nudus, an vestitus sit. Deniq; Adam ante peccatū nu- Geñ. 3.
dus erat, sed nudū se nesciebat, quia erat indutus virtutibus. Posteaq; vero peccatū commisit, nudū se esse vidit, & texit. Noe nudatus erat, sed nō erubescebat, quia erat plenus iucunditatis, & spiritualis lætitiæ. Deniq; qui eū risit vt nudū, ipse mansit perpetuę obnoxius opprobrio turpitudinis. At vero Ioseph ne turpiter nudaretur, vestem reliquit, & nudus aufugit. Quis igitur turpis, illa quæ vestē alienā tenuit, an is qui suā exuit? Sed vt plenius liqueat quia nō se, neq; ea quæ iuxta pe- Actu. 7.
des sunt, prophetę aspiciunt, sed cęlestia: Lapidabatur Stephan⁹, & videbat cęlos apertos, & Iesum ad dexteram dei stantem. Et ideo lapidum rictus non sentiebat corpori, nō cōsiderabat vulnera, sed oculis erat Christo M
affixus, illi adhęrebat. Ergo & Esaias nudū se non con- Esa. 20.
spicabatur, sed diuinę vocis organū se prębebat, vt promeret quod in eo loquebatur deus. Sed esto vt se videret, poterat nō facere quod iubebatur? Poterat turpe arbitrari quod imperabat deus? Sara quia risit, incredulitatis coarguta est. Abrahā laudatus, quia in verbo dei Geñ. 18.
non hæsitauit. Et donatus remuneratione maxima, quia iubente deo pie posse fieri credidit etiā parricidiū. Hic igitur quid verecundię esset prophetæ, vbi aliud gerebatur, & aliud figurabatur? Iudæi, ppter flagitia sua destituti a domino deo, cęperant vinci ab aduersariis suis, cōferre se volebāt ad Ægyptios, vt sibi essent præsidio aduersum Assyrios, qui redire magis ad fidem, si bonos consulerent, debuissent. Iratus dominus significat vanam illos spem gerere, qui offensam domini putarunt maiore peccato leuandā, cum illi ipsi vincēdi forent, in quorum auxiliis populus Iudæorū confideret. Hoc secundū historiā. Figura autem illā, quia in Ægyptiis confidit qui luxuriis deditus est, mancipatus lasciuię. Nemo autē se luxui cōmittit, nisi qui recedit a prę-
ceptis dei veri. Vbi autem cœperit quis luxuriari, incipit deuiare a fide vera. Ita duo cōmittit maxima crimina, opprobria carnis, & mentis sacrilegia. Ergo qui nō

A sequitur dominum deū suum, ingurgitat se luxuriæ ac libidini, pestiferis corporis passionibus. Qui autem se ingurgitauerit atque immerserit huiusmodi voluta-
Exo. 32. bris, perfidię laqueos incurrit. Sedit enim populus mā ducare & bibere, & fieri sibi deos popoſcit. Vnde docet dominus quoniam qui duobus istis flagitiorum generibus dederit animam suam, exuitur indumento non vestis laneæ, sed viuidę virtutis, cuius amictus nō temporalis, sed æternus est. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Chromatiū, ex illo quod in libro Numerorum a Balaam dictum esse legitur: Quia nō mentitur deus, nec est augurator in Israel: discutientis vnde habuerit iste qui augur erat, vt oraculū dei loqueretur, & futura manifestaret, Epi. XXXVII.

AMBROSIVS Chromatio. Nūquid nā mentitur deus? Sed non mentitur, quia impossibile est mētiri deum. Impossibile quoq; istud, nunquid nā infirmitatis est? Nō vtiq;. Nam quomodo omnia potest, si aliquid efficere nō poB test? Quid ergo ei impossibile? Non q̄d virtuti arduū, sed quod naturæ eius contrariū. Impossibile, inquit, est ei mētiri. Impossibile istud non infirmitatis est, sed virtutis & maiestatis: quia veritas non recipit mendaciū, nec dei virtus ieuitatis errorē. Ideoq; sit deus verax, omnis autem homo mēdax. Veritas itaq; semper in eo est, fidelis manet, mutare se & negare nō potest. Si enī verum se negat, mētitur. Mentiri autem non virtutis sed infirmitatis est. Nec mutare se potest, quia natura eius nō recipit infirmitatē. Hoc igitur impossibile eius, plenitudinis est, quæ minuere se & augere non potest. non infirmitatis, quę in eo quod se auget, imbecilla est. Ex quo colligitur impossibile dei potentissimum esse. Quid enī potētius q̄ nescire quicquid infirmitatis est? 1. Cor. 1.
Est tamen & aliud infirmū dei, quod fortius est hominibus: & stultū dei, quod sapientius est hominibus: sed hoc crucis, illud diuinitatis. Si ergo quod infirmū eius, potentia est: quod potentiæ, quomodo infirmū est? Sit igitur nobis positum, quia non mentitur deus. Sed nec
Nūe. 23. augurator augurii in Israel, secundū legē dei. Quomodo ergo Balaā prohibitū se oraculo dei dicit vt vadat ad maledicēdum populo Israel, & iuit, & occurrit ei angelus domini qui eū prohiberet pergere, ita vt obsisteret asinæ eius quę vehebat eum, & nihilominus & ipse dixit ei vt iret, sed hoc diceret quod sibi infunderetur? Si augurator nō est in Israel, vnde isti oraculum dei q̄d
C futura manifestauit, qui augur erat? Si oraculū dei loquebatur, vnde meritū diuinæ aspirationis assumpserat? Sed nō mireris infusum auguri a domino quod loIoan. 11. queretur, quando infusum legis in euangelio etiā principi synagogę vni ex persequentibus Christum: Quia oportet vnū hominē mori pro populo. In quo non prophetiæ meritū, sed assertio veritatis est, vt aduersariorum testimonio manifestaretur, quo perfidia nō credētium, vocibus suorum augurū redargueretur. Ideo Balaam ille Chaldæus accitur ad fidē, vt Chaldæorum superstitio conticesceret. Non igitur cōsitentis meritum, sed vocātis oraculū est reuelāte dei gratia. Quid igitur contraxit offensionis, nisi quia aliud loquebatur, aliud machinabatur? Deus enim vas mundū requirit, nō immunditia inquinatum & sordibus. Tentabatur igitur Balaam, non probabatur. Erat enim plenus fallacię ac doli. Deniq; cū primo consuluisset vtrū ad illum vanitatis populū deberet pergere, & prohibitus esset, excusauit: postea missis legatis honoratioribus, pmissis vberioribus, muneribus cumulatioribus illectus, qui renūciare debuerat, iterum consulēdum putauit, quasi deus precio aut muneri⁹ inflecteretur. Respōsum est quasi auaro, nō quasi ei qui verū quęreret, vt illuderetur potius q̄ informaretur. Cœpit ire, occurrit ei angel⁹ in an- D
gusto, demonstrauit se asinę, nō demonstrauit auguri. Illi se reuelauit, istum obtriuit: tamen vt aliquando & ipse cognosceret, aperuit oculos eius: vidit, & adhuc tamen nō credidit euidenti oracuio: & qui vel oculis credere debuisset, inuoluta & ambigua respondit. Tūc indignatus dominus, per angelū dixit: Vade, & quęcūq; tibi inspirauero, hæc dices. id est, nō quæ vis, sed quę cogeris loqui. Quasi organū inane sonum meis præbebis sermonibus. Ego sum qui loquar, non tu: qui ea quę audieris resultabis, & quæ non intelliges. Nihil proficies eundo qui sine mercede remeabis pecuniæ, & sine pfectu gratiæ. Deniq; ea prima vox eius est: Quid maledicam cui non maledicit deus? Vt ostenderet non in sua voluntate esse benedictionem Hebręi populi, sed in dei gratia. A summis, inquit, montibus cōspiciam eū, quoniam non oculis cōprehendere possum hunc populum qui habitabit solus fines suos, nō locorū possessione disterminans, sed virtutis incolatu, & morum singularium proprietate, in æterna diffundens secula. Quis enim annumerabitur ei de nationibus aliis, qui finitimorum populorū excedit consortia institiæ sublimitate? quis cōstitutionē generationis eius colliget? Corpora quidem eorum humanis seminibus concreta & figu- E
rata aduertimus, sed de superioribus & mirabilibus seminariis animæ eorum pullulauerunt. Moriatur anima mea in animis eorū, moriatur hanc corporalem vitam, vt in animis iustorū illius æternæ vitæ adipiscatur gratiam. In quo iam tunc sacramēti huius cælestis & sacri baptismatis reuelata est magnificentia, p cuius operationē moriūtur homines culpæ veteri, & iniquorum operibus, vt nouitate vitæ in cōsortia iustorū trāsfigurati, in eorū mores resurgāt. Et quid mirum de hominibus, cum moriantur peccato, vt deo viuant? Hæc audiens Balach, indignatus est dicens: Ad maledicendum te adduxi, & tu benedicis? Respōdit ille: Calūniā patior de eo quod nescio. Ego enim nihil meū loquor, sed quasi cymbalum tinniēs sonum reddo. Iterum alio atq; alio transductus, cum vellet maledicere, benedicebat: Nō est labor in Iacob neq; dolor, deus illum protegit. Et infra iubet parari aras septē & sacrificia. Vtiq; debuit discedere, sed per infirmitatem mētis, & mutabilitatem sentētiæ putabat quod auertere posset dei voluntatem. Ipse autem per excessum mētis aliud cupiebat, & aliud loquebatur. Q̄ specioſa, inquit, habitacula F
tua o Hebræorū militia. Tabernacula tua sicut nemora obumbrantia, sicut paradisus supra fluuiū, & sicut cedrus secus aquas. Exibit homo ex Iacob, & obtinebit multas gentes, & attolletur regnū eius in altū, in terris quoq; extendet principatum suum in Ægyptū. Qui benedicent eum, benedicētur: & qui maledixerint ei, maledicti erunt. Quem igitur nisi Christi populum significat & benedicit deus? In cuius medullas verbum dei descendit, vsq; ad diuisionem animæ, artuum quoq; & Heb. 4.
medullarum: in quo habuisset Balaam gratiā domini, si id ex sentētia & affectus sui ppōsito fecisset. Sed quia reuincitur mala mēs cōsiliis suis, & occulta animi produntur exitu, ideo sequentibus insidiis animus eius aperitur. Vnde & dignā mercedem suę inuenit maleuolentiæ. Nam cum aduerteret quod nō posset in excessu mentis positus maledicere, dat consilium regi dicens: Illa sint oraculorum quæ deus præcepit, accipe consiliū aduersus oracula dei. Popul⁹ iste iustus est, habet protectionem dei, quia non diuinationibus & auguriis sese dedit, sed soli æterno deo: ideo cæteris fide præstat. Interdū tamen & fideles mentes corporis labūtur illecebra, & formæ lenocinio. Sunt tibi mulieres plurimę, & plereq; non indecores pulchritudine. Virilis autem sexus nullo magis lubricus q̄ muliebri decore cito capitur, & maxime si ardor mentiū alloquiis inflammetur frequētibus, & quasi facibus inardescat, si spem potien-

G di hauriat, affectũ deferat. Iaciant igitur mulieres tuæ
vocibus suis hamos, nec difficiles primos congressus
suos præbeant, sed & visu faciles, & dictu affabiles cir=
cumerrent, & toto se circumfundant exercitui, atq; hos
arte tractent viros, vt concubitu nõ indulgeant, nisi a=
moris mutui fidẽ consortio sacrilegii comprobauerint.
Sic enim poterunt cælesti protectione destitui, si ipsi a
domino deo suo sacrilegiis deuiauerint. Non igitur iu=
stus Balaam, vtpote cõsiliarius fornicationis & sacrile
gii, sicut euidenter etiã in Apocalypsi scriptũ est Ioan=
nis euãgelistæ, dicente domino Iesu ad angelũ ecclesię
Apoca. 2. Pergami: Habes illic tenẽtes doctrinam Balaam, qui
docebat Balach mittere scandalũ corã filiis Israel, man
ducare immolata, & fornicari. Ita habes & tu tenentes
doctrinã Nicolaitarũ. Quo apparet inde Manicheorũ
sacrilegia manasse, qui miscent atq; adiungunt sacrile=
gium turpitudini. Ergo nec deus iniustus, nec mutabi
lis eius sentẽtia. Deprehẽdit enim mentem eius, & oc=
culta cordis, & ideo tentauit eum quasi diuinũ, non ele
git quasi prophetam. Et vtiq; vel tantorũ oraculorum
gratia, & reuelationũ sublimitate conuerti debuit, sed
animus nequitiæ plenus verba prompsit, non fidẽ detu
lit, consiliis infirmare cupiens quod annunciabat futu=
H rum. Et quia oracula fraudare nõ poterat, consilia frau=
dulenta subministrabat, quibus leues populi Iudæorũ
tentati quidem sunt, sed non expugnati. Vnius enĩ vi=
ri sacerdotis iustitia solutũ est omne facinorosi homi=
nis consilium: multoq; mirabilius per vnũ hominẽ po=
tuisse liberari exercitum patrũ, q̃ potuisse decipi. Hoc
munusculum sanctę menti tuæ transmisi, quia vis me
aliquid de veterum scriptorum interpretationibus pa=
ginare. Ego autẽ assumpsi epistolas familiari sermone
attexere redolentes aliquid de patrum moribus, quarũ
gustum si probaueris, post hęc huiusmodi mittere non
verecũdabor. Malo enim senilibus verbis de supernis
rebus hallucinari tecum, quod grecc dicũt ἀδολεσχίαις
γηραλέαις περὶ τῶν ἄνω ἀδολεσχεῖν, vt enitẽte Rebec
ca futuræ ecclesiæ animo videns mysteria, malo inquã
hallucinari tecũ verbis senilibus, ne videar artem desis=
se, q̃ concitatioribus deflare aliquid iam nec studiis no
stris aptum nec viribus. Vale, & nos dilige, quia nos
te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, rationem huic quæstioni reddentis, cur prius omnia vel volatilia vel terrestria, vel quæ in aquis sunt, producta fuerint, q̃ ho=
I mo, propter quem cuncta illa creata sunt, formaretur: Epistola XXXVIII.

AMBROSIVS Horontiano. Moueri te
insinuasti mihi lecto hexaemero q̃d ipse scri=
psi, quia cum tantum diuinæ scripturæ serie
vel stylo sermõis mei collatũ aduerteres ho=
mini, quantũ nulli in hac terra animãtiũ, prius omnia
vel volatilia, vel terrestria, vel quæ in aquis sunt, pdu=
xerit terra vel aqua, q̃ homo propter quẽ illa creata sunt
generaretur: eiusq; rei rationẽ de me requirere, quam
& Moyses siluerit, & ego nõ ausim attingere. Et forte
ille oraculi interpres diuini consilio conticuerit, ne cæle
stis dispositionis arbitrum se & consiliariũ præstare vi=
deretur. Aliud est enim loqui quod infundebatur a dei
spiritu, aliud voluntatẽ dei interpretari. Nos autẽ non
quasi interpretes dei, sed quasi ex vsu humano rationis
seminaria colligentes, existimamus posse nos ex eo q̃d
humano vsui in cæteris rebus ipse dominus infuderit,
opinari quoniam decuit hominẽ postremũ creari. Et=
Mat. 22. enim qui conuiuium adornat, vt ille euãgelicus diues
(oportet enim diuina diuinis conferamus, quo melius
colligere possimus) vtiq; omnia prius pręparat, tauros
& saginata occidit, & tunc amicos ad cœnam inuitat.
Prius ergo quæ leuiora sunt parantur, & tunc rogatur
honoratior. Vnde & dominus homini ante animaliũ K
cæterorum præparauit epulas, tunc ipsum quasi ami=
cum ad suum vocauit cõuiuium. Et vere amicũ, quasi
charitatis diuinæ participẽ, & hæredem glorię. Deniq;
ipse dicit: Amice, q̃modo huc venisti ad nuptias? Pre=
cedentia ergo ministeria sunt, amicusq; postremus ro=
gatur. Accipe aliud. Quid est mũdus nisi quidã agon
plenus certaminum? Vnde & in Apocalypsi dñs ait: Apoc. 2.
Vincẽti dabo coronã vitę. Et Paulus ait: Certamẽ bo 2. Tim. 4.
nũ certaui. Et alibi: Nemo nisi qui legitime certauerit,
coronatur. Huius agonis instaurator vtiq; omnipotẽs
deus est. Qui igitur agonẽ suscipit in hoc seculo, nonne
omnia pręparat quę agoni sunt necessaria, & tũc Ath=
letas vocat paratis præmiorũ infulis certaturos ad co=
ronam, ne moram patiatur qui vicerit, sed præmio do=
natus recedat? Præmia ergo hominis, terrarũ fructus
sunt, & cæli lumina. Illa ad vitę presentis vsum, hęc ad
spem vitæ æternę. Quasi athleta igitur postremus in=
greditur in agonem, erigit ad cęlum oculos, videt quia
& cælestis creatura vanitati subiecta est nõ sponte, sed
propter eũ qui subiecit in spe. Videt quia omnis crea= Rom. 8.
tura congemiscit expectans redemptionẽ. Videt quia
omnis manet labor, erigit oculos, videt coronas lumi=
num, lunę & stellarũ globos cõsiderat. Quoniam iusti
qui vicerint, erũt sicut stellę in cælo. Et castigat corpus
suũ, ne sibi aduersetur in certamine, vngit oleo miseri= L
cordiæ, exercet diurna virtutis palæstra, puluere se ob=
linit stadii, currit nõ quasi in incertũ, ictus dirigit, lacer=
tos excutit, sed non inuacuũ, percutit aduersariũ quem
non videt, quia illum solum attendit, cui cedũt omnes
etiã qui non videntur, in cuius nomine potestates aereę
diuerberãtur. Ille ergo ictũ librat, & Christus percutit.
Ille calcem leuat, & Christus in vulnus dirigit. Deniq;
etsi non videbat Paulus quos cęderet, nõ quasi aera ta=
men cędebat, quia in Christi prædicatione omnes spi=
rituales nequitias quæ sibi aduersabantur conuulnera=
bat. Non immerito ergo postremus homo ingressus
est stadiũ, cui parabatur corona, vt eum pręcederet cæ=
lum, quasi sui premium. Sed non solũ aduersus nequi= Ephe. 6.
tiæ spiritualia quæ sunt in cælestibus, sed etiam aduer
sus carnem & sanguinem lucta nobis, lucta aduersus sa
tietatem, lucta cũ ipsis frugibus terrę, lucta cũ vino quo
etiam iustus inebriatus est, quo etiam integer Iudæo=
rum exercitus supplantatus est: lucta cum feris bestiis,
lucta cũ volatilibus cęli, quibus caro saginata non redi=
gitur in seruitutem: lucta cũ periculis itinerum, pericu=
lis fluminum, vt ait Paulus: lucta cum virgultis arbo 1. Cor. 11.
rum, quibus cędebãtur Apostoli. Vides quanta certa=
mina. Terra ergo exercitiũ est hominis, cęlum corona. M
Aut quasi amicum igitur precedere debuerũt ministe
ria, aut quasi athletã corona & præmia. Specta aliud.
In omnibus rebus præstantiora sunt principia & finis.
Si domum consideres, potiora omnibus fundamenta
& culmina. si agrum, satio & messis, plãtatio & vinde=
mia. Q̃ iucunda insitiua arborum, q̃ fructus votiui. Ita
ergo & cælum primo est conditum, nouissimus homo
quasi quædã cælestis in terris creatura. Nam etsi cor=
pore cum bestiis confertur, animo tamen cælestib⁹ an=
numeratur. Sicut enim portauimus imaginem terre= 1. Cor. 15.
ni, ita portemus & imaginem cælestis. Quomodo nõ
cælestis, qui ad imaginẽ & similitudinẽ factus est dei?
Recte ergo in constitutione mundi primũ cælũ, & no=
uissimũ cælum, in quo quod vltra cęlũ est, deus cęli est.
Deniq; de eo magis accipitur: Cælũ mihi thronus. Nõ
enim deus supra elementũ sedet, sed in corde hominis.
Vnde & dominus ait: Veniemus ad eũ, & mansionẽ Ioan. 14.
apud eũ faciemus. Principiũ ergo operis mũdani cæ=
lum, finis homo. Cælum de mũdo, homo supra mũn=
dum. Illud enim mũdi portio, iste paradisi incola, Chri
sti possessio. Cælum incorruptibile putatur, & pręterit:
homo corruptibilis habetur, et incorruptionem induit.

A Illi⁹ figura perit, iste quasi immortalis resurgit. Vtrũ=
que ta[illegible] manus domini fecerunt secundum scriptu=
Psal. 101. ræ autoritatem. Sicut enim de cælis legimus: Et ope=
Psal. 118. ra manuum tuarum sunt cæli: ita & homo dicit: Ma=
nus tuæ fecerũt me, & plasmauerũt me. Similiter q̃q;
enarrant dei gloriam: & vt cælũ stellarum fulget splen
doribus, ita & homines meritorum luminibus micãt,
quorum opera coram patre suo lucent, qui est in cælis.
Firmamentum cæli supernum illud, hoc quoq; non dis
Mat. 16. simile firmamentum, de quo dictum est: Super hanc
petram ædificabo ecclesiam meam. Illud firmamentũ
elementorum, hoc virtutum. Iam illud præstantius su
xerunt oleum de firma petra. Petra enim caro Christi,
quæ cælum & totum mundum redemit. Quid illa at=
texam, & quasi toto stadio te vrgeam, quod hominem
deus diuinæ fecit consortẽ naturæ, sicut in epistola Pe=
2. Pet. 1. tri legimus? Vnde nõ immerito quidam ait: Cuius &
genus sumus. Dedit enim nobis de cognatione sua, ra=
tionabilis scilicet naturæ, vt quæramus illud diuinum
Actu. 17. quod non longe est ab vnoquoq; nostrum, in quo & vi=
uimus & sumus & mouemur. Cum itaq; cõtulisset ho=
mini quod est gratiarum maximum, quasi charissimo
& domestico animanti concessit ea quæ in hoc mundo
sunt omnia, vt nullius indigeret quod esset necessarium
vel ad vitam, vel ad bonam vitam. Quorum alia mini
straret abundantia copiarum terrestrium ad volunta=
tis perfunctionem, alia cognitio secretorum cęlestium,
B quæ mentem inflammaret hominis amore, & deside=
rio disciplinarum, per quas ad sublime illud diuinorũ
penetralium possimus peruenire. Vtrunq; igitur præ=
stantissimum, vt & subiectas haberet omnes mundi o=
pes, omnia volatilia, terrestria, etiã pisces, & vsum ma=
ris, tanquam rex elementorum, ac sine labore, sine indi
gentia, ad imitationem & similitudinem venerãdi au=
toris abũdaret omnibus, atq; in summa degeret copia,
& vias sibi aperiret, gradusque admoueret, per quos ad
cęli ascendat regiam. Cuius difficilis itineris viatorem
non facile reperies, illũ virũ qui ita sit animi inductione
formatus ac voluntate, vt minima sibi cum suo corpo=
re sit familiaritas, neq; in vllũ ingrediatur vitiorum cõ=
tubernium, nullis assentantiũ pumicetur sermonibus,
neq; in rotis secundorum temporũ positus humiles fa=
stidiat, mœsta fugiat, sanctorũ laudes excutiat atq; ele=
uet. Neq; gloriæ ardore aut pecuniæ præsumptæ spei
omnem exurat cupiditatẽ. Cuius animũ non inflectat
mœstitia, nõ frangat iniuria, nulla solicitet suspicio, libi
do nõ exagitet, non expugnet passiones corporis, nõ in=
equitet vanitatum appetẽtia, voluptatũ gratia. Iam si
adiungas ei virtutes, castimoniam, sobrietatẽ, ac tẽpe=
C rantiam, facile refrenare potens sit immoderatos impe
tus leuium passionum, mensuramq; imponat delecta=
tionibus suis & cupiditatibus. Equitate ambigua di=
stinguat, tranquillitate mẽtis dubia componat. Et ve=
lut cõpositis omnibus corporis & mentis iurgiis, quasi
bon⁹ arbiter inoffensam teneat exterioris hominis atq;
interioris concordiam, placidans eos in semetipso, ac si
causa exigat, nullus eũ malus consiliarius reuocet me=
tus a passionis corona. Is plane non solũ quasi amicus,
sed etiam quasi filius assumetur a patre, vt diuitias glo
riæ & hæreditatis eius adipiscat. Merito ergo postre=
mus quasi finis naturæ formatus ad iustitiam inter cę
tera animantia iusti arbiter. Et si licet exemplum arces
Rom. 10. sere, sicut inter homines finis legis Christus ad iustitiã
omni credenti, & nos tanq̃ iumenta contẽplatione do=
Psal. 72. mini: sic enĩ propheta ait, κτηνώδης ἐγενήθην πρὸς σοί,
id est, iumentum existimatus sum apud te: & quæ ta=
men comparatio, cum ille pereũtes redemerit, nos im=
molemus: ille seruos ad libertatem vocauerit, nos libe
ris irrogemus captiuitatem? Sed quis similis deo pro=
cessit? Tamen postremus creaturarum omniũ homo,
specie gratus, mente sublimis, vt omni esset creaturæ
miraculo. In quo ad similitudinem æterni dei νοῦς esset D
inuisibilis, humana specie amictus. Hinc est νοῦς animę
vigor, principatum animæ & corporis sibi quasi rector
vendicans. Quem etiam si non vident animalia cæte=
ra, tamen reformidant, sicut nos deum, quem quia non
videmus, timemus, & eo plus metuimus, quia non vi=
demus. Nanq; vt ad imaginẽ eius & similitudinem, si=
cut scriptum est, presumamus dicere, cum ille se fundat
maiestatis suæ plenitudine, & videat omnia, cælũ, ae=
rem, terram, mare, cõplectens vniuersa, & penetrãs per
singula, vt eum nihil prętereat, & nihil sit quod non cõ
sistat in eo, atq; ex ipso pẽdeat, & ipsius plenum sit, sicut
ipse ait: Cęlum & terram ego compleo, dicit dominus: Hiere. 23.
ita νοῦς hominis videt omnia, & non videtur, habẽs sui
inuisibilem substantiam, disciplinis & consiliis ac sensi=
bus comprehẽdit latentia, penetrat occulta maris, atq;
omnium diffusa terrarũ latibula vtriusq; scrutator na=
turæ, ad similitudinem dei summi, quẽ imitatur & se=
quitur, cuius imago pro exiguis portionib⁹ in singulis
figuratur. Eleuãs quoq; se in aerẽ, & eius nubilosa præ=
tergrediens, ad cęli alta se dirigit, studio cognitionis, &
ardore sapiẽtię, vbi paulisper stupefactus admiratione
stellarum cælestium, & luminum delectatus claritate,
prospiciens desuper mũdana ista, conferens quoq; se ad
hesperum atq; arcturũ & cæteros illos ἀπλανεῖς πλα=
νήτας, & videns quod inoffensus ille sit error, quem sine
errore, quo magis omnia obeant, intexere atq; oberra=
re videãtur, maiore se cupiditate attollit ad ipsum gre= E
mium patris, in quo est vnigenitus dei filius enarrans
secreta dei, & facie ad faciem postea reuelanda. Hunc ta
men quibus dignatur, ex parte demõstrat, atq; in æni=
gmate, simulq; de spiritu & vultu suo splẽdorem lumi=
nis more torrẽtis effundit, vt eo illuminatus dicat: Et
erat ignis flammigerans in ossibus meis, & dissolutus
sum vndiq;, & ferre non possum. Et Dauid ait: De vul Psal. 16.
tu tuo iudiciũ meũ prodeat. Hoc igitur mentis vigore,
vt reuertar vnde digressus sum, quo & externa subigit,
& separata & distantia videt, & validiora viribus ani=
malia subiicit, tantam cæteris venerationem sui infun
dit, vt certatim quasi regi obediãt, voci eius obsecũdẽt.
Et cũ sint irrationabilia, rationẽ agnoscãt, & disciplinã
eam imprimat, quã natura nõ tribuit. Deniq; videntes
feræ eius mansuetudinem, eius imperio mansuescunt.
Sępe suspenderũt morsus suos reuocãte sono vocis hu
manę. Videmus innoxio canũ dente lepores sine vul=
nere capi. Leones quoq; ipsos, si vox hominis resultaue
rit, prędam dimittere. Pardos atq; vrsos incitari ac re=
uocari vocibus: equos plausu hominũ fremere, silentio
mollire cursum. Deniq; sępe sine verbere prętereũt ver
beratos. Ita vehemẽtius illos incitat linguę flagellum. F
Quid vero de muneribus loquar? Nutrit aries vellera
vt placeat homini, atq; in fluuio mersatur, vt nitorẽ au=
geat. Oues q̃q; meliora pabula legũt, vt suauiore succo
lactis fœta distẽdant vbera, subeunt partus dolores, vt
homini sua munera ferant. Tauri depresso sulcis per to
tum diẽ aratro gemunt. Cameli præter subeundi one=
ris obsequia tondẽdos se exhibent vt arietes, quo velut
regi diuersa animalia tributũ suũ conferant, pendantq;
vectigal annuum. Equus tanto se iactãs equite, glome=
rat gressus superbos, atq; ad domini ascensum dorsa si=
nuatus herili terga substernit sedili. Sed ne forte adhuc
moueat quod nouissimus homo factus sit, idem equus
nos doceat non ad contemptionem referẽdum esse, sed
honorem. Portat posteriorẽ suum, nec despicit, sed re=
formidat, & per diuersa eum suo circũfert labore. Vno
momento homo longinqua obit, circumerrat distan=
tia, tum equis singularibus, tum quadrigis triumpha=
libus. Et quoniam triũphales memoraui quadrigas,
necesse est attexam iis currus Helię, quib⁹ per aera ve=
ctus est. Currus elephantorum, quibus homo victor as
sistens, cum sit postremus, priores regit. Sic quoq; gu=

Gbernator nauis in puppi sedet, & totam nauem gubernat. Vnde puto illud nō ociosum esse in euāgelio quod dominus Iesus in puppi dormiebat, deniq; excitat⁹ im perauit vento & mari, & sedauit tempestatē, ostendēs ideo se nouissimum venisse, quia gubernator veniret.

1.Cor. 15 Vnde Apostolus ait: Factus est prim⁹ homo Adā in animam viuentem, nouissimus Adā in spiritū viuificantem. Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale. Et addidit: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis. Recte ergo nouissimus quasi toti⁹ summa operis, quasi causa mūdi, propter quē facta omnia, quasi omnium habitator elementorū inter feras viuit, cum piscib⁹ natat, super aues volat, conuersatur cum angelis, terrā inhabitat, & cælo militat, fulcat mare, aere pascitur, cultor soli, viator profundi, piscator in fluctibus, in aere auceps, in cælo hæres, Christi cohæres. Hæc secundū industriam. Accipe etiam quod supra hominis substantiā. Moyses in imo ambulauit mari, in summo Apostoli. Abacuch sine pennis volauit. Helias in terris vicit, & in cælo triūphauit. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum, de diuisione prophetica quæ operatorem atque opera distinxit. Ratione quoq; sex dierum quibus factus est mundus, & my-
H sterio septimi atq; octaui numeri subtiliter differentis,

Epistola XXXIX.

AMBROSIVS Horontiano. Diuisionē egregie aduertisti prophetica, vel potius diuinam. Nō enim sua Moyses, sed infusa & reuelata sibi scripsit, ea præcipue quę sunt de constitutione mundi, quæ diuisio operatorē atq; opera distinxit. Nam cū aliud impassibile esset, aliud passionis receptabile: quod erat impassibile, ad deū operatorem retulit. quod autem passibile, sine anima, sine motu proprio, motū & animā & figurā a creatore accipiēs suo deputauit huic mundo. Quem factū non oportuit sine gubernatore & quodā patre indefensum relinqui. Et ideo inuisibilem deū visibilis huius mūdi rectorem esse, et quasi tutorem, apertissime describit. Quod ergo inuisibile, sempiternū: quod autem videtur, tēporale. Sex itaq; diebus factū mundū exprimit, nō quod deus tempore indiguerit ad constitutionē eius, cui intra momentum suppetit facere quę velit, (dixit enim, & facta sunt) sed quia ea quæ fiunt, ordinē quærunt. Ordo autem tempus & numerum plerunq; exigit. Illud quoq;
I præcipue, quoniam nobis ad operandū forma danda erat, numerum dierum seruauit & tempora. Nos enim tempore indigemus vt aliquid maturius agamus, ne præcipitemus consilia atq; opera nostra, ne ordinē prętermittamus. Cum enim dominū legimus, vt scriptura ostendit, cum sapientia & quodam consilio & dispositione fecisse & ordine, vt primo cælū faceret quod est pulcherrimum, oportet vt eo primū oculos erigamus, illo nobis contendēdum esse arbitremur, illam sedē terrenis omnibus præferendā putemus. Sex itaq; diebus mūdum creauit, septimo die requieuit ab operib⁹ suis. Bonus septimus numerus, quē non Pythagorico & cęterorum philosophorū more tractamus, sed secundum formam & diuisiones gratię spiritualis. Septem enim virtutes principales sancti spiritus propheta Esaias cōplexus est. Hæc hebdomas sicut ipsa patris & filii & spiritussancti venerabilis trinitas, sine tępore, sine ordine, autor numeri, nō sub numeri lege deuincta. Itaq; sicut ad æternę trinitatis gratiā cælū, terram, maria formata, sicut sol, luna, & stellæ: ita etiam ad illum septenariū virtutū spiritualiū circuitū atq; orbem operationis diuinæ vigore prestantē, septenarium quoddam ministerium planetarū creatū aduertimus, quo hic mūdus illu-

k minatur. Quarū concurrere fertur militia ad earū numerum quas inerrabiles ferūt stellas, & vt græci dicunt ἀπλανεῖς. Septentrio quoq; inde latine nomen accepit quod septē in eo fulgor stellarū irradiet, in quem maxime gubernatores quasi ducē ferunt intēdere. Descendit hæc de cęlo in terras prærogatiua. Nam vt transeā septiformē capitis nostri gratiā in oculis duobus, auribus & naribus binis, ore quoq; per quod magnā suauitatem percipim⁹: quātū istud miraculi q̄ septimo mēse in plerisq; origo legitima formatur, & qui fuerit editus, vitalis generationis curricula sortitur: octauo autē mēse interdicta naturali lege pariendi cernimus tēpora, ac si forte letalis necessitas partus claustra laxauerit, periculum pariter generātis properetur & pignoris. Sed tamen ille septimamus, etsi bene nascatur, ad labores nascitur: qui autē octaua die regenerationis sortitur mysteria, consecratur per gratiā, & ad hereditatē regni cælestis vocatur. Magna in virtutibus spiritus sancti hebdomadis gratia, eadē tamē hebdomadē sonat, og doen consecrat. in illa sonus, in ista fructus est: ideoq; octauo die soluta paradiso reddidit spiritus gratia, quos extorres sua fecerat culpa. Nouit ogdoen istā, quā octauā latine dicimus, vetus testamentū. siquidem ait Ecclesiastes: Da partē illis septem, & illis quidem octo. Hebdo- Eccles.11.
mas veteris testamēti est, octaua noui, quādo Christus resurrexit, & dies omnib⁹ nouæ salutis illuxit. Ille dies, de quo ait Propheta: Hic dies quē fecit dominus, exul Psal. 117
temus & lætemur in eo. q̄ die se fulgor plenę atq; perfectæ circumcisionis humanis pectoribꝰ infudit. Propter L
ea & vetus testamentū dedit partem octauæ in circumcisionis, solēnitate. Sed illa adhuc vmbra latebat. Venit sol iustitiæ, & consummatione passionis proprię reuelauit sui luminis radios, quos retexit omnibus, & vitæ claritatē aperuit æternæ. Isti ergo sunt septem & octo, de quibus et Osee dicit q̄ eo numero conduxerit sibi, & acquisierit fidei plenitudinē. Sic enim habes: Et Osee, 3.
abui, & cōduxi mihi quindecim argenteis, & choro hordei, & semichoro hordei, & neuel vini. Cōducēdam autem ei meretricē dominus præceperat. In superioribus itaq; manifestū est q̄ cōduxit eam, qui etiam mercedis quantitatem expressit. Quindecim autem argentei ex septem & octo cōstant. hebdomadam itaq; & octauam significant. Duorū igitur testamentorum, id est plenæ fidei precio prophetia consummationē accepit fidei, ecclesia plenitudinē. Primo enim testamēto Israel acquisitus est populus, secundo nationū & gentium. Fide ergo plena conducitur meretrix, vel ex gētibus copulam sui quærēs, vel ex adultero Iudæorum populo, qui dominum suum et autorem virginalis fidei dereliquerat, conuentus suos totius orbis spatio diffundens. Quod
M autē dixit, in choro & in semichoro hordei: in choro mē surę plenitudo est, in semichoro semiplena mēsura. Plenitudo in euāgelio, semiperfectio in lege: sicut legimus Mat. 5.
dicente domino: Non veni legē soluere, sed implere. Et
alibi habemus dicente domino per Michæam prophe- Mich. 5.
tam: Quia tūc pax erit in terra Israel, cum venerit Assyrius in terram eius, & insurrexerint in eum septē pastores, & octo morsus hominum. Tūc enim plena pax est fideli populo ab omnibus tentationibus & vanitatibus absoluto, cum mundi huius vanitatē excluserint de cordib⁹ nostris pax & gratia. Pax veteris, gratia noui testamenti. Septem pastores, præcepta legis sunt, quibus grex adhuc quasi irrationabilis in virga Moysi per desertū ductus & gubernatus est. Octo morsus hominum, mandata euangelii, et dominici oris alloquia. Corde enim creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Boni morsus, per quos vitæ æternę munus gustauimus, peccatorum remissionem in Christi corpore deuorantes. In veteri testamēto amarus morsus est mortis. propterea dictum est: Deuorauit mors præualens. In nouo testamēto suauis morsus est vitæ, quę

A mortē absorbuit. Propterea Apostolus ait: Deuorata
1.Cor. 15. est mors in victoria sua. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? Atq; vt apostolicis vtamur testimoniis, vbi hominem fecit deus, requieuit ab omnibus operibus suis in die septima. Sed quia populus Iudæorum per contumaciam contēpsit mandata dei sui, ait dominus: Si introibunt in requiem meam. Et ideo aliam deus prefiniuit diem, de qua dicit: Hodie si vocē meam audieritis. Duos enim dies comprehendit scriIbidē. 15. ptura generales, Heri, & hodie. De quib⁹ dicit: Imitamini fidem Iesu Christi, heri & hodie, ipse est in secula. In superiore die promissio est, in cōsequēti solutio. Sed quia hesterna die neq; Moyses neq; Iesus Naue populum induxit in requiē, hodierna die Christus induxit,
Psal. 2. cui dixit pater: Ego hodie genui te. Per suam enim resurrectionē Iesus populo requiem cōparauit. Requies enim in cælo, nō in terra est. Requies nostra, dominus
Luc. 23. est Iesus, qui ait: Hodie mecum eris in paradiso. Quid igitur opus est, vt explorem ortus signorū atq; obitus, quorum ad exortum duris inarata vomeribus findantur noualia, vel ad occasum læta messis recūbat? Vna mihi stella abūdat pro omnibus, stella splēdida & matutina, cuius ad exortum seminata est non frugum sed martyrum seges, quādo Rachel plorauit filios suos, vt lachrymis ablutos suis p Christo offerret infantulos: cuius stellæ obitus non cremiorū insensibilium, sed spirantium defunctorum triūphales manipulos de tumulis resuscitauit. Celebretur itaq; hebdomas, eo quod per septem ætatum cursus vita hominum vsq; ad senectutem transcurritur, sicut Hippocrates medicinæ magi-
B ster scriptis explicuit suis. Prima ætas infantia est, secunda pueritia, tertia adolescētia, quarta iuuētus, quinta virilis ætas, sexta æui maturitas, septima senectus. Est ergo infans, puer, adolescēs, iuuenis, vir, veteran⁹, senex. Solon autem decem fecit ætatū ordines per annos septenos, ita vt prima ætas infantiæ vsq; ad emissionem sit dentium, quibus conficiat cibum, sermonēq; distinguat, vt possit effabilis videri. Pueritia quoq; vsq; ad annos pubertatis procedit, & genitalia tentamēta. Adolescentia vsq; ad barbæ lanuginem. Iuuenta vsq; ad perfectæ virtutis p̄cessum. Quinta ætas virilis est, apta copulis coniugalibus per totam hebdomadā. Sexta quoq; hebdomas virili deputatur ętati, & ad prudētiæ processum habili, & ad agendum strenuę. Septima quoq; hebdomas & octaua æui maturū, & sensum vigentem, & sermonem nō insuauis alloquii gratia præditum produnt. Nona hebdomas reliquias adhuc habet aliquas virium, lingua ac sapiētia mollior. Decima vero hebdomas mēsuram implet, ad quam is qui peruenire potuerit, nō immaturo temporū cursu pulsabit mortis fera vestibula. Ergo Hippocrates & Solon vel
C septem ætates vel hebdomadas ætatum norūt, in illis se hebdomas præferat. Octaua autem vnam & perpetuam ætatem inuehit, qua excrescimus in virum perfectū in agnitione dei fidei plenitudine, in qua legitimæ ætatis mensura impletur. Est etiā in visceribus nostris hebdomadis explorata gratia. Ferūt enim septē quoq; esse in nobis interiora viscera, stomachum, cor, pulmonem, lien, hepar, renes duos. Septē quoq; exteriora, caput, posteriora, ventrem, binas manus, & binos pedes. Præstantissima hæc, sed obnoxia dolori. Quis autem dubitet maius esse octauę munus quæ totum renouauit hominem, vt iam nihil possit dolere? Itaq; septima mundi ætas conclusa est, octaua illuxit gratia, quæ fecit hominem iam non huius mundi esse, sed supra mūdum. Iam enim non vitam nostram, sed Christū viui-
Philip. 1. mus. Nobis enim viuere Christus & mori lucrū. Itaq; iam nō in carne, sed in fide viuimus Christi. Vnde colligimus quia conclusus est mundi dies. Deniq; nouissima hora venit dominus Iesus, & pro nobis mortuus est, & omnes in illo mortui sumus, vt viuamus deo.

Nō ergo nos qui eramus viuimus, sed viuit Christus D
in nobis. Abiit ergo hebdomas, venit octaua. Abiit heri, venit hodie, illud hodie quod promissum est, quo admoniti sumus vocem dei audiendam & sequēdam. Abiit ergo ille dies testamenti veteris, venit dies noster, quo testamentum consummatum est nouum, de
quo dicit: Ecce dies veniunt, dicit dominus, & confir- Hiere. 31.
mabo domui Israel, & domui Iudæ testamentum nō- Heb. 8.
uum, non secundum testamentum quod feci patribus illorum in die qua apprehendi manus ipsorum educere illos de terra Egypti. Et qua ratione mutatū sit testamentū, adiicit: Quoniam ipsi non manserunt, inquit, in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Abierunt sacerdotes legis, legis tribunalia. Accedamus ad sacerdotem nouum, ad sedem gratiæ, visitatorem animarum nostrarum, sacerdotem non secundum legem mandati carnalis creatum, sed secundum virtutem infatigabilem electum. Non enim ipse sibi honorem preripuit, sed electus a patre est, sicut ipse pater ait:
Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Mel- Psal. 109.
chisedech. Nouus ergo sacerdos videmus quid obtulerit? Alii sacerdotes p se offerebant, & pro populo suo, hic quia non habuit peccatum, vt pro se offerret, pro vniuerso mundo se obtulit, & per sanguinem suum in- Heb. 9.
trauit in sancta sanctorum. Hic est ergo sacerdos noster, & noua hostia, non ex lege, sed supra legem: adnuocatus mundi, lux seculi: qui dixit: Ecce venio. & venit. Ad quem accedamus in abundantia fidei, adorantes, & obsecrantes, & sperantes in eum, quem non
videmus oculis, sed affectu tenemus, cui est omnis ho- E
nor semper & gloria. Vale fili, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Sabinum, libellos illi mittentis, atq; rogantis vt scrutanter discutiat, & quę corrigenda decreuerit, arbitrii sui iudicio corrigat, Epist. XL.

AMBROSIVS Sabino. Remisisti mihi libellos, quos tuo iudicio probatiores habebo. Ideo misi alios nō iudicii fauore delectatus, sed promissa a te, et petita a me veritate illectus. Malo enim tuo corrigatur iudicio si quid mouet, priusq; foras prodeat, vnde iam reuocandi nulla facultas sit, q̄ laudari a te q̄d ab aliis reprehendatur. Itaq; arbitrum te eorū quæ postulas rogaui. Neq; enim legi a te mea quæ nonnunq; tribuo in vulgus, sed in tuę calculum venire sententię desideraui. Non erit longi subsellii ista iudicatio & mora, vt dictū est antiquitus. Facile est tibi de nostris iudicare. Ego certe huc inuitatu tuo prodeūdum putaui, tuum est liquido decernere, & scrutanter discutere quæ corrigas, ne tibi vitio vertant
ea quæ nobis potuerūt obrepere. Nescio quo enim mo- E
do præter imprudentiæ caliginem quæ me circumfudit, vnumquęq; fallunt sua scripta, & aurem prætercurrit, atq; vt filii etiam deformes delectant, sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant. Incautius plerūq; que aliquid promitur, aliquid accipitur maleuolētius, aliquid exit ambiguum, tum quia alieno examinanda iudicio, non pro nostra debemus magis q̄ pro aliena opinione trutinare, & discutere omnes scrupulos maleuolentiæ. Assume igitur benęuolo animo aurem versutiæ, & pertracta omnia, sermones vētila, si in iis non forenses blanditię, et suasoria verba, sed fidei synceritas est, & cōfessionis sobrietas. Notam appone ad verbum dubii ponderis, & fallacis staterę, ne quid pro se esse aduersarius interpretetur. Esto vt reuincatur si congredi
coeperit. Male se habet liber qui sine assertore nō defenditur. Ipse igitur pro se loquatur, qui p̄cedit sine interprete. Habetur hic tamē, non egredietur a nobis, nisi a te acceperit authoritatē. Itaq; cum eū fide tua p̄dire iuf-
seris, committetur sibi. Tamē quoniam non in sermo- 1.Cor. 4.

Gne est regnum dei, sed in virtute: verbum si offenderit, virtutem professionis interrogato. Professio autem fidei sententia est, quam aduersum Sabellianos & Arrianos ita a maioribus traditam tenemus, vt patrem deum, & filium eius vnigenitū, & spiritum sanctū veneremur, hanc trinitatem vnius esse substantiæ, maiestatis, diuinitatis. In hoc nomine patris & filii & spiritussancti baptizare nos, quemadmodum scriptum est: Filium itaq; coæternum patris suscepisse carnem, natū de spiritu sancto & virgine Maria, æqualē patri secundum diuinitatem in dei forma, id est, in omni plenitu-
Col. 2. dine diuinitatis, quæ in illo habitat, vt dixit Apostol⁹,
Philip. 2. corporaliter, qui in persona hominis formam serui accepit, & se humiliauit vsq; ad mortem. Ergo & aduersus Photinum hæc nobis sententia est: aduersus Apollinarem autem legitima circūspectio, vt confiteamur sicut in dei forma nihil ei defuit diuinæ naturæ & plenitudinis, sic in illa forma hominis nihil ei defuisse q̄ imperfectus homo iudicaretur, qui ideo venit, vt totū ho-
H minem saluum faceret. Neq; enim decebat vt qui perfectum opus in aliis cōsummauerat, hoc imperfectum in se esse pateretur. Si enim aliquid ei defuit, non totum redemit. Si non totum redemit, fefellit igitur qui dixit ideo se venisse, vt totum hominē saluum faceret. Sed quia impossibile est mētiri deo, nō fefellit ergo: quia ita venit, vt totum redimeret, & saluum faceret. totū vtiq; suscepit quod erat humanæ perfectionis. Nostra sentētia hmōi est, vt meministi. Si verba alicubi mouent, nō
præiudicāt fidei. Etenim sermonē dubiū mens non dubia obumbrat, & defendit a lapsu. Hæc tecum præluximus, quæ in libros nostrarum epistolarum referam si placet, atq; in numerum reponam, vt tuo commendetur nomine, & tuis ad nos, & nostris ad vos literis augeatur mutuus amor per dominū, vt ita legas quo iudices, & quod mouerit, scribas ad me. Amor enim verus constantia probatur. Placet iam quod senibus vsu
I facilius est, quotidiano & familiari sermone epistolas texere, et si quid de scripturis diuinis obuium inciderit, attexere. Vale frater, & dilige amantem tui, quia plurimum te diligo.

Diui Ambrosii ad Sabinum, ex eo quod illi cōplacuit vsus epistolarū, spondētis se frequentius eum scriptis suis, præsertim cum solus sit, velle alloqui, solutudinemque plurimum commendantis atque suadentis,

Epistola XLI.

AMBROSIVS Sabino. Quoniam tibi quoq; complacuit nostrarum vsus epistolarum, in quib⁹ quidam inter absentes præsentium sermo est, pergā frequētius te in meis scriptis et cum solus sum alloqui. Nunquā enim minus solus sum, q̄ cum solus esse videor, nec minus otiosus q̄ cum otiosus. Certe pro arbitrio accesso quos volo, atq; adiungo mihi quos magis diligo, aut quos aptiores arbitror, nemo interpellat, nemo interpolat. Tūc ergo te magis teneo, & de scripturis confero, & prolixiorem simul sermonem cedimus. Sola erat Maria, et loquebatur cum angelo. Sola erat quando superuenit in eā spiritussanctus, & virtus altissimi obumbrauit eam. Sola
erat, & operata est mūdi salutem, & concepit redēptio-
Actu. 10. nem vniuersorum. Solus erat Petrus, & totum per orbem consecrandarum gentium cognouit mysteria. So-
Gen. 2. lus erat Adā, & non est præuaricatus, quia mens eius
& 3. adhærebat deo. Postquam vero ei mulier adiūcta est, non potuit inhærere mandatis cælestibus, & ideo se absc̄debat quando deus deambulabat in paradiso. Et nunc deambulat in paradiso deus, quando diuinas scripturas lego. Paradisus est Geneſis liber, in quo virtutes pullulant patriarcharū. Paradisus Deuteronomiū, in quo germinant legis præcepta. Paradisus euange-
lium, in quo arbor vitæ bonos fructus facit, & æternæ K
spei mādata diffundit per vniuersos populos. Audiēs itaq;, Diligite inimicos: Audiens, Dimitte omnia tua Mat. 5.
et sequere me: Audiēs, Q ui te percutit in maxilla, præ- Lucæ. 6.
be ei alteram: & hæc nō faciens, & vix diligēs eum qui me diligat, non dimittēs quæ habeo, iniuriam acceptā vlcisci volēs, & sublatum mihi extorquere, cum scriptura dicat etiam aliud, id est, plus q̄ petitum aut ereptum est, concedendum: video me contra mādata dei facere. Et aperiens oculos cōsciētiæ deambulare mihi deum præsentem recognosco, cupio me abdere, cupio velare, sed nudus sum deo, apud quem nuda & intecta sunt omnia. Erubescens itaq; tegere pudenda facinora desidero, quasi membra mei corporis: sed quia deus omnia videt, foliis obūbratus, latebris tectus appareo. Puto me absc̄ondi, quia corpore amictus sum. Ipsa est tunica pellicea cū qua Adam de paradiso ejectus est, nec a frigore tutus, nec tectus ab opprobrio, sed & iniurię & culpę patens. Liquet igitur ex his quia soli cum sumus, tūc nos
offerimus deo, tunc mentem ei nostram aperimus, tūc L
amictū fraudis exuimus. Solus erat Adam quando in paradiso constitutus est, solus erat & quādo ad imaginem dei factus est, sed non erat solus quando de paradiso ejectus est. Solus erat dominus Iesus quando mundum redemit. Non enim legatus neq; nuncius, sed ipse dominus solus saluum fecit populum suum: etsi nunquā solus est ille, in quo pater est semper. Vnde & nos soli simus, vt dominus nobiscum sit. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Sabinum, de paradiso quid alii senserint referentis, & quæ sua de mystico paradiso sit sententia, pulchra expositione declarātis, Epi. XLII.

AMBROSIVS Sabino. Lecto hexaemero vtrum paradisum subtexuerim, requiren dum putasti, & quam de eo haberem sententiam significandum, idq; velle te studiose cognoscere. Ego autem iam dudum de eo scripsi, nōdum veteranus sacerdos. Sentētias autem de eo diuersas esse plurimorum comperi. Nam Iosephus, vtpote historiographus, locū dicit refertum arboribus virgultisque plurimis, irrigari etiam flumine qui diuidatur in quatuor fluuios. Collecta etenim in vnū congregatione aquarum, nō se penitus exinaniuit terra, & fraudauit irriguis suis, sed hodieq; in fontes prorumpit, & deducit meatus fluminum, quibus pignora sua quasi pia mater plenis lactat vberibus. Alii alias. Omnes tamen cō- M
gruunt in paradiso & lignum vitę radicatum, & lignū scientiæ quæ discernat bonum & malum, cętera quoq; ligna plena vigoris, plena viuificationis, spirātia, & rationabilia. Ex quibus colligitur paradisum ipsum non terrenum videri posse, non in solo aliquo, sed in nostro principali, quod animatur & viuificatur animæ virtutibus, & infusione spiritus dei. Deniq; Salomon in spiritu paradisum in homine esse euidenter declarauit. Et quia mysteria exprimit vel animę & verbi, vel Christi & ecclesię, ideo ait de virgine anima, vel ecclesia quam volebat virginē castā assignare Christo, Paradisus cō- Can. 4.
clusus soror mea sponsa, paradisus cōclusus, fons signatus. Paradisus græce, latine ortus dicitur. Deniq; Su- Dañ. 13.
sanna in paradiso erat, & sic legitur latine. Et Adam in Gen. 2.
paradiso erat, & sic legimus. Ergo nō te moueat quod alii codices latini ortum habent, alii paradisum. Ibi ergo est casta vxor, vbi virgo. Licet virgo excepta habeat clausura & signacula sua, sed vtraq; in paradiso, vt aduersum æstus corporis et camis flagrantiam refrigeretur virtutū vmbraculis. Ergo paradisus in principali nostro est, sylvescens plurimarū opinionum plantariis, in quo principaliter lignum vitæ constituit deus, id est pietatis radicem. Ea est enim vitæ nostrę substantia, si

A domino & deo nostro debitos cultus deferamus. Constituit etiam scientię boni & mali seminarium. Homo enim solus in cæteris animantibus terrenis habet sciētiam boni & mali. Alia q̄q; illic plantaria diuersa, quorum fructus virtutes sunt. Sed quia scientiæ capax hominis affectus cognitus est deo quod citi⁹ ad astutiam inclinaretur, q̄ ad summū prudētiæ, (Neq; enim iudicē qui fines certos in anima nostra constituit, operis sui qualitas latere poterat) eliminare voluit astutiā de paradiso, quasi prouidus autor nostræ salutis, & vitæ studium, & disciplinā pietatis infundere. Ideoq; præcepit homini ab omni ligno quod est in paradiso, gustandū, de ligno autem scientiæ boni & mali non esse gustandum: sed quia creatura omnis passioni obnoxia, ideo delectatio sicut serpētino illapsu humanis irrepsit affectibus. Itaq; non immerito sanctus Moyses delectationē serpentis figuratū similitudini. Prona est enim in ventrem sicut serpens, nō pedibus incedēs, aut vllis elevati cruribus, sed sinuoso flexu totius velut corporis sui lubrica. Ei terra cibus est sicut serpenti, quoniā escā nescit cæleste. Corporalibus enim pascitur, atq; in varias mutatur species cupiditatū, & tortuosis angulaſ anfractibus. Venenum in dētibus habet, quibus vnusquisq; se
B euiscerat luxuriosus, helluo interuecat, abligurito⁹ perimit. Quantos ruperunt vina, dissolut ebrietas, distēdit cruditas? Nunc intelligo qua causa dominus deus insufflauit in faciem hominis. Ibi enim sensus omnis, ibi sedes atq; illecebra delectationis, in oculis, auribus, naribus, atq; ore, vt sensus nostros aduersus delectationem fortiores faceret. Hæc ergo nobis, sicut serpēs astutiam, infudit. Non enim delectatio, sed labor & diutuna meditatio cū dei gratia dat perfectam prudentiam. Tamen quia serpentis fraudibus inuoluta est humani generis hęreditas, in eo astutiam serpētis sequamur, vt caput nostrum non proiiciamus in pericula, sed præcęteris integrū custodiamus. Caput autem nostrū Christus est. Hoc maneat incolume, vt serpētis venena nobis nō possint nocere. Bona est enim sapientia cū hereditate, id est cum fide, quoniā est hæreditas credētibus in dominū. Quod si prim⁹ ille homo qui cū deo loquebatur in paradiso positus, labi tā facile potuit, ex terra creatus virgine, quę ad verbū dei formata & creata recenti fuerat exortu, nondū ea parricidali cædiūq; concreta sanguine, flagitiis & dedecore polluta, nōdum carne nostra damnata maledicto obnoxiæ hæreditatis: quā-
C to facilius postea lubrica ad peccandum via maius adnexit humano generi præcipitium, cum deterior tolerabiliori per vices generationis succesſerit? Etenim si Magnetis lapis tātam naturæ vim habet, vt ferrū ad se trahat, & transfundat se in illius speciem, ita vt pleriſq; experiri volētib⁹ cū plures annulos ferreos ad eum lapidem admouerint, omnes pari teneat modo, deinde si ei annulo cui adhæserit lapis, alium admoueas annulum, & rursus per ordinem singulis substituas, licet in omnes penetret per ordinem ex illo lapide vis naturæ, tamen priores nexu vehemētiore constringit, posteriores remissiore: quanto magis humani generis cōditio atque natura ex puriore statu in deteriorem lapsa est, quando nequiorem attigit? Nam si per eas species minuitur natura quæ non sunt culpæ capaces, quanto magis per animos atq; artus labe pollutos scelerū virtus eius hebetatur? Vnde quia excreuerat malitia, abolita innocentia fuerat, nō erat qui faceret bonitatē, non erat vsq; ad vnū: venit dominus, qui reformaret naturę gra-
Rom. 5. tiam, imo augeret, vt vbi superabūdauit peccatum, superabundaret gratia. Ergo liquet & quia autor hominis deus, & quod deus vnus, non multi dii, sed vnus qui mundum operatus est, & vnū non multos mūdos, vt dicunt philosophi. Primum igitur mundi creauit, deinde habitatorē mundi, cui totus mundus patria foret. Nam si hodie quocunq; accesserit sapiēs, vbiq; ciuis
est, vbiq; sua omnia intelligit, nusquam se peregrinum, D
nusq; hospitem iudicat, quāto magis ille primus homo totius erat mundi incola, & vt græci dicunt, κοσμοπολίτης, opus dei recens, confabulator assiduus, ciuis sanctorum, complātatus virtutibus, prępositus omnibus terrenis animantibus, marinis, volatilibus, totum mū dum suam possessionem putabat, quem dominus tuebatur vt opus suum, neq; vt bonus parēs atq; autor deserebat? Deniq; eousq; creatum fouit, vt abdicatū redimeret, eliminatum reciperet, mortuū passione filii sui vnigeniti resuscitaret. Est ergo hominis autor deus, & diligit opus suū operator bonus, nec derelinquit bonus pater, quem etiam sicut diues paterfamilias censur propriæ hæreditatis redemit. Caueamus ergo ne hominē istum, id est νοῦν, mulier illa, id est passio sensuū nostrorum, delectatione & ipsa decepta atq; illusa effœminet, & circūscriptum in leges suas & sententiam trahat. Fugiamus delectationem sicut serpētem. multas artes habet, et maxime in hominem. Nam alia animantia cibi auiditate capiuntur, homo quanto plures sensus oculorum auriumq; habet, tanto maiora pericula Vale, & nos dilige, vt facis, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Sisynnium, pietatem illius commendantis, quod filio ignouerit qui eo inconsulto vxorem acceperat,

Epistola XLIII. E

AMBROSIVS Sisynnio. Q d filio nostro remisisti meo rogatu quia te inconsulto vxorem acceperat, pietati magis tribuo q̄ nostro amori. Pl⁹ est enim pietatē ipsam de te impetrauisse, q̄ cuiusquam petitionē. Certe sacerdos tunc magis impetrat, cum virtus prævalet. Sacerdotis enī petitio, doctrina pietatis est. Impetrauit igitur natura, impetrauit filius, eo plenius, quia postulati cōtemplatio temporalis solet esse, virtutis autem diuturnus habitus, & ingis animarum inductio. Pulchre itaq; gestum, vt te patrem recognosceres: simul quia iusta indignatio fuit. Malo enim culpam fateri, vt plus laudetur paterna indulgentia. sed & ipsa paterna offensio finit, quoniam venturam in locum filiæ tuæ debuisti eligere iudicio, cui fieres pater. Nanq; aut natura filios suscipimus, aut electione. In natura casus est, in electione iudicium: magisq; in adoptatis offendimus q̄ ingenitalibus filiis: quia genitales filios esse degeneres, ad naturam refertur: ascitos vel adoptione vel copula dedecores esse, non nisi errori adscribitur. Fuit ergo q̄d
F succēderes filio, sed fuit etiam quod remitteres, quia sibi vxorem elegit. Acquisisti filiam sine electionis periculo. Si bonā duxit, tibi acquisiuit gratiam. si errauit, recipiendo meliores facies, refutando deteriores. Maturiore quidem cōsilio puella filio a patre traditur, sed maiore obsequii proposito a filio ad patrē ducitur, & a viro lecta ingreditur soceri domū, dum metuit & filius displicere iudicii sui, & nurus ministerium. Illum paternæ electionis prærogatiua attollit atq; erigit, istam offensionis humiliat metus, inclinat verecundia. Nō habebit filius quod in vxorem referat quasi exors culpæ si quid fortasse offēsum sit, quod habet vsus: immo amplius elaborabit vt in vtroq; suum possit probari & in vxore iudicium, et in se obsequium. Feciſti igitur quod boni parentes, vt cito ignosceres, sed obsecratus. Nam anteq̄ rogareris, nō erat ignoscere, sed factum probare. Deinde diutius differre veniā, & tibi acerbū, & illis inutile. Neq; enim paterna viscera diutius tolerare possent. Summę deuotionis proposito Abrahā filiū suum Gen. 22.
secundum oraculū dei offerebat in holocaustū, & quasi exors naturæ exerebat gladium, ne mora sacrificū decoloraret: tamē vbi abstinere a filio iussus est, gladium libēter recondit: & qui immolare vnigenitum fidei intentione properabat, maiore pietatis studio festinauit

Gouem subrogare sacrificio. Ioseph quoq; vt fratrē iumi-
orem teneret, simulabat iracūdiam fratribus, & compo-
sitam a se furti fraudem indignatus est: tamē cum ad-
uolueretur ad genua eius vnus ex fratribus Iudas, fie-
rent alii, fraterno victus & compassus affectu, diutius
tenere non potuit simulationem seueritatis, remotisq;
arbitris aperuit fratribus quod germani sui essent, &
ipse esset Ioseph quem vendidissent: nec se memorem
suæ esse iniuriæ, & non fraternæ venditionis acerbita-
tem fraterne excusare, atq; id quod posset arguere, ad al
tiores causas referre, eo quod ita oportuisset fieri procu
rante deo, vt transiret in Ægyptum qui gentem suā fru
gis externæ egētem pasceret, vt sterilitatis tempore a-
lendis patri & filiis subsidio foret. Quid autem de san
2.Reg.14 cto Dauid loquar, qui degenerē filium, & fraterno obli
tum sanguine, ad vnius mulieris petitionem paternis
visceribus mentē emollitus domo recepit? Ipse ille eua
Luce.15. gelicus pater adolescētiorem filium qui prodegerat o-
mnem substantiam a patre acceptam viuēdo luxurio-
se, regredientem tamen vnius sermonis inflexus humi-
litate, quod in patrem peccasse se fatebatur, occursu pio
fouit, supra collum eius cecidit, primā illi stolam, annu
lum & calceamenta deferri iussit, atq; honoratum oscu
H lo, donatum munere, admirabili susceptt conuiuio. Ho
rum te imitatorem præbuisti pietate patria, qua proxi
me ad deum accedimus: & ideo ego prompte filiā no-
stram adhortatus sum vt etiam hyemali tempore viæ
laborem exciperet, commodius hybernatura non solū
in hospitio, sed etiam in affectu paterno, cū iam succes-
serit indignationi gratia: quādo quidem vt plene te ad
similitudinem atq; imitationem sanctorū referres, eos
accusauisti qui compositis mendaciis animum tuū ad-
uersum filios excitādum arbitrati sunt. Vale, & nos
dilige, quia nos te diligimus.

LIBER SEPTIMVS.

DIVI AMBROSII ad Cōstantiū, in suscepto ec
clesię gubernamine illū cōfortantis, ac diligēti cōmo
nitione instituētis qualē se debeat corā plebe dñi
exhibere loquendo, docēdo, admonēdo, hortan
do, psuadendo, obsecrādo, vt vitiis & terrenis
cupiditatibus renūcient, virtutes sectētur,
bonorūq; operū diuitias quærāt, & dño
in sobrietate, & gratia, & tota mētis
I sedulitate seruiant. Demum ei-
dem aliam quandam eccle-
siam commendantis,
Epist. XLIIII.

AMBROSIVS CON-
stantio. Suscepisti munus sa
cerdotii, & in puppe ecclesiæ
sedēs nauim aduersus fluct⁹
gubernas. Tene clauū fidei,
vt te graues huius seculi tur-
bare nō possint procelle. Ma
re quidem magnū & spatio-
Psal.23. sum, sed noli vereri, quia ipse
sup maria fundauit eā, & su-
per flumina præparauit eā. Itaq; nō immerito inter tot
mundi freta ecclesia domini tanq; supra apostolicā ædi
ficata petrā immobilis manet, & incōcusso aduersum
impetus sæuientis sali perseuerat fundamine. Alluitur
vndis, nō quatitur, & licet frequēter elemēta mundi hu
ius magno in ista resultent fragore, habet tamē quo la-
borantes excipiat, tutissimum portum salutis. Sed ta-
men & si in mari fluctuat, currit in fluminibus, & vide
Psal.92. ne in illis fluminibus magis, de quibus dictum est, Ele
uauerunt flumina vocem suam. Sunt enim flumi-
na quæ de ventre eius fluunt, qui potum a Christo ac- k
ceperit, & de spiritu dei sumpserit. Hæc ergo flumina
cum redundant spirituali gratia, eleuant vocem suam.
Est & fluuius qui decurrit in sanctos suos sicut torrens.
Est & fluminis impetus, qui lętificat animā pacificā
atq; tranquillā. Ex huius fluminis plenitudine quicūq;
acceperit, sicut Ioannes euāgelista, sicut Petrus, Pau-
lus, eleuat vocē suam, & sicut apostoli euangelicę prędi
cationis vocē vsq; in totos fines orbis terrarum canoro
diffuderūt pręconio, ita & iste incipit euangelizare do-
minū Iesum. Accipe ergo a Christo, vt & tuus sonus
exeat. Mare est scriptura diuina, habēs in se sensus pro-
fundos, altitudinē propheticorū ænigmatum, in quod
mare plurima introierunt flumina. Sunt ergo & fluuii
dulces atq; perspicui, sunt & fontes niuei qui saliāt in vi
tam æternā, sunt & sermones boni sicut faui mellis, &
gratæ sentētiæ quæ animos audientiū spirituali quo-
dam potu irrigent, & præceptorū moralium suauitate
mulceant. Diuersa igitur scripturarū diuinarū fluenta.
Habes quod primū bibas, habes quod secūdum, habes
quod postremū. Collige aquam Christi, illam quę lau-
dat dominū. Collige aquam de pluribus locis quam ef
fundūt nubes propheticę. Q uicūq; colligit de mōtibus
aquam, atq; ad se trahit, vel haurit e fontibus, & ipse ri- L
gat sicut nubes. Imple ergo gremiū mētis tuę, vt terra
tua humescat, & domesticis irrigef fontibus. Ergo qui
multa legit & intelligit, impletur: qui fuerit impletus,
alios rigat. Ideoq; scriptura dicit: Si impletę fuerint nu Eccles. 1.
bes, pluuiā in terram effundēt. Sint ergo sermones tui
pflui, sint puri & dilucidi, vt morali disputatione sua-
uitatem infundas populorū auribus, & gratia verborū
tuorū plebem demulceas, vt volēs quo ducis sequatur.
Quod si aliqua vel in populo vel in aliquibus cōtuma-
cia vel culpa est, sint sermones tui huiusmodi vt audiē-
tem stimulent, cōpungant male conscium. Sermones
enim sapientum tanq; stimuli. Stimulauit & dominus
Iesus Saulum, cum esset persecutor. Q̄ salutaris fuerit
stimulus, considera, qui ex persecutore apostolū fecit di
cēdo: Durum tibi est vt aduersus stimuli calces. Sunt Actu. 9.
etiam sermones sicut lac, quos infudit Paulus Corin-
thiis. Q ui enim fortiorē cibum epulari nō queunt, suc-
co lactis ingenii sui exercēt infantiam. Eloquia tua ple
na intellectus sint. Vnde & Salomō ait: Arma intelle
ctus labia sapiētis. Et alibi: Labia tua alligata sint sen- M
su, id est, fulgeat sermonū tuorū manifestatio, intellect⁹
coruscet, & alloquiū tuum atq; tractatus aliena nō indi-
geat assertione, sed sermo tu⁹ velut armis suis sese ipse
tueatur, nec vllum verbū tuū inuanū exeat, & sine sen-
su prodeat. Est enim alligatura quę cōstringere solet a-
nimorum vulnera: quam si quis reūcit, desperatam sui
prodit salutē. Et ideo circa eos qui graui vlcere vexan-
tur, vtere oleo sermonis quo foueas mētis duritiā. Ap
pone malagma, adiunge alligaturā salutaris pręcepti,
vt vagos & fluctuātes circa fidē, vel erga disciplinę ob-
seruātiam, nequaq; soluto animo & remisso vigore pa-
tiaris perire. Admone igitur plebē domini atq; obsecra
vt abūdet in operibus bonis, renūciet flagitiis, nō accen
dat flammarum incēdia. Non dicā in sabbato, sed in o-
mni tēpore, ne cōburat corpus suū, fornicatio & immū-
ditia non sit in dei seruulis, quia immaculato seruimus
dei filio. Nouerit vnusquisq; se, & vas possideat suū, vt
subacto quodā sui corporis solo, fructus expectet debi-
tos. Nec spinas & tribulos ei terra sua germinet, sed di
cat & ipse, terra dedit fructus suos. atq; in hac dumosa
quondam passionū fragilitate, insitiua virtutum effio-
reant. Edoce etiā atq; institue vt faciant quod bonū est,
& vnusquisq; nō intermittat opus probabile, siue a plu
ribus videatur, siue sine arbitro sit. Abundat enim sibi
locuples testis cōscientia. Fugiat etiā mala opprobria,
etiam si se credat non posse conuinci. Nam etsi clausus
parietibus sit, & opertus tenebris, sine teste, sine cōscio,

A habet tamen facti arbitrum quem nihil fallat, ad quem
facta clamant omnia. Denique clamauit & vox san-
guinis. Sibi ipsum vnusquisq; animum suum seuerum
iudicē sui, vltorem sceleris, & vindicē criminis habet.
Denicq; timens et tremens oberrabat Cain parricidalis
facinoris luens pœnas, vt ei remedio sua mors fuerit,
quem vagum exulem formidato per omnia momen-
ta terrore mortis per mortem exuit. Nemo igitur vel
solus vel cum altero aliquid turpe aut improbum fa-
xit. Et si quis solus est, seipsum præ cæteris erubescat,
quem maxime debet vereri. Nec concupiscat plurima,
quia & pauca ei plurima sunt. Paupertas & opes, ino-
piæ & satietatis vocabula sunt. Nec diues est qui indi-
get aliquo, nec pauper qui non indiget. Nec quisquam
viduam spernat, circumscribat pupillum, fraudet pro-
ximum suum. Væ enim illi qui congregatam dolo ha
bet substantiam, & in sanguine ædificat ciuitatē, id est
animam suam. Hæc est enim quæ ædificatur sicut ci-
uitas. Hanc ciuitatē non ędificat auaritia, sed destruit:
non ędificat libido, sed exurit atque incendit. Vis bene
Prou.15. ædificare ciuitatem? Melius est exiguum cum dei ti-
more, q̄ thesauri magni sine timore. Diuitiæ hominis
ad redemptionem animæ debent proficere, non ad de-
structionem. Et thesaurus redemptio est, si quis eo be-
ne vtatur: & iterū laqueus est, si quis vti nesciat. Quid
enim homini pecunia sua, nisi quoddam viaticum est?
B Multa oneri, moderata vsui. Viatores sum⁹ vitę hu-
ius. Multi ambulant, sed opus est vt quis bene trāseat.
Cum illo enim dominus Iesus, qui bene transit. Ideoq;
Esa.43. legis: Si tranſeas per aquam, tecū sum, flumina te non
cōcludent: nec ignis exuret vestimēta tua, si transeas.
Qui autem ignem alligat in corpore suo, ignem libidi
nis, ignem immodicæ cupiditatis, non transit, sed exu-
Prou.22. rit inuolucrū istud animæ suæ. Prędarior est bona exi-
stimatio q̄ pecunia, & super omnes argenti acervos bo
na est gratia. Fides ipsa abundat sibi, satis superq; cen-
su suo diues. Sapiēti quoq; nihil alienum nisi quod vir-
tuti incongruum. Quocunq; accesserit, sua omnia, to-
tus mundus possessio est, quoniā toto eo quasi suo vti-
tur. Quid igitur circumscribitur frater? quid fraudatur
mercenarius? Non magna, inquit, lucra de mercede
meretricis, id est lubricę isti⁹ fragilitatis. Meretrix ista
non specialis, sed publica est. Non vna mulier, sed vaga
omnis cupiditas meretrix est. Omnis perfidia, omnis
fallacia meretrix, non illa sola quæ corpus prostituit
suum, sed omnis anima quæ spem suam vēdit, quę de-
formes quæstus & degenerem stipem quærit. Et nos
mercenarii sumus, qui ad mercedē laboram⁹, & huius
operis nostri mercedem speramus a domino nostro &
C deo. Si quis cogitoscere vult q̄ mercenarii sumus, au-
Luc.15. di dicentem: Quantis panibus mercenarii patris mei
abūdant, ego autem hic fame pereo. Et infra: Fac me,
inquit, sicut vnum mercenariorum tuorum. Omnes
mercenarii, omnes operarii. Q ui tamen fructum ex-
pectat laboris, consideret quod is qui alii⁹ mercede frau
dauerit debita, & ipse fraudabitur sua. Fœneratū istud
offendit, et postea cumulatiore mensura exoluet. Ergo
qui non vult amittere quod est perpetuum, non eripiat
alii quod temporale est. Nemo etiam in dolo loquatur
ad proximum suū. Laqueus est in labiis nostris, & fæ-
pe vnusquisq; sermonibus suis nō explicatur, sed inuol-
uitur. Fouea alta est os maleuoli, grande innocentiæ
præcipitium, sed maius maleuolentiæ. Innocens dum
credit facile, cito labitur, sed tamen iste lapsus resurgit:
maledicus autem suis artibus præcipitatur, vnde nun-
quam exiliat atq; euadat. Ponderet ergo vnusquisq; ser
Prou.11. mones suos non cum fraude & dolo. Statera fallax im
probabilis apud deū. non illam stateram dico quę mer
cedem appendit alienam. & in vilibus quidem rebus
raro cōstat fallacia, sed statera verborū ipsa apud deum
est execrabilis, quæ prætendit pondus grauitatis so-
briæ, & subnectit versutias fraudulentię. Hoc maxime D
condemnat deus, si decipiat aliquis proximum suum
promissorum benignitate, & subdola iniquitate defœ-
neratum opprimat, nihil sibi profuturus astutiæ suę ar
tibus. Q uid enim prodest hominis si totius mundi ca- Mat.16.
piat opes, animam autem suam vitæ æternæ defrau-
det stipendio? Alia piis mentibus considerauda state-
ra, qua singulorum facta trutinantur, in qua plerunque
ad iudicium peccata propendunt, aut bene gesta pec-
catis præponderant. Væ mihi si præcedant flagitia, &
ad mortis præiudicium letali vergant pondere, tolera-
bilius si subsequantur. Omnia tamen manifesta domi
no & ante iudicium: nec bona possunt latere: nec ea quę
plena sunt offensionis, abscōdi. Q̄ beatus qui radicem
vitiorum resecare potuerit auaritiā. Is profecto state-
ram hanc non reformidabit. Auaritia enim plerunque
sensus hebetat humanos, & peruertit opiniones, vt quę-
stum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem
prudentiæ. Merces autem magna pietatis est: & quę-
stus sobrietatis, habere quod vsui est satis. Q uid enim
in hoc mundo prosunt diuitiarum superflua, cum in iis
& nulla adiumenta nascēdi sint, nec impedimenta mo-
riendi? Nam & sine integmento in hoc mundo nasci-
mur, & sine viatico discedimus, sine hæreditate sepeli-
mur. Pendet per singulos nostrorum statera merito- E
rum: atq; exiguis vel boni operis, vel degeneris flagitii
momentis huc atque illuc sæpe inclinatur: si mala ver-
gant, heu me: si bona, præsto est venia. Nemo enim a
peccato immunis: sed vbi propendunt bona, eleuantur
peccata, obumbrantur, teguntur. Ergo die iudicii aut
nostra opitulabuntur nobis opera, aut ipsa nos in pro-
fundum tanq̄ molari depressos lapide mergent. Grauis
est enim vtpote talento plumbeo suffulta iniquitas, in-
tolerabilis auaritia, atq; omnis superbia, tetra fraudulē
tia. Et ideo hortare plebem domini sperare magis in
domino, abundare in diuitiis simplicitatis, in quibus
ambulet sine laqueo, sine impedimento. Bona etiam
puri sermonis syncerita⁹, & locuples apud deū, etiam
si inter laqueos ambulet. Tamē quia alii nescit insidias
aut vincula innectere, non alligatur. Illud quoque præ-
cipuum, si persuadeas vt nouerint humiliari, sciant ve-
rum humilitatis colorem, naturam nouerint. Multi
habent humilitatis speciem, sed virtutem non habent:
multi eam foris prætendunt, & intus impugnant. Ad
ficum præferunt, ad veritatem abiurant, ad gratiam
negant. Est enim qui nequiter humiliat se, & interio- Eccli.19.
ra eius plena sunt doli. Et est qui se nimium submittit F
ab humilitate multa. Non est ergo humilitas nisi sine
fuco, sine fraude. Ipsa est vera quæ habet piam mentis
syncritatem. Magna virtus eius. Denique per ino- Rom.5.
bedientiam vnius hominis mors introiuit, & per obe-
dientiam vnius domini Iesu Christi facta est vniuer-
sorum redemptio. Sciuit humiliari sanctus Ioseph, qui
cum esset a fratribus in seruitutem venditus, vel a ne-
gociatoribus coemptus, humiliatus in compedibus, Psal.104.
vt scriptura dicit, virtutem humilitatis didicit, infirmi-
tatem repudiauit. Itaque emptus in Ægypti partibus
a seruo regio coquorum prepositio, non prosapiæ nobi-
lis conscietia, quasi germen Abrahamidarū, dedigna-
tus obsequia vernacula, fastidiuit degenerem cōditio-
nem, sed magis grauium se & fidelem herili imperio
præbuit, alto intendens consilio nihil interesse in quo
statu quis probabilem se prestaret, sed illum esse finem
bonorum, vt in quocunque statu probarentur: illudque
præcipuum, si magis mores commendarent statum, q̄
status mores. Etenī quo status inferior, eo virtus emi-
nentior. Talem itaq; se exhibebat, tam sedulum, vt ei
dominus suus totam domū suam crederet, ipsi omnia
cōmitteret. Vnde & vxor eius oculos iniecit in eum ca
pta formę venustate. Nihil enim ad nos si petulātibus
oculis aut ętas expetit, aut pulchritudo. Ars desit, nul

G ium est crimen decoris: illecebra facessat, inoffensa est
ſpecies, & formæ gratia. Itaque percita atq; animi fu-
rens interpellat iuuenem, & cogente libidine victa paſ-
sionum ſtimulis crimẽ fatetur. Verũ ille abiurat flagi
tium, dicens nec moribus Hebræorũ conuenire nec le-
gibus vt alienum violent thorum quib⁹ cura est tuen-
di pudoris, vt integri nuptiarũ integris ſocientur virgi
nibus, nec vlli conueniant fœminæ quæ legitimi vſus
thori neſciat: religionemq; ſibi eſſe ne ebrius turpis intẽ
perantiæ, ingratus herilis indulgẽtiæ, cui obſequiũ de-
beret, ei grauẽ inferret contumeliã. Nunquid erubeſce-
bat illũ vilem dominum tamen dicere, & ſe ſeruum fa-
teri? Quinetiam cũ ambiret mulier, obſeraret etiam
metu ꝓditionis, vel amoris ſui lachrymas funderet ad
extorquendi neceſſitatẽ, nec miſericordia flexus ad fla-
gitii conſenſum, nec coactus metu, & precibus reſtitit,
nec minis ceſſit, præponẽs præmiis periculoſam hone
ſtatem, q̃ turpem remunerationẽ caſto pudori. Iterum
quoq; mulier maioribus adorſa tentamẽtis, cum inflexibilem aduerteret, etiam ſecundo immobilẽ paſſione,
effera impudentia vires miniſtrãte, iuuenem aggredi-
tur, veſte apprehenſa ad cubile trahens, cõplexum offe
rens, & pene ceperat, niſi exuiſſet Ioſeph veſtẽ qua te-
nebatur, ne exueret amictũ humilitatis, indumentũ pu
doris. Sciuit igitur humiliari, qui humiliat⁹ est vſq; ad
H carcerem: & cũ ſuſtineret calumniam, maluit crimẽ fal
ſum ſubire, q̃ verũ referre. Sciuit inquã humiliari, qui
humiliabatur pro virtute. Humiliabatur in typo eius
qui ſe erat humiliaturus vſq; ad mortem, mortẽ autem
crucis: qui venturus erat vt vitam hanc de ſomno re-
ſuſcitaret, & ſomnium eſſe hũc viuendi vſum doceret,
in quo diuerſæ cõmutationum vices tanq̃ ebriæ, & ni-
hil ſolidum, nihil firmum, tanq̃ dormientis ſomnii vi-
dentes nõ videmus, & audientes non audimus, & mã-
ducantes non ſatiamur, gratulantes non gratulamur,
currentes non peruenimus. Vanę ſpes hominũ in hoc
ſeculo, qui ea quæ non ſunt, tanq̃ quę ſint ſequenda arbi
I trentur. Itaq; inanes & vacuæ rerum ſpecies tanquam
in ſomno venerunt, abierunt, aſtiterũt, euanuerũt. Cir-
cunfuſæ & diſperſæ ſunt, teneri videntur, & non tenen-
Ephe. 5. tur. Denicq; vbi quis audiuit dicentem, Surge qui dor-
mis, & de ſeculi iſtius ſomno exurrexit: falſa hæc intel-
lexit omnia: euigilauit, & fugit ſomnium, fugit pote-
ſtas, abiit cura patrimonii, formæ venuſtas, honorum
ſtudium. Hęc enim ſomnia ſunt, quibus non mouẽtur
qui vigilant corde, ſed dormientes exagitãtur. Vada-
tur hunc ſermonem meum ſanctus vir Ioſeph, nõ eſſe
perpetua nec diuturna quę ſunt huius ſeculi, qui ab ini-
tio nobilis genere, cenſu diues, ſubito ignobilis ſeruu-
lus, & (quod ipſam ſeruitii vilitatẽ acerbat) degeneris
domini ære emptum mancipiũ. Minus enim vile pu-
tatur ſeruire libero. geminatur autem ſeruitus, vbi ſer-
uitur vernaculis. Seruus igitur ex genere preclaro, pau
per ex patre diuite, de amore ad odiũ, de gratia ad ſup-
plicium, rurſus de carcere ad aulam, de reatu ad iudiciũ
traductus, neq; aduerſis fractus eſt, neq; eleuatus ſecun-
dis. Aſtipulatur etiam momentarias eſſe vices rerum
etiam ſanctũ Dauid frequenter variatus ſtatus, qui de-
ſpectus patri, preciosus deo, triũpho nobilis, inuidia vi
lis, accitus ad miniſterium regiũ, electus ad affinitatẽ,
poſtremo faciẽ & ora mutatus, exul regni, fugitãs par-
ricidii, nũc ſua offendicula deplorabat, & rurſus aliena
remouebat, cõciliato hęrede nobilior q̃ decolorato. Ex-
Pſal. 118. pertus igitur omnia, pulchre dixit: Bonũ mihi quod hu
miliatus ſum. Quanq̃ hoc & ad eum poſſit referri, qui
cum eſſet in dei forma, facilis inclinare cælos, deſcendit
tamen, & formam ſerui accipiẽs noſtras portauit infir-
mitates: qui præuidẽs ſanctos ſuos, non quaſi rapinam
1. Cor. 15. bus, & alios ſibi anteferre, dixit: Bonũ mihi eſt q̃d hu
miliatus ſum. Bonũ mihi eſt quod me ſubiecit, vt ſub-
iecta mihi ſint omnia, & ſit deus omnia in omnibus. K
Hanc infunde humilitatem ſingulorum animis, & te
ipſum formam præbe omnibus, dicẽs: Imitatores mei
eſtote, ſicut & ego Chriſti. Diſcant bonorum operũ di-
uitias quærere, & morum eſſe locupletes. Pulchritudo
diuitiarũ non in ſæculis diuitũ, ſed in alimentis paupe
rum eſt. In illis infirmis & egenis melius opes lucent.
Diſcant itaq; pecunioſi non ſua ſed ea quæ ſunt Chriſti
quærere, vt illos & Chriſtus requirat, vt illis ſua largia
tur. Impendit pro illis ſanguinem ſuũ, effudit illis ſpiri
tum ſuum, offert illis regnum ſuũ. Quid amplius da-
bit qui ſeipſum obtulit? Aut quid eſt quod non ſit da-
turus pater, qui pro nobis vnicum filium tradidit mor
ti? Admone igitur illos ſeruire domino in ſobrietate et
gratia, & tota mentis ſedulitate, erigere oculos ad cęle
ſtia, nihil ponere in lucro niſi quod vitæ æternę ſit. Nã
iſte omnis huius quęſtus ſeculi, animarum diſpẽdium
eſt. Denicq; omnium detrimentum paſſus eſt qui vole-
bat Chriſtum lucrari: quod etſi mirabiliter dixerit, mi-
nus tamen expreſſit q̃ acceperat. Hic enim de alienis lo
cutus eſt, Chriſtus autem dixit: Qui vult poſt me ve- Lucæ. 9.
nire, abneget ſeipſum ſibi, vt ipſe ſuum detrimentum
ſit, quo fiat lucrum Chriſti. Caduca hæc omnia, cum
damno, ſine lucro: illud ſolũ eſt lucrũ, vbi fructus per-
petuus, vbi æternæ merces quietis. Commẽdo tibi L
fili eccleſiam quæ eſt ad forum Cornelii, quo eã de pro-
ximo interuiſas frequentius, donec ei ordinetur epiſco-
pus. Occupatus diebus ingruentibus quadrageſimæ,
tam longe nõ poſſum excurrere. Habes illic Illyrios de
mala doctrina Arrianorum, caue eorum zizania, non
appropinquent fidelibus, non ſerpant adulterina ſemi-
na. aduertunt quid propter ſuam perfidiã acciderit ſibi,
quieſcant, aut veram fidem ſequãtur. Difficile quidem
imbuti animi infidelitatis venenis abolere poſſunt im
pietatis ſuæ glutinum, ſi tamen in iis virus infauſtum
inoleuerit: nec facile iis credendum putes. Nerui enim
ſunt, & quidam artus ſapientiæ, nõ temere credere, ma
xime in cauſa fidei: quę raro perfecta eſt in hominibus.
Tamen ſi quis eſt qui licet ſuſpectæ ſit infirmitatis, &
annunciantis affectus, purgare habitam de ſe opinio-
nem velit, permitte, vt ſatiſfeciſſe ſe putet: indulge al-
quantulum. Cuius enim excluditur ſatisfactio, auerti-
tur animus. Nam etiam medendi periti cũ vident no-
tas ægritudines, vt ipſi appellant, medicinam quidem M
non adhibent, ſed tamen medicinę tempus expectant,
nec deſerunt inualidum, ſed lenioribus verbis, aut qui-
bus poſſunt palpant delinimentis, ne aut intermiſſa æ-
gritudo deſperatione animi grauęſcat, aut crudior me-
dicinam reſpuat, eo quod ad maturitatẽ peruenire ne-
queat ſi indigeſtæ inſolens rerum huiuſmodi medicus
adhibeat manus. Siquidem & pomum cum immatu-
rum exagitatur, cito deperit. Et quia de agro exemplũ
ſumpſimus, præcipe illis inuiolata confimi ſeruare iu-
ra, paternos cuſtodire terminos quos lex tuetur. Supra
fraternam charitatem frequenter eſt vicini gratia. Ille
enim ſæpe longe, hic in proximo eſt, vitę omnis teſtis,
conuerſationis arbiter. Delectet eum per finitima ſpa
tia laxare liberum pecus, & in herba viridi proiectũ ſe-
cura captare ocia. Seruos quoq; dominus iure ſeruitii
ſubditos habeat pro moderamine coertionis quaſi ani-
mæ conſortes. Paterfamilias enim dicitur, vt quaſi fi-
lios regat, quoniam & ipſe dei ſeruus eſt, & patrem ap
pellat dominum cęli, moderatorẽ poteſtatum omniũ.
Vale, & nos dilige, vt facis, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Sabinum, cauſam reddẽtis cur
poſt ſcripturam prius directam codicem apertius ſcri-
ptum tranſmiſerit. Cur etiam propriam manum ſtylo
ſuo affixerit, ad epiſtolarem inde ludum eum inuitan-
tis, & vſum illius exponentis, Epi. XLV.

A AMBROSIVS Sabino. Tranſmiſi peti-
tum codicẽ ſcriptum apertius atq; enoda-
tius q̃ ea ſcriptura eſt quã dudum direxi, vt
legẽdi facilitate nullum iudicio tuo afferat
impedimẽtum. Nam exẽplaris liber nõ ad ſpeciem
ſed ad neceſſitatem ſcriptus eſt. Non enĩ dictamus oĩa
& maxime noctibus, quibus nolumus aliis graues eſſe
ac moleſti: tum quia ea quę dictantur, impetu quodam
proruunt, & profluo curſu feruntur. Nobis autẽ quibus
cura eſt ſenilem ſermonẽ familiari vſu ad vnguem di-
ſtinguere, & lento quodam figere gradu, aptius vide-
tur propriam manum noſtro affigere ſtylo, vt nõ tam
deflare aliquid videamur q̃ abſcondere, neq; alterũ ſcri-
bentem erubeſcamus, ſed ipſi nobis conſcii ſine vllo ar-
bitro, nõ ſolum auribus, ſed etiã oculis ea ponderemus
quæ ſcribimus. Velocior eſt enĩ lingua q̃ manus, dicẽ-
Pſal. 44. te ſcriptura: Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcri-
bentis. Sed forte dicas quia velocitatẽ ad ſcribentẽ re-
tulit. Non te fallit tamẽ id ſignificari, quod ſcribæ velo-
citer ſcribentis celeritas ſola poſſit linguæ propheticæ
excipere ſermones. Apoſtolus quoq; Paulus ſua ſcri-
bebat manu, ſicut ipſe ait, Mea manu ſcripſi vobis. ille
propter honorificentiam, nos propter verecundiam. Ta-
men dum adhuc habes de libris iudiciũ, interludamus
epiſtolis: quarũ eiuſmodi vſus eſt, vt diſiũcti locorum
interuallis, affectu adhereamus: in quibus inter abſen-
B tes imago refulget præſentiæ, & collocutio ſcripta ſepa
ratos copulat: in quibus etiã cum amico miſcemus ani
mũ, & mentem ei noſtrã infundimus. Iam ſi, vt horta-
tis, aliquid & de veteribus ſcriptis redoleat in epiſtolis,
nõ ſolum animi conglutinari videntur per veræ doctri
næ profectum, ſed etiã plenioris colloquii ſpecies & for-
ma exprimi, vt inter quærendi & reſpondendi mutuas
vices aſſumpta concertatio in vnum conducere, & corã
videatur amicos locare, qui tali ſe laceſſunt & comple-
ctuntur munere. Quid autem maiorũ noſtrorũ exẽpla
proferam, qui epiſtolis ſuis fidem infuderunt populorũ
mentibus, atq; ad integros & confertos ſcripſerũt popu
los, & præſentes ſe eſſe cum abſentes ſcriberẽt ſignifica-
runt, dicente ſancto Apoſtolo quia abſens erat corpore,
ſed preſens ſpiritu, nõ ſolum cũ ſcriberet, ſed etiã cũ iudi
caret? Denicq; abſens per epiſtolam cõdẽnabat, & idem
abſoluebat per epiſtolã. Epiſtola enĩ Pauli quædã effi-
gies erat eius præſentię, & forma operis. Non enim vt
aliorũ epiſtolę graues, inquit, & fortes, preſentia autem
corporis infirma, & ſermo contẽptibilis, talis & apoſto
li, ſed talis huius epiſtola, vt talis eſſet forma præcepti,
qualis eſſet operationis ſubſtantia, quia quales ſumus
C inquit, verbo per epiſtolas abſentes, tales & præſentes
ſumus in opere. Imaginem præſentiæ ſuæ in epiſtolis
expreſſit, fructum teſtimonii in opere ſignificauit. Va-
le, & nos dilige, vt facis.

Diui Ambroſii ad Euſebium, iurcũ ditatem illius in
filiis, & filiorum benedictionem recenſentis,
Epiſtola XLVI.

AMBROSIVS Euſebio. Fauſtinus vterq;
tibi redditus eſt, nobis vtrunq; ambroſium
pignus reſedit. Ipſe habes quod primũ in pa-
tre, & quod iucundiſſimũ eſt in filio minore,
quia & virtutis apicem tenes, & humilitatis exhibes
gratiã: nos quod mediũ inter patrem & iunioré filium.
Tecũ ſumma totius domus, & perpetuati vocabuli iur-
gis ſucceſſio. Apud nos parca mediocritas, quæ & de
ſummo pendeat, & in poſteriore ſubſiſtat. Tecũ igitur
requies vtriuſq; noſtrũ, quæ cũ inuicem nobis refundi-
tur, omnẽ animi abſtergit ſolicitudinẽ. Tecum is qui &
moribus & operibus ſuis & ſobole tali inuenit gratiã
apud dominũ noſtrũ. Tecum is qui inter mundi huius
procellas ſpiritalem nutriuit columbam, quæ ei fructus
afferat pacis vncta oliua integritatis. Tecum is qui edi D
ficauit aram deo, quem benedixit deus & filios eius di-
cens, Creſcite, & multiplicamini. Cum quo teſtamẽtũ Gene. 9.
pacis ſtatuit ſuæ, vt ſit ei & filiis eius in progeniẽ ęter-
nam. Habes igitur hæredem diuinæ benedictionis, cõ-
ſortem gratię, participem iuſtitiæ. Sed vide quæſo ne
iſte noſter Noe agricola, bonus plantator feracis vineę,
cũ fuerit amoris & gratiæ tuæ inebriatus poculo, tanq̃
crapulatus a vino, diutius quieti indulgeat: ac ſi forte
indormierit, excitet eum Sem noſtri deſiderium. Eſt &
ibi Iaphet iunior ex fratribus, qui pietatis reuerẽtia pa
trem induat, quem pater & dormiẽs videat, nec vnquã
de pectore dimittat ſuo, quin ſemper oculis & cõplexu
teneat, atq; euigilans intelligat quę ei fecerit filius ſuus
iunior, qui latitudo latine dicitur, eo quod in labris eius
diffuſa gratia, & ſit in moribus propter quod benedi-
xit eum dñs, quia ipſe tanq̃ bonus retrorſum rediens
patrem texit pio charitatis velamine, & detulit pietati
honorem, de quo & pater ait, Lætificet deus Iaphet in
domibus Sem. Vnde & in enumeratione generatio-
num præfertur ſeniori fratri, in benedictione ſubſtitui-
tur. Præfertur propter honorem nominis, ſubſtituitur
propter prerogatiuam ſenioris ętatis, & honorificentiã
naturæ debitã. Sem autem dicitur latine nomen. Et
bene hic noſter Ambroſius bonũ nomen, in cuius do-
mibus lætetur Iaphet, quia potius eſt nomen bonũ ſu- Prou. 22.
per multas diuitiarum copias. Sit ergo & iſte benedi- E
ctus, & gratia eius ſuper aurum & argẽtũ, ſit in portio-
ne eius ſemen Abrahę, ſint benedictiones in poſteritа-
te, & omni familia iuſti viri. Sed maledictus nemo, be-
nedicti omnes. Benedictus em̃ Saræ fructus. Salutant
te Ambroſii, ſalutat Parthenius dulciſſimus, ſalutat
Valentinianus paratus ad humilitatẽ, quod Hebraicę
Chanaan dicitur, quaſi puer fratris ſui, cui & noie ſuo
ceſſit. Et ideo tanq̃ Nemroth gemini gigas nominis, Geneſ. 10.
venator egregius ſuper terrã, de quo dictum eſt, Tanq̃
Nemroth gigas venator ante dominũ. Nanq; ingenio
ſubruſticus, viribus validus, quos ingenio æquare non
poteſt, viribus ſuperat, vt Comacinas rupes geſtare ſe-
cum, & faciẽ tauro propior vultu videatur exprimere,
poſthabitũ ſe indignatus, & paterno exutum vocabulo
metropolitanũ virũ Bononienſi ſubditũ, qui a infantiæ
neſcit blãditias, & de nutricis gremio ſe illęſus excuſſit.
Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambroſii ad Irenęũ, confutantis errorẽ cuiuſ
dam maledici Apollinariſtę, qui nõ poteſt audire quod
dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis ſeruitutem
ſuſceperit, Epiſtola XLVII. F

AMBROSIVS Irenęo. Quẽ ſcripſiſti ma-
ledici ſermonis ſeminatorem, leuiſſimus eſt,
qui iam veneni ſui mercedẽ recepit. Siquidẽ
reſpõſum eſt ei publice: & quod priuatim ſe-
uerat, palam meſſuit. Ego autẽ vanum ante & inuiſorẽ
tantum habebam. At vbi iſte ſermo ad aures peruenit
meas, ſtatim reſpondi quod eum virus infecerit Apol-
linare, qui nõ poteſt audire quod dominus noſter Ieſus
pro nobis ſeruitutem ſuſceperit in iſtius corporis ſuſce-
ptione, cũ apoſtolus clamet quod formã ſerui acceperit. Philip. 2.
Hoc munimentum, hæc ſepes eſt fidei noſtrę, qui hanc
deſtruit, deſtruetur ipſe, ſicut ſcriptũ eſt. Qui a deſtruẽ- Eccls. 10.
tẽ ſepem mordebit ſerpens. Equidẽ primo leniter man
daui ei, qua ratiõe bonam rem malo animo facis? Ego
enim beneficio annumero ſi quis mea legens ſcripta di
cat mihi quod videatur moueri. Primum quia & in iis
quæ ſcio, falli poſſum. Multa aurem prætereunt, mul-
ta quibuſdã aliter ſonant. Pulchrũ eſt, ſi fieri poteſt, ca-
uere omnia. Deinde quia non debeo moleſte ferre ſi cũ
de apoſtolicis & ipſis euãgelicis dominiciſq; verbis ple
riq; multas queſtiones ſerant, etiam in meis ſcriptis re-

G periant de quo disputandum putent. Pleriq; enim studio indulgent suo, vt iste qui propterea orbem circuiit vt quæreret quē reprehenderet, non quem sibi imitandum arbitraretur. Hic igitur vt arroderet aliquid de meis scriptis, causam sibi amplam reperit, quoniā eo loci vbi dixit dominus Iesus: Confiteor tibi domine pater cæli & terræ: diximus ideo dictum, vt nos intelligamus patrem filii esse, & dominū creaturę. Quanquā in psalmo euidenter dominū dixerit patrem filius. Viderunt me, & mouerūt capita sua: adiuua me domie deus meus. Etenim secundum formā serui locutus dominū vocauit quem patrem nouerat, æqualis in dei forma seruum secūdum carnis substantiā se prędicans. Seruitus enim carnis, dominatus autem diuinitatis est. Auertis igitur primū pro tua admirabili prudētia ea quę in euangelio dicuntur, ad euangelii tempus referri, quo dominus Iesus inter homines humana specie conuersabatur. Nunc ergo secūdum hominē iam nō nouimus Christū. sit ita visus & cognitus veteribus, iam transierunt vetera, & omnia noua facta sunt. Omnia tamē ex deo, qui nos sibi per Christū reconciliauit. Eramus enim mortui, & ideo vnus pro omnibus mortuus, & vnus pro omnibus seruus factus est. Quid dicam, seruus factus est? Peccatum, opprobriū, maledictum factus est. Dixit enim apostolus, Quia pro nobis peccatū factus est, quia maledictum factus est dominus Iesus. Dixit quia cum sibi subiecerit omnia, tunc & ipse subiectus erit. Dixit & Petrus, In nomine Iesu Nazareni surge, & ambula. Dixit quia glorificauit puerum suum Iesum, & nemo calumniatur de tēpore. In Apocalypsi autem & agnus dictus est a Ioanne, dictus est in psalmo vermis, & nō homo. Hęc omnia factus est, vt nostræ obtūderet mortis aculeum, nostrā seruitutē tolleret, maledicta, peccata, opprobria deleret. Hæc & alia quæ consulenti cuidam, & multo plura a te scripsisti relata, cū scriptura diuina habeat, quēadmodū quisq; dubitabit dicere quæ pie scripta sunt, quoniā ad gloriā Christi spectāt non ad imminutionē? Nam cum de dono eius, hoc est manna dictum sit, quia & qui minus collegit, nō diminuit: & qui plurimū, nō ampliauit: vnde potuit ipse vel minui vel augeri? Quid enī in eo imminutū est quod nostrā seruitutē, nostras infirmitates suscepit? Erat humiliatus, erat in serui forma, sed idem in gloria dei patris. Erat vermis in cruce, sed idem dimittebat peccata etiam persecutorū suorū. Erat opprobriū, sed idem maiestas domini, sicut scriptum est: Et videbitur maiestas domini, & videbit omnis caro salutare dei. Quid amisit cui nihil minus est? Non habebat quidem speciem neq; decorem, sed habebat plenitudinē diuinitatis. Infirmus existimabatur, sed nō desiterat esse dei virtus: videbatur vt homo, sed fulgebat in terris maiestas diuina, & patris gloria. Vnde pulchre Apostolus eiusdē verbi repetitione vsus est, dicēs de domino Iesu: Quia cum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens. Quid est in dei forma, nisi in plenitudine diuinitatis, in illa perfectionis diuinæ expressione? Ergo cū esset in plenitudine diuinitatis, exinaniuit se, & accepit plenitudinem naturæ & perfectionis humanę, sicut deo nihil deerat, ita nec hominis consūmationi, vt esset perfectus in vtraq; forma. Vnde & Dauid dicit: Speciosus forma præ filiis hominum. Concluditur Apollinarista, nec quo se vertat habet, suis clauditur retibus. Ipse enim dixerat, Formā serui accepit, nō seruus factus est. Iterum ergo interrogo, quid est in forma dei? In natura dei. Sunt enī, ait Apostolus, qui nō sunt natura dii. Quæro quid sit formā serui accipiēs? Sine dubio perfectionē naturæ & conditionis (vt dixi) humanæ, vt esset in hominū similitudine. Et pulchre nō carnis, sed hominū dixit similitudinē, quia in carne eadē. Sed quia sine peccato erat solus, omnis autē homo in peccato, in specie hominis videbatur. Vnde & prophe- K
ta ait: Et homo est, & quis cognoscit eum? Homo secūdum carnem, sed vltra hominē secundum diuinā operationē. Deniq; cū leprosum tāgeret, homo videbatur, Matth. 8.
sed vltra hominē cū emundaret. Et cum Lazarū fleret Ioan. 11.
mortuum, quasi homo flebat: sed supra hominē erat cū mortuum iuberet vinctis pedibus exire. Homo videbatur cū penderet in cruce, sed supra hominē cū referatis tumulis mortuos resuscitaret. Nec sibi blandiatur virus Apollinare, quia ita legitur, Et specie inuentus Philip. 2.
vt homo. Non enim negatus est homo Iesus, cū alibi
ipse Paulus de eo dicat, Mediator dei & hominū ho- 1. Tim. 2.
mo Christus Iesus, sed confirmatus est. Id enī est vsus & moris scripturæ sic significare. Sic & in euangelio legimus: Et vidimus gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. Sicut ergo quasi vnigenitus dicitur, & nō abnuitur vnigenitus dei filius, ita vt homo dicitur, & perfectio fuisse in eo hominis non negatur. Cū esset igitur in forma serui humiliatus vsq; ad mortē, erat tamen in dei gloria. Quid ei igitur obfuit seruitus? Seruus autē factus legitur, quia legitur factus ex virgine, & creatus in carne. Omnis enim creatura seruit, dicente, ppheta, Quia vniuersa seruiunt tibi. Vnde & deus pater ait, Psal. 118.
Inueni Dauid seruum meū, oleo sancto vnxi eum. Ipse vocabit me, pater meus es tu, deus salutis meæ: & ego primogenitū ponam eum. Et in alio psalmo: Custodi L
animā meā, quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum. Et infra in eodem psalmo: Da potestatem puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ. Congessi enim patris & filii voces, vt ei nō argumenta humana, sed diuina responderēt oracula. Alibi inquit, In manus tuas Psalm. 3.
cōmendo spiritū meū. Statuisti in loco spatioso pedes meos, super omnes inimicos meos factus sum opprobrium. Et in eodem psalmo: Illustra faciem tuā super seruum tuū. Per Esaiam quoq; dicit ipse filius dei, Ex Esaię. 49.
vtero matris vocauit dominus nomen meū, & posuit os meū vt gladium acutum, & sub tegmento manus suæ protexit me. Posuit me sicut sagittam electam, & pharetra sua texit me, & dixit mihi, Seruus meus es Israel. Dicitur enī dei filii?, & Israel, sicut alibi, Iacob puer meus, Israel dilectus meus. Solus enim vere deum patrem non solum vidit, sed etiam enarrauit. Et sequitur, In te glorificabor. Et ego dixi, in vacuum laborani, & in nihilum dedi vires meas, ideo iudiciū meū ante dominū, & dolor meus ante deū meū. Et nunc sic dicit dominus: Qui finxit me seruū ex vtero sibi ad cōgregandum Iacob & Israel. Quis congregauit dei populum nisi Christus? Quis glorificatus est ante dīm? Quis est dei virtus? Cui dixit pater, Magnum tibi est voca- M
ri te puerū meū? Et cui dicit, Ecce posui te in testamentum generis mei, in lucem gētium, vt sis in salutē vsq; ad extremū terræ? De quo etiam per os Ezechiel locutus est dicens: Suscitabo super eos pastorem vnum, & Ezech. 34
reget eos seruus meus Dauid, & erit eorum pastor, & ego dominus ero illis in deū, & Dauid in medio eorū princeps. Dauid vtiq; rex iam defunct? erat, & ideo verus Dauid, verus humilis, verus mānsuetus, verus manu fortis dei filius hoc annūciatur nomine: qui etiam in Zachariæ prophetę libro significatur, dicēte deo patre: Ecce ego mittā seruum meū, oriens nomen est ei. Zacha. 3.
Numquid quia habebat vestimēta sordida, ideo fulgorem diuinitatis suæ sol iustitiæ non habebat? Et quid plura? An infirmius putamus seruitium esse q̄ peccatum, q̄ maledictum, q̄ opprobrium, q̄ infirmitates, quas pro nobis suscepit, vt a nobis auerterentur? Factus est ergo hæc omnia, vt vniuersa vacuaret. Sed hæc ideo nō recipiunt quod seruus, opprobrium, peccatum, maledictum factus sit, quia verbum & carnem vnius asserunt esse substantiæ, & dicunt, ergo qui nos redemit, seruus dictus est, & peccatū debuit dici. Nec aduerterunt quod hæc Christi gloria sit, quia seruitutē suscepit in corpore

A suo, vt libertatē omnibus redderet: peccata nostra portauit, vt mundi peccatū tolleret. Seruus, peccatū, maledictum factus est, vt tu peccati seruus esse desisteres, te diuinæ sententiæ maledicto absoluēret. Ille ergo male- Deute. 21.
dictum suscepit tuum. Maledictus enī omnis qui pendet in ligno. Ille maledictum in cruce factus est, vt tu benedictus esses in dei regno. Ille dehonestatus & depreciatus est, nec aliquid existimatus. Ille dicebat, Inuacuū Philip. 2.
laborani per quem merui Paulus dicere: Non inuacuū laborani, vt boni operis fructū, & euangelicæ prædicationis gloriam suis conferret seruulis, per quā vniuersi farcina laboris absoluerentur. His igitur auditis, derelictus est in dimidio dierum suorū perdix, qui clamauit vt congregaret quę non peperit, & oppressus est voce domini Iesu. Deniq; adornat fugā. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Irenæū prosequētis illud quod in Hieremia scriptū est, Clamauit perdix, cōgregauit quę nō peperit: naturā istius auis describendo, & eā diabolo ac mēbris suis adaptando, Epistola XLVIII.

Hiere. 17. AMBROSIVS Ireneo. Clamauit perdix, congregauit quę nō peperit. Licet enī mihi de superioris fine epistolæ sequentis mutuari exordium. Celeberrima quęstio, & ideo vt
B possimus eam absoluere, quid de natura auis istius habeat historia, consideremus. Nam & hoc considerare nō mediocris prudentiæ est, siquidem & Salomon cognouit naturas animaliū, & locutus est de pecoribus, & volatilibus, & de reptilibus, & de piscibus. Dicitur itaq; auis ista plena esse doli, fraudis, fallaciæ, quæ decipiendi venatoris vias calleat, atq; artes nouerit, vt eum a pullis auertat suis, omniaq; tentamēta versutiæ non prętermittere, quo possit venantem abducere a nido & cubilibus suis. Certe si insistere aduerterit, tandiu illudit, quādiu soboli fugiendi signum tribuat & potestatem. Quā vbi euasisse senserit, tunc se & ipsa subtrahit, & lubrica arte deceptum insidiantem relinquit. Fertur etiam promiscuæ esse permixtiōis, vt in fœminas cum summo certamine mares irruant, & vaga calescant libi dine. Vnde impurū & maleuolum & fraudulentū animal aduersario & circūscriptori generis humani, fallacissimoq;, & impuritatis autori conferendum putatur. Clamauit ergo perdix, qui a perdendo nomen accepit, Satanas ille, qui latine contrarius dicitur. Clamauit in Eua primū, clamauit in Cain, clamauit in Pharaone, Dathan, Abiron, Chore, Clamauit in Iudæis, quando
C petierūt sibi fieri deos cū Moyse legē acciperet. Clamauit iterū, qū de saluatore dixerunt: Crucifigatur, crucifi-
Mat. 27. gatur, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Clamauit quando sibi regem fieri postulauerunt, vt recederēt a domino deo rege. Clamauit in omni vano & perfido. His vocibus congregauit sibi populos quos nō creauerat. Deus enim hominē ad imaginem suam fecit, & diabolus sibi hominem vocis suæ fraude sociauerat. Congregauit sibi nationum populos faciens diuitias nō cū iudicio. Vnde in prouerbio est de diuite auaro: Quia perdix iste cōgregat diuitias nō cum iudicio. At vero meus Iesus quasi iudex bonus cum iudicio omnia agit, qui venit, sicut scriptum est, dicens: Ego lo quor iustitiā, & iudicium salutis. Ea igitur gratia deprædatus est perdicem illum diabolum, abstulit ei male congregatas diuitias multitudinis, reuocauit ab errore animas gentiū, mentesq; nationum deuiantiū. Et quia diaboli voce deceptos sciebat, & ipse vt vincula nexusq; veteris erroris solueret, clamauit primū in Abel, cuius clamauit vox sanguinis. Clamauit i Moyse, cui dixit: Quid clamas ad me? Clamauit in Iesu Naue. Clamauit in Dauid, qui ait: Clamaui ad te, salua me. Clamauit in oībus prophetis. Vnde & ad Esaiam di- D
cit: Clama. & ille ait: Quid clamabo? Clamauit in Salomone conuocans cū altissima prędicatione ad sapientiam: Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis. Clamauit etiā in corpore suo, sicut scarabæus in ligno. Clamauit vt insidiatorem falleret & circūueniret, dicens: Deus deus meus quare me dereliquisti? Clamauit vt despoliaret respondens latroni: Amen amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Itaq; vbi clamauit Iesus, continuo perdix ille a congregatis in dimidio dierum suorū derelictus est. Vnde & quidam naturæ perdicis etiam istud aptandum putarunt, eo quod aliena diripiat ouа, & foueat suo corpore, atq; hac sua fraude partus alienos studeat acquirere. Sed (quod aiunt, cornicis oculū, habēt enī & volatilia suas artes) vbi istud aduerterit cuius aut singula ouа direpta, aut cubile fuerit inuasum, solicitata soboles errore simlitudinis, speciei simulatiōe decepta, & si infirmior viribus, induit se atq; armat versutia, & cum labor omnis impensus nutrimentorum educantem exhauserit, atq; adolescere pulli cœperint, tunc vocē emittit, & quadam pietatis tuba prolem aduocat. Quæ naturali quodam auditu excitata agnoscit parentem, & simulantem deserit. Ita cum vult congregare quæ non peperit, amittit quos nutriendos putauit. Non superfluo igitur & Iesus clamauit, vt quia totius mundi populus voce perdicis, blanditiis, arte, specie deceptus ab autore proprio deuiauerat lubricas artes secutus, veri E
parentis voce reuocatus fallacem relinqueret, atq; in dimidio dierum eius fraudulentum desereret, id est ante huius finem seculi, cui nos eripuit dominus Iesus, & ad vitam æternam vocauit. Itaq; nunc mortui mūdo, viuimus deo. Cum igitur perdix iste penitus a falsis filiis derelictus fuerit, tūc erit stultus ille quē elegit deus, & sapientē confudit, saluus: quoniā quæ stulta sunt mundi, 1. Cor. 1.
elegit deus. Ideo si quis videtur sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Vale fili, & nos dilige vt facis, quoniam nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Syricium, narrantis illum Prisco aduenienti literas dedisse, & se eidem reuertenti alias reddidisse. Et quia vtrumq; eorum officio remuneratus sit, etiam eius officii precium incrementa debere adipisci gratiæ, Epistola XLIX.

AMBROSIVS Syricio. Prisco amico & æquęuo meo dedisti aduenienti literas. Ego quoq; reuertenti reddidi, quas & pro officio, & p amore debui. Vtrūq; igitur nostrū suo officio remuneratus est, quo & mihi tuas, & meas tibi F
restituit. Ideo ei officii preciū incremēta debet adipisci gratiæ. Vale, & nos frater dilige, quia nos te diligim?.

Diui Ambrosii ad Atticum, scribentis literas suas Priscum sibi, & se illi alias reddidisse, Priscī dilectioni suæ amplius cōmendantis, Epistola L.

AMBROSIVS Attico. Prisco meo dedisti literas, Priscus me? mihi reddidit, & ego Prisco. Tu Priscum vt soles dilige, & plus etiam q̄ soles, quod eo suadeo, quia & ipse Priscum meū facio plurimi. Est enim erga eū priscus hic noster amor, qui a pueritia iam inde nobis cum ętate accreuit simul, sed eum multo post vidi tempore, vt vere mihi nō solum nomine, sed etiam tanti interuallo temporis priscus aduenerit. Vale, & amantes tui dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Felicem, significantis tuberum sibi missorum partem amicis direxisse, et illum q̄ se tandiu nequaquam reuiserit arguentis, Epistola LI.

G AMBROSIVS Felici. Misisti mihi tubera, & quidem miræ magnitudinis, vt stupori forent ea tam grandia. Nolui in sinu, vt aiunt, abscondere, sed aliis quoq; demonstrare malui. Itaq; partē direxi amicis, partem mihi reseruaui. Suaue munus, nō tamen ita præpotens vt comprimeret querelam meā iure excitatam, quod nos tandiu amantes tui nequaquā remisas. Et caue posthac ne maiora inuehas tubera. Nam huius nominis diuersa ratio. Vt enim grata in munere, ita in corpore atq; in affectu molesta sunt. De te impetra quo minus te abesse doleam. Nam causa cōmotionis meę desiderium est tui. Effice, si potes, vt minus gratus sis. Rem exposui, causam probaui. Intorquenda est amentata illa nō ma nipularis sententia. metuisti certe, sed vide q̄ moueat, vt deleſtet iocari, postea tamē ne excusaueris. Etenim quanuis tua hæc vectigalis mihi sit excusatio, male de te iudicat, nec de me melius, si aut tuam absentiam muneribus compensandam, aut me muneribus redimendum putes. Vale, & nos amantes tui dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Romulum, quæstioni illius, cur videlicet deus dixerit: Ponam cælum æreum, & terram ferream, satisfacientis, Epistola LII.

H AMBROSIVS Romulo. Cū sis in agro, miror qua ratione de me quærendum putaueris cur dixerit deus: Ponam cælum æreLeuit. 26. Deuſ. 28. um, & terrā ferream. Nam species ipsa agri & præsens fertilitas docere nos potest quanta clemētia sit aeris, & cæli indulgētia, quādo dignatur deus vbertatem dare: qā autem sterilitas, quēadmodum clausa omnia, spissus aer, vt in rigorem æris solidatus putetLucæ. 4. tur. Vnde alibi habes quia in diebus Heliæ clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex. Significatur igitur clausum cælum æreum esse, vsum sui terris negare. Terra quoq; ferrea est: cū prouentus abnuit, & iacta sibi semina tanquā hostili duritia genitali excludit aluo, quæ gremio solet blandæ matris fouere. Quādo enim ferrum fructificat? Quando æs imbres relaxat? His igitur miserandam famem minatur impiis, vt qui pietatē filiorū cōmunū dño & patri exhibere nesciunt, careant nutrimēto paternæ indulgentię, sit illis cælum æreum concreto aere, & solidato in metalli rigorē, sit illis terra ferrea partus suos nesciens, & quod plerūq; impia habet, discordias serens. Rapto enim vtuntur qui victu indigent, vt alienis dispendiis famē suam ableuent. Iam si & offensa inhabitantium huiusmodi sit, vt diuina cōmotione iis inferātur prelia, vere terra est ferrea, telorū segetibus inhorrēs, & suis nuda fructibus, fœcunda ad pœnā, sterilis ad alimoniā. Vbi autē abūdantia: Ecce ego pluo vobis panes, dicit dominus. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Titianum, illi cōgaudentis q̄a Rufino liberatus sit, quē sibi grauiorē iudicē in negocio cū nepte sua arbitrabatur, Epistola LIII.

AMBROSIVS Titiano. Venit tibi innocens victoria, vt sine voti amaritudine potiaris victorię securitate. Rufinus enī ex magistro officiorū factus est in consulatu præfectus prefectorio, ac per hoc plus posse cœpit, sed tibi iam nihil obesse. Est enim aliarum præfectus partium. Q̄ gaudeo vel illi vt amico, quia honore auctus inuidia leuatus est: vel tibi vt filio, quia liberatus es ab eo quem tibi grauiorē iudicem arbitrabare, vt si de negocio definieris cum tua nepte, pietatis tuæ sit, non formidinis. Ideoq; promptior esto decisioni, cuius & spes potior, & fructus est. Spes, quia pater neptis tuę, qui de illius sententia sibi plurimū blandiebatur, iam quod de eo speret nō habet. Ille enim alia curat, præterita negligit, vel cū illo quod tūc gerebat, deposuit officio: iste negocii sui meritū, nō sententiæ patronū cōsiderat. Et fructus iucundior est, vt tibi referatur decisionis gratia, qui potueris iam spernere, & nō spreueris, pietatē spectans necessitudinis, nō stimulum offensionis. Vale, & nos dilige vt filius, quia nos te vt parentes diligimus. k

Diui Ambrosii ad Syricium, gratum sibi asserentis cū & ab ipso literas accipiat, & ille aliquos de conseruitio suo dirigat, eosq; se diligere cōtestantis qui nō patiūtur se a suo munere diutius abesse, & ad sequēdum dominum Iesum suadentis, Epistola LIIII.

AMBROSIVS Syricio. Gratum est mihi cum literas accipio tuas. At cū de conseruitio nostro aliquos dirigis, vt fratrē nostrū, & cōpresbyterū Syrum tuis es prosecutus literis, geminatur lætitia. Sed vtinam fructus fuisset iste diuturnior. Nam statim vt venit, recurrēdum putauit: quod quidē ad desiderium meū plurimū minuit, ad sui gratiam multū addidit. Nam ego diligo eos vel presbyteros vel diaconos qui cum aliquo processerint, nequaq̄ se patiūtur a suo diutius abesse munere. Dicit enim propheta: Non laborauī sequēs post te. Quis autē potest laborare sequens Iesum, cum ipse dicat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiā? Sequamur ergo Iesum semper, nec desinamus. Quod si semper sequamur, nūquā deficimus. Dat enim vires sequētibus se. Itaq; quo propior virtuti fueris, eo fortior eris. Plenīq; cū sequimur, dicitur nobis ab aduersariis: Vbi est verbū dominī? veniat. Sed nos non fatigemur sequendo, nō auertamur subdolę interrogationis impedimento. Dicebatur hoc prophetæ cū mitteretur in carcerem, cū demergeretur in voraginē luti: Vbi est verbum domini? veniat. Sed ille multo magis secutus est, & ideo ad brauium peruenit, ideo accepit coronam, quia non laborauit qui sequebatur Iesum. Non est enī labor in Iacob, nec dolor videbitur in Israel. Vale, & nos dilige, quia & nos amantem nostri vt parentem diligimus. L Mat. 11

Diui Ambrosii ad Fœgadium & Delphinum episcopos, insinuantis Polybiū vt vtriq; eorū scriberet posposisse, ac post datam epistolā vtriusq; noīe cōscriptam alteram exegisse, & ei se illam dedisse, Epistola LV.

AMBROSIVS Fœgadio & Delphino episcopis. Polybius filius noster cū de Africanis regressus partibus, in quibus proconsularem iurisdictionem egregie repręsentauit, aliquantulos nobiscum exegisset dies, summa gratia se meis viscerib⁹ infudit. Deinde cū abire hinc & demeare vellet, popposcit vt vtriq; vestrum scriberem. Promisi futurum. Itaq; dictaui epistolam, & vtriusq; cōscriptam nomine dedi. Postulauit alterā. Dixi ad vtrūq; vestrū datam more vsuq; nostro, eo quod sancta mens vestra non epistolarū numero, sed coniunctione nominū delectaretur. Nec perpeti posset vt fieret vocabulorū separatio, quorū affectus conuenret. Ideoq; præscriptū nostro muneri vt vteremur charitatis cōpēdio. Quid plura? Exegit alterā, dedi, vt neq; illi negarem quod poscebret, nec mihi immutarē quod in vsum venerat. Ita & ille habet quod vtriq; reddat: quia id solum prętendit, ne cum alteri redditissem, alteri vacuus foret. Et ego vobis indiuisæ gratiæ munus sine vllo depēdam offensionis periculo, & diuisionis scrupulo: cum præsertim etiam hæc forma scriptionis apostolicæ sit, vt & vnus ad plures, vt Paulus ad Galatas: & duo ad vnum possint scribere, sicut scriptum est, Paulus vinctus Iesu Christi, & M

A Timotheus frater, Philemoni. Salutē vobis dico, diligite nos, & orate pro nobis, quia ego vos diligo.

Diui Ambrosii ad Romulum, de eo quod Aaron populo poscēti sibi deos fieri, aurum detraxerit, & quod eo auro figuratū sit vituli caput, & quod Moyses tam dure indignatus sit, vt iuberet quēq; insurgere in necem proximi sui, quid ipse sentiat exprimētis, Episto. LVI.

AMBROSIVS Romulo. Epistolarū genus propterea repertum, vt quidā nobis cū absentibus sermo sit, in dubiū non venit. Sed fit hoc vsu exemploq; pulchrius, si inter parētem ac filios crebra & iucūda alloquia cedantur, vt verę inter disiunctos corpore quędā imago referatur præsentię. His enī adolescit officiis amor, sicut tuis ad me, aut meis ad te augetur literis. Sed hoc multo locupletius proximis tuæ dilectionis experiri cœpi affatibus, quibus me consulendum putasti quid sibi vellet quod Aaron aurū detraxerit populo poscenti sibi fieri deos, Exo. 32. et quod ex auro figuratū sit vituli caput, vel q̄d Moyses tam dure indignatus sit, vt iuberet proximū quēq; insurgere gladiis in necem proximi sui. Magnum est enim nullum pati absentibus damnū irrepere non solū suauitatis, sed etiā collationis & liberalis sciētiæ. Quid igitur de eo sentiam quoniā exposcis, conferēdi magis q̄ exponēdi studio loquar. Cū Moyses in monte Syna legem acciperet, populus erat cū Aaron sacerdote. Et B quāuis frequenter ad culpam lubricus, tamē quādiu lex dabatur, sacrilegio erraſſe nō proditur. Verum vbi diuinum conticuit oraculum: peccatū irrepsit, vt peterent sibi fieri deos. Coactus Aaron petit annulos eorum, & inaures mulierū, quæ tradita in ignem missit, & conflatum est vituli caput. Neq; excusare tātum sacerdotem possumus, neq; cōdemnare audemus. Non imprudēs tamen qui annulos Iudæis & inaures abstulit. Etenim qui sacrilegium moliebantur, nec fidei signaculum habere poterant, nec ornamenta aurium. Deniq; & patriarcha Iacob abscondit inaures cū simulacris gentium, quando in Sichimis abscōdit, vt nullus audiret superstitiones gentiliū. Pulchre autē dixit: Deponite annulos & inaures aureas, quę sunt inaures mulierū vestrarum. Non quo virorū inaures relinqueret, sed quod viros nō habere manifestaret. Congrue quoq; inaures auferuntur mulieribus, ne iterum Eua vocem serpētis audiret. Et ideo quia sacrilegium audierant, conflatis earum inauribus conflata est imago sacrilegii. Qui enim male audit, conflare sacrilegiū solet. Cur autem caput 3. Reg. 12 vituli exierit, sequentia docent: quia significabatur futurum quod Hieroboam posteriore tępore hoc genus C sacrilegii induceret, vt populus Hebræorum adoraret vitulos aureos, siue quod omnis perfidia similis immanitatis atq; insipientiæ bestialis sit. Cuius rei indignitate percitus fregit tabulas Moyses, & cōminuit vituli caput, atq; in puluerē redegit, vt omnia impietatis aboleret vestigia. Fractæ sunt enim primæ tabulę, vt reparentur secundæ, quibus per euangelii prædicationem perfidia cōminuta euanuit. Sic Moyses typum illum dissipauit Aegyptiū, & altitudinem extollentē se compressit æternæ legis autoritate. Vnde & Dauid ait: Et Psal. 28. confringet dominus cedros Libani, & comminuet eas tanquā vitulum Libani. Itaq; absorbuit populus omnē perfidiam ac superbiā, ne eū absorberet impietas & arrogantia. Melius est enī vt vnusquisq; prędaleat carni & vitiis ei⁹, ne dicatur de eo qa deuorauit eū mors prę- 1. Cor. 15. ualēs, sed dicatur magis: Deuorata est mors in victoria sua. Vbi est mors victoria tua? Vbi ē mors aculeus tu⁹? Psal. 109. Et de dño dictū: De torrente in via bibet. Quia acetū accepit, vt absorberet vniuersorū tētationes. Quod autem occidi fecit a proximis proximos, filios a parentibus, a fratribus fratres, præceptum euidens quia præsenda est religio necessitudini, pietas propinquitati. Ea D est enī vera pietas quæ præponit diuina humanis, perpetua tēporalibus. Vnde & ipse Moyses ad filios Leui dixit: Q̄ui paratus est a domino, veniat ad me. Et Exo. 32. dixit illis: Hæc dicit dominus deus Israel: Imponite vnusquisq; gladium suum in femore suo, & pertransite. vt contemplatione atq; amore reuerentiæ diuinæ perimeretur ois affectus necessitudinis. Et occisa quidē scribūtur tria milia hominū. Nec numeri inuidia mouemur, quia melius est paucorum supplicio vniuersos exui, q̄ in omnēs vindicari. Neq; vero aliquid durū videtur pro vindicta iniuriæ cælestis. Deniq; sanctiora cęteris ad hoc munus eliguntur ministeria Leuitarum, quorum portio deus. Nesciunt enim suis parcere, qui nihil suum uorunt: quoniam sanctis omnia deūs est. Et etiam ille Leuita verus vltor & vindex, qui carnem interimit, vt seruet spiritū, qualis erat ille qui ait: Casti- 1. Cor. 9. go corpus meū, & seruituti redigo. Quid autem tam proximū q̄ caro animæ? Quid tam proximum q̄ sunt passiones corporis? Eas in se Leuita bonus interimit spiritali gladio, qui est verbum dei bisacutum & validum. Est & gladius spiritus, qui pertransit animā, sicut ad Mariam dictū est: Tuam ipsius animā pertransibit Lucæ. 2. gladius, vt reuelentur multorū cordium cogitationes. Nonne caro animæ fraterno quodam copulatur cōfortio? Nonne etiā menti nostræ affinis & propinquus est mo est? Cum igitur cōprimimus nostræ affinis & propinquus sermonē ne multiloquio peccatum incidamus, ius germanitatis abrumpimus, & fratemæ vinculum propiquitatis dissoluimus. E Irrationabile quoq; suum anima tanquā cognatum rationabili vigore dissociat. Si ergo Moyses docuit populum insurgere in proximos suos, per quos fides reuocaretur, virtus ipediretur, vt defecaretur in nobis quicquid a virtute demum foret, confusum erroribus, vitiis innexum. Hac institutione populi meruit vt nō solum deliniret indignationem diuinam, atq; offensam auerteret, verūetiam conciliaret gratiā. Pro captu itaq; nostro quid sentiremus, quoniam cōsuluisti expressimus. Ipse si quid melius habes, nobis comparticipato, vt ex te & ex nobis discamus quid potius eligendum & sequendum sit. Vale, & vt filius nos dilige, quoniam & nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Seuerum episcopū, scribentis cōpresbyterū suum Iacobum Campaniæ sibi ad requiescendū littora, & vestras elegit amœnitates. Aduertis quibus in locis quasi ab huius mundi vacuam tēpestatibus suppetere sibi posse presumpserit securitatem, vbi post diuturnos labores reliquum vitæ exigat. Remota enī vestri ora littoris nō solum a periculis, sed etiam ab omni strepitu tranquillitatem infundit sensibus, & traducit animos a terribilibus & fœuis curarum estibus ad honestam quietem, vt illud cōmune omniū specialiter vobis videatur congruere & conuenire quod ait Dauid de sancta ecclesia: Ipse super ma Psal. 23. ria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. Etenim liber animus a Barbarorū incursibus, & præliorum acerbitatibus, vacatoratiōibus, inserit deo, curat ea quæ sunt domini, fouet illa quæ pacis sunt & tranquillitatis. Nos autem obiecti Barbaricis motibus & bellorū procellis in medio versamur omniū molestiarum freto, & pro his laboribus & periculis gratiora colligimus futuræ vitæ pericula. Vnde de nobis propheticum illud concinere videtur pro laboribus: Vidi ta- F

Gbernacula Aethiopum. Etenim in istius mundi tenebris quibus obumbratur veritas futurę perfectionis, cū annum tertium & quinquagesimū iam perduxerim in hoc corpore situs, in quo tam graues iam dudum sustinemus gemitus, quomodo nō in tabernaculis Aethiopum tēdimus, & habitamus cū habitātibus Madian? Qui propter tenebrosi operis cōscientiā diiudicari etiā
1.Cor.2. ab homine mortali reformidant. Spiritualis enī diiudicat omnia, ipse autem a nemine diiudicatur. Vale frater, & nos dilige, vt facis, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Studium, pia illi persuasione respondentis quid in causa cuiusdā criminosi potius agere debeat, Epistola LVIII.

AMBROSIVS Studio. Recognosco puræ affectum mentis, & fidei studium, & domini nostri Iesu Christi timorē. De quo etiā ego vererer responsum referre, constrictus altero quod est cōmissum vobis propter custodiā legum, altero autem propter misericordiam & gratiam, nisi de hoc apostolicā haberes autoritatem, quia nō sine causa gladium portat qui iudicat. dei enim vindex est in eos
H qui male agunt. Quod tamen etsi cognitum tibi foret, non ociose suscitandum putasti. Nam nō sunt extra ecclesiam tamen qui in aliquos capitalem sententiam ferendam existimauerunt. Pleriq; etiam sponte se abstinent, & laudantur quidem, nec ipsi eos possumus non prædicare, quia autoritatem apostoli eatenus obseruamus, vt iis cōmunionē non audeamus negare. Vides igitur quid autoritas tribuat, quid studeat misericordia. Excusationem habebis si feceris: laudem si non feceris. Sed si non potueris facere, nec tamen innocentes atterere squalore carceris & absoluere, plus quasi sacerdos probabo. Potest enim fieri vt causa cognita recipiatur ad sententiam reus, qui postea aut indulgētiam sibi petat, aut certe sine graui seueritate (quod quidam ait) habitet in carcere. Scio tamen plerosq; gentilium gloriari solitos q̄ incruentam de administratione prouinciali fecurim reuexerint. Si hoc gentiles, quid Christiani facere debēt? Ad omnia tamē accipe responsum
Ioānis.8. saluatoris. Nam cū adulterā reperissent Iudæi, obtulerunt eam saluatori captantes, vt si absolueret eam, videretur legem soluere, qui dixerat: Nō veni legem soluere, sed implere. si damnaret, videretur aduersum finē venisse propositi sui. Hoc igitur præuidens dominus Iesus, inclinato capite scribebat in terra. Quid scribebat
Hiere.22. nisi illud propheticū: Terra terra scribe hos viros abdicatos? quod de Iechonia lectū est in Hieremia prophe-
I ta. Cum Iudæi interpellant, in terra scribuntur nomina Iudæorum. Cum adeunt Christiani, nō scribuntur in terra fidelium nomina, sed in cælo. In terra autem scribuntur abdicati a patre proprio, qui patrem tētant, & contumelias irrogant autori salutis. Cum interpellant Iudæi, inclinat caput Iesus, & quia non habet vbi reclinet caput suum, iterum erigit quasi dicturus sententiam, & ait: Qui sine peccato est, prior lapidet eam. Et iterum inclinato capite scribebat in terra. Audientes illi exire cœperunt singuli incipientes a senioribus: vel q̄ ipsi plura habuerint crimina qui diu vixerant, vel quia priores vim intellexerunt sententię, quasi prudentiores: & cœperunt sua magis peccata deflere, qui alieni crimis venerant accusatores. Recedentibus ergo illis remansit solus Iesus, & eleuans caput ad mulierem ait: Vbi sunt qui te accusabant? nemo te lapidauit? Et illa respondit, nemo. Dicit ei Iesus: Nec ego te damnabo, vade, & amodo vide ne pecces. Non damnat quasi redemptio, corrigit quasi vita, quasi fons abluit. Et quia quando se inclinat Iesus, ideo inclinat vt iacētes eleuet, ideo ait remissio peccatorū: Nec ego te damnabo. Habes quod sequaris. Potest enim fieri vt ille criminosus
k possit habere spem correctionis: si sine baptismo est, vt possit accipere remissionē: si baptizatus, vt pœnitētiam gerat, & corpus suū pro Christo offerat. Quātę sunt ad salutem vię? Et ideo maiores maluerūt indulgētiores esse circa iudices, vt dum gladius eorū timeretur, & reprimeretur scelerū furor, nō incitaretur. Quod si negaretur cōmunio, videretur criminosorū vindicata pœna. Maluerūt igitur priores nostri vt id in voluntate magis abstinentis, q̄ in necessitate sit legis. Vale, & nos dilige, quia nos quoq; te diligimus.

Diui Ambrosii ad sacerdotes quosdam, & omnem clerum plebis Thessalonicensium, de obitu, vita, virtutibus & conuersatione sancti viri Acholii, Epistola LIX.

AMBROSIVS Anatolio, Numerio, Seuero, Philippo, Macedonio, Ammiano, Theodosio, Eutropio, Claro, Eusebio, & Timotheo, dominis sacerdotibus, & orīi clero plebis Thessalonicensium dilectis salutem. Dum semper affixum tenere animo desidero virum sanctū, atq; orīes actus eius quasi in specula positus exploro, hausi
L nimia indagine solicitudinis amaritudinē nuncii celerioris, & quod adhuc mallem nescire, cognoui in cælestibus iam requiescere virum sanctum Acholium, quē in terris requirebamus. Queritis quis hoc annūciauerit, cū vestræ sanctitatis nondum venissent literæ? Nō teneo autorem nuncii, & vsu quidem venit vt non libēter teneamus nuncium mœstitudinis, sed tamē clauso mari, occupatis terrarū Barbarica infestatione regionibus, cum deesset qui aduenire potuerit, nō defuit qui nunciaret, vt mihi videatur ipse sanctus annunciasse se nobis, eo quod iam perpetuo laboris sui potiretur stipēdio, & solutis vinculis corporis inter angelorū ministeria Christo adhæreret, cupiens amātis sui errorem absoluere, ne illi longæuitatē vitæ huius deprecaremur, cui vitæ æternæ iam præmia deferebantur. Abiit ergo, nō obiit, & emigrauit a nobis veteranus Christi Iesu cælo, terręq; istius solū mutans, & plaudens alis atq; remigiis spiritualibus dicit: Ecce elongaui fugiens. Cu Psal.54.
piebat enim apostolico spiritu iam dudum terras relinquere, sed tenebatur votis vniuersorum, sicut de Apostolo legimus, quia remorari eum diutius in carne erat Phlip.1.
ecclesiæ necessarium. Viuebat enim nō sibi, sed omnibus, & populis erat vitæ ęternæ minister, vt prius eius fructum etiam in aliis q̄ in se adipisceretur. Est igitur iam superiorum incola, possessor ciuitatis ęternæ illius Hierusalem quæ in cælo est. Videt illic vrbis eius mēsuram immēsam, purum aurum, lapidem preciosum,
M lumen sine sole perpetuum, & hæc omnia iam dudum quidem sibi comperta, sed nunc facie ad faciem manifesta videns dicit: Sicut audiuimus, ita & vidimus in ci- Psal.47.
uitate domini virtutū, in ciuitate dei nostri. Ibi ergo positus appellat populū dei dicens: O Israel q̄ magna est Baruch.3
domus dei, & q̄ ingens locus possessionis eius, magnus & non habens finē. Sed quid hoc est? Dum merita viri considero, & quasi discedentem spiritu sequor, & sanctorum choris deducentibus intermisceor, nō merito vllo sed affectu pene sum oblitus mei. Ita ne ergo raptus est nobis murus fidei, gratiæ, & sanctitatis, quem totiens ingruentibus Gotthorū cateruis nequaq̄ tamē potuerunt Barbarica penetrare tela, expugnare multarū gentium bellicus furor? Deniq; in cæteris populatores locis, illic pacem rogabant: mirantibusq; quid sibi sine mi lite vllo obsisteret, a prudentioribus intimabatur. Heliseī intus imitatorem degere, ætate supparē, nō impare spiritu: cauerent ne exemplo Syriaci agminis sibi quoq; cæcitas offunderetur. Et tamen circa discipulos suos diuersa dona Christi sunt. Helisæus quidē in Samariam captiuas acies induxit Syrorū. Sanctus autē

A Acholius precibus suis fecit vt de partib? Macedoniæ victores fugaret. Nōne & hoc intelligimus virtutis superioris fuisse, vt vbi miles nullus aderat, illic pellerentur sine milite? Nonne & hoc cæcitatis est vt furgerent, quos nullus vrgebat, sed vrgebat & præliabatur sanct? Acholius, nō gladiis, sed orationibus: nō telis, sed meritis? An incognitū nobis est dimicare sanctos etiā cū ferimur? Nonne ociosus erat Helisęus? Ociosus scilicet corpore, sed vibrabat spū, & orationib? præliabatur, qui in castris Syrię vox equitū & vox virtutis magnæ audiebatur, adeo vt putarent Syri aliorū regum aduersus se venire exercitus, qui populo Israel adiumento forēt, vnde perculsi magno fugerunt pauore, ita vt leprosi quatuor qui mortis egressi fuerant desiderio, castra hostium deprędarētur. Nonne in Macedonia similia dominus per orationes sancti Acholii fecit miracula, aut prope maiora? Non enī inani metu nec superflua suspicione, sed sæuiente lue, & ardenti pestilentia perturbati Gotthi ac territi sunt. Deniq; tunc fugerūt vt euaderēt, regressi postea pacē rogarūt vt viuerēt. Vidimus itaq; in tanti viri meritis superiora sęcula, & opera pphetarū quæ legebamus aspeximus. Quasi Helisæus inter arma, inter acies, dum vixit versatus est, meritis suis cōponens prelia. Deniq; vbi securitas cohabitātibus reddita est, quod ipso fuit durius bello, sanctū exhalauit spiritum, & quasi Helias vsq; ad cęlū eleuatus est, nō currū quidē igneo, nec equis igneis, nisi forte illa nō vidimus,
B nec in cōmotione aeris, sed in voluntate & placiditate dei nostri, & sanctorū angelorū lętitia, qui ad se tantum virū transisse gratulabātur. Certe dubitare illa nequaq̄ possumus, q̄niquidē reliqua cōgruerūt. Siquidē eodem mōēto quo ille adhuc eleuabatur, velut quodā melotidis suę demisso amictu sanctū Anysiū discipulū suum induit, & sui vestiuit insulis sacerdotii, cuius meritū & gratiā nō nūc primū audio, nec in vestris epistolis didici, sed in vestris literis recognoui. Nā quasi præsius successurū sibi, etsi ꝓmissis tegebat, tamē indiciis designabat, adiutū se eius cura labore officio memorās, vt iam declarare cōsortē videretur, q nō quasi nou⁹ ad summū sacerdotiū veniret, sed quasi vet⁹ sacerdotii executor accederet. Cui pulchre conuenit dictū illud euangelicum:
Mat.15. Euge bone serue & fidelis, q̄n̄ super pauca fidelis fuisti, super multa te constituā. Hęc mihi de sancto Acholio vobiscū cōmunia. Illud tamē speciale, quo deuictus sum beatæ memorię viro, quia tribuit mihi vt eum nō ignorarē. Nam cū eo veniente ad Italiā ægritudine cōfectus tenerer, vt nō possem occurrere, ipse ad me venit, & visitauit. Quo studio, quo affectu ipse in me, & ego in eum irruimus? Quo gemitu mala istius seculi, & ea
C quę hic acciderant, deploraui mus, ita vt lachrymarum profluuio vestem infunderemus, dum salutatione exoptatissima, mutuo desiderio & expetito diu fruimur, adhæremus amplexu. Itaq; quod voti mei erat, illius beneficii fuit, quia potui illū videre. Nā etsi maior portio, & plenior cognitio sit in spiritu videre quos diligimus, tamē etiā in figura corporis videre desideramus. Sic aliquādo reges terræ quærebant faciē Salomonis videre, & audire eius sapiētiā. Discessit igitur a nobis, & nos in hoc reliquit salo: sed quod illi vtile, id multis ipso Barbarico furore est grauius: quia illum iste depelebat, hunc nobis quis poterit repræsentare? Sed repręsentat dominꝰ, & seipsum in discipulo repręsentat. Repræsentant iudicia vestra, quibus dictū est: Date Leui manifestos eius, & veritatē suam. Viro sancto dedistis manifestū eius, vtpote eius institutione fundatū, dedistis imitatorē viri eius qui dixit patri suo, & matri suę, nō vidi te: & fratres suos nō sciuit, & filios nō recognouit, & custodiuit verbū domini, & testamentū eius obseruauit. Narrabunt populi iustitiam eius. Talis viri vita, talis hęreditas est, talis conuersatio, talis successio. Ille se monasteriis puer dedidit, & intra Achaiam angusto clusus tugurio, gratia tamē multarum terrarum D
peragrauit diuortia, ad summū sacerdotium a Macedonicis obsecratus populis, electus a sacerdotibus, vt vbi ante fides p sacerdotem laudebatur, ibi postea per sacerdotem muralia fundamenta fidei confirmarentur. Non aliter etiam eius discipulus imitatione, qui & ipse dixit patri suo & matri suæ, nō vidi te. Non vidit enim studio, non vidit affectu, & fratres suos non sciuit, quia deum scire desideraut. Et hic recognouit verbum domini, & custodiuit testamētum eius, & imponit honorem in ara eius semper. Benedic domine fidem eius, sanctitatem, sedulitatem. Benedictio tua veniat super caput eius, & super verticem ipsius. Sit honorificus inter fratres suos, sit in eo tauri species, vt ventilet corda inimicorū, & sanctorū mentes demulceat, & iudicium sacerdotum tuorū in eo sicut lilium floreat. Valete fratres, & diligite me, quia ego vos diligo.

Diui Ambrosii ad Anysium sancti Acholii successorē, de successione eius cōgaudētis, vitāq; sancti Acholii cōmendantis, & illius adolescentiam, iuuentutē atq; senectutem benedicentis. Epistola LX.

AMBROSIVS episcopus Anysio fratri. Iam dudum te teneo, etsi nunc primū lego, meritisq; cōpertum habeo quē oculis nō videram. Doleo quidē illud accidisse, sed hoc
E successisse gaudeo: quia licet superstite me non optauerim illud contingere, speraui tamen post illius sancti viri exitum hoc solum posse merito succedere. Tenemus ergo te sanctæ memoriæ Acholii dudum discipulum, nunc successorem hæredemq; eius vel honoris vel gratiæ. Magnum meritum frater gaudeo tibi, ne vno quidem momento de successore tanti dubitatum viri: & magnū onus frater tanti nominis pondus subisse, tantæ libręꝰ tantiq; examinis. Quæritur in te Acholius, & sicut erat in affectu tuo, ita in officiis desideratur illius virtutis, illius disciplinæ effigies, illius fortitudo animi in tam senili corpore. Vidi fateor virum, nam & hoc meritis illius debeo quod illum viderim. Vidi ita illum esse in corpore, vt extra corpus putarē. Vidi imaginem illius qui se siue in corpore siue extra corpus nesciens, raptū ad paradisum viderat. Ita enim percurrebat omnia excursu frequenti, Constantinopolim, Achaiam, Epirum, Italiam, vt iuniores eum non possent cōsequi. Cedebant fortiores corpore, quia eum sine impedimento esse corporis nouerāt, vt eo tantum pro velamine vteretur, nō pro officio, certe ad seruitū, non ad subsidium. Ita enim affecerat corpus suum, vt
F in eo mūdum crucifigeret, & mundo semetipsum. Benedictus dominus, & benedicta adolescētia eius quam exegit in tabernaculis dei Iacob, positus in monasteriis, in quibus cū quęreretur a parentibus vel proximis, dicebat: Qui sunt fratres mei, aut quæ mater mea? Mat.12.
Non noui patrem vel matrē, vel fratres meos, sed eos qui audiunt verbum dei, & faciunt. Benedictus etiam processus iuuētutis ipsius, in qua ad summum electus est sacerdotium, maturo iam probatus virtutum stipendio. Venit enim tanquā Dauid ad pacem populi reformandam. Venit tanquā illa nauis aurum secum intelligibile vehens, & ligna cedrina, & lapides preciosos, vt illas columbæ pennas deargentatas, quibus medias inter fortes somno pacis & tranquillitatis sopore dormiunt. Est enim sanctorū etiam somnus operarius, secūdum quod scriptū est: Ego dormio, & cor meū vi- Canti.5.
gilat. Et secūdum quod Iacob sanctus diuina dormiēs Gene.28.
videbat mysteria, quę vigilans non viderat, de cœlo ad terras aerem peruium sanctis, respicientem dominū, & pollicentem terræ eius possessionē. Itaq; breui somno dormiens ꝑetrauit quod magno labore postea acquisiuit. Hæreditas eius est enim somnus sanctorū, feriatus

G ab oĩbus corporis voluptatibus, ab omni animi perturbatione, tranquillitatem menti inuehens, placiditatem animæ, tanquã soluta nexu corporis se ableuet, & Christo adhæreat. Hic est somnus vita sanctorũ, quã viuebat sanctus Acholius, cuius benedicta etiã senectus ipsa est. Vere senectus illa venerabilis, quę nõ canis, sed meritis albescit. Ea est enĩ reuerenda canicies, quę est canicies animę in canis cogitatiõibus & operibus effulgẽs. Quæ est enĩ vere ætas senectutis, nisi vita ĩmaculata, quæ nõ diebus aut mẽsibus, sed seculis ꝓpagatur, cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate lõgeuitas? Quo enim diuturnior, eo fortior (eo quod diutius eã vitã vixerit) in virũ perfectũ excrescit. Huius igitur successorẽ te dñs nõ solũ honore, sed etiã moribus probet, & summa fundare dignetur gratia, vt ad te quoq; populi concurrant, de quibus dicas: Qui sunt isti qui sicut nebulæ volant, & sicut columbæ cũ pullis suis? Veniant quoq; sicut naues Tarsis quæ accipiant frumentũ quod Salomon verus impartiuit viginti mensuras tritici. Accipiant oleum & sapientiã Salomonis, & sit pax inter te, & populum, & testamẽtũ pacis custodias. Vale frater, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Candidianum, splendorem sermonis, & fulgorem affectus eius cõmendantis, illiq; benedictionem optantis, Epistola LXI.

H AMBROSIVS Candidiano fratri. Summus quidem splẽdor in sermone est tuo, sed magis in affectu elucet mihi. Nam in epistolis mentis tuę aspicio fulgorẽ dilectissime frater ac beatissime. Dñs te bñdicat, & det tibi sui gratiã. Nam & ipse in epistolis tuis vota magis q̃ mea merita recognosco. Quę enĩ merita mea tãtis tuis ęquẽtur sermonibus? Dilige nos frater, quia nos te diligimus.

LIBER OCTAVVS.

DIVI AMBROSII ad Irenæum, quæstionem, Cur dominus deus manna pluerit populo patrum, & nunc non pluat, dissoluentis, Epistola LXII.

I AMBROSIVS Irenæo. Quæris a me cur dominus deus mãna pluerit populo patrum, & nunc nõ pluat. Si cognoscis, pluit, & q̃tidie pluit de cælo mãna seruientibus sibi. Et corporeũ quidem illud manna hodie plerisq; in locis inuenitur, sed nunc nõ est tanti res miraculi: qa venit quod perfectum est. Perfectum autem panis de cælo, corpus ex virgine, de quo satis euangelium te docet. Quanto præstantiora hæc superioribus? Illud enim mãna, hoc est panem illum qui manducauerũt, mortui sunt: hunc autem panem qui manducauerit, viuet in æternum. Sed est spirituale manna, hoc est pluuia spiritualis sapientiæ, quæ ingeniosis & quærentibus de cælo infunditur, & irrorat mentes piorum, & obdulcat fauces eorum. Qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapientiæ, Matth. 4 delectatur, nec alium cibum requirit, nec in solo pane viuit, sed in omni verbo dei. Qui curiosior fuerit quærit quid sit istud qđ melle dulcius sit, Respondet illi minister dei: Hic est panis quẽ dedit tibi deus mãducare. Qui sit iste panis, audi. Sermo, inquit, quẽ ordinauit deus. Hęc ergo ordinatio dei, hęc alimonia alit animã sapientis, & illuminat atq; obdulcat, resplendẽs veritatis corusco, & mulcẽs tanq̃ fauo quodam diuersarũ virtutũ suauitate, & sermone sapiẽtię. Faui enim mellis sermones sunt boni, sicut scriptum est in Prouerbiis. Prou. 16. Cur autem minutũ sit, causam accipe: quia & granum K sinapis minutũ est, quod cõparatur regno cælorũ, & fides quæ sicut granũ est sinapis, Luce. 13. potest mõtes tollere, & iactare in mare. Et fermento simile est regnũ cælorum Ibidem. quod abscondit mulier in farinæ mensuris tribus donec fermentetur totũ. Et Moyses caput vituli aurei cõminuit Exo. 23. sicut puluerẽ, & misit ĩ aquã, & dedit populo bibere. Incrassatũ enim erat cor eorũ perfidiæ immanitate, vt emolliretur, & fidei sumeret subtilitatem. Deniq; illa mulier quæ bene emoluerit assumetur, ea autem quæ Mat. 24. male emoluerit derelinquetur. Emole ergo & tu fidem tuam, vt sis sicut illa anima quæ Christi in se charitatẽ excitat, quã mirantur ascendentem virtutes cælorum quod sine offensione ascendat, & ex hoc mundo ascendat cũ lætitia & iucunditate, sicut vitis propago, & sicut fumus se ad superna subrigat fragrans odorem resurrectiõis piæ, & suauitatẽ fidei, sicut habes scriptum: Quæ est hæc quæ ascendit a deserto sicut vitis ꝓpago, Canti. 3. fumo incensa, odorificata myrrha & thure ab omnibus pulueribus vnguenti? Pulchre subtilitatẽ eius expressit pulueris comparatione, & vnguenti cõmemoratione, quia in Exodo subtile legimus, & ex multis com- Exodi. 30. positum thymiama illud esse incensum propheticum quod est sanctorũ oratio, vt dirigatur in conspectu dñi, sicut & Dauid dicit: Dirigatur oratio mea sicut incen- Psal. 140. sum in cõspectu tuo. Deniq; gręcꝰ κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς θυμίαμα ἐνώπιόν σου dixit. Et in Apo- L calypsi Ioannis legimus quia stetit angelus ante al- Apoca. 8. tare habens thuribulum aureum, & data sunt ei thymiamata multa de oratiõibus sanctorũ omniũ. Et ascẽdit, inquit, fumus thymiamatũ orationũ sanctorum de manu angeli in conspectu dei. Et vmbilicus animæ ac venter subtilis est illius quæ ascẽdit ad Christũ. Ideoq; laudatur voce sponsi dicentis: Vmbilicus tuus crater Canti. 7. tornatilis nõ deficiens musto, venter tuus aceruus tritici minuti inter lilia. Est enim in omni doctrina tornatus, & potus spiritalis nõ deficiens plenitudine, & cælestium secretorũ cognitione. Venter quoq; animæ mysticus sicut vmbilicus, quo ventre non solum fortem cibum sumit quo corda firmantur, sed etiã suauem ac florulentum quo delectantur. Et fortasse hoc docuit Moy- Exo. 28. ses multis orationibus & piis illud mitigandum sacrilegium. In libro quoq; regnorũ cum se dominus sancto 3. Reg. 19 reuelaret Heliæ, vox auræ tenuis præcessit, & statim se ei dominus reuelauit, vt cognoscamus ea quæ corporea sunt, crassa esse & pinguia: & quæ spiritalia, mollia & subtilia, vt nõ possint comprehendi oculis. Deniq; & spiritus sapiẽtiæ subtilis & mobilis legitur in libro Sapientiæ: quia est in illa spiritus intelligentiæ sanctus, Sapiẽ. 7. vnicus, multiplex, subtilis & mobilis, qui sermones su- M os molat prius ne quid offendat vel in sensu, vel in alloquio. Deniq; illi Babyloni, cũ destruetur, dicitur: Et vox molæ nõ audietur in te amplius. Hoc igitur mãna Exodi. 16. subtile erat, & ad diem colligebatur, in diem alterũ non seruabatur, eo quod inuenta sapientię in tẽpore sint gratiora, nec tam miranda quæ spatio temporis reperiuntur, q̃ illa quæ pręsentis funduntur ingenii viuacitate: siue quia futura reuelãtur mysteria, eo quod seruatum manna vsq; ad solis exortum, esui iam esse non posset, id est vsq; ad Christi aduentum habere gratiã. Oriente autem iustitię sole, & splendidioribus Christi corporis & sanguinis sacramentis refulgẽtibus cessarent inferiora, perfecta illa sumenda populo forent. Vale, & nos dilige, quia nos quoq; te diligimus.

Diui Ambrosii ad Iustum, differentis quod veteres quos pleriq; secũdum artem scripsisse negant, secũdum gratiam quę super omnẽ artem est scripserint, de quorum tamen scriptis ii qui de arte scripserunt, artem inuenerunt, Epistola LXIII.

A AMBROSIVS Iusto. Negant pleriq; nostros secũdum artem scripsisse. Nec nos obnitimur. non enim secundum artem scripserunt, sed secundum gratiã, quæ super omnẽ artem est. Scripserunt enim quæ spiritus iis loqui dabat. Sed tamen ii qui de arte scripserunt, de eorum scriptis artẽ inuenerunt, & cõdiderũt cõmenta artis, & magisteria. Deniq; ĩ arte requiritur pręcipue, vt sit αἴτιον, ὕλη, ἀποτέλεσμα. Cum igitur legamus sanctum Isaac Gene. 22. patri dicere, Ecce ignis, & ligna, vbi hostia? quid horũ deest? Nã qui quærit, dubitat: qui respondet quærenti, pronũciat, & dubitationem absoluit. Ecce igins, id est αἴτιον: & ligna, id est ὕλη, quę Latine materia dicitur. Tertium quid superest nisi ἀποτέλεσμα, qđ filiꝰ quęsiuit, pater retulit dicẽti, vbi hostia? Deus, inquit, prouidebit sacrificiũ fili. Differamus paulisper mysteriũ. Ostendit deus pendẽtem arietem cornibus. Aries autem est verbum plenum tranquillitatis, & moderationis, atq; patientiæ, quo ostenditur bonũ sacrificiũ iustitiæ etiã sapientiã, & prudẽter emerẽdi ac propitiãdi rationem cognoscere. Psal. 4. Vnde & propheta ait, Sacrificate sacrificium iustitiæ. Itaq; iustitiæ, ita vt sapientiæ sacrificium est. Ecce ergo mens calida & feruẽs vt ignis quę operatꝰ. Ecce & intelligibilia, id est materia, vbi est tertium intelligere. Ecce color, vbi est videre. Ecce sensibilia, vbi est sentire. Materia enim nõ ab oĩbus videtur, ideoq; deus dat munus intelligẽdi, & sentiendi, & vidẽdi. Verbum ergo dei ἀποτέλεσμα est, id est definitio & cõsummatio disputationis, quod infunditur prudentioribus, & dubia confirmat. Pulchre autẽ etiã ii qui in aduẽtum Christi nõ crediderunt, seipsos reuincunt, vt cõfiteantur quod negandũ putant. Dicunt enim arietẽ B verbum dei, & non crediderunt passionis mysteriũ, cũ in illo mysterio verbum dei sit in quo impletum est sacrificium. Ergo primum accendamus in nobis ignem mentis, vt operetur in nobis. Quæramus subiicientes materiam quid sit quod nutriat animam, tanq̃ in tenebris requiramus eam. Neque enim vel patres sciebant quid esset manna. Inuenerunt, inquit, manna: dicentes ipsum esse sermonẽ & verbum dei, vnde omnes disciplinæ fonte iugi ac perpetuo fluunt ac deriuãtur. Hęc est esca cælestis. Significatur autem ex persona dicẽtis, Exod. 16. Ecce ego pluam vobis panes de cęlo. αἴτιον ergo, eo quod operatur deus, qui irrigat mentes rore sapientiæ. ὕλη, quia videntes animæ & gustantes delectãtur, & requirunt vnde sit illud splendidius luce, dulcius melle. Respondetur eis scripturæ serie, Hic est panis quem dedit vobis manducare dominus, & hoc est verbum dei quod disposuit deus vel ordinauit, quo pascitur anima prudentium & delectãtur. Est candidum & suaue, veritatis splendore illuminans, & virtutum suauitate demulcens audiẽtium animas. In se enim didicerat propheta quid esset cõsummandæ rei αἴτιον. Nam cũ mitteretur ad populum dei liberãdum, ad regem Ęgypti, C ait: Quis sum ego vt vadam, & educam populum a regis potestate? Rñdit dñs, Ego ero tecũ. Interrogabat Moyses, Quid dicã illis si requirant iterũ, quis est dñs q misit te? & qđ nomẽ est illi? Dixit dñs, Ego sũ q sum. Dices: qui est, misit me. Hoc est verum nomẽ dei, esse 2. Cor. 1. semper. Vnde & apostolꝰ de Christo, Dei enim filius Iesus Christus, qui in nobis est, qui per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timotheum, non fuit in il- Exod. 4. lo, inquit, est & non, sed est in illo fuit. Respondit Moyses, Si non crediderint mihi, neq; obedierint voci meę, dicẽtes, quia nõ apparuit tibi deus, quid dicã illis? Dedit illi signa facere, vt crederetur quia a dño missus est. Tertio ait Moyses, Nõ sum dignus, & gracili voce sũ, & tardiori lingua, quõ me audiet Pharao? Rñsum est ei, Vade, & ego aperiã os tuum, & instruã te quid debeas loqui. Interrogationes ergo illæ in medio & respõsiones habẽt sapiẽtiæ semina & theorian. Gratum tñ ἀποτέλεσμα est, quia ait, Ego ero tecum. Et quamuis D dederit ei signa facere, tñ dubitanti iterũ (vt scias quia signa nõ credẽtibus, promissum autẽ credẽtibus) respõdit ad infirmitatẽ vel meriti, vel voti, Ego aperiam os tuum, & instruã te quid debeas loqui. Perfectum ergo ἀποτέλεσμα seruatum est. Habes hoc & in euãgelio, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsa- Matth. 7. te, & aperietur vobis. Pete ἀπὸ τοῦ αἰτίου id est, ab autore quære. Habes ὕλην, intelligibilia quibus quęras. pulsa, & aperit tibi deus verbum. Quæ petit, mens est, quæ operatur sicut ignis intelligibilia, in quibus mẽtis ardor operatur sicut ignis in lignis. aperit verbum tibi deus, quod est ἀποτέλεσμα. Habemus & alibi in euangelio dicente dño, Cum autẽ tradẽt vos, nolite cogitare quõ aut quid loquamini, dabitur enĩ vobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim vos eritis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Habes hoc & in Genesi dicẽte Isaac, Quid est quod tã cito in- Gene. 27. uenisti fili? Qui dixit, Quod tradidit dñs deus tuus in manus meas. ἀποτέλεσμα dñs est. qui per dñm quærit, inuenit. Laban denique qui per dñm non quæsiuit, Gene. 31. quia quærebat idola, non inuenit. Pulchre autem quod dicũt, horos seruauit. Primꝰ est horos, Vade affer mi- E hi de venatione tua vt manducẽ. Excitat atq; adolet velut igni quodã adhortationis suæ mentem eius vt operetur & quærat. Secundus horos, Quid est quod tã cito inuenisti? Hic in interrogatione est. Tertius horos in respõsione, Quod tradidit dñs deus tuus in manus meas. ἀποτέλεσμα deus est, qui concludit & consummat oĩa: de quo dubitãdum nõ est. Est & ille horos de spontaneis, Si nõ seminaueritis, non metetis. Nã etsi cultura prouocet semina, tñ natura spõtaneo quodam vt surgãt in iis operatur ingenio. Vñ Apostolus, Ego 1. Cor. 3. plantaui, inquit, Apollo rigauit, sed deus incremẽtum dedit. Itaq; neque qui plantat est quicquam, neq; qui rigat, sed qui dat incremẽtum deus. Dat tibi deus in spiritu, & in corde tuo seminat dñs. Age ergo vt inspiret, & seminet vt metas. si nõ seminaueris, nõ metes. quasi admoneris vt semines. nõ seminasti, nõ metes: sentẽtia est. Principio finis cõuenit. principiũ semẽ est, finis messis. Disce, inquit, ex me. natura adiuuat discẽtẽ, deus autem autor naturæ est. Dei quoq;, vt benedicemus quia hoc naturæ est, perdiscere. Duri enĩ corde nõ discũt. Incremẽta per naturã quæ diuini habet gratiã muneris, consummationem & perfectionem deus dat, id est illa præstantissima & diuina trinitatis natura & substantia. Vale, & nos dilige, vt facis, quia nos te diligimus.

F

Diui Ambrosii ad Syagrium Veronensis ecclesiæ episcopum, literis illius respõdẽtis, eumq; vehementer arguentis de iudicio attẽtato in causa cuiusdam virginis per turpes quasdã ꝑsonas accusatæ, & cur causam istã ad se reuocauerit, & qualẽ in ea sentẽtiã pronunciauerit exponentis, Epistola LXIIII.

AMBROSIVS Syagrio Veronẽsis ecclesiæ episcopo. Prospiciẽdum esse ne de nostro obloquãtur iudicio charissimi nostri Veronẽses, propriis texuisti literis. Nõ arbitror fore, certe nõ solẽt. Aut si obloquãtur, de quo obloqui soleãt, haud dubie liquet, cũ exasperati huc veniãt, pacifici ad te reuertãtur, pręsertim cum hoc iudiciũ nostrum cum fratribus & cõsacerdotibus nostris ꝑticipatũ ꝓcesserit. Tu autẽ sine alicuius fratris consilio hoc iudicium tibi solus iudicandum putaris, in quo tñ ante iudicium præiudicium feceris, vt puellam Zenonis sanctæ memorię iudicio probatam, eiusq; sanctificatã benedictione, post tot annos sine autore criminationis, sine accusatore, sine professore delationis, in periculum reatꝰ deducendã arbitrarere. Cui inuidia esset a vanis, ab hæreticis, vt ipsi volunt, a turpibꝰ ꝑsonis cõflata per scelus,

G per auaritiam, per intemperantiam, quærentibus proprii libertatem flagitii, ab iis postremo qui domo eius electi atq; eliminati forent, quod discolora opera subtexerent, q̃ prima fronte suæ professionis prætenderant. Huiusmodi accusatores, huiusmodi testes in tuo cõstituebas iudicio, qui neq; accusare audebant, neq; delationis se nexu obligare, atq; ita inspectioni adiudicandã cõstituebas virginem, quam nullus argueret, nullus deferret. Vbi hæc cognitionis solennitas? Vbi talis iudicandi formula? Si leges publicas interrogemus, accusatorem exigunt: si ecclesiæ, duobus, inquit, & tribus testibus stat omne verbum: sed illis testib⁹ qui ante hesternum & nudiustertius non fuerint inimici, ne irati nocere cupiãt, ne læsi vlcisci sese velint. Inoffensus igitur affectus testiũ quæritur, ita tñ vt accusator prius i mediũ procedat. Ipsi illi presbyteri Iudæorũ manus suas prius supra caput imposuerunt Susannæ, & accusationẽ professi sunt, & pariter addiderunt testimonii autoritatem quã imprudẽter populus sub errore positus acceperat. Sed diuino indicio per prophetam retexit & redarguit omnipotens deus, vt liqueret omnibus eos velle inuidiam præseminare aduersum innocẽtis piculũ, qui desiderétur accusationis argumẽto, & firmamẽto, pbatiõis, cõiicientes videlicet q̃d si præoccupatis vulgi aurib⁹ inuidia mentem incesseret, præiudicium examinãdæ veritatis inferret. Etenim cum audita præueniũt, aurem obstruunt, animũ occupant, ne probatio desideretur, vt rumor pro commẽto teneatur crimine. Nos igitur accusatorem exegimus, & autorẽ totius scenę Maximum perurgendũ arbitrati sumus. Verũ ille accusationẽ quã studio informauerat, verbo detulerat, deseruit professione, & tamẽ affectu vrgebat, arte exequebatur, sed refugiebat nomine, quod diffideret probationi. Denique sparsis rumoribus, sed etiã epistolis compositis & destinatis quæsiuit acerbare inuidiã delationis, sed nequaquam opprimi potuit integritas & circũueniri. Nam si habuisset probationes, nunquam inspectionem tua sententia flagitauisset. Q uid igitur sibi velit, & quo spectet ꝙ obstetricẽ adhibendã crediderís, non possum aduertere. Itane ergo liberũ erit accusare omnibus, & cũ probatione desiterint, patebit vt genitaliũ secretorũ petãt inspectionem, & addicẽtur semper sacrę virgines ad huiusmodi ludibria, quæ & visu & auditu horrori & pudori sunt? Deniq; nõ minima etiã in tuis literis tẽtatæ expressionis verecundia est. Q uæ ergo sine damno pudoris in alienis auribus resonari non queũt, ea possunt in virgine sine eius tentari verecũdia? Inuenisti tibi vile mancipium, procacem vernulã, cur non abutaris pudibũdo ministerio, & exponas eius modestiam, cũ præsertim nihil sanctius in virgine sit q̃ verecundia? Nõ em̃ sacra virgo vt corpore tantũmodo integra sit quæritur, & nõvt in oibus eius inoffensus maneat pudor. Virgo domini suis est nexa fulcris ad sũi probationẽ, necalienis dotibus eget vt se virginem probet, nec abditorum occultorũq; inspectio, sed obuia omnibus modestia astipulatur integritati. Nõ placet deo quã nõ suorum grauitas morũ probat. Non probatur dño quæ vnius obstetricis indiget testimonio, quod plerunque quæritur precio. Ea ergo tibi locuples videtur ad fidẽ, quæ & redimi & falli potest, vt excuset ream, & crimen tegat, aut nesciat, & nõ possit flagitii deprehẽdere? Neq; vero illud iustum arbitror quod tuis cõprehẽdisti literis, quia nisi inspecta fuerit, integritas periclitetur, & incerto sui fluctuet. Ergo oẽs quæ inspectæ nõ sunt, periculũ subierũt pudoris? Ergo & quæ nupturæ sunt, prius inspiciãtur vt nubant? Probatiores ergo, & quæ velãdæ sunt, prius subiiciẽdæ sunt huiusmodi attrectationi. Nõ em̃ visitantur, sed attrectantur, & rectius secundũ tuã sentẽtiam inspicitur nõ probata q̃ cõsecrata. Q uid quod etiã ipsi archiatri dicunt nõ satis liquido cõprehendi inspectionis fidem, & ipsis medicinæ vetustis doctoribus id sentẽtiæ fuisse? Nos quoq; vsu hoc cognouimus, sæpe inter obstetrices obortam varietatẽ, & quæstionẽ excitatam, vt plus dubitatum sit de ea quæ inspiciendã se præbuerit, q̃ de ea quæ nõ fuerit inspecta. Siquidem & proximo id cõperimus exẽplo. Nã quędam cõditionis seruilis Altini inspecta & refutata, postea Mediolani, nõ meo quidẽ iussu, sed Nicenti extribuni & notarii dñi vel patroni sui volũtate visitata est a peritissima & locupleti fœmina huiusmodi artis: & cum simul ista suppeterent, vt neq; paupertas obstetricis suspectã faceret fidem, neq; indocilitas imperitiã, tamen adhuc manet quæstio. Q uid profuit igitur eã inspici, cũ dãnatio maneat? Nam vt quisq; voluerit, aut imperitã medicã aut redemptã asseret. ita sine effectu vllo iniuria inspectionis est. Q uid deinde fiet? Q uotiẽscũq; emerserit qui non credat, totiens virgo attrectabitur? Nam si vnq̃ se visitandã abnuerit, secundũ assertionem tuã de crimine cõfitebitur. Et facilius est vt refutet quod nunq̃ fecerit, q̃ qđ fecerit. Variabuntur igit̃ obstetrices, ne suspectæ aliqua repetatur gratiæ. Erit itaq; inter plures, quãquam paucorũ etiã in magnis vrbibus hic vsus medendi fit, Erit inquã vel maleuola vel imperita, quã pudoris clausura prætereant, & per imperitiam integro notam affigat pudori. Vides in quod periculum inducas virginalẽ professionẽ dum obstetricem adhibẽdã putas, vt iam nõ solum verecũdiæ suæ dispendio, sed etiã obstetricis incerto periclitetur. Nunc consideremus qđ obstetricis officiũ sit. Legimus etiã in veteri testamento obstetrices, sed nõ ispectrices. Deniq; ad parturiẽtes ingrediebãtur, nõ ad virgines, vt partus susciperent, nõ vt pudorẽ examinarent. Vnde & obstetrices dictæ, eo quod obsistant dolori vel certe pignori, ne laxatis vteri genitalibus clausuris in terrã defluat. Secundo & tertio loco i scripturis iuenim⁹ obstetrices adhibitas, sed vbiq; partui, nusquã inspectioni. Primo vbi Rachel parturit, deinde vbi Thamar parit, tertio vbi necandos mares Pharao mãdat Hebræorũ obstetricibus: qñ. rñderũt illæ, nõ eo more Hebræas fœminas parere quo pariunt Ægyptiæ, sed Hebræas prius parere q̃ introeãt obstetrices ad eas. Q ui locus vt superiori vtilis ad Hebræorũ salutẽ, ita reliquo cõfragosus ad obstetricũ fidẽ, quæ dicerẽt mẽtiri pro salute, & fallere ꝓ excusatiõe. Q uid igitur suspecta & dubia captamus, cũ maiora sint alia examinãdæ veritatis documẽta & testimonia, in qb⁹ expressiora insignia vel temerati pudoris sint? Q uid eni est qđ magis publicũ sit, q̃ offensa pudoris, & defloratio virginitatis? Nil profecto qđ magis se ꝓbet q̃ castitatis dispẽdiũ. Tumescit aluus, & incedẽtẽ fœtus sui onera grauãt, vt prætermittamus alia quib⁹ se vel tacita ꝓdit cõscientia. Ac forte sterilitatis obtẽtu abscõdi in aliquibus possit flagitiũ. Hic vero cũ editus part⁹ & expositus vel necatus (dũ inuidiæ magis q̃ ꝓbationi consulitur) dissipat⁹ sit p aures vniuersorũ, strãgulata est libertas calũniarũ. si peperit nẽpe, Veronæ fuit, visebatur frequẽter a virginib⁹ & mulierib⁹. In honore eni semp erat. Visebatur & a sacerdotib⁹ ꝓpter pudicitiæ reuerẽtiã, & grauitatis speculũ. Q uo ergo potuit occurrere crimẽ qđ se vel specie sui ꝓderet? Q uo texit vterũ? quo nõ refugit aspectũ mulierũ, oculos salutãtium? quo pturiẽs vocẽ repressit? Sed hoc nõ patiẽ dolor. Deniq; scriptura hos maximos dicit dolores q̃ sunt pturientis. Sic eni inqt, Dies dñi subito venit, & ꝑrouisus adest, vt dolor part⁹ q̃ intercludit oĩa effugia delitescẽdi. Hęc est verior documẽtorũ fides, quã erubescũt & mulieres. Deni ꝙ Helisabeth occultabat se mẽsib⁹ qnq;, eo ꝙ sterilis cõceperat i senectute. His signis & ipsa Marię virginitas apud ignaros mysterii, ꝑbri suspectabat. Vñ & Ioseph cui despõsata erat virgo, suspectũ habebat vitiũ, dũ adhuc nesciret dñicę icarnationis sacramẽtũ. Q uid ergo? negam⁹ inspiciẽdas virgines interim, Q d nusquã legerim. non astruo, nec verũ arbitror. Sed quia pleraq; ad

A speciem facimus, nõ ad veritatem, & erroris gratia cõpluria frequenter prætendimus, sunt enim qui nesciãt recte facere nisi metu pœne: relinquamus hoc illis quas non verecundia revocat a lapsu, sed solus iniuriæ detet ret metus, apud quas nulla cura pudoris, & castitatis gratia, sed pœnæ timor est. Relinquamus vernaculis quibus formido est deprehendi magis q̃ peccasse. Absit a virgine sacra vt obstetricem nouerit. partus putatur, & remedium doloris ducitur, non examẽ pudoris. Relinquamus etiam illis si quæ grauibus appetitę calumniis, oppressæ testimoniis, strangulatæ argumentis, ad id confugiant, vt se offerant inspectioni, quo vel corporis probentur custodia, si tamen deprehendi põt: in quibus nutat pudoris gratia, & disciplina integritatis. Male tamen se habet causa vbi potior est carnis q̃ mentis prærogatiua. Malo morum signaculo, q̃ corporis claustro virginitatem exprimi. Iam illud prædicarũ, quod scripsisti insinuatum tibi a quibusdã quod nequaquam tibi communicarẽt si eam sine visitatione suscipiendã crederes. Ergo iudicãdi acepisti formulã. Q uales illi qui volunt præscribere sacerdotib⁹ quid sequi debeamus? Liberauimus itaq; te a cognitionis grauissimæ necessitate, ne necesse haberes formulam mãdatã exequi. Q uid nobis futurum est qui eorum studiis nõ
B obtemperauimus? sed tamen scio illic plerosq; esse qui timeant dominum. Nam & hic vidimus dudum, & illic esse comperimus qui compositam hanc querantur calumniam, quos aiunt eo offensos fauisse Maximo, quod ista virgo non circumeat domos, nec eorum matronas salutet atq; ambiat. Q uid igitur fiet quo tanto eam exutemus crimine? Q uomodo persuadebimus vt cultus assumat nouos, suos exuat? Graue flagitiũ virginẽ intra secreta dom⁹ degere, claudi penetralib⁹ suis. Sic certe lectio docet Mariã domi repertã cũ ad eã Gabriel archãgel⁹ venisset. Susanna fugiẽs turbarũ iducẽ. Deniq; cũ se lauaret, paradisum claudi iubebat. Q uid autẽ præsertim in virgine, cuius præcipuũ opus verecũdia, quę secreta est, tutius secreto, ad omnes actus expeditius? Munia enim pudoris induit, non concursationis. Sed de aliis videro, tuæ nunc mihi respondendum epistolæ est. Te miror frater, qui tantopere defendas Maximum non fuisse accusatorem, sed parentis dolore doluisse inuidiam sparsi rumoris, cum ille se inimicum & aduersarium litigatorem proposito iam iurgio negare non potuerit aduersus sacram virginem iudicia attẽtauisse, muroq; interiecto discretas ædes vxoris suæ ac virginis, diuisam germanitatis inter fœtores societatem, aliaq; probdolor, & quod virgo in agro affinitatis suæ refugisset cõfortium. Q uomodo ergo nõ accusator, qui affectum accusatoris iamdudum exercuit?
C qui sermone suo accusationẽ detulit? aures tuas implevit clamore? & testes auditiõis deduxit? cognitionem poposcit? Q ualibet argumentatus negare nõ potuisti quod ad Indiciam scripseris quoniã Maximus seu impulsu aliorum, seu dolore proprio, crimen graue detulerit. Sola hæc epistola satis est ad excusationis testimonium. Neq; enim te ego tuis ad me datis literis vrgendum putaui, sed iis lectis quas ad virginẽ dederas, aduerti diuersum esse quod ad me scripseras, & tamen cũ epistolæ tuæ sibi non conuenirent, consulendum te nõ arguendum putaui. Q uid igitur sibi vult illa argumẽtatio, quia illud detulerit qđ ad me scripseras, delatã videlicet eam in turpi crimine, ita vt editum & obrutum partum dici asserat? Q uasi vero istud ad Indiciã nõ ad me scripseris. Illa vbi audiuit literis tuis Maximũ subduci accusationi, literas tuas protulit, quib⁹ eum criminis delatorem probauit: ad me datas nõ legerat, nec qđ haberẽt sciebat. Ego autẽ exhorrui a primo calũniam, quia aduertebã nõ crimẽ intendi, sed iniuriam virginis desiderari, cuius inspectio & visitatio postulabat, nõ aliquod flagitiũ deferebatur. Q uis enim istud a principio fraude cõpositum nequaq̃ sibi cõgruere & cõuenire non D
arbitraretur? Cucurrisse mulieres viles ad monasteriũ, iactasse partum virginis, & necẽ pignoris, de monasterio rumorem per populos sparsum, cuiꝰ affluxisse in aures noui affinis Maximi, ab ipso interpellatum episcopũm, dimissas eas quæ dixisse ferebãtur, atq; in fugam coactas, vt apud nos patuit eos qui audisse se dicerẽt, ad ecclesiam vocatos prodisse, Renatum & Leontium, duos illos iniquitatis viros quos apposuit Iezabel, redarguit Daniel, subornauit Iudæorum populus, vt autorem vitæ suæ falso appeterent testimonio. Q uiꝰ tamen cũ simul cõpositissent flagitiũ, simul ingressi essent viam, & ne quid præterea, adiuncti Maximo, comitãtibus (vt dixit Leontius) iis qui illũ rumorẽ sparserãt, tamen vbi in meo astiterunt iudicio, cũ primo de origine causæ quærerem, diuersa & distantia prompsere, nõ locorũ separati, sed mendaciorũ diuortio. Cũ igitur ipsi non conuenirẽt, Mercuriũ & Leam vilissimę cõditionis & detestabilioris nequitiæ personas amandauissent, aufugisset Theudule non ignara obiiciendi sibi facinoris, quod ante lectum Renati sola cubitauisset, ancilla præsto esset alia quæ stupro eiusdem Renati se E
diceret coinquinatã: die ipso qui dictus erat cognitioni, subtraxerunt se episcoporum conuẽtui, licet etiam pridie subito se profecturos idem Renatus clamauerit. Vnde ego iudicio præscripsi diem, & tamẽ nullo accusante, nullis testimoniis perurgentibus insinuaui sanctæ sorori quod peteres corã ipsa inspici & visitari memoratam virginẽ. At illa sanctę inspectionem quidem recusauit, sed testimonium nõ declinauit, dicens nihil se in Indicia cõprehendisse nisi quod esset virginalis pudoris & sanctitatis. Habitasse eam Romæ in domo nostra nobis absentibus, nulli eam se virorum familiaritati dedisse, optare cum ea sibi a domino Iesu partẽ reseruari in regno dei. Paternam quoq; filiam nostrã interrogaui, qđ ab ea nunq̃ soleat discedere, cui⁹ charitas vitæ hui⁹ testimoniũ est. Itaq; etsi qđ iniurata diceret, fidei sacramento cõferẽdũ foret, sub obtestatione tamẽ professa est aliena criminis quo appetebatur, nec quicq̃ in ea scire se bonæ vacuũ cõuersationis. Nutricẽ quoq; liberę cõditionis interrogauim⁹, cui & stat⁹ haudquaq̃ degeneri seruitio obnoxi⁹ libertatẽ vera fatẽdi daret, & fides atq; ætas ad veritatẽ astipularet, & officiũ nutriciis ad cognitionẽ secreti. Ea quoq; nihil se indecorũ vidisse, nihil sibi quasi parenti cõmissum a virgine aliqua digniꝰ reprehẽsione. His moti Indiciã inoffensi virginẽ muneris pnunciauimus. Maximũ autẽ & Renatũ & Leontiũ ita inuoluit sentẽtia, vt Maxio si errorẽ emẽdaret, spes reditus reseruaret, Renat⁹ autẽ & Leõtius F
excõmunicati manerẽt, nisi forte ꝓbata sui pœnitentia, & hui⁹ facti diuturna deploratione, dignos se præberẽt mia. Vale frater, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Syagriũ, pro castitatis cõtumelia dolentem querelam facientis, atq; ex scripturis sanctis ostendentis quantum maiores nostri reuerentiæ detulerint castimoniæ, quantũve vltionis studiũ aduersum temeratores pudicitiæ fuerit, Epistola LXV.

AMBROSIVS Syagrio. Q uę sint in nõ iudicio decursa, cõperta retines, & ideo nunc quasi aiæ portionẽ cõuenio meę, habẽs apud tẽ pro castitatis cõtumelia familiarẽ & dolẽtem q̃relã. Ita ne oportuit inhonoratã atq; inauditã virginitatis causam adiudicari, vt nõ possit absolui? Hoc est nisi sua iniuria, nisi ab honesto pudore traducat ad indecorem sui corporis oblationẽ, grãde videlicet relatura sui testimoniũ, vt exponatur ludibrio, & procacitatis notetur. Hãc igit̃ prerogatiuã detulisti integritati, huiusmodi honorificentiã, qua se lacessi aut iniuriari gaudeãt quę hoc mun⁹ recipiẽdũ putãt, vt amittãt libertay ii

G tem cõmunis assertionis, nec se iure tueãtur vel sanctę legis, vel publico, vt nõ accusatorem exigat, non accersitorem vrgeat, sed impudentiam solam induat, ac sese proiiciat ad iniuriam? Non ita maiores nostri despicabilem habebant castimoniam, cui tãtum deferebãt reuerentiæ, vt bellum aduersum temeratores pudicitiæ susciperendum putarent. Deniq; tantũ fuit vltionis studium, vt omnes tribules de Bẽiamin tribu extinguerentur, nisi sexcentos qui bello reliqui forẽt, natura editioris loci defendisset. Sic enĩ lectionis diuinæ serie expressum tenetur, cuius tenorem recensere congruit. Le-
Iudic. 19. uites vir animo maior q̃ opibus, habitabat in partibus montis Ephren. Ei quippe tribui sortito obtigerat locus in possessionem terrę datus pro funiculo hæreditatis. Is sibi accepit iugalem de Iudæ Bethleem. Et vt se habent prima copularum exordia, ardebat iuuencula immodica animi cupiditate: simul quia similibus eius nõ fungebatur, exardescebat magis, atq; immane exæstuabat. Vnde quia nihil referebatur ex parte adolescẽtulę, vel lenitate amoris, vel vi doloris, quod haudquaquam mercede pari secum decerneret, cum eadem exposturlabat, hinc frequens iurgium, quo mulier offensa
H claues remisit, domum reuertit. At ille amore victus, qui quod speraret nõ habebat aliud, cum quartum iam mensem fluere cerneret, eo contendit, fretus quod consilio parentum emolliretur animus adolescentulæ. Occurrit pro foribus socer, generum introduxit, filiam recõciliauit, & vt lætiores dimitteret, triduo tenuit, quasi repararet nuptias, ac volẽti abire, quartum quoq; diem comperendinauit, prætenta humanitatis specie moras innectendo. Pari modo cum etiam quintum diem vellet adiungere superioribus, & iam nouæ deessent causę morandi, paterno tamen affectu retinendæ filiæ desiderium non deforet, promissam profectionis copiã distulit in meridiẽ, vt viam cibo curati adorirentur. Post epulas quoq; volens dilationem attexere, eo quod iam vesper appropinquaret, generi precibus, ægre licet, tamen acquieuit. Ille iter suũ perrexit lætus animi, quod dilectam sibi recuperauisset, qui vno comitati seruulo cum iam declinaret dies, festino viam celerabãt gradu. Mulier vehebatur iumẽto, viro nullus sensus laboris, qui fructu desiderii simul & vario mulieris ac vernaculi sermone viam leuaret. Deniq; vbi Hierosolymã appropinquarũt, quæ triginta stadiis aberat, quam Iebusæi tenebant, suggessit puer deflectendum in ciuitatem
I quia sub noctem suspecta essent etiam illa quæ tutiora sunt, cauendaq; tenebrarum ambigua, maxime quia locorum incolæ non essent de filiis Israel. Et ideo prętuertendum ne quid aduersa studia gerẽtes insidiarum inferrent, vt obscuro noctis dolum quærentibus ad perpetrãdũ facinus satis opportuno. Sed domino eius haud quaquam placuit sententia, vt inter alienigenas hospitio succederent, cum Gaba & Rama non longe abessent ciuitates Bẽiamin. Itaq; prætualẽs sentẽtia posthabuit seruuli suggestionẽ, quasi ex conditione consiliũ æstimaretur, & nõ consilio quãuis infima cõditio ablueretur. Et iam sol in occasu erat, deniq; vix occurrit, cũ iam vrgeretur vespere, in ciuitatem succedere. Gabaonitæ incolebãt locum, inhospitales, immites, intolerabiles, omnia tamẽ tolerabiliora q̃ si aliquẽ hospitio recepissent. Deniq; cõmodius huic viro Leuitæ cesserat, si in Gabaa hospitium nõ reperisset. Verũ ne quid deesset offensionis, primo ingressu diuersorium nõ reperit: & cum in publico situs alienam misericordiam implo-
raret, offendit aduenientẽ ex agro senẽ, quẽ vesper ex operę agresti cõpulit nocti decedere. Et cũ esset ei cõspicuꝰ, rogatꝰ quo iret, & vnde aduẽtaret, respõdit, de Bethleẽ Iudæ reuertor, cõtẽdo ad montẽ Ephren, & mulier est mecũ, sed ecce huc diuerti, & nemo est qui hospitio recipiat, & requiescẽdi vsum ministret. Nõ quo cibi aut potus sibi, aut pecori pabulorũ esset indigẽtia, sed tecti hospitium prohiberentur: præsto esse illa, nudum tecti hospi- K
tium desiderari. Ad ea senior benigne satis & placide, Pax, inquit, tibi, & succede hospes pariter & ciuis. Nã & mihi origo de mõtis Ephrẽ partibus, & hic hospitalis habitatio, sed tẽpore diuturno incolatꝰ sedes fundauit. Itaq; receptos domicilio, ministerio sui & subsidiis hospitalibus iuxta fouit. Hortabatur ad lætitiã senior, & frequẽtioribus ꝓuocabat poculis, vt vino adoleret curarum obliuio, cum subito circũsistunt eos Gabaonitæ iuuenes ad omnem proiecti libidinem, nihil pẽsum ac moderatum habẽtes, quos forma mulieris illexerat, & in omnem amentiã præcipitabat. Capti enim eius decore, & per senectutem hospitis, atq; infirmitatẽ subsidii accepta spe potiendi possunt mulierẽ, & pulsant ianuam. Itaq; egressus senior rogabat eos ne hospitales mensas turpi flagitio fœdarent, & reuerẽdum ius etiã indomitis Barbararum gẽtium nationibus violandũ arbitrarẽtur: contribulẽ illum sibi, Israelitem virum legitimi thori subnixum copula non sine indignatione cæleſtis arbitri tãta affici cõtumelia. Quod vbi parum decerneret aduertit, esse sibi filiam virginem adiecit, illam se offerre maiore parentis dolore, sed minore gratiæ hospitalis dispendio, publicum flagitium priuato L
dedecore tolerabilius habere. At illi exagitati æstu furoris, & inflammati incẽtiuo libidinis, eo amplius ardebant formam iuuenculæ, quo magis negabatur. Et iustitiæ exortes ridebant verba æquitatis, filiam senis quia minore iuuidia sceleris offerebatur, despectui habentes. Itaq; cum piæ nihil proficerent preces, & seniles frustra hospes manus tenderet, desperato præsidio rapitur mulier, & per totam noctem iniuriæ impletur. At vbi lux finem intẽperantiæ dedit, ianuam hospitalem repetit, nõ quo viri conspectum exposceret, quem magis declinandũ putaret cõtumeliæ pudore miserabilis, sed vt affectũ viro referret, quę castitatẽ amiserat, & cõtumeliæ suæ funus lamentabili specie ante ianuam hospitalẽ exponeret. Egressus itaq; Leuita cum iacẽtẽ inuenisset, arbitratus qđ verecundia vultũ nequaquam attollere auderet, cõsolari cœpit, quia nõ volũtate, sed iniuita tantæ iniuriæ succubuisset, hortari assurgere, & secum repetere domũ. Sed vbi nullum respõsum refere- M
batur, quasi quiescentem maiore voce e sommo excitare. Verũ vbi mortis supremæ patuit fides, impositas iumento reliquias domũ pertulit, & diuisos artus mulieris i partes duodecim misit per singulas trib⁹ Israel. Quo cõmotus vniuersus ppls cõuenit in Maspha, atque ibi querela per Leuitã cognita, oẽs in bellum exarsere, statuẽtes neminẽ virorũ fas esse in tabernaculũ sire cedere prius q̃ de tanti sceleris autoribus vltio capesseretur: animisq; ruebant in prælium. Sed cõsiliũ prudẽtiorum præuertit sententiã, nõ temere confligẽdum bello cũ ciuibus, sed prius verbis experiẽdũ de flagitio, & decernendũ cõditionibus pro delictis. Neq; iustũ videri vt paucorum sceleris preciũ ad oẽs perueniret, & priuata adolescẽtiũ peccata statũ salutis publicæ labefactarent. Itaq; miserũt viros qui denũciarẽt Gabaonitis vt tanti reos flagitii offerrẽt. Si n autẽ, cognoscerẽt nõ minoris esse criminis tãtũ facin⁹ defendisse, q̃ exercuisse. Verũ illis superba referẽtibus, cõsilia pacis bello mutata: neque primo aut secundo cõflictu, cũ plurimi a paucis afflictarentur, cedẽdũ Israelitæ aduersis prælijs existimauerunt. Quadringẽta enĩ milia virorũ bellãtium, aduersum viginti quinq; milia Bẽiamin tribus & septingentos Gabaonitas expertos belli iuuenes decertabãt. Et cum sinistra forte duo sibi iã cecidissent prelia, animi tũ prõptus haudquaq̃ deposuit Israel vincendi fiducia, & vlciscẽdi pręsumptam spem. Sed quia causa numeroq; præstãtiores, inferiores pugnæ euẽtu pedẽ retulerãt, diuinam offensam rati, ieiunio & fletu maximo reconciliationẽ gratiæ cęlestis affectauere. Itaq; orata dñi pace acriores in bellũ reuertuntur, vtpote quib⁹ oraculũ ani-

A mos dederat, spem accumulauerat. Et simulato a fronte quod cederetur, ac dispositis per noctem insidiis a tergo vrbis, in qua locata erat manus hostium, dum hi cedunt, & illi insectantur, inuadendi vrbem vacuam facta copia, & mox admoto statim q; adulto incendio, flãmarum fragor atq; æstus furens captæ vrbis speciem manifestarũt. Quo & suis fracti animi, & erecti hostiũ. Nam & Beniamin viri clausos se & circumuentos rati prius q̃ a tergo inuaderentur, dispergere sese, atq; in desertum fugere cœperunt, & contra Israel gemino agmine vrgere eos, ac palantes persequi. Cæsa itaq; viginti quinq; milia, id est oẽs fere de viris Bẽiamin, prẽter sexcẽtos, qui arrepto scrupeę rupis mun imẽto, partim loci ingenio & subsidio nature, ptim desperatione victorib⁹ terrori fuere. Nã se tãdæ res cautionis admonẽt, in aduersis vltio pro victoria habetur. Nec fœminarũ numerus tãti discriminis exors fuit, sed ois tribus Beniamin muliebris sexus cũ pueris & puellis omniq; ætate gladio aut igne extinctus, sacramentũq; additũ ne quis tribus illius viro filiam suam in vxorẽ daret, quo reparãdi nominis omnis aboleret successio. Belli finis simul atq; iræ factus, & furor in pœnitentiam vertit, armisq; positis in vnũ cõueniẽtes viri Israel fleuerunt fletũ magnum, & celebrarunt ieiunium, dolentes vnam tribum
B perisse ex fratribus, atq; extinctam populi sui validam manum: iure quidem pro delicti precio bellatũ aduersum propugnatores flagitiorum, sed misere in sua populum conuersum viscera, & bello ciuili vtrunque afflictum. Lachrymarum effusio mouit passionem animi,
Iudic. 21. & affectum peraulit, sæuitiæ ratio successit. Missiq; legati ad sexcẽtos illos Beniamin viros, qui per quatuor menses edito se præruptarum tuebantur rupium, aut deserti indigentia, quæ multitudini obsidentium periculosa foret, deplorauerunt communem illam esse erũnam, quod illi contribules, isti cognatos & socios amisissent, sed tamen non penitus interceptam reparandæ tribus successionem: consulere se in medium quomodo & sacramenti fides sibi constet, & tribus vna nequaquã a corpore auulsa intercidat. Altari itaq; posito reconciliationis, & pacis oblatum sacrificiũ. Et quia Iabis Galaad populus erat pœnæ & maledicto obnoxius, Obstrinxerat enim se omnis Israel magno sacramento, vt si quis non ascendisset cum eo ad puniendum flagitiũ, morte moreretur: duodecim milia bellatorum directa, vt & viri omnes & mulieres ferro extinguerẽtur, solas virilis thori exortes reseruarent adolescentulas. Interfectis itaq; omnib⁹ Iabis Galaad, solæ virgines quadringentæ exitio cæterorum superfuerunt. Quas accipiẽs Israel statuit viros Beniamin belli metum deponere, & in coniugiũ sibi sumere integras ætũ ac pudoris puellas: quib⁹? & causa esset apud viros integra, quod nemo
C suorum aduersum eos bellum susceperat, & charitatis gratia, quia propter eos supremo supplicio ereptę forẽt. Hoc igitur modo quadringentis iuuenibus quæsita copularum consortia sunt. Sed quia ducenti numero supererant, quibus iugales decerãt, iis quoq; sine fraude sacramentorum cõsultum accepimus. Dies festus in Sylo quotannis celebratur. Ibi exultare solitæ virgines, & choreas ducere in honorem religionis, aliæ præire matribus, & totũ iter agmine viãtum repleri. Dixit vnus ex senioribus, Si ducenti illi tribus Beniamin viri intra vineas siti excubias tẽderent donec se omnis fœmi nea turba effunderet, & surgentes ex vineis vnusquisq; quam occursus dederat, vxorem sibi vendicaret, fraudi id nequaquã futurũ: populum etenim fauere reparãdæ tribus successioni, propter sacramentum impartire nõ posse filiarum suarum societatem, neq; tamen cõtra sacramentũ videri si prohibendũ non putaret, quia sacramento neq; cogendi neq; prohibendi necessitas imposita videretur, illos sibi sine metu consulere oportere. Sane si puellarum parentes vindictam efflagitarent, partim prece, partim etiã retorquendo in ipsos inuitę cus- D
pam custodiæ, sese reuocaturos: quia cum scirent Beniamin viros exortes esse iugalium, cum filiabus processerint: dignam sane tribum iam non pœna, sed misericordia: satis dure sæuitum in eos, & debellatam corporis sui partem: immoderatius exarsisse plebem, vt successionem domesticam extingueret, atq; ex suis necaret: placere deo non perire populo tribum, neq; pro vna mutilare tam acerbe consuli. Probauerunt cõsiliũ Israelitæ, executi sunt viri Beniamin, & dispositi in vineis loco opportuno & tẽpore, plenas fœminei agminis vias occupauerunt. Prebuit illis festum nuptiarum religionis solennitas. Auulsæ de complexu patrum filiæ tanquã in manum ab ipsis parentibus tradebantur, & velut pectam e gremio matris non abduci, sed prodire arbitrareris. Ita tribus Beniamin pene intercepta atq; extincta breui floruit, documentum exhibens quod magno exitio sit insolentibus vindicta pudicitiæ, & læsæ castitatis vltio. Nec hoc solo loco, sed plerisq; scriptura hoc docet. Nam & in Genesi legimus exercitum quæstio- Gene. 12.
nibus regem Ægypti Pharaonem quod Saram attentauisset, & tamen alienam esse vxorem nesciebat. Est E
igitur domino castitatis tuendæ voluntas, quanto magis est defensandæ integritatis? Vnde nulla debet virginibus sacris irrogari iniuria. Quæ enim non nubũt, & qui vxores non ducunt, habentur sicut angeli in cælo. Et ideo cælesti gratiæ non inferamus corporalem contumeliam, quoniam potens est deus, quẽ nec præuaricatio prætereat, & moueat accepti sibi muneris & consecratæ virginitatis acerba & grauis contumelia. Vale frater, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Paternum, eundem quia filione ptem ex filia copulare voluit redarguentis, & vt ab ea discedat intentione, cõmonentis, Epistola LXVI.

AMBROSIVS Paterno. Paterni quidẽ vnanimis mei salutationem legi, sed consultationem haudquaquam paternã, vt veIis filio neptem copulare ex filia, sed nec aute nec patre dignã. Itaq; quid consulueris, considera. Omne enim quod agere volumus, prius nomẽ facti eius interrogemus, & tunc vtrũ laude an vituperatione dignum sit, existimabimus. Verbi gratia, misceri mulieri quibusdã voluptas est, medicorũ etiã pueri corporibus vtile ferunt. Sed cõsiderandũ vtrũ cõiugi, an extraneæ, deinde nuptæ, an innuptæ. Si quis desponsata sibi & tradita vtatur, cõiugiũ vocat. Qui alienæ expugnat pudorem, adulterium facit, cuius vel solo nomine reprimitur plerunq; tentandi audacia. Hostem ferire victoria est, reum æquitas, innocẽtẽ homicidiũ. Quod si quis percipiat animo, reuocat manũ. Ergo etiã tu quid F
cõsulas, quæso tecũ retractes. Cõiugiũ vis inter filios nostros cõponere. Quero vtrũ pares copulãdi, an impares sint. Sed nisi fallor, cõpares appellari solent. Boues qui iungit ad aratrũ, equos ad currũ, pares eligit, & vt ætas cõueniat & forma: nec natura discrepet, nec decoloret diuersitas. Tu copulare paras filiũ tuũ, & neptem ex filia, hoc est vt accipiat fororis suæ filiã, diuersa licet matre q̃ socrus editus. Interroga nominum religionẽ. Nẽpe auũculus iste illius, illa huius neptis vocatur. Nec ipse te reuocat sonus nominum, cum hic auum resonet, illã hoc nomen ad auunculum quod ad auum referat? Quanta deinde etiam reliquorum confusio vocabulorum. Idẽ auus & socer vocabere, ea quoq; tibi neptis & nurus diuerso nomine nuncupabitur. Mutuabuntur etiam fratres diuersa vocabula, vt illa socrus fratri sit, iste gener sorori. Nubat auunculo suo neptis, & immaculatorũ pignorũ charitas illecebroso amore mutetur? Super hoc igitur meam a sancto viro episcopo vestro expectati sententiam nõ opinor neq; arbitror. Nam si ita

G eſſet,& ipſe ſcribendum putaſſet. Non ſcribẽdo autem
ſignificauit quod nequaq̃ hinc dubitandum arbitretur.
Quid enim eſt quod dubitari queat, cũ lex diuina etiã
patrueles fratres prohibeat cõuenire in coniugalem co
pulam qui ſibi quarto ſociãtur gradu? Hic autem gra-
dus tertius eſt, qui etiam ciuili iure a cõſortio coniugii
exceptus videtur. Sed prius ſacræ legis ſcita interroge-
mus. Prætendis enim in tuis literis quod permiſſum
hoc diuino iure connubiũ huiuſmodi pignoribus exiſti
metur, eo quod non ſit prohibitũ. Ego autem & prohi-
bitum aſſero: quia cum leuiora interdicta ſint de pa-
truelib⁹ fratrib⁹, multo magis hoc q̃d artioris eſt plenũ
neceſſitudinis, interdictum arbitror. Qui enim leuiora
aſtringit, grauiora non ſoluit, ſed alligat. Quod ſi ideo
permiſſum putas, quia ſpecialiter nõ eſt prohibitũ, nec
illud prohibitũ ſermone legis reperies, ne pater filiam
ſuã accipiat vxorẽ. Nũquid ideo licet, quia nõ eſt prohi-
bitum? Minime. Interdictũ eſt enim naturæ iure, in-
terdictum eſt lege quæ eſt in cordibus ſingulorum. In-
terdictum eſt inuiolabili præſcriptione pietatis, titulo
neceſſitudinis. Quanta huiuſmodi inuenies nõ eſſe in-
terdicta lege per Moyſen edita, & tamẽ interdicta ſunt
quadam voce naturæ. Multaq; ſunt quæ licet facere,
1.Cor.6. ſed non expedit. Omnia enim licent, ſed non expediũt:
H omnia licent, ſed non ædificãt. Si ergo etiam ab iis nos
reuocat Apoſtolus quæ non ædificant, quomodo faciẽ-
dum putamus quod & nõ licet legis oraculo, & nõ ædi
ficat diſcrepante pietatis ordine? Et tamen illa ipſa ve-
tera quæ fuerant duriora, temperata ſunt per euange-
1.Cori.5. lium domini Ieſu. Tranſierũt vetera, ecce facta ſunt no
ua. Quid tam ſolenne q̃ oſculum inter auunculũ & ne-
ptem, quod iſte quaſi filiæ debet, hæc quaſi parẽti? Hoc
igitur inoffenſæ pietatis oſculum ſuſpectum facies de
talibus cogitando nuptiis, & religioſiſſimum ſacramẽ-
tum charis pignoribus eripies. Sed ſi diuina te pręter-
eunt, ſaltem imperatorum præcepta, a quibus ampliſ-
ſimum accepiſti honorem, haudquaquam pręterire te
debuerunt. Nã Theodoſius Imperator etiã patrueles
fratres & conſobrinos vetuit inter ſe cõiugii conuenire
nomine, & ſeueriſſimam pœnam ſtatuit ſi quis teme-
rare auſus eſſet fratrum pia pignora, & tamẽ illi inuicẽ
ſibi æquales ſunt: tãtũmodo quia propinquitatis neceſ-
ſitudine, & fraternæ ſocietatis ligantur vinculo, pietati
eos voluit debere quod nati ſunt. Sed dicis alicui rela-
xatum: Verum, hoc legi nõ præiudicat. Quod enim
in commune ſtatuitur, ei tantũ proficit, cui relaxatum
videtur. Longe diuerſa iniuria. Illud tamẽ licet in vete
ri teſtamento legimus, vt aliquis vxorem ſuã ſororẽ di
ceret, iſtud inauditum, vt quiſquã neptem ſuã in vxo-
rem accipiat, & cõiugẽ dicat. Iam illud pulcherrimũ q̃d
I negaſti neptem tuam auũculo ſuo tuo filio propinquo
ſemine conuenire, quia non agnationis ei legitimo iu-
re, ſed cognationis copuletur neceſſitudine. Quaſi vero
& vterini fratres, id eſt diuerſo patre, ſed eadem matre
geniti poſſint diuerſo ſexu inter ſe coniugio conuenire,
cũ & ipſi agnationis ius habere nõ queãt, ſed cognatio-
nis tantum ſibi titulo cõnexi ſint. Vnde oportet ab ea
diſcedas intentione, quæ etiam ſi liceret, tamen tuã fa-
miliam non propagaret. Debet enim tibi filius noſter
nepotes, debet etiã neptis chariſſima pronepotes. Va
le cum tuis omnibus.

Diui Ambroſii ad Quinegiũ, illum de cõſultatio-
ne ſua commendantis, Epiſtola LXVII.

AMBROSIVS Quinegio. Q̃ ĩgenuo te
commendaſti pudore, quia de eo conſuleres
quod non probares, ſed morem gereres parẽ
ti, vt pietatem non læderes, ſecurus quod nõ
aliud a me poſſet referri, niſi quod ſanctas deceret neceſ-
ſitudines. Ego vero libenter tua in me onera ſuſcepi, &
auo neptem, vt opinor, refudi. Quam neſcio plane qua K
opinione nurum ſibi fieri deſiderabat, vt auum ſocero
mutaret. Plura nõ opus eſt, ne hoc quoq; accedat ad ve
recundiam. Vale fili, & nos dilige, quia nos quoq; te
diligimus.

Diui Ambroſii ad Antonium, amorem eius in ſe,
& ſui animũ in illũ cõmemorãtis, Epi. LXVIII.

AMBROSIVS Antonio. Nũquam es ta
citus mihi, nec vnquam tuo me traſmiſſum
ſilentio querar, qui ſciam quod tuo nõ deſim
pectori. Nam cum id pendas quod pluris
eſt, qui potes id negare quod ſæpe etiam in multos de-
fluit nõ tam amoris vſu, q̃ officii viciſſitudine? Ego ve
ro etiam ex meo animo tuã vicem æſtimo, vt nunquã
me tibi, & te mihi abſentẽ putem, quoniã ſemper ani-
mis hæremus. Nunquã tuas literas mihi deeſſe opi-
ner, aut meas tibi, cum te quotidie corã alloquar, in te
oculos, ſtudia, atq; omnia officia mea dirigam. His te-
cum delectat congredi. Nã literæ tuæ (vt aperte cũ in-
diuiduo pectoris mei loquar) verecundari me faciunt.
Vnde peto vt ſuperſedeas gratiarum relatu. Mihi enĩ
mei in vos officii ſumma merces eſt ſi me debito erga L
vos muneri non defuiſſe arbitrarer. Vale, & nos dili-
ge, quia ego quoq; te diligo.

Diui Ambroſii ad Alypium, literas illius ſibi eſſe
redditas, & ſe ſuis reſpondiſſe literis ſignificantis,
Epiſtola LXIX.

AMBROSIVS Alypio. Antiochus vir
conſularis reddidit mihi eximietatis tuæ li-
teras, nec ſuperſedi reſpondẽdi munere. Nã
per meos homines dedi literas, & ni fallor,
alia oborta copia geminaui epiſtolã. Sed quia nõ tam
remetienda amicitiæ munia, q̃ contumeliam non cu-
mulãdam arbitror, oportuit ipſo præſertim regrediẽte
qui me tanto literarum tuarum affecit nomine, referri
aliquod officium ſermonis mei, vt ego vtriq; veſtrum
& ille tibi abſolueretur qui debebat referre quod acce-
perat. Vale, & diligentes te dilige.

LIBER NONVS.

DIVI AMBROSII ad Vigilium, inſtituẽtis eũ
quomodo plebẽ docere debeat, ac inter cœtera vt M
coniugia ex alienigenis refugiant, Sampſo-
niſq; exemplo comprobantis q̃ per-
nicioſum ſit alienigenæ mulie-
ris copulam aſciuiſſe,
Epi. LXX.

AMBROSIVS Vigilio.
Popoſciſti a me inſtitutionis
tuæ inſignia, quoniã nouus
accit⁹ es ad ſacerdotiũ. Et q̃m
teipſum ædificaſti vt opor-
tuit, qui dignus habit⁹ es tan
to munere: q̃uo & alios ædifi
ces, ſignificãdũ videtur. Pri-
mum omniũ cognoſce eccle-
ſiam tibi domini cõmiſſam,
ideoq; vitãdum ſemper ne quid obrepat offenſionis, &
fiat velut cõmune corpus eius gẽtiliũ admixtione. Vñ
ſcriptura tibi dicit, Ne accipias vxorẽ de filiab⁹ Chana- Gene.28.
næorũ, ſed vade in Meſopotamiam in domũ Bathue
lis, id eſt domum ſapientiæ, & eius tibi acquire copulã.
Meſopotamia autem regio eſt in partib⁹ oriẽtis, quæ
duobus maximis per ea locorũ Euphrate & Tigri flu-
minibus circũuenitur, quibus origo eſt in Armenię lo
cis. Influunt autem diuerſo meatu in mare rubrum, &

A ideo Meſopotamiæ nomine ſignatur figura eccleſiæ,
quæ maximis fluentorum prudẽtiæ irriguis atq; iuſti-
tiæ fœcundat mentes fidelium, quibus ſacri baptiſma-
tis, cuius typus præceſſit in rubro mari, infundit gratiã,
culpamq; abluit. Doce ergo plebem vt non ex alienige-
nis, ſed ex domibus Chriſtianis coniugii quæratur co-
pula. Nemo fraudet mercenarium merce debita, quia
& nos mercenarii ſumus dei noſtri, & ab eo mercedem
laboris noſtri expectamus. Et tu quidem o quicunq; es
negociator, mercenario tuo mercedem pecuniariã ne-
gas, id eſt vilem, caducam: tibi autem negabitur mer-
ces promiſſorum cæleſtium. Nõ fraudabis ergo, vt lex
Deut.24. dicit, mercenarium mercede ſua. Non dabis pecuniam
tuam ad vſurã, quoniã ſcriptũ eſt ꝙ is qui pecuniã ſuã
Pſal.14. nõ dedit ad vſuram, habitabit in tabernaculo dei. Nã il
le eſt ſupplantator, qui vſurarum captat emolumenta.
Itaq; vir Chriſtianus ſi habet, det pecuniam quaſi non
recepturus, aut certe ſortem quam dedit, recepturus.
Habet in ea non mediocrem vſuram gratiæ. Alioquin
decipere iſtud eſt, non ſubuenire. Quid enim durius q̃
vt des pecuniam tuam non habenti, & ipſe duplum exi
gas? Qui ſimplum non habuit vnde ſolueret, quemad
Tobi.4. modum duplum ſoluet? Exẽplo nobis ſit Tobias, qui
nunquam requiſiuit pecuniam quam dederat, niſi ex-
tremo vitæ ſuæ tempore, magis ne fraudaret hære-
B dem, q̃ vt depoſitã pecuniam cogeret ac recuperaret.
Populi ſæpe cõciderunt fœnore, & ea publici exitii cau
ſa extitit. Vnde nobis ſacerdotibus id præcipue curæ
ſit, vt ea vitia reſecemus, quæ in plurimos videntur ſer
pere. Hoſpitem doce voluntarium magis q̃ ex neceſſi-
tate eſſe oportere, ne in hoſpitio deferendo inhoſpitalẽ
affectum animi ſui prodat, & in ipſa hoſpitis ſuſceptio-
ne per iniuriam violetur gratia, ſed magis excolatur of
ficiorum vſu, & aliquo humanitatis miniſterio. Nõ enĩ
a te munera exiguntur ditia, ſed officia voluntaria, ple-
na pacis, & conuenientis concordiæ. Meliora ſunt enĩ
Prou.15. olera cum amicitia & gratia, q̃ ſi exq̃ſitis dapibus ador
netur cõuiuium, ſi deſit affectus gratiæ. Legimus perẽ
Iudic.20. ptos graui populos excidio propter violata iura hoſpi-
tii Leuitis de Ephren. Propter libidinem quoq; com-
miſſa bella atrocia. Sed prope nihil grauius q̃ copulari
alienigenæ, vbi & libidinis & diſcordiæ incentiua, &
ſacrilegii flagitia conflantur. Nam cum ipſum coniu-
gium velamine ſacerdotali & benedictione ſanctifica-
ri oporteat, quomodo poteſt coniugium dici, vbi non
eſt fidei cõcordia? Cum oratio communis eſſe debeat,
quomodo inter diſpares deuotione poteſt eſſe coniu-
gii communis charitas? Sæpe pleriq; capti amore fœ-
minarum fidem ſuam prodiderunt, vt patrum popu-
Num.25 lus in Beelphegor. Vnde Phinees arrepto gladio in-
C terfecit Hebræum & Madianitem fœminam, & mi-
tigauit indignationem diuinam, ne totus populus ex-
tingueretur. Quid de pluribus exẽplis loquar? Ex mul
tis vnum proferam, vt eius commemoratione liqueat
q̃ pernicioſum ſit alienigenæ mulieris aſciuiſſe copu-
lam. Quis fortior, & ab incunabulis ſuis munitior dei
ſpiritu q̃ Nazaræus Sampſon? Et ipſe proditus eſt, &
ipſe per mulierẽ nõ potuit ſuã tenere gratiã. Cuius ge-
nerationis & vitæ totius ſeriem hiſtorico digeſtam ſty
lo enarrabimus ſecundum ſacri libri continẽtiam, quæ
in hunc eſt modum, non verborũ ſerie, ſed ſenſu. Mul-
tos per annos Hebræorum populum ſubditum Palæ-
ſtini ac ſubiectum habebant, quoniam fidei prærroga-
tiuam amiſerat, qua victoriam patres adepti fuere.
Non penitus tamen interciderat inſigne electionis a-
pud autorem ſuum, & funiculus hæreditatis. Sed quia
rerum ſecundarum inſolentia ſæpe extollebantur, da-
bat eos plerunque in poteſtatem hoſtium, vt more in-
genii humani remedium malorum de cælo ſibi quæ-
rerent. Tunc enim deo ſubditi ſumus, cum aduerſis ali
quibus vrgemur. Secundæ res mẽtẽ extollunt. Quod
cum alias vſu probatum ſit, maxime in ea rerum con- D
uerſione qua rurſus ad Hebræos a Palæſtinis verſa vi
ce res mutatæ. Nanque cum diuturna iniuria longæ
ſubiectionis ita eſſent depreſſa Hebræorum pectora, vt
nullus virili ingenio ad libertatem animos tollere au-
deret, ortus eſt illis Sampſon diuino oraculo prædeſti-
natus, magnus vir, nec in pluribus numerandus, ſed
in paucis præſtantiſſimus, & quod ſine vlla controuer-
ſia ſit, viribus corporis omnium facile primus, eoque
ingenti admiratione nobis ſpectandus a principio, non
illa quæ temperantiæ & ſobrietatis iam inde a pueri-
tia vini abſtinens præclara inſignia dedit, nec illa quæ
intonſo capite Nazaræus ſacra diu ſeruauit cuſtodia:
ſed ab adoleſcentia, quæ in aliis ætas mollior, in hoc e-
gregia, atque ſupra humanum modum perfectæ vir-
tutis ſtupenda facinora effecit, quibus diuini oraculi
mox aperuit fidem, ꝙ non perfunctorie tanta eum an-
teiſſet gratia, vt deſcẽderet angelus per quẽ ortus eius
præter ſpem parentibus annunciaretur, futuri regimẽ
& præſidium ſuis. Nam grauibus iam diu Palęſtino-
rũ imperiis afflictabantur. Pater illi erat de tribu Dan
timens deum, haud ignobili genitus loco, præſtans cæ
teris: mater vtero ſterilis, ſed animi virtutib⁹ haud in-
fœcunda: quæ propriæ hoſpitio mentis recipere me-
ruit viſionem angeli, mandatum tenuit, oraculum im-
pleuit. Nec tamẽ paſſa ſine viro ſcire vel diuinitatis ſe-
cretum, inſinuauit marito viſum ſibi hominẽ dei præ- E
clara ſpecie futuræ ſobolis ferentem oracula: qua polli-
citatione ſeſe fidentem cum coniuge fidem promiſſo-
rum cæleſtium participare. Quod vbi comperit, pie
deum precatus orauit vt ſibi quoque viſionis eius gra-
tia tribueretur, dicens: In me domine angelus veniat Iudic.13.
tuus. Vnde ego arbitror, non zelo mulieris quæ eſſet
ſpectabilis pulchritudinis, aliquid eum ſuſpectum ha-
buiſſe, vt quidam exiſtimauit, ſed magis diuinæ zelo
gratiæ prouocatum, conſpectus ſacri voluiſſe partici-
pari munere. Neque enim vitiis animi praue affectus
tantam apud deum inueniſſet gratiam, vt angelus in
eius domum reuerteretur, qui monitis iis quæ vſus o-
raculi poſtulauiſſet, ſubito flammę vehementis eleua-
tus ſpecie, ſeſe recepit. Id formidoloſum viro mulier ſa-
lubrius interpretata, in gaudium vertit, atque ademit
ſolicitudinem, eo ꝙ proſperorum indicium non aduer-
ſantium ſit viſere deum. Talibus e cęlo commendatus
inſignibus, vbi primum adoleuit, coniugio mẽtem in-
tendit, ſiue quod vagam ac familiarem adoleſcentulis
abhorreret animo lubricæ libidinis conſuetudinem, ſi-
ue quia iam cauſa quærebatur quemadmodum a cer-
uicibus plebis ſuę auerteret Palęſtinorum potentiam F
duraque imperia. Pergens itaque in Thannata (vbi Ibidẽ.14.
hoc nomen eſt in illis poſitę locis, quę tunc Palęſtino-
rum incolis frequentabatur) virginẽ aſpexit grata ſpe-
cie, & vultu decoro, & parentes proprios quorum comi
tatu fultus gradiebatur, orauit vt eam in coniugium ſi-
bi poſcerent. Verum illi ignorantes quod eo intentio
vergeret, vt Palęſtinis aut negantibus infeſtior foret,
aut acquieſcentibus affectus inferendæ in ſubditos in-
iuriæ demeretur, cum ex coniunctione æqualitas, par
& gratia conſortii iure accreſceret, aut ſi quid offenſum
eſſet, longius vltionis ſtudia procederent, quaſi alieni-
genam declinandã arbitrabantur. Sed vbi flectere ani-
mum pignoris legitimorũ obiectu fruſtra experti, ĩ ar-
bitrium eius volentes cõceſſere. Recepta itaq; petitio-
ne Sãpſon cũ ſibi promiſſam reuiſeret diuertit, & pau-
liſper de aggere deflexit, cõtinuoq; occurrit ei leo ferus
de ſylua, agreſti libertate ſæuior. Comes nullus, telum
in manibus haudquaquã ſuppeditabat. cedere pudor,
& cõſcia virtus fiduciã dare, irruentẽ in ſe brachiis am-
plexus necat, & lacertorum nodo exanimatum, præter
aggerem ſupra ſylueſtria germina piecit ac dereliquit.
Loc⁹ erat læt⁹ pabuli herboſo gramine, vinetiſq; cõſit⁹.

G Itaq; apud dilectissimam sibi sponsam exuuias feræ credidit sine momēto futuras, cum talium rerum tempora non terribilibus spoliis, sed mitibus gaudiis & festa fronde fiant venustiora. Deniq; post eadem regrediens via fauum in vtero leonis offendit, atq; abstulit, donū parentibus ac puellæ futurum. Talia enim spōsam munera decent. ac degustato melle fauum prædictis edendum dedit, causam repressit. Sed forte quadam die nuptialis festi celebrabatur conuiuium, læta in epulis iuuentus mutuis se ad ludum inuitabat sermonibꝰ, cum alius aliū salsiore dicacitate perstrigeret, sicut se huiusmodi vsus habet, certamen lætitiæ accēdebatur. Ibi tū quæstionem huiusmodi proposuit Sāpson iuuenibus coepulantibus: De manducante exiuit esca, & de forti processit dulce. Absoluentibus pollicens præmiū quasi mercedem sapientiæ triginta sindones, & totidem stolas secundum numerum virorum comesantium, aut mulctam ignorantibus. Quicū enodare implexa, & distinguere ambigua nequirēt, mulierē eius ptim minis exagitando, partim fatigando precibꝰ, eo impulere, vt a viro posceret quæstionis eius absolutionem, insigne futuram coniugalis gratiæ in mercedem amoris. Atq;
H ea seu animi territa, seu muliebri ingenio inflexa, velut pio quæstu maritalis odii dolorem prætexere cœpit quod secretum viri consors totius vitæ & consocia nō comperisset, similisq; cæteris habita foret, cui arca-
Iudic. 14. num viri proprii nō crederetur. Odisti me, inquit, & nō amasti, quam celasti vsq; adhuc. His atq; cæteris talibꝰ inuictus certe animus, muliebribus emollitus blanditiis, aperuit dilectæ propositam quæstionem, & illa ciuibus. A quibus vix tandē septimo die qui præscriptꝰ absoluendę parabolę fuerat, ante occasum solis cōperta soluta sunt, atq; in hunc modū relata. Quid fortius leone? quid dulcius melle? Et ille respondit: Nec muliere aliquid perfidiosius. Nam si non domuissetis vitulam meam, nunquam intelligeretis parabolam meam. Et statim descendit in Ascalonam, & triginta viros peremit, quorum exuuias auferens, eos qui propositā quæstionem soluerāt, pmisso munere donauit. Abstinuit autem coniugio puellæ cuius perfidiam deprehenderat, atq; in patriam domum sese recepit. Turbataq; animi iuuencula quæ indignationem læsi, ferociam fortissimi fraudi sibi futurā iusta formidine perhorresceret, in alterius viri concessit nuptias, quem tamen paranymphum sibi Sampson quasi fidum sodalem, cum duceret eam vxorem, asciuerat, nec sic tamen prætento licet cōiugio offensionis periculum auertit. Nanq; vbi res prodita, volentiq; ad coniugem redire, interclusa copia, qđ pater eā alii viro nupsisse diceret, sororē sane eius si vel-
I let, ducere liceret: stimulo iniuriæ exulceratus publicā excogitauit vltionē capessere domesticę cōtumelię idignatione: correptisq; vulpibus adulta æstate, cū iā matura essent in agris frumēta, binas sibi inuicē cauda ad caudam ligauit, atq; in mediū earū ardentem inseruit facem, nodoq; astrinxit inexolubili, & vltor iniuriæ sup manipulos messis dimisit frumentariæ, quam secuerant incolæ Palæstinorum. At illæ igitur exterritæ quacunq; præcipites conuoluebantur, spargebant incēdium, & exurebat spicas eorum. Quo dispendio commoti, quod omnes sibi locorum fructus interierant, factum principibus suis intimauerunt. Et illi miserūt viros in Thannatam qui mulierem quæ variato fidē coniugio mutauerat, ac totam eius domum parentesque igni inuolueret, quod ea causa suæ vastitatis & iniuriæ foret, nec oportuisse lædi virum pronunciantes qui posset malo se publico vlcisci. Nec tamen Sāpson populis Palæstinorum delicti gratiam fecit, atq; eo vindictę fine contentus fuit, sed concidit eos strage maxima, plurimiq; eorū ferro interiere. Ipse autem cōcessit in Ethā ad torrentem in deserto. Petra illic erat munitio tribus Iudæ. Palęstini vero qui eum non auderent lacessere,

nec munitionis pręrupta arduaq; superare, tribum Iu- K
dæ denunciato adorsi vrsere prælio: quod subditos sibi & tributarios perditum iri nequaquā iustum & æquū atq; ex vsu videretur publico, pro alieno præsertim facinore: consulentes in medium, tradi sibi designatorē tāti flagitii postulauerunt, atq; ita illis quod ab eo cōmissum esset, futurū sine noxa. Qua pręscripta sibi cōditione viri de tribu Iudę tria milia ex suis cōgregantes ascēderunt ad eum, & præfato quod essent subdititii Palęstinorum, quibus sibi necessitas obediendi non ex arbitrio, sed ex periculi formidine maneret, facti sui inuidiā retorquebant in eos qui ius cogendi habebant. Tū ille, Et quę, inquit, iustitiæ forma est genus Abrahamidarum, vt circumscriptæ primo coniugis, deinde abductę perniciosa mihi vindicta sit, & sine periculo domesticā iniuriam non licuerit vlcisci? Tantum ne inclinatis animos ad turpe vernularum obsequiū, vt executores vos alienæ præbeatis insolentiæ, atq; in vosmetipsos vertatis manus? Si pereundum est quia dolorem habui liberum, iuuat perire manibus Palæstinorum. Tentata domus, solicitata vxor. Si nō licuit mihi viuere sine eorum fraude, saltē liceat mori sine scelere vestro. Retuli ego acceptam iniuriam, nō intuli. Vos existimate an digna vicissitudo fuerit. Illi de damno fructuum querū- L
tur, ego de cōiugis amissione. Cōferte manipulos messis, & sociam thori. Dolorem meum ipsi probarūt, cuius iniurias vindicauerunt. Videte quo vos ministerio dignos putant. A vobis cum morte affici volunt, quem ipsi vltione dignū de iis qui me læserant iudicauerunt, & qui vindictæ præbuere ministerium. Sed si adeo subdita supbis corda gerit(, tradite me hostiū manibus, vos nolite occidere. Non mortem abnuo, sed vestrum fugio contagium. Verum si formidine ceditis insolentibus, alligate vinculis manus: inermes licet, inuenient sibi arma nodis solutæ. Certe conditioni impositæ satis futurum arbitrati sunt, si viuētem in potestatē daretis. Quibus illi auditis, quāuis tria milia virorū ascenderant, sacramentum dederūt quod a se vitæ eius vis nulla irrogaretur, tantummodo patiens vinculorū esset, vt deditionē eius patrarent, quo vacui fierent eius cuius arguebantur facinoris. Accepta itaq; fide spelæo egressus deseruit petræ munitionem: ac duobus innexus funibus, vbi appropinquare accitos ad suscipiendū Palæstinorum validos videt, infremuit spiritu, & vniuersa dirupit vincula, atq; arripiens maxillā asini iacētē percussit mille viros, fugauit alios grandi virtutis spectaculo, cum inermo & vni cederēt armatorum agmina. Et qui cōminus ausi fuerant congredi, facili nego- M
cio nullo labore obtrūcati: aliis fuga exitium dempsit. Vnde hodieq; Agon loco nomen est, quod ibi Sāpson gloriosum certamen virtute egregia consummauerit. Sed vtinam q̄ fortis in hostē, tam moderatus in victoria fuisset. Verum quod facile vsu venit, insolens rerū secundarū animus, qui debuit euentum pugnę diuino fauori & pręsidio deferre, sibi arrogauit, dicens: In ma- Iudic. 15.
xilla asini deleui mille viros. Nec aram statuit deo, nec hostiā imolauit, sed negligēs sacrificii, assumptor gloriæ, vt triumphum suum perpetuo consecraret nomine, vocauit locum maxillæ interfectionem. Et mox siti grauiter cœpit inardescere, & potus deerat, nec iam ferre ac tolerare poterat. Vnde intelligens quod nihil tam facile esset humanę opis quod sine diuino adiumēto non difficile foret, exclamauit atq; obsecrauit ne sibi deus omnipotens in offensam verteret, quod imprudēter incauto sermone sibi aliquid assignauisset. Quietiā illam victoriam deo deputabat dicēs: Tu dedisti in manu serui tui salutem magnā hanc, & nūc subueni, quia ecce morior siti, & in potestatem eorum de quibus tantum donasti triumphum, sitis necessitate adiudicor. Quomodo dei misericordia, cum proiecisset ille maxillam, aperuit scissuram eius, & fons erupit ex ea, &

A bibit Sampson, & resumpsit spiritum, & vocauit locū inuocationem fontis, eo quod victoriæ iactantiam inuocationis precibus emendauisset. ita diuersa iudicia mature edita, quod & arrogantia cito offensam incurreret, & humilitas sine vlla offensione sese reconciliaret. Verum vbi decursa seriē bellum Palæstinorum cōposuit, & suorum declinans ignauiam, & hostilem despiciens manum, Gazam sese cōtulit (ea ciuitas erat in locis Palæstinorum) & habitabat illic in diuersorio. Qđ cognitum Gazæi haud quaquam dissimulatione prætericrunt, sed festinantes circundederunt diuersorium eius, & obsederunt vniuersos aditus domus, ne fugam in noctem componeret. Itaq; Sāpson cognito quid pararetur, compositas insidias noctis medio præuertens, columnas domus manibus amplexus materiem totā & culminis molem ceruice valida sustentans in verticem montis altissimi transportauit qui imminebat vrbi Hebron, quæ populis Hebræis incolebatur. Cum libero & vago motu transgrederetur non solum regionis paternæ terminos, sed etiā morum limites, & maiorum obseruatione præscriptos, eam sibi futurę mox cladis pestem inuenit. Nanq; parum fida expertus alienigenæ vxoris prima cōnubia, qui debuisset cauere vel postea, rursus Dalilæ mulieris fornicariæ copulam nō declinauit, & cū eam diligeret impense, tentandi se cau-
B sam dolis hostilibus præstitit. Ascēdētes enim Palæstini ad eam, polliciti sunt pecuniā viritim daturos mille & centū denarios, si proderet eis in quo ille fiduciam virtutis suæ constitutam haberet, quo cognito circumueniri & capi posset. At illa quæ semel se pecuniæ prostituerat, astute satis & callide īter epulas & illecebras amoris quasi admirans fortitudinis eius eminentiam, quærere cœpit quo tandem genere tantum præstaret reliquorum virtutibus, simul & quasi pauida atq; solicita orare vt dilectæ suæ committeret qui nexus astrictum alienæ potestati substerneret. Ille autē adhuc sobrius & fortis animi aduersus delinimenta meretri-
Iudic. 16. cia dolum dolo retulit dicēs quia si vitibus virentibus adhuc & nō aridis alligaretur, infirmitate corporis adæquaret aliorum similitudinem. Quo Palæstini per Dalilam sibi comperto, cum vitea soporanti circumdedissent vincula, quasi de improuiso excitum, haud degenerem offendere notæ & solitæ fortitudinis, cum solutis nexibꝰ virtus libera multis licet resisteret ac repugnaret. Sed vbi id parum processit, rursus Dalila quasi derisa & conquerens repetere artes suas, & fidem amoris poscere non prætermittebat. Cui Sampson validus adhuc consilii, dolum ridens, significauit ligatum se septem funibus qui adhuc sine vsu forent, venturum se in potestatem hostiū. sed & hoc frustra fuit. Tertio quoq; tāquam de mysterio deprompsit, iam lapsuro propior, si dissoluti essent crines septem capitis sui, & quasi in cu-
C bitum intexti, discederet ab eo virtus sua. Et hoc quoq; lusit insidiarum fabricatores. Ad postremum cum illusum sibi totiens procax mulier deplorauisset, indignā se habitam dolens cui committeretur arcanum, dilectique id quod pro remedio quæreret, ad proditionem suspectari videret, lachrymis fidem coegit: simul quia debebatur inuictæ ad id tempus fortitudinis viro, vt incideret erumnam, saucius animi secretum aperit, pręteadere in se virtutem dei, & esse domino sanctificatum, secundum eius præceptum comam pascere, quæ si attōderetur, desineret Nazaræus esse, & propriæ virtutis vsum amitteret. Palęstini per mulierem comperta infirmitate viri, sceleris mercedem afferūt, vt precio obnoxia dolum patraret. At illa meretriciis delinimētis fessum amoris in soporem compulit, & tonsore adhibito septem crines capitis eiꝰ admota nouacula abscidit. Continuoque interdicti præuaricatione vires minutæ. Denique ex somno experrectus: faciam, inquit, sicut soleo, & excutiā me super aduersarios; sed nec animi sui

alacritatem nec virtutem agnouit, nec vigor erat nec D
gratia manebat. Itaq; reputās secum improuide se mulieri aduersariorum credidisse, vt caluatus tentare vlterius aliquid damnatus infirmitatis nequiret, cæcatus oculos vinculis manus prębuit, & compedibus innexus carcerem intrauit multis sibi incognitum tempestatibus. Et iam processu temporis crescere ei coma cœperat. Itaq; cum esset celebre conuiuium, Palæstinorū conuentui producitur de carcere Sampson, ac statuitur in populi conspectu. Erant tria milia ferme hominum virilis ac muliebris sexus, & grauibus in eum insultabant cōuitiis, circumagebant ludibriis, quod durius & vltra ipsam captiuitatis speciem viro ingenitæ virtutis conscio tolerabatur. Nā viuere & mori, naturę functio: ludibrio esse, probro ducitur. Cupiens igitur tantam contumeliam vel vltione solari, vel morte in reliquum præuertere, simulato ꝙ infirmitate corporis & nodis cōpedum sustentare sese nequiret, poposcit a puero qui dirigebat vias eius, vt admoueret eum ad colūnas proximas, quibus domus omnis suffulciebatur. Et admotus, vtraq; manu fulcra totius comprehēdit ædificii, atq; intentis ad festa sacrificii Palęstinis, quod Dagoni deo suo deferebant, per quem sibi aduersariū suū datum in potestatem arbitrabantur, muliebris perfidiæ dolos beneficiis annumerantes cælestibus, exclamauit ad dominum dicens: Domine adhuc semel me- E
mor pueri tui esto, vt pro duobus oculis meis vindictā tribuas de nationibus, ne dent gloriam suis diis, ꝙ ipsis iuuantibus me in potestate acceperint, nec vitam meā pluris facio. moriat̃ aīa mea cū Palęstinis, vt agnoscāt sibi infirmitatē meā nō minus q̄ virtutē exitialē fuisse. Cōcussit itaq; colūnas magna vi, ac dissoluit & cōminuit eas, quas secuta ruina supioris culminis & ipm inuoluit, & vniuersos qui desup aspectabāt præcipitauit. Ibi magna vis mariū fœminarūq; pmiscue exanimata, & triumphus quæsitus perēpto supra omnes superiores victorias haud quaquam degenere & decolore exitu. Nam etsi inuiolabilis ad id locorum & deinceps, atq; incomparabilis in hac vita expertis belli fuerit viris, tamen in morte seipsum vicit, & insuperabilē gessit animum, vt contemneret, & quasi nihilo haberet vitæ finem omnibus formidolosum. Virtutis igitur fuit ꝙ victoriarum numero diem clausit, nec captiuum exitum sed triumphalē inuenit. Circunscriptum autem fuisse a muliere, naturæ potius q̄ personæ ascribēdum: quia humana conditio maior, q̄ culpa inferior. Premitur enim & cedit illecebris flagitiorum. Itaque cum scriptura ei testificetur ꝙ plures ī morte q̄ in lumine vitæ istiꝰ F
positus occiderit, videtur ad aduersariorum magis exitium captꝰ, q̄ quo ipse deiectior fieret, aut minor esset. Non est enim se expertus inferiorem, cuius sepultura præstantior q̄ potētia fuit. Denique non telis, sed cadaueribus hostium pressus humatus est, proprio tectus triumpho, clarum insigne relinquens posteris, eo quod populum suum quem captiuum inuenerat, viginti annis in libertate iudicio suo rexit, & sepultus in patrio solo libertatis hęredem dimisit. Hoc ergo exemplo liquet alienigenarum consortia refugienda, ne pro charitate coniugii proditionis insidiæ succedāt. Vale, & nos dilige, quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Irenæum, occasione eius quod in Apostolo scriptum est: Lex enim iram operatur, &c̄. quæstionem cur lata sit lex, absoluentis,

Epistola LXXI.

AMBROSIVS Ireneo. Decursa lectione Apostoli non perfunctorie motus es quia audisti hodie lectum: Lex enim iram ope- Rom. 4.
ratur. Vbi autem non est lex, nec præuaricatio. Vnde & consulendum arbitratus es cur lata sit

G lex si nihil proderat,immo oberat, quę operaretur ira=
cundiam,& præuaricationem introduceret. Equidem
secundum interrogationem tuam certum est non fuis=
se legem necessariã quæ per Moysen data est. Nã si na
turalem legem,quam deus creator infudit singulorum
pectoribus,homines seruare potuissent,nõ fuerat opus
ea lege quæ in tabulis scripta lapideis implicauit atque
innodauit magis humani generis infirmitatem, q̃ ela=
queauit atq; absoluit. Esse autem legem naturalem in
cordibus nostris etiam Apl'us docet, qui scribit: Quia
plerunq; & gentes naturaliter ea quæ legis sunt faciũt,
& cum legem non legerint,opus tamen legis scriptum
habẽt in cordib⁹ suis. Ea igitur lex nõ scribitur,sed inna
scitur, nec aliqua percipitur lectione,sed profluo quo=
dam naturæ fonte in singulis exprimitur, & humanis
ingeniis hauritur. Quam debuimus vel futuri iudicii
metu seruare,cuius testis cõscientia nostra tacitis cogi=
tationibus apud deum ipsa se prodit,quibus vel redar=
guitur improbitas,vel defenditur innocẽtia. Itaq; cum
semper pateat domino,tum maxime in die iudicii ma=
nifestabitur,quando occulta cordis in examen venient
quæ putabantur latere. Quorum tamen proditio,oc=
cultorum scilicet,nequaquã noceret si lex naturalis in=
esset pectorib⁹ humanis. Est enim sancta,sine versutia,
sine fraude,consors iustitiæ, expers iniquitatis. Deniq;
interrogemus infantiam,videamus si in ea crimen re=
peritur,si auaritia,ambitio,dolus, sæuitia, insolentia.
Nihil suum nouit,nullos honores sibi arrogat, præfer=
H re se alteri ignorat,fraudẽ nescit, vindicare sese nec vult
nec potest. Insolẽtia quid sit,puro ac simplici nequit ani
mo comprehendere. Soluit hanc legem Adam,qui vo
luit sibi arrogare quod non acceperat,vt esset sicut crea
tor & conditor suus,& diuinũ honorem affectaret. Itaq;
per inobedientiã offensam traxit, & culpam incidit ex
insolentia. Qui si non rupisset imperium, & obediens
fuisset mandatis cælestibus,prerogatiuam naturę atq;
ingenitæ sibi innocentiæ hæredibus propriis reseruas=
set. Ergo quia per inobedientiam prærogatiua natu=
ralis legis corrupta atq; interdicta est,ideo scriptum le=
gis existimatum est necessarium, vt vel partem habe=
ret,qui vniuersum amiserat, Et cui perierat quod nascẽ
do assumpserat,discẽdo saltem cognosceret & custodi=
ret. Simul quia causa deiectionis eius superbia fuit:su=
perbia autem orta est ex prærogatiua innocentiæ:de=
buit ea lex ferri quæ subditum deo & subiectum redde=
ret. Nam sine lege peccatũ nesciebatur, & minor erat
culpa, vbi erat culpæ ignorãtia. Vnde & dominus ait:
Ioan.15. Si nõ venissem,& locutus fuissem iis,peccatum nõ ha=
berent. Nunc autem excusationem non habent de pec=
cato. Lata est ergo lex, Primum vt excusationem tol=
I leret,ne quis diceret,peccatum nesciui,quia præscriptũ
non erat quid cauerem. Deinde vt omnes subditos fa=
ceret deo agnitione peccati. Omnes autem subditos fe
cit,quia nõ solũ Iudæis data est,sed etiam gẽtes voca=
uit. Proselyti enim ex gentibus sociabantur. Neq; vero
exceptus videri potest qui vocatus defuit. Lex enim
quos vocauit,& alligauit. Vniuersorum itaque culpa
opata est subiectione, subiectio humilitatẽ, humilitas
obediẽtiã generauit. Itaq; quia sup̃bia culpã ptraxerat,
ecõtrario culpa obedientiã gñauit. Vñ lex scripta quę
videbatur superflua, facta est necessaria, vt peccatũ pec=
cato solueret. Sed ne rursus aliquis deterreatur, & dicat
incrementum peccati factum esse per legem, & legem
non solum non profuisse,sed etiam obfuisse arbitretur,
habet quo solari suam possit solicitudinẽ, quia & si per
Roma.5. legem superabundauit peccatum, superabundauit &
gratia. Quid sit hoc, intelligamus. Superabundauit
peccatum per legem,quia per legem agnitio peccati,&
cœpit mihi obesse scire id quod per infirmitatem vita=
re nõ possem. Ad cauẽdũ enĩ pdest pręscire:sed si cauere
nõ queã,obfuit nosse. Versa ergo lex in contrariũ,tñ i=
pso peccati incremento facta est mihi vtilis,quia humi= K
liatus sum. Vnde & dixit Dauid: Bonum mihi quod Psal. 118.
humiliatus sum. Humiliando autem me, solui vincu=
lum erroris superioris,quo Adã & Eua exuerãt omnẽ
propriæ seriem successionis. Vnde & dominus quasi
obediens venit, vt inobediẽtiæ & præuaricationis hu=
manæ laque⁹ solueret. Itaq; sicut per inobediẽtiã pecca
tũ intrauit, ita per obediẽtiam peccatum solutum est.
Vnde & Apostolus ait: Quia sicut per inobedientiam Roma.5.
vnius hominis peccatores constituti sunt plurimi, ita
& per obediẽtiã vnius hois iusti cõstituẽtur multi. Ha=
bes igitur vnum,quia lex & superflua fuit, & facta est
non superflua. Superflua in eo, quia non fuisset neces=
saria si illam legem naturalem seruare potuissemus.
Sed quia non seruauimus,ista lex per Moysen neces=
saria facta est,vt doceret me obedientiam, & laqueum
illum solueret præuaricationis Adæ, qui laqueus totã
astrinxit hæreditatem. Creuit quidem culpa per legẽ,
sed & culpæ autor superbia soluta est:idque mihi pro=
fuit. Superbia enim culpam inuenit,culpa autem gra=
tiam fecit. Accipe aliud. Non fuit necessaria lex per
Moysen. Denique subintrauit, quod vtique non ordi=
narium,sed velut fortuitum significare videtur introi= L
tum,eo quod in locum naturalis legis intrauerit. Itaq;
si illa suum seruasset locum,hęc lex scripta nequaquam
esset ingressa. Sed quia illam legem excluserat præua=
ricatio,ac propemodum aboleuerat,pectoribus huma=
nis regnabat superbia, inobedientiaque sese diffunde=
rat:ideo successit ista,vt nos scripto cõueniret, & omne
os obstrueret,vt totum mũdum faceret deo subditum.
Subditus autem mundus eo per legem factus est, quia
ex præscripto legis omnes conueniuntur,& ex operib⁹
legis nemo iustificatur,id est quia per legem peccatum
cognoscitur,sed culpa non relaxatur:videbatur lex no=
cuisse,quæ omnes fecerat peccatores: sed veniens do=
minus Iesus peccatum omnibus, quod nemo poterat
euitare,donauit,& chirographum nostrum sui sangui=
nis effusione deleuit. Hoc est qđ ait: Supabundauit pec
catũ per legẽ:superabũdauit autẽ gratia p Iesum: quia
postq̃ totus mũdus subdit⁹ factus est,totius mũdi pec=
catũ abstulit:sicut testificatus est Ioannes dicens: Ecce Ioan.1.
agnus dei, ecce qui tollit peccatũ mundi. Et ideo nemo
glorietur in operib⁹, quia nemo factis suis iustificatur,
sed qui iustus est, donatum habet,quia post lauacrum
iustificatus est. Fides ergo est quæ liberat per sangui=
nem Christi,quia beatus ille cui peccatum remittitur,
& venia donatur. Vale fili, & nos dilige,quia nos te
diligimus.

M

Diui Ambrosii ad Irenæum, causam reddentis cur
pleraque in lege præcepta sint quæ per euangelium va
cuata videntur, vt est circuncisio corporalis, & obserua
tio sabbati,aliaq; plura huiusmodi. Cur etiam lex pæ=
dagogus dicatur: Epistola LXXII.

AMBROSIVS Irenæo. Audisti fili ho=
die lectum in apostolo: Quia lex pædago= Gala.3.
gus noster fuit in Christo,vt ex fide iustifice
mur. Quo vno absolutas arbitror quæstio=
nes quæ plerosque mouere consuerunt. Sunt enim qui
dicunt: Cum legem deus Moysi dederit,quid causę est
vt pleraq; in lege sint quæ per euangelium iam vacua=
ta videantur? Et quomodo vnus vtriusq; conditor te=
stamenti,cũ qđ licebat in lege,per euangelium cœperit
non licere: vt est circuncisio corporalis,quæ licet etiam
tunc signo data sit,vt circuncisionis spiritualis veritas
teneretur,tamen qua ratione vel in ipso signo fuit? Cur
ista diuersitas existimatur,vt tunc circuncidi pietas cre
deretur,nunc impietas iudicetur? Deinde sabbati diẽ fe
riatũ esse debere obseruabat ex lege,ita vt si quis onus
aliquod lignorum portasset,mortis fieret reus:nunc au

A tem diem ipsum & oneribus subeũdis & negociis ob=
eundis sine pœna aduertimus deputari. Et pleraq; pre=
cepta sunt legis,quæ præsenti tempore cessare videan=
tur. Quid ergo causæ sit consideremus. Nõ enim ocio=
se dixit apostolus quia lex pædagogus noster fuit in
Christo. Pędagogus cuius est,maturioris, an adolescẽ
tis,aut pueri,hoc est,ætatis infirmæ? Pædagogus er=
go,sicut etiã interpretatio latina habet, doctor est pue=
ri,qui vtique imperfectæ ætati non potest perfecta ad=
hibere præcepta, quæ sustinere non queat. Deniq; per
Ezec. 20. prophetam deus legis ait: Dabo vobis præcepta nõ bo
na,hoc est non perfecta. Quod enim bonum, vtiq; per=
fectum. Idem autem deus euangelio perfectiora serua=
uit. Siquidem ait: Nõ veni legem soluere, sed implere.
Quæ igitur istius causa distantiæ,nisi humana varie=
tas? Sciebat duræ ceruicis populum Iudæorũ, lapsum
humilem,perfidiæ promptiorẽ,qui aure audiret & nõ
audiret,oculis videret & non videret,lubrico quodã in=
fantiæ leuem, & immemorem præceptorum, & ideo
legem tãquam pædagogum mobili plebis ingenio &
menti adhibuit infirmæ, ipsaque legis præcepta mo=
deratus, aliud legi voluit, aliud intelligi: vt insipiens
saltem quod legeret custodiret,& a præscripto literę nõ
B recederet,sapiens intelligeret diuinæ mentis sententiã,
quam litera non resonaret: imprudẽs seruaret legis im=
perium,prudens mysterium. Ideo lex seueritatem gla
dii habet tanquam pædagogus baculum, vt imper=
fectæ plebis infirmitatem pœnæ saltem denunciatio=
ne deterreat. Euangelium autem indulgentiam ha=
bet, quo peccata donantur. Iure ergo ait Paulus quia
2.Cori.3. litera occidit, spiritus autem viuificat. Litera igitur
occidit exiguam corporis portionem: spiritus intel=
ligens circuncisionem totius animæ corporisque cu=
stodit, vt superfluis amputatis (quid enim tam super=
fluum, q̃ auaritiæ vitia, libidinisq; peccata, quæ natu=
ra nõ habuit,culpa quæsiuit?) castimonia teneatur,fru=
galitas diligatur. Signum igitur circũcisio corporalis,
veritas autem circũcisio spiritualis est. Illa membrum
amputat,ista peccatum. Nihil imperfectum in homi=
ne natura generauit,nec tanquam superfluum iubeba=
tur auferri: sed vt aduerterent qui partem sui corporis
amputabant,multo magis amputãda peccata, recidẽ=
dos eos qui delicta suadent,etiam si quadã vnitate cor=
Mat.5. poris connecterentur: sicut habes scriptum: Si dextera
manus tua scandalizat te,abscinde eam,& proiice abs
te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorũ tuo=
rum,q̃ totum corpus tuum eat in gehennam. Ergo si=
C cut pueris,ita Iudæis mandata sunt non plena præce=
pta,sed ex parte:& velut vnam membri sui partem mũ
dam seruare præcepti sunt,qui totum corpus suũ mun=
dum seruare non poterãt. Sabbati quoq; ferias vno die
in hebdomada celebrare iussi sunt,vt nulli oneri subde=
rentur, qui a mũdanis operibus absoluti vtinã sic abis=
sent,vt in illud perpetuum futurorum sabbatum secu=
lorum nulla secum grauium veherent onera delictorũ.
Sed quia lubricum populum deus nouerat,partem in=
firmioribus diei vnius obseruatione præscripsit, pleni=
tudinem fortioribus reseruauit. synagoga diem obser=
uat,ecclesia immortalitatem. In lege igitur portio, in
euangelio perfectio est. Populus Iudæorum ligna por=
tare prohibetur,hoc est illa quæ consumuntur incẽdio.
Vmbram tenet qui solẽ refugit. Tibi sol iustitiæ vm=
bram impedimẽto esse non passus,apertum gratiæ suę
Ioan.8. lumen infundens ait: Vade,& amodo vidẽ ne pecces.
1.Cor.3. Tibi æterni illius solis imitator ait: Si quis autem su=
perædificauerit super fundamentum aurum, argentũ,
lapides preciosos,ligna,fœnum,stipulam: vniuscuiusq;
opus manifestum erit. Dies enim domini manifesta=
bit,quoniam in igne reuelabitur. Et vniuscuiusq; opus
quale sit, ignis probabit. Et ideo illud supædificemus
supra Christũ. Christus enim nostrum est fundamẽtũ
quod non exuratur,sed melioretur. Aurũ melioratur, D
igitur melioratur argentum. Audisti aurum & argen
tum,putas hoc materiale,congregare desideras,sed lu=
dis operam. Hoc aurum & argentum onus habet,fru=
ctum nõ habet. Onus quærentis est,sumptus hæredis.
Hoc aurum sicut lignũ exuritur,non perpetuatur. Hoc
argentum in die illo detrimentum vitæ tuæ,non lucrũ
affert. Aliud aurum,aliud argẽtum a te quæritur, hoc
est sensus bonus,verbũ optimum, de quibus dicit de⁹,
quia dat vasa aurea & argentea. Hæc sunt munera dei, Psal.11.
eloquia domini,eloquia casta,argẽtum igne examina=
tum,probatum terræ,purgatum septuplo. Gratia sen=
sus tui,nitor casti sermonis exigitur: splẽdor fidei,non
tinnitus argẽti. Hoc manet,illud perit. hoc mercedem
habet,& migrat nobiscum:illud detrimentũ habet,qđ
hic relinquitur. Si quis diuitum putat quod illud argen
tum repositum & reconditum ei suffragari possit ad vi
tã,onus inane portat,quod iudicii ignis absumat. Hic
relinquite ligna vestra diuites,vt onus vestrum futuro
incendio incrementum non addat. Si erogaueris,mi=
nuetur onus:& quod remãserit,onus nõ erit. Noli aua
re recondere,ne fias nudo quidem nomine Christian⁹,
opere Iudæus,cum aduerteris onera tua tibi esse sup=
plicio. Dictum est enim tibi non per vmbram,sed in so=
le, Cuius opus mãserit,mercedem accipiet:si cuius ar=
serit,detrimentum patietur. Et ideo tãquam perfectus E
eruditus in lege, cõfirmatus in euãgelio, vtriusq; fidem
suscipe testamenti. Beatus enim qui seminat supero= Esa.23.
mnem aquam, vbi bos & asin⁹ calcat, sicut hodie lectũ
est: hoc est qui seminat super populos, qui sequũtur te=
stamenti vtriusq; doctrinam. Bos est ille aratorius, le=
gis iugum portans,de quo lex dicit: Boui trituranti os Deut.25.
non alligabis. qui habet scripturarum cornua diuinarũ. 1.Cor.9.
Pullum autem asinæ dominus in euangelio in figura Lucę.16.
populi gentilis ascendit. Puto autem (quoniã diues est
verbum dei) q; etiam illud intelligere debeamus, quia
bos habet cornua plena terroris, taur⁹ ferociam habet,
asinus mansuetudinem, quod bene ad præsentia deri=
uatur, quia beatus qui & seueritatem & mansuetudinẽ
tenet, vt altero disciplina seruetur, altero innocentia nõ
opprimatur. Nimia enim seueritas extorquet plerunq;
terrore mendacium. Deus diligi maluit q̃ timeri. Do=
minus ergo charitatem exigit, seruus timorem, cũ per=
petuus in homine terror esse non possit, quia scriptum,
sicut hodie lectum est: Ecce in timore vestro ipsi time=
bunt quos timebatis. Vale fili,& nos dilige,quia nos
te diligimus.

Diui Ambrosii ad Clementianum, vim apostolicę
disputationis in superiori epistola notatæ aperientis,si F
mulq; ostendentis Iudæum non esse secundũ adoptio=
nem hæredem, Epistola LXXIII.

AMBROSIVS Clementiano. Etsi sciam
quod nihil difficilius sit q̃ de apostoli lectio=
ne differere, cum ipse Origenes lõge minor
sit in nouo q̃ in veteri testamẽto, tamẽ qm̃ su
periore epistola visus tibi sum cur pædagogus lex di=
ceretur, nõ absurde explicauisse: hodierno quoq; sermo=
ne vim ipsam apostolicæ disputationis meditabor ape
rire. Superiora enim lectionis eius hoc habẽt, Eo quod
ex operibus legis nemo iustificetur, sed ex fide: qm̃ qui
ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt: Christus au Gala.3.
tẽ redemit nos de maledicto legis, fact⁹ pro nobis ma=
ledictũ. Nõ ex lege igitur hæreditas data est, sed ex re=
promissione. Eteni Abrahæ dictę sunt repromissiones
& semini eius qđ est Christus. Lex itaq; præuaricatio=
num gratia posita est, donec veniret semẽ cui repromis
sum est,& ideo conclusa sunt oĩa sub peccato, vt repro=
missio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Postquã
venit autẽ fides, iam nõ sub lege, hoc est sub pædagogo

G sumus,quia sumus filii dei, & omnes sumus in Chri=
sto Iesu. Si autem omnes sumus in Christo Iesu, ergo
Abrahæ semen sumus secūdum promissionem hære=
des. Hæc est apostolicæ conclusio sentētiæ. Sed occur=
rit adhuc ei qđ poterat etiā Iudæus dicere, Et ego hæ=
res sum,quoniā sub lege sum. Lex autē,vet⁹ dicitur te=
stamentū. Vbi autē testamentum,ibi hæreditas. Et li
Hebr. 9. cet ad Hebræos ipse dixerit quia testamentū non valet
nisi mors intercedat testatoris,id est,quoniā testamen
tum nō valet q̃diu viuit testator,sed eius morte firma=
tur:tamen quia in Hieremia dominus locut⁹ est de Iu
Hiere. 12. dæis & ait: Facta est hæreditas mihi sicut leo: heredes
eos negare noluit. Sed sunt heredes sine re,sunt & cum
re. Et dicuntur hæredes testatore viuente, qui scripti
sunt, sed sine re. Sūt etiā hæredes paruuli, qui nihil dif=
ferunt a seruulo,quoniam sub curatoribus sunt & acto=
Gala. 4. ribus. Ita,inquit, & nos eramus Iudæi sub elementis
mundi huius seruientes. Postq̃ vero venit plenitudo tē
poris,& Christus aduenit,iam non sumus serui, sed li=
beri,si credamus in Christum. Ergo dedit illis speciem
hæreditatis,possessionē negauit. Habent nomen hęre=
dis,vsum nō habēt:quia sicut paruuli hæredes nomen
nudū hæreditatis nō autoritatē vsurpāt,iubendi ius &
vtēdi nō habēt,quia plenitudinē suę ætatis expectāt,vt
a curatoribus liberentur. Sicut ergo paruuli, ita & Iu=
dæi sub pædagogo sunt. Lex pædagogus est. Pędago
Mat. 23. gus ad magistrum ducit. magister noster sol⁹ est Chri=
stus. Nolite dicere vobis dominum & magistrū, quia
dñs & magister vester vnus est Christ⁹. Pædagogus
timetur,magister viam salutis ostendit. Timor ergo
ad libertatem perducit,libertas ad fidem,fides ad cha=
H ritatem,charitas acquirit adoptionem,adoptio hęredi=
tatem. Ergo vbi fides,ibi libertas. seruus enim sub me=
tu,liber ex fide. Ille sub litera,iste sub gratia: ille i serui=
2. Cor. 3. tute,iste in spiritu. Vbi autem spiritus dñi,ibi libertas.
Si igit̃ vbi fides,ibi libertas: vbi libertas,ibi gratia: vbi
gratia,ibi hereditas: Iudeus autē litera nō spiritu in ser
uitute est: qui non habet fidem, non habet spiritus li=
bertatem. Vbi autem nulla libertas, nulla gratia. vbi
nulla gratia,nulla adoptio. vbi nulla adoptio,nulla suc=
cessio. Tanquam clausis ergo tabulis cernit hæredita=
tem,nō possidet,autoritatē non habet lectionis. Nam
quō dicit, Pater noster,qui verum dei filium negat,per
quem adoptiuus acquiritur? Quomodo testamētum
nuncupat,qui mortem testatoris negat? Quādo liber=
tatem vsurpat qui negat sanguinem quo redēptus est?
Hic enim est nostræ precium libertatis, sicut Petrus
1. Petri. 1. dicit: Sanguine precioso redempti estis, nō agni vtiq;,
sed eius qui mansuetudine & humilitate tāquā agnus
I aduenit,& totum mundum vna sui corporis hostia li=
berauit,sicut ipse ait: Sicut agnus duct⁹ sum ad immo=
Ioan. 1. landum. Vnde & Ioannes ait: Ecce agnus dei,ecce qui
Gala. 4. tollit peccatum mundi. Ergo Iudæus hæres in litera,
non spiritu,tanquā paruulus est sub curatorib⁹ & acto=
ribus. Christianus autem qui plenitudinem tēporis a=
Ephe. 4. gnouit,qua Christus aduenit factus ex muliere, factus
sub lege,vt omnes qui sub lege erant redimeret, Chri=
stian⁹ inquā per vnitatē fidei & agnitionē filii dei in vi=
rum perfectum,in mēsurā ætatis exurgit plenitudinis
Christi. Vale fili,& nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Horontianum,ex eo qđ ab Apo
stolo commemoratum est: Abrahā credidit deo, & re=
putatum est ei ad iustitiā &c̃. colligentis quod ii magis
Abrahæ filii qui ex fide hæredes sunt, ipsam quoq; fi=
dem plurimum cōmendantis, Epistola LXXIIII.

Gene. 15. AMBROSIVS Horontiano. Si Abrahā
credidit deo,& reputatū est ei ad iustitiā: qđ
autē reputatur ad iustitiam,ex incredulitate
ad fidem est: vtiq; ex fide iustificamur, nō ex
operibus legis. Abrahæ autem ipsi duo filii Ismael & K
Isaac, vnus de ancilla,alter de libera. Et responsum hu=
iusmodi,vt expelleret ancillā, & filium ancillę,non enī
hæredem fore ancillæ filium. Et ideo nō ancillæ nos fi
lios esse,sed liberæ,qua libertate nos Christ⁹ liberauit.
Vnde colligitur quod ii magis Abrahæ filii, qui ex fi=
de. Præstant enim fidei q̃ generationis hæredes. Lex
pædagogus est,fides libera. Abiiciam⁹ ergo opera ser
uitutis,teneamus gratiam libertatis. Deseramus vm=
bram,solem secuti,ritus Iudaicos deseramus. Circun=
cisio mēbri vnius nihil prodest. Deniq; ait Apostolus:
Ecce ego Paulus dico vobis quoniā si circuncidamini, Gala. 5.
Christus vobis nihil proderit. Non quia non possit,sed
quia indignos beneficiis suis iudicet, qui vias eius de=
serant. Et quidem ante Sephora circuncidit filium suū, Exod. 4.
& periculum depulit quod imminebat. Sed tunc pro=
fuit cum Christus adhuc perfecta differret,cum paruu=
lus esset populus credētium. Venit non paruulus, sed
perfectus in omnibus dñs Iesus. Circuncisus est primo L
secundum legē,ne legem solueret: postea per crucem,
vt legē impleret. Cessauit ergo quod ex parte est, quia
venit quod perfectū est. Crux enim in Christo nō vnū
mēbrum,sed totius circuncidit superfluas voluptates.
Fortasse adhuc quæritur qua ratione circūcidi ex parte
voluerit,qui venerat perfectam circuncisionē demon=
straturus. De quo non puto esse diutius deliberandum.
Nam si peccatum factus est,vt nostra peccata munda=
ret: si maledictū p̄ nobis fact⁹ est,vt legis maledicta va=
cuaret: ea ratiōe & circūcisus p̄ nobis est,vt circūcisionē
legis auferret, daturus salutē crucis. Spū igitur ex fide
spem iustitiæ expectādam nobis asserit Apostolus,&
in libertatem vocatos, libertatem nostram in occasio=
nem carnis non debere conferre. Siquidem neq; circun=
cisio aliquid valet,neq; præputiū,sed fides quæ per cha
ritatem operatur. Et ideo scriptū est: Diliges dominū Deuter. 6.
deum tuum. Qui autem diligit,vtiq; credit: & creden=
do vnusquisq; diligere incipit. Deniq; Abraham credi=
dit,& sic diligere cœpit: & credidit non ex parte,sed per
omnia. Aliter enim habere plenam non poterat chari= M
tatem,quia scriptum est: Charitas credit omnia. Si nō 1. Cor. 13.
credit oīa,non videtur charitas esse perfecta. Ergo per=
fecta charitas omnem fidem habet. Nō tñ facile dixe=
rim quod continuo omnis fides perfectam charitatem
habeat,quia Apostol⁹ dixit: Si habeam omnem fidē,
ita vt montes transferam, charitatem autem non ha=
beam,nihil mihi prodest. Etenim cum tria sint maxi=
me in viro Christiano,spes,fides, charitas: maior his
charitas. Sed arbitror propositi gratia hoc dixisse Apo
stolum. Neq; enim videtur mihi qui habeat omnē fi=
dem,ita vt mōtes transferat,charitatē nō habere: quo=
modo & illud, Si habeat aliquis omnia mysteria, & o=
mnem scientiam,quomodo nō habeat charitatem, cū
dicat Ioannes quia omnis qui credit quia Iesus Chri= 1. Ioan. 4
stus est,de deo natus est: Et supra ipse dixerit: Qm̄ qui
de deo nat⁹ est nō peccat? Vñ colligitur, Si is qui credit
quia Iesus xp̄s est, de deo natus est,& qui de deo natus
est,nō peccat: vtiq; is q credit quia Iesus Christ⁹ est, nō
peccat. Si quis autē peccat,nō credit. Qui aūt nō credit,
nō diligit. Qui autē non diligit, peccato obnoxius est.
Ergo non diligit qui peccat. Charitas enim multitudi= 1. Pet. 4.
nem operit peccatorum. Quod si charitas peccādi ex=
cludit affectum,quandoquidem etiam timorem exclu
dit foras,plena est vtiq; perfectæ fidei charitas. Deniq;
apostoli qui futuri erant amici,dixerunt: Adauge no= Luc. 17.
bis fidem. petentes a bono medico vt infirmantem in
se fidem sanaret. Infirmabatur adhuc fides in iis,cum
audiret etiam Petrus. Minime fidei, quare dubitasti? Mat. 14.
Ergo fides velut præmia charitatis occupat animam,
& præparat semitas venturæ dilectioni. Sic omnis fi=
des est,vbi perfectio charitatis. Ideo puto dici quia cha=
ritas credit omnia,hoc est facit fidem omnia credere,&

A habere huiusmodi animam omnem fidē. Ac per hoc
vbi perfecta charitas,ibi omnis fides: sicut vbi perfecta
charitas,spes omnis. Deniq; sicut omnia credit,ita scri=
ptum est quia sperat omnia. Ideo maior,quia spem fi=
demq; complectitur. Hanc charitatem habens nihil ti=
1. Cor. 13. met,quia charitas timorem excludit foras, & ideo ab=
legato & exuto timore omnia suffert, omnia sustinet.
Qui ergo per charitatem omnia sustinet,non potest ti
mere martyrium. Et ideo quasi victor alibi in fine ait:
Mihi enī mundus crucifixus est,& ego mundo. Vale
fili,& nos dilige,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Bellicium, exponētis quid sibi ve
lit illud quod dominus Iesus vidēs a generatione cęcū,
expuit, & fecit lutum,& superunxit oculos cæci,&c̃.
Epistola LXXV.

AMBROSIVS Bellicio. Audisti frater le
ctionem Euāgelii,in qua decursum est quod
præteriens domin⁹ Iesus vidit a generatio=
ne cæcum. Ergo nec nos quidē pręterire de=
bemus quem prætereūdum dominus nō putauit,præ=
sertim cum a generatione cæcus fuerit,quod non ocio=
B se est positum. Est enim cæcitas quæ plerunq; vi ægri=
tudinis aciem obducit oculorum,eademq; tēporis spa=
tio mitigatur. Est cæcitas quæ humorum infusione ge
neratur. Ea quoq; vitio plerunq; sublato, medicinæ ar=
te depellitur: vt cognoscas quia quod iste sanatur qui
a generatione sua cæcus est, non artis est, sed potesta=
tis. Donauit enim dominus sanitatem, non medicinā
exercuit. Eos enim sanauit dominus Iesus quos nemo
curaret. Q̃ꝫ stolidi autē Iudæi qui interrogant: Hic pec=
cauit,an parentes eius? debilitates corporum referētes
ad merita delictorum. Et ideo dominus ait: Neq; hic
peccauit,neq; parentes eius: sed vt manifestarētur ope=
ra dei in illo. Quod enim naturæ defuit, creatori com=
petit reformare,qui autor naturæ est. Vñ addidit: Cū
in hoc mundo sum,lux sum huius mundi. Hoc est,oēs
possunt videre quia cæci sunt, si me lumen requirant.
Psal. 33. Accedite & vos, & illuminamini, vt videre possitis.
Deinde quid sibi vult quod is qui vitā refundebat im=
perio,salutem præcepto dabat,dicens mortuo: Exi fo=
ras,& egressus est Lazarus de sepulchro. dicens para=
Ioan. 11. lytico: Surge,tolle grabatum tuum: & surrexit paraly=
Mar. 2. ticus,& cœpit grabatū ipse portare,in quo solutus mē=
bris omnibus portabatur? Quid inquam sibi vult qđ
C expuit & fecit lutum,& superunxit oculos cęci, & dixit
Ioan. 9. ei: Vade & laua in Syloa, quod interpretatur missus,
& abiit & lauit,& videre cœpit? Quę ista ratio ē? Ma
gna,ni fallor. Plus enim videt quem Iesus tangit. Si=
mul & diuinitatem & sanctificationem eius aduerte.
Quasi lux tetigit,& lumē infudit. Quasi sacerdos per
figuram baptismatis mysteria gratię spiritualis imple=
uit. Expuit,vt aduerteres quia interiora Christi lumen
sunt. Et vere videt qui Christi mundatur internis. La
Ibidē. 15. uat saliua eius,lauat sermo eius,sicut habes: Iam vos
mundi estis propter sermonem quem locutus sum vo=
bis. Quod autem lutum fecit,& superunxit oculos cæ
ci,quid aliud significat,nisi vt intelligeres quia ipse ho=
minem luto illito reddidit sanitati,qui de luto hominē
figurauit,& quod hæc caro luti nostri per baptismatis
sacramenta æternæ vitæ lumen accipiat? Accede & tu
ad Syloam,hoc est ad eum qui missus est a patre, sicut
Ioan. 7. habes: Mea doctrina non est mea, sed eius qui me mi=
sit. Diluat te Christ⁹, vt videas. Veni ad baptismum,
tempus ipsum adest. veni festinus,vt & tu dicas: Abii
& laui,& videre cœpi. Vt & tu dicas: Cæcus erā,& vi=
dere cœpi. Vt & tu dicas sicut iste refuso lumine ait:
Rom. 13. Nox præcessit,dies appropiquauit. Nox erat cæcitas.
Nox erat cum Iudas accepit buccellam a Iesu, & tunc
introiuit in eū satanas. Iudæ nox erat,in quo diabolus
erat. Ioanni dies erat, qui in Christi pectore recūbebat, Ioan. 13.
Petro quoq; dies erat,cū lumen Christi videret in mon D
te. Nox erat aliis,sed Petro dies erat. At vero ipsi Pe=
tro nox erat quando Christum negabat. Deniq; gallus
cantauit,& flere cœpit vt emendaret errorem. Iam enī
dies appropinquabat. Interrogabant Iudæi cæcum
Quomodo vidisti? Grandis amentia. Interrogabant
quod videbant,interrogabant causam,cum factum vi=
derent. Et maledixerunt ei dicentes: Tu sis discipulus
eius. Maledictio eorum benedictio est,quia benedictio
eorum maledictio est. Tu sis inquiunt discipulus eius.
Tunc prosunt quando nocere se credunt. Vale fili, &
nos dilige,vt facis,quia nos te diligimus.

Diui Ambrosii ad Studium,quæstionē ab eo pro=
positam quam in quadam epistola superius ad eundē
scripta absoluit, latius ac plenius pertractantis & absol
uentis, Epistola LXXVI.

AMBROSIVS Studio. Etsi supiore epi=
stola hanc quā proposuisti quęstiunculā ab=
soluerim,tamen aliquid plenius requirenti
tibi vt filio afferre atq; exculpere non super=
sederim. Ac semper quidem decantata quæstio,& ce=
lebris absolutio fuit mulieris eius quæ in libro euange
lii quod secundum Ioānem scribitur,adulterii rea obla=
ta Christo est. Id enim Iudæorum commēta est tergi=
uersatio,vt si cōtra legē absolueretur, cōtra legem pro=
lata dñi Iesu sentētia teneretur. Si autē dānata esset ex
lege,vacare Christi videretur gratia. Sed vehementior E
facta est postea q̃ episcopi reos criminum grauissimo=
rum in publicis iudiciis accusare, alii & vrgere vsq; ad
gladium supremamq; mortē,alii accusationes huiusmo=
di & cruētos sacerdotum triumphos probare cœperūt.
Quid enim aliud isti dicunt q̃ dicebant Iudæi reos cri=
minū legib⁹ esse publicis puniēdos,& ideo accusari eos
etiā a sacerdotib⁹ in publicis iudiciis oportuisse,quos as
serūt secūdū leges oportuisse puniri? Eadē causa est, sed
numer⁹ minor,hoc est nō dispar iudicii quæstio,sed pe=
ne dispar inuidia. Vnā Christ⁹ puniri ex lege nō passus
est,isti minorem numerū asserūt esse punitum. At quo
loco hoc iudicat Christus? Nam plerunq; secundū qua=
litates locorum in quibus docebat famulos suos,dispu
tationes suas formare dignatus est,vt in porticu Salo=
monis hoc est sapientis deambulans loquebatur: Ego Ioan. 10.
& pater vnum sumus: vt in templo dei dicebat: Mea
doctrina non est mea,sed eius qui me misit. Hoc quoq;
iudicium in templo positus exercet, sicut scriptum est
in posterioribus. Sic enim habes: Hæc verba locut⁹ est Ioan. 8.
Iesus in gazophylacio docēs in templo, & nemo appre
hendit eum. Quid est gazophylacium? Collatio fide=
lium,sumptus pauperum,requies egenorum, iuxta qđ
sedens Christus,vt habes secundum Lucam, duo æra Lucę. 12.
mulieris viduæ diuitū muneribus censuit præferenda, F
diuino videlicet testimonio præferens opimæ premiis
largitatis sedulę liberalitatis affectū. Qui tale habebat
iudiciū, videam⁹ qđ ipse iuxta gazophylaciū posit⁹ cō=
ferebat. Nō enim ociose viduā prætulit duo æra mit=
tentem. Preciosa ista paupertas est,fidei opulenta my=
sterio. Ista sunt duo æra quæ Samaritanus ille euāge=
licus ad eius curāda vulnera qui incidit in latrones,sta=
bulario dereliquit. Ergo & ista specie vidua in typo ec=
clesiæ hoc gazophylacio sacro conferendum putauit,
quo pauperum sanarentur vulnera, peregrinorum ie=
iunia sedarentur. Vnde & nunc quid Christus confe=
rat,spiritualiter te oportet expendere. Diuidebat enim
populis argentum igne examinatum eloquiorum cæ=
lestium,& imaginis regiæ pecuniam populorum an=
numerabat affectibus. Nemo plus misit q̃ qui totum
donauit,satiabat esurientes,replebat inopes,illumina=
bat cæcos,redimebat captiuos, paralyticos erigebat,

G mortuos resuscitabat, & quod est amplius, conferebat absolutiones reorum, peccata donabat. Hæc sunt duo æra quę misit ecclesia posteaq̃ accepit a Christo. Quid enim sunt duo æra nisi precium noui & veteris testamenti? Precium scripture, fides nostra est. Nam quod legitur, pro intelligentis æstimatur arbitrio. Remissio igitur peccatorũ vtriusq; precium testamenti est, quæ per agnum in typo annunciata est, in veritate completa per Christum. Ideo habes neq; septem dierum purgationem sine trium dierum esse purgatione. Septem dierum purgatio secundum legem, quæ in specie præsentis sabbati, spirituale sabbatum annunciauit: trium dierum purgatio secundum gratiam, quæ euãgelii testificatione signatur, quia tertio die dominꝰ resurrexit. Vbi pœna præscribit, debet esse pœnitẽtia peccatorũ: vbi remissio donatur, gratia est. Precedit pœnitẽtia, sequitur gr̃a. Neq; pœnitentia ergo sine gratia, neq; gr̃a sine pœnitentia. Debet enĩ pria priꝰ dãnare peccatũ, vt gratia possit abolere. Ideo typũ legis accipiẽs Ioannes baptizauit in pœnitentia, Christus ad gratiam. Septimus ergo dies legis mysterium signat, octauus resurrectionis: sicut habes in Ecclesiaste: Da partem illis septem, & illis octo. Nam & in propheta Osee legisti dictum ad eum: Conduc tibi fornicariam quindecim denariis. eo ꝙ gemino ære veteris & noui testamẽti, hoc est integro fidei precio, mulier illa vago quodã & meretricio gentium cõuenarum comitatu fulta conducitur. Et cõduxit, inquit, eam gomor hordei, & semigomor. Per hordeum significat quia imperfectos vocaret ad fidem, vt perfectos redderet. Per gomor intelligitur plena mensura, per semigomor semiplena mẽsura. Plena mensura in Euangelio est, semiplena in lege, cuius plenitudo nouum est testamentũ. Siquidem ipse dominus ait: Nõ veni legem soluere, sed implere. Nec ociose quindecim anabathmorum psalmos Dauidicos legimus, & quindecim gradibus ascendisse solem cum Ezechias iustus rex vitæ huius acciperet cõmeatum. Significabatur enim esse venturus sol iustitiæ, qui gradus quindecim veteris & noui testamenti illuminaturus esset præsentiæ suæ lumine, quibus nostra fides ad vitam ascendit æternã. Vnde & hoc qd hodie in Apostolo lectum est, mystica rem reor, eo ꝙ quindecim diebꝰ apud Petrum manserit. Videtur enim mihi ꝙ Apostolis sanctis scripturæ diuinæ interpretatione sermone secum vario conferentibus pleni luminis refulserit claritudo, ignorãtiæ vmbra decessent. Sed iam veniamus ad mulieris huius adulteræ absolutionem. Oblata erat a scribis & pharisæis domino Iesu adulterii rea, & hac oblata fraude, vt si eam absolueret, legem soluere videretur: sin vero damnaret, propositum sui mutaret aduentus, quia peccata omnium remissurus aduenit. Deniq; supra ait: Ego non iudico quenq̃. Offerẽtes ergo eam dixerunt: Hanc mulierem inuenimus publice mœchãtẽ. Scriptũ est enim in lege Moysi omnem mœchã lapidari. Tu vero quid dicis de ea? Quæ cũ dicerent: Iesus inclinato capite digito scribebat in terra. Et cũ expectarẽt vt audirẽt eũ, erigẽs caput dixit: Qui sine peccato est, prior lapidet eã. Quid tã diuinũ q̃ ista sententia, vt is peccata puniat qui exors ipse peccati sit? Quomodo enim feras alieni vltorem, & proprii crimi nis defensorem? Nonne se magis ipse condemnat, qui in alio damnat quod ipse committit? Hoc autem dixit: Et scribebat in terra. Quid? Vtiq; dicens, Festucã quę in oculo est fratris tui vides, trabem autem quæ in oculo tuo est non vides. Libido enim velut festuca est, cito accenditur, propere consumitur. sacrilegium perfidiæ, quo Iudæi negabant propriæ salutis autorẽ, sceleris magnitudinem personabat. Scribebat autẽ in terra digito quo legem scripserat. Peccatores in terra scribuntur, iusti in cælo, sicut habes dictum ad discipulos: Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Secundo autem scripsit, vt gemino testamento Iudæos sciasse esse damnatos. Audientes autem hoc verbũ exierunt foras vnus post vnum, incipientes a senioribus, & sedebant cogitates de se. Et remãsit solus Iesus, & mulier in medio stans. Bene ait quod exierũt foras qui nolebãt esse cũ Christo. Foris litera est, intꝰ mysteria. Sequebantur enim diuinarum lectionum quædam velut arborum folia, non fructum, qui viuebant in vmbra legis, & solem iustitiæ videre non poterant. Deniq; discedentibus illis remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Donaturus peccatum, solus remanet Iesus, sicut ipse ait: Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in sua, & me solum relinquatis. Non enĩ legatus neq; nuncius, sed ipse dominus saluum fecit populum suum. Solus remanet, quia nõ potest hoccunq̃ hominum cum Christo esse cõmune vt peccata condonet. Solius hoc munꝰ est Christi, qui tulit peccatũ mũdi. Meruit & mulier absolui, quæ recedentibus Iudeis remansit sola cũ Christo. Eleuans autẽ caput Iesus dixit mulieri: Vbi sunt qui te accusabant? Nemo te lapidauit? Et illa respondit: Nemo domine. Et ait ad illam Iesus: Nec ego te dãnabo, vade & amodo vide ne pecces. Vide lector diuina mysteria, & clementiã Christi. Cum accusatur mulier, caput Christus inclinat, eleuat autem vbi defecit accusator. Ita nullum damnari vult, absolui omnes. Breuiter autem omnes hæreticorũ interimit quæstiones dicendo, Nemo te lapidauit: qui dicunt Christum diem nescire iudicii, vel qui ait: Sedere autem ad dexteram meã vel ad sinistrã non est meũ dare nobis: ecce & hic ait: Nemo te lapidauit? Quomodo vtiq; interrogat quod videbat? Sed iterrogat nobis, vt nosceremus non esse lapidatam. Est etiam humani affectus hæc cõsuetudo, vt interrogemus sæpissime qđ videmus. Et ideo mulier respõdit: Nemo dñe. Hoc est dicere: Quis potest lapidare quam ipse non damnas? Quis potest alium sub tali sententię cõditione punire? Cui respondit dominus: Nec ego te dãnabo. Aduerte quomodo propriam sententiam temperauit, vt Iudæi de absolutione mulieris calũniari nihil possent, sed in se magis calumniam retorquerent si queri vellent. Dimittitur enim mulier, non absoluitur, quia deerat accusator, non quia innocens approbatur. Quid ergo quererentur qui priores a persecutione criminis, & ab executione supplicii destiterunt? Addidit autẽ denię: Vade, & amodo vide ne preces. Emendauit ream, nõ crimen absoluit. Et enim seueriore sententia culpa dãnatur si vnusquisq; crimẽ suum oderit, & in se incipiat condemnare delictum. Etenim cum reus occiditur, persona magis q̃ culpa punitur. Vbi vero culpa deponitur, absolutio pœnæ est, pœna peccati. Quid est ergo: Vade, & amodo vide ne preces? Hoc est, Ex quo te Christus redemit, corrigat gratia quam pœna nõ emendaret, sed plecteret. Vale fili, & nos dilige vt filius, quia nos te vt parentes diligimus.

Ioan. 16.

Diui Ambrosii ad Constantium, causam reddẽtis cur circumcisio veteris testamenti autoritate quasi vtilis imperetur, & noui testamenti magisterio quasi inutilis repudietur, aduersantiumq; obiectiones arguta responsione dissoluentis, Epistola LXXVII.

AMBROSIVS Constantio. Nõ mediocris plerosq; mouet quæstio, qua causa circũcisio & veteris testamenti autoritate quasi vtilis imperetur, & noui testamenti magisterio quasi inutilis repudietur, cum præsertim Abraham primus oraculum circumcisionis celebrandæ acceperit, qui diem dominĩ Iesu vidit & gauisus est. Quod vtique in eundẽti est quia nõ corporalibus, sed spiritualibus legis diuinæ intenderit: et ideo veram dominici corporis passionem in agni conspexerit immolatione.

A Quid ergo dicemus secutum patrem Abraham vt id primus institueret quod eius non sequeretur hæreditas? Aut qua ratione circumciduntur infantulorum corpora, & in ipso ortu subiiciuntur periculis, & hoc imperari oraculo, vt discrimen salutis fiat de mysterio religionis? Quid hoc significat? Latet enim causa veri, & oportuit aut apto aliqd mysterio significari, aut nõ piculoso mysteriorum indicio mandari. Curvero signum testamenti diuini in ea datur parte mẽbrorum quæ visu inhonestior existimatur? Aut qua gratia ipse operator corporis nostri in ipso nostræ generationis exordio circumcidi opus voluit suum & vulnerari, & cruentari & abscindi partem quam velut necessariã (quia omnia disposuit ordinate) cum cæteris membris faciendam putauit? Aut enim præter naturam est hæc portio corporis nostri, & nõ oportuit habere omnes homines quod esset præter naturam: aut secundum naturã est, & nõ decuit amputari quod secundum naturæ perfectionem creatum foret, cum præsertim alieni a portione domini dei nostri id præcipue irridere soliti sint. Deinde cum propositum sit deo, vt frequenter ipse testificatus est, plures ad sacræ obseruantiam prouocare religionis, quanto magis inuitarentur si non aliqui circumcisionis ipsius aut periculo aut opprobrio reuocarẽtur? Ergo vt ad prima redeamus, & propositum prosequamur ordinem, de ipsa circumcisionis qualitate dicẽdum videtur. Cui? gemina debet esse defensio, quia duplex est accusatio. Vna quæ irrogatur a gentilibus, altera quæ ab iis qui de populo dei sunt existimatur. Vehementior autẽ gẽtilium, qui viros circũcisione signatos etiam opprobrio & illusiõe dignos arbitrãtur. Sed etiam ipsorum sapientissimi quiq; ita circumcisionẽ approbant, vt electos suos erga cognoscenda & celebrãda mysteria circumcidendos putẽt. Deniq; Egyptii, qui & geometriæ & colligendis syderum cursibus operã intẽdũt suã, impiũ iudicant sacerdotẽ qui nequaq̃ habeat circumcisionis insigne. Nam neq; magici carminis sapientia, nec gæometriã nec astronomiã iudicãt viã suã obtinere sine circumcisionis signaculo. Et ideo vt impetrandi vim operationi adhibeant suæ, purgationẽ quãdam vatum suorum circumcisionis arcano celebrãdam existimant. Reperimus autem in historia veterum nõ solos Egyptios, sed etiam Ethiopum & Arabum & Phœnicũ aliquos circumcisione erga suos vsos. Et hãc putant se adhuc probandæ viam seruare rationis, eo qđ sui corporis primitiis & sanguinis initiati insidias dæmonum quas illi generi nostro moliũtur, exiguæ partis arbitrentur consecrationibus destruendas: vt qui totius hominis saluti nituntur nocere, infirmari operationem suam putent circumcisionis sacræ vel lege vel specie. Arbitror enim quod in præteritum ipse dæmonum princeps cessare suas artes erga noxiæ operationis effectum existimauerit, si ei nocere conaretur quem signaculo circumcisionis sacræ initiatũ aduerteret, aut ei qui videretur in hoc saltem munere legi diuinæ obtemperare. Iam qui singulorum membrorum officia diligenter expendit, non ociosam causam in hac mẽbri huius portiuncula existimare poterit, qua ratione non solum circumcidatur puer, verumetiã octauo circũcidatur die: quãdo incipit mater pignoris nati in sanguine esse puro, quæ ante octauũ diem fertur in sanguine immundo sedere. Hæc aduersum eos dicta sint qui nulla nobis vnitate fidei sociantẽ, & qui eo tanq̃ aduersum dissidentes difficilior disputandi locus. Responsum autem sibi huiusmodi habeant qui credunt in dominũ Iesum, quod nudare nolumus cũ aduersum opiniones gentium disputaremus. Nam si redẽpti sumus non corruptibilibꝰ argẽto & auro, sed precioso sanguine domini nostri Iesu Christi, (quo vtiq; vẽdẽte, nisi eo qui nostrũ iam peccatricis successionis ære quęsitum seruitiũ possidebat?) sine dubio ipse flagitabat precium, vt seruitio exueret quos tenebat obstrictos. Preciũ autẽ nostræ liberationis erat sanguis domini Iesu, qđ necessario soluendum erat ei cui peccatis nostris vẽditi eramus. Donec igitur hoc precium pro omnibus solueretur hominibus, quod dominici sanguinis effusione pro omniũ fuit soluendum absolutione, opus fuit singulorũ sanguine, qui lege & consuetudinis ritu, sacræ præcepta sequerentur religionis. Sed quia precium pro omnibus solutum est posteaq̃ passus est Christus dominꝰ, iam nõ opus est vt viritim sanguis singulorũ circumcisione fundatur, cum in sanguine Christi circumcisio vniuersorũ celebrata sit, & in illius cruce omnes simul crucifixi simus cum eo, & consepulti in eius sepulchro, complantati similitudini mortis eius, vt vltra nõ seruiãmꝰ peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est a peccato. Quod si quis, vt Marcion & Manichæus, reprehẽdẽdum dei putat esse iudicium, quia vel oraculum de circumcisione celebranda edẽdum putauit esse, vel legem qua sanguinis effusio mandatur, necesse est vt is etiam dominum Iesum reprehẽdẽdum arbitretur, qui nõ exiguum, sed multũ sanguinẽ pro huiꝰ mũdi effudit redemptione, & hodieq; nos fundere iubet sanguinem nostrum pro tãto religionis certamine, dicens: Qui vult me sequi, tollat crucem suã, & sequatur me. Si autẽ nequaquam iusta est accusatio cum aliquis totum se propietate offerat, & multi sanguinis se mundet effusione, quomodo legẽ possumus reprehendere exigui stillam exigentẽ sanguinis, cum prędicemus dñm Iesum multi effusionem sanguinis, & totius corporis mortã imperantẽ? Nec ipsum circumcisionis signaculũ & species feriabatur, q̃ populus dei velut quodã figillo signatus corporis discernebatur a cæteris nationibus. Nunc autem Christi donatus nomine signũ corporis nequaquã requirit, qui prærogatiuam diuinæ meruit nuncupationis. Quid autẽ absurdum si propter pietatem aliquid doloris vel laboris inferri videbatur, quo plus deuotio per hęc certamina probaretur? Pulchrũ etiam vt ab ipsis vitæ incunabulis ĩsigne religionis adolesceret, & puderet vnũquemq; ætatis prouectioris vel labori vel dolori cedere, quorum vtrumq; tenera infantia vicisset. Sed iam leui circumcisionis dolore non opus est Christiano populo, qui mortem domini circumferẽs, per momenta singula fronti propriæ mortis contẽptum inscribit, vtpote qui sciat sine cruce domini salutẽ se habere non posse. Quis enim acu vtatur ad præliandum, cui telis instructus sit validioribus? Iam illud quiuis facile refellendum aduertit, quia propositum est plerosq; potuisse ad sacræ religionis prouocari obsequium, nisi esset doloris timore vel laboris contuitu reuocati. Et potuit hoc terrere maiorem, qđ infantuli pleriq; sustinẽbãt sine periculo? Esto tamẽ aliquos infantulos Iudęorum cum dolorem circuncisi corporis plagæq; ferre tis sustinere nõ potuerint, defunctos fuisse: sed hoc nec cæteros deterrebat prouectiori ætate robustos, & laudabiliorem faciebat eum qui præceptis obedisset cælestib⁹. Quod si hoc in exiguo dolore arbitrantur confessionis fuisse obstaculũ, quid de martyrio dicãt? Nam si reprehendunt circumcisionis dolorẽ, reprehendant & martyrum mortem, per quos cumulata non minuta religio est. In tãtum autẽ abest nocuisse fidei circumcisionis dolorem, vt probabiliorem fidem faciat dolor. Maior enĩ fidei gratia, si quis pro religione contẽnat dolorem. Et hic magis habet præmium q̃ ille qui ideo dolorem voluit circumcisione subire, vt gloriaretur in lege, & laudẽ ex hominibus magis q̃ ex deo quæreret. Oportuit igitꝰ circumcisionem ex parte fieri ante eius aduentum, qui totum circumcideret hominẽ. Ex parte enim debuit assuescere humana cõditio qũeadmodũ in id quod perfectum est crederetur. Si autẽ oportuit circumcidi, in qua magis parte mẽbrorum oportuit circũcisionẽ fieri q̃ in ea quæ quibusdã videretur inhonestior, vt iis quæ pu-

Gtarẽtur ignobiliora esse membra corporis nostri, honestatẽ abundantioré circundarent: & quę inhonesta sunt nostra, honestatem abundantioré haberẽt? Vbi enim magis vir sanguinis sui admoneri debuit, q̃ in ea parte quæ ministerium errori exhibet? Nunc tempus est vt & illis respondeamus qui dicũt: Si ea pars corporis nostri secundum naturã est, nequaq̃ eam amputari oportuisse: si non est secundum naturam, non debuisse simul nasci. Q ui quoniam tam arguti sunt, & ipsi mihi respõdeant vtrum secundum naturam succesſio humana sit quæ generationibus adolescit, an contra naturã. Si enĩ secundum naturam, numq̃ igitur intermittenda est. Et quomodo integritas virorum, virginitas puellarũ, abstinentia viduarum, continentia cõiugum prædicatur? Nullum ergo studiũ quærendæ successionis feriari debuit. Sed ipse autor naturæ non vtiq; generationi obsecutus est, qui de se cum esset in corpore cõstitutus, præbuit magisterium, & hortat⁹ est discipulos ad integri-
Mat. 19. tatem dicens: Sunt spadones qui se castrauerunt ꝓpter regnum cælorũ. qui potest capere, capiat. Cum sit autem homo compositus ex corpore & anima (Satis est enim interim hoc dicere, & silere de spiritu) non est in vtroq; idem secundum naturã: sed quod est secundum corporis naturam, id cõtra naturam est animæ. Et qd ſcãdum naturam est animæ, id cõtra naturam est corporis: vt si dicam, quod secundum naturam est visibili,
H id contra naturã est ei quod non videtur. Et quod secũdum naturã est ei quod nõ videtur, id cõtra naturã est visibili. Nihil ergo incongruũ in hominibus dei si fiãt aliqua cõtra naturam corporis, quæ sint secundum animæ naturam. Q ui autẽ dicunt quoniã plures credidissent si circũcisio nõ fuisset, ꝛ sibi respõsum hoc habeant, quoniã plures crederẽt si martyria nõ essent: sed præstãtior est fortitudo paucorum, q̃ remissio plurimorũ. Sicut autẽ plurima baptismatũ genera præmissa sunt, ga ſecuturum erat verũ illud vnũ in spiritu & aqua sacramentum baptismatis, quo totus redimitur homo: ita plurimorum circumcisio premittenda fuit, quia ſecutura erat circumcisio dñicæ passionis, quam pertulit Iesus quasi agnus dei vt tolleret peccatum mundi. Hæc ideo ſcripsimus, vt ostenderemus quia & debuit præmitti circumcisio quæ foris est, & ea iam post aduentum dñi
I iure videatur exclusa. Nunc autẽ circumcisio est necessaria quæ in occulto est, sicut Iudæus præstantior qui in occulto in spiritu non litera: quoniã cum sint in vno ho-
2. Cor. 4. mine duo homines, de quibus dictum est: Et si qui foris est homo noster corrumpitur secundũ desideria erroris, sed qui intus est, renouatur de die in diem. Et ali-
Roma. 7. bi: Cõdelector enĩ legi dei secũdũ interiorẽ hoĩem. Interior est homo noster qui est ad imaginẽ & similitudinẽ dei fact⁹, exterior qui figurat⁹ e limo. Sic deniq; & i Genesi duas tibi creaturas hoĩs ostẽdit, ſcdo creatũ hoĩem significãs. Sicut ergo duo hoĩes, ita & gemina cõuersatio est, vna interioris hominis, altera exterioris. Et quidem pleriq; actus interioris hoĩs perueniũt ad exteriorẽ hoĩem, quẽadmodũ castimonia interioris hoĩs trãsit etiã ad castitatẽ corpor⁹. Q ui enĩ adulteriũ cordis ignorat, idẽ vtiq; nescit corporis adulteriũ. Non tñ etiã illud est cõsequẽs, vt qui nõ adulterauit corpore, nõ adulteraMatt. 5. uerit etiã corde, secundũ illud: Q uũ qui viderit mulierẽ ad cõcupiscendũ eã, iam adulterauit eã in corde suo. Nã etsi adhuc non sit adulter corpore, tñ iam affectu adulter est. Ergo est interioris hominis circumcisio. Nã qui circumciditur, totius carnis illecebras tanq̃ præputium exuit, vt sit in spiritu, non in carne, & spiritu mortificet corporis sui actus. Et hæc est quæ in occulto est circumcisio, sicut Abraham ante in præputio erat, postea factus est in circumcisione. Sic interior homo noster quãdo est in carne, tanquam in præputio est: quãdo autem iam non est in carne, sed in spiritu, incipit esse in circumcisione, non in prepucio. Sicut autem qui circumciditur, non totam carnem exuit, sed solum præputiũ, vbi cor-
ruptela frequentior: ita qui in occulto circumciditur, car-
nem illam exuit de qua scriptum est: Omnis caro fœ- Esa. 40.
num, & omnis gloria eius vt flos fœni. aruit fœnum, & flos eius decidit. verbum autẽ domini manet in æternum. Et remanet caro, quæ videbit salutare dei, sicut scriptum est: Et videbit omnis caro salutare dei. Quæ sit ista caro, munda aures, vt intelligas. Talis ergo debet esse in occulto circumcisio, vt nullam habeat comparationem cum ea quæ foris est circũcisione. Et ideo qui
in occulto Iudæus est, ipse præstat, qui est a Iuda, cuius Gene. 49
manus supra ceruicẽ inimicorum eius, qui recubãs requieuit vt leo, & vt catulus leonis, quem laudãt fratres eius. Ab hoc Iuda nõ deficit princeps, quia sermo eius principes facit, qui non subiiciantur illecebris secularibus, & captiuentur voluptatibus istius mundi. Et quia ipse Iudas in hãc generationem venit, ideo plurimi qui postea generati sunt, proficiunt vt virtutum principatus gaudeant. Habeamus itaq; circumcisionẽ in occulto, &
occulto Iudæũ, qui est spiritualis. Spiritualis autẽ, vt- 1. Cor. 2.
pote princeps, diiudicat omnia, ipse autem a nemine diiudicatur. Debuit ergo legis mãdato præscripta circũcisio quæ ex parte erat, cessare posteaq̃ venit qui circũcisionem faceret totius hominis, & impleret circũcisionem legis. Q uis autẽ est iste nisi qui dixit: Non veni Matt. 5.
legem soluere, sed implere? Q uanq̃ si diligenter intendas, & illa sit ratio qua iã cessare debuerit præputii cir- L
cũcisio, quia plenitudo gentiũ venit. Nõ enim Gẽtibus circumcisio mãdata est, sed semini Abraham. Sic enim habes in primo oraculo: Et dixit deus ad Abrahã: Tu Gene. 17.
autem testamentũ meum obseruabis, tu & semen tuũ post te in progenies eorum. Et hoc est testamentũ meũ quod obseruabis inter me & vos, & semẽ tuum post te in progenies eorum: Circuncidetur vestrum omne masculinũ, & circuncidetis carnem præputii vestri, & erit in signo testamenti inter me & vos. Infans octo dierũ circuncidetur vobis, omne masculinũ in progenies vestras. Vernaculus domus tuæ & pecunia empt⁹ ab omni filio alteri⁹ qui non est ex semine tuo, circumcisione circũcidetur, & erit testamẽtum meum in carne vestra in testamentum æternum. Et incircumcisus masculus qui nõ circunciderit carnem præputii sui octaua die, exterminabitur anĩma illa de generatione illa, quia testamentum meum trãsgressus est. Hebræus quidẽ negat habere de octaua die, sicut Aquila significat. Sed nõ in Aquila omnis autoritas, q quasi Iudæus in litera præteriit nec posuit octauũ diẽ. Interim & octauũ diem & in signo datã circũcisionem audisti. Signũ autẽ rei ma- M
ioris indicium est, indicium veritatis futuræ, & datum testamentũ Abrahæ & semini eius, cui dictum est: In Heb. 11.
Isaac erit semẽ tuum. Ergo circũcidi licuit Iudæum vel domi eius natũ, vel pecunia eius emptũ. Nõ possumus deriuare hoc ad alienigenã aut proselytũ, nisi fuerint in domo Abrahę nati, aut pecunia ei⁹ empti, vel seminis eius. Deniq; nihil dixit de proselytis, de qbus qñ voluit dicere, noluit eos, sicut habes: Et locutus est dñs ad Moysen dicẽs: Loquere ad Aaron, & ad filios eius, & ad oẽs filios Israel, & dices ad eos: Homo homo a filiis Israel, & a proselytis q sunt appositi vobis, quicũq; fecerit holocaustũ. Vbi ergo comprehendit eos, ibi lex eos tenet. Vbi oraculo nõ significantur, quo astringi videntur? Sic habes deniq: Dic filiis Aaron, qñ de sacerdotibus dicit. Habes qñ & de Leuitis dicit. Ergo omnifariam claret etiam secundum literam legis, quanq̃ lex spiritualis sit, & secundum ipsam tamẽ literam ad circumcisionem teneri nõ potuisse nationum populos, sed ipsam circumcisionẽ in signo fuisse donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, circunci- Rom. 11.
sus corde, non exigua mẽbri vnius parte. Ergo satis & excusata a nobis & exclusa est Iudæorũ manẽs hodieq; circumcisio. Q uod autẽ reprehẽsioni eam dicunt fuisse

A vel esse gentilibus, primũ nõ habent reprehendere ipsi vel irridere quod alii consortes faciunt sui. Esto tamen fuerit quod irriderent. Q uid hoc nos mouere debet, cũ ipsa crux domini Iudeis scandalum, Græcis stultitia, nobis autẽ virtus dei sit atq; sapientia? Et ipse dñs dixerit,
Luc. 9. Q ui me confusus fuerit coram hominibus, cõfundar & ego eum corã patre meo qui est in cælis. Docẽs nos iis quæ rideantur ab hominibus, nõ commouendos, si qua pro religionis obsequio deferuntur.

LIBER DECIMVS.

DIVI AMBROSII ad Theophilũ, dolenter conquerentis de statu causę discordiarum inter Euagrium & Flauianũ, & quid eũ in hac re agere velit exponẽtis, Epist. LXXVIII.

B AMBROSIVS Theophilo. Non habet quod vrgeat Euagrius, & habet quod metuat Flauianus, ideoq; refugit examen. Dent fratres veniam doloris iusto, quia ꝓpter ipsos vniuersus orbis concutitur. Et illi tamen nostro nõ cõpatiuntur dolori, perstringi saltem se æquanimiter ferant ab iis quos vident ira per tantorum curricula temporũ vexari intẽtione. Inter hos etenĩ duos nihil quod ad Christi pacem pertineat, eligentes, grauis toto orbe stabat discordia. Cui bonæ pacis naufragio sancta synodus Capuensis tandem obtulerat portũ tranquillitatis, vt omnibus per totũ orientem daretur cõmunio catholicam confitentibus fidem, & duobus istis tuę sanctitatis examen impartiretur, fratribus & consacerdotib⁹ nostris Ęgyptiis pariter confidentibus: quia hoc verũ iudicium futurũ arbitrati sumus, quod neutri parti sociata cõmuniõe aliquo fauore protẽderet. Cũ ex his igitur æquissimæ synodi cõstitutis speraremus iam remediũ datum finẽq; oblatũ discordię, scribit sanctitas tua iterũ fratrẽ nostrũ Flauianũ ad precũ auxilia, & imperialiũ rescriptorũ suffragia remeauisse. Frustra ergo tãtorũ sacerdotũ fusus labor, iterũ ad huius seculi iudicia reuertẽdum, iterũ ad rescripta, iterũ vexabuntur sacerdotes senes, transfretabunt maria, iterũ inualidi corpore patriã peregrino mutabũt solo, iterũ sacrosancta altaria deserẽtur, vt in longinqua pficiscamur, iterũ pauperũ turbę episcoporũ, quibus ante onerosa pauptas nõ erat, exterC næ opis egentes cõpellentur mopiam gerere, aut certe victum inopũ itineris vsurpare. Interea solus exlex Flauianus (vt illi videtur) non venit qñ oẽs conuenimus. Fœnerator & debitor inuicem sibi occurrũt, isti sibi nõ possunt occurrere, solus exors Flauianus (vt ipse vult) sacerdotalis cõsortii, qui nec impialibus decretis nec sacerdotũ cõuentui presentiam faciat sui. Nec tñ etiã hoc moti dolore, fratri Euagrio donamus speciẽ bonę causæ, qui eo defensabilior sibi videtur, quod eũ refugit Flauianus, aut qđ habere se alterũ arbitratur equalẽ, vterq; alienæ magis ordinationis vitiis q̃ suis fretus. Q uos tamẽ nos in meliorẽ vocam⁹ viã, vt malimus eos suis potius bonis q̃ alieno vitio defendi. Q ua de re qñ propriis texuisti literis posse typũ reperiri aliquẽ quo possit auferri fratrũ discordia, cũ sancta synodus cognitionis ius vnanimitati tuę cęteriq; ex Ęgypto cõsacerdotibus nostris cõmiserit, iterũ oportet fratrem nostrũ Flauianum cõuenias, vt si in eo perseuerauerit quo veniendũ nõ putet, saluis cõciliũ Niceni, sed etiã synodi Capuẽsis statutis, illibata pace vniuersoru ita consulas, vt nõ videamur destruere qđ ędificatũ est. Si enĩ quę ædificauI destruo, preuaricatorẽ me ipse cõstituo: ac si quę destruam iterũ ędificem. Seruetur ergo impartitę pacis gratia inter vniuersos, & nihilominus declinatio partis alterius frustrandi effectũ habere nõ possit. Sane referendi arbitramur ad sanctum fratrem nostrũ Romanę sacerdotem ecclesiæ, quoniã præsumimus ea te iudicaturũ quæ etiam illi displicere nequeant. Ita enĩ vtile erit consultum sententiæ, ita pacis & quietis securitas, si id vestro statuatur consilio quod cõmunioni nostræ dissensionem non afferat, vt nos quoq; accepta nostrorũ serie statutorum, cũ id gestum esse cognouerimus quod ecclesia Romana haud dubie comprobauerit, læti fructũ huiusmodi examinis adipiscamur. D

Diui Ambrosii ad Theophilũ & Anysium, excusantis se de iudicio ferendo inter Bonosum episcopum & accusatores eius, illiq; causam cõmittentis. Eosdem præterea approbantis merito abhorruisse blasphemiã quorũdam qui inuiolatam virginem Mariam plures peperisse filios mentiuntur, Epistola. LXXIX.

AMBROSIVS Theophilo & Anysio. Accepi literas vestras quibus vel ꝓ veritate, vel pro modestia nostram sententiam scisscitari voluistis. Sed cum huiusmodi fuerit concilii Capuensis iudicium, vt finitimi Bonoso atq; E
eius accusatorib⁹ iudices tribuerẽtur, & precipue Macedones qui cum episcopo Thessalonicẽsi de eius factis vel cognoscerent, aduertimus quod nobis iudicãdi forma competere non posset. Nam si integra esset hodie synodus, recte de iis quæ comprehendit vestrorum scriptorum series, decerneremus. Vestrum est igitur qui hoc recepistis iudicium, sententiam ferre de omnibus, nec refugiendi, vel elabendi, vel accusatoribus vel accusato copiam dare. Vicem enĩ synodi recepistis, quos ad examinandum synodus elegit. Deniq; cum Bonosus episcopus post iudicium vestrum misisset ad fratrẽ nostrum Ambrosium qui eius sententiam consuleret, interdictam sibi ecclesiam irrũpere atq; ingredi, respon-
sum est ei quod nihil temerãdum foret, sed omnia modeste patienter ordine gerenda. Neq; contra sentẽtiam vestram tentandum aliquid, vt quod videretur vobis iustitiæ cõuenire, statueretis, quibus hanc synodus dederat autoritatem. Ideo primum est vt ii iudicent quibus iudicandi facultas est data. Vos enim totius (vt scripsimus) synodi vice decernitis. Nos quasi ex synodi autoritate iudicare non conuenit. Sane non possumus negare de Mariæ filiis iure reprehensum, meritoq; vestram sanctitatem abhorruisse quod ex eodem vtero virginali ex quo secũdum carnem Christus natus est, alius partus effusus fit. Neq; enĩ elegisset dominus Iesus nasci per virginem, si eam iudicasset tam incontinẽtem fore, vt illud genitale dominici corporis, illam au- F
lam regis æterni cõcubitus humani semine coinquinaret. Q ui enim hoc astruit, nihil aliud nisi perfidiam Iudæorum astruit, qui dicũt eũ nõ potuisse nasci ex virgine. Nam si hanc accipiant a sacerdotibus autoritatem, & videatur Maria part⁹ fudisse plurimos, maiore studio veritatem fidei expugnare contẽdent. Et vbi est illud quod scriptũ est, dicente domino ad matrem de Ioanne euangelista: Mulier ecce filius tuus, & rursus ad Ioan. 19.
Ioannem de Maria: Ecce mater tua? Q uid sibi istud vult quod cũ in cruce dominus positus peccatum mundi tolleret, pronũciauit etiam de integritate maternã? Aut quid aliud dicitur nisi vt claudat sua ora perfidia, obmutescat, ne matrẽ domini aliquo audeat temerare conuitio? Testis est ergo idem arbiter, idem materni pudoris assertor quod desponsata fuerit viro tantũmodo Ioseph, nulla tamen coniugalis coitus consuetudine thori iura cognouerit. Neq; enim eã susceptura ex Ioseph filios, a viri consortio separare voluisset. Sed si hoc parum est, addidit testimoniũ euangelista dicẽs quod susceperit eam discipulus in suam. Nunquid ergo dimo-

G tium fecit? nunquid a viro abduxit atq; abstulit? Ergo qui hoc legit in euangelio, quō quasi naufragus titubat & fluctuat? Hoc ergo testamentū filii est de matris integritate, hęc Marię locuples integri pudoris hæreditas, hic totius finis cōsummatiōis. Deniq; hoc dixit, et emisit spiritū, consummās omne mysterium bono fine pietatis. Legimus etiā & omnia percurrimus vel de eo quod fratri nostro & coepiscopo Basso in cōsortium regendæ ecclesiæ datus est Senecio, vel de cæteris, vnde vestræ normā expectamus sententiæ.

Syricii Papæ ad Mediolanensem ecclesiam, narrātis quid actum sit contra hæreticos qui sub velamento pii nominis serpentino sermone catholicam veritatē corrūpere, ac fideles Christianos fauciare moliti sunt, admonētisq; vt ab illis se custodiat, Epistola. LXXX.

SYRICIVS Mediolanēsi ecclesię. Optarē semper fratres charissimi dilectionis & pacis vestræ synceritatis gaudia nunciari, ita vt vicissim discurrētib⁹ literis sospitatis indicio iuuaremur vestro, quia nō patitur nos quietos ab incursione sua vacare hostis antiquus ab initio mēdax, inimicus veritatis, emulus hominis, quē vt deciperet, se ante decepit. Pudicitię aduersari⁹, luxurię magister, crudelitatibus pascitur, abstinētia puniendus odit ieiu-
H nia, ministris suis prędicātibus dum dicit esse supflua, spem nō habens de futuris, Apostoli sentētia repercus-
1.Cor.15. sus dicentis, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. O infelix audacia, o desperatæ mentis astutia. Tam incognitus sermo hæreticorū intra ecclesias cancri more serpebat, vt occupās pectus, totū hominē precipitaret in mortē. Et nisi dominus sabaoth laqueum quem parauerat dirupisset, scena tanti mali & hypocrisis publicata multorū simplicium corda traxerat in ruinā: quia facile ad deteriorē partem mens humana traducitur, malens per spatiosa volare, q̄ artæ viæ iter per laborem transire. Qua de re necessarium satis fuit mihi quæ hic gesta sunt, ad vestram conscientiā cognoscenda mandare, ne ignorantia sacerdotis quispiam pessimorum ecclesiam irrumpentium sub religioso nomine contagio violaret: sicut scriptū est domino dicente,
Mat.7. Multi venient ad vos in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces, a fructibus eorū cognoscetis eos. Ji videlicet qui quasi vtilitate Christi nosse se iactent, vt sub velamēto pii nominis gradientes domū orationis ingressi, sermonē serpentinæ disputationis effundant, vt sagittent in obscuro rectos corde, atq; veritatem catholicam vertendo ad suæ doctrinæ rabiem diabolico more traducant, atq; ouium simplicitatem defraudent. Et quidem multarū hęresium malignitatē ab apostolis nunc vsq; didicimus, & experti abrogauimus: sed
I nuncquā tales canes ecclesiæ mysteriū latratibus fatigauerunt, quales nunc subito hostes fidei erūpētes doctrina perfidiæ polluta, cuius sint discipuli, verborū fructibus prodiderunt. Nam cū alii hęretici singula sibi genera quæstionū male intelligendo proposuerint conuellere atq; concerpere de diuinis institutionib⁹? isti nō habentes vestem nuptialem, sauciantes catholicos, noui & veteris testamenti (vt dixi) continētiam pernertentes, illecebroso atq; ficto sermone aliquot Christianos cœperunt iam vastare, atq; suę dementię sociare, intra se continētes nequitiæ suę virus. Verū illecti blasphemias suas conscriptione temeraria publice prodiderūt, & desperatæ mentis furore conciti passim in furorem gentiliū publice a fidelib⁹ Christianis viris genere optimis, religione præclaris, ad meā humilitatē subito scriptura honorifica videntur esse delati, vt sacerdotali indicio detecta diuinæ legi cōtraria spirituali sentētia deleantur. Nos sane nuptias non aspernanter accipimus quibus velamine interfuimus, Sed virginū nuptias deo deuotas maiore honorificentia veneramur. Facto igi- K
tur presbytero constitit doctrinę nostrę, id est Christianæ legi esse cōtraria. Vnde apostoli secuti præceptum, quia aliter q̄ quod accepimus annunciabant, omniū nō strum tam presbyterorum & diaconorū q̄ totius etiam cleri vna fuscitata fuit sentētia, vt Iouinianus, Auxentius, Genialis, Germinator, Felix, Prontin⁹, Martianus, Ianuarius & Ingeniosus, qui autores nouę hęresis & blasphemiæ inuenti sunt, diuina sententia & nostro iudicio in perpetuū damnati extra ecclesiā remanerent. Quod custoditurā sanctitatē vestrā nō ambigens, hæc scripta direxi per fratres & presbyteros meos Crescentem, Leopardum, & Alexandri, qui religiosi officiū fidei possint spiritu adimplere feruentes.

Diui Ambrosii, Bassiani, & cæterorū ad Syricium Papam, pastoralem illius solicitudinē circa ouile Christi custodiendum, & lupos arcendos commēdantium, virginitatemq; contra istorum dementiam coniugio præferentium. Immaculatam præterea Christi genitricem Mariam, ratione, testimonijs, figuris & exemplis astruentium in partu virginem permansisse. Præconia deniq; viduitatis attexentium, ac tandem Iouinianum & reliquos hæreticos esse damnatos insinuantium, Epistola LXXXI.

DOMINO dilectissimo fratri Syricio Papæ Ambrosius episcopus, Bassianus episcopus, & cęteri. Recognouimus literis sanctitatis tuę boni pastoris excubias, qui fideliter cōmissam tibi ianuam fertes, & pia solicitudine Christi ouile custodias, dignus quē oues dñi audiāt & sequantur: & ideo quia nostri ouiculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurres quasi prouidus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ feraliq; vlulatu dominicum ouile dispergant. Laudamus hoc domine frater nobis dilectissime, & toto concelebramus affectu. Nec miramur si luporū rabie grex domini perhorruit, in quibus Christi vocē nō recognouit. A grestis enī vlulatus est, nullam virginitatis gratiā, nullum castitatis ordinem seruare, promiscue omnia velle cōfundere, diuersorum gradus abrogare meritorū, & paupertatem quandam cęlestiū remunerationū inducere, quasi Christiana sit palma quā tribuit (Hinc enim plurimi abundant tituli præmiorū) simul se isti condēnare coniugio. Sed quæ potest laus esse coniugii, si nulla virginitat⁹ est gloria? Neq; vero nos negamus sanctificatū a Christo esse con
iugiū, diuina voce dicente: Erunt ambo in carne vna, & Genes.2.
in vno spiritu. Sed prius est quod nati sumus, q̄ quod effecti, multoq; prestātius diuini operis mysteriū, q̄ humanę fragilitatis remedium. Iure laudatur bona vxor, M
sed melius pia virgo prefertur, dicente Apostolo, Qui 1.Cor.7.
iūgit virginē suā, bene facit: & qui nō iungit, melius facit. Hęc erī cogitat quæ dei sunt, illa quę mūdi. Illa coniugalibus vinculis colligata est, hęc libera vinculorū: illa sub lege, ista sub gratia. Bonū cōiugiū, per quod est inuenta posteritas successionis humanę: sed melior virginitas, per quā regni cęlestis hęreditas acquisita, & cælestium meritorū reperta successio. Per mulierē cura successit, per virginē salus euenit. Deniq; speciale donum virginitatis Christus elegit, & integritatis munus exhibuit, atq; ipse repręsentauit qđ elegit in matre. Quanta dementia funestorū latratuū, vt idē diceret Christū ex virgine nō potuisse gnāri. Quidā ferūt ex muliere, sed ex his humanorū pignorū patribus virgines pmanere. Aliis ergo prestat Christus qđ sibi (vt dicāt) præstare nō potuit? Ille vero qui carnē suā suscepit, etsi homo factus est, vt hominē redimeret, atq; a morte reuocaret, inuitatus tamen quasi deus munere venit in terras, vt
quēadmodū dixerat: Ecce facio oīa noua: partu etiā im- Esaię.43.
maculatæ virginis nasceretur, & sicut scriptū est, vt cre- Apoc.21.

A deretur nobiscū deus. Sed de via peruersitatis produntur dicere: Virgo cōcepit, sed nō virgo generauit. Quæ potuit ergo virgo concipere, potuit virgo generare: cū semper conceptus præcedat, partus sequatur. Sed si doctrinis nō creditur sacerdotum, credatur oraculis Christi, credatur monitis angelorū dicentiū, Quia non est impossibile deo omne verbū. Credatur symbolo Apostolorum quod ecclesia Romana iteratum semper custodit & seruat. Audiuit Maria vocem angeli, & quæ
Lucæ.1. ante dixerat, Quomodo fiet istud? non de fide generationis interrogās, respondit postea: Ecce ancilla domini, contingat mihi secūdum verbū tuum. Hæc est virgo quæ in vtero concepit, virgo quę peperit filium. Sic
Esaię.7. enim scriptū est, Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium. Non enim conceptura tantūmodo virginem, sed
Ezechie. & pariturā virginē dixit. Quæ autē est illa porta sanc
44. torum, illa exterior ad orientem, quæ manet clausa, & nemo, inquit, pertrāsibit per eam nisi soluis deus Israel? Nonne est hæc porta Maria, per quam in hunc mundum redēptor intrauit? Hęc porta iustitiæ, sicut ipse di-
Matth.3. xit, Sine nos implere omnem iustitiam. Hæc porta est beata Maria: de qua scriptum est quia dominus pertransibit per eam, & erit clausa post partū, quia virgo cōcepit & genuit. Quid autem incredibile si cōtra vsum originis naturalis peperit Maria & virgo pmanet, qñ
Psal.113. cōtra vsum naturæ mare vidit & fugit, atq; in fontem suum Iordanis fluenta remearunt? Non ergo excedit
B fidem quod virgo peperit, quando legimus quod petra vomuit aquas, & in mōtis speciem maris vnda solidata est. Non ergo excedit fidē quod homo exiuit de virgine, quādo petra pfluxit, scaturiit ferrū super aquas, ambulauit homo super aquas. Ergo si hominem vnda portauit, nō potuit hominē virgo generare: atq; homi-
Esaię.19. neu de quo legimus: Et mittet illis dominus hominē qui saluos faciet eos, & notus erit dominus Egyptiis? In veteri itaq; testamento virgo Hebręorū p mare duxit exercitū: in nouo testamēto virgo generis aula cælestis electa est ad salutē. Quid autē etiā viduitatis atte-
xamus pconia, cū in euangelio post virginis celeberri-
Lucæ.2. mū partū Anna vidua subrogetur, quæ vixerat cum viro suo annis septē a virginitate sua, & hæc vidua annorum octogintaquatuor, quæ nō discedebat de tēplo, ieiuniis & obsecrationibus seruiēs die ac nocte? Et merito habilis viduitas. Deniq; si Adam sic exegisset ieiu-
Ione.3. nium, non fuisset nudus effectus. Niniuen amor ieiu-
Mat.17. nii liberauit. Et ipse dominus ait: Non eiicietur nisi per orationem & ieiunium. Sed quid plura apud magistrū atq; doctorē? cum iam dignum præmiū retulerunt illi perfidiæ suæ, qui ideoq; huc venerunt, ne supereſſet locus in quo non dominarentur, qui vere se Manichæos probauerūt, nō credentes quia ex virgine vtiq; venisset. Quænam hæc est suppar nouorū Iudæorū amentia?
C Si venisse non creditur, nec carnem creditur suscepisse. Ergo in phantasmate visus est, in phantasmate crucifixus est. Sed nobis in veritate crucifixus est, in veritate redēptor noster. Manicheus est qui abnegat veritatē, q carnē Christi negat, & ideo nō est illis remissio peccatorū. Sed est impietas Manichęorū, quā & clementissim⁹ execratus est Imperator, & oēs qui illos viderunt, quasi quædam contagia refugerūt, sicut testes sunt fratres & cōpresbyteri mei Crescens, Leopardus, Alexāder, sancto feruētes spiritu, qui eos omniū execratione damnatos, Mediolanensi ex vrbe quasi profugos repulerunt. Ita Iouinianū, Auxentiū, Germinatorē, Felicē, Protinum, Genialem, Martianū, Ianuariū, & Ingeniosum, quos sanctitas tua dānauit, scias apud nos quoq; secundum iudicium tuū esse damnatos. Incolumē te & florentissimū deus noster tueatur omnipotēs, domine dilectissime frater. Itē subscriptio. Ego Euentius episcopus saluto sanctitatē tuā in domino, & huic epistolæ subscripsi. Maximus episcopus, Felix episcopus, Bassianus episcopus, Theodulus episcopus, ex iussu D
domini episcopi Geminiani, ipso præsente A presbyter subscripsi. Eustasius episcopus, Constantius episcopus, Eustasius episcopus, & omnes ordines subscripserunt.

Diui Ambrosii ad Vercellensem ecclesiam, & eos qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, dolenter conquerētis quod ipsa sola adhuc sacerdotem nō habeat, illosq; admonentis vt parentū exempla sequantur ad postulādum sacerdotē. Eorūq; preterea errorem qui nullum dicunt esse abstinentię meritū, vel virginitatis fructum, rationibus, scripturis & exemplis confutantis, voluptatem quoq; condēnantis, & ieiunium, abstinentiam, temperantiam ac virginitatem excellenter cōmēdantis. Vercellenses deinceps ad constantiam & alias virtutes exhortantis. Quodq; maxime in episcopi petitione abesse debeat malignitas. Ac tandem qualis in episcopum eligendus, qualesve & ipsi esse debeant exponentis, Epistola LXXXII.

AMBROSIVS seruus Christi vocatus episcopus, Vercellēsi ecclesię, & iis qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi. Gratia vobis a deo patre & vnigenito filio eius adimpleatur in spiritu sancto. Confligor dolore, quia ecclesia domini quæ est in vobis, sacerdotem adhucnō habet, ac sola nunc ex omnibus Liguriæ atq; Aemilię Venetiarūq; vel cæteris finitimis Italiæ partibus hu- E
iusmodi eget officio quod ex ea aliæ sibi ecclesiæ petere solebant, & (quod verecundius est) mihi adscribitur vestra intētio, quę affert impedimentū. Nam cū sint in vobis dissensiōes, quō possumus aliquid aut nos decernere, aut vos eligere, aut quisq; acquiescere, vt inter dissidentes suscipiat hoc munus, quod inter conuenientes vix sustineatur? Hæc est illa confessoris institutio, hæc iustorum soboles patrum, qui sanctum Eusebium quē nunquam ante cognouerāt, posthabitis ciuibus simul vt viderunt, & probauerunt: tantumq; interfuit vt probaretur, quantum vt videretur? Merito vir tātus euasit quem omnis elegit ecclesia, merito creditum quod diuino esset electus iudicio, quem omnes postulauissent. Conuenit igitur vt sequamini exemplum parentum, præsertim cum a sancto confessore institutos meliores patribus esse oporteat, quando vos melior doctor instituit atq; erudiuit, modestiæq; vestræ & concordiæ insigne edere, vt congruatis assensu ad postulandum sacerdotem. Etenim si iuxta dominicam sententiam, quod duobus conuenerit super terram, de o- Mat.18.
mni re quācunq; petierint, fiet inquit a patre meo, qui in cælis est: vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorū: quāto magis vbi plena est in nomine domini cōgregatio? Vbi vni- F
uersorū postulatio congruit, dubitare vos nequaq; oportet ibi dominū Iesum & voluntatis autorem, & petitionis arbitrum fore, & ordinationis præsulem, vel largitorē gratię. Facite ergo vos dignos videri quorū in medio Christus sit. Vbi enim pax, ibi Christus: quia pax Christus. Vbi iustitia, ibi Christus: quia Christus est iustitia. Sit in medio vestrum, vt videatis eum, ne dicatur & vobis: Medius autem vestrum stat, quē vos Ioānis.1.
non videtis. Non illum viderunt Iudæi, in quem non crediderunt: nos illum deuotione conspicimus, fide cernimus. Stet igitur in medio vestrū, vt aperiātur vobis cæli qui enarrant gloriam dei, vt voluntatē eius faciatis, & operemini opus eius. Q̄ui videt Iesum, cæli ei
aperiuntur, sicut aperti sunt Stephano dicenti: Ecce vi- Actuū.7.
deo cælos apertos, & Iesum stantē ad dexterā dei. Stabat Iesus quasi aduocatus: stabat quasi solicitus, vt Stephanum athletam suum certantē iuuaret: stabat quasi paratus vt cōronaret suū martyrē. Stet igitur & vobis,

Gvt eum non timeatis sedentem. Sedens enim iudicat,
Danie.7. sicut Daniel dicit: Throni positi sunt,& libri apti sunt:
& antiquus dierum sedit. In octogesimo autem primo
Psal.81. psalmo scriptum est: Deus stetit in congregatione deo-
rum,in medio autē deos diiudicat. Stet vobis. Sedens
igitur iudicat,stans iudicat,& iudicat imperfectis,inter
deos autem diiudicat. Stet vobis vt defensor,vt bonus
pastor,ne vos lupi incursent graues. Quo nō ocioſe no-
stra admonitio defecit. Audio enim homines qui di-
cunt nullum esse abstinentię meritū,nullum frugalita-
tis,nullā virginitatis gratiā,pari omnes æstimari pre-
cio,delyrare eos qui ieiuniis castigent carnem suam,vt
mẽti subditam faciant. Quod nunquam feciſſet,nun-
quam scripſiſſet ad instruendū alios Paulus apostolus,
1.Cor.9. si delyramentū putaſſet. Gloriatur itaq; dicens: Sed ca-
stigo corpus meum,& seruituti redigo,ne aliis prædi-
cans ipse reprobus inueniar. Ergo qui nō castigant cor-
pus suum,& volunt prædicare aliis,ipsi reprobi haben-
tur. An quicquā tam reprobū,q̄ quod ad luxuriam,ad
corruptelam,ad lasciuiam prouocat,q̄ incitamentum
libidinis,incontinentię fomes,incendium cupiditatis?
Quæ istos Epicureos noua schola misit,non philoso-
phorum,vt ipsi aiunt,sed imperitorum,qui voluptatē
prædicent,delicias suadeant,castimoniam nullius esse
1.Ioan.2. dicant vtilitatis? Fuerunt nobiscum,sed non fuerunt
H ex nobis. Neq; erī pudet dicere quod dicit Euangelista
Ioannes. Sed hic positi primo ieiunabant,intra mo-
nasterium continebantur,nullus erat luxuriæ locus,in-
terdicta ludibriosæ disputationis licentia. Hoc delicati
non potuerunt ferre. Abierunt,deinde volentes redire
nō sunt recepti. Pleraq; enim audieram quæ deberent
cauere. Monueram,nihil profeceram. Efferuescentes
itaq; disseminare talia cœperūt,quibus incētores essent
vitiorum omniū. Miserabiles,perdiderunt vtiq; quod
ieiunauerunt. Perdiderunt quod se aliquo cōtinuerunt
tempore. Nunc itaque diabolico studio inuident alio-
rum operibus bonis,quorū ipsi fructu exciderūt. Quæ
virgo audiat nullum præmium esse integritatis,& nō
ingemiſcat (Absit enim vt facile credat) certe vt non
studia deponat,& intentionē suę mẽtis inflectat? Quæ
vidua quum cōceperit nullum esse fructum viduitatis,
malit seruare fidem coniugii,& in tristibus degere,q̄
lætioribus se credere? Quæ coniugii districta vincu-
lo,si audiat quod nullus honos castitatis sit,non possit
incuriosa tētari corporis aut mentis facilitate? Et ideo
ecclesia quotidie in lectionibus sacris,in sacerdotū tra-
ctatibus laudem pudicitiæ,gloriā integritatis psonat.
1.Cor.5. Frustra ergo dicit Apostolus,Scripſi vobis in epistola,
ne cōmiſceamini fornicariis. Et ne forte dicant,Non de
I oibus mūdi nos dicimus fornicariis,sed dicimus quod
qui fuerit in Christo baptizatus,haberi iam nō debeat
fornicarius,sed qualiscūq; vita eius accepta sit deo:ideo
addidit Apostolus: Non vtiq; fornicariis huius mūdi.
Et infra: Si quis frater nominatur fornicator,aut aua-
rus,aut idolis seruiens,aut maledicus,aut ebriosus,aut
rapax,cū eiusmodi nec cibum quidē sumere. Quo enī
Ephe.5. mihi de iis qui foris sunt iudicare? Et ad Ephesios. For
nicatio & omnis immūditia & auaritia nec nominetur
in vobis,sicut decet sanctos. Et infra. Hoc enī scitote qđ
omnis impudicus,aut immūdus,aut auarus,quod est
idololatra,non habet hæreditatē in regno Christi &
dei. De baptizatis vtiq; dictum liquet. Ipsi enī accipiūt
hereditatē,qui baptizantur in morte Christi,& conse-
peliuntur cū Christo,vt cum ipso resurgant. Ideo hę-
redes dei,cohæredes Christi. Sunt hęredes dei,qa trāscri-
bitur in eos dei gratia: cohæredes Christi,quia reno-
uantur in vitā ipsius. Hæredes quoq; Christi,quia da-
tur illis per mortē ipsius tanq̄ testatoris hæreditas. Isti
igitur magis sibi debent attēdere qui habent quod pos-
sint amittere,q̄ qui non habent. Isti maiore agere custo
dia,isti cauere vitiorum illecebras,erroris incitamēta,
quæ maxime cibo potuq; oriuntur. Deniq; sedit popu- Exo.32.
lus manducare & bibere,& surrexit ludere. Ipse quoq; K
Epicurus,quem isti sibi magis sequendum q̄ Apostolos putant,assertor voluptatis,etsi neget inuectricem
mali esse voluptatem,non negat tamen ex ea fieri quę-
dam ex quibus generentur mala. Deniq; nec luxurioso-
rum vitam reprehensibilem videri,quæ repletur dele-
ctationibus,nisi vel doloris vel mortis quatiatur me-
tu. Atq; hic q̄ alienus a vero sit,etiam hinc deprehēdi-
tur,quod voluptatem in homine deo autore creatam
asserit principaliter: sicut Philuminaris eius sectator
in Epitomis suis disputat,& huius allegat historicos
esse autores sententiæ. Sed hoc diuina scriptura redar-
guit,quę serpētis insidiis atq; illecebris ipsam Adę atq;
Euæ voluptatē docet. Siquidem ipse serpens voluptas
sit,& ideo variæ aclubricæ & velut veneno quodā cor-
ruptelarum infectæ passiones voluptatis sint. Appetē
tia igitur voluptatis cōstat acceptum Adam excidisse
mandato dei,& fructu gratiæ. Quomodo igitur volu-
ptas ad paradisum reuocare nos potest,quę sola nos pa
radiso exuit? Vnde & dñs Iesus volens nos aduersus
diaboli tētamenta fortiores reddere,certaturus ieiuna-
uit,vt sciremus quia aliter illecebras mali nō possemus
vincere. Deniq; ipse diabolus primum tentamētorum L
suorū spiculum de voluptate intorsit dicēs. Si filius dei Mat.4.
es,dic vt lapides isti panes fiant. Vnde ait dominus:
Non in pane solo viuit homo,sed in omni verbo dei.&
noluit facere,cum posset,vt magis lectionis studio q̄ vo
luptatis intēdere nos salutari præcepto doceret. Et quia
isti ieiunandum negant,qua causa Christus ieiunaue-
rit astruāt,nisi vt nobis exēplo esset eius ieiunii. Deniq;
in posterioribus docuit nō facile malū posse nisi nostro
vinci ieiunio,dicens, Hoc genus nō eicitur nisi in ora- Ibidē. 17.
tione & ieiunio. Quid etiā sibi vult scriptura quę docet
ieiunasse Petrū,& ieiunanti atq; oranti de baptizandis Actuū.10
gentibus reuelatū mysteriū,nisi vt ostēderet etiā ipsos
sanctos cum ieiunant,tunc fieri præstantiores? Deniq; Exod.34.
Moyses cū ieiunaret,legē accepit. Et ideo Petrus cū ie
iunaret,edoctus est nouī testamēti gratiā. Daniel quoq; Danie.14
ieiunii merito ora clausit leonū,futuroriq; tēporū vidit
negocia. Aut quę nobis salus esse pōt nisi ieiunio eluc-
rimus peccata nostra:cū scriptura dicat: Ieiunii & elee- Tobię.4.
mosyna a pctō liberat? Qui sunt ergo hi pręceptores no &.12.
ui qui meritū excludāt ieiunii? Nōne gentiliū vox ista
est dicētiū: Māducemus & bibamus? Quos bene irri- 1.Cor.15.
det Apostolus dicēs: Si secūdū hoiem pugnaui Epheſi
ad bestias,quid mihi prodest,si mortui non resurgunt?
Māducemus & bibam?: cras enī moriemur. Hoc est:
Quid mihi profuit vsq; ad mortē cōtētio,nisi vt hoiem
redimerē meū? Qui frustra redimitur si nulla est spes M
resurrectiōis. Ac p hoc spe oī redēptionis amissa mādu
cemus & bibamus:ne amittamus fructū presentiū,qui
futurorū nullū tenemus. Illorū ergo est cibis & potibus
indulgere,qui nihil post mortē suā sperāt. Deniq; Epi-
curei dicūt assertores voluptatis,qa mors nihil ad nos.
Quo demonstrant corpore se tātū nō mēte viuere: nec
animæ fungi,sed carnis solius munere,qui secessione
animę corporisq; dissolui munus suæ vitæ omne existi
ment,perire merita virtutū,atq; animæ omnē vigorē,
totos se deficere cū corporis sensu,nihil reliquiarū sup-
esse animæ,cū ipsum corp? nō statim resoluatur. Prius
ergo dissoluitur anima q̄ corpus: cū secūdū suā opinio-
nem vel carnē & ossa cōsiderare debeāt,quę post mortē
superſunt,secūdū verā autē assertionē negare nō debeāt
resurrectionis gratiam. Merito ergo hos redarguens
Apostolus monet nos ne talibus labamur opiniōib?, Ibidem.
dicens. Nolite seduci,corrūpūt mores bonos colloquia
mala. Sobrii estote iuste,& nolite peccare. Ignorantiā
enī dei quidā habēt. Bonū ergo sobrietas,quia peccatū
ebrietas est. Quid quod ille Epicurus defensor voluptā
tis,cuius ideo frequentē faciūus mentionē,vt hos aut

A gentiliū discipulos,& Epicureā,pbemus sectā sequi,aut
illum ipsum quē ipsi philosophi a suo excludūt cōsortio
tanq̄ patronū luxuriæ,tolerabiliorē his esse doceamus?
Clamat ergo ille (vt Demarch? asserit) qa nō potatio-
nes,neq; comessationes,nec filiorū soboles,nec fœmina-
rū copulę,nec piscīū copia,aliorūq; huiusmodi,quę splē-
dido vsū parātur cōuiuii,suauē vitā faciant,sed sobria
disputatio. Deniq; addidit q̄ copiis conuiuii moderate
vtantur,qui nō immoderate eas quærunt. Succo solo
& pane vel aqua q libēter vtitur,despuit deliciarū epu-
las,quia multę ex his generātur molestię. Etiā alibi di-
cunt: Non immoderatæ epulæ,nō potatiōes,voluptā
tis suauitatē generāt,sed cōtinēs vita. Cum igitur illos
abdicauerit philosophia,hos nō excludit ecclesia? Siq-
dem & illi,quod malā causam habent,se assertionibus
suis impugnāt frequēter. Nā etsi principalis eorū sentē
tia sit q̄ nullā suauitatē voluptatis putent nisi quę cibo
potuq; percipiatur,tñ intelligētes in tā reprehēsibili de-
finitione versari se sine summo dedecore nō posse,ac de-
seri ab oibus,furco quodā probabiliū disputationū ea co
lorare voluerūt,adeo vt diceret quidā ex iis: Dum stu-
demus delectationi p epulas & cantus,amīsimus eam
quæ per verbi,quo solo salui esse possumus,infunditur
perceptionē. Nōne isti dispares,discolores in hac multi-
B formi disputatiōe nobis videtur,quos adeo scriptura cō
dēnat,vt nō præterierit eos quos Apostolus redargue-
bat,dicēte Luca in actibus apostolorū,qui eum librū hi
Actu.17. storico stylo scripsit: Quidā autē Epicurei & Stoici phi
losophi disputabāt cū eo,& qdā dicebāt, Quid vult hic
seminiverbi? Alii autē, Nouorū dæmoniorū videtur
pronūciator esse. Ex hoc tñ numero nō imunis gratiæ
abiit Apostolus. Siquidē etiā Dionysius Ariopagites
cū Damari vxore sua aliisq; multis credidit. Itaq; illi do
ctissimorū & eloquentiū cœtus simplici disputatiōe vi-
ctos se esse credētiū exēplo manifestarūt. Quid igit sibi
isti volūt qui tētant eos puertere quos acquisiuit Apo-
stolus,quos redemit Christus sanguine suo? Quid est
qđ asserūt baptizatos intēdere nō debere virtutū discipli
nis,nihil illis obesse comessationes,nihil voluptatū af-
fluētiā,insipientes esse eos qui iis careāt: virgines opor
terenubere,filios facere,similiter & viduas iterare qđ
semel male virili admixtione expertæ sint,etiā si se cōti
nere possīnt,errare eas quę nolūt iterare copulā? Quid
ergo? Placet vt hominē exuētes,induamus pecudem:
& expoliantes Christū,vestiamur aut superuestiamur
amictus diaboli? Sed quum ipsi doctores gentiū ne ho-
nestatē quidem cū voluptate copulandam putauerint,
eo quod pecudē viderentur cum homine induere: nos
beluinos vsus humano infundamus pectori,& rationa
bili menti insc̄ribam? irrationabiles ritus ferarū? Quā-
quā multa genera sint animantiū quę amisso pari cōcu
C bitui indulgere nesciant,& tanq̄ solitariæ vitæ æuum
exigant: plurima quoq; herbis vescātur simplicib?, nec
alio nisi fonte puro sitim restinguere nouerint: canesq;
videamus frequēter interdicto cibo tēperare solitas,vt
ieiuna fame ora suspēdant si imperetur abstinētia. Ab
hoc igitur reuocātur homines,quod didicerūt per ho-
minē etiā mutæ non præuaricari bestiæ? Quid autem
pulchrius abstinentia,quę facit etiā inuētutis annos se-
nescere,vt fiat morū senectus? Nanq; vt redūdantia ci-
borū ac temulentia etiā maturior ætas calescit,ita mi-
tigatur inuētutis ferocitas epularum parsimonia,irri-
guoq; fontis: & exterior ignis aquæ infusione extingui-
tur: nō mirū si etiā interiora æstus corporis fluuiali po-
tu refrigerātur. Cibo enī flamma alitur ac deficit. Siqui
dem fœnū,stipulam,lignum,oleum,aliaq; huiusmodi
alimēta ignis sunt,quib? pascitur: ea si detrahas,vel nō
suggeras,etiā ignis sopitur. Similiter ergo vapor cor-
por cibo alitur aut minuitur: cibo excitatur,cibo solui-
tur. Luxuria igitur mater libidinis est. Quid q̄ naturę
cōueniens tēperantia est,atq; illi diuinæ legi quę in ipso
rerum ortu omnes fontes potui,fructus arborū esui de- D
dit? Vinū post diluuiū iustus ad tentationē sui reperit.
Vtamur ergo tēperantiæ naturali cibo, vtinā q̄ possi-
mus. Sed quia non omnes fortes,ideo Apostolus ait: 1.Tim.5.
Vino modico vtere,pter frequētes tuas infirmitates.
Non ergo propter voluptatē bibendū est,sed pter in-
firmitatē. Pro remedio igitur parcius,pro deliciis redū
dantius. Deniq; Helias quē dominus ad virtutis eru- 3.Reg.19
diebat profectionē,ad caput suū collyridam & vas aquę
reperit,& ideo in virtute escę illius quadraginta diebus
ieiunauit. Patres nostri quum mare transirēt pedibus,
aquam nō vinum bibebant. Daniel & Hebręi pueri pa Danie.1.
trio cibo,& aquæ potu,ille furorem leonū repressit,isti
ardentem ignem innoxio videre tactu circa mẽbra sita
pasci. Et quid de viris loquar? Iudith luxurioso Holo- Iudith.12.
pherni haud quaquā inflexit cōuiuio,solo titulo sobrie-
tatis desperatū lacertis virilibus reportauit triūphum,
patriam obsidione exuit,ducem militiæ suis manibus
occidit. Exēplum euidens quod & illum terribilem po-
pulis bellatorem virum luxuria sua emolliuit,& hanc
fœminā tēperātia cibi fortiorem viris fecit. Non hic in
sexu suo victa est natura,sed in cibo suo victa est,& re-
gem superbum suis inclinauit ieiuniis. Anna octogin-
taquatuor annos in viduitate sua ieiuniis & obsecra-
tionibus in tēplo die ac nocte seruiens Christum agno- E
uit. Quem Ioannes abstinentiæ magister quidam no
uus terratū angelus annūciauit. O stultum Helisæum
qui syluestribus ramis & amaris pascebat prophetas,
Immemorē scripturarū Esdram,qui memoria scriptu
ras reddidit,Insipientē Paulū,qui gloriatur ieiuniis,si
nihil prosunt ieiunia. Sed quomō nō prosunt,quib? vi-
tia purgantur? Quæ si deferas cū humilitate,cū mise-
ricordia, vt Esaias spiritu diuino locutus est, ossa tua Esaię.58.
pinguescēt,& eris sicut ortus ebrius. Pinguescit igitur
anima tua,virtutesq; eius spirituali adipe ieiunii,& fru
ctus tui multiplicantur vbertate mentis tuæ,vt sit in te
sobria ebrietas,sicut illud est poculum de quo ait pro-
pheta, Et poculum tuum inebrians q̄ præclarū est. Sed Psal.22.
nō illa solum laudabilis quæ parca est ciborū tēperātia,
sed etiā illa quæ concupiscentiæ. Deniq; scriptum est,
Post cōcupiscentias tuas ne eas, & a voluptate tua ve- Eccl.18.
tare. Si dederis animæ tuæ concupiscentiā,gaudio eris
inimicis tuis. Et infra, Vinū & mulieres apostatare fa-
ciunt etiā sapientes. Vnde Paulus etiā in ipsis coniu-
giis tēperantiam docet. Est enī velut quidā adulter in-
continens in matrimonio,qui legem apostolicā præua
ricatur. Quid autē loquar quāta sit virginitatis gloria,
quę meruit a Christo eligi vt esset etiā corporale dei tē
plum,in qua corporaliter (vt legimus) habitauit pleni- Coloss.2.
tudo diuinitatis? Virgo genuit mundi salutem,virgo
peperit vitā vniuersorū. Sola ergo nō debet esse virgi-
nitas,quæ oībus in Christo profuit? Virgo portauit F
quem mundus iste capere aut sustinere nō potest. Qui
cum ex Mariæ nascerētur vtero,genitale tamen septū
pudoris,& intemerata virginitatis cōseruauit signacu
la. Itaq; in virgine Christus reperit quod suū esse vellet,
quod sibi omniū dñs assumeret. Per virum autē & mu
lierem caro eiecta de paradiso,per virginem iuncta est
deo. Quid de altera Moysi Maria loquar,quæ fœmi-
nei dux agminis pede trāsmisit pelagi freta? Quo mu-
nere autē venerabilis Thecla etiam leonibus fuit,vt ad
pedes prædæ suæ stratæ impastæ bestiæ sacrum defer
rent ieiunii,nec procaci oculo virginē nec vngue viola-
rent aspero,quoniā & ipso aspectu virginitatis violatur
sanctitas? Deniq; qua reuerētia virginitatis locutus est
sanctus Apostolus, De virginibus præceptū dñi nō ha 1.Cor.7.
beo,consiliū autē do tanq̄ misericordiā consecutus a do-
mino? Præceptū nō habet,cōsilium habet. Non enim
pręcipitur quod supra legē est,sed magis dato suadetur
consilio. Nec autoritas præsumitur,sed demonstratur
gratia: nec a quocūq; demonstratur,sed ab eo qui mise-

G ricordiam dei meruit. Honũ ergo meliora q̃ apostolorũ cõsilia? Apostolus dicit, Consiliũ do. isti dissuadẽdum putant, ne qua studeat virginitati. Cuius quãtã laudẽ breui versiculo ꝓpheta expresserit, vel potius Christus
Canti.4. in propheta, debemus cognoscere. Ortus, inquit, clausus soror mea, ortus clausus, fons signatus. Christus hoc dicit ad ecclesiã, quã vult esse virginẽ sine macula, sine ruga. Bonus ortus virginitas, quę plurimos boni ferat fructus odoris. Ortus clausus, quia vndiq; vallata est muro castitatis. Fons signat⁹, eo qđ virginitatis sit fons & origo pudicitię, quæ inuiolata custodiat integritatis signacula, in quo fonte imago dei luceat: quia cum mũditia corporis congruit etiã puritas simplicitatis. Non potest dubitare quisquã quod ecclesia virgo sit, quã etiã in Corinthiis despondit Apostolus Paulus virginem castam assignare Christo. In superiore igitur epistola dat consiliũ, & existimat bonum esse munus virginitatis, vt nullis instantis seculi turbetur necessitatib⁹, nulla illuuie coinquinetur, nullis exagitetur ꝓcellis. In posteriore sponsor est Christo quod virginitatẽ ecclesiæ in illius plebis consignare possit integritate. Responde mihi nunc Paule qua ratione propter instantem necessitatem des consilium: quoniã qui sine vxore est: solicitus, inquit, est quæ domini sunt, quomodo placeat deo. Et
1.Cor.7. addidit: Et mulier innupta & virgo cogitat quę sunt domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Habet igitur murũ suũ aduersus mũdi hui⁹ turbines, & ideo septo diuinæ munita protectionis nullis seculi flabris inquietatur. Bonum ergo consilium, quia in cõsilio vtilitas est,
H & in pręcepto laqueus. Consilium inuitat voluntarios, præceptũ astringit inuitos. Siqua ergo secuta fuerit cõsilium, & eam non pœnituerit, acquisiuit vtilitatem. Si quã vero pœnituerit, nõ habet quod accuset Apostolũ. Ipsa enim de ĩfirmitate sua iudicare debuit, & ideo sibi voluntatis suæ rea est, cuius grauiore q̃ ferre posset laqueo se ac nodo ligauit. Itaq; tanquam bonus medicus qui & fortioribus stabilitatẽ virtutis conseruare cupiat, & infirmis salubritatẽ dare, aliis dat cõsiliũ, aliis demõ
Rom.14. strat remediũ. Qui infirmus est, olera manducet, accipiat vxorẽ: qui validior est, fortiorẽ virtutis cibũ expe
1.Cor.7. ctet. Meritoq; adiunxit: Nã qui statuit in corde suo firmus nõ habẽs necessitatẽ, potestatẽ autẽ habẽs suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo seruare virginem suam, bene facit: & qui nõ iungit, melius facit. Mulier vincta est legi quãto tẽpore vir eius viuit. Quod si dormierit vir ei⁹, libera est: cui vult nubat, tãtũ in dño. Beatior autẽ erit si sic permãserit, secũdum meũ cõsiliũ. Puto enim quod & ego spiritum dei habeo. Hoc est consilium dei habere, explorare diligẽter omnia, & quæ meliora sunt suadere, & quæ tutiora demonstrare. Proui
I dus doctor multas ostendit vias, vt qua vult vnusquisq; quã sibi accõmodam arbitratur incedat, dũmodo occurrat quo possit incapt⁹ pretẽdere. Bona virginitatis via, sed sublimis & ardua validiores requirit. Bona etiam viduitatis, nõ tam difficilis vt superior, sed cõfragosa & aspera cautiores exigit. Bona etiã matrimonii, plena & directa longiore circuitu ad castra sanctorũ peruenit. ea plurimos recipit. Sũt ergo virginitatis premia, sunt merita viduitatis, est etiam coniugali pudicitiæ locus. Gradus singularũ sunt & incremẽta virtutũ. State igitur in corde vestro, ne quis vos subruat, neq; possit subuertere. Docuit nos Apostolus quid sit stare, hoc est
Exodi.3. quod Moysi dictũ est: Locus enĩ in quo stas, terra sancta est. Nemo eĩ stat nisi qui fide stat, nisi qui fixus stat
Deute.5. sui cordis sentẽtia. Alibi quoq; legim⁹, Tu autẽ hic sta mecũ. Vtrũq; ad Moysen a dño dictũ est, Vbi tu stas, terra sancta est: & hic sta mecũ. hoc est, mecũ stas, si stes in ecclesia. Ipse enim locus est sanctus, ipsa terra fœcunda sanctitatis, & opima virtutũ messibus. Sta ergo in ecclesia, sta vbi tibi apparui, ibi ego tecũ sum. Vbi est ecclesia, ibi firmissima statio tuæ mentis est: ibi fundamentũ animi tui, vbi tibi de rubo apparui. Tu rubus, K
ego ignis in rubo, ego in carne propterea ignis, vt tibi luceam, vt tuas spinas & tua peccata consumã, & meã tibi demonstrẽ gratiam. Stantes ergo in corde vestro lupos fugate ab ecclesia quærẽtes prædam tollere. Nõ sit in vobis desidia, non sit prauum os, lingua amarior. Nolite in concilio vanitatis sedere. Scriptum est enim:
Non sedi in concilio vanitatis. Nolite audire detrahen Psal.25.
tes proximis, ne dum auditis alios, prouocemini vt & ipsi derogetis proximis, & dicatur vnicuiq; vestrum,
Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas. Sedentes Psal.49.
detrahunt, stantes autẽ dominũ benedicũt, quibus dici
tur: Ecce nunc benedicite dñm omnes serui dñi, qui sta Psal.133.
tis in domo dñi. Qui sedet (vt de corporeo vsu loquar) quasi ocio, & resoluitur corpore, atq; intentionẽ mentis relaxat. Stat autẽ speculator ꝓuidus, & explorator impiger, peruigil custos, qui prætendit in castris. Bellator quoq; strenuus ante expectatũ stat in agmine, qui vult
aduersarii consilia pręuenire. Qui stat, videat ne cadat. 1.Cor.10.
Qui stat, obtrectare nescit. Ociosorũ eteni fabulę sunt, quibus obtrectatio seritur, malignitas proditur. Vnde
ait ꝓpheta: Odio habui congregationẽ malignorũ, & Psal.15.
cũ impiis non sedebo. Et in trigesimosexto psalmo, quẽ pręceptis refersit moralibus, in principio statim posuit:
Noli æmulari inter malignantes, neq; æmulatus fue Psal.36.
ris facientes iniquitatẽ. Malignitas plus nocet q̃ malitia, quia malignitas nec puram simplicitatẽ habet, nec apertam malitiã, sed absconditam maleuolentiã. Difficilius autem cauentur occulta, q̃ quę sunt cognita. Vn
de & saluator noster a spiritibus malignis cauendum L
admonet, quod nos blandarum specie voluptatum capiant, cæterarũq; rerum simulatione, cum ambitionẽ, honorem, auaritiam, diuitias, ad superbiã potentiæ lenocinia prætẽdunt. Itaq; cũ in omni actu, tum maxime in episcopi petitione abesse debet malignitas, in quo vita formatur omniũ, vt placido & pacifico iudicio praeferatur vir omnibus, qui eligatur ex oĩbus, & qui medeatur omnibus. Etenim mansuetus homo, cordis medicus est. Huius se medicũ etiã dominus in euangelio lo
cutus est dicens: Nõ opus est sanis medicus, sed iis qui Mat.9.
male habẽt. Bonus medicus, qui infirmitates nostras accepit, sanauit ægritudines: & tamẽ iste (sicut est scriptũ) nõ se honorificauit fieri summũ sacerdotẽ, sed q lo
cutus est ad eũ, pater dixit, Filius me⁹ es tu, ego hodie Hebrę.5.
genui te. Sicut & alibi dicit, Tu es sacerdos in ęternum secũdum ordinẽ Melchisedech. Qui qm̃ typus futurus erat sacerdotũ omniũ, ideo carnẽ suscepit, vt in diebus carnis suæ preces & supplicationes deo patri cũ magna voce & lachrymis offerret, & ex iis quę passus est, quãuis esset filius dei, discere videretur obediẽtiam, quam
nos doceret, vt nobis fieret autor salutis. Deniq; con M
summatis passionibus tanq̃ cõsummatus ipse sanitatẽ dedit omnibus, peccatũ tulit omniũ. Ideo & Aaron sacerdotẽ ipse elegit, vt nõ humana cupiditas in eligendo sacerdote pręponderaret, sed gratia dei: non voluntaria oblatio, nec ꝓpria assumptio, sed cælestis vocatio: vt is offerat munera ꝓ peccatis, qui possit affici ꝓ peccãtib⁹: quia & ipse, inquit, gestat infirmitatẽ. Non sibi quis honorẽ debet sumere, sed vocari a deo. sicut & Aaron, ita & Christus nõ ex se sibi accepit sacerdotiũ. Deniq; cũ ab Aaron p genus ducta successio, generis magis teneret heredes, q̃ iustitię cõsortes, ꝓpterea ad typũ illius Melchisedech quẽ in veteri testamẽto legimus, verus Melchisedech, verus rex pacis venit, verus iustitiæ rex venit. Hoc enĩ habet nominis interpretatio, sine patre, sine matre, sine generatiõis enumeratione, neq; initium dierũ, neq; finẽ vitę habẽs, qđ & ad filiũ dei refertur, qui matrẽ in illa diuina generatiõe nesciuit, patrem in hoc virginis Mariæ partu ignorauit, ex patre solo natus ante secula, ex virgine sola ortus in hoc seculo. Initium dierũ habere vtiq; nõ potuit, qui erat in pricipio. Quo

A modo vitę finem haberet, qui vitę auctor omnibus est? Ipse principium & finis omniũ. Sed refertur ad exemplum, vt tanquam sine patre & sine matre sacerdos esse debeat, in quo non generis nobilitas, sed morũ eligatur gratia, & virtutum prerogatiua. Sit in eo fides, & morum maturitas, non alterum sine altero, sed vtrunq; in vno cũ bonis operib⁹ cõueniat & factis. Vnde nos apo
Hebrę.6. stolus Paulus eorũ vult esse imitatores, qui per fidem, inquit, & patientiã possident repromissiones Abrahę, qui per patientiam promissę sibi benedictionis meruit accipere & possidere gratiam. Imitatores nos sancti Aaron Dauid propheta debere esse admonet, qui eum inter sanctos domini ad imitandum nobis cõstituit, di
Psal.89. cens, Moyses & Aaron in sacerdotib⁹ eius, & Samuel inter inuocantes nomen eius. Dignus plane vir qui sequẽdus proponatur omnibus. Nam cũ dira mors propter cõtumaces in plebem serperet, medium se inter viuentes morientesq; obiecit, vt mortem sisteret, ne plures perirent. Vere vir mentis & animi sacerdotalis, qui se pro dñi grege quasi pastor bonus pio obiiceret affectu. Itaq; infregit aculeum, mortis impetũ tenuit, transitum negauit. Pietas meritum adiuuit, quia pro ipsis se obtulit qui resistebant. Discant igitur diffidentes timere domini cõmotionem, sacerdotes placare. Quid? Da
B than & Abiron & Chore nonne propter dissensionem
Nũer.16. hiatus terræ absorbuit? Nam cum instigassent Chore & Dathan & Abiron ducentos quinquaginta viros aduersus Moysen & Aaron, vt separarent se ab iis, insurrexerũt illi dicentes, Satis sit vobis quod tota synagoga sanctorũ est, & in ipsis est dominus. Vnde iratus dominus locutus est ad omnẽ synagogam, Cõsiderauit & nouit dominus qui sunt eius, & sanctos adduxit ad se: & quos non elegit, non adduxit ad se. Et iussit dominus vt eligerent sibi arulas, & incẽsum ponerẽt Chore & omnes qui cũ eo insurrexerãt aduersum Moysen & Aaron sacerdotes domini, vt qui electus esset a domino, ipse sanctus confirmaretur inter leuitas domini. Et dixit Moyses ad Chore, Audite me filii Leui, Nũquid hoc pusillum est vobis quod separauit vos deus a synagogis Israel? Et infra, Quæritis sacerdotio fungi? Sic tu & omnis synagoga tua cõgregare ad deum? Et Aaron quis est, quia murmuratis de eo? Consideratis igitur quę offensionis causæ extiterint, quod sacerdotio fungi indigni vellent, & propterea diffiderent, quod immurmurarent improbãtes in sacerdotis sui electione iudicium dei. Propterea totũ populũ metus ingens corripuit, pœnæ terror inuoluit vniuersos. Obsecrantibus tamen omnibus ne paucorũ insolentia omnes perirẽt,
C designãtur sceleris rei, & a totius populi corpore ducẽti quinquaginta cũ auctoribus suis separãtur. immugiẽs terra in medio plebis scinditur, aperitur in profundum sinus, abripiuntur noxii, & ita ab omnibus mundi huius ablegantur elementis, vt nec aerem haustu, nec cælum visu, nec mare tactu, nec terram contaminarent sepulchro. Cessauit pœna, nõ cessauit malitia. ex hoc ipso immurmuratio exorta populi, quod p sacerdotes perisset populus. Qua indignatione dominus perdidisset omnes, nisi Moysi & Aaron primo precibus inflexus, post etiã obiectu sacerdotis sui Aaron maluisset ingratos maiore veniæ pudore donare iis quorũ abnuebant gratiam. Ipsa prophetissa Maria, quę cũ fratribus pede transierat freta maris, quia Aethiopissæ mysteriũ adhuc nesciens immurmurauerat aduersus fratrẽ Moysen, leprę maculis inhorruit, vt vix tanto absoluta esset contagio, nisi Moysen rogasset. Quãuis ad typum synagogę illa refertur admurmuratio, quæ Aethiopissę, id est ecclesiæ ex gentibus sacramentũ ignorans quotidiano immurmurat cõuitio, & inuidet ei plebi cuius fide etiã ipsa exuetur a perfidię suę lepra, secũdum quod legim⁹ quia cęcitas ex parte Israel cõtigit donec plenitudo gentiũ intraret, & sic oĩs Israel saluus fieret. Et vt
aduertamus qa in sacerdotibus diuina magis q̃ huma D
na operatur gratia, vna ex multis quã Moyses p trib⁹ acceperat & recõderat, virga Aaron floruit, atq; ita diuini iudicii munus spectandũ in sacerdote populus aduertit, ac destitit parem sibi humano iudicio vendicare gratiã, qui ãte parẽ sibi prerogatiuã cõpetere arbitrabatur. Virga aũt illa quid aliud ostẽdit, nisi quod nunq̃ sacerdotalis marcescat gratia, & summa humilitate habeat in suo munere cõmissæ sibi florẽ potestatis, vel qa id quoq; ad mysteriũ referatur? Nec ociose ꝓpe exitum vitę Aaron sacerdotis hoc factũ putam⁹. Declarari videtur populus senior, sacerdotalis longeuę infidelitatis vetustate cariosus, quod vltimis tẽporibus imitatione ecclesię reformatus in studia fidei & deuotionis, emortuũ iã tot seculis rediuiua gratia florẽ emittat. Quid autẽ aliud significatur quod post defunctum Aaron nõ vniuerso populo, sed soli Moysi qui est in sacerdotibus dñi, imperauit deus vt exuuis Aaron sacerdotis filiũ eius indueret Eleazarũ, nisi vt cognosceremus quod sacerdos cõsecrare sacerdotẽ debeat, & ipse eũ induere vestimentis, hoc est virtutib⁹ sacerdotalib⁹, ac tũc si nihil ei deesse indumentorũ aduerterit sacerdotaliũ, & apte quadrare omnia, sacris eũ adhibeat altaribus? Supplicaturus enĩ pro populo, eligi a domino, probari debet a
sacerdotibus, ne quid sit quod in ipso grauiter offendat, E
cuius officiũ est ꝓ aliorũ offensa interuenire. Neq; enĩ mediocris virtus sacerdotalis est, cui cauendũ nõ solum ne grauioribus flagitiis sit affinis, sed ne minimis quidem: vt sit prõptus ad misericordiã, promissum nõ remordeat, lapsum reuocet, cõpatiatur dolori, mansuetudinẽ teneat, pietatẽ diligat, iram repellat vel decoquat, sit quidã lituus plebis excitandæ ad deuotionẽ, mitificandæ ad tranquillitatẽ. Vetus dictũ est, assuesce vnus esse: vt vita tua quandam picturam exprimat, eandem seruans semper imaginem quã acceperit. Quomodo potest vnus esse, qui nunc iracundia inflammatur, nunc indignatione graui exæstuat, nunc vultu excandescit, nunc pallore immutatur, p momẽta varius & discolor? Sed esto sit naturæ irasci, aut plerũq; causę, hominis est tamen tẽperare iracũdiam, non leonino raptari furore. non norit assuescere clamori, nõ serere nec acerbare familiare iurgium. Scriptũ est enim: Vir iracundus effodit peccatum. Non est vnus duplici corde, non est vnus qui se cohibere nescit in iracundia: de quo pulchre Da
uid ait: Irascimini, & nolite peccare. Non iram impe Psalm.4.
rat, sed indulget naturę, quã homo pręuenire nõ potest, mitigare potest. Ergo etsi irascimur, affect⁹ noster motum recipiat secundũ naturã. Quis enim ferat si ipse se
gubernare nequeat, qui alios gubernandos receperit? F
Ideoq; Apostolus formã dedit, quia & episcopũ esse o
portet irreprehensibilẽ. Et alibi ait: Oportet enim epi 1.Tim.3.
scopum sine crimine esse sicut dei dispensatorem, nõ superbum, non iracundum, nõ vinolentum, nõ percussorem, nõ turpis lucri cupidum. Nam quomodo conueniunt sibi dispẽsantis misericordia, & cupiditatis auaritia? Hęc posui quę cauenda acceperim. Virtutũ autem magister Apostolus est, qui cũ patientia redarguẽdos doceat cõtradicẽtes, qui vni⁹ vxoris virũ pręcipiat esse: nõ quo exortẽ excludat coniugii, nã hoc supra legẽ præcepti est: sed vt coniugali castimonia seruet ablutionis suę gratiã, Neq; iterũ vt filios in sacerdotio creare Apostolica inuitetur autoritate. Habentẽ enĩ dixit filios, nõ facientem, neq; coniugiũ iterare. Quod ideo nõ pretermisi, quia pleriq; ita argumẽtãtur, vnius vxoris virum dici post baptismũ habitę, eo quod baptismo vitium sit ablutum, quo afferebatur impedimentũ. Et vitia quidem atq; peccata diluuntur omnia, vt si quis contaminauerit suum corpus cũ plurimis quas nulla coniugii lege sociauerit, remittantur ei omnia: sed coniugia non resoluuntur si quis iterauerit. Culpa enĩ lauacro nõ lex soluitur. Nulla enim culpa coniugii, sed lex est. Quod

G legis est igitur, non remittitur quasi culpa, sed tenetur quasi lex. Ideo Apostolus legem posuit dicēs: Si quis sine crimine est vnius vxoris vir. Ergo quia sine crimine est vnius vxoris vir, teneatur ad legē sacerdotii suscipiendi. Qui autē iterauerit coniugiū, culpā quidem nō habet coinquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis. Diximus quid legis est, dicamus etiā quid ratiōis. Sed prius cognoscamus nō solū hoc Apostolū de episcopo & presbytero statuisse, sed etiā patres in cōcilio Niceni tractatus addidisse, neq; clericum quēquā debere esse qui secunda coniugia sortitus sit. Quomodo enim potest cōsolari viduam, honorare, cohortari ad custodiendam viduitatem, seruandam marito fidem, quam ipse priori coniugio non reseruauerit? Aut quid interesset inter populum & sacerdotem si iisdem astringerētur legibus? Debet præponderare vita sacerdotis, sicut præponderat gratia. Nam qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima precepta in se custodire. Q; resistebam ne ordinarer: postremo cū cogerer, saltem ordinatio protelaretur. Sed non valuit præscriptio, prævaluit impressio. Tamen ordinationem meā occidentales episcopi iudicio, orientales etiam exemplo probarunt. Et tamen neophytus prohibetur ordinari, ne extollatur
H superbia. Si dilatio ordinationi defuit, ius cogentis est. Si nō deest humilitas competens sacerdotio: vbi causa non hæret, vitium non imputatur. Quod si in aliis ecclesiis tanta suppetit ordinandi sacerdotis consideratio, quanta cura expetitur in Vercellensi ecclesia, vbi duo pariter exigi videtur ab episcopo, monasterii cōtinētia, & disciplina ecclesię? Hęc enī primus in occidentis partibus diuersa inter se Eusebius sanctæ memorię cōiunxit, vt & in ciuitate positus instituta monachorū teneret, & ecclesiā regeret ieunii sobrietate. Multum enim adiumenti accedit ad sacerdotis gratiā, si ad studium abstinentiæ, & normā integritatis inuētutē astringat, & versantes intra vrbem abdicet vsu vrbis & cōuersatione. Hinc illi processerūt viri, Helias, Helisæus, Ioannes, Elizabeth, qui pelliceis tunicis & caprinis exuuiis induti, inopes atq; egentes, angustiis & dolotibus afflicti, in solitudinibus errabāt, inter alta & condensa montium, inuia rupiū, spelunearū horrida, foueārū vadosa, quorū cōuersatione dignus orbis terrarū nō erat. Hinc illi Daniel, Ananias, Azarias, Misael, qui l'aula regia pascebantur, ieiunio alebātur tanq; in desertis cibo aspero, potuq; obuio. Meritoq; regii seruuli regis præualuerūt, & captiuitatē decisso iugo contēpserūt, potestates subegerunt, elementa vicerūt, naturā ignis extinxerūt, euitauerunt flammas, obtuderūt aciem gladii, strinxerunt leonū ora: & vbi infirmiores fieri existimabātur,
I ibi fortiores reperiebātur. nō refugiebāt ludibria humana, qui cælestia sperabāt præmia. nō horrebāt tenebras carceris, quib⁹ eterni luminis gratia refulgebat. Hos secutus Eusebius sanctus exiuit de terra sua, & de cognatione sua, & domestico ocio pegrinatione pretulit. Pro fide quoq; exilii dura præoptauit atq; elegit, coniuncto sibi sancte memoriæ Dionysio, qui posthabuit impatoris amicitiā exilio voluntario. Itaq; memorabiles viri circundati armis, vallati exercitu cū raperētur de ecclesia, maiore triūphabāt de imperio, quia cōtumelia terrestri mercabantur mentis fortitudinē, regni potentiā: quibus militaris armorū strepitus extorquere non potuit fidem: subegerūt bestialis animi feritatē, quę nocere sanctis nequiuit. Ira enī regis, ira leonis vt in prouerbiis habes. Cōfessus est victā se esse, qui rogabat vt mutarent sententiā. Sed illi validioré calamū sui ferreis gladiis arbitrabātur. Deniq; vulnerata est pfidia vt occideret, nō est vulnerata sanctorū fides, nō desiderarunt patriū sepulchrū quib⁹ reseruabatur cęleste domicilii. Erraverunt toto orbe, vt nihil habentes, & possidētes oīa. Quocūq; missi essent, locus deliciarū putabatur. Neq; enim illis quicq; deerat, quibus fides locuples abundabat. Deniq; locupletabant alios ipsi inopes ad sumptū, k.
opimi ad gratiā: tentabātur, sed nō mortificabantur, in ieiuniis, in laboribus, in custodiis, in vigiliis. Euaserūt de infirmitate fortes, nō expectabant deliciarum illecebras quos saginabat fames, non adrebant eos torrida æstatis, quos refrigerabat æternæ spes gratiæ. Non frangebat glacialis plagæ frigiditas, quibus feruēti spiritu vernabat deuotio. Non verebantur vincula hominū, q̄s Iesus solverat. Non desiderabāt redimi a morte, qui præsumebant a Christo resuscitari. Deniq; fatebatur Dionysius exegit votis vt in exilio vitam poneret, ne regressus cōfusa institutis & vsu infideliū studia plebis aut cleri inueniret. Meruitq; hanc gratiā vt pacem domini tranquillo affectu secū referret. Itaq; vt Eusebius sanctus prior tenuit vexillum cōfessionis, ita btis Dionysius in exilii locis ppiore martyrio⁹ titulo exhalauit. Hæc igitur patiētia in sancto Eusebio monasterii coaluit vsu, & durioris obseruatiōis cōsuetudine hausit laborū tolerantiā. Nāq; hæc duo in attētiore Christianorū deuotione præstantiora esse quis ambigat, clericorū officia, & monachorū instituta? Ista ad cōmitatē & moralitatē disciplina, illa ad abstinentiā assuefacta atq; patientiam. Hęc velut in qirodam theatro, illa in secrēto. Spectatur ista, illa absconditur. Ideo bon⁹ Athleta ait, L
Spectaculum facti sumus huic mūdo. Dignus sane qui spectaretur ab angelis cū luctaretur: vt ad Christi brauium peruenire, cū certaret vt in terris vitā angelorū institueret, in cęlo nequitiā angelorū refelleret: Colluctabatur enim nequitiis spiritualibus. Merito mūdus eum spectabat, vt mūdus imitaretur. Hæc ergo vita in stadio, illa in spelunca. Hęc aduersum cōfusionē seculi, illa aduersus carnis appetentiā. Hęc subiiciens, illa refrigiens corporis voluptates. Hęc gratior: illa tutior. Hęc se ipsam regens, illa semetipsam coercens. Vtraq; tamen se abnegans, vt fiat Christi, quia perfectis dictum Mat. 16.
est: Qui vult post me venire, abneget seipsum sibi, & Gala. 2.
tollat crucem suā, & sequatur me. Sequitur ergo Christum qui potest dicere: Viuo autem iam nō ego, viuit vero in me Christus. Negabat se Paulus, cum sciens quia vincula & tribulationes eum manerent, in Hierusalem voluntarius se offerret periculis dicens: Nec fa Actu. 20.
cio animā cariorem mihi, dūmodo consummē cursum meum, & ministeriū verbi quod accepi a domino Iesu. Deniq; circumstantibus plurimis plorantibus & obsecrantibus, non reflexit animū. ita fides prompta dura sui censor est. Hęc ergo dimicat, illa se remouet. Hęc illecebras vincit, illa refugit. Huic mundus triumphatur, illi exultat. Huic mundus crucifigitur, vel ipa mundo, illi ignoratur. Huic plura tentamenta, & ideo maior M
victoria: illi infrequentior lapsus; facilior custodia. Deniq; ipse Helias, vt cōfirmaretur verbi oris ei⁹, missus 3. Reg. 17
est a dño, vt se ad torrentem absconderet Charith: Mi- &. 19.
nabatur Achab, minabatur Iezabel, timuit Helias, & exurexit, & iterum in virtute escæ intelligibilis quadraginta diebus ambulauit, & quadraginta nōctibus vsq; ad montem Oreb, & introiuit in speluncam, & requieuit ibi, & sic postea missus est vt vngeret reges. Qui ratus igitur ad patientiam est solitudinum incolatu, & tanquam pastus ad virtutis adipalem agresti alimento processit fortior. Ioannes quoq; in deserto adoleuit, & dominū baptizauit, & conscientiam illic prius exercuit, vt postea regem increparet. Et quia de sancti He- Lucæ. 3.
liæ habitatione deserti, nomina locorum non otiosa quasi feriati præteriimus, quid significet repetendum videtur. Missus est Helias ad torrentem Charith, ibi eum corui alebant, mane panē afferebāt, ad vesperam carnes. Non immerito mane panis afferebatur, qui cō firmat cor hominis. Q uo enī cibo nisi mystico aleretur pphetā? Ad vesperā carō ministrabatur. Intellige quæ legis, quia Charith intellectus est. Oreb omne cor quasi cor dicitur. Bersabe quoq; puteus septimi, aut iu-

A ramenti latina interpretatio est. Primū Helias in Bersabe est, cōcessit ad sanctæ legis mysteria, diuiniq; iuris sacramenta. Postea ad torrentē mittitur, ad illū fluminis impetum qui lætificat ciuitatē dei. Vtrunq; aductis vnius auctoris testamētū. vetus scriptura quasi puteus, pfunda atq; obscurior: vnde cū labore haurias, nō plenam, quia adhuc qui impleret eam, nō venerat. Deniq; postea ait: Nō veni legē soluere, sed implere. Ideo Mat. 5.
ad fluuium trāsire sanctus a Christo iubetur, quoniam qui de nouo testamēto biberit, non solum flumē est, sed flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, flumina intellectus, flumina cognitionis, flumina spiritualia, quę tamen perfidiæ arserūt tempore, ne sacrilegi biberent, potarent perfidi. Ibi prophetā domini agnoscebāt corui, quem nō agnoscebāt Iudæi. Pascebant corui, quem genus regale illud & nobile persequebatur. Quę est Iezabel quæ persequebatur, nisi synagoga vane fluēs, vane abūdās scripturis, quas neq; custodit, neq; intelligit?
Psal. 146 Q ui corui pascebant, nisi quorū pulli eum inuocāt, qui iumentis dat escam, vt legimus, pullis coruorum inuocantibus eum? Sciebant illi corui quē pascerent, qui iuxta intellectum erant, & ad illum cognitionis sacre fluuium escam vehebant. Pascit prophetā, qui intelligit, qui custodit quæ scripta sunt. Date ipsum ei cibū, fides nostra ei alimentū, nō erit profectus, mētes ille nostras
B sensusq; pascitur, in nostro sermo eius intellectu epulatur. Damus ei panem qui in lumine Euāgelii positi cōferimus ei nostri firmamenta cordis. His aliter; his viget, his ieiuna dū replet ora, quibus Iudæorū perfidia nullum fidei cibū subministrat. Ieiunus est illis omnis sermo propheticus, cuius adipem interiorē non videt, exesus & tenuis qui impinguare eorū fauces nō potest. Fortasse ideo deferebāt ad vesperā carnes, quasi fortiores cibos, quos infirmi ingenio Corinthii non poterāt sumere, et ideo lacte potabantur Apostolico. Esca ergo fortior ad vesperam mūdi huius deferebatur, mane panis. Et ideo quia dominus hanc ministrari mādauit alimoniam, bene illud propheticū dici ei hoc loco conue-
Psal. 64. nit, Exitus matutino & vespere delectabis. Et infra: Parasti cibum illorum, quia ita est preparatio eius. Sed satis de magistro dictū puto, nūc discipulorū vitam prosequamur: quia in illam se laudē indūerūt. hymnis dies ac noctes personant. Hæc nempe angelorū militia est, semper esse in dei laudibus, orationibus conciliare crebris, atq; exorare dominū studēt, lectione vel operibus continuis mentem occupant, separati a cœtu mulierū, sibiipsi inuicem vitam præbēt, custodiam. Qualis hęc vita, in qua nihil sit quod timeas, & quod imiteris plurimum adest: ieiunii labor compēsatur mentis placiditate, leitatur vsu, sustentatur ocio, aut fallitur negocio, non oneratur mūdi solicitudine, non occupatur alienis
C molestiis, nō vrgetur vrbanis discursibus. Huic vel seruando vel edocendo muneri aduertitis qualis adhibendus magister sit, quem reperire possumus si vestra humanitas aspiret, si vos donetis inuicē vobis, si quis ab altero se læsum nō putat. Non enim hęc sola est forma iustitiæ, vt non lædas eum qui te non læserit, sed etiā illa, vt etiā ei rēmittas qui te læserit. Lædimur plerūq; fraudē alterius, dolo proximi. Nūquid hoc virtutis putamus [redacted] dolū vlciscamur dolo, fraudē referamus fraudib[redacted] enim si iustitia virtus est, crimine debet vacare, nec improbitatē improbitate refellere. Q uę enim virtus, hoc a te fieri, quod in altero ipse punias? Contagio ista improbitatis, non vltio est. Nihil autē interest cui malefacias, vtrū iusto, an iniusto, cū te malefacere nō oporteat. Neq; distat quomodo malignus sis, vtrū vindicandi studio, an voto nocendi, cum malignitas in vtroq; genere non careat reprehensione. Nam malignū
Psal. 36. esse, [redacted]to nihil distat: ideoq; dictum est: Noli ma[redacted]nter malignantes, neq; æmulatus fueris facientes [redacted]quitatem. Et supra idem: Odio habui cōgre-

gationē malignātium, Omnes vtiq; cōplexus est, nulD
lum excepit: malignitatē tenuit, nō causam interrogauit. Quæ autem melior forma q̄ iustitiæ diuinæ? Dicit enim dei filius: Diligite inimicos vestros. Et iterū Mat. 5.
dicit: Orate pro calumniantibus & persequētibus vos. Eousq; perfectis studiū adimit vltionis, vt lædentium charitatem imperet. Et quoniam in veteri scriptura dixit: Mihi vindictam, & ego retribuam. Et in Euange Deut. 32.
lio ait orandū pro iis qui leserint, ne in eos vindicet qui vindicādum promisit. Vult enim ex tua dimittere voluntate, in quo ex tua cōtenitur promissione. Quod si vindictā requiris, habes quia iniustus amplius suis punitur opinionibus quā iudiciariis seueritatib⁹. Et quoniam nemo potest esse sine aliquibus aduersis, id agamus, ne nobis nostro iudicio aduersa accidant. Nemo enim grauius alieno cōdemnari potest iudicio, q̄ insipiēs suo, qui sibi est auctor malorū. Vnde molesta & plena contētionis declinemus negocia, quæ neq; fructum habent, & impedimentum afferunt. Quanq̄ id agere debemus, ne nos arbitrii nostri pœniteat, aut facti. Prudētis est enim prospicere ne frequēter eum pœniteat sui. Numq̄ autē pœnitere, solius est dei. Quis vero iustitię fructus, nisi mentis tranquillitas? Aut quid est iuste viuere, nisi cum tranquillitate viuere? Qualis forma fuerit domini, talis totius domus est status. Quod si domi quęritur ista, quanto magis in ecclesia, vbi & diues & pauper, seruus & liber, Græcus & Scytha, honoratus E
& plebeius omnes in Christo vnū sumus? Nemo præsumat, quia diues est, plus sibi deferēdum. Ille est diues in ecclesia, qui pauperi non sibi diues est. In ecclesia quidem fidelis diues est. Fideli enim totus mundus diuitiarum est. Q uid enim mirum si mundū fidelis possidet? Christi hæreditatē possidet, quæ precio sior est mūdo. Sanguine precioso redēpti estis: omnibus vtiq; non solis pecuniosis dictum est. Sed vultis diuites esse? Sequimini dicētem: Sancti in omni cōuersatione estote. Non duitibus dicit, sed omnibus, quia sine discrimine personarum iudicat, vt bonus testis eius Apostolus dicit: Et ideo non in remissione, nō in fastidio, non in exaltatione cordis, sed in timore, inquit, hoc incolat⁹ vestri tempus cōuersamini. Tempus accepistis hac in terra, non perpetuitatem, quasi tempore vtamini, qui sciatis vos migraturos. Nolite in diuitiis cōfidere, quia omnia illa hic relinquuntur. Sola vos comitabitur fides. Erit sane etiam iustitia comes, si fides præuia sit. Quid vos palpant diuitiæ? Non auro vel argēto, non possessionibus, non sericis vestibus de vana vestra conuersatione redempti estis, sed precioso sanguine Christi Iesu. Ille ergo diues est qui fuerit heres dei, Christi coheres. No F
li pauperem contemnere, ille te diuitē facit. Noli egentem fastidire. Iste pauper clamauit ad dominum, & do Psal. 33.
minus exaudiuit eum. Noli inopem refutare, & Chri- 2. Cor. 8.
stus pauper factus est, vt te inopia sua diuitem faceret. Noli quasi diues te attollere: Sine pecunia missit apo- Mat. 10.
stolos suos. Deniq; primus eorum dixit: Argētum & Actu. 3.
aurum non habeo, sed fidem habeo. Gloriatur in paupertate quasi refugiat contaminationem. Argentum, inquit, & aurum non habeo, sed fidem habeo. Satis diues sum in nomine Iesu, quod super omnem hominē est. Argentum non habeo, sed nec requiro. Aurum nō habeo, sed nec desidero, sed habeo quod vos diuites nō habetis. Habeo quod pluris esse etiam vos arbitremini. Dono pauperibus, vt in nomine Iesu dicam: Cōsurgite sanus remisse, & gentia dissoluta. Sed vultis diuites esse? estote pauperes. Tūc eritis per omnia diuites, si fueritis pauperes spiritu. Nō census diuitem, sed animus facit. Sunt enim qui se humiliant in multis diuitiis, & recte ac prudenter. Satis enim diues omnibus nature lex est, cui cito inuenias quod abundet. Cupiditatibus autem omnis diuitiarū abūdantia, inopia est. Deniq; nemo pauper nascitur, sed fit. Non ergo nature

G paupertas, sed opinionis est: ideoq; cito inuenit dives naturæ, difficile cupiditatis. Etenim quo plus vnusquisq; acquisierit, plus sitit, & quasi quadã inardescit ebrietate cupiditatum suarũ. Quid quasi necessariũ quæritis cumulum diuitiarum? Nihil tam necessarium, q̃ cognoscere quid non sit necessariũ. Quid in carnẽ retorquetis excusationẽ? Non corporis venter insatiabilẽ, sed mentis auaritia facit. Numquid caro spem futuri abstulit? Nũquid caro spiritualis gratiæ suauitatẽ ademit? Nũquid caro fidem impediuit? Numquid caro aliquid furoris dominis vanis opinionib⁹ adiudicauit? Plus amat caro moderatam frugalitatẽ, qua exuitur onere, induitur salubritate, qua solicitudinem deponit, assumit trã-
Prou. 13. quillitatem. Sed nec ipsæ diuitiæ vituperabiles. Denique redemptio animæ viri, diuitiæ eius: quoniam qui pauperi donat, redimit animam suã. Est ergo & his materialib⁹ diuitiis virtuti locus. Quasi gubernatores estis in magno mari. Si bene quis gubernat suum nauigiũ, cito trãsit fretum, vt perueniat ad portum. Qui autem nescit regere suũ censum, onere suo mergitur. Ideo scri-
Prou. 10. ptum est: Possessio diuitũ, ciuitas fortissima. Quę est ista nisi Hierusalem quæ in cælo est, in qua regnũ dei? Bona hæc possessio, quę fructus perpetuos facit. Bona possessio, quę non hic relinquit, sed illic possidet. In hac possessione qui fuerit dicit: Portio mea dominus. Non
H dicit, portio mea ab illis vsq; ad illos porrecta & diffusa terminos. Non dicit, portio mea inter illos vicinos, nisi forte inter apłos, inter pphetas, inter sanctos dei. hæc est enim iusti portio. Nõ dicit, portio mea in pratis, nõ in syluis, non in campis, nisi forte in cãpis syluæ, in qui-
Psal. 131. bus inuenitur ecclesia, de qua scriptũ est: Inuenimus eã in campis syluę. Non dicit, portio mea greges equorũ.
Psal. 32. Mendax enim equus ad salutẽ. Non dicit, portio mea armẽta boum, asini, oues, nisi forte inter illa enumerat armenta quæ agnoscũt possessoré suum, & in illa asina vult consortium habere quæ nõ refugit præsepe Christi. Et illa ouis sibi portio est, quę ad immolandum ducta est, & ille agnus coram tondente sine voce qui nõ aperuit os suum, cuius in humilitate iudicium exaltatũ est. Bene ait coram tondente, qui superflua nõ propria in illa deposuit cruce, qui corpus exuit, nõ diuinitatem amisit. Non quicũq; ergo dicit, Portio mea dominus. Nõ auarus dicit, quia venit auaritia, & dicit: Mea portio es, ego te subditũ habui, mihi seruisti, mihi te in illo auro vendidisti, mihi te in illa possessione adiudicasti. Non dicit luxuriosus, portio mea Christus: quia venit luxuria, & dicit: Mea portio es, ego te in illo mihi mancipaui conuiuio, in illis epularum reatibus, ego te addixi tũ teneo gulæ & vuæ chirographo. An ignoras quia
I carius tibi fuit mẽsæ tuæ q̃ vitę precium? Tuo te iudicio reuinco, nega si potes, sed non negare potes. Denique nihil ad vitam referiasti, totum ad mensam expendisti. Non potest dicere adulter, portio mea dominus: quia venit libido, & dicit: Ego sum tibi portio, mihi te in illius adolescentulæ addixisti amore, in illius nocte meretricis in meas lẽges in mea intra migrasti. Non dicit proditor, portio mea Christus: quia statim irruit in eũ nequitia mali, & dicit: Fallit te domine Iesu meus iste.
Ioan. 13. Habemus exemplum, quia cũ Iudas panem a Christo accepisset, immisit se in cor eius diabol⁹ quasi possessionem suam vendicans, quasi portionis suę ius retinens, quasi dicẽs: Non est tuus iste, sed meus, meus certe minister, tuus proditor. meus plane iste est: deniq; tecum recũbit, & mihi seruit: tecũ epulatur, & mecũ pascitur. A te panem accepit, a me pecuniã. Tecum bibit, & mihi tuum sanguinem vẽdit. Quam vera diceret, probauit. Deniq; Christus recessit ab eo, ipse quoq; Iudas reliquit Iesum, sequitur diabolum. Quam multos domi nos habet qui vnũ refugerit. Sed nos non refugiamus. Quis refugiat eum quem sequuntur alligati vinculis, sed vinculis voluntariis quæ soluunt non alligant, quibus vincti vinculis gloriãtur dicentes: Paulus vinctus Iesu Christi, & Timotheus? Gloriosius ab hoc stringi mur, q̃ ab aliis absoluimur & relaxamur. Quis igit̃ fugiat pacem? quis fugiat salutem? quis fugiat misericordiam? quis fugiat redemptionem? Videtis filii quales eraserint qui hæc secuti sunt, quomodo operentur defuncti. Quarum virtutum laudem miramur, cani studeamus adipisci industriam: & quas prædicamus in aliis, eas in nobis taciti recognoscamus. Nihil mollicu-
lum, nihil infractum ad laudẽ peruenit. Regnũ cælorũ Mat. 11.
cogitur, et cogentes diripiunt illud. Festinantes patres agnum mãducabant. Festina est fides, salutis deuotio, spes impigra contradictiones animi non amat, sed traductionem ab infructuoso ocio ad fructũ laborũ. Quid in crastinum differs? Potes & hodiernum diem lucrari. Cauendum est enim ne & illum nõ teneas, & hũc amittas. Non exiguũ detrimentum est vel horę vnius, & vna hora totius vitæ portio est. Sunt iuuenes qui cito volunt ad senectutem peruenire, ne subiaceant diutius seniorum arbitrio. Sunt etiã senes qui velint si possint ad iuuẽtutẽ redire. Quorum studium neutrũ probo, quia iuuenes fastidiosi præsentiũ quasi ingrati mutationem virendi requirunt, senes dilationem, cũ possit & iuuenta senescere moribus, & senectus virere operibus. Neq; enim emendationem morum magis ætas affert q̃ disciplina. Quanto ergo magis nos oportet
L spem attollere ad regnũ dei, vitæ vbi nouitas, vbi gratiæ erit nõ ætatis commutatio. Non ocio, non somno merces paratur. Nullũ opus dormiẽtis est, nullus fructus ocii, immo magis dispẽdium. Ociosus Esau amisit primatus benedictionem, quia maluit cibũ accipere q̃ quærere. Laboriosus Iacob apud vtrumq; parentẽ inuenit gratiam. Et tamen cum superior esset Iacob virtute & gratia, cessit fratris indignationi, qui sibi prælatum fratrem iuniorem dolebat. Ideo scriptũ est, Date locum iræ, ne alterius indignatio te quoq; in peccatum trahat, dum vis resistere, dũ vis vindicari. Potes & ab illo & a te remouere culpam, si cedendum putes. Imitare patriarcham, qui de cõsilio matris lõginqua petiit. Et matris cuius? Rebeccæ vtiq;, hoc est patientię. Cuius enim nisi patiẽtiæ hoc consiliũ esse poterat? Amabat mater cõtra affectum pii amoris dimitti filiũ. Maluit enim sibi eũ exulare q̃ deo. Et quia bona mater, vtiq; detulit, iuniori filio benedictionẽ quam conseruare poterat. Non enim filium filio, sed impigrum ocioso prętulit, fidelem infido. Sed etiam filio ipsi seniori non patum contulit amãdo minorẽ filium, ne parricidiũ faceret. Itaq; quoniam ob pietatẽ non propter improbitatẽ
M exulabat a parẽtibus, loquebatur cũ deo, augebatur census, liberis, gratia. Neq; his tamen elatus est cũ fratri occurreret, sed humiliatus adorauit, nõ vtiq; illum immitem, illum furibũdum, illũ degenerem, sed eum quem in fratre considerabat, ideoq; adorauit septies, numero scilicet remissionis, quia nõ hominẽ adorabat, sed deũ, quem in carne hominis esse venturũ præuidebat spiritu, vt tolleret peccata mundi. Quod tibi ex Petri respõsione aperitur mysterium, dicente eo: Si peccauerit in
Mat. 18. me frater meus, quotiens remittã ei? Vsq; septies? Vides quoniam peccatorum remissio, typus erat illi⁹ magni sabbati, illius quietis perpetuæ gratiæ, & ideo contemplatione donatur. Sed quid sibi vult q̃ & vxores, & filios, & oẽs disposuit suos, & præcepit vt & ipsi adorarent super terram? Non vtiq; vt elemẽtum quod pleriq; repletur sanguine, in quo officina est scelerum, aut vastis plerunq; horret cautibus, aut preruptis rupibus, aut sterili & ieiuno solo, sed vt carnẽ præsidio nobis futuram. Et fortasse hoc illud est mysteriũ quod edocuit dominus dicens: Non solum septies, sed & septuagies septies. Et vos igitur donate iniurias vestras, vt sitis filii Iacob. Nolite exasperari sicut Esau. Imitamini sanctum Dauid, qui tãquã bonus magister reliquit nobis

Psal. 108. quod imitaremur, dicens: Pro eo vt diligerent me, detrahebant mihi, ego autem orabam. & cum maledicerA etur, orabat. Bonum scutũ oratio, qua contumelia excluditur, maledictum repellitur, & in ipsos qui maledixerunt, frequenter retorquetur, vt suo telo vulnerentur. Maledicent, inquit, & tu benedices. Ambienda hominum maledictio, quæ acquirit dominicam benedictio-
Heb. 13. nem. Quod superest charissimi, considerate quia Iesus extra portã passus est, & vos egredimini de hac terrena ciuitate, quia ciuitas vestra superior est Hierusalẽ:
Philip. 3. ibi conuersamini, vt dicatis: Nostra autem cõuersatio in cęlis est. Ideo Iesus exiuit de ciuitate, vt vos exeũtes de hoc mũdo supra mundũ sitis. Moyses solus qui deũ videbat, extra castra habebat tabernaculum quando loquebatur cũ deo: & hostiarũ quę pro peccato fiebãt, sanguis quidẽ altaribus inferebatur, quia nemo intra mundi huius vitia positus peccatũ deponit, nec sanguis eius acceptus est deo, nisi de corporis huius exeat inquinamento. Hospitalitatem diligite, per quã sanctus Abraham inuenit gratiã. Hospitio suscipere filiũ Sara meruit effœta iam senectute. Loth quoq; Sodomitani excidii euasit ignem. & tu potes suscipere angelos, si aduenientibus officium tuum offeras. Quid de Raab dicã quæ hoc munere inuenit salutẽ? Compatimini iis qui
Eccles. 7. alligati tenẽtur vinculis, tanq̃ simul alligati. Consolamini in luctu positos. Melius est enim ire in domũ luB ctus, q̃ in domũ gaudii. Illinc officii meritũ boni, hĩc vitium lapsus refertur. Postremo illinc mercedẽ speras, hic recepisti. Sentite laborantibus tanq̃ simul laborantes. Mulier viro deferat, nõ seruiat: regẽdã se prębeat, non coercendã. Indigna est coniugio, quę digna est iurgio. Vir quoq; vxorẽ tanq̃ gubernator dirigat, tanq̃ cõsortẽ vitæ honoret, participet vt cohæredi gratię. Matres ablactate filios, diligite eos, & orate pro iis vt longæui super terrã sint: non in terra, sed super terram. Nihil enim longæuum in hac terra, & quod est diu, breue est, & magis lubricum. Monete eos vt magis crucem domini tollant, q̃ hanc vitã diligant. Maria mater domini ante crucẽ filii stabat. Nullus me hoc docuit, nisi sanctus Ioannes euangelista. Mundum alii cõtulum in passione domini conscripserunt, cælum tenebris obductum, refugisse solem, in paradisum latronẽ, sed postiam confessionem, receptum. Ioannes docuit, quod alii non docuerũt, quemadmodũ in cruce positus matrẽ appellauerit. Pluris putatur q̃ victor supplicioru pietatis officia matri exhibebat, q̃ q̃ regnũ cæleste donabat vitæ æternę. Nã si religiosum est q̃ latroni donatur venia, multo vberioris pietatis est q̃ a filio mater tãto affectu honorat. Ecce, inquit, fili⁹ tuus, Ecce mater tua.
C Testabatur de cruce Christus, & inter matrem atq; discipulum diuidebat pietatis officia. Cõdebat dominus non solum publicũ, sed etiam domesticum testamẽtũ, & hoc eius testamẽtum signabat Ioannes, dignus tãto testatore testis. Bonũ testamentũ non pecuniæ, sed vitæ æternę, quod non atramẽto scriptum est, sed spiritu
Psal. 44. dei viui, qui ait: Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Sed Maria nec minor q̃ matrẽ Christi decebat, fugiẽtib⁹ apostolis ante crucem stabat, & piis spectabat oculis filii vulnera, quia expectabat nõ pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse quia cognouerat per filii mortem mundi redemptionẽ aula regalis, etiam sua morte putabat se aliquid publico additurum muneri. Sed Iesus non egebat adiutore ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutore seruauit. Vn-
Psal. 87. de & dicit: Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Suscepit quidẽ affectũ parentis, sed non quæsiuit alterius auxiliũ. Hanc imitamini matres sanctæ, quæ in vnico filio dilectissimo tãtum maternę virtutis exemplũ edidit. Neq; enim vos dulciores liberos
1. Pet. 2. habetis, neq; illud virgo quærebat solatium, q̃ aliũ posset generare filium. Domini seruis imperate quasi cõdi-

tione subditis, sed ita vt naturæ eiusdẽ cuius vos estis, D cõsortes esse eos meminerit̃is. Serui quoq; dominis seruite cum volũtate. Etenim vnusquisq; quod natus est, patienter debet suscipere. Nec solum bonis, sed etiam asperioribꝰ obedite dominis. Nã quæ est vestra seruitutis gratia si bonis seruiatis seductoꝰ? Sed etiam asperos promereamini. Nam liberi quoq; nullã habẽt mercedem si peccantes puniantur a iudicibus, sed illa merces est si etiam non peccantes. Et vos ergo contemplatione domini Iesu etiam si difficilibus seruitis dominis cum patiẽtia, mercedem habebitis. Siquidem ipse dominus iustus ab iniustis passus est, & patiẽtia mirabili peccata nostra suæ affixit cruci, vt qui illum imitatus fuerit, peccata sua sanguine suo diluat. Ad summã cõuertimini omnes ad dominũ Iesum. Sit in vobis vitæ huius delectatio in bona conscięntia, patiẽtia mortis cum spe immortalitatis, confirmatio resurrectionis cũ Christi gratia, veritas cũ simplicitate, fides cũ confidentia, abstinentia cũ sanctitate, industria cũ sobrietate, cõuersatio cũ modestia, eruditio sine vanitate, sobrietas doctrinæ fidelis sine hæresis temulentia.

Diui Ambrosii ad episcopos p Ęmiliã pstitutos, eos de celebritate paschali instruentis, Epi. LXXXIII.

DOMINIS fratribus dilectissimis episcopis per Ęmiliam cõstitutis Ambrosius. episcoE pus. Non mediocris esse sapientiæ diem celebritatis definire paschalis, & scriptura ditina nos instruit, & traditio maiorũ: qui conuenientes ad synodum Nicenam, inter illa fidei vt vera ita admiranda decreta, etiam super celebritate memorata, congregatis peritissimis calculãdi, decem & nouem annorum collegere rationem, & quasi quendam constituere circulũ ex quo exemplũ in annos reliquos gigneretur. Hunc circulũ Enneadecaterida nuncupauerunt, sequẽtes illud, ꝙ non debeamus vana quadã opinione super celebritate huiusmodi fluctuare, sed vera ratione cõperta ita omniũ cõcurrat affectio, vt vna nocte vbiq; sacrificium pro resurrectione domini deferatur. Domini fratres dilectissimi eo vsq; a vero nos deuiare nõ conuenit, nec vago ingenio discrepare, vt quædam necessitas celebritatis hui⁹ omnibus sit imposita Christianis: quan doquidem ipse dominus eũ elegit diem quo pascha celebraret, qui cum observantiæ veræ ratione concurrit.
Scriptum est enim: Venit autem dies in qua necesse Lucæ. 22.
erat pascha immolari, & misit Petrum & Ioãnem dicens: Euntes ite parate nobis pascha, vt mãducemus.
At illi dixerũt: Vbi vis paremus? Et dixit ad illos: Ec F ce introeũtibus vobis in ciuitatem occurret homo amphoram aquę portans. sequimini eum in domũ in quã itrat, & dicetis patrifamilias: Dicit tibi magister, Vbi est diuersorium vbi pascha cũ discipulis manducẽ? Ipse vobis ostendet in superioribus locũ magnum. ibi parate. Aduertimus igitur quod non ad terrena descẽdere, sed in superioribus locum magnũ stratum quærere debeamus, vt domini pascha celebrem⁹. Abluere etiam sensus nostros quadam spirituali aqua fontis æterni, & deuotę celebritatis tenere mensuram, nec opinione vulgari dies quosdam explorare lunares, cũ Apostolus dicat: Dies obseruatis, & menses, & tẽpora, & annos. ti- Gal. 4.
meo ne sine causa laborauerim in vobis. Nã incipit esse cõtrarium. Sed aliud est obseruare gentilitio more, vt qua luna quid adoriẽdũ sit iudices, vt puta quintam esse fugiendã, nihilq; ea inchoandũ. Varios quoq; cursus lunę obeũdis negociis cõmendare, vel cauere quosdam dies, quẽadmodũ pleriq; posteros dies vel Ægyptiacos declinare consuerunt. Aliud est enim obseruatiam religiosæ mentis intendere in eũ diem de quo scriptum est: Hic est dies quem fecit dominus. Nam etsi Psal. 117.
scriptum sit ꝙ pascha domini quartodecimo die mẽsis Exo. 12.

G primi celebrari debeat,& vere quartamdecimam lunã ad celebrandum dominicæ seriem passionis inquirere debeamus, tamẽ ex hoc possumus intelligere quod ad huiusmodi solẽnitatem vel ecclesiæ perfectio, vel claræ fidei plenitudo quæratur, sicut dixit propheta cum lo-
Psal.88. queretur de filio dei, Quia sedes eius sicut sol in cõspectu meo,& sicut luna perfecta in æternũ manebit. Inde est quod ipse dominus cum opera in terris miranda fecisset,quasi iam fundata humanarum mẽtium fide, tẽpus passionis esse memorauit dicẽs: Pater venit hora,
Ioan.17. clarifica filiũ tuũ, vt filius tuus clarificet te. Hanc enim celebrandæ passionis claritudinẽ quæsitam alibi docet
Luc.13. dicens: Ite,dicite illi vulpi: Ecce eiicio dæmonia hodie, & cras sanitates perficio,& sequẽti cõsummor die. His vtiq; consummatur Iesus qui incipiunt esse perfecti, vt plenitudinẽ diuinitatis & redẽptionis eius fide sua credant. Ergo & diem & horã exquirim⁹, vt scriptura nos instruit. Propheta etiam Dauid dicit: Tempus faciendi domine,petens accipere sensum ad cognoscenda domini testimonia. Ecclesiastes ait: Omni rei tẽpus. Hie
Hiere.8. remias clamat: Turtur & hirundo,agri passeres agnouerunt tempora introitus sui. Quid autem euidentius
Esa.1. q̃ de passione domini dictũ videri, Agnouit bos possessorem suum,& asinus præsepe domini sui? Agnoscamus ergo hoc præsepe domini,in quo alimur,pascimur & reficimur. Hoc igitur tẽpus præcipue scire debemus, quo per vniuersum orbẽ consona sacræ noctis fundatur oratio,quia & tempore cõmendantur preces, sicut scriptum est: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Hoc est tempus de quo Apostolus dixit:
2.Cor.6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vnde necesse fuit,quia etiã post Egyptiorũ supputationes,& Alexandrinę ecclesię definitionem,Episcopi
H quoq; Romanæ ecclesiæ per literas pleriq; med adhuc expectant sententiã,quid existimem,scribere de die paschæ. Nam licet futuri diei paschæ inciderit quęstio,tamen etiam in reliquum quid tenẽdum videatur aperiamus,si qua quæstio talis incurrerit. Duo autẽ sunt obseruanda in solennitate paschæ, quartadecima luna,& primus mensis,qui dicitur nouorũ. Itaq; ne a veteri testamẽto videamur discedere,ipsum de paschæ celebrã-
Exo.12. dæ die capitulũ recensearnus. Monet Moyses populũ dicẽs custodiendũ mensem nouorũ, eum primum esse mensem prędicans. Ait enim: Hic mẽsis vobis principium mensium,primus in mensibus anni,& facies pascha domino deo tuo quartadecima die mensis primi.
Ioan.1. Lex nempe per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Ipse ergo qui legẽ locutus est,postea veniens per virginem nouissimis tẽporibus plenitudinẽ legis cõsummauit, quia venit non
Mat.5. legem soluere,sed implere,& celebrauit pascha hebdomadæ in qua fuit quartadecima luna,quinta feria. De-
I niq; ipsa die(sicut superiora docent)paschã cum discipulis manducauit. Sequẽti autem die, hoc est sexta feria, crucifixus est,luna quintadecima. Sabbato quoq; magno illo sextadecima fuit. Ac per hoc septimadecima luna resurrexit a mortuis. Vnde hæc lex paschæ nobis seruanda est, vt nõ quartãmdecimã obseruemus in die resurrectionis,sed in die magis passionis aut certe aliis proximis superioribus diebus. Quia resurrectionis celebritas die dominica celebratur, dominica autem ieiunare non possumus, quia Manichæos etiam obistius diei ieiunia iure dãnamus. Hoc est enim in resurrectionem Christi non credere,si legem quis ieiunii die resurrectionis indicat,cum lex dicat pascha edendũ cũ amaritudine, hoc est cum dolore, quod tanto sacrilegio hominum auctor salutis sit interemptus. Die autem do-
Psal.117. minica exultandũ propheta docet dicens: Hic est dies quem fecit dominus,exultemus & lætemur in ea. Ergo non solum passionis diem, sed etiam resurrectionis obseruari oportet a nobis, vt habeamus & amaritudinis & lætitiæ diẽ. illa ieiunemus,isto reficiamur. Vn-
k de si inciderit, sicut futurũ est proxime, quartadecima luna mensis primi die dominica,quia neq; dominica ieiunare debemus,neq; tertiadecima luna die sabbati incidente ieiuniũ soluere,quod maxime die passionis est exhibẽdum,in altera hebdomada celebritas paschę est differenda. Siquidem sequitur quintadecima luna qua
passus est Christus,& erit secunda feria: tertia quoq; feria erit sextadecima luna,qua domini caro in sepulchro quieuit,cum quarta etiam feria septimadecima luna futura sit,qua dominus resurrexit. Cum igitur triduũ illud sacrũ in hebdomadam proxime concurrat vltimã, intra quod triduũ & passus est,& quieuit,& resurrexit,
Ioan.2. de quo triduo ait: Soluite hoc templũ, & in triduo resuscitabo illud: quid nobis potest molestiam dubitationis afferre? Nam si ea res scrupulum mouet,quia quartadecima luna nõ celebramus ipsum diem vel passionis, vel resurrectionis, ipse dominus nõ quartadecima luna passus est,sed quitadecima, & septimadecima resurrexit. Quod si mouet quia quartãdecimam lunam transeuntes, quæ die dominica incidit, hoc est quarto-
decimo calendas Maii, sequenti dominica instaurãdã celebritatẽ suademus,autoritas extat huiusmodi. Nã
L temporibus paulo superioribus cũ incidisset quartadecima luna mensis primi in dominicam diẽ,sequenti altera dominica celebrata solennitas est. Octogesimo autem anno & nonagesimo tertio,ex die imperii Diocletiani,cum quartadecima luna esset nono kalendas Aprilis,nos celebrauimus pascha pridie kalendas Aprilis. Alexãdrini quoq; & Egyptii,vt ipsi scripserunt, cũ incidisset quartadecima luna & vigesimo & octauo die Pharmutii mensis, celebrauerunt paschã quinta die Pharmutii mensis,quę est pridie kalendas Aprilis,ac sic cõuenere nobiscũ. Rursus nonagesimo & tertio anno a die imperii Diocletiani, cum incidisset quartadecima luna in quartũdecimũ diẽ Pharmutii mẽsis,quæ est quinto idus Aprilis,quę erat dominica die, celebratum est pascha dominica Pharmutii vigesimo & primo die, qui fuit secũdum nos quintodecimo kalendas Maii. Vnde cum & ratio sit & exemplum,nihil super hoc mouere nos debet. Nunc illud est,quod enodandũ videtur,quia plerique putant secũdo mense nos celebraturos pascha,cum scriptum sit: Custodi primum men M
sem nouorum. quod non potest incidere vt prẽter mensem nouorum paschã celebrẽt nisi qui quartãdecimam ita obseruant secundũ literam,vt non alio nisi ipso celebrent die. Deniq; in futurũ Iudęi duodecimo,nõ primo mense celebraturi sunt pascha, hoc est tertio kalendas Aprilis secundũ nos: secundũ Ægyptios autem vigesimoquarto die Phamenoth mensis,qui est non primus mensis,sed duodecimus, & incipit sexto kalẽdas Aprilis, & finitur septimo kalendas Maii. Ergo secundum Ægyptios primo mẽse celebraturi sumus dominicam paschæ, hoc est septimo kalẽdas Maii, qui est dies trigesimus Pharmutii mẽsis. Nec absurdum arbitror vt inde obseruãdi mẽsis trahamus exemplũ, vbi primum pascha celebratũ est. Vnde & maiores nostri in tractatu concilii Niceni eũ diẽ endecateride,si quis diligenter intendat,statuendum putarũt,& ipsum mẽsem nouorum recte custodierũt,quia in Ægypto hoc primo mẽse noua secantur frumenta. Hic autem mensis & primus est secundum Ægyptiorum prouẽtus, & primus secundum legem, & octauus est secundũ consuetudinem nostram. Indictio enim Septembri mẽse incipit. Octauo igitur mense kalendæ Aprilis sunt. Incipit autem mẽsis non secundum vulgarem vsum,sed secũdum cõsuetudinem peritorum ab æquinoctio,qui dies est duodecimo kalendas Aprilis, & finitur vndecimo kalendas Maii. Inde maxime intra hos triginta & vnũ dies sæpe celebrati paschæ dies. Sed cum ante biẽniũ celebrauerimus paschæ dominicã vndecimo kalẽdas Maii,

A hoc est trigesimo die mensis, secũdum nostram scilicet calculationem, moueri non debemus si & proxime trigesimo die Pharmutii mẽsis celebraturi sum⁹ paschæ dominicam. Verum si quis mensem secundũ inde existimat,quia post triduum cõpleti mensis qui compleri videtur vndecimo kalendas Maii, paschæ dominica erit: illud consideret,quia quartadecima luna quę quæritur, quartodecimo kalendas Maii erit, hoc est intra prescriptũ mensis numerum. Lex autem diẽ passionis exigit intra primum nouorũ debere celebrari. Satisfactum est igitur secundũ plenitudinem lunę,cui ad complendum mensem supersunt tres alii dies. Non ergo in alterum mensem recidit,quando intra eundẽ mensem qui primus est,pascha celebrabitur. Ad literam autem nos teneri nõ oportere(licet consuetudo celebrandi paschæ ipsa nos instruat)tamen & Apostolus docet, qui
1.Cor.4. ait: Pascha nostrũ immolatus est Christ⁹. Sed & proposita lectio docet literam nõ cõsequendã. Sic enim habes, Et facies pascha domino deo tuo quartodecimo die mensis primi. Diem pro luna dicit. Vnde peritissimi quoq; secundũ legem lunari cursu computant mensem,& ideo cum a pluribus nonis lunę cursus incipiat, hoc est,dies primus,vides nonas Maii adhucad men-
B sem primum nouorũ computari posse. Ergo & iuxta legis sententiã primus hic mensis est. Deniq; μῆνα lunam vocant Græci, vnde μῆναι Græce dicunt mẽses, & naturalis vsus nationũ exterarũ lunam pro diebus appellat. Alium autem diẽ passionis, aliũ resurrectionis celebrandum, veteris quoq; testamenti series ostendit. Sic enim habes: Agnus sine macula mundus consummatus anniculus masculus erit vobis, ab ouib⁹ & hœdis sumetis, & erit vobis in obseruatione vsque in quartamdecimã mẽsis huius,& occidetis illũ tota multitudo synagogæ filiorum Israel ad vesperũ,& sument de sanguine eius,& ponent super duos postes, & super limen ostii domus,in quibus manducabunt eum inter semetipsos. manducabunt carnem hanc nocti igni assam. Et infra: Et edetis illum cum solicitudine paschæ. Pascha est enim domini,& pertrãsibo in terram Ægyptiorum in nocte illa, & percutiam omne primitiuum in Ægypto ab homine vsque ad pecus,& in omni terra Ægypti faciam vindictam ego dominus. Et erit vobis sanguis in signo in domibus,in quibus eritis ibi, & videbo sanguinẽ,& protegam vos,& nõ erit in vobis plaga exterminii. Et cõteram terram Ægypti, & erit dies
C hic vobis memorabilis & solennis,et diem festũ agetis eum domino in progenies vestras, legitimũ sempiternum,diem festũ agetis illum. Aduertim⁹ & passionis diem descriptum in ieiunio, quia ad vesperum occidendus est agnus,licet vltimum tempus pro vespere possi
1.Ioan.2. mus accipere,secundũ Ioannem qui ait: Pueri,nouissima hora est. Sed & iuxta mysterium vespere diei constat occisum,quando tenebræ statim factæ sunt.& ieiunium deferendũ eo die verum est, quia ita edetis illum cum solicitudine. Ieiunantibus enim solicitudo adhęret. Resurrectionis autem die exultatio refectionis est atq; lætitiæ,quo die videtur exisse populus ex Ægypto
Exo.12. primitiuis Ægyptiorũ necatis,quod posteriora euidentius docent,quibus ait scriptura: Quia postq̃ fecerũt Iudæi pascha,sicut præcepit Moyses,factũ est circa mediam noctem,& dominus percussit omnem primitiuũ in terra Aegypti a primitiuo Pharaonis. Et vocauit Pharao Moysen & Aaron nocte,et dixit illis: Surgite & exite de populo meo,& vos & filii Israel ite & seruite domino deo vestro. Et vrgebãt Aegyptii populum festinãtes q̃ celerrime expellere. Deniq; sic profecti sunt Israelitæ,vt nõ occurreret sibi azyma fermentare. Ieecerunt enim eos Aegyptii,& nõ potuerũt sustinere,apparatum sibi fecerãt in via. Referatum est igitur diem resurrectionis obseruãdũ post dies passionis. Qui dies resurrectionis non quartadecima luna debet esse, sed postea,vt vetus loquitur testamentum, quia dies resur- D
rectionis is,cui egrediens populus de Aegypto in mari & in nube baptizatus, vt Apostolus dicit,mortẽ vicit, panem spiritualem accipiens,& potũ de petra hauriẽs spiritualem. Nec passionem domini die dominica posse celebrari,etiã si quartadecima luna in dominicã incideriit,adiungendam hebdomadẽ alterã,sicut & septuagesimo sexto anno die imperii Diocletiani factum est. Nam tunc vigesimo octauo die Pharmutii mẽsis, qui est septimo kalendas Maii,dominicã paschæ celebrauimus sine vlla dubitatione maiorũ. Simul etiam lunæ cursus & ratio suffragatur, quoniã vigesima prima luna proximum pascha celebrandum est. Nam vsq; ad vigesimam primã lunam cõsueuit extendi. Ergo cum tot veritatis indicia cõcurrant, iuxta maiorũ exempla festum publicæ salutis læti exultãtesq; celebremus,posites nostros vbi est ostium verbi quod sibi Apostolus optat aperiri, fide passionis dominicæ coloratites. De
hoc ostio dicit etiam Dauid: Pone domine custodiam Psal.140
ori meo,& ostium circuitus labiis meis, vt nihil aliud nisi sanguinẽ Christi loquamur, quo mortẽ vicimus, quo redempti sumus. Fragret in nobis odor Christi. Ipsum audiamus, in illũ & mẽtis & corporis oculos dirigam⁹, opera eius mirãtes, beneficia prędicãtes, super limen ostii nostri sacrę redẽptionis cõfessio resplendeat. Sumamus ferueuti spiritu sacramentũ in azymis syn- E
ceritatis & veritatis,pia doctrina gloriam patris & filii & spiritus maiestatem indiuiduam concinentes.

Diui Ambrosii ad sacram virginem Demetriadẽ, magnis præconiis veram humilitatem exaltantis, adueršantemq; illi superbiam digna vituperatione cõfundentis,ac per hoc ipsam ad elationem cauẽdam,& præsidio syncerę humilitatis armandam persuadẽtis,

Epistola LXXXIIII.

AMBROSIVS episcopus sacræ virgini Demetriadi. Cum splendidissimę sanctimoniæ tuæ sublime propositũ super humilitatis fundamẽta consistere pie & sapiẽter intelligis, in hoc vsq; o sacra virgo Demetrias dignationẽ tuæ dignitatis inclinas, vt prouectiones tuas etiã meo stylo exigas adiuuari. Quod ego,ad tenuitatem facultatis meæ respiciens,omnibus modis recusarẽ, neq; tã maturo & erudito animo cohortatiũculas meas adhibere præsumerem,nisi fiduciam efficiẽdi id quod iubeB
tur,a iubẽte conciperẽ, & tuis meritis atq; orationibus confiderem esse præstandũ vt oriatur in deserto aqua, & fiant in ficcã terra flumina. Vnde collaborandũ tibi mecum est, vt qui sapientiam præstat paruulis, & linguas mutorum facit disertas,iubeat de cordis mei ariditate pfluere quod sitis tua digne possit haurire. Quę ergo materia stylo dabitur,& vnde loquẽdi tecum causa sumetur? Si laudes tuas scribere aggrediar,& maiorum seriem quæ per te multũ illustratur, euoluã, onerosum me forte & impudentẽ videri posse arbitror,qui vel humanæ tibi gloriæ tẽtationẽ adulando ingeram, vel tuis ac tuorum prædicationib⁹ ingeniũ meum parem esse præsumam. Si vero de commẽdando virginitatis bono differã,superflua erit eius nunc propositi insinuatio,quod tu a primo ætatis tuæ flore sine humanis cohortationib⁹ elegisti,& de quo inter ipsa principia multi qui tunc in ecclesia præminebant,merito nõ siluerũt. Valde eni mirabile erat,& inter præcipua diuinę gratiæ exempla numerandũ, quod virgo Anicia super omnes fastigiũ trahẽs beatæ nobilitatis euecta,de cuius fœcunditate auis atq; atauis respõsura posteritas, & familiæ votis expectabatur & patriæ,cõuerso repente animo, desiderio cęlestium nuptiarũ declinasti mortale coniugium. Et vt omnem prosapiam tuam etiã huius virtutis titulo consecrares, primam stirpis tuæ perpe-

G tuam & virginem filio virginis spopõdisti. Illam ergo
gtatem tuam, & illa principia rationabiliter doctissimi
viri suis adhortationibus incitarũt. Et licet plantationi
suæ summus agricola valida ad profectum tuũ incrementa præberet, cooperatores tamẽ gratiæ dei opportune piam adhibuere culturam, vt germẽ tenerum fortitudinis robur acciperet, & dignos generositate sua fructus propositi tui arbor afferret. Nostris autem paginis quid erit loci, & post ornatissima scripta excellentium magistrorũ quid vtilitatis in eo quem indicere digruata es sermone reperies, nisi forte quia & illorum in doctrinis & tuis studiis ad sublimiores gradus virtutũ consuetudo proficit, cauẽdam te elationis admoneam, & humilitatis tibi synceritatem fida suggestione commendem, vt in omnibus actionibus in quib⁹ tibi es bene conscia, nunq̃ audeas esse secura. De hoc igitur congruentissimo tibi & saluberrimo bono quod dominus donauerit, differamus, vt inspectioni nostræ non tantũ visibilia eius, sed etiam occulta referentur. Est enĩ multiplex virtutis istius qualitas, & licet in exteriorib⁹ q̃q pulchra sit, in intimis tamen suis multo est speciosior,
H multoq; luculentior, vbi nihil obscurum, nihil turbidũ,
Psal. 118. nihil est inquietum: quia pax multa diligẽtibus legem dei, & non est illis scãdalum. Accessuri autem ad beatę humilitatis intuitum, omnem illam obiectionem quæ ignauos & incõstantes animos deprimit, repellamus. Nec generale nomen ita nos a iudicio discretionis excludat, vt omnes quoquo modo humiles putemus esse laudabiles. Imitatur quidem plerũq; necessitas volũtatem, & ab imagine modestiæ parum differt forma seguitiæ. sed aliud est q̃d grauat, aliud quod exercet, nec in eundem finem venit labor indeclinabilis miseriæ, & expetitæ fortitudo patientiæ. Vnũ est paupertatis vocabulum, sed non vna mens pauperum: quia nõ idem est gaudere bene expensis diuitiis, quod aut gemere de nõ acquisitis, aut dolere de perditis. Timoris etiã quo deus metuit, nulla est in appellatione distinctio. Sed aliud est timere quia peccaueris, aliud timere ne pecces.
Et tibi est formido de supplicio, hic solicitudo de p̃mio.
1. Ioan. 4. Ob hoc enĩ de illo seruili metu dicitur quia perfecta cha
Psal. 18. ritas foras mittit timorẽ. De hoc vero liberali: Timor domini sanctus manens in seculũ seculi. Remota itaq; illa specie humilitatis, quę tota sine fructu est, voluntarios tantũ pendamus affectus. Qui etiã si in gradibus meritorũ inueniuntur impares, nõ sunt tamen ab ipsa virtute discordes. Prima ergo humilitatis ratio in cõmunis vitæ versatur officiis, quibus & diuina clemẽtia
I cõciliatur, & societas humana cõnectitur. Multũ enim ad roborandum dilectionem valet cum secundũ doctrinam Apostolicam inuicem se homines honore præuiunt, & alter alterum superiorẽ existimantes, amant seruire subiecti, & nesciunt tumere prælati: cum & pauper diutem non sibi dubitat anteferre, & diues pauperem sibi gaudeat æquare, cũ & sublimes non superbiũt de claritate prosapię, & pauperes non extolluntur de cõmunione nature. Cũ deniq; non plus tribuitur magnis opibus, q̃ bonis moribus, nec maior ducitur phalerata iniquorũ potentia, q̃ rectorũ inhonora iustitia. Ab hoc æquo & modesto iure cõcordiæ, in quo nullũ est de gradu superiore certamen, nec felicitas aut inflat propria, aut vrit aliena. Pulchre & mirabiliter a plerisq; proficitur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & se extra omnem cõstituit dignitatem, & mauult apta esse iniuriis accipiendis, q̃ idonea repellẽdis: vt impleatur quod
Mat. 5. ait dominus: Qui vult tecũ iudicio contẽdere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et qui cunq; te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. Il
1. Cor. 6. lud quod Apostolus docet dicẽs: Quare nõ magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Tales enim multũ ad imitationem ipsius domini nostri & saluatoris accedũt, qui cum diues esset, pauper fa
2. Cor. 8. ctus est: & cum maledíceretur, nõ maledicebat, & pertK cutienti se nõ cõminabatur. Et quoniam dixerat, Dili-
1. Pet. 2. gite inimicos vestros, benefacite iis qui vos oderũt: vt huiusmodi benetolẽtiam cõfirmaret exemplo, ipse pro iis a quib⁹ crucifigebatur, orabat. Qui ergo fideliter & scienter intelligunt quo opere saluati, & quo precio sint redempti, nolunt de mundi huius sapientibus, nolũt et se de fortibus, quoniam sicut ait Apostolus: Quę stul-
1. Cor. 1. ta sunt mundi, elegit deus, vt cõfundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contẽptibilia elegit deus: & quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret: vt non glorietur omnis caro in conspectu eius, id est vt nemo se placere deo per mũdi sapientia putet, quæ tota carnalis est, & a vera sapiẽtia cum omni sua vanitate destruitur. Dominus enim nouit cogitationes sapientiũ, quoniam vanæ sunt. Cũ Psal. 93.
itaq; discipuli veritatis humanam gloriam fugiũt, & a temporalium amore desciscunt, vt quæ dei sunt sapiãt, non quę hominũ: proficiunt sensibus, nõ deficiunt, neq; vigorem cordis amittunt, sed excellẽtissimę intelligentiæ lumen accipiunt, viuentes quidẽ in hoc mundo, sed omnes mundi strepitus relinquẽtes, vt redimant tempus, quia dies mali sunt. Quo autẽ precio quies huius temporis aptius comparatur, q̃ vt ipsi mũdo omnes diuitiæ, omnes dignitates, & vniuersarum cupiditatum
L materiæ refundantur, & sancto beatoq; cõmercio ematur Christiana libertas, fiantq; filii dei de paupertate diuites, de patientia fortes, de humilitate sublimes? Nõ enim, vt dilectores huius seculi putãt, parui cordis aut segnis est animi terrenas opes spernere, honores occiduos fastidire, nec ibi gloriã quærere, vbi laudatur peccator in desideriis animæ suę, & qui iniqua gerit, benedicitur. Vnde si vere intelligatur, contemptus iste rerũ præsentium ad quæ tendat, & qualia cõcupiscat, nihil huiusmodi mentibus rectius, nihil inuenietur electius, quæ sacratissimis desideriis vniuersa transcendũt, neq; ad vllam creaturam q̃uis potẽtem atq; mirabilem, sed ad ipsum omniũ visibiliũ & inuisibilium ambiũt creatorem, cui appropinquare claresce re est, quem timere gaudere est, cui seruire regnare est. Sed hęc virtus quæ temporalis copię & patientiæ negligens ad vitã æternam angusta & ardua mittitur, nõn debet voluntarios pauperes in consortium Christianę humilitatis admit
M tere, eos autẽ a societate boni huius excludere qui ampla prędia, magnifica patrimonia, & multas in hoc seculo possidẽt facultates, cũ in populo dei multi semper qui diutiis bene vterẽtur extiterint, nec vllo modo vel dici vel cogitari liceat quod Abraam & Isaac & Iacob quorum se esse deum dominus protestatus est, ideo vera humilitate caruerint, quia pauperes nõ fuerũt. Aut quod vir sacratissimus Melchisedech, domini & saluatoris nostri pręferens formam, nõ fuerit perfecte humilis, quia & sacerdotio eminebat & regno. Vel q̃ beato
Iob. 2. Iob, de quo deus pronunciat dicens: Numquid considerasti seruum meũ Iob, quod nõ sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, & timẽs deum, & recedens a malo? ideo virtus ista defuerit, quia erant (sicut scriptũ est) in possessione eius septẽ milia ouiũ, & tria milia camelorum, quingenta quoq; iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. Quasi tunc istius gratię particeps factus est, quando omnibus facultatibus perditis, vniuersa quoq; familia filiisq; priuatus, & percussus vulnere pessimo a plãta pedis vsq; ad verticem capitis, testa saniem radebat, sedẽs in stercore, ad imaginem elationis postmodum reuocatus est, quando corporis incolumitate renouata, septem rursus filiorũ triumq; filiarũ factus est pater, & duplo in vniuersam substantiam est ditatus augmẽto. Absit autem ab animis fideliũ tam irreligiosa persuasio, vt cuiquã sanctorũ quibus deus et diuitias est largitus & honores, ad capiẽdum verę hu-

A militatis meritum credatur vel opulentia obfuisse vel
dignitas, cũ eis ad huius virtutis profectũ vtraq; profuerint. Quanuis enim tota vita hominis tentatio sit super terram, & tam abũdantia q̃ inopia materia soleãt esse peccati, cum vel diues extollitur ad superbiam, vel pauper prosilit ad querelam, extiterũt tamen in omni tempore, & in nostra quoq; ætate nõ desunt sicut & boni pauperes, ita & boni diuites. Nec frustra beatus Apostolus Paulus Timotheum admonet dicens: Diui-
1. Tim. 6. tibus huius seculi præcipe nõ superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed in deo qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operib⁹ bonis, facile tribuere, cõmunicare, thesaurizare sibi fundamentũ bonũ in futurum, vt apprehendant veram vitam. Quod vtiq; fieri in vniuersa ecclesia quę per totum mundũ est diffusa, nõ dubiũ est, & pauperes Christi non eorum tantũ facultatibus sustineri, qui vt expeditiores dominum sequerentur, simul se omnibus suis opibus exuerunt, sed eidem operi etiam illorũ substantias deseruire, qui possessionibus suis non aliter q̃
B rebus pauperum præsint, vt ecclesiasticæ vtilitati sub quadam procuratione famulentur, elaborantes singuli pro suarũ virium portione vt ad victũ atq; vestitum familiæ dei necessaria conferãtur, & simul prospicientes vt in domibus ipsorum sub iusto sanctoq; moderamine omnes & benignitas foueat, & disciplina contineat, dicente Apostolo: Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. Cum itaq; ecclesia dei, quæ est corpus Christi, ita sit multimoda varietate cõtexta, vt in vnũ decorem etiam quę non sunt paria, concurrant, & de omni genere hominum, & de omni gradu officiorũ, de omni mensura operum, de omni qualitate virtutũ fiat totius ædificationis inseparabilis connexio, & indifferens pulchritudo, nec desit solidítati quod non defuerit portioni, tantaq; ibi sit pax, tantaq; concordia, vt nõ possit esse nisi omniũ quod est etiam singulorũ, indubitanter apparet copulatricem quandã esse virtutem, qua sibi confœderatur & concinit multiplex sanctorũ vnitas, & speciosa diuersitas. Hæc autem virtus vera humilitas est, quæ inter quoslibet meritorũ gradus nũq̃ sui potest esse dissimilis. Nam & in officiorum vicissitudine, & in mansuetudinis lenitate, & in voluntariæ paupertatis electione, inuenitur multa distãtia, & alter altero in propositi sui deuotione aut maior aut minor est. In vera autem humilitate nihil diuisum, nihilq̃ nõ solidũ est, & ideo omnes participes suos vnum facit, quia inæqualitatem ipsa nõ recipit. Huius igitur boni proprietas in confessione est gratiæ dei, quę tota repellitur nisi tota suscipitur. Sicut enim alienus est a numero fideliũ & a sorte sanctorũ, qui in aliquo a catholica veritate dis-
C sentit: ita extra gratiam efficitur qui aliquid de eius plenitudine diffitetur, quasi homo auxilio dei in quadam actionum suarũ parte egeat, in quadã autem parte non egeat, sitq; vllum tẽpus vllum ve momentũ quo perniciosum illi esse non possit si ab eo spiritus sanctus defuerit. Qui vtiq; secundũ veræ deitatis essentiam vbiq; totus est, & omnia cõprehẽdit, sed ab illis modo quodam intelligitur recedere, quos destiterit gubernare. Cessatio quippe auxilii eius pro absentia accipitur, quam sibi insanissime vtilem putat, qui in iis quæ recte gesserit, se magis q̃ deum gaudet operatum. Plene ergo & veraciter confitenda est gratia dei, de cuius hoc primum munere est, vt auxilium ipsius sentiatur. Propter quod di-
1. Cor. 2. cit Apostolus: Nos autem nõ spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Vnde si quis est qui aliqua se habere existimat bona quorum nõ deus largitor sit, sed ipse sibi autor existat, manifestũ est hunc non dei spiritũ habere, sed mũdi, & de illa seculari sapientiæ tumere doctrina, de qua dicit dominus: Perdam sapientiã sapien-
tium, & prudentiã prudentiũ reprobabo. Vbi sapiens? D
vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? secundũ quam (sicut ait Apostolus) quidam cũ cognouissent deũ, nõ sic-
Rom. 1. cut deũ glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum. dicẽtes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Videa ne qualis superbis retributio debeatur, & quali mercede repleãtur qui si quo modo ad cognitionem veritatis accesserint, suæ hoc sapientiæ tribuunt, & de naturali ingenio gloriantur, tanq̃ deũ non dei munere, sed proprii intellectus facultate cognouerint? Omnia quidem elemẽta mũdi, & vniuersę creaturarum naturę, hoc ipsa sui exigunt specie, vt inuisibilia dei per ea quę facta sunt, intellecta conspiciantur: & in pulchritudine cæli & terræ quędam sunt paginæ ad omnium oculos semper patentes, & autore suum nunq̃ tacẽtes, quarum protestatio doctrinam imitatur magistrorũ, & eloquia scripturarũ. Sed quid illud est q̃ corporeorũ sensuum exteriora pulsantur in agro cordis cui impenditur ista cultura, nec radicem potest figere, nec germẽ B
emittere, nisi ille summus & verus agricola potentiam sui operis adhibuerit, & ad vitalẽ profectũ ea quæ sunt plantata perduxerit? Siue enim contẽplatio creaturarum, siue sacrorum series voluminũ, siue scientia differentium syncero & assiduo testimonio prædicet veritatem, neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui in-
1. Cor. 3. crementum dat deus. Inter omnes igitur lapsus hominum, inter omnia cõmissa peccãtium, nulla est grauior q̃ superborum ruina, maxime cũ ipsa elatio in dei tẽdit iniuriam. Nam aliter inflantur qui cupiditate extollentiæ singularis omnibus appetunt anteferri, aliter vero intumescunt qui dei auxilium refutantes, quę fieri sine ipsius opere nõ possunt, ex sua perfici virtute cõtendũt, & spem suam a domino auferunt, atq; ad se transferũt, vt adimpleatur in eis quod scriptũ est: Maledictus ho-
Hiere. 17. mo qui spem habet in homine, & firmat carnẽ brachii sui, & a domino discedit cor eius. Hæc superbia a diabolo sumpsit exordium, qui quoniam sua (quam a creatore acceperat) potẽtia & dignitate sibi placuit, seq; autoris sui glorię comparauit, cũ iis angelis quos in consensum impietatis suę traxerat, a cælesti sublimitate deiectus est. Et ideo primis hominibus nocere potuit, quia illis male credulis per mendacia venenata persuasit vt meliores se futuros putarẽt si in libertatẽ sui arbitrii pesilirẽt, q̃ si in legis datę custodia permanerẽt. Siue itaq; in lapsu diaboli, siue in præuaricatione hominis, initiũ peccati superbia est: quæ congruenter & auaritia nominatur, quia vtraq; appellatio eũ significat appetitũ qui & suam mensuram cõcupiscat excedere, & non dignetur diues esse nisi propriis, tanq̃ habeat hoc simile deo, vt bonorum suorũ ipse sibi fons, ipse sibi sit copia. Hæc F
autem elatio de peruerso vsu donorũ dei nascitur. Nã si conditor naturarũ nulla pulchra, nulla sublimia naturis rationabilibus cõtulisset, vnde se extolleremt nõ haberent. Nemo enim de iis quæ nõ accepit superbit, nec inflari quisq̃ de eo potest quod a participatione ei? alienum est. Nunq̃ gloriatur de sobrietate temulẽtia, neq; de beneuolẽtia inuidus, aut de lenitate fœuus, vel de castitate extollitur impudicus. Ipsa se a virtutib⁹ vitia secernunt, & cum in peccatis agitur, non insita per naturam, sed ex mala voluntate concepta & propria diligitur, quia sicut scriptũ est: Mendax de proprio loquitur.
Cũ autem in bonis & rectis actibus laudabilis vita dicitur, dei est quod geritur, dei est quod amatur. Omne Iacobi. 1.
enim datũ optimum, & omne donum perfectum desursum est, descẽdens a patre luminũ. Vnde quia inter vitia aut nulla est aut rara iactãtia, & facile spernitur qui de opprobrio gloriatur: malum superbiæ maxime virtutibus est cauẽdũ, quia nullis opportunius insidiatur q̃ quibus laus iusta debetur. Cum ergo per ineffabilem

G misericordiã dei captiuis libertas, perditis salus, mortuis vita reparatur, cum in sacramẽto crucis & resurrectionis Christi ad nouitatẽ redit vetustas, & ad innocẽtiam regeneratur impietas, antiquus hostis maligne fremit, & acrius inardescit: & cum innumeris nocẽdi artibus humanum genus nitatur euertere, serens discordias, incitans iras, acuens cupiditates, suadens turpia, falsa commẽtans, & errorum laqueos per opinionum commenta multiplicans, plus vritur de virtute stantiũ q̃ lætetur de fragilitate labentium. Multi enim seruiẽtes deo, & in lege eius die ac nocte meditãtes, crucifixerunt carnem suam cum desideriis & concupiscentiis, omniumq; illecebrarum incentiua domuerunt: non damnis victi, non persecutionibus fracti, nõ prosperitatibus deprauati, mundũ istum nec dilexere obsequẽtem, nec timuere terrẽtem. Tantã itaq; firmitatẽ, & tã sublime propositũ qua impugnatione diabolus posset adoriri, nisi vt quibus nõ potuerat persuadere vitiorũ amorem, immitteret laudis cupiditatem, et inde nouissima instrueretur tentatio, vnde nocuit prima deceptio? Nõ itaq; desidiosis & tepidis, neq; inertibus & incultis, sed magis quibusdã animis sedulis & bonorũ actuum probitate luculentis, per gloriam irrepsit humanã: & quos impulsione non mouit, elatione deiecit. Quanto enim clariores erant meritis, tanto eos aptiores suis inuenit insidiis. In paradiso nãq; ecclesiæ constitutos, & virtutum delicijs abundantes ad confidentiã liberi incitauit arbitrii, vt profectus suos in se constituerent, & ad arborem propriæ voluntatis manum præsumptionis extẽderent. Restiterunt quidem huic impietati recta innumerabilia corda sanctorũ, & non solum docti quiq; pontifices, verumetiã vniuersales ecclesię plebes apostolicæ sedis exemplo insaniam noui dogmatis horruerũt: sed inuenerunt quosdã viperina cõsilia quibus doctrinę suę virus infunderent, & quorũ linguam per dolos falsæ rationis armarent. Hinc illa erat naturę humanæ fraudulenta laudatio, & illæsę per omnes homines originalis defensio dignitatis. Hinc Adæ peccatum exemplo posteris asserebatur nocuisse, non transitu: & q̃ illi possibile fuerat non violare mandatũ, tam liberũ esse vnicuiq; declinare delictum. Hinc curacratio baptismatis parvulorum, qui sola adoptione donari, nullo autem reatu dicerentur absolui. Hinc postremo diuinæ gratiæ simulata & insyncera cõfessio, quæ secundũ merita daretur, non ex qua merita nascerentur: quam partem superbæ prædicationis quidam sibi cũ cætera abnuerent, seruauerunt. Sed hoc eos aut nimis imperite aut valde nequiter fecisse non dubiũ est, vt omnium hominum generalem ruinam meritorum priuilegio subtraherent, & cum inter nostros originalis peccati vulnera faterẽtur, inter suos tamen hoc tenere ostenderent, quod primorum hominũ preuaricatio solis imitatoribus obfuisset. Naturalem autem facultatẽ nihil sui in alieno amisisse peccato, cui possibile esset & liberum per voluntariã deuotionem promereri gratiæ largitatẽ. Verũ istam damnati dogmatis portionẽ catholicę mẽtes facile intelligunt, & merito detestãtur. Dicente enim domino Iesu: Non est opus sanis medicus, sed male habẽtibus: Non enim veni vocare iustos, sed peccatores: conuincuntur isti in superbia etiam sine voce clamare, Sani sumus, opus medico nõ habemus. Quæ nobis expectanda sunt præsidia de ope gratię, quibus suppetunt vires de incolumitate naturæ? Non autem frustra Ioannes protestatur, & dicit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Nec frustra scriptũ est: Nemo mundus a sorde, nec infans cuius vnius diei vita est super terrã. et, Quis poterit facere mundũ de immũdo conceptum semine? nonne tu qui solus es? Propter quod sicut nũc in ecclesia manet constitutio saluatoris dicentis: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorũ: ita sacratissime erat in lege præcautum vt natus puer nisi die circumcideretur octauo, K exterminaretur anima eius de populo suo, nullũ in hæreditate Israel habitura consortiũ. Quæ omnia & multo plura documenta non tanta cura sacris paginis spiritussanctus inseruisset, si talis esset natura in filiis Adã, qualis in ipso est principaliter instituta. Sed quia filius dei venit vt solueret opera diaboli, & vt quæreret ac saluaret quod perierat: manifestũ est omnes in Adã damnationi obnoxios esse nasci endo, nisi in Christo liberati fuerint renascendo. Vnde vigilanter nobis cõsiderandũ est, in ipso regenerationis munere quid geratur. Quamuis enim ad vnum cõcurrant omnes eiusdẽ mysterii portiones, aliud tamẽ est quod visibiliter agitur, aliud quod inuisibiliter celebratur. Nec idẽ est in sacramẽto forma quod virtus, cum forma cũ humani ministerii adhibeatur obsequio, virtus autẽ per diuini operis præstetur effectum. Ad cuius vtiq; potentiam referendum est quod dum homo exterior abluitur, mutatur interior, & fit noua creatura de veteri, vasa ire in vasa misericordiæ transferuntur, & in corpus Christi conuertitur caro peccati. De impijs iusti, de captiuis liberi, de filijs hominũ fiunt filij dei: qui non ex sanguinibus, Ioan.1. neq; ex voluntate viri, neq; ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Quod quia indubitanter accipimus, verissimum est quod Apostolus docet dicẽs: Quicũq; enim Rom.8. spiritu dei aguntur, ii filij sunt dei. Vnde videãt cuius se haberi filios velint qui definierint omnes homines voluntate propria regi, cum idem Apostolus protestetur & dicat: Quisi spiritum Christi non habet, hic nõ est L eius. Refutata igitur superborum impia vanitate, quibus in peccatum etiam illa quæ in eis videntur laudanda, vertuntur: nos illam humilitatem cui virtus & gloria dei est eligamus, scientes prophetam Dauid cecinisse de sanctis: Domine in lumine vultus tui ambulabũt, Psal.88. & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua iustitia exaltabuntur, quoniam gloria virtutis eorũ tu es. Qui & alibi piissime cõfitetur dominum in sanctis suis esse laudandum dicẽs: Mirabilis deus in sanctis suis, deus Psal.67. Israel ipse dabit virtutẽ & fortitudinem plebi suę. Hunc etiã Hieremias cõcordat, & dicit: Hæc dicit dominus: Hiere.9. Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & scire quia ego sum dominus. Ipse vero intellectus & scientia vnde habeantur, pandunt Prouerbia Salomonis, & dicunt: Quoniam dominus dat sapientiã, & a facie eius sciẽtia & intellectus. Vnde in Ecclesiastę libro Prou.2. ipsius legimus quod & corda & opera iustorũ in manu dei sint, & tantũ in studijs suis proficiant, quantum eos ille prouexerit. Q uãtucunq; inquit, laborauerit homo vt quærat, non inueniet. Et quodcunq; dilexerit sapiens vt sciat, non potest inuenire, quia vniuersum hoc M vidit cor meũ, quia iusti & sapiẽtes & operationes eorum in manu dei. Tale est quod Apostolus prędicat dicens: Omne verbum bonum, & omne opus sanctũ do- 1.Cor.12. num est spiritussancti, sine quo nihil rectẽ agatur. Ideo, inquit, notum vobis facio quod nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Diuisiones vero sunt gratiarũ, idem autem spiritus: & diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem vero deus qui operatur omnia in omnibus. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Alii quidem per spiritũ datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eundẽ spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alteri operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. hęc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus diuidẽs singulis prout vult. Sunt & alia innumerabilia testimonia quæ ex paginis & noui & veteris testamenti quadam

Mat.9.

Ioan.1.

Iob.15.

Iob.14.

Ioan.3.

A conclamatione confirment hanc esse veræ humilitatis excellentissimam dignitatẽ, vt omnia quæ hominẽ faciunt Christianum, ad diuinæ gratiæ donum referantur. Sed tantam multitudinem sentẽtiarum in vnũ cõgerere, immodicũ fuit, præsertim cũ mihi sermo esset ad sanctimoniam tuam, cui ex formula eorum quæ cõmemorauimus, omnia se aut recordãti offerent, aut legenti, licet quædam etiam breuissima tantę sint plenitudinis, tantæq; virtutis, vt nullo aduersantis ingenio possint in sensum alium detorqueri. Nam quæ contradictio admitti potest in eo quod ipsa veritas discipulis Ioan.15. suis per Euangelium Ioannis dixisse narratur? Sicut palmes, inquit, non potest facere fructum nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me mãseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet i me, & ego in eo, hic fert fructum, quia sine me nihil potestis facere. Nonne conuincitur palmes elatus quod omni fertilitate vacuatur si vitis vbertate non alitur? Quis enim sine auxilio gratiæ fructum potest afferre iustitiæ? Aut quis audet dicere se a Christo nõ diuidi, qui Christum in se diffitetur operarię? An forte verẽdũ est ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur deus, ad ipsum dicimus esse referẽda? Quod nequaq; esse cõsequens veritatis ostẽditur. Operante enim spiritu dei iuuatur arbitrium, non aufertur, & hoc agit gratia, vt vo B luntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, seductionibus circũsepta, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus suis, sed per opem misericordię medici curata reualescat, & gaudeat se non interrogantem edoctam, & non quærentem esse quæsitam: quia impletur Esa.52. quotidie quod Esaias propheta prædixit: Q uibus non est annunciatũ de eo, videbunt: & qui non audierũt, intelligent. Q uomodo autem hoc fiat, Ioãnes apostolus 1.Ioan.5. docet dicens: Scimus quia ex deo sumus, & mũdus totus in maligno positus est. Et scimus quoniã filius dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum deum, & simus in vero filio eius. Q uod vtiq; nunc eadem potentia dominus indefinenter operatur, qui ait: Mat.28. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebꝰ vsq; ad cõsummationem seculi. Vt ergo misericordiam dei quæramus, dei misericordia est qui ait: Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam Exo.33. Roma.9. præstitero. Vnde mire per Hieremiã idem dominus manifestat quod dei gratiam nemo præueniat merito suo, sed propter dilectionem qua deus diligit, etiã auersos ad misericordiã trahi. Dilectione, inquit, æterna dilexi te, propterea traxi te ad miserationem, quia ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel. Cui sententiæ Ioã- Hiere.31. 1.Ioan.4 nes quoq; apostolus congruit dicens: Non quasi nos dilexerimus deũ, sed quoniam ipse dilexit nos. Et infra: Nos ergo diligamus, quoniam deus prior dilexit nos. Paulus quoq; apostolus in eadem est sententia, dicens 2.Tim.1. in epistola ad Timotheum secunda: Collabora euãgeC lio secũdum virtutem dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secũdum propositum suum, & gratiam quæ data est nobis ad Titũ.2 ante tempora æterna. Ad Titum etiam scribẽs docet nullo bono hominis merito dei gratiã præueniri. Eramus, inquit, & nos insipientes aliquãdo, increduli, errãtes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agẽtes, odibiles, odientes inuicem. Cum autẽ benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri: non ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis spiritussancti, quẽ effudit abunde in nos per Iesum Christũ saluatorem nostrũ, vt iustificati gratia ipsius, heredes simus secundũ spem vitę æternę. Omnis igitur illuminatarum mẽtiũ pius motus alienari quidem non potest a propria hominis voluntate: siquidem nihil recte faciet nisi quod volens egerit: sed vt ad id quod æquum & vtile est, animi tendat intentio, de illius æternę & incõmutabilis voluntatis inspiratione D cõcipitur. Et sicut arte medici fit in oculis cadentibus vt possint videre quod nõ vident, nec tamẽ nõ ipsorum est visio quam medicina contulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus per spiritũ sanctum acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebrosę iam & deficientes lucernę lumen accipiunt, nec tamẽ nisi ipsarum erit quicquid fulgoris acceperint. Vnde dicit dominus: Ignem Luc.12. veni mittere in terrã, et quid volo nisi vt ardeat? Et idẽ iubet lucernæ nostræ sint semper ardentes, vt scilicet superno igne accẽsus animus non tepescat, sed studeat semper ardere: ac si vigorẽ eius aliqua turbarit aduersitas, vnde cœpit inflammari, inde poscat igniri. Proinde quia manifestissime & prophetica & euangelica & apostolica doctrina nec superbos nos vult esse, nec desides: cooperatores nos esse oportet gratię dei, vt illã excitantem, iuuantem, locupletantem, & quotidie prouehentem vigilanter & sobrie subsequamur, nunq; cessantes ab actione gratiarum, quia inter secunda vitę istius & aduersa, quibꝰ gemina semper tẽtatione pulsamur, si proficimus, inde alimur: si stamus, inde subsistimus: si recidimus, inde reparamur. Dicit enĩ spiritꝰ per pro- Psal.36. phetã Dauid: A domino gressus hominis dirigẽtur, & viam eius volet. Cum ceciderit, nõ collidetur: quia dominus supponit manum suam. Non itaq; frustra præcipitur vt boni simus, cũ dicitur: Declina a malo, & fac Ibidem. bonum. Sed nec frustra per Hieremiam dicit dominꝰ: Hiere.32. Timorem meũ dabo in cor eorũ, & visitabo eos, vt bos E nos eos faciam. Nec superflua erat præceptio Pauli apostoli ad Romanos dicẽtis: Noli vinci a malo, sed vin- Rom.12. ce in bono malum. Cum Corinthiis dicat: Oramus autem ad deum vt nihil mali faciatis. In omnibus enim 2.Cor.13 monitis dei atq; mandatis vna eademq; ratio est & diuinæ gratię, & humanę obedientię. Nec ob aliud vnũ datur præceptum, nisi vt quæratur præcipientis auxilium. Voces enim docentiũ, & literę paginarũ quæ ad eruditionẽ audientiũ vel legentiũ deo seruiunt, non carent eius virtute cui seruiunt: & quando id quod iubetur, ab obediente perficitur, tunc effectus diuini operis declaratur. Vigilant autem tentatoris insidiæ, vt vbi proficit deuotio, subrepat elatio, & vt homo de bono opere in se potius q̃ in domino glorietur. Sed solicitudo nos Apostoli contra hoc periculũ monet dicẽtis: Cum Phil.2. timore & tremore vestram salutẽ operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quanto ergo excellentius in mandatis dei quiq; proficiunt, tanto maiores habent causas formidinis & tremoris, ne de ipsis probitatis augmẽtis mens sibi bene conscia, & laudis auida, in superbiæ rapiatur excessus, & fiat immunda vanitate, dũ sibi videtur clara virtute. Sed contra hoc periculum quid beatus Petrus in prima epistola prædicet, audiamus. Si quis, in- 1.Petri.4 quit, loquitur, tanq̃ sermones dei: si quis ministrat, tãq̃ F ex virtute quam administrat deus, vt in omnibus honorificetur deus per Iesum Christũ, cui est gloria & imperium in secula. Item idem in epistola secunda: Gra- 2.Pet.1. tia, inquit, vobis adimpleatur in recognitione domini nostri Iesu Christi, qui nũc omnia nobis diuina virtute sua quę ad vitam & pietatẽ pertinẽt, donauit per agnitionem suam, qui vocauit nos propria gloriæ virtute, per quam maxima nobis & preciosa promissa donauit, vt per hęc efficiamini diuinę cõsortes naturæ, fugientes eius quę in mundo est cõcupiscentiæ corruptionem. Si ergo omnia quę ad vitam & pietatẽ pertinent, deus nobis diuina sua virtute donauit, nihil magis fugiendum est q̃ appetitus huius cõcupiscẽtię, quę virtutem negat diuini operis, amore propriæ dignitatis. Et cũ alię cupiditates ea tantum bona quibus aduersantur imminuant, hęc dũ omnia ad se trahit, simul vniuersa corrũpit. Cũ itaq; totius superbiæ generale nomen odiosum sit, siue illa de honore suo, seu de nobilitate, vel de imo-

G dicis opibus inturnescat,hæc pars ipsius omnibus ten
tationibus nocentior inuenitur, quæ videtur iis quas
perditas cupit,amica esse virtutib⁹.Sed quia sublimio
ra quæq; grauius corruunt, gaudet princeps superbiæ
eos quos potuerit sua impulsione prosternere, ad celsio
ra creuisse. Huic autem malo firmissimum bonum hu
militatis occurrit.Quam ideo diximus veram,quia o
mnium virtutum inexpugnabilis fortitudo, & quæda
suorum est vita membrorū. Discernimus enim illam
ab iis officiis quæ potest etiā cū mundi sapientibus ha
bere cōmunia,& in eo proprietatem ipsius definimus,
quod per omnia deo subditur.Nec potest quicq; de me
ritis suis perdere,quorum causas atq; proeuectus non in
se,sed in suo authore constituit. Dignum quippe est vt
imago dei deo splendeat,& inde pulchra,inde sit cōpta
Psal.4. dicens:Signatum est super nos lumen vultus tui dñe.
Alioquin adultera est,& a diuino aliena coniugio,si al
terius cuiusq; decorem in speculo sui cordis ostētat, aut
vllis aliis monilibus acquiescit ornari, nisi illis quæ de
thesauris sponsi per sancti spiritus pignꝰ accepit. Si au
tem quælibet anima Christiana huius debet continen
tiæ soliditate muniri, quia omnes nuptiale sacramen
tum in quocūq; vocationis suæ ordine susceperūt, quā
to magis personæ tuę dignitas præsidio huius virtutis
armanda est,cui de opulentissimis gratiæ dei donis tā
multiplex se ingerit materia gloriandi? Quānis enim
H cōmunis tibi sit cum multarū virginum puritate virgi
nitas, non tamē facile reperitur quæ possit tibi magni
ficentia domus & splendore antiquissimæ familiæ cō
parari. De quibus vt non superbias, nec tibi hoc ipsum
quod eis Christum præposueris, adscribas.ipsa est vera
humilitas,vera charitas,vera virginitas.Ab omni quip
pe contaminatione mēs libera est,quæ siue in se siue in
proximo nihil diligit nisi quod ex deo esse nouit. Nam
amare aliquid quod non ex opere & spiritu dei sit, non
est casta dilectio,& sufficit tentatori sublimes & claras
animas hac illusione violasse,vt quas ad illicita nō im
pulit,placendi sibi ad elationem deiecerit. De hac cha
ritate sine dubio Apostolus loquebatur, & istius pro
prietatem subtilissimis discretionibus eliquabat dicēs:
1.Cor.13. Si linguis hominum loquar & angelorū, charitatem
autem non habeā,factus sum velut æs sonās, aut cym
balum tinniēs. Et si habuero prophetiam, & nouerim
mysteria omnia,& omnem scientiā,& habuero omnē
fidem,ita vt montes transferam, charitatem autē non
habeam,nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperū
I omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū vt
ardeam,charitatē autem non habuero, nihil mihi pro
dest. In quarum definitionum formula multo labora
remus obscurio, nisi sequentia demōstrarent quæ esset
species istius charitatis,cui soli tot operum labores,tot
virtutū merita non perirēt. Esto enim vt multiplex lo
quendi peritia, quæ non solū ad omnē humanæ facun
diæ artem,sed etiam ad angelici eloquii peruenerit fa
cultatem,si charitate careat,inutili æris sono & tinnitui
sit comparabilis cymbalorum. Esto vt habens prophe
tiam,scientiam,habens fidem tæmonibus imperantē
nihil sit,quia charitate sit vacuus,vt etiā ille ab hac es
se possit alienus qui in alimoniam pauperū suas distri
buerit facultates,vel qui corpus suum igne torrendum
pro Christi cōfessione tradiderit, incredibile videretur,
nisi beatus Paulus hoc diceret, qui tamē cum eiusdem
charitatis mēbra describeret, docereteq; qualis esset hæc
virtus sine qua nullæ possint prodesse virtutes, Chari
tas inquit patiens est,benigna est, charitas non æmu
latur,non agit perperam,non inflatur, nō est ambitio
sa,non quærit quæ sua sunt, & reliqua. Inflatio ergo, &
ambitio,& propriorum bonorum superba defensio pos
sunt destruere eleemosynas, possint euacuare marty
ria:si & magnas opes amore quis humanæ laudis ef
fundat,et sæua supplicia non ea fortitudine quam deus
tribuit,sed ea quā de se præsumpsit excipiat.Hoc est enī
propria fiducia inflari,hoc vanam gloriam quibuslibet
ambire dispendiis, hoc postremo est nolle habere quæ
dei sunt,& ibi suum constituere meritū,vbi diuinū ces
sarit auxiliū.hęc superbia omni peccato nocētior,omni
genere est elationis insanior. A quibuslibet enī lapsib⁹
delictorū facile surgitur,quando opem a reparatore suo
poscit elisus.Huic autem ruinę nihil subuenit,quia aut
difficile peccatū suum superbus agnoscit, aut etiā si in
tellexerit,non currit ad medicū,sed de se sibi remedium
pollicetur, nec vnq; ibi proficit cura,vbi morbus est ipsa
medicina. Hunc autem corruptissimū pestilētiæ istius
flatum spiritus veræ humilitatis & verę charitatis ex
cludit. In nullo enim hæ virtutes ab inuicem diuidun
tur,& ambarum tam indiscreta connexio est, vt qui in
vna earū cōstruitur,simul vtraq; potiatur. Sicut enim
pars charitatis est humilitas, ita pars hūilitatis est cha
ritas. Et si illa recolamus quę sine bono charitatis infru
ctuosa esse Apostolus definiuit,inueniemus eadem si
milem habere charitatem si eis humilitas vera defue
rit. Quem enim fructum habebit aut cum inflatione
scientia,aut cum humana gloria fides, aut cū iactantia
largitas, aut cum elatione martyrium? Vnde quia in
districtione superbię & humilitas tendit & charitas,de
vtraq; habeatur dictum quicquid de vna est disputatū.
Supereſt nunc sacratissima dei virgo vt sobrio castoq;
iudicio sancti cordis tui arcā discutias, & aculeo totius
elationis obtrito inuestiges in te atq; dinumeres quę &
qualia tibi sponsus tuus dona contulerit, quę a me non
oportuit recenseri, ne aut plura contexerē, aut pauciora
percurrerem. Verecundræ enim tuę onerosa foret etiā
vera laudatio,& ipse contra disputationē meā facerē, si
cui ab hūana gloria cōtinētiā suasissem, ad eādē te tuis
q̄conijs incitarē. Ipsa ergo aulā tuæ mētis ingredere,&
in secretario purissimę cōscięntiæ tuę qualia tibi repositā
sint ornamēta circūspice,et quicquid ibi splendidū,quic
quid pulchrū pretiosumq; repereris,diuini operis et mu
neris esse ne dubites, ita vt in omnibus bonis opulētię
tuæ & gratiā donatoris,& ius proprietatis agnoscas.
Accepisti enim quę habes,et quicquid tibi diligētia tui
laboris accreuit,per ipsum tibi est auctum,per quē fue
rat inchoatum. Itaq; vtendū tibi est iis quæ largitus est
deus, & ab eodem semper est petendum vt donis eius
fideliter & scięter vtaris. Quid enim nobis boni potest
esse sine ipso,quādoquidem etiam vt recte oremus, ex
ipso est,dicente Apostolo: Nam quid oremus sicut o- Rom.8.
portet,nescimus,sed ipse spiritus postulat pro nobis ge M
mitibus inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda,scit
quid desideret spiritus,quoniam secūdum deum postu
lat pro sanctis. Et ne dubium esset de quo spiritu loque
retur,iam supra dixerat:Non enim accepistis spiritum
seruitutis iterū in timorem,sed accepistis spiritum ado
ptionis filiorum,in quo clamamus,abba pater. Itaque
ipse spiritus testimoniū reddit spiritui nostro,quoniam
sumus filii dei. Si autem filii,& hæredes:hæredes qui
dem dei,cohæredes autem Christi, si tamen compati
mur,vt cōglorificemur. Implet igit̄ spiritus sanctus or
ganum suum,& tanq̄ fila chordarum tāgit digitus dei
corda sanctorum. Qui ideo cum die pētecostes in apo
stolos plebemq; credētium , sicut a domino fuerat pro
missus,influeret,in specie linguarum apparuit ignea
rum,& loquelis omnium nationū eos super quos inse
derat,fecit affari,vt dubium nō esset per ipsius inspira
tionem vtilem affectū, rationabilem sermonē animis
fidelium ministrari: sicut ipse dominus discipulis suis
insinuauit,& dixit: Cū autē tradēt vos,nolite cogitare Mat.10.
quomodo aut quid loquamini: Dabitur enī vobis in il
la hora quid loquamini. Nō enī vos estis qui loquimi
ni,sed spiritus patris qui loquitur in vobis. Quod nō in
solo magnarū tribulationū tēpore credamus fieri, sed
etiā in pace præstari. Audiamus Apostolū definientē

A q ipsæ quoq; cogitationes nostræ nisi a deo nobis insi
tæ fuerint, rectæ esse nō possint. Fiduciam,inquit, talē
2.Cor.3. habemus per Christū ad deū,nō q sufficiētes simus co
gitare aliquid ex nobis quasi ex nobis,sed sufficiētia no
stra ex deo est. Vnde cū sanctorū animis ex deo sit vt il
lis meditatio,iusta petitio,efficax actio ex deo sit, in fi
de firmitas,in tribulatione patiētia,in pśecutione victo
ria,magna est in vera humilitate felicitas,cui deus dile
ctio,deus sapiētia,deus cōsiliū, deus fortitudo est. Nec
dubie ista subiectio iam ex magna parte in illius futu
ræ beatitudinis est constituta cōsortio, vbi deus erit o
mnia in omnibus.Quod ideo in hac vita ad plenū non
potest obtineri, quia nondum mortale nostrum induit
immortalitatē,nec corruptio transiit in incorruptionē,
caro adhuc contra spiritum,& contra carnē spiritus cō
cupiscit.Nec inuenitur in vllo hominum tanta concor
dia, vt legi mentis lex quæ membris est insita, nō repu
gnet. Propter quod ex omniū sanctorum persona acci
1.Ioan.1. pitur quod Ioannes Apostolus ait:Si dixerimus quo
niam peccatum non habemus,nosipsos seducimus, &
veritas in nobis non est. Cum tamen idem ipse dicat:
1.Ioan.3. Qui natus est ex deo,peccatum non facit,quoniam se
men ipsius in eo manet,& nō potest peccare,quoniam
ex deo natus est. Vtrumq; ergo verum est:quia & ne
mo sine peccato est,in eo q̄d nemo est sine lege peccati:
& qui natus ex deo,peccatum nō facit, quia per legem
mentis, id est per charitatem quę dei semen est, pecca
1.Pet.4. tum nō facit.Charitas enim operit multitudinem pec
catorum:& sine qua nullum prodest bonum,per quam
Sapi.9. deletur omne peccatum. Dum igitur corpus quod cor
rumpitur aggrauat animam,& deprimit terrena inha
B bitatio sensum multa cogitantem: nō quidem obtine
tur vt iam anima in omnibus deus sit, quia nullus est
sine tentationis stimulo , & sine mutabilitatis incerto.
Iacobi.1. Sed qua omne datum optimum,& omne donū perfe
ctum de sursum est,descendens a patre luminū, sine du
bio inde habetur virtutum omniū portio, vnde habebi
tur plenitudo: & tanto quisq; est beatior,deoq; coniun
ctior,quanto plus in eo fuerit gratiæ diuinæ q̄ actionis
humanę. Benedicitaq; domino in omni tēpore,& laus
eius in tuo ore sit semper. Anima autē tua non acquies
cat nisi in domino laudari. Superbi quidē refragabun
tur,sed mansueti hæc audient,& lætabuntur.

De inuentione corporum sanctorum Gerualii &
Prothasii, diui Ambrosii episcopi ad sororem suam
Epistola LXXXV.

DOMINĘ sorori vitæ atq; oculis præfe
rendæ, frater. Quia nihil sanctitatem tuam
soleo eorū præterire quæ hic te gerantur ab
sente,scias etiā sanctos martyres a nobis re
pertos. Nam cum basilicam dedicassem, multi tanquā
C vno ore interpellare cœperant dicentes: Sic in Roma
na basilica dedices. Respondi, faciam,si martyrum reli
quias inuenero. Statimq; subiit veluti cuiusdam ardor
præsagii. Quid multa? Dominus gratiam dedit, for
midātibus etiam clericis iussi eruderari terram eo loci
qui est ante cancellos sanctorum Felicis atq; Naboris.
Inueni signa conuenientia.adhibitis etiam quibus per
nos manus imponenda foret, sic sancti martyres emi
nere cœperunt,vt adhuc nobis silētibus arriperetur vra
na,& sterneretur prona ad locum sancti sepulchri. Inre
nimus miræ magnitudinis viros duos, vt prisca ætas
ferebat. Ossa omnia integra,sanguinis plurimum. In
gens concursus populi per totum illud biduum. Quid
multa? Conditimus integra, ad ordinē transtulimus,
vespere iam incumbente ad basilicam Faustæ,ibi vigi
liæ tota nocte,manus impositio.Sequenti die transtu
limus.ea in basilicam quam appellāt Ambrosianam.
Dum transferimus, cæcus sanatus est. Talis mihi ad
populum fuit sermo. Cum tam effusam,tamq; inaudi- D
tam considerarem conuentus vestri celebritatem,& di
uinæ gratiæ munera quæ in sanctis martyribus reful
serunt,imparem me,fateor,huic muneri iudicabā, nec
fieri posse vt sermone absoluerem, quod vix possimus
animo intendere,oculis comprehendere. Sed vbi san
ctarum legi cœpit series scripturarum,largitus est spiri
tus sanctus,qui locutus est in prophetis,quo dignū ali
quid tanto cœtu & expectatione vestra martyrūq; san
ctorum meritis proferamus. Cæli enarrant,inquit,glo
riam dei. Cum legitur hic psalmus, occurrit quod non
tam elementa materialia q̄ cælestia merita dignū deo
prœconium deferre videantur. Hodierna tamen fortui- Psal.8.
ta lectione patuit qui cæli enarrant gloriam dei. Aspi
cite ad dexteram meam,aspicite ad sinistram reliquias
sacrosanctas,videtis cælestis conuersationis viros spe
ctantes animi sublimis trophæa. Isti sunt cæli qui enar
rant gloriam dei. Hæc opera manuum eius quæ annū
ciat firmamentū. Non enim eos secularis illecebra, sed
diuini operis gratia ad firmamentum sacratissimę pas
sionis eruexit. Multoq; ante morum virtutumq; do cu
mentis annunciauit in his martyrium, quod aduersus
lubricum sæculi huius stabiles permanserunt. Cælum
erat Paulus,qui ait:Nostra cōuersatio in cęlis est. Cę
li erant Iacobus & Ioannes,deniq; filii tonitrui nuncu
pantur,& ideo quasi cęlum Ioannes verbum apud deū
vidit. Ipse dominus Iesus perpetui luminis erat cælū, E
cum enarraret dei gloriam, sed eam quam nemo ante
conspexerat. Et ideo dixit: Deum nemo vidit vnquam Ioan.1.
nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris, enarrauit.
Opera quoq; manuum dei si queris, audi Iob dicētem:
Spiritus diuinus qui fecit. Et ideo aduersus diaboli ten
tamenta firmatus, inoffensæ vestigium constantię re
seruauit. Sed veniamus ad reliqua. Dies, inquit, diei e
ructat verbum. Ecce veri dies, quos nulla caligo noctis
interpolat. Ecce veri dies pleni luminis & fulgoris æ
terni, qui nō per sunctorem sermone verbum dei, sed in
timo corde eructarunt, in confessione cōstantes, in mar
tyrio perseuerantes. Alius psalmus lectus dicit: Quis
sicut dominus deus noster qui in altis habitat,& humi
lia respicit in cęlo & in terra? Respexit sane humilia do
minus, qui latētes sub ignobili cespite reliquias sancto
rum suæ ecclesię reuelauit, quorum anima in cęlo, cor
pus in terra. Suscitans a terra inopem,& de stercore eri
gens pauperem. Quos videtis vt eos cū principib⁹ po
puli sui collocarit. Principes populi quos alios nisi san
ctos martyres æstimare debemus, quorum iam in nu
merum, diu ante ignorati Prothasi? Geruasiusq; pro
feruntur, qui sterilem martyribus ecclesiam Mediola
nensem,iam plurimorum matrē filiorū, lætari passio- F
nis proprię fecerint & titulis,& exemplis? Nec hoc ab
horreat a vera fide: Dies diei eructat verbū,anima ani
mæ,vita vitę,resurrectio resurrectioni. Et nox nocti in
dicat scientiam, hoc est caro carni, quorū passio veram
fidei scięntiam omnibus indicauit. Bonæ noctes,noctes
lucidę quę habēt stellas. Sicut enim stella a stella differt
in claritate,ita & resurrectio mortuorū. Nō immerito
autē pleriq; hanc martyrum resurrectionem appellant.
Videro tamen vtrum sibi an nobis certi martyres re
surrexerunt. Cognouistis,immo vidistis ipsi multos a
dæmoniis purgatos. Plurimos etiam vbi vestem san
ctorum manibus contigerūt,iis quibus laborabant de
bilitatibus absolutos. Reparata vetusti corporis mira
cula,quo se per aduētū domini Iesu gratia terris maior
insuderat, vmbra quadam sanctorum corporum plero
sque sanatos cernitis. Quanta oraria iactitātur? Quan
ta indumēta super reliquias sacratissimas vt tactu ipso
medicabilia reposcantur? Gaudent omnes extrema li
nea contingere,& qui contigerit,saluus erit. Gratias ti
bi domine Iesu quod hoc tempore tales nobis sanctorū
martyrum spiritus excitasti, quo ecclesia tua præsidia

G maiora desiderat. Cognoscãt omnes quales ego propugnatores requirã, qui ꝓpugnare possint, impugnare nõ soleant. Hos ego acquisiui tibi plebs sancta, qui prosint omnibus, nemini noceant. Tales ego ambio defensores, tales milites habeo. Quorũ quo maiora, eo tutiora patrociniа sunt. Horum etiam illis ipsis qui mihi inuident, opto præsidia. Veniãt ergo & videant stipatores meos, talibus me armis ambiri nõ nego. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri magnificabimur. Helisæum scripturæ diuinę series refert, cum ab exercitu Syrorũ esset obsessus, dixisse timenti seruulo, ne timeret, quia plures inquit pro nobis sunt ꝙ contra nos. Et vt hoc probaret, petisse vt oculi Giezi aperirentur, quibus innumeros adesse vidit pphetæ exercitus angelorũ. Nos etsi eos videre nõ possumus, sentimus tamẽ. Erant clausi isti oculi ꝙ diu obruta sanctorũ corpora delitescebant. Aperuit oculos nostros dominus, videmus auxilia quib⁹ sumus sępe defensi, non videbamus hæc, sed habebamus tamẽ. Itaq; trepidantibus nobis quasi dixerit dñs: Aspicite quantos vobis martyres dederim: ita reseratis oculis gloriã domini speculamur, quæ est martyrũ passione pręterita, & operatione præsens. Eua simus fratres nõ mediocrem pudoris sarcinã. patronos habebamus, & nescie-
H bamus. Inueninus vnum hoc quo videamur pręstare maioribus. Sãctorum martyrũ cognitionem quam illi amiserũt, nos adepti sumus. Eruũtur nobiles reliquiæ sepulchro ignobili, ostenduntur cęlo trophęa. Sanguine tumulus madet, apparent cruores triumphales, nota inuiolatæ, reliquiæ loco suo & ordinatæ repertæ, auulsum humeris caput. Nunc senes repetunt audisse se aliquando horum martyrum nomina, titulumq; legisse, perdiderat ciuitas suos martyres, quę rapuit alienos. Etsi hoc dei munus est, tamẽ gratiam quam temporibus sacerdotii mei dominus Iesus tribuit, negare non possum: quia ipse martyr esse nequeo, hos vobis martyres acquisiui. Succedãt victimæ triumphales in locum vbi Christus hostia est. Sed ille super altare, qui pro omnibus passus est: isti sub altari, qui illius redẽpti sunt passione. Hũc ego locum prędestinaueram mihi. Dignum est enim vt ibi requiescat sacerdos, vbi offerre consueuit. Sed cedo sacris victimis dexteram portionem, locus iste martyribus debebatur. Condamus ergo reliquias sacrosanctas, & dignis ædib⁹ inuehamus, totũque diem fida deuotione celebremus. Acclamauit populus vt in dominicũ differretur diem martyrũ depositio, sed tandem obtentum vt sequẽti fieret die. Sequenti die talis mihi ad populum iterum sermo fuit.

Psal. 19.

4. Reg. 6.

SERMONVM DIVI AMBROsii Mediolanensis episcopi, iuxta ordinem temporũ quibus consgruunt, Index.

De grano sinapis. Sermo I.
Item de grano sinapis. II.
De psalmo vigesimoprimo. III.
De camelo. IIII.
Quod simile sit regnum dei fermento. V.
De margarita. VI.
De eo quod scriptum est: Reddite quæ sunt dei deo, & de militantibus. VII.
De sabbato quo dñs manũ aridam curauit. VIII.
De vnitate charitatis. IX.
De eo quod scriptum est: Qũis maior est in regno cælorum. X.
De mirabilibus. XI.
De natali domini. XII.
Item de natali domini. XIII.
Item de natali domini. XIIII.
Item de natali domini. XV.
Item de natali domini. XVI.
Increpatio de kalendis Ianuariis. XVII.
De sancta Epiphania. XVIII.
Item de sancta Epiphania. XIX.
Item de eodem. XX.
Item de die sancto Epiphaniæ. XXI.
Post Epiphaniam. XXII.
De quadragesima. XXIII.
Item de quadragesima. XXIIII.
Item de quadragesima. XXV.
Item de quadragesima. XXVI.
De ieiuniis. XXVII.
Exhortatio ad plebẽ, & de eo quod scriptũ est in Euangelio: Sicut fulgur coruscãs de cælo, ita erit aduẽtus filii hominis, & de duob⁹ in lecto vno. XXVIII.
Item de eodem. XXIX.
De eleemosyna. XXX.
Item de eleemosyna. XXXI.
De hospitalitate in Euangelio. XXXII.
In tẽpore ieiunii non luxuriandũ esse. XXXIII.
De quadragesima. XXXIIII.
De ieiunio domini in deserto, & quomodo non in solo pane viuit homo. XXXV.
Item de quadragesima. XXXVI.
Item de eodem. XXXVII.
Item de ieiuniis & quadragesima. XXXVIII.
De ieiuniis & eleemosynis. XXXIX.
De ieiunio Niniuitarum. XL.
De gratia baptismi. XLI.
De hostibus carnalibus non metuendis, & post cibum gratias deo referri debere. XLII.
Item de eodem. XLIII.
De sancto Latrone. XLIIII.
Item de eodem. XLV.
De pœnitentia Petri apostoli. XLVI.
De fide Petri apostoli. XLVII.
De sepultura domini. XLVIII.
De accusato dño apud Pilatũ, & de Susanna. XLIX
Item de eodem. L.
De Iuda Scarioth. LI.
De die sancto paschæ. LII.
De innouatione fidelium. LIII.
Item de eodem. LIIII.
De cruce Christi. LV.
Item de cruce Christi. LVI.
De sepulchro domini nostri Iesu Christi. LVII.
De Maria Magdalene. LVIII.
De auaritia & Anania. LIX.
De festo Pentecostes, & de psalmo centesimonono. Sermo LX.
Item de pentecoste. LXI.
Item de pentecoste. LXII.
De natali sancti Ioannis baptistæ. LXIII.
Item de eodem. LXIIII.
Item de Ioanne Baptista. LXV.
De natali sctorũ apostolorũ Petri & Pauli. LXVI.
Item de eodem. LXVII.
Item de eodem. LXVIII.
De natali scti Eusebii, Vercellensis episcopi. LXIX.
Item de depositione sancti Eusebii. LXX.
De natali sancti Laurẽtii leuitę & martyris. LXXI.
De natali sancti Cypriani. LXXII.
Item de sancto Cypriano. LXXIII.
De natali martyrum. LXXIIII.
In natali sanctorum Cauti, Cantiani, & Cantianillæ. LXXV.
De natali sanctorum martyrum. LXXVI.
De natali sanctorum Octauii, Aduentitii, & Solutoris Tauricorum. LXXVII.
De eo quod ꝓpheta ait ad filios Israel, Caupones vestri miscent aquam vino. LXXVIII.
De eo quod dicit dominus in euãgelio, Vulpes foueas habent. LXXIX.
Increpatio ad plebẽ, & de eo ꝙd ait dominus, Qui habet, dabitur ei: & cantauimus vobis, & non saltastis. LXXX.
De eo quod scriptum est in euangelio, Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit. LXXXI.
De defectione lunæ. LXXXII.
Increpatio ad populum de absentia sua. LXXXIII.
Post increpationẽ cõsolatio ad populũ. LXXXIIII.
De Barbaris non timendis. LXXXV.
Item de eodem. LXXXVI.
De sancto propheta Helisæo. LXXXVII.
De bellico tumultu. LXXXVIII.
De dedicatione basilicæ. LXXXIX.
De passione beatæ Agnetis. XC.
De inuentione sanctorũ Geruasii & Prothasii. XCI.
De baptismo sancti Augustini. XCII.

FINIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI SERMONES.

De grano sinapis. Sermo I.

B IBENTER NOS prędicare, & gratanter opus dei facere, manifestũ est. Sed cum videmus plures e fratrib⁹ pigrius ad ecclesiam cõuenire, & dominicis pręcipue diebus minime cælestibus interesse mysteriis, prędicamus inuiti: non quo nos pigeat loqui, sed quia negligẽtiores prędicatio nostra grauet potius, non emendet. Ideo inuiti loquimur, & tacere nõ possumus. Prædicatio enim nostra in plebe aut regnũ operatur, aut pœnam: regnum credulis, perfidis pœnam. Quisquis enim frater dominicis non interest sacramẽtis, necessario apud deũ castrorum desertor est diuinorum. Nam quomodo se excusare potest qui sacramentorum die prandiũ sibi domi præparãs, prandiũ cęleste contẽnit, & ventris curam faciens, animæ suæ negligit medicinam? Dicit dominus in sancto euãgelio, sicut le-
Luc. 13. ctio decursa testatur: Cui simile est regnũ dei, & cui simile illud existimabo? Simile est grano sinapis, ꝙd acceptum homo misit in ortum suum, & creuit, & facta est arbor, & volucres cæli quieuerunt in ramis eius.

C Mouet fortasse sensus vestros cur regnum dei tam pręclarum atq; tam magnificum grano sinapis exiguo comparetur, & spei nostræ tam grande solatium, rei vilissimæ simile esse dicatur, præsertim cũ alibi idem dominus discipulis suis dicat: Si habueritis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis huic monti, tollere & iactare in mare. Igitur si fides mira est, quę potest ab ipsis sedib⁹ mõtium fundamenta trãsferre, necessario ergo & granum sinapis magnum est, ad cuius similitudinem fidem habere compellimur. Magnum autem dixerim non specie, sed virtute, & fidei qualitate, nõ oleri comparandũ, sed vigore acrimoniæ coæquandum. Nam si diligẽter intendamus, inuenimus recte a domino hanc similitudinem comparatam. Sicut enim granum sinapis prima fronte specie sui est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circũferẽs, non indicans suauitatem: at vbi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, vt mirum sit in tam frutolis granis tantum ignem fuisse conclusum: cuius etiam seminis cibum homines hyemis præcipue tempore magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciant: sæpe etiam ex hoc capiti adhibent medicinam, vtsi quid inualidum, si quid ægrotũ fuerit, sinapis igne curetur: Ita ergo et fides Christiana prima fronte videtur esse parua, vilis & tenuis, non potentiã suam ostendens, non superbiam pręferens, non gratiam subministrans. At vbi diuersis tentationibus teri cœperit, statim vigorem suũ prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, vt & ipsa feruеat, & participantem sibi ardere compellat: sicut in sancto Euangelio Amaon & Cleophas dixerũt, dum cum ipsis post passionem dominus loqueretur: Nonne cor nostrũ erat ardens in no- Luc. 24.
bis in via, dũ aperiret nobis dominus Iesus scripturas? Ergo granum sinapis membrorum viscera calefacit, si dei autem vigor cordiũ peccata comburit. Et illud quidem asperum algorem frigoris remouet, hæc autẽ delictorum diabolicã frigus expellit. Sinapis iniquos humores decoquit corporum, fides autem lubidinũ fluenta cõsumit. Et per illud medicina capiti procuratur, per fidem autem spirituale caput nostrum, quod est Christus dominus, sępius refouetur. Sed & fidei iuxta comparationem sinapis sancto odore perfruimur, sicut ait beatus Apostolus: Quoniam Christi bonus odor sumus deo. Igitur sanctum martyrem Laurentium gra- 2. Cor. 2.
no sinapis possumus cõparare, qui diuersis attritus passionibus, per totum orbem gratiam meruit sui fragrare martyrii, qui antea cõstitutus in corpore erat humilis, ignotus & vilis. postea q̃ vexatus, laceratus, exustus est, vniuersis per totum mundum ecclesiis odorem suę nobilitatis infudit. Recte igitur hunc comparatio copulatur. Siquidem granum sinapis cum teritur, accenditur: Laurentius cum patitur, inflammatur. Illud feruorem attritionis suæ cuomit, hic igne plurima vexatione suspirat. Sinapis inquam vasculo calido vapore decoquitur. Laurẽtius in craticula flammarum igne torretur. Ardebat itaq; extrinsecus beatus martyr tyranni sæuientis incendiis, sed maior illũ intrinsecus Christi amoris flamma torrebat. Et quamuis rex improbus ligna subiiceret, incendia maiora supponeret, tamẽ sanctus Laurentius has flammas fidei calore non sentit, & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Nec enim potest viscerib⁹ ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidebat. Iacet licet ante pedes tyranni exusta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimẽti patitur in terris, cuius animus demoratur in cælis. Extenditur ergo super flãmarum ignitos globos, & sępius versatur in latera, sed quanto plus pœnarum patitur, tanto amplius Christum dominum pertimescit: nouo admirationis genere alius illum torquet, & alii sæuientes tormenta proficiunt. deuotiorem Laurẽtium saluatori supplicia atrociora fecerunt.

Item de grano sinapis, Sermo II.

SVPERIORE dominica parabolam domini differẽtes in qua ait: Cui simile est regnum cælorum, & cui simile illud existimabo? Simile est grano sinapis, & cætera, multa perstrinximus quibus probaremus regnum dei grano sinapis non immerito comparari, & instantiam in sola esse existimatione verborum, non in collatione virtutum. Siquidem fides Christiana, quę regnum est, eundem vigorem obtineat quem sinapis natura depromit. Nam sicut cum sinapis siccum fumimus, vultu contristamur, fronte contrahimur, ad la-

Gchrymas promouemur, & ipſam ſalubritatem corporis noſtri cum quodam fletu auſteritatis accipimus. Illinc enim nos amaritudo exaſperat, acrimonia penetrat, hinc calor ignei ſaporis accendit, & toto perturbati corpore tunc magis ſani efficimur, cum amplius deploramus. Ita ergo & cum fidei Chriſtianæ mandata percipimus, contriſtamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas promouemur, & ipſam noſtram ſalutẽ cum quodam fletu ac mœrore cõſequimur. Inde enim ieiunia nos exaſperãt, illinc peccatorum conſciẽtia macerat, hinc patrimonii iactura cõturbat, & toto contriſtati habitu magis ſalutẽ conſequimur, ſi amplius de-
Mat.16. fleamus, ſecũdum quod ait dominus: Vos plorabitis & plangetis, ſeculum autem gaudebit. Sicut autem cũ ſinapi caput forte curãdum eſt, iubemur abraſos capillos demere, vt nudo corpori perfectius medicina pueniat: ita & cũ anima per fidem curanda eſt, præcipimur ſubſtantiam a nobis ſeculi auferre, impedimẽta auri ac gentiq; deponere, vt nudæ & ſoli animæ congruentius ſpiritualis medicina proueniat. Quiſquis enim rebus mundi & diuitiis ſeculi obuolutus eſt, huic fidei medicina nõ proderit. Ergo quod ſuccus ſinapis in corpore, hoc fides Chriſtiana operatur in anima. Sed quoniam in eadem dominica ſententia ſcriptum eſt, Quod acceptum homo miſit in ortũ ſuum, & creuit, & facta eſt arbor, & volucres requieuerunt in ramis eius: diligentius requiramus quis iſte ſit cui hęc cuncta conueniant. Di-
H ximus ſuperius, ſanctis martyrib⁹, quia diuerſis attriti ſunt paſſionibus, naturam ſinapis poſſe cõgruere. Sed quoniam dicit ſcriptura: Et excreuit, & facta eſt arbor, & volucres requieuerũt in ramis eius: arbitror hocipſi Chriſto domino rectius cõparari, qui naſcẽdo in hominem humiliatus vt granũ eſt, aſcendendo ad cælũ exaltatus vt arbor eſt. Granum plane Chriſtus eſt dũ patitur, arbor eſt cũ reſurgit. Granum inquam eſt cũ famẽ eſuriẽs ſuſtinet. Arbor eſt cum quinq; panibus faturat quinq; milia virorũ. Ibi ſterilitatem humana conditione patitur, hic ſatietatẽ propria diuinitate largitur. Granum autem dixerim dominũ cum cẽditur, contẽnitur, increpatur: arborem autem cum cæcos illuminat, mórtuos reſuſcitat, peccata condonat. Quod autem granũ
Ioan.12. ſit, ipſe dicẽs in euangelio ait: Niſi granũ tritici cadens in terram mortuũ fuerit, ipſum ſolũ manet. Huius igi tur grani, hoc eſt domini ſaluatoris velut ſinapis acrimoniam atq; amaritudinẽ Iudæi minime ſuſtinentes, contempſerunt ſuccum cæleſtis diſciplinæ accipere, di-
I centes illuminato illi cæco: Tu ſis diſcipulus eius, nos autem Moyſi diſcipuli ſumus. Ipſi quoq; Moyſi mandata penitus ignorãtes, qui præcepit illis ſpecialiter hãc amaritudinem comedendam: cũ paſchæ illis celebrandæ ſacramenta diſponeret, ait: Manducabitis illud cũ
Exo.12. amaritudine, paſcha enim domini eſt. Nõ enim, ſicut illi putant, iuſſit herbarũ vilium acerrimos ſuccos cũ aſſis agni carnibus manducari, ſed mandatorum Chriſti vtiliter amaros ſermones præcepit cũ ipſo ſacramento paſſionis dominicæ deuorari. Nonne eni amari videntur ſermones domini, cũ dicit: Si vis perfectus eſſe, relinquе omnia tua, & veni ſequere me? & cũ dicit nõ habendas duas tunicas, neq; peram, neq; calceamẽta? Amaritudo iſta ſermonũ, medicina eſt animarũ. Quod autem ait Euangelium, Quod acceptum homo miſit in ortum ſuum: quem eſſe hominem hunc putamus qui acceptum granum velut ſinapis granum in ſuo orto ſeminauit? Ego illum eſſe arbitror, de quo euangeliſta refert: Ecce autem Ioſeph qui erat decurio ab Arimathia, acceſſit ad Pilatum, petens vt depoſitum corpus domini ſepeliret: quod acceptum tradidit ſepulturę quæ in orto fuerat præparata, atque ideo ait ſcriptura: Quod acceptum homo miſit in ortum ſuum. Ergo Ioſeph ortus floſculorum erat diuerſis odoribus plenus. Sed necdum in eo tale germen inſeuerat. Fragrabat quidem ſpecialis animæ eius ortus varia ſuauitate virtutum, ſed necdũ Chriſtum cum aromatibus in cordis ſui ſecreto poſuerat. Ita dum ſaluatorẽ in ortuli ſui monumento ſepelit, magis illum in animæ ſuę intimis collocauit. Ramos autem huius arboris requiramus. Inuenies quia ramus eſt Petrus, ramus eſt Paulus, rami ſunt omnes Apoſtoli vel martyres, ad quos ſi quis ſe fortiter tenere voluerit, fluctib⁹ ſeculi minime ſubmergetur, quin potius ſub vmbra illorum latitans, gehẽnæ non patietur ardorem, ſecurus a diabolicæ tempeſtatis procella.

De pſalmo vigeſimoprimo, Sermo III.

PSALMI qui lectus eſt ſeriem decurſuri, diligenter prius debemus intẽdere quid in ſuperſcriptione contineat, vt cognita eius origine, intelligentiam ipſius facilius conſequamur, & manifeſtato capite poſſint rectius membra diſtribui. Scribitur enĩ ita: In fine pro ſuſceptione matutina pſalmus ipſi Dauid. Niſi fallor, ſuſceptio matutina ſolis ortum ſemper anteuenit, & prius q̃ orbem radiorum clarus ſplẽdor illuminet, matutinum noctium tenebris terminum ponit, ac reſoluta ſenſim caliginũ L
cæcitate, rebus cunctis facies quædam ac lumen infundit. Et cum veluti ſub vna materia tenebrarum mũdus in confuſione iacuerit, interueniente matutino diuerſa ſpecierum varietate diſtinguitur, hoc eſt, cum omnia cęca fuerint, oculi omnium reparantur. nox enim quodammodo aufert oculos mundo, aurora reſtituit, atq; ita ante matutina ſuſceptione perfruimur, vt glorioſius poſtmodum ſolis ſplendorem patiamur. Sed quoniam ſic dicit Apoſtolus: Lex ſpiritualis eſt, & ſpiritualia comparanda ſunt: ſolem hic iuſtitiæ arbitror deſignari, hoc eſt Chriſtum dominum, qui nobis iguorantiæ tenebris, & peccatorum cæcitate ſubmerſis cæleſtis doctrinæ ſuæ lumen infudit, & quos non habebamus, oculos cordis inſeruit, & velut radios quoſdã Apoſtolos ſuos miſit, qui nos de morte teterrima delinquentes liberarẽt, & paulatim reſolutis in nobis tenebris peccatorum, matutina ſuſceptione cõueſtirent, vt perfecti facilius poſſim⁹ tolerare ſolis ardorem, hoc eſt, primum nos præceptis facilioribus erudirẽt, quo capaciores efficerent cæleſtium ſecretorum. Huius itaq; ſolis iuſtitiæ matutino peccatorum caligo tota perimi-
tur, ſicut ipſe propheta ait ex perſona domini: In ma- Pſal.100.
tutinis interficiebam omnes peccatores terrę. Hoc eſt, oriente in nobis ſole iuſtitiæ, qui habitaculũ domini ſumus, omnis cogitatio iniqua ſubuertitur. Cuius ſolis etiã beatus Salomon meminit ex perſona reputantiũ M
ſibi ac dicentiũ peccatorũ: Sol non ortus eſt nobis, & iu Sapien. 5
ſtitiæ lumen nõ luxit nobis. Hanc quoq; matutinã ſuſceptionẽ in euangelio ſancto poſſumus adſcribere Mariæ Magdalenæ, quę mature ac diluculo ad monumẽtum vigilans, ſaluatoris reſurrectionem domini prima ſuſcepit. Et clareſcente mundi ſole, ſolis iuſtitiæ ortum pręomnibus ſola cognouit, ac ſuſceptione quidẽ matutina gauiſa eſt diem redditum, ſed magis gauiſa Chriſtum a mortuis ſuſcitatũ: atq; in ipſa cõpleta eſt prophetia: Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinũ Pſal.29.
lætitia. Totus autem hic pſalmus digeſtus eſt ex perſona domini ſaluatoris. Quippe cũ plura de eo in nouo ſint poſita teſtamento. Dicit itaq;: Deus deus meus reſpice in me. & reliqua. Quare aſſumpti hominis agit cauſam, & interrogare quodammodo videtur, dicens: Deus omniũ, qui es omniũ deus meus, cur me dereliPſal.21.
quiſti? nihil eni conſcius ſum. Secundũ prophetã enim Eſa.53.
neſciebat peccatũ, nec erat dolus in ore eius. Hæc autẽ dicit vt manifeſtaret propter nos ſe eſſe derelictũ, quorum peccata portabat, ac videntes diſceremus pro ipſo ſancto & iuſto mori, cũ pro peccatorib⁹ ille moreretur.

A Deniq; hac voce in paſſione vſus eſt, ſicut in euangelio legimus: Eli eli lamma zabathani? hoc eſt: Deus deus meus, quare me dereliquiſti? Hac inquã voce vſus eſt, quod prophetia annunciauerat, vt rei exitus approbaret. Et quoniam ſequẽtia pene manifeſtata ſunt, illum
Pſal.21. inſpiciamus verſiculum, in quo ait: Ego autẽ ſum vermis, & nõ homo. Cur totius dominus creaturę vermiculo ſe voluerit cõparari. Poſſumus hoc quidem humilitati primitus aſſignare, quæ ſanctorũ virtus eſt maxima, ſicut ſanctus Moyſes ante deum animal ſe irrationabile profitetur: Dauid pulicem ſe ſæpe commemorat. Sed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nulla extrinſec⁹ admixtione alieni corporis, ſed de ſola & pura terra procreatur, ideo illũ comparatũ domino, quoniam & ipſe Saluator de ſola & pura Maria
Exo.16. generatur. Legimus etiam in libris Moyſi de manna vermiculos procreatos. Digna plane & iuſta comparatio. Siquidem de mãna vermiculus gignitur, & dominus Chriſt⁹ de virgine procreatur. Quin potius ipſam Mariam manna dixerim: quia eſt ſubtilis & ſplẽdida: ſuauis & virgo, quę velut cœlitus veniẽs cunctis eccleſiarum populis cibum dulciorẽ melle defluxit: quẽ qui edere aut mãducare neglexerit, vitam in ſemetipſo ha
Ioan.6. bere non poterit, ſicut ipſe dominus ait: Niſi quis manducauerit meam carnem, & biberit meũ ſanguinẽ, non habebit vitam in ſemetipſo, ſed potius ipſe cibus in iu-
1.Cor.11. dicium conuertetur, ſicut Apoſtolus dicit: Qui mãducat & bibit indigne, iudiciũ ſibi manducat. Filiis Iſrael ſubtiliter prophetatum eſt in veteri teſtamẽto. Manna enim illis contra diuina præcepta tractantibus, ver-
B mes effecti ſunt, id eſt contumaciæ vltores & iudices. Quæ ſimilitudo Chriſtum indicat dominũ, quem qui ſuauem cibum & dulcem potũ haurire neglexerit, iu-
Ioan.5. dicem patietur, ſicut ipſe ait: Neq; enim ipſe pater iudicat quẽq;, ſed omne iudicium dedit filio. Nam quod idẽ ſit vermis & iudex, alibi propheta teſtatur de peccatoEſa.66. ribus, dicens: Vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur vſq; in bodiernum diem. Quod
Pſal.12. autem ait: Diuiſerunt ſibi veſtimẽta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem: hoc factũ in euangelio reperimus, quod milites quatuor qui crucifixerunt ſaluatorem, in quatuor partes eius ſibi diuiſerunt veſtimenta. Veſtimentum uero eius quod aſſutũ non erat, ſed erat de ſuperiori contextum, forte perceperũt. Quæ igitur iſta veſtimenta ſint, videamus, qui milites, quod ve etiam veſtimentum. Veſtimenta eſſe puto prophetias vnum canentes, & vnum per omnia nũciantes. Aduerſarii ſaluatoris, hoc eſt perterſi hæretici, qui quotidie in illũ tanq̃ milites manus impias iniecerunt, hoc eſt pro ſua diuidũt ſibi voluntate, & vnum
C corporis veſtimentum per varia membra diſtribuunt, atq; ſpoliantes dominum, ſua falſa dogmata veſtierũt. Veſtimentum autem eius quod non erat cõſutum, ſapientiam eius cęleſtem poſſumus approbare, quia ait, ſed erat de ſuperiori cõtextum. Noſtra enim ſapientia hoc eſt humana cõſuitur. Aſſuitur enim cum liberos damus ad ſtudia grammaticis, tradimus philoſophis, erudimus, vt ſapientia in illis quę non erat, acquiratur.
Ioan.7. Domini autẽ ſapientia non aſſuta eſt, nõ quęſita. Non enim didicit a magiſtro, ſicut ipſi Iudæi dicunt: Quomodo hic literas nouit, cũ non didicerit? Et ipſe dicat: Mea autẽ doctrina non eſt de hoc mundo, ſed eius qui me miſit, hoc eſt quod ait de ſuperiori contextum, quo veſtitu vel quibus omnibus veſtimẽtis eccleſia catholica ſemper amicta eſt, ſicut propheta ait: Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato.

De camelo, Sermo IIII.

Matt.19. DICIT in Euangelio dominus Ieſus Chriſtus: Amẽ dico vobis: Facilius eſt eni tranſire camelum per foramen acus, q̃ diuitem intrare in re- D
gnum cælorum. Quæ ſententia vereor ne forte vobis conueniat, qui diuitias ſeculi huius aut habetis, aut quæritis. Sicut enim cameli, animal quod eſt tortuoſum atq; deforme, peruerſitas ipſa corporis per angu-
ſtiſſimam acus cauernam præterire non patitur, ita & diuites oneratos auaritia, & cupiditate fœdatos, ipſa vitæ deformitas per artã viam regni minime introire
permittit. Ait enim idem dominus: Arta & anguſta Mat.7.
via eſt quæ ducit ad vitam. Igitur in camelo difficultatem quęſtus præſtat habitudo mẽbrorum. In diuite autem impedimẽtum magnitudo efficit peccatorũ. Gibus enim quidã eſt animæ, turpe quid vel cogitare vel facere: ac mentis quædam tortuoſa deformitas, immũdis rebus ſemper intendere, & ab eccleſię ſancto limine curis ſecularib⁹ auocari. Vnde mihi videtur hãc deformitatem corporis, ppheta ſpiritualiter elocutus, fœditatem morũ pptius indicaſſe, cum dicit: Non glorietur gibberoſus ſicut rectus. Quaſi ſi diceret: Nõ glorietur peccator vitiorum ſuorũ prauitate diſtortus, ſicut gloriatur iuſtus conſciẽtiæ bonę ſimplicitate directus. Quis enim o peccator proceritate corporis gaudeas, q̃uis ſcapularum tuarũ æqualitate læteris, anima tamẽ tua morum prauitate deformis eſt. Recte ergo camelo cõparatus eſt diues. Siquidẽ illum a tranſitu acus corporis craſſitudo reuocat, hũc ab ingreſſu eccleſiæ patrimonii ſolicitudo detentat. Et ſicut illum paruum foramen
nõ capit oneratum mole membrorũ, ita & hunc intro- E
itus ſanctus nõ ſuſcipit grauatum cumulo delictorum. Vterq; habet propriam ſarcinã ſuam. Ille oneratus eſt carnib⁹, iſte peccatis: & ſicut ille inhabilis eſt anguſtiſſimæ acus cauernæ, ita & hic inconueniens eſt beatiſſimo dei regno: niſi quod camelum corpore compoſitũ natura, hunc autem prauũ voluntas efficit. Hæc autem dico fratres de iis qui feſtiuiſſimam diẽ ſanctæ epiphaniæ ne in eccleſia procurarent, patrimoniorũ ſuorũ cõpedibus ſunt detẽti, & terreno quodã obligati ſunt vinculo, vt venire eis ad domum domini non liceret. Nõ quod eos quippiam detinet, ſed q̃d ita propriis ſint actibus implicati, vt iam arbitriũ viuendi ſuę poteſtatis amiſerint: & dũ ſolicitudinem patrimoniis exhibẽt, animarum medicinã penitus nõ requirunt. Quid mihio
diues difficultatem tẽporis obiicis? Quid neceſſitatẽ ingeris repentinam? Si cor habes, intellige quia omni neceſſitate maior neceſſitas eſt ſalutis: & vtilior eſt cauſa, prius curare vitam, tũc peculii damna farcire, ne dũ augmentũ patrimonii quærimus, ſentiamus animæ detrimẽtum. Sed forte iudicẽ metuis, quẽ in ſecretario E
reliquiſti. Mihi crede quod magis deũ iudicẽ metuere debebis, qui de ipſo tuo iudice iudicabit. Illũ ergo metuis qui mox accipiet ſucceſſorẽ: dominũ non metuis, cui nemo aliquãdo ſuccedit? Conſidera itaq; iudicii imminentem diem, & inextinguibiles gehẽnę flammas, ſtridorem horrendum dentiũ, tenebrarũ vltimum cruciatum. Et ſi potes, relicta eccleſia ſecularibus ſolicitudinibus implicare. Vereor enim ne dũ mundi diuitias quæritis, inueniatis potius diuitias peccatorũ: & reperTis theſauris ſeculi, cæleſtes theſauros amittatis.

Quod ſimile ſit regnũ dei fermẽto, Sermo V.

ET ipſi ſcitis fratres q̃ ex qua die vobiſcũ eſſe cœpi, nõ ceſſaui omnibus vos dominicis admonere mandatis, & partim hortando, partim increpando pręcepta vobis ingerere, ita vt pleriſq; pius pater fuerim: nõnullis autem durus magiſter extiterim. Patrem enim me ſibi gratulatus eſt quiſquis ſermonẽ meũ libenter amplexus eſt: durũ autem magiſtrũ ſenſit qui conſciẽtiam ſuã prædicatione mea percuſſam eſſe condoluit. Sed nihil mea intereſt, dummodo ſiue pietate ſiue cenſura Chriſtus annũcie-

G tur in vobis,q̃uis & ipsa cẽsura sit pietas, quę ideo circa negligentiores filios adhibetur, vt timore discãt quod amore neglexerant. Non quod omnes filios nõ æqualiter diligat pater,sed q̃ indulgentia patris sit,pro diuersitate morum exhibere pietatis affectum, vt blandum filium exhortatione prouocet,cõtumacem vero austeritate conueniat, de vtriusq; tamen correctione securus,quoniam hunc amore verberat,illum seueritate ca
Heb.12. stigat,sicut ait beatus Apostolus: Omnis quidẽ disciplina in presenti non videtur esse gaudii,sed mœroris, postea vero fructum pacificum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Igitur quoniã tot tractatibus meis profecisse vos credo,libet quædã vobis diuinarũ disserere literarum, vt intelligam q̃ id quod dixerim,fidei vitaci
Lucę.13. tate capiatis. Ait dominus in sancto euangelio: Cui simile existimabo regnum dei? Simile est fermẽto quod acceptum mulier abscondit in farina,donec fermentatũ est totum. Fermenti vim atq; virtutem q̃nibus nota esse nõ dubium est. Nam cum sit magnitudine paruũ, specie simplex,natura cõmune, tantam fortitudinẽ intrinsecus gerit,vt cum reconditũ fuerit in farina,succus hoc totam massam faciat esse quod ipse est, & ita sem-
H per vniuersum cumulũ asperſionis suæ vigore diffundit, vt omnẽ ipsam magnitudinem pollinis faciat fermẽtum,ac sic res ipsa fortitudine sua molẽ sibi proprii vigoris acquirit. Hoc autem faciunt mulieres vt viris suis salubriorem panem, & cibum vtilẽ diligenter exhibeant.Sed quoniam lex spiritualis est, & euãgeliũ specialiter parabolarũ ratione subsistit, videamus quid sit fermentum,quæ mulier,quid farina. Legimus in san-
Ioan.12. cto euangelio, dicente domino Christo de seipso: Nisi granum tritici cadẽs in terram mortuũ fuerit,ipsum solum manet:si autem mortuum fuerit, multũ fructũ affert. Ergo si triticum dominus,& dominus est fermentum,quia fermentum non nisi de tritico fieri solet:recte ergo fermento dominus comparatur, qui cũ esset specie homo,humilitate paruus,imbecillitate deiect9,tanta intrinsecus sapientiæ virtute pollebat,vt doctrinam ipsius mundus ipse vix caperet,qui cum sẽcœpit per totum orbem diuinitatis vigore diffundere, statim omẽ hominum genus in substantiã suam sui potestate protraxit, vt & iugum spiritus sui sancti infunderet omnibus,hoc est, Christianos cũctos faceret esse quod Christus est. Nam quod homo,dominus Iesus vnus & solus esset in mundo, tanquam fermentum in massa re-
I conditum, vniuersos homines præstitit esse quod ipse est. Quisquis igitur illi fermento Christi adhæserit,efficitur & ipse fermẽtum, tam sibi vtilis, q̃ idoneus vniuersis,et de sua certus salute,et de aliorum acquisitione securus. Sicut igitur fermentum cum in cumulum cõspergendum est farinarum,cõfringitur,comminuitur, dissipatur,& ipsum omne dissoluitur, vt dispersam illã farinæ multitudinem in vnum vigorem constringat, atque in solidum corpus redigat,quod in pulueris modum ipsa diminutione languebat, faciatq; coniunctione sui vtilem massam, quod propria dissolutione videbatur inutile:sic ergo & dominus Iesus Christus cum esset totius mundi fermentum,diuersis passionibus cõfractus,laceratus,& dissolutus est, & succus eius pro salute nostra,qui est pretiosus sanguis,effusus est,vt admixtione sui omne genus humanũ solidaret quod per diuersa antea resolutum iacebat.Sic enim velut fermẽtum quoddam nos qui farina ex gentibus videbamur esse, adhæsimus. Nos inquam qui per totum orbem dispersi & diminuti penitus iacebamus, vigore passio-
nis Christi in ipsius corpus redacti sumus, sicut beaEphe.5. tus Apostolus ait: Quoniam sumus corpus Christi, & membra. Nos igitur qui ex nationibus in puluerismodum e terre facie iactabamur,asperſione sanguinis domini in massam,soliditatis eius aggregamur. Mulier autem quæ dicitur abscondere in farina fermẽtum, quæ est nisi sancta ecclesia,quæ quotidie doctrinã Chri- k
sti in cordibus nostris conatur absc̃dere? Ipsa inquam est mulier quæ in alio loco etiã molere dicitur, sicut ait dominus: Erunt duæ molentes,vna assumetur,& vna Mat.24.
relinquetur. Molit enim sancta ecclesia per legem,per Apostolos,per prophetas,cum catechumenos facit,et asperitatem gentilitatis dissipat atque comminuit, vt emolitos eos in farinæ modum aptos faciat fermento dominici sanguinis adhærere. Fermentum enim dixerim totam domini passionem. Fermentum enim salutis nostræ est symbolum,sine quo fermento vel symbolo nemo potest vitæ æternæ substantiam promereri. Et quia duas Euangelium describit molentes,atque vnam ecclesiam diximus salubriter molere, alterã quã nisi synagogã accipere debemus? Molit enim & ipsa per Moysen & prophetas,sed inutiliter molit, sicut di-
cit Apostolus de Iudęis: Emulationem dei habẽt,sed Romã. 10.
non secundum sciẽtiam. Inutiliter inquam molit synagoga,quia massam suam Christi doctrina non temperat. Atq; ideo euitandum præcepit synagogæ dominus esse fermentum,dicẽs: Cauete vos a fermẽto Pha Mat.16.
risæorum. Temperatum est enim sanguinibus & crudelitatibus Iudęorum dicentium de domino: Sanguis L
eius super nos,& super filios nostros. Vnde ait Euangelium: Erunt duæ molẽtes,vna assumetur,& vna relinquetur. Assumetur enim in requiem æternam sancta ecclesia, quæ domino cibũ sanctitatis emoluit. Relinquetur ad molas cruenta synagoga gyrũ semper passura suæ perfidiæ.

De margarita, Sermo VI.

ATIS ad correctionem vestram arbitror posse sufficere fratres dilecti,quod anteriore dominica profectur? nulla vobis sacrarum literarum spiritualia dona largit? sum, sed tantum vos increpans & arguens pro peccato, sine alia predicationis cõsolatione dimiserim. Volui enim vos hoc ipsum intelligere q̃ grauiter peccaueritis, q̃d diuina eloquia audire minime meruistis. Hæc enim sacerdotum vehemens & copiosa vindicta est, indignis M
quibusq; literarum cælestium sacramenta non credere, nec(sicut ait dominus) dare sanctũ canibus, neq; mar- Mat.7.
garitas proicere porcorum pedibus inculcandas. Perdit enim cælestis margaritę gratiam quisquis eam fœdissimo peccatori circundare conatur. Gemma enim, sicut ipsi scitis, nisi auro non conuenit, margarita nisi preciosis monilibus non aptatur. Estote ergo aurum optimum, estote monile preciosum, vt possit in vobis margarita spiritualis includi. Margarita enĩ Christus est dominus,quam negociator ille diues in Euangelio vẽditis omnibus rebus suis emere festinauit,et maluit omnes quas habebat seculi gẽmas amittere, tãtum vt vnam Christi emeret margaritã. Vnde & ego fratres p magnitudine quod admiseratis delicti, nolui vobis pandere euãgelicæ refectionis eloquia,sed magis ingerere animosæ indignationis iniuriam,& prius vos verberibus spiritualibus emendare,ac sic margaritę ditare muneribus. Malui inquam peccatũ vestrum incusando acriter increpare, q̃ leniter dissimulãdo nutrire. Quisquis enim fratrem non arguit peccãtem, quodammodo hortatur vt peccet. Nolo autem putetis quod non de amore faciam vos sæpius verberando. Filius enim qui castigatione dignus est, plus amatur, sicut ait scriptura sancta: Quem enim diligit dominus, corripit:ca Prouer. 3
stigat autem omnẽ filium quem recipit. Dicite mihi si non dolendũ fuerit hoc peccatum,sic vos salutis immemores tũc fuisse,vt beatissimis apostolis Petro et Paulo honorificentiam minime reddideritis,cum ipsos esse sciatis doctores gentium,autores martyrum,principes sacerdotum, nec volueritis eorũ natalem nobiscũ

A festiuissimũ celebrare,atq; illi cęlesti interesse conuiuio, in quo pro martyrũ tanta lætitia subst̃tiam vitæ ipse nobis dominus ministrauit? Vultis autem scire quantis bonis fraudati fueritis? Interrogate fratres qui tunc mecũ pariter affuerunt,q̃ refecti a dominica mensa discesserint,vel quales secum domum spirituales diuitias reportauerint. Vnum scio,quod si quis illa die honoratus aut diues ob natalem filii sui ad decimũ vsq; miliarium ad prædium rogauisset,propter accuratas epulas,& inæquales mẽsuras,absq; dubio vos ituros fuisse. Igitur fratres quotiencũq; martyrũ memoriã celebramus,pręterm̃ssis oibus seculi actibus sine aliqua dubitatione cõcurrere debemus,reddere illis honorificentiã qui nobis salutem profusione sui sanguinis pepererũt, qui tam sacrata hostia pro nostra propitiatione domino sunt oblati, præsertim cum dicat ad sanctos suos omnipotens deus: Q ui vos honorat, me honorat: & qui vos spernit, me spernit. Quisquis ergo honorat martyres,honorat & Christum:& qui spernit sanctos, spernit & dominum.

De eo quod scriptũ est: Reddite quę dei sunt deo,& de militantibus, Sermo VII.

B ONNVLLI fratres qui aut militis cingulo detinentur,aut in actu sunt publico cõstituti,cũ peccant grauiter,hac solent a peccati sui pœna se voce excusare,quod militãt: & ne bene aliquãdo faciant,occupatos se malis actibus conqueruntur,perinde quasi militia hominũ non & voluntas in culpa sit. Ita quod ipsi gerunt,officiis suis adscribunt. Non enim militare delictum est,sed propter prædam militare peccatũ est. Nec rẽpublicã gerere criminosum est,sed ideo agere rẽpublicam, vt rem familiarem potius augeas,videtur esse dãnabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus sunt stipendia constituta,ne dum sumptus quæritur,preda grassetur. Illud autem quale est quod cũ ob errorem aliquem a seniorib9 arguũtur, & reputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaserit, cædem cur turbulentus admiserit, statim respondeat: Q uid habebam facere homo secularis aut miles? nũquid monachus sum, professus aut clericus? Q uasi omnis qui clericus nõ est aut monachus,possit ei licere quod non licet. Prescribitur norma viuẽdi,omnis ad bene agẽdum prouocatur sexus,ætas & dignitas. Igitur nemo se publicis excuset actibus,nemo occupatione militię conqueratur. Apud omnẽ Christianũ prima honestatis debet esse militia.
Nam vt id quod dicimus,autoritate euangelica com-
C probemus, videamus lectionẽ quæ paulo ante decursa est. Ait enim euangeliũ: Venerũt autẽ & publicani ad
Lucæ.3. Ioannẽ,vt baptizarentur ab eo,& dixerunt ad eũ: Magister,quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius exigatis q̃ quod constitutũ est vobis. Honesta plane publicanorũ interrogatio,ac sancti prophetę iusta responsio. Illi enim solicite interrogant,ne aut ignorãtes plus exigendo peccatum incidant,aut cessantes publicani decipiant functionem. Hic autem moderate pręcipit,vt & iniquitas locum non habeat,& constitutũ habeat vigal effectum. Non enim dixit: Nihil exigatis,sed nihil amplius exigatis. Vnde intelligim9 quod apud deum non tam exactio q̃ exactio iniqua damnetur. Dicit enĩ
Mat. 22. ipse dominus: Reddite quæ dei sunt deo,& quę cesaris cæsari. Igitur quod cæsar pręcipit, ferendum est: quod imperator indicit, tolerandum est. Sed fit intolerabile dum illud pręda exactionis accumulat. Hoc autẽ quale est quod iidem ipsi qui huiusmodi necessitates ꝓcurãt, fraudes ac rapinas suas cõmodum vocant,cũ ipsa præda inferatur incõmodum? Illud autem addunt sceleribus suis,vt quos indefensos viderint,ipsos potius perse quantur:& putãt se necessitates decepisse publicas,nisi domos deceperint orphanorũ: ita vt quorũ pater ante D
biduũ forsitan fuerit amicus,collega vel frater,interueniente morte eiusdẽ liberi habeantur tanq̃ ignoti, viles & miseri. Vidua autem siqua fuerit, aut sic iniuriis exagitatur vt nubat, aut si voluerit in castitatis permanere proposito,dando munera sua facultates vix permanent. Cum his ergo fraudibus repleuerit sacculos suos, videbis illos lętos & accuratos ad ecclesiam properare, & deo gratias agere quasi ab ipso illis hæc pecunia conferatur, illud quoq; peccantes,quod rapinarũ suarũ deũ volunt esse participem. Dicit autem sanctum Euangelium: Interrogauerunt illũ & milites, Q uid faciemus & nos? Ait illis Ioannes: Neminem concutiatis, sed contenti estote stipẽdiis vestris. Hic iam cognoscere se debet omnis homo qui militat. Non enim tantũ de iis militantibus scriptura loquitur,qui armata militia detinentur,sed quisquis militiæ suę cingulo vtitur,dignitatis suæ miles adscribitur. Atq; ideo hæc sententia potest dici, verbi gratia, militibus, pręfectoribus,cunctisq; rectoribus,& cuicunq; qui stipendia sibi decreta consequitur. Si amplius quęrit,tanq̃ calumniator & concussor Ioannis sentẽtia condẽnatur. Vsq; adeo autem hoc inoleuit malum,vt iam quasi ex consuetudine vendantur leges,corrũpantur iura,sententia ipsa venalis sit, & nulla iam causa possit esse sine causa. Hęc autem diuina sentẽtia quæ ad milites loquitur,potest etiam ad clericos retorqueri,qui etiam si nõ militare videntur seculo, E
tamen domino & deo militamus, sicut ait Apostolus:
Nemo militans deo,obligat se negociis secularibus. 2. Tim. 2.
Videmur inquã nõ militare remissis ac fluentibus tunicis,sed habemus militiæ nostrę cingulum, quo castimoniæ interiora constringũtur: de quo cingulo dominus ait ad Apostolos suos: Sint lumbi vestri præcin- Lucæ.12.
cti,& lucernæ ardentes in manibus vestris. Milites igitur Christi sumus,& stipẽdia ab ipso donatiuũq; percipimus,sicut dicit beatus Apostolus: Q ui dedit nobis 2. Cor. 1.
pignus spiritus,hoc est,qui spiritussancti nos remuneratione ditauit. Si quis ergo Christianorũ hoc donatiuo contentus forte non fuerit,& quęrit amplius,incipit hoc ipso carere quod meruit. Q uod specialiter cõtingit hæreticis Arrianis: Dum enĩ nescio quid amplius quęrunt,inuenientes erroris spiritũ, gratiæ Christi spiritũ perdiderunt. Nam & catholicus clericus hac sententia retinetur. Si enim nõ contẽtus stipendiis fuerit quæ de altario domino iubente consequitur,sed exercet mercimoniũ,intercessiones vendit,viduarũ munera libenter amplectitur,hic negociator magis potest videri q̃ clericus. Nam licet dicere possumus,nemo nos inuasoris arguit violentiæ, nullus accusat, quasi non interdum maiorem prædam a viduis blandimenta eliciant q̃ tor F
menta:non interest apud deum vtrum vi an circumuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

De sabbato quo dominus manum aridam curauit. Sermo VIII.

 ILIGENTER vos audisse credo fratres Euãgelicam lectionem quæ nuper lecta est, vbi dominus Iesus Christus ingressus sab- Lucæ.6.
bato synagogam,hominis ibi habentis manum aridam spirituali medicina curauit,non appositis hærbarum succis,nõ pigmentorũ medicaminibus colligatis,sed verbo iubens,& in ira præcipiẽs refudit corpori sanitatem. Ira inquã,sicut ait Euãgelista, restituit vigorem dexterę. Vnde intelligimus qualis dominicę benignitatis sit sanitas,cuius indignatiõis talis est medicina: aut quẽadmodum placatus prodest,qui ita misereturirato. Verbo igitur iubet vt arenti dexteræ venarum succos infunderet. Non mirum est si is arẽtem reparauit dexteram,qui totum corpus de arẽti puluere

G procreauit,& id verbi imperio restituit,quod in principio factura operationis instituit: velut autorem suum plasma cognoscēs obsequitur ei portiuncula,cui totum se deberet in massa. Sed videamus quę sit in synagoga manus arida,quæ nihil corpori prodest,quando operibus siccauit,quando etiam primū arida esse cœperit,requiramus. Non enim vnius hominis tantū per saluatorē causa geritur,nec vnius hominis imbecillitas procuratur,sed totius generis humani sanatur infirmitas. Nulli autem dubium est dexteram vel totius corporis prælarioré portionem hoc officii gerere,vt diurna alimenta suo corpori submīstret,& prouidētia quadam ad fruendam vitam membra cætera pascat ac nutriat. Hanc igitur dexteram in Iudaico populo scribas esse dixerim vel doctores,qui velut prædarior portio in pharisæorū corpore a domino constituti,neglexerunt & in cætera mēbra suā prophetarū oracula velut escam vitę æternę porrigere,atq; ideo doctrina eorum tanquā manus aruit imbecillis,quia fontem perennis sapiētiæ nō quæsiuit. Propterea deniq; factū est vt quasi contracta dextera clauem scientiæ tenere nō posset,sicut ait dñs:

Lucę.11. Væ vobis scribæ & pharisæi qui absconditis clauem scientiæ, & reliqua. Hæc autē clauis Christus est dñs,

H quo ad credulitatē fidei pectorū arcana referantur. Ista

Mat.16. clauis,sicut ait dominus Petro: Tibi dabo clauem regni cælorum. Ergo aruit dextera synagogæ manus,relinquens Christum,quæ prius erat in principibus Iudęorum,& deterioramit. Quisquis enī Christi fontem deserit,& debilitatur protinus,& aresci. Sed inuenio ipsam manum quondam cæteris mēbris fuisse meliorem. Sanctus enim Moyses dux Iudaici populi,velut clarior corporis sui dextera fuit cum legem porrigendā meruit a diuinitate percipere. Dextera inquā erat sanctus Moyses,qui filios Israel velut manu prouida cælesti manna nutriit. Hæc plane est dextera quæ Iamnē & Mambrem magos niuei splēdoris nitore conuicit. Ita enim scriptum habes. Atq; ideo magorū distinctæ sunt tenebræ, quia Moysi meritis lucens dextera coruscabat. Sed videamus,manus ista quādo primū arida cœperit esse vel mortua. Ego illam primū in Adā aruisse cōfirmo,cui cōtra vetitum dñi interdictæ arboris poma decerpsit,ac tunc succum immortalitatis amisit. Et siccata quodāmodo est,qñ hominē ad imaginē dei factum peccato suo soluī facit in pulueré. Atq; vtinā sola manus in peccato teneretur obnoxia: quod est gratius,omne corpus morte dānatū est,cū dextera prima

I peccauerit. Nec mireris si mēbrum dexterę in Adam nō mansit integrū. vigor enī in illa æternitatis exaruit. Nam sicut Moysi dextera custodiētis mādata domini niueo fulgore resplenduit,ita & Adæ dextera preuaricantis præcepta mortifero pallore cōtracta est. Hanc igitur Adæ manū saluator curat in synagoga,hoc est totius generis humani imbecillatē sanare festinat. Dicit etiam illi: Extende manū tuā,qui eam idolis immolando contraxit. Dicit illi: Extende manum tuam,qui per eam res orphanorū viduarūq; gestit inuadere. Sed & tu qui putas te manū habere, & sanā, caue ne auaritia contrahatur. Quin potius extende eam pro misericordia frequenter ad pauperē,pro hospitalitate sæpius ad peregrinū. Extende eā pro peccatis semper ad dominū. Esto misericors,esto largus. Obserua quod ait prophe-

Eccli.4. ta: Ne sit manus tua ad accipiendum porrecta,ad erogandum cōtracta. Sic enī manus tua sana esse poterit: bonis vero operibus extendatur.

De vnitate charitatis. Sermo IX.

EGIMVS in libro qui Apostolorū actibus adscribitur, tātam sub memoratis viris deuotionē plebis fuisse,ita populi Christiani floruisse primitias, vt post acceptam fidem nemo domum propriam sibi defenderet,& nemo suum aliquid vendicaret, sed iure fraternitatis essent illis cuncta communia, scilicet vt qui eodem consortio religionis tenebantur, eodem consortio fruerentur & vita, hoc est, vt quibus erat vna fides, esset & vna substantia: & quibus erat communis Christus, communis esset & sumptus. Nephas etenim putabant religiosi viri sibi participem non adsciscere in substantia, qui particeps esset in gratia: atq; ideo in fraternitate omnibus cōmuniter vtebantur, nisi quod maior est fraternitas Christi ij sanguinis. Sanguinis enī fraternitas simi litudinem tātūmodo corporis refert, Christi autem fraternitas vnanimitatē cordis animęq; demonstrat, sicut scriptum est: Erat autē credentiū cor vnum, atq; anima Actuū.4. vna. Vere ergo ille frater est, qui nō tam corpore q̄ vnanimitate germanus est. Verus inquā frater est cuius idē spūs & volūtas in fratre est. Melior igitur est (sicut dixi) Christi fraternitas q̄ sanguis. Sanguinis fraternitas interdum sibi inimica est, Christi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se cōmunia cū æmulatione diuidit, hæc etiam propria cū gratulatiōe cōmunicat. Illa in consortio despicit sæpe germanum, hæc assumit frequenter alienum. Tanta ergo, sicut dixi, illo tępore Christianæ plebis deuotio fuit, vt nemo L domū suam diceret, nemo propriū aliquid vendicaret, sicut ait sanctus Lucas dicens: Et nemo quicquā ex eo quod possidebat, suum esse dicebat, sed erāt illis omnia cōmunia. Nemo enim inquā erat quisquā egens inter ipsos. Beata igitur plebs, quę dum plures diuites habet in Christo, nullum in seculo habuit indigētem: & quæ dum æternas cogitat diuitias, a fratribus temporalem repulit pāupertatē. Vendebant enim, sicut ait scriptura, prædia & domos suas, & precia venditorū ante pedes Apostolorū ponebāt, vt erogarēt prout cuiq; opus esset. Videte sanctorū virorū fidem, quēadmodū propter Christū toto spoliabantur patrimonio, & nihil sibi reliqui faciebant. Non enī verebantur ne esurirent ipsi, dum timebant ne alius esuiret. Hæc igitur sub Apostolis fuit ī plebe deuotio: modo quid simile reperim⁹? Et certe idem Christus in nobis. Idem quidē Christus in nobis, sed nō idem animus est in nobis. Eadē in plebe fides, sed nō in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alterius inopia nō cogitat, vt illud fit quod dicit Apostolus: Alius quidem esurit, alius ebrius est. Nam pleriq; 1.Cor.11. Christiani nō solum propria non distribuunt, sed etiam diripiunt aliena. Non solum inquā colligētes pecunias M suas, ad pedes Apostolorū nō deferunt, sed etiam confugientes fratres suos protrahunt a pedibus sacerdotū. Nunc est illud tempus quod describit beatus Apostolus dicens: In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorū, & refrigescet charitas. Modo enim abundat auaritiæ iniquitas, quæ ante largitatis bonitate cessabat: & refrigescit fraternitatis charitas, quę prius Christi amore feruebat. Tunc enim sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit, vt tunc in conuentu suo nō aduenerit indigentia: tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est, vt in cœtu nostro vix inuenias locupletē. Locupletem autē vix inuenīri dico non tam facultatibus, sed operibus. Ait enim apostolus: Diuites sint in ope- 1.Tim.6. ribus bonis. Locupletem autem illum in ecclesia intelligi voluit, qui diues est in Christo. Nā & ibi quod ait sub apostolis neminē indigentē fuisse, ostendit vtiq; tāta eos gratia fidei fuisse preditos, vt omnes cælestium diuitiarum abundauerint largitate. Raro igitur hoc tē pore inuenimus in Christiano populo locupletē. Etsi pleriq; in domibus auro sint diuites, tamē in ecclesia iustitia sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod prævalent, operātur, nec hoc est gratum quod offerunt, nec illud est satiabile quod reseruāt. Dixit dominus ad Cain cū offerret munera, Si autē recte offe- Genes.4. ras, recte autē nō diuidas, peccasti, quiesce. Sic & tu Chri-

A stiane nō recte diuidis qui de tanto auro tuo maiorem partem māmonę reseruas, q̄ domino largiaris. Sic nāq; Ananias in actibus Apostolorū dum putat se recte offerre, & non recte diuidit, pecuniā quā obtulit, perdidit: & quā domi reseruauit, amisit. Pecuniam inquā pariter perdidit & salutem. Dum enim ex eo quod promiserat, partem subtrahit, sacrilegii simul cōdēnatur & fraudis. Sacrilegū, quod deū in pollicitatiōe fefellerit. Fraudis, quod de integris muneribus portionē quandam pu-

Actuū. 5. tauerit subtrahēdam. Ait enim apostolus Petrus, Nō es mētitus hominibus, sed deo. Si ergo, fratres, Ananias condēnatur cum nō totū dederit quod de suo ipse promiserat, quid censemus de eo qui nō vult reddere qđ alius repromisit? Videte ergo & vos fratres quid promiseritis deo cū primū gratiā fidei pcepistis. Ecce abundant in ciuitate nostra hospites siue peregrini, facite qđ pollicīti estis, ne dicatur & vobis quod Ananiæ dictū est, Non mentiti estis hominibus, sed deo.

De eo quod scriptum est, Quis maior est in regno cælorum, Sermo X.

B SI diligenter audistis euāgelicam lectionem, intelligere potestis quę ministris ac sacerdotibus dei reuerentia debeatur, vel qua ipsos clericos inuicē humilitatis fedulitate oporMat.18. teat præuenire. Ait enī dominus percontantibus discipulis quis eorum in regno cælorū maior esset futurus, statuto coram omnib⁹ puerulo, Quicūq; humiliauerit se sicut puer iste, hic maior erit in regno cælorū. Vnde intelligimus quod humilitate peruenitur ad regnum, simplicitate penetratur ad cælum. Quisquis ergo cupit diuinitatis tenere fastigia, humilitatis ima sectetur. Quicūq; vult fraternitatē obtinere: præueniat obsequē-

Rom.12. do, sicut ait Apostolus: Honore inuicem præuenīētes. Vincat eam officiis, vt possit vincere sanctitate. Si enī te nō læsit frater, obsequium meretur vt diligas. Quod si forsitan læsit, magis obsequium meretur vt vincas. Hæc enim nostra Christianitatis summa est, vt amantibus vicissitudinē, lędentibus patiētiam rependamus. Qui enim fuerit patientior ad iniuriam, potentior constituetur in regno. Non enim ad imperium cęlorū peruenitur superbia, diuitiis, præfectura, sed humilitate, pauperie, lenitate. Arta autem & angusta via est quæ ducit ad regnū. Quisquis ergo honoribus inflatus fuerit, & auri thesauris dilatatus, tanquā onustum & impeditum animal per angustum regni iter transire non poterit: Simul etiam vt se existimat peruenisse, farcīnam eius exigua porta nō capiens, repercussam limine

C retrorsum redire cogit. Tam enī angusta est diuiti porta cælestis, q̄ est camelo acus foramen exiguum. Vn-

Mat.19. de ait dominus: Facilius est camelum per foramē acus transire, q̄ diuitem in regnū cælorū. Sicut enim camēli animal tortuosum atq; deforme exigua acus cauerna præterire nō patitur, ita & diuitem auarum atq; mendacem arta cęli ianua minime intrare permittit. Nam ideo nudi in seculo nascimur, nudi etiam accedimus ad lauacrū, vt nudi quoq; & expediti ad cæli ianuam properemus. Q̄ autē incongruum & absurdum est vt quē nudum mater genuit, nudum suscipit ecclesia, diues intrare velit in cęlum? Propterea adolescenti illi diuiti in Euangelio a saluatore dicitur, qui sibi iustus videbatur & sanctus, & omnia legis mandata compleße: Si vis perfectus esse, vēde omnia tua, & da pauperibus. Vsq; adeo enim nuda virtus apta cælo est, vt quāuis iustus, quāuis sanctus, aurum vel diuitias possidens, nō possit esse perfectus. Talem enim voluit adolescentem illum dominus ad paradisum redire, qualis Adam fuerat de paradisi sublimitate deiectus. Nudus enī Adam incola paradisi fuit. Deniq; post peccatū nuditatē suam videns, folio pudenda contexit. Prius enim q̄ peccaret, ho-

D nestatis erat colore vestitus, atq; ideo nuditatē inhonestam nō natura instituit, sed delicti reatus inuenit. Nā & sancti angeli in splendidissimo habitu constituti, non quod tunicis operiuntur & palliis, sed cū sit in illis nationitatis suæ nuda substantia, vestiti videntur esse quod sancti sunt. Sic igitur & Adam custodiens honestatis angelicæ dignitatē, erat quidem nudus mundanis vestibus, sed immortalitatis erat splendore vestitus. Nihil prauum respiciebant eius oculi, non cor eius turpe aliquid cogitabat, erat apud honestas mentes nuditas ipsa vestita. Sicut enim apud nequā homines turpis cogitatio concupiscens vestibus nō arcetur, ita apud sanctos viros honesta simplicitas ad concupiscendū nuditate non trahitur: sed sicut vitiosis ad corruptelam nuda sunt omnia, ita religiosis ad castimoniā operta sunt vniuersa. Quod autem ait Euāgelica lectio: Qui scan- Mat.18. dalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & mergatur in profundum maris: Pusillos hic non ætate pueros, sed malitia paruulos dicit, sicut Apostolus ait: Malitia paruuli estote, vt sensibus perfecti sitis. Qui 1.Cor.14. sunt isti, nisi clerici idonei, & monachi religiosi vel laici? Quisquis igitur irreuerens aut contumeliosus exti- E terit, hac velut pœna plectetur, vt informi saxo religato illi ad collum, præcipitetur in mare. Sed videamus cur scandalizantibus Christianis ista pœna data fit, aut qd sibi velit ipsa sententia. Puto enim illa aliquod mysterium contineri. Quasi vero non sufficeret in mare homini demergendo saxum qualecūq; non magnum aut enorme, sed molę asinariæ lapis ei religetur ad collum, vt cum perituro homine pereat res vsui necessaria. Sed puto hoc magis esse quod in scripturis asini figura populus gentilium nuncupatur, qui clausis oculis circa ingurgitantię molam erroris sui gyro pertrahitur, & in illa cursus directione vestigiis sæpe redeuntibus inuitus vsui laborat alieno. Nonne enim tibi videtur molā asinariā voluere gentilis populus quādiu imperitiæ suæ labore versatur? Naturæ quidem vinculis alligatus vt verbū dei molat, deum cęli quærat, sed opertæ mētis cæcitate suffusus, vt vult⁹ animi erigere ad deū, cordis oculos leuare non possit ad cęlum. Sed quoniā molā asinariā saxum esse cōstat, videamus si & paganorū talis est mola. Talis plane est. Saxi enim mola est paganorū Iupiter Herculesq; lapideus, circa quos cæcis oculis frequenti errore circumeunt. Cęcos inquā dixerim eorū oculos qui putant se videre quod nō vident. Aspicientes enim saxum, deum se videre confingunt. Attamen qui molam voluit, cōsummādi aliquādo finem operis habet, exeundi spem gerit laboris. Cui vero mola asinaria ad collum suspenditur, portat lapidem qui portare iugum F domini recusauit. Asinus ergo ad molam, cæcus ad lapidem, gentilis ad iugum, qui adorat eum quem nō videt nec agnoscit. Deus enim nō in manufactis habitat, nec in metallo aut saxo cognoscitur. Hic ergo gentilis populus cum persecutionem Christiano intulerit, hac pœna plectetur, vt cū sua sacrilega mola iudicandi seculi fluctibus demergatur.

De mirabilibus, Sermo XI.

QVANTORVM mirabiliū operator sit dominus Iesus Christus, intelligere possumus ex hac euangelica lectione, qua describitur tanta per eum beneficia in populū fuisse collata, vt prouocatę hominū turbę ad audiendū illum magis irruerent q̄ rogarent, & medicinā salutis nō speraret per humilitatis gratiā, sed per importunitatis iniuriam, ita vt irruentes (sicut ait euāgelium) turbas a domino Iesu nō defertum separarent, non synagoga repelleret, non reuerentia diuinitatis perarceret. Hæc est enim cōsuetudo infirmantium, vt dū sperant suis ęgri-

Gtudinibus medicinam,ab importuna petitione nō loco prohibeantur,non tēpore: sed quanto plus medetur ille qui sanat,tanto amplius ille importunus est qui laborat. Ergo cum dominus illis ab irruētibus turbis semotus in terra esse nō posset,aspiciens in mari duas naviculas,vnam nautem Petri omni festinatione conscēdit, vt importunitatis iniuriam vel aquarū natura depelleret,quia eam doctoris reuerētia minime coercebat, atq; exinde cœpit de nauicula Petri ad homines doctrinæ suæ verba profundere. Videte misericordiā saluatoris, separatur quidem ab hominibus corpore,doctrinæ tamen iis vtilitate coniungitur. Vbiq; miseretur, vbiq; prodest. In terra positus per tactum languores corporum sanat,in mari constitutus per doctrinam vulnera curat animarum. Sed videamus quæ sit ista nauicula Simonis Petri,quā adducēdam de duabus magis opportunam dominus iudicauit,quæ & tutum saluatorē præstat ab iniuria, & credulitatis hominibus largiatur eloquia. Inuenimus enī iam dominū nauigasse in alia nauī,& grauibus iniuriis lacessitum. Nauigant enim cum Moyse in mari rubro,quando populum Israel per vndarum fluenta transiuexit. Sed grauibus est affectus iniuriis,sicut ipse ait in euangelio ad Iudæos, Si crederetis Moysi,& mihi crederetis. Iniuria autē saluatoris Ioan. 5. est incredulitas synagogæ. Ergo Petri nauem eligit, Moysi deserit,hoc est, spernit synagogā perfidā,fidelē
H assumit ecclesiam. Duæ enī quasi nauiculæ a deo destinatæ sunt,quæ in hoc,tanq̄ in mari,mūdo salutē homi
Mat. 4. nibus piscarentur,sicut ait dominus apostolis: Venite faciam vos piscatores hominū. Ex his ergo duabus nauiculis vna relinquitur ad terrā inanis & vacua, altera producitur in altum onusta vel plena. Vacua enim synagoga relinquitur in littore,quia Christū cum prophetarum amisit oraculis. Onusta autem ecclesia in altum assumitur,quia dominū cū apostolorū doctrina suscipit. Synagoga,inquā,remanet ad terras quasi terrenis inhærens operationibus: ecclesia autem in altitudinem euocatur,tanquā cælorum profunda sacramēta discutiens,in illam scilicet altitudinē de qua Apostolus ait:
Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei! Propterea dicitur Petro: Duc in altum,hoc est in profundum disputationum generationis diuinæ. Quid enim
Mat. 16. tam profundum q̄ quod ait Petrus ad dominū: Tu es Christus filius dei viui? Quid tam terrenū q̄ quod de
Lucæ. 4. domino dixerunt Iudæi: Nonne hic est filius Ioseph fabri? Ille altiore consilio natiuitatem Christi diuinitus approbauit,hi mente viperea generationē cælestē car-
I naliter existimant. Vnde ait saluator Petro: Quia nō caro & sanguis tibi hoc reuelauit, sed pater meus qui in cælis est. Pharisæis autē dicit: Quomodo potestis bona loqui,cū sitis nequā? Hanc igitur solam ecclesiæ nauem ascendit dominus,in qua Petrus magister est constitutus,dicente domino: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. Quæ nauis in altum seculi istius iactatur,vt peremte mundo,omnes quos suscipit,seruet illesos. Cuius figuram iam in veteri videmus testamēto. Sicut enim Noe arca naufragante mundo cunctos quos susceperat, incolumes reseruauit, ita & Petri ecclesia conflagrante seculo omnes quos amplectitur,repræsentabit illæsos. Et sicut tunc transacto diluuio ad arcam Noe columba signum pacis detulit,ita & transacto iudicio ad ecclesiam Petri Christus gaudium pacis referet,quia ipse columba vel pax est, sicut promisit di-
Ioan. 16. cens: Iterum autē videbo vos, & gaudebit cor vestrū. Sed quoniā hanc eandem nauiculam Petri de qua nūc dominus cælestis doctrinæ suæ sacramēta depromit,le-
Mat. 8. gimus in Matthæo dormiente in eadem domino ventis insurgentibus perturbatam, ita vt cuncti Apostoli mortis periculū formidarent: videamus quæ causa est quod vna eademq; nauicula hic in tranquillitate doctrinam populis tribuit,ibi in tēpestate discipulis metum mortis inducit,præsertim cū ibi etiā cū cæteris Apo-
K stolis Simon Petrus esset. Hæc autē est causa periculi. Erat ibi Simon Petrus,sed erat pariter & proditor Iudas. Quāuis illius fides fundaret nauiculā,huius tamē eam perfidia conturbabat. Tranquillitas est vbi solus Petrus nauigat,tēpestas vbi Iudas adiungitur. Licet esset Petrus firmus suis meritis,perturbatur tamē criminibus proditoris. Metuētibus igitur discipulis,anxiāte Petro dormiebat dñs. Durū forte videatur quod anxiante Petro dormiebat,dormiebat Petro,naui-gabat Iudæ. Vnius igitur delicto cūctorū merita quatiūtur. Obdormit Christus,ventorū spiramina cōcitātur. Quisquis enim peccatum admittit,statim & dormire sibi facit dominum,& procellam sibi spirituum suscitat immundorum. Necesse est autem diabolica insurgat tēpestas, cum dominica serenitas conquieuerit. Igitur si vnius Iudæ peccato cuncti periclitantur Apostoli, hoc exemplo caueamus perfidum,caueamus proditorem, ne per vnum plures fluctuemus. Quinetiam huiusmodi abiiciamus de nostra nauicula,vt nō obdormiat,sed vigilet in nobis dominus,atq; eo vigilāte nulla nos spiritualis nequitię procella concutiat. Vbi enim fides integra est, ibi saluator docet, vigilat, & exultat: ibi requies,ibi trāquillitas,ibi cunctorum est medicina. Vbi autem fidei est admixta perfidia,ibi Christus torpet, dormit,& peior est ibi metus,ibi tempestas,ibi omnium L
est discrimen. Pro actibus enim nostris dominus nobis obdormit aut vigilat.

De Natali Domini, Sermo XII.

SERVM est quod ait sanctus Ioannes baptista de domino saluatore dicens: Illū oportet crescere,me autē minui. Siquidē hoc primū etiam ipsis tēporibus approbetur. Ecce enim in natiuitate Christi dies crescit,& Ioannis natiuitate decrescit. Illo oriente lux proficit,hoc nascēte minuitur. Ipsa enim quodammodo tempora famulantia partibus suis,cū detrimentū faciunt,seruus gignitur. cū autem dominus nascitur,consequitur augmentū. Profectum plane facit dies cū mundi saluator oritur: defectum patitur cū vltimus propheta generatur. Scriptū est enim: Lex & prophetæ vsq; ad Ioannē. Atq; ideo Lucę. 16.
necesse erat vt obscuraretur legis obseruatio, vbi euocatio, vbi euāgelii gratia refulgebat: & cessaret prophetia veteris testamenti,cū noui testamēti gratia succedebat. Ergo in natiuitate domini proficit dies. Non mirum si proficit dies,quā splēdidissima lux veritatis illuminat. M
Ait enim euāgelista de Christo domio: Erat lux vera, Ioānis. 1.
quæ illuminat omnē hominē. Cur nō illuminaret mūdum? Atq; ideo dies quæ lucem humano generi peperit,prius ipsa eiusdē lucis fulgore resplenduit, & cōclusa iam spatia sua noctium tenebras dominicę lucis nitore discussit. Occupauerat enim totam diem noctium longitudo,nisi in ipsa dierū breuitate Christi refulsisset aduentus. Qui sicut ortu suo humani generis peccatorū tenebras discussit,ita & die natiuitatis suæ caliginum tenebras amputauit,& vno eodemq; ortu lucem pariter intulit & hominibus & diebus. Vnde non est mirū si crescit dies,quæ gemino fulgoris splendore vestitur. Sed videamus adhuc quomodo dominus saluator crescat, Ioannes baptista decrescat. Diximus in superioribus quod Ioannes quidem figuram legis prophetarūq; gestauerit: necesse erat ergo vt deficeret lex euangelio coruscante, & minueretur Iudaicus populus populo Christiano surgente. Quis enim dubitat de natiuitate domini synagogę esse cōuenticula vacuata,plebes multiplicatas ecclesię, & mirū in modum quotidie Christū per Christianos suos crescere, Ioannem minui per Iudeos? Hos diei dominici splendore fulgere,illos obscuritate noctium laborare. Nox enī super Iudeos quodā-

A modo maior incubuit,ex quo dixerunt de nece saluato-
Mat. 27. ris: Sanguis huius super nos,& super filios nostros. Maioribus plane sunt noctium tenebris obscurati, ex quo conati sunt diem veritatis occidere. Hoc autē quod dicimus, vt verius approbare possimus,vtriusq; natiuitatem breuiter exponamus. Ecce enim cū nascitur Christus,exultant angeli,pastores perunigilant, magi adueniunt,stella præcedit,& cuncta quæ sunt in cælis terrisq; pulcherrima,ipsi domino deseruitur. Deseruitur enī illi, gloria per angelos,claritas per stellam,religio per magos,simplicitas per pastores. Et quod apud ipsum solū futura essent hęc omnia,nascenti illi vniuersa famulantur. Cum autē Ioannes concipitur, Zacharias obmutescit,solennis conceditur sacerdos, Helizabeth mater absconditur,significās post ortum suum legis silentiū, amissionem sacerdotii,latebras synagogę. Dubium autem nō est quod Ioannes natus pharisæis iustitiam legis abstulerit,quod cōceptus patri abstulit vocis obsequium. Crescit igitur dominus semper, Ioannes baptista minuitur. Nō ideo minuitur,quod meritis aliquid derogetur,sed quoniā saluatoris quotidie accumulatur gloria,illius minor fieri videtur. Lucerna deniq; vocatur Ioannes,dicente domino: Ille erat lucerna ardens. Lucernæ igitur obscuratur lumen cū radius solis effulget,& defectionem quandam lampadæ suæ patitur,cū clarioris lucis splendore superatur. Quis enim sapiens
B lucernam requirat in sole? Non quidem extinguitur, sed necessaria non habetur,hoc est,quis ad Ioannis pœnitentiæ baptismum veniat,cum possit saluatoris baptismo saluari? Non quidem illud reprehenditur, sed hoc magis vtile & necessarium iudicatur,quia in eo remissio peccatorum tribuitur.

Item de Natali Domini. Sermo XIII.

QVA gratia vel quibus laudibus hunc diem Natalis domini prędicemus, prorsus ignoro. In tāta enim festiuitate ad magnificādū deum humana loquela non sufficit. Nam si tunc cum nascebatur Christus,angelorū voce laudatus est,nunc humana laudandus est voce cū regnat. Supergreditur enim illius tēporis festiuitatē nostra solennitas. Siquidem tunc stupuerunt illi tantū nascentem dominū,nos illum suscipimus nascentem,resurgētem pariter & regnantem. Tanto igitur facundior laudatio esse debet humani tēporis,quanto sunt maiora miracula. Sed quoniā dignam prędicationē exhibere nō potest humana fragilitas,ad angelorū nos præconia conferamus. Et quia merito eos æquiparare nō possumus,de-
C uotione comitemur,hoc est in ea festiuitate eadem qua
Lucæ. 2. illi lætitia,nos sententia persultemus dicentes: Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Digna plane & iusta sententia quæ in natiuitate Christi & deo honorem repræsentat in cælis,& hominibus pacem præsentat in terris. Ante saluatoris enim ortum nec cælestia reuerētiam deferebant, nec terrena requiem possidebant. Sed videte quid dicat ipsa sententia: Pax in hominibus bonæ voluntatis. Non in quibuscunq; hominibus,sed bonæ voluntatis hominibus, vt intelligas pacem Christi non debiti esse,sed meriti. Non enī eam meriti angeli in ea nocte qua pastores nascentem dominū super gregem suum vigilias obseruātes primi præ omnibus didicerunt. Ipsi enim primi ortum saluatoris ante omnes homines intimantibus angelis cognouerunt. Vnde mirum est quod prius redēptionem seculi potuerint scire q̄ principes. Non enim angeli annunciauerunt regibus, non iudicibus,sed hominibus rusticanis. Non ergo iam mirandum est si Christi gratiam ante scire meruerit innocentia q̄ potestas, & prius cognoscere veritatem simplex rusticatio q̄ superba dominatio. Quod enī cognouerūt pastores, principes cognoscere nequiuerunt. Vnde & btūs Apo D
stolus ait: Quā nemo principū seculi huius cognouit, 1. Cor. 2.
& reliqua. Ergo in natiuitate domini angeli pariter cū pastoribus sunt lætati, excelsam vero dicentes gloriā, Nam vicinis quodāmodo & iunctis choris dei gloriā prædicauerūt. Vnde & credo eosdem angelos in eiusdem domini eadē festiuitate simili nobiscū lætitiæ vicinitate gaudere. Nam qui solent propter Christi ortū alloqui pastores,non possunt propter eiusdem Christi gaudium non inquirere sacerdotes. Siquidem & quod tunc ad illos super gregem suum vigilias obseruantes nocte intempesta locuti sunt,huius tēporis mysterium designabant. Nam illo facto hoc vtiq; monstrabatur, gregem populum,noctem seculum,sacerdotes esse pastores,qui iugi super plebē solicitudine vigilantes propter Christum ab angelis minime deseruntur. Hodierna igitur die secundum carnem natus est dominus,ita secreto,ita silentio, vt ortū eius seculum penitus ignoraret. Ignorauit enim seculum,quia & extra conscientiam patris natus,& extra ordinē naturę cōceptus. Nā Ioseph conceptū suscepit filium quē nō genuit: Maria partum edidit quē sexus consuetudine non creauit. Sic igitur natus est dominus, vt ortum eius nemo futurū suspicaretur,nemo crederet,nemo sentiret. Quēadmodum crederent hoc futurū,quod postea q̄ factum est,factum esse vix credunt? Nam quod ita latenter & secreto saluator descensurus esset in virginem,iam ante Da E
uid propheta testatus est dicens: Descendet sicut pluuia Psal. 71.
in vellus. Quid enī tam silenter & sine strepitu fit,q̄ cū imber in lanæ vellus infunditur? Nullius aures sono verberat,nullius corpus humore repercussionis aspergit: sed sine inquietudine hominū totum imbrem per multiplices effusū partes toto corpore ī se trahit, vnius meatus scissuram nescīes,solida mollitie plures prębēs meatus: & quod clausum videtur per densitatē, est patulum per tenuitatē. Recte ergo Maria velleri cōparatur,quæ ita concepit dominū, vt totō eum hauiret corpore,nec eius discissuram corporis patereturur: sed esset mollis ad obsequium,solida ad sanctimoniā. Recte inquā Maria velleri cōparatur, de cuius fructu salutaria populis vestimēta texuntur. Vellus plane Maria est, siquidē de molli sinu eius agnus egressus est, qui & ipse matris lanicio,hoc est carnē gestās, molli vellere cūctorū operit vulnera populorū. Omne enī peccati vulnus Christi lana suffunditur, Christi fouetur sanguine, & vt sanitatē recipiat, Christi indumēto vestitur.

Item de Natali domini. Sermo XIIII.

LETITIA quāta fit, quātusq; cōcursus cum F
imperatoris mūdi istius natalis celebrādus est, bene nostis: quēadmodum duces & principes, omnes etiā militantes accurate sericis vestibus accincti, operosis cingulis auro fulgente preciosis ambiunt solito nitidius in cōspectu regis incedere. Credunt enim maius esse imperatoris gaudiū, si viderit maiorem suæ apparationis ornatū, tantoq; illum lætum futurum, quanto ipsi fuerint in eius festiuitate deuoti, vt quia Imperator tanq̄ homo corda nō conspicit, affectum eorū circa se probet vel habitū contuendo: ita fit vt splendidius se accuret quisquis regē fidelius diligit. Deinde quia in die Natalis sui sciunt, eum largum futurum, ac donaturū plurima vel ministris suis, vel iis qui in domo eius abiecti putantur & viles, tanta prius thesauros eius replere diuitiarum varietate festinat, vt inquantū prorogare voluerit, intātū prorogatio copiosa nō desit, & ante voluntas donādi deficiat, q̄ substātia largiendi. Hæc autē ideo solicite faciunt, quia maiorem sibi remunerationē pro hac solicitudine sperant futurā. Si ergo fratres seculi istius homines propter præsentis honoris gloriam terreni regis sui natalis diem tāta ap-

G paratione suscipiunt, qua nos accuratione æterni regis nostri Iesu Christi natalem suscipere debemus? qui pro deuotione nostra nō nobis tēporalem largietur gloriā, sed æternā, nec terreni honoris administratione dabit quæ successore finitur, sed cælestis imperii dignitatem, quæ nō habet successorem. Qualis autem nostra remu
Esaiæ.64. neratio sit futura, dicit propheta, Quæ oculus nō vidit,
1.Cor.2. nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit dominus diligentibus se. Quibus indumentis nos exornari oportet? Quod autē diximus nos, hoc est animas nostras, quia rex noster Christus nō tam nitorem vestiū q̄ animarū requirit affectum, nec inspicit ornamēta corporū, sed considerat corda meritorū, nec fragilis cinguli præcingētis lumbos operositatē miratur, sed fortis castimoniæ restringentis libidinē ad pudicitiam plus miratur. Ambiam? ergo inueniri ante ipsum probati fide, compti misericordia, moribus accurati: & qui fidelius Christum diligit, mitidius se mandatorum eius obseruatione cōponat, vt vere nos in se credere videat, cum ita in eius solennitate fulgemus, & lætus sit quo nos perspexerit puriores. Atq; ideo ante complures dies castificemus corda nostra, mundemus cōscientiam, purificem? spiritū, ac nitidi & sine macula immaculati domini suscipiamus aduentum, vt cuius natiui-
H tas per immaculatā virginē constitit, eius natalis p immaculatos seruulos procuretur. Quisquis enim in illa die sordidus fuerit ac pollutus, natalem Christi ortūq; nō curat, interest licet dominicæ festiuitati corpore, mēte tamen longius a saluatore saparatur, nec societatem habere potuerunt immūdus & sanctus, auarus & misericors, corruptus & virgo, nisi quod magis ingerendo se indignus offensionē contrahit, cū minime se cognoscit. Dum enim vult officiosus esse, iniuriosus existit: sicut ille in Euangelio, qui in cœtu sanctorū inuitatus ad nuptias venire ausus est vestem nō habēs nuptialem. & cū alius niteret iustitia, alius luceret fide, alius castitate fulgeret, ille solus cōscientiæ fœditate pollutus, cunctis splendentibus deformi horrore sordebat. Et quāto plus simul discēbentiū beatorū cādebat sanctitas, tanto magis peccatorū illius apparebat improbitas, qui potuerat minus displicuisse forsitan si in consortium iustorū minime se dedisset. Propterea ergo sublatus manibus & pedibus in tenebras exteriores expellitur, nō solū quod peccator erat, sed quia cū peccator esset, sanctitatis sibi meritum vēdicabat. Igitur fratres suscepturi natalem domini, ab omni nos delictorū fece purgemus, repleamus thesauros eius diuersorum munerum donis, vt in die sancta sit vnde peregrini accipiant, reficiātur vidue, pauperes vestiantur. Nam quale erit si in vna eademq;
I domo iter seruulos vnius domini alter exultet in holosericis, alter consumat in pannis: alius æstuet cibo, alius famē frigusq; sustineat: ille eructet hesternam indigestionis crapulam, hic hesternā ieiunii inediam nō resolnat? Aut quis erit nostræ oratiōis effectus, si petim? vt liberemur ab inimico, qui non sumus liberales in fratres? Simus imitatores domini nostri. Si enī ille pauperes in cælesti gratia voluit nobis esse cōfortes, cur nobis nō sint in substantia terrena cōfortes? Nec extranei sint alimonis qui fratres sunt sacramētis, nisi quod rectius apud dominū per ipsos agimus causam nostram, vt nostris eos alamus sumptibus qui illi gratias agant. Quicquid autē pauper dominū benedicit, illi proficit, quo faciente dominus benedicitur: et sicut scriptū est de illo, Væ illi homini per quē nomen domini blasphematur: ita & de isto scriptū est, Pax huic homini, per quem nomē domini benedicitur saluatoris. Quale autem est meritū largientis, vt solus quis operetur in domo, & p multos ecclesia dominū deprecetur? Et quod ille fortassis petere de diuinitate non audeat, plurimorū interpellantiū ratiōibus etiā quod desperabat accipiat. Quod adiutoriū nostrū cōmemorās beat? Apostolus ait: Vt per multos gratiarū actio referatur p nobis. Et k
iterū: Vt fiat accepta sanctificata in spiritu sancto.

Item de Natali domini. Sermo XV.

SATIS abundeq; dixisse me credo superiore dominica quēadmodum compti vel nitidi natalem domini suscipere debeamus, & superuenientem festiuitatē eius ambitiōe reti nere. Retinere inquam, vt si dies solennitatis transeat, apud nos sanctificationis eius beatitudo pmaneat. Hęc enī gratia natalis est domini saluatoris, vt in futurum ad prædestinatos transeat, in præteritum remaneat ad deuotos. Oportet ergo esse nos sanctitate puros, mundos pudicitia, nitidos honestate, vt quo diem festū aduenire propinquius cernimus, hoc accuratius incedamus. Si enī mulierculæ solent aliquas suscepturæ maculas vestiū suarū aqua diluere, cur nō magis nos accepturi natalem domini maculas animarū nostrarū fletibus abluāmus? Et illæ quidē si adeo infectæ & obscuræ sordib? fuerint, vt maculas sola aqua nō purget, adducunt molliriem olei, saponis etiam acrimoniā: nos quoq; si tam graue peccatū fuerit, vt minime solis fletibus abluatur, addamus misericordiæ oleum, acrimoniamq; ieiunii. Nullum enī tam graue delictū est quod L
nō purgetur abstinētia, eleemosynis extinguatur. Ait enim sanctus ppheta: Sicut aqua extinguit ignem, ita Eccli.3.
eleemosyna extinguit peccatum. Magna ergo est eleemosyna quæ ardentium criminū globos benuolentiæ suæ fonte refrigerat, & quodā irriguo largitatis obruit incendia delictorū, vt quāuis offensus deus, q̄uis crimi-
nibus prouocatus cogatur liberare eleemosynis, quem disposuerat punire peccatis. Cogitur enim a nobis quodammodo, dum cōpellitur pro actibus nostris mutare sententiam, & in vno eodemq; homine nunc seueritate iudicis permoueri, nunc patris pietate blandiri. Pater enim nobis deus est cū bene agimus: iudex noster est cū peccamus. Cōpellitur ergo operibus nostris dominus vt nobis suā misericordiā largiatur: atq; ideo ipse
in euangelio sancto dicit, A diebus Ioānis baptistæ re- Mat.11.
gnum cælorū cogitur. Regnū cælorum non nisi Christus est dominus, qui regnat in cælis. Cogi autē verbū tunc solet dici, cum res aliqua rarior assidua operatione densatur. Ex quo ergo Ioannes baptista saluatoris annunciauit aduentū, ex eo regnum cælorum quod prius fluidum & remissum apud Iudæos iacebat, credētium populorū cœpit assiduitate densari, & omnis illa regni raritas prædicationū frequentatione solidari. Tam enī rarum fuit apud Iudæos regnū, vt tranfiret ad gentes, tam fluidum vt emanaret ad populos. Nunc autē tāta M
credentium cogitur densitate, vt fixum & solidum maneat sine fine, sicut scriptura dicit: Et regni eius nō erit finis. Cogimus ergo regnū cælorū, & vim quodāmodo facimus, sicut ait euangelica lectio: Et vim facientes diripiunt illud. Vim inquā facimus domino nō cōpellendo, sed flēdo: nō prouocando iniuriis, sed lachrymis exorando: nō blasphemando per superbiā, sed per humilitatem mœrendo. O beata violentia, quæ nō indignatione pcutitur, sed misericordia condonatur. Beata inquā violentia quæ vim patienti bonitatē elicit, & vtilitatē tribuit inferenti. Mala res admittitur, & de iniuria nemo causatur: vis admittitur, & religio ppagat. Quisq; enim violentior Christo fuerit, religiosior habebitur a Christo. Aggredimur ergo in itinere dominū, siquidē ipse est via, & more latronū suis eum spoliare nitimur, cupimus illi auferre regnum, thesauros, & vitam: sed ille tam diues & largus est vt nō abnuat, nō resistat, & cū omnia dederit, nihilo minus omnia ipse possideat. Aggredimur inquā illum nō ferro, non fuste, non saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei nostræ, quibus in congressione certamus. Vt

A autem his armis vti in vi inferēda possimus, ante corporibus nostris vim quodāmodo faciamus, expugnemus mēbrorū vitia, vt virtutū præmia consequamur. Prius enim ipsi regnare debemus in nobis, vt regnum possimus dirigere saluatoris. Ait ergo euāgelium: Et vim facientes diripiunt illud. Raptores igitur sumus. raptores autem nō nisi diripiunt aliena. Agnosco verā esse sententiā. Christū enī ecclesia rapuit synagogæ, & alienæ gētis regnū vim faciendo possedit. Nam saluator missus sub lege, natus in lege, nutritus iuxta legē, dum a Iudeis negligitur, a gentib? occupatur: & dum a sacerdotibus perditur, a peccatoribus inuenitur, sicut
Mat.21. ipse ait, Publicani & peccatores præcedūt vos in regno cælorū. Raptores igitur sumus. mirādum nō est, quippe qui a tali autore descendimus. Scriptū est enī de pa-
Gene.49. triarcha nostro Beniamin: Lupus rapax. Rapit enim quod suū nō est. ita & nos velut filii rapacis lupi alienarum pastorem ouium nostra intentione præripimus,
Mat.25. sicut ipse dicit: Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Rapitur itaq; Christus cū a Iudeis dimittitur, & ab aliis prædicatur. Rapitur Christus cū occiditur a Iudæis, & sepelitur a nobis. Rapitur Christus a vigilantibus discipulis, a dormientibus perditur pharisæis: sicut mentiendo ipsi confessi sunt, dum custodias ponerent sepulturæ, post resurrectionē domini dicētes:
Mat.28. Quia discipuli eius nocte venerūt, & furati sunt eū nobis dormientibus. Vnde spūaliter intelligimus quia Christum omnes dormiētes perdunt, vigilantes inueniunt: Atq; ideo apostolus dicit: Surge qui dormis, &
Ephe.5. B exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Vides ergo mortuū esse qui ita dormit, vt nō custodiat saluatorem. Et ideo illi pharisæi velut mortui nō potuerūt seruare viuentē. Propterea fratres nō dormiamus, sed vigilemus circa ipsum dominū nostrum saluatorē, vt appositis iugiter custodiis nemo illum auferat de sepultura pectoris nostri, nec dicamus aliquando: Venerūt, & dormientibus nobis furati sunt eum. Habemus enim inimicos qui Christū de cordibus nostris si obdormieri mus auferre nitātur. Vnde peruigili cura seruemus cū in sepulchro animarū nostrarū. ibi perquiescat, ibi dormiat, ibi cum voluerit & resurgat.

Item de Natali domini. Sermo XVI.

RENE quodāmodo sanctam hanc diem natalis domini solem nouum vulgus appellat, & tāta sui autoritate id confirmat, vt Iudæi etiam atq; gentiles in hac voce consentiant. Quod libēter amplectēdum nobis est, quia oriente saluatore nō solum humani generis salus, sed etiam solis ipsius claritas innouatur: sicut ait Apostolus: Vt per ipsum restauret oīa siue quæ in cælis, siue quæ in terra sunt. Si enī obscuratur sol cū Christ? patitur, necesse est illum splendidius solito lucere cū nascitur. Et si Iudæis
C mortē operātibus offundit tenebras, cur nō Marię parturienti vitam exhibeat claritatē? Aut quare nō credamus quod nascēte Christo sol ad obsequiū lucidior aduenerit, cū magos ad indiciū clarior stella præcesserit? Et si stella p diem alieni tēporis officiū ministrauit, cur nō credamus quod sol quoq; nocturnis horis aliquātulū aduentu maturiore decerpserit? Ex eo deniq; factū puto vt nox decresceret, dum sol festinus ob dominicę natiuitatis obsequiū ante mundo lucē protulit, q̄ nox cursum sui tēporis cōsummaret. Quin potius ipsam nocte fuisse non dico, nec aliquid obscuritatis habuisse, in qua pastores perui gilant, exultant angeli, astra deseruiunt. Nec mirari debemus quod in natiuitate Christi noua oīa facta sunt, cū nouum hoc ipsum fuerit quod virgo peperit. Si autem præter solitū natiuitas extitit, & præter solitum obsequia sunt delata. Ergo oriente domino pastores perui gilant, exultāt angeli, sol obsequitur, stella famulatur. Et quidē angelis vel pastores gaudia sua D
voce vel sermonibus prosequuntur: elementa autem ista gaudia sua, quia voce nō poterant, officio protestantur. Sol igitur præter consuetudinem in hac festiuitate matutinus illuxit. Nec mirum. Si enim ad Iesu Naue Iosue.19.
orationem defixus stetit in die, cur non ad Iesu Christi natiuitatē festinus promoueret in nocte? Solem igitur nouum hāc diem vulgus appellat: & cū dicit nouū, vtiq; & veterem esse demonstrat. Veterem autem dixerim huius mūdi solem, qui defectionem patitur, qui parietibus excluditur, qui nubibus obscuratur. Veterē dixerim solem, qui vanitati subiacet, qui corruptionem metuit, qui iudicium pertimescit. Scriptum est enī: Sol Iohelis.2.
conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Veterem inquā dixerim, qui sceleribus iterest hominū, adulteria nō refugit, homicidiū nō declinat. Et cū omne genus hominū nolit esse mediū cū aliquod crimen admittitur, hic solus in cunctis facinorib? stat. Ergo quia hunc veterē esse manifestū est, nouum quem nisi Christū dominū reperimus? de quo scriptū est: Orietur vobis sol Malach.
iustitiæ, de quo etiā ex persona peccatorū dicit ppheta: 4.
Sol non est ortus nobis, & iustitiæ lumen nō luxit no- Sapien.5.
bis. Hic enī sol, cū diaboli tenebris vniuersus mundus esset oppressus, & caligo referta criminib? seculorū possideret, dignatus est vltimo tēpore, hoc est incumbente iam nocte, ortū suæ natiuitatis infundere. Primo quidem ante lucem, hoc est anteq̄ illuminaret iustitiæ sol, velut matutinū quoddam prophetarū misit oraculum, sicut scriptum est, Mittebam prophetas meos ante lu- E
cem. Postea vero ipse cum suis radiis, hoc est cum apostolorum suorum fulgore splenduit, ac tanta mundum veritatis luce discussit, vt diaboli tenebra nullos offenderet. Hic est igitur sol nouus qui claustra penetrat, inferna reserat, corda rimatur. Hic nouus est sol, qui spiritu suo viuificat mortua, corrupta reparat, fusca tat iam defuncta: vel qui calore suo purgat sordida, exurit fluida, decoquit vitiosa. Ipse inquā est qui in cūctis actibus nostris perspicit oia opera nostra, & non tam condēnat crimina q̄ emendat. Hic plane est sol iustus & sapiens, qui non sine discretione sicut istius sol mundi bonis ac malis similiter circumfertur, sed quodam iudicio veritatis, sancto lucet, occidit peccatori. Hoc autem inter vtrunq; interest solem, quod ille iudicium metuit, hic iudicium comminatur: quod ille corruptionis minister est, hic æternitatis est dominus: quod ille creatura est, hic creator. Tamē istum mūdi solem, priusq̄ oritur, adhuc ante lucē propter necessarios vsus hominū solet lucerna præcedere. Habet autē & Christus sol lucernam
Psal.131.
suam quæ eius ortū præcessit: sicut dicit propheta: Parauit lucernam Christo meo. Q uę autē ista lucerna sit,
Ioan.5.
ostendit dominus dicens de Ioanne Baptista: Ille erat lucerna ardens. Ipse autem Ioannes, vt præcedens lu- F
cernæ lumē exiguum, ait: Ecce venit post me, cuius nō Ibidem.1.
sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Simul etiā intelligens lumen suum solis radiis offuscandum, ante prędicit: Illum oportet crescere, me autem minui. Sicut Ioānis.3.
enim lucernæ claritas destruitur solis aduētu, ita & Ioannis pœnitentiæ baptismū superueniente Christi gratia vacuatū est. Videamus igitur, hic sol noster nouus quo fonte nascatur: sicut est verum, deo oritur autore. Diuinitatis ergo est filii?. Diuinitatis inq̄ incorruptæ, integrę, illibatę, intelligo plane mysteriū. Ideo enī fecunda natiuitas per immaculatā Mariam, quia prior per diuinitatem constiterat illibata, vt cui prior natiuitas gloriosa extitit, eius secunda contumelios? non fieret, hoc est, vt quēadmodum virgo diuinitas ediderat, ita eum & virgo Maria generaret. Habere etiā apud homines patrem scribitur, sicut legimus in euangelio dicentibus pharisæis, Nonne hic est filius Ioseph fabri, Mat.13.
& mater eius Maria est? In hoc quoq; aduerte myste-

G rium. Faber pater dicitur Christi. Et plane pater faber
deus, qui totius mundi opera fabricatus est. Et plane
faber, sed qui in diluuio Noe arcam fabricare disposuit.
Faber inquã est qui ordinauit Moysi tabernaculum,
arcam testamenti instituit, tẽplum Salomonis erexit.
Fabrũ dixerim, qui mentes rigidas expolit, cogitatio-
nes superbas recidit, humilia facta sublimat. Hic autẽ
faber circa arbores curuo vtitur ferramẽto: sicut in euã
Mat. 3. gelio legimus, dicẽte Ioanne: Iam securis ad radices ar
borũ posita est. Omnis arbor nõ faciẽs fructũ excidetur,
& in ignẽ mittetur. Hoc enĩ agit totũ, vt vtiles cælestis
fabricæ arbores in futuro componat, infructuosas vero
euulsas radicitus flãmarũ consumat incendio.

Increpatio de kalendis Ianuariis. Sermo. XVII.

EST mihi aduersus plerosq; de vestris fratres
querela nõ modica, de his loquor qui nobiscũ
natalem domini celebrãtes, gentiliũ se feriis
dederũt, & post illud cæleste conuiuiũ super-
stitiosis sibi prandium parauerũt, vt qui ante lætificati
fuerant sanctitate, inebriarẽtur postea vanitate, ignorã-
tes quod qui vult regnare cũ Christo, nõ possit gaudere
cum seculo: & qui vult inuenire iustitiam, debeat decli-
nare luxuriam. Alia enĩ ratio est vitæ æternæ, alia de-
H speratio lasciuiæ temporalis. Ad illam virtute ascen-
ditur, ad istam perditione descenditur. Atq; ideo qui
vult esse diuinorum particeps, nõ debet esse socius ido-
lorum. Idoli enim portio est inebriare vino mentem,
ventrem cibo distendere, saltationibus membra tor-
quere, & ita prauis actibus occupari, vt cogaris ignora-
re quod deus est. Vnde sanctus apostolus hæc præui-
2.Cor.6. dens dicit, Quæ portio iustitiæ cũ iniquitate, aut quæ
societas luci cũ tenebris, aut quæ pars fideli cũ infideli,
qui autẽ cõsensus tẽplo dei cum idolis? Ergo si nos su-
mus templum dei, cur in tẽplo dei colitur festiuitas ido
lorum? Cur vbi Christus habitat, qui est abstinentia, tẽ
perantia, castitas, inducitur comesatio, ebrietas atq; la-
Mat.6. sciuia? Dicit saluator, Nemo potest duobus dominis
seruire, hoc est deo, & mãmonæ. Quomodo igitur po-
testis religiose epiphaniam domini procurare, qui iam
kalendas, quãtum in vobis est, deuotissime celebrastis?
Ianus enim homo fuit vnius conditor ciuitatis, quę Ia
niculum nũcupatur, in cuius honorẽ a gentibus kalẽdę
sunt Ianuariæ nuncupatæ. vnde qui kalendas Ianua-
rias colit, peccat, quoniã homini mortuo defert diuini-
Gala.4. tatis obsequiũ. Inde est quod ait apostolus, Dies obser
uatis, & menses, & tẽpora, & annos. timeo ne sine causa
I laborauerim in vobis. Obseruauit enĩ diem & mẽsem,
qui his diebus aut non ieiunauit, aut ad ecclesiam non
processit. Obseruauit diem qui hesterna die nõ processit
ad ecclesiam, processit ad campum. Ergo fratres omni
studio gentilium festiuitatem & ferias declinemus, vt
quando illi epulantur & læti sunt, tunc nos simus so-
brii atq; ieiuni, quo intelligant lætitiam suam nostra
abstinentia condemnari. Non solum autem gentiliũ,
sed & Iudæorum consortia vitare debemus, quorũ etiã
confabulatio est magna pollutio. Hi etenim arte insi-
nuant se hominibus, domos penetrant, ingrediuntur
prætoria, aures iudicum & publica inquietant, & ideo
magis præualent, quo magis sunt impudentes. Hoc
autem nõ recens in ipsis, sed inueteratũ & originarium
malum est. Nam olim iam & dominũ saluatorem in-
tra prætorium persecuti sunt, & præsidis eum iudicio
condemnarunt. In prætorio ergo a Iudæis innocentia
opprimitur, secretum proditur, religio condemnatur.
Cum enim Christus occiditur, omnis in eo veritas &
iustitia condemnatur, quoniam ipse est innocẽtia, reli-
gio sanctitatis, atq; mysterium.

De sancta Epiphania, Sermo XVIII.

EVANGELICA scriptura refert, sicut le- K
ctum nuper audiuimus, dominũ ad Iordanẽ
baptismi causa venisse, & in eodem flumine
mysteriis se cælestibus consecrari voluisse.
Quod mirari nõ debemus, cur hoc baptismatis ipsius
dominus & magister fecerit, quia ipse ait, Qui fecerit Mat. 5.
sic & docuerit, maximus vocabitur in regno cælorum.
Facere igitur prius voluit quod faciendũ omnibus im-
perabat, vt bonus magister doctrinam suam non tam
verbis insinuaret, q̃ actibus exerceret, & ad finem nos
gestu pariter confirmaret & sensu. Hoc autem totũ ho-
dierna die gestum esse, manifestum est. Quod ita verũ
esse ipsa possumus colligere ratiõe. Ratio enim exigit
vt post diem natalis dominici, licet interpositis annis,
eodem autẽ tempore hæc festiuitas sequeretur, quam
& ipsam festiuitatem natalem appellãdam puto. Tũc
enim natus hominibus, hodie renatus est sacramẽtis.
tunc per virginem editus, hodie per mysterium gene-
ratus. Ita enim disposuit dominus non longe inter se
hominum vota distare, vt in vno tẽpore quẽ genitum
gratulabantur in terra, sanctificatum lætarentur in cæ-
lis: vt qui partũ virginis angelis annunciantibus pos-
sidebant, dei filium cælis testantibus retinerent, certiq;
essent homines quia ipse esset filius dei, quem virgo pe
pererat, diuinitas agnoscebat. Noui enim partus noua
merentur obsequia. Ibi cum secundum hominẽ nasci- L
tur, mater eum Maria sinu circunfouet. Hic cũ secun-
dum mysterium gignitur, pater eum deus voce cõple-
ctitur. Ait enĩ, Hic est enĩ filius meus, in quo bene com Mat. 3.
placui. ipsum audite. Mater ergo partui molli blandi-
tur gremio, pater filio pio testimonio famulatur. Ma-
ter inquam eum adorandũ magis ingerit, pater colen-
dum gentibus manifestat. Sinu igitur retinetur a ma-
tre cũ nascitur, sed pater ei sinus sui fotũ iugiter submi-
nistrat. Legimus enim eũ sine intermissione in patris
gremio quiescentẽ, dicente euangelista: Deũ nemo vi- Ioãnis.1.
dit vnq̃ nisi vnigenitus filius, qui est in sinu patris. Li-
benter ergo in sinu sanctorũ quiescit dñs. vnde & Ioan-
nis euangelistę sinum, vt in eo accumberet, libẽter ele-
git. Sinus ergo in quo Christus requiescit, nõ corporis
gremio præparatur, non vestimẽtorum ambitione cõ-
ponitur, sed cęlestium virtutum operatione colligitur.
Nam Christi sinus erat in Ioanne euangelista fides, in
deo patre diuinitas, in Maria matre virginitas. Ibi si-
nus Christi est vbi habitaculũ est virtutũ. Ibi reclinat ca
put suum, vbi domicilium cælestiũ inuenit præcepto-
rum. Nam ideo peccatoribus & infidelibus dicit, Vul- Mat. 8.
pes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem
hominis nõ habet vbi caput reclinet. Igitur dominus M
Iesus hodie venit ad baptismũ, & corpus suũ sanctum
voluit aqua dilui. Dicat fortasse aliquis, Qui sanct⁹ est,
quare voluit baptizari? Audi ergo. Ideo baptizatur
Christus, nõ vt sanctificetur ab aquis, sed vt ipse aquas
sanctificet, & purificatione sui purificet fluenta illa quæ
tangit. Consecratio enim Christi, cõsecratio maior est
elemẽti. Cũ enim saluator abluitur, iam tunc in nostrũ
baptismũ tota aqua mũdatur, & purificatur fons, vt se-
cuturis postmodũ populis lauacri gratia ministretur.
Pręcedit ergo Christus p baptismũ, vt Christiani post
eum cõfidenter populi subsequantur. Intelligo ergo my
steriũ. Ita enim & columna ignis pręcessit per mare ru-
brũ, vt intrepidũ iter Israel filii sequerẽtur, & ipsa prius
per aquas gressa est vt venientibus post se viandi semi-
tam prępararet. Quod factũ, sicut apostolus dicit, my-
steriũ baptismi fuit. Baptismũ plane quodãmodo fuit,
vbi homines nubes operiebat, vnda portabat. Sed hęc
omnia operatus est Christus dominus idẽ qui & mo-
do, qui sicut tũc p mare filios Israel in ignis colũna prę-
cessit, ita nũc per baptismũ Christianos populos in cor-
poris sui colũna pręcedit. Ipsa inquã est colũna quę tunc
sequẽtium oculis præstitit, modo lucem credentiũ cor-

A dibus subministrat. Tunc in fluentis vndarum solida-
uit semitam, modo i lauacro fidei vestigia corroborat:
per quam fidem, sicut filii Israel, qui intrepidus ambu-
lauerit, persecutorem Ægyptium non timebit.

Item de sancta Epiphania, Sermo XIX.

EXVLTANDVM est nobis frẽs cha-
rissimi quod votis nostris vota succedunt,
quod gaudiis gaudia cumulantur. Ecce enĩ
adhuc natalis dominici solẽnitate corda no-
stra persultãt, & iam festiuitate sanctæ Epiphaniæ glo
riamur. Gratias igitur agere debemus domino, qui nos
frequẽter visitat vt sæpe lætificet, & iam copiosius re-
quirit vt numerosius benedicat. Quanuis igitur genti-
lis (licet vane) numerus ad solẽnitatem lætetur ꝑpter
diuersitatem dominorum suorum, tamẽ plures nobis
festiuitates præstat vnius dei visitatio, q̃ illis multorũ
dæmoniorum superstitiosa præsumptio. Nã sicut eos
veritate religionis vincimus, ita votorum numero su-
peramus. Epiphaniæ ergo hodie procuramus gaudia.
Quærat aliquis quid interpretetur hoc verbũ, scilicet
quia Epiphania Græce, Latine dicitur apparitio. Er-
go quia tunc primum apparuit saluator in mundo, ipsa
dies eodem vocabulo Epiphania nuncupata est. Quo-
B modo autem apparuerit requiramus, non quod in mũ
do ante non fuerit, cum mundus per ipsum factus sit,
sed quod tunc primum signis atq; miraculis credentiũ
cordib⁹ deus Christus illuxerit, & in tenebrosas cõsciẽ-
tias hominum fidei splendor aduenerit. Cũ igitur deus
vbiq; sit, & vniuersa possideat, tanquã non visus antea
apparuisse dicitur. Apparuit autem non tam oculis ho
minum, q̃ saluti. Nam etsi prius natus ex virgine ocu-
lis carnalibus videbatur, tamen non apparebat, quoniã
virtutem eius adhuc fidei acies ignorabat. Vnde Iu-
Esa.6. dæis per prophetam dicitur, Videntes videbitis, & nõ
videbitis. Hoc est, saluatorem quẽ cernerent oculis cor-
poralibus, spirituali lumine non viderent. Postea enim
q̃ diuinitatem suã mirabilib⁹ declarauit, humanis mẽ-
tibus tanquam nouus & inopinatus apparens, oculos
quosdam cordis infudit, vt cognosceret sensus quẽ non
cognouit aspectus. Vnde fit vt nos Christum dominũ
per fidem, quem nunq̃ vidimus, contemplemur: Iudæi
quẽ perspexerunt oculis, palpauerunt manibus, hodieq;
non videant. Requiramus igitur quod signum opera-
tus sit vt diuinitatem suam populis declararet. Dicit̃
hoc primum fecisse miraculum, vt aquã mutaret in vi-
num. Magnum plane signum, & ad dei credẽdum suf-
ficiens maiestatem. Quis enim non miretur in aliud q̃
C erant elementa esse translata? Nemo enim potest mu-
tare naturam, nisi qui dominus est naturæ. Credẽdum
est iam ex hoc mortalem hominem in immortalitatẽ
posse conuerti, quando vilis substantia in preciosam est
conuersa substantiam. Nolo enim auditor nomina tan
tum perspicias vini & aquæ: sed si vis potentiam cõpro
bare, virtutem rerum aspice. Facto enim hoc altius ne-
scio quid demonstratur. Nam cum dominus aquã ver
tit in vinum, non tam hoc operatur ne discumbentib⁹
desit ebrietas, sed vt credentibus sit æternitas. Siquidẽ
propterea in mundum venerit Christus, non vt conui-
uarum cellaria procuraret, sed vt saluti hominũ proui-
deret: nec vt hydrias substantia boni odoris impleret,
sed vt animas gratia sancti spiritus irrigaret. Ergo cum
ex illa vili aqua vini optimi saporem voluit gustare cõ
uiuas, magis voluit ex hac vili carne resurrectionis cæ-
lestis sapientiam gustare credentes. Nam hoc signum
totum vtiq; resurrectionis mysterium continet. Aqua
enim vilis, pallẽs & frigida, in vinum versa, scilicet pre-
ciosum rubrum vel ignitũ, hoc significat, hominis sub-
stantiam cõditione vilẽ, imbecillitate pallẽtẽ, morte in
resurrectione in gloriã cõmutandã, quæ est æternitate
preciosa, gratia colorata, spiritu immortalitatis ignita. D
Hoc igitur dignum est credere dominũ operari voluis-
se, vt per hoc terrenũ signũ, futurum iam tunc a sapien-
tibus cæleste mysteriũ videretur. Nã si mirabile est vti-
que quæ defecerãt cõuiuiis vina supplesse, quãto est mi
rabilius vitã quæ est exhausta, hominib⁹ reparasse? Et
si gloriosum est aquam in vinum mutare, quãto est glo
riosius peccata in iustitiã commutare, & mores potius
temperare q̃ pocula? Audeo dicere illas hydrias non so
lum illi conuiuio, sed vniuerso mundo preciosam illam
ministrare substantiam, nisi quod nobis melius admi-
nistrant. Constat enim ex ipsis vasculis illos hausisse e-
brietatem, nos haurire iustitiã. Illos percepisse vini po-
culum, nos calicẽ salutis accipere: & si dici fas est, apud
illos pertransisse quod biberant, apud nos vero perma-
nere quod sumpsimus.

Item de eodem, Sermo XX.

MEMINIT sanctitas vestra fratres superio-
ris prædicationis nostræ, qua descripsimus
beatos apostolos vno viso miraculo, hoc est
aqua in vinum a saluatore conuersa, in eum
protinus credidisse. Ita enim ait euangelista de domi-
no: Et manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eũ Ioan.2.
discipuli eius. Quod factum non ideo tantum scriptũ E
est, vt illorum sub quib⁹ factum est fidei gloria mõstra-
retur, sed & propter nos, qui eodem deuotionis exẽplo
credulitatis gloria prouocamur. Christus enim qđ ope
ratus est, non illis tantũ operatus est quos habebat tũc
præsentes, sed & nobis postea secuturis: vt licet maio-
res nostri tẽpore nos præcederent, tñ signorum gratia
non præirent. Quæ enim illis exhibita est præsentia
rerum in mirabilibus virtus, eadem virtus nobis lite-
rarum thesauro conseruata: vt nobis præstaret pagina,
quod illis gerebat historia: immo in nobis geritur quic-
quid nobis ingeritur, quicquid nobis insinuatur, vt scri
pturarum speculo dictaretur: & potẽtiã dñi quã illi car-
nalib⁹ oculis cernerẽt, nos spirituali lumine viderem⁹.
Et crediderunt in eum, & manifestauit gloriã suã disci-
pulis suis. Q̃ bene potẽtiã dñi subsequitur deuotio ser-
uulorum: & quod magister docet opere, discipuli in cor
de describunt. Ecce cui manifestatur virtus operãtis, &
fides prædicatur manifesta credẽtium. Prædicãda pla-
ne Apostolorum fides, quæ viso vno signo credidit in
oĩpotentiã saluatoris: & Apostoli dum mirantur aquã
in vinum versam, ipsi ex omni fece peccatorũ similiter
sunt conuersi, & instar facti miraculi ex vili superstitio-
ne gentilium in preciosam deuotionẽ credentium sunt
translati. Et vt aqua in vinum versa, sapore, rubore, ca-
lore conditur: ita sciẽtiæ, quod erat in his insulsum, ac- F
cepit saporẽ: quod pallens, gratiæ sumpsit colorẽ: qđ fri
gidum, incaluit immortalitatis ardore. Magnificãda
igitur apostolorum fides, quæ ideo Euãgelico sermo-
ne descripta est, vt & illis esset ad laudẽ, & nobis ꝓfice-
ret ad exẽplũ. Sed quod peius est, his illis laus sua ꝑma
net, nos exẽpla nõ permouent. Nam quãto posteriores
sumus tẽpore, tãto & inferiores merito. Illi enĩ viso vno
signo statim dño crediderũt, nos acceptis adhuc tot be-
neficiorũ mirabilibus dubitamus. Dubitamus inquã,
quia præsentia diligimus, dum futura nõ credimus: di-
uitias amamus in seculo, dum eas accipere cũctamur a
Christo. Iracũdia immoderate extollimur, dũ retribu-
tionis iudiciũ nõ timemus. Cæterũ qui nouit scriptũ es
se: Quo iudicio iudicaueritis, eodẽ iudicabit̃ de vobis: Mat.7.
absq; dubio lenis moderatus & mitis est, & plus boni-
tate cogit, q̃ seueritate cõpellit: amic⁹ indulgẽtiæ, fami-
liaris est veniæ: vt dũ eã frequẽter impartit, a dño sem-
per accipiat. Siquidẽ prudentis sit rectoris ita terrenos
honores agere, vt honorificẽtiã cælestis dignitatis acq
rat. Etsi interdũ vigorẽ dicendi in nobis corporis obtẽ-

G dat infirmitas, tamen studio deuotionis vestræ fortiores efficimur. Nam quo vos studiosius auditis, eo nos libentius prædicamus, & virtus nobis loquendi additur cum vos intelligendi accõmodatis auditum. Quis non conetur illic verbi cælestis semẽ iacere, vbi illud puri cordis fœcunda terra fuscipit? Quis inquam nõ illic verbum saluatoris collocare velit, vbi illud non secularium solicitudo præfocet, sed disciplinarum spiritualiũ virtus enutriat? Ergo fratres quia in sancta Epiphania exultauimus videtes miracula saluatoris, debemus facere quod illius temporis discipuli tunc fecerũt. Quod autem dixi vidisse nos modo quod olim gestũ est, videmus plane, videmusq; quotidie. Ea enim sunt Christi miracula, vt non iniquitate prætereant, sed gratia conualescant: non obliuione sepeliantur, sed virtutibus innouentur. Apud potentiam enim dei nihil est abolitũ, nihil præteritum, sed pro sui magnitudine omnia illi in præsenti sunt, totum illi tẽpus est hodie. Vnde & sanctus propheta dicit: Mille anni ante oculos tuos tanq̃ Psal. 89. dies vna. Quod si omne seculi tempus vna dies est domino, eadem quæ mirabilia saluator patribus operatus est, operatus & nobis est. Vidimus igitur & nos sicut maiores nostri mirabilia domini, cum pari ea cum illis stupore suspeximus. Gustauim⁹ & nos sicut illi de ipsis hydriis. Siquidem illi de his poculũ vini biberunt, H nos salutis calicem sumpserimus. Debemus ergo facere viso signo domini quod nostri fecere priores. Si enim eadem in nobis diuinitatis refulsit gratia, eadem & fidei apud nos debet esse deuotio. Dicit enim Euangelista de domino hoc miraculo perpetrato: Et manifestauit gloriam suam, & crediderunt discipuli in eum. Credere ergo debemus, sicut tunc Apostoli crediderũt. Dicit autem & alius: Et nos Christiani sumus, credimus in dominum saluatorem. Sed credere opus est opere, non sermone, nõ lingua, sed corde, ne & nobis dicatur: Esa. 29. Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Item de die sancto Epiphaniæ, Sermo XXI.

PLERIQVE in hac sancta Epiphaniæ die hactenus a domino mirabilia facta esse commemorãt, vt rogatus ad nuptias aquæ substantiam in vini speciem commutaret, ac liquorem fontium in meliorem vsum sui benedictione transferret, ministros hausisse aquam de puteis, vinum in hydriis inuenisse, atque vtiore dispendio perdidisse quod impleuerant, reperisse quod deerat, tũcque primum hoc mirabili signo diuinitatis sue declarasse virtutem. Nonnulli autẽ in hac sancta die ab Ioãne baptizatum eum in Iordane testantur, atq; in lauacri eius gratia interfuisse loquendo deum patrem, sanctum quoq; spiritum descẽdisse. Nec mirum si in domini lauacro mysterium non defuit trinitatis, cum nostrũ lauacrum trinitatis compleat sacramentum. Neq; enim poterat dñs non primum circa se exhibere, quod erat postea humano generi præcepturus, cũ omnia non sui causa, sed nostræ gratia salutis efficeret. Aut numquid propter se baptizari voluit, cum peccatum nõ haberet, Esa. 53. sicut dicit propheta: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius? Sed propter nos vtiq, qui multorum criminum peccatis obnoxii opus habeamus vt in Christi baptismo purgaremur, atque ideo venit dominus ad lauacrum, nõ vt purificetur ipse aquis, sed vt nobis aquarum fluenta purificet. Ex quo enim ille in aquis se mersit, ex eo omniũ credẽtium peccata deleuit. Necesse est autem vt omnium peccata deleuerit qui omniũ peccata suscepit, sicut ait Euangelista, Hic est agnus dei, hic est qui tollit peccatum mundi. Mirum ergo in modum vnus mergitur, & salus omnium reparatur. Adest ergo deus pater cum baptizatur dominꝰ, adest spiritussanctus. Videte saluatoris beneuolentiã, k qua solus se in passione contumeliis subdidit, in lauacro solus gratiam nõ quæsiuit, vult participes esse gloriæ. Adest ergo, sicut dixi, pater, adest & spiritussanctus, & quia deus videri non potest, spiritus in columba, pater descendit in voce: quodq; solum ad astruendam fidem hominibus necessarium erat, exhibet saluatorem. Fides enim nostra nisi auditu non constat & visu: ideo se spiritus in columba oculis subdit, pater in voce se auribus suministrat. Nam nisi propter nostram credulitatem ista fieri oportuisset, potuit pater & spiritus tanquam inuisibilis deus ad verbum filium inuisibili prolapsione descendere. Igitur propter nostram fidẽ aperto cælo spiritus ad Christum, pater ad filium, vox descẽdit ad verbum. Verbum enim Christus est, de quo scribitur: In principio erat verbum. Bene inquam pater vox, & filius verbum dicitur, quia verbum non nisi de voce procedit. Conueniunt itaq; sibi vox & verbum, & saluti hominum prouident societate mysterii. Qua autem ratione spiritus sanctus ad Christum in specie columbæ descenderit, videamus vtrum sit aliqua similitudo columbæ vel domini, sicut est vocis & verbi. Et plane non parua. Columbam enim etiam ipsum dominum dixerim, quia est alacer, mitis & simplex. Columba est, quia sanctos suos esse præcipit vt columbas, dicens: Estote simplices sicut columbæ. Quod autem columba Christꝰ sit, propheta dicit ex persona ipsius, describẽs post passionem reditum eius ad cælum: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Psal. 54. Cum ergo Christus dominus initiaret ecclesiæ sacramenta, cælo superuenit columba. Intelligo mysterium, agnosco etiam sacramentum. Columba enim ipsa est quæ nunc ad ecclesiam Christi in baptismo venit, quæ quondam ad arcam Noe in diluuio properauit, tunc illi securitatem annuncians oliuæ ramo, modo huic æternitatẽ conferens diuinitatis indicio. Tunc signum pacis ore afferens, modo ipsa pacem Christum sui substantia superfundẽs. In Iordane igitur baptizatus est dominus. Multa mirabilia in hoc flumine sæpius facta esse scriptura commemorat, inter cætera dicens: Et Iordanis cõuersus est retrorsum. Puto autem Psal. 113. esse mirabilius quod domino Iesu Christo ibi posito factum est. Ante enim retrorsum aquæ conuersæ fuerãt, modo retrorsum peccata conuersa sunt. Et sicut tũc impetus fluminis alueum sui cursus perdidit: ita & nunc impetꝰ peccatorum dominium sui erroris amisit. Qđ quidẽ in ꝓpheta Helia iam illo in tempore factum puto. Sicut enim Helias in Iordane diuisionem fecit vn- 4. Reg. 2 darum: ita & spiritus domini in eodem Iordane separationem operatus est peccatorũ. Ille stare fluenta præcepit, hic crimina. Et sicut sub Helia fluctus primordia I M fontium de quibus exierant petiuerũt: ita & sub Christo domino homines ad originis suæ infantiã, de qua fuerant exorti, sunt reuersi.

Post Epiphaniam, Sermo XXII.

AD omnes vos fratres prædicationem meã in die sancta Epiphaniæ peruenisse credo, & ad vos præcipue catechumenos: in qua descripsimus tunc, nonnullis asserentibus, aquam in vinum fuisse conuersam: plerisque autem testantibus, illa die in Iordane dominum baptizatum. Quod licet a diuersis alterutrum factum esse credatur: ego tamen vtrunque factum esse confirmo, & aliud signum de alio contineri. Vtrunq; enim factum est. Nã cum baptizatus est dominus, & mysterium lauacri instituit, & humanũ genꝰ velut vilẽ aquã in æternã substantiã diuinitatis sapore conuertit. Similiter & cũ hydrias plenas liquore fontium vertit in vinũ, vtrũq; operatus est, & speciẽ magis necessariã nuptiis prẽstitit, &

A demonstrauit corpora hominũ per lauacrũ spiritussancti replẽda esse substãtia. Quod alibi ipse dñs manifestius declarauit dicens in vtres nouos vinum nouum Mat. 9. esse condẽdum. In nouitate enim vtrum lauacri puritas, spiritussancti gratia significatur in vino. Igitur vos catechumenos diligentius oportuit hoc audisse, quibꝰ magis est necessarium, vt sensus vester, qui ignorantia trinitatis vt aqua nũc friget, agnitione mysterii incalescat vt vinum, & animarum vestrarũ liquor vilis & tenuis in preciosam & fortem gratiã trãsfundatur, vt vini vice sapiamus quod bonũ est, redoleamus quod suaue est, & possimus dicere illud apostoli: Quoniã Christi bonus odor sumus deo. Catechumenꝰ enim prius quã baptizetur, sicut aqua iacet, riget & pallet. Fidelis autem sicut vinum fortis & ruber est. Catechumenus inquam sicut aqua nullius saporis, nullius odoris, nullius est precii, nec sufficiẽs ad vsum, nec delectabilis ad reficiendum, nec tolerabilis ad seruandum. Nam sicut aqua cum seruatur diutius, in deteriꝰ versa intra semet putrescit & fœtet, ita & catechumenus cum diutiꝰ catechumenus permanet, in deterius cõuersus intra se Ioan. 3. met vilescit & deperit. Ait enim dominꝰ, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Qui autem non intrat regnum, necessario remanet in inferno. Recte autem vino comparatur fidelis. Sicut enim ex cunctarum creaturarum substantia omnis res vetustate deperit, solum vinum proficit vetustate: ita ex omni genere hominũ cunctis an- B tiquitate pereũtibus, solus Christianꝰ proficit vetustate. Et sicut vinum in dies singulos asperitatẽ suam decoquens, saporis dulcedinem, suauitatem odoris acquirit, ita & Christianus succesſu tẽporis delictorum suorum asperitatem decoquens, sapientiam sibi diuinitatis beneuolentia trinitatis assumit. Ergo in hac sancta die baptizatus est dominus. Videte q̃ bene ordinauerit vt & in natali suo natus fit, & in Epiphania fit renatus, vt ne longe a se salutis humanæ vota distarent, & æternas saluatori iugiter gratias ageremus: tunc & vota nostra celebrata sunt, quo Christo ecclesia copulata est, sicut ait Ioannes, Qui habet sponsam, sponsus est. Propter has ergo nuptias saltare nos conuenit. Siquidem & Dauid rex pariter & propheta cum multa decinerit, & ante arcam saltasse dicatur. Elatꝰ enim gaudio in saltationẽ prorupit. Præuidebat enim in spiritu per Mariam de germine suo ecclesiam Christi thalamo so- Psal. 18. ciandam, de quo ait: Et ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo. Atq; ideo præ cæteris ꝓphetarũ autoribꝰ plus cãtauit, qua lætior cũctis per hæc gaudia suos posteros coniungebat, & ad propria vota omnes gẽtes solito dulcius inuitabat: nos quoq; docuit quid ipsis facere deberemus in nuptiis, cum ille ante nuptias tota exultatione lætatus sit.

C De quadragesima, Sermo XXIII.

SANCTE quadragesimæ rationem, cuius hodie initium celebramus, frequẽter edidimus, & cur tot dierum numero ieiunemus, sæpe docuimus. Diximus enim quod dominus Iesus Christus hunc eundem numerum ieiunii cõsecrauit, & continuatis diebus noctibusq; nõ capiens cibum, vnum ieiunii corpus effecerit. hoc est, licet diei ordo noctis interrumperetur aduentu, non tamen interruptus est ordo ieiunii. Vnde erant apud eum plura tẽporum curricula, sed abstinentiæ dies vna, ostendẽs nobis ita nos hunc numerum integrum ieiunare debere, vt quia totam quadragesimã cõplecti nõ possumus sopito & vno ieiunio, vel quotidianis eádẽ sine intermissione ieiuniis celebremus, vt si quisquã vnã diem abstinẽdo prætermiserit, totã quadragesimã violarit, & propter modici tẽporis cibum magni fructũ laboris amiserit. Sed dicit aliquis, Quadragesimę aliquotiẽs accepimus rationẽ, & eã consecratam a dño frequenter audiimus: sed cur eadẽ quadragesima quadragita & duos dies habeat, audire gestimus. Legimus in veteri testamento cum sanctus Moyses filios Israel de iugo Egyptiæ captiuitatis eruret, vt in terram eos repromissionis induceret, quadraginta & duorũ dierũ eum ad memoratam terrã mãsionibus peruenisse, tantoq; illũ tẽporum numero potitum esse promissis, quanto & nos promissis nobis a saluatore pẽrfrui gratulamur. Eodẽ inquã numero Moyses per mansiones peruenit ad requiem, quo & nos per ieiunia properamus ad cælũ. Ieiunia enim nostra mãsionibus quædã sunt, per quę iter spiritualiter faciẽtes animæ virtutibꝰ ambulamus, & diurno pfectu repromissæ nobis terræ viciniores efficimur, ita vt citius perueniat qui deuoti? ieiunarit. Pedes enim quidã animæ pernices sunt fides atq; ieiunium, qui cito de humilibus ad altiora cõscendunt, cito de terrenis ad cælestia gradiũtur. De his pedibus dicit apostolus: Q̃ Rom. 10. speciosi pedes euangelizantium bona. Hos pedes lauari præcepit dominus, sicut apostolus ait de vidua, Si sanctorum pedes lauit. Digni enim honore euange- 1. Tim. 5. lizantiũ pacẽ pedes sunt, qui spirituales ac nitidi doctrina super hominũ corda gradiuntur. Quadraginta etiã & duorũ dierũ numero Israel populus peruenit ad fluẽta Iordanis: Eodẽ dierũ circulo Christianus populꝰ peruenit ad fluenta baptismatis. Et sicut ait propheta, E Iordanis conuersus est retrorsũ, illic introeũte Israelita Psal. 113. in aquam fluminis, vnda superfugit, hic descẽdente in fontem Christiano criminũ peccata diffugiunt. Et mirum in modum illic retrorsum cõuersus fluuius in originem suã reuertitur, hic in posterum reuocatus homo in originis suæ infantiam reparatur. Ibi fontẽ suum de quo egressa fuerat vnda perquirit, hic hominẽ suum a quo exierat innocẽtia recognoscit. Ibi exinanitur alueꝰ fluctibus, hic euacuatur corda criminibus. Ibi vt ferros dei illic aqua cœnosa nõ madidet, hic famulos dei cõscientia tetra nõ polluat. Iordanis enim quidã est fons lauacri per quẽ qui trãsierit, relictis sordibus paradisum repromissionis ingreditur. In hoc ergo quadragenario & duali numero Israel ppls relinquẽs Egyptum rubri maris fluẽta trãscendit: & nos quoq; in ipso numero relinquẽtes mũdi Egyptũ, gehẽnæ ardẽtis stagna trãsimus. Illos in fluctibus vnda sustẽtat, nos ignis flãma nõ vrit. Illis solidatur aqua, nobis refrigescit incẽdiũ. Et contra naturæ vsum per æstum siccatur mare, per fontẽ baptismi gehẽna mitescit. In hoc inquã mystico numero filii Israel peruenientes ad myrrhã, cũ prę amaritudine aquã haurire nõ possẽt, (habebat enim fõs aquã, sed dulcedinẽ nõ habebat: erat delectabilis ad visionẽ, sed syncerus nõ F erat ad saporẽ) iniecto in eã per Moysen ligno, dulcedinẽ suauiter potarũt: austeritatẽ quã noxia vnda gestabat, ligni abstulit sacramẽtũ. Quod quidẽ in figura factum puto. Aquã enim amarã myrrha, legẽ esse arbitror veteris testamẽti, quę lex prius q̃ cruce tẽperaretur dãi, erat immitis. Iubebat enim oculum pro oculo, dentẽ pro Leui. 24. dẽte dari, & velut austeris nullũ misericordię refrigeriũ porrigebat. At vero vbi ligno euãgelicæ passionis est tẽperata, statim amaritudinẽ suã suauitate cõmutans, dulcẽ se cunctis præstitit ad potandũ, sicut ait prophe- ta: Q̃ dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fa Psal. 118. uum ori meo. Dulcia enim sunt eloquia quæ iubẽt, Si qs Mat. 5. te percusserit in maxillã, præbe ei & alterã. Si quis tibi aufert tunicã, relinque illi & palliũ. Hæc est ergo illa amaritudo quę dulcedine cõmutata est, id est austeritas legis euãgelii gr̃a tẽperata est. Amara enim est legis lr̃a sine crucis mysterio, de q̃ ait aplꝰ: Lr̃a occidit. At vbi 2. Cor. 3. passionis illi sacramẽta iũgũtur, ois ei? spũs aliter amaritudo cõdit. Et de ea dicit aplus: Spũs autem viuificat. Ibidem.

Item de quadragesima, Sermo XXIIII.

G RETINENT adhuc sensus vestri fratres,
nos hoc superiore dominica prædicasse qđ
huius quadragesimæ nostræ figuram illæ
quadraginta & duæ mansiones habuerint,
per quas populus Israel exiens de Egypto, diurno pro-
fectu terram repromissionis intrauit, & quasi quibusdā
salutis gradibus post iugum seruitutis ascendit ad re-
gnum. Figura inquā fuit in illis mansionibus ieiunio-
rum nostrorum, non solum in quātitate numeri, sed e-
tiam in obseruatione virtutum. Non enim tātum filii
Israel in itinere deserti corporeis gressibus ambularūt,
quātū in via dñi religiosis actib⁹ profecerūt. In via pla-
ne ambulauerūt domini quæ illos potauit ī fluctib⁹, &
pauit e cælo. Esurientibus enim in eremo manna non
defuit, periclitantibus in mari terra non fugit. Ibi mare
in semitā sternitur, hic cęlum ad pabulū reseratur. Pro
pter gratiam famulorum dei Iordanis fluenta sua reti-
net, aquā suam myrrha commutat. Illic retrorsum con
uersa, quæ sequebatur vnda præcedit. Hic in melius tē-
perata quæ amarum stillabat vena dulcescit. Et mirū
in modum fluuius cursum perdidit, fons saporem. Sed
quoniam diximus filios Israel venientes ad myrrham,
aquæ amaritudine laborasse, eamq; non nisi ligni inie-
ctione potare potuisse, typum quoq; in illa fuisse veteris
H testamenti, videamus quo exinde proficiscēs populus
ipse peruenerit. Peruenit in locum qui dicitur Elim, in
quo erāt duodecim fontes purissimi, & septuaginta vi-
rentium multitudo palmarum. Videte mysteriū dei
quemadmodum post amaritudinem legis, fluēta euā-
gelicæ pietatis exuberēt. Ibi fons vnus austerus est ad
bibēdū, hic plures, oēs dulces sunt ad potandū. Ibi post
fatigationē nulla refectio, hic post laborē refrigeriū atq;
victoria. Sitiētib⁹ enī fontes ministrātur, palmæ vincē
tibus offeruntur. Palmæ inquā offeruntur vincentib⁹
quia post legis duritiā ad euāgelii gratiam peruenisse,
vicisse est. Premium enim quoddam victoris est os vi-
uo fonte diluere, dexteram triumphali palma munire.
Per fontem enim lingua cōfessoris purificatur, per pal-
mam dextera martyris honorat̄. Illa quia Christi exal
tauit gloriam, hæc quia aram sacrilegii recusauit. Pre-
mium enim quoddam est palma martyrii, quæ confitē
ti linguæ dulcē fructum tribuit, & victrici dexteræ glo-
riosum præstat ornatum. Est plane palma martyribus
suauis ad cibum, vmbrosa ad requiem, honorabilis ad
triumphū, semper virens, semper vestita foliis, semper
parata victoriæ. Atq; ideo non marcescit palma, quia
martyrum victoria non marcescit. Ipsæ deniq; palmæ
I sedenti super asinam & venienti ad templum domino
a populis offeruntur. Cum enim discipuli vestimenta
sua sternerent, & iter Christo suis amictibus cōmuni-
rent, non habuit maius præmium nisi palmas quod ei
deuotio plebis offerret, significans stratis in itinere ve-
stibus impollutam viam esse in mundo, oblatis palmis
ipsum mundi esse victorem. Ipse inquam victor est, de
Apoca. 5. quo ait scriptura, Vicit leo de tribu Iudæ. Ipse plane vi
ctor, qui destruxit diabolicam mortē, vitā illuminauit
æternā. Palmę igitur aduenięti erigūtur Christo. Scri
Psal. 91. ptū est, Iust⁹ sicut palma florebit. Recte ergo aduenīe-
ti iusto erigūtur vexilla iustitię, & autori suorū obsequī
tur tituli triūphorū. Prius autē q̄ tollantur palmæ, iter
dñi vsq; ad tēplū discipulorū vestib⁹ operitur, & vt im-
polluta sit semita saluatoris, ap̄lorū amictib⁹ cōmuni-
tur. Qđ quidē in mysteriū factū puto. Via enī Christi
quæ ducit ad templum, fides eius est atq; doctrina. Hāc
igitur viam discipuli, vt nos sine offensiōe gradiamur,
amictus proprii corporis exuentes suo strauere marty-
rio, vt inter diuersarum gentium turbas iustitiæ semi-
tam membrorum suorum vestimenta substernant, &
cœnosam myrrhaginem mundi operiant, & impollu-
tam viā saluatoris ostendant. Ad duodecim ergo fon-
tes post myrrhā venit populus Israel. Legimus in pro-
pheta: Benedicite domino de fontibus Israel. Domin⁹ K
Christus est qui non nisi per apostolorum ora discitur
discipulorumq; doctrinam. Apostoli dicendi sunt fon-
tes, quia velut omnes purissimi gratia prædicationis
exuberant, & post amaritudinem legis, venarum sua-
rum larga sapientia sacramenta poculi dulcedinem stil
lant. Nec mirum si potus dulcis est fontium, in quorū
sinu cibus dulcior est palmarū. Apostoli ergo sunt fon-
tes, qui totius terrę faciem doctrinæ suæ flumine riga-
uerūt, & fatigatis gentiū populis potū diuini mysterii
p̄pinarunt. Septuagīta autē palmas iuxta fontes ap̄li-
cos gñatas, septuagita illos discipulos dixerī, qui fecū-
do ab apostolis gradu p̄pter salutē hominū a dño diri-
gūtur, quos Lucas euāgelista describēs binos & binos Lucæ. 10.
asserit destinatos. Qui vere velut palmæ post curas ho
minū cū exultatione redeūtes gloriātur apud dñm sibi
& demonia esse subiecta. Recte igitur cōparantur pal-
mis, qui palmarum præmio diaboli extitere victores.

Item de quadragesima, Sermo XXV.

INTELLEXISSE vos credo fratres cur
hic nostra ieiunia illis mansionibus compa-
rauerim, in quibus populus Israel tanquā in
procinctu quodam posit⁹ Pharaonem regē
quotidiano labore superauit, & ab inimicis suis quasi L
quibusdam castris māsionum sese statione defenderit,
ita vt quicunq; ex illo comitantiū numero diurnæ sta-
tionis spatia nō confecit, aut Pharao illum occupauit,
aut solitudo peruasit. Sic ergo & nos propositū nobis
quadraginta dierum iter debemus omni labore confi-
cere, & quibusdam quasi castris nos ieiuniorum deuo-
tione munire. Castra enī nobis sunt nostra ieiunia, quę
nos a diabolica oppugnatione defendūt. Deniq; statio-
nes vocantur, quod stantes & commorantes in eis ini-
micos insidiantes repellamus. Castra plane sunt ieiu-
nia Christianis, a quib⁹ si quis aberrauerit, ab spiritua-
li Pharaone inuaditur, aut peccatorum solitudine de-
uoratur. Peccatorum autem solitudinē patitur qui de-
seritur societate sanctorum. Murus igitur quidam est
Christiano ieiuniumi inexpugnabilis diabolo, intrāsi-
gressibilis inimico. Quis enim vnquā Christianorū ie-
iunauit, & captus est? Quis sobrius mansit, & victus
est? Temulētum aggreditur diabolus, luxuriosum op-
pugnat inimicus. Vbi autem ieiunum viderit, fugit,
metuit, pertimescit, terretur pallore ei⁹, debilitatur ine-
dia, infirmitate prosternitur. Prosternitur inquam in-
firmitate, quia Christiana infirmitas fortitudo est. Vn
de ait apostolus, Cum infirmor, tunc fortior sum. Sed 2. Cor. 12.
requirit aliquis, quemadmodū fortis infirmitas? Tūc M
est fortis infirmitas, quādo caro tabescit ieiuniis, aīa pu
ritate pinguescit. Quantum enim illi ciborum succus
subtrahitur, tantum huic iustitiæ virtus augetur. Tūc
igitur homo imbecillis quidem est ad secularia, sed for-
tis est ad diuina opera. Tunc enim magis de deo cogi-
tat, tūc iudiciū metuit, tūc vincit inimicū. Ait enī salua
tor de diabolo, Hoc genus non eiicitur nisi in ieiunio Mat. 17.
& orationibus. Dicit vtique a diabolo energumenum
non nisi ieiuniis posse purgari. Videte ergo quæ ieiu-
nii virtus sit, quantam homini suo præstet gratiam,
quod tantam præstet alteri medicinam: quemadmo-
dum p̄priū sanctificet hominē, qđ ita purificet alienū.
Mira enī res est, alter ieiunat, & alteri prodest ieiunan
tis vtilitas. Ergo fratres abstinentiæ arma minime de-
ponamus, & quadragīta dierum ieiunia sine intermis-
sione curemus. Hic est enim perfectus numerus ad vin
cendū. Dñs enim diabolum postea q̄ quadraginta dies
ieiunauit, eiicit, non quod non & ante ieiunia eum vin
cere potuisset, sed vt ostenderet nobis tunc nos diaboli
posse esse victores, cū per quadraginta dies victores ie-
iunando desideriorum carnalium fuissemus. Eum au-

A tem qui hunc numerum cōsecratum gulæ intemperā-
tia violasset, tāquam imbecillem & miserum facile eū
ab inimico posse superari. Quā enī potest in altero dia-
boli improbitatem vincere, qui gulæ intemperantiam
in seipso non vincit? Prius ergo homo tui victor esto,
vt possis esse victor alterius. Sunt enim intra te proprii
tibi hostes, qui quotidie te oppugnant. Ecce enim aua-
ritia te diuitiarum ambitione circūuenit, luxuria epu-
larum suauitate captiuat, hæresis scientiæ peruersitate
peruertit. Vince ergo inimicos p̄prios, vt vincere pos-
sis alienos. Nō enim fratres leue peccatum est, fidelib⁹
indictam quadragesimam a domino ieiunare, & ieiu-
nia consecrata ventris voracitate dissoluere. Scriptum
est, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille am-
bulauit, & ipse ambulare. Si vis ergo Christianus esse,
debes quod Christus, facere. Ille q̄ pctm̄ non habebat,
quadragesimam ieiunauit, tu non vis quadragesimam
ieiunare qui peccas? Ille inquā peccatum non habebat,
sed pro nostris ieiunauit peccatis. Qualis ergo apud cō
scientiam tuā Christianus es, cū Christo pro te esuriē-
te tu prandes? Cum saluatore pro te ieiunāte tu refice-
B ris? Nō igitur, sicut dixi, leue peccatum est, indictū vio-
lare ieiunium. Nam vt hoc exemplis breuiter approbe
1. Reg. 14 mus, legimus in libris regnorum, cum Saul rex Israel
bellum contra Allophylos gereret, vniuerso eū exerci-
tui indixisse ieiuniū, & abstinentibus cunctis eum con-
tra aduersarios pugnare cœpisse. Bonus plane rex, qui
hostes suos non tā armis q̄ deuotione vincebat, & plus
dimicabat religione q̄ telis. Cum ergo Saul abstinētiā
diei suis omnib⁹ indixisset, & Ionathas eius filius præ-
cepti nescius inter medias hostiū acies victor incedens
fauum mellis intincta sceptri summitate gustasset, tan-
ta indignatio repente commota est, vt & differretur vi
ctoria, & diuinitas læderetur. Deniq; nec bello finis im-
ponitur, nec regi respōsum propheticum datur. Vnde
intelligimus quod Saul hostes non tam virtute militū
q̄ militū abstinentia superabat. Deniq; vnius culpa cū-
ctis confertur ignauia, & vnius delicto omnibus gene-
ratur infirmitas. Deficit enim virt⁹ in exercitu, vbi de-
ficit in obseruatione ieiunium. Quod vt peccatū Saul
ex ipsa diuinitatis offensione cognouit, statim Ionathę
C dixit non esse parcēdum, sed peccatum admissum effu-
sione eius sanguinis expiandum. Videte quanta apud
Saul regem fuerit religionis obseruātia, qui offensum
deum optauit etiam parricidio mitigare. Et quanta sit
resoluti culpa ieiunii, quæ non nisi sanguinis effusione
punitur. Et si ignorans Ionathas indictum a patre ieiu
nium quia resoluerit, morti addicitur: qui sciēs indictū
a Christo resoluit ieiuniū, quid meretur? Ergo fratres
statutum nobis custodiamus obseruatione ieiunium,
vt hostes nostros spirituales carnalesq; vincamus. Ha-
bemus enim, sicut nostis, carnales hostes. Ieiunemus
igit̄ vt eos & exercit⁹ noster & Saul supet & obtineat.
Nec in abstinētia positi declinemus ad fauum. Fauus
enim quidā mundi est voluptas seu vitia, quæ sicut scri
Prou. 5. ptum est, ad tempus quidem impinguant fauces, no-
uissima amariora sunt felle.

Item de quadragesima, Sermo XXVI.

NON vsq; adeo contristari debemus fratres,
quod in his quadragesimæ diebus tentatio
nobis tribulationis aduenit, quoniā & salua
torem nostrum propter ipsam quadragesi-
mam videmus esse tentatum. Minus ergo dolere de-
bemus seruuli, quia dñi habemus exemplum. Vbi enī
est similis cum Christo deuotio, similis est & cū Chri-
sto tentatio. Conditionem enim nobis tolerandi impo
nit conditio ieiunādi. Credimus autē, sicut saluator no
ster diabolum cum tentaretur obtinuit, ita & nos ho-
stes nostros cū tribulamur posse deuincere. Ieiunia enī
Christi tentari possunt, nō possunt superari. Angustias D
quidem in obseruatione habent, sed prosperitatem tri-
buunt & salutē. Videamus igitur inter cæteras tenta
tiones qua dñm diabolus arte lacessat. Cū enim super
pinnam staret templi saluator, ait diabol⁹, Si filius dei Mat. 4.
es, mitte te deorsum. & reliqua. Vere diabolicę fraudis
astutia consuetudinis suæ nititur argumento. Semper
enim religiosos de superioribus deiicere ad inferiora co
natur, & de sanctis ac venerandis actibus deducere ad
terrena & cœnosa festinat, vt qui stat puritate mētis in
summitate templi, proiiciat se in profundū inferum cō
tagione peccati. Nam cum dominum de pinna templi
deiicere nititur, vtiq; de perfecto religionis cultu eū re-
mouere conatur. Pinna enim loci sancti, perfectio cæle-
stis est sacramenti. Recte autem dominus super pinnā
templi stare dicitur, quia de ipso scriptum est, Qui am- Psal. 103.
bulat super pennas ventorum. Super pennas enim vē-
torum quodammodo ambulat dominus, cū super mo-
rum nostrorū alacri conuersatione volatu incedit. Pen
næ enī nobis sunt boni mores, qui nos alleuatos a ter-
ræ humilibus in cæli altiora tollunt, & volatu quodam
mētis de Tartari tenebris educunt, & ad paradisi amœ
na perducunt. Quorū morum pennas habere prophe-
ta desiderans ait, Quis dabit mihi pēnas columbæ, & Psal. 54.
volabo & requiescam? Super hanc ergo pinnā tēpli sal-
uator stare dicitur, hoc est quasi in quodam tēplo fidei
nostræ consistere. Vnde ait apostolus, Vos estis tem- 1. Cor. 3.
plum dei, & spiritus dei habitat in vobis. In hoc igitur
tēplo stans dñs nec recedēs increpat diabolum dicens: Deut. 6.
Scriptum est, Non tētabis dñm deum tuum. Hoc est, Mat. 4.
non tētabis eum quē putas tanq̄ hominem ad inferio-
ra pellendum, sed magis tanquā deum & dñm ipsum
noueris adorandum. In his ergo ieiuniorum diebus tē E
tamur ad similitudinē saluatoris. Similiter enī & nos
hostes nostri de pinna templi, hoc est de obseruatione
quadragesimæ turbare conantur. Dum enim terrores
ingerunt, dum insidias parant, cupiunt nos de arce reli-
gionis abducere. Dicitur autem ei a dño, Nō tentabis
sanctos viros & famulos dei. Quos enim tanq̄ humi-
les conculcandos putatis, sentietis tanq̄ strenuos hono
randos. Sūt enim, sicut dixi, pleriq; fratres quos hostes
nostri de perfectione religionis abducūt: qui dum præ-
sens malum metuunt, putāt deum nostræ salutis im-
memorem, nesciētes q̄ deus nullius est immemor, sed
immemorē illum nostri tūc nos facimus, cū peccam⁹.
Cum enī mala operamur, auertit faciē: cum nephanda
loquimur, aurem obstruit: & ideo bonitatē suā a nobis
deus non tam ipse retrahit, q̄ nostra illū delicta reiiciūt.
Ait enim idē dñs per prophetā ad eos qui erant in tri- F
bulationibus constituti, Nunquid nō valet manus dei
eruere vos? & reliqua. Vides ergo quoniā inter deum
& hominē peccata separant. Tolle igit̄ peccata de me-
dio, & deum tibi proximum tu fecisti. Quomodo enī
potest fratres obliuisci nostri deus, qui etiā capillos ca-
pitis nostri in euāgelio apud se dicit esse numeratos? Si Lucæ. 12
enim capillorum nostrorū meminit, multo magis no-
strarū animarum meminit. Per numerū enī curam cir
ca nos solicitudinemq; cognoscimus. Nemo enim nu-
merat nisi quod vult diligētius custodire, nemo nume
rat nisi qui veretur ne fraudē absq; numero patiatur. Pa
stor vt saluum gregem habeat, eum frequēter annume
rat. Deniq; dñs qui est bonus pastor, cū vna ouicula de
cētū ouib⁹ aberrasset, recurrens ad numerū p̄priis eā ad
gregē humeris reportauit. Vsq; adeo ergo habetur sub
tutela qui habetur in numero, vt errās propriis appor-
tetur humeris, ne quid de numero minuatur. Nolite er
go putare fratres qđ vel minimi cuiusquā obliuiscatur.
Deus enī omniū meminit, omniū recordatur, tantū vt
non nostris interuenietibus peccatis ei inferat̄ obliuio.

De ieiuniis, Sermo XXVII.

G TESTIMONIVM perhibet sanctus apo
2.Cor.6. stolus de prophetis dicés, Tempore, inquit, acceptabili exaudiui te, & in die salutis adiui. Et subsequitur ipse, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vnde & ego testificor vobis hos esse dies redẽptionis, hoc esse tẽpus cælestis quodammodo medicinæ, in quo tempore omnium vitiorum nostrorum labem & vniuersa vulnera peccatorum sanare poterimus, si medicum animarum nostrarum fideliter exoremus vt præcepta eius tanq̃ suscepti idonei minime dispernamus. Tunc enim lãguidus ægritudinis suæ inuenit medicinã, si omni solicitudine medici mandata seruauerit. ꝙ si aliud faciat cum aluchubetur, increscente morbo non medicus, sed præuaricator in culpa est. Medicus autem est dominus noster Ie
Deut.32. sus Christus, qui ait, Ego occidam, & viuificabo: percutiam, & sanabo. Occidit enim quodãmodo anteq̃ viuificet dominus. Occidit enim primum in nobis homicidia, adulteria, scelera, furta, per baptismum, & sic nos tã quã nouos homines æternitatis immortalitate viuificat. Morimur ergo peccatis, videlicet per lauacrũ: regeneramur autem vitæ per spiritum, sicut ait sanctus
Roma.6. apostol⁹, Quoniam mortui estis delictis vestris, & vita vestra abscondita est cum Christo. Consepulti enim estis cum illo per baptismum in mortem. Occidimur enim quodammodo cum definimus esse quod fuimus. Nouo enim pietatis genere in vno eodemq̃ hoie mors operatur & vita. Moritur enim concupiscentia peccatorum, viuificatur ordo virtutum. In vno nãq̃ eodem
hoĩne impius & adulter occiditur, vt misericors rena
H scatur & castus. Interimitur idololatria, vt religio ppagetur. Fornicator & ebriosus extinguitur, vt continens & sobrius procreetur. Sic ergo mortificat dominus, vt viuificare faciat: sic occidit, vt ꝓsit: sic verberat, vt emẽdet. Hæc est igitur circa hoies suos eius tota seueritas, vt in his ꝑcta puniãtur, aĩa cõseruẽt: auferãt detestãda vitia, virtutes optimæ nutriãtur. Vsq̃adeo autẽ hac pia occasione domini cernimus pleroscp cõuersos in tãtum ad meli⁹ profeciſſe, sic de pessimis optimos factos, vt cum videas eos, credas renatos homines, cũ non videas mutatas esse personas. Intãtum enim in nobis id quod prius eramus interimitur, aufertur, extinguitur, vt id quod postea sumus, denuo natum esse credamus: vnde natiuitas hæc secunda, prioris vitæ finẽ iam fuisse significat. Quod autem ait, Ego percutiam, & sanabo: Percutit plane præceptis suis peccatores vt sanet, mandatis verberat vt emendet, ieiunia præcipit, indicit continentiam, iudicium cõminatur, & tristem gehẽnæ metum excutiens adhibet medicinam, vt dum futura pertimescimus, præsentia corrigamus. Sic nanq̃
Actuũ.9. Paulum apostolum percutiẽdo sanum reddidit. Cum enim esset persecutor, impius & blasphemus, & quidẽ
I ad deuastandas ecclesias Damascum properaret, subito fulgoris cælestis eum terrore percussit, vt euangelici splẽdoris eum luce perfunderet. Et camalium luminũ orbem mutauit, vt spiritualium oculorum illuminaret aspectum. Corporis eum debilitate perterruit, vt fidei deuotione saluaret. Surgens ergo a terra Paulus, exterioribus quidem oculis non videbat homines, non aerem, sed mentis luminibus Christum videbat de cælo: Demq̃ in tãtum profuit domini ista percussio, vt de Judæo Christianus, de blasphemo apostolus, de Saulo Paulus existeret, & eousq̃ mutauit veterem cum moribus hominem, vt etiam mutaret & nomen. Habẽtes igitur huiusmodi medicum qui percutiẽdo sanat, mortificando viuificat, subdamur ei cum omni patiẽtia ad curandum, vt quicquid vlceribus fœtidum esse perspexerit, incidat, amputet, execet, vt refectis omnibus diaboli vulneribꝰ, hoc solũ in nobis faciat remanere quod dei est. Istud autẽ præceptũ eius est primũ, vt his quadraginta diebus ieiuniis, orationibus, vigiliis opera cõmodemus. Ieiuniis enim lasciuia corporis castigatur, & orationibus deuota saginatur aĩa: vigiliis diaboli insidiæ depelluntur. Deinde cũ istis mãdatorũ obseruationibus fuerit hoc tẽpus impletũ, tũc purgata & fatigata tot obseruationibus aĩa, ad baptismũ veniẽs spũs̃ancti inũdatione reficitur, & qcquid i ea diuersarũ ægritudinum ardor exiccauerat, cælestis gratiæ rore perfundit, vnde ponẽs veteris hois corruptelã, nouæ indolẽ inuẽtutis acquirat. Et mirum in modum in vno eodẽq̃ homine delictis sanctitas, iniquitati iustitia, senectuti succedit infantia, nouoq̃ natiuitatis genere alter est qui renascitur, cum ipse sit qui peccauit. Sic nãq̃ Helias qua- 3.Reg.9.
draginta dierum ac noctium curriculo continuato ieiunio, totius mundi longam ac nimiam siccitatẽ meruit imbriũ rore restinguere, & ardentẽ terrarũ sitim cælestis pluuiæ largitate perfundere. Quod quidẽ in figuram nostri factum esse cognoscimus, vt nos quoq̃ horũ quadraginta curriculo dierum ieiunantes, spiritualem baptismatis pluuiam tribubus nostris iam diu aridam terram cælestis desuper imber infundat, & longam gẽtilium siccitatẽ lauacri inundatio salutaris irroret. Siccitatem enim & ardorem animæ suæ patitur quisquis baptismi gratia non rigatur. Horum ergo dierum noctiumq̃ ieiunio Moyses sanctꝰ meruit cum deo loqui, stare & consistere, & de manu eius legis præcepta suscipere. Quanuis enim illum ab obtutibus dei conditio humana subtraheret, ieiuniorum tamen gratia proximum illum diuinitatis consortio faciebat. Hæc enim
in nobis virtutũ portio dei est, vt ieiunemus frequẽter, L
quoniam semper deus ipse ieiunat. In quocunque igitur plus operum suorũ ineſſe perspexerit, ipsi magis familiaris intimus & amicus est, sicut scriptura dicit, Et Exod.33.
Moyses loquebatur cum deo facie ad faciẽ, sicut quis loquitur cum amico suo. Vnde & dominus Iesus Christus resurrectionis gloriam præceptorus, virtutes suas quadraginta dierum noctiumque ieiunio dedicauit, vt ostẽderet nõ panẽ esse vitã hominũ. His itaq̃ dierũ quadraginta ieiuniis recõciliatur deus, aperiũtur cæli, infernа reseant. Igit̃ & nos fratres dilectissimi ieiunem⁹ cõtinue & deuote hoc spatio tẽporis, vt propitietur nobis dñs, pateãt nobis cæli, infernа contra nos non valeant.

Exhortatio ad plebẽ, & deo eo qd̃ scriptũ est in euãgelio, Sicut fulgur coruscãs de cælo, ita erit aduẽt⁹ filii hois. & de duobus in lecto vno. Sermo XXVIII.

PAVCORVM admodum dierum occu
patione detẽtus coetui vestro videor defuisse, & alterius ecclesiæ necessitatibus euoca- M
tus, minime vobis studiũ solitũ dependisse. Sed quãuis vobis nõ affuerim corpore, tñ a vobis amore nõ defui: & peregrinatus sum licet conuersatione mẽbrorum, tamen vestri spiritus nõ fui peregrinus, nisi qd maiore intra me desiderio vos tenebam, vt quos aspectus mihi subtraheret, dilectio pręsentaret: vel quos obtutibus non videbam, corde complecterer. Eram enim solicitus in dies singulos quemadmodum festinanter quotidie ad ecclesiam veniretis: & quãquam essem de vestra deuotione securus, trepidabã tamen, quia hoc ipsum quod in vobis noueram, non videbam. Hic enim affectus paternę pietatis est, vt de absentibus liberis nõ tam certa spe gaudeat, q̃ solicita cogitatione desperet, & simul ac eos videre desierit, amare plus nouerit: ac per hoc intelligimus quod amor inter præsentes gratus sit, inter absentes molestus. Eram ergo de vobis anxius, mœstus & trepidus, ne quis me absente per negligẽtiam caderet, ne quis diaboli insidiis laberetur. Memineram enim luporum rabiem absentibus plus prævalere pastorib⁹. Sed domino gratias, quod & vos illæsos custodiuit, & paruitatem meam reuocauit incolumem. Igitur quoniam post tẽpus spũalibus epulis

A reficere nos debemus, videamus quid euãgelica lectio
prosequatur. Ait enim dominꝰ, sicut nuper audiuimus,
Lucę.17. de aduentus sui tempore: Sicut fulgur coruscans de cælo, ita erit aduentus filii hominis. Et addidit in consequentibus, In illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & vnus relinquetur. duæ molentes in pistrino, vna assumetur, & vna relinquetur. Mouet fortasse vos fratres, cur dñs aduẽtũ suũ indicãs, noctis se tẽpore ostẽderit aduẽturũ. Vtiq̃ eius aduẽtũ magna cum claritate diei, magno cũ nitore & timore susc̃ipi debere a cunctis, frequenter audiuimus sacris literis prædicatũ: priusquã dominus Christus adueniat, Antichristum regnaturũ, qui ita tenebras humano generi suæ prauitatis infundet, vt lucem veritatis nemo pene respiciat, & caligine propria operiẽs mentes hominũ, cæcitatem quandã spiritualibus oculis exhibebit. Nec mirũ si diabolus emittat iniquitatis tenebras, cum ipse nox sit omnium peccatorum. Ad huius igitur terræ caliginem depellẽdam velut fulgur quoddam Christus aduenìet. Et sicut luceſcente die nox subuertitur, ita coruscãte saluatore Antichristus effugatur, nec vlterius poterit disseminare iniquitatis suæ tenebras, cum lumen veritatis effulserit. Quod ait autem: Illa nocte erũt duo in lecto vno, vnus assumetur, & vnus relinquetur: hic iam resurrectionis meritum demonstratur, quod pro qualiB tate viuendi sit gratia resurgendi: ac tanta in singulis quibusq̃ resurrectionis esse distãtia, vt duobus etiã pariter dormientibus, & in vna sede quiescentibus, æqualis non possit esse assumptio. Quanuis enim eodẽ consortii lectulo teneantur, pro meritis tamen alter eorũ rapietur ad cælum, alter relinquetur in terris. Lectus enim quidã noster cõmunis est terræ huius amplissimũ solũ, in quo corpora nr̃a depositа tutissima sede requiescũt. In hoc autem lectulo ille mollius dormit, quisquis durius in vita se gesserit. Possumus enim ipsa mẽbra nostra lectulos nostros proprios nuncupare, in quibus animæ nostræ veluti in quodam strato suauissime demorantur. Quod quidem sanctum prophetam sensisse arPsal.40. bitror cum dicit, Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Beatꝰ enim est ille cuius stratũ dñs in ipsi⁹ infirmitate cõuertit, vt qui fuerit paulo ante adulter, iracũdus & petulans, & cunctorũ scelerum infirmitatib⁹ plenus, fiat castus, humilis & modestus. De quo strato spiritualiter ad paralyticum dictum est a domiMarc.2. no: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Non enim tam in eo admirationis aliquid erat vt cõfracti lectuli lignei cratẽ portaret paralyticus, q̃ vt resoluti corC poris membra & debilitate cõtracti velut animæ suę necessarium lectulum paralyticus ipse gestaret, & coram positis Iudæis propriis abiret pedibus, qui manib⁹ allatus fuerat alienis. In hoc plane, sicut dixi, cõpleta est prophetica illa sententia, Versasti stratum eius in infirmitate eius. vt versa vice portaret lectũ, in quo fuerat paulo ante portat⁹: vt anima illius quæ prius vasculo corporis ferebatur, postea corpus suum ipsa vtilius
Lucę.17. circumferret. Potest etiam accipi quod ait: Erunt duo in lecto vno, vnꝰ assumetur, & vnꝰ relinquet: Christianorum populus assumetur in gloriam, Iudæorũ autẽ execrabilis conuentus relinquetur in terra.

Item de eodem, Sermo XXIX.

SVPERIORE dominica capitulum euãgelicum differentes, partem quandam ex illo perstrinximus, superest vt sequentia decurramus. Descripsimus enim quid esset qđ ait dominus, In illa nocte erunt duo in lecto vno, & reliqua. Nũc ergo videamus quod reliquum est. Dicit enim eadem diuina sententia: Erunt duæ molentes in pistri- D
no, vna assumetur, & vna relinquetur. Primum igitur considerandum est quomodo constet molentis officium. Deinde quæ sint duæ quæ molere dicuntur. Tertio quod pristinum sit, quive molitionis effectus. Nulli dubiũ est quod molere aliter non constat nisi duobus lapidibus apparatis & conuenientibus sibi, vt alteri exiis magnitudo alterius imponatur, & illum quidem lapidem qui prior solo sternitur, esse pigrũ & tardũ, & pene, vt ita dixerim, ociosum, ac nisi superioris participatione lapidis ornaretur, forsitan necessarius non videretur. Ita dum ille operatur, etiam iste vtilis inuenitur. Ille autem, id est superior lapis, tanta velocitate operis circumfertur, vt fallens oculos in ipsa celeritate stare credatur, & putetur immobilis esse dum currat, qui quanto violentius actus fuerit, tãto opus perfectius cõsummatur. Ita ergo prior lapis stat, iacet, & pene nihil prodest: ille vero alter quæ inferũtur, cuncta susc̃ipit quæ veniunt, vniuersa cõplectitur, & per cauernulas quasdã vterq̃ quod operatur acquirit. Qui molit autẽ, hoc habere videtur officii, vt pernigili cura granorum asperitate confracta, ex intimis eorum occultisq̃ visceribus farinaginem medullamq̃ producat, & fordium leuitate discussa, in apertum proferat omne quod purum est, ex E
quo mundissimum panem conficiens gratiam domini consequatur. Hos igitur duos molares lapides, duo esse arbitror testamẽta, hoc est legem Moysi, & euangelium domini, quæ ita sunt dispositа vel parata, vt sibi te
stamentum vtrunq̃ conueniat, sicut ait saluator: Non Mat.5.
veni legem soluere, sed adimplere. Et ad vicem molarũ aliud prius solo positum, aliud insuper collocatũ. Hoc est legem primum hominib⁹ cõstituta, deinde ad perfectum euangelium. Quæ lex velut inferioris molæ saxum ita erat tarda, pigra, & penitus ociosa, vt quicquid operando acceperat, id omne perdiderit, dicente de Judæis propheta: Omnes declinauerũt, simul inutiles fa- Psal.13.
cti sunt. non est qui faciat bonum, nõ est vsq̃ ad vnum. Ergo nisi euangelium superpositum fuisset, adhuc lex veluti tarda & grauis iaceret in terra Iudaica, & vniuersa prouinciæ cooperiretur angustiis. Nisi euãgelium inquã datum esset, lex necessaria omnino non esset. Hoc autem lex operabatur sine euãgelio, quod vno saxo fieri potest. confringere poterat, non prodesse, sicut ait
beatus apostolus: Lex autem iram operatur, gratiam Rom.4.
vero non præstat. Stãte ergo lege euangelium datum est, quod veteri superpositum testamento vtrunq̃ condecorat, ac tãta velocitate operis circumfertur, vt volubilitate sui seculum omne circumeat, hoc est inferna vi- F
sitet, cælestia penetret, terrena collustret. Quod euangelium tanquam superior cunctos credentes susc̃ipit, omnes aduenientes accipit, & veluti per quasdam cauernulas præceptorum ad interiora transmittit, vt ibi hinc inde duorum testamentorum salutaribus mandatis asperitate molita, perducat omne quod purum. Quam similitudinem testamentorum Ezechielem Ezec.1.
prophetam auctor perstrinxisse cum dicit rotam in medio rotæ esse connexam. Harum igitur molarum operatione, id est noui ac veteris testamẽti, hoc agit sancta ecclesia cura peruigili, vt peccatorum asperitate discussa, ex occultis cogitationibus medullam mundi cordis eliciat, & cælestibus mandatis mundata ex intimis spiritualia alimenta producat. De quibus alimentis Paulus apostolus ait: Lac vobis potum dedi, non 1.Cor.3.
escam. Et iterum: Perfectorum autem est solida esca, Heb.5.
qui propter habitum sensus exercitatos habent, & reliqua. Ac spiritum nostrum omni humanitate purificans, velut similaginẽ deo offerre cõtẽdit, sicut Dauid
sanctus ait: Sacrificium deo spiritus cõtribulatus. Tã- Psal.50.
ta autem velocitate circumfertur euãgelium, vt nõ nisi sapientes cursum eius intelligãt, quem beatus Paulus
intelligẽs ait: Vt sermo dei currat & clarificetur in no- 2.Thes.3.

bis. Insipientium autem oculis videtur euāgelium ſtare cum non vident. Stare inquam illud putant, cū mandata eius negligunt, cum nō credunt euentura eſſe quę ſcripta ſunt. Molit autē & ſynagoga, ſed inutiliter molit, quippe quæ vno ſaxo, hoc eſt ſolo veteri teſtamento nititur laborare, atq; ideo non tam molit illa q̄ diſſipat & cōfringit. Propterea enim opus eius diſplicet, & ad Iudæos dicitur per prophetā: Et ſi offeratis ſimilaginem, vanum eſt.

De eleemoſyna, Sermo XXX.

Eccli. 3. DICIT ſcriptura diuina, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum. Magna plane & cunctis ambienda ſententia, quæ hominib⁹ pene iam mortuis & peccatorū ſuorum incēdio arefactis rediuiuum quod dam beneficiū pollicetur, vt interueniēte eleemoſyna, ſicut aqua intermortuis, ſiccus refrigerium arefcētib⁹ infundatur, hoc eſt vt miſeri homines qui in mortē peccatis aruerant, ad vitā eleemoſynis reminiſcāt, ſitq; illis miſericordia fons ſalutis, quib⁹ auaritia fuerat mortis
H incendium, vt flāmas quas ſibi peccando incenderant, largiendo reſtinguant, atq; vtiliore commercio qui pecuniam quondā dederat vt adulteriū perpetraret, nunc pecuniam eroget vt adulter eſſe iam deſinat, & emat ſibi quodāmodo innocentiam, qui ſibi emerat aliquando
Lucæ. 11. peccatum. Dicit enim dominus ad diſcipulos ſuos: Date eleemoſynam, & ecce oſa munda ſunt vobis. Quanuis ergo pollutus, quanuis multis criminibus circumſeptus, ſi eleemoſynas feceris, innocēs eſſe coepiſti. Abſtergit enī eleemoſyna quod auaritia polluebat, & maculam quā res alienas diripiendo contraxeras, tuas erogando purificas. Vide ergo quæ ſit miſericordiæ gratia, quæ vna & ſola virtus cunctorum eſt redēptio peccatorum. Videamus nāq; interpretationem ipſius diuinæ ſententiæ, vt intelligamus cui rei eleemoſyna cōparetur. Ait enim: Sicut aqua extinguit ignē, ita eleemoſyna extinguit delictum. A qua ergo miſericordiæ comparatur, ſed aquā inuenio de fonte procedere, neceſſe mihi eſt miſericordiæ fontem quærere. Inuenio plane fontē miſericordiæ, fons de quo dicit ꝓpheta: Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbim⁹ lumen. Ipſe inquam eſt fons qui in euangelio a Samaritana muliere, ſicut lectum nuper audiuimus, aquā poſtulat, ſed peccata condonat: aquam putei reprobat, ſed fontem vitæ perennis indulget. Ait enim: Omnis qui
I biberit ex hac aqua, ſitiet iterum. qui autē biberit ex aqua quam ego dabo illi, nō ſitiet in æternum. A quam ergo ſaluator a muliere poſtulat, & ſitire ſe ſimulat, vt ſitientibus æternam gratiā largiatur. Neq; enī poterat fons ſitire, neq; in quo eſt aqua viua, poterat vndā terrenæ fecis haurire. Sitiebat ergo Chriſtus? Sitiebat plane, nō potum hominum, ſed ſalutē ſitiebat, non aquam mundi, ſed redēptionē generis humani. Mirum igitur in modum fons ſuper puteum ſedēs miſericordiæ ibidem fluenta producit, & mulierem ſexto iam nō viro ſed adultero fornicantem viui meatus vnda purificat, nouoq; admirationis genere mulier quæ ad puteū Samariæ meretrix aduenerat, a Chriſti fonte caſta regreditur, & quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportauit. Statim etiā indicante dño ſua peccata recognoſcēs, confitetur Chriſtū, annunciat ſaluatorē, & reſinquens aquæ vaſculum ad ciuitatē non fert hydriam, ſed refert gratiā. Vacua quidem videtur reuerti onere, ſed plena reuertitur ſanctitate. Plena inquā redit, quia quæ peccatrix aduenerat, reuertitē prædicatrix. Et quæ hydriæ vaſculum amiſerat, Chriſti plenitudinē reportabat, in nullo ciuitati ſuæ inferēs detrimentū. Et enī ſi aquā ciuibus nō intulit, tamē fontē ſalutis inuexit. Sānctificata ergo per fidem Chriſti mulier domum rediit.

De hac igitur dixiſſe prophetā puto, Eiuſmodi eſt iniProu. 30.
qua via mulieris meretricis, quæ cum ſe abluerit, nihil K
ſe dicit feciſſe prauū. De hac plane dictū eſt, quæ poſtea q̄ eſt fonte abluta ſaluatoris, delictorum vitia nō memi
nit, virtutē prædicationis aſſumit, & viua aqua abſtergens maculas ſuas ad euāgelizandū non cōſcientia peccati retrahitur, ſed fidei calore cōpellitur. Nihil enim ſe dicit feciſſe prauitatis, dum ſit nuncia veritatis: & obliuione abnegat impudicitiā, dum deuotione prædicat caſtitatem. Hæc enī virtus Chriſti eſt domini, vt quāuis peccator qui eius vnda ſe lauerit, denuo in virginē reparatus nō meminerit ante quod fecerit, & rediuiua natiuitate infantiæ innocentiam præferat, inuentutis ſcelera non agnoſcat, ſitq; virgo fide Chriſti, qui fuerat adulter corruptione peccati.

Item de eleemoſyna, & de muliere Samaritana, Sermo XXXI.

RETINET veſtra dilectio antè dies cū ſermonē ad vos de eleemoſynis faceremus primitus, nos originem miſericordiarū quærere voluiſſe, & reperto earū fonte virtutū oſtē diſſe quod mulieris Samaritanæ ſordes meliùs Chriſti vnda diluerit, q̄ Samariæ aqua purgarit, & qđ mundius miſericordia deterſerit peccata q̄ puteus. Mundius L
plane miſericordia q̄ puteus detergit maculas, quia putei aqua tātū corporis cutē abluit, miſericordiæ autem bonitas animæ interna purificat. Hoc etiā demōſtraſſe quod huic euangelicæ mulieri illa prophetica meretrix conueniret, quæ poſtea q̄ viua aqua ſe lauit, obliuione poſſeſſa prauitatis, nitore puritatis exultat. Neq; enim de meretrice huius mundi talē ſententiam propheta diceret, cuius pollutio nō ſolum aqua nō diluitur, ſed etiā 1. Cor. 5.
polluit ipſa quod tāgit, dicente apoſtolo, Qui autem ſe iungit meretrici, vnum corpus eſt. Quod ſi vnum corpus tactu ſuo efficit, & in cohærētē ſibi ignominiæ ſuę membra trāſſundit, quomodo poteſt purificari ipſa, cū polluat? Quæ ergo ſit iſta meretrix, quæ iſta Samaritana mulier, cuius adulterii ſordes fons Chriſti deterſerit, ſolicitius requiramus. Ego hāc mulierē eccleſiam eſſe puto de gentibus congregatā, quæ & tranſactis annis quiq; milib⁹, cū in ſexto milleſimo anno idolorū fornicationibus ſubiaceret, omnē ignominiam ſuā aduēniente Chriſti fonte purgauit, & maculas quas adulteriuis ſacrilegiis contraxerat, fide ſaluatoris abſterſit, ac relinquēs ſicut inanem hydriā priorē patrium curſum
vniuerſo orbi domini annunciauit aduētum. Hæc in- M
quam illa eſt meretrix quæ poſteaquam lota eſt, nihil ſe dicit feciſſe prauum. Poſtea q̄ enī eccleſia baptiſmi nitore purgata eſt, diabolicæ impietatis nō meminit, religione veritatis exultat, factaq; de meretrice virgo nō recordatur priorum, ſed gloriatur in integritate.
Ait ergo propheta, Sicut aqua extinguit ignē, ita elee- Eccli. 3.
moſyna extinguit peccatum. Sæpe quidem videmus hoc fieri, vt aqua effuſa flammarum reſtinguat incendia, ſed & econtrario interdum videmus quod immenſi ignium globi aquarum fluenta conſumant, & veluti ab aquis accepta eſca vehementius rediuiuis ardoribꝰ cōualeſcāt, ita vt videatur aqua non extinxiſſe incēdia, ſed auxiſſe. Quænam eſt illa aqua quæ conſumit flammas, nec ipſa conſumitur a peccatoribus, ſed gehennæ conſumit incendia? Quæ dum per baptiſmum infunditur, & ipſa in hominib⁹ & Tartari reſtinguit ardorē. Viuit plane in hominibus, ſicut ait dominus: Aqua Ioan. 4.
autem quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis, & reliqua. Mirum ergo in modum aqua Chriſtus vna eademque operatione & viuificat & extinguit. Viuificat enim animas, delicta reſtinguit, has lauacri ſui refrigerio reparat, illas gurgitis ſui vnda conſumit. Et qđ ad maiorem baptiſmatis pertinet gratiā, apud ſuperos

A myſterium celebratur, & apud inferos gehenna reſtinguitur. hic fluunt aquæ, & illic tepeſcit incendium: hic in fonte homo mergitur, & illic de tartaro liberat. Sed nec mirum ſi in baptiſmi ſacramento aperiatur infernum, cum tunc quoq; reſeretur & cælum. Aperiuntur enim hæc elementa, vt ad lauacrum Chriſti conueniat libertas & gratia. Libertas enim reſurrecturis tribuitur, gratia regnaturis. Illi eruuntur de pœna, hi aſſumūtur in gloria. Illi qui erant ſerui peccati, liberi fiunt iuſtitiæ. Hi qui anguſtiis ſeculi tenebantur, paradiſi amœna percipiunt. In baptiſmo ergo Chriſti aperiuntur cæli, aperiuntur & tartara. Inde vt ſpiritus ſanctus aduēniat, illuc vt miſericordia ſaluatoris accedat: deferatur de cælo vita, mors a tartaro deſtruatur. Ita igitur eleemoſyna extinguit peccata, ſicut aqua baptiſmi gehēnæ extinguit incendium. Ergo eleemoſyna quodammodo animarum aliud eſt lauacrū, vt ſiquis forte poſt baptiſmum humana fragilitate deliquerit, ſuperſit ei vt
Lucæ. 11. iterum eleemoſynis emūdetur, ſicut ait dominus: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Niſi, quod ſalua fide dixerim, indulgētior eſt eleemoſyna q̄ lauacrum. Lauacrum enim ſemel datur, & ſemel veniam pollicetur. Eleemoſynam autem quotiēs feceris, totiens veniā promereris. Hi ergo duo miſericordiarū fontes ſunt, qui & vitam tribuunt, & peccata condonāt. Qui vtrumq; cuſtodierit, regni cælestis honore ditabi-
B tur. Qui autem maculato fonte viuo, ad miſericordiæ ſe fluenta contulerit, & ipſe miſericordiam cōſequetur.

De hoſpitalitate in Euangelio, Sermo XXXII.

ADVERTIT ſanctitas veſtra fratres euangelicam lectionem, quēadmodum dominus diſcipulis ſuis inter cæteras exequendas virtutes etiam hoſpitalitatis iura præſcripſerit.
Mat. 10. Ait enim: In quācunq; ciuitatem introieritis, interrogate quis i ea dignus eſt, & ibi manete, donec exeatis: & reliqua. Sancta plane & diuina ſententia, quæ & diſcipulis eligendi optionem primitus detulit, & facilitatem penitus amputauit. Prouidit enim modum ſtatuendo, ne vir ſanctus aut citus eſſet in iudicādo, aut leuis in hoſpite commutando. Sicut enim nobis permiſit arbitrium, ita & voluit nos tenere conſtantiam. Q̄ enim reprehenſibile eſt vt vir qui euangelium annunciat, & docet errandum non eſſe, ipſe per diuerſos incipiat oberrare, & domum cui pacem dixerat, deſerere: hoſpitem cui benedictionem intulerat, cōtriſtare? Magna enim hoſpitalitatis eſt gratia, nec facile violanda, omnibus aperta eſt, omnibus parata eſt, & ſanctos libēter ſuſcipit, & peccatores tolerat patienter. Sed repetamus ſanctam ipſam diuinamq; ſententiam. Si enim in litera placet, & in myſterio forſitā plus placebit. Ait igitur, vt cum intramus in ciuitatem, interrogemus quis
C in ea vel hoſpes dignus, vel idonea domus ſit, & ibi maneamus donec dies profectionis aduenat. Quæ ſententia altiorem nobis tribuit intellectum. Non enim mihi videtur de huius ſeculi hoſpite vel domo iuſſiſſe, nec tam diligenter inquirere, ſed de illo magis qui nos vſq; ad diem exit⁹ noſtri poſſit inoffenſos, ſoſpites, illæſoſq; ſeruare. Nam huius ſeculi hoſpitem cito lædimus, cito offendimus, interdum ei & poſt triduum diſplicemus. Fidelis igitur domus, & hoſpes dignus inquiri iuſſus eſt. Quæ domus fidelior eccleſia? quis hoſpes dignior ſaluatore? Iſte peregrinos vt filios ſuſcipit, illa ſuſceptos refouet vt infantes. Iſte hoſpitib⁹, ſicut experti ſumus, pedes lauare geſtit, illa menſam parare feſtinat. Quos enī ſaluator viua aqua refrigerat, hos reficit cæleſtibus cibis eccleſia. Hunc igitur hoſpitem Euangeliſta inquiri iuſſit, & vſque ad diem exitus noſtri cum hoc habitare præcepit, ne aliqua leuitate medio tempore aliorſum forſitan emigremus, hoc eſt, qui ſemel in Chriſtum credidimus, non iterum velut trāſgreſſores D
ad idola recurramus. Scriptum eſt enim: Nemo poteſt Mat. 6.
duobus dominis ſeruire. Dum enim vni placere geſtit, alterum ſentit iratum. Chriſtum igitur hoſpitem deſerere non debemus, quēadmodum & Petrus Apoſtolus cum ſuis ſimilibus, deſerentibus aliis dominum non reliquit. Sed dicamus quod ille ad ſaluatorem dixit: Domine, ad quem ibimus? Verba vitę æternæ tu Ioan. 6.
habes, & nos credimus. Ecce executor cæleſtium præceptorum, qui quoniam Chriſti non mutauit hoſpitium, meruit cum Chriſto regni cæleſtis habere conſortium.

In tempore ieiunii non luxuriandum eſſe, Sermo XXXIII.

DIXIMVS ſuperiore dominica hoc eſſe fidei noſtræ opus primum, vt horum quadraginta dierum curriculo deuotiſſime ieiunemus, & iſtam eſſe cauſam ſalutis noſtræ, ſi hoc tempore abſtinētiæ operam commodemus. Atq;
. ideo fratres dileciſſimi inſpicere debemus quæ ſit huius forma ieiunii, vt reſpiciamus quanta ſit eius vtilitas. Eſt enim interdum inutile & inane ieiunium, quod licet ventrem & omnia viſcera ſucco faturitatis exhauſerit, non tamen acceptum eſt deo, quia mentem & intimos ſenſus minime viculo iniquitatis euacuat. Quid E
enim prodeſt ieiunare viſceribus, & luxuriare venatibus? abſtinere cibis, errare peccatis? caſtigare corp⁹ inedia, mentem exercere nequitia? vinum forte nō bibere, & ebrium cogitatione malignitatis ſicedere? niſi quod facilior cauſa eſt ſaturi ſiue temulēti, q̄ iniqui pariter & ieiuni. Ille enī peccare aliquando deſinet qui ebrius aliquando obdormit, hic autem errare non ceſſat qui exercitatus malis ieiunijs ſemper inuigilat. Vnde inutile & inane eſt tale ieiunium quod inedia membra debilitat, & animam a perditione non liberat. De quo ieiunio dicit ſanctus propheta ex perſona domini: Vt qđ Eſa. 58.
mihi ieiunaſtis? nō tale ieiunium elegi, dicit dominus. An putatis illum ieiunare fratres qui primo diuiculo non ad eccleſiam vigilat, non beatorum martyrum loca ſancta perquirit, ſed ſurgens congregat ſeruulos, diſponit retia, carnes producit, ſaltus ſyluasq; perluſtrat? Seruulos inquam ſecum pertrahit, fortaſſe magis ad eccleſiam feſtinantes: & voluptatibus ſuis peccata accumulat aliena, neſciens reum ſe futurum tam deſuo delicto, q̄ de perditione ſeruorū. Tota igitur die venatibus immoratur, nunc clamorem immoderatum efFert, nunc ſilentium latenter indicit, lætus ſi aliquid ceperit, iratus ſi id quod non habebat amiſerit, & tanto F
ſtudio gerit, quaſi ideo indictum ieiunium fuerit vt venetur. In his ergo luxuriis fratres dicite qs cult⁹ ſit dei, quæ mentis poſſit eſſe deuotio, qui propterea ieiunat, non vt deo atque orationibus vacet, ſed vt tota die ocioſus & liber proprias exerceat voluptates? Quanuis igitur qui eiuſmodi es frater veſpere ad domum redeas, quanuis declinante iam ſole māduces, potes videri tardius te refeciſſe, non tamen domino ieiunaſſe. nō enim potes videri voluptatem tuam exercens feciſſe domini voluntatem. Hæc enim voluntas eſt domini, vt ieiunemus a cibis pariter & a peccatis. Abſtinētiam indicamus corpori, vt a vitiis magis animam abſtinere poſſimus. Frenum enim quoddam eſt luxuriantis animæ corpus exhauſtum. Quiſquis enim ieiunat & peccat, lucrum eſcarum feciſſe videtur, non ſalutis, & parcendo copijs, repleſſe cellarium, non mentem ſaginaſſe virtutibus. Nonnulli autem diuinorum immemores præceptorum ita circa ſeruos ſuos & ſubditos ſibi potestatem dominationis exercent, vt in bis diebus non dubitent flagris eos cædere, pœnis afficere, compedibus præpedire. Et ſi forte cum ad reficiendum venitur, tar-

G dius miniſter affuerit,ſtatim eum verberibus laniare,
& prius ſe ſatiare ſeruuli ſanguine, q̃ conuiuii volu=
ptate. Horum tale ieiunium eſt, quod ideo ieiunatum
eſt,non vt diuinitatis miſericordiam prouocaret,ſed vt
clamorem familiæ ingemiſcẽtis effunderet. Quiſquis
autem cupit de deo miſericordiam promereri, ipſe de=
Lucæ.6. bet prior eſſe miſericors. Scriptum eſt enim: Qua mẽ=
ſura menſi fueritis,eadem menſura remetietur vobis.
Et quod magis dolendum eſt, Chriſtianus dominus
Chriſtiano in his diebus ſeruo nõ parcit,minime reſpi
ciens quod etſi ſeruus eſt conditione,gratia tamen fra=
ter eſt. Etenim ſimiliter Chriſtum induit, iiſdem par=
ticipat ſacramentis, eodem quo & tu vtitur deo patre,
cur te non vtatur vt fratre? Sunt enim pleriq; qui de ve
natibus redeuntes,magis canum q̃ ſeruorum curã ge=
runt,& faciunt eos iuxta ſe vel recumbere vel dormi=
re,quotidianum illis cibum ſui præſentia miniſtrãtes:
qui vtrum ſerui eius fame moriantur ignorãt, & quod
eſt grauius,niſi diligenter his præparatum fuerit, pro
cane ſeruus afficitur. Vides enim in nõnullorũ domi=
bus nitidos & craſſos canes diſcurrere,homĩes autẽ pal
lentes & titubantes incedere. Iſti ergo miſerebũtur ali=
H quando pauperibus,qui minime ſuis famulis & domi=
bus miſerentur? Scire igitur debemus fratres hoc acce
ptum deo eſſe ieiunium, non ſolum vt abſtinentia ca=
ſtigemus corpora,ſed etiam humilitate animas indua
mus. Simus ad ſeruulos mites, blãdi ad extraneos, mi
ſericordes ad pauperes. Surgentes primo diluculo ad
eccleſiam feſtinemus, referamus deo gratias, peccatis
veniam poſtulemus,rogantes præteritis delictis indul
gentiam,cautelam futuris. Tota die fit nobis vel ora=
tio vel lectio. Qui literas neſcit, ſanctum virum per=
quirens eius confabulatione paſcatur, nulli actus ſecu=
li actus diuinitatis impediant, non ludus tabulæ men=
tem auocet,non voluptas canum ſenſus abducat, non
negocii compendium animam auiditate peruertat.
Quicquid enim aliud præter mandatum dei feceris,
quamuis abſtineas,non ieiunas, Hoc eſt enim ſalutare
ieiunii,vt ſicut abſtinetur corpus ab epulis, ita & ani=
ma refrenetur a vitiis. Illud etiã fratres ad perfectionẽ
ieiunii tacendum nõ eſt, vt qui abſtinemus,& minime
prandemus, hoc tempore prandia noſtra pauperibus
I prærogemus. Hæc enim eſt vera iuſtitia, ſi te eſurien=
te de cibo tuo alius ſatietur,& tu prædictis tui ieiuniis
dominum roges,& ille pro te ſatiatus exoret. Vtrun=
que tibi proficiens,& tua fames,& ſaturitas mendico=
rum. Cæterum qui ſic abſtinet,vt nihil pauperibus de
ſuis epulis largiatur, videtur quæſtum ſibi ſuum feciſ=
ſe ieiunium,& negociationem parcẽdo. Ad hoc enim
abſtinuit, non vt placeret deo, ſed ne amplius eroga=
ret. Atque ideo bona eleemoſyna cum ieiunio, quaſi
non quoddam negociationis genus, vt tam parce vi=
uat, vt abſtinentia ſua monachos clericoſq; præcedat,
Niſi hoc intereſt, quod illi hoc quæſtus cauſa faciunt,
nos ſalutis: illi pecuniæ compendio animas macerant,
nos propter animarum lucrum noſtra corpora caſti=
gamus.

De Quadrageſima, Sermo XXXIIII.

NONNVLLI Chriſtianorum fratres exi=
ſtimantes ſe diuinitatis præcepta religioſius
obſeruare,prætermiſſa deuotione quadrage
ſimę,cuius hodie curamus exordium,quin=
quageſimã ſe facere mentiuntur, cum id neq; diuinis li
teris iubeatur,neq; traditum ſit autoritate maiorum.
Sola igitur hoc faciunt animi præſumptione: & dum
putant ſe deuotius agere,ſuperſtitioſius conuerſantur.
Dicit ſe obſeruare quinquageſimam qui forte quadra=
geſimam implere vix poſſit. Bonum eſt quidem cun=
ctis temporibus ieiunare, ſed melius quadrageſimam
ieiunare cum Chriſto. Hanc enim quadrageſimam no
bis dominus ſuo ieiunio cõſecrauit. Quo dixi ieiunio,
non ieiuniis. Vnum enim ieiunium domini fuit, quia
continuatis quadraginta diebus & noctibus cibum o=
mnino non ſumpſit. Quiſquis ergo Chriſtianus conſe
cratam ieiunando non impleuerit quadrageſimã, præ=
uaricationis & contumaciæ reus tenebitur, quod legẽ
diuinitus pro ſalute ſua datam prandendo ipſe reſcin=
dit. Reſcindis enim legem, qui exẽplum ieiunii domi=
nici non cuſtodis. Qualis autem Chriſtianus es, cum
domino ieiunante tu prandes? Qualis Chriſtianus es,
cum Chriſto eſuriẽte tu reficeris? Ille pro ſalute tua fa=
mem ſuſtinet, tu pro peccatis tuis ieiunare formidas?
Dicite enim mihi,interrogo vos qui in quadrageſima
prandetis,ſi nõ in conſciẽtiis veſtris rei eſtis,quod abſ=
tinente toto populo vos ſoli contra præceptum domi=
ni deuoratis: ſi non vobis rubor eſt cum exitis in publi=
cum,ne quis vobis ieiunus occurrat: aut ſi non cogita=
tis cum ad eccleſiam proceditis,quemadmodum pacẽ
epiſcopo porrigatis, ne forte ipſo ſpiritu oſculi veſtri
vos reprobet? Quod ſi hæc non cogitatis forſitan, ve=
hementer erratis. Scire enim debetis,cum in quadrage
ſimæ diebus ieiuno pranſus occurrit, non bene de illo
iudicat qui ieiunat. Hoc enim ideo dico,quia audio cõ=
plures,quod grauius eſt,fideles,alternis in quadrageſi L
ma hebdomadis abſtinere,& conſecratũ illum dierum
numerum gula intemperanti violare, hoc eſt prande=
re ſeptem dierum curriculo,& ſeptem dierum ſpatio ie
iunare. Quibus hoc dico, cur etiam per illos ſeptem
dies fraudem ſibi faciant ieiunãdo, cum illis ieiunium
tale non proſit? Quamuis enim abſtineat quis certis
diebus, quamuis ciborum dulciora alimẽta non ſumat,
non tamẽ illi accepto fertur quadrageſimæ ieiunium,
quod non diebus quadraginta ieiunat. Pudet dicere,
ſenes & aniculæ quadrageſimam faciũt,iuuenes & iu=
uenculæ non faciunt. Omni igitur ſolicitudine tempus
ſacratiſſimum celebremus,nõ prætereat nos dies abſ=
que ieiunio,non nos tranſeat vna hebdomada abſque
vigiliis. Ille enim facit quadrageſimam, qui ieiunando
& vigilando aſcendit ad paſcha. Nam ſicut reliquo an=
no ieiunare præmium eſt,ita in quadrageſima non ie=
iunare peccatum eſt. Illa enim voluntaria ſunt ieiunia,
iſta neceſſaria. illa de arbitrio veniunt, iſta de lege. ad il
la inuitamur, ad iſta compellimur. Sed videamus iſte
quadraginta dierum ſacratiſſimus numerus vnde ha= M
bere cœpit exordium. Legimus primum in veteri te= Gene.7.
ſtamento Noe temporibus,cum omne genus huma=
num ſcelerata iniquitas occupaſſet, tot dierũ numero
patefactis cataractis cæli aquarũ pluuias defluxiſſe, &
myſterio quodã quadrageſimę inũdatione orbi terrarũ
facta,non tam diluuium q̃ baptiſmum contigiſſe. Ba=
ptiſmum plane fuit, per quod in peccatorib⁹ iniquitas
ſublata eſt, Noe iuſtitia conſeruata. Ita ergo & modo
nobis dominus illius temporis quadrageſimam dedit,
vt conſtituto dierum numero, patefactis cælis pluuia
nos miſericordiæ cæleſtis irroret, & inundatione facta
per baptiſmum lauacri ſalutaris nos imber illuminet,
& ſicut tunc factum eſt, aquarum fluctibus extingua=
tur in nobis delictorum iniquitas, virtutum iuſtitia cõ
ſeruetur. Ipſa enim quæ ſub Noe,& modo vertitur ra=
tio. Baptiſmum enim peccatori diluuium eſt, cõſecra=
tio eſt fideli. Per lauacrum enim domini ſaluatur iuſti
tia,necatur iniuſtitia. Quod in vno eodemque factum
videmus Apoſtolo Paulo,qui priuſquam præceptis Actuũ.9.
ſpiritualibus lauaretur, erat blaſphemus, perſecutor, &
Saulus. At vbi pluuia ſuper eum lauacri cæleſtis in=
fluxit,necatur blaſphem⁹,necatur perſecutor, necatur
& Saulus, viuificatur Apoſtolus, viuificatur iuſtus,
viuificatur & Paulus. Vſque adeo autem perdidit ve=
terem cum actibus hominem, vt cum moribus muta=
ret & nomen. Quiſquis ergo in hac deuotione quadra=

A geſimæ dominica mandata ſeruauerit,nec abitur in eo
diabolica impietas,apoſtolica autem reſeruabitur gra=
tia,& ſuccedens quodãmodo ſibi moritur ea parte qua
peccator eſt, viuificatur ex illa parte qua iuſtus eſt. Vi
deamus etiam ſi alibi in ſcripturis hũc myſticum qua=
Exod.16. drageſimæ numerum poſſimus inuenire. Legimus
quod ſanctus Moyſes in eremo quadraginta annorũ
curriculo filios Iſrael cæleſti manna nutrierit. Bonus
ergo numerus,qui ſemper cælum aperit. Bonus inquã
numerus,per quem iuſtitia Noe ſaluatur, & Iſrael filii
ſaginantur. Vnde & nos obſeruemus hunc numerum
vt aperiantur nobis cæli, quatenus & pluuia nos gra=
tiæ ſpiritualis irroret, & ſpiritualium ſacramentorum
mãna reficiat. Inſtar enim patrũ noſtrorũ hac obſerua=
tiõe quadrageſimę & iuſtificamur & paſcimur. Iuſtifi=
camur lauacro, paſcimur ſacramẽtis. Sed dicet aliqs, fi=
lios Iſrael ĩ eremo qñ mãna ſaturati ſunt, minime ieiu=
naſſe. Ego autẽ dico illos nõ niſi abſtinẽtiæ tunc vacaſ=
ſe, atque ideo cæleſtis alimoniæ gratiam meruiſſe. Pri
mum quia deſertum omne ieiuniũ eſt, quia anxietas
ſolitudinis concupiſcẽtiam repellit eſcarum, deinde in
eremo vnde accuratæ epulę? vnde vina precioſa? vnde
quadraginta annorum tempore qualiſcunque ſubſtan=
tia? Intelligim⁹ ergo ieiunaſſe filios Iſrael, quia cogno=
ſcimus illis eſcarum copiam defuiſſe, & tunc ſumpſiſſe
cibum, quando largienti domino placuiſſet. Satis au=
B tem diu ieiunat qui cum Chriſti voluntate ſe reficit.
Vſque adeo vero abſtinentia filiorum Iſrael in eremo
placuit ſaluatori, vt quorundam etiam inter ipſos intẽ=
perantia notaretur, ita vt quiſquis auidior duplum mã
næ cibum ſibi collegerat, hic hac iniuria feriretur, vt nõ
tam cibum ſibi inueniretur ſeruaſſe q̃ vermes, ſcilicet
vt quia ſupra moderatam refectionem concupierat, ve
lut ſtimulis quibuſdam conſcientiæ in morem ver=
mium vrgeretur. Igitur & nos fratres obſeruãtes qua=
drageſimæ quotidiana & moderata ieiunia, & tanquã
in eremo conſtituti, nihil deliciarum ſecularium cogi=
temus, nulla nos cupiditatum corporalium dulcedo ſo
licitet. Simus ſobrii, ſimus caſti. habentes quidem con
uerſationem in vrbibus, poſſideamus mente deſertũ.
Si ita abſtinentes egerimus, erit vt cæleſtis mannæ
reficiamur alimonia,& nullis vermium ſtimulis com=
pungamur.

De ieiunio domini in deſerto,& quomodo nõ in ſo=lo pane viuit homo, Sermo XXXV.

MEMINISSE debet veſtra dilectio, hoc me
anteriore dominica prædicaſſe, & dediſſe
C rationem cur dominus quadrageſimam ie=
iunauerit, vel cur ipſa ieiunia in deſerto tranſ
egerit. Diximus enim hæc omnia obſeruaſſe eum nõ
iuſtificationis ſuæ cauſa, qui erat virgo per omnia, ſed
noſtræ ſalutis gratia: vt quorum generatio per intem=
perantiam peccauerat, per abſtinẽtiam ſanaretur. Vi=
deamus igitur quid illo in tempore vel in ipſa ſolitudi=
ne geſtum ſit. Dicit enim euangeliſta affuiſſe ibi dia=
bolum, & ſaluatorem eius verſutia fuiſſe tentatum.
Mat.4. Ait nanque ſacra lectio, eſuriſſe dominum, & dixiſſe
illi diabolum: Si filius dei es, dic lapidi huic vt fiat pa
nis. Videte artem domini qua aduerſarium fraude cir
cumuenit. Poſt multa ieiunia eſurire ſe ſimulat, vt dia
bolum quem ieiunando iam vicerat, iterum eſurien=
do ſolicitet. Spem enim illi congrediendi ex infirmita=
te famis quodammodo tribuit, vt dum veluti contra
imbecillem congreditur, glorioſius ſuperetur. Hæc e=
nim eſt vera victoria, vt quia Adam immortalem glo
rioſum & epulantem ſubuerterat, nũc ab homine mor=
tali humili atque eſuriente vincatur. Cernens enim eſu
rientem diabolus dominum, hominem putat, dubitat
ſaluatorem,& ideo ait: Si filius dei es, dic lapidi huic
vt fiat panis. O miſera ſatanæ & extrema congreſſio. D
diabolus in deſerto tentationis ſolida arma non inue=
nit, deeſt illi de paradiſo amœnitas arborum, deeſt illi
conſiliatrix Eua, deeſt illi pomorum ſpecioſa deceptio,
& quia non inuenit cibum quem offerret eſurienti, po=
ſtulat in cibum ſaxa mutari. Vndique excluſus, vndi=
que defraudatus, ad pauimenta ſe confert. Satis enim
manifeſte oſtendit vaſtitatem ſibi eremi reſtitiſſe, cum
putat propter inopiam rerum etiam elementa poſſe cõ
uerti. Poſtulat igitur in panem lapides commutari.
Verſutus & callidus ſcit quid petat, nouit factum eſſe
quod dicit. Meminit enim in veteri teſtamento ſitien=
tibus aquam de lapide profluxiſſe, vult etiam hic eſu=
rienti cibum de lapide miniſtrare. Retinet enim duri=
tiam petræ in liquorem fontium reſolutam. Cupit e=
tiam hic aſperitatem ſaxi in panis dulcedinem tranſfor
mari. Suſpicatur enim ipſum eſſe Chriſtum, qui hæc
operari ſoleat de natura ſaxorum, ſicut ait apoſtolus
Paulus, Bibebant de ſpirituali conſequenti petra. 1.Cor.10.
Petra autem erat Chriſtus. Suſpicabatur inquam i=
pſum eſſe Chriſtum cum poſtulabat vt de lapide pa=
nem faceret, ſed putabat tantummodo ſolum hominẽ
cum eſurientem videbat. Saluator autem verſutiam
eius mira reſponſione condemnat. Nec facit quod di=
cit diabolus, ne videatur pro arbitrio aduerſarii virtu=
tis ſuæ gloriam declarare. Nec tamen reſpondit nõ poſ E
ſe fieri, qui negare non poterat quod ſæpe iam fecerat.
Igitur nec aquieſcit petenti, nec denegat exploranti, ac
per hoc & potẽtiam virtutis ſuæ ſuo reſeruat arbitrio,
& verſutiam aduerſarii diuino confutat eloquio. Re=
ſpondit ergo illi: Non in ſolo pane viuit homo, ſed i o= Mat.4.
mni verbo dei. In quo ſunt vitæ alimenta cæleſtis.
Verbum autem dei Chriſtus eſt dominus, ſicut euan=
geliſta dicit, In principio erat verbum,& verbum erat Ioan.1.
apud deum. Quiſquis ergo verbo Chriſti paſcitur, ter=
renum pabulum nõ requirit. Nec enim poteſt ſeculi pa
nem cupere, qui pane reficitur ſaluatoris. Habet enim
dominus ſuum panem, immo panis ipſe ſaluator eſt,
ſicut docuit dicens: Ego ſum panis qui de cælo deſcen=
di. De quo pane dicit propheta, Et panis cor hominis Pſal.103.
confirmat. Quo ergo mihi panem quem offert dia=
bolus, cum habeam panem quem Chriſtus impartit?
Quo mihi cibum per quem protoplaſtum deiectum
memini, Eſau primitiuis fraudatum vidi, Iudã Sca=
rioth proditionis ſcelere denotatum? Adam enim per Gene.3.
eſcam paradiſum perdidit, Eſau per lentem honorem
primatus amiſit, Iudas per buccellam apoſtolatus ſub=
lime depoſuit. ex quo enim buccellam ſumpſit, nõ iam
apoſtolus cœpit eſſe, ſed proditor. Sic enim ſcriptum
habes, dicente domino: Cui intinctum panem dedero, Ioan.13.
ipſe me tradet. Et cõtinuo poſt buccellam introiuit in
illum ſatanas. Non bonus cibus poſt quem negatur F
dominus, poſt quem ingreditur inimicus. Non bo=
nus cibus poſt quem Chriſtus reſpuitur, deuoratur
Antichriſtus. Non bonus cibus qui benedictione ca=
ret, maledictione completur. Illa ergo eſca nobis ne=
ceſſaria eſt quæ vitam præſtat, quæ animam paſcit,
poſt quam ſequitur Chriſtus, inimicus excluditur. Il=
lam eſcam accipere debemus quam ſaluator non dia=
bolus ſubſequatur, quæ perceptione ſui confeſſorem fa
ciat, non proditorem. Quam bene autem ieiuniorum tem=
pore verbum dei dixit, eo quod reficit, vt oſtenderet ie=
iunia noſtra non debere ſeculi actibus occupari, ſed ſa=
cris literis exerceri. Negligit enim famem corporis
qui pabula lectionis intendit, nec ventris curam habe=
re poterit, qui alimentum verbi cæleſtis acquirit. Ipſa
eſt enim refectio quæ ſaginat animam, quę impinguat
viſcera, cum de diuinis ſcripturis cibum eloquii peren=
nis accipimus. Ipſa eſt eſca quæ vitam æternã tribuit,
& inſidias a nobis diabolicæ tentationis excludit. Quod
autem ſacrarum literarum lectio vita ſit, dominus te=

Ioan.6. G statur dicens: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita est.

Item de quadragesima. Sermo XXXVI.

ANTE dies deuotionem sanctæ quadragesimæ prædicantes, sacrarum literarum exempla protulimus, quibus approbaremus hūc quadragenarium numerum non esse ab hominibus constitutum, sed diuinitus consecratum, nec terrena cogitatione inuentū, sed cælesti maiestate præceptum. Atque ideo qui constitutum numerum vna die manducādo præterit, nō vt vnius diei violator accusatur, sed vt totius quadragesimæ trāsgressor arguitur. Vnde bonum est homini vt dictum numerum sine labore ieiunet, & totius quadragesimæ cōsequatur pariter sanctitatem. Hæc autem non tam sacerdotum præcepta q̄ dei sunt. Atque ideo qui spernit, non sacerdotem spernit, sed Christum qui in suo loquitur sacerdote. Videamus igitur quo tempore hanc obseruantiam nobis indixerit dominus, si non veluti peristam deuotionem cuncta elementa voluerit habere profectum. Ecce enim indicta quadragesima, constricta hye
H mali gelu terra resoluitur, & aquarum fluenta meatus suos glacie liquefacta recipiunt. sic quoque corporū nostrorum hoc eodem tempore contracta sceleribus peccata soluuntur, & vitæ nostræ purior cursus liquefacto rigore diaboli meatum suum pristinum recognoscit. Terra inquam indicta quadragesima asperitatem deponit hyemis, ego indicta quadragesima asperitatem reiicio delictorum. Illa terra aratris scinditur, vt mundanis sit cōgrua frugibus: mea terra ieiuniis exaratur, vt cælestibus sit apta seminib⁹. Sicut enim redditum vberiorem capit qui frequentius vexando exercet campum, ita maiorem gratiam percipit qui exercet corporis sui campum sæpius ieiunando. Ecce enim abstinētiæ tempore hærba segetum reuiuiscit in messem, surculus arboris conatur in fruticem, palmes vineæ pubescit in gemmam, & omnia de inferioribus ad altiora se subrigunt. ita hoc eodemque tempore hominum spes intermortua reuiuiscit in posterum, fides perdita reparatur in gloriam, temporalis vita proficit in æternū, & omne genus humanum ad cælestia se subrigens, ab inferis ad altiora cōsurgit. Modo ferrum gestans agricola sarmenta deputat vinearum. Ita & nunc euangelium tractans episcopus sordes amputat populorum, & isto quadragenario curriculo vniuersæ hoc agunt
I creaturæ, quatenus depositis superfluis ornatæ vel cōptæ in pascha procedant. Modo omnia sunt in partu, vt tunc reperiantur in fructu. Tunc enim contra naturæ speciem spina profert rosam, calamus fragrat lilia, suauitatem arida virgulta depromunt, & ita cuncta floribus adornantur, vt festiuitatem diei magni creatura ipsa nitore sui celebrare credatur. Igitur & nos hoc eodem ieiuniorum tempore producamus de spinis nostris rosas, hoc est de peccatis iustitiā, de seueritate misericordiam, de auaritia largitatem. Istæ enim spinæ sunt corporis nostri, quæ præfocant animam, de quib⁹
Gene.3. ait scriptura: Spinas & tribulos tibi germinabit terra. Germinat enim mihi terra mea spinas, si me corporalis libidinis titillatione compungit. Generat mihi tribulos, cum me diuitiarum secularium cupiditate discruciat. Spina enim Christiano, auaritiæ suæ radix est. Spina viro bono honoris ambitio est. Videntur enim specie apud suos grata esse, sed lædunt. His ergo nisi vigilando & ieiunando carere non possumus, quin potius per abstinentiā ipsæ spinæ vertentur in rosam. Producit enim ieiunando libido castimoniam, superbia humilitatem, sobrietas parcitatem. Hi enim sunt flores vitæ nostræ, qui suaue Christo redolent, qui o-
2.Cor.2. dorem bonum deo spirant. Vnde ait Apostol⁹: Quoniam Christi bonus odor sumus deo. Hanc ergo quadragesimam largitus est nobis dominus, vt huius tēporis spatio in morem totius creaturæ nunc concupiscamus virtutum germina, vt in die paschæ fructum iustitiæ proferamus. Hoc autem quadragenario numero se ipse dominus Christus exercuit, non vt profectum ipse caperet, sed vt profectum salutis nobis ostenderet. Hæc enim erat in illo spina peccati, quæ verteretur in florem. Ipse enim erat flos natus non de spina, Esa.11.
sed de virga, sicut ait propheta: Exibit virga de radice Iesse, & flos de radire eius ascendet. Virga enim erat Maria, nitida, subtilis & virgo, quæ Christū velut florem integritate sui corporis germinauit. Continuatis ergo quadraginta diebus hæc ieiunia nō esuriēs dominus procurauit, sed dicit illum euāgelista esuriisse postea. Quō ergo pōt fieri vt qui tot dierū numero famem sitimque nō senserit, postea esurierit? Esuriebat plane, nec negare possumus quod esurierit. Esuriit enim non cibum hominum, sed salutem, nec escarum secularium epulas concupiuit, sed animarum desiderauit cælestiū sanctitatem. Cibus enim Christi est redēptio populorum, cibus Christi est paternæ voluntatis effectus, si- L
cut ipse ait: Meus autem cibus est vt faciam voluntatem patris qui me misit. Vnde & nos esuriamus ci- Ioan.4.
bum non qui terrenis epulis apparatur, sed qui diuinarum scripturarum lectione colligitur. Ille enim corpus ad tempus nutrit, hic autem animam reficit in æternum.

Item de quadragesima, Sermo XXXVII.

SI BENE retinet fratres vestra dilectio, hac superiore dominica prædicauimus q̄d sanctam quadragesimam abstinendo ipse dominus consecrauerit, & tot dierum noctiūque curriculo cibum omnino non capiens, vnum ac solidum ieiunii corpus effecerit, quod in totum non obseruare, sacrilegum est. ex parte violare, peccatum est. Hoc enim fecit causa salutis nostræ, vt rem vtilem non solum doceret verbis, sed etiā exēplis instrueret, vt iisdem vestigiis quibus ad fidem currimus, ad abstinentiam graderemur. Sed videamus quæ causa steterit vt ieiunia saluator indiceret, & ipse sibi primum vt bonus humani generis medicus ieiunaret. Bonus enim medic⁹ poculum quod ægro daturus est, prior gustat, vt peritiam artis suæ ante in se ipse demonstret, & experimentum æger accipiens securus sit de poculo, securior de salute. Deinde quo loci hoc ipsum tempus ieiu- M
nii procurarit. Dicit enim euangelista abstinuisse dominum quadraginta diebus & noctibus in deserto. Arbitror itaque causam hanc esse ieiunii, vt quia primus Adam in paradiso constitutus per intemperantiam gulæ gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus Adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatum dei gustans de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc secundum mandatum domini ieiunans, vitæ iustitiam mereretur. Hoc enim agit saluator, vt iisdem vestigiis quibus admissa fuerint delicta, purgentur, hoc est vt quia homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo: vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat. Adam enim Euam non nisi intemperantia prouocante cognouit. Quandiu autem mansit in illis intemerata parcitas, mansit & impolluta virginitas: & quandiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tādiu & a pudendis ieiunauere peccatis. Fames enim amica virginitatis est, inimica lasciuiæ. Saturitas vero castitatem prodigit, nutrit illecebram. Igitur, sicut dixi, hoc agit dominus, vt iis præiudiciis quibus homo obnoxius peccato fuerat, liberetur. Propterea nanque per omnia secundum similitudinē Adæ Mat.4.

A nasci voluit, vt secundum similitudinem omnia hominis peccata dissolueret. Adā enim de terra virgine natus est, & Christus de Maria virgine procreatus. Illius maternum solum necdū scissum fuerat, istius maternum secretum nunquam concupiscentia violatum. Adam dei manib⁹ plasmatur e limo, Christus dei spiritu formatur in vtero. Vterq; ergo oritur cum patre, vterque virgine vtitur matre, vterque, sicut Euangeli-
Lucæ.3. sta dicit, filius dei est, sed Adā creatura est filius, Christus vero substātia. Hoc ergo agit dīs sicut Adā secum dus, vt qđ prior homo māducādo perdiderat, hoc alter ieiunando recipiat, ac legē in padiso abstinētiæ datā in deserto custodit. Sciebat enim præceptū dei non vnius loci legem esse, sed mundi. Non enim interest, diuinitatis mandatum vtrum domi, an in agro custodias, cū vbique sit qui præcepit. In deserto itaque saluator implet mandatum dei, vt ibi Adam saluaret errantem, vbi fuerat de paradisi possessione proiectus. Adam enī expulsus de padiso, iciulti mūdi deserta sustinuit. In deserto ergo primū homini salus refunditur, vbi non sunt epulæ, vbi desunt deliciæ, vbi (quod est omniū malorum causa) deest & mulier. Potuerat enim Adam interillas paradisi inconcussus stare delicias, si Eua ibidem cum diabolicis illecebris non fuisset. Conueniens ergo est desertum saluti, vbi non est Eua quæ persua-
B det, non est mulier quæ blāditur. Videte rem miram, in paradiso cum Adam diabolus dimicat, vbique insidiatur homini, vbique congreditur: sed vbi mulierem inuenit, vincit: vbi mulierem non inuenit, victus abscedit. Formam igitur dedit nobis deus in hoc facto, vt ieiuniorum tempore tanquam desertum habitantes abstineamus epulis, voluptate, muliere, nec coniūgatur nobis Eua, ne nos a casta obseruatione illecebrosa persuasione subuertat. In deserto enim quodammodo videtur habitare qui quadragesimæ tempore ieiunus & castus est. Desertum plane quoddam ipsum corpus est Christiani cum nō repletur cibis, nō poculis irrigatur, sed arentis inediæ squalore negligitur. Desertū inquam est corpus nostrum cum abstinentia marcescit caro, fiti pallor obducitur, & contemptu rerum totius hominis species inculta fordescit. Tunc Christus dominus habitat desertum pectoris nostri, cum nostram terram fame squalidam ac siti aridam esse reperit, se-
Psal.62. cundum quod ait propheta Dauid: Sicut in terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Aliter enim sicut in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nri fuerit deserta mundanis deliciis, inuia diabolicis concupiscentiis, & inaquosa libidinosis illecebris. Tunc habitās saluator hoc desertum corporis nostri, omnes ibi diaboli factiones exuperat, &
C secretum ac securum a cogitationibus seculi esse suum facit habitaculum, vt deinceps nos intra nosmetipsos velut in solitudine constituti, non nisi cælum respiciamus & terram, hoc est nōn cogitemus alium nisi cælestis regni dominum, & terrenæ resurrectionis autorem.

Item de ieiuniis, & quadragesima, Sermo XXXVIII.

TROPITIA diuinitate ecce iam pene trāsegimus quadragesimæ indicta ieiunia, & præcepta Christi domini abstinentiæ deuotione compleuimus. Supereſt nunc vt quemadmodum famuli eius Moyses & Helias hunc sacratissimum numerum obseruando, gratiam meruerunt, ita & nos hoc ipsum tempus custodiendo mereamur, sitque similis remuneratio in perceptione prēmii, quorum similis labor est in obseruatione ieiunii. He-
3.Reg.18 lias enim cū esset clausum humanis iniquitatib⁹ cælū, & nulla mundanis rebus desup pluuiarū stillaret vbertas, atque omnia longæ siccitatis squalore languerent, D & esset fames magna vniuerso generi hūano, (quoniā enim cœlum pluuiam non dabat, nec terra pabulū germinabat) tunc Helias sanctus referauit ieiuniis suis cælum, terram orationibus fœcundauit. Illius enim siccitatem conuertit in pluuiam, huius sterilitatem resoluit in partū. Tāta enim eius precibus orbem terrarum imbrium largitas irrigauit, vt arida reuiuiscerent, mortua resurgerent, languentia sanarētur. Et ita rebus cīētis fontium quidam meat⁹ infusus est, vt purificatione facta per pluuiam, omnia creaturarum vitia lauarētur, atq; inundationis illius beneficio totius mundi species innouata consurgeret. Igitur & nos eadē quæ Helias obseruantes ieiunia, adhibitis precib⁹ clausum cælum nostris competentibus reseremus, quatenus illos lauacri salutaris imber illuminet. Clausum enim illis est cælum, quandiu nōdum de cælo spiritus sanctus adueniens eorum corda viuificat. siccitatem quodammodo patiuntur, quia nondum gratia baptismatis irrigātur. Laborant etiam fame magna, quoniam velut esurientes cælestia sacramenta desiderant. Referemus ergo illis cælum, vt adueniente desuper spirituali pluuia, eorum terra lauacri irriguo satietur, & deliciorum steri litate depositā incipiant fructus germinare virtutum. Et enim cælestis imber vitia peccatorum diluit, iustitiæ incrementa producit, discutit aridum concupiscentiæ puluerem, lætificat vtilem castimoniæ purita- E
tem, obruit auaritiæ sordidam fecem, nutrit æternam misericordiæ largitatem. Sicut enim superueniēte Heliæ pluuia omne pabulum terra produxit, ita & superueniēte Christi lauacro omnem iustitiā anima germinauit. Et sicut illic pluuiarum fontes irrigauerunt orbem, vt viuificarentur hærbarum mortificata iam semina, ita & fons baptismatis irrigat genus hominum vt animarum mortificata corda viuificet. Hoc ergo obseruantium ista ieiunia est meritū, vt orationibus eorum aut innouetur mundus, aut fratres denuo renascā tur. Referandum igitur competentibus nostris est cælum, quoniam adhuc clausum est apud illos. Clausum est enim cælum, quoniam mysterium nondum peruidēt trinitatis. Clauso enim sibi cælo, super cælum quid agitur ignorāt, nec scire possunt quę sit filii patrisq; substantia, nisi prius mundi elementa transcēderint. Tūc enim poterit quis trinitatis aspicere diuina mysteria, cum cælos sua virtute habuerit apertos, sicut beatus Stephanus martyr referauit sibi martyrio suo cælos, & stantem vidit ad patris dexteram saluatorem, secundū quod ipse ait: Ecce video cælos apertos, & stantem Ie- Actuū. 7.
sum ad dexteram dei. Ergo cui clausi sunt cæli, agendū est vt aperiantur illi, quatenus super cælos Christum F
possit aspicere. Nam quādiu clausi sunt homini, Christum non potest videre regnantem. Quemadmodum autem clausi cæli aperiēdi sunt, inquirere nos oportet. Puto autem aliter eos aperiri non posse nisi claues Petri apostoli sumpserimus, quas dīo largiente suscepit, sicut ipse dixit: Tibi dabo claues regni cęlorum. Immo Mat.16.
rogemus Petrum vt ipse nobis tanq̄ bonus ianitor regiæ cælestis aperiat. Quæ autem ista clauis sit, diligentius requiramus. Clauem Petri fidem esse dixerim Petri, per quam cælos aperuit, penetrauit inferna securus, maria calcauit intrepidus. Tanta enim apostolicæ fidei virtus est, vt cuncta illi elemēta pateant, hoc est non illi angelicæ claudantur ianuæ, non portæ præualeant Tartari, non aquarum fluenta subsidant. Ista autem ipsa clauis quam fidem dicimus, videamus quemadmodum constet, quēadmodum solida sit. Arbitror illā duodecim artifi- cū operatione conflatā. Duodecim enī apostolorū symbolo fides sancta cōcepta est, qui velut periti artifices in vnum cōuenientes, clauem suo cōsilio cōflauerunt. Clauē enim quandam ipsum symbolū dixerim, per quod referātur diaboli tenebræ, vt lux Chri-

Gsti aduenīat: aperiuntur cōscientiæ clausa peccata, vt iustitiæ fulgeant opera manifesta. Igitur hæc clauis ostendenda est fratribus nostris, vt & ipsi tanquam discipuli Petri inferna sibi reserare, cælos aperire consuescant.

De ieiuniis, & eleemosynis. Sermo XXXIX.

NON dubito fratres contristari vos quotiēscūque absentem me a vobis necessitas facit. Dum enim quem diligitis non videtis, tanquam boni filii pietatis stimulis laboratis. Sed ego quamuis corpore vos interdum deseram, tamē vos spiritu non relinquo. Quocunq; enim iero, dilectio vestra me sequitur. vbicunq; fuero, ibi mecū vestra fraternitas commoratur. Quisquis enim in Christi mandatis permanet, necesse est vt Christi adhæreat sacerdoti: & licet longe positus videatur, sit tamē proximus dum illum vnius fidei gratia repræsentat. Ille se sane separatum a sacerdotibus putet, qui actibus malis separatus a Christo est. Atq; ideo fratres vos qui mandatū saluatoris facitis, quamuis absentes a me fueritis corpore, dilectione tamē mihi minime defuistis. Ita quos separabat longitudo terrarum, Christi gratia connectebat. Sunt autem nonnulli inter vos fratres, quorum licet vultus in ecclesia videamus, cor tamen in agris esse cognoscimus: & præsentiam quidē eorum consideramus in plebe, sed conuersationē eorum inuenimus in rure. De terra enim semper cogitant, de terra tractant, quæ terrena sunt sapiunt. His conuenit diuina illa sententia: Quia terra es, & in terrā ibis. Qui ideo aliquando ad ecclesiā veniunt, non quia ex fide Christiani sunt, sed ne Christiani ab hominib⁹ nō putētur. Quibus cū ieiunium indicitur, de intēperie se temporis semper excusant. Dicunt enim æstiuis mensibus, dies longa est, torrentior sol est, sitim ferre non possumus, poculis nos refrigerare debemus. Hyemis vero tempore graue frigus est, rigores sunt pessimi, algorē tolerare nequimus, esca calefieri nos oportet. Ita homines quorum animꝰ semper est in prandio, prandendi sibi causas inquirunt: & dum se a ieiuniis excusant, tempora creatoris accusant. Dic mihi o delicate Christiane, qui æstū solis ieiunando ferre non potes, nunquid æstus quē sustentatur⁹ es, torrentior est gehenna? Nunquid hyems cui retrudēdus es, horridior est tenebris? In exteriores enim tenebras abiicientur peccatores. ibi erit fletus, & stridor dentium: sicut ait dominus. Stridor inquam dentiū instar hyberni tēporis erit in illis tenebris. Ergo sicut penetrante algore hyemis, toto homines corpore contremiscunt, ita & interueniente conscietia frigida delictorum, graui peccatores dentium stridore quatientur. Ita miser peccator dum hic hyberni rigorem meruit, ibi tenebrarum frigus incurrit. Dum hic æstum solis euitat, ibi gehēnæ sustinebit ardorem. His autem ipsis hominibus cum dixeris vt aliquid pauperibus largiātur, statim tibi obiiciunt, necessitates infinitæ sunt, tributa sūt grauia, fiscalia explicare non possumus. Et tāta tibi ingerunt, vt quasi reum te statuant cur hoc ipsum illos volueris cōmonere. Non intelligentes quod omnibus necessitatibus, salutis sit necessitas præferenda, & quod tributum reddere, alii prodest: eleemosynam facere, ipsi proficiat qui largitur. Tributi enim redditio illi præstat beneficium qui accipit, eleemosynæ autē operatio sibi cōfert meritum qui ministrat. Tributi inquā redditio detrimentum infert soluenti, eleemosynæ erogatio lucrum tributi eroganti. Ditior enim fit vir misericors postea q̄ minus habere incipit pauperib⁹ largiendo. Beata igitur est eleemosyna, quæ & accipiētem reficit, & lætificat erogantem. Hilarem enim datorem diligit deus. Atque ideo melius est illi prius dare. Letus ergo & hilaris est qui pauperibus subministrat. Recte plane lætus est, quia per numulos paucos, æternos thesauros sibi cælestes acquirit. Et cōtra semper tristis est & mœstus qui tributa dissolut. Nec immerito tristis est, qui ad solutionem non dilectione adducitur, sed terrore constringitur. Christi enim debitor lætus, cæsaris tristis est, quia hunc ad soluendum amor cogit, illum pœna compellit. Hic præmiis prouocatur, ille supplicijs coartatur. Dicit sanctus Apostolus: Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, & neq; in incerto diuitiarū spare. Vides ergo o diues quia sūt tuæ incertæ diuitiæ. quid ergo aurū congregas, in quo nulla certa fiducia est? Auri tui auaritia cesset, & terra est: solidi tui cupiditas auferatur, & sordes sunt. Aurum eni & argentum vilis est & abiecta materies. vbi aurū increuit humana concupiscentia, tunc & his speciebus accreuit ambitio. Aurum enim & argentum nō preciosum natura instituit, sed hominum voluntas effecit.

Matth. 8.

1. Tim. 6.

De ieiuniis Niniuitarum, Sermo XL.

REGIMVS in prophetis cum Niniue ciuitati subuersio diuinitus immineret, & iuxta sententiam dei destruendi illam tempus ingraueret, consistentes in ea aliud non habuisse præsidium, nisi vt abiectis crapulosis epulis, ieiunia continuata susciperent, & diuitiarum ambitione sepositā, humilitate se paupertatis indurent, scilicet vt exide remedium perciperent, vnde his perditio contingebat, hoc est vt iram diuinitatis quam luxuriando prouocauerant, abstinendo lenirent: & offensam quam in eos superbia contraxerat, humilitas mitigaret. Dicitur enim in illa tribulatiōe ipse rex depositā imperiali purpura, regali ambitione submota, mēbra sua cilicio præcinxisse, atq; in sacco se diebus ac noctibus volutasse. Sapiens ergo rex, qui sciret quemadmodum aduersa sibi superare deberet. hostes enim virtute superabat, deū autem humilitate vincebat. Sapiēs plane rex, qui intelligeret quibus armis vteretur pro tēporis qualitate. Cū enim insidiantur illi homines, apprehendit arma bellica: cum irascitur ei deus, corripit arma iustitiæ. Sapiēs inquam rex, qui pro salute ciuium peccatorē se magis confitetur esse q̄ regem. Obliuiscitur enim se regem esse, vbi deum regem omnium pertimescit: nec potentiæ suæ meminit, vbi potentiam diuinitatis agnoscit. Obliuiscitur ergo se regem esse dum proiicit purpurā, dū diadema deponit, cilicio autē vestitur & sacco, ieiuniis perseuerat, orationib⁹ immoratur. Mira res, dum se regem hominum esse non meminit, rex incipit esse iustitiæ. Religiosus igitur princeps non perdidit imperiū, sed mutauit. Principatum enim ante militaris disciplinæ tenuit, nunc cælestium disciplinarū obtinet principatum. Non inquam perdidit imperium, quia siue ferro, siue iustitia pro ciuium salute primus inuigilat. Primus plane inuigilat, quia vt tota ciuitas ieiunaret, famem sibi rex primus indixit, & solus omnium causa prior cœpit esurire q̄ miles. Necesse enim erat vt qui potentior cunctis fuerat, deuotior fieret vniuersis. Exemplo igitur suo præparat religionis exercitū, non armis sed sola deuotione munitum. iubet omnem sexum, omnem ætatem a diurnis epulis abstinere. Additur religioso exercitui numerus, cum i tali deuotione etiam infantia militare compellitur. Pietas enim esse creditur in tali causa, paruulis quoq; cibi substantiam denegare. Non enim sufficiebat ad placandum deum peccātium satisfactio, nisi seniorum quoq; peccata, paruulorum innocentia deploraret, & fletib⁹ aliens delicta sua iuuentus ablueret. Ista autem fratres omnia in commonitionē nostri facta esse nemo est q nesciat, vt quotiēscunque tribulationibus perurgemur, ad hæc præsidia concurramus, vt puta aduersarius imminet, inimicus in promptu est: ieiunemus, & vincamus. Solent

Ionne. 3.

2. Cor. 9.

A quidam homines quotiēscunq; necessitatem arduam nimis patiūtur, ad proximas gētes auxilii causa destinare legatos. Nos, quod est melius, legationem ad deū per ieunia destinemus, ab ipso implorem⁹ auxilia, ad ipsum nos corde & orationibus conferamus. Auxiliū enim illi non aliunde rogando petiuerunt, sed de suis ieiunando visceribus exegerunt. Cur enim petat ab altero qui intra se potest inuenire quod quærit? Quanto enim deo viciniores fuerimus, tanto aduersarii nostri a nobis longius repellentur. Oportet igitur proximos nos fieri deo, quoniam dicit propheta: Ecce qui elongant se a te, peribunt. Q d̄ si a deo qui lōge sunt, peribunt: vtiq; qui sunt proximi, saluabuntur. Aliter ergo proximi deo esse non possumus, nisi ad eum orationib⁹ & eleemosynis propinquemus. deus enim ipse misericors, ieiunus & sanctus est. Atq; ideo qui vult proximꝰ deo esse, debet imitari hoc esse quod est deus. Tota igitur in tribulatione Niniuitarum ciuitas ieiunauit. Bene dixi, tota. Non solum enim senes, iuuenes & infantes, sed etiam pecudes legimus ieiunasse. Mira res, ieiunat pro ciuitatis peccato, quem peccati conditio non constringit. Vnde & nos fratres temporum angustias sustinentes, omnes pariter ieiunare debemus, & misericordiam dei cunctorum abstinentia deplorare. Nam quale sit, hoc Christianum pro salute sua non facere, q̄d pecudes pro hominum salute fecerunt? nisi quod stolidior pecude est qui indicto pro se a sacerdote ieiunio nō ieiunat. Nonne enim pecus est qui non intelligit quid

Psal. 72.

B illi immineat, quid incumbat? Et pecus quidem vidēs declinat foueam, cauet præcipitia, tu autem nō vis ieiunando periculum declinare quod cernis? Desperationis enim genus est, tunc te manducare cum abstinere debeas: tunc gaudere cum debeas deplorare. Desperatione Apostolus dicit, quod a nobis auertat deus: Mādūcemus & bibamus. cras enim moriemur. Ieiunem⁹ ergo fratres sine intermissione, vt hostes nostros orationibus & abstinentia superare possimus per dominū nostrum Iesum Christum.

1. Cor. 15.

De gratia baptismi, Sermo XLI.

QVIA constat, sicut ante dies prosecuti sumus, Iesum Christum non sui causa baptizatum esse, sed nostri: debemus fratres dilectissimi, vobis catechumenis loquor, gratiā baptismatis eius omni festinatione suscipere, & de fonte Iordanis quem ille benedixit, benedictionem consecrationis haurire, vt in eum gurgitem in quē se illius sanctitas merfit, nostra peccata mergantur, scilicet vt eadem aqua quæ dominum circūdedit, & seruulos circumpurget, quatenus ex venerabili Christi lauacro nobis vnda sancta proficiat, & iisdem vestigiis atq; mysteriis quib⁹ benedictionem a saluatore est mutuata, nos

C fœtu beatiore purificet, gratiamq; quā a Christo suscepit, in Christianos refundat. Ergo fratres tingi debemus eodem fonte quo Christus, vt possimus esse quod Christus. Nam, q̄d salua fide dixerim, licet baptismum vtrunque sit domini, tamē gratius puto hoc baptismū esse quo nos abluimur, q̄ illud quo saluator baptizatur. Hoc enim celebratur per Christum, illud celebratum est per Ioannem. In illo se magister excusat, in isto nos saluator inuitat. In illo iustitia semiplena, in isto trinitas est perfecta. Ad illud sanctus venit, sanctus egressus: ad istud peccator venit, & sanctus abscedit. In illo benedictio confertur mysteriis, in isto mysteriis delicta donantur. Baptizari ergo fratres debemus eodē gurgite quo saluator. sed vt eodem fonte mergamur, non nobis orientalis petenda est regio, nō fluuius terræ Iudaicæ. Vbi enim nūc Christus, ibi quoq; Iordanis est. Eadem consecratio quæ orientis flumina benedixit, occidentis fluenta sanctificat. Vnde et si nomen forte fluuio aliud sit de seculo, inest tamen illi mysterium de

D Iordane. Denique iisdem sacrmentis res agitur quibus & tunc gesta est, nisi q̄ gratia pleniore. Tunc enim trinitatem carnalibus oculis vidimus, modo eandem trinitatem fidei oculis contemplamur. Tunc Christū vix humanus vultus aspexit, nunc eūdem mens humana complectitur. Tunc spiritus sanctus velut columbæ specie hominē circūfudit, modo se in interiora hominis ipsa virtute diuinitatis infundit. Tunc pater a domino propter filium longo auditu vocis aduenit, modo autē descendit ad nos pariter ipse cū filio. Plenior ergo gratia est vbi deus non assumpta specie descēdit ad homines, sed ꝓpria substātia descēdere dignatur ad filios. Ibi enī tāquam incredulis fidem vult signis corporalibus persuadere, hic tanquam fidelibus gratiam spirituali virtute cōferre. Plenioris ergo gratiæ est deum videre sicut est deus, q̄ videre eum sic vt requiras eum. Hic est perfecta trinitas, ibi adhuc scrutāda diuinitas. Plenior igitur est gratia deum propria virtute cognoscere, q̄ in assumpta specie suspicari. Faciamus ergo ipsi pro nobis quod deum videmus fecisse pro nobis, faciamus circa nos quod fieri circa se Ioannes optauit. Quanto magis peccatores nos humiles & ignari gratiam hanc debemus ambire. Videte misericordiam saluatoris. hoc nobis spōte defertur, quod propheta postulans nō meretur accipere. Quid autem causæ sit quod Ioannes pe

E tierit Christi baptismum, & nō acceperit, debemus addiscere. Ait enim illi dominus postulāti: Sine modo. Matt. 3.
sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Scimus autem quod Ioannes baptista typum legis gerebat. iustum ergo erat vt ipse baptizaret dominum, scilicet vt quemadmodum secūdum carnem de Iudæis saluator est genitus, ita & secundum spiritum de lege euangelium nasceretur, vt vnde successionē ducebat originis, exinde & traditionem cōsecrationis acciperet. Hoc est igitur quod ait: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Iustum enim erat vt mandata legis quæ ipse condiderat, ipse compleret, sicut alibi dicit: Non veni legem soluere, sed adimplere.

De hostibus carnalibus non metuendis, & post cibū gratias deo referri debere, Sermo XLII.

FREQVENTER admonui vos fratres, vt dum licet, dum tempus in spatio est, saluti vestræ omnibus modis consuleretis, & in hac vita breui vitam vobis prouideretis æternam. Sapiens enim quisq; intelligit quod hæc vita homini non ad quietem data sit, sed ad laborem, hoc est vt hic laboret, & in posterum requiescat. Hic autem requies nulla est. Tantis enim malis hæc vita repleta F
est, vt cōparatione eius mors remedio putetur esse, nō pœna. Nam ideo breuem illam deus fecit, vt molestiæ eius, quia prosperitate non poterant, temporis exiguitate finirētur. Deniq; sanctus Iob dicit: Pirateriū est vita hominis super terram, hoc est siue q; homines in hac vita omnia experiantur mala. Piraterium enim latine experimentum dici potest. Seu certe piraterium, quod in hac vita circa homines diabolus tanquam pirata desæuiat. Piraterium enim habitaculum piratarum est. Tādiu ergo in piraterio sumus, quādiu in hac carne positi prædonum spiritualiū tentationibus subiacemus. quāuis i hac ipsa vita etiā carnales nobis, qui sunt barbari, piratæ nō desunt, minus tamē eos timeo, qui et si auferunt patrimonia, nō possunt auferre iustitiam: si aurum tollunt, Christum tollere certe non possunt: si diripiunt argentum, non possunt diripere saluatorem. Q uis igitur non festinet habere sibi Christum quē nō possit ab eo nec prædo diripere, nec hostis auferre, nec captiuitas separe? Q ui enim habet Christū, hominem nō veretur inimicum. Q uid enim facturus fa-

G pienti? Pecora eius abducet? hoc etiã morbi lues facere consueuit. Armenta diripet? istud damnum abactores tolerando iam didicit. Ipsum fortassis nõ illi admouet tædia, sed remouet. hoc enim illi intulit, quod maiore cum molestia febris afferret, præsertim cũ dicat dominus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã (Mat. 20.) autem non possunt occidere. Illi igitur spirituales plus metuendi piratæ sunt, qui nõ solum corpora hominũ, sed & animas spoliare consueuerunt: qui non tam aurũ mundi, q̃ aurum fidei auferre nituntur: qui non tam seculi substantiam, q̃ Christi sapientiam deprædantur. Nam ipsi nobis spirituales hostes hos carnales immittunt, vt probemur in tribulatione positi, q̃ simus confidentes in deo, q̃ de solo ipso remediũ postulemus. Sũt enim quidam qui in tribulatione positi dicãt malis artibus hostes vincere, iisdẽ eos artibus debere superari, desperantes de deo, a dæmonibus victoriam flagitantes. Miseri homines, nesciunt quid faciunt, quid loquãtur. Dum enim rebus suis metuunt, obliti sunt religionis ac fidei. Qui res quidem suas forte non perdent, sed quod est amplius, suas animas perdiderunt. Dicit (Iob. 2.) sanctus Iob: Si bona excipimus de manu domini, quare non mala tolerabimus? Hoc est, si bonis superueniẽtibus iucundamur, quare non & aduersis accidentibus confortemur? Aduersa tolerare, sapienti virtutis exercitium, insipienti præuaricationis est occasio. Dixi ergo frequenter vt in hac vita breui vitam vobis pro- H uideatis æternam: quod doleo cur hoc facere contẽnatis. Cum enim ieiunãdum dicimus, præter paucos nemo ieiunat. Cum eleemosynas faciendum, maior auaritia vos cõstringit. Orare autem, & gratias deo agere quid sit, plerosq; de vobis etiam arbitror ignorare, qui surgentes primo diluculo non nisi de prandio cogitent: cum pranderint, somno se tradent, nunquam diuinitati gratias referentes, quæ illis & prandium ad refectionẽ, & somnum dederit ad quietem. Vtique tu Christiane si es vtilis, meminisse debes cuius panẽ comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, num si aliquid de tuo cuicunque largiris, expectas vt tibi gratias agat, vt benedicat domum de qua ei humanitas sit tributa? Qui si forte gratias non agit, quẽadmodũ a te denotatur ingratus? Ita ergo & a nobis expectat qui nos pascit deus, vt pro præstitis ab eo escis illi gratias referamus, & saturati donis ipsius laudes ei dicamus. Hæc enĩ beneficiorum est retributio diuinorum, vt cum refecti fuerimus, bene nos confiteamur acceptos. Cæterum si accipientes diuina munera, taciti & immemores fuerimus: tãquã ingrati & indigni eorũ subministratione fraudabimur: vt deum quem beneficiis non cognouimus, malis in- I gruentibus requiramus, & aduersis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratias non egimus ad fruẽdũ: sicut nunc contingit vt qui in pace pigri fuimus ad laudes referendas, modo in tribulatione trepidi existimus ad pericula deploranda.

Item de eodem, Sermo XLIII.

SATIS abundeq; dixisse me credo superiore dominica ad correptionem eorum qui diuinis muneribus perfruentes gratias nõ referunt creatori, & vtentes beneficiis cælestibus tanquam ingrati & indigni beneficiorum non remunerantur autorem. Ingrati inquam, qui deum nec quasi serui metuunt dominum, nec quasi filii honorificant vt parentem. (Malac. 1.) Dicit per prophetam deus: Si dominus sum, vbi timor meus? si pater, vbi amor me⁹? Hoc est, si seruus es, redde domino timoris obsequium: si filius, exhibe patri pietatis affectum. Tu autẽ cum gratias non agis, deum nec diligis nec vereris. Vnde aut contumax seruus, aut superbus es filius. Qui est igitur vtilis Christianus, semp debet patri ac domino suo laudes dicere, & in eius gloriam omnia procurare, sicut ait k beatus Apostolus dicens: Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei. (1. Cor. 10.) Videte quale viri Christiani Apostolus voluit esse conuiuium, vt magis fides Christi, q̃ prandii sagina comedatur, & plus reficiat hominem dñici nominis frequẽs inuocatio, q̃ epularũ multiplex & copiosa collatio, meliusque pascat esurientem religio q̃ sagina. Omnia, inquit, in gloriã dei. Omnes ergo actus nostros Christo vult socio vel teste compleri, hac scilicet ratione, vt bona ipso autore faciamus, mala propter ipsius contubernium declinemus. Erubescit enim mala facere qui scit Christum se habere participem. Christus autem in bonis adiutor est, in malis noster est cõseruator. Ergo cũ diluculo surgimus, debemus priusquam procedamus e cubiculo, gratias agere saluatori, & ante oẽs actus seculi, actus habere pietatis, qui nos quiescentes & dormiẽtes in lectulis custodiuit. Quis enim nisi deus dormientem custodit hominem? qui ita resolutus in somnum, & oblitus sui vigoris humani, a se alien⁹ efficit, vt nesciat quid ipse sit, vbinam demoretur, adesse sibi certe ipse non possit. Necessarius igitur deus adest dormientibus, quia dormientes sibi adesse non possunt: & a nocturnis insidiis genus hoĩm ipse custodiat, quia id L temporis ad custodiendum alter nemo peruigilat. Debeo ergo illi gratiam qui vt ego securus dormiam, ille peruigilat. Ipse enim nos deus ituros cubitum quodã gremio quietis suscipit, & thesauro pacis recondito seruat, & caliginum quadam tuitione in lucem defendit, vt malitia inimicorum hominum repellatur tenebris, quæ non potest benignitate depelli, & pacẽ fessis præstet obscuritas, quam nõ præstabat humanitas. Dñi enĩ nescit homo vbi suũ aduersariũ psequatur, pacẽ quã volens præstare nõluit, præstat inuitus. Debemus ergo surgentes gratias Christo agere, & omne diei opus in signo facere saluatoris. Nonne cum adhuc gentilis esses, solebas signa perquirere: quæ signa quibus rebus essent prospera, magna inquisitione colligere? Iam nunc nolo erres in numero, scito quia in vno signo Christi omnium rerum est tuta prosperitas. Qui in hoc signo seminare cœperit, vitæ fructum consequetur æternæ. Qui in hoc signo iter facere aggreditur, ad cælum vsq; perueniet. In hoc igitur nomĩe omnes actus nostri dirigendi sunt, & ad ipsum totius vitæ nostræ commotio referenda, quia sicut ait Apostolus, In ipso viuim⁹ (Actu. 17.) & mouemur & sumus. Sed & cum vespera diem claudit, ipsi debemus per psalterium laudem dicere, & gloriam eius modulata suauitate concinere, quo operum nostrorum consummato certamine, veluti victores requiem mereamur, & laboris quædam palma sit soporis obliuio. Hoc autem vt faciamus fratres, non solum M docemur ratione, sed etiam admonemur exemplis. Nonne enim videmus minutissimas aues cum illucescentem diem aurora producit, in quibusdam nidorum cubiculis varia dulcedine personare, & id studiose agere priusquam procedant, vt creatorẽ suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant: & quemadmodum vnaquæque earum quoniam confessione nequit, modulis prodat obsequium, ita vt videatur sibi deuotius gratias agere, quæ dulcius personauit: hoc etiam peracto diei cursu similiter facere? Quid ergo sibi vult ista certis temporibus disposita cantilena, & iugis intentio, nisi gratiarum quædam sit immoderata confessio? Pastori enim suo auis innoxia, quia sermone non potest, suauitate blanditur. Habent enim & aues pastorem suum, sicut ait dominus: Respicite (Mat. 6.) volatilia cæli, quoniam non nent, neque metunt, & pater vester qui est in cælis, pascit illa. At quibus tãdẽ cibis pascũtur aues? vilissimis scilicet & terrenis. Aues ergo propter viles escas gratias agũt: tu preciosissimis epulis pasceris, & ingrat⁹ es? Quis igitur nõ erubescat

A sensum hominis habẽs, siue psalmorũ celebritate diem claudere, cũ ipse aues ad gratificãdum psalterii suauitate persultent, & eius gloriã nõ versuum dulcedine personare, cuius laudẽ volucres modulata cantilena pronunciant? Imitare ergo frater minutissimas aues mane & vespere creatori gratias referẽdo. Et si es deuotior, imitare lusciniam, cui qm̃ ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem vincens operi tuo adde nocturna curricula, & insomnẽ suscepti laboris industriã psalterii serie consolare. Et quia de his auibus mentionẽ feci quæ noctibus vigilant, nolo te imitatorem esse noctuæ, quę licet per noctem vigilet, per diem tñ pigra vel cæca est, quæ grandibus oculis tenebrarũ caligiñes diligit, splendorem solis horrescit. Mirum enĩ in modum illuminatur obscuritate, luce cæcatur. Istud animal hęreticorum figura est atq; gẽtilium, qui tenebras amplectuntur diaboli, lucem Saluatoris horrescunt, & grandibus disputationũ oculis cernunt vana, non respiciunt sempiterna. De his ait dominus: Oculos habent, & nõ videbunt: in tenebris ambulant. Sunt enim acuti ad superstitiosa, hebetes ad diuina: qui dum se putant subtilibus euolare sermonibus, tanquã noctuæ veri luminis splendore turbantur.

De sancto latrone, Sermo XLIIII.

B QVONIAM hesterno die de Latrone fecimus mentionẽ, videamus quis ipse latro sit qui in cruce domino cõstituto nõ solum peccatorũ suorũ veniam consequitur, sed etiam paradisi amœnitate donatur, vt qui ppter scelera dãnatus fuerat ad pœnã, propter fidem transferretur ad gloriã, fueritq; illi crux quã pertulit, nõ tam supplicii dãnatio, q̃ salutis occasio. In cruce enĩ positus Christũ dñm nostrũ credidit crucifixũ. Et ideo qui cõsortio passionis vtitur, cõsortio paradisi condonatur. Beatus enim latro dum supplicium patitur, regnum cęleste consequitur. Ecce reus dicitur, sicut cui damnari ad tẽpus expediuit. Non enim perueniret ad gloriã, si nõ contraditus esset ad pœnam. Videamus inquã cur tãtorum criminum reus tam cito a saluatore paradisum promeretur, cum alii multorũ temporũ lachrymis frequẽtibusq; ieiuniis vix delictorum suorum veniam cõsequantur. Magna fratres & multiplex causa est. Primum quod iste latro deuotione fidei tam repente mutatus est, vt pręsentem pœnam despiceret, ac de futura veniam precaretur, & magis crederet vtile sibi esse de æterno iudicio petere, q̃ de temporali supplicio postulare. Reminiscens enim scelerum suorum, & pœnitudinem gerens, plus incipit C dolere quod sperat, q̃ sentire quod patitur. potuit enim nisi de futuris amplius cogitasset, qui in Christũ semel crediderat, de præsenti magis supplicio deprecari. Deinde illud ad gratiã eius maioris est meriti, quod Christum in cruce positũ credidit: & passio quę aliis scandalum fecit, illi ad fidem profecit. Crucis enim passio multis scandalum fuit, sicut dicit Apostolus: (1. Cor. 1.) Nos autẽ prędicamus Christũ crucifixum: Iudęis quidem scandalũ, gentibus autem stultitiã. Recte ergo meretur paradisum, qui crucem Christi nõ putauit esse scandalum, sed virtutem. Dicit enim idem apostolus, Ipsis vocatis Iudæis Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Recte plane & dominus huic donat paradisum, quia quẽ Iudas Scarioth in ortulo paradisi distraxerat, hic in crucis patibulo confitetur. Mira res, confitetur latro quem discipulus abnegauit. Mira inquã res, latro honorificat patientem, quẽ Iudas prodidit osculantem. Ab hoc pacis blandimẽta venduntur, ab illo crucis vulnera prædicantur. (Luc. 23.) Ait enĩ, Memento mei domine cum veneris in regno tuo. Hæc est fidei plena deuotio, vt cũ de vulneribus domini profluens sanguis cernitur, tunc de potestate eius venia postuletur: cum videtur eius humi- D litas, tunc magis timeatur eius diuinitas: cũ morti addictus putatur, tunc regis illi honorificentia deferatur. Iste enim fidelis latro nõ credidit moriturũ quẽ annunciat regnaturũ: nõ putat subdendum inferis, quẽ dominaturũ confitetur in cælo: nõ arbitratur eum apud Tartarum detineri, a quo se etiam postulat liberari. Cernat licet eius hiantia vulnera, spectet ipsius sanguinẽ profluentem, deum tamẽ credit quem reum nescit, iustum fatetur quem non meminit peccatorem. Ait enim illi alteri exprobranti latroni, Nos quidem recte digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. Intellexit enim quod pro alienis peccatis has plagas susciperet, pro alienis sceleribus hæc vulnera sustineret: & sciuit quod illa in corpore Christi vulnera non essent Christi vulnera, sed latronis: atq; ideo plus amare cœpit postq̃ in corpore eius sua vulnera recognouit. Ait enĩ ppheta, Quoniã ipse infirmitates nostras portat, & pro nobis dolet. (Esaię. 53.) Nos autẽ existimabamus eũ esse in dolore, liuore eius nos sanati sumus. Plus ergo in cruce positus, liuorẽ eius cernens latro diligit deum. Mira res, plus in cruce latro Christũ diligit, q̃ Iudas dilexit in cœna. Ille per cibum supplantat magistrũ, hic credidit dñm p dolorẽ, sicut ait ppheta, Qui edebat panes meos, adampliauit aduersum me supplantationẽ. (Psal. 40.) Cognouit igitur hic latro omnẽ dei passionẽ ex ipsius fieri voluntate, & in potestate eius esse vel morti animam tradere, vel ad E vitam iterũ remeare, sicut ipse ait, Potestatẽ habeo ponendi animã meã, & potestatẽ habeo iterũ sumendi eã. (Ioan. 10.) Vsq; adeo autẽ illum liberũ ab inferni legib⁹ iudicauit, vt etiam se ab his posceret liberari.

Item de eodem sancto latrone, Sermo. XLV.

MEMINIT fratres vestra dilectio me dedisse rationẽ cur tantorũ criminũ inueteratus latro, & scelerũ suorũ cõfessione damnatus, paradisum in ipso supplicii patibulo potuerit promereri, & tanta fuerit celeritate saluatus, vt peccata eius gratia pręuenerit antequã pœna, & prius in malis suis gloriari cœperit, q̃ puniri. Non enim patitur supplicium, dum paradisum promeretur. Petro dicitur a Christo: Non potes me modo sequi, sequeris postea. Et huic dicitur: Hodie mecum eris in paradiso. (Luce. 23.) Tanquam discipulus ille differtur, & hic tanquam socius inuitatur. Ille adhuc reseruatur ad præmium, etiam ad consortium iste diligitur. Non potes, inquit, me modo sequi. Impossibile est Petro sequi dominum, etiam facile latroni est esse cum domino. Hodie mecum eris in paradiso. Non in aliud differtur tẽpus, non in diem alteram reseruatur. Ipsa hora qua paradisus deum suscepit, F suscepit & latronem. vnus passus est pro salute cunctorum, & duobus pariter immortalitatis ianua reseratur. Sed hãc tantam gloriam latroni fides præstitit. Fides enim est quæ peccata cooperit, quæ vincit crimina, quæ facit de latronibus innocentes. Quãuis enim delinquentium grandis culpa sit, fidei tamen maior est gratia. Plus enim credidisse Christo, q̃ seculo deliquisse, & plenioris est meriti veniam sperasse de domino, q̃ culpam contraxisse de mundo. Sicut enim perfidia criminosum fecit, ita fides perfecit innocentem. Deniq; Iudas posteaq̃ fidem perdidit, innocentiam apostolatus amisit. omniũ enĩ criminũ reus factus est posteaq̃ virtutum omniũ dominũ denegauit. Sicut ergo sufficit isti ad scelera deseruisse Christũ, ita illi sufficit ad innocentiam domino credidisse. Facit igitur & fides innocẽtes latrones, & perfidia apostolos criminosos. Magna igitur & perfecta fides in illo latrone fuit. Magna plane est & admirabilis fides quę Christum crucifixum glorificari magis credidit q̃ puniri. In hoc enim totius forma salutis est. Saluatorem tunc maiestatis dñm reco-

Gnoscit,cū videtur humilitatis patiētia cruciari. Vnde
ait Apostolus:Si cognouissent,nunquā dominū maie
statis crucifixissent. Hæc inquā perfecta fides est,Chri
stum in cruce deum non reum credere. Vnde ille latro
iustificatus est, quia Saluatore in patibulo constituto
Mat.27. Iudæis insultantibus,& vel criminosa dicentibus,Li
bera teipsum si potes: ille certus de diuinitate eius,&
securus de voluntate,se magis postulat liberari. Magna
inquā fides in illo latrone fuit,& sanctis apostolis com
paranda,nisi quod & forte præcesserit:præcessit etenim
deuotione,qui præcessit & præmio. Prior enim latro
ad paradisum q̄ apostoli peruenerunt. Deniq; Petrus
dominū sequitur,& iste comitatur. Dominus autem
secundum fidem & meritum tribuit,& remuneratiōis
obsequiū. Omnes enim,sicut legimus,in passione Sal
uatoris discipuli trepidarunt, omnes eum pene cū tra
Zacha.13. deretur reliquerunt,factum est sicut scriptum est: Percu
Mat.26. tiam pastorem,& dispergentur oues gregis. Deniq; fi
dem Petrus nec admonitus potuit custodire, totiens
lapsus est,quotiēs ne laberetur admonitus. Et nisi mo
dum quēdam tertio denegādi ei domin⁹ statuisset,for
sitan sæpius interrogatus,sæpius abnegasset. Tantam
enim trepidationē discipulis intulit passio Saluatoris,
vt quod apostolo Christus ante prædixerat,ancilla de
struueret,& magis preualeret ostiaria ad perfidiā, q̄ apo
H stolus ad cautelam. Non bona ostiaria,quę Petrū ideo
in domū sacerdotis includit,vt a fide Saluatoris exclu
dat. Male Adam induxit Eua,male Petrum introdu
xit ancilla. Illa exclusit a paradiso,hæc exclusit a Chri
sto. Illa persuasione sua virū decepit,hæc interrogatio
ne sua apostolum circūscripsit. Illa ad præuaricandum
Adam impulit,hęc Petrū compulit ad negandum. Et
idem sexus in vtraq; ostiariæ officiū gerens aut exclu
dit a vita,aut includit ad mortem.

De pœnitentia Petri apostoli. Sermo. XLVI.

DIXIMVS fratres q̄ ad similitudinē Euæ
Petrū ostiaria mulier quoq; deceperit, & si
cut Adam fœmina circūscripsit, ita & apo
stolum fœmina circūuenerit. Vsitatus ēn
ad decipiendū sexus est,fraudis suæ vasculū in ostiaria
diabolus recognouit. Fides verò nō nisi per mulierē op
pugnari consueuit. Ibi Adā per Euā superat,hic Petrū
vincit per ostiariā. Fuit enim, sicut legim⁹, in paradiso
deliciarū diabolus:nec defuit,sicut intelligimus,in pre
torio Iudęorū. Ibi iminebat Satanas serpens,hic Iudas
coluber purgebat. Est ergo eadē similitudo deceptiōis
in Petro quę in Adā fuit,qm̄ eadē est & similitudo mā
I dati. Accepit ēn a dño vterq; mandatū, Adā ne tāge
ret,apostolus ne negaret. Ille ne lignū sciētiæ pręsume
ret,hic ne crucē sapientiæ preteriret. Sed transgrediens
vterq; preceptū pari modo delinquunt. Gustat ille quod
nō licet,loquitur iste quod nō decet, & tm̄ facilior nega
tio Petri, q̄ Adæ preuaricatio. Citius enim apostolo q̄
protoplasto subuenitur. Hunc etenim deus ad vesperum
requirit errātē,illum dominus pullorū cantu denegātē.
T delicti. Adā re⁹ facti nudus erubuit, Petrus cōscius dicti T cor
rectus ingemuit. Ille tanq̄ deprehensus festinat ad late
bras,hic tanq̄ emēdatus prorūpit ad lachrymas. Velut
Genes.3. latenti enī & celanti a diuinitate Adę dicitur, Adā vbi
es? Nō q̄ Adā cōspectū dñi latere potuerit,sed q̄ pecca
trici conscietiæ nullus locus tutus vel certus sit dū me
tuit deprehēdi. Respexit dñs, & apertis oculis ei⁹ emē
Psal.33. dauit errorē. Recte oculis emēdat,quia scriptū est,Ocu
li dñi super iustos,& aures eius in preces eorum. Ergo
Petrus prorupit ad lachrymas nihil voce precat⁹. Inue
nio enī quod fleuerit,nō inuenio quid dixerit. Lachry
mas eius lego, satisfactionem nō lego. Recte plane Pe
trus fleuit & tacuit,quia q̄d defleri solet,nō solet excusa
ri:& quod defendi nō potest, ablui potest. Lauat enī la
chryma delictū quod voce pudor est confiteri. Lachry- K
mæ ergo verecūdiæ consulunt pariter & saluti,nec eru
bescunt in petendo,& impetrant in rogādo. Lachrymę
inquā tacitę quodāmodo preces sunt. veniam nō postu
lant,& merētur:causam nō dicunt,& misericordiā cōse
quuntur,nisi q̄ vtiliores lachrymarū preces sunt q̄ ser
monū,quia sermo in precādo forte fallit,lachryma oīno
non fallit. Sermo enim interdum nō totū profert nego
ciū,lachryma semp totū prodit affectū. Et ideo Petrus
iam non vtitur sermone quo fefellerat,quo peccauerat,
quo fidem amiserat,ne per id ei nō credatur ad cōfitēdū
quo vsus fuerat ad negandū,ac per hoc mauult causam
suam flere q̄ dicere,& quod voce negauerat, lachrymis
cōfiteri. Inuenio autē & aliud cur tacuerit Petrus,ne tā
cito veniæ postulatio per impudētiam plus offenderet
q̄ impetraret. Solet enim citius mereri indulgentiā qui
verecūdius deprecatur. In omni igitur culpa ante fletū
est,sic precatū. Scimus iam hoc exēplo quēadmodum
nostra peccata curemus. Ecce nihil nobis apostolus no
cuit q̄ negauit, & plurimū profuit q̄ emēdauit. Deniq; Ioan.21.
imitemur eum dicentē alibi. Cum enim tertio interro-
garetur a domino, Simon amas me? Respōdit tertio,
Dñe tu scis q̄a diligo te. Ait dñs, Pasce oues meas. Et
hoc tertio,quod quidē dictū ad cōpensationē prioris pfe
cit erroris. Q̄ui enī dīm tertio negauerat,tertio confi
tetur:& quotiēs culpā delinquendo contraxerat,totiens L
gratiam diligendo cōquirit. Videte ergo quantū fletus
profuerit Petro: anteq̄ fleret,lapsus est:posteaq̄ flenit,
erectus est:& qui ante lachrymas præuaricator extitit,
post lachrymas pastor assumptus est: & alios regēdos
accepit,qui prius se ipse non rexit.

De fide Petri Apostoli, Sermo XLVII.

ASTRVXIMVS supiore dominica san
ctum Petrū in Saluatoris passione sine erro
ribus profecisse,& posteaq̄ negauit dominū
deū,fuisse meliorē. Fidelior enim factus est
postq̄ fidem se perdidisse defleuit,atq; ideo maiorē gra
tiam reperit q̄ amisit. Tanquā bonus enī pastor tuen
dum gregem accepit, vt qui sibi ante infirmus fuerat,
fieret omnibus firmamētum: & qui ipse interrogatio
nis tentatione nutauerat,cæteros fidei stabilitate fun
daret. Deniq; pro soliditate deuotionis ecclesiarum pe
tra dicitur, sicut ait dominus: Tu es Petrus, & super Mat.16.
hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Petra enim
dicitur,eo quod primus in nationibus fidei fundamēta
posuerit, & tanq̄ saxum immobile totius operis Chri
stiani cōpagem molēq; contineat. Petra ergo pro deuo
tione Petrus dicitur,& petra pro virtute dñs nuncupa- M
tur,sicut ait Apostolus: Bibebant autē de spirituali cō- 1.Cor.10.
sequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Recte
consortiū meretur nominis, qui cōsortium meretur &
operis. In eadē enī domo Petrus fundamētum posuit,
Petrus plantat,dominus incremētū dat,dñs irriguum
subministrat. Petrus enī tētationibus suis pficit,fletiī
bus suis gaudet,periculis suis crescit. Sic nanq; in mari
dum super vndas temerarius viator ingreditur, nutat
incessu,sed conualescit affectu. periclitatur corpore,sed
deuotiōe nō labitur. mergitur pedib⁹,sed Christi dexte
ra sustētatur. sustentat fides quē vnda mergebat: & quē
fluctuū procella turbabat, saluatoris dilectio confirma
bat. Ambulauit enī in mari Petrus magis dilectione q̄
pedibus. Non enī videbat vbi pedum vestigiū pone
ret, videbat autē vbi figeret vestigiū charitatis. In naui
enī positus cōsiderāt dñm,& amore eius ductus descen
dit in mare. nō cogitat labētes aquas, nō fluenta curre
tia: & dum Christū respicit, nō respicit elementū. Cre
dit fide etiā inter vndas solidum inuenire vestigiū. ia
ctetur licet fluctibus mare, ventis pelagus cōturbetur,
non tamen turbatur Petri semita, quæ ducit ad dīm.

A Ambulat igitur sup aquas Petrus,& sub pedibus eius
Exo.14. mollis vnda nō cedit. Legimus in veteri test āmēto fi
lios Israel per mare rubrū siccis itineribus ambulasse,
& ad securitatem gradientiū,ne laberetur vnda,in soli
ditatē quandā eam fuisse mutatā. Quanto hoc melius
vbi ābulante Petro nec mutatur vnda,nec labitur,nec
solidatur aqua,nec refugit? Melius inquā est,vbi eadē
vnda quæ fluctuat,& sustentat: vbi idē gurges qui mer
gitur,& famulatur. Illic vt portaretur per mare popu
lus Israel,meatum suū natura perdiderat: hic portatur
in aquis Petrus,& cursum suū fluēta nō pdunt. Teme
rarius ergo viator Apostolus noui itineris viam car
pit,modo curuati gurgitis molem afcēdit,modo subsi
dentis sinus vndā descēdit,& inter marinos fluctus ascē
sus illi itineris descensusq; nō deest: sed vbi turbatus vē
tis,exagitatus procellis incipit timere quod credidit,
statim ei gurges subtrahitur, vnda subducit, mox de
fatiscente fide fatiscit semita. tunc exclamās dominum
Iesum,saluū se fieri deprecatur: quē apprehēsum manu
Mat.14. saluator liberat,& obiurgat dicens: Modicę fidei, quare
dubitasti? Hoc est,cur tam paruæ fidei es,vt qui cre
dendo mare ambulare cœperas,nō id pseuerādo trāsi
res? Scriptū est enim: Q̄ui perseuerauerit vsq; in finē,
hic saluus erit. Sed dum cunctaris & dubitas,iter quod
ingressus fueras, perdidisti. Cur inq̄ tam modicæ fidei
B es,vt nō ea fide qua venire cœperas,puenires? Intellige
ergo quia in mari credulitas te portabat,perfidia sum
mergebat. Igitur fratres sanctus Petrus dum fluctuat,
dum mergitur,dum periclitatur,sic peruenit ad domi
num,ostendens nobis quod nō nisi per pericula prope
ratur ad Christū. Multi enim diabolici fluctus sunt in
hoc mūdo,tentationum multa naufragia,a quibus ita
liberari possumus,si clamantibus manū suam Saluā
tor extenderit. Nos ergo clamare ad dominū nō cesse
mus,ille auxilium solitum nō negabit.

De sepultura Domini, Sermo XLVIII.

ESTERNA die satis accepisse vos credo
fratres dilecti tractatib⁹ domini & fratris no
stri præsentis episcopi,qui tanta facūdia res
diuinas disseruit,vt prædicatio ei⁹ plena fue
rit sacerdotii gratia,oratoris eloquētia,institutione do
ctoris. Nec mirum si is qui in pontificio primatus ho
norem obtinet,obtineat etiam in prædicādo primatus
eloquiū,& virtutes dei quas sancti pectoris arcano de
promit,fœcundi sermonis oratione cōmēdet, atq; ideo
paruitatem meā scio auribus vestris minus solito pla
cituram. Quis enim contētus sit potare de riuulo,cum
C possit haurire de fonte? Terra enim aquarū tenuem ro
rem omnino nō suscipit posteaquā eam largus pluuia
rum imber infuderit. Sic igitur vestra dilectio inunda
ta sancti sacerdotis eloquio,sermonis mei patietur vile
fastidiū. Quāuis enim doctus vir,quāuis disertus ora
tor,eliguis videbitur si cœperit loqui pręsente melio
re. sed tamē habet solatiū suū ista cōfusio. Nihil ēn ru
boris est cōparatione summi sacerdotis displicere mini
mū sacerdotē,pręsertim cū iuuare me possit beatorum
infigne cōsortiū. Si enī Dauid vnius societate sancti al
Psal.17. terum sanctū fieri posse promat dicēs: Cum sancto san
ctus eris:cur ego me,quāuis imperitū,quāuis peccato
rem,nō putē fieri posse prędicatorē virtutū dñi tantorū
cōsortio magistrorū? Igitur qm̄ beatissim⁹ frater noster
sanctorū apostolorū laudes magno est pfecutus eloqo,
debemus & nos ipsius sepulturā dñi prædicare: vt qa
vnius corporis mēbra videmus similibus obsequiis pa
curata,similibus quoq; integrū corpus prędicationibus
exornetur. Videamus ergo de dñi corpore postea q̄ de
Lucę.23. cruce deponitur,quid geratur. Accepit illud Ioseph ab
Arimathia vir iustus,sicut ait Euangelista,& in nouo
suo sepeliuit monumēto,in quo nondū quisquā positus
erat. Beatū ergo corp⁹ dñi Christi, quod cum nascitur, D
vtero virginis gignitur:cū recedit, iusti tumulo cōmen
datur. Beatū plane corp⁹,qd virginitas peperit,& iusti
tia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incor
ruptum,sicut seruauit illud Marię vterus illibatū. Hic
ēni viri pollutione nō tangitur, ibi mortis corruptione
nō lędit⁹. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbiq;
virginitas. purus illud venter concipit,nouus tumulus
includit. Dñica ergo & virgo vulua,& virgo est sepul
tura. Quin potius ipsam sepulturā vulua vulua dixerim.
est enim similitudo non parua. Sicut enī dñs de matris
vulua viuus exiuit,& de Ioseph viuus sepultura surre
xit:& sicut tunc de vtero ad prædicādum natus est, ita
& nunc ad euangelizandū renatus est de sepulchro:nisi
quod gloriosior ista est q̄ illa natiuitas. Illa enī corpus
mortale genuit,hæc edidit immortale. Post illam na
tiuitatem ad inferos descēditur,post hanc remeatur ad
cælos. Religiosior plane ista est q̄ illa natiuitas. Illa enī
totius mundi dominū nouem mensibus in vtero clau
sum tenuit,hæc autem triduo tantum tumuli gremio
custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit,hæc
omnium salutem citius suscitauit.

De accusato domino apud Pilatum,& de Susanna, Sermo XLIX.

MIRVM forsitā videatur vobis fratres,cur E
dominus apud pręsidē Pilatū a principibus
sacerdotū accusetur,& taceat,nec nequitiam
eorum sua responsione conuincat,cū vtiq; in
gestam accusationem non nisi refellere soleat subsecuta
defensio. Mirum inquā sit fratres,quod arguatur Sal
uator,& taceat. Taciturnitas enim interdū pro cōsensu
habetur. Videtur enī confirmare quod obiicitur,cū nō
vult respōdere quod quæritur. Accusationē ergo suam
dominus tacendo cōfirmat? Non plane accusationem
suam tacendo confirmat, sed despicit non refellendo.
Bene enim tacet,qui defensione non indiget. Ambiat
defendi qui metuit superari: festinet loqui qui timet vin
ci. Christus autem cum condemnatur,& superat: cum
iudicatur,& vincit: sicut ait propheta: Vt iustificeris in Psal.50.
sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Quid ergo
opus erat ei loqui ante iudicium,cui ipsum iudicium
erat plena victoria? Vincit enim cum iudicatur Chri
stus,quia sic innocens approbatur. Vnde ait Pilatus: Mat.27.
Innocens ego sum a sanguine huius iusti. Melior est
igitur causa quæ nō defenditur,& probatur: plenior iu
stitia est quæ non verbis astruitur,sed veritate fulcitur.
Taceat lingua necesse est,vbi ipsa egtas sibi adest. Ta
ceat lingua in bono negocio,quia & malas causas obti- F
nere consueuit. Nolo sic defendi iustitiā,sicut solet ini
quitas excusari. Quod vincit Christus,nō orationis est
sed virtutis. Scit enim Saluator,qui est sapientia,quo
modo tacendo vinceret, quomodo non respondendo
superaret,atq; ideo causam suam mauult comprobare
q̄ dicere. Quæ enim res illum compelleret ad loquen
dum,cum silentium satis sufficeret ad vincēdum? Sed
fortasse metus eum cogeret, ne salutem perderet, nisi
quod ipsa erat tota causa victorię. Suam enim salutem
perdidit,vt salutem omniū lucraretur. In se vinci ma
luit,vt victor esset in cunctis. Sed qd de Christo loquar?
Susanna mulier inimicos suos tacuit,& vicit. Non enī
apud Danielem iudicem verborum se ratiōe defendit,
non patrocinii sermone tutata est, sed in sancta fœmi
na tacente lingua pro ea castitas loquebatur. Castitas
enim Susannę affuit in iudicio, quę eam defendit & in
paradiso. Ibi enī pudori eius consuluit,hic saluti. Ibi ne
macularetur pudicitia,hic ne innocentia damnaretur. Ca
stitas ergo Susannæ & presbyteros & impudicos con
uicit in paradiso, & in iudicio falsos accusatores obti
nuit. Bisq; victrix reos facit testimonii, qs reos fecerat

G adulterii, atq; tandem iudicem meretur castitas Danielem puerum inmorē necdum pubescentis ætatis. Multum igitur de deo pudicitia cōsequitur, cui iudicem virginē promeretur. Secura enim est de victoria castitas, cui est iudicatura virginitas. Pudicitiæ autem causam nisi vir pudicus audire nō debuit. talem enim arbitrum meretur castimonia, apud quē non periclitetur verecūdia. Cognito igitur Daniel Susannæ negocio, cū eam falsis accusationibus vellet plebs imperita damnare, ait
Danie. 13. idem: Mundus ego sum a sanguine huius. Quo dicto peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo voce circa Susannam Daniel vtitur, qua circa dominū vsus est & Pilatus. Ait enim Pilatus: Mundus ego sum a sanguine huius iusti. Eadem igitur sententia soluitur pudicitia, qua est absoluta iustitia. sed Daniel melio q̄ Pilatus. Ille enim pudicum sanguinē nō condemnat, sed liberat: hic autem iustum sanguinem & confitetur, & tradit. Quid enī profuit testimoniū perhibuisse innocentię, & velut reum addixisse nequitiæ, nisi quod grauius peccatū est, vnum eundēq; & pronunciare iustum, & tradere criminosum? Ipse enim iniquitatis suę testis est, qui ore absoluit, & corde cōdēnat. Lauerit licet manus suas Pilatus, tamen sua facta nō diluit. Et quāuis abstergere se putauerit iusti sanguinē de suis mēbris, eo tamē sanguine mens eius tenetur infecta. Ipse ērī occi-
H dit Christū qui eū tradidit occidēdū. Iudex enī constans & bonus, ne sanguinē innocentis addiceret, nec inuidiæ cedere debuit, nec timori. Daniel ergo melio q̄ Pilatus. Ille peccantis populi reuocauit errorem, hic autē furentis synagogæ sacrilegium confirmauit.

Item de eodem. Sermo L.

ANTE dies profecuti sumus sanctę Susannæ iudicium simile admodū fuisse iudicio saluatoris, & iisdem criminationibus laborasse memoratæ castitatē fœminæ, quibus Christi laborauit integritas. Similiter enim persecutores in Susanna passa est pudicitia, sicut & in Christo passa est iustitia. Illa enim dum in adulterio commincit presbyteros, ipsa tanquā adultera retinetur. hic dum in sacrilegio arguit Phariseos, ipse tanquā sacrilegus accusatur. Quod quidē sacrilegium in Phariſæis maius adulterium vocari potest. Grauius est enim religionis adulterum esse q̄ corporis, & plus est integritatē diuinitatis lædere, q̄ integritatem hominis violare. Condemnatur ergo Susanna, condemnatur & dominus. Illa quia castitatē corporis tuebatur, hic quia religionis
I castimoniā defendebat. Similis igitur erat in vtroque causa iudicii, nisi quod meliore vsa est iudice Susanna q̄ dominus. Hunc enim præses iudicat, hanc propheta. Hunc audit vir qui Phariseorum seditionibus terreba tur, hanc audit puer qui sancto spiritu replebatur. Iste quod sentit, cōstanter pronunciat, nō defendit. Susannę enim iudex quam absoluit, & liberat: domini cogitor quem absolut, damnat & tradit. Simile ergo fuit pene per omnia Susannę dominiq; iudicium. Siquidem nec accusatio in iis fuerit ipsa dissimilis. Susannam enim seniores deferunt, dominū Iudas accusat. Illam doctores sui, hūc discipulus proprius criminatur. Susannam inquā pseudopresbyteri arguunt, prodit pseudoepiscopus saluatorem. Episcopus enim & Iudas fuit, sicut ait
Psal. 108. propheta de eodē dicens, Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter. Sed nec locus fratres in vtraque causa videtur esse dissimilis. Susanna enim in paradiso ab accusatorib⁹, circumuenitur, dominus in ortuli paradiso a traditoribus circundatur. Illa ibi insidiatores patitur, iste hic sustinet proditorem. Videamus autē exitum vtriusq; iudicii. Susannæ accusatores tanq̄ falsi testes prophetica sententia feriuntur, & eiusdem criminis puniuntur rei, cuius dānare innocentis sanguinē gestiebant. Domini autē traditorē nō inuenio a iudice k esse damnatū. Non enī damnat eū Pilatus, nō damnat populus, sed quod est grauius, se ipse cōdemnat, & cessante iustitia iudicatur. Quem enī alter iudicat, potest vtcūq; esse excusabilis: reus autem sine excusatione est qui conscientiæ suæ iudicio condemnatur. Quem alter iudicat, potest quādoq; a suo iudice sperare indulgētiam: qui se ipse iudicat, a quo indulgētiam postulabit? Referens enim Iudas dominici sanguinis precium ait Iudæis, Peccaui quod tradiderim sanguinē innocentē. Mat. 27.
Magnum igitur dominicæ innocentiæ testimonium est, dum accusator eius & confitetur de scelere, & reus est de mercede. Dum enim miser refudit venditionis precium, putat se facinoris sui soluere posse cōtractum. Sed nec iste absoluitur. Dum enī autor venditionis suę reus est, constat istos sceleratum cū sacrilego inisse contractum. Sua ergo sententia Iudas proditor condēnatur. Mirum forte sit vobis quod non eum populus iudicauerit, non præses addixerit. Hoc sacrilegi solet esse iudicium, vt impietatem suam ipse dum recordatur, & puniat: scelus suū dum recognoscit, & vindicet. Omniū enim supergreditur sententias qui a sua cōscientia, sua sententia condemnatur. Hoc inquā sacrilegi solet esse iudicium, vt conscius facti ipse se damnet, sicut ait apostolus Paulus de hæretico dicens, Hereticū hominem ad Titū. 3
post vnam & secundam correptionē deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit proprio iudicio condēnatus. Ipse enim se damnat hęreticus, cū de ecclesia ipse se proiicit, & de cœtu sanctorū nullo cōpellente procedit. Ipse enim ostendit quid mereatur a cunctis, qui suo iudicio separatur a cunctis. Ipse inquam se damnat hęreticus, quia cum omnes criminosi, episcopi sententia proiiciantur de consortio Christiano, hæreticus cuncta preueniens sententia suæ voluntatis abiicitur. Tali ergo hæreticus quali & Iudas pœna damnatur, vt idem sui & reus sit sceleris, & iudex sit vltionis. Tali inquā hæreticus quali & Iudas pœna damnatur, nec immerito, quia dominū quē ille vendidit, iste blasphemat: quē ille persecutoribus tradidit, quotidie iste persequitur. Persequitur enī hæreticus dominū, cū diuinitatem ei derogat, & asserit creaturam.

De Iuda Scarioth, Sermo LI.

RETINET dilectio vestra nos hoc proxima dominica prædicasse, quod Iudas Scarioth propria sententia cōdemnatus, ad Phariſæos dominici mercedē sanguinis reportarit, & actus pœnitentia refuderit venditionis precium, sed M
conscientiæ suæ non resoluerit scelus. Deniq; post redditum preciū laqueo se suspendit, vt qui se mulctauerat pecunia, mulctaret & vita. Intelligens enim quantum scelus admiserit, nō suffecit ei sacrilegii carere mercede, nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicauit quod Christum vitam omniū tradidisset. Seuerissimus igitur iudex sui Iudas vel in vlciscendo cōfitetur quem negauerat in tradēdo. Restituit ergo pecuniam Phariſæis, sed nec phariſæi eam libenter accipiunt. Dicunt enim inhibitū sibi esse in suis ea habere thesauris. Videte igitur quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quā inde Iudas reiicit, hinc phariſæi in loculos nō recludunt. Iusti enim sanguinis precium pertimescit iniquitas possi dere. consilium tamen ineunt phariſæi vt ex ea ager figuli comparetur, in quo peregrinorū corpora collocentur. Quod quidē prouidentia factum puto, vt precium Saluatoris non peccatoribus sumptū prębeat, sed peregrinis requiem subminiſtret: nō sacrilegis sit ad usum, sed defunctis sit ad sepulchrū, vt iam exide Christus & vitos sanguinis sui passione redimat, & mortuos preciosa passiōe suscipiat. Precio ergo dñici sāguinis ager figuli cōparatur. Legimus in scripturis quod totius ge

A neris humani salus redempta sit sanguine Saluatoris,
1. Petri. 1. sicut ait apostolus Petrus: Non enī redēpti estis corruptibilibus auro vel argento, sed precioso sanguine agni incōtaminati & immaculati Iesu Christi. Igitur si precium vitæ nostræ sanguis est domini, vide ergo quia il la non tam redempta sit agri terrena fragilitas, q̄ totius mundi incolumitas sempiterna. Ait enim euāgelista,
Ioānis. 3. Non enim venit Christus vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vide inquam ne pecunia illa non tam cōparati sit agri parua portio, q̄ totius mūdi copiosa possessio, sicut ait Dauid propheta: Postula
Psal. 2. a me, & dabo tibi gentes hæreditatē tuā, & possessionē tuam terminos terræ. Ager ergo iste mundus hic totus est, in quo nos dispersi & disseminati domino fructū boni operis germinamus. Sed fortasse perquiras a me, si ager mundus est, quisnā sit figulus qui mundi possit habere dominatū? Nisi fallor, ipse est figulus qui vascu la corporis nostri fecit e limo, de quo dicit scriptura, Et
Genes. 2. fecit deus hominē de limo terrę. Ipse est figulus qui carnium nostrarū cœnosum lutū vapore sui spiritus animauit, & materiē fluidam atq; terrenam ignito calore decoxit. Ipse inquā est figulus qui nos per manus suas formauit ad vitā, per Christū suum reformauit ad glo-
2. Cor. 5. riam, sicut ait apostolus, Ad eādem imaginē reformamur de gloria in gloriam, scilicet vt qui a priore factura propriis vitiis corruimus, in secunda natiuitate digni
B humus misericordia reparemur, hoc est qui p Adę transgressionem morte concidimus, per saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse plane est figulus, de quo dicit
Esaię. 45. beatus apostolus: Numquid dicit figmentū ei qui se fin
Roma. 9. xit, cur me fecisti hic? Et iterū: Numquid nō habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud vero in cōtumeliam? Ex eodem enim luto corporis nostri deus pro meritis singulorum alios referuat ad pœnam, alios ad gloriam. Istius itaq; figuli ager Christi sanguīe empt⁹ est pegrinis. Peregri nis inquā qui erant sine domo, sine patria, & toto orbe exules iactabātur, requies Christi sanguine prouidetur, vt quibus non est in mundo possessio, iis in Christo sit sepultura. Istos autē peregrinos quos esse dicimus nisi deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nihil possidētes in mūdo, in Christi sanguīe requiescūt? Christianus enim qui mundum nō possidet, hic totum possidet saluatorem. Ideo autē peregrinis Christi sepultura promittitur, vt qui se a carnalibus vitiis tanquam peregrinum & alienum custodierit, is Christi requiem
C mereatur. Sepultura enim Christi quid est aliud, nisi requies Christiani? Nos ergo peregrini in hoc mundo sumus, & tanquā hospites in hac luce versamur, sicut
2. Cor. 5. ait apostolus dicens: Etenim dum sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Peregrini inquā sumus, & nobis saluatoris sanguinis precio empta est sepultura.
Coloss. 2. Consepulti enim sumus, sicut ait Apostolus, cum illo per baptismū in mortē. Baptismū igitur Christi nobis est sepultura, in quo peccatis morimur, criminibus sepelimur, & veteris hominis conscientia resoluta, in alteram natiuitatem rediuiua infantia reparamur. Baptismū inquā saluatoris nobis est sepultura, quia & ibi perdimus ante quod viximus, & ibi denuo accipimus vt viuamus. Magna igitur sepulturę huius est gratia, in qua nobis & vtilis mors infertur, & vita vtilior cōdonatur. Magna inquā huius gratia sepulturę, quæ & purificat peccatorē, & viuificat morientem.

De die sancto Paschæ, Sermo LII.

NON immerito fratres hodierna die psalmus hic legitur, in quo propheta exultādum prę cipit & letādum. Omnes enim creaturas ad huius diei festiuitatem Dauid sanctus inuitat. Nam in hac die per resurrectionem Christi aperitur Tartarus, per Neophytos ecclesię innouatur terra, D
cælum per spiritum sanctum referatur. Apertus enim Tartarus reddit mortuos, inouata terra germinat resurgentes, cælum referatum suscipit ascendentes. Denique ascendit latro in paradisum, sanctorū corpora ingrediuntur in sanctam ciuitatē, ad vitos mortui reuertuntur, & profectu quodā in resurrectione Christi ad altiora cuncta elementa se tollunt. Tartarus quos habet reddit ad superos, terra quos sepelit, mittit ad cælum, cælum quos suscipit, repręsentat ad dominum. Et vna eadēq; operatione saluatoris passio eleuat de imis, suscitat de terrenis, collocat in excelsis. Resurrectio enī Christi defunctis est vita, peccatoribus venia, sanctis est gloria. Omnē ergo creaturam ad festiuitatem resurrectionis Christi Dauid sanctus inuitat. Ait enim exultādum in hac die quam fecit dominus, & lætandum. Sed dicit aliquis, si in die gratulandum est, iis vtiq; gratulādum est quos dies ipsa cōplectitur. Cælum autem & Tartarus extra huius mundi diem sunt constituta. Q uomodo igitur possunt ea elementa ad festiuitatē huius diei vocari, cuius diei ambitu nō tenentur? Sed hic dies quē fecit dominus, penetrat omnia, vniuersa continet, cælū & terrā Tartariq; cōplectitur. Lux enim Christus nō parietibus obstruitur, non elementis diuiditur, non tenebris obscuratur. Lux inquam Christi dies est sine nocte, dies sine fine, vbiq; splendet, vbiq; radiat, vbiq; non deficit. Quod autem iste dies Christus sit, Apostolus E
dicit, Nox præcessit, dies autē appropinquabit. Præces- Roīi. 13.
sit, inquit, nox, non sequitur: vt intelligas superueniente Christi lumine & diaboli tenebras effugari, & peccatorum obscura nō subsequi, & iugi splendore preteritas caligines depelli, surrepētia delicta prohiberi. Nam quia hic dies Christus, cœlū, terrā, Tartariq; collustret, scriptura testatur. Quod enī super terrā fulgeat, dicit Ioannes: Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem ve- Ioan. 1.
nientem in hunc mundum. Quod in inferno luceat, ait propheta, Q ui sedebant in regione vmbræ mortis, lux Esaię. 9.
orta est illis. Quod in cælis iste permaneat, refert Dauid dicens: Ponam in seculum seculi semen eius, & sedem eius sicut dies cæli. Quis autem est dies cæli nisi Christus dominus: de quo dicitur per prophetā, Dies Psal. 18.
diei eructat verbum? Ipse est enim dies filius, cui pater dies diuinitatis suæ eructat arcanum. Ipse inquam est dies qui ait per Salomonem, Ego feci vt oriretur in cę Eccli. 24.
lo lumen indeficiens. Sicut ergo diem cæli nox omnino nō sequitur, ita & Christi iustitiam peccatorum tenebræ non sequuntur. Semper enim dies cæli splendet, lucet & fulget, neque aliqua potest obscuritate con- F
cludi. ita & lumen Christi semper micat, radiat, coruscat, nec aliqua potest delictorum caligine comprehendi. Vnde ait euangelista Ioannes: Et lux in tenebris Ioānis. 8.
lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. In resurrectione ergo Christi elementa omnia gloriantur. Nam & solem ipsum arbitror esse in hac die solito clariorem. Necesse est enim vt sol in eius resurrectiōe gaudeat, in cuius passione condoluit: & cuius mortem lugubri quadam caligine prosecutus est, eiusdem vitam nitidioris lucis splendore suscipiat: & tanquam bonus minister, sicut tunc obscuratus est ad exequias sepulturæ, modo coruscet in resurrectionis obsequium. In passione enim Christi caliginum se nocte circumdedit, & Iudæorum facinus mundo teste congemuit. Indicium enim quoddam doloris in sole est, tanto sceleri officiū luminis denegasse, & vltione quadam Iudæorum oculis tenebras insudisse: vt quorum mentem cæcitas inuaserat, eorum oculos cęcitas occuparet, nec luceret eis mundi lumen, a quibus fuerat lumen salutis extinctum. Damnatio igitur quædā ingeritur Phariſæis, vt tenebras in die iudicii peccatoribus repromissas iam apud superos patiātur. Aud superos ergo crucifixo immorantur tenebræ. Quid mirum si apud superos sunt

G tenebræ,cum lux descendit ad inferos? Igitur fratres omnes in hac die sancta exultare debemus,nullus se a communi lætitia peccatorum conscientia subtrahat, nullus a publicis votis delictorum sarcina reuocetur. Quamvis enim peccator,in hac die de indulgentia non debet desperare, est enim prærogatiua non parua. Si enim latro paradisum meruit,cur non mereatur veniã Christianus? Et si illi dominus cum crucifigitur miseretur,multo magis huic miserebitur cum resurgit. Et si passionis humilitas tantum præstitit confitenti,resurrectionis gloria quantum tribuit deprecanti? Largior enim ad præstandum solet esse,sicut ipsi scitis,læta victoria,q̃ addicta captinitas.

De innouatione fidelium, Sermo LIII.

MAGNVM fratres & mirabile donum concessit nobis deus hunc paschæ salutarẽ diem, in quo resurgens dominus resurrectionem præstitit vniuersis,& de imis ad altiora conscendens,nos quoq; ad superiora de inferioribus in suo
1.Cor.12. corpore sublenauit. Sumus enim secundum Apostolum omnes Christiani corpus Christi & membra. Resurgente igitur Christo omnia necessario cum eo sua
H viscera surrexerunt. Dum enim ille ab inferis transit ad superos,nos de morte transire fecit ad vitã. Pascha enĩ Hebraice, transitus dicitur vel profectus, scilicet quia per hoc mysterium de peioribus ad meliora transitur. Bonus transitus est transire de peccatis ad iustitiam, de vitiis ad virtutes, ad infantiam e senectute. Infantiam autem dixerim non ætatis,sed simplicitatis. habent enim & merita ætates suas. In occiduis enĩ prius constituti eramus senio peccatorum,resurgente Christo renouati sumus innocentia parulorum. Habet & Christiana simplicitas infantiam suam. Sicut enim insans nescit irasci,fraudare non nouit,referre non audet, ita & Christianitatis infantia lædẽtibus non irascitur, spoliantibus non resistit,cædentibus nõ repugnat. De-
Mat.5. nique,sicut iussit dominus,etiam orat pro inimicis,auferenti tunicam relinquit & pallium, verberanti maxillam,præbet & alterã: nisi quod in hoc melior est Christi infantia q̃ naturæ. illa enim peccare nescit, ista contemnit. illa per infirmitatem innoxia est, ista est innocens per virtutem. Atq; ideo laudi magis scribendum est non tam malefacere non posse q̃ nolle. Ergo sicut diximus,ætates quædam sunt meritorum. nam & senectus morum inuenitur in pueris,& innocẽtia infantum reperitur in senibus. Deniq; quod in iunioribus senectus quædam sit honestatis, dicit propheta, Senectus
Sapiẽ.4. enim venerabilis non diuturna,nec numero annorum
I computata. cani sunt enim sensus hominis. Ad Apostolos autem iam seniores & maiores natu dicit dominus, Nisi conuersi fueritis,& efficiamini sicut puer
Mat.18. iste,non introibitis in regnum cælorum. Reuocat igitur eos ad originis suæ fontem, & retrorsum ad infantiam redire compellit,scilicet vt qui corpore fragili senuerant,innocentiæ moribus renascantur,sicut ait Sal
Ioãnis.3. uator: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,
Mat.18. nõ intrabit in regnum dei. Dicitur ergo apostolis: Nisi conuersi fueritis,& efficiamini sicut puer iste. non dicit, sicut pueri isti, sed sicut puer iste. vnum elegit, vnum proponit. Videamus igitur qs ille tantus sit qui discipulis proponitur imitandus. Non hunc arbitror esse de plebe,non de publico,non de multitudine cæterorum, præcipue qui per Apostolos vniuerso mundo tribuit sanctitatis exemplum. Non inquam hunc de publico esse arbitror,sed de cælo. ipse est enim de cælo puer, de
Esaiẽ.9. quo dicit Esaias propheta: Puer natus est nobis,filius
1.Pet.2. datus est nobis. Ipse plane puer est,qui sicut innocens cum malediceretur non remaledixit,cum percuteretur non repercussit,quin potius in ipsa passione pro suis o-
rauit inimicis dicens: Pater dimitte eis, nescĩunt enim Lucę.23.
quid faciunt. Ita simplicitatem quam infantibus na- k
tura tribuit,dominus misericordiæ bonitate cumulabat. Iste ergo puer est,qui imitandus paruulus proponitur & sequẽdus. Nam ipse dicit, Tolle crucem tuam, Mat.16.
& sequere me.

Item de innouatione fidelium, Sermo.LIIII.

RETINET sanctitas vestra fratres me hoc nuperrime prædicasse,quod homo in iuuenem ætatem per iustitiã reformetur, & quãuis sessus senio, rursus in puerum innocẽtiæ moribus renascatur, ita vt interueniente mysterio ex vetulis iterum videamus infantes. Innouatio enĩ quędam est,desinere quod eras,assumere quod ante nõ fueras. Innouatio inquam est,vnde & Neophyti nuncupantur,quod nouitate quadam maculas vetustatis abiecerint,gratiam simplicitatis assumpserint,dicẽte apostolo: Deponentes veterem hominẽ cum actibus eius, Coloss.3.
induite nouum qui secundum deum creatus est. Vnde & Dauid sanctus ait, Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Pſal.102.
Intelligens per gratiã baptismi occidua vitæ nostræ posse reuiuiscere,& iuuẽtute quadã renouari posse id quod in nobis fuerat delictorum vetustate L
collapsum. Vt aũt intelligas quia de gratia baptismatis propheta loquitur,innouationem ipsam aquilæ cõparauit,quæ auis assidua cõmutatione habitus sui longam ducere fertur ætatem,& vetustis iam fatiscentibus plumis noua pẽnarum successione iuuenescere,ita vt depositis antiquitatis exuuiis,reduuia indumentorum natiuitate se vestiat. Vnde intelligimus quod senectutẽ aquilæ nõ sentiunt mẽbra,sed plumę. De nouo ergo se vestit,& pullulantibus pẽnis vetusta mater iterum renouatur in pullum. Pullis enim tunc cõparanda est,quando radiantibus plumis necesse est illi rursum meditari rudem volatum,& alarum olim exercitata remigia,tanquã nouella volucris,intra nidum pigra cõ pescere. quãuis illi sit volandi notitia de consuetudine, deest tamen illi de pennarũ raritate fiducia. De baptismatis igitur gratia hoc spiritus psalmographus prophetauit. nam vtiq; Neophyti nostri nuper baptizati, tanquã aquilæ depositis vetustatis exuuiis, noua sanctitatis indumenta sumpserunt,& fatiscentib⁹ antiquis maculis sicut plumis leuibus,redituua gratia immortalitatis ornantur,ita vt in his senectutis occidua peccata senuerint,vita non senuerit. Tanq̃ aquila in pullum, sic illi in infantiã reuocati. Est eis seculi de cõuersatione notitia,sed adest illis iustitiæ de reparatione securitas. Quid igitur sanctus Dauid dicat,adhuc diligẽtius videamus. Nõ enim ait, Renouabitur sicut aquilarum, M
sed sicut aquilæ iuuentus tua. Vnius ergo aquilæ renouandam in nobis asserit iuuentutem,quam vnam & solam aquilam recte Christum dominũ dixerim,cuius iuuentus renouata est tunc, cum a mortuis resurrexit. Depositis enĩ corruptelæ corporalis exuuiis,redituia carnis assumptione refloruit,sicut ipse ait per prophetã, Pſal.27.
Et refloruit caro mea,& ex voluntate mea confitebor illi. Refloruit,inquit,caro mea. Videte quo verbo vsus est. non ait floruit,sed refloruit. Non enĩ refloresci nisi quod ante floruerit. Floruit autem caro domini,cũ primũ de Mariæ virginis illibata vulua processit,sicut ait
Esaias dicens: Exibit virga de radice Iesse,& flos de ra- Esaię.11.
dice eius ascendet. Refloruit autẽ cũ succiso per Iudęos corporis flore,redituia de sepulchro resurrectionis gloria germinauit,& in floris modũ odorẽ pariter & nitorem, cũctis hominibus immortalitatis afflauit odorẽ, bonorũ operũ suauitatem,circumferens nitorem,incorruptelam perpetuæ diuinitatis ostendens.

De cruce Christi, Sermo LV.

A SECVLI ferunt fabulę Vlyssem illum qui decennio marinis iactatus erroribus ad patriam peruenire non poterat,cum in locum quendam cursus illum naufragii detulisset,in quo Sirenarum dulci cantus crudelis varietate resonabat, & aduenientes sic blanda modulatione mulcebat, vt non tam spectaculum voluptatis caperent,q̃ naufragium salutis incurrerent. Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ,vt quisquis audisset vocis sonitum,quasi quadam captus illecebra nõ iam tẽderet ad eum quem volebat portũ,sed pergeret ad exitium quod nolebat. Igitur cum Vlysses incidisset hoc dulce naufragium, & suauitatis illius vellet declinare periculum, dicitur inserta cera auribus sociorũ seipsum ad arborem naui gii religasse,quo & illi carerẽt pernicioſa auditus illecebra,& se de periculo naufragii cursus auferret. Si ergo de Vlysse illo refert fabula quod eum arboris religatio de periculo liberarit,quãto magis prædicandum est quod vere factum est,hoc est quod hodie omne genus hoim de mortis piculo crucis arbor eripuit? Ex quo enĩ Christus dominus religatus in cruce est,ex eo nos mundi illecebrosa discrimina velut clausa aure transimus. Nec pernicioso enim seculi detinemur auditu, nec cursum melioris vitæ deflectimus in scopulos voluptatis. Crucis enim arbor nõ solum religatum sibi hominẽ patriæ
B repræsentat, sed etiam socios circa se positos virtutis suæ vmbra custodit. Quod autem crux ad patriã post multos errores redire nos faciat,dominus declarat di-
Lucę.23. cens latroni in cruce posito: Hodie mecum eris in paradiso. Qui vtiq; latro diu oberrãs ac naufragus aliter ad patriam paradisi, de qua primus homo exierat,redire nõ poterat,nisi fuisset arbori religatus. Arbor enĩ quædam in natu,est crux in ecclesia,quæ inter totius seculi blãda & pernicioſa naufragia incolumis sola seruatur. In hac ergo naui quisquis aut arbori crucis se religauerit, aut aures suas scripturis diuinis clauserit,dulcẽ procellam luxuriæ nõ timebit. Sirenarum enim quædam suauis figura est mollis concupiscentia voluptatũ, quæ noxiis blandimentis constantiam captæ mentis effœminat. Ergo dominus Christus pependit in cruce, vt omne genus hominũ de mũdi naufragio liberaret. Sed vt omittamus Vlyssis fabulam,quæ ficta nõ facta est, videamus si quod in scripturis diuinis exemplum simile possimus inuenire,quod dominus per semetipsum postea completurus,per prophetas suos ante promiseNumĩ.21. rit. Legimus in veteri testamento cũ Moyses sanctus filios Israel de captiuitate Ægypti produxisset,atq; idẽ populus in deserto graui a serpentibus incursione laboraret,nec aliqua illis armorũ defensio posset obsistere, tunc sanctũ Moysen diuino repletum spiritu,serpẽtem
C æreum affixum ligno inter medias morientiũ erexisse turbas,& mandasse populo vt de illo signo spem gererent sanitatis,atq; hac re tantã medicinam cõtra morsum aspidum prouenisse,vt quisquis vulneratus in illam serpentis crucem aut respiceret,aut speraret,statim remedium salutis acciperet. Cuius facti etiam dominus in euangelio meminit dicens, Sicut Moyses exal-
Ioãnis.3. tauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Vnde si affixus serpens ligno filiis Israel cõtulit sanitatem,quanto magis salutem præstat populis dominus in patibulo crucifixus? Et si figura tãtum profuit,quantum prodesse credimus veritatem? Serpens igitur primus crucifigitur. Recte plane, vt quia primus apud deum peccauerat diabolus, primus crucis sententia feriretur. In ligno enim crucifigitur,rationabiliter factum,vt quia homo in paradiso per arborẽ concupiscentiæ deceptus fuerat,nunc idem per ligni arborem saluaretur,atq; eadem materia quæ causa mortis fuerat,esset remedium sanitatis. Deinde post serpẽtem in saluatore homo ipse crucifigitur, scilicet vt post autorem puniatur & facinus. Per primã enim crucem
D vindicatum est in serpentẽ,per secũdam in venena serpẽtis: hoc est, primũ autor ipse punitur,deinde eius maliguitas condẽnatur. Virus enim quod persuasione sua in hominem transfuderat,nunc reuincitur, nunc curatur. Nam cũ homo passioni addicitur,non morti traditur, sed mortis in eo facinus emendatur. Hoc enim egit dominus per hominem quem suscepit,vt dum innocens patitur,prævaricationis illius diabolicæ in eo inobedientia corrigatur,& deinceps liber a culpa fieret,ac liber esset a morte. Habentes igitur dominũ Iesum,qui nos passiõe sua liberauit,in ipsum aspiciamus semper, & de ipsius signo speremus nũis vulneribus medicinã, hoc est,Si forte nobis venenum auaritiæ se diffundit, ipsum consideremus,& sanat. Si scorpionis nos libido cõpungit,ipsum rogemus,& curat. Si terrenarũ cogitationũ nos morsus lacerant,eundem precemur,& viuimus. Hi enĩ sunt spirituales serpentes animarũ nostrarum,propter quos cõculcãdos dominus crucifixus est, de quibus ipse ait: Super serpentes & scorpiones ambu Lucę.10.
labitis,& nihil vobis nocebunt.

Item de cruce Christi, Sermo LVI.

DIXIMVS hesterna die quod crux dominiE
ni salutẽ generi contulerit humano,& verũ est. Passio enim illius nostra redemptio est, mors eius vita nostra est. Ideo autem mala hæc cuncta sustinuit,vt nos bona omnia sentiremus. Ideo crudelitatem in se exerceri maluit, vt nobis misericordiam largiretur. Bonus ideo in nos ita esse voluit, vt ante in se esset immitis. Auferens enim per crucem humani generis iniurias,omnes eas in sua passione cõsumpsit,vtvlterius nõ esset homini quod noceret. Grãde ergo crucis est sacramentum: & si intelligamus,per hoc signum etiã mundus ipse saluatur. Nam cũ a nautis scinditur mare,prius ab ipsis arbor erigitur, velum distenditur,vt cruce domini facta,aquarũ fluenta rumpantur,& hoc dñico fecuri signo portũ salutis petunt, periculũ mortis euadunt. Figura enĩ sacramẽti quædã est velum suspẽsum in arbore,quasi Christus sit exaltatus in cruce,atq; ideo confidentia de mysterio veniente hoies ventorũ procellas negligunt,peregrinatiõis vota suscipiunt. Sicut autẽ ecclesia sine cruce stare nõ potest, ita & sine arbore nauis firma est. Statim enĩ diabolus inquietat,& illã ventus allidit. at vbi signũ crucis erigitur,statim & diaboli iniquitas repellitur,& vẽtorũ procella sopitur. Sed & bonus agricola cũ parat terrę solum vertere,& vitę alimenta perquirere,nõnisi per signum crucis id facere conatur. Dũ enĩ aratro dentale subiicit, affigit aures,stiuam inserit,figurã crucis imitatur. Cõpactio enim ipsa similitudo quędam est dominicæ pas- E
sionis. Cælum quoq; ipsum huius signi figura dispositum est. Nã cũ quatuor partibus,hoc est oriente & occidente,ac meridiano & septẽtrione distinguitur,quatuor quasi crucis angulis cõtinetur. Ipsius etiã incessus hominis cum manus leuauerit,crucẽ pingit, atq; ideo eleuatis manibus orare præcipimur,vt ipso quoq; mẽbrorũ gestu passionem domini fateamur. Tunc enim citius nostra exauditur oratio,cũ Christum quẽ mens loquitur,etiam corpus imitatur. Hoc etiam exemplo Moyses sanctus cum cõtra Amalech bellum gereret, non armis,non ferro,sed eleuatis eum ad deum manibus superauit. sic enim habes scriptum: Cum eleuasset Exodi.17.
manus suas Moyses,vincebat Israel: cum autẽ deposuisset manus suas,cõualescebat Amalech. Hoc igitur dominico signo scinditur mare,terra colitur,cælum regitur,homines cõseruãtur. Hoc inquã dominico signo etiam referãtur inferna. Nam ex quo homo dominus Iesus qui ipsam crucem gestabat,sepultus in terra est, veluti dirupta ab eo exarata terra omnes quos retinebat mortuos germinauit. Sed videamus de hoc ipso domis

Gni corpore posteaquā de cruce deponitur quid geratur. Accepit illud Ioseph ab Arimathia vir iustus, sicut ait
Luce. 23. Euāgelista, & in nouo suo sepeliuit monumēto, in quo nondum quisquam positus erat. Beatum ergo corpus domini Christi, quod cū nascitur, vtero virginis gignitur: cū recedit, iusti tumulo cōmendatur. Beatum plane corpus, quod virginitas peperit, & iustitia custodiuit. Custodiuit illud Ioseph tumulus incorruptū, sicut seruauit illud Mariæ virginis vterus illibatū. Hic enī viri pollutione non tangitur, ibi mortis corruptione nō lædituɾ. Vbiq; beato corpori defertur sanctitas, vbique virginitas. Nouus illud venter cōcipit, nouus tumulus includit. Dūica ergo & virgo vulua, & virgo est sepultura. Quin potiꝰ ipsam sepulturā vultum dixerim. est enim similitudo nō parua. Sicut enī dūs de matris vulua viuus exiuit, ita de Ioseph sepultura viuus surrexit: & sicut tūc de vtero ad prædicādum natus est, ita & nūc ad euangelizandum renatus est de sepulchro, nisi quod glorioſior ista est q̄ illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, hæc edidit immortale. Post illam natiuitatem ad inferos descēditur, post hanc remeatur ad cælos. Religioſior plane est ista q̄ illa natiuitas. Illa enim totius mundi dominū nouem mensibus in vtero clausum tenuit, hæc autem triduo tantum tumuli gremio custodiuit. Illa cunctorum spem tardius protulit, hæc omniū salutem citius suscitauit.

De sepulchro dñi nr̄i Iesu Christi, Sermo. LVII.

H

FORTASSE quis dicat de prioris dominicæ prædicatione, in qua prædicauimus nō minorem esse gloriā quod tumulus Ioseph suscitauerit dominum, q̄ quod eum sanctæ Mariæ vterus procreauerit: quæ comparatio ventris & tumuli, cum illa ex intimis viscēribus edidit filium, hic autem solummodo locum præstiterit sepulturæ? At ego dico non minorem Ioseph affectum fuisse q̄ Mariæ. Siquidem illa vtero dominū, hic corde conceperit. Illa saluatori membrorum suorum secretum præstitit, hic secretum sui corporis nō negauit. Illa dominū pannis inuoluit cum natus est, hic linteis cum recessit. Illa perunxit beatum corpus oleo, hic aromatibus honorauit. Conueniunt ergo sibi obsequia, cōuenit & affectus. Vnde necesse est & meritum conueniremiſi quod angelus Mariā ad obsequium admonuit, Ioseph autem sola iustitia persuasit. Ioseph in suo sepulchro posuit do
Psal. 5. minum. Legimus in propheta: Sepulchrum patēs est guttur eorum. Si ergo sepulchrum patens est guttur hominū, vide ne forte secundum hanc similitudinem dominum Ioseph non tam in sepultura terrena posuerit, q̄ in monumento sui pectoris collocarit, & custodien
I dum illum susceperit non tam memoria fragili elemētorum, q̄ memoria sancta virtutum. Hæc enim virtutum fidelis est memoria, quæ intra se continens Christum, lędi eum hæreticorum corruptione non patitur. De qua memoria in sacris dicit dominus, Quotiēscūq; hoc facietis, in memoriam mei facietis, donec veniam. Quotiēscunq; enim Christum loquimur, totiēs eum sacri oris memoria commendamus. Sepulchrum ergo patens est guttur eorum. Recte plane dicit propheta. Sepulchrum enim Christi patens est euangelistarum beatum guttur, per quod illud æterno literarum thesauro condiderunt. Patens autem sepulchrum ideo dicitur, quia qui vult ad Christi peruenire mysterium, non ingreditur ad illud nisi per euangelicæ scripturæ secretū. In literarum enim sacrarū quasi quodam nouo vasculo cōmendandus est dominus. Quisquis igitur illum videre desiderat, ibi & passionis eius sacramentum inuenit, & resurrectionis gloriam recognoscit. Patens ergo guttur sanctorū est. Vnde apostolus ad Corinthios
2.Cor.6. ait: Os nostrum patet ad vos o Corinthii. inuitans eos vt per predicationis suæ semper apertam ianuā ingres- k
diamur Christi secreta mysteria. In hac igitur pectoris memoria collocatur dominꝰ a Ioseph, vt in iustitię sede requiescat, & habeat filius hominis vbi caput reclinet. Videamus igitur quare saluator in aliena sepultura ponatur, ac suam nō habeat sepulturam. Ideo in aliena sepultura ponitur, quia pro aliorum morte debatur salute. Mors enī ista non illi illata est, sed nobis delata. Mors ista non illi accidit, sed nobis proficit. Vt quid ergo ei propria sepultura, qui in se mortem propriam non habebat? Vt quid illi tumulus in terris, cuius sedes manebat in cælis? Vt quid illi sepultura, qui triduī tātum temporis spatio non tam in sepulchro mortuus iacuit, q̄ velut in lectulo dormiens conquieuit? Ipsa enim temporis breuitas declarat somnum potius fuisse q̄ mortem. Sepulchrum autē, mortis est habitaculum necessarium. Necessariū ergo non erat mortis habitaculum Christo, qui vita est: nec opus habebat semper viuens domicilio defunctorum. Recte autē hanc vitam nos in nostro sepulchro condidimus, vt cum ipso viuificante mortem nostram a mortuis surgeremus. Vnde & illa Maria Magdalene quæ dominū inter cæteros defunctos i sepulchro quærebat, arguitur, & dicitur illi, Quid
Ioan. 20. queris? viuētē cū mortuis? Hoc est, Quid queris apud inferos, quē redisse iam constat ad superos? Quem illa adhuc nō intelligens, nec cognoscēs, respondit illi, Domine si tu tulisti eū, dicito mihi vbi posuisti eū, & ego L
illum tollam. Existimabat enī illum, sicut dicit scriptura, hortulanū esse. Sancta ergo & simplex fœmina Christum requirebat a Christo, ac deuotione mētis prophetat & nescit. Ait enī domino de semetipso: Si tu tulisti eū, dicito mihi. Recte iterrogat, si tu tulisti eū. Ipse enī tulit corpꝰ suū, qui suscitauit. ipse tulit corpus, qui illud iacens & dormiēs sua aspiratione collegit. ipse tulit corpus, qui diuinitatis illud virtute gestans portat ad cælos. Atq; ideo mulier sapiēter interrogat & requirit: Si tu tulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum? Hoc est, si illud auferens de sepulchro ad paradisum transtulisti.
Audierat enim illum dicentē latroni, Hodie mecū eris Luce. 23.
in paradiso. Aut certe de infernis in patris dextera collocasti, sicut ait apostolꝰ, Quę sursum sunt quērite, vbi Coloss. 3.
Christus est ad dexterā dei. Beatus ergo qui ita quērit Christum dominū, vt credat eum & in paradiso constitutum, & in cælestibus collocatum. Nam qui eum aut in infernis requirit, aut tumulis, dicitur ei, Quid quæris? viuentem cum mortuis?

De Maria Magdalene, Sermo LVIII.

M

TERET adhuc sensibus vestris fratres, hoc nos ante dies pauciſſimos prædicasse, quod Maria Magdalene nō leuiter fuerit obiurgata cur post resurrectionē dominū quæreret in sepulchro, q̄ nō reminiscens verborum eius quibus se ab inferis tertia die rediturum esse dixerat, putaret eum inferni legibus detineri. Arguitur enim non leuiter cur nō memoraretur resurrectiōis promissum, ac mortis scrutaretur indicium. Fides enim humilis & ignara quērit quod nescit, obliuiscitur quod docetur. Festina quidem est ad obsequium, sed non perfecta est ad credēdum. anxia enim est de dominicæ carnis iniuria, sed incerta est de resurrectionis gloria. plorat quidem amore Christi, sed mœret desperatione corporis nō reperti. periisse putat quē iam regnare constabat. scrutatur enim in tumulo quem vocare potius deberet e cælo. Increpatur igitur sancta Maria tanquā pigrior ad credendum, & cum, sera licet, dominū cognouisset, dicitur ei a saluatore: Noli me tangere, quia nondum ascendi ad patrē. Noli me tangere, increpationis verbū est, hoc Ioan. 20.
est, noli me tangere manibus, quoniā resurrectionem meā mentis obliuione non retines. Non potes me cor-

A poris tenere complexibus, quoniā fidei perfectione nō tangis. Prohibetur tactu quę amisit auditū. Noli me, inquit, tāgere, quia nōdum ascēdi ad patrē. Videamus quomodo nondū ad patrem ascēderit Christus, cū ipse dicat, quia pater in me, & ego in patre, a quo per indiſcretam diuinitatis substātiam nūq̄ est separatus. Dum enim vnus in vno manet, semper patrē filiūq; simul esse significat. Aut nūquid illuc ascēdere se dicit filiꝰ, vbi
Ioan. 3. ante habitat q̄ ascendat? Dixit enim idē dominus: Nemo ascendit in cęlū nisi qui descēdit de cęlo, filius hominis qui est in cælo. Si ergo cū descēdit Saluator, in cælo est, multo magis etiam priusq̄ ascēdat, in cęlo est. Sed vide ne forte ad obiurgationē Marię vox ista ptineat, cui paulo ante inter sepulchra quęrenti dominū dicitur, Quid queris? viuentē cū mortuis? Nunc addatur, noli me tāgere, quia nondū ascēdi ad patrē. hoc est, quid me contingere cupis, quæ me dū inter tumulos queris, adhuc ad patrē ascēdisse non credis: quæ dū me inter infera scrutaris, ad cælestia rediſſe diffidis: dum inter mortuos quæris, viuere cū deo patre meo nō speras. Nōdū, inquit, ascendi ad patrē. hoc est, tibi nondū ascēdi ad patrem, quia apud fidē tuā adhuc detineor in sepulchro. Quantū in te est enī, adhuc humilibꝰ immoror, adhuc inhæreo terrenis, quia nondū me fides tua eleuauit ad cælū. Quid ergo me festinas cōtingere vt dei filiū, quē redeuntē ad patrē mētis deuotione nō sequeris? Quiſ-
B quis igitur vult cōtingere dominū saluatorē, prius illū debet fide sua ad dexteram diuinitatis imponere, & credulitate cordis collocare in cęlestibus potius q̄ inter defunctos inquirere. Illi autē ascēdit dominus in patrem, qui eū semper esse credit in patre. Ascendit beatis apo-
Ioan. 14. stolis ad patrē, quibꝰ ait: Qui me videt, videt & patrē. Ascendit Ioannī euāgelistæ, qui apud patrē eum quęsiuit & reperit, atq; ideo ait: Et verbū erat apud deū, & deus erat verbū. Ascēdit etiam beato Paulo, qui nō cōtentus solū se scire quod nouerat, nos quoq; docuit quē admodū saluatorem in cælestibus quęreremus, dicēs:
Col. 3. Quæ sursum sunt quærite: vbi Christus est in dextera dei sedens. Et vt nos ab hac humili vel terrena inquisitione Mariæ penitus submoueret, addidit dicēs: Quę sursum sunt, sapite, non quę super terrā. Ergo iā non super terrā, nec in terra, nec secundū carnē debemus quærere saluatorē si volumus eū inuenire atq; contingere, sed secundū diuinę maiestatis gloriam, vt dicamus cū
2.Cor. 5. apostolo Paulo: Nunc autē secūdum carnem nō nouimus Christū. Igitur & Stephanus beatus fide sua non super terrā quęsiuit Christū, sed stantē illū ad dei dexteram recognouit. ibi illum reperit, vbi mētis deuotione quæsiuit. Non solū autē Stephanus in cęlo videt Christum, sed eū & martyrio suo tāgit. Tangit enī dūm, cū pro inimicis suis orans velut fide sua tenēs illum dicit: Dñe, ne statuas illis hoc peccatū. Intelligite ergo quāta deuotionis est gloria: Maria iuxta dūm cōstituta eū
C tangere nō meretur, Stephanus in terris positus Christum tāgit in cęlo. Illa inter angelos presentē non videt saluatorē, Stephanus intra cęlos dūm cernit absentē.

De auaritia & Ananiæ, Sermo LIX.

RETINET dilectio vra fratres ante dies cū plebis eius quæ sub beatiſſimis Apostolis fuit, vnanimitatē largitatēq; prædicarem?, vsq; ad Ananiæ nos auaritiam peruenisse, qui illo tēpore in totius generis puriſſima vita tanquā ouis morbida solus inuentus est. Tanta enim infectus
Prou. 22. erat auaritiæ pestilētia, vt sanctus eum Petrus nō tam emēdare voluerit q̄ dānare. Legerat enim. Eūce de cōcilio pestilentē, & exibit cū eo omnis cōtentio. Solus ergo in cœtu sancto pestilēs fuit, qui cunctis contēptu pecuniæ, lucrū vitæ requirētibus, ipse tantū lucrū magis pecuniæ mercatus est q̄ salutis, & dū precii sperat com-
pendium, animæ reperit detrimentū. Ab apostolis igi D
tur Ananias auarus inuētus est, iam nostra excusatur humilitas. Minus enim mirandū est abundare sub nobis hoc vitiū, cū sub apostolis cœperit pullulare: & si illorū auctoritas hæc in Anania emēdare nō potuit, nobis quid imputabitur si eadē in plerisq; fratribꝰ corrigere nō valemus? In Anania enim Petrus auaritiā si potuisset corrigere, nō punisset: sed dū illū punit, alios corrigit. Voluit enim vt pœna ad vnū, metus autē ad plurimos perueniret. Exēplū ergo auaris omnibus in Anania propositū est, vt qui eiusdē criminis reus fuerit, eiusdē supplicii in iudicii die sententia feriatur. Grande igitur malū est auaritia, immo malorū omnium est origo, sicut ait Aplus, Radix autem omniū malorū est 1.Tim. 6.
cupiditas: quam quidā appetētes, errauerūt a fide. Vides ergo quia qui pecuniā appetit, fidē perdit: qui aurū redigit, gratiā prodigit. Auaritia enim cæcitas est, erroré religionis inducit. Cæca inquā est auaritia, sed diuersis fraudū oculata ingeniis, non videt quæ diuinitatis sunt, sed cogitat quę cupiditatis sunt. Semper enim quamuis diues sit, cogitat vnde vel ex malo adquirere. totam vitā negocium putat, cōpendiorum etiā omnia supprimens, inanis præstationis suæ fœnus imponit. Erubescit vsurę nomē, & lucrū nō erubescit vsurę. Semper ergo auarꝰ alieno vtitur, alieno se pascit dāno, & illi præda egestas alterius est, illi lætitia fletus alienus, sicut nuper factum vidimus. Quot amissa deplorant, su E
per quæ inuasa plerisq; gratulātur? Ecce senex pater captum deflet filiū, & tu iā super eū velut seruulū gloriaris. Innocens rusticus perditū ingemiscit iuuencū, & tu eo rus tuum excolere disponis, & fructus te putas posse capere gemitibus alienis. Ecce religiosa vidua tota supellectile dispoliatā domū suam dolet, & tu eadē supellectile domū tuam ornatā esse lętaris. Dic mihi o Christiane, non cōpungeris, non cōstringeris cū vides in hospitio tuo lachrymas alienas? Dicit scriptura sancta ad filios Israel: A bestia captū ne tetigeritis. polluta enim Exo. 22.
& contaminatum est quicquid fera cruēta cōtigerit. Et per hoc deterior bestia est quisquis sumit q̄d bestia superauit. Dic igitur mihi tu Christiane, cur prędā relictā a prædonibus præsumpſiſti? Cur laceratū & contaminatum, sicut ipse putas, tuis ædibus importasti? Cur q̄d hostilis superauit bestia, tu fœnor bestia deuorasti? Aiunt plerique lupos leonum subsequi solere vestigia, et nō longe ab eorū venatibus aberrare, scilicet vt rabiem suam rapina satient aliena: & quod leonum saturitati remanet, id luporum rapacitate consummatur. Sic & isti auaritię lupi prædonum vestigia subsecuti sunt, vt
quod illorū rapacitati superauit, horū cederet feritati. F
Sed forsitan emisse tedeis, & ideo auaritiæ crimē euadis. Non ita solet cōstare emptio atq; vēditio. Bonū est emere, sed in pace, quod propria voluntate vēditur, nō in deprædatione. Respice contractus originem, venditionis authorē, precii quantitatem, & intelligis prædae magis, nō vēditionis emptorem. Vnde enim barbaro auri gemmarumq; monilia? Vnde pellito serica vestimēta? Vnde rogo Romana mācipia fumis? Scimus ea cōprouincialium nostrorū esse vel ciuium. Facit ergo vt Christianus & ciuis, qui ideo emit vt reddat.

De festo Pentecostes, & de psalmo centesimonono. Sermo LX.

NOSSE credo vos fratres quę sit ratio quod venerabilē hanc pentecostes diē non minore lætitia celebremus, q̄ sanctū pascha curauimus, & quod eadē deuotione huius solēnitatis obseruantiā decurrimus, sicut illius obsequia festiuitatis impleuimus. Tūc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus, orationibus pernoctanter institimus: vnde necesse est simili obser

Guantia similem lętitiã subsequatur. Est lætitia plane cõ similis. tunc enim ab inferis resurgentẽ suscepimus saluatorem, modo autẽ spiritũ sanctũ expectamus e cęlis. tunc auxũ vel soliciti Christi prędicabamus aduẽtum, modo trepidi vel ieiuni Paracleti desideram⁹ aduẽtũ. In omnibus enim deus saluti prouidit humanę. Tunc enĩ nobis ad resurgendũ Tartara saluator aperuit, modo nobis ad regnãdũ Paracletus cælestia reseranit. Et quibusdã quasi profectuũ gradibus tũc de morte ad vitam didicimus remeare, modo autẽ de terris ad cælos meditamur ascendere. Hęc autẽ omnia operatur in nobis Christus dominus, qui priusq; rediret ad cælos, promisit discipulis suis dicẽs: Cũ autem ascẽdero, rogabo patrẽ meũ, & mittet vobis aliũ Paracletũ qui vobiscũ sit in ętemũ, spiritũ veritatis. Vnde credendũ est ad patrem peruenisse Christũ, cũ videmus ad apostolos descendisse Paracletũ. Credendũ inquam est, sicut ait de Saluatore Dauid, in dei dextera cõsidere, quia cernim⁹ spiritum sanctũ, sicut promisit dñs, in discipulis exulta-
Psal.109. re. Ait ergo ꝓpheticus psalmorũ: Dixit dominus dño meo, sede a dextris meis. Secũdum cõsuetudinẽ nostrã illi confessus offertur, qui aliq̃ opere perfecto victor aduenies honoris gratia promeretur vt sedeat. Ita ergo et homo Iesus Christus passione sua diabolũ superans, resurrectione sua inferna reserãs, tanq̃ perfecto opere ad cælos victor aduenies audit a deo patre, sede ad dexteram meam. Nec mirũ si vnius sedis offertur filio cõsessus a patre, qui vnius est substantiæ & naturę cũ patre.

H Cur autẽ ad dexterã filius esse dicatur, moueat aliquẽ fortasse. Licet enim dignitatis gradus nõ sit vbi plenitudo diuinitatis est, tamen ideo ad dexterã sedet filius, non quo præferatur patri, sed ne inferior esse credatur. Et ideo ad dexterã filius, quia secundũ Euangelistã ad dexterã oues, ad sinistrã vero constituẽtur hœdi. Necesse est ergo partẽ omnĩ primus agnus obtineat, & secutu-
Apoc.17. ro immaculato gregi locũ dux immaculat⁹ anticipet, sicut ait Ioãnes in Apocalypsi dicẽs: Hi sunt qui sequũtur agnũ quocunq; vadit, qui se cũ mulieribus nõ coinquinauerunt. Refert ergo propheta Dauid: Dixit dñs domino meo, Sede ad dexterã meã. hoc est, dñs pater dño deo Christo filio throni sui offert sublimẽ confessũ, & honoris gratia ad dexterã suam illũ ætema sede constituit. Legimus autẽ in Actibus Apostolorũ, dicente
Actu.7. beato Stephano cũ lapidaretur a Iudęis: Ecce video cęlos apertos, & stantẽ dominũ Iesum ad dexteram dei. Videamus ergo quę sit ratio quod idem dñs a Dauid sedẽs prophetatur, stans vero a Stephano prædicatur. Primo omnĩ deus qui incorporalis est & inuisibilis,
Ioan.4. Est enĩ spiritus, sicut ait dñs: Deus autem spiritus est: sedere aut stare quomodo potest: deĩde autẽ quali subsellio sedeat deus, qui infinitus est & immẽsus, & intra sẽ ipse magis creaturã cunctam cõtineat. Hęc autẽ prop-

I terea a sanctis viris dicta arbitror esse de domino, non quo sint cõtraria sibi, sed vt modo eius omnipotentia, modo misericordia describatur. Nã vtiq; pro potestate regis sedere dicitur, pro bonitate intercessoris stare sug-
1.Ioan.2. geritur. Ait enim beatus Apls: Quia aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christum. Iudex ergo est Christus cũ residet, aduocat⁹ est cũ assurgit. Iudex plane Iudæis, aduocatus Christianis. Hic enĩ stans apud patrẽ, Christianorũ licet peccãtiũ causas exorat, ibi residet cũ patre Phariſæorũ persequentiũ peccata cõdẽnans. Illis indignans vehemẽter vlciscitur, his interueniẽs leniter miseretur. Hic stat vt suscipiat Stephani martyris spiritum, ibi residet vt cõdẽnet Iudę pditoris admissum.

Item de Pentecoste, Sermo LXI.

SCIRE debet sanctitas vestra fratres hãc sanctam Pentecostes diẽ qua ratione curemus, vel cur istorũ quinquaginta dierum numero sit nobis iugis & cõtinuata festiuitas, ita vt hoc omni k
tẽpore neq; ad obseruandũ indicamus ieiunia, neq; ad exorandũ deũ genibus succidamus, sed sicut dominica solemus facere, erecti & feriati resurrectionẽ domini celebramus. Dominica enim nobis ideo venerabilis est atq; solẽnis, quia in ea Saluator velut sol oriens discussis infernorũ tenebris luce resurrectionis emicuit, ac ꝑpterea ipsa dies ab hominibus seculi dies solis vocatur, quod ortus eam sol iustitiæ Christus illuminet. Instar ergo dominicæ tota quinquaginta dierũ curricula celebrantur, & omnes isti dies velut dominici deputantur. Resurrectio enim dominica est. Nã in dominica resurgens Saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionem tota quinquagesima cũ hominibus commorat⁹ est. Ęqualis ergo eorũ necessarium vt esset festiuitas, quorũ æqualis esset & sic quãtitas. Sic enim disposuit dominus, vt sicut eĩ⁹ passione in quadragesimę ieiuniis cõtristaremur, ita eius resurrectione in quinquagesimæ feriis lætaremur. Nõ igit̃ ieiunamus in quinquagesima, quia in his diebus nobiscũ dominus cõmoratur. Non inquã ieiunamus ꝑsente domino, quia ipse
Luc.5. ait: Nunquid possunt filii sponsi ieiunare quandiu cũ illis est sponsus? Cur enim abstineat corpus a cibo, cũ anima præsentia domini saginatur? Nõ potest enim esse ieiunus qui reficitur gratia saluatoris. Societas enim Christi quodãmodo esca est Christiani. Reficimur ergo in quinquagesima nobiscũ domino cõuersante. Cũ autem post hos dies ascendit ad cęlũ, iterũ ieiunamus, sicut ait idem Saluator, dicẽs: Venient autem dies cũ L
auferetur ab eis sponsus, & tũc ieiunabũt in illis die⁹. Cum enim Christus ascẽdit ad cęlum, nostris aufertur obtutibus, famem patimur nõ corporis, sed amoris, & non tam cibi ieiunio ꝙ desiderio laboramus. Desideria enim quædã nostri sustineut oculi dum nõ perspiciunt
Psal.68. quę requirunt, sicut ait propheta: Defecerunt oculi mei dum spero in deo meo. Defecerũt enim prophetę oculi, quia nondũ videbat quę sperabat se esse visurum. Sic nanq; apostolorũ defecerunt oculi cũ euntem ad cęlum dominũ nequeunt intueri, secundũ quod ait Lucas di-
Actu.1. cens: Et videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Stabãt enim beati apostoli toto suspensi corpore, & ascendentẽ ad cælum dominũ, quia incessu pedũ non poterant, oculis sequebãtur. et licet ad deducendũ saluatorem visio humana deficeret, fidei tamen deuotio nõ deficit. Vsq; ad nubem enim Christũ deducunt, vsq; ad cęlos autẽ cũ Christo fidei deuotione comitantur. Vnde ait Apostolus, sciens fidẽ nostrã in
Phil.3. cælis esse cũ domino: Nostra autem conuersatio in cælis est. Nubes ergo ab oculis apostolorũ suscepit saluatorem. Videamus ergo quę ista nubes sit, q̃ splẽdida, q̃ præclara, quæ lucem mũdi Christũ suscipere meretur. M
Neq; enim poterat obscura esse ac tetra vel tenebrosa, quia scriptũ est, Et tenebræ eam non cõprehenderunt. Ioan.1.
Tenebræ enim lucẽ gestare nõ poterant. Illa enĩ est nubes quæ ascendentẽ suscipit Christũ, quę & testimoniũ Christo etiam in mõte perhibuit, de qua ait Euangelista: Vox in nube audità est dicens: Hic est filius meus
Mat.17. dilectus, ipsum audite. Nõ igitur nubes suscepit Christum, sed deus pater recepit filiũ, & occursu quodã pietatis ascendẽtem illũ gremio molliore cõplectitur. Nã ideo pater dicitur suscipere filium nubis vmbraculo, vt ostẽdatur refrigerio quodã fouere eius vulnera passionis. Post crucẽ enim, post iniurias, post inferos non est maius Christo refrigeriũ, nisi quod virtute diuinitatis obũbraretur, sicut in natiuitate eius ad Mariã dicitur:
Lucæ.1. Et virtus altissimi obũbrabit tibi. Altissimus ergo pater, qui nascẽte Christo obumbrauit in virtute Marię, ascẽdentẽ eũ suscepit in nube. Semper enim deus quos post iniurias pduxit ad requiẽ, protegit eos nubis vmbraculo, sicut filios Israel liberatos de Ęgypto nubis columna protexit, & vt post multũ laborẽ eos in terram

A repromissionis induceret, refrigerii fouit vmbraculo, si-
Psal.104 cut ait Propheta: Expãdit nubem ad protegendũ eos. Expãdit enim nubem, ne siccitate eremi fatigarentur, etiam solis ardore. Lætemur ergo in hac sancta die, sicut in pascha lætati sumus. Est enim in vtraq; die simi-
lis eadẽq; solẽnitas. In pascha enim omnes gẽtes baptizari solent. In pẽtecoste autem apostoli baptizati sunt,
Actu.1. sicut ait dñs, discipulis suis ascensurus ad cęlũ: Ioannes baptizauit aqua, vos autẽ spiritu sancto baptizabimini, quẽ accepturi estis nõ post multos hos dies. Et ideo dicit Lucas: Cum autem complerentur dies pentecostes, factus est subito sonus de cælo tanq̃ aduenientis spiritus validi, seditq; super singulos eorum.

Item de Pentecoste, Sermo LXII.

NON incõmode ante dies complures, sicut retinetis fratres, prædicatio nostra ꝓcessit, in qua descripsimus q̃d caro domini rediuiuta velut in nitore floris de tumulo germinauerit, quem tumulum situm in ortulo euãgelista testatus est, vnde nõ incongrue prosecuti sumus. Conueniens enim erat vt flos preciosior in ortulo gigneretur, & bonæ frugis commendatum solo semen, intra septa domestica tamen virentia salutẽ omnium pullularet, Christi enim resurrectio cunctorũ est redẽptio popu-
B lorum. Ergo in ortulo Saluator rediuiuum corpus assumit, & inter florẽtes arbores & candẽtia lilia carne iam mortua refloresc̃it, & ita germinat de sepulchro, vt germinãtia & nitẽtia cuncta reperiat. Sic enĩ post hyemalis rigoris frigidã quodãmodo sepulturã pullulare elementa omnia festinarunt, vt resurgente dño & ipsa cõsurgerent. Nam vtiq; ex resurrectione Christi aer salubrior est, sol cãdidior, terra fœcundior, ex eo surculus in fruticẽ, herba crescit in segetẽ, vinea pubescit in palmi-
Ioan.12. tem. Si igitur cũ refloresc̃it Christi caro, omnia florib⁹ vestiuntur, necesse est vt cũ idem fructũ affert, etiã vniuersa fructificẽt, sicut ait idem dñs: Nisi granũ tritici cadens in terram mortuũ fuerit, ipsum solũ manet. cũ autem mortuũ fuerit, multum fructũ affert. Refloruit igitur dominus cũ resurrexit e tumulo: fructificat, cũ ascẽdit ad cælũ. Flos est cũ de inferioribus terræ gignitur, fructus est cũ altissima sede reconditur. Granũ est, sicut ipse ait, cũ solus crucẽ patitur. fructus est, cũ plurima apostolorũ credulitate circundatur. His enim post resurrectionem quadraginta diebus cum discipulis cõuersatus, tota illos sapientia maturitatis edocuit, & ad bonã
C frugem eos omni disciplinarum fœcunditate cõuertit. Deinde ascendit ad cælũ, ad patrem scilicet, fructũ carnis preferens, in discipulis iustitię semina derelinquẽs. Ascendit ergo ad patrẽ dñs. Meminit sanctitas vestra quod aquilæ illi de psalterio, cuius innouatã iuuentutẽ legimus, comparauerim saluatorẽ. Est enim similitudo non parua. Sicut enĩ aquila humilia deserit, alta petit, cælorũ vicina cõscendit: ita & Saluator humilia infernĩ deseruit, paradisi altiora petiit, cælorũ fastigia penetrauit. Et sicut aquila relictis terrenis sordibus sublime volans purioris aeris salubritate ꝓfruitur, ita & dominus terrenorũ fecem deserẽs peccatorum, in sanctis suis volitans, purioris vitæ simplicitate lętatur. Per omnia igitur aquilæ cõparatio conuenit Saluatori. Sed quid facimus ꝙ aquila prædã facit frequẽter in alienũ? Nec in hoc tamen dissimilis est Saluator. Prędã enim quodãmodo sustulit, cũ hominẽ quẽ suscepit, inferni raptum faucibus portauit ad cælũ, & alienæ dominationis, id est diabolicæ potestatis seruũ de captiuitate eruPsal.67. tum duxit ad altiora captiuũ, sicut scriptũ est in prophe-
ta: Ascendẽs in altũ captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus. Quę sẽtẽtia vtiq; sic intelligitur, eo ꝙ captiuitatẽ hominis, quẽ sibi diabolus captiuauerat, illi eruẽdo sibi dñs captiuarit, & ipsam (sicut ait) captiD
uitatem captam ad cęlorũ alta sustulerit. Vtraq; igitur captiuitas vno vocabulo nuncupatur, sed non æqualis vtraque est. Diaboli enim captiuitas seruituti subiicit: Christi autẽ captiuitas restituit libertati. Ascẽdit, inqt, in altũ, captiuam duxit captiuitatẽ. Q̃ bene triũphum dñi propheta describit. Solebat, sicut dicunt, regũ triũphãtium currus, captiuorũ põpa præcedere. Ecce dñm eumtem ad cęlos nõ prędecedit, sed comitatur gloriosa captiuitas. nõ ante vehiculum ducitur, sed ipsa euehit saluatorẽ. Quodam enim mysterio dñ filius dei filiũ hominis sustulit ad cælũ, ipsa captiuitas portatur, & portat. Quod autẽ ait, Dedit dona hominibus: hoc victoris insigne est. Post triũphũ enim victor semper donat̃ largitur, & proprio regno residẽs seruulorũ gaudia muneratur. Sic Christus dñs victor diabolicũ post triumphũ residens ad dexterã patris, hodierna die discipulis dona largitus est, nõ auri talẽta, non argẽti metalla, sed spiritus sancti cælestia munera, vt inter cætera apli etiã linguis variis loquerẽtur, hoc est, vt Hebrææ nationis homo, Christi gloriã Romanæ facũdię eloquẽtia personaret, & redẽptionẽ generis humani peregrinæ aures, quia Iudęa prędicãte lingua non caperent, propria loquela cognoscerent. Omnis lingua in prædicatione Christi resoluitur, vt maiestatẽ eius omnis loquela fa-E
teatur, sicut ait sanctus Dauid: Nõ sunt loquelę neq; ser- Psal.18.
mones, quorũ non audiãtur voces eorũ. Ne miremini autem q̃d ad dexterã patris residere dixi filiũ. Ad dexteram enim residet, nõ quia maior patre, sed ne minor patre esse credatur, sicut hæretici blasphemare consueuerunt. Sicut enim diuinitas honorificentię gradũ nescit, ita scriptura sancta nouit obuiare blasphemiis.

De natali sancti Ioãnis Baptistę, Sermo. LXIII.

NON sancti ac beatissimi Ioannis Baptistę laudibus, cuius natalẽ hodie celebramus, quid potissimũ prædicẽ nescio, vtrũ quod mirabiliter nat⁹ sit, an quod mirabilius sit occisus? Natus enim est in prophetia, in veritate perẽptus est: nascendo annũciauit Saluatoris aduentũ, moriẽdo cõdemnauit Herodis incestũ. Vir enĩ sanctus & iustus, & qui præter cõmunẽ hominũ natiuitatẽ ex repromissione generatus fuerat, hoc de deo meruit ne cõmuni cũ cæteris de seculo morte discederet, sed corpus quod dño donante susceperat, dñm cõfitendo deponeret. Ergo Ioãnes per omnia voluntatẽ domini fecit, quia pro-F
pter opus dñi & natus est & defunctus. Nam vt natiui tatis eius seriẽ breuiter repetamus, cũ essent pater eius Zacharias & mater eius Helizabeth ætatis senectute defessi, & nulla filiorũ prole gauderent, procreandi etiã illis liberos tẽpus floretissimũ præteriret, ita vt de suscipiẽda iam sobole ipsa etiam eos vota deficerẽt, subita per angelũ repromissione donãtur, & nasci Ioannẽ Gabriel sanctus annũciat dicens: Ne timeas Zacharia, ec-Lucæ.1.
ce exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Helizabeth cõcipiet & pariet filiũ. Exaudita est, inquit, oratio tua. vnde intelligimus quod Ioannẽ Zacharię iustitia magis orando genuerit, q̃ Helizabeth senectus procurãdo susceperit. Hinc inquã intelligimus quod Ioannẽ obsecratio creauerit, nõ voluptas. Cum enim materni vteri viscera ętatis senectute frigescerent, & fessi corporis membra fœcũditatis gratiã perdidissent, cõtra impossibilitatem corporis, cõtra sterilitatẽ viscerũ, Zachariæ precibus Helizabeth vterus intumescit, & cõcipit Ioãnem, nõ natura, sed gratia. Vnde necesse erat sanctũ nasci filium, qui non tã cõplexibus q̃ orationibus gigneretur. Minus autem mirari debemus quod tantam Ioãnes gratiam in nascẽdo meruerit. debuit enim pręcursor & prænuncius Christi aliquid simile habere natiuitati domini saluatoris. Siquidem dñs de virgine gignitur, Ioannes de sterili procreatur. Ille de adolescẽtula, iste de iam

G fessa generatur. Habet ergo & huius natiuitas aliquid gloriæ atq; miraculi. Quis enim vilior partus mulieris videatur esse q̃ virginis, tamē sicut Mariam suspicimus quod virgo peperit, ita in Helizabeth miramur quod anicula procreauerit. Quod quidem factū, mysterium aliquod arbitror cōtinere, vt Ioannes qui veteris testamenti figurā gerebat, senis muliercule frigido sanguine nasceretur. Dominus autē qui regni cælestis euangeliū prædicaret, feruentis iuuēculę flore progrederetur. Maria enim cōscia virginitatis miratur fœtum visceribus inuolutū. Helizabeth autem conscia senectutis erubescit partū vtero prægrauato. Dicit enim Euāgelista: Lucę. 1. Occultabat se mensibus quinq;. Illud autē q̃ mirandum, quod idē Gabriel archangelus vtriusq; natiuitatis officiū repręsentat, Zachariā solatur incredulū, cōfidentem Mariam cohortatur. Ille cur dubitauerit, vocem perdidit: hæc quia statim credidit, verbū salutare concepit. Hoc etiā in laudibus Ioānis minime tacendū videtur, quod nondū natus etiam prophetat, & adhuc in materni vteri sinibus cōstitutus, aduentum Christi, quia vocē nō poterat, gaudiis cōfitetur. Dicit enim Helizabeth ad sanctā Mariam: Simul vt facta est vox salutationis tuę, exultauit in gaudio infās in vtero meo.

H Exultat enim Ioannes anteq̃ nascatur, & priusq̃ mūdi oculis habitū recognoscat, iam spiritu mūdi dominum recognoscit. In quo arbitror propheticā conuenire sententiam, Hiere. 1. quę dicit: Priusq̃ te formarē in vtero, noui te: & priusq̃ exires de vulua, sanctificaui te. Vnde mirari nō debemus quod ab Herode missus in carcerem, clausus Christū semper suis discipulis intimaret, cū etiam clausus in vtero eundem dominū gestibus prædicauit.

Item de natali sancti Ioannis Baptistæ, Sermo LXIIII.

SANCTI Ioannis Baptistæ natalē hodie prosecuturus tacere vellē, & laborē atq; imperitiam meā silētio coercere. sed enim ipsa vis nominis minime me silere pmittit. Nā nuncupatio vocabuli ipsius, pectoris nostri vrget secreta, silentii nostri resoluit arcana, et quod dissimulatione reticetur, admiratione cōpellitur. Si enim pater Zacharias cū eum nominauit, vocē recepit: quāto magis nos cū laudemus illū, eloquiū promeremur: & si illius os cū in seculo nasceretur aperuit, quāto magis cū pro Christo patitur, ora nostra fœcūdat. Cū enim Zacharias pater eius ppter incredulitatē natiuitatis illius ab angelo Gabriele silentii esset taciturnitate mulctatus, etiā diu

I mutus verborū dispendio mētis secreta velaret, subito nato Ioāne filio, cū apud pximos esset contētio quo nomine vocaretur, offerūtur patri tabulæ, vt vocabulum eius pro sui arbitrio ipse describeret, & q̃d sermone non poterat, literis loqueretur. tunc mirū in modū acceptis pugillaribus vt stylū figeret, linguā resoluit, ac literas sermone præuenit, & Ioannē non testatus est, sed locutus. Videte igitur sancti Baptistæ meritū, vocē patri reddidit, sacerdoti eloquentiā reparauit. Videte [illegible] meritū. os quod angelus alligauerat, Ioannes absoluit: quod Gabriel obstruxerat, paruul⁹ reserauit, q̃q̃ & ipse sit angelus, sicut scriptū est de eo: Ecce mitto angelum meū ante faciem tuā. Respicite igitur Ioannem, quāta vis sit eius vocabuli, cuius nūcupatio reddidit muto vocem, patri pietatē, populo sacerdotem. Prius enim erat tacēs lingua, sterilis filio, priuatus officio: at vbi Ioannes nascitur, fit repente pater propheta vel pontifex, loquela vsum recipit, prolē affectio suscipit, sacerdotē functio recognoscit. Cū ergo tanta vis sit eius vocabuli, dicturi de eo, & si tacere volum⁹, silere nō possumus. Ipse enim Ioānes vox clamātis dicitur. Quis igitur qui vocem laudet & taceat? clamorē admiretur & mutus sit? Ait enim ipse de se: Ego sum vox clamātis in deserto. Videte quid dixerit, Non enī ait tantū: Ego sum vox, K sed & clamātis vox, scilicet vt ad fidē consequendā, vox aures penetret, clamor corda cōcutiat, vox regnū prędicet, clamor iudiciū cōminet. Magn⁹ igit Ioānes, cui⁹ magnitudini etiā saluator testimoniū phibet, dicens: Inter natos mulierū maior nō est Ioāne baptista. Pręcellit cunctis, eminet vniuersis, antecedit prophetas, supergreditur patriarchas, & quisquis de muliere, inferior est Ioāne. Sed debemus diligēter inquirere cur ita dominus dixerit, hoc est, inter natos mulierū, & nō potius dixerit, Inter filios virorū nō est maior Ioanne, cū vtiq; mulieres natos sine viris habere nō possint. Hoc autē dixit quia numerosior est proles mulierū q̃ virorū. Est enī mulieris filius, qui viri filius nō est. Deniq; sancta Maria genuit filiū, qui patrē hominē non haberet. Dominus enim est mulieris filius, & viri filius nō est, sicut dicit Apostolus: Natum de muliere, factū sub lege. Vt qui matrē in terris habet, patrē haberet in cęlis. Ergo in laudē Ioannis fœcūdioris sexus generatio ponitur, vt nullius ab eo natiuitas separaretur. Dicit forte aliquis, si inter natos mulierū maior est Ioānes, num L quid etiam maior est Saluatore? Absit. Ioannes enim natus mulieris, Christus autem virginis natus est. Ille corruptibilis vteri sinib⁹ effusus est, iste impollutæ vuluæ flore progenitus. Ideo autem cū Ioannis natiuitate domini generatio deputatur, ne dominus extra veritatem videretur esse conditionis humanæ.

De sancto Ioanne Baptista, Sermo LXV.

DIXIMVS superiore dominica cum silētii nostri veniā peteremus, quod pro salute cōmuni sacerdotibus etiam tacētibus doctrina euangelica nō taceat, & q̄ silētium eorū suppleret diuina sentētia. Semper enim diuina scriptura loquitur & clamat, sicut scriptum est de Ioāne: Ego sum vox clamantis in deserto. Nō enim tantū in illo tēpore clamauit Ioannes, quo Pharisæis annūcians dominū saluatorē, dixit: Parate viam dn̄i, rectas facite semitas domini dei nostri. sed & hodie clamat in nobis, & vocis suæ tonitruo deserta nostrorū cōcutit peccatorū. Ac licet sancta martyrii morte dormierit, vox tamē eius viuit. dicit enim & nobis hodie: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Semper enim scriptura diuina clamat & loquitur. Vnde & ad Cain dicit deus: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Nulla vtiq; sanguini vox est, sed clamare dicitur sanguis qui innocēs effu M sus est, non tam vere q̃ causa, & interpellare dominum nō prosecutione eloquii, sed indignatione commissi, ac reatū suum nō tam verborū accusare sermonibus, q̃ cōscientiæ ipsius criminatione cōstringere. Quis enim malū factum si in verba producatur, excusationē fortasse recipit, nisi cōscientia reuocetur, non potest excusari. Conscientia enim reatū suū semper tacita sine cōtradictione cōuincit & iudicat. Hodieq; ergo Ioānes clamat & dicit: Parate viā domini, rectas facite semitas eius. Mat. 3. Parare ergo iubemur viam dn̄i, scilicet non aggerē itineris, sed fidei puritatē. Dn̄s enim nō terrenā semitam carpit, sed p secreta mētis incedit. Siquid igit in hac via fuerit moribus asperū, crudelitate durū, conuersatione pollutū, iubemur mūdare, exæquare, componere, vt sit perueniēs dn̄s nō offendat in nobis, sed magis reperiat viam castitate purā, procliuē fide, eleemosynis eminētem. Quod autē tali itinere incedere soleat dominus, propheta describit dicēs: Iter facite ei qui ascēdit super Psal. 67. occasum, dominus nomē est ei. Sed videamus ipse Ioānes qui parare viā domino iubet, quam ipse viam parauerit Saluatori. Per omnia plane adueniente Christo tramitē viæ suæ cōposuit & direxit. Nam fuit vtiq; ieiunus, humilis, parcus, & virgo, Omnes enim has virtutes eius euangelista describēs ait: Ipse autē Ioannes

A vestitū habebat de pilis camelorū, & zona pellicea circa lumbos eius. Esca autem eius erant locustæ, & mel syluestre. Quæ igitur maior causa humilitatis in propheta, q̃ cōtēptis mollibus vestimētis, pilorū asperitate vestiri? Quæ deuotior fides, q̃ præcinctū zona paratum esse semper ad omne seruitutis obsequium? Quę præclarior abstinentia, q̃ spretis vitę huius deliciis, stridulis vesci locustis ac melle syluestri? Quæ omnia hec quoniā prophetæ vsui erāt, arbitror in his ipsis prophetiam fuisse. Nā vtiq; cū pręnūcius Christi vestimentū habebat camelorū asperitate cōtextū, quid aliud significat, nisi quod ipse Christus adueniens vsurus esset indumēto humani corporis, quod erat peccatorū asperitate densatum, & quod velut immūdissimę bestię, hoc est gētilis populi circūdatus exuuiis deformitatē eius ipse gestaret? Zona vero pellicea quid aliud demōstrat, nisi hāc fragilē carnem nostrā, quę ante aduentū Christi dominabatur ad vitia, post aduentū eius restrictam esse ad virtutem: & quę ante luxuriando dilatabatur in pinguedinē, nunc abstinēdo attenuaretur in pellē? Exitum vero eius q̃ beatū legim⁹, scilicet quod psaltria regis filia post illam mimicā voluptatē caput eius petierit. Quid mirū si psaltria occidit prophetā, quia luxuria semper est inimica iustitię: & quod iniquitas sine cessatione persequitur veritatē? In quo facto grande mysterium continetur. Nam vtiq; ipsa psaltria synagogæ est cōparāda, quę Christū dū luxuriatur, occidit. Quod autem Mat. 11. ista psaltria synagoga sit, dicit dn̄s ad Iudęos: Cā B tauimus vobis, & nō saltastis. Cur autē a Ioannis corpore caput ablatum sit, manifesta res est. Ioānes (sicut scripturis astruitur) typū legis gerebat. De domino autem 1. Cor. 11. legimus, quia viri caput Christus est. Ergo cum a Ioannis corpore caput eius aufertur, Christus quodāmodo a Iudæis legis cultoribus separatur. Remansit enim illis sine saluatore lex exanimis & trūcata. Nam ex eo vtiq; Iudæi diuina nō sapiunt, ex quo sine capite esse cœperūt. Iter igitur facit domino qui inter cęteras continētiæ virtutes matrimonii limitem non excedit, nec cōiugii pręscriptū terminū adulterina permixtione cōmaculat. Sunt enim nonnulli qui cū legibus vxores duxerint, contra diuinitatis legē sibi sociant cōcubinas, non intelligētes quid contrahendo matrimonia ppriis vinculis cōstrinxerunt. Qui enim legibus ducit vxorē, profitetur se contra legē non esse facturū. Reū ergo ipse se statuit, qui adhibēdo sibi adulterā ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis, vxorem nō habeo, ideo mihi ancillā sociaui. Audi quid dicat scriptura ad Abrahā: Gen̄. 21. Eiice ancillā, & filiū eius: nō enim heres erit filius ancillæ cū filio liberæ. Si igitur ancillæ filius heres non est,

C ergo nec filius est. Cur autem quęritur tale coniugium de quo susceptus filius nec successionis possit hęres esse nec sanguinis? Nec enim habere potest hæreditatis cōsortium, qui nō habet originis priuilegium. Cur inquā quæritur tale contuberniū, de quo nati, nō filii sint matrimonii, sed testes sint adulterii? Cur huiusmodi suscipiuntur adulteri, qui patri pudori sint, non honori? Di Sapien̄. 3 cit scriptura, Adulterorū filii in cōsummatione erūt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Mulier igitur tua si talibus moribus prædita est, vt mereatur consortium, mereatur & nomē vxoris, præsta concubinę tuę libertatē & nomē vxoris, ne tu adulter sis potius q̃ maritus. Sed & ille iter facit domino Christianus qui professionis suę exhibet ei fidele seruitiū, & castitatē quam promisit, custodit tam mēte q̃ corpore. Sunt enim pleriq; qui singularē vitam proponētes, singuli esse nō possunt, sed quærūt sibi cōtubernia, atq; vtinā fratrū. Inuenisti Christianū monachū, cui cum fratre nō conuenit, & libētius ei conuenit cū sorore, qui nō sequitur seniorē vtilia cōmonentē, & sequitur adolescētulam incōgrua cachinnantē. eius & si syncere corpus sit, anima non potest esse synceris. Sed & ille cleric⁹ iter dn̄o facit, qui secundum euangeliū viuit, & per omnia obtēperat sacer D doti. Aliqui enim cū sint minus subditi, moleste ferunt cum a senioribus arguūtur. Dicunt, grauiter irascitur episcopus, patiētior esse deberet. Audi ergo optime clerice, sacerdotis exigis patientiā, & tui non exigis disciplinā? Nescis quia mihi salutis causa arguere aliquando permissum est, tibi nunquam peccare cōcessum est? Dicit enim Apostol⁹: Increpa opportune importune, 2. Tim. 4 argue. Esto ergo in omnibus subditus sacerdoti, si vis eum esse mansuetum.

De natali sanctorum apostolorum Petri & Pauli, Sermo LXVI.

CVM omnes beati apostoli parem gratiā apud dn̄m sanctitatis obtineāt, nescio quo tamen pacto Petrus & Paulus videtur prę cęteris peculiari quadā in saluatorē fidei virtute pręcellere. Quod quidem ex ipsius dn̄i iudicio possumus approbare. Nam Petro sicut bono dispēsatori clauem regni cęlestis dedit. Paulo tāq̃ idoneo doctori magisterium ecclesiasticę institutionis iniunxit, scilicet vt quos iste erudierit ad salutē, ille suscipiat ad quietē: & quorū corda Paulus patefecerit doctrina verborū, eorū animabus Petrus aperiat regna cęlorū. Clauem enim quodāmodo a Christo scientiæ & Paulus accepit. Clauis enim dicēda est quą ad fidē peccatorū dura reserantur, mentium secreta pandūtur, & quicquid intrinsecus E clausum tenetur, in palā rationali manifestatione producitur. Clauis inquā est quæ & cōscientiā ad cōfessionem peccati aperit, & grātiā ad æternitatē mysterii salutaris includit. Ambo igitur claues a domino perceperunt, scientiæ iste, ille potētiæ. diuitias immortalitatis ille dispēsat, sciētiæ thesauros iste largitur. Sunt enī sciētiæ thesauri, sicut scriptū est, In quo sunt omnes the Col. 2. sauri sapiētiæ & sciētiæ abscōditi. Ergo beatus Petrus & Paulus eminent inter vniuersos apostolos, & peculiari quadā prærogatiua præcellūt. Verum inter ipsos quis cui præponatur, incertū est. puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione, et simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrii gloriam peruenisse. Nō enim sine causa factū putamus quod vna die, vno in loco, vnius tyrāni tolerauere sentētiam. Vna die passi sunt, vt ad Christū pariter peruenirent. Vno in loco, ne alteri Roma deesset. Sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumq; cōstringeret. Dies ergo p merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandē loco martyriū pertulerūt? In vrbe Roma, quę principatū & caput obtinet nationū, scilicet vt vbi caput superstitionis erat, il F lic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentiliū principes habitabant, illic ecclesiarū principes morarētur. Cuius autem meriti sint beatissimi Petrus & Paul⁹, hinc possumus intelligere, quod cum dominus Oriētis regionem propria illustrauerit passione, Occidētis plagam, ne quid minus esset, vice sui, apostolorum sanguine illuminasse dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem, tamen etiam horum martyrium nobis cōtulit ad exemplū. Hodierna igitur die beati apostoli sanguinē profuderūt. Sed videamus causam quare ista perpessi sunt, scilicet quod inter cętera mirabilia etiam magū illum Simonem orationib⁹ suis de aeris vacuo præcipiti ruina prostrauerūt. Cum enim idē Simon se Christū diceret, & tāq̃ filium ad patrē assereret volando se posse cōscendere, atq; elatus subito magicis artibus volare cœpisset, tūc Petrus fixis genib⁹ precatus est dominū, et precatione sancta vicit magicam leuitatem. Prior enim ascēdit ad dominū oratio q̃ volatus, & ante peruenit iusta petitio q̃ iniqua pręsumptio. Ante Petrus in terris positus obtinuit quod petebat, q̃ Simon perueniret in cælestibus quo tendebat. Tūc igi

Gtur Petr⁹ velut vinctū illum de sublimi aere deposuit, & quodam præcipitio in faxū illidens eius crura cōfregit. Et hoc in opprobriū facti illi⁹, vt qui paulo ante volare tētauerat, subito ambulare nō posset: & qui pennas assumpserat, plantas amitteret. Sed ne forte hoc mirū videatur, quod magus iste præsente apostolo per aerē aliquādiu volitauerit: hoc patientia Petri fecit. Permisit enim illū sublimius ascendere, vt altius caderet. Voluit enim in excelsum leuari ad conspectum omniū, vt ruentem illum de excelso oculi omnium peruiderent. Hæc igitur est iniquitatis elatio, vt in altum se ferat, in sublime se erigat. Sed sancta oratio omnē humiliat superbiam, vniuersam deiicit vanitatem.

Item de natali sanctorum apostolorum Petri & Pauli, Sermo LXVII.

NATALEM beatissimorū apostolorum Petri & Pauli hodie celebrātes, diuersis epulis nos reficere debemus, & tantā festiuitatem magna cū lętitia celebrare. Quis enī taliū virorū solennitatē nō magnos sibi exhibeat apparatus, vt quo plus expēderit, plus se
H apostolos cōfirmet amare? Veruntamē non opus est proprio sumptu ad refectionē nostram, nam natali suo sanctus Petrus ipse nos reficit. Est enim omnibus copiōs refertū vas ei, quod illi de cælo esurienti delatū est. Igitur qui esurit sicut Petrus, reficitur ipse cum Petro. Vt quid ergo præparemus nobis propriū prādium, cū apostolico ferculo saginemur? Cur nobis inquiramus terrenas epulas, cum cęlestes copias habeamus? Dicit
Actu. 10. enim sanctus Lucas in Actibus Apostolorū, post orationem esurienti Petro circa horā sextam aperto cælo vas quoddā splendidū velut linteum fuisse delatum, in quo erant quadrupedia & repētia terrę, & volatilia cæli, & dixisse dominū ad eū: Petre surge, immola & māduca. Ecce Petrus qui dicit alibi, Aurum & argentum non est mihi: nūc conuiuii eius vasculum splēdidius est argēto. Et qui propter Christū argenti speciem refutasset, per Christū argenti nitore ditatur. Pransuro igitur Petro desunt cocorū apparatus, desunt obsequia famulorū, sed quod est melius, ministeria diuina nō desunt, & vtili commutatione sancto viro quod deest in terris, abundat in cælis. Vt reficiatur enim Petrus, nō cellarium solicite referatur, sed cælum ipsum protinus aperi-
3.Reg.17 tur. Legimus in scripturis sanctū Heliam in deserto coruis ministrātibus pastū: quanto melius Petrus, cui non parua escam tetra auis porrigit, sed integrū conui-
I uium multitudo angelica sumministrat? Post orationem ergo esurit Petrus. Mirandū cur sancti virū post orationē fames sequatur, cū soleat fames orationē depelli, esuriens anima nō nisi obsecrationibus saginari? Sed puto Petrū post orationē nō cibum esuisse hominum, sed salutē, nec inedia vexatū esse corporis, sed inopia credentiū laborasse. Cum enim Iudaicus populus perfidus & ingratus, illo prædicante Christo nō crederet, famem quodāmodo Petrus sui officii sustinebat. Famē enim patitur qui minime fructum sui laboris assequitur. In cœnaculū igitur ad orationē festinus ascendit. Bene ait in cœnaculū ad orationē ascēdisse Petrū, quia omnis sanctus quādo orat, relinquēs humilia vel terrena in altū mentis extollitur, & in sublime suspēsus rapitur, & cogitatione sancta cęlo vicin⁹ efficitur. Atq; ibi esurienti illi, hoc est cogitāti in cordis sui sublimiori loco pro salute Iudaici populi, offertur vas diuersorum generū animalibus plenū, velut diuinitate dicente illi: Tu in Iudæos solos esuris, ecce famē fidei tuæ cīctarū gentiū diuersitate reficio. Nam vtiq; diuersa animalia collecta in vno vasculo, diuersarū gentiū cōgregatio collecta in vna ecclesia demonstratur, quæ ecclesia in illius vasculo splēdido dum nō habet maculam neq; rugam, K
lintei nitore resplēdet. In qua primū animal deo ex gētibus Centurio Cornelius est immolatus. De hoc ergo vasculo suo hodie nos reficit Petr⁹. Cū enim videmus gentiliū turbas ad fidē Christianitatis accurrere, simul cū aplis gratulamur. Nō enī mortui sunt quorū curamus natalē hodie, sed renati viuunt pane, quia participes effecti sunt Christi, qui vita est omniū. Quis enim corpora passione cęsa sint, interruptus tamen nō est ordo viuentiū. Iugiter enī & deo gratias agunt, & laudes saluatori referunt, nisi ꝙd resoluta mēbrorū sarcina magis adhærēt Christo, sicut ait Paulus: Dissolui, & cum Christo esse, quāto melius? Non ergo dicēda est mors qua interueniente caremus persecutoribus, & Christo connectimur. Non est plane dicēda mors quæ Christo mortuū socians lucrum efficit morientis, sicut ait beatus Apostolus: Mihi enim viuere Christus est, & mo Phil. 1.
ri lucrū. Illa autem vera est mors, quę etiam viuentem hominem peccatorum morte constringit: qui q̄uis viuere videatur, sceleribus tamē suis morti iam videtur addictus, sicut ait Apostol⁹ de illa delicīosa vidua: Hęc autem viuens, mortua est.

Item de eodem, Sermo LXVIII.

NOTVM omnib⁹ vobis est fratres, & vniL uersо mūdo notissimū, ꝙd beatissimorū Petri & Pauli natalis est hodie, nec aliquā partem orbis latere potest tāta deuotio. Siquidem de his dicat Dauid propheta: In omnē terrā exiuit Psal. 18.
sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. In omnē terram mirabiliū Petri virtus diffusa est, & in fines orbis terrę epistolarum Pauli verba penetrarunt. Quis enim non audiuit quod primū Petrus sedenti ad portā speciosam claudo, & ex matris suę olim ventre iā debili pedum restituerit firmitatē, vt quod natura minus contulerat, apostolica gratia repararet? Cū enim idē claudus stipem rogans, aliquid pecuniæ se ab apostolis crederet accepturū, ait illi Petrus: Argentū & aurum non Actu. 3.
habeo, sed quod habeo, hoc do tibi. In nomine domini nostri Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Beata plane largitas, quę petenti argentū quidem nō cōtulit, sed contulit sanitatē. Beata largitas, quæ de thesauris suis aurum nō protulit, sed protulit medicinā. Beatus & ille claudus, qui dū stipem quærit pecuniæ, diuitias incolumitatis accepit. Hoc enim ab Apostolis donatū meruit, ꝙd nullis thesauris a medicis redimere potuisset. Primū ergo signum mirabiliū suorū Petrus fecit claudo pedum restituēdo vestigia. Diximus frequēter ipsum Petrū a domino nuncupatū, sicut ait: Tu es Pe Mat.16.
trus, & super hāc petrā ædificabo ecclesiam meā. Si er- M
go Petrus petra est super quam ædificatur ecclesia, recte prius pedes sanat: vt sicut in ecclesia fidei fundamentum cōtinet, ita & in homine mēbrorū fundamenta cōfirmet. Recte inquā primū in Christiano pedes curat, vt iam non intrepidus nec imbecillis possit super petrā ecclesiæ, sed robustus & fortis incedere. Vbi autē verba Pauli apostoli nō legūtur? Quis locus ea nō literis inscribit, corde retinet, cōuersatione custodit, quia Paulus a domino vas electionis est nominatus? Bonū vas in quo preciosa mandatorum Christi præcepta condūtur. Bonum vas de cuius plenitudine substātia vitę populis semper erogatur, & plenū est. Optima apostolorum nomina, petra, & vasculū, necessaria domui saluatoris. Domus enim fortitudinis petra cōstruitur, vtilitate vasis ornatur. Petra ad firmitatē ne labantur fustēt populos, vas ad custodiam ne tentētur operīt Christianos. Exitus vero eorum de hoc seculo q̄ beatus fuerit, nemo est qui nesciat. Nam prima hæc in illis beatitudo est, quod ambo vna die passi esse nascūtur, scilicet vt quos vna fidę seruitio deuinxerat, vna dies marty-

A rio coronaret. Deinde ipsa passio licet diuersa in singulis fuerit, tamen quāta referta est gratiæ sanctitate? Nā Petrus crucis, sicut Saluator, exitū tulit, & a dominicę deuotionis similitudine nec morte discretus est, scilicet vt quē imitabatur fide, imitaretur & passione. De Pauli vero ceruice cū eā persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis vnda q̄ sanguinis, & mirū in modū sanctū apostolū baptismi gratia in ipsa cędе exti
1.Cor. 5. tisse splendidū potius q̄ cruentū. Quæ quidē res in sancto Paulo stupenda nō est. Quid enim mirū si abūdat lacte nutritor ecclesię, sicut ipse ad Corinthios ait: Lac vobis potū dedi, non escam. Hęc est plane repromissionis illa terra quam patribus nostris deus promisit dicēdo: Dabo vobis terram fluentē lac & mel. Nō enim de hac terra locutus est quæ manātibus aquis cœnum inuoluit, luttūq; permiscet, sed de illa terra Pauli, & similium Pauli, quæ iugiter purum suaueq; distillat. Quæ enī Pauli epistola non melle dulcior est, lacte cādidior? Quæ epistolæ tanq̄ vbera ecclesiarū populos enutriūt ad salutē. De ceruice ergo apostoli pro sanguine lac manatit. Legimus in ipso quoniā caro & sanguis regnū
1.Cor.1. dei nō possidebunt. Igitur iam Paulus possidet regnū, quoniā caret & sanguine, qui impedire dicitur regnatu
B rum. Adhuc ergo Paulus in terris positus etiam in regiti cælestis substantiam transformatur.

De natali sancti Eusebii Vercellensis episcopi, Sermo LXIX.

AD sancti martyris Eusebii laudē aliquid addere velle, decerpere est. Tam ineffabilium enim doctrinarū magister extitit, vt merita eius facilius operibus cognosci possint, q̄ sermonibus explicari. Tantū autem de eō cōscientia retinet, quantū oratio & narratio non prævalet. Igitur gesta illius non verbis adornanda sunt, sed perstringenda sententiis, præsertim qui scimus eam rē comere nos nō
1.Cor.4. debere sermonibus, quā videmus iam comptā esse virtutibus, cū dicat apostolus, Regnū dei non in sermone est, sed in virtute. Ergo ad merita eius aliquid addere velle, decerpere est, me præcipue, qui & ignarus rerum gestarū sim, & literarū imperit⁹ sacrarū, & rudis sacerdotalium functionū. Potuissent autem prædicare sancti hęc præcessores mei vsu facilius, experimēto probatius, doctrina præclari⁹, dominū & patrē specialiter beatum Exuperantiū loquor, qui fuit eius minister in sa
C cerdotio, comes in martyrio, pticeps in labore. In cuius vultibus sanctū quoq; Eusebiū videre nos credimus, & q̄asi in quodā speculo bonitatis illius imaginē cōtuemur. Facile enim cognoscimus qualis magister fuerit, cuius talē videmus esse discipulū. Sed quoniam confessionis illius similis huncgloria comitatur, mauult reticere laudes paternas, ne proprias pariter iactare videatur. Quid ergo de martyris Eusebii gloria prædicem, cui⁹ tota plebs ista sit gloria? Et cū dicat scriptura, Gloria patris est filius sapiēs: quantę huius fuit glorię, qui tantorū filiorū sapiētia & deuotione lætatur? In Christo enim Iesu per euangeliū ipse vos genuit. Quicquid ergo in hac sancta plebe potest esse virtutū & gratiæ, in sancti Eusebii magisterio reperitur. Ex hoc autē quasi quodā virtutū fonte lucidissimo riuulorū hæc puritas emanauit. Nā quia castitatis vigore pollebat, proposito virginitatis instituit. Quia abstinentię gloriabatur angustiis, monachorū introduxit forte seruitiū. Quia blandimentis erat prædītus lenitatis, cunctorū ciuium in deū prouocauit affectū. Quia pontificii administratione fulgebat, plures e discipulis sacerdotii sui elegit hęredes. Quis igitur nōnulli liberis suis relinquāt auri argētiq; thesauros, nemo tamē sancto Eusebio ditiores reliquit. Siquidem omnes extiterūt aut sacerdotes, aut martyres. Nam vt cætera taceā, illud q̄ admirabile est, D
quod in hac sancta ecclesia eosdē monachos instituit, quos clericos, atq; iisdē penetralib⁹ sacerdotalia officia cōtineri, quibus & singularis castimonia cōseruatur, vt esset in ipsis viris cōtemptus rerū, & accuratio leuitarit vt si videris monasterii lectulos, instar oriētalis propositi iudices. si deuotiones cleri perspexeris, angelici ordinis obseruatione gaudeas. Illud autem tacendū omnino nō arbitror, quod cū Arrianorū detestanda perfidia totam cī vniuersо mundo Italiā perturbasset, atq; eius dem pestilētiæ sacerdotes simplicitatē sancti Dionysii martyris captiuassent, ita vt subscriptionis eius vinculum retinerēt, qua illū e manibus eorū sapientia liberaret? Sicut enim ait sanctus Paul⁹, Factus sum Iudæis 1.Corin.9
tanq̄ Iudęus, vt Iudæos lucrifacerē: ita Eusebius hæreticis hæreticū se esse mētitus est, vt de hæresi filiū liberaret. Dixit enim se eorū cōsentire perfidiæ, hoc sibi placere quod illis, sed quod sibi filiū Dionysiū in subscribendo præponerēt, grauiter se moueri. Vos enī, inquit, qui dicitis filiū dei patri deo æqualē esse nō posse, cur mihi filiū prætulistis? Qua illi ratione permoti, statim sancti Dionysii chirographū deleuerūt, priorē locū subscribendi beato Eusebio deferētes. Quos ille increpans & irridēs ait, Neq; ego me vestris sceleribus polluo, neq; filium meū vobiscū participare permitto. Vnde cū di- Lucæ.16.
cat euangeliū in hac generatione prudētiores filios tenebrarū esse q̄ lucis, ecce hic ipsis tenebris prudētior filius lucis inuētus est. Tunc illi grauiter indignātes ita nequitiam suā fuisse delusam, nouis eū per Constantiū principem passionibus vexauerunt. Nam post multas E
iniurias Orientis plagę illū in exiliū relegarunt, in quo tāta passus est, vt martyrii inuictā gloriam reportaret. Dicitur enim inter cętera passionū genera hoc pœnale passionis supplicii pertulisse, vt dum interrogaretur ab Arrianis, & se eorū communicare perfidię denegasset, scalarum procliui tractu supinis pedibus ad imum vsq; pertraheretur, et iterū reuocatus ad summum, interrogatus denuo cū eadem respōdisset, eadem pateretur, ac sic frequentē interrogationē frequenter huiusmodi supplicium fuerit subsecutū. In qua passione sancti Eusebii martyris licet fuerit quassatū caput, elisum corpus, mēbra cōfracta, animus tamē fidei mansit inuictus. Nam quāto plus illum Arriana perfidia corporaliter lacerabat, tāto magis eū catholica integritas spiritualiter refouebat. Quem quidem scalarum ascēsum atq; descensum possumus dicere quē Iacob somniās prophetarit: F
& sicut ille vidit etiā istas scalas ab imo ad cælestia vsq; pertingere, sic quidē per has & Eusebius ascēdit ad cælum, & Arriani ad inferos descenderunt. Vnde fratres sancti Eusebium Maccabæorū martyrum choro annumerandum puto. siquidem illi singulis mēbris martyrium pertulerunt, hic autem totius corporis passione dominum sit cōfessus, nec dispare eorum esse gratiam quos etiam dies vna in martyrio copulauit.

Itē de depositione sancti Eusebii, Sermo. LXX.

DEPOSITIONEM sancti Eusebii hodie celebram⁹. Quid est depositio? Nō illa vtiq; quę sepeliendis in terra mēbrorum reliquiis clericorū manibus pcuratur, sed illa qua homo vinculis carnalibus absolutus, liberiturus ad cælū terrenū corpus exponit. Ipsa plane est depositio, in qua concupiscere abiicimus, cessamus delinquere, peccare desinimus, & totū quicquid saluti est graue, quasi abiecta sarcina oneris exponimus. Nā ideo hæc dies pro celebritate maxima procuratur, quia vere est summa festiuitas, mortuū esse vitiis, soli vigere iustitiæ. Vnde & depositionis ipsa dies natalis dicitur, quod delictorū carcere liberati, libertati nascimur Saluatoris. Sed videamus, sanctus Eusebius cū qua gloria ad hanc diem depositionis aduenerit. Dicitur enim ante aliquantum



G temporis exitus sui manifesta reuelatione vidisse se kalendis Augusti de monte ad montē volare,& prophetia quadam hoc interpretatus est hac die exiturū se esse de corpore. In quo facto nescio quid primum sit admirandum,vtrum quod meruit exitus sui finem nosse,an quod scire potuerit quæ illum post exitū gratia permaPsal.38. neret. Dicit sanctus Dauid: Notū fac mihi domine finem meū,& numerū dierum meorum.et reliqua. Ecce quod ꝓpheta optauerat,martyr accepit. notitiā quam ille exorat,iste cōsequitur,nisi quod salua fide dixerim, amplius ꝓmereatur. Ille enim finē postulat nosse, iste etiam vltra finē quid futurum esset agnouit. Ille vsq; ad exitū quid desit ignorat,iste post exitū quid superfit edixit. Volare ergo se in hac die vidit martyr Eusebi⁹, sicut scimus. Volare non potest nisi quod purū,leue atq; subtile est, cuius nec synceritas intēperātia retardatur, nec alacritas nec velocitas mole grauatur. Grauari autem volatū dico nō tam mole mēbroꝝ q̄ delictorum. Vnde puto etiam in ipsis auibus ideo velocius columbam pene ꝓ omnibus volitare, ꝙ alacritatē & innocētiam comitetur. Deniq; sanctus Dauid cū puritate mētis volare cōcupiscret,non alterius animātis nisi colūPsal.54. bæ optauit alas,dicēs: Quis dabit mihi pēnas sicut columbæ,& volabo & requiescā? Intelligebat enim quod H altiora facilius penetrātur simplicitate mētis q̄ leuitate pennarū. Volauit ergo hac die sanctus Eusebius. Festiuemus iam eius innocentiā de volatu, & puritatem eius de ipsa elatione iudicemus. tanq̄ columba enim in domo dei degens assumpsit spirituales pēnas,& requieuit in monte. Et licet ipse de monte ad montē volare se dixerit,tamen in ipsa translatione maiorem requiē fuisse significo. Quid enim aliud est de mōte ad montem volare, nisi de saluatoris gratia ad patris gloriam properare? Ipsi enī sunt mōtes,sicut dicit Propheta: Mōs de mōte sine manibus concidentiū,hoc est filius de patre absq; vllius creationis accessu.

Dañ.2.

De natali sancti Laurentii leuitæ & martyris. Sermo LXXI.

BEATISSIMI Laurētii martyris,cuius natalem hodie celebramus, passionē nosse vos credo,& quāta in persecutione pertulerit,dilectionē vestram scire posse nō dubito. Tanta enī martyrio eius gloria extitit, vt passione sua mundū illuminauerit vniuersum. Illuminauit mundū plane Laurētius eo lumine quo ipse succēsus est,& flāmis quas ipse pertulit,omniū Christianorū corda calefecit. Quis enim hoc exēplo nolit ꝑ Christo ardere cū I Laurentio,vt posset a Christo cū Laurentio coronari? Quis nolit ad horā sustinere Laurētii ignē,vt æternū gehennæ nō patiatur incendiū? Beati igitur Laurētii prouocamur exemplo ad martyrium,accēdimur ad fidem,incalescimus ad deuotionē. Etsi nobis persecutoris flamma deest,fidei tamen flāma non deest. Nō ardemus quidem corpore pro Christo,sed ardemus affectu. Nō subiicit mihi persecutor ignē,sed suggerit mihi ignem desideriū saluatoris. Esse autem saluatoris ignē

Luc.12. legimus in euāgelio, dicente eodem domino: Nescitis quia ignē veni mittere super terrā, & quid volo nisi vt accēdatur? Quo igne succēsi Amaus et Cleophas dixe-

Luc.24. runt: Nōne cor nostrum ardēs erat in nobis in via cum aperiret nobis Iesus scripturas? Hoc igitur etiam sanctus Laurentius igne succensus, flammarum non sensit incendium: & dum Christi ardet desiderio, persecutoris pœna nō ardet. Inquātum enim in illo fidei ardor feruet, intātū supplicii flāma frigescit. Corporali enim beatus Laurentius dum laborat incendio, hinc amore Christi succēditur, inde persecutoris flāma torquetur, sed diuinus saluatoris ardor materialem tyranni restinguit ardorē. Quanuis enim in fauillam mēbra soluantur, fidei tamē fortitudo nō soluitur. Corporis detrimē k tum sustinet, sed lucrū salutis adquirit. Non enī fratres beatus Laurētius cita vel simplici passione perimitur. Nam qui gladio percutitur, semel moritur: hic autem longa et multiplici pœna cruciatur, vt mors differatur, & nō desit ad supplicium,& desit ad finē. Dicitur enim ab illo sæuissimo persecutore hęcilli cōstitutta pœna, vt ardētiū expolita mole carbonū, insuper eū ferrea crate distentū lenta flāma consumeret, vt nō tam inflāmando cito interimeret hominē, q̄ diu exurendo torqueret. ita cū vnum latus exustum persecutor cerneret, aliud latus ignibus obiiceret exurēdum. Legimus Ananiam Dañ.3. Azariā & Misael beatissimos pueros a rege in camino ignis inclusos, in pœnarū suarum deambulasse flāmis,& igneos globos pedibus cōculcasse. Vnde et beatus Laurentius nō minori est gloria ꝓferēdus. Siquidem illi in pœnarū suarū flammis ambulāt, hic in ipso supplicii sui igne discūbit. Illi vestigiis pedū conculcant incendia, hic laterum suorum deuotione restinguit. Illi inquam stantes in pœnis eleuatis manibus orabāt dominum, hic autem prostratus in sua pœna toto corpore deum deprecatur. Iterū ergo beatus Laurētius exu stis lateribus, in dorsum supinus vertitur,& renes eius ignibus exuritur, vt impleretur psalmi prophetia, quę dicit ex persona Laurētii: Proba me domine, & tenta Psal.138, me, vre renes meos & cor meū. Duplici se vtiq; postu- L lat igne cōburi. nam si de vno & solo mundi igne loqueretur, sufficeret renes tantū exurendos incendiis obtusisse, cor autē nisi Christi flāma non vrit, sicut Amaus & Cleophas dixerūt: Nonne cor nostrum erat ardēs in via, cū aperiret nobis dīs scripturas? Atq; ideo ad cōprobandam deuotionē suam geminū sibi ignem postulat, vt luctamine habito ostēdat in se plus posse amorē Christi, q̄ pœnā tyranni. Honoremus igitur fratres beatum Laurētium, qui dū fide sua persecutoris flammas vicit, ostēdit nobis per ignē fidei gehennæ incendia superare, & amore Christi diem iudicii non timere.

De natali sancti Cypriani, Sermo LXXII.

SANCTI Cypriani festiuitatē, sicut omnibus notū est, hodie celebramus, & natali, sicut dicūt, imminēte vindemia, natalē eius martyrii procuramus. Cōueniūt igitur vota nostra, & mūdi. Mūdus vindemiarū vbertate lætatur: nos sanctorū passione gaudemus. Quæ quidē passio vindemiis cōparanda est. Sicut enim vuarū expressione vinū funditur, ita & sanctorū martyrio vini vice sanguis effunditur, nisi quod vua tēporales fructus præstat, passio sempiternos. Recte ergo martyrium vindemiis cōparatur. Habet enim & ebrietatē suam, habet et calicē suum, de q̄ dicit propheta Dauid: Et calix tuus Psal.22. inebrians q̄ præclarus est. Et ipse dominus in passionis suæ exitu constitutus ait, Pater, si possibile est, transeat Matt.26 a me calix iste. Et iterū propheta: Calicē salutaris acci- Psal.115 piam,& nomen domini inuocabo. Recte inquam calix martyrio cōparatur, quia sicut calix cū bibitur, omnis humor noxius vini calore decoquit: ita & martyrii poculum cū hauritur, omnes peccatoris feces passionis gloria temperantur. Vinū ergo quoddā salutare martyrii est, quod cordi lætitiā præstat, calore fidei animæ puritatem. Vinū plane est spirituale de illa vua quę pro salute omniū pependit in ligno. Sicut enim botrus redditurus vinū prius in vinea quadā naturæ arte suspenditur: ita & Christus redditurus vinū spirituale martyrii in cruce quadam prouidentia diuinitatis aptatur. Ipse plane botr⁹ quē duo exploratores illi, hoc est Iesus Na- Nūe.13. ue & Caleb filius Iephone in phalanga ad filios Israel propriis humeris detulerunt. Quod quidem factū iam tunc prefigurabat aduentū domini saluatoris. Nā botrus in phalanga suspēsus, in cruce Christus appensus

A ostenditur. Duo autem in phalanga portantes vuam, duo populi demonstrant, Christianus vtiq;, & Iudeus. Et sicut mos est portantiū, vnus præcedens, alter subsequens: ita prior Iudeorū designatur populus, Christianorum secūdus. Et sicut antecedens quod portat nō videt,& retrorsum idem semper habēs quadā dorsi auersione contēnit: qui autē sequitur, semper id oculis perspicit, semp custodit obtutibus, semper corporis vicinitate potitur: ita ergo Iudæus, & Christianus populus. Iudæus enī prior est, Christū in lege portat,& retrorsum eū ponens quadam dorsi auersione cōtemnit: vnde ait Psal.68. propheta: Obscurētur eorū oculi ne videant, & dorsum ipsorū semper incurua. Christianus vero sequens populus Christū semper oculis aspicit, semp custodit obtutibus,& quadā graduū suorū vicinitate cōplectitur. Et quāto eum ille populus prauo itinere post se relinquit, tanto eū iste directo cursu festinat attingere.

Item de sancto Cypriano, Sermo. LXXIII. Hic sermo adscribitur Maximo epō Mediolanēsi.

ANTE dies cū beatissimi martyris Cypriani celebrarem⁹ natalem, suauissime in eius festiuitate iucundati sumus. quia enim hoc vindemiarū in tempore passus est, tanq̄ & nos de vidēmia dulces & varios fructus ex eius passione collegimus. Impinguauit enim nos & refecit musto B martyrii sui. Est enim mustum quod reficit & inebriat Christianū, sed ebrietas illa magis sobrium facit. Qui enim inebriatur cælesti gratia, exobriatur sarcina peccatorum. Hoc nanq; musto repleti sancti Apostoli, sicAct.2. cut ait scriptura, alienis linguis dei magnalia loquebātur. In quo facto pariter ebrii esse videbantur, & sobrii. Ebrii enim putabantur, quod in iis loquela præter naturam altera personabat. Sobrii erant, quod iuxta consuetudinem mentis deum deuotione laudabāt. Quod quidem non elatione aliqua aut impudentia cōtigit, vt viri sancti peregrino sermone loquerentur, sed prouidētia diuinitatis factū est, vt quia ad magnificandum deū vna loquela non sufficit, per plures linguas mentis denotio solueretur. Iucundati enim sumus, quia de vinea Esa.5. domini sabaoth, sicut dicit propheta, domus Israel est, quæ domus nos sumus. Secūdum fidē enim Israelitæ Gal.5. nos sumus. Vnde dicit Apostol⁹: Quia si ex fide sunt ii, filii sunt Abrahæ. Quoniā igitur nos sumus Israel, vinea dñi sumus, videamus diligenter ne ex palmite operis nostri nō nascatur dulcedinis vua, sed fellis, ne di- C catur nobis quod iudæis dictū est per prophetā: Sustinui vt faceret vuā, fecit autem spinas: & nō iustitiā, sed Esa.9. clamorē. Q̄z dura cōditio, vt possessio quæ domino suo suauitatis fructus afferre debuit, spinarū illū asperitate compūxerit. Hoc est, cū Iudæi saluatorē debuerint tota fidei deuotione suscipere, spinarū eum corona uexērūt passione. Quę corona quidē, quantū in Iudæis est, erat iniuriarū contumelia: quantū in domino, erat corona virtutum. Cōpungunt ergo Iudæi dominū dū coronant, compungūt dū crucifigunt. Vnde ait scriptura sancta:

Ioan.19. Videbunt in quē cōpunxerunt. Igitur fratres videte ne & nobis dicatur: Sustinui vt faceret vuā, fecit autē spinas. Hoc est, ne spinas quas dño Iudæi cruentis impofuerunt manibus, nos iniquis sensibus apponamus,&

Mat.13. cōpungamus eū non asperitate sentiū, sed operum prauitate. Sunt enim spinæ cordis, quę verbū dei etiā vulnerare consueuerunt, de quibus meminit in euangelio Saluator, dicēs seminantis semen cecidisse inter spinas & creuisse eas, ac suffocasse quod satū est. Quæ autem spinæ sunt, ipse prosequitur dicēs vtiq; solicitudines esse mundanas, quæ cū crescūt in corde hominis, mandata in eo saluatoris suffocant. Quis enim vnq̄ solicitus de mundo, potuit bene solicitus esse de Christo? Quis dū lucris domus suæ prouidet, vtilitatibus ecclesiæ potuit prouidere? Vnde ait Apostolus: Q ui sine vxore est, so- 1.Cor.7. licitus est quæ sunt domini, quomodo placeat deo: qui D autem cū vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori. Ergo fratres videte ne vinea vestra nō vuas, sed spinas faciat, ne vindemia vestra non vinum afferat, sed acetū. Q uisquis enim vindemiā legit,& pauperibus non largitur: ille acetū colligit, nō vinum. Q uisquis messes recondit,& indigētibus nō ministrat, iste non alimoniæ fructus reposuit, sed tribulos auaritiæ congregauit. Nam propterea ait scriptura de terra vestra: Spinas & tribulos germinabit tibi. Gene.3.

De natali martyrum, Sermo LXXIIII.

DIGNVM & congruū est fratres vt post lętitiam paschæ quā in ecclesia celebrauimus, gaudia nostra cū sanctis martyribus cōferamus,& iis annunciemus dominicæ resurrectionis gloriam, qui consortes sunt dominicę passionis. Q ui enim socii sunt cōtumeliæ, debent & participes esse lætitię. Ita enim dicit beatus Apostolus: Sicut socii 2.Cor.1. passionū estis,& resurrectionis eritis. si tolerabim⁹, in- 2.Tim.2. quit, et conregnabimus. Q ui ergo toleraueriūt mala propter Christū, debēt & gloriam habere cū Christo. Annunciemus inquā sanctis martyribus dominicę paschę gratiam, vt dum sepulturæ illius prædicamus reserata claustra,& horū sepulchra referētur. Dum corpus illius E mortuū dicimus tepētibus venis subito viguisse, horū quoq; mēbra iam frigida immortalitatis calore foueantur. Eadem enim ratio martyrē suscitat, quæ & dominum suscitauit. Nam sicut viam passionis eius experti sunt: ita experientur & vitæ. Scriptū est enī in psalmo: Notas mihi fecisti vias vitę. Hoc vtiq; in resurrectione Psal.15. ex persona dicitur saluatoris, qui dum post mortem ab inferis redit ad superos, incipiat notam habere viā vitę quæ ante habebatur ignota. Ignota enī erat ante Christum via vitæ, quæ nullius ad hucresurgētis fuerat temerata vestigio. At vbi domin⁹ resurrexit, nota facta solo attrita est plurimorū. De quibus sanctus euangelista ait: Multorū corpora sanctorū surrexerunt cum eo, Mat.27. & introierunt in sanctam ciuitatem. Vnde cum dominus in resurrectiōe sua dixerit, Notas mihi fecisti vias vitæ, possumus & nos iam dicere domino: Notas fecisti nobis vias vitæ. Ipse enim nobis notas fecit vias vitæ, qui nobis semitam manifestauit ad vitam. Notas enim mihi fecit vias vitæ, cum me docuit fidem, misericordiam, iustitiam, castitatem. His enim peruenitur itineribus ad salutē; & licet nos in resolutione corporis mortis vmbra circundet, tamen gressus suos vita non deseret, sed inter ipsas medias inferni leges incēdanter Christi virtutibus ambulamus. Vnde ait sanctus pro- F pheta: Nā & si ambulauero in medio vmbræ mortis, Psal.22. non timebo mala, quoniā tu mecū es. Q uod manifestius dominus ait de fideli dicens: Q ui autem credit in Ioan.11. me, nō morietur. Et licet moriatur, viuet. Ergo fratres cum sanctis martyribus paschæ domini gloriam conferamus. Conferamus inquā: & licet melius nouerint omnia, tamē nos illis prædicemus quēadmodū de sepulchri gremio resurrexit ad superos. Illi nobis reuelēt quo pacto de inferni profundo remeauerit ad sepulchrū. Notum inquam nobis faciant quēadmodum in exanime iam corpus & frigidum sese calor infinuauerit, spiritus ingesserit, sanguis infuderit, & gelatas humore venas pristini vigoris pulsus agitauerit. Notū inquā nobis faciant quem ad modū organū corporis dissipatū in priorem statum neruorum rursus coaptauerit resoluta cōpago,& harmoniam viscerum iam silentē in veterem concentum spiritus viuificans animauerit. Sacerdotes ergo prędicent quę saluator post resurrectionem mirabilia gessit ad superos, martyres reuelent quāta in ipsa morte refrigeria operatus sit in defunctos.

D

In natali sanctorũ Canti, Cantiani, & Cantianillæ, Sermo LXXV.

G

IN DIE beatissimorũ Canti, Cátiani, & Cátianillæ natalis est. Q; bene & iucunde tres martyres vno pene vocabulo nuncupantur. Nec mirum si similes sunt nomine, qui sunt similes passione, si vna est illis apud homines appellatio, quibus apud deũ est vna vocatio. Vniter enim vocati sunt a domino, nõ interposito tẽpore aliter & aliter passi, sed omnes eodem ictu pariter martyrium pertulerunt. Quod quidem illis parentiua quadã a Christo affectione cõcessum est, vt congruerẽt meritis qui vocabulis cõcordabant: & qui erant cõsanguinitate fratres, fierẽt etiam sanctitate germani: & quorũ mẽbra vnius corporis substantia vegetabat, eorũ animas eiusdem fidei cõfessio coronaret. Refert autem de beatis supradictis historia, quod tẽpore passionis cum eos persecutor inquireret, ascenso vehiculo iũctis mulabus eos secedere voluisse: & cũ non longe ab vrbis mœnibus iter ageret, vnũ animal de subiunctis subito corruisse, atq; ita illos a persecutoribus comprehẽsos tentos ad pœnam. Quod factũ q; gloriosum sit, & a diuinitate dispositum, debemus aduertere. Semper enĩ deus quos elegit, hos victores subuectione sublimi in aulã regni cælestis indu
4.Reg.2. cit. Nam sicut Helias curru applicito quasi ascendit ad
H cælũita & isti vehiculo admoto ad martyriũ peruenerunt, & quadriga sicut illũ euexit ad requiẽ, ita hos portauit ad gloriam. Et quãuis illa ignea quadriga fuerit, hæc tamẽ inferior nõ habẽda est, quia illa vnũ gestauit prophetam, hæc tres martyres fulstẽtauit. Sed dicit aliquis: Gloriosi? est gestari quadriga ignea quã terrena. Nec hoc plane defuit sanctis viris. Nam sicut Heliam ignea quadriga portabat, ita & martyres fides ignea iã ferebat. Ferebat inquã illos Christus, qui lumẽ est, qui
Deut. 4. ignis est, de quo scriptũ est: Dominus noster ignis consumens est. Ergo cũ beatos de quibus loquimur, persecutor vrgeret, vehiculũ conscenderunt. Qua causa? vt
Heb.12. fugerẽt? Absit. Nõ vt fugerent, sed vt ad martyrium citius peruenirent: nõ vt latitarent, sed vt Christianos secunctis transeuntibus manifestius approbarent. Cẽterum occultius inter plures in ciuitate latere potuerãt, tutius per diuersa singuli fugæ præsidiũ cõmẽdare. At vero vbi quis cõgregatione habita stratis vehiculis apparatu dispositio per aggerẽ publicũ egreditur, illic non fuga dicenda est, sed profectus est. Sancti enim viri hoc facto velut in triũphali curru positi contestabantur dicentes: Ecce persecutor, ecce proficiscimur, ecce precedimus, quid resides? quid moraris? Subsequere nostra vestigia. Nolumus enim videri inuiti ducti ad pœnam,
I qui præcedere nos profitemur ad gloriam.

enim bonum factũ videns non gaudeat, miretur, imite k
tur, ac velut tacito magistro vtens eius exẽplo doceatur? Dictis igitur facta precedũt. Immo sine factis dicta nihil prosunt. Nã ideo & dominus fieri voluit, sic doceri, ne sine bono opere, verborũ inutilis esset & superstitiosa iactatio. Meli? ergo docemur facto q; voce. Denicq; sancti martyres etsi voce tacẽt, factorũ virtute nos edocẽt: etsi lingua silent, martyrii passione persuadent. Vnde q̃uis disertus orator facũdia sua me doceat, id tamen quod vtile est mihi, melius disco exẽplo sanctorũ, q̃ assertione verborũ. Citius mihi persuadẽt oculi quod cernũt, q̃ auris potest insinuare quod prẽterit. Auditur enim cito irrepit obliuio. Oculorũ autem historia semper inspicitur. Quis enim nõ omnibus horis momentisq; conspiciat quẽadmodũ tunc beati martyres ꝓpter nomẽ Christi diuersis subiacuere supplicijs, & de ipsis pœnis quodãmodo triũphabant? Quanto enim plura patiebãtur, tanto se victoriosissimos credebant. Victoria enim est martyris, Iudiciũ persequẽtis, sicut scriptũ
Psal. 50. est: Et vincas cũ iudicaris. Cũ iudicatur enim martyr, & condẽnatur, tunc vincit atq; prosternit. Tali enim iudicio nõ est addictus ad mortẽ, sed absolutus ad requiẽ. Ac per hoc, manifestissima ratione vicisse est, nõ perisse. Cõstat igitur sanctos martyres plus passione docere L
Apoc.6. q̃ voce, q̃q; ipsamet passio sine voce nõ sit. Legimus enĩ animas eorum de sub ara dei clamare vel dicere: Quousq; sanctus & ver? nõ vindicas sanguinẽ nostrũ? Nã & deus dicit de sanguine Abel ad Cain: Vox sanguinis Geñ.4. fratris tui clamat. Clamare igitẽ dicitur sanguis q̃ innocens effusus est, nõ tam voce, q̃ causa. Sic & sanctorum martyrum animæ clamãt, dum fidem atq; innocentiã suam sensibus nostris ipsa passione commendant.

De natali sanctorũ Octauij, Aduetitij, & Solutoris Tauricorum, Sermo LXXVII.

QVM omnium sanctorũ martyrum fratres deuotissime natalẽ celebrare debemus, tum precipue eorũ solennitas tota nobis veneratione curãda est, qui in nostris domiciliis prium sanguinẽ profuderũt. Nam licet vniuersi sancti vbiq; sint, & omnibus prosint, specialiter illi tamen pro nobis interueniunt qui & supplicia pertulere pro nobis. Martyr enim cũ patitur, nõ sibi tantũ patitur, sed & ci uibus. Sibi enim patitur ad præmiũ, ciuibus ad exemplum. Sibi patitur ad requiẽ, ciuibus ad salutẽ. Exẽplo enim eorũ didicimus Christo credere, didicimus cõtumeliis vitam æternã quærere, mortẽ didicimus non timere. Videte ergo quid martyribus debeamus, in quo alter tortus est, vt alius saluaret. Alter carnificẽ pertulit, vt Christum alter agnosceret. Alter morti addictus M
est, vt alius vita potiretur æterna: & ad postremũ sanctus occisus est, vt peccator euaderet. Beati igitur martyres nec sibi vixerũt, nec sibi sunt mortui. Exemplum enim nobis reliquerũt bene viuẽdo conuersationis, tolerando fortiter passionis. Nam ideo dñs per totũ mundum diuersis in locis pati martyres voluit, vt tanq̃ idonei testes nos presenti quodã fidei exẽplo suę confessionis vrgerent, vt humana fragilitas quæ prædicationi dominicę aditu lõgiore vix credit, vel præsenti oculorũ testimonio martyrio crederet beatorum. Cunctis igitur martyres deuotissime percolendi sunt, sed specialiter ii venerãdi sunt a nobis, q̃rũ reliquias possidemus. Illi enĩ nos orationibus adiuuãt, isti etiã adiuuãt passione. Cũ his autem nobis familiaritas est. Semper enĩ nobiscũ sunt, nobiscũ morantur, hoc est, & in corpore nos viuẽtes custodiũt, & de corpore recedentes excipiũt. Hic ne
Matth. 5 peccatorũ nos labes absumat, ibi ne inferni horror inuadat. Nã ideo hoc a maiorib? pusum est vt sanctorũ ossibus nostra corpora sociemus, vt dũ illos Tartarus metuit, nos pœna nõ tangat: dũ illis Christus illumi-

A nat, nobis tenebratũ caligo diffugiat. Cũ sanctis ergo martyribus quiescẽtes euadimus inferi tenebras eorũ propriis meritis, attamẽ consocii sanctitate. Ait enim
Matt.16. dominus Petro: Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meã, & portæ inferi nõ prẽualebunt ei. Si ergo apostolo & martyri Petro inferni porta non prẽualet: quisquis sociatur martyri, tartaro nõ tenetur. Martyres enim inferni porta non possidet, quoniã eos paradisi regna suscipiũt. Nam videmus eos vtiq; iam regnare. Cernimus enim abjis frequẽter obsessos immundissimis dęmonib? homines liberari, ita vt cęlesti medicina et captiua anima de diaboli laqueis eruatur, & ipse diabolus vinculis igneis alligatus ꝓducatur de sua captiuitate captiuus, vt qui prędã paulo ante ceperat, ipse subdatur in prædã. Hęc & alia potiora mirabilia per sanctos fieri oibus notũ est. Et ideo fratres veneremur eos in seculo, q̃s defensores habere possumus in futuro. Et sicut eis ossib? parentũ nostrorũ iũgimur: ita et eis fidei imitatione iũgamur. In nullo enĩ ab ipsis separari poterim?, si fociemur illis tã religione q̃ corpore.

De eo quod propheta ait ad filios Israel, Caupones vestri miscẽt aquam vino, Sermo LXXVIII.

B

NON incõmode ante dies paucos pfecuti sumus functione hanc sacerdotalem vicẽ quãdam negocii retinere, & quæstũ esse nõ modicũ hoc clericatus officiũ. Est quæstus plane nõ modicus, vbi lucrũ non pecuniarũ, sed adquiritur animarũ. Est magna negociatio, vbi redemptio hominis constat non annũciatione precii, sed annunciatione prẽcepti. Præceptũ enim Christi talentũ quoddam est pretiosum, quo salus cõparatur, quo vita redimitur: & magna est redẽptio, cũ & precium datur, & pecunia nõ videtur. Talentũ ergo magnũ præceptũ est saluatoris, quod cõmodati vice apud idoneos ꝓficere potest, apud negligentes nõ potest deperire. Aliis enim cũ multipli ci gratia restituntur, ab aliis cũ pœnarum vsura deposci tur. Christus enim talentũ quod cõmendat, necesse est vt requirat, & soluẽti gratiam referat, non soluentẽ subdat iniuriis. Subdit plane iniuriis more mundi, vt debitor qui redhibitione substãtię satisfacere nõ potest, satisfaciat vel corporis vltione. Hoc ergo talẽtũ fratres nos prædicatione nostra vestris pectoribus cõmendamus, vt lucrum aliquod salutis vestræ dño designemus. Rationẽ daturi sumus qualiter aut prędicatio nostra proficiat, aut obediẽtia vestra fructificet. Nõ enim sine causa euangeliũ annũciat, apostolus clamat, sacerdotes loquuntur: in cuiuscunq; aures vox sancta peruenerit, aut beatus erit deuotione, aut reus de cõtestatione. Loquimur enĩ beatitudinẽ credentibus, contestamur iudiciũ
C criminosis. Mercimoniũ igitur est administratio sacer dotum. Vnde & propheta dicit ad filios Israel: Caupones vestri miscẽt aquã vino. Non enim de iis cauponibus Esaias sanctus loquitur qui publicis ministeriis seruientes, meram vini speciẽ fraudulẽta aquæ collusione permiscent, (nec enim hoc ad beatũ virũ more iudicis seculi pertinere poterat, cũ corruptis tabernarũ vasculis minus ebrioso potu populus vteretur) sed de illis vtiq; cauponibus loquitur qui presunt ecclesiis, non tabernis: qui sitientibus populis nõ concupiscentiæ calicẽ porrigunt, sed virtutis: non ebrietatis ministrant poculum, sed poculũ saluatoris. Istos ergo caupones prophe ta arguit & obiurgat, & queritur eos vino aquæ speciẽ permiscere. Hoc increpat in eis: cũ functionũ diuinarũ essent præsules, sectatores rerũ facti sunt humanarum, sicut ipse ait ꝓpheta: Sectamini vnusquisq; domũ suã. Quisquis enim sacerdos relicto põtificatus officio, mũdi oblectationibus delectatur, hic aquã vino permiscet, hoc est, rebus sanctis & feruidis inserit res viles & frigidas. Sed & sic possumus accipere, quod iidem Iudęorũ sacerdotes aquam vino miscuerint, cũ dominũ salutato- D
rem nõ sicut deũ susciperẽt, sed sicut hominẽ iudicarẽt, & synceræ ac merę eius diuinitati turbidũ quiddam ac sordidũ inferre voluerint, dicentes ad eũ: Q uia cum sis Ioan.10.
homo, facis teipsum deũ. Et iterũ, Nos ex prostitutio- Ibidem. 8
ne non sumus nati. Dum enim se ab adulterio prostitutionis excusant, illũ in diuinitate natiuitatis suæ adulterare nituntur. Sed adhuc diligẽtius videamus quid sit quod ait, Permiscẽt aquã vino. Legimus vinũ in eccle sia specialiter abũdare, sicut in euangelio dictum est vi- Luc.5.
num nouũ in vtres nouos esse condendũ. Hoc est, in nouos homines neophytos spiritussancti gratiam conferẽdam. Si igitur preciosa & spiritualis vini gratia abũdat in ecclesia, aqua vilis & fœtida nõ nisi in synagoga est referẽda. Fœtida enim synagogæ aqua est, quæ baptismate suo peccata nõ diluit, sed adquirit: quę hominem nõ purificat proprio lauacro, sed polluit. Denique sicut in vini vtribus ecclesia honoratur, ita & cum aquę vtre synagoga proiicitur. Nam illa Agar quæ typum synagogæ gestabat, de qua ad Abraham dicitur, Eiice Geñ.21.
ancillã, & filiũ eius: vtiq; cũ eiiceretur, non cum vini sed cũ vtre aquæ de tabernaculis effugatur. Certe domus Abrahę erat diues, locuples, abundans: attamen nõ vinum, non oleum, non panẽ accepit, quæ sunt vitæ alimenta firmissima. Et recte vitæ synagoga alimẽta nõ accepit, quia vitam quæ est Christus, ignorat: aqua sola æger protrahitur, languidus sustẽtatur. Conueniens enim erat vt quæ viuẽtis non merebatur alimoniam, E
vel solatiũ morientis acciperet. Argũtur enim sacerdotes Iudæorũ cur ecclesiastico vino precioso aquã synagogæ abiectã iam & reprobatã voluerint permiscere. Aqua enim in ecclesia misceri non solet, sed mutari, sicut dominus inuitatus ad nuptias hydrias plenas a- Ioan.2.
qua nõ vino miscuit, sed mutauit in vinũ. Nequid enĩ in sancto conuiuio vilitatis Iudaicę resideret, maluit natu ram vertere, q̃ adulterare substantiam.

De eo quod dominus dicit in Euãgelio, Vulpes foueas habent, Sermo LXXIX.

SI diligenter animaduertit euangelicũ capitulum quod lectũ est, vestra dilectio: sensus vestros id ipsum capitulũ potuit penetrare cur dominus (sicut scriptura refert) cum ab Matth.8.
altero interpellatus fuerit, vt eum quocunq; iisset, causa religiosi seruitii sequeretur: alteri magis dixerit, Seque Lucæ.9.
re me: & illo spreto atq; despecto, alii potius tacẽte nec opinantẽq; delegerit. Et cum vtiq; acceptius voluntarium obsequium esse soleat q̃ coactum, & seruitiũ plus placeat nõ quod imperio exigitur, sed quod sponte defertur: cur ergo iste respuitur, cur velut indignus etiam F
recusatur? Ait enim ad eum dominus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius hominis non habet vbi caput reclinet. Primum itaq; hoc cõsiderare debemus, quod non est acceptor dominus personarũ. Est enim æquus iudex & iustus: sed pro qualitate horũ rependat dilectionis affectum, & eum eligat non qui verbis promptus, deuotionẽ piger, sed qui fuerit lingua tacitus, mente deuotus, de quo dicit propheta: Tacitũ te Prou.17.
faciens, sapiens videberis. De illo autem qui petulãter loquitur, refert scriptura: Nõ omnis qui dicit mihi do- Matth.7.
mine domine, intrabit in regnũ cælorum: sed qui fecerit voluntatem meam. Hinc ergo discimus quod ad dominum non tam ore q̃ corde clamandũ est. Igitur Saluator noster, qui cogitationes hominũ sensusq; prouideat, audiens quidem vocis obsequiũ, mentis autẽ vestitam recognoscens, tali illũ animali comparat, quod aliud voce indicet, aliud moribus operetur. Vulpes latratu canis resonat, dolo rapinam fraudis exercet. Tacentem ergo nec opinantẽ assumit. Tacebat quidẽ lingua, sed spiritu loqbatur. Intelligimus enim q̃ deuotus

G fuerit, qui sicut ipse asserit, patrem reliquit mortuū, vt
Lucæ. 9. vitę dominū reperiret. Ait enim, Permitte mihi prius
ire, & sepelire patrē meū. Mortuū ergo illum reliquerat, quē vt reuertēs sepeliret exorat. Non eū dolor retinuerat, nō mors retardauerat, quia festinabat ad vitā. Necdum moriētis clauserat oculos, necdū rigentia mēbra cōdiderat: statim vt cōperit aduenisse dominū, oblitus paternæ pietatis, affectū maiorem pietate credidit
Psal. 44. plus Christū diligere q̄ parentē. Legerat enim fortasse propheticam lectionē quæ dicit: Obliuiscere populum tuū, & domum patris tui. Propterea oblitus est patrē, dū memor est in saluatorem. Audierat enim euāgeliū
Mat. 10. domini: Qui plus dilexerit patrē aut matrē, nō est me dign⁹. Ita cū Tobias iustificē cur sepulturæ causa prā diū dereliquerit, hic p̄batur cū causa Christi, patris reliquerit sepulturā. Ille enim nō veretur ne interueniente opere terreni prandii epulas prętermitteret, hic metuit ne interueniente mora refectionem panis cælestis amittat. Vnde cū Christi contēplatione sepulturam omnibus debeam⁹, hic amore Christi patris deseruit sepulturā. Discutiamus itaq; primo illius interpellationem, respōsionēq; dominī saluatoris. Ait enim ille, Se-
Lucæ. 9. quar te quocūq; ieris. Prōpta quidē, sed superba respōsio. Iturus enim ad passionē erat dominus, descensurus ad inferos, ascensurus ad cęlū: numquid in omnibus illū potest fragilitas hūana comitari? Stulta magis est ista presumptio, q̄ religiosa cōfessio. Siquidē & Petro Apostolo dicitur a dño, cum existimaret se sequi per omnia
Ioan. 13. saluatorē, Quo vado, non potes me modo sequi. Et cū
H pertinaciter insisteret, ac se ab eo nec morte diceret separandū, tanq̄ iactantiæ condēnatus audit quod esset dominum tertio negaturus. Ita qui promittebat a confessione Christi nec morte diuelli, ab eius societate interrogatione ancillulę separatur: & nisi modū quendā statuens, tertio eū dixisset dominū negaturū, forsitan sæpius interrogatus, frequentius denegasset. Quid ergo respōdetur illi petulanti? Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, & filius hominis nō habet vbi caput reclinet. Videte cui rei subtiliter cōparetur. Est enim hoc genus animalis fallax, & insidiis semper intētum, rapina fraudes exercēs, quod nihil tutū, nihil ociosum, nihil patitur esse securū, quod inter ipsa quoq; hominū domicilia prædā requirat. Quam cōparationem nō solum propter illū scriptam puto, sed propter plerosq; etiā Christianos, qui ore quidem dominū confitētur, moribus autem vulpium fallacia diuersantur. Omnis enim Christianus qui sua vult peccata celare, hic spiritualiter vulpes est. Sicut vulpes propter fraudes suas latibulis demoratur, ita et peccator tacēs propter cōscientiā suā peccatorū foueis delitescit. Et sicut illa non audet inter medias hominū turbas morum suorum ostendere fallaciam, ita & hic erubescit in media ecclesia cōuersationis suę nequitiā cōfiteri. Vulpem plane dixerim omnē
I Christianū qui suo insidiatur vicino, qui q̄tidie nititur fines alienos arrodere, fructus inuadere, animalia deuorare, & quod est familiare huic tēpori, nō iam vulpium more pullos, sed luporū more rapere porcos: qui dū suo labore possit se iuuare, ferarū rabie prędam captat alienam. Hæreticos etiam omnes arbitror vulpibus cōparandos, qui cum in domo domini habitare nō possint, conuenticula sibi quædam velut foueas preparāt tenebrosas, in quibus pertinaciter latentes insidiantur ecclesiæ, vt siqua innocēs anima forte pręcesserit, velut pullum gallinę matris absorbeant. Insidiantur inquā vulpes ecclesiæ, hoc est hæretici euangelicæ illi gallinę de
Mat. 23. qua ait dominus: Quotiēs volui cōgregare filios tuos sicut gallina colligit pullos suos sub alas suas: sed ipsa sicut Sampson ardentes faces vulpibus religauit.

Increpatio ad plebē, & de eo quod ait dñs: Qui habet, dabitur ei: & cantauimus vobis, & non saltastis.

Sermo LXXX.

REQVENTER studueram apud me ipsum fratres subtrahere vobis dñicę predicationis eloquia, ac nō elargiri sępius sermonum cęlestiū sacramēta. Siquidē nihil prosit offerre pabula recusanti, & potū porrigere minime sitienti: cū id quod offeras, nō tam libēter hauriat, q̄ fastidiose velut turbulētū reddat: atq; ita fit vt & poculi synceritas vitietur, & causas delicti fastidiosus peccator inueniat. Sic ergo & charitati vestrę ingerere dñici pocula predicationem forte superfluū est, cū id anima vestra clausis visceribus non tā sitienter hauriat, q̄ dissimulanter infundat. Fundit enī mandatū dñi qui illud aure sua percipit, corde nō cōtinet. In superficie enim quadā corporis illud gestās, ac minime ad ĭteriora trāsmittēs q̄d audiuit, dū obliuiscitur, serię prædicationis effūndit, & ita domū vacuus repedat, q̄ de ecclesia onustus exierat. Dicite enī mihi, quis de vobis cū ad hospitiū redierit, dicit, hodie audiuimus episcopū de eleemosynis disputātem, rem vtilē prædicauit, debemus pauperibus miserē? Prosecutus etiā est de idolorum execrāda cultura, requiramus ne ignorātibus nobis in possessione nostra sit idolū. Admonuit etiā festinare debere catechumenum ad gratiā fidei, offeramus familiolę nostrę fidē vt quisquis est fidelis accipiat, ne forte ratio salutis eorū L
quæratur a nobis, quia vita eorū nostro pēdet arbitrio. Nemo de dei reb⁹ cogitat, nemo de die iudicii loquitē, quasi aut p omnia victuri, aut per omnia morituri. Mihi credite, ita viuimus in hoc seculo, vt corpore moriamur. ita morimur, vt rationi reddēdæ viuamus. Moritur interim homo, sed actuū causa nō moritur: viuēte autē causa necesse est vt causæ suę persona non desit, sicut ait propheta: Ecce homo, & opera eius. Volueram ergo subtrahere vobis dñicæ predicationis eloquia, nō q̄ iratus hoc facerē, sed vt euāgelicam sentētiam custodirem. Ait enī dñs: Qui habet, dabitur ei: & qui nō habet, id q̄d habet auferetur ab eo. Habēti ergo dari iussit, & nō habenti non solū nō dari, sed & id quod habet auferri. Quę sentētia superflua vobis forsitan videtur: ego autē dico recte ac sapiēter dñm pręcepisse. Habēti ergo iubet dari. Meretur plane accipere q̄ ita laborauit vt propria solicitudine animæ suę diuitias spirituales adquireret: vtputa quis cōtinētię forti proposito cœpit castimoniæ custodire virtutē: meretur audire quę castitatis remuneratio sit futura, vt ad virtutis obseruantiam audiēs remunerationis gloriā facili⁹ possit pugnā quā
M cœpit atterere. Alius ad misericordiā prōptus debet audire quia ipsi miserebit deus. & qui hāc terrenā substantiam cęlestib⁹ diuitiis repēsauit, necesse est vt auscultās vicissitudinē cęlestiū præmiorū promptior ac libentior opus domini prosequatur, & ad misericordiæ q̄d habet bonū, largitatis addat augmentū. ideo ait dñs: Qui habet, dabitur ei. hoc est, qui diues fuerit bonis operibus, hic magis euāgelica prædicatione ditetur. Cæterum si fornicatori prędices, & dicas p̄ virgo debeat permanere, et auaro p̄ omnia sua distrahere debeat atq; donare, stultitia illi est. Hanc autē prędicationē ridiculā putat, sicut ait Apls: Animalis autem homo nō percipit quę sunt spiritus. stultitia enī est illi. Tale enim est iis prædicare quod perfectū est, quale si mendicū pannis obrutum holoserica velis induere, & esurientē rusticum placēto delectare. necesse est vt ab vtroq; recusetur oblatio. Illi enī displicet holoserica, qui necessaria magis frigori vestimēta desiderat. huic placentū amarū, dum escam magis saturitatis exquirit. Istis ergo personis auferēda potius sunt quę sua sunt, sicut ait euāgelium, Etiam id quod habet auferetur ab eo. hoc est, cogēdus est fornicator pannos suæ corruptionis abiicere, cōpellendus auarus est panē suæ cupiditatis exponere. Vereor autē fratres ne hæc euangelica lectio pleriq; de vobis cōgruat,

A quæ ait: Cantauimus vobis, & non saltastis. lamentauimus, & non plorastis. Annunciamus ergo vobis regni cęlestis gaudiū, & minime corda vestra motu quodam alacritatis exultāt. Prædicamus triste iudiciū, & sensus vestri ad pœnitentiā in lachrymas nō prorūpūt. Infidelitatis enim genus est, in diuinis rebus nec gaudere prosperis, nec flere cōtrariis. Saltationē ergo a nobis requirit dominus, nō vtiq; sinuosi volubilitatē corporis, sed extollētius se fidei sanctitatē. Sicut enī qui corporaliter saltat, nūc in aere suspēditur, nūc ad altiora iactatur, nunc alternis saltibus loca diuersa collustrat, ita & q̄ spiritualiter saltat interuenięte fide, mōdo in aeris sublimitatē erigitur, modo ad syderū altiora tollitē, modo diuersis cogitationū saltibus paradisum cælūq; collustrat. Et sicut qui corporaliter saltat, volubilitate mēbrorum se exercens gyrum sibi saltationis adquirit, ita et qui spiritualiter saltat fidei alacritate semper mouēs, gyrum sibi totius orbis assumit. Solent autē homines sicut mos est, in suis votis, hoc est nuptiis, precipue saltare vel canere: vnde & nos habemus votiuas nuptias, in quibus saltare vel canere debeamus. Vota enim nostra celebrantur quando Christo ecclesia copulatur, sicut ait Ioannes: Qui habet sponsam, sponsus est. Propter has ergo nuptias saltare nos cōuenit. Siquidē Dauid rex pariter & propheta dum multa cecinerit, ante
B arcam testamēti etiā saltasse dicatur. Elatus enim gaudio, in saltationē prorupit. Præuidebat enim in spiritu Mariam de germine suo Christi thalamo sociandam. Vnde ait: Et ipse tanq̄ sponsus procedens de thalamo suo. Ideo ipse præ cæteris prophetiarū autoribus plus cantauit, quia lætior cūctis per hæc gaudia suos posteros coniugabat, & ad propria vota solito dulcius inuitās, docuit nos quid in ipsis nuptiis facere deberemus, cū ille ante nuptias tāta exultatione saltauerit ante arcam. Ergo saltauit propheta Dauid ante arcam. Arcā autem quid nisi sanctam Mariam dixerimus? Siquidem arca intrinsecus portabat testamēti tabulas, Maria autem ipsius testamenti gestabat hæredem. Illa intra semet legem, hæc euangeliū retinebat. Illa dei vocē habebat, hæc verbum: veruntamen arca intus foriscque auri nitore radiabat, sed et sancta Maria intus foriscque virginitatis splendore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro, iste cælesti.

De eo q̄d scriptū est in Euangelio: Hominis cuiusdā diuitis vberes fructus ager attulit, Ser. LXXXI.

C VPLEX est tentationū species. aut enim tribulatio cor vexat humanū, et sicut aurum in camino per patiētiā probatur vnusquisq; & agnoscitur, aut interdū etiā ipsa vitæ prosperitas ad tentationē cedit hominibus. Similis namq; eiusdē igauiæ est, in aduersis humilē ac miserabilem fieri, & in prosperis insolēter efferri. Exemplum plane quod nō debemus animo deiici in aduersis, habemus magnificū Iob indignari in trīstibus penitus nescientē, qui omnē diaboli violentiam velut torrētis cuiusdam aduersus se turbinem venientē immobili corde & incōcussa mētis viuacitate suscipiēs, tanto clarior extentationibus factus est, quāto difficiliora & periculosiora ei sunt ab inimico intētata certamina. Exēpla vero eorū qui per secūdos vitæ successus prosperitatesq; tentātur, multa quidem habemus & alia, non minus tamē eius qui nūc de euangelio recitatus est, diuitis, qui alias quidem recōditas premebat diuitias, alias vana spe inaniter presumebat, dum benignitas dei auiditatis eius intemperantiam nō statim ab initio nec continuo vt publicare cœperit punit. Quinimo & reconditas diuntias nouis nihilominus & aduētitiis cumulat, si forte eum aliquādo nimietate ipsa satiatū, ad sensum & intelligētiam humanitatis adduceret, animāq; per abundantię nimietatem straderet aliquid de indigentibus cogitare. D
Sed videamus quid de eo dicit sermo diuinus. Hominis, inquit, cuiusdā diuitis, fructus vberes ager attulit, & cogitabat intra semetipsum dicēs: Quid faciā? Destruam horrea mea, & maiora ædificabo. Dicis fortasse, cur ager hominis nihil boni operaturi, vberes attulit fructus? Vt magis magisq; dei patiētia nosceretur, dū ad huiusmodi homines beneficia suæ benignitatis extendit. Pluit enim super iustos & iniustos, & solem suū oriri iubet super bonos & malos. Verū talis ista benignitas dei sicut per nimiam patiētiam facultatē cōuersionis & emēdationis indulget, ita maiora & grauiora supplicia coaceruat, vt cōuertat ingratos. Largitus ergo est deus imbres vberes agris hominis auari, solem prestitit ad nutriēdas segetes, multiplicandasq; fruges, vt aceruos diuitis augeret in omnibus moderata tēperies. Igitur quæ a deo præbētur etiā ingratis, ista sunt, terrę fœcūditas, aeris tēperies, fructuū lętitia, & boum subsidia, et omnia quibus anni prouētus fœcūdis successibus adimpletur. Quę vero ab homine procedūt, qualia quęso sint videamus. Augustus animus, & parum putans omne quod nascitur, cuiusdā abundantiæ deesse semper aliquid cōputans, tum deinde inhumanū propositum impertiēdi cuiq̄ causam nullam idoneam putat. Vide beneficiis diuinis diues q̄ ingrat⁹ existit. Cō E
munis hominū naturæ non meminit, æquū non putat saltem ex superfluis aliquid egētibus impertiri, scriptū non legit, nec recordatur præceptū esse vt fides & misericordia nō deserant se, & confringe esurienti panē tuū. Et quæcūq; vel a propheticis vel a cæteris doctoribus quotidie prędicantur, diues nec audit, nec videt, nec intelligit. Si horrea quidem diruit, & maiora reædificata fructibus largioribus replet, auaritia tamen diuitis cor & propositum nō repletur. semper enim studet cumulare noua veteribus, & augmētis præsentibus superare preterita: & dū cumulis semper crescētibus solidos cupit vincere numeros conditorū, ad istos inextricabiles cogitationū exitus deuolutus est, vt nec veteribus cederet, nec sufficeret nouellis. Propterea ergo cassæ quidē cogitationes eius, solicitudo vero inutilis & inanis. Quid, inquit, faciam? Quis nō talē misereatur? Quis non infelicitatē eius doleat? Angustatur ex abundantia, cōstringitur & coartatur ex opulētia. Infelix in presentibus bonis, infelicior in futuris: & vt video, ager ei non tam redditus largiores q̄ gemitus attulit gratiores. Terra ei nō fructuū copiam, sed curarū molestiam germinauit: ita vt curis ac mœroribus stimulatus, egentibus & esurientibus similes perferat cruciatus. Denique & egeni vox ista est: Quid faciā? vnde cibus? vnde vestitus? Eadem cōqueritur & diues, Quid faciā? vbi recondam? Isdem cruciatibus pro solicitudine facultatū F
quib⁹ pauper pro egestate torquetur. Vides diuitem nec opimis copiis posse lætari, sed mentem eius absumit ac soluit affluētia, dum nullo intellectu humanitatis admonitus sentire non potest id sibi abundare quod aliis deest. Nō enim apostolicis commonitionibus accommodat autem suam, vt discat ab eo abundātię suę rationem, cū dicit: Vt vestra abūdantia fiat, id est proficiat ad aliorū inopiam. Et quidem mihi videtur talis hæc passio animæ similis esse iis qui tantum gulæ indulgent, vt dirumpi magis nimio cibo eligant, q̄ alicui indulgere reliquias. Sed recordare o homo, quis est qui largitus est tibi teipsum: qui sis, in memoriam reuoca. Seruus es dei, & dispēsatio tibi commissa est dominicæ facultatis. Recordare ergo quis est qui tibi iniunxit officium dispēsandi familiam suam. Quid est quod multis prelatus es nō est vtiq; fine causa quod tibi a bono & iusto deo officiū tribuitur largiendi, aliis necessitas imponitur indigendi. Dispensatorem igitur conseruorum tuorū te ex dominicis facultatibus esse, cognosce. Nec existimes q̄d omnia ventri & deliciis tuis ter-

Gra ꝑducat. Quę in manibus habes, cōmissa tibi magis q̄ concessa cognosce. Paruo tēpore aliquātulū super us lętaris, & abuti eis voluptuosius delectaris. cū vero hęc pariter cū vita nostra defluxerint, ratiōnē dispēsationis nostrę vocamur domino reddituri. Hic mihi te paulis- per indulgeo qui es qui diuitiarū dispēsationem in hoc mundo sortitus es, & te in illo terribili dei iudicis tribu- nali astante paululū quid vacās, si tamen vacare potes a diuitiarū solicitudinibus, intuere. Cū interrogari cœ- peris, Cōmissas tibi opes cū quib⁹ egentibus diuisisti, quibus necessitatē patiētibus subuenisti, quos de carce- ribus, de vinculis, de gladio profusa pecunia liberasti, quibus pupillis pater, cui viduę vir castis prouisionib⁹ extitisti, pecunia mea, fructus mei quid apud te operis, quid vtilitatis habuere? Tu ad hæc sine dubio respon- debis, Omnia simul cōposita ac recōdita claustris vali- dissimis & signaculis tutissimis cōmuniui, nulli quicq̄ tribui, quinimo & ad custodiēda ea vigilias meas addi di, curas impendi, solicitudines tribui. Sed stulto consi- lio usus es temetipso. deliberans enim ait, Quid fa- ciam? Consequēs vtiq; erat te de talibus liberū ante di cere, Aperiā horrea mea, & replebo esurientes animas pauperum, patefaciam quę recondita sunt, & inuitabo
H indigētes, ac releuabo afflictos, imitabor beatū Ioseph, & humanitatis voce ꝓclamabo: Si quis indiget pani- bus, veniat ad me, & gratiā quam dominus indulgen- tiori liberalitate mihi largitus est, communē cū omni- bus faciam. Velut ex cōmunibus ergo fontib⁹ hauriat vnusquisq; quod sufficit. Sed tu nihil tale non solū pro- loqueris, verum nec cogitas quidem, quinimmo homi nibus quidem diuina inuides beneficia, tuā vero ipsius animam maligni cōsiliis affligis, & cogitas abundan tiam dei humanam facere penuriam. Aderant qui ani mam repeterent, qui pignus huius vitæ reuocarent, & ille adhuc ad animā de opulentia loquebatur, hac nocte auferēdæ a se animę dicebat: Anima, habes bona mul ta in annos multos, māduca, bibe, & epulare. Sed vide dispēsationē iusti iudicii dei. indulget ei prodere ac pro- ferre omnia consilia sua, publicare sententiam suam, vt & ipse dignam tali mente ac voto condēnationis sentē tiam ferat. Quod vtiq; propterea scriptum est, non tan tum vt quid ille passus sit noscerem⁹, sed quomodo nos effugere debeamus ne similiter condēnemur. Quod si difficile tibi putas o homo magnificētiam diuinæ lar- gitionis imitari, imitare terram. si leuare sursum ocu- los nō potes, saltem ea quę deorsum sunt, & in pedibus tuis, ituere. Affer tu fructū sicut terra, noli esse deterior
I insensibili elemento. Illa enim fructus quos affert, nón suis vsibus vēdicat, sed tuis ministrat obsequiis. Tu ve ro fructus illi⁹ solus inuadis, & tibi soli cōcludis. Quod si tantū auiditatis te morbus astringit, vt tua velis fa- cere omnia, accipe et ad hoc salutare remedium. Bene- ficium largientis præbenti magis permanet q̄ suscipiē- ti. Nam misericordia quidem ad indigētem peruenit, gratia autem multiplicatæ mercedis permanet tribuē ti. Esurienti dedisti panem. ille quidem pastus est et re- fectus, sed ad te redit quod dedisti, cū fructib⁹ & vsuris. Quod si difficile putas, considera frumentū quod semi natur in terra, si nō ad seminantis potius q̄ ad suscipien tis lucra cedit. ita etiā dū cibus tribuitur indigentibus, cum multo fœnore diuinæ gratiæ restituetur in poste- rum. Sit ergo tibi finis agriculturæ huius, imitiū cæle- stium sationū. Seminate enim, inquit, vobis ad iusti- tiam. Quid ergo afflictaris, q̄d temetipsum excrucias luto & lateribus cōcludēs humanæ vitæ subsidia? Scri
Prou. 22. ptum nō legis: Melius est nomen bonū super diuitias multas? Si ergo & tu glorią ex diuitiis quæris, cogno- sce quia melius est mille filiorū quos per misericordiā fi lios adquisieris, patrē vocari, q̄ mille aurorū dominū dici. Facultates nanq; relinquētur hic etiā si nolumus, bonorū vero operum conscientia nobiscū pariter pergit ad deum. Et considera quāta tibi tum erit gloria, cū te
K omnis ille populus qui ex prōptuariis tuis pastus est & refectus, pro tribunali magni illius & iustissimi iudicis caterua constipante circundabit, pastorē te suū, ac tuto- rem piū, & misericordē patrem omni gratiarū voce te- stabitur. Q̄d si magistratus in theatris mimis & athle tis & gladiatoribus, aliisq; huiusmodi generibus homi num totū pene patrimoniū suum largitur ac prodigit, vt vnius horę fauorē vulgi adquirat, nihil sibi vlterius profuturū: tu dubitas & cunctaris munificus esse in hu iusmodi largitionibus, in quibus iudex residet deus, fa- uentium & acclamātiū vulgus est angeli: Vbi omnes qui a seculo fuerūt sancti, laudatores & prędicatores tui sunt: Vbi laus & fauor nō simul cū die cessat, sed cū se- culis pmanet: Vbi corona tibi nō auri, sed iustitiæ da- bitur: Vbi non honores vnius vrbis, sed cælorū regna mereberis? Et hæc omnia conquiruntur per misericor- dias pauperū, per dispensationes indigentiū, in quibus cibi corruptibilis precio incorruptibilē regni cęlorū glo riam æternāq; mercaris. Veni ergo, si videtur, si horū quę dicimus, apud te fides vera est, & diuitias nostras consulte & vtiliter disponamus, præparemus noua & prędclarissima munera, edamus primam candidā in ve- stitu & indumētis nudorū, secūdam vero nō minus no
L bilem, fessas & pereūtes fame animas reparemus, ter- tiam nihilominus editionē famosissimā præparemus, circumeamus vrbem, & requiramus eos qui ne ad mi sericordiam quidem poscendā per debilitatē venire po tuerunt, prębemus sumptū, quęcūq; sunt necessaria lar giamur: nec te pigeat visitare ęgrū, requirere clinicum. Memento quoniam & nos cū decumberemus in gra- bato nostro, cū essemus debiles, & nō possemus ipsi per nos ire ad dominū, deus ipse venit ad nos. Misit enim filiū in similitudine carnis peccati, qui nobis attulit ci- bum seipsum. ipse enim panis vitę, qui de cęlo descēdit, & vitā dat huic mūdo. Et quo ore quęso, qua impuden tia panē de cælo accipientes nos, panē de terra non da- mus fratribus? Quod si adhuc nobis sufficit copia pa- trimonii, edamus etiam illam nouissimam, sed nō mi- nus fauorabilē editionem. Eamus ad carceres, requira- mus vinctos, humanis miseriis & angoribus cōdolea- mus. In his enim omnib⁹ tibi occurrit Christus, qui cū sit incōprehēsibilis secundū deitatis naturā, inuenietur tamen abs te per opera misericordiæ. Ipse enim dixit:
Mat. 25. Quia esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & po- tastis me: nud⁹, & operuistis me. Vides qualia mune- ra præparat sermo diuinus. Ibi histriones accipiunt & gladiatores, & perit omne ęd perditis datur, hic in istis
M esuriētibus ac sitiētibus & nudis, ægris ac vinctis, Chri stus se susc̄ipere ꝓfitetur. Quid ergo agis o diues? quid cogitas? quid deliberas? Christo esuriēte tu horrea tua claudis? Immo nō claudis, sed minora destruis, & ma iora reædificas? Christo indigēte vestitu, tuę vestes ti neis consumūtur? Christo egente tu aurū quæris, aurū desideras, aurū recondis, omnia aurū vides, aurū tibi vi gilanti cogitatio est, et somnia dormiēti? Sicut enim ii qui per insaniam mēte translati sunt, nō iam res ipsas, sed passionis suæ phātasias vident: ita etiā mens auari auri semel vinculis cupiditatis astricta, semp aurū, sem per argentū videt, semper redditus cōputat. Gratius au rum intuetur q̄ solē videt. Ipsa eius oratio & supplica- tio ad drām, aurū querit, & vellet atq; optaret vt omnia ei in aurū cōuerterentur. Deniq;, quod potest, frumentū in aurū conuertere conatur, vinū in aurū mutat, lana ei aurū efficitur, omnes fructus eius, orīe negociū, omne quod mouetur, in aurū vertitur. Interdum etiam vsurę arte nequissima ex ipso auro aurū nascitur. Sed quid a- gis? Nec satietas vnq̄ nec finis aderit cupiditati. Nam interdū pueris gulæ nimium dedimus desi- deratos cibos auidius sumere, vt nimietate ipsa satiati horrescāt, & auertāt se de reliquo ab huiusce modi cupi-

A ditate. Auaritia tamē nihil tale patitur, sed quāto plus inuenerit, tanto amplius quærit. Sed quid dicit scriptu
Psal. 61. ra diuina? Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Tu vero fluentes diuitias obstruis & concludis, vt intra lo cos tuos stagnantes etiā irruptiones operētur. Inde de- niq; est quod etiā horrea tua rūpunt & deiciunt, pater- nis nō contentæ clausttris, & auitos terminos excedēn- tes. Sed quid dicis? Maiora inquit reędificabo. At hoc satis incertū est, quis tibi reædificandi tēpus indulget? Velocius enim tu deiceris, q̄ illa erigantur. Verū ille dies habebat & malignę cogitationis finem dignū, et terminum cōpetentem. Vos autem fratres si mihi au- scultatis, referate aditus prōptuariorū vestrorū, & lar- gior diuitiis vestris atq; fluentior exitus procuretur q̄ dudū fuerat quæsitus ingressus, tanq̄ affluētissimus flu mius ad segetes rigandas multis derivationibus trahi- tur per omnē terrā misericordię affluentia. An nescitis quia puteorū aqua si frequētius hauriatur, & salubrior efficitur, & abūdantior: quod si ociosa remanserit & im mobilis, inutilior & corruptior fit: si moueat & opere- tur, cōmunem omnibus & vtilē proferet fructū? Mete ergo vberes pecuniæ tuę fructus, orationes dico paupe rum, intercessionēq; sanctorū, qui pro te, officiorū tuorū memores apud iustū iudicem deū dignis operū tuorū allegationibus postulent. Caueamus exemplū diuitis istius, qui dū presentes diuitias cōcludit, & de futuris so licitudinē gerit, diuitiis pariter abreptus & vita, ptra- hitur ad tribunal horrificū, in quo acculatrix quidē hu
B ius assistit ipsa illa quæ & totius vitæ eius comes extiti tit auaritia, defensor vero et intercessor nusq̄ vllus appa ret. Circūspectat nanq; sanctorum multitudinē diuinis tribunalibus assistētem, & intētis ac solicitis oculis cir cumlustrat si quē forte videat charū sibi ac familiarē in hac vita obsequio suo factū, nec vsq̄ tamen vllū inuenit. Nullus est qui dicat: Domine, dignus est cui ignoscas, dilexit enim gentem nostram, & ecclesiam ipse ædifica uit. Nullæ viduæ quæ procedētes & flentes rogēt Pe trum, ostendentes vestimenta sua quæ eis largitus est dies. Nullus ergo miserebitur ei qui nō est misertus.
Matt. 5. Scriptū est enim: Beati misericordes, quoniā ipsi mise
Lucæ. 6. ricordiam cōsequētur. Et iterū: Date, & dabitur vobis.
Ibidem. Et qua mensura mensi fueritis, eadē remetietur vobis. Sed ne hæc fortassis aduersus eū temere & immerito coaceruare videamur, sermones ipsius percontemur, et videamus cū ei fructus ager vberes attulisset, quid sen- tit. Facit saltem hoc quod vtiq; etiam auaro facere cō- petebat? Orat deū & deprecatur vt fructus ad maturi- tatem sine læsione perueniant, ne grando verberet, ne turbo vastet, ne procella subuertat. Solent enim & hæc frugib⁹ sæpe iam maturis incidere. Nihil horū, sed de- struere parat horrea, maiora ædificare. Et ipse quidem
C in corde suo loquitur, sed qui videt in occulto, intra se lo
Lucæ. 12. quentem audit in cælis, propterea ei & inde respōnsa redduntur. Quæ autē sunt quæ loquitur? Anima, in- quit, habes multa bona, māduca, bibe, & epulare. Nō- ne, si dici ita potest, muti animalis vox ista est? Si enim porcinam animā habuisset, quid ei aliud q̄ manducādi & bibendi bona nūciare debuerat? Nunc autem ita to- tus animalis homo est, & totus carneus, vt animā suā carnalibus & corruptibilibus scis existimet esse pascen dam, & ea quæ in secessum egeruntur, animę prępărat ad vtendū. Cuius vtiq; natura talis est, vt virtutibus a- latur, vt verbo dei saginetur, vt intellectibus piis & reli giosis disciplinis atq; exercitiis excolatur. Sed quid tale habes bonum? Hęc bona ad animā defer. Verum tibi quoniam deus vēter est, & totus seruus es carnis, audi
Ibidem. dignam appellatione qua te non hominī quisq̄ sed ipse dominus appellat. Ait enī: Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ præparasti, cuius erunt? Ipsis illis æternis cruciatibus maior est stultitiæ nota. Qui enim paulo post erat rapiēdus a vita, quę cogitat? De- struam inquit horrea mea. Cui ego respōndeo, & recte D quidem facis. nam vere destruere debes horrea iniqui- tatis, & ea quæ male ædificaueras, manibus tuis ipse subuertere: destruere prōptuaria, ex quibus nullus mi sericordiam cōsecutus est: deiicere ac subuertere mămo næ obscura & tetra domicilia. Destruam inquit horrea mea, & maiora ædificabo. Quod si & ista repleueris, quid quæso facturus es? Et iterū sine dubio destrues, & iterum reædificabis. Et quis finis stulti hui⁹ laboris & vani, & instanter ædificare, & instantius destruere? Si vis ergo ostēdam tibi horrea iam parata, esurientium pauperum ventres, in ipsis tuos cōclude thesauros. Ta
Matth. 6. les enim tibi thesauri seruabūtur in cælis, in quib⁹ neq; tinea comedit, neq; fures effodiunt & furantur. Sed di cis, Cū secūda horrea repleuero, tunc dabo pauperib⁹. Longos tibi promittis annos, & satis lata vitæ spatia polliceris. Talis ista promissio non futurā continet hu manitatē, sed præsentis misericordiæ dilationē. Quid enim nunc misericordiam fieri vetat? Frumenti copia est, tempus annu prosperum, esurientes præsto sunt flē tes, nudi circumstant gementes, vincti de carceribus, & ægri de lectulis miserabiliter & flebili lamētatione cir cumstrepunt, tu misericordiam quid in crastinū differs, cū hodie crudelis & immisericors sias? Audi saltem sa
Prouer. 3. pientissimi cōsiliū Salomonis. Ne dicas inquit, abi nūc,
Ibidē. 27. & redi crastino, & dabo tibi. Non enim scis quid pariat superuentura dies. Sed ne huiusmodi mandata susci- pias, aures tibi obstruit auaritia. Nō te oportebat gra- tias agere deo, exultare & lætari quod nō ipse mēdicās
E alienas circuis fores, sed alii ante tuas ianuas sedēta te misericordiā postulantes? Tu vero difficilis es ad prę- bendū, contristaris ac declinas ne quis tibi paulo mole- stior cogente necessitate paupertatis existat, quasi non potuisset fieri vt esses vnus ex iis qui ante iamtā tuam fame perditi iacēt. & tu quidem satis digne, nam voto, mente, ac ꝓposito pauper es, & totius boni egenus. Cū enim nō habeas charitatē, cū tibi desit humanitas, desit fides, desit spes in deo, cū tibi desit misericordia, quid te egestuosius, quid ve mēdici⁹? Pars tua cū tineis & mu ribus horreorū tuorū roforib⁹ erit. Qui vtiq; si talia nō videres, si non corrūpi ea cerneres & consumi, quis tibi suadere posset aliquid inde largiri? Sed ais: Quid iniu- stum est si cū aliena nō inuadam, propria diligētius ser uo? O impudēs dictū, propria dicis? quę? ex quib⁹? recō- ditis in hūc mūdum detulisti? Quādo in hāc ingressus es lucē, quando de vētre matris existi, quibus quęso fa- cultatib⁹, quibusq; subfidiis stipatus ingressus es? Ad uentum tuū in hunc mundū disce ab Apostolo Paulo
1. Tim. 6. dicente: Nihil enim intulimus in hunc mundū, sed nec auferre quidem quid possumus. habētes autem victū & vestitū, his contēti simus. Terra cōmuniter omnib⁹ hominibus data est, propriū nemo dicat quod e cōmu- F ni plus q̄ sufficeret sumptū, & violenter obtētū est. Ve- runtamen nudus ex vētre matris existi, nudus nihilo- minus & reuerteris in terrā. Et si quidem terræ elemen tum putas fortuito subsistisse, impius es q̄ ignoras con ditorē deū. si vero agnoscis beneficiū largitoris, gratus esto creatori, & require apud temetipsum rationē cur plus tibi q̄ cæteris præstitit. Nūquid iniquus est deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitæ subsidia, vt tu quidem esses affluens & abūdans, alii⁹ vero deesset, & egerēt? An idcirco magis quia & tibi voluit benignita tis suæ experimēta conferre, & aliū per virtutē patiētię coronare: tu vero susceptis dei muneribus etsi in suum tuū redactis, nihil te putas agere iniquū, si tā multorū vitę subsidia solus obtineas? Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, q̄ qui multorū alimēta, suum non vsum, sed abundantiā & delicias facit? Neq; enim minus est crimini is habēti tollere, q̄ cum possis & abun das, indigētibus denegare. Esurientium panis est quē tu detines: nudorum indumentum est quod tū reclu-

G dis: miserorū redēptio est & absolutio, pecunia quā tu
in terrā defodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quot
possis præstare quod velis. Bona quidē ais sunt verba,
sed melius est aurū. Nihil mirū nam & siquis cū impu
dicis de pudicitia loquatur, & scorta vituperet & expro
bret, ii animi quibus libido dominatur, & ex ipsa cōmo
nitione ad impudicitiā multo acrius accenduntur. Sed
tibi iterū ante faciē adducā ipsas futuri iudicii dei for
mas, vt intelligas quales tibi gemitus recondas. O q̄
multi preci vbi in die iudicii sermo ille videbiē de quo
Mat.25. superius diximus, qui ait: Venite benedicti patris mei,
percipite regnum quod vobis præparauit pater meus a
cōstitutione mūdi. Esuriui enim, & dedistis mihi man
ducare. Qualis tibi rursum horror, qualisq̄ sudor, qua
les tenebrę superuenient audiēti cōdēnationis illius sen
Ibidem. tentiam qua dicitur: Discedite a me maledicti: Esuriui
enim, & nō dedistis mihi māducare. Neq̄ enim in his
verbis qui alia inuasit arguitur, sed is qui nō cōmuniter
vsus est iis quę habuit, condēnatur. Nos quidem quod
vtile credidimus, cōmonuimus. Si quis autem obedi
re vult diuinis præceptis, nō ignorat quæ sit repromis
sionum merces. Qui vero obedire nō vult & negligit,
manifesta est ignis æterni cōminatio, cuius opto vos
expertes effici & alienos, & effugere pœnas impiis re
promissas, faciētes illud quod scriptum est, vt redēptio
animæ vestrę sint diuitiæ vestrę, & ad præparata per
H gatis regna cęlestia, per eū qui vos vocauit, Christū Ie
sum, cui est gloria & imperiū in secula seculorū. Amē.

De defectione lunæ, Sermo LXXXII.

ET ipsi videtis fratres quod mea nō cessat hu
militas omni circa vos solicitudine laborare
& ad frugē bonā vos tota festinatiōe cōuer
tere: sed quāto plus laboro vobiscū, tāto am
plius cōfundor in vobis. Cū enim video tot commoni
tionib⁹ meis nullū vos habere profectū, labor meus iā
nō gratulationi est, sed rubori. Dicit beat⁹ Apostolus:
Quis plantat vineā, & de fructu eius nō edit? Quis pa
scit gregē, & de lacte gregis nō percipit? Ecce ego pasco
gregē Christi, & gregis fructū extorquere nō valeo. pa
sco gregē domini, & nulla ex eo religiositatis alimenta
percipio. Nulla enī me fidei eius dulcedo lætificat, sed
quicquid ex eo profluit, asperū et amarū est. Tunc enim
pastor Christiani gregis lacte reficitur, quando bonorū
operū eius cādore lætatur. Quis enim fratres in vobis
nō grauiter ferat? nō tamē de omnib⁹ dico. Sunt enim
inter vos quos ad religionis cultū debeatis habere exē
plo. Quis inquā nō moleste ferat sic vos esse vestre salu
I tis immemores, vt etiā cælo teste peccetis? Nā cū ante
dies pleroſq̄ de vestræ auaritię cupiditate pulsauerim,
ipsa die circa vesperū tāta vociferatio populi extitit, vt
irreligiositas eius penetraret ad cęlū. Quod cū require
rem quid sibi clamor hic velit, dixerūt mihi quod labo
ranti lunę vestra vociferatio subueniret, & defectū eius
suis clamorib⁹ adiuuaret. Risi equidē, & miratus sum
vanitatem, q̄d quasi deuoti Christiani deo ferebatis au
xiliū. Clamabatis enī, ne tacētibus vobis perderet ele
mentū. tāq̄ infirmus enī & imbecillis, nisi vestris adiu
uaretur vocib⁹, nō posset luminaria defendere quę crea
uit. Bene igitur facitis, qui diuinitati exhibetis solatiū,
vt vobis iuuātibus possit cælū regere. Sed si vultis hoc
plenius facere, cūctis & totis noctibus pernigilare debe
tis. Nam quotiēs putatis vobis dormiētibus luna vim
passa est, & tamē de cælo nō corruit? Aut nūquid sem
per circa vesperū defectū patitur, nō aliquādo & circa lu
cem laborat? Sed apud vos vespertinis tantū horis la
borare cōsuenit, quando copiosa cœna venter distendi
tur, quādo maioribus poculis caput mouetur. Tūc igi
tur apud vos laborat luna, quādo laborat & vinū. Tūc
inquā apud vos turbatur carminib⁹ globus lunę, quan
do calicibus turbātur & oculi. Quomodo igitur ebrius k
videre potes circa lunam quid agatur in cælo, qui circa
te non vides quid agatur in terra? Hoc est plane q̄d ait
Eccli.27. sanctus Salomō dicēs: Stultus sicut luna mutat. Mu
taris enim sicut luna, dū stultus et insipiens ad motum
eius, qui Christianus fueras, incipis esse sacrilegus. Sa
crilegium enim creatori cōmittitur, dum imbecillitas
adscribiē creaturę. Mutaris ergo sicut luna, vt qui pau
lo ante fidei deuotione fulgebas, postea perfidiæ infir
mitate deficias. Mutaris sicut luna, dum cerebrum
tuū ita exinanitur sapientia, sicut lunę obscuritas: te ve
ro teterrimæ tenebrę mētis inuadūt: atq̄ vtinā o stulte
sicut luna muteris. Illa enim cito ad plenitudinē suam
redit, tu ad sapientiā nec sero conuerteris. Illa velociter
colligit quod amiserat lumē, tu nec tarde fidem recipis
quā negasti. Grauior ergo tua q̄ lunæ mutatio est. Lu
na defectum luminis patitur, tu salutis. Q̄ bene igitur
scriptum est de sapiente: Et permanebit cum sole. Per- Psal.71.
manet enim sapiens cum sole, cum cōstantia fidei per
manet cū Saluatore. Sed dicit aliquis: Luna igitur nō
laborat? Laborat plane, negare nō possumus, sed labo
rat cum cæteris creaturis, sicut ait Apostolus dicens:
Quia omnis creatura ingemiscit & parturit vsq̄ ad huc. Roma.8.
Et infra: Quoniā & ipsa creatura liberabitur a seruitu
te corruptionis, & reliqua. Liberabitur inquit a seruitu
te. Vides ergo quoniam luna nō laborat carminibus,
sed laborat obsequiis: non laborat periculis, sed laborat L
officiis: nō laborat vt pereat, sed laborat vt seruiat. Va
nitati enim creatura subiecta est non sponte, & reliqua.
Ergo luna a statu suo non sponte mutatur, tu de sensu Ibidem.
tuo sponte mutaris. Illa in diminutionem sui cōditio
ne deducitur, tu in detrimentum tui voluntate pertra
heris. Nolo igitur frater ita sis sicut luna cū deficit, sed
esto sicut quando est plena atq̄ perfecta. Scriptum est
enim de iusto: Sicut luna perfecta in æternum, & testis Psal.88.
in cælo fidelis.

Increpatio ad pplm de absētia sua, Ser. LXXXIII.

DEBEREM fratres post hos cōplures dies
aliquid vberius prędicare, & reuertēs a tāto
examine sacerdotū, dulci vos sermone refi
cere. Bene dixi examine sacerdotū, quia sicut
apes de diuinarū scripturarū flosculis suauia mella con
ficiunt, & quicquid ad medicinā pertinet animarū, oris
sui arte cōponunt. Recte comparantur apibus sacerdo
tes, quia sicut apes castitatē corporis preferūt, cibū vitę
cælestis exhibēt, aculeū legis exercēt. Puri enim ad san
ctificationem, suaues ad refectionē, seueri sunt ad vltio
nem. Apibus plane sunt cōparandi, qui velut alueario M
quodā gratiam matris ecclesię continent, in qua diuer
sorum meritorū cellulas dulcissimis prædicationib⁹ cō
ponentes, de vno saluatoris examine christianorū exa
mina multa producūt. Cum semper fratres nō cessauc
rim vos paterna pietate corripere, miror nihil vos tot
meis cōmonitionibus profecisse, & doleo quod frequēs
prędicatio mea nō vos profectu aliquo salutis corrigat,
sed quadā contestationis pœna cōstringat. Prædicatio
enim sacerdotis in plebe saluādis est correctio, cōtesta
tio iudicandis. Contestamur enim illis ante iudicium
quod illos maneat in ipso iudicio, vt tunc omni excusa
tione submota, & rei sint de peccatis, & obnoxii cōtemptu. Vnde & ego interdū parcēs vobis tacere vellem,
sed malo vos contumaciæ causas reddere, q̄ me negli
gentię sustinere iudicium. Comperi enim fratres quod
per absentiā meam ita rari quiq̄ ad ecclesiam veniatis,
ita pauci admodum procedatis, quasi me proficiscente
mecū pariter veneritis, & quasi cum necessitatibus ego
pertrahor, vos mecū traxerit ipsa necessitas. Pariter er
go a domo dei absentes sumus: Sed hoc interest, quod
me absentem necessitas efficit, vos voluntas. Nesci-

A tis quia etsi ego ab ecclesia desum, Christus ab ecclesia
sua, qui est vbiq̄, nō deest? Venis frater ad ecclesiā, nō
inuenis ibi episcopum: sed si fideliter venis, inuenies ibi
episcoporū episcopū Saluatorē. Nā Christian⁹ qui tāc
tantū, pcedit ad ecclesiā, quando episcopus præsens est,
nō tam dei causa videtur processisse, q̄ hominis, nec im
plesse Christiani timētis officium, sed amici deferentis
obsequium. Q uid autē ego vos arguo, cū possitis me
vno sermone cōuincere? Conuincor enī cū in hac parte
clericos vobis magis video negligētes. Quomodo enī
possum corrigere filios, cum fratres emendare nō pos
sim? Aut qua fiducia succēseam laicis, cū a consortibus
pudoris verecundia cōticescam? Ego autem fratres nō
de omnibus loquor. Sunt certe quidam deuoti, sunt &
alii negligentes. ego neminem nomino, cōscientia sua
vnumquemq̄ conueniat.

Post increpationem consolatio ad populum. Sermo LXXXIIII.

AMARIOR fortasse fuerit increpatio mea
superiore dominica, quod pleroſq̄ de vobis
acrius magisterii seueritate conuenerimus,
& sim prosecutus quæ aliquot nō blandimē
ta deferrent, sed tristitiam irrogarent. Verū nihil mea
interest. ego enim gaudeo, sciens discipuli tristitiā ma
gistri esse lætitiam. Tunc enim auditor proficit, quādo
B austeriora annūciat prędicator, ei salus gignitur quādo
tristitia emēdationis ingeritur. Dicit enim beatus apo
2.Cor.7. stolus, Nam quę secundum deum est tristitia, salutem
stabilem operatur. Recte ergo lætor, quia salutem ope
ror cum obiurgo: mœreat licet filius mei asperitate ser
monis, me tamē delectat, qui proficere illum intelligo
Hebrę.12. per mœrorem. Ait sanctus apostolus, Quis est enī fi
lius quē non verberat pater? Non enim osculatur semp
pater filium, sed & aliquando castigat. Ergo quando ca
stigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur.
Habet enim & amor plagas suas quę dulciores sunt, cū
amarus inferūtur. Dulcior enī est religiosa castigatio,
Prou.27. q̄ blanda remissio. Vnde ait propheta: Dulciora sunt
vulnera amici, q̄ voluntaria oscula inimici. Igitur fratres
quia post increpationis mee vtilia verba credo vos be
nignitate sensuū pfeciſſe, de sacris literis aliqua cōfera
mus. Sicut enī fons qui nō solito humore distillat, exa
gitatur furculis, & ita largior inuenitur, ac primū ex eo
turbida aqua pducitur, vt vnda purior subsequatur: sic
ergo & sanctitas vestra asperata quidē fuerat austerita
te sermonis, sed deuotior facta est dulcedine pietatis.
Turbulentū enī quiddā vestri animi forsitan retinebāt,
sed iam ex vestris moribus pfluit omne quod purū est.
C Videam⁹ ergo quid sit quod ait ad discipulos suos dns, H
Mat.16. Vos autē quē me dicitis? Non igitur tanq̄ ignarus in
terrogat domin⁹ quid de eo populi discipuliq̄ sentirēt,
sed tanq̄ sciens vniuersorum mētes, fidem manifestare
voluit singulorum, vt quod corde credebant, ore narra
rent. Alii enim Heliam esse credebant dominum, alii
Hieremiā, alii Ioannem baptistam, Petrus solus Chri
stum dei filium confitetur. Gradus quidā sunt fidei: &
qui deuotius credit, religiosius confitetur. Pro hac de
Ibidem. uotione dicitur Petro: Beatus es tu Simon Bariona,
quoniam caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater
meus qui est in cælis, Et ego dico tibi: Tu es Petrus, &
super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. Cum vo
caretur ergo Simon, per hanc deuotionem vocatus est
Petrus. Legimus dicente Apostolo de ipso domino:
1.Cor.10. Bibebant de spirituali petra, Petra autē erat Christus.
Recte igitur quia petra Christus, Simon nuncupatus
est Petrus, vt qui cū domino fidei societatē habebat, cū
domino haberet & nominis dominici vnitatē, vt sicut
a Christo Christian⁹ dicitur, ita & a petra Christo Pe
trus apostolus vocaretur. Sed nec populorū opinionē
possumus reprobare, qui vnum de prophetis dominū D
existimabant. Nam ideo nōnulli velut Heliam saluato
rem forsitan putauerunt, quia ad cælos Helias sicut
Saluator ascendit, sed nō sicut Helias Christus est. Ille
enī ad cælos rapitur, iste regreditur. Ille tanq̄ infirmus
ignea quadriga subuehitur, hic tanquā deus, ppria vir
tute portatur. Ille sicut homo ducitur, hic sicut Salua
tor ascendit. Ille ducentes sequitur angelos, comitantes
sibi angelos iste præcedit. Denīq̄ iidem angeli remean
tes in terram a domino Saluatore dixerunt ad apoſto
los: Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum? Hic Actuū.1.
Iesus qui receptus est a vobis, sic veniet quēadmodum
vidistis eum euntem in cælum.

De Barbaris non timēdis, Sermo. LXXXV.

DIXIMVS anteriore dominica Niniuitas
in tribulatione positos diuinitatis misericor
diam per abstinētiam meruisse, & ciuitatem
suam de periculo ieiunii liberasse, tāteq̄ eos
fuisse sapientię, vt non alienis se præsidiis defenderent,
sed propria deuotione saluarēt. Nam nō statim despe
rauerunt de salute sua, quia audierunt a propheta cū ci
uitatis se mœnibus subuertēdos: sed quāto proximū an
nunciabatur excidium, tanto magis religiosis actibus
armabātur, nec reliquerūt euertendam ciuitatē suā, sed
in ea potius permānerunt, sapientes scilicet, vt quæ ciui
vexabatur peccatis, ciuium orationibus saluaretur: & E
cui perditionem mala conuersatio intulerat, ei salutem
deuotio religiosa conferret. Iustum enim erat vt quos
fuerat passa peccatores, eosdē haberet proprios defenso
res. Ciuitati enim nō nisi propter ciuium peccata infer
tur excidiū. Desine ergo peccare, & ciuitas non peribit.
Q uid fugis patriā? Si vis saluus esse, tua poti⁹ peccata
subterfuge. Si tu peccare desieris, victus est inimicus.
Dicit ad Abrahā scriptura diuina per decem iustos pa- Gene.18.
triam posse saluari. Igitur si iusti sunt qui saluam faciāt
patriam, vtiq̄ iniusti sunt qui relinquunt. Et si illi ppter
præsentiam suam consequuntur gratiā, necesse est vt ii
propter desolationē mereantur offensam. Iniustus pla
ne & impius est filius qui periclitantem deserit matrē.
Mater enim quodāmodo dulcis est patria, quæ te ge
nuit, quæ nutriuit, quę vt fugere possis diuitem te fecit.
Nam si nō tibi suppeteret sumptus copiosa substantia,
fugæ præsidium nō haberes: atq̄ ideo auaritia ductus,
dum metuis diuitias tuas perdere, impius in matrem
esse non dubitas. Vnde intelligimus plus te pecuniæ
tuæ consulere q̄ saluti. Dic mihi o bone ciuis, cur fuge
re disponis, cur patriā derelinquis? Captiuitatē fortasse
metuis. Da veniam, non intelligis, nescis quod hæc est
prima captiuitas, patriā nō videre, & quod grauius est
omni malo hostili, peregrinationis exiliū. Solet qui ali
quid sceleris admiserit, huiusmodi pœna dānari, vt pel
latur patria, regiōibus incognitis relegetur. Hoc igitur
malum propria tibi prouides voluntate, quod solet sup
plicii causa damnatus excipere. Sed ponamus te forti
esse animo, & equanimiter tolerare posse peregrinatio
nis iniuriā. Dic mihi, qua inter extraneos libertate vi
cturus, nōne cū loqui cœperis, obiicietur tibi, Vnde iste
exul, vnde iste fugitiuus aduenit? Nam & nostrā ciui
tatem opprimere nititur, sicut patriam suam pressit. Ita
autē aporiaberis, ita cōturbaberis, vt libertati tuæ me
tuens verearis ne ingenuitatis tuę ibi nō inuenias asser
torem. Mihi crede, in aliena patria tanta auditurus es,
quanta in tua patria aliis sæpe dixisti. Illud autē nolo
dicere quod quāuis diuersis in patria tua copiis perfrua
ris, statim vt exieris de domo tua, mendicus & pauper
es. Dicit ergo deus ad Abrahā per decem iustos ciuita
tem posse saluari. Male igitur de te sentis populе Chri
stiane, si in tanto cœtu nostro ad saluandam ciuitatem
decem iustos esse nō credis. Dum enim deseris patriā,

G profiteris nō in ea esse dignos quorū meritis liberetur. At ego vereor ne omnibus in ea iustis relictis, tu solus qui deseris, inueniaris iniustus. Sed nolo de decem iustorum numero te perturbes. legimus etiā quod de Sodomitarum excidio meritis suis Loth solus liberauerit ciuitatem, quod magis valuerit ad saluandum vnius gratia, q̄ ad euertendum peccata multorum. Exeunti enim illi de Sodomis hospitii causa Segor parua conceditur. Quod si iusto hospitii donatur ciuitas, quanto magis iusto patria conceditur?

Item de eodem. Sermo LXXXVI.

SEPE dixisse me memini quod hostiū tumultus bellicosos timere minime debeamus, nec quālibet copiosam hostium multitudinē formidare, quoniā sicut ait dominus, maior est qui in nobis est, q̄ qui in hoc mundo. Hoc est, potentior est ad protegēdos famulos suos Christus, q̄ diabolus ad instigandos inimicos. Quāuis enī idem diabolus colligat sibi turbas, & crudeli eas armet insania, tamē facile destruuntur, quia melioribus populum suum Saluator circundat auxiliis. Ait enim propheta: Psal. 33. Immittet angelum dominus in circuitu timētium eū, & eripiet eos. Quod si angelus domini timentes eū de H periculis eripit, nō potest timere Barbarū qui timuerit saluatorē, nec potest metuere hostis impetū qui Christi præcepta seruauerit. Præcepta enim Christi, arma sunt Christianis, & diuinus timor terrorem a nobis expellit hostilem. Arma autē hæc nostra sunt quibus nos Saluator instruxit, oratio, misericordia, atq; ieiunium. Ieiunium enī melius q̄ murus tuetur, misericordia facilius liberat q̄ rapina, oratio longius vulnerat q̄ sagitta. Sagitta enim nō nisi proxime conspectū percutit aduersarium. Oratio autē etiā longius positum vulnerat inimicum. Sic nanq; Helisæus propheta cum eum vellet rex Syriæ captiuare, ac suæ subdere ditioni, multisq; eum armatorū cinxisset agminibus, nō est territus, nō turba- 4. Reg. 6. tus, sed annūcianti puero ait: Noli timere, plures enim nobiscum sunt q̄ cū illis. O fides sancti prophetæ, nō timet aduersarios quos prospicit, quoniā scit angelos secum esse quos credit. Nō metuit terrenas insidias, quia cēlestia adesse sibi nouit auxilia. Plures, inquit, nobiscū sunt, q̄ cum illis. Mira res, plures e cēlo defensores meretur sanctitas, q̄ in terris oppugnatores adduxit improbitas. Plures nobiscū sunt, q̄ cū illis. Videte beatitudinis meritum, propheta nunciat etiā de multitudine, cū puer adhuc incertus sit de salute. Spirituales oculi carnalibus quāto plus cernunt? Hic perspicit armatorū numerū, & ille nō cernit defensionis indicium. Quāta est I diuina misericordia? defertur hominibus beneficiū, nec videtur auxiliū: periclitantē consequuntur, & nescium. Hæc est enim pietas saluatoris, vt interueniat saluti, ac nō se prodat aspectu. sentiatur beneficiis, & nō cernatur obtutibus. Vnde errat qui putat cum prospere aliquid gesserit, ppria se fortitudine superasse. Scire enī debet quod aduersarii meritis magis q̄ virtute vincuntur, & non tam virtute q̄ sanctitate superantur, sicut sanctus Helisæus hostes suos nō armis superabat, sed oratione vincebat. Nam cū idem ministro suo ad depellendum eius timorē plures adesse diceret defensores, nec metus ab illo posset auferri, tunc orauit ad dominū dicēs: Domine aperi oculos eius vt videat. & apti sunt oculi eius, & vidit, & ecce mons totus plenus equitatu. & reliqua. Oratio ergo prophetę aperuit oculos pueri. nō mirum si oratio aperuit oculos, vt videret exercitus. Non mirū inquā si nouos inserit oculos, qui noua promeretur auxilia. Aut cur nō aciei producat obtutū, qui acies instruxerat angelorū? Cur inquā nō oratione sua hebetudinē pupillarū detegeret, qui meritis suis caliginē nubiū penetrauit? Necessario ergo sanctus Helisæus hoc facto ministro formidoloso prestitit securitatē, cui iā refudē- K rat claritatem, & remouerat visionis cæcitatem, geminoq; eum remunerans beneficio, absoluit eius metum, absoluit obtutum, minus timere cœpit postq̄ plus videre promeruit. Nam & pacem pariter promeruit, & visum. In montibus ergo cernūtur armati, apparet eos vere descendisse de cælo, quorū aduētus primū in montibus reperitur. Ipsa enī locorū proximitas hoc demonstrat, q̄ descēdentes de cælo nō nisi iuga collū sibi vicina calcauerint. Tunc igitur orauit Helisęus, & omnem hostilem exercitū cæcitate percussit. Nō mirū si aduersariis cęcitatem intulit qui famulo largitus est claritatē, et si hostibus aufert visum qui ministro prestat aspectū. Vbi sunt qui dicunt plus q̄ preces sanctorū hominum arma posse? Ecce vna oratio Helisæi totum exercitum vulnerauit, & vnius prophetę meritis omnis est hostiū numerus captiuatus. Quæ cateruæ regum, quæ turba militum talem victoriam perpetrarūt, vt ita hostes prosternerent, vnde illis nullus occumberet? Hæc est vera, hæc incruēta victoria, vbi sic aduersarius vincitur, vt de vincentibus nemo lædatur.

De sancto ppheta Helisæo, Sermo. LXXXVII.

MIRVM forsitan videatur p̄ ante dies sancti Helisæi gratiam describentes diximus in L defensionē ipsius de cælis auxilia descendisse, & armatos equites siue quadrigas ei diuinitus affuisse, astitisse etiā circa ipsum quadrigā igneā. Magna quidem rēs, sed in viro sancto miranda nō est. Quid enī mirum si is auxilia meretur e cęlo, cuius animus semper in cęlo est? sicut ait Apostolus: Nostra au- Philip. 3. tem conuersatio in cælis est. Ergo si nostra conuersatio in cælis est, & cælestiū cōuersatio potest esse nobiscum: hoc est, vt qui vita viuimus, angelorū recte cōsortium mereamur. Est ergo sancte viuentibus quædam inter se cognatio, coniunctio atq; societas: nec interest vtrum in cęlis maneant, an in terris: angelici sint habitus, vel humani, dummodo in iis sit eadem vita vel sanctitas. Conuersatio enī connectit quos separat elementum, & diuersis licet corporibus diuidantur, iisdem tamen actibus coniunguntur. A tq; ideo fit vt sancti sibi quodam consortio cohærentes a se inuicem nō discedant, & modo angeli ad terras veniant, modo homines ad cęlestia transferantur, ac profectu meliore quibus vita cōmunis est, incipiunt illis viuendi etiā elementa esse cōmunia. Sed dicit aliquis: Frequēter audiuimus angelos ad homines descendisse, audire etiam cupimus quādo homines ad cælestia transmigrarint. Manifesta res est, & in promptu posita. Helias magister Helisæi nōne angelis 4. Reg. 2. ducentibus raptus ad cælum est, & quadrīga ignea im- M positus quasi in quodam triumpho victor ascēdit? Victor enī extiterat nō gentium Barbararū, sed secularium voluptatum. Siquidē grauiores inimici sunt praui mores q̄ hostes infesti, vt facilius intelligamus hoc tēpore malignitatē hostium vinci posse q̄ morum. Ergo Heliā angeli ad cælum perferunt, Helisęum angeli qui magistrum portauerunt, discipulum tuebantur, & notitia quadam obsequia quæ patri exhibuerant, etiā filio defe rebant. Ipse enim Heliæ spiritualis est filius, ipse eius hæres est sanctitatis. Recte autem Helisæus Helię spiritualis filius dicitur, qui ascēdens ad cælum, spiritum duplicem ei suæ gratiæ dereliquit. Cum enī data esset facultas Helisæo vt peteret quid vellet prius q̄ ab eo reciperetur Helias, petiuit vt duplex spiritus Helię fieret in ipso. Tūc dixit Helias, dure petisti, sed fiet tibi. O hę reditas preciosa, in qua plus hæredi relinquitur q̄ habetur, plus consequitur qui accipit, q̄ possideret qui largitur. Preciosa plane hæreditas, quæ dum a patre transfertur ad filium, meritorū quodam fœnore duplicatur. Igitur Helias cū simplicem sanctitatis ipse haberet spi-

A ritum, Helisæo duplicē dereliquit. Mirum ergo in modum plus Helias gratiæ dimisit in terris, q̄ secum portauit ad cælos: & licet ipse ad altiora totus transfertur corpore, apud filium tamen maiore manet sanctitate. De Helisæi autē meritis quid dicamus, cuius hæc prima laus est quod patrem voluit gratia superare, dum dari sibi amplius postulat, q̄ scit apud eum esse qui possidet? Auarus quidē est in petendo, sed idoneus in promerendo. Dum enim a patre plus exigit q̄ habebat, facit eum meritis suis plus præstare q̄ poterat. Nam cū idem Helisæus post ascēsum sui magistri venisset Hiericho, & rogaretur a ciuibus vt in eadē consisteret ciuitate, dixerūt: Cōmoratio oppidi bona est, sed aquæ malæ & steriles sunt. Tunc præcepit, sibi dari vas fictile, & recondito in eo sale veniens ad exitus aquarū proiecit in aquas, dicēs: Hæc dicit dominus, sanaui aquas istas, nō erit ex eis moriens neq; sterilis. & sanatæ sunt aquæ vsq; in hunc diē. Videte ergo Helisæi quanta sint merita, cuius prima in ciuitate hospitalitas, filiorū est magna fœcunditas. Dum enim sterilitatem auertit aquarum, successionem largitur hæredum. Non enim hoc facto vnum Helisæus sanauit hominē, aut vnius domus præstitit medicinā, sed totius ciuitatis populum reparauit. Si enim tardius hoc feciſſet, interueniēte sterilitate senescentibus cunctis ciuitas sine habitatore remanserat. Igitur Helisæus dum curauit aquam, curauit & plebem: & dum fontem benedixit vndarum, fontem quendam indulsit animarū. Nam sicut sanctificatione eius de occultis terræ venis aqua sana prodiuit, ita de occultis vulnæ viscēribus soboles sana processit. Non enim sola tantū fluenta benedixit Helisæus quæ fontium iam gremio tenebantur, sed & illa quæ humido terræ solo adhuc indiscreta paulatim erant in posterum defluxura. Vnde ait scriptura ad exitus aquarum benedixisse Helisæum, vt stillantē aquam prius sanctificatio susciperet, q̄ sinus fontis includeret. Igitur quo- 1. Cor. 10. niam dicit Apostolus Paulus, Hæc in figura contingebant illis: videamus ergo, ipsa figura quam habebat veritatem, hoc est, requiramus quæ sit ista ciuitas quæ sterilitate laborabat, vel quid sibi velit vas fictile, quid etiam vt aspersi sales afferant suauitatem. Legimus in Gala. 4. eodem Apostolo dictum esse de ecclesia: Lætare sterilis quę non paris, erumpe & exclama quæ nō parturis. Ergo ecclesia est illa sterilis ciuitas quæ ante aduētum Christi aquarum vitio, hoc est sacrilegio gentiliū populorum sterilitatem sustinens, deo filios procreare nō potuit. at vbi venit Christ?, velut vas fictile assumēs corpus humanū, sanauit aquarū vitia, hoc est resecauit sacrilegia pp̄orū: & statim ecclesia quę erat sterilis, cœpit esse fœcunda. Vnde & Apostolus dicit: Lętare sterilis quæ nō paris, erupe & clama quę nō parturis, qa multi C filii desertæ magis q̄ eius quæ habet virū. Plures enim filios ex ea ecclesia quæ erat sterilis, procreauit, q̄ synagoga, quę erat fœcunda, susceperit. Asperſi autem sales qui sunt qui attulerūt medicinam, facile cognoscemus. Mat. 5. dicit dominus ad Apostolos suos: Vos estis sal terræ. Ergo si Apostoli salibus cōparati sunt, recte figura cōpletur. Sicut tunc effusi de vasculo sales cōdierūt aquas, ita & nūc missi a Saluatore Apostoli populos cōdiunt vniuersos, vt ablata sterilitate vitiorum, prolem incipiant germinare virtutum.

De bellico tumultu. Sermo LXXXVIII.

NOVET fortasse vos fratres, quod tumultus bellorū, & incursiones prælioruṁ fieri audiuimus assidue: & cur nostris tēporib⁹ fiant, dilectionē vestrā fortasse plus moueat. Sed hæc causa est, quia quāto magis proximi sumus mundi excidio, tāto magis regno sumus proximi Saluato- Lucę. 21. ris. Ipse enim dominus ait: In nouissimis diebus exurget gens aduersus gentē, & regnum aduersus regnum. D cum autē videritis bella, & terremotus, & fames, scitote quoniā in proximo est regnū dei. Ergo vicinitas ista bellorū vicinū magis nobis Christum esse demonstrat. Atq; ideo venientē aduersariū timere nō debeo, quia p hæc signa venire potius intelligo Saluatorē. Quāuis enim iste metum incutiat temporalem, ille tamen deserit sempiternum. Potens est idem dominus vt & hostilem a nobis repellat pauorē, & suam nobis presentiā largiatur. Per hos igitur bellorum tumultus, mundi quoddam significatur excidium. Futurū enim iudicii dei hæc inquietudo præcedit. Est autem quoddam cōmonitionis indicium dei, videre quod metuis, vt possis intelligere plus superesse quod metuas. Dum enī cauti sumus ad ea quæ cauemus, cautiores ad illa efficimur quæ speramus. Vir autem sapiens his actibus terrenis instruitur quēadmodum futuri seculi debeat declinare iudicium. Dum enim perspicit in hac cōmuni perturbatione priores viros tuitiones mœnibus præparare, ipse admonetur quēadmodū in futura euersione mundi defensionem Christianis præparet animabus. Cernimus armari ciuitatis portas, debemus etiā prius in nobis portas armare iustitiæ. Sunt enim portæ iustitię, de quibus sanct⁹ propheta dixit: Aperite mihi por- Psal. 117. tas iustitię. & reliqua. Tunc autem ciuitatis porta munita esse poterit, si prius in nobis portæ iustitię munīā- E tur. Cæterum nihil prodest muros munire propugnaculis, & deum prouocare peccatis. Illa enī constituitur ferro, saxis & sudibus: hæc armetur misericordia, innocentia, castitate. Illa telorū multitudine custoditur, hęc orationum frequētia defendatur. Et ad plenam tuitionem vrbium portas principum solent signa præcedere. Animarū autem nostrarū portas signum Saluatoris anticipet. Ergo fratres propter futurū mūdi iudicium armis nos cælestibus munīamur, accingamur lorica fidei, salutis galea protegamur, verbo dei velut spirituali gladio defendamur. qui enim his armis instructus fuerit, nec præsentē perturbationē metuit, nec futurū iudicium pertimescit. Siquidem sanctus Dauid hac deuotione protectus, Goliam illum fortissimū armatum & inermis occiderit, & virū bellicosum sub munitionibus vndiq; circūseptum sola fidei virtute pstrauerit. Cum enim sanctus Dauid nō operiretur galea, non precingeretur clypeo, nō lancea vteretur, occidit illum nō telo ferreo, sed gladio spirituali. Quāuis enim inermis oculis hominum videretur, satis tamē erat gratia diuinitatis armatus. Verum ipse spiritualis gladius non fuit gladius. Nō enim gladio Golias, sed lapide prostratus occubuit. Legimus in scripturis lapidis vocabulo Christum figuraliter designari, sicut ait propheta: Lapidem quem reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Igitur cū lapide Golias percutitur, Christi vi- F tute psternitur. Et in qua tandē corporis parte percutitur? In fronte salicet. Gentilis enī & sacrilegus homo ibi percutitur a Christo, vbi deerat Christus, & ibi infertur ei mortis exitiū, vbi signum salutis non inuenitur. Quāuis enim esset Golias vndiq; armorū protectione munitus, frons tamē eius patebat ad mortem: quia signaculum Saluatoris non gestabat. Atq; ideo ibi perimitur, vbi nudus a dei gratia reperitur. Hæc autem in figura facta esse nemo est qui nesciat. Nā & Dauid armorum indumētis sese ante precinxerat: sed cum esset in iis gratuis & impeditus, ita vt ambulare vix posset, eadem sine cunctatione proiecit, significans arma illa huius mundi vana & luxuriosa esse opera, quibus qui se permiscere voluerit, tanquā grauis & gradiendi ad cæ- lum cursum liberum nō habebit. Simul & illud nos docuit, quod nō in armis tantū speranda victoria est, sed in nomine Saluatoris oranda.

De dedicatione Basilicæ. Sermo. LXXXIX.

G EGIMVS in ſancto Euangelio,cũ Centu-
Lucæ.7. rionis cuiuſdã ſeruus qui erat illi precioſior, grauí paralyſis ægritudine laboraret, & per ſeniores Iudæorũ ille centurio rogaret Saluatorem vt eius doloribus mederetur, Erat enĩ, vt ait ſcriptura, moriturus: inter cætera ad maiorẽ cõmendationis gratiã ſeniores dixiſſe domino: quia dignꝰ eſt vt hoc illi prẽſtes. diligit enĩ gẽtem noſtrã, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Si ergo cõmendatur domino qui ædificauit ſynagogã, quanto eſt cõmendatior qui ædificauit eccleſiam? Et ſi is meretur gratiã qui impietatis receptaculum præſtitit, quanto maiorẽ meretur gratiã qui religioni domicilĩ præparauit? Et ſi ille cæleſti miſericordia viſitatur qui conſtruxit locum vbi Chriſtus ſemper negatur, quãto magis viſitãdus eſt qui fabricari fecit tabernaculũ vbi Chriſtus quotidie prædicatur? In centurione enĩ dominus nõ quid operis fecit, ſed qua mente operatus ſit comprobauit. Nam qui tẽpore quo nondum Chriſtiani erant, ſolicite ſynagogã fecit: ſi fuiſſent vtiq; Chriſtiani, intelligitur quod multo ſolicitius feciſſet eccleſiam: ſed tamen licet ſynagogam ædificet, Chriſtum prędicat. in ipſo enim opere cõmonet Phariſæos, debere illos ſuſcipere Saluatorem: & demonſtrat propterea ſe tabernaculũ amplius edidiſſe, vt multipliciter domini gloriã loquerẽtur. Si enim credit in Chriſtum conditor ſynagogæ, multo magis credere debet
H habitator ipſius ſynagogæ. Cẽturio ergo ſi iuſtificatus eſt propter opus fragile vel terrenũ, iuſtificandus plane eſt vir clariſſimus & prouidentiſſimus comes noſter propter opus tam perpetuũ vel cęleſte: qui comes ſicut eſt centurione dignitate potior, ita & fide debet eſſe deuotior. Sapiens vir & religioſus comes, qui quãtum in bello Imperatori militat, tantũ & in pace militat Saluatori: & quãtum feſtinat de hoſtium manibus captiuos eruere, tanto magis feſtinat a diaboli ſe ſacrilegio liberare. Ibi inimicos terreni regis interficit, hic aduerſarios domini cęleſtis inſequitur. Ibi Barbaros vincit, hic dęmones. Sapiẽs inquã, qui ſicut comes Imperatoris eſt, ita & comes Chriſti eſſe deſiderat. Nam bene vtiq; & religioſe agendo dignitatẽ ſuam curpit eſſe perpetuam, ſecũdum quod ſcriptũ eſt in propheta: Et vos
Hiere.26. o boni reges bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & audite vocem domini dei veſtri, & pœnitebit dominum mali quod locutus eſt aduerſus vos. Ergo cũ Centurio rogaret dominũ vt de morte erueret ęgrotãtem, & vellet dominus ad domum Centurionis pergere, in
Lucæ.7. qua ſeruulus decumbebat, ait Centurio: Domine, non ſum dignus vt intres ſub tectum meũ. Excuſat igitur Centurio, & ne ſub tectum eius ingrediatur dominus, indignũ ſe dicit. Ecce dignꝰ eſt comes noſter, ſub cuius
I tectũ hodie Saluator ingreditur. Videamus, ipſa Centurionis excuſatio quã habeat gratiã. Ait enim hodie: Non ſum dignus vt intres ſub tectum meũ, ſed dic tantum verbo, & ſanabitur. O fides Chriſtiana, quę cũ humilitate totũ impetrare cõſueſti. Ecce religioſus Centurio ad accipiendam ſalutẽ dignior fit dum ſe profitetur indignũ: & dum ædes ſuas iniurioſas putat, magis eas honorificas fecit & gratas. Magnæ enim & perfectæ fidei vir, qui intelligeret Chriſtum cælorũ eſſe, dum verebatur ne hoſpitii ſui eum auguſta non acciperent. Ergo cõtradicente Centurione nõ pergit ad domũ dominus. Non pergit dominus, ſed pergit domini medicina. nõ viſitat ægrum Saluator, ſed viſitat ſanitas Saluatoris. De fratribus vero noſtris ſanctis viris Vitaliano & Maiano quid dicam? Scio illos gloriam ab hominibus nõ quærere, niſi a ſolo deo, ſed tamen laudem eorum etſi ego taceam, ipſa opera loquũtur. Ad ipſorum enim laudem pertinet quicquid in alĩs paulo ante laudauimus. Nam hoc tabernaculum etſi plurimi cõſtruxerunt, hi tamen ſumptu operati ſunt vno aſſenſu. Et quo tandem ſumptu, cum ſint in ſeculo mediocres & tenues? Illo ſcilicet de quo ait Apoſtolus: Abũdantia fidei, & diuitiis ſimplicitatis. Eſt enim ſanctis viris ſemper diues ipſa paupertas. Vnde credo hos beatos hanc eccleſiam nõ minus orationibus q̃ impendiis fabricaſſe. Sic enĩ oportebat vt opus Chriſti precibus magis creſceret, q̃ cemẽtis. Totã enim ſubſtantiã in huius factura operis expenderũt, & ipſis certe nihil deeſt. Ipſa plane eſt, ſicut dixim⁹, diues locupleſq; paupertas, quæ expendit omnia. Sed hæc a deo benedicta eſt, ſicut illa vidua de qua dicit dominus in Euangelio: Mulier hęc vidua pauper plus q̃ oẽs miſit. nam omnes hi ex abundanti ſibi miſerunt in munera dei. Hæc autem totum victum ſuum quem habuit miſit.

De paſſione beate Agnetis virginis, Sermo. XC.

SERVVS Chriſti Ambroſiꝰ virginibus ſacris. Diem feſtũ ſacratiſſimæ virginis celebremus. Hinc pſalmi reſonent, inde cõcrepent lectiones. Hinc populorũ turbæ lætentur, inde ſuſtententur pauperes Chriſti. Omnes ergo gratulemur in domino, & ad edificationem virginum, qualiter paſſa ſit Agnes beatiſſima, ad memoriã reuocemus. Tertiodecimo ętatis ſuę anno mortẽ perdidit, L
& vitã inuenit, quia ſolum vitę dilexit autorẽ. Infantia quidem cõputabatur in annis, ſed erat ſenectus mentis immenſa. Corpore quidem iuuencula, ſed animo cana. Pulchra facie, ſed pulchrior fide. Dũ a ſcholis reuertit⁹, a præfecti vrbis filio adamatur. Cuius parentes dum requiſiſſet & inueniſſet, cœpit offerre plurima, & plura promittere. Deniq; detulerat ſecũ precioſiſſima ornamenta, quæ a beata Agne veluti quædã ſtercora ſunt recuſata. Vnde factum eſt vt iuuenis maiori perurgeretur amoris ſtimulo, & putans eam meliora velle accipere ornamenta, omniũ lapidum precioſorũ ſecum detulit gloriam, & per ſeipſum, & amicos, & notos, & affines, cœpit aures virginis appellare, diuitias, domos, poſſeſſiones, familias, atq; oẽs huius mũdi diuitias repromittere, ſi conſenſum ſuum eius coniugio nõ negaret. Ad hæc beata Agnes tale fertur iuueni dediſſe reſponſum: Diſcede a me fomes peccati, nutrimẽtum facinoris, pabulũ mortis: diſcede a me, quia iam ab alio amatore præuenta ſum, qui mihi ſatis meliora te obtulit ornamenta, & ãnulo fidei ſuæ ſubarrauit me, longe te nobilior & genere & dignitate. Ornauit me ineſtimabili dextrocherio. Dextram meã & collum meũ cinxit lapidibus precioſis. Tradidit auribus meis inæſtimabiles margaritas, & circũdedit me vermãtibus atq; coruſcantibus gemmis. Poſuit ſignum in facie mea, vt nullum præter ipſum amatorẽ admittam. Induit me cyclade auro texta, & immenſis monilibus ornauit me. Oſten- M
dit mihi theſauros incõparabiles, quos mihi ſe daturũ ſi ei perſeuerauero, repromiſit. Non ergo potero ad contumeliam prioris amatoris vel aſpicere alium, & illum derelinquere cũ quo ſum charitate deuincta. Cuius generoſitas celſior, poſſibilitas fortior, aſpectus pulchrior, amor ſuauior, & omni gratia elegantior. A quo mihi iam thalamus collocatus eſt, cuius mihi organa modulatis vocibus cantant. Iam mel & lac ex ore eius ſuſcepi. Iam amplexib⁹ eius caſtis aſtricta ſum, iam corpus eius corpori meo ſociatũ eſt, & ſanguis eius ornauit genas meas. Cuius mater virgo eſt, cuius pater fœminã neſcit. Cui angeli ſeruiunt, cuius pulchritudinem ſol & luna mirantur, cuius odore reuiuiſcũt mortui, cuius tactu fouentur infirmi, cuius opes nunquã deficiunt, cuiuſq; diuitiæ non decreſcunt. Ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione cõmitto. Quẽ cum amauero, caſta ſum: cũ tetigero, mũda ſum: cum accepero, virgo ſum. Nec deerũt poſt nuptias filii, vbi partus ſine dolore ſuccedit, & fœcunditas quotidiana cumulatur. Audiens hæc inſanus iuuenis, amore carpitur cæco, & inter an-

A guſtias animi anhelo cruciabatur ſpiritu. Inter hæc lecto proſternitur, & per alta ſuſpiria amor medicis aperitur. Fiunt nota patri quæ fuerunt inuenta a medicis, & eadem paterna voce quæ fuerant iam dicta a filio, ad petitionẽ virginis renoluuntur. Abnegat Agnes beatiſſima, & ſe nullo pacto prioris aſſerit ſponſi fœdera violare. Cũq; pater diceret in faſcibus præfecturæ ſe agere, & idcirco non ſibi quẽuis illuſtriſſimũ virum etiã poſſe præferri, cœpit tamẽ vehemẽtiſſime iquirere quis eſſet ſponſus de cuius ſe Agnes poteſtate iactaret. Tũc extitit quidã ex paraſitis eius, qui diceret hãc Chriſtianam eſſe ab infantia, & magicis artibus ita occupatã, vt dicat Chriſtũ ſuum ſponſum. Audiens hęc præfectus lætus efficitur, & miſſa apparitiõe cũ ingenti ſtrepitu ſuis eam tribunalibus precipit iſti. Et primo quidem blandis eam ſermonibus ſecretius prouocat, deinde terroribus pulſat. Sed virgo Chriſti nec blandimentis ſeducitur, nec terrore cõcutitur, ſed eodem vultu, eodẽ animo perſeuerat, & terrentẽ ſimiliter ſicut blandientẽ animo deridebat. Videns itaq; Symphronius præfectus tantã in puella conſtantiam, parẽtes eius alloquitur. Et quia erant nobiles, & vim eis inferre nõ poterat, titulum eis Chriſtianitatis oppoſuit. Sequẽti nãq; die Agnem ſibi preſentari iubet. Et iterum iteriq; repetẽs, replicare cœpit de iuuenis amore ſermonẽ. Cũq; omnis ſermo eius caſſo labore deficeret, ſiſti eam iterum ſuis tribunalib⁹ iuſſit. Cui & dixit: Superſtitio Chriſtianorũ, de quorũ
B te magicis artibus iactas, niſi a te fuerit ſegregata, non poteris infamias abiicere pectoris, neq; æquiſſimis conſiliis præbere cõſenſum. Vnde te ad venerãdam deam Veſtam properare neceſſe eſt, vt ſi perſeuerantia virginitatis placet, eius die noctiq; ſacrificiis reuerendis inſiſtas. Ad hæc beata Agnes dixit: Si filium tuum, q̃uis iniquo amore vexatum, tamen viuẽtem hominẽ recuſaui: hominẽ vtiq; qui eſt ratiõis capax, qui & audire, & videre, & palpare, & ambulare poteſt, & flore lucis huius cũ bonis frui: ſi ergo hunc cauſa amoris Chriſti nulla poſſum ratiõe reſpicere, quomodo poſſum idola muta & ſurda, & ſine ſenſu, & ſine anima, colere, & ad iniuriam ſummi dei cerui cem meã vanis lapidibus inclinare? Audiens hęc præfectus Symphronius dixit: Cupio conſultum infantiæ tuæ, & adducte deos blaſphemantem idcirco differo, quia annos tuos infra ſenſum aſpicio. Noli ergo temetipſam ita deſpicere, vt motus deorum incurras. Beata Agnes dixit: Noli infantiam corporalem ita in me deſpicere, vt putes me te velle habere propitium. Fides enim nõ in annis, ſed in ſenſibus inuenitur. Et deus omnipotens mentes magis cõprobat q̃ ętates. Deos autẽ tuos, quorũ motus me incurrere non vis, ipſos iraſci permitte, ipſi loquantur, ipſi hoc mihi præcipiant, ipſi iubeant ſe coli, ipſi iubeant ſe ado-
C rari. Verũ quoniã ad hoc video te tendere quod impetrare nõ poteris, quicqd tibi videtur, exerce. Symphronius præfectus dixit: Vnum tibi e duobus elige, aut cũ virginibus deę Veſte ſacrifica, aut cũ meretricib⁹ ſortaberis in cõtubernio lupanari. Et longe erũta te Chriſtiani, qui te ita magicis artibus imbuerunt, vt hanc calamitatem intrepido animo te poſſe perferre confidas. Vnde, vt dixi, aut ſacrifica deæ Veſtæ ad laudem generis tui: aut ad ignominiã natalium tuorũ, eris publicæ abiectionis ſcortum. Tunc beata Agnes cũ ingenti conſtantia dixit: Si ſcires quis eſt deus meus, nõ iſta ex ore tuo proferres. Vnde ego quia noui virtutẽ domini mei Ieſu Chriſti, ſecura contẽno minas tuas, credẽs q̃d neq; ſacrificem idolis tuis, neq; polluar ſordibus alienis. Mecũ enĩ habeo cuſtodem corporis mei angelum domini. Nam vnigenitus dei filius q̃ ignoras, murus eſt mihi impenetrabilis, & cuſtos mihi eſt nunquã dormiens, & defenſor mihi eſt nunquã deficiens. Dii autẽ tui aut ærei ſunt, ex quib⁹ cucumę melius fiunt ad vſus hominũ: aut lapidei, ex quibus ſternũtur plateæ. Diuinitas ergo non in lapidibus vanis habitat, ſed in cęlis. D
Non in ære aut aliquo metallo, ſed in regno ſuperno cõſiſtit. Tu autem & ſimiles tui niſi ab iſtorũ cultu receſſeritis, ſimul vos pœnæ condudent. Sicut enim illi igne conflati ſunt vt funderentur, ſic colentes eos perpetuo incendio conflabuntur: non vt fundantur, ſed vt cõſumdantur in æternum, & pereant. Ad hæc inſanus iudex iuſſit eam expoliari, & nudam ad lupanar duci, ſub voce præconis dicentis Agnem ſacrilegam virginẽ, diis blaſphemiam inferẽtem, ſcortum lupanaribus datam. Statim autem vt expoliata eſt, crine reſoluto tantam denſitatem capillis eius diuina gratia conceſſit, vt meliusvideretur ſim briis eorum, q̃ veſtibus tecta. Ingreſſa autẽ turpitudinis locũ, angelum domini ita præparatũ inuenit, vt circũdaret eam immenſo lumine, ita vt nullus poſſet eam præ ſplendore reſpicere. Fulgebat enim tota cellula illa quaſi radians ſol in virtute ſua: & quãto quis curioſior oculis eſſe voluiſſet, tãto ſibi viſus aciem obtundebat. Cũq; ſe in orationẽ domino pſtraiſſet, apparuit ante oculos eius ſtola candidiſſima, & apprehendens eam induit ſe, & dixit: Gratias tibi ago domine Ieſu Chriſte, qui me in numero ancillarũ tuarũ computans, veſtem hanc mihi largiri præcepiſti. Ita nanq; ad menſuram corpuſculi eius aptum erat indumẽtum, & ita nimio candore cõſpicuum, vt nullus dubitaret hoc angelicis manibus præparatũ. Interea lupanar efficitur locus orationis, in quo omnis qui fuiſſet ingreſſus, adoraret & veneraretur, dans honorẽ immenſo lumini, & E
mũdior egrederetur foras, q̃ fuerat intus ingreſſus. Cũq; hæc agerentur, præfecti filius qui autor erat huius ſceleris, venit ad locum cum ſodalibus ſuis iuuenculis inſultaturus puellæ, cũ quibus libidinis ſuę ſe poſſe credebat ludibrium exercere. Et ingreſſos ante ſe furẽtes pueros & turpiter ſæuientes, cum omni veneratiõe & ingenti admiratione egreſſos cœpit impotentes arguere, atq; vanos & molles ac miſeros iudicare. Et irridens locum in quo virgo orabat, audacter ingreſſus eſt. Et videns tantũ lumen circa eam, nõ dedit honorẽ deo, ſed irruens in ipſum lumen, priuſquam vel manu eam cõtingeret, cecidit in faciem ſuam, & præfocatus a diabolo expirauit. Videntes autẽ ſocii eius quod moras intus faceret, putabant obſcœnis eũ operibus occupari. Et ingreſſus eſt vnus ex iuuenibus qui ei familiarior erat, vt congratularetur inſultationi eius, & mortuum eum inueniẽs, exclamauit voce magna dicens: Piiſſimi Romani ſuccurrite, magicis artibus iſta meretrix præfecti filiũ interfecit. Fit repẽte concurſus populorũ ad theatrum, & varia furentis populi acclamatio. Alii dicebant magã, alii innocẽtem, alii ſacrilegam cõclamabant. Præfectus autem audiens filium ſuum interiſſe, cũ ingenti tumultu venit ad theatrũ. Et ingreſſus locũ in quo corpus fi- F
lii eius iacebat exanime, cum ingenti clamore dicebat: Crudeliſſima omniũ fœminarũ, ad filium meũ voluiſti apodixin tuæ artis magicæ demonſtrare? Et cũ talia atq; alia huiuſcemodi verba repeteret, & cauſas mortis eius ab ea vehementer inquireret, ait ad eum beatiſſima Agnes: Ille cuius voluntatẽ volebat perficere, ipſe in eum poteſtatẽ accepit. Quare autem omnes qui ad me ingreſſi ſunt, ſani ſunt? Quia vniuerſi dederunt honorem deo, qui miſit angelum ſuũ, & induit me hoc indumento miſericordię, & cuſtodiuit corpus meũ, quod ab ipſis cunabulis Chriſto conſecratũ eſt, & oblatũ. Videntes ergo ſplendorẽ angelicum adorabant omnes, & abſcedebant illæſi: Hic autem impudens ſtatim vt ingreſſus eſt, ſeuire cœpit & fremere. Cumq; manũ ſuam ad me contingẽdum aptaret, dedit eum angelus domini in reprobam quã conſpicis mortem. Dicit ei præfectus: In hoc apparebit quia nõ magicis artibus iſta geſiſti, ſi deprecata fueris ipſum angelũ vt reſtituat mihi filium meũ ſanum. Cui beata Agnes dixit: Licet fides veſtra hoc impetrare nõ mereatur a domĩo, tamẽ quia

G tempus est vt virtus domini mei Iesu Christi manife-
stetur, egredimini omnes, vt solitam ei orationem offe
ram. Cũq; vniuersi fuissent egressi, prosternens se in fa-
ciem planam, rogare cœpit dominũ vt iuuenem susci-
taret. Orante autem illa, apparuit angelus domini, qui
eleuauit eam flentem, & confortans animũ eius, iuue-
nem suscitauit. Qui egressus foras cœpit voce publica
clamare & dicere: Vnus deus in cælo, & in terra, & in
mari, qui est de⁹ Christianorũ. Nã oĩa tẽpla vana sunt.
Dii qui colũtur, oẽs vani sunt, & penit⁹ nec sibi possunt
nec aliis aliqđ auxiliũ exhibere. Ad hanc vocẽ oẽs aru-
spices, & tẽplorũ põtifices cõturbabãtur, & fit p eos ve-
hementior q̃ fuerat seditio populorũ. Atq; omnes vna
voce clamabãt: Tolle magã, tolle maleficã, quæ & mẽ-
tes mutat, & animos alienat. Præfectus autem videns
tanta mirabilia, obstupuit. Sed veritus proscriptionẽ si
contra templorum pontifices ageret, & Agnem contra
suam sententiam defensaret, vicarium ad seditionem
populi iudicem dereliquit: ipse autem tristis abscessit,
q eam non potuit post resurrectionem filii sui liberare.
Tunc vicarius Aspasius nomine, iussit in conspectu o-
mniũ ignem copiosum accendi, & in mediũ eam præce-
pit iactari flammarũ. Quod cũ fuisset impletũ, statim
in duas partes diuisæ sunt flãmę, & hinc atq; illinc sedi-
H tiosos populos exurebãt, ipsam autem penitus in nullo
cõtingebat incendiũ. Eo magis nõ hoc virtutibus diui-
nis, sed maleficiis reputãtes, dabãt fremitus inter se po-
puli, & infinitos clamores ad cælos. Tũc beata Agnes
expandens manus suas in medio ignis, his verbis ora-
tionem fudit ad dominũ: Omnipotẽs, adorande, colen-
de, tremende pater domini nostri Iesu Christi benedico
te, quia per filium tuum vnigenitũ euasi manus homi-
num impiorũ, & spurcitias diaboli ĩpolluto calle trãsi-
ui. Ecce & nunc rore cęlesti perfusus per spiritũsanctum
focus iuxta me moritur, flãma diuiditur, & ardor incẽ-
dii huius ad eos a quibus in me ministratur, effũditur.
Benedico te pater prædicande, qui etiã inter flammas
intrepidã me ad te peruenire permittis. Ecce iam quod
credidi video: quod speraui, iam teneo: quod concupiui,
cõplector. Te cõfiteor labiis & corde, te totis visceribus
concupisco. Ecce ad te venio viuum & verũ deum, qui
cum domino nostro Iesu Christo filio tuo, & cũ spiritu-
sancto viuis & regnas in cuncta secula seculorũ, amen.
Cũq; complesset orationẽ, ita oĩs ignis extinctus est,
vt nec tepor quidẽ incendii remaneret. Tunc Aspasius
vrbis Romæ vicarius, populi seditionem nõ ferens, in
guttur eius gladiũ mergi præcepit. Atq; hoc exitu, ro-
I seo sui sanguinis rubore pfusam Christus sibi sponsam
& martyrem consecrauit. Parẽtes vero eius nullam pe
nitus tristitiam habentes, cũ omni gaudio abstulerunt
corpus eius, & posuerunt illud in prędiolo suo nõ longe
ab vrbe, in via quæ dicitur Numẽtana. Vbi cũ omnis
turba Christianorum concurreret, insidias a Paganis
perpessi sunt: & videntes populum infidelium super se
venientem armatũ, omnes fugerũt. Aliquanti tamen
lapidum ictibus læsi euaserunt. Emerentiana autẽ, quę
fuerat collactanea eius, virgo sanctissima, licet catechu-
mena, cõstanter intrepida stabat immobilis, & his ver-
bis exprobrabat eos: Superflui, miseri, caduci, atq; atro
cissimi, deum omnipotentẽ colentem occidistis, & per-
cussione lapidum homines innocentes iugulastis. Hęc
& his similia dum turbis furẽtibus diceret, lapidata est
ab eis, & orãs iuxta sepulchrũ Agnes beatissimæ emi-
sit spiritũ. Nõ dubiũ est quod in suo sanguine sit bapti-
zata, quæ pro defensione iustitiæ dum confiteretur do-
minũ, mortẽ constanter excepit. Eadem deniq; hora fit
terræmotus vehemẽtissimus: & cũ nimia esset cæli se-
renitas, tãtæ coruscationes, tantaq; fulgura & tonitrua
extiterunt, vt pars maxima insani populi expiraret.
Vnde factũ est vt nullus penitus ex eo aduenientibus
ad sepulchra sanctorũ aliquas molestias excitaret. Ve-
nientes autẽ parentes beatę Agnes cũ sacerdotibus no K
cte, abstulerunt corpus sanctæ Emerentianæ virginis,
& sepelierunt illud in confinio agelli beatissimę virgi-
nis Agnes. Igitur dum parentes beatę Agnes assiduis
pernoctationibus vigilarent ad tumulum eius, vident
in medio noctis silentio exercitum virginũ, quę omnes
auro textis cycladibus indutæ, cũ ingenti lumine præ-
teribant. Inter quas vident beatissimã Agnem simili
veste fulgẽtem, & ad dexterã eius agnũ niue candidio-
rem. Hęc itaq; dum viderent parẽtes eius, & qui simul
erant, stuporẽ mentis incurrunt. Sed beata Agnes ro-
gat sanctas virgines parũper gradum figere. Et stans
parentibus suis dixit: Videte ne me quasi mortuam lu
geatis, sed congaudete mihi & cõgratulamini, quia cũ
his omnibus lucidas sedes accepi. Et illi sum iuncta in
cęlis, quẽ in terris posita tota animi intẽtione dilexi. Et
his dictis pertransiit. Hæc visio publice ab oĩbus qui vi-
derant, quotidie vulgabatur. Vnde factum est vt post
aliquãtos annos ad Constãtiam Cõstantini filiam hoc
hoc factum ab his qui viderant, narraretur. Erat enim
ipsa Constantia regina virgo prudentissima, sed ita ob-
sessa vulneribus, vt a capite vsq; ad pedes nulla mẽbro-
rum pars libera remansisset. Accepto autẽ consilio, spe
recuperandæ salutis venit ad tumulum martyris no-
cte, & licet pagana, tamen credula animi intẽtione pre- L
ces fideliter fundebat. Quod dũ faceret, repẽtina somni
suauitate corripitur. Et vidit p visum beatissimã Agnẽ
talia sibi monita præferentẽ: Constanter age Constan-
tia, & crede dominũ Iesum Christũ filium dei esse Sal-
uatorem tuum, per quẽ modo consequeris omniũ vul-
nerum quæ in corpore tuo pateris, sanitatem. Ad hanc
vocem Constantia euigilat sana, & sic sana, vt nec signũ
in eius membris alicuius vulneris remaneret. Reuersa
igitur ad palatium sanissima, facit gaudiũ & patri suo
Augusto, & fratribus suis imperatoribus. Coronatur
ciuitas tota: fit lætitia militantibus atq; priuatis, &
vniuersis audientibus hæc. Infidelitas gentiũ confun-
debatur, & fides dominica lætabatur. Interea patrem
& fratres Augustos rogat vt basilica beatæ Agnes cõ-
strueretur, & sibi illic mausoleũ collocari præcepit. Cur-
rit hæc opinio ad omnes, & quotquot credẽtes ad eius
tumulũ aduenissent, sanabantur, quacũq; fuissent infir-
mitate detenti. Quod facere Christum nullus dubitat
vsq; in hodiernũ diem. Perseuerauit autem Cõstantia
Augusti filia in virginitate, per quã multę virgines &
mediocres, & nobiles, & illustres, sacra velamina susce-
perunt. Et quia fides mortis damna nõ patitur, vsq; in M
hodiernum diem multæ virgines Romanæ Agnem
beatissimam quasi in corpore manentem attendunt, et
eius exemplo agentes viriliter, integrę perseuerãt, cre-
dentes sine dubio q perseuerantes perpetuæ victoriæ
palmã acquirãt. Hæc ego Ambrosius seruus Christi
dum in voluminibus diuinis ĩuenissem scripta, nõ sum
passus infructuoso silentio tegi. Ad honorẽ igitur tãtæ
martyris, sicut gesta eius agnoui, conscripsi, & ad ædifi
cationem vestram, o virgines Christi, textũ passionis
eius credidi destinandum, obsecrans charitatem spiri-
tussancti, vt labor noster in vestra imitatiõe fructum in
conspectu domini valeat inuenire. Amen.

De inuentione corporum sanctorum Geruasii & Prothasii, Sermo XCI.

HESTERNO tractaui versiculũ, Dies diei
eructat verbũ, prout nostri tulit caput inge-
nii: hodie mihi non solum superiore tẽpore,
sed præsenti quoq; prophetasse videtur scri-
ptura diuina. Nam cum diebus ac noctibus continua-
tam videam sanctitatis vestræ celebritatem, istos esse
dies prophetici carminis, oracula declarare hesternum
atq; hodiernũ, de quibus opportunissime dicitur: Dies

A diei eructat verbum, & istas noctes de quibus aptissime
disputatur, quia nox nocti indicat scientiam. Quid enĩ
aliud hoc biduo nisi verbum dei intimo eructastis affe-
ctu, & sciẽtiam vos habere fidei probauistis? Cui tamẽ
celebritati vestræ, qui solent, inuident. Et quia celebri-
tatem vestrã inuidis animis ferre non possunt, causam
celebritatis odere, atq; amentiæ in tãtum prodeunt, vt
negent martyrũ merita, quorũ opera etiam dæmones
confitẽtur. Sed hoc nõ mirum. Siquidem tanta est in-
credulorum perfidia, vt tolerabilior sit diaboli cõfessio.
Mat. 8. Dicebat enĩ diabol⁹: Iesu fili dei viui, quid venisti ante
tempus torquere nos? Et cum hęc audirent Iudæi, ipsi
tamen dei filiũ denegabãt. Et nunc audistis clamantes
dæmones & confitentes martyribus quod penas ferre
nõ possint, & dicẽtes: Quid venistis vt ante tẽpus nos
tam grauiter torqueatis? Et Arriani dicunt: Non sunt
isti martyres, nec torquere diabolum possũt, nec aliquẽ
liberare, cũ tormenta dæmonũ ipsorũ voce probentur,
& beneficia martyrũ remediis cæcorũ, & absolutorum
indiciis declarentur. Negant cæcum illuminatũ, sed il-
le nõ negat se sanatũ. Ille dicit: Video, qui nõ videbam.
Ille dicit: Cæcus esse desiui. & probat facto. Isti benefi-
cium negant, qui factum negare nõ possunt. Notus ho
mo est, publicis cũ valeret mancipatus obsequiis, Seue
rus nomie, lanius ministerio. Deposuerat officiũ postq̃
inciderat impedimẽtũ. Vocat ad testimoniũ homines
B quorũ ante sustẽtabatur obsequiis. Eos indices suæ vi-
sitationis accersit, quos habebat testes & arbitros cæci-
tatis. Clamat, quia vt contigit fimbriã de veste marty-
rum, qua sacræ reliquiæ vestiuntur, redditũ sibi lumen
sit, Nonne simile illud est, atq; illud quod in Euangelio
legimus? Vnius enĩ potẽtiam laudamus autoris: nec
interest vtrũ opus sit, an munus, cũ & muneret in ope-
re, & operetur in munere. Quod enĩ aliis faciẽdum do-
nauerit, hoc in aliorum opere nomẽ eius operatur. Le-
Ioãnis. 9. gimus ergo in Euangelio, Iudęos cum viderent in illo
cæco sanitatis remediũ, requisisse parẽtum testimoniũ.
Interrogabãt, Quomõ? videt filius vester? cũ ille dice-
ret, Cęcus cũ essem, modo video. Hoc & iste dicit: Cęc⁹
fui, & modo video. Interrogate alios si mihi non credi-
tis, interrogate extraneos, ne astipulari mihi parentes
putetis. Detestabilior istorum q̃ Iudæorũ pertinacia.
Illi cum dubitarent, vel parentes interrogabãt. Isti oc-
culte interrogant, palam negant, iam nõ operi incredu-
li, sed autori. Sed quæro qui nõ credant, vtrũ a martyri-
bus possint aliqui visitari, hoc est Christo non credere.
Ioan. 14. Ipse enim dixit: Et maiora his facietis. an ab istis mar-
tyribus, quorũ merita iamdudum vigent, corpora du-
dum reperta sunt. Quæro hic, vtrum mihi an sanctis
C martyribus inuideant? Si mihi, nunquid a me aliquæ
virtutes fiunt? Nũquid meo opere, meo nomine? Cur
igitur mihi inuident quod meũ nõ est? Si martyribus,
(restat enim vt si mihi nõ inuidẽt, martyribus inuide-
re videantur) ostendunt alterius fidei fuisse martyres, q̃
ipsi credunt. Neq; enim aliter eorũ operibus inuiderẽt,
nisi fidem in his fuisse eam quã isti non habent, iudica-
rent. Fidem illam maiorũ traditione firmatã, quã dæ-
mones ipsi negare nõ possunt, sed Arriani negant. Au
diuimus hodie dicentes eos quibus manus imponeba
tur, neminẽ posse esse saluum qui patrem, & filium, &
spiritũ sanctũ negaret, qui trinitatis omnipotentẽ vir-
tutem nõ crederet. Confitetur hoc diabolus, sed Arria-
ni nolunt fateri. Dicit enĩ diabolus, sic torqueatur quẽ-
admodum ipse a martyribus torquebatur qui spiritus-
sancti deitatem negarit. Non accipio a diabolo testimo
nium, sed confessionem. Inuitus dixit diabolus, sed exa
ctus & tortus. Quod nequitia supprimit, extorquet in-
iuria. Cedit diabolus plagis, & adhuc cedere nesciunt
Arriani. Quanta perpessi sunt, & quẽadmodum Pha-
rao malis suis indurantur. Dicebat diabolus, vt scriptũ
legimus, Scio te quis sis. Tu es filius dei viui. Dicebãt
Iudæi: Nescimus quis sit. Dicebant hodie, & superio- D
re die vel nocte dęmones, Scimus quia martyres estis.
Et Arriani dicunt: Nescimus: nolumus intelligere,
nolumus credere. Dicunt dæmones martyribus: Ve-
nistis perdere nos? Arriani dicunt, Non sunt dæmonũ
vera tormẽta, sed ficta & cõposita ludibria. Audiui mul
ta cõponi, hoc nemo vnq̃ fingere potuit vt dęmoniacũ
se esse simularet. Quid illud quod ita exagitari eos vi-
demus quibus manus imponitur? vbi hic locus fraudi
est? vbi suspicio simulãdi? Sed nõ ego ad suffragiũ mar
tyrum vsurpo vocem dæmoniorũ. Beneficiis sacra pas
sio suis cõprobetur. Habet iudices, sed purgatos: habet
testes, sed absolutos. Melior vox est quã sanitas loqtur
eorũ q debiles aduenerunt. Melior vox est quã sanguis
emittit. Habet enĩ sanguis vocem canorã, quę de terris
ad cęlum peruenit. Legistis dicente domino: Sanguis Genes. 4.
fratris tui clamat ad me. Et hic sanguis clamat coloris
indicio: Sanguis clamat operationis præconio: San-
guis clamat passionis triumpho. Satisfactum est peti-
tioni vestræ, vt condendas hesterno in hodiernũ diem
differremus reliquias.

De baptismo sancti Augustini, Sermo. XCII.

QVOD his diebus cõtigit, fratres humanis-
simi vidistis, quib⁹ domini nostri Iesu Chri-
sti summã potestatẽ & clementiã intellige- E
re potuimus, memorieq; mãdare debemus,
quod in nulla re magis Christianis gratulari possumus
q̃ quod hoc tẽpore, & ætate nostra mirãdum oculis no-
stris vidimus. Diuinæ clementiæ innumeras gratias
agere debemus, quod Augustinus afer Carthaginen-
sis, philosophus acutissimus, contẽpto gentilium cultu
ad veram Christianã religionẽ diuino nutu tandẽ per-
uenit. Hoc resurrectionis tẽpus duplici lætitia celebrã-
dum est, Christi scilicet victoria potito, ac deleto infero-
rum imperio, & Augustini conuersione, quæ Christia-
nis plurimũ cõfert. Quis expugnauit animũ? qs supe-
rauit? Non argumenta, non vis aliqua verborũ, sed dei
dũtaxat virtus & clemẽtia. Nõne rhetor hic habebatur
pręstãtissimus? Nõne eius doctrina accinctus Medio-
lanũ venit, vbi a cũctis ciuib⁹ honorifice susceptus est?
Ad quid tanta liberaliũ disciplinarũ eruditio, tantũ phi
losophiæ acumen? Ad quid illud acre ingenium, illa
dialectica, cętereq; artes sine pceptore adeptæ? Ad hoc
vt diuina potẽtia magis eluceat mortalib⁹. Quo Ari-
stotelica institutio, in disputãdo simulationes, difficul-
tates tendebant, versutiæ, contẽtiones & astutiæ, qui-
bus maxime erat instructus, argumẽtaq; contra sacra-
rum literarũ scripturas cum vna essemus adducta, in F
quibus diuinum quandoq; implorabamus auxilium?
Quo tanta in dicendo hominis gratia, tanta in dicẽdo
copia atq; facundia, vt nõ temere eius dicta dissolui po-
tuissent? Ad hoc vt fides Christi stabiliretur. Sępi⁹ me
eum tentasse intelligitis, quo inter dissensiones nostras
virtus diuina operaretur. Optabam mirũ in modum
hominẽ tantæ doctrinæ illuminari, a quo summa glo-
ria & splendor, vt in merito Christianæ fidei oriri pos-
set. Verum etiam Augustinus tanta interdum perti-
nacia, & disputationis suæ acrimonia ac vehementia
nos vrgebat, vt inter supplicationes nostras quod deus
ab eius captionibus nos auerteret, rogare coacti simus.
Matris eius Monicæ precibus & lachrymis pene con
tinuis, nostrisq; orationibus aliquãtisper adhærere cœ-
pit, & prædicationibus nostris aliquando interesse cu-
piebat, in quibus fidei nostræ synceritatẽ omnibus disci
plinis, & omniũ artium argumentis antecedere osten-
debamus. Diuino tandem auxilio, Christi veram reli-
gionem amplexus est, vnde humanum genus, & Chri
stifideles merito iubilare possunt. Verũtamen Simpli
ciano nostro probatæ sanctitatis viro nõ minores gra-

G tiæ agẽdæ sunt, a quo Augustinus de religione beata, feliciq; vita instructus est. A quo idem multa de Christi fide tum exempla, tum miracula accepit, quibus si qua hæresis rubigo esset, penitus animũ absterſit, quibus a se omnis dubitationis timor procul propulsatus est. Quantis fratres charissimi lachrymis errorem confessus est suum? quanto luctu conuersionis diuturnitatem conquestus est? quibus verbis & quo dolore seram pœnitentiam damnauit? dimidiam enim ferme vitæ suæ partem inter gentiliũ mores ac vanas disciplinas, mundanosq; errores consumpsit. Iubilate de tanta victoria, in qua Augustinus tanquam dux cum cõmilitonibus suis Adeodato, & Alypio socio captiui nostri sunt. Hæc quidem captiuitas Augustinũ beatũ faciet, regnum dei parabit. Triumphare tamen visus est Augustinus illa præsertim hora in qua nouum hominem sacro baptismate induimus, in quo vna nobiscum diuino quodam instinctu hymnum cantauimus de Christi fide. Et vt vberius instrueretur, & a cæteris gentilium opinionibus & erroribus remoueretur, totũ cognitioni animum intendit. Nouum in Christi fide militem habemus, acerrimũ contra gentiles hostem, contra hereticos inuictissimũ Imperatorem. Nouum Christianum nouis vestimẽtis, cuculla nigra induimus, cingulo ex corio nostipsi præcinximus, quod Simplicianus noster ingenti lętitia donauit. Agamus gratias domino Iesu Christo ingentes, qui religioni nostrę talem ac tantum principem instituit. Gaudeamus omnes in domino, qui omnia virtute sua continet, & incõprehensibili maiestate vniuersa complectitur. Gaudeant angeli Augustini tam celebri cõuersione. Gaudeant cælum & vniuersa terra, benedicãt omnes dominum, quia ad conferendum hominibus subsidium creauit & illuminauit Augustinum, a quo tanquam religionis exordio Christiani auxilium caperẽt, & suffragium. A quo denique religionis cõstitutiones oriri poterũt. Hanc Augustini cõuersionem in futurum homines diuinis prosequentur honoribus. Amen,

OPERVM DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI, TERTII TOMI FINIS.

DIVI AMBROSII EPI=

SCOPI MEDIOLANENSIS OPERVM TOmus Quartus, continens explanationes, hoc est ea quæ faciunt ad interpretationem diuinarum scripturarum, veteris testamenti, deniq; noui.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

ERASMVS LECTORI S.

HIC Quartus Tomus cõplectitur ſcripturarum explanationes, in quibus eſt libellus de Salomone, argutus & eruditus, ſed nonnihil diſſonans aſtylo Ambroſiano.

Additæ ſunt duæ precationes præparantes ſacerdotem aditurum miſſæ munus: quas vt pias nec indoctas fateor, ita iudico non eſſe Ambroſij.

In nouí teſtamẽti voluminibus nihil admixtum alienum comperi, niſi quod in ſingulas Pauli epiſtolas adiecit argumenta neſcio quis, Ambroſij titulo: aut certe quæ poſuerat Ambroſius, cõtamínauit, præſertim in epiſtolas ad Romanos, ad Corinthios, & ad Galatas: & in ipſis commentarijs alícubi vídentur adiecta quædam, alicubi decurtata.

CATALOGVS.

Hexaemeron libri	VI	De Salomone lib.	I
De paradiſo lib.	I	De iis qui initiantur myſterijs	I
De Caín, & Abel	II	De ſacramentis Eccleſiæ	VI
De Noe, & arca.	I	De dignitate ſacerdotalí	I
De Abraham Patriarcha	II	Precatío præparans ad miſſam.	
De Iſaac, & anima	I	Cõmẽtarii ín. XII. pſalmos Dauidícos, nẽpe. I. XXXV. XXXVI. XXXVII. XXXVIII. XXXIX. XL. XLIII. XLV. XLVII. XLVIII. et LXI. hactenus nuſq̃ impreſſi.	
De Iacob, & beata vita	II		
De Ioſeph patriarcha	I		
De benedictionibus patriarcharum	I		
De Nabuthe Ieſraelita	I		
De Helia, & ieiunio	I	Commẽtarii ín pſalmum CXVIII	
De Tobia.	I	Scholíorum ín Euange. Lucæ	X
De interpellatione	IIII	Cõmentarij in omnes epiſtolas Pauli, excepta ad Hebræos.	
Apologia Dauid	I		

AMBRO DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI HEXAEMERON LIBER PRIMVS.

De opinionibus philoſophorum circa rerum principia, mundique vnitatem ac durationem errantium. Caput I.

QVANTVMNE OPInionis aſſumpſiſſe homines, vt aliqui eorum tria principia conſtituerent omnium, deum, & exemplar, & materiam: ſicut Plato, diſcipulíq; eí⁹: & ea incorrupta & increata, ac ſine initio eſſe aſſeuerarent: deumq; non tanquam creatorem materiæ, ſed tanquam artificem ad exemplar, hoc eſt ideam intendentem, feciſſe mundum de materia quam vocant hylen, quæ gignẽdi cauſas rebus omnibus dediſſe aſſeratur: ipſum quoque mũdum incorruptum, nec creatum aut factum exiſtimarent: alii quoque, vt Ariſtoteles cum ſuis diſputãdum putauit, duo principia ponerẽt, materiam, & ſpeciem, & tertiũ cum iis quod operatoriũ dicitur, cui ſuppeteret competẽter efficere quod adoriundum putaſſet? Quid igitur tam inconueniens, q̃ vt' æternitatem operis cum dei omnipotentis coniungerent æternitate, vel ipſum opus deum eſſe dicerent, vt cælum & terram & mare diuinis proſequerentur honoribus? Ex quo factum eſt vt partes mundi deos eſſe crederent: quamuis de ipſo mundo non mediocris inter eos quæſtio ſit. Nam Pythagoras vnum mundum aſſerit, alii innumerabiles dicunt eſſe mundos, vt ſcripſit Democritus, cui plurimum de phyſicis autoritatis vetuſtas detulit. Ipſum quoq; mundum ſemper fuiſſe & fore Ariſtoteles vſurpat dicere. Contra autem Plato nõ ſemper fuiſſe, ſed ſemper fore præſumit aſtruere. Plurimi vero nec fuiſſe ſemper, nec ſemper fore, ſcriptis ſuis teſtificãtur. Inter has diſſenſiones eorũ, quæ poteſt eſſe veri æſtimatio, cum alii mundũ ipſum deum eſſe dicãt, quod ei mens diuina, vt putant, ineſſe videatur: alii partes eí⁹, alii vtrũq; in quo nec quæ figura ſit deorum, nec qui numerus, nec qui locus, aut vita poſſit aut cura cõprehendi? Siquidem mundi æſtimatione volubilem, rotundum, ardentem, quibuſdam incitatum motibus, ſine ſenſu deum conueniat intelligi, qui alieno non ſuo motu feratur.

De confutatione præmiſſarum opinionum per ſanctum Moyſen docentem in principio deum feciſſe cælum & terram. Caput II.

VNDE diuino ſpiritu præuidens ſanct⁹ Moyſes hos hominum errores fore, & iam forte cœpiſſe, in exordio ſermonis ſui ſic ait: In principio fecit deus cælũ & terram.) Initium rerũ, autorem mũdi, creationẽ materiæ cõprehendẽs, vt deum cognoſceres ante initium mundi eſſe, vel ipſum eſſe initium vniuerſorum: ſicut in euangelio dei filius dicentibus ſibi, Tu quis es, reſpondit: Initium, quod & loquor vobis. & ipſum dediſſe gignendis rebus initium, & ipſum eſſe creatorem mundi, non idea quadam duce imitatorem materiæ, ex qua nõ ad arbitriũ ſuum, ſed ad ſpeciem propoſitam ſua opera formaret. Pulchre quoque ait: In principio fecit.) vt incomprehenſibilem celeritatem operis exprimeret, cum effectũ prius operationis impletæ; q̃ indicium cœptæ explicuiſſet. Quis hoc dicat, aduertere debemus. Moyſes vtique ille eruditus in omni ſapientia Egyptiorum, quem de flumine collectum filia Pharaonis vt filium dilexit, & ſubſidiis regalibus fultum, omnibus ſecularis prudentiæ diſciplinis informari atque inſtrui deſiderauit. Qui cum de aqua nomen acceperit, non putauit tamen dicendum quod ex aqua conſtarent omnia, vt Thales dixit. Et cum eſſet in aula educatus regia: maluit tamen pro amore iuſtitiæ ſubire exilium voluntarium, q̃ in tyrannidis faſtigio peccati perfunctionem deliciis acquirere. Denique priuſquam ad populi liberandi munus vocaretur, naturali æquitatis ſtudio prouocatus, accipientem iniuriam de popularibus ſuis vltus, inuidiæ eſſe dedit, voluptatique eripuit: atque omnes regiæ domus declinans tumultus, in ſecretum Ethiopiæ ſe contulit, ibique a cæteris negotiis remotus, totum diuinæ cognitioni animum intẽdit, vt gloriam dei videret facie ad faciem. Cui teſtificatur ſcriptura quia nemo ſurrexit amplius Propheta in Iſrael ſicut Moyſes, qui ſciuit dominum facie ad faciem. Nõ in viſione, neque in ſomnio, ſed ore ad os cum deo ſummo locutus: neque in ſpecie, neque per ænigmata, ſed clara atque perſpicua præſentię diuinæ dignatione donatus. Is itaq; Moyſes aperuit os ſuum, & effudit quæ in eo dominus loquebatur, ſecundum quod ei dixerat cum eum ad Pharaonem regem dirigeret: Vade ergo, & ego aperiã os tuum, & inſtruam te quid debeas loqui. Etenim ſi quod de populo dimittendo diceret, a deo acceperat, quanto magis quod de cælo loqueretur? Denique non in perſuaſione humanæ ſapientiæ, nec in philoſophiæ ſimulatoriis diſputationibus, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis tãquam teſtis diuini operis auſus eſt dicere: In principio fecit deus cælũ & terram. Non ille vt atomorum concurſione mundus coiret, ſerum atque ocioſum expectauit negocium: neque diſciplinam quandam materiæ, quam contemplando mundum poſſet efficere, ſed autorem deum exprimendum putauit. Aduertit enim vir plenus prudentiæ, quod viſibilium atque inuiſibilium ſubſtantiarum, & cauſas rerum mens ſola diuina contineat, non vt philoſophi diſputant, validiorem atomorum complexionem perſeuerantiæ iugis præſtare cauſam: & iudicauit q̃ telam araneæ texeret qui ſic minuta & inſubſtãtiua principia cælo ac terris darent, quæ vt fortuito cõiungerentur, ita fortuito actemere diſſoluerentur, niſi in ſui gubernatoris diuina virtute conſtarent. Nec immerito gubernatorem neſciunt, qui non nouerũt deũ, per quem omnia reguntur & gubernantur.

Ioan. 8.

Deut. 34.

Exod. 4.

Quod nõ vanis abduci debeamus opinionibus, ſed ſequi ipſum Moyſen, qui & autorem mundi nouit & gubernatorem. Caput III.

SEQVAMVR ergo eum qui & autorẽ nouit & gubernatorem, nec vanis abducamur opinionibus. In principio, inquit. Q̃ bonus ordo, vt illud primum aſſereret, q̃ negare conſueuerunt, & cognoſcerent principium eſſe mundi, ne ſine principio mundum eſſe homines arbitrarentur. Vnde & Dauid cum de cælo & terra & mari loqueretur, ait: Omnia in ſapientia feciſti. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, † ne anarchon, ne increatum, & diuinæ conſortem ſubſtantiæ crederemus. Et pulchre addidit de celeritate conditionis, Fecit, ne mora in faciendo fuiſſe æſtimaretur: vt vel ſic intelligerẽt hoíes q̃ incõprehẽſibilis operator eſſet, qui tãtũ opus breui exiguoq; momẽto ſuæ operationis abſolueret, vt voluntatis eſſet⁹ ſenſũ tẽporis præueniret. Nemo operantẽ vidit, ſed agnouit

Pſal. 103.

† informẽ materiã.

Psal. 148 operatum. Vbi igitur mora, cum legas: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt? Nec artis igitur vsum nec virtutis expendit, qui momẽto suæ voluntatis maiestatem tãtæ operationis impleuit, vt ea quæ non erant, esse faceret, tam velociter, vt neq; voluntas operationi præcurreret, neq; operatio voluntati. Miraris opus, quæris operatorem. Quis principium tanti operis dederit, quis tam cito fecerit, subiecit statim dicens: Quia deus fecit cælum & terram. Audisti autorẽ, dubitare non debes. Hic est in quo benedixit Mel-
Gene. 14. chisedech Abraham patrem multarum gentiũ, dicens: Benedictus Abraham deo summo, qui fecit cælum & terram. Et credidit Abraham deo, & ait: Extendã manum meam ad deum summum, qui fecit cælũ & terrã. Vides quia hoc nõ homo inuenit, sed deus annunciauit. Deus est enĩ Melchisedech, qui est rex pacis & iustitiæ, nec initium dierum neq; finem habens. Nõ mirum ergo si deus qui est sine initio, initium omnib⁹ dedit, vt quæ non erant, esse incipierent. Non mirũ si deus qui omnia virtute sua continet, & incõprehensibili maiestate vniuersa complectitur, fecit hæc quæ videntur: cum etiam illa fecerit quæ non videntur. Inuisibilia autem iis quæ videtur potiora esse quis neget, cũ ea quæ videntur, temporalia sint, æterna autem quæ non videtur? Quis dubitet quod deus hæc fecerit, qui per pro-
Esaiæ. 40. phetam locutus ait: Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & vniuersam terram clausa manu? Quis statuit montes in libra, & rupes in statera, & nemora in iugo? Quis cognouit sensum domini, aut qs eius consiliarius fuit, vel quis instruxit eum? Dequo etiam alibi legimus: Quia tenet circuitũ terræ, & ter-
Hiere. 51. ram velut nihilum fecit. Et Hieremias ait: Dii qui nõ
H fecerunt cælum & terram, peribunt a terra, & de sub cælo isto. Dominus qui fecit terram in virtute sua, & correxit in sapientia sua orbem, & in sua prudentia extendit cælum, & multitudinem aquæ in cælo. Et addidit: Infatuatus est homo a scientia sua. Qui enim corruptibilia mundi sequitur, & ex his putat quod diuinæ possit naturæ comprehendere veritatem, quomodo nõ infatuatur versutæ disputationis astutia? Cũ ergo tot oracula audias quib⁹ testificatur deus quod fecerit mũdum, noli eũ sine principio esse credere, quia quasi sphæra mundus esse dicatur, vt principium eius nullum videatur extare: & cum intonat, quasi in circuitu omnia commoueantur: vt vnde incipiat, vbi desinat, non facile comprehendas: quia circuitus principium sensu colligere impossibile habetur. Neque enim sphæræ potes initium reperire, vel vnde cœperit globus lunæ, vel vbi desinat menstrua lunæ defectio. Neq; vero si ipse non comprehendas, idcirco non cœpit, aut nequaquam desinet. Si ipse circuitum vel atramento vel graphio ducas, vel cẽtro exprimas, vnde cœperis, aut vbi desieris,
I interuallo interposito, non facile vel oculis colligis, vel mente repetis: & tamen & cœpisse & desiisse ipse tibi testis es. Nam et si sensum subterfugit, veritatem non subruit. Quæ autem initium habent, & finem habent: & quibus finis datur, initium datum constat. Finem autem mundi futurum ipse saluator docet in euãgelio suo dicens: Præterit enim figura huius mundi: Et cælum & terra præteribunt: Et infra: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationẽ mundi. Quomodo ergo coæternum deo mundum asserunt, & creatori omnium sociant, atque æqualẽ esse disputant creaturam, corpusque materiale mundi inuisibili illi atque inaccessibili naturæ diuinæ coniungendum putant, cũ præsertim secundum suam sententiam non possint negare, quoniam cuius partes corruptioni & mutabilitati subiacent, huius necesse est vniuersitatem iisdem passionibus quibus propriæ portiones eius sunt obnoxiæ, subiacere?

De multiplici relatione & acceptione principii, & k
quibus modis intelligi possit in principio deum fecisse cælum & terram. Caput IIII.

PRINCIPIVM igitur esse docet qui dicit: In principio fecit deus cælum & terrã.) Principium aut ad tempus refertur, aut ad numerũ, aut ad fundamẽtũ, quo in ædificanda domo initiũ fundamentũ est. Principiũ quoq; puerorum & deprauationis dici posse scripturarũ cognoscimus autoritate. Est & prĩcipiũ artis, ars ipsa ex qua artificũ diuersorũ deinceps cœpit opatio. Est etiã prĩcipiũ bonorũ operũ finis optimus, vt misericordiæ principiũ est deo placere qđ facias. Et enĩ ad cõferẽdũ hoibus subsidiũ maxime prouocamur. Est etiã virtus diuina quæ hac exprimitur appellatione. Ad tẽpus refertur si velis dicere in quo tempore deus fecit cælum & terram, id est in exordio mundi quãdo fieri cœpit, sicut ait sapiẽ-
tia: Cum pararet cælum, cum illo eram. Ad numerũ Prouer. 8.
autem si referas, ita conuenit vt accipias: In primis fecit deus cælum & terram: deinde colles, regiones, fines
L inhabitabiles. Vel sic: Ante reliquas visibiles creaturas, diem, noctem, ligna fructifera, animantium genera diuersa, cælum & terram fecit. Si vero ad fundamẽtum referas, principium terræ fundamẽta esse legisti, dicente sapientia: Quando fortia faciebat fundamenta Ibidem.
terræ, eram penes illum cuncta componens. Est etiam bonæ principium disciplinæ, sicut est illud: Initium sapiẽtiæ est timor domini: quoniam qui timet dominũ, Eccli. 1.
declinat errorem, & ad virtutis semitam vias suas dirigit. Nisi enim quis timuerit deũ, non potest renunciare peccato. Quod æque etiam de illo possumus accipe-
re, Mensis hic initium mensium erit vobis. quanuis & Exodi. 12.
de tẽpore istud accipiat, quia de Pascha domini loquebatur, quod veris initio celebratur. In hoc ergo principio mensium cælum & terrã fecit, quod inde mundi capi oportebat exordiũ, vbi erat opportuna omnibus vernatemperies. Vnde & annus mundi imaginem nascẽtis expressit, vt post hybernas glacies atq; hyemales caligines serenior solito verni temporis splendor eluceat. Dedit ergo formam futuris annorum curriculis mundi primus exortus, vt ea lege annorum vices surgerẽt, atq; initio cuiusq; anni produceret terra noua seminum germina, quo primum dominus deus dixerat: Germinet terra herbam fœni, seminans semen secundum genus, & secũdum similitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum. Et statim produxit terra hærbam fœni, & lignum fructiferũ. in quo nobis & moderationis perpetuæ diuina prouidentia, & celeritas terræ germinãtis ad æstimationem vernæ suffragatur ætatis. Nã etsi quocunq; tempore & deo iubere promptum fuit, & M
terræ obedire naturę, vt inter hybernas glacies & hyemales pruinas, cælestis imperii fotu germinans terra fœtum produceret, non erat tamen dispositionis æternę, rigido stricta gelu in virides subito fructus laxari arua, atq; horrẽtibus pruinis florulenta misceri. Ergo vt ostenderet scriptura veris tẽpora in cõstitutione mũdi, ait: Mensis hic vobis initiũ mẽsium: primus est vobis Exod. 12.
in mẽsib⁹ anni. Primũ mẽsẽ, vernũ tẽp⁹ appellãs. Decebat enĩ prĩcipiũ anni, principiũ esse gñationis, & ipsam gñationẽ molliorib⁹ auris foueri. Neq; enĩ possent tenera rerũ exordia aut asperioris laborẽ tolerare frigoris, aut torrentis æstus iniuriã sustinere. Simul illud aduertere licet, quia iure cõcurrit vt eo tẽpore videatur in hãc generationẽ atq; in hos vsus ingressus tributus, quo tẽpore ex hac gñatione ĩ regenerationẽ legitimus est trãsitus. Siquidẽ verno tẽpore filii Israel Egyptũ reliquerunt, & per mare trãsierunt, baptizati in nube & in mari, vt Apostol⁹ dixit: Et eo tẽpore domini quotãnis Ie- 1. Cor. 10.
su Christi pascha celebratur, hoc est animarum transitus a vitiis ad virtutem, a passionibus carnis ad gratiã

A sobrietatemq; mentis, a malitię nequitięq; fermento ad veritatem & synceritatem. Regeneratis itaq; dicitur: Mensis hic vobis initium mensium: primus est vobis in mensibus anni. Dereliquit enim & desert⁹ qui ablutus, intelligibilem illum pharaonem principem istius mũdi, dicẽs: Abrenuncio tibi diabole, & angelis tuis, & operibus tuis, & imperiis tuis. Nec iã seruiet ei, vel terrenis huius corporis passionibus, vel deprauatæ mẽtis erroribus: qui demersa omni malitia vice pluribi, bonis operibus dextera læuaq; munitus, inoffenso seculi huius freta studet trãsire vestigio. In libro quoq;
Num. 24 qui inscribitur de Numeris, ait scriptura: Initiũ nationum Amalech, & semen eius peribit. Et vtiq; nõ oĩm nationum primus est Amalech, sed quia per interpretationem Amalech rex accipitur iniquorum, iniquæ autem gentes sunt: videne principem mũdi huius accipere debeamus qui imperat nationibus voluntatem suam facientibus: cuius semen peribit. Semẽ autẽ eius
Ioan. 1. impii & infideles sunt, quib⁹ ait dñs: Vos ex patre diabolo estis. Est etiam initium mysticũ, vt illud est: Ego sum primus & nouissimus, initium & finis. Et illud in Euangelio præcipue, quod interrogat⁹ dominus quis esset, respondit: Initium: quod & loquor nobis. Qui vere & secundum diuinitatem est initium omnium, quia nemo ante ipsum: & finis, quia nemo vltra ipsum: & fecũdũ euãgeliũ initiũ est viarũ dñi in opera eius: vt per
B ipsum discerent hominum genus vias dñi sequi, & operari opera dei. In hoc ergo principio, id est in Christo,
Ioan. 1. fecit deus cælum & terram: quia per ipsum omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quod factũ est in ipso, vita erat: quia in ipso cõstant omnia. Et ipse est pri-
mogenitus omnis creaturæ, siue quia ante omnẽ creaturam, siue quia sanctus, quia primogeniti sancti sunt, vt primogenitus Israel: non quia ante omnes, sed quia sanctior cæteris. Sanctus autem dominus supra omnẽ creaturam & secundum corporis susceptionem, quia so-
Roma. 8. lus sine peccato, solus sine vanitate. Omnis autẽ creatura subiecta vanitati est. Possumus etiam intelligere, In principio fecit deus cælum & terram, id est ante tẽpus: sicut initium viæ, nõdum via: & initium domus, nondũ domus. Deniq; alii dixerunt ἐν κεφαλαίῳ, quasi in capite, quo significatur in breui & in exiguo momento summa operationis impleta. Sunt ergo & qui principium non pro tempore accipiãt, sed ante tempus, ἐν κεφαλαίῳ, vel caput: vt dicamus latine quasi summã operis, quia rerum visibiliũ summa cælum & terra est, quæ non solum ad mũdi huius spectare videntur ornatum, sed etiam ad iudicium rerum inuisibiliũ, & quoddam argumentum eorum quæ non videntur, vt est il-
Psal. 18. lud Propheticum: Cæli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentũ. Quod secutus
C Apostolus aliis verbis in eadem conclusit sententia, di-
Roma. 1. cens: Quia inuisibilia eius per ea quæ facta sunt intelliguntur. Autorem enim angelorum & dominationũ & potestatum facile intelligimus eum qui momento imperii sui hanc tantam pulchritudinẽ mundi ex nihilo fecit esse quæ non erat, & non de extantibus aut reb⁹ aut causis donauit habere substantiam.

Quod hic mundus diuinæ sit specimẽ operationis, ac diuinæ maiestatis insigne. Quodq; filius imago sit dei, & splẽdor paternæ gloriæ. Et quod per ipsum & in ipsum creata sint omnia. Caput V.

EST ergo hic mundus diuinæ specimen operationis: quia dum opus videtur, præfertur operator. Nãq; vt istarum artium aliæ sunt
ſ ctuosæ, quæ sunt in corporis motu, aut sono vocis: cessauit motus aut sonus, nihil supfuit nec remãsit spectantib⁹ vel audiẽtibus: aliæ theoreticæ, quæ vigorem mentis exerceant: aliæ huiusmodi vt cessante quoq; operationis officio, operis mtũ⁹ appareat, vt ædi D
ficatio atq; textura, quæ etiam tacẽte artifice peritiam eius ostendãt, vt operatori operis sui testimonium suffragetur: Similiter etiam hic mundus diuinæ maiestatis insigne est, vt per ipsum dei sapientia manifestetur. Quem vidẽs Propheta, simul & ad inuisibilia oculos mẽtis attollens, ait: Q̃ magnificata sunt opera tua do- Psal. 103.
mine, omnia in sapientia fecisti. Nec ociose vtiq; factum legimus: quia gẽtiles pleriq; qui cœternum deo mundum volunt esse, quasi adumbratione virtutis diuinæ asserunt etiã sua sponte subsistere: & quãuis causam eius deum esse fateantur, causam tamen facta voluntate & dispositione sua, sed ita vt causa vmbræ corpus est. Adhæret enim vmbra corpori, & fulgor lumini, naturali magis societate, q̃ voluntate aut arbitra. Pulchre ergo ait Moyses quia fecit deus cælum & terram. Non dixit quia subesse fecit. Non dixit quia causam mundo vt esset præbuit: sed fecit quasi bonus quod foret vtile, quasi sapiens quod optimũ iudicabat, quasi omnipotẽs quod amplissimũ præuidebat. Quomodo autem quasi vmbra esse poterat, vbi corpus non erat, cum incorporei dei corporea adumbratio esse non possit? Quomodo etiã incorporei luminis splẽdor possit esse corporeus? Sed si quæris splendorẽ dei, filius est imago dei inuisibilis. Qualis ergo de⁹ est, talis imago. Inuisibilis deus, etiã imago inuisibilis. Est enim splendor gloriæ paternę, atq; eius imago substãtiæ. In prin E
cipio, inquit, fecit deus cælum & terrã. Et factus est ergo mundus: & cœpit esse, qui nõ erat. Verbum autem dei in principio erat, & erat semper. Sed etiã angeli dominationes & potestates etsi aliquãdo cœperunt, erãt tamen iam quãdo hic mundus est factus. Omnia nãq; creata & cõdita sunt, visibilia & inuisibilia, siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Omnia, inquit, per ipsum facta sunt, & in ipsũ creata sunt. Quid est, in ipsum creata? Quia ipse est hæres patris, eo quod a patre in ipsum transierit hæreditas, sicut pater dicit: Posce a me, & dabo tibi gentes hæreditatem Psal. 2.
tuam. Quæ tamen hæreditas a patre trãsit in filium, & in patrem reuertitur a filio. Egregie itaq; apostolus & hoc loco filium dixit autorẽ omniũ, & maiestate sita continentem oĩa. Et ad Romanos de patre ait: Quoniam ex ipso, & per ipsũ, & in ipso sunt oĩa. Ex ipso principium & origo substãtiæ vniuersorum, id est ex voluntate eius & potestate. Omnia enim ex eius voluntate cœperũt, quia vnus deus pater, ex quo oĩa. Et enim tãquam ex suo fecit: quia vnde voluit fecit. Per ipsum cõtinuatio, finis ĩ ipsum. Ex ipso ergo materia, per ipsum operatio quæ ligauit atq; cõstrinxit vniuersa. In ipsum, F
quia & quandiu vult omnia eius virtute manent atq; consistunt, & finis eorum in dei voluntatem recurrit, & eius arbitrio resoluuntur.

Quod in principio tẽporis cælũ & terrã deum fecisse, ad presentẽ sufficiat assertionẽ, & cur autor prolixiorem vitauerit collectionẽ. Q̃dq; de qualitate & substãtia cæli, terræ quoq; vel qualitate vel positione, satis sit ad scientiã quod scripturarum diuinarũ series cõprehendit, eo quod nihil profit ad spem futuræ vitę discutere vel enumerare ea quę in disputationib⁹ suis philosophi se mutuo refellentes texuerunt. Caput VI.

IN principio itaq; temporis cælum & terram deus fecit. Tempus enim ab hoc mũdo, nõ ante mundum. Dies autem temporis portio est, nõ principiũ. Et quãquã lectionis serie possimus astruere qđ primo die diẽ fecerit dñs & noctem, quę sunt vices temporum, & secundo die firmamentum fecerit quo discrenit aquam quę sub cælo est, & aquam quæ super cælum: tamen satis est ad præsentem assertionem, quod in principio cælum fecerit,

Gvnde prærogatiua generationis & causa: & terram fecerit, in qua esset generationis substantia. In his enim quatuor illa elementa creata sunt, ex quibus generãtur omnia ista quæ mundi sunt. Eleméta autem quatuor, aer, ignis, aqua & terra, quæ in omnib⁹ sibi mixta sunt. Siquidem & in terra ignem reperies, qui ex lapidib⁹ & ferro frequenter excutitur: & in cælo, cum sit ignitus & micans fulgentibus stellis polus, aqua esse possit intelligi, quæ vel supra cælum est, vel de illo superiore loco in terram largo frequenter imbre demittitur. Quę pluribus colligere possemus, si quid ad ædificationem ecclesiæ ista proficere videremus. Sed quia his occupari infructuosum negocium est, ad illa magis intendamus animum, in quibus vitæ sit profectus æternæ. De qualitate igitur & substantia cæli satis est ea promere quæ in Esaiæ scriptis reperimus, qui mediocribus & vsitatis sermonibus qualitatẽ naturæ cælestis expressit, dicens quod firmauerit cælum sicut fumum, subtilẽ eius naturã nec solidã cupiens declarare. Ad speciẽ q̃p eius abundat, quod ipse de cæli firmaméto locutus est, quia fecit deus cælum sicut cameram, quod intra cæli ambitum vniuersa claudantur quæ vel in mari geruntur, & terris. Quod similiter significatur cum legitur: Quia cælum dominus extendit. Extenditur enim vel quasi
H pellis ad tabernacula habitationes q̃ sanctorũ, vel quasi liber, vt plurimorum scribantur nomina qui Christi gratiam fide & deuotione meruerunt, quibus dicitur:
Lucæ. 10. Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in cælo. De terræ quoq; vel qualitate vel positione tractare, nihil p̃sit ad spem futuri, cum satis sit ad scientiam, quod scripturarum diuinarum series comprehendit, quia suspẽdit terram in nihilo. Quid nobis discutere vtrũ in aere pendeat, an super aquam, vt inde nascatur controuersia quomodo aeris natura tenuis & mollior molẽ possit sustentare terrenam? Aut quomodo, si super aquas, non pondere mergatur in aquam grauis terrarum ruina? Aut quomodo ei maris vnda non cedat, & in latera eius sese loco suo mota diffundat? Multi etiã in medio aeris terram esse dixerunt, & molestura immobilem manere, quod æquabili motu hinc atque inde ex omni parte propendeat. De quo satis putamus dictum a domino ad Iob seruum suum, quãdo locutus per nubem
Iob. 38. ait: Vbi eras cum fundarem terram? Indica mihi si habes sciẽtiam. Quis posuit mensurã eius, si nosti? Aut quis est qui superinduxit mensuras super eam, aut sup quid circuli eius confixi sunt? Et infra: Concluſi mare portis, & dixi: Vsq; huc venies, & non transibis, sed in te comminuentur fluctus tui. Nonne euidenter ostendit deus omnia maiestate sua consistere in numero, põdere atq; mensura? Neq; enim creatura legem tribuit, sed accepit, & seruat acceptam. Non ergo quod in me-
I dio sit terra, quasi æqua lance suspenditur, sed quia maiestas dei voluntatis suæ eam lege constrinxit, vt supra instabile atque inane stabilis perseueret: sicut Dauid
Psal. 92. quoq; propheta testatur dicens: Fũdauit terram super firmamentum eius, non inclinabitur in seculum seculi. Non vtiq; hic quasi tãtum modo artifex deus, sed quasi omnipotens prædicatur, qui non centro quodam terram, sed præcepti sui suspenderit firmamento, nec eam inclinari patiatur. Non ergo mensuram centri, sed iudicii diuini accipere debemus, quia non artis mensura est, sed potestatis. Mensura iustitiæ mensura cognitionis, quia omnia nõ tanquã immensa prætereat eius scientiam, sed cognitioni eius tanquam dimensa subia
Psal. 74. ceant. Neque enim cum legimus, Ego cõfirmaui columnas eius: vere columnis eam subnixã possumus æstimare, sed ea virtute quæ sufficiat substantiam terræ atq; sustineat. Denique quia in potestate dei sit terræ constitutio, etiam hinc collige quod scriptum est: Qui
Psal. 103. aspicit terram, & facit eã tremere. Et alibi: Adhuc ego semel concutio terrã. Non ergo libramentis suis immobilis manet, sed frequenter dei nutu & arbitrio com k
mouetur, sicut & Iob dicit: Quia dñs commouet eam Iob. 26.
a fundamentis: columnæ autem eius exagitantur. Et alibi: Nuda inferna in conspectu eius, & non est mortis inuolucrum, extendens boream pro nihilo, suspendens terram in nihilum, alligans aquam in nubib⁹ suis. Columnæ cæli auolauerunt, & expauerũt ab increpatione eius, virtute mitigauit mare, disciplina strauit cetũ, claustra autẽ celi timẽt eũ. Volũtate igitur dei immobilis manet & stat in seculum terra. Secundum Ecclesiastæ sententiam & voluntate dei mouetur, & nutat. Nõ ergo fundamẽtis suis nixa subsistit, nec fulcris suis stabilis perseuerat, sed dominus statuit eam, & firmamento voluntatis suæ continet: quia in manu eius omnes fines terræ. Et hæc fidei simplicitas argumentis omnibus antecellit. Laudent alii quod ideo nusquã decidat terra, quia secũdum naturam in medio regionem possideat suam, eo quod necesse sit eã manere in regione sua, nec in partem declinari alteram: quãdo cõtra naturam non mouetur, sed secundum naturã, præ-
dicent artificis diuini & operatoris æterni excellentiã. Quis enim artificum nõ ab illo accepit? aut quis dedit mulieribus texturæ sapientiam, aut varietatis disciplinam? Ego tamen qui profundum maiestatis eius, & artis excellentiam non queo comprehendere, non disputatoriis me libramentis committo, atque mensuris: sed omnia reposita in eius existimo potestate, quod L
voluntas eius fundamentum sit vniuersorum, & ppter eum adhuc mundus hic maneat. Q̃d apostolicæ quoq; licet astruere autoritatis exemplo. Scriptum est enim:
Rom. 8. Quia vanitati creatura subiecta est, non spõte, sed propter eum qui subiecit in spe. Liberabitur autem & ipsa creatura a seruitute corruptionis, cum gratia diuinę remunerationis affulserit. De natura autem & qualitate substantiæ cæli quid enumerem ea quæ disputationibus suis philosophi texuerũt: cum alii compositum cælum ex quatuor elementis asserant, alii quintã quãdam naturam noui corporis ad cõstitutionem eius inducant, atque affingant æthereum esse corpus, cui neq; ignis admixtus sit, neque aer, neque aqua, neque terra: quod huiusmodi elementa suum quendam cursum habeant atque vsum & motum naturæ, vt grauiora demergant & in pronum ferantur, vacua & leuia in superiora se subrigant. Est enim proprius cuique motus. In sphæræ autem circuitu ista confundi, & vim sui cursus amittere, quoniam sphæra in orbem suum voluitur, & superiora inferioribus, superioribus quoque inferiora mutantur. Quorum autem secundum naturã motus mutati sunt, horum necessario ferunt mutari qualitates substantiarũ suarum. Quid igitur deferendimus æthereum corpus esse, ne videatur corruptioni obnoxium? Quod enim compositum ex corruptibilibus M
elemẽtis est, necesse est resoluatur. Nam hoc ipso quod diuersæ eadem sint elementa naturæ, simplicem & inuolubilem motum habere non possunt, cum se diuersus elementorum motus impugnet. Vnus enim motus omnibus aptus esse non potest, & elementis distantibus cõuenire. Nam qui leuibus accommodus est, fit incommodus grauioribus elementis. Itaq; quando ad superiora motus cæli est necessari⁹, terrenis grauatur: quãdo ad inferiora decursus expetitur, igneus vigor ille violẽter attrahitur. Et enim cõtra naturæ suæ vsum deorsum cogitur. Omne autẽ quod in contrarium cogitur, nõ naturæ seruiẽs sed necessitati, cito soluitur, & in ea scinditur ex quibus videtur esse cõpositum, in suam quãq; regionem singulis recurrẽtibus. Hæc igitur alii considerantes stabilia esse non posse, æthereum corpus cæli stellarũq; esse arbitrati sunt, quintã quãdã naturã corporis introducẽtes, quo diuturnã cæli putarẽt mãsuram esse substantiã. Sed nõ ista opinio Propheticæ potuit obuiare sententiæ, quam diuina quoq; dominii Ie-

A su Christi maiestas dei nostri in Euangelio comproba
Psal. 101. uit. Dixit enim Dauid: Principio terrã tu fundasti domine, & opera manuum tuarũ sunt cæli. Ipsi peribũt, tu autem permanes, & omnia sicut vestimentum veterascent, & tanquam amictum mutabis ea, & mutabuntur: tu vero ipse es, & anni tui non deficient. Quod
Mat. 24. adeo probauit in Euãgelio dominus, vt diceret: Cælũ & terra præteribunt, mea autem verba non præteribunt. Nihil igitur agunt qui propter cæli asserendam perpetuitatem, quintum corpus æthereũ introducẽdũ putarunt: cum æque videant dissimilem cæteris adiũctam membri vnius portionem labem corpori magis afferre consueuisse. Simul illud aduerte, quia Propheta Dauid cum terrã priori loco nominauit, & postea cælum, credidit opus esse domini declarandũ. Quãdo enim dixit, Et facta sunt: nihil interest quid pri⁹ exprimas, cum simul vtrumq; sit factũ: simul ne eo saltem prærogatiua cælo diuinæ videatur adiudicata substãtiæ, vt primogenitæ creaturę priuilegio potior æstimetur. Itaq; illos suis relinquamus contentionibus, qui mutuis disputationibus se refellunt. Nobis autem satis est ad salutem, non disputationum controuersia, sed præceptorum veritas: nec argumẽtationis astutia, sed fides mentis, vt seruiamus creatori potius q̃ creaturæ, qui est deus benedictus in secula.

Quomodo qua ve ratione terra facta in principio
B fuerit inuisibilis: Et cur deus cum res fecit, non simul ornatus illis congruos donauerit, Caput VII.

TERRA autem erat inuisibilis, & incomposita.) Bonus artifex prius fundamẽtum ponit: postea fundamento posito, ædificationis membra distinguit, adiungit ornatũ. Posito igitur fundamento terræ, & cõfirmata cæli substantia, duo enim ista sunt velut cardines rerũ, subtexit: Terra autem erat inuisibilis, & incomposita.) Quid est Erat, nisi ne forte in infinitum & sine principio extendant opinionem suam, & dicant: Ecce quia materia, id est hyle, sicut philosophi dicunt, etiam secundum scripturam diuinam non habuit initium? Verum hoc di-
Gene. 4. centibus respõdebis quia scriptum est: Erat autẽ Cain operari⁹ terræ. Et de eo qui Iubal dictus est, habet scriptura: Hic erat pater qui demonstrauit psalterium & ci-
Iob. 1. tharam. Et homo erat in Ausitide regione, cui nomen Iob. Desinant ergo de verbo quæstionem mouere, cum præmiserit Moyses quia fecit deus terram. Erat ergo
C ex quo facta est. Nam si sine principio eam dicunt esse, iam non solum deum, sed etiam hylen sine principio dicentes, definiãt vbi nam erat. Si in loco, ergo etiam locus sine principio fuisse astruitur, in quo erat materia rerum quæ principium non habebat. Quod si absurdum videtur de loco credere, videte ne forte volatilem terram debeamus æstimare, quæ non habens fundamentum, alarum remigiis suspẽdebatur. Vnde ergo ei alas fumimus, nisi forte huc deriuemus ppheticũ sermonis interpretationem: A pennis terræ prodigia audiuimus. Et illud: Væ terræ nauium pennę? Sed hoc si accipiamus, in quo aere volabat terra? Sine aere enim volare non poterat. Sed aer adhuc esse non poterat, qa non erat. Esse non poterat, quia nõ erat sine rerum materia elementorum facta distinctio, cum ipsa adhuc elementa facta non essent. Vbi ergo erat materia ista alarum suffulta remigiis? In aere non erat, quia aer corp⁹ est mundi. Corpus autem esse aerem docet lectio, quia emissa sagitta in locum quem iaculator intendit, incisus aer statim in seipsum resolutus est. Vbi ergo erat hyle, nisi forte dicatur quadam dementi intentione, quia in deo erat? Ergo deus qui est inuisibilis naturę atq; inuiolabilis, qui lucem habitat inaccessibilem, incomprehensibilis & purissimus spirit⁹, locus erat materiæ mũ-

dialis, & erat in deo mundi portio, cum de hoc mundo D
nõ sit nec mens seruulorum eius, sicut habemus scriptum: De hoc mundo non sunt, sicut & ego nõ sum de Ioan. 17.
mundo? Quemadmodum ergo visibilia inuisibilibus, & ei qui ordinem ac decorem donauit omnibus, incõposita copulabãtur, nisi forte quia dixit: Terra autem erat inuisibilis:) & inuisibilẽ eã per substãtiã credãt: & ideo quia aquis operta, visibilis corporeis oculis esse nõ poterat, quemadmodum pleraq; in profundo aquarũ sita visum oculorum aciemq; prætereunt. Non enim deo aliquid inuisibile, sed creatura mũdi creaturæ vtiq; æstimatione censetur. Inuisibilis etiam terra, quia nondum lux quæ illuminaret mundum, nondum sol: postea enim luminaria facta sunt cæli. Quod si solis radius plerũque etiã aquis operta illuminat, & profundo mersa splẽdore luminis sui prodit, quis dubitet deo ea quæ i profundo sunt, inuisibilia esse nõ posse: nisi forte sic accipiamus inuisibilem terram, quod nondũ verbo dei & protectione visitabatur, quæ hominem non habebat propter quem dominus respiceret in terram, sicut scriptum
Psal. 13. est: Dominus respexit super filios hominum, si est in-
Psal. 75. telligens, aut requirens deum? Et alibi ait: De cælo iaculatus est iudicium: terra tremuit, & quieuit. Et merito inuisibilis, quia incompositam, quæ figuram & speciẽ
E congruentem adhuc non acceperat a proprio conditore. Et fortasse dicant: Cur enim deus, sicut dixit, & facta sunt: non simul ornatus congruos rebus assurgentibus donauit elementis, quasi non potuerit cælum insignitũ stellis subito vt creatum est refulgere, & floribus ac fructibus terra vestiri? Potuit vtiq;, sed ideo primo facta, postea compositam declarantur, ne vere increata, & sine principio crederẽtur, si species rerũ velut ingeneratæ ab initio, nõ postea additæ videretur. Incõposita terra legitur, & iũdẽ a philosophis æternitatis quib⁹ deus primlegiis honoratur. Quid dicerent si ab initio ei⁹ pulchritudo vernasset? Demersa aquis describi, velut cuidã principiorũ suorũ addicta naufragio, & adhuc a nõnullis facta non creditur. Quid si decorẽ primogenitum venidicaret? Accedit illud quod imitatores nos sui deus esse voluit, vt primo faciamus aliqua, postea venustem⁹: ne dum simul vtrũq; adorimur, neutrum possimus implere. Fides autem nostra quodam gradu crescit. Ideo primum fecit deus, postea venustauit, vt eundem credamus ornasse qui fecit, & fecisse qui ornauerit: ne alterum putemus ornasse, alterum creauisse, sed eũdem vtrũq; esse operatum, vt primo faceret, postea componeret, ne alterum sine altero crederetur. Habes in Euã- F
gelio huius rei euidens testimonium. Nam suscitaturus Lazarum dñs, iussit vt Iudæi remouerent lapidẽ Ioan. 11.
de sepulchro, vt mortuum videntes, postea resuscitatũ crederent. Deinde vocauit Lazarum, & resurrexit, & ligatis manibus & pedibus exiit foras. Nonne poterat remouere lapidem, qui poterat mortuum suscitare? Et qui potuit defuncto vitam reddere, nõ potuit nexus soluere vinculorum? Cui vinctis pedibus gressum dedit, huic non potuit ruptis vinculis incessum reddere? Sed vtiq; aduertimus quod voluit primo demõstrare mortuum, vt oculis suis crederẽt: deinde resuscitare, tertio iubere vt ipsi vincula funeris soluerent, vt inter ista fides infunderetur infidelibus, & per gradus quosdã credulitas nasceretur.

Quomodo & quam ob causam terra fuerit incõpo-
sita, & quod per tenebras quæ erant super faciẽ abyssi, non intelligantur malæ potestates, quod earum malitiam deus creauerit. Quod etiam spiritus qui ferebatur super aquas, non pro alio q̃ spiritu sancto accipiatur, cum aperta demonstratione quod malitia ex nobis orta sit, & non a deo creatore condita.

Caput VIII.

G FECIT ergo primum deus cælum & terrā, & ea tamen nō quaſi perpetua, ſed quaſi corruptibilis creaturæ conſummationi voluit ſubiacere. Vnde in Eſaiæ libro ait: Tollite Eſa. 51. in cælum oculos veſtros, & aſpicite terram deorſum, quia cælum vt fumus ſolidatum eſt, terra autem vt veſtimentum veteraſcet. Hæc terra eſt quæ ante erat incompoſita. Nondum enim erant maria ſuo fine diſtincta, & ideo vago fluctu, & profundo gurgite terra inundabatur. Conſidera quia etiam nunc paluſtri vligine terra inhorrere conſueuit, nec patiens eſt vomeris vbi infuſus terris humor exundat. Erat ergo incompoſita, vt pote ſolertis agricolæ inarata culturis, quia adhuc deerat cultor. Erat incompoſita, quia nuda gignētiū, nec thoris hærboſa riparum, nec opaca nemoribus, nec læta ſegetibus, nec vmbroſa ſuperciliis montium, nec odora floribus, nec grata vinetis. Merito incompoſita, quę ornatibꝰ indigebat, cui deerāt vitiū ſerta gēmātiū. Oſtendere enim voluit deus quia nec mundus ipſe haberet gratiam niſi eum vario cultu operator ornaſſet. Cælum ipſum intextum nubibus, horrorē oculis, mœſtitiam animis excitare conſueuit. Terra imbribus madefacta, faſtidio eſt. Maria procellis turbata, quos non incutiunt metus? Pulcherrima eſt rerum ſpecies, ſed
H quid eſſet ſine lumine? quid ſine temperie? quid ſine aquarum congregatione, quibus ante dimerſa poli huiꝰ habebantur exordia? Tolle Solē terris, tolle cælis ſtellarum globos, omnia tenebris inhorreſcunt. Sic erant anteq̄ lumen huic mūdo dominus infunderet. Et ideo ſcriptura ait: Quia tenebræ erāt ſuper abyſſum.) Tenebræ erant, quia ſplendor deerat lucis. Tenebræ erāt, quia aer ipſe tenebroſus eſt. A qua ipſa ſub nube tenebroſa eſt, quia tenebroſa aqua in nubibus aeris. Erāt ergo tenebræ ſuper abyſſos aquarum. Non enim malas intelligendum arbitror poteſtates, quod dominus earū malitiam creauerit, cum vtiq; non ſubſtantialis, ſed accidens ſit malitia, quæ a naturæ bonitate deflexit. Itaq; in conſtitutione mundi opinio malitiæ interim ſequeſtretur, ne diuinæ operationi, & pulcherrimę creaturę, ea quæ decolora ſunt, admiſcere videamur, maxime cum ſequatur: Et ſpiritꝰ dei ſuperferebatur ſupaquas.) Quem etſi aliqui pro aere accipiant, aliqui pro ſpiritu, quem ſpiramus & carpimus auræ huius vitalis ſpiritum, nos tamen cum ſanctorum & fidelium ſententia congruentes, ſpiritumſanctum accipimus, vt in conſtitutione mundi operatio trinitatis eluceat. Præmiſſo enim quia in principio fecit deus cælum & terram, id
I eſt in Chriſto fecit deus, vel filius dei deus fecit, vel per
Ioan. 1. filium deus fecit: quia omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil: ſupererat plenitudo operationis
Pſal. 32. in ſpiritu, ſicut ſcriptum eſt: Verbo domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Itaque quemadmodum in pſalmo docemur operationem verbi, quod eſt verbum dei, & virtutem quam dedit ſpirituſſanctus: ita hic propheticum reſultauit oraculū, quia deus dixit, & deus fecit, ſpiritus quoq; dei ſuperferebatur ſuper aquas. Ornādo enim polo cæli, germinaturis terris pulchre ſpiritus ſuperferebatur, quia per ipſum habebant nouorum partuum ſemina germinare, ſecūdū
Pſal. 103. quod dixit Propheta: Emitte ſpiritum tuū, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Deniq; Syrus, qui vicinus Hebræo eſt, & ſermone conſonat in pleriſq; & cōgruit, ſic habet: Et ſpiritus dei fouebat aquas.) Id eſt viuificabat, vt in nouas cogeret creaturas, & fotu ſuo animaret ad vitam. Nam etiam ſpiritumſanctū legimus creatorem, dicente Iob: Spiritus diuinus qui fecit me. Siue ergo ſpirituſſanctꝰ ſuperferebatur ſuper aquas, tenebræ contrariarum virtutum ſuper eas eſſe non poterant, vbi locū ſibi tanta gratia vendicabat. Siue, vt quidam volunt, aerem accipiant, reſpondeant qua ratione ſpiritum dei dixerit, cum ſatis fuerit ſpiritū nuncupare.

Hi ergo volunt a domino deo noſtro quatuor primum elementa generata, cælum, terram, mare, aerem, eo qđ cauſæ rerum, ignis & aer, terra & aqua ſint, ex quibus mundi ſpecies cōſtat & forma. Vbi igitur tenebræ nequitiarum ſpiritualium locum habere potuerunt, cum auguſtæ huius decorē figuræ mundus induerit? Nunquid ſimul malitiam deus creauit? Sed ea ex nobis orta, non a creatore deo condita, morum leuitate generatur, non vllam creaturæ habens prærogatiuam, nec autoritatem ſubſtātiæ naturalis, ſed mutabilitatis vitiū, & errorem prolapſionis. Eradicari hanc deus vult de animis ſingulorum. Quomodo eam ipſe generaret, cum clamet propheta: Deſinite a malitiis veſtris. Et Pſal. 36. præcipue ſanctus Dauid: Deſine, inquit, a malo, & fac bonum? Quomodo ergo ei initium a domio damus? Sed hæc opinio feralis eorum qui perturbandam Eccleſiam putauerunt. Hinc Marcionis, hinc Valentini, hinc peſtes illæ Manichæorū funeſta ſanctorum mētibus tentauerunt inferre contagia. Quid nobis ipſi in lumine vitæ tenebras mortis inquirimus? Scriptura diuina ſalutē ſuggerit, vitæ odorem fragrat, vt ſuauitatē legens capias, non præcipitii diſcrimen incurras. Simpliciter lege o homo, nō tibi ipſe foueam prauus interpres effodias. ſimplex ſermo eſt, Quia fecit deus cælū & terrā. Fecit qđ nō erat, non qđ erat. Et terra erat inui L ſibilis. ex quo facta eſt, erat: & erat inuiſibilis, qa exūdabat aqua, & operiebat eā. Et erant ſuper eā tenebræ ſuperfuſæ, quia nondum erat lumen diei, nondum Solis radius, qui ſolet & ſub aquis latentia declarare. Quid ergo dicunt quod deus creauerit malum, cum ex contrariis & aduerſis nequaquam ſibi aduerſa generētur? Nec enim vita mortem generat, nec lux tenebras. Nō enim ſicut mutabilitates affectuū, ita etiā generationum progreſſiones ſunt. Illæ ex contrariis in contraria propoſiti deflexione vertuntur: iſtæ non ex contrariis in aduerſa deflectuntur, ſed ex eiuſdem generis vel autoribus vel cauſis creatæ, in ſimilitudinem ſui referuntur autoris. Quid igitur dicemus? Si enim neque ſine principio eſt quaſi increata, neq; a deo facta, vnde habet natura malitiam? Nam mala eſſe in hoc mundo nullꝰ ſapiens denegauit, cum ſit tam frequens in hoc ſeculo lapſus ad mortem. Sed ex iis quæ iam diximus, poſſumus colligere quia non eſt viua ſubſtantia, ſed mentis atq; animi deprauatio, a tramite virtutis deuia, quę in curioſorum animis frequenter obrepit. Nō igitur ab extraneis eſt nobis q̄ a nobiſipſis maius periculū. Intus eſt aduerſariꝰ, intus autor erroris, intus inquā clau- M ſus in nobiſmetipſis. Propoſitum tuum ſpeculare, habitū tuæ mētis explora, excubias obtēde aduerſum mētis tuę cogitationes, & animi cupiditates. Tu ipſe tibi es cauſa improbitatis: tu ipſe dux flagitiorum tuorum, atq; incentor criminum. Quid alienam naturam accerſis ad excuſationem tuorum lapſuum? Vtinam te ipſe non impelleres, vtinam nō præcipitares, vtinam nō inuolueres aut ſtudiis immoderatioribꝰ, aut indignatione, aut cupiditatibus, quæ nos innexos velut quibuſdā retibus tenēt. Et certe ī nobis eſt moderari ſtudia, cohibere iracundiā, coercere cupiditates: in nobis eſt etiā indulgere luxuriæ, adolere libidines, inflammare iracūdiam, vel inflammāti aurem accōmodare, eleuari magis ſuperbia, effundi in ſæuitiam, q̄ reprimi humilitate, diligere manſuetudinem. Quid naturam accuſas o homo? Habet illa velut impedimenta quædam ſenectutem & infirmitatem. Sed ſenectus ipſa in bonis moribus dulcior, in conſiliis vtilior, ad conſtantiam ſubeūdæ mortis paratior, ad reprimendas libidines firmior. Infirmitas quoq; corporis, ſobrietas mentis eſt. Vnde ait Apoſtolus: Cum infirmor, tunc potens ſum. Ita- 2. Cor. 12. que non in virtutibus, ſed ī infirmitatibus gloriabatur. Reſponſum quoq; diuinum refulſit oraculo ſalutari: quia virtus in infirmitate conſummatur. Illa cauenda

A quæ ex noſtra voluntate prodeunt delicta iuuētutis, & irrationabiles paſſiones corporis. Quorum igitur nos ſumus domini, horum principia extrinſecus nō requiramus, nec deriuemus in alios, ſed agnoſcamus ea quæ proprie noſtra ſunt. Quod enim poſſumus nō facere ſi nolumus, huius electionē mali nobis potius debemus q̄ aliis adſcribere. Ideo etiā in iudiciis iſtis voluntarios reos, nō ex neceſſitate cōpulſos, culpa ſtringit, pœna condemnat. Neq; enim ſi per furorē aliquis innocentē peremerit, obnoxius morti eſt: quinetiā ipſius diuinæ legis oraculo, ſi quis per imprudētiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem, refugii facultatē, vt poſſit euadere. Hoc igitur de eo quod proprie malū videtur, dictum ſit. Mala enim nō ſunt niſi quæ crimine mentē implicant, & conſcientiā ligant. Cæterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinē, mortē, nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorū ſorte numerauerit: quia nec contraria iſtis in bonis habentur maximis, quorum alia nobis ex natura, alia ex cōmoditate accidere vidētur. Nō ocioſe nobis excurſus iſte proceſſit, vt probaremus tenebras & abyſſum ſimpliciter accipiēda. Erant enī tenebræ de obumbratione cæli: quia omne corpus vmbram facit, qua obumbrat vel finitima vel inferiora, & ea maxime quæ operire atq; includere videtur. Includit autem cæli polos: quia cælum ſicut camera extenditur, quēadmodum ſupra demōſtrauimus. Non ergo principalis erat
B tenebroſa ſubſtantia: ſed quaſi vmbra ſecuta eſt mundi corpus caligo tenebrarū. Itaq; momento diuinæ præceptionis mundus aſſurgens, intra ſe incluſit vmbram: vt ſi quis in campi medio quē ſol meridianus illuminet, locum aliquem repente obſepiat, & denſis ramorum frondibus tegat: nonne quo ſplendidior foris ſpecies loci eius effulgeat, hoc horrenti deſuper ſcena anguſtium eius intus obſcurius fit? Aut vnde antrum, clauſum vndiq; huiuſmodi locum vocarunt: niſi quod atro inhorreſcat ſitu, atq; offuſione tenebrarum? Iſte ergo tenebræ ſuper aquarum abyſſos erāt. Nam abyſſum multitudinem & profundum aquarum dici, lectio Euangelii docet, vbi rogabant ſaluatorem dæmonia ne iuberet illis vt in abyſſum irent. Sed qui docebat voluntates dæmoniorum non eſſe faciendas, præcepit illis vt irent in porcos. Porci autem ſe in ſtagnum aquarum præcipitarunt, vt quod recuſabant dæmonia non euaderent, ſed digno præcipitio demergerentur. Erat ergo hæc mundi incompoſita ſpecies & forma.

De creatione lucis, per quam ornata ſunt prius condita, & de diſtinctione inter lucem & tenebras, atq; ita inter diem & noctem, Caput IX.

C ET ſpiritus, inquit, dei ſuperferebatur ſuper aquas, & dixit deus: Fiat lux.) Merito præmiſſus eſt ſpiritus dei, vbi diuina incipere habebat operatio. Fiat, inquit, lux. Vnde vox dei in ſcriptura diuina debuit inchoare, niſi a lumine? Vnde mundi ornatus, niſi a luce exordium ſumeret? Fruſtra enim eſſet ſi non videretur. Erat quidem deus
1. Tim. 6. ipſe in lumine, quia lucem habitat inacceſſibilē. Et erat
Ioan. 1. lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed etiam lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur. Qui ædificium aliquod dignum habitaculo patriſfamilias ſtruere deſiderat, antequā fundamēta ponat, vnde lucē ei infundat explorat: & ea prima eſt gratia: quę ſi deſit, tota domus deformi horret incultu. Lux eſt quæ reliquos domus commendat ornatus. Fiat, inquit, lux.) Plena vox luminis non diſpoſitionis apparatum ſignificat, ſed operationis reſplēdet effectu. Naturæ opifex lucem locutus eſt, & creauit. Sermo dei voluntas eſt, opus dei natura eſt. lucem creauit, tenebras illuminauit. Et dixit deus: Fiat lux, & facta eſt lux.) Non ideo dixit, vt ſequeretur operatio, ſed dicto abſoluit negociū. D
Vnde pulchre Dauidicū illud: Dixit, & facta ſunt. qa dictum impleuit effectus. Autor ergo lucis deus: locus autem & cauſa tenebrarum mūdus eſt. Sed bonus autor ita lucem dilexit, vt mūdum ipſum infuſo aperiret lumine, atq; eius ſpeciem venuſtaret. Reſplenduit igitur ſubito aer, & expauerunt tenebræ noui luminis claritatem. Repreſſit eas, & quaſi in abyſſos demerſit repēte per vniuerſa mundi fulgor lucis infuſus. Pulchre itaq; & proprie dixit: Facta eſt lux.) Sicut enim cito lux cælum, terras, maria illuminat, & momento temporis ſine vlla comprehenſione retectis ſurgentis diei ſplēdore regionibus, noſtro ſe circumfundit aſpectui, ita ortus eius cito debuit explicari. Quid miramur ſi deus locutus eſt lucem, & caliganti mūdo lumē emicuit, quādo ſi quis inter aquas merſus, oleum ore emiſerit, clariora faciat ea quę pfundi tegebātur occultis? Dixit deus, non vt per vocis organa quādā ſonus ſermonis exiret, nec vt linguæ motus cæleſte formaret alloquium, atque aerem iſtum quidam verborum ſtrepitus verberaret, ſed vt volūtatis ſuæ cognitionem† proderet operationis effectu. †alias cogitationē. Et diſcreuit inter lucem & tenebras. Et vidit deus lucē qa bona eſt.) Dixit, & ſonū vocis nullus audiuit. diſcreuit, & operationis molimina nemo deprehendit. vidit, & oculorum eius intentionem nullus aſpexit. Et vidit, inquit, deus lucem, quia bona eſt. E
Nec quod ignorabat vidit, nec id quod neſciebat ante aut non viderat, comprobauit: ſed bonorum operū proprium eſt, vt externo cōmendatore non egeant, ſed gratiam ſuam cum videntur ipſa teſtentur. Plus eſt quod probatur aſpectu, q̄ quod ſermone laudatur. Suo enim vtitur teſtimonio, nō alieno ſuffragio. Quod ſi apud nos oculis iudicium emittitur, quibus ſimul & gratia venuſtatis, & rerum menſura comprehenditur: quāto magis deus omnia quæ probat videt, & quę videt probat, ſecundum quod ſcriptum eſt: Quia oculi domini Pſal. 33. ſuper iuſtos? Lucis natura huiuſmodi eſt, vt nō in numero, non ī mēſura, non in pondere, vt alia, ſed omnis eius in aſpectu gratia ſit. Propriis itaq; ſermonibus naturam lucis expreſſit, quæ videndo complacet, quoniā ipſa videndi officium ſubminiſtrat. Nec immerito tantum ſibi prædicatorem potuit inuenire, a quo iure prima laudatur, quoniam ipſa fecit vt etiam cætera mundi membra digna ſint laudibus. Vidit ergo deus lucē, & vultu ſuo illuminauit, & vidit quia bona eſt. Nō ex parte dei, ſed ex generali iudicium eſt. Itaq; nō in ſplēdore tantūmodo, ſed in omni vtilitate gratia lucis pro- F batur. Vnde & diſcretio fit inter lucem & tenebras, vt ſeparata lucis natura atq; tenebrarū, nihil videatur intra ſe habere confuſum. Et vocauit deus diem lucem, & tenebras noctem vocauit.) Vt & nomine ipſo diē noctemq; diſtingueret. Aduertimus itaq; quod lucis ortus anteq̄ ſolis, diem videat aperire, (principia enī diei noctis exitum claudunt) finiſq; temporis, & ſtatutus limes nocti & diei videatur eſſe præſcriptus. Diem ſol clarificat, lux facit. Frequenter cælum nubibus texitur, vt ſol tegatur, ne vllus radius eius appareat: lux tamen diem demonſtrat, & tenebras abſcondit.

Quod non diei nox, ſed dies nocti ſecundum ſcripturam anteferatur, & de vnitate diei in quo cælum & terra cæteraque ſunt condita & creata. Caput X.

ET FACTVM eſt veſpere, & factum eſt mane dies vnus.) Quærunt aliqui, cū prius veſperum, poſtea mane ſcriptura memorauerit, ne forte noctem prius q̄ diem ſignificare videatur. Nec aduertunt primo quod præmiſerit diem, d[illegible]. Et vocauit deus diem lucem, & tenebras vocauit noctem. Deide quod veſper finis diei ſit, & mane finis noctis. Ergo vt prærogatiuam & primatus na

tiuitatis diei daret, prius finẽ diei significauit, post quã
secutura nox est, deinde postea finem noctis adiunxit.
Eousq; autem noctem diei scriptura anteferre non po-
tuit, vt & diei & noctis tẽpora, diei appellatione conclu
serit, & tanquam principalis autoritatem nominis vẽ-
dicauerit. Et hanc scripturæ esse consuetudinem, vt po-
tiori apellationem deputet, frequẽtibus exemplis pro-
Gene. 47. bamus. Siquidẽ & Iacob dixit: Dies vitæ meæ pusilli
Psal. 89. & mali. Et iterũ: Oẽs dies vitæ meæ. Et Dauid posuit:
dies annorum meorum: non & noctes. Vnde aduerti-
mus ea quæ nunc in specie historiæ traduntur, vim sta
tuisse legis in posterum. Principiũ ergo diei, vox dei
est: Fiat lux, & facta est lux. Finis diei vesper est. Iam
sequens dies ex noctis fine succedit. Sententia autẽ dei
euidens, quia diem primo vocauit lucem, & secũdo vo-
cauit tenebras noctem. Prædare etiam vnum, nõ pri-
mum diem dixit. nam secuturo secundo & tertio die, &
deinceps reliquis, primum potuit dicere: & hoc ordinis
videbatur: sed legem statuit vt vigintiquatuor horæ
diurnæ atq; nocturnæ, diei tantum nomine definian-
tur, vt si diceret, vigintiquatuor horarũ mensura, vnius
diei tempus est. Sicut enim virorum generatio cõpu-
tatur, & intelligitur etiam fœminarum, quia nectitur
secunda potioribus: ita etiam dies numerantur, & no-
ctes æstimantur adiũctæ. Sicut igitur circuitus vnus,
ita dies vnus. Nam pleriq; etiam hebdomadam vnã,
vnum diem dicunt, quod in se quasi in vnum redeat
diem, & quasi septies in se recurrat. Est autem & circui
H tus figurarum a se incipere, & in se reuerti. Vnde & se-
culum vnum interdum scriptura dicit. Nam etsi aliis
locis secula appellat, videtur magis diuersitates statuũ
publicorum vel negociorum significare, q̃ seculorũ suc-
cessiones aliquas definire, Quia dies domini magnus
& præclarus. Et alibi: Vt quid vobis querere die, domi
ni? Et hic tenebræ, & non lux. Manifestũ est enim qd
male consciis & indignis dies ille tenebrosus sit, quo sul
gebit innocentia, & mens noxia cruciabitur. Cæterum
quod sine interpolatione noctium, & successione tene-
brarum dies perpetuus ille remunerationis æternæ fu
turus sit, scriptura nos docet. Pulchre autẽ vicem vtrã-
que vnum dicturus diem, matutino eum fine cõclusit,
vt & a luce inchoare diem doceret, & i lucem desinere.
Non enim est integrum diei tempus & noctis, nisi fue
Rom. 13. rit expletum. Vnde & nos semper quasi in die honeste
ambulemus, & abiiciamus opera tenebrarum. Noctẽ
enim ad quietem corporis datam esse cognoscimus, nõ
ad muneris alicuius & operis functionem, quæ somno
I & oblitione transcurritur. Non sit in nobis comessa-
Eccli. 23. tio, ebrietas, cubile, impudicitia. Non dicamus, Tene-
bræ & parietes operiunt nos, & quis scit si videbit altis-
simus? Sed sit in nobis amor lucis, & cura honestatis,
vt tanquam in die ambulãtes, opera nostra coram deo
lucere cupiam⁹. Cui est honor, laus, gloria, potestas, cũ
domino nostro Iesu Christo, & cum spiritu sancto, a se-
culis & nunc & semper, & in omnia secula seculorum.
Amen.

CAPITA SECVNDI LIBRI HEXAEMERON.

De transitu autoris per recapitulationem factorũ die primo, ad opera secundi diei, cum deprecatione auditorum, & instructione qualiter dicenda debeant pensare. Caput I.

De creatione firmamenti, & discretione inter aquam & aquam: Et vtrum vnum tãtum sit cælum, an plures, ac de confutatione philosophorum asserentium orbes stellarum motu suo dulcem quẽdam & plenũ suauitatis sonum reddere. Caput II.

De firmamento vtrum sit hoc quod in superioribꝰ cælum apellatum est, an aliud: Et quomodo aqua vera
K super cælos esse possit, cum reprobatione opinionis eorum qui hoc destruere conantur. Caput III.

Quæ sit inter cælos & firmamentum differentia, & firmamentum vnde nuncupatum sit. Quæ etiã aliorum sit sententia de prædictorum distinctione. Caput. IIII.

De laude ac probatione operis secundi diei, eiusdemq; clausione. Caput V.

FINIS.

DIVI AMBROSII EPISCOPI HEXAEMERON LIBER SECVNDVS DE DIE SECVNDO.

De transitu autoris per recapitulationem factorum die primo, ad opera secũdi diei, cum deprecatione auditorum, & instructione qualiter dicenda debeant pensare, Caput I.

DIEM PRIMVM vel potius vnum (maneat enim & Prophetici prærogatiua sermonis) vt potuimus absoluimus: in quo cõditum cælum, terram creatã, aquarum exundantiam, circumfusum aerem, discretionem factam lucis atq; tenebrarũ, L
dei omnipotentis, & domini Iesu Christi, spiritus quoq; sancti operatione cognouimus. Quis ergo non miretur dissimilib⁹ membris dis-
parem mundum in corpus vnum assurgere, & insolubili concordiæ charitatisq; lege in societatem & connexionem sui tã distãtia cõuenire, vt quæ discreta natura sunt, in vnitatis & pacis vinculum velut individua cõ-
pactione nectantur? Aut quis hæc videns possibilitatem rationis infirmo ingenio rimet? Quæ omnia vis
diuina incomprehensibilis humanis mentibus, & ineffabilis sermonibus nostris, voluntatis suæ autoritate connexuit. Fecit igitur deus cælum & terram, & ea quasi autor esse præcepit, non tanquam figuræ inuentor, sed tãquam operator naturæ. Nam quomodo si- M
bi conueniunt operatoria impassibilis dei virt⁹, & passibilis materiæ natura, tãquam altera ab altera quo indiguerint mutuantes? Nam si increata materia, videtur ergo deo creandæ potestas materiæ defuisse, & ab ea operationi subiacentia mutuata. Si vero incomposita, mirum admodum coæternam deo materiem decorem sibi non potuisse conferre, quæ substantiam non a creatore acceperit, sed sine tempore ipsa possederit. Plus ergo inuenit operator omnium, q̃ contulit. Inuenit materiem, in qua posset operari: cõtulit autem figuram, quæ decorem inuentis rebus afferret. Vnde excipiendus a cæteris tanquam dies vnus, non conferẽdus cum cæteris tanquam dies primus est, vndeT fundamenta rerum omnium posita, & causæ esse coeperunt quibus mundi huius atq; vniuersæ visibilis creaturæ fulta substantia est. Quare ad secundi diei admiranda opera sermo nobis prodeat, quorum eminẽtia non secundum tractatus nostri possibilitatem, sed secundum scripturam ad laudem referenda est creatoris. Vos igitur quæso vt naturaliter æstimare, quæ dicimus probabiliter, ac simplici mẽte & sedulo ingenio pensare dignemini, non secundum philosophiæ traditiones & inanem seductionem suasoria verisimilia colligentes, sed secundum regulã veritatis quæ oraculis diuini ser-

Tals quo.

A monis exprimitur, & contemplatione tantæ maiestaPsal. 118. tis fidelium pectoribus infunditur, quia scriptũ est: Cõfirma me in verbis tuis. Narrauerunt mihi iniusti exercitationes, sed non sicut lex tua domine. omnia præcepta tua veritas. Non ergo secundum elementorum naturas, sed secundum Christũ, qui omnia quæ voluit fecit abundans plenitudine diuinitatis suæ, consideremus quæ facta sunt, & naturæ possibilitatem interroge mus. Neque enim cum in euãgelio leprosum curaret, cæcis visum refunderet, populus qui aderat & spectabat, illum medicinæ ordinem recognouit, sed potestatem domini miratus, dedit (vt scriptum est) deo laudẽ. Neque secundum numerum Egyptiorum, & cursus syderum, mensuras elemẽtorum, extendit manum suã
Exod. 15. Moyses vt diuideretur mare rubrum, sed diuinæ imperio potestatis obtemperans. Vnde & ipse ait: Dextera manus tua domine glorificata est in virtute, dextera manus tua domine confregit inimicos. Illo igitur sancta plebs eleua mentẽ tuã, & totum animũ tuum conser. Non sic deus videt quemadmodum homo. deus in corde, homo in facie. Nec sic igitur homo videt, quemadmodum deus. Audis quia deus vidit, & laudauit. Noli igit tuis oculis æstimare quæ facta sunt, opinionibusq; colligere: sed quæ deus vidit & probauit, ea tu retractanda non putes.

B

De creatione firmamẽti, & discretione inter aquam & aquam: & vtrum vnum tantum sit cælum, an plures, ac de confutatione philosophorum asserentium orbes stellarum motu suo dulcem quendam & plenũ suauitatis sonum reddere. Caput II.

ET DIXIT deus: Fiat firmamentum inter mediam aquam, & sit discernens inter aquam & aquam. Et factum est sic.) Audi verba dei: Fiat, dicit. Iubentis est, non æstimantis. Imperat naturæ, nõ possibilitati obtemperat: non mensuras colligit, non pondus examinat. Voluntas eius, mensura rerum est. Sermo eius, finis est operis. Fiat, inquit, firmamentum inter mediam aquam) Firmũ est omne qd statuit deus. Et satis pulchre præmisit: Fiat firmamẽtum, antequã subiiceret, inter mediam aquam: vt tu prius crederes firmamentũ ex præcepto dei factum, q̃ de aquarum proflua qualitate dubitares. Si naturam elementorum consideres, quomodo inter aquas solidatum est firmamẽtum? Illæ profluũt, illud constringitur: illæ currunt, hoc manet. Et sit, inquit, discernens inter aquam) Sed aqua confunderenõ discernere solet. Quomodo iubet quod scit secundũ elementorum rationem esse contrarium? Sed cum sermo eius ortus naturæ sit, iure vsurpat dare legem naturæ qui originem dedit. Sed prius consideremus quid sit firmamentũ, vtrum ipsum sit quod in superioribus cælũ
C appellauit, an aliud: & si duo cæli, an plures. Nã sunt qui vnum cælum esse dicant, nec alterius cæli faciendi, cum esset vna byle, vt ipsi aiunt, potuisse suppetere substantiam, quoniam cum omnis superiori cælo esset expensa, nihil reliqui fuit quod ad ædificationem secundi cæli tertiiue proficeret. Alii vero innumeros cælos & mundos esse asserunt, quos irrident sui. Non enim nobiscum illis maior q̃ cum suis pugna est, qui gẽometricis numeris & necessitatibus contẽdunt probare quod aliud cælum esse non possit, nec pati naturam vti secũdum aut tertium sit, nec operatoris virtutem idoneam vt multos cælos faceret. Et quis non hanc eorum artificem facundiam irrideat, qui cum ex vna atque eadẽ causa plura eiusdem generis ab hominibus fieri posse non abnuant, de creatore omnium dubitẽt vtrum plures cælos facere potuerit, de quo scriptum est: Domin⁹
Psal. 113. autem cælos fecit: Et alibi: Omnia quæcunque voluit fecit? Quid enim difficile ei, cui velle fecisse est? Fluitat igitur illis impossibilitatis ratio, cum de deo disputant, cui vere dicitur: Quia impossibile tibi nihil est. Itaque nos non solum secundum sed etiam tertium cælum esse negare non possumus, cum apostolus raptum 2. Cor. 12.
se ad tertium cælum scriptorum suorum testificatione confirmet. Dauid etiam cælos cælorum, in illo laudantium dominum constituit choro. Quẽ imitantes philosophi, septem stellarum, solis & lunæ globorum consonum motum introduxerunt, quorum orbibus vel potius globis connexa memorant omnia, quos sibi innexos & velut insertos versari retro, & contrario cæteris motu ferri arbitrantur, eoque impulsu & motu ipsorũ orbium dulcem quendam & plenum suauitatis atque artis & gratissimi modulaminis sonum reddi, quo modo scissus aer tam artifici motu, & acuta cum grauibus tẽperante, ita varios æquabiliter concentus efficiat, vt omnem supergrediatur musici carminis suauitatem. Huius rei fidem si requiras atque expetas sensu nobis & auditu probari, hæsitant. Nam si vera forent, quomodo tanto motu orbium concrepante, cum ille cælestis orbis cui affixos ferũt stellarum cursus, qui sine intermissione voluuntur, concitatiorem habeat conuersionem, atque acutum sonum excitet, hic autem lunaris grauissimum, nõ audiretur a nobis, cùm leuiora audire soleamus? Fidem ergo eius disputationis si testimonio nostro & auditus munere exigamus probari, referunt obsurduisse aures nostras, & hebetiorem nõ bis sensum audiendi factum, propter illam a principio E
nostræ generationis concepti sonitus consuetudinem. Et exemplum afferunt, eo quod Nilus fluuiorum maximus, eo videlicet loco vbi se ex altissimis montibus in Catadupa illa præcipitat, magnitudine fragoris sui aures accolarum obstruat, vt audiendi munere carere dicantur. Sed facile his ipsa respondet veritas. Nã qui tonitrua audimus nubium collisione generata: tantorum orbium conuersiones, qui maiori vtique sicut motu ferri æstimantur, ita vehementiores sonitus excitarent, non audiremus? Addunt præterea ideo sonũ hũc non peruenire ad terras, ne capti homines per suauitatem eius atq; dulcedinem quam celeberrimus ille cælorum efficit motus ab orientalibus partibus vsque in occasum, propria negocia atq; opera derelinquerent, & omnia hic otiosa remanerẽt, quodam humanæ ad cælestem sonum mentis excessu. Sed ea quæ sunt aliena ab studio nostro, & a diuinæ lectionis serie, iis qui foris sunt relinquamus. Nos inhæreamus scripturarum cælestium magisterio.

De firmamento vtrum sit hoc qđ in superioribus cælum appellatum est, an aliud. Et quomodo aqua vera super cælos esse possit, cum reprobatione opinionis eorum qui hoc destruere conantur. Caput III.

PROPOSITVM igitur nobis est, quia dixit deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit discernens inter aquam & aquã.) Et hinc tractatus, vtrum hoc firmamentũ appellet quod antea iam fecit, de quo scriptũ est: In principio fecit deus cælum & terram. Nec fallit quod aliqui ante nos ita acceperint, eo quod supra creatum autore deo & conditum cælum scriptura expresserit, hic expositionẽ operis creationisq; diffuderit, vt ibi quasi summa operis breuiter cõprehensa sit, hic operationis qualitas per ipsas concurrentium rerum digesta sit species. Sed mouet nos quia & nomẽ aliud significatur, & species solidior, & causa discernitur, & persona cooperatoris adiungitur. Sic enim scriptũ est: Et discreuit deus inter mediũ aquę quę erat sub firmamẽto, & inter medium aquiæ quę erat super firmamentum.) Et primo volunt id destruere quod frequenti scripturarum lectione inolitum nostris & impressum est mentibus, quia F

G aquæ super cælos esse non possint: dicentes rotundum esse orbem illum cæli, cuius in medio terra sit, & in illo circuitu aquam stare non posse, quod necesse est defluat & labatur, cum de superiorib⁹ ad inferiora decursus est. Quomodo enim aqua super orbem, vt aiunt, stare potest, cum orbis ipse voluatur? Hæc est illa versutia dialecticæ. Da mihi vnde tibi respondeam. Quod si non detur, nullum verbum refertur. Petunt sibi concedi, axem cæli torqueri motu concito: orbem autem terræ esse immobilem, vt astruant aquas super cælos esse non posse, quod omnes eas voluēdo se axis effunderet: quasi vero, vt concedam illis quod postulant, & secundum eorum opiniones illis respondeam, negare possint in illa altitudine & profundo & longitudinem esse & latitudinē, quā nemo potest cōprehendere nisi is qui impletur in omnem plenitudinem dei, vt apostol⁹ ait. Quis enim potest facile esse diuini operis æstimator? Est ergo latitudo in ipsa cæli altitudine. Sūt etiam, vt de his dicamus quæ scire possumus, pleraq; ædificia foris rotunda, intus quadrata: & foris quadrata, intus rotūda, quibus superiora sunt plana, in quibus aqua hærere soleat. Quæ tamen ideo dicimus, vt aduertāt opiniones suas opinionibus veri similioribus reuinci posse, & desinant tantum opus dei humanæ operationis & nostræ possibilitatis contemplatione metiri. Nos autem scripturarū seriem atq; ordinē quærimus, sequi-

H mur, & opus cōtēplatione æstimamus autoris, quid dictū sit, & quis dixerit, & cui dixerit. Fiat, inqt, firmamē tum in medio aquæ, & sit discernens inter aquas. Audio firmamentum fieri per præceptum quo diuideret aqua, & ab inferiore superior discerneretur. Quid hoc manifestius? Qui iussit discerni aquā interiecto & medio firmamento, prouidit quemadmodum diuisa atq; discreta manere possit. Sermo dei virtus naturæ est, & diuturnitatis substantia, quoadusq; velit eam manere

Psal. 148. qui statuit, sicut scriptum est: Statuit ea in seculū seculi, præceptum posuit, & non præteribit. Et vt scias quia de istis aquis hoc dixit quas tu negas posse in superio-

Ibidem. ribus cæli esse, audi superiora: Laudate eum cæli cælorum, & aquæ quę super cælos sunt, laudēt nomen dñi. Nōne quasi aduersanti tibi dixit: Quoniam ipse dixit & facta sunt: ipse mādauit, & creata sunt. Statuit ea in seculum seculi, præceptum posuit, & non præteribit? An non videtur tibi autor idoneus qui legē suo operi

I daret? Deus est qui dicit, venerabilis naturæ, inæstimabilis magnitudine, immensus in remunerationib⁹, incomprehensibilis in operibus, cuius altitudinē sapiētiæ quis inuestigare facilis? Iste dicit filio, id est dicit brachio suo, dicit virtuti suæ, dicit sapientię suę, dicit iustitiæ. Et fecit filius quasi potens, fecit quasi virtus dei, fecit quasi sapientia dei, fecit quasi iustitia diuina. Cū hęc audis, quid miraris si supra firmamentum cæli potuit tantę maiestatis operatione vnda suspendi? De aliis hęc collige, de iis quę viderūt oculi hominum: quomodo ad Iudęorum transitum, si rationem queris, se vnda diuiserit. Non solet hoc esse naturę, vt aqua se discernat ab aqua, & in profundo interfusiones aquarū terrę medio separentur. Gelauerunt, inquit, fluctus, & firmamenti specie cursum suum insolito fine frenarunt. Nōne potuit etiam aliter Hebreum populū liberare? Sed tibi voluit ostēdere, vt eo spectaculo etiā illa quæ nō vidisti, æstimares esse credenda. Iordanis quoq; reflexo amne in suum fontem reuertitur. Hærere aquam cum labitur, & ita sursum redire in superiora sine vllo repagulo, impossibile habetur. Sed quid impossibile ei qui dedit posse quibus voluit? Dedit posse infirmitatibus,

Phil. 4. vt infirmus dicat: Omnia possum in eo qui me confortat. Dicant certe queadmodū aer cogatur in nubē, vtrū pluuia nubib⁹ generetur, an sinu nubiū colligatur. Videmus plerunq; exire nubes de montibus. Quero vtrū de terra ascendat aqua, an ea quę super cælos est, largo imbre descendat. Si ascendit, vtiq; contra naturā est vt K ascēdat in supiora quę grauior est, & portet aere, cū aer subtilior sit. Aut si cōciti orbis toti⁹ motu rapitur aqua, sicut imo orbe rapit, ita summo orbe diffūditur. Si fūdi, vt volunt, nō desinit: rapi vtiq; nō desinit: quia sicut axis celi semper mouetur, & aqua mouet, & aqua semper hauritur. Si descendit, manet ergo iugiter supra cælos quę habet vnde descendat. Deinde quid obstat si cōfiteatur quia aqua supra cælos suspensa sit? Nā quo verbo dicunt terrā in medio esse suspensam, & immobilē manere, cum vtiq; grauior sit ꝗ aqua, ea ratione possunt dicere nō præcipitari aquam orbis illius cælestis cōuersione, quę super cælos est. Sicut enim terra inani suspēditur, vel pondere librato vndiq; immobilis perseuerat, ita & aqua aut grauiorib⁹ aut æquis cum terra pōderibus examinatur. Ideoq; nō facile superfunditur mare terris, nisi cum iubetur exire. Deinde cum ipsi dicāt volui orbem cæli stellis ardentibus refulgentē, nonne diuina prouidētia necessario prospexit vt intra orbem celi & supra orbem redundaret aqua quæ illa feruentis axis incendia tēperaret? Propterea quia exundat ignis & feruet, etiam aqua exundauit in terris, ne eas surgentis solis & stellarum micantium ardor exureret, & tenera rerum exordia insolitus vapor lęderet. Quanti fon-

L tes, fluuii, lacus irrigant terras, quia eas internus quidā ignis vaporat. Vñ enim aut arbores germinarent, aut frumenta vel sata prorūperent, vel orta coquerentur, nisi ea interior quoq; ignis animaret? Qui etiā de saxis frequenter excutitur, & de ipso sepedum cęditur ligno exilit. Ergo sicut necessaria ignis creatura, vt ordinata & disposita permaneat, celiq; clemētia tēperet aquarum rigorē: ita etiā aquarū redundātia non superflua, ne alterū altero cōsumeretur: quia nisi cōueniēs vtriusq; mensura sit, sicut ignis aquam exiccat, ita & aqua extinguit ignē. Ideoq; pondere & mensura examinauit vni-

Iob. 38. uersa. Numerata enim sunt ei & stillicidia pluuiarum, sicut in libro Iob legimus. Sciēs vel rerum facilem defectum fore, vel solutionem vniuersitatis si alterū exuperaretur ab altero, ita vtriusq; temperauit dispendia, vt neq; plus ignis excoqueret, neq; exuberaret aqua, ꝗ imminutio fieret vtriusq; moderata, quæ & superfluū detraheret, & necessarium reseruaret. Itaq; cum tāta de terris erumpant maximorum fluēta amnium, Nilus effuso Ęgyptum stagnās flumine, Danubius de occidētalibus partibus Barbarorum, atq; Romanos interfecans populos, donec Ponto ipse cōdatur, Rhenus de iugo Alpiū vsq; in Oceani ꝓfunda cursus suos dirigēs,

M Romani memorandus aduersus feras gentes murus imperii, Padus maritimorum cōmeatuū Italicis subsidiis fidus inuector, Rhodanus rapido concitus cursu Tyrrheni equoris freta scindēs, in quo nō mediocre fertur nauigantium periculū, dum inter se maris fluctus et amnis fluenta decertāt: itemq; de septētrionali parte Phasis Caucaseis montibus fusus, cū pluribus aliis in Euxinum se præcipitans mare: prolixum est singulorū persequi fluuiorum nomina, qui vel in nostrum mare deriuātur, vel exinaniuntur Oceano: Cum tāta igitur vbertas aquarum sit, tamen plerūque terra meridianæ plagę torretur ardoribus, atque æstu soluta fatiscit in puluerē, miserādi agricolę labore cōsumpto, vt frequenter ad potum siccatis puteis, arido gurgite subsidiū vitale deficiat. Et erit quidē quādo dicat abysso, Deserta

Esa. 9. eris, & omnes fluuios siccabo: sicut per Esaiam futurū annunciauit. Sed etiā anteꝗ ille dies adueniat, diuino prescitus arbitrio, nō minimum inter se ipsa elementorum natura decernit. Crebro itaque aut inundationib⁹ mundus hic quatitur, aut nimio æstu & ariditate vexatur. Noli igitur incredibilem opinari aquarū multitudinem, sed respice ad vim caloris, & incredulus non eris. Multum est quod ignis absorbet: quod vel ex illo nobis debet esse manifestum, cū mediū vasa quædā

A angusta ore, pleniora desuper, intus concaua, leui lucernæ concepto lumine affigunt corpori, quemadmodum calor ille omnem in se rapiat humorē. Quis igitur dubitet quod ignitus æther, & magno feruens vapore inflammaret atq; exureret omnia, nisi lege quadā sui prohiberet autoris, vt nec flumina, nec lacus, nec ipsa maria vim eius possint restinguere? Et ideo desuper aqua impetu quodam descendens, in tantos plerunq; imbres rūpitur, vt flumina lacus repēte repleantur, ipsa maria exundent. Vnde frequenter & solem videmus madidum atq; rorātem. In quo euidens dat indicium quod alimentum sibi aquarum ad temperiem sui sumpserit. Tantum autem inest illis impugnandæ veritatis studium, vt solem ipsum negent calidæ naturæ esse, eo qđ albus sit, non rubicundus aut rutilus in speciem ignis. Et ideo aiunt quod nec ignitus natura sit, & si quid habet caloris, ferunt ex nimio motu conuersionis accidere. Quod ideo dicendum putant, vt nihil videatur humoris consumere, quia calorē quo humor vel minuitur vel plerunq; exhauritur, non habeat naturalē. Sed nil agunt cum ista componunt, quia nihil interest vtrum ex natura calorē quis habeat, an ex passione aliqua atq; ex causa, quia ignis omnis cōsumptor humoris est, vel huiusmodi materiæ quam flamma consueuit exurere. Nam siue ex lignis haudquaquam semiustulatis, sed inter se collisis ignis excussus excipiatur foliis, æque flā-

B mam adolet, ac si de igne accendas facem: siue de flammæ luminæ lumen accendas, eadem species & natura est luminis, ac si illud nō naturalis ignis adoleuerit, sed quem accidens causa generauerit. Vel hinc saltē contemplentur solis calorem, quod diuersa ei deus constituit cursus sui loca & tempora: ne si semper in iisdem moraretur locis, quotidiano ea vapore exureret. Mare ipsum ideo ferunt ipsi salsam atque amaram aquam habere, quod ea quæ fluuiis in freta influat, calore absumatur, tantumque vapore diurno consumi, quantum quotidie ex diuersis fluuiorum cursibus inuehatur. Qđ ex solis quadam diiudicatione fieri perhibetur, quid qđ purum ac leue est, sibi rapit: quod graue atque terrenū, reliquit, ex quo remanet salsum illud atque aridū quod sine vsu ac suauitate potandi sit.

Quæ sit inter cælos & firmamentum differentia, et firmamentum vnde nūcupatum sit: Quæ etiam aliorum sit sententia de prædictorum distinctione. Caput IIII.

C SED reuertamur ad propositū. Fiat firmamentum inter medium aquæ.) Non moueat, sicuti iam dixi, quia supra cælū ait, hic dicit firmamentum, quoniam & Dauid di-

Psal. 18. cit: Cæli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. hoc est, mundi opus cum videtur, suū laudat autorē. Inuisibilis enim maiestas ei⁹ per ea quæ vidētur agnoscitur. Et videtur mihi nomē cælorum commune esse, quia plurimos cælos scriptura testificatur: nomen autem esse speciale firmamentū. Siquidē & hic ita habetur: Et vocauit de⁹ firmamentum cælū.) Vt videatur supra gñaliter dixisse in principio cælum factum, vt omnē cælestis creaturæ fabricam comprehenderet: hic autem specialem firmamēti huius exterioris soliditatē, quod dicitur cæli firmamen

Danie. 3. tum, sicut legimus in hymno Prophetico: Benedictus es in firmamento cæli. Nam cælum, quod οὐρανὸς Grecę dicitur, Latine quia impressā stellarum lumina velut signa habeat, tanquā cælatum appellatur: sicut argentum quod signis eminentibus refulget, cælatū dicimus. οὐρανὸς autem ἀπὸ τοῦ ὁρᾶν ἄνω dicitur, quod videatur τὴν ὅλην ὁρᾶν ἄνωθεν γῆν. Igitur terræ quæ obscurior est, οὐρανὸς nuncupatur, quia lucidus est, tanquam visibilis. Vñ puto & illud dictum: Volatilia celi semper vidēt faciem patris mei qui in cælis est. Et vo- D lantia circa firmamētum cæli, eo quod potestates quæ sunt in illo visibili loco, spectent hæc omnia, & subiecta suis habeant conspectibus. Denique clausum cælū di- 3. Reg. 17 ctum est temporibus Heliæ, quando Achab & Iezabel perfida regnabat, cū populus regali sacrilegio deseruiret, eo quod nemo ad cælum oculos erigebat, nemo eius autorem venerabatur, sed ligna & lapides adorabant. Vnde hoc colligimus? quia in maledictionib⁹ Leuit. 26. populi Israel dixit deus: Erit tibi cælū super caput tuū æreum, & terra tua ferrea: qñ precium perfidiæ luens populus Iudęorum, intemperie cæli, & terræ infœcunditate multatur. De cælo enim causa fertilitatis. Deni- Deut. 33. que & Moyses benedictiones tribui Ioseph a finib⁹ cęli & rore & abyssis fontium deorsum venientibus, & secundum oram a Solis cursu & a conuenientibus mensibus & a vertice montium & collium æternorum dedit, eo quod moderatione cælesti terrarum fœcunditas nutriatur. Ferreum ergo cælū est, quod nullū exudat humorem, quando nullis nubibus imber rūpitur. Est etiam † ferreū cælum, subobscurus aer, pressus atq; († al's enim) nebulosus colore ferrugineo. Quando rigore frigoris stringitur terra, tunc veluti super caput nostrū humor suspensus videtur, & per momenta imminere. Plerunq; etiam glacialibus ventorum flatibus rigentes aquę consolidātur in niuem, & rupto aere nix funditur. Neq; enim firmamentum hoc potest sine aliquo rumpi fragore aut penetrari. Ideo & firmamētum dicitur, quod non sit inualidum, nec remissum. Vnde & de tonitruis, quę concepto intra sinū nubium spiritu, cum se vehementer eruptura eliserint, magno concrepant so- E nitu, ait scriptura: Firmans tonitrua. A firmitate ergo firmamentum est nūcupatum, vel quod diuina virtute firmatum sit, sicut scriptura nos docet dicēs: Laudate eum in firmamento virtutis eius. Nec preterit retulisse aliquos cęlos cęlorum ad intelligibiles virtutes, firmamentum ad operatorias, Et ideo laudare cælos vel enarrare gloriam dei, & opera manuum eius annūciare firmamentum. Sed non quasi spiritalia, sed quasi opera mundi enarrant, quemadmodū supra diximus. Alii quoq; purificatorias virtutes interpretati sunt aquas quę super cælos sunt. Accipimus hæc quasi ad tractatus decorem: Nobis tamen nō alienum videtur atque absurdum si aquas veras propter illam causam quam diximus, intelligamus. Nā & ros & gelu & frigus & æstus secundum hymnum Propheticū benedicunt dominum, benedicit & terra: & illa non ad intelligibiles naturas referimus, sed ad veritatem. Laudant etiam dracones dominū, quia natura eorum & species cum videtur, nō minimū vel decoris offundit, vel in esse rationis ostendit.

De laude ac probatione operis secundi diei, eiusdēq; clausione. Caput V.

ET vidit deus quia bonum est.) Facit filius quod vult pater, laudat pater quod facit fili⁹. F Nihil in illo naturę degeneris inuenitur, cuius opus a paterna non degenerat volūtate. Vidit vtiq;, non oculis corporalibus intendit, sed definiuit plenitudini gratię cōuenire, vt mihi eius iudiciū cognosceretur. Nos enim solemus etiam de iis quæ diuina sunt disputare. Et quid mirū si de opere retractare possint, qui de ipsius operatoris generatione faciunt quęstiones? Ipsum in iudiciū vocant, ipsum inæqualē atq; degenerē asserere conātur. Ideo legis: Et dixit de⁹, & fecit deus. Eodem pater & filius maiestatis honorātur nomine. Et vidit deus quia bonum.) Dixit tāquā omnia quę pater vellet scienti, & vidit tanquā oīa quæ filius faceret scientia tenens, & efficiēs operatione consorti. Vidit quia bonum.) Non vtiq; cognouit quod

Gnesciebat,sed probauit quod placebat. Non quasi incogitum placuit opus, quia nec quasi incognitus pater
Matt.3. qui complacuit in filio, sicut scriptum est: Hic est filius meus dilectus,in quo mihi complacui. Scit autem sem per filius voluntatem patris, & pater filii, & audit patrem filius semper,& pater filium per vnitatem nature voluntatis atq; substantiæ. Deniq; testatur hoc in Euã
Ioan.11. gelio suo filius dicens ad patrem: Sciebam quia semper me audis. Imago est enim inuisibilis dei filius: omnia patris quasi imago exprimit,oia eius quasi splendor gloriæ illuminat nobis atq; manifestat. Videt & filius patris opus,sicut & pater filii, sicut & ipse dominꝰ declarauit: Non potest filius facere a se quicquam, nisi quod viderit facientem patrem. Vidit ergo facientem patrem,& vidit per secretum inuisibilis naturæ. Et au-
Ioã.5.&.8 dit similiter. Deniq; ait: Sicut audio, iudico: & iudiciũ meum verum est,quia nõ sum solus,sed ego,& qui misit me pater. Hoc mysticũ est,illud morale. Vidit mihi,probauit mihi. Quod deus probauit, tu reprehensi-
Actuũ.10 bile ne dixeris:quoniam quod deus mundauit,tu commune ne dixeris,scriptum tibi esse meministi. Ergo bo
Tals,bonũ num † dei nemo blasphemet. Si firmamẽtum bonum,
nomẽ dei quanto magis bonus eius creator,etiam si Arriani no-
neblasphe lint,Eunomiani reclament, radicis degeneris fructus
mes. deterior? Vidit,inquit,deus quia bonum.) Solẽt artifices singula prius facere,& postea habili commissio-
H ne connectere: & qui vultus hominum vel corpora excudunt de marmore,vel ære fingunt, vel cæris exprimunt, non tamen sciunt quemadmodum sibi possint membra singula conuenire,& quid gratiæ adferat futura cõnexio: & ideo aut laudare nõ audent, aut pro parte laudant: Deus vero tanquam æstimator vniuersitatis præuidens quæ futura sunt, quasi perfecta iam laudat quæ adhuc in primi operis exordio sunt,finem operis cognitione præueniens. Nec mirum si apud quem rerum perfectio, non in consummatione operis,sed in suæ prædestinatione est volũtatis,laudat singula quasi conuenientia futuris, laudat plenitudinem singulorũ venustate compositam. Illa est enim vera pulchritudo,& in singulis membris esse quod deceat,& in toto, vt in singulis gratia,in omnibus formæ conuenientis plenitudo laudetur. Sed iam etiam secũdus nobis claudatur dies,ne dum opus astruimus firmamẽti, infirmiores eos qui audiunt,dicẽdi prolixitate faciamus, dum in noctem sermo producitur,quæ adhuc carẽs lunæ stellarumq; lumine, (nõdum enim luminaria creata sunt cæli) obscuritatem possit afferre remeantibus: simul vt cibo potuque curentur corpora, ne animis e-
I pulantibus fragilitas carnis de nocturno quoque ieiunio queratur.

CAPITA TERTII LIBRI HEXAEMERON.

De introductione tertii diei, cum increpatione hominum quod imperio dei insensibilibus elementis parentibus,ipsi non obediunt,exhortatione quoquevt populus in vnam ecclesiam dñi cõgregetur. Ca. I.

De inuisibilitate & apparitione terræ p scripturæ probationẽ. Et quomodo aquæ congregatæ fuerint in vnam collectionem, cum destructione opinionũ contradicentium. Caput II.

Quomodo aquarum per omnem fere terram diffusarum vna dicatur collectio,cum & hodie diuersa sint maria. Quomodo etiam congregatio vna potuerit omnes illas aquas recipere,atque exinanire terras,quæ ante fuso per vniuersum flumine stagnabantur. Caput III.

Quid sit quod ait dominus,Et appareat arida:& nõ dixerit,Et appareat terra. Caput IIII.

De eo quod a quibusdam additum perhibetur:Et con- K
gregata est aqua in collectiones suas.&c̃. De probatione quoque, & singulari ac mira laude maris. Caput V.

Quomodo conuenerit vt terræ daretur species & gratia germinãdi, & viriditas agri: ac de virtute & vtilitate huius vocis qua deus dixit: Germinet terra herbam virẽtem fœni &c̃. cum redargutione eorũ qui hãc prærogatiuã ipsi Soli adscribũt. Ca. VI.

Cur prius pecori pabulum, q̃ cibus homini sit creatus: simplexq; victus & naturalis cibus reliquis cibis antelatus sit. De cõmendatione quoq; ipsius,ac de mysterio herbæ virentis, & floris fœni: cum exhortatione nostri ad imitationem illius herbæ, & confutatione Manichæi, aliorumque hæreticorum. Caput. VII.

De germine,ac seminaria virtute,& admirabili germinationis & fructificationis modo, terræq; vtilitate. De laude quoq; agri pleni,& salubritate succi herbarum, virgultorumq; ac foliorũ remediis. Ca. VIII.

De retusione causationis quod cum vtilibus etiam letalia & pernicios a generentur. Caput IX.

Quomodo terra secũdum genus suum dicatur proferre semina,cum plerumq; semina iacta degenerẽt. Ac de diuersitate seminis diaboli & seminis Christi filii hominis,& quando iste homo verbum suum seminauerit super terram. Caput X. L

De ortu arborum atq; rosarũ,& quomodo rosa humanæ vitæ speculum præferat. Caput XI.

De singulari vitis commendatione, & quomodo exemplum eius ad nostræ vitę institutionẽ arcessendum sit. Caput XII.

De arborum varietate, ac diuersis earum vtilitatibus & ornatibus: fructuumq; suorum atque succorũ proprietatibus & medelis. Caput XIII.

De simplicium pomorum differentia,foliorumque diuersitate. Caput XIIII.

Quod inexplicabile sit singularum rerũ exquirere proprietates: & de varia mutatione ipsius aquæ quæ omnium virgultorum nutrix est. De discrepantia quoq; lachrymarum arborum, quæ eiusdem aquæ alluuione generantur: ac tandem de diffusioris perscrutationis excusatione. Caput XV.

Quemadmodum ad verbum domini, quod omni aquarum cursu est redundantius, subito omnis virgultorum creatura effloruerit,& victum atque mẽdelam ministrauerit. Quomodo præterea vniuersa gignentia aut semina habeant,aut aliqua quæ cũ M
virtute seminum videantur conuenire. Ac de magna dei virtute in singulis. Caput XVI.

De reprehensione surditatis humani cordis. Et de incomprehensibili admirandaq; dei etiã in paruis prouidentia. De primo quoq; cultore vitium,& commẽdatione vini. Caput XVII.

FINIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI HEXAEMERON LIBER TERTIVS, DE DIE TERTIO.

De introductione tertii diei, cum increpatione hominum quod imperio dei insensibilibus elementis parentibus, ipsi non obediunt: exhortatione quoque vt populus in vnam ecclesiam domini congregetur. Caput I.

ADIES TERTIVS NOA bis hodie in sermone nascatur, qui ortus est in lectione: præclarus dies, qui terram a naufragio liberauit, dicente Deo: Cõgregetur aqua quæ est sub cælo,in congregationem vnam.) De quo præfationem adorini placet. Congregetur aqua, dictum est, & congregata est: & frequenter dicitur, cõgregetur populus,& non cõgregatur. Nõ mediocris pudor est, imperio Dei insensibilia elementa parere,& hoies nõ obedire,quibꝰ sensus ab ipso tributus est autore. Et fortasse hic pudor fecerit vt hodie plures conueniretis,ne quo die congregata est aqua in cõgregationẽ vnam, eo die populꝰ nequaq̃ congregatus in ecclesiã domini videretur. Nec hoc solum obedientis aquæ exemplum habe-
Psal.76. mus,nam & alibi scriptũ est: Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt. Neq; enim verisimile non videtur de aquis dictum,quando alibi quoq; idem
Psal.113. Propheta ait: Mare vidit,& fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Hoc enim vere factum quis ignorat, q̃ ad Hebræorum transitum mare fugerit, quando se vnda diuisit, transiuit populus puluerulento vestigio, perisse mare credens, fugisse fluctus? Denique credidit
B hoc Egyptius, & ingressus est: sed illi redijt vnda quæ fugerat. Nouit ergo aqua & congregari, & timere, & fugere quando Deus præcipit. Hanc imitemur aquam, & vnam congregationem Domini, vnam ecclesiam nouerimus. Congregata est quondã aqua ex omni valle, ex omni palude, ex omni lacu. Vallis est
3.Re.20. hæresis, vallis est gentilitas, quia Deus montiũ est, non valliũ. Denique in Ecclesia exultatio est, in hæresi & gẽ-
Psal.83. tilitate fletus & mœror. Vnde ait: Dispositi in cõualle fletus. Ex omni igitur valle congregatus est populus catholicus. Iam non multæ congregationes sunt, sed vna est congregatio, vna ecclesia. Dictum est & hic: Congregetur aqua ex omni valle.& facta est congregatio spiritalis, & factus est vnus populus: ex hæreticis & gentilibus repleta ecclesia est. Vallis est scena: vallis est circus, vbi currit mendax equus ad salutem, vbi humilis & abiecta contentio, vbi litium fœda deformitas. Ex his igitur qui circo inhærere cõsueuerant, fides creuit ecclesiæ, quotidianꝰ cœtus augetur. Palus est luxuria, palus est intemperantia, palus est incontinẽtia: in qua volutabrã libidinum sunt, bestiarum murmura, latibula passionum: vbi mersantur quicunq; inciderint, & non emergunt: vbi labuntur pedum vestigia, fluitãt
C singulorum incessus: vbi fulicæ se dum lauant, polluũt: vbi flebiles desuper gemitus columbarũ: vbi pigra testudo cœnoso hæret in gurgite: deniq; aper in palude, ceruus ad fontes. Ex omni igitur palude, vbi quasi ranæ veterem querelam canebant, congregata est fides, congregata est puritas animi, mẽtisq; simplicitas. Cõgregata est aqua ex omni lacu,& ex omni fouea, vt nemo fodiat foueam fratri suo,in quã ipse incidat: sed oẽs se inuicem diligant, omnes se inuicem foueant,& quasi vnum corpus diuersa se membra sustentent: quos non mortiferi cãtus,& acroamata scenicorum, quæ mentẽ emolliãt ad amores,sed concẽtus ecclesiæ, & cõsona circa dei laudes populi vox,& pia vota delectẽt: quibus nõ purpurea peripetasmata, non aulæa preciosa spectare voluptati sit,sed hanc pulcherrimam mũdi fabricam, hanc distantem inter se elemẽtorum copulam: cælum sicut cameram extensum, vt inhabitantes in hoc mũdo tegat,terram ad operandum datam, diffusum aerem, clausa maria,populum hunc diuinæ operationis organum,in quo diuini modulamen resultet oraculi,& Dei spiritus intus operetur, templum istud sacrarium trinitatis,sanctitatis domicilium, ecclesiam sanctam, in qua refulgent aulęa cælestia, de quibus dictum est: Di- Esai. 54.
lata locum tabernaculorum tuorum,& aulęorum tuo- D
rum: fige,ne parcas: longiores fac funiculos tuos,& palos tuos confirma: adhucin dexteram & sinistram extende,& semen tuum gentes hæreditate possidebit, & ciuitates desertas inhabitabis. Habet ergo aulęa,quibꝰ attollit vitam bonam,peccata tegit, culpam obũbrat. Hæc est ecclesia,quæ super maria fundata est, & super flumina præparata. Supra vos enim confirmata est & præparata,qui sicut flumina puro in eam mũdi fonte decurritis,de quibus dictum est: Eleuauerunt flumi- Psal.92.
na domine,eleuauerunt flumina vocẽ suã a voce aquarum multarum. Et addidit: Mirabiles elationes maris,mirabilis in excelsis Dominus. Bona flumina,hauriũtis enim ex illo perẽni & pleno fonte a quo fluitis qđ fluitis,qui ait vobis: Q̃ui credit in me(sicut dicit scriptu- Ioan.7.
ra)flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autẽ dicebat de spiritu quem incipiebant accipere qui crediturierant in eum. Sed iam quasi boni Iordanes reuertimini mecum in originem.

De inuisibilitate & apparitione terræ per scripturæ probationem. Et quomodo aquæ congregatæ fuerint in vnam collectionem: cum destructione opinionũ contradicentium. Caput II.

CONGREGETVR, ingt, aqua quæ sub cælo est,in congregationem vnam,& appa- E
reat arida. Et factum est sic.) Fortasse parũ crediderit aliquis superioribus sermonibꝰ nostris,quibus tractauimus inuisibilem ideo fuisse terrã, quod aquis operta tegeretur, vt corporeis oculis videri nõ posset. Ad se enim Propheta retulit,hoc est ad nostrã conditionẽ,non ad diuinæ maiestatẽ naturæ, quæ vtique omnia videt. Sed vt aduertatis quia non quasi nostri ingenii probandi gratia,sed vestræ causa institutionis suscepimus hunc tractãdi laborem: adstipulante nobis lectionis sere testificamur, quæ aperte probat, post congregationem aquæ quæ erat super terram, & post deriuationem eius in maria, apparuisse aridã. Desinant ergo qui nobis, dialecticis disputationibus mouere negocia † solẽt,dicẽtes: Quomodo terra inuisibi- † iurgia.
lis,cum omni corpori naturaliter & species & color insit: omnis autẽ color sit subiectus aspectui? Clamat Dei vox: Congregetur aqua, & appareat arida.) Et iterũ scriptura dicit: Congregata est aqua in congregationem vnam,& apparuit arida.) Q̃uid opus fuit iterare, nisi occurrendum quæstionibus iudicasset Propheta? Nonne videtur dicere: Non dixi inuisibilem secũdum F
naturam,sed secundum superfusionem aquarum? Deniq; addidit sublato velamine apparuisse aridam, quæ ante non videbatur. Iterum quoq; quæstiones alias asserunt,dicentes: Si in congregationibus diuersis aqua erat, quomodo si illæ congregationes in superioribus erant,non defluebat aqua in eum locum ad quẽ postea domini imperio deriuata est? Natura enim aquarum spõte in inferiora prolabitur. Sin vero i inferioribꝰ erãt illæ congregationes,quo contra naturã suã aqua ad superiora confenditẽ? Itaque aut secũdum naturales cursus imperio non eguit: aut cõtra naturã imperio profiscere nõ potuit. Cui quæstioni facile respondebo, si mihi ipsi ante respondeant, ante præceptum dñi hanc aquarum fuisse naturam vt laberetur & flueret. Non enim ex vsu hoc habet cæterorum elemẽtorum, sed speciale & proprium: non ex quodam ordine,sed magis ex voluntate & operatione Dei summi. Q̃uid iusserit Deus, audiunt. Vox autem Dei,efficiens natura est. Eam vocem effectꝰ operationis impleuit. Cœpit labi aqua, & in vnam confluere congregationem, quæ ante erat diffusa per terras,& plurimis receptaculis inhærebat. Cursum eius ante non legi, motum eius ante non di-

G dici:nec oculus meus vidit, nec auris audiuit. Stabat
aqua diuerſis locis,ad vocem Dei mota eſt.Nonne vi-
detur quia naturam ei huiuſmodi vox Dei fecit, & ſe-
cuta eſt creatura præceptum,& vſum fecit ex lege? Pri
mæ enim conſtitutionis lex formam in poſteros dere-
liquit. Deniq; ſemel diem fecit & noctem.Ex illo ma-
net vtriuſq; ſucceſſio,& diuturna repatio. Iuſſa eſt etiã
aqua currere in congregationem.Ex illo currit, fontes
labuntur in fluuios,in freta currunt flumina, lacus de-
riuantur in maria: ipſa ſe aqua præcedit, vrget, & ſe-
quitur. Vnus eſt ductus,vnum corpus. Et cum ſit al-
titudo diuerſa, indiſcreta tamen dorſi eius æquali-
tas. Vnde & æquor appellatum arbitror,quod ſuper-
ficies eius æqualis ſit.Reſpondi ſecundum illorũ pro-
poſitum,illi nunc reſpondeãt mihi,ſi vnquam viderint
fontes ex inferioribus ſcaturire,de pauimento aquã ſur
gere.Quis eam cogit? Vnde prorumpit? Quemad-
modũ non deficit? Quomodo fiat vt ima ſolidiora vn-
dam vomant? Hæc ſecundum occultæ ſecreta naturæ.
Ceterum quis ignorat quod rapido plerunq; impetu in
ima deſcendens,in ſuperiora ſe ſubrigat,atq; in ſuperci-
lium montis attollat: plerunq; etiam canalibus manu
artificis deriuata,quantum deſcenderit,tantum rurſus
H aſcendat? Itaq; ſi vel impetu ſuo fertur,vel artificis de-
riuata ingenio,contra naturam ſuam ducitur & eleua-
tur,miramini ſi diuini operatione præcepti aliquid ad
vſum naturæ eius acceſſit,quod in vſu ante non fuerit?
Dicant nunc mihi quõ tanquã in vtrem cõgregauerit
aquas maris,vt ſcriptum eſt:quomodo eduxerit de pe-
tra aquam.Qui potuit de petra educere aquam quæ
non erat, non potuit aquam educere quæ erat? Per-
Pſal.77. cuſſit petram,& fluxerunt aquæ,clamat Dauid, & tor
Pſal.103. rentes inundauerunt. Et alibi:Super montes ſtabunt
aquæ.Habes in euangelio quod cum grauis eſſet pro-
Mat.8. cella,& magnus in mari motus, ita vt trepidarẽt apo-
ſtoli naufragii periculum, excitauerunt dormientẽ in
puppi dominum Ieſum,& ſurgens imperauit vento &
mari:ſedata tempeſtas eſt,refuſa trãquillitas.Qui po-
tuit imperio mare totum ſedare,non potuit aquas im-
perio mouere? Atqui in diluuio ſic accepimus, quod
eruperint abyſſi fontes,& quod induxerit poſtea ſpiri-
tum, & ſiccauerit aquam. ſi nolunt obediſſe naturam,
vſumque elementi imperio dei eſſe cõuerſum: vel hoc
concedãt, potuiſſe immiſſo vento aquas currere, quod
quotidie videmus in mari, vt inde aquæ currant, vnde
I flauerit ventus. Si tempore Moyſi excitato auſtro va-
lido ſiccatum eſt mare,eodem modo ſiccari non potuit
congregatio aquarum,& in mare profluere aqua, quæ
poſtea diuiſa eſt in profundo? Sed diſcant naturã poſ-
ſe conuerti,quando petra aquas fluxit, & ferrum aquæ
ſupernatauit, quod vtiq; Heliſæus orando facere me-
ruit,non imperando. Si igitur Heliſæus ferrum leua-
uit contra naturam, Chriſtus aquas mouere non po-
Ioan.11. tuit? Sed mouit,qui potuit dicere, Lazare veni foras:
& mortuum ſuſcitauit. Deus enim quod iubet, facit.
Itaque pari exemplo dictum accipe: Cõgregetur aqua,
& congregata eſt. Dicendo autem congregetur, nõ ſo-
lum mouit eam de loco,ſed etiam ſtatuit in loco, vt nõ
præterflueret,ſed maneret. Hoc vtique maioris mira-
culi eſt, quomodo omnes cõgregationes in vnam con-
gregationem defluxeriut, & vna congregatio non ad-
impleta ſit. Nam & ſcriptura hoc inter mirabilia con-
Eccl's.1. ſtituit dicendo:Omnes torrentes eunt in mare,& ma-
re non adimpletur. Vtrunque igitur ex præcepto dei,
vt & fluat aqua,& non ſuperfluat. Circunſcripta igitur
impoſito fine maria clauduntur,ne ſuperfuſa terris in-
undẽt oĩa,& deſtituto aruorũ cultu,munus terrenæ fœ
cunditatis impediant. Cognoſcant igitur diuini eſſe
præcepti,operationiſque cæleſtis. Ait enim dominus
per nubem ad Iob inter alia etiam de maris clauſtro:
Iob.38. Poſui ei fines,apponẽs clauſtra & portas. Dixi autem
ei: Vſque huc venies,nec tranſgredieris, ſed in teipſo K
conterentur fluctus tui. Nonne ipſi videmus mare fre-
quenter vndoſum, ita vt in altum fluctus eius tanquã
mons aquæ præruptus inſurgat, vbi impetum ſuum
ad littus illiſerit,in ſpumas reſolui,repagulis quibuſdã
arenæ humilis repercuſſum,ſecundum quod ſcriptum
eſt: Aut non timebitis me,dicit dominus, qui poſui a- Hiere.5.
renam fines mari? Infirmiſſimo itaque omnium vilis
ſabuli puluere vis maris in tempeſtate cohibetur,& ve
lut habenis quibuſdam cæleſtis imperii a præſcripto
ſibi fine reuocatur,violentique æquoris motus in ſeſe
frangitur,atque in reductos ſinus ſuos ſcinditur. Cæte-
rum niſi vis ſtatuti cæleſtis inhiberet, quid obſtaret
quin per plana Ægypti,quæ maxime humilioribus ia-
cens vallibus campeſtris aſſeritur,mare rubrum Ægy-
ptio pelago miſceretur? Denique docent hoc qui volue-
runt hæc duo ſibi maria connectere, atque in ſe tranſ-
fundere: Seſoſtris ſane Ægyptius,qui antiquior fuit,et
Darius Medus,qui maioris cõtuitu potẽtiæ in effectũ
voluit adducere quod ab indigena fuerat ante tentatũ.
Quæ res indicio eſt, quod ſuperius eſt mare Indicum,
in quo mare rubrum, q̃ æquor Ægyptiũ,quod inferius
alluit. Et fortaſſe ne latius ſe mare effunderet,de ſupe-
rioribus ad inferiora præcipitans, ideo molimina ſua
rex vterq; reuocauit. L

Quomodo aquarum per omnem fere terram diffu
ſarum vna dicatur collectio, cum & hodie diuerſa ſint
maria. Quomodo etiam congregatio vna potuerit o-
mnes illas aquas recipere, atque exinanire terras,quæ
ante fuſo per vniuerſum flumine ſtagnabantur.

Caput III.

QVAERO nunc,cum dixerit, Colligatur
aqua in collectionem vnam:) Quomodo
diffuſas per lacus,paludes,ſtagna,aquas,&
ſuperfuſas vallibus & cãpis omnibusq; pla-
nioribus locis,currentibus fontibus atque fluminibus
vna potuerit recipere collectio: aut quomodo vna colle
ctio,cum hodieque diuerſa ſint maria. Nam & Ocea-
num mare dicimus,& Tyrrhenum,& Adriaticum,&
Indicum,& Ægyptium,& Pontum,& Propontidem,
& Helleſpontum,& Euxinum,Ægæum,Ionium,At-
lanticum. Plerique etiam Creticum, & ſeptentrionale
Caſpium appellant mare. Vnde conſideremus ſcriptu
ræ verba,quæ librato ſunt trutinata examine. Colli-
gatur,inquit, aqua in collectionẽ vnam.) Vna aqua- M
rum iugisque & continua congregatio eſt, ſed diuerſi
ſinus maris, vt quidam de ſcriptoribus forenſibus ait:
Nanque portus maris noſtri ſinus ampliſſimus. Me-
ritoque in diuerſis locis diuerſa ſunt nomina, quia vo-
cabula aquis ex regionum vocabulis adhęſerunt. Vna
autem congregatio aquarum, eo quod iugis vnda at-
que continua ab Indico mari vſque ad Gaditani oram
littoris, & inde in mare rubrum, extrema, circunfuſo
orbem terrarum includit Oceano, interius quoq; Tyr-
rheno Adrias, Adriæ cætera miſcentur, nominibus
diſtincta, nõ fluctibus. Vnde pulchre habes quia deus
cõgregationes aquarum vocauit maria. Ita & vna eſt
gñalis collectio, quæ dicitur mare,& multæ collectiões
quæ maria pro regionibus nuncupãtur. Sicut enĩ mul-
tæ terræ, vt Aphrica, Hiſpania, Thracia, Macedonia,
Syria, Ægyptus, Gallia, atque Italia, pro regionum ap
pellantur vocabulis,& vna eſt terra: ita multa dicuntur
pro locorum appellationibus maria, & vnum eſt ma-
re,ſicut ait propheta dicẽs: Tui ſunt cæli, & tua eſt ter- Pſal.88.
ra,orbem terrarum & plenitudinem eius tu fundaſti,
aquilonem & mare tu creaſti. Et ad Iob ipſe dominus
ait, Concluſi autem mare portis. Nunc quia de vna Iob.38.
collectione diximus,illud occurrit, vtrum cum per oẽm
fere terrã & ſuper terrã fuerint diffuſæ aquæ per valle-

A ſtria agrorum,concaua montium,planiciemq; campo-
rum,modo æquoris fuſa congregatio vna potuerit o-
mnes illas aquas recipere,atq; exinanire terras quę an-
te fuſo per vniuerſum flumine ſtagnabantur. Nam ſi
tunc operta erant omnia,non diceret, viſa eſt terra,niſi
tectam vellet locis oĩbus demonſtrare. Si diluuiũ Noe
tẽpore abſcondit & montes,quando aquarũ iam & ſup
cælos,& infra firmamentũ fuerat facta diſcretio,quãto
magis dubitari nõ poteſt etiam montium vertices illa
ſuperfuſione latuiſſe? Quo igitur illa omnis aquarum
redundantia deriuata eſt? Quæ receptacula eam tam
continua atq; connexa abſorbere potuerunt? De quo
multus nobis poteſt ſermo ſuppetere. Primũ qa potuit
creator omniũ & ipſarum terrarum ſpatia diffundere.
Quod aliqui ante nos confirmãtes, propria poſuerunt
ſententia. Ego quid facere potuerit, nunc prætermitto:
quid fecerit,quod aperte ſcripturarum autoritate non
didici, quaſi ſecretũ prætereo,ne forte etiam hinc alias
ſibi quæſtiones requirant. Aſſero tamen ſecũdum ſcri-
pturas,quia potuit locorum humilia,& camporum a-
Eſaię.49. perta diffundere, ſicut ipſe ait: Ante te ambulabo, &
montes planos faciam. Potuit etiã ipſa aquarum vis
profundiora ea facere quæ inſederat,tanto fluctuũ mo
B tu,tantoq; æſtu cõcitatioris elementi,qui quotidie ima
pelagi torquere, & arenas verrere ſoleat de profundo.
Quis deinde ſciat inquãtum ſe illud magnum & inau-
ſum nauigantibus atq; intẽtatum nautis fundat mare,
quod Britannias frementi includit æquore, atq; in vl-
teriora & ipſis fabulis iacceſſa ſecreta ſe porrigit? Quis
deinde colligat quãtum Lucrino & Auerno in Italia,
Tiberiadi quoq; in Palęſtina,& ei lacui qui inter Palæ
ſtinam & Ægyptum Arabiæ deſerta prætẽdit,portu-
buſq; diuerſis Auguſti,atq; Traiani,cæteriſq; per vni-
uerſum orbẽ infuſum addiderit mare? Si ſunt etiã non
confuſi lacus,& ſtagna quę non miſcentur fluctibus,vt
Larius & Benacus, Albanus quoq;, aliiq; plures,quo-
modo vna congregatio aquarũ? Sed queadmodum di-
citur quia fecit deus duo luminaria,id eſt Solẽ & Lu-
nam,cum ſint vtiq; & ſtellarum lumina: ita & vna con-
gregatio dicitur,cum ſint plurimæ. Neq; enĩ annume-
rantur quæ non conferuntur.

Quid ſit quod ait dominus: Et appareat Arida: &
nõ dixerit,& appareat terra. Caput IIII.

C SED, vt videtur, quoniã de mari loqueba-
mur,aliquãtulum exundauimus: ad propo
ſitum reuertamur,& conſideremus quid ſit
quod ait dñs: Congregetur aqua in vnam
congregationem,& appareat Arida: & nõ dixerit,ter-
ra. Quod præclare poſitũ quis nõ aduertat? Terra enĩ
poteſt & luto eſſe pmixta,aquis madida,cuius ſpecies
ſuperfuſis aquis non appareat. Arida autem nõ ſolum
ad genus,ſed etiam ad ſpeciem terrarum refertur,vt ſit
vtilis,ſulcabilis, & apta culturis. Simul pſpectum eſt
ne videatur Sole magis q̃ dei precepto eſſe ſiccata,quia
Arida facta eſt antequã Sol crearetur. Vnde & Dauid
Pſal.94. diſcernẽs mare & terrã,ait de domino deo: Quoniam
ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & Aridam manus
eius fundauerunt. Arida enim expreſſio naturæ eſt,
terra appellatio quædam ſimplex negocii,quæ in ſe ha
beat proprietatem. Sicut enim animal generis ſignifi-
catio eſt,cui ineſt proprium aliquid & excellens, ratio-
nabile autẽ proprium eſt hominis: ita & terra poteſt cõ
muniter dici vel ſcatens aquis,vel deſerta,& inuia, &
ſine aqua. Ergo & illi quæ ſcatet aquis,ineſt vt habeat
ariditatẽ. Remota enĩ aqua incipit eſſe Arida,ſicut ha-
Pſal.106. bes ſcriptum: Poſuit flumina in deſertum,& exitus a-
quarũ in ſitim. hoc eſt,de terra aquoſa aridam fecit. Ha
bet ergo terra propriã qualitatẽ ſuã,ſicut & ſingula ele-
menta habent. Nam & aer humidam qualitatem,&
aqua frigidam,& ignis calidam. Et hoc eſt principale D
proprium elemẽtis ſingulis, quod ratione colligimus.
Comprehẽdere autem ſenſibiliter & corporaliter ſi ve-
limus,velut cõnexa & compoſita reperimus,vt ſit ter-
ra arida & frigida,aqua frigida & humida, aer calidus
& humidus,ignis calidus & ſiccus: & ſic ſibi per has iu-
gales qualitates ſingula miſcentur elemẽta. Nam ter-
ra cũ ſit aridæ & frigidæ qualitatis,connectitur aquæ p
cognationẽ qualitatis frigidę, & aqua aeri,quia humi-
dus eſt aer. Ergo aqua tanq̃ brachiis quibuſdã duobus
frigoris & humoris,altero terrã,altero aerẽ videtur am
plecti,frigido terrã,aerẽ humido. Aer quoq; medi⁹ iter
duo cõpugnãtia p naturã,hoc eſt inter aquã & ignem,
vtrũq; illud elementũ cõciliat ſibi,quia & aquis humo-
re,& igni calore coniungitur. Ignis quoq; cum ſit cali-
dus & ſiccus natura,calore aeri annectitur,ſiccitate au-
tem in cõmunionẽ terræ ac ſocietatẽ refunditur,atq; ita
ſibi per hunc circuitũ & chorũ quendam concordiæ ſo-
cietatiſq; conueniunt. Vnde & grece ςοιχεῖα dicuntur,
quæ latine elementa dicimus, quod ſibi conueniant &
cõcinant. Huc autẽ progreſſi ſumus quia ſcriptura ait
quod deus vocauerit terram aridam,hoc eſt quia quod
principale eſt eius,nũcupauit proprietatẽ naturæ. Na-
turalis enim proprietas ſiccitas eſt terris. hæc ei prero-
gatiua ſeruata eſt. Principalis ergo ſiccitas ſubeſt etiã
vt ſit frigida, ſed non præferuntur ſecunda primis. Vt E
autem humida ſit,aquarum affinitati ſociatur. Ergo il
lud ſuum,iſtud alienum. Suum quod arida,alienum
quod humida. Autor itaq; naturæ quod primo dona-
uit,hoc tenuit: quia iſtud ex natura,illud ex cauſa. De
principalibus igitur,nõ ex accidentibus terræ debuit p-
prietas definiri,vt ſecundum prærogatiuam qualitatis
eius informaretur noſtra cognitio.

De eo quod a quibuſdam additum perhibetur: Et
congregata eſt aqua in collectiones ſuas &c. De pro-
batione quoque, & ſingulari ac mira laude maris.

Caput V.

ET vidit deus quia bonũ.) Non præterimus
quia aliqui nec in Hebræo putant eſſe,nec in
cæteris interpretationibus, qa Congregata
eſt aqua in collectiones ſuas, & apparuit ari-
da. Et vocauit deus aridam terram, & collectiones a-
quarum vocauit maria. Cum enim dixerit deus quia
factum eſt ſic,ſatis eſſe putant vocem operatoris ad ce-
lebratæ operationis indicium. Sed quia in aliis quoq; F
creaturis habet & definitionem præceptionis, & repe-
titum operationis vel indicium vel effectum: ideo nos
non putamus abſurdum id quod perhibetur additum,
etiam ſi cæteris interpretibus vel veritas doceatur ſup
petere,vel autoritas. Multa enim non ocioſe a ſeptua-
ginta viris Hebraicę lectioni addita & adiuncta com-
perimus. Vidit ergo deus quia bonũ mare. Etſi pul-
chra ſit ſpecies eius elementi,vel cum ſurgentibus al-
beſcit cumulis ac verticibus vndarum, & cautes niuea
rorant aſpergine,vel cũ ęquore criſpanti clemẽtioribus
auris & blando ſerenæ tranquillitatis purpuraſcentem
prefert colorẽ,qui autem eminus ſpectantibus frequen
ter offunditur,quãdo nõ violentis fluctibus vicina tun-
dit littora,ſed velut pacificis ambit & ſalutat amplexi-
bus,q̃ dulcis ſonus,q̃ iucundus fragor,q̃ grata & conſo-
na reſultatio: Ego tamen nõ oculis eſtimatũ creaturæ
decorem arbitror,ſed ſecundum rationẽ operationis iu
dicio operatoris conuenire & congruere definitum.
Bonum igitur mare: Primum,quia terras neceſſario
ſuffulcit humore,quibus per venas quaſdã occulte ſuc-
cũ quendã haud inutilẽ ſubminiſtrat. Bonũ mare tanq̃
hoſpitium fluuiorũ, fons imbrium, deriuatio alluuio-
num,inuectio cõmeatuum,quo ſibi diſtãtes populi cõ-
pulantur,quo preliorũ remouetur pericula, quo barba-

G ricus furor clauditur,subsidium in necessitatibus,refu=
gium in periculis,gratia in voluptatibus,salubritas va=
letudinis,separatorũ coniunctio,itineris compendium,
transfugium laborantium,subsidium vectigalium,ste=
rilitatis alimentum. Ex hoc pluuia in terras transfun=
ditur. Siquidem de mari aqua radiis solis hauritur, &
quod subtile eius est rapitur: deinde quanto altius ele=
uatur, tanto magis etiam nubium obumbratione fri=
gescit, & imber fit:qui non solum terrenã temperat sic=
citatem,sed etiam ieiuna arua fœcundat. Quid enu=
merem insulas quas velut monilia pleriq; prætexit,in
quibus ii qui se abdicant intemperantiæ secularis illece
bris,fido continentiæ proposito eligunt mundum late=
re,& vitę huius declinare dubios anfractus? Mare est
ergo secretum tẽperantiæ,exercitium continentiæ,gra
uitatis secessus,portus securitatis, tranquillitas seculi,
mundi huius sobrietas:tum fidelibus viris atq; deuo=
tis incentiuum deuotionis,vt cum vndarum leniter al=
luentium sono certent cantus psallentium,plaudant in=
sulæ tranquillo fluctuum sanctorum choro,hymnis san
ctorum personẽt. Vnde mihi vt omnẽ pelagi pulchri=
tudinem comprehendam quã vidit operator? Et quid
plura? Et quid aliud ille concentus vndarum, nisi qui=
dam concentus plebis est? Vnde bene mari plerunq;
comparatur ecclesia,quæ primo ingredientis populi
agmine totis vestibulis vndas vomit: deinde in ora=
H tione totius plebis tãquam vndis refluentibus stridet:
tum responsoriis psalmorum,cantu virorũ,mulierum,
virginum,paruulorum,consonus vndarum fragor re=
sultat. Nam illud quid dicam,quod vnda peccatũ ablu=
it, & sancti spiritus aura salutaris aspirat? Det nobis
dominus illa successiuum flumina prospero ligno cur=
rere, tuto portu consistere, nequitiæ spiritalis grauio=
ra q̃ ferre possumus tentamenta nescire,fidei ignorare
naufragia,habere pacem profundam: et siquando ali=
quid sit quod graues nobis seculi huius excitet fluctus,
euigilantem pro nobis habere gubernatorem dominũ
Iesum, qui verbo imperet, & tempestatem mitiget,
tranquillitatẽ maris refundat,cui est honor & gloria,
laus,perpetuitas a seculis,& nunc & semper, in omnia
secula seculorum. Amen.

Quomodo cõuenerit vt terræ daretur species & gra
tia germinãdi,& viriditas agri,ac de virtute & vtilitate
huius vocis qua deus dixit: Germinet terra hęrbã virẽ=
tem fœni &c. cũ redargutione eorũ qui hanc prerogati=
uam ipsi Soli adscribunt. Caput VI.

I DISCEDENTE aqua cõueniebat vt spe=
cies terræ daretur & gratia, vt inuisibilis &
incõposita desineret esse. Nam pleriq; etiã
hoc dicunt esse inuisibile,quod speciem non
habet:& ideo accipiunt terrã inuisibilem fuisse,nõ quia
videri non posset a summo deo vel angelis eius,(nam
adhuc homines creati non erant,vel etiã pecudes') sed
quia sine sua specie erat. Species autẽ terræ est germi=
natio, & viriditas agri. Vnde vt & visibilem eam & cõ
positam faceret deus,ait: Germinet terra hærbam fœ=
ni,seminans semen secũdum genus suum,& ligum fru
ctiferum faciens fructum secundum genus suum,cuius
semen suum sit in ipso.) Audiamus verba veritatis:
quorũ series salus est audiẽtium. Prima enim illa vox
dei singulis creaturis impertita gignendis,lex naturæ
est,quę terris in omne ęuum remãsit futurę successiõis
datura prescriptũ,quẽadmodũ vel generãdi vel fructifi
candi in reliquum vsus adolesceret. Prima itaq; germi=
natio est,qñ nascentia videntur erũpere: deinde cũ eru=
perit & profecerit germẽ, fit hęrba: hęrba quoq; vbi pau
lulum pcesserit,fit fœnũ. Quã vtilis,q̃ vehemẽs vox:
Germinet terra hęrbã fœni. Hoc est, ipsa p se germi=
net terra,nullũ alterius quęrat auxiliũ,nõ cuiusquã indi
geat ministerio. Solent enĩ pleriq; dicere: Nisi clemen= K
tior solis calor tepefecerit terras, & quodãmodo radiis
suis fouerit,nõ pot germĩare terra: & ppterea gẽtes di=
uinũ honorẽ deputant Soli,quod virtute caloris sui ter=
rarum penetret sinus,sparsaq; foueat semina,vel rigen=
tes gelu venas arborũ relaxet. Audi ergo deum velut
hanc vocem emittentẽ: Conticescat ineptus sermo ho=
minum qui futurus est,facessat vana opinio: Antequã
Solis fiat luminare,hærba nascatur: antiquior eius sit
prærogatiua q̃ solis. Ne error hominum conualescat,
germinet prius terra q̃ fotus Solis accipiat. Sciant o=
mnes Solem autorem non esse nascentium. Dei clemẽ
tia terram relaxat, dei indulgentia prorumpere facit
fructus. Quomodo Sol viuendi vsum ministratorium
dis,quando illa prius diuinæ operationis viuificatione
sunt edita,q̃ Sol in hos viuẽdi vsus veniret? Iunior est
hærbis,iunior fœno.

Cur prius pecori pabulum q̃ cibus homini sit crea=
tus, simplexque victus & naturalis cibus reliquis cibis
antelatus sit: de cõmendatione quoq; ipsius,ac de my=
sterio hęrbę virentis & floris fœni,cũ exhortatione no=
stri ad imitationẽ illius hęrbę, & cõfutatiõe Manichęi
aliorũq; hęreticorum. Caput VII.

ET forte mirẽtur aliqui quod prius pecori pa
bulũ,q̃ cibus hoi sit creatus. In quo primũ L
profundũ dei consiliũ debemus aduertere,
quod etiã minima queq; non negligat,sicut
in euangelio sapientia dei dicit: Respicite volatilia cæ= Mat. 6.
li,quoniã nõ serunt neq; metunt,neq; congregãt in hor=
rea,& pater vester cælestis pascit illa. nonne vos pluris
estis illis? Cum enim illa pascuntur dei gratia,nemo si=
bi debet de sua industria & virtute blandiri. Deinde
quia simplicem victum & naturalem cibum reliquis ci
bis debuit anteferre. Hic enim sobrietatis est cibus,re=
liqui deliciarum atq; luxuriæ. Hic communis omni=
bus animantibus cibus,ille paucorum. Exẽplum itaq;
frugalitatis,magisteriũ parsimonię est,hęrbę simplicis
victu olerisq; vilis aut pomi contẽtos esse oẽs oportere,
quẽ natura obtulit,quẽ liberalitas dei prima donauit. Il
le salubris,ille vtilis cib9,qui morbos repellat, q resecet
cruditates,nullo hoĩm paratus labore,sed diuino effu=
sus munere,sine satiõe fruges,fructus sine semine, tam
dulcis,tam gratus, vt etiam repletis voluptati atq; vsui
sit. Deniq; ad primas datus mensas, ad secundas re=
mansit. Quid autem creaturæ huius attexam miracu
lum,& sapientiæ operatricis argumẽtum exprimam?
In hac enim germinũ specie, & in illo virentis hærbæ M
munere imago est vitæ humanæ,& naturæ conditio=
nisq; nostræ insigne quoddã spectatur,& speculum elu=
cet. Illa hęrba & flos fœni,figura est carnis humanæ,
sicut bonus diuinitatis interpres organo suæ vocis ex=
pressit dicens: Clama. Quid clamabo? Oĩs caro fœnũ, Esaię. 40.
& oĩs gloria hominis vt flos fœni. Aruit fœnũ,& flos
decidit: verbũ autẽ dñi manet in æternũ. Dei sententia,
vox humana est. Dicit deus, Clama: sed in ipso Esaia
loquitur. Ille respõdit: Quid clamabo? Et tanq̃ quid lo=
queretur audisset,adiũxit: Oĩs caro fœnũ. Et vere. Vi=
ret enĩ & gloria hoĩs ĩ carne quasi fœnũ: & quæ putatur
esse sublimis,exigua quasi hærba est,pmatura vt flos,
caduca quasi fœnũ: germinat vitæ viriditatẽ in specie,
nõ in fructu soliditatem: hilarioris vitæ quasi flos præ=
tendens iucunditatẽ,breuiori spatio occasura,sicut hęr=
ba fœni,quod priusquã euellatur arescit. Quæ enim fir
mitudo in carne, quæ salubritas potest esse diuturna?
Hodie videas adolescentem validum,pubescentis ęta=
tis virtute florentẽ, grata specie,suaui colore: crastina
die tibi facie & ore mutatus occurrit: & qui pridie tibi
lautissimus decoræ formæ visus est gratia,alio die mi=
serãdus apparet,ægritudinis alicuius infirmitate reso=

A lutus. Plerosque aut labor frangit,aut inopia macerat,
aut cruditas vexat,aut vina corrumpunt, aut senectus
debilitat,aut euiratos deliciæ reddunt, luxuria decolo=
rat. Nonne verum est quia aruit fœnum, & flos deci=
dit? Alius abauis atauisq; nobilis,& maiorum hone=
status infulis,prosapiæ veteris clarus insignibus, ami=
cis abundans,stipatus clientibus,& vtrũq; latus tectus,
secum producens maximam ac reducens familiam,re=
pente aliqua accidẽtis periculi mole turbatus,destitui=
tur ab oĩbus,a sodalibus derelinquitur, impugnatur
a proximis. Ecce verum est quia sicut fœnum vita ho=
minis,priusquã euellatur arescit. Est etiã qui dudum
vbertate affluens copiarum,liberalitatis fama per ora
volitans singulorum,clarus honoribus,pręminens po
testatibus,tribunalib9 celsus,solio sublimis,beatus po=
pulis æstimatus,dum præconum clamore deducitur,
subita rerum cõuersione in eum carcerem rapitur,quo
alios ipse detruserat,& inter reos suos imminentis pœ
næ deflet ærũnam. Quantos pridie caterua plauden=
tium,& inuidiosa fauentis populi frequens domũ pom
pa deduxit,& nox vna gloriosæ illum splendorem de=
ductionis aboleuit,ac repentinus lateris dolor effusis
gaudiis luctuosam grauis successionem mœroris ad=
miscuit. Huiusmodi igitur est gloria hominis, sicut
flos fœni. Quæ etiam cum defertur,nihil operibus ad=
iungit,in qua nullus fructus acquiritur,& cũ amittitur
B euanescit,omnẽ scenam hominis,& quã desuper obũ=
brabat repente destituens, & quam intus animabat.
Atq; vtinam imitaremur hanc hærbam,de qua ait do
minus: Germinet terra hærbã fœni,seminans semen
secundum genus suum,& secundum similitudinem.)
Seminemus igitur semen secundum genus. Quod sit
genus,audi dicentem oportere nos quærere illud diui=
num,si quo modo illud tractare possimus aut inueni=
re, quãuis non longe sit ab vnoquoq; nostrum. In ipso
Actu. 17. enim viuimus,& sumus,& mouemur,sicut quidã ve=
strum,inquit,dixerunt,cuius & genus sumus. Secun=
dum hoc genus seminemus semen,non in carne, sed in
spiritu. Non enim carnalia,sed spiritualia seminare de=
bemus,qui ad vitã peruenire volumus æternã. Quæ
sit autem similitudo, nõ ignoras,qui ad imaginem &
similitudinem dei factus es. Hærba generi respondet
suo,tu non respondes tuo generi? Tritici granum spar=
sum terræ,generis sui gratiam reddit,& tu degeneras?
Fruges non adulterant sui synceritatẽ seminis,tu adul=
teras puritatem animæ,vigorem mentis,corporis ca=
stitatem? Non agnoscis opus esse te Christi? Mani=
bus suis, vt legim9, te ille formauit, & tu Manichęe al=
terum tibi asciscis autorem? Pater deus dicit ad filiũ:
Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem no
C stram: & tu Photiniane dicis quia in constitutione mũ
di adhuc nõ erat Christ9? Et tu Eunomiane dicis quia
dissimilis est patri filius? Nam si imago: non dissimi
lis vtiq;,sed totum ex toto exprimens patrẽ, quem pa=
ter substantiæ suæ vnitate signauit. Pater dicit: Facia=
mus: & tu cooperatorẽ negas? Quod dixit pater,filius
fecit: & tu ęqualem negas,in quo cõplacuit pater?

De germine,ac seminaria virtute,& admirabili ger
minationis & fructificatiõis modo,terręq; vtilitate. De
laude quoq; agri pleni,& salubritate succi hærbarũ,vir=
gultorũq; ac foliorũ remediis. Caput VIII.

GERMINET,inquit,terra hærbam fœni
secũdum genus.) In omnibus quæ dicun=
tur nascentia terrę,primũ germen est: vbi se
paululum sustulerit,fit hæba,postea fœnũ,
inde fit fructus. Sunt nascentia quæ radice germinant,
vt arbores quæ nõ sunt satæ,ex aliarum arborum radi=
ce nascuntur. In arundine videmus quomodo in extrę
mo eius velut quidã fit nodus e latere,& inde alia arun
do germinat. Est ergo in radice vis quædam semina= D
rii. Insitiua quoq; in superioribus germinant. Aliis er
go a radice,aliis diuerso munere series successionis ac=
quiritur. Inest enim nascentibus singulis aut semen,
aut virtus aliqua seminaria, & ea secundum genus, vt
quod nascitur ex ea,simile eorũ quæ sata sunt,vel quo=
rum de radice sit,germinet. De tritico triticum,de mi=
lio milium,de piro pirus albo flore prorumpit, casta=
nea quoq; surgit de radice castaneę. Germinet,inquit,
terra hærbam fœni secundũ genus.) Et continuo par=
turiens terra nouos se fudit in partus,& induit se amĩ=
ctum viriditatis, gratiam fœcunditatis assumpsit, di=
uersisq; compta germinibus proprios suscepit ornatus.
Miramur q tam cito generauerit: quanto maiora mi=
racula sunt si spectes singula quẽadmodum vel iacta in
terram semina resoluantur,ac nisi mortua fuerint,nul=
lum fructum afferant. si vero fuerint quadam sui morte
resoluta,in vberiores fructus resurgãt. Suscipit igitur
granũ tritici putris gleba, & sparsum cohibet occatio,
ac velut materno terra gremio fouet & cõprimit. Inde
cũ se granum illud resoluerit,hærbam germinat,grata
ipsa iam species hærbescẽtis viriditatis,quæ statim ge
nus satiui similitudine sui prodit,vt in ipso suæ stirpis
exordio cuius generis hęrba sit recognoscas,atq; in hęr=
bis fruct9 appareat,paulatimq; adolescit vt fœnũ,culmoq;
pubescens erigitur & assurgit. Ast vbi se geniculata
iam spica sustulerit,vaginę quędã futurę frugi parãtur, E
in quibus granũ formatur interius,ne tenera eius pri=
mordia aut frigus lædat,aut solis æstus exurat,aut vẽ
torum inclementia,vel imbriũ vis sæua decutiat. Suc
cedunt quidam ordines spicę mirabili arte formati,vel
ad speciem grati,vel ad tutamen nexu quodam inter se
naturalis colligationis astricti,quã prouidentia diuina
formauit. Et ne frugis numerosioris põdere velut quę=
dam cedat fultura culmorũ,vaginis quibusdã ipse cul=
mus includitur,vt geminatis viribus frugẽ possit mul=
tiplicem sustinere,ne impar oneri curuetur in terram.
Tum supra ipsam spicam vallum struitur aristarum,
vt quasi quadam in arce prętẽdat,ne auium minorum
morsibus spica suis exuatur fructib9,aut vestigiis pro=
teratur. Quid dicam quemadmodum clementia dei
humanę prospexerit vtilitati? Fœneratũ terra restituit
quod acceperit,& vsurarum cumulo multiplicatũ. Ho
mines sæpe decipiunt,& ipsa fœneratorem suum forte
defraudant: terra fidelis manet. Et siquãdo non solue=
rit,si forte aduersata fuerit frigoris inclementia,aut ni=
mia siccitas,aut immensa vis imbrium,alio anno supe
rioris anni damna compẽsat. ita & quando prouentus
spem destituit agricolæ,nihil terra delinquit: & quãdo
arridet vbertas,fœcundæ matris se partus effundit,vt
nunquã vllum dispendium suo inferat creditori. Quę F
vero species pleni agri? Qui odor? Quæ suauitas? De specie
Quę voluptas agricolarũ? Quid digne explicare pos= agri pleni.
simus,si nostro vtamur alloquio? Sed habemus scri=
pturæ testimonia quibus agri suauitatem benedictio=
ni & gratiæ sanctorum aduertimus comparatam, di=
cente sancto Isaac: Odor filii mei sicut odor agri pleni. Gene. 27.
Quid tibi describam purpurascẽtes violas, candida li= De violis
lia,rutilantes rosas,depicta rura nunc aureis, nunc va= liliis, & ro
riis,nunc luteis floribus, in quibus nescias vtrum spe= sis.
cies amplius florum,an vis odora delectet? Pascuntur
oculi grato spectaculo,lõge lateq; odor spargitur, cuius
suauitate complemur. Vnde diuine dominus ait: Et
species agri mecum est. Cum ipso est enim,quam ipse
formauit. Quis enĩ alius artifex possit tantã rerũ singu
larũ exprimere venustatẽ? Considerate lilia agri: quã=
tus sit candor in foliis,quẽadmodum stipata ipsa folia
ab imo ad summũ videantur assurgere,vt scyphi expri
mant formã,vt auri quædam species intus effulgeat,
quæ tamen vallo in circuitu floris obsepta nulli pateat
iniurię. Si quis hunc florem decerpat, & sua soluat in

G folia, quę tãti eſt artificis manus quę poſſit lilii ſpeciem reformare? Quis tantus imitator naturæ, vt florem hunc redintegrare præſumat, cui dominus tantũ teſti-

Mat.6. moniũ dedit vt diceret: Nec Salomon in omni gloria ſua ſic veſtiebatur, ſicut vnũ ex iſtis? Rex opulentiſſimus & ſapiẽtiſſimus inferior iudicatur ꝗ huius floris pulchritudo eſt. Quid enumerem ſuccos hærbarum

De remediis virgultorum. ſalubres? Quid virgultorum ac foliorũ remedia? Ceruus æger ramuſculos oleæ mandit, & ſanus fit. Locuſtas quoq; folia oleæ arroſa liberant ab ægritudine. Rubi folia ſuperiacta ſerpenti, interimunt eum. Culices non tangent te ſi abſinthii hęrbam cũ oleo coquas, & eo te perunxeris.

De retuſione cauſationis quod cũ vtilibus etiã letalia & pernicioſa generentur. Caput IX.

SED forte dicant aliqui: Quid quod cũ vtilibus etiam letalia & pernicioſa generantur? Cum tritico conium, quod inter alimẽta vitæ noxium reperitur, & niſi præuiſum fuerit, cõſueuit ſaluti nocere. Inter alia quoq; nutrimẽta vitæ helleborũ deprehẽditur. Aconita quoq; fallũt frequẽter, & decipiunt colligentem. Sed hoc ita eſt, ac ſi reprehendas terram quia nõ omnes homines boni. Sed quod plus eſt accipe, quia nõ omnes boni angeli in cæ-

H lo. Sol ipſe pre nimio calore ſpicas torret, adurit autem gignentium prima exordia. Luna quoq; viantibus iter demonſtrat, latronum prodit inſidias. Num igitur dignum eſt vt in his quæ vtilia ſunt poſthabentes conditoris gratiã confiteri, propter aliqua alimentorũ noxia creatoris proſpicientiæ derogemus? quaſi vero omnia gulæ cauſa debuerint procreari, aut exigua ſint quę vẽtri noſtro diuina indulgentia miniſtrauerit. Definitæ nobis eſcæ ſunt, & notæ omnibus, quæ & voluptatem generent, & corporis ſalubritatẽ. Singula autem eorum quæ generantur e terris, ſpecialem quãdam rationem habent, quæ pro virili portione complent vniuerſæ plenitudinem creaturæ. Alia ergo eſui, alia alii naſcuntur vſui. Nihil vacat, nihil inane germinat terra. Quod tibi putas inutile, aliis vtile eſt, imo ipſi tibi frequẽter alio eſt vſu vtile. Quod eſcã nõ adiuuat, medicinam ſuggerit: & ſæpe eadẽ quę tibi noxia ſunt, auibus aut feris innoxium miniſtrant pabulum. Deniq; ſturni veſcũtur conio, nec fraudi eſt eis, quoniã qualitate ſui corporis venenũ ſucci letalis euadunt. Frigida enĩ vis eius eſt ſucci, quã ſubtilibus poris in cordis ſui ſedẽ ducentibus, pręcoci digeſtione pręueniunt priuſquã vitalia ipſa pertentet. Helleborum autem periti loquũtur eſcam eſſe & alimoniam coturnicum, eo quod naturali quodam temperamento ſui corporis vim pabuli nocẽ-

I tis euitent. Etenim ſi ratione medicinæ plerũq; ad ſalubritatẽ humani quoq; corporis temperatur, cui videtur eſſe cõtrariũ: quãto magis proprietati naturę ad cibum proficit, quod medica manu cõuertitur ad ſalutẽ? Per mandragorã quoq; ſomnus frequẽter accerſitur, vbi vigiliarũ ęgri afflictãtur incõmodo. Nam quid de opio loquar, quod etiã nobis quotidiano ꝓpe vſu innotuit, qm̃ dolores eo grauiſſimi internorũ ſepe viſcerũ ſopiuntur? Nec illud preterit, quod conio plerũq; furores libidinũ marcuerũt, & helleboro vetuſtæ paſſiões ægri corporis ſunt ſolutę. Nõ ſolũ igitur nulla in his reprehenſio creatoris, ſed etiã incremẽtum eſt gratiarũ. Siquidem quod ad periculũ putabas eſſe generatũ, ad remedia tibi ſalutis operatur. Nã & id quod periculi eſt, per prouidentiam declinatur: & id quod ſalutis, per induſtriam nõ amittitur. An vero oues & capræ ea quę ſibi noxia ſunt declinare didicerunt, & ſolo odore per quoddam naturę miniſterium, cũ ſint rationis expertes, rationem tamen euadendi periculi vel tuendæ ſalutis agnoſcunt, noxiaq; pariter ac ꝓfutura diſtinguũt, ita vt plerũq; cum armata venenis tela ſenſerint, notas K

petere hęrbas, atq; his remediũ vulneri dicãtur adhibere? Cibus illis ergo medicina eſt, vt reſilire ſagittas videas e vulnere, & fugere venena, non ſerpere. Deniq; ceruis cibus venenum eſt. Coluber ceruũ fugit, leonẽ interficit. Draco elephantem ligat, cuius ruina mors victoris eſt. Et ideo ſumme vtrinq; certatur, ille vt pedem alliget, in quo caſus victi ſibi nocere non poſſit, iſte ne poſteriore extremus pede, aut calle capiatur anguſto, vbi vel ipſe ſe non queat retorquere, & draconẽ graui proterere veſtigio, vel ſequentis elephanti auxilium nõ habeat. Ergo ſi irrationabilia animalia norũt quibus ſibi aut medicentur hęrbis, aut ſubſidiis opem afferant: homo neſcit, cui rationabilis ſenſus innaſcitur? Aut tam alienus a vero eſt, vt quæ cuiq; apta ſint vſui minime deprehẽdat: aut ita naturæ ingratus bonis, vt quoniã taurini hauſtus ſanguinis letalis eſt homini, ꝓpterea putet laborioſum animal aut naſci non debuiſſe, aut ſine ſanguine debuiſſe generari, cuius virtus ad cultum agrorum vtilis, aut ad vſum plauſtrorum habilis, ad alimoniam ſuauis, diuerſo munere fulcit agricolas, quibus deus, ſi bona ſua norint, vniuerſa donauit dicens: Germinet terra hęrbam fœni, ſpirans ſemen ſecũdum genus. Non ſolum enĩ ſpontaneam alimoniã cõprehendit quę eſt in hęrbis & radicibus, atq; in arborũ reliquiſq; fructibus, ſed etiã eã quæ induſtria cõparatur, & cultu ruſticani laboris acquiritur. Q̃ decorum autẽ quod non ſtatim fundere terras ſemen iuſſit L

& fructus, ſed primũ germinare, deinde hęrbeſcere campos ſtatuit, poſtea ſecundum proprietatem ſui generis ſemen adoleſcere, vt nunquã aruorum vacaret gratia, quæ grato primum decore vernarent, poſtea fructuum ſuggererent vtilitatem.

Quomodo terra ſecundũ genus ſuum dicatur proferre ſemina, cum plerunq; ſemina iacta degenerent. Ac de diuerſitate ſeminis diaboli, & ſeminis Chriſti filii hominis, & quando homo verbum ſuum ſeminauerit ſuper terram. Caput X.

SED forte quis dicat: Quomodo ſecundum genus terra profert ſemina, cũ plerũq; ſemina iacta degenerẽt, & cũ bonum triticũ fuerit ſeminatũ, decolor eius ſpecies, & inferior forma reddatur? Sed hoc ſiquando accidit, nõ ad tranſlationem generis, ſed ad ægritudinẽ quandam & inæqualitatẽ ſeminis videtur eſſe referendum. Non enim deſinit eſſe triticum ſi aut frigore aduratur, aut imbre madidetur, ſed ſpecie magis ꝗ genere, colore quoq; & corruptione mutatur. Deniq; frequenter madidata frumenta in ſui generis ſpeciem reuertuntur ſi aut ſole aut ignibus torreantur, aut diligentibus cõmiſſa cultu- M

ris, aeris tẽperie terrarũq; feracium vbertate foueãtur. Itaq; reparatur in ſobole, quod degenerauerat in parente. Vnde non periclitamur ne præceptum illud dei cuius vſus naturę inoleuit, in reliquum ſucceſſionis vitio deſtitutũ ſit, cũ hodieq; in ſeminibus generis ſui ſynceritas reſeruetur. Nam loliũ, & reliqua adulterina ſemina quę frugibus ſæpe miſcentur, zizania nuncupari euangelii lectione cognouimus: ſed ea proprium quoddam genus habent, non ex tritici ſemine in aliud genus ſeminis decolori mutatione tranſlata degenerem traxere naturã. Deniq; hoc docet dñs dicens: Simile Mat.13.

eſt regnũ cælorũ homini qui ſeminauit bonũ ſemen in agro ſuo: cũ autẽ dormirẽt hoĩes, venit inimicus eius, & ſupſeminauit zizania inter triticũ. Aduertim⁹ vtiq; ꝙ zizania & triticũ, vt noĩbus, ita & gñe videantur eſſe diſcreta. Deniq; & ſerui dixerũt ad patrẽfamilias: Dñe, nõne bonũ ſemẽ ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimic⁹ homo hoc fecit. Aliud enĩ eſt ſemẽ diaboli, aliud ſemẽ eſt Chriſti, quod ſeritur

A ad iuſtitiã. Deniq; aliud filius hoĩs, aliud diabolus ſeminauit. Adeo diuerſa natura vtriuſq; ſeminis, vt contrarius ſeminator ſit. Quod ſeminat Chriſt⁹, regnũ eſt dei: quod ſeminat diabolus, peccatũ eſt. Quomõ igitur poteſt vnius generis eſſe regnũ atq; peccatũ? Sic eſt, inquit, regnũ dei, queadmodũ ſi homo iactet ſemen ſuper terrã. Eſt & homo qui ſeminat verbũ, de quo ſcriptum

Marci.4. eſt: Qui ſeminat, verbũ ſeminat. Hic homo verbum ſeminauit ſuper terram, quando dixit: Germinet terra hærbam. & ſubito terrarum germina pullularũt, & diuerſæ rerum ſpecies refulſerũt. Hinc pratorum virens gratia abundantiam pabuli miniſtrauit, inde camporum ſpica flaueſcens, imaginem pelagi fluctuantis, cõmotiõe ſegetis vberioris expreſſit. Sponte omnes fructus terra ſuggeſſit: etſi arata ſine cultore eſſe non poterat (nondum enĩ erat formatus agricola) inarata tamẽ opimis meſſibus redundabat, & haud dubiũ quin maiore prouentu. Siquidem nec cultoris deſidia terrarum deſtituere poterat vbertatem. Nunc enim fœcũditas vnicuiq; pro merito laboris acquiritur, vbi cultus ſpectatur agrorum: & negligentia vel offenſa aut diluuiis pluuiarum, aut terrarum ariditatibus, aut grãdinis iactu, aut quacunq; ex cauſa ſoli vberis ſterilitate multatur. Tunc autem prouentu ſpontaneo terra fructus locis omnibus inuehebat, quoniã is præceperat qui vniuerſorum eſt plenitudo. Verbum enim dei fructifica-

B bat in terris, nec vllo adhuc erat terra damnata maledicto. Antiquiora enim mundi naſcentis exordia, ꝗ noſtra peccata ſunt, & recentior culpa propter quam condemnati ſumus in ſudore vultus noſtri panem manducare, ſine dolore alimenta neſcire. Deniq; hodieque fœcunditas terræ veterem affluentiam ſpontaneo vſu fertilitatis operatur. Q̃ multa ſunt enim quæ adhuc ſponte generãtur. Sed etiã in his ipſis quæ manu quæruntur, magna ex parte manent nobis diuina beneficia, vt frumenta ipſa quieſcentibus inferantur. Quod propoſitæ docet lectionis exemplum, dicente domino

Marci.4. quia ſic eſt regnum dei queadmodum ſi homo iactet ſemen ſuper terram, & obdormiat, inquit, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & increſcat dum neſcit ille. Vltro enim terra fructificat, primo hęrbam, deinde ſpicam, deinde plenũ triticũ in ſpica. Et cum produxerit fructum, ſtatim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis. Dormienti igitur tibi o homo & neſcienti fructus ſuos vltro terra producit. Dormis & ſurgis, & frumenti per noctem incrementa miraris.

De ortu arborũ atq; roſarum, & quomodo roſa humanæ vitæ ſpeculũ præferat. Caput XI.

C DIXIMVS de hærba fœni, nunc dicamus de ligno fructuoſo faciente fructum ſecundũ genus, cuius ſemen eius in ipſo ſit. Dixit, & facta ſunt: & ſubito vt ſupra floribus hærbarumq; viriditatibus, ita hic nemoribus terra veſtita eſt. Concurrerunt arbores, conſurrexere ſyluæ, vertices repente montium fronduerunt. Hinc pinus, hinc cupreſſus in alta ſe extulerunt cacumina, cedri & piceæ conuenerunt. Abies quoq; non contenta terrenis radicibus atq; aerio vertice, etiam caſus marinos tuto ſubitura remigio, nec ſolum ventis, ſed etiam fluctibus certatura proceſſit. Necnon & laurus aſſurgẽs, odorem ſuum dedit, nunq̃ ſuo exuenda velamine. Vmbroſæ quoq; ilices verticem protulerũt, inhorrẽtem comã hybernis quoq; temporibus ſeruaturæ. Hoc enim in ſingulis priuilegium natura tenuit in reliquum, quod ſub ictu mundi ſurgẽtis accepit, & inde manet ſua ilicibus prærogatiua, manet cupreſſibus, vt nulli vẽti eas crinis ſui honore deſpoliẽt. Surrexerat ãte florib⁹ immixta teneris ſine ſpinis roſa, & pulcherrimus flos ſine vlla fraude vernabat: poſtea ſpina ſepſit gratiã floris tãq̃ humanæ

ſpeculum pręferẽs vitæ, quæ ſuauitatem perfunctionis D

ſuæ finitimis curarũ ſtimulis ſæpe compungat. Vallata eſt enim elegantia vitæ noſtræ, & quibuſdam ſolicitudinib⁹ obſepta, vt triſtitia adiuncta ſit gratię. Vnde cũ vnuſquiſq; aut ſuauitate rationis, aut proſperioris curſus ſucceſſibus gratulatur, meminiſſe culpæ eũ conuenit, per quã nobis in paradiſi amœnitate florentibus, ſpinæ mẽtis, animiq; ſentes iure condẽnatiõis adſcripti ſunt. Irrutiles igitur o homo licet aut ſplendore nobilitatis, aut faſtigio poteſtatis, aut fulgore virtutis, ſemp tibi ſpina ꝓxima eſt. Semp inferiora tua reſpice, ſup ſpinas germinas, nec prolixa gratia manet. Breui vnuſquiſq; decurſo ætatis flore marceſcit.

De ſingulari vitis commendatione, & quomodo exemplum eius ad noſtrę vitæ inſtitutionem arceſſendum ſit. Caput XII.

SANE vt caduca tibi noueris cõmunia eſſe cum florib⁹, ita etiã læta cũ vitibus, quibus generatur vinum, quo cor hominis lętificatur. Atq; vtinã o homo huius generis imiteris exẽplum, vt ipſe tibi lætitiã iucunditatẽq; fructifices. In teipſo ſuauitatis tuæ gratia eſt, ex te pullulat, in te manet, intus tibi, id eſt in teipſo quærenda iucũditas tuæ eſt conſcientię. Ideo ait: Bibe aquam de tuis vaſis, Prouer.5.

E & de puteorũ tuorũ fontibus. Primũ omniũ nihil gratius florentis odore vitis. Siquidem de flore earum ſuccus expreſſus poculi genus cõficit, quod & voluptati & ſaluti ſit. Deinde quis nõ miretur ex acini vinatio vitẽ vſq; in arboris ſummũ cacumẽ prorumpere, quã velut quodam amplexu fouet, & quibuſdam brachiis ligat, & circundat lacertis, pampinis veſtit, ſertis vuarum coronat? Quæ ad imitationem vitæ noſtræ primũ viuam defigit radicem: deĩde quia natura flexibilis & caduca eſt, quaſi brachiis quibuſdã, ita & clauiculis quicquid comprehẽderit ſtringit, hiſque ſe erigit & attollit. Huius eſt ſimilis plebs eccleſiæ, quæ velut quadã fidei radice plantatur, & reprimitur humilitatis propagine: de qua pulchre ait propheta: Vineã ex Egypto trãſtu- Pſal.79.

liſti, & plantaſti radices eius, & arbuſtã eius, & repleſti terram, operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros dei. Extendiſti palmites eius vſq; ad mare, & vſq; ad flumen propagines eius. Et p Eſaiam ipſe dñs locutus eſt dicens: Vinea facta eſt dilecto, in cornu, in lo- Eſaię.5.

co vberi: & maceria circũdedi, & circũfodi vineam Soreth, & ędificaui turrim in medio eius. Circũdedit enĩ eã velut vallo quodam cæleſtiũ preceptorũ, & angelorum cuſtodia. Immittit enim angelus domini in circui- Pſal.33.

tu timentiũ eũ. Poſuit in eccleſia velut turrim apoſtolorum & prophetarũ atq; doctorũ, qui ſolent pro eccle- F

ſiæ pace prætendere. Circũfodit eam quãdo exonerauit terrenarũ mole curarũ. Nihil enim magis mentem onerat, ꝗ iſtius mundi ſolicitudo, & cupiditas vel pecuniæ vel potẽtię. Quod tibi demõſtratur in euãgelio cũ Luce.13.

legis quia illa mulier quę habebat ſpiritũ infirmitatis, inclinata erat, vt ſurſum reſpicere non poſſet. Curuata enĩ erat anima eius, quę inclinabatur ad terrena cõpendia, & cæleſtẽ gratiã nõ videbat. Reſpexit eam Ieſus, & vocauit, & ſtatim mulier onera terrena depoſuit. His cupiditatibus etiã illos oneratos fuiſſe demonſtrat, quibus ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati Mat.11.

eſtis, & ego vos reficiã. Ergo illa aĩa mulieris quaſi circũfoſſa reſpirauit, & erecta eſt. Sed eadẽ vitis vbi circũfoſſa fuerit, religatur & erigit̃, ne reflectatur ĩ terrã. Reciduntur alia ſarmẽta, alia ꝓpagantur. Reciduntur quæ inani effuſione luxuriant, propagãtur ea quæ bonus agricola iudicauerit fructuoſa. Quid ego adminiculorum ordines, iugationiſq; deſcribam gratiam, quę verę atq; manifeſte æqualitatem docent in eccleſia eſſe ſeruandã, vt nemo ſe diues aut honoratus extollat, nemo

G pauper deiiciat,ignobilisq; desperet? Oibus sit in eccle=
sia par atq; vna libertas. Oibus ipertiatur iustitia cōmu
nis,& gratia. Ideo turris in medio est,que exēplum de
illis rusticanis,de illis circūferat piscatoribꝰ,qui virtutū
arcem tenere meruerunt. Q uorū exēplis noster eriga=
tur affectus,neq; humilis & despicabilis iaceat,sed vni=
uscuiusq; mens ad superiora se subrigat,vt audeat dice=
Philip. 3. re: Nostra autem cōuersatio in cælis est. Vnde ne ali=
quibus procellis seculi possit reflecti, & tempestate de=
duci,clauiculis illis & circulis quasi amplexibus chari=
tatis proximos quosq; complectitur, & in eorum con=
iunctione requiescit. Charitas est igitur quæ nos supe=
1.Ioan.4. rioribus nectit,cæloq; inserit. Q ui enim manet in chari
Ioan.15. tate,deus in eo manet. Vnde & dominus ait: Manete
in me,& ego in vobis. Sicut palmes nō potest fructum
afferre a se nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me
manseritis. Ego sum vitis,vos palmites estis. Euidē=
ter igitur exēplum vitis ad nostræ vitæ institutionem
accersendum esse signauit:quæ primum veris tepefa=
cta tēperie gēmare perhibetur: deinde ex ipsis sarmen=
torum articulis fructū emittere: de quibus oriens vua
formatur,paulatimq; augescens immaturi partus reti=
net acerbitatē,nec potest nisi matura iam & cocta dul=
cescere. Vestitur interea viridātibꝰ pāpinis vinea,qui=
bus & aduersum frigus omneq; iniuriā nō exiguo mu=
nitur subsidio,& a solis ardore defenditur. Q uid au=
tē eo vel spectaculo gratius,vel fructu eius dulcius, vi=
dere serta pendentia velut quædā speciosi ruris moni=
lia,carpere vuas vel aureo colore,vel purpureo reniten=
H tes? Hyacinthos cæterasq; gēmas fulgere existimes,
coruscare indicos,albarū emicare gratiā gēmarū. Nec
aduertis ex his admoneri te homo ne immaturos fru=
ctus tuos dies supremus inueniat,aut plenæ tēpus ęta=
tis opera iparata dedeceant? Acerbus enī fructus ama=
rior esse cōsueuit:nec potest dulce esse,nisi quod ad ma=
turitatis perfectionē adoleuerit. Huic viro perfecto nec
frigus horridæ mortis,nec sol iniquitatis nocere cōsue=
uit,quia obūbrat eū gratia spūalis,& oīa mundanæ cu=
piditatis & corporeę libidinis restinguit incēdia,defen=
dit ardores. Laudent te quicūq; conspiciunt,& agmina
ecclesiæ velut quædā palmitū serta mirentur, spectent
singuli fidelium pulchra animarū monilia,delectentur
maturitate prudentiæ,splendore fidei,confessionis de=
core,iustitiæ pulchritudine, vbertate misericordiæ, vt
Psal.127. dicatur tibi: Vxor tua sicut vitis abūdans in lateribus
domus tuæ:eo quod redundantiam vitis fructiferæ,co=
piosæ munere liberalitatis imiteris.

I De arborum varietate,ac diuersis earū vtilitatibus
& ornatibus,fructuūq; suorum atq; succorū proprieta=
tibus & medelis. Caput XIII.

SED quid ego in sola vite immoror,cū omia
genera arborū vtilia sint,alia ad fructum na
ta,alia ad vsum data? Nā & quibus non est
fructus vberior, tamen vsus preciosior est.
De cedro. Cedrus suspēdendis tectorū apta culminibus, eo quod
huiusmodi materies & procera sit spatiis, nec onerosa
parietibus. Lacunaribus quoq; comēdisq; fastigiis ha
De cupresso. bilis est cupressus. Vn̄ & ecclesia dicit in Canticis: Tra
bes domorū nostrarū cedrinę,lacunaria nr̄a cupressina.
in his esse declarans decora sui ornamenta fastigii, qui
quasi trabes verticem ecclesiæ sua virtute sustineant,&
De lauro & palma. fastigium eius exornent. Laurus & palma ad insigne
victoriæ. Lauro victorū capita coronantur,palma ma=
nus victricis ornatꝰ est. Vnde & ecclesia ait: Dixi ascē=
Canti.7. dam in palmā,tenebo altitudines eius. Q uæ eminen=
tiam videns verbi,& sperās quod ad eius altitudinem
possit ascendere,& scientiæ summitatē,dicit: Ascēdam
in palmā, vt omnia inferiora relinquat,& ad superiora
contendat,ad brauium Christi, vt suaues eius fructus
carpat,& gustet. Suauis enim virtutis est fructus. Po= K
De populo & salice. pulus quoq; coronis arbor vmbrosa victricibus,& salix
lenta vitibus habilis vinciendis,qd aliud mystice decla
rant,nisi bona esse Christi vincula, quæ nocere non so=
leant,vincula gratiæ, vincula charitatis,vt vnusquisq;
suis vinculis glorietur, sicut gloriabatur & Paulus di= ad Philemonem.
cens: Paulus vinctus Iesu Christi. His ligatus vinculis
dicebat: Q uis nos separabit a charitate Christi? Vin= Rom̄.8.
culis abstinentię, vinculis charitatis. His ligatus vincu
lis etiā Dauid ait: In salicibꝰ in medio eius suspēdimus Psal.136.
organa nostra. Buxus quoq; elementorū apicibꝰ vtilis De buxo.
exprimendis,leui materia vsum manus puerilis infor=
mat. Vnde ait scriptura: Scribe in buxo. Simul vt Esa.30.
admoneat te ipsa materia quæ semper viret, nec vn=
quam foliis exuitur suis,ne vnquam spei tuæ dissimu=
latione nuderis, sed semper tibi per fidem germinet
spes salutis. Q uid ego enumerem quāta varietas ar=
borū,q̃ diuersus in singulis & pulcher ornatus,q̃ patulę
fagi,q̃ proceræ abietes,q̃ comantes pinus, q̃ vmbrosæ
ilices,q̃ populi bicolores,q̃ nemorosa & rediuiua casta=
nea,quę simul vt excisa fuerit,tanq̃ syluā ex se pullulare
cōsueuit: quēadmodū in arboribus ipsis ętas aut senilis
aut nouella deprehēdit. iunioribꝰ ei exiliores rami,āti=
quioribꝰ validiora & nodosa sunt brachia. Illis folia le=
uigata atq; diffusa,istis cōtractiora & aspera. Sunt etiā
arbores quæ senili atq; emortua radice successionē sui,si
forte cędātur,reparare nō nouerint: alię quibꝰ aut iuuē=
tus viret,aut natura fœcūdior est,quibꝰ excisio lucro po
tius q̃ detrimēto sit, vt p plures sui rediuiua successione
renouentur heredes. Est etiam,quod mireris,ipsis se= L
xus in pomis,est discretio sexus in arboribus. Nam vi= De palma mare & fœmina.
deas palmā quæ dactylos generat,plerūq; inclinantem
ramos suos,& subiacentem, & concupiscentię atq; am=
plexus speciem prætendentem ei arbori quam marem
palmam appellant pueri rusticorū. Illa ergo palma fœ=
minea est,& sexum suum subiectionis specie cōfitetur.
Vnde locorum cultores præiaciunt ramis eius dacty=
lorum vel palmarum semina masculorum,quibus illi
fœmineæ arbori velut quidam sensus perfunctionis in=
funditur, & expetiti concubitus gratia repræsentatur.
Q uo munere donata rursus erigitur, & eleuat ramos
suos,& in veterem statum comam suam rursus attol=
lit. De ficu quoq; eadem opinio est. Ideoque plerique De ficu.
secundum domesticam & fructiferam ficum, agrestem
ficulneam feruntur inserere,eo quod cito fructus fœcun
dæ illius & domesticæ ficus vel aura tentati aliqua, vel
æstu,defluere ferantur in terram. Vnde gnari huius
remedii,grossis arboris agrestis alligatis ad illam fe=
racem arborem,medētur eius infirmitati, vt possit fru= M
ctus proprios reseruare,iam iamq; si deforent remedia
lapsuros. Q uo admonemur velut quodā ænigmate
naturæ,nō refugere eos qui a nostra fide & cōsortio se=
parati sunt,eo quod & gentilis qui fuerit acquisitꝰ,quo
grauior fuerit assertor erroris,eo vehementior possit fi=
dei defensor existere. Et si quis de hæreticis conuerta=
tur,velut confirmet eam partem in quam se cōmuta=
ta opinione contulerit,maxime si habeat aliquid dire=
ctum naturæ,vt viuida possit esse eius sententia, si ad=
miniculetur ei attentio sobrietatis,obseruantia castita=
tis. Profunde ergo circa eum studium tuum, vt simi=
litudine fructiferæ illius ficus de præsentia & coniun=
ctione agrestis illius arboris tuam possis corroborare
virtutem. Ita enim tua nec dissoluetur intētio,& diligē
tiæ fructus & gratię reseruabitur. Q̃ multa sunt autē
quæ doceant naturalem duritiā posse diligentię studio
temperari,quibus affert cultus ruralis exēplum. Nam
plerūq; cito florent mala granata,& fructum afferre nō
possunt,nisi congruis peritorum remediis excolantur.
plerunque succus vanescit interior,& foris species eius
pulchra prætenditur. Q uæ non immerito compara=
tur ecclesię, vt habes in Canticis ad ecclesiā dictum: Vt

A cortex mali punici genæ tuæ. Et infra: Si floret vitis,
Canti.4. floruerunt mala granata. Ecclesia enim bonū fidei ful=
gorem confessionisq; prætēdit,tot martyrum sanguine
speciosa: &(quod est amplius) Christi cruore dotata, si=
mul plurimos intra se fructus vsu istius pomi sub vna
munitione conseruans,& virtutū negocia multa cōple
De amygdalis. ctens. Sapiens enim spiritu celat negocia. Amygdalis
quoq; hoc genere medicari ferūtur agricolę, vt ex ama=
ris dulces fiant fructus, vt & terebrent eius radicem ar=
boris,& in mediū inserant surculum eius arboris quā
Gręci πεύκην,nos piceā dicimus. Q uo facto succi ama
ritudo deponitur. Ergo si agricultura conuertit stirpiū
qualitates,nōne studia doctrinæ,& disciplinæ attentio
mitigare possunt quaslibet ægritudines passionū? Ne=
mo ergo positus vel in adolescētię vel i intēperātiæ lu=
brico,de sui conuersione desperet. Ligna plerūq; in me=
liores vertuntur vsus,& nō possunt hominū corda mu=
tari? Docuimus non solum inter diuersi generis arbo=
res esse fructuum diuersitates, sed plerūq; in eadem spe=
cie arborū compugnare sibi fructus. Alia enim species
masculorū,alia fœmineorū fructuum, sicut de dactylis
supra diximus. Q uis autem possit cōprehendere va=
rietatem,speciem,gratiāq; pomorū, singularum quoq;
vtilitatem arborum,fructuum succorūq; proprietatem,
quę cuiq; rei apta videantur,quēadmodum ægris visce
ribus hoīm amariora poma medicentur,& inflationē
B asperitatēq; īteriorē tēperēt,quēadmodū rursus humo=
rum aspera,pomorum dulcibus tēperentur? Deniq; ea
medicina antiquior, quæ hærbis curare consueuit &
succis,nec vlla firmior sanitas,q̃ quæ salubribus refor=
matur alimentis. Vnde secundum naturam docemur
quia sola nobis esca medicina est. Hærbis certe vlcera
aperta clauduntur,hærbis curantur interna. Ideoque
medicorū est opus,herbarum potestates noscere. Hinc
enim medendi vsus inoleuit.

De simplicium pomorum differentia, foliorūq; di=
uersitate. Caput XIIII.

SED vt ad simplicia poma reuocemꝰ stylum,
alia sunt quæ coquuntur sole,alia quæ testis
aut corticibꝰ clausa cōplētur. Mala & pira,
vuarū quoq; genera oīa nuda obiecta sunt so
li:nucis autē & node † nucleiq; fructus,& testa opertus
& cortice,alitur tn̄ & ipse calore solis,atq; nutrit: & q̃tū
pinea dēsitate nucleꝰ abscōdit, tāto solis calore nutrit.
Q uāta deinde dn̄i puidētia, vt vbi mollior fructꝰ,ibi fo
lii dēsitudo validius tegumētū tuēdo deferat pomo,qd
videmus in fructu ficulneę. Delicatiora itaq; validiori=
bus munienda sunt, vt & ipse quoq; dn̄s per Hieremiā
Hiere.24 docet dicēs: Sicut ficus istas bonas recognoscā transla=
tos iuda,quos emisi de loco isto in terrā Chaldęorū in
C bona, & confirmabo oculos meos super illos in bona.
Tanq̄ delicatos enī velut quodā misericordię suę vali=
diori sepsit tegmine, ne teneri fructus maturius interi=
Baruch.4 rent. Deniq; de ipsis etiam in posterioribus dicit: Deli=
cati mei ambulauerunt vias asperas. Q uibus infra ait:
Ibidem. Constātes estote filii,& proclamate ad deum. Hoc enī
solum aduersus omnes procellas atq; iniurias inuiola=
bile tegmen,impenetrabile munimentū est. Vbi ergo
teneri fructꝰ, ibi crassiora tegmina & munimēta folio=
rū. Cōtra aūt, vbi fructꝰ validiores,ibi teneriora folia,
vt malus arbor docet. Fructus enī validꝰ nō multo in=
diget ptectiōis auxilio.nā ptectionis crassioris vmbra
De pāpino. pomo nocere plus posset. Deniq; doceat nos pāpinus
naturę gratiā,& diuinę sapiētię interna mysteria. Vi=
demus enim ita scissum atq; diuisum, vt trium foliorū
speciem videatur ostēdere:ita pars media distincta est,
vt nisi inferioribus hæreret, separata spectantibus vi=
deretur. Ea autem ratio videtur seruata naturæ, vt &
Solem facilius admittat, & vmbram obtexat. Deniq;
procerius media pars eius extēditur,& in ipsa summi= D
tate tenuatur, vt plus pulchritudinis q̃ tegumenti prę=
ferat. Etenim brauii speciem videtur effingere, signifi=
cans quod vua inter pendentes cæteros fructus habeat
principatū,cui tacito quodam iudicio naturæ, sed eui=
denti indicio innascitur species & prærogatiua victo=
riæ. Secum igitur habet brauium suum,quo & muni=
men sibi præbetur aduersum iniurias,atq; aeris pariter
imbriumq; violentiam: & impedimentum non affer=
tur ad recipiēdum Solis calorem, quo tepefacta alitur,
coloratur,augetur. Ficulneæ quoq; folium æque pro= De foliis ficulneę.
pe vt pampinus quadrifida interscinditur diuisione:
quod eo clarius videtur,quo maius est folium: sane non
ita vt pampinus vel ora omni, vel summitate crispāti.
Sicut enim in ficulneæ folio crassitudo validior, ita in
pampino species elegātior. Crassitudo igitur folii pro=
ficit ad tempestatis iniuriam repellēdam,intercisio ad
fructus gratiam vaporandi. Denique hoc genus pomi
grandinem nō cito,maturitatē cito sentit: quia & late=
re videtur aduersum iniurias,& patere ad gratiā. Q uid
ego foliorum describam diuersitates, quemadmodum
alia rotunda,alia longiora,alia flexibilia,alia rigidiora
sint,alia nullis facile ventis labentia: alia quæ leui mo=
tu decutiantur aurarum?

Q uod inexplicabile sit singularum rerum exqui=
rere proprietates, & de varia mutatione ipsius aquæ,
quæ omnium virgultorum nutrix est. De discrepan= E
tia quoque lachrymarum arborum,que eiusdem aquæ
alluuione generantur: ac tandem de diffusioris perscru=
tationis excusatione. Caput XV.

INEXPLICABILE est singularū rerū
exquirere pprietates, & vel diuersitates ea=
rum manifesta testificatiōe distinguere, vel
latentes occultasq; causas indeficiētibus ape=
rire documentis. Vna nempe atq; eadē est aqua,& in
diuersas plerūq; sese mutat species,aut inter arenas fla=
ua,aut inter cautes spumea: aut inter nemora viridan=
tior,aut inter floruléta discolor,aut inter lilia fulgētior,
aut inter roseta rutilātior,aut in gramine liquidior,aut
in palude turbidior,aut in fonte perspicacior,aut in ma
ri obscurior,assumpto locorū quibus influit colore de=
currit. Rigorē quoq; pari ratione cōmutat, vt inter va=
porantia ferueat,inter vmbrosa frigescat,sole repercus=
sa exæstuet,niuibus irrigata glaciali humore canescat:
quemadmodum sapor eius ipse conuertitur, vt nunc
asperior,nunc amarior,nunc vehementior,nunc auste=
rior,nūc dulcior pro specierum qualitate quibus infusa
fuerit aqua,varietur. Asperatur imaturioribus succis,
tunso cortice nucis,foliisq; contritis,amarior fit absin=
thio,vino vehementior,austerior allio,grauescit vene=
no,melle dulcescit. Si vero ei lentiscū,terebinthi quoq; F
fructus,vel nucis interior pars misceatur,in olei mollē
naturā facile transfunditur. Cū sit autē nutrix omniū
virgultorū,diuersos singulis vsus ministrat. Si radices
alat,vel nubibus fusa descendat,discretas dat oībus vi=
res,radicē impinguat,caudicem puehit,ramos diffun=
dit,folia virescere facit,fructuum alit semina,pomū au=
gere consueuit. Ergo cum eadem sit omniū nutrix,alia
arborum genera tristiores ferunt succos,alia dulciores,
alia tardos,alia præmaturos. Ipsæ quoq; inter se discre=
pāt suauitates. Alia suauitas in vinea, alia in olea,alia
in cerasis,alia in ficu: discreta in malo,dispar in dactylo.
Tactus ipse aquę alibi suauis,alibi asperior,plerūq; pin
guior est. Pondere quoq; distat frequenter, vt specie.
Nam plerisq; locis grauior,plerisq; leuior æstimatur.
Non mirum igitur si cum ipsa a se discrepet,discrepent
etiam inter se lachrymæ arborum quæ eiusdem aquæ
alluuione generantur. Et cum vna sit omnium causa,
diuersus singulorum vsus, diuersa natura est. Aliam

Gvm habet cerasi arboris lachryma, aliâ lętisci. Disparę quoq; balsami guttâ odorata Oriętis ligna sudare produntur, diuersum quoq; lachrymarũ genꝰ virgulta ferularũ in Ęgypto ac Libya quadã vi naturę secretionis illachrymãt. Quid autẽ tibi referã (clemẽtẽ licet esse sermonẽ) qd electrũ lachryma virgulti fit, & in tãte materiæ soliditatẽ lachryma durescat? Nec leuibus id asseritur testimoniis, qñ folia, aut surculorũ minutissimæ portiones, aut exigua quędã animãtiũ gña in electro sæpe reperiãtur, quę videtur, cũ adhuc gutta esset mollior, recepisse, & solidata tenuisse. Sed qd ego vili sermone decerno tũ alta atq; preciosa ratiõe naturæ, cũ isto sermõe humano alatur ingeniũ, naturã autẽ oĩm̃ puidentia diuina formauerit? Vnde velut habenis qbusdã verborũ cohibẽda diffusio est, ne qd Salomoni specialiter sapientiæ munere diuinitus videtur esse collatũ, vsurpatorie videamur exponere differẽtias arborũ, & virtutes radicũ, & quęcũq; sunt absconditа & improuisa, sicut scriptũ est: quę nec ab ipso tamen manifesto produntur, vt mihi videatur potuisse eũ disputare de virgultorũ generibus, nõ potuisse tamen plenius omne secretũ creaturæ explicare ratione. Sapien. 7.

Qvemadmodum ad verbum domini, quod omni aquarum cursu est redundantius, subito omnis virgulH torum creatura effloruerit, & victum atq; medelam ministrauerit. Quomodo præterea vniuersa gignentia aut semina habeant, aut aliqua quæ cum virtute seminum videantur cõuenire. Ac de magna Dei virtute in singulis. Caput XVI.

VOD si irriguis aquarũ plenũq; & segetes lętiores sunt, & virides fabę, & ortorũ multiplex suscitatur & resuscitatur gratia, si viridãtibus thoris fluuiorũ exundãtiũ ripa decoratur: quẽadmodũ ad verbũ dñi, qd oĩ aqrũ cursu est redũdãtius, subito creatura virgultorũ omnis effloruit? Festinarunt campi nõ cõmissam sibi frugem edere, ignorata orti olerũ genera, florum miracula germinare, ripæ fluminũ se vestire myrtetis: properauerunt arbores cito surgere, cito se flore induere, victum hoĩbus, pecori pabulum ministrare. Fructus cõmunis est oĩbus, vsus quoq; est datus oĩbus. Simul vtrũq; arbores germinarunt, aliud quo vesceremur, aliud quo refrigerante vmbra defenderemur a Sole. Cibꝰ i fructibꝰ, amœnitas in foliis: tamẽ qa præscia erat puidẽtia creatoris qd fructũ sibi maxime humana auiditas vẽdicaret, reliquis prouidit animãtibus, vt specialem his donaret alimoniam. Itaq; esca his nõ mediocris in foliis est, in corticibusq; siluestribus: ea quoq; quæ ad vsum medẽdi proficerẽt, id I est succi, lachrymę, surculi, pariter ministrata sunt. Itaq; illa quæ post experimento, vsu, & exẽplo vtilia cognouimus, ea a principio creaturæ vsui apta donauit præscientia diuinæ maiestatis, & de sinu terrarũ iussit exire. Et quia iussit dominus vt germinaret terra herbam fœni, & lignum fructiferũ faciens fructum secũdum genus suum, cuius semen eius in eo: ne forte quis dicat in multis arboribus neq; fructum neque semen videri, & putet diuinũ in aliquo vacillare præceptũ, vt a veritate sit dubiũ: illud aduertat, quia nequaq; fieri põt vt nõ aut seminibus vtatur vniuersa gignẽtia, aut habeãt aliqua quæ videantur cũ virtute seminũ cõuenire. Idq;, si quis diligenter intendat, manifesta testificatione poterit cõprehendere. Nihil vidẽtur seminis habere salices, habẽt tamẽ in foliis granũ quoddã quod habeat virtutẽ seminis, vt eo cõmisso terris, tanquã posito surgat arbor de surculo, & tanquã de semine se exuscitet grano. De grano itaq; illo radix primũ coalescit, de radice pullulat nõ solũ salicis, sed etiã reliquarũ ad similitudinẽ huiusmodi generis arborum silua. Habent autẽ & radices virtutẽ seminis. vnde plerisq; ea satiõe incremẽtũ sui nemoris propagauerũt. Magna dei virtus in singulis. Nec mik retur aliquis si in virgultis magnã dei dixi esse virtutẽ. Siquidem magnã suam virtutem dixit in locustis esse & brucho, eo quod diuinæ maiestatis offensa magno moderamine sterilitatis Iudaicę atq; inopię solueretur. Magna enĩ virtus sapiẽtia, magna virtus prouidẽtia. Indignũ eternũ erãt qui vterẽtur fœcũditate terrena, qui terrarum lęserãt creatorẽ. Et vere magnus, qui miserabili fame nephas tãtæ ipietatis vlciscẽ. Itaq; si magna virtute Dei sterilem bruchũ terra generauit, quãto magis virtute magna quæ fœcũda sũt, pcreat? Quis pineã vidẽs nõ stupeat tantã diuino precepto artẽ inolitã impressamq; naturæ: quẽadmodũ ab ipso cẽtro distãtib? licet mẽsuris pari assurgat glutino, quo ꝓprios fouet fructus? Itaq; per circuitũ eadem species, & ordo seruatur, & quidam in singulis plagis nucleorũ partus exuberat, atq; in orbẽ redit fructus gratia. Itaq; in pinea ista imaginem sui natura videtur exprimere, quæ a primo illo diuino cælestiq; mãdato priuilegia accepta custodit, & partus suos quadã annorũ vice & ordine reseruat, donec cõsummatio tẽporis ipleatur. Sed vt in hoc fructu gratam speciem sui signat, ita etiã in myricis, id est humilibus virgultis figurã improbę calliditatis expressit. Sicut enim duplici corde viri vbiq; præsto sunt, & gratiam simplicitatẽq; apud bonos prætendunt, & vitiosissimis glutinãtur: ita etiã in aquosis & in desertis contrario quodã vsu hęc virgulta nascũtur. Vnde & Hieremias dubia morũ atq; insyncera myricis cõparauit. Hiere. 17. L

De reprehensione surditatis humani cordis, & de incomprehensibili admirandaq; dei etiam in paruis prouidentia. De primo quoq; cultore vitium, & commendatione vini. Caput XVII.

ERMINET, inquit, terra herbã virẽtẽ.) Et statim omni surgente germine terra cõpleta est. Et homini dicitur: Dilige dominum deũ tuũ: & non est charitas dei omniũ infusa viscẽribus. Surdiora corda hominũ sunt, q̃ dura saxorũ. Terra indebitos fructus nobis ministrat, dum obsecũdat autori: nos debitũ munus negamus, dũ non veneramur autorẽ. Vide in paruis quę, puidẽtia sit dei: & quia cõprehẽdere nõ potes, mirare quõ alia semp florẽtia reseruauerit, alia mutatiões habere voluerit expoliationis & amictus. Inter cana niuiũ, pruinas frigorũ, viriditatẽ suã arua conseruant: & cũ ipsa tecta sint gelu, partus sui tamẽ haud exiguã speciẽ viriditatis obtexũt. In ipsis quoq; generibus arborũ quæ diuturnis frondibus vestiuntur, non mediocris distantia est. Seruat indumentũ suum semp olea vel pinus, sed tamẽ folia sua sæpe cõmutãt: nec ea quasi diuturna, sed quasi succedanea prętendunt suæ arboris pulchritudini, ppetui integritate vestitus vice muneris obũbrantes. Palma autẽ virẽs semp manet, cõseruatione & diuturnitate, nõ immutatione foliorũ. Nã quæ primo germinauerit folia, ea sine vlla substitutionis successione cõseruat. Imitare ergo eam o homo, vt dicatur & tibi: Statura tua similis facta est palmę. Serua viriditatẽ pueritiæ tuæ, & illius inocẽtię naturalis quã a primordio recepisti, vt plãtatus secus decursus aquarũ, fructũ tuũ in tẽpore tuo habeas prępparatũ, & foliũ tuũ nõ defluat. Hanc viriditatẽ gratię semp florentis in Christo secuta ecclesia dicit: In vmbra eiꝰ cõfugi, & sedi. Hãc prerogatiuã doni virẽtis acceperũt & apostoli, quorũ nec foliũ vnq̃ potuit elabi, vt eorũ etiã vmbra curaret egrotos. Oumbrabat enim infirmitati corporis, fides mẽtis, & florẽtia merita virtutum. Mane ergo plantatus in domo domini, vt in atriis eius ficut palma floreas, & ascẽdat in te gratia ecclesię, vt sit odor narium tuarũ sicut mala, & fauces tuę sicut vinũ optimũ, vt inebrieris in Christo. Bñ admonuit iste versiculus repetere pene itermissiũ, qa diximus Deut. 6. Canti. 7. Canti. 2. M

A præcepto dominj vitem etiã pullulasse, quam post diluuium a Noe plantatã esse cognouimus. Sic enim habes, quia Noe agricola erat terræ, & plãtauit vitem, & Geñ. 9. bibit de vino eius, & obdormiuit. Nõ ergo Noe autor est vitis, sed plãtationis. Neq; enim nisi eam reperisset ante generatam, plantare potuisset. Cultor ergo nõ autor est vitium. Deus autem qui sciret quod vinũ sobrie potatum sanitatẽ daret, augeret prudẽtiam, immodice sumptũ ad vitia causas daret: creaturã dedit, abundantiam humano arbitrio reseruauit, vt parsimonia naturæ esset magisterium sobrietatis: abũdantiæ noxium, lapsumq; temulentiæ sibi adscriberet humana cõditio. Deniq; & ipse inebriatus est Noe, & obdormiuit consopitus a vino. Itaq; per vinũ patuit deformitati, qui per diluuiũ excreuit ad gloriam: sed dominus & in eo creaturæ suæ gratiam reseruauit, vt eius fructum nobis cõuerteret ad salutem, ac per eũ nobis remissio peccatorũ Geñ. 27. ꝓueniret. Vnde pie Isaac dixit: Odor Iacob, odor agri pleni, id est naturalis odor. Quid enim pleno rure suauius? Quid vitis odore iucũdius? Quid fabę flore gratius? Vnde quãuis ingeniose quis ante nos dixerit, nõ vitem aut ficum patriarcha olebat, aut frugẽ, sed virtutem spirabat gratiam: ego tamẽ & odorem ipsum terræ simplicẽ atq; syncerũ pro gratia benedictionis accipiam, quam fraus nulla cõposuit, sed veritas indulgentiæ cęlestis infudit. Deniq; inter benedictiones sacratissimas computãtur vt cõtribuat nobis dominus a rore cęli vim vini, olei, atq; frumenti. Cui est honor, laus, & B gloria, perpetuitas a seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

CAPITA QVARTI LIBRI HEXAEMERON.

De pulchre introducta exhortatione, vt cum in lectione exoriendus sit Sol, oculi & aures emundentur, & Sol ipse caute aspiciatur, ne deus esse credatur, sed ex eius admirabilitate & laude creator ipsius admiretur atq; laudetur, qui terrã fecit etiam sine Sole esse posse fœcũdam: vt & ipsa natura voce quadam suorum munerũ testatur. Caput I.

Qua ratione etiam auris sit emundanda, ac cęlestibus oraculis admouenda. Et quam ob causam facta sint luminaria, quodq; non sint fœcunditatis rerũ auctores, sed Deus pater per dominũ Iesum omnia libe ralitate fertilitatis impertiat. Quomodo præterea intelligẽdum sit propheticum illud: Fecit Solem in potestatẽ diei, & lunam in potestatẽ noctis. Ca. II.

De dubitatione quæ occurrere posset circa discretionẽ inter diem & noctem, ac lucem & tenebras: & de solutione eiusdem. Caput III.

Quomodo luminaria facta sint in signa, & de acuta ac C diffusa confutatione quorundam tentantium expri mere naturitatum qualitates: qualis videlicet futurus sit vnusquisq; qui natus sit. Cap. IIII.

Quemadmodum prętacta luminaria sint & in tempora, & in dies, & in annos. Caput V.

Quomodo duo luminaria superius cõmemorata, magna dici possint, & de magnitudinis eorũ probatione, mendaciq; aspectus nostri iudicio. De admirando quoque Solis moderamine ac temperamento. Caput VI.

Quod luna quędam similia habeat cum Sole eius consorte ac fratre: pleraq; etiã ab eo distincta. Ca. VII.

De mysterio defectus & minutionis Lunæ. De eius quoq; laude, ac derisione eorũ qui eam magicis carminibus deduci posse credunt. Cap. VIII.

De clausione quarti diei, cum redargutione eorum qui numerum quartum cauere consueuerint. Ca. IX.

DIVI AMBROSII EPISCOPI HEXAEMERON LIBER QVARTVS, DE DIE QVARTO.

De pulchre introducta exhortatione, vt cũ in lectione exoriendus sit Sol, oculi et aures emundentur, & sol ipse caute aspiciatur, ne deus esse credat: sed ex eius admirabilitate & laude creator ipsius admiretur atq; laudetur, qui terram fecit etiam sine sole esse posse fœcundam: vt & ipsa natura voce quadam suorum munerũ testatur. Caput I.

VI VINDEMIAM colligit, vasa prius quibꝰ vinũ infundit, mũdare consuuit, ne sordes aliqua vini gratiam decoloret. Quid enim prodest ponere vitẽ ordine, fodere quotãnis, aut aratris sulcos ducere, putare, subtrigere, adiũgere vlmis, et quodam cõnubio copulare, si tãto labore vina quæsita, in vase coacescant? Matutinos q̃ Solis ortus si quis spectare desiderat, emundat oculos suos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorũ oculis eius insideat, quo intuentis hebetetur obtutus, neue aliqua caligo nebulosa corporeos visus spectãtis obducat. Nobis in lectione exoriendus est Sol, qui ante non fuerat. Primũ iam diem sine Sole transiuimus: secundum sine sole transegimus: tertiũ sine sole confecimus: quarto die iubet deus fieri luminaria, Solem, & Lunã, & stellas. Sol incipit. emunda oculos mẽtis o homo, animiq; interiores obtut?, ne qua festuca peccati aciem tui præstringat ingenii, & puri cordis turbet aspectum. Emunda aurem, vt vase syncero scripturę diuinæ nitida fluenta suscipias, ne qua ingrediatur contagio. Prędecedit Sol, magno iubare diem, magno mundũ cõplens lumine, vaporãs calore. Caue o homo solam eius perpendere magnitudinẽ, ne nimius fulgor eius visus tuę mentis obcæcet: & qui e regione in radiũ eius intendit, repercusso lumine omnem subito amittit aspectum: ac F nisi in cæteras partes vultũ suũ oculosq; cõuertat, æstimat se nihil videre, & intuẽdi munere esse fraudatum. si vero deflectat obtutũ, integrum sibi officium perfecerat. Caue igitur ne & tuum radius eius exoriens cõsumdat aspectum. Et ideo prius firmamentum cæli aspice, quod ante Solem factũ est: terrã aspice, quæ anteq̃ Sol prodiret, cœpit esse visibilis atq; cõposita: germina eius aspice, anteriora Solis lumine. Anterior rubus q̃ Sol, antiquior herba q̃ Luna. Noli ergo deũ credere, cui vides dei munera esse prælata. Tres dies transacti sunt, et Solem nemo quæsiuit, & luminis claritas abundauit. Habet enim & dies suam lucem, quę præcursor est Solis. Non igitur te tanto splẽdori Solis temere commit tas. Oculus est enĩ mundi, iucũditas diei, cęli pulchritudo, naturæ gratia, præstãtia creaturæ. Sed quando hũc vides, autorem eius cõsidera: quando hunc miraris, lauda prius ipsius creatorẽ. Si tam gratus est Sol, qui consors & particeps est creaturę: q̃ bonus est Sol ille iustitiæ? Si tam velox iste, vt rapidis cursibꝰ die ac nocte lustret omnia: quantus ille, qui vbiq; semper est, & maiestate sua cõplet omnia? Si admirabilis qui iubetur exire: q̃ supra admiratiõnẽ qui dicit Soli, & nõ exoritur, vt legimus? Si magnus est qui per horarũ vices locis aut accedit, aut decedit quotidie: qualis ille, qui etiam cũ se exinaniret, vt nos eum possemus videre, erat lumẽ verum, quod illuminat omnẽ hominem veniẽtem in hũc mundũ? Si præstantissimus qui obiectu terræ patitur

Agg. 2. sæpe defectus: quātæ maiestatis qui ait: Adhuc semel
G ego mouebo terram? Illū terra abscōdit, istius motū nō
poterit sustinere, nisi voluntatis eius substātia fulciatur.
Si cæco damnū est huius Solis gratiā non videre, q̄to
magis peccatori damnū veri luminis munere defrau-
datum, perpetuæ noctis tenebras sustinere? Ergo cum
vides Solem, attende terram, quæ ante fundata est: at-
tende herbā fœni, quæ præstat ordinis priuilegio: atten
de ligna, quæ plaudunt quod priora luminibus cœli esse
cœperunt. Numquid merita fœni maiora q̄ Solis? aut
numquid potior ligni prærogatiua? Absit vt insensibi-
lia tanti muneris præferamus ministro. Quid igitur
præuidit altitudo sapientiæ & scientiæ dei vt prius in-
cipierent ligna esse, q̄ illa duo mundi luminaria, & qui-
dam cælestis oculi firmamenti, nisi vt cognoscerent o-
mnes diuinæ testimonio lectionis terrā sine Sole pos-
se esse fœcūdam? Nam quæ potuit sine Sole prima re-
rum semina germinare, potest vtiq; semina accepta nu
trire, & pprio fotu sine calore Solis partus edere. Hac
igitur voce quadam suorū munerū clamat natura: Bo-
nus quidē Sol, sed ministerio, nō imperio: Bonus meę
fœcunditatis adiutor, sed nō creator: Bonus meorū al-
tor fructuum, sed non autor. Interdum partus meos &
ipsę adurit, frequenter mihi & ipse dāno est, pleriq; me
locis indotatā relinquit. Nō sum ingrata cōseruo, mihi
H est in vsum datus, mecum labori est mācipatus, mecū
subiectus est vanitati, mecū corruptionis subditus ser-
uituti. Mecum congemiscit & comparturit, vt veniat
adoptio filiorū, & humani generis redēptio, qua pos-
simus & nos a seruitio liberari. Mecum assistēs laudat
autorem: mecū hymnū dicit domino deo nostro. Vbi
maior est gratia, ibi mecū est ei commune cōfortium.
Vbi Sol benedicit, ibi terra benedicit. Benedicunt li-
gna fructifera, benedicunt pecora, benedicūt volucres.
In mari positis illum nauta accusat, me desiderat: in
mōtibus illū pastor declinat, ad mea germina, ad meas
festinat arbores, quibus exęstuans obūbretur, ad meos
fontes sitiens & lassus accurrit.

Qua ratione etiam auris sit emundanda, ac celesti-
bus oraculis admouēda. Et quam ob causam facta sint
luminaria. Quodq; non sint fœcūditatis terrarum au-
tores, sed deus pater per dominū Iesum omnia liberali-
tate fertilitatis impertiat. Quomodo præterea intelli-
gendum sit propheticū illud: Fecit Solē in potestatem
diei, & lunam in potestatem noctis. Cap. II.

Matt. 18. SED ne oculorū tibi exiguum videatur esse
testimoniū, emunda aurem, admoue eam
cælestibus oraculis. Duobus enim & tribus
testibus stat omne verbum. Audi dicentē:
I Fiant luminaria in firmamento cęli ad illuminationē
terræ. Quis hoc dicit? Deo dicit. Et cui dicit nisi filio?
Deus ergo pater dicit: Fiat Sol. & filius fecit Solē. Di-
gnum enim erat vt Solē mūdi faceret sol iustitiæ. Ipse
ergo eum in lumen adduxit, ipse eū illuminauit, ipse ei
donauit fundendi luminis potestatem. Factus est ergo
Psal. 118. Sol: ideo & ipsi seruit, quoniam dictū est: Fundasti ter-
ram, & permanet. Dispositione tua pmanet dies, quo-
niam vniuersa seruiunt tibi. Etenī cui dies seruit, quo-
modo non seruit Sol, qui factus est in potestatem diei?
Quomodo non seruit Luna, & stellæ, quæ factæ sunt
in potestatem noctis? Etenim quāto maiorem his gra
tiam creator donauit, vt aer solito amplius Solis cla-
ritate resplendeat, dies serenus luceat, noctis illumine-
tur tenebræ, per lunæ stellarūq; fulgorem cęlum velut
quibusdam floribꝰ coronatum ita iguitis luminaribus
micet, vt paradiso putes vernante depictum, spirantiū
rosarū viuis mollibus renitere: quāto igitur amplius
his decoris videtur esse collatū, tanto amplius debent.
Cui enim plus cōmittitur, plus debet. Et ideo bene a
pleriſq; ornamentū cæli est nuncupatū, eo quod sit ste-
larum mole preciosum. Atq; vt sciamus quia fertili-
tas terrarū nō calori solis adscribitur, sed diuinæ indul-
gentiæ deputatur, ait Propheta: Omnia a te expectāt Psal. 103
vt des illis escam in tempore. dante te illis, colligent si-
bi: aperiente te manū tuā, vniuersa implebuntur vber-
tate. Et infra: Emitte spiritū tuum, & creabūtur, & re-
nouabis faciem terræ. Et in Euāgelio: Considerate vo Matth. 6.
latilia cæli, quia neq; serunt neq; metūt, & pater vester
cęlestis pascit illa. Non ergo Sol aut Luna fœcunditā-
tis autores sunt, sed deus pater per dōm Iesum omnib⁹
liberalitatem fertilitatis impertit. Pulchre autē expo-
sint nobis Propheta quid sit quod ipse ait: Quia fecit Psal. 103.
deus Solem in potestatem diei, & Lunam in potesta-
tem noctis. Nam et in isto Psal. 103. de quo supra dixi-
mus, scripsit: Fecit Lunā in tempora, Sol cognouit oc-
casum suum. Cum enim dies horas suas cōplere cœpe
rit, Sol debitū sibi cognoscit occasum. Est ergo in diei
potestate Sol, & Luna in potestate noctis, quæ tempo
rum vicibus obedire cōpellitur, & nunc impletur lumi-
ne, atq; vacuat: licet pleriq; hunc locū mystice de Chri-
sto & ecclesia videantur accipere, quod agnouit Chri- Ioan. 17.
stus proprii corporis passionē, qui ait: Pater, venit ho-
ra, clarifica filiū tuū: vt ille occasu suo omnibus donaret
vitam æternam, qui perpetuæ mortis vrgebantur oc-
casu, & ecclesia tēpora sua habeat, persecutionis videli-
cet & pacis. Nam videtur sicut Luna deficere, sed non
deficit. O humbrari potest, deficere non potest: quæ ali-
quorū quidē in persecutionib⁹ discessione minuitur, vt
martyrum confessionibus impleatur: & effusi pro Chri L
sto sāguinis clarificata victoriis, maius deuotionis suæ
& fidei toto orbe lumen effundat. Nanq; luna luminis
imminutionem habet, non corporis, quando per vices
menstruas deponere videtur lumē suum, vt mutuetur
a Sole: quod facile puro aere atq; perspicuo, quando nul
la eam obducta nebula caligantem facit, colligi potest.
Orbis enim lunæ integer manet, etsi non similiter to-
tus vt pars eius effulgeat. Et qualis videri solet cū ple- Viduat⁹.
nus est luminis, talis est magnitudine, sed per vmbrā
quādam lumię suo vt videatur† apparet. Inde cornua
eius refulgent, quia corpus eius in orbē diffunditur: et
velut deficiente portionis luce imminuatur.

De dubitatione quæ occurrere posset circa discre-
tionem inter diem & noctem, ac lucem & tenebras: &
de solutione eiusdem. Caput III.

MOVERE autem potest quod ait, Vt fiāt
luminaria ad illuminationē super terrā, quę
discernant inter diem & noctē.) Quia & su-
pra iam vbi lumen fecit, dixerat: Separauit
deus inter lucem ac tenebras, & factū est vespere & ma
ne dies vnus. Sed consideremus quia aliud est lumen
diei, aliud lumen Solis: & Lunæ, & lumen stellarū, eo M
quod Sol ipse radiis suis fulgorē diurno lumini videa-
tur adiūgere, quod vel ortus diei potest prodere, vel oc-
casus. Nam ante solem lucet quidem, sed non refulget
dies, qui amplius q̄q; meridiano Sole resplēdet. Quod
ostendit Propheta dicēs: Et educet sicut lucē iustitiam Psal. 36.
tuam, & iudicium tuū sicut meridiem. Non solū enim
lumini, sed etiā meridiano lumini, sancti iustitiam cō-
parauit. Deinde non solum vnū signum, sed etiam duo
voluit esse diurnæ discretionis atq; nocturnæ, vt & luc
discretionem faciat, & Solis exortus: & iterū lucis dese
ctus, & stellarū ortus, inter occasum diei distinguat, &
noctis exordium. Nam vbi occiderit Sol, manet tamē
adhuc aliquid reliquiarū diei, donec tenebræ terrā oper
riant: & tūc Luna oritur, & stellæ. Et de nocte quidem
aperte liquet quia Luna & stellarū illuminatio noctis
spatia testantur. Siquidē per diem fulgorē illum luna-
rem, stellarūq; omniū, sol exortus abscondit. De die au-

A tem vel ipsa Solis flagrantia docere nos potest, diuer-
sam diurni luminis & Solis esse naturam, & ipsam es-
se speciem discolorem. Simplex est enim lucis species,
vt lumen præbeat. At vero Sol non solū virtutem illu
minandi habet, sed etiam vaporandi. igneus est enim.
Ignis autē & illuminat, & exurit. Vnde dominus vo-
lens Moysi ostendere suę operationis miraculum, quo
eum ad obediendi studium prouocaret, atq; ad fidē in-
flammaret eius affectū: in igne visus est in rubo, & ru-
bus nō exurebatur, sed tantū splendere ignis species vi-
debatur. Alterū igitur munus ignis vacabat, alterum
operabatur. Vacabat exustionis vis, operabatur illu-
minationis. Ideo stupebat Moyses, quia cōtra naturā
suam ignis non exurebat rubum, qui etiam vehemen-
tiorem materiem consuerit exurere. Sed domini ignis
illuminare solet, exurere non solet. At forte dicas, quo-
modo scriptū est: Ego sum ignis consumens? Bene ad-
monuisti. Non solet consumere, nisi sola peccata. In re-
tributionib⁹ quoq; meritorū colligimus diuidi ignis na
turā, vt alios illuminet, alios exurat: illuminet iustos,
exurat impios. Non eosdem quos illuminat, exurit: &
quos exurit, illuminat: sed illuminatio eius inextingui
bilis est ad perfunctionē bonorū: exustio vehemens ad
supplicia peccatorū. Sed reuertamur ad discretionē diei
ac noctis. Oriente diei lumine nox fugat, decedente die
B nox infunditur. Non est enim luci societas vlla cū tene-
bris. siquidem naturali lege hoc dominus in prima ope
ratione sua constituit. Et tenim quando lumē fecit deus,
& discretionem fecit inter lucem ac tenebras. Denīq; in
ipso die iam Sole infuso terris, videmus vmbrā vel ho
minis vel virguli alicuius a lumine separari, vt mane
ad occasum dirigatur, vesperi retorqueatur in oriētem,
meridianis horis ad septentrionē inclinetur: lumini ta-
men nō confunditur atq; miscetur, sed cedit & refugit.
Similiter & nox cedere videtur diei, & se ab eius lumi-
ne declinare. Est enim, vt peritiores probarunt qui no-
bis vel ætate vel munere præcucurrerūt, vmbra terræ.
Naturaliter enim vmbra corpori adhæret atq; adiun-
gitur, adeo vt etiam pictores vmbras corporū, prius q̄
pinxerint, nitātur exprimere: idq; artis esse asserant, nō
intermittere vim naturæ: & quasi naturalis iuris præ-
uaricator habeatur, cuius pictura nō etiā vmbrā suam
exprimat. Ergo sicut in die, cū e regione Solis aliquod
C corpus occurrit, ex ea parte qua lumē repercutitur, vm
bra subsistit: sic cū decedēte die e regione luminis eius
aut Solis terrę obiectus occurrit, obūbratur aer. Vnde
liquet quod noctem faciat vmbra terrarum.

Quomodo luminaria facta sint in signa, & de acuta
ac diffusa confutatione quorundā tentātium exprime-
re natiuitatū qualitates, qualis videlicet futur⁹ sit vnus-
quisq; qui natus sit, Caput IIII.

DECIT ergo Solē, & Lunam, & stellas, &
prestituit illis mēsuras temporū, Soli diur-
nas, lunæ stelliſq; nocturnas, vt iste augeat
diei gratiam, illæ vmbrā tenebrasq; illumi-
nent. Et sint in signa, & in tempora, et in dies, & in an-
nos.) Diuisa tēpora habent, paresq; mensuras pro mē-
sium vicibus Sol & Luna cum stellis, & sunt in signa.
Non possumus negare quod ex Sole & Luna signa a-
liqua colligantur. nam & dominus dixit: Et erūt signa
Lucę. 21. in Sole, & Luna, & stellis. Et querentibus apostolis si-
Matt. 24. gnum aduētus eius, respōdit: Sol obscurabitur, & luna
non dabit lumen suū, & stellæ cadent de cælo. Hæc di-
xit fore signa futurę cōsummationis: sed conueniēs de-
bet curæ nostrę mensura seruari. Deniq; nonnulli nati-
uitatum tentauerūt exprimere qualitates, qualis futu-
rus sit vnusquisq; qui natus sit: cū hoc non solum vānū,
sed etiam inutile sit quærentibus, impossibile pollicēti-
bus. Quid enim tā inutile, q̄ vt vnusquisq; persuadeat
sibi hoc esse q̄d natus est? Nemo ergo debet vitā suam D
statū, moresque mutare, eniti quo melior fiat. Sed in ea
persuasione neq; probū potes laudare, nec condemnare
improbū, qui necessitati natiuitatis suæ respondere vi-
deatur. Et quomodo dominus aut præmia ꝓpositi bo
nis, aut improbis pœnas, si facit necessitas disciplinam,
& cōuersationē stellarum cursus informat? Et quid est
aliud q̄ hominē de homine exuere, si nihil moribus, ni-
hil institutioni, nihil studiis derelinquitur? Q̄ multos
videmus ereptos criminib⁹ atq; peccatis, in meliorem
statum esse conuersos? Redempti sunt apostoli, & con
gregati ex peccatoribus. non vtiq; natiuitatis suę hora,
sed Christi eos sanctificauit aduētus, & hora dominicę
passionis redemit a morte. Latro ille dānatus capitis, Lucæ. 23
ille cum domino crucifixus, non beneficio natiuitatis
suæ, sed fidei confessione ad paradisi æterna transiuit.
Ionam in mari non vis natiuitatis, sed dissimulatio di-
uinæ præceptionis præcipitauit & offensa, eundēque ce-
tus excipiens, ad indiciū futuri mysterii post triduū re-
uomuit, & prophetiæ merito gratiæ reseruauit. Petrū
de carcere imminenti morte perimendū angelus Chri
sti, non stellarū series liberauit. Paulum cæcitas cōuer-
tit ad gratiam, & percussum a vipera, turbatiq; naufra E
gio, non remedia natiuitatis, sed deuotionis merita ser
uauerūt. Quid de illis dicimus, qui eorū precibus, cum
fuissent mortui, resurrexerūt? Vtrum illos sua natiui-
tas, an apostolica gratia resuscitauit? Quid opus fuit
vt se ieiuniis periculisq; committerent, si ad q̄d vēbat,
natiuitatis beneficio poterāt peruenire? Quod si credi-
dissent: dū expectant fatorū necessitatem, nunq̄ ad tan-
tam peruenissent gratiā. Inutilis igitur ista persuasio.
Quid quod etiam impossibilis? Nam vt de eorum ali
quid disputatione sumamus redarguendi gratia, non
probandi: magnam vim dicunt esse natiuitatis, eamq;
minutis quibusdā & certis colligi oportere momentis:
ac nisi verius colligatur, summam esse distātiam, breui
enim atomo, exiguoq; momento distare natiuitatē in-
opis & potentis, egentis & diuitis, innocētis & noxii, &
plerumq; eadem hora generari lōgeuitati debitū, & pri
ma pueritiæ ætate moritur, si reliqua disparia sint, &
puncto aliquo discreta. Hoc quemadmodū possint colli
gere, respondeant. Constitue partū fœminę. Obstetrix De horæ
vtiq; eū primo cognoscit, explorat vagitū, quo natiui- scopo.
tas colligitur: attēdit vtrum masculus sit, an fœmina.
Quot vis inter has moras præterire momenta? Pone
mathematicū preparatū. Nunquid potest vir interesse
puerperio? Dum mādat obstetrix, audit Chaldęus, po F
nit horoscopum in alterius sortē. Iam nati fata migra-
runt, de altero quæritur, & alterius genitura proponi-
tur. Pone verā esse eorū opinionē, de natiuitatū neces-
sitatibus non posse verā esse collectionē. Puncta trans-
eunt, fugit tēpus irreparabile. Non est dubiū quod tem
pus in atomo, & in momento, in ictu oculi sit. adducor
vt credā, quando omnes in atomo, in momento, in ictu
oculi resuscitamur, vt Apostolus protestatur dicēs: Ec 1. Cor. 15.
ce mysteriū vobis dico: Omnes quidē resurgemus, nō
omnes autē immutabimur, in momento, in ictu oculi,
in nouissima tuba. Canet enī tuba, & mortui resurgēt
incorrupti, & nos immutabimur. Inter effusionē & sus
ceptionem depositionemq; pignoris, inter fletum eius
& nunciū, quot atomi transierūt? Et hoc vt simpliciter
ista texuerim. Nam & ipsi vitalem illū signorū duode-
cim circuitum in duodecim partes diuiduūt: & quia tri-
ginta diebus sol duodecimam partē Sphæræ eius quę
inenarrabilis habetur, regreditur, quo gyrus Solis an-
ni circuitu cōpleatur, in triginta portiunculas, quas μοι-
ρίδας Græci vocāt, vnamquāq; duodecim illarū distri-
buunt portionē, ipsam quoq; portiūculam in sexaginta
vices conferūt. Rursus vnumquodq; de illis sexaginta
sexagies secant. Q̄ incomprehēsibile est, in quo sexage-
simo tot sexagesimæ portiūculæ natiuitatis momēta

G constituant: et qui singulorum signorum sit aut motus
aut species in natiuitate nascentis? Vnde cū ipossibile
sit tam subtiles minutias tēporis comprehendere, exi-
gua autem minutia inuehat vniuersitatis erroꝝ, totū
negocium plenum est vanitatis. Disputatores eorum,
quę sua sunt, nesciunt: quomodo aliena nouerūt? Quid
sibi immineat, ignorant: quomodo possunt aliis, quę si-
bi futura sunt, denunciare? Ridiculū est credere, quia si
possent, sibi potius prouiderēt. Iam illud q̄ ineptum, vt
si quis signo arietis ortū esse se dicat, ex vsu pecudis æ-
stimetur præstantissimus cōsilio, quod in grege huius-
modi emineat pecus: aut locupletior, eo q̄d vestitū ha-
beat aries naturalem, & quotannis lucrū capiat indu-
menti, eoq; viro illi familiaria videātur quæstuum esse
compēdia. Similiter & de tauri & de piscium signis ar
gumētantur, vt ex natura vilium animantiū cæli mo-
tus, & signorū interpretādas existimēt potestates. Ci-
bus ergo noster viuēdi nobis decreta cōstituit, et alimē-
ta nostra nobis, id est, aries, taurus, & pisces morū im-
primunt disciplinam? Quomodo igitur de cælo nobis
causas rerū, & substantiā vitæ huius accersunt, cū ipsis
cælestibus signis causas motus sui ex qualitatibus escę
vilis impertiāt? Liberalē aiunt signo ortum arietis, eo
p lanam suam aries nō inuitus deponat: & huiusmo-
di virtutem vilis animantis malūt naturæ deputare, q̄
cælo vnde & serenitas nobis fulget, et pluuia sæpe de-
H scendit. Laboriosos & patiētes seruitii, quos nascentes
taurus aspexerit, quia animal laboriosum & assuetum
iugo spontanea seruituti colla submittens. Percussorē
quoq;, cuius natiuitatē Scorpius in sua parte cōplexus
sit, & malitiæ venena reuomētem, eo quod animal ve-
nenatum sit. Quid igitur autoritatē viuendi daturum
te signorū cælestiū dignitate prætēdis, & de nugis qui-
busdam argumentū assertionis assumis? Nam si de a-
nimalibus assumptę huiusmodi morū ꝓprietates, cęli
motibus imprimūtur: & ipsum videtur bestialis natu-
ræ potestati esse subiectū, ex quo causas vitalis substan
tiæ quas hominibus impertiret, accepit. Quod si hoc
abhorret a vero, multo magis illud ridiculum, veri cos
subsidio destitutos, hinc fidem suæ disputationis acces-
sire. Deinde illud cōsideremus, quod planetas illa signa
appellant, quorū motibus formari asserunt vitę nostrę
necessitates. Siue igitur, vt nomē sonat, semper vagē-
tur: siue vt ipsi dicūt, quod concito motu ferātur, & de-
I cies milies in die, aut si hoc incredibile videtur, multi-
plicem speciem innumera sui cōuersione cōmutent: fi-
de caret quod tam vago sui errore, & tam celeri motu
fixam nobis atq; immobilē viuēdi substantiam sortęq;
decernant. Ferunt tamen non esse æquales omniū mo
tus, sed aliorū celeriores, aliorū tardiores esse circuitus,
vt in eadem hora & videant se frequēter, & frequenter
abscondant, dū aliud ab alio præteritur. Aiunt autem
plurimū referre vtrū ortū gñati benefica signa videāt,
an malefica & noxia: & in eo natiuitatis esse distantiā,
quod benefici signi aspectus plurimū conferat, malefici
& noxii plurimū nocęat. Sic enim eadē signa quæ ve-
nerantur, appellare cōsueuerunt. Necesse enim habeo
eorū vti nominibus, quorū vtor assertionibus, ne igno-
rata magis q̄ vacuefacta atq; destructa sua argumentā
cōmemorent. Itaq; cum illū vagum celeremq; motum
non queant cōprehendere, sæpe fit vt per illam pūcti &
momenti incomprehēsibilis subtilitatem ponāt benefi
ci signi aspectū, vbi grauis atq; nocitura incurrat offen-
sio. Et quid mirū si ibi luduntur homines, vbi signa in-
noxia blasphemantur? Quę si natura noxia esse credū-
tur, deus ergo summus arguitur si fecit quod malū est,
& fiunt improbitatis operator. Si vero ex sua voluntate
putantur assumpsisse quod noceat insontib⁹, & nullius
adhuc facinoris pessimi sibi cōscius, quibus pœna adsci
bitur anteq̄ culpa: quid tam irrationabile, quod etiā ir-
rationabilium bestiarū excedat immanitatem, vt vsus
fraudis aut gratiæ non meritis hominū deputetur, sed K
signorū motib⁹ deferatur? Nihil inquit ille deliquit, sed
noxia eum stella conspexit: Saturni ei sidus occurrit: a-
uertit se paululum, & erumnam ab se abstulit, & crimē
aboleuit. Sed hæc eorum sapiētia telæ araneæ cōpara-
tur, in quam si culex aut musca inciderit, exuere se non
potest: si vero validiorū animantiū vllum genus incur
risse visum est, pertrāsiuit, & casses rupit, infirmos, atq;
inanes laqueos dissipauit. Talia sunt retia Chaldęorū,
vt in his infirmi hęreant, validiores sensu offensionem
habere nō possint. Itaq; vos, quia validiores estis, cum
videritis mathematicos, dicite: Telam araneę texunt,
quę nec vsum aliquem potest habere, nec vincula, si tu
non quasi culex aut musca lapsu tuæ infirmitatis incur
ras, sed quasi passer aut colūba casses inualidos prępetis
volatus celeritate dissoluas. Etenim quis prudentium
credat quod signorum motus, qui ad diē sæpe mutan-
tur, & multipliciter in se recurrūt, insignia deferant po-
testatum? Nam si ita esset, quantæ ad diē regalium na
tiuitatum exprimerētur figuræ? Quotidie ergo reges
nascerentur, nec regalis in filios transmitteretur succes-
sio, sed semper ex diuerso statu, qui ius imperialis acqui
reren t potestatis, orientur. Quis igitur regū genitura
filii sui colligit si ei debeatur imperiū, & nō proprio suc-
cessionem regni in suos transcribit arbitrio? Legimus L
certe quod Abia genuit Asa, & Asa genuit Iosaphat,
& Iosaphat genuit Ioram, & Ioram genuit Oziam. &
reliqua omnis vsq; ad captiuitatē per reges generis pa-
riter & honoris ducta successio est. Nūquid quia reges
fuerunt, signis cælestibus formādos motus suos impe
rare potuerūt? Quis enim hominum potest habere in
his dominatū? Deinde si ad necessitatem genitalē, non
ad instituta morum actus nostri factaq; referantur, cur
leges propositæ sunt, iura etiā promulgata quibus aut
pœna improbis decernitur, aut securitas defertur inno-
xiis? Cur nō venia datur eis, cum vtiq;, vt ipsi aiūt, nō
sua voluntate, sed ex necessitate deliquerint? Cur labo-
rat agricola, & nō magis expectat vt inelaboratos fru-
ctus priuilegio suę natiuitatis inuehat receptaculis hor
reorum? Si ita natus est vt ei diuitiæ atq; opes afflūāt,
vt sibi spōtaneos redditus sine vllo semine atque opere
terra parturiat: non vomerem aruis imprimat, nō cur-
uæ manū falci admoueat, nō legēdæ vindemię subeat
expensam, sed vltro ei in omnes scrias vina fundantur
fluētia, sponte ei oleum nullis inserta caudicibus silue-
stris oleæ bacca defudet: nec diffusi æquoris transfreta-
turus periculū, propriæ salutis solicitus mercator hor-
rescat, cui ocioso potest, vt aiunt, quadam sorte genitali M
diuitiarum thesaurus illabi. Sed nō hæc est vniuersorū
sententia. Deniq; impiger depresso aratro terram scin-
dit agricola, nudus arat, nudus serit, nudus Sole feruē-
te tostas æstate colligit fruges: & negociator impatiēs
flantibus Euris intuto plerunque naugio sulcat mare.
Vnde importunitatem eorū temeritatēq; condemnās
ppheta ait: Erubescę Sydon, dixit mare. Hoc est, si pe- Esa. 23.
ricula vos non mouent: vel pudor cōprimat, verecūdia
cōfundat. Erubescę Sydon, in qua nullus virtuti locus,
nulla salutis cura, nulla iuuētus pro excubiis patriæ bel-
lo dedita, armisque exercitata, sed omnis solicitudo de
quæstu, omne studium mercaturæ. Semē, inquit, mer
catorū sicut messis. Quæ autem merces homini Chri
stiano, si non ex voluntate, sed ex necessitate curas suas
& opera cōponit? Vbi enim directa necessitas, ibi in-
honorata industria.

Quemadmodū prætacta luminaria sint & in tēpo-
ra, & in dies, & in annos. Caput V.

MVLTA diximus, plura nolumus, ne quis
ea quæ a nobis de illorū assertionibus vsur-
pantur ad refellēdum, ad recognoscēdum as-

A sumpta arbitretur. Nam quę pueri risimus, ea senes cō
memorare qui possumus? Nunc ad ea quæ secundū le-
ctionem supersunt, dirigamus stylum. Sint, inquit, lu-
minaria in signa, & in tēpora, & in dies, & in annos.)
De signis diximus, tempora autem quæ sunt, nisi mu-
tationum vices, hyems, ver, æstas, atq; autumnus? In
De hye- istis igitur temporibus aut velocior est trāsitus Solis,
me. aut tardior. Alia enim perstringit radiis suis, alia inflā
mat caloribus suis. Itaq; cū Sol meridianis partib⁹ im-
moratur, hyems nobis est. Nam cū sol longius abest,
terra rigescit gelu, stringitur frigore, & plurima noctis
vmbra terras operit, vt multo plixiora sint noctis spa-
tia q̄ diei. Hinc oritur causa vt hybernis flatibus nimia
De vere. vis niuiū pluuiarūq; fundatur. Cum vero ex meridia-
nis decedēs partibus super terrā redit, noctis ac diei ex-
æquat tempora: & quo magis moras suis adiūgit cur-
sibus, eo paulatim tēperiem aeris huius reducit, & re-
uocat aurarum clementiā, quæ fouens omnia repeten
dos cogit in partus, vt terra germinet, a resoluta sulcis
semina reuiuiscant, virescāt arbores, ad perpetuitatem
quoq; cōseruādi generis eorū quæ vel in terris sunt, vel
aquis gaudent, annuis fœtibus successio propagetur.
De ęstate. Ast vbi ad æstiuas conuersiones in septentrionem se
subrigit, spatia diurna ꝓducit, noctis vero artat & ad-
stringit. Itaq; quo magis vsu assiduo aeri huic copula-
tur atq; miscetur, eo amplius & ipsum aerem vaporat,
& terrarum exiccat humorē, adolescere facit semina, &
B tanq̄ in succos viriles matureſcere poma siluarū. Tum
quia flagrantior est, minores vmbras facit in meridia-
no, quoniam ex alto hunc illuminat locū. Vnde & Sy
Canti. 1. nagoga dicit in Canticis canticorū: Annūcia mihi quē
dilexit anima mea, vbi pascis, vbi manes in meridia-
no, ne forte fiam circūamicta super greges sodaliū tuo-
rum. Hoc est: Annuncia mihi Christe, quem dilexit a-
nima mea. Cur non potius quē diligit? Sed Synagoga
dilexit, ecclesia diligit: nec vnq̄ circa Christū suum mu-
tat affectum. Vbi inquit pascis, vbi manes in meridia-
no? Sequi te cupio quasi alūna, quę quasi copulata ante
retinebar: & greges tuos quærere, quæ amisi meos. In
meridiano pascis, hoc est in ecclesiæ loco, vbi iustitia
resplēdet, vbi fulget iudiciū sicut meridies, vbi vmbra
non cernitur, vbi maiores sunt dies, quod eis Sol iusti-
tiæ tanq̄ æstiuis mēsibus diutius immoretur. Deniq;
Ioel. 2. dies domini non est breuis, sed magnus: quia scriptum
Genē. 47. est: Donec veniat dies domini magn⁹. Vnde & Iacob
ait: Ones dies vitæ meę quos ago, breues & maligni.
Etenim maligna lux dubia. Ergo dies breues dubię lu
cis sunt, & vmbrosi: dies magni sine vmbra sunt, vt plu
rimi in aliquibus locis feruētioribus vsu exemploq; co-
gnouerunt. Synagoga itaq; diebus breuibus & mali-
gnis, cuius typū plerūq; Iacob in persona sua exprimit,
vel populi eius, vmbram habebat plurimā, quæ Solē
iustitiæ non videbat, & videbat illū nō ex alto super ca
put suum, sed ex meridiano illuminantē, quādo hyems
Canti. 2. erat. Ecclesię autem dicitur: Hyems abiit, discessit sibi,
flores visi sunt in terra, tēpus messis aduenit. Ante ad-
uentum Christi hyems erat, post aduentū Christi flo-
res sunt veris, & messis æstatis. Ex meridiano ergo &
C ex gentium cōuersione illum illuminantē videns obū-
Esa. 9. brabatur. Populus autem gentiū qui erat confusionis
ac gentilis, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnā:
qui sedebant in regione vmbræ mortis, lux orta est il-
lis. Magna lux diuinitatis, quam nulla vmbra mortis
interpolat. Ideoq; ex alto illuminat, quia & hoc scriptū
Luc. 1. est, dicente Zacharia: In quibus visitauit nos oriens ex
alto, illuminare iis qui in tenebris & vmbra mortis se-
dent. Est sane & aliqua salutis vmbra, nō mortis, vt est
Psal. 16. illud: Sub vmbra alarū tuarum protege me. Vmbra
quidē, quia corporis est: vmbra, quia crucis: sed vmbra
salutis, quia in ea erat peccatorum remissio, & resusci-
tatio mortuorū. Exemplū ergo possumus accipere, quia
hyemales dies breues, vmbras maiores habent: æstiui D
dies maiores, sed vmbras minores habent. Medio q̄q
die minor vmbra, q̄ in principio est diei vel fine: & hoc
apud nos in parte Occidentis. Cæterum sunt qui dicāt
quod per duos totiⁿ⁹ anni dies sine vmbra fuerint in par
tibus meridianis, eo quod habētes super verticem sui
solem, vndiq; per circuitum illuminentur: vnde ἄσκιοι
dicuntur grece. Pleriq; etiam ferūt sic e regione ex alto
ferri Solē, vt per angusta puteorū aquā quæ in profun-
do est, viderint refulgere. Esse autem dicuntur in meri-
diano qui ἄσκιοι vocantur, eo quod vmbrā ex vtroq; la
tere transmittāt. Vmbra enim e regione Solis ambu-
lantibus post tergū est, vtputa si cōtra Orientē pergas
matutinis horis: si contra meridianā plagam contēdas
medio die: si contra Occidentē in occasu diei. Ex tribus
igitur partibus sit tibi Sol obuius, ex Oriente, ex meri-
diano, ex Occidēte. Mane & sero post tergum est, me-
ridie quoq; a latere: at vero a septētrione nunq̄ est Sol,
& ideo vmbra. Si contra septentrionē dirigas, siue ma-
ne, siue sero, siue meridie, nō potest esse post tergū Sol.
Sunt enim in hoc, qué nos incolimus, orbe terrarū, cir-
ca meridiem positi qui in Australem plagā videantur
vmbram trāsmittere. Hoc autem fieri dicitur summo
æstu, cum ad Aquilonem Sol dirigit. Postea nos Au De Au-
tumnus excipiēs, infringit quidem æstuum magnitu- tumno.
dinem, sed paulisper relaxato ac depositō calore per tē-
periem mediī moderaminis, sine fraude nos atque vlla
noxa flatibus tradit hyemalibus. Sint, inquit, etiam in
dies.) Non vt faciant dies, sed vt in eis habeant princi E
patum, vt ortum diei vberiore Sol illuminet gratia, vt
per totum diem designandi habeat eius potestatē cur-
sus sui munere. Sic accipiunt nōnulli quod ait Prophe
ta: Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in po- Psal. 135
testatem noctis. Circumferunt enim lumen. In annos
q̄q ordinati sunt Sol et Luna. Luna per trecentos dies
duodenis vicibus cursum cōficiens, cōsummat annum
secundum Hebræos aliquibus diebus adiectis, secundū
Romanos bissexto semel intra quinquēniū vnius diei
adiectione celebrato. Solstitialis quoq; annus est, cum
Sol expleto per omnia signa circuitu, in id vnde princi
pium cursus sui sumpsit, recurrit. Annua enim fertur ei
totius spatii esse perfunctio.

Quomodo duo luminaria superius commemorata
magna dici possint: & de magnitudinis eorū probatio-
ne, mēdaciq; aspectus nostri iudicio. De admirando q̄q
Solis moderamine ac temperamento. Cap. VI.

DECIT ergo deus hæc duo luminaria, quæ
magna possumus accipere, nō tam aliorum
comparatione magna, q̄ suo munere: vt est
cælū magnū, & mare magnum. Nā & ma-
gnus sol, qui cōplet orbem terrarum suo calore, vel Lu F
na suo lumine: nec solum terras, sed etiam aerem hunc
& mare, cæliq; faciem. Quæ in quacunq; parte fuerint
cæli, illuminant omnia, & æque spectantur a cūctis, vt
ea tanq̄ suis tantū regionibus immorari, & sibi tātum
adesse atq; lucere singuli populi credant, cū similiter lu-
ceant vniuersis, vt nemo his propiorē alium q̄ ipse est
arbitretur. Exemplū magnitudinis eorū euidens, q̄ o-
mnibus hominibus orbis Lunę idem videtur. Nā etsi
interdū augeatur lumen eius atq; minuatur, tamē ea-
dem nocte qualis mihi apparet, talis et omnibus. Nā si
lōge positis minor videretur, propius cōstitutis maior
refulgeret, & proderet angustiarū & exiguitatis indi-
cium. Et enim reliqua alia longe positi minora arbitra-
mur, propius contuētes maiora credimus. quo magis
finitimus fueris, eo tibi eius rei quā cernis, magnitudo
cumulatur. Solis radius nulli propior, nulli lōginquior
est: similiter & Lunæ globus æqualis est omnibus. Si
milis Sol & Indis & Britannis eodē mometo videtur

G cum oritur. Nec cū vergit in occasum, minor apparet Orientalibus q̄ Occidentalibus: nec Occidentalibus cū oritur inferior q̄ Orientalibus æstimatur. Quantū distat, inquit, Oriens ab Occidēte. Hæc enim intuicē sibi distāt. Sed Sol a nullo distat, nulli præsentior, nulli absentior est. Neq; te moueat quod tanq̄ cubitalis tibi orbis videatur Solis cū oritur, sed cōsidera quantū interſit spatii inter Solem & terras, quod aspectus nostri infirmitas sine magno sui non potest transire dispendio. Caligat aspectus noster, nunquid Sol caligat, aut Lunas? Angustus noster obtutus, nūquid ideo angustiora efficit quæ videntur? Species minuitur, non magnitudo detrahitur. Neq; enī infirmitatis nostræ passiones passioni luminariū debemus adscribere. Mentitur noster aspectus. Noli ergo fidele æstimare eius iudicium. Fit cælestiū minor spectaculis figura, nō sui forma. De summo vertice montiū si subiectum oculis tuis campū spectare desideras, atq; illic carmenta pascētia, nonne formicarum similia corpora iudicabis? Si mare species e specula aliqua littorali, nonne tibi nauiū maximę inter ceruleos fluctus & vela candētia refulgentes, velut columbarum volitātium speciem eminus posito videtur obtexere? Quid ipse Insulæ, quę mare diuidunt, terrarum arua diffundunt, q̄ angusto æstimantur fine cōclusi: quemadmodū rotunda apparēt de asperis, spissa de rarīs? Has ergo infirmitates visūs tui perpēde: & eorū quę astruimus fidem, ex teipso arbiter iustus factus accersi. Si vis magnitudinem Solis non solum oculo mētis, sed etiam corporis æstimare, cōsidera quanti stellarum globi axem cęli videantur obtexere, & innumeris insignire luminibus: nō queunt tamen tenebras noctis
H & cæli nubila detergere. Simul vt Sol ortus sui signa præmiserit, omnes stellarū ignes sub vnius luminaris fulgore vanescūt, aperitur aer, cæliq; facies purpura scēti rubore perfunditur. Adhuc spirans exordium, et iā momentanea celeritate pleni luminis micat splēdor, & surgentis Solis præuia aura dulcis aspirat. Dic mihi quęso, nisi magnus orbis esset, quomodo magnū posset orbem illuminare terrarū? Quid autem loquar de tanto tēperamento & moderamine conditoris, qui eam mēsurā muneri Solis attribuit, vt neq; vapor eius igneus, vt videtur, terrarum venas, succos, rerumq; species infusus exureret: neq; iterum per tanta mūdi spatia refrigeratus, nullum terris semen caloris inoleret, sed ieiunam atq; inopem fructuum derelinquēs, ad nullam fertilitatis gratiam vaporaret?

Quod Luna quædam similia habeat cū Sole eius consorte ac fratre, pleraq; etiā ab eo distincta. Ca. VII.

I SIMILIA de Lunę ratione cōueniūt, quę de cōsorte eius ac fratre memorauim⁹. Siquidem in id se induit ministeriū, in quod & frater, vt illuminet tenebras, foueat semina, augeat fructus. Habet etiam pleraq; a fratre distincta, vt quem toto die calor humorē terę exiccat, eundē exiguo noctis tempore ros reponat. nam & ipsa Luna larga roris asseritur. Deniq; cū serenior nox est, & Luna pernox, tunc largior ros ferturarua perfundere. Et pleriq; sub aere quiescentes, quo magis sub lumine fuissent Lunæ, eo plus humoris se capite collegisse senserūt. Vnde & in Canticis cāticorum Christus dicit ad
Canti. 5. Ecclesiam: Quoniam caput meū repletum est rore, & crines mei guttis noctis. Tum deinde minuitur & augetur, vt minor sit cum resurgit noua: & cū sit imminuta, cumuletur. In quo grāde mysteriū. Nam & defectui eius cōpatiuntur elemēta: & processu eius, quæ fuerint exinanita, cumulātur, vt animantiū cerebrum, maritimorum humida. Siquidem pleniores ostreę reperiri feruntur, multaq; alia, cū globus lunaris adolescit. De arborum quoq; internis idem allegāt, qui hoc vsu proprio compererūt. Videmus ergo ortum eius & defectum, & rationis esse, non infirmitatis. Nunq̄ enim tantā rebus mutationem daret, nisi præstantē virtutem haberet, & gratiam a cōditore collatam. Aerē quoq; nonnulli etiā docti & Christiani viri allegauerūt Lunę exortu solere mutari. sed si id mutationis lunaris quadā fieret violentia, ad omnes ortus eius intexeretur nubibus cælū, pluuiæ funderētur. Deniq; cū ante dies paucos esset sermo de pluuia, quæ fore vtilis diceretur, ait quidā: Ecce neomenia dabit eam. Et q̄uis cupidi essemus imbriū, tamen eiusmodi assertiones veras esse nolebā. Deniq; delectatus sum q̄d nullus imber effusus est donec precibus ecclesiæ datus manifestaret non de initiis Lunę sperādū esse, sed de prouidentia & misericordia creatoris. Sane Euripi cum exundēt vndiq; secundū reliquas species Lunę, & acceptos fluctus refundant, vel etiam ipsi magno ferātur impetu: in ortu tamē eius stant placidi, quoadusq; luna sine lumine est. At vero vbi eam dierum accessus auxerit, tunc in suos cursus refluos reuertuntur. A potis quoq; quæ in Oceano esse perhibētur, cum reliquis diebus ordinem suum seruare dicatur, lunari exortu euidēs mutationis suæ fertur indicium dare: vt mare ipsum occidentale, in quo spectatur A potis, solito amplius accedat ac recedat, et maiore æstu feratur, tanq̄ Lunę quibusdam aspirationibus retrorsum trahatur, & iterum iisdem impulsum ac retractum in mensuram propriam refundatur.

ἀμπωτὶς græce dicta quasi ἀναπωτὶς significat maris recreationē æstuariis vicib⁹ accedētis ac recedentis. Erasmus. L.

De mysterio defectus & minutionis Lunę. De eius quoq; laude, ac derisione eorū qui eam magicis carminibus deduci posse crediunt. Caput VIII.

VNDE si miraris quomodo defectum Lunа patiatur, cī tantam vim mutationis habeat suæ: considera & in eo magnum esse mysterium, q̄d eius exemplo cognoscis o homo nihil rerum humanarū esse posse, & mūdanæ totius creaturæ, quod non aliquando resoluatur. Nam si etiā Luna, cui tantū dominus cōmisit ministerium, vt illuminet orbem terrarū, & crescit & deficit, quia omnia ex nihilo orta vsq; ad perfectionē venerunt, & iterū perfecta minuuntur: cælum enim & terra præteribunt: cur non id moderationis assumim⁹, vt neq; in aduersis abiiciamus animum: (qui enim omnia fecit ex nihilo, facile te quoq; potēs est ad summa & perfecta prouehere: & rursum non extollamur in ꝓsperis, neq; in potestate aliqua nos diutiūsq; iactemus, neq; in virib⁹ corporis aut pulchritudine gloriemur, in quo est facilis corruptio, crebra mutatio: sed manentē in futurū animi gratiā persequamur? Nam si te lunæ contristat occasus, quę se semper reparat ac reformat: multo magis contristare te debet si anima profectu virtutis impleta cū fuerit, postea M
per inconstantiam mentis atq; incuriam a suo deflexa proposito, studia sua sæpe cōmutet, quod est insipiētiæ & insciētię. Vnde et scriptura ait: Stultus vt luna mutatur. Eccl. 27.
Et ideo sapiens non cū luna mutatur, sed permanebit cum Sole. Vnde non luna est particeps stultitię, quia non luna mutatur vt stultus, sed stultus vt Luna. Deniq; semē iusti sicut luna perfecta in æternū manet, Psal. 88.
& testis in cælo fidelis. Aliud enī est fungi ministerio, aliud circūferri ingenio, & sensus infirmitate fixam nō habere sententiā. Luna pro te laborat, & propter volūtatem dei subdita est. Vanitati enim creatura subiecta Roma. 8.
est: non sponte, sed propter eū qui subiecit in spe. Illa ergo non sponte mutatur, tu sponte mutaris. Illa congemiscit & cōparturit in sua mutatione: tu non intelligis, & gratularis frequēter. Illa tuā redemptionem frequenter expectat, vt a cōmuni totius creaturæ seruitio liberetur: tu & tuę redemptioni, & illius libertati affers impedimentum. Tuę ergo, nō suę stultitię est, quod dum tu expectaris, & nec sero cōuerteris, adhuc & illa muta-

A tur. Noli ergo Lunā oculo tui corporis æstimare, sed mētis viuacitate. Minuitur Luna vt elemēta repleat. Hoc est vere grande mysterium. Donauit hoc ei qui omnibus donauit gratiam. Exinaniuit eam vt repleat, qui etiam se exinaniuit vt omnes repleret. Exinaniuit enim se vt descenderet nobis: descēdit nobis, vt ascēderet omnib⁹. Ascēdit enim, inquit, super omnes cælos, vt impleret omnia. Itaq; qui exinanitus aduenerat, de plenitudine sua apostolos adimpleuit. Vnde vnus ex his
Ephe. 4. Ioan. 1. dicit: Nam de plenitudine eius omnes nos accepimus. Ergo annunciauit Luna mysterium Christi: non mediocris, in qua signū posuit suum: nō mediocris, quæ typum dilectæ habet ecclesiæ: quod significat Prophe-
Psal. 71. ta dicēs: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec extollatur Luna. Et in Cāticis dominus
Cant. 6. de sua sponsa ait: Quænam est hæc prospiciēs tanq̄ diluculum, speciosa sicut Luna, electa vt Sol? Et merito speciosa sicut Luna ecclesia, quæ toto mūdo refulsit, &
Rom. 13. tenebras sæculi huius illuminans dicit: Nox præcessit, dies autē appropinquabit. Pulchre ait, ꝓspiciens, quasi
Psal. 13. suos de superiore prospectās, sicut habes: Dominus de cælo prospexit super filios hominū. Prospiciēs ergo ecclesia, sicut Luna defectus habet & ortus frequētes: sed defectibus suis creuit, & his meruit ampliari, dū persecutionibus minuitur, & cōfessorū martyriis coronatur. Hæc est vera Luna, quæ de fratris sui luce perpetua lumen sibi immortalitatis & gratiæ mutuatur. Fulget enim ecclesia non suo, sed Christi lumine, & splēdorem sibi arcessit de Sole iustitię, vt dicat: Viuo autem iam
Galat. 2. B nō ego, viuit autem in me Christus. Beata plane, quæ tantum insigne meruisti. Vnde te nō tuis neomeniis, sed typo ecclesiæ beatam dixerim. In illis enim seruis,
Virgil. de pharmaceutria. in hoc diligens. Q̄ ridiculū autem quod te pleriq; credunt homines magicis carminibus posse deduci. Aui
Ouid. in Metamor. de Medea. les istę fabulę, ac vulgi opiniones. Quis enim opus dei tanto ministerio deputatū arbitretur Chaldæis superstitionibus posse tētari? Lapsus sit ille, qui se transfigurat in angelum lucis, & deductus voluntate propria, nō carminū potestate. Sane et in hoc quasi ecclesia putaris posse loco tuo & statione deduci. Multi tentāt ecclesiā, sed sagæ artis ei carmina nocere nō possunt. Nihil incātatores valent vbi Christi canticū quotidie decātatur. Habet incantatores [illegible]ū dominum Iesum, per quem magorū incantantiū [illegible]na, & serpentū venena euacuauit: & ipsa sicut serpens [illegible]altatus, deuorat colubros Ægyptiorum. Ferale licet carmen immurmuret, hebetatur in Christi nomine. Sic & Elymam magū Paul⁹ non solum magicę artis infirmitate, sed etiam oculorū amissione cæcauit. Sic Petrus Simonem alta cæli magico volatu petentem, dissoluta carminum potestate deiecit & strauit.

C De clausione quarti diei, cū redargutione eorū qui numerum quartum cauere consueuerūt. Cap. IX.

SVLCHRE igitur, vt arbitror, cessit dies quartus. Quomodo ergo quartū pleriq; consueuerunt cauere, & inutile putant hoc numero aliquid oriri, quo totus noua luce mundus emicuit? An sinistris Sol cœpit auspiciis? Et quomodo aliis potest bona signa dare, qui sibi eligere diē sui nescīt exortus? Aut quomodo signa eius probant, cuius ortum non probant? Quid etiam de Luna dicimus, quæ & quarto die cœpit, & quartadecima die signat salutis? An displicet numerus quo celebrat mysterium redēptionis? Ideo dęmones declinandum fore persuadēt numerū eum, quo eorum destructa nequitia est. Ideo gentiles nihil adoriendū asserūt, quia scīūt tūc primum artes suas vacare cœpisse, & populos gentiles ad ecclesiam demigrasse. Lunam certe quartam, si puta fuerit, neq; obtusis cornib⁹, dare reliquis diebus vsq ad exactum mensem indiciū serenitatis existimāt. No D
lunt ergo eisdem exordiis inchoare, quib⁹ serenitas inchoatur. Sed iam cauendum ne nobis in sermone dies quartus occidat. Cadunt enim vmbræ maiores de mōtibus, lumen minuitur, vmbra cumulatur.

CAPITA QVINTI LIBRI HEXAEMERON.

De introductione quinti diei per repetitionē superioribus diebus factorum. Ac de obediētia aquarum ad producendum diuersa animantium genera: & increpatione hominis, qui sibi datis nō contentus interdicta alimenta gustauit. De inenarrabili quoq; eorum multitudine quæ momēto parueriunt mandato domini dicentis: Producant aquæ reptilia. &c. Et reptilia quæ dicantur. Caput I.

De virtute huius sermonis: Producāt aquę reptilia. &c. Et quod multo plura in mari q̄ in terris sint. De singulari quoq; aquarum gratia, quæ ex viuentibus in ipsis declaratur. Caput II.

De multis ac diuersis piscīū generibus & vsibus, de pietate, successionis puritate, & pudicitia ipsorū, ac reprehensione hominis cōmixtionem diuersorum seminum in animalibus procurantis. Cap. III. E

De bonitate matris aquæ in pisces suos, atq; exhortatione hominis vt ex hoc discat quæ sit parentis & filiorum necessitudo. Quodq; propria natura, specialis vsus, ac separata quædam a cæteris viuendi substantia sit piscium. Caput IIII.

De dentibus ac violenta piscīū auaritia se inuicē detorantium. Et quod in signū facti sint, vt in iis nostrorum morum vitia videamus, exēplaque caueamus. Quod præterea homo sit piscis, ex pulchræ comparationis inductione, & ad pericula cauenda diligenti admonitione. Caput V.

Quod homo sit piscis ex euangelicæ veritatis attestatione. Quod etiā boni & mali pisces sint, cū exhortatione vt bonus piscis hamum, retia, ac sinum Petri non timeat. Qua ratione præterea Euangelium pro mari positum sit. Caput VI.

De institutiua admonitione hominis, quia piscis est, vt super vndas exiliat, & pericula caueat, astutiā serpentium imitando. Quodq; astuti simus circa quęrenda & obseruanda coniugia, ex pulcherrimi exempli de vipera adaptatione. Caput VII. F

De fraudulento ingenio polypi, & astutia cancri ad cibum prędandū: notatione quoq; hominū qui simili ingenio ac fraude alios circūuenire & decipere nituntur: cum persuasiua adhortatione vt homo propriis sit cōtentus, alienisq; dāpnis nō pascatur. Ca. VIII.

De præscientia Echini maritimi, futuram tempestatē aut tranquillitatem nauigantibus prænunciantis: & vnde tam exiguum animal hoc munus acceperit. Ac de indulgentiæ dei creatoris ingenti præconio. Caput IX.

Quod vnūquodq; genus piscīū præscripta sibi habeat domicilia, cū increpatione humanę auiditatis. Qua ratione etiam quędā genera quandoq; mutent loca, & vnde hoc habeāt ingenium. De specialibus quoq; aliquorum piscium virtutibus. Caput X.

De singulari Atlantici maris cōmēdatione ex iis quæ in ipso nascuntur aut fiunt, cū conclusione sermonis de piscibus. Caput XI.

De pulchra introductione sermonis de natura auium habendi. Cap. XII.

De ordine dicendorum, ac natura auium quæ circa aquas maris fluminūq; versantur. Cap. XIII.

Cur post descriptionē piscīū de iis auibus quæ assuetæ sunt aquis, sermo successerit, & de diuersis exinde a-

G uium generibus ac differentiis. Ca. XIIII.
A quibus auibus exordiũ sequẽtis sermonis sumendũ sit. Ac de gruibus quomodo solicitam exerceant custodiam, & volantes seruent ordinẽ, exemplũq; exercendæ politiæ præbuerint hominibus. De commẽdatione præterea status antiquæ reipub. Et de causa atq; accusatione humanæ iniuriæ. Caput. XV.
De ciconiis, quẽadmodum proficiscantur quo pergẽdũ putant. Qualiter etiã a cornicibus deducantur, atq; adiuuẽtur in bellis. Et de earundem cornicũ cõmendabili hospitalitate, humanæq; negligentię increpatione. De illarum quoq; erga patres suos pietate, & nostræ impietatis notatione. Cap. XVI.
De hirundinis materna sedulitate, industria, ac pietate in filios. De commendatione præterea paupertatis ipsius, et molestia atq; iprobitate nostra cũ pauptas, inopia, vel indigẽtia nobis occurrerit. Ca. XVII.
Vt ex vsu & pietate cornicum discãt homines amare filios, & de fœminarum nostri generis patrumq; in filios impietate, & hinc de excusatione accipitrum & aquilarum, qui duram aduersus fœtus suos ferum tur habere inclemẽtiam, de pietate quoq; fulicæ, quę abdicatum aquilæ pullum cum sua prole cõnectit & nutrit. Caput XVIII.
De turturis viduitate, exhortationeque mulierũ vt discant quanta sit viduitatis gratia, quę etiam in auH bus prædicatur. Cap. XIX.
De integritate auium, quæ, vt in vulturibus deprehenditur, absq; concubitu, & sine vllo masculorũ femine concipiunt & generant. Ac de confutatione eorum qui impossibile putant quod virgo Maria conseruata virginitate dei filiũ pepererit. Cap. XX.
De natura et admiranda industria ac diligentia apum, quæ velut quandam rempublicam curare videntur. Caput XXI.
De consideratione eius quod ait Propheta: Producãt aquæ reptilia, &c. ac de diuersitate quam inter se habent aues. Caput XXII.
De imitatione vermis Indici chameleontis, leporum, atq; phœnicis, vt illorum exemplis ad cõmutationis fidem, quæ in resurrectione futura est, prouocemur. Vnde etiam vultures habeant vt quibusdam signis mortem hominum annuncient. Quod denique vsque ad locustam diuina gratia penetrauerit. Caput XXIII.
De natura & proprietatib⁹ auium nocturnarum, videlicet lusciniæ, noctuæ, vespertilionis, & galli, quarum vsu & exemplis admonemur & instruimur.
I Caput XXIIII.
De deuota autoris ad dominum Iesum Christum deprecatione, cum clausione quinti diei. Ca. XXV.

FINIS.

DIVI AMBRO SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI HEXAEMERON LIBER QVINTVS, DE DIE QVINTO.

De introductione quinti diei per repetitionem superioribus diebus factorum. Ac de obedientia aquarum ad producendum diuersa animantium genera, & increpatione hominis, qui sibi datis non contentus, interdicta alimenta gustauit. De inenarrabili quoque eorum multitudine quæ momento paruerunt mandato domini dicentis: Producant aquę reptilia, &c. Et reptilia quæ dicantur. Caput I.

VESTITA DIVERSIS K terra germinibus virebat omnis, cęlũ quoq; Sole & Luna geminis vultus sui luminibus, stellarumq; insignitũ decore fulgebat. Superat elemẽtum tertiũ, mare scilicet, vt et ipsi gratia viuificationis diuino puemiret munere. Ẽ thereo enĩ spiritu omnes terarum fœtus alũtur. Terra quoq; semina resoluẽs, vniuersa viuificat: & maxime tunc primum verbo dei iussa viridescere, viuificationis suæ munere pullulabat. Vacabat aqua, & a diuinæ operationis feriata beneficio videbaf. Habet adhuc creator quod illi cõferat, quo munia terrarum possit æquare: referabat ei vt & ipsa propriũ sibi, & speciale aliquid prærogatiuæ collati sibi muneris vẽdicaret. Viuificat prius terra, sed ea quę spirantem animã non habebant. A qua iubetur ea producere quę viuentis animę vigorẽ dignitatẽq; præferrẽt, & sensum tuẽdæ salutis, et fugiẽdæ mortis acciperent. Dixit itaq; deus: Producant aquę reptilia animarũ viuentiũ secũdum genus suũ, & volatilia volãtia secus firmamentum cęli.) Venit mandatũ, & subito aqua iussos fundebatur in partus: generare fluuii, viuificare lacus: mare ipsum cœpit diuersa reptiliũ genera parturire, & secundũ genus effundere quodcunq; formauerat. L Non exigui gurgites, non cœnosæ paludes vacabant, quin omnia datam sibi creandi assumerẽt potestatem. Pisces exilibant de flumine, delphines præludebant in fluctibus, conchę saxis, ostreæ adhærebant profundis, adolescebant echini. Vę mihi, ante hominẽ cœpit illecebra, abũdantia copiarum, nostrę mater luxurię, ante hominem delicię. Prior ergo hominum tentatio q̃ natura. Sed nihil creatura deliquit: alimenta dedit, nõ vitia præscripsit. Hęc tibi cõmunia dedit, ne tibi aliqua velut propria vẽdicares. Tibi suos fructus terra producit, tibi scaros & acipenseres, & omnes fœtus suos generant aquę: & his non contentus, interdicta tibi alimẽta gustasti. Ad inuidiam tuã omnia congeruntur, vt pręuaricatio tuę auiditatis onereť. Sed neq; q̃ multæ species & nomina sint, possumus enarrare, quæ omĩa momẽto diuinæ præceptionis animata sunt. Simul coĩbat forma corporis, & operabatur anima, vitalis etiam vigor reliquę virtutis. Repleta erat terra germinib⁹, mare impletũ animantibus. Ibi insensibilia pullulant, hic sensibilia versantur. In terris quoq; aqua suas sibi vẽdicat portiones. Lambunt terram pisces aquarũ, & ex ea M sibi prędam requirunt. Culices quoq; & ranunculi circa genitales strepunt paludes, et ipsę audierũt domini mãdatum, dicentis: Producant aquę reptilia animarũ viuentium.) Scimus reptilia dici genera serpentum, eo quod super terrã repant: sed multo magis omne q̃d natat, reptandi habet vel speciem vel naturam. Nam etsi in profundũ qui se demerserint, aquam videãtur findere: tamen cum supra innatant, repũt toto corpore, quod trahunt super quædã dorsa aquarum. Vnde & Dauid ait: Hoc mare magnũ & spatiosum, illic reptilia quorũ Psal. 103. non est numerus. Quinetiam cũ pleraq; pedes habeãt, & ambulandi vsum, eo quod sint amphibia, quæ vel in aquis vel in terris viuãt, vt sunt focę, crocodili, equi fluuiales, quos hippopotamos vocant, eo quod hi generẽtur Nilo in flumine: tamen cum in alto aquarum sunt, non ambulant, sed natant: nec vestigio vtũtur pedis ad incedendũ, sed tanq̃ remo ad reptandum. Siquidem & nauis acta remis labitur, & aquas sulcat carina.

De virtute huius sermonis: Producant aquæ reptilia. Et quod multo plura in mari q̃ in terra sint. De singulari quoq; aquarum gratia, quę ex viuẽtibus in ipsis declaratur. Caput II.

A PRODVCANT aquæ reptilia, dixit dominus. Breuis sermo, sed vehemens, & late patens, communẽ minimis & maximis naturam infudit. Eodẽ momento producitur balena, quo rana: eiusdem vi operationis nascitur. Nõ laborat in maximis deus, nõ fastidit in minimis. Nec dolui natura parturiens delphinas, sicut non doluit cũ exiguos murices cochleasq; produceret. Aduerte o homo quanto plura in mari q̃ in terris sint. Numera si potes omnia piscium genera, vel minutorũ, vel etiã maximorũ: sepias, polypos, lithostracos, carabos, cancros, & in his innumerabilia sui generis. Quid dicam genera serpẽtium, dracones, murænas, anguillas? Nec prętermittam scorpios, ranas, testudines, mustelas quoq;, & canes maritimos, vitulos marinos, cete immania, delphinas, focas, leones. Quid attexam etiã merulas, turdos, pauos quoq;, quorũ etiam colores in auibus videmus expressos: vt nigri merulæ, paui diuerso colore dorsa & colla depicti sint: turdi aluo varii, & cętera q̃rũ sibi terræ species & nomina vendicarunt? Nam prius in mari ista cœperũt, diuersisq; fluminibus. Siquidem aqua prior animarũ viuẽtium reptilia diuino nutu imperata produxit. Adde hanc gratiam, quod ea quæ timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in B terris, in aqua innoxia sunt: atq; ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctib⁹. Murena, quam ferũt aliquid habere noxium, esca preciosior est. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus fere præstat alimentis. Plura si quis vult cognoscere, a diuersis locorum piscatoribus quærat. nemo enim potest omnia comprehendere. Canes sane & in mari cane, quos & in ecclesia molestos esse & cauendos Apostolus docet, dicens: Cauete canes, cauete malos operarios. Mustelæ grauis in terris odor, in aquis suauis. Terrena se nouit vindicta fœtoris vlasci: hæc non minorem habet gratiã capta, q̃ libera. Neq; te inhonoratum nostra prosecutiõe Tymalle† dimittam, cui a flore nomen inoleuit: seu Ticini vnda te fluminis, seu amœni Atesis vnda nutrierit, flos es. Deniq; sermo testatior, quod de eo qui gratam redolet suauitatem, dictum facete sit, Aut piscem olet, aut florẽ. ita idem pronũciatus est piscis odor esse qui floris. Quid specie tua gratius? Quid suauitate iucundius? Quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Quid loquar coruorũ, Tquid etiã luporum teneritudines? Nescit hos lupos agnus timere. Tanta est aquarum gratia, quarum Tvituli figurãtur & leones, vt his propheticũ illud dictum de ecclesię sanctitate iure cõueniat: Tunc lupi & agni simul pascentur, leo & bos simul paleas manducabũt. Nec mirum, quandoquidem etiam in ecclesia aquæ illud operantur, vt prædonũ absoluta nequitia cum innocẽtibus comparetur. Quid etiã purpuras memorem, quæ ornant regum cõuiuia, amictus imbuunt? Aquarũ est igitur quod in regibus adoC ratur: aquarum est species illa quę fulget. Adde porcos maris etiã Iudæis gratos: quia nihil est cõmune quod nõ aqua abluat, & ideo cõmunes eos sicut in terra editos æstimare non possunt.

De multis ac diuersis piscium generibus & vsibus: de pietate, successionis puritate, & pudicitia ipsorũ, ac reprehẽsione hominis commixtionem diuersorũ seminum in animalibus procurantis. Cap. III.

INNVMERI itaq; vsus, innumera genera piscium. Alii oua generãt, vt ii quos trutas vocant, & aquis fouenda cõmittũt. Aqua igitur animat & creat, & adhuc mãdati illius primi tãq̃ legis perpetuæ munus exequitur, blãda quædam mater animantiũ. Alii viuos fœtus edũt de sito corpore, vt mustelæ, & caniculæ, & cete ingẽtia: delphines & focæ, aliaq; cætera hmõi. Quę cum ediderint partus, si quid forte insidiarũ terroriq; præsenserint circa catulos suos quẽq̃ moliri, quo tueantur eos, vel teneræ ætatis pauorẽ materno affectu cõprimãt, aperire ora, & innoxio partus suos dẽte suspẽdere, iterũq; recipere corpore, & genitali feruntur aluo abscondere. Qui humanus affectus hanc piscium pietatem possit imitari? O scula nobis satietati sunt, illis non satis est aperire viscera, natosq; recipere, ac reuocare ĩtegros, atq; iterũ fotu quodã eos sui caloris animare, & spiritu alere, duosq; in corpore vno viuere, donec aut securitatem deferant, aut corpore suo obiecto natos suis defendant periculis. Quis hęc videns, & si possit obtinere, nõ tantæ piscium pietati cedat? Quis nõ miretur & stupeat? Seruat natura in piscib⁹ quod q̃ nõ seruat in hominibus. Pleraq; ex suspicione nouercalib⁹ odiis appetitos suos occiderũt filios: alię in fame, vt legimus, partus ꝓprios comederunt. Humanis pignoribus mater sepulchrum facta est: piscĩ proli parẽtis est vterus sicut mur⁹: vallo quodã internorũ viscerum pignora inoffensa cõseruat. Diuersa igitur piscium genera diuersos vsus habẽt: alii oua generant, alii viuos pariunt atq; formatos. Et qui oua generant, nõ nidos texunt vt aues, non diuturni fo E tus laborẽ induunt, non cũ molestia sui nutriunt. Cecidit ouũ, quod aqua gremio quodã naturæ fuę quasi nutrix blanda suscepit, & animal celeri fotu reddidit. Continuo enim tactu parẽtis animatũ ouũ cecidit, et piscis exiuit. Tũ deinde q̃ pura & inuiolata successio? Nullus †tithymalleri, sed generi suo miscetur: Thymall⁹† Thymallo: mallus. Lupus Lupo. Scorpena quoq; castitatẽ immaculati De Scorcõnubii generi suo seruat. Itaq; habet pudicitiã generis pena. sui, sed venenũ generis sui non habet. nõ enim percutit Scorpena, sed reficit. Nesciũt igitur alienigenarũ genera piscium adulterina cõtagia, sicut sunt ea quæ coeunt asinorũ equarumq; inter se genera, quę magna cura hominum perpetrantur: vel rursus cũ equus asinæ miscetur: quæ sunt vera adulteria naturæ. Nam vtiq; maius est quod in naturæ colluuionem cõmittitur, q̃ quod in personæ iniuriã. Et homo ista procuras, interpres adulterii iumentalis: & illud animal preciosius putas quod adulterinum, q̃ quod verũ est? Ipse genera alia confundis, diuersaq; misces semina, atq; ad vetitos coitus plerũque cogis inuitos, & hoc industriã vocas? Hoc quia de hominibus facere non potes, vt diuersi generis com F mixtio fœtum possit excudere, tollis homini quod natus est, & virũ de viro exuis: abscisaq; corporis parte, sexum negas, spadonem efficis: vt quod negauit natura in hominibus, impleret audacia.

De bonitate matris aquæ in pisces suos, atq; exhortatione hominis vt ex hoc discat quę sit parẽtis & filiorũ necessitudo. Quodq; propria natura, specialis vsus, ac separata quędã a cęteris viuẽdi substãtia sit piscium. Caput IIII.

QVAM bona autem mater sit aqua, etiam hinc considera. Tu o homo docuisti abdicationes patrũ in filios, separationes, odia, offensas: disce quæ sit parẽtis & filiorum necessitudo. Viuere pisces sine aqua nõ queunt, nec a sui parentis consortio separari, neq; a suæ altricis discerni mureret & fit hoc natura quadam, vt separati moriãtur illico. Neq; enim vt omnia huius aeris viuunt spiramine, quia hauriendi spiritus & respirandi natura his nõ suppetit: alioquin sub aquis semper non possent viuere, non capientes spiritus infusionem. Quod est nobis spiritus, illis est aqua. Sicut nobis spiritus, ita illis aqua viuendi ministrat substantiam. Nos intercluso commeatu spiritus, quia nec breui quidẽ spatio possumus exortes esse spiritus vitalis, statim extinguimur. Pisces quoq; sublati de aqua, sine substantia sui vitæ esse nõ possunt. Et causa manifesta est, quoniã nobis pulmo per

G

G thoracis laxiora penetralia recipit ſpiritum: & cum ſit ipſe pleriſq; penetrabilis, ſpiritus infuſione interiorẽ calorem refrigerat. Thorax enim vt ſuſcipit alimenta, ita ſuperflua ciborum, & ſuccos ſalubres, ſanguinẽq; diſcernit. Fit pulmo peruius, vnde facilius ad eũ poteſt aſpiratio ſpiritus peruenire. Piſces vero branchias habẽt, quas nunc plicant & colligunt, nunc explicant atq; aperiunt. In hãc ergo collectionem & apertionem dũ ſuſcipitur aqua, & tranſmittitur ac penetrat, reſpirationis munus videtur implere. Propria igitur natura eſt piſcium, nec cõmunis cum cæteris, ſpecialis vſus, & a cæteris viuendi quædã ſeparata & ſecreta ſubſtãtia. Propterea nõ nutriuntur, neq; vt terrena animalia manus humanæ tactu & alimento & delinimẽto aliquo delectantur, ſed etiam ſi ſeruantur, in viuariis ſuis viuunt.

De dentibus ac violenta piſciũ auaritia ſe inuicẽ deuorantium. Et quod in ſignum facti ſint, vt in iis noſtrorum morum vitia videamus, exemplaque caueamus. Quod præterea homo ſit piſcis, ex pulchræ comparationis inductione, & ad pericula cauenda diligenti admonitione. Caput V.

H QVID autem de denſitate dicam dentium? Non enim vt bos aut ouis ex vna parte dentes habent, ſed vtraq; pars armata eſt dentibus, quia in aqua ſunt: et ſi diutius cibũ verſarent, & non cito trãſmitterent, aquarum alluuione dẽtibus eorum eſca poſſet auferri ac dilui. Ideo dẽſos & acutos habent, vt cito incidant, cito cõficiant, cibum facile & ſine aliqua mora & dilatione trãſmittant. Deniq; non ruminant. ſolus tamẽ Scarus in his ruminare perhibetur: (De Scaro) vt ferunt quibus aut euentus aut vſus fuit aut ſtudium talia comprehendere. Sane nec ipſi a ſuis potẽtiæ euaſere violentiam, & auaritiæ potentiorum ſubiecti vbiq; inferiores ſunt. Quo quiſq; infirmior, eo prædæ patet. Et plerique quidem herbis paſcuntur, ac minutis vermibus. Sunt tamen qui inuicem ſe deuorent, & ſua carne paſcantur. Minor apud illos eſca maioris eſt: rurſus ipſe maior a validiore inuaditur, & fit eſca alterius prædator alieni. Itaq; vſu venit vt cum ipſe aliũ deuorauerit, ab alio deuoretur: & in vnũ vẽtrem vterq;
I veniat cum voratore proprio deuoratus: ſitq; ſimul in vno viſcere prædæ vindictæq; conſortiũ. Et ipſis poſtea ſponte hæc accreuit iniuria, ſicut in nobis non ex natura cœpit, ſed ex auaritia. Aut quia ad vſum hominũ dati ſunt, in ſignum quoq; facti ſunt, vt in his noſtrorũ morum vitia videremus, & caueremus exẽpla, ne quis potior inferiorẽ inuaderet, daturus in ſe potentiori exẽplum iniuriæ. Itaq; qui alterum lædit, ſibi laqueum parat, in quem ipſe incidat. Et tu piſcis es, qui viſcera inuadis aliena, qui demergis infirmum, qui cedentẽ perſequeris vſq; in profundum. Caue ne dum illum ſequeris, incidas ipſe in validiorẽ: & dedũcat te in alienas inſidias, qui tuas vitat, priuſq; tuam ſpectet ærũnam, qui te perſequente propriam reformidabat. Quid intereſt inter diuitem improbæ cupiditatis ingluuie abſorbentem infirmorum patrimonia, & Silurum de minorum piſcium viſceribus aluum replentem? Defunctus eſt diues, et nihil ei ſua ſpolia profuerunt: immo magis eum rapinarum ſuarum deteſtabiliorem fecit infamia. (De Siluro.) Captus eſt Silurus, & inutilis præda detecta eſt. Quãti in eo reperiuntur qui alios deuorauerunt? Et tu diues habes in ſinu tuo alterius prædatorem. Ille habebat facultates pauperis, quas inuaſerat: tu eum opprimens, duo patrimonia tuis facultatibus addidiſti: & adhuc tanto non ſatiaris augmento: & dicis quod alios vindicaueris, cum eadem committas quæ vlciſceris: iniuſto iniuſtior, & iniquo iniquior, auaro auarior. Vide ne idẽ te qui piſcem illum finis inueniat: hamum caue, caue retia. Sed præſumis de potentia, quod nemo tibi poſſit reſiſtere. præſumebat & Silurus quod hamum nemo K
ſibi iaceret, nemo retia tenderet: & ſi incidiſſet, vniuerſa dirumperet: & tamẽ fuſcinam non euaſit, aut nexus vinculi validioris incurrit, quibus ſe non poſſet exuere. Sine dubio & hominum iniquitas quo grauiora cõmiſerit, eo magis ſcelere ſuo tuta eſſe non poterit, quin aliquando diſſoluat quod ſcelerum precio conſtat difficile poſſe vitari.

Quod homo ſit piſcis ex euangelicæ veritatis atteſtatione. Quod etiã boni & mali piſces ſint, cum exhortatione vt bonus piſcis hamum, retia, ac ſinum Petri non timeat. Qua ratione præterea Euãgelium pro mari poſitum ſit. Caput VI.

PISCIS ergo es o homo. Audi quia piſcis es: Simile eſt regnum cælorũ reti miſſo in mare, & ex omni genere piſcium cõgreganti. (Matt. 13) Cum autem eſſet impletum, duxerũt id ad littus, & ſedẽtes elegerũt optimos in vaſis ſuis, malos autem foras miſerũt. Sic erit in cõſummatione ſeculi: Exibunt angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminũ ignis. Sunt ergo boni & mali piſces. boni ſeruãtur ad precium, mali ſtatim L
ardent. Bonum piſcem nec retia inuoluunt, ſed eleuãt. Nec ham⁹ internecat atq; interficit, ſed precioſi vulneris perfũdit ſanguine: in cuius oris cõfeſſione bonũ precium reperitur, quo tributũ Apoſtolicũ, & cenſus Chriſti poſſit exolui. Sic enim ſcriptum eſt, dicẽte domino: Reges terrę a quibus accipiunt tributũ vel cenſum? (Mat. 17.) A filiis ſuis, an ab alienis? Et reſpondẽte Petro, Ab alienis, ait dñs: Vade ad mare, & mitte hamũ, & eũ piſcẽ qui primus aſcẽderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ibi ſtaterem. illũ ſumẽs, da eis pro me & te. Noli igitur o bone piſcis Petri hamũ timere. non occidit, ſed conſecrat. Noli quaſi vilem te cõtemnere, quia vides corpus infirmũ. habes in ore tuo quod & pro Petro & ꝑ Chriſto offeras. Noli timere Petri retia, cui dicit Ieſus: Duc (Luc. 5.) in altũ, & laxate retia. Nõ enim in ſiniſtram partẽ miſit, ſed in dexterã, ſicut iuſſus a Chriſto eſt. Noli timere ſinum eius, quia dictũ eſt ei: Ex hoc eris homines viuificãs.† (†capiens.) Ideo miſit retia, & complexus eſt Stephanũ, qui de Euangelio primus aſcẽdit, habens in ore ſuo ſtaterẽ iuſtitię. Vnde cõfeſſione conſtãti clamauit dicẽs: Ecce, (Actu. 7.) video cælos apertos, & filium hominis ſtantẽ ad dexteram dei. Pro hoc piſce ſtabat dñs Ieſus. ſciebat enim eſſe in ore eius precium ſui cenſus. Deniq; glorioſo martyrio & Petri iudicium atq; doctrinam, & Chriſti gratiam locuples aſſertor impleuit. M

De inſtructiua admonitione hominis, quia piſcis eſt, vt ſuper vndas exiliat, & pericula caueat, aſtutiã ſerpentium imitando. Quodq; aſtuti ſimus circa quęrenda & obſeruanda coniugia, ex pulcherrimi exempli de vipera adaptatione. Caput VII.

NEC te moueat quod pro mari Euãgeliũ poſui. Euangeliũ eſt, in quo Chriſtus ambulauit: Euangelium eſt, in quo licet titubauerit Petrus, non tamen negauit, quando per dexteram Chriſti fidei munimentum ſtationis inuenit: Euangelium eſt, de quo martyr aſcendit. Euangelium eſt mare, in quo piſcantur apoſtoli, in quo mittitur rete quod ſimile eſt regno cęlorum: Euangelium eſt mare, in quo Chriſti figurantur myſteria: Euangelium eſt mare, in quo Hebręus euaſit, Aegyptius interemptus eſt: Euangelium eſt mare, in quo eſt ſponſa Chriſti eccleſia, & diuinæ gratiæ plenitudo, quæ ſupra maria fundata eſt, ſicut dixit Propheta: Ipſe ſuper maria fundauit eam. (Pſal. 23.) Exili ſuper vndas o homo, quia piſcis es: non te opprimant ſeculi iſtius fluctus. Si tempeſtas

A eſt, pete altum & profundum: ſi ſerenitas, lude in fluctibus: ſi procella, caue a ſcopuloſo littore, ne te in rupem furẽs æſtus illidat. (Matt. 10.) Scriptum eſt enim: Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes. Et quia de ſerpentibus aſtutis propoſitũ exemplum eſt, ſimus aſtuti circa quęrenda & ſeruanda coniugia, diligamus tributa nobis cõſortia. Et ſi ii qui longinquis fuerãt ortus ſui tempore regionibus ſeparati, inter ſe conuenerint, & ſi vir ad peregrina cõtenderit: nulla longinquitas, nulla abſentia complacitam minuat charitatem. Eadem lex præſentes abſenteſq; connectit, idem naturæ vinculum inter diſtantes & conſiſtentes cõiugalis charitatis iura cõſtringat. Eodem iugo benedictionis vtriuſq; colla ſociantur, etiã ſi alter obeat ſeparatarum regionũ longa diuortia: quia non corporis ceruice, ſed mentis, iugũ gratiæ receperunt. (De vipera.) Vipera nequiſſimũ genus beſtiæ, et ſuper omne quod ſerpẽtini eſt generis aſtutior, vbi coeundi cupiditatem aſſumpſerit, murenę maritimæ notam ſibi requirit copulam, vel nouã præparat: progreſſaq; ad littus, ſibilo teſtificata pręſentiam ſui, ad coniugalem amplexum illã euocat. Murena autem inuitata non deeſt, & venenatæ ſerpenti expetitos vſus ſuæ impertit coniunctionis. Quid ſibi vult ſermo huiuſmodi, niſi ferendos eſſe mores coniugum: et ſi abſens eſt, eius operiendam pręſentiam: ſit licet aſper, fallax, inconditus, lubricus, temulẽtus? Quid peius veneno, quod in coniuge muræna nõ
B refugit? Vocata non deeſt, & ſerpẽtis lubricum ſedula charitate complectitur. Ille tua mala portat, & leuitatis fœmineæ facilitatem: tu virũ tuum nõ potes o mulier ſuſtinere? Adam per Euam deceptus eſt, non Eua per Adam. Quem vocauit ad culpam mulier, iuſtũ eſt vt eum gubernatorem aſſumat, ne iterum fœminea facilitate labatur. Sed horridus & incultus eſt. Semel placuit. Nunquid vir frequenter eſt eligendus? Comparẽ ſuũ & bos requirit, & equus diligit: & ſi mutetur alius, trahere iugum neſcit compar alterius, & ſe non totum putat. Tu iugalẽ repudias tuũ, & putas ſæpe mutandum: et ſi vno defuerit† die, ſupducis riualẽ: (†als deſerit.) & ſtatim incognita cauſa, quaſi cognita, pudoris exequeris iniuriam? Vipera abſentem requirit, abſentẽ vocat, & blãdo proclamat ſibilo: atq; vbi aduentare cõparem ſenſerit, venenum euomit, reuerentiã marito deferẽs, verecundata nuptialẽ gratiam. Tu mulier aduenientem de longinquo maritũ contumeliis repellis. Vipera mare proſpectat, explorat iter coniugis: tu iniuriis viam viro obſtruis: tu litium moues venenũ, non reiicis: tu coniugalis amplexus tempore dirũ virus exæſtuas: nec erubeſcis nuptias, nec revereris maritũ. Sed etiã tu vir, (poſſum⁹ enĩ etiã ſic accipere,) depone tumorẽ cordis,
C aſperitatẽ morũ, cũ tibi ſedula vxor occurrit: ꝓpelle indignationem, cum blanda coniunx ad charitatẽ prouocat. Non es dominus, ſed maritus: non ancillã ſortitus es, ſed vxorẽ. Gubernatorẽ te deus voluit eſſe ſexus inferioris, nõ prępotẽtẽ. Redde ſtudio vicẽ, redde amori gratiam. Vipera venenũ ſuum fundit: tu nõ potes duritiã mentis deponere? Sed habes naturalẽ rigorẽ: debes temperare eum contẽplatione coniugii: reuerentia cõiunctionis.† (†als, reuerẽ. coniunctionis deponat animi feritatem. Nolite &c.) Poteſt & ſic: Nolite quęrere viri alienũ thorum, nolite inſidiari alienæ copulæ. Graue eſt adulteriũ, & naturę iniuria. Duos primũ deus fecit, Adam & Euam: hoc eſt, virũ & vxorem. Et vxorẽ de viro: hoc eſt de coſta Adam: & iuſſit ambos eſſe in vno corpore, & in vno ſpiritu. Quod vnum ſeparas corpus, vnũ diuidis ſpiritũ: naturæ adulterium eſt. Sed hoc docet murenæ & viperę, nõ iure generis, ſed ardore libidinis expetitus amplexus. Diſcite o viri: qui alienã permolere quærit vxorem, cuius ſerpentis ſibi aſſciſcere cupiat cõtuberniũ, cui etiam cõparandus ipſe ſerpenti ſit. Feſtinat ad viperam, quæ ſe in gremium viri nõ directo tramite veritatis, ſed lubrico deuii amoris infundit. Feſtinat ad eam, quæ venenum ſuũ reſumit: vt vipera, quæ fertur peracto coniunctionis munere, venenum quod D
euomuerat, rurſus haurire. Adultera enim vipera eſt. Vnde & Salomon ait quod is qui fuerit temulentus, (Prou. 23.) cum per vinum libido feruere conſueuerit, tanquam a colubri ictu extenditur, & tanq̃ a cornuta diffunditur illi venenum. Et vt ſcias quod de adultera dixit, adiecit: Oculi tui cum viderint alienam, os tuum loquutur peruerſa. Nec quiſquam velut contraria poſuiſſe nos credat, vt & ad bonum, & ad malum viperæ huius exemplo vteremur, cum ad inſtitutionem vtrunq; proficiat, ſi erubeſcamus aut fidem non exhibere dilecto, cui exhibet ſerpens: aut relinquentes ſancta coniugia, lubrica & nocitura ſalutarib⁹ præferamus: quod facit qui cum ſerpente miſcetur.

De fraudulento ingenio polypi, & aſtutia cancri ad cibum prędandũ: notatione quoq; hominum qui ſimili ingenio ac fraude alios circũuenire & decipere nitũtur: cum perſuaſiua adhortatione vt homo propriis ſit contentus, alieniſq; damnis non paſcatur. Cap. VIII.

ET QVIA DE aſtutia cœpimus ſermonem ſubtexere, qua vnuſquiſq; fratrem ſuum circumuenire & decipere nititur, & in nouas ſe fraudes componere: vt quem vi obtinere non poteſt, circumſcribat dolo, & fuco quodam artis obducat: fraudulentum illud polypi ingenium non præteribo, (De polypo.) qui vadoſo in littore petram nactus, affigitur ei: atq; eius nebuloſo ingenio colorẽ ſubit, & ſimili ſpecie terga obductus plurimos piſciũ ſine vlla ſuſpicione fraudis allapſos, E dum natãdo nõ præcauent, & ſaxum opinantur, caſſibus furtiuæ artis includit, & ſinu quodam ſuæ carnis intercipit. Sic ſpõtanea venit præda, & talibus capitur argumentis: qualia ſunt eorum qui ingenium ſuũ ſæpe cõmutant, & diuerſãs nocendi artes mouent, vt ſingulorum mentes ſenſuſq; pertentent, cũ cõtinẽbus cõtinentiã prædicantes, in coitu intẽperãtium tanquã deuii ab ſtudio caſtitatis, & demerſi intẽperantiæ volutabris: vt qui eos audiũt aut vidẽt, incauta facilitate ſe credant: eoq; citius labuntur, dum diſtinguere non norũt, nec cauere quod noceat, dum grauior ſit & magis noxia improbitas, benignitatis obũbrata velamine. Et ideo cauendi ſunt qui crines ſuæ fraudis, & brachia longe lateq; diſpergunt, vel ſpeciẽ induunt multiformẽ. Et iſti enim polypi ſunt, nexus plurimos habẽtes, & callidorum ingeniorum veſtigia, quibus irretire poſſint quicquid in ſcopulos ſuæ fraudis inciderit. (De cãcro.) Cancer quoq; quas cibi gratia præſtigias ſtruit? nãq; & ipſe oſtreo delectatur, & carnes eius epulũ ſibi quærit. Sed quia vt appetẽs cibi, ita proſpiciens eſt periculi: quoniã cum difficilis eſt venatio, tũ periculoſa: (difficilis, quia teſtis validioribus eſca interior includitur. nã velut mu F ris quibuſdã mollitiem carnis præcepti imperialis interpres natura muniuit: quam medio teſtarum quodã ſinu concauo nutrit ac fouet, & quaſi in quadã valle diffundit: & ideo caſſa omnia tentamẽta ſunt cancri, quia aperire clauſum oſtreũ nulla vi poteſt: & periculoſum eſt ſi chelas eius includat) ad argumẽta cõfugit, & inſidias noua fraude molitur. Itaq; quia omnia genera delectatione mulcentur, explorat ſiquãdo oſtreum remotis in locis ab omni vẽto contra Solis radios diptychũ illud ſuum aperiat, & reſeret clauſtra teſtarum, vt libero aere viſceris ſui voluptatem quandam capiat: & tũc clanculo calculum immittens, impedit concluſionem oſtrei, ac ſic aperta clauſtra reperiẽs, tuto inſerit chelas, viſceraque interna depaſcitur. Sunt ergo homines qui cancri vſu in alienæ vſum circumſcriptionis irrepant, & infirmitatem propriæ virtutis aſtu quodam ſuffulciant, fratri dolum nectant, & alterius paſcantur ærũna. Tu autem propriis eſto contentus, & aliena te damna non paſcant. Bonus cibus eſt ſimplicitas, innocentiæ

G suæ bona habens: insidiari nescit alienis, nec auaritiæ fa
cibus inardescit: cui lucrum omne ad virtutem dispen
dium est, ad cupiditatem incendiū. Et ideo beata est, si
bona sua nouerit, cum veritate paupertas, & omnibus
præferenda thesauris: quia melius est exiguum cū dei
timore, q̄ thesauri magni sine timore eius. Quantū est
enim quod hominem alat? Aut si quæris quod etiam
aliis abundet ad gratiam, id quoq; non multū est. Me
lior enim est hospitalitas in oleribꝰ cū gratia, q̄ vitulo
rum pinguium præparatio cum discordia. Vtamur er
go ingenio ad quærēdam gratiam, & salutem tuendā:
non ad alienam circumscribendam innocentiam. Licet
nobis vti exemplis maritimis ad profectum nostræ sa
lutis, non ad alienum periculum.

De præscientia Echini maritimi, futurā tempestatē
aut tranquillitatē nauigantibus prænunciantis: & vn
de tam exiguum animal hoc munus acceperit. Ac de
indulgentiæ dei creatoris ingenti præconio. Cap. IX.

De Echino. ECHINVS animal exiguum, vile ac despi
cabile, maritimum loquor, plerunq; index fu
turæ tempestatis aut tranquillitatis annun
cius solet esse nauigātibus. Deniq; cum pro
cellam ventorū præsenserit, calculum validum arripit:
eumq; velut saburram vehit, & tanquam auchorā tra
hit, ne excutiatur fluctibus. Itaq; non suis se librat viri
H bus, sed alieno stabilit et regit pōdere. Quo indicio nau
tæ velut signum futurę perturbationis capessunt, & si
bi præcauēt, ne eos imparatos turbo improuisus inue
niat. Qui Mathematicus, q̄ Astrologus, quive Chal
dæus sic potest siderum cursus, cæli motus & signa cō
prehēdere? Quo ingenio ista collegit? quo doctore per
cepit? quis ei fuit tanti interpres augurii? Sæpe homi
nes confusionem aeris vident, & sæpe falluntur, quod
plerunq; ea sine tempestate discutiatur. Echinus non
fallitur, Echinum sua nequaq̄ signa prætereunt. Vnde
exiguo animali tanta scientia, vt futura prænuncietꝰ
Quo magis in eo nihil est quo tantam habet pruden
tiam, credo quod per indulgētiam domini rerū omniū
id quoq; præsciētiæ huius munus acceperit. Etenim si
fœnum deus sic vestit, vt miremur: si pascit volatilia: si
parauit corus escam: pulli enim eius ad dominum cla
mant: si mulieribus dedit texturæ sapientiā: si aranea,
quæ tam subtiliter ac docte laxos casses suspendit in fo
ribus, sapientiæ nō reliquit immunem: si ipse virtutem
equo dedit, & soluit de ceruice eius formidinē, vt exul
tet in campo, & occurrēs regibus irrideat, odoretur bel
lum eminus, excitetur sono tubæ: si hæc irrationabilia
pleraq;, & alia insensibilia, vt fœnū, vt lilia, replenit suæ
I dispositione sapientię: quid dubitamus quod etiam E
chino contulerit huius gratiā prescientiæ? Nihil enim
inexploratum, nihil dissimulatum reliquit. Omnia vi
det, qui pascit omnia: omnia replet sapiētia, qui omnia
in sapientia fecit, vt scriptum est. Et ideo si Echinū vi
sitationis suę exortē non prętermisit, si eū considerat, &
futurorū informat indiciis, tua nō cōsiderat? Immo ve
ro considerat, sicut testatur eius diuina sapiētia dicens:
Matth.6. Si respicit volatilia, si pascit illa, nonne vos pluris estis
illis? Si fœnū agri, quod hodie est, & cras in ignē mit
titur, deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei?

Quod vnūquodq; genus piscium præscripta sibi ha
beat domicilia, cum increpatione humanæ auiditatis.
Qua ratione etiam quędā genera quandoq; mutent lo
ca, & vnde hoc habeat ingenium. De specialibus quoq;
aliquorum piscium virtutibus. Caput X.

AN vero sine quadā dote naturę manere pisci
bus etiam illā putamus gratiā, quod vnūquodq; genus piscium præscripta sibi domi
cilia habet, quæ sui generis nullus excedat, nō incurset k
alienus? Quis geometra his diuisit habitacula, nullis
rumpenda tēporibus? Sed geometrā audiuimus, tha
lassometram nunquā audiuimus, & tamen pisces men
suram suam norunt: non muris vrbium, portisq; præ
scriptam, non ædificiis domorum, non agrorum fini
bus limitatam, sed mensurā eius quod oporteat, vt tan
tum satis sit vnicuiq; quantum ad vsum abundet, non
quantum auiditas quædam immoderata sibi vendi
cet. Lex quędam naturæ est, tantum quęrere quātum
sufficiat ad victum, et alimentorum modo sortem cen
sere patrimonii. Hoc genus piscium in illo sinu maris
alitur & gignitur, illud in alio. Deniq; non reperies cō
fusa genera piscium, sed quod hic abūdat, alibi deest. Et
iterū ille sinus maris cephalos alit, lupos ille: ille saxati
les, locustas alius. Non est libera vagandi potestas, nec
tamen intercluſa montibus copia, aut fluuiis interlabē
tibus transitus impeditur, sed vsus naturæ impressus
tanq̄ patriæ finibus vnumquēq; se retinere, & vltra in
colas prodire suspectum. At nobis lōge alia sententia
est, mutare exilio domos, incolarum fastidio teneri, ad
uenarum captare gratiam, transferre terminos perpe
tuos, quos posuerunt patres nostri, agrum ad agrum
iūgere, domum ad domum. Deficit terra hominibus, L
sternuntur & maria. Rursus pro singulorū libidine in
ciditur terra, mare infunditur, vt insulas faciant, vt pos
sideant freta, spatia maris sibi vēdicant iure mancipii,
piscium q̄ iura sicut vernaculorum cōditione sibi seruiti
subiecta cōmemorant. Iste inquit sinus maris meus,
ille alterius. Diuidunt elemēta sibi potētes. His ostreę
in fluctibus nutriūtur, his in viuario piscis includitur.
Luxuriæ nec mare sufficit, nisi apothecas habeant o
strearum. Itaque ætates earum numerant, & piscium
receptacula instruunt, ne conuiuia diuitis mare nō pos
sit implere. Nam vicini nomen quibus audiunt auri
bus? quibus oculis intuentur possessiones eorū? Quē
admodum dies nocteſq; excogitant vt aliquid proxi
mi auferant? Nunquid soli habitabitis super terram? Esa. 5.
clamat Propheta. Cognoscit hæc dominus, & vindi
ctæ reseruat. Quantum aliena a piscibus auiditatis ra
pinæ? Illi naturalia captant secreta, & vltra terminos or
bis terrarum mare norunt, quod nullę interpolant insu
læ, nec terra aliqua interiacet, vel vlterius vlla sit posi
ta. Illic igitur vbi diffusum late mare omnem spectan
di vsum, vtilitatis gratia nauigandi intercludat auda
ciam, condere se ferūtur cete illa immensa genera pi- De Cetis.
scium, æqualia montibus corpora, vt tradiderunt no
bis qui videre potuerunt: illic quietum ęuum exigunt, M
discreta ab insulis, et ab omnibus maritimarum vrbiū
contagiis separata. Habent suas regiones, & habitacu
la distributa, manent in his inoffenso vicinorum limi
te, nec vago transitu mutationes quęrunt locorum, sed
tanquam patrium solum diligunt, & in his immorari
dulce arbitrantur. Quæ ideo elegerunt, vt solitariam
vitam remota possint arbitrorum interpolatione trans
igere. Sunt tamen aliqua genera piscium qui non in
genii facilitate loca mutent, sed fouendi partus necessi
tate, quæ opportuno atq; legitimo procurātes tempo
re, ex plurimis locis a diuerso sinu maris innumeri ve
lut communi consilio conuenientes, coniuncto agmine
Aquilonis flatus petunt: & ad illud septentrionalium
mare partium quadam naturæ lege cōtendūt. Dicas, si
ascēdentes videas, Rheuma quoddā esse, ita prorūt,
fluctusq; intersecant, per Propontidem in Euxinū Pon
tum violento impetu profluentes. Quis piscibus hæc
annunciat loca, pręcepta, tempora? Quis tribuit dispo
sitionem viandi, comitandi ordinem, metas, & tempo
ra reuertendi? Homines suum imperatorem habent,
cuius expectatur imperium, procedit tessera, proponun
tur edicta prouincialibus, vt conueniant, Tribunis mi
litum literę diriguntur, dies statuitur, & pleriq; ad dies

A statutos occurrere non queunt. Quis imperator pisci
bus præceptum dedit? Quis doctor hāc tribuit discipli
nam? Qui metatores itinera disponūt? Qui duces iter
dirigūt, vt nullius desit occursus? Sed agnosco quis ille
sit imperator, qui ordinatione diuina sensibꝰ vniuersо
rum suū infundat imperium, qui tacitus mutis animā
tibus naturalis disciplinę ordinem tribuat: nec solū ma
gna penetret, sed etiā per minima quæq; se fundat. Di
uinæ legi pisces obsequitur, & homines contradicunt.
Piscis soleniter obaudit mandata cęlestia. An contē
ptibilis tibi videtur, quia mutus est, rationisq; expers?
Sed vide ne tu tibi magis incipias esse cōtemptui, si ir
rationabili irrationabiliorꝰ deprehēdaris. Quid autem
rationabilius hoc pisciū transitu, cuius ratione quidem
verbis nō explicant, sed factis loquūtur? Pergunt enim
æstatis tempore ad fretum Ponti, eo quod reliquo ma
ris sinu hic sinus dulcior sit. Nō enim tandiu Sol eo fre
to, quandiu cæteris immoratur: eaq; fit causa vt non o
mnem aquam exhauriat quæ dulcis atq; potabilis est.
Quis autem ignorat quod etiā ea quę maritima sunt,
aquis plerunq; dulcibus delectēture? Deniq; dū flumina
sequuntur, & ad superiora ascendunt, frequenter alieni
pisces generis capiuntur in fluuiis. Cum hęc igitur cau
sa Pontum illis faciat gratiorem, vel quod æstus tem
peret solēnis illic flatus Aquilonis, tum opportuniorē
cæteris iudicant in quo generare, & partus possint pro
prios enutrire: quod teneri fœtus laborem alienę regio
B nis ferre vix possint, quos illic fouet aeris blanda clemē
tia. Itaq; peracto munere, omnes simul eo quo venerāt
agmine reuertuntur. Quænam ista sit ratio, cōsidere
mus. Obiectus est Ponti sinus Boreæ, cęterorumq; vē
torum violentissimis flatibus: vnde grauis illic procel
la furit, & tempestates mouētur, ita vt de profundo a
rena verratur, cuius rei fluctus arenosus indicio est, qui
ventorū motu insurgens altius, tum pondere grauior,
haud dubie non solum nauigantibus, sed etiam mari
timis ipsis animantibus intolerabilis habetur. Acce
dit illud, quod complurima & maxima Ponto flumi
na misceantur, cū hyberno tempore sinus ipse frigidio
re torrētium rigescat allapsu. Propterea pisces tanq̄ ar
bitri fluentorum, æstate illic aspirantis aurę clementiā
captare consueuerunt, cuius amœnitate perfruiti, rur
sus hyemis aspera declinare contendūt, & Septentrio
nalis plagę læna furgiētes, in reliquos se sinus cōferunt,
in quibus aut ventorum mollior fit placiditas, aut So
lis soleat vernare temperies. Nouit igitur piscis parien
di tempus, quod pro magno mysterio dixit Salomō in
Sapiētia. Nouit tempus eundi atq; redeundi, nouit tē
pus perfunctionis & iactationis, & nouit vt non queat
falli: quia nō rationis æstimatione, & disputationis ar
gumento vtitur, sed inspiratione naturæ, quæ vera est
C magistra pietatis. Deniq; omnes animātes præscripta
habent pariendi tempora, homo solus indiscreta atque
confusa. Reliqua genera clementiam tēporis quęrunt,
mulieres solę partus suos inclementer effundunt. Va
ga enim & intemperans libido generandi, vagam pa
riendi ętatē exhibet. Pisces tanta maria transmittunt,
vt vtilitatem aliquam generi suo quærant. Nos quoq;
diffusa æquora transfretamus. Sed quanto honestius
quod successionis amore, q̄ q̄d pecuniæ auiditate susci
pitur? Deniq; illis ad pietatem, nobis ad quæstum trās
missio deputatur. Illi fobolē præferunt omnibus mer
cibus chariorem, nos mercē lōge imparē ad periculi vi
cem misera lucri cupidine reportamus. Itaq; illi patriā
repetunt, nos derelinquimus. Illis natando incremen
tū generis acquiritur, nobis minuitur nauigādo. Q uis
igitur neget diuinitus illis insusum ingenium esse hu
iusmodi atq; virtutem? cum videat istos in Aquilonē
tam solennem obeundæ fœcūditatis peregrinationem
viiaci ingenio componere, alios in exiguo corpore tā
tum validitatis assumere, vt maximas nauium plenis
currentes velis, in mediis fluctibus sistant: sicut breuis D
piscicul? Echeneis tāta facilitate memoratur nauē in
gētem statuere, vt quasi radicatā mari hærere videas,
nec moueri. Aliquandiu enim immobilem feriat. An
& huic putas sine creatoris munere tantū potuisse sup
petere virtutis? Quid gladios loquar, aut ferras, aut ca
nes maritimos, aut balenas, aut zygenas? Quid etiā
turturis centrū, & hoc mortuæ? Sicut enim vipęræ os
si quis calcauerit, recens duntaxat, grauius q̄ venenum
nocere perhibetur, & immedicabile vulnus serpere, ita
etiā turtur aculeo suo mortua amplius q̄ viua periculi
afferre memoratur. Lepusculus quoq; timidū animal
in terris, in mari formidabile, citā, et quæ non facile pos
sit auferri, corruptelā imuehit. Voluit enim te creator
nec in mari satis ab insidiantibus esse securū, vt propter
pauca quæ nocēant, quasi in excubiis positus, arma fi
dei semper & scutum deuotionis accinctus, a domino
tuo debeas salutis sperare præsidium.

De singulari Atlantici maris commēdatione ex iis
quæ in ipso nascuntur aut fiunt, cum cōclusione sermo
nis de piscibus. Caput XI.

AENIAMVS ad Atlanticū mare. Q̄ in E
gētia illic & infinitæ magnitudinis cete, quę
siquādo supernatant fluctibus, annatare in
sulas putes, mōtes altissimos summis ad cæ
lum verticibꝰ eminere. Quæ non in acta, nec in littor
bus, sed in Atlantici maris profundo ferūtur videri, vt
eorum conspectu nautæ a nauigandi in illis locis præ
sumptione reuocentur, nec secreta elementorū adire su
premę terrore mortis vsurpent. Sed iam assurgamus
ipsi de profundo maris, & aliquantulum sermo noster
emergat, atq; ad superiora se subrigat. Spectem? ea quæ
vsitata multis, & plena sint gratiæ, quomodo aqua in
salis vertatur soliditatem, vt ferro sæpe cædatur, quod
de Britannicis salibus nihil mirum, qui in speciē mar
moris validi, eiusdem metalli niueo candore resplen
dēt, salubres corporis cibo, & potui nimis grati. Quo
modo etiā non indecorus lapis corallium in mari hær
ba sit: si in aerem transferatur, lapidis firmitate solide
tur. Vnde etiam ostreis preciosissimam margaritam
natura insixerit, quomodo eam maris aqua in tā molli
carne solidauerit. Quę difficile apud reges inueniun
tur, ea in littoribus quasi vilia iacent vulgo, & in saxis
asperis & cautibus colligūtur. Aureum etiam vellus
aqua nutrit, & lanam in memorati speciem metalli gi
gnunt littora, cuius colorem nullus adhuc eorū qui fu
cis diuersis obducunt vellera, imitari potuit: adeo natu
ræ maritimæ gratiā humana implere nescit industria.
Scimus qua solicitudine vellera ouium etiam minus F
preciosa curentur: sint licet optima, nequaquam tamen
his fucus innascitur. Hic naturalis color est, quem nul
lus adhuc fucus æquauit. hoc quoque piscis est vellus.
Sed & ipsi murices qui insigne dant regium, sunt ma
ritimi. Et quæ pratorum gratia, vel ortorum amœ
nitas potest cerulei maris æquiparare picturam? Au
rum licet in pratis flores refulgeant, auri quoq; fulgo
rē in mari lana resplendet: & illi cito marcescit, ista diu
turatura seruatur. Lilia in ortis eminus nitent, vela in
nauibus. Hic odor, illic ventus aspirat. Quæ vtilitas in
folio? In nauibus quanta commercia? Lilia suauitatē
narium, vela hominū salutem inuehunt. Adde pisces
salientes, & delphinas ludentes. Adde rauco sonantes
fluctus murmure. Adiice currentes naues ad littora,
vel de littoribus exeuntes. Cum e carceribus mittitur
quadrigæ, quanto studio spectantium & amore certa
tur? Equus tamē inuanū currit, nō inuanum nauigia.
Ille inuanū, quia vacuꝰ: ista ad vtilitatē, quia plena frū
menti. Quid iis gratius, quæ non verbere agūtur, sed
ventorū spiramine: vbi nemo refragat, sed omnes fau

G tores sunt: vbi nemo vincitur quicunq; peruenerit, sed
omnes puppes quę peruectę fuerint, coronãtur: vbi pal
ma merces salutis, victoria precium regressionis est?
Quantũ etiam distat inter directos cursus ac reflexos?
Isti perpetuantur, hi resoluũtur. Adiũge remigiis con=
texta littora, quibus vexillum exeundi aura de cęlo est.
Itaq; aurigæ plausum inanẽ referũt, hi soluũt vota ser=
uati. Quid de Iona dignũ loquar, quem cetus excepit
ad vitam, reddidit ad prophetandi gratiã? Emendauit
aqua, quem terrena deflexerant. psallebat in vtero ceti,
qui mœrebat in terris. Et vt vtriusq; redẽptio non prę=
tereatur elementi, terrarũ salus in mari ante præcessit,
quia signũ filii hominis, signũ Ionæ. Sicut iste in vtero
ceti, sic Iesus in corde terrę. In vtroq; remediũ, maius ta
men in mari pietatis exemplũ, quoniam exceperũt pi=
sces quem homines refutarũt: & quem homines cruci=
fixerunt, pisces seruauerũt. Petrus quoq; in mari titu=
babat, sed non labebatur: & cõfessus in fluctibus, nega=
H uit in terris. Itaq; illic quasi deuotus manu apprehẽdi=
tur, hic quasi oblitus aspectu cẽsorio conuenitur. Sed iã
rogemus dominũ vt sermo noster quasi Ionas eiicia=
tur in terrã, ne diutius in salo fluctuet. Et bene iam exi=
uit cucurbita, quę obumbret nos a malis nostris, sed &
ipsa procedente sole arefacta admonet requiescẽdum,
ne interæstuare incipiamus ingenio, & nobis etiã ver=
ba deficiãt. Certe plus nobis quam Niniuitis data est
aquis in remissio peccatorum.

De pulchra introductione sermonis de natura auiũ
habendi. Cap. XII

ET cum paululum conticuissem, iterũ sermo=
nem adorsus aio: Fugerat nos fratres dile=
ctissimi necessaria de natura auium disputa=
tio, et sermo huiusmodi nobis cum ipsis aui=
bus euolauerat. Fit enim natura quadam, vt hi qui ali
quid intuentur, vel dicẽdo exprimere volunt, eorũ qua=
litatem quę vel intuentur vel loquuntur assumãt, vt &
cum pigrioribus immoremur, & cum velocibus celeri
rapiamur aspectu, stylo quoq; aut tardiore vtamur aut
I rapidiore. Itaq; cum caueo ne mari demersa pretereã,
& aquis operta me lateant, effugit omne volatile, quia
dum inclinat⁹ imos aquarum gurgites scrutor, aerios
non respexi volatus, nec vmbra saltẽ pennę me præpe=
tis reclinauit, quæ in aquis relucere potuit. Verũ vbi
omne negocium expeditum putaui, et absolutũ me cre
didi, & diem quintũ consummatũ arbitratus sum, ve=
nit in mentem auium natura, quæ cum eunt cubitum,
quasi peracto lætę munere, æthera cantu mulcere con=
sueruut: quod velut solenniter surgẽte & occidente die
instaurare consuerũt, vt decursi vel adoriendi nocturni
iuxta ac diurni temporis laudes suo referant creatori.
Magnũ igitur incentiuum excitandæ nobis deuotio=
nis amiserã. Quis enim sensum hominis gerens non
erubescat sine Psalmorũ celebritate diem claudere, cũ
etiam minutissimę aues solenni deuotione et dulci car
mine ortus dierum ac noctium prosequantur? Redeat
igitur nobis volatic⁹ sermo, qui pene fuerat elapsus ex
oculis, & aquilæ modo alta petens, volatus suos subdu
xerat nubibus, nisi quia oculos abluti aqua dum de gur
gite leuamus ad cælũ, speculati vacuum aeris volatib⁹
ferri, ad necessitatem styli putauimus esse reuocãdum.
Eritis vos iudices, qui estis aucupes verbi, vtrum con=
sultius euolasset, an vtiliter in nostra retia sit relapsus.
Nec vereor ne fastidium nobis obrepat in volatilibus
requirẽdis, quod non obrepsit in gurgitibus perscrutan
dis, aut aliquis nobis in disputatione obdormiat, cũ pos
sit auium cantibus excitari. Sed profecto qui inter mu
tos pisces vigilauerat, nõ dubito quod inter canoras a=
ues somnum sentire non possit, quin tali ad vigilandũ
gratia prouocetur. Neq; vero vile putetur quod potuit

præterire, cum sit tertia pars in animantibus creaturę. K
Tria enim genera animantium esse non dubiũ est, ter=
renum, volatile, aquatile. Deniq; sic scriptum est: Pro=
ducant aquæ reptilia animarum viuẽtium secundum
genus, & volatilia volantia super terram secus firma=
mentum cæli secundum genus.) Reuocamur ad su=
periora sicut obliuiosi viatores, qui cũ inconsulto præ=
terierint, in sua reuertentes vestigia, incuriæ suæ mul=
tam repetito itineris labore suscipiunt. Est tamen etiã
bonus viator qui dispẽdium regressionis, reliqui itine=
ris compendiosa celeritate compenset, vt mihi facien=
dum arbitror: maxime cum de auibus sermo sit, quę so
lent oculos hominũ volatu properaciore perstringere.
Quid enim cõuenit iis immorari, in quibus celeritas
placere consueuit? Auius igitur atq; inusitatus in tali
genere scriptionis sermo noster canoris auibus resonet
ac resultet. Sed vnde mihi cygnea carmina, quę etiam
sub graui mortis imminentis terrore delectant? Vnde
mihi illos naturalis modulos cantilenæ, quibus etiam
paludes sonore cantus edunt dulcissimi suauitatẽ? Vn
de mihi vocem psitaci, dulcedinẽq; merularum? Vti=
nam saltem luscinia canat, quę dormientem de somno
excitet. Ea enim auis significare solet diei surgẽtis ex=
ortum, & effusiorem diluculo deferre lætitiam. Tamẽ
si illorũ suauitas deest, sunt gementes turtures, & rau=
cæ columbæ, tum etiam cornix plena voce pluuiã vo=
cat. Vnde rurale auiariũ sermone quo possumus, scien L
tia quam nos rusticani docuerunt, persequamur.

De ordine dicendorũ, ac natura auium quæ circa a=
quas maris fluminũq; versantur. Cap. XIII.

ET quoniã de aquatilibus reptilib⁹ diximus,
arduũ est vt subito ad aues cęli sermo noster
ascẽdat. Et ideo de iis auib⁹ prius dicamus,
quæ circa aquas maris fluminũq; versantur,
cum quib⁹ possumus emergere. Itaq; ab halcyone ser= De hal=
monem adoriamur. Ea est auis maritima, quæ in lit= cyone.
toribus fœtus suos edere solet, ita vt in arenis oua de=
ponat medio fere hyemis. Nam id temporis fouendis
habet deputatum partubus, quando maxime insurgit
mare littorib⁹, vehemẽtiorq; fluctus alliditur, quo ma=
gis repentinæ placiditatis solẽnitate auis huius eluce=
ret gratia. Nãq; vbi vndosum fuerit mare, positis ouis
subito mitescit, & omnes cadunt ventorũ procellę, fla=
tusq; aurarũ quiescũt, ac placidum ventis stat mare, do=
nec oua foueat halcyon sua. Septẽ autẽ dies fotus sunt:
quibus decursis educit pullos, fœtusque absoluit: illico M
alios quoque septem dies adiũgit, quibus enutriat par=
tus suos, donec incipiant adolescere. Nec mireris tam
exiguum nutrimenti tempus, cum absolutio fœtuum
tam paucorũ dierum sit. Tantam autem gratiam mi=
nuscula auis diuinitus indultã habet, vt hos quatuor=
decim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent,
quos & halcyonidas vocant, quibus nullus motus pro=
cellosæ tempestatis horrescit. Nonne vos passeribus Luce. 12.
pluris estis? dominus ait. Si igitur auis minusculę con
templatione & insurgit mare, & repente cõprimitur,
atque aspera hyemis inter ingruentes procellas tempe
statesque ventorum detergit cæli nubila, fluctusq; com
ponit elementis omnibus subito infusa tranquillitas:
quãtum præsumere debeas o homo ad imaginem dei
factus, agnoscis: si tamẽ auiculæ istius fidem studio de=
uotionis imiteris. Illa tẽpestates videns insurgere, sæ=
uire ventos, inter hyberni sęua nõ reuocatur neq; refle=
ctitur, sed impellitur. Deniq; in littore sua oua cõstituit,
vbi ea relabente fluctu madida adhuc arena suscipiat:
nec insurgentes fluctus quos immurmurare atq; allabi
videt, reformidat. Et ne putes quod ouorũ videatur ha
bere cõtemptum, cõtinuo vbi deposuerit oua, nidificat,
& suo partus corpore fouet, nec saluti propriæ alluuio=

A ne littoris pertimescit, sed secura de dei gratia, ventis se
committit & fluctibus. Parum est hoc. Adiungit toti=
dem alios ad nutriẽdũ dies, nec interim turbari tot die=
bus infidi maris trãquillitatem veretur, tantaq; meri=
tum suum naturæ iam solennitate fundatũ, & teneros
fœtus nõ latibulis aliquibus abscõdit aut tectis, nec in=
cludit cauernis, sed nudo & rigenti committit solo, nec
defẽdit a frigore, sed diuino fotu quo magis cætera de=
spiciat, tutiores fore existimat. Quis nostrum paruu=
los suos non vestimẽtis tegat, tectisq; abscondat? Quis
non claudat eos septis cubiculorum? Quis non ita dili
genter vndiq; fenestras obstruat, ne qua possit aura pe=
netrare? Merito quos tam solicite induimus ac foue=
mus, exuimus eos clemẽtię cęlestis inuolucro: halcyon
vero quos nudos proiicit, eos diuino vestit indumẽto.
De mer= Nec vos præteribo mergi, quibus ab assiduitate mer=
gis. gendi nomen hoc hæsit, quomodo sæpe mergentes au
rarum signa colligitis, & præuidẽtes tempestatem fu=
turam, prope medio reuolatis ex ęquore, & ad litorum
De fulicis tuta cum clamore contẽditis. Quomodo etiam fulicę
quę maritimo delectamini pfundo, refugientes postea
q̃ præsenseritis commotionem maris, in vado luditis.
De ardea. Ipsa ardea quę paludibus inhærere cõsueuit, notas de=
serit sedes, imbresque formidans, supra nubes volat, vt
procellas nubium sentire nõ possit. Consideremus di=
uersas volucres maris, quemadmodũ imminente ven
torum motu ad tutiora & tunc tẽporis dulciora sibi sta
gna se conferant, atq; in abscõdito terrarũ sinu incogni=
De anse= ta sibi alimẽta rimentur. Nocturnas autem anserum
ribus. quis non miretur excubias, qui vigilias suas etiam can
B tus assiduitate testantur? Deniq; eo etiam Romana ca
pitolia a Gallo hoste seruauerunt. Merito illis debes
Roma quod regnas. Dii tui dormiebant, & vigilabant
anseres. Ideo illis diebus anseri sacrificas, non Ioui. Ce
dunt enim dii vestri anseribus, a quibus se sciũt esse de=
fensos, ne & ipsi ab hoste caperentur.

Cur post descriptionẽ pisciũ, de iis auibus quę assue=
tæ sunt aquis, sermo successerit, & de diuersis exinde a=
uium generibus ac differentiis. Caput XIIII.

PVLCHRE autem post descriptionẽ pi=
scium, de iis auibus quę assuetæ sunt aquis,
sermo successit, quia & ipsę similiter vsu na=
tandi & munere delectantur. Vnde & pri=
ma cognatio videtur auibus istis esse cũ piscibus, quo=
niam natandi cõmunia quædam videntur vtriusq; ge=
neris esse consortia. Secũda quoq; cognatio omnibus
auibus & piscibus est, eo quod volandi vsus species sit
natandi. Sicut enim aquam natando piscis incidit, ita
auis aerem volatu celeri secat. Atq; vtriq; generi simi=
liter cauda suppetit, alarũq; remigiũ, vt pisces ad prio=
ra se alis subrigant, atq; ad vlteriora procedant. Caudæ
C quoq; gubernaculo vel quo velint se facile cõuertãt, vel
impetu quodã e regione iter suũ dirigant. Aues quoq;
aeri volatibus suis velut aquis innatant, & quasi quæ=
dam extendunt brachia. Cauda quoq; se vel ad superio
ra subrigunt, vel ad inferiora demergunt. Vnde quo=
niam in nonnullis idem vsus & species, ideo de aquis
vtriusq; generis natiuitas diuina preceptione processit.
Dixit enim deus: Producant aquæ reptilia animarum
viuentium secũdum genus, & volatilia volantia secus
firmamentum cæli secundum genus.) Non immeri=
to igitur quia de aquis genus vtrunq; pducitur, natan=
di proprietas vtrisq; suppeditat. Sane cum & coluber
lubricus, omnesq; serpentes: (ideo enim serpẽdi nomẽ
est inditum, quia non possint ambulare, sed serpere)
dracones quoq; filii modo vt pisces pleriq; sine pedibus
sint: nullum auium genus pedum officio caret, quia o=
mnibus victus e terris: & ideo pedum munere fulciun=
tur, quia huiusmodi ad escam quærẽdam indigent mi=

nisterio. Itaq; aliæ volucres vnguibus armantur ad ra D
ptum, vt accipitres & aquilæ, quę rapinam venationis
exercent: Aliæ vel ad incedẽdum, vel ad cibum sibi pa
randum vsu ministerioq; potiũtur accõmodo. Vnum
autem nomen auiũ, sed genera diuersa. Quæ quis pos=
sit memoria aut cognitione cõprehendere? Sunt itaq;
aues quæ carne vescuntur. Ideo his vngues asperi, cur=
uatum atq; acutum os, velox volatus, quoniam rapto
viuunt, vt possint facile corripere prædã quam sequun=
tur, propere vel ore vel vnguibus euiscerare. Sunt etiã
aues quæ reperto pascuntur semine, aliæ diuerso & for
tuito cibo. Est etiam diuersitas copularũ, quarũ gratia
carent ferę quę intendunt rapinis. Nam propter auidi=
tatẽ prędandi, vel propter insidias explorandi, nec ipsis
inter se conuenit, & ideo declinant sui copulam. Refu=
git enim auaritia consortium plurimorum, deinde con
iunctio plurimorũ facile ipsa se proderet. His ergo aui=
bus nihil est copulatorium, præter iugale consortium.
Ergo aquilis accipitribusq; hic vsus est vitæ. Cõtra ve=
ro palumbes, grues, sturni, corui atq; cornices, etiã tur=
di gaudent plurimorum connexione. Alia quoq; auiũ
genera enchoria, quę manent in locis semper. Alia ad=
uentitia, quæ obeunt regiones alias, & peracta hyeme
reuertũtur. Sunt aliæ quę hyeme redeũt, æstate pere=
grinantur a nobis, siue quod alia hyemis tẽpore ad ca=
lidiora se conferant, siue quod pleraq; rursus ęstatem in E
iis locis exigant, quæ amœniora nouerunt. Turdi de=
niq; autumni fine, hyemis confinio, quasi exacta ęstate
se referunt. Quibus nos inhospitali immanitate moli=
mur insidias, et diuerso genere nunc insida decipula de=
cipere, nũc visco eos fallere, nunc laqueis captare cõten=
dimus. Ciconię reditus vexillum veris attollit. Grues
qui alta petunt, amãt frequenter peregrinari. Aliæ a=
ues ad manum se subiiciunt, & mensæ herili assuescũt,
tactuque mulcentur. Aliæ reformidant. Aliæ iisdem
quibus homines domiciliis delectãtur. Aliæ secretam
in desertis vitã diligunt, quæ requirendi sibi victus dif
ficultatem libertatis amore compẽsant. Aliæ vocibus
tantum strepunt. Aliæ canoro delectantur suauiq; mo
dulamine. Quędam ex natura, aliæ ex institutione di
uersarum vocum obloquũtur discrimine, vt hominem
putes locutum cum locuta sit auis. Q̃ dulcis merula=
rum, q̃ expressa vox psitaci est. Sunt etiam aliæ simpli
ces, vt columbæ. Aliæ astutæ, vt perdices, Gallus ia=
ctãtior, Pauo speciosior. Sunt etiam vitæ in auibus &
operum diuersitates, vt aliæ amẽt in commune consu=
lere, & collatis viribus velut quãdam curare rempubli= F
cam, & tanquam sub rege viuere. Aliæ sibi quęq; pro=
spicere, imperium recusare: & si capiantur, indigno ve=
lint exire seruitio.

A quibus auibus exordium sequentis sermonis su=
mendum sit. Ac de gruibus quomodo solicitam exer=
ceant custodiam, & volantes seruent ordinem, exem=
plumq; exercendæ politiæ præbuerint hominibus. De
commẽdatione pręterea status antiquæ reipublicę. Et
de causa atq; accusatione humanę incurię. Cap. XV.

AB iis igitur ordiamur, qui nostro vsui imi=
tationẽ dederunt. In illis enim politia quę=
dã & militia naturalis, in nobis coacta atq;
seruilis. Q̃ iniussi & voluntario vsu grues De grui=
in nocte solicitam exercent custodiam, dispositos vigi= bus.
les cernas, & cæteris consortibus generis quiescẽtibus,
alię circũeunt & explorant, ne qua ex parte insidiæ ten=
tentur, atq; omnem deferunt impigro sui vigore tute=
lam. Post vbi vigiliarum fuerit tempus impletũ, per=
functa munere, in somnũ se præmisso clãgore cõponit,
vt excitet dormientẽ, cui vicem muneris traditura est.
At illa volens suscipit sortẽ, nec vsu nostro inuita & pi=
grior somno renũciat, sed impigre suis excutitᷣ stratis,

G vicem exequitur, & quā accepit gratiam, pari cura atq; officio repręsentat. Ideo nulla desertio, quia deuotio naturalis: ideo tuta custodia, quia voluntas libera. Hunc etiam volantes ordinem seruāt, & hac moderatione omnem laborem alleuant, vt per vices fungātur ductus sui munere. Pręcedit enī vna, & præcurrit cæteris pręstituto sibi tempore, & quasi ante signa pręcurrit, deinde conuertitur, et sequenti sortē ducendi agminis cedit. Quid hoc pulchrius, & laborem omnibus et honorem esse cōmunem, nec paucis arrogari potētiam, sed quadam in omnes voluntaria sorte transscribi? Antiquæ hoc reipublicę munus, & instar liberę ciuitatis est. Sic ab initio acceptam a natura exemplo auium politiam homines exercere cœperunt, vt communis esset labor, cōmunis dignitas, per vices singuli partiri curas discerent, obsequia imperiaq; diuidere, nemo esset honoris exors, nullus immunis laboris. Hic erat pulcherrimus rerum status, nec insolescebat quisq̄ perpetua potestate, nec diuturno seruitio frangebatur, quia & sine inuidia erat ordine muneris & temporis moderatione delata promotio, & tolerabilior videbatur quæ communi cadebat sorte custodia. Nemo audebat alium seruitio premere, cuius sibi successuri in honorem mutua forent subeunda fastidia. Nemini labor grauis, quem dignitas secutura releuaret. Sed postquam dominandi libido vendicare cœpit indebitas, & susceptas nolle deponere potestates, posteaq̄ militia nō ius cōmune cœpit esse, sed seruitus, posteaq̄ nō ordo factus est suscipiē-
H dæ potentiæ, sed studium vendicandæ, cœpit etiā ipsa laboris functio durius sustineri: & quæ non est voluntaria, cito locū relinquit incurię. Homines q̄ inuiti subeunt vigiliarū munia, q̄ ægre vnusquisq; in castris periculum sortitus excubat, quod tuendum sibi regali pręceptione committitur. Proponitur pœna desidię: & tamen plerunq; obrepit incuria, non seruantur excubiæ. Necessitas enim quæ inuito imponit obsequiū, affert plerunq; fastidium. Nihil est enim tam facile quin habeat difficultatem quod facias inuitus. Ergo & iugis labor auertit affectum, & continua & diuturna potētia gignit insolētiam. Quem inuenias hominū qui sponte deponat imperiū, & ducatus sui cedat insigne, fiatq; volens numero postremus ex primo? Nos autem non solum de primo, sed etiā de medio sæpe contendimus, & primos discubitus in conuiuio vendicamus: ac si semel delatum fuerit, volumus esse perpetuum. Ideo inter grues æquanimitas in laborib⁹ est, humilitas in potestatibus. Admonentur vt exerceant custodiæ vices,
I non admonentur vt de potestatibus decedant, quia ibi naturalis quies somni interpellanda, hic voluntariæ sedulitatis gratia præstanda est.

De ciconiis quemadmodū proficiscantur quo pergendum putant. Qualiter etiam a cornicibus deducātur, atq; adiuuentur in bellis. Et de earūdem cornicum cōmendabili hospitalitate, humanæq; negligentiæ increpatione. De illarū quoq; erga patres suos pietate, & nostræ impietatis notatione. Cap. XVI.

De ciconiis. CICONIAS ferunt collecto proficisci agmine, si quo pergēdum putant, & simul plerisq; circa orientē locis inuehi, & quasi tessera militari pariter omnes moueri. Exercitum cre-
De cornicibus. das cum signis suis pergere, sic omnes viandi comitandique & præeundi ordinem seruant. Cornices autem deducunt eas ac dirigunt, & velut quibusdam turmis stipatricibus prosequuntur, adeo vt adiumenta quædā bellantibus aduersus inimicas aues conferre credātur, & ꝓpriis periculis bella aliena suscipere. Cuius rei indicium est, quia nullæ per interuallum aliquod tēporis residere in illis locis reperiuntur. Et quia cū vulneribus reuertentes manifesta quadam sanguinis sui voce cæterisq; loquuntur indiciis, grauium se certaminum sub- K
iisse conflictū. Quis igitur illis pœnam desertionis indixit? Quis derelictæ militiæ supplicia præscripsit formidolosa, vt nulla prosequēdis hospitalibus turmis sese subtrahere nitatur, sed certatim omnes deductionis munere officioq; fungantur? Discant homines hospitalia seruare iura, et ex auibus cognoscant quid religionis hospitibus sit deferendum, quod obsequiū deputandum, quibus cornices etiam pericula sua negare non soleant. His igitur nos ianuas claudimus, quibus aues etiā animas suas conferunt? & quos illæ consortio prosequūtur discriminis, eos tecti prohibemus hospitio? & quorum illæ bella suscipiunt, his nos bella frequēter inferimus? Mentior si non Sodomitanis hæc fuit causa supplicii, aut Ęgyptius furor, genti hospitæ dum bellū conatur inferre, inhospitalitatis pœnas insidæ naufragio plebis exoluit. Quæ vero rationabilium excedat pietatem ac prudentiam auis huius clementia, cōsiderandum, quam nec post exemplum quidem irrationabiliū quisquam nostrorū imitari poterit. Nam depositi patris artus per longæuum senectutis plumarum tegmi- L
ne alarumq; remigio nudatos, circunstans soboles pennis ꝓpriis fouet. Et quid dicam collatitio cibo pascit, quando etiam ipsa reparat naturæ dispendia, vt hinc atq; inde subleuantes senem fulcro alarum suarum ad volandum exerceant, & in pristinos vsus desueta iam reuocent pii patris membra? Quis nostrum leuare ægrum non fastidiat patrē? Quis fessum senem suis humeris imponat, quod in ipsa historia vix credibile habetur? Quis, vt pius sit, non hoc seruulis mandat obsequium? At vero auibus nō est graue quod pietatis est plenum, non est onerosum quod soluitur naturæ debito. Non recusant aues pascere patrem, quod etiā præscripta necessitate sub terrore pœnarum pleriq; homines recusarunt. Aues non scripta, sed nata lex stringit. Aues ad hoc munus nullo pręcepto conueniūt, sed gratię naturalis officio. Aues non erubescunt reuerendi senis mēbra portare. Est enī victoria pietatis: quod eousq; frequēti testificatione percrebuit, vt cōgruę mercedē remunerationis inuenerit. Nam Romanorū vsu pia auis vocatur. Et q̄d vix vni imperatori cōsulto senatus delatū dicit, hoc istę aues in cōmune meruerūt. Habent ergo aues istę decreta patrū ad proprię insigne clemētiæ. Pios enī filios, patrū prius oportuit iudicio pręd icari. Habent etiā vniuersorū suffragia. Nam retributio beneficiorum antipelargosis nominatur. Pelargos enim ciconia dicitur. Virtus itaq; ab his nomē accepit, M
cūm relatio gratiarū ciconię vocabulo nuncupatur.

De hirundinis materna sedulitate, industria ac pietate in filios. De commēdatione præterea paupertatis ipsius, & molestia atq; īprobitate nostra cū paupertas, inopia vel indigentia nobis occurrerit. Ca. XVII.

HABEMVS auiarię sobolis erga cult⁹ patrios pietatis exēplū. Accipiamus nunc materne sedulitatis in filios grāde documentū. Hirūdo minuscula corpore, sed egregie pio De hirundine.
sublimis affectu, quę indiga rerū omnium preciosiores auro nidos struit, quia sapienter nidificat. Nidus enim sapientię preciosior est auro. Quid enim sapientius, q̄ vt & volandi vaga libertate potiatur, & hominum domiciliis paruulos suos & tecta commendet, vbi sobolem nullus incurset? Nam & illud est pulchrū, vt a primo ortu pullos suos humanę vsui cōuersationis assuescat, & præstet ab inimicarum auium insidiis tutiores. Tum illud pręclarum qua gratia domos sibi sine vllo adiutore tanquam artis perita componat. Legit enim festucas ore, easq; luto illinit, vt conglutinare possit. Sed quia lutū pedibus nō potest deferre, summitatē pennarum aqua infundit, vt facile his puluis adhęreat,

A & fiat limus, quo paulatim festucas vel minutos surculos sibi colligat, atq; adhærere faciat. eo genere nidi totius fabricam struit, vt quasi pauimenti solo pulli eius intra ædes suas sine offensione versentur, nec pedē aliquis īterserat per rimulas texturarū, aut teneris frigus
† als officium. irrepat. Sed hoc industriæ iudicium † prope cōmune multis auibus: illud vero singulare, in quo est præclara cura pietatis, & prudētis intellectus & cognitionis insigne, tum quędam medicę artis peritia, quod si qua pulli eius fuerint cęcitate suffusi oculos siue compuncti, habet quoddā medendi genus quo possit eorū lumina intercepto vsui reformare. Nemo igitur de inopia queratur, quod vacuas pecuniæ proprias ædes reliquerit. Pauperior est hirundo, quę vacua æris abundat industria. Ędificat, nec impēdit: tecta attollit, & nihil aufert proximi, nec indigentia & paupertate ad nocēdum alii compellitur, nec in graui filiorū imbecillitate desperat. Nos vero & paūptas afficit, & inopię necessitas vexat, & plerosq; indigētia cogit in flagitiū, impellit in crimē. Lucri quoq; studio in fraudes versam⁹ ingeniū, aptamus affectū, atq; in grauissimis passionibus spem deponimus, fractiq; animo resoluimur, īprouidi & īertes iacemus, cū de diuina miseratione tunc sperādū amplius sit, cum præsidia humana defecerint.

Vt ex vsu & pietate cornicū discant homines amare filios. Et de fœminarū nostri generis patrūq; in filios impietate. Et hinc de excusatiōe accipitrū & aquilarū,
B qui durā aduersus fœtus suos ferūtur habere inclementiā. De pietate quoq; fulicę quę abdicatū aquilę pullum cū sua prole connectit & nutrit. Caput. XVIII.

DISCANT homines amare filios ex vsu & pietate cornicum, quæ etiam volantes filios comitatu sedulo prosequuntur, & solicite ne teneri forte deficiant, cibum suggerūt, ac plurimo tēpore nutriendi officia non relinquunt. At vero fœminæ nostri generis cito ablactant etiā illos quos diligunt: aut si ditiores sunt, lactare fastidiunt. Pauperiores vero abiiciunt paruulos & exponunt, & deprehēsos abnegant. Ipsę quoq; diuites, ne per plures suum patrimoniū diuidatur, in vtero partus ꝓprios necant, & parricidalibus succis in ipso genitali aluo pignora sui ventris extinguunt, priusq; aufertur vita, q̄ traditur. Quis docuit nisi homo filios abdicari? Quis reperit tam immitia patrum iura? Quis inter naturæ fraterna cōsortia fratres impares fecit? Vnius diuitis filii diuersa sorte ceduntur. Alius totius paternæ sortis adscriptionibus inundatur, alius opulentæ hæreditatis patriæ deplorat exhaustam atq; inopem portionē. Nunquid natura diuisit merita filiorum? Ex pari omnibus tribuit
C quod ad nascendi atq; viuendi possint habere substātiā. Ipsa vos doceat nō discernere patrimonio, quos titulo germanitatis ęquastis. Etenī quibus dedistis cōmuniter esse quod nati sunt, non debetis his vt id cōmuniter habeant in quod a natura substituti sunt, inuidere. Ac-
De accipitribus. cipitres ferūtur in eo duram aduersum proprios fœtus habere inclemētiam, quod vbi eos aduerterint tentare volatus primordia, nidis eiiciunt suis, cōtinuoq; eliminant, ac si morentur, propulsant pennis atq; præcipitāt, verberant alis, coguntq; audere quod trepidant, nec vllum postea deferunt his munus alimoniæ. Quid mirum tamen si rapere assueti, nutrire fastidiunt? Consideremus ad hoc eos esse generatos, vt etiā aues ad cauendum formido exerceat, ne passim curas relaxēt, sed pericula prędonibus declinādа prospiciant. Deinde cū his natura quoddā pręd andi munus inoleuerit, magis a tenero pullos suos instituere videntur ad prædam, q̄ pastus abdicare cōpendiis. Cauent ne in tenera ætate pigrescant, ne soluantur deliciis, ne marcescant ocio, ne discant cibum magis expectare q̄ quęrere, ne naturę suę deponant vigorem. Intermittūt studia nutriendi, vt in D
vsus rapiendi audere compellant. Aquila quoq; pluri- De aquila.
mo sermone vsurpatur quod suos abdicet fœtus, sed nō vtrunq;, verū vnum ex pullis duobus. Quod aliqui fieri putauerunt geminandorū alimentorū fastidio. Sed id nō arbitror facile credēdum, presertim cum Moyses tantum testimoniū pietatis in pullos suos huic dederit aui, vt diceret: Sicut aquila protegit nidum suū, & sup Deut. 32.
pullos suos confidit, & expandit alas suas, & assumpsit eos, & suscepit super scapulas suas: dominus solus ducebat eos. Quomodo ergo expādit alas suas, si occiderit alterū? Vnde puto nō auaritia nutriendi eum inclementē fieri, sed examine iudicādi. Semper enim fertur probare quos genuit, ne generis sui inter omnes aues quoddā regale fastigium degeneris partus deformitas decoloret. Itaq; asseritur quod pullos suos radiis Solis obiiciat, atq; in aeris medio pio paruulos vngue suspendat: ac si quis repercussus Solis lumine intrepidam oculorum aciem inoffenso intuendi vigore seruauerit, probatur quod veritatē naturæ synceri obtutus constantia demonstrauerit. Sin vero lumina sua perstrictus radio Solis inflexerit, quasi degener & tanto indignus parēte reiicitur, nec ęstimatur educatione dignus, qui fuit indignus susceptione. Non ergo eū acerbitate naturæ, sed iudicii integritate cōdēnat: nec quasi suum abdicat, sed quasi alienum recusat. Hanc tū, vt quibusdā videtur, regalis auis inclementiam, plebeię auis excusat clemētia. Auis enim cui fulica nomen est, quę græce dicitur De fulica.
Phene, susceptū illum siue abdicatū siue non agnitum E
aquilæ pullum cū sua prole connectit, atq; intermiscēs suis, eodem quo ꝓprios fœtus maternæ sedulitatis officio, & pari nutrimentorū subministratione pascit & nutrit. Ergo Phene alienos nutrit, nos vero nostros immiti crudelitate proiicimus. Aquila vero si proiicit, nō quasi suum proiicit, sed quasi degenerem non recognoscit: nos, quod peius est, quos nostros recognoscimus, abdicamus.

De turturis viduitate, exhortationeq; mulierum vt discant quanta sit viduitatis gratia, quæ etiā in auibus prædicatur. Caput XIX.

SED veniamus ad turturē, quā lex dei velut De turture.
castæ hostię munus elegit. Deniq; cū dominus circūcideretur, oblata est, quia scriptū est in lege domini vt darent hostiam par turturum, aut duos pullos columbarū. Hoc est enī verum Christi sacrificiū, pudicitia corporalis, & gratia spiritalis. Pudicitia ad turturem refertur, ad columbā gratia. Fertur etenim turtur vbi iugalis proprii fuerit amissione viduata, pertęsum thalamos & nomen habere cōiugii, eo quod primus amor fefellerit eam dilecti morte F
deceptam, quoniā & infidelis ad perpetuitatem fuit, & amarus ad gratiā, qui plus doloris ex morte q̄ suauitatis ex charitate generauerit. Itaq; iterare coniunctionē recusat, nec pudoris iura aut complaciti viri resoluit fœdera, illi soli suam charitatē reseruat, illi custodit nomē vxoris. Discite mulieres quanta sit viduitatis gratia, quæ etiā in auibus prædicatur. Quis igitur has leges turturi dedit? Si hominē quero, nō inuenio. Homo enī nullus est ausus, quando nec Paulus ausus est leges tenendæ viduitatis pręscribere. Deniq; ipse ait: Volo er- 1. Tim. 5.
go iuniores nubere, filios ꝓcreare, matresfamilias esse, nullam occasionē dare aduersario. Et alibi: Bonū est il- 1. Cor. 7.
lis si sic permaneāt. quod si se nō cōtinēt, nubāt. Melius est enī nubere q̄ vri. Optat Paulus in mulieribus, quod in turturibus perseuerat. Et alibi iuniores hortatur vt nubant, quia mulieres nostræ turturū pudicitiā implere vix possunt. Ergo turturibus deus hūc infudit affectum, hanc virtutem cōtinentiæ dedit, qui solus potest præscribere q̄d omnes sequātur. Turtur nō vritur flore

G iuuentutis,nō tētatur occaſiōis illecebra. Turtur neſcit
* primā fidē irritā facere,quia nouit caſtimoniā ſeruare
prima connubii ſorte prætermiſſa.

De integritate auium,quæ,vt in vulturibus depre=
henditur, abſq; cōcubitu,& ſine vllo maſculorū ſemine
cōcipiunt & generāt. Ac de cōfutatiōe eorū qui impoſſi
bile putant quod virgo Maria conſeruata virginitate
dei filium pepererit. Caput XX.

DIXIMVS de viduitate auium,eamq; ab
illis primū exortam eſſe virtutem: nunc de
integritate dicamus,quæ in pluribus quidē
auibus ita eſſe aſſeueratur,vt poſſit etiā in
De vulturibus. vulturibus deprehendi. Negantur enī vultures indul=
gere cōcubitu,& coniugali quodam vſu,nuptialiſq; co=
pulæ ſorte miſceri,atq; ita ſine vllo maſculorū cōcipere
ſemine,& ſine coniunctione generare,natoſq; ex his in
multā ætatem longę vitę procedere,vt vſq; ad centum
annos vitæ eorū ſeries producatur,nec facile eos angu=
ſti ęui finis excipiat. Quid aiunt qui ſolent noſtra ride=
re myſteria cū audiunt quod virgo generauit,& impoſ
ſibilem innuptæ,cuius pudorem nulla viri conſuetudo
temeraſſet,exiſtimant partum? Impoſſibile putatur in
dei matre,quod in vulturibus poſſibile non negatur?
Auis ſine maſculo parit,& nullus refellit:& q̄a deſpon=
ſata viro Maria peperit,pudoris eius faciūt quęſtionē?
H Nonne aduertimus quod dn̄s ex ipſa natura plurima
exempla ante prēmiſit,quibus ſuſceptæ incarnationis
decorem probaret,& aſtrueret veritatem.

De natura & admirāda induſtria ac diligētia apum,
quę velut quādā rēpublicā curare vidētur. Cap. XXI.

NVNC age quæ aues velut quandam rēpu=
blicam curare videantur expediam,atq; vi=
tæ huius ætates agere ſub legibus. Hic enī
reipublicæ vſus eſt,leges omnib⁹ eſſe cōmu
nes,atq; obſeruari eas deuotione cōmuni. Vno omnes
teneri vinculo,nō alteri ius eſſe quod ali⁹ intelligat ſibi
nō licere: ſed quod liceat,licere omībus:& quod nō licet
omnibus,nō licere. Eſſe etiā cōmunē reuerentiā ſenato
rum,quorū conſilio reſpublica gubernetur,cōmune oī=
bus vrbis domiciliū,cōmunis cōuerſationis officium,
De apib⁹. vnum præſcriptū,omnibus vnum eſſe cōſilium. Ma=
gna hæc,ſed quanto in apibus pręſtantiora,quę ſolę in
omni genere animantiū cōmunē omībus ſobolem ha=
bent,vnam omnes incolunt manſionem,vnius patriæ
clauditur limine,in cōmune omnibus labor,cōmunis
cibus,cōmunis operatio,cōmunis vſus & fructus eſt,cō
I munis volatus. Quid plura? Cōmunis omnibus gene=
ratio, integritas quoq; corporis virginalis oībus cōmu
nis, & partus,quoniā neq; vllo concubitu miſcētur,nec
libidine reſoluuntur,nec partus quatiūtur doloribus,&
ſubito maximū filiorū examen emittunt,e foliis & her
bis ore ſuo prolem legentes. Ipſæ ſibi regem ordinant,
ipſæ ſibi populos creant,& licet poſitę ſub rege,ſunt ta=
men liberæ. Nā & prærogatiuā iudicii tenent,& fidæ
deuotiōis affectū:quia & tanq̄ a ſe ſubſtitutū diligūt,&
tāto honorāt examine. Rex autē non ſorte ducit̄,quia
in ſorte euēt⁹ eſt,nō iudiciū,& ſępe irratiōabili caſu ſor=
te meliorib⁹ vltimus quiſq; præfertur:neq; iperitę mul=
titudinis vulgari clamore ſignatur,quæ nō merita vir=
tutis expendit,nec publicę vtilitatis emolumēta rima=
tur,ſed mobilitatis nutat incerto:neq; priuilegio ſucceſ=
ſionis & generis regalibus thronis inſidet.ſiquidē igna
rus publicæ cōuerſationis,cautus atq; eruditus eſſe nō
poterit. Adde adulationes atq; delicias,quę teneris ino
litæ ętatibus vel acre ingenium eneruare conſueuerit,
tum inſtitutiones ſpadonum,quorū pleriq; ſuo magis
quæſtui,q̄ vſui publico animū regis inclināt. Apibus
autem rex naturæ clarus formatur inſignibus,vt ma= K
gnitudine corporis præſtet & ſpecie:tum(quod in rege
pręcipuū eſt) morum manſuetudine. Nam etſi habet
aculeum,tamē eo nō vtitur ad vindicādum. Sūt enim
leges naturæ nō ſcriptæ literis,ſed impreſſæ moribus,
vt leniores ſint ad puniēdum qui maxima poteſtate po
tiuntur:ſed & apes illæ quæ nō obtēperauerint legibus
regis,pœnitēti ſe multant condēnatione,vt immorian=
tur aculei ſui vulneri. Quod Perſarum populi hodieq;
ſeruare dicuntur,vt pro cōmiſſi precio ipſi in ſe propriæ
mortis exequantur ſententiam. Itaq; nulli ſicut reges
Perſarū tam grauiſſimas in ſubditos habēt leges. Nō
Indi,nō populi Sarmatarū tantā,quantā apes reueren
tiam deuotionis obſeruant,vt nullæ e domibus exire
audeant,nō in aliquos ꝓdire paſtus,niſi rex fuerit egreſ=
ſus,& volatus ſibi vēdicauerit principatum. Proceſſus
autem eſt per rura redolentia,vbi inhalantes orti flori=
bus,vbi fugiēs riuus per gramina, vbi amœna riparū:
illic ludus alacris iuuētutis,illic campeſtre exercitium,
illic curarū remiſſio. Opus ipſum ſuaue,de floribus,de
herbis dulcibus fundamina caſtrorum prima ponūtur.
Quid enī aliud eſt fauus,niſi quędam caſtrorū ſpecies?
Deniq; ab his pręſepibus apum fucus arcetur. Quę ca=
ſtra quadrata tantū poſſunt habere artis & gratię,quā=
tum habent crates fauorū,in quibus minutæ ac rotun=
dæ cellulę connexione ſui inuicem fulciūtur? Quis enī
architectus eas docuit hexagonia illa cellarū indiſcreta
laterum æqualitate cōponere,ac tenues inter domorū L
ſepta ceras ſuſpendere,ſtipare mella,& intexta floribus
horrea,nectare quodā diſtendere? Cernas omnes certa=
re de munere,alias inuigilare quęrendo victualia,alias
ſolicitam caſtris adhibere cuſtodiam,alias futuros ex=
plorare imbres,& ſpeculari curſus nubium,alias de flo
ribus ceras fingere,alias rorem infuſum florib⁹ ore col=
ligere: nullam tamē alienis inſidiari laborib⁹, & rapto
vitam quęrere: atq; vtinā raptorū inſidias nō timerent.
Habent tamē ſpicula ſua,& inter mella fundunt vene=
num,ſi fuerint laceſſitę,animaſq; ponunt in vulnere ar=
dore vīdictę. Ergo mediis caſtrorū vallibus humor ille
roris infunditur,paulatimq; proceſſu tēpis in mella cogi=
tur,cū fuerit liquidus ab exordio,& coalitu cerę floribūq;
odore fragrare mellis incipit ſuauitatem. Merito quaſi
bonam operariā ſcriptura apem prędicat,dicēs: Vade
ad apem,& vide quomodo operaria eſt. Operationem
quoq; q̄ venerabilē mercatur,cuius laborē reges & me=
diocres ad ſalutem ſumūt. Appetibilis enim eſt oībus
& clara. Audis quid dicat Propheta? Mittit vtiq; te vt
apiculę illius ſequaris exēplum,imiteris operationem.
Vides q̄ laborioſa,q̄ grata ſit. Fructus eius ab omībus
deſideratur & quęritur,nec pro perſonarum diuerſitate
diſcernitur,ſed indiſcreta ſui gratia regibus pariter ac M
mediocribus ęquali ſuauitate dulceſcit. Nec ſolum vo=
luptati,ſed etiā ſaluti eſt, fauces obdulcat,& curat vul=
nera,internis quoque medicamentum infundit vlceri=
bus. Itaque cum ſit infirma robore apis, valida eſt vi=
gore ſapientię,& amore virtutis. Deniq; regem ſuum
ſumma protectione defendunt,& perire pro eo pulchrū
putant. Incolumi rege neſciunt mutare iudicium,men
tem inflectere:amiſſo fidem ſeruandi muneris derelin=
quunt,atq; ipſę ſua mella diripiūt,quod is q̄ principatū
habuit muneris,interēptus eſt. Itaq; cū aues alię vix in
anno edant ſingulos fœtus,apes geminos creant,& du
plici cęteris fœcūditate pręponderant.

De cōſideratiōe eius q̄d ait propheta: Producāt aquę
reptilia &c. ac de diuerſitate quā inter ſe habent aues.
Caput XXII.

CONSIDEREMVS nūc quid ſit q̄d ait:
Producant aquę reptilia animarum viuen=
tiū,& volatilia volātia ſuper terrā ſecūdum
genus,& ſecus firmamētū cęli.) Cur ſuper

A terrā dixerit,certū eſt,quia victum de terra quęrit. Se=
cus firmamentū autē cęli quomodo,cum aquilæ vltra
cæteras aues volent,& tamen ipſę nō ſecus firmamētū
cæli? Sed quia Græce οὐρανὸς dicitur quod latine cælū
appellamus: οὐρανὸς autē ἀπὸ τοῦ ὁρᾶσθαι,id eſt a viden
do,ideo quod aer perſpicuus ſit,& ad videndū purior,in
aere volitantia genera dixit animantiū. Et ne moueat
quod ait,Secus firmamentū cæli:nō proprie firmamē=
tum hic poſuit,ſed abuſiue,eo quod cōparatione æthe=
rei illius corporis etiā iſte aer quem poſſumus oculis cō
prehendere,quaſi craſſior & denſior vicem habeat fir=
mamenti. Nunc quia diximus quæ volatilia quā na=
turā habeant & gratiā, & ea pauca de multis: neq; enī
vacat vniuerſa deſcribere,cū ſint ſimilia,atq; eiuſdē ge=
neris:tamen aues ipſæ quā inter ſe diuerſitatē habeāt,
conſideremus. Inueniemus enim cornicis pedes velut
quibuſdā digitis diſtantib⁹ ſeparatos atq; diuiſos,Cor=
uorū quoq; atq; pullorū aliter etiam formatos a natura
pedes, Auium quæ carne veſcūtur,quaſi incuruos atq;
ſinuatos,velut ad prędam paratos. Ea vero quę natan
di habent vſum & conſuetudinē,latos habent pedes,&
mēbrana quadā illos digitos pedum ſibi copulatos atq;
coniunctos. In quo admirabilis patet ratio naturę,vt &
B illa ad volandum vel ad rapiēdum cibum vſu accōmo=
do fulciantur,& iſta ad natandum adiumenta habeant
competentia,quo melius aquis poſſint ſupernatare,&
quaſi remis quibuſdā,ita pedibus ſuis mēbranæ illius
De cygno extenſione latioribus aquarum fluenta propulſent. Cy=
gnus quoq; cur proceriore collo vtatur,in promptu eſt,
vt quia eſt paululum ſegnior corpore,nec facile poteſt
aquarum inferiora penetrare,ceruicem extēdat ad prę=
dam,quæ quaſi præuia reliqui corporis eſcam quā inue
nerit,rapiat atq; eruat de profundo. Adde & illud,quia
ſuauior & magis canorus per procera modulus colla
diſtinguitur,& longiore exercitatiōe purior longe reſul
tat. Quā dulcis etiā in exiguo cicadis gutture cantilena,
quarū cantibus medio æſtu arbuſta rūpuntur,eo quod
magis canoræ meridianis calorib⁹,quo puriorē aerem
id tēporis attrahunt ſpiritu,eo cantus reſonant clario=
res. Nec apes ipſæ inſuaue quiddā canūt. Habent enī
gratā in rauco illo vocis ſuæ murmure ſuauitatē,quā
nos fracto tubarū ſonitu lentius primū videmur imita=
ri,quo crepitu ad excitandos animos in vigorem nihil
aptius æſtimatur. Et hęc illis gratia manet,cū pulmo=
nem reſpirādiq; munus atq; vſum nequaq̄ habere pro=
dantur,ſed aerio veſci ſpiramine. Deniq; ſi quis eas ſu=
perfundat oleo,propere necātur,eo quod obſtructis po=
ris aerium ſpiramen illud haurire nō poſſint,cōtinuoq;
C ſi quis acetū his ſuperfundat,illico reuiuiſcūt, eo quod
vis aceti cito illos poros qui concretione olei obſtruun=
tur,humore feratur aperire.

De imitatione vermis indici Chamæleontis,lepo=
rum,atq; Phœnicis,vt illorum exemplis ad cōmuta=
tionis fidem quæ in reſurrectione futura eſt,prouoce=
mur. Vnde etiā vultures habeāt vt quibuſdam ſignis
mortē hominū annūcient. Quod deniq; vſq; ad locuſtā
diuina gratia penetrauerit. Caput XXIII.

ET quia de volatilibus dicimus,nō putamus
alienum ea complecti quæ de verme indico
tradit hiſtoria,vel eorum relatio qui videre
potuerunt. Fertur hic corniger vermis cō=
uerti primū in ſpeciem caulis,atq; in eam mutari natu=
ram,inde proceſſu quodā fieri bābilius:nec eam tamen
formā figurāq; cuſtodit,ſed laxis & latioribus foliis vi=
detur pennas aſſumere. Ex his foliis mollia illa Seres
depectunt vellera,quæ ad vſus ſibi ꝓprios diuites vēdi=
Mat. 11. carunt. Vnde & dominus ait: Quid exiſtis in deſertū
videre? hominē mollibus veſtimētis indutū? Ecce qui
mollibus veſtiuntur,in domibus regū ſunt. Chamæ=
leon quoq; diuerſas ſpecies fertur vario colore mentiri. D
Lepores certe, quod de ꝓximo facile cognouimus,hye
me albeſcere,ęſtate in ſuum colorē redire non dubium
eſt. Hæc ideo libaui,vt ad cōmutationis fidem quæ in
reſurrectione futura eſt,etiā iſta exēpla nos prouocent,
ſed ita,vt cōmutationē illam dicamus quā Apoſtolus
euidenter expreſſit dicens: Omnes quidē reſurgemus, 1.Cor.15.
nō omnes autē immutabimur. Et infra ait: Et mortui
reſurgent incorrupti,& nos īmutabimur. Oportet enī
corruptibile hoc induere incorruptelam,& mortale hoc
induere immortalitatē. Pleriq; enim cōmutatiōis ge=
nus & formas quas nō acceperant interpretati,nequaq̄
præſumptionis indebitæ incōgrua vſurpatione carue=
runt. Phœnix quoq; auis in locis Arabiæ perhibetur De Phœnice.
degere,atq; ea vſq; ad annos quingētos longęua ætate
ꝓcedere. Quæ cū ſibi finē vitæ adeſſe aduerterit,facit
ſibi thecam de thure & myrrha & cæteris odoribus,in
quā impleto vitæ ſuæ tēpore intrat, & moritur. De cu=
ius humore carnis vermis exurgit,paulatimq; adoleſcit,
ac proceſſu ſtatuti tēporis induit alarum remigia,atq;
in ſuperioris auis ſpeciem formāq; reparatur. Doceat
igitur nos hæc auis vel exemplo ſui reſurrectionē cre=
dere,quę & ſine exēplo,& ſine rationis perceptione ipſa
ſibi inſignia reſurrectionis inſtaurat. Et vtiq; aues pro= E
pter hominem ſunt,nō homo propter aues. Sit igitur
exēplo nobis,quia autor & creator auium ſanctos ſuos
in perpetuū perire nō patitur,qui auem vnicam perire
non paſſus,reſurgenti eam ſui ſemine voluit reparari.
Quis igitur huic annunciat diem mortis,vt faciat ſibi
thecam,& impleat eam bonis odoribus,atq; ingredia=
tur in eā,& moriatur illic vbi odoribus gratis fœtor fu=
neris poſſit aboleri? Fac & tu o homo tibi thecā: expo=
lians veterem hominē cum actibus ſuis,nouum indue.
Theca tua,vagina tua Chriſtus eſt, qui te protegat &
abſcondat in die malo. Vis ſcire quia theca ꝓtectio eſt?
Pharetra,inquit,mea protexi eum. Theca ergo tua eſt
fides:imple eam bonis virtutū tuarū odoribus,hoc eſt,
caſtitatis,miſericordię,atq; iuſtitię,& in ipſa penetralia
fidei ſuaui factorū pręſtantiū odore redolētia tot⁹ ingre
dere:ea te amictū fide exitus vitę huius inueniat,vt poſ
ſint oſſa tua pingueſcere,& ſint ſicut ortus ebrius,cuius
cito ſemina ſuſcitātur. Cognoſce ergo diē mortis tuæ,
ſicut cognouit & Paulus, qui ait: Certamen bonum 2.Tim.4.
certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, repoſita
eſt mihi corona iuſtitiæ. Intrauit igitur in thecam ſu=
am quaſi bonus Phœnix, quam bono repleuit odore
martyrii. Interrogabo te: tu autem reſponde mihi
vnde vultures mortem hominum ſignis quibuſdam
annunciare conſueuerint: quo indicio edocti atque in= F
ſtructi ſint,vt cum bellum lachrymabile inter ſe aduer=
ſæ acies inſtruant,multo prædictæ volucres ſequantur
agmine, & eo ſignificent quia multitudo hominū ca=
ſura ſit bello futura præda vulturibus? Quod vtiq; ex
ſpecie inſtructionis humanæ quadam videntur ratio=
ne colligere. Vſque ad locuſtam quoq; gratia diuina Locuſta.
penetrauit,quæ cum agmine conferto regionis cuiuſce
occupauerit latitudinem,innoxio primū fertur habita=
culo, nec fructus inhoſpitali incurſione depaſcitur, niſi
diuinæ ſignum pręceptionis acceperit. Etenim ſicut in
Exodo legimus, ea quoq; cæleſtis vltionem offenſio=
nis exequitur,piæ miniſtra vindictę. Hanc quoq; auis
deuorat Seleucis:ſic enī græco auis hęc nūcupatur no=
mine, data ad remedium malorum quæ locuſta con=
ſueuit inferre,cui creator inexplebilem dedit deuoran=
di naturam, vt inſatiabili paſtu plagam quā ſupra di=
ximus poſſit extinguere.

De natura & proprietatibus auium nocturnarum,
videlicet luſciniæ,noctuæ, veſpertilionis,& galli, qua=
rum vſu & exemplis admonemur & inſtruimur.
Caput XXIIII.

GED quid hoc est? Dum sermonē producimus, eccе iā & nocturnæ aues circūuolāt, & in eo ipso in quo finiēdū sermonē admonēt, sui quoq; assumēdam cōmemorationē, pducunt. Repetunt diuersæ aues auiaria sua, quas vesper nocte cogit decedere, & se in latibulis, suis abdunt canoro occasum diei carmine prosequētes, ne īmunes abeāt gratiarū actionū, qbus creatorē suū oīs creatura collaudat. Habet etiā nox carmina sua quibus vigilias hoīm mulcere consueuit, habet & noctua suos cantus. Quid autē de luscinia dicam, quę pernigil custos cū oua quodam suū corporis & gremio fouet, insomnē longæ noctis laborem cantilenę suauitate solatur, vt mihi videatur hæc summa eius esse intētio, quo possit non minus dulcib⁹ modulis, q̄ fotu corporis animare in fœtus oua quæ foueat. Hanc imitata tenuis illa mulier, sed pudica, in vsum molę lapidē brachio trahēs, vt possīt alimētum panis suis paruulis nō deesse, nocturno cantu mœstum paupertatis mulcet affectū. Et quāuis suauitatē luscīniæ nō possīt imitari, imitatur tamen eam sedulitate pietatis. Noctua ipsa quēadmodum magnis & glaucis oculorū pupillis nocturnarū tenebrarū caligātē nō sentit horrorē: & quo fuerit nox obscurior, eo contra vsum auuū cęterarū inoffensos exercet volatus. Exorto autē die, & circūfuso splendore Solis, visus eius hebetatur, quasi quibusdā erret in tenebris. Quo indicio sui declarat esse aliquos qui cū oculos habeāt ad videndū, videre nō soleant, & visus sui officio solis fungantur in tenebris. De cordis oculis loquor, quos habent sapiētes mūdi & nō vident, in luce nihil cernunt, in tenebris ambulant, dum dæmoniorū tenebrosa rimātur, & cæli alta se videre credūt, describentes radio mūdum, mēsurā aeris ipsius colligētes. Porro autē a fide deuii, perpetuę cęcitatis tenebris īplicantur, habētes in pximo diē Christi, & lumē ecclesię, & nihil vidētes. aperiunt os q̄si scientes oīa, acuti ad vana, hebetes ad ęterna, & longę disputationis anfractu prudentes, insciī ppriæ insciticę. Cæcitatem itaq; dum cupiūt subtilibus euolare sermonibus, quasi noctuæ in lumine euanuerunt. Vespertilio animal ignobile, a vesperę nomen accepit. Est autē volatilis, eademq; quadrupes, & dentibus vtitur, quos in aliis aub⁹ reperire nō soleas. Parit vt quadrupedia, nō oua sed pullos viuentes. Volitat autē in aere auium more, sed crepusculo vespertino cōsueuit offundi. Volitat autem nō aliquo pennarū sed mēbranę suę fulta remigio, quo suspensa velut pennarū volatu circumfertur atq; vegetatur. Habet & illud hoc vile animal, quod sibi inuicem adhærent, & quasi in speciem botri ex aliquo loco pendent: ac si se vltima quęq; laxauerit, omnes resoluūtur. Quod fit quodā munere charitatis, quæ difficile in hominibus huiusmodi reperitur. Est etiā galli cantus suauis in noctibus, nec solum suauis, sed etiā vtilis, qui quasi bonus cohabitator & dormientē excitat, & solicitum admouet, & viantem solatur, processum noctis canora significatione protestans. Hoc cauente latro suas relinquit insidias. Hoc ipse lucifer excitatus oritur, cæ-lumq; illuminat. Hoc canēte mœstitiā trepidus nauta deponit, omnisq; crebro vespertinis flatibus excitata tē pestas & procella mitescit. Hoc cauente deuotus affectus exilit ad precādum, legendi quoq; munus instaurat. Hoc postremo cauente, ipsa ecclesiæ petra culpam suam diluit, quā priusq̄ gallus cantaret, negādo cōtraxerat. Istius cantu spes oībus redit, egris leuatur incōmodum, minuitur dolor vulnerū, febrium flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus titubātes respicit, errantes corrigit. Deniq; respexit Petrū, & statim error abscessit: pulsa est negatio, secuta confessio. Quod non fortuito accidisse, sed ex sententia domini, lectio docet. Sic enī scriptū est, quia dixit Iesus ad Simonē: Nō cantabit gallus priusquā me ter abneges. Bene fortis in die Petrus, nocte turbatur, & ante galli cantū labitur, & lacrimis abluitur etiam tertio, vt scias non inconsulta effusione sermonis esse prolapsum, sed mentis quoq; mutatione turbatum. Idem tamē post galli cantum fit fortior, & iam dignus quem Christus aspiciat. Oculi domini super iustos. Agnouit venisse remediū, post quod iam errare nō posset: & in virtutem ab errore mutatus, amarissime fleuit, vt lachrymis suis deleret errorem.

De luscinia.

De nocte.

De vespertilione.

De gallo.

Mat. 26.

Pſal. 33.

Deuota autoris ad dominū Iesum Christū deprecatio cum clausione quinti diei. Caput XXV.

RESPICE nos quoq; domīe Iesu, vt & nos propria recognoscam⁹ errata, soluamus piis fletibus culpam, mereamur indulgentiam peccatorū. Ideo consulto sermonē protraximus, vt nobis quoq; gallus cantaret, & loquētibus subueniret, quo si quod delictum obrepsisset in verbo, culpam Christe donares. Da quęso lachrymas Petri, nolo lætitiam peccatoris. Fleuerunt Hebręi, & per mare sunt dehiscentibus vndis liberati. Lętatus est Pharao quod Hebręos tenebat inclusos: & mari mersus cū populo suo occidit. Exultauit et Iudas in mercede proditionis suæ, sed ipsius se mercedis laqueo strangulauit. Fleuit errorem suum Petrus, & meruit vt aliorū aboleret errores. Sed iam tēpus est quo finire sermonē & claudere debeamus. Tēpus est quo melius aut tacetur aut fletur. Tēpus est quo celebratur indulgentia peccatorū. Nobis quoq; gallus iste mysticus in sacris cantet, quoniā iam Petri gallus in nostro sermone cantauit. Fleat pro nobis Petrus, qui p se bene fleuit, & in nostra Christi ora cōuertat. Approperet Iesu dñi passio, quæ quotidie delicta nostra condonat, & munus remissionis operatur. Bonus dominꝰ dimittere ieiunos nō vult, ne qs deficiat in via. Si ille dicit, Misereor huius turbę, quia triduum est quod perseuerant mecū, & non habet escam, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via: cuius intenta sermoni Maria apparatus recusabat opularum: quāto magis nos considerare debemus quia nō multi sunt qui in verbo dei viuunt, & ideo refectio corporis desideratur? Certe illius triduo nostrum hoc postridie laboriosius est. Et ideo qui cū auibus lusimus, cū gallo cantauimus, iam dñi canamus mysteria, & ad corpus Iesu conueniant aquilę peccatorū ablutiōe renouatæ. Iam enī cetus ille magnus verū nobis Ionā reddidit: et gratulemur quod factus est nobis vespere dies quintus. fiat nobis mane dies sextus.

Mat. 15.

CAPITA SEXTI LIBRI HEXAEMERON.

De introductione sexti diei, cum vrbana auditorum ad coronationem inuitatione. Caput I.
De nunc dicendis, & ordine in eis seruando. Quomodo etiam secundum autoris sententiam accipiendæ sint naturæ vniuscuiusq; generis, vbi scriptura dicit: Producat terra animā viuentem &c. cum arrogantiæ ab se repulsione. Caput II.
Quomodo per dei verbū in constitutione mundi animantiū generibus præscripta sit lex generationis & successionis. Quod præterea volens ad vsum hominis deriuare quæ genita sunt, nō debet veritatē propriæ naturæ vnicuiq; generi denegare, cum increpatiua admonitione vt homo more pecudum viuere caueat. De quibusdā quoq; animalibus quorum proprietates vitare debemus. Caput III.
De quadrupedibus qbusdā aīalib⁹ in quorū natura est aliquid quod imitari debemus. Caput IIII.
Qua ratiōe dominus aliis bestiis angustiora, aliis pliziora colla formauerit. Et de elephātorū descriptiōe quātum ad mēbra, & pprietates eorū. Caput. V.
De prælibatione commendationis humanæ creaturę,

cum exhortatione vt homo seipsum noscat, & sibi attendat. Caput VI.
De nostræ creationis serie. Et quid sit imago dei, cū iterata adhortatione vt homo sibi attendat, & seipsum sciat. Caput VII.
De elimatiori tractatu qd sit ad imaginē dei: & vtrū de ea dici potuerit, Faciam⁹ hoīem ad imaginē nostrā. vtrū pręterea secūdū corp⁹ an secūdū aīam iustificatio cōferri videatur: cū vehemētiori incitatiōe vt homo seipsum cognoscat, & sibi attēdat. Caput. VIII.
De pręstantia, decore & gratia humani corporis, ac mēbrorum ipsius. Caput IX.
De fine sermonis, & completione sexti diei, cū humili gratiarū actione. Caput X.

FINIS.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPI. SCOPI HEXAEMERON SEXTVS LIBER, DE DIE SEXTO.

De introductione sexti diei, cum vrbana auditorum ad coronationem inuitatione. Caput I.

SEXTVS iste est dies, quo mundanę creaturæ origo cōcluditur. Et ideo etiā sermonis nostri quē de rerū exordiis assūpsim⁹, finis paratur. Qui etsi per quinq; iam dies non mediocri labore nobis processerit, tamē hodierno die maiore curarū accrescit fœnore, qa in hoc & superiorū dierū periculum est, & totius summa certaminis. Etenim si in fidibus, aut cantibus & athletarū contētionibus crebris licet & maximis ludicris, tamē superiores dies fine vllo coronæ transigūtur dispendio, postremus autē dies habet sortem coronę, in quo & certandi periculū est, & cedendi opprobriū, & vincēdi pręmiū: quāto magis in hoc tanto agone sapientiæ, tāto nō paucorū, sed vniuersorū iudicio, cū hodie nobis velut quędā certaminis corona procedat, maior solicitudo angit, ne & superiorū effundamus laborē dierum, & præsentis subeamus pudorē? Neq; enī eadem dicendi cōditio, quę canendi atq; luctādi, cū in illis ludus offensionis, in isto lapsus sit mortis. Illic si pecces, spectātium fastidium est, hic dānū est audientium. Assistite igitur mihi tanq̄ coronę iudices, & ingredimini mecū in hoc magnū & admirabile totius visibilis theatrū creaturæ. Etenī si is qui exploras nouorum aduentus hospitū, toto eos circūducit vrbis ambitu, pręstantiora quęq; opera demonstrans, nō mediocrē locat gratiā: quāto magis sine fastidio accipere debetis q̄ velut quadā sermonis manu per hāc cōmunē vos circūduco patriā, & singularū rerū species & genera demōstro, ex oībus colligere cupiens quāto vobis creator vniuersorū gratiā vberiorē q̄ vniuersis donauerit? Vobis igitur hęc corona proponitur, vos hodie cupio vestro iudicio coronare. Non enim nos athletarū modo marcentia serta deposcimus, sed viride vestræ sanctitatis examen, quo decernatis per omnes quidē creaturas prouidentiam penetrare diuinam, sed cū cæteris vobis cōmune corporeæ fragilitatis esse consortiū, præ cæteris tamen vos animi virtute constare, quę sola nihil habet cōmune cum cæteris.

A

B

C

D

E

F

Pſal. 36.

De nunc dicendis, & ordine in eis seruādo. Quō etiā secūdū autoris sententiā accipiēdæ sint naturæ vniuscuiusq; generis, vbi scriptura dicit: Producat terra aīam viuentem &c. cū arrogantię ab se repulsione. Caput II.

NVNC age naturas bestiarum dicamus, & hominis generationē. Audio enī iamdudū aliquos insusurrare dicētes: Quādiu aliena discimus, & nostra nescim⁹? Quādiu de rēliquis animātibus docemur scientiam, & nosmetipsos ignoramus? Illud dicat qd mihi profit, vnde meipsum nouerim. Et iusta est quæstio, sed ordo seruandus est quem scriptura cōtexuit, simulq; quia nō possumus plenius nos cognoscere, nisi prius quæ sit oīm natura animantiū cognouerimus. Producat, inquit, terra aīmā viuentem secūdum genus, quadrupedes & serpentes, & bestias terræ secundum genus, & pecora secundum genus, & omnia repentia terræ ad genus. Et fecit deus bestias terræ, & omnia pecora ad genus, & omnia repentia terræ ad genus. Et vidit deus quia bona, & dixit deus: Faciamus hominem.) Hoc loco non ignoro quosdā bestiarū & pecorū & serpētium terræ species alio retulisse, vt hæc ad immanitates criminū, stultitiā peccatorū, nequitiā cogitationū referrent. Ego autem simplices naturas vniuscuiusq; generis accipio. Nec vereor ne quis me pauperis conuiuæ pręsumptioni cōferendum putet, qui studio humanitatis cōplures roget, nec his quicq̄ nisi viles & vsitatos apponat cibos, & tenui mensę pauperis apparatu plus reprehēsionis incurrat ex fastidio conuiuarū, q̄ gratiæ referat ex hoc hospitalitatis affectu. Nec enī Helisæū amici quasi malum conuiuam agrestia apponentē olera refutarūt. Simile vanis relationibus exquisitū illud & accuratū opipare conuiuiū est, in quo phasiani aut turturis species apponitur, & in his pullus manducatur: aut pullus infertur, & ostreis est fartus, aut spondylis: aut poculum bibitur quod diuerso colore atq; odore in alienos mutetur sapores: maritima terrenis, terrena maritimis farciuntur. Hoc est reprehēdere prouidētiam creatoris, qui nobis ad victum omnia donauit, quod nō illa miscuerit. Sed hæc dulcia primo videntur, & postea fiūt amara. Quo enim copiosior fuerit luxuries, eo perniciosior intēperātia est. Helisæus autē amara apposuit, sed postea facta sunt dulcia. Deniq; qui ante in illo cibo mortē putabāt, postea in eo suauitatis & vitę gratiā sunt adepti. Neq; rursus formidini est ne plures videar iuitasse, q̄ possum pascere, & vobis panes deficiant verborū meorū: quia & Helisæus etsi merito inimitabilis, nobis imitandus fide, nō considerauit quātos panes haberet, sed quos haberet, diuidere omnibus voluit, & sufficere oībus iudicauit. Itaq; decē panes hordeaceos diuidere in plebem iussit ministro. Et dixit minister: Quid? dabo hoc in cōspectu cētum virorū? Et respondit: Da, & manducent, quoniā hæc dicit dñs: Māducabūt, & relinquēt. Fides igitur vestra faciet abūdare pauperis linguæ conuiuiū. Nec vereor ne ieiunia vos edaciores faciant, quo minus repleti & esurientes ac vacui reuertamini, quia scriptum est: Confirmat iustos dñs, & in diebus famis saturabūtur. Multo pulchrius est hordeaceos panes nō erubescere & apponere quod habeas, q̄ negare. Helisęus qui sibi nihil reliquit, populis abundauit. Helisæus ergo hordeaceos panes nō erubuit appōere, nos erubescimus simplices intelligere creaturas, quę simplicibus & suis declarātur vocabulis? Cælum legimus, cælum accipiamus: terrā legimus, terrā intelligamus frugiferā. Quid mihi quęrere quæ sit eius mensura circuitus, quā gæometrę centūoctoginta milibus stadiorū æstimauerunt? Libenter fateor me nescire quod nescio, īmo qđ scire nihil prodest. Melius est genera terrarum scire q̄ spatia, quæ circūfuso mari, interiectis Barbarorū regionibus, suffusa atq; inuia paludibus humo, quēadmodū possumus cōprehendere? Quod impossibile esse homi-

Esaię.40. nibus ſcriptura demonſtrat, dicente deo: Quis menſus
G eſt manu aquã, & cælum palmo, & vniuerſam terram
clauſa manu? Quis ſtatuit montes in libra, & rupes in
ſtatera, & nemora in iugo? Et infra: Qui tenet gyrum
terræ, & habitãtes in ea ſicut locuſtas, qui ſtatuit cęlum
vt camerã. Quis igitur æqualẽ ſibi cũ deo poteſtatẽ &
ſcientiã audeat vẽdicare, vt quę deus maieſtat ſuę eſſe
ꝓprio ſignauit oraculo, hæc ſibi hõ ad cognitionẽ ſup-
petere poſſe preſumat? Certe Moyſes eruditus erat in
omni ſapientia Ęgyptiorũ: ſed quia ſpiritũ dei accepit,
quaſi miniſter dei inanẽ illã & vſurpatoriã philoſophiæ
doctrinã veritatis ratiõi poſthabuit, & ea deſcripſit mi-
hi quę noſtræ ſpei accõmoda iudicauit, quod terrã fece-
rit deus, quod ꝓduxerit terra iuxta dei oĩpotẽtis impe-
riũ operationẽq; dñi Ieſu virgulta de terris, & oẽm ani-
mã viuentẽ ſecũdum genus. An ille putauit dicẽdum
quantũ de ſpatio aeris occupet vmbra terræ cũ Sol re-
cedit a nobis, diemq; abducit, inferiora axis illuminãs,
& quẽadmodum in regionẽ mundi huius incedens lunę
globꝰ eclipſim faciat: quãdo quæ nihil ad nos, quaſi
nihil profutura prẽteriit? Vidit enim in ſancto ſpiritu,
nõ illas marceſcentis iam ſapientiæ vanitates ſequen-
das, quæ rebus inexplicabilibus mẽtem noſtram occu-
pant, ludunt; operam: ſed ea potius deſcribẽda, quę ad
virtutis ſpectauere profectum.

H Quomodo per dei verbum in conſtitutione mundi
animantium generibus præſcripta ſit lex generationis
& ſucceſſionis. Quod præterea volens ad vſum homi-
nis deriuare quæ genita ſunt, nõ debet veritatem pro-
priæ naturæ vnicuiq; generi denegare, cum increpa-
tiua admonitione vt homo more pecudum viuere ca-
ueat. De quibuſdã quoq; animalibus quorum proprie-
tates vitare debemus. Caput III.

ANHEREAMVS igitur propheticis di-
ctis, nec ſpiritus ſancti quaſi vilia deſpectui ha
beam? alloquia. Producat, inquit, terra ani-
mã viuentẽ pecorũ & beſtiarũ & reptilium.)
Quid argumenta moralia, vbi euidenter creaturarum
terreſtriũ natura formatur? Curritenim in conſtitutione
mundi per omnẽ creaturã dei verbũ, vt ſubito de terris
omnia quę ſtatuit deus animantiũ genera producãtur,
& in futurũ lege præſcripta, ſecũdum genus ſibi ſimili-
tudinẽq; vniuerſa ſuccedant, vt leo leonẽ generet, tigris
tigridem, bos bouẽ, cygnus cygnũ, aquila aquilam. Se-
mel prẽceptũ, in perpetuũ inoleuit naturæ. Et ideo mi-
niſterii ſui obſequiũ prẽbere terra non deſinit, vt priſcæ
animantiũ ſpecies reparabili generis ſucceſſione in no-
uas reparentur ætates. Sed vis ad vſum hoĩs deriuare
I quę genita ſũt? Noli veritatem vnicuiq; generi nature
proprię denegare, & multo magis ea ad gratiam apta-
bis humanã. Primũ quia omnia genera pecorum, be-
ſtiarum ac piſcium, in alium naturã proſtrauit, vt alia
ventre repant, alia quæ pedibus ſuſtinẽtur, dimerſa ma
gis quadrupedo corporis greſſu, & velut affixa terris
videas eſſe, q̃ libera. Siquidem erigendi ſe non habent
facultatem. de terra victum requirunt, & ventris in
quem deflectuntur, ſolas ſequuntur voluptates. Caue
o homo pecudum more curuari. Caue ne in aluũ te nõ
tã corpore q̃ cupiditate deflectas. Reſpice corporis tui
formam, & ſpeciem congruẽtem celſi vigoris aſſume.
Si ſola animalia prona paſcuntur, cur te in edendo ſter
nis ipſe, quem natura non ſtrauit? Cur eo delectaris, in
quo naturæ iniuria eſt? Cur noctes & dies cibo intẽtus
pecorũ more terrena depaſceris? Cur illecebris corpo-
ralibus deditus, ipſum te inbonoras, dũ ventri atq; eius
paſſionibus deſeruis? Cur intellectum tibi adimis, quẽ
tibi creator attribuit? Cur te iumẽtis comparas, a qui-
Pſal.31. bus te voluit deus ſegregari dicens: Nolite fieri ſicut e-
quus & mulus, quibus nõ eſt intellectus? Aut ſi te eda-
citas equi intẽperãtiaq; delectat, & adhinnire ad fœmi- K
nas voluptati eſt, delectet i freno maxillas tuas chamo-
que conſtringi. Si crudelitate paſceris, ferarum hæc ra-
bies eſt, quę propter ſæuitiam trucidantur. Vide ne in
te quoq; crudelitatis tuæ vertatur immanitas. Piger De aſini
aſinus, & expoſitus ad prædam, ſenſuque tardior, quid pigritia.
aliud docet niſi nos viuaciores eſſe debere, nec deſidia
corporis animiq; pigreſcere, confugere ad fidẽ, quę one-
ra grauia alleuare conſueuerit? Fraudulẽta vulpes fo De vulpis
ueis ſe latibulisq; demergẽs, nõne indicio eſt infructuo- fraudulen
ſum eſſe animal, odioq; dignum propter rapinã, deſpe- tia.
ctu propter infirmitatem, & ideo ſuæ incautum ſalutis
dum inſidiatur alienis? Perdicem aſtutam, quæ alie- De perdi-
na ouа diripiat, hoc eſt perdicis alterius, & corpore fo- cis aſtutia
ueat ſuo, ſed fraudis ſuæ fructum habere nõ poſſe, quia
cum eduxerit pullos ſuos, amittit eos: quia vbi vocem
eius audierint quæ ouа generauit, relicta ea ad illam ſe
naturali quodam munere & amore cõferunt, quam ve-
ram ſibi matrem ouorum generatione cognouerint, ſi-
gnificantes hanc nutricis fungi officio, illam parentis.
Sic itaq; incaſſum ꝓprios fundit labores, acfraudis ſuę
precio multatur. Vnde & Hieremias ait: Clamauit p- Hiere.17.
dix, & congregauit quę nõ peperit, id eſt ouа congrega
uit, & clamauit quaſi ouans ſuę fraudis effectu. Sed lu
dit operam, quia impenſo labore alii educat, quos ipſa
diuturnę fotu ſedulitatis animauerit. Huius imitator
eſt diabolus, qui generationes creatoris æterni rapere L
contendit, & ſi quos inſipientes & ſenſus proprii caren-
tes vigore potuerit congregare, foueꝰ eos illecebris cor-
poralibus, vbi primum vox Chriſti parnulis fuerit in-
fuſa, diſcedunt, atq; ad eam ſe conferunt matrẽ quę pul
los ſuos ſicut auis materno amore complectitur. Con-
gregauit enim diabolus gentiles, quos non creauerat:
ſed vbi in euãgelio ſuo vocem Chriſtus emiſit, ad eum
ſe potiſſimum contulerunt, quos ſub vmbra alarũ ſua-
rum ipſe ſuſcepit, & matri dedit eccleſiæ nutriendos.
Leo naturę ſuę vi ſuperbus, ferocitatẽ ſui aliarũ ferarũ De leonis
generibus miſcere neſcit, ſed quaſi rex quidã plurimorũ ſuperbia &
dediguatur cõſortiũ. Qui etiã cibum faſtidit heſternũ, ferocitate.
etiã ipſas ſuæ eſcæ reliquias auerſatur. Quæ autẽ ſe ei
ſociare fera audeat, cuius voci tantus naturaliter ineſt
terror, vt multa animãtiũ quę per celeritatẽ poſſent im
petum eius euadere, rugientis eius ſonitu velut quadã
vi attonita atq; icta deficiant? Nã de pardi ſpecie nec De colo-
ſcriptura ſiluit, quod varietate coloris motꝰ varios ani- ris pardi
mę ſuę ꝓdat. Dicit ei Hieremias: Si mutabit Ęthiops varietate.
pellem ſuã: & pardus varietatẽ? Non ſolum enim de Hiere.13.
figura, ſed etiam de mobilitate furoris iſtud accipitur,
eo quod tenebroſis & inquietis ac mobilibꝰ infidæ mẽ-
tis atq; animi mutationibus decoloratus populus Iu-
dæorum, boni propoſiti gratiam iam tenere nõ poſſit, M
nec ad emẽdationem vllam correctionẽq; remeare, qui
ſemel ferinam induerit immanitatem.

De quadrupedibus q̃buſdã aĩalibꝰ in quorũ natura
eſt aliquid quod imitari debemus. Caput IIII.

EST tamẽ etiã in natura quadrupedũ quod
imitari nos ſermo adhortatur propheticus,
quo exẽplo caueamus deſidiam, exiguita-
te vel infirmitate corporis a virtutis ſtudio
nõ reflectamur, neq; reuocemur ab vllius propoſiti ma-
gnitudine. Exigua eſt enim formica, quæ maiora ſuis De for-
audet viribus: neq; ſeruitio ad operandum cogitur, ſed micę indu
ſponteneæ propoſito proſpicientiæ futura alimentorũ ſtria.
ſubſidia ſibi præſtruit. Cuius vt imiteris induſtriã, ſcri
ptura cõmonet te dicens: Confer te ad formicã o piger, Prouer.6.
& æmulare vias eius, & eſto illa ſapientior. Illa enim nul
lam culturã poſſidet, neq; eam quæ ſe cogat habẽs, neq;
ſub dño agens: quẽadmodum præparat eſcam, quæ de
tuis laboribꝰ ſibi meſſem recõdit: & cũ tu plerũq; egeas,

A illa nõ indiget. Nulla ſunt ei clauſa horrea, nulle impe-
netrabiles cuſtodiæ, nulli inuiolabiles acerui. Spectat
cuſtos, furtaq; prohibere non audet. Aſpicit ſua damna
poſſeſſor, nec vindicat. Nigro cõuectatur agmine præ-
da per cãpos, ferunt ſemitę comitatu viantium, & quę
cõprehendi anguſto oreno poſſunt, humeris grãdia fru
menta truduntur. Spectat hæc dñs meſſis, & erubeſcit
tam parca piæ induſtriæ negare cõpendia. Quid autẽ
De canũ de canibus loquar, quibus inſitum eſt natura quadã re-
gratitudi- ferre gratiã, & ſolicitas excubias pro dominorũ ſalute
ne. prætẽdere? Vnde ad immemores beneficii, & deſides
Eſaię.56. atq; ignauos clamat ſcriptura: Canes muti, neſcientes
latrare. Sunt enĩ canes qui nouerint latrare pro domi-
nis, nouerint ſua tecta defendere. Vnde & tu diſce vocẽ
tuã exercere pro Chriſto, quãdo oulle eccleſię incurſant
lupi graues. Diſce in ore tuo verbũ tenere, ne quaſi mu-
tus canis cõmiſſam tibi fidei cuſtodiã quodam præua-
ricatiõis ſilentio deſeruiſſe videaris. Talis canis viator
& comes angeli eſt, quem Raphael in libro prophetico
non ocioſe ſibi & Tobiæ filio adiungendum putauit,
quãdo perrexit vt Aſmodæum fugaret, firmaret copu
lam coniugalem. Memoris enim affectus gratia pelli-
tur dęmonium, ſtabilitur coniugium. Mutæ itaq; ſpe-
cie beſtiæ ſanctus Raphael angelus Tobię iuuenis quẽ
tuendum receperat, ad relationẽ gratiæ erudiebat affec-
tum. Quis enim non erubeſcat gratiã bene de ſe me-
B rentibus nõ referre, cũ videat etiam beſtias refugere cri
men ingrati? Et illæ impertitæ alimoniæ ſeruant me-
De vrſæ moriam, tu nõ ſeruas ſalutis acceptæ? Vrſa inſidians
pietate in licet, vt ſcriptura ait, eſt erĩ plena fraudis fera, tamẽ fer-
part. ſuos tur informes vtero partus edere, ſed natos lingua finge-
re, atq; in ſpeciem ſui ſimilitudinẽq; formare. Non mi-
raris in fera tam pii oris officia, cuius naturã pietas ex-
primit? Vrſa igitur partus ſuos ad ſui effingit ſimilitu
dinem, tu filios tuos inſtituere ſimiles tui non potes?
De medẽ- Quid quod etiã medendi induſtriam nõ prætermiſit?
di induſtria Siquidem graui affecta cæde, & cõſauciata vulneribus
eiuſdem. mederi ſibi nouit, herbę cui nomẽ eſt phlomos, vt Gre-
ci appellant, vlcera ſubiiciẽs ſua, vt ſolo curẽtur attactu.
De ſerpẽt(Serpens quoq; paſtu feniculi cæcitatẽ, repellit exceptã.
cõtra cęci- Itaq; vbi oculos obduci ſibi ſenſerit, nota remedia petit,
tatẽ reme nec fraudatur effectu. Teſtudo viſceribus paſta ſerpen
dio p feni- tis, cũ venenum aduerterit ſibi ſerpere, origano medici-
culum. nam ſuæ ſalutis exercet. Et cũ ſit volutabris paluſtri-
De teſtu- bus merſa, curare ſe tamen proprio nouit antidoto, cer-
dine. toq; auxilio ſanitatis, poteſtates herbarũ etiam ipſa ſci-
re ſe comprobat. Videas etiam vulpem lachrymula
pinus medentem ſibi, & tali remedio imminẽtis mor-
tis ſpatia proferẽtem. Clamat ipſę dominus in Hiere-
Hiere.6. miæ libro: Turtur & hirundo, agri paſſeres cuſtodie-
runt tẽpora introitus ſui: populus autẽ meus nõ cogno
uit iudicia domini. Nouit hirundo quãdo veniat, quã-
C do etiam reuertatur. Nouit etiam pia auis annũciare
De explo- aduentus ſui teſtimonio veris indicium. Nouit etiam
ratiõe ſere formica explorare ſerenitatis tẽpora. Nam cũ aduerte-
nitatis a rit madidatos imbre fructus ſuos humeſcere, explorato
formica. diligentius aere quãdo iugem poſſit ſeruare tẽperiem,
aceruos referat ſuos, & de cauernis foras ſuis humeris
exportat, vt iugi ſole propria frumenta ſiccentur. De-
niq; haudquaquã illis diebus omnibus rumpi de nubi-
bus imbres videris, niſi cũ fruges ſuas horreis propriis
De prẽno formica reuocauerit. Boues pendente pluuia ad præ-
titia plu- ſepia ſe tenere nouerũt. Idem vbi naturali ſenſu muta-
uię ac cęli tionem cæli collegerint, foras ſpectant, & vltra præſe-
mutatiõis pia ceruices extendunt ſuas vna omnes ſpecie, vt prodi
a bobus. re ſe velle teſtentur. Ouis ſub aduentu hyemis inexple
bilis ad eſcam inſatiabiliter herbam rapit, eo quod pre-
ſentiat aſperitatem hyemis futuram, vt ſe prius herbę
De Echi- pabulo farciat, q̃ gelu adurente omnis herba deficiat.
ni terreni Echinus iſte terrenus quem vulgo hericium vocant,
cautela. ſi quid inſidiarum preſenſerit, ſpinis ſuis clauditur, atq;

in ſua ſe arma colligit, vt quicũq; eum contingẽdum pu D
tauerit, vulneretur. Idemq; echinus futuri prouidẽs, ge
minas ſibi reſpirãdi vias munit, vt quãdo Boream fla
turum collegerit, ſeptẽtrionalẽ obſtruat: quando Noto
cognouerit detergi aeris nubila, ad ſeptentrionalem ſe
conferat, vt flatus declinet obuios, & e regione nocitu-
ros. Vnde dignam domino laudem propheta detulit
dicens: Q̃ magnificata ſunt opera tua dñe, oĩa in ſapiẽ Pſal.103.
tia feciſti. Oĩa penetrat diuina ſapiẽtia, impletoĩa: ndq;
locupleti? ex irrationabiliũ ſenſib?, q̃ ex rõnabiliũ diſpu
tatione colligitur. Validius eſt enim naturæ teſtimo-
nium, q̃ doctrinæ argumentũ. Cui animanti incogni-
tum eſt quẽadmodum ſuam tueatur ſalutem, ſi virtus
ſuppetit, reſiſtendo: ſi velocitas, fugiẽdo: ſi aſtutia, prę-
cauendo? Quis eas vſum medendi, hærbarũq; docuit
habere notitiam? Homines ſumus, & ſępe ſpecie hær-
barum fallimur, & plerũq; quas ſalubres putamus, no-
xias reperimus. Quoties inter dulces epulas cibus le-
talis irrepſit, & inter ipſas aulicorum excubias miniſ-
trorum, vitalia regum feralis eſca penetrauit? Eræ
ſolo norunt odore noxia & profutura diſcernere. nullo De natu-
prævio, nullo præguſtatore carpitur hærba, nec lædit. rę admirã
Melior enim magiſtra veritatis natura eſt. Hæc ſine da virtute
vllius magiſterio ſuauitatem ſanitatis noſtris infundit
ſenſibus, eadem doloris acerbitatem docet eſſe fugien-
dam. Hinc vita dulcior, mors amarior. Hæc cõmen-
dat leenæ catulos ſuos, & immitẽ feram materno mol- E
lit affectu. Hæc tigridis interpellat ferocitatem, & im- De tigri-
minentem eam prædæ reflectit. Nanq; vbi vacuum ra dis pieta-
ptæ ſobolis cubile reperit, illico veſtigiis raptoris inſi- te i plę, &
ſtit. At ille quãuis equo vectus fugaci, videns tamẽ ve- eius delu-
locitate feræ ſe poſſe prævertiri, nec euadendi vllum ſup ſione.
petere ſibi poſſe ſubſidium, technam huiuſmodi frau-
de molitur: vbi ſe contiguum viderit, ſphæram de vi-
tro proiicit. At illa imagine ſui luditur, & ſobolem pu-
tat, reuocat impetũ, colligere fœtum deſiderans. Rur-
ſus inani ſpecie retenta, totis ſe ad comprehendendum
equitem viribus fundit, & iracundiæ ſtimulo velocior
fugienti imminet. Ille iterum ſphæræ obiectu ſequen-
tem retardat, nec tamen ſedulitatem matris memoria
fraudis excludit, caſſam verſat imaginem, & quaſi la-
ctatura fœtus reſidet. Sic pietatis ſuæ ſtudio decepta,
& vindictam amittit, & prolem. Quid nobis ſcriptu-
ra affert quæ dicit? Filii diligite patres veſtros, paren- Epheſ.6.
tes nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros? Na-
tura hoc beſtiis infundit, vt catulos proprios ament, fœ
tus ſuos diligant. Neſciunt illę odia nouercalia, nec mu
tato cõcubitu parentes a ſobole deprauãtur, neq; nouer-
unt prẽferre filios poſterioris copulę, ſuperioris autem
negligere. norunt pignora ſua, neſciunt charitatis dif-
ferentiam, odiorum incentiua, offenſionum diſcrimi-
na. Simplex ferarũ natura eſt, neſcit veritatis calumni- F
as. Sic enim omnia tẽperauit deus, vt quib? minus ra-
tionis daret, plus indulgeret affectus. Quæ fera pro ca-
tulis ſuis nõ ipſa potiſſimũ ſe offerat morti? Quæ fera
fœtus ſuos innumeris licet obſeſſa cuneis armatorũ nõ
ſuis viſceribus tegat? Ingruat licet telorũ ſeges, illa ta-
men paruulos ſuos muro ſui corporis ſeptos immunes
preſtat periculi. Quid dicit homo qui mandatũ negli
git, naturã obliterat? filius patrẽ deſpicit, pater abdicat
filium, & hoc putant ius eſſe, vbi damnatur fœcũditas.
Se potius pater damnat, qui facit irritum eſſe quod ge-
nuit. Et hoc putatur autoritatis eſſe, vbi ſterilitate na-
tura multatur. Exortẽ rationis canẽ eſſe nemo dubita- De canis
uerit: tamen ſi ſenſus eius vigorem conſideres, cenſes ſagacitate
eũ ſentiendi ſagacitate vim ſibi ratiõis aſciſcere. Deniq; & vigore
quod pauci in gymnaſiis conſtituti, qui totã in diſcẽdo ſenſus.
vitę longe uitatẽ cõtriuerint, vix potuerũt cognoſcere,
vt ſyllogiſmorũ coniunctiones cõtexerent; hoc naturali
canes eruditione comprehendere facile poterit ęſtima-
ri. Nam vbi veſtigiũ leporis cerui ve reperenit, atq; ad

G diuerticulum semitę venerit,& quoddã viarũ cõpitum quod partes in plurimas scinditur,obiens singularum semitarũ exordia tacitus secũ ipse pertractat,velut syllogisticam vocem sagacitate colligẽdi odoris emittes: aut in hanc partẽ,inquit,deflexit,aut in illam:aut certe in hunc se anfractum contulit.sed nec istam,nec illam ingressus est:superest igitur vt in istam se partem sine dubitatione contulerit. Quod homines vix prolixa cõ positæ artis meditatione cõponunt,hoc canibus ex natura suppetit,vt ante mendaciũ deprehẽdant,& postea falsitate repudiata inueniant veritatem. Nonne totos dies conterunt philosophi propositiones sibi in puluerem diuidentes,qui radio sibi describunt singulas,& ex tribus,cum vnam earũ veram esse necesse sit,duas primo interficiunt tanquã mendacio congruentes,& sic in ea quæ relicta est,vim veritatis inhærere definiunt?

De mẽoria beneficiorũ,& fidelitate canum. Quis tã tenax potest esse beneficii,& memor gratiæ? quandoquidem pro domino etiam in latrones insilire nouerunt,& extraneorum accessus prohibere nocturnos,& mori pro dominis,& cõmori cum dominis sint parati? Sæpe etiam necis illatæ euidẽtia canes ad redarguendos reos indicia prodiderunt, vt muto eorum testimonio plenũq; sit creditum. Antiochiæ ferunt in remotiori parte vrbis crepusculo necatum virum, qui canem sibi adiunctum haberet. Miles quidam prędandi studio minister cædis extiterat.tectus idem tenebroso adhuc diei exordio in alias partes cõcesserat.iacebat

H inhumatũ cadauer.frequens spectantium vulgus astabat.canis questu lachrymabili domini deflebat erũnã. Forte is qui necem intulerat (vt se habet versutia humani ingenii) quo cõuersandi in medio autoritate præsumpta fidem afficisceret innocẽtiæ,ad illam circumspectantis populi accessit coronam, & velut miserans appropinquauit ad funus. Tum canis sequestrato paulisper questu doloris,arma vltionis assumpsit,atq; apprehensum tenuit,& velut epilogo quodam miserabile carmen immurmurans, vniuersos conuertit in lachrymas,fidẽ probationi detulit,quod solum tenuit ex plurimis,nec dimisit. Deniq; perturbatus ille,quod tam manifestum rei indicem,neq; odii,neq; inimicitiarum,neq; inuidiæ,aut iniuriæ alicuius poterat obiectione euacuare,crimen diutius nequiuit refellere. Itaq; quod erat difficilius,vltionẽ persecutus est,quia defensionẽ præstare non potuit. Quid nos dignum nostro referimus creatori,cuius cibo vescimur,& dissimulamus iniurias, & sæpe inimicis dei eas quas a deo accepimus,epulas exhibemus? Quid agniculis simplici?,quos minusculæ paruulorum comparamus infantię? Sæpe ex his in

I magno grege agniculus per ouilia tota vagatus errat a matre,& cum eam reperire nõ possit,balatu frequenti absentem incitat,vt responsuræ vocem excitet,quo ab eius sono errabunda replicet vestigia. multis licet versetur in milibus ouium,recognoscit vocem parentis,festinat ad matrẽ,lactis quoq; materni notos sibi fontes requirit.quãuis cibi desiderio detineatur & potus,trãscurrit tamen aliena vbera grauida,licet humore lactis exundent. solam matrem requirit,solius sibi materni vberis pauperes succos significat abundare. Illa quoq; inter multa agniculorũ milia solum filium nouit,vnus quãuis plurimorũ balatus,eadem species,sed illa tamẽ fœtum suum discernit a cæteris,& solum filium tacito pietatis testimonio recognoscit. Pastor errat in discretione ouium,agniculus in agnitione matris nescit errare. Pastor fallitur specie,sed ouis pietate non fallitur. Vnus odor omnibus,sed tamẽ habet natura odorem suum domesticum,quẽ soboles chara speciali quadam videtur proprietate redolere. Habet suos vsus natura, & sensus domesticos. Vix infantulo cœperunt dentes prorumpere,& iam nouit sua arma tentare. Nondum catulo dentes,& tanquam habeat,ore proprio se querit vlcisci. Nondum ceruo cornua, & tamen fronte præludit,atq; ex ea quæ nondum expertus sit tela mínitatur. Lupus si prior hominem viderit,vocem eripit,& despicit eum tanquam victor vocis ablatæ. Idem si se præsensum senserit,deponit ferociam, non potest currere. Leo gallum,& maxime album veretur. Caprea vulnerata dictamũ petit,& de vulnere excludit sagittas. Norunt & bestiæ remedia sua. Leo æger simiam quærit vt deuoret,quo possit sanari. Leopardus caprææ agrestis sanguinem bibit,& vim languoris euitat. Omnis fera ægra canis hausto curatur sanguine. Vrsus æger formicas deuorat. Ceruus oleæ ramusculos mandit. Ergo feræ norunt expetere ea quæ sibi prosunt, tu ignoras o homo remedia tua? Tu nescis quomodo virtutem eripias aduersario,vt te tãquã præuentus lupus effugere non possit,vt oculo tuę mentis eius perfidiam deprehendas,& prior cursum verborum eius impedias,impudẽtiam eius, & acumen disputationis obtundas. Quod si te ille præuenerit,vocem tibi aufert: & si obmutueris,soluc amicum tuum vt sermonem resoluas. Et si in te insurrexerit lupus,petram capis,& fugit. Petra tua Christus est. Si ad Christum confugias,fugit lupus,nec terrere te poterit. Hãc petram quæsiuit Petrus cum titubaret in fluctibus, & inuenit quod quæsiuit,quia dexterã amplexus est Christi. Quid dicam allio homines delectari, & illud ad escam sumere,quod & leopardus fugit? Deniq; ficubi allium aliquis confricandum putauerit,leopardus inde exilit,nec resistit. Cuius venenata fera odorem non potest sustinere,id tu pro cibo sumis, & visceribus infundis internis? Sed medicatur interdum doloribus. Sumatur pro medicamẽto,nõ pro cibo:sumatur ab egrotantibus,non ab epulantibus. Medicamẽtum queris, & ieiunium fugis,quasi maius aliud remedium reperire possis. Ieiunii hominis sputum si serpens gustauerit,moritur. Vides quãta vis ieiunii sit,vt & sputo suo homo terrenũ serpentẽ interficiat, & merito spiritalẽ. Quantam dominus etiam minusculis infudit prudentiam? Turtur nido suo,ne pullos suos incurset lupus, squillæ folia superiacit. Nouit enim quod huiusmodi folia lupi fugere consuerint. Nouit vulpecula quomodo posteritatem foueat suã,& tu ignoras, tu negligis quomodo aduersum lupos nequitiæ spiritalis posteritatem vitæ huius habeas tutiorem?

Qua ratione dominus aliis bestiis angustiora,aliis prolixiora colla formauerit. Et elephãtorum descriptio quãtum ad mẽbra,& proprietates eorũ. Caput. V.

SED reuertamur ad seriem creaturæ,& consideremus qua ratione dñs aliis bestiis angustiora colla formauerit,vt leonibus atq; tigridibus, vrsis quoq; aliis prolixiora, vt elephantis, & camelis. Nonne euidens causa est,quia illis feris quæ carne vescuntur,nõ erat opus prolixitate cernicis? Non enim in terras pascendi gratia cernicem atq; ora deiiciunt,sed aut cernum inuadunt,aut bouem ouemq; discerpunt. Camelus vero cum sit altior,quomodo hærbis minutissimis pasceretur, nisi longiora vsq; ad terram colla ad vsum pastionis extẽderet? Itaq; camelus pro ratione proceritatis suæ prolixiora colla sortitus est. Equus pro ratione, bos quoq; simili modo. hæc enim pascuntur hærbis. Elephantus autẽ etiã prominẽtem promuscidem habet:quia cum sit eminẽtior cunctis,se inclinare ad pascendum non potest. Itaq; promuscidis ad colligendum cibum vtitur ministerio. Ea immani bestiæ largi potus infundit humorem, ideoq; concaua est,quo ad restinguẽdam tantæ beluæ sitim plenos lacus hauriat,aut collecto flumine possit vndare potantem. Cernix sane minor est q̃ poscit tãti corporis moles,ne ea quoq; oneri magis esset q̃ vsui. Ideoq; nec genua inflexit, quia rigidioribus opus fuit

A curibus, quo velut columnis tãta possit membrorum machina sustineri. Calcaneum leuiter incuruat, rigent cętera pedũ a summo vsq; ad imum. Nec sicut nos iam cilas nos sæpe deponimus,ita se etiã bestia põt tãta deflectere,meritoq; nõ voluẽdi se neq; recubãdi vsũ aũ cæ

Cur trabibus fulcia tur. teris animantibus potest habere cõmunem. Fulcitur hinc inde trabibus maximis, vt in sommo aliquantulũ sine periculo reflectatur,quia pes eius nulla artuum cõiunctione distinguitur. Manuetis igitur veluti quædam fulcra eorum quibus hic vsus est paratur ingenio. Feris autem & agrestibus quia nemo huiusmodi quibus sustentari queant fulcra substernit,hinc venit vsus periculi. Nãq; arbori innixi aut costas fricãt, aut in sõno sese relaxant. Quæ nonnunq̃ victa atq; inflexa tanto corpore frangitur,atq; ille qui sese in eandem refuderat, corruit, nec erigere atq; eleuare se potest,ibiq; iacẽs interit,aut gemitu suo proditus sternitur, dum ventre cæteris q; iuxta mollioribus ad vulnus patet. Nã dor-

B sum eius cæteraq; exteriora non vlla facile solẽt tela penetrare. Sunt autem qui propter ebur has illis insidias parent,vt arbores eas quibus se applicare cõsueuerint, ex alia parte qua infrequẽtior vsus eis fit,aliquãtulũ recidant,vt reflectente se elephanto, pondus mẽbrorum eius sustinere nõ possint,ruinamq; eius arcessant. Sed si quis ista reprehendit,reprehendat etiam altitudines ædificiorũ,quæ citius grauem minãtur ruinam, & difficilius lapsa reparantur. Verum si illa aut propter pulchritudinem,aut propter speculã frequẽter attollimus,

De vsu quem elephanti rebus belli cis ministrant. hæc quoq; in elephãtis probare debemus,quia magnũ rebus bellicis vsum ministrant. Inde gens Persarũ ferox bellis,valida sagitis,omniumq; telorum iactu,quia de superioribus ad inferiora validiore nisu tela torquẽtur,acies eorum velut gradientibus turribus septa procedit. In mediis campis tanq̃ de muro dimicant,& velut in arce quadam & specula collocati spectant magis bella q̃ subeunt. Ita alieni a periculo videntur,tuti mo-

C libus bestiarum. Quis enim eos adire audeat,cum desuper iaculis facile figatur,inferius elephantorum conteratur incursu? Deniq; cedũt illis acies & armatorũ currei,& castra illa quadrata soluuntur. Intolerabili nanq; impetu in hostes ruunt,vt nullo agmine bellatorũ, nulla constipatione militum, nullo clypeorum retardent obiectu. velut quidã mobiles montes versantur in preliis,& vt colles alto eminẽt vertice,mugitus fragore omnium perturbant confidẽtiã. Quid his faciat pedes quauis lacertis validus,& manu prõptus,cum sibi septus armatorum populis gradiendi motu murus occurrat? Quid faciat eques,cum equus eius perterrefactus tantæ bestiæ immanitate diffugiat? Quid faciat sagittarius,cum desuper ferrata virorum corpora iacu

li ictum sentire non possint: bestia quoq; nec nuda facile penetrabilis ferro sit,& munita loricis obuias sine sui piculo acies secet,& conterat turmas? Itaque vt immensa ædificia,ita elephanti fundamentis validioribus sustinentur, alioquin imparibus fulti pedibus intra breuẽ

Delongitudine vitæ elephãtorum. laberentur ætatem. Nunc autem & trecentis & amplius ferantur annis vitam producere, quia omnia sibi ad magnitudinem membra conueniunt. Ideoq; non districti vt nobis sed cõpacti artus sunt, quo sint robustiores. Q̃ cito hominibus,si diu steterint,aut velocius cucurrerint,vel iugiter ambulauerit,genua vexanẽ & plãtæ. Cõiuncta enim & articulata facilius q̃ concreta atq; solidata,aut doloris sensum,aut casum offensionis admittit. Et quid miraris si vestiti armis timentur, quãdoquidem dentibus suis tanquam naturalibus spiculis

De dentibus quib? armantur elephanti. semp armati sunt? Promuscide sua quicquid inuoluerint frangunt:pede quicquid compresserint, velut quodam lapsu ruinæ ingentis exanimant. Inuoluunt promuscide nemora ad sui escam, & quasi quidam altissimi dracones serpentinis quos ceperint spiris flagellãt.

De pmuscidis et pe Plerunq; eas in orbem colligunt,maxime cum de terra cibus legitur,aut potus hauritur. Documento itaq; nobis sunt,quod nihil superfluum sit creatum, & tamẽ hæc tantæ molis bestia subiecta nobis imperiis seruit humanis. dis viribꝰ. D

De prælibatione commendationis humanæ creaturæ, cum exhortatione vt homo seipsum noscat,& sibi attendat. Caput VI.

STENIM quoniam de hominis creatura dicturi sumus,cõmendationem ei præstruere & prælibare debemus. Videbatur nihil elephantis creatura habere robustius,nihil tam terribile vel procerũ, nihil tam ferum q̃ leones vel tigrides sunt: & hæc seruiunt homini, & naturam suã humana institutione deponunt,obliuiscuntur quod nata sunt,induunt quod iubẽtur. Quid multa? Docentur vt paruuli,seruiũt vt infirmi, verberãtur vt timidi,corriguntur vt subditi,in mores trãseunt nostros, quoniã motus proprios perdiderunt. Mirabilis igitur natura in maximis. Mirabilis enim in excelsis dñs, mirabilis etiam in minimis. Sicut enim non minus plana cãporum q̃ montium alta miramur,nec plus altitudinẽ cedri stupemus,q̃ vitis aut oleæ breuis fœcũditatem: ita non amplius miror elephantum quia procerus est, q̃ murem qui terribilis elephãto est. Naturæ igitur hæc E potentia est, vt terribilia aliis,aliis meticulosa sint. Est enĩ donata prærogatiua quædam singulis creaturis,vt quibusdã priuilegiis propriis fulciantur. Formidabilis tauris elephãtus,murem timet. Leo quidem rex ferarum,exiguo scorpionis aculeo exagitat̃,& veneno serpentis occiditur. Eximia leonis pulchritudo comantes ceruice thoros excutit, vel sublato pectore attollit ora. Sed quis nõ miret tã breui scorpionis aculeo vt incorporeum putes,ingẽtium corporum exire mortẽ? Nec hoc quisquam reprehendat,quod creator serpẽtes creaturis suis aliaq; vel animantiũ vel hærbarũ genera venenata miscuerit. Nata sunt enim hæc ad correptionẽ nostrã,nõ ad deformationem. Nã quæ ignauis,aut infirmis,aut impiis plerumq; offensioni atq; terrori sunt, aliis vsui. Ita sunt hæc vt pedagogi paruulis,amari videntur,acerbi & molesti,formidabiles verbere,libertatem lasciuiẽdi negant, necessitatem disciplinæ exigũt, pueriles animos,ne luxu deflũãt,terrore constringunt, ideoq; horũ austeritate frugi euadũt,sobrii, continẽtes, laudi magis q̃ ludo dediti. Vides quid terribilia illa flagella proficiãt? Sic & serpentes flagella sunt eorũ quibus infirma animi ætas,& quædam puerilis mẽtis est F virtus: cæterũ fortioribus nocere nõ possunt. Deniq; cõfidenti in dño dictũ est: Sup aspidẽ & basiliscũ ambulabis,& cõculcabis leonẽ & draconẽ. Paulum momordit vipera, & putabãt eũ quasi peccatorẽ vix de naufragio seruatũ, veneno esse moriturũ: sed posteaq̃ inuiolabilis permãsit excussa in ignem vipera,plus apud intuentes veneration is inuenit. Sed & ipse dñs ad oẽs ait: Qui crediderit,& baptizatus fuerit,hic saluus erit: qui vero non crediderit,condẽnabitur. Signa autem credẽtium hæc dixit fore,vt serpentes manu mulceãt, venena bis atq; omne mortiferum,etiam si biberint,nocere nõ possint. Tua igitur tibi magis incredulitas o homo, q̃ venena metuenda serpentiũ sunt. Time igitur illa,vt saltem dum formidantur illa,ad fidem prouocare te possint. Quod si deum non times, vel vltricia perfidiæ venena formides. Nunc quoniam & elephantes videstibi subditos,& leones esse subiectos, nosce teipsũ o homo,quod non (vt ferunt) Apollinis Pythii, sed Salomonis sancti est,qui ait: Nisi sciastę formosam in mulieribus. quanquã multo antea Moyses in Deuteronomio scripserit: Attende tibi o homo: Attende tibi, ait lex. Et propheta ait: Nisi sciaste. Cui hoc dicit? Formosa,inqt,in mulieribus. Quę est pulchra ĩ mulieribꝰ? Psal. 90. Act. 28. Mar. 16.

G nisi anima, quæ in vtroq; sexu præstantiã possidet pulchritudinis? Et merito decora est, quæ non terrena sed cælestia, non corruptibilia sed incorrupta desiderat, in quib⁹ decus perire non soleat. Corporalia enim omnia processu ætatis, aut ægritudinis inæqualitate marcescunt. Huic attende, dicit Moyses, in qua tu totus es, in qua melior tui portio est. Deniq; interpretat⁹ est dominus quis sis tu, dicens: Attendite vobis a falsis prophe-
Mat.7. tis. Isti enim animam debilitant, mentẽ subruunt. Nõ igitur caro tu es. Quid enim est caro sine animæ gubernaculo, mẽtis vigore? Caro hodie sumitur, cras deponitur. Caro temporalis, anima diuturna. Caro amictus est animæ, quæ se induit quodam corporis vestimento. Nõ igitur tu vestimentum es, sed qui vestimẽto vteris. Ideo tibi dicitur vt expolians veterẽ hominẽ cum actibus eius, nouũ induas, qui nõ in corporis qua-
1.Cor.3. litate, sed in spiritu mẽtis & agnitione renouatur. Nõ, inquam, caro es tu. Neq; enim carni dicitur, Tẽplum enim dei sanctũ est, quod estis vos. Et alibi, Templũ dei vos estis, & spiritus sanctus habitat in vobis. Sed renouatis dicitur & fidelibus, in quibus permanet spiritus dei. In carnalibus autem non permanet, quia scriptum est: Nõ permanebit spũs meus in istis, quñ carnes sunt.

H De nostræ creationis serie. Et quid sit imago dei, cũ iterata abhortatione vt homo sibi attendat, & seipsum sciat. Caput VII.

SED prius ipsius creationis nostræ seriem cõsideremus. Faciamus, inquit, hominẽ ad imaginem & similitudinem nostrã.) Quis hoc dicit? Nonne, deus qui te fecit? Quid est deus? Caro, an spiritus? Nõ caro vtiq;, sed spiritus. Cuius similis caro esse non potest, quia ipse incorpore? & inuisibilis est, caro autem comprehẽditur & videtur. Cui dicit? Non sibi vtiq;, quia non dicit faciã, sed faciamus. Nõ angelis, quia ministri sunt: serui autem cum domino, & opera cum autore non possunt operationis habere cõsortium: sed dicit filio, etiam si Iudæi nolint, etiam si Arriani repugnent. Sed & Iudæi cõticescant, & Arriani cum suis paribus obmutescant, qui dum vnum a consortio diuinæ operationis excludunt, plures inferunt, & prærogatiuã quã filio negãt, seruulis donant. Sed esto vt adminiculo seruulorum ad operandũ deus vobis indiguisse videatur. Si opatio cõmunis est cum angelis deo, nunquid deo & angelis imago cõmunis est? Nũquid angelis diceret: Faciamus hominem
I ad nostram imaginem & similitudinẽ? Sed qui sit imago dei, audi dicentẽ: Qui eripuit nos, inquit, de potesCol.1. tate tenebrarum, & transtulit in regnũ filii charitatis sue, in quo habem⁹ redemptionem, remissionẽ peccatorũ, qui est imago dei inuisibilis, & primogenitus vniuersæ creaturæ. Ipse est imago dei patris, qui semp est, & erat
Ioan.14. in pricipio. Deniq; imago est qui dicit: Philippe, qui videt me, videt & patrẽ. Et quo tu cum imaginẽ viuã patris viuentis videas, dicis: Ostẽde nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Imago dei virtus est nõ infirmitas, imago dei sapiẽtia est, & imago dei iustitia est. Sed sapientia diuina est sempiterna
Ioan.10. iustitia. Imago dei est sol⁹ ille q; dixit: Ego & pater vnũ sumus. Ita habens similitudinem patris, vt diuinitatis & plenitudinis habeat vnitatem. Vbi dicit, Faciamus: quomodo inequalitas? Cum iterum dicat, Ad similitudinem nostrã: vbi est dissimilitudo? Sic & in euãgelio vbi dicit, Ego & pater, vtiq; non vna persona est. Vbi autem ait, Vnum sumus: nulla est discrepantia diuinitatis aut operis. Non igitur in vtroq; vna persona, sed vna substãtia est. Et bene addidit, Sumus, quia semper esse diuinum est, vt coæternum credas, qué putabas dissimilem esse. Eternus est enim, de quo dicit
Exod.3. Moyses: Qui est, misit me. Pulchre etiã illud præmisit: Ego & pater. Nam si patrem præmisisset, tu minorem filium iudicares. Sed præmisit filium, quem nõ cõuenit credi patre superiorem. Adiunxit patrẽ, vt aduersitas deũ patrẽ & filiũ eius ordinis præiudicio nõ teneri. Attende, inquit, tibi soli. Aliud enim sumus nos, alia sunt nostra, alia quæ circa nos sunt. Nos sum⁹, hoc est, anima & mens. Nostra sunt corporis membra, & sensus eius. Circa nos pecunia est, serui sunt, & vitæ istius apparatus. Tibi ergo attende, & teipsum scito, hoc est non quales lacertos habeas, non q̃tam corporis fortitudinem, non quantas possessiones, quantam potẽtiam, sed qualem animam ac mẽtẽ, vnde omia consilia proficiscuntur, ad quam operum tuorum fructus refertur. Illa est enim plena sapiẽtiæ, plena pietatis atq; iustitiæ, quoniam omnis virtus a deo est. Cui dicit deus: Ecce ego Hierusalẽ pinxi muros tuos. Illa anima a deo pingitur, quæ habet in se virtutũ gratiam renitẽtẽ, splẽdorẽq; pietatis. Illa anima bene picta est, i qua elucet diuinę operationis effigies. Illa aũa bñ picta est i qua est splẽdor glorię, & paternæ imago substantiæ. Secundũ hãc imaginem quæ refulget, pictura preciosa est. Secũdum hanc imaginem Adam ante peccatum: sed vbi lapsus est, depostuit imaginem cælestis, sumpsit terrestris effigiem. Sed fugiamus hanc imaginem quæ intrare ciui L
tatem dei nõ potest, quia scriptum est: Dñe in ciuitate Psal.72. tua imaginem eorum ad nihilum rediges. Et non intrat indigna imago, & quæ intrauerit excluditur, quia non intrabit, inquit, in eam omne cõmune, & qui facit execrationem & mendaciũ, sed ille intrabit in eam cui⁹ in fronte agni nomen scriptum est. Anima igitur nostra ad imaginẽ dei est. In hac totus es homo, quia sine hac nihil es, sed es terra, & in terram resolueris. Deniq; vt scias quia sine anima caro nihil est: Nolite, inquit, ti-
Mat.10. mere eos qui possunt corpus occidere, animam autẽ nõ possunt. Quid igitur in carne pręsumis, q̃ nihil amittis si carnem amiseris? Sed illud time, ne animæ tuæ defrauderis auxilio. Quam enim dabit homo cõmuta-
Mat.16. tionem pro anima sua, in qua non exigua sui portio, sed totius humanæ vniuersitatis substãtia est? Hæc est per quam cæteris ferarum auiumq; dominaris animantibus. Hæc est ad imaginem dei, corpus autẽ ad speciem bestiarum. In hac pium diuinæ imitationis insigne, in illo cum feris ac beluis vtile consortium.

De elimatiori tractatu quid sit ad imaginẽ dei. Et de anima qño sit ad imaginem dei. Et vtrum de ea dici potuerit: Faciamus hominem ad imaginem nostrã: vtrum præterea secundum corpus, an secundũ animã iustificatio conferri videatur, cum vehementiori inci- M
tatione vt homo seipsum cognoscat, & sibi attendat. Caput VIII.

SED tractemus elimatius quid sit ad imaginem dei. Caro nunquid ad imaginẽ dei est? Ergo in deo terra est, quia caro terra est? Ergo corporeus deus? Ergo infirmus vt caro, passionibusq; subiectus? Et forte caput tibi videatur ad similitudinẽ dei, quia eminet: aut oculi, quia intuentur: vel aures, quia audiunt. Si altitudinẽ spectes, num proceri videmur, quia paululum vertice eminemus a terris? Sed id non pudet, eo nos similes dei dici, quia serpentibus cæterisq; reptantibus, aut quia damulis atq; ouibus aut lupis celsiores sumus? Et quãto in hac parte cameli nobis atq; elephanti proceriores sunt? Obtutus est quidem præstans spectare elementa mundi, cognoscere quæ nullus annunciet, sed tuus deprehendat aspectus. Verũ hoc ipsum quãtũ est qd videmus, vt eo ad filiitudinẽ dei nos esse dicam⁹, q oĩa videt, spectat oĩa, latẽter deprehẽdit affect⁹, scrutatur cordis occulta? Non pudet hoc dicere, cũ ipse me totũ videre non possim? Quod ante pedes est video, quod a tergo est vi-

A dere non possum. Cervicem meam nescio, non noui occipitiũ, renes meos videre non possum. Similiter quãtum est quod audimus, cum id quod paululũ distet, videre & audire nõ possim? Si interiecti parietes sint, impeditur aspect⁹, impeditur auditus. Deinde corpus nostrum vno in loco hæret, angusto includitur spatio. Omnes feræ latiores sunt homĩe, omnes etiã velociores. Non ergo caro potest esse ad imaginem dei, sed anima nostra, quæ libera est, & diffusis cogitationibus atq; cõsiliis huc atq; illuc vagatur, quæ considerando spectat omnia. Ecce nunc sumus in Italia, & cogitamus quæ ad orientales aut occidentales partes spectare videntur, & cum illis versari videmur, qui in Perside sunt cõstituti, & illos videmus qui degunt in Aphrica, si quos cognitos nobis ea terra suscepit, seqmur, pficiscẽtes, inhæremus peregrinantibus, copulamur absentibus, alloquimur separatos, defunctos quoq; ad colloquiũ resuscitamus, eosq; vt viuentes cõplectimur, & tenemus, & vitæ officia his vsumq; deferimus. Ea igitur est ad imaginem dei, quæ nõ corporeo æstimatur, sed mẽtis vigore, quæ absentes videt, trãsmarina visu nouit, percurrit aspectu, scrutat͡ abdita, huc atq; illuc vno momẽto sensus suos per totius orbis fines & mũdi secreta circumfert, quæ deo iungitur, Christo adhæret, descẽdit in infernum, atq; ascendit, libera versatur in cælo. Deniq; audi dicentem: Nostra autem conuersatio in cælis est. Nõ est ergo ad imaginem dei, in qua deus semper est?
2.Cor.3. Sed audi quia ad imaginem dei. Dicit enim apostol⁹:
B Nos itaq; omnes reuelata facie gloriam dei speculantes, ad eandẽ imaginem reformamur a gloria in gloriã sicut a dñi spiritu. Q̃ua igitur cognouimus animã esse ad imaginem dei, nunc consideremus vtrum de anima potuerit dici: Faciamus hominẽ ad imaginẽ. Sed audi & istud, quia anima noie bois nũcupatur. Scriptum est enim in Genesi: Filii autem Ioseph qui facti sunt illi in Ægypto: animæ nouem. Oẽs ergo animæ quæ intrauerunt cum Iacob in Ægyptum, septuagintaquinq;. Et multo aptius anima vel homo Latine, vel Græce ἄνθρωπος dicitur, alterũ ab humanitate, alterum ab intuendi habẽs vivacitate, quæ magis animæ q̃ corpori conuenire non dubium est. Cui rei etiã illud iure cõ-
Thren.3. currit dictũ in Threnis Hieremiæ: Bonus est domin⁹ sustinentibus eum, animæ quæ quærit eum. De hoib⁹ dixit, & animã adiiciendã putauit. Melius enim quærit ista si sola sit, abducens se a corporis cœno, & a cupiditate carnali. Ipsa est ad imaginem dei, conformis dñi Iesu. Q̃ui autem cõformes filii dei, sancti sunt. Sic enĩ
Roma.8. legimus, dicente Paulo: Scimus autẽ quoniã diligẽtibus deum omnia cõcurrunt in bonum, iis qui secundũ ꝓpositũ vocati sunt sancti, quos præsciit & prædestinauit cõformes fieri imaginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹. Quos autẽ prædestinauit, hos
C & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autẽ iustificauit, hos & clarificauit. Vtrum igitur secũ dum corpus, an secũdum animã iustificatio tibi conferri videatur, quæso respondeas. Sed dubitare nõ potes, cum iustitia, vnde iustificatio deriuata est, mentis tuæ vtiq; non corporis sit. Pictus es ergo o homo, & pictus a domino deo tuo. Bonũ habes artificẽ atq; pictorem. Noli bonã delere picturã, non fuco sed veritate fulgentem, non cera expressam, sed gratia. Deles picturã mulier si vultum tuum materiali cãdore oblinias, si acquisito rubore perfundas. Illa pictura vitii non decoris est. Illa pictura fraudis non simplicitatis est. Illa pictura tẽporalis est, aut pluuia aut sudore tergitur. Illa pictura fallit & decipit, vt neq; illi placeas cui placere desideras, qui intelligit non tuũ sed alienum esse quod placeas: & tuo displiceas autori, qui videt opus suum esse deletũ. Dic mihi: Si supra artificẽ aliquẽ inducas alterũ, qopus illi⁹ superioris nouis opib⁹ obducat, nõne indignaẽ ille qui opus suum adulteratum esse cognouerit? Nolli tol-
lere picturam dei, & picturã meretricis assumere, quia D
scriptum est: Tollam ergo membra Christi, & faciam 1.Cor.6.
membra meretricis? Absit. Quod si quis adulterat opus dei, graue crimẽ admittit. Graue est enim crimẽ, vt putes quod melius te homo q̃ deus pingat. Graue est vt dicat de te deus, Nõ agnosco colores meos, non agnosco imaginem meã, nõ agnosco vultũ quem ipse formaui, reiicio ego quod meũ non est. Illum quęre qui te pinxit, cum illo habeto cõsortium, ab illo sume gratiam cui mercedem dedisti. Quid respondebis? Quod si graue est adulterare opus dei, qd de illis dicemus qui interficiunt opus dei, qui humanum sanguinẽ fundũt, qui vitam quam deus donauit extorquent, qui dicunt: Tollamus iustum, quia inutilis est nobis? Vnde bene lectum est hodie: Vulpes foueas habẽt, & volucres cæ Matth.8.
li nidos, vbi requiescant filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Vulpes ergo se abscondit in fouea, auis se tuetur in nido: homo nõ abscõditur in fouea, sed decipitur. Fouea vero os hominis est, fouea alta pectus est hominis, vbi sunt noxia & fraudulẽta cõsilia, malæ cogitationes. Tu ambulas, & alius tibi foueam parat. In medio laqueorũ ambulas, quos abscondерunt tibi in via inimici tui. Omnia ergo circumspice, vt effugias sicut damula de retibus, & sicut auis de laqueo. Damula retia aspectus viuacitate declinat: auis denitat laqueos, si ad superiora se cõferat, & terrena superuolet. In superioribus enĩ nemo tendit retia, laqueũ nullus abscondit. Ideo cuius cõuersatio in supernis est, huius nõ solet in prædam venire captura. Sed quid mi E
raris si homo decipitur ab homine, quãdo filius hominis vbi requiescere nõ habebat? Et ille quidem talẽ hominem fecit, i quo caput suũ reclinaret. Sed posteaq; in pectore nostro nõ requies proximi cœpit esse sed fouea, posteaq̃ alter alteri nectere cœpit insidias quem iuuare deberet, caput suũ Christ⁹ auertit a nobis. Sed postea tamen maluit illud morti offerre pro nobis. Noli igitur esse fraudulentus, crudelis, immitis, vt in te Christus caput reclinet. Deniq; cum fecisset piscium belua⁹, cum fecisset ferarum genera & bestiarum, non requieuit. Requieuit autem posteaq̃ hominem ad imaginẽ suã fecit. In quo requiescat, audi dicẽtẽ: Supra quẽ requie- Esaię. 66.
scam, nisi super humilẽ & quietum, & trementẽ verba mea? Esto ergo humilis & quietus, vt in tuo deus requiescat affectu. Q̃ui nõ requieunt in bestiis, multo magis nõ requiescit in pectore bestiali. Sunt enim animi bestiales, sunt feræ forma hominum indutæ, de quibus dicit dominus: Attendite vobis a falsis Prophetis, qui Matth.7.
veniunt ad vos in vestitu ouium, intus autẽ sunt lupi rapaces. In his ergo non requieuit deus. Sed requieuit in moribus humanis, quos fecit deus ad imaginem suã & similitudinem, quãdo fecit virum, qui non debet velare caput suum, quoniã imago et gloria est dei. Hanus F
viri animæ dicit: Ecce ego Hierusalẽ pixi muros tuos. Non dixit: pinxi ventrẽ tuum, nõ dixit: pinxi inferiora tua, sed dixit: Pinxi muros tuos, valida se afferens homini murorum dediſſe præsidia, vt si peruigil speculator in portis sit, obsidionis possit periculũ ꝓpulsare. Dicit itaq; Nõ tibi voluptates dedi, nõ illecebras cupidita tũ, nõ incentiua luxuriæ, nõ alieni decoris cõcupiscẽtiã, sed dedi tibi fundamẽta muralia, dedi tibi turriũ excelsa fastigia, in quibus cõstitutus expugnari ab hoste nõ metuas, nec ingruentiũ legionũ terribilia licet tẽtamẽta formides. Deniq; habes in Esaia, quia iusti aĩa dicit vel ecclesia: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obsessa. Munita per Christũ, obsessa p diabolũ. Sed non debet obsidionẽ vereri cui Christus adiutor est. Munitẽ enĩ gratia spiritali, & secularib⁹ piculis obsidetur. Vñ & in canticis habes dictũ: Ego murus, & vbera mea turres. Cantic.8.
Murus est ecclesia, turres eius sunt sacerdotes, qb⁹ abũdat & de naturalibus verbũ, & de moralibus disciplina. Cognoscẽ ergo te decora aĩa, quia imago dei es. Co-

G gnosce te homo, quia gloria es dei. Audi quō gloria. propheta dicit: Mirabilis facta est cognitio tua ex me. hoc est, ī meo opere tua mirabilis est facta maiestas. In consilio hominis tua sapiētia prædicatur. Dum me intueor, quē tu in ipsis cogitationib⁹ occultis & internis affectibus deprehendis, scientię tuæ agnosco mysteria. Cognosce ergo te o homo quantus sis, & attende tibi, ne quando laqueis implicatus diaboli fias præda venā-
1.Pet.5. tis, ne forte in fauces tetri illius leonis incurras, qui rugit & circuit quærens quem deuoret. Attende tibi vt consideres quid in te intret, quid ex te exeat. Non de cibo dico, qui absorbetur & egeritur, sed de cogitatiōe dico, de sermone assero. Non in te intret alieni thori concupiscentia, non irrepat in tuam mentē, non rapiat oculus tu⁹ transeūtis fœminæ pulchritudinē, animus non includat, non sermo tuus tentamentorū machinas nectat, non in dolo prodat, non maledico proximum aspgat opprobrio. Venatorem te fecit deus, nō expugna-
Hiere.16. torem, qui dixit: Ecce ego mitto venatores multos. venatores nō criminis sed absolutionis, venatores nō cul-
Lucæ.5. pæ vtiq; sed gratiæ. Piscator Christi es, cui dicit: Amo-
† capiens. do eris homines viuificās†. Sic mitte retia tua, sic mitte oculos tuos, sic mitte sermones tuos, vt nullum opprimas, sed alleues fluctuantem. Attende, inquit, tibi. Sic sta ne cadas, sic curre vt ad brauium peruenias, sic certato vt sæpe decernas, quia legitimo debetur corona certamini. Miles es, hostem diligenter explora, ne
H tibi nocturnus irrepat. Athleta es, manib⁹ aduersario propior esto q̄ vultu, ne oculum feriat tuum, Liber obtutus sit, argutus incessus, vt irruentē effundas, cedentem occupes, vulnus vigilanti aspectu exeas, forti congressu repellas. Quod si fueris vulneratus, attende tibi, curre ad medicum, quære remedium pœnitētiæ. Attēde tibi, quia carnem habes quæ cito labitur. veniat tibi bonus animarum medicus sermo diuinus, aspergat tibi oracula domini tanquā medicamenta salubria. Attēde tibi, ne fiat verbum abscōditum in corde tuo iniquū. Serpit enim sicut venenum, quod & letalia infert contagia. Attende tibi ne obliuiscaris deum qui fecit te, ne
Deut.8. nomen eius inuanum accipias. Attende tibi, lex dicit, ne cum manducaueris, & satiatus fueris, & domos ædificaueris, & habitare cœperis, & pecoribus tuis repletus fueris, & auro & argento abundaueris, & omnibus quæcunq; tibi fuerint, in multitudine exaltes te corde,
1.Cor.4. & obliuiscaris dn̄m deū tuū. Quid enim habes homo qđ nō accepisti? Nōne hæc oīa sicut vmbra prætereūt? Nōne domus tua hęc puluis & ruina? Nonne hæc oīa
I fabula? Nonne seculi thesaurus vanitas est? Nonne tu ipse es cinis? Respice ī sepulchra hoīm, & vide qđ ex te nisi cinis & ossa remanebūt, hoc est ex corpore tuo. Respice, inquā, & dic mihi quis ibi diues, quis paup sit. Discerne inopes ac potentes. Nudi omnes nascimur, nudi morimur. Nulla discretio inter cadauera mortuorū, nisi forte quod grauius fœtent diuitū corpora distenta luxurie. Quem audisti pauperem cruditate defunctum? Prodest illi inopia sua, exercet corpus, non opprimit.
Psal.36. Nec tamē audiuimus iustum derelictum, & semē eius quærens panem: quoniam qui bene operatur in terra sua, abundat alimentis. Attēde ergo tibi diues, quia & tu carnem portas sicut pauper. Attende tibi pauper, q a anima tua preciosa est: & si caro mortalis, diuturna anima: & si tibi deest pecunia, non deest gratia: & si nō est domus ampla, non diffusa possessio, cælum patet, terra libera est. Omnibus in cōmune elementa donata sunt, patent æque diuitibus atq; pauperibus ornamenta mūdi. Nunquid pulchriora preciosissimarum domorū aurata laquearia, q̄ cæli facies stellis insignita fulgentib⁹? Nūquid latiora diuitum rura, q̄ spatia terrarum? Vnde ad eos qui domum ad domum, & villam ad villam
Esa.5. iungunt, dictum est: Nunquid soli habitabitis sup terram? Maiorem domum tu habes pauper, in qua clamas, & exaudiris. O Israel, inquit Propheta, q̄ magna est domus dei, & ingens locus possessionis eius, ma- Baruc.3. K
gnus, & non habet finem, altus & immensus. Domus dei diuiti est cōmunis & pauperi. Difficile est tamen diuitem intrare in regnum dei. Sed forte doles quod nullum tibi auratorum lychnorum lumen refulgeat. Sed multo illustrior tibi lumine circūfuso luna resplēdet. De hyeme forsitan quereris, quia nulla tibi hypocausta anhelantibus ignibus vaporentur: sed habes solis calorē, qui tibi orbem terrarum temperet, & hyberno te defendat a frigore. An illos beatos putas, qui seruorū sequētium stipantur cateruis? Sed qui alienos pedes requirunt, suis vti nesciunt. Deniq; a paucis præceduntur, a plurimis portantur. Nisi forte illud miraris, quod abūdant auro, argento, pecunia. Quantis abundāt vides, quantis egeant non vides. Sed eburneis lectis accumbere preciosum putas, & non consideras preciosiorem esse terram, quæ pauperi thoros graminum sternit, in quibus dulcis requies, suauis est somnus, quem ille aurea compositus sponda tota peruigil nocte quærit, & non capit. O quanto te ille beatiorem iudicat vigilans quiescentem. Illud prætereo, quod multo est præ- L
stantius, quoniam iustus vir qui hic egerit, illic abundabit: & qui hic laborem tolerauerit, illic consolationē habebit. Qui autem hic receperit bona, illic mercedem eorum sperare non poterit. Paupertas enim mercedē suam reseruat, census absumit. Attende ergo tibi pauper, attende diues, quia in paupertate & diuitiis tentamenta sunt. Ideo quidam sapiēs dicit, Diuitias & pau- Prou.30.
pertatem ne dederis mihi. Et qua ratione petierit hoc dicit: Satis est enim homini habere quod sibi sufficit. Quia diuitiæ vt epulis ventrem, ita animum curis sollicitudinibusque distendunt. Ideoque petit constitui sibi quæ opus sunt & sufficientia. Ne repletus, inquit, mēdax fiam, & dicam, Quis me videt? aut factus pauper, furtum faciam, & iurem ī nomine domini. Fugiēda igitur & cauenda sunt tentamenta mundi, ne pauper desperet, ne opulens insolescat. Scriptum est enim: Cum expuleris gentes, & cœperis vti terris eorum, ne dicas: Virtus mea & man⁹ mea hāc mihi possessionē parauit. Sic est qui opes suas merito adscribit suo. Et ideo quasi probatus proprium nō agnoscit errorem, sed longo trahit fune peccatum. Nam si credat quod accessio pecuniæ, aut fortuiti euentus, aut turpis astutiæ sit, non habet locū insolētia, ī quibus aut nulla laus, & ina- M
nis labor, aut cupiditas inuerecūda sit, modum nesciēs ponere voluptati.

De præstātia, decore & gratia humani corporis, ac membrorum ipsius. Caput IX.

SED iam etiam de ipso aliqua dicenda sunt corpore hominis, quod præstantius cęteris decore & gratia esse quis abnuat? Nam & si vna atq; eadem omnium terrenorum corporum videatur esse substātia, firmitudo & proceritas, quibusdam maior in bestiis: forma tamē humani corporis est venustior, status erectus & celsus, vt neq; enormis proceritas sit, neq; vilis & abiecta pauxillitas, tum ipsa habitudo corporis suauis & grata, vt neq; beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas tenuis īfirmitati. Ac primum omnium cognoscamus humani corporis fabricā instar esse mūdi. Siquidē vt cælū eminet aeri, terris maria, quæ velut quædam mēbra sunt mundi: ita De prestātia capitis
etiam caput supra reliquos artus nostri corporis cernimus eminere, præstantissimumq; esse omnium tāquā inter elemēta cælum, tanq̄ arcē inter reliqua vrbis mœ- De laude oculorū.
nia. In arce autē hac regalem quandā habitare sapientiam secundum Propheticum dictum, Quia oculi sa- Eccls.2.
pientis in capite eius: hāc esse cæteris tutiorē, & ex illa oībus membris vigorem prudētiāq; deferri. Quid enī

A robur & validitas lacertorum proficiat, quid velocitas pedum, nisi capitis velut principis sui imperialis quædam adminiculetur potestas? Ex hoc enī aut destituūtur vniuersa, aut omnia fulciuntur. Quid agat fortitudo, nisi oculo ducevtatur in prelium? Quid fuga, si desit obtutus? Carcer est totū corpus tenebroso inhorrēs situ, nisi oculorū illuminetur aspectu. Quod ergo Sol & Luna in cælo, hoc sunt oculi in homine. Sol & Luna duo mundi lumina: oculi autem quædam in carne sidera fulgent desuper, & inferiora claro illustrant lumine, nec patiuntur noctis quibusdam nos tenebris implicari: speculatores quidam nostri die ac nocte excubant. Nam & ex sopore membris cæteris citius excitantur, & vigilantes circumspectant omnia. viciniores enī sunt cerebro, vnde omnis manat vsus vigendi. Neque vero præpropere quisquam huc descendisse me credat, quod relicto vertice oculos prædicem, cum alienum non sit summam rem in parte laudare. Oculos enim certum est esse capitis portionem. Caput itaq; oculis explorat omnia, auribus occulta rimatur, cognoscit abscondita,
De vertice & cęsarie. audit quid aliis agatur in terris. Ipse autem vertex capitis q̄ suauis & gratus. Q̄ speciosa cæsaries, q̄ reuerenda in senibus, q̄ veneranda in sacerdotibus, q̄ terribilis in bellatoribus, q̄ decora in adolescentibus, q̄ cōpta in mulierib⁹, q̄ dulcis in pueris. Alium sexum crinita nō de-
De gratia capitis. cet, aliū tonsa nō decet. Ex arboribus licet quę humani sit gratia capitis æstimare. In capite arboris omnis est fructus, ibi omnis est pulchritudo, illius coma nos aut a pluuiis tegit, aut defendit a Sole. Tolle arbori comā,
B tota arbor ingrata est. Quāto igitur maior humani capitis ornatus est, qui cerebrum nostrum, hoc est sedem originemq; nostrorum sensuū capillis capitis munit & vestit, ne aut frigore vexetur aut æstu? Illic enim fons vniuersorū est: & ideo vbi iniuria nocet, ibi gratia præminet. Quid sine capite est homo, cum totus in capite sit? Cum caput videris, hominē agnoscis. Si caput desit, nulla agnitio esse potest, iacet truncus ignobilis sine honore, sine nomine. Sola ære fusa principum capita, & ducti vultus de ære vel de marmore, ab hominibus adorantur. Non immerito igitur huic quasi cōsultori suo cætera membra famulantur, & circumferunt illud seruili gestamine sicut numē, atq; in sublime locatum vehunt. Vnde censoria potestate quo vult dirigit quorundā obsequia seruulorum, & præcepta singulis obeunda decernit. Videas imperatori suo singula gratuito stipendio militare. Alia portant, alia pascūt, alia defendunt, & ministerium suū exhibent, parent vt principi, ancillantur vt domino. Inde velut quædam proce-
C dit tessera, quam debeant pedes obire regionem, quæ militiæ munia manus consummandis operibus exequantur, quam venter abstinendi vel edendi formā im-
De frōte. positæ teneat disciplinæ. Huic frons libera, nudis aperta temporibus, quæ mentis habitum specie sui prodat, nunc læta, nunc tristior, nunc directa ad seueritatē, nūc ad lenitatem remissior, quæ signis forensibus internā exprimat voluntatem. Imago quædam animi loquit in vultu, fidei basis, in qua quotidie domini nomen in-
†als rupes scribitur & tenetur. Eam geminę sepes† superciliorum sequuntur, quæ oculis munimenta prætendūt, prætexunt gratiam, vt & venustas decoris arrideat, & diligētia protectionis assistat. Si quid enim de capite sordiū decidat, aut arenæ puluis, aut ros nebulæ, aut humescētis verticis sudor, excipitur supercilio, ne teneras offensa acie visiones mollium perturbet oculorum. Adhærent velut quibusdam montium superciliis oculi, vt & protegente montis cacumine tutiores sint, & tāquā in summo locati, de quadam scena superiore vniuersa
De situ oculorum. prospectent. Neq; enim oportebat eos humiles esse, sicut aures, vel os, ipsosq; narium interiores sinus. Specula enim semper in alto est, vt aduenientium cateruarū hostilium explorari possit aduentus, ne improuiso occupent ociantem vel vrbis populum, vel imperatoris D
exercitum. Sic latronum quoq; cauētur incursus, si exploratores in muris, aut turribus, aut mōtis excelsi supercilio sint locati, vt desuper spectēt plana regionum, in quibus insidiæ latronum latere non possint. In mari quoq; positus si quis terræ appropinquare se coniicit, in ipsa mali fastigia, & celsa antennarum cornua voti explorator ascendit, & adhuc inuisibilē reliquis nauigātibus eminus terram salutat. At forte dicas: Si specula editior necessaria fuit, cur non supra summum verticē capitis oculi constituti sunt, sicut cancris vel scarabæis in summo sunt, quibus licet nullum caput appareat, colla ac dorsa tamen cætero corpore celsiora sunt? Sed illis testa valida, nec tam tenuis membrana sicut nobis quæ facile possit offendi, ruboque & cæteris interscindi sentibus. Aliis quoq; animantibus huiusmodi species, vt possint oculos aut ad ceruicem cōferre, vt equi ac boues, ac propemodum omnes feræ: aut ad alas suas, vt aues, quo tuta quiete potiantur. Nobis autē & in summa propemodū corporis parte constitui oculos oportuit tanquam in arce, & ab omni vel minima offensione defendi: quæ duo sibi compugnantia videbātur. Nā si in humili essent propter tutamen, munus impediretur: si in vertice, paterēt ad iniuriā. Itaq; ne vel vsui muneris aliquid detraheretur, vel aliquid ad ꝑpulsandā iniuriam non prospiceretur, eo loco oculos constituit, cui supercilia desuper non minimum protectionis impertiant, subter malæ aliquantulū eleuatæ haud exigu- E
um munitionis adiungant, interiorem partem sepiāt nares, exteriorem quoq; frontis malarūque gibbi extuberent: & licet ossium compage connexa & æquata cōfinia circumuallare videantur, inter hęc medii sunt ocu- De orbibus oculorum.
lorum orbes, & tuti ad cauendum, & ad intuendum liberi, & decori ad gratiā, vtpote ī Crystalli speciem refulgentes. In quorum medio pupillæ sunt, quę videndi De pupillis oculorum.
munus operātur. Hę ne qua incidētis iniuriæ offensione lædantur, pilis hincinde consertis velut quodā vallo per circuitum muniuntur. Vnde tutum auxiliū po- De pilis pupillarū.
stulans Propheta ait: Custodi me dn̄e vt pupillā ocu- Psal.16.
li. vt protectionis diuinę fieret ei tam solicita & tuta custodia, q̄ pupillam oculi tutissimo quodam naturæ vallo munire dignatus est, Simul quia innocentia & integritas leui sorde aspersa violatur, & gratiæ suæ mun⁹ amittit. Et ideo prospiciendum ne quis eam puluis erroris oblimet, aut vlla vexet festuca peccati, quia scriptū est: Eiice primū trabē de oculo tuo, & tunc videbis eii- Mat.7.
cere festucam de oculo fratris tui. Itaq; propter oculos De cerebro.
ferunt medendi periti cerebrum hominis in capite locatum: alios autē nostri corporis sensus propter cerebrum finitimo quodam esse domicilio constitutos. Ini- De arteriis, ac corde.
tium enim neruorū & omniū sensuum voluntariæ cōmotionis cerebrū est, atq; inde omnis eorum quæ diximus causa manat. Initiū autē arteriarum insiti caloris, F
quo animantur & tepefiunt vitalia, cor esse pleriq; arbitrātur. Sensuū autē singulorum velut organum nerui De neruis
sunt, qui velut chordæ & fides quædam de cerebro oriuntur, & per partes corporis in singula queq; officia deriuantur. Ideoq; mollius est cæteris cerebrum, quia omnes suscipit sensus, vnde omnes nerui quærunt vniuersa quæ vel oculus viderit, vel auris audierit, vel odor inhalauerit, vel ligua increpuerit, vel os saporis acceperit. Quod enim molle, ad compassionem aptius: quod autem durum ex aliquo rigore neruorum, ad agendum efficacius. Præstantissimum quoq; audiendi De auditu & auribus.
munus est, & visui suppar gratia. Ideo aures extantiores, vt & ornatus decorem præferant, & excipiāt omne illud quicquid de vertice sordium humorisve defluxerit, simul vt in earum finibus vox repercussa sine offensione interiores ingrediaṫ anfract⁹. Nā nisi ita esset, qs nō ad omnē fortioris sonū vocis attonitus redderet, cū inter ipsa subsidia frequenter improuiso ictus clamoris

G nos obsurdescere sentiamus? Tum velut quædā pro=
pugnacula videas prætendere aduersus frigoris asperi=
tatem, calorisque flagrantiam, vt neq; frigus penetret
ductus patentes, neq; nimius adurat æstus. Sinuatio
autem interiorum aurium, modulandi quendam nu=
merum præstat & disciplinam. Siquidē per anfractus
aurium quidam rythmus efficitur, & modulis quibus=
dam ingressæ sonus vocis exprimitur. Tenaces præ=
terea sermonis accepti ipsos esse anfractus auriū, vsus
ipse nos docet. Siquidem velut in concauis montium,
vel in recessu rupium, vel in anfractu fluminū vox au=
ditur dulcior, & responsa suauia referens Echo resultat.
Ipsæ quoque sordes aurium non inutiles, quæ ligāt vo
cem, vt tenacior eius in nobis & memoria sit & gratia.
Denarib⁹ De naribus autem quid loquar, quæ biuio & proce=
& odora= ro foramine antrum quoddam recipiendis odoribus
tu. præstant, vt non perfunctorie odor transeat, sed diu=
tius inhæreat naribus, & earum ductu cerebrum sen=
susq; depascat? Ideo diutius odor fragrat acceptus, q̄
sermo resonat, aut visus apparet. Plerūq; quod momē=
to breui fueris odoratus, toto die tibi spirat in naribus.
Per eas quoque purgamenta capitis defluunt, & sine
fraude atq; offensione aliqua corporis deriuantur. Est
De tactu. etiam non mediocris sensus in tactu, atque in eo volu=
De officio ptas gratissima, syncerumq; iudicium. Plerūq; enim ta=
oris, & ci= ctu probamus quæ oculis probare non possumus. Po=
bo et potu stremum quoq; officium est oris aut linguæ, quod ta=
men omnibus vires ministrat. Nam neq; oculi vigorē
videndi haberent, nisi virtutem substantiæ corporalis
acciperent, quæ cibo defertur & potu: neq; aures audiē=
di, aut nares odorandi, aut manus tāgendi, nisi corpus
omne confortetur alimētis. Deficimus enim viribus
nisi eas cibi cōpetētis assiduitate reparemus. Deniq; cō
fecti fame nullis oblectātur sensuum voluptatibus, sed
H quasi exortes eorū delinimēta non sentiunt. Quid ego
Dedenti= describam dentium vallū, quo cibus conficitur, & ple=
bus. næ fit vocis expressio? Quæ sine dētibus alimonia de=
lectaret? Deniq; æui maturos plerūq; cernim⁹ hoc ipso
citi⁹ senescere, qđ amissis dētibus nullā possint cibi vir=
tutem validioris assumere. Ideo muta infantia, quia nō
De mune habet adhuc organū vocis. Linguæ quoq; nō solū in lo
re linguæ. quendo, sed etiā in edendo munus preciosissimum est.
Ea enim velut plectrum loquentis, & quædam eden=
tis est manus, quæ defluentem cibum dentibus sugge
rit & ministrat. Vox quoq; aeris quodam remigio ve=
hitur, & per inane portatur, eademque vis quæ aerem
verberat, nunc commouet, nunc demulcet audientis af
fectum, iratum mitigat, fractum erigit, solatur dolen=
tem. Sit igitur nobis canorum commune cum auibus.
Sed apud quem, quo sono vocis vtatur, quod est ratio=
nabile, non potest cum omnibus animantibus irratio=
I nabilibus scilicet esse commune. Nam & ipsi sensus cō=
munes nobis sunt cum animantibus cæteris: sed tamē
non eadem his cæteris animantes industria vtuntur.
Erigit bucula ad cælū oculos, sed quid spectet ignorat.
Erigunt feræ, erigūt aues: omnibus est liber aspectus,
sed soli inest homini eorū quæ aspicit affect⁹ interpres.
Spectat oculis ortus obitusq; signorū, videt ornamen=
tum cæli, miratur stellarum orbes, fulgores quoque di=
uersos intelligit signorū, quādo Hesperus surgat, quā=
do Lucifer: cur ille vespertinus, hic matutinus irradiet,
quos motus Orion habeat, quos Luna defectus, quem=
admodum Sol suos norit occasus, circuitus quoq; cur=
sus sui solennitate custodiat. Audiūt quoq; animantes
cæteræ, sed quis præter hominem audiendo cognoscit?
Secreta sapientiæ solus homo ex omnibus generibus
quæ in terris sunt, auditu & meditatione & prudentia
Psal. 84. colligit, qui potest dicere: Audiā quid loquatur in me
dominus deus. Hoc est preciosissimum, quod homo di
uinæ vocis sit organum, & corporalibus labiis expri=
Esa. 40. mit cæleste oraculum, sicut illud est: Clāma. Quid cla=
mabo? Omnis caro fœnum. Accepit quod diceret, & K
clamauit. Sibi habeant prudentiam suā qui radio cæ=
li spatia terrarumq; describunt, Sibi habeant intellectū
suum, de quo dicit dominus: Et intellectum prudentiū 1. Cor. 1.
reprobabo. Neq; numeros, oratiōis ac modos, & mo=
dulos musicæ sapientiæ hoc constituā loco, sed eam sa=
pientiā definio, de qua dicit Propheta: Incerta & occul= Psal. 50.
ta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Quid autē loquar
de osculo oris, qđ pietatis & charitatis est pign⁹? Oscu De osculo
lantur se & columbæ. Sed quid ad humani osculi ve= oris.
nustatem, quo amicitiæ insigne humanitatisq; præsul
get, in quo plene charitatis fidelis exprimitur affectus?
Vñ & dominus velut prodigii genus in proditore con
demnans ait: Iuda, osculo filium hominis tradis? Hoc Luce. 22.
est, Charitatis insigne conuertis ad signum proditio=
nis, & infidelitatis indiciū? pacis hoc pignore veteris ad
officium crudelitatis? Bestiali igitur oris obsequio in=
ferentem potius necem, q̄ charitatis fœdera deferen=
tem, diuinæ arguit vocis oraculo. Illud quoque præci= De sermo
puum, quod soli homines ore exprimimus quæ corde ne oris.
sentimus. Itaque cogitationes tacitæ mentis, oris ser=
mone signātur. Quid est igitur os hominis, nisi quod=
dam sermonis adytum, fons disputationis, aula verbo=
rum, promptuarium voluntatis? Absoluimus velut
quādam humani corporis regiam, in qua sit licet quæ=
dam quantitas portionis, forma tamen vniuersitatis
est. Sequitur guttur, per quod totius corporis vitale cō= De guttu
mercium, & spiritus huius cōmeatus infunditur. Suc= re.
cedunt brachia, & validi lacertorum thori, validæ ad De bra=
operādum manus, & procerioribus digitis habiles ad chiis, ma=
tenendum. Hinc aptior vsus operandi, hinc scribendi nib⁹ ac di=
elegātia, & ille calamus scribæ velociter scribētis, quo gitis.
diuinæ vocis exprimuntur oracula. Manus est quæ ci De singu=
bum ori ministrat. Manus est quæ præclaris enitet fa= lari præco
ctis, quæ conciliatrix diuinæ gratiæ sacris infertur alta= nio ma=
ribus, per quam offerimus & sumimus sacramēta cæ= nuum.
lestia. Manus est quæ operatur pariter atq; dispensat
diuina mysteria, cuius vocabulo non dedignatus est se
dei filius declarari, dicēte Dauid: Dextera domini fecit Psal. 117.
virtutē, dextera domini exaltauit me. Manus est quæ
fecit omnia, sicut dixit deus omnipotens: Nonne ma= L
nus mea fecit hæc? Manus est totius corporis pro=
pugnaculum, capitis defensatrix. Quę cum sit loco in=
ferior, totum verticem comit, & honesto venustat orna
tu. Quis digne explicet pectoris cratem, ventrisq; mol De pecto=
litiem? Aliter enim viscera molliora non possent foue= re & vētre
ri, & intestinorū sinus duris haud dubie ossibus lædere=
tur. Quid tam salutare q̄ vt pulmo cordi finitimo limi= De pul=
te iungeretur, vt cum exarserit cor ira & indignatione, mone.
pulmonis sanguine atq; humore citius tēperetur? Ideo=
que mollior pulmo est, quia madet semper, simul vt ri=
gorem indignationis emolliat. Hæc ideo strictim per= M
currimus, vt tanquā indocti obuia perstringere, nō tā=
quā medici plenius scrutari videamur & persequi quæ
naturæ latibulis abscondita sunt. Lien quoq; cū iecore De liene
habet viciniā fructuosam, qui dum assumit quo ipse pa & iecore.
scatur, abstergit quicquid sordium deprehēderit, vt per
fibras iecoris minutiores, ciborum possint tenues atq;
subtiles reliquiæ transire, quę vertantur in sanguinem,
viribusq; proficiant, & non cum fimo & sordibus ege=
rantur. Intestinorum vero circūplexi orbes, & sine ali= De intesti
quo licet nodo, sibi tamen inuicem nexi, quid aliud nisi nis.
diuinam prospicientiā creatoris ostendunt, vt non cito
esca pertrāseat, & statim a stomacho decurrat? Quod De Sto=
si fieret: iugis fames, & continua vorandi libido homi= macho.
nibus gigneretur. Exinanitis enim visceribus & exhau
stis dum momētaria effusione vacuarent, necesse erat
inexplebilem atq; insatiabilem cibi & potus generari
cupiditatem, quam sine dubio matura mors sequeret.
Ideoq; prouide conficitur primū esca in vtero superio=
re, deinde in iecore coquitur, quousque vapore digestus

A trāsfunditur succus eius ī reliquas corporis partes, eaq;
substātia artus aluntur humani, quā iuuenes accipiūt
ad incrementū, senes ad perseuerādū: reliquum autem
velut superfluū per intestina deducitur, & per illud ex
De ano. transuerso ostium deriuatur. Deniq; etiam in Genesi
arca Noe ad fabricā humani corporis accipitur, de qua
dixit deus: Fac tibi arcam ex lignis quadratis, nidos
facies in arca, & bituminabis eam intus & foris bitu=
mine, & sic facies arcam. Et infra: Ostium vero facies
ex transuerso, inferiora autem arcæ bicamerata & tri=
camerata facies. Hoc ergo significat dominus, quod o=
stium ex posteriori sit parte, per quod egerantur ciborū
superflua. Decore enim creator noster ductus reliquia=
rum a vultu hominis auertit, ne dum aluū purgamus,
De pudē= inquinaremus aspectum. Simul illud considera, quod
dis. ea quæ pudoris plena sunt, eo loco constituta sunt, vbi
De venis. operta vestibus elucere nō possint. Venarum pulsus,
vel infirmitatis internūcius, vel salutis est. Eædam ta=
men cum toto diffusæ sint corpore, neq; nudæ atq; in=
tectæ sunt, & ita lenibus operiūtur visceribus, vt explo=
randi copia sit, & celeritas sentiendi, quando nulla est
De ossib⁹. viscerum crassitudo quæ pulsum possit obducere. Os=
sa quoq; omnia tenui opta sunt viscere, & reuincta ner=
uis, præcipue tamen capitis leui tecta sunt corio. Vn=
De capil= de quo possint aliquod aduersum imbres & frigora ha=
lis. bere munimē, capillis densioribus vestiuntur. Quid
De geni= de genitalibus loquar, quæ venis e regione ceruicis per
talibus. renes lumbosq; deductis, suscipiunt genitale semen ad
De officio munus & ad gratiā procreandi? Quid de officio pedū,
pedum. qui totū corpus sine vlla sustinent oneris iniuria? Fle=
De genu. xibile genu, quo præ cæteris domini mitigatur offen=
sa, ira mulcetur, gratia prouocatur. Hoc enī patris sū=
Phil. 2. mi erga filium donum est, vt in nomine Iesu omne ge=
nu curuetur, cælestium, terrestrium, & infernorum, &
omnis lingua confiteatur quoniam dominus Iesus in
B gloria est dei patris. Duo enim sunt quæ præ cæteris
deum mulcēt, humilitas, & fides. Spes itaq; exprimit
humilitatis affectum, & sedulæ seruitutis obsequium.
Fides æquat filium patri, atq; vtriusque eandem glo=
Cur duo riam confitetur. Recte autem non plures sed duo sunt
tātum pe= homini pedes. quaterni enī pedes feris ac beluis sunt,
des hoi. bini auibus. Et ideo vnus quasi de volatilib⁹ est homo
qui alta visu petat, & quodam remigio volitet sublimiū
Psal. 102. cogitationum. Et ideo de eo dictum est: Renouabitur
sicut aquilæ iuuentus tua. eo quod propior sit cælesti=
Phil. 3. bus, & sublimior aquilis, qui possit dicere: Nostra au=
tem conuersatio in cælis est.

De fine sermonis, & completione sexti diei, cum hu
mili gratiarum actione. Caput X.

SED iam finis sermoni nostro sit, quoniam
completus est dies sextus, & mundani ope=
ris summa cōclusa est, perfecto videlicet ho
C mine, in quo principatus est animantiū vni=
uersorum, & summa quædam vniuersitatis, & omnis
mundanæ gratia creaturæ. Certe deferamus silētium,
quoniam requieuit deus ab omnibus mundi operibus,
requieuit autem in recessu hominis, requieuit in eius
mente atq; proposito. Fecerat enim hominem rationis
capacem, imitatorem sui, virtutum æmulatorem, cu=
pidum cælestium gratiarū. In his requiescit deus, qui
Esa. 66. ait: Super quem requiescam, nisi supra humilē & quie=
tum, & trementem verba mea? Gratias ergo domino
deo nostro, qui huiusmodi opus fecit in quo requiesce=
ret. Fecit cælum, non lego quod requieuerit. fecit terrā,
nō lego quod requieuerit. fecit solem, lunam & stellas,
nec ibi lego quod requieuerit, Sed lego quod fecerit ho=
minem, & tunc requieuit, habens cui peccata dimitte=
ret. Aut forte tunc iā futuræ dominicæ passionis præ=
cessit mysterium, quo reuelatum est quia requiesceret
Christus in homine, qui requiem sibi prędestinabat in D
corpore pro hominis redemptione: secūdum quod ipse
dixit: Ego dormiui, & requieui, & exurrexi, quoniā do= Psal. 3.
minus suscepit me. Ipse enim requieuit qui fecit, Cui
est honor, gloria, perpetuitas a seculis, & nunc & sem=
per, & in omnia secula seculorum, Amen.

FINIS.

LIBER DE DIGNITATE HVMANE conditionis, notata in eo quod scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinē nostram, qui sancto Ambrosio autori a quibusdam adscribitur, feliciter incipit.

Qua rōne homini tāta dignitas sit collata. Ca. I.

FACIAMVS hominem ad imaginem
& similitudinem nostram. Tanta itaq; di=
gnitas humanæ conditionis esse cognosci=
tur, vt non solo iubentis sermone, sicut alia
sex dierum opera, sed consilio sanctæ trinitatis, & ope=
re maiestatis diuinæ creatus sit homo, vt ex primæ cō
ditionis honore intelligeret quantum deberet suo con=
ditori, dum tantum in conditione mox dignitatis pri= B
uilegium præstitit ei conditor, vt tāto ardentius ama=
ret conditorem, quanto mirabilius se ab eo esse conditū
intelligeret. Nec ob hoc solum quod cōsilio sanctæ tri
nitatis sic excellenter a conditore conditus est, sed etiā
quod ad imaginem & similitudinē suam ipse creator
omniū eū creauit, quod nulli alii ex creaturis donauit.

De dignitate hoīs sumpta ex rōne imaginis. Ca. II.

QVĘ imago diligentius ex interioris homi
nis nobilitate est considerāda. Primo qui=
dem quod sicuti deus vnus semper vbique
totus est, omnia viuificans, mouens & gu=
bernans, sicut Apostolus confirmat, quod in eo viui= Actuū. 17
mus, mouemur & sumus: sic anima in suo corpore vbi=
que tota viget, viuificans illud, mouens & gubernans.
Nec enim in maioribus corporis sui membris maior, E
& in minoribus minor, sed in minimis tota, & in ma=
ximis tota. Et hæc est imago vnitatis omnipotentis
dei quam anima habet in se. Quæ quoque quandam
sanctæ trinitatis habet imaginem. Primo in eo, quia
sicut deus est, viuit & sapit: ita anima secundum suum
modum est, viuit & sapit. Est quoq; & alia trinitas in
ea qua ad imaginem sui conditoris perfectæ quidem &
summæ trinitatis, quæ ex patre & filio & spiritu san=
cto, condita est. Et licet vnius illa naturæ, tres tamen in
se dignitates habet, id est, intellectum, voluntatem, &
memoriam. Quod idem, licet aliis verbis, in Euāge=
lio designatur cum dicitur: Diliges dn̄m deum tuum Mat. 22.
ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota men=
te tua. id est, ex toto intellectu, & ex tota voluntate, &
ex tota memoria. Nam sicut ex patre generatur fili⁹,
& ex patre filioque procedit spiritus sanctus, ita ex in=
tellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus
procedit memoria, sicut facile a sapiente quolibet in=
telligi potest. Nec enim anima perfecta potest esse si=
ne his tribus, nec horum trium vnum aliquod, quan=
tum ad suam pertinet beatitudinem, sine aliis duobus
integrum constat. Et sicut deus pater, deus filius, deus
spiritus sanctus est, non tamen tres dii sunt, sed vnus
deus tres habens personas: ita & anima intellectus,
anima voluntas, anima memoria: non tamen tres
animæ in vno corpore, sed vna anima tres habens
dignitates: atque in his tribus eius imaginem mi=
rabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex
quibus quasi excellentioribus animæ dignitatibus iu=
bemur diligere conditorem, vt in quātum intelligitur

G diligatur,& quãtum diligitur,semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit de eo intellectus, nisi fiat in aniore eius voluntas:immo nec hæc duo sufficiunt nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligẽtis & diligentis maneat deus, vt sicut non potest esse momentum quo homo non vtatur vel fruatur dei bonitate & misericordia, ita nullum debeat esse momentum quo præsentem eum non habeat memoria. Et ideo dilectissime fili,iuste mihi videtur dictum interiorem hominem imaginẽ esse dei. Anima enim nominatur totus interior homo,qua viuificatur,regitur, continetur lutea illa massa humectata succis,ne arefacta dissolua-
Psal.146. biliter sapiens,vt scriptum est: Magnus dominus noster,& magna virtus eius,& sapientiæ eius non est nu-
Psal.144 merus.& incõparabiliter suauis, vt alibi dicit: Suauis dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Ex qua,& per quam, & in qua sunt omnia quæ sunt,reguntur omnia quæ sunt,cõtinentur omnia quæ sunt. Omnia dico ipsam vniuersitatem,quæ est totum,quod aliud est q̃ ipse qui fecit,& non est factus,sed ipse est ex quo,& qui ex eo,& quo. Q d ipse deus ex quo est,pater dicitur a nobis pauperibus sensu, pauperioribus verbis:quod qui ex eo, filiꝰ dicitur:quod quo,spiritus sanctus. Ideo autem dicitur deus pater,quia ipse est ex quo,& sapientia est qua ordinantur omnia, & dilectio qua se volunt omnia ita manere vt ordinata sunt.
H Ex quo ergo, & qui ex eo, & quo se diligunt ipsa duo, tria sunt,& illa tria ideo vnum,quia sic sunt ex vno illa duo,vt tamen ab ipso nõ sint separata,sed ex ipso sunt, quia non a se.& in ipso,quia nõ separata, & ipsum ipsa quod ipse,& ipsum ipse quod ipsa, & nõ ipsum ipsa qui ipse,& non ipsa ipse quæ ipsa. Vis ista deus est, & ipse deus tria est,& vnumquodq; horũ trium deus est,& omnia tria illa nõ dii,sed deus est. Ad imaginem ergo suam conditor,vt dictum est,fecit animã hominis,quę tota dicitur anima. Non autem aliud significo hominis q̃ animam cum mẽtem dico, sed propter aliud animam,& propter aliud mentem. Nam totum quod vivit,hominis anima est. Cum autem anima in se agit se,& ex se,& p se sola,mens dici solet,sensus vero ad sua ministeria implens cõsuetius anima dicitur. Mens ergo scire gignit,& amat scire quod scit. Nõ illud scire dico,quod repẽte scitur res aliqua, quæ ante nescirí putabatur,sed illud vnde & aliquid & omne quicquid scitur vel nescitur, sciri potest. Illud ergo scire mens gignit,& cum genitũ est,scientia potest dici. Sũt ergo iam duo, mens, & quod ipsa mens scit: restat tertium vtriusq; cõmune. Omnis mens quicquid scit,amat scire. Amor non minus q̃ inter duos est,amãtem, & quod amatur. Vnus est ergo amborum amor,qui & tertius est. Nõ
I autem potest negari hoc totum vnã esse animã,& vnã animam hæc tria esse. Sicut enĩ hæc tria vere vna anima sunt,sic non minus vere vna anima est hoc vnum, & hoc alterũ,& hoc tertium. Comparet igitur se hæc creatura tam eminẽs creatori suo supereminẽti sibi,excepto hoc,& multum supra se amoto,quod omnis bonitas,& omne bonum,& omnis bonitatis & boni dulcedo creatoris a seipso est, Creatura vero non solum qđ est,sed etiam quod talis est,ab alio est, non a se: & ipsa quod est,semper est,licet & ipsa anima quodam modo suo incõmutabilis est. Nã semper anima est postquam esse cœperit,& scit,& scire vult. Comparet ergo,vt dixi,se anima eo modo quo potest creatori suo,vt dicatur mens pater quia gignit scire:dicatur scire filius,quia ex alio est, & nõ est aliud q̃ ipsum quod ipse est ex quo est: dicatur amor spiritus sanctus, quia amborum est eorũ qui se amant. Vnde in nostris scripturis sæpius amor, id est charitas,quæ in deo est erga nos, & quæ a nobis in deum,spiritus ipse appellatur. Et hęc de imagine o dilectissime fili habeto.

De dignitate hominis sumpta ex ratione similitudinis. Caput III.

NVNC vero de similitudine aliqua intelligę,quæ minoribus cernẽda est,vt sicut deus creator qui hominem ad similitudinem suã creauit,est charitas,est bonꝰ & iustus,patiẽs atq; mitis,mundus & misericors, & cætera virtutum sanctarum insignia,quæ de eo leguntur:ita homo creatus est,vt charitatem haberet, vt bonus esset & iustus, vt patiens atq; mitis,mũdus & misericors foret. Quas virtutes quãto plus quisque in seipso habet, tanto propius est deo,& maiorem sui conditoris gerit similitudinem Si vero (quod absit) aliquis per deuia vitiorũ, & diuortia criminum ab hac nobilissima sui cõditoris similitudine degener oberrat,tunc fiet de eo quod scriptum est: Et homo cum in honore esset,non intellexit, Psal.48.
comparatus est iumentis insipientibus, & similis factꝰ est illis. Qui maior honor potuit homini esse, q̃ vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur,quibus & conditor? De
quo legitur: Dominus regnauit,decorem indutus est, Psal.92.
id est omnium virtutum splendore,& totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus,aut infœlicior miseria, q̃ vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informẽ & irrationabilem brutorum iumẽtorum delabatur similitudinem? Quapropter o dilectissime,quisq; diligentius attendat L
primæ conditionis suæ excellentiam, & veneretur am in seipso sanctæ trinitatis imaginem agnoscat ,honoremq; similitudinis diuinæ ad quem creatus est,nobilitate morum,exercitio virtutum,dignitare meritorum habere contendat,vt quãdo appareat qualis sit, tunc similis ei appareat,qui se mirabiliter ad similitudinẽ suã in primo Adã condidit, mirabilusque in secundo reformauit.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE PARADISO.

De difficultate inuestigandi & explanandi quid,vbi,ac qualis sit paradisus: quod tamen autorem paradisi,de quo in Genesi legitur,inuenire possimus, ac de plantatione eiusdem secundum mysticam interpretationem. Qua etiam ratione videatur paradisus esse anima,in qua virtus vnaquæq; plantatur. Ca. I.

Quod lignum scientiæ boni & mali fuerit in paradiso. Et qua ratione in scripturis diuinis non facile debeamus reprehendere aliqd quod intelligere non possumus. Cur etiam lignum scientiæ boni & mali in paradiso sit exortum,& a deo permissum,similiterque serpens ac diabolus,quãuis plerique velint diabolũ in padiso nõ fuisse. Præterea quid per serpẽtẽ, mulierẽ atq; virum, quidã intelligi existiment. Caput II.

Quæ subsidia in tolerãdis periculis habeat anima per M
paradisum figurata, ex fonte diuiso ĩ quatuor initia siue flumina,in quibus quatuor virtutes principales exprimuntur, quæ etiam velut mundi istius inclusérunt tempora. Caput III.

De apprehensione hominis,& positione eius in paradiso vt operaretur & custodiret. Et qua ratiõe extra paradisum vir factus sit,mulier vero intra paradisum. Quid præterea interfit inter operari & custodire,& cur primus homo in paradiso legitimi laboris speciẽ susceperit. Caput IIII.

De præceptis Adæ in paradiso datis,& de huius quæstionis: Cur deꝰ vbi præcepit ex omni ligno edẽdũ, singulariter dixerit Edes: vbi autem de ligno scientię boni & mali,pluraliter Edetis dixerit, absolutione. Q dq; ei interptatio Symmachi non præiudicet. De responsione quoq; ad tres quæstiones,quas plerique

A quorum autor Appelles est,proponunt. Cap. V.
De solutione aliarum quarundam quæstionũ,quas circa obeditionẽ & cognitionẽ præcepti faciũt. C. VI.
De pertractatione quæstionis vñ mors accideret Adę, vtrum videlicet a natura ligni,an a deo. Cap. VII.
De absolutione quæstionũ quas quidã circa præscięti dei de præuaricatione Adæ, & impressionẽ opinionis boni & mali faciunt. Caput VIII.
Cur deus cum mandatum daret homini, de manducãdo & non manducando putauerit esse mandãdum. Qua etiam ratione dñs deus Adæ dixerit: Morte moriemini:& quid interfit vtrum aliquis dicat moriemini,an addat,morte moriemini. Caput IX.
De absolutione quæstionum incidentium circa factionem mulieris Adæ. Caput X.
De solutione quæstionum occurrentium circa adductionem bestiarũ & volatiliũ ad Adã, soporẽ quoq; ipsius Adæ, atq; existẽtiam bestiarum & pecorum in paradiso. Caput. XI.
De sapientia serpentis,& causa inuidiæ, argumentisq; quibus confidebat se posse hominem vincere. Quomodo etiam aggressus fuerit mulierẽ. Quod præterea neq; detrahere aliquid debeamus diuinis man
B datis,neq; addere. Vtrum deniq; præter adiectionẽ quæ mãdato per mulierem fuit applicata, quod additum est, obfuisse videatur:& ex quo ligno deus dixerit esse gustandum. Caput XII.
Quomodo tentamenta diaboli plena sint mẽdacii. Et de deceptione mulieris,& lapsu Adæ. Quemadmodum etiã cognorint se esse nudos, & succinctoria sibi fecerint,& quid significent. Caput XIII.
De voce domini deambulantis ad vesperum, & interrogatione vel potius increpatione Adam: Vbi es? Cur præterea ante increpetur Adã,cum mulier ante gustauerit,& qd mulier pro sua excusatione respõderit,ac de mysteriis istorum. Caput XIIII.
Qua ratione veniabilis fuerit deceptio mulieris. Et quemadmodum serpens typus sit delectationis, & de sententia damnationis in serpentem, ac etiam cõdemnatione Adæ, & de discretione inter istas sententias. Caput XV.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE PARADISO LIBER VNVS.

De difficultate inuestigãdi & explanandi quid, vbi, ac qualis sit paradisus. Quod tamen autorem paradisi de quo in Genesi legitur,inuenire possimus, ac de plantatione eiusdem secundum mysticam interpretationẽ. Qua etiam ratione videatur paradisus esse anima, in qua virtus vnaquæq; plantatur. Caput I.

DE PARADISO ADO-

riendus sermo nõ mediocrẽ æstum nobis videtur incutere, quidnam sit paradisus, & vbi sit, qualis ve sit,inuestigare & explanare cupiẽtibꝰ, maxime cum Apostolus siue in corpore, siue extra corpus nesciat, raptum se tamẽ dicat vsq; ad tertium cælum.
2.Cor.12. Et rursus: Scio,inquit, huiusmodi hominẽ, siue in corpore siue extra corpus nescio,deus scit,quoniã raptꝰ est in paradisum,& audiuit verba ineffabilia, quæ nõ licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autẽ nõ gloriabor nisi in infirmitatibꝰ meis. Si enĩ voluero gloriari, nõ ero stultus.nam veritatẽ dico. Ergo si hu- D
iusmodi paradisus est, vt eum solus Paulus,aut vix aliquis Pauli similis,cum in hac vita degeret,videre potuerit:idem tamẽ siue in corpore, siue extra corpus viderit,meminisse non possit:audierit tamẽ verba quibus prohibitus sit vulgare quod audierat: quo tandẽ modo nos paradisi situm poterimus absoluere,quẽ nec videre potuimus,& si potuissemus videre,tamẽ prohibe remur altius intimare? Simul cum Paulꝰ extollere se reuelationum sublimitate sit veritus,quãto magis nobis studendum est id solicitius indicare, cuius etiã reuelatio obnoxia sit periculo? Non hylen igitur hunc paradisum æstimare debemus, & ideo relinquamus Pauli esse secretum. Tamen quoniam legimus in Genesi a deo paradisum esse plantatum secundum oriẽtẽ, & ibi esse positum hominem quẽ plasmauit deus:iustius paradisi autorem iam possumus inuenire. Quis est enim qui potuit fingere paradisum,nisi omnipotẽs deus,qui dixit,& facta sunt? Nunquid indigens eorũ quæ generari vellet? Ipse,ergo plãtauit padisum,de quo dicit Sapiẽtia,Ois plãtatio quã nõ plãtauit pater meus, eradi- Mat.15.
cabitur. Bona angelorum plantatio, bona sanctorum. Sancti enim sub ficu & vite ducuntur in illo pacis futuræ tẽpore,iĩ quibus typus est angelorum. Ergo paradisus est plurima ligna habẽs,sed ligna fructifera, ligna plena succi, atq; virtutis,de quibus dictum est: Exulta- Psal.95.
bunt omnia ligna siluarum. Ligna semper florentia viriditate meritorum, sicut illud lignum quod plantatũ Psal.1.
est secus decursus aquarum,cuius folium non defluet, quia totus in eo fructꝰ exuberat. Hic ergo paradisus est. E
Locus autem eius in quo est plãtatus, voluptas dicit. Vnde & sanctus Dauid ait: Ex torrẽte voluptatis tuæ Psal.35.
potabis eos. Legisti enim: Quia fons ꝓcedit ex Edẽ qui rigat paradisum. Hæc igitur sanctorum flumina quæ plantata sunt in paradiso,quasi profluo quodã torrẽtis spiritus irrigãtur. De quo alibi ait: Fluminis im- Psal.35.
petus lætificat ciuitatem dei. Est autẽ ciuitas illa quæ sursum est, Hierusalem libera ,in qua diuersa sanctorũ merita pullularũt. In hoc ergo paradiso hominẽ deus posuit quem plasmauit. Intellige etiam quod nõ eum hominem qui secundum imaginem dei est posuit, sed eum qui secundum corpus. Incorporalis enĩ in loco nõ est. Posuit autem eum in paradiso sicut solem in cælo, expectantem regnum cælorum, quẽadmodum creatura expectat reuelationem filiorum dei. Ergo si paradisus est in quo erant exorta virgulta, videtur paradisus anima esse,quæ multiplicat semen acceptũ, in qua virtus vnaquæq; plantatur. In qua erat etiam lignum vitæ,hoc est sapientia,sicut dixit Salomon:quia sapiẽtia Sapien.7.
non de terra exorta est,sed de patre. Est enim splendor lucis æternæ,& manatio omnipotentis gloriæ.

Quod lignum scientiæ boni & mali fuerit in paradi F
so,& qua ratione in scripturis diuinis non facile debeamus reprehendere aliquid quod intelligere non possumus. Cur etiam lignum scientiæ boni & mali in paradiso sit exortum, & a deo permissum, similiterq; serpẽs ac diabolus:quanuis plerique velint diabolum in paradiso non fuisse. Quid præterea quidã per serpẽtẽ, mulierẽ atq; virum, intelligi existiment. Caput II.

ERAT autem lignum scientiæ boni & mali in paradiso. Sic enim habes: Quia ꝓduxit deus lignum speciosum ad aspectũ, & bonũ ad escã, & lignum vitæ in paradiso,& lignũ sciẽtiæ boni & mali. Postea videbimus vtrum & hoc lignum speciosum ad aspectum,& bonũ ad escã fuerit, sicut cætera. Eo enim loco hoc opportunius disputabitur,quo hominẽ ex hoc gustantẽ ligno inuenimus esse deceptum. Interim nihil habemus quod nunc reprehendere debeamus, etsi rationem scire non possimus.

G Neq; enim in hac creatura mundi siqua nobis difficilia in intellectu videntur, & incõprehensibilia ingenio nostro, temerario quodam debemus condemnare iudicio, vt creaturam serpentium, venenatiq; alicuius animãtis: quippe homines qua ratione singula quæq; sint facta, intelligere adhuc & scire non possumus. Sic ergo & in scripturis diuinis nõ facile reprehendamus aliquid quod intelligere non possumus. Sunt enim plurima quæ non nostro ingenio metienda sunt, sed ex altitudine dispositionis & verbi sunt æstimanda. Pone enim, sine præiudicio tamen assertionis futuræ, ideo tibi hoc ligium de scientia boni aut mali displicere, quia posteaquam gustauerunt ex eo homines, intellexerunt se nudos. Attamẽ ad cõsummationem diuinæ operationis dicam tibi & hoc lignum in paradiso exortũ, & ideo a deo esse permissum, vt possimus superemineti boni scire. Quomodo enim si nõ esset scientia boni & mali, inter bonum & malum discretionẽ aliquam disceremus? Nam neq; quod malum erat, malum iudicaremus esse, nisi esset scientia boni. Sciẽtia autem boni esse non posset, nisi esset & mali. Neq; rursus quod bonũ erat, sciremus bonum esse, nisi esset scientia mali. Ca-

H pe exemplum de ipsa conditione humani corporis. Nẽpe habet & amaritudinem quãdam fellis: quæ, si in cõmune prospicias, ad salutem hominis vtilis inuenitur. Ergo & quod malum putamus, plerunq; nõ per omnia malum est, sed in cõmune vtile. Nam sicut fel in parte est corporis, & tamen ad totius vtilitatem corporis prodest, ita vtilitati omnium profuturam sciens deus scientiam boni & mali, in parte constituit, vt in cõmune prodesset. Denicq; serpẽtem in paradiso inuenis, vtiq; non sine dei voluntate generatum. In serpentis autẽ figura diabolus est. Fuisse enim diabolũ in paradiso etiã

Ezec.28. Ezechiel propheta docet, qui dicit super principẽ Tyri: In voluptate, inquit, paradisi factus es. Principem Tyri autem i figura accipimus diaboli. Nunquid & hinc accusabimus deum, quia thesauros eius altitudinis & scientiæ absconditos in Christo & occultos comprehẽdere nõ possumus, nisi quos ipse reuelare dignatus est? Reuelauit tamen vt sciremus etiam diaboli malitiam ad salutem prodesse hominib⁹, non quod diabolus prodesse velit, sed quod malitiam eius etiam repugnantis conuertit nobis dominus ad salutẽ. Denicq; huius malitia Iob sancti viri fecit esse virtutem & patientiam da-

I riorem. Huius malitia iustitiam eius exercuit, vt certaret & vinceret, & victoriã corona sequeretur. Nemo

2.Tim.2. enĩ nisi qui legitime certauerit coronatur. Ioseph quoque castimonia nunquam ad nostri memoriam peruenisset, nisi mulier domini eius cõtubernalis ignitis diaboli spiculis incitata tentasset eius affectum, nisi postremo affectasset eius interitum, quo clarior esset castimonia viri, qui mortem pro castitate contempserit. Vis scire consilium dei? Nempe diabolo autore neces videtur iustis hominibus præparari, exerceri quoq; parricidia filiorum. Attamẽ dominus etiam Abraham hac arte tentauit, vt immolari sibi filium ab eodem postularet. Qua tentatione Abraham fidelis est domino cõprobatus, qđ a deuotionis obsequio nec dilecti filii miseratione reuocatus sit. Ita ergo & lignũ scientiæ boni & mali i paradiso, quod erat speciosum ad visum, & bonum ad escam specie videbatur. Non enim vsu bonum ad escam erat, quoniã esca eius videtur hoibus obfuisse. Ergo est quod singulis noceat, in cõmune prosit, vt inde nocuit diabolus, sed præter illum oẽs Apostolos coronauit, qui malitiæ eius tentamenta vicerunt. Itaq; neq; dubitãdum, neq; reprehẽdendum quod in paradiso diabol⁹ erat, qñquidẽ occludere sanctis nõ potuit iter ne quis accederet. Neq; enim iustis habitationẽ incolatus tanq̃ possessor eripuit. Esto enim vt aliquos desides atq; vitiosos ab incolatu supernæ possessionis auerterit, illud multo augustius, multoq; pulchrius, qđ sanctorũ orationib⁹ excluditur, cum cõpletũ fuerit illud: Videbam satanã sicut fulgur de cælo cadentẽ. Ergo nõ me- K Lucæ.10.
tuamus eum, qui eousq; infirmus est, vt & ipse casurus sit in terrã. Accepit quidẽ tẽtandi licentiã, sed non accepit copiam subruendi, nisi sua sponte labatur infirmus affectus, qui sibi auxiliũ non norit accersire. Et ideo qua fraude tentauerit primum hominẽ, quid ve in homine putauerit esse tẽtãdum, quo ordine, qua arte, cognoscere opus est, vt cauere possimus. Pleriq; tamẽ qui volũt in paradiso diabolum non fuisse, licet in cælo astantẽ cũ angelis legerimus, ne in isto sermone videantur offendi, secundum suã accipiunt voluntatem interpretationem istius lectionis. Nanq; ante nos fuit qui per volũtatem & sensum præuaricationẽ ab homine memoratuerit esse cõmissam, in specie serpentis figurã accipiens delectationis, in figura mulieris sensum animi mẽtisq; constituens, quã ἐπίθησιν vocãt Græci. Deceptã autẽ per sensum præuaricatricem secundum historiã mentẽ asseruit, quã Græci νοῦν vocant. Recte igitur in Græco νοῦς viri figurã accipit, ἐπίθησις mulieris. Vnde & quidam Adam νοῦν terrenum interpretati sunt. Domin⁹ L
autem virgines illas in Euangelio accensis facibus vel extinctis expectantes sponsi aduentum pro sensibus vel integris sapientium, vel corruptis insipientium posuit. Nãsi Eua, hoc est sensus primæ mulieris, accensas habuisset faces, nunquã præuaricationis suæ nos crimicubus iplicasset, neq; ex illa virtutis imortalitate cecidisset.

Quæ subsidia in tolerandis periculis habeat anima per paradisum figurata ex fonte diuiso in quatuor initia siue flumina, in quibus quatuor virtutes principales exprimuntur, quæ etiam velut mundi istius inclusa serunt tempora. Caput III.

EST ergo paradisus terra quædam fertilis, hoc est anima fœcũda, in Eden plãtata, hoc est in voluptate quadam, vel exercitata terra in qua animæ sit delectatio. Est etiã νοῦς tãquam Adam, est & sensus tanquam Eua. Acne haberes quod ad infirmũ retorqueres naturæ, vel ad obM
noxiam in tolerandis periculis conditionẽ, cõsidera quę habeat anima ista subsidia. Erat fons qui irrigaret paradisum. Qui fons, nisi dominus Iesus Christus, fons vitæ æternæ, sicut & pater? quia scriptum est: Quo- Psal.35.
niam apud te fons vitæ. Denicq; flumina deuentre eius Ioan.7.
fluent aquæ viuæ. Et fons legitur, & fluuius legitur, qui irrigat paradisi lignum fructuosum, quod ferat fructum in vitam æternam. Hic ergo fons, sicut legisti: Fons enĩ procedit, inquit, ex Eden, id est in anima tua Prouer.5.
fons est. Vnde & Salomon ait: Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus. Hic est fons qui procedit ex illa exercitata & plena voluptatis anima. Hic fons qui irrigat paradisum, hoc est virtutes animę eminentissimo merito pullulantis. Et diuiditur, inqt, hic fons in quatuor initia. Nomen est vni Phison, hic est qui circuit omnem terrã Euilath, vbi est aurũ. Terræ autẽ illius aurum bonũ est, vbi est carbũculus, & lapis prasi⁹. Et nomen secundi Geon, hic est qui circuit omnem Ęthiopiam. Et flumẽ tertium Tigris, hic est qui vadit contra Assyrios. Et flumen quartum est Euphrates. Hæc igitur quatuor sunt flumina, hoc est Phison. secũdũ Hebræos Phison dicitur, Gãges autẽ secũdũ Græcos: qui fluit cõtra Indiã. Geon autẽ Nilus, qui circuit terrã Ęgypti vel Ęthiopiã. Mesopotamia autem dicitur, qđ Tigris & Euphrates incluserint eã, eo quod inter duo hæc flumina constituta sit, quod etiam longe positis nomen ipsum & opinio cõmunis expressit. Sed quẽadmodum fons dicitur sapientia dei? Fõs enim est secũdum euangelium dicens: Si quis sitit, ve- Ioan.7.
niat ad me, & bibat. Fons est & secundum prophetam qui ait: Venite & edite de meis panibus, & bibite vinũ Prouer.9.

A quod miscui vobis. Sicut ergo fons vitæ est sapientia, fons gratiæ spiritalis: ita fons virtutum est cæterarum quæ nos ad æternæ cursum dirigunt vitæ. Ex hac igitur anima quæ culta est, nõ ex ea quæ inculta, fons iste procedit vt irriget paradisum, hoc est quędam diuersarum fruteta virtutum, quarum sunt quatuor initia in quæ sapientia ista diuiditur. Quæ sunt quatuor initia virtutum, nisi vnum prudentiæ, aliud tẽperantiæ, tertium fortitudinis, quartum iustitiæ? quæ etiam sapientes istius mũdi ex nostris assumpta, in suorum scripta librorum transtulerunt. Itaque sicut fons sapientiæ, ita etiam flumina ista quatuor quædam ex illo fonte manantia sunt fluenta virtutum. Phison igitur prudẽtia est, & ideo habet bonum aurum, splendidum carbunculum, & prasium lapidem. Aurum enim pro inuẽtis prudentibus frequenter accipimus. Vnde & dominus

Psal.67. per prophetam ait: Dedi illis aurum & argentum. Et Dauid de prudẽtibus dicit: Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in specie auri: eo quod veteri & nouo qui inhæserit testamento, in ipsa secreta sapientiæ dei disputationis possit vbertate procedere. Hoc ergo bonum aurum dicit, non monetale, qđ corruptibile ac terrenũ est. Habet etiam splendidum, inquit, carbũculum, in quo quidem animæ nostræ viunt igniculus. Habet & prasium lapidem, qui viride quiddam atq; vitale coloris sui specie ostentare videatur. Virẽt enim arbusta quæ viuũt,

B arescunt contra quæcunq; moriuntur. Viret terra dum floret, virent & semina dum prorũpunt. Et bene primo loco hic fluuius positus est Phison, qui secundum Hebræos feoison dicitur, hoc est oris mutatio, qui nonvnã gentem circumfluit, sed etiã per Lydiam fluit. Non enĩ

Gene.2. angusta quædam, sed diues vtilitatum prudentia est, quæ pluribus profit. Ideo prima, vt si quis de paradiso fuerit egressus, velut quoddam eum prudẽtiæ flumen excipiat, ne cito possit arescere, sed per hanc ad paradisum facile reuertatur. Hic fluuius a multis hominibus frequẽtatur, pulchritudinemq; & fertilitatem maximã habere perhibetur. Et ideo prudẽtia in specie huius accipitur, quæ plurimos fructus attulit in domini salutatoris aduentu. Atq; in extrema terrarũ fluit, quia per sa-

Psal.18. pientiam omnes homines sunt redempti. Vnde & dictum est: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines terræ verba eorum. Secundus est fluuius Geon, iuxta quẽ lex data est Israelitis, cum essent in Ęgypto constituti, vt ex Ęgypto recederẽt, & succincti lumbos ederent agnum, quod insigne est temperantiæ. Castos enim & sanctificatos oportet domini pascha celebrare. Et ideo iuxta istum fluuium legitima primo obseruãtia constituta est, quia significat nomen hoc quendam terræ hiatum. Sicut igitur terra quæcunq; vel purgamenta vel frondes in eo sunt, hiatu absorbet, ita castitas omnes corporis passiones abolere consueuit. Me-

C ritoq; ibi primum obseruantiæ cõstitutio, quia per legẽ absorbetur carnale peccatum. Bene ergo Geon, in quo figura est castitatis, circumire terram Ęthiopiam dicitur, vt abluat corpus abiectum, & carnis vilissimæ restinguat incendium. Ęthiopia enim abiecta & vilis latina interpretatione signatur. Quid autẽ abiectius nostro corpore? Quid tam Ęthiopiæ simile, quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorum? Tertius est fluuius Tigris, qui vadit contra Assyrios, ad quem præuaricator Israel captiuus est ductus. Hic fluuius dicitur velocior esse omnib⁹, quem incolunt Assyrii, hoc est dirigentes. hoc enim significat interpretatio. Ergo quicunq; fortitudine animi præuaricantia corporis vitia captiuauerit, dirigens ad superna, iste huius fluminis similis æstimatur. Et ideo etiam fortitudo de illo qui est in paradiso dei fonte emanat. Fortitudo autem quodã cursu rapido reſistentia quęq; transuerberat, nec aliquibus cursus eius impedimẽtorũ hæret obstaculis.

Quartus est fluuius Euphrates, qui latine fœcũditas D
atq; abundãtia fructuum nuncupatur, præferens quoddam insigne iustitiæ, quæ omnẽ pascit animã. Nulla enim abũdantiores videtur habere fructus virtus, q̃ æquitas atq; iustitia, quæ magis aliis q̃ sibi prodest, vtilitates suas negligit, cõmunia emolumenta præponẽs. Pleriq; Euphratem ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι dictum putãt, hoc est a lætando, eo quod hominum genus nullo magis q̃ iustitia & æquitate lætetur. Causam autem cur cæteri qua cõmeant fluuii, describuntur regiones locorum: qua Euphrates commeat, nõ describatur, illã accipimus, quia aqua eius vitalis asseritur, & quæ foueat atq; augeat. Vnde Auxen eum Hebræorum & Assyriorum prudentes dixerunt: contra autem fertur esse aqua aliorum fluminum. Deinde quia vbi prudentia, ibi & malitia: vbi fortitudo, ibi iracũdia: vbi tẽperãtia, ibi intẽperãtia plerũq; est, aut alia vitia sunt, vbi autẽ iustitia, ibi cõcordia virtutũ est cæterarũ. ideo nõ ex locis qua fluit, hoc est, non ex parte cognoscitur. Non enim pars est iustitia, sed quasi mater est omnium. In his ergo fluminibus quatuor, virtutes principales quatuor exprimuntur, quæ veluti mũdi istius incluserunt tẽpora. Primum igitur tempus ex mundi principio vsq; ad diluuium prudentiæ fuit, quo in tẽpore iusti numerantur, Abel a deo iustus dict⁹?: & Enos, hoc est homo ad
imaginem dei factus, qui sperauit inuocare nomen do- E
mini dei: & Enoch, qui dicitur latine dei gratia, raptus ad cælum: & Noe, qui & ipse iustus, & quædã requietis directio. Secundum tempus est Abraham & Isaac & Iacob, reliquorumq; numerus patriarcharum, i quibus casta & pura quædam tẽperantia religionis effulsit. Immaculatus enim Isaac per repromissionẽ Abrahæ datus est filius, nõ tam corporalis partus, q̃ diuinæ munus præferens indulgentię, in quo vera immaculati figura præcessit, vt Apostolus docet dicẽs, Quia A- Gala.3.
brahę dictę sunt repromissiones, & semini eius. Nõ dicit seminibus, tanquã multis, sed sicut in vno, & semini tuo, qui est Christus. Tertium tempus est in Moysi lege, & cæteris prophetis. Deficiet enim me tẽpus enarrandi de Gedeon, Barac, Sãpson, Salomone, Dauid & Samuel, & cęteris pphetis: Anania, Azaria, Misael, Heb.11.
Daniel, Helia, Helisęo, qui p fidẽ deuicerũt regna, opati sunt iustitiã, perceperũt repromissiones, obstruxerũt ora leonũ, extinxerũt virtutem ignis, effugerunt acies gladii, eualuerunt de infirmitate, fortes fuerunt in bello, castra ceperunt exterorum. Non immerito igitur in his species fortitudinis est. Sancti enim sunt, sicut infra habes, tẽtati, in mactatione gladii mortui. Circũierũt in caprinis pellibus, egentes, angustiati, & doloribus afflicti, quorum meritis non erat dignus orbis. In solitudinibus errantes, in montibus, in spelũncis, & in foueis F
terrę. Recte igitur in his speciem fortitudinis collocamus. Secundum autem euangelium digna est figura iustitię, quia virtus est in salutem omni credẽti. Denicq; ipse dominus ait: Sine modo. sic enĩ decet nos im- Mat.3.
plere omnem iustitiam. Quæ quidem parens cęterarum est fœcunda virtutum quadam vi. In quo aliqua harũ quas diximus principalis est virtus, in eo etiã cæterę prędo sunt, quia ipsæ sibi sunt connexę concatenatę virtutes. Nam vtiq; Abel iustus & fortissimus, ac patientissimus Abraham, & prudentissimi prophetæ, & Moyses eruditus in omni sapientia Ęgyptiorum, maiorem honestatem æstimauit Ęgypti thesauris opprobrium Christi. Et quis sapientior q̃ Daniel? Salomon quoq; sapientiam popoſcit, & meruit. Dictum est ergo de quatuor virtutum fluminibus, quorũ potus est vtilis. Et quia Phison aurum bonum terræ, & carbũculũ, & lapidem prasium habere dictus est, hoc quoq; quale sit consideremus. Videtur enim nobis tanquam aurũ bonum Enos, qui prudenter dei nomen scire desideravit. Enoch autem qui trãslatus est, & mortem non vi-

G dit,carbunculus quidam est lapis boni odoris,quē ope-
ribus suis sanctus Enoch deo detulit,gratiam quādam
factis & moribus spirans. Noe vero tanq̃ prasius lapis
vitalem colorem prætulit.Siquidem diluuii tempore
solus velut affuturæ constitutionis vitalis semen in il-
la arca est reseruatus.Ergo bñ paradisus,qui pluribꝰ flu
minibus irrigatur,secundum orientē,non contra orien
tem,hoc est secundum illum orientem cui nomen est
oriens,id est secundum Christum,qui iubar quoddam
æternę lucis effudit,& est in Eden, hoc est ĩ voluptate.

De apprehensione hominis,& positione eius in pa-
radiso vt operaretur & custodiret.Et qua ratiōe extra
paradisum vir factus sit,mulier vero intra paradisum.
Quid preterea intersit inter operari & custodire,& cur
primus homo in paradiso legitimi laboris speciem sus-
ceperit. Caput IIII.

ET apprehendit deus hominem quem fecit,
& posuit eum in paradiso operari & custodi-
re.) Vides quoniam qui erat apprehendit.
Erat autem in terra plasmationis suæ. Ap-
prehendit ergo eum virtus dei, inspirans processus &
incremēta virtutis.Deniq; in paradiso eum collocauit,
H vt scias apprehensum quasi afflatum diuina esse virtu-
te.Quo loci illud aduerte,quia extra paradisum vir fa-
ctus est,& mulier intra paradisum:vt aduertas q̃d non
loci,non generis nobilitate,sed virtute vnusquisq; gra-
tiam sibi cōparat. Deniq; extra paradisum factus, hoc
est in inferiore loco,vir melior inuenitur: et illa quæ in
meliore loco, hoc est ĩ paradiso facta est,inferior reperi-
tur. Mulier enim prior decepta est,& virum ipsa dece-
1.Pet.3. pit. Vnde apostolus Petrus subiectas fortiori vasi mu
lieres sanctas viris suis velut dominis obedire memo-
1.Tim.2. rauit. Et Paulus ait:Quia Adam nō est seductus,mu
lier autem seducta in præuaricatione fuit. Deinde con-
Ephe.5. tuendum quia nemo debet sibi facile præsumere. Nā
ecce illa quæ in adiumentum facta est viro, præsidio vi
rili indiget,quia vir caput est mulieris.Ille autem quia
adiumentum vxoris habiturum se esse credebat, la-
psus est propter vxorem. Vnde nemo debet facile alte
ri se credere,nisi cuius virtutem probarit. Nec arroga-
re sibi qui se pro auxilio putarit ascitum,sed magis si i-
uenerit fortiorem,cui se putabat esse præsidio, ab ipso
gratiam mutuetur,sicut & viros mulieribus honorem
1.Pet.3. impertire ap̃lus præcipit Petrus dicens: Viri similiter
cohabitantes secundũ scientiā tanq̃ infirmiori vasi mu-
liebri impertiētes honorē tāquā cohæredi gratię vitæ, vt
ne impediātur orationes vestræ. Ergo positꝰ est in pa-
radiso vir,facta est in padiso mulier. Sed etiā tūc priusq̃
a serpēte mulier deciperetur, habuit viri gratiam,quo-
Ephe.5. niam de viro sumpta est: licet hoc sacramentum ma-
I gnum sit,sicut Apostolus dixit. Et ideo causam vitæ
ex eo traxit.Ideoq; de viro tantũ scriptura dixit:Quia
posuit eum in paradiso operari & custodire.Non idem
est operari & custodire.In opere enim quidam virtutis
processus est,in custodia quædam cōsummatio operis
deprehenditur,eo ꝙ quasi cōsummata custodiat. Hæc
duo ab homine requiruntur,vt & operibus noua quæ-
rat,& parta custodiat,quod est generale. Philon autē
q̃m spiritalia Iudaico nō capiebat affectu,intra mora-
lia se tenuit,vt diceret,hæc duo quæri,opera in agro,cu
stodiam domus. Et q̃uis paradisus operibus,inquit,ru
ralibus non egeret,tamen quia primus homo lex poste
ritatis futurus erat,ideo legitimi etiam in paradiso spe
ciem suscepit laboris, vt nos ad operationē,& custodiā
debiti officii,& hæreditariæ successionis munus astrin
geret. Hæc duo ergo a te exigũtur,siue moraliter, siue
spiritualiter. Quod etiam psalmus te propheticus do-
Psal.126. cet,quia scriptum est:Nisi dñs ædificauerit domũ, in-
uanũ laborauerũt qui ædificāt eā. Nisi dñs custodierit
ciuitatē,inuanũ laborauerũt qui custodiũt eā. Vides K
illos laborare qui in operis sunt ædificationisq; proces-
su,istos vero vigilare qui iam custodiam perfecti ope-
ris receperunt. Vnde & dominus apostolis quasi iam
perfectioribus,Vigilate,inquit, & orate ne intretis in
tentationem. Docens perfectæ naturæ munus & ple-
næ virtutis gratiam esse seruandam, nec quenq̃ etiam
perfectiorem,nisi vigilauerit,sui debere esse securum.

De præceptis Adæ in paradiso datis, & de huius
quæstionis:Cur deus vbi præcepit ex omni ligno eden
dum,singulariter dixerit edes:vbi autem de ligno sciē-
tiæ boni & mali,pluraliter edetis dixerit, absolutione.
Quodq; ei interpretatio Symmachi non præiudicet. De
responsione quoq; ad tres quæstiones quas pleriq;,quo-
rum autor Apelles est,proponunt. Caput V.

ET præcepit dominus deus Adæ dicens: Ex
omni ligno quod est ĩ paradiso ad escā, edes:
de ligno autē quod est scientiæ boni & mali,
non edetis. Qua die aũt manducaueritis ex
eo,morte moriemini.) Qua ratione vbi pręcepit ex o-
mni ligno edendum,singulariter dixerit, Edes:vbi au-
tem de ligno scientiæ boni & mali,pluraliter Edetis di
xerit,non ociosa quæstio. Verum si diligēter intēdas, L
scripturarum autoritate absolui potest. Quod enĩ bo-
num,hoc est faciendum.Quod autē bonum et faciēdũ,
consonans & adhærēs.Quod vero turpe,hoc dissonās,
incompositum atq; discretum est. Et ideo dñs vnitatē
semper intendens,secundũ vnitatem præcepit. Deniq;
vnitatem operatur, qui fecit vtraq; vnum. Nec solum
vtraq;,sed etiam omnes vnum fecit. Omnes enim vnũ
corpus & vnum spiritum esse nos iussit. Per omnia au-
tem primogenitus,cum sit in vnitate cum patre,cōiun
ctissimus patri semper est,quia verbum erat apud deũ.
Deniq; ait:Ego & pater vnũ sumus. vt vnitatē sibi ma Ioan.10.
iestatis & diuinitatis cum patre esse monstraret. Sed
& nos vnum esse præcepit,& suę naturæ vnitatis simi
litudinem in nos gratiæ adoptione transfudit, dicens:
Pater,sicut ego & tu vnũ sumus,ita & isti in nobis vnũ Ioan.17.
sint. Ergo vbi bonum præcipit, tanq̃ ad vnum præci-
pit,dicens:Non edes. Vnitas enim præuaricari nō po
test. Vbi vero de ligno scientiæ boni & mali dicit non
esse gustandum,quasi ad plures dicit:Non edetis. Quā
enim prohibitorium est, tanq̃ pluribꝰ imperatur. Ego
tamen aliud puto,& quid futurũ sit,in ipso iam dei ser-
mone reperio. De omni ligno gustandũ Adę soli præ-
cepit,quem seruaturum sciebat. De ligno autem scien- M
tiæ boni & mali non esse gustandum, iam non singu-
lariter sed pluraliter dicit. Sciebat enim præuaricaturā
mulierem,& ideo per pluralitatem ostendit non serua-
turos,quia plurium discreta sententia est. Et quantum
ad septuaginta virorum sententiā spectat, solutum est
quod mouebat. Sed quia Symmachus vtrũq; singula-
riter dixit,intelligimus id secutum, quia in lege quoq;
cum populum alloquitur deus,singulariter loquitur,si-
cut habes: Audi Israel, dominus deus tuus dñs vnus Deute.6.
est,& diliges dominum deum tuum. Nec mihi præiu
dicat Symmachi interpretatio, qui vnitatem patris &
filii videre non potuit,etsi aliquoties in sermone & A-
quila & ipse confessi sint. Nec quisquam de eo ꝙ pręua-
ricaturum populum diuina mandata singulariter allo-
quitur,putet superiori nostro obuium esse sermoni, q̃a
populus Iudæorum etiā singulariter data præscripta
violauit. Lex enim spiritalis est :& ideo alterũ in ser-
mone,alterũ in predestinatione diuino populum deus
alloquebatur oraculo. Deniq; ait:Non coques ouem in Exod.23.
lacte matris suę. Facilis ab hinc præceptorum cælestiũ
series videretur,nisi quæstionem plurimi cōmouerent.
Quibus responderi oportet a nobis,ne simplices men
tes malitiosa interpretatione traducant. Pleriq; enim

A quorum autor Apelles,sicut habes in tricesimo & octa
uo tomo eius,has quæstiones proponũt: Quomodo li
gnum vitæ plus operari videtur ad vitam, q̃ insuffla-
tio dei? Deinde si hominem non perfectum fecit deus:
vnusquisq; autem per industriam propriam perfectio-
nem sibi virtutis asciscit:nonne videtur plus sibi homo
acquirere,q̃ ei deus contulit? Tertiũ obiiciunt. Et si ho-
mo non gustauerat mortem,vtiq; quam non gustaue-
rat:scire non poterat. Ergo si non gustauerat,nesciebat:
si nesciebat,timere non poterat. Frustra igit̃ deus mor
tem pro terrore obiecit,quā homines non timebāt. Di-
scamus igitur quod ibi lignum vitę,vbi etiam lignum
scientiæ boni & mali produxerit deus. Habes enim q̃a
produxit lignũ vitæ ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, hoc est in
medio paradisi. Apud nos enim intelligitur quod in
medio ꝓduxerit. Ergo in medio paradiso & vita erat,
& causa mortis. Intellige quia non homo fecit vitam,
sed vel operando, vel custodiendo mandata dei potuit
Col.3. inuenire. Erat autem vita,sicut Apostolus dixit,abscō
dita cum Christo in deo. Homo ergo siue in vmbra vi-
tæ erat propter figuram futuram,quia vmbra est hæc
quæ nunc nostra vita in terra,siue in quodam pignore
vitæ erat,quia habebat insufflationem dei: Habebat er
B go pignus immortalitatis,sed in vmbra vitæ positus,
abscōditam vitam cum Christo in deo vulgari quodā
tactu & aspectu videre & capere non poterat. Etsi non-
dum peccator, nō tamen incorruptæ inuiolabilisq; na-
turæ,vtpote qui postea peccato lapsus est,nequaquam
autem adhuc peccator. Deniq; ĩ vmbra vitæ erat. Qui
autem peccatores sunt,in vmbra mortis sunt. Peccato-
Esa.9. rum autē populus,sicut Esaias docet,sedebat in vmbra
mortis,cui lux orta per dei gratiam,non per suæ virtu-
tis est meritum. Ergo inter insufflationem dei, & escā
ligni vitæ nulla discretio. Nec hominem quis potest di
cere plus sibi posse acquirere,q̃ diuina ei largitate colla-
tum est. Vtinam acceptũ tenere possemus. Labor et-
enim noster eo proficit,vt quæ tributa sunt resumamꝰ.
Tertium illud quod propositum est, quia qui mortem
non gustauerat,mortem timere non poterat, facile ex
communis naturæ vsu absolutionem habet. Est enim
natura insitum omnibus,vt etiam quæ nōdum sibi no
cere experta sunt,quasi noxia reformidēt. Vnde enim
columbæ in ipso ortus sui visu terror accipitris? Vnde
lupi ouibus formidabiles? pullis milui? Quod si in iis
quæ irrationabilia sunt animātia, quidā de aduerso ge
nere animātium naturalis est terror, vt etiam irratio-
nabilia sensum fugiendæ mortis accipiant,quanto ma
C gis in primo homine rationis vtiq; plenissimo,natura-
lis quædam opinio mortis debuit esse vitandæ?

De solutione aliarum quarundam quæstionum
quas circa obeditionem & cognitionem præcepti fa-
ciunt. Caput VI.

RVRSVS faciunt alias quæstiones hoc
modo : Non semper malum est nō obedire
præcepto. Si enim bonum est præceptum,
honesta est obeditio. Quod si improbũ prę-
ceptũ,non obedire vtile. Ego nō semp malũ est nō obe-
dire præcepto,sed bono præcepto nō obedire improbũ
est. Bonum autē est operatoriũ cognitionis boni & ma
li lignum, quādoquidem & deus & bonum & malum
nouit. Deniq; ait: Ecce Adam factus est tanq̃ vnus no-
strum. Si igitur bonum est sciētiam habere boni & ma
li,bona autem est quā etiam deus habet: videtur qui ĩ-
terdicit eā hoibus,nō recte interdicere, idq; proponere.
Sed si intelligant quid sit cognoscere, quā vim habeat
hoc verbum,si sic intelligant quemadmodum oportet:
cognouit enim dominus qui sunt ipsius: cognouit vti-
que eos qui vnum ex pluribus facti sunt, in quibus in-
2.Tim.2. habitat,& in quibus perambulat: Cognoscere vtiq; nō
in sola & perfunctoria scientia est, sed in eorum opera- D
tione quæ oporteat fieri. Oportuit autem hominē obe-
dire mandato,nō obediendo autē præuaricatus est. Igi
tur qui nō obediuit errauit, quia præuaricatio peccatũ
est. Verumetiā si extenuare velint vim cognitionis,vt
perfunctoriam scientiā boni & mali interdictā putent,
in eo quoq; præuaricationis culpa est,nō obeditum esse
mādato, quia etiā tumultuariam scientiā boni & mali
dñs deus putauit inhibendā. Alia quæstio: Qui nō co-
gnoscit bonum & malũ,nihil a paruulo distat. Paruuli
autē apud iustum iudicē nulla est culpa. Iustꝰ autē ope-
rator mundi nunq̃ paruulum vocasset in culpā propter
quod nō cognouerat bonum & malum, quia paruulus
sine vllo est crimine præuaricationis & culpæ. Verum
cum in superioribus dixerimus duplicem esse intelle-
ctum scientiæ boni & mali:si perfunctoriā scientiā acci-
pimus, vtiq; falsum est ꝙ nihil distet a paruulo qui nō
cognouit bonum & malum. Si autem falsum est quod
nihil distet a paruulo,ergo non paruulus Adam. Si nō
paruulus,adscribitur vtiq; ei quasi nō paruulo peccatũ.
Si peccatũ asscribitur, sequitur pœna peccatũ,quia di-
gnus inuenitur pœna qui peccatum vitare non potuit.
Potest etiam fieri vt etiam qui scientiā nō habet boni
& mali, paruulus nō sit: quoniam priusquā sciuit puer
bonum & malum,nō credidit malitiæ. Et iterũ habes: E
Quia priusquā sciet puer vocare patrem & matrē, ac- Esa.8.
cipiet virtutem Damasci,& spolia Samariæ. Perfectꝰ
ergo qui operatur bonũ etiā si boni & mali scientiā non
adeptus sit: vt multi priusquā sciant legem,ipsi sibi lex
sunt. Quod Apostolꝰ priusquā disceret, Nō cōcupisces:
malum esse concupiscentiā nesciebat. Deniq; ipse ait:
Peccatum nō cognoui nisi per legem. Nam concupiscē Rom.7.
tiam nesciebam,nisi lex diceret: Non concupisces. Ad
quam partem etiā puer potest esse perfectus iure natu-
ræ priusquā sciat concupiscentiā crimen esse, vel concu
piscentiæ crimen admittat. Ergo secũdum perfuncto-
riam scientiam nouit deus hominem scire quod malũ
est,ne quasi imperfectus vitare non posset. Nō obedien
do autem mandato incurrimus in culpam: ergo culpā
fatemur. Rursus autē si altam & profundam sciētiam
dicimus boni & mali,quæ quidē profunda scientia per-
fectũ facit,nō statim autē puulus qui ad altā & ꝓfundā
sciētiā puenire nō potuit: recte ergo sicut nō puulus cō-
dēnatur. Iterum quæstiones serunt. Qui nescit,inquit,
bonum & malum,ne ipsum quidem nouit esse malum
non seruare mandatum,nec ipsum bonum nouit quod
est obedire mandato. Et ideo quia non nouerat, venia,
inquit,dignus fuit qui non obediuit, non cōdemnatio-
ne. Quæ quidem quæstio de his absolutionem habet, F
quæ ante memorauimus. Cōsiderare enim potuit ho-
mo ex iis quæ deus ante ei cōtulerat, quod insufflatio-
nem dei accepit,quod erat in paradiso voluptatis loca-
tus,summam autori obedientiam deferendā. Et ideo
si vim nesciebat boni & mali,tamen quia tantorum au
tor dixerat de ligno scientiæ boni & mali nō esse gustā
dum,fidem præceptori seruare debuerat. Nō enim ab
eo peritia,sed fides exigebatur. Intelligebat vtiq; omni-
bus præeminere,personam iubentis spectare debuerat.
etsi non intelligebat vim qualitatemque iussorum,scie-
bat tamen præceptori deferendam esse reuerētiam. ha-
bebat in natura hanc opinionem, etsi non habebat iu-
dicium boni & mali. Denique & mulier serpenti dicit:
Ex omni ligno paradisi manducabimus,de fructu au-
tem ligni q̃d est in medio paradisi,dixit deus,nō mādu
cabitis ex eo. Ita ergo sciebat obediendum esse manda-
to,vt diceret: Ex omni fructu māducabimus, quod do
minus imperauerat:de ligno autem quod est in medio
paradiso,imperatum a deo dicit non esse gustandum,
ne morte morerentur. Ergo sciuit deferendum esse mā
dato,sciuit vtique malum esse præuaricari, & ideo iu-
ste præuaricata damnatur. Accipe aliud, si assumptio

G de ligno scientiæ boni & mali ita operatoria erat, vt bonum & malū agnosceretur, quod videtur scriptura ostendere dum dicit quia vbi manducauerunt ambo, aperti sunt oculi eorum, & cognouerūt quod nudi essent, hoc est, aperti sunt oculi cordis, & cognouerūt turpe esse nudos se degere: sine dubio vbi gustauit mulier de ligno scientiæ boni & mali, peccauit, & se peccasse cognouit. Quæ igitur se peccasse cognouerat, vel virum ad peccati cōmunionem inuitare non debuit. Illiciendo autē virum, & dando ei quod ipsa gustauerat, nō vitauit, sed iteravit peccatum. Nam vtiq; si vere rationem speciēs, eum quem diligebat, non trahere ad cōsortium pœnæ, sed magis ab eo quod cognouerat ipsa esse peccatū, vel insciente revocare debuerat: quānis videatur hæc mulier sciens quod post culpam in paradiso esse non posset, metuisse ne sola de paradiso eiiceretur. Deniq; abscōdērunt se ambo post culpam. Excludēdā igitur se esse cognoscēs, consortio viri quē diligebat, noluit defraudari. Iterum accipe: Non cognitio mali malum est, sed cum actus implet malitiam. Nō enim statim qui nouit malum, quod malū est facit, sed qui quod malum esse nouit operatur. Incentiuū autē ad operandum quod malum est, aut iracundia aut cupiditas esse cōsuevit. Nec statim necesse est vt habens scientiā mali faciat qđ improbum nouit, nisi aut iracūdia aut cupiditate vincat.
H Vnde qđ diximus incētiuū peccandi, vel ira vel cupiditas est, vel plerunq; formido, licet ex formidine oriatur cupiditas, dum vnusquisq; vult vitare quod metuit. Et ideo recte iracundiam & cupiditatē duorum reliquorū posuimus incentiua vitiorū. Cōsideremus igitur vtrū Eua his ad vitiū stimulis incitata sit. Sed neq; irascebatur marito, neq; cupiditate victa est: in secundo dūtaxat errat, vt edendū viro daret quod iam ipsa gustauerat. Primo fuerit cupiditas autor erroris vt ipsa ederet, sequentisq; fuit causa peccati. Quod enim iam gustauerat, desiderare non poterat, & gustando mali fuerat scientiam cōsecuta. Malum igitur quod aduerterat, in virū deriuare non debuit, neq; cōiugem proprium præuaricatorem diuini facere mandati. Sciens igitur prudēsq; peccauit, sciens virum in suum traxit errorem. Alioqui inuenietur falsus esse de ligno scientiæ boni & mali sermo, si etiam posteaq̄ de ea arbore manducauit, scientiā mali habere non potuit. Quod si verus est sermo, cupiditatis vtiq; causam habere non potuit: licet plerique sic excusandam putent, quod diligens virum ab eo timuerit separari, & hanc causam cupiditatis prętēdant, q̄ esse voluerit cum marito.

I De ptractatione quæstiōis vñ mors acciderit Adæ, vtrum videlicet a natura ligni, an a deo. Caput VII.

INTERVM alia quæstio subrepit, vñ mors acciderit Adæ, vtrū a natura ligni eiusmodi, an vero a deo. Si naturæ hoc ligni asscribimus, videtur ligni huius fructus viuificāti insufflationi dei præstare. siquidē viuificauerat insufflatio, fructū huius ligni traxit ad mortem. Aut si deū operatorem mortis esse memoramus, dicunt quod gemina eū opinione accusemus, qđ aut ita immitis vt noluerit ignoscere, cū posset ignoscere: aut si ignoscere nō potuit, videatur infirmus. Videamus igitur quomodo diluēdū sit. Nisi fallor, mortis causa inobedientia fuit: & ideo homo ipse sibi mortis est causa, non habens deū suæ mortis autorem. Neq; enim si medicus præscripserit ægrotanti a quibus videatur cauendum, atq; ille ab interdictis non putauerit abstinēdū: causa ei mortis est medicus: sed vtique ipse sibi reus mortis est propriæ. Itaq; deus quasi bonus medicus prohibuit ne Adā nocitura gustaret. Iterum accipe: Scire bonum meli? est q̄ nescire: & ei qui bonum sciat, pulchrum est scire quod malum est, vt sciat cauere quod malum est, vt prudens subeat custodiæ cautionem. Rursus autem nō satis est hoc solum scire quod malum est, ne malum sciens scientia boni incipias defraudari. Pulchri? est igitur vt vtrūque norimus, vt & quia scimus bonum, fugiam? quod malum est: & ex eo quod cognoscimus malū, boni gratiam præferamus. Sed ita debes vtrūq; scire, vt prosint de noueris, & quod noueris exequaris, actusque scientiæ congruat. Alioquin tolerabiliorem scriptura indicat eum qui vtrunq; nesciat, q̄ qui perfunctorie vtrunq; cognouit. Grauat enim scire quod vel exequi vel vitare non possis. Grauat scire sine vsu atq; opere cognitionis profundæ. Deniq; obest ad existimationem medico scire quid prosit & qd noceat ægro, nisi cognitione ea quēadmodū oportet vtatur: & ideo non est cognitio bona nisi eavtaris vt oportet. Item accipe: Non frustra lignū scientiæ boni & mali productum est in medio paradiso: & si cuicunq; homini productū esset, superflua interdictio. Sed neq; frustra factum est, neq; alii nisi homini factum est, qui mandatum accepit, vt nō solo eo, sed eo cum cæteris vteretur. Nam si multa discutias, complura reperies, & plane innumera, quæ ei q vti nesciat, possint nocere. Nec ipsas diuitias inuenies fructuosas si habens diues subsidia largitatis, neget alimenta pauperibus, excludat inopem subsidio destitutū, aliena extorqueat, quia prævalet potestate. Pulchritudo ipsa, & gratior corporis forma frequenter in vitium q̄ deformitas trahit. Nunquid igitur quisq̄ deformiores q̄ pulchriores filios habere desiderat, et inopes potius liberos suos cupit esse q̄ diuites? Plura sunt huiusmodi quæ non ad impudentiā largientis referenda sunt, sed ad male vtentis errorem. Et ideo vtentē accusandū potius q̄ donātē.

De absolutione quæstionū quas quidam circa præscientiam dei de præuaricatione Adæ, & impressionē opinionis boni & malifaciunt. Caput VIII.

INTERVM quæstio. Sciebat præuaricaturum deus Adā mādata sua, an nesciebat? Si nesciebat, nō est ista diuinæ potestatis assertio. Si autē sciebat, & nihilominꝰ scies negligenda mandauit, nō est dei aliquid superfluū præcipere. Superfluo autē præcepit primoplasto illi Adę qđ eū nouerat minime seruaturum. Nihil autē deus supfluo facit. Ergo nō est scriptura ex deo. Hoc enim obiiciunt qui vetus nō recipiunt testamentum, & has interserūt quæstiones. Verum hi sua sententia & opinione vincēdi sunt. Cum enim noui testamenti nō refutant fidem, exemplo sunt arguendi vt vetus credant: quoniam cū sibi diuina præcepta & facta conueniant, vnius autoris testamentum vtrunq; liquet esse credēdum. Discāt igitur non superfluum, nō iniustū etiā præuaricaturo prescriptum esse mandatū. Nā & ipse dñs Iesus elegit Iudam, quē proditorē sciebat. Quē si per imprudentiā electum putāt, diuinæ derogant potestati. Sed hoc æstimare nō possunt, cum scriptura dicat quia sciebat Iesus quis eum proditurus esset. Cōticescant igitur repugnatores isti veteris testamenti. Sed quoniam etiā gentilibus, si forte istud obiecerint, respondendū videtur, qui exemplū nō recipiunt, rationē exigunt: accipiant etiam ipsi qua ratione dei filius vel præuaricaturo mandauerit, vel elegerit proditurum. Venerat dñs Iesus oēs salvos facere peccatores: etiā circa impios ostēdere suam debuit voluntatem. Et ideo nec proditurū debuit præterire, vt aduerterent oēs quod in electione etiā proditoris sui, seruandorū omnium insigne prætēdit, nec in eo læsus est vel Adā quia mādatum accepit, vel Iudas quia electus est. Nō enim necessitatē deus vel illi præuaricationis, vel huic proditionis imposuit, quia vterq; si quod acceperat custodisset, a peccato potuit abstinere. Deniq; nec Iudæos oēs crediturōs sciebat, & tamen ait: Nō veni nisi ad oues perditas domus Israel. Ergo

A non in mandante culpa est, sed in præuaricāte. peccatū est. Et quod in deo fuit, ostendit omnibus q̄ oēs voluit liberare. Nec tamē dico quia præuaricationē nesciebat futuram, immo quia sciebat assero, sed non ideo pereūtis proditoris inuidiam in se debuit deriuare, vt adscriberetur deo quod vterq; sit lapsus. Nunc autē vterque redarguitur, atq; reconuincitur, quia & ille mādatū ne laberetur accepit, & hic etiā in apostolatus munus ascitus est, vt vel beneficio dei reuocaretur a proditionis affectu: simul vt dum alii reuinciuntur, prodesset omnib⁹. Non enim consisteret peccatū si interdictio non fuisset. Non cōsistēte autē peccato, non solum malitia sed etiā virtus fortasse nō esset: quę nisi aliqua malitiæ fuissent semina, vel subsistere vel eminere non posset. Quid est enim peccatum, nisi præuaricatio legis diuinæ, & cælestium inobedientia præceptorum? Nō enim auribus corporis de mandatis cælestibus iudicamus, sed cū esset dei verbum, opiniones quædam nobis boni & mali pullulauerunt, dum id quod malum est, naturaliter intelligimus esse vitandum: & id quod bonum est, naturaliter nobis intelligimus esse præceptum. In eo igitur vocem domini videmur audire, quod alia interdicat, a-
B lia præcipiat. Et ideo si quis nō obedierit illis quæ semel a deo præcepta credimus, pœnæ obnoxi? æstimatur: dei autem præceptū non quasi in tabulis lapideis atramento legimus inscriptum, sed cordib⁹ nostris tenemus impressum spiritu dei viui. Ergo opinio nostra
2.Cor.3. sibi legem facit. Si enim gētes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciūt: eiusmodi legē nō habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendūt opus legis scriptū in cordibus suis. Opinio igitur humana sibi tāquā dei lex est. Iterū hinc aliam faciunt quæstionem, vt ad vicem mandati eius quod diximus in hominis opinione cōsistere, hanc ipsam opinionē impressam a deo nobis tanquā præscriptū diuinæ legis accusent. Nouerat, inquit, hominem peccaturum qui creauit eū, & has opiniones boni & mali impressit, an nō nouerat? Vt si dixeris quia nō nouerat, alienum a maiestate dei sentias. Si autem dixeris quia sciēs deus peccaturum hominē, cōmunes tamē opiniones ei boni & mali impressit, vt propter admixtionem malorū vitæ perpetuitatē seruare non posset: sicut in illo non præsagum futuri, ita in hoc non bonū deum significare videaris. Atq; hinc argumentātur quia non est creatura hominis a deo facta. Nam sicut supra ostēdimus eos dicere q̄ nō est mādatum dei, sic & hic dicunt. Non ergo creatura hominis a deo, quia deus malū non fecit. Homo autem opi-
C nionem accepit mali, dum a malis præcipitur abstinere. Hoc autē genere alium bonum deū, alium operatorem hominis conātur asserere. Quibus respōdendum est illico secūdum opinionē suam. Si enim hominē nolunt a deo factum, quia peccator est homo, & hoc refugiunt, ne bonus deus peccatorem fecisse videatur, quia nō putant bonum qui fecerit peccatorem: dicāt vtrum operatorē hominis a deo factum putent. Si enim a deo fact? ille (vt dicūt) operator est hominis, quomodo bonus deus operatorem mali fecit? Vtiq; nō bonus. Nā qui peccatorem facit non bonus, cauēdum ne grauius sit operatorem peccatoris fecisse. Debuit enim bonus deus prohibere natiuitatem eius qui peccati substātiā habebat inducere. Quod si dicunt non esse genitum operatorem, requirendum vtrum bonus deus potuerit inhibere quoquo modo incipientem malitiam, an non potuerit. Si enim nō potuit, infirmus: si potuit & nō fecit, non bonus. Ergo si sibi ista non congruunt, nec suæ sibi hæreticorum cōueniunt opiniones. Requiramus ne forte ratiōis fuerit, qua causa deus siue geniti siue nō geniti illius operatoris sic velit malitiā introire in hūc mundū, cum possit inhibere. Itaq; seruantes vnū & eūdem deum bonū atq; operatorē, id si possumus astruamus, quod gratiæ vtriq; cōueniat, nec accusationis eorum declinemus inuidiam, qui ita dicunt: Quō bonus D deus qui nō solum passus est introire in hunc mundum malitiam, sed etiā in tantā confusionem venire permisit? Verum hæc accusatio tunc locū haberet, si ita animæ vim & intimæ secreta mētis inficeret, vt nullo pacto posset aboleri, & immedicabiliū vulnerū menti atq; animæ nostræ virus insisteret. esset enim aptior huius querelę locus, qđ cum oīa possit deus, hominē tamē piesit passus. Verū cum deus nostri misericors respuēdi erroris remedia reseruauerit, abolendiq; oīs contagii non aboleuerit facultatē: quō irrationabile vel iniustū est si permisit nostrum materiale tentari quadam trepidatione fragilitatis humanæ, vt fœneratior postea gratia per pœnitentiā delictorum ihominis rediret affectum, & fragilitatis suæ cōscius, qđ tā facile a diuinorum mādatorū serie deuiando trepidauerit, tanq̄ clauū animæ fluctuātis mādata cælestia timeret amittere, diuinæ misericordiæ plus tribuens quod recepit amissū, & sibi aliquid vsurpans gratiæ quod reuertit.

Cur deus cum mandatū daret homini, de manducā do & non manducando putauerit esse mandādū. Qua etiam ratione dñs deus Adæ dixerit, Morte morieminī: & quid interfit vtrū aliquis dicat moriemini, an addat, morte moriemini. Caput IX. E

NVNC quæ sit illa ratio consideremus, quid sit istud q̄ cum mandatū daret homini de illa admirabili beataq; vita præscribens, ne cōtra faciens morte moreretur, de māducando & non manducādo putauerit esse mādandum. Sūt enī qui putant nequaq̄ mandatū istud cōuenire cæli & terræ atq; omniū creatori: nequaq̄ dignum incolis paradisi, eo q̄ illa vita similis angelorū sit. Et ideo nō terrenū & corruptibilē hunc cibū esu fuisse possumus æstimare, quia qui nō bibunt neq; māducāt, erunt sicut angeli in cælo. Cū igitur in cibo neq; præmiū sit, quia esca nos non cōmēdat deo: neq; magnum periculū sit, quia neq; qđ intrat in os, coīquinat hominē, sed quod exit de ore: videtur sine dubio a tanto autore nō esse præceptū, nisi hunc cibū ad illud propheticum referas, qđ pro magno præmio dñs de sanctis pollicetur suis: Ecce qui seruūt Esa.65. mihi, māducabunt, vos autē esurietis. Hic est enim cibus in quo vita definitur æterna, quo quisquis fuerit defraudatus, morte morietur. Quādoquidē panis viuus atq; cælestis ipse dñs est, qui vitā dat huic mundo. Vñ & ipse ait: Nisi manducaueritis carnē meā, & bibertis Ioan.6. sanguinem meum, nō habebitis vitā æternā. Erat ergo panis aliquis de quo præscripserat edendū paradisi F incolis. Quis ille? Accipe quē dicat: Panem, inquit, an Psal.77. gelorum māducauit homo. Est enim bon? panis si facias voluntatē dei. Vis scire qui bonus panis? ipse fili? manducat hunc panē, de quo ait: Meus cibus est vt fa Ioan.4. ciam voluntatē patris mei qui in cælis est. Iterū videamus qua rōne dñs deus Adę dixerit: Morte moriemini: quid interfit vtrū aliquis dicat, moriemini: an addat, morte moriemini. Ostēdere enī debem? nihil supfluī in dei esse mādato. Itaq; hoc arbitror, cū duo sibi sint cōtraria, mors & vita: secūdū simplicē fermonē a vita viuere dicim?, a morte mori. Si aūt geminare velis vtrūq;, qa vita vitā facit, dicif, Vita viuit: sicut habes i lege. Et qa mors mortē facit, dicitur: Morte morietur. Nō est autē superflua ista geminatio. est enim vita ad mortem, & est mors ad vitam: quia quis & dum viuit moritur, & dum moritur viuit. Fiūt ergo quatuor distinctiones, vita viuere, morte mori, mortiviuire, vitæ mori. Cum igitur hæc se ita habeāt, vsus & consuetudinis prę iudicium debemus excludere, quia vsus hoc habet, vt communiter dicatur viuere & qui vitæ viuit, & qui morti viuit: & cōiter dicatur mori vel ille q morti moritur, vel ille qui vitæ. Itaq; ex quatuor illis duo significa-

G cat,vt dicat viuentē viuere, nec melius deteriusq; di-
ſtinguat,& dicat morientem mori,nec inter malam &
bonā mortē videatur eſſe diſcretio. Nā indiſcreta quæ-
dam vita ſignificatur, qualis irrationabilium aut etiā
paruulorum,& indiſcreta mors æque ſequeſtratio. Igi
tur vſu cōmuni quid ſit vita viuere,& qd ſit morte mo-
ri,& quid ſit viuere morti, & mori vitæ, cōſideremus.
Puto enim ſecundū ſcripturas,quia vita viuere admi-
rabilem quandā illam vitam beatāq; ſignificet,& hunc
viuendi vſum ſpirandiq; munus cum beatæ vitæ gra-
tia veluti cōiūctum,& quadā participatione permixtū
demonſtrare videatur. Hoc eſt enim vita viuere,virtu-
te viuere,beatæ vitæ actus habere in iſtius corporis vi
ta. Cōtra autē morte mori quid eſt aliud niſi cum mor-
te corporis deformitatem ſignificare morientis, cuius
& caro cōmuni viuendi munere defraudetur, & anima
vitæ æternæ vſum habere non poſſit? Eſt etiā qui vita
moritur,vt qui viuit corpore, ſed actu morit̃ ſuo: qua-
Pſal.54. les illi ſunt quibus ait propheta: Deſcēdūt in infernum
1.Tim.5. viuentes. Et illa de qua Apoſtolus dicit: Quoniā vi-
uens mortua eſt. Quartum ſupereſt, ꝙ ſunt qui etiam
morte viuunt, vt martyres ſancti,qui vtiq; moriūtur vt
viuant. Moritur caro,ſed viuit gratia mortuorum. Er
go abſit a nobis vt participes mortis viuamus,ſed con-
tra participes vitæ moriamur. Sanctus enim nec vitæ
Philip.1. iſtius ſe vult eſſe participem,qui ait: Cupio diſſolui,&
Pſal.119. cum Chriſto eſſe,multo enim meli⁹. Et alius: Heu me
quod incolatus meus prolōgatus eſt. Dolens vtiq; cum
H cōſortia vitæ ſperet æternæ,iſtius vitæ fragilitate ſe cō
tineri. Et ideo poſſum econtrario dicere, quia etſi vita
viuere bonum eſt, vitę tamen viuere ambiguū ſit. Pōt
enim dici quis vitę viuere,hoc eſt,vitæ æternæ iſti⁹ vi-
ta corporis militare. Poteſt etiam dici vitæ viuere,hoc
eſt vel quēcunq; vel ſanctum iſtius vitæ habere deſide-
rium corporalis. Vt verbi gratia ſi quis ideo honeſte
putet eſſe viuendū, vt is longæuitatē vitæ bonis acti-
bus conſequatur, quales plerique infirmiores ſunt quos
hæc vita delectat. Sicut ergo vitæ viuere qd ſit accepi-
mus: qd ſit morti mori accipiam⁹,vel morte mori. Poſ
ſunt enim eſſe qui moriātur morti,& qui viuant vitæ.
Nā qui nō ita viuit, vt ſecūdum mortē animæ ſuæ vi-
uat,is morti moritur, quia non eſt obnoxius morti,id
eſt nexus eum erūnoſæ mortis amiſit, nō cōſtringitur
vinculis mortis æternę. Mortu⁹ eſt morti,hoc eſt mor
tuus eſt peccato,mortuus eſt pœnæ. Cui contrariū eſt
pœna viuere,hoc eſt quando quis viuit ad pœnā,viuit
ad mortem. Qui autem moritur ad pœnā, moritur ad
mortem. Eſt etiā qui in hac vita poſitus moriatur ad vi
tam,ſicut ille qui ait: Viuo autē iam non ego, viuit au
tem in me Chriſtus. Peccato enim mortu⁹ eſt,deo vi-
uit,hoc eſt,mors in eo mortua eſt,ſed vita viuit,qui eſt
I dominus Ieſus. Ergo bona vita eorū qui deo viuunt,
mala vita eorum qui peccato viuunt. Eſt etiam media
vita,vt animantiū cæterorū,ſicut habes ſcriptū: Pro-
ducat terra animā viuētē ſecūdū genus. Eſt vita etiam
mortuorū, vt deus Abrahā,& deus Iſaac,& de⁹ Iacob,
quia deus mortuorū nō eſt,ſed viuorū. Sunt etiā quib⁹
cōitas eſt quædā mortis & vitæ,de quibus ait aplus di-
Rom.6. cens: Si cōmortui eſtis,& cōuiuetis. Si enim cōplanta-
ti,inquit,ſumus ſimilitudini mortis eius,ſimul & reſur
rectionis erimus: ſcientes quia vet⁹ homo noſter ſimul
cōfixus eſt cruci, vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra
non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt, iuſti-
ficatus eſt a peccato. Sicut autem figuras multas vitæ
diximus,ita etiā mortis inuenimu.s Dicitur enī mors
Ezec.18. mala, ſecūdū illud: Aīa quæ peccat, ipſa morietur. Di-
citur & mors cōiter, ſicut habes verbi gratia quia A-
dam vixit tot annos, & mortuus eſt, & appoſit⁹ eſt ad
patres ſuos. Dicitur etiā mors ꝑ baptiſmatis ſacramen
Roma.6. tum,ſicut habes: Cōſepulti ſumus cū illo per baptiſmū
in morte. Et alibi: Si autē mortui ſum⁹ cū Chriſto,cre-
dimus etiā quod ſimul viuemus cum illo. Vides quia K
mors quidē appellatiōe dicatur,ſed hæc vita ſit noſtra.

De abſolutione quæſtionū incidentium circa factio-
nem mulieris Adæ. Caput X.

ITEM alia quæſtio,quia dixit dñs: Non eſt
bonum ſolū eſſe hominē.) Primo omniū co
gnoſce quia in ſuperioribus vbi hominē fin
xit deus de limo terrę,nō addidit: Vidit de⁹
quia bonū eſt,quēadmodū in ſingulis operib⁹ ſuis. Nā
ſi dixiſſet illic bonū eſſe quia homo factus eſt,inueniret̃
hoc eſſe cōtrariū,vt hic bonum nō eſſe diceret,cū in ſu-
riorib⁹ bonū eſſe dixiſſet. Sed hoc ibi cognoſce vbi ſolū
Adā fecit. Ceterū vbi cōiter cōprehēdit virū & mulierē
factos,licet ne ibi quidē dixerit,ſpecialiter tñ quia poſt-
ea habet, Vidit deus oīa quę fecit,& ecce erāt bona val
de: euidēter eſt declaratū bonū eſſe qd & vir ſit fact⁹, &
mulier. Sed ex hac quæſtione alia queſtio rurſus emer
ſit. Quo enim qñ ſolus factus eſt Adā,nō dictum eſt bo
num eſſe factū Adā: qñ autē & mulier ex eo facta eſt,
tunc eſſe bona oīa cōprehēſum eſt? Licet illic omnem
laudauerit creaturā,& vniuerſitatis creatio ſit probata,
qñ in homine naturæ prædicata cōmunitas eſt: tñ nō
videtur ocioſum qua ratione vbi ſolus factus eſt Adā,
non ſolū nequāq̃ prædicatio boni cōplacito operi adie-
cta ſit,ſed etiā dictū ſit nō bonū eſſe ſolū hominē,cū ſcia L
mus ꝙ antequā fieret mulier,nō errauerit Adā: poſtea
vero q̃ mulier eſt facta,prior diuinū,præuaricata man-
datū,etiā virū ſuum traxerit in errorē,& incētiuū ei⁹ ex-
titerit. Si igitur viro culpæ autor eſt mulier,quēadmo
dum pro bono videt̃ adiecta? Verū ſi cōſideres qa deo
vniuerſitatis eſt cura,inuenies plus placere dño debuiſ-
ſe id in quo eſſet cauſa vniuerſitatis,q̃ condēnādū fuiſſe
illud in quo eſſet cauſa peccati. Et ideo quia ex viro ſolo
nō poterat hūani eſſe generis ꝓpagatio,ꝓnūciauit dñs
nō eſſe bonū ſolū hominē. Maluit enī deus plures eſſe
quos ſaluos facere poſſet,& quibus donaret peccatū,q̃
vnum ſolū Adā qui liber eſſet a culpa. Deniq; quia idē
vtriuſq; autor eſt operis,venit in hūc mundū vt ſaluos
faceret peccatores. Poſtremo nec Cain parricidii reum
priuſquā generaret filios,paſſus eſt interire. Ergo pro-
pter generationē ſucceſſionis humanæ debuit mulier
adiici viro. Deniq; hoc ipſa verba declarant dicētis dei
non bonū ſolum eſſe hominē. Nā etſi mulier prior pec-
catura erat,tñ redēptionē ſibi paritura nō debuit ab vſu
diuinæ operationis excludi. Quāuis enim Adā nō eſt 1.Tim.2.
ſeductus,mulier autē ſeducta et ī præuaricatiōe fuerit: M
ſalua tñ, inquit,erit per filiorū generationē: inter quos
generauit & Chriſtū. Nec illud ocioſum ꝙ nō de eadē
terra de q̃ plaſmat⁹ eſt Adā,ſed de ipſius Adæ coſta fa
cta ſit mulier, vt ſciremus vnam in viro & muliere cor
poris eſſe naturam, vnū fontē generis humani. ideo nō
duo a principio facti vir & mulier,neq; duo viri, neque
duę mulieres,ſed primū vir,deinde ex eo mulier. Vnā
enī naturā volēs hominū cōſtituere deus, ab vno prin-
cipio creaturæ huius incipiēs,multarū & diſpariū natu
rarum eripuit facultatem. Faciamus,inqt,ei adiutoriū
ſile ſibi. Adiutoriū ad generationē cōſtitutionis hūanę
intelligim⁹. Et vere bonū adiutoriū. Nā ſi ꝓ meliore ac
cipis adiutoriū,maior quędā in cauſa gñationis opera-
tio mulieris reperitur: ſicut iſti⁹ terræ,quæ ſemina pri-
mo accepta cohibēdo paulatim fotu ſuo adoleſcere fa-
cit,& producit in ſegetē. In eo igitur adiutorium bonū
mulieris: quanq̃ etiam inferior dicatur adiutor, vt &
in vſu reperimus humano, quia dignitate potiores ple
runq; adiutorem meriti inferioris aſciſcunt.

De ſolutione queſtionū occurrētiū circa adductionē
beſtiarū & volatiliū ad Adā, ſoporē q̃q; ipſi⁹ Adę, atq;
exiſtentiā beſtiarū & pecorū in paradiſo. Cap. XI.

A ASPECTA nunc cur deus adhuc finxerit de
terra omnes beſtias agri,& omnia volatilia
cęli,& adduxerit ea ad Adam vt videret qd
vocaret ea. Qua ratione hoc factū eſt,cum
tantummodo beſtias agri, & volatilia cæli ad Adam
adduxerit deus? Erant enim pecora ſecundum genus
ſuum. Deniq; habes infra: Quia impoſuit Adam no-
mina omnibus pecoribus,& omnib⁹ beſtiis agri. Adæ
autem nō eſt inuentus adiutor ſimilis illi. Quæ igitur
abſolutio eſt,niſi quia indomitæ beſtiæ,& volatilia cæ
li diuina poteſtate ad hominē deducantur? De pecori-
bus autē domitis cōgregandis & homo habuit poteſta
tem. Itaq; illud diuinæ operationis fuerit,hoc humanę
diligentiæ. Simul accipe qua cauſa omnia deducta ſint
ad Adā: vt in omnibus videret ex vtroq; ſexu ſubſtan-
tiā conſtare naturę,id eſt,ex maſculo & fœmina,& ipſe
vſu exemploq; cognoſceret neceſſariū ſibi conſortium
mulieris adiectum. Et immiſit,inquit,deus ſoporem in
Adā,& obdormiuit. Quis eſt iſte ſopor,niſi quia pau-
liſper ad coniugiū copulādum cum intēdimus animū,
veluti intētos oculos ad dei regnū,inclinare atq; infle-
ctere videmur ad quēdam ſomnū iſtius mundi,& pau-
liſper obdormire diuinis,dum in ſecularib⁹ mundaniſq;
requieſcimus? Deniq; poſteaq̃ ſoporē immiſit in Adā
& dormiuit,tunc ædificauit dominus deus coſtam quā
ſumpſit de Adam, in mulierem. Bene ædificauit di-
xit,vbi de mulieris creatiōe loquebatur,quia in viro &
B muliere domus videtur quædam plena eſſe perfectio.
Qui ſine vxore eſt,quaſi ſine domo ſit, ſic habetur. Si-
cut enim vir publicis officiis,ita mulier domeſticis mi-
niſteriis habilior æſtimatur. Conſidera quia ex corpo-
re coſtā ſumpſit,nō ex anima portionē, hoc eſt, nō ani-
ma ex anima, ſed os de oſſibus meis, & caro de carne
mea,hęc vocabitur mulier. Ergo cauſam humanæ ge-
nerationis agnouimus. Sed quia pleroſq; mouet qui di
ligentius intuentur,quomodo ſi vel primo magnū mu
nus dei fuit circa homines,vt in paradiſo homines col-
locarentur,vel poſtea magnorū remuneratio videretur
eſſe meritorū,vt ad paradiſum iuſtus vnuſquiſq; rapia-
tur,dicuntur etiā beſtiæ,& pecora agri, & volatilia cæ-
li in paradiſo fuiſſe. Vnde plerique paradiſum animā ho
minis eſſe voluerunt,in qua virtutū quædam germina
pullulauerint. Hominē autem & ad operandum,& ad
cuſtodiendum paradiſum eſſe poſitum,hoc eſt,mētem
hominis,cuius virtus animam videtur excolere,nec ſo
lum excolere,ſed etiam cum excoluerit cuſtodire. Be-
ſtiæ autem agri, & volatilia cæli quæ adducuntur ad
Adam, noſtri irrationabiles motus ſunt, eo quod be-
ſtiæ vel pecora quædam diuerſæ ſint corporis paſſio-
nes,vel turbulentiores,vel etiā languidiores. Volati-
C lia autem cæli quid aliud æſtimamus,niſi inanes cogi
tationes,quę velut volatilium more noſtrā circūuolant
animam, & huc atq; illuc vario motu ſæpe traducunt?
Propterea nullus inuentus eſt mēti noſtræ ſimilis ad-
iutor,niſi ſenſus,hoc eſt, αἴσθησις. Similem ſibi ſolam
νοῦς noſter potuit inuenire. Sed forte arguas,quia hæc
quoq; deus in tali paradiſo locauit,hoc eſt paſſiōes cor-
poris,& vanitatē quādā fluctuantiū vel inaniū cogita-
tionū,quod ipſe noſtri fuerit autor erroris. Conſidera
quid dicat. Habete,inquit,poteſtatē piſcium maris,&
volatilium cæli,& omniū repentium quę repunt ſuper
terram. Vides quod ille tibi tribuerit poteſtatem,vt de
omnibus iudicare tu debeas, ſingulorū genera iudicii
tui ſobria definitione diſcernere. Vocauit ad te omnia
deus,vt ſupra oīa mentē tuam eſſe cognoſceres. Cur
quæ tibi ſimilia minime reperiſti,aſciſcere tibi & copu-
lare voluiſti? Dedit tibi certe ſenſum quo vniuerſa co-
gnoſceres,& de cognitis iudicares: meritoq; de illo fœ-
cundo paradiſi agro eiectus es,quia nō potuiſti ſeruare
mādatū. Sciebat enī deus eſſe te fragilē,ſciebat iudicare
Mat.7. nō poſſe,ideo dixit quaſi fragilioribus: Nolite iudicare
vt nō iudicemini. Ergo quia ſciuit infirmū te eſſe ad iu- D
dicandū,voluit obedientē eſſe mandato,ideo præceptū
poſuit. Quod ſi non pręuaricatus eſſes,periculum in-
certi iudicii incidere nequiuiſſes. Itaque quoniam iudi-
care voluiſti,ideo addidit: Ecce Adam factus eſt tanq̃
vnus ex nobis, vt ſciat bonum & malum. Voluiſti tibi
arrogare iudiciū,pœnā praui iudicii refutare nō debes.
Poſuit tamē te contra paradiſum, ne memoriam eius
poſſis abolere. Deniq; iuſti in paradiſum ſæpe rapiun-
tur,ſicut Paulus rapt⁹ eſt in paradiſum,& audiuit ver-
ba ineffabilia. Et tu ſi a primo cęlo ad ſecūdum,a ſecun
do cælo ad tertiū mentis tuæ vigore rapiaris,hoc eſt,
quod primū vnuſquiſq; homo eſt corporalis, ſecundo
animalis,tertio ſpiritalis: Si ita rapiaris ad tertiū cęlū,
vt videas fulgorē gratiæ ſpiritalis: Animalis enim ho 1.Cori.2.
mo quæ ſunt ſpiritus dei neſcit: et ideo tertii cæli aſcen-
ſio tibi eſt neceſſaria,vt rapiaris in paradiſum: rapieris
iam ſine periculo, vt poſſis diiudicare omnia,quia ſpiri
talis diiudicat omnia,ipſe autē a nemine diiudicatur.
Et fortaſſe quaſi adhuc fragilis audies verba ineffabilia
quæ nō licet homini loqui: & tunc quod acceperis reſer-
uato,& quod audieris cuſtodito. Paulus apoſtolus cu-
ſtodiebat ne laberet̃,vel alios certe faceret errare. Aut
fortaſſe ideo dixit Paulus quia non licet homini lo-
qui,quia erat adhuc in corpore conſtitutus,hoc eſt, vi-
debat iſtius corporis paſſiones, videbat legem carnis
ſuæ repugnantem legi mentis ſuę. Hoc enim malo in-
telligi,ne videamur quendam adhuc futuri periculi ia- E
ctare errorē. Si enim vel propter hanc vitam ſecuritas,
vt nullos pręuaricationis poſt hanc futuræ laqueos for
midemus: ergo quicunq; fuerit in paradiſo aſcenſione
virtutis,audiet myſteria dei arcana illa atq; ſecreta,au-
diet dicentem dominum tanquā latroni illi a ſcelere ad
confeſſionem,& ad fidei latrocinium reuertēti: Hodie Lucę.23.
mecum eris in paradiſo.

De ſapientia ſerpentis,& cauſa inuidiæ,argumētiſq;
quibus confidebat ſe poſſe hominē vincere. Quomodo
etiam aggreſſus fuerit mulierem. Quod pręterea neq;
detrahere aliqd debeamus diuinis mādatis,neq; adde-
re: Vtrū deniq; pręter adiectionē quæ mādato per mu-
lierē fuit applicata,quod additū eſt,obfuiſſe videatur,&
ex quo ligno de⁹ dixerit eſſe guſtandū. Caput. XII.

SERPENS autē erat ſapientior omniū be-
ſtiarum quę erant ſuper terrā,quas fecit dñs
deus. Et dixit ſerpēs mulieri: Quid vtiq; di-
xit deus ne edatis ab oī ligno qd eſt in para-
diſo?) Cū dicit ſapientiorē ſerpētē,intelligis quē loque-
batur,id eſt illum aduerſariū noſtrū,qui tñ habet huius F
ſapientiā mundi. Sed & voluptas atq; delectatio bene
ſapiēs dicitur,quod & carnis appellatur ſapientia,ſicut
habes: Quia ſapientia carnis inimica eſt deo. Et ad Roma.8.
exquirenda delectationū genera aſtuti ſunt, qui appe-
tentes ſunt voluptatum. Siue ergo delectationē intel-
ligas,quædam eſt diuino aduerſa mandato,& inimica
ſenſibus noſtris. Vnde Apoſtolus ait: Video aliam Roma.7.
legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meę,
& captiuantem me in lege peccati. Si autem ad diabo-
lum referas,verus inimicus eſt generis humani. Quæ
autem cauſa inimicitiarū niſi inuidia? Sicut Salomon
ait: Quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem ter- Sapie.2.
rarum. Inuidię autem cauſa,beatitudo hominis in pa-
radiſo poſiti. Et ideo quoniam ipſe diabolus acceptam
gratiam tenere nō potuit,inuidit homini,eo quod ſigū
ratus e limo,vt incola paradiſi eſſet electus eſt. Conſide
rabat enī diabolus quod ipſe q̃ fuiſſet ſuperioris naturę,
in hęc ſecularia & mūdana ceciderat,homo aūt inferio-
ris creaturę ſperabat æterna. Hoc eſt ergo qd inuidet di
cēs: Iſte īferior adipiſcetur qd ego ſeruare nō potui? Iſte
de terrī migrabit ad cęlū,cū ego de cęlo lapſus ī trā ſim?

G Multas vias habeo quibus hominē decipere possim.
De limo fact⁹ est, terra ei mater est, corruptibilib⁹ inuo
lutus est. Etsi anima supioris naturæ, tñ & ipsa lapsui
potest esse obnoxia in corporis carcere cōstituta, qñ ego
lapsum vitare nō potui. Est igitur via prima vt deci-
piatur dum cōditione sua maiora desiderat. Hic enim
quidam conatus est industriæ. Deinde carnis est quod
nō habeat desiderare. Postremo in quo videor ego oī-
bus esse sapientior, nisi circunscribam hominē, & versu-
tia & fraude contēdam? Itaq; machinatus est vt nō pri-
mo Adam adoriretur, sed Adam per mulierem circū-
scribere conaretur. Non adorsus est eum qui coram ac-
ceperat cæleste mandatum, sed eam adorsus est quæ a
viro didicerat, nō a deo quid obseruaret accepat. Neq;
enim habes quia mulieri dixit deus, sed quia Adæ di-
xit: & ideo per Adam cognouisse mulier æstimāda est.
Cognoscens igitur hoc loco tentamenti genus, pluri-
ma etiā aliis locis tentamēti genera reperies. Alia sunt
per principem istius mundi, qui quędam venena sapiē-
tiæ in hunc mūdum euomuit, vt vera putarent homi-
nes esse quæ falsa sunt, & specie quadam hominū cape-
retur affectus. Non enī semper quasi apertus hostis in-
greditur, sed sunt quędam potestates quæ amorē simu
lent, gratiāq; prætendant, vt paulatim cogitationibus
nostris venenum suæ iniquitatis infundat: a quibus
oriuntur illa peccata quæ vel ex delectatione, vel ex
H quadam mentis facilitate nascuntur. Sunt etiam a-
liæ potestates quæ veluti colluctantur nobiscum. Vn-
Ephe. 6. de Apostolus ait: Quia non est nobis colluctatio ad-
uersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes,
& potestates, & rectores huius mundi tenebrarum ha-
rum: aduersus nequitiam spiritalium, quæ sunt in cæ-
lestibus. Volunt enim hac quadam contentione nos
frangere, & veluti quoddam animæ nostræ corpus
elidere. Vnde & Paulus quasi bonus athleta non so-
lum ictus aduersantium potestatum vitare cognoue-
1. Cori. 9. rat, verūetiam aduersantes ferire. Vnde & ait: Per-
cutio pugnis, non vt aera cædens. Et ideo quasi bo-
nus athleta ad coronam meruit peruenire. Ergo multi-
plicia tentamēta sunt diaboli. Et ideo bilinguis serpēs
habetur, atq; letalis, eo quod diaboli minister aliud lin-
gua loquatur, aliud corde meditetur. Sunt & alii mini-
stri, q & cordis & vocis suę infectas veneno veluti ver-
borū suorū iactant sagittas, qbus dñs ait: Generatio vi-
perarū, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?
Et dixit serpens mulieri: Quid vtiq; dixit deus ne eda-
tis ex omni ligno quod est in medio paradiso? Et dixit
mulier serpēti: Ex omni ligno paradisi mādūcabimus,
de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit
deus: Non manducabitis ex eo, neq; tangetis ex eo, ne
moriamini. Cum audieris sapientiorem bestiis omni-
I bus esse serpentē, hic eius iam quęre versutiam. Simu-
lat se verba dei dicere, & proprios intexit dolos. Cū enī
dixisset deus: Ex omni ligno quod est in paradiso, ede-
tis ad escam: de ligno autē quod est scientia boni & ma-
li, non edetis: qua die autem mādūcabitis ex eo, morte
moriemini: serpens quasi interrogans mulierem, cum
dixisset deus, Ex omni ligno quod est in paradiso, ede-
tis: de ligno autem vno nō edetis: inseruit mendaciū, vt
diceret, Ab omni ligno nō edetis: cum de vno tantū li-
gno scientiæ boni & mali præceperit deus non esse gu-
standum. Qua ratione autē fefellerit, nihil mirū, quia
iis qui aliquē circūscribere conātur, consuetudo est fal-
lere. Non est igitur interrogatio ociosa serpētis. Sed vt
scias in mandato nullum vitium esse potuisse, respōdit
mulier, & ait: Ex omni ligno paradisi manducabimus,
de fructu autem ligni quod est in medio paradisi, dixit
deus: Nō mādūcabitis ex eo, neq; tāgetis ex eo, ne mor
te moriamini. In mandato quidē nullum vitiū est, sed
in relatione mādati. Etenī quantū pręsens lectio docet,
discimus nihil vel cautionis gratia iungere nos debere
mādato. Si qd enī vel addas vel detrahas, pręuaricatio K
quędam videtur esse mādati. Pura enī & simplex man
dati forma seruāda, vel testimonii series intimāda est.
Plerūq; testis dum aliquid ad seriem gestorum ex suo
adiicit, totam testimonii fidem partis mendacio deco-
lorat. Nihil igitur vel quod bonum videtur, addendum
est. Nanq; hic quid offensionis habet prima specie, quod
addidit mulier: Neq; tangetis ex eo quicquā. Tangetis
enim deus nō dixerat, sed, Nō edetis. Sed tamē lapsus
incipit esse pricipiū. Nam quæ addidit, vel superfluum
addidit: vel addendo de proprio, semiplenum intellexit
dei esse mandatū. Docet igitur nos præsentis series le-
ctionis neq; detrahere aliquid diuinis debere mādatis,
neq; addere. nam si Ioānes hoc iudicauit de suis scriptis:
Si quis apposuerit, inquit, ad hęc, adiiciet in illum deus Apoc. 22.
plagas quæ scriptę sunt in libro isto: & qui dēpserit de
verbis his prophetiæ huius, delebit deus partē illius de
libro vitæ: quāto nihil diuinis mandatis est detrahēdū?
Hinc ergo cœpit præuaricatio prima esse mandati. Et
pleriq; putant hoc vitiū nō esse mulieris, sed Adæ fuis-
se: ita Adā dixisse mulieri, dum eam vellet facere cau-
tiorem, vt adderet mādasse deum, Neq; tangetis ex eo
quicquā. Habemus enim quia Adam nō Eua manda-
tum acceperit a Deo. Nondum enim mulier formata
fuerat. Ipsa quidem verba Adæ quibus mulieri dicit,
formam seriemq; mandati non prodit lectio: sed intelli-
gimus per virum ad mulierē seriem transisse mandati. L
Viderint tamē alii quid sentiant, mihi tamē videtur a
muliere cœpisse vitium, inchoasse mendaciū. Nam etsi
de duobus videatur incertum, tamen sexus prodit qui
prius potuerit errare. Adde quia præiudicio illa cōstrin
gitur, cuius & postea prior error inuentus est. Viro enī
mulier, non mulieri vir autor erroris est. Vnde & Pau
lus ait: Adam, inquit, non est deceptus, mulier autē se- 1. Tim. 2.
ducta in præuaricatione fuit. Nunc videamus vtrum
præter adiectionem quæ mandato est applicata, quod
additum est, obfuisse videatur. Nam reuera si bonum
est, neq; tangetis ex eo, & ad cautionem proficiebat: cur
deus hoc minime interdixerit, immo nō interdicendo
permisisse videatur? Itaq; vtrunq; quærendum, qua ra-
tione nec permiserit, nec interdixerit. Sunt enī qui di-
cant, qua ratione quod fecit videri, non iussit & tangi?
Verū cū in eo ligno audieris naturā fuisse scientię boni
& mali, potest ęstimari quia noluit te malum tangere.
Satis est enim nobis videre Satanā sicut fulgur de cęlo Lucę. 10.
cadentē, secūdum vocem domini, & dantem escam nō
luminis sed noctis & tenebrarū filiis, quia scriptū est:
Dedit eum in escam populis Ęthiopū. Hoc igitur de Psal. 73.
eo dictum est, quod non mandauerit tangi. Quod au-
tem non prohibuerit, quid intelligā, accipe. Sunt mul-
ta quæ noceant si ante voluerimus haurire, q̄ quæ sint
illa cognoscere. Nam & de cibis & potu plerūq; vsu ve- M
nit. Quippe si id quod amarum est, ante cognoscas, in-
dues patientiam. Et si intelligas illa quæ sunt amara,
prodesse, & indues tolerātiā, ne offendat amaritudo te
repentina, & incipias reiicere profutura. Prodest ergo
ante cognoscere, vt ex eo quod cognoueris profuturū,
nec amara fastidias. Sed hæc minus nocere possunt: il-
lud quod magis, nisi prouideatur, nocere possit, aduer-
te. Gentilis quidam est, ad fidem tēdit: Catechumenus
est, maiorē vult accipere doctrinę & fidei plenitudinē.
caueat ne dum vult discere, male discat, & discat a Foti-
no, discat ab Arrio, discat a Sabellio: tradat se huiusmo
di magistris quorū quędā eū teneat autoritas: & indu-
ctus quadā magistrorū præsumptione, teneris sensibus
impressa diiudicare nō nouerit. Prius igitur oculis mē-
tis perspiciat quid sequatur, videat vbi vita sit. Tan-
gat deniq; diuinarū vitalia lectionum, vt nullo prauo
offendatur interprete. Legit ille Sabellius: Ego in pa- Ioan. 14.
tre, & pater ī me: & dicit vnā esse psonā. Legit Fotin⁹: 1. Tim. 2.
Quia mediator dei & hoīm homo Christus Iesus. Et Ioan. 7.

A alibi, Quid me vultis occidere hominē? Legit etiā Ar
Ioan. 14. rius quia dixit, Quoniā pater maior me est. Legitur
quidem manifestum, sed qua ratione dictum sit, debet
ante pertractare secum, vt rationē dictorū possit aduer-
tere. Ducitur quadam magistrorum autoritate, & pro-
fuisset ei nō quęsisse, q̄ talem inuenisse doctorē. Sed etiā
Leui. 24. gētilis si quis scripturas accipiat, legit: Oculum pro ocu
Mat. 5. lo, dentem pro dente. Legit etiam: Si scandalizauerit
te dextera tua, abscinde illam. nō intelligit sensum, non
aduertit diuini arcana sermonis. peius labitur, q̄ si non
legisset. Et ideo docuit quēadmodum dei verbum in-
uestigare deberent: non perfunctorie, nō improuide, sed
1. Ioan. 1. diligēter atq; solicite. Quod erat, inquit, ab initio, quod
audiuimus, & quod vidimus, oculis nostris perspexi-
mus, & manus nostræ perscrutatæ sunt de verbo vitæ:
& vidimus, & testamur, & annūciamus vobis. Vides
quod ante velut manibus quibusdam perscrutatus sit
dei verbum, & postea annunciauerit: & ideo nihil Adę
& Euæ fortasse nocuisset verbū, si pertractantibus dili-
genter mētis quibusdam manibus ante tetigissent. In-
firmi enī pertractando, & diligentius requirēdo, vniuſ-
cuiusq; quā non intelligunt possunt inuestigare senten-
tiam. Certe illi infirmi id lignum in quo scientiam ma
li esse cognouerant, ante, quēadmodum tangerent, de-
buerant perscrutari. Nam & mali sæpe nobis potest
prodesse cognitio. Et ideo diaboli fraudes vel in hac le-
B gimus lectione, vel in prophetia, vt discamus quemad-
modum artes eius cauere possimus. Cognoscēda sunt
enim tentamenta eius, nō vt sequamur, sed vt docti in-
structiq; caueamus. Sunt hoc loco qui dubitationē ha-
beant vtrum ex omni ligno ita dixerit deus esse gustā-
dum, aut cū de omni ligno, ita de scientiæ boni & mali
ligno gustaretur: an vero de omni ligno gustandum,
de solo ligno scientiæ boni & mali dixerit non esse gu-
standum. Qui ne id quidem putant inutilis esse ratio-
nis, quod quāuis noxia esca huius ligni fuerit, tamen si
cum cæteris ederetur, noxia esse nō possit: quandoqui-
dem etiā antidotum Theriacū de corpore serpētis con-
fici solere dicatur, quod vtiq; virus corpusq; serpentis cū
solum sumitur, nocet: cum admiscetur aliis, sanitati est
& saluti. Scientia quoq; boni & mali, si quis sapientiæ
habeat, si quis vitæ semper intendat, si quis cætera vir-
tutum genera consequatur, nequaquā inutilis æstima-
tur. Hac igitur ratione pleriq; putauerūt posse etiam il-
lud intelligi, vt videatur deus id inhibuisse, ne absq; cæ-
teris solum lignum scientiæ boni & mali gustaret, non
prohibuisse cum cæteris. Et hoc ideo putant dictum,
quia ait deus ad Adam: Quis tibi indicauit quoniam
nudus es, nisi de ligno a quo præceperam tibi ab hoc
C solo ne manducares, manducasti? Quod videretur da-
re aliquē interpretandi locum, nisi mulier in superiori-
bus dicente serpente, Quid vtiq; dixit deus, Ne edatis
ab omni ligno quod est in paradiso? respōdisset, Quod
est in medio paradisi, dixit deus, Non mādūcabitis ex
eo. In quo quāuis mulieris præuaricaturę fides videa-
tur infirmior, tamen nō omnibus Adam spoliabo vir-
tutibus, vt videatur in paradiso nullam assecutus fuisse
virtutem, nihil de cęteris gustauisse lignis priusquā cul
pam incidisset, q̄ fructus esse aliquos consecutum. Non
spoliabo ergo Adam, ne genus humanū omne dispo-
liem: quod innocēs est antequā sensum accipiat scientię
Mat. 18. boni & mali. Neq; enim ociose dictum est: Nisi conuer-
si fueritis, & efficiamini sicut puer iste, nō intrabitis in
regnum cælorū. Puer enim cū maledicitur, nō remale-
dicit: cum percutitur, nō repercutit: ambitionum & ra-
pinarum tentamenta non nouit. Ergo verius puto,
quod ne cum aliis quidem fructibus lignum edendum
esse pręcepit. Nam etsi bona scientia perfecto, imperfe-
cto tamē inutilis est. Imperfectū auferim oēm hominē
Philip. 3. dicere, qñ ipse Paulus quasi impfectus dicat: Nō quod
iam acceperim, aut iam perfectus sim, sequor autē si cō-
prehendam. Et ideo imperfectis dicit dñs: Nolite iudi- Mat. 7.
care, vt nō iudicemini. Ergo imperfecto inutilis sciētia. D
Deniq; peccatū nesciebam, nisi lex diceret: Non cōcupi- Roma. 7.
sces. Et infra: Sine lege enim peccatum mortuum est.
Quid enim mihi proderat scire, quod vitare non pote-
ram? Quid mihi proderat scire, quod lex carnis meę im
pugnaret? Impugnatur Paulus, & videt legem carnis
suæ repugnantē legi mentis suæ, & captiuari se in lege
peccati. Nec de conscientia sua pręsumpsit, sed per Chri
sti gratiam confidit se a mortis corpore liberādum: Et
tu quēquam opinaris scientem nō posse peccare? Pau-
lus dicit: Nō enī quod volo facio bonum, sed quod nolo
malū, hoc ago: & tu arbitraris homini prodesse sciētiā,
quæ delicti augeat inuidiam? Esto tamen vt perfectus
peccare nō possit. In Adam deus omnes homines prę-
uidebat, & ideo promiscue generi non cōueniebat hu-
mano habere scientiam boni & mali, quā per carnis vi-
tia, vt oportebat, exercere nō poterat.

Quomodo tētamēta diaboli plena sint mēdacii. Et de deceptione mulieris, & lapsu Adæ. Quēadmodum etiam cognouerint se esse nudos, & succinctoria sibi fecerint, & quid significent. Caput XIII.

DISCAMVS igitur tētamēta diaboli ple
na esse mendacii. Vix enim vnū verum vi-
detur ex iis quæ pollicitus est, reliqua falsa E
composuit. Sic enim habes: Et dixit serpēs
mulieri: Non morte moriemini. Ecce vnum falsum:
nam morte mortuus est homo, qui secutus est promis-
sa serpētis. Deinde addidit: Scit, inquit, deus, quia qua-
cunq; die comederitis ex eo, adaperientur oculi vestri.
Hoc solum verum, quia infra habes, quia manducaue-
runt ambo, & aperti sunt oculi eorum. Sed hoc verum
quod noceret. Deniq; non omnibus aperire oculos vti-
le, quia scriptum est: Videbunt, & nō videbūt. Sed sta-
tim agglutinatū mendaciū est, quia adiunxit: Et eritis
sicut dii, scientes bonum & malum. In quo licet aduer-
tere Idololatriæ autorem esse serpentem, eo quod plu-
res deos induxisse in hominū videatur errorem, quadā
serpētis astutia. Et hoc fefellit, quia homo sicut dii. Nō
solum enim sicut dii esse homines desierunt, sed etiam
qui quasi dii erant, quibus dictū est: Ego dixi, dii estis: Psal. 81.
sui gratiam perdiderunt. Et vidit mulier quia bonum
est lignum ad manducādum, & quia gratum oculis ad
videndum, & speciosum est ad intuendum. Infirma au
tor iudicii, quæ de eo quod non gustauerat, iudicabat.
Et ideo non facile, nisi si quod diligentius pertractaue-
rimus, quod īteriore probauerimus affectu, videtur ad
opus aliquod esse sumendum. Accipiens, inquit, de fru F
ctu eius manducauit, & dedit viro suo simul, & mandu
cauerunt ambo. Bene prætermissum est vbi decipitur
Adam, quia non sua culpa, sed vitio lapsus vxoris est.
Et aperti sunt, inquit, oculi eorum, & cognouerūt quod
nudi essent. Et ante quidem nudi erant, sed nō sine vir-
tutum integimentis. Nudi erant propter morum sim-
plicitatē, & quod amictum fraudis natura nesciret. Nūc
autem multis simulationū inuolucris mens humana
velatur. Ergo posteaquā spoliatos se illa synceritate &
simplicitate viderūt integræ incorruptęq; naturæ, quę-
rere mundana & manufacta cœperūt, quibus nuda suæ
mentis operirēt: delectationes delectationibus, & mun
di hui⁹ vmbratiles voluptates velut folia foliis assuen-
tes, quib⁹ obūbrarent genitale secretū. Nam quomodo
clausos oculos corporis habuit Adam, qui omnia ani-
mantia ita vidit, vt his & nomen imponeret? Quo-
modo cognouerunt? Id est, interiore & altiore scientia,
nō tunicā sibi, sed virtutū deesse velamina. Et assuerūt
folia ficus, & fecerunt sibi succinctoria. Ficū hoc loco pro
qua specie debeam⁹ accipere, diuinarū nos docet series
lectionū. Quandoquidē sanctos esse qui sub vite & ficu

G requieſcant, ſcriptura memorauerit, & Salomon dixerit: Quis plantat ficū, & de fructu eius non manducat? Et dās ad ficum venerit, ſed ideo ſit offenſus, quod non inuenerit fructū, ſed folia tantū. Docet ergo me Adam quid ſint folia, qui poſteaquā peccauit, de foliis ficus fecerit ſibi ſuccinctoriū, q de fructibus magis eius guſtare debuerit. Iuſtus fructum eligit, folia peccator. Quis eſt
Gala. 5. fructus? Fructus, inquit, ſpirit⁹ eſt charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, modeſtia, continentia, dilectio. Non habebat fructum, qui gaudium non habebat: Non habebat fidem, qui præuaricatus erat mādatum dei: Non habebat continentiā, qui de interdicto ſibi guſtauerat ligno. Ergo quicunq; præuaricatur mādatum dei, ſpoliatur atq; nudatur: & ſit ipſe ſibi turpis. vult ſe operire quibuſdam ficus foliis, fortaſſe quibuſdā inanibus vel vmbratilibus ſermonibus, quos cōpoſitis mendaciis affluens, & verbum de verbo ſtruens, ad operiendam conſcientiam ſuę mentis, factiq; velamen peccator intexit, vt pudenda ſua cōtegat. Iacit enim ſupra ſe folia, qui culpam velare deſiderans, aut diabolum delicti memorat autorem, aut carnis prætendit illecebras, aut aliūm quēpiam perſuaſorem prodit erroris. Et de ſcripturis diuinis frequēter promit exēpla quibus iuſtos in culpā perhibet incidiſſe, dicens, ſi forte in ſtupris fuerit deprehenſus, Et Abrahā cū ancilla cōcubuit, & Dauid alienam adamauit, & ſibi aſciuit vxorem. Aſſint enim ſibi quædam exempla de propheticarū ſerie ſcripturarum, fructum earum nō putat requirēdum. Nonne tibi
H videntur etiam Iudæi folia aſſuere, dum legis ſpiritalis verba corporaliter interpretantur? Quorū interpretatio fructum omnē viriditatis amittit, damnata maledicto ariditatis ęternę. Bona igitur interpretatio, hoc eſt, ſpiritalis ficus eſt fructuoſa, ſub qua iuſti ſanctiq; requieſcunt. Quam qui plantauerit in animis ſingulo-
1. Cor. 3. rum, ſicut Paulus ait: Ego plantaui, Apollo rigauit &c. manducabit ex ea fructū. Mala autē interpretatio fructum ferre, viriditatē ſeruare non poterit. Quod igitur grauius eſt, hac ſe Adam interpretatiōe ſuccinxit eo loco, vbi fructum magis caſtitatis ſe ſuccingere debuiſſet. In lumbis enim quibus precingimur, quædam ſemina generationis eſſe dicūtur. Et ideo male ibi ſuccinctus eſt Adā foliis inutilibus, vbi futurę generationis nō fructum futurū, ſed quędā peccata ſignaret, quæ manſerunt vſq; in aduentū domini Saluatoris. Cæterum poſteaquā dominus aduenit, ſicum inuenit inculta: rogatus ne eam iuberet excidi, vt coleretur permiſit. Et ideo iam non foliis, ſed diuino ſuccingimur
Lucę. 12. Mat. 10. I ſermone, quia ipſe dominus ait: Sint lumbi veſtri precincti, & lucernæ ardentes &c. Vnde etiam pecuniam in zonis noſtris portare prohibet. Non enim ſecularia, ſed æterna debet zona noſtra ſeruare.

De voce dñi deambulantis ad veſperā, & interrogatione vel potius increpatione Adā: Vbi es? Cur præterea ante increpetur Adam, cum mulier ante guſtauerit: & quid mulier pro ſua excuſatione reſponderit, ac de myſteriis iſtorum. Caput XIIII.

IM audierunt, inquit, vocem domini deambulantis ad veſperā.) Quæ eſt ambulatio dei, qui vbiq; ſemper eſt? Sed puto deambulationē quandā eſſe dei per diuinarū ſeriem ſcripturarū: in quibus dei quædā verſatur preſentia, cū
Pſal. 33. audimus quia ipſe aſpicit oīa, & oculi dñi ſup iuſtos: cū
Mat. 9. legimus, Quia Ieſus ſciebat cogitationes eorū: cū legimus, Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Ergo dum hæc recenſemus, quaſi deambulantem cognoſcimus deum. Fugerat ergo peccator, non quo dei poſſet latere conſpectum, ſed intra conſcientiam ſuam latere cupiebat, opera ſua lucere nolebat. Iuſti eſt enī facie ad faciē videre, quia iuſti mens nō ſolum deo præſens eſt, ſed etiam cum deo diſputat, ſicut ſcriptum eſt: Iudicate
K pupillo, & iuſtificate viduam, & venite diſputemus, di
Eſaiæ. 1. cit dominus. Ergo cum legit peccator has ſcripturas diuinas, audit vocem dei quaſi ambulantis ad veſperam. Quid eſt ad veſperā, niſi quia culpam ſuam ſero cognoſcit, & ſero venit quędā erroris præteriti verecūdia, quę errorē prēuenire debuerat? Nā dū culpa feruet in corpore, & anima exagitatur corporis paſſionibus, nō cogitat deum ſenſus errātis, hoc eſt, nō audit deum ambulantē in ſcripturis diuinis, ambulantem in mentibus ſingulorū. Dicit enim deus: Quoniā inhabitabo
Leui. 26. in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorū deus. Ergo cū in animę ſenſum redierit poteſtatis formido diuinę, tunc erubeſcimus, tunc nos geſtimus abſcondere: tunc in peccatorū noſtrorū poſiti cogitatiōibus, in medio ligni paradiſi vbi peccauimus, deprehēdimur, latere cupientes, & arbitrantes quod deus non requirat occulta. Sed ſcrutator animorū & cogitationū vſq; ad diuiſionē animæ penetrans dicit, Adam vbi es? Quomodo loquitur deus? nūquid voce corporea? Non vtiq;, ſed virtute quadā præſtantiore, q̄ vox corporis poteſt eſſe, ſunt dicta oracula. Hanc vocem eius prophetæ audierunt, hāc vocem fideles audiunt, impii non intelligūt. Deniq; in
Ioan. 12. Euangelio habes quod audiuit Euangeliſta dicentem patrem: Et clarificaui, & iterum clarificabo: ſed Iudæi
L nō audierūt. Deniq; dicebāt: Tonitruum factum eſt. Illis ergo ſicut ſupra habes quia ſentiebatur deambulās deus, qui nō deambulabat: ſic audiebatur loquēs deus, qui non loquebatur. Sed quid loquatur, conſideremus: Adam vbi es? Adhuc in his remedium ſanitatis eſt, quia audiunt dei verbum. Deniq; Iudæi, qui ſibi clauſerunt aures ne audirent: hodieq; non merentur audire. Deinde habent remediū, qui ſe abſconderunt. Nā qui
Pſalm. 6. abſconditur, erubeſcit: q erubeſcit, cōuertit: ſicut ſcriptū eſt: Confundantur & conuertātur omnes valde velociter. Deinde hoc ipſum quod vocat, indiciū ſanaturi eſt, quia dominus quibus miſeratur, & vocat. Dicendo autem: Vbi es? nō locum quærit qui nouit arcanum. neq; enim deus clauſos oculos habebat, vt nō videret latentem. Deniq; ideo dixit, Factus eſt Adam tanquam vnus ex nobis, quia aperuit oculos. Et hic quidem aperuit oculos, vt culpam ſuam videret, quā vitare nō potuit. Magis enim poſtquā peccauimus, neſcio quo modo, noſtra delicta cognoſcimus: & tunc peccatū eſſe intelligimus, quod antequā peccaremus, nō putabamus eſſe peccatum. Certe non quaſi peccatum putabamus eſſe damnādum. nam ſi damnaremus, non admitteremus. Deus autē omniū videt culpas, & omniū delicta cognoſcit: ſuper omniū animā, ſuper omnium occulta oculos habet. Quid eſt ergo: Adam vbi es? Id eſt, non M
in quo, ſed in quibus es? Non ergo interrogatio eſt, ſed increpatio. De quibus, inquit, bonis, de qua beatitudine, de qua gratia in quā miſeriam recidiſti? Dereliquiſti vitam ęternā, & attumulatus es morti, conſepultus errori. Vbi eſt illa tua bene ſibi conſcia confidentia? Timor iſte culpā fatetur, latebra prēuaricationē. Vbi ergo es, hoc eſt, non in quo loco quæro, ſed in quo ſtatu. Quo te perduxerūt peccata tua, vt fugias deū tuū quē ante quærebas? Fortaſſe moueat cur ante increpatur Adam, cū mulier ante guſtauerit? Sed a prēuaricatione ſexus infirmior cœperit, a verecundia & excuſatione fortior, vt fœmina erroris cauſa fuerit, vir pudoris. Et dixit mulier: Serpens decepit me, & manducaui. Veniabilis culpa, quā ſequitur profeſſio delictorū. Ideo nō deſperata mulier, quę nō reticuit deo, ſed magis confeſſa peccatum eſt, quam medicabilis ſecuta ſententia eſt. Bonum eſt condemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur. Denique Cain quia voluit crimen negare, indignus iudicatus eſt qui puniretur in peccato, ſed remiſſus eſt ſine preſcripto pœne, fortaſſe nō tam maiori crimine parricidii, illud enim

A cōmiſit in fratrē, q̄ ſacrilegii, quod deo credidit mentiendum, dicēs: Neſcio, nunqd ego cuſtos fratris mei ſum? Et ideo accuſatori diabolo eius accuſatio reſeruata eſt, vt cū eius angelis flagelletur, qui cū hominibus nolunt
Pſal. 72. flagellari. Deniq; de talibus dictū eſt: Non eſt declinatio mortis eorum, & cum hominibus non flagellabuntur. Alia ergo ratio mulieris, quæ licet culpam prævaricationis inciderat, tamen de paradiſi lignis habebat adhuc virtutis eſcam: & ideo dixit peccatum ſuum, &
Prou. 18. reputatum eſt ei adveniam. Iuſtus cū accuſator eſt ſui in principio ſermonis. Neq; enim poteſt quiſquā iuſtificari a peccato, niſi fuerit peccatum ante confeſſus. Vn-
Eſaię. 43. de dominus ait: Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Ergo quia Eua ipſa confeſſa delictum eſt, mitior ſequitur & profutura ſententia, quæ condemnaret errorē, & veniam nō negaret, vt ad virū ſuum cōuerſa ſeruiret. Primū, ne eā facile delectaret errare: deinde vt ſub fortiore vaſe locata nō traduceret virum, ſed magis viri conſilio & ipſa regeretur. In quo quidem myſterium Chriſti & Eccleſiæ euidenter agnoſco. Deſignatur enim Eccleſię ad Chriſtum futura conuerſio, & religioſa ſeruitus ſubdita dei verbo, quæ multo ſit melior, q̄ ſeculi huius li-
Mat. 4. bertas. Deniq; ſcriptū eſt: Dominū deum tuum adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. Hæc igitur ſeruitus dei donū eſt. Deniq; inter benedictiones numeratur huius ſeruitutis obſequium. nam & Iſaac in loco benedictionis eā dedit Eſau filio ſuo, vt ſeruiret fratri ſuo. Deniq; benedictionem ille poſcebat. etſi vnā ſibi cognouiſſet eſſe præ-
B reptam, tamē aham poſtulabat dicens: Numquid vna benedictio tibi eſt pater? Per hanc igitur ſeruitutē illam, qui per gulā primitias ſuas ante vendiderat, & ſtudio venatiōis agreſtis gratiā bñdictionis amiſerat, credidit ſeipſo futurū eſſe meliorē ſi typū Chriſti veneraretur in
Mat. 20. fratre. Hac enim ſeruitute pollet populus Chriſtianus, ſicut & dās ad diſcipulos ſuos ait: Qui vult inter vos primus eſſe, ſit omniū ſeruus. Deniq; hāc ſeruitutē operatur charitas, quæ & ſpe maior & fide eſt. Vnde ſcri-
Gala. 5. ptum eſt: Per charitatē ſeruite inuicē vobis. Hoc eſt ergo myſteriū quod ait Apoſtolus eſſe in Chriſto & in
Ephe. 5. eccleſia. Hæc enī vere in prævaricatione ante fuit, ſed ſalua erit per filiorū generationē in fide, & charitate, &
1. Tim. 2. ſanctificatiōe, cū caſtitate. Prēuaricata vtiq; in patribus generatio hominū, ſalua p filios: vt quod in Iudæis offenderat, in Chriſtiana poſteritate corrigeret.

Qua ratione veniabilis fuerit deceptio mulieris. Et quemadmodum ſerpens typus ſit delectationis, & de ſententia damnationis in ſerpentē, ac etiam condemnatione Adæ: & de diſcretione inter iſtas ſententias.
Caput XV.

C SERPENS, inquit, me ſuaſit.) Et hoc veniabile deo viſum eſt, eo quod noſſet multas ad decipiendum vias eſſe ſerpentis: quia
2. Cor. 11. tranſfiguratur in angelum lucis, & miniſtri eius ſicut miniſtri iuſtitiæ ſunt, falſa imponētis rebus ſingulis nomina, vt temeritatē dicat eſſe virtutē, & auaritiæ nomē imponat induſtriæ. Serpens enī mulierem decepit, virum mulier ad prēuaricationem de veritate deduxit. Serpentis typum accepit delectatio corporalis: mulier ſymbolum ſenſus eſt noſtri, vir mentis delectatio. Itaq; ſenſum mouet, ſenſus menti tranſfundit quam acceperit paſſionem. Delectatio igitur prima eſt origo peccati. Ideoq; nō mireris cur ante ſerpēs damnetur iudicio dei, ſecundo mulier, tertio vir. Secundum erroris ordinem, damnationis quoq; ordo ſeruatus eſt. Delectatio enim ſenſum, ſenſus autem mentem captiuam facere cōſueuit. Vt ſcias autē quia ſerpens typus eſt delectatiōis, dānationē eius aduerte. Supra pectus, inquit, tuū, & in vtero tuo ambulabis. Qui ſunt qui in vtero ſuo ambulant, niſi q̄ vētri & gulæ viuunt, quorū deus venter eſt, & gloria in pudēdis eorum, qui terrena D
ſapiunt, & cibo onerati ad terrena curuantur? Bene er-
Philip. 3. go delectationi ait, quæ cibis intēta terrā videtur manducare, Supra pectus tuum & in vtero tuo ambulabis, & terrā manducabis oībus diebus vitæ tuæ. Tollenda eſt omnis excuſatio diaboli, ne forte malitię ſuę aliquid poſſit obtēdere, vt dicat iniquitatē ſuam ex condemnatione veniſſe, et ideo ad nocendum hominibus pertinaciter obnuti, quia ideo damnat⁹ eſt vt noceret. Quod videtur eſſe proximū opinioni, ſi tanquā damnationis accipimus iſtam ſententiā. Non enim deus ad hoc ſerpentem damnauerat vt noceat, ſed quid futurus eſſet, oſtendit. Et quidē tentatio illa quod amplius hominibus profit, ſuperius demonſtrauimus: ſed tamen cū legerimus quod ſcriptum eſt, dicente deo: Honorificātes me, honorificabo, & contēptor mei honore priuabitur: licet nobis ex his verbis aliquid æſtimare. Deus enim operatur quod bonum eſt, non quod malum. Ergo doceant te verba diuina, quia operatur gloriam, pœnam relinquit. Honorificantes me, inquit, honorificabo: honorem bonorū operatiōnis ſuæ eſſe declarans. Et contemptores, inquit, mei nō dixit, honore priuabo, ſed honore priuabuntur. Non ſuæ operationi deputans eorū iniuriam, ſed quid futurū eſſet oſtendens. Ergo hic non dixit, Facio te ſupra pectus tuum, & vtero tuo ambulare, & terram manducare omnes dies vitæ tuæ: ſed ambulabis, inquit, & manducabis: vt prædixiſſe magis de ſerpente quæ futura ſunt, videretur, q̄ preſcripſiſſe quid
E faceret. Terra, inquit, tibi cibus erit, nō anima. nā & hoc peccatoribus prodeſt. Vnde & Apoſtolus tradidit hu-
1. Cor. 5. iuſmodi in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. Pectore autem & ventre ait reptare ſerpentē, nō tam propter corporis figuram, q̄ q propter terrenas cogitationes de illa cæleſti beatitudine ſit lapſus. Pectus enim frequenter receſſus quidā accipitur ſapientię. Et ideo Apoſtolus ſupra pectus Chriſti reclinat caput, nō in terrā deiecit. Ergo ſi ſapiētia diaboli feris īmaniſſimis cōparatur, quibus intra pedes pectus ſit: ſed etiā hoīes qui terrena ſapiunt, nec interiore affectu eriguntur ad cælum, vtero videntur reptare per terrā: vtiq; ventrem animæ noſtræ non corruptibilibus ſeculi huius implere, ſed magis dei verbo ſatiare debemus. Bene igitur Dauid perſonam ſuſcipiens Adæ dicit: Humiliata eſt in puluere anima mea, adhęſit in ter-
Pſal. 43. ra venter meus. Adhæſit enim, dum configuratur ſerpenti, qui paſcitur iniquitate terrena. Ideoq; nos Apoſtolus cōfigurari dicit oportere Chriſto, vt virtus Chriſti prętendat in nobis. Q̄ę ſententia nō putatur in ſerpentem grauis, cum etiam Adam, qui leuius peccauit, tali condēnatur ſentētia. Scriptū eſt enī: Maledicta terra in operibus tuis. In triſtitia manducabis eā oēs dies vitæ tuæ. Videtur certe ſimilitudo quędā eſſe ſentētię, E
ſed tamē in ipſa ſimilitudine magna diſcretio. Intereſt enī vtrū māducet aliquis terram, ſicut ſerpenti dictum eſt quia terram manducabit: an vero ſicut homini dictum eſt: In triſtitia manducabis. Adiectio enim iſta, in triſtitia, diſcretionem facit. Diſcretio quam vim habeat, conſidera. Bonum eſt mihi in triſtitia magis terrā manducare, q̄ in delectatione, hoc eſt vt in actu quodam & ſenſu corpor⁹ cōtriſtari videar, q̄ delectari in peccato. Multi enī ꝓpter nimias iniquitates nō ſuſcipiunt peccati conſcientiā. At vero ille qui ait: Caſtigo corpus 1. Cor. 9.
meū, & ſeruituti redigo: cōtriſtatur in noſtrorū pœnitētia peccatorum, quia ſua tanta delicta non habuit, vt in his contriſtari deberet. Deniq; & nobis ſuadet vtilem iſtam eſſe triſtitiam, quæ ſecundum deum, non ſecundum ſeculū eſt. Oportet, inquit, vos cōtriſtari in pœnī- 2. Cor. 7.
tentia ſecūdum deū. nam ſecundum deū triſtitia ſalutē operatur, ſeculi autem triſtitia mortē operatur. Sed & de veteri teſtamento accipe illos ad gratiā pertenisſe, qui cōtriſtabāt⁹ in operibus corporalib⁹: illos vero in

G supplicio remãsisse,qui delectabãtur huius mũdi operibus. Deniq; Hebręi qui ingemiscebãt in laboribꝰ Ægypti,iustorũ gratiã cõsecuti sunt. Et quia panẽ in tristitia manducarunt,esca donati sunt spirituali. Ægyptii vero, qui talia opera cũ exultatione celebrabant,regi detestabili seruientes,nullam veniam sunt adepti. Sed & illa distinctio,quod serpenti dicitur quia terram manducabit: Adæ autẽ, In tristitia,inquit,manducabis, & cum sudore manducabis. Manducabis fœnum agri: vt quẽdam intelligamus in his esse processum, & quãdo terrã manducamus,in quadam malitia esse videamur:quãdo fœnum,in quodam processu:quãdo vero panem,cũ consummata fuerit fortitudo. Ergo & nos habeamus processum vitæ huius,sicut habuit & Paulus qui dicit:

Gala.2. Viuo autem iam non ego,hoc est,non ego qui terram
Esaię.40. aute manducabam: non ego qui fœnum, quia omnis caro fœnum:sed viuit in me Christus,hoc est,vivit panis ille viuus,qui venit e cælo,viuit sapiẽtia,viuit gratia,viuit iustitia,viuit resurrectio. Deide cõsidera quia nõ est maledictus homo,sed maledictus est serpẽs. Nec terra in se maledicta est,sed maledicta,inquit, in operibus tuis. Ad animã dictum est. Tunc terra maledicta est,si habeas opera terrena,id est opa secularia. Et maledicta nõ in vniuersum,sed vt spinas & tribulos gene-
H ret,nisi fuerit humanæ studio operationis exercitata. Quod si eam exercuerimus:in labore quidem & sudore,sed tamẽ panem manducabimus. Repugnat enĩ lex carnis legi mentis. Et laborãdum nobis est ac desudandum vt castigemus corpus, & seruituti redigamus,&
Gala.6. quę sunt spiritalia seminem?. Si enĩ carnalia seminauerimus,quę carnalia sunt metemus. si vero spiritalia seminauerimus,metemus ea quę sunt spiritalia.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE CAIN ET ABEL.

Quid Autor in hoc opere prosequi intendat ex continuatione huius libri ad superiorẽ. Et de generatione Cain & Abel. Quid etiã per istos duos fratres,similiterq; per Esau & Iacob iuxta vnũ intellectũ mysticę atq; moraliter significetur. Caput I.

De mysterio in præmemoratis fratribus secũdum scripturam & autoris intelligentiam figurato. Et quid per hoc intelligi detur qđ in libris Regũ legitur: Et appositus est ad patres suos. De cõparatiõe pręterea Isaac & Moysi quãtum ad typum & figurã quæ in eis præcessit: et qua ratione de Moyse non legatur sicut de cęteris quia deficiẽs mortuus est,ac de ignorantia sepulturæ ipsius. Caput II.

Quid iuxta moralem interpretationem autor signifi-
I cari velit per hoc quod superius cõmemoratũ est: Et adiecit parere Abel. Et de statibus ac officiis Abel, & Cain. Qua ratiõe etiã,cũ ante generatꝰ sit Cain, in descriptiõe vitę status & operis vsus Abel prius commemoretur. Caput III.

Quod nõ solum naturæ exemplis,sed & fidelibus diuinæ scripturæ testibus cõprobetur malitiam tempore præcedere virtutem. Et quẽadmodum secundum mysterium latens in literis duæ mulieres vnicuiq; nostrũ cohabitent,inimicitiis & discordiis dissidentes,quarum vna voluptas, altera vero virtus nominatur. De voluptatis quoque descriptione, & retibus ipsius,fallacibusq; suasionibus quibus mentẽ hominis capere nititur. Caput IIII.

De occursu virtutis sauciũ & cito casurũ miserãtis. Ac ne inter moras illecebris demulcẽtibꝰ mẽs capiatur, pulcherrimis illã rõnibus a fallaci voluptate auertẽtis,& ad se trahẽtis:cũ detestatiõe cõmemoratę meretricis,& falsitatis ipsius detectiõe. Qđ etiã dñs Iesus docuerit quẽadmodũ aduersus huius mũdi tẽtationes resistatur: & de tribus laqueis quos illi diabo- k
lus tetẽderat. De vituperatione quoq; gulæ atq; auaritię,& cõtrariarũ virtutũ cõmẽdatione. Caput V.

De rememoratiua superiorũ recapitulatione,& tribus nõ prætereundis quibus dñs Iesus officia humanæ deuotionis definiuit: & quẽadmodum mens hęc audiens,soa voluptate auertat,& virtuti adiungat,sturdiaq; illius eligat,quibus & sanctus Iacob vir plenus exercitatiõis mẽtẽ intẽdit. Quodq; ideo pastor ouiũ inducatur,qa impitare corpori,& sensibꝰ eius,ac voluptatibꝰ,votiq; modũ tenere,prestãtus estimetur, q̃ regere populos,vel vrbibus prędesse. Caput VI.

De oblatione Cain ex fructibus terrę,& criminatiõe illius: ac de informatione & institutione p legẽ diuinam quomodo vota solui debeant. Caput VII.

Quod prima voti gra sit celeritas solutionis,vt ex studio immolationis Abrahę,& scriptura diuina,& vocatiõe Zacchei cõprobatur. De incitatiõe quoq; ac admonitiõe vt cito vota nostra soluamus. Cap. VIII.

De reprehẽsione Pharaonis,qui vt pro eo rogaretur,in crastinũ distulit: & exaltatus mente deum obliuiscebatur. Quantũq; humilitas orationem cõmẽdet. Et quod melior votorũ sit solutio laudare deũ. Quod pręterea illa cõmendanda sit orationis & voti disciplina, vt non diuulgemus orationẽ,sed absc̃odita teL
neamus mysteria,sicut Abrahã & patres tenuerũt, & quẽadmodũ dominus in Euãgelio docuit: & quæ in oratione cauere debeamus. Caput IX.

De transitu ad aliud vitium oblatiõis ipsius Cain,qui obtulit nõ de primis fructibus primitias deo,& quid per primitias intelligatur. Quodq; Abel obtulerit hęc munera,& etiã talia qualia lex pbauerit,cũ pulchra mysteriorũ legis explanatione: & quẽadmodũ interiora mũdare debeamus,& ibidem quærere quę domino sanctificemus. De similitudine quoq; conceptionis ac parturitionis fœminarum & animę,partuumq; eiusdem distinctione. Caput X.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE CAIN ET ABEL LIBER PRIMVS.

Quid Autor in hoc opere prosequi intẽdat ex cõtinuatione huius libri ad superiorem. Et de generatione Cain,& Abel. Quid etiã per istos duos fratres,similiterq; per Esau & Iacob iuxta vnum intellectũ mystice atq; moraliter significetur. Caput I.

DE PARADISO IN M superioribꝰ pro captu nostro, vt potuimus,quod dominus infudit,sensus inuenit,digessimus,in quibus Adæ atque Euæ lapsus est cõprehensus. Nunc quoniã illa penes autores non stetit culpa,sed quod peius est,deteriorem inuenit hæredem,sequẽtem adoriamur historiã: & ea quę secundũ scripturas annexa sunt diuinas,nostro opere ꝓsequamur. Adã autẽ cognouit Euã mulierẽ suã,quę concepit & peperit Cain,& dixit: Acquisiui hoĩem p deũ. Quę acquirimus,ex quo, & a quo,& per quid acquiramus,considerari solet. Ex quo, tanquã ex materia: a quo,quis autor: per quid,tanq̃ per aliquod instrumentum. Numquid hic sic dicit: Acquisiui hominẽ per deum, vt deum intelligas instrumentũ? Non vtiq;,sed vt intelligas autorem & operatorẽ deũ. Vnde magis deo detulit,cũ dixit: Acquisiui hominẽ p

A deum, vt & nos cũ aliquid acquirimus,vel omnes euẽtus secundos deo magis deferre, q̃ nobis arrogare debeamus. Et adiecit parere Abel. Cũ adiicitur aliquid, quod prius erat,tollitur. Idq; colligitur ex Arithmeticę proportionibus,aut animæ cogitationibus. addito enĩ numero,fit alius numerus,aboletur superior: & cogitatio accedens noua excludit superiorẽ. Ergo cũ adiicitur Abel,aufertur Cain. Quod nominum interpretatione plenius deprehenditur. Cain etenĩ dictus est acquisitio, quod omnia sibi acquireret: Abel,qui omĩa referret ad deum,pia deuotus mentis attẽtione,nihil sibi arrogãs, vt superior frater,sed totũ tribuens conditori quod acce
pisset ab eo. Duæ itaq; sectæ sunt sub duorum fratrum nomine compugnãtes inuicem,& contrariæ sibi. Vna quæ totũ menti suæ deputat tanquã principali, & quasi cuidam cogitationis & sensus & motus omnis autori, hoc est,quę omnes inuẽtiones humano adscribit ingenio: Altera,quæ tanq̃ operatori & creatori omniũ deo defert,& eius tanq̃ parentis atq; rectoris subdit oĩa gubernaculo. Illa prior Cain significatur, hæc posterior Abel dicitur. Has duas sectas anima vna parturit: & ideo germanæ habẽtur,quod vno fundãtur vtero. Sed cõtrarię sunt,quia oportet eas,cũ quodam animę partu editæ fuerint,diuidi ac separari. Cõpugnantibus enim hospitiũ esse vnũ perpetuo nõ potest. Deniq; Rebecca cũ duas naturas humani ingenii parturiret,vnam ma-
B li,alteram boni,easq; exilire intra vterũ sentiret suum, (Esau enĩ typus erat malitię,Iacob figurã bonitatis ge rebat) mirata quid illud esset quod discordiã quandam concepti cerneret fœtus,cõsuluit deũ vt passionẽ prodereret,medelam daret. Itaq; precanti est responsum editũ:

Gene.25. Duæ gentes in vtero tuo sunt,& duo populi de ventre tuo exibunt. Quod si ad animã referas,eandẽ genitricem boni & mali intelliges: quia ex eodem fonte animę vtrũq; demanat. Sed hoc sobrii solet esse veriq; iudicii, vt repudiato malo enuntiat quod bonũ est,atq; confirmet. Prius ergo q̃ pariat,bonũ est exhibere reuerẽtiam deo debitam,vt ipsi totũ deferat,sura nõ præferat. Cum vero genuerit cõfessionẽ qua defertur deo, deponit cordis sui tumorẽ. Adiicies ergo deꝰ bonũ animę dogma Abel,abstulit improbum dogma Cain.

De mysterio in prędictis fratribus secũdũ scripturam & autoris intelligentiam figurato. Et quid per hoc intelligi detur,quod in libris Regũ legitur: Et appositus est ad patres suos. De cõparatiõe pręterea Isaac & Moysi quantũ ad typũ & figurã quę in eis prędixit. Et qua ratione de Moyse non legatur sicut de ceteris quia deficiens mortuus est: ac de ignorantia sepulturæ ipsius. Caput II.

C EGO tamen hoc loco secundum scripturã mysterium magis duorum populorũ intelligo, quod deus adiiciendo ecclesiæ suæ fidem piæ plebis,abstulit perfidiam populi prævaricantis,quandoquidem verba ipsa hoc significare videãtur, dicente deo: Duę gẽtes in vtero tuo sunt,& duo populi de ventre tuo exibũt. Hęc figura Synagogæ & ecclesiæ in his duobus fratribus ante præcessit,Cain,& Abel. Per Cain parricidalis populus itelligitur Iudęorũ,qui dñi autoris sui,& secũdũ Marię virginis partũ fratris, vt ita dicã,sanguinẽ persecutꝰ est. Per Abel autẽ intelligitur populus Christianꝰ adhęrẽs deo,sicut & Dauid

Psal.72. ait: Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Et vt cęlestibus
Psal.118. se attexeret,& a terr(separaret. Et alibi: Defecit,inquit, aĩa mea in verbũ tuũ. eo qđ ordiné viuẽdi atq; vsum nõ in terrenis voluptatibꝰ,sed in verbi agnitione posuisset. Ex quo cognoscitur nec illud ociose scriptũ esse,sed perpẽse atq; examinate,qđ legimus in Regnorũ libris: Et appositꝰ est ad patres suos. Intelligi enĩ datur qđ patrũ similis fuerit fide. Vnde claret nõ ad sepulturã corporis sed ad consortiũ vitæ relatũ. Deniq; de Isaac nõ perfun- D
ctorie scriptũ putatur quod requirẽs corporis istius speciem quę animę suæ attexebatur,appositꝰ sit ad genus suum,eo quod patris sui moribus adhæserit. Pulchre autẽ ad genus ait,nõ ad populũ,sicut alibi. Nã legimus aliis locis appositos fuisse ad populum suũ. Sed isti nõ tam prestantes: prestãtior autẽ,qui paucorũ similis fuerit,& nõ plurimorũ. Plures in populo suo q̃ genere. Et prestantiꝰ dicitur paucorũ similẽ esse,q̃ plurimorũ. Qui ergo dei erat generatus promissione,qui ad sacrificium probandæ pietatis electus,qui vnius vxoris,hoc est solius sapientię societate contẽtus,superni illius generis, quod est vnũ,sibiq; semper conueniens,nõ plebeiæ vilitatis imitator ast ruendus fuit scripturę diuinę testimonio. Eterũ vbi labor,doctrinæ meditatio,illic cũ pluribus cõmune collegium, & quoddã populare consortiũ est. Audiendo enĩ pleriq; proficiũt,quos nominauit populum. Vbi autẽ nõ humana traditione,sed ingeniosa collectione sine vsu laboris disciplina pcipitur,illic sublimis generis incorrupta synceritas est. Et ideo Isaac tanquã dei munus ad genus suũ magis q̃ ad populum appositus legitur,vt diuinorũ potius q̃ humanorũ imitatorẽ esse sedulũ recognoscas. Beata & illa mens,quæ species & ipsum genus supergrediens,meretur audire quod dictũ est ad Moysen cũ separaretur a populo: Tu Exo.34.
autẽ sta mecũ. Nam sicut in Isaac dñicæ incarnationis typus humanę generatiõis supgressus cõsuetudinẽ,vi- E
cit priores,ita vt i eo nõ vulgaris popularisq; gratia,sed specialis ꝓrogatiua pręcelleret,sicut lectio docet: Abra- Gala.3.
hæ enĩ dictę sunt repromissiões,& semini eius: nõ dicit & seminibus,tanq̃ in multis,sed sicut vni,hoc est semini tuo,quod est Christus: ita etiã in Moyse vẽturi doctoris figura,qui legẽ doceret,Euãgeliũ prędicaret,impleret testamentũ vetus,nouum cõderet,cæleste populis alimentũ daret,humanę dignitatẽ cõditionis excessit eouiq;,vt dei donaretur nomine: sicut habemus scriptum dicente dño: Posui te Deum Pharaoni. Etenim Exodi.7.
victor passionum omniũ,nec vllis captus seculi illecebris,qui omnẽ istam secundum corpus habitationem cælestis puritate conuersationis obduxerat,mentẽ regens,carnem subiiciens,& regia quadam autoritate castigans, nomine dei vocatus est: ad cuius similitudinem se perfectiæ virtutis vbertate formauerat. Et ideo nõ legimus de eo, sicut de cæteris,quia deficiens mortuus est,sed per verbum dei mortuus est. Deus enim neq; defectionem aut diminutionem patitur,neq; adiectionem capit. Vnde & addidit scriptura: Quia nemo scit sepulturam eius vsq; in hodiernum diem. quod ad translationem magis q̃ ad interitum intelligas. Mors enĩ secessio quædã est aĩę & corporis. Mortuus igitur est per verbum dei,vt ait scriptura,non secundum ver- F
bum: vt aduertas nõ nuncium mortis,sed gratiæ munus expressum,qui translatus magis q̃ derelictus est, cuius nemo nouit sepulturam. Quis enim in terrenis reliquias eius potuit deprehendere, quem secum esse dei filius in Euangelio demonstrauit? Deniq; & Helias simul est a quibusdã visus,qui translatus curru est, non sepultus nec mortuus legitur. viuit enim,qui cum dei filio est. Moyses autem mortuus quidem legitur, sed per verbũ dei mortuus,per quod facta sunt omnia. Verbo autem dei cæli firmati sunt. Per verbum igi- Psal.32.
tur dei non lapsus operis,sed firmamentum est. Non ergo tanquam relapsus in terram deprehenditur corporis solutione, sed tanquam verbi cælestis operatione donatus & munere,vt quietem magis caro eius,q̃ bustum acceperit. Bene autem inter dominũ & seruum seruatur distantia,vt prerogatiuam domini intelligas, serui gratiam. De Moyse legitur quia sepulturã eius nemo scit: de Christo autem, sepultura eius de terra sublata est: quia ille secundum mysteriũ legis expectabat redemptionẽ,vt resurgeret: hic secũdum Euangelii

G donum redemptionem nō expectabat,sed donabat. Et ideo sepultura ei? ignorata nō est,sed eleuata:quā diutius creatura tenere nō potuit,quia per ipsum oīs creatura properauit a corruptionis seruitiis eleuari. Nemo ergo scit sepulturā Moysi,quia vitā eius omnes nouerunt. Christi autem sepulturam vidimus,sed nunciam nō nouimus,qui resurrectionē eius agnouim?. Debuit enim cognosci tumulus eius, vt resurrectio manifestaretur. Et ideo in Euāgelio tumulus summa expressione describitur. In lege non quæritur,quia licet resurrectionem eius lex annūciauerit,nobis tamen Euangelii series plenissime comprobauit.

Quid iuxta moralem interpretationē autor significari velit per hoc quod superius cōmemoratum est: Et adiecit parere Abel. Et de statibus ac officiis Abel,& Cain. Qua ratiōe etiam,cum ante generatus sit Cain, in descriptione vitæ status & operis vsus Abel prius commemoretur. Caput III.

ERGO vt quod proposuimus, cōpleamus, Adiecit,inquit,parere Abel,hoc est,meliorem Eua,quæ grauiter ante peccauerat,ex se generauit sentētiam,vt superioris sentētiæ aboleret errorē. Mentior nisi hoc in vniuersis comprobatur. Ita enim nascimur, vt ante infirmus infantiæ sexus in nobis sit,postea pueritiæ corporis tātum-
H modo curam sciens,nullum cultum,nullam habēs obseruantiam diuinorū. Vnde & euidenti naturæ nouitate ortū Iesum Christū ex virgine vt probaret pphe-
Esaię.7. ta,ait: Ecce virgo in vtero accipiet,& pariet filiū,& vocabitur nomen eius Emmanuel: butyrū & mel mādu-
cabit priusquā sciat malum aut bonū: non credet mali-
Esaiæ.8. tiæ, vt eligat quod bonum est. Et infra: Priusquā sciat puer vocare patrem ac matrem,accipiet virtutem Damasci,& spolia Samariæ contra regē Assyriorū. Solus enim finit qui nō est captus seculi huius vanitate,& car-
Philip.2. nali tumore: vtpote qui se humiliauit factus obediens vsq; ad mortem. Longe vnicuiq; nostrū dissimilis,quia nos frustra extollimur mēte carnis inflati. Vnde & ne-
Iob.15. mo sine peccato,nec vnius diei infans. Ille autem peccatum nō fecit. Et ideo in nobis ante nascitur Cain seipm præferens: postea Abel generatur,in quo sit reuerentia diuinitatis. Prius ergo irrepit quod malum est,postea agnoscitur quod bonum est. Vbi autem bonum,ibi iustum: vbi iustitia,ibi sanctitas: hoc est, Abel qui adhæret deo. Et factus est,inquit, Abel pastor ouium, Cain autem operabatur terram. Non est ociosum quod cum ante generatus sit Cain, vt lectio docet,prælatus sit hoc loco Abel: nec idem sit ordo nominū, qui est ordo naturæ. Quid sibi vult mutatio ordinis, vt prius iunioris
I meminerit,vbi scribitur vitę status,operisq; vsus? Officiorum interrogemus distantiā, vt colligamus causam prælationis. Operari terrā vsu prius est,gratia inferius q̄ oues pascere. Hoc enim instar est cuiusdā doctoris & principis. Meritoq; prior se a vetustionibus inchoauit, iunior recentiora prætulit,quæ nullas spinas,nullos tribulos germinarent,nulli sententię essent obnoxia. Deniq; peccati reus Adam de paradiso dimissus est voluptatis, vt operaretur terram. Recte ergo vbi nascuntur bi fratres,seruatur etiam in prædicando ordo naturæ: vbi vero exprimitur disciplina viuendi, seniori iunior antefertur: quia etsi tępore iunior, virtute præstantior est. Innocentia enim tempore posterior est q̄ malitia,& quadam suppar ætate: sed meritorum nobilitate anti-
Sapiē.4. quior. Senectus enim venerabilis est, non annis incana,sed moribus. Et ætas,inquit,senectutis vita imacu lata. Vbi ergo generatio exprimitur, preueniat Cain: vbi disciplinarum fit predicatio,præcurrat Abel. Adolescentiam igitur,& ipsam in exordiis iuuētutę variarum illecebris passionum feruere quis abnuat? Sed vbi maturior ætas successerit,tanquā pubescentis lasciuiæ k tempestate discussa tranquillitatem refundi,& in quosdam portus quietos lassæ animæ nauigium subducere. Itaq; graues motus nostræ adolescentiæ fida senectutis statione placidantur.

Quod nō solum naturæ exēplis,sed & fidelibus diuinæ scripturæ testibus comprobetur malitiam tempore præcedere virtutem. Et quemadmodum secundum mysterium latens in literis, duæ mulieres vnicuiq; nostrum cohabitent,inimicitiis & discordiis dissidentes, quarum vna voluptas, altera vero virtus nominatur. De voluptatis quoque descriptione, & retibus ipsius,fallaciisq; suasionibus quibus mētem hominis capere nititur. Caput IIII.

NE ergo dubites talibus naturæ admonitus exemplis,quod malitia præcedat tempore, sed iuuenescat infirmitate. Habet illa ętatis stipendium, virtus autem prærogatiuā gloriæ,qua plerūq; iusto iniquus iudici cedit. Cuius rei testis est fidelis diuina scriptura,quæ docet Esau cognomine stultitiæ virum cessisse patienter primatus suos fratri suo Iacob,ita vt diceret: Vt quid mihi primat? Gene.25.
Sed quos iste posthabuit, hos vir cognomento exercitationis prædituś queśuit mereri. Nonne tibi videtur Esau tanquā in agone victus, & propriæ mentis infirmitate imparem se existimās cessisse victori coronam, L
quem videbat nullis passionum illecebris inflecti,quarum ipse pulueres sustinere non poterat? Vt quid mihi,inquit,primatus? Apud ignauos enī nulla sunt insignia virtutis, apud sapientes prima habentur. studia enim virtutis quædam instrumenta sunt. Itaq; sicut bellator sine armis esse non potest,ita nec sine exercitatione virtus. Vnde & dominus in Euangelio ait: A diebus Ioannis Baptistæ regnū cęlorum cogitur,& cogē- Mat.11.
tes diripiunt illud. Et alibi: Quæritę regnū dei, & ecce Mat.6.
oīa præsto sunt vobis. Non dormientibus,neq; ociantibus,sed vigilantibus & laborantibus pollicentur premia,& labori merces parata est. Qui licet nō suauis ad gratiā,tamē fructuosus ad præmiū est. Docet hoc sermo legis,sicut scriptū inuenim?: Si fuerit,inqt,vni hoi Deut.21.
duę vxores,vna earū dilecta,altera odibilis: & peperint ei ambę filios,dilecta & odibilis,& fuerit primitiu? filiꝰ mulieris odibilis: qua die heredes reliquerit filios i substantia sua,nō poterit primatū dare filio mulieris dilectæ,omittens filiū odibilis: sed primitiuū filium odibilis cognoscens,det illi dotem ex oībus quę inueniuntur ei: quia ipse initium filiorū eius est,& ipsi debētur primitię. Q̄ profunda latent mysteriorū secreta in literis? Recognosce aia partus tuos,& odibilis istius mulieris
quęre mysterium. Intra te ea inuenies,si requiras. Re- M
pete cogitationes,relege sensus tuos,& cui primitię debeātur,agnosces. Duę enī mulieres vnicuiq; nostrū cohabitant,inimicitiis ac discordiis dissidētes, velut quibusdam zelotypię cōtētionibus nostræ replētes animæ domū. Vna earū nobis suauitati & amori est,blandæ conciliatrix gratiæ,quę vocatur voluptas. Hanc nobis opinamur sociā ac domesticā: illam alterā immitem, asperam,ferā credimus,cui nomē virtus est. Illa igitur meretricio procax motu,infracto per delicias incessu, nutātibus oculis,& ludentib? iaculans palpebris retia, quibus preciosas iuuentū animas capit,(oculus enī meretricis, laqueus est peccatoris) quēcunq; viderit sensu dubio prętereuntē in angulo transitus domus suæ,fermonibus adoritur gratiosis,faciens iuuenū volare corda,domi iqueta,in plateis vaga,oculis pdiga,pudore vilis,amictu diues,genas picta. Etenī quia verū decorem naturæ habere nō potest,adulterinis fucis affectæ pulchritudinis lenocinatur speciē,non veritatē. Vitiorum succinctā comitatu,nequitiarū choro circūfusa,

A dux criminū talibus verborū machinis murum mētis
Prou.7. aggreditur humanę: Sacrificium pacis est mihi: hodie reddo vota mea: hac ex causa pgressa sum obuiā tibi, desiderans faciem tuam inuenire. Institis textu lectum meū,& tapetis ab Ęgypto straui. Aspersi lectū meum croco,domū autem meam cinnamomo: veni,fruamur amicitia vsq; in diluculum: veni,colluctemur cupidine. Hāc enim per os Salomonis speciem fornicariæ videmus expressam. Nam quid tā meretricium,q̄ secularis voluptas? quæ a fenestra domus suæ intrat, oculis prima tentamēta præludēs: & penetrat cito,si tu in plateā prospiciens, id est in publicas transeuntiū vias,nō in legis interna mysteria obtutū mentis intendas. Ea profecto est quę validioribus vinculis velut cubile quoddā consociatæ nobis cōmunitatis intexit, vt qui reclinauerit se, ligetur. & opprobriosæ fraudis velamine operit corporis sui stratū ad solicitādos iuuenum animos, absentiam viri, hoc est, incuriam legis obtexens. Lex enī absens peccantibus est. Nam si adesset, nō delinqueretur. Et ideo ait: Non enī adest vir meus in domo, abiit autem viam longissimam inuolucro pecuniæ accepto in manu. Quid hoc esse dicā, nisi forte quia diuites putant nihil esse quod non cedat suę pecuniæ, & in gratiā
B sui legem velint esse venalem? Spargit odores suos voluptas, quia Christi odorem non habet. Thesauros demonstrat, regna promittit, amores spondet continuos, inexploratos cōcubitus pollicetur, sine pædagogo disciplinas, sine monitore sermones, vitā sine solicitudine, mollem somnū, inexplebilem cupiditatē. Seducēs eū, inquit, multo blandimēto sermonū, & laqueis labiorū suorū alligans, domū adusq; attraxit. At ille secutus eā circumuenitur. Nitebat aula regio luxu splendida, cęlatis parietibus, & solo humido natabant pauimenta vino. Fragrabat vnguēto humus, spinis cooperta piscū, & marcentibus iam floribus lubrica. Illic comessantiū tumultus, concertantiū clamor, litigantium cædes, cōcentus cœnantiū, saltantiū strepitus, ridentium cachinnus, lasciuientiū plausus, cōfusa omnia, nihil naturę ordine. Saltatrices tonsæ, & crispātes pueri coma, epulantium cruditas, edentium ructus, ebriorū sitis, hesterna crapula, hodierna temulētia, repleta vomitu bibētium pocula, maiore odore ebrietatis, q̄ si recētia tantum vina fragrarēt. Ipsa in medio stans, Bibite, inquit, & inebriamini, vt cadat vnusquisq;, et non resurgat. Ille apud
C me primus, qui omniū perditissimus. Ille me? est, qui
Hiere.51 status nō est. Ille mihi gratior, qui sibi nequior. Calix aureus Babylonis in manu mea inebrians omnē terrā, a vino meo biberunt omnes gētes. Qui est ergo insipientior, diuertat ad me, & indigentibus sapientia pręcipio dicens: Panibus absconditis suauiter vtimini, & aquā
Esa.22. furtim dulciorē bibite. Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Trāsiet vita nostra tanq̄ vestigia nubis,
Sapieñ.2. & tanq̄ nebula dissipabitur. Venite ergo fruamur bonis quę sunt, & vtamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter. Vino precioso & vnguentis nos impleamus, & nō prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis anteq̄ marcescant. Nullū pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra, vbiq; relīquamus signa lætitiæ. Hęc omnia relinquuntur, nihil secū quis feret, nisi quod corporis voluptate quis perceperit. Deniq; ipsam ego institui philosophiam, nec est alia verior nisi ea quę bonum asserit quod suaue atq; iucundum sit. Ergo vel philosophiæ vel sapientiæ Salomonis credite.

Deoccursu virtutis sauciū & cito casurū miserantis. Ac ne inter moras illecebris demulcentibus mens capiatur, pulcherrimis illā rationibus a fallaci voluptate auertēris, & ad se trahētis, cum detestatione cōmemoratæ meretricis, & falsitatis ipsius detectione. Quod etiā dominus Iesus docuerit quemadmodū aduersus huius mūdi tentationes resistatur, & de tribus laqueis quos illi diabolus tetenderat. De vituperatione quo q̄ D
gulæ atq; auaritię, & cōtrariarum virtutum commendatione. Caput V.

EIS auditis, velut ceruus sagittatus in iecore hæret saucius. Q uē miseras virtus, & casturum cito vidēs, improuisa occurrit veritate, ne inter moras illecebris demulcētibus mēs capiatur humana. Palam, inquit, apparui tibi nō quærenti me. Ne fallat imprudentem, & circūueniat te mulier effrenata & luxuriosa, quę nō nouit pudorem: sedet in foribus domus, in sella palā, in plateis aduocās prætereūtes. Nūc igitur fili audi me, & intēde verbis oris Prouer.7
mei: Non declinet in vias eius cor tuū. Multos enim vulnerando deiecit, & sunt innumerabiles quos trucidauit. Viæ inferorum domus eius, deducētes in secessum mortis. Auser igitur prauū os, & iniusta labia lon Prouer.5
ge a te propelle. Oculi tui recta videāt, uoli intēdere fallaci mulieri. Mella enī distillabāt a labiis mulieris fornicariæ, quę ad tempus impinguat fauces tuas, postea vero amariorem felle inuenies. Dies me citius defecerit q̄ vitæ eius exponā, quę tamē in Prouerbiis ore sapientiæ descripta atq; expressa sunt. Non te vincat formæ cōcupiscētia. Adulterina est, fucis illita, nequaq̄ vero ac syncero fulgēs decore. Neq; capiaris oculis. circumfusa enim retia sunt. Esto magis similis illius & sequere eū qui salit super montes, & trāsilit super colles, pro- Canti.2.
spiciēs per fenestras, eminēs super retia. Mala sunt voluptatis vincula. Oculos delectat, demulcet aures, sed
E mentē inquinat, multa mētitur, falsa adiūgit, vera subducit, spondet pecuniam, aurū offert, sed aufert disciplinam. Tu autem accipe potius disciplinam q̄ pecuniā, & scientiā super aurum probatum. Melior est enim lapidibus preciosis. Non te celabo quę summa eius ferūtur, ne videar operire quæ displicēt in voluptate, & obumbrare quæ placeant. Eleuat enim & extollit mētem
Luc.4. suasoriis verbis, ostēdit omnia regna terræ dicēs: Hæc omnia tibi dabo si procidēs adoraueris me. Ibi tu caue ne capiaris prætenabētibus & nō manentibus, in quibus magna tētatio est. Docuit te certe dominus Iesus quēadmodū aduersus huiusmodi tentationes resistas. Tetenderat diabolus primū laqueū gulæ dicens: Si filius dei es, dic huic lapidi vt panis fiat. Respondit dñs: Nō in pane solo viuit homo, sed in omni verbo dei. Laqueum soluit hoc dicto. Posuit iterū diabolus secundū iactantiæ laqueū, qui etiam bonā mentē prosperis currentem semitis solet stragulare. Et duxit illum, inquit, in Hierusalē, & statuit eum supra pinnaculū templi, & dixit illi: Si filius dei es, mitte te hinc. Scriptū est enim quod angelis suis mandauit de te vt cōseruent te, quia
F in manibus tollēt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuū. Itaq; cum posset sine vllo periculo mittere se dominus Iesus, cui supperetērēt spiritales volatus: tamē ne iactantiæ genus esset, respondit diabolo: Non tentabis dominū deum tuū. Simul docuit nos cauere ne faciamus voluntatem diaboli. Si ergo vere iactātia declinānda est, quāto magis nemo debet falsa iactare pro veris? Tertius supereśt laqueus auaritię atq; ambitionis. Ostendit in mōte posito omnia regna terrę in momento temporis. Bene in momento, quia diuturna esse nequeunt. Paululū expecta, & cito transeunt. Itaq; qui sequuntur ea, in mōte sibi esse vidētur, sed nō sunt perpetui, sicut habes scriptū: Vidi impium superexaltatum Psal.36.
& eleuatum super cedros Libani, & transiui, & ecce nō erat. Sed qui maxime ea facit, adorare videtur diabolum, cui deus vēter est, & in pudēdis gloria. Tu autem Philip.3.
in deo gloriam quære, qui tibi ait: Dominum deū tuū Luc.4.
adorabis, & illi soli seruies, a quo ęterna accipias, nō tēporalia. Tamen si quē etiam ista delectēt, ab eo moderatius petātur, qui verus omniū fons est. Nam & ipsa peculiaria quæ possidere sibi videtur diabolus, aliena

G sunt,sicut ipse dixit: Tibi dabo potestatē hanc vniuersam & gloriam eorū,quia mihi tradita sunt. Ab eo ergo spera,licet breuis vitæ nō sit longum viaticū requirendum,tamē ab eo spera qui vniuersam creaturā condidit,qui diabolo ea ad tēpus tradidit, nō vt possideat, sed vt tentet. Non enim poterat corona esse sine certamine. Probandi erant dubii,vt iusti coronarentur. Dedit itaq; diabolo ea,quia in his ipsis pœna accipiētis est si vti nesciat. Quid est enim thesaurus luxurioso, nisi sumptus luxuriæ? Sed nō luxuriosus,sed frugi probat. Et ideo vtere quasi frugi iis quę tibi apponuntur, vt nō cum manducas multū, odibilis fias. Vigiliæ enim & Eccli.31. tormenta viro edaci. Et infra: Si coactus fueris in edendo,surge & vome,& refrigerabit te, & nō adduces corpori tuo infirmitatē. Plurimos itaq; gula sua occidit, nullū frugalitas. Innumeris vina nocuerūt, nulli parsimonia. Pleriq; inter epulas fudere animas,& mēsas prio repleuere sanguine. Aliis cruditas vocē simul rapuit & sensum: et si aliquibus cruditas noxia non fuit, his ruinā fecit ebrietas: alios in crimē egit ebrietas: & si ipsa crimen non fit, alios ad egestatem redegit. Postre- Luc.13. mo audi quos Christus excludat. Cū intrauerit, inquit, paterfamilias,& clauserit ostiū, incipietis foris stare,& pulsare ostiū dicentes: Aperi nobis. & respondēs dicet: Nescio vos vnde estis, recedite a me operarii iniquitatis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibim⁹,& in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vnde estis. Audistis quid de manducātibus dixerit. Audi nunc quid de ieiunantibus dicat: Beati qui Luc.6. nunc esuriunt & sitiūt, quia saturabūtur. Et infra: Væ H vobis qui saturati estis, quoniam esurietis. Sed vis mā ducare, vis biberē? Veni ad conuiniū sapiētiæ, quæ in- Prouer.9 uitat omnes cum magna prędicatione dicēs: Venite, & edite panes meos,& bibite vinū quod miscui vobis. Delectāt cantica quæ epulantē demulceāt? Audi hortantem, audi cantantē ecclesiam, nō solū in canticis, sed Canti.5. etiam in Canticis Canticorum: Manducate proximi mei,& bibite,& inebriamini patres mei. Sed hęc ebrietas sobrios facit, hæc ebrietas gratię, nō temulētiæ est. Lętitiam generat, nō titubantiam. Nec verearis ne in conuiuio ecclesiæ aut grati odores tibi, aut dulces cibi, aut diuersi potus, aut conuiuæ nobiles desint, aut decētes magistri. Quid Christo nobilius, qui in cōuiuio ecclesiæ & ministrat,& ministratur ei? Istius conuiuę recumbentis annecte te lateri, ac te deo coniunge. Nec fastidias mensam quā Christus elegit, dicens: Introiui in ortum meū soror mea sponsa, vindemiaui myrrham cū aromatibus meis, manducaui panem meū cū melle meo,& bibi vinū cum lacte meo. In orto, hoc est in paradiso est conuiuiū ecclesię, vbi erat prius Adam q̄ peccatum cōmitteret. Ibi recūbebat Eua priusq̄ culpā crearet & pareret. Ibi vindemiabis myrrhā, hoc est Chri- I sti sepulturam, vt cōsepultus cū illo per baptismum in mortem, quemadmodū ille surrexit ex mortuis, & tu resurgas. Ibi māducabis panē qui confirmat cor hominis. Mel gustabis, quo tuarū dulcescat meatus fauciū. Vinum bibes cū lacte, hoc est cū decore & syncerita- te, siue quod meri pura simplicitas sit, siue quod immaculata gratia, quę in remissionē sumitur peccatorū, siue quod paruulos consolationis suæ lactet vberib⁹, vt ablactati in deliciis, in plenitudinē perfectæ ætatis adolescant. Succede ergo in hoc cōuiuiū. An metuis ne angustior domus et breuis conuiuii locus te comprimat? Baruch.3 O Israel q̄ magna est domus dei,& ingens locus possessionis eius, magnus, & nō habet finem, altus & immēsus. Ibi fuerunt gigātes illi qui ab initio fuerunt statura magna, scientes prælium. Non hos elegit deus. Et meri- to nō elegit, quia prælium nō pacem sciebant. Et ideo tu pacē disce, vt eligaris a deo. Sed ne forte incōptam domus magnitudinē putes, & diuersoria te colūnata Sapien.9. delectent: Sapientia ædificauit sibi domū, & sculpsit columnas septem. Ipse etiam dominus Iesus multas mā k siones apud patrem suum esse cōmemorat. In hac ergo domo epulaberis animę cibo, potuq; mentis, vt postea non esurias neq; sitias vnq̄. Qui enim manducat, manducat vsq; ad satietatē: & q bibit, vsq; ad ebrietatē bibit. Sed hæc ebrietas pudicitię custos est. Illa vini ebrietas fomes libidinis, quo per carnes vaporantur interna viscera, animus ignescit, anima exuritur. Sęuus criminū stimulus libido est, quę nunq̄ manere quietā patitur affectū. Nocte ferunt, die anhelat, de somno excitat, a negocio abducit, a ratione reuocat, aufert consiliū, amantes inquietat, lapsos inclinat, castis insidiatur, potiendo inflāmat, vsuq; accenditur. Nullus peccandi modus, & inexplebilis scelerū nisi morte amantis extingui nō potest. Et ideo ait Apostolus: Fugite fornicationē. vt ve- 1.Cor.6. loci fuga tanq̄ furiosæ dominæ declinare sæuitiā, & tetro feruitio exire possimus. Nā quid de auaritia dicā, insatiabili pecuniæ cupiditate, & quadā æris libidine, quæ quo plura abstulerit, eo magis inopem esse se credit? Omnib⁹ inuida, sibi vilis, in sūmis diuitiis inops, affectu extenuat quod censu abundat. Nullus rapiendi modus, vbi nulla mensura cupiēdi. Sic inflammat animum, sic igne suo pascit animū, vt hoc solo differt, quod illa formarū adultera sit, ista terrarū. Elemēta cōcutit, mare sulcat, terrā effodit, cælū votis fatigat, nec sereno grata nec nubilo, condēnat prouētus annuos, fœtusque terrarū arguit. Sed hęc ægritudo est animę, nō sanitas. Deniq; Ecclesiastes dicit: Est lāguor malus quem vidi Eccli.5. sub sole, diuitias custodiri in malum possidētis eas. Et supra: Qui diligit argentum, non satiabitur argēto, nec L est finis acquisitionis eorū. Si quæris thesauros, accipe inuisibiles & occultos, quos in cæli altissimis, non quos in terrarum venis requiras. Esto pauper spiritu, & eris diues qualicūq; censu, quia non in abundantia diuitiarum vita est hominis, sed in virtute ac fide. Istę te diuitiæ verum diuitem facient, si sis in deum diues.

De rememoratiua superiorū recapitulatione, & tribus non prætereūdis, quibus dominus Iesus officia humanæ deuotionis definiuit, & quēadmodum mēs hæc audiens se a voluptate auertat, & virtuti adiungat, stadiaque illius eligat, quibus & sanctus Iacob vir plenus exercitationis mentē intēdit. Quodq; ideo pastor ouiū inducatur, quia imperitare corpori & sensib⁹ eius ac voluptatibus, votiq; modū tenere, præstātius æstimetur, q̄ regere populos, vel vrbibus præesse. Cap. VI.

AVDISTI voluptatis mysteria, audisti etiam copiarū nostrarū munera, quas ego non supellectili operiēdas, sed scripturę nu- M dis sermonibus demōstrādas putaui, vt sua luce refulgerent, vt ex se ipsæ vocē emitterent sibi inuicem. Neq; enim sol & luna interprete indigent. Habēt interpretē fulgorē sui luminis, quo totus repletus orbis est. Illis illuminatio est fides sine indice, quędā, vt ita dicam, intestata testis, quę alieno nō indiget testimonio, & subito se vniuersorū oculis effundit. Non ergo nunciantur opera nostra, sed clamant, & se ipsa nunciāt. Sane vt & hoc quod laboriosum in nostris ducię, non pręteream, fides exigitur, studiū desideratur, facta quęrun tur. His enim tribus dominus Iesus deuotionis humanæ officia diffinit dicēs: Petite, & dabitur vobis: quæ- Matt.15. rite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Et infra: Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, similis est viro sapienti. Hęc qui studiose fuerit prosecutus, primatus benedictionis accipiet, sicut patriarcha Iacob, qui cōtinentia & fide humanarū supplātauit vestigia passionū. Iste ait: Misericordiā mei habuit deus, & sunt mihi omnia. Hāc itaq; misericordiam nos fide, studio, operibusq; mereamur, quib⁹ disciplinis inuenit Israel gratiā dei, & per ipsam omnia. Non enim mun-

A di huius copias, sed virtutum disciplinas sibi suppetere gaudebat. Has nobis substituamus heredes, quas sanctus Abraham in Isaac filio suo substituit sibi, omnem operū suorū deputans hereditatē sapienti et iusto viro, nec vllū ius hereditariū ancillis vel ancillarū filiis derelinquens, sed tantūmodo donationis munera. Perfectę enim virtutes totū accipiunt glorię patrimonium, vsietatis & mediocrib⁹ vile aliquid aspergitur. Et ideo Agar, quæ aduena Latine dicitur atq; accola, & Cethura quæ odorifera significatur, hæredes nō sunt. Qui enim mediis vtitur disciplinis, accola non inhabitator est sapientiæ. Odore aspersus, non fructu expletur. Sanitatē autem cibus nō odor inuehit, quia odor fructuū nūcius est. Principales itaq; disciplinas sequētib⁹, & indigenas accolis agnoscimus præferēdas. Hoc secundū ingeniū. At vero secūdum mysteriū, Abraham pater gētiū, semini suo legitimo, quod est Christus, hæreditatem omnem fidei suæ detulit, quia in hac terra velut aduena fuit, vt vitæ huius odorē magis q̄ fructū referret. Hæc cum audit mens, auertit se a voluptate, virtutiq; adiungit, veri decoris admirās gratiā, purum affectū, simplicem sententiam, mediocre vestē, hoc est non in persua- B sione sermonis, sed in ostentatione spiritus, qualis est Apostolicę forma sentētiæ, amictū sapientiæ atq; pietatis omni pretiosiorē auro refulgēs: tamen chorū prudentiæ, tēperantiæ, fortitudinis, iustitiæ suscipiēs, quæ fragrabat odorē disciplinarū, incuriētes reuerētiam, infundētes gratiam. Itaq; talibus mota elegit studia virtutis, quibus Iacob vir plenus exercitationis mentem intendit suā. Et ideo ouiū pastor inducitur, eo quod imperitare corpori & sensibus eius ac voluptatib⁹, votiq; modum tenere, ne velut ouis vagetur incerta, præstantius æstimatur q̄ regere populos, vel præesse vrbibus. Difficilius enim quispiam se q̄ alterū regit. Animū vincere, iracundiam cohibere, cōpugnātesq; leges carnis & mentis in vnū cogere, immortalis cuiusdā est viri, quē C inferni porta nō susceperit. Denique ipse sibi legislator vendicauit hoc munus, vt oues pasceret Iethro, qui dicitur superfluus, & ageret in desertū: eo quod irrationabilem et superflui vulgarisq; sermonis loquacitatem in secreta quædā sobriæ doctrinæ coegit mysteria. Ideoq; Ęgyptiis abominationi erant pastores ouiū. Omnes enim qui corporis dediti passionibus huiusmodi, & voluptatibus indulgent suis, discēptatorē verbi, doctorēq; virtutis quadam execratione declinant. Et ideo per ænigmata hæc docuit Moyses apta deo esse sacrificia, quæ refugit omnis insipiens, hoc est opera & præcepta virtutis. deoq; pastor Abel, Cain autē operator terræ legitur, qui in fratre suo vir insipiēs formam speciemq; virtutis expressam ferre non potuit.

De oblatione Cain ex fructib⁹ terræ, & criminatione illius, ac de informatione & institutione per legē diuinam quomodo vota soluī debeant. Cap. VII.

ET factū est post dies, obtulit Cain ex fructi- D bus terræ munus domino.) Duplex culpa. Vna quod post dies obtulit, altera quod ex fructibus, nō ex primis fructibus. Sacrificiū Eccli.5. autem & celeritate cōmendatur et gratia. Vnde præceptum est: Si voueris votū, nō facias moram reddere illud. Melius est enim nō vouere votum, q̄ vouere & nō reddere. Cū enim moram facis, nō reddis votū. Est autem postulatio bonorū a deo cum soluēdi muneris promissione. Et ideo cū impetraueris quod petisti, ingrati est tardare promissum. Sed interdū aut negligentibus irrepit obliuio impetratorū, aut tumidis & elatis: arrogare euentus sibi, hebetis cordis est, & bonū quod agit, vel quod a deo cōsequitur, ppriis virtutibus vendicare, nec autoris deputare gratiæ, sed ipse se suorū bonorum autorem ducere. Tertiū genus est peccati quidem minoris, sed supparis arrogātiæ, eorū scilicet qui datorem bonorum deū non negāt, sed quę acciderint, ea sibi propter prudētiam suam cæterarūq; merita virtutum iure delata arbitrantur. Propterea etiam diuina dignos habitos gratia, quod nequaq̄ videretur indigni quibus talia diuinis beneficiis prouenirent. Ne quid ergo huiusmodi accidat, vnde votū tuum tibi in peccatū fiat, lex te informauit atq; instruxit, dicēte domino qui legē dedit: Attende tibi ne obliuiscaris beneficia dñi dei tui,& Deut.8. non custodias mandata & iudicia & iustitias illius quę ego precipio tibi hodie, vt cū māducaueris, & repletus fueris, et cū domos bonas ædificaueris, & habitare cœperis in eis,& oues tuę & boues tui cū repleti fuerint, et cum ære, argento & auro cōpletus fueris, & omnia possidere cœperis, & plena fuerint horrea tua, exaltes cor tuū, & obliuiscaris dominū deum tuū. Tunc ergo obliuiscēris dominum cum oblitus fueris tui. Si autem cognoscas infirmum te esse, cognosces deum esse super omnia, & immemor esse non poteris vt ei reuerentiam debitam soluas. Disce nūc quemadmodum vnusquisq; mopeatur ne se ipse autorem suorum putet bonorum. Ne dicas, inquit, in corde tuo, virtus mea & potentia mea fecit mihi virtutem hanc magnam: sed in mente tua habebis dominū deum tuum, quoniam ipse dat vi- 1.Cor.4. res vt facias virtutes. Vnde bene Apostolus quasi le- E gis interpres nō gloriabatur in virtute sua, sed minimū Apostolorū se esse dicebat, & quicquid esset, gratiæ diuinæ esse, nō meriti sui, nihilq; nos habere quod nō acceperimus. Quid enim, inquit, habes quod nō accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Didicisti ergo humilitatem magis sequi q̄ arrogantiā, sed ulitatē affectare q̄ potestatē. Accepisti salutaria precepta, noli negligere vtilia instrumēta medicinę, quib⁹ fibra oriis letalis vulneris exsecatur. Ille quoq; qui se iustificat, ne infletur cordis sui tumore, & ipse accepit salubre mandatū, in huiusmodi sententiā resultante oraculo: Ne dicas in corde tuo cum cōsumere cœperit do- Deut.9. minus deus tuus gētes illas a cōspectu tuo, dicēs: Propter iustitiam meā induxit me dominus possidere terram istam. Sed propter iniquitates gentiū disperdidit eos dominus a cōspectu tuo, & restituit testamentū quod iurauit patrib⁹ F vestris. Testamētū perfecta dei gratia est. Nihil enim imperfectū dat deus, perfecta autem virtus est, et opera virtutis. Testamentum autem dicitur quo defertur bonorum hereditas. Merito & testamentū dicitur, & diuinum, cum ea quæ vere bona sunt, attestatione mandatorum cælestiū conferuntur. Et testamentū dicitur, quoniam sanguine dedicatum est, vetus in typo, nouū in veritate. Quo testamēto diuinæ gratię pignus tenemus, quia sic dilexit deus hunc mundū, vt vnigenitum Ioan.3. filium suū pro nobis omnibus daret. Vnde perfectionē Roma.8. gratię prędicans Apostolus ait: Quomodo nō etiam cum illo omnia nobis donauit?

Quod prima voti gratia sit celeritas solutionis, vt ex studio immolationis Abrahæ, et scriptura diuina, et vocatione Zacchæi cōprobat. De incitatione quoq; ac admonitione vt cito vota nostra soluām⁹. Ca. VIII.

PRIMA igitur voti gratia est celeritas solutionis. Deniq; Abrahā filiū suum ad holocaustū iussus offerre, nō post dies vt Cain obtulit, sed exurgens mane strauit asinam suam, & adhibuit secū duos pueros, et Isaac filiū suum, & concidens ligna ad holocaustum, surgēs abiit, & venit ad locū quē dixerat ei deus, die tertia. Primo aduerte immolantis studium maturū atq; festinum, vt mo-

Gra expectationis non esset, nisi donec audiretur oraculū. Deinde vt sterneret asinā suam, obsequium omne ipse susciperet, & sacrificio necessaria præpararet, duabus quoq; fide & spe virtutibus comitantibus hostiā suā duceret, de potestate dei certꝰ, & de bonitate securus. Qđ autem ait: Die tertia: vel quod continua esse debeat & perpetua deuotio. Tripertitū est enim tēpus, prēteritū, præsens, & futurum. Quo admonemur quod nec prēteritorū beneficiorum dei vel prēsentiū vel futurorū irrepere debet vlla obliuio, sed tenax gratiæ memoria perseuerare. & obedientia nō deesse. Vel quia is qui sacrificat: in vnū splendoré, in vnam lucē debeat credere trinitatis. Et enī qui fideliter sacrificat, dies lucet, nox nulla est. Sic & in Exodo Moyses ait: Viam triū dierum ibimus, & immolabimus domino deo nostro. Sed etiā alibi cum visus esset deus Abrahæ ad ilicē Mambre: Respiciens, inquit, Abraham oculis suis vidit, & ecce tres viri stabant super eū. Et videns, occurrit obuiā illis ad ostium tabernaculi sui, & adorauit super terram, & dixit: Domine, si inueni gratiam ante te. Tres vidit, vnum adorauit. Tres mēsuras offert similaginis. Nā etsi immensus deus, tamē mēsuram omniū tenet, sicut scriptū est. Quis mensus est manu aquam, & cēlū palmo, & vniuersam terram clausa manu? Perfectę igitur in personis singulis trinitati, interiore mentis arcano, hoc est, similaginis spiritalis sanctus patriarcha sacrificium deferebat. Hæc est similago quam in Euangelio molit mulier illa quæ assumetur. Vna enim, inquit, assumetur, altera relinquetur. Assumetur ecclesia, relinquetur synagoga. Vel mens bona assumitur, improba derelinquitur. Vt scias autem quia & Abrahā in Christum credidit: Abraham, inquit, diem meū vidit, et gauisus est. Et qui credit in Christū, credit & in patrē. Et qui perfectē credit in patrem, credit in filiū & spiritū sanctum. Tres ergo mēsuræ, vna similago, hoc est, vnum erat sacrificiū quod venerabili trinitati pari quadā mēsura deuotionis & congrua plenitudine pietatis oblatū est. Adhuc cognosce celeris studia deuotionis. Cucurrit, inquit, & accepit vitulū vnum tenerū et bonū, & dedit puero, & festinauit facere eū. Vbiq; impigra deuotio, & ideo deo fuit munus eius acceptū. Habes & alibi vt solis ortum oratione præuenias, Occurre, inquit, ad solis ortū. Habes in Euāgelio dicētem dominū Iesum: Zaccheæ festinans descende. Et ille quia impetrauerat quod volebat, vt Christū videret, & amplius impetrauerat vt videretur & vocaretur a Christo, festinans descendit, & accepit illū gaudens. Et ideo probauit dominus eius affectū, & eum celeri remuneratione donauit, dicēs: Quia hodie salꝰ domui huic facta est. Festinauit enim & dominus ad beneficiū, et ideo nō expectauit vt ꝓmitteret & impleret omnia, sed ante fecit, postea declarauit. Dixit enī: Facta est salus: ꝗd vtiq; præuenienti seruit, nō promittēti. Iustus ergo votum suū celeritate cōmendat. Et ideo patres nostri festinantes manducabant pascha succincti lumbos, & pedes suos calceamentorum exuentes vinculis, & tanq onus corporeū deponentes, vt essent parati ad transitū. Pascha enī domini transitus est a passionibus ad exercitia virtutis. Et ideo pascha domini dicitur, quoniam et tūc in typo illo agni veritas dominicæ passionis annūciabatur, & nunc eius celebratur gratia. Cito ergo hoc quære anima, vt cito etiā audias, sicut audiuit & Iacob: Quid est hoc quod tam cito inuenisti fili? Et ille secundū dogma respōdit, Quod tradidit domin⁹ deus tuus in manus meas. Cito dat deus: quia dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt. Verbū enim dei (nō sicut quidā ait) opus est, sed operans: sicut habes scriptū: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. Præuenit omnia. Est enim ante omnia sicut pater, & in omnib⁹ sicut idem pater, penetrans omnia. Validū enim & acutū, & omni gladio acutius est, penetrans vsq; ad diuisionē animæ & spiritus, artuumq; & medullarū. Præueniens omniū cogitationes: de quo ait pater deus: Iam videbis si comprehendit te verbum meū, aut nō. Vbi enim deus, & verbum est: sicut dixit: Veniemus, & mānionem apud eū faciemus. Et sicut habes in aliis de deo lectū, Ego steti hic priusq; tu: ita & verbū dicit: Priusq; stares sub arbore fici, vidi te. Et de ipso dictum est verbo, hoc est filio dei: Medius autem vestrū stat, quē vos nescitis. Vbicunq; enim sancti, ibi in eorū medio dei verbū, in singulorum præcordiis complens maria & terras. Et cū hic est, etiam alibi est, non mutato loco, sed repleto vbique sui prēsentia. Vbiq; enim est qui est per omnia, & in omnibus, nullū locū immunē sui relinquēs. Et vbi adest erat, & vbi erat adest. Et ideo qui nouit velox esse verbum dei, cito petit, & cito impetrat.

Exo. 3. Luc. 19. Heb. 3. Ioan. 14. Ioan. 1. Esa. 40. Mat. 24. Ioan. 8. Psal. 148 Ioan. 5.

De reprehēsione Pharaonis, qui vt pro eo rogaretur in crastinū distulit, & exaltatus mente deum obliuiscebatur. Quantūq; humilitas orationem commēdet. Et quod melior votorū sit solutio, laudare deū. Quod prēterea illa cōmendāda sit orationis & voti disciplina, vt non diuulgemus orationē, sed absc̄dita teneamus mysteria, sicut Abraham & patres tenuerunt, et quēadmodum dominus in Euangelio docuit: & quę in oratione cauere debeamus. Caput IX.

AT vero Pharao qui opinionibꝰ vanis & inanibus studiū impendebat suū: ranis repleta Egypto, sonum inanē rerum & strepitū vanarium reddētibus, dicenti Moysi, Constitue mihi quādo pro te orem, & pro famulis tuis, & pro populo tuo, vt exterminet dominus ranas: cum debuerit in tāta positus necessitate rogare vt iam oraret, nec differret, respondit, Crastina die: ociosus & negligēs morę pœnam Egypti soluturus excidio. Itaq; iste vbi impetrabat, immemor fiebat gratię, & exaltatꝰ mēte carnis sitæ obliuiscebatur deū. Humilitas autem cōmendat orationem. Siquidem & Pharisæus ille reprehensus est, qui ieiunia sua velut beneficia enumerabat & tanq obiectabat deo, & se criminū memorabat exortē. Publicanus autem prędicatus est, qui a longe stans nolebat oculos ad cælū leuare, sed percutiebat pectus suū dicens: Domine deus, ꝓpitiare mihi peccatori. Et ideo diuina eum sententia ptætulit dicēs: Quia descēdit hic Publicanus iustificatus magis q̄ Pharisęus. Ille enim iustificatur qui peccatū proprium confitetur, sicut locutus est ipse dominus: Dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Et Dauid ait: Sacrificiū deo spiritus contribulatus. Et iterum: Cor contritū & humiliatum deus non spernit. Hieremias quoq; ait: Anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te. Ergo & Pharao, & rex Assyrius qui dicebat: Quis deorū gentiū istarum liberabit terram suam de manu mea? quomodo liberabit dominus deus tuꝰ Hierusalē de manu mea? exaltatione sua deiecti sunt. Iustus autem, sicut Iacob, ad autorē deum refert quæcūq; fuerit bona cōsecutus, dicens de omnib⁹ quæ sibi prosperari cognouerit: Quoniam tradidit ea dominus deus in manus meas. Hęc igitur melior votorū solutio est, sicut & Dauid ait: Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua. Laudare deū, cōmendare est votū, & soluere. Vnde & Samaritanus ille aliis antefertur, qui cū leprosis aliis nouem secūdū pręceptū domini mundatus a lepra, solus regressus ad Christū amplificabat deum, et agebat gratias. De quo Iesus ait: Non fuit ex illis qui rediret, & gratias ageret deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, & vade: quia fides tua te saluum fecit. Est etiam illa cōmendandę orationis & voti disciplina, vt nō diuulgemus orationē, sed absc̄dita teneamus mysteria, sicut tenuit Abrahā, qui subcinericias fecit. Tenuerunt & patres qui coxere consperſum quod extulerāt de Egypto, subcinericia fa-

Exo. 8. Luc. 18. Esa. 43. Psal. 50. Baruch. 3 Psal. 49. Luc. 17.

Acientes azyma, quæ Græce ἄζυμα dicunt, eo quod absc̄dantur in cinere, significantes fermentum illud quod absc̄dit mulier illa Euāgelica mēsuris tribus donec fermentaretur totū: mysteriorum quoq; inuentes premēdā esse doctrinā. Qđ apertius dominus in Euangelio docuit, sic dicens: Tu autē cum orabis, intra in cubiculum tuū, & clauso ostio patrem tuū ora in absc̄dito, & pater tuus qui videt in absc̄ondito, reddet tibi. Orantes autē nolite multū loqui. Et infra: Scit enim pater vester quid vobis opus sit anteq̄ petatis ab eo. Cubiculum tuū mētis arcanū, animiq; secretū est. In hoc cubiculū tuum intra, hoc est, intra in alta prēcordia, totus ingredere de corporis tui exteriori vestibulo, et claude ostium tuū. Quid sit ostium tuū, disce: Pone domine custodiam ori meo, & ostiū circuitus labiis meis. Et Paulus petit orari pro se, Vt aperiatur mihi, inquit, ostium verbi, ad loquendū mysteriū Christi. Sed ille, vtpote electus ad Euangelii prædicationē, recte sibi ostiū verbi optabat aperiri, quia de ore eius exibat salus gentium, de ore eius prodibat vita populorū. Nos autem claudamus ostium ne culpa intret, ne lapsus aliquis sermonis exeat. Intrat culpa si lapsus exierit. Audi quomodo intret culpa. Ex multiloquio, inquit, nō effugies peccatum. Exiit multiloquiū, peccatum intrauit, quia in multiloquio nequaq̄ qui exeat sermo trutinatur, imprudenter labitur: licet ipsum vltra mensuram aliquid loqui grande peccatū sit. Et ideo caue ne imprudēter loquaris. Labia enim imprudētis inducunt eū ad mala. Caue ne in oratione te extollas. Oratio enī humilians se nubes penetrabit. Caue ne icaute symboli vel dominicæ orationis diuulges mysteria. An nescis q̄ graue sit in oratione contrahere peccatū, vbi speras remedium? Certe dominus per Prophetam docuit hoc grauę esse maledictū, dicēs: Et oratio eius fiat in peccatū. Nisi forte mediocre id tibi putas esse. Diffidere est enī de potentia dei, æstimare quod nō audiaris nisi clamaueris. Clamēt opera tua, clamet fides, clamet affectus, clament passiones tuę, clamet sanguis tuus, sicut sancti Abel, de quo dixit deus ad Cain: Vox sāguinis fratris tui ad me clamat. Audit enim in occultis qui mundat in occultis. Nos nisi loquentem aliquē audire nō possumus: apud deū loquūtur nō verba, sed cogitationes. Et vt hoc verū scias, dicebat dñs Iesus ad Iudæos: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Non interrogantis vox ista est, sed scientis. Quod tibi manifestat Euangelista dicens: Iesus autem sciebat cogitationes eorū. Sicut ergo filius nouit, nouit & pater. Filiū nosse cognouisti, patrē nosse audi consiliariū & testem patris dicentem: Scit enim pater vester quid vobis opus sit, anteq̄ petatis ab eo. Coque ergo subcinericiā tuam vapore spiritus sancti. Coque etiā animi passiōes verbi calore. Et si crudiores sunt passiones tuæ, nuper fortasse de Egypto egredientes, opito eas, et lento calore excoque, ne fortiorem ignem dū ferre non possint, semiustulentur potius q̄ coquantur. Sunt enim plurima quæ præmaturo sermone infidis auribus vel infirmis quasi incocta commattas, ad quæ auertatur auditor, & cum horrore fastidiatis coctiora gustaret, spiritalis cibi perciperet suauitatem. Diuine autem dominus Iesus & bonitatem te docuit patris, qui bona nouerit dare, vt quę bona sunt, a bono poscas: & impēse et frequēter monuit orādum, nō vt fastidiosa cōtinuetur oratio, sed vt assidua frequēter effundatur. Plerunq; inanis gloria lōgæ precationi, intermisse autem prorsus obrepit incuria. Deinde monet vt cū ipse veniam tibi poscis, tum maxime largiendam aliis noueris, quo precē tuam operis tui voce commendes. Apostolus quoq; docet orandū sine ira & disceptatione, vt nō turbetur, nō interpoletur oratio tua. Docet etiam orandū in omni loco, cū Saluator dicat: Intra in cubiculū tuum. Sed intellige cubiculū nō inclusum parietibus, quo tua membra claudātur, sed cubiculū quod in te est, in quo inclusūtur cogitationes tuæ, in quo versantur sensus tui. Hoc orationis tuæ cubiculū vbiq; tecum est, & vbiq; secretū est, cuius arbiter nullus est nisi solus deus. Orandum autē præcipue & pro populo doceris, hoc est pro toto corpore, pro mēbris omnibus matris tuæ, in quo mutuę charitatis est insigne. Si enī pro te roges, tantūmodo pro te rogabis. Et si pro se tātum singuli orēt, minor peccatoris q̄ intercedētis est gratia. Nunc autē quia singuli orāt pro omnibus, etiā omnes orāt pro singulis. Ergo vt cōcludamus, si pro te roges: tantū, vt diximus, pro te rogabis. Si autem pro omnibus roges, omnes pro te rogabūt. Siquidem & tu in omnibus es. Ita magna remuneratio est, vt orationibꝰ singulorum acquirantur singulis totius plebis suffragia. In quo arrogātia nulla, sed humilitas maior est, & fructus vberior.

Matt. 6. Psal. 140 Col. 4. Prou. 10. Psal. 108. Matth. 9 Matth. 6.

De transitu ad aliud vitium oblationis ipsius Cain, qui obtulit nō de primis fructibꝰ primitias deo, & quid per primitias intelligatur. Quodq; Abel obtulerit hęc munera, & etiam taha qualia lex probauerit, cum pulchra mysteriorū legis explanatione: & quēadmodum interiora mundare debeamus, & ibidem quærere quæ domino sanctificemus. De similitudine quoque conceptionis ac parturitionis fœminarum & animæ, partuumq; eiusdem distinctione. Caput X.

SED iam tempus est alio transire, quoniam de eo quod post dies obtulit Cain, plene diximus. Factus est indiciū resupini, cum ipsa postulatio voti matura esse debeat, ne videamur de humanis artibus, hoc est, medēdi peritia, herbarumq; succis, sperasse magis remediū, q̄ de deo subsidium poposcisse. Ad ipsum enim prius est confugiendum, qui nostræ curare possit animæ passiones. Verū homines quidam prępostero ordine ante sibi ab hominibus opem arcessunt. Vbi autē humana subsidia deficerint, tunc opinantur diuini postulandam fauoris gratiam. Cōclusо ergo illo & conuicto Cain crimine, aliud oblationis vitiū discutiamus. Obtulit, inquit, a fructibus terrę, nō a primis fructibus, primitias deo. Hoc est primitias sibi prius vēdicare, deo autem sequētia deferre. Itaq; cum vere anima corpori tanq̄ seruo domina sit præferenda: vtiq; primitias eius, hoc est, animę prius q̄ corporis offerre debemus. Primitiæ animę, primatus sunt bonarū disciplinarum. Quæ licet tēpore posteriores sint, q̄ corporis primitiæ, quæ sunt esca, incrementū, visus, auditus, & tactus, odor, vox: mens autē & sensus pars animæ, pars corporis est: tamen priores sunt discipliuis. Quarū primitiua est puro corde & simplici sermone oblata deo gratiarū actio. Hæc munera obtulit Abel, & ideo respexit deus in munera eius, quoniam a primitiuis obtulit. Accedit ergo quia de primitiuis ouium, & de adipibus earū: considera quia non de insensibilibus, sed de animātibus obtulit. Plus est enim animalis q̄ terrenus. siquidem animalis proximus spiritali est. Non enim prius quod spiritale est, sed quod animale, deīde quod spiritale. Quod animale spirat, habet vitalem spiritū, non ita quod de terrarū fructibus. Dein de obtulit nō secūda, sed prima: nō exigua, sed pinguia. Talia enī lex probauit, & iussit offerri, sicut scriptū est: Et erit, inquit, cū inducet te deus in terram Chananęorum, sicut iurauit patribꝰ tuis, et dabit tibi, tolles omne quod aperit vuluam masculinū domino. Omne quod aperit vulua de armētis & pecoribus tuis, quęcūq; nata fuerint tibi masculina, sanctifica domino. Omne quod aperit vulua asinæ, mutabis illud oue: si autem nō mutabis, redimes illud. Quid tam profundi mysterii, tam altæ secretęq; sapientię, q̄ in quibusdam inuenis verborum simplicium? Deprehendas licet atq; haurias vbertatem gratiæ spiritalis. Chananæi etenim mobiles & in-

1. Cor. 15. Exo. 15.

G quieti sunt. Cum igitur in eorum terram fueris ingressus, quos aduertis propter leuitatē, inquietudinē, & instabilitatem morū, possessione deiectos, tu teneto constantiam. Nō te vilis ratio, non leuis sermo perturbet. Hoc est enim Chananæus, mobilis sermo, affectus instabilis, & inquieta contentio. Sed magis tranquillitatem cordis, & animi serenitatē placid⁹ seruato, vt tanq̄ in salo maris tutam nauibus stationē portu quodā tuę mentis exhibeas. Hanc possessionē tibi dominus pollicetur, & quodā sacramenti promittit vinculo, vt cōstantiam tuam firmet. Neq; enim ideo deus iurat, quod fide credētis indigeat, aut testimoniorum astipulationibus destitutus, suffragiū sacramenti requirat, sicut homines qui fidē nobis asciscimus sacramento, & ideo iuramus vt credamur vera dixisse. Deus autem & cū loquitur fidelis est, cuius sermo sacramentū est. Non enī propter sacramentum fidelis omnipotēs deus, sed propter deū etiam fidele sacramentū est. Qua ratione, igitur Moyses iurātem deū inducit? Quia nos vsu quodam mortaliū claudimur, & velut echini cortice quodā nos vulgaris opinionis inuoluimus, aut velut cochleæ quæ nisi intra testæ operimentum sint, spirare non possunt, nec aerem liberum capere aut sustinere: sic nos nō nisi intra quędā humanę cōsuetudinis latibula terrena versamur. Vnde quia illud verius solemus credere, q̄d iureiurando firmatur: ne nostra claudicet fides, iurare

H describitur deus. Qui ipse nō iurat, sed iurātiū iudex, et

Psal. 109 vltor est periurantiū. Deniq; scriptū est: Iurauit dn̄s, & non pœnitebit eū, tu es sacerdos in ęternum. Seruauit vtiq; quod iurauit, dedit nobis ęternū principem sacerdotū. Vt & tu quod iuraueris, ita noueris esse seruandum, vt quia per eum iuras qui non mentitur, scias eū futurum si mentiaris vltorem. Expulsis igitur inquietis & mobilibus cogitationibus, dabit tibi deus vacuā possessionē cordis & mentis, vt eam cultu quodā tranquillitatis exerceas, & fructū ex ea capias, nec sustineas in ea Chananęos hoc est turbidos sensus recurrere, eradices gentiliū vitiorū omne cōseptū, lucos eorū diruas quibus obumbratur veritas, & quidā liber cælestis visus cogitationis horrore tenebrosæ disceptationis absconditur. Sed hoc nisi diuino donatus munere efficere nō potes. ideo ait: Dabit tibi deus, hoc est cogitationes optimas, placida cōsilia, tranquillas inuētiones. Cū dederit hęc, tolles omne quod aperit vuluam masculinū, et sanctificabis domino. Nō totum exigit a te deus, qui totū donauit. Multa enim ad vsum substātiæ largitur

I humanæ, et hoc non potest esse diuinū sacrificiū vbi est vsus naturæ. Edere, bibere, dormire, aliaq; etiam ministeria corporis dono sunt tibi collata, nō a te relata deo munera. Quicquid autem sanctū cogitaueris, hoc dei munus est, dei inspiratio, dei gratia: sicut econtrario illa quæ cū in vsu naturæ humanę sint, non coinquinant hominē, sed quod exit de ore, furta, falsa testimonia, sacrilegia, hæc sunt quæ coinquināt hominē. Interiora ergo nostra mūdemus, vt possit oblatio nō displicere. Ibi quæramus omne quod aperit vuluam masculinū, hoc est iustū & principale quod sanctificare domino debeamus. Neq; enim hi nos corporei fœtus atq; conceptus partusq; sanctificant, quibus vulua fœminea deplorato pudore virginitatis aperitur. Nam etsi mulier sanctificat virum, & vir mulierē, tamē plerunq; cōtingit virginis vuluam etiam sine cōiugii sanctitate reserari. Neq; rursus sola virilis est gratia: mulier autē sanctificationis aliena est, aut vtriusque sexus confusa natura est, vt vterq; corporeos fundatur in partus. Habēt sua munia viri, habent mulieres sexus sui officia discreta. Generatio ista successionis humanæ mulierē decet, impossibilis eadem viro. Ergo si carnis vsui non quadrat hic sensus, officia animę discutiamus. istam sane inuenio quę nullo discreta sit sexu: & cū cōcipit, parit. Et sicut fœminis dedit vuluam natura, in qua vniuscuiusq; animātis

K generatio per menstruas formatur ætates, ita est quædam virtus animæ, quæ velut quodā vuluæ genitalis secreto cogitationū nostrarum suscipere semina, conceptus fouere, partus solet edere. Neq; enim aliter diceret Esaias, In vtero accepimus & parturiuimus spiritū salutis: nisi vuluā animæ nouisset. Harū generationum quædā fœmineæ sunt, malitia, petulantia, luxuries, intemperātia, impudicitia, aliaq; huiusmodi vitia, quib⁹ animi nostri quędā eneruat̄ virilitas. Masculinæ sunt castitas, patientia, prudētia, tēperantia, fortitudo, iustitia, quibus mēs nostra et caro ipsa firmatur, et ad obeūda impigre munia virtutis erigitur. Hos partus aluus ille Propheticus parturiuit. Et ideo ait: In vtero accepimus & parturiuimus spiritū salutis. Masculum igitur & parturiuit & peperit qui spiritū salutis effudit. Esa. 26.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE CAIN ET ABEL.

Qua ratione anima nostra partus in clausione superioris libri cōmemoratos parturire ac parere debeat, & de maturiori et latiori istorū partuū prosecutione, cū pulchra legis superius inductæ declaratione, latentiumq; mysteriorum apertione. Caput I. L

Quæ sit vis primitiarū, & vtrum tempore æstimētur primitiæ in sanctitate. Et quod ante oīa fides nos debeat commēdare deo. Quodq; ipsa cum operibus perfectis plenū & perfectū sit sacrificium, sicut & ipse dominus docet, & verba legis significant. Ca. II.

De astructione legis pręmemoratæ per exemplū de populo Hebręorū. Ac de mysteriis in lege recognoscēdis ex verbis dn̄i in Euangelio laborantes ad se vocantis. Quomodo etiam inquinamenta delictorum nostrorū lauare, et q̄ precio crimina nostra redimere debeamus. De redemptoris quoq; nostri per Leuitē significati in nos misericordia, cum morali & ædificatiua affectus instructione. Cap. III.

Qua ratione Moyses primogenitos & redēptores cęterorum Leuitas appellauerit, ciuitatesq; Leuitarū redemptrices significauerit. Cur etiam non sit absurdum quod facinorosi cohabitent piis, & maculosi sacratis. Quodq; non abhorreat a vero, q̄d Leuites in se manus iniiciat, vt interficiat voluptates sui corporis. De duob⁹ præterea principalibus in deo generibus virtutum, vno quo remittit, alio quo vīdicat: & quomodo cum impius occiditur, Christus infundatur. Qdq; semper egressus malitię virtutis operetur ingressum, sicut & igressus malitię virtutē excludit, vt Euangelicę veritatis exēpla cōprobāt. Ca. IIII. M

De adipibus & pinguedine sacrificiorum & hostiarum. Caput V.

Quid sibi velit quod dominus ait: Si recte offeras, non recte autem diuidas, peccasti: quiesce. Et de quatuor generibus quibus sacrificia cōmendabātur, quorum si aliquid desit, sacrificium non probatur, cū pulcherrima istorū morali interpretatione. Cap. VI.

Quod quia Cain ordinē diuisionis non seruauit, dictū sit ei: Peccasti, quiesce. Et queadmodū deus omnia docuerit, & q̄d moraliter illud significet. Ca. VII.

Quomodo Cain admonitus vt quiesceret, auxerit insolētiam, & flagitium acerbauerit. Et quid sibi velit quod ait: Eamus in campum. Cap. VIII.

Qua ratione interrogauerit deus Cain vbi esset frater suus, & de ipsius redārgutione atq; cōdemnatione, cum moralis intellectus explanatione. Cap. IX.

Qua de causa dixerit deus: Omnis qui occiderit Cain, septies vindictam exoluet. Et qua ratione signū super eum positum fuerit ne occideretur, cum pulchra morali interpretatione atq; instructione. Cap. X.

A DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE CAIN ET ABEL LIBER SECVNDVS.

Qua ratione anima nostra partus in clausione superioris libri cōmemoratos parturire ac parere debeat, & de maturiori & latiori istorū partuum prosecutione, cū pulchra legis superius inductæ declaratione, latentiumq; mysteriorum apertione. Caput I.

HOS PARTVS ANIma nostra parturiat, nec solum parturiat, secundū q̄d legitur, sed etiā pariat, & dieb⁹ pariat impletis, ne immaturos partus dies iudicii deprehendat. De his enī partubus dixit dn̄s Iesus: Vę pregnātibus & nutrientibus in illis dieb⁹. Maturius igitur absoluatur hic partus, & cogitationes nostrę bonorū operum p̄cessibus explicentur, vt nihil imperfectū finis no- Luc. 21.

B ster inueniat, nihil inexplicatū terminus vitę nostræ offendat, nihil tanq̄ in incude positum vsus nostri operis relinquat. Festina igitur anima formare partus tuos, properātius absoluere, celerius quos genueris enutrire. Quę tanti forma sit partus, demōstrat Apostolus dicens: Filioli mei quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. In hanc formam tota mētis nostræ coalescant viscera, & in illo genitali aluo animæ nostrę Christus refulgeat. Partus noster fides sit, nutrimēta nostra pręcepta doctrinæ sint. His quædā cordis nostri imbuatur infantia, instituatur pueritia, iuuenculescat adolescentia, senecta canescat: Ętas enim senectutis vita est immaculata. Itaq; ea demū bona est animę senectus, quam nulla perfidiæ inquinamāta maculauerūt. Et ideo partus suos ab hac macula Paulus defendit: Ego vos, inquit, genui in Euangelio, ne cuius seua insusurratio rudis fidei tentaret infantiā. Masculina igitur generabat, qui in virū perfectū populos quos docebat, fidei gestiebat vnitate cōcurrere, & in agnitione filii dei perfectam plenitudinis Christi tenere mensurā. Hoc enī sacrificiū acceptabile deo nouerat, de quo scriptum est: Omne quod aperit vuluā masculinū, domino. Et quia addidit: Omne quod aperit vuluā de armē- Gal. 4. Sapien. 4 1. Cor. 4. Exo. 13.

C tis & de pecorib⁹ quę sunt tibi, masculinū sanctifica domino: ne q̄d obscuritatis habeat, cōsideremus. Dixerat de principalibus generationibus, hoc est plenis capacibusq; rationis: addidit & de gregalibus, hoc est reliquis velut plebeiis sensibus, qui irrationabilibus cōparātur iumentis. Quæ tamē cum a rectore aliquo gubernantur, facile mansuescūt & imperata exequi, & iugū subire, & ad vocē magistri accelerare gradū aut sistere, aut deflectere, aut aliqua munia sui operis quæ iubētur, humano quodam famulatu obedire cōsuerunt. Tantū valet institutio, vt vincat naturam. Itaq; illa quæ consortium nostræ substantiæ nō habent, agnoscūt tamē nostræ vocis imperiū: & cum suę naturæ nullā rationem habeant, nostræ naturæ rationē capessunt, & quodam modo transfusam acquirūt. Equos videmus popularibus incitari studiis, gaudere plausibus, blanditiis delectari magistri. Toruos leones cernimus naturalē feritatem imperata mutare māsuetudine, suā rabiem deponere, nostros mores sumere. Et cū sint ipsi terribiles, discūt timere. Cęditur canis vt pauescat leo: & qui sua iniuria exasperatur, coercetur aliena, alterius exēplo frangitur. Quotiēs parata præda et cibo obuio famem perpeti malūt dum offensam magistri verētur? Quotiens repentino impulsi motu aperta ad morsus ora ius- D si resoluunt? Ita dum nostræ voluntati obsequūtur, suę obliuiscūtur. Non ita illæ feræ vel illa armēta equorū, vel genus omne pecudū quæ sine rectore vagantur vllo, & omni domitoris gubernaculo destituta exasperātur. Et ideo appositi sunt armētarii, opiliones, cæteriq; pastores, quidam magistri gregū officia sua singulis animantium cōmissorum sibi cōditione formantes. Videtur ergo & sensuū nostrorū quoddā genus aliud domitū & mansuetū, aliud indomitū, q̄d armētario quodam motu mētis velut deside atq; resoluto proruat ad irrationabiles delectationes corporis. Māsuetū autem quod velut duci cuidā moderationi mentis se subiiciat & subdat. Quæcūq; ergo eius naturæ regūtur, ea sunt masculina atq; perfecta. Quęcūq; autem sine duce vllo plebeia pręsumptione quadā dominantur, velut ciuitatis alicuius, quæ regis optimatumq; cōsilio priuata sit, ita corporis sui omnē statum & virilē vigorē muliebri quadam dissolutione effœmināt. Ex his illa lex carnis est, quæ legē apostolicæ mentis impugnās, captiuam trahebat eā quadā lege peccati. Et ideo vt de illo mortis corpore liberaretur, spem suā Paulus omnem nō in sua virtute, sed in Christi gratia reponebat. Vnde liquet quod hæ cōmotiones quæ secūdum legem mētis sunt, diuino fauore pręcedūt, alii autem sensus ex volūtate corporea. Illa igitur quę sancta sunt, primitiua sunt nostrorū sensuum. Ista velut de quodam grege sunt, & vilitate plebeia: quod varie videtur Moyses nominib⁹ E significasse diuersis. Hoc enim declarat etiā illa area legis mystica de qua ait: Initia areæ tuæ & lacus tui non nouissima facies. Primitiua filiorū tuorū dabis mihi. Sanctæ cōmotiones sensuū nostrorū, quæ secundū virtutes sunt, ipsæ sunt primitię areę spiritalis. Propterea etiam rurali areę cōparantur, in qua ventilantur frumēta. Sicut enim in hac rurali area excutitur triticum atq; hordeū, & dū sæpius vētilatur, separatur a paleis, quia paleæ cęteraq; purgamēta messis in diuersum leuis auræ spiramine dissipantur, illa vero quę solidiora sunt, in locum eundē excusso puluere relabuntur: ita cogitationum nostrarū fruges quę sunt solidę atq; optimę, purā atq; synceram exhibent virtutis alimoniā, sicut scriptū est: Quia non in solo pane viuit homo, sed in omni ver- Deut. 8. bo dei. Quę autem inutiles sunt & vacuæ, dispergūtur vt fumus ac nebulæ: quia sicut fumus oculis, sic iniqui- Prou. 10. tas vtentibus eam. Et recte fumo iniquitas cōparatur, F quæ velut quadam seculari caligine aciem mentis obducit. Et ideo dominus dicit: Cum intraueritis in terram in quam induco vos, & cū māducare cœperitis de panibus terræ illius, offeretis oblationē separatam domino, primitias cōspersionis vestræ panē sicut oblationem de area, & sic auferetis primitias cōfusionū vestrarum, & dabitis domino. Cōfusio nos sumus, diuersorū elementorū quadam cōmixtione cōpositi. Siquidē frigidum calido, & humidū sicco miscetur in nobis. Hæc conspersio multas habet carnis illecebras, & plurimas delectationes, sed non sunt hi primitiui huius corporis sensus, quia ex anima & corpore constamus & spiritu. Hæc est cōspersio pricipalis, in qua sanctificari nos Apostolus cupit, sicut ait: Ipse autem deus pater sanctifi- 1. Thes. 5 cet vos per oīa, vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela in die dn̄i nostri Iesu Christi seruetur. Cuius cōspersionis primitię spiritales sunt, hoc est inuentiones & generationes sensuum qui ex vigore animæ procedūt. Sed non omnes primitiui sensus, nisi qui malitię & improbitatis atq; omnis erroris exortes sunt. Sunt etiam necessariæ corporis delectationes, vt dormiendi, edendi, bibendi, deambulandi, & cęteri sensus huiusmodi, sed non in his primitię. Et ideo non in his sed in illis domini sacramentū, vbi castitas, pietas, vbi fides atq; deuotio. Cuius rei manifestum & euidēs exemplum est oblatio patriarchę Isaac, quem sacrificii

G modo obtulit pater, nulli⁹ motu passionis inflexus humanæ, mundam offerens deo hostiam, vacuamq; formidinis, & corporeæ cupiditatis immunē, cū ipsa pietas patris deuotioni cederet immolantis.

Quæ sit vis primitiarū, & vtrum tempore æstimẽtur primitiæ, an sanctitate. Et q̄d ante omnia fides nos debeat commẽdare deo. Q uodque ipsa cum operibus perfectis plenū & perfectum sit sacrificium, sicut & ipse dominus docet, & verba legis significant. Cap. II.

NVNC cõsideremus quæ sit vis primitiarū, & vtrū tempore æstimẽtur primitiæ, an sanctitate, hoc est, vtrū omnia primogenita sanctificationē habeant primitiarum. Primitiæ etenim fructuū sanctæ secundū legem, quia in his optimum festinæ fidei sacrificiū est, sed fiunt sanctæ deuotione, nō tẽpore, quās nō prouẽtus sanctificat, sed deuotio. Deniq; vbi celer prouẽtus est, si deuotio moretur, offensa contrahitur. Non ergo omnia primogenita sancta, sed omnia quæ sancta sunt, sunt etiā primogenita. Deniq; Cain primogenitus, sed non sanctus. Sanctus quoq; Israel dei populus, sed nō primus ætate, & tamē primogenitus appellatur, sicut scriptum est in Prophetis: Primogenitus me⁹ Israel. Leui sanctus, sed nō primogenitus. Nam tertius Lyæ filius legitur, & tamen
H Leuitę primogeniti nūcupati, quibus ab eo nomen est
Nume. 3. derivatum. Scriptū est enim in Numeris: Ecce tuli Leuitas de medio filiorū Israel pro omni primogenito qui aperit vulua a filiis Israel, & erunt mei Leuitæ. Mihi enim omne primogenitū, in qua die percussi omne primogenitū Ægypti, sanctificaui omne primogenitū Israel. Ergo Leuitę primogeniti nūcupati, qui sanctificatione vtiq; cæteris filiis Israel antelati sunt. Q ua ratione primogeniti sunt, audi Apostolum dicentē: Sed ap
Heb. 12. propinquastis Sion monti, et ciuitati dei viui Hierusalem quæ in cælo est, & decē milibus lętantiū angelorū, & ecclesiarū primitiuarū. Tulit ergo domin⁹ deus de medio populi Israel Leuitas, quia non humanarū eos cõsortes voluit esse curarū, sed diuinæ religionis ministros. Et primogenitos sibi fecit qui vuluā aperiunt spiritalē: & ideo nō errant ab vtero naturæ, sicut diuersorū criminum peccatores, sed destrictis cultoribus eliguntur. Vnde non habent cū plebeia possessione consortiū, nec in medio populi cõputantur, quia verbū dei in medio sui possident, sicut scriptum est
Mat. 18. in euangelio: Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et alibi: Me-
Ioan. 1. dius vestrum stat, quem vos nescitis. Hinc ergo cognoscimus q̄ ante omnia fides nos cõmendare deo debeat.
I Cum fidem habuerimus, elaboremus vt opera nostra perfecta sint. Siquidem hoc plenū est & perfectū sacrificium, sicut ipse dominus docet dicens de donis & datis tuis: Obseruabitis offerre mihi in diebus festis meis, nihil detrahētes, neq; despicientes, sed plena & integra & perfecta offeretes. Festus autē dies domini est, vbi perfectarū virtutū gratia est. Q uę tūc perfectæ sunt, si solicitudinum seculariū, & corporalis illecebræ victor animus deliniēta voluptatis excludat, liber a seculo, deo deditus, nihilq; de tramite rectæ intẽtionis imminues, nec affectus sui quoq; tẽpora nunc luxurię diuidens, nūc labori. Solus itaq; sapiēs hanc celebrat solennitatē, nullus alius. Immunē enim mihi huiusmodi passionū animam reperire difficile est. Diuide ergo secūdum rationem animę principalia & obediētia, & tūc quid masculinum, quid ve fœmineū sit, deprehēdes. Nulla enim sine labore virtus, quia labor pcessus virtutis est. Q uod
Exo. 13. etiam legis ipsius verba significant, quæ dicit: Omne quod aperit vuluā asinæ, mutabis oue. Immūda enim animalia lex a sacrificio seperauit, & pro his ad vicem
K munda iussit offerri. Asinæ ergo partū, hoc est immundum, iubet mutari oue, quę mūda & apta sacrificio est. Hoc est secundū literā. Cæterū si quis sensum spiritalis intelligentiæ altius persequatur, considerabit quod asina laboriosum sit animal, ouis fructuosum. Fructu ergo dicit mutādum laborē, vt finis operis sui fructus sit. Vel certe hoc modo omnē laborem tuū, omnem iudustriam puro & simplici commẽdabis affectu. Si autem non mutabis, inquit, redimes. Iubetur ergo secundum literā vt animal aliud pro immūdo animali offeratur, aut preciū, ne inter decimas fructuū vel minus aliquid vel immūdum videatur offerri. Intellectus autem profundior liberādam animam tuam docet, vt desistat ab iis quę fructū non habent. Q ui enim redimit se, liberat & quodam exuit debito. Relinquenda sunt opera, quæ verū fructū bonosq; processus habere non possunt, qualia sunt ista mundana, quorū vsus nō potest esse diuturnus. In quibus ipse nudus & veri vacuus effectus est: et
L quis summo quæsitus fuerit labore, animā nihil iuuat. Ea enim quę seruitutē animę inferunt, inutilia sunt omnia, etsi nō desit effectus. Magna videtur præliantiū victoria, triūphantium gloria, sed frequēter ipsos videmus qui vicerint, rursus bellorum subiacere incertis, & transferri ad hostē euentu prelii, & eoipso quo victores ante fuerit, fieri miseriores. Opus est ergo vt opera tua ad deū dirigas, & eius tibi aspiret favor. Athleta ipse qui suis nō alienis decertat viribus, quoties cõgreditur, dubios casus subire se credit. Et cū ad coronam peruenerit, intelliget citius hanc mūdi gloriam tanq̄ coronæ ipsius folia marcescere. Gubernator cum in portus nauim duxerit, vix finem impositū labori putat, et statim quęrit laboris exordiū. Soluitur corpore anima, & post finem vitę huius, adhuc tamen futuri iudicii ambiguo suspēditur. Ita finis nullus vbi finis putatur. Vnde votis & pura cõscientia & spiritu charitatis adhæreamus deo nostro, & diuinum nobis cõciliemus fauorem precantes, vt secularibus curis tanq̄ ab immitibus & agrestibus dominis possimus absolui atq; exui, mundanoq; exire seruitio, in libertatē supernæ cognitionis, quę vera & sola est libertas, vocati.

De astructione legis prememoratæ per exemplū de populo Hebreorū. Ac de mysteriis in lege recognoscendis ex verbis domini in Euangelio laborantes ad se vocantis. Q uomodo etiam inquinamēta delictorum nostrorum lauare, & quo precio crimina nostra redimere debeamus. De redemptoris quoq; nostri per Leuitem
M significati in nos misericordia, cum morali & ædificatiua affectus instructione. Cap. III.

ET vt præceptum legis exemplo astruamus, cum deprimerent Ægyptii Iudæorū populum in operibus variis, & luto ac lapide, ingemuerūt filii Israel, & domini prouocauerunt in se misericordiā. Et dixit ad Moysen: Ego exau Exo. 3.
diui gemitum filiorū Israel, quomodo Ægyptii in seruitutem deprimūt eos, & memor factus sum testamẽti mei. Vade & dic filiis Israel: Ego dominus, et educā vos de potentia Ægyptiorū, & eruam vos de seruitute eorū, & liberabo vos in brachio excelso, & iudicio magno, & sumam vos mihi in plebē, & ero vester deus, & scietis quoniam ego sum dominus deus vester, qui educam vos de potentia Ægyptiorū, & inducā vos in terrā in quam extēdi manum meam. Ecce quomodo populus Hebreorū fructu mutauit laborem, vt qui luto operabatur, spe regni operaretur æterni. Et ideo dominus in euangelio inanem populorū gentilium miseratus laborem, qui lateres construerent lutulentæ superstitioni, & voluptati corporis dediti, solidū fidei murū edificare nō possent, velut ad quosdam asinę fœtus locutus

A ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & ego vos reficiam. Tollite iugū meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiē animab⁹ vestris. Q ua vocatione plenius mihi videor verba legis & mysteria recognoscere, quia asinā aut cõmutādam oue docuit, aut redimēdam pecunia, vt non solum asinę partū oue, hoc est mundis immūda mutemus, sed etiam redimamus. Q uod videtur exprimi si prius sacrificio purificationis, & mysterio baptismatis delictorū nostrorum inquinamenta lauemus, crimina quoq; nostra bonis operib⁹, fideiq; precio, & miseratione redimamus. Preciū nostrū sanguis est Christi. Vn
1. Pet. 1. de & Apostolus Petrus ait: Non auro vel argēto redē
1. Cor. 7. pti estis, sed precioso sanguine. Et Paulus dicit: Precio empti estis, nolite effici serui hominū. Vnde non ociose in sancto miramur euangelio quod pullum asinæ sederit dñs Iesus, quia populus gētilis cœpit esse Christi hostia, qui secūdū legē habebatur immūdus. Vnde & de Leuitis scriptū est q̄ sint redēptiones eorū, eo q̄ & sanctitate vitæ suę & oratione peccata plebis leuarent. In quibus figuralis agni præcessit mysteriū, verū venturum Leuiten, qui proprii corporis passione tolleret peccatū mundi. Leuites significatur susceptus pro me, vel ipse mihi leuis. Ipse enī perfectæ virtutis habet impertiēdæ populo sanitatis indiciū. Ipse ergo qui pro salute vniuersorū expectatus aduenit, pro me est vtero
B editus virginali, pro me oblatus, pro me gustauit mortem, pro me resurrexit. In quo omniū hominū susceptа est redēptio, assumpta est resurrectio. Ipse est verus Leuites, vt nos Leuitas faceret adhærere deo, ipsi continuas preces fundere, de ipso salutē sperare, fugere terrena negocia, in dei possessione numerari, sicut scriptum est: Domine posside nos. Ea est enī sola possessio, quæ nullis obnoxia tẽpestatibus, perpetuę gratiæ ferat fructus. Redemptor Leuites est, quia vir sapiens redemptio insipientis est. Q ui tanq̄ medicus ægrū insipiētis animū fouet, & quædā aspergit solidiora mẽti prudentiæ medicamina, imitatus illū medicum qui de cælo venit vt demõstraret hominibus prudētię vias, & sapientiæ semitas paruulis reuelaret. Videbat enim laborantes nō posse sine remedio saluari, & ideo medicinam tribuebat ęgris. Ideo omnibus opem sanitatis detulit, vt quicūq; perierit, mortis suæ causas sibi adscribat, qui curari noluit cū remedium haberet quo posset euadere. Christi autem manifesta in omnes prædicetur misericordia, eo quod ii qui pereunt, sua pereant negligentia: qui autem saluātur, secundū Christi sententiam liberētur, qui omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Deniq; & Sodoma si habuisset
C quinquagita iustos, nō esset euersa: & si decē habuisset, esset redēpta, eo quod sermo remissionis peccatorū animam seruitute exuat, & disciplinæ plenitudo perfectę mentem nō sinat edaci libidinū vapore consumi. Plurimum tamen refert, & moralē ædificat affectū, si etiā numerum iustorū simpliciter accipiamus prodesse populorum saluti. Cõprimit & resecat inuidiā, confundit improbitatē, virtutem incitat, auget gratiam. Nemo enim inuidere debet alteri laudē quę sibi profit: atq; im probus quisq; redēptorem suū dum suscipit, frequenter imitatur. Certe veneratur, plerūq; etiā diligit. Ipse etiā si se aliis profuturū sciat, studiis augetur, eaq; gratia cõnectit populos, accumulat charitatē ciuium, vrbiū gloriam. Q uam beata ciuitas quę plurimos iustos habet, q̄ celebrabilis ore omnium, quomodo benedicitur tota de parte, & beatus atq; perpetuus eius status existimatur. Q̄ gaudeo cū aliquos mites ac sapiētes diu viuere video, cū virgines castas, viduas graues aspicio longæuas, velut quādam incanam ecclesiæ curiā prętendant ipso quodā vultu & specie grauitatis, quod reuereātur, quod imitentur, quo ad omnē morū gratiam colorentur. Non enim ipsis gaudeo, cū viuendo multa subeāt
tędia seculi huius, sed quia prosunt pluribus. Similiter D
cū aliquis huiusmodi decidit, quis loga senectute deposi-
situs, afficior, quia destituitur grex iuuenū muro senili.
Deniq; perituręve vrbis aut malorū imminentiū vel futuræ labis hoc primū indicium est, si decidant viri consultores, vel etiā grauiores fœminæ. Hinc primum ingruētiū porta aperitur malorū. Sicut ergo vrbs tota solidatur atq; augetur cœtu sapiētiū, vel obitu labefactatur: ita sermo grauis, & qdē senilis, plenus prudētię stabilire vniuscuiusq; animā, & confirmare mentē solet. Iā si accedat multarū lectionū vsus, plurimorū præceptorum & consiliorum quidam senatus, velut perpetuum vrbis eius quę in singulorū est præcordiis, statū efficit.

Quaratione Moyses primogenitos & redēptores cæterorum Leuitas appellauerit, ciuitatesq; Leuitarū redemptrices significauerit. Cur etiam non sit absurdū quod facinorosi cohabitent piis, & maculosi sacratis. Q uodq; non abhorreat a vero q̄d Leuites in se manus iniiciat, vt interficiat voluptates sui corporis. De duobus pręterea principalibus in deo generibus virtutum, vno quo remittit, alio quo vindicat: & quomodo cū impius occiditur, Christus infundatur. Q uodq; semper egressus malitiæ, virtutis operę ingressum, sicut & in- B
gressus malitię virtutem excludit, vt Euangelicę veritatis exempla cõprobant. Caput IIII.

DEO ergo primogenitos & redēptores cęterorū Leuitas Moyses appellauit, q̄ maturioris & vtilis sententię viri, altero senectutē quandam animæ pręferant, altero redēptionem cõferant. Vnde & ciuitates Leuitarū redemptrices significauit Moyses: quia is qui confugit ad eā animam in qua habitat dei verbū, quę vrbis modo munita atq; vallata sit, perpetuā libertatē acquirit sibi. Sicut enim in ciuitatib⁹ Leuitarū erat pœnarū remissio, vt si quis ad eas cõfugeret qui non voluntariā necē hominis admiserat, nulli eū occidere liceret, intra vrbes dumtaxat positū Leuitarū: ita quē peccati proprii pœnitet, quod aut imprudēter aut inuitus admisit, si Leuitarū adhęreat incolatui, & ab his pręceptoribus qui dei mā data dispensant, recedēdum nō putet, lex ipsa ab omni eum cõmissi flagitii pœna supplicioq; liberat. Nec absurdum putes q̄ facinorosi cohabitant piis, maculosi sacratis. Opus enim habent purificari qui aliquo polluti sunt delictorum cõtagio. Et quodammodo diuerso genere causa concurrit. Sicut enim Leuites mūdanis voluptatibus abdicatus, exul est culpę: ita sanguinis reus F
fugitiuus est patrię. Sed hoc interest, q̄ iste necessitate
suos deserit propter metum legis, minister autem dei humanarum consortiis renunciat passionum, & quadam carnalis illecebrę se abdicat necessitudine propter studia virtutis. Etiam illud non abhorret a vero, q̄ etiā iste velut quasdā in se manus iniicit, vt interficiat voluptates sui corporis, et quendam suæ carnis operetur interitum. Interfecit nempe Moyses Ægyptiū, & fugax Exo. 2.
factus est de terra Aegypti, vt declinaret eius terræ tyrannum. Sed non ante illum interfecisset Ægyptiū homĩnem, nisi in se prius Aegyptiū nequitię spiritalis interemisset, & abdicasset regaliū luxum honorū, maiusq; patrimonium æstimans thesauris Ægypti opprobriū Christi. Q uod stultis quidem videtur opprobriū, nobis autem illud opprobrium dominicæ crucis virtus dei est atque sapientia. Accedit eo, q̄ duo quædam in deo principalia sunt genera virtutū, vnum quo remittit, aliud quo vindicat. Remittūtur peccata per dei verbum, cuius Leuites intepres & quidam executor est. Remittuntur etiam per officium sacerdotis, sacrumque ministerium. Puniuntur quoque per homines, sicut per iudices, qui potestate ad tempus vtuntur, sicut Apostolus docet dicens: Vis autem non timere Rom. 13.

G potestatē? Bonū fac,& habebis laudē ex illa. Dei enim
minister est tibi in bonū. Si autem malū feceris, time.
Non enim sine causa gladiū portat. Dei enim minister
est vindex in ira ei qui malum agit. Puniūtur peccata
etiā per populos, sicut legimꝰ quia sępe alienigenis dei
iussu excitatis, ꝓpter diuinæ maiestatis offensam sub-
iectus est populus Iudęorū. Nec is quidē qui inuitus a-
liquod fecerit homicidiū, extra ministeriū est. Siquidē
lex ait de eo: Quia deus dedit eū in manus eius. Ma-
nus ergo eius instrumenti modo diuinæ vltioni mini-
sterium præbuerūt. Leuites igitur minister remissio-
nis est. Percussor autē, qui tamē nō ex dispositione, sed
præter voluntatē fecerit homicidiū, diuinę minister est
vltionis. Illud quoq; specta, quia cū interficitur impius,
Christus infunditur. Et vbi abominatio aboletur, san-
Nume. 3. ctificatio congregatur, quia dn̄s dixit: In ea die qua in-
terfecero om̄e primogenitū Egypti, sanctificabo mihi
omne primogenitū Israel. Quod non ad vnū diē affli-
ctionis Egypti referes, sed ad omne tēpus. Cum enim
renūciatur improbitati, statim asciscitur virtus. Egres-
sus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodēq;
studio quo crimen excluditur, innocētia copulatur. Ha
bes hoc in Euangelio, quia vbi Satanas immisit se in
cor Iudæ, Christus recessit ab eo: momentoq; eo quo il
Ioan. 13. lum recepit, hūc amisit. Deniq; sic scriptum est: Et post
buccellā introiuit in eū Satanas. Dixit ergo illi Iesus:
H Quod facis, fac celerius. Quid illud? Vt quia introie-
rat in illū Satanas, ipse abiret a Christo. Eiicitur itaq;
& excluditur, eo ꝙ iam cū dn̄o Iesu esse non possit, quia
cœperat esse cū diabolo. Nulla enī cōmunicatio Chri-
sti ad Belial. Vnde statim imperio expulsus abscessit,
sicut legimus dicēte Euāgelista: Qui cū accepisset buc
cellam, exiuit continuo: Erat enī nox. Non solū exiuit,
sed cōtinuo, & nocte exiit. Nec mirū si noctis tenebras
Ioan. 13. habebat, qui Christū deserebat. Verum sicut ipse rece-
ptus a diabolo, exclusus a Christo est: ita Zacchæus re-
nuncians auaritiæ Christū recepit. Meritoq; vidēs stu
diū eius ꝙ in arborē ascēdisset vt transeuntē Iesum vi-
Luc. 19. deret, dicit dn̄s: Zacchęe festinās descēde: quia hodie in
domo tua manere me oportet. Et descēdit festinans, &
excepit illū gaudens. Sed excipiēdo Christū exclusit a-
uaritiam, relegauit perfidiā, renūciauit fraudibus. Ali-
ter enim nō ingreditur Christus nisi vt vitia excludat,
quia nō cohabitat erroribus. Deinde de tēplo eiiciebat
nummularios, quia ipse volebat habitare. Vnde Zac-
chæus hoc intelligēs, quia Christū vetere suo suscipere
affectu nō poterat, superiora vitia exire suo iussit hospi
tio, vt Christus intraret. Merito igitur Pharisæis ob-
murmurātibus ꝙ dominus Iesus ad hominē peccato-
rem diuertisset manere, dixit ad dn̄m: Ecce dimidiū bo
norum meorum omniū do pauperibꝰ: & si cui aliquid
I fraude abstuli, reddo quadruplū. In quo illis respondit
qui dicebāt peccatorem Christo hospitium nō debuisse
præbere. Hoc est, iam nō sum publicanus, non sum ille
Zacchęus, non prædo, nō fraudator. Reddo quæ sustu
li, reddo qui auferre consueuerā. Iam dono pauperibus
quos ante nudabam, iam mea cōfero qui aliena rapie-
bam. Fugerūt crimina postq̄ Christus intrauit. Discus
sa est omnis carnalium cæcitas passionum, vbi æternę
vitæ lumen infusum est.

De adipibus & pinguedine sacrificiorū & hostiarū
Caput V.

DIXIMVS de primogenitis, dicamus etiā
de adipibus, de quibus satis docet Dauid di
Psal. 62. cens: Sicut adipe & pinguedine repleatur a-
Psal. 19. nima mea. Et supra ait: Et holocaustū tuū
pingue fiat. hoc docēs acceptabile esse sacrificium, quod
pingue, quod nitidū, & quodā pabulo fidei ac deuotio-
nis, verbiq; cęlestis vberiore alimonia saginatū est. Fre-
quenter pingue opus dicimus quod spissum & opero-
sum intelligi velimꝰ: & optima hostia prędicatur, quæ K
nō sit tenuis, nō sit exilis. Vnde & sacrificiū pingue re-
cte nuncupamus quod optimū cupimus declarare. Sed
etiā illud documēto est quod pingues vaccę propheti-
ca interpretatione annis fertilibus comparatæ sunt.

Quid sibi velit quod dn̄s ait: Si recte offeras, nō re-
cte autē diuidas, peccasti, quiesce. Et de quatuor gene-
ribus quibus sacrificia cōmendabātur, quorū si aliquid
desit, sacrificiū nō probatur, cum pulcherrima istorum
morali interpretatione. Caput VI.

NVNC consideremus quid sit quod ait dn̄s:
Si recte offeras, nō autem recte diuidas, pec
casti, quiesce. Quod indiciū est deū non mu
neribus oblatis placari, sed offerētis affectu.
Deniq; cōdēnati oblator mūeris Cain, quia ꝓ cōsciētia
insyncerę oblationis intellexit deo sacrificiū suum non
probatū, tristis est factus. Quando enim mēs sibi recti
est cōscia, gratulatur, vel infusione quadam spiritali re-
pletur animus gaudio, cū alicuius vel studia vel opera
a deo probantur. Tristitia igitur Cain consciētiæ testi-
monium, repulsę indicium est. Et q̄uis obtulit munus,
tamē quia nō recte & iure diuisit, culpam incidit. Qua-
tuor enī genera sunt quibus sacrificia cōmendabantur.
Si aut noua nouorū essent, aut frixa, aut diuisa, aut cō-
tinua. Noua nouorū primo tempore anni, quæ specie L
in primogenitis fructibus æstimabātur: nūc autem re-
uelatū est eos significari qui per baptismatis sacramen
ta renouātur. Hoc est enim vere sacrificiū primitiuum
quādo vnusquisq; se offert hostiā, & a se incipit, vt post-
ea munus suū possit offerre. Noua igitur fides renoua-
torum, valida, pubescēs, incrementū virtutis acquirēs,
non remissa, nō fessa, nō senio quodā marcida, & vigore
ignaua, apta sacrificio est, quę pullulet quodā virēti ger
mine sapientiæ, & iuuenili diuinæ cognitionis feruore
pubescat. Habeat tamē succum doctrinæ veteris. Sicut
enim noui, ita & veteris testamēti debet doctrina con-
currere, quia scriptū est: Māducate vetera veterū, & ve Leuit. 25
tera a facie nouorū auferte. Cibus nobis sit cognitio pa
triarcharū, epuletur animus in ꝓphetarū oraculis: tali
sagina mens pascatur interior. Sed illa nō species agni
sit, sed veritas corporis Christi. Non vmbra legis præ-
stringat oculos, sed aperte dominicę gratia passionis &
splendor resurrectionis aciem mētis illuminet. Si autē
offeres sacrificiū de primitiuis ouibus, frixum in igne,
frixum pingue, offeres sacrificiū primitiuorū, sicut scri-
ptum est, quod significat fidē tuam velut igni probatā M
esse debere, & sancto feruere spiritu. Deniq; coxit lētem
Iacob, & fratri primatus benedictionis eripuit, q̄s vtiq;
solida cōsequeretur fides. Hic ergo robustus & viuidus
augebatur, ille autem qui cibū suū coquere nesciebat, fa
tigatus atq; deficiens defluebat. Vtatur igitur verbo
domini sicut igne virtus animę tuę. Vide iustum Io-
seph, sicut scriptū est: Eloquium domini vssit eū. Tor- Psal. 104
reatur fides tua sicut spicę messium. Tunc enim matu-
ritatem fructuū præferūt, cum eas primo solis processu
tēpora æstiua torruerint. Sermo igitur plurimus scri-
pturarū animam confirmat, & quodā spiritalis gratiæ
colorat vapore. Rationabilia quoq; inuēta corroborat,
dissoluitq; omnē vim irrationabiliū passionum. Ideoq;
Esau laxatis virtutis suę nexibus dissolutus est. Illi au
tem qui succincti lumbos nō crudum neq; coctum aqua
sed assum igni caput agni edere iubebātur, sicut habes
in Exodo, forti ac fideli animo pedestri itinere maria Exo. 12.
transfretauerūt. In Euangelio quoq; assos pisces domi- Luc. 24.
nus Iesus manducabat, sicut scriptum est: in quo pleni-
tudo sancti spiritus redundabat. Et fortasse ideo deficie
bat Esau, quia coctum in aqua desiderabat cibum, quē
Iacob quasi inhabilem sibi donauit infirmo. Oblatio-
nem autem atq; orationem oportet non confusam es-

A esse, sed competēti diuisione distinctam. In omni enim
cōfusione melior est distinctio, multo magis in oratio-
ne atq; oblatione, quæ nisi certas diuisiones habeat, fit
obscurior. Ideo hostię plerunq; mēbra lex diuidi iubet,
& holocausta offerri, vt sine admixtione & operimēto
aquæ nudum sacrificiū sit, eo quod nuda atq; omnibus
exuta inuolucris debet fides nostra feruere, ne vanis &
fallacibus opinionibus induatur, sed pura atq; syncera
simplicitas mentis appareat: deinde in partes diuida-
tur congruas. Virtus enim genus est, quę diuiditur in
plurimas species. Sed principales quatuor sunt. Prudē
tia, temperātia, fortitudo, iustitia. Redoleat igitur ora-
tio tua prudētiā erga cognitionē dei, & veritatem fidei.
Redoleat tēperantiam, quā etiā a coniugibus exigen-
1. Cor. 7. dam putauit Apostolꝰ dicēs: Nolite fraudere inuicē,
nisi forte ex cōsensu ad tempus, vt vacetis orationi. Et
lex castigatos ante hesternū & nudiustertiū diem ad sa
crificium accedere iubet. Fortitudinē teneat oratio, vt
nullo interpoletur metu, nulla lassitudine deficiat. Tūc
enim debet esse intētio ad precandū robustior, cū vrge-
mur aduersis. Iustitiam custodiat precatio, quam si te-
nuisset Iudas, nō in peccatū facta esset eiꝰ oratio. Quā-
do enī magis ab iniustis operibus ac prauis studiis abs
tinere debemus, q̄ tunc quādo dei iustitiā deprecamur?
Matth. 4 Et ideo dominꝰ, vt cordi nobis esset iustitia, Beati, in-
quit, qui persecutionē patiuntur propter iustitiā. ipsorū
B est enim regnū cælorū. Hæc enim defuit Iudę. Nam si
affuisset, nō tradidisset dominū, non prodidisset magi-
strum. Defuit sacrificio etiā Cain istius, qui si tenuisset
iustitiam, domino debuit primitiua munera nō poste-
riora deferre. Defuit itaq; ei diuisio, ideoque responsum
ait: Si recte offeras, nō recte autē diuidas: peccasti, qui-
esce. Vides quātum sit vitii. Vbi deest diuisio, ibi totū
sacrificiū refutatur. Superest vt de cōtinua & iugi ora-
tione dicamus, quod immorari nos & vacare orationi
Luc. 6. oportet. Pernoctabat dominus in oratione, nō vt sibi-
met prodesset, sed vt nos doceret. Frequēs enim oratio
quandā operatur disciplinā orandi, quia ipse vsus doci-
biles dei facit, indocibiles negligētia. Bona igitur exer-
citatio. Denique corporis virtus exercitatione augetur
frequēti, aut inexercitata minuitur & labitur. Plurimi
enī exercitii dissuetudine etiā naturalē dissoluere virtu
tem. Similiter animę fortitudo exercitationis assidui-
tate solidatur, vt labor ipse disciplina sit, nō oneri futu-
rus, sed vsui. Hūc cibū mēti nostrę deferamus, qui mul-
ta attritus meditatione ac politus, cor hominis sicut il-
lud cęleste manna cōfirmet. Quod nō ociose tritū ac po
litum accipimus, eo quod cælestiū scripturarū alloquia
diu terere ac polire debemus, toto animo & corde ver-
santes, vt succus ille spiritalis cibi in om̄es se venas ani
C mæ diffundat. Ergo si tāq̄ pubescēs adolescat fides quę
defectū senescētis deuotionis ableget, & spiritu ferueat,
& cōgrua distinctione teneatur mēsura legitimæ diui-
sionis, & assiduitas cōmendet gratiam: tūc fit illud pin
gue & tanq̄ adipale precationis genus, de quo dicit scri
Psal. 22. ptura: Impinguasti in oleo caput meū. Sicut enī agni
multo lacte pinguescūt, & sicut oues bene pastæ adipe
nitent, ita apostolico succo pasta fideliū pinguescit ora-
tio. Horū si desit aliquid quę supra diximus, sacrificium
non probatur. Ideoq; dictū est ad Cain: Si recte offeras,
non recte autē diuidas: peccasti. Nanq; mūdus ipse di-
stincte legitur factus, cū esset ante incōposita pars eius,
quia terra erat inuisibilis & incōposita. Nempe lux pri-
mum facta est, & vocauit deus lucem, & separauit deus
inter lucem & tenebras, & vocatę sunt tenebrę nox. Et
per ordinē singula ꝙ facta sint legimus, cælum, terra, li
gna fructifera, animalia diuersa. Distributa autē sunt
leuiora superioribꝰ, vt aer & ignis: & grauiora inferio-
ribus, hoc est terra & aqua. Vtiq; simul oīa fieri iubere
potuit deus, sed distinctionē seruare maluit, quā nos in
omnibus imitaremur negociis, et maxime in vicissitu-
dinibus gratiarū. In quibꝰ nō satis est reddere quod ac- D
ceperis, sed cōmendare quod reddas. Nā si quis debitū
soluat, & in referēdo iniuriam faciat creditori, intolera-
bilius est vtiq; q̄ nō reddidisse quod debebat. Non ergo
quātitas solutionis, sed animus reddētis, & qualitas cō
sideratur, & affectus. Recte igit̄ Cain obtulit, quia ob-
latio insigne deuotionis, & indiciū gratiarū est: sed non
recte diuisit, quia ante omnia deo debuit deferre primi-
tias, vt a gratia inchoaret autoris. Etenī diuisionis hic
ordo est, vt prima secūdis, nō primis secūda præcurrāt,
& cęlestia terrenis, non terrena cęlestibus pręferantur.

Quod quia Cain ordinē diuisionis nō seruauit, dictū
sit ei: Peccasti, quiesce. Et quēadmodū deus omnia do-
cuerit, & quid moraliter illud significet. Cap. VII.

SED quia Cain cōfudit hunc ordinē, dicit̄ ei:
Peccasti, quiesce. Om̄ia docet deus. Primū
ne pecces, vt in Adā monuit. Secūdo si pec-
caueris, quiescas, vt in Cain doceris. Erube-
scere enī debemus, & condēnare peccatū, nō defendere,
quoniā pudore culpa minuitur, defensione cumulatur.
Et silēdo corrigimur, cōtentione prolabimur. Sit saltē
verecūdia vbi nō est absolutio. Inde illud: Iustus in ex- Prou. 18.
ordio sermonis accusator est sui. Et iterū ab ipso dn̄o a-
libi dictū legimus: Dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Esa. 43.
Quanta pudoris gratia, vt iustitiā teneat verecundia, E
quā culpa reatus abstulerit. Ideo autē ait, Quiesce, q̄m
nō habes quod excuses. Culpę ipsius ad te cōuersio est.
Nō enim frater ei adiicitur, sed error adscribitur, cuius
ipse sibi autor est. In te, inquit, reuertetur crimē quod a
te cœpit. Non habes in quo necessitatē magis q̄ mentē
tuam arguas. In te retorquetur improbitas tua, tu prī-
ceps es illius. Bene ait: Tu princeps es illius. Etenī im
pietas mater quædam est delictorū: & qui grauiora pec
cauerit, in cętera facile prolabitur. Quomodo enim po
test ab humanis tēperare qui diuina violauit, & homi-
nibus bonus esse qui deum læsit? Atrociorē igitur sce-
lerum reatū vitia reliqua sequūtur, quoniam quo flagi
tiosa perpēderint, eo inclināt cætera. Tu ergo princeps
operis tui, tu dux criminis. Nō te inuitū, nō imprudētē
error attraxit, sed volūtarius reus iudicio non lapsu fe-
cisti dolū, quo te diuinæ iniuriæ reum ipse conuincis.

Quomodo Cain admonitus vt quiesceret, auxerit
insolētiam, & flagitium acerbauerit. Et quid sibi velit
quod ait: Eamus in campum. Caput VIII.

ADMONITVS igitur vt qesceret, auget
insolentiā, acerbat flagitiū. Quid igitur sibi
vult quod ait, Eamus in cāpum: nisi quia lo F
cus nudus gignentiū eligit̄ parricidio? Vbi
enī frater habebat occidi, nisi vbi fructus deesset? Tanq̄
præsagiens natura tanti sceleris loco germina denega-
uerat, quia nō cōueniebat vt idem solū & cōtagia par-
ricidalis sanguinis reciperet præter naturā, & fructus
secundū naturā germinaret. Merito ipse dicit: Eamus
in campū. Nō dicit, eamus in paradisum, vbi poma flo
rent, nō in aliquē cultū & fructiferū locū. Ipsi parricidæ
indicant fructū se sceleris habere nō posse, nec penes eos
fructū manere qui tātæ impietati ꝑbuerint officiū. Nā
ipsam refugiūt elementorū benignitatē, vt iste Cain, q
videt̄ veritꝰ ne largior boni terra ꝓuētus triste facinus
impediret, & liberalitatis assuetudine genitalis qua fa-
cit sibi fœtus & fructus varios germinascere, in hoc q̄q;
criminis apparatu vel muta specie sui fraternū reuoca-
ret affectū. Latro diē refugit quasi criminis testē. Lucē
adulter erubēscit, q̄si adulterii consciā, parricida terrarū
fœcūditatē fugit. Quō enī poterat cōmunis partus vi-
dere cōsortia, qui consortē sui sanguinis trucidabat? Io-
seph in lacū mittit̄ siccū, Ammon intra domū occidit̄.

G Iustū igitur natura est impertita iudiciū, ea loca in quibus erat futurū parricidiū, muneris sui dote priuando, vt ex innocentis soli quadā damnatione ostenderet futura supplicia noxiora. Propter scelus igitur hominū & ipsa elementa damnantur. Denique Dauid mōtibus in quibus Ionatas cū patre interēptus est, perpetuę pœnā
4.Reg.1. sterilitatis optauit dicēs: Montes qui estis in Gelboe, neq; ros neq; pluuia cadat super vos, montes mortis.

Qua ratione interrogauerit deus Cain vbi esset frater suus, & de ipsius redargutione atq; cōdemnatione, cum moralis intellectus explanatione. Cap. IX.

NVNC cōsideremus qua ratione interrogauit deus Cain vbi esset frater suus, quasi nescīret occisum. Sed quod ad scientiā dei spectat, negantem arguit, & inficiāti quasi sciēs respōdit: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me. Quod autem ad rationē profundam attinet, peccantes admonet ad pœnitentiam. Confessio enim, pœnarū compendium est. Inde in iudiciis secularibus impositi equuleo torquētur negātes, & quædā tāgit iudicē miseratio confitentis. Est quædam in peccatis verecundia, & pœnitē-
H tiæ portio crimen fateri, nec deriuare culpam, sed recognoscere. Mitigat iudicē pudor reorū, excitat autem pertinacia denegantium. Vult te prouocare ad pœnitentiam deus, vult de se sperari indulgentiam, vult demonstrare tua confessione quod non sit autor malitiæ. Nam qui peccatū suū ad quandam referūt, vt gentiles asserūt, decreti aut operis sui necessitatē, diuina arguere videtur, quasi ipsorū vis causa peccati sit. Qui enim necessitate aliqua coactus occiderit, quasi inuitꝰ occidit. Ea vero quę a nobis sunt, excusationē non habent: quę autem prēter nos sunt, excusabilia sunt. Sed quāto gratuitus peccato ipso, ad deū referre quod feceris, & reatus tui inuidiā transfundere in autorē non criminis, sed innocētiæ? Perpende autē parricidæ responsionē. Nescio inquit: Numquid custos fratris mei ego sum? Etsi cōtumaciam prodat hic sermo, sonat tamē quia si bonū fratrem considerasset, custos debuit esse pietatis. Quē enī magis q̄ fratrē seruare debuerat? Sed quomodo germanitatis seruaret officiū, qui necessitudinis non agnouisset affectū? Aut quomodo fieri posset vt naturę obediētiam deferret, qui deo reuerentiā nō exhiberet? Negat primū quasi apud ignorantē. Recusat fraternæ munus custodię, quasi exors naturę. Declinat iudicē quasi liber
I arbitrii. Quid miraris si pietatem non agnouit, qui nō agnouit autorē? Et ideo doceris hac serie scripturarum fidem esse radicē virtutū omniū. Vnde & Apostolus
1.Cor.3. ait: Quia fundamētum nostrum Iesus Christus est: & quicquid supra hoc fundamentū ædificaueris, hoc solū ad operis tui fructū, & ad virtutis proficere mercedem. Congrue igitur respondit dñs tam impudenter negāti dicēs: Vox sanguinis fratris tui ad me clamat. Hoc est, cur nescis vbi est frater tuus? Soli eratis cū duobus parentibus, inter paucos frater te latere nō debuit. An quia parētes tui accusatores esse nō possunt? Nolo enī vt ea necessitudo quę est autor salutis, fiat autor pericu li. In te solo leges suas natura amiserit. Ideo ergo putas crimen latere, quia parētes accusare nō debent? Sed eo maior est cōdēnatio tua. Nā si chara necessitudinis nomina accusare nō debent, multo magis nō debent occidere. Sed si me testem abnuis, & refugis arbitrium, vox sanguinis fratris tui testis est, quę ad me clamat. Illa te maiore autoritate arguit q̄ si frater viueret. Soli eratis: Quis eū potuit alter occidere? Si accusas parētes, parricidam probas. Potuit fratrē occidere, qui non parcit parentibus. Potuit parricida esse, qui de parricidis se ortū pbare desiderat: Et bene ait: Vox sanguinis fratris tui clamat, nō frater clamat. Hoc innocentia & gratia germanitatis etiam in ipsa morte seruat: Non accusat frater, ne videatur parricida. Non accusat vox ipsius, non k
anima eius, sed vox sanguinis accusat, quē ipse fudisti. Tuum te ergo facinus, nō frater accusat. Simul querela criminosa admittur. Nō potest de alieno testimonio queri, qui crimē proprio facinore confitetur. Minor est sermo q̄ factū. Est tamen etiā terra testis, quę cepit sanguinem. Et bene ait: Vox sanguinis fratris tui clamat de terra, nō dixit, de fratris clamat corpore, sed de terra clamat. Et si frater parcit, terra non parcit. Si frater tacēt, terra condēnat. Ipsa est in te & testis, & iudex. Testis acrior, quę adhuc parricidii tui sanguine madet. Iudex asperior, quę tanto scelere coinquinata est, vt aperiret os suū, et reciperet sanguinē fratris tui de manu tua. Et illa quidē aperuit os suū, quasi exceptura de fratrib⁹ verba pietatis, nihil timēs cū fratres videret, quæ sciret ius germanitatis amoris incētiuum esse, non odii. Nā quomodo poterat parricidiū suspectare, quæ adhuc nō viderat homicidiū? Sed tu effudisti sanguinem, cuius dolens ipsa contagiū, Non augebit, inquit, virtutē suā dare tibi. Q̄ innocēs vltio, vt quę tam grauiter violata fuerit, satis habēs non prodesse, nō querat nocere. Non mediocre etiā dogma quod ait: Vox sanguinis fratris tui ad me clamat: quia deus iustos suos audit etiā mortuos, quoniā deo viuunt. Et merito pro viuentibus habentur, quia etiā si corporis gustauerint mortē, vitā tamen incorporeā capiunt, & illuminātur suorū splendore meritorū, luce quoq; fruūtur æterna. Iustorū ergo audit et sanguinē, auertit se autem a precibus impiorum, quoniā etiā si videantur viuere, miseriores tamen sunt omnibus mortuis, carnē suam sicut tumulū circumferētes, cui infelicē infoderūt animā suā. Quid enim aliud est q̄ sepulta quę intra humū voluitur, & terrenæ auaritiæ cupiditatibus cæteriſq; vitiis includitur, vt gratię cœlestis auram spirare nō possit? Huiusmodi peccator a terra maledictus est, quæ est infima & postrema pars mūdi. Superius vtiq; cælū, & quę in cęlo sunt, Sol, Luna, & stellę, throni, dominationes, principatus, & potestates, Cherubim & Seraphim. Non est ergo dubium quod eū & superiora damnauerint quē inferiora dānauerūt. Nam quomodo absoluitur purę illi cælestiq; sententiæ, quē nec terræ potuerunt absoluere? Et ideo gemens & tremēs iubetur esse super terrā. Euidens generaliſq; ratio, quia omni improbo mala assunt, & affutura sunt. Quæ assunt, tristitiā operātur: quæ futura, formidinem. Sed improbū plus præsentia q̄ futura solicitant. Vnde & Cain dixit ad deum: Maior causa mea M
est. Si derelinques me, hodie a facie tua abscōdam me. Nihil enim grauius q̄ errātem a deo deseri, vt se reuocare nō possit. Mors peccatoris finē peccādi affert, vita autem diuino gubernaculo destituta precipitatur, & in grauiora prolabitur, vt si gregē pastor relinquat, incursent bestiæ: ita cum deus deserit hominē, ingruit diabolus. Graue est, præsertim insipiētibus, non habere rectorē. Serpit malitia, vulnus augetur, vbi medicina defuerit. Abscōdit se autem qui velare vult culpam, & te- Ioan. 3.
gere peccatū, qui enim male agit, odit lucē, & amat tenebras suorum & latibula delictorū. Iustus autem nō abscondere a domino deo suo, sed ipse magis se offerre consuevit, dicens: Ecce sum ego, qui nō habet criminosam cōscientiam quā timeat deprehendi. Merito ergo se abscondit male conscius, & ait: Omnis qui inuenerit me, occidet. Angustæ mētis homo presentē mortē veretur, perpetuam negligit, & diuinum iudicium nō reformidat. Interitum solum corporis deprecatur. Sed a quo timebat occidi qui solos parētes habebat in terris? Potuit quidē & incursus bestiarū timere, qui legis diuinæ iura violauerat, nec præsumere de subiectis animalibus ceteris, qui hominem docuerat occidi. Potuit & parētes parricidas timere, qui docuerat parricidium posse cōmitti. Potuerunt enim & parētes de filio discere, quod didicerunt posteri de parente.

A Qua de causa dixerit deus: Oīs qui occiderit Cain, septies vindictam exoluet. Et qua ratione signū super eū positum fuerit ne occideretur, cū pulchra morali interpretatione atq; institutione. Cap. X.

NVNC cōsideremus qua causa dixerit deus: Omnis qui occiderit Cain, septies vindictam exoluet. Et qua ratione signū super eū ponitur ne occidatur parricida, cū prospectum nō fuerit ne innocēs occideretur. Octauus est homo, habet rationabile quo præstet cæteris, habet & quinq; corporis sensus. Habet etiam vocē, habet & generādi gratiā. Hæc septē nisi illo rationabili regantur, subiecta morti sunt, & ideo stultus in his habet omne periculum sui. Qui ergo rationabile illud amiserit, frustra de istorum sibi vsu septem carnaliū munerū blandietur. Dissoluuntur hęc omnia nisi habenis quibusdam rationis astricta sint. Mors itaq; rationis, mortē operatur irrationabilium passionū. Sed illud melius quod septimus numerus quietis & remissionis est. Ergo qui alii nō pepercerit peccatori, & munus ei remissionis peccatorum inuiderit, ipse sibi spem remissionis eripiet, & erit in eo pari mēsura vindicta de gratia. Quod autē signū posuit super Cain ne quis eū occideret, reflectere voluit errantē, & beneficio suo inuitare ad correctionē. Ipsis enim nos facilius cōmittere solemus, quorū habemus gratiam. Nec tamē magna cōcedit, sed in eoipso imprudētiā in-
B sipientis vlciscitur. Q̄ui cū esset perpetuis suppliciis obnoxius, nō remitti sibi pœnā poposcit, sed vitam corporis huius obseruandā putauit, in qua plus erumnę est q̄ voluptatis. Mors enim vna est in secessione animæ & corporis, & in fine istius vitæ: quæ simul vt venit, omnes corporis dolores auferre non augere consueuit. Metus vero qui hāc vitā viuētibus frequēter ingruit, mœstitiæ, dolores, gemitus, diuersiq; cruciatus grauitatum, & ægritudinū vulnera plurimas etiam mortes generi humano inferūt, vt ista mors remedium esse videatur, nō pœna. Non enim peremptoria est, per quā nō adimitur vita, sed ad meliora trāsfertur. Nā si nocētes moriūtur, qui gradū a peccatis reuocare noluerint, vel inuiti: tamē finē non naturæ, sed culpæ adipiscūtur, ne plura delinquant, quibus vita fœnus est delictorum. Si autē bonæ spei cōpotes sunt, migrare magis q̄ deficere credēdi sunt. Inseritur hoc loco dogma de incorruptione animæ, quod ipsa vera & beata vita fit, quam vnusquisq; bene cōscius viuit multo purius ac beatius cum huiꝰ carnis anima nostra depositurit inuolucrū, & quodā carcere isto fuerit absoluta corporeo, in illū superio-
C rem reuolans locū, vnde nostris infusa visceribus cōpassione corporis ingemuit, donec commissi gubernaculi munus impleret, vt carnis huius irrationabiles motus rationabili ductu regeret & coerceret. Inde est q̄d postea prophetę in captiuitatē cī populo Iudęorū trāsierūt, ne reliqua plebs suorum destituta presidio, cōsilioq; viduata, grauiorē subiret erumnā, sed magis frequētibus cōmonita oraculis prophetarū, ad dīm deum suū pio rediret affectu, ne aduersis captiuitatis attrita, prorueret in perfidię peccatū, salutisq; perpetuę remediū desperaret. Redarguūtur itaq; hoc in loco qui vnicā hāc vitā putāt esse quę fit in hoc seculo. Omnia plena lapsus, plena mœroris sunt, et redarguūtur simplici serie gestorū. Ecce enim iustus, innocēs, pius, propter gratiam deuotionis odia fratris incurrēs, immaturus adhuc æui subiatus est parricidio: & iniquus, sceleratus, impius, etiā fraterna cæde pollutus lōgęuā duxit ætatē, duxit, vxorem, posteritatem reliquit, vrbes cōdidit, & hoc meruit permissione diuina. Nōne in his apte vox dei clamat, Erratis qui putatis hic esse omnē viuendi gratiā? Nō intelligitis nō aduertitis senectutem hāc miseriarū esse veterānā, processionēq; ætatis, ærumnarū stipendia, & Scyllęo quodā vsu circūsonari nos quotidianis naufragiis, tumidi fluctibus, in scopulosis habitaculis degere, et D
in his delectari, sicut illud non tā æternū animal q̄ immortale malū. Ergo & isti Cain lōgæuitas indulta vindicta est, eo q̄ vixit in metu, & prolixū spatiū multo cu currit & infructuoso labore, qua pœna nihil grauius q̄ vt quis ipse sibi maiorū causa pœnarū sit. Vide igitur q̄ perpetua vita iustorū, et nulla sit improborū. Iusti sanguis clamat & mortui, vita autem peccatoris abscōditur. Tertiū est, quoniam cū parricidiū esset admissum, hoc est scelerū principatus: vbi peccatū obrepsit, statim & lex diuinæ mansuetudinis prorogari debuit ne si cōtinuo vindicatū esset in reum, homines quoq; in iudicando nullam patientiā moderationemq; seruarēt, sed statim reos supplicio darēt. Diuinæ autē sententiæ prouidentia huiusmodi est, vt magnanimitatē & patiētiā doceret iudices, ne quis prepropere raperet studio vindictæ, & ipsa deliberationis immaturitate puniret innoxium, aut pœnā acerbaret irati, nec tamē penitus inultum esse pateretur in eo qui nullā pœnitētiam scelēris induisset. Repulit enim eum a facie sua, & a parētibus abdicatū, separatę habitationis quodam relegauit exilio, eo q̄ ab humana māsuetudine transisset ad seuitiam bestiarū. Veritamen homicidio noluit homicidam vindicari, qui maiuit peccatoris correctionem q̄ mortem. Vnde in Lamech septuagiessepties vindicatur, quia grauior culpa eius est, qui nec post damna- E
tionem se correxit alterius. Cain impetu quodā improuido ante peccauerat: Lamech vtiq; quod in altero reprehensum aduerterat, cauere debuerat. Suo quippe iudici sententia debebatur, ne quis passim reum esse ferendum putaret. Et vt ad mysteriū venias, non debuit interimere eum qui vsq; ad naturalem terminum mortis suæ, agendæ habebat spatium pœnitentiæ. Excusare posset q̄ se redemisset vel sera actione pœnitentiæ, nisi eum præmatura pœna rapuisset.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE NOE ET ARCA.

Quod dignū sit vt iustus Noe, qui ad renouādū semē hominū reseruatus fuit, ad imitationem omniū describatur, vt & nos requiescamus ab omni istius mūdi solicitudine, operibusq; iniquitatis, ac terrenę conuersationis cura. Caput I.

De significationibus nominū triū filiorū Noe, et de instructione aciei, ac munitionibus bonitatis naturæ, quę nos ad huius mūdi prelia generauit. Ca. II. F

Quid significet quod secuturo diluuio nō solum Noe, sed & vniuersa generatio q̄ maxime abundauerit filiorum procreatione. Et quomodo beneficii gratiā sequi debet sobrię disciplinæ censura. Qua etiam ratione spiritus sanctus hominibus detur, non autem permaneat. Caput III.

Quod gigantibus qui fuerunt in terra ætate Noe, similes sint homines cultui carnis suæ studentes. Et qui dicātur filii dei. Et quo pacto deus dicatur irasci, aut moueri. Quēadmodum etiam irrationabilibus propter hominis peccatum deletis, Noe tamen gratiam apud deum inuenerit. Cap. IIII.

Quomodo omnis terra dicatur finisse corrupta, & tempus omnis hominis venisse ante deum. Ca. V.

De ædificatione arcę, et quēadmodū in ea descripta fuerit humani corporis figura. Q̄ deq; nidi eiusdē, quibꝰ singula corporis nostri mēbra significanē, bitumine intus & foris liniēda sint, ne facile corrūpāt. Ca. VI.

De cōparatione arcæ Noe ad arcā fœderis quo ad materiā ligni, glutini, & cōmotionis. Q̄ ūo etiā longitudo et latitudo arcę singulos humani corporis sensus denotent ad vsum aliquē esse compositos. Ca. VII.

Quid significet ostiū ex aduerso in arca factū. Et quēadmodū qui retro erāt, priores facti sunt. Ca. VIII.
Quid sit ꝙ inferiora arcę bicamerata & tricamerata esse debeant. Et ꝙ deus per arcę figuram voluerit nos edocere quēadmodū a diluuio intēperantiæ tuti essemus per remedium electionis iusti. Cap. IX.
De tribus causis ob quas muta animātia, quę peccandi sensum nō habent, per diluuiū subiecta sint pœnę, cū altiori mystica quadā interpretatione. Cap. X.
Quod absumptis omnibus terrenis diluuio, solus iustus se & domū suam seruet: Et q̄ pulchre iuxta mysticam interpretationem dominus ad Noe dixerit: Quia vidi te iustū in generatione ista. Ca. XI.
Qua ratione de iumentis mundis septem & septem, masculus & fœmina iubeantur in arcam induci, de immundis autem duo & duo, secundū naturalē atq; moralem expositionem. Caput XII.
Qua de causa postq̄ ingressus est Noe in arcā, post septem dies diluuiū factū fuerit. Quare etiam cū satis fuisset quadraginta dieb⁹ dixisse diluuiū fuisse, adiecerit & quadraginta noctib⁹. Et qua ratione quadraginta diebus duraverit. Quid præterea sibi velit q̄d inquit dñs: Et delebo omnē resurrectionē carnis a facie terrę. Quid postremo quod dicitur, & fecit omnia Noe quę mandauit ei dominus deus. Ca. XIII.
Qualiter sit cōsiderandū quod sexcētesimo anno Noe, vicesima & septima mensis factū sit diluuiū. Et quēadmodum omnes fontes rupti dicātur, ac cataractæ cæli apertę, tam secundum literalem, q̄ etiam altiorem intellectum. Cap. XIIII.
Cur dominus a foris arcā clausisse dicatur: Et quomodo exundante aqua arca ferebatur super flumina aquarū, quę. xv. cubitis sup mōtes excelsos eminebat, iuxta literalē & allegoricā interptationē. Ca. XV.
De euidēti explanatione & allegoria eius quod scribitur: Deleuit deus omne quod erat super faciē terræ. Quare etiā scriptura dicat: Memor fuit dñs Noe, & bestiarū, & iumentorū, & non fecerit mentionem de mitioribus quę post hominē sunt, sed fortioribus. Qualisq̄ fuerit spiritus quem induxit dominus super terram vt cessarent aquæ. Cap. XVI.
Quid sit quod ait scriptura: Clausi sunt fontes aquarū, & cataractæ cęli. Et de comprehēsione loci illius vbi dicitur: Et sedit arca septimo mense septima & vicesima mensis. Et quid sit ostiū arcæ quod iustus aperuit vt emitteret coruū non reuersurū. Ca. XVII.
Quid sibi portēdat ꝙ post coruum nō reuersum colūba dimissa dicitur, quodq̄ Noe extendēs manū suscepe rit eam, & ad se introduxerit. Q dq̄ septē aliis dieb⁹ tenuerit colūbam, & iterū eā emiserit. Ca. XVIII.
Cur colūba dicatur ad vesperū esse regressa cum ramo oliuæ in ore: Et vnde cognouerit Noe aquas defecisse. Et de columba tertio post dies septem emissa, quę tamen non regrediebatur. Caput XIX.
Quid sibi velit illa adiectio, q̄d scriptura alia die aquā minutam, alia siccatam terrā cōmemorat. Quomodo etiā Noe tectū arcę denudauerit. Et quod ait primum mensem vel secundum. Cap. XX.
Quare Noe non sua sponte exierit arcā, sed expectauerit oraculū diuinū, quo sibi dicebatur: Exi de arca, tu, & vxor tua, & filii tui. Et quare in ingressu, ordinis delectus fuerit habitus, vt primo ipse & filii, deinde vxores ingrederētur, in egressu autem id cōmutatum, vt fœminæ cū viris exirent. Cap. XXI.
Qua ratione Noe circa arcam nihil fecerit nisi iussus a domino, & tamē post egressum ab arca nō monitus aram deo ædificauerit. Et quare dicatur deo, & non domino. Cur etiam sumpserit a bestiis & volatilib⁹ mūdis vt offerret holocausta. Quidq̄ sit q̄d ait dñs: Recogitās nō adiiciā maledicere terrę. Ca. XXII.
De explanatione literali & morali eius quod dominus dixit: Semen & messis, hyems & æstas die & nocte non requiescent. Cap. XXIII.
De prerogatiua potestatis hominibus in cætera animalia attributa per id q̄d dñs benedixit Noe & filiis ei⁹ dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terrā, & dominamini eius. Et quomodo intelligatur q̄d subditur: Oia reptilia quæ sunt viua, sint vobis in escā: cū tamē quędā reptilia sint venenata. Ca. XXIIII.
An sub his verbis quib⁹ ait dñs, Sicut olera pabuli dedi vobis omnia, oleribus magis q̄ carnalibus epulis vti debeamus. Et quēadmodū abstinere debeamus a sanguine, in quo est anima: Ac de diuersis philosophorū opinionib⁹ circa naturā animę. Ca. XXV.
Quod per hoc quod ait: Etenim vestrū sanguinē & animarū vestrarū exquirā de omnibus bestiis, & de manu hominis fratris, detur intelligi hominē grauius peccare qui fratri insidiatur. Et quis dicatur frater. Quare etiam dixerit: Ad imaginē dei fecit hominem, & nō ad imaginē meam, cum reprobatione opinionis philosophorum qui negant deum habere curam super homines. Cap. XXVI.
Quomodo intelligendū sit quod inquit dominus: Nō erit diluuium vt corrumpat omnem hominem. Et quod subdit: Arcum meū ponam in nube. Et qualis fuerit arcus ille. Cap. XXVII.
Qua ratione cū tres filios Noe, Sem, Cham, Iaphet, supra cōputauerit, hoc loco medii filii, id est Cham generatione prius comprehēderit. Et quomodo ille Chananęorum autor fuerit. Ca. XXVIII.
Quō Noe egressus ab arca, factus sit agricola. Et de differentia inter operatorē terrę, & agricolā. Quid etiā sit quod iustus primū vineā plātauerit, & non triticū aut hordeū. Et quid velit q̄d subdit: Bibit de vino, & inebriat⁹ est. Et de duplici specie ebrietatis, et gemina nudatiōe sapiētis. Ac de opimētis animę. XXIX.
Quare non simpliciter dixerit: Vidit Cham nudationem patris, sed vidit Cham pater Chanaan. Et cur Cham nudatum patrem riserit. Ca. XXX.
De euidenti pietatis affectu in bonis filiis Sem & Iaphet, qui nudatum amictu patrē videre cauerūt. Et quomodo mens sapiens retrorsum ambulet. Quid etiā significet ꝙ somno recedēte Noe sobrius factus sit a vino. Et quare scriptura Cham, quē primo medium inter filios posuit, postea minorē appellauerit, dicens: Cognouit Noe omnia quæ fecit ei filius iunior. Caput XXXI.
De benedictione Sem filii, & quare Noe dominum & deum dixerit, & specialiter deū filii sui Sem. Et qua ratione cū Cham peccauerit, nō ipsum, sed filiū illius seruituti addixerit. Et de benedictione filii Iaphet, & multiplici dilatatione bonorum. Ca. XXXII.
Quid significet ꝙ post diluuiū Noe dicit̄ vixisse trecētis & quinquaginta annis. Et q̄d de gnatione Iaphet Rhodus & alię insulę sint nationū. Ca. XXXIII.
Qua ratione Cham illius improbi filiū seniorem scriptura fuisse memorauerit. Et ꝙ Chus Nemroth gigātem genuerit, qui erat venator ante deum. Et de interpretatione nominis Nemroth. Quodq̄ idem principiū fuerit regni Babylonis. Ca. XXXIIII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPIscopi liber de Noe & arca.

Quod dignum sit vt iustus Noe qui ad renouandū semē hominū reseruatus fuit, ad imitationē omniū describatur, vt & nos reqescam⁹ ab oi istius mūdi solicitudine, opibusq̄ iniq̄tatis, ac terrenię conuersationis cura. Caput I.

A NOE SANCTI ADOrimur vitā, mores, gesta, altitudinē quoq; mentis explanare, si possum⁹. Nam cum ipsa pphetia dixerit nihil difficilius q̄ hominis interiora cōprehendere, quāto magis viri iusti mentē cognoscere? Etenī quē dominus deus ad renouandū semē hominum reseruauit, vt esset iustitiæ seminariū, dignū est vt nos quoq; describamus eum ad imitationem omniū, & requiescamus in eo ab oñi istius mūdi solicitudine, quā quotidie diuersis exagitationib⁹ sustinemus. Pudet filiis superuiuere, tędet cū tot aduersa audiamus charissimorum, lucem hanc carpere, ipsarū ecclesiarū diuersos fluctus tępestatesq; vel presentes subire, vel animo recispere. Quis tam fortis vt patienter ferat? Et ideo nobis quoq; affectanda hæc requies fuit, vt dū Noe sanctum maiore intētione cōsideramus, reficiamus & nos, sicut omne genus in illo requieuit ab operibus suis, atq; tristitia. Vnde & Noe dicitur, quod latine dicitur iustus, Genes. 5. vel requies. Deniq; & parētes eius dixerūt: Quia hic faciet nos requiescere ab operibus, & a tristitia, & a terra B cui maledixit dñs deus. Quod vtique si ad ea quę facta sunt, referendū putes: cū diluuiū sub eo factū sit, non requies hominibus, sed interitus videatur illatus, nec remissio malorū, sed cumulus miseriarū. Verū si iusti viri mentē consideres, aduertes iustitiā solā esse quę aliis potius nata est q̄ sibi: non quod vtile sibi est, quærat, sed quod oībus. Hęc nos requiescere facit ab operib⁹ iniquitatis: hæc reuocat a tristitia: quia dū ea quæ iusta sunt, gerimus, nihil timemus puræ cōscientiæ securitate, nō dolemus graui dolore. Nihil est enī quod maioris doloris sit, q̄ culpæ reatus. Requiescamus etiam ab omni cura terrenę cōuersationis, quę corpus nostrū atq; animam frequentibus vexat doloribus, vitamq; atterit.

De significationibus nominū triū filiorū Noe, & de institutione aciei ac munitionib⁹ bonitatis naturę, quę nos ad huius mūdi prelia generauit. Cap. II.

C IVIC vero tres filii nati, Sem, Chā, Iaphet. Quæ nomina significāt bonū, & malum, & indifferens: vt & naturę gratia bonitatē habuisse, et malorū tēntamēta ei nequaq̄ defuisse, & indifferētibus, hoc est velut supellectili virtutum abundasse videatur. Qua ratione autē malū in medio posuerit, ratio euidens est, quia naturæ bonū omnibus inest: nec quasi naufragos in lucē proiicit: sed & suffulcit viribus, vt nō opprimātur tentamētis malitiæ, nec tāq̄ inualidi succūbant, sed munit & vestit velut quibusdā tegumentis indifferētibus, quę sunt salus, valetudo bona, pulchritudo, impigritia, diuitiæ, generis claritudo, vt ea dote muniti tueantur bonitatē naturę, & malum illud includant ne possit nocere, & quasi clausum strangulent. Nōne cernimus velut aciem quandā virtutum ordinatā in prælio, vt inferiores in medio sint, dextra leuaq; velut in cornib⁹ validiores, per quos tota acies robur accipiat? Vnde & quidā poeta græcus ait: κακοὺς ἐς μέσον ἔλασεμ, hoc est, malos autē in mediū insernit. Ita ergo & natura quasi bon⁹ dux imperāte deo, quę nos ad huius mūdi prelia generare nouerit, quę bona habet, primo ordine cōstituit, quæ officiant secūdo, quæ adiuuant tertio, vt tanq̄ in medio inclusus hostis, geminatis, quocunq; se cōtulerit, opprimat viribus, ne singulæ eorū velut æquatis fatigētur prēliis, & euadēdi de angustiis naturalibus, ac serpendi latius facultatē haberet. Sed quia vbi generantur, hic ordo est: vbi autem generant, Iaphet primo loco scribitur, tertio Chā: ideo ne cōtraria nos posterioribus dixisse quis arbitretur, etiā illius loci explananda ratio est. Bonū quidem, D quod velut in quadā naturę nobilitate est, precedit, malum autem sequitur. Sunt enim cogitationes mētis cōtrariæ, quę vtiq; oriuntur postea. Hæc quādiu velut intus clausa sunt, nec tanq̄ in hærbis germinat, quodam sinu bonę mētis fouētur ne prodeant. Nā quādiu in voluntate est malū, non in entelechia, hoc est in opere atq; effectu, bonitas mētis gubernatoris velut aurigæ modo cohibet vel refrenat malitiam tentātem prorūpere. Cū vero efferbuerit, atq; in vicus eruperit, ne possit latius serpere, & finitima cōtaminare: tunc iusta succedit prouidētia, ne illud indifferens, quod secundū bonū dicunt, velut loco cedat, cum iam ferueuti malo nō possit resistere. Itaq; ne latius fundat virus noxiū, et plurimas inficiat generādo corruptiones: illud primum bonum, quod natura bonū est, dum locū mutat, ordinē mutat, vt quasi laboranti cornui opem ferat, et eam partē aciei suscipiat quę plus laborat. Virtus enim bellatoris diffi cilioribus locis est necessaria: sicut etiā boni custodis presentia ibi frequentior, vbi muri fragiliores. At ne qua pars sine defensore sit: dū illud bonū inclinatiora sustentat, tūc illud indifferēs locū superiorē suscipit, velut deputante sibi eā partē perfectiori bono. Nihil enī virtute perfectius. Indifferētia autem non habēt robur validæ virtutis, sed eius augent & diffundūt gratiā. Vnde Ia- E phet dictus est, quod latitudo significatur latine.

Quid significet q̄d secuturo diluuio non solū Noe, sed & vniuersa generatio q̄ maxime abūdauerit filiorū procreatione. Et quomodo beneficii gratia sequi debet fobriæ disciplinæ censura. Qua etiam ratione spiritus sanctus hominibus detur, nō autē permaneat. Ca. III.

NEC solum sanctus Noe abundauit filiorum generatione, sed etiam vniuersa se effudit q̄ maxime eo tępore generatio. Quod non otiosum videtur. Secuturo enim diluuio non debuit æstimari defuisse gratiam fœcūditatis illi generationi quam diluuia absorbuerūt: vt quod fuit humani generis abūdantia, diuinę deputetur gratię: quod diluuium secutū est, nostris adscribatur iniquitatib⁹, qui peccatis nostris auertimus dei misericordiam. Sic & in posteriorib⁹ inuenies quod secuturā Ęgypti sterilitatē præcessit totidē annorū fœcūditas. Principale est enim virtutis inchoare a beneficiis, & præseminare gratiam. Vnde & Dauid ait: Misericordiam & iudicium cāta- Psal. 100. bo tibi domine. Precedit beneficii gratia, sequitur censura sobrię disciplinę. Diuinū est igitur quod bona pre- F mittuntur, nostrum quod mutantur. Ipse hoc declarat deus, dicēs: Nō permanebit spiritus meus in hominibus, quia caro sunt. Spiritus sanctus spiritus sapientiæ est, spiritus cognitionis. Habet ergo sapientiam, habet & disciplinam: sicut & de Beseleel, qui sacrum tabernaculum diuino oraculo iussus est facere, ait scriptura: Exo. 31. Quia repletus est spiritu prudentiæ & disciplinæ. Hic ergo spiritus datur hominibus, sed nō permanet. Qua autem ratione non permanet, causa proditur, quia caro sunt. Carnis enim natura disciplinæ repugnat, quia voluptati obtēperat. Deniq; de solo domino Iesu scriptū est: Super quem videris spiritum descendentē de cælo, Ioan. 1. & manētem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. In eo manebat, quem nulla corruptelæ carnalis impedimenta reuocabant quo minus incorruptæ & impermixtæ ordinem disciplinæ teneret, cuius caro non Actu. 2. vidit corruptionem.

Quod Gigantibus, qui fuerunt in terra ætate Noe, similes sint hoīes cultui carnis suæ studētes. Et qui dicantur filii dei: & q̄ pacto deus dicatur irasci aut moueri. Quēadmodū etiā irrationabilibus propter hominis peccatū deletis, Noe tamen gratiā apud deū inuenerit.

Caput IIII.

GIGANTES autem erant in terra in diebus illis.) Non poetarū more Gigantes illos terræ filios vult videri diuinę scripturæ conditor, sed ex angelis & mulieribus genera tos asserit, quos hoc appellat vocabulo, volés eorum exprimere corporis magnitudinē. Et cōsideremus ne forte Gigantum sint similes homines cultui studentes carnis suæ, animę autem nullā curam habētes: sicut illi qui de terra secundū poeticam fabulam orti, mole corporis sui freti ferūtur habuisse contēptum superorum. An dispares æstimādi sunt, qui cū ex anima cōstent & corpore, mentis vigori (quo nihil habet anima preciosius) auersantur, & se carnis huius imitatores velut materiæ exhibent stoliditatis hæredes? Itaq; inuanū laborant, cælū votis vsurpantes superbis, & terrenis operibus incubantes, qui electione inferioris, & cōtemptu superioris cōfortii, tanq̄ voluntarii obnoxii peccatis grauiori condemnantur securitate. Plerūq; angelos filios dei vocat scriptura, quia ex nullo homine generātur animæ. Itaq; viros fideles filios suos dici nō est asperna-
tus deus. Sicut ergo viri probabilis vitæ filii dei vocā-
tur: ita quotum carnalia sunt opera, hos filios dicimus
H carnis scripturarū autoritate. Dicit enim Ioānes euan-
Ioan. 1. gelista: Quia quotquot dominū Iesum receperunt, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui credūt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Ideo postea habes quia iratus dominus est, quoniā q̄uis cogitaret, hoc est sciret, quia homo positus in terræ regione, carnem portans, sine peccato esse nō posset (terra enim velut quidam tentationū locus est, caroq; corruptelæ illecebra) tamen cū haberēt mētem rationis capacem, virtutemq; animæ infusam corpori, sine cōsideratione aliqua in lapsum ruerunt, ex quo reuocare se nollent. Neq; enim deus cogitat sicut homines, vt aliqua ei noua succedat sententia, neq; irascitur quasi mutabilis: sed ideo hæc legūtur, vt exprimatur peccatorū nostrorū acerbitas, quę diuinam meruerit offensam: tanq̄ eousq; increuerit culpa, vt etiam deus, qui naturaliter nō mouetur, aut ira, aut odio, aut passione vlla prouocatus videatur
I ad iracundiā. Minitatus est pręterea quod deleret hominē. Ab homine, inquit, vsq; ad pecus, & a reptilibus vsq; ad volatilia delebo. Quid læserant irrationabilia? Sed quia propter hominē illa facta erāt, eo vtiq; deleto propter quē facta sunt, cōsequens erat vt etiam illa delerentur: quia nō erat qui his vteretur. Sensu autem altiore illud manifestatur, quia homo mēs est, quæ est rationis capax. Homo enim definitur animal viuū, mortale, rationabile. Principali igitur extincto, etiam sensus omnis extinguitur, eo quod nihil reliqui ad salutem superfuerit cū salutis fundamentū virtus defecerit. Ad condemnationem autē cæterorū, & ad expressionē pietatis diuinę, dicitur Noe apud deū gratiam inuenisse. Simul ostenditur quod hominē iustū nō obumbret aliorum offensio, quando ipse ad totius generis reseruatur seminariū, qui non generationis nobilitate, sed iustitię & perfectionis merito laudatur. Probati enim viri genus, virtutis prosapia est: quia sicut hominū genus homines, ita animarum genus virtutes sunt. Et enim familiæ hominū splendore generis nobilitantur, animatum autem clarificatur gratia splendore virtutis.

Quomodo omnis terra dicatur fuisse corrupta, & tē pus omnis hominis venisse ante deum. Cap. V.

CORRVPTA est autem terra corā deo, & impleta est, inquit, iniustitia. Causa terrenæ corruptelæ manifestata est, eo quod iniustitia hominū terrā corruperit. Vnde & dominus deus ait: Tēpus omnis hominis venit ante me, quia impleta est terra iniquitatibus suis. Tempus quidem omniū hominū in conspectu dei, & in eius voluntate est. Non enim, vt vulgo aiunt, fatale decretū alligatur. Sed tamē specialiter hic dictū puto, quia in Euāgelio dominus redēpturus hominū genus passione sui corporis, & emundaturus sanguine suo, sacramentoq; baptismatis, ait: Pater venit hora, clarifica filiū tuum, vt & filiꝰ tuus clarificet te. Ergo quia in diluuio per ar- Ioan. 17.
cam Noe seruatæ sunt reliquię generis humani ad seminariū reparationis & renouationis futuræ, ideo prę-
misit hic: Tempus omnis hominis venit, quia repleta est terra iniquitatibꝰ suis. Hoc in figura. In veritate autem ait: Reliquiæ per dilectionē gratię saluæ factæ sūt. Ideoq; exclamat Apostolus dicens: Superabundauit peccatū, vt superabundaret gratia. Corrupit, inquit, o- Roma. 5.
mnis caro viam suam. Carnem hic posuit pro homine terreno, in q̄ carnis illecebra viam eius corruperit. Qui si intellexisset quod munus accepisset a deo, nō vtique passus esset vt caro obstaret animę virtutibus. Itaq; caro causa fuit corrumpēdæ etiam animę, quæ velut origo & locus est quidam voluptatis: ex qua velut a fonte prorūpunt cōcupiscentiarū malarumq; passionum flumina, lateq; exundāt. Quibꝰ demergitur animę quod- L
dam excusso gubernatore remigiū, cum ipsa mens velut quibusdam tēpestatibus & procellis victa, loco suo cedit. Pulchre autē ait: Quia homo viam naturæ suæ corrupit. Nam via sua in paradiso erat, in illo beatitudinum tramite, in illo virtutū flore, in illa incorruptibili gratia, quam viam terrenis inquinauit vestigiis. Alii habent: Viam ipsius, hoc est dei. Hoc solet verbo domini declarari.

De ædificatione arcę, & quēadmodū in ea descripta fuerit humani corporis figura. Q dq̄ nidi eiusdē, quibꝰ singula corporis nostri membra significātur, bitumine intus & foris liniēda sint, ne facile corrūpātur. Ca. VI.

SED iam de ipsa Noe arca dicendū: quam si quis velit impēsius considerare, inueniet in eius ædificatione descriptā humani figurā corporis. Quid est enī q̄d ait deus: Fac tibi arcam de lignis quadratis? Quadratū certe hoc appellamus, quod oibus bene cōsistat partibus, & conueniat sibi. Itaq; & deus, autor nostri corporis, naturæq; fabricator astruitur, & opus ipsum perfectū esse iis sermoni- M
bus significatur. Quadrata autem hominis mēbra esse euidēs ratio, si cōsideres pectus hominis, cōsideres ventrem pari mēsura lōgitudinis & latitudinis, nisi cū voluptatibus & epulis vētre distēto, mēsura naturalis exceditur. Iam pedes & manus, brachia, femora, & crura quadripertita quis nō ipso vsu aduertat? Sunt autē plaq; eorū etsi non eiusdē lōgitudinis aut latitudinis, tamē quæ analogiā ita seruēt, vt in iis q̄q; cōgrua mēsura ratioq; concurrat: longitudo prolixior q̄ latitudo sit, latitudo q̄ altitudo. Et sicut ligni arcæ trina distantia est, siquidem trecentorū cubitorū longitudinē, & quinquaginta latitudinē, & triginta cubitorū altitudinē seruandam esse prescripsit: ita & in nostro corpore summa est, & media, & minima distātia. Summa secundū longitudinē, media secundū latitudinē, minima secūdum altitudinem: totū tamē corpus attextū ex singulis membris, quadratū videtur. Nā & in vsu ita est, vt eos quadratos dicamus, quos nec enormes proceritate, & validos robusti qualitate corporis æstimamus. Quid etiā sibi vult quod ait: Nidos facies in arca, nequaq̄ silendū videtur. Naturaliter enim dictū arbitror, eo quod omne corpus nostrū attextū est sicut nidus, vt spiritus vitalis omnes partes viscerū penetret, atq; de principali nostro fundat se per artus singulos. Nidi quidā sunt oculi nostri, quibꝰ se visus inserit. Nidi sunt nostrarum sinus aurium, per quos auditus se infundit, & velut in foueam

A altam deiicit. Nidus est nariū, qui ad se odorem attrahit. Nidus est quartꝰ maior cæteris, hiatus oris, in quo nutritur donec adolescat sapor: & vnde vox euolat, in quo latet lingua, quæ velut organū vocis sonos eius artificis suauitate modulatur. Et cū sit ipsa irrationabilis, rationabilem vocem exprimit. Nidus est hemicraneū. Nidus est mēbrana illa quæ cerebrū fouet, & intra cohibet. Nidi sunt viscera pulmonis & cordis. Spiritus quidē nostri, hoc est eius quē carpimꝰ, & quo alimur in hac vita, nidus est pulmo. Sāguinis autē & spiritus nidus est cor. Duo sunt enim eius vteri. Vnus quo sanguinē velut quodā sinu suscipit, & transfundit in venas: alter quo rigatꝰ ex illo supiori deducit in arterias iugi meatu. Ossa quoq; validiora nidos habent. Sunt enī intus cauata, in quibusdā foraminibus est medulla. In visceribus ipsis molliorib⁹ nidi cupiditatis aut doloris sunt. Et alia fi quis cōsideret, etiam plures nidos inueniet in hac fabrica humani corporis. Vnde puto & illum in psalmo nō solum mystice, sed etiam naturaliter dixisse:
Psal. 83. Etenī passer inuenit sibi domū, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Est enī iam in hoc corpore nidus pudicitiæ, in quo erat nidus irrationabilis concupiscētiæ. Sed vbi ante partus deformes nutriebat libido, ibi nūc
B decoræ castitatis adolescit hęreditas. Illinies, inquit, eā bitumine. Ex multis ossibus, neruisq;, & cęteris aliis cōstat humanū corpus. Et foris igitur & intus apta cōpage connexum sibi adhęret, & habitudine propria, quam ἁρμὸν Græci dicūt, tenetur, vt intus clausus spiritus qui infunditur, vel spiritalis substantia quę intus operatur, veluti geminis constricta vinculis nō euagetur: sed ad vnitatem aptam & continētem, connexionēq; validam cohibetur. Ideo bitumine cōstringi arca iubetur: est enī bitumen vehemētis ad constringēdum naturæ. Vnde græce dicitur νάφθα παρὰ τὸ συνάπτειν, quod disiuncta cōnectat, nexuq; cōstringat indissolubili, ita vt naturali vnitate sibi credas conuenire. Ob hanc causam intus & foris bitumine arca constringitur, ne connexio illa facile rumpatur.

De comparatione arcæ Noe ad arcam fœderis quo ad materiam ligni, glutini, & commotionis. Quomodo etiam longitudo & altitudo arcæ singulos humani corporis sensus denotent ad vsum aliquem esse compositos. Caput VII.

ALIBI autem, hoc est in Exodo, etiā deauratur foris & intus arca illa, quæ in sanctis est
C mundi intelligibilis imitatrix imago. Sicut enim preciosius aurum bitumine, ita illa quę in sanctis est arca, q̄ ista præstantior. Denicq; hic simpliciter ligna posuit, ibi autē ligna quidem, sed imputribilia cōprehēdit, declarans merita sanctorū. Addidit etiā illic supportatoria immobilia esse, quod sanctorū statio stabilis & firma sit: quia vitæ probabilis tramitē virtutis ductu secuti sunt, corruptelæ declinantes consortia. Hæc autem arca, vtpote in diluuio huc atq; illuc motu impellebatur incerto, eo quod peccatorū status mobilis sit, & vitæ eorū quodā redūdantiū passionū diluuio corruptioni obnoxiæ errore incōstanti vagētur. Nec illud pręterendum, quod cū dixisset, Et facies arcam trecentorum cubitorū longitudine, & quinquaginta cubitorum latitudine, & triginta cubitorū altitudine: addidit colligens: Facies arcam, & in cubito consummabis eam a summo: vt reliquo corpori mensuræ sibi conuenientis ad gratiā decore quadret caput hominis, tanq̄ regale arcæ adiungeret: ex quo cū sensus omnes ad cæteras partes corporis transfunderētur, tū maxime oculi velut spectatores & custodes, naturę appositi prouidentia, prope totū orbis nostri statum desuper contuerētur. Ipsaq; mens illic locata secūdum plurimorū sentētiam,
Eccls. 2. & maxime Salomonis, qui ait, Oculi sapientis in capite eius: quasi in aula imperiali virtutū consilium sibi cō D
trahat, quo stipata comitatu & ipsa munitior sit, & tāq̄ ex edito quodam tuendi totius corporis regnum impertiat, responsa proferre, per quem possimus nosipsos non solum retro respicere, nec solum quod ante pedes est videre, sed etiā cęli ipsius secreta profundo obtutu sapientiæ spectare. Ibi igitur summa nostræ salutis, vbi gratia. Inde custodia, inde etiā pulchritudo corpori toto acquiritur, quæ primū in vultu vernat. Decet enim præstantiorem esse aulę regalis nitorē, in qua sicut vsus maior, ita splendor est. Nanq; si spectes, singula quæ in hominis forma ad vsum aliquē composita videntur, vt visus ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, os ad loquēdum: ita vsus ministrant, vt præstent decorem. Q̄ deformes sunt vultus cæcorum? Et quid mirū si vultus hominis absq; oculis deformis est, quando ipsum cælum sine Sole nō habet suū decorem? Tristes sine Sole dies ducimus, noctes sine Luna non placent. ipsi enim sunt quidā mundi oculi. Detrahe stellarum lumina, & quędam est in cælo ipso cæcitatis deformitas. Pili ipsi qui orbem oculorum prætexunt, & velut quandā aciem prætēdunt, ne sordę aliqua vel pulueris caligine pupilla lædatur: & ipsi excipiunt si quid fuerit illatum quod oculum possit lædere: si lippitudine E
intercidant, dedecet: si palpebra cōtractior fuerit: si radā-
tur supercilia, quæ preciosorum monilium specie velut intexta gēmis refulgent. Aurium quoq; vt necessarius vsus, ita decora species: q̄s si qs truncauerit, toto vultui infert deformitatē. In quibus ita laborant opus suum natura, vt ipsi anfractꝰ cauernarū mira prudētia sinuati, plurimū vtilitatis afferant, ne repente feriat secreta capitis sonus. Deniq; sæpe multos improuiso clangore consternari videmꝰ, & attonitos, aut vocis alicuius, aut tumultus sono expauescere. Sordes ipsæ quę inter eosdem gignūtur anfractus, velut quodam glutino auditum ligant. Simul si vehemētior pulsus fuerit alicuius sonus, infringitur ac retardatur, vt prænūciatus potius mulceat, q̄ improuisus iterna cōcutiat. Vermiculi quoq;, si aurē penetrare tētauerint, quodā fordiū visco tenētur. Nares imæ contra naturā videntur. iam si incisæ fuerint, quomō potest vita subsistere sublato spirandi meatu? Q uē ad modum pecudis magis facies, q̄ vultus hominis æstimatur. Capilli capitis q̄ grato amictu caput vestiunt, velut quidā aulæ regiæ stipatores, ne cerebrū aura lædat, aut imber feriat, aut Sol adurat. Q uos ita tamē dedit natura, vt pro sexu aut prolixiores placeāt, aut recisi, & pro ætate, aut plenīq; pro temporis & anni qualitate. In senibus grata canicies, in pueris pdigiosa: F
ætate delectat pressius, hyeme indulgentius: mulieribus ornamēto est coma, dedecori est viris. Deniq; Apostolus euidentius expressit hoc dicēs: Nam ipsa natura 1. Cor. 11.
docet vos quod vir quidem si comā nutriat, ignominia est illi: mulier vero si capillos habeat, gl'ia est illi. Quid de ipsa regia loquar, per quā aulici sermones prodeunt, quidā mentis nostrę indices, animiq; internūcii? Quid de ipso dentiū ordine, qui cū suo opere toti quidē corpori vires ministrent, tum etiam modulatores sunt vocis ipsius? De quibus si quid ceciderit, vox claudicat. Hæc de capite plixius diximus, quia oportuit sensus omnes in summo locari, vnde omnia per reliquas partes officia diuiderētur. Capiti autē nostro a tergo cervix proxima, dextera leuaq; brachia sunt, quæ arcem imperialem tanquā fida tuentur custodia. Deniq; hæc in nobis validiora, quę propiora capiti, hęc præstantiora. Pectus quoq; velut quoddam sacrariū sapientię, & stomachus velut quidam testis (vt medici aiunt) & conscius secretorum capitis, cōpassionisq; consors, cui sua omnia vel salubria vel aduersa transfundat. Latera, natice, femora, & crura, mensurę latitudinem ipsa specie significāt, pedumq; gressus. Q ui etsi exiliores videntur, fiunt tamen latiores cum incedimus.

G Quid significet ostium ex aduerso in arca factū. Et quēadmodū qui retro erāt, priores facti sint. Ca. VIII.

IVLCHRE autē addidit: Ostium ex aduerso facies.) Eam partē declarās corporis, per quā cibos egerere consueuimus, vt quæ putamus ignobiliora esse corporis, his honorē abūdātiorē circūdaret. Quod multo gratius scriptura expressit, q̄ Socrates i libro Platonis dixisse legitur. Nā istud in Moysi scriptis siue ipse Socrates, siue Plato, q̄ in Ægypto fuit, potuerit vel legere, vel ab aliis percipere qui legerāt: decoro motus inuento, ostium sibi apertum putauit vt operatoris nostri consiliū prędicaret, laudans, eo quod id potissimū decori conuenerit, vt ductus quosdā vel exitus cuniculorū nostrorū a tergo auerteret, ne in purgationibus ventris cōspectus noster
1.Cor.12. offenderetur. At vero Apostolus, Quæ videtur, inqt, mēbra corporis infirmiora, necessaria sunt: vno ac simplici verbo descriptiones philosophiæ supergressus: & quæ putamus ignobiliora esse mēbra corporis, his honorem abūdantiorem circundamus: & quæ inhonesta sunt nostra, honestatē abundantiorē habent. Sobrietatis enim nostræ & tēperantiæ indiciū præcipue illico
H gnoscitur. Helluones enim aut distenduntur cruditate vsq; ad periculū, aut plerūq; soluuntur visceribus exinanitis. Quod pulchre etiam ad Ecclesię mēbra Apostolus retulit. Quę erū inhonesta sunt nostra ac superflua, nisi luxuria, nisi lasciuia? Quibus si quis iuuentæ irretitus tēpore, cū ad maturiorē ętatem processerit, veniat ad baptismum, renunciet superioribus, moresq; priores exuat, peccata deponat, cōsepeliat cū dño Iesu Christo, crucifigatur ei mūdus, & ipse mūdo: nōne is peccatorū remissione donatus, abundantiorē honestatē, q̄ ille catechumenus, cuius vita innocētior, habere æstimatur? Et vt Apostoli ipsius exēplo vtamur, Iudęus erat, persecutor erat: vocatus ad gratiā Christi, cœpit esse Apostolus. Et quia plus ei dimissum est, plus cœpit diligere, abundantius cæteris apostolis laborare, vas electionis factus, doctor Gentiū missus. Nonne etiā apostolorum ipsorū plurimis vberiorē & honestiorē consecutus est gloriam, qui ante & inhonestus & ingloriosus fuit, cum persequeretur Ecclesiam dei? Pauper iste debilis, in Ecclesia te redemit suis votis. Et vt maiora aperiamus mysteria, quid tam ignobile q̄ gentilis populus? Pauper, vtpote qui nulla haberet eloquia dei, debilis, & vtroq; pede claudus, qui nec in legem nec in Euangeliū credidisset: vocatus tamen credidit ei, baptizatus accepit gratiam. Itaq; quia plus ei dimissum est, plus dili-
I git. Remāsit Iudęorū populus, licet vno pede claudus: quanq̄ & in ipsa lege claudicet. Itaq; ille qui gloriosissimus habebatur, amisit oia, mirabilē consiliarū, & prudentē architectū, & sapiētem auditorē. Iste qui imobilis erat, adeptus oia, fidei titulo, trophæo martyrū, angelorum gloriatur consortio. Ergo Plato quod potuit, sermonis nitorem adhibuit: Apostolus autē, qui habebat dei spiritum, reuelauit mysterium. Satis dictum est de ostio, quoniā qui retro erant, priores facti sunt.

Quid sit quod inferiora arcę bicamerata, & tricamerata esse debeant. Et quod deus p arcæ figurā voluerit nos edocere quēadmodū a diluuio intēperantiæ tuti essemus per remediū electionis iusti. Caput IX.

NVNC illud quæram? quid sit quod ait dominus: Inferiora arcæ bicamerata & tricamerata facies. Inferiora quidem dicēdo, aduertimus quod pulchre nos sentire voluerit inferiori loco æstimanda ciborū receptacula, hoc est ea viscera quæ acceptū conficiunt cibū. Corruptibilis enī esca est. Quod autem corruptibile, nō superioribus sed inferioribus comparandum: simul quia cibus deorsum fertur: cuius exigua portio viribus corporis alimonięq; k proficit. Reliqua vero pars aluo purganda deducitur, quia intestina sunt per quę descēdunt ciborū superflua. Ita operator noster instituit, vt nō extenta a stomacho ad imū, sed sinuata sint ac reflexa, quo vitæ nostrę vsus propagaretur. Nam si extēderentur intestina hois quę suscipiunt & deducūt cibū, statim sine vlla pertransiret mora: & necesse esset semper esurire nos, iugiter epulari: aut deficiente alimentorum substātia, deficere illico. Nunc autē in illa intestinorū reflexione ac sinuatione bipartita ac tripartita adhęret cibus, & descēdendo paulatim vires ministrat, succum infundit corpori, tenet satietatē, differt edendi appetentiā: nec subita effusio, nec repentina euacuatio est, nec inexplebilis appetētia est, nec insatiabilis epulandi libido. Primū ergo indigētia est, & fames. Deinde ex his sequitur edendi sine intermissione cōtinuatio. Quid autem deformi⁹, q̄ semper ventri studere? Qui cum repletur, vacuandus est: cum vacuatur, replendus. Tertium quid superat, nisi mors inter ipsos cibos epulasq; permixta? Quomodo enim poterāt diutius vitam producere simul edentes & esurientes, bibentes sitientesq;? & priusq̄ replerentur, exinanientes omne quod sumpserant, statimq; esurientes? L
Nunc autem, dum paulatim descendit esca, famem & cruditatem naturalis temperat prouidentia. Primum enim in stomacho, quem plerię ventrem appellant superiorem, cibus conficitur: deinde coquitur in iecore, atque eo digeritur vapore. Succus eius diuiditur certis viscerum portionibus, ex quo omne corpus valescit. Quod satis iuniorum incrementa, senum testificatur perseuerantia. Reliquum cibi in ventrem defluit, quem omnes ventrē appellamus sine adiectione. Plerię dicūt ventrem inferiorem, ex quo simus necesse est (qui plenus iam corruptionis descēderat) egeratur per illud ex transuerso ostium. Hæc cum ita naturali institutione ad dei præceptionem composita videantur, tamen si non edendi a nobis agendiq; modus seruetur, tanquam exuberātibus passionibus generatur diluuium, & quędam totius labes corporis. Intēperantia enim accendit libidinem, cruditatem generat, corruptelam creat. Itaque aut duritia interna tenduntur & quatiūtur doloribus, aut incocto ciborum humore, & indigestiōis asperitate interior quidam intestinorum amictus raditur: quia velut chartæ specie geminus eorum amictus asseritur. Vnus exterior, quem continuum aiunt periti, vel qui curiosius scrutati sunt, a summo ad imum directus: Alius interior, tāquam lateribus attextus: vnde aiunt non totum solui cum raditur. Nam si continuus esset interior, immedicabilis eius scissura foret. illic per mo- M
ram adiunctionum, adhærere ciborum reliquias. Quę si adiunctiones soluantur, transire semesos cibos, & potus defluos, hoc est hominis diluuium. Vnde mihi videtur per arcæ huius figuram voluisse deum nos edocere quēadmodum ab hoc speciali tuti simus diluuio. Corruptela enim diluuii causa est: ea vbi erepserit, aperiuntur aquæ, ebulliunt omnes fontes cupiditatum, vt totū corpus tanto & tam profundo vitiorū fluuio mergatur. Nihil est enī quod tam miserę seruituti subiiciat hominē, q̄ libido, atq; eiusmodi cupiditates quæ iugo quodam criminū graui deprimunt miseram conscientiam, vt se nequeat attollere, vtpote quę libertatē innocentiæ amiserit. Maximū ergo in hoc diluuio est remedium, vt iustū preferas, eiq; mandati cælestis executorem eligas. Quis est iustus in nobis, nisi mentis vigor, qui intra istam arcā includat oē animātiū genus quod est super terrā? Cohibe ergo & tu omnes irrationabiles passiones tuas, omnesq; sensus tuos menti subiice, animiq; imperiis assuesce. Euolare foras non sinas cupiditates tuas, exire in vulgus libidinem: & per rationabilem mentē poteris etiam irratiōābilia tua: & immūda peccata ab omni periculo diluuii liberare.

A De tribus causis ob quas muta animātia, quę peccā disensum nō habēt, p diluuiū subiecta sint pœnæ, cū altiori mystica quadā interpretatione. Caput X.

OMNIA, inquit, quæ sunt in terra, morientur. Quid itaq; muta deliquerāt animantia, qua causa subiecta sint pœnæ, quæ peccandi sensum nō habent? Sed quēadmodum in bello cū impator ab hoste occiditur, cōmoritur eius exercitus, atq; omnis cōminuitur virtus militaris: sic nō discrepare a iustitia visum est, cū interiret homo, cui regalem quandam dās deus in omne animantiū genus potestatem dedit, vt oibus volatilibus, feris, bestiis imperiali præesset autoritate, q̄p etiā pecudes, & quæcūq; erant irrationabilia, cōmorerētur animalia. Deniq; si quādo est pestilentia, corrupto cæli tractu, prius ea quæ sunt irrationabilia, lues dira cōtamīat, & maxime canes, equos, boues: atq; ea inficit, quæ cū hominibus cōuersari videtur. Sic morbi vis gen⁹ humanū implicat. Hæc igitur prima causa, vt arbitror, iustæ assertionis. Secūda illa, quia nemo accusat naturam cur reliqua corporis nostri mēbra moriantur solo capite sublato, cū multos videamus amputatis manibus & pedibus superuiuere. Sed non eadem cæterorū membrorū est prærogatiua, quæ capitis. Ideoq; absciso eo, vnde sensus nostri in reliquū corpus prodeunt, moriuntur etiā omnia membra: nec in eo aut operatoris prouidentia deseritur, aut substan-
B tiæ humanæ redarguitur. Similiter ergo nemo nūc arguat, quia caput & principale quoddam cæterorū animalium homo est: quo moriente nō debet mirū videri si cætera moriantur animalia. Tertium illud est, quia rationis expertia nō propter se, sed propter hominē generata sint animalia. hominis enim causa, esse præcepta sunt, eorū subiectione humana præstare conditio.
Psalm. 8. Dēniq; gratiæ hominis attribuit propheta dicens: Oia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris: quia propter ipsum illa omnia: alia propter vtilitatem, alia delectationis gratia, alia voluptatis. Cōsequens ergo erat, vt cū deleretur homo a facie terræ, propter quē facta sunt, etiā ipsa pari delerētur occasu. Hæc secūdum simplicem lectionis expositionē. Altior autem & profundior interpretatio illud attexit, quod vbi anima mole passionum curuatur graui, & quasi diuersarum cupiditatum mergitur æstu, terrenæ omnes cogitationes & cōcupiscentiæ in præceps ruunt: quia peccator vnusquisq; quo grauiora flagitia commiserit, eo fit insolentior. Nanq; vsu atq; exercitatione improbitas augetur, & impunitate nutritur audacia. Recedit itaq; ab omni
C respectu honestatis, & in eo terrena omnia moriuntur letalis peccati acerbitate, quæ vera perpetua morte peccatorem deleat. Nemo enim grauius moritur, q̄ qui peccato viuit. Moriuntur in eo passiones singulæ, moritur visus, qui peccatum annunciat: qui mulieri fallaci intendit: qui capitur alieni vultus decore: quē oculi meretricis ligauerint: quem aspectus illaqueauerit fornicariæ. An nō videtur mori, qui sibi libidinis telum impresserit, qui spontaneus in foueam mortis irruerit? Moritur & auditus, cum refert crimina: cum solicitantis adulteri sermonē annunciat: cum inserit animis verba meretricis, quę seducit iuuenem multo blandimento sermonis, laqueis autem labiorum suorū illigat eū. Moritur ex silentio, si non confiteatur deo. Moritur multiloquio, quia scriptum est: Ex multiloquio nō effugies peccatum. Moritur per iracundiam, cum prætergreditur mensuram vltionis. Omnis nanq; postremo sensus moritur, si minister sit iniquitatis.

Quod absumptis omnibus terrenis diluuio, solus iustus se & domū suam seruet. Et q̄ pulchre iuxta mysticam interpretationē dominus ad Noe dixerit: Quia vidi te iustum in generatione ista. Caput XI. D

ET IDEO quia terrena omnia moriūtur diluuio, solus autē iustus in æternū manet, ad ipsum dicitur: Statuam testamentū meum ad te: quia ipse diuinæ est hæres gratiæ, ipse cælestis possessor hęreditatis, beatissimorū consors bonorum. Et homines quidē cum moriūtur, patrimoniū suum testamento transscribere solent: nec cedit hęreditas donec viuit testator. Deus autem cū sit sempiternus, transfundit iustis diuinæ hæreditatē substantię: & ipse nō indigens, donat sua sine vllo donationis dispendio, quem non grauant suorum consortes bonorū, magisq; fruitur eo quo nos vtimur. Deniq; dominus Iesus pauper factus est, cū diues esset, vt illius inopia ditare- 2.Cor.8.
mur. Qui testamentū vtrunq; suo consummauit sanguine, vt nos vitæ suæ cohęredes, & mortis faceret hęredes, quo & vitæ haberemus consortiū, & mortis beneficium. Multū autem tribuit iusto dicēdo: Statuam testamētum meū ad te, eo quod rationabilis ipse vir sit testamētū dei. Ipse est enim hęreditas, ipse possessio, in quo virtus diuini testamēti est, in quo fructus iudicii, in quo hæreditas promissionis, de quo Dauid dicit: Ecce Psal.126.
hęreditas domini filii merces fructus ventris. Sed iam salua expositione profundioris mysterii, ad reliqua pergamus. Intra, inquit, tu, & omnis domus tua in arcam, quia te vidi iustum in generatiōe ista. Manifeste fides prophetica sentētię etiā hoc astruitur loco: quia stultus E
sibi soli stultus est, sapiens autem sibi & plurimis sapit. Itaq; Noe iusti merito etiam domus eius in diluuio seruatur. sic in mari nauigātes, & in bello exercitus, si illis nō desit gubernatoris peritia, istis imperatoris prudentia, a periculo tuti sunt aliena ope. Sed quia boni imperatoris bonus exercitus, ideo etiā laudem iusti in eo intelligimus nō preteriri, qui talem instituit domū suam, vt virtutis fulgeret cōsortio. Meritoq; inuenit salutem cognatio: nec repugnat quia postea aut filius aut vxor offendit. Dormiebat iustus, cū erraret filius. Fœmina quoq;, vtpote sexus fragilioris, mole piculi turbata, quę totum orbem diuino incendio perire crederet, quid mirum si virum nō potuit sequi, cū ipse iustus ab angelis monitus vix euaserit? Quid autem mirum si homini obrepit error, aut se relaxat intentio? Argue ergo quia & iustus inebriatus est. Sed hæc loco suo reseruanda arbitror: nunc quod superest, consideremus. Pulchre enī dixit: Quia vidi te iustū in generatione ista. Multi hominibus iusti videntur, pauci deo: aliter hominibus, aliter deo. Hominibus secūdum vitę speciē, deo secūdum puritatem animi, virtutis veritatē. Homines quę foris F
sunt probant: deus quæ intus examinat. Perpense autem addidit, In generatione ista, vt neq; superiores cōdemnaret, neq; posteriores excluderet, rectęq; diluuium factum astrueret interitu generationis eius, quæ nō haberet consortiū equitatis. Hęc secūdū literā. Altior autem sensus prouocat nos vt hoc putemus vigorē mētis in anima esse, & animā in corpore, quod paterfamilias in domo sua. Quod enim in anima mēs, hoc aīa in corpore. Si mens tuta est, tuta est domus, tuta est anima: si anima incolumis, incolumis caro. Mens enī sobria passiones omnes cohibet, sensus gubernat, sermonē regit. Ideoq; bene dicit dñs iusto: Intra tu, hoc est intra te ipsum, intra tuam mentē, in tuæ animæ principale, ibi salus est, ibi gubernaculū: foris diluuiū, foris periculū. Si autē intus fueris, & foris tutus es: quia vbi mens sui arbitra est, bonę sunt cogitationes, bonę sunt executiones. Si enī nihil vitii mentē obumbret, synceræ cogitationes sunt. Si studio sit castitas cordi, si tēperantia, nulla inardescit flāma libidinis, nulla vlcera pserpunt ęgritudinis. Sobrietas enī mētis, medicina est corporis.

Qua ratione de iumentis mundis septē & septem,

G masculus & femina iubeantur in arcam induci:de im-
mundis autem duo & duo,secundum naturalem atq;
moralem expositionem. Caput XII.

NVNC consideremus qua ratione induci in
arcam iubet a iumentis mũdis septem & se-
ptem,masculũ & fœminã:ab immũdis autẽ
duo & duo,vt nutriatur semen in omnẽ ter-
ram:Et,vt ego arbitror,inire mũdam asserit hebdoma
dam,quia mundus & sacer septimus numerus. Nul-
li enim miscetur,nec ab alio generatur.Ideoq; virgo di-
citur,quia nihil ex se generat. Meritoq; tanquam ma-
terni exors,imunisq; partus muliebris copulę, etsi heb-
domas fœmineo nũcupetur nomine,virilis habet san-
Exo. 34. ctificationis gratiam. Omnis enim masculus adape-
riens vuluam,sanctus dño vocabitur. Et in ꝓpheta ha-
Esaię. 66. bes: Effudit,& peperit masculũ,id est sanctũ. Secũdus
autem numerus nõ est plenus,quia diuisus.Quod au-
tem non est plenũ,vacuum habetur. Septimus autem
numerus plenus, quia hebdomas vt decas: & similis
illius primi,quia falsa est ad similitudinẽ illius, qui est
semper,a quo profluunt & mouentur quæ sunt in omi
genere virtutes. Hæc naturalia. De moralibus autem
vt dicamus, non est dubium quin rationabile animæ
nostrę in quinq; sensus diuidatur,& vocem & generato
rium,quæ natura videtur esse fœminea,quia sensus no
H stri in materialia & secularia cito repunt. Vnde claret
eos mollioris naturæ habere substãtiam. Sed erudito
& industrio viro munda omnia,quia sapiẽtia exercita-
ti viri & virtus,firmamentũ his,virili transfundit iudi-
cio. Ergo prudentis & propositũ gubernantis est infir-
mioris sexus qualitatẽ in fortiorẽ substantiã transfer-
re. Valida enim sapientis & fixa sentẽtia est: nõ mu-
tabilis,vt stulti & insipientis,qui cõsilio nutat incerto:
vt improbi,qui nõ quod verum & iustum sit eligit,sed
quod sibi cõmodum velit,scindit a vero,secernit a iusto.
Iustitia enim singulare est bonũ,per seipsam suo tanti
spectatur precio, Iniquitas vero velut diuidua parit:nũc
odio inflexa,nunc quæstu ea quæ sunt diuidenda con-
Eccli. 27. fundit. Stultus enim vt luna mutatur:& versicolor,aut
humorũ varietate difformis,animã suã in leprosi cor-
poris speciẽ turpi contagione cõmaculat,salubres cogi-
tationes noxiis sępe permiscens.Sed fortasse quia mũ-
da & immũda induci in arcam præcepit carnis animã-
tia,iure mouere possit,quia dixi honestis disceptationi-
bus indecoras nõ esse miscendas. Nec ego abnuo irra-
tionabilium quidem,mundorũ tamẽ motuum aliqua
esse semina & quasi principia in anima nostra, & eorũ
qui mundi nõ sint. Natura enĩ hominis contrariorũ ca-
pax est,vt & malitiæ in ea sit vis,& virtutis ingressus:
meritoq; in principio libri huius,qui est Genesis,per ar
boris speciẽ in paradisi medio,legisti boni & mali scien-
I tiam. De quo ligno scientiæ boni & mali præceptũ est
nõ esse gustandum,eo quod mens nostra,in qua est co-
gnitio & disciplina,boni & mali recipit notionem. Itaq;
naturæ opifex sicut ad propagãdum vel etiã reparan-
dum genus animantia reseruauit, vt vniuersæ terræ
animantiũ semine replerẽtur: ita etiam corporis nostri
terrenam substantiã vacuam nõ putauit passionũ hu-
iusmodi tanq̃ immũdorũ animaliũ relinquẽdam,quæ
cũ deliciis & luxurie tanquã vice diluuii ingurgitatur,
memoratis fluctuat passionibus. Vbi autem sobrieta-
te & continentia vnusquisq; inundantium vacuauerit
diluuium passionum,& quandam animæ retexerit sic-
citatem,viuificare incipit suum corpus,& animæ pu-
ritatem,cui regnum sapientia est.

Qua de causa postquã ingressus est Noe in arcam,
post septem dies diluuium factũ fuerit. Quare etiã cũ
satis fuisset dixisse diluuium fuisse XL. diebus,adiece-
rit,& XL. noctibus:& qua ratione XL. diebus dura-
uerit. Quid præterea sibi velit quod inquit dominus: K
Et delebo omnem resurrectionem carnis a facie terræ.
Quid postremo quod dicitur: Et fecit omnia Noe quę
mandauit ei dominus deus. Caput XIII.

ILLVD quoq; studio est querere,quę causa
est cur postq̃ ingressus est Noe in arcam, &
induxit animantia,post septem dies diluuiũ
factum sit. Non enim ociosum videtur quod
nõ aut plures aut pauciores interpositi sint dies,sed tot
quot in constitutione mundi fuerunt. Sex enim diebus
factus est mundus,septimo die requieuit deus ab operi-
bus suis. Quo declarauit indicio ipsum se esse autorem
mundi,atq; diluuii. Mũdum propter bonitatem suam
condidit,diluuium fecit nostrorũ merito delictorũ. Ad-
moniti sunt igitur homines vel ex numero dierũ qui-
bus mundus est conditus,quod conditorẽ suum nõ la-
chrymis solum & precatione, sed correctione morũ re-
conciliare debuerant. Ergo spatium dedit ad pœniten-
tiam dñs, magis volens ignoscere, q̃ punire,vt immi-
nentis diluuii terrore suspensos ad veniam cogeret po-
stulandam:quo dum periculum futuræ mortis horre-
scunt,impietati atq; iniustitiæ renunciarent. Secũdum
est,vt hinc quoq; domini supra modũ clemẽtiã miseri-
cordis colligamus: quia multorũ annorum offensionẽ
a constitutione mundi, in finem vsq; contractã, paucis
diebus, si pœnituisset eos,voluit relaxare. Est enĩ deus L
peccati immemor,virtutis remunerator, sicut ipse ait
in propheta: Ego sum,ego sum qui deleo ĩiquitates,& Esaię. 43.
memor nõ ero:tu autem memor esto,& iudicemur:dic
iniquitates tuas,vt iustificeris. Cũ enim aduerterit verã
animæ refusam esse virtutẽ,tantũ ei honoris attribuit,
vt nõ solum veniam superiorũ indulgeat peccatorum,
verũetiam gratiã & iustificatiões impertiat. Expecta-
uit ergo & septimo die ipso quo ab operatione requie-
uit,vt si venia posceretur,sequeretur correctio,& ab in-
dignatione requiesceret. Illud quoq; curæ fuit nõ preter-
mittere,eo quod diluuium factum dixerit quadraginta
diebus,& addiderit, quadragĩta noctibus. Scimus enĩ
diem dici,quẽ Sol terras illuminans signat:noctẽ, quã
circunfusæ tenebræ a diei claritate disterminãt,& ple-
rũq; a nobis ita diem significari,vt noctem nõ cõprehẽ-
damus,plerũq; vt cõplectamur. Significantes enĩ men-
sem triginta dierum, significamus & noctes. Vnde cũ
satis fuisset Moysi dixisse diluuium fuisse quadraginta
diebus,cur addiderit quadraginta noctibus, quæritur.
Et aliqui ita acceperunt qui ante nos fuerũt,vt & viro-
rum & mulierũ factus interitus demonstraretur: diem
ad virum referentes,qui sit purior,similis lucis:noctem M
ad mulierem,quę viro dormiente creata describitur:si-
mulq; quia vir prior quasi autor,qui virtutem moueat
mulieris, atq; in partus excitet,actu ille clarior publico,
ista obscurior,tanq̃ domesticis clausa parietibus,& no-
cti proxima, secũdo orta loco,& creationis suę formata
iam costę viri debens gratiam: superiori quoq; potioris
obnoxia priuilegio,& pariendi vsu materialibus cõpa-
randa. Consonans in vtroq; numerus periculi,quia pec
cata etiã consonãtia:meritoq; nõ distant spatia tẽporũ,
quia nõ distant merita delictorũ. Non mediocriter etiã
scrutantur pleriq; qua ratione quadraginta dies diluuiũ
fuerit. Et possumus dicere materialem numerũ tristio-
ribus,hoc est delendæ creaturæ deputatũ: hebdomadã
autem constitutioni totius mundi,hoc est lætioribus.
Sed fortasse referatur,quid quod etiã lex XL. dieb⁹ la-
ta est, tot dies obseruauit Moyses in monte Sina, &
demonstratus est,cũ præscripta legis acciperet. Recte
ergo eodem numero declinandorũ peccatorũ præcepta
tribuuntur,quo pœnæ culpa est persoluta,vt cognosca
mus quod de eodem vitę tempore debeat ex correctio-
ne laus comparari,quo potest punienda culpa cõmitti.
Vnde nunciam nõ pœnæ præscripti sunt dies quadra-

A ginta,sed vitæ,vt hoc numero ieiuniis & orationibus
crebrioribus nostrorũ leuemus supplicia peccatorũ,atq;
ad decreta legis intẽti deuotione ac fide nostrũ corriga-
mus errorẽ. Itaq; per dñi resurrectionẽ quadragesimus
dies iam non habetur nouissimus,sed primus:atq; inde
vita numeratur,vbi ante mortis numerus ad consum-
mationẽ mundi humani generis excidiũ cõputabatur.
Et delebo,inquit dominus,omnẽ resurrectionẽ carnis
a facie terræ. O cælestiũ pulchritudo verborũ,si quis se
decoro intellectu pię mẽtis examinet. Indignatur deus
peccatis nostris,sed non obliuiscitur pietatis. Minatur
supplicium,sed nõ permittit excidiũ. Moderatur vin-
dictam,reuocat seueritatẽ. Deleturũ se dicit omnẽ car-
nem,nõ a terra,sed a facie terræ. Florem decutit,radicẽ
seruat,sinit vt in profundo substantiæ virtus maneat
humanæ,quæ in superficie laboret,intus passibilis per-
seueret,immunisq; noxæ,ad eorũ substitutionẽ qui nõ
sunt reatu obnoxii,reseruetur. Pulchre autẽ posuit, De-
lebo,tanquã literarũ apices,qui delentur sine fraude li-
brorũ,& sine ĩminutione tabularũ. Atramentũ dele-
tur,sed lignũ manet. Delentur elementa,vt scribantur
plerũq; meliora. Atramentũ tollitur,substantia nõ ex-
terminatur. Delebo,inquit,corruptelã carnis,vt scribã
incorruptionẽ. Delebo resurrectionẽ carnis a facie terrę,
vt scribã in cælestibus resurgentes. Delebo de libro ter-
ræ,vt scribam in libro vitæ. Deleantur dñe meus,dñe
B deleantur cito elemẽta ferri,vt scribãtur elemẽta Chri-
sti. Aboleatur resurrectio terrena,vt cęlestis gr̃a redun
det. Veni Moyses,prepara gremiũ,legem accipe,susci
pe apices,quos iam misericordia diuina nõ deleat. Susci-
pe tabulas quas dñs statuat in æternũ. Vtinã ipse non
frangas. Et ipsas mihi mea culpa sustulerat,nisi dñs red
didisset. Iure quidẽ Moyses indignatus est,ne haberẽt
diuina priuilegia,qui non deferrent obsequia. Sed puto
quod nõ mihi eas,sed Iudæis fregeris. Fregisti Iudæis,
recepisti mihi. Fractæ sunt priores,vt posteriores ma-
nerent. Fregisti eas in pectoribus Iudęorũ. Quid enim
proderat vt tabulas tenerent,quarum scripta tenere nõ
possent? Ecce secundas tabulas dicunt se tenere,sed nõ
tenent. Dicunt se legere diuina elemẽta,sed nõ legunt.
Deut. 9. Digito dei scriptas esse tabulas Moyses dicit:illi digi-
tum dei nõ legunt,ferrũ legunt. Atramentũ vident,spi
ritum dei nõ vident. Sed Ecclesia nescit atramentũ,spi
ritum nouit. Ideoq; Paulus nouit scribere,nõ atramen
to,sed spiritu dei viui. O sacrilegũ ineptum populũ Iu-
dæorum. Homo spiritu dei scribit,& homo sub lege nu
tritus,& illi volunt deum atramento scripsisse,nõ spiri-
tu. Ergo vt ad superiora redeamus,delet deus resurre-
ctionem carnis,tanq̃ apicum scriptionẽ:quo declaratur
quod superfluam hominũ natiuitatẽ propter impieta-
C tem eius deleuit specie literarũ:substantiã autẽ & con-
uersationẽ generis seruare humani voluit perpetuitate
tabularũ,vt ex ea semen reliquum pullularet. Cui sentẽ-
tię cõuenire etiã illud videtur quod ait: Delebo,inquit,
omnẽ resurrectionẽ carnis. Resurrectioni autẽ cõmuni
vsu naturæ cõtraria videtur esse purgatio,quia purga-
tione rescinditur & reprimitur resurrectionis luxuria.
Omne tamen quod purgatur,speciem amittit,substan
tiam suã seruat, atq; meliorat. Repressit igitur dñs pur
gatione diluuii corporeũ vsum,cõuersationeq; genera-
tionis eius quę degenerauerat a decore naturæ,& acce
pti muneris venustate. Hec secũdum literã. Quod au-
tem ad altiorem pertinet sensum,diluuii species typus
est purgationis animæ nostræ. Itaq; cum mens nostra
se a corporalib⁹ mũdi huius illecebris,quib⁹ ante dele-
ctabatur,abluerit:bonis quoq; cogitationib⁹ veteris col
luuiem cupiditatis absterget,tanquã purioribus absor-
bens aquis turbidorũ prius amaritudinẽ fluentorũ. Et
fecit,inquit,omnia Noe quę mandauit ei dñs deus. Iu-
stus mandata accipit,seruus imperia. Hic amici cense-
tur loco,qui fecerit quæcunq; exequenda susceperit. Ille
qui nutat obsequiis,oneri seruitutis addicitur. Deniq; D
& dominus Iesus dicit in Euangelio: Vos amici mei Ioan. 15.
estis,si feceritis quæ ego præcipio vobis, Iam nõ dicam
vos seruos. Mandatur ergo vt amico, mandatur vt ei
qui valida charitate,sobrio cõsilio ea quæ mãdata sunt
exequatur. Nec fefellit dominũ iudiciũ suum,impleuit
iustus vniuersa,nõ partẽ,sed vniuersa quę mãdata sunt
ei:& ideo scripturæ diuinæ accepit testimoniũ. Nec su-
perfluũ putes quia simul posuit dominũ & deum. Nã
& deus in dño, & dominus in deo, sed vt patris & filii
intelligas cõmune præceptũ. Aliqui tñ ante nos sic in-
terpretati sunt,eo quod dñm & deũ dicẽdo hoc loco,&
vindicaturi & ignoscituri geminã expressent potesta-
tem. Et quia hic vindicat prius in peccatores, ideo ante
dominũ dixerit:qm̃ vero postea,vt iusti seminariũ pro-
pagaretur,ĩdulget,ideo deũ postea nomĩauerit. Deniq;
facturus mundum,deus dicitur. In principio fecit deus
cælum & terram. Et dixit deus, Fiat lux.

Qualiter sit considerãdum quod sexcẽtesimo anno
Noe,vicesima & septima mensis factum sit diluuium.
Et queãdmodum omnes fontes rupti dicantur,ac cata
ractæ cæli apertæ tam secundum literalem q̃ etiam al-
tiorem intellectum. Caput XIIII.

EST etiam illa non perfunctoria consideratio,
quod sexcẽtesimo anno Noe,vicesima & se- E
ptima mẽsis sit diluuium. Secũdum mẽsem
verni esse tẽporis nõ ambigitur,quãdo augẽ
tur nascentia,ager parturit,terrarũ pariter atq; animã-
tium fœtura se fundit. Tunc ergo fecit diluuium,quã-
do dolor eorũ maior foret qui in sua abundantia punie-
bantur,tunc vltio terribilior,tanq̃ dicentis dei: Ecce oĩa
secũdum liberalitatis diuinæ prouidentię gratiã diues
natura generauit,omnia in vsum hominũ germinauit
terra fœcundior,segetes spectantur,tritico & hordeo cã-
pi replentur,comæ arborũ venturi fructus floribus ve-
stiuntur: nõ deest terra obsequiis suis,nõ bestiæ desunt
muneribus suis,quę solennes soluũtur in partus,vt ho-
mini nihil desit: homo solus partubus suis deest,nescit
autorẽ suum,a quo ei oĩa ministrantur,negligit condi-
torẽ. Despicit homo remuneratorẽ suum,cũ deus opus
suum nõ despexerit. Pereant cũ homine oĩa, ꝓpter quẽ
nata sunt oĩa. In suis diuitiis consumatur homo,cũ sua
dote moriatur. Nihil ante hominẽ terra deliquerat,nul
lis errauit in fructibus: in homine solo se degenerasse co
gnoscit,spinas & tribulos ꝓ fructibus ferens. Quod so-
lum munus admirabile est,principale mentis interiit.
Cur igitur oĩa illa seruantur? Ideo nõ post collectos fru
ctus infunditur aqua,ne beneficiũ magis,q̃ diluuiũ ter-
ra sentiret. Deniq; verno apud Ęgyptios tempore, sed F
mense diuerso, Nilus exundat, vt iaciendis seminibus
terra mollescat,& blandiore sinu, clementiore gremio
semina missa suscipiatur. Quod autẽ sexcẽtesimo Noe
anno sit diluuiũ illud,videtur ostendere quia sexto die
Adam creatus est. Idem numerus est, par & in autore
& in reparatore seruatur,quia fons sexagesimi & sexcẽ
tesimi,sextus est numerus. Idem autẽ & primus & se-
ptimus mẽsis dicitur. Sed magis primũ obseruare de-
bemus,quod post diluuiũ verno tẽpore colendorũ cura
reparetur agrorũ,& placidi atq; vberis soli incipiat fœ-
tura procedere. Quo significatur nunq̃ deum eo nume-
ro vel tẽpore interitum hominũ fuisse facturũ,quo fecit
exordium,nisi ĩmanibus delictis esset offensus. Simul
veniam tẽporis & numeri ratio promittit,quod etiam
iratus admoneatur tam pręcedẽtibus causis beneficio-
rum suorũ,vt non penitus deleat eorũ substantiã,quos
ipse donauit. Et rupti sunt omnes fontes Abyssi,& ca-
taractę cęli apertę sunt. Vim diluuii conuenienter scri-
ptura expressit,dicens cęlum & terrã pariter esse cõmo-
ta:e quibus elementis constat istius mundi omne prin-

Gcipium. Vndiq; ergo influentibus aquarū molibus cōclusum genus hominū perurgetur. Hæc secūdum literam. Quod autē ad altiorē pertinet sensum, cæli symbolo mens humana significatur: terræ autē appellatione corpus & sensus. Magna igitur naufragia, quando mētis pariter & corporis sensuūq; omniū turbo & procella miscētur. Diligēter dicta pensemus. Plerūq; fraus mentis & dolus suum exercent venenum: sed tamē sobrietas corporis & continētia obūbrant mentis improbitatem. Frequēter incerto fidei atq; opinionis suę mēs lubrica est, sed tamen caro deliciis & luxuriæ vacat, vt fragilitas errorem mentis excusет: sicut multi sunt hæreticorū qui prætendere volunt corporis continētiam, vt assertionis suæ fidē testimonio sobriæ carnis acquirant: etsi sensu lubrici, tamē quo minus turpes, aliquāto excusabiliores habentur. Cum autem venena mētis, & cōtagia corporeæ obscœnitatis, sensum omnē virorēq; cōfundunt, atq; animus incerto lubricus motu, malitiæ fœdus atramēto, crudelitatis furore succēsus, etiā corporalibus flagitiis incitatur, auarus quoq; affectus impatiens mediocriū facultatū, luxurię cupiditate, effunden diq; libidine præcipitatur in facinus appetendæ salutis alienæ: tunc magnū est diluuium oībus pariter ingruētibus passionibus: tunc se insipientia, iniustitia, temeritas, improbitas, perfidia, de superiori parte tanq; cataH ractæ mentis videntur effundere. Inde erūpunt de corporis fonte terreni libido, temulētia, luxuria, postremo diuersorū criminū prolapsiones, quæ penitus & corporis robur & vigorem mentis effœminant.

Cur dominus a foris arcā clausisse dicatur: Et quomodo exūdante aqua arca ferebatur sup flumina aquarū, quę. xv. cubitis sup montes excelsos eminebāt, iuxta literalem & allegoricā interpretationē. Caput. XV.

ET clausit dominus a foris arcā. Sermo manifestus est secūdum literā. Claudenda fuit arca, & tuto sepienda mumimine, ne eā vaga diluuii fluenta penetrarent. Altioris quoq; sensus nō incongrua interpretatio, si corpus humanum (cui arca hæc quæ describitur figuratur) septum coro indicem? a frigore æstuq; defendi, quod artifex deus ad omniū membrorū protectionē naturalibus vestiuit exuuiis, & quodam circūfuso induit operimēto, vt neq; frigore cōgelascat, nec æstiuo calore soluatur. Exundauit igitur aqua, et leuauit arcam, & ferebatur super summū aquarum. Non immerito exundauit aqua, quādo cæli cataractę apertę sunt, & de terra rupti sunt fontes aquaI rum & flumina. Quod magna emphasi dictū est. Vbi enī eruptio, ibi irreuocabilis effusio fit necesse est. Nec retineri facilis ingentiū prolapsio fluentorū. Manifestū est igitur quod scriptū est. Verū si altius spectādum putes, caro nostra diuersis agitatur fluctibus, & freti modo fluctuat passionibus, quibus huc atq; illuc tanq; super vndas molestiarū suarū nunc fame, nunc siti, nunc cupiditate, nunc gaudio, nūc dolore iactatur. Illud quoq; nō prætermittēdum arbitror, quia scriptura non præteriit quantis nūero cubitis aqua super terrā fuerit. Quindecim enī cubitis super excelsos montes aquā fuisse dixit. Simplex itaq; intellectus patet. Allegoria autē quinq; sensus cōplectitur, qui sunt in corpore nostro velut excelsi montes, qui hanc carnem passionū obumbrant, & plerunq; incursantur bestiis, & exagitātur cōdēsa & opaca eorū. Vnde dīs per nationū credentiū fidem veniens ad Ecclesiam suam, venit a libano, sicut habent Canti-
Canti. 4. ca canticorū. Ita enī legimus: Ades huca Libano sponsa, ades huca Libano. Transibis & pertransibis a principio fidei, a cubilibus leonū, & mōtibus pardorū. quod gentiles populi, qui velut bestialiū passionū graues patiebantur incursus, nūc altitudine fidei, & sublimitate deuotiōis meant. Per hos igitur montes Christus advenit, cōprimens Euangelicis disputationibus feroces k corporis motus, atq; illam altitudinē cordis, & se extollentem superbiā obedientia & humilitate sui destruēs: meritoq; fructus māsuetudinis ferre cœperūt, quos ante grauiū diluuia passionū subruēbant. De numero autem cubitorū sic quidam ante nos æstimauerunt, quod quinq; sensus triplicem collectionē habeant, eo quod visus visibile videt, & auditus audibile audit, & odoratus odorabile odoratur, & gust? gustabile gustat, & tactus quod tangendi substantiæ subiacet, tangit. Ideo quinq; sensus tripliciter æstimati sunt: vel secūdum illud: Scri- Prou. 22.
be tibi tripliciter. Ego tamē commodius puto illud, vt sensus terreni hominis atq; animalis & spiritalis accipiam, quos illa diluuii fluenta transcenderint. Merito mortua est omnis caro quę mouebatur, Quod & secūdum literā liquet, & proprie ac naturaliter carnis corruptelam indicio procellosæ cōmotionis expressit. Cōmotio enim vitiosa non est nisi per affectus corruptionem. Mouet enī voluptates caro, & ipsa voluptatibus cōmouetur. Talis autē cōmotio corruptelā creat. Causa autē corruptele, commotio istius mundi est, per quā anima vniuscuiusq; degenerat. Cum enim vitiosæ passiones mentē mouent, corruptela generatur: cui excitāt studia virtutū, disciplinæ profectus est. Omnis igitur qui erat L
in arida, mortuus est. Nec enī poterant nō mori quos tanti diluuii vnda dimerserat. Hoc secūdum scriptū seriemq; verborū. Cæterū si allegoriam queras, nō dubiū est quia exēplum ligni aridioris, quod simul vt lambere cœperit ignis exurit: ita anima nisi diuersarū humescat rore virtutū, poculo quodā irrigata sapientiæ, & fonte iustitię, atq; irriguo castitatis, tanq; arefacta radice vitali, cupiditatū deflagrata incendio, vel profluuio carnis illisa procūbit. Vnde semp epulari debet anim? bonorum operū cogitationes, vt prudentiæ succo inebriata pinguescat, quo nō facile diluuii corporalis cedat iniuriæ, atq; arida incuriæ siti euirata moriatur. Ideoq; nos admonet dīs a fonte sapientiæ nō recedere, pocula virtutis haurire, ne quis sole iniquitatis arescat, & pcellam persecutionis sustinere nō possit. Scriptū est enī: Quod Luce. 23.
si humido hoc faciunt, in arido quid fiet?

De euidēti explanatione & allegoria eius quod scribitur: Deleuit deus omne quod erat super faciem terrę. Quare etiā scriptura dicat: Memor fuit domin? Noe, & bestiarum, & iumentorū: & non fecerit mentionem de mitioribus quę post hominem sunt, sed fortioribus. M
Qualisq; fuerit spiritus quem induxit dominus super terram vt cessarent aquæ. Caput XVI.

DELEVIT, inquit, deus oīe quod erat super faciē terræ. Scripti euidens explanatio. Allegoria autē expositā nobis declarat sup-
biam, quæ se extollit in hac terrena fragilię substantia, & immemor diuinorū, humana despiciens, ipsum arrogantis viri habitum incessumq; deformat: quales describit Esaias Iudææ filias oculorū micantes nutibus, & alta se ceruice iactantes. Sunt enī huiusmodi erigētes supercilia, inflato corde, elato pectore, cerui-
ce resupina, qui solum quidē vestigiis pedum perstringant, toto autem se librent corpore, & inani suspendant examine, in priora gressu procedant, ad posteriora verticem reclinantes, cęlum spectent, terrā autē fastidiant, tanquā cerucis dolore suffixi, vt eam inclinare nō possint. Hos igitur deleuit de libro vitę deus dicēs: Omnis Luce. 14.
qui se exaltat, humiliabitur: nec īter merita sanctorū cōmentis adhærere facit cælestibus. Omnibus igitur qui extra arcam fuerunt interemptis, derelictus est Noe solus in arca cū iis qui cū ipso erāt. Nō indiget interpretatione sermo simplicior. Cōcurrit intellectus cum litera. Altior autē & interior significatio demonstrat iustum virum amatorēq; sapientiæ tanquā arborē fructuosam

A internecatis quę escam eius solebant arrodere, comam obumbrare, coartare processus ramorum, velut exortem irrationabilium passionum solum remāsisse cum suis. Sui autem sunt puræ animi disceptationes quæ virtuti adhæreant. Et bene addidit in arca remansisse, quasi vix credibile amputatis corporalib? passionibus videretur eum adhuc versari in corpore: quod licet iam terrenis careret cōtagiis, incorruptam licet, corporis tamen adhuc substātiam reseruabat, & velut incorporeus corpore superferebatur diluuio, non absorbebatur, corpus quidē gerens quasi in arcæ positus interno, sed qui corpus ipsum insuperabilis passionibus quasi incorporeus in medio tātorum motuum gubernaret. Memor fuit dominus Noe, & bestiarum, & iumentorum, vt inquit scriptura diuina. Mouentur pleriq; qua causa non dixerit scriptor quod etiam vxoris & filiorū Noe memor fuit dominus, cum bestiarū & iumentorum fuerit memor. Sed cum dixerit quod Noe memor fuerit, in autore & præsule domus necessitates eius reliquas cōprehēdit. Simul exprimi videtur quidam reliquarum consensus necessitudinum. Etenim cum omnes inuicem sibi chari sunt, vna est domus: cum autem discrepant, separantur & scinduntur in plures domos. Vbi ergo charitas, ibi senioris nomine de quo pendent cæB teri, domus omnis significatur: vt si quis arborem dicat, etiam fructus qui in ea sunt, pariter vno atq; eodem sermone complectitur. Nec illud ociosum quod primo dixit quia memor fuit deus Noe, deinde bestiarū, post ea iumētorum, hoc est, cur nō animantia quæ mitiora sunt, post hominem nominauit, sed fortiora. In q̄ videtur illa esse ratio, vt ea quæ fortiora erant, vtriusq; partis vicinitate manifesterent. Quod videtur etiā in illo
Iliad. Δ. versu poetico declarari. Κακοὺς δ' ἐς μέσσον ἔλασσεν. Hinc enim etiā poeta vsurpauit, vt dispositionē dimicaturi ita ordinaret exercitus, quo inferiores collocaret in medio, quo magis hinc inde a fortioribus iuuarētur, & dimicationem vtriusq; partis assumerent. In his scripti series manifestatur. Altiore autē sensu certum est quod iustus in medio habet, non in parte cogitationes cordis sui: & quoad carpit hanc vitā, habeat necesse est in corpore tanquā in illa arca bestias graues. Nulla enī mens est, nulla anima quæ nō recipiat etiam malarum motus agrestes cogitationū. Itaq; insipientis anima ferinos acuit motus, atq; adolet venena serpētum, sapientis autē vigor mitigat & coercet. Et induxit dīs spm̄ super terram, & cessauit aqua. Non puto hoc ita dictū, vt spiritus nomine ventum accipiamus. Neq; enī ventus poterat siccare diluuium. Alioquin cum mare ventis exagitetur quotidie, exinaniretur profecto. Nā quoC modo non euacuaretur mare ventorum vi, cui cessisset toto diffusum orbe diluuiū, vsq; ad Herculis, vt aiunt, columnas, & mare magnum tectis montium excelsorum verticibus exæstuans? Spiritus igitur virtute inuisibili diluuium illud repressum esse nō dubiū est, cæPsal. 103. lesti operatione, nō flatu. Vnde scriptū est: Omnia a te expectant vt des illis cibum in tēpore: aperiente te manum tuam, omnia implebūtur bonitate. Auferes spiritum eorū, & deficient, & in puluerē suum cōuertentur. Emittes spiritū tuum, et creabūtur, & renouabis faciē terræ. Est ergo spirit? cuius operationi cedere vniuersa videantur, in quo cæli ipsius virtus sit, sicut scriptū est:
Psal. 32. Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius oīs virtus eorū. qui spirit? est creator vniuersorū, sicut etiā Iob dicit: Spiritus diuinus qui fecit me.

Quid sit quod ait scriptura: Clausi sunt fontes aquarum, & cataractæ cœli. Et de comprehensione loci illius vbi dicitur: Et sedit arca septimo mense septima & vicesima mensis. Et quid sit ostium arcę quod iustus aperuit vt emitteret coruum non reuersurum.
Caput XVII.

NVNC consideremus quid sit quod ait scriD ptura diuina: Clausi sunt fontes aquarū, & cataractæ cæli, vt vndiq; influentibus aquis terra inundaretur. Debuerāt claudi ea ex quib? diluuii origo manauit, vt eius ſciperet esse defectus. Hoc litera sonat. Subtilior autem interpretatio exprimit, eo quod diluuium animæ vitio mentis & luxuriæ corporalis influxerat, vt malitia passiōi, passio malitiæ misceretur: ingrediēte medico dei verbo ad visitationem animæ quæ diutina ægritudine laborabat, disceptationum improbitate, & passionū acerbitate, prius debuerunt causæ ægritudinis amputari. Principium enim medicinæ est causas languoris incidere, ne diutius ea quæ nocent, ad incrementū ægritudinis ministrentur. Quod nos etiam
Luce. 1 5. lex docet. Cum enim steterit lepra, vt iam non diffundatur, tunc ait mundam esse lepræ stationem quādam & mansionē. Quicquid enim præter naturam mouetur, immūdum est. Hæc igitur est animæ sanitas, hæc salubritas mentis, vt affluentia cesset erroris, sistatur culpa ne serpat. Cessante incentiuo culpæ atq; delicti, salus tuta est, atq; inoffensus vigor animæ se refundit. Et
E sedit, inquit, arca septimo mense, septima & vicesima mensis. Nisi diligenter intendas, etiā secūdum literam difficilis loci istius comprehensio. Et primū omniū cauendum ne quem septimi mensis repetitio crebra perturbet. Sic enim scriptum est, sexcētesimo anno, secundum Hebraicam veritatem, mense vero septimo, septima & vicesima mensis cœpisse diluuium, centum quin quaginta diebus finisse infusionem aquarum, sedisse arcam in monte septimo mense, septima & vicesima mēsis: postea minui cœpisse aquas, misericordia dei cētum quinquaginta diebus diminutionem aquarum factam, postea apparuisse capita montium: deinde post quadraginta dies aperuisse ostium arcę sanctū Noe, dimissum coruum non reuertisse, dimissam columbam reuertisse vacuam, iterū dimissam reuertisse cū ramo oliuæ, tertio post septem dies dimissam nō reuertisse, tunc aduertisse Noe quod aqua omnis recessisset: ac sic annus conclusus ostēditur septimo mēse, septima & vicesima mēsis. Ac sic annus cōclusus ostēditur sexcētesimo primo anno Noe, in secūdo anno, septima & vicesima mēsis. Quod igitur ad explanationē apertā pertinet, eodem mense atq; eodē die restituitur æqualitas terræ post diluuiū, quo corrupta est incipiēte ifusione diluuii. Veris enī tēpore oīs ager viret, & terra parturit fructus. Tunc incipiūt gēmare arbores, germinare fructus. Diuitē ergo reformauit dīs & restituit qualitatē. Mense igitur F secūdo, hoc est Aprili, (primus enī mēsis Martius est, quo habet iustus natalem, qñ noctiū dierūq; æqualitas æstimatur) hoc est octauo, vt Romani putāt, vel vt alii quinto kalen. Aprił, mense inquā secūdo, hoc est Aprili, septima & vicesima mensis cœpit diluuium. Verigitur initium anni estimatur nō secūdum vsum tēporis, sed secūdum naturę prerogatiuā, vt quia tunc spes anni inchoat, & incipit se fructus ostēdere, tunc videatur anni esse principiū. Septimus autem mensis secūdum numerum is qui septēber dicitur computatur: quia etsi a septembri mense annus videatur incipere, sicut indictionum præsentium vsus ostendit, tunc enim seminū iactus: vere tamen ex quo plenior gratia se incipit demonstrare, ex eo anni origo subducitur: & ideo qui alia ratione primus putatur, diuersa estimatione septimus habetur. Tunc ergo sedit arca, hoc est in mēse septimo, septima vicesima mensis super montē quadrati. Exillo minui diluuiū cœpit. Similiter considera quia eisdē numeris quibus aliqua incipiunt, reſoluūtur: vt diluuium cœpit secundo mense anni, septima & vicesima mensis: centū quinquaginta diebus influxit diluuiū, centū quin-

G quaginta diebus aliis cessit diluuiū: quadragita diebus nimia vis cęlestis imbre & fontiū eruptione exęstuauit, quadraginta diebus aliis exactis visa sunt capita montium: undecimo mēse, primo die mensis dimisit coruū sanctus Noe. ita constat eodem numero quo cumulatum est, diluuium esse imminutum. Vnde docet nos scriptura ordinem esse seruandum. Quod autem ostiū sit arcæ quod aperuit iustus, secūdum corporis rationē supra dictum est. Secundum altiorem autem interpretationem illud dicendum videtur, quod corporis sensus velut ostiorum similes habentur. Per hos enī tanq̄ per ostia ingreditur in nostram mētem velut quædam sensibilium comprehensio. Ergo mens nostra per hos sensus respicere videtur, & maxime per visionem, quę omnibus sensibus prętstabilior ęstimatur, quia domestica est luminis: & per eam aspicientes cælū, terrā, maria, solē quoq; lunā, & stellas quib⁹ axis ornatur, intelligimus deū esse operatorē mundi atq; rectorem, nec sine autore deo tantorūq; operum cōditore hæc potuisse fieri credimus, aut posse consistere. Per hanc igitur fenestram corium primū iustus emisit. Quærenda causa, nec tamen latet quantū ad literam pertinet: quia plerię quasi annūcium futurorū coruum æstimant, & voces eius obseruant, volatusq; rimantur. Sensus autem
H altior significat quod omnis iustus quādo mundare se incipit: quę tenebrosa sunt & immūda & temeraria, primo a se repellit. Siquidē omnis impudentia atq; culpa tenebrosa est, & mortuis pascitur sicut coruus. Lumini autē vicina virtus, quę mentis puritate & simplicitate resplendet. Et ideo tanquā emittitur & fugatur culpa, & seperatur ab innocētia, vt nihil remaneat in viri iusti mente tenebrosum. Deniq; egressus coruus nō reuertitur ad iustū, quia fugitans culpa omnis æquitatis, nec probitati videtur & iustitiæ conuenire. Deniq; euasisse se credit iniustus tanquā de vinculis, cū iustus ab eius se consortio separauerit, diluuii cuiusdam & corruptelę familiaris, vt coruus, qui cū siccitatē terrę nusquā inuenerit, nō reuersus est, sed remansit. Considerādum etiā quare non regressum dixerit coruū donec siccaret aqua a terra, quasi vero postea sit regressus. Sed hæc locutio familiaris est scripturæ diuinę. Siquidē & in Euange-
Mat.1. lio habes scriptū de sancta Maria quod nō cognouerit eā Ioseph donec peperit filiū, cū vtiq; nec postea cognouerit. Deinde quæ est locutio ista vt diceret, donec siccaret aqua a terra, nō terra ab aqua. Et quidem vsus loquendi etiā hoc habere consueuit. Tamē nonnulli ante nos ęstimauerūt, eo quod immoderata quędā videatur vis exprimi passionū hac locutiōe verborū, quia turbi-
I dis passionibus ac procellosis consumatur anima: deficientibus autem & velut arescētibus virtutē resumat. Nō redit igitur culpæ species in animā iusti, quasi siccā & mortuā derelinquēs, & cui iam nocere nō possit.

Quid sibi portendat quod post coruum non reuersum columba dimissa dicitur, quodq; Noe extendens manum susceperit eam, & ad se introduxerit. Quodq; septem aliis diebus tenuerit columbam, & iterum eam emiserit. Caput XVIII.

NEC illud vacuum, quod postea columba dimittitur. Malitiā etenim simplicitas, & culpam virtus resoluit. Malitia igitur amat diluuium, consortium iustæ mētis refugit, & quasi desolata, & sine aliqua statione remanet, nullam habens cū virtute cōmunionem. Virtus autem redit, amans iustorū consortia, & largiendæ familiarior vtilitati, quæ cōferat salutaria, & cauenda ea quæ sunt nocitura cōmoneat: sicut columba dimissa cū videret cessasse aquā, reuersa est tanquā plena iustitiæ, vt ei a quo missa fuerat, nūciaret qđ adhuc cauere deberet, atq; expectando fructu meliore postea potiretur. Quod autē columba nō inueniens requiē sua regreditur ad eū, ma
K nifestū indiciū dedit per huiusmodi aues, quātū interfit inter malitia & virtutē exprimi. Siquidē coruus ante dimissus, cū aliquāto videretur amplius exundare diluuiū, visus est locū inuenisse residēdi. Et certe nō est huiusmodi coruus vt aliæ aues, quæ in aquis cōuersationem habere cōsuerunt. Cū ergo coruus vbi remaneret inuenisse videatur: colūba aūt nō inuenerit: euidēs ratio est altiore interpretatione signari quia malitia inquietis passionibus & cupiditatib⁹, quibus corrūpitur anima, se miscere cōsueuit, & quasi cognatis & domesticis delectatur, ibiq; cōmorationē suā locat: virtus autē prima statim specie visionis offensa, regredi festinauit ad mētē animāq; iusti, quod illic diuersoriū sibi tutissimū sit locatū: eo quod alibi tanq̄ colūba, ita huiusmodi virtus stationē tutissimā inuenire nō possit. Tarde enim inter astutias istius mūdi & secularių fluctus cupiditatū portū solet inuenire simplicitas. Itaq; sicut iustitia, velut visendi gratia pgressa paulisper, ad mētē optimā redire festinat, nec lōgius discedit a iusto: ita etiā iustus & studiosus virtutis vbi virtutē appropinquare nouerit, gremiū suę mētis expādit. Quid enī sibi vult quod vir studiosus virtutis Noe extēdēs manū suscepit eā, & introduxit ad se? Quod & secūdū literā planū videtur: nō tamen facile colligas, nisi viri sapiētis tibi nota sit cōsuetudo, qui velut speculatrice virtute vtitur, & ei explanādorū negociorū gerēdorūq; prerogatiuā quādā
L videtur cōmittere. Ea ergo virtus expēdit naturas, vt si qua earū sibi videtur cōmittere profectū, ei possit adiungere. Cōmunis enim quędā est bonitas sapientię, & liberalis & large vtilitatis: ita vt quas morigeras sibi cernit, associet: vbi autē proposito suo viderit aliquorū recalcitrare naturā, velut ad hospitiū familiare sibi reuolat & recurrit: quā sapiēs & industrius tāquā manu quadā mentis festinat excipere, omne cor aperiens suū, quo etiā eā absentē tenebat. Nunq̄ enim potest sapiens exors esse, pprię virtutis. Quid pręterea sibi velit quod tenuit septē dieb⁹ aliis colūbā, & iterū emisit eā, nisi vt aduertas quod bonū sapiētis optimūq; propositū sęper sibi etiā alios adiungere studet, errātes emēdare, corrigere vagātes? Si quē in principio resilire cōspexerit, tamen cōmutādi eius & corrigēdi non desperet profectū. Sicut enim bonus medicus etsi tępus medicinę nō sit, tamē visitationis speculā ante prēmittit, deinde nō negligit iuste expectationis excubias, & paulisper passionibus cedēs operitur facultatē medēdi que fuerit oblata, suū nō intermittit officiū: ita ergo & sapiens verbis M
ad disputationibus, tanq̄ medicus medicamētis, cōtrarias curare desiderat passiones. Et quia in omnib⁹ remedio diuini fauoris vtēdum est, ideo septē expectauit dies, quibus mundus omnis describitur absolutus, & operatori requies ministrata, vt ex illo autore omniū sumeretur disciplina operationis humanæ.

Cur columba dicatur ad vesperum esse regressa cū ramo oliuæ in ore. Et vnde cognouerit Noe aquas defecisse. Et de columba tertio post dies septem emissa, quæ tamen non regrediebatur. Caput. XIX.

REGRESSA est igitur colūba ad vesperū habēs foliū oleæ & ramū in ore suo. Nō ociosę posuit & vesperā, & regressam, & habentē foliū oleæ & ramū in ore suo, vt nō fu
gitantē virtutē arbitreris profect⁹ futuri, si quos possit acquirere, neq; rursus tanq̄ sine lumine eā fuisse cognoscas, & quibusdā tenebris occultam, sed diurno cādore fulgentē expectasse vsq; ad occasum diei, & sic ad eū regressam, apud quē etiā vesperi tenebras haberē nō posset. Foliū quoq; quod secum detulit etsi breue illud foliū detulisse videatur, spem eorum quos sui pœniteret erroris, etsi nō magnam, aliquam tamen significauit.

A Folium enim sine virgulto esse nō poterat. Ergo quasi germinantis corruptionis, licet non magnū, aliquod tamen vexit insigne & folium oleæ, in qua arbore oliua generatur, ex qua oleū conficitur, quo materiale hoc lumen fouetur, & tenebrarū fugatur obscuritas. Quid autem magis q̄ lumen familiare virtuti est? Foliū ergo & ramul⁹ insigne est correptionis, correptio autem quasi radicem sui pœnitentiam habet, quæ pœnitentia non potest in turbidis, sed in iis qui spiritalem iam sermonem acceperint, germinare. In ore quoq; nō frustra ramulus oleæ videtur esse delatus, eo quod virtus & sapientia in sermone sui habeat claritatem, & ipsa statim specie lumen eius effulgeat, maxime cum pacifica loquitur, quoniam hunc quoq; ramulum petentes preferre consueuerunt. Tulit ramulum, eo quod simplicitas puritate ac synceritate semina quędam auribus nostris vtilitatis infundit, & bonæ doctrinā virtutis, & ad, iustitiam prouocat, & inuitat ad præmium bonæ sibi cō
missum disciplinæ, aut gerendæ pœnitentiæ, & sequēdæ cōuersationis cupiditatem incitat peccatori. Vnde & præterea cognouerit sanctus Noe quia defecerit aqua a terra, sicut scriptum est, considerādū videtur. Primo omnium secundum literam, quia potuit intelligere vtrum siccum an humidū folium esset allatū. Deinde quia non est huiusmodi colūba, vt possit fructus la-
B tentes sub aqua eruere. Sed vtrum illud folium ante diluuium fuerit exortum, an tēpore diluuii, contuendum est tibi. Si ante diluuium, vir iustus gaudens est fructū de veteri semine aliquem reseruatum, & inde collegit misericordiæ insigne diuinæ, quod iam diluuiū remouisset, quæ fructum demonstraret, cui nō potuissent nocere diluuia. Si diluuii tempore natum est folium, aduertit itaq; iustus noua semina misericordiæ fructificasse cælestis, vt radices arborum viuerēt, & quasi resumpta anima fœtus germinarent vetustos, atq; in assue-
C tos partus redirent, quorum indiciū præmissa folia demonstrarent. Sed hoc alta potius interpretatione colle git, quia domin⁹ deus noster quāuis arcerbis iniquitatis nostræ offensus sit erroribus, tamen antiquæ nobis prosapiæ, patriæq; virtutis semen aliquod vel exiguū reseruaret, ne penitus operis & creaturæ suæ omne circa humanū genus amputaretur insigne. Vnde & Esaias
Esai.1. ait: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semē, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes essemus. in alterius nomine ciuitatis exprimens cæcitatis indicium, in alterius sterilitatem. Ita enim lingua patria Chaldæi nuncupatūt Sodomam & Gomorram, cæcitatem & sterilitatē significantes. Meritoq; dominus in huiusmodi specie ciuitatum amputauit magis humana vitia, q̄ puniendos homines indicauit. Tertio dimittitur colūba post septem dies, atq; eadem non regreditur. Vnde cōsideremus ne id quod supra diximus, inueniatur esse cōtrarium. Si verbo quidem columba, opere autem virtus non reuertitur ad iustum, ergo destitutus est iustus & defraudatus munere suo? Nequaquam. Nunquam enim vir huiusmodi a virtute disiungitur, nec cum ex ore emittit iustitiam, disputationēq; alterius virtutis inducit, virtute se exuit, & imitanda aliis equitate dispoliat, sed vice solis alios illuminat, cū radios suæ lucis emittit. Ignis nēpe calefacit appropinquantes, ita vt calorem naturæ suæ ipse possideat. Nūquid deficit lux diei cum totum mundū illuminat claritate? Habet inoffensum cursum suum, illibatāq; naturam. Sic & ista in colūbæ specie virtus, cum adhuc ferueret diluuium, secundum autē tamen in terris, secūdum virtutem in hominum passionibus: reuertitur ad iustum, quia in iniquorum pectoribus virtus vt posset hærere, nō potuerat inuenire. Et ideo in illo secūdo diuersorio sui regrediens, hæret atq; requiescit. At vero vbi deferbuerint diluuia passionum, & auditi verbi, cōpertæq; doctrinæ plurimi studuerint esse cōsortes, iam non vnius patrimonium, sed cōmune bonum esse inci- D
pit disciplina virtutis, & tanquā sapientiæ poculū hauritur a plurimis, qui ante sitientes biberenoluerunt: sicut nunc feruēt diluuia in pectoribus Iudæorum, & cū aqua cælestis doctrinæ exundet, potusq; exuberet, non putant esse potādum. Euangelium legitur, virtus exit de sermone cælesti, tractat sacerdos in Ecclesia. Sed ne forte intra arcam solus positus non possit audiri, interdum & egressus ecclesiam, vbi Iudęus occurrerit, monet, exemplum affert cælestium scripturarū. Claudunt aures, ne vel inuitos fons abluat, & verbi dominici humor aspergat. Si qui vero crediderint, currunt ad fontē, doctrinam expetunt, insinuari sibi Euangelium concupiscunt, nec satiantur assiduitate potādi. Ita fonte sapiētiæ certatim repleri desiderant, quē ante fugere gestiebant. Quem fontem? Audi dicēte: Si quis sitit, veniat Ioan.7.
ad me, & bibat. Qui credit i me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Quid sibi velit illa adiectio quod scriptura alia die aquam minutam, alia siccatam terram commemorat. Quomodo etiam Noe tectum arcæ denudauerit. Et quod ait primum mensem vel secundum. Caput XX.

IN PRIMO & sexcētesimo anno Noe pri- E
mo die mensis imminutā aquam dicit a facie terræ, in secūdo autem mense septima & vicesima die mensis siccatam terram esse cōmemorat. Quid sibi vult illa adiectio de aquæ imminutione, cum supputata ratio superior annum conclusisse videatur, qui animus a secundo mense incipit, & in secundum mensem anni alterius vsq; progreditur? Nisi forte hic iusti formam declaratam velimus accipere, vt primus annus is fuerit quo cœpit diluuiū, post sexcētesimum scilicet annus primus, primus iterum annus & primus mēsis post sexcentesimum annum, quando imminuta est aqua a facie terræ: eo qđ iustus in peccatorū generatione, quæ ppter delicta deleta est, virtute primus erat, & in secunda generatione, quæ cœpit post diluuium, eo ordine, quia primus secundæ generationis fuit, & merito primus euaserat. Recte enim ei honor defertur, qui & primæ generationis primus fuit, & posterioris principium, qui meruerit & de illa euadere, & isti ad seminarium propagari. Cum enim alii deper- F
issent, solus vitæ egregiæ merito, & prærogatiua virtutis apud deum dines, non est expertus malitiæ corruptelam, per quem factum est ne totum corpus generis humani vel abolitum videretur in terris, vel a dei absciscum gra relinqueretur. Et denudauit, inquit, Noe tectum arcę. Cum arcam, sicut supra interpretati sumus, pro specie corporis acceperimus, quid sit denudari corpus intelligamus, secundum altiorem scilicet sensum. Cæterum liquet quemadmodum arca potuerit aperiri secundū literā. Quod igitur tectum humani corporis sit quod claudum in diluuio fuit, nisi forte delectationem accipiamus, quæ operiebat corpus nostrū, & quasi tegebat per illū Adæ errorem? Et eo maxime tectis similis æstimatur, quia sensus omnis i capite, inde delectatio, quę corpus omne subiectum habebat. Sed vbi mēs iusti viri sobria atq; integra a corruptione diluuii, diuinæ cognitionis inflammata desiderio exilire atq; euolare voluit in superiora, detexit oia quæ erāt impedimenta, & speciem voluptatis, quæ quodam operimēto cæteras tegebat partes corporis, red operuit ac retexit, vt non solum corpus a seruitio dominatricis ignobilis liberaret, verūetiam ea quæ erant incorporalia cōprehenderet. Quæ enim non videntur, æterna sunt. Et ideo iustus quē non videbat dominum requirebat, corruptelæ exors, cupidus æternitatis. Quod autem ait primum mensem vel secundū, cuiq; esse verni tem-
L

Exodi.12. poris diem, habes & alibi dictum: Hic mensis primus
G erit vobis in dieb⁹ anni. Qui enī in gratia primus post
periculum, hic recte prærogatiuam primi mensis accepit. Ne te autem moueat quod diximus supra solium in ramo repertum post diluuium potuisse generari: etsi sub aqua plerunq; hærbæ soleāt germinare, tamen vt scrupulus omnis tollatur, quid magnum si deo iubēte vno die, quo imminuta fuerit aqua, statim germinauit & terra, cui idem fit fructuum reparator & cōditor, atq; operis sui vsum non fuerit oblitus? Deniq; habes & in Genesi, statim quod iusserit vt terra herbā pabuli germinaret, & lignum fructiferum cum fructu suo, & stati eiecit terra hærbam pabuli, habentē semen secundum genus suum, & lignum fructiferū: & ille dies vnus fuerit, quo hęc deus iussit aut fecit. Ergo beneficii sui deus nō immemor, memor autem nostræ iniquitatis, opus suum eiusdem qua cœpit tēporis quantitate reparauit.

Quare Noe nō sua sponte exiuerit arcam, sed expectauerit oraculum diuinum, quo sibi dicebatur: Exi de arca tu & vxor tua: & filii tui. Et quare in ingressu ordinis delectus fuerit habitus, vt primo ipse & filii, deinH de vxores ingrederentur: in egressu autē id cōmutatū sit, vt fœminæ cum viris exirent. Caput XXI.

EXT dixit dominus deus ad Noe: Exi de arca tu & vxor tua & filii tui. Itaq; recedēte aqua & siccata terra exire potuit Noe de arca. Sed iustus nihil sibi arrogat, sed totum se diuino cōmittit imperio. Et maxime qui cælesti fuerat ingressus oraculo, cæleste debuit vt egrederetur expectare responsum. Verecunda enim iustitia est, quia inuerecūda iniquitas, quæ vsurpat indebita, nec reuereretur autorem. Nunc quæramus qua ratione quandiu ingrediebātur in arcam, hic ordo fuit ingredientium, vt primo ipse ingrederetur & filii eius, inde eius vxor, & vxores filiorum eius: quādo autem exierūt, commutatum sit. Nam scriptum est: Exiuit ipse & vxor eius, & filii & vxores filiorum eius. Et litera quidem significat in ingressu abstinentiam generationis, in egressu generationis vsum. Tunc enim pater cum filiis prius introiI uit, & filii cum parente, & postea vxor eius, & filiorum eius vxores, id est, non commiscetur sexus in introitu, commiscetur in egressu. Aperte igitur velut ordine ipso ingressionis vocem quandā iustus emittit, tēpus illud nō esse concubitus neq; deliciarum, quo omnib⁹ im-
Lucæ.17. mineret interitus. Vnde in Euāgelio dominus ait reprehendens quod temporibus Noe manducarent & biberent, vxores ducerent, & filias nuptum traderent: & ideo propter intemperantiam eorum superueniſſe diluuium. Mœroris igitur tēpus illud, non lætitiæ erat. Et inde iustus cōsortio nō delectabat vxoris, vel filiī iusti petebant copulam coniugalem. Q̄ enim indecorū vt quo tempore viuentes morerentur, tunc perituri generarētur? Postea autem recte ad seminariū cæterorū vsus & cura cōiugii, cū diluuiū recessit. Itaq; non viri cū viris, sed fœminæ cū viris exeunt, vt virilis in se interdicta permixtio, permissa autem virilis & fœmineæ legitima sorte cōiugii copula videretur. Sensus autē altior hoc habet: vbi periculum est, viriles quædā & fortiores disceptationes menti adhæreant, & eo se mens quasi quandam tueatur sobolem filiorum, quo tēpestatibus & grauioribus passionibus acies quædam virilis occurrit. Decurso autem periculo, nihil obest si molliores cogitationes validioribus copulentur, non vt effœminentur a mollioribus fortiores, sed vt molliores sensus velut quibusdam virilibus roborentur, cum omnia consilia nostra ad virtutem, iustitiam, integritatē, fortitudinem dirigantur, & quodam vsu seminariorū virtutum creari atque adolescere possint validiora cōsilia. Non est igitur vtile cum vitiorum aliqua confusio est, quæ mentem occupet, serere aliquas cogitationes atq; K
generare & parturire mentem. Cum autem compresſę fuerint cupiditates, & mens requieuerit, tūc seminario quodam disceptationis accepto, virtutes possunt & bona opera germinari.

Qua ratione Noe circa arcā nihil fecerit nisi iussus a domino, & tamen post egressum ab arca non monit⁹ aram deo ædificauerit. Et quare dicatur deo, & non domino. Cur etiam sumpserit a bestiis & volatilibus mūdis vt offerret holocausta. Quidque sit quod ait dominus: Recogitans non adiiciam maledicere terræ.

Caput XXII.

ET ædificauit, inquit, Noe aram deo.) Qua ratione supra dñs admonuit quæ faceret, & fecit Noe omnia: hoc autē quod non admonitus est fecerit, fortasse requiratur. Sed vtique dominus non debuit quasi auarus mercedem gratiæ postulare, & iustus eam intellexit veram actionem gratiarum esse, quæ non iuberetur, sed deferretur: itaq; nec dilationem passus est. Et enim grata animi virtus passionem dubitationis excludit. qui autē debitum gratiæ vt a se exigatur expectat, ingratus est. Q̄d autē ædificauit, inquit, deo, & non dixit domino, sed deo: secundum nominis interpretationē non coacta videtur hæc actio esse gratiarum quasi domino, sed virtus iusti monigera & grata quasi deo. Q̄d imperiale est, sequestrauit: quod beneficii, nominauit. Et sumpsit a bestiis & a
L volatilibus mundis, & obtulit, inquit, holocausta. Litera euidens est, quod ea quæ incontaminata sunt, debemus offerre, in quibus affectus reluceat offerentis. Altior autem interpretatio hoc habet, quod bestiæ mundæ videntur sensus esse sapientis, volatilia autem intellectus, qui sunt longe subtiliores atque leuiores. Nunc vero consideremus diligentius quid sit quod ait: Et dixit dominus deus, Recogitans non adiiciam maledicere terram propter opera hominum, quia permanet cor hominis diligenter super mala a iuuentute. Non ergo adhuc percuteret omnem terram, sicut fecit omnibus diebus terræ. Etsi vindicauerat in hominum genus, tamen cognouerat quia vindicta legis ad timorem proficit, & cognitionem doctrinæ, magis q̄ ad naturæ commutationem, quæ corrigi in aliquibus poM test, in omnibus mutari nō potest. Vindicauit ergo dominus, quod timeremus: pepercit, vt reseruaremur. Et vindicauit semel ad exemplum timoris, pepercit in reliquum ne dominaretur semper amaritudo peccati: simulq; si quis peccata cupiat sæpius vindicare, asper magis q̄ censorius habetur. Ideoq; dicit dominus: Nō adiiciam maledicere terræ propter opera hominum, id est quia pietatem suam circa vniuersitatem hominum voluit declarare, & tamen securitatem & negligentiam quandam mentibus humanis afferre nō debuit, in paucos vindicat, plures reseruat. Deinde cū dicit, Nō adiiciam, ostendit quod alleuet magis erumnas hominum q̄ ingrauet, sciens quod penitus peccata hominum auferri non queant. Tanquam in Prouerbio: Si quis reti subtili haurire cupiat aquam, sic qui malitiam ex pectoribus hominum conatur auferre. Non adiiciam, inqt, maledicere terræ propter peccata hominum, quia permanet sensus hominis diligenter super mala a iuuētute. Vide quomodo studiose nos deliquere deus significet dicēdo permanere super mala sensum hominis diligenter: quo dicto significare videtur diligēter cor hominis ad peccata propēdere, & inesse principali nostro lubricum delinquendi, & quod peius est, studium nō deesse. Ideo enim ait diligenter, quasi soliciti simus ne immunitas culpæ nobis possit obrepere. Deinde non in vnū malū dixit, sed in multa mala. Et a iuuentute addidit. Ex illa enī ætate crescit malitia, licet alibi legeri-

Iob.15. mus, quod non sit sine peccato nec vnius diei infans.
A Sed & infantia sine peccato nō sit, propter corporis infirmitatem. Diligentia enim & studium peccādi incipiat a iuuentute, vt puer quasi infirmus peccet, iuuenis tanquam improbus, qui studiose cupiat peccata cōmittere, & in criminibus glorietur. Apud plerosq; enī innocentia pro ignauia, & culpa pro laude habetur. Ita seluxuria & deliciis, & adulteriorum affectibus iuuenes iactare consuerunt. Crescit ergo cum ætatibus culpa. Omne igitur genus hominum iam non cōsumendū declarat cum dicit, Nō adiiciam percutere omnem carnē: sed in parte vindicta seruatur.

De explanatione literali & morali eius quod dominus dixit, Semē & messis, hyems & æstas, die & nocte non requiescent Caput XXIII.

QVID sit etiam quod ait: Semen & messis, hyems & æstas, die & nocte non requiescent? Secundum literam significat permāsura mutationibus secundum institutionē domini & statum suum incorrupta tēporibus animalia, vel nemorosa futura omnia. Nā cum corrūpuntur tēpora, corrumpūtur etiā illa quæ temporibus suis quęq; gignuntur. Si autem cōfusio sit tēporū, quomodo possunt confusione facta etiam ea quæ sunt gignētia permaB nere? Ergo tempora sunt quæ aut corrumpunt, aut reseruant, prout ipsa sui habuerint qualitatem. Ideoq; annus ex cōtrariis ducitur, vere, autumno, æstate, hyeme, sicut harmonia cātilenæ permixtis grauib⁹ & acutis videtur consistere. Sic ergo & mundus iste ex contrariis cōtinet, aere & terra, igni & aqua. Nostra quoq; corpora frigore & calore, humore & siccitate, quendam naturæ ordinem seruant. Nam si naturalis ordo ac mēsura confunditur, tūc necesse est sequatur interitus. Ergo certum ordinē tēporum dñs remota confusione diluuii ad perseuerantiam mūdi promittit futurum. Altior autem sensus hoc habet, vt per semē intelligamus principium, per messem intelligamus finem. In vtroq; salutis est causa. Alterum sine altero imperfectum est, quia vbi principium est, finis quæritur, nec potest esse sublato fine principium, & finis in principiū currit. Ergo semper in eadem recurrimus, dum in hoc mundo est, genus memorat humanū, vt cum incipit annus finiatur, cum finitur incipiat, non medio mundus tempore resoluatur. Ita & mens quando aliquid videtur incipeC re, ad finem vsq; cōtendat, & operis sui terminum quæratat. Quando finit aliquod opus, nō quasi consummato opere finiatur, sed in alia recurrat opera, & semper incrementa virtutis exerceat: quādoquidē videt quod in fructus suos semper terra renouetur, qui diuersi aut vere, aut æstate, vt in partibus orientis, aut æstate autūnoq; nascātur, vt in partibus occidētis. Alio tempore terrarum seminaria partus suos educunt, alio autem tēpore fructus arborum carpimus. Diuidui ergo fructus sunt necessarii, & voluptarii. Necessarii ex seminibus terrarum, at vero ex arborū fructibus voluptarii. Itaq; corp⁹ nostrum tāquā vere, hoc est aere, cibo pascitur naturali. Aer autem Græco nomine, ver Latino dicitur. Ideo scriptura de partibus orientis, & maxime Egypti per quam transiuit Hebræus, vel ex partibus Phœniciæ sumpsit exemplum. Anima autē voluptariis, hoc est sapientiæ fructibus alitur: cui iterum, vt corpori nostro contrarium frigus & æstus, ita timor & iracundia videntur aduersa. Sed quia in corpore est, & iracundiam habet & timorē, nec potest sine hac esse in corpore necessitate naturæ. Et ideo mens sapientis moderamina iusta dispensat, neiram & timorem permisceat, & fiat confusio quędam animo illius atq; diluuium. Die quoque & nocte quod ait: per diem intelligis illuminatem virtutem, per noctem recognoscis tenebrosam insipien-
D tiam. Itaque & in timore tanquam in frigore potest esse illuminans virtus. Similiter & iracūdiam potest reprimere temperantia, vt in timore aliqui non penitus resoluantur, & magis timorem dirigant ad opera virtutis. Verbi gratia, si persecutor insistat: vt plus deum timeas, & perpetua magis supplicia q̄ præsentia putes esse vitanda, quædam times, accendaris ad gloriā, perfidiæ iratus sceleri. Rursus iracundia succensus, diuino commotionem timore modereris.

De prærogatiua potestatis hominib⁹ in cætera animalia attributa per id quod dominus benedixit Noe & filiis eius dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius. Et quomodo intelligatur quod subditur: Oia reptilia quæ sunt viua, sint vobis in escam: cum tamen quædam reptilia sint venenata.

Caput XXIIII.

ET benedixit dñs Noe & filiis eius dicēs: Crescite & multiplicamini, & replete terrā, & dominamini eius, & timor vestri & tremor erit omnibus quæ mouentur super terram, & in omnibus piscibus maris.) Hæc prærogatiua potestatis in cæteris animalibus videtur hominibus attributa & in superioribus partibus. Sed eo loco vbi dixit quod deus hominem fecit, dicitur, Masculum & fœminam fecit eos, & benedixit eis dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terrā, & dominamini eius, & potestatē habete super pisces maris & volatilia & bestias E terræ & reptilia. Q̄d ego admonui vt intelligas geminam hoīs gnationē expressam, vnā secūdū imaginem dei, alteram secūdū figmentum de luto terræ. Deniq; illa creatio hominis de luto terræ, videtur esse facta post mundum, postquam requieuit deus ab operibus suis. Sero quodam modo terrenæ statuæ figmētum gignitur. Non erat pluuia super terram, nec homo terrā operabatur. Tūc de limo terræ finxit deus hominē, & insuflauit in faciē eius spiritū vitę, & factus est homo in animam viuentē. Ille autē sexto die, quasi perfecto numero quo oia cōclusa sunt opera dei, quasi perfecta operatione cōstitutus homo secundū imaginē dei est, & cui etiam iste cōparatur qui in diluuio iustus inuēt⁹ est. Et ideo supra terrena oia eū constituit deus, sicut & illā ad imaginē dei factū, qa vtrūq; a vitiis terrenis tēperabat. Ille qui ita generatus est, vt nihil terreno deberet contagio: iste qui in periculis fuerat approbatus, & examinatus in passionibus, & repertus qđ in cōfusione nō fuisset obnoxi⁹ passioni. Altior autē sensus habet qđ iust⁹ magnitudie & multitudie virtutis augeat atq; doctrina, & replet terrā, quasi cor qddā, in quo sit receptaculū in- F
telligibiliū. Ita nihil vacuum sapiētia esse patitur, quod insipientia possit inuadere. Domatis igitur nō solū terrenis oibus passionibus, sed etiā sensibus corporalibus, bestias quoq; sibi quodā terrore subiicit & timore, i qb⁹ species videtur esse malitiæ atq; feritatis. Immitis enī & agrestis est oīs malitia, inflat aerio quodā tumore. Nec illud obscurū q̄ reptilia quædā letaliū quādā habent speciē passionū, a quibus venenū quoddā mēti videtur infundi. Oibus ergo his imperat iustus, quib⁹ nō cōmiscetur, sed coercet ea, si mēs eius non delectatione, non cupiditate ducatur, nō tristitia & timore frāgatur, nō etiā luxuria atq; deliciis tanquā lubricū & caducū vitæ huius agat cursum, & continentia & temperantia abigat a se vir sapiens huiusmodi passiones. Sed quia subdidit statim, Omnia reptilia quæ sunt viua, erāt vobis in escam: ne forte te moueat quia ante de reptilibus diximus venenatis, cognosce alia esse reptilia venenata, alia mansueta. De mansuetis igitur reptilibus accipe, quæ etsi non oia ventre & pectore repunt sicut colubri, exiguos tamen pedes habent, vt repere magis q̄ ambulare videantur. Ergo venenatorū reptilium simi-

Gles immundas in corpore accipe passiones, māsuetorū autem decoras. Omnis enim affectus qui est præter deformis delectationis illecebram, passio quidem est, sed bona passio. Cupiditas mollior est, & ira & timor hæ noxiæ animæ passiones sunt. Affectus autem innoxii passiones sunt. Et his vtuendi quidam nobis vsus ministratur & causa, harum cibo vtimur ad vitæ gratiam, harum epulis delectamur.

An sub his verbis quibus ait dominus: Sicut olera pabuli dedi vobis omnia, oleribus magis q̄ carnalibus epulis vti debeamus. Et quēadmodum abstinere debeamus a sanguine, in quo est aīa, Ac de diuersis philosophorum opinionibus circa naturam animæ.

Caput XXV.

QVID est etiam quod ait: Sicut olera pabuli dedi vobis omnia? In quo & ii qui simpliciter intelligunt, vt non expendant sermonis examen, non nobis videntur esse contrarii. Sunt enim qui putāt vt olera ad escam nobis dei nutu attributa videantur, quo his magis q̄ carnalibus epulis vti debeamus. Ego autē libēter his acquiescerē, vt generi hominum ad parsimoniam & temperantiā olerū vsus inolesceret, nisi viderem ab iis qui non libenter accipiunt, posse referri mihi, quia nō omnia olera esse homini intenta antur accommoda. Deinde quia nō omne hominum genus sapientiæ & continentiæ amore ducitur, vt continentiā sequi possit. Et ideo quod generale præceptum est, ad portiunculam paucorum hominū deriuare nō possumus. Omnibus enim hominib⁹ hoc præceptum datur. Ideoq; cōsideremus quid dixerit: Sicut olera, inquit, pabuli dedi vobis omnia, non olera omnia dedi vobis ad escam. Vtantur igitur qui vtuntur carne tanquam oleribus, non ad, distentionem, nec ad aruinam corporis, quam epulæ carnis facere cōsuerūt. Sed quemadmodum & olera nō omnia ad escæ vsum habilia sunt: ita etiam nō omne viuum reptile accōmodum ad vsum epulandi. Siquidem ab omnibus venenatis debemus abstinere: licet huc quoque processerit luxuria, vt magis delectationi consulat quam periculo, & in plerisque refecto quod dicitur venenatum naturaliter inesse, reliquam partem ad cibum vēdicet, quæ etsi non plena periculi, tamen vicina periculo est, & corruptela aliqua necesse est in totius succum se carnis infuderit. Plerisq; etiam sagittis venenatis transfigunt cer uos, & huiusmodi velocia aialia, & postea resecta quadam pte mēbrorū, reliquo corpore ad cibū vtūtur. Q̄d autē ad altiorē sensum pertinet, hoc est, vū magis dictū est q̄d irrationabiles passiones ita debeāt menti sapiētis, vt olera rustico esse subiecta, atq; his vtamur reptilibus cogitationibus, vt agricola oleribus, quæ licet obesse non possunt, cibi tamen non habēt gratiam fortioris. Generale enim omnibus & commune præceptum, non aliora indicit genera virtutum, quæ vtiq; paucorū sunt. Sed & si quis virtutum epulas fortiores sibi exhibere non possit, huiusmodi tamen habeat passiones, quæ non noceant, sed delectēt. Ideo in principio sanct⁹ Moyses informauit nos atq; instruxit de insufflatione animæ, vt non laberemur opinionibus diuersis philosophorum, qui sibi constare non possunt. Plerisq; enim varia senserunt, vti Tricias, & eius discipuli, sanguinē esse animam dicentes: istam vtiq; animam qua viuimus, quæ est sensibilis: non illam animam quæ rationabilis & intelligibilis interioris hominis æstimatur. Hippocrates autem etsi non Triciæ improbauit ingenium, nec disputationem eius redarguit, tamen sententiæ non acquieuit. Aristoteles entelechian dixit. Ignē alii esse voluerunt. Nos igitur huiusmodi diuisionem teneamus, vt separemus quod est rationabile animæ, cuius substātia diuinus est spūs, sicut ait scriptura quia insufflauit in faciem eius spiritum vitæ. Esse autem in k
ea nutrimētum quoddam vitale, quo hoc corpus animatur, esse etiam delectabile. Illarū igitur & vitalis & delectabilis animæ partium substantia, sanguis appellatur a quibusdam, licet etiam scriptura dixerit: Anima totius carnis, sanguis est. Proprie igitur animā carnis sanguinem appellauit. In carne enim delectatio & passio est, non mens & ratiocinatio. Tamen si diligenter intendas, hic locus illum explanat. Cum enim hoc loco animam sanguinē dixerit, vtiq; significauit aliud esse animam, aliud sanguinem, vt sit animæ substātia spiritus vitalis: sed ipsum spiritum vitalem non per se tantum & sine sanguine vsum afferre viuendi, sed commiscri sanguini: quia sunt quæ vocantur arteriæ velut receptacula spiritus, quæ non solum aerem purum amplectuntur, sed etiam sanguinem, sed minorem longe sanguinis portionem. Gemina enim cū vasa sint, aliud est venæ, quæ φλέψ Græce appellatur, aliud arteriæ. Vena plus habet sanguinis q̄ spiritus, hoc est φλέψ, arteria min⁹ habet sanguinis, multo ampli⁹ spūs. Istē peratio pro diuersitate naturæ est hoīn singulorū. Altior autē sensus delectare te debet, qui significat sanguinem animam ideo dictū, quia sanguis calidus & ignitus est, sicut est virtus. Quicunque igitur studio virtutis fuerit accensus, & vaporem laudis assumpserit, omnes delicias ventris excludit. Ea igitur cogitationū L
quæ sunt carnalia atque terrena, in virtutis, inquit, ardore positi reiicietis, quasi inhabilia spiritali cibo. Non enim carnem manducabat, hoc est terrenum aliquod cogitabat, qui dixit, Meus cibus est vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælis est: studium hominibus virtutis inspirans, & cupiditatem diuinæ cogitationis infundens. Ergo terrenæ cogitationes & infirmę quasi euiratæ & sine vsu sanguinis habentur. Et ille euiratus dicitur, qui sanguinis plurimum amiserit. etenim sanguinis amissione frigescit. Quisquis igitur diligēs virtutū est, cibos ablegat & reiicit corporales, nisi quātum scit satis esse naturæ. Quisquis autem negligentior tanquam lubricum & aquosum vitæ istius fuerit cursum secutus, quasi amissis vestigiis in vterum decidit & ventrem. Itaque quæ sunt terrena desiderat, cibi cælestis alienus, & qui nō possit dicere: Nostra conuersatio in cælis est. Ideoque vt ad secretos prouocaret, ait idem: Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis quæ sunt ad corruptelam ipso vsu, secundū præcepta & doctrinas hominum, quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ, in obseruatione religionis, & M
humilitate cordis, nō in indulgētia corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis.

Quod per hoc quod ait, Etenim vestrum sanguinem & animarum vestrarum exquiram de omnibus bestiis, & de manu hominis fratris, detur intelligi hominem grauiꝰ peccare qui fratri insidiatur. Et quis dicatur frater. Quare etiam dixerit: Ad imaginē dei fecit hominem, & non, ad imaginem meam: cum reprobatione opinionis philosophorū qui negant deum habere curam super homines. Caput XXVI.

DENIQVE hunc sensum esse, posteriora approbant. Sic enim ait: Etenim vestrum sanguinem & animarum vestrarum exquiram de omnibus bestiis, & de manu hominis.) Bestiali malitiæ comparauit, immo etiam acerbauit iniquitatem hominis vltra bestiarum feritatem, dicendo, de manu hominis fratris. Etenim bestiæ nihil nobiscum habent cōmune naturæ, nullo velut fraterno iure deuinctæ sunt. Si nocent hominib⁹, quasi extraneis nocent. Naturæ iura non violant, germanitatis non obliuiscunt affectū. Ideo grauius homo peccat qui fratri insidiatur, & domin⁹ seuerius vindicaturum

A se esse promisit, dicens: Sanguinem hominis de manu fratris eius exquirā. An nō frater est quem rationabilis naturæ quidā vterus effudit, & eiusdē matris nobis generatio copulauit? Eadē enim natura omnium mater est hominū, & ideo fratres sumus omnes, vna atq; eadem matre generati, cognationisq; eodē iure deuincti. Ideoq; dīs fratrē appellauit & cum a quo sanguis fratris exquiritur, significās magis ab his periculū ptimescēdū q̄ fraterno sibi iure sociatur. Hic etenī insidiæ, hinc pericula frequētiora hominibus comparantur. Et vt specialia cōprehendamus, fratribus specialius in hæreditatis diuisione frequenter odia succrescunt. Deinde si fratri amplius collatū fuerit a parentibus, fratres alii indignātur magis, & gratiam a parētibus collatā parricidio auferre conantur. Ista magis bella suspecta, bella non cibi tantum, sed singularum domorum. Illos ergo dominus ad vltionis iudicium cōprehendit, quos magis insidiaturos sibi esse cognouit. Tertium est quod in eo fratrem dixit, non quo dignus pietatis nomine parricida sit, sed quo magis pietatis grauē vocabulo, atq; inde fiat sceleris incrementum, quo iustior sit vindicta scelesti. Ergo dominus deus noster vltionem promittit, vt vel sic frāgaē metu, qui pietatis est oblit⁹, vt sciat quod etiam si homines effugiat homicida, deiā tamē iudicium non possit euadere, sed maiori & æterno suppli
B cio reseruetur. Altiore autem sensu hoc intelligimus, nō solum ab extraneorum, verūetiam a nostris hoc est domesticis nobis cogitationibus cauēdū. Deinde obseruandum nobis nō solum a malitia mentis, verūetiā
Prou. 10. ab ipsis sermonibus nostris. Ideoq; ait: De multiloquio non effugies peccatum. Ergo hoc significari videtur, non solum operis nostri, sed etiam sermonis qui est magis domesticus, rationem domino esse reddendam. Et ideo diligētius considerādum ne vel sermone vel opere contrahamus offensam, quia sicut ore confessio fit ad salutem, sic ore fit lapsus ad mortem. Qui effuderit, inquit, sanguinē hominis, pro sanguine hominis eius effundetur. Nō errauit locutio, sed emphasis id est exaggeratio facta verborum est, eo quid is qui effuderit sanguinem hominis, ipse quasi sanguis effundetur, quod spem ei hereditatis eripiat: quia sicut sanguis effusus in terram hac atq; illac spargitur, ita impiorum anima a corpore fragilitatis more soluatur: quia & de anima dictum est mortem eius esse corruptionem, eo quod gratiæ cælestis munere defraudetur, & velut collisa malitiæ scopulis salubritatis suæ corpus imminuat. Mouet etiam plerosq; quod dixerit, Ad imaginem dei fecit hominem: & nō dixit, ad imaginem meam, cū ipse sit deus. Sed intellige & patrem esse, & filium esse. Et licet per filium omnia facta sunt, tamē legimus quia pa
C ter fecerit omnia, & fecerit per filiū, sicut scriptum est:
Psal. 103. Omnia ī sapientia fecisti. Siue ergo pater dicit, ad imaginem sibi fecit: siue filius dicit, ad imaginem dei patris fecit. Et ideo familiarem quandam & domesticam deo demonstrat hominis esse naturam, id est rationabilis hominis secundum quod ad imaginem dei creati sumus: eaq; causa inultum nō esse apud deum quod in domesticum animal sibi videat crudeliter & impie esse commissum. Causa ergo vindictæ additæ facit vt primum excludamus philosophorum quorundā opiniones, qui negant deum habere curam super homines: Deinde scientes prærogatiuam nostræ vltionis apud deum manere, neq; in alios committamus quod diuino iudicio vindicandum sit, neq; mortem ipsi vehemētius pertimescamus, cum sciamus necati hominis innocentis apud deum nullum esse contemptum.

Quomodo intelligendum sit quod inquit domin⁹: Non erit diluuium vt corrumpat omnem hominem. Et quod subdit: Arcum meum ponā in nube. Et quālis fuerit arcus ille. Caput XXVII.

NON erit, inquit, diluuium vt corrumpat omnem hominem.) Dubium videtur: Vtrū enim diluuium non erit, intelligendum sit, quod diluuium corrūpat terram: (hoc enim diluuia facere consueruntan vero non erit tale diluuium quo terra omnis corrumpatur, quod posteriora aperiunt cum dicit omnem terram non corrumpendā. Ostēdit enī diluuia quidē esse futura, sed non talia quibus possit omnis terra corrumpi. Sensus autem hoc altior habet, quod tam prouidentia futura sit domini, ne tantum sit diluuium corporaliū passionum, vt anima omnis intereat. Et quidem non audeo dicere quia videtur dominus statuere quod nullius anima possit penitus interire. Quid enim de parricida dicimus? Quid etiam de homicida? Quid de adultero? Quid de præuaricatore? Quas ei partes animæ ad veniam referimus? Vnde magis illud arbitror, quod prouocet dominus deus ne si quis leuiores alias habeat passiones, penitus diuinā desperet gratiam, nec omnimodis victurum se esse diffidat. Sed etiam si est luxuriosus, nec potest studium vitare luxuriæ, ab adulterio studeat tamē tēperare: sit epulandi delectatio, non stuprandi sit. Etiā si nescio quis auarus qui aliena diripuit, eiecit pupillos, eliminauit viduas, postea tamen in penitentiā regressus restituat quod abstulit. Deniq; Zacchæus ideo veniam meruit, quia non solum restituturum se, sed quadruplum promisit quibus aliqua fustulisset, pauperib⁹ E
quoq; medietatē sui patrimonii donaturum. Consideremus etiam diligētius quid sit quod ait: Arcum meū ponam in nube, & erit signum testamenti æterni inter me & inter terram, & erit cum inuubula venerit nubes super terrā, parebit arcus meus in nube, & memor ero testamenti mei. Nō enim (sicut pleriq; arbitrantur) arcum istum dicit quē aiunt homines esse quo pluuiarii signa aliqua declarentur, in quo colores diuersi tanquā radiorum solis nunc rutilantium, nunc lumine lucētiū clariore figurantur, vnde & pluuia futura significatur, eo quod inconstantia quædam serenitatis verticolora specie demonstretur. Arcum huīc Irim quidā appellāt. Sed absit vt huīc arcū dei dicam⁹. Hic enī arcus qui Iris dicitur, per diē videri solet, p noctē nō apparet. Etiā per per ipsum diē, si obductus aer tetris nubib⁹ fuerit, ne sic quidē videtur, ut forte cū grauiores nubes se cœperint relaxare. Ergo videamus ne quia arcus quo sagittæ iaciuntur, nunc tēditur, nūc resoluitur: quandā extensionē & remissionē videatur scriptura significare, per quā neque penitus per nimiā extēsionē vniuersa rūpātur, sed sit quædam mēsura, & quoddā diuinæ virtutis examē. Est ergo virtus inuisibilis dei, quæ & specie istius arcꝰ extēdēdi & remittendi moderatur pro diuina voluntate, misericordia, potestate, quæ neq; oīa cōfundi nimia solutione, neq; dirūpi nimia īruptione patiatur. Quā E
ideo in nubib⁹ dicit poni, quia tūc maxime opus est diuinæ auxilio prudētiæ, qñ agmina nubiū in procellas tēpestatesq; cogūtur. Ideoq; dicit: Arcū meū ponā i nube, non sagittam ponam. Arcus enim instrumētū iacu landæ sagittæ est. Itaq; nō ipse arcus vulnerat, sed sagitta. Et ideo dīs in nubibus arcum magis q̄ sagittā posuit, id est nō illud quod vulneret, sed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non soleat.

Qua ratione cum tres filios Noe, Sem, Cham, Iaphet, supra cōputauerit, hoc loco medii filii, id est Chā generationem prius cōprehenderit. Et quomodo ille Chananæorum autor fuerit. Caput XXVIII.

QVA ratione autē cū supra tres filios Noe computauerit, Sem, Cham, Iaphet, hoc loco comprehenderit medii filii generationē? Hoc est qđ ait: Chā autē pater erat Chanaā. Isti tres erant filii Noe, & maxime cū illi duo iusti, iste

G iniustus medius. Iniusti ergo prius generatio q̃ iusto-
rum cõprehẽditur. Neq; enim possumus negare quod
scriptum est: sed ad coacernandum delictum ipsius ad-
dita eius est generatio, qui cum haberet filiũ, & pater
esset, solus ipse patrem non cognouit, qui magis cogno
scere debuisset. Et ideo improbũ habere meruit filiũ,
quia improbꝰ fuerat patri. Simul significat ex illo Cha-
naan Chananæos fuisse, qui post multas generationes
a populo iusto oppressi, cesserunt in eius possessionem.
Autorem ergo Chananæorum Chanaan fuisse ma-
nifestum est, qui fuit filius huius Cham, qui impius in
patrẽ extitit. Altior autem sensus nominum interpre-
tatione signatur. Cham enim calor est, Chanaan tur-
batio eorum. Qui enim calet, cõtinuo mouetur & per-
turbatur: ideoq; euidentissime declaratur non tam ho-
minem patrẽ hominum fuisse, sed passionem malã im
probę passionis generatricẽ, quæ esset a patris moribus
hoc est ab vsu virtutis aliena.

Quomodo Noe egressus ab arca, factꝰ sit agricola.
Et de differentia inter operatorem terre, & agricolam.
Quid etiam sit quod iustus primum vineam planta-
uerit, & non triticum aut hordeum. Et quid sibi velit qđ
subdit, Bibit de vino, & inebriatus est. Et de duplici spe
cie ebrietatis, & gemina nudatione sapientis. A cap. o-
perimentis animæ. Caput XXIX.

H IT cœpit Noe homo agricola esse terræ.) Vi
detur quidẽ prima specie Adæ illi qui de terra factus est, comparari Noe vir iustus, quia
& de illo scriptũ est quod de paradiso eiectus
cœperit operari terram: de isto quoq;, quoniã egressus
ex arca factus sit agricola. Et propemodum in vtroque
processerat quædam forma diluuii, quia & Noe post di
luuium, & Adam post mundi constitutionem secũdũ
figmentum corporis. Nã vt mundus fieret, cõgregata
est aqua in vnam congregationem, vt videretur terra,
quæ ante non poterat per aquarum confusionem vide-
ri. Ergo sicut ille primigenes magister terram videtur
operatus, ita etiam egressus ex arca Noe seminatio-
nis & culturæ autor est factus. Hæc putantur similia.
Sed si verba cõsideres, quæ iam vim sensus altioris ex-
primũt, aliud est operatorem terræ esse, aliud agricolã.
Alius enim tanquam mercenarii, alius tanq̃ patrisfa-
milias loco fungitur. Deniq; Cain qui fratrem occidit,
erat operarius terræ. Et vt scias quia operari terrã ma-
I gis seruile q̃ liberũ sit, maledicto parricidalis eius ope-
Gene. 3. ratio comprehenditur. Deniq; scriptum est: Quoniam
operaberis terram, & non augebit virtutẽ suã dare tibi.
gemens & tremens eris super terrã. Terra autem caro
nostra est, quã improbus operatur, bonus autẽ excolit.
Ille quasi mercedem quæret e terra, iste quasi boni fru-
ctus capit gratiam disciplinæ, vt magis fructiferum fa-
ciat agrum suũ, & qui domini possit respondere cultu-
ris, & indulgẽtiã cultoris ostendat. Operator autẽ quid
aliud nisi escam tantũmodo corporis sui quærit, ven-
tris magis vsui studẽs, atq; id solum explicare cõtentus
quod sibi prodesse possit ad victum? Ille vero alius fru-
ctuum vtilitate pascitur. Quos fructus habeat iustus,
Gal. 5. agnoscis. Fructus autẽ spiritꝰ charitas, gaudium, pax,
patientia, bonitas. Bonus ergo agricola habet cõtinen-
tiam, castitatẽ, vt si quæ arbores cito curuantur in ter-
ram, & effusius germinant, eas velut quadã tẽperãtiæ
suæ falce succidat, vt abiiciant quod infirmũ est, germi-
nent quod decorum. Quid est quod iustus primum vi
neam plantat, & nõ aut triticum aut hordeum? Vnde
autem vinea post diluuium corruptionẽq; terræ? Sed
de hoc supra diximus, quia veris tempore etiam corru-
ptarum radices vitium pullulare potuerunt. Vnde il-
lud maiore solicitudine soluẽdum arbitror, quia iustus
prius quæ voluptaria, q̃ quæ necessaria sunt requirit.
Necessarii enim fructus sunt tritici & hordei, sine quib⁹ k
non possumus viuere, vinum autem voluptarium, &
causa delectationis datum. Quod, quia iustus est, ideo
sibi magis hoc quod secundum erat, q̃ quod primum
est vendicauit. Necessaria enim alimenta viuendi deo
detulit quod erat. Superfluum autem vinum hominĩ-
bus, & non necessarium. Sed forte dicas ita sine potu
non posse homines viuere, quemadmodum etiam sine
cibo. Necessarius est ergo potus sicut cibus. Nõ abnuo.
Siti vtiq; necessarius a domino constitutus. non repu-
gno. Et ideo ad potum necessarium fontes & flumina
conuenit deriuare, quæ non vtiq; manu hominis effe-
cta, sed domini dei nostri iussu & operatione fluxerunt.
At ne quia diximus operationem domini, ad illud re-
torqueas quod operatio Cain videtur maledictiões ha
buisse: considera non operationem maledicti nomen
accipere, sed quia scriptum est, operari terram. Qui enĩ
operatur terram, mercenarius est. Ille autem nõ mer-
cenarius, sed dominus, qui ait: Pater meus vsq; modo Ioan. 5.
operatur, & ego operor. Quid operaꝰ huiusmodi ope-
ratorꝰ? Audi: Meus cibus est vt faciã voluntatem pa- Ioan. 4.
tris mei qui in cælis est. Et bibit, inquit, de, vino, & ine-
briatus est. Non dixit, Vinum bibit. neque iustus vi-
num ebibit, sed de vino, hoc est de eiꝰ portione libauit.
Ebriosi est omne absorbere vinum, & intẽperãtis eua-
cuare quod sumpserit. Continentia autem vtendi men
sura legitima est. Ebrietatis itaque species gemina est. L
Vna quæ titubationem corpori afferat, atq; eius sup-
plantet vestigia, sensumq; perturbet. Altera quæ men-
tem virtutis vaporet gratia, & omnem infirmitatem
videatur auertere. Vnde Apostolus ait: Vino mo- 1. Tim. 5.
dico vtere propter frequentes tuas infirmitates. Sicut
enim isto bibendi moderamine vinum non infirmitati
est, sed saluti, atq; omnem infirmitatem alleuat corpo-
ris, ita etiam ebrietas illa prædata omnem infirmita-
tem carnis excludit, de qua scriptum est: Et poculũ ine- Psal. 22.
brians q̃ præclarum est. Quæ sit ista ebrietas? Inebria-
mini, inquit, non vino in quo est luxuria, sed implemi- Ephe. 5.
ni spiritu sancto, Apostolus dixit. Et secũdum literam
igitur cautio est, & secundum sapietis altiorem senten-
tiam laudatio est. Cautus est qui etsi nudatur, in do-
mo tamen nudatur sua, vbi experimenta non desint, &
quædam tegmina ebrietatis, vt vitia sua norit abscon-
dere. Corporalia igitur nudum corpus tegunt, vt parie
tes & tecta: animæ autem quæ sint experimenta, videa-
mus. Sed tũc experimenta reperimus, si enudationem
eius discutimus. Gemina autem nudatio sapientis. Ge
mino igitur amictu mens nostra vestitur, si aut pecca-
tum imprudens admiserit, (hæc est enim enudatio ve-
lut ebriæ mentis, vt nesciat quod delinquat, quasi quæ
temulentia quadam ignorantiæ in vitium deducta la- M
batur) aut rursus negligentiæ & ignorantiæ somno se-
pulta errorem suum nesciat. Quæ cum inciderimus,
immo cũ peccata plura incidamus etiã per scientiam
(est enim naturalis quædam etiam nostræ infirmita-
tis ebrietas, vt impetu delectationis feramur in vitiũ,
sicut plerique iuuenili accensi calore, aut luxuria & de-
lectatione flammati, aut auaritiæ rapti cupiditate)
certe omnibus his medicina quęratur, vt aliquis tegat
huiusmodi infirmitatem suam, primum pudore quo-
dam & verecundia, vt etiam si in lubrico sit adhuc po-
situs delinquendi, det tamen emẽdationis insigne. Et-
enim plurimũ interest vtrũ peccata sua iactare deside-
ret. In altero enĩ turpis impudẽtia, in altero tolerabilis
verecũdia spem futurę correctionis ostẽdit. Alia est au
tem denudatio animæ, quæ velut quãdã sarcinã corpo
ris abiicit atq; exuit, sicut sepulchrũ quoddã carnis effu
giens. Sepulchrum enim patens est guttur huiusmodi
hominum, in quo sepulchro velut attumulatur aĩa de-
lectationibꝰ, & cupiditatũ passionibꝰ onerata diuersis.
Exuit igitur se a cõgestione terrena, & ĩpsi retia quædã

A circumfusa eradit atq; effugit, quæcunq; se ab omni nu-
dauerit passionum laqueo, & omnem illã deformẽ spe-
ciem terrenæ labis auerterit, vt lucem videat decoris
æterni.

Quare non simpliciter dixerit: Vidit Cham nuda-
tionem patris, sed vidit Cham pater Chanaan. Et cur
Cham nudatum patrem riserit. Caput XXX.

QVERO nunc cur non simpliciter dixerit,
Vidit Cham nudationem patris: sed vidit
Cham pater Chanaan. vtiq; Chanaan natꝰ
non erat: cur ergo nomen addidit filii, nisi vt
& vitio autoris deformaretur hæreditas, & autor filii
nequitia grauaretur? Et pater igitur in filio, & in patre
filius redarguuntur, habẽtes stultitiæ, nequitiæ, impie
tatis quoq; cõmune cõsortium. Nec poterat fieri vt bo-
num generaret filiũ qui bono patri nequã filius, & na-
turæ & eruditionis degener extitisset. Hæc secundum
literam. Quod autẽ ad altiorẽ sensum pertinet, omnes
mores pessimi erroribus delectantur alienis. Non solũ
erroribus, sed etiam iis quæ ipsis videantur mala esse,
etiam si non sint. Nudum enim Noe se non sentiebat,
B qui amictu erat indutus sapientiæ. Deniq; nec Adam
in paradiso positus nudum se putabat, nisi postea q̃ cõ-
misit prævaricationis errorem. Et reus, amictu sapien
tiæ ac iustitiæ, mandatorum cælestium prævaricatio-
ne nudatus, nudũ se vidit, & foliis operiẽdum putauit.
Ridet igitur Cham nudatum patrem videns. Omnis
nanq; improbus quoniã ipse deuius disciplinę est, alio-
rum lapsus non solum pro sui erroris solatio accipit, qđ
consortes inuenerit culpę, verumetiam improbo læta-
tur affectu, tãquã sua ipse delicta correxerit. Mala mẽs
ergo lætatur præter propositum quid alicui accidisse sa
pienti: cui vtiq; corporis lapsus in vitio esse non debeat,
etiam si lapsus putetur, nisi animus quoq; inclinetur ad
culpam. Postremo venialia iudicẽtur huiusmodi erra-
ta, non odio prosequenda, non habenda ludibrio. Sed
mens, vt dixi, improba cum putat errasse sapiẽtem, in-
sultandum arbitratur ei, cuius sibi putat mores esse cõ-
trarios, quod peccatum suum velut tacito quodã sapiẽ-
tis testimonio redarguatur: eoq; lætandũ sibi, quod iu-
sto viro nec eruditio ipsius profuerit, nec iustitia suffra-
gata sit, nec ea quæ secũdũ corpus sunt, habuerint pro-
speros cursus. Hæc enim pro summis bonis apud im-
probos æstimantur, in diuitiis aut honore posita, quæ
tamen nullum fructum ad laudem virtutis conferunt.
C Propterea insipientiæ defensores videntur, qui virtu-
tis amatorem pperorum munere esse fraudatum, qui
omne bonum temporalibus magis q̃ perpetuis æsti-
mandum putant.

De euidẽti pietatis affectu in bonis filiis Sem & Ia-
phet, qui nudatum amictu patrem videre cauerunt. Et
quomodo mens sapiẽs retrorsum ambulet. Quid etiã
significet quod somno recedente Noe sobrius factus sit
a vino. Et quare scriptura Cham quem primo mediũ
inter filios posuit, postea minorem appellauerit dicẽs:
Cognouit Noe oĩa quæ fecit ei filiꝰ iunior. C. XXXI.

VID est quod Sem & Iaphet imposuerũt
vestimentum super humeros suos, & perre
xerunt retrorsum, & operuerunt nudum pa
trem, & nõ viderũt nudationem eius? Lite-
ra euidentem pietatis expressit affectum, quod nudatũ
amictu patrẽ boni filii videre cauerunt, ne paterna re-
uerẽtia vel ipso minuere aspectu. Siquidem etiã taci-
to vultu pietas frequenter offenditur. Vnde etiã Ro-
mæ vetus fuisse vsus dicitur, ne filii cum parentibus &
maxime puberes intrarent lauacrum. Sẽsus autem al-
tior hoc habet, quia insipiens præsentia tantũmodo vi-
det quæ in oculis sunt, futura non respicit, præterita nõ D
cogitat. Sapiens autem & præterita recodatur, & futu
ra cõsiderat. Ois ergo mens sapiẽs retrorsum ambulat,
hoc est præterita spectat, nec naturę quodã vsu ĩpediẽ,
nihil vacuũ, nihil nudum suorum patitur esse gestorũ.
Operit quę aliter gesta sunt, amictu quodam & gratia
vel presentis opis, vel futuri, vt nihil idecorũ prętereat,
nihil inornatũ relinquat. Vnde & Apostolus superio-
ra obliuiscebatur, priora appetebat, sed obliuiscebatur Phil. 3.
vt abscõderet persecutionis errores, vt tegeret superio-
ra delicta, bonisq; operibus abundaret. Beati enim & Psal. 31.
illi quorũ tecta sunt peccata, id est si tegantur bonis ope
ribus, & operiantur virtutum sequentibus disciplinis.
Et sobrius, inquit, factus Noe a vino. Manifestum est
ex ebrietate intercedente somno sobrios fieri homines.
Mens autem sobria est quãdo & prętereta & futura co
gnoscit. Sobria ergo erat mens iusti & quãdo ebria pu
tabatur. Est enim prædarum poculũ inebrians iustos.
Ille autẽ vere inebriatꝰ erat qui ridebat patrẽ. Qui enĩ
neq; prætéritã generationis gratiã, neq; presentẽ reue-
rẽtiam patris, neq; futurã pœnam paternæ iniuriæ cõ-
fidebat, vere ebrius erat, & quod putabat videre se, nõ
videbat. Erat in illo profunda cæcitas, qui patrẽ videre
non poterat. Nam si vidisset patrem, non vtiq; risisset.
Neq; enim ridendus, sed verẽdus est pater. Multo au-
tem amplius mentem iusti insipiens videre non pote- E
rat. Quomodo enim videbat, qui in eo putabat dubie-
tatis errorem, vbi erat perfectus sapientiæ cæterarũq;
virtutum vaporꝰ? sicut scriptum est: Vapor est enim Sapien. 7.
virtutis dei. Quãdo enim mens magis sobria est, q̃ tũc
quando naturam omniũ rerum, temporumq; præsen-
tium & futurorum ita spectat negocia, vt nulla in eo tẽ
poralis titubatio ebrietatis appareat? Quæro etiã qua
ratione cum ante mediũ dixerit inter filios Cham, nũc
iuniorem cõstituat? Sic enim scriptum est: Cognouit
Noe omnia quæ fecit ei filius iunior. Nũquid ante scri
ptura in ordine generationis errauit? Non vtiq. Quid
ergo? Contraria nunc scripta sunt? Nõ arbitror. Quo-
modo igitur soluitur, nisi iuniorẽ nõ ætate, non tempo
re accipias, sed rudem sensu, & in quadam intellectꝰ in-
fantia constitutum, qui prouectioris doctrinam ætatis
non hauserit, nec perceperit seule cõsilium? Cani enim Sapiẽ. 4.
quidem sunt sensus hominum. Et ideo inquit: Cũ ve-
neris ad seniorum cõsilium, claude os tuum. vt alibi ha
bet sententia: Discẽdum enim prius est q̃ loquendum.
Aures ergo paratas habe, vt aliquid de sapiẽtium cõsi
liis cõseqũs. Lingua reprimẽda est, auditio preparãda.

De benedictione Sem filii, & quare Noe dominum
& deum dixerit, & specialiter deũ filii sui Sem. Et qua F
ratione cum Cham peccauerit, non ipsum sed filium il
lius seruituti addixerit. Et de benedictione filii Iaphet,
& multiplici dilatatione bonorum. Caput XXXII.

BENEDICENS filiũ Sem ait Noe: Bñ-
dictus dñs deus Sem, & erit Chanaan seruꝰ
eius.) Et dominũ & deum dixit, & speciali-
ter deum filii sui cui nomẽ Sem est, eo quod
deus iustorũ est, hoc est deus montium, nõ vallium, qui
gratiã habeant virtutis excelsæ. Deniq; qua ratione cũ
filius eius Cham peccauerit, nõ ipsum sed filium eius
seruituti addixit? Et fortasse ideo, quod plus afficitur ĩ-
iuriis filii sui, maxime quarũ reus & autor existat, & ve
hementius contristatur sui peccati damnationem a fi-
lio persolutam, qui non tam suo q̃ patris merito puni-
retur, denique qui doctrinæ paternæ discipulus esset
filius, & pessimarum æmulus cogitationum, vno cor-
pore vterq; vteretur & mente, eademque malitia. In-
differẽter igitur vel paternæ vel suæ malitiæ filius pre-
ciũ luit, quoniã improbitatis cõmune cõsortiũ est. Qđ
igitur p patris solvit improbitate, sine dubio & pro sua

G soluit culpæ eius reus: vel certe diutius pœna producitur cum etiã ad filium vsq; pertendit, & successoris afflictio in tẽpora multa profertur. Hoc secũdũ literã. Cæterum nõ tam hic homines q̃ mores cõprehenduntur, quorum in vtroq; vna natura. Nã Cham calor, Chanaan commotio & inquietudo. Qui enim calidus est, vtiq; inquietus atq; commotior est. In duobus igitur erat vna passio, & vnus affectus. Itaq; cum alter addicitur, uterq; dãnatur. Cũ sanctus igitur Noe bñdicés filiũ suũ Iaphet, ait: Dilatet dñs Iaphet, habitet in domib⁹ Sem, & fiat Chanaan seruus eius: dixim⁹ supra Iaphet quasi idifferẽs bonũ significari. Indifferẽtia autẽ latitudinẽ habet, quę est in salute, vigore, decore, fortitudine, diuitiis, gratia, nobilitate, amicis, potestatibus, & cæteris. Sed hæc licet indifferentia bona sint, tamen pleriſq; nocuerunt qui ea non cum sapientia & iustitia possederũt. Multos eni ebrios fecere diuitiæ, nobilitas & potestas superbos, pulchritudo luxuriosos, cui⁹ suffragatio alienæ mentis corrupit castitatem. Ergo pro vtẽtis affectu horum quæ diximus indifferentiæ sunt, quorum vsus aut virtutibus regitur, aut certe sine gubernatione virtutum fraudi esse incipiunt, quæ possunt esse vtilitati.

Quid significet quod post diluuiũ Noe dicitur vi-
H xisse trecentis & quinquaginta annis. Et qđ de gñatione Iaphet Rhodus & alię insulæ sint nationum.

Caput XXXIII.

NVNC quoniã post diluuium Noe dicitur vixisse trecentis & quinquaginta annis, nequaquã prætereũdum putam⁹. Nam in trecentis crucem Christi significari certum est, cuius typo iustus a diluuio liberatus est. In quinquagẽta Iubilæus est numerus remissionis, quo spiritus sanctus missus a cælo est, gratiam humanis pectorib⁹ infundens. Perfecto igitur numero remissionis & gratiæ iustus curriculum vitæ huius impleuit. De generatione, inquit, Iaphet, Rhodus & aliæ insulæ sunt nationũ. Non immerito latitudo dicitur, quãdo etiã in alteram partem naturæ, hoc est maritimã, generatio eius processit. Vere enim tanquam latitudo non fuit eo contẽta quod in vsum hominibus natura præscripserat, hoc est terræ possessione, verumetiam introgressa est mare, ad insulas vsq; processit. Hoc secundũ literam. Secundũ altiorem autem sensum, ea quæ extra sunt, quæ dicuntur bona, diuitię, potestates, honores, quasi diffundũtur latius, nec tamen his contenti sunt diuites quæ in manibus & in conspectu sunt, sed longe lateq; diffundunt
I suas cupiditates, dum aut pecuniarum compẽdium de vlterioribus quæritur, aut honor a pluribus, aut potestas diffusior, aut cupiditas.

Qua ratione Cham illius improbi filium seniorem
K scptura fuisse memorauerit. Et quod Chus Nemroth gigãtem genuerit, qui erat venator ante deũ. Et de interpretatione nominis Nemroth. Quodq; idem principium fuerit regni Babylonis. Caput XXXIIII.

NVNC quæro qua ratione Cham illius improbi filium seniorẽ scriptura fuisse memorauerit. Duo genera terræ. Vnum velut arenosum & puluerulentum, immo vt expressius dicam, puluis. Aliud genus terræ fructiferum atq; fœcũdum, hoc est terra solidior & profunda. Quid igitur improbus nisi puluerem generat, ex quo generatio esse non possit? Ideoq; propheta puluerem impiis cõparauit dicens: Non sic impii non sic, sed tanquam puluis
Psal. 1. quem proiicit vẽtus a facie terræ. Eo quod etiam secũdum altiorẽ sensum infœcunda sit impiorum aĩa, quæ fructus vtiles gñare nõ possit. Qua ratione etiã Chus Nemroth gigãtẽ genuerit, qui erat venator ante deũ?

Quid aliud qui puluis & arena, generaret, nisi terre-
L num hominẽ, eo quod impius cælestibus terrena præponat? Gigantes enim voluisse pugnare aduersum superna fabulæ inducũt, & terreno ascensu ascendendum ad cælestia putauerunt. Altiore autẽ sensu illud significatur, qđ qui terrenas diligit voluptates, eas sequitur, & putat his se posse ad dei gratiam peruenire, & regnũ cæleste huiusmodi erroribus deferendum: is aduersum cælestia cõturmaci præliatur affectu. Propterea & in proverbio est de eo qui dereliquerit, sicut Nemroth gigas venator ante deum. Nemroth autẽ per interpretationem dicitur Ęthiops. Color Ęthiopis tenebras animę squalorẽq; significat, qui aduersus lumen est, claritatis exors, tenebris inuolutus, nocti similior q̃ diei. Venatoris quoq; vsus in siluis, inter feras ac bestias conuersatio eius. Irrationabilis ergo miscet irrationabilib⁹ passionibus, & ea quæ sunt malitię agrestis atq; prædurę, venator huiusmodi explorare consueuit, atq; his potiri atq; delectari. Deniq; Nęroth hui⁹ principiũ regni Babylon, hoc est confusio, eo qđ malitia & potestas nõ in simplicitate & puritate, non in distinctione virtutis, sed in confusione vitiorum est.

L

FINIS.

CAPITA PRIMI LIBRI DE ABRAHAM.

De huius libri titulo, autoris intentione, tractandi ordine, rationisq; propositi negocii expositione. Ca. I.
De fidei Abrahæ singulari deuotione, quam obedientia admirabili comprobauit. Caput II.
De cæteris Abrahæ virtutibus, videlicet prudentia, iustitia, charitate, atq; parsimonia. Et quẽadmodũ rixas inter seruulos suos ac nepotis eius exortas, fibrã discordiæ amputando sedauerit. Caput III.
De defensione immunitatis adulterii Abrahæ, qui ex ancilla filium suscepit. Et cur circumcisio mãdata fuerit, & tamen hodie non obseruetur. Caput IIII.
De hospitalitate Abrahæ hospitum explorantis aduentũ, & angelos hospitio suscipiẽtis, cũ diligẽti exhortatione ad hospitalitatis illi⁹ imitationẽ. Ca. V.
De exitio Sodomorũ a domino Abrahæ reuelato, & M
de hospitalitate Loth aduenientibus angelis exhibita, criminisq; Sodomorũ ob hospitalitatis violationem aggrauatione. Caput VI.
De pudicitia Saræ vxoris Abrahæ sæpius tentata, & tandẽ a deo pulchra donata prole. Caput VII.
De tẽtatiõe Abrahę, & multiplici ei⁹ pbatiõe. C. VIII
De morte vxoris Abrahæ, fletuq; eius, & sepulturę officio. De solicitudine quoq; ipsius ad prouidendũ filio suo Isaac de vxore. Caput IX.

DIVI AMBROSII EPISCOPI DE ABRAHAM LIBER PRIMVS.

De huius libri titulo, autoris intentione, tractãdi ordine, rationisq; propositi negocii expositione. Ca. I.

ABRAHAM LIBRI huius titulus est, quoniã per ordinem huius quoq; patriarchæ gesta considerare animũ subiit. De quo nobis moralis primo erit tractatus & simplex. Nam etsi altiori disputatione pcessus quidam & forma virtutis & species quædã exprimatur, tamen forensia

A quoq; actuum eius vestigia spectare virtutis profectus est. Etenim si ea quæ natura ad victum genera uit hominum, non vnius, sed geminæ, aut etiã vberioris gratiæ sunt: quanto magis ea quibus epulantur animi, nõ angusti sed abundantioris vsus & multiplicis cibi esse æstimari cõuenit? Non mediocre autẽ est aut ociosum negociũ. Etenĩ cum dñs deus noster hũc locupleti benedictionis suæ dote donauerit, vt eius gratia prouocaret cæteros, institutione corrigeret, Moyses quoq; imitandum nobis descripserit, vt corda hominum in vitiũ labentia, huius viri contuitu velut quodam terreno busto resuscitaret: non perfunctorium debet videri si nos quoq; scrupulosius eiusdem viri versemus vestigia. Nã si sapientes huius mundi, & Plato ipse princeps philosophorũ, non verã aliquã sed fictam & adumbratã sibi eam quam legimus πόλιν proposuit ædificandam, jvt doceret qualẽ rẽpublicã esse oporteret: atq; ita quã nec audierat nec viderat in aliqua vrbe, describẽdã putauit, vt ii qb⁹ hoc mun⁹ est, quẽadmodũ rẽpublicã regerẽt, instituti possent, et si cõdiscipul⁹ Platonis Xenophon ille Socraticus fictis & ipse reb⁹ pson̄ã voluit informare sapiẽtis in eo libro quem κύρου παιδείαν inscribit, vt ex intimo philosophiæ sinu regis iusti & sapientis discipli
B na procederet: quanto magis nos nõ compositam figuram sapiẽtis viri, sed expressam virtutem & diuino institutam magisterio recensere intentius, & vias ei⁹ debemus ꝓsequi, quem Moyses ita descripserit, vt retro quodammodo se ipse respiceret.

De fidei Abrahæ singulari deuotione, quã obedientia admirabili comprobauit. Caput II.

MAGNVS plane vir, & multarum virtutũ clarus insignibus, quem votis suis philosophia non potuerit æquare. Deniq; minus est quod illa finxit, q̃ quod iste gessit, maiorq; ambitioso eloquentiæ mendacio simplex veritatis fides. Itaq; cuiusmodi fuerit in eo viro deuotio, consideremus. Ea enim virtus ordine prima est, quæ est fundamentũ cæterarum: meritoq; hanc ab eo primã exegit deus dicẽs: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Satis fuerat dixisse, de terra tua. Ibi enĩ erat exire de cognatione, exire de paterna domo. Sed ideo addidit singula, vt eius affectum probaret, ne forte aut imprudenter cœpisse videretur, aut fraus aliqua mandatis cælestibus pararetur. Sed sicut coaceruanda fuerunt præcepta, ne quid lateret: ita etiam proponenda
C Tals præmia. merita, ne forte desperet. Tẽtaſ vt fortis, incitaſ fidelis, puocaſ t vt iust⁹. meritoq; exiuit, quẽadmodũ locutus est illi dñs. Et exiuit cũ eo Loth. Hoc est quod pro
Tals probatur. magno inter septem sapientum dicta celebratur, ἕπου θεῷ, id est sequere deum. Facto præuenit Abrahã dicta sapientum, & secutus deum, exiuit de terra sua. Sed quia antea terra ei fuerat alia, hoc est regio Chaldæorũ, de qua exiuit Thara pater Abrahæ, & in Charran demigrauit, & quia secum eduxit nepotem suum, cui dictum fuerat, Exi de cognatione tua: cõsideremus ne forte hoc sit exire de terra sua, de huius terræ, hoc est de corporis nostri quadam cõmoratione egredi, de qua
Phil. 3. exiuit Paulus, qui dixit: Nostra autẽ cõuersatio in cælis est. & de illecebris & delectationib⁹ corporalib⁹ quas velut cognatas animæ nostræ dixit, quam compati ne cesse est corpori donec eius colligata vinculo adhæret. Ergo exire de cõuersatione terrena, & a secularibus obsectamẽtis & superioris vitæ morib⁹ atq; actibus debemus, vt non solum loca sed etiam nosmetipsos mutemus. Si cupimus adhærere Christo, deseramus corruptibilia. Sunt autem corruptilia in nobis, caro, delectatio, vox obnoxia passionibus corporalibus. Per vocem autem passiones intelligimus. Vnde quoniam anima
D irrationabile, quod diuiditur per carnem, & delectationis corporalis illecebras, cæterasq; passiones corporis: qui iustus est vir, rationabile animæ suæ ab irrationabili seiungere debet ac segregare. Hoc est enim exire de Charra, tanquã de cauernis quibusdam & cuniculis latibulisq; egredi. Latere enim crimino sæ conscięt̃ię est. Et nos igitur sequentes Abraham, exeamus de latibulis. Si enim filii Abrahæ sumus, opera Abrahæ faciamus, vt luceant opera nostra bona coram deo, & corã hominibus. Iustus dicit opera sua regi, peccator seipsũ occultat, sicut Adam se occultare cupiebat, sed latere nõ poterat. Paruit itaq; mandato Abrahã, nec vlla legitur mora interuenisse. Egressus perambulauit vsq; ad Sichem. Quod interpretatione Latina dicitur humerus vel ceruix: per quæ executionem præscripti operis intelligimus. Siquidem & infra habemus scriptũ: Supposuit humerum suum ad laborandum. Vide per figuram locorũ id expressum aduertimus, quod ad deuotionem suam sanctus Abraham non solum studio sed etiam efficacia probauerit fructuosa, qua ad quęrcũ vsq; peruenerit. Quo loco apparuit illi domin⁹, & dixit: Semini tuo dabo terram hanc. Vide quomodo promisso frequenti tanquam inualidum adhuc informet atq; instituat: & ipse memor sui, totum deo deputet, nihil sibi
E vindicet. Ideo & aram ædificauit deo, qui apparuit ei, & recessit inde in montem contra orientem Bethel, fur gentem adhuc solem iustitiæ cupiens videre. Ideoq; nõ in vallibus sed in mõte tabernaculum sibi locauit, quia deus montium est, & non vallium. Et inuocauit nomẽ
3. Re. 20. domini. Vbi Bethel, id est domus dei: ibi & ara. Vbi ara, ibi & inuocatio dei nostri. Meritoq; processus tantos habuit, quia deum sperabat sibi auxilio fore. Exercetur athleta dei, & duratur aduersis, in desertum abiit, famem incidit, in Ęgyptum descendit. Compererat in Ęgypto lasciuiam esse, iuuenum luxuriem, petulãtem cupiditatem, voluptatum intemperantiam. Aduertebat inter huiusmodi viros intutam vxoris pudicitiã fore, sibiq; coniugis pulchritudine periculo futurã: monuit vxorem vt sororẽ se diceret. Quo doceturnõ magnopere decorem quærendum coniugis, qui viro necẽ plerunq; gignere soleat. Non enim tã pulchritudo mulieris q̃ virtus eius & grauitas delectat virũ. Qui suauitatem quærit coniugii, non tam superiorem censu amF biat, quam necessitates non terreant maritales, nõ molilibus ornatam, sed moribus. Offendit plerunq; virũ si se vxor nobiliorem nouerit. Hæc proxima superbiæ sunt. Sara non facultatibus ditior, nõ genere splẽdidior erat: ideo virum imparem non putabat, ideo quasi parem gratiam diligebat, ideo non censu est retenta, non parẽtibus, nõ propinquis, sed virum proprium quocũque pergeret sequebatur, externa adiit, fororem se eius asserunt, contenta si ita esset necesse, se periclitari pudore q̃ virum salute. Vt tueretur maritum, mentita est germanitatem, ne insidiatores pudoris eius tanquam æmulum & vindicem vxoris necarent. Deniq; simul vt viderunt illam Ęgyptii, admirati quod speciosa esset valde, induxerunt illam ad regem suum, & cum Abraham bene egerunt, tanquam fratrem eius quæ placuisset regi honorantes. Afflixit autem dominus Pharaonem afflictionibus magnis & sæuissimis, & domũ eius propter Saram vxorem Abrahæ. Magnum testimoniũ documẽtũq; castitatis. Intuẽdus locus ita hortatorius, vt vnusquisq; se castum prębeat, alienum non affectet thorum, nec latendi spe, aut faciẽdi impunitate alienam vxorem incestet, non incuria aut stultitia prouocetur mariti, aut longiore absentia. Adest præsul cõiugii deus, quem nihil lateat, nullus euadat, nemo irrideat, vicem absentis mariti tuetur, seruat excubias, immo sine excubiis deprehẽdit reum anteq̃ faciat qđ paratum erit: in animis singulorum, in mẽtibus vniuersorũ crimen agnoscit. Et si maritũ adulter fefelleris, non falles

G deum: & si maritum euaseris, & si iudicem fori luseris, non euades iudicē totius mundi. Ille grauius vlciscitur iniuriam inopis, contumeliā imprudētis mariti. Maior est enim iniuria autorē custodem thalami spretum & nō consideratum. Ipse quoq; Pharao, licet rex Egyptiorum, quē & insolentia regalis potētiæ supinaret, & Egypti lasciuia atq; luxuries a studio castitatis abduceret: vocauit Abrahā, & arguit eum dicens: Quid hoc fecisti mihi? Quare non dixisti mihi quia vxor tua est, sed dixisti mihi quia soror tua est, & sumpseram eam mihi vxorem? & nunc ecce mulier tua ante te. Etsi natura ferus ac barbarus, tamen significat etiā exteris ac barbaris moribꝰ esse curam pudoris, & adulterii etiam sibi crimen cauendum. Qui prætendit ignorantiā, cōdemnat intemperantiam. Nec mirum si barbarus ius nouit naturæ, muta animalia licet nullis constringantur legibus, sunt tamen aliqua quæ non solum paribus suis copulæ ferunt fidem, verūetiam coitus vnius castitatem custodiant. Ita maior lex naturę q̄ legum præscriptio est. Non mirū ergo si & iste Egyptius rex deū timuit, qui hominem non timebat, & pœnam soluit adulterii qui nullis tenebatur reus legibus: statimq; vbi alienam esse cognouit vxorem, non solum marito reddidit, verumetiam prosecutores dedit qui deducerēt eū ne quis de populo barbaro irrogaret violentiam vel peculio viri, vel vxoris pudori. Pulcherrimus & hic locus

H ad incitādæ studium deuotionis, quod is qui deum sequitur, tutus semper est. Et ideo deū præferre debemus omnibus, nec patriæ contuitu, nec parētum filiorumq; gratia, nec vxoris contēplatione reuocari debemus ab executione præceptorum cælestium, quia deus nobis oia illa largitur, & potens est seruare quæ donat. Itaq; magnum exemplum deuotionis Abrahæ, quod cum vxore speciosa descendit in Egyptum. Erat quidē iusto viro cura coniugalis pudicitiæ, sed maius erat studium maturādæ deuotionis, ne prætulisse custodiam thori mandatis videretur cælestibus. Itaq; quoniā propter deum contēpsit omnia, recepit a deo multiplicata omnia, sed primā deus pudicitiæ tribuit remunerationem, quā gratā sciebat coniugi. Nā quia studio obediēdi cęlestis oraculi vxorem quoq; in periculum deduxit pudoris, etiam castimoniam coniugii defendit.

De cæteris Abrahæ virtutibus, videlicet prudētia, iustitia, charitate, atq; parsimonia. Et quēadmodum rixas inter seruulos suos ac nepotis eius exortas fibrā discordiæ amputando sedauerit. Caput. III.

I TRIMAS igitur partes sibi iusto ordine vē dicauit deuotio. Videamus & cæterarum virtutū gratiā. Mulcebatur sanctus Abraham nepotis presentia, cui patrium affectū exhibebat. Incidit rixa inter seruulos nepotis et patrui. Aduertit prudentior, seruulorum dissensionibus dñorum concordiam solui solere, amputauit fibram discordiæ, ne contagium serperet. Tolerabilius enim putauit vt copula sequestraretur, q̄ gratia dirimeretur. Q d te facere oportet si forte huiusmodi aliquid incideris, vt seminarium dissensionis auferas. Neq; enim tu fortior q̄ Abraham. Ille declinanda censuit non despicieda seruulorum iurgia. Et si tu fortior, caue ne alter infirmior qui aurem præbeat seruulorum susurris. Frequēter indiuisa seruitia inter parentes discordiam ferunt. Diuide potiꝰ, vt maneat amicitia. Indiuisa domus duos nō sustinet. Nonne melius est emigrare cum gratia, q̄ cohabitare cum discordia? Ipsa quoq; cuiusmodi esse debeat diuisio, patriarcha edocet. Firmior diuidat, infirmior eligat, ne habeat quod cōqueratur. Electionis enī suæ partem non poterit calumniari. Non refidet occasio resiliendi, cui datur optio eligendi, nec diuisor grauatur. Nam quo prudentior, eo cautior, vt nec in diuisione circunscribatur, nec in electione fraudetur. Diuisit k Abraham: quia nō capiebat, inquit, illos terra habitare simul, quia nimium diuites erant. Seculare vitiū, vt diuites terra non capiat. Nihil enim satis est diuitum cupiditati. Q uanto ditior quis fuerit, tanto auidior ad possidendum est. Extēdere agri terminos cupit, & vicinum excludere. Nunquid huiusmodi Abraham? Minime, quāuis in principio & ipse imperfectior. Vñ enī perfectio ante aduentum Christi? Nondum venerat qui diceret: Si vis perfectꝰ esse, vade, vende omnia quæ Mat. 19. habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Tū vt minime auarus electionem offert, vt iustus dissensionem amputat. Non sit, inquit, rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, qa omnes nos fratres sumus. Nonne ecce tota terra ante te est? Discede a me. si tu in dextrā, ego in sinistram: vel si tu in sinistrā, ego in dextram. Et leuauit oculos Loth, & elegit irrigua, regionē, inquit, Iordanis, quia tota irrigabat, & erat sicut padisus dei. Plerūq; possessiones obuenīt hæreditariæ, aliæ vtiliores, aliæ amœniores. Non vtiq; in portione secundæ sunt. Nam incipit minui singularū meritum. Sed si non queunt partes de vtilioribus cōuenire, conferātur amœnæ vtilioribus. Diuersa hoim̄ ingenia sunt. alios vtilia, alios amœna delectāt. Infirmior amœniora eligit, vtiliora fastidit. Villicus nōnunq̄ vtilis est, vel actor agri confertur vrbano. Si inspiēs sit electior, aut cocum eligit, aut vocalē, quē venustioris gra- L tiæ putat, refutat vtiliorem. Plerunq; etiam vbi fructꝰ impares sunt, prudentior amœniora declinat. Cito inuidiam mouent, cito in se excitant mentem auari. Hic tamen nihil dixit scriptura de eo quod alia pars vtilior, alia amœnior fuerit, ne studio Abraham cepisse oculos adolescentis videretur. Amœnam partem vnā descripsit, non addidit alteram vtiliorem. Necesse erat vt de tota regione duas partes faceret: deide præsentia nō absentia diuidebat. Vna regio capere vtriq; non poterat. Q uod potuit summæ esse iustitiæ, electionem obtulit. Loth amœnam elegit, quæ cito prædonum oculos incurrit. Hinc bellum inter reges, aduersariorum victoria, incolarum captiuitas. Itaq; etiam Loth infirmioris consilii precium lut, non terrarum infœcunditate, sed amœnitatis inuidia deceptus, vt etiam ipse captiuus educeretur, quoniā vitio seruilis nequitiæ a prudentiore deflexerat, & partem flagitiosorum elegerat. Sodoma enim luxuria atq; lasciuia est. Ideoq; declinatio Latina interpretatione dicitur Loth, quod is vitia eligit qui a virtute declinat, & ab æquitate deflectit. M

Q uo cōperto Abraham numerauit seruulos suos vernaculos, & cum trecētis decem & octo viris adeptus victoriam liberauit nepotē. Probatur diuisionis affectus, qñ sic amabat nepotē, vt pro eo nec belli declinaret periculum. Q uid est numerauit? Hoc est elegit. Vnde illud non solum ad scientiam dei refertur, sed etiā ad gratiam iustorum, quod in euangelio dixit dominꝰ Iesus, Et capilli vestri numerati sunt. Cognouit autem dominus qui sunt ipsius: eos autem qui nō sunt ipsius, non dignatur cognoscere. Numerauit autem trecentos decē & octo, vt scias non quantitatem numeri, sed meritum electionis expressum. Eos enim ascisci quos dignos numero fidelium iudicauit, qui in domini nostri Iesu Christi passionem crederent. Trecentos enim τ Græca litera significat, decem & octo autē summam, ιη, exprimit nomen fidei. Ergo merito Abraham vicit, non populoso exercitu. Deniq; eos quibus quinq; regum arma cesserunt, cum paucis egressus vernaculis triūphauit. Sed qui vincit, nō debet arrogare sibi victoriam, sed deferre deo. Hoc Abraham docet, qui triumpho humilior factus est, nō superbior. Sacrificium deniq; obtulit, decimas dedit: ideoq; eū Melchisedech (qui interpretatione Latina dicitur rex iustitię, rex pacis) benedixit. Erat enim sacerdos summi dei. Quis est rex iustitiæ

Lucæ. 12. 2. Tim. 2.

Psal. 109 sacerdos dei, nisi cui dicitur: Tu es sacerdos in æternū
A secundum ordinem Melchisedech, hoc est dei filius, sacerdos patris, qui sui corporis sacrificio patrem nostris repropitiauit delictis? Q uantum autem illud quod de præda victoriæ nihil voluit cōtingere, nec oblatum sumere? Minuit enim fructum triūphi, mercedis susceptio, & beneficii arrodit gratiam. Plurimum enim refert vtrum pecuniæ an gloriæ dimicaueris. Alter mercenarii loco ducitur, alter dignus habetur conseruatoris gloria. Iure sanctus de præda vsurpare aliquid vel oblatum recusat, ne dicat qui dedit, quia ego diuitem feci eum. hoc solum sibi satis esse testificatur, qđ pastui pręliantium iuuenum profecisset. Dicet aliquis: Cum ipse vicerit, quomodo dicit ad regem Sodomorū, Nihil sumam abs te: cum præda vtiq; in potestate victoris fuerit? Docet militarem disciplinam, vt regi seruentur omnia. Sane iis qui secum fuissent in adiumentū fortasse sociati, partem emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedē laboris. Ideoq; quoniam sibi mercedem ab homīe nō quæsiuit, a deo accepit, sicut legimus scriptum: Q uia post hæc factum est verbum domini ad Abraham in visu dicens: Noli timere Abraham, ego protegam te, merces tua multa erit valde. Nō est seruus ad remunerandum dominus: & cito promittit, & multa largitur: ne infirmos animos per dilationem aliquā
B subeat pœnitentia contēpsisse præsentia: & velut quadam vsuraria largitate compēsat, vt vberiora restituat ei qui captus nō fuerit oblatione præsentium. Ab ipso quoq; domino mercedem quam postulet, cōsideremus. Non diuitias vt auarus exposcit, non longæuitatē vitæ istius vt meticulosus mortis, non potentiam, sed dignum quærit sui hæredem laboris. Q uid mihi, inquit, dabis? Ego autē dimittor sine filiis. Et infra: Q uia mihi semen ait nō dedisti, vernaculꝰ meꝰ mihi hæres erit. Discant ergo homines coniugia non spernere, nec sibi sociare impares, ne huiusmodi suscipiant liberos quos hæredes habere non possint, vt vel transfundendæ hereditatis contemplatione, si nullo cōtuitu pudoris moueantur, digno studeant matrimonio. Sed si Abrahæ sententia ad corrigēdum minus proficit, accipe oraculum dei huiusmodi cōdēnantis hæreditatem. Nō erit, inquit, hæres tuus hic, sed alter qui exierit de te, ille hęres tuus. Q uem dicit alterum? Peperit enim & Agar filiū Ismahel: sed non ipsum dicit, sed dicit sanctū Isaac. Et ideo addidit: Q ui exierit de te. Ille enim vere exiuit ex Abrahā, qui legitimo coniugio procreatus est. Sed per Isaac legitimum filium, illū verum legitimū possumus intelligere dominum Iesum Christū, quē in prin-
C cipio euangelii secundū Matthæum Abrahæ filium legimus, qui verum se Abrahæ gessit hæredem, autoris illuminans successionem, per quē Abrahā respexit in cælum, & splendorē posteritatis suæ agnouit nō minus illustrem, q̄ stellarum cęlestium fulget claritas. Sic-
1. Cor. 15. cut enim stella differt a stella in claritate, ita & resurrectio mortuorū, Apostolus dicit, eo quod resurrectionis suæ donās cōsortia, homines quos mors solebat terris abscondere, regni celestis fecit esse participes. Q uomodo autem Abrahæ propago diffusa est, nisi per hæreditatem fidei, per quā cælo comparamur, conferimur angelis, æquamur stellis? Ideo ait: Sic erit semen tuū. Et credidit, inquit, Abrahā deo. Q uid credidit? Chri-
Ioan. 8. stum sibi per susceptionem corporis hæredem futurū. Vt scias quia hoc credidit, dominus ait: Abrahā diem meum vidit, & gauisus est. Ideo reputatum est illi ad iustitiam, quia rationem non quæsiuit, sed promptissima fide credidit. Bonū est vt rationē præueniat fides, ne tanquam ab homine, ita a domino deo rationem vi deamur exigere. Etenim q̄ indignum vt humanis testimoniis de alio credamus, dei oraculis de se non credam? Imitemur ergo Abrahā, vt hæredes simus terræ per iustitiā fidei, per quā ille mūdi hæres factus est.

De defensione immunitatis adulterii Abrahæ, qui D ex ancilla filium susceperit. Et cur circūcisio mādata fuerit, & tamen hodie non obseruetur. Caput IIII.

SED fortasse dicat aliquis: Q uomodo Abraham nobis imitādum proponis, cum de ancilla susceperit filiū? Aut quid sibi vult hoc esse, vt tātus vir huic errori fuerit obnoxiꝰ, cuius tanta opera miramur? Et ideo ne quodam more nauigantium, locū hunc, quem pleriq; vadosum putāt, declinasse videamur, rationē eius explānare cordi est. Non abnuo quod Abraham de ancilla susceperit filiū, vt cognoscas quoniam nō superioris cuiusdam naturę ac substantiæ fuit Abraham, sed vnius e numero & fragilitate vniuersorum hominum. Deniq; & de regione Chaldæorum vocatus est, quos superstitioni vanę inētos esse magis q̄ cæteros accepimus: & ideo maiorē inuenit gratiam apud deum, quia posterioribus renunciauit, ad priora se extēdit, vt sequeretur deum. Propositus est enim ad imitandum tibi, vt & tu aduertas q̄ si peccatis renuncies, possis emereri domini misericordiam. Mouere tamen aliquos potest quod iam cū deo loquebat, & ad ancillā introiuit, sicut scriptū est: Q uia dixit Sara ad Abraham: Ecce conclusit me dominus vt nō pariam. intra ergo ad ancillam meam, vt filium facias ex illa. Et ita factum est. Sed consideremus primum, quia Abraham ante legem Moysi, & ante euangelium fuit, nondum interdictum adulterium videbatur. Pœna criminis ex tempore legis est, quę crimē in- E hibuit: nec ante legem vlla rei damnatio est, sed ex lege. Non ergo in legē cōmisit Abraham, sed legem preuenit. Deus in paradiso licet coniugium laudauerit, nō adulterium dānauerat. Non vult enim mortem peccatoris: & ideo quod prēmii est, pollicetur: quod pœne, nō exigit. Maluit enim mitibus prouocare, q̄ seueriorib⁹ terrere. Et tu peccasti cum gentilis esses, habes excusationem: venisti ad ecclesiam, audisti legem, Non adulterabis: iam excusatione delicti non habes. Tamē quoniam cum his mihi sermo est qui ad gratiā baptismatis nomen dederunt: si quis tantum crimē fecit, sciat sibi tribuendā veniam, sed quasi ei qui crimen cōmiserit: in reliquum tamen abstinendū nouerit. Deniq; illi adulteræ quā in euangelio obtulerunt scribæ & pharisæi, ignouit quidem dñs superiora, sed ait: Vade, & amodo Ioan. 8. vide ne pecces. Q uod cum illi dicit, tibi dicit. Fecisti gētilis adulterium, fecisti catechumenus: ignoscitur tibi, remittitur tibi per baptismum: Vade, & post hæc vide ne pecces. Habes viam Abrahæ defensionem. Secūda illa est quod non ardore aliquo vagæ succensus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem posthabuit thorū, sed studio quærendæ posteritatis, & propagādæ sobolis. Adhuc post F diluuium raritas erat generis humani: erat etiam religionis, ne quis non reddidisse debitū videretur naturę. Deniq; & Loth sancti filiæ hanc causam quęrēdæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit. Nec ociosum est quod vxor autor facti inducitur, vt excusetur maritus, ne vago raptus errore credatur: Simul vt discāt mulieres diligere viros, nec agitari vana suspicione pellicatꝰ, aut inuidere priuignis, si ipsæ liberos nō susceperit. Vxori bonę cordi erat excusare apud virum sterilitatem suam: & ne causa esset viro quod liberos non haberet, suasit vt intraret ad ancillam. Hoc fecit Lya, hoc Rachel postea. Discę mulier zelum deponere, qui sępe mulieres in furorē incitat. Sed & vos moneo viri, maxime qui ad gratiam domini tenditis, non cōmisceri adulterino corpori: Q ui enim se iungit meretrici, vnū corpus est: nec dare hanc occasionem diuortii mulieribus. Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est, nec viro licet

G quod mulieri nō licet. Eadem a viro quæ ab vxore debetur castimonia. Quicquid in eam quæ non sit legitima vxor, cōmissum fuerit, adulterii dānatur crimine. Ergo aduertistis quid debeatis cauere, ne quis sacramentis se indignū prębeat. Accipite etiam aliud, quia huiusmodi intemperātia solut charitatem cōiugii, superbas ancillas facit, iracundas matronas, discordes cōiuges, concubinas procaces, inuerecundos maritos. Simul vt ex domino cōceperit ancilla, spernit dominam suam, tāquā ditior partu: Domina se despici dolet, maritum autorem iniuriarum suarum arguit. Deniq; Sara ipsa marito ancillæ suæ potestatem dederat, & postea dicit ad eum, Iniuriam accipio ego ex te. Dedi ancillam meam in sinum tuū: vbi autem videt conceptum esse, spreta sum, inquit, coram ab ea: Iudicet deus inter me & te. Quantus dolor, q̄ grauis querela sit fœminarum, lectione exponitur. Da improuidum & leuē maritum, qui morigerari nesciat, & diuortii causas exhibet. Sed Abraham vir moderatus & prudens: Ecce, inquit, ancilla tua in manibus tuis, vtere ea quomodo tibi placuerit. Maluit enim vxorem tenere, q̄ famulam. Nec hoc tamen plenum remediū. Accepit potestatem irata vxor, & immoderatius vltione permissa vtitur.

H Quod si Sara moderationem nō tenuit, quæ tenebit? Ideoq; scriptum est: Et afflixit eam Sara, & fugit a facie eius. Quo sunt quæ cōprehendit scriptura, vt & dominæ grauem indignationem exprimeret, & ancillæ tumorē acsuperbiam. Quod afflixit eam Sara, ad iracundiam afflictis refertur. Quod Agar fugit, contumeliam seruili patientia nō ferebat. quæ sibi herilis cōtubernii vēdicabat fastigium: indignata est iniuriam, quæ induerat insolentiam. Deniq; interroganti angelo quo iret, respondit: A facie Saræ dominæ meæ ego fugio. Et hoc tumoris immodici, vt prius nomē diceret, postea dominam significaret. Illud ad iniuriam pręmissum, hoc ad expressionem personæ additum. Non placuit angelo ancillæ insolentia. Et ideo dixit illi: Reuertere ad dominam tuam. Vtiq; nō latuisset angelum si vi suppliciorum victa fugisset, & magis reprehēdisset verberantis sæuitiam, q̄ fugientis discessionem. Sed vt ostenderet quia tanq̄ superba fugiebat ne subiecta esset dominæ, addidit: Et humiliare sub manibus eius. Opto igitur vt hoc vitium nullus incidat: sed si quis incideritI, discat ancillam suam humiliare vxori suæ, ne dū vult ancillam vindicare, excludat vxorem. Ergo Abraham & vnus de populo erat gentili, & causa posteritatis introierat ad ancillam, quia vxor eius sterilitatē suā obumbrare cupiēs, autor eius facti fuerat viro: & tamē non ociosum est qđ post hoc deus statim, quia alia eius opera probaret, pro hui⁹ facti pœnitentia dixit illi: Ego sum deus tuus, emerere in conspectu meo, & esto sine querela. Quasi adhuc plene nō emeruisset, qui desperaret sterilis partum vxoris, & de ancilla posteritatē quereret. Esto, inquit, sine querela, hoc est irreprehēsibilis, vt de te vxor non queratur, nec quisquā tua facta reprehendat. Mutat enim nomen litera addita, vt Abram vocaretur Abraham, hoc est de patre vano, sicut habet latina interpretatio, vocaretur pater sublimis, pater electus: vel de patre fieret & pater filii. Vanus erat cum deum nesciret: electus factus est postquā cognouit deū. Pater erat cum de ancilla prolem haberet: sed pater filii non erat, quia non erat ei filius, qui nō erat legitimo susceptus coniugio. Peperit Sara, & factus est pater filii: circūcidi iubetur, accepturus veri seminis hæreditatem. Nonne euidenter circūcisio carnis præceptum est castimoniæ, vt aliquis resecet libidinem carnis, & indomitas luxu ac lasciuia refrenet cupiditates? Eteni circumcisionis vocabulo id præscribitur, vt omnis impuritatis fœtor abstergatur, & incētiuū libidinis auferat. Duab⁹ vsi sumus defensionibus. Tertia quoq; est, quā nobis apostoli Pauli tribuit autoritas, qui ait: Illa quæ gessit Abraham vt de ancilla susciperet sobolem, in figuram facta sunt, & secundum allegoriā dicta. Allegoria est cum aliud geritur, & aliud figuratur, sicut etiam ipse Apostolus docet dicens: Sub lege volentes esse, legem non legistis? Scriptum est enim: Quoniam Abraham duos filios habuerit, vnum de ancilla, & vnum de libera: sed is quidē qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Nam hęc sunt duo testamenta, vnum quidem a monte Sina in seruitutem generans, quæ est Agar. Duos populos ostendēs de Abrahæ generatione manare, vnū Iudæorum: qui legis syllabis seruiat, eo quod de ancilla in seruitutem videatur esse generatus: alterum Christianū, qui ad remissionem peccatorū cælestis gratiæ libertatem acceperit. Quod ergo putas esse peccatum, aduersus esse mysterium, quo ea quæ in posterioribus erant futura temporibus, reuelabātur. Deniq; addidit: Vos autem fratres secundum Isaac promissionis filii estis. Ideo, inquit, nolite quærere opera legis, quoniam non iustificatur homo ex operib⁹ legis, nisi per fidem Iesu Christi. Et vt sciās quia Christianis dixit: Et nos, inqt, in Christū Iesum credidimus, vt iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Agnoscamus ergo quoniam hæc quæ in figuram contingebant, illis crimini non erant: nobis autē erūt si ad correptionem nostram scripta cauere nolimus, sed magis id agamus, vt cum simus liberæ filii, quæ est Sara, legis laqueis seruiamus: cum Abraham liberā tenuerit, ancillam eiecerit. Quo loci pleroſq; moueri scio. Si enī bona est circumcisio, hodieq; teneri debuit: si inutilis, mandari non debuit, præsertim diuino oraculo. Sed cū Apostol⁹ dixerit Paulus: Quia Abraham signum accepit circumcisionis: vtiq; signū non ipsa res, sed alterius rei est: hoc est non veritas, sed indicium veritatis. Deniq; ipse exposuit & expressit dicens: Signū accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ & fidei. Vnde non incōgrue intelligimus quia circumcisio corporalis, signum circumcisionis est spiritalis. Ergo signum manſit donec veniret veritas. Aduenit dominus Iesus, qui ait: Ego sum via, veritas, & vita. Qui non partē exiguam corporis in signo, sed totū circumcidit hominē in veritate: signū destruxit: veritatē induxit: quia posteaq̄ venit qđ perfectū est, quod ex parte erat, euacuatū est: & ideo cessauit circumcisio partis, vbi refulsit circumcisio vniuersitatis. Iam enim non ex parte, sed totus homo saluatur, in corpore scilicet & anima. Scriptū est enim: Qui vult post me venire, abneget se ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Hæc est perfectio circumcisionis, quia per corporis oblationem redimitur anima, de qua ipse dominus ait: Quoniā qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eā. Superest illa nūc quæstionis portio, vtrū deuerit pars præmitti, cū esset ventura pfectio. Qui loc⁹ est facilis ad diluēdū vel ad discernēdū, si cōsideremus quib⁹ pars mandata fit, quib⁹ seruata pfectio. Pars enim mandata est secundum legem populo Iudęorū, illi dura ceruice, illi infirmo, illi qui deū suū nō cognouit. Cū ergo partē nō potuerit sustinere, quomodo perfectionem seruare potuisset? Vt si puerulum literis imbuas, a singulis literarum elemētis inchoandum est tibi, vt a singulis apicibus ad syllabas, a syllabis eū per ordinem ad nomina orationemq; deducas. Nec potest mare quisquā nauigare intrepidus, nisi qui ante in fluminib⁹ nauigauerit. Deniq; si quid aut conficiēdi itineris, aut leuandi oneris puero velis prouectioriq; mādare, nunquid æquanda onera sunt, aut conferendus labor? Ita igitur noueris his perfectionē circumcisionis esse seruatam, qui a Christo institutis validioribus idonei viderētur, vt & fideles probarētur: quorum multitudo innumera crucem suam tolleret, quæ pro Christo animam deuoueret: & increduli nō possent resistere, qui in

A totius corporis immolatione quæri salutem putarent, qui exiguum circumcisionis suæ sanguinem salutarem arbitrarentur. Considerandum autem quod in præputio positum vocauit deus, in præputio adhuc manenti legitimi filii promissa est hæreditas, vt non Iudęorum tantummodo patrem, vt ipsi asserūt, sed omnium credentium autorē per fidem credas. Sara quoq; ante circumcisionem viri in vnius literæ adiectione nō mediocri remuneratione benedicitur, vt principatum virtutis & gratiæ haberet, de qua nationes & reges Gentiū spondet futuros, vt in ipsa typus nō Synagogæ, sed Ecclesiæ constitueretur. Quod autem promisso ex ea filio risit Abraham, non incredulitatis, sed exultationis indicium fuit. Deniq; procidit in faciem: qui adorauit & credidit: et adiecit: Si mihi cētum annorum nascetur filius, et si Sara nonaginta annorum pariet? Et dixit: Ismahel hic viuat in conspectu tuo. Non est incredulus in promissis, nec auarus in votis. Hoc est: Nō dubito quod facias vt & centū annorum seni dones filiū, & naturæ autor, naturæ metas relaxes. Beatus cui ista donantur, sed tamen etiam hic Ismahel, quem habeo de vernacula, viuat in conspectu tuo, abundat mihi gratia. Deniq; dominus & probauit eius affectū, &

B petitionem non abnuit, & sua promissa firmauit.

De hospitalitate Abrahæ, hospitū explorantis aduentum, & angelos hospitio suscipientis, cum diligenti exhortatione ad hospitalitatis illius imitationem.

Caput V.

DIXIMVS de Abrahæ deuotione ac fide, prudētia, iustitia, charitate, parsimonia: nūc etiam de hospitalitate dicamus. Est enī nō mediocris ea virtus. Vnde Apostolus principaliter eam in Episcopo esse oportere geminæ scriptionis docuit autoritate, vt præsto sit aduenientibus, & occurrat obuiā, & itinera exploret, & assit non quærentibus, & rapiat prætergredientes. Ante ostium sedebat Abraham, sedebat meridie. Quādo alii requescebāt, iste hospitū explorabat aduēt⁹. Merito illi deus apparuit ad quærcum Mābræ, quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat. Et respiciens, inquit, oculis vidit, & ecce tres viri stabāt supra illum. Et cum vidisset illos, cucurrit obuiā illis. Vide primo fidei mysterium. Deus illi apparuit, et tres aspexit. Cui deus resulsit in trinitate, non sine filio patrem suscipit, nec sine

C spiritu sancto filiū confitetur. Hæc alibi plenius. Nunc moralis prosequendi propositum est loci. Non ociosus sedet, qui longe aspicit: nec aspexisse contentus, cucurrit obuiam. Festinauit occurrere, quia non satis est recte facere, nisi etiam matures quod facias. Festināter enim mandūcare pascha lex iubet. Vberiores enim fructus habet celerata deuotio. Discę ergo q̄ impiger esse debeas, vt possis prævenire hospitem, ne quis prævenīat, & te boni muneris defraudet. Copia bona est hospitalitas, habet mercedem suam, primū humanæ gratiæ, deinde (quod maius est) remunerationis diuinæ. Oēs in hoc incolatu hospites sumus. Ad tempus enim habitandi habemus hospitium. Emigremus propere, caueamus ne si nos duri aut negligentes fuerimus in recipiendis hospitibus, etiam nobis post vitæ istius cursum sanctorum hospitia denegētur. Vnde in Euange-
Luc. 19. lio Saluator dicit: Facite vobis amicos de iniqua māmona, qui vos recipiāt in æterna tabernacula sua. Deīde etiā in hoc corpore sitis plerūq; oboritur peregrinādi necessitas. Quod ergo aliis negaueris, id i te ipse decernis: & quod aliis detuleris, eo te facis dignum videri. Si omnes eam sententiam non suscipiendi hospites sequantur, vbi erit requies peregrinātibus? Relictis igit humanis habitaculis, captabimus secessus ferarum, cubilia bestiarum. Sed pauperiem prætendis. Nō opes

a te hospes requirit, sed gratiam: non ornatum conuiuium, sed cibum obuium. Melior est, inquit, hospitalitas cum oleribus ad amicitiam & gratiam, q̄ si vitulos occidas ad prędpia cū inimicitiis. Hæc est grata hominibus, & accepta deo. Vnde dominus Iesus in Euā- Mat. 10.
gelio eum quicunq; dederit hospiti potum aquæ frigidæ, cælestium assert præmiorum non exortem futurum. Deniq; Iacob oues adaquauit Rachel, & gratiam reperit, voxrem acquisiuit. Deide qui scis an deum suscipias, cum hospitem putas? Abraham dum peregrinātibus defert hospitiū, deum atq; angelos eius hospitio suscepit: quanuis & cum hospitem suscipis, suscipias deum. Sic enī scriptū in Euāgelio legis, dicente domino Iesu: Hospes erā, & collegistis me, quod enim vni Mat. 25.
horum minimorū fecistis, mihi fecistis. Vnius horæ hospitio vidua illa quæ suscepit Heliam, & exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimētum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam de hydria farina deficeret. Helisæus quoq; defuncti pignoris resuscitatione donata resoluit hospitii pensionem. Nō sola tamē facilitas susceptionis, sed etiam sedulitas suscipientis & affectus quæritur. Vtrumq; te Abrahā docet. Cucurrit obuiam, rogauit prior, dicens: Domine, si inueni gratiam ante te, ne præterieris seruū tuum. Sumatur aqua, & lauentur pedes vestri, & refrigerate sub arbore, & sumam panem, & manducate, & postea trāsietis. Propter quod declinastis ad seruum vestrum. E
Tres videt, & vnum deum appellat, ipsi? solius se seruum fatetur. Deinde cōuersus ad duos, quos ministros arbitrabatur, etiam ipsis deferre gestit obsequium: iam non iure debito seruitutis astrictus, sed blando sedulitatis nomine vsuq; famulatus. Et festinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, & dixit ei: Festina, & cōspge tres mensuras similaginis, & fac subcinericia. Bonus maritus iunitat, intus Sara coniugium adornat. Nec solū ipse festinat Abraham, sed etiā festinandum dicit vxori, sociam deuotionis ostēdēs, nec fide disparē. Cōsperge, inquit, tres mēsuras simila ginis, & fac subcinericia. Græce ἐγκρύφια dicuntur, hoc est abscondita, eo quod latere debeat omne mysterium, & quasi operiri fidei silentio, ne prophanis temere diuulgetur auribus. Hoc F
pascitur diuina maiestas, hunc epulatur affectum, qui parcus loquendi sit, nec sacra in medium ferat. Breuiter autem mysteriū docet Sara vnius similaginis tres mēsuras faciens, quæ typū Ecclesiæ habet, cui dicitur: Le- Gala. 4.
tare sterilis, quæ nō paris: erūpe & clama, quæ nō parturis. Hæc enim quæ intimo fidē spiritu fouet, eiusdē diuinitatis asserens trinitatē, pari quadā mensura atq; reuerentia patrē, filiumq;, & sanctum adorās spiritum, & maiestatis vnitate cōcelebrās, personarūq; proprietate distinguēs, hac deuotionē tuam fidei assertione cōspergit. Mulier similaginē offert, hoc est interiora spiritalis frumenti vel grani illius de quo dictū est quod nisi in terram ceciderit, nullum fructū affert. Vnde & pri- Ioan. 12.
ma vidit dominicæ resurrectionis mysterium, & festinauit nō passim omnib⁹, sed solis Petro & Ioanni intimare sacræ salutis nuncii. Vir currat ad boues, fumat vitulum, & sacramētum dominicæ passionis festinato impiger studio, non lento ocio remissus accipiat, tradat illud puero, qui innocentiam teneræ ferue tætatis, dolū nesciat, referire nō nouerit, incorrupti corporis castimoniam custodiat. De quo puero ait dominus Iesus: Ni- Mat. 18.
si conuersi fueritis, & efficiamini sicut puer iste, non intrabitis i regnū cælorū. Huic puero & similib⁹ eius etiā

G sanctus Dauid diuinæ laudationis dispensat officium,
Psal. 112. dicens: Laudate pueri dominum. Nec illud ociosum,
quod cucurrit ad boues, tenerũ vitulum & bonũ sum=
psit, & cum lacte apposuit. Deniq; & in Exodo cum pa=
Exod. 12. scha dñi declararet, ait Moyses: Agnus sine macula
mundus, cõsummatus anniculus, masculus erit vobis
ab ouibus & hœdis. Sumetis & occidetis, inquit, illum
tota multitudo Synagogæ ad vesperum. Vnde & hic
meridies esse describitur quando Abraham dño offert
hospitium. Sed ad cœnam vitulus immolatur, & cum
lacte manducatur, hoc est non in sanguine, sed cum fi=
dei puritate. Bonus vitulus, vtpote qui peccata dilue=
ret. Tener, quia nõ dura ceruice, sed molli iugum legis
agnouit, crucis patibulum nõ recusauit. Et merito te=
ner, de cuius capite & pedibus & intestinis nihil relictũ
est, & os non est cõtritum ab eo, sed totus epulantium
cibo cessit. Talem nobis legis figurauit vmbra, talem
veritas Euangelii demonstrauit. Manducauerunt, in=
quit, illi: Abrahã autẽ stabat sub arbore. Aduertimus
humilitatis officium cõmendare humilitatem. Abra=
ham stabat, & tu primam accubitionis partem occu=
pas? Deniq; ea humilitas inuenit gratiam, vt promit=
teretur ei filius. Dixit autẽ ad illum: Vbi est Sara vxor
tua? Qui respondit & dixit: Ecce in tabernaculo. Nun=
quid ignorabat dñs, qui in posterioribus Sodomorum
futura excidia denũciat, vbi Sara esset? Sed docere nos
voluit quantus pudor esse debeat fœminarum, ne pro=
caci occursu hospitum in se oculos inflectant, salua ve=
recundia ministerium suum exerceant. Abrahã quoq;
auribus tuis ingerit in tabernaculo Saram degere, vt
discas quid ab vxore exigas. Prouectior ætate iam Sa
H ra iuuenilem custodit verecundiam, ideo dominus spo
pondit ei filium. Defecerant, inquit, Saræ fieri mulie=
bria. Non ociose additum, ne putares fœmineæ adhuc
possibilitatis fuisse vt pareret. Risit autẽ Sara. Quod
indicium futuri magis, q̃ incredulitatis arbitror. Risit
enim, licet adhuc nesciens quid rideret, quod publicam
esset in Isaac paritura lætitiam. Ideo negauit se risisse,
quia ignorauit: ideo risit, quia prophetauit.

De exitio Sodomorũ a domino Abrahæ reuelato,
& de hospitalitate Loth aduenientibus angelis exhi=
bita, criminisq; Sodomorũ ob hospitalitatis violatio=
nem aggrauatione. Caput VI.

EXVRGENTES autem viri, conspexe=
runt in faciem Sodomæ & Gomorræ.) Si=
cut visitatio domini timẽtibus exhibetur, ita
I etiam impiis pœna peccati reponitur. Abra
ham deducebat hospites, ad humanitatis gratiam ad=
debat obsequia. Sodomitæ pro pietatis officiis impu=
ritatis augebant flagitia. Nõ cælo, inqt, Abrahæ pue=
ro meo quæ ego facio. Senilis vtiq; ætatis Abraham
superius scriptura significauit, quia nonaginta & nouẽ
processisset annos: quomodo nunc puerũ dicit? Sed cũ
immemorẽ senectutis, exploratorem indefessum, cur=
su impigrum, standi patiẽtissimum, deducẽdi studio=
sissimum expresserit, nõne conuenire nomen pueri vi=
detur? Officiis merito puer dicitur, qui senile nesciebat
fastidium, pueritiæ innocentiã & obsequiũ deferebat.
Datur itaque iusto benedictionis gratia, & posterita=
tis hereditatis. Offensa autem peccatorum exponitur.
Clamor, inquit, Sodomorum & Gomorræ impletus
est. Magna domini patientia, vt non statim peccatorẽ
puniat, sed diu differat, expectans correctionem: nec cõ
moueatur ad vlciscendum, nisi peccator mensurã exce=
dat. Vnde & dñs Iesus in Euangelio ad Iudæos ait:
Mat. 23. Implete mensuram patrũ vestrorum. Descendã itaq;,
vt videam secundũ clamorẽ illorum venientem ad me,
si cõsummabũtur: sin aũt, vt sciã. Non ignorabat deus
peccata Sodomorum, sed propter te instruendũ verba
huiusmodi loquebatur, vt tu propius scruteris eorũ cõ= K
missa in quos vindicandũ arbitraris. Descendã, inquit,
vt videã: hoc est, etiã tu descende cura, descende indagi=
nis studio, ne quid sit quod fallat aut lateat absentẽ, vt
oculis facinus deprehẽdas. Eminus positi multa nesci=
re possunt. Quem clamorẽ autem ait, nisi forte quia ei
quẽ nihil latet, clamãt oĩa, clamare videntur singulorũ
crimina? Deniq; ad Cain dicitur: Sãguis fratris tui ad Gene. 4.
me clamat, hoc est non latet, sed clamat parricidiũ tuũ.
Itaq; velut excitatur deus flagitiorum nostrorũ clamo=
ribus, vt aliquãdo vindicet, qui libẽter ignoscit. Deniq;
Abrahæ petenti ne simul perderet iustos tanquã ini=
quos, & interroganti, Si fuerint quinquagĩta iusti in ci
uitate, perdes illos? respõdit: Nõ perdã, inquit, ciuitatẽ,
si fuerint in ea quinquaginta iusti, & totum locum ser=
uabo. Et sic per ordinem interrogationũ, & respõsionũ
vicem, etiam si decẽ iustos inuenerit in ciuitate, tamen
propter paucorũ iustitiã impunitatẽ toto populo pro=
mittit. Vnde discimus quãtus murus sit patriæ vir iu=
stus, quẽadmodum nõ debeamus inuidere sanctis, nec
temere derogare. Illorũ etenim nos fides seruat, illorũ
iustitia ab excidio defendit. Sodoma quoq; si habuisset
viros decem iustos, potuit non perire. Quid sibi autem
vult quod ipsi qui ad Abrahã simul cum dño venerãt,
Sodomam petierunt viri, nisi vt aceruaretur crimen L
eorum, si quos iustus honorauerat, his maiore sacrile=
gio impii vim conarẽtur inferre? Nã quod viros dixit,
euidẽs est ratio, quia speciem præferebãt virorũ. Sodo=
mam venerunt vesperi, meridie ad Abraham, quia iu=
sto refulget angelorum præsentia, impiis tenebras af=
fert. Tamen potest referri etiam ad tẽpus dñicę passio=
nis, quod vesperi venerunt ad eum qui a Sodomitanis
contagionibus & totius vrbis excidio erat liberandus.
Vesp erat anteq̃ Christ⁹ veniret: qa totus erat mũdus
in tenebris. Vesp erat oĩbus, quos immaniũ delictorũ
squalor tenebrosus vrgebat. Venit dñs Iesus, redemit
sanguine suo mũdum, lucem attulit. Venerũt autem
angeli duo Sodomis ad vesperã. Vbi gratia largiẽda
est, Christus adest: vbi exercenda seueritas, soli assunt
ministri, deest Iesus. Sedebat Loth ad portam. Emen
dauerant Loth sanctum aduersa captiuitatis, & solici=
tiorem fecerant. Itaq; processu ætatis didicerat imita=
ri parentẽ. Ad portam itaq; sedebat, vt exciperet adue
nientes. Deniq; exurrexit obuiã illis. Perfectior cucur=
rit obuiam, iste exurrexit, & adorauit in faciem sup ter
ram, & dixit: Ecce domini, declinate in domũ pueri ve= M
stri. Et coegit illos diuertere. Qui dicebant: In platea
manebimus. Cõmendatur hic iusti sanctitas, & ange=
lorum gratia. Illi nolebant aduentum suũ hospiti gra=
uiorem videri: ille quidem inter quos habitaret, sciebat,
tamen domum suã offerebat periculis, quibus auferret
hospites. Certe quo tardius acquiescebãt, diutius tẽtã=
do plenius cõprobabant. Viri autẽ ciuitatis Sodomo=
rum circũdederunt domum ab infante vsq; ad senem,
totus popul⁹ pariter. Præstruitur iudicii diuini æqui=
tas, ne forte quis diceret: Quid peccauerũt pueri, vt oẽs
excidio inuoluerẽtur? Ita nullus illic iustus, nullus inno
cens fuit. Audi scripturam testificantẽ, Quia circũde=
derunt domum ab infante vsq; ad senem, totus popul⁹
pariter. Nulla ætas erat culpæ immunis, ideo nullus
immunis exitii fuit. Et qui possibilitatem perpetrandi
criminis nõ habuit, habuit affectum. Effœtæ vires se=
num, sed mẽs plena libidinis. Offerebat sanctus Loth
filiarum pudorem. Nam etsi illa quoq; flagitiosa im=
puritas erat, tamen minus erat secũdum naturam coi=
re, q̃ aduersum naturã delinquere. Præferebat domus
suæ verecundiæ hospitalem gratiam, etiã apud barba=
ras gẽtes inuiolabilem. Deniq; illic quoq; inoffensa ho=
spitalitas est, vbi nec germanitas satis tuta est. Percus=
serunt autem illos angeli cæcitate, vt ostium domus
quod aperire cupiebant, nõ reperirẽt. Hic quidem mi=

A rabilis angelorum declaratur potestas, vt obfusa impu
ris cæcitate, non reperirentur domus ostia. Sed etiam
illud ostenditur, quia cæca est omnis libido, & ante se
non videt. Simul quod hospitum manib⁹ reuocatus
est sanctus Loth in domum, demonstratur immemor
periculi, memor fidei, non eripuisse se periculo, sed obtu
lisse. Munitur pietatis locus, quod manifestata sibi per
angelos totius regionis euersione, & generos habere
Loth sanctus inducitur, & monere eos vt fugerent: si=
mul ne deserendo eos, nec admonendo, minus pius vi=
deretur circa filiarum maritos, vel erroris earum causa
ipsi assignaretur, quæ destitutæ virili consortio, concu=
bitum inebriati expetissent patris. Non ergo indefen=
sum sinit scriptura virum sanctũ relinqui, cum in ea &
tradidisse maritis filias, & monuisse generos ĩducitur.
Sed visum est illis quod derideret eos, & tñ adhuc mo
rabatur Loth vt persuaderet generis suis: & pene non
est profectus vt euaderet, nisi vrgẽtibus angelis, & tenẽ
tibus man⁹ eius, egredi coact⁹ esset. Nõ ergo profect⁹,
sed eductus est, & mandatũ accepit ne respiceret retro,
nec resisteret in tota regione illa, sed in mõtẽ ascẽderet.
Hoc cum illi dicitur, oib⁹ dicitur. Si vis ergo & tu eua=
dere, ne respicias retro, sed ante. Aspice vbi Christ⁹ est,
qui dicat tibi: Vade retro: sicut Petro dicit, Vade re=
B tro me. vt Christũ sequeref, Christum videret. Retro
Sodoma est plena flagitii, retro Gomorra vitiis scatẽs,
Coloss. 2. criminum regio. Ne tetigeritis, inquit Apostolus, ne
attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia ad
corruptelam. Fuge ergo Sodomã, relique ocyus, dese=
re elementa huius mundi, ne te imminentia inuoluãt
pericula, non resistas fugiens, nec in tota vitiorũ regio=
ne remoreris. Qui nõ respexit, euasit: quæ respexit, nõ
potuit euadere. Excusantur autem filiæ sancti Loth,
quia putauerunt non vicinæ regionis, sed totius orbis
fuisse illud excidiũ, se solas cum patre superstites omni=
bus populis remansisse. Et ideo, ne genus deficeret hu
manum, paternum petisse cõcubitum, vt semen gene=
rationis humanæ de patre suo resuscitarent. Nõ ergo
libidinis vitium fuit, sed generationis remediũ, quod
non puto criminis duci loco. Nam & Eua a viro sum=
pta, supra cuius costam ædificata est mulier, os de ossi=
bus eius, & caro de carne eius, tamen propter seriẽ suc=
cessionis humanæ viro mixta est. Subducitur tñ huic
admisso conscientia viri iusti. Inebriatus enĩ vino, quid
generet, nesciebat. Vnde non mirum si puellas decepit
opinio, quæ putarent totius populos orbis perisse. Nõ
eadem esset Loth sancti excusatio, qui audierat ab an=
gelis locum illũ, nõ totum mũdũ esse periturum. Sane
discimus vitandam ebrietatem, per quam crimina ca=
C uere nõ possumus. Nã quæ sobrii cauemus, per ebrie=
tatem ignorãtes cõmittimus. Parum est quod ea inflã
mat libidinẽ, accẽdit cupiditates corporis: ipsam quoq;
mentem subruit, & animum capit, sensum extorquet.
Nesciunt quid loquantur qui nimio vino indulgẽt, ia=
cent sepulti. Ideoq; si qua per vinum deliquerint, apud
sapientes iudices venia quidem facta donantur, sed le=
uitatis notantur autores. Quanta ipsa deformitas, vt
soluãtur vires, incessus vacillet? Multi se fortes putãt:
num fortiores q̃ Loth? num cõtinentiores q̃ Noe? Nõ
vtiq; vitia patriarcharum scriptura exposuit, quos vi=
ctos vino legim⁹: sed vt tu disceres qd caueres. Ille nud⁹
iacuit, iste filiarũ errori patuit. Et Noe iustus deceptus
est, quia vini vis adhuc ignorabat: sed in illo instructus
es, ne tu ignorares. Loth filiabus se credidit, & per se=
nectutem madidam vino solutus, commisit incestum
ignorans. tu sic bibe, ne capiaris. Instruant Patriarchæ
non solũ docẽtes, sed etiã errantes. Ideo iteratũ est exẽ=
plum ebrietatis, vt confirmetur magisteriũ cautionis.

De pudicitia Saræ vxoris Abrahæ sæpius tenta=
ta, & tandẽ a deo pulchra donata prole. Cap. VII.

DENIQVE ideo tẽtatur Saræ pudicitia, D
vt exigatur omnium. Nam & Abimelech
in vxorem sibi eam sumpserat, et dixit ei in Gene. 16.
nocte deus: Ecce tu morieris propter mulie
rem. Aduertimus adulteriũ diuino iudicio morte pu=
niri. Ideoq; addidit: Hæc autem cõmoratur cum viro.
Habent quidem omnes viri mulierisq; cõcubitus nul=
la legitimi matrimonii sorte celebrati suã culpã. Disci=
te etiam qui ad gratiã baptismatis tenditis, velut qui=
dam fidei candidati, cõtinẽtiæ disciplinã sobriã. Nulli
licet scire mulierem præter vxorem. Ideo coniugii tibi
datum est ius, ne in laqueũ incidas, & cum aliena mu=
liere delinquas. Iunctus es vxori, noli quærere solutio= 1. Cori. 7.
nem, quia non licet tibi vxore viuente vxorem ducere:
nam & aliam quærere, cum habeas tuam, crimen est
adulterii: hoc grauius, quod putas peccato tuo autori=
tatem lege quærendam. Tolerabilior est si lateat cul=
pa, q̃ si culpæ vsurpetur autoritas. Nec hoc solũ est ad=
ulterium, cum aliena peccare coniuge, sed omne quod
non habet potestatem coniugii. tamen locus iste docet
grauius crimen esse vbi celebrati cõiugii iura temeran
tur, & vxorius pudor soluitur. Ideoq; cum prætenderet
Abimelech quod vxorem alienã esse ignorauerit, quã
sororem esse vir ipse suam dixerit, respondit ei domin⁹:
Ecce ego cognoui quoniã puro corde fecisti hoc, & pe=
perci tibi, vt non peccares in me: propter hoc non sum
passus te tangere eam. Cognoscimus velut præsulẽ cu=
stodemq; coniugii esse deum, qui nõ patiatur alienum
thorum pollui. Et si qui fecerit peccare eum in deũ, cu=
ius legem violet, gratiam soluat. Et ideo quia in deum E
peccat, sacramenti cælestis amittit cõsortium. Fortas=
se te moueat qua ratione Pharao quæstionibus ab oĩ=
potente deo grauiter afflictus sit, vt supra legimus, cũ
& ipse ignorauerit vxorem esse Abrahæ Saram, quã
sororem audierat: Abimelech autem nullam pœnam
exceperit. Verũ cum Egypti regem noueris ducẽ fuis=
se vitiorum, qui quo plus habuerit licentiæ, eo plus fla
gitii commiserit: Abimelech autem & fidelis æstima=
tus sit deo, vt meruerit audire: Et ego cognoui quia pu
ro corde fecisti hoc: rex non afflictionis, vt Aegyptius,
sed munitionis, quod Gerarum quibus præerat, docet
interpretatio: non est dubiũ cæteris operibus eius indi=
gnationem domini esse reuocatam, qui vere interioris
arbiter est conscientiæ, & animi ac mentis interpres.
Deniq; non vt Pharao ille cõuentus a Moyse recusa=
uit & spreuit mandatum dei: nec obsequium distulit,
sed statim vocauit Abraham, vxorem suã ei reddidit,
precio se ipse multauit quod vidisset alienam, dotẽ pu=
doris exoluit. Hinc quoq; colligi potest Abimelech re=
gem clementiora meruisse, quod Abraham pro eo ro=
gauit & impetrauit. Peperit enim & vxor eius, & an=
cilla eius, quas ante concluserat deus propter Sarã vxo
rem Abrahæ. quod æque ad œconomiam pertinet, vt F
Saræ partus dei donatus promissione, etiam hoc fulci=
retur testimonio, cum aduertas dei offensione & fœcũ=
das sterilescere, & rursum domini voluntate steriles fœ
cundari, iuxta quod scriptum est: Nõne sterilem & pa= Esa. 66.
rientem ego feci? dicit dominus. Quãuis ad Synago=
gæ illud & Ecclesiæ mysterium dictum accipiatur, qa
& Synagoga partus habere desiuit, quæ successionis
fraudata est posteritate: & cõgregatio nationum, quæ
sterilis erat cum deum ignoraret, partus cœpit habe=
re æternos. Vnde lectum est: Lætare sterilis, quæ nõ Gala. 4.
paris: erumpe & clama quæ non parturis, quoniã plu=
res filii desertæ magis q̃ eius quæ habet virum. Geni=
tus est autem Abrahæ filius Isaac, cum esset annorum
centum. Et tu si perfectus fueris, habebis posteritatem
lætitiæ, exultationis hæreditatem. Dixit & Sara: Ri= Gene. 21.
sum mihi fecit dominus. Quicunq; enim audierit, con
gratulabitur mihi. Non vtiq; hoc de generatione hac
intelligitur, quæ casibus plerisq; obnoxia est, vt interdũ

Gmelius fuerit non generasse, sed de generatione qua vnusquisque peccator agens pœnitentiam, cum redimitur a morte, angelis solet exhibere lætitiam. Et dixit Sara: Quis annunciabit Abrahæ quoniam lactet infantem Sara? Moralis locus. Prouocantur fœminæ meminisse dignitatis suæ, & lactare filios suos. Hæc enim matrũ gratia, hic honos, quo se propriis cõmendent viris. Denique eos plus amare filios solent, quos ipsæ matres lactauerint vberibus suis. Fecit autem Abraham cœnam magnam quando ablactatus est Isaac filius eius. Non mediocre istud, nec vsitatum. Non enim quia a nutricis lacte subductus est puer, magnum cõuiuium exhibuit Abraham, sed quia idoneus habitus est ac fortioris gratiæ cibo, & virtutis alimẽto, nõ adhuc, vt Corinthii, lacte potãdus, sed epulis solidioribus mandatorum cælestium mentis suæ lacertos firmans. Prosperitatem cito sequitur inuidia. Pepererat Sara, ablactauerat filium, vidit ancillæ filiũ ludentem cum filio suo Isaac, & dixit ad Abraham: Eiice ancillam, & filium eius: Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durũ erat hoc visum Abrahæ, vt eiiceret filium suũ, licet eum quẽ susceperat ex vernacula. Et tu noli te miscere ancillæ, ne suscipias ex illa filium, & vxor tua non patiatur cohæredem illũ
H filio suo fieri. Vides enim hinc solui gratiã matrimonii. Certe si incidisti, & habes filium, eiice illam, & filiũ eius. Melius est enim vt ancilla q̃ vxor recedat, & filij ancillæ q̃ legitimus eiiciatur. Quod si dubitaueris, si cõtempseris vxoris tuæ sententiam, & durum tibi visum fuerit, dicit tibi deus quod dixit Abrahæ. Quod illi enĩ dixit, tibi dicit, et omnibus dicit: Non sit durum ante te de puero, & de ancilla. Omnia quæcũq; dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quoniam in Isaac vocabitur tibi semen. Nusquam alibi dixit: Audi vocẽ vxoris tuæ, nisi hic: id est, fecisti iniuriam vxori tuæ, & nõ mitigasti affectum eius. susceperisti ex ancilla filium, & non honorasti vxoris filium. Numquid potest in ancillæ filio semen tuum vocari? Nõ vtiq; in legitimo enim filio vera successio est. Sed verearis, quia filius tuus est, ne forte eiectus intereat atq; occidat. Non ei deerit mea gratia. Omnes alit deus noster, suffulcit vniuersos, & iustos & iniustos. Denique & pluit super iustos & iniustos. Sicut fecit Abraham, facito & tu. Eiice ancillã, vt secura vxor & inoffensa maneat domi. Eiice & ancillæ filiũ, vt non habeat hæreditatis cõsortium, qui non habet originis priuilegium.

I De tentatione Abrahæ, & multiplici eius probatione. Caput VIII.

IN FACTVM est post hęc verba, deus tẽtauit Abraham.) Aliter deus tentat, aliter diabolus. Diabolus tentat vt subruat, deus tentat vt coronet. Denique probatos sibi tẽtat. Vnde & Dauid dicit: Proba me deus, & tenta me. Et sanctum Abraham probauit ante, & sic tentauit, ne si ante tentaret q̃ probasset, grauaret. Probauit eum cum exire de Charra iussit, & obedientem reperit. Probauit cum fidei titulo fœtus liberauit nepotem, cum de præda nihil attigit, cum promisit seni filium, & cum esset centum annorum. quamuis Saræ genitalia considerauerit emortua, tamen credidit, nec fide hæsitauit, qui posset hæsitare ratione sterilitatis aut senectutis. probauit eum hospitii sedulitate. Probatum igitur quasi fortiorẽ tentãdum putauit maioribus, & quibusdam imperiis durioribus. Et hic quidem exemplo docemur, quia veris probatur quis, tentatur autem compositis & fictis. Non enim volebat deus immolari a patre filium, nec impleri hoc munus volebat, qui ouem pro filio immolandam obtulit: sed tẽtabat affectum patris, si dei præcepta præferret filio, nec paternæ pietatis contẽplationi vim deuotionis inflecteret. Et dixit ad eum: Abraham, Abrahã. Repetitione nominis mentẽ excitat, vt esset paratior. Deniq; respondit illi: Ecce ego. Et dixit: Accipe filium tuum dilectissimum, quẽ dilexisti Isaac, & vade in terram excelsam, & offeres mihi illum holocaustum in vno montium, quem tibi dixero. Non finit ociosum esse affectũ patris. A principio eum stimulat & pungit pietatis aculeis: & filij nomẽ addit ad nomen necessitudinis, & vim amoris. Non satis putauit dixisse filium, adiungit amantissimum, quem dilexisti Isaac. Quid est quod ait: Quem dilexisti, & non dixit, quem diligis? Possumus quidem vti ad defensionem scripturæ consuetudine diuinæ, quia præterita plerũq; ponit pro futuris vel præsentibus, vt in Euangelio habes: Hic est filius meus dilectissimus, in quo cõplacui. Mat. 3.
cum vtiq; semper in filio placeat pater. Et in psalmo habes: Dixit dominus domino meo, sede a dextris meis. Psal. 109.
cum semper sedeat. Possumus tamen & amantissimũ ad præsens accipere, & quem dilexisti ad id, vt non recẽti quodam impulsu amoris, sed inolito diu & probato amore significaret dilectũ. Quod enim ad tẽpus augetur, ad tẽpus resoluitur: qd autẽ diu aut semp placuit, cito aboleri nõ potest. Potest & illud non absurdũ videri, quia morituros plus diligimus. Hoc est, quem ante dilexisti: quasi iam nõ diligat immolandum. Nec ociose addit nomen sancti Isaac, hoc est, eum quem suscepisti I.
de vxore vnicum, suscepisti in senectute, suscepisti tanquam fidei tuæ præmium, remunerationẽ operũ tuorum, suscepisti ex promissione dei, non coniugis fœcunditate, ex qua aliũ sperare non possis. Offeres mihi holocaustum: sed prius vade in terram excelsam. Interponitur spatium, ne præcipitari subito videatur affectus, vt illa dilatione obrepat pietatis gratia, desiderium patris. Adiecit: In vno montium, quẽ tibi dixero. Et hic similiter, vt dum ascenderet senex, infringeretur impetus, lassaret dextera, deficeret intẽtio: dũ quæreret mõtem discere, dediscere apparatũ. Exurgẽs autẽ non solum sequenti die, sed etiã diluculo, vt attulisse nox moras studio festinãtis patris videretur, strauit asinã suã, M
& sumpsit secum duos pueros, & Isaac filiũ suũ, & cõcidit ligna ad holocaustum. Docemur parata oĩa ad sacrificium dei ferre: discimus etiã apparatũ sacrificii, & ministerii munus ipsi nobis vendicare, nõ delegare aliis. Senex Abraham, & dives pecoribus, atq; abundãs seruitiorum, nõ quęsiuit comitatus sui agmina: ipse quoq; ligna cõcidit, & obsequia maiora viribus suis nõ intermisit. Venit autẽ ad locum quẽ dixit illi deus, die tertia, & cũ duobus ipse tertius proficiscitur, hostiã suã secum ducens, & die tertio ad locum sacrificii venit. Salutaris hic numerus, & cõueniẽs sacrificaturis. Denique & in posterioribus Moyses dicit ad Pharaonẽ regem Ægypti: Viã trium dierũ ibimus, & immolabimꝰ deo Exodi. 5.
nostro, sicut dixit nobis. Et rectẽ tertio die celebrat trinitatis sacrificiũ. Et respiciens Abrahã oculis, vidit locum a longe. Solicite explorat, qui properat implere. Quanuis senilẽ studio celeraret gradum, tamẽ hoc secum putãs, procedebat oculis: vigebãt singulorum officia mẽbrorum, licet senilia membra nõ possent vigere. Solet hebescere visus senũ, vt etiã propinqua nõ facile cõspiciãt. Hic nõ solũ vidit locũ, sed etiam lõge positũ aspexit. Nec dubitauit vidisse, sed ait pueris suis: Sedete hic cũ asina, ego autẽ & infans pertrãsibimus vsq; illuc: & cũ adorauerimus, reuertemur ad vos. Merito typus in asina, quia & veritas in pullo asinæ. In hoc enim animãte figuratur populus gẽtilis, ante oneri subiectꝰ, nunc Christo subditus. Isaac ergo Christi passuri est typus. Venit in asina, vt crediturũ populũ nationũ significaret. Ideoq; & dominus cum ad subeundam pro nobis passionẽ veniret, pullum asinæ soluit, quẽ ipse conscientia mitem atq; mansuetum iam Christo sua terga credẽtem ascenderat. Quod autẽ ait, Ego & puer pergamus: Speciosus forma præ filiis hominũ. Solus elevatus & exaltatus a terris, quẽadmodũ ipse nos docet, cũ loquitur: Ego nõ sum de hoc mũdo, ego de supernis sum. Hũc vidit Abrahã in isto sacrificio, huius passionem aspexit. Et ideo ipse dñs ait de eo: Abrahã diem meũ vidit, et gauisus est. Vnde ait scriptura: Vocauit Abrahã nomen loci illius, Dominus videt: vt dicãt hodie: Dominus in mõte apparuit, hoc est quod apparuit Abrahæ reuelans futurã sui passionẽ corporis, qua mundũ redemit: demonstrans etiã genus passionis, cũ suspẽsum ostendit arietẽ, virgultum illud patibulũ crucis. Et in hoc ligno præstãtissimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad se, vt ab oĩbus cognosceretur. Vnde & ipse ait: Cũ exaltueritis filium hominis, tũc cognoscetis quia ego sum. Hinc quoq; promeruit deum Abrahã. Denique hæc est tertia benedictio. Tres enim plenarias accepit benedictiones: Vnã post victoriam, qua liberauit nepotem, quando occurrit illi Melchisedech, quando dixit ei dñs: Respice in cælũ, & enumera stellas si poteris. sic erit semen tuũ. Et credidit Abrahã deo, et reputatũ est illi ad iustitiã. Aliã quãdo iussus est nominari, & signaculũ accepit circũcisionis: Tertiam, quãdo dilectissimũ filium suũ holocaustũ deo nõ dubitauit offerre. Hæc iterũ benedictio præstitit superioribus. In illis enim propagationẽ seminis Abrahæ promisit futurã. In hac autem ait: Et benedicẽtur in semine tuo omnes reges terræ, quoniã audisti vocẽ meã. Et nos ergo audiamus vocẽ dei nostri, & obediamus præceptis eius, si volumus apud eum inuenire gratiam.

De morte vxoris Abrahę, fletuq; eius, & sepulturę B officio. De solicitudine quoq; ipsius ad prouidendũ filio suo Isaac de vxore. Caput IX.



OCVS qui sequitur, habet mortẽ vxoris, fletum mariti, sepulturæ officiũ, quibus maritalis affectus probatur. Et surrexit, inquit, Abrahã a mortuo. Docemur vt nõ diutius inhęreamus mortuis, sed quãtum satis est officii, deferamus. Festinauit autẽ pro loco sepulchri precium soluere, cũ gratis daretur, vt nõ in alienis locis, sed nostris potius ædificemus tumulos parentũ vel proximorũ. Sæpe enim cum alienationibus possessionũ venales fiunt quæ in iisdem locis sepulturę sunt. Hoc autem ideo Abraham fecit, quia nondum erant huiusmodi dei templa, in quibus fidelium in domino reliquię cõderentur. Seuerat itaq; Abraham, quod boni est patris, debuit vxorẽ prouidere filio: sed propter oraculũ dei non poterat redire eo vnde iussus erat exire. Habitabat autẽ in terris Chananęorũ, ex quorũ genere legitimam successionem sibi quærere fugiebat. Et vocauit puerũ seniorẽ domus suę, & dixit ei vt iret in Charrã, & de proximis suis vxorẽ peteret iuniori domino suo. Discę hĩc quod etiã senioris ętatis seruuli pueri dicãtur a dominis, vel F
a quibusq; potioribus. Vnde & quidã poeta hoc sequẽdum putauit, siue in eorum vsu qui sibi docti & sapientes vidẽtur, ipse hoc reperit, siue de nostris ipse trãstulit, siue translatũ inuenit. Pascite vt ante boues pueri, sub- Virgil. in Bucol.
mittite tauros. Vnde & pueros dicimus quãdo seruulos significamus: nõ ætatẽ exprimentes, sed cõditionẽ. ægl. i.
Aduertenime virtutẽ boni patris familias, et considera primũ quod munus, & cui mãdet, vt & tu ita instituas seruulos, vt liberis tuis paternũ affectum deferant, officia exequantur. Inuentus est de seruilis senior, tamen qui ad vxorẽ prouidẽdam domino iuniori eligeretur, & cõstrictus vt iuraret, & mitteret manum sub femur domini sui. Per femur generationẽ intelligimus: generatio autẽ Abrahę, Christꝰ est. Vnde Apls ait: Abrahę, inquit, dicte sunt pmissiones, & semini eius. Nõ dicit, & seminib⁹, quasi in multis, sed sicut in vno, & se- Gal. 3.

A transibimus viam, demõstrat quod non deficeret in tãto apparatu pater, nõ cederet filius: aut quia pertransirent pietatis remedio tãti facinoris austeritatẽ. Addidit: Ad vos reuertemur. Prophetauit q̃d ignorabat, ipse solus disponebat redire immolato filio, sed dominus per os eius locutus est quod parabat. Captiose autem loquebatur cũ seruulis, ne cognito negocio aut impediret aliquis, aut gemitu obstreperet, aut fletu. Accepit autẽ ligna holocausti, & imposuit Isaac filio suo: accepit & ignẽ ipse in manu, & machęram. Cõsecratur sacris hostia ministeriis, & cõmendatur futura. Quæ pietatis hostia, pii ante ministerii vectura est. Ligna Isaac sibi vexit, Christus sibi patibulũ crucis portauit.
Ioan. 16. Abrahã comitabatur filiũ, pater Christum. Nec Isaac solus, nec Iesus solus. Denique ait: Solũ me relinquetis, & non sum solus, quia pater mecũ est. Dixit autẽ Isaac ad Abrahã patrem suum: Pater. Qui dixit: Quid est fili? Pulsatur pietatis vocabulis patris affectus, & fluctibus quibusdã hinc atq; inde tũditur. Filius vocat patrem, pater dicit fili, vt ipso verborũ sono se recognoscat pater, q̃ impossibile est vt ferire possit, cuius se vulneri subiicere optaret. Hæc nomina vitæ solent operari gratiam, nõ ministeriũ necis. hęc vocabula incitare ad pietatem, non ad mortẽ solent. Addidit Isaac dicẽs: Ecce ligna, vbi est ouis ad holocaustũ? Et hic prophetat ser-
B mone, nõ scientia. Quis enim a domino ad sacrificium parabatur. Respõdit denique similiter & Abrahã: Deus prouidebit sibi ouẽ ad holocaustũ fili. Inflexibilis a studio deuotionis minister vocare filiũ frequenter non timet: ita erat intẽtionis soliditate fundatꝰ: & hoc se meliorem patrẽ putabat, hoc sibi in perenne mãsurum iudicabat filiũ, si eum immolaret deo. Non solum autem hoc prophetauit quod statim accidit, quia deus prouidit sibi pro Isaac hostiam, & reddidit patri filiũ: verũ illud magis, quod nõ hæc ostia diuinæ esset dispositionis, sed alia esset hostia quã deus sibi pararet, vt mũdaret orbem terrarũ: illa esset omnibus acceptior, per quã multi patres offerrẽt filios suos, & separari ab hoc seculo a filiis nõ timerent. Q notidie offerunt patres filios suos, vt moriantur in Christo, & cõsepeliantur in dño. Quanti patres occisis martyrio filiis lætiores ab eorũ tumulo reuerterunt? Venit Abrahã ad locũ sacrificio prędestinatũ, & ædificauit ibi aram, & imposuit ligna. Quãta molimina im molaturi, ne raptus subito ad immolandũ æstimaretur? Et colligatis manibus ac pedibus Isaac filii sui, imposuit eũ in aram supra ligna. Nec dixit filio manibꝰ suis vincula pater, ne refugiẽdo filius, & vi ignis exustus peccatum incurreret. Et dixit angelus: Abrahã Abrahã. Tenuit quodãmodo manũ eius
C diuina vox, & ictum vibrantis occupauit dexteræ. Nõ semel vocauit, ne aut nõ plene audiret, aut fortuitã vocem putaret. Sic reuocauit, quẽadmodum imperauit. Repetiuit vocẽ tãq̃ veritus ne præueniretur studio deuotionis, & vna vox impetũ ferientis reuocare non posset. Nõ iniicias, inquit, manũ in puerum, neq; facias ei quicq̃. Nũc enim cognoui quia timeas deum tuũ, & nõ pepercisti filio tuo dilectissimo propter me. Hoc est dicere: Affectũ tuum in quisitui, non factũ exegi. Tentauimentẽ tuam, si etiã filio dilectissimo nõ parceres ꝓpter me. Non aufero quod donaui ipse, nec hæredẽ inuideo quẽ largitus sum nõ habenti. Nec ociose hic quoq; ei dilectissimum filiũ dixit, vt illud quod supra dixit, quẽ dilexisti, ita dictũ ostenderet, ne æstimares quod iam dilĩ gere desisset. Et respiciens Abrahã, vidit, & ecce aries vnus hærẽs in virgulto. Qua ratione arietem? Quasi præstantẽ vtiq; cętero gregi. Qua ratione suspensum? Vt aduerteres hostiã illam nõ esse terrenã. Qua causa cornibus suspensum, nisi quod carnẽ suam virtute superiore a terris leuaret? iuxta q̃d scriptũ est: Cuius principatus sup humeros eius. Quis vtiq; significatur, nisi Esaię. 9.
Psal. 148 ille de quo scriptũ est: Exaltauit cornu populi sui? Cornu nostrũ Christus est, qui præstitit omnibus, sicut legimus: Speciosus forma præ filiis hominũ. Solus elevatus & exaltatus a terris, quẽadmodũ ipse nos docet, cũ loquitur: Ego nõ sum de hoc mũdo, ego de supernis sum. Hũc vidit Abrahã in isto sacrificio, huius passionem aspexit. Et ideo ipse dñs ait de eo: Abrahã diem Ioan. 8.
meũ vidit, et gauisus est. Vnde ait scriptura: Vocauit Abrahã nomen loci illius, Dominus videt: vt dicãt hodie: Dominus in mõte apparuit, hoc est quod apparuit Abrahæ reuelans futurã sui passionẽ corporis, qua mundũ redemit: demonstrans etiã genus passionis, cũ suspẽsum ostendit arietẽ, virgultum illud patibulũ crucis. Et in hoc ligno præstãtissimus ductor gregis exaltatus omnia traxit ad se, vt ab oĩbus cognosceretur. Vnde & ipse ait: Cũ exaltueritis filium hominis, tũc cognoscetis quia ego sum. Hinc quoq; promeruit deum Ibidem.
Abrahã. Denique hæc est tertia benedictio. Tres enim plenarias accepit benedictiones: Vnã post victoriam, qua liberauit nepotem, quando occurrit illi Melchisedech, quando dixit ei dñs: Respice in cælũ, & enumera stellas si poteris. sic erit semen tuũ. Et credidit Abrahã deo, et reputatũ est illi ad iustitiã. Aliã quãdo iussus est nominari, & signaculũ accepit circũcisionis: Tertiam, quãdo dilectissimũ filium suũ holocaustũ deo nõ dubitauit offerre. Hæc iterũ benedictio præstitit superioribus. In illis enim propagationẽ seminis Abrahæ promisit futurã. In hac autem ait: Et benedicẽtur in semine tuo omnes reges terræ, quoniã audisti vocẽ meã. Et nos ergo audiamus vocẽ dei nostri, & obediamus præceptis eius, si volumus apud eum inuenire gratiam.

G mini tuo, quod est Christus: ostẽdens per ipsum nobis sanctũ sacramentũ, per ipsum tutum auxiliũ fore. Constrinxit autem eũ vt non de semine Chananęorũ vxorem accersiret domino suo, quorũ generis autor patrẽ non honorauerat, & ideo maledictionis hęreditatẽ trãsmisit in suos: vt cognoscamus fidẽ, & quãdam hæreditatem de autoris prosapia in iis requirẽdam, quos no-
Psal.17. bis volumus adiũgere. Cum sancto enim sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. Si hoc in aliis, quanto magis in cõiugio, vbi vna caro, & vnus spiritus est? Quomodo autẽ potest cõgruere charitas, si discrepet fides? Et ideo caue Christiane gẽtili aut Iudæo filiam tuam tradere. Caue, inquã, gentilem aut Iudęam atq; alienigenam, hoc est hæreticã, & omnẽ alienã a fide tua vxorem accersias tibi. Prima coniugii fides, castitatis gratia est. Si idola colat, quorum prædicantur adulteria, si Christum neget, qui præceptor & remunerator est pudicitiæ: quomodo potest diligere pudicitiam? Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis. Simul ad orationẽ nocte vobis surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus deus. Accedit aliud insigne castimoniæ, si credas a tuo deo tibi quod sortitus es coniugium datũ. Vnde & Salomon
Prou.19. ait: A deo, inquit, præparabitur viro vxor. Nõ possunt
H hoc dispares fide credere, vt ab eo quem nõ colunt, putent sibi connubii impartitã gratiam. Ratio docet, sed amplius exempla commouent. Species illecebra mulieris decepit etiam fortiores maritos, & a religione fecit discedere. Et ideo tu vel amori consule, vel errorem caue. Primum ergo in coniugio religio quæritur. Ideo Abrahã proximam quęsiuit dare vxorẽ filio suo. Et tu
Lucę.10. proximã quęre. Quis est proximus? Qui fecit, inquit, misericordiam. In Euãgelio hoc dixit dominus Iesus. Et tu proximã seminis Abrahę require, & propinquã proximi tui. Semen Abrahæ Christus, ipse est proximus omniũ, qui super omnes fecit misericordiam, tollens peccatũ mũdi. Disce deinde quid in vxore quæratur: non aurum, non argentũ quæsiuit Abraham, non possessiones, sed gratiã bonæ indolis. Deinde interrogatus, si nollet venire mulier, vtrũ nam eo filiũ domini sui duceret, ait: Attende tibi, ne reuoces filiũ meum illo. Dominus deus cæli, & deus terræ accepit me de domo patris mei, & de terra in qua natus sum, qui locutus est mihi, & iurauit dicens: Tibi dabo terram hanc,
I & semini tuo. ipse mittet angelũ suũ ante te, & accipies filio meo vxorẽ inde. Quod si noluerit tecũ venire mulier in terram hanc, purus eris a iuramento hoc. Quo proficiat hoc, cõsidera diligentius. Nõ licet tibi accipere alienigenam. Sane si Christianam se faciat, & laudẽ habebis ex ea. Ne te q̃q;, si recusauerit Christiana fieri, studium nuptiarũ a fide deflectat, instruit lectio. Abraham enim sequentẽ deduci admonuit, residentem non expeti, nec eo filiũ pergere. Sane domini sui, qui se ab incolatu terræ in qua habitabat, adduxerat, nõ defuturam misericordiã, vt præiret studio petitoris, & puellę inclinaret animũ. Quasi propheta hoc dixit in causa filii, et quasi moralis doctor docuit te sperare de domino, quod iuuare dignetur incrementũ fidei quęrentem. Et surgẽs puer profectus est in Mesopotamiam, & iuxta voti seriem, quod proficiscens seruulus vouerat, occurrit ei Rebecca habẽs hydriam super humerum, virgo speciosa valde, quã vir non cognouerat. Descendit autẽ ad fontẽ, & impleuit hydriam, dedit puero bibere, adaquauit omnes camelos eius. Vnde puer Abrahę accepit inaures aureas singularũ dragmarũ, & duas virias dedit in manus eius, decẽ aureorum pondus earum, et quęsiuit ab ea si locus esset hospitio, & cuius esset filia. Simplicitas quidem moralis exprimitur, quod nullus fuerit vel in cõiugii petitione ambitioni locus, sed dñs præsul coniugii petitionẽ impleuerit. Tamen spectare licet Ecclesiæ mysteria. Vbi inuenitur Ecclesia, nisi in Mesopotamia? Inde quæritur, ibi accersitur, ibi duob⁹ k
stipatur fluminibus, lauacro gratiæ, & fletu pœnitentiæ. Etenim nisi peccata propria defleueris, nisi gratiã baptismatis acceperis, nõ tibi acquiritur Ecclesię fides, & quædã coniugalis copula. muniũt eam Tygris, hoc est prudẽtia: & Euphrates, hoc est iustitia, & illuminatio fructuosa, a barbaris separans gẽtibus. Virgo autẽ speciosa valde, cui⁹ decorẽ nulla corrupit ætas. Speciosa valde, quia speciosus & ille præ filiis hominũ qui eã acquisiuit sibi: quã vir non cognouerat. nulli enim viro erat copulę ius, sed soli Christo debita. Hydriã habens super humerũ, qua lauat actus hominũ. Et quia ex congregatione gẽtilium constat, qua suos lauit: ideo legis quia descendit ad fontem, & impleuit hydriã, & ascendit. Samaritana illa venit ad fontem, sicut in euãgelio Ioan.4.
scriptum est, sed nõ descendit: puteus ei videbatur, nec impleuit hydriam. Deniq; ait: Hydriã non habeo. Nõ habebat vnde actus suos lauaret. Hæc sola descendit, hæc sola cognouit fontẽ verum: hoc est, non aquæ fontem, sed vitæ æternę, sicut dixit Dauid: Quoniã apud Psal.35.
te est fons vitę, & in lumine tuo videbim⁹ lumẽ. Ideoq; habuit quod daret sitientibus, quia credidit. Nam quę non credebat, ait fonti huic volenti sibi potũ dare: Vnde mihi habes dare aquam viuam? Hæc autẽ habuit vnde non solum puerũ, sed etiam camelos adaquaret, quæ non solũ iustos rigare cõsueuit, sed etiam iniustos replere. Ideo accepit inaures aureas, & virias quas misit Abraham, tanq̃ meritorũ suorum premia. Fortasse audientes hæc filiæ quæ ad gratiã domini tenditis, & vos prouocemini vt habeatis inaures & virias, & dicatis: Quomodo prohibes hoc Episcope vt habeamus quod Rebecca accepit pro munere, & hortaris vt simi- L
les simus Rebeccę? Sed non has inaures Rebecca habebat & virias, quæ lites in ecclesia serere solẽt, quæ labũtur frequẽter: alias inaures habebat, quas vtinã vos habeatis, alias virias. Inaures Rebeccæ pii auditus insignia, & viriæ Rebeccę ornamenta factorũ sunt. Has inaures habebat, quæ nõ grauarẽt aurem, sed demulcerent: has virias, quæ manum non materiali auro onerarent, sed spiritali actu leuarent. Ideo & fratri & parentibus in hoc placuit ornatu. Et tu sume inaures quas tibi Abrahã reliquit: sume quas transmisit virias. Audi verba domini dei tui, sicut ipse audiebat: exequere iussa, sicut ipse properauit implere. Pulcherrimus autẽ locus ad instruẽdos eos quibus aliquid iniũgitur, quod non prius manducauit puer Abrahæ appositũ sibi pa- M
nem, q̃ mãdatum domini exequeretur. Quo impetrato, vasa aurea & argẽtea & vestẽ dedit Rebeccæ. Vbi sponsata est ecclesia, accepit vasa aurea & argentea, in quibus esset thesaurus fidei: sunt etenim vasa in honorem, sunt & in contumeliã. Quæ sint ea vasa, audi: Ha- 1.Cor.4.
bemus thesaurum in vasis fictilibus. Vasa fictilia, corpora nostra sunt: fides nostra, thesaurus est. Et fortasse iam etiam ipsa corpora nostra, quę thesaurum habent, aurea sunt, quia sunt plena prudentię: & argentea vasa sunt, quę vidẽtur mandati cælestis alloquiis refulgere. Honorantur autem & parẽtes muneribus. Consulitur puella non de sponsalibus (illa enim iudiciũ spectat parentum. Non est enim virginalis pudoris eligere maritum) sed iam despõsata viro de profectionis cõsulitur die. Nec immerito dilationem non attulit: iure etenim properare debuit ad maritũ. Vnde illud Euripideon, quod mirantur pleriq;, vnde trãslatũ sit, manifestũ est. Ait enim in persona mulieris, quę tamẽ maritũ volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε. Hoc est: Sponsaliũ quidẽ meorũ pater meus curã subibit: Hoc enim nõ est meũ. Ergo q̃d ipsi philosophi mirati sunt, seruãte virgines. Mulier etiã si qua amisso cito marito adolescẽtula laqueũ infirmitatis suę timet incidere, si vult, nubat, tãtũ in dño, vt

Hermione in Andromacha Euripidis sic loquitur.

A electionem mariti parẽtibus deferat, ne appetẽtię procacioris æstimetur autor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vendicet. Expetita enim magis debet videri a viro, q̃ ipsa virũ expetisse. Verecundiã præmittat antequã nubat, quo ipsum coniugiũ plus commendet verecũdia. Sed illi verba imitanť, opera imitari nequeũt. Inesse quoq; in eo præclarum ecclesiæ mysteriũ liquet, eo quod nemo ausus sit eam ante Christũ vocare. Soli enim Christo hæc erat vocãdarum nationum reposita prærogatiua. Vocata autem non fecit moram, & ideo acceptior domino, quia populus Iudæorũ, qui erat ad cœnam vocatus, dignus non fuit venire: congregatio autem Gẽtium simul vt accersiri se vidit, occurrit. Denique vt scias non sine mysterio esse: cum veheretur camelo, venit ad sponsum, eo quod populus nationũ belluina quadam horridus meritorũ deformitate, qui formæ suæ nullũ haberet decorem, fidem esset atq; cõsensum ecclesię recepturus. Nec illud ociosum, quod cũ veniret Rebecca, vidit Isaac deambulantẽ: & cum interrogasset quis esset, cognito quod ipse esset cui duceretur vxor, descendit, & caput suum obnubere cœpit, docens verecundiam nuptiis præire debere. inde enim & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia puellæ se obnuberent. Discite ergo virgines queadmodum seruetis verecũdiam, ne intecto capite prodeatis ante extraneos, cum Rebecca iam desponsata designatũ maritũ aper-
B to capite non putauerit videndum. Quis ille est seruulus qui prouidit has nuptias? Vnus vtiq; de Apostolis, & ille maxime qui ait: Viri fratres, vos scitis quia a diebus antiquis in nobis deus elegit ex ore meo audire nationes verbum euãgelii. Vel ille qui doctor appellatus est Gentium. Ipsi enim cũ leguntur, ait Ioannes Euangelista, acquirunt Christo animam, vt credat quæ ante non credidit: & cupientibus Christum videre, sermonibus demonstrant suis. Itaque Abraham celebratis filii nuptiis, longæua ætate, & bona senectute compleuit diem.

FINIS.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE ABRAHAM.

De continuatione huius libri ad præcedentem, cũ pulchra profundioris intellectus apertione: et qua ratio-
C ne menti dicatur, sicuti & Abrahę dictũ est, vt exeat de terra, cognatione, et domo sua. Quomodo etiam volens perfectam purgationem consequi, a tribus se debeat disiungere. Caput I.

De exitu Abrahæ, quemadmodũ locutus est ei dominus. Et quod processus illius viri propositus sit nobis ad imitandum, & scriptus ad experimentum: ac qualiter reformet se mens in Abrahã, & per gradus & incrementa se colligat. Caput II.

De perambulatione Abrahę vsq; ad locum vbi dominum sibi apparentem vidit: quẽ, quandiu Chaldeus fuit, videre non poterat. Quod etiam mens quãdiu Chaldaicis erroribus inflectitur, deum nõ videt. De ædificatione quoq; arę per Abraham, & inuocatione nominis domini. Caput III.

De abitu Abrahę & demoratione in deserto, descẽsuq; in Ęgyptum. Quod etiam mens tunc probetur ac tentetur quando est in deserto. Quid pręterea significet quod Abraham descẽdens in Ęgyptum dixit Sarę ne se sororem sed vxorẽ eius appellaret. Quid etiam increpatio Abrahę per regem Ęgypti, vxorisq; restitutio, & abeundi licentia. Cap. IIII.

Discessus Abrahæ de Ęgypto cũ vxore sua Sara quid significet. Quid etiã quod eo inducitur rediisse vnde in Ęgyptum descẽderat. Cur pręterea diuitias eius scriptura expresserit. Et vtrũ Loth quoq; nepos eius diues fuerit. Caput V. D

Qua ratione scriptũ sit: Et Loth qui ambulabat cum Abrahã. Cur etiã dictum sit quod non capiebat eos terra. Qui pręterea sint pastores, et q̃rum animãtiũ. Quæ rixa inter pastores Abrahæ, & inter pastores Loth, & quomodo illã sedare curauerit Abraham. Quãta quoq; præmiserit ne Loth discedere cogeretur. De insolẽtia deniq; ipsius Loth, et electionis nescientia. Et quid nos eligere debeamus. Ca. VI.

Quõ ex locutione dñi ad Abrahã, & ostensæ sibi terrę promissione doceamur quantũ mẽs superfluis portionibus & irrationabilib⁹ exhaustis p̃ficiat. Quẽadmodũ etiam instruamur ex triũpho quatuor regum contra quinq;, quantum vitia vitiis adiuncta noceant. Caput VII.

Quemadmodum ex oblatione Melchisedech admoneatur mens plena prudẽtię ac iustitiæ, vt deuotior sit erga dei cultũ. Quodq; expeditione regis Sodomorum, vbi se vicisse putat, tẽtari se discat, & qualiter ex Abrahę responsione contagiũ intemperantię declinare possit. Cur pręterea post euentũ belli, mercedem dominus spopõderit. Quid deniq; significet quod Abrahę cura posteritatis fuit. Ac de mystica interpretatione totius sacrificii Abrahę. Ca. VIII.

Quid sibi velit quod post solis occasum excessus cecidit super Abraham. Et quomodo ei nõ tam quę futura erãt declarabãtur, q̃ pręscribebãtur quæ faciẽda forent. Quid pręterea singulariter per superiora autor significari arbitretur. Caput IX. E

Quid significetur oraculo dñi ad Abraham dicentis: Semini tuo dabo terrã hanc &c̃. Ad quid etiã pertineat Sara vxor Abrahę, quę sterilis fuerat. Et quid ancilla eius Agar significet. Qua ratione præterea Sara cõclusa fuerit, & Agar filios peperit. Ca. X.

Quid nos doceat oraculũ quo dictum est Abrahę: Circũcidatis omne masculinũ vestrũ &c. Quõ etiã pleriq; moueãtur ex hoc quod dñs dixit: Quoniam qui nõ fuerit circũcisus masculus &c̃. Qua ratione pręterea Saræ vna litera fuerit addita, ac de futuri filii promissione &c̃. Quid deniq; significet q̃d Abrahã in faciem ceciderit. Et de promissi confirmatione, et responsione dñi ad Abrahę petitionem. Cap. XI.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE ABRAHAM LIBER SECVNDVS.

F

De cõtinuatione huius libri ad pręcedentẽ, cum pulchra profundioris intellectus apertione, & qua ratione mẽti dicatur, sicuti et Abrahę dictũ est, vt exeat de terra, cognatione, & domo sua. Quõ etiã volens perfectã purgationẽ cõsequi, a tribus se debeat disiũgere. Ca. I.

MORALEM QVIdem locum prosecuti sumus qua potuim⁹ intellectus simplicitate, vt qui legũt, morũ possint sibi haurire magisteria. Sed quia ex vtraq; pte acuta est acies gladii, ex vtraque parte præliaris: similiter Heb.5.
verbũ dei, quod est acutius omni gladio acutissimo, penetrans vsq; ad diuisionem animæ, quocunq; cõuerteris, paratum inuenies & opportunũ vt animã legentis pertranseat ad reuelãda propheticarũ scripturarũ ænigmata. Vnde nõ absurdum reor referre ad altiora sensum, & per historiam diuersarũ personarũ virtutis for-

G mæ quendã processum explicare, maxime cum iam in
Adã intellectus profundioris exordia degustaremus.
Adam etenim mentẽ diximus, Euam esse sensum si=
gnificauimus, serpẽtis specie delectationẽ expressimus:
sed ibi de summa beatitudine, & quadã naturali virtu=
tum amœnitate per circũscriptionem sensus et delecta=
tionis illecebram deflexus ad culpã est. Hic autẽ profe=
ctum mentis speculari datur. Hoc enim legislator pro=
uide egit, vt quẽadmodũ lapsum mẽtis demonstrauit,
vt illas erroris caueremus semitas, ita etiã processum
mentis & quendã superiorẽ reditũ significaret, vt quẽ=
admodum infracta mẽs reformare se possit, cognosce=
remus. Purgauerat enim terrã dominus in diluuii in=
fusione, lauerat humanę colluuionẽ fragilitatis. Sed nõ
satis erat ad virtutũ profectũ, nisi vt instrueretur homo
quemadmodũ se regeret & gubernaret. Abraham mẽ
tis loco inducitur. Deniq; Abrahã transitus dicitur. Er
go vt mens quæ in Adam totã se delectationi & illece
bris corporalibus dederat, in formã virtutis speciemq;
transiret, vir sapiens nobis ad imitandũ propositus est.
Deniq; Abrahã secundũ Hebręos & secundũ Latinos
pater dictus est, eo quod mẽs paterna quadã autoritate
censione & solicitudine totũ gubernet hominem. Hæc
ergo mẽs erat in Charra, id est in cauernis obnoxia va
riis passionibus. Ideoq; dicitur ei: Exi de terra tua, hoc
est de corpore tuo. Exiuit de hac terra ille cuius conuer
satio in cælis. Et de cognatione, inqt, tua. Cognati sunt
animæ nostrę corporis sensus. Diuiditur in duo anima
nostra, in id quod rationabile, et in id quod est irrationa
H bile. In eo autem quod est irrationabile, sensus sunt. Er
go cognati sunt partis rationalis, hoc est mentis. Et de
domo tua, inquit, exi. Domus mentis prolatũ est ver=
bum. Sicut enim paterfamilias habitat in domo sua,
& in potestate habet quẽadmodũ regat domũ suam,
ita etiam mẽs in sermonibus nostris habitat, & guber=
nat verba nostra, & vis eius ac disciplina in sermone elu
cet. Et bonus paterfamilias a primo vestibulo domus
æstimatur: ita etiã de sermonibus nostris mens nostra
perpenditur. Deniq; etiã modulũ vocis pulsat & reuo=
cat. Ergo qui vult perfectã purgationẽ consequi, disiun=
gat se ab his tribus, a corpore, a sensibus corporalibus,
a voce. In quibus sunt omnes corporis passiones, & cir
cumscriptiones sensuũ quibus decipimur & illudimur.
In nullo enim horũ trium bonũ. Nec in carne, quanuis
Epicuri schola, plerique etiã voluptarii dirũpantur lau
dis corporis delectatione. Neq; in sensibus, qui sæpe lu=
I duntur. Neq; in sono vocis, quę falsis plerũq; animam
demulcet cantibus, est perfectũ bonum hoc incorrupti=
bile. Manifesta autem fides. Mortuo etenim homine
caro corrũpitur, sensus pereũt, vox amittitur, remanet
mens immortalis, incorporeã vitam recipiens. Vnde
in alteram terram vocatur plenam beatitudine, vbi nõ
falsa ꝓ veris, sicut in hac vita, sed viuã rerũ cernat sub=
stantiam, eo quod excussa corporis & sensuũ & vocis
nebulosa quadam imagine, corruptibilẽ caliginem de=
ponat, & reuelata facie beatæ vitæ gratiam lustret ob=
tutu. Benedicam, inquit, te, & faciam te in gentem ma
gnam. Immortalitatem spõdet cum genus promittit.
Genus enim immortale videtur esse. Personæ morta=
les sunt singulorũ, vt hominum, vt equorũ, vt apum.
De quibus ait quidam: At genus immortale manet.
Tamẽ multo illud melius quod gentem magnã dixit
ecclesię perpetuam posteritatem, & generationem illã
supernam, quę vere magna est. Et peccato moriamur,
ideo renascamur.

De exitu Abrahæ quemadmodũ locutus est ei do=
minus. Et quod processus illius viri propositus sit no=
bis ad imitandum, & scriptus ad experimentũ, ac qua=
liter reformet se mẽs in Abraham, & per gradus & in=
crementa se colligat. Caput II.

EXIIT Abraham quemadmodum locu= K
tus est ei dominus. Hinc ferunt gentiles se=
ptem sapiẽtium sentẽtiam: Sequere deum,
quasi inuentum suum: cum longe anterior
non dico Abrahã, sed Moyses fuerit, per quem lex da=
ta est dicens: Post dominum deum tuum ambulabis.
Exiuit ergo Abraham, in quo nõ tam prouectio eius,
q̃ animæ eius deuotio, & mentis libertas exiuit de cor=
poris vinculis, de illecebris delectationis. Deniq; sic ha=
bes: Exiuit Abraham quemadmodum locutus est il=
li deus. Supra habes exi dixisse deum, in quo apertum
imperium iubentis expressum: hic habes quemadmo=
dum locutus est illi deus, quasi quidam cõfabulationis
affectus comprehenditur. omnia enim fecit quæ statu=
ta sunt. Ante factum igitur deus dicit quasi obnoxio,
post factum loquitur quasi amico. Amicus est enim
deo, qui facit quæ imperata sunt. Vnde & in Euange=
lio suo dicit dominus Iesus: Vos amici mei estis si fe= Ioan. 15.
ceritis quæ ego pręcipio vobis. Iam non dicam vos ser
uos. Sed (vt dixi) processus viri sapiẽtis propositus est
nobis ad imitãdum, scriptus ad experimentũ: nec per=
fectio. Adhuc enim reformat se mens in Abrahã, quæ
in homine primo lapsa est. Et ideo per gradus & incre=
mẽta se colligit. Vnde & addidit: Et abiit cũ eo Loth,
hoc est declinatio. Id enim nominis significat interpre=
tatio, eo quod vt viantes incognitam carpentes viam, L
semitis aliquibus sæpe falluntur vt a directo deflectant
tramite, & tamen si prudẽtes sunt, non deuiant, sed cũ=
ctabundi licet regionis ipsius contuitu viam colligunt:
ita & Abraham nutabundus quidem tamen tramitẽ
veri sequebatur. Ducebatur plerunque falsa specie bo=
norum, sed nõ penitus inclinabatur. Perfecti est enim
non deflectere, prudentis non penitus declinare. So=
lus autem ille nunquam deflexit, de quo scriptum est:
Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & voca= Esa.7.
bis nomen eius Emmanuel: butyrũ & mel manduca= Lucę.1.
bit: priusq̃ sciat aut proferat mala, eliget bonum: quo=
niam priusquam sciat puer bonum aut malum, nõ cre=
det malitiæ, vt eligat quod bonum est. Hoc Abraham
facere nõ poterat, vt prius bona eligeret, q̃ mala sciret.
Sed pręceptis inhęrebat cęlestibus, ne declinaret a ve=
ro. Ideo etiam & septuaginta & quinq; annorum descri
bitur exisse de Charra, quod septuagesimo perfecto re=
missionis numero sensus is sit qui possit inflecti. Dele=
ctationes enim horum sensuum faciũt vt non semper
erecta sit mẽs nostra, sed aliquãdo se inflectat, vt nõ in=
fra cauernas corporis se, intra latibula voluptatis abs=
condat. Tamen etiam in his cuniculis positus ita eua=
sit vt sumeret vxorem suam, & nepotẽ, & omnem ani= M
mam quascũq; possederat in Charram. Prudentes enĩ
& continentes virtutis atq; animę possessores sunt, de=
corem morum mansuetorum eligentes. Qui autem
amatores corporis sunt, delectationibus eius irretiun=
tur: quia irrationabiliũ in corporis habitudine omnis
virtus est, rationabilium autem in virtutibus animæ
ac disciplinis. Propterea scriptũ est quia possidebat a=
nimam suam tanq̃ liberam regẽs, & nulli seruituti ob=
noxiam. Hoc ergo habet intẽtio doctoris, eo quod etiã
in illis diuerticulis & anfractibus cõstitutus, vel adhuc
æui recentioris vel nondum perfectioris disciplinæ, lo=
cum patentem ad vitia, non est ita inflexus ad culpam
vt demigrare non posset. Deniq; mentem suam ab illa
lubrica possessione defendit & transtulit.

De perambulatione Abrahæ vsq; ad locũ vbi do=
minum sibi apparentem vidit: quẽ, quandiu Chaldęus
fuit, videre non poterat. Quod etiam mens quandiu
Chaldaicis erroribus inflectitur, deum non videt. De
ædificatione quoq; aræ per Abraham, & inuocatione
nominis domini.
Caput III.

A ET perambulabat, inquit, Abraham vsq; ad
locũ Sichem ad quercũ altam. Nonne vidẽ
tur superflua esse, nisi rationẽ requiras, cũ et
altitudinẽ quercus non prætermiserit? Sed
vbi ratio est, nihil superfluũ. Sichem enim vel hume=
rus vel ceruix significat, quod est laboris vel exercita=
tionis indiciũ. Vnde & Iacob vir exercitatus filio suo
Ioseph eam pręcipuam dedit. Ergo quia neq; sine dote
naturæ exercitatio ipsa per se perfectionem conferre po
test, & naturæ gratia destituitur si desit exercitatio (est
enim ingeniosi adminiculũ diligentia) inducitur is vir
ad cuius imitationẽ formaris ad naturę gratiã adiun=
cta exercitatione, ita fundatior & excelsior fact⁹, vt vsq;
ad quærcũ altam trãsiret. Quæ arbor vt alta, ita etiam
robusta, indicio est non facile animam Abrahæ seculi
huius procellis esse curuatam, sed mansisse sublimẽ, vt
se æternis inquisitionibus ad altitudinẽ diuinæ cogni=
tionis eleuaret. Deniq; cõtinuo apparuit illi deus. Nus=
quam superius habes quod visus esset illi deus. Vnde
liquet eo referẽdum, quia quandiu Chaldæus fuit, hoc
est, nõ solũ in regione, sed etiam in opinione Chaldęo=
rum, non poterat deũ videre, quem intra mundũ quæ=
rebat. Chaldęi enim mundũ superiorem deũ dicunt, &
B etiam sticarum domo, & stellarũ cursu ferri asserunt ea
quæ terrena sunt, & quodã coerceri vinculo. Vnde &
deos stellas appellauerũt, eo quod eas dominatũ quen=
dam habere supernũ credant, quia quædã stellis ad ter=
rena cõpassio est. Oportuit autem eos æstimare quia
quod compatitur, nõ imperatorũ ius, nec dominatum
quasi deus possit habere in eis quorum ægrescit cõpas=
sione, cum sit & ipse mortalis & corruptibilis. Mũdus
quoq; cũ sit factus, vtiq; ipse deus nõ est, sed operator &
conditor eius. Ergo mens quandiu Chaldaicis errori=
bus inflectitur, non videt deum, quem in iis quæ vidẽ=
2.Cor.4. tur, non in iis quæ nõ vidẽtur, esse putant. Quę autem
videntur, tẽporalia sunt: nam quę nõ videntur, eterna.
Sed non temporalis deus. Non igitur videtur. Nõ er=
go mẽs ea videt deum, quæ disciplinam Chaldęorum
sequitur. Vnde nec Abraham primũ vidit. Quomo=
do autem poterat videre eum supra quẽ alterũ esse ar=
bitrabatur? Vbi vero ad aliam demigrauit, nõ regio=
nem, sed veram religionem, paratam humilitati (hoc
enim significat Chanaã) tũc deũ videre cœpit, & eum
cognoscere esse deum, cuius inuisibili virtute aduertit
ea regi et gubernari. Hoc ergo scriptura docet, quia A=
braham a stellarũ obseruatione migrans deum vidit.
Confirmatio testimonii adiũgitur, quia in loco aram
C domino ædificauit, ei qui sibi apparuit. Impressus est
enim typus iste validus in anima eius, & manifestata
fides veritatis. Suppetit enim grato viro memoria, in=
grato irrepit obliuio. Illi hærẽt a quibus adiuuatur, isti
labuntur omnia quę conferũtur. Statuit autem aram,
sed nõ sacrificauit. Posset mouere nisi meminisset pro=
cessus mentis huius scripturę serie seruari. Et ideo spe=
ctabat a deo genus discere sacrificãdi. Aduertebat enĩ
irrationabilis animantis & mutæ pecudis sacrificium
dignam diuino cultu hostiam non videri. Nondum in
Isaac typũ cognouerat passionis futuræ, nondũ Mel=
chisedech dederat ei benedictionis gratiam, vt ista co=
gnosceret. Recessit, inquit, inde in montẽ contra Orien
tem Bethel. Incremẽtum deuotionis, mõtis significat
eminentia, cuius ascẽsio indicium est vberioris proces=
sus. Contra Oriẽtem ideo, quia prophetabat vẽturum
iustitiæ solem, quod illic sapiẽtia pararet sibi domum,
& inde per virginem suum prædestinaret exortũ. Vo=
lebat ergo cognoscendorum iam mysteriorum lumen
accipere. Sicut enim sole mundus, ita splendore sapien
tiæ tota mens illuminabitur. Meritoq; posuit contra
Orientem Bethel. Domus enim dei dicitur Bethleẽ,
in qua natus est Christus. Vnde ait per Prophetam
Michee.5 deus: Et tu Bethleem non es minima inter principes
Iuda, ex te enim exiet princeps, qui regat populũ meũ. D
Non dixit contra Bethleem, sed tabernaculum ipsum
Bethleem appellauit. Ecclesia enim iustorũ est taber=
naculum. Iã illa quis nõ miretur mysteria, quod Beth=
leem iuxta mare Galileę est ab Oriente? Etenim ani=
ma quę meretur templũ dei appellari, vel ecclesia, tun=
ditur secularium curarum fluctibus, sed non subruitur:
cęditur, sed non labefactatur, commotiones fluctuum
& insurrectiones passionum corporaliũ facilis premere
ac mitigare. Spectat aliorum naufragia ipsa immunis
& exors periculi, parata semper vt illucescat sibi Chri=
stus, atq; illuminatione iucunditatẽ acquirat sibi. Sicut
enim oculi pascũtur primo diei lumine, ita etiã mẽs no
stra alitur intentis sapientię, et quibusdã eius radiis vi=
detur splendescere. Visibilis enim solis radiis terrę va=
porantur, inuisibiles autẽ radii cordis nostri penetrant
interiores recessus. Iterum ædificauit aram, & inuo=
cauit in nomine domini. Processus fidei in domini in=
uocatione significauit. Hoc adiecit superioribus.

De abitu Abrahę, & demoratione in deserto, descẽ
suq; in Egyptum. Quod etiam mens tunc probetur ac
tentetur quando est in deserto. Quid præterea signifi=
cet quod Abraham descendens in Egyptũ, dixit Sarę E
ne se vxorẽ sed sororem eius appellaret. Quid etiã in=
crepatio Abrahæ per regem Egypti, vxorisq; restitu=
tio, & abeundi licentia. Caput IIII.

ET abiit Abrahã, & demoratus est in deser=
to. Tunc probatur mens, quãdo in quodam
deserto est, vbi nulla cupiditatũ lasciuia, nul
la abundãtia pecunię, nullus sumptus luxu=
riæ. Vtinam in hoc deserto esse possim, destitutus ab
omni incẽtiuo cupiditatũ, derelictus ab omni delinquẽ
di studio, expoliatus iactantia & tumore. Sed quia vel
deus nos tentari patitur, vel tẽtator incursat cũ sibi vi=
detur in deserto mens esse quieta ab omni terrenarum
voluptatũ appetẽtia: in Egyptũ impellitur, vbi cõpun
gi possit. Stimulus enim mẽtis caro nostra est, & pas=
siones eius cõpũctiones sunt nostræ. Ipsa est Egyptus
nostra, hoc est caro nostra, ipsa est afflictio. In hanc de=
scendit mens nostra quando cogitat quæ carnalia sunt.
Tunc autẽ ascendit quãdo inuisibilia desiderat. Ideo et
Abrahã dicitur descendisse in Egyptũ, vt affligeretur.
Patitur hoc mẽs nostra, interdum separat se a corpore, F
secernit vt singulariter agat, in corporalib⁹ intẽdere atq;
adhęrere cupiẽs. Interdũ propter colligationẽ animę &
corporis inclinatur ad carnales voluptates, quibus in=
firma subiicitur, fortior nõ tenetur. Afflictiones igitur
forti viro coronæ sunt, inualido infirmitates sunt. Vn
de & ille nõ timebat afflictiones, quib⁹ probaretur me=
rito, qui dicit: Nã et cũ venissemus in Macedoniã, nul 2.Cor.7.
lam requiẽ habuit caro nostra, sed in omnib⁹ sumus af=
flicti, foris pugnæ, intus timores. Sed vt descenderet in
Egyptum, fames coegit. Exoritur sæua mẽtis fames,
quãdo appetentia carnis huius exũdat, & expectatæ a=
quę saluti aduersę sunt. Redigũt nos in angustias cor=
poris, cũ habendi cupiditas irrepit luxurię suauitate, &
cordis iactãtia tentãtur omnes. Inflectitur etiã sobrius
animus, descẽdit in Egyptũ, hoc est in afflictionẽ corpo
ris. Sic tamẽ descẽdit, vt quasi aduena ad tẽpus incole=
re, nõ q̃si ciuis possidere videat. Iustus enĩ dixit: Adue= Psal.118.
na sum in terra hac. Et alibi: Heu me q̃d incolatus me⁹ Psal.119.
prolõgatus est. Descẽdẽs autẽ Abrahã in Egyptũ, hoc
est ad feros & barbaros mores, q virtuti deferre nesci=
rẽt: ne nocerẽt ꝑ inuidiã, dixit Sarę ne se vxorẽ eius di=
ceret, sed sororẽ eius appellaret. Et hinc grãde virtutis
mysteriũ, cui cito inuidet. Et ideo vt inuidiã reprimat,
humiliorẽ se præstare debet. Non sibi principatũ super
omnes vẽdicet, nõ sibi soli sapientiam pręcipuam arro=
get. Hæc est quã sibi Salomon vxorẽ acquisiuit. Vxor

G enim præcipue est viro debita. Itaq; omnes cupiũt tali se copula dignos videri, vt doleant aliquẽ sibi præferri. Quis tãta solus potiatur pulchritudine? Soror autem quodam vel iure germanitatis, vel nomine pleriſq; fociatur. Et ideo verũ amatorem suum integrũ ab iniuria reseruat. Vnde videntes eam Egyptii, qui non possent discernere, nec virtutis formã cognoscere, vulgari æstimantes iudicio, induxerunt ad tyrannũ, hoc est ad mentem superbã, quæ pondus sapientię non sustinuit, & ideo afflicta est. Etenim cũ animã improbam virtutis intrauerit sermo, redarguit eã culpę, erroriſq; pudore afficit, & prolapsionis torquet dolore. Nãq; dum in quadam sumus delinquẽdi libidine, nebulis quibusdam insipientię mens obducitur, & fumo quodam iniquitatis oculi eius caligantur, ne videat eorũ quæ cõcupiscit deformitatem. Sed cum omnis nebula trãsierit, & sapientiæ fulgor fulserit, grauia tormenta exercẽtur in quodam male conscii secretario. Itaq; grauior nostra mens iudex est cõscientię reatur, & iudicio pœnitentię. Quod si vel ægra per culpam, vel inualida per infirmitatem non potuerit ferre ac perpeti virtutis præsentiã, dimittit eam, aq; se relegat, ne patiatur eã volui in se, et adhærere cogitationibus suis. Et vt infirmiores oculi lucem refugiũt: ita mens inualida sapientiæ fulgorem
Mat.8. nõ sustinet. Tales erãt Gerasæni, qui rogabant vt trãsiret de finibus eorum dominus Iesus. Deniq; & iste rex
H Egypti ait ad Abrahã: Quid hoc fecisti mihi? Quare nõ dixisti mihi quia vxor tua est, sed dixisti quia soror tua est, & sumpseram mihi vxorẽ? Et nũc ecce mulier tua ante te, accipe, & recurre hĩc. Intueamur animo in tẽperãtem aliquẽ, qui intuitus castitatis gratiam, quodam captus eius decore sequendã putet. Deinde pedissequas, eius nescientes quibus colligata incedit, & stipata aduenit, sobrietatẽ scilicet, modestiam ac verecũdiam, parsimoniam cibi, furgam lasciuię, procacitatis, petulãtiæ, cautionem fœmineam, solicitã custodiam, subito aut ebrietatis succẽsus calore, aut ipsius carnis æstu, ad occursum formæ decentioris nequaq; se teneat, nec legi carnis repugnet: nonne dicit: Putaui rem facilioré, castimoniã seq: supra humeros meos, supra vires meas est. Rarus cui ista iũgatur. Vale castitas, recede recede de finibus sensuũ meorũ. Recurre cito eo vnde huc veneristi, nõ sustineo præsentiam tuam. Affligor grauibus quæstionibus, dum tenendã te arbitror, quã tenere non possum. Cõuersus deinde ad aliquẽ monitorem sui, qui studuerit in eius mentẽ inducere assuetudinẽ castimoniæ, allegãs nõ arduam fore, nec impossibilem, sed pluribus sociam, finitimã studiosis, conuenientẽ voluntaI rijs: Quid hoc, inquit, fecisti mihi? Quare non dixisti mihi quia vxor tua est? Hoc est, quæ non perfunctorie, sed legitimo teneatur coniugio, secũ maximam vehat dotem, quæ inuehat grauia onera matrimonii, & durę fœnus coniũctionis. Sed dixisti sororẽ, nullis astrictam legibus, & naturæ sociam, non iure aliquo dotalis census superbam ac potẽtem. Itaq; imprudens onerũ eius copulandam eam mihi & tenendam putaueram. Sed intellexi quod pondus sit in ea & sarcina. Ecce mulierẽ turã, id est, ecce persuasio tua ante te, accipe, & recurre. Nolo ante me sit, nolo in meis cogitationib⁹. Tolle te hinc cum tuis cõsiliis, cum tua admonitione, cito tolle, cito recurre, moras tuas non fero, afflictiones sunt mihi. Satis est quod ante deceptus sum. Et misit alũnos suos quibus vagatur plerunque mens intemperãtior, voluens animo cogitationes luxuriæ, ambitionis, auaritiæ, & diuersas illecebras offerens, vt eliminarent ac longe propellerent castimoniam, ne recursum faceret in eos fines quibus fuerat expulsa, quo secura iam & arbitrii serioris libera, in peccatis suis redargui non formidaret.

Discessus Abrahæ de Aegypto cũ vxore sua Sara

quid significet. Quid etiam quod eo inducitur rediisse k
vnde in Aegyptum descẽderat. Cur præterea diuitias eius scriptura expresserit. Et vtrum Loth quoq; nepos eius diues fuerit. Caput V.

DISCESSIT itaq; Abraham inde habens secum vxorem suam Saram, hoc est, principalem, non seruientẽ. Ideo & dicitur illi: Audi Saram vxorem tuam. Quæ enim seruitio delictorũ se exuit, principatum habet, non seruitiũ. Mens ergo validior principalem virtutem secũ habet, hoc est, imperitantem corporis sensibus, non obedientem. Quæ de Aegypto secum omnia retulit, nihil ibi disciplinarum suarum amisit. Non colorata est intemperantia, insolentia flagitiorum, immodestia, non exspoliata est amictu sedulæ sobrietatis, non exuta vestimẽto pudoris. Erat diues valde, vtpote cui nihil bonorum deerat, qui non alieni erat appetẽs, qui nullius indigebat quod suum dici vellet. Hoc est enim esse diuitem, quod satis voluntati sit. Mensuram enim frugalitas habet, census non habet, cuius modus in arbitrio quærẽtis est. Erat enim diues pecoribus, argẽto & auro. Quid sibi hoc vult? Non mihi videntur in homine iusto seculares diuitię laudari. Vnde in pecoribus corporales sensus intelligo, quia et ipsi irrationabiles sunt. In argento sermonẽ, in auro mentẽ. Merito diues erat L
Abraham, quia regebat sensus irrationabiles. Deniq; & domuit & mansuetos fecit, vt fierẽt rationabiles. Habebat sermonem fidei calore splendidũ, purgatum spiritalis gratia disciplinę, habebat mentem plenã prudentiæ. Et ideo auro cõparatur mens bona, quia sicut cæteris præstat metallis: ita mens bona in homine cęteris potior est humanæ substantiæ portionibus. In tribus igitur census sapientis, in sensu, in sermone, mente, gradus quidam per ordinẽ factus: sicut etiam in Apostolo legimus: Manet autẽ spes, fides, charitas: tria hæc: 1.Cor.13.
maior autem his est charitas. Et mẽs igitur maior est, quia ipsa est quę molit spiritale frumentũ, vt purgationem sensuum sermonũq; proferat. Seruatur vbiq; persona sapientis viri. Deniq; eo inducitur rediisse Abraham, hoc est in Bethel, vnde in Egyptũ descẽderat, vt agnoscamus quod etiam iusti in domo dei positi, & verbo dei intẽti tentãtur quidẽ secularibus afflictionibus, sed non alienantur a domo dei, & a custodia præceptorum cęlestium. Si vis contentus esse finibus, nõ extolli diuitiarum copiis, & rebus secundũ gratiam voluptatum fluentibus, hoc scias esse mentis optimę, meditari M
semper principiũ & finem, eo procedere, & inde egredi, hoc est, bonũ. Bonum autem sapiẽtia est. Nemo enim Mar.10.
bonus nisi vn⁹ deus. Ab eo ꝓcedim⁹, creati per ipsum. Ad eũ reuertimur, quia cũ Christo esse multo melius. Et vt scias quia bonũ est congruere principiũ et finem, ipse ait bonus Iesus: Ego sum α & ω, principium, & fi- Apoca.1.
nis. Mens igitur nostra cum ipso semper sit: ab eius tẽplo, ab eius verbo nũquam recedat. Semper in lectione scripturarum sit, meditationib⁹, orationibus, vt sermo eius qui est, semper operetur in nobis, & vt quotidie ꝓcedẽtes in ecclesiam, vel domesticis incubantes orationibus, ab ipso incipiam⁹, & in ipso finiamus. Ita totus hic vitæ nostræ dies, & cursus diei, ab se sumat principium, & in se desinat. Sicut enĩ a principio vitæ credere & imitari salus est: ita perseuerantia vsq; in finem necessaria est. Est autem mentis optimæ diligentia, vt verbo dei intenta nihil faciat irrationabile vnde tristitiam subeat, vt iugiter actuum suorum bene conscia, lætitiam bonæ seruet conscientiæ. Quod enim bonũ, hoc sine timore & sine tristitia est, id est, securitatis & gratię plenum. Possessio enim iusti grata est deo, insipientium autem nullus gradus. Ideo Esaias appropin
quante bono ait: Fugiet dolor, & tristitia, & gemitus. Esa.35.
Ioãnes q̃q; in Apocalypsi, Et ille, inquit, deus cum illis Apoc.21.

A erit, & delebit omnem lachrymam de oculis eorum, & mors nõ erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor vlterius. In resurrectione enim iustorũ lætitia iugis erit & gratia, cũ illud bonum cœperit esse cũ suis, quando requieſcẽt in sinu Abrahæ, positi in eius tabernaculo, quod inter domũ vel sermonẽ dei & gratiam fixum est: significãs innocẽtiam fidelium agere gratias autori suo, qui nõ habent vnde eos pœniteat in hoc mundo fuisse. Factis itaq; simplicibus Abrahæ magnarũ instiD tutionũ documenta explicãtur. Merito diues, qui etiã disputationes philosophorũ diuites facit, qui de eius actu præcepta formarent sua. Eius ergo diuitias scriptura expresserat, supererat cognoscere vtrumnam Loth quoq; nepos eius, & ipse, vtpote eiusdem successionis, diues fuerit. Sed scriptura eum pecoris tantũ abundantem asserit. Deniq; sic habet: Et Loth qui ambulabat cum Abrahã, erant oues & boues, & tabernacula. Nõ habebat argentum, quia nondũ iustus. Etenim argentum ignitum lingua iusti. Non habebat aurũ, quod habebat ille qui vidit Christi posteriora, de quo scriptum
Psal.62. est: Et posteriora eius in specie auri. Vidit illũ Abra-
Ioan.8. ham, sicut testatus est dominus dicens: Abraham diẽ meum vidit, & gauisus est. Et ideo auri speciem habere meruit & possidere.

Qua ratione scriptũ sit: Et Loth qui ambulabat cũ Abraham. Cur etiã dictum sit quod non capiebat eos
B terra. Qui præterea sint pastores, & quorũ animantiũ. Quæ rixa inter pastores Abrahæ, & inter pastores Loth, & quomodo illam sedare curauerit Abraham. Quanta quoq; præmiserit ne Loth discedere cogeretur. De insolentia deniq; ipsius Loth, & electionis nescientia. Et quid nos eligere debeamus. Ca. VI.

NVNC illud quoq; nequaq̃ prætereundũ arbitror, quod videtur etiam doctiores mouisse, qua ratione sit scriptum: Et Loth qui ambulabat cũ Abraham, quasi alter Loth qui non ambulabat cũ eo secũdum quod accepimus. Et putant pleriq; non soluisse quæstionem. Ergo vt illis satisfaciamus, & a regula scripturę non recedamus, vnã personam dicimus, duo negocia, quod in vno eodemq; viro duæ res significãtur. numero vnus, nomine duplex. Declinatio enim dicitur Loth, sicut habet latina interC pretatio. Declinat autem quisq; ad bonum aut ad malum. Cum ergo Loth declinaret malum, hoc est, errorem, flagitium, crimen, iungebatur patruo. Cum declinaret bonum, hoc est, iustum, innocẽtem, sanctum, religiosum, sociabatur flagitio. Bene ergo dixit: Et Loth qui ambulabat cum Abrahã, quia adhuc non elegerat Sodomam, non habitabat cum flagitiorũ autoribus. Postea enim cœpit habitare cũ Sodomis. Ideoq; quasi a seipso mutatus velut alter accipitur, nõ solum a iusto viro, sed a seipso desciscens. Deniq; quia studio iam declecti cœperat a patruo, non capiebat eos terra. Nulla enĩ spatia possunt satis esse discordibus. Quietis & pacificis etiam angusta abundant, dissonis moribus etiã spatiosa artantur. Et quia a principio dixi mentem hic formari hominis, quę a pricipio perfecta fuerat, sed per incrementa & gradus quosdam proficit, ideo ait: Non capit eos terra, hoc est, vna anima motus diuersos non recipiebat naturaliter sibi repugnantes. Potest tamen fieri vt interdum nõ omnia in vno eodẽq; perfecta sint: possit tamẽ aliqua vitia sua operire, vel motus suos tẽperare, aũt si plura bona sint quib⁹ pauciora vitia operiat, aut repẽtinam commotionem consilio maturiore flectat. Verum si ex vtraq; plura concurrant dissona ac repugnãtia, habitatio discrepantiũ virtutum ac passionum in vna anima soluatur necesse est. Figurate ergo animam secundũ philosophos terrã appellauit. Nã & Salomõ ait: Tanq̃ agricultura homo imprudẽs, quę
si fœcunda sit opimis segetum fructibus, absc̃dere po- D
test spinas. Sin vero spinę concurrant aristis, secãdi nulla est copia. Qui igitur pastores sint, & quorũ animantium, & quæ rixa inter pastores Abrahę & inter pastores Loth, cõsideremus. Pastores sunt magistri gregũ, vel diligentes & sobrii, nõ sinentes agrorũ culta obteri pedis vestigio, atq; aduersi sentibus, vel negligẽtes & remissi, & qui nõ reuocent pecus suũ, quo herbosa & non fructuosa pascatur, sed libere vagari per varios agri fructus sinant. Istorũ ergo pastorũ solers custodia necessaria est, ne forte adscribatur diligẽtibus quod euenerit negligentium incuria. Sed quia nõ sermo de visibilibus, ideo cuius pecoris pastores sint, consideremus. Pastores hos definire possumus. Pastores, inquit, iumentorum. Iumenta autem sensus corporis irrationabiles significari accepimus. Qui sunt ergo pastores sensuum, nisi præceptores, & quasi quidam rectores gregum, duces eorum, vel monitores alicuius sermonis, vel mentis nostræ cogitationes? Qui si pastoralis disciplinæ
guari & tenaces sunt, nõ permittunt longius sensuum gregem vagari, & inutilibus ac noxiis inhærere paburlis, sed prouido doctore reuocant, & frenos rationis admouent, atq; obsistunt renitentibus. Mali autem præceptores vel inutilis disceptationis permittũt eos im- E
petu suo ferri, & in præruptũ ac periculum ruere, & cultа obterere, fructuosa depasci, vt si qui sunt in eadẽ anima virtutum huiusce modi fructus, eos quoq; dissipẽt. Hinc ergo cogitationũ nostrarũ discordia: cũ caro repugnat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ, non mediocris pugna est: quando ipse Apostolus vas electionis dominicæ dicit: Video legem carnis meę repu Rom.7.
gnantem legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Sedare hãc pugnam ipse nequiuerat, & ideo ad Christum refugit, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hoc est, ne delectationi carnis adhæream. Quis igitur est qui his me soluat vinculis, & liberũ faciat, sensusque ad sobrietatem animę magis detorqueat, q̃ ad corporis temulentiam? Sed quia inter homines tantum nõ potuit rectorẽ inuenire, conuersus ad deum, Gratia, inqt, dei per Iesum Christũ dominum. Si fortior nõ commisit viribus quo corpus mortis euaderet, sed auxilium quęsiuit a Christo: quid nos facere oportet ifirmiores? Hanc pugnã grauem esse cognouit Abrahã, & ideo in principio cauendã putauit. Sapiẽti enĩm pacis est studium, imprudẽti amica iurgia. Non sit, inquit, rixa inter me & inter te, & inter pastores meos & pastores tuos, quia homines nos fratres sumus. Patruum legimus Abraham, & Loth eius nepotẽ: quomodo eum F
fratrem appellabat? Sed aduerte quia causas cõcordiæ sapiens adhibet. Vnde præmisit, homines sumus. Omnes autem homines vnius naturę partus sunt iuxta eius cõcepti viscera, & vno foti atq; effusi vtero. Vnde nobis iure quodam germanitatis velut fratres cõnectimur, ab vno patre cõditi, & vna matre tanq̃ fratres vterini editi. Et ideo cũ simus rationabilis naturę soboles, tanq̃ vterini nos diligere debemus amore mutuo, non impugnare ac persequi. Multo autẽ verius ad vnã animam refertur, cuius rationabile cognatos habet, vt supra diximus, sensus irrationabiles: quod autẽ rationabile, virtutũ habet copulam. Vnde fraterna quadã sibi copulãtur necessitudine vitia virtutesq; hominis, quia illa carnalis, istæ rationabilis animę sunt. Caro autem atq; anima velut quadã lege sociantur cõiugii, ex quib⁹ homo cõstat. Homo igitur velut portiones suas fœderare debet, atq; ad pacẽ cogere. Sed quia nemo erat tantus qui carnem vinceret, ideo venit pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietẽ maceriæ soluens, inimicitias in carne sua legem mandatorũ edictis euan- Ephe.2.
cuans, vt duos conderet in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem, vt reconciliaret vtrosq; in vno cor-

G pore deo, per crucem interficiens inimicitias in semet ipso. Recte igitur se vt hominē infelicem dixit Apostolus, qui tantum bellum intra se pateretur, quod nō posfit restinguere. Deniq; cū de vna portiuncula passionū, Prou. 16. hoc est iracūdia diceret Salomon: Melior est, inquit, sapiens forti. Qui autem iracūdiam continet, melior est q̄ qui vrbē capit. Beatus igitur qui hoc bellū euaserit, etiam nō aduena nec peregrinus, sed ciuis sanctorum, & domesticus dei, quem in terra positū terrena nō quatiant. Huncaffectū seruare cupiebat Abraham. Itaque vt vir pacificus ait, primo: Non sit rixa inter me & te. Inde ait: Et inter pastores meos, & pastores tuos. Tertium posuit: Ecce, inquit, tota terra ante te, hoc est, si nō poteſt cōuenire, cedo omnibus, totū cape si de loco aut possessione dissensio est. Quod si moribus nō cōuenit, discede a me. Quanta autē premisit ne cogeretur discedere? Sed etiā hoc virtutis accidisciplinę est. Dixit enim ante nos vir ex philosophię perfectę disciplina, quatuor hæc bono viro inesse, Vt elaboret primū vt omnes amicos faciat. Secūdum, vt si non poteſt amicos facere, certe nec inimicos. Tertium, vt si necistud suppetit, ex sententia discedat. Quartū, si quis cedētem persequitur, vindicet se vt poteſt. Sed illa tria superiora in Abrahę non sermonibus nudis, sed veris operib⁹ agnoscimus. Quartum autem nō ita est, quando etiā circa cedētem H seruauit affectū parētis, vt eū non solum non persequeretur, sed etiam captū erueret ac liberaret. Deniq; Apostolus cū tria illa doceat, quartū pręceptis suis soluit q̄d Rom. 12. addiderat philosophia. Ait enim cū pacificum populū dei informare vellet: Si fieri poteſt, q̄d ex vobis est, cū oībus hominibus pacē habentes. Deinde si hoc nō poteſt, certe nec discordias nec inimicitias moueat. Ideo addidit: Non vos vindicātes charissimi. In quo & tertium illud excluditur, vt vindicare nos nequaquā velimus. Sed date locum irę. Habes & quartū, vt discedas magis, & vindictā deo committas, q̄ tibi exigas, tāq̄ & hoc secundū legem magis dictū voluit videri. Nā secūdum Euāgelium supra habes: Benedicite eos qui vos persequūtur. Habemus hæc pręcepta ad Timotheū in 2. Tim. 1. secūda epistola. Propter quam causam, inquit, admoneo te vt resuscites gratiā dei, quæ est in te per impositionem manuū mearū. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, et sobrietatis.

2. Tim. 2. Et iterū: Tu autem fili charissime fortitudinē cape in gratia. Habes ergo primę pręceptum sententiæ, vt erga omnes gratiam locet: deinde si nō poteſt pręceptis suis omnes acquirere, caueat ne verbis aliquos exasperet, hoc est, ne inimicos faciat. Vnde ait infra: Hoc cōmoneo testificans corā deo: Noli verbis contendere, nihil I vtile nisi ad subuersionē audientiū. Seruū autē domini non oportet litigare, sed mansuetū esse ad omnes. Pulchre post pauca subiecit, & causam pręstitit, quā philosophia non vidit. Cum modestia, inquit, docētem qui resistūt, nequando deus det illis pœnitētiam ad cognoscēdam veritatē. Ad tertiū quoq; illud, vt discedamus ab eis cū quib⁹ nobis cōuenire nō poteſt, habes additū, cum præcepit vt loquatur quę decent sanam doctrinā, deinde pugnas legis declinet: hoc est, primū gratiam seminet, deinde nullū litigando auertat: tertium est vt hæreticum hominē post vnam correptionem deuitet, Ad Titum. 2. quia subuersus est qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit a semetipso damnatus. Q̄ argute suo iudicio dānatum, nostrę vltioni subtrahit, quasi indignū in quē vindicetur. Dauid autem euidenter studiū vindictę amo- Psal. 7. uet dicens: Si reddidi retribuentibus mihi mala. Ergo mens viri sapiētis, eiusdem animæ vel lapsus vel irrationabiles motus studet corrigere, sibiq; cōiungere. Poteſt enim fieri vt quæ interdum displicent, emendētur cum gratia. Effusio patrimonii sui recidatur, habet liberalitatem sine dispēdio. Verecūdia interdum remissior est: si cōfirmetur, habet & pudoris gratiā, & propositi constātiam. Commotio si temperetur, indignatio- K nis horroré deponit, assumit laudem vigoris. Quod si emendare nō poteſt, non exasperet. Intēperantia reprehendit ardorem libidinis, quā coniugio coerceat: ne dū queritur cōtinentia, obrepat impudicitia. Ideoq; bonorum magister: Dico, inquit, non nuptis & viduis, bonū 1. Cor. 7. est illis si sic maneant, sicut & ego. Quod si se non cōtinent, nubant. Melius est enim nubere q̄ vri. Sunt aliquæ mulieres immaturo destitutę maritorum obitu, & se continere nequeunt. Volo, inquit, iuniores nubere, 1. Timo. 5 filios procreare, matres familias esse, nullā occasionē dare aduersario. Quod si aliquas deliciæ delectēt, & luxuriari in Christo volunt, viduitatis affectātes gloriā, germanitatē autem non custodientes, eas deuitandas iudicat: vt habes scriptū: Adolescentiores viduas deu- Ibidem. ta. Recte igitur Abraham cum bona venia voluit nepotem dimittere, quem deflectentē a se tenere non poterat. Sic & mens bona a præcipiti & diuerso rationabilium lapsu secernat se ac separet. Si tu, inquit, in sinistram, ego in dexteram: vel si tu in dexteram, ego in sinistram. hoc est, quæ tibi in dextera sunt, mihi in sinistra sunt: et quę tibi in sinistra, mihi in dextera sunt. Viro enim imprudenti in dextera sunt quę sunt corporis, L ea præfert, ea constituit in meliorem partem, diuitias quoq; & honores ꝓponit. At vero immortalitatis adipiscendæ gratiam in sinistram habet, quæ sapienti ad dexteram est. Longitudo enim vitæ in dextera eius. Prou. 3. Omnesq; animę virtutes in sapiens vir in sinistrā eiicit. Prudens autem vir has sibi ad dexterā locat: quæ autē corporis, in sinistram. Et leuauit, inquit, Loth oculos, & aspexit omnē regionem Iordanis. Deflectentibus a vero, amica iactantia est. Deniq; vt Abraham humilius, qui electionē obtulit: ita Loth insolentius, qui electionem vsurpauit. Virtus se humiliat, extollit autem se iniquitas: qui se debuit cōmittere maturiori, vt esset tutior. Deniq; eligere nesciuit. Nam primo leuauit oculos, & respexit regionē, hoc est illā rem quę nō esset prima ordine, sed tertia, hoc est nouissima. Prima sunt enim quæ sunt animæ bona, Secūda quę corporis, id est salus, virt⁹, pulchritudo, formæ gratia. Tertia sunt quę accidunt, hoc est, diuitiæ, potestates, patria, amici, gloria. Regio igitur tertio loco ponitur. est enim res habitationis. Vidit igitur regionē quæ irrigabatur priusq; M euerteret deus Sodomam & Gomorrā, sicut paradi- sus dei, & terra Egypti, vsq; dum venias Zothopa. In quo nisi diligenter intēdis, nunquid in eo errasse eū dicere potes, quod elegit fluenta Iordanis, & ea quæ irrigabantur sicut paradisus dei? Nō vtiq; secundū literā. Sed cum Iordanis descensio dicitur, descēdit qui desefuit virtutis consortiū, & speciem elegit, nō veritatem. Paradisus enim perfectæ beatitudinis amœnitas, vel animę fructuosa fundamēta, in qua sapientię sint, iustitiæ, cæterarūq; virtutū plantaria. Terra autē Aegypti corporalē substantiā significat, cuius plantaria sunt sensus et passiones corporis. Sicut enim vireta virtutū fontem habent Christū, & spiritalis vbertatē gratiæ, quo exuberēt: ita intēperantia fons quidam est passionum corporaliū, quo aluntur superflua. Pulchre autē ait scriptura: Elegit sibi Loth, hoc est, declinatio, quia posuit deus ante nos bonū & malū, vt vnusquisq; eligat quod velit. Nō eligamus ergo q̄d specie videtur iucūdius, sed q̄d veritate pręstet, ne cum sit nobis tributa optio vt sequamur potiora, leuemus oculos inflexi falso amœnitatis decore, veritatē autē naturę velut deflexis obtutibus obūbremus. Quod autē hoies in Sodomis sæui erāt, & peccatores in cōspectu dñi valde, non mediocris est hic œconomia, vt aduertas mitem deū graui peccatorū moueri acerbitate ad vlciscēdū, nec merito potuisse exorare Abrahā Sodomitanis veniam, quia supra modū flagitiosi erāt. Pleriq; sūt q̄ nequiores, eo tectiores, q̄ hominū subterfugiūt indaginē, vbi res sine arbi-

A trio geruntur, vt falso testimonio iustus circūueniatur. Manet autē ante deum iustus etiam si condēnetur ab hominibus, quia deus nō iudiciorum exitus, nec cum intextis nequitiæ cōmentis negocia, sed nudā spectat negociorum naturā. In examine autem hominū falsæ opinionis error plerūq; obducit vim veritatis. Manebat autē apud deū Susanna pudica valde, etiā cū dānaretur adulterio: quia deus nō assertionibus falsorū, facti examinabit fidē, sed intimę cōsciētiā mētis iterrogabit.

Quomodo ex locutiōe domini ad Abrahā, & ostēsæ sibi terræ promissione doceamur quantū mens superfluis portionibus & irrationabilibus exhaustis proficiat. Q̄uēadmodum etiam instruamur ex triumpho quatuor regum contra quinq; quantum vitia vitiis adiuncta noceant. Caput. VII.

SEQVITVR locus quo euidenter docemur quātum mens superfluis portionibus & irratiōabilib⁹ exhaustis proficiat, & quātum vitia vitiis adiuncta mali afferāt. Nō enim ociose scriptura posuit: Et dixit de⁹ ad Abraham post q̄ recessit Loth ab illo, Respice oculis, & vide a loco in quo nūc tu es, ad Aphricū, & Aquilonē, & Oriē- B tem, & mare: quia omnē terram quā tu vides, tibi dabo eam, & semini tuo in æternum. Hinc tanq̄ a fonte hauserunt Stoici philosophi dogmatis sententiam, omnia sapientis esse. Oriēs enim & occidēs, septentrion & meridies, portiones sunt vniuersitatis. His enī totus mūdus includitur. Hæc cū prmisit deus daturū se Abrahę, quid aliud declarat nisi sapienti & fideli prēsto omnia, deesse nihil? Vnde & Salomon i Prouerbiis ait: Eius qui fidelis sit, totus mūdus diuitiarū. Quāto prior Salomon quam Zenon Stoicorū magister, atq; autor sectæ ipsius? Quanto prior q̄ ipse pater philosophię Plato, vel eius imitētor nominis Pythagoras? Quis autē Eccli. 27. fidelis nisi sapiēs? Stult⁹ enim sicut luna immutatur: sapiens autē immobilis fide permanet. Sed forte dicas: Quomodo sapientis totus mūdus? Quoniā ipsa natura dat illi fortē omnium, etiā si ipse nihil possideat. Domina est & possessor sapiētia, quæ sua putat naturę munera, quoniam in vsum hominū data sunt, nec vllis indiget, etiā si desint ei ad victū necessaria. Nāq; si musicus organa, aut medicus medicamēta, aut naucler⁹ quę ad nauis instrumentū necessaria sunt, etiā si quādo non habeat, habet tamen eoipso quo possit his vti, etiā si ad C tempus vsus eorum nō suppetat: quanto magis sapiēs suum iudicat quicquid naturę est, qui viuit secundū naturā. Nō enim amittit ius suū, qui meminit se ad imaginem dei factū, & ad homines a deo dictū: Crescite & multiplicamini, & replete terrā, & dominamini in eā, & imperate piscibus maris, & volatilib⁹ cæli, & omnibus pecoribus, & omni terræ, & omnibus quę repūt super terram. Et nouit quia sapientia omniū mater est, & ipsa orbem terrarum possidet. Deniq; Salomon qui sapientiā popoſcit & accepit a domino deo nostro: Ipse Sapien. 7. mihi, inquit, dedit horū quę sunt sciētiā verā, vt sciam dispositionē orbis terrarum, & virtutē elementorum, initium & consummationem & medietatem omnium rerum, & diuisiones tēporum, & anni cursus, & stellarū dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarū, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias herbarum, & virtutes radicum, & quæcūq; sunt abscōdita & improuisa. Sed hæc nulli nisi perfecto suppetūt. Deniq; Abrahā quādiu adhærebat ei Loth, hoc est deflexio morum, sortē horum non acceperat. Vbi vero deflexionis ambiguo atq; anfractu absoluto rectas virtutum semitas cōtinuis animæ fuæ gressibus cœpit carpere, in omnē terram possessor mittitur, atq; dicitur ei: Surge & perambula terrā in longitudine, quia tibi dabo eam, & semini tuo in ęternum. Ergo qui sapiētiam meruerit, & non fuerit ancillæ filius, nō peccati seruus, D non successioni carnis obnoxius, sed liberę, id est Saræ illius non seruientis, sed principātis, bonæ stirpis, bonæ indolis, perfectæ titulo virtutis, hæreditatem acquiret vniuersitatis. Dicitur ergo Abrahæ: Surge. Nō corporalem assertionem significat, sed spiritalē, hoc est, Sur- Ephes. 5. geq dormis, surge a terrenis, surge a corporalib⁹, relinque terrena, cælum aspice: & exurge a mortuis, hoc est ab operibus vanis, & disputatiōibus Chaldæorum. Inatuere mundū, intuere etiam illum qui potest totū donare mundum. In possessionē, inquit, tibi dabo mundū, quē deum ante credebas. Perambula terrā in longitudinem & latitudinem eius. Vtiq; intra momentū terram istam Persarū inclusam impetiis, ab Indiæ quoq; littoribus ad Herculis, vt aiunt, columnas, vel Britāniæ extrema confinia nō potuit perābulare. Et potuit quasi indeuotus videri, qui cælesti oraculo non obedisset, si obeundæ huius terræ mandatum accepisset. Sed cum sit eius deuotio probata, quia ad quęrendum tantūmodo Mambre transtulerat tabernaculū, vtiq; terrā, hoc est virtutem possumus perfectā intelligere, quę bonos fructus daret, & fœcundas inuentiones, cogitationiūq; primitias, meritorū vindemiam, frumēto vino & oleo repleret interiorem domum, terrā resurrectiōis quā promisit patribus nostris fluētem lac & mel, suauitatē vitæ, iucunditatis gratiam, splēdorē gloriæ, cuius hæres E primus factus est primogenitus a mortuis dei filius Iesus Christus. Et ideo nō seminibus dixit, sed semini, vt declararet illum qui hanc hæreditatem humano generi primus acquireret. Cognouimus bonæ mentis profectum, qui a vitio lubricæ deflexionis exurgens, quæsiuit statum primum sapientiæ, hæreditatem iustitiæ. Quātum autem noceant leuitati vitia adiuncta, docet sequētiū series lectionū. Nā illi quatuor reges de quinq; regibus triūphauerant, & adduxerunt equitatū Sodomorū totū: cœperunt etiam Loth filiū fratris Abrahę, & discesserunt. Quinq; reges, quinq; sensus corporis nostri sunt, visus, odoratus, gustus, tactus, auditus. Quatuor reges, illecebræ corporales atq; mūdanę sunt, quoniā & caro hominis vt mūdus quatuor cōstat elementis. Merito reges dicūtur, quia habet suū culpa dominatum, habet regnū grande. Vnde Apostolus ait: Nō Roma. 6. regnet peccatū in vestro mortali corpore. Sēsus igitur nostri facile delectationibus secularib⁹ se dedit: & quadam eorū potestate capiūtur. Corporales enim delectationes & illecebras huius seculi nō vincit nisi mēs quæ fuerit spiritalis, adhęrens deo, & se totam a terrenis seperans. Deflexio omnis his capitur. Vnde Ioānes ait: Væ habitantibus in terra. Non vtiq; omnes homines Apoca. 8. cōprehēdit qui tunc vitę huius cursum cōficerent (sunt enim & in terris positi quorū cōuersatio in cælis est) sed F eos quos terrenę cōuersatiōis affect⁹ ac huiⁿ seculi vicerit gratia. Ergo nō habitatores, sed accolæ sum⁹ terræ huius. Accola enim temporalis diuersorii spem gerit. Habitator autem spem omnem atq; vsum suę illic substantiæ locare videtur vbi habitādum putauerit. Itaq; qui est terræ accola, habitator cæli est: qui autē habitator terrę, possessor est mortis. Numerauit Abrahā trecentos decē & octo vernaculos suos vsq; Coba, quæ est ad dextram Damasci. Et numerus vitalis est. In ipsa enim vita, si credamus, in passione, in nomine domini Iesu: nam hęc est nominis interpretatio huius q̄d diximus coba, id est, vita. Ipsa & dextera Damasci pulchre esse dicitur. Agni enim ad dexteram, hœdi ad sinistrā. Scit exercitata mens quos ad prælium cōsummādum sibi adhiberet, quibus armis instrueret, quib⁹ ducat vexillis. Non aquilarum prefert imagines, nec dracones, sed in cruce Christi & i Iesu nomine ꝓgreditur ad prælium, hoc signo fortis, hoc vexillo fidelis. Merito ergo mens exercitata, quæ recepit veram sapientiā iusti viri. Iustitia autem solers correptionis est, ac arguendo

G reuocat peccatores,& stringit passionũ impetus. Ideo dicit scriptura quia reuocauit omnem equitatũ Sodomorũ, hoc est, habenas tenuit, frena rationis imposuit, reuocauit culpam, strauit errorẽ. Equus enim stare nescit, velox ad impetum, ceruicẽ exaltans suã, hinniẽs ad libidinem. Quid tã simile peccati? Feruet enim primo culpa impetu,& omnẽ recti cogitationẽ præuenit, motuq; immaturo exilit, vt eã difficile ratio reuocare possit. Fertur in pręceps,& ascensorem eius proiicit in mare, istud huius seculi ceruice tumida recusans iugũ correctionis. Et specialis quædã forma libidinis, quę vocẽ mutet hominis, verba amãtis corrumpat, suisq; se prodat sermonibus. Deniq; ad Iudam per Hieremiam di
Hiere.13. cit dominus deus: Nũc videbitur ignominia tua,& adulteriũ tuum,& hinnitus,& alienatio fornicationis tuę supra colles. Hũc iustus reduxit equitatũ, mores quoq; declinantis cõuertit,& ad se vocauit, vt imitatores sui fierent qui deflexerãt, quia sensus nostri ad disciplinam mentis recurrunt. Substantiã quoq; recipit. Non patrimonium vtiq; significat, sed vitalẽ animæ substantiã, in qua sit preciosus census, non stipula, nõ fœnũ, in quo fidelis sit alloquii splẽdor, in qua nostrę census subsistat spei. Hæc est enim vera nostra substãtia, quæ est sapiẽtiæ diues copiis, hic imortalis substantia, corporis autẽ vel accedentiũ diurnus magis quam diuturnus vsus.
H Vnde quidam recte nõ putant patrimonium dici substantiam. Nõ enim subsistimus in eo, cum & illis quibus desit pecunia, vitæ tamen non desit substantia.

Quemadmodũ ex oblatiõe Melchisedech admoneatur mens plena prudẽtiæ ac iustitiæ vt deuotior sit erga dei cultum. Quodq; expeditione regis Sodomorum, vbi se vicisse putat, tentari se discat,& qualiter ex Abrahæ responsione contagiũ intẽperantiæ declinare possit. Cur præterea post euẽtum belli mercedẽ dominus spoponderit. Quid deniq; significet quod Abrahæ cura posteritatis fuit. Ac de mystica interpretatione totius sacrificii Abrahæ. Caput. VIII.

DE Melchisedech ĩ tractatu morali plene diximus, in quo & mysteriũ nequaquam prę- teritum ac prætermissum est. Hoc loco aũt satis est illud admonere solum, quod mẽs plena prudẽtię iustitiæq; deuotior sit erga dei cultum,& decimas terræ gignentia in fructibus iuxta altiorem
I prudentiam in eo soluat, vt perfectionem omnium sensuum atq; operum suorũ deo deferat, nihil sibi arroget: quæ se regere non potest, diuino nisi fauore fulta sit. Deniq; vbi se vicisse putat, tentatur atq; arguitur. Hoc exprimit & docet lectio, quia semper aduersum passiones corporis mens nostra tanq̃ in excubiis debet prætẽdere. Quid enim est quod ait? Rex, inquit, Sodomorum exiuit obuiam Abrahæ,& dixit: Da mihi homines, equos autẽ sume tibi: nisi quod post has mihi luxuriæ victorias, vis quædã libidinis potest ratiõabili mẽti subrepere, vt infundat ei irratiõabiles passiones? Sed perfectę mẽtis est, nihil de terrenis, nihil de corporalibus illecebris assumere, abstinere a terrenis. Ideo Abrahã dicit: Nihil sumam ab omnibus tuis. Quasi contagiũ declinat intemperãtiæ, quasi labem refugit corporaliũ sensuum, delectationes mundi reiicit, quærens quæ supra mundũ sunt, hoc est extendere manus ad dominũ. Manus operaria virtus est animæ. Hanc nõ ad terrenę arboris pomum, sed ad dominũ extendit, Qui fecit, inquit, cælum & terrã, hoc est intelligibilẽ & visibilẽ substantiam. Intelligibilis enim vsia cælum est, visibilis vel sensibilis substantia terra est. Ergo significat quod virtutem animæ suæ ad superiora extendat, vt ex illa intelligibili substantia theoricæ vitæ induat altitudinẽ, spectans illa quæ non videntur, hoc est non terrena, nõ corporalia, non prę sentia, sed incorporalia, æterna, cælestia. De ista autẽ visibili substantia operatorię atq; ci- K
uilis disciplinæ capesset gratiam. Subtexuit his oraculum domini dicentis: Noli timere Abrahã, ego protegam te, merces tua erit valde. Quæro cur post euẽtum belli, spondendę mercedis locus nũc erat. Minus enim mirabile faceret, si secutus promissum dei esset hostem adorsus. Victoriæ securus processerat ad triũphũ, magis inuitatus q̃ promptus ad gloriã, vel ad vlciscẽdum pietatis dolorẽ paratus. Propositũ piæ mentis mercedem nõ expetit, sed pro mercede habet boni facti conscientiã,& iusti operis effectũ. Angustę mentes inuitẽtur promissis, erigãtur speratis mercedibus. Bona mẽs quæ sine respõsi cælestis syngrapha certamen arripuit, geminæ laudis fructũ acquirit sibi, vt & confidẽtissimę fortitudinis,& plenissimæ deuotionis gratiam locet. Quod de sancto Abrahã æstimari cõuenit, quia & diuinũ fauorẽ non despici se iustis duxit erroribus,& hostẽ pertulit despectu periculi, quod gloriose sibi pro vltione pietatis subeundũ putauit. Dei quoq; in eo predicatur iustitia, qui remunerationem piis mẽtibus nõ ex L
necessitate promissi, sed ex equitatis suę contẽplatione largitur, iudicans dignũ fore quod hi qui militant sine aliqua mercedis humanæ remuneratione, repositũ habeant præmiũ in eius bonitate, cui deuouẽdas animas suas ęstimauerint. Simulq; adoreis bellicis ex vsu ipsius victoriæ, aut hominũ gratia paratũ est pręmiũ: pietatis autẽ & parsimoniæ, puritatis, cæterarũq; velut priuatarũ virtutũ a deo soluitur. Quæ manifesta sunt hominibus, ipsi remunerãtur. Nõ omnia autẽ manifesta, sed alia manifesta, alia incerta,& maxime occulta cordis. Vnde & ille ait: Incerta & occulta cordis manifestasti mihi. quorũ spectator & scrutator deus est. Non ergo magnã mercedẽ promisisset. Abrahę, nisi puram animam ab omni contagione delictorũ iudicasset. Sãctæ tamen & propheticæ menti cura maior posteritatis perpetuę est. Partus enim sapientię,& fidei hæreditatem desiderat. Ideo ait: Quid mihi dabis? Ego autẽ dimittor sine filiis. Ecclesiæ sobolẽ desiderabat, eã successionẽ petebat quę nõ esset seruilis, sed libera: nõ secũdũ carnẽ, sed secundũ gratiã. Ideoq; huiusmodi respon- M
sum diuinũ resultauit, quo electus audiuit: Respice in cælũ,& numera stellas, si potes numerare. Et dixit: Sic erit semen tuũ. Et credidit Abraham deo,& reputatũ est ei ad iustitiã. Quid credidit? Hoc est, non solũ multitudinẽ populorũ in Christũ credẽtiũ, sed etiã cælestis gratię splẽdorẽ,& resurrectionẽ vitæ immortalis sobolis ecclesię deferendã. Quid est autẽ quod ait: Eduxit eũ foras? Tanq̃ foras educitur ꝑpheta, vt exeat fores corporis,& angustias carnis operiẽtis, ac spiritus sancti infusionẽ, vt velut quandam descẽsionem videat. Oportet nos quoq; exire ex his diuersorii nostri ãgustiis, mũdare animæ nostræ locũ ab omĩ inquinamẽto, proiicere sordes maleuolentiæ, si volumus spiritũ recipere sapientiæ, quia in maleuolã animã non introibit sapien- Sapien.1.
tia. Credidit autẽ Abrahã, nõ auri, non argenti illectus testimonio, sed quia corde credidit ad iustitiam. In quo probatũ est eius meritũ, in eo persolutũ est præmium. Deniq; statim fidei eius testimonium dñs dedit dicẽs: Ego sum dñs deus tuus, qui eduxi te de terra Chaldæorum vt darem tibi terram hanc, vt hæres esses eius. Et quia deposuerat studium Chaldæorũ, quærit Abrahã: Quomodo, inquit, intelligã quia heres eius sum? Hoc est, iam diuinationes magorũ repudiaui, doce quomodo sciã me futurũ terræ eius hæredẽ. Qui quærit quomodo sciat, nõ dubitat manifestante deo cognoscere se posse, sed formam vult acquirendæ cognitionis aduertere. Nam & in euangelio Maria cũ audisset ab angelo quod virgo paritura esset filium, respondit: Quomodo Luce.1.
fiet istud, quoniã virũ non cognoui? Et iure respondit. Hoc est, cũ id quod naturæ est, nõ suppetat, quia nõ solet parere virgo quæ viro non fuerit copulata: quæro

A quomodo præter instituta naturæ possim generare? Dixit autẽ illi dominus deus: Sume mihi vitulũ trimum,& capram trimam,& arietem trimũ,& turturẽ,& columbam. Præterirem huiusmodi interpretatiõẽ sacrificii, nisi quibusdã hinc scrupulum nasci aduerterẽ, eo quod aruspicinæ quædã scribi videatur solennitas, quod post immolationẽ diuisa sunt animalia,& contra faciem alterutrum posita,& cõsedit illis Abrahã. Sed si vim interrogationis præmissæ & futuræ respõsionis consideremus, aduertere poterimus spei nostræ & fidei conuenire huius sacrificii disciplinam. Vitulus enim aratoriũ animal est, deditum terræ & labori. Capra ad aquarũ similitudinẽ per ænigmata figuratur, eo quod αἲξ Grece ἀπὸ τοῦ ἀΐσσειν nomẽ acceperit, ab eo quod est impetu ferri. Sic enĩ currit sicut & aqua. Possumus vel fluuiorũ sono, cursu, vel maris violẽtis æstimare fluctibus. Aeri cõparatur aries, quia omnibus animantibus vtilius hoc animal generi esse humano reperitur, quãdoquidẽ & vestis nobis vsum exhibet, sicut aer huius spiritus vitalem nobis ministrat substãtiam. Vnde & hunc ordinem factum puto, vt prius diceret: Sume mihi vitulum,& capram:& tertio loco diceret arietem: eo quod prima illa, hoc est vitula & capra, terris & mari materialibus cõparentur elemẽtis,& quia fœminea di
B cantur: at vero aries masculinũ quoddã animal est, vehemens natura,& violentũ cornibus. Similiter autem aeris huius spiritus vitalis est, vt masculus, autor & causa gignentium, mouens terrarũ genitalia,& velut quadam se miscẽs copula. Aliud ad terram, aliud ad mare, aliud ad aerem vitalem, mystice figuratur horũ trium animantiũ genus. Hęc traditio naturalis est: sed etiam moralis cõcurrit & suppetit. In omnibus enim hominibus caro, sensus,& verbũ est. Caro nostra vitula est, laborat vt serat, laborat vt colligat, laborat vt pariat, innumeris fatigatur laboribus. Vnde & Gręci δάμαλιν ἀπὸ τοῦ δαμᾶσθαι λίαν, eo quod dometur nimis. Masculorũ boum aratro & iugo fungitur. Fœmineos partus repręsẽtat cũ multo vbere. Caro quoq; nostra vitæ istius subiugatur necessitatibus, crebris quatitur doloribus,& multarum erumnarum quodã curuata partu senescit. Iam illud quis ignorat, quod vehemẽtior sit virtus animæ, cui velut nupta adhæret in istius vitæ cursu corporalis substantia? Sẽsus autem nostri caprarũ modo velut saltu quodam alis exiliunt,& pascuntur pręruptionibus, impetu suo ipsi cõmotiones excitãtes animæ,& concutientes eam. Ad omnẽ occasionem præsto sunt, vel occursu fœminæ pulchritudinis, vel odore suauita-
C tis alicuius. Auditu pariter & tactu mouẽtur velociter, quibus etiã animę inflectunt constantiã,& velut a natura sui alienant eã. Vnde pleriq; ὁρμητικὴν dictam putant, quia ὁρμὴ impetus dicitur, eo quod ex quodã impetu sensuum inflexionis atq; alienationis nostræ causa nascatur: fœminei autẽ sexus speciem habet. Et etiã sensus nostri αἰσθήσεις Græce dicũtur fœmineo vocabulo. Effœtarũ modo animarũ cito vacuãtur, vbi partus suæ generationis delectationisq; effuderint,& iterũ excitatis cupiditatibus nouos referunt impetus. In ariete vero verbi ac sermonis nostri habetur similitudo, quod sit vehemens, sicut & sermo noster efficax operationis,& quadam ornatus nostri & tegminis causa sit. Aries per vsum vestiũ ordine quodã gregẽ ducens, sicut ordo quidã vitæ vsusq; nostri verbo explicatur. Arbitror aũt quod illud verbũ magis intelligere debeamus quod est verbũ dei, cum quo aries iste habere videatur non mediocrem cognationẽ. Quod verbũ nos vere tegmine velleris sui vestiuit,& in domũ introducit æternę salutis. Qui se pro nobis immolãdũ obtulit, qui tanq̃ ouis
Esaię. 53 ad victimam ductus est,& sicut aries coram tondẽte se sine voce, sic non aperuit os suum. Ex quo ordinẽ quẽdam substãtiæ habemus & sacræ redemptionis, quod per ipsum cõditi ac redẽpti sumus. Duplex igitur causa per verbũ, naturalis,& moralis. Naturalis qua cõdidit, D
moralis qua redemit. Philosophia quoq; geminã speciem sui constituit in verbo, naturalem,& moralẽ. Rationalis enim vtriusq; portio est. Naturalem secũdum mundi creationem, quam verbo assignat: moralẽ secũdum iustitiã,& æqualitatem viuendi, cuius vita & ratio de verbo. Qua causa cum dies quadraginta cõplerentur ex Mariæ virginis partu, tulerunt dominũ nostrum Iesum in Hierusalem, vt offerrent domino secũ- Lucę.2.
dum legem,& vt darẽt hostiam par turturũ, aut duos pullos columbarũ, eo quod in columba spiritalis sit, in turture incorruptæ generationis natura, vel immaculati corporis castimonia. Merito ergo ad sacrificiũ iubentur post arietem turtur & colũba sumi, vt verbo adhærere intelligas incorruptã castimoniã,& spiritalem gratiam. Et hoc ipso quidem ꝙ aues posuit, intelligere possumus cælestiũ meritorũ volatus. Sunt enim volucres cæli quæ veniunt & habitãt in ramis eius arboris Mat.13.
quæ de grano sinapis surrexit, cui cælorũ regnũ cõparatur. Et Ezechiel apertos sibi cęlos dicit,& vidisse in- Ezech.1.
ter alia etiam rotam vnam super terram cõiunctã animalibus quatuor. Et infra: Audiebã, inquit, vocẽ alarũ eorum sicut vocem aquarũ multarum,& vocem sublimis dei: et cum irent vt vox verbi, sicut vocẽ castrorũ. Vnde quidã ad libros philosophiæ deriuarũt, eo quod ipsum cælũ simile sit. Deniq; Plato currum volucrẽ dixit esse cælum, ex eo quod propheta dixerat, Cum irẽt E
animalia, ibant & rotæ coniunctę illis:& cum eleuarẽt se animalia a terra, eleuabantur rotę. Sed propheta nõ cælum ipsum dixit, sed aues esse in cęlo. Deniq; & Dauid ait: Cæli enarrant gloriã dei, hoc est potestates cæ- Psal.18.
lestes, velut cũ spectatur pulchrũ elemẽtum, prędicatur operator. Animam autẽ describit propheta, cuius motus sũt quatuor, velut equi, λογιστικὸν, θυμικὸν, ἐπιθυμητικὸν, διορατικὸν. Hæc animalia quatuor, id est, homo λογιστικὸν, leo θυμικὸν, vitulus ἐπιθυμητικὸν, aqla διορατικὸν. Ideo ratio pręmissa est, vt reliqua rationem sequãtur. Ideo cum homine a dextris est leo, id est cum ratione cõmotio a dextris est. Ista animalia quãdo eleuantur, eleuantur etiam rotæ. Rota autem vita est super terrã, qua viuimus. Si animę nostrę motus quatuor eleuãtur, eleuatur & vita nostra. Ideoq; addidit: Quoniã spiritus vitæ, inquit, erat in rotis. Anima ergo magis currus est, quę ait in canticis canticorũ: Posuisti me Canti.6.
currus Aminadab, id est dñi nostri. Nõ ergo philosophiæ traditioni descriptio currit prophetica. Deniq; vocem alarum audisse se dicit propheta. Istæ alę virtutes sunt, quæ de te poscuntur. Qui tales offert hostias, fidẽ & castimoniam mentis, simplicitatis gratiã, charitatis & pacis effectũ, ipse beatæ illius terrę agnoscit hæredẽ: F
sicut etiam dominus apertius in euangelio declarauit dicens: Beati pacifici, quoniam ipsi deũ videbunt. Vel Mat.5.
quoniam ipsi possidebunt terram. Accipe aliã diuisionem. Caro quoq; nostra ipsa dei ordinatione diuisa habet mẽbra. Duo oculi sunt, binę aures, duæ genę, nares diuisę, dentiũ geminatus ordo, vbera, scapulę, manus, latera, fœmora, genua, crura, pedes, nõne bina omnia, vt subnixa geminatis subsidiis omnia nostra videãtur officia? Anima etiam diuisionem suarum patitur portionũ. Nã διορατικὸν, hoc est superiora, quasi oculi quidam cõtrarii, rationabile est & irrationabile. Rationabile ipsum diuiditur circa mentem & sermonem. Sensibile eius in auditũ & visum, quibus vitę huius cumulatur gratia. Nam odor & gustus vitales vsus videntur necessarium prębere ministeriũ. Nares iugi flatu aspirationem recipiendo vitalẽ, continuato quodã substãtiam hominis cibo pascitur. Gustus autẽ potu epulisq; generatur. Quintus vero sensus, hoc est tactus, velut admixtus est illis quatuor. Odor & gustus quędã magis alimẽta sunt corporis, quibus huius carnis militia subsistit. Visus vero & auditus mẽtem adiuuant. Hæ

G sunt diuisiones quę secundum carnē nostram animāq; a summo operatore diuisę sunt. Vnde oportet nos colligere quia etiam iste mundus velut per mēbra quædam gemina & tanq; antiprosapia sit distributus. Est enim terra in mōtes & in campos, vt sunt partes nostri corporis elatiores aliæ, aliæ planiores. Eminent scapulę, & pedum superiora vel manuū. Latera vero & inferiora cerucis velut valles terrę & concauū. Quōd & de vola manus intelligere licet. Nā in ipso calcaneo pedis eminere alia, media autem sinuata quis nescīat? Aqua in mari salsa, in flumine dulcis vel in fontibus. Est aer hyberno frigidus tempore, veris mēsibus temperatus, calidus æstate. Ergo ista diuisit operator. Mentē autē nostram, quæ modo auium, virtutū diuersarū & vigoris sui vecta remigiis supra cælum euolat, non diuisit, quia trinitati adhæret diuidenti omnia, soli indiuisæ. Vnde philosophi superiorem mundi huius substātiā, quam æthera vocant, non ex cæterorū admixtione elementorū constare volunt: sed splendidā, & multo refulgentē lumine, quę non terræ sordidum, nec aquarū humidū, nec aeris nebulosum, nec ignis ipsius rutilū quicquam recipiat, ex quinta quadā vsia esse asserunt: & velut volucrem mundi huius mentē velociorē puriorēq; esse cæteris partibus. Nam aliæ mixtę sibi & concretę sunt. Nos autem nihil materialis cōpositiōis immune
H atq; alienū putamus, prēter illam solam venerandę trinitatis substantiam, quæ vere pura & simplex syncerę impermixtæq; naturæ est: quātus aliqui putent de illa quinta vsia lucem esse clariorem, de qua dixerit Dauid
Psal.103. quod deus circūdatus sit lucem sicut vestimentum. Et
1.Tim.6. Apostolus scripserit de ipso omnipotente quod solus habeat immortalitatem, & lucem habitet in accessibilem. Qua autē ratione dixerit quod aues descenderint supra diuisa corpora vitulę, caprę atq; arietis, non facile dicā, nisi quod omnia terrena, maritima, atq; ipsa aerea plena sunt insidiarū ac perturbationū. Videntur enim aues istæ cibi causa descendisse supra corpora. Naturaliter autē violentiores potioresq; virib⁹ super infirmiores irruunt, & quasi mortuis corporibus incumbūt, ex improuiso frequentius irruentes: vel (quod verius puto) quia princeps mundi huius, & volucres cæli spiritalium nequitię, quę sunt in eos qui mundana solicitudine curaq; diuisi sunt, graui motu incessant, & velut cadauera mortuorū dilacerāt dente aspero. De his enim
Mat. 8. dictū est: Relinque mortuos sepelire mortuos suos: qa sunt de regno diaboli, qui in seipsum diuisus est. Qui
Luc. 17. autem sunt dei, quib⁹ dicit Iesus, Regnū dei intra vos est: si non sunt diuisi, quia adhærent deo, quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus est. Erūt enim, inquit,
1.Cor.6. duo in carne vna: qui autē adhæret dño, vnus spirit⁹ est.
I Isti ergo nō sunt mortua corpora, vt volucres cęli comedant eos, sed sunt spiritus. Facit enī deus angelos suos
Psal.103 spiritus. Deniq; supra columbam & turturē non descēderunt, quia diuisę istę aues non erant. Non sunt enim
Mat.10. diuisi iusti, quib⁹ dicitur vt sint simplices sicut colūbæ.
Psal.83. Ideoq; dicit Dauid quia & passer inuenit sibi domum, & turtur nidum sibi, vbi reponat pullos suos. Hęc spectabat Abraham, hęc profundo & spiritali cōsiderabat intuitu. Ideoq; scriptū est, Consedit. Non quasi aruspicine, sed quasi cęlestis reuelatiōis interpres, signa diuinę operationis explorans. Mēs enim directa ad Christi gratiam videbat hunc mundū plenū esse iniquitatis, quę velut a summo cęli volaret, & opprimeret infimos terrę; pudicitiam autē, fidem, syncritatem, nullis esse obnoxias passiōibus; auaritiā vero & solicitudines secuti quibus suffocātur qui habent voluptates diuitiarum, dilacerari ac diuidi. Vnde & diuisę dictę sūt, quod mentem diuidāt, atq; in diuersum scindant, & in partes trahant, nec sinant incorruptam esse & integram. Vir ergo pacifice mētis cōsidebat & cōsiderabat, quātenus prohibere cōminus posset ea mala quę hominibus inferuntur. Mens enim sapiētis viri ac iusti mederi stu- K
det humanis casibus, & prohibere ac resecare animarum nostrarum labores.

Quid sibi velit quod post solis occasum excessus cecidit super Abraham: & quomodo ei non tam quę futura erant declarabantur, q̄ prescribebantur quæ facienda forent. Quid præterea singulariter per superiorā autor significari arbitretur. Caput. IX.

DEniq; hoc Abrahā spiritali & prophetico affectu fecerit, sequentia docent. Nam solis occasu excessus cecidit super eum: & ecce timor magnus & tenebrosus incubuit super eum. Excessus prophetis fieri solet, sicut habes prophetā dixisse: Ego dixi in excessu meo, omnis homo men- Psal.115.
dax. Excedit enim mens prophetæ velut fines quosdā humanę prudētię, quādo repletur deo. Et ante euacuat se cogitationibus & disceptationib⁹ seculi huius, vt aduenienti gratiæ spiritali puram se & exinanitam præbeat. Superueniat in eam spiritus sanctus magna se vi infundens, ita vt mēs hominis subito turbetur. Deniq; angelus venit ad Mariā, & cū sedulitate & gratia venit, et tamen Maria mota est in introitu eius. Vnde
angelus ait ad eam: Ne timeas Maria, inuenisti enim Lucæ.1.
gratiam apud deum: & ecce cōcipies in vtero, & paries
filiū. Cognoscimus ergo quia quando venit gratia dei L
super propheticam mētē, subito irruit: & inde incubuisse & cecidisse super prophetas spiritū sanctū legimus, quia excessum patitur, & turbatur, & timet, & quibusdam ignorantiæ & imprudentiæ tenebris offunditur: sicut & in Actibus apostolorum legimus quia circū- Actuū.9.
fulsit lux super Saulū de cęlo, & cecidit, & horrore animi turbatus est, & audiuit vocē de cælo dicentē: Saule Saule, quid me persequeris? Desinit enī videre secularia, qui incipit audire diuina. Vnde & timorem Abrahæ & tenebras mirari non debes, quasi præter virtutē aut meritū eius acciderint, cum prophetarū cōsuetudini cōgruere aduertas, quando cognoscunt futura. Continuo autem dictū habes ad eum: Sciendo scies q̄ peregrinū erit semen tuum in terra non sua, & seruitio opprimētur, & nocebūt eis, & humiliabūt eos annis quadringentis. Merito tenebrosus horror magnus factus est, quia magna oracula deferebantur, cū de populo secūlorū dabatur pręceptū. Quomodo tam facile capere istud mēs humana poterat, maxime quæ admonebatur vt in hac peregrinaretur terra? Non enim tam quę futura erant declarabātur, q̄ prescribebantur quæ faciē- M
da forent. Peregrinū, inquit, erit semen tuum, siue quia omnes homines peregrini esse debeamus in hac vita: (omniū etenī pater est Abrahā) siue quia verū semen Abrahę peregrinatur in hoc mūdo. Illud enim verum semen est, de quo dictū est: In Isaacerit semen tuū. Deniq; qui se Abrahæ hæredem agnosceret, ait: Aduena ego sum in hac terra & peregrinus, sicut ōmnes patres mei. Qui enim peregrinus hic fuerit, ciuis in cælo est. Qui autē in hac terra omnē animæ suæ substantiā cōstituendam putauerit, hæreditatēq; huius terrę acquirendam sibi exultauerit, a dei regno excludetur. Vnde Apostolus ad fideles viros & ciues Hierusalem illius
quæ in cælo est, & ecclesiæ filios tlicit: Ergo iā nō estis Ephes.2.
peregrini, sed estis ciues sanctorū, & domestici dei. Nō ergo hæc terra nostra est, de qua potest princeps mūdi huius dicere, ostendens omnia regna orbis: Tibi dabo Mat.4.
potestatem hanc si procidēs adoraueris me. erūt omnia tua quæ sibi alieni vendicant, & seruitio opprimūt populū dei, vt seruis eius nōcere, & humiliare conētur sanctos dei. Deniq; ipse filius dei nihil sibi ex hoc mundo
vendicandum putauit: vnde ait: Venit mundi huius Ioan.14.
princeps, & in me inueniet nihil. Diuersi ergo domini in seruitute nos volūt tenere, incessit diabolus, infestāt

A angeli eius, passiones motusq; corporis velut domesti-
2.Cor.7. ci atq; intestini hostes inquietāt. Foris pugnæ, intus timores: foris pugnę, intus cupiditates. Aliena est enim interni corporis substantia puritati cordis, & ideo impugnat vel repugnat. Bellū ergo quotidianū est, & intercadē graue prælium, donec deus misericors diabolum atq; ministros eius iudicet, passiōes restinguat, ac subiiciat menti sedulæ: Exquirat animas nostras de omnib⁹ offensis, & periculi nostri autorib⁹, qui ait: Sāguinem animarum vestrarum exquiram de manibus
Apoc.20. omnium bestiarum. Et vt Ioannes dixit: Quia mors & infernus missi sunt in stagnū ignis. Itaq; exibūt iusti, vt nihil de suo dimittant in hac terra, ne spolia eorū resideant apud incolas & possessores istius terræ. Quæ etiā si abibunt de terra Aegypti ista, vasa quę sumpserunt ab Aegyptiis mutuo vel aurea, inquit, vel argentea, quibus ad tēpus vtentur, secum auferant, & deprędentur Aegyptios. Hæc vasa acceperūt voluntate domini, & secum ea auferūt, quia resurrectionis filii sunt,
Lucę.21. quib⁹ dicitur: Nō peribit capillus de capite vestro. Vasa hæc Aegyptū dederūt, quæ de terra afflictionis sunt assumpta. Et sunt alia aurea, alia argentea, quia omnis creatura dei bona, & maxime hominis i terris præstantissima, quem honorauit de⁹ vt inspiraret in faciē eius spiritū vitæ, & omnibus præficeret animantibus. Hæc
2.Cor.4. illa sunt vasa, de quib⁹ dicit Apostolus: Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Hæc est vestis Aegyptiorū qua vestitur anima nostra, vt locupletior hinc recedat, & quo hic vehementer laborat, laueretur. Non solum enim omnis creatura ingemiscit & patitur, sed etiā nos
B donec veniat redemptio corporis nostri. Habet dominus curam operis sui, habet naturę prompte in plerisq; adorationem ac bene uolentiam. Neq; excidi & perire patimur arbores quarū circa primos fructus nobis futura prorumpunt, si posteriore ætate aut ventus decutiat, aut sol adurat, aut suffulcienda & submiuistranda virtute, siccitatibus deficiat substantia, sed melioribus auris deferimus examinandas. Et ideo dominus deus noster bonæ voluntatis remunerator, etiam primę futuræ indolis contēplationem habens, omne colligi patitur animæ nostræ patrimoniū, & reseruari, futuri aduentus illud probaturus tempori: memor atq; sui muneris quod immortale voluit esse æquis, sed si culpa nō obrepsiſſet & grauis, quæ fecit vt non expediret diu viuere, ait ad Abraham: Tu autem ibis ad parētes tuos cū pace, nutritus in senectute bona. Patitur nos discedere ex hoc seculo, vt secessione animę hoc corpus resoluatur in terrā suā, & finis sit peccati, deinde per resurrectionem reformetur diuinæ liberalitatis gratia. Ideo dicit ad Abraham: Tu ibis ad patres tuos. Nōnulli pu
C tauerunt patres esse elemēta ex quibus constat caro nostra dum viuimus, & in quā resoluimur. Sed nos qui meminimus matrem nobis esse Hierusalem quæ sursum est, quæ libera est, quæ est mater omniū nostrorū, sicut dicit Apostolus: illos asserimus patres, qui vitæ merito & ordine præcesserūt. Erat illic Abel pia victima, erat pius & sanctus Enoch, erat Noe, ad eos promittitur Abraham transitus. Transit enim qui de hac vita recedēs, ad vitā demigrat alteram, quia viuit mēs sapiētis & iusti viri qui nutritus est in pace. Nam insipiens in bello nutritur & in discordiis, iust⁹ in senectute bona viuit. Non dixit longa sed bona, quia iustus bene senescit. Iniustorū autē nemo, q̄uis cornicibus viuacib⁹ diuturniore vita vixerit. Nā diu viuere cōmune sapiētibus atq; insipientibus est: Bene autem viuere speciale sapientis est, cuius senectus venerabilis, & ætas senectutis vita immaculata: non diuturna, inquit, neq; numero annorū computata, nec capillis canis i capite, sed sensib⁹. Ille ergo bene senescit, q̄ bene senserit. Quarta autem generatione reuertentur. Historia quidē Iudeis videtur conuenire, qui in Aegyptum trāsierunt, & de D
Aegypto transierunt. Quadringenti enim anni & triginta exacti illic eorum anni sunt, sed non omnes cētenos, & quot excurrunt, annos vixerunt, sicut Moyses, aut Iesus Naue, vt quartæ generationis tēpus conueniat. Vnde mysticū aliquid magis requiram⁹, eo quod tetras omnibus numeris apta sit, & radix quædā decimæ ac fundamentum, hebdomadis quoq; media. Deniq; non agesimus tertius psalmus scribitur quarta sabbati, eo q̄ hic numerus medius sit priorū & sequentiū. Tres enim præcedūt eum, primus, secūdus, tertius: & tres sequūtur, quintus, sextus, septimus. Qui hūc psalmum canit, velut aptis numeris vitam istius mundi transigit, quasi tetragonus, & stabilis atq; perfectus. In quatuor enim libris plenū euāgeliū atq; perfectum est. Quatuor animalia mystica sūt. Mūdi quoq; isti⁹ partes quatuor sunt, ex quibus congregati filii ecclesiæ regnum Christi sacratissimum propagarunt, venientes ab Oriente atq; Occidente, Septentrione & Meridie. Quadripartito igitur latere sācta surrexit ecclesia. Decas quoq; ex isto numero assurgit. Si enim cōnectas ab vno vsq; ad quatuor, hoc modo decimam facies. Computa vnū, adde illi duo, fiunt tres: adde tribus tres: fiūt sex: & ad sex adde quatuor, fiūt decē. Tetras igitur decē implet, decas numerū omnem complectitur. Quatuor quoq; ætates sunt hominis, puericia, adolescētia, iuuētus, maturitas. Paulatim assurgit & fundatur. Sapiētia itaq; summa prudentiæ quarto ætatum ordine venit. Meritoq; & si quis ante sub rege Aegypti fuit, maturioris tamen consilii exit de potestate eius: & legem E
igitur aguoscit sequendam. Tunc fit ei istius vitę mare peruium. Similis ratio his quæ gignūtur solo. Vbi semen sparsum fuerit, soluitur humo. Et primo prorūpit in radicem, deinde germinat, formatur fructus, & postea matuescit. Arbores quoq; ipsę primum fructum ferunt, deinde adolescit fructus, accessu temporis mutat colorem, quarto ordine consummatur, hoc est nouissimo. Ita ergo & nos in terra hac afflictiōis surgiamus lateres formare, sed lachrymis & gemitu vocem⁹ domini misericordiam, vt mittat nobis Moysen & Aaron, hoc est legem & sacerdotem, illum verū sacerdotem, & sacerdotū principē, qui licet inter homines versatur, dicebatur: Ecce spiritus ante faciem nostrā Christus dominus: & liberet nos de terra Aegypti, vt pascha domini celebremus. Feram⁹ etiam fructum fidei ab ipsa puēritia, augeamus in adolescentia, coloremus in iuuētute, compleamus in senectute. Iam enim securis ad ra-
dicem arboris posita est, vt qui facit fructum, ferat. Ad- Mat.3.
ultam etiam maturāq; segetem nostram messor inueniat, vt maturos fruct⁹ in apothecis recōdat, ne immaturos hyems deprehendat, ventus decutiat, pluuia corrūpat. Ego tamen arbitror significari magis, inter ad- F
uentū domini priorem, & secundū qui futurus est iudicii dies, tēpus mediū. Ideo enim & ad solis occasum viro huiusmodi factus est pauor magnus, quia occidente iam mūdo futurū sacrificiū declarabatur quo mundus redimeretur, fides esset hostia, quæ nō diuideret a filiis Abrahæ. Nam qui eam diuidunt, nō sunt Abrahæ filii. Fides cōparatur regno cælorū. Simile est enim re- Mat.13.
gnū cælorum grano sinapis. Et simile est regnū cælorū negociatori qui emit agrum, & inuenit in eo margaritam preciosam. Regnū cælorū indiuisum est, quia regnū trinitatis vnū est. Ideo perpetuū atq; æternū, quia indiuisum. Omne enim regnū diuisum facile destruetur. Hostia etiam foret pudicitia trinitati dicata, post illud sacrificiū vitulæ quoq; pro laborib⁹, quia sacerdotalis est victima. Capræ autē, quia pro peccatis hostia. Arietis, quia pro omni mundo, & pro ipsis arietibus vel cælestibus. Nō solū pro hominibus, nec solum pro agnis, sed etiam pro hœdis quos peccatricis generationis fœtore exuit. Testificatur oraculū futuros adhuc in terra afflictionis Abrahæ filios, vt in agone multorū

G & grauium certaminũ se probent,& ita cum multa su=
pellectili aureorum & argenteorũ vasorum spoliis opi=
mis exeant & reuertantur animæ,atq; exeant preciosa
possidentes corpora,diuersarũ virtutum,& pręcipue ca
stimoniæ possessionũ thesauro repleta,sumpturæ etiã
Christi iudicio de diabolo & eius ministris,cæterisque
qui voluerunt nocere vindictam.Tunc erit pauor ma=
gnus etiam iustorũ.Nemo enim sine peccato.Omnes
habebunt quod timeant,quia impleta peccata erũt. Et
Roma.5. cum superabũdauerit peccatũ, superabundauit gratia.
Iterum cum iã sol esset ad occasum, flãma facta est. Et
ecce fornax fumigabunda,& lampades ignis, quę per=
transierunt per media diuisa illa. Etiam si dubitaretur
de superioribus,confirmarent sequẽtia,quãdo flãmam
factam ad occasum legimus,quæ illuminaret vesperti=
na mundi tẽpora,& fulgeret in tenebris,ac reuelaret la=
tentia. Deniq; continuo visa est fornax fumigabunda.
Cuius similitudine exprimi videtur vita humana,quę
implicata iniquitatibꝰ seculi istiꝰ atq; inuoluta, nõ ha=
bens veri fulgoris claritudinem,& splendorẽ synceri lu=
minis,intus quasi fornax æstuat diuersis cupiditatibꝰ,
& quibusdã desideriorum anhelat ignibus:foris velut
quodam fumo obtexitur,ne videat veritatis faciẽ.Ob=
umbratur itaq; & obducitur quadã caligine oculus ani=
mę,vt cõfundatur globo quodã fumigãtis nebulæ,mẽ=
tis aspectus,ne pura sit aspectari negocia,donec cęlestes
lampades dirigat dñs Iesus,hoc est fulgorẽ glorię suæ.
Apoc.22. Quando,inquit,non indigebunt luce lucernę, & lumi=
ne solis,quoniam ipse dñs erit lux omnibus, & ipse illu
minabit omnia mũdi istius,quorum supra cognita est
H diuisio,nunc manifestata in lumine,nunc per speculum
in ęnigmate,tunc nec in parte,sed facie ad faciem veri=
tatis soliditas,atq; illud quod perfectũ est, possit videri.

Quid significetur oraculo domini ad Abraham di=
centis: Semini tuo dabo terram hanc &c. Ad quid etiã
pertineat Sara vxor Abrahæ,quę sterilis fuerat: & qd
ancilla eius Agar significet. Qua ratiõe præterea Sa=
ra cõclusa fuerit,& Agar filios pepererit. Cap. X.

POST hæc secutũ est oraculũ dei dicentis:
Semini tuo dabo terrã hãc a flumie Aegy
pti vsq; ad flumẽ magnũ Euphraten. Qui
futurã gloriam demõstrauerat, debuit etiã
conferenda virtutũ merita polliceri.Ipse enim & adiu=
tor laborãtiũ,& remunerator innocẽtiũ est. Aegyptus
hic nomen non regionis sed fluminis est.Sic enim ve=
I teres Nilũ vocabant,siue quod ipse regioni nomen de=
disset,siue q regionis accepisset vocabulum. Deniq; &
Odyss.ξ. poeta Grecus testificatur ita esse dicẽs: στῆσα δ' ἐν αἰγύ=
πτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας. Angustũ autẽ & vile
est vt putemꝰ quod cælestibꝰ signis terrena spopõde=
rit.Itaq; consideremus ne forte perfectã beatitudinẽ &
consummationem bonorũ operum promiserit. Perfe=
cta enĩ beatitudo ex tribus istis videtur subsistere,corpo=
ris, atq; animæ, & accidẽtibꝰ bonis, quę Greci ἐνόντα
dixerunt,vt sit corporis castimonia,patientia,vel tem=
perãtia,sit animæ prudentia atq; iustitia. Aegypti igi=
tur flumẽ corporalia videtur significare. Vnde & Geon
dictus est ipse fluuius,quia de terra figuratꝰ est homo.
Euphrates autẽ quę sunt animę,eo quod fõs sit iustitia
cæterarũ virtutũ,quæ virtutes alias illuminet. Prudẽ=
tia enim sine iustitia nocet.Fortitudo quoq; nisi eã iu=
stitia temperet,intolerabilis insolẽtia est, furori quam
rationi propior, dominationi quã libertati. Sobrietas
& tẽperãtia,priuata bona sunt,nec vllius uis, nisi iusta
erga deum reuerentia, & fideli mente pietatem colas.
Iustitia sola est quæ virtutes om̃es cõplectitur, & com=
mendat omnes. Accidentia quoq; sunt negociationes,
mercaturę,& agriculturæ,competentia quæstus labo=
rum,operũq; ruralium.Sunt etiam corporis accidẽtia,
salubritas,& cõmoditas valetudinis, decus, fortitudo, K
quæ ex tẽpore accidunt,& cum ætate mutantur. Non
mediocrem hãc triplicem gratiam putes. Habes enim
perfectionẽ perfectã in euangelio.Nã cũ dicit dominus Mat.22.
Iesus legisperito illi: Diliges dominũ deum tuum,ani=
mæ iustitiã mandat tenendã.Etenim si honorari parẽ=
tes iustũ est,quanto magis parẽti omniũ fieri debet ho
norificẽtia? Rursus cũ dicit: non occides,nõ adulteriũ, Mat.16.
nõ furtum facies,nõ falsum testimoniũ dices: virtutes
corporis seruandas admonet.In posterioribus vero di=
cens,Nemo est qui relinquat domum aut parẽtes,aut
vxorẽ,aut filios propter regnũ dei,& nõ recipiat septies
tantũ in hoc tẽpore: in seculo autem vẽturo vitã æter=
nam possidebit:nonne incrementa bonorũ accidẽtium
cum animæ corporisq; remuneratione promittit? Hęc
quæ simplicibꝰ verbis sacra scriptura exprimit,magno
quodã cothurno Aristoteles & Peripatetici personant
atq; extollunt. Pythagoricũ quoq; dogma esse testificã=
tur sui.Sed quis illorũ æquauit Abrahã tẽpore? Quis
autoritate & sapientia dominũ, cuius oraculo triplicis
huius gratiæ munus agnoscit? Dantur autẽ ei tanq̃ in
disciplinã alienigenæ nationes,vt mens æqui obseruã=
tissima,recidat vitia,emẽdet errata. Magis tamẽ eui=
dens ecclesiæ declaratur mysterium,quia per apostolos
qui sunt Israelitæ,quorum patres,& ex quibꝰ patribus
Christus secundũ carnem sub lege factus est, congregã L
da ecclesia foret,crediturus populus nationũ.Quos nõ
ociose decẽ numero significauit,sed vt ostenderet quia
illi ante perfidi,vbi mensurã pietatis implessent,profe=
cto essent fidei adepturi coronam. Deniq; sequitur:quia
Sara vxor Abrahæ sterilis fuerat,quod ad ecclesiã per=
tinere, in ea expositione quã de moralibus scripsimus,
apostolicis docuimus exemplis. Ecclesia enim sterilis
videtur ĩ hoc seculo,quia nõ secularia parturit,nec præ=
sentia,sed futura,hoc est nõ ea quę videntur,sed quę nõ
videntur. Huius ancilla est synagoga,vel omnes hęre=
ses,quę seruos nõ liberos creat. Ideoq; Agar dicitur ha
bitatio. Etenim temporalis spem fouet,non perpetuæ
possessionis gratiam tenet. Itaq; vt non insolens partu
corporeo fiat ancilla eius,& ius ecclesiæ sibi vẽdicet,di=
citur ibi: Eiice ancillã & filiũ eius.non enim hæres erit
filius ancillæ cũ filio meo Isaac.sed etiã in singulis Sa=
ra est,& in singulis Agar. Sara virtus vera est,vera sa=
piẽtia: Agar autẽ est versutia, tanq̃ ancilla perfectioris
virtutis.alia enim sapiẽtia spiritalis,alia sapiẽtia huius
mundi.Ideo etiã Aegyptia scribitur,quia philosophica M
eruditio abũdauit in Aegypto. Deniq; & Moyses eru=
ditus erat in omni sapientia Aegyptiorũ,sed abiecit eã
præferens Aegypti thesauris opprobrium pro Christi
nomine. Nam si illam iudicasset alicuius momẽti esse
sapiẽtiam,non vtiq; dixisset: Precor domine, non sum Exod.4.
dignus ante hesternã & nudiustertianã diem, neq; ex
quo cœpisti loqui seruo tuo:gracili enim collocutione,
& tardiore lingua ego sum. Deniq; quasi inerudito re=
spõdetur ei quod erudiretur a dño: Ego aperiã os tuũ,
& instruã te quod debeas loqui. Præclarũ autẽ myste=
rium,quod lex non satis plena erat vt persuaderet po=
pulis,& gẽtes vocaret,vel qa clausa foret vsq; ad Chri=
sti aduentum. Qui exponens nobis prophetica oracu=
la, & proferẽs lectiõis veteris testimonia, veluti quod=
dam os legis aperuit,vt fidei clamor in totũ perueniret
orbem. Vnde & mystice ait Sara: Cõclusit me domi=
nus vt non pariam.intra ergo ad ancillam meã,& filiũ
facies ex illa.vt agnoscas in prędestinatione fuisse sem=
per ecclesiam dei,& paratã fidei fecunditatem,quando
iuberet dñs prorũpere,sed voluntate dñi certo reserua=
tam tẽpori. Deniq; scriptũ est: Tẽpore accepto exaudi= 2.Cor.6.
ui te,& in die salutis adiuui te. Aduertimus itaq; quod
festinabat fides ecclesiæ,sed conclusa erat eius fœcũdi=
tas. Quo verbo demonstratur quoniã expectabat par=
tus sui tẽpora,quia quod cõclusum est,aperiri solet:qua

Rom.11. ratione conclusa fuerit,docet te Apostolus dicẽs: Con=
A clusit enĩ deus omnia in incredulitate,vt omnibus mi=
sereatur,vt non volentis neq; currẽtis,sed miserẽtis dei
esset gratia,ne te ipsum iustificares, sed om̃ia tribueres
deo qui te vocauit. Nemo enĩ pigrescat,& excusationẽ
pretendat, quo serius credat qa scriptũ est non volẽtis
neq; currentis esse. Cõsideret enim quid additũ sit: Sed
miserentis,inquit,dei. Talẽ te ergo prębe bonis studiis
& prompta fide,vt deus tui misereatur,& vocet te sicut
Esaię.65. ecclesiã vocauit dicens: Palam factus sum quærẽtibus
me, apparui iis qui me non interrogabãt. Et recte prę=
Rom.10. missa sunt deteriora, vt meliora sequerentur. Peperit
ancilla seruos,vt eos ecclesia liberos faceret, & de serui=
tute populos ad libertatẽ vocaret,de culpa ad innocen=
tiam,de offensa ad gratiam. Singulorũ quoq; hominũ
si spectes ordinẽ,nõ omnes a perfectis inchoauerũt,nec
apud om̃es tẽpore prima est, sed merito antiquior per=
fecta virtus. Prudẽtis igitur mentis est cõsiderare q̃diu
imperfecta est anima,quæ sunt secum deliberet, vt vel
in posterioribꝰ se exerceat virtutũ disciplinis,donec ex=
ercitii vsu valescat. Dũ vero se erroris inuolucris exu=
erit,& ab omni enodauerit offensione consummatam
sui purgationem exhibens,tunc suo nitatur ordine ma
gnos partus edere. Pręterea dicitur Abrahę: Esto sine
reprehensione.cui dabatur spiritus sapientiæ, sanctus,
bene mobilis,immaculatus. Oportet igitur viri sapiẽ=
tis animã die noctuq; in exercitio iugi specula prætẽde=
B re,nunq̃ somno indulgẽtem,perpetuis vigiliis intentã
deo,ad comprehensionẽ rerũ earum quę sunt, & singu=
larũ causarũ cognitionẽ. Sed etiã futurorũ interpres sa=
piẽtia est,scit præterita,& de futuris æstimat. Scit ver=
sutias sermonũ, & solutiones argumentorũ. Signa &
monstra scit anteq̃ fiant,& euentus tẽporũ & seculorũ.
Non potest igitur bonus atq; perfectus nõ esse qui hãc
acquisierit,quia & omnẽ habet virtutẽ,& imago boni=
tatis est. Vnde & seculi istius sophistæ traxerunt diffi=
nitionẽ huiusmodi,quod sapiẽs vir bonꝰ dicẽdi peritus
sit. Redeamꝰ nũc ad donũ dei, quo nihil pleniꝰ. Quid
enĩ melius sapiẽtia? Quid peius vanitate? Quid dete=
rius superstitione? Ideoq; tanq̃ ei cui promiserat pleni=
tudinẽ perfectionis,ait: Augebo te valde, & ponã te in
gẽtes,& reges de te erunt: quia qui eius est, totus mũ=
dus diuitiarũ est,& augetur, nõ minuitur vt stultꝰ. Po
nitur in gẽtes Abrahã,hoc est,fides eius ad gẽtes trãs=
fertur,& reges seculi qui crediderũt,& se subiiciunt dño
Iesu,cui dicitur: Tibi offerent reges munera. Nec illud
absurdũ,quia ex genere Abrahæ nõ solũ reges erũt di=
gnitate,verũetiã illi reges qui peccato nõ seruiant, nec
vincat eos malitia,supra quos regnũ mors non habeat.
Mẽtis quoq; bonę cognouimus reges esse & principes
inuẽtiones,quę sicut Abrahã mediocris quidẽ genera=
C tionis prouẽtꝰ nõ habet, sed abũdat regalibꝰ. Cui data
est terra ĩ possessionẽ,vt dñetur corpori, nec sit captiua
carnaliũ voluptatũ,sed quasi famulatu debito obnoxia
caro mẽti seruiat. Secũdũ psonã aũt Abrahę euidẽs my
steriũ ecclesię,quę totũ orbem fidei hęreditate possedit:
Bñ pater electiõis dicitur,pater fidei,pater pię cõfessiõis.

Quid nos doceat oraculũ quo dictum est Abrahę:
Circumcidatis omne masculinũ vestrũ &c. Quomodo
etiã pleriq; moueantur ex hoc quod dñs dixit: Quoniã
qui nõ fuerit circũcisus masculus &c. Qua ratione prę=
terea Sarę vna litera fuerit addita,ac de futuri filii pro=
missione &c. Quid deniq; significet quod Abrahã in
faciẽ ceciderit. Et de promissi cõfirmatione, & respon=
sione domini ad Abrahę petitionem. Cap. XI.

ET quia ad perfectũ vocatur, oraculũ perfe=
ctionis accipit. Circũcidatis,inquit,om̃e ma
sculinum vestrum, & circũcidatis carnem
vestram. perfecta autem circũcisio spiritalis
est. Deniq; & lectio hoc docet cũ dicit: Circũcidite duri= D
tiam cordis vestri. Et hic pleriq; ita accipiũt,vt sit: Cir=
cũcidite omne masculinũ vestrum,hoc est mentem ve=
stram.nihil est enim mente validius. Deinde quia ma=
sculinũ sanctũ dicitur, Omnis masculus adaperiẽs vul=
uam,sanctus domino vocabitur. Quid autẽ mẽte san=
ctius,quæ dat bonarum semina cogitationum, quibus
aperit vuluam animæ cõclusam pariendi sterilitatẽ, vt
possit illas inuisibiles generationes edere vtero illo vi=
delicet spiritali de quo dicit Esaias: In vtero accepimꝰ,
& parturiuimus spiritum salutis. Circuncisio ergo cor=
dis intelligibilis, circũcisio etiã carnis mãdatur sensibi=
lis. Illa ĩ veritate,ista in signaculo. Gemina itaq; circũ=
cisio,quia & animi & corporis quæritur abstinẽtia. De=
niq; Aegyptii quartodecimo anno circũcidunt mares,
& fœminæ apud eos eodẽ anno circũcidi ferũtur,quod
ab eo videlicet anno incipiat flagrare passio virilis, &
fœminarũ menstrua sumant exordia. Legis autẽ lator
æternę signaculum circũcisionis carnalis in solis mari=
bus exigit, eo quod ad mixtionis vsum vir mulierẽ ve=
hemẽtior sit,& ideo ipsius impetum infringere voluit
circũcisiõis signaculo. Vel quia viri licito se errare cre=
dunt,si solo se abstineant adulterio: meretricios autem
vsus tanq̃ legi naturæ suppetere putant,cũ præter con=
iugium nec viro liceat nec fœminæ misceri alteri. Al=
tiore autẽ interpretatione illud panditur,quod si mens
purgata & circũcisa sit,exuta superfluis voluptatibꝰ & E
cogitationibꝰ restringit animam ad sui castimoniam,
purisq; sensibus infusam bonorum facit partuum geni=
tricem. Octauo autem die circũcidi puerum lex iubet,
mystico idq; præcepto,quia ipse est resurrectionis dies.
dñica enim die resurrexit dñs Iesus. Ergo si dies resur=
rectionis circũcisos nos & exutos nos inueniat delicto=
rum superfluis,ab omni ablutos sorde, mũdos a vitiis
corporalibus,si hinc mũdus exieris,mundus resurges.
Circũcide igitur te non carne,sed vitio carnali. Et cir=
cũcide tuum non solum vernaculum, sed etiam precio
emptũ. Si ad singula referas,vernaculi sunt motus na=
turales:precio empti,ratiõe & doctrina acquisiti. Egẽt
autẽ illi & hi tanq̃ virgulta purgatione & incisione lu=
xurię,ne vagentur vt sterilia sarmenta, & obumbrent
inutilia fructuosis,velut quædam omni vitio distenta:
multis incassum laborat: mysterii autẽ ratio dilucida.
Vernaculi enĩ Iudæi,precio empti sunt gẽtes qui cre=
diderũt,quia precio sanguinis Christi redẽpta est eccle=
sia. Ergo & Iudeus & Grecus,& quicũq; crediderit, de=
bet scire se circũcidere a peccatis, vt possit saluus fieri.
Et domesticus,& alienigena,& iustus,& peccator,cir=
cũcidatur remissione peccatorum, vt peccatum nõ ope=
retur amplius, quia nemo ascendit in regnum cælorũ
nisi per sacramẽtum baptismatis. Nec proderit superi= F
oris iustitia tẽporis, si in fine vitæ iustitiã dereliquerit.
Ideo Paulꝰ ait: Precio empti estis,nolite fieri serui ho= 1.Cor.7.
minũ. Sunt enim contraria,quia seruitus peccato con=
trahitur,& precio peccatũ remittitur. Hæc igitur sim=
plici expositiõe abũdare ad intellectũ opinamur. Ideoq;
nec cubos geometriæ, nec tetragonum numerũ phi=
losophię,nec nõ cõfessionẽ,†vt aiunt, Pythagoricã,nec †forte,nec
semper virgines, vt appellant, hebdomadis numeros oris coher
cura discutimus inani,nec solis radios formamus, nec tionem.
cælum in puluere quærimus, nec intra angustos aba=
cos orbẽ cõcludimus,sed vera aperimus mysteria,vnã
salutẽ esse Christi resurrectionem. Complãtemur ergo Roma.6.
similitudini mortis eius, vt mereamur resurrectionis
consortium. Et vetus homo noster sit crucifixus cruci,
vt corpus destruatur peccati. Egregie autem infantiæ
in primis vagitibus circũcidi mares lex iubet, etiã ver=
naculos:quia sicut ab infantia circũcisio, ita & morbꝰ.
Nullum tempus vacuum debet esse tutelæ,quia nullũ
est culpę vacuum. Et infans reuocandus a peccato est,
ne idololatrię polluatur cõtagio, & ne adorare assue=

G scat idolum,& exosculari simulacrum,parentis violare nidum,pietatem lædere. Simul ne quisq̃ infletur quod sibi iustus videatur,ætatis maturioris processu Abraham circuncidi iubetur. Nec senex ergo proselytus,nec infans vernaculus excipitur, quia omnis ætas peccato obnoxia,& ideo omnis ætas sacraméto idonea. Et erit inquit,testamentum meum in carne vestra. Forsitan referatur hoc loco,quomodo spiritalem dicis circũcisionem,cum oraculum dicat: Erit testamẽtum circũcisionis in carne vestra? Quasi vero animæ solius & non passionum corporis exigatur temperãtia. Nam & visus,& auditus, & odoris, & gustus, & tactus, & vocis ipsius quæritur quędã castimonia: quia & visus procacior habet crimẽ: & ideo scriptũ est: Noli intẽdere fallaci mulieri,neq; capiaris oculis,neq; abripiaris palpebris. *Prouer. 5* Et in ipso auditu crimen est,si seducat meretrix,& multo blandimento sermonis & laqueis labiorum suorum te alliget. Et in ipso tactu crimẽ est, ideo tibi dicitur: Ne multus fueris ad alienam,neq; cõtinueris amplexibus non tuam. *Ibidem.* Et in voce culpa est. Laqueus enim fortissimus est homini sua labia,& abducitur a labiis sui oris. Et mel ipsum noli multũ edere, ne euomas. *Ibidẽ. 25.* Oportet ergo vt omnium sensuum acuta sit moderatio, ne aut impetus in vitium trahat,aut nimietas lędat,aut mo-

H ra offensioni sit. Nõ ociose autem nec superflue plerique hoc qui sequitur loco moueri videntur, Ecquid ita dixerit dominus, quoniam qui non fuerit circũcisus masculus,& non circũciderit carnem præputii sui octauo die,peribit anima illa de genere suo,& testamẽtũ meũ interrupit. Graue enim putatur quod infanti octo dierum negligentia parẽtum fraudi esset futura,ita vt interiret anima eius,cũ ipsa lex etiam homicidæ qui tamen non voluntarium facinus necãdi hominis impleuerit,ciuitates pręscripserit ad quas cõfugiendo mereatur sanguinis impunitatem. Quomodo ergo aut illic ratio habetur fortuitæ necis,aut hic ratio infantię non habetur,in qua crimen nõ potuit esse aut dissimulationis,aut voluntatis,nisi forte putent aliqui quoniã morte filii grauius puniũtur parentes? Sed iniustum putatur vt culpa nocentũ inferatur pœna innocenti,vel propter pœnam nocentis innocens puniatur,aut fiat consors supplicii q̃ dispar est merito. Vnde putãt quod de parente dicat exterminãdo,quod eius intereat anima, nõ paruuli. Sed valde ambiguum est, licet suffragetur

I huic assertioni quod ait,quia testamentum meum interrupit. Itaq; hoc ad intelligentem magis q̃ ad infantẽ referendum videtur. Alii grauiora parẽtibus vel silẽtio minitantem putant dominũ deũ,quo plus timeant maiores,quãdo nec infanti parcitur. Mihi autẽ satis liquido patet dictum de vniuscuiusq; mẽte. Diximus enim masculi nomine mẽtẽ significari, quod sit validus mẽtis vigor,& animam in sui copulam trahat, sitq; vehementior tanq̃ sexu potior,& virili validitate. Ergo hæc ratio est,quod omnis mens quæ nõ fuerit circũcisa a superfluis corporalib⁹,& purgata solẽni munere vt exuat se passionibus & vitiis,interibit. Nõ caro,inquit,interibit,non homo, sed anima illa interibit,quia potuit salua fieri si habuisset purgationem. Nuda autẽ præsidii, & incircũcisi cordis colluuiõe infirmior, salutẽ generis sui non potuit seruare: omne autem genus videtur immortale,vt homo gen⁹ est, vt vllus species est. Homo semper dicitur, vllus nõ semper, immo nõ deficit vllus. Deficit qui fidem nõ habet,persona deficit vnius, conditio vel nomen hominum non deficit. Ex diuturno igitur & innoxio in id quod tẽporale est & noxiũ peccator deducitur,qui mẽtis suę ascribere debet infantiæ quod incautus fuit & intemperans, vel remissionẽ peccatorũ nõ acquisiuit. *Ioan. 3.* Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto,nõ potest introire in regnum dei. Vtiq; nullum excipit,non infantem,non aliqua pręuẽtum necessitate. Habeant tamẽ illam opertam pœnarũ immunitatem,nescio an habeant regni honorem. Sa-

K ræ quoq; vna additur litera,scilicet r, vt vocaretur Sarra. Quod vtiq; par est, vt in superiorib⁹,nõ vnius adiectione pensari literæ. Nõ enim munus deo est vna litera,sed virtus literæ,quæ exprimit muneris diuini gratiam. Sara enĩ dicitur ἀρχή ἐμή, hoc est potestas mea, vel principatus mei initium, vel regis. *Hic videt aliquis affuisse suas nugas.* Sara Græce dicitur ἄρχουσα, Latine quæ regat. Illa mortalis, ista immortalis: illa specialis, ista generalis. Est nãq; i me prudentia, in me castimonia, in me virtus, in me iustitia, me solũ regunt,& mihi dominantur, & sunt mortales. Moriẽte enim me soluuntur & moriuntur etiam illa: quæ autem prudẽtia generaliter dicitur, quæ castimonia,quæ fortitudo,cæterę q; virtutes principales, generaliter principales,& reginæ quædã immortales, in his potestas est immortale illud principale, sicut est regina ecclesia, quæ non me vnum, sed vniuersos regit. Ergo speciem in genus, partem in vniuersitatem, corruptibilitatem in incorruptibilitatẽ conuersam videmus: quæ omnia ecclesię conuenire certum est. Non enim specialis hæc,sed generalis ratio est, nec partis sed vniuersitatis salus. Ideoq; his præcedentibus cum vnũquéq; prudentia sua ad hanc principalem & diffusam per omnes salutem deduxerit, in qua fons sapientiæ iustitię q; est, requiritur generatio,& ille perfect⁹ partus iucũditatis, cuius nomen est Isaac. nulla enim melior est voluptas quam emendatæ gratia conscientię. Hinc Epicuri traxerunt summum bonum voluptatem esse, sed eã corporis magis inquinamento q̃ sobrietate mentis æstimauerunt. Quid est autem quod ait: Cecidit in faciem Abraham,& risit? Et hic reuerentia significatur, quod timuit deum velut libero risu lædere, quãuis risus lętitiam declararet viri iusti, qui tantis gratulabatur pro-

L missis. Non enim dubitantis hic risus, sed credẽtis fuit. Simulq; cadunt ante deum omnia,& mutãtur & trãseunt, sola illa immutabilis stat semper substantia. aut fortasse & in hoc mysterio prophetauit Abraham dominum Iesum, quod per susceptionẽ dñici corporis & resurrectionẽ tanti cõplenda oraculi gratia foret. Adorat igitur nõ elementũ terrę, de quo dictũ est: Et adorate scabellũ eius, quoniã sanctũ est. *Psal. 98.* Vbi enim corpus, ibi & aquilæ, quæ adorauerunt versantem in corpore. Et dixit, inquit, in corde suo: Si centũ annorũ nascetur filius, & si Sara nonaginta annorũ pariet? *Mat. 24.* Græcus τῇ διανοίᾳ posuit, vt possimus æstimare quia cordi suo *vel ἐν ἑαυτῷ* quasi dixerit alternanti secum, si centenario nascetur, & nonagenaria pariet? hoc est, ætas generandi præteriit. Deo omnia sunt possibilia. Et ideo facile istud, vt senibus reuocet iuuẽtutis annos, vires refundat, sterilibus det fœcunditatem. Nec illud prętereundum quod pro-

M missa sibi generatione legitima respõdit Abrahã deo: Hismael viuat hic in conspectu tuo. Iusti est etiam pro peccatoribus interuenire. Et ideo vel hoc credãt Iudęi, quia & pro ipsis interuenit, si tamẽ credãt. hoc est enim viuere in conspectu dei, digna dei verbo negocia gerere. Oculi dñi super iustos. Vnde & dñs ait, Etiã: Ecce Sara vxor tua pariet tibi filiũ. *Psal. 33.* De Hismael autẽ exaudiui te. Etiã cũ dicit, cõfirmat promissa. confirmatiuũ etenĩ verbum est. Et ideo prius generationẽ ecclesiæ confirmat futuram, vt verum recognosceret propheta quod de Hismael se audisse dixisset deus, præuidens quia cęcitas ex parte Israel haberet contingere, donec plenitudo gẽtiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. *Rom. 11.* Itaq; sicut testamenta hominũ prius hæredem ferũt, postea legatum exprimunt, melioribus hæreditatẽ, inferioribus legata: ita in deũ in testamento vnum, & nos hunc morem accepimus. Hæres scribitur natura bonus, nobilis, legitimo creatus coniugio. Legato donatur inferior. Promittitur aũt generatio sequẽti anno, vt aduertas quã generationẽ polliceatur dñs, hoc est, nõ illã vteri corporalis Saræ, sed istũ partũ ecclesię, qui esset futu-

A rus. Deniq; & infra ait: Reuertar ad te in futurum, & erit Sarę filius. In quo vtrũq; possumus accipere, & hũc conuentum Ecclesiæ, & fidelium resurrectionem. Tertiodecimo quoq; anno q̃ circunciditur Hismael, ratio euidens: quia is qui incipere habet vti cognitione fœminę, ante debet recidere in se ardorem libidinis, vt superfluis abstineat cõmixtionibus, coniunctioni tãtum legitimę reseruet. Mentem quoq; sapientis hospitalem esse decet, vt etiã aliis impertiat sui gratiam, & prudẽtiæ suæ fructum aliis quoq; diuidat, atq; epulentur bonis doctrinæ cibis, epulũq; eius exhibeat desiderãtibus. Tunc præterea nesciat nisi secundũ naturam viuere, in cuius instituto & ordine dei lex est. Nulli se transuersali cupiditati miscere nouerit, solius sapientiæ præoptet copulam. Mandatis dei, seculi istius gloriam, & quandam prę sentis laudis hæreditatẽ prę ferre nesciat. Atq; vt altaribus domini suas immolet vtilitates, ita iudicii ignem non excipiat, neq; reformidet, sed magis etiã vt alios eripiat elaboret.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE ISAAC ET ANIMA.

B De commendatione sancti Isaac tam ex paterna origine & gratia, q̃ ex dominicæ generatiõis & passionis præfiguratiõe, quæ & nomine suo significatur: ac de apertiõe mysterii inter Christũ per Isaac designatũ, & animã repręsentatã per Rebeccam. Caput I.

De admonitione hominis vt intueatur qui sit, quo salutem suam vitãq; tueatur, & quid sit homo. Quidue ac qualis sit anima tam secũdum sui naturam, q̃ per irrationabilem sui partem, qua obnoxia sit corruptioni. Caput II.

De perfectæ animę primiq; processus eius descriptiõe, quomodo charitatis impatiens, & verbi moras non ferẽs, rogabat vt oscula mereretur, & meruit desideratum videre. Caput III.

De secundo perfectæ animæ processu, quo introducta in cubiculum regis, cum mutua misceret alloquia, in vmbra eius requieuit, & subito eius verbo de medio sermone discessit: quærenti tamen non diu abfuit, sed saliens supra montes, & transiliẽs super colles aduenit. Nec multo post quasi capreolus aut ceruorum hinnulus dum affatur dilectam, exiliuit & reliquit. Caput IIII.

De tertio ipsius animæ processu, quo cum in cubili & noctibus, in ciuitate, in foro, & in plateis quæsitum non reperisset, aliquãdo rationibus suis gratia quærentem reuocauit, adeo vt ab eius sponso propius vocaretur. Caput V.

De summaria dictorum perstrictione, cum inductione

C & prosecutione quarti processus perfectę animę quo ipsa iam dormiens, quãuis corde vigilaret, a sponso excitatur, vt continuo vocem pulsantis audiret. Sed moram passa dũ surgit: quia velocitatẽ verbi nõ potuit comprehendere, dum aperit ostiũ, transiuit verbum, & ipsa exiuit, & per vulnera charitatis requisitum vix tandem inuenit, & tenuit, vt postea non amitteret. Caput VI.

De laudatione animæ a sponso, quod tam bene & constãter requisierit eum, et quod tam fidelis, & verbo potẽs, & fructibus fœcũda diuersis, quodq; vna sicut columba habẽs spiritus vnitatem, in qua sit pax, quę fecit vtraq; vnum. Caput VII.

Anima dum laudatur a spõso, verecunde refugiẽs coram laudari, & reuocata a sponso, quid dicat. De prę conis quoq; bonæ animæ, singulariq; laudæ charitatis. Caput VIII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SANCTO ISAAC ET ANIMA LIBER VNVS.

D

De cõmendatione sancti Isaac tam ex paterna origine & gratia, q̃ ex dominicę generationis & passionis præfiguratione, quæ & nomine suo significatur. Ac de apertione mysterii inter Christum per Isaac designatũ, & animã repræsentatam per Rebeccam. Cap. I.

IN PATRE NOBIS sancti Isaac vel origo satis est expressa, vel gratia, cum ad omnẽ redundat gloriã quod tãto & tam imitabili viro natus Abrahæ patri primum fuit. Neq; vero istud mirabile, cũ in eo dñicæ generatiõis & passionis figura præcesserit. Siquidem & sterilis anus ex promissione dei peperit eũ, vt crederemus quod po-

E tens est deus facere vt possit & virgo generare. & oblatus vnicus ad immolandum, qui & patri non periret, & impleret sacrificium. Itaq; ipso nomine figurã & gratiã significat. Isaac etenĩ risus latine significatur. Risus aũt insigne lætitiæ est. Quis autem ignorat quod is vniuersorũ lætitia sit, qui mortis formidolosæ vel pauore compresso, vel mœrore sublato, factus omnibus est remissio peccatorum? Itaq; ille nominabatur, & iste designabatur, exprimebatur, & annũciabatur. Ipse est quẽ iam tunc persequebatur ancilla, ipse est propter quem iam tunc dicebatur: Expelle ancillam. non enim hæres erit filius ancillę cum filio meo Isaac. Ipse est cui pater alienigenam acquisiuit sponsam. Ipse est mitis, humilis, atq; mãsuetus, qui veniente Rebecca, hoc est patiẽtia, exiuit in campũ abalienare. Sapientis enim est segregare se a voluptatibus carnis, eleuare animã, atq; a corpore abducere. hoc est enim se hominẽ cognoscere.

F Qui Chaldæorũ sermone Enos dicitur, latine homo. Enos autem, qui assumpsit & sperauit inuocare deum, & ideo creditur esse trãslatus. Non videtur itaq; homo esse, nisi is qui in deũ sperat. qui autẽ sperat in deũ, non degere in terris, sed quasi translatus adhęrere deo, manifesta viri interpretatiõe signatur. Bon⁹ igitur Isaac, verus, vtpote plenus gratiæ, & fons lætitiæ. Ad quẽ fontem veniebat Rebecca vt impleret hydriam. Dicit enim scriptura: Quia descendens ad fontem, impleuit hydriam, & ascendit. Descendit itaq; ad sapientiæ fontẽ vel Ecclesia, vel anima, vt totum vas impleret suũ, & hauriret puræ sapientiæ disciplinas, quas haurire Iudæi de fonte profluo noluerunt. Quis iste fons sit, audi dicentem: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. *Hiere. 2.* Ad hũc fontem currebat sitiens anima prophetarum, sicut & Dauid dicit: Sitiuit anima mea ad deum viuum. *Psal. 41.* vt sitim suam vbertate diuinæ cognitionis expleret, & insipientiæ sanguinem spiritalium rigatu dilueret fluentorũ. Hic est enĩ fluxus sanguinis, sicut significat lex, qui deoperitur quando vir sedenti in diebus sanguinis sui mulieri miscetur. Mulier est delectatio corporalis illecebræ. Itaq; caue ne vigor mentis tuæ cœtu quodã corporeæ voluptatis inflexus emolliatur, atq; in eius amplexus om̃is resoluatur, & fontem eius aperiat, qui debet esse clausus & septus intentionis studio, & considerationeratìonis. Ortus enim clausus, fons signatus. *Canti. 4.* Nanq; mentis resoluto sensu se corporales delectationes effundunt, perniciosę nimis, & in appetentiam plenam grauis periculi proruentes: quod si mentis viuidæ considerata mansisset custodia, refrenasset.

G De admonitione hominis vt intueatur qui sit, quo salutē suā vitāq; tueatur, & quid sit homo. Quidve ac qualis sit anima tā secūdū sui naturā, q̄ per irrationabilē sui partē, qua obnoxia fit corruptioni. Cap. II.

IN TVERE igitur o homo qui sis, quo salutem tuā vitāq; tuearis. Quid est itaq; homo? Vtrum anima, an caro, an vtriusq; copula? Aliud enim nos sumus, aliud nostrū: alius qui induitur, & aliud vestimentum. Legimus in veteri testamēto, Oēs animę quæ descēderūt in Egyptum, de hominibus dictū. Et alibi dictum est. Nō permanebit spirit⁹ meus in hominib⁹ istis, quoniā carnes sunt. De alterutro igitur legit, quia homo dicitur & de anima, & de carne. Sed illa discretio est, quod vbi anima pro homine ponitur, Hebræus significatur deo adhærens, non copori, vt est illud: Anima benedicta omnis simplex. Vbi autē caro pro homine nūcupatur, peccator exprimitur, vt est illud: Ego autē carnalis sum, venundatus sub peccato. quod enim operor, nō cognosco. Non enim quod volo ago, sed quod odi illud facio. Hoc iam posterius de vtroq;. Alius est enim qui vult, alius qui odit, alius q̄ facit. Deniq; addidit: Si ergo quod odi, hoc facio, cōsentio legi, quoniā bona est: nunc autē iam H nō ego illud operor, sed quod habitat in me peccatum. Illud quoq; expressius: Video legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legē peccati. & tamen cum vtrūq; in se concertantē hominē declarasset, hoc est interiorem & exteriorem: in animæ magis quā in cōporis parte. simulauit se constituere quod anima sua traheretur captiua ad peccatū, in qua esse se mallet, & esse confirmat, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Tanq̄ de extraneo hoste ita se desiderat liberari. Nō ergo sanguis anima, quia carnis est sāguis: neq; harmonia anima, qa & huiusmodi harmonia carnis est: neq; aer anima, qa aliud est flatilis spiritus, aliud anima: neq; ignis est anima, neq; entelechia anima: sed anima est viuens, quia factus est Adam in animam viuentē, eo quod insensibile atq; exanimum corpus anima viuificet & gubernet. Est & præstātior homo, de quo dicitur: Spiritalis autē diiudicat omnia, ipse autē a nemine iudicatur. Hic est præstātior cæteris. Vnde & Dauid dicit: Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, nisi quod visitas eū? Homo vanitati similis factus est. Nō ille secundum imaginē dei homo vanitatis est: sed qui illud amisit, & in peccatum decidit, & in materialia ista I dilapsus est, iste homo est vanitatis. Anima igitur secundū sui naturā optima est, sed plerūq; per irrationabilem sui partem obnoxia fit corruptioni, vt inclinetur ad voluptates corporis, & ad impœnitentiā, dū mensuram rerum nō tenet, aut fallitur opinione, atq; inclinata ad materiam, agglutinatur corpori. Sic visibile eius impeditur, & malitia repletur: quia dū intēdit malitiæ, eius se vitiis replet, & fit defectu bonitatis intēperātior.

1.Cor.2. Psal.143. Geñ.46. Geneſ.6. Roma.7.

De perfectę animæ primiq; processus ei⁹ descriptione, quomodo charitatis impatiens, & verbi moras non ferens, rogabat vt oscula mereretur, & meruit desideratum videre. Caput III.

PERFECTA autē anima auersatur materiā, omne immoderatū, mobile, malignū refugit ac respuit: nec videt, nec appropinquat ad illius terrenæ labis corruptionem, diuinam intēdit, terrenā autem materiem fugit. Fuga autē est non terrena relinquere, sed esse in terris, iustitiā & sobrietatē tenere: renūciare vitiis, nō vsibus elemētorum. Fugiebat Dauid sanctus a facie Saul, nō vtiq; vt terras relinqueret, sed vt imitis & inobseruātis & perfidi declinaret contagiū. Fugiebat autē adhærens deo, sicut & ipse ait: Adhæsit anima mea post te. Abducebat se, & ablenabat vitiis seculi huius, eleuabat animā suā sicut Isaac in cāpo, vel abalienabat, vel vt alii habēt, deambulabat. Nā hoc quoq; ostendit cū virtutibus familiare habere cōsortiū, vt deambulet vnusquisq; in innocentia cordis sui, nullo vsu terrenis vitiis misceatur, atq; irreprehensibilē viā inoffenso mentis carpat vestigio, nec vllū locū in se aperiat corruptioni. Talis enim erat Isaac cū Rebeccā aduenientē expectaret, prepārās se copulæ spiritali. Veniebat enim iā cęlestibus dotata mysteriis, veniebat magna secum ornamenta aurium & manuum ferēs, eo quod auditu & operibus emineat Ecclesiæ pulchritudo, cui rectē dictū aduertimus: Esto in milia milium, & semē tuum possideat aduersariorū ciuitates. Decora igitur Ecclesia, quæ ex inimicis gētibus filios acquisiuit. Sed potest hoc etiā ad animā deputari, quę passiones corporis subigit, & ad virtutū officia cōuertit, repugnātesq; mot⁹ sibi obediētes efficit. Ergo vel anima patriarchæ videns mysteriū Christi, videns Rebeccā venientem cū vasis aureis & argenteis, tanq̄ Ecclesiam cum populo nationū, mirata pulchritudinē verbi, & sacramētorū eius, dicit: Osculetur me ab osculis oris sui. Vel Rebecca audiens verū Isaac, verū illud gaudiū, verā lętitiā, desiderat osculari. Quid est igitur, Osculetur me ab osculis oris sui? Cōsidera vel Ecclesiā L iam dū promisso sibi per Prophetas dominico aduētu per tempora multa suspensam, vel animā quæ eleuans se a corpore, abdicatis luxuriæ deliciis, voluptatibusq; carnalibus, exuta quoq; solicitudine secularium vanitatū, iam dudū infusionem sibi diuinæ presentię, & gratiam verbi salutaris exoptet, cōmacerari quod sero veniat, & affligi. Ideoq; quasi vulneratam charitate, cum moras eius ferre non possit, conuersam ad patrem rogare vt mittat sibi deum verbum: & causam qua sit ita impatiens, declarare, dicentem: Osculetur me ab osculis oris sui. Non vnum osculum quærit, sed plura oscula, vt desiderium suum possit explere. Quæ enim diligit, nō est vnius osculi parcitate contenta, sed plura exigit, plura vendicat, & ita se amplius dilecto commendare cōsueuit. Deniq; illa in Euangelio sic probata est: Quia non cessauit, inquit, osculari pedes meos: & ideo remissa sūt ei peccata multa, quia dilexit multū. Ergo & hæc anima oscula verbi multa desiderabat, vt illuminetur diuinæ cognitionis lumine. Hoc est enim osculum verbi, lumen scilicet cognitiōis sacrę. Osculatur enim nos M deus verbum, quando cor nostrum, & ipsum principale hominis spiritu diuinę cognitionis illuminat, quo anima donata charitatis pignore nuptiali, læta atq; ouans dicit: Os meum aperui, & duxi spiritum. Osculum est enim quo inuicem amātes sibi adhærent, & velut gratiæ interioris suauitate potiūtur. Per hoc osculū adhęret anima deo verbo, per quod sibi trāsfunditur spiritus oscultantis: sicut etiam ii qui se osculantur, non sunt labiorum prælibatione contenti, sed spiritum suum sibi inuicem videntur infundere. Ostendens itaq; non solā speciem verbi, & vultum quendam, sed omnia eius interiora diligere, adiungit ad osculorum gratiam: Quia Canti.4. bona, inquit, vbera tua super vinum, & odor vnguētorum tuorum super omnia aromata. Illa osculum poposcit, deus verbum se ei totus infudit, & nudauit ei vbera sua: hoc est, dogmata sua, & interioris sapientiæ disciplinas, & vnguentorum suorum dulci odore fragrauit. Quibus capta, iam dicit vberiorem esse iucunditatem diuinæ cognitionis, quam lætitiam omnis corporeæ voluptatis. Aspirat enim in verbo odor gratiæ, & remissio peccatorum, quæ in totum diffusa mundum, omnia tanq̄ exinanito repleuit vnguento: quia per vniCantic.1. uersos grauis vitiorum colluuies detersa est. Propterea, inquit, adolescentulæ dilexerunt te. Attrahe nos, post odorem vnguentorum tuorum curramus. Bona quidem prudentia, sed dulcis misericordia. illam enim

Pſal.62. k

Geñ.24.

Ibidem.

Cantic.1.

Pſal.118.

A pauci assequūtur, hæc ad omnes peruenit. Propter hāc inquit, indulgentiam tuā diligunt te animæ renouatæ
Pſal.102. spiritu. Vnde & ad animā dicitur: Renouabitur sicut aquilæ iuuētus tua. Ad animam enim loquebatur dicens: Benedic anima mea dominum. Et ideo festinat ad verbum, & rogat vt attrahatur, ne forte derelinquatur: quia currit dei verbum, & non est alligatū. Deniq;
Pſal.18. exultat tanq̄ gigas ad currēdā viam. Et quia egressus eius a summo cælo, & occursus eius vsq; ad summum eius: videns se imparem tantæ velocitati, dicit: Attrahe nos. Bona anima, quæ nō pro se sola, sed pro omnibus rogat. Attrahe, inquit, nos. Habemus enī cupiditatem sequendi, quā vnguentorum tuorū inspirat gratia. Sed quia cursus tuos æquare nō possumus: attrahe nos, vt auxilio tuo fultæ, vestigiis tuis possim⁹ insistere. Si enī tu attraxeris, curremus & nos, & spiritalia velocitatis flabra capiem⁹. Deponitur enim sarcina quibus manus tua fulcro est: & oleum tuū infunditur, quo curatus est ille qui a latronib⁹ vulneratꝰ est. Ac ne impudens tibi videatur quod ait, Attrahe nos: audi dicēMat.11. tē: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Vides quod libenter nos attrahit,
Philip.3. ne remanemamus sequentes. Sed qui vult attrahi, currat vt cōprehēdat, & currat superiora obliuiscens, & ea quę sunt priora appetens. sic enim poterit Christum com
B prehendere. Prudenter ergo rogat vt attrahatur: quia
Ioan.13. non omnes sequi possunt. Deniq; Petro dicenti, Quo vadis? respondit verbum dei: Non potes me sequi modo, sequeris autē postea. Claues ei cōmiserat regni cælorū, & sequendo se imparē iudicauit. Hanc tamen animam non distulit: quia non præsumebat, sed rogabat. Deniq; ait: Introduxit me rex in cubiculum suū. Beata anima, quæ verbi ingreditur penetralia. Insurgēs nāq; de corpore, ab omnib⁹ fit remotior, atq; intra semetipsā diuinū illud, si quo modo assequi possit, scrutatꝰ & quæ
2.Cor.12. rit. Quod cum potuerit cōprehendere, ea quæ sunt intelligibilia supergressa, in illo confirmatur, atq; eo pascitur. Talis erat Paulus, qui sciebat se raptū in paradisū: sed siue extra corpus raptum, siue in corpore, nesciebat. Assurrexerat enī anima eius de corpore, & se a viscerib⁹ & vitulis carnis abduxerat atq; eleuauerat, factusq; a semetipso alienus, intra semetipsum tenuit verba ineffabilia quę audiuit, & vulgare nō potuit: quia aduertit ea loqui homini non licere. Anima ergo bona cōtēnit visibilia & sensibilia, nec consistit in eis, nec in despiciendis his immoratur & residet, sed ascēdit ad illa ętterna, & inuisibilia, & plena miraculi, puro sensu se pię mētis attollens. Et enim perfectioni studens, solū illud bonum diuinitatis intendit, nec aliud quicquam requirēC dum putat: quia tenet quod summum est. Itaq; vir huiusmodi, in quo est animę pulchritudo, solus sibi abundat: quia ipse sibi est satis. Nec solus aliquando est, cui præsul dominus adest.

De secūdo perfectæ animæ processu, quo introducta in cubiculū regis, cū mutua misceret alloquia, i vmbra eius requieuit, & subito eius verbo de medio sermone discessit: quærenti tamen non diu abfuit, sed saliēs super montes, & transiliens super colles, aduenit. Nec multo post quasi capreolus, aut ceruorum hinnulus, dū affatur dilectam, exiliit & reliquit. Caput IIII.

Cantic.1. DENIQVE in illud diuini illi⁹ introducta secretū, Exultemus, inquit, & lætemur in te: diligamus vbera tua super vinū. Non enim in diuitiis auri, argētiq; thesauris, nō in possessionū fructibus, nō in potestatibus, nō in cōiuniis, sed in solo deo exultat. Eadē tamē anima cognoscēs se corporis societate fuscatā, dicit ad alias animas, vel ad alias cęlestes & appositas sacro ministerio potestates: Nolite aspicere me quoniā obfuscata sum, quoniā non est intuit⁹ me sol. Filii matris meę pugnauerūt aduersum D me: hoc est, impugnauerūt me corporis passiones, carnis illecebræ decoloauerūt me: ideo mihi Sol iustitiæ non refulsit. Quo viduata præsidio, deuotionē meā, & obseruantiā plenā seruare nō potui. Hoc est enī, Vineā meā non custodiui, quia spinas & nō virā attulit: id est, faciens peccata pro fructibus. Et cū de verbo loquitur, irradiāte sibi verbi splēdore cōuersa ad ipsū dicit: Vbi pascis? Vbi manes i meridiano? Recte dicit, Vbi pascis? quia regulare est dei verbū. Vbi manes? quia morale. In meridiano, quia mysticū. Siquidē quia meridie Ioseph cū fratribus suis in cōuiuio constitutus, futurorum temporū mysteria reuelabat. Sed etiā Dauid ait: Reuela ad dominū viam tuam, & spera in eū, & ipse fa Pſal.36. ciet & educet sicut lumē iustitiā tuā, & iudiciū tuū tanq̄ meridiem. Et ipse Paulus circūfulsisse sibi lumē meridie asserit, quando a persecutione est cōuersus ad gratiā. Queritur ergo quod derelicta sit, quod destituta sit pauper ex diuite. Abundabat enim munere gratiarū, sed egere cœpit vbi diuinæ presentię sibi copia denegata est: & ideo vel quasi mercenaria haberi postulat, quæ ante sibi preciosioris copulæ gratiā vendicabat. Cui respōdit verbum dei: Nisi cognoscas te decora inter mulieres, quę quereris quod relicta sis: nisi te cognoscas, nisi te pœniteat lapsus tui, nisi intētione deuotionis approbes, nisi fides tua & synceritas augeatur: querela nihil proderit. Ac sic: Nisi cognoscas te qa decora es, nisi pulchritudinem naturæ tuæ serues, & corporis te illecebrę non demergant, nec impedimenta detineant: nihil tibi E naturę melioris nobilitas suffragabit. Cognosce igitur te, & naturæ tuæ decorē, & exi quasi exuta vinculis pedem, & nudo exerta vestigio, vt carnalia integimenta non sentias, vestigiū mentis tuæ corporalia vincula nō implicent, vt pes tuus speciosus appareat. Tales enim sunt qui ad regnū cælorū annūciandū eliguntur a dño, de quibus dictū est: Quā speciosi pedes euangelizantiū Esaię.52. pacem. Talis Moyses, cui dicitur: Solue calciamentū Exod.3. pedum tuorum. vt vocaturus populum ad dei regnū, prius carnis exuuias deponeret, & nudo spiritu vestigioq; mentis incederet. Hoc est ergo quod ait: Exi tu in Cantic.1. calcaneis gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorū: quia per greges regnum intelligim⁹, eo quod potestatis sit gregibus præsidere. Præsidet autē vnusquisq; sibi quadam potestate regali, si coerceat in se corporis luxus, & seruituti redigat carnē suam. Ideoq; dictum est: Regnum dei intra vos est. Vnde pulchre ait Lucę.17. ad animam: Exi, id est exi a seruitio, exi a carnis imperio atq; dominatu: & exi non in carne, sed in spiritu, exi ad regimē potestatis. Ideoq; addidit: Pasce hœdos tuos, hoc est, rege ea quæ in sinistra tua sunt. nam si non regantur, facile labuntur. Coerce petulātiam, lasciuiam turi corporis, & luxuriam irrationabilem, edoma leues motus, pasce eos non in corporeis tabernaculis: sed in tabernaculis pastorum, qui regere gregem norūt. Sunt E enim amabilia tabernacula Israel, sicut nemora obumbrantia super flumen: in quibus anima tanq̄ in procinctu bellico sita bonam exercet militiā, incursus explorat hostiles. Virtutis labor querit victoriam, vt possit equæ illi quę Salomonis est comparari, velox ad curendum, habilis ad partum: quoniā fœcunditas animæ desideratur & queritur. Hæc ergo equa preciosa, & currus Pharao veloces, quod aliqui ad Ecclesiā referūt & ad populū. Sed de hoc mysterio alibi sæpius diximus, & maxime in Psalmo centesimo octauodecimo. Hoc autē loco de anima dicendū suscepimus. Huius equæ similis æstimaē hęc anima: hoc est, prophetice vel apostolicæ virtutis: eo quod in eorū annumereē gregē, qui fœcūditate predicationis suę totius orbis terrarū spatia respersērūt, & quāuis in corpore constituti, nulla tamen cursus spiritalis sęsere dispędia. Ideoq; laudaē, quod cęlesti sibi illuminātę præcepto, iā speciosa, iā pulchra sit,

G quæ vultu præferat caſtitatis decorē,& redimicula ceruicis attollat, in qua ſunt patiētiæ & humilitatis inſignia. Talis animę diligebat Iſaac verus decorē, humilitatē,patientiam:& ideo partus eius auide requirebat. Concepit autē Rebecca,& patientia ſua nodū ſterilitatis abſoluit. Quid autē pariat prophetica atq; apoſtolica anima,conſideremus,& quomodo pariat. Abiit,inquit,interrogare dñm,quia exultabāt infantes in vtero Geñ. 25. eius. Et reſpōſum accepit: Duę gētes in vtero tuo ſunt. eo quod nihil ſponte pręſumat:ſed in omnibus ſummū deū præſulē poſcat ſuorū cōſiliorum, ſimul plena pacis atq; pietatis,duos populos ſua fide & prædicatione cōnectat,& tanq̃ vtero ſuo claudat. Quę nō immerito ſo- Geñ. 26. ror magis quā vxor appellatur, eo quod mitis atq; pacifica anima cōmunis magis pietatis quā ſpecialis copulæ nomē accipiat:& quia vniuerſis magis quā vni ſe Ibidem. exiſtimet obligatā. Fodit autem puteos Iſaac,& plurimos quidē quos foderat pater eius, & repleuerant illos poſt mortē Abrahæ patris illius alienigenæ. Pręcęteris tamē fodit hos puteos:vnum in conualle Gerarim, & inuenit ibi puteū aquæ viuæ,& litem fecerūt paſto- H res Gerarim cū paſtoribus Iſaac,eo quod aquā ſibi eius putei quaſi propriā vendicabant:& vocauit nomē eius Iniuſtitiam. Et fodit alium,in quo orta eſt diſceptatio, & impoſuit illi nomē Inimicitias. Et fodit tertium, in quo lis nulla inter paſtores cōmiſſa eſt, & vocauit eum Latitudinē. Fodit & puteū iuramēti, & nō inuenit in eo aquā,& vocauit eū Puteū iuramenti. Quis hæc legēs,terrena magis quā ſpiritalia opera eſſe arbitretur, quod vel Abraham fodit puteos, vel Iſaac, tanti videlicet Patriarchæ,vel etiā Iacob,ſicut & in Euāgelio reperimus,velut fontes quidā generis humani,& ſpecialiter deuotionis ac fidei? Quid eſt enim puteus aquæ viuæ,niſi profundæ altitudo doctrinę? Vnde & Agar ad puteum angelū vidit,& Iacob ad puteū Rachel ſibi inuenit vxorē. Moyſes quoq; ſec⁹ puteū futuri locauit merita prima coniugii. A puteo igitur viſionis aperire Iſaac adorſus eſt puteos, & bono ordine, vt eius putei aqua primū rationabile animę,oculūq; eius dilueret & foueret,quo viſum eius faceret clariorem. Fodit etiam Prouer. 5 alios puteos plures. Vnde & ſcriptum eſt: Bibe aquā de tuis vaſis,& de puteorū tuorū fontibus. Quāto plu- I res fuerint,tanto eſt vberior redundantia gratiarū. Fodit tamē puteum,quem foderat pater Abrahā, de quo litem fecerunt paſtores Gerarim,hoc eſt macerię. Vbi enim maceria,ibi diuiſio inter repugnantes,ibi iniuſtitia:& ideo vocauit Iniuſtitiā. Aliū quoq; fodit, & orta diſſenſione vocauit eum Inimicitias. In quib⁹ videtur elucere doctrina moralis, eo quod ſublato pariete maceriæ,ſolutæ ſint in carne hominis inimicitiæ, & facta ſint vtraq; vnū in figura per Iſaac,in veritate per Chriſtū,meritoq; poſtea pura aqua in eo puteo ſit reperta, tanq̃ doctrina moralis, vtilis ad hauriendum. Puteus quoq; latitudinis quid aliud ſignificat, niſi de naturalibus diſciplinam? Qua cauſa & latitudo dicitur,quia ſine cōtentione, ſine lite iam quietus atq; ſecurus eſt qui mūdana hæc & ſenſibilia fuerit ſupergreſſus. Vnde ſuperatis iā aduerſantibus & alienigenis cogitationibus (quid enim tam alienum q̃ omnia ſecularia,quę perpetua eſſe non poſſunt?)poteſt ſapiens dicere: Dilatauit dominus nobis,& auxit nos ſuper terram,quia terrena Geñ. 26. tranſcēdit. Vltimus eſt puteus iuramēti, in quo ei viſus eſt deus:& ait, Noli timere. tecū enim ſum. Et benedixit eum. Hæc doctrina iam myſtica eſt. Habes hęc in Salomone:qa Prouerbia eius moralia, Eccleſiaſtes naturalis,in quo quaſi vanitates iſtius deſpicit mundi: myſtica eius ſunt Cantica canticorū. Habes & in Propheta:Seminate vobis ad iuſtitiā,vindemiate ad fructum vitæ,illuminate vobis lumen cognitionis. Hoc eſt enim lumē cognitionis,habere charitatis perfectio- 1. Ioan. 4. nem. Ideoq; dictum eſt:Noli timere. Charitas enim timorem excludit foras. Vt cognoſcamus autē quia Sa- K lomon ita hos interpretatus eſt puteos,vt ad moralem doctrinam & naturalē referret, & myſticam:in ſingulis libris ſuis, quos de moralibus, vel naturalibus, vel myſticis ſcripſit,poſuit hos puteos. Nam & in Prouerbiis cum declinandam ſpeciem diceret ſecularis illecebræ,ait:Bibe aquam de tuis vaſis,& de puteorū tuorū Prouer. 5 fontibus,& ſuperfluāt tibi aquæ de tuo fonte. Et infra: Fons aquę tuę ſit tibi proprius,& iucundare cū vxore. eo quod aduerſus tentamenta mundi remedium nobis vera ſapientia ſit,moralis quoq; doctrina,quæ imaginē mūdanæ voluptatis meretriciis quibuſdam illitā fucis irriguo ſuo diluat,& fluento ſui fontis abſtergat. De naturalib⁹ quoq; habes in Eccleſiaſte dictum: Feci mihi Eccls. 2. piſcinas aquarū ad irrigandū ex his ſaltū germinantē. Neq; te moueat quod pro puteo piſcinas poſuit: quia & Moyſes puteū latitudinis dixit, eo quod a ſolicitudine omni & anguſtiis ſoluitur qui mundum hunc pia mente tranſcenderit. Non immerito ergo piſcinas habet Eccleſiaſtes,qui vidit nullā abūdantiā eſſe ſub Sole:ſed ſi quis abundare velit, in Chriſto abundet. Et de myſticis Puteus ſupereſt nobis,quē etiā ipſum reperimus in Canticis canticorū,dicēte ſcriptura:Fons orto- Canti. 4. rum puteus aquę viuæ,& impetu deſcendens a Libano. Etenī ſi myſteriorū altitudinē perſequeris, puteus tibi videtur,tanq̃ in profundo ſita,myſtica eſſe ſapiētia. ſi vero haurire velis affluentiā charitatis,quę maior & vberior eſt quā fides & ſpes,tunc tibi fons eſt. Exuberat enim charitas,vt & haurire eā cōminus, & rigare eius affluētia ortum tuum poſſis,ſpiritalibus fructibus red- L undātem. Et quia ipſe puteus latitudinis eſt,qui charitatem habet: ideo dixit,quia vbi charitas eſt, ibi impetus magnus deſcendit a Libano. Ne quid autem moueat quod & puteū & fontem eundem dixit:etiā Euāgelium te inſtruat,in quo ſcriptū eſt: Quia venit Ieſus Ioan. 4. in ciuitatem Samariæ,quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. Erat autem ibi fons Iacob. Et fatigat⁹,inquit,ſedebat ſic ſuper puteū. Vnde ad myſticā doctrinā hūc referri puteum etiā ibi cognoſcim⁹:quia ibi Samaritana illa, id eſt cuſtos,cuſtos autem cæleſtiū præceptorū,hauſit de puteo illo diuina myſteria,cognoſcens quia deus ſpiritus eſt,& nō in loco adoratur,ſed in ſpiritu:& qa Meſſias venit, qui Chriſt⁹ eſt. Et ideo q adhuc expectatur a Iudæis,iā ve- M nit. Quib⁹ auditis,mulier illa quæ ſpeciē Eccleſiæ gerit,legis ſacramenta cognouit,& credidit. In ipſo quoq; Canticorū libro Salomon hāc triplicē ſapientiā euidēter expreſſit:licet ī Prouerbiis dixerit: vt tripliciter ſibi ſcripſerit,qui ſapiētiā eius vellet audire. Ait ergo ī Canticis ſponſa de ſpōſo: Ecce ſpōſus eſt cōſobrinus meus. Et ideo pulchra acclinatio noſtra opaca, trabes domorum noſtrarū Cedri,lacunaria noſtra Cupreſſi. Poſſumus hoc de moralib⁹ accipere. Vbi enī requieſcit Chriſtus & Eccleſia,niſi in operibus ſuæ plebis? Deniq; vbi impudicitia, vbi ſuperbia, vbi iniquitas erat,ibi ait dñs Ieſus:Filius autē hominis nō habet vbi caput ſuū re- Mat. 8. clinet. De naturalibus autē quid accipiam⁹? In vmbra Cantic. 2. inquit,eius cōcupiui & ſedi,& fruct⁹ eius dulcis in faucibus meis. Qui enī terrena ſupergreditur,& cui mundana moriunť:quoniā crucifigiť ei mūdus,& ipſe mūdo:omnia quę ſunt ſub Sole,refugit & cōtēnit. De myſticis quoq; ait:Introduc me in domū vini,cōſtituite in Cantic. 2. me charitatē. Etenī ſicut vineā ſuā,ita dñs Ieſus populum ſuum quaſi vitis æterna quibuſdam brachiis charitatis amplectitur. Cōſidera ſingula. In moralib⁹ flos eſt inter ſpinas lilium, ſicut ipſe ait:Ego flos campi,& lilium conualliū. In moralibus ergo flos eſt, in naturalibus Sol iuſtitiæ, qui oriens & reſurgens illuminat, occidens obumbrat. Caue ne tibi occidat, quia ſcriptū eſt: Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. In my- Ephe. 4. ſticis charitas eſt,quia plenitudo legis eſt Chriſtus. Et

A ideo Eccleſiā quæ diligit Chriſtum, vulnerata eſt charitate. Hāc ergo charitatem ſuſcitat & reſuſcitat,donec vocē eius accipiat,& præſētiā eius accerſiat:quia quęſitus nō ſolū venit,ſed etiā ſaliēs venit. Saliēs ſuper mōtes,& tranſiliēs ſuper colles. Super maioris gratiæ animas ſalit,inferioris trāſilit. Vel ſic,ſaliēs quomodo venit? Saltu quodā venit in hūc mūdū. Apud patrē erat, in virginem venit,& ex virgine in præſepe trāſiliuit. In præſepi erat,& fulgebat e cęlo. deſcendit in Iordanem, aſcendit in crucē. deſcēdit in tumulū, ſurrexit e tumulo, & ſedet ad patris dexterā. Inde quaſi hinnulus ceruorū, qui deſiderat ad fontes aquarum,deſcēdit ad Paulū, & circūfulſit eum,& exiliuit ſuper Eccleſiā ſuam, quæ eſt Bethel,quod dicitur domus dei. Pauli enī vocatio, Eccleſiæ firmitudo eſt. Venit ergo,& primo poſt parietē eſt,vt inimicitias animæ & corporis ſoluat, ſublato pariete qui impedimentum concordiæ videbatur afferre. Deinde proſpicit per feneſtras. Quæ ſint feneſtrę, audi Prophetā dicentē: Feneſtræ apertæ ſunt e cælo. Prophetas itaq; ſignificat,per quos dñs ad genus humanū, priuſq̃ ī terras ipſe deſcēderet,locut⁹ eſt. Et hodie ſiqua eū anima multū requirat, multū merebitur miſericordiæ:quoniā qui multū requirit, plurimū debetur ei. Si qua ergo anima eū ſtudioſius quærat, longe audit vocem eius:& quāuis ab aliis requiratur, præ ipſis a qui- B bus quęritur,audit vocem eius. Videt eū ſalientē ad ſe venire,id eſt properantē atq; currentē, & tranſilientem eos qui infirmo corde virtutē eius capere non poſſunt. Deinde proſpicientē per ænigmata prophetarū legēdo eos,& tenendo eorū ſermones,videt eum proſpicientē, ſcilicet quaſi per feneſtrā, non adhuc quaſi præſentē videt eminentem ſuper retia. Quid eſt hoc,niſi forte quia illa retia nobis ſunt,non illi? Retia, eo quod adhuc illa anima intra ſenſibilia & mundana ſit poſita. Igitur adhuc in ſecularibus,ſed tamen quęrenti eū per retia oſtēdit. Deniq; dicit ad animā eiuſmodi: Surge, veni proxima mea:id eſt,ſurge a delectationibus mūdi, ſurge a terrenis,& veni ad me, quæ adhuc laboras,& onerata es:quia ſolicita es quæ ſunt mūdi. Veni ſupra mundū, veni ad me:quia ego vici mundū. Veni prope me,iam pulchra æternæ vitæ decore, iā colūba,id eſt mitis atq; manſueta,iam tota gratiæ ſpiritalis. Iure ergo iā retia timere nō debet anima,cū is vocet ad ſe animā, qui tē- C tamētis & retibus mūdi non potuit capi. Nā cum nos homines ambulemus in medio laqueorū,per appetentiam eſcæ ſimul & laqueis nexi, ille in corpore poſitus retia non timebat,ſed eminebat ſuper retia,id eſt ſuper tentamenta mūdi,& corporis paſſiones,immo & alios eminere faciebat. Ideoq; & hanc animā fundare volēs, dicebat:Surge,veni proxima mea,noli timere retia, iā præteriit hyems:id eſt,venit paſcha, venit indulgētia, aduenit remiſſio peccatorum, ceſſauit tentatio, imber abiit,procella abiit. Quaſſatio ante aduentum Chriſti hyems eſt:poſt aduētū eius flores ſunt. Vnde ait: Flo- Cantic. 2. res viſi ſunt in terra. Vbi ante ſpinę,ibi nūc flores. Tēpus,inquit,ſecandi aduenit. Vbi ante deſertū,ibi meſſis eſt. Vox turturis audita eſt ī terra noſtra. Bene addidit Propheta, Noſtra,quaſi admirans quod vbi ante impudicitia, ibi caſtitas. Ficus protulit groſſos ſuos. Quæ ante infructuoſa iubebatur excidi, hæc fruct⁹ ferre iā cœpit. Sed quid dubitas quia groſſos dixit? Priores diſcutit,vt poſteriores meliores afferat : ſicut Synagogę fructus abiicitur: Eccleſię autē renouať. Et quāuis plena trāquillitas ſit, & adoleuerint myſteria, iterū tamen dicit:Surge ſecura in tegimento petræ,id eſt tuta præſidio paſſionis meę,& fidei munimēto. Suxerūt enim mel de petra,& oleū de firmiſſima petra. Hoc in tegimento animæ piorum indutę,iam nudę non ſunt. Et hęc illa pręmunitio,ideoq; & huic animę ait: Et veni tu colūba mea ī tegimēto petrę iuxta pręmunitionē, oſtēde mihi faciē tuā,& inſinua vocē tuā. Hortatur ad cōfidentiam,vt non erubeſcat crucem Chriſti, nec eius D ſignaculum. Hortatur ad confeſſionē, vult omnes inſidias dimoueri,vt bonus odor fidei ſpiret, vt dies fulgeat,vt aduerſæ noctis vmbra non noceat: quoniam qui iuxta Chriſtum eſt,dicit: Nox pręceſſit, dies appropin- Rom. 13. quabit. Eſt & vmbra ſecularium,quę preterit: & dies cæleſtiū Chriſtus,qui ſanctis ſuis lucet. Accipit hæc anima bona pignora charitatis.

De tertio ipſius animæ proceſſu, quo cū in cubili & noctibus,in ciuitate,in foro,& in plateis quæſitū nō reperiſſet,aliquādo rationibus ſuis gratia quærētē reuocauit,adeo vt ab eius ſpōſo propi⁹ vocareť. Cap. V.

SES quia ſemper ſoliciti eſſe debemus,ſemper intenti, & quia verbū dei ſicut capreola exilit,aut ſicut hinnulus ceruorum, ſemper vigilet anima,& prętendat quę requirit eū, & quę tenere deſiderat. Ideo quaſi ſublapſum ſibi, In cubili,inquit,meo in noctibus quæſiui quē dilexit anima Cantic. 3. mea. Qui bene quærit,in cubili quęrat, in noctib⁹ quęrat:nec dies feriat⁹,neq; noctes ſint. Nullū tēpus vacet a pietatis officio:et ſi nō inuenerit primo,perſeueret in requirendo. Ideoq; dicit: Exurgā itaq;,& quærā in ciuitate,in foro,in plateis. Et fortaſſe ideo non inuenit adhuc,qa in foro quęſiuit, vbi lites ſunt:in plateis, vbi nūdinæ rerum venalium. Non enim vlla Chriſtus pecunia cōparatur. Poſſum⁹ & ſic intelligere:In cubili quęrit Chriſtū,quæ requirit eum cum tranquillitate, cum pace. In noctibus quærit,quoniā per parabolas loquebatur. Poſuit enim tenebras latibulū ſuū, & nox nocti Pſal. 17. indicat ſciētiam. Deinde quoniā quæ dicimus in corde Pſal. 18. noſtro,ea nos compungere in cubilibus debēt. Sed tamen nec ſic inuenit,& ideo dicit:Exurgam,id eſt erigā & attollam intentionē meam, vt quærā impigre,quę- E ram ſolicite:introibo ciuitatem. Eſt & anima quę dicit: Ego ciuitas munita, ego ciuitas obſeſſa. Eſt ciuitas munita per Chriſtum,eſt ciuitas illa Hieruſalē in cælo,in qua abundant diuinæ legis interpretes,& diſciplinarum periti,per quos verbum dei quæritur. Quęram inquit,in foro illius ciuitatis,in illo foro vbi tractāt iura conſulti, vbi oleum venditur,quod euāgelicæ virgines emunt,vt ſemper faces ſuę luceant,nec eas ſumus iniquitatis extinguat. Quæram, inquit, in plateis, in quibus ſuperfluunt aquæ,de illis fontibus prorūpentes de quibus Salomon dicit eſſe potādū. Dum quærit igitur Chriſtū,inuenit cuſtodes qui in miniſterio ſunt: ab his requirit. Sed anima quæ deum quærit,etiam cuſtodes trāſit. Sunt enim myſteria quæ etiā angeli concupiſcūt videre. Vnde Petrus ait: Nūciata ſunt, inqt, vobis per 1. Petri. 1. eos quibus euāgelizauerunt ſpiritu ſancto miſſo de cælo,in quē concupiſcunt angeli proſpicere. Ergo cū tranſierit cuſtodes,verbum inuenit. Tranſiuit Ioannes, qui E verbū apud patrē inuenit. Multi quoq; ſunt qui in ocio quærunt Chriſtū,& non inueniunt: & quærūt eum in perſecutionibus,& cito inueniūt. Et ideo quaſi poſt tētationes,quia in periculis fidelium ſuorū adeſt. Quam modicum,inquit,cū tranſiui ab eis, inueni eum, tenui Cantic. 3. eum,& nō dimiſi eū. Omnis enim qui quærit, inuenit: & qui inuenerit,adhærere debet,ne poſſit amittere. Et quoniam per Euāgeliū in terris videmus cæleſtia myſteria figurata,veniam⁹ ad illam Mariam, veniamus ad Magdalenam. Cōſideremus quemadmodū Chriſtum in cubili corporis ſui, in quo defunctus iacebat, in noctibus quęſiuerint, quando dixit illis angelus: Ieſum qui crucifixus eſt quęritis? nō eſt hic:ſurrexit enī. Quid Mat. 28. igitur quęritis? viuentem cum mortuis? Quid quæritis in ſepulchro eum qui iam in cælo ſit? Quid quæri- Lucę. 24. tis in vinculis ſepulturæ, vniuerſorū vincula ſoluentē? Non ſepulchrū huic ſedes,ſed cęlum eſt. Ideo dixit vita ex his:Quæſiui eum,& nō inueni eum. Tamen dum

G vadunt apostolis nunciare, miseratus quærẽtes, occur-
Mat.28. rit eis Iesus, dicens: Auete. Illæ autẽ accesserunt, & te-
nuerunt pedes eius, & adorauerũt eum. Tenetur ergo
Iesus, sed delectauit eũ & illa mulier quæ tetigit eũ, & curata est
Lucæ.8. sanguinis fluxu, de qua dixit: Tetigit me aliquis. nam
sentio virtutẽ de me exisse. Tange ergo, & fide tene, &
constringe fideliter pedes eius, vt virtus de eo exeat, vt
sanet animã tuã. Et si dicat, Noli me tangere: tu tene.
Semel dixit, Noli me tangere, quãdo surrexit: & forte
illi dixit quæ putabat furto esse sublatum, & nõ virtute
propria resuscitatũ. Deniq; in alio libro habes quia te-
nẽtibus & adorãtibus dixit: Nolite timere. Tene ergo
& tu anima, sicut tenebat & Maria, & dic: Tenui eũ, &
non dimittã, cũ dicebant ambæ: Teneamus te. Vade
ad patrẽ, sed nõ relinquas Euam, ne iterũ labatur. Te-
cum eam ducito, iam nõ errantẽ, sed arborem vitæ te-
nentem, tecũ rape tuis pedibus inhærentẽ. Tecũ ascen-
dam, noli me dimittere, ne iterũ serpẽs venena sua fun-
dat, ne iterũ quærat fœmineum mordere vestigium, vt
supplantet Adam. Dicat ergo anima tua: Teneo te, &
inducã te in domũ matris meæ, & in secretũ eius quæ
concepit me, vt cognoscã mysteria tua, vt hauriam sa-
cramẽta tua. Suscipe igitur Euam iã nõ ficulneæ foliis
adopertã, sed sancto amictã spiritu, & noua gratia glo-
riosam: quia iam nõ tangẽ nudata absconditur, sed tangẽ
circũdata vestimẽti splendore fulgẽtis occurrit, quia ve-
stitit eam gratia. Sed nec Adã primo nudus erat, quãdo
H eum innocentia vestiebat. Videntes itaq; eã filiæ Hie-
rusalem Christo inhærentẽ, & adhuc ascendentẽ cũ eo
(dignatur enim quærẽtibus frequẽter occurrere, & con-
Cantic.3. descendere vt eos eleuet) dicũt: Quæ hæc est quæ ascẽ-
dit a deserto? Desertus hic terræ locus & incultus vide-
tur, sentibus & spinis nostrorũ obsitus delictorũ: mirã-
tes videlicet quomodo anima quæ ante in inferno de-
relinquebatur, inhæreat dei verbo, & ascendat sicut vi-
tis propago in superiora se subrigẽs, velut fumus natus
ex igne, atq; alta petẽs, tũ præterea bonis operibus fra-
gret. Odor autem ille orationis piæ redolet suauitatẽ,
Apoca.8. quæ dirigitur sicut incẽsum in cõspectu dei. Et in Apo-
calypsi legimus quod ascendit fumus incensorũ ex ora-
tionibus sanctorũ: quæ incẽsa referuntur per angelum,
sanctorũ oratiões scilicet, super altare illud aureũ quod
est ante sedẽ, & tangẽ suauepiæ precationis fragrat vn-
guentũ, quia de æternorũ & inuisibilium, nõ de corpo-
ralium petitione compositũ est: præcipue tamen myr-
rham redolet & thus, eo quod peccatis mortua sit, &
I deo viuat. Hanc igitur ascendentẽ & non resistentẽ vi-
dentes, & meritorũ eius odoribus delectãtes, agnoscẽ-
tes quoq; Salomonis illius pacifici esse sponsam, etiam
comitatu sedulo prosequũtur vsq; ad lectũ Salomonis,
eo quod ei vera requies in Christo debeat. Lect? enim
sanctorum Christus est, in quo vniuersorum fessa secu-
laribus præliis corda requiescunt. In hoc lecto requieuit
Gene.25. Isaac, & benedixit filium iuniorẽ, dicẽs: Maior seruiet
minori. In hoc lecto recubans Iacob benedixit duode-
cim patriarchas. In hoc lecto recubans Archisynagogi
filia surrexit a morte. In hoc lecto iacens viduæ defun-
ctus, mortis vincula Christi vocãt? voce dissoluit. Per-
ducta igitur sponsa vsq; ad sponsi requiem nuptialẽ, ca-
Cantic.3. nunt dicentes charitatẽ filiabus Hierusalẽ: Egredimi-
ni, & videte regem Salomonem in corona qua corona-
uit eum mater eius in die sponsalium eius. Canũt epi-
thalamiũ, & vocant cæteras potestates cælorũ, vel ani-
mas, vt videant charitatẽ, quã circa filias Hierusalẽ ha-
bet Christus. Vnde & meruit coronari a matre filius
Colos.1. charitatis, sicut Paulus ostendit dicẽs: Quia deus eri-
puit nos de potestate tenebrarũ, & trãstulit in regnum
filii charitatis suæ. Charitatis itaq; filij? & ipse charitas
Ioan.28. est, nõ ex accidẽtibus habẽs charitatem, sed habẽs sem-
per substantia sua, sicut regnũ, de quo dicit: Ego in hoc
natus sum. Ideoq; dicũt: Egredimini, id est, exite de so- K
licitudinibus & cogitationib? seculi, exite de angustiis
corporalibus, exite de vanitatibus mũdi, & videte quã
rex pacificus in die sponsaliũ suorũ habeat charitatem,
quam gloriosus sit, quia corporib? resurrectionem de-
dit, & animas sibi iunxit. Hæc magni est corona certa-
minis, hoc præclarũ munus sponsaliũ Christi, sanguis
eius & passio. Quid enim plus potuit dare, qui sibi etiã
non pepercit, & pro nobis mortem suam obtulit? Ipse
quoq; dominus Iesus delectatus fide animę huius, con-
fessione gratiæ, & collaudatis eius meritis, propius eã
adducit dicens: Ades huc a Libano sponsa, ades huc a Cantic.4.
Libano, transibis & pertrãsibis a principio fidei, a capi-
te Sanyr & Hermoniim, a speluncis leonum, a monti-
bus pardorũ: hoc est, Egredere de corpore, & totam te
exue. Non potes enim mihi adesse, nisi ante peregrine-
ris a corpore: quoniam qui in carne sunt, peregrinantur
a dei regno. Ades, iquit, ades. Bene repetiuit: quia siue
præsens, siue absens, adesse & placere domino deo tuo
debes. Adesto presens, adesto absens, etsi adhuc in cor-
pore es. Mihi enĩ oẽs præsentes sunt, quorũ fides me-
cum est. Adest mihi, qui exit de seculo: adest mihi, qui
me cogitat, me intuetur, de me sperat, cui ego portio
sum. Adest mihi, qui abfuerit sibi: adest mihi, qui se ne- L
gauerit. Ille mecum est, qui intra se non est: quoniã qui
in carne est, non est in spiritu. Ille mecũ est, qui ex seipso
egreditur: ille iuxta me, qui extra se fuerit: ille mihi inte-
ger, qui propter me perdiderit animam suam. Et ideo
ades desponsata, transibis & pertransibis a principio fi-
dei. Transit & pertransit cæteros, & pertransit quæ ad
Christum peruenit. Trãsit fidei merito, & operum cla-
ritate, quæ lucent sicut Sanyr & Hermoniim: hoc est,
via lucernæ transit deiectis tentationibus seculi, & su-
peratis nequitiis spiritalibus, legitimi petens coronam
certaminis, & ideo meruit Christo iudicante laudari.
Ortus clausus soror mea sponsa, ortus clausus, fons si- Cantic.4.
gnatus, emissiones tuę paradisus malorũ granatorum
cum fructu pomorum. Laudatur spõsa, eo quod ortus
sit, habẽs in se odorẽ agri illius pleni, de quo dicit Isaac: Odor filii mei tangẽ odor agri pleni. Bona ergo anima Genẽ.27.
fragrat odores iustitiæ. Et fortasse ager est patriarcha,
ortus est anima inferioris alicuius, quasi agri portio, &
ortus clausus ne incurseturа bestiis: & fons signatus,
quę integritate signaculi perseuerãte, quæ fide propria
peccata diluerit. Nã quę de Ecclesia accepit, habet quod M
ad virginitatis gratiã referat, eo quod in paradiso dele-
ctationis posita, sine labore fructũ capiat spiritales, vt ei
patriarcharũ animæ rurali quodã labore fructũ suos cõ-
ferant, quo ista capere possit perpetuã suauitatẽ. Quæ
merito fons signatus dicitur, eo quod imago dei inuisi-
bilis in illa exprimatur. Laudãt etiam munera animæ
quæ missa sunt a sponso, quibus dotata veniebat. Dos
autẽ piæ animæ boni odores sunt, myrrha & aloe, quã-
bus spirat ortorũ gratia, & peccatorum fœtor adoletur.
Itaq; tãto secura prẽconio cõquiescere Aquilonẽ grauẽ
ventũ petit, ne flores discutiat: spirare austrũ: id est vult
hyemẽ prẽterire, & mollioris flatus vernare tẽperiẽ. In-
uitat sponsum in ortũ suũ. Descẽdit sponsus, & fructũ
eius diuersitate delectat?, lætat? quod inuenerit fortiorẽ
cibũ, inuenerit etiã dulciorẽ. Est enĩ velut panis quidã
verbi & mel, alius vehemẽtior, alius suauior sermo.
Est & fides alia feruentior, vt vinũ: alia lucidior, vt suc-
cus est lactis. Hũc cibũ Christus epulatur in nobis, hoc
poculum bibit, & eius potus ebrietate nos prouocat vt
ad meliora & optima ab inferiorib? faciam? excessum.

De summaria dictorũ perstrictione, cum inductione
& prosecutione quarti processus perfectæ animæ, quo
ipsa iam dormiens, quanuis corde vigilaret, a sponso
excitatur, vt continuo vocẽ pulsantis audiret. Sed mo-
ram passa dum surgit, quia velocitatẽ verbi non potuit

A comprehẽdere, dũ aperit ostium, transiuit verbũ, & ipsa
exiuit, & per vulnera charitatis requisitũ vix tandẽ in-
uenit, & tenuit, vt postea nõ amitteret. Cap. VI.

AVDIENS hoc anima, hausit mysteriorũ
ebrietatem cælestiũ, & velut soporata a vi-
no, & quasi in excessu vel stupore posita di-
Canti.5. cit: Ego dormio, et cor meum vigilat. Cum
verbi præsentis lumine percussa, oculis requiemisset in-
flexis, excitatur a verbo. Quiartus autem hic processus
est animę. Primũ etenim charitatis impatiens, & ver-
bi moras nõ ferẽs, rogabat vt osculа mereretur, & me-
ruit desideratum videre. Introducta quoq; in cubiculũ
regis secundo, cum mutua misceret alloquia, in vmbra
eius requieuit, & subito eius verbo de medio sermone
discessit: quærenti tamen nõ diu abfuit, sed saliens supra
montes, & transiliens super colles, aduenit. Nec multo
B post quasi capreolus aut ceruorum hinnulus, dum affa-
tur dilectã, exiliuit & reliquit. Tertio cũ in cubili, & no-
ctibus in ciuitate, in foro, & in plateis quęsitum non re-
periret, aliquando rationibus suis gratia quærẽtem re-
uocauit, adeo vt etiã propius vocaretur a sponso. Quar-
to ipsa iam ab eo dormiẽs excitatur, quãuis corde vi-
gilaret, vt continuo vocem pulsantis audiret. Sed mo-
ram passa, dum surgit, quia velocitatem verbi non po-
tuit comprehendere, dum aperit ostium, transiuit ver-
bum, & ipsa exiuit in verbo eius, & per vulnera requisi-
tum, sed vulnera charitatis, vix tandẽ inuenit, & tenuit
vt postea non amitteret. Ad summã hæc compendio-
so sermone perstrinxi. Nunc discutiamus singula. Etsi
dormias, si modo deuotionẽ animæ tuæ nouerit Chri-
stus, venit & pulsat eius ianuam, & dicit: Aperi mihi
soror mea. Bene soror, quia nuptiæ spiritales sunt ver-
bi atq; animæ. Neq; enim animæ norũt coniugiorum
fœdera, & vsus copulæ corporalis, sed sunt sicut angeli
in cælo. Aperi, inquit, mihi, sed extraneis claude, seculo
claude, neq; ipsa foras ad illa materialia prodeas: neq;
tuũ relinquens lumen, alienũ requiras: quia materiale
lumen tenebrosam infundit caliginem, vt nõ videatur
C lumen veræ gloriæ. Aperi ergo mihi, noli aperire ad-
uersario, neq; locũ des diabolo. Aperi ipsã te mihi, noli
coartari, sed dilatare, & adimplebo te. Et quia decurso
orbe terrarum plus molestiarũ & offensionis reperi, nec
facile habui vbi requiescerẽ: ideo tu aperi, vt in te filius
hominis reclinet caput, cui nõ est requies nisi supra hu
milem & mansuetũ. Audiens anima, aperi mihi, & ca-
put roris plenũ, hoc est tentationib? secularibus, subito
turbata, & quasi surrectura quæ surgere iubebatur, ait
cum aloen redolet & myrrhã, insignia sepulturę: Exui
tunicã meã, quomodo induã eam? Laui pedes meos,
quomodo inquinabo eos? Veretur enim ne iterum in
tentationes resurgat, ne iterũ in culpã redeat atq; pecca-
tum, & egressus suos virtutũq; processus terrenis inci-
piat vestigiis inquinare. Certe etiam hoc modo perfe-
ctionẽ virtutis suæ indicat, quæ tãtã Christi meruerit
charitatẽ, vt ad eam veniat, & pulset ianuã eius, & ve-
niat cum patre, & cœnet cum eadem anima, & ipsa cũ
eo: sicut in Apocalypsi dixit Ioannes. Et enim cũ in su-
perioribus audisset, Ades huc a Libano: & cũ aduerte-
ret in carne se Christo adesse non posse, sed tunc adesse
si adesset in spiritu, conformãs se ad eius volũtatem, vt
esset & ipsa conformis imaginis Christi: iam nõ sentit
carnis exuuias, iam quasi spiritus exuẽs se corporis cõ-
iunctione, iam quasi oblita, & quæ, si velit, copulę illius
meminisse non possit, ait: Exui tunicã meam, quomo-
do induam eam? Exuit enim tunicam illam pelliceã,
quam acceperũt Adam & Eua post culpam, tunicam
corruptelæ, tunicã passionum. Quomodo induã eam?
Non requirit vt induat, sed ita significat abiectam, vt
iam indumento sibi esse non possit. Laui pedes meos,
quomodo inquinabo eos? Hoc est, Vestigia mea laui
dum egrederer, ac me eleuarẽ de corporis contubernio; D
de illa connexione & familiaritate carnalis amplexus:
quomodo inquinabo eos, vt in corporis claustrum, &
illum tenebrosum passionũ eius carcerem reuertãtur?
Dum hæc illa dicit, misit operationem suam verbum
tangẽ per cauernam, non adhuc facie ad faciẽ misit, tangẽ
manum. Et venter, inquit, meus contũrbatus est super
eũ. Et surrexi ego aperire fratri meo. Manus meæ di-
stillauerunt myrrham, digiti mei myrrha pleni sunt su-
per manus clausuræ. Quid hoc significet, cõsiderem?.
Primum operibus suis videtur, vt dixit, deus verbum
tangẽ per cauernam, nõ plene atq; perfecte: deinde auge-
tur amor, & conceptus ádolescit, atq; ex seminib? eius
quæ quodam vtero intelligibilis susceperit anima, totã
plenitudinẽ diuinitatis eius habitãtem in eo, corpora-
liter, vt legimus, videre desiderat. Surrexit, vt propius
illud dei verbum videret. Et in hoc ipso processus eius
significatur, quod surrexit per vigorem atq; virtutem.
Præsentia enim verbi hausit anima virtutẽ, sicut præ-
sentia Mariæ, cum vtero grauis esset, eruditur Ioannẽ
in vtero constitutum, adeo vt exiliret in vtero, & exul-
taret domini presentiã recognoscens. Surrexit aperire,
& opera eius & facta mortificata sunt mũdo. Talis enĩ
debet esse anima quæ verbum est receptura, vt moria- E
tur mũdo, & consepeliatur in Christo. sic enĩ Christus
inuenitur, & tale sibi quærit hospitiũ. Deinde ipsa mi-
nisteria operationũ, id est manus & digiti, quib? com-
prehenditur Christus, mortificãtur: quos digitos velut
eminentia factorum nostrorum opera possumus æsti-
mare. Itaq; velut e complexu suo, cum iam extenderet
intelligibiles manus suas & digitos, vt comprehende-
ret verbũ, transisse sibi illud, nõ tamen adhuc pertrãsisse
anima pia dicit. Et hoc processum habet, quando trans-
eat & pertranseat animam verbum dei, quia scriptum
est: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt re- Lucæ.2.
uelentur multorum cordium cogitationes. Hic adhuc
transitur, nõ pertrãsitur, vt Maria in posterioribus for-
te pertrãsiitur, vbi tangẽ signaculũ ponitur in medio eius
dominus Iesus. Deniq; statim alius profect? verbi trãs-
eũntis, quia exiuit anima in verbo eius: hoc est, verbum
eius secuta, exiuit de corpore, eleuans se de eius habita-
culo, & peregrinã se faciens ei, vt adesset deo, & esset ci-
uis sanctorũ. Simul enim & carnis domestici, & dei esse F
nõ possum?. Ergo in hoc loco exire significatur, vt dixi,
anima, quãdo abducit se a corporis voluptatibus. De-
niq; scriptũ est: Exi de Babylone, fugiens a Chaldæis. Esaię.48.
Non vtiq; vt regionem Babylonis Hebræus fugiat,
sed vt mores, prophetico admonetur alloquio, si quidẽ
sint qui in Babylone sũt, Hebræi, & de Babylone exisse
moribus docẽt. Nam & illi, de quibus dicit Prophe-
ta quod sedebant super flumina Babylonis, sed in eius
non erant vitiis & confusione. Nam quomodo erãt in
illa confusione vitiorũ, qui flebant gerentes pœnitẽtiã
quod de arca deuotiõis ac fidei, & virtutis paternę me-
ritis excidissent? Quę autẽ in verbo exit anima, verbi
requirit. Vnde & ista cũ quærit, incidit in custodes, qui
circũeunt ciuitatẽ. Percusserũt, inquit, me, & vulnera- Cantic.5.
uerũt me, tulerunt palliũ meũ custodes murorũ. Bene
quidẽ quasi spõsa veniebat cũ pallio, quo obnuberet ca-
put cum sponsus occurreret: sicut Rebecca, quæ cogni-
to quod Isaac sibi veniret obuius, descẽdit de camelo, &
pallio se operuit. ita & hęc anima nuptialis vestis præ-
mittebat insignia, ne forte reiiceretur quasi vestem nõ
habens nuptialem, vel vt caput velaret propter ange-
los. Sed illi percusserunt eam, vt amplius probaretur.
Exercentur enim animæ tentationibus. Tulerunt ei
pallium, quærentes si verum decorem nudæ virtutis
afferret: vel quia sine integimento quis in illam cælestẽ
ciuitatẽ debeat introire, nulla deferens secum operimẽ-
ta furorũ. Sunt etiam qui requirãt ne qua anima exu-
uias secum vehat carnalis illecebræ, & concupiscẽtiam

G corporalem. Nudatur pallio, cũ eius cõscientia manifestatur. Sed est & quæ bene nudatur, cui licet imitari
Ioan.14. dicentẽ: Venit enĩ princeps huius mũdi, & in me inueniet nihil: quia certe in illo solo nihil inuenit, q̃ peccatũ nõ fecit. Beata & illa est in qua nõ grauia aut multa inuenit, sed inuenit in ea amicũ fidei, & sapiẽtiæ disciplinam. Itaq; sine dispẽdio sui, quia & si volet quis, non potest veram auferre sapiẽtiã: & si aduersarius obstrepat, ibi tamẽ vera innoxiæ cõuersationis elucet integritas. Sine dispendio ergo trãsiuit custodes, & filiabus illius cœlestis cuitatis admixta verbũ requirit, & quærendo eius in se excitat charitatẽ, & vbi verbũ quærat, agnoscit. Quod inter oratiões sanctorũ moretur, & ipsis inhęreat, nouit: & quod ecclesiã suã vel animas iustorum suorũ inter lilia pascat, intelligit. Hoc mysterium tibi in Euãgelio dñs demonstrauit, cũ in sabbato duceret per seminata discipulos. Moyses per desertum duxit populum Iudęorũ, Christus per seminata ducit, Christus per lilia ducit, quia per passionẽ eius desertũ floret vt liliũ. Sequamur ergo, vt in die sabbati, illius magni sabbati in quo requies magna est, fructus colligamus. Ne verearis ne pharisæi accusent seminata colligentẽ. Etsi illi accusant, sed Christus excusat, & similes facit quas vult animas se sequẽtes, Dauid illius, qui supra legem panes propositionis manducabat, nouæ gratiæ sacramenta prophetica iam tunc mente prospiciens.

H De laudatione animę a sponso, quod tã bene & constãter requisierit eum: & quod tam fidelis, & verbo potẽs, & fructibus fœcunda diuersis: quodq; vna sicut columba habens spiritus vnitatem, in qua sit pax, quæ fecit vtraq; vnum. Caput. VII.

LAVDATVR itaq; a sponso, quod tam bene & constanter requisierit eum: ideoq; iã non solum soror dicitur, sed etiam beneplacita nominatur, quasi ei cõplacita, qui complacuit patri: & speciosa sicut Hierusalem, sicut admiratio ordinata, quod ciuitatis ęternę vniuersa habeat mysteria, & admirationi sit omnibus vidẽtibus eam: quia plena vt æquitas atq; perfecta est, & fulgorem de verbi lumine mutuata, dum id semper intendit, sit etiã terribilis ordine quodam ad summum profecta virtutum. Ideoq; quasi perfectę dicit: Auerte oculos tuos a me, noli contra me intendere, deuotionę nimia ac fide possibilitatem naturę & cõditionis propriæ supergressa, quia lucem inaccessibilẽ e regione intueri est graue. Auerte, inquit, oculos tuos a me, eo quod plenitudinẽ diuinitatis eius, & splendorem veri luminis sustinere non
I possit. Possumus tamen & sic accipere: Auerte oculos tuos a me: Etsi tu perfecta es, alię mihi adhuc redimẽdæ sunt animæ, aliæ; sulciendæ. Ẽleuas enim me videndo: ego autẽ ideo descendi, vt omnes eleuẽ. Etsi surrexi, & habeo patris sedem, tamen orphanos nõ relinquam vos, paterno præsidio destitutos, sed præsẽtia mea vos
Mat.28. confirmabo. Habes in Euangelio hoc scriptũ: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cõsummationem mũdi. Auerte ergo oculos a me, quia me eleuas. Quanto enĩ quis ad dominũ intendit, tanto amplius dominũ eleuat, & ipse
Psal.29. eleuatur. Vnde & ille ait: Exaltabo te domine, quoniã suscepisti me. Sanctus enim exaltat dominũ, peccator humiliat. Vult enim auertere illã oculos, ne eam confideras, quod iam ad superiora sequi possit, eleuetur, & cæteras animas derelinquat. Ideo & in Euangelio non omnibus discipulis, sed perfectioribus suam gloriã demonstrauit. Cõstitue nunc aliquẽ doctorẽ, qui rem obscuram velit aperire audientibus: quemadmodum etsi ipse potens in sermone sit & scientia, cõdescẽdat tamen ad eorum insciti ã qui non intelligant, & simplici & planiore atq; vsitato sermone vtatur, vt possit intelligi. Si quis igitur inter audiẽtes vitacior sensu sit, qui facile se-

k qui possit, eleuat eum atq; excutit. Hũc videṡ doctor reuocat, vt patiatur magis doctorẽ humilioribus & planioribꝰ immorari, quo & cęteri sequi possint. Quod ait Aquila, sonans vt reuelata: sonantẽ ad admirationem dignã retulit, quasi magna & sonora habentẽ opera, reuelata ad operũ claritatẽ: vel quod eius animę opera luceant corã patre qui in cælis est. Vnde nõ ociose palliũ eius sublatũ intelligis, vt aperta meritis & nuda fulgeret. Laudatur præterea quod fidelis, quod verbo potẽs, quod fructibus fœcũda diuersis, quod vna sicut colũba habens spiritus vnitatẽ, in qua sit pax, quæ fecit vtraq; vnũ: & quę nõ sit cõposita ex diuersis elementis discretæ compugnãtisq; naturæ. Q uid enim tã diuersum q̃ ignis & aqua, aer & terra, ex quibꝰ corporis nostri creatura cõsistit? Anima autẽ benedicta omnis simplex, quę
Ioan.17. imitatur dicẽtẽ: Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: & ipsi in nobis vnũ sint. Hæc est enim consummatio atq; perfectio. Vnde & addidit: Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumꝰ, ego in his, & tu in me, vt sint consummati in vnum. Hæc est ergo anima colũba atq; perfecta, quę simplex atq; spiritalis neq; huius turbatur corporis passionibꝰ, in quo foris pugnæ, intus timores sunt. Deniq; hoc verbo vnitatis cõcordiã & pa
Actuũ.4. cem significari scriptura nos docet dicens: Multitudo autẽ credẽtiũ habebat cor vnum, & animam vnam, & nõ erat separatio in eis vlla. Nec ociose fœcũditatis laudatur anima, non solũ quod sit fœcunda virtutibus, sed etiã quod nihil habeat i se mali. Illud enim decorũ atq;
L speciosum est, in quo nihil sit mali. Decorũ enĩ quod bonum: quod autem in decorũ, hoc malum. Speciosa fœcunditas est bonorum operum. Cõtraria enim speciositati sterilitas: quoniã qui priuatur specie vel decore, in eo est malum: quod autem malũ, hoc sterile & infœcũdũ. Cuius rei quod euidẽtius indicium quã natura est? Terra enim quæ bona est, fertilis atq; fœcũda: quę autẽ mala, ea ieiuna atq; sterilis: quæ vero fertilis, hæc decora. Q uid enim pleno agro pulchrius, cum seges fluctuat, cum poma irrutilant, vel cũ vuarum serta dependent, aut baccis onusta olea curuescit, vel viridanti gramine montium vertices, vallium humilia vestiũtur? Et vt scripturæ vtamur testimonio, Iacob decorꝰ erat, & ideo erat odor agri pleni. Esau hilspidus erat & indecorus, & ideo agrestis erat, qui fructus illos habere non
Psal.92. posset. De ipso quoq; dño posteaq̃ Ecclesiæ fœcũditatẽ fecit assurgere, pulchre dictũ est: Dñs regnauit, decorẽ
Psal.103. induit. Et alibi: Cõfessionem & speciẽ induisti. Liquet igitur decorũ id esse quod fœcũdũ, indecorũ quod infœcundũ. Similis est causa animæ soli, quia ea decora anima, quæ fœcũda sit meritis, fœcũda cõsiliis: ea indecora
M quę sterilis infirmitate. Sedentĩ animæ sũt sterilitas & materia. Nãq; ea sterilitas fructu defraudat suo, inopiã infert, timorẽ incutit, adolet cupiditates & vanas opiniones. Sic anima cadit. Q uid ergo est malitia, nisi boni indigentia? Suo enĩ defraudatur, atq; alieni indiget, exinanitur atq; repletur sine mensura & modo. Materialia autẽ vitia animæ obũbrant gratiã. Ignorantia & cõcupiscẽtia animæ sũt ægritudines, sed ad speciẽ magis quã ad materiẽ referũtur. Materia est caro, species est ignorantia & cõcupiscentia. Cur igitur caro accusatur, cũ tantæ sint in specie labes? Q uia nihil species potest sine materia. Deniq; nihil species securis sine materia facit. Q uid enim esset cõcupiscentia, nisi eã caro inflammaret? Friget in senibus, in pueris quoq; (quia his corpus infirmum est) ardet, in adolescẽtibus vis corporis feruet. Ex bonis igitur mala orta sunt. Non enĩ mala sunt, nisi quæ priuatur bonis. Per mala tamen factũ est vt bona eminerent. Ergo indigẽtia boni, radix malitiæ est. Definitione boni malitia deprehenditur, quoniam per disciplinam boni malum reperitur. Bonum autẽ nullius eget, sibi abundat, mensurã & perfectionẽ, finem quoq; tribuit omnibus, in quo vniuersa constãt,

A & de quo omnia pẽdent. Hæc boni natura est, quę mẽtem replet. Circa hoc versat anima pura, hoc introspicit, & in hoc deũ cernit, bonis omnibus abũdat. Vnde
Cant.5. & ait: Fauces eius dulcedines, & totus desiderium. Omnium enim bonorũ autor est deus: & quæ sunt, eius profecto omnia sunt, & nusq̃ illic malũ: et si in illo mens nostra maneat, malũ nescit. Anima igitur quæ in deo
Ezech.18 non manet, ipsa sibi autor malorũ est, itaq; peccat. Anima autem quę peccat, ipsa morietur. Aureis enim vinculis soluta virtutum, prona fertur præcipitio, & labitur ad inferiora. Anima autem beata est, quã nulla aduersa corporis prælia expugnãt. Hęc anima sicut passer laqueo contrito euolat. Escæ enim malorũ sunt voluptates corporis. His quisquis intendit, laqueo innectit animam sũã. Q ui autem ab escis eius tẽperat, & de tenebris eius exit, eius anima fulget vt diluculũ, de qua dicitur: Q uęnam hæc est prospiciens tanq̃ diluculũ, speciosa sicut luna? Prospicit enim tanq̃ de domo libera.
Eccli.25. Nec dicit: Tenebræ cooperiũt me, & parietes circũdãt me: & quis scit si videt altissimus? Sed ipse magis lucẽ expetit tanq̃ in superioribus domus sue, id est corporis
B sui, & supra mundũ posita diuina intueatur: & ad æterna se eleuat, vt deo adsit, iam lumẽ suorum operũ sicut luna orbem suum toto orbe circũferens. Q uod autem Aquila ait, Sonans sicut sol: videtur illa axis cælestis cõuersio, solisq; & lunæ & stellarũ cursus, concẽtus globorum exprimi. A quibusdã etiam nostris videtur, qui quoniam non venit ad fidem, saltem propter gratiam suauitatis non videtur alienus.

Anima dum laudatur a sponso: verecunde refugiẽs corã laudari, & reuocata a sponso, quid dicat. De præconiis quoque bonæ animæ, singularique laude charitatis. Caput VIII.

Cant.6. IVM laudatur a sponso: verecũde refugiẽs coram laudari, deinde sponsi amore vocata, ait: Ortũ nucis descendi videre in natiuitate torrentis. Vbi enim est ecclesia, nisi vbi virga & gratia floret sacerdotalis? Ibi est frequẽter, vt in amaritudinibus & tẽtationibus probetur. Per nucem amaritudines intelligimus, per torrentẽ tẽtationes, sed
Psal.123. tamen tolerabiles, quia scriptũ est: Torrentẽ pertransiuit anima nostra. Itaq; descendit in locũ amaritudinis, vbi floret vitis, & malorũ granatorum specie diuersus & multiplex fructus, qui velut vno tegmine totius corC poris fide & charitate munitur. In illa ergo amaritudine nõ cognouit se anima. Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & terrenũ habitaculũ cito inclinatur. Cognoscere autẽ se debet. Sed tentatus est & Petrus, non se cognouit & Petrus. nã si cognouisset, non negauisset autorem. Sed cognouit eũ Christus. Deniq; co-
2.Tim.2. gnouit, quia etiam respexit. Cognoscit enim dominus qui sunt eius, & tanq̃ suũ misericordiæ suæ frenis vt bonus rector reuocauit a lapsu. Rector ergo noster Chri-
Canti.6. stus est. Ideoq; ait anima: Posuit me currus Aminadab. Anima ergo currus, qui bonũ rectorẽ sustinet. Si curruꝰ est anima, habet equos vel bonos vel malos. Boni equi virtutes sunt animæ, mali equi passiones sunt corporis. Bonus ergo rector malos equos restringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor: prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, cõcupiscentia, timor, iniquitas. Interdum ipsi equi inter se dissident, & aut iracũdia protẽdit, aut timor, & se inuicẽ impediunt, & cursum retardãt. At vero boni equi volãt, & a terris ad superiora se subrigũt, animãq; eleuant: maxime si iugũ habeant suaue, & onus leue di-
Mat.11. centis: Tollite iugũ meum super vos. Iugũ enim meũ suaue est, & onus meum leue. Ipse rector est qui nouit equos proprios gubernare, vt æqualis omnium cursus sit. Si velocior est prudentia, tardior iustitia, admonet flagello proprio segniorẽ. Si temperantia mansuetior, D fortitudo durior, nouit copulare discordes, ne forte currum suũ dissipent. Itaq; licet intelligibili spectaculo videre vnãquamq; animã cum summo certamine ad cęlum rapi, festinantes equos qui priores perueniant ad brauium Christi, quo prius imponatur palma cruciãbus. Isti sunt equi subiectifidei iugo, astricti vinculo charitatis, iustitiæ frenis, retinaculis sobrietatis. Pulchre ait: Posuit me currus Aminadab, hoc est, pater populi. Ipse autem qui pater populi, idẽ pater Naason, id est serpentũ. Iam tũ recole quis sicut serpẽs in cruce pependerit pro salute vniuersorũ, & intelligis illam animã esse pacificã, cui pater deus præsul sit, Christus agitator:
4.Reg.2. quia scriptũ est & hoc nomen in nostris: Pater pater agitator Israel. Hic ergo agitator dicit, Conuertere Sa-
Canti.6. lamitis, conuertere. Bene & quasi agitator ad currũ dicit: Conuertere Salamitis, hoc est, pacifica. Q uę enim pacifica est anima, cito se cõuertit & corrigit, etiã si ante peccauit, & magis eã Christus ascẽdit, & regere dignatur, cui dicitur: A scẽde in equos tuos, & equitatus tuus
Abacuc.3 sanitas. Et alibi: Misi equos tuos Tharsis. Hi sũt equi Christi. A scẽdit ergo equos suos Christus, ascẽdit verbum dei animas pias. Vnde cognosce quia & istã ascẽdit, & perduxit eam ad locũ palmæ, quando & dicit ad
Canti.7. eam: Q̃ pulchra & strauis facta es charitas in deliciis tuis. Statura tua similis facta est palmę. Et ipsa ait: Dixi, ascendam in palmam. Sed etiã ipsa charitas palma est. ipsa est enim plenitudo victorię. Vnde enim le-
Rom.15. gis, charitas est. Curramus ergo, vt comprehẽdamus: E curramus, vt vincamus. Q ui vincit, ascẽdit in palmã, et manducat fructus eius. Q ui vicit, iã nõ currit, sed se-
Apoca.3. det: sicut scriptũ est: Q ui vicerit, dabo ei sedere mecũ in sede mea, sicut & ego vici, & sedeo cũ patre meo in sede ipsius. Hinc philosophi curulia illa animarũ in suis libris expressere certamina, nec tamẽ ad palmam peruenire potuerunt, quoniam summitatẽ verbi, & altitudinem illã animæ nescierunt, quã cognouit hæc anima,
Canti.7. in qua erat verbi conuersio. Sic enĩ ait: Ego fratri meo, & super me cõuersio eius. Hũc sensum tertio repetiunt
Canti.2. diuerse in Canticis canticorũ. In principio ait: Frater meus mihi, & ego ei, qui pascitur in liliis vsq; dũ aspiret
Canti.6. dies, et amoueant vmbrę. Deinde ait: Ego fratri meo, & frater meus mihi qui pascitur inter lilia. In fine ait:
Cant.7. Ego fratri meo, & super me cõuersio eius. Primum ad institutionẽ animæ, ideo & prẽmisit: Frater meus mihi. illo enim demõstrante se, etiam adhærẽdi deo sumpsit affectũ, quod sequitur secundũ profectum, tertium secũdum perfectionem. In primo quasi in institutione adhuc vmbras videt anima, necdum verbi appropinquãtis reuelatione cõmotas, & ideo adhuc ei dies Euãgelii nõ refulgebat. In secũdo sine vmbrarũ confusione odores pios carpit. In tertio iam perfecta requiem in se F verbo ministrat, vt cõuertatur super eã, & caput suum reclinet, atq; requiescat, meritoq; iam tenens quẽ antea quæsitũ inuenire non poterat inuitat ad agrũ suum, dicẽs: Veni frater meus, exeamus in agrum, requiescamus in castellis. Supra ad ortũ inuitabat, hic ad agrũ habentẽ nõ solum florũ gratiam, sed etiam triticum & hordeũ, hoc est solidiorũ firmamenta virtutum, vt fructus eius aspiciat. Requiescam, inquit, in castellis. Ad quæ Adam cum de paradiso eiectus esset, fuerat relegatus, in his requiescebat, sed terram operabatur. Q ua autem ratione exire eum in agrũ vellet, intellectus manifestus est, vt quasi bonus pastor pascat gregẽ suum, lassos alleuet, reuocet errãtes. Nam etsi ista anima noua & vetera seruauit, tamẽ sunt adhuc velut agni, qui lactis succo nutriendi sunt. Ergo quasi perfecta, non pro se, sed p aliis intẽruenit, vt de sinu patris exeat, vt procedat foras tanquam sponsus de thalamo suo, egredięs currat viam, vt infirmos lucretur, non in illo secreto patris solio, et in illa luce immoretur, quo inualidi equi

G conſcẽdere nõ queunt, ſed vt aſſumat & inducat in domum ſponſam atq; ſecretũ: vbi ſit foris, vt nobis intus ſit medius noſtrũ, etſi non videatur a nobis. Vnde ait:
Cant. 8. Quis dabit te frater fratrẽ lactentẽ vbera matris meæ? Inueniens te foris oſculabor te. Bona anima, quę foris eſt, vt verbũ intus ſit: illa extra corpus, vt verbũ habitet in nobis. Aſſumã te, inquit, & inducã te. Recte aſſumitur & inducitur verbũ dei, quia pulſat animã vt aperiatur ſibi oſtiũ. Et niſi apertũ ſibi oſtium inuenerit, nõ
Apoc. 3. intrat. Si quis autem aperuerit ianuã, intrat & cœnat. Sic ſponſa verbũ aſſumit, vt aſſumẽdo doceatur. Vnde nõ immerito aſcẽdit ad hãc ad ſuperiores mãſiones, & ſemper proceſſum accipit. Quod ſignificãt virtutes
Canti. 8. quæ dicunt, vel animæ: Quæ eſt hæc quę aſcẽdit candida, innitens ſuper fratrem ſuum? Superius dixerunt: Quænam eſt hęc, quæ proſpiciens tanq̃ diluculũ, ſpecioſa ſicut luna, electa ſicut ſol? Hic plus quod diceretur inuentũ eſt, eo quod verbo dei innixa aſcẽderat. Perfectiores enim ſupra Chriſtũ recumbunt, ſicut & Ioãnes in Chriſti pectore recũbebat. Ita ergo & hæc vel incũbebat in Chriſtũ, vel ſupra ipſum ſe reclinabat: aut certe quoniã de nuptiis loquimur, iã quaſi tradita in Chriſti dextera, in thalamũ ducebatur ſponſo. Et quia iam copula charitatis eſt, blanditur ei ſponſus, & dicit: Sub arbore mali eleuaui te, illic parturiuit te mater tua, illic parturiuit te quę pepit te. Bona anima, quæ requieſcit ſub arbore fructuoſa, & maxime boni odoris. Nã ſi
H Nathanael bonus, in quo dolus nullus erat, ſub arbore fici viſus eſt: vtiq; bona anima, quæ ſub arbore mali eleuata eſt ſponſo ſuo. Plus eſt enĩ eleuari q̃ videri, plus
Ioan. 1. etiam a ſponſo eleuari. Nam etſi Nathanael videbatur ſub arbore, tamẽ anima eius ſponſa nõ erat, qui occulte veniebat ad Chriſtũ, quia verebatur Iudæos. Nõ erat ſpecioſa ſicut luna, electa vt ſol, quę erat in vmbra, quia ſponſa per diem nubit, publice cõfitetur. Ideo iſta ſub arbore mali, illa ſub ficu, quia hæc confeſſionis ſuæ odorem diffundebat longius, illa habebat puritatis innocentiæ ſuauitatẽ, flagrantiã ſpiritus non habebat. Illic, inquit, parturiuit te mater tua, illic parturiuit te quę peperit te. Ibi enim naſcimur, ibi renaſcimur. Pariũtur autẽ in quibus Chriſti imago formatur. Vnde & Pau-
Gal. 4. lus ait: Filioli, quos ego parturio donec formetur Chriſtus in vobis. Parturit enim qui in vtero accipit ſpiritu ſalutis, et aliis infundit. Vnde quoniam iam formatus
Canti. 8. in hac erat Chriſtus, ait: Pone me vt ſignaculum in cor tuũ, vt ſigillũ in brachium tuũ. Signaculum Chriſtus in fronte eſt, ſignaculũ in corde. In fronte, vt ſemper cõfiteamur: in corde, vt ſemper diligam⁹: ſignaculum in brachio, vt ſemper operemur. Luceat ergo imago eius in confeſſione noſtra, luceat in lectione, luceat in operibus & factis, vt, ſi fieri poteſt, tota ei⁹ ſpecies exprimaI tur in nobis. Ipſe ſit caput noſtrũ, quia caput viri Chriſtus. ipſe oculus noſter, vt per illũ videamus patrẽ. ipſe vox noſtra, per quam loquamur ad patrẽ. ipſe dextera, per quam deo patri ſacrificiũ noſtrum offeramus. ipſe quoq; eſt ſignaculũ noſtrũ, quod eſt perfectionis & charitatis inſigne, quia diligẽs pater ſignauit filiũ, ſicut le-
Ioan. 6. gimus: Q nẽ pater ſignauit deus. Charitas itaq; noſtra Chriſtus. Bona charitas, quãdo obtulit morti ſe pro delictis: bona charitas, quæ peccatũ remiſit. Et ideo anima noſtra induat charitatẽ, & charitatem huiuſmodi quæ ſit valida vt mors, quia ſicut mors finis peccatorũ eſt, ita & charitas: quoniã qui diligit dominũ, peccare
1. Cor. 13. deſinut. Charitas enim nõ cogitat malũ, neq; gaudet ſuper iniquitatẽ, ſed omnia ſuſtinet. Nam qui ea quæ ſua ſunt nõ quærit, quomodo aliena quærit? Eſt & mors illa valida per lauacrũ, per quod peccatũ omne ſepelitur, & culpa dimittitur. Talis erat charitas quã deferebat
Lucæ. 7. Euangelica illa mulier, de qua dominus ait: Remiſſa ſunt peccata eius multa, quoniã dilexit multum. Eſt et illa mors ſanctorũ martyrum valida, quæ culpã abolet ſuperiorẽ, & ideo valida. Cuius nõ impar eſt charitas, & quæ adæquatur martyrũ paſſioni, vt auferat meritum delictorũ. Zelus quoq; vt inferi, quoniã qui zelũ dei habet, pro Chriſto nec ſuis parcit. Itaq; & mortem habet charitas, & zelũ habet charitas, & alas ignis habet charitas. Deniq; Chriſtus diligẽs Moyſen, in igne ei appa-
Exo. 3. ruit. Et Hieremias habens in ſe donũ diuinæ charitatis, dicebat: Et erat ignis inflãmans in oſſibus meis: &
Hiere. 20 diſſolutus ſum vndiq;, & ferre nõ poſſum. Bona igitur charitas habens alas ignis ardẽtes, quæ volitat per pectora & corda ſanctorum, & exurit quicquid materiale atq; terrenũ eſt, quicquid vero ſyncerũ eſt probat, & ꝗd contigerit ſuo igne, meliorat. Hunc igne in terras miſit dominus Ieſus, & refulſit fides, accenſa deuotio, illumi-
nata eſt charitas, iuſtitia reſplenduit. Hoc igne inflammauit corda Apoſtolorũ ſuorum, ſicut teſtatur Cleo-
phas dicens: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis
Luc. 24. cũ aperiret ſcripturas? Alæ igitur ignis in flãma, ſcripturę ſunt diuinę. Deniq; aperiebat ſcripturas, & ignis exiebat, atq; audientium corda penetrabat. Et vere alę ignis, quia eloquia domini, eloquia caſta, argentũ igne
Pſal. 11. examinatum. Cũ Paulus quoq; aſſumeretur a Chriſto, vidit circũfulſiſſe ſuper ſe lumen, & ſuper eos qui ſimul erant, cecidit pauor, & probatior reſurrexit: deniq; Apoſtolus factus eſt, qui perſecutor aduenerat. Spiritus quoq; ſanctus deſcendit, & replenit totam domũ in
L qua erant plurimi ſedẽtes, & viſæ ſunt diſperſæ linguę tanq̃ ignis. Bonæ alæ charitatis, veræ alæ quę volitabant per ora Apoſtolorum, & alę ignis quę purgatum
Gene. 5. ſermonẽ loquebantur. His alis euolauit Enoch raptus
4. Reg. 2. ad cælũ. His alis euolauit Helias curru igneo, & equis
Exo. 13. igneis ad ſuperna trãſlatus. His alis dominus deus per columnã ignis deducebat patrũ plebem. Has alas habuit Seraphim quãdo ſumpſit carbones ignis de altari
Eſa. 6. & tetigit os Prophetæ, & iniquitates eius abſtulit, & peccata purgauit. Harum alarũ igne purgati ſunt filii Leui, & baptizabãtur populi nationũ, ſicut teſtificatur Ioannes, dicẽs de domino Ieſu: Ipſe vos baptizabit in
Matth. 3. ſpiritu & igne. Merito vri renes ſuos volebat & cor ſuum Dauid, quia alas igneas charitatis ſciebat nõ eſſe metuendas. Merito Hebręi pueri in fornace ardẽti nõ ſentiebant ignis incendia, quia charitatis eos flãma refrigerabat. Et vt plenius cognoſcamus quia alas habeat perfecta charitas, audiſti dudũ dicentẽ: Quotiens
Matt. 23. volui cõgregare filios tuos ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas. Sumamus igitur has alas, quæ ſicut flamma ad ſuperiora dirigunt. Exuat vnuſquiſq;
M animam ſuã inuolucris ſordidioribus, & quaſi aurum igne approbet deterſam luto. Sic enĩ purgatur anima, velut aurũ optimum. Pulchritudo autẽ animę ſyncera virtus & decor, verior cognitio ſuperiorũ, vt videat illud bonũ ex quo pendẽt omnia, ipſum autem ex nullo. Eo igitur viuit, atq; intellectũ accipit. Vitę enim fons eſt ſummũ illud bonum, cuius in nobis accenditur charitas & deſiderium, cui appropinquare & miſceri voluptas eſt: quod ei qui nõ vidit, deſiderio eſt, & qui videt, ineſt, ideoq; vniuerſa alia deſpicit, hoc vno mulcetur et delectatur, hoc eſt quod ſubminiſtrat vniuerſam ſubſtãtiam, ipſum autem in ſemetipſo manẽs dat aliis: nihil
Pſal. 15. autem in ſe ex aliis ſuſcipit. De quo Propheta ait: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorũ meorũ nõ eges. Hoc ſolum videre deſiderauit, ſicut ipſe alibi ait:
Pſal. 26. Vnam petii a domino, hãc requirã, vt inhabitẽ in domo domini omnes dies vitę meæ, & videã delectationem domini, & conſiderẽ templum eius. Si quis igitur purũ illud & incorporeũ ſummũ illud videre meruerit, quid habet aliud quod deſideret? Deniq; Petrus gloriã reſurrectionis Chriſti vidit, & nolebat deſcẽdere, dicẽs:
Matt. 17 Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Et quanto incõparabilior eſt illa diuinitatis gloria, & lux inacceſſibilis, quã ſi quis viderit, quid aliud cõcupiſcat? Non regna, nõ fa-

A cultates, honores, gloriã, poteſtates. Illis enim vti nihil beatitudinis eſt, hoc vti beatũ eſt, vt illa deſpiciens ad hoc cõuerſus maneat. Hanc igitur videns pulchrã imaginem ingrediatur intus, foris relinquat vultus corporis. Nam qui intuetur corpora, nõ debet introrſum intueri, ne more mergẽtis in gurgite rapiatur atq; abſorbeatur, & quaſi profundo demerſus nuſq̃ appareat. Eu-
giamus ergo in patriam veriſſimã. Illic patria nobis, & illic pater a quo creati ſumus, vbi eſt Hieruſalẽ ciuitas, quæ eſt mater omniũ. Sed quæ eſt furga? Nõ vtiq; pedum, qui ſunt corporis. Iſti enim quocunq; currũt, in terra currunt, & de ſolo ad ſolũ tranſeunt. Nec naubus fugiamus et curribꝰ, aut equis qui obligantur et cadũt, ſed fugiamus animo & oculis, aut pedibꝰ interioribꝰ. Aſſueſcamꝰ oculos noſtros videre quæ dilucida & clara ſunt, ſpectare vultũ continentiæ & temperantiæ, omneſq; virtutes, in quibus nihil ſcabrum, nihil obſcurũ & tortuoſum ſit: & ſeipſum expectet quis, et cõſcientiã ſuam, illum oculũ mundet, ne quid ſordidum habeat. Quod enim videtur, non debet diſſonare ab eo qui videt, quoniam cõformes nos deus imaginis voluit eſſe filii ſui. Cognitũ igitur nobis eſt illud bonum, nec lõge
Actuũ. 17 eſt ab vnoquoq; noſtrũ. In ipſo enĩ viuimus, & ſumus,
Marc. 10. & mouemur. Ipſius enim & genus ſumus, vt Apoſtolus gẽtiles poſuit ſignificari. Ipſum eſt bonũ quod quę-
rimus, ſolum bonũ. Nemo enim bonꝰ, niſi vnus deus.
B Hic eſt oculus qui magnũ illum & verũ decorẽ intuetur. Solem niſi ſanus & vehemens oculus non aſpicit, nec bonũ poteſt videre niſi anima bona. Fiat ergo bonus qui vult videre dominũ, & quod eſt bonũ. Huius boni ſimiles ſimus, & ſecundũ id operemur quæ bona ſunt. Hoc eſt bonũ quod ſupra omnẽ operationem eſt, ſupra omnẽ mentem atq; intellectum, ipſum eſt quod ſemper manet, ad ipſum cõuertũtur omnia, in quo habitat plenitudo diuinitatis, & per ipſum recõciliantur
omnia in ipſum. Et vt plenius definiamus quid ſit bo-
num, vita eſt bonum, quia ſemper manet, dans viuere,
& eſt omnibus, quia fons eſt omniũ vitæ Chriſtus, de
Thren. 4. quo ait Propheta: In vmbra eius viuemus. Nunc enĩ
Col. 3. vita noſtra abſcondita in Chriſto eſt: cum autem apparuerit Chriſtus vita noſtra, tũc & nos apparebimus in gloria. Ergo non timeamus mortẽ, quoniã requies eſt corporis: animæ autem vel libertas, vel abſolutio. Nec vereamur eũ qui poteſt corpus interficere, animã autẽ non poteſt, quia non timemus eũ qui poteſt veſtimentum auferre, non timemus eũ qui poteſt noſtra furari,
C nos autem nõ poteſt. Nos igitur animæ ſumus, ſi volumus eſſe Hebręi, de iis qui ſunt ſocii Iacob, id eſt imitatores eius. Nos animæ ſumus, noſtra autẽ mẽbra ſunt ſeruanda ne ſcindantur, ne inueteraſcãt, ſed ille magis qui his vtitur, ſeruare ſe debet & cuſtodire.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE SANCTO IACOB.

Quod ad virtutum diſciplinam paſſionesq; coercẽdas neceſſarius ſit ſermo prudens ac bonus, & mens rationi intẽta. Quodq; docibilis ſit virtus. Et quod licet ratio concupiſcentiã eradicare, & corporales motus auferre non poſſit, mens tamẽ ſobria refrenare atq; reprimere valeat quãuis graue paſſionẽ. Caput. I.
De ordine ac differentia paſſionũ. Et qua ratione tẽperantia q̃ maxime iſtarũ paſſionũ reſtinguat ardorẽ, corporaliſq; ferocitatis habenas. Ac de magnis eiuſdem tẽperantiæ laudibus, quam & primis hominibus tenendã deus mandauit, & lex docet, vniuerſorumq; infundit affectibus. Caput II.
Quod ſapiẽtiam & diſciplinã doceri ſcriptura teſtetur. Ac de exhortatione ad ſtudiũ, & eius cõmendatione. Et quod nulli noſtram adſcribere debeamus culpam, niſi noſtræ voluntati, qua vel peccato vel iuſtitiæ ſeruimus. Quod prętereа carnẽ iniuſte quaſi infirmam accuſemus, cũ affectus nõ caro autor ſit culpæ. Quod deniq; cõſiderandũ ſit in qua parte: an peccati vel iuſtitiæ tolerabilior ſit ſeruitus, & fructus vberior. Caput III.
Quantũ dominus homini cõtulerit per dationẽ legis, & gratiæ adiunctionẽ. Et quid lex operata ſit in homine iuxta ſententiam Apoſtolicam. Ac de abſolutione duarum queſtionum circa verba Apoſtoli incidentium. Cap. IIII.
Qua ratione lex nõ ſuffecerit, ſed vltra eam neceſſaria fuerit gratia p mortẽ Chriſti donata. Q ꝺq; nos etiã cũ illo mori, reſurgere & verſari debeamus. Ca. V.
Quid profuerit legis promulgatio. Quantũ etiã vtilitatis atq; cõſolationis homini attulerit gratia, & pigmus charitatis Chriſti, cũ incitatione ad repenſionẽ obſequii pro tantis beneficiis debiti, eorundemq; beneficiorum conſolatiua inductione. Ca. VI.
Qualis in nobis debeat eſſe Chriſti charitas, & ꝗd nulla aduerſa corporis vitæ beatæ munus imminuãt. Quodq; in ſe habeat remunerationẽ ſuã qui Chriſtum ſic ſequitur, ac beatus ſit. Quod etiam ſic beata vita ſit in hominibus, in quibus fuerit vita perfecta, & quę ſit vita perfecta. Quid deniq; vir perfectus quærat, ac illi conueniat. Cap. VII.
Quod quanuis ſapiẽs delectetur ſanitate corporis aut liberis, non tamen minus perfectus ſi illa amittat, & ꝗd nulla aduerſa intolerabiliter ferat, cũ expoſitione eorũ quæ ad formã iuſti viri requirũtur. Ca. VIII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SANCTO IACOB ET VITA BEATA LIBER PRIMVS.

Quod ad virtutũ diſciplinam paſſionesq; coercẽdas neceſſarius ſit ſermo prudẽs ac bonus, & mens rationi intenta. Quodq; docibilis ſit virtus. Et quod licet ratio concupiſcentiã eradicare, & corporales motus auferre non poſſit, mens tamẽ ſobria refrenare atq; reprimere valeat quanuis grauem paſſionem. Caput I.

NECESSARIVS AD diſciplinã bonis omnib⁹ ſermo plenus prudẽtię, et mens E rationi intẽta pręcurrit virtutibus, paſſiones coercet. Docibilis enim virtus. Denique ſtudio et diſcẽdo quęritur, diſſimulando amittitur. Alioquin niſi ſermo bonus neceſſarius eſſet ad correctionem, nunq̃ lex diceret: Non adulterabis. Sed quia nudus ſer- Exo. 20.
mo ad monendũ vtilis, ad perſuadẽdum infirmus eſt, ideo adhibenda eſt rationis recta conſideratio, vt quod ſermo bonꝰ pręſcripſerit, ratio plenius tractata perſuadeat. Non enim ſeruili ad obediendũ cõſtringimur neceſſitate, ſed voluntate arbitra, ſiue ad virtutem propẽdimus, ſiue ad culpã inclinamur. Et ideo nos aut liber affectus ad errorẽ trahit, aut volũtas reuocat rationem ſecuta. Paſſio autem grauiſſima culpę concupiſcentia, quã ratio mollit et cõprimit. Emollire enim poteſt, eradicare non poteſt, quoniam animus qui eſt rationis capax, vt ſuarũ paſſionũ dominꝰ, ſic repreſſor. Neq; enim fieri poteſt vt facilis ad iracũdiam non iraſcatur, ſed vt ratione ſe temperet, indignationẽ cohibeat, ac puniẽdo

Psal.4. se reuocet, sicut & Propheta nos docet dicēs: Irascimi-
G ni, & nolite peccare. Concessit quod naturę est, negauit quod culpæ est. Omnis itaq; tēperantia ex aliis non ex se originem sumit, ideoq; secūda est. Nam aut de naturalibus suscipitur, aut de vtilibus. Itaq; aut naturalia tēperat, aut vtilitatis assertor est. Deniq; nō ibi excidit cōcupiscentiam, sed facit ne concupiscentiæ seruiamus. Quis enim tātus vt corporales motus possit auferre, nisi solus ille q potuit de infructuosa ficulnea dicere, hoc
Luc.13. est malitia Iudeorum: Ecce anni tres sunt ex quo veni quærens fructū in ficulnea hac, & nō inuenio: succide ergo illam? Cui respondit seruus: Remitte illā et hoc anno, vsq; dum fodiam circa illā, & mittam cophinū stercoris: & si quidem fructū fecerit: sin autē, in futurū succides illam. Merito ad dominū retulit, quia excidendę tēporalis prolapsionis potestatē sibi ipse vendicare non poterat, sed domino reseruabat. Deniq; quem de hominibus meliorē & fortiorem assumemus q̄ sanctum Dauid, qui cupiditatē qua concupierat aquā de lacu Bethleem hostili interclusam exercitu, sibi auferre non potuit, potuit mitigare? Nam cū aliis vtiq; defuisse nō inueniamus, id est tanto exercitus numero, cū vtiq; multo minus regi deesse potuerit ex cęteris fontibus aqua: irrationabilem quandā cōcupiscētiam passus desiderauit eam quæ hostiū erat circūfusione vallata, vnde sine maximo periculo non facile potuisset deferri. Itaq; ait:
2.Reg.23 Quis mihi dabit potū de lacu qui est in Bethleē ad portam? Et cum essent reperti tres viri qui hostium castra præciderent, & deferrent aquā quam summo desiderio
H desiderasset: cognoscens quod periculo alieno aqua sibi eadē constitisset, profudit illā domino, ne sanguinē illorum qui eam detulerant, bibere videretur. Quæ res indicio est quod concupiscentia quidē rationē pręueniat, sed ratio cupiditati resistat. Humanū itaq; quod passus est Dauid, vt irrationabiliter cōcupisceret: sed illud laudabile, quod irrationabilem cōcupiscentiā rationabiliter parato fraudauit remedio. Dū laudo viros qui erubuerunt desideriū sui regis, & maluerūt finem eius verecundiæ vel periculo propriæ salutis afferre: plus laudo eum qui erubuit in suo desiderio alienū periculum, & aquā dubiæ sortis precio quæsitā sanguinis cōparauit: simul quasi repressa victor cupiditate ꝓfudit aquā domino, vt ostēderet quod cōcupiscentiam suam verbi cōsolatione restigueret. Potest igit mēs sobria impressione refrenare ac reprimere quāuis grauē passionem, & feruorem omnē cupiditatis flagrantissimæ refrige-
I rare, deriuare alio motus, & rectæ rationis tractatione despuere passiones. Etenim cū deus hominē constitueret, & in eo mores sensusq; plantaret, tūc motibus eius imposuit regale mentis imperiū, vt omnes sensus motusq; hominis eius vigore ac potestate regerētur. Adiunxit ad gratiam creaturæ, vt mentem ipsam diuinis reformaret præceptis, & sapiētię instrueret disciplinis, quibus & cauēda nosceret, & legēda cognosceret. Mēs igitur recta ratione tenet disciplinā sapientię, vt diuinę humana cognoscat eruditus in lege, per quā discit quas sibi subiicere debeat passiones.

De ordine ac differentia passionum. Et qua ratione temperātia q̄ maxime istarū passionum restinguat ardorem, corporalisq; ferocitatis habenas. Ac de magnis eiusdē temperantiæ laudibus, quā & primis hominib⁹ tenendam deus mandauit, & lex docet, vniuersorumq; infundit affectibus. Caput II.

PASSIONVM autem velut duces sunt naturalis delectatio & dolor, quas sequuntur cætere. Illæ enim cōplectuntur vniuersas, quarū vtraq; non solū corporis, sed etiā secūdū animā passiones sunt. Et quia diximus subesse his alias passiones: ante delectationē cōcupiscētia, post delectationē gratulatio est. Ante dolorē autem est ti- K
mor, post dolorē tristitia. Commotio autem animi cōmunis passio & delectationis & doloris est. Transcurram alias, id est, superbiam, auaritiam, ambitionē, contentionem, inuidiā, quæ sunt secundū animam passiones: transcurram etiā inexplebilem vorandi libidinē, effusionemq; luxuriæ atq; lasciuiæ, quæ vitia nexa sunt corpori, & secundū illud operantur. Meritoq; tēperantia q̄ maxime istarū passionū restinguit ardorem, quæ primū sobrietate atq; moderamine animū tēperat, mētem informat. Deinde etiā deliciarū abstinentia restringuit habenas corporalis ferocitatis. Ideo lex recidit ciborum licentiam, epularū copias, non solū vt resecaret luxuriam, verū etiam vt inhibentis contēplatione præcepti viā tractationi rationis aperiret, quæ irritamenta gulæ cæterasq; recideret cupiditates, corporeas passiones motusq; cohiberet. Temperantia est igitur correctionis præuia, disciplinæ magistra. Ab hac profectus Iacob sanctus, primatus a fratre quos nō habebat accepit: eiusq; prælatus assensu, docuit in reliquū intēperantes proprio sibi viles esse iudicio. Ab hac profectus Ioseph & calorē iuuētutis edomuit, & tentatum adulterinis animū illecebris, rectę rationis inductione firma- L
uit. Deniq; quanuis fortis esset & validus, tamē tractatu rationis fulcire se maluit, dicēs vxori domini sui: Si Gen.39.
dominus meus nescit præter me aliquid in domo sua, & omnia quęcūq; habet, dedit in man⁹ meas, neq; subtractum est a me quicquā præter te, quæ vxor illius es: quomodo faciam verbū hoc malum, et peccabo coram deo? Hæc est igitur rectæ rationis tractatio, quā Gręci λογισμόν nūcupant, qua mens sapiētiæ intēta solidatur. Pulchra enim ratio, quod nec beneficiis domini esse deberet ingrat⁹, nec occultū posset esse peccatū, quod deo teste cōmitteret, quē latere non posset. Bona igitur ratio, quæ & hostilem plerūq; affectū exuit, & dolorem iniuriæ sequestrat. Deniq; & in acie plerunq; victorem victo mitigat, & ferituri mucronē retardat, & rogātem morti eripit: eoque subiectis parcere iusta ratio persuadet. Nam de excludēdo vel mitigando iniuriæ dolore quis melior magister q̄ patriarcha Iacob, qui proprios coarguens filios Symeon & Leui, ait: Odiosum me fe- Gen.34.
cistis, ita vt sæuus videar. Et vtiq; vlti fuerant sororis M
iniuriā, quæ cōtra instituta patria violato fuerat pudore temerata. Nec potuit Iacob preceptor disciplinę, custos pudoris, stuprū probare cōmissum, sed maluit insolentes ratione cohiberi, sciens quod indignationē ratio tēperare posset. Temperantia est igitur quę resecat cupiditates. Hanc primis hominibus tenendā mandauit deus, dicēs: De fructu autem ligni q̄d est in paradiso, nō Gen.2.
edetis, neq; tāgetis illud, ne moriamini. Et quia nō est retenta, ideo transgressores virtutis egregiæ, paradisi exules facti sunt, & immortalitatis exortes. Hanc lex docet, & vniuersorum infundit affectibus.

Quod sapiētiam & disciplinā doceri scriptura testetur. Ac de exhortatione ad studium, & eius cōmendatione. Et quod nulli nostram adscribere debeamus culpam, nisi nostræ voluntati, qua vel peccato vel iustitiæ seruimus. Quod præterea carnē iniuste quasi infirmā accusemus, cū affectus non caro autor sit culpæ. Quod deniq; cōsiderādum sit in qua parte, an peccati vel iustitiæ tolerabilior sit seruitus, & fructus vberior. Ca. III.

DOCERI autem & sapientiā & disciplinam scriptura testatur, de tēperātia in lege, de cęteris in libro Iob, in quo scriptum est: Nōne dominus est qui docet intellectū & disciplinam? Et in Euangelio dominus ipse ait: Discite a me, Mat.11.
quia mitis sum, & humilis corde. Et alibi ad discipulos ait: Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomi Mat.18.
ne patris et filii et spiritus sancti. Vnde autem discipuli

A dicti? Aut quid aliud a Christo, nisi virtutum operari
Psal.33. precepta discebant? Deniq; Dauid ait: Venite filii, audite me, timorem domini docebo vos. Vtiq; timor dei
Eccli.1. de numero virtutū est via. Initium sapientię timor domini, per quē asciscitur pię forma doctrinę, de qua Pau
Rom.6. lus ait: Gratias autē deo, quod fuistis serui peccati, sed obedistis ex corde in eam formā doctrinæ in qua traditi estis: liberi autem a peccato, serui facti estis iustitiæ. Doctrina igitur facit vt possim⁹ peruenire ad iustitiā. Potest igitur acquiri iustitia discendo. Intēdamus igitur studio in formā Euangelicæ doctrinæ. Minimum studii plerunq; pro maximo habetur. In studio enī sunt omnia, per quod adhibetur obediētia: quæ in vtrālibet partem propenderit, aut culpā adiungit, aut gratiam. Hæc nos in primo Adam traxit ad mortē, hæc nos in Adam secūdo ad vitā vocauit. Non est quod cuiq̄ nostram adscribamus culpā, nisi nostrę voluntati. Nemo tenetur ad culpā, nisi voluntate propria deflexerit. Nō habent crimen quæ inferuntur reluctantibus, voluntaria tantū commissa sequitur delictorū inuidia, quod in alios deriuemus. Voluntariū sibi militem legit Christus, voluntariū seruū sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se prius peccatorū ære ei vēdiderit. Quid carnem quasi infirmam
B accusamus? Mēbra nostra arma sunt iniquitatis, et arma iustitiæ. Audisti pauperē iniuriam accipientē, protexisti eū, membra tua arma pietatis sunt, quibus pauperem ab iniuria vindicasti. Vidisti egenū, donasti eū muneribus dexteræ tuæ, mortē a tuo pectore repulisti. Vidisti eum qui dānatur ad mortē, eripuisti eum, quia
Prou.24 scriptū est: Eripe eum qui ducitur ad mortē. mēbra tua arma sunt iustitiæ, si iniuste hominē perire non passus es. Vidisti mulierē, castigasti corpus tuum, mortificasti libidines, procaces meretricis oculos auersatus deseruisti, mēbra tua arma sunt, & arma castimoniæ. Cōtra autem si oculus tuus vidit mulierē ad concupiscendum eā, aperuisti vulnus, impressisti telū corpori tuo, membra tua arma iniquitatis sunt. Vidisti possessionem pupillorū, & paternis eos expulisti sedibus, trāstulisti terminos quos posuerunt patres tui, mēbra tua arma iniquitatis sunt. Affectus igitur non caro autor est culpę, caro autem volūtatis ministra. Nō ergo vendat
Rom.6. nos volūtas nostra. Clamat Apostolus: Nescitis quoniam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum, serui estis ei⁹ cui obedistis, siue peccati in mortē, siue obeditionis ad iustitiā? Ergo si aut peccato seruimus aut iustitiæ, consideremus in qua parte seruitus tolerabilior, fructus vberior. Sed qui potest esse fructus in morte?
C Peccati enim stipēdium mors: & ideo nullus in eo fructus est, sed pudoris dispendiū, cū ea quæ gessimus, eru
1.Cor.7. bescimus. Seruire autē iustitiæ, libertas est. Qui enim vocatus est in domino seruus, libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Vtraq; cōditio optima, esse sub Christo, sub quo & preciosa seruitus, & gloriosa libertas. Preciosa seruitus, quasi tanti sanguinis precio comparata. Gloriosa autem libertas, quā nulla seruitus culpæ, nulla peccatorū vincula constringunt, nulla flagitiorū onera, nulla criminū cōmercia degeneris nexui seruitutis addicāt. Disce humilitatem o homo, Apostolici vim cognosce magisterii. Seruum te dicis? libertus es: si liberum te iactas, seruus es. Nam & ille qui quasi seruus redemptus est, libertatem habet: & iste qui quasi liber vocatus est, bonū est illi vt seruum Christi se esse cognoscat, sub quo seruitus tuta est, & libertas secura. Quis quasi idiotam Paulū vel in ipso iure asserit? Sciuit enim discernere inter libertū & liberum, & ideo nō perfunctorie sed proprie dixit: Qui enim vocatus est in domino seruus, libertus est domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. Re uera enim om̄es Christi liberti sumus, nemo liber. Omnes enim in seruitute generati. Quid seruili cōditioni arrogantiam libertatis assumis? Quid titulos nobi D
litatis vsurpas seruilis hereditas? Nescis quod te Adæ atque Euæ culpa mancipauerit seruituti? Nescis quod redemerit te Christus, non emerit? Non auro, nō argēto redempti estis de vana vestra cōditione, sed precioso sanguine agni, clamat Apostolus Petrus. Ergo redē- 1.Petri.1
ptus a domino es. seruus es qui creat⁹ es, seruus es qui redemptus es, & quasi domino seruitutē debes, & quasi redemptori. Nec inferiorem putes libertinitatē sub Cristo, q̄ libertatem esse. Ad dignitatē æqualis, ad tuitionem prestantior est, ad gratiā par, aduersus lapsum cautior, aduersus superbiam tectior. Ita libertatē accepisti, vt meminisse manumissoris tui debeas, vt patrono tuo noueris legitimum obsequium deferēdū, ne ab ingrato reuocetur libertas. Quid te beatius, qui sub domino regnas, & sub patrono militas?

Quantū dominus homini contulerit per dationem legis, & gratiæ adiunctionē. Et quid lex operata sit in homine iuxta sententiam Apostolicam. Ac de absolutione duarum quæstionum circa verba Apostoli incidentium. Cap. IIII.

QVID autem est quod tibi non contulit dominus? Legem dedit, adiūxit gratiā. Lex peccatum denūciauit, sed in conditione lubrica penitus cohibere nō potuit. Cognoui enim peccatū quod nesciebam, cognoui cōcupiscentiā. Quod ante per ignorātiam in me mortuū videbatur, E
reuixit, ego autem mortuus sum peccati vulnere. Cognitio culpæ quæ mihi ꝓfutura videbatur, hęc nocuit, vt scirem quod vitare nō poteram. Peccatū enim prodidit, & per bonū denunciationis suæ peccati ipsius acerbauit inuidiā. Itaq; supra modū factū est peccatum mihi, quia cumulatū est denūciatione mandati. Crescit enim culpa cū proditur, nec cauetur. Quomodo ergo bonum mandatū quod mihi mors est? Aut quomodo non est mihi mors quod per bonum significationis suę demōstrādo peccatū operatum est in me mortē? Nam certū est quod mors mihi accessit, dū quod facio agno-
sco peccatum, sicut ipse dominus ait: Si non venissem, Ioan.15.
& locutus fuissem his, peccatū non haberēt. Quid miraris igitur si lex quibusdā morti sit, cū morti sit & domini salutaris aduentus, per quem redēpti sumus? Infidelis enim mortē sibi quærit ex gratia, manet autē mādati gratia. Etenim sicut cognitio venenatorū poculorum cōsummatur ad disciplinam medicinæ, sic diuinū mandatū ad vitā æternam. Sicut autē ei qui male vtitur noxiis potionib⁹, cognitio earū in malum vertitur & periculum: & quo magis venena cognouerit, hoc se intelligit amplius periclitari: sic forma mandati iis qui legē interpretantur, vel demonstrata atq; interdicta peccata vitare nō possunt, mortis autor est. Sicut ergo bo- F
num antidotum, etiam si imprudenti aut intemperāti non bonū: sic bonū mandatum etiā si intemperāti non bonum est. Ergo bonum mādatum, quod alicui mors est. Responsum igitur habe primæ propositionis, quia potest esse bonum mandatū quod mihi mors est, bonū per naturam salutaris præcepti, mors per intēperantiā carnis. Et quia didicimus esse bonum mādatum, quod mihi mors est: nunc discutiamus quomodo non sit mihi mors, quod licet per bonū, mihi tamē operatum est
mortē. Sic enim proposuit Apostolus: Quod ergo bo Roma.7.
num est, mihi mors est? Absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonū mihi operatū est mortē. Itaq; spectemus singula. Mandatū vtiq; legis est, lex autem spiritalis est, cuius gratiā video, pulchritudinē laudo, formam prædico, præceptū admiror: sed quia carnalis sum ego, venūdatus sub peccato, trahor inuitus ad culpam. Etenī quasi seruo culpa dominatur. Itaq; odi crimen, & facio. Mens odit, caro concupiscit, ego tamē in

Gvtraq, qui legi mente cõsentio, & carne quod nolo hoc ago. Bonum ergo mandatũ, cui cõsentio: & mẽs bona, quæ quod bonũ est elegit. Bona ad iudicandũ, sed infirma plenũq; ad resistendũ: quia repugnat ei corporis appetentia, & captiuam eã trahit ad erroris illecebras. In quo periculo vnũ est remedium, vt quẽ lex non potuit, Rom. 7. liberaret dei gratia. Sic enim scriptũ est: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrum. Itaq; fit vt licet peccatũ quod latebat, id est cõcupiscentia mea quã nõ putabã esse peccatũ, mortem mihi operata sit, dum proditur, & supra modũ factum sit ipsum peccatũ (erat enim peccatum etsi nesciebatur, sed cognitione coaceruatum est, & quasi incremẽtum erroris assumpsit, atq; in naturã delicti cessit forma mãdati) mihi tamẽ mors non sit, cui promptum est ad Christum confugere, per quẽ soluimur omni mortis periculo. Absoluta igitur etiã secunda est propositio, quia mandatum mihi legis mors est, etsi mortẽ non operetur. Quod enim conturbamur, fragilitatis est: quod euadimus, Christi.

Qua ratione lex nõ suffecerit, sed vltra eã necessaria fuerit gratia p mortẽ Christi donata. Quodq; nos etiã cũ illo mori, resurgere & versari debeamus. Ca. V.

HERGO vt ad exordia sermonis huius reuertamur, mens bona est quẽ habet tractationẽ rationis, & intendit sapientiæ disciplinis, sed grauis lucta est ei cũ mortis corpore, & plerunq; rationẽ mentis vincit carnis illecebra. Et ideo dominus primo legẽ dedit, cui mẽs hominis sese ad obtẽperandum dedit, & ei seruire cœpit vt esset subdita: sed caro subiecta non erat, quia sapientia carnis non est legi subdita, & præceptis eius repugnabat. Non enim poterat virtuti obedire cupiditatib⁹ dedita, & lenociniis carnalibus implicata. Ideo laborandum est vt teneamus dei gratiam. Mens itaq; bona, si rationi intẽdat: sed parum perfecta, nisi habeat gubernacula Christi. Venit enim dominus Iesus, qui nostras passiones cruci suę affigeret, peccata donaret: in cui⁹ morte iustificati sum⁹, vt totus mũdus eius mundaretur sanguine. Deniq; in morte ipsius baptizamur. Si igitur in ipsius morte dimittũtur nobis peccata, etiã peccatorũ nobis passiones in illius morte moriantur, illius crucis clauis affixæ teneantur. I Si in illius morte mortui sumus, quid igitur tãq; viuẽtes ad ea quę sunt mũdana reuocamur? Quid nobis cum elementis mundi? Quid cũ cupiditatibus? Quid cũ luxuria atq; lasciuia, quib⁹ in Christo mortui sumus? Quod si sumus in Christo mortui, in Christo resurreximus. Cũ Christo igitur versemur, cũ Christo superiora quæ sunt, nõ quę corruptibilia & terrena quęramus. Christus resurgẽs a mortuis, veterẽ hominem affixum reliquit, nouũ resuscitauit. Christus mortuus est, vt & nos peccato moreremur, deo resurgeremus. Mortua est caro nostra, quid igitur peccato reuiniscit? Quid igitur peccato obedit? Quid igitur peccatũ regnat in mortuis, cũ mors finis peccati sit? Mortui sumus carne, renouati sum⁹ spiritu. Spiritu ambulem⁹, quia spiritũ Christi accepimus. Si autẽ spiritus in nobis, ergo sit nobis caro mortua propter peccatum, spiritus vero viuat propter iustificationẽ. Sic quod erat impossibile legi, solutũ est ei in spiritu ambulem⁹. Sic passiones sepelimus, si crucem huius corporis nõ resoluamus. Sic chirographum peccati quod deletũ est in cruce Christi, non rescribemus, si veteris hominis amictũ quẽ exuimus, nõ induamus. Scriptũ est enim in Canticis: Exui tunicam meã, quomodo induam eam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Mortificata igitur nobis sunt corporis membra, cur eius pullulant vitia? Ideo lex non preualuit, quia carnem non mortificauit. Ideo quasi vmbra præterijt, non coloranit: ideo Canti. 5.

etiam obumbrauit nos a sole iustitię, quia exacerbauit & crimina. ergo & obfuit.

Quid profuerit legis promulgatio. Quãtum etiam vtilitatis atq; consolationis homini attulerit gratia, & pignus charitatis Christi, cum incitatione ad repensionem obsequii pro tantis beneficiis debiti, eorundemq; beneficiorum consolatiua inductione. Ca. VI.

QVID igitur profuit vt lex promulgaretur si profutura non erat? Habebamus iam legẽ naturæ, erat vnusquisq; sibi lex, qui opus legis scriptũ habebat in corde suo. Illam nõ tenuimus: cur addebatur ei altera, in cuius operibus caro non posset iustificari? Accessit vinculũ, non solutio: addita est peccatorũ agnitio, nõ remissio. Peccauimus omnes qui poteramus excusationẽ prætendere per ignorantiam: os obstructũ est omnib⁹. Profuit tamẽ mihi, cœpi cõfiteri quod negabam, cœpi delictũ meũ cognoscere, & iniustitiam nõ operire, cœpi pronũciare aduersus me iniustitiam meã domino, & tu remisisti impietates cordis mei. Sed & illud mihi prodest, quod nõ iustificamur ex operibus legis. Non habeo igitur vnde gloriari in operibus meis possim, non habeo vnde me tactẽ, & ideo gloriabor in Christo. Non gloriabor quia iustus sum, sed gloriabor quia redemptus sum. Gloriabor non quia vacuus peccati sum, sed quia mihi remissa sunt peccata. Non gloriabor quia pfui, neq; quia pro- L fuit mihi quisq;, sed quia pro me aduocatus apud patrẽ Christus est, sed quia p me Christi sanguis effusus est. Facta est mihi culpa mea merces redẽptionis, per quã mihi Christus aduenit. Propter me Christus mortem gustauit. Fructuosior culpa q̃ innocentia. Innocẽtia arrogãtem me fecerat, culpa subiectũ reddidit. Habes igitur quibus latio profuit tibi legis. Sed dicis quia per legem superabundauit peccatũ. Sed vbi superabundauit Roma. 5. peccatum, superabũdauit & gratia. Mortuus es peccato homo, ergo lex iam non obest. Resurgis per gratiã, ergo lex profuit, quia acquisiuit gratiã. Accepisti etiã pignus Christi charitatis: quoniã qui pro te mortuus est, aduocatus est tibi, & sanguinis sui mercẽ reseruat. Et qui peccatorem reconciliauit patri, multo magis cõ mendat innocentẽ, & tuetur subditũ, quia scit innoxiũ. M Tanti igitur beneficii debitor nõ repẽdes obsequium? Hæredẽ te fecit, coheredem tefecit. Hæredẽ dei, cohæredem Christi. spiritũ tibi adoptionis infudit. Numera hæc, & adiunge non tã ad debiti nexum, q̃ ad munęris accepti cõuersationem. Cohæres Christi es, si cõpatiare, si cõmoriare, si cõsepeliare. Cũ Christo suscipe passiones eius, vt supra passiones eius cũ eodẽ esse mereaeris. Vide quomodo tibi peccata superiora donauit, vt nihil faceret obesse q̃d peccasti. Vide quomodo te hortatur ne amittas quod accepisti. Breuis huius laboris est meta, & corona fructus perpetui: tolerabilis passio, merces inæstimabilis. Quid enim te angit? An ignobilitatis abiectio? Sed erit tibi in futurũ gloriosa nobilitas deuotionis ac fidei. Num census tenuior, victus angustior? Sed erũt tibi diuitiæ remunerationis æternæ, in quibus rei vllius egere non possis. Num amissio filiorũ? Recipies perpetuos quos susceperas tẽporales, & dicetur de te, Beatus qui habet semẽ in Sion, & domesticos in Hierusalẽ. Indignæ, inquit, passiones sunt Roma. 8. huius tẽporis ad futurã gloriã. scriptura tibi dicit. Adde quia vita beata his aduersis seculariũ molestiarum aut passionũ corporaliũ non minuitur, sed magis probatur. Adde quod vel patrimonii damna nõ sentit, vel necessitudinũ forti mente absc̃dit dispendia, absorbet dolorẽ. Adde quia nescit naufragia qui semper in portu tranquillitatis est. Quid illud quod labor tibi cõmunis est cũ omni creatura, quia propter te mũdus ipse seruitutem tolerat corruptionis, quia cũ sanctis tibi labo-

Aris huius & expectationis cõmune cõsortium est? Sol occasum suũ recognouit, luna defectũ, errorẽ stellarum lumina, dũ totius corporis nostri expectatur redẽptio. Sed vereris dubios vitę anfractũ, & aduersarii insidias, cũ habeas auxiliũ dei, habeas tãtam eius dignationẽ, vt filio ,prio pro te non pepercerit? Pulchro verbo vsa est scriptura, vt dei patris erga te ptĩ propositũ declararet, qui morti ,p te totũ obtulit, q̃d in plenitudine diuinitatis nihil ipse amisit, & te redemit. Cõsidera affectũ patriũ. Quod pietatis est, quasi morituri filii suscepit periculũ, quasi orbitatis hausit dolorem, ne tibi periret fructus redẽptionis. Tantũ fuit dño studiũ tuę salutis, vt ,ppemodũ de suo perichtaretur, dũ te lucraretur. Ille ,pter te dispẽdia nostra suscepit, vt te diuinis insereret, celestib⁹ cõsecraret. Mire etiã addidit, Pro nobis oib⁹ tradidit illũ: vt ostẽderet quod ita omnes diligat, vt dilectissimum sibi filiũ pro singulis traderet. Pro quibus igitur q̃d super omnia est dedit, potest fieri vt nõ in illo vniuersa donauerit? Nihil enĩ excepit, qui omniũ cessit autorẽ. Nihil est igitur quod negari posse nobis vereamur, nihil est in quo munificẽtię diuinę diffidere perseueratiæ debeam⁹, cuius fuit tã diuturna & iugis vberitas, vt primo predestinaret, deinde vocaret, & q̃s vocaret, hos & iustificaret: & quos iustificaret, hos & clarificaret. Poterit deserere quos tãtis beneficiis suis vsq; ad præmia ,pfecit? est? Inter tot beneficia dei nũ metuẽde B sunt aliquę accusatoris insidiæ? Sed q̃s audeat accusare q̃s electos diuino cernit iudicio? Num deus pater ipse qui cõtulit, potest sua dona rescindere: & quos adoptione suscepit, eos a paterni affectus gratia relegare? Sed metus est ne iudex seuerior sit. Cõsidera quẽ iudicẽ habeas. Nẽpe Christo dedit pater oẽ iudiciũ. Poterit te ergo ille dãnare, quẽ redemit a morte, ,p q̃ se obtulit, cuius Psal. 29. vitã suæ mortis mercedẽ esse cognoscit? Nonne dicet, Quę vtilitas in sãguine meo, si dãno quẽ ipse saluauit? Deide cõsideras iudicẽ, nõ cõsideras aduocatũ? Potest iste sæuiorẽ ferre sententiam, qui interpellare nõ desinit vt paternæ recõciliationis in nos conferatur gratia?

Qualis ĩ nobis debeat esse Christi charitas, & q̃d nulla aduersa corporis vitę beatę mun⁹ imminuit. Q̃dq; in se habeat remunerationẽ suã qui Christũ sic sequit, ac beatus sit. Q̃d etiã sic beata vita sit in hominibus, in qb⁹ fuerit vita pfecta, & quę sit vita pfecta. Quid deniq; vir perfectus quærat, acilli conueniat. Cap. VII.

CED et siqua immineret grauia, nequaq; nos a Christo separare deberẽt. Cur nos pro illo non etiã dura & acerba toleremus, qui ,p nobis tam indigna suscepit? Ideoq; debet in nobis esse charitas, vt nullis periculis reuocemur a Christo. Scriptũ est enĩ: Aqua multa non poterit excludere Canti. 8. charitatẽ, & flumina non concludẽt eã, quia torrentem transit anima diligẽtis. Nulla tẽpestas, nullum profundum periculũ, nullus terror mortis aut pœnæ vim charitatis imminuit. In his enim probamur, in his beata vita est, etiã si multis periculis inundetur. Nõ enĩ frangitur sapiẽs dolorib⁹ corporis, nec vexatur incõmodis, sed etiam in erũnis beatus manet. Neq; enim aduersa corporis vitæ beatę mun⁹ imminuit, neq; de eius suauitate aliquid delibãt, quia nõ in delectatione corporis vitæ beatitudo est, sed in conscientia pura ab omni labe peccati, & in eius mente qui cognoscit quia quod bonũ est, hoc delectat, etiã si asperũ sit: quod autẽ indecorum, etiã si suaue, nõ mulcet. Ergo causa bene viuẽdi nõ delectatio corporalis, sed mẽtis prudentia est: nõ caro, quę subiecta est passioni, sed mens, quæ iudicat, quia nihil melius delectat q̃ consiliorũ honestas, & operũ pulchritudo. Ea igitur beatę interpres est vitæ. Melior est enĩ prudẽtia vel arbitra passionis q̃ passio, præstantiusq; q̃d iudicat, q̃ quod iudicio subiectũ est. Neq; enim fieri po- test vt ratione sit melius, quod est irrationabile. Habet D ergo in se remunerationẽ suam qui sequitur Iesum, & in suo affectu præmiũ, etiã si dura sustineat: beatus tamen est suis moribus, beatus ipsis periculis, sicut dñs definiuit dicens: Beati qui persecutionẽ patiuntur pro- Matth. 5. pter iustitiam. Est ergo beata vita in hominibus, sed in his scilicet in quib⁹ fuerit perfecta vita. Perfecta autem vita nõ sensibilis ista, sed illa rationabilis secũdum tractationem rationis, & mẽtis viuacitatẽ, in quo non est portio hominis, sed perfectio, quę nõ tam est in cõditione hominis q̃ in operatione. Ea enim beatũ facit. Huic igitur viro quid est bonum, nisi ipsi sibi quod habet? Et adest ei hoc bonũ, & causa ei erit futurorũ bonorũ. De hoc bono dixit Salomõ: Bibe aquã de tuis vasis, & de Prou. 5. puteorũ tuorum fontibus. Superfluãt tibi aquæ de tuo fonte, in tuas autẽ plateas discurrant. Sint tibi soli constitutæ, & nemo alienus particeps sit tibi. Fons aquæ tuæ sit tibi ,prius. Vtere igitur interno bono tuo. Testimonium autẽ boni huius maximũ, quoniam qui habet, alia non requirit. Quid enim requirat qui inferiora despicit? Præstantissimo autẽ inhæreat, sicut scriptum est: Ceruus amicitiæ, & pullus gratiarũ cõfabiletur tibi. Amicitia autem precedat te, & vna sit tecũ in omni tẽpore. Bona enĩ virtutũ amicitia, & summi boni charitas. Nihil itaq; aliud quærit perfectus ille, nisi solũ & prędarũ bonũ. Vnde & dicit: Vnã petii a dño, hãc re- Psal. 26. quiram, vt inhabitẽ in domo dñi oẽs dies vitę meæ, & E videã delectationẽ dñi. Neq; vero eũ tanq̃ angustũ inopemq; fastidias, quia vnius hoĩs velut solitaria societate cõtẽtus sit. Huius enĩ amicitia circũdatus plurimus erit. Abundat enim huiusmodi viro ad beatitudinẽ & ad possessionẽ boni, & ideo nihil aliud desiderat. Nihil enĩ quasi nouũ expectat qui omnia habet. Nihil est enĩ boni quod nõ habeat, nec supfluis delectatur, sed necessariis, & eo ipso necessario quod nõ sibi, sed carni adhærẽti sibi necessariũ fit: ideoq; indulget quod ab interioris hominis ,pposito non discrepet, quod faciat vtraq; vnũ, & recõciliet exteriorẽ hominẽ iuxta atq; interiorẽ deo, vt fiat in vtroq; vnus spiritus. Huius igitur propositi vir nec dispẽdio minuitur, nec aduersis frãgitur, nec repagulis inhibetur, nec suorũ amissionibus mœstificat. Ad cuius informationẽ dicit Apls: Nolumus autem 1. Thes. 4. ignorare vos fratres de dormiẽtibus, vt nõ tristes sitis, sicut & cęteri qui spem nõ habẽt. Solatur enim se resurrectionis fide, & remunerationis gratia, nec recipit ea F mente mœstitiã qua adhæret deo, & diuinæ presentiæ voluptate lętatur. Qui autẽ cõtristatur his, nõ secundũ deũ cõtristatur. Quod autẽ nõ secũdum deũ, hoc plenũ stultitię. A perfecto igitur abest huius mundi tristitia, quę nõ secundũ deũ, & omnis solicitudo corporalis erũnæ. Huiusmodi enĩ inductioni mẽtis atq; substãtiæ nõ annumeratur habitudo corporis, & quidam exterioris vsus naturę, cui simul aduersus delicias corporis, fragilitatemq; ipsam naturę, orbitatis dispẽdia, cõtumelias, iniuictus animus vniformẽ debeat seruare cõstantiã, vt corpus ipsum scindat, sensumq; exuat carnis, qui beatitudinis palmã habere desiderat, cuius fructꝰ nõ in vnius portione sit, sed in plurimarũ, et si fieri potest, omniũ sit virtutũ cõsortio. Nescit igitur pfectus incõmoda huius corporis, aut aduersa mũdi, neq; sentit, qui alienum ab hmõi metu, ne occidãt, animũ gerit. Non enĩ vita perfectior si his careat definitur, sed si ista cõtemnat. Nã si ita definiretur, vt ea esset beata vita quę ab huiusmodi casib⁹ expers vacuaq; reperiri posset: vtiq; his accedẽtibus nõ posset beatus aliqs definiri. Ea igitur sequestrata sunt, & hoc solũ in æstimatione beatæ vitę est requisitũ, vt nõ in aliis, sed in possessione veri boni eius definitio teneretur, qrĩ q̃d habet despuit, cętera nec requrit.

Quod quãuis sapiẽs delectetur sanitate corporis aut liberis, non tamen minus perfectus si illa amittat, & q̃d

G nulla aduersa intolerabiliter ferat: cum expositione eorum quæ ad formam iusti viri requirūtur. Ca. VIII.

QVERO nunc vtrū sapiēs delectetur sanitate corporis. Negare nō possumus q̄d delectetur secundū naturā, & libēter accipiat non dolere aliquid q̄ dolere, nisi forte ꝓ Christo: ꝓ quo, si causa poscat, & debilitatē corporis prōpte accipiat, & totū corpus suū morti offerat. Idē tamen etiā preter causam fidei atqꝫ iustitię, si desit sanitas, non afficiatur animo, neqꝫ frāgatur dolore corporis, q se potest virtutū perfectione solari. Quero etiā vtrū delectetur liberis. Quis istud abnuat? Neqꝫ enī dur⁹ & ferreus, sed perfectus quæritur. Tamē etsi amittat liberos, nō ideo minus beatus, qui nō ideo minus pfectus. Qđ enī perfectum, beatū. Quin etiā si aduersa tolerat, q̄ si secūdis affluat, magis solet hmōi videri pfectus: quāuis neqꝫ si desint, neqꝫ si assint externa cōmoda, aut corporalis lætitia, decedere quicq̄ virtuti soleat vel accedere. Sed plerisqꝫ tā laudi fuit tolerasse aduersa fortiter, q̄ non incidisse. Verū hęc specie æstimātur, non pondere. Illud pro-
H fundū, virū iustū nihil velle nisi illud solū & pręclarum bonū, huic soli intēdere, hoc vnū in bonis ducere, non aliud cū illo, sed solū ipsum semper desiderare, hoc delectari: cui si aliud adiungatur q̄d delectet eū, vt est filiorū suauitas: nō illud amittitur, sed istud adiūgitur. Nō enī minuunt accedēti ad beatitudinē, quę augere non possunt: quia plenū illud & inuiolabile manet, in quod anima sese inducit, & cui se inseruit & infudit. Manet semper inter aduersa & delectabilia perfecta virtus, neqꝫ aduersa de perfectione eius quicq̄ minuūt, neqꝫ delectabilia adiungūt perfectioni. Quid enim est quod is qui ad summū ascēdit, aut dāni de caducis sentiat, aut cōmoditatis? Neqꝫ vero (quod grauissimū apud plerosqꝫ habetur) se miserū putabit si in captiuitatem vel ipse veniat, vel eius filii. Nō enī intolerabiliter feret quod habet natura, vel quod videtur dño. Deniqꝫ iustus dixit bonū verbū q̄d locut⁹ est dn̄s, & dixit: Fiat pax & fides in dieb⁹ meis. Nō vtiqꝫ iust⁹ iste Ezechias in filios deflexisse erumnā captiuitatis gratulabatur, sed volūtati dn̄i obuiare nō poterat, et ideo mādata eius ęquanimiter suscipiebat vt seruul⁹. Accedit illud, quod ęstimare
I poterat posse & in captiuitate meritum eminere virtutis. Neqꝫ enim minus beatus Hieremias in captiuitate, minus etiam Daniel, minus Hesdras, minus beati Ananias, Azarias, & Missael, q̄ si in captiuitatem nō incidissent: cū ideo in captiuitatem ducti sint, vt populo & presentia in captiuitate solatia, & spem euadēdæ captiuitatis afferret. Perfecti est enī viri, cōmunitatē naturæ sustentare animi virtute, & ad meliora adducere, nec succūbere iis quæ plerisqꝫ terribilia & formidolosa videtur, sed quasi fortē militē grauissimorū casuū sustinere incursus, conflictus subire, & quasi prouidū gubernatorē nauē in tēpestate regere, atqꝫ occurrēdo insurgētibus fluctibus magis vitare naufragiū sulcādo vndas q̄ declinādo. Nō iste in persecutione pauidus, nō in tormentis mollior, ne torquentē exasperet: sed quasi athleta fortis, qui repercutiat verberantem, si nō cędis, certe sermonis flagello, qui metuēda multis tormenta despiciat, dicēs: Sagittæ infantiū factæ sunt plagæ eorū. *Psal. 63.* qui cū grauissimo licet dolore luctetur, nec se miserabilem prębeat, sed ostēdat tanq̄ in laterna lumen, etiam inter asperas procellas & grauissimos flatus suā lucere nec extingui posse animi virtutē. Non iste in suorū iniuriis mollis, nec de sepulchro solicitus sui corporis, cui sciat cælū deberi, non in captiuitate ciuicæ plebis abiectior, sed sicut iudex seuerus, infideliū perfidiam erroresqꝫ cōdemnās, vt Daniel, qui sacerdotū furta prodebat, & superstitiones eorū redarguebat, ostendēs nulla veritate subnixas, sed fraudibus adūbratas. Talis vir postremo est perfectus, qui omnes velit bene agere, nihilqꝫ cuiq̄ accidere mali: & si pręter volūtatem eius acciderit, ipse tamē de propria volūtate nil amittit. Sed forte aliquis
K putet ægritudinē atque imbecillitatē corporis impedimento esse ad perfectionis munus implēdum, eo quod non possint opera manuū vlla factaqꝫ procedere. Verū ea sibi iustus impedimēto esse nō sentiet, immo etiam eū q illa miserabiliter defleat corripiet, & quasi ignauū arguet, quod plus in corporis vsu q̄ in animi virtute cōstituat: quod ea quib⁹ seruiat desideret, cū habeat quod aliis magis possit iubere: quod in pauptate ingemiscat, qui possit supra mūdi opes esse (Fideli enim totus mūdus diuitiarū est) quod ignobilitatē defleat, qui debeat despicere regias potestates, diuitibus & potētibus imperare. Hæc enim vita iusti: qui etiā quas habeat facultates, cōmunes æstimare debeat, immo etiā inopibus diuidere, dispēsare pauperibus, recidere volūtates proprias, tenuare sumptū, adhibere parsimoniā tēperātię, sobrietatē tenere in prosperis, patiētiam in aduersis, in dolore tolerātiam, magnanimitatē in periculis, sanitatis perpetuę vota nescire, mortis immīnētis terrore nō
L concuti, neqꝫ eū pręstantiorē putare cui secundū naturā liberi, propinqui, salubritas, lætitia, affluentia, redūdauerint, q̄ cui illa defuerint: neqꝫ externis seculi, sed virtutis domesticę merito pēsare. Illam quoqꝫ formā iusti esse qs abnuat, vt nihil metuat, nihil reformidet nisi virtutis dispēdia, aliorūqꝫ vanas formidines comprimat quas habeāt de periculorū solicitudine, mortis timore, corporis infirmitate, vt doceat dissolui corpore, & esse cū Christo multo melius, vt ostendat quia operationes non impediuntur debilitatibus corporis, sed augentur, neqꝫ splēdore generis, aut propinquorum subsidiis, aut opibus, sed bono cōmendantur affectu? Neqꝫ enim minus beatus Helias q̄ Moyses, cum alter cibi indigus, melotide vili, sine filiis, sine sumptu, sine comite: alter populi ductor, lætus sobole, succinctus potētia, diuerso genere meritum æquale fundauerint, sicut in euāgelio declaratū est, quando cū dn̄o Iesu in resurrectionis gloria refulserunt. Videtur enim parem his quasi paribus glorię suę testibus dedisse mercedē. Nec minus beatus
M Helisæus q̄ Dauid, cū alter regib⁹ subditus, alter regali potestate præditus, propheticæ sanctificationis haud disparē sint adepti gratiā. Quid enim deest ei qui illud bonum possidet, & habet sibi semper comitem sociāqꝫ virtutē? In quo statu nō potentissimus? In qua paupertate non diues? In qua generis ignobilitate nō clarus? In quo ocio nō laboriosus? In qua debilitate non vegetus? In qua infirmitate nō fortis? In qua omni quiete feriatus, quē etiam quiescentē virtus propria non relinquit? In qua solitudine nō stipatus, quem vita beata circundat, quē vestit gratia, quē gloriæ amictus illustrat? Non minus etiam ociosus q̄ cum operatur beatus, nec minus dormiēs q̄ vigilans gloriosus: quia non minus dormiēs q̄ cū vigilat, incolumis et sanus est. Quādo autem feriatus videri potest, cuius mēs semper operatur? Quādo autē solus, qui cū illo semper bonus est, de quo ait propheta: Replebimur in bonis domus tuę? *Psal. 64.* Quādo abiectus, cuius cōuersatio est in cęlo? Quādo nō decorus, qui ad illius decori & solius boni se conformat similitudinē: qui etiam si mēbris solutus sit, tamē mente se erigat? Et tanq̄ ille qui cithara canere solitus, si eam dissipatā resolutis neruis & cōfractam viderit, & vsum eius interruptū, abiiciat eam, atqꝫ eius numeros nō requirat, sed voce ipse se mulceat: ita & iste citharā corporis vitiosam iacere patietur, corde se oblectabit, bonæ conscientiæ recordatione mulcebit, diuinis oraculis & scriptis propheticis alleuiabit, suaue illud & iucundū animo tenens, mēte cōplectens, cui nihil triste possit accidere, cum semper ei diuinę præsentiæ aspiret gratia, & ipse sibi assit summa animi tranquillitate perfusus.

FINIS.

A
CAPITA SECVNDI LIBRI DE S. IACOB.

Post continuationem huius libri ad superiorem, quēadmodum Iacob beatus fuerit etiam cum patriam relinqueret, ac de definitione beati, et ex hoc quod sancto Iacob nihil horum quæ ad meritum beatitudinis spectant, defuerit. Caput I.

De excusatione parentum sancti Iacob quod iuniorē filium seniori prætulerint, simulqꝫ de cautela parentum circa filios obseruanda. Et quali affectu Isaac & Rebecca de filiis certauerit. Qua ratione etiam Iacob vicerit, ac de cōmendabili mysterio eorum quæ circa benedictionem ipsius facta sunt. Caput II.

Quid significet quod celebrata benedictione postea senior frater aduenerit, & vt ipse bn̄diceretur, cogēdo elicuerit & impetrauerit. Cur præterea ea conditione, vt fratri suo seruiret. Caput III.

De ortu inuidiæ & minitatione Esau quod fratrem occideret, & quemadmodum prouidendum sit ne parricidium sequatur, ac de profectione Iacob ad Laban. Caput IIII.

B De ditatione Iacob apud Laban, & ob id in inuidiam vocati, ac de diuina iussione vt in terram suā reuertatur. Qualis præterea vir iustus esse debeat si inuidia fuerit exorta. Quid denique significet inquisitio Laban, & nihil sui apud Iacob inuentio. Et ex hoc de beati Iacob excellēti cōmendatione. Ca. V.

Quid significet quod proficiscenti Iacob angeli dei occurrerunt. Quid sibi etiam velit ꝙ ipse fratri occurrens septies in terra adorauerit. Quid deniqꝫ quod petiturus a fratre concordiam, in castris dormiuerit. Caput VI.

De lucta Iacob cum deo, & quid sit luctari cū deo. Qua ratione etiam claudicauerit. De vindicta quoqꝫ filiorum eius in alienigenas propter sororis deflorationem, & ipsius Iacob mansuetudine atqꝫ clementia.

C De responso præterea diuino sibi dato vt exurgeret & ascenderet in locum Bethel. Caput VII.

De commendabili sancti Iacob senectute, futurarumqꝫ ac dubiarum rerum, finis quoqꝫ vitæ suæ præuidentia, atqꝫ agendorum dispositione. Caput VIII.

Qua ratione sanctus Iacob cū in ipsis mortis esset diebus, merito prædicandus fuerit beatus, multipliciqꝫ eius laude præsertim in patriarcharum benedictione. Quod præterea neqꝫ Ioseph, neqꝫ Esaias, neque Hieremias, neqꝫ Daniel, neqꝫ mater Maccabæorū cum filiis, negandi sunt fuisse beati, licet grauia sustinuerint supplicia. Caput IX.

Quantæ laudis fuerit sacerdotum sacerdos Eleazarus in suppliciorum constanti toleratione. Quodqꝫ ideo non minus sed magis fuerit beatus. Cap. X.

De admirabili patientia ac fortitudine septem fratrum Maccabæorum, quibus mater octaua addita fuit, qui suis suppliciis meritum beatæ vitæ acquisierūt. Caput XI.

De singulari beatæ illius matris septem filiorum commendatione. Caput XII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE S. IACOB ET VITA BEATA LIBER SECVNDVS.

Post continuationem huius libri ad superiorē, quēadmodum Iacob beatus fuerit etiam cum patriam relinqueret, ac de definitione beati, et ex hoc quod sancto Iacob nihil horum quæ ad meritum beatitudinis spectant, defuerit. D Caput. I.

SVPERIORE LIBRO de virtutū præceptis disputauimus: Sequēti clarorū virorū vtamur exēplis, qui i summis periculis positi, beatitudinem vitæ nō amiserūt, sed potius acquisierunt. An non beatus Iacob etiā cum patriā reliqueret? Immo plane beatus, qui dura exilii suscepit, vt fratris mitigaret iracundiam. Nam si beatus est qui peccatum declinat, vtiqꝫ negari beatus esse non potest qui alterius culpā leuat, crimen auertit. Paratum itaqꝫ parricidiū declinauit exilio volūtario, eoqꝫ facto sibi salutē quæsiuit, fratri innocentiā donauit. Merito itaque eum diuina vbiqꝫ comitata est gratia, vt & cū dormiret beatæ vitæ munus acquireret. Videbat enim futurorū mysteria, & diuina audiebat oracula. Bon⁹ in somno operari⁹, & in paupertate diues, qui mercenariæ vitæ munere & patrimonium & cōiugium eodem parauit officio. Idem fraterni affectus recōciliator egregius, certauit muneribus & obsequiis, vt indignationem omnem excluderet, dolorem offensionis auerteret, ostē-
E dēs se minorem exilio non fuisse, qui posset largiri quæ non acceperat. Sed nimis ad inferiora propero, & vtilia trāscurro, cum prius definiēdū sit quid sit beatus. Scriptum est enim: Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorū non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. *Psal. 1.* Hoc scriptura significāte, eum beatum esse, qui se a perfidorum consortio tēperauerit (Ea est enim impietas, autorem vitæ & parētem quēdam salutis non recognoscere) vel in peccato non manserit, vel in luxuria atqꝫ lasciuia nō perseuerauerit. Ipsū quoqꝫ in lege dn̄i die ac nocte meditantē, fore tanquā lignum quod dabit fructū in tēpore suo. Superiora merita sunt præmiorum, hoc meritorum pręmium. Quid horum quæ ad meritum beatitudinis spectāt, defuit sancto Ia-
F cob? qui tantū abfuit a perfidorum cōsortiis, vt ex eo fidelis populus nomen acciperet, Israel dictus, eo quod deū mētis internæ oculis intueretur, peccati abstinēs, a luxurię omnis ebrietate sobrius, vt dura laborum absorbuerit, ocii secura neglexerit? Nonne pulchre & vere de hoc dictum est, quod & fructum dabit in tempore suo, de quo scriptum est: Ecce odor filii mei tanq̄ odor agri pleni? *Gen. 27.* Erat enī pfectus in oī flore virtutū, & sacræ benedictionis atqꝫ celestis redolebat gratiā. Ipse est enī ager quē benedixit dn̄s, nō iste terrenus aut horridus siluis, aut fragosus torrētib⁹, aut palustris pigriorib⁹ aqs, aut ieiunus frumētis, aut inutilis vitibus, aut infœcūda glarea saxosus, aut hiulc⁹ & aridus siccitate, aut sanguine madidus, aut sentibus incultus, sed ille ager de quo dicit ecclesia in Canticis: Adiuraui vos filiæ Hierusalem in virtutibus & fortitudinibus agri. *Cantic. 2.* Hic nāqꝫ est ager de quo & dominus ait: Et species agri mecum est. In hoc agro vua illa reperitur, quæ expressa sanguinē fudit, & mundum diluit. In hoc agro est ficus illa sub qua sancti requiescēt spiritalis gratię suauitate recreati. In hoc agro est oliua illa fructifera, dominicæ fluens pacis vnguētum. In hoc agro florēt malogranata, quæ plurimos fructus vno fidei munimine tegūt, & quodā fouēt charitatis amplexu. Hos igitur fruct⁹ redolebat Iacob, qui deum per pericula sequebatur, & tutum se eius vbique deductione credebat. Nam licet dulcis & suauis odor sit agri, quia est odor naturæ, tamen in sancto patriarcha virtutum spirabat gratia. Q̄z continens erat parcimonia, qui cibum sibi paratum nō expetiuit, sed petenti fratri sine dilatione concessit, a quo primatus benedictionis accepit? Q̄z pius erga parētes, vt prę-

G ferri germano seniori materno affectu mereretur,& paternæ benedictionis munere sacraretur. Q̃ religiosus, vt fratrem recusaret lædere. Q̃ verecundus, vt patrem timeret fallere. Q̃ honorificus, vt matri qđ iubeat non posset negare.

De excusatione parentum sancti Iacob, quod iuniorem filium seniori prætulerint,simulq; de cautela parẽtum circa filios obseruãda. Et quali affectu Isaac & Rebecca de filiis certauerint. Q ua ratione etiã Iacob viceri t,ac de cõmendabili mysterio eorum quæ circa benedictionem ipsius facta sunt. Caput II.

SED nec parentes nobis inexcusati relinquendi sunt,quod iuniorem filium seniori prætulerunt. Simul cauendum ne quis dum eorũ intendit exemplo, vnquá inter filios habeat iudicium, vt alterum diligẽdum putet,alterum posthabendum. Hinc excitantur enim odia fraterna, & de pecuniæ vilis incremento facinus parricidale cõponitur. Eadem foueat prolẽ mẽsura pietatis. Esto tamẽ vt aliquid sibi amplius circa blandiorem aut similiorem rapiat affectus, par debet circa omnes esse forma iustitię. Plus cõfertur dilecto cui fratrum amor quæritur, plus autem admittur ei qui prælationis iniustæ oneratur inuidia. Minitabatur Esau quod fratrẽ suũ occideret, nec fraterna eum germanitas, nec parentum reuerẽtia a parricidali furore reuocabat, & dolebat sibi benedictionem esse præreptam. Cuius vtiq; litigiũ se mansuetudine debebat probare, nõ scelere. Sed & Rebecca non quasi filium filio, sed quasi iustum præferebat iniusto. Etenim apud matrẽ piam mysterium pignori præponderabat. illum nõ tam fratri præferebat q̃ offerebat domino, quem sciebat collatũ sibi munus posse seruare: in quo & alteri consulebat, quem diuinæ subducebat offensæ, ne grauiore implicaretur reatu, si acceptæ gratiam benedictionis amitteret. Accipe tamen bonũ certamen inter parẽtes. Mater deferebat affectũ, pater iudiciũ. Mater circa iuniorem tenera pietate propendat, pater circa seniorem naturã honorificentiæ seruet. Hic magis honoret, illa plus diligat, dum singuli singulos foueant, non in vnũ vterq; cõspirent, defraudent alterũ. Fiat equitas inter diuersa certamina, & disparibus studiis par vtriq; acæqualis parentum amor & gratia cõferatur, cõpenset alter quod alter imminuit. Sic pio affectu Isaac patriarcha & sancta Rebecca certabant, vt neutrum inferiorem facerent, sed vtrumq; æqualẽ. Vicit tamen ille qui præferebatur oraculo, vicit impigritia tarditatem, mãsuetudo duritiam. Dum alter venatu aspero prædam quærit agrestem, hic mitium cibos morum, hic domesticam gratiam, hic teneræ mansuetudinis atq; pietatis pio patri dulces epulas ministrauit. Plus placet in animis quicquid occurrerit, q̃ quicqd affectatum putaueris deferendum. Accessit ad oues Iacob, & attulit innocentiæ partus, vel sacræ prophetiæ munera, quia patriarchę cibum nullũ credidit dulciorẽ esse q̃ Christum, qui sicut ouis ad occisionẽ ductus est, & sicut agnus ad victimam. Hunc publico parenti, vel populo cuius typum gerebat, cibum vtilem iudicabat, quo futura erat remissio peccatorum. Ideo stolam accepit fratris sui, quia simili præstabat sapiẽtia. Ideo iunior frater seniorem fratrem exuit, quia fidei emicuit dignitate. Hãc stolam ecclesiæ typo Rebecca protulit, & dedit filio iuniori stolam veteris testamenti, stolam propheticam & sacerdotalem, stolam illam regalem Dauidicam, stolam Salomonis, Ezechiæ & Iosię regum, & dedit populo Christiano, qui vti amictu sciret accepto, quoniam populus Iudæorum eam sine vsu habebat, & proprios nesciebat ornatus. Iacebat hæc stola in umbra abiecta atq; neglecta. Ofuscabatur enim tenebrosa impietatis caligine, nec in angusto corde populi Iudaici latius poterat explicari. Induit eam Christianus populus, & refulsit, illuminauit eam sue fidei claritate, & piorum luce factorum. Agnouit Isaac notum odorem generis sui, recognouit stolam scripturæ veteris, sed vocẽ plebis veteris nõ recognouit, & ideo cognouit esse mutatã. Manet enim hodie stola eadẽ, sed populi deuotioris canora cœpit esse confessio. Merito dixit: Vox quidem vox Iacob, manꝰ autẽ manus Esau. “ Et odoratus est odorem vestimentorum. Et fortasse ilud est, quia nõ operibus iustificamur, sed fide, quoniã carnalis infirmitas operibus impedimento est, sed fidei claritas factorum obumbrat errorem, quæ meretur veniam delictorum.

Quid significet quod celebrata benedictione postea senior frater aduenerit, & vt ipse benediceretur cogendo elicuerit & impetrauerit. Cur præterea ea conditione, vt fratri suo seruiret. Caput III.

CELEBRATA benedictione, postea senior frater aduenit. Quo declaratur prius ecclesiæ regnũ q̃ synagogæ in prædestinatione delatum, sed subintrasse synagogam vt superabundaret peccatum, & cũ superabũdasset peccatum, superabundaret & gratia: simul clareret impigrum militem regni cælestis candidatum esse debere, vt præripiat benedictionem, & prærogatiuã suæ commendationis vsurpet. Vnde non est notatus a patre iunior filius, sed laudatꝰ. Q uod ait Isaac: Prater tuus ve- “ niens cum dolo accepit benedictionem tuã. Bona enĩ “ vbi irreprehensibilis est, rapina. Irreprehẽsibilis autem rapina pietatis, quia a diebus Ioannis regnum cælorũ Mat.11. cogitur, & cogentes diripiunt illud. Festinantes autem fratres pascha celebrabant, qui festinãtes manducabãt agnũ, nõ demorãtes: & fratrẽ Bẽiamin sanctus Ioseph piæ cõmento fraudis accersiuit & tenuit. Et ipse tamen vt benediceretur cogẽdo elicuit & impetrauit, sed eam benedictionem quæ cum superiore congrueret & conueniret, vt seruiret fratri suo. Etenim qui imperare nõ poterat, & alterũ regere, seruire debebat, vt a prudẽtiore regeretur. Neque enim fuit sancti patriarchæ vt filium suum degeneri conditione seruitutis addiceret, sed vt bonus pater, cum duos haberet filios, vnum intemperantem, prudẽtem & sobrium alterum, vtrique consuleret. Intemperanti præfecit sobrium, & insipientem prudenti statuit obedire, quia insipiẽs nõ põt volũtarius virtutis esse discipulꝰ, nec pseuerare in studio: gaEccl.27. stultus sicut luna mutatur. meritoq; ei libertatem proprii negauit arbitrii, ne velut nauis in fluctibus sine gubernatore fluitaret, sed subdidit eum fratri, secundum quod scriptum est: Seruit enim imprudens prudenti. Prou.11. Recte ergo eum subdidit, vt regentis imperio suũ melioraret affectum. Ideo ait: Super gladium tuum vi- “ ues, & seruies fratri tuo. Domina enim est pietas cru- “ delitatis, & mansuetudo duris motibus præstat. Seruit omnis qui autoritatem puræ non habet conscientiæ, seruit quicunque vel metu frangitur, vel delectatione irretitur, vel cupiditatibus ducitur, vel indignatione exasperatur, vel mœrore deiicitur. Seruilis enim est omnis passio, quoniam qui facit peccatum, seruus Ioan.8. est peccati. &, quod peius est, multorum seruus est. qui subiectus est vitiis, multis se dominis addixit, vt seruitio ei exire vix liceat. At vero ille qui voluntatis suæ arbiter est, iudex consilii, interpres arbitrii, qui coercet corporeæ appetẽtiam passionis, qui ea quæ agit bene agit, bene autem agens recte agit, & qui recte agit, inculpate & irreprehensibiliter agit, habens suorum actuum potestatem: is profecto liber est. Nam qui omnia prudenter agit, & ita viuit vt vult, is solus est liber. Non conditio fortuitum seruum facit, sed probrosa insipiẽtia. Deniq; famulus prudẽs regit dominos

A stultos, & probi serui dominis fœnerabũt. Q uid fœnerabunt? Non vtiq; pecuniam, sed sapiẽtiam, sicut & lex
Deut. 15. dicit: Fœnerabis gentibus multis, tu autem mutuum non accipies. Fœnerabit Iudæus proselyto diuinæ legis oracula. Sed quia ipse legis mysteria videre non potuit, & quæ habebat nesciuit oracula: qui literam fœnerabat gẽtibus, nunc ab his spiritalis doctrinæ gratiam mutuatur: meritoq; subiectus est seruitutti, quoniã qui mutuatur, seruus est, quasi addictus fœnori creditoris. qui autẽ piæ doctrinæ fœnus impartit, is est princeps, sicut lex dicit: Princeps eris gentium multarũ, tibi autem princeps ex ipsis nõ erit. Princeps enim est qui regit, qui & habet sapientiæ principatũ, quem habuit populus Iudæorum. Sed quoniam quod docebat, seruare non potuit: debet discere quod docere nescivit. Hoc est “ igitur quod ait patriarcha Isaac: Seruies fratri tuo. Erit “ autem cum deposueris & solueris iugum illius a collo tuo. significans duos futuros populos, vnum ancillę filium, alterum liberæ. Seruit autẽ litera, libera est gratia. eumq; populum qui literæ intẽdit, tãdiu seruum fore, quãdiu spiritalis doctrinæ sequatur interpretẽ. Tũc
Roma. 9. quoq; illud futurum quod Apostolus ait: Vt reliquiæ saluæ fiant secundum electionem gratiæ. Seruies ergo fratri tuo. sed tunc senties seruitutis profectum, cum voluntarius potius q̃ coactus obedire cœperis fratri.

B De ortu inuidiæ & minitatione Esau quod fratrem occideret, & quem admodum prouidendum sit ne parricidium sequatur, ac de profectione Iacob ad Laban. Caput IIII.

SINC orta est inuidia, & minitabatur Esau quod post obitum patris fratrem occideret. Sed si id accideri t, dicamus ad Rebeccã quẽadmodum prouidendũ sit ne inuidia iracundiam excitet, iracũdia in parricidium prorumpat. Veniat Rebecca, hoc est, induatur patientia, bona custos innocẽtiæ suæ adeat vt iræ locum demus. Cõcedamus aliquo lõgius, donec tempore indignatio molliatur, offensioni surrepat obliuio. Itaq; patientia nec exilium reformidat, sed impigre suscipit, nõ tam vt periculum salutis, q̃ vt incentiuum sceleris declinetur. Mater quoq; pia abesse sibi dilectissimum filiũ tolerat, plus ei collatura quẽ læsit, vtriq; tamen cõsulẽs, vt alterum immunẽ a periculo, alterum integrũ præstaret a crimine. Audiuimus quid corporeis ebria cupiditatibus intẽperantia locuta sit, cõsideremus quid vera virtꝰ agat. Nihil requirit nisi dei gratiam, solum illud & summũ bonum sequitur, solo eo cõtenta est, a quo accepimus omnia, ipsi autem
Psal. 15. nihil cõferimus, quia nullo indiget, sicut ait Dauid: Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorũ meorũ
C non indiges. Q uo enim indiget qui abũdat omnibus, & nobis largitꝰ vniuersa, omnia sine defectu ministratꝰ? “ Et profectus est Iacob, & dormiuit (qđ est quieti animi “ indicium) & vidit angelos dei ascendẽtes & descendentes. hoc est, Christum prænidit in terris, ad quem angelorũ caterua descendit atq; ascendit, obsequium proprio domino pio præbitura seruitio. Et venit ad puteum, vt biberet de suis vasis, & de puteorum suorũ fontibus, & superfluerent ei aquæ de suo fonte. Fons enim vitæ est “ in manibus iusti. Et venit ad Laban, & oues eius pauit. Iniquitas incomitata refidet, sapientia regendi officiũ nõ omittit, nescit vel alienis vacare, nescit exul esse in peregrinis. Q uomodo enim exul quæ vbiq; suũ seruat, & in se habet quod possidet? Q uasi mercenarius ingreditur iustus, & rector est. Qui sibi gregem multarum præstantiumq; virtutũ splendore fulgentẽ, euangelicæ prædicationis ministerio colligebat, vt potaturis ouibus virgã storacinã & nucinã & de platano proponeret inuẽtis, quo cõcupiscentes beatissimæ trinitatis præfigurata mysteria, haud quaq; decolores fœtus piæ mentis cõceptione formarẽt. Bonæ oues, quæ bo- D norum partus operum fidei sacræ nõ degeneres ediderunt. Per storacem significatur incẽsum & sacrificium vespertinũ, quod deo patri defertur in psalmo. Per nucinam virgã sacerdotale Christo munus defertur. Hæc enim virga Aaron quæ repolita floruit, qua sacerdotalis gratia sanctificationis emicuit. Per platanum spiritalis fructus significatur vbertas, quia arbori huic vitis annectitur, vt per eius lata consortia partus sese vberes fundant. Siquidem dominicæ munera passionis, remissionemq; omnium peccatorum adiũcta spiritus gratia dare consueuit.

De ditatione Iacob apud Laban, & ob id in inuidiã vocati, ac de diuina iussione vt in terram suam reuertatur. Q ualis præterea vir iustus esse debeat si inuidia fuerit exorta. Q uid deniq; significet inquisitio Laban, & nihil suũ apud Iacob inuentio. Et ex hoc de beati Iacob excellenti commendatione. Caput V. E

HIS itaq; vt scriptura dicit, diues factus est valde, bonũ gregẽ nutriens Christo, quẽ fidei titulo, & variarum virtutum nobilitabat insignibus. Itaq; nec sibi videbatur angustus, cõ fusi fidei opimus, & Labæ filius vt opulẽtissimus in inuidiam vocabatur, qui suum gregem alieni gregis accessione accumulasset, & dixit ei deus: Reuertere ĩ ter- “ ram patris tui, & in gentem tuã, & ego ero tecum. ostẽ- “ dẽs nihil ei deesse cui adesset omniũ plenitudo: hoc solum abundare perfecte, in hoc cõstare omnia, & oia ad ipsum referri, nihil ei nouĩ, nihil superfluũ necessariũ, cui pax fida supperteret, per quã recõciliaret quæ primo fuerant discrepantia. Nec mirum si pacẽ haberet, qui columnam straueret & vnxerat deo, quæ est ecclesia. Colũna enim & firmamentum dicta est veritatis. Eã vi- F git qui in Christũ fidei, in pauperes misericordiæ fundit vuguẽtũ. Nunc consideremus qualis vir iustus esse debeat si inuidia fuerit exorta. Primum vt declinet eam. melius est enim sine lite abire, q̃ residere cum iurgio. Deinde vt talia possideat, quæ secum auferre possit, vt in nullo teneri ab aduersario possit obnoxius, sed dicat: Cognosce si quid tuum est apud me. Et quæsiuit “ Laban, & nihil suum inuenit apud Iacob. Magnꝰ vir “ & vere beatus, qui nihil potuit suum amittere, nihil alienum habere. hoc est, nihil minus habere, nihil superfluum. Itaq; ille perfectus est, cui nihil deest, iustus cui nihil superest. Hoc enim est iustitiæ tenere mensuram. Q uanta virtus, cui societas lucrum dabat, non irrogabat dispendium? Hoc est perfectum esse, adhærẽtibus sibi commodi plurimum dare, nihil afferre incommodi. Denique is qui nocere cupiebat, inanem eum non potuit dimittere. Sapiens enim nunquam inanis est, semper in se habens amictum prudentiæ, qui potest dicere: Iustitiam induebam, & vestiebam iudicium. sicut Iob.29. dixit Iob. Nanque hæc mentis sunt interna velamina, quæ nemo alius possit auferre, misi cum aliquẽ sua culpa despoliat. Deniq; sic despoliatus Adam, nudus inuitus est. At vero Ioseph etiam vestimento exteriore relicto, nudus non erat, qui salua habebat indumẽta virtutis. Nunquam ergo inanis sapiens. Nam quomodo inanis, qui de plenitudine Christi accipit, & seruat acceptum? Q uomodo inanis, cuius repleta est anima, quę acceptæ gratiæ vestimenta custodit? Illud metuendũ est, ne quis innocentiæ velamen amittat, ne impii sacrilegæ persecutionis intẽtione terminos iustitiæ prætergressi, vestimentum animæ ac mentis eripiat. Qđ non accidit nisi prius aliquam vox suæ iniquitatis exuerit. Vnde & Dauid dicit: Si est iniquitas in ma- Psalm. 7. nibus meis, decidam merito ab inimicis meis inanis, persequatur inimicus animam meã & comprehendat. Nemo ergo ex inimicis potest tuã animã comprehẽ-

G dere,nisi prius inanis fuerit effecta. Noli igitur metue=
re eos qui possunt auri argentiq; compilare thesauros:
Isti tibi nihil auferunt. Hoc enim auferunt quod nō ha=
bebas,hoc auferunt quod possidere nō poteras, hoc au=
ferunt quod non ornabat animam tuam,sed onerabat,
hoc auferunt quod non locupletabat cor tuū,sed potius
Mat.6. deprimebat. Vbi enim fuerit thesaurꝰ tuus, ibi erit cor
tuum: sicut audisti, legisti hodie. Multi seris portarū
suarum includunt aurum suum,ad hoc vectibꝰ & clau=
stris suis credunt. Multi vigiles adhibēt,sed ipsi quoq;
plus ipsos solent timere custodes. Multi defosso auro
incubāt,aurū eorū sub terra,& cor eorum sub terra. Ca=
ue ergo ne & tu cor tuū terræ viuus infodias. Nō ergo
auri istiꝰ metuēdi fures. Ille tibi cauēdus est fœnerator,
qui substantiā aīæ tuæ scrutat̃,si qua peccati grauioris
æra cōtraxeris,qui cor tuū includit solo,qui animā tuā
eo cespite obruit quo aurum texeris,qui mētē tuā cen=
tesimariū incuruat thesauris, & graui condit̃ sepulchro
de quo nullus resurgit. Sequere sanctum Iacob,qui ne=
que de alienis vitiis quicquā habebat,neq; suarum vir=
H tutum erat inanis & vacuus,qui erat iustitiæ fructu re=
pletus. Sed hæc moralia. Illud mysticū, quod venit ad
2.Cor.11. eum Laban,hoc est,dealbatus,quia & satanas transfi=
gurat se in angelum lucis: & cœpit ab eo sua requirere.
Respondit ei Iacob: Cognosce siquid est tuorum apud
me,hoc est,nihil tuorū habeo. Quære siquid agnoscis
vitiorum & criminum. Nihil mecum abstuli,fraudū
tuarum dereliqui consortia,illa non habeo, omnia tua
tanquam contagium refugi. Et quæsiuit Laban,& ni=
hil suū reperit. Quā beatus vir,in quo inimicus nihil i=
uenit quod suum posset dicere,in quo diabolus nihil of
fendit qd̄ suū agnosceret. Impossibile videbatur istud
in homine,sed typum gerebat eius qui dixit in Euāge=
Ioan.14. lio: Venit huius mundi princeps,& in me inueniet ni
hil. Nihil est enim quicquid est diaboli, quod nullā po=
test habere perpetuitatem atq; substātiam. Ipse autem
est qui præfigurabatur in Iacob, dominus Iesus spon=
sus duorum cōiugiorū,hoc est quidem legis & gratiæ,
qui virginem Rachel ante dilexit, & prædestinatā sibi
in coniugium pio amore affectauit. Sed quoniam alia
tanquā lex subintrauit,& oculis infirmior obrepsit tan=
I quā synagoga,quæ mentis cæcitate Christū videre nō
potuit,supabūdauit gr̃a sanctę Rachel,quæ supra pri=
mum illud est expetita coniugium,quæ ecclesiæ prin=
cipatum futurum iam tunc nominis sui interpretatio=
ne signabat. Beata Rachel,quę abstulit opprobriū suo
partu. Beata Rachel,quæ abscondit cultus erroresque
gentilium,quæ simulacra eorum plena esse immundi=
citiæ declarauit. Nemo credat paternæ pietatis læsam
esse reuerentiam,quod stante patre sedit,quoniam scri=
Mat.10. ptum est: Qui plus diligit patrem aut matrem q̄ me,
non est me dignus. Vbi causa agebatur religionis,fi=
des debuit habere sedem iudicii, & quasi rea stare per=
fidia.

Quid significet quod proficiscenti Iacob angeli dei occurrerunt. Quid sibi etiam velit quod ipse fratri occurrens septies in terra adorauerit. Quid deniq; quod petiturus a fratre concordiam, in castris dormiuerit.
Caput VI.

HÆC eousq; probata sunt, vt proficiscenti Ia=
cob sancto angeli dei occurrerent. Deniq; vi
dit castra dei applicantia, & ait: Castra dei
hæc sunt. Perfectis enim & fidelibus diui=
na solent adesse præsidia. Perfectus autem qui cogi=
tabat de recōciliatione fraterna,ita vt humilitate eam
inuitaret,officiis acquireret,muneribus quoq; emendā
putaret. Occurrit itaq; fratri cum vxoribus & pignori=
bus suis,vt etiā si ipse indignaretur,necessitudinis obse
quiis inflecteretur. Et adorauit septies in terra. Quid
sibi istud vult esse? Lex dicit: Dominum deum tuum Deute.10.
adorabis,& ipsi soli seruies. & hic adorat intemperan= K
tem,iracundum,minantem parricidale flagitium. An
terram adorauit,illam humano cruore concretam,ser=
pētium infusam venenis, aut ieiuna infelicem glarea,
aut duris atq; asperis inhorrentem cautibus? Quid si=
bi etiam vult quod septies adorauit? Hæreret solutio,
nisi illud occurreret quod Petro interroganti in euan=
gelio, Si frater meus in me peccauerit,quotiens dimit= Mat.18.
tam ei, vsq; septies? respondit dominus Iesus: Non so=
lum septies,sed vsq; septuagies septies. Hoc igitur pro=
phetico spiritu sanctus patriarcha significat,in aduenie
tem respiciens,qui non solū vsq; septies,sed etiā septua=
gies septies veniā fratri laxari iuberet,vt eius contem=
platione conuentus Esau, iniuriam quam se accepisse
putabat, remitteret fratri: & q̄uis læsus, in gratiā redi=
ret: quia propterea carnem suscepturus erat dominꝰ Ie
sus,& venturus in terras, vt multiplicatam nobis do=
naret veniam delictorum. Deniq; petiturus a fratre cō=
cordiā,dormiuit in castris. Perfecta virtus habet quie=
tis tranquillitatem & stabilitatem. Ideo dominus do=
num eius perfectioribus reseruauit dicēs: Pacem meā Ioan.14.
relinquo vobis,pacem meam do vobis. Perfectorū est
enim non facile mundanis moueri,non turbari metu,
non exagitari suspicione,non terrore concuti, nō dolo=
re vexari,sed quasi in littore tutissimo aduersum insur=
gentes fluctus secularium procellarum mentē immo=
bilem fida statione placidare. Hoc firmamentum Chri L
stianis mētibus Christus inuexit,pacem internam in=
hærēs animis probatorum, vt nō turbetur cor nostrū,
neq; exagitetur animus. Hanc pacem super omnē mē=
tem esse Apostolus doctor asseruit, dicens: Et pax dei Phil.4.
quæ exuperat omnem mētem, custodiat corda vestra
& sensus in Christo Iesu. Fructus itaq; pacis est,non p=
turbari in pectore. Deniq; vita iusti quieta est, iniustus
autem inquietudinis & perturbationis plenꝰ est. Itaq;
amplius suis suspicionibus affligitur impius, q̄ alienis
pleriq; verberibus: maioresq; vibices vulnerum in eius
animo sūt,q̄ ī eorū corpore qui ab aliis verberant̃. Grā
de est intra se aliquem tranquillum esse, & sibi cōueni= M
re. Foris pax aut imperatoris solicita prouidentia, aut
manu militū quæritur, aut bellorū prospero cedit euē=
tu,aut internecione aliqua barbarorū,si ī se hostili mo=
tu arma cōuertant. In ea pace nulla nostra virtꝰ,sed euē
tus est. Certe gloria pacis illius ad imperatorem refer=
tur,istius pacis fructus in nobis est,quæ est in mētibus
singulorum,quæ tenetur affectibus. Istius pacis maior
est fructus,quo spiritalis nequitiæ tentamēta,q̄ quo ar=
ma hostilia repelluntur. Ista pax sublimior,quæ corpo=
ralium passionum excludit illecebras,perturbationesq;
mitigat,q̄ ea quæ barbaricos sedat incursus. Plus est e=
nim clauso intra te hosti resistere,q̄ remoto.

De lucta Iacob cum deo,& quid sit luctari cum deo. Qua ratione etiam claudicauerit. De vindicta quoque filiorum eius ī alienigenas propter sororis deflorationem,& ipsius Iacob mansuetudine atq; clementia. De responso præterea diuino sibi dato vt exurgeret,& ascenderet in locum Bethel. Caput VII.

ITAQVE Iacob qui cor suum ab omni si=
multate mūdauerat, vt pacificū affectū gere
ret,postq̄ precedūt oīa sua, solꝰ remāsit,& lu
ctatꝰ est cū deo. Quicūq; enī secularia negli=
git,ad imaginē similitudinēq; dei ꝓpius accedit. Quid
est enī luctari cū deo,nisi virtutis succedere certamē, &
cū supiore ꝓgredi,potiorēq; cęteris imitatorē fieri dei? Et
qa insupabilis erat fides eiꝰ atq; deuotio, secreta ei my=
steria dn̄s reuelabat tāgēs latitudinē femoris eiꝰ, eo ꝙ
ex eius erat gn̄atiōe dn̄s Iesus oriūdus ex virgīe, q deo
nec ipar nec ineq̄lis esset,cuiꝰ crucē obstupescētis femo=

A ris latitudo signabat,eo qd̄ diffusa per vniuersum mun
dum remissione peccati salutaris foret omnibꝰ,qui stu=
pore sui corporis ac sudore resurrectionem tribueret de=
functorum. Vnde nō immerito exortus est sol sancto
Iacob, cuiꝰ generi crux domini saluatoris illuxit: simul
quia sol ei oritur iustitiæ,qui deum cernit, quia ipse est
lumen æternum. Claudicauit autem Iacob a femore
suo. Propter hoc non manducant hodieq; filii Israel ner
uum. Vtinam māducassent, & credidissent. Sed quia
nō erāt facturi volūtatē dei, ideo nō māducauerūt. Sūt
& qui ita accipiant,qd̄ ideo claudicauerit ab vno femo=
re Iacob,quia duobus populis ex eius generatione ma=
nantibus,vnius stupor iam tūc circa fidei gratiam de=
clarabatur futurus. ipse est ergo populus qui stupore p=
fidiæ claudicauit. Deniq; nō multo post reuelationem
istiusmodi,cum esset ab alienigenæ filio Dina filia Ia=
cob deflorato virginitatis pudore temerata, fratres eiꝰ
qui non intellexerūt mysterium,alienigenas,qui socie=
tatem per coniunctionē generis offerebāt, vindictæ stu
dio peremerunt. Iacob autem qui morali mansuetudi=
ne clementiam diligebat,vel mystico spiritu sacramen
tum regenerandæ ex gentibus preuidebat ecclesiæ,in=
uitus & dolenter scenam illam exactæ vltionis acce=
pit. Vnde prophetanti aduentum domini Iesu,respon
B sum diuinum est datum: Exurgens ascende in locū Be
thel,hoc est in domum panis, vbi natus est Christꝰ,si=
cut Michæas propheta testatus est dicens: Et tu Be=
Mich.5. thleem domus Ephrata nō es minima,vt sis inter pri=
cipes Iuda: Ex te enim exiet princeps Israel, & egres=
sus eius ab initio,a die seculi. Vere domus panis,quæ
domus Christi est,qui nobis panis salutaris aduenit e
cælo,vt iam nullus esuriat, cibum sibi immortalitatis
acquirens. Vbi iubetur habitare patriarcha, vbi aram
facere deo qui apparuit ei. Ibi deos accepit alienos, &
abscondit eos sub lentisco: Ibi quoque sepulta est Ra=
chel in via Ephrata,hoc est Bethleem: Ibi etiā colum=
nam statuit Iacob supra monumentum eius. Quanta
mysteria,quia ibi est ecclesia dei,ī qua apparet deus, &
loquitur cum seruis suis. Ibi eripiūtur & abscōdūtur si=
mulacra gentium. Fides enī ecclesiæ omnē obseruātiā
gētilitatis aboleuit. Sed cur sub lētisco, quęro. Certe ge
nus istud ifructuosū est. Ibi ergo sunt dii gētiū, vbi nul
lus est fructus, Ibi inaures gētiliū infodiuntur quas de=
derunt Iacob,vt iam nouam linguā audire assuescant,
veterem perfidiæ sonū nesciāt,obsurdescant aures eorū
sacrilegio,& mundētur ad gratiam. Nō immerito ibi
C sanctus Daniel falsum aduersus Susannā testimoniū
deprehēdit. Ibi enim volebat adhuc radices suas locare
perfidia,sed latere non potuit,quia a prophetico spiritu
deprehensa est. Cōgruus autē error presbyteri veræ cō=
fessionis,vt ibi contaminatā diceret castitatem, vbi gē
tium defossa simulacra sunt. Sed veritas ecclesiæ nō te=
xit perfidiam,& aures gētilitatis obstruxit. Cōueniēter
quoq; ibi sepulta est sancta Rachel,quia oēs qui bapti=
zantur in Christo,consepeliūtur cum eo. Sic enī doce=
Rom.6. mur dicēte Aplo: Cōsepulti enī sumus cum illo per ba=
ptismum in mortē, vt quēadmodū ille surrexit a mor=
tuis propria virtute suscitatus,ita & nos per eius gratiā
resurgamus. Tunc igitur vere abscōditur omnis error
gētiliū,cū quis fuerit ablutus a vitiis,quia cōfixus cruci
vetus homo noster nescit iam veteri seruire peccato.
Cōpetenter etiam columna statuitur supra monumē=
tū Rachel,qa ecclia est colūna & firmamētū veritatis.

De cōmēdabili sancti Iacob senectute, futurarūq; dubiarum rerum, finis quoq; vitæ suæ præuidētia, atq; agendorum dispositione. Caput VIII.

SENVIT autem Iacob.) Ætate iam senue=
rat & moribus,sed certabant in eo impigra
viuacitas iuuētutis,& tranquillitas senectu
tis. Etenim & senectus virens gratia, & iuuentus ca= Sapiē.4.
na in cōsiliis,de qua dicit scriptura: Senectus enim ve= D
nerabilis, & ætas senectutis vita immaculata. Ex hac
vita fugit Iacob,qui bonis operibꝰ præuenit tēpus lon=
gæuæ senectutis: vt & fructum eius ante tempus car=
peret,& postrema eius in tempore nō timeret. Beatus
quidē & iuuenis qui bene viuit,sed beatus & senex qui
bene vixit. Quod enim iuuenis sperat, adeptus est se=
nior. quod senex fuit,optat hoc esse qui iuuenis est. Cer
te hic inquieti maris longiore sibi adhuc cursu manēte,
iactatur fluctibus,senex vero sicut in portu ita in statio=
ne est senectutis. Erat itaq; huiusmodi Iacob,q vix spe=
randa iuuenibus bona, incolumi & tuta gratię claue iā
clausa & obsignata tenebat. Quod autem possideas,eo
quod adhuc speres,præstabilius est. Erat ergo senex Ia
cob,ad quē iuuenes aduersa temporis alicuius tempe=
state perculsi,tanquā in portum sese recipiebāt: ipse au=
tem tanquā in specula vitæ huius positus solicito præ=
tendebat affectu,& longe ante rebus dubiis præuide=
bat remedia. Deniq; fames erat ī tota terra,& senex de=
positꝰ quæ alacres iuuenes ignorabāt, primꝰ audierat,
primꝰ admonuit filios suos in Ęgypto exuberare fru=
mētum,& proficiscēdū vt emerent quę sibi ad vsum ne
cessaria forent. Libēter etiam ipse iuuenum cōsilio ac=
quiescebat,vt etiam filium iuniorem simul mitteret.
Et renunciātibus illis quod Ioseph filius suus viueret,
infracto licet corpore,sed viuida animi virtute, non ex=
pectauit vt filius ad se veniret, sed ipse magis perrexit
ad filium. Pietati enim mensura ordinis nō præpōde= E
rat. Nulla itaq; sensit impedimenta fessæ senectutis cū
pergeret. Pietas enim leuabat laborē. Verum vbi re=
cepti filii fructu potitus est, aliquanto exacto tempore
decem & septem videlicet annorum, (quod secundū il=
lam patriarchæ longæuitatem exiguæ portionis tem
pus est) finem vitæ sibi appropinquare cognouit. Vo=
cauit itaq; Ioseph filium,& per generationis suæ futu=
rum hæredem,constrinxit eum ne in Ęgypto sepelire=
tur. Acceptaq; fide,cū paulo post infirmaretur,benedi=
xit patriarchas duodecim,& prophetauit.

Qua ratione sanctus Iacob cum in ipsis mortis esset diebus, merito predicādus fuerit beatus, multiplicique eius laude, presertim in patriarcharum benedictione. Quod præterea neq; Ioseph, neq; Esaias, neq; Hieremias, neq; Daniel, neq; mater Maccabæorū cum filiis, negandi sunt fuisse beati, licet grauia sustinuerint supplicia. Caput IX.

DICAT nunc aliquis non beatum Iacob cū E
in ipsis mortis esset diebꝰ,qui pene plura cū
deo q̄ cū hominibus alloquia miscebat: non
beatum cum oculi eius grauarētur in sene=
ctute,& non posset videre. Videtur enim cæcitas qui=
busdam esse grauis crūna calamitatis. Sed tunc quoq;
beatꝰ Iacob,qui discernebat spiritu quod oculis discer=
nere aspectuq; nō poterat. Videbat futura qui æstima=
batur nō videre præsentia. Deniq; errauit & ipse Ioseph
vt ad dexteram eius applicasset filium suum seniorem,
& ad sinistram ipsius,hoc est Iacob,applicuisset filium
iuniorem, vt ætatis ordo benedictionis ordinem ser=
uaret,cum extenderet dexteram suam super nepotem
iuniorem,& sinistram super seniorem nepotem, & vo=
lēti filio patriā dexterā sup Manassen seniorē cōuerte=
re,respōderet: Scio fili scio,& hic erit ī populū,& hic ex=
altabitur,sed frater eius iunior maior illo erit. Et causā
prelationis adiunxit dicēs: Semen eius erit multitudo
gentiū. Adeo,licet impedito corporis aspectu, melius
videbat, vt videntem doceret errasse. Quis enim me=
lius videt,q̄ qui videt Christum? Aut quis potest dice=
re oculis impeditū eum, qui videbat in Christo refulgē
tem ecclesiam? Nōne igitur clarū est qd̄ debilitas bea=

G titudinem impedire non posſit? Ille oculorum impedi-
tus munere, ille defatigatis corporis viribus in lecto tā-
quam in ſepulchro corpus relinquēs, aſſurrexit in ſe, &
longe ab aliis, atq; intra ſemetipſum ſeſe colligens, præ-
ſentib? ſe rebus ſubduxerat, & nouiſſimorum dierum
futurę miſcebatur ætati. Sic enim ſcriptum eſt: Annū-
ciabo, inquit, vobis quæ occurſura ſunt vobis nouiſſi-
mis diebus. Quid igitur ei deerat cui deus aderat, qui
ei profecturo dixerat: Deſcendam tecum in Ęgyptū, &
ego deducā te in perpetuū? Nec deſinit quādo ieo ſpiri-
tus ſanctus loquebatur. Quis tam potēs in ſuo domi-
cilio, q̄ iſte in alieno? Quis tam abundās in vbertate,
q̄ iſte in fame? Quis tam fortis in iuuētute, q̄ iſte in ſe-
nectute? Quis tam actuoſus in negocio, q̄ iſte in ocio?
Quis tam velox in curriculo, q̄ iſte in lectulo? Quis tā
lætus in flore adoleſcentiæ, q̄ iſte in mortis confinio?
Quis tam diues in regno, q̄ iſte in peregrino loco? De-
nique reges benedicebat. Nec immerito pauper non
erat, qui nullo indigebat. Pauper non erat, qui ſe pau-
perem nō putabat. Et quis pauperem dicat, cuius con-
uerſatione dignus orbis terrarum nō fuit? Et ideo con-
H uerſatio eius erat in cælo. Hic vero prædiues in diui-
tiis ſimplicitatis & ſynceritatis, decorus nitore animę,
q̄ corporis pulchritudine, quæ marceſcere nō nouit. ætate impiger, cui liceret cum vellet corporeo iſto exire
gurguſtio, & ſuperna paradiſi mentis vigore penetra-
re, exultans ſpiritu, cum ſepulchri extrema mandaret.
Non enim terreno ſe tumulo claudēdum, ſed ſuperno
recipiendum domicilio præſumebat, & ideo tanquā al-
teri mādabat ſepulchrum, ſui autem ſecurus mortem
illā immortalitatē putabat. Videbatur corporis impli-
catus impedimēto, & vigilās i futura tēpora præcurre-
bat affectu, dicēs de pſecutoribus dñi, qui de tribu Sy-
meon & Leui autores erāt nequitiæ proceſſu: In conſi
lio eorum nō veniat anima mea, & in occurſum eorum
non contendāt viſcera mea. Quis autē tam validus in
virtute, q̄ fortis iſte in infirmitate? qui dicebat: Maledi
ctus furor eorum, quia ſuperbus & temerarius: & ira il
lorū, quia indurata eſt. Diuidam illos in Iacob, & diſp-
gam illos in Iſrael. Quis vero tā canorus cātibus, q̄ iſte
vocibus, qui toto auditus eſt mūdo, qui per omnes po-
pulos, per omnes auditur ætates? Quis tam ſuauiter
I ſeptem vocum differentias oblocutus, q̄ iſte ſeptempli-
ci ſpiritus ſancti gratia refultauit? Q ſi licet mēbris re-
ſolutus, tamen attollens ſe animo, & erigēs ſpiritu, cor-
poris ſui tanquā citharæ harmoniam diſſoluta mēbro-
rum cōpage deſtructam altā mēte deſpiciens nō requi-
rebat, ſed ocioſam iacere humi patiebatur. Ipſe autē cā-
tus emulcebat, interno & prophetico ſe modulamine
delectabat dicens: Iuda, te laudabunt fratres tui, man?
tuæ ſuper dorſum inimicorum tuorum, adorabūt te fi
lii patris tui. Catul? leonis Iuda, ex germine mihi aſcē
diſti: recumbens dormiſti vt leo, & tanquā catulus leo-
nis. Quis ſuſcitabit illū? Et infra: Lauabit in vino ſto-
lam ſuam, & in ſanguine vuæ anabaladiū ſuū. Hilares
oculi eius a vino, & dētes cādidiores lacte. Qui cantus
dulcior, qui ſonus ſuauior, q̄ remiſſio peccatorū, & reſu
citatio mortuorum? Hūc cātum ſanctus Dauid ille di-
uinæ organū vocis, & dominici ſermonis interpres, ci-
thara cecinit ſpiritali. His modulis gratiæ, ſublimē illū
animū mentēq; mulcebat. Hoc cātu mundi iſtius aſpe-
ra mitigauit, hoc ſonitu ſeculi dura molliuit, hoc pſalte
rio terrorem mortis infregit, hac ſuauitate chordarum
inferna calcauit. Sed audiamus etiam quæ ſanctus Ia-
cob Patriarcha admirabili illo ſuæ organo mētis incre
puit. Neptalim vitis remiſſa: porrigēs in germine ſuo
decorem. Filius meus ampliatus Ioſeph, filius meus
adampliatus, zelo appetit? filius meus, fili? meus ad-
oleſcentior ad me reuertere. Et infra: Præualuit ſuper
benedictiones montium, & deſideria æternorū colliū.
Quid dulcius bñdictione? Quid grati? æternitate? Et
ipſa verba ſunt cātus, & in verbis magna votorū ſunt k
præmia, meritorū faſtigia. Quid ſuauiꝰ ſancto Ioſeph,
qui nos liberauit ab opprobrio, crucis dñicæ ſacramen-
to? Sicut enim maledictū factus eſt Chriſt?, vt maledi
ctū ſolueret legis: & peccatū factus eſt, vt mūdi peccatū
tolleret: ita opprobriū fact? eſt, vt gētilitatis opprobriū
auferret. Sed illud opprobrium Chriſti, theſauris Ęgy
pti precioſius æſtimatū eſt. Et ideo Moyſes Pharao
regis aulam reliquit, & fidei elegit opprobrium, cui ſe
opprobrio maria diuidebāt. Ipſe ergo Neptalim vitis
totum remiſſa per mūdū, vt oibus populis vbertatem
poculi ſpiritalis infunderet. Ipſe eſt ampliatus, habens
nomen ſuper omne nomen: qui quoniā ſe pro omnib?
obtulit morti, ideo audiuit a patre: Ad me reuertere.
Loquebatur Iacob, & deus audiebatur. Ille benedice-
bat, & deus præſonabat dicens filio: Ad me reuertere,
hoc eſt, poſt paſſionē reuertere. Reuertere ad ſedē tuā,
reuertere cum trophæo, reuertere ad me, vt te reſurgē-
tem defunctū ſequātur, & tua poteſtate pariter atq; exē-
plo reſurgant, vt fias primogenitus ex mortuis, vt ad
dexteram ſedeas patris. Vnde & filius dixit: Amodo
videbitis filium hominis ſedentē ad dexteram virtutis Mat. 26.
dei. Neget quis beatū Iacob in ipſo mortis ſupremo, L
qui diuina fundebat oracula. Neget beatum Ioſeph in
carcere, vbi ſapiētiæ ſpiritu interpretabatur ſomniorū
quæ audierat veritatem, & futurorū ſeriem reuelabat.
Neget beatum Eſaiam cum medius ſecaretur: Hiere-
miam cum mergeretur: Daniel ſanctū cū inter leones
ſtaret intrepidus, & prædium ei raptus ab angelo pro-
pheta deferret. Nō vtiq; ideo beatus, quia alienum prā
debat prædium, ſed quia meritis ſuis impaſta leonum
ora claudebat. Quis autem non beatam dixerit matrē
Maccabæorum, quæ ſeptem filiorum funeribus octa-
uam ſe addidit ad laudem cæleſtis triumphi?

Quātæ laudis fuerit ſacerdotum ſacerdos Eleaza-
rus in ſuppliciorum conſtanti toleratione, quodq; ideo
non minus, ſed magis fuerit beatus. Caput X.

NEC te Eleazare prætermitam, vtpote ſacer-
dotum ſacerdos, ſed tuis iuuādus oratis, qui
genere ſacerdos, perit? in lege, maturus æui,
cum oblat? eſſes Antiocho perſecutori, nec
tentamentis potuiſti capi, nec præmiis inflecti, nec ſup
pliciorum acerbitatibus frangi. Deniq; a blandimentis M
cœpit, quia iudicabat tormenta ſua poſſe ſuperari. Eru
beſco, inquit, caniciem tuam, reuereor ſenectutem, mi-
ror prudentiam, cur abſtinendum bonis epulis putes,
quas natura largitur? Relaxa iſtiuſmodi peruicaciam,
expergiſcere aliquando, dum adhuc malo tibi perſua-
dere q̄ extorquere, ne victus ſuppliciis facias quod refu-
tas ratione inuitatus. Ad hæc reſpondit ſenex: Nos
Antioche non intentione ducimur, ſed reuerentia le-
gis tenemur, quæ a ſuilla carne abſtinendum præcipit.
Pulcherrimam creaturam iudicas, negare tamen non
potes quod potior ſit temperantia, q̄ voluptas: potior
legis obedientia, q̄ præuaricatio. Quod ſi hoc leue pu-
tas, vt carne veſcamur ſuilla: qui in minimis legem cō-
tempſerit, quomodo in magnis tenebit? Aut ſi precio-
ſa eſt creatura huiuſmodi, vindicaris: cum eo quod ſit
pulcherrimum, defraudamur. Abſtinentia autem no-
ſtra diſciplina eſt caſtimoniæ. Diſcimus enim reſeca-
re luxuriam, cupiditates vincere, excludere concupiſcē-
tias, delectationib? corporis obuiare. Fortitudinis quo-
que exercitiū eſt pœnis pro lege nō cedere. Iuſtitiæ q̄q;
inſigne atq; prudētiæ, vt quod ſequēdū elegimus timo
re dei, morte propoſita reſeruemus. Quis eſcā imperet
liberis? Quis autē ſeridēdum præbeat? In hoc ſeruiat,
ſed nō ridebit. Nō ſum ita ſenex, vt mihi nō inueneſcat
animi fortitudo. Suſpēſus itaq; cū hinc atq; inde grauiꝰ
verberareſ, nec iā ferrent ſenilia mēbra verberū pœ-

A nas, laſſatis carnificibus atq; extēſoribus, in terram de-
flexus, inflexibilem mentem gerebat. Et quidā ſeu lon
gæuam miſeratus ætatem, ſeu tentamentis circumue-
nire deſiderans, Reſpōde, inquit, tantum mūdo te man
ducaturū, nos te eſcæ eius immunē præſtabimus. At
ille clamās, Nequaquā cōtingat mihi vt fiam ſenex in-
centiuum iuuenilis erroris, qui bucuſq; eram forma ſa-
lutaris inſtituti. His ego ludibriis, vt paululum viuā,
luctabor, & totius vitæ labores addicam breuis viati-
co ſenectutis? Senectus portus debet eſſe, non naufra-
gium vitæ ſuperiori. Non te negabo lex patria, nō ab-
iurabo vos ſancta inſtituta maiorum, non decolorabo
vos infulæ ſacerdotales, nō te ſpidiæ puluere turbabo
canicies. Quid multa? Immoriēdo tormētis factus eſt
cæteris magiſterium perſeuerantiæ, qui electus erat ad
infirmitatis exemplum. Beatus igitur, in quo non po-
tuerunt tormenta rationem vincere. An non beatus,
qui potuit virtute animi victor eſſe pœnarū, pietatiſq;
religio ſeruare integram in tātis fluctib? paſſionem?

De admirabili patientia ac fortitudine ſeptem fra-
B trum Maccabæorū, quibus mater octaua addita fuit,
qui ſuis ſuppliciis meritum beatæ vitæ acquiſierunt.
Caput XI.

POST ipſum ſtatuti ſunt pueri ſeptem cum
matre. Inſultare licet tyranno, qui dum cal-
lide a ſene incipiēdum putat, magiſtrum eli
git quo diſcipulos faceret fortiores, quorū
velut puerilem ætatē præmiis prouocabat ad culpam,
arguebat terroribus ad formidinem. At illi nō degene
res tanto duci reſpondent: Quid contēnis vel circūſcri-
bis vt pueros? Sed fides cana eſt, ſed valida diſciplina.
Experire certe, ſubiice quibus placet pœnis puerilia vi-
ſcera, nō inuenies corda puerilia, nec potentiores erunt
tormentorū machinæ, q̄ legitimæ obſeruationis excu-
biæ. Quem vicit ſenectus, ſuperabit æmula ſenectutis
puerilia. Sequimur patrem filii, diſcipuli doctorē. Col-
lige ſuppliciorum inſtrumenta propoſita: meditationē
C patientiæ, non terrorem inſcitiæ afferūt dum videtur.
Iuſſit maximum natu eligi. At ille ridens, Recte, inqt,
naturæ ordinem ſeruas. Sed cur dei legem temerandā
putas? Et pro pietate quidem omnes maximi ſumus,
ſed tamen a me inchoatum gaudeo. Quod quæris ty-
ranne, cōfiteor, nos ſummo deo ſeruire. & doces q̄ dage
re debeamus? Si tu tanta pertinacia vis extorquere ve-
ritatem, cur non omni virtute nos eam tenēdam pute-
mus? Quid plura? Adhibentur variarum genera pœ-
narum. Sed vicit pietas immanitatis furorem. excluſa
eſt anima, nō religio. Secundus acceſſit, nec degener fra
tris munia piæ confeſſionis implenit. Et cum detrahe-
retur membrana capitis, reſpondit: Aufertis quidē mē
branam, ſed habeo galeam ſpiritalem, quam non pote-
ſtis auferre. Et vere hanc galeam nemo auferre poteſt,
1.Cor.11. ſicut poſtea Apoſtolus docuit in Eccleſia domini, quia
caput viri Chriſtus eſt, & eius ſumus membra. Recte
puer iſtam diuino ſpiritu doctrinam apoſtolicam præ-
uidebat. Exuebant immanes beſtiæ eorum capitis, &
pardalicis feritatibus ſæuiebant. At ille deficiens, Q̄
dulce eſt, inquit, mori pro religiōe, q̄ ſuauis omnis acer-
bitas mortis pro pietate: quia manet horum remune-
ratio laborū: Tua ſunt rex grauiora torméta, tu tuis ve
hementius torqueris ſuppliciis, quia vides vinci in po-
teſtate. Et hoc defuncto, tertium ſtatui ſibi iuſſit. Et cū
eum partim tēteret inſidiis, partim cuperet terrore per-
cellere, reſpōdit ad eum: Nō faciam voluntatem tuam,
non ſuccūbam imperio tuo. Per beatā illam fratrū paſ
ſionem, & nobilē vitam, nō negabo piam germanitatē.
Quæ vis adhibeto ſupplicia, quib? magis vrgeas: hoc
ꝑficies aſpitate pœnarū, vt maiora teſtimonia noſtrę
germanitatis accipias. Iuſſit itaq; ei linguam amputa-
ri. At ille exclamans, Victus es, inquit, Antioche, qui D
organum vocis abſcindi iubes. Cōfeſſus es te reſpōde-
re nō poſſe rationi, maioraq; probas linguæ noſtræ fla
gella, q̄ tua verbera. Nos enī tua verbera nō timemus,
tu noſtræ vocis flagella nō potes ſuſtinere. Sed hęc pie-
tatis flagella ſunt, tua flagella ſpidiæ. Sed etiā lingua
ſublata, grauius te ſuo cadens murmure flagellabit.
Euadere te putas Antioche ſivocem eripias? Et tacen
tes deus audit, & magis audit. Ecce aperui os meum,
laxaui linguam meā, abſcinde linguā: ſed nō abſcindes
cōſtantiam, non virtutē auferes, non rationem oblite-
rabis, nō eripies teſtimonium veritatis, nō eripies cor-
dis clamorē. Si lingua amputatur, ſanguis clamabit,
& dicetur tibi: Vox ſāguinis fratris tui clamat ad me. Eccli. 35.
Audit enim ſanguinis vocē, qui audit internas cogita-
tiones. Tenebræ licet operiant, & parietū ſepta circūm-
dent, dicat impius quia nullus ſibi teſtis aſſiſtat, explo
ret vniuerſa: videt omnia deus: nec eſt aliq̄d factinus qđ
poſſit latere omnium iudicē deum, qui cognoſcit vni-
uerſa antequā fiant. Quid verba damus? Loquaciora
ſunt vulnera: & ſi vulnera tegātur, & ſi abſcondatur ci-
catrix, nō abſcōditur fides: nec tamen plaudas qđ aufe-
rēdo linguā, cōfeſſionem laudis eripias. Satis iam deū
ſermone laudaui, nunc paſſione laudemus. Et hoc perē
pto, iuſſit quartum vinciri ad rotam, vt eius vertigine
mēbris omnibus ſolueretur. At ille cum torqueretur ī-
maniter, Diſſoluis, inquit, corporis membra, ſed aditu
gis gratiam paſſioni, nec eripis ſolatiū morti. Eſt enim
vox tonitrui in rota, quia in bono & inoffenſo vitæ iſti? E
curſu cæleſte reſultat oraculum, ſicut in Ioāne & Iaco-
bo filiis tonitrui reſultabat. Itaq; illud qđ legi, nūc mani
feſtius recognoſco, quia rota intra rotam currit, nec im-
peditur. Teres enī vita fine vlla offēſione in quauis paſ
ſione verſatur, & intra hanc quoq; rota currit. Currit lex
intra gratiam, & obſeruantia legis intra diuinæ curri-
culum miſericordiæ eſt. Nā quo magis voluitur, plus
probatur. Potius eſt hic ab impijs aduerſa tolerare, vt
ibi a domino cōſolationem inuenire poſſimus. Et iſte
cōſummans curſum ſuum, abrupit ſpiritū, animāq; vi-
ctor effudit. Quintus cū iſteretur, cæſo prius, eidē iuſ-
ſit ignes admoueri, ſubiici incēdia. Manabat e vulne-
ribus cruor, & effoſſis vlceribus ſanguis effuſus ipſos
flāmarum extinguebat globos. At ille inter igniū cre-
pitus audiebatur dicens: Gratias tibi dñe qđ dediſti no
bis dicere: Trāſibimus p ignē. Et ſicut alibi idē tuus di- Pſal.65.
cit Propheta: Igne nos examinaſti, ſicut igne examī-
natur argētum. Aſtabo tibi ſicut aurum purgatus incē
dio: & ſi quid ſunt culpæ, ignis exuſſit. Itaq; & iſte trāſfi
guratus a corruptela ad incorruptionem, vitā exhala-
uit. Sexto quoq; admota torméta ſunt. At ille: Noli, i-
quit, fruſtra errare, & tuę hoc aſſcribere poteſtati, quod E
iſta aduerſum nos exerceas. Noſtrorum hoc delictorū
eſt precium, vt peccātes puniamur. Et gratias dño, qđ
hic a nobis duplicia peccata exiguntur, vt ibi nobis cō-
ſolatio deferatur. Gratias autē & tibi, quod tam durus
& immitis es, vt talibus noſtris ſuppliciis dominus in
quē peccauimus, gēti noſtræ propitius fiat. Nos quoq;
ableuamus erumnā, dum fidei paſſionib? delectamur.
Et iſtē duris & aſperis dilaceratus ſupplicis, appoſit?
eſt ad fratres ſuos. Supererat iunior ex fratrib?, & iā pu
debat Antiochū immaturę ætati ſcita fuiſſe ludibrio.
Itaq; dolis eū deſiderās circunſcribere, pollicebatur ho-
nores, diuitias, amicitiam ſuā, cōſortium ſecretorū. At
vero pia mater monebat filiū ſuum, dicēs & huic ſicut
cæteris: Neſcio quēadmodum in vterū meum introi-
ſtis, neq; ego ſpiritum donaui nobis, neq; membra for-
mauī, ſed hæc omnipotētis dei munera ſunt. Putauit
Antiochus videns matrē ſolicitam, quod ſaluti eius ti-
meret. ipſi quoq; ſuadere cœpit vt filiū ab intētione ſua
reuocaret. At illa voce patria dicebat filio: Tu ſolus ſu
peres fili, ſumma votorū meorū, tu poſtremus dauiſti

G partus meos, tu postremus cõclude gaudia mea. Miserere mei, quæ te in vtero tot mensium curriculo portaui, ne vno momento confundas senectutẽ meam, ne decolores tot fratrum tuorũ trophæa, nec sacrum eorũ comitatum relinquas, nec consortium deseras. Te adhuc isti expectant triũphi. Aspice in cælum, vnde hausisti spiritum, ad patrem omniũ: aspice in terram, quæ tibi ante alimoniam ministrauit: aspice ad fratres, qui collegam requirunt: aspice ad matrem, quæ tibi lac dedit: redde mercedem pii sanguinis: noli a fratribus, noli a matre diuelli. Temporales opes sunt quas promittit Antiochus, tẽporales honores: ppetua corona quæ a deo omnipotẽte defertur. Vos mihi septem dierum lumina dedit dominus, sextum iam diem clausi, & omnium opera bona valde. Debes mihi fili, vt quæ in illis sex laboraui, in te requiescam septimo, tanquã a seculi operibus iam feriata. Itaq; proripiens se inuenis ait: Quid sustinetis? Et multa vociferans, quod nequaquam diuelli posset a fratrum consortiis, quorum multo beatiora essent funera q̃ regis imperia, cum argueret conuitiis regem, & ipse acerbis excruciatus tormẽtorum generibus vitæ huius munus absoluit. Nouissima mater oblata est neci. Quis hanc beatã neget, quæ quasi septem vallata munerib⁹? Tinter corpora filiorum nullum sensit mortis incursum? Quis, inquam, dubitet de eius beatitudine, quæ septem turribus circumH data, in paradisi sedem caput extulit: quæ septem filiis cincta, sacratissimum deo chorum, nõ solum canorum vocibus, sed etiã passionib⁹, ad concinẽdas domini laudes cælestibus inuexit altaribus? Q̃ bonus fidei part⁹, q̃ tutus portus iste pietatis, q̃ splendida lucerna Ecclesiæ, septeno fulgens lumine, & octauo vtero cunctis luminibus oleum subministrans. De quibus pulchre dici Eccli.11. tur: Date partem illis septem, & illis quidem octo. eo quod in vtroq; numero consortium gratiæ cõsequãtur, in lege nutriti, per gratiam coronati, septem tanquã in sabbato, octo tanquã in Euangelio. Pia mater supplemento passionis adiuncta, quæ in talibus filiis integrã pietatis formam & parturiuit & peperit.

De singulari beatæ illius matris septem filiorum cõmendatione. Caput XII.

I RECVRRVNT in memoriã sermones sanctæ fœminæ, dicentis ad filios: Ego vos genui, ego vobis succũ lactis infudi: nolite nobilitatem vestram perdere. Sic aliæ matres reuocare a martyrio solent filios, nõ vocare. At ista maternum in hoc ponebat affectũ, si filiis vitã magis perpetuam q̃ temporalẽ suaderet. Spectabat itaq; pia mater filiorum certamina, & quãuis maternorum viscerũ compassione quateretur, tamen pietatis studio premebat dolorem. Et offerẽte Antiocho, cum posset salutẽ eligere filiorum, malebat periculum: cõpressisq; naturæ gemitibus, pœnas filiis optabat augeri, vt mors citius appropinquaret. Videmus cõuersa vota matris in filios, ne quem superstitem derelĩqueret, sed omnes piæ coheredes mortis acquireret. Sed nec filii minores tali parente, qui se inuicem cohortabantur, qui dicebãt vno studio, & quadam animorũ acie: Mortis aduersæ impetum petamus. Tũc enim viuemus, cũ fuerimus mortui. Nemo pietatis ordinem derelinquat, nemo se subtrahat prælio triumphali. Non homini, sed deo nostras animas deuouim⁹: nõ homini, sed autori omniũ militamus. Talis hæc pugna est, vt ille gloriosius vicerit, qui crudelius occisus fuerit. Itaq; nemo timuit, nemo trepidauit, nullus ad mortẽ ex tot fratribus pigrior fuit, sed oẽs, tanquã ad immortalitatis viã, ita ad mortem per acerba supplicia cucurrerunt, vt mater cõsona cernẽs filiorũ agmina, tanquã pia anima sui mẽbra corporis in filiis offerebat, & per artus ꝓprios videbatur sibi subire tormenta. Cadebãt filii tormentis exulcera- K ti, mortui super mortuos aduoluebantur, corpora sup corpora volutabãtur, capita super capita exsecabantur. Refertus erat locus cadaueribus filiorũ, nõ fleuit mater, nõ lamẽtata est, nõ oculos cuiusquã pressit aut ora morientis: non lauit vulnera, sciens gloriosiores esse si cruciati & cõcreti pariter puluere & sanguine viderẽtur, quales solẽt de bello redire victores, qualia solẽt trophæa ex hostib⁹ reportare. Nõ superiaciẽda velamina, nõ pſequẽdas exequias, nisi suæ quoq; comitatu mortis arbitrata est. Quæ cithara dulciores ederet cãtus, q̃ morientes filii in tam grauibus suppliciis ediderãt? Erũpebat enĩ naturæ gemit⁹, & inuitus spectares perẽptorũ cadauera, sicut fila chordarũ audires heptachordum psalteriũ triũphalibus gemitib⁹ resultare. Nõ sic illecebrosi cantus sirenũ attraherẽt audientẽ. Illi enĩ ad naufragiũ trahũt, isti ad sacrificii victoriam. Nec sic cygnea carmina aures animumq; mulcerẽt. Cygni enim naturæ sorte moriuntur, isti moriebantur amore pietatis. Non sic rauca resonant secreto in nemore columbarum murmura, vt vltima verba moriẽtum cũ summa suauitate resonabant. Nec sic Luna inter stellas resulget, vt inter filios mater: & cum eos ad martyrium L illuminatura deduceret, refulgebat, & cum amplexata victores in medio filiorum iaceret. O vera mater adamante fortior, melle dulcior, flore fragrantior: o indissolubile pietatis vinculum, o vere valida charitas sicut mors dura, sicut inferi zelus deuotionis ac fidei. Nulla tantarum diluuia passionum tuam potuerunt charitatem excludere, nulla inundare eam flumina tantarum acerbitatũ. Sicut arca in illo mũdi diluuio totius orbis spatiis innocua ferebatur, ita & tu aduersus fluct⁹ tam grauiũ passionum pietate immobilis restitisti: & cum posses salutem filiorum eligere, noluisti. Quo affectu vos prosequar sanctæ matris pia pignora? Quo peniB cillo sermonis mei describam formæ vestræ & animarum similitudinẽ? Stetistis inter exercitus regios, quibus totus fuit orbis terrarũ subactus, quos India quoq; in extremi maris secreta refugiẽs declinauit, & soli de rege superbo sine bellico cõflictu victoriam reportastis. M Vicerunt in vobis sola arma pietatis, dedit pœnas tyrannus, & quia vos non potuit vincere, & quia atroci peremptus est morte.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE SANCTO IOSEPH.

Cur post tractatum de Abraham, Isaac, & Iacob, historiam de sancto Ioseph autor prosequi curauerit. Et qua ratione idem sanctus nobis tanquã speculum castitatis propositus esse debeat: vnde etiam a parẽtibus plus q̃ cæteri filii fuerit dilectus. Quodq; ea res inuidię causa fuerit. Cur etiam inuidiam sanctorum discere debeamus. Caput I.

Qualis esse debeat affectus parentum, filiorumq; gratia. Et qua ratione Iacob reprehẽdendus non fuerit quia cæteris hũc puerum præferebat, in quo & gratia diuina per visum somniorũ refulsit. Quid præterea somnia ista, patrisq; obiurgatio, in quo pietas paterna non errabat, significent. Caput II.

Quod tanto somnio nõ incredulus fuerit Iacob patriarcha, qui futuræ incarnationis mysteria vidẽs, filiũ mittebat ad fratres. Et de præuisione ipsius Ioseph a fratribus antequã ad illos appropinquaret, eorumdemq; ad occidendum ipsum cõsilio: eiusdẽ quoq; liberatione ac venditione. Et de istorum aliorũq; circa hæc concurrentium mysterio. Caput III.

De vẽditi Ioseph ductione in Ægyptum, atq; eius emptione a præposito cocorum, quidque hoc significet.

A De seruitutis præterea ipsi⁹ mystica atq; morali interpretatione. Caput IIII.

De singulari cõmendatione speciositatis & decoris, castitatis ac pudoris sancti Ioseph, eiusq; impetitione a domina sua ad concubitum, & eiusdẽ adulteræ telis. Ipsi⁹ q̃q; Ioseph recusatione, fuga, vestis relictiõe, accusatiõe, incarceratiõe, atq; visitatiõe diuia. C. V.

De inuectione in mulierem. Et de spadonibus etiam illatæ iniurię autoribus, q̃ fragilis & tenuis sit eorum status: ipsorũq; offensione, incarceratione, somniorũ visione, & eorundẽ per sanctũ Ioseph interpretatione. Et quemadmodum omnis potẽtia, magnificentia, & gloria huius seculi nihil aliud sit q̃ somnium. De mysterio præterea Hebræi somnium interpretantis, ac reprehensione spadonis immemoris & obliti interpretis sui. De fastu denique & fragilitate ministrorum regalium. Caput VI.

De liberatione sancti Ioseph, & honoris delatiõe ob interpretationẽ somniorum regis: de eorundẽq; somniorum mysterio. Quã ratione etiam sanct⁹ Ioseph magis mystica meruerit præmia. Ac de mystica significatione ornamentorũ quibus honoratus fuit, necnon & vxoris ac filiorum, famis quoq;, & aptionis horreorũ, atq; vẽditionis alimẽtorũ. Ca. VII.

De exhortatione Iacob ad filios vt descendant in Egyptũ, & emãt escas. Et de prectione decẽ fratrũ iumoB re domi retẽto, ac de mysteriis prædictorũ. C. VIII.

De reuersione filiorum Iacob in Aegyptũ postquã fames inualescebat, cũ deductione Beniamin, & sumptione munerum Ioseph deferẽdorum, eorumq; ad ipsum peruentione. Et de mystica ratione gestorũ, & incidentium circa hæc. Caput IX.

De munerum paratione, & eorum illatione, instaurationeq; conuiuii, cũ morali atq; mystica singulorum expositione. Caput X.

De inebriatione fratrum cõuiuãtium, & insertione scyphi argẽtei in saccum Beniamin, singulorũq; saccuC lorũ requisitione, ac inuentione scyphi in sacco Bẽiamin. Et de mysteriis istorum. Caput XI.

Quemadmodum sanctus Ioseph se manifestauerit vt a fratribus cognosceretur, & de aduocatione eorum ad se, accessuq; ipsorũ ad illum. Quo etiã eos cõsolatus fuerit, cũ mystica dictorũ interꝓtatiõe. C. XII.

De gaudio Pharaonis, quod Ioseph agnouisset fratres C suos, & de exhortatione eius vt Ioseph inuitet fratres vt veniant cum patre: illorũq; executione, & puentione ad Iacob, narrationeque singulorum: & quod Ioseph adhuc viueret. Et de mysteriis circa hæc. Caput XIII.

De Israel patris eleuatione ac profectione, & hostiarũ circa puteum iuramẽti immolatione, eiusq; per dominum consolatione, ac descensu in Ægyptum cum animabus septuaginta: & de mysteriis prædictorũ. De ipsius deniq; Iacob ad filios adhortatione vt congregentur ad audiendum ea quæ occursura sunt eis in nouissimis diebus. Caput XIIII.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SANCTO IOSEPH LIBER VNVS.

Cur post tractatum de Abraham, Isaac, & Iacob, historiam de sancto Ioseph autor prosequi curauerit. Et qua ratione idem sanctus nobis tanquam speculũ castitatis propositus esse debeat: vnde etiam a parentibus plus q̃ cæteri filii fuerit dilectus. Quodque ea res inuidiæ causa fuerit. Cur etiam inuidiam sanctorum discere debeamus. Caput I.

SANCTORVM VI- D ta, cæteris norma viuẽdi est. Ideoq; digestam plenius accepimus seriem scripturarum, vt dum Abrahã, Isaac, & Iacob, cæterosq; iustos legẽdo cognoscimus, velut quẽdam nobis innocẽtiæ tramitẽ virtute eorum reseratum imitãtibus vestigiis prosequamur.

De quibus mihi cũ frequens tractatus fuerit, hodie sancti Ioseph historia occurrit. In quo cum plurima fuerit genera virtutum, præcipue insigne effulsit castimonię. Iustum est igitur vt cum in Abraham didiceritis impigram fidei deuotionẽ, in Isaac syncerã mẽtis puritatem, in Iacob singularem animi laborumq; patientiã: ex illa generalitate virtutum in ipsas species disciplinarum intẽdatis animum. Nam licet illa sint diffusiora, tamen ista expressiora sunt: eoq; facilius mentem penetrant, quo magis circũscripta ac determinata sunt. Sit igitur nobis propositus sanctus Ioseph tanquã speculũ castitatis. In eius enĩ moribus, in eius actibus lucet pudicitia, & quidam splẽdet castimoniæ comes nitor gratiæ. Vnde etiã a parentibus plus q̃ cæteri filii diligebatur. Sed ea res inuidiæ fuit: quod filẽtio prætereũdum non fuit. Hinc enim argumẽtum totius historiæ processit: simul vt cognoscamus perfectum virum nõ moPsal.7. uendum vlciscẽdæ dolore inuidiæ, nec malorum repẽdere vicem. Vnde & Dauid ait: Si reddidi retribuẽtibus mihi mala. Quid autẽ esset quod præferri Ioseph mereretur cæteris, si aut lædentes læsisset, aut diligentes dilexisset? Hoc enim pleriq; faciunt. Sed illud mirabile, si diligas inimicum tuum: quod saluator docet. Iure ergo mirãdus qui hoc fecit ante Euãgelium, vt lesus parceret, appetitus ignosceret, venditus nõ referret in- E iuriam, sed gratiam pro cõtumelia solueret: quod post Euangelium oẽs didicimus, & seruare non possumus. Discamus ergo & sanctorum inuidiam, vt imitemur patientiã, & cognoscamus illos non naturæ præstãtioris fuisse, sed obseruationis: nec vitia nescisse, sed emendasse. Quod si inuidia etiam sanctos adussit, quãto magis cauendum est ne inflammet peccatores?

Qualis esse debeat affectus parentum, filiorũq; gratia. Et qua ratione Iacob reprehendendus non fuerit quia cæteris hunc puerum præferebat: in quo & gratia diuina per visum somniorum refulsit. Quid præterea somnia ista, patrisq; obiurgatio, in quo pietas paterna non errabat, significent. Caput II.

INSTRVIMVR igitur qualis esse debeat affectus parẽtum, filiorumq; gratia. A- E mare liberos dulce, & impensius amare prędulce. sed frequẽter amor ipse patri⁹, nisi moderationem teneat, nocet liberis: si aut nimia indulgẽtia dilectũ resoluat, aut prælatio vnius cæteros ab affectu germanitatis auertat. Plus acquiritur filio cui fratrum amor acquiritur. Hæc prædarior munificẽtia patrum, hæc ditior hereditas filiorum. Iungat liberos æqualis gratia, quos iũxit æqualis natura. Lucrum pietas nescit pecunię, in quo pietatis dispẽdium est. Quid miraris si propter fundum aut domũ oriũtur inter fratres iurgia, qñ propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia? Quid ergo? Reprehẽdẽdus Iacob quia præferebat vnum cæteris? Sed nec libertatẽ possumus auferre parẽtibus, ne eos plus diligãt, quos plus credũt mereri, nec filiis resecare debemus studiũ plus placẽdi. Deniq; & Iacob illũ plus amabat, in quo maiora virtutum insignia præuidebat: vt nõ tã filiũ pater prętulisse videatur, q̃ propheta mysteriũ: meritoq; varia tunica fecit ei, quo significaret eũ diuersarũ virtutũ amictu fra-

G tribus præferendū. Deniq; in puero adhuc refulsit diui-
na gratia. Siquidē somniauit quod cū alligasset, vt sibi
videbatur per visum, manipulos cū fratribus suis, sur-
rexerit manipulus eius, & steterit erectus: cōuersi autē
fratrum manipuli adorauerit manipulū suum. In quo
vtiq; dñi Iesu futura resurrectio reuelata est, quē & Hie
rosolymis cum vidissent vndecim adorauere discipuli,
& omnes sancti cum resurrexerint adorabūt, fruct⁹ bo-
norum operū proferētes, sicut scriptum est: Venientes
autē venient cū exultatione, portātes manipulos suos.
Vnde fratres, licet somnii fidē per inuidiā derogarent,
interpretationē tamen eius propriis sermonibus expri
mentes respōderunt ei: Nunquid regnādo regnaturus
es nobis, aut dominādo dominaturus es nobis? Regē
enim venturum visio illa signabat, quē omnis caro gene
ris humani inflexo adoraret genu. Vidit autem aliud
somnium, & narrauit illud patri suo, & fratribus suis,
eo quod Sol & Luna & vndecim stellæ adorarent eū.
Vnde obiurgauit illū pater eius, dicēs: Quid ergo erit
hoc visum quod somniasti? Nunquid venietes ego &
mater tua & fratres tui adorabimus te super terram?
Quis est ille quē parētes & fratres adorauerunt super
terrā, nisi Christus Iesus, quādo eum Maria & Ioseph
cum discipulis adorauerunt, deum verū esse in illo cor-
Psal. 148 pore confidentes, de quo solo dictum est: Laudate eum
H Sol & Luna, laudate eum oēs stellæ & lumen? Obiur
gatio autē patris quid significat, nisi duritiam populi
Israel? Ex quibus Christus secundū carnē, quē hodieq;
deum esse non credunt, nec volunt adorare quasi domi
num, quia ex se natum esse cognoscunt. Audiūt itaque
responsa eius, sed non intelligūt: legunt ipsi quod eum
Sol & Luna laudēt, sed nolunt credere de Christo Iesu
dictū esse. Itaq; Iacob typo fallitur alieno, sed suo amo-
re non fallitur. Pietas in eo paterna non errat, sed erra-
turæ plebis affectus exprimitur.

Quod tanto somnio nō incredulus fuerit Iacob pa-
triarcha, qui futuræ incarnationis mysteria vidēs, filiū
mittebat ad fratres. Et de præuisione ipsius Ioseph a
fratribus antequā ad illos appropinquaret, eorūdemq;
ad occidendum ipsum cōsilio: eiusdē quoq; liberatione,
ac venditione. Et de istorum aliorūq; circa hæc concur-
rentium mysterio. Caput III.

I NON ergo tāto somnio patriarcha nō credi-
dit, qui vtrūq; pariter gemino prophetabat
oraculo, vt & personam iusti repręsentaret,
& populi, quod deus vēturus esset in terras,
qui & diligeretur, & necaretur a perfidis. Videbat igiť
futurę incarnationis mysteria, qui filiū mittebat ad fra
tres vt videret si recte sunt oues. Quas oues iam tūc in
illo patriarchæ studio requirebat, nisi eas de quib⁹ ipse
Mat. 15. dñs in Euangelio dixit: Nō veni nisi ad oues perditas
domus Israel? Et misit, inquit, in Sychem, quod inter-
pretatione dicitur humer⁹ siue dorsum, hoc est ad eos
qui non cōuerterentur ad dominum, sed fugientes, se a
facie eius auerterent, quod est proprie peccatoris. Exiit
Psal. 20. enim Cain a facie dei. Et ꝓpheta dicit: Pones eos dor-
sum. Iustus autem non se auertit a dño, sed occurrit di-
Psal. 24. cens: Oculi mei semper ad dñm. Et Esaias dicēte dño,
Esa. 6. Quem mittā? spōte se obtulit dicens: Ecce ego. Et Sy-
meon expectauit vt videret Christum dñm, & postea-
quā vidit, quoniam remissionem peccatorū & totius
mundi videbat redēptorem, quasi leuiatus a peccato,
Lucæ. 2. poposcit vsu carnis huius absolui, dicens: Nunc dimit-
tis domine seruum tuum in pace, quoniā viderūt ocu-
li mei salutare tuum. Et Zacchæus hinc primum suæ
Lucæ. 19 prærogatiuam cōmendationis inuenit, quod in arborē
vt Christum videret, ascēdit. Ergo Ioseph a patre mis-
sus est ad fratres, ab illo magis patre, qui proprio filio
non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: ab
illo patre de quo scriptum est: Deus filium suum mit- Roma. 8.
tēs in similitudinem carnis peccati. Et errabat, inquit, K
Ioseph, quia fratres suos inuenire non poterat. Nō im-
merito errabat, qui quærebat errantes. Eos enim agno
scit dominus, qui sunt ipsius. Deniq; & Iesus fatigatus
ex itinere, sedebat supra puteum. Fatigabatur, quia nō
inueniebat dei populū, quē quærebat. exierat enim a fa
cie dñi. Qui enim culpā sequitur, exit a Christo. Pec-
cator exit, iustus intrat. Deniq; Adam se peccator abs-
condit, iustus autem dicit: Intret oratio mea in cōspe- Psal. 87.
ctu tuo. Inuenit autē Ioseph fratres suos in Dothaim,
quod significat defectionem. Vbi est enim nisi in defe-
ctione qui deum deserit? Nimirum deficiebant, qui nō
audiebant dicētem: Venite ad me omnes qui labora- Mat. 11.
tis, & onerati estis, & ego vos reficiā. Venit igitur Io-
seph in Dothaim, & præuiderunt eum de longe venie-
tem, antequam appropiaret ad illos, & insæuiebant vt
occiderent eum. Merito longe erant, qui erant in de-
fectione: & ideo insæuiebant, quia non appropiauerat
his Christus. Nam si appropiasset his typus Christi,
fratrem vtiq; dilexissent. Sed prope esse nō poterāt, qui
parricidium cogitabant. Ecce, inquit, somniator ille ve-
nit: nunc ergo venite, & occidamus eū. Nonne hæc ver
ba dicebant qui de parricidali sacrilegio cogitabant? si-
cut de ipsis Salomon ait: Tollamus iustum, quia inu- Sapien. 2.
tilis est nobis. Et addiderunt in Genesi: Et videamus
quid proderunt somnia illius. Hoc scriptū est de Ioseph,
completū est de Christo, quando Iudæi in eius passio-
ne dicebant: Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & Mat. 27.
credimus ei. Confidit in deum, liberet nūc eum si vult. L
Nunquid & ipsi fratres tam impii, vt fratrem occide-
rent? Et vnde tantorum merita patriarcharum, vt lex
totius plebis eorum vocabulis designaretur? Quomo-
do conueniūt pietatis nomina, & sceleris insignia? Sed
etiam iusti typo populi, non animi sui vitio laborabāt.
Ideo omnis inuidia, ideo parricidii meditatio per figu-
ram, pietas per affectum. Deniq; Ruben & Iudas ger-
manitatis pia iura seruantes, de manib⁹ cæterorū eum
liberare cupiebant: meritoq; Iudas paterna benedictio-
ne præfertur, cū ei dicitur: Adorabunt te filii patris tui.
Catulus leonis Iuda, & ipse erit expectatio gentium.
Quod vtiq; soli conuenit Christo, cui repositum fuit vt
adoraretur a fratribus, & expectaretur a gētibus, laua-
ret in vino stolam suam proprii corporis passione, quia M
carnem suam nulla peccati labe maculauit. Aser quoq;
non vtiq; sibi conuenire credebat. Aser pinguis panis
eius, & ipse Aser cum principibus. Quid vero ipse Io-
seph, cui dictū est, Filius meus ampliandus Ioseph, fi-
lius ampliādus me⁹, zelat⁹ fili⁹ meus, fili⁹ meus adole-
scentior, ad me reuertere? In quem consiliū conferētes
maledicebant, in quo bñdictio pręualuit, super benedi-
ctiones montiū manentium, & desideria collium æter
norum. Quem significari intelligebat in se, nisi illū qui
omnium merita supereminens, supra omniū desideria
sanctorum immensæ teneret apicem potestatis, quem
voto nullus equaret? Cōpēsatur ergo in patriarchis in-
uidia per gratiam, qui & excusantur a culpa, & reuela-
tionis munere cōsecrantur. Nō enim tam culpabile est
dixisse quæ plebis sunt, ꝗ beatum vidisse quæ Christi
sunt. Subierunt personam peccatoris populi, vt accipe
rent gratiam domini redēptoris. Certe culpam abole-
uit gratia, gratiam culpa non minuit. Et vt cognosca-
mus omne hoc de populo & domino Iesu mysterium
esse: Venite, inqt, vendamus Ioseph Ismaelitis. Quid
interpretationis habet nomen Ioseph, nisi ꝙ diuinam
gratiam significet, & expressionē dei summi? Quis igi
tur vēditur, nisi ille qui cum in forma dei esset, nō rapi- Phil. 2.
nam arbitratus est esse se æqualē deo, sed semetipsum
exinaniuit formā serui accipiens? Neq; enim nos eum
emissemus, nisi vendidissent sui. Male vēdiderunt, pe-
ius emerunt. Vēdiderūt negociatoribus boni odoris,

A emerunt a proditoribus. Vēdidit eum Iudas, emerūt
Ismaelitæ, qui significātur latina interpretatione, odio
habentes deum suū. Ideo alibi viginti, alibi viginti &
quinq; aureis, alibi triginta inuenimus emptū Ioseph:
quia non omnibus vnius æstimatione præualet Chri-
stus. Aliis minus, aliis amplius. Fides ementis incre-
mentum est mercis religiosiori. Preciosior deus pecca
tori, preciosior & est redemptor. Pluris & illi valet qui
plus habet gratiæ. Sed etiā cui multa donata sunt, plu
ris valet: quia cui plus remissum est, plus diligit, sicut
Lucæ. 7. ipse dñs in Euangelio pronūciauit de illa muliere quæ
super eius pedes effudit vnguētum, & lachrymis lauit,
& capillis suis tersit, & osculis siccauit, de qua ait ad Si-
monem: Propter quod dico tibi, Remissa sunt ei pecca
ta multa, qm̄ dilexit multum. Cui autē minus dimitti-
tur, minus diligit. Interdum diuersitates precii, nō solū
quantitatis habent, sed etiam numeri expressionem, si-
cut habes de vnguento quod ad sepeliēdum se domi-
Mar. 14. nus effusum esse memorauit, dicente Iuda: Potuit hoc
venire denariis trecentis. Quo numero non quanti-
tas, sed significatio crucis videtur expressa. Ita hic quo-
que diuersitas vel viginti vel triginta aureorum vel ar
genteorum habet vel geminatæ vel triplicatæ per-
fectionis indicium. Nā vigintiquinq; aurei, Iubilei, qui
est remissionis numerus, significant preciosissimā por-
tionem. Hic quoq;, vt dominicæ passionis figuram ad-
B uertas, ait Iudas patriarcha: Tradamus Ioseph Ismae
litis, manus autem nostræ non sint iniectæ super eum.
Et bene superius dixerat: Manus autē nolite inferre il-
li. Quod Iudæi in domini passione dixerūt, Nobis nō
Ioan. 18. licet interficere quēquā. vt sermo Iesu impleretur, signi
ficans qua morte moriturus esset. Iam tunc ergo futu-
ræ crucis pręfigurabatur insigne, simul & quod exutus
est tunicam: id est, carnem quā assumpsit, exut⁹ est, de-
coram diuersitate virtutum. Ergo tunica eius, id est ca
ro, non diuinitas cruentata est, & indumentum ei car-
nis, nō immortalitatem vitæ auferre potuerunt. Hanc
tunicam Iudaicæ bestiæ cruentauerunt, illæ de quibus
Lucæ. 10. dicit: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Qđ
autem lacus siccus erat, quid mirum si Iudæorū lacus
Psal. 87. aquam nō habet, qui dereliquerunt fontem aquæ viuę,
fecerunt sibi lacus contritos? Et vt scias verum hoc esse
mysterium, ipse de se dominus ait: Posuerunt me in la-
cu inferiori, in tenebris, & in vmbra mortis. Illi igitur
emunt Christum, qui boni odoris deferunt thymia-
ma, quo adolent altaria piæ mentis. Vnde & Dauid
Psal. 140. græce hoc modo ait: κατευθυνθήτω ἡ προσευχή μου ὡς
θυμίαμα ἐνώπιόν σου. Resinam quoq;, qua marmora
cōfracta sociātur. Est resina spiritalis, quæ fracturas ani
mæ tuæ solidet, & diuulsa cōnectat, & soluta constrin-
gat. Hæc enim spiritalis resina corroborat, & quædā cō
minuta animæ mēbra componit, vt sine offensione so
cientur. Deniq; Hieremias hāc quærit resinam, vt Ba-
Hiere. 51. byloniam curet sanare si possit, dicens: Accipite resinā
C corruptioni eius, si quo modo sanabitur. Curauim⁹ Ba
byloniam, & sanata nō est. Non est sanata Synagoga,
quia resina ista migrauit ad Ecclesiā. Ideo ex Galaad
veniebāt negociatores de possessione, hoc est de incola-
tu testimonii, merces suas ad Ecclesiam trāsferētes, vt
Esa. 35. gentiū peccata resina ista curaret. De quibus dicit: Cō-
ualescite manus discussæ, & genua dissoluta. Fides syn
Actuū. 3. cera est. Hāc habebat Petrus cū diceret claudo: In noīe
Iesu Nazareni surge & ambula. Meritoq; surrexit &
Actuū. 9. ambulauit. Hāc habebat cū diceret paralytico. Aenea,
sanet te domin⁹ Iesus, surge & sterne tibi. Et surrexit,
& strauit sibi. Hāc habebat cū diceret mortuæ: Surge
in noīe dñi Iesu. Et defuncta surrexit. Huius resinæ tē-
peramēto lapides illi de quib⁹ potēs est dñs resuscitare
filios Abrahæ, cōpaginātur. Huius resinæ medicamē
to claudus erigitur, paralyticus reformatur, mortua re-
suscitatur. Illud quoq; qđ hœdi sanguine resperserūt tu-
nicam eius, videtur significare quoniam falsis testimo D
niis appetētes, inuidiā deduxere peccati in omniū pec-
cata donātem. Nobis agnus est, illis hœdus. Nobis a-
gnus dei occisus est, quib⁹ abstulit peccata mundi: illis
hœdus, quorum acerbauit errores, delicta cumulauit.
Ideoq; ait: Implete mēsurā patrū vestrorū. Meritoque Matt. 23.
Iacob posteritatis deplorās dispēdia, quasi pater filium
flebat amissum, quasi propheta flebat interitū Iudæo-
rum. Deniq; scidit etiā vestimētum suū, quod in passio-
ne dñi factū legimus a principe sacerdotū, in quo esset
non priuata persona, sed publici munus officii. Et velū
tēpli scissum est, & ꝓphanata mysteria, vt esse nudatū
populū salutarib⁹ indumētis, diuisum regnū talib⁹ ma-
nifestaretur insignibus destruēdū: quia omne regnū di
uisum, facile destruetur. Et vere diuisum, quando hoc
quod erat Christi, cœpit esse etiam diaboli. Neq; enim
poterāt indiuisi manere, qui a patre filium separabant.

De vēditi Ioseph ductione in Ęgyptum, atque eius
emptione a pręposito cocorum, quidque hoc significet.
De seruitutis præterea ipsius mystica atq; morali in-
terpretatione. Caput IIII.

VENDITVS est ergo Ioseph, & ductus in
Ęgyptum, emptus a præposito cocorum.) E
Non ociosa persona, quæ cruda ciborum co-
queret, vt epularentur animi fidei suauitate.
nullus enim cibus scientia & doctrina dulcior. Erat an
te in Ęgypto cruda perfidia, quā nullus diuinæ cogni-
tionis ardor, & veræ sciētiæ cupiditas vlla molliuerat,
non eloquia dñi ignita decoxerant. Venditus est Io-
seph in Ęgypto, quia Christus venturus erat ad eos
quibus dictū est: Peccatis vestris venditi estis. Et ideo Esa. 50.
suo sanguine redemit, quos propria peccata vēdiderāt.
Sed venditus Christus cōditionis susceptione, non cul
pæ peccatiq; precio tenetur, quia peccatū ipse non fecit.
Precio igitur nostro debitum, nō sua æra cōtraxerunt,
chirographum sustulit, fœneratorē remouit, exuit de-
bitorem: vnus exoluit quod ab omnib⁹ debebatur. Nō
licebat nobis exire seruitio. Suscepit hoc ille pro nobis,
vt seruitutē mundi repelleret, libertatem paradisi resti-
tueret, gratiam nouā, cōsortii sui honorem relinqueret.
Hoc de mysterio. Cæterum quod ad moralē pertinet F
locum, quia oēs vult saluos fieri dominus deus noster,
dedit per Ioseph etiā iis qui sunt ī seruitute, solatiū, at-
tribuit magisterium, vt disceret etiā in vltima cōditio-
ne posse mores esse superiores: nec vllum statū immu-
nem esse virtutis, si animus vniuscuiusq; cognoscat car
nem seruituti subditam esse, nō mentem: multosq; ser-
uulos esse dominis liberiores, si in seruitute positi a ser-
uilibus putent operibus abstinēdum. Seruile est omne
peccatū, libera est innocentia. Vnde & dñs ait: Omnis Ioan. 8.
qui facit peccatum, seruus est peccati. Quomodo enī
non seruus omnis auarus, qui pro exiguo pecuniæ lu-
cello seipsum auctionatur? Timet enī ne cōgesta amit
tat, qui non vtendo congessit, maiore periculo seruatu-
rus, quo maiora quæsiuit. Quomodo nō mēdicus, cui
sunt parua quæ possidet? Nam etsi mihi diues videa-
tur, sibi eget: nec testimoniis sua vota solatur, qui quod
optat, nescit credere. Quomodo autē non & ille seru⁹,
qui subditus est libidini? Primum suis ardet incendiis,
& peccati sui facibus exuritur. Quibus recte dicit pro- Esa. 50.
pheta: Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma
quā accēdistis. Suscipit omnes metus, insidiatur som-
nis singulorū. vt vnius cupiditate potiatur, fit seruus o-
mnium. Seruit igitur, ac miserā quidem seruitutē. qui
ipse sibi dominos facit, ipse vult habere quos timeat.
Nihil enim tam speciale seruitutis est, ꝗ semper time-
re. Ille vero in quauis conditione seruitii semper liber,
qui amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur,
metu criminis non alligatur: qui securus spectat præ-

G ſentia, quem futura non terrent. Nõne videtur tibi iſte in ſeruitute dominari, ille autẽ in libertate ſeruire? Seruibat Ioſeph, regnabat Pharao: beatior huius ſeruit⁹, q̃ regnum illius. Deniq; tota Egyptus collapſa eſſet fame, niſi regnum ſuũ cõſilio ſeruuli ſubdidiſſet. Habent igitur vnde glorientur originales ſeruuli: Seruiuit & Ioſeph. Habent vnde ſe cõſolentur qui ex libertate in ſeruitutem aliqua neceſſitate venerint. Habẽt quod imitentur, vt diſcant cõditionem ſe mutare poſſe, non mores: eſſe & in vernulis libertatem, & in ſeruitute cõſtantiam. Habent quod etiam domini per ſeruulos bonos ſperent. Abraham filio per vernaculum inuenit vxorẽ. Benedixit domin⁹ domum Egyptii propter Ioſeph, & facta eſt benedictio domini in toto cẽſu eius, & in domo, & in agris. Et conuertit, inquit, omnia quæcunq; illi erant, in manus Ioſeph. Aduertimus quod ea quæ domini gubernare non poterant, ſeruuli gubernarunt.

De ſingulari cõmendatione ſpecioſitatis & decoris, caſtitatis ac pudoris ſancti Ioſeph, eiuſq; impetitione a domina ſua ad concubitum, & eiuſdem adulteræ telis. Ipſius quoq; Ioſeph recuſatione, fuga, veſtis relictione, accuſatione, incarceratione, atq; viſitatione diuina.

Caput V.

H SED QVID de priuata domo diſpoſitiõis eius ſeruuli aſtruam, qui rexit imperium? Plus tamẽ eſt quod ante ſe rexit. Et cum eſſet decor⁹ aſpectu, & ſpecioſa facie valde, venuſtatem ſui vultus non ad alienam deriuauit iniuriã, ſed ad ſuam ſeruauit gratiam: hoc ſe pulchriorẽ ratus, ſi non diſpendio caſtitatis, ſed cultu pudoris ſpecioſior probaretur. Illum eſſe verũ decorẽ, qui non alienos oculos caperet, nec fragiles mentes vulneraret, ſed iudicia acquireret vniuerſorum, fraudi nulli futurus, laudi ſibi. Iam ſiqua petulantibus aſpexit oculis, illius crimẽ ſolũ eſt quæ male vidit, non huius qui male ſe nollet videri: nec in eo q̃d viſus eſt, culpa eſt. Nõ erat in poteſtate ſeruuli vt nõ videretur, maritus debuit cauere oculos vxoris. Si ille nihil timebat de coniuge, arbitrabatur iſte teſtimonium eſſe caſtimoniæ, nõ remiſſionem incuriæ. Diſcant tamen viri cauere etiam oculos fœminarum.

I Adamãtur enim & qui nolunt amari. Deniq; adamatus eſt Ioſeph, qui amantem cõtempſerat. Et bene excuſauit eum ſcriptura, dicens: Immiſit oculos vxor domini eius in Ioſeph: hoc eſt, nõ iſte ſe oſtentauit, nec cepit incautam, ſed illa retia ſua miſit, & indagine ſui capta eſt. Laqueos ſuos ſparſit, & ſuis hæſit vinculis. Dixit autem illi: Dormi mecum. Prima adulteræ oculorum tela ſunt, ſecunda verborum. Sed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere. Suppetit defenſio vbi adhuc liber affectus eſt. Ideo ſcriptum eſt quia ille noluit. Primum igitur congreſſione mẽtis ſuperauit, tanquã ſcuto animi irruentem repellens: deinde ſermonem tãquam haſtã vibrauit, vt ſe illa reuocaret. Ex dixit vxori domini ſui: Recte vxor domini, nõ ipſa domĩa dicit̃, quæ non potuit extorquere quod voluit imperare. Nã quomodo domina, quæ dominãdi nõ habebat affectũ, quę diſciplinã dñæ nõ tenebat, quæ ſeruulis libidinis ĩcẽtiua pręſtabat? Ille dominus, qui amantis nõ excepit faces: qui lenocinantis vincula nõ ſenſit: quẽ nulla mortis formido perterruit: qui maluit liber criminis mori, q̃ potentię crimĩnoſæ eligere conſortium. Ille liber, qui turpe credidit vicem gratiæ non referre. Denique non vt meticuloſus excuſat, nec tanquam periculi timidus cauet, ſed tanquam beneficii herilis & innocentiæ ſuæ debitor fugit crimen ingrati, peccatiq; labem, & culpæ contagium quaſi iuſtus horreſcit. Tertium ſpiculum adultera interpellandi aſſiduitate vibrabat, ſed Ioſeph non audiebat eã. Habes poſt prima verba quid caueas. Non ſolum lubrica, ſed etiam procax, importunã, petulans eſt libido, nec habet quod vereatur adultera. Quę K diſpendia pudoris prima nõ doluit, inſidiatur vt capiat. Deniq; officii ſui & commiſſi muneris ingreſſum gratia, remotis arbitris ac domeſticis apprehendit eum, dicens: Dormi mecum. Excuſatur Ioſeph ſcripturæ teſtimonio, quia cõmiſſum a domino neq̃bat deſerere obſequium. Nõ enim ſatis eſt quod ſecurus ſui domus interiora, quaſi qui capi nõ poſſet, ingreſſus eſt: iuſtus debuit præuidere ne furenti copiam daret, & eius illa peccato periret. Sed qui aduerſari ſibi domini ſui videbat vxorem, neglecti officii etiam a domino cauere debebat offenſam. ſimul adhuc ſermonis, non comprehenſionis putabat audaciam. Excuſat̃ quod ingreſſus eſt, prædicatur quod elapſus eſt. Nec pluris fecit veſtimenta corporis, q̃ animi caſtimoniam. Reliquit tanquã nõ ſua, quæ adultera ſuis manibus detinebat: & aliena iudicauit, quæ tactu impudicæ potuerant comprehendi. Magnus quippe vir, qui venditus, ſeruile tamen neſciuit ingeniũ, adamatus non redamauit, rogatus nõ acquieuit, comprehenſus aufugit. Qui cum ab vxore domini cõueniretur, teneri veſte potuit, animo capi non potuit: ac ne ipſa quidem verba diu paſſus eſt. Cõtagiũ enim iudicauit ſi diutius moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua tranſirent. Itaq; veſtẽ exuit, crimen excuſſit, & relictis quib⁹ tenebatur exuuiis, ſpoliatus quidem, ſed non nudus aufugit, qui erat tectior ĩ- L dumento pudoris. Non eſt enim nudus, niſi quem culpa nudauerit. Denique in ſuperioribus habemus quod Adam poſteaquã dei mandatum præuaricatione deſeruit, & peccati grauis æra contraxit, nudus erat. Vnde & ipſe ait: Vocem tuã audiui in paradiſo, & timui, Gen. 3. quia nudus ſum, & abſcondi me. Intellexit enim ſe eſſe nudum, qui infulas diuinæ protectionis amiſerat. Et ideo latebat, quia veſtem fidei non habebat, quã vtiq; præuaricando depoſuit. Magnã rem vides. Ille nudus erat, qui tunicam nõ amiſit: iſte nudus nõ erat, qui veſtimentis ſe exuit, quæ in manibus adulteræ dereliq̃t. Eadem ſcriptura illum nudũ aſſeruit, hunc abnuit. Et ideo iſte expoliauit ſe potius q̃ nudauit, qui incorrupta virtutum veſtimenta ſeruabat, expolians ſe veterẽ hominem cum actibus ſuis, vt indueret nouum, qui ſecũdum imaginem creatoris in agnitione renouatur. Ille autem nudus remanſit, qui ſe iterum veſtire nõ potuit, M ſingulari ſpolio virtutis exutus. Vnde pelliciam accepit tunicam, quia pecator habere non poterat ſpiritalẽ. Reliquit igitur veſtimenta Ioſeph, & nudauit adulteræ inuerecundiam, quæ poſtea latere non potuit. Deniq; exiuit foras, & ipſa adulterii ſui tentamenta vulgauit, exaltãs vocem ſuam, eo quod relictis veſtibus Hebræus aufugerat. Ipſa igitur quod cælare debuerat, p̃debat, vt compoſito crimine læderet innocentẽ. Iuſtus autem accuſare non nouit, ideo impune hoc impudica faciebat. Illam igitur vere exutam dixerim, etiã aliena veſtimenta ſeruantem, quæ omnia amiſerat velamina caſtitatis: illum ſatis ornatum, ſatis defenſum, cui⁹ vox non audiebatur, & innocentia loquebatur. Sic Suſanna poſteaquã tacet, in iudicio melius locuta eſt oraculo, & ideo prophetæ meruit defenſionem, quæ proprię auxilium non quæſiuit. Illum ergo beatiorem dixerim cum in carcerem mitteretur, quia ſubibat pro caſtitate martyrium. Bonum enim munus pudicitia, ſed minoris meriti cum periculum abeſt: vbi vero etiã ſalutis periculo defenditur, ibi plenius coronatur. Inaudita cauſa, inexplorata fide veri, tanquam reus criminis in carcerem Ioſeph mittitur. ſed eum dominus nec in carcere deſerebat. Non turbentur innocẽtes cum falſis criminibus appettũtur, cum oppreſſa iuſtitia tradũtur in carcerẽ. Viſitat deus & in carcere ſuos, & ideo ibi eſt plus auxilii, vbi eſt plus periculi. Sed quid mirum ſi viſitat deus in carcere poſitos, qui ſeipſum in ſuis in carcere incluſum eſſe memorauit, ſicut habes ſcriptum, In Mat. 25.

A carcere eram, & non veniſtis ad me. Quo nõ penetrat diuina miſericordia? Inuenit Ioſeph huiuſmodi gratiã, vt qui fuerat clauſus in carcere, ipſe potius carceris clauſtra ſeruaret, cederet munere clauiculari⁹, incluſos omnes in poteſtatem eius cõmitteret. Itaq; Ioſeph non ſolum carcerem nõ ſentiebat, ſed etiam alios quoq; carceris leuabat erumna.

De inuectione in mulierem. Et de ſpadonib⁹ etiam illatæ iniuriæ autoribus, q̃ fragilis & tenuis ſit eorum ſtatus: ipſorũq; offenſione, incarceratione, ſomniorum viſione, & eorundẽ per ſanctum Ioſeph interpretatione. Et quemadmodum omnis potentia, magnificentia, & gloria huius ſeculi nihil aliud ſit q̃ ſomnium. De myſterio præterea Hebræi ſomnium interpretantis, ac reprehenſione ſpadonis immemoris & obliti interpretis ſui. De faſtu denique & fragilitate miniſtrorum regalium.

Caput VI.

HVIVS igitur iniuriæ autor mulier & ſpadones ſunt. Sed mulier Egyptiorũ, quę procaces cũ viris ſolita miſcere ſermones, laceſſere verecũdos, refugientes inſequi, pudẽtes B perurgere: cum vitia ſua nõ poſſet defendere, innoxios criminabatur, perfidiã miſcens perfidiæ, aliena tenens, & alios ipſa condẽnans, modum nullum ponẽs furori. Quę enim cauſa crudelitatis, niſi q̃ cupiditatibus ſuis obſiſti videbat, & deſideria ſua vetita aſſenſiõe fraudari? En propter quod aperiatur carcer vt ſuſcipiat innocentes: ſoluantur catenæ reis, vt imponãtur fidelibus: dimittãtur veritatis adulteri, vt includat̃ qui fidei adulterium recuſauit. De iſtis vero ſpadonib⁹ quid dicã? qui exemplum debẽt eſſe ſpadonibus cęteris, q̃ ſtatus eorum fragilis ac tenuis, & in voluntate regia ſpes oĩs, quibus leuis offenſa ſummum periculum ſit, ſecundæ autẽ res vile miniſterium. Gloriabatur alter quod eſſet vini præpoſitus. vterq; offendit, miſſiq; in carcerẽ, & cõmendati ſancto Ioſeph ab ipſo carceris clauiculario, cũ eſſent illic dies cõplures, viderunt ſomnium: & cum reuiſeret eos Ioſeph, triſtes turbatoſq; animi offendit: q̃a C turbabantur ſomnio, cuius interpretem nõ inuenirent. " Nõne per deum, inquit, interpretatio ſomnii eſt? Narrate ergo mihi. Et narrauit prępoſitus vini ſomniũ ſuũ: Erat vitis in conſpectu meo, in vite autẽ tres radices, & ipſa flores ferens, germina matura, & botriones vuarũ: & calix Pharaonis ĩ manu mea. Et ſumpſi eã, & expreſſi ĩ calice, & dedi calicẽ ĩ manu Pharaonis. Et dixit illi Ioſeph: Tres radices, tres dies ſunt. Adhuc triduũ, & memorabitur Pharao principatum tuũ, & reſtituet te ſuper officium tuũ priſtinũ, & dabis calicem in manu Pharaonis. Sed memor eſto p̃ temetipſum cũ bene tibi fuerit, & facies in me miſericordiã, & memor eris mei ad Pharaonẽ, & educes me de carcere iſto, quia furtiue capt⁹ ſum de terra Hebræorũ, & hic nihil mali feci, & miſerũt me ĩ lacũ carceris hui⁹. " Alteri⁹ ſomniũ nõ libet dicere. Meminiſtis certe verborũ meorũ, q̃d etiã tũc refugerim eius interpretationẽ: in eo cui⁹ exitũ refugio, mortẽ perhorreſco. De iſto prius dicamus, qui ſibi beatus videbatur, cum eſſet vini præpoſitus: & hunc ſummũ credebat apicẽ oĩs potentiæ, quod regi calicem dabat. Hæc gloria illius, hæc magnificẽtia in hoc ſeculo: hac defraudatus dolebat, huic reddit⁹ gratulabatur. Sed hoc ſomniũ eſt, & omnis potẽtia ſeculi ſomniũ, nõ veritas eſt. Deniq; per ſomniũ videt reddi ſibi principatum ſuũ. Eſaias ita eſſe huiuſmodi homines, qui ĩ hoc Eſa. 29. ſeculo delectantur ſecũdis rebus: Sicut qui in ſomniis manducat & bibit, videtur ſibi cibo & potu, dũ dormit, repleri, ſed cum euigilauerit, incipit eſurire amplius, & tunc intelligit q̃ inanis ille cibus & potus fuerit ſomniãtis: ſic qui dormit ĩ hoc ſeculo, nec oculos aperit ad myſteria diuina: quandiu ſomno grauatur corporis, putat alicuius momenti eſſe hanc ſecularem potẽtiam, quaſi D in ſomnis eam videt: vbi euigilauerit, deprehẽdit q̃ inanis huius ſeculi voluptas ſit. Conſidera nunc illum verum Hebræum, illum nõ ſomnii, ſed veritatis & præclaræ viſionis interpretem, qui de diuinitatis illa plenitudine, ac libertate cæleſtis gratiæ in hunc corporeum carcerem venerat, quem non potuit ſeculi huius illecebra mutare, non vlla corruptela mundanæ voluptatis euertere: qui tentatus nõ decidit, appetitus non appetiuit, poſtremo adulterina quadã Synagogæ manu veſte corporis apprehẽſus, carnẽ exuit, liber mortis aſcẽdit. Calumniata eſt meretrix vbi eũ tenere non potuit, quẽ carcer non terruit, non inferna tenuerunt: quin etiã quo veluti puniendus deſcenderat, inde alios liberauit. vbi ipſi ſtringebantur mortis vinculis, ibi laxauit ipſe vincula mortuorum. Cõſidera ergo iſtum Hebræum, dicentẽ illi præpoſito ſpadonum, qui contraxerat offenſam regiã, quẽ reſtituerat muneri ſuo: " Memor eſto p̃ temetipſum cum tibi bene fuerit, & facies in me miſericordiam, & memor eris mei. Ideo ſecundo repetiuit, quia ſciebat non recordaturum quod euaſiſſet iniuriã, cum potentiam recepiſſet. Ideo ſecundo admonuit, q̃a ſecũdo liberauit, vt ſi prioris bñficii eũ memoria nõ teneret, vel poſterioris ſubiret, nõ deſpiceret autorẽ ſalutis ſuæ, nõ perfida præuaricatione violaret. Sed quod peius eſt, cito bñficii irrepit obliuio ſecũdis rebus. Red- E ditus officio ſuo non eſt memor factus interpretis, ſed " oblitus eſt eum. Sed & ſi ille obliuiſcebatur, Chriſt⁹ nõ obliuiſcebatur, ſed loquebatur ei, & per ſeruulũ loquebatur, dicẽs ad eum: " Memor eſto per temetipſum, hoc eſt vel officii tui contẽplatione, quid audieris recordare. Sed et ſi nunc oblitus es, memor eris mei, vt euadas periculum. Qui oblitus eſt beneficium, iam eleuatus potentia, nõ recordabatur. Et hæc quanta potẽtia, vbi vini miniſterium inundet? Omnis iactantia quia erat ſpadonum præpoſitus, qui vinum poculis regiis miniſtrabat. " Et factum eſt, inquit, poſt biennium. Mentio de hoc noſtro ſpadone tẽporis nõ alia de cauſa, niſi quia & dies cõuenit: quia poſt biennium recepit officiũ, nec recordatus eſt, ſed admonitus. Cognouit enim quod etiam regnũ ipſum ĩ hoc ſeculo eſſet ſomniũ, qui de ſuo ſomnio non credidit. didicit etiã regna eſſe ſomnia, nec ipſorum poteſtates eſſe perpetuas. Sed cito hũc locum prætereat dolor, ne ipſa cõmemoratione crudeſcat, ne ipſius quidẽ ſermonis mei meminiſſe delectet, quẽ tũc temporis vel effuderit dolor, vel extorſerit Eccleſiæ cõ- F tumelia. Admonit⁹ ergo ſuper ſomniũ regis, ait: " Peccatum meum recordor. Sera quidẽ iſta eſt, ſed vtinã vera confeſſio. Poſt peccatum fatetur, quod ante peccatum cauere debuerat. Q̃z cito oblitus fueras: Memor eſto mei. Scis nempe tunc tẽporis hunc fuiſſe ſermonẽ, ſed obturſas aures habebas faſtu potẽtiæ, & vini ebrius non audiebas verba ſobrietatis. Vel nunc memento mei, qui peccatũ ſero fateris. Quid rogas ſeruulũ Chriſti? cur deum negas? Inebriare iam non vino, ſed ſpiritu ſancto. Recordare quid paſſus ſis, cum quo dormiſti ſomnum tuum, & ſomniaſti ſomnium. Et ipſe præpoſitus erat, & præpoſitus epularum regis, quæ ad opus piſtorium pertinebãt. Sublimem ſe eſſe credebat, quia in poteſtate habebat panem regium, neſciebat multos anfract⁹ eſſe huius potẽtiæ. Minabatur aliis ipſe mox ſupplicio dedẽdus extremo, nec audiuit eũ qui licet ſeruulus domini, tamen loquebatur oraculũ, quod ipſius iuſſu regis, de quo ſibi plurimum blandiebatur, caput amiſſurus eſſet, eſca auibus derelinquendus. Vel hoc te exemplum reuocare debebat vt perfidiæ non crederes. Sunt & alia exempla de faſtu & fragilitate miniſtrorum regalium, quæ poſterioris temporis hiſtoria habet. Et Doech præpoſitus erat, & præpoſitus regis 1. Re. 21. animalium, adde, ſi placet, mulorum, hoc eſt, ſpadonũ & 22. animalium. Hic quoq; ſacerdotem domini detulit, &

G fraude regem commouit in sacerdotis periculũ, & hic Syrus erat. Num mentior, quando & patriæ facta conueniunt? Aman quoq; a cubiculo regis, & ipse præpositus dum inuadere Ecclesias domini improba temeritate contendit, populumq; fidelem spoliare ac persequi, grauibus sacrilegia suppliciis expendit.

De liberatione sancti Ioseph, & honoris delatiõe ob interpretationẽ somniorum regis: & de eorundẽ somniorum mysterio. Qua ratione etiam sanctus Ioseph magis mystica meruerit præmia. Ac de mystica significatione ornamentorum quibus honoratus fuit, necnon & vxoris ac filiorum, famis quoque, & apertionis
H horreorum, atq; vẽditionis alimẽtorum. Cap. VII.

SED reuertamur ad istum vini prepositum, qui quasi multo ebrio mero beneficii autorẽ oblitus est diu: aliquãdo tamen, vt regi prodideret interpretẽ, nõ quasi gratus, sed quasi callidus intimauit seriem rei gestæ. Quo cognito, rex quoq; eum iussit accersiri de carcere, interrogauit si posset interpretari sibi somnium. Cuius explanatione delectatus remouit iniuriam, honorem detulit. Itaq; videte si non præsentibus & ista conueniunt. Iniuria illata est prius q̃ cognosceretur a rege, gratia relata vbi regi est cognitus. Itaq; rex vacat culpa, quia & id quod excepit vir sanctus iniuriæ, alienũ fuit: & id quod recepit, regis gratiæ est proprium. Somnium autẽ eius & interpretatio huiusmodi est. Quæcũq;, inquit, facit deus, ostendit Pharaoni. Septem vaccæ bonæ, septem anni sunt: & septẽ spicæ bonæ, septẽ anni sunt. Sõnium Pharaonis vnum est. Et septem vaccæ macræ quæ ascẽdebant post illas, septem anni sunt: & septem spicæ macræ, & a vento corruptæ, septẽ anni sunt. Erit septem annis fames. Verbum autẽ quod dixit, Quæcunq; fecit deus, ostendit Pharaoni: Ecce septem anni veniunt vbertatis magnæ in totã terrã Aegypti. Veniũt autem septẽ anni famis post hæc, & obliuiscentur vbertatem in tota Ægypto, & cõsumet fames totã terrã, & non cognoscetur vbertas terræ a fame futura post hæc. Valida enim nimium. Quod autem iterauit somnium Pharao bis, quia verum erit verbũ a deo, & festinauit deus vt faceret illud. Vetus somnium, res recẽtes. Posterioribus priora cõsumpta sunt: & vbi erat ante vbertatis cõpia, ibi rerum omnium facta est indigẽtia. Quod siquis huiusmodi regi consiliũ dedisset vt aliquid de superiori vbertate posteriori principat⁹ sui seruaret ætati, reliquo quoq; tẽpori larga donandi affluentia redundasset. Sed immodica æui superioris effusio etiam posteriora destituit, & homines diripientes vniuersa, aliquem Ioseph ei adhibere nolebãt. Etsi non ego Ioseph, (quis enim istud clamabat?) tamẽ vaccas illas pigues, non solum lasciuiam, sed etiam incuriam diuinæ figni
Psal. 21. ficare reuerentiæ. de perfidis enim dictũ est: Tauri pingues obsederunt me. Et de Iudæorum populo scriptũ
Deut. 32. est: Impinguatus & incrassatus & dilatatus est, & dereliquit deum factorẽ suum. Et ideo somniũ illud redundantiæ secularis perpetuum esse non posse, sed fore tempus quo his fames dura succederet. Nec tamẽ hoc somnium vni aut duobus demonstratum arbitror, sed oĩbus propositum, eo quod septẽ anni istius mundi qui pingues sunt, & seculari vbertate opimi, absorbeantur ab illis seculis quæ futura sunt, in quib⁹ perpetua quies & legis obseruantia spiritalis, quam Effrem illa tribus patrum deo fructuosa custodit. Bona vacca non illa corporeo distenta vbere, sed abundans spiritalis lactis & gratiæ, super cuius decorem ceruicis deus sedere se di-
Osee. 10. cit, vt scriptũ est: Effrem vacca docta diligere victoriã. Ego enim transiui super decorem ceruicis eius. Nõ ergo impinguet caput nostrum oleũ peccatoris, nec falsi fructus delectare nos debent, ne dicatur & de nobis: Se-
minastis impietatem, & iniquitates eius vindemiastis. Mãducasti fructum falsum, quia speraſti in curribus tuis. Nec me mouet quod habet spicas macras, & vento corruptas, quia & Dauid tunc melior erat, quãdo sicut aranea tabescebat: & spiritus contribulatus sacrificiũ deo est: & illi præstãtiores euadunt, quos in hoc seculo grauib⁹ iniurijs spiritus malignus exercuit. Vir de magis mystica meruisse præmia Ioseph arbitror, quia de mysticis est locut⁹. Quid enim sibi vult annulus digito eius insertus, nisi vt intelligamus pontificatum ei fidei esse delatum, vt alios ipse signaret? Quid stola, quæ amictus est sapientiæ, nisi tributum ei ab illo rege cælesti prudentiæ principatũ? Torques aureus intellectum bonum videtur exprimere. Currus quoq; significat fastigium sublime meritorũ. Quis autẽ est qui ex gentibus accepit vxorem, nisi qui ecclesiã ex nationibus sibi congregauit, & suscepit ex ea filium Manassen, per quem oblitus est omnes dolores suos, quos habuit de sacrilegiis Iudæorum? Suscepit alium quoq; filium Effrem, per cuius profectum clamat quod susceپta in carne humilitas & diuinitatem non humiliauit, & gloriam cumulauit. Deniq; quicunq; famem patiebantur, ad Ioseph mittebãtur. Qui sunt isti, nisi de quibus dictum est: Cõuertentur ad vesperam, & famẽ pa-
Psal. 58. tientur vt canes? Erat autẽ fames non vnius loci, sed totius terræ, quia nõ erat qui faceret bonitatẽ. Ideo dñs Iesus ieiunia mundana miseratus aperuit horrea sua, & mysteriorum cælestiũ thesauros scientiæ sapiẽtiæq; patefecit absconditos, vt nulli alimenta deessent. Dixit enim Sapientia: Venite edite panes meos. Et ideo ab
Prou. 9. illo solo dicitur: Dominꝰ pascit me, & nihil mihi deerit,
Psal. 22. qui saturatur a Christo. Aperuit ergo horrea sua Christus & vendebat, nõ æra pecuniæ, sed fidei precium, & deuotionis stipendium quærẽs. Vendebat autem nõ paucis in Iudæa, sed vendebat omnibus, vt ab vniuersis nationibus crederetur. Et oẽs regiones venerunt in Ægyptum ad Ioseph emere. Obtinuerat enim eos fames. Omnes enim esurient, quos nõ pauerit Christus. Emamus ergo alimenta, quibus famem possimus repellere. Nemo paupertatis suæ contẽplatione reuocetur, nemo vereatur qui argentum nõ habet. Nõ quæritur Christus argento, sed fide, quæ argento precioſior est. Deniq; emit eã Petrus, qui nõ habebat argẽtũ. Ar-
Actũ. 3. gentum, inquit, & aurum nõ habeo, sed quod habeo do tibi. In nomine Iesu Christi surge & ambula. Et ꝓpheta Esaias dicit: Qui sititis, ite ad aquam: & quicunq; nõ
Esa. 55. habetis argentum, ite emite & bibite & manducate sine argento & precio vini. Neq; enim precium quæsiuit a nobis, qui ꝓ nobis sanguinis sui preciũ soluit, quia nõ auro & argento, sed precioso nos redemit sanguine. Ergo id preciũ debes quo redẽptus es: etsi ille non semper exigat, tu tamen debes. Eme igitur tibi Christũ, nõ eo quod pauci habent, sed eo qđ oẽs habent. Oẽs habẽt per naturam, pauci offerunt per timorẽ. Suũ est quod a te Christus reposcit. Ipse vitã oĩbus dedit, ipse pro oĩbus mortẽ suam obtulit. Solue pro autore qđ soluturus es pro lege. Nõ mediocris iste cõtractus est. Nõ oẽs eũ facile vidẽt. Deniq; illæ virgines in Euangelio quas veniens spõsus excluſit, ideo foris relictæ sunt, quia venale oleum non emerunt. Vnde dicitur eis: Ite potius ad
Mat. 25. vendentes, & emite vobis. Et negociator non imme-
Mat. 13. rito prędicatur, quia vẽdidit oĩa sua, & emit margaritã.

De exhortatione Iacob ad filios vt descẽdãt in Egyptũ, & emãt escas. Et de perrectione decẽ fratrum iunio re domi retẽto. Ac de mysteriis prędictorũ. Ca. VIII.

ET Iacob dixit filiis suis: Quare pigri estis? Ecce audiui quia frumentum est in Aegypto. descẽdite illo, & emite vobis escas. Nõ semel hoc Iacob dixit, quotidie omnibus fi-

A liis suis dicit, qui serius veniũt ad gratiã Christi, Quare pigri estis? Ecce audiui quia est frumẽtũ in Ægypto. Ex hoc frumento granum est quod resurgit. Qui igitur famem sustinet, suæ segnitiei debet asscribere. Ecce audiui, inquit, quia frumentum est in Ægypto. Citius itaque iuniores aliqui q̃ seniores consuerunt audire, dum foris positi multa circũeunt. Sed hanc negociationem prius senex audit, sed ille senex in quo est fidei lon
Sapiẽ. 4. gæua cauities. Prior senex intelligit, sed ille senex in quo est venerabilis senectus, & ætas senectutis vita immaculata. Nec omnes hãc negociationem suscipiunt, nisi filii Iacob, & ipsi prouectioris ætatis. Ideo decẽ pergunt, non pergit iunior. Nõ misit eum pater, ne cõtingat, inquit, eum infirmitas. Adhuc obnoxius erat infirmitati Beniamin iunior. Patriarcha quidẽ legitur Bẽiamin, sed ex tribu Bẽiamin ille Paulus præfigurabatur. Merito Iacob de eius infirmitate dubitabat. Deniq; infirmatus est vt sanaretur, cæcitatem passus est, sed hæc infirmitas ad salutem. Deniq; illa cæcitas lucẽ attulit. Accepimus historiam, cognoscamus mysteria. Sine Beniamin patriarcha primo perrexerũt: sine Paulo Apostolo. Vterq; nõ primus aduenit, sed accersitus a primis vberiorem mercẽ priorum suo fecit aduentu.
“ Est, inquit, frumentum in Ægypto. hoc est, vbi maior
B fames, ibi maior vbertas est. Magnum frumentum in
Osee. 11. Ægypto. Deniq; & deus pater dicit: Ex Ægypto vocaui filium meum. Ex isto grano illa fœcũditas. Neque eni messis esse potuisset, nisi Ægyptii granũ ante seuisset. Est ergo frumentum quod nemo ante credebat esse. In hoc frumento negociatur patriarchæ. Et illi quidem argentum detulerunt, sed bonus Ioseph frumentum dedit, argentũ reddidit. Non enim pecunia emitur Christus, sed gratia. Precium tuum fides est. Hac emuntur diuina mysteria. Portat autem frumentum hoc asinus ille immundus in lege, sed iam mundus per gratiam.

De reuersione filiorum Iacob in Aegyptum postquam fames inualescebat, cum deductione Beniamin, & sumptione munerum Ioseph deferendorum, eorũq; ad ipsum peruẽtione. Et de mystica ratione gestorum & incidentium circa hæc. Caput IX.

C ENEBATVR tamen Beniamin iunior, & patrio adhuc adhęrebat affectu. Tenebant eũ legis vincula, mos paternus. Fames inualescebat, quia fero veniebat. Intercedunt pro eo duo, Ruben & Iudas, hoc est, humilitas atq; confessio. His vadibus apud patrem vtitur, his cõmittitur, quorum vnus primitiuus, alius resuscitatus. Ex primitiua, Euãgelium resuscitatum. His deducitur Bẽiamin iunior, & bonis odoribus comitatus aduenit, portãs secum resinã, qua lapides marmorum cõnectuntur: eo quod prædicatione propria tanquã spiritali resina viuos lapides etiam ipse connecteret: portans etiã mel, quo noxia vulneris interius exedũtur sine aliqua acerbitate sectionis. Talis enim Pauli prædicatio, vt putrem aboleret affectum, corruptũq; euacuaret humorẽ, disputationis suæ aculeo vrere magis ægra mentis viscera cupiens, q̃ secare. Incẽsum orationis, & casiã
Psal. 44. & guttã sepulturę insignia esse Dauid ꝓpheta nos docuit dicẽs: Myrrha & gutta & casia a vestimẽtis. Venit eni Paulus crucẽ dñi prædicare ilicẽ semper virẽtẽ, & nuces quarum testa durior, & fructus tenerior: meritoq; virga sacerdotalis Aaron nucina, & Hieremiæ baculus huiusmodi. Argentum quoq; duplex, non ociosa munera esse quis dubitet: cũ & patriarchę vita, & Apostoli sermo semper vireſcat in pectoribus singulorum, & eloquium sanctorũ sicut argẽtum igne examinatũ, præcepti salubris fulgore resplendeat? Nec immerito duplex argentum referunt, in quibus Pauli præfigura-
batur aduentus, qui laborantes præſbyteros in verbo D
atq; doctrina duplici honore donabat. Vidit autem illos Ioseph, & Beniamin fratrem suum ex eadem matre. Iam videtur Hebræi, & videtur a Christo, qui ver⁹ Ioseph est, quãdo cũ Pauli veniunt typo: & loquitur illis mitia atq; mãsueta, vt pariter cibum sumãt. Supra autem quia sine Beniamin venerunt, agnoſcebat quidẽ eos, sed ab his se auertebat, vt scriptum est: et loquebatur his dura, quia ipsi nõ agnoſcebant eum, a quo agnoſcebãtur. Pauli igitur merito profecerũt, quem dñs Iesus tanquam iuniorem fratrem ex eadem matre generatum amplius cæteris fratribus diligebat. Auertãt Iudæi quem dominum negauerunt, qui etiam crucifixus, ex synagoga tamen tanquã ex eadem ortos parẽte plus diligit, si vel sero cognoſcant suæ salutis autorem. Sed priorum conſcii delictorum nõ credunt tantã Christi esse misericordiam, vt donet peccatũ, remittat iniuriam. Ideoq; præfigurabantur in patriarchis quales essent futuri. Inuitabantur ad gratiã, ad salutaris mensæ vocabãtur conuiuium, & calũniam sibi parari, insidias fieri suſpicabãtur, & cœperunt ad hominem qui erat supra domum, in ianua domus causam suã agere velle. E
Adhuc dubitant introire, & ex operibus suis malũt iuſtificari, qui causam suam volunt astruere, q̃ gratiã accipere: & ideo in portis redarguuntur. Qui autẽ fructũ veteri virginalis expectat, & hæreditatem dñi filii mercem negociatur, non erubeſcit in porta, sed in exitu vitæ huius repellit inimicum, ne ad altiora properãti cõſcius culpę grauioris obsistat. Vnde mystice illis respõdit maior dom⁹. Et is qui fit, intellige, cũ legeris Moysen fidelem in tota domo eius. Maiores enim domus Moyses, Petrus & Paulus, & cæteri eius sancti sunt, Christus autem solus est dominus, sicut scriptum est:
Heb. 3. Quia Moyses fidelis in tota domo eius tanq̃ famul⁹. in testimonium eorum quæ dicenda essent. Christus F
autem tãquam filius in domo sua, quæ domus nos sumus, si libertatem & gloriam spei tenuerimus. Hic ergo maior domus respõdit illis: Propiti⁹ sit vobis deus: “
nolite timere. Deus enim vester & deus patrũ vestro- “
rum dedit vobis thesauros in sacculis vestris. Argẽtũ “
vestrum probum acceptum habeo. Illi enim dixerunt: “
Argẽtum vniuſcuiusq; in sacculis nostris inuenimus, “
ad põdus argẽtum nostrum retulimus. O magna my- “
steria, & euidẽter expressa. Hoc est dicere: Cur inflamini argentum vos habere vestrum in sacculis sæpius
1. Cor. 4. vsurpatis? Quid enim habetis quod non accepiſtis? Si autem accepiſtis, quid gloriamini quasi non acceperitis? Iam saturati estis, diuites facti estis, quia argẽtum habere vos creditis, sed argentum vobis deus patrum vestrorum dedit. Ille deus vester, ille patrum vestrorũ deus est, quem negastis. Sed ignoſcit, sed indulget, sed recipit si reuertamini. Ipse est qui vestrum non quærit argentum, suum donat. Ipse vobis dedit argentum in sacculis vestris. Iam sacculi vestri argentũ habent, qui
Psal. 29. sutũ habebant: & ideo vester est qui dicit: Conſcidisti saccum meum, & induisti me lætitia. Lætitiæ munus est Christus, ipse est argentum vestrum, ipse precium vestrum. Non exigit a vobis dominus Iesus frumenti sui precium, non quærit vestri pondus argenti. Argentum vestrum reprobum est, argentum seculi nõ est bonum. Argentum vestrum probum acceptum habeo. “
hoc est, non illud materiale argentum, sed spiritale. Argentum vestrum habeo, hoc est probum, quod fida deuotione quasi Iacob filii detuliſtis, quod sine damno datur, & sine vllo dispendio numeratur, quandoquidem tali precio detrimentum mortis excluditur, lucrũ vitæ acquiritur.

De munerum paratione, & eorum illatione, instauratione que conuiuii, cum morali atque mystica singulorum expositione. Caput X.

G PARAVERVNT autē munera, donec
introiret Ioseph meridie.) Accelerauit me=
ridiē fides Pauli. Antea cæcus erat, postea
cœpit videre lumen iustitiæ: quoniã qui re=
Psal. 36. uelat ad dñm viam suam & sperat in eum, dñs quoq;
educit tanq̃ lumen iustitiã eius, & iudicium eius sicut
meridiē. Et Abrahæ quãdo deus apparuit ad ilicē Mã
bræ, meridies erat, cui de præsentia dñi lux æterna ful=
gebat. Meridies est quando Ioseph verus in domũ suã
intrat vt prãdeat. Tunc enim plus dies lucet, quãdo sa=
cramēta celebramus. Et intulerunt, inquit, ei munera.
Nos munera inferimus, ille instaurat conuiuiũ. Ille di=
cit: Apponite panes, quos soli Hebræi sumunt, Aegy
ptii mãducare nõ possunt. Sed ante cõuiuiũ quanta di=
gnatio, qui vsus istius & sedulitatis & gratiæ? Mora=
le mysterium. Adhuc de calumnia quã sibi a Ioseph fie
ri putabãt, fratres suspecti erãt, ille inuitabat ad prãdiũ:
horum nutabat affectus, illius perseuerat gratia. Pri=
mus appellat, prim⁹ interrogat, Q̃uo habetis? Et iterũ
ait: Recte est pater vester senior? Superioris est inferio=
H rem ad colloquiũ ꝓuocare, dare sermonis fiduciã, quæ=
rere nõ solũ de ipsis, sed etiã de parentibus. Respõdent
illi: Recte est pater noster, puer tuus. Ille seniorē dixit
vt honoraret, illi puerũ nominauerũt, vt deferrent hu=
militatis obsequiũ: quod senectus honoratæ sit dignita
tis: pueritia autē subiecta videatur, & propior verecun=
diæ q̃ superbiæ. Respiciens autē oculis vidit Bēiamin
fratrē suum ex eadē matre. Morale est, vt quos diligi=
mus, eos videamus præ cæteris: & q̃s animi intētio ha
bet priores, eos obtut⁹ offendat oculorũ. Siqdē plerũq;
circa alia mētis occupatiõe districti, quos habemus an=
te oculos, nõ videmus: ita duce animo dirigitur noster
aspectus. Vidit igitur Beniamin fratrē suũ sanctus Io
seph, quē tenebat animo, quem oculis requirebat: quo
absente fratres pene nõ viderat: nec solũ vidisse cõtēt⁹,
quasi nesciret interrogauit: Hic frater vester est adole=
I scētior? Consuetudo & gratia charitatis est vt dilectos
nobis non solum oculis, sed etiam sermone teneamus.
Agnouerat Ioseph dilectũ suum, sed ideo interrogabat
vt quē tenebat animo, vox sonaret. Deniq; nõ expecta=
uit vt respõderetur, sed continuo benedixit eum, & tur=
batus est desiderii sui fructu. Torquebãtur autē viscera
eius, quia cõplectendi eius quē desiderabat libertas dif=
ferebatur. Deniq; ingressus in prõptuariũ plorauit, & la
uit faciē suam, & cõtinuit se. Grãdis amoris aculei cito
corda cõpungunt, nisi desiderii frena laxētur. Vinceba=
tur affectu Ioseph, differebatur cõsilio, ratio cum amo=
re certabat. Fleuit, vt amoris pii æstus lachrymis tēpe
raret. Hæc moraliter. Mystice autē, Vidit dñs Iesus
Psal. 33. Paulum. oculi enĩ dñi super iustos. & dixit: Hic frater
vester est adolescētior? Adhuc adolescētior dicitur, qui
nõdum maturam in canicie fidei gerebat ætatē, nondũ
Ephe. 4. in virũ perfectũ excreuerat, in illã (sicut ipse ait) mensu=
Actuũ. 7. ram ætatis plenitudinis Christi. Deniq; adolescēs legi=
tur tantũ ibi, vbi lapidãtium Stephanũ vestimenta ser
ad Phile= uabat. Et ideo Philemonem nõ adolescētiæ suę, sed se=
mo. nectutis similē esse cupit, vt scripsit: Magis obsecro, cũ
sis talis vt Paulus senex. Ideo adolescentiores viduas
1. Tim. 5. prædicat declinãdas, nõ propter etatē, sed propter quã=
dam pubescētium delictorum lasciuiam, immaturita=
tēq; virtutis. Cæterũ maior in iuuene q̃ in sene laus ca=
stitatis est. Puto enim qđ a vero nõ sit alienum illud si
Actuũ. 9. intelligamus, quia cũ hic Paul⁹ hæreret, & horrore cor
reptus, quod cæcitas accidisset ei, inciperet tamē appro
pinquare dicendo: Dñe quid me vis facere? Ideo adole=
scentior dicebatur a Christo, vt qui vocabatur ad gra=
tiam, excusaretur a culpa, quod ea lubricæ fuisset æta=
tis. Deniq; vidit eum Christus, vbi lux circũfulsit eum.
Et quia adolescentes magis metu q̃ ratione vocantur
a vitio, adhibuit stimulũ, & miserat⁹ admonuit ne ad=
uersus stimulum calcitraret. Turbat⁹ est autē, sicut vi=
des & in Euangelio quia turbauit se spiritu cum La= Ioan. 11.
zarum resuscitaret, & ibi fleuit, vt prius lachrymis suis K
mortui delicta lauaret. Sed intra se fleuit, & lauit faciē
suã. Cæcitas Pauli, fletus est Christi. Lauit faciē suã,
vbi lumen ei reparatur amissum. Lauit faciem suam
Christus, vbi baptizatus est Paulus, per quē a plurib⁹
videretur. Ideo in cõuiuio pars eius quinquipliciter ma
ior effecta est, quod haberet superioribus anteferri non
solum mentis prudentia, sed etiam militia corporis, &
gratia castitatis.

De inebriatione fratrum cõuiuantium, & insertio=
ne scyphi argētei in saccũ Beniamin, singulorumq; sac=
culorum requisitione, ac inuentione scyphi in sacco Bē=
iamin. Et de mysteriis istorum. Caput XI.

BIBERVNT autē & inebriati sunt pariter
cum eo.) A prĩcipio fidei maior Paulo pre=
rogatiua defertur, de quo dictum est ad Ana
niam: Vade, quoniã vas electionis est mihi, Actuũ. 9.
ad sufferendum nomen meũ corã gētibus. A principio
inebriatur ebrietate, sed sobria, vt & ipse cum sanctis di
ceret: Et poculum tuum inebriãs q̃ præclarum est. Et Psal. 22.
scyphus argēte⁹ soli sacco eius inseritur. Nesciebat hoc
Beniamin. Fallebatur Paulus, sed vocabatur. Mittit
post eum mane. Nox enim præcesserat castitatis, dies
fidei appropinquabat. Per ordinem singulorum prius
inspiciuntur sacculi. Docet te moralitatem scriptura di L
uina. Per ordinem ante discubuerunt in cõuiuio, cõtra
eum primitiuus secundũ ætatē. Vides quod seniori lo
cus ille sit deferēdus per ordinem. Iterum requiruntur
sacculi singulorum, vt scias electum esse celesti iudicio.
Discussit cæteros, hunc prætulit. In nullius alterius sac
co scyphus argēteus inuentus est, nisi istius. Quid sibi
vult quod insertus est sacculo? Ioseph quidē inebriauit
vt falleret: scyphum misit, vt fratrem quem diligebat,
pia fraude reuocaret. Sed refulgēt mysteria diuĩa. Hoc
inuenit in nobis Christus argētum, qđ ipse donauerat.
Habemus naturæ argētũ, habemus & gratiæ. Natu=
ra opus est creatoris, gratia munus est redēptoris. Etsi
non possumus videre dona Christi, ille tñ donat & ope
ratur occulte, & donat oĩbus: sed seruare paucorũ est, &
non amittere. Nõ omnibus tamen donat oĩa. Triticũ
multis datur, scyphus vni, qui prophetico & sacerdota=
li donatur munere. Non enim oēs, sed Propheta dicit:
Calicem salutaris accipiam, & nomē dñi inuocabo. In Psal. 115.
corpore igitur Pauli iam doctrinæ cælestis eloquiũ re= M
fulgebat, cum esset erudit⁹ in lege. Sed quia adhuc iu=
stitiæ dei subiectus nõ erat, intra saccum erat scyphus,
doctrina intra legē, lucerna intra modium. Missus tñ
Ananias qui benedictionē daret, manum imponeret,
saccũ solueret. sacco soluto reluxit argētũ, & decidētib⁹
squamis velut quibusdã sacci vinculis statĩ vidit. Vin=
culum eius perfidia erat, absolutio ei⁹ fides facta est. Et
ideo tanq̃ soluto sacco, hoc est deposito legis velamine,
qđ positũ est supra cor Iudæorũ, cõuersus ad dñm, liber
a nexu, adeptus gratiã libertatis, ait: Nos itaq; reuela= 2. Cor. 3.
ta facie gloriã dei speculãtes, ad eãdē imaginē reforma=
mur. Soluto enĩ calceamento legis, nudo vestigio libe
ri sermonis Euãgeliũ predicabat. Tenebãt enim eũ Iu
dæi, & impedire cupiebãt: sed vbi in eius sacco argētum
resplenduit, sciderũt vestimēta sua, & reuersi sunt retro.
Libera ergo pro Christo paupere prædicatio nudauit
populũ Iudæorũ, & omnē eorũ rescidit gratiã. Ideoque
retro regressi sunt, qui ante se videre nõ poterãt. Retro
redeunt, qui Christũ amittunt. Deniq; & in Euãgelio
cum corriperent ad mortē dominum Iesum, redeũtes Ioan. 18.
retro ceciderunt in terram. Merito retro reuertebãtur,
qui in terrenam labem ab illa cælesti gratia decidebãt.
Nolebãt igitur moraliter redire sine fratre, mystice sine
Paulo reuerti: quo amisso afferebãt in mœrorē deducē

A dam parentis populi senectutē. Et ideo Iudas apud Io=
seph remanere cupiebat, ne videret mala quæ inueni=
rent patrem suũ, hoc est, iam præuidebat & cauere cu=
piebat mala quæ ventura erant populo Iudæorũ. Sed
cum adhuc hæc ipsa in typo illo principum populi Iu=
dæorum libera prędicatio, fleuit Ioseph, hoc est, in illo
plorauit Iesus.

Quemadmodũ sanctus Ioseph se manifestauerit vt
a fratribus cognosceretur, & de aduocatione eorum ad
se, accessuq; ipsorũ ad illũ. Quomodo etiã eos consola=
tus fuerit, cũ mystica dictorũ interp̃tatione. Ca. XII.

ET iussit omnes recedere, vt cognosceretur a
fratribus.) Non venerat enim, sicut ipse ait,
Mat. 15. nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Et
emittens vocem cũ fletu, Ego sum, inquit,
Ioseph. Adhuc pater meus viuit? Hoc est, expãdit ma
nus suas ad populũ non credentē & contradicentē, non
legatum neq; nunciũ quęrēs, sed ipse dominus saluum
Esa. 52. facere volens populum suũ. Ego qui loquebar, ecce as=
sum, inquit, & palã factus non quęrētibus me, appareo
iis qui me nõ interrogabant. Quid igitur aliud tũc cla=
mauit, nisi, Ego sum Iesus, cũ a principibus Iudeorum
Ioan. 18. interrogantibus, Tu es filius dei? responderet: Vos di
Mat. 26. citis quod ego sum. Cũ Pilato diceret: Tu dicis, quia
rex sum ego, in hoc natus sum. Cum principi sacerdo=
tum dicēti, Adiuro te per deum viuum vt dicas nobis
B si tu es Christus filius dei, referret: Tu dixisti. Amen
dico vobis, amodo videbitis filiũ hominis sedētem ad
dexterã virtutis, et venientem cũ nubibus cęli. Hoc est
ergo quod ait: Ego sum Ioseph, ego sum diuinæ poten
tiæ. Adhuc pater meus viuit? Hoc est, ego patrem nõ
nego, ego fratres agnosco, si aut vos fratrē, aut pater fi=
lium recognoscat. Adhuc ergo populus meus viuit, de
cuius populi familia fratrem mihi elegi? Accedite ad
me, quia ego ad vos appropĩquaui, & eousq; appropin=
quaui, vt per carnis susceptionē facerem me vestræ cõ=
sortem naturæ. Nolite vel participē fugere vestræ so=
cietatis, si nõ agnoscitis autorem salutis. Et accesserũt,
inquit, ad illũ. Et dixit: Ego sum Ioseph frater vester,
quē vos tradidistis in Ęgyptũ. Nũc ergo nolite mœsti
esse, neq; vobis durũ videatur quoniam huc me vēdi=
distis. Ad vitam enim vestrã misit me deus ante vos.
Q̃ pia fraternitas, q̃ dulcis germanitas, vt etiã parrici=
dale excusetur admissum, dicēs diuinę illud prouidētię
fuisse, nõ impietatis humanæ: quandoquidē non ab ho
minibus oblatus ad mortē, sed a domino missus sit ad
vitam. Quid aliud habet illa domini nostri Iesu Chri=
C sti, qui fratres omnes pietate superauit, in cruce positi
Luc. 23. intercessio illa pro plebe, dicētis: Pater, ignosce illis, nõ
enim sciũt quid faciunt? Quid aliud illa appellatio san=
ctitatis in medio discipulorũ, dicentis: Pax vobis, ego
Luc. 24. sum, nolite timere? Et cũ conturbati & conterriti existi
marent se spiritũ videre, iterum dixit ad illos: Quid tur
bati estis? & quare cogitationes ascendunt in corda ve=
stra? Videte, ecce man⁹ meas, et pedes meos, quia ego
sum ipse. Palpate, & videte, quia spiritus carnē & ossa
non habet, sicut me videtis habere. Hęc ergo iam tunc
futura posterioribus tēporibus mysteria reuelata sunt.
Deniq; ex ipsis exprimũtur sermonibus, vt ipsum esse
intelligamus & qui ante in Ioseph, & postea in suo lo=
cutus est corpore, quãdoquidē nec verba mutauit. Ait
enim tunc: Noli mœsti esse. Et infra: Ascendite ad pa
trem meũ, & dicite illi: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fe
cit me deus dominũ totius terrę Ęgypti. Et in euange
Matt. 28. lio ait: Noli timere. Ite nũciate fratrib⁹ meis vt eant in
Galilæã, & ibi me videbũt. Et infra ait: Data est mihi
omnis potestas in cælo & in terra. hoc est dicere: Diui=
næ hoc fuit dispensationis vt acciperē potestatem, non
acerbitatis humanæ. Non obiicit scelus, qui numerat
præmiũ. Quod autē habetur in Genesi, Ad vitã enim D
vestrã misit me deus ante vos, reddit in euangelio di=
cens: Docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine
patris & filii & spiritus sancti. Hæc enim merces & vi=
ta sanctorũ, quod etiã alios redemerũt. Illud q̃q; aduer=
te nõ ociose scriptum in Genesi: Et eris prope me tu, &
filii tui, & filii filiorũ tuorũ. Hoc est enim quod dixit in
euãgelio: Ecce ego vobiscũ sum oĩbus dieb⁹ vsq; ad cõ= Mat. 28.
summationē seculi. Q̃ euidēs quoq; illud mysterium,
quod veluti cõpleto omni mandato fratrē suum cõple=
ctitur Beniamin, & cecidit super collũ eius, sicut cõple=
to euangelio Christus Paulum amplectitur quibusdã
misericordiæ suæ brachiis, & interna opinione curua=
tum, velut a collo in cælũ erigit. Vnde & ille erectus a
Christo, ait: Nostra autem conuersatio in cælis est. Phil. 3.

De gaudio Pharaonis quod Ioseph agnouisset fra=
tres suos, & de exhortatione eius vt Ioseph inuitet fra
tres vt veniãt cum patre, illorũq; executione, & peruen
tione ad Iacob, narrationeq; singulorũ, & quod Ioseph
adhuc viueret. Et de mysteriis circa hæc. Ca. XIII.

ET gauisus est Pharao quod Ioseph agnouis
set fratres suos. Vnde & diuulgata est vox
in domo Pharaonis. Et hortatus est sanctũ
Ioseph vt fratres suos inuitet vt veniãt cum
patre, & mandat impleri eorũ sarcinas tritico, & vehi=
cula dari.) Vnde hęc hũanitas barbaro, nisi illud ostē= E
deretur magnũ mysteriũ, quoniã nõ inuidet ecclesia cũ
redimunt̃ Iudęi, & populus Christianus hac adiũctio=
ne lætatur, & quib⁹ potest subsidiis iuuat, & mittit eu=
angelizantes regnũ dei, q̃ maturius euocentur? Quib⁹
dãtur binæ stolę. Et alligat Paulũ cũ eius dicta depro=
mit, cui trecēti aurei & quinq; stolæ diuersi coloris cõfe
rũtur a Christo. Trecētos aureos habet, qui crucē præ=
dicat Christi. Ideoq; ait: Neq; enĩ iudicaui me scire ali= 1. Cor. 2.
quid inter vos, nisi Christũ Iesum, & hũc crucifixũ. Et
bene aureos accepit, quia nõ in suasoriis humanę sapiē
tiæ verbis, sed in ostēsione spiritus prędicabat. Quinq;
autē stolas accepit, vel sapiētię multiplices disciplinas:
vel quod nullis sensuũ corporaliũ captus illecebris, vbi
alii periculũ, ille teneret victoriã, qui omnes voluptates
carnis singulari cõtinētia & virtute superaret, cuius in=
geniũ studiũq; nulla corporis hebetaret infirmitas, qui
cũ esset in corpore, corpus se habere nesciret. Deniq; ra= 2. Cor. 12.
ptus in paradisum, siue in corpore siue extra corpus ne= F
sciens, audiuit verba ineffabilia quę loqui homini nõ li
ceret, qui postremum nihil terrenũ oleret in terris, sicut
ipse docet dicēs: Quia Christi bonus odor sumus deo 2. Cor. 2.
in iis qui salui fiũt. Pręcellit igitur Paulus, et eius exu
berat portio, sed tamē habēt & alii prędicatores gratiã
suã, binas stolas accipiũt. Quas vtiq; illas? dubitare nõ
debes, quia legisti de sapientia dictũ: Binas vestes fecit Prou. 31.
viro suo. Vna est mystica, moralis altera. Sed non oēs
apostoli, nõ omnes prophetę, nõ omnes pastores, nõ o=
mnes virtutes, nõ omnes habent gratiã curationũ, non
omnes linguis loquuntur. Vbi diuersa merita, diuersa
& præmia. Mittũtur & patri munera. Filius honorat
patrē. Christus populũ suũ inuitat p̃missis, inuitat mu
nerib⁹. Portãt hęc munera asini illi inutiles & laborio=
si ante, nũc vtiles: portant in typo Christi munera, por=
taturi in euãgelio munerũ largitorē. Dimisit autē fra=
tres suos, & abierunt. Et dixit illis Ioseph: Nolite irasci
in via. Q̃ bene docet ab iracũdia præcauendũ, quod ea
posset etiã amantes sui separare germanos: et maxime
in via fugiendã esse discordiã, vbi ipse viãdi comitatus
debet esse inuiolabilis, & gratię habere cõsortiũ. Quid
autē aliud ait dñs Iesus ex hoc corpore recessurus, cũ di
scipulos dimitteret suos, nisi ne irascerent̃ in via, dicēs:
Pacē relinquo vobis, pacē meam do vobis? Vbi enim Ioan. 14.
pax est, iracũdia locum non habet, ablegatur discordia,

G furgatur diſſenſio. Hoc eſt ergo quod ait: Pacem meam do vobis. id eſt, nolite irafci in via. Et vide ne ihac via dicat, hoc eſt in hoc curſu totius vitæ indignatione cauendam, quod ira ſæpe etiam innocẽtes in crimen abducat, quia dum iuſto amplius irafcimur, & volumus alienum coercere peccatum, grauiora peccata commit
Rom. 12. timus. Ideo Apoſtolus ait: Non vofipſos vindicantes chariſſimi, ſed date locum iræ. hoc eſt, declinemus eam ne nos illa corripiat. Vnde dominus Ieſus dimittens ad euãgelizandum diſcipulos, miſit eos ſine auro, ſine argento, ſine pecunia, ſine virga, id eſt vt & incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis. Et aſcenderũt, inquit, de Egypto, & venerũt in terram Chanaan ad Iacob patrem ſuũ, & nunciauerunt illi dicentes: Quia Ioſeph filius tuus viuit, & ipſe eſt princeps totius terræ Egypti. Quid eſt terra Chanaan quæ nutabat? Quid igitur tam euidens q̃ Apoſtolorũ tempora deſignari? Quibus ingreſſis Iudæorũ ſynagogas nutãtes, dominũ Ieſu potẽtiam prædicabant, ſicut habemus in Actis
Actu. 2. Apoſtolorũ, dicẽte Petro: Hunc ergo Ieſum reſuſcitauit deus, cuius nos teſtes ſum⁹. Dextera igitur dei exaltatus, repromiſſione ſpiritus ſancti accepta a patre, effudit hoc donum quod vos videtis. Aduertimus certe quomodo & viuere eũ, & terrę totius principem dicat, quia aperiens horrea ſua ſpiritalis gratiæ donat omnibus vbertatem. Hæc dicebant Apoſtoli, ſed Iudei non
H credebant, ſed iniiciebant manus in eos, ſed tradebãt in cuſtodiam prędicatores ſalutis. Vnde & de Iacob ſcriptum eſt: Expauit mente. nõ enim credebat eis. Expauit affectu plebis incredulę, ſed poſteaquã Chriſti geſta cognouit, tantis beneficiis & operibus delinitus reſumpſit ſpiritum dicens: Magnum mihi eſt ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit. ibo & videbo eum priuſq̃ moriar. Primum & maximum fidei fundamentum, in reſurrectionem Chriſti credere. Quicunq; enim crediderit reſuſcitatum, feſtinus requirit, deuotus accipit, & intima deum mente veneratur. Credit enim quod ipſe nõ moriatur, ſi credat in reſurrectionis autorem.

De Iſrael patris eleuatione ac profectione, & hoſtiarum circa puteum iuramenti immolatione, eiuſq; per dominum conſolatione, ac deſcenſu in Egyptũ cũ animabus ſeptuaginta: & de myſteriis prædictorum. De
I ipſius denicq; Iacob ad filios adhortatione vt congregẽtur ad audiendum ea quę occurſura ſint eis in nouiſſimis diebus. Caput XIIII.

“ ET eleuans ſe Iſrael, venit ad puteum iura-
“ menti, immolauitq; hoſtiam deo patris ſui
“ Iſaac.) Merito eleuaſ qui feſtinat ad Chri-
ſtum. Fides prꝫcedit deuotionem. Prius ſe eleuauit, poſtea immolauit. Ille enĩ bene immolat, qui
“ cognitionẽ diuinitatis inueſtigauerit. Dixit autẽ deus
“ ad Iſrael in viſu nocte dicens: Iacob, Iacob. Qui dixit:
“ Quid eſt? Et dominus ait: Ego ſum, deus patrũ tuo-
“ rum. Noli timere, deſcẽde in Egyptum. in gentẽ enim
“ magnam faciã te ibi. Ego deſcendã tecũ in Egyptũ, &
“ ego deducã te in perpetuũ. Quẽadmodũ quę ipſi legũt non intelligũt: & Moyſen quẽ laudant, abnegant, cum eius ſcripturis credere nolũt. Quid euidentius q̃ quod hoc loco inuitantur vt ad eccleſiam dei tranſeãt, & qui ante intra Iudææ terminos coarctabãtur anguſtos, ad populum dei migrent, qui ex toto orbe ex omnibus nationibus congregatus in magnam factus eſt gentem?
Pſal. 18. Denicq; in omnem terram exiuit ſonus eorum. Vocatur ergo a filiis ſuis Iacob, id eſt a Petro, Paulo, Ioanne, populus Iudæorũ inuitatur ad gratiam. Ipſe quoq; deus noſter proprio eum hortatur oraculo, ſpondet ei
“ profectum fidei, muneris ſui fructum, dicens ei: Ioſeph
“ mittet manus ſuper oculos tuos. Non vtiq; ſanctus patriarcha ſolicitus erat a quo ei oculi clauderentur, licet etiam intellectu ſimplici moralis exprimatur affectus. Is
Nam ſi eos quos diligimus, cupimus frequenter amplecti, quãto magis receſſuri ex hoc corpore, ipſo charorum pignorũ tactu delectamur extremo, & hoc mulcemur viatico? Tamen myſtice licet nobis intelligere q̃d poſtea cogniturus deum ſit populus Iudæorum. Hoc eſt enim myſterium, quod verus Ioſeph immittet manus ſuper oculos eius, vt qui non videbat ante, iam videat. Veni ad euangeliũ, lege quemadmodum cæcus ille ſanatus ſit, cui Ieſus manum impoſuit, & eius abſtulit cæcitatem. Non enim morituris Chriſtus manũ imponit, ſed victuris: aut ſi morituris, recte, quia prius morimur, vt reuiuiſcamus. Non enim poſſumus deo viuere, niſi peccato ante moriamur. Deſcendunt igitur “
in Aegyptũ ſeptuaginta animæ, ſicut ſcriptum eſt. Et “
hoc ex myſticæ numero remiſſionis, quia poſt tantam duritiã, poſt tanta peccata haberentur indigni, niſi donaretur his remiſſio peccatorum. Occurrit illi Iudas, “
hoc eſt confeſſor erroris. Hunc ſui venturus Iudęorum populus prænunciũ mittit. Ideo & Ioſeph verus, id eſt arbiter & interpres diuinitatis occurrit, quia prꝫcedit iam cõfeſſio, quos antea perfidia poſſidebat. Interpres enim diuinitatis eſt Chriſtus, quia deum nemo vidit vnquã, niſi vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Hic ſenilis iam ætatis, & feſſum ſuſcipiet vltimis temporibus populum Iudæorum, non ſecũdum L
illius merita, ſed ſecundũ electionem ſuæ gratiæ, & imponet manum ſuper oculos eius, vt cęcitatem auferat. Cuius ideo diſtulit ſanitatẽ, vt poſtremus crederet, qui ante nõ putauit eſſe credendũ, & prærogatiuã ſuperioris dilectionis amitteret. Vnde & Apoſtol⁹ ait: Quia Rom. 11.
cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalu⁹ fieret. Geſta igitur patriarcharum, futurorũ myſteria ſunt. Denicq; ipſe Iacob ait ad filios ſuos: Congregamini vt annunciem “
vobis quæ occurſura ſunt vobis in nouiſſimis diebus. “
Congregamini, & audite Iſrael patrem veſtrum. “

FINIS.

CAPITA LIBRI DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM.

Quod filii diſcere debeant reuerẽtiam & honorẽ deferre patribus, vt benedictionib⁹ eorũ digni habeãtur, & de cõmendatione paterne benedictionis. Quodq; ſanctus Ioſeph benedictionẽ ſumere feſtinauerit, & filios ſuos Manaſſen & Effrẽ obtulerit, quos & Iacob benedixit. Et de myſtica huius benedictionis ratione. Caput I.
De prophetica benedictione Ruben primogeniti, quę magis ꝓphetia q̃ benedictio eſt. Et de errore Iudęorum, atq; myſteriis circa eam. Cap. II.
De ꝓphetia eorũ quę euẽtura erãt filiis Symeon & Leui, quorũ nominib⁹ tribus deſignãtur. Et de cõfutatione opinionis Iudæorũ circa myſticã & pulcherrimam iſtius benedictionis interpretationẽ. Ca. III.
De benedictione Iudæ, & myſtica eiuſdem ſignificatione. Caput IIII.
De benedictione Zabulõ, & myſteriis illius. Cap. V.
De bñdictiõe Iſachar, et myſtica ei⁹ expoſitiõe. C. VI.
De prophetica benedictione Dan, ac myſtico eiuſdem intellectu. Caput VII.
De bñdictiõe Gad, & myſtica ei⁹ interpretatiõe. VIII.
De benedictione Aſer, & myſteriis eiuſdẽ. Ca. IX.
De bñdictiõe Neptali, & myſtica illi⁹ declaratiõe. X.
De benedictione Ioſeph, & qua ratione ſuper omnes filios eum pater vberius profecutus ſit, ac de myſtica illius benedictionis expoſitione. Caput XI.
De benedictione Beniamin, & myſtica repreſentatione eiuſdem. Caput XII.

A DIVI AMBRO SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI LIB. DE BENEDICTIONIBVS PATRIARCHARVM.

Caput primum.

PRIMVM omniũ quantam diſcimus parẽtibus deferre reuerẽtiam, cũ legimus quoniam qui benedicebatur a patre, benedictus erat: & qui maledicebatur, maledictus erat? Ideo hanc parentibus gratiã donauit deus, vt filiorũ pietas ꝓtocetur. Prꝫrogatiua igitur parẽtum diſciplina eſt filiorũ. Honora ergo patrẽ, vt benedicat te. Honoret pius patrẽ propter gratiã, ingratus propter timorem. Etſi pauper eſt, et nõ habet diuitiarum copias quas relinquat filiis, habet tamẽ vltimę benedictionis hæreditatẽ, qua ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur. Et multo plus eſt beatũ q̃ diuitem fieri. Feſtinabat Ioſeph ſumere benedictionem. Denique & filios ſuos obtulit Manaſſen & Effrem, quos benedixit Iacob, vt quia duodecim habebat filios, & tertiuſdecim⁹ erat futurus apoſtolus Paulus, quaſi poſterior electus, tertiadecima tribus de Manaſſe & Effrem nepotibus ſanctificaretur in vtrũq; diuiſa, quo Paulus nõ extra paternarum numerũ tribuum inueniretur, qui veteris teſtamenti & noui egregius prædicator paternę benedictionis hæreditatẽ ſibi quoq; facile profeciſſe cõprobaret. Qꝫ prædara & in hoc myſteria, quod ſumẽs Ioſeph filios ſuos quos ſuſceperat in Aegypto, Effrem ad dexteram ſuã, ad ſiniſtrã autem Iſrael patris ſui, Manaſſen autem ad ſiniſtrã ſuam, ad dexterã autem Iſrael applicuit eos ante patrẽ. Extendens autẽ Iſrael manũ dexteram, impoſuit ſuper caput Effrem qui erat iunior, & ſtabat a ſiniſtra aui: & ſiniſtrã ſuam poſuit ſuper caput Manaſſen qui erat ad dexteram, & ita immutatis manibus benedixit eos. In quo & Ioſeph naturæ ordinẽ ſeruauit, vt ſeniori filio plus deferret, ſicut Iſaac q̃q; in Eſau priore filiũ benedictionem præferre cupiebat. Sed minorẽ filiũ in typo iunioris populi credidit prefe-
rendũ, ſicut erat ipſe a matre prelatus. Denicq; Manaſſes ex obliuione latina interꝑtatione ſignatur, eo quod
C populus Iudæorũ oblitus eſt deũ ſuum qui fecit eũ. Et quicunq; ex ea plebẽ crediderit, tanq̃ ex obliuione reuocatur. Effrem autem fœcunditatẽ fidei interpretatione nominis pollicetur, qui auxit patrẽ, ſicut ait ipſe Ioſeph
Geñ. 41. dicens: Quia auxit me deus in terra humilitatis meę. Quod propriũ eſt populi iunioris, qui corpus eſt Chriſti, augens patrẽ, & deũ propriũ non relinquẽs. Denicq; ſpiritaliter de populis hoc eſſe myſteriũ ſenior declarauit. Nam cũ filius putaret eum erraſſe vitio hebetioris
Geñ. 48. aſpectus, cõuertere voluit manus eius, dicẽs: Nõ ſic pa-
“ ter, hic enim primitiuus eſt. Impone dexterã ſuper ca-
“ put eius. Sed noluit, & dixit: Scio fili, ſcio. Et hic erit in
“ populũ, & hic exaltabitur, ſed frater eius iunior maior
“ illo erit, & ſemẽ illius erit multitudo gentium. Denicq;
“ præferẽdũ Effrem ſeniori germano, etiã benedictionis
“ ſerie prophetauit dicẽs: In vobis benedicetur Iſrael, di-
“ centibus: Faciat vobis deus ſicut Effrem & Manaſſe.
Et ideo cum eſſent nepotes, in locũ filiorum ſunt adoptati, vt non eſſent auitæ benedictionis expertes.

De ꝓphetica benedictione Ruben primogeniti, quę magis prophetia q̃ benedictio eſt. Et de errore Iudæorum, atq; myſteriis circa eam. Caput II.

HAC benedictione celebrata, vocauit etiam D
filios ſuos. Et qui ante iuniore ſeniori prętulerat, cœpit a primo, vt in illo myſterii præferret gratiã, in hoc ordinem ſeruaret ętatis: ſimul quia ante in duobus benedixerat vniuerſos cum omni poſteritate & progenie futurorum, ne aut ſuperflua videretur plebis iterata benedictio, aut prioræſtimaretur infirma. Meritoq; repetitã magis annunciationem eorũ quę poſteriorib⁹ eſſent euẽtura tẽporibus, q̃ benedictione cõferre ſe dicit. Deniq; ſic cœpit. Rubẽ “
primogenitus meus, tu virtus mea, & initiũ filiorum “
meorũ, durus portari, durus & temerarius affeciſti me “
cõtumelia, ſicut aqua nõ efferueas. Aſcendiſti enim in “
cubile patris, tũc polluiſti thorũ quo aſcendiſti. Nõne “
redargui magis q̃ benedici videtur? Et ideo prophetia magis q̃ benedictio eſt. Prophetia enim annũciatio futurorum eſt, benedictio autẽ ſanctificationis & gratiarum votiua collatio. Et Iudæi putabãt quia hæc fenex ad Rubẽ filiũ dicat quia cũ Bala cõcubina patris cõcubuit, & thorũ patrium polluit. ſed facile refellũtur. Hoc enim erat ante geſtũ. Iacob autem quę vẽtura eſſent in nouiſſimis diebus, nõ ea quæ geſta erãt, ſpondet ſe eſſe dicturũ. Ergo patriarchæ ſibi cõgruit & cõſtat ſententia, qui videns perſequẽtibus Iudęis futurã domini paſſio- E
nem, execratur immanẽ primogenitæ plebis audaciã, quę incredula, nec dei legi ſubdita, & iugũ Chriſti dura neſciens portare ceruice, autoré vitæ non ſolum ſcelere necis, ſed etiã ſacrilege inſultationis affecit iniuria. Nõ “
efferueas, inquit, ſicut aqua. ne in maiorẽ prorumpat “
amentiã, & feruor furoris atq; inſaniẽ nõ ſinat reſipiſcere peccatores, ſed agãt pœnitentiã peccatorũ, quoniam durus aſcẽdit populus cubile patris, & thorum polluit ſanctũ, hoc eſt carnẽ domini Ieſu cõditoris noſtri patibulo affigens crucis, in qua velut in quodã cubili & patrio thoro ſancti eius ſalutari refectione reqeſcũt. Quis igitur abnuat de populo dictũ, cum populo hæc vniuerſa conueniant? Ipſe enim dictus eſt primogenitus Iſrael, ipſe dure eſſe ceruicis. De ipſo dixit Moyſes: Vos Exo. 32.
autem populus duræ cervicis eſtis. Et reuera quis tam & 33.
durus, & temerarius, & contumelioſus, q̃ populus Iudæorum, qui dominũ Ieſum, per quẽ viderãt mortuos ſuſcitatos, cæcos illuminatos, flagellis verberauerunt, clauis confixerunt, cũ diuina eius opera negare nõ poſ- F
ſent? Quod ſcribis & pontificibus autoribus & principe ſacerdotũ Caipha pariter fæuiente cõmiſſum, Euãgelii ſeries declarauit. Et ideo ſanctus propheta refugit tanti ſceleris participatiũ, ne per ſucceſſionẽ generis auderent tanti patriarchę ſibi arrogare conſortium.

De prophetia eorum qræ euentura erant filiis Symeon & Leui, quorum nominibus tribus deſignãtur. Et de confutatione opinionis Iudæorum circa myſticam & pulcherrimam iſtius benedictionis interpretationem. Caput III.

CONTESTATVR iuſt⁹ & abdicat poſteritatẽ quæ patriũ non ſeruaret affectũ: et quia prævidit flagitiũ, perhorreſcit conſilii contagiũ. In conſiliũ, inquit, eorum non ve- “
niat anima mea, & in congregatione eorum nõ contẽ- “
dant viſcera mea, quoniam in ira ſua occiderunt homi- “
nes, & in cupiditate ſua ſubneruauerunt taurũ. Quod “
dicit, de filiis quidem dicit Symeõ & Leui, ſed eorum nomine tribus ſignatur, quæ appellatione ſimili vocabatur. Quam interpretationem pulcherrimam deriuant Iudæi, vt arbitrantur, quia propterea arguat filios Iacob, quia propter ſtuprum ſororis Sicimas iſti duo præcæteris fratribus vltum ire cupientes, ſimulauerũt cum ipſis inire velle ſe gratiam, & ideo oportere circumcidi eos ſuaſerunt illis, vt religione concordi pax inter eos, et recipiendæ affinitatis ſocietas firmaretur.

G sed circūcisos adorti, recētibus adhuc vulneribus, & in-
ualidis viribus quas dolor soluerat fractas, die superue-
nientes tertio necauerunt. Ideo & fortasse isti duo vlto-
res præ cæteris, quia Scribarū & sacerdotum autores
sunt. Nulli enim magis q̃ sapiētes & sacerdotes debēt
castimoniam vindicare. Sed in hoc quoq; errāt Iudæi.
Isti enim causas doloris sui pręstiterant patri, asserētes
se in illa licet ætate iuuenili vindices læsæ fuisse pieta-
tis, & violatę castitatis vltores. Quod vtiq; sanctus cō-
demnare nō poterat, quia nō passi sunt inultam sororē
suam loco esse meretricis, quæ & virginitatē amiserat,
& vindictæ solatiū non habebat: maxime cū ipse sic fa-
ctum probauerit, vt Sicimā possideret in mortē, dona-
retq; eā filio suo dilectissimo Ioseph, dicēs ad eū: Do ti-
bi Sicimam pręcipuā super omnes fratres tuos, quam
accepi de manib⁹ amorreorū in machæra mea & arcu.
Quod factū negari non potest. Interpretari tamē possu-
mus per Sicimam humeros significari, per humeros
opera. Hæredē ergo bonorū benedictionibus operū san-
ctū Ioseph præ cęteris elegit, cuius opera fratres æqua-
re nō poterant. Quis enim facta Christi poterat adæ-
quare? Tū pręterea immaculatus & castus de hoc ter-
reno diuersorio, & impuritatis autorib⁹ manubias re-
portauit, locū stupris & flagitiis vacantē ad incolatum
sanctorū verbis celestibus & gladio capiens spiritali: vt
H vbi inhabitatores ante lasciuię & principes luxurię ver-
sabantur, vbi fuerāt incentiua libidinis, & fomenta ne-
quitiæ, ibi nūc sancti sacerdotes magisteria doceant ca-
stitatis, & plurima virginalis integritatis exēpla quo-
dam supernę lucis fulgore resplendeant. Tribus igitur
sunt quę designantur nominibus patriarcharū, quia de
tribu Symeon scribæ sunt, de tribu Leui principes sa-
cerdotū, qui perfecerunt nequitiā suā in domini passio-
ne, mensuram omnē paternę impietatis implētes. Ipsi
consiliū cogitauerunt aduersus dominū Iesum vt occi-
Esaiæ. 3. derent eū, sicut Esaias dicit: Væ animę ipsorū, quia co-
gitauerunt consiliū malū aduersum se dicētes: Allige-
mus iustū, quia inutilis est nobis. Ipsi occiderunt Pro-
phetas & Apostolos, annunciantes domini saluatoris
aduentū, passionis & resurrectionis gloriā prędicantes.
Ipsi postea in sua cupiditate terrena flagitia desidera-
bant, diuina consortia refugiētes, corporis castimoniā,
sobrietatē mentis, contemptū pecuniæ, lucrum gratię.
Subneruauerūt autem taurū, illū videlicet cornua pro-
ducentē & vngulas, quem vident pauperes & lætātur,
I quoniam verbū dei exaltauit cornu populi sui, quo &
inimicos repulit, & premium coronæ cęlestis emeruit.
Hic est taurus quo ecclesia figurat' in luna, tunc plenior
cum velut cornib⁹ nixa taurinis, spatiū totius orbis in-
cludit. Tamen prophetię huic videtur etiā gratiam be-
nedictionis adiungere. Nam & ad primogenitū Rubē
dicendo, Nō efferueas vt aqua, peccatū statuit, quia a-
qua mūdare magis delicta, mētesq; nostras ab omni so-
let vitiorū feruore reuocare. Et iterū dicēdo ad Symeō
& Leui: Diuidā vos in Iacob, & dispergā in Israel, ostē-
dit gentiū congregatione redimēdos. Percusso enī pa-
store grex ille dispersus est, qui fuerat ante collectus, vt
qui nō erat, introiret, & sic omnis Israel saluus fieret. Et
maxime propter tribū Leui debem⁹ hoc credere, quia
ex ea tribu domin⁹ Iesus videtur secūdum corporis sus-
ceptionem genus ducere. Ex qua tribu sunt sacerdotes
Leui & Nathan, quos sanctus Lucas in euāgelii libro
quem ipse scripsit, inter maiores domini cōputauit. Sa-
cerdos enim patris, & princeps omniū sacerdotū, sicut
Psal. 109. scriptū est: Tu es sacerdos in æternū, sacerdotalis origi-
nis successionē debuit vendicare. Vnde & Moyses be-
Deut. 33. nedixit hanc tribū, dicens: Date Leui sortem suffragii
eius, & veritatē eius viro sancto. Benedixit etiā Moy-
ses tribum Ruben, sicut habes scriptū: Viuat Ruben,
& non moriatur, & sit multus in numero. Neq; enim
benedixisset si secundū patriarchæ sententiam benedi-
ctione scisset indignos. Certe q̃d strictim ille præteriit, K
iste compleuit.

De benedictione Iudæ, & mystica eiusdem signi-
ficatione. Caput IIII.

ET quia per admixtionē generis Iuda & Le-
ui tribus iunctę sunt, ideo Matthęus ex tri-
bu Iuda descripsit eius familiam. Et Apl's
ait: Quoniā de Iuda ortus est dominus no-
ster. Vt ex tribu Leui sacerdotalis & plena sanctitatis
annumeraretur hæreditas: ex tribu autē Iuda, ex qua
Dauid & Salomon & reliqui reges fuerūt, regalis suc-
cessionis splēdor refulgeat, vt idē rex et sacerdos scriptu-
rarum testimonio demōstretur. Meritoq; se circa gra-
tiam Iudæ Iacob sanctus effudit, dicēs: Iuda, te lauda-
bunt fratres tui. manus tuę super dorsum inimicorum
tuorū. adorabūt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda.
ex germine fili mi ascēdisti. recūbens dormisti vt leo, et
tanq̃ catulus leonis. quis suscitabit eum? Nō deerit iu-
dex ex Iuda, et princeps de femorib⁹ eius, donec veniat
cui repositum est, & ipse erit expectatio gētium, alligās L
ad vitem asinā suam, & ciliciū †pullū asinæ suę. Laua- † ἕλικι
bit in vino stolam suā, & in sanguine vuæ anaboladiū
suum. Hilares oculi eius vino, & dentes candidiores q̃
lac. Ad Iudā quidē patriarchā dirigi videtur alloquiū,
sed Iuda ille posterior verus cōfessor exprimitur, qui ex
ea tribu natus est, qui solus laudatur a fratrib⁹, de qui-
bus dicit: Narrabo nomen tuū fratribus meis. Domi- Psal. 21.
nus per naturā, frater per gratiā, cuius manus quas ex-
pandit ad populū non credentē, super dorsum inimico-
rum. Hisdē enim manib⁹ atq; eadē passione suos texit,
& subiugauit aduersarias potestates, omnesq; fidei &
pietatis exortes subditos sibi fecit. Et dominaberis ini-
micorū tuorū, quos inimicos sua malitia fecit, nō Chri-
sti volūtas. In quo magna gratia domini. Etenim spi-
ritales nequitię, quę ante ceruicē nostram iugo solebāt
captiuitatis inflectere, ita vt Dauid ipse manus quodā-
modo triumphantiū sentire se scriberet, dicens: Super Psal. 128
dorsum meū fabricauerunt peccatores: ipse nunc subdi-
tæ triūpho Christi, & quibusdam manibus eius, id est
factis operibusq; subiectæ, perpetuæ subeunt captiuita-
tis erumnam. Ipse vtiq; qui adoratur a filiis patris sui,
quando adoratur a nobis, quibus ipse permisit vt patrē
vocemus, cuius seruū esse virtutis est. Catulus leonis
Iuda. Nonne euidenter & patrē expressit, & filiū decla- M
rauit? Quid tam euidens quo vnius naturæ filius dei
cū patre esse doceatur? Leo ille, hic catulus leonis. Vi-
li cōparatione, eiusdē naturæ ac potentię vnitas intelli-
gitur. Rex ex rege p̄cessit, fortis ex forte. quia futuros
prouidebat qui filiū assererent iunioris ætatis, occurrit
his subiiciens: Ex germine mihi ascendisti, recumbens
dormisti vt leo, & tanq̃ catulus. Et alibi habes: Quia Apoc. 5.
ipse est leo de tribu Iuda. Ergo quia catulū dixerat, be-
ne statim leonem posuit, hoc est dicere: Nō capiantur
aures vestræ quia catulū audierunt, filiū expressi, non
dixi minorē. Et ipse est leo sicut pater. Audiant quia &
leonem & catulū appellauit, leonem quasi perfectæ ple-
næq; virtutis, catulū quasi filium, ne quis cum audiret,
æqualem patri nō putaret filiū. Non sic laudatur filius
vt separetur a patre. Ille probat æqualē qui filium confi-
tetur. Mirifice autē & incarnationē eius expressit di-
cens: Ex germine mihi ascendisti. eo quod tanq̃ frutex
terræ in aluo virginis germinauit, & vt flos boni odo-
ris ad redemptionē mundi totius maternis visceribus
in splendore nouæ lucis emissus ascēderet, sicut Esaias
dicit: Exiet virga de radice Iesse, & flos ex radice eius Esaiæ. 11.
ascendet. Radix familia Iudęorum, virga Maria, flos
Marię Christus est, qui fœtorē mundanę colluuionis
aboleuit, odorē vitę æternæ infudit. Habes ergo incar-
nationē, accipe passionē. Recūbens, inquit, dormisti vt

A leo, quando iacuit in sepulchro, velut quodam corporis
Psal. 3. sui somno quiet⁹, sicut ipse ait: Ego dormiui, & requie-
ui, & surrexi, quoniā dominus suscepit me. Vnde & Ia-
cob ait: Qui suscitabit eū, hoc est quē domin⁹ suscipiet.
Quis est alius qui resuscitet, nisi ipse se sua patrisq; re-
suscitet potestate? Video natū autoritate p̄pria, video
mortuū propria voluntate, video dormientē potestate
propria. Qui omnia suo fecit arbitrio, cuius alterius vt
resurgat egebit auxiliis? Ipse igitur resurrectionis suæ
autor est, qui mortis est arbiter, qui expectatur a genti-
bus. Et ideo donec ille veniat, nō deficiet dux ex Iuda,
vt vsq; ad eius ortum regalis successionis fides incorru-
pta seruetur. Postea enim, vt docuimus tractatu habi-
to in euangelio, per Herodē adulterata successio pręro-
gatiuam dignitatis amisit. Etenim quia verū regē ne-
gauerūt, falsos habere cœperūt. Ergo hoc dicit patriar-
cha: Seruabitur in iudicibus vel regibus Iudęorū inte-
meratæ successionis hæreditas ducta per reges, donec
veniat cui repositū est vt ecclesiā dei cōgreget ex cōuen-
tu nationū omniū, & gentiliū deuotione populorū, hoc
est, ipsum manet, ipsi debitū seruatur, ipsi tantæ gratię
pręrogatiua deferē. Et ipse est expectatio gentiū. Plus
dixit q̃ si dixisset, ipsum expectāt gētes, eo quod omnis
Exo. 3. spes ecclesiæ in ipso recūbat. Ideo dicitur Moysi: Solue
calceamentū pedum tuorū. ne ipse sponsus ecclesiæ cre-
B deretur, qui dux plebis eligebatur. Ideo soluit calceamē-
tum suū Iesus Naue, vt venturo tanti muneris gratiā
Luc. 3. & ipse seruaret. Ideo dicit Ioannes: Post me venit vir,
cuius non sum dignus soluere corrigiā calceamentorū
Ioan. 3. eius. Ideo dicit: Qui habet sponsam, spōsus est: amicus
autē sponsi, qui stat, & audit eū, & gaudio gaudet. hoc
est, ipse solus vir est ecclesiæ, hic est expectatio gētium,
huic deferētes copulæ gratiā nuptialis, calceamentum
suum soluerunt prophetæ. Hic sponsus est, ego amicus
sponsi. gaudeo quia venit, quia vocē audio nuptialem,
quia iā non dura peccatorū supplicia, dura legis tormē-
Gen. 49. ta, sed remissionē criminū, vocem lętitię, sonū iucundi-
tatis, exultationē festi nuptialis audimus. Hic est ille al-
† ἕλικι ligās ad vitē asinum suū, & ciliciū† pullū asinæ suæ, vt
feruorē spiritus sancti habeat cōgregatio nationū ante
remissa & negligens, sed iam deuota per Christū, & vi-
Ioan. 15. ti illi perpetuæ, hoc est domino Iesu, qui ait: Ego sum
vitis, pater me⁹ agricola: velut fructuosi palmites qui-
busdā inexolubilibus vinculis fidei alligemur. Hoc est
illud mysteriū, quod pullū asinę solui iussit in euāgelio,
& ipse dominus Iesus sedit super eū, vt alligatus ad vi-
tem perpetua sanctorū suauitate requiesceret. Lauit,
C inquit, in vino stolam suā. Bona stola est caro Christi,
quæ omniū peccata operuit, omniū delicta suscepit, o-
mnium errores texit. Bona stola, quę vniuersos induit
veste iucūditatis. Lauit hanc stolā in vino, quādo cum
†Iordane baptizaret' in Euphrate, †descēdit spirit⁹ sanctus sicut
colūba, & mansit super eū. Quo significatur quod ple-
nitudo spiritus sancti indiuidua in eo fuerit, nec recesse-
Luc. 4. rit. Vnde & euangelista ait: Quia plenus spiritu san-
cto dominus Iesus regressus est ab Iordane. Lauit er-
go Iesus stolā suam, nō vt suam, quę nō erat, sed vt no-
stram quæ erat sordē ablueret. Deniq; ait: Et in sangui-
ne vuæ anaboladiū suum, hoc est, in passione corporis
sui diluit gentes suo sanguine. Etenim verbi anabola-
dium gentes sunt, sicut scriptū est: Viuo ego dicit dñs,
nisi omnes eos induam sicut vestimētum. Et alibi: Si-
Psal. 101. cut amictū mutabis eos, & mutabūtur. Non ergo san-
guine proprio sua peccata quæ nō erant, sed nostra quę
fecimus delicta mūdauit. Et bene vuā dixit, quia sicut
vua pependit in ligno. Ipse est vitis, ipse vua. Vitis, li-
gno adhærēs. Vua, quia lancea militis apertum latus
Ioan. 19. emisit aquā & sanguinē. Sic enim dixit Ioānes: Quia
exiuit de eo aqua & sanguis. Aqua ad lauacrū, sanguis
ad preciū. Aqua nos abluit, sanguis redemit. Et ideo
ait propheta, Hilares oculi eius vino, & dentes candi-
diores q̃ lac, significās prophetas & apostolos. Alii enī D
sicut oculi Christi præuiderūt & annūciauerūt eius ad-
uentum, de quibus ipse dicit: Abrahā diem meū vidit, Ioan. 8.
& gauisus est. Et vnus de prophetis dicit: Vidi dñm
sabaoth. quē vidētes spiritali lætitia cōplebantur. Alii
vero, hoc est apostoli, quos dñs a peccatorū labe mūda-
uit, sup lac candidiores facti sunt, qs macula nulla post-
ea fuscauit. Etenim lac tēporale est, gratia autē aposto-
lorum perpetua manet, qui nobis spiritalia illa atq; cę-
lestia cōficientes alimenta, mētis internæ viscera sagi-
narunt. Sunt etiā qui mandata domini lucida, quæ di-
uino ore deprōpta sunt, sicut lac nobis facta arbitrētur,
quibus nutriti ad panis cęlestis peruenimus alimoniā.
Vnde & Paulus ait: Lac vobis potū dedi, non escam: 1. Cor. 3.
nōdum enī poteratis. Corinthios in principio fidei po-
tu lactis imbuit. Sancti illi quorum fides annūciatur in
vniuerso mūdo, tanq̃ ablactati esca solidiore firmātur.

De benedictione Zabulon, & mysteriis illius.
Caput V.

ZABVLON iuxta mare habitabit, et ipse
secus accessus nauiū, & pertēdit vsq; ad Si-
donem.) Ipsa nominis interpretatio melio-
ra promittit, eo quod Latina expressio libe-
rationem significet a nocturnis, quod est vtiq; bonum,
& eius qui sperat in pennis domini, quē circundat veri-
tas eius, ne timeat a timore nocturno, & a negocio per- E
ambulante in tenebris. Hic ergo Zabulon iuxta mare,
inquit, habitabit, vt videat aliorum naufragia ipse im-
munis periculi, & spectet alios fluctuātes in freto istius
mundi, qui circūferantur omni vento doctrinæ, ipse fi-
dei radice immobilis perseuerans, sicut est sacrosancta
ecclesia radicata atq; fundata in fide, spectās hereticorū
procellas, & naufragia Iudæorū, quoniam gubernato-
rem quē habuerant, abnegarunt. Circa fluctus itaq; ha-
bitat, non fluctibus cōmouetur, magisq; ad subuenien-
dum parat aquā periculo obnoxiā, vt si qui tempestati-
bus acti grauibus confugere ad portū velint, præsto sit
ecclesia tanq̃ portus salutis, quæ expāsis brachiis in gre-
mium tranquillitatis suæ vocet periclitantes, locū fidę
stationis ostendens. Ecclesiæ igitur in hoc seculo tanq̃
portus maritimi per littora diffusa occurrunt laboran-
tibus, dicentes esse credentibus refugiū pręparatū, quo
ventis quassata nauigia possint subducere. In his eccle-
siis sunt principes Zabulon, & principes Neptalim, si-
cut docet quinquagesimus septimusdecimus psalmus.
quorum alii liberatores sunt a tēpestate nocturna, cla- F
mātes: Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & indua- Rom. 13.
mur arma lucis. Alii sūt latitudinis apostolicæ, qui pos-
sunt dicere: Os nostrū patet ad vos o Corinthii, cor no- 2. Cor. 6.
strum dilatatum est. Ipsi sunt isti qui cū essent in tene-
bris, lucem viderūt magnā, sicut propheta testatur di-
cēs: Regio Zabulō, & regio Neptalim, via maris trās
Iordanem, populus qui sedebat in tenebris, viderūt lu-
cem magnam: qui sedebāt in regione vmbræ mortis,
lux orta est eis. Exploratores igitur secus accessus na-
uium posuit domin⁹ deus noster patriarchæ huius hę-
redes, cuius cura peruigil & spiritalis successio pertēdit
vsq; ad Sidonem, hoc est vsq; ad gentes peruenit, vt dñi
misericordia peccata abluat nationū. Sidon enim pri-
mitiuus est filius Cham, illius vtiq; qui propter irreue-
rentiam paternæ pietatis maledictione damnatus est.
Patris ergo liberatio nocturna, tanq̃ in excubiis posita
propugnaculi spiritalis, ne quis scopulosa vitæ huius
itinera possit incedere, pertēdit vsq; ad grauissimorum
criminū peccatores, & Sidones ipsos, qui ante supersti-
tione vehemēti venatores scelerū nūcupabantur, & vt
interpretatio docet, soluta hęreditate maledicti donat,
atque hæreditate benedictionis absoluat, vt vbi maior
reatus erat, ibi nunc vberior sit gratia.

De benedictione Isachar, et mystica eius expositione. Caput VI.

ISACHAR bonũ concupiuit, requiescens inter medias sortes, & videns requiem quia bona est, et terrã quia pinguis, supposuit humerum suũ ad laborandum, & factus est vir agricola.) Isachar merces dicit, & ideo refert ad Christum, quia est merces nostra, quod eũ nobis ad spem salutis æternæ nõ auro, nõ argento, sed fide & deuotione
Psal. 126. mercemur. Vnde & Dauid de ipso dicit: Ecce hereditas dñi filii merces fructus ventris. Et ideo dicit Moyses: Merces circa mare inhabitantiũ. Hic est qui bonũ concupiuit ab initio, & quod malũ est desiderare nescii-
Esa. 8. uit. De quo Esaias ait: Priusq; sciat puer vocare patrẽ aut matrẽ, non credidit malitię, eligens quod bonũ est. Requieuit inter sortes veteris vel noui testamenti, vel in medio prophetarũ. Ideoq; inter Moysen & Heliam medius apparuit, vt ostẽderet nobis qđ in eorũ sermonibus requiẽ habeat, per quos pleriq; peccatis renũcian tes credunt in deũ viuũ: vel quod ipsi sint testes resurrectionis eius, & beatæ quietis. Itaq; vt ad resurrectionis suæ gratiã vocaret gẽtes (ipsa est enim pinguis & fertilis terra, quæ fructũ generat æternos, fructus cẽtesimos & sexagesimos) subiecit humerũ suũ ad laborandum,
Esa. 9. subiiciens se cruci, vt nostra peccata portaret. Ideoq; dicit propheta: Cuius principatus super humerum eius,
H hoc est super corporis passionẽ diuinitatis potestas, vel crux supereminens corpori. Suppositum ergo humerum incumbẽs aratro, omnibus subeundis contumeliis patiens, ita subiectus labori, vt vulneraretur propter iniquitates nostras, vt infirmaretur ꝓpter peccata nostra. Et factus est agricola, sciens terrã suam bono seminare frumento, & fructiferas arbores alta radice plantare.

De prophetica benedictione Dan, ac mystico eiusdẽ intellectu. Caput VII.

DAN iudicabit populũ suũ tanq; vna trib⁹ Israel. Et factus est Dan ipse serpens in via sedens, & in semita mordens calcaneũ equi, & cadet eques retrorsum, salutẽ expectãs a domino.) Simplex quidẽ intellectus hoc habet, quod etiã Dan tribus iudicẽ dederit in Israel. Etenim post Iesum Naue iudices fuerũt plebis de diuersis tribubus. Fuit autẽ & Samson de tribu Dan, & iudicauit Israel vigiti
I annis. Sed nõ hunc ꝓphetia significat, sed Antichristũ qui futurus est ex tribu Dan. Setus iudex, & tyrannus immanis, iudicabit populũ suum. Tanq; serpens in via sedẽs deiicere tẽtabit eos qui viam ambulãt veritatis, supplãtare cupiẽs veritatẽ. Hoc est enim mordere equi calcaneũ, vt veneni suffusione equus saucius, & vulneratus dente serpentis leuet calcaneũ suum: sicut Iudas proditor tentatus a diabolo super dñm Iesum leuauit calcaneũ suũ vt deiiceret equitẽ, qui se deiecit vt omnes leuaret. Cecidit igitur nõ prostratus in facie, quasi dormitans, sed retrorsum, vt a superioribꝰ ad priora se extendẽs, a dño expectaret salutẽ. Sciebat enim se resuscitandum, & ideo iacentẽ Adã expectabat erigere. Vnde nos cũ bene in via currimus, caueamus necubi serpens lateat in semita, & subruat vestigiũ equi, hoc est corporis nostri, & deiiciat subito equitẽ dormientẽ. Nã si vigilamus, cauere debemus aliquatenus & morsus declinare serpẽtis. Nõ ergo nos opprimat somnus negligẽtiæ, somnus seculi, nõ opprimat diuitiarũ somnꝰ,
Psal. 75. ne de nobis dicatur: Obdormierũt somnũ suũ, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum. Sed sunt & equites dormientes, de quibus scriptũ est: Dormierũt qui ascẽderunt equos. Si auaritia pectus tuũ vulneret, si libido inflãmet, dormis eques, & ideo corpus tuum, hoc est, equũ tuũ non potes refrenare. Vigila ergo, vt etiam si deiectus fueris, hoc est mortuus fueris, nõ obdormias. k
Qui enim obdormiunt somnũ suũ, nihil inueniũt. Tu autẽ expecta salutẽ a dño vẽturã, respice vt gratiã resurrectionis iuenias. Dormiebat Iudas, deniq; verba Christi nõ audiebat. Dormiebat Iudas, equidẽ somnũ diuitiarũ, qui mercedẽ de ꝓditione quęrebat. Vidit eũ dormientẽ diabolus, & oppressum auaritiæ somno grauti. misit se in cor eius, vulnerauit eũ, deiecit equitẽ, quẽ seperauit a Christo. Hãc tribũ benedixit Moyses, dicẽs:
Deut. 33 Dan catulus leonis, & effugiet ex Basan, hoc est ex con fusione. Vnde secundũ Græcũ magis intelligere debemus, ex quo Latinus trãstulit, quod Dan ipse factus sit serpẽs in via sedẽs. Dan iudicii interpretatur. Et ideo graue iudicii piculũ tribus ista subiit, cui serpẽs illapsus Antichristus est, q currentẽ suis sauciaret venenis. Sed tamẽ ipsa tribꝰ liberabitur a cõfusione, cũ fuerit confessa
Luc. 12. equitẽ resurgentẽ, qui ait: Qui me cõfessus fuerit corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã patre meo qui est in cęlis. qui autem me confusus fuerit corã hominibus, confundã & ego eum corã patre meo qui in cælis est.

De bñdictiõe Gad, & mystica interꝑtatiõe. Ca. VIII.

GAD tentatio. Tẽtauit eũ & ipse, tentauit eũ secus pedes.) Tẽtatio est cõgregatio & astutia Scribarũ & sacerdotũ, qui dominũ de tri-
L buto Cæsaris, & de Ioannis baptismate (vt docuit scriptura) tẽtabãt, qbus dñs Iesus in sua iustitia tentamentũ retorsit. Secus pedes, hoc est continuo sine vlla deliberatione referẽs, quo tentãtes magis ipse concluderet. Dicẽtibus enĩ, In qua potestate hęc facis? non
Mat. 21. ad quęsita respõdit, sed etiã ipse ꝓposuit dicẽs: Interrogabo & ego vos vnũ verbum: quod si dixeritis mihi, & ego vobis dicã in qua potestate hęc facio. Iterũ dicentibus, Licet tributũ dare Cęsari, an nõ? ait: Quid me tẽ-
Mat. 22. tatis hypocritę? Ostẽdite mihi numisma cẽsus. Et offe rentes iterũ interrogauit: Cuius est imago & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Vbi igitur eos ligauit ipsorũ sermonibus, ipsorũ obligatione cõstrinxit, tũc ait illis: Reddite quæ sunt Cęsaris Cæsari, & quę sunt dei, deo: vt cõtra verba sua venire nõ possent. Deniq; mirati abierunt ab eo. Sed non est mirũ si secus pedes respondebat, qui ante pedes videbat. Exposuit Moyses euiden- M
ter hãc prophetiã Iacob sancti esse de Christo. Sic enim
Deut. 33. ait: Benedictus qui ampliauit Gad. Sicut leo requieuit confringens brachia & princeps, & vidit ab initio suo quia ibi diuisa est terra principũ collectorum simul cũ principibus populorũ: Iustitiam fecit dominus & iudicium in Israel. Agnoscim⁹ itaq; quis requieuerit sicut leo, confregerit brachia potentiũ, quis ab initio diuisiones tentationũ vidit. Ibi igitur hiatus est terræ qui absorbeat calumniantes, vbi tentatio perfidorum est.

De benedictione Aser, & de mysterio eiusdẽ. Ca. IX.

ASER, pinguis eius panis, et ipse dabit escã principibus.) Aser interpretatione latina significat diuitias. Quis igitẽ diues, nisi vbi altitudo diuitiarũ est sapientiæ & scientię? Quis diues nisi dominus Iesus, qui abũdat semper, & nunq; deficit? Pauper venit in hunc mũdum, & omnibus abundauit, vniuersos repleuit. Quantus est in diuitiis, qui paupertate sua omnes diuites fecit? Sed pau
per ꝓpter nos, diues cum patre. Pauper ille, vt nos ab
2. Cor. 8. inopia vendicaret, sicut Apostolus docet dicẽs: Quia propter vos pauper factus est cum diues esset, vt illius inopia vos ditaremini. Cuius inopia ditat, sanat fimbria, fames satiat, mors viuificat, sepultura resuscitat. Hic ergo diues est thesaurus, huius pinguis panis: quẽ qui manducauerit, esurire nõ poterit. Hunc panẽ dedit Apostolis vt diuiderent populo credentium, hodieq

A dat nobis eũ, quem ipse quotidie sacerdos cõsecrat suis verbis. Hic ergo panis factꝰ est esca sanctorũ. Possumꝰ & ipsum dñm accipere, qui suã carnẽ nobis dedit, sicut
Ioan. 6. ipse ait: Ego sum panis vitę. Patres vestri manducauerunt mãna in deserto, & mortui sunt. hic est autẽ panis qui de cęlo descẽdit, vt si quis ex eo manducauerit, non moriatur. Et ne quis putaret quia de hac morte dicit quę per animę & corporis secessionẽ venit, & iure dubitet, cũ sciat sanctos aplos hac morte esse defunctos, addidit: Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. Si quis mãducauerit ex hoc, viuet in æternũ, hoc est, nõ de tem porali vita dixi supra, nec de morte istius vitæ, qua etiã si quis mortuus fuerit, tamẽ si panẽ meum acceperit, viuet in æternũ. Ille enim accipit, qui seipsum probat: qui autẽ accipit, non moritur peccatoris morte, quia panis hic remissio peccatorũ est. Moyses quoq; pulcherrime
Deut. 33. prophetauit in benedictionibus suis, dicẽs: Benedictus a filiis Aser, & erit acceptus a fratribus suis, & intinget in oleo pedẽ suũ, ferrum & æs calceamentũ eius. Et sicut dies tui sunt, sic erũt virtutes tuæ. Nõ est quisq; sicut est deus tuus in cælo, adiutor tuus, & magnꝰ dominus firmamẽti, & protegẽs deus initii, & per vires brachiorum potẽtiũ eiecit a facie tua inimicũ, dicẽs, pereat. Et inhabitabit Israel fidẽs solus super terram Iacob in fru-
B mento & vino, & cęlum tibi cum nebula roris erit.

De benedictione Neptalim, & mystica illius declaratione. Caput X.

NEPTALIM vitis remissa porrigens in germine decorẽ.) Sarmentũ vitis aliud am putatur, quod videtur inutile, ne cassa vitis sarmentorum exultatione luxuriet, & aliud paulisper reciditur ac remittitur, vt fructũ afferat, cuius decus in generatione porrigitur, quia dũ ad superna se subrigit, vitẽ amplectitur, & ad vertícẽ ascendens ingi quædã colla vitium preciosi palmitis vestit monili. Est & ille decorus in generatione, quia plenis palmitibus multus fructꝰ exundat. Decorũ hoc, sed multo illud pulchrius, quod hærentẽ palmitẽ vitis significat spiritalis, cuius nos sarmentũ sumus, & fructũ afferre possumus si manẽamus in vite: sin autẽ, precidimur. Sanctus patriarcha Neptali erat palmes abũdãs. Vnde & Moy-
Deut. 33. ses dicit: Neptalim satietas accipientium, replebitur benedictione a domino, mare & Aphricũ possidebit. exponẽs hoc quod Iacob dixerat, quid sit vitis remissa per fidei gratiam, hoc est, vinculis mortis exutus, in quo si-
C gnificatur populus dei ad libertatẽ fidei, & vbertatẽ vocatus gratiæ, toto orbe diffusus, qui iugũ Christi bono fructu vestiat, & ligna verę illius vitis, hoc est mysteria dñicæ crucis ambiat, nec timeat cõfessionis eius periculum, sed magis etiã in persecutionibus positus Christi nomine glorietur. Hic est vere remissus a vinculis, qui nullo nexu formidinis alligetur. Vnde propheta dicit:
malach. 4 Exibunt, & trepidabunt sicut vituli resoluti vinculis. Ideoq; in germine suo decorẽ porrigit, quia in loco pascuę collocatus, & super aquã refectionis educatus, per sacramẽta regenerationis suę germinat bonũ verbi decorẽ, et assumitur in illã pulcherrimã Christi gratiã qui potest venustatẽ tui decoris augere. Deniq; sup omnes
Psal. 92. decorus quod habet, donat: quia nemo potest donare quod nõ habet. Ideoq; dictũ est: Dominus regnauit, decorem induit. Induit enim decorẽ ecclesię gratiã, quę in illo lauacro deponẽs fœditatem omniũ delictorũ, splendore gratiæ cęlestis ornauit. Ideoq; sponsus de ea dicit, Quæ nam est hęc prospiciẽs tanq; diluculũ, electa sicut sol, speciosa sicut luna, mirabilis sicut ornatus?

De benedictione Ioseph, & qua ratione super omnes filios eum pater vberius profecutus sit, ac de mystica illius benedictionis expositione. Caput XI.

NVNC vt tanq; epilogo quodã cõcludamus D
historiam, sicut et scriptura diuina conclusit, prophetiã sancti Iacob de sancti Ioseph nomine digeramus. Filius meus ampliãdus Ioseph, filius ampliandus meus zelatus, filius meus adolescẽtior, ad me reuertere. In quem cõsilia conferentes maledicebãt, & intẽdebant in eũ domini arcum, & cõtriti sunt cũ potẽtia arcus eorũ, & dissoluti sunt nerui brachiorũ manus eorum per manus potẽtis Iacob. Ille qui præualuit a deo Israel patri tuo, & adiuuit te deus meus, & benedixit te benedictione cęli a summo, & benedictione terrę habentis omnia, propter benedictionẽ uberũ & vuluæ, benedictiones patris tui & matris præualuit. Benedictiones montiũ manẽtium, & desideria colliũ æternorum erunt super caput Ioseph, & super caput eorũ quibꝰ prefuit fratrũ. Quæ causa est quod super omnes filios Ioseph vberius prosecutus est pater, nisi quia prefigurata in eo iam Christi videbat mysteria? Vnde benedicens illũ magis qui expectabatur, q̃ illum qui videbat, ait: Filius ampliandus meus Ioseph. Quis est ampliandus, nisi Christus, cuius gratia semp augetur, & finẽ processus sui non habet gloriæ? De quo
Ioan. 3. & Ioãnes dicit: Illum oportet crescere, me autẽ minorari. quia per illius illud salutare perfectũq; nomẽ cumulata est in hoc mundo & abũdauit gratia. Filius meus ampliandus. Et ideo quia videbant eũ crescere fratres, & inuidere cœperunt. Intelligibilis autẽ Ioseph & zelũ
Matt. 15 incidit ab iis quos magis fouebat. Deniq; dicebat: Nõ veni nisi ad oues perditas domus Israel. Et illi dicebãt:
Ioan. 9. Nescimus vnde sit. Ille curabat eos, & illi negabant eũ. Filius, inquit, meus adolescẽtior. Reuera adolescẽtior, E
qui erat pene vltimus natorũ. Deniq; scriptura dicit: Amabat eũ Iacob, quia filius erat senectutis illius. Q đ etiã ad Christũ refertur. Senescẽti enim mundo et iam occidenti illucescens dei filius per Marię virginis partum, fero aduenit, quasi filius senectutis secũdum sacramentum suscepti corporis, qui erat ante secula semper apud patrẽ. Vnde dicit ad eũ pater: Ad me reuertere, vocans eum ad cęlũ de terris, quẽ propter nostrã salutẽ miserat. Itaq; resuscitans filiũ suũ vngenitũ, euacuauit consiliũ maledicentiũ. Vnde & Esaias dicit: Vanũ cõ
silium spiritus vestri. Et cõuitia quæ quasi iaculãtes sagittas dirigebant, soluit omnia, cõtriuit eorũ potẽtiam qui in suis virtutibus, & nõ in deo cõfidentes erãt. Ille, inquit, qui præualuit a deo Israel patri tuo, & adiuuit te deus meus. Quis est qui cõfortauit Israel, & adiuuit filium, nisi solus deus pater? qui dixit: Iacob puer meus, suscipiam eum: Israel electus meus, suscipiat eũ anima mea. Et benedixit eum benedictione cęli desuper, & benedictione terrę habẽtis omnia. Omnia enim subiecit ei, cælestia sicut benedictionẽ cęli, & terrena sicut bene- F
dictionem terrę, vt & hominibus & angelis dñaretur. Itaq; in illo velut contemptibili corpore prevaluisti, inquit, propter benedictionẽ uberũ & vuluę. Benedictiones patris tui, & matris vbera: vel duo testamẽta dixit, quoniã altero annũciatus est, altero demõstratus. Et bene vbera, quoniam velut quodam nos spiritali lacte nutritos educauit, & obtulit deo filios. Vel Mariæ dicit vbera, quæ vere benedicta erãt, quibus sancta virgo populo domini potum lachis imnulsit. Vnde & illa mu-
Luc. 11. lier in euangelio ait, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. Quod autẽ ait: Vuluæ benedictionem patris tui & matris. Si vuluam solã Mariæ velimus intelligere, cur vtrunq; benedictione coniunxerit, latebit causa. Potuit enim dicere de sola vulua matris. Sed pulchrius arbitror, vt secundũ spiritale mysterium intelligamus vtranq; generationẽ domini Iesu, et secũdum diuinitatem, & secũdum carnem, qui ante secula
Psal. 44 est generatꝰ ex patre. Vnde & pater ait: Eructauit cor meum verbũ. eo quod ex illa intima, eo quod irreprehensibili patris processit substantia, & in ipso est sem-

Ioan. 1. per. Vnde & euangelista ait: Deũ nemo vidit vnq̃, nisi
A vnigenitus filius, q est in sinu patris, ipse enarrauit. Si=
cut ergo sinꝰ patris spiritalis intelligitur intimũ quod=
dam paternæ charitatis, naturæq; secretũ, in quo sem=
per est filius, ita etiã patris spiritalis est vulua, interio=
ris arcanũ, de quo tanq̃ ex genitali aluo processit filius.
Deniq; diuerse legimus, nũc vuluã patris, nũc cor eius
quo verbũ eructauit, nunc os eius ex quo iustitia proces
Eccli. 24. sit, ex quo prodiuit sapientia, sicut ipse ait: Ex ore altissi
mi prodiui. Ita cum vnum nõ definitur, & vnũ omnia
sonant, spiritale magis mysteriũ generationis paternæ
q̃ membrũ aliquod corporale significat. Sed sicut illam
ex patre generationem intelligimus, ita etiã ad cõsum
mationẽ fidei generationẽ Mariæ intelligamus, quan
do benedicitur vulua matris, illa vtiq; Marię virgina=
lis, quæ nobis edidit dominũ Iesum. De quo partu di=
Hiere. 1. cit dominus per Hieremiam prophetam: Priusq̃ te for
marem in vtero, noui te: & priusq̃ exires de vulua ma=
tris, sanctificaui te. Geminã igitur Propheta in Chri=
sto substantiam declarauit, diuinitatis, & carnis: alterã
ex patre, alteram ex virgine, ita tamẽ vt non exors suę
esset diuinitatis cũ ex virgine nascereť, & esset in cor=
pore. Vnde & conualuit super omnes montes, & desi=
deria collium æternorũ. Super omnes enim illos subli
mis meriti viros, patriarchas, & prophetas, & aposto=
los, sed etiam vltra solem, lunam, archãgelos, tanq̃ cęli
Luc. 6. lumen emicuit, sicut ipse ait: Non est discipulus super
magistrũ, nec seruus super dominũ. Quis enim illorũ
fuit cui subiecta essent omnia, quibꝰ ipse donauit quod
B erant? In quo benedicũtur omnes sancti eius, quia ipse
1. Cor. 11. est super capita omniũ caput. Caput enĩ mulieris, vir:
caput viri, Christus. Et super vertices montium, quia
ipse est supereminẽs vertex vniuersorũ. Sed iustorum
est vertex altissimus, quos fratres vocauit, acq̃sitos per
gratiã, & quoddam regenerationis consortiũ. Vnde ex
fratribꝰ Ioseph illos magis fratres intelligimꝰ, de qui=
Psal. 21. bus dicit in Psalmo: Narrabo nomen tuum fratribus
meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Deniq; & Moyses
completurus vitę istius cursum cũ benediceret tribum
Ioseph, nõ illum vtiq; defunctũ Ioseph, sed Christũ be=
Deut. 33. nedicebat, sicut habes scriptũ de Ioseph: A benedictio=
ne domini terra eius, a finibus cęli, & a rore, & abyssis
fontiũ deorsum, & secundũ horam factam solis cursus,
& a cõuenientibus mẽsibus, & a vertice montiũ ab ini=
tio, & a vertice collium æternorũ, et ad horam terrę ple
nitudinis, & ab eo qui visus est in rubo, veniat super ca
put Ioseph benedictio, & super verticẽ ipsius, honorifi=
cus sit inter fratres. Primogenitꝰ tauri decus eius, cor=
nua vnicornui. In ipsis gentes vẽtilabit, simulq; ad ex=
C tremum terræ ipse mysteria de se fremet, & ipse chilia=
des. Manasses benedictio eadem est, quæ omnẽ habet
& cælestium & terrestriũ plenitudinẽ, & specialẽ Chri=
sti gratiã. Qui visus in rubo dixit ad ipsum Moysen:
Exo. 3. Solue calceamẽtum pedũ tuorũ. Qui est super omnes
deos, quia ipse est caput corporis ecclesię. Qui est princi
pium primogenitus ex mortuis, vt sit in omibus ipse
Col. 1. primatũ tenẽs, quoniam in ipso cõplacuit omnem ple=
nitudinem inhabitare. Et ideo soli benedictionis huius
pręrogatiua defertur, a summitate cęli vsq; ad extremũ
terræ. Ipse est enim ante omnes, in quo cõstant omnia,
qui etiã per sanguinẽ crucis suæ pacificauit omnia, siue
quæ in cęlo, siue quæ in terris sunt. Cuius typũ præfe=
rens pulchre benedicitur sanctus Ioseph, vt honorifice=
tur inter fratres. Primogenitus tauri decus eius, habẽs
cornua vnicornui, in quibus gẽtes ventilabit. Et bene
taurus, quasi hostia pro delictis, & totius mundi victi=
ma, vt pacificaret omnia. Cuius decus sanctũ. Omne
enim sanctũ primogenitũ, sicut alibi demõstrauimus.
Vnde & Leui nõ ætatis ordine, sed sacræ successionis
prærogatiua primogenitus meruit nuncupari. Et ve=
re sanctum decus eius, de quo scriptum est resurgente:

Speciosus forma pre filiis hoĩm. quia ipse est primoge Psal. 44.
nitus ex mortuis, habẽs cornua vnicornui. Sed cũ dixe D
rit cornua, quomodo posuit vnicornui, requirẽdum, cũ
ipse vnicornuus inter generatiões ferarũ, vt periti aiũt,
non inueniatur. Et ideo verbũ vnicũ magis æstimare
debemus, quia substantiuũ verbum dei vnum est, non
multa verba. Vnde & Anna ait: Dominus iudicat fi= 1. Reg. 2.
nes terræ, & dabit virtutẽ regi, & exaltabit cornu Chri
sti. Et Esaias ait: Vinea facta est dilecto in cornu in lo= Esa. 5.
co vberi. quoniã in dei filio vnigenito floret ecclesia, te=
nens vnicũ dei verbũ, in quo est virtutis atq; sapiẽtię ple
nitudo, cuius vbertate seges fidei pullulauit. Qđ ver=
bum sequũtur sancti. Decẽ milia, inquit, Effrem, & mi Deut. 33.
lia Manasse, id est, & Iudęorũ & Gẽtium dominetur,
& ex vtroq; populo acquirat sibi ecclesię plenitudinem.
Ideoq; dexterã suam super Effrem posuit sanctꝰ Iacob,
eo quod legis dicẽte ecclesia in Canticis canticorũ: Fra Cant. 5.
ter meus cãdidus & rubeus, electus ex decem milibus.
Deniq; etiam Dauid iuuẽculæ Marię autorẽ, ex cuius 1. Reg. 18
successione Christus est natus per virginis partũ, in de=
cem milibus prædicabãt, Saul autẽm in milibus, cum
reuerẽtiæ gratiam circa regẽ magis proponere debuis=
sent. Qui ergo cornu Christi exaltauerit cõfessus eius
gloriam, ipse quoq; accipiet cornua. Vnde etiã sancti
vnicornui dicti sunt in psalmi versiculo: Et dilectꝰ quẽ= Psal. 28.
admodũ filius vnicornuorũ. Etenim sicut animal hu=
iusmodi cũ ei oriuntur cornua, processum significat ple
nioris ætatis: ita cum e capite quædã nostrę animę cor=
nua pullulare cœperint, processum vidẽtur perfectioris
significare virtutis, & tãdiu crescunt q̃diu compleãtur.
Hoc cornu dñs Iesus cõminuit gentes, vt superstitionẽ
obtereret, salutẽ redderet, sicut ipse ait: Percutiã, & sa= Psal. 43.
nabo. Ideoq; tanq̃ imitator tauri huius propheta dicit:
In te inimicos nostros vẽtilabimus, id est altitudinem
omnẽ eleuantẽ se aduersus dei scientiam destruẽtes. Et E
ideo iuxta legẽ munda animalia cornua habẽt. Lex enĩ
spiritalis est. Qui enim possunt seculi huius illecebras
verbo dei & virtutis obseruantia propulsare, cornibus
velut quibusdã capitis sui armis videntur esse muniti.
Meritoq; & tuba cornea dicitur virtus sermonis mi=
rabilis, quæ bonos Christi milites accẽdit ad præliũ, vt
de hoste diabolo manubias reportemus. In acie igitur
sumus, & plurimos ex nobis videmus in aduersarii ca=
stris esse captiuos. hi nobis iugo grauissimo exuẽdi sũt.

De benedictione Beniamin, & mystica repræsenta=
tione eiusdem. Caput XII.

PLVRIMOS lupos habet diabolus, quos
ad Christi oues dirigit, & ideo intelligibilis
Ioseph vt oues seruaret suas, ipsum inimicũ
venientẽ ad diripiendas oues rapuit lupum F
Paulum, faciẽs ex persecutore doctorẽ. De quo dicit Ia
cob, sicut scriptũ est: Beniamin lupus rapax mane edet
adhuc, & ad vesperũ diuidet escam principibꝰ. Lupus
erat cũ dispergeret & deuoraret oues ecclesiæ. Sed qui
lupus venerat, pastor est factus. Lupus erat cũ Saulus
erat, quãdo intrabat in domos, & viros ac mulieres tra
hebat in carcerẽ. Lupus erat quãdo spirãs minas & ho
micidia in discipulos dñi, petebat epistolas a pricipe sa=
cerdotum vt inuaderet seruos Christi. Quẽ tanq̃ lupũ
nocturnis tenebris oberrantẽ offusa Iesus luce cęcauit.
Ideo Rachel cũ pareret Bẽiamin, vocauit nomẽ eius,
filius doloris mei: futurũ prophetãs ex ea tribu Paulũ,
qui affligeret filios ecclesiæ persecutionis suę tẽpore, &
graui matrẽ dolore vexaret. Sed tamen idẽ postea prin
cipibus escam posteriore diuisit tempore, euangelizãs
gẽtibus dei verbum, & plurimos ad fidem prouocans,
qui eo disputãte, sicut legatus Pauli procõsulis, & Pu=
blius princeps, domini gratiam receperunt. Pulchre
etiam Moyses cũ benediceret Beniamin tribũ, dixit:

Deut. 33. Dilectus a dño, habitabit fidens, & deus obũbrabit su=
G per eum omnibus diebus, & inter humeros requiescet
dilectus a dño. Qui etiã vas electionis est factus. Neq;
enim aliter nisi dñi est miseratione & amore cõuersus.
Vnde & ipse nihil merito tribuens suo, sed totũ defe=
rens Christo ait: Ego enim sum minimus apostolorũ,
qui non sum dignus vocari apostolus, quoniã persecu=
tus sum ecclesiã dei. Gratia autẽ dei sum id quod sum,
& gratia eius egena in me non fuit. Habitabit fidens in
domo quã ante vastabat, habitabit ĩ tabernaculis Chri=
sti, qui ante sicut lupus errabat in siluis. Et deus obum=
brauit super eum, quando visus est ei Christus. Qui li=
cet apertis oculis videret nihil, tamẽ Christũ videbat.
Et merito videbat præsentẽ, quem etiam audiebat lo=
quentem. Nõ cæcitatis est obumbratio ista, sed gratię.
Lucę. 1. Deniq; Mariæ dicitur: Spiritus sanctus superueniet in
te, & virtꝰ altissimi obumbrabit tibi. Et inter humeros
requiescet, hoc est inter bonos actus, & opera preciosa.
Nã & supra habes quod Isachar supposuit humerum
suum ad laborandum, & factus est vir agricola. Quem
1. Cor. 3. Paulus imitatus posuit fidei nouella plantaria, ideoq;
quasi bonꝰ agricola dixit: Ego plãtaui, Apollo rigauit.

FINIS.

H CAPITA LIBRI DE NABV=
THE IEZRAELITA.

Quomodo exemplo Nabuthe & Achab regis Israel
pauperes quotidie a diuitibus opprimãtur, cũ tamẽ
natura omnes æquales produxerit. Caput I.
Quod homines quanto ditiores cẽsu, tãto pauperiores
affectu. Et quos insatiabilis auaritia gradus habeat.
Et quid hæc vox, da mihi, præ se ferat. Cap. II.
Quod omnia animãtia socialia sint, & cõmerciũ viuẽ=
di quærant: solus autẽ homo cõsortem excludat, so=
lusq; omnia possidere contendat. Et quam turpe sit
agrum paternum pro vili vsu alienare Cap. III.
De reprehensione diuitum, qui magis alienum q̃ suum
panem manducant, & quod ideo miseræ luant pau=
pertatis erumnas. Caput IIII.
Quod mensa diuitũ, multorũ pauperũ instruitur san=
guine. Et de patre qui cogebatur a diuite, cuius mẽ=
I sę viñũ defuit, vt filiũ vẽderet. Et quomodo sepe mu
lieres incitamẽta sint extorsiõis a pauperibꝰ. Ca. V.
Quod nullæ diuitiæ aliquid cõferre possint contra im=
minentem fati necessitatẽ, & vnde diuites appellen=
tur. Quodq; diues dormire nõ possit, nec ipse se quie=
tum esse patiatur. Caput VI.
Quod diuites qui humanitatis pręedicatiõe imitari de=
berent sanctum Ioseph, potius de bonis faciãt mala,
quã de malis bona acquirant, et in quæ horrea diui=
tes frumenta condere debeant. Cap. VII.
De admonitione diuitis vt timeat, & spe vana nõ fal=
latur, ac reprehẽsiõe eorũ qui dicũt nihil dãdũ paupe=
ribus, qa deꝰ eos maledixerit vt egerẽt. Cap. VIII.
Quomodo Iezabel quæ est auaritia, promittat diuiti=
bus cõtra iustitiã possessionẽ quã desiderãt. Cap. IX.
De consuetudine diuitũ qui cõtristantur si aliena rape=
re nõ possunt. Et quid facere debeãt vt deus vel eorũ
preces exaudiat, vel eorũ ieiuniũ respiciat. Cap. X.
Quid est quod duo falsi testes attestati sunt Nabuthe
deũ benedixisse & regẽ. Et quomodo diuites cũ calũ=
niati nocuerint, simulent se dolere. Et quid sibi velit
qđ meretrices lauerũt se in sãguine Achab. Ca. XI.
Quod omnis auarus pauperiorem se iudicet, eo quod
sibi deesse arbitretur quicquid ab aliis possidetur: et
quomodo Helias Achab inuenisse dicať. Quomo=
do etiã diues puteũ suũ exundantem vsu aliquo ex=
ercere, nõ ocio corrumpi sinere debeat. Cap. XII.
Quod stulta sit superbia diuitum gloriantium de no=
bilitatis prosapia. Et quod meritum hæredum non K
in auro, sed in virtute consistat. Caput XIII.
Quomodo diuites custodes sint & serui diuitiarũ: et
ideo illas potius pauperibus erogare debeãt pro me=
lioribus rebus acquirendis. Et de pauperibus abun=
dantibus, & diuitibus egentibus. Cap. XIIII.
Quod om̃es viri diuitiarũ insipientes dicãtur, & corde
turbati, & quomodo dormiãt somnũ suũ. Quomo=
do etiã dormitarint qui ascẽderũt equos. Cap. XV.
Quomodo diuites qescere & feriari debeãt a flagitiis,
& cõfiteri dño in fide, humilitate, & deuota oratiõe,
et qđ multi diuites ꝓpter ꝑfidiã perierit. Ca. XVI.
Quemadmodum Achab dicatur commotus ante fa=
ciem dei, vt in diebus eius nõ inducerentur super eũ
mala. Et quod dominus etiam circa indignos pro=
missa sua seruet. Caput XVII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE NABVTHE IEZRAELITA LIBER VNVS.

Quomodo exẽplo Nabuthe & Achab regis Israel
pauperes quotidie a diuitibus opprimantur, cũ tamen
natura omnes æquales produxerit. Caput I.

NABVTHE HISTO= L
ria tẽpore vetus est, vsu quo=
tidiana. Quis enĩ diuitũ nõ
quotidie concupiscit aliena?
Quis opulentissimorum nõ
exturbare cõtendit agellulo
suo pauperẽ, atq; inopẽ aui=
ti ruris eliminare finibus?
Quis cõtẽtꝰ est suo? Cuius
non inflãmat diuitis animũ
vicina possessio? Nõ igitur vnus Achab natus est, sed
quod peius est, quotidie Achab nascitur, & nunq̃ huic
seculo moritur. Si vnus occidat, assurgũt plurimi: plu=
res qui rapiant, q̃ qui amittãt. Nõ vnus Nabuthe pau=
per occisus est: quotidie Nabuthe sterniť, quotidie pau
per occiditur. Hoc metu percitum humanũ genus ce=
dit iam suis terris, migrat cũ paruulis pauper onustus
pignore suo, sequitur vxor illachrymans tanq̃ ad bustũ
prosequatur maritum. Minus tamen deplorat illa, quę M
deflet suorũ funera: quia etsi amisit coniugis præsidiũ,
sepulchrũ patet: etsi filios non tenet, tamen exules non
dolet, nõ ingemit grauiora funeribus teneræ prolis ie=
iunia. Quousq; extenditis diuites insanas cupiditates?
Nũquid soli habitabitis super terrã? Cur eiicitis cõsor=
tem naturæ, & vindicatis possessionem naturæ? In cõ=
mune omnibus diuitibus atq; pauperibꝰ terra fundata
est. Cur vobis ius propriũ soli diuites arrogatis? Nescit
natura diuites, quę om̃es pauperes generat. Neq; enim
cum vestimẽtis nascimur, nec cũ auro argẽtoq; genera=
mur. Nudos fudit in lucem, egẽtes cibo, amictu, pocu=
lo. nudos recipit terra quos edidit, nescit fines possessio=
nũ sepulchro includere. Cespes angustus æque & pau=
peri abundat & diuiti: & terra quæ viuentis non cepit
affectum, iã diuitem capit. Nescit ergo natura discerne=
re quando nascimur, nescit quando deficimus. Omnes
similes creat, omnes simili gremio claudit sepulchri.
Quis discernat species mortuorũ? Redoperi terrã, et si
potes diuitẽ deprehende. Erudera to paulopost tumu=
lũ, & si cognoscis, egẽtẽ argue: nisi forte hoc solũ, quod
cũ diuite plura pereunt. Sericæ vestes, & auro intexta
velamina, quibus diuitis corpus ambitur, dãna viuen=
tium, non subsidia defunctorũ sunt. Vnguentũ accipis
diues postq̃ mortuus es, & fœtidus es. perdis alienam
gratiã, nec acquiris tuã. Hæredes relinquis qui litigent

G cum hæredibus,relinquis depositũ magis hereditariũ quam cõmodum voluntarium,qui quod relictũ est minuere ac violare formident. Si frugi hæredes sũt,custodiunt:si luxuriosi,exhauriunt. Itaq; aut bonos hæredes perpetua condemnas solicitudine,aut malos dimittis, quo tua facta condemnent.

Quod homines quãto ditiores censu, tanto pauperiores affectu. Et quos insatiabilis auaritia gradus habeat. Et quid hęc vox,da mihi,prę se ferat. Cap. II.

SEd quid arbitraris quod dum viuis abũdas omnibus? O diues,nescis q̃ pauper sis, q̃ inops tibiipsi videaris, qui te diuitem dicis? Quãto plus habueris,plus requiris:& quicquid acquisieris,tamen tibi adhuc indiges. Inflãmatur lucro auaritia, non restinguitur. Quasi gradus quosdã cupiditas habet.quo plures ascenderit, eo ad altiora festinat,vnde fit grauis ruina lapsuro. Tolerabilius tamẽ iste cum minus haberet, census contẽplatione mediocria requirebat. Accessione patrimonii accessit cupiditatis augmẽtũ. Non vult esse degener votis, pauper in desideriis. Ita duo intolerabilia simul iungit,vt ambitiosam spem diuitis augeat,& nõ deponat mendicitatis affectũ. Deniq; docet nos scriptura diuina quã mi-
H sere egeat,mẽdicet abiecte. Rex Achab in Israel erat, & pauper Nabuthe. Ille regni opib⁹ affluebat, & tamẽ cespitẽ pauperis flagitabat:pauper nihil de possessionibus cõcupiuit diuitis. Rex sibi egere visus est, qa vineã habebat pauper vicinus. Quis igitur tibi pauper videtur? qui contentus est suo, an qui concupiscit alienum? Alter certe pauper censu videtur, alter pauper est affectu. Affect⁹ diues egere non nouit,census abundãs nequit auari pectus explere. Ideoq; diues cupidus in inuidia possessionis, & paupertatis querela est. Sed iam scripturæ verba consideremus. Et factũ est,inquit,post hęc verba:Erat vinea Nabuthe Iezraelitæ in Israel iuxta domum Achab regis Samarię. Et locutus est Achab ad Nabuthe dicens:Da mihi vineam tuam,& erit mihi in ortum olerum,quoniã propinquat domui meę,& dabo tibi pro ea aliã vineam. Si vero placuerit tibi, dabo tibi pecuniam pro vinea ista,& erit mihi in ortũ ole-
I rum. Et dixit Nabuthe ad Achab:Non fiat hoc a deo, vt dem tibi hæreditatem patrum meorũ. Et turbatus est spiritus eius,& dormiuit in lecto suo,& velauit faciẽ suam,& non manducauit panẽ. Exposuerat supra scriptura diuina quia Helisæus cum esset pauper, reliquit boues suos,& cucurrit ad Heliam,& occidit eos,& erogauit populo,& adhæsit prophetæ. Ad condẽnationẽ igitur pręmissa sunt diuitis qui in isto rege describitur, eo quod habens beneficia dei,sicut iste Achab,cui dñs & regnum donauit,& pluuiã Heliæ vatis oratione cõcessit,diuina mandata violauerit. Audiamus ergo qd dicat:Da mihi,inquit. Quę alia vox egentis est? Quę vox alia stipem publicã postulantis,nisi,da mihi? Hoc est,da mihi,quia egeo. Da mihi,quia aliud viuẽdi subsidium habere non possum. Da mihi,quia non est mihi panis ad victum,nummus ad potum, sumptus ad alimentum,ad indumentũ substantia. Da mihi,quia tibi dñs dedit vnde largiri debeas,mihi nõ dedit. Da mihi: nisi tu dederis,habere nõ potero. Da mihi, quia scriptũ
Lucę. 11. est:Date eleemosynã. Hæc q̃ abiecta,q̃ vilia? Non habent enim humilitatis affectũ, sed cupiditatis incẽdiũ. In ipsa autem deiectione quanta impudentia? Da mihi,inquit,vineam tuam. Confitetur alienam,vt poscat indebitam. Et dabo,inquit,tibi pro ea aliam vineã. Diues quod suum est quasi vile fastidit,quod alienum est quasi preciosissimum cõcupiscit. Si vero placuerit tibi, dabo tibi pecuniam. Cito reprehendit errorem suũ, pecuniã offerendo pro vinea. Nihil enim vult alienũ possidere,qui totum desiderat suis possessionib⁹ occupare.

Quod omnia animãtia socialia sint, & cõmercium K
viuendi quærant:solus autem homo consortem excludat,solusq; omnia possidere cõtẽdat. Et q̃ turpe sit agrũ paternum pro vili vsu alienare. Caput III.

ET erit mihi,inquit,in ortum olerum. Hæc erat igitur omnis insania, hic omnis furor, vt spatiũ vilibus oleribus quęreretur. Non tã ergo ipsi cupitis quasi vtile possidere, sed alios vultis excludere. Maior vobis cura de pauperum spoliis,q̃ de vestris emolumentis est. Iniuriã vestrã putatis si quid pauper habeat quod dignũ possessione diuitis æstimetur. Damnũ vestrũ creditis quicquid alienum est. Quid vos delectãt naturæ dispẽdia? Vniuersis creatus est mundus,quẽ pauci diuites vobis defendere conamini. Non eni terrena tantũ possessio,sed cælum ipsum,aer,mare,in vsum paucorum diuitũ vendicatur. Hic ager quẽ tu diffusis includis possessionibus, quantos alere populos potest? Nunquid angeli diuisa cæli spatia habent, vt tu terrã positis distinguas terminis? Clamat Propheta:Væ iis qui iungunt domũ ad Esaiæ. 5.
domum,& villã ad villam. Arguit eos inefficacis auaritiæ. Fugiunt enim cohabitare hominibus,& ideo excludunt vicinos. Sed fugere non possunt:quia cum hos excluserint,alios rursum inueniũt: & cũ illos propulsauerint,ad aliorũ necesse est eos viciniã peruenire. Soli enim super terram habitare non possunt. Auis auibus L
se associat:deniq; ingentis plerũq; agminis volatu cælũ obtexitur:pecus pecori adiungitur, piscis piscibus, nec damnum ducunt,sed cõmercium viuẽdi,cũ plurimum comitatum capessunt,& quodã munimẽtũ solatio frequentioris societatis affectant. Solus tu homo cõsortẽ excludis,includis feras,struis habitacula bestiarũ, destruis hominum. Inducis mare intra prædia tua,ne desint beluæ. producis fines terræ,ne possis habere finitimum. Audiuimus vocem diuitis aliena quærentis. Audiamus vocem pauperis propria vendicantis. Nõ fiat,inquit,hoc a deo,vt dem tibi hęreditatem patrum meorũ. quasi quandã cõtagionẽ sui pecuniã esse diuitis arbitretur. quasi dicat:Pecunia tua tecũ sit in perditio- Actuũ. 8.
nem. Ego autẽ hæreditatem patrũ meorũ nõ possum vendere. Habes quod sequaris diues si sapias,vt nõ vẽdas agrum tuum pro nocte meretricis, nõ transfundas ius tuũ pro sumptu comessationis, deliciarũq; impẽsis, non adiudices domũ tuam ad ludum aleæ,ne ius hęreditariæ pietatis amittas. His auditis turbatus est spũs M
auari regis:& dormiuit in lecto suo,& velauit faciẽ suã, & non manducauit panẽ suum. Lugent diuites si non potuerint aliena diripere,si suis pauper non cesserit facultatibus,vim mœroris tegere nõ possunt. Dormire desiderãt,velant faciem suã, ne quicq̃ in orbe terrarum alienum videant,ne quicq̃ in hoc mundo nõ esse suum nouerint,ne audiãt vicinum iuxta se aliquid possidere, ne audiant pauperem sibi cõtradicentẽ. Horũ sunt animæ,quib⁹ dicit Propheta:Mulieres diuites exurgite.

De reprehẽsione diuitum,qui magis alienũ q̃ suum panem manducant,& quod ideo miserę luant paupertatis erumnas. Caput IIII.

ET non manducauit,inquit,panẽ suum.quoniam quærebat alienũ. Etenim diuites magis alienũ panem q̃ suũ manducãt,qui raptu viuũt,& rapinis sumptum exercẽt suũ. Aut certe non manducauit panẽ suũ, volens se morte mulctare,quod ei aliquid negaretur. Compara nunc affectũ pauperis. Nihil habet,& ieiunare voluntarius nisi deo nescit,ieiunare nisi ex necessitate nõ nouit. Diuites eripitis quidem pauperibus vniuersa,aufertis omia, nihil relinquitis:pœnam tamen pauperũ vos potius diuites sustinetis. Illi ieiunant,cũ nõ habeãt: vos nõ ieiunatis,

A cum habeatis. Vobis igitur prius pœnã exigitis,q̃ pauperibus erogetis. Vos igitur vestro affectu luitis miseræ paupertatis erumnas, & pauperes quidẽ nõ habent quo vtantur: vos autẽ nec ipsi vtimini, nec alios vti sinitis. Eruitis aurũ de metalli venis, sed rursum abscõditis. Quantorũ vitas in illo infoditis auro? Cur illa seruãtur,cũ legeritis de auaro diuite, Thesauros cõdit, & ignorat cui cõgregat eos? Hæres ociosus expectat, hæres fastidiosus increpat quod sero moriamini. Odit incremẽta hæreditatis suę,ad dãna festinat. Quid igitur miseri⁹,quãdo nec apud illũ cui laboratis,gratias derelinqtis? Propter illũ totis mœstã dieb⁹ toleratis famẽ, cotidiana mẽsę vestrę dãma metuẽtes. Propter illũ diurna adamatis ieiunia. Noui ego diuitẽ i agrũ ꝓficiscẽtẽ,panes breuiores vrbe delatos numerare solere,vt pro numero panis ęstimaret quot dies in agro futur⁹ esset. Nolebat obsignatũ aperire horreũ,ne qd de cõdito minueret. Panis vn⁹ singulis diebus deputabat,q tenacẽ vix satiare posset. Cõperi etiam viri fidem,si quando ei ouum esset appositum,queri quod pullus esset occisus. Hoc ideo scribo,vt cognoscatis vindicem esse dei iusti-
B tiã,quæ lachrymas pauperũ vestro vlciscatur ieiunio.

Quod mẽsa diuitũ,multorũ pauperũ instruitur sanguine. Et de patre qui cogebatur a diuite cuius mensæ vinum desint, vt filiũ venderet. Et quomodo sępe mulieres incitamẽta sint extorsionis a pauperib⁹. Cap. V.

QVAM religiosum esset ieiunium,si sumptũ conuiuii tui deputares pauperibus. Tolerabilior iã diues ille cuius de mensa ea quę cadebant,pauper Lazarus colligebat,saturari cupiens:sed etiã ipsius mensa multorũ pauperũ cõstabat sanguine,& ipsius pocula multorum quos ad laqueum coegerat, rubebant cruore. Quanti necãtur vt vobis quod delectat paretur? Funesta fames vestra, funesta luxuries. Ille de sũmis culminibus ruit,vt frumẽtis ampla vestris receptacula præpararet. Ille de sublimi arboris cacumine decidit,dum genera vuarũ explorat quæ deferat,quibus digna cõuiuio tuo vina fundãtur. Ille mari mersus, dũ veretur ne piscis mẽsæ tuę desit aut ostrea. Ille brumali frigore dum lepores inuestigare,aut laqueis studet aues captare, diriguit. Ille ante oculos tuos, si quid forte displicuit, verberatur ad mor-
C tem,atq; ipãs epulas fuso respergit cruore. Deniq; diues erat qui sibi ad mẽsam caput prophetæ pauperis iussit afferri,& aliud vnde saltatrici præmiũ solueret,non inuenerat,nisi vt pauperẽ iuberet occidi. Vidi ego pauperẽ duci dũ cogeretur soluere quod nõ habebat, trahi ad carcerem quia vinum deesset ad mensam potentis, deducere in auctionẽ filios suos,vt ad tempus pœnam differre posset, inuẽtũ forte aliquẽ qui in illa necessitate subueniret. Redit ad hospitium cũ suis pauper diruta spectans omnia,nihil sibi ad cibum relictũ, ingemiscẽs filiorũ famem,dolens quod eos nõ potius ei qui possit pascere vendidisset. Redit ad consiliũ, vendendi sumit arbitriũ. Compugnabant tamen inopiæ iniuria, & paternæ pietatis gratia. fames vrgebat ad preciũ, natura ad officiũ. cõmori filiis paratus, q̃ a filiis separari, sæpe gradũ protulit, sæpe reuocauit. Vicit tamẽ in eo necessitas,non volũtas,& ipsa cõcessit pietas necessitati. Cõsideremus nunc patriæ mentis procellas exæstuantis quem de liberis prius traderet. Quẽ,inquit, vẽdã priorem? Scio enim quod nõ satis est vnius preciũ ad pastũ reliquorũ. Hoc solũ diues fœcunditas ad erumnã. Quẽ offerã? Quem frumẽti auctionator libenter aspiciat? Primogenitũ offeram? Sed primus me patrẽ vocauit. Hic est maior ex filiis,quẽ cõgrue honoro seniorẽ. Sed iuniorem dabo? At istũ teneriore amore cõplector. Illũ erubesco,huius misereor. Illius gradũ suspiro,hui⁹ etatem. Ille iã sentit erumnã,iste ignorat. Flectit me illius

dolor,huius inscitia. Ad alia me conferã. Ille mihi plus D
blanditur, iste plus verecundatur. Ille parenti similior, hic vtilior. In illo imaginẽ meã vẽdo,in isto spem meã prodo. Me miserum,non inuenio quid faciã, nõ habeo quid eligam. Circũuallãt me facies calamitatũ, erumnarũ chorus. Ferina hæc rabies est,eligere quẽ tradas. Feræ ipsæ cũ pericula imminere proli ac sibi sentiunt, solent eligere quos liberent, nõ quos offerãt. Quomodo igitur discernam affectum naturæ? Quomodo obliuiscar, quomodo exuam patris mentem? Quomodo filii auctionem constituam? Quo sermone paciscar preciũ? Quibus tradam manibus in seruitutẽ filium? Quibus oculis aspiciã seruientẽ? Quibus oculis discedenti vale dicam? Quibus factũ excusem sermonibus? Fili,ego te pro meo cibo vendidi? Funestior ergo iam pauperis mensa,quam diuitis. Ille addicit alienos, ego meũ vendo. Ille necessitatẽ imponit,ego affero voluntatem. Vt sit excusabilior causa,adiiciã: Fili pro fratribus tuis seruies,vt illis quęrantur alimenta. Et Ioseph a fratribus suis in seruitutem venundatus est, postea & ipsos & patrẽ pauit. Respondebit & ille: Sed non eum vendidit pater,sed fleuit amissum. Sed postea etiã ipsi in potestatẽ diuitis venerũt,& vix potuerunt postea liberari. Genus eius diuitiis Ęgypti multa ætate seruiuit. Vende me postremo pater,ea conditione,ne diuites emant. Hęc si fateor, verũ quid faciam? Nullũ vendam. Sed cũ vnũ cõsidero,omnes videbo fame pereuntes. Si vnum tradam,quibus oculis videbo cæteros de E
mea impietate suspectos,ne alios quoq; vendam? Quo pudore regrediar domũ? Quomodo intrabo? Quo habitabo affectu,qui mihi ablegaui filium quẽ non morbus absumpsit,non mors abstulit? Qua conscientia considerabo mensam meã,quã sicut nouella oliuarũ in circuitu tot filii vestiebãt? Hæc pauper te præsente deplorat,& tibi auaritia aurẽ obstruit,nec mens tua facti miserabilis horrore mollitur. Totus populus ingemiscit, & solus diues non flecteris,nec audis scripturam dicentem:Perde pecuniã propter fratrẽ & amicũ,& non abs- Eccli. 29.
condas eam sub lapide in mortem. Et quia non audis, ideo exclamat Ecclesiastes dicens: Est languor malus Eccles. 5.
quem vidi sub sole,diuitias custodiri in malũ possidentis eas. Sed fortasse redeas domũ,cum vxore conferas: illa te hortetur vt redimas venũdatum? Immo magis hortabitur vt mũdũ muliebrem cõferas. Vnde potest vel pauper pauperẽ liberare? Illa tibi imponit sumptuũ necessitatem, vt gemma bibat,in ostro dormiat, in argentea spõda recumbat,auro oneret manus, ceruicem monilibus. Delectantur & cõpedibus mulieres,dũmodo auro ligẽtur. Nõ putãt onera esse si preciosa sint,nõ putant vincula esse si in his thesauri coruscẽt. Delectãt F
& vulnera,vt aurũ auribus inseratur,& margaritæ dependeant. Habent & gemmę põdera sua,habent & vestimẽta frigora sua. Sudatur in gemmis, algetur in sericis:tamẽ precia iuuant:& quę natura auersatur,commẽdat auaritia. Smaragdos, & hyacinthos,beryllum, achaten,topazion,amethystum, iaspin,sardium,summo quærunt furore: vel si dimidiũ patrimonii petatur, non parcunt dispendio,dum indulgẽt cupiditati. Non abnuo gratiam quandam lapidũ istorũ esse fulgorem, sed tamen lapidum. Nec ipsi admonent cõtra naturam expoliti vt saxorum deponerent asperitatem, rigorem magis mentis esse expoliendum q̃ lapidum.

Quod nullę diuitię aliquid cõferre possint cõtra imminẽtẽ fati necessitatẽ,& vnde diuites appellent. Quodq; diues dormire nõ possit,nec ipse se quietũ esse patiatur. Caput VI.

QVIS artifex vnũ diẽ vitæ hominis potuit adiũgere? Quem diuitię eius ab inferis redemerunt? Cuius ęgritudinem pecunia mitigauit? Nõ in abundãtia diuitiarũ, inquit,

puer.10; vita eius. Et alibi: Nihil prosunt thesauri iniusti, iustitia autē liberat a morte. Merito clamat Propheta: Di-
Psal.61. uitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quid enim mihi prosunt, si me a morte liberare non possunt? Quid mihi prosunt, si mecum post mortē esse non possunt? Hic acquirūtur, hic relinquūtur. Somnii igitur loquimur, non patrimonium. Vnde bene ait idem Propheta de
Psal.75. diuitibus: Dormierunt somnū suū, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manib⁹ suis. Hoc est dicere: Nihil inuenerūt in operibus suis diuites, qui nihil pauperibus contulerunt. Nullius inuerunt inopiā, nihil ad vtilitatē suā proficientes reperire potuerunt. Ipsum nomen considera. Ditem dicunt gentiles inferni præsulē, arbitrum mortis ditem appellāt & diuitem. Quid nisi mortē diues inferre nouerit, cui regnū de mortuis, cui sedes inferna sint? Quid est enim diues, nisi inexplebilis auri fames ac sitis? Quo plus hauserit, plus inardes-
Eccls.5. cat. Sic Propheta admonet: Qui diligit argentum, nō satiabitur argento. Et infra idem: Equidē hic pessimus languor. Sicut enim fuit, ita & abiit, & abundātia eius laborat in ventum. Equidem omnes dies eius in tenebris & luctu, & iracundia multa, & languore & ira. Torelabilior cōditio seruulorum, illi enim hominibus ser-
Roma.6. uiunt, iste peccato. Sic inquit Apostolus: Qui enim fa-
Ioan.8. cit peccatū, seruus est peccati. Sēper in laqueis, semper in vinculis est: nunq̄ liber a cōpedibus, quia semper in
H criminibus. Quā misera seruitus, seruire peccatis. Naturæ ipsius nescit munia, nec somni ipsius nouit vices, aut cibi fungitur suauitate, cuius nullū est immune ser-
Eccli.5. uitiū. Dulcis enim somnus serui et si modicū vel multum edat. At satiato diuitiis, non est qui eū sinat dormire. Excitat eum cupiditas, excitat cura pernigil aliena rapiendi, torquet inuidia, mora vexat, sterilitas proueutuū infœcunda perturbat, solicitat abūdātia. Vnde illi diuiti, cuius possessio vberes fruct⁹ attulit, qui cogi-
Lucæ.12. tauit dicēs: Quid faciā quod non habeo quo cōgregem fructus meos? et dixit: Hoc faciā, destruā horrea mea, & maiora faciā, illo congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona in ānos multos posita. requiesce, māduca, bibe, epulare. Respondit deus: Stulte, hacnocte animam tuam repetunt a te: quæ autem parasti, cuius erunt? Ne ipse quidem deus eū dormire permittit. Interpellat cogitātem, excitat dormientē. Necipsum quietū esse patitur, qui de abundantia diuitiarum suarum solicitatur, & in vbertatem fructuum vocem gementis emittit. Quid faciā? inquit. Nōne hæc pauperis vox est, non habentis
I subsidia viuendi? Egēs omnium huc atq; illuc respicit, scrutatur hospitiū, nihil inuenit ad vsum alimenti, cōsiderat nihil miserius quā fame confici, & cibi indigentia mori. Quærit mortis cōpendia, & tolerabiliora abeundi supplicia rimatur. Arripit gladium, suspēdit laqueū, ignē adolet, explorat venenū: & inter hæc quid eligat dubius dicit, Quid faciā? Deinde vitæ huius suauitate reuocatus, cupit reuocare sentētiā, si possit viuēdi substantiā reperire. Aspicit nuda omnia, vacua omnia, & ait: Quid faciam? Vnde mihi alimēta? vnde vestitus? Volo viuere, si habeā quo modo possim vitam hāc sustinere. Sed quibus cibis? quibus subsidiis? Quid faciā ingt, quod nō habeo? Clamat se diues nō habere. Pau-
pertatis hic sermo est, de inopia queritur abundās fructibus. Non habeo, inquit, quo congregem fructus. Putares illum dicere: Non habeo fructus, vnde viuendum est mihi? Beatus quide abundātia periclitatur: immo miserior iste fœcūditatib⁹ suis, quā pauper, cui periculum de egestate est. Habet ille vnde excuset eruinā, habet certe iniuriam, nō habet culpā. iste nō habet quem præter se arguat. Et dixit: Hoc faciam, horrea mea destruā. Putes adhuc dicere illū: Aperiā horrea mea, ingrediātur qui tolerare famem non queunt, veniāt inopes, intrent pauperes, repleant sinus suos. Destruant parietes, qui excludunt esurientes. Vt quid ego abscō-
k dam, cui deus facit abundare quod largiar? Vt quid repagulis portarum claudam frumenta?

Quod diuites qui humanitatis prædicatiōe imitari deberent sanctum Ioseph, potius de bonis faciāt mala, quā de malis bona acquirant, et in quæ horrea diuites frumenta condere debeant. Caput VII.

AVDIANT hæc quibus deus totum repleuit camporū ambitū, quę sine custode nascuntur, & victu abundāt. Et spes auaro si respicit pauperē. Rūpūtur vetusta horrea messibus nouis. Minus habui, & frustra seruaui: plus natū est, cui cōgregabo? Dum incremēta preciorū aucupor, amisi vsum beneficiorū. Quantas anni superioris frumēto animas pauperū reseruare possem? Hęc me magis delectarent precia, quæ non nūmo æstimantur, sed gratia. Imitabor factū Ioseph humanitatis prædicatione, clamabo voce magna: Venite pauperes, edite panes meos, expandite gremium, suscipite frumentum. Fœcunditas diuitis, totius orbis abundātia, omnium debet esse fertilitas. Tu vero non hoc dicis, sed ais: Destruā horrea mea. Recte destrues ea, quib⁹ nullus pauper onust? reuertitur. Horrea iniquitatis sunt recepta- L
cula, non pietatis subsidia. Recte destruet, qui sapienter ædificare non nouit. Destruet sua diues, qui nescit eterna. Destruet horrea, qui non nouit sua frumenta dimittere, sed claudere. Et maiora, iquit, faciam. Infœlix, vel id dispensato pauperib⁹, quod pro sumptu ædificationis impēdis. Dum liberalitatis gratiā refugis, damna ædificationis resoluis. Et addidit: Illo cōgregabo omnia quæ nata sunt mihi, & dicā animæ meæ: Anima, habes multa bona. Consitetur auarus semper vbertatem prouētuum, dum vilitatē † alimonię calūniatur. Fœcū- † vilitate
ditas enim vniuersorū est, sterilitas soli auaro est quæ- alimoniæ
stuosa. Delectatur magis enormitate preciorū, quam calcatur.
abūdātia copiarū: & mauult habere quod solus, q̄ quod cū omnibus vendat. Vide timentem ne superfluat cu- M
mulus frumentorū, ne super horrea redundans trāssumatur in pauperes, & boni alicuius occasio indigētibus acquiratur. Soli sibi partus terrarū vendicat diues, non quod vti ipse velit, sed aliis denegare. Habes, ingt, multa bona. Nescit auarus bona, nisi ea quæ quęstuosa sūt, nominare. Sed acquiesco ei, vt bona dicantur quę sunt pecuniaria. Cur ergo de bonis facitis mala, cū de malis bona facere debeatis? Scriptum est enim: Facite vobis Lucæ.6.
amicos de māmona iniquitatis. Ei ergo qui vti sciat, multa bona sunt: ei qui vti nesciat, recte mala. Dispersit Psal.111.
dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternū. Quid hoc melius bono, si pauperib⁹ largiaris, in quo tibi debitorem deum quadā pietatis fœneratione constituas? Bona sūt si aperias horrea iustitię tuę, vt sis panis pauperum, vita egentiū, oculus cæcorum, orbatorū infantiū pater. Habes vnde facias, quid vereris? Tua te voce conuenio. Habes multa bona in annos multos posita, potes & tibi & aliis abūdare. Habes fœcunditatē publicā, quid destrues horrea tua? Ostendo tibi vbi melius tua frumēta custodias, vbi bene sepias, vbi fures ea tibi auferre non possint. Include ea in corde pauperū, vbi nulla tinea, nullus gurgulio consumat, nulla corrūpat vetustas. Habes apothecas inopum sinus, habes apothecas viduarū domos, habes apothecas ora infantiū
orphanorum, vt dicatur tibi: Ex ore infantū & lacten- Psal.8.
tium perfecisti laudē. Istæ sint tibi apothecæ, quæ maneant in æternum: ista sint tua horrea, quę fœcunditas futura non destruat. Nā quid iterū facias si tibi plus natum fuerit anno sequenti? Iterum ergo & illa destrues, quæ nunc facere paras, & maiora facies. Dat enim tibi fœcunditatē deus, vt aut vincat aut condēnet auaritiā tuā, quo excusationem habere nō possis. Tu vero quod

A per te multis nasci voluit, tibi soli reseruas, immo & tibi ipsi adimis. Magis enim seruares tibi, si dispertires aliis. Bonorū enim fructus munerū in eosipsos qui cōtulerunt, conuertuntur, & gratia liberalitatis in autorē
Osee.10. boni operis redit. Deniq; scriptum est: Seminate vobis ad iustitiam. Esto spiritalis agricola, fere quod tibi prosit. Bona satio in corde viduarū. Si terra tibi reddit fructus vberiores q̄ acceperit, quanto magis misericordiæ remuneratio reddet multipliciora quæ dederis?

De admonitione diuitis vt timeat, & spe vana non fallatur, ac reprehēsione eorū qui dicunt nihil dādū pauperib⁹, qa deus eos maledixerit vt egerēt. Cap. VIII.

DEINDE homo nescis quia terræ partum præuenit dies mortis, misericordia autē incursum mortis excludit? Assistunt iam qui reposcunt animam tuam, & tu adhuc differs
operū fructus tuorū? Adhuc tu tibi tēpora viuendi longa meditaris? Stulte hac nocte anima tua auare reposcitur, a tenebris incipit, & i tenebris perseuerat. Auaro semper nox est, dies iusto, cui dicitur: Amē amen di-
Lucę 23. co tibi, hodie mecū eris in paradiso. Stult⁹ sicut Luna
Eccl.27. mutatur: iusti autē fulgebunt sicut Sol in regno patris
Mat.13. eorum. Recte arguitur stultitiæ, qui in manducādo & bibēdo locarit spem suā. Et ideo ei tēpus mortis vrget,
Esaię.22. secundū quod dictū est ab ipsis qui gulæ seruiunt: Māducemus & bibam⁹, cras enī moriemur. Stultus, quia animæ suæ corporalia subministrat, quia recondit quæ
B cui seruet ignorat. Et ideo ei dicitur: Quę autē parasti, cuius erūt? Quid quotidie metiris, & numeras, & obsignas? Quid aurū trutinas, argentū ponderas? Quāto melius est liberalem esse dispensatorem, quā solicitū custodē? Quātum tibi prodesset ad gratiā, multorum pupillorum patrem nominari, quam innumeras stateras in sacculo obsignatas habere. Pecunia enim hic relinquitur: gratia autē operū bonorū nobiscum ad iudicē meriti defertur. Sed fortasse dicas, quod vulgo soletis dicere: Non debemus ei donare, cui deus ita maledixit, vt eum egere vellet. Sed non pauperes maledicti, cum
Mat.5. dictum sit a deo: Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorū est regnū cælorū. Non de paupere, sed de diuite scriptura dicit: Captās precia frumenti, maledictus erit. Deinde non requiras quid vnusquisq; mereatur. Misericordia non de meritis iudicare cōsueuit, sed necessitatibus subuenire, iuuare pauperem, nō examinare iustitiam.
Psal.40. Scriptū est enim: Beatus qui intelligit super egenū & pauperē. Quis est qui intelligit? Qui cōpatitur ei, qui aduertit confortē esse naturæ, qui cognoscit quod & diuitem & pauperē fecit dūs, qui scit quod sanctificet fructus suos si de his delibet aliquā pauperibus portionē. Ergo cū habeas vnde largiaris, vide ne differas, dicēs:
C Cras dabo, ne largiēdi amittas copiam. Periculosa est de alterius salute dilatio. Potest fieri vt dum tu differs illum, ille moriatur. Magis ante mortem præcurre, ne auaritia te & cras impediat, & promissa fraudentur.

Quomodo Iezabel quæ est auaritia, promittat diuitibus cōtra iustitiā possessionē quā desiderāt. Ca. IX.

SED quid dicā ne differas liberalitatē? Vtinam nō approperes rapinā, vtinā quod cupieris, non extorqueas, vtinā alienū non petas, negatū prætermittas, excusatū patien-
ter feras, nō audias illā Iezabel, quæ est auaritia, quoddam profluuiū vanitatis, dicentē: Ego tibi dabo possessionem quā desideras. Tu tristis es, quia vis mēsuram considerare iustitiæ, vt alienum non eripias, ego habeo mea iura, meas leges, calumniabor vt spolie: & vt possessio eripiatur, vita pulsabitur. Quid enim aliud in illa historia, nisi diuitum auaritia describitur, quæ est vanū
D profluuium, quod omnia fluuii more rapit, & nullo vsui pstutura traducit? Hęc est Iezabel illa, nō vna, sed multiplex: non vnius temporis, sed temporū plurimorum: hæc omnibus dicit, sicut illa dixit viro suo Achab: Sur- 3.Reg.12
ge, & māduca panem, & redi ad te, ego dabo tibi vineā Nabuthe Iezraelitæ. Et scripsit librū nomine Achab, & signauit annulo illius, & misit illū ad Seniores, & ad liberos eos qui morabātur cum Nabuthe. Et erat scriptum in libro: Ieiunate ieiunium, & constituite Nabuthe in principem populi, & cōstituite duos viros filios iniquitatis ex aduerso eius, vt falsum testimoniū perhibeāt aduersus eum, dicentes: Benedixit deum & regem: & producite illum, & lapidate.

De consuetudine diuitū qui cōtristantur si aliena rapere nō possunt. Et quid facere debeāt vt deus vel eorū preces exaudiat, vel eorū ieiunium respiciat. Cap. X.

NVam euidenter expressa est diuitū consuetudo. Contristantur si aliena non rapiāt, renunciant cibo, ieiunant, non vt peccatū minuant, sed vt crimē admittāt. Videas illos tunc conuenientes ad Ecclesiā, officiosos, humiles, assiduos, vt effectum sceleris impetrare mereātur. Sed dicit illis deus: Non hoc ieiunii elegi, nec si flectas vt cir- E
culum collum tuū, cinerem etiā & cilicium substernas, nec vocabitis ieiunium acceptū. Nō tale ieiunii elegi, Esaię.58.
dicit dūs: sed solute omnē colligationē iniustitiæ, dissolue obligationes violentarū cōmutationū, dimitte confractos in remissionem, conscriptionē iniquā dirumpe, frange panē tuum esurienti, egenos non habentes tectū induc in domū tuā. si videris nudum, cooperi, & domesticos seminis tui nō despicias. tunc orietur tibi matutinum lumen tuum, & sanitas tua matutina orietur, & præcedet ante te iustitia, & maiestas dei circūdabit te. tunc clamabis, & deus exaudiet te: adhuc te loquēte dicet: Ecce assum. Audis diues quid dūs deus dicat: et tu ad Ecclesiā venis, nō vt cōuinci aliquid pauperibus largiaris, sed vt auferas. Ieiunas, nō vt conuinci tui sūptus proficiat egenis, sed vt spoliū de egentibus adipiscaris. Quid tibi vis cum libro, & charta, & signaculo, & conscriptione, & vinculo iuris? Nō audisti: Solue omnem colligationē iniustitiæ, dissolue obligationē violentarū cōmutationū, dimitte cōfractos in remissionē, & omnē cōscriptionē iniquā dirumpe? Tu mihi tabulas offers, F
ego tibi recito dei legem. Tu atramēto scribis, ego spiritu dei inscripta repeto oracula prophetarū. Tu testimonia falsa componis, ego testimoniū conscientiæ tuę posco, quia iudicē tuum effugere & declinare non poteris, cuius testimoniū non poteris recusare in die qua reuelabit dūs occulta hominū. Tu dicis: Destruā horrea mea. Et dūs dicit: Sine magis quicquid intra horreum est, pauperib⁹ deputari, sine cellas istas pauperib⁹ prodesse. Tu dicis: Maiora faciam, & illo cōgregabo omnia
quæ nata sunt mihi. Dūs dicit: Frāge esurienti panem Esaię.58.
tuum. Tu dicis: Tollam pauperi domū suā. Dūs autē dicit vt egenos nō habentes tectum inducas in domū tuā. Quomodo vis vt deus te exaudiat, cū tu deum nō putes audiēdū? Si nō acquiescat arbitrio diuitis, scena cōponit. Dei estimat iniuria si diuitis petitio refutet.

Quid est quod duo falsi testes attestati sunt Nabuthe deū benedixisse & regē. Et quomodo diuites cū calumniati nocuerint, simulēt se dolere. Et quid sibi velit quod meretrices lauerūt se in sāguine Achab. Ca. XI.

DEVM, inquit, benedixit & regē. Equalis videlicet persona, vt sit æqualis contumelia. Benedixit, inquit, deum & regē. Ne diuite 3.Reg.21
maledicti nomen offendat, & sermonis ipso lædatur sono, benedictio pro maledicto vocatur. Quę-

G runtur duo testes iniquitatis. Duobus enim testibus & Susãna est appetita, duos testes & Synagoga inuenit qui aduersum Christũ falsa iactarent, duobus testibus pauper occiditur. Produxerunt igitur Nabuthe foras, & lapidauerũt eũ. Vtinã vel ĩ suis ei liceret mori. Pauperi ipsam diues inuidet sepulturã. Et factũ est, inquit, cum audisset Achab quia mortuus est Nabuthe, conscidit vestimenta sua, & cooperuit se cilicio. Et factũ est post hæc, & surrexit & descendit Achab ad vineã Nabuthe Iezraelitæ possidere eam. Irascuntur diuites, & calumniãtur vt noceant, si non obtineãt quod desiderauerint. Cum autẽ calumniati nocuerint, dolere se simulant: tristes tamen, & tanq̃ mœsti, non corde sed vultu, in possessionis direptę locum prodeunt, & impressionis suæ iniquitate potiũtur. Hinc diuina mouetur iustitia, & auarum digna seueritate cõdẽnat, dicens: Occidisti, & possedisti hæreditatem. Propter hoc, in loco in quo linxerunt canes sanguinem Nabuthe, in eo lingent canes sanguinem tuum, & meretrices lauabuntur in sanguine tuo. Quã iusta, quã seuera sentẽtia, vt quam intulit alteri mortis acerbitatem, eã ipse mortis suæ horrore dissoluere proderetur. Inhumatũ pauperem deus aspicit, & ideo insepultum diuitẽ iacere decernit, vt & mortuus luat suæ iniquitatis erũnam, qui nec mortuo putauit esse parcendũ. Itaq; vulneris sui cruore perfusũ

H cadauer, specie funeris vitæ suę prodidit crudelitatem. Hæc cum pertulit pauper, diues arguebatur: cũ diues excepit pœnam, pauper vindicabatur. Quid sibi autẽ vult quod meretrices lauerunt se in sanguine eius, nisi forte vt meretricia quædã ĩ illa feritate fuisse regis perfidia proderetur, vel cruenta luxuries, qui sic fuit luxuriosus, vt olus desideraret: sic cruentus, vt propter olus hominem occideret? Digna auarum, digna auaritiam pœna consumit. Deniq; & Iezabel ipsam comederunt canes, & volucres cæli: vt ostenderetur quod spiritalis nequitiæ fiat pręda diuitis sepultura. Fuge ergo diues huiusmodi exitũ. Sed fugies huiusmodi exitũ, si fugeris huiusmodi flagitiũ. Noli esse Achab, vt possessionẽ finitimã cõcupiscas. Non tibi cohabitet Iezabel illa feralis auaritia, quæ tibi cruenta persuadeat, quæ cupiditates tuas nõ reuocet, sed impellat, quę te faciat tristiorem etiam cum desiderata possederis: quę te faciat nudum, cum diues fueris.

I Quod omnis auarus pauperiorẽ se iudicet, eo quod sibi deesse arbitretur quicquid ab aliis possidet. Et quomodo Helias Achab inuenisse dicatur. Quomodo etiã diues puteum suum exundantem vsu aliquo exercere, non ocio corrumpi sinere debet. Caput XII.

PAVPERIOREM enĩ se iudicat omnis abundans, quia sibi deesse arbitratur quicquid ab aliis possidetur. Toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates. Eius autem qui fidelis est, totus mũdus diuitiarũ est. Toto mundo fugit, qui considerans conscientiã suam, metuit deprehendi. Et ideo Achab ad Heliam secundũ historiam ait, secundũ ænigmata autẽ diues ad pauperẽ: Inuenisti me inimicus meus. Quã misera cõscientia, quę se proditam doluit. Et dixit Helias ad eũ: Inueni, quoniam fecisti malum in cõspectu dñi. Rex erat ille, & rex Samariæ Achab: Helias pauper, & indigens pane, cui victus defecisset substantia, nisi corui alimoniam ministrassent. Adeo deiecta erat cõsciẽtia peccatoris, vt nec regalis potentiæ fastu attolleret. Itaq; quasi vilis & degener, Inuenisti me, inquit, inimicus meus. deprehẽdisti in me quæ latere putabam. Nulla mẽtis meę occulta te fallit. Inuenisti me, patẽt tibi vulnera mea, captiuitas pręsto est. Inuenitur peccator, cum iniquitas eius
Psal. 16. proditur. Iustus autẽ dicit: Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Adam cum lateret, inuentus est: Moysi autem nequaq̃ inuenta est sepultura. Inuentus est Achab, non est inuentus Helias. K Et sapiẽtia dei dixit: Quærent me mali, & non inueniẽt. (Prouer. 1.) Vnde & in Euangelio dñs noster Iesus quærebatur, & nõ inueniebat. Culpa igitur autorẽ suũ prodit. Vnde & Thesbites ait: Inueni, quoniam fecisti malũ in cõspectũ dñi. (3. Reg. 21) quia culpæ reos tradit dñs: innocentes autem non tradit in potestatẽ inimicorũ suorum. Deniq; Saul quærebat sanctũ Dauid, & inuenire non poterat: Dauid vero sanctus regem Saul, quem non quærebat, inuenit, quoniam tradidit eum dñs in potestatẽ ipsius. Captiua est igitur opulentia, paupertas libera. Seruitis diuites, ac miserã quidem seruitutẽ, qui seruitis errori, seruitis cupiditati, seruitis auaritiæ, quæ expleri non potest, gurges quidam insatiabilis: rapidior est cum illata demergit, & putei modo cũ exundat, cœno inquinatur, terrã rodit, nihil sibi profuturam. Vel hoc exemplo vos admoneri conuenit. Puteus enim, si nihil haurias, inerti ocio & degeneri situ facile corrũpitur: exercitatus autẽ nitescit ad speciem, dulcescit ad potũ. Ita & aceruus diuitiarum, cumulo arenosus, speciosus est vsu, ocio autẽ inutilis habetur. Deriuato igitur aliquid de hoc puteo, ignem ardẽtẽ restingue, quia eleemosyna resistit peccatis. (Eccli. 3.) Aqua autẽ statiua cito vermes facit. Non stet thesaurus tuus, ne ignis tuus stet. L Stabit in te, nisi eũ operibus tuæ miserationis auerteris. In quãtis vero sis diues incẽdiis, considera. Tua vox est ista dicentis: Pater Abraham, dic Lazaro vt extremũ digiti sui intingat in aqua, & refrigeret linguã meã. (Luce. 16.) Tibi igitur proficit quicquid inopi contuleris: tibi crescit quicquid in pauperes erogaueris. Scriptũ est: Qui miseretur pauperi, fœnerat deo. (puer. 19.) Ipse cibo in paupere pascitur, & fructus iã in his est misericordiæ. Seminatur ĩ terra, germinat in cælo. Plantatur in pauperes, apud deũ pullulat. Ne dixeris, inquit deus, cras dabo. Qui non patitur te dicere, Cras dabo: quomodo patitur dicere, Nõ dabo? Nõ de tuo largiris pauperi, sed de suo reddis. Quod enĩ cõmune est in omniũ vsum datũ, tu solus vsurpas? Omniũ est terra, non diuitũ: sed pauciores qui non vtuntur suo, quã qui vtũtur. Debitũ igitur reddis, non largiris indebitum. Ideoq; tibi dicit scriptura: Declina pauperi animam tuam, & redde debitum tuum, & responde pacifica in mansuetudine. (Eccli. 4.)

Quam stulta sit superbia diuitum gloriantiũ de nobilitatis prosapia. Et quod meritum hæredum non in auro, sed in virtute consistat. Caput XIII.

M QVID enĩ superbis diues? Quid dicis pauperi: Noli me tangere? Nonne sic vtero conceptus, & natus es ex vtero, quẽadmodũ & pauper est natꝰ? Quid te iactas de nobilitatis prosapia? Soletis & canũ vestrorũ origines sicut diuitum recensere, soletis & equorũ vestrorũ nobilitatem sicut consulũ prædicare. Ille ex illo patre generatus est, & illa matre editus: ille auo illo gaudet, illis se proauis attollit. Sed nihil istud currentẽ iuuat. Nõ datur nobilitati palma, sed cursui. Deformior est victus in quo & nobilitas generis periclitatur. Caue igitur diues ne ĩ te erubescãt tuorum merita maiorũ, ne forte & illis dicatur: Cur talem instituistis? cur talẽ elegistis heredem? Nõ in auratis laquearibus, nec in Porphyreticis orbibus heredis est meritũ. Laus ista non hominũ sed metallorũ est, in quibus homines puniuntur. Per egentes aurũ quæritur, & egẽtibꝰ denegatur. Laborãt vt quærant, laborant vt inueniãt quod habere nõ norũt. Miror tamen cur eo vos diuites iactandos putetis, cũ aurũ materia magis offensionis quã commẽdationis gratia sit. Lignũ enim offensionis est aurũ, & væ iis qui sectãtur illud. Deniq; benedicitur diues qui inuẽtus est sine macula, & qui post aurũ non abiit, nec sperauit in pecu- (Eccli. 31.)

A niæ thesauris. Sed quasi is cognitus esse non possit, cũ sibi desiderat demonstrari: Quis est hic inquit? Et laudabimus eũ. Fecit enĩ quod mirari magis quasi nouũ, quã quod quasi vsitatũ recognoscere debeamus. Itaq; q in diuitiis potuerit comprobari, is vere perfectus & dignus est gloria. Qui potuit, inquit, trãsgredi, & nõ est transgressus: & facere mala, & non fecit. Aurũ ergo vobis, in quo tanta illecebra erroris est, non tã sua gratia, q̃ hominũ pœna cõmẽdat. An vos ampla extollũt atria? Quæ magis debẽt cõpungere, quia cũ populos capiãt, vocẽ excludunt pauperis: quãquã nihil profit audiri eã, quæ etiã audita nihil proficit. Deinde non ipsa vos pudoris aula admonet, quia ædificando vestras vultis superare diuitias, nec tamẽ vincitis. Parietes vestitis auro, homines nudatis. Clamat ante domũ tuam nudus, & negligis, & tu solicitus es quibus marmoribus pauimenta vestias. Pecuniã pauper quærit, & nõ habet: panẽ postulat homo, & equus tuus aurũ sub dẽtibus mãdit. Sed delectant te ornamenta preciosa, cũ alii frumẽta non habeant. Quantũ o diues sumis tibi iudicium. Populus esurit, & tu horrea tua claudis: populus deplorat, & tu gemmã tuã versas. Infœlix, cuius in potestate est tantorũ animas a morte defendere, & non est volũtas. Totius vitam populi poterat annuli tui gemma

B seruare. Audi plane qualis diuitem deceat prædicatio:
Iob. 29. Liberaui, inquit, pauperẽ de manu potentis: & orphanũ, cui non erat adiutor, adiuui. Benedictio perituri super me venit, os autem viduæ me benedixit. Iustitiam induebar, oculus eram cæcorũ, pes autem claudorum, ego eram pater orphanorũ. Et infra: Ante fores meas non habitauit hospes, ostium autẽ meũ omni veniẽti patuit. Si autẽ peccaui impudẽs, non celaui culpã meã, neq; reueritus sum multitudinẽ plebis, vt nõ annũciarẽ præsentibus eis si passus sum infirmũ exire ostiũ meũ vacuo sinu. Cautionẽ quoq; si quã habui debitoris, scissam sine debiti recuperatione reddidi sine mora. Nam quid etiam illud repetã, quod in omĩ infirmo fleuisse se dixit, & ingemuisse se cum videret virũ in necessitate, se autẽ in bonis? Sed & tunc sibi magis fuisse dies malorũ, cũ se habere cerneret, alios indigere. Si hoc ille dicit, qui nunq̃ viduæ oculum fecit tabescere, qui nunq̃ panem suum solus manducauit, & non orphano tradidit, quẽ a iuuentute sua nutriuit, aluit, instituit parẽtis affectu: qui nunq̃ nudum despexit, qui moriẽtẽ operuit, qui velleribꝰ ouium suarũ infirmorũ calefecit humeros, nõ oppressit pupillũ, nunq̃ diuitiis delectatꝰ est, nunq̃ gra-

C tulatꝰ est lapsu inimicorũ suorũ: si qui fecit hæc, de summis cœpit egredi diuitiis: si nihil ex patrimonio tanto, nisi solum fructũ misericordiæ reportauit: quid de te futurũ est, qui tuo nescis vti patrimonio, qui in summis diuitiis dies sustines mendicitatis, quia nulli largiris, nulli subuenis?

Quomodo diuites custodes sint & serui diuitiarũ. Et ideo illas potius pauperibꝰ erogare debeãt pro melioribus rebus acquirendis. Et de pauperibus abundãtibus, & diuitibus egentibus. Caput XIIII.

CVSTOS ergo es tuarũ, non dñs facultatũ, qui aurũ terræ infodis, minister vtiq; eius, nõ arbiter. Sed vbi thesaurꝰ tuus, ibi & cor tuũ. (Mat. 6.) Ergo in illo auro cor tuũ infodisti terrę. Vẽde potius aurum, & eme salutẽ: vẽde lapidẽ, & eme regnum dei: vende agrũ, & eme tibi vitam ęternã. Vera allego, quia verba astruo veritatis. Si vis perfectus esse inquit, omnia quæcũq; habes, vende, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo. (Mat. 19.) Et noli cõtristari cum hæc audis, ne dicatur & tibi, sicut & illi adolescenti diuiti dictum est: Quã difficile qui possessiones habẽt, in regnũ dei intrabũt. (Ibidem.) Magis cum hæc legis, considera quia ista tibi potest mors eripere, potestas superioris tollere. Deinde quia poteris parua pro magnis, caduca pro æternis, thesauros pecuniæ pro thesauris gratiæ vẽdere. D Isti corrumpuntur, illi permanent. Cõsidera quia hos solus non possides. possidet enim tinea, possidet ęrugo, quæ cõsumit pecuniã. Has tibi consortes auaritia dedit. Vide autem quos tibi det gratia debitores. Splẽdidum in panibꝰ benedicent labia iustorũ, & testimoniũ bonitatis illius fiet. Facit tibi patrẽ debitorẽ deũ, qui pro munere, quo pauper adiutus est, fœnus exoluet, quasi boni debitor creditoris. Facit tibi debitorẽ filiũ dei, qui ait: Esuriui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes erã, & collegistis me: nudꝰ, & operuistis me. (Mat. 25.) Quod enĩ vnicuiq; minimorũ collatũ fuerit, sibi dicit esse collatum. Nescis o homo struere diuitias. Si vis diues esse, esto paup seculo, vt sis diues deo. Diues fidei, diues est deo. Qui diues est ĩ misericordia, hic est diues in deo. Diues in simplicitate, diues deo est. Diues sapientiæ & scientiæ, diues est deo. Sunt qui in paupertate abundẽt, & qui in diuitiis egeãt. Abundãt pauperes, quorũ profunda paupertas abundauit in diuitiis simplicitatis suæ, diuites autem eguerũt & esurierunt. Neq; enim ociose scriptũ est: Diuitum pauperes prępositi erũt, & proprii serui dominis fœnerabũt, quia diuites & dñi superuacua & vana seminant, ex quibus E non fructũ colligant, sed spinas metãt. Ideo pauperibus diuites erunt subditi, & serui dñis spiritalia fœnerabũt, quemadmodũ diues rogabat vt sibi stillã aquæ pauper Lazarus fœneraret. Potes & tu diues istã implere sententiam, si largiaris pauperi, & dño fœneraueris. Qui enim largitur pauperi, dño fœnerat. (puer. 19.) Pulchre autẽ sctũs Dauid in psalmo septuagesimoquinto hymnũ deo cõcinens ad Assyrium scriptũ, hoc est aduersus nequitias spiritales, Assyrium inanem ac vacuum principẽ istiꝰ mundi, ita cœpit: Notus in Iudæa deus, in Israel magnũ nomen eius: (Psal. 75.) hoc est, non in diuitibus, nõ in nobilibus, vel in potentibus, sed in anima confitente deo: non in principibus & cõsulibus, sed in eo qui deũ videt. Ipse est enim Israel, in quo profunda fides ad cognitionẽ dei potuit peruenire. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, vbi quietus affectꝰ nullis diuersarum cupiditatum exagitatur fluctibus, nullis auaritiæ turbatur procellis, nullis querẽdarum diuitiarũ ignescit incendiis. Ipse est qui speculatur æternã, & habitat in Sion, confringens omnia spiritaliũ instrumenta bellorum, conterens arcus quibus diabolus ignita dirigens iacula graues pectoribꝰ hominũ solet inurere passiões. F

Sed illa iacula iusto nocere nõ possunt, cui deus lux est: tantũq; abest a caligantium horrore tenebrarũ, vt aduersarius in eo locũ habere non possit, qui etiam principibus se cõsueuit infundere, [illegible] Iudæ proditori, concidens tanq̃ in silua lignorũ [illegible], vt in cor eius haberet ingressum, & æterni nominis tabernaculũ possideret. Ergo princeps huius mũdi quasi improbꝰ vsurpator concidit ianuas, vt violentus introeat: dominus autem quasi pius illustrat seruulos, & eorũ fulgẽtibus meritis, & claritate virtutũ tenebras mundi huius illuminat. Hanc pacifici atq; mãsueti habent apud deũ gratiam, sobria mentis suę tranquillitate fundati.

Quod omnes viri diuitiarũ insipientes dicantur, & corde turbati, & quomodo dormiant somnũ suũ. Quomodo etiã dormitarint qui ascẽderũt equos. Ca. XV.

INSIPIENTES autẽ corde turbantur, & ipsi sibi sunt propriæ exagitationis autores: quia desideriorũ suorum æstu voluuntur, & quodam salo fluctuant. Qui autem sint isti, Propheta significauit dicendo: Omnes viri diuitiarũ. (Psal. 75.) Omnes dixit, nullũ excepit. Et bene viros diuitiarũ appellauit, non diuitias virorũ, vt ostenderet eos nõ possessores diuitiarũ esse, sed a suis diuitiis possideri. Pos-

G fessio enim possessoris debet esse, nō possessor possessio-
nis. Quicūq; igitur patrimonio suo tanq̄ possessione nō
vtitur, qui largiri pauperi & dispēsare non nouit, is sua-
rum seruulus est, non dn̄s facultatū, quia aliena custodit
vt famulus, nō tanq̄ dn̄s suis vtitur. In huiusmodi ergo
affectu dicimus quod vir diuitiarū sit, non diuitiæ viri.
Intellectus enim bonus vtentibus eo. qui autem nō in-
telligit, is vtiq; intellectus sibi gratiam nō potest vendi-
care: & ideo somno temulentiæ consopitus obdormit.
Huiusmodi igitur viri somnū suum dormiūt, nō Chri-
sti dormiunt somnū. Et qui somnum Christi non dor-
miunt, non habent Christi quietē, non surgunt Christi
Psalm. 3. resurrectione, qa ipse ait: Ego dormiui, & quieui, & sur-
rexi, quoniam dn̄s suscepit me. In hoc quoq; seculo dor-
mitant, digni habiti increpatione cælesti, quia ascende-
runt equos, quos refrenare nō poterant. Legimus alibi
Cantic. 6. dicentē Ecclesiā siue animam: Posuit me currus Ami-
nadab. Si ergo anima curr⁹ est, vide ne equus caro sit.
Agitator autem vigor mentis, qui regit carnē, & mo-
tus eius velut quosdam equos prudentię habenis coer-
cet. Dormitauerunt ergo qui ascenderūt equos corpo-
ris voluptates, nullo eas moderamine gubernantes.
Vnde & ascensores eos quā equites vel agitatores ma-
luit nuncupare. Agitator enim cum disciplina & arte
pro arbitrio suo equos agitat, vel currentes incitat, vel
reflectit indomitos, vel reuocat fatigatos, vel mā suetos
H pro sua voluntate conuertit. Vnde cū reciperetur He-
lias, & curru quasi ad cælū ferretur, clamauit ad eū He-
4. Reg. 2. lisæus, Pater pater, agitator Israel, & eques ei⁹. hoc est,
q̄ populū dn̄i bono ductu regēbas, cōstantię merito hos
accepisti currus, hos equos ad diuina currētes. quia mo-
deratorem te animarū humanarū dn̄s cōprobauit: ideo
tanq̄ boni auriga certaminis victor æterno pręmio co-
ronaris. In Abacuc quoq; Propheta lectū est, ad ipsum
abacuc. 3. dominū dictū: Ascende super equos tuos, & equitatus
tuus salus. Agitauit enim apostolos suos, quos per di-
uersa mundi direxit, vt toti orbi Euangeliū prædicarēt.
Ascende ait, quasi rectori, non quasi equorum ascēsori.
Ascendit enim etiā eques nō tantūmodo vt sedeat, sed
vt regat, eo quod desidiosus & piger somnolentus pro-
ferre nō possit mentis incessum. De equite autē lectum
Gen̄. 49. est: Et eques ascendit retrorsum, expectās salutem dn̄i.
Etenim quia nemo sine lapsu est: etiā si quis ceciderit,
& terrenis aliquibus vitiis fuerit implexus, si tamen nō
I abiiciat spem resurgēdi, fretus miseratione diuina per-
ueniet ad salutē. De ascensore vero manifestū est indi-
cium quod reprehensibilis habeatur, quando Moyses
Exod. 15. ipse ait in Cantico Exodi: Equum & ascensorē proiecit
in mare. Et in Zacharia locutus est dn̄s dicens: Percu-
Zach. 12. tiam omnē equum in amētia, & ascensorem eius in in-
sipientia. Nō dixit solum equum, sed & ascensorē, quo-
modo in Exodo habes, Equū & ascēsorē. Vbi est enim
ascensor, qui nō potest equū propriū gubernare, si indo-
mito furore in prærupta & periculosa raptatur? Quid
Psal. 32. igit' vobis in equis cōfiditis diuites? Mēdax est equus
ad salutē. Quid in curribus vobis plauditis? Hi in cur-
Psal. 19. ribus, & hi in equis, nos autē in nomine dei magnifica-
bimur. Ipsi obligati sūt, & cecidere: nos aūt surrexim⁹,
& erecti sumus. Nolite amare adhinnientes, nolite fre-
mitu libidinis excitari. Terribilis est dn̄s, & cui nemo
possit potēs & diues resistere: iudiciū cæleste iaculatur.

Quomodo diuites qescere & feriari debeāt a flagi-
tiis, & cōfiteri dn̄o in fide, humilitate, & deuota oratio-
ne. Et qd̄ multi diuites ꝑpter pfidiā perierit. C. XVI.

BONVM est vt iā quiescatis, & a flagitiis
feriantes reuereamini dn̄i potestatem. Ideo
Gene. 4. dictum est parricidę Cain: Peccasti, quiesce.
vt modū peccato suo poneret. Cogitationes
vestræ confiteantur dn̄o, non dicatis, Nō peccauimus.
Dixit sanctus Paulus: Etsi nihil mihi cōscius sum, ad- 1. Cor. 4.
didit tamē: Sed non in hoc iustificat⁹ sum. Et vos etiā K
si nihil estis cōscii, confiteamini tamen dn̄o, ne quid sit
quod vos prætereat. Qui enim confitetur dn̄o, & si re-
liquas cogitationes adhibuerit ad confessionē, diē festū
mentis celebrabit arcano, & epulabitur non in fermēto 1. Cor. 5.
malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & veri-
tatis. Itaq; in cōclusione cōuersus ad vos Propheta di-
cit: Orate, & reddite dn̄o deo vestro. id est: Nolite dissi- Psal. 75.
mulare diuites, dies instant, orate pro peccatis vestris,
reddite pro beneficiis quę habetis munera. Ab ipso ac-
cepistis quod offeratis, ipsius est quod ei soluitis. Dona
inquit, mea, & data mea: hoc est, quæ offertis mihi do-
na, data sunt mea. Ego ea dedi vobis atq; donaui. De-
niq; Propheta ait: Quoniam bonorū meorū non eges. Psal. 15.
tua tibi offero, quoniā non habeo quod non dedisti. Fi-
des est quæ dona conciliat, humilitas est quę oblata cō-
mendat. Fide Abel plurimā hostiam obtulit deo. Ideo Hebr̄. 11.
super Cain fratris munera placuit mun⁹ Abel, qa fide
vicit. Nā vnde pauperis hostia magis q̄ diuitis placet?
quia pauper fide ditior est, sobrietate locupletior: & cū
sit pauper, ex illis est quibus dicitur: Tibi offerent reges Psal. 67.
munera. Nō enim purpuratis offerentibus, sed motus
proprios regentibus dn̄s Iesus delectatur, qui corporali
lasciuię mentis dominentur imperio. Orate ergo diui-
tes, nō habetis ī operibus qd̄ placeat. Orate pro pecca-
tis vestris atq; flagitiis, & reddite dn̄o deo vestro mu-
nera. Reddite in pauperes, i egenos, soluite inopes, fœ- L
nerate quæ placare possint deū propter flagitia vestra:
aliter enim non potestis. Ergo quē vltorē timetis, faci-
te vobis eum debitorem. Non accipiā, inquit, de domo Psal. 49.
tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos, quoniā meæ
sunt omnes feræ siluarū. Quicquid obtuleritis, meum
est, quia totus orbis meus est. Nō exigo quod meū est,
sed est quod de vestro mihi possitis offerre. Studio de-
uotionis & fidei, non sacrificiorum ambitione delector.
Tantūmodo o homo immola deo sacrificiū laudis, & Ibidem.
redde altissimo vota tua. Aut certe, si placet, sic accipiā:
Quoniā dixit obdormisse somnū suum diuites, incre-
pationes præmisit dn̄i in eos, terrorē subtexuit, poten-
tiam prædicauit, cui nec diuites resistant: & conuersus
ad vniuersos, ait: Diuites dormitent, diuites increpen-
tur. Vos orate, & reddite domino deo vestro omnes Psal. 75.
qui in circuitu eius offerunt munera. id est, gratias agi-
te pauperes, quia non est personarū acceptor deus. Illi Act. 10.
diuitias seruent, condant pecuniā auri, aggerent argē-
ti thesauros: vos orate, qui aliud nō habetis: vos orate, M
qui hoc solū habetis, quod est auro preciosius & argen-
to. Vos reddite munera, qui a dn̄o nō receditis, q estis
in circuitu: quoniā qui eratis lōge, facti estis prope. Qui
autē prope sibi videntur esse per diuitias ac potentiam,
longe facti sunt propter auaritiā. Nemo enim foris est
nisi quē culpa excluserit, sicut eiecit Adā de paradiso, &
Euā exclusit. Nemo longe, nisi quē flagitia propria re-
legauerint. Ergo vos prope positi orate & reddite mu- Psal. 75.
nera terribili deo, & ei qui aufert principū spiritū, terri-
bili apud reges terræ, eo quod nullo redimatur diuitis
præmio, nullo inflectatur potentiū supercilio, qui culpe
precia discriminat, qui quo plus alicui cōtulerit, eo plus
exigit ab eo. Saul priuato contulit regnū: sed quia mā-
datū non custodiuit, & regnum amisit & spiritū. Mul-
tos reges gentium propter perfidiam fecit populo pa-
trum esse captiuos. Et vtiā de proposita loquamur hi-
storia, qui Achab regem cælestibus ingratum benefi-
ciis ita iussit occidi, vt canes eius vulnera lāberent. Et-
enim quia pauperis vineam concupierat nequaq̄ tan-
tis opibus expletus imperii, infra omnem inopiam re-
dactus est a domino. Non qui vulnera eius lauaret, in-
uentus est, non qui corpus operiret. Defecit circa eum
hominum humanitas, canum successit asperitas. Di-
gnos plane sui ministros funeris auarus inuenit.

A Quemadmodum Achab dicatur commotus ante
faciem dei, vt in diebus eius non inducerentur super eū
mala. Et quod dominus etiam circa indignos promis-
sa sua seruet. Caput XII.

1. Reg. 21 HOC loco oritur illud quæstionis, quomodo
legimus dixisse dominum ad Heliam: Vi-
disti quemadmodum cōmotus est Achab
a facie mea? Non inducā in diebus eius ma-
la, sed in diebus filii eius inducam mala. Aut quomo-
do dicimus quia valet apud dominum pœnitētia? Ec-
ce rex motus est a facie dei, & ibat plorans, & conscidit
vestimenta sua, & operuit se cilicio, & erat indutus sac-
co ex illo die quo interfecit Nabuthe Iezraelitā, ita vt
deum misericordia commoueret, & mutaret sentētiā.
Ergo aut pœnitentia nō valuit, nec inflexit dominum
misericordem, aut oraculum falsum est. Nam Achab
victus est & occisus. Sed considera quia Iezabel habuit
vxorem, cuius inflammabatur arbitrio, quæ conuertit
cor eius, & nimiis sacrilegiis execrabilem fecit. Et hūc
ergo pœnitentiæ eius reuocauit affectum. Dominus
autē non potest mutabilis æstimari, si confessionis im-
memori non putabat esse seruādum, quod promiserat
cōfitenti. Accipe aliud verius: Et indigno seruauit do-
minus tenorem sententiæ suæ, sed beneficia circa se di-
uina ipse non tenuit. Intulerat bellum rex Syrię, victus
est & seruatus ad veniam, captiuus quoq; libertati do-
natus, & remissus ad regnū est. Quod fuit diuinæ sen-
tentiæ, non solum euasit Achab, sed etiam triumpha-
uit: quod ipsius ignauiæ, hostem sibi, a quo vinceretur,
B armauit: & certe fuerat monitus a Propheta, dicente:
Cognosce & vide quid facias. Monitus inquam erat,
eo quod cōtra Syriæ regis pueros deberetur gratię cæ-
3. Reg. 20 lestis auxilium, quoniam dixissent: Deus mōtiū, deus
Israel, & non deus Baal: propter hoc, inquit, obtinuerūt
pro nobis. Et ideo, inquit, si nō plene obtinuerim⁹ eos,
in locum Syriæ regis Satrapas constituite, vt virtutē
illis & potentiam regis auferret. Deniq; primo cōgres-
su vicit, vt fugaret hostem: secundo vicit, quādo captū
imperio suo reddidit. Qua causa vincendi eius euidē-
ter resultauit oraculum, dicente vno ex filiis propheta-
rum ad proximum suum: Occide me. Et noluit homo
occidere eum. Et dixit: Eo quod nō obedisti verbo do-
mini, ecce tu recedes a me, & interficiet te leo. Et reces-
sit ab eo, & inuenit eum leo, & interfecit eū. Et post hoc
alius propheta astitit ante regem Israel, & dixit ad eū:
Hæc dicit dominus, quoniam dimisisti tu virū exter-
minationis de manu tua: ecce anima tua pro anima il-
C lius, & populus tuus pro populo illi⁹. Liquet igitur his
oraculis quod dominus etiam circa indignos promissa
sua seruet: sed impios aut stultitia sua opprimi, aut alia
præuaricatione damnari, etiam si primæ pręuaricatio-
nis laqueos euaserint.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE HELIA ET IEIVNIO.

Qua ratione diuinum ad patres resultauerit oraculū
vt egredientes ad bellum tuba canerent, & cur nos
etiam tuba canere debeamus. Caput I.
Quam magna virtus sit ieiunii, quamq; speciosa ac va-
lida eius militia, exemplo Christi, atque sancti He-
liæ comprobata. Caput II.
Quid sit ieiunium. Et de ieiunio sancti Ioānis, & qua-
lis esca a nobis quærenda sit. Caput III.
De origine & antiquitate ieiunii, a quo primus vsus
mundi cœpit, quod in paradiso pro prima lege con-
stitutū fuit. Quodq; ieiunium operiat id quod gu-
la denudauerit. Caput IIII.
Quod ebrietas Noe obdormire fecerit, & per ignorā-
tiam nudauerit. Quodq; ebrietas seruitutem & in-
cestum induxerit. Et quomodo Abraham non mi-
nistrauerit vinum in suo conuiuio, neq; Ioannes eo
vsus fuerit, neq; Moyses amaritudines aquarū vi-
no temperauerit. Caput V.
De lege ieiunii a Moyse data, & de ieiunio eiusdem.
Et quod sterilitatem matrum Sampson & Samue-
lis abstinētia vini fœcundauerit, quibusq; cibis He-
lisæus filios prophetarum aluerit. Cap. VI.
Quod tres pueri Hebræorum ieiuni in caminū ignis
intrantes, non solum non læsi, sed & illic refrigerati
fuerint. Et quod Danielis ieiuniū etiam leones ie-
iunare docuerit. Caput VII.
De vtilitatibus ieiunii. Et de escarū laqueis, & inquie-
tudine & periculis conuiuiorum. Cap. VIII.
Qua ratione potentes prohibeantur vina bibere, & de
ieiunio Iudith. Quodq; Hester pulchrior facta sit ie-
iunio, Aman autem suæ ebrietatis pœnam exsol-
uerit. Ac de multis excellentibusq; ieiunii præco-
niis. Caput IX.
Quemadmodum mystica mēsa ieiunio comparetur.
Et quæ fames faciat acceptabile ieiunium. Quidq;
sit quod dicitur: Cū ieiunatis, vngite capita vestra.
Et de duplici capite, ac de vnguento sobrietatis, &
oleo lætitiæ. Caput X.
Quod amara optabiliora sint dulcioribus. Et quomo-
do esca ad horā dulcis, in posterum exemplo Esau
amarior efficiatur. Et quod nihil prosit ieiunium ad
iactantiam factum. Caput XI.
Quemadmodum ebrietas in omne facinus præcipi-
tet. Et de conuiuiis lubricorum hominū. Cap. XII.
De conuiuiis præliatorum & fortissimorum adolescē-
tum. Et de potu ad æquales calices. Et de furoris
poculo. Caput XIII.
De reprehensione eorū qui conuiuia illicita præparant:
& quod maior sit vis vini, q̄ veneni. Cap. XIIII.
Quid de ebrietate Esaias loquatur. Et quod nō solum
vinum, sed etiam sicera inebriet. Et quid significet,
Calix aureus Babylō in manu domini. Et quomo-
do vas apostolorum fictile sit. Caput XV.
De magna ebrietatis detestatione. Cap. XVI.
De obtestationibus & sacramentis potantium, quæ
violare nephas arbitrantur. Et quomodo sæpe vi-
no secretiora hominis extorqueantur. Quodque
frequens ingurgitatio interiora hominis absumat.
Caput XVII.
Quomodo etiam fœminæ vsq; ad ebrietatem bibant,
& inde in plateis inuerecundos viris sub conspectu
adolescentulorum intemperantium ducant choros.
Et quid boni sit sobrietas, quid mali intemperantia.
Caput XVIII.
Quid sibi sperare debeant bene pasti & luxuriosi. Et
de visione Tyri. Quodq; mare nulla necessitate, sed
sola humana intemperantia inquietatum fuerit. Et
quomodo luxuriosi nauibus assimilētur. Ca. XIX.
Quis dicatur cātus meretricis, de quo in Esaia: Eritq;
post annos septuaginta Tyrus vt canticum mere-
tricis. Et de misericordia medici, & saluator(gratia,
& quibus modis quærenda sit. Coput XX.
Quomodo intelligendum sit illud prophetæ: Ecce ve-
nit dominus disperdere orbem terrarū. Et quomo-
do athletæ simus, quib⁹ multis certaminibus in sta-
dio currendū est pro brauio: & ideo sobrietate & abs-
tinentiæ exercitio nobis opus sit. Caput XXI.
Qua ratione corpus nostrum ieiuniis castigādum sit,
comessationesq; indecoræ fugiendæ, ne succumben-
tes in stadio, exortes veniæ, multis fautoribus mœ-
rorem afferamus. Et de ablutione aquæ baptisma-
tis, quodq; festinādum sit ad gratiam. Cap. XXII.

Q

G
DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE HELIA ET IEIVNIO LIBER VNVS.

Qua ratione diuinum ad patres resultauerit oraculum, vt egredientes ad bellum tuba canerẽt: & cur nos nos etiam tuba canere debeamus. Caput I.

DIVINVM AD PAtres resultauit oraculũ, vt cũ
egrederentur ad bellum, tuba canerent, cuius sonitu dominus reminisceretur populi sui, quo petitum conferret auxilium: plusq; misericordię suæ incentiua cognoscentes in diebus lætitiæ suę, in neomeniis suis concinerent tu-
Psal. 80. barum sono. Vnde & Dauid dicit: Canite initio mensis tuba, in die insigni solennitatis vestræ. Veniet igitur nobis dies solennitatis, & iam appropinquat: Canamus tuba tanquam in prælium progredientes. Canamus tuba, vt annunciemus solennitatis diem. simul nobis & certamen imminet, & victoria repromittitur.
H Victoria nostra crux Christi est, trophæum nostrum pascha est dñi Iesu. Sed ille ante est præliatus, vt vinceret, non quod ipse egeret certamine, sed vt nobis formã debellãdi præscriberet, & postea daret gratiam triumphandi. Certamen nostrum ieiunium est. Deniq; ieiunauit saluator, & sic tentator ad eum accessit. Et primũ
Mat. 4. gulę direxit spiculũ, dicẽs: Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Ille cibum velut escam laquei prætendit, vt sic illaquearet appetentiam corporalem. Dominus ieiunium prætulit, vt laqueos tentatoris sui & vincula
Deut. 8. dissolueret. Deniq; sic habes scriptum: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Illo laqueo Adam fuerat strangulatus, hac absolutione diabolicæ quęstionis omnis homo est liberatus.

Quam magna virtus sit ieiunii, quamq; speciosa ac valida eius militia: exemplo Christi, atque sancti Heliæ comprobata. Caput II.

I MAGNA virt⁹ est ieiunii. Deniq; tã speciosa militia est, vt ieiunare delectaret & Christum: tã valida, vt ad cælum homines eleuaret. Et vt humanis magis quã diuinis vtar exemplis, Heliæ ieiuno ore vox emissa cælũ clausit sa-
3. Reg. 17 crilego populo Iudęorum. Etenim cum a rege Achab altare esset Idolo cõstitutum, ad verbum prophetæ tribus annis & sex mensibus ros pluuiæ non cecidit super terram. Digna pœna, quæ intemperãtiam digne coerceret, vt cęlũ impiis clauderetur, qui terrena polluerãt. Dignum etiam, vt ad cõdemnationem regis sacrilegi propheta ad viduã in Sareptam Sidoniæ mitteretur: quę quoniam deuotionem cibo pretulit, meruit vt ariditatis publicæ sola non sentiret erumnam. Itaq; nõ defecit hydria farinæ, cum torrentis fluenta deficerent. Quid eius reliqua contexam? Ieiunus filium viduę ab inferis resuscitauit. Ieiunus pluuias ore deposuit, ieiunus ignes de cęlo: ieiunus curru raptus est ad cælum, & quadraginta dierũ ieiunio diuinam acquisiuit præsentiam. Tunc deniq; plus meruit, quando plus ieiunauit. Ieiuno ore statuit fluenta Iordanis, & redundantẽ fluminis alueum repente siccatum, puluerulento transmigrat vestigio. Merito illum dignum cælo diuina iudicauit sentẽtia, vt cum ipso raperetur corpore, quoniam cęlestem vitã viuebat in corpore, ac supernę vsum conuersationis exhibebat in terris.

Quid sit ieiunium. Et de ieiunio sancti Ioannis, & qualis esca a nobis quærenda sit. Caput III. K

QVID est enim ieiuniũ nisi substãtia & imago cælestis? Ieiunium refectio animæ, cibus mentis est. Ieiuniũ vita est angelorũ, ieiuniũ culpæ mors, excidiũ delictorũ, remediũ salutis, radix gratiæ, fundamentũ est castitatis. Hoc ad deũ gradu citius peruenitur: hoc gradu Helias ascendit, anteq̃ curru hanc hæreditatẽ sobrietatis & abstinentię ad cælũ abiens discipulo dereliquit. In hac virtute & spiritu Heliæ venit Ioãnes. Deniq; in deserto & ille vacauit ieiuniis. Esca autẽ eius erat locusta, & mel siluestre. Et Mat. 3.
ideo quia vitæ humanæ possibilitatẽ continẽtia supergressus fuerat: nõ homo, sed angelus ęstimatus est. De ipso legimus: Etiam plus quã propheta. Hic est de quo Mat. 11.
scriptum est: Ecce mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã, qui pręparabit viam ante te. Quis humana virtute equos igneos, currus igneos potuisset ascẽdere, regere currus aereos, nisi qui naturã humani corporis incorruptibilis ieiunii virtute mutasset? Sed de Heliæ gestis plurima iam frequenti diuersorũ librorũ sermone digessimus: & cauẽdũ arbitror ne in eadem recurramus, cũ præsertim in opere suo ipse laudetur. Imitemur ergo illũ, & eam escã quęramus, cuius virtute diebus ac noctib⁹ progre- L
dientes, ad supernorũ possimus cognitionẽ venire. Nõ enĩ omnis esca materialis, nec omnis cibus corporalis. Est cibus mẽtis, vt diximus, quo epulat̃ anima, de quo ait dñs: Meus cibus est vt faciam volũtatẽ patris mei Ioan. 4.
qui in cælis est. Hic cibus angelorũ est, vt diuino famulentur imperio. Nulla illis cura mensarum, nullus conuiuiorum vsus, nullæ repositæ epulę, nullus vini potus aut sicerę, nulla distẽtio corporis, nulla ventris offensio.

De origine & antiquitate ieiunii, a quo primus vsus mũdi cœpit, quod in paradiso pro prima lege cõstitutũ fuit. Quodq; ieiuniũ operiat id quod gula denudauerit. Caput IIII.

ITAQVE ne terrenum quis aut nouellũ putet esse ieiuniũ, primus vsus mundi a ieiunio cœpit, quãdo lux clara resplẽduit. Secundus dies in ieiunio, quando cæli factũ est firmamentũ. Tertio die pabulum, terra germinauit, natura obsequium præbuit, ieiunium tamen cælestis di- M
sciplina seruauit. Quarto die luminaria facta sũt Solis & Lunæ, & adhuc ieiunium. Quinto die produxerũt aquæ reptilia animarũ, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cæli, & vidit deus quia bona sunt, & benedixit eis dicens: Crescite & multipli- Genes. 1.
camini, & replete aquas quæ sunt in mari, & volatilia multiplicentur super terrã. & adhuc ieiunium. Deniq; benedixit ea. Scriptum est, Et dixit: Crescite, & non dixit, Edite & manducate. Sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestiis orta edẽdi potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit, ibi finis factus est mundi. Vbi cœpit sua incrementa nescire, ibi cœperunt diuina circa eum opera feriari. Quo indicio declaratũ est quod per cibos mundus haberet imminui, per quos desiit augeri. Nemo delictum sciebat, nemo pœnam timebat, nemo nouerat timorẽ. Plãtauit dñs paradisum ad gratiã Ibidẽ. 2.
beatorũ, posuit ibi hominẽ operari, & custodire eũ. Et vt sciamus nõ esse nouum ieiuniũ, primã illic legẽ constituit de ieiunio. Sciebat enĩ quod per escã culpa haberet intrare. Intrauerat prima pœna de ieiunii præuaricatione, dicẽte mandato dei: De ligno quod est sciẽtiæ boni & mali, nõ comedetis: qua die aũt mãducaueritis ex eo, morte moriemini. Eousq; aũt nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta non esset quę prima est ꝑuaricatio. Indictũ ieiuniũ abstinẽtiæ lex a dño deo, pręuaricatio legis a diabolo, culpa per cibũ, latebra post cibũ. Cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio.

A Deniq; quãdiu interdictis abstinuere, nesciebant esse se nudos. postea q̃ manducauerũt de interdicta arbore, nudatos esse se cognouerũt. Merito ergo mulier vbi cul-
Genes. 3. pę agnouit autorẽ, interrogata respondit: Serpens persuasit mihi, & mãducaui. Serpens gulæ persuadet, dñs
Mat. 26. ieiunare decernit. Deniq; ipse ait: Ieiunate & orate, ne intretis in tentationẽ. Itaq; gula de paradiso regnãtem expulit, abstinentia ad paradisum reuocauit errantem.
Gen. 3. Et dixit deus: Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. Irridens vtiq; deus, nõ approbans dicit, hoc est, Putabas te similẽ fore nostri? qa voluisti esse quod nõ eras, desisti esse quod eras. Itaq; dũ supra te esse affectas, ĩfra te esse cœpisti. Deniq; vestiuit eũ tunica pellicea prius, & sic ait: Ecce Adã, quasi dicat: Ecce amictus tuus, ecce dignum indumẽtum tuum. hic te vestitus decet. Qui diuina affectant, tali digni habẽtur ornatu. Ecce quo te tua culpa deduxit, ecce nunc in hac tunica pellicea tanq̃ vnus ex nobis aperuisti oculos. Circũspice diligẽter, nudum te aspicis, quẽ vestitũ putabas. Gula ergo nudos facit, ieiunia operiũt & exutos. Vnde dñs ait: Operui
Psal. 68. in ieiunio animã meã. Bonũ operimentũ, quod animã tegit, ne a tentatore deprehendatur, ne a tentatore nudetur. Bonum velamen, quod tegit culpam, tegit abs-
B tinentia, tegit gratia. Beati enim quorum remissę sunt
Psal. 31. iniquitates, & quorum tecta sũt peccata. Tegit gratia, dum remittit, & omnem abolet errorẽ. Tegit abstinẽtia, dum abluit vitium, & mœsto abscõdit affectu, atq; extenuat pœnitẽdo. Etenim ieiunium & eleemosyna a peccato liberant. Opertus erat Adam virtutum velamine priusq̃ præuaricaretur, sed tanq̃ exutus præuaricatione vidit se esse nudum, quia indumentũ quod habebat amiserat. In diebus enim ieiuniorum vestrorum
Esaię. 58. orietur, inquit, tibi magnũ lumen tuum, & sanitas tua matura orietur, & præcedet ante te iustitia, & circũdabit te maiestas dñi. Bonum vestimentũ lux. Scriptum est enim: Circũdatus luce sicut vestimẽto. Bonũ vesti-
Psal. 103. mentũ, quãdo circũdat dominus & operit ieiunantes.

Quod ebrietas Noe obdormire fecerit, & per ignorantiã nudauerit. Quodq; ebrietas seruitutẽ & incestũ induxerit. Et quomodo Abrahã non ministrauerit vinum in suo conuiuio. Neq; Ioannes eo vsus fuerit, neq; Moyses amaritudines aquarũ vino tẽperauerit. C. V.

NVDATVS erat Noe quãdo inebriatus est, texit eũ pietas filiorũ. Sed nudatus erat per ignorantiã, nõ per intemperãtiã. Adhuc
C enim vinũ nesciebatur. In principio generis humani ignorabatur ebrietas. Primus ipse plantauit vineã. dedit naturã, sed ignorauit potẽtiam. Itaq; vinũ nec suo pepercit autori. Quid mirũ si cũ dñs ipse creaturas suas laudauerit, & iste miratus est? Itaq; cũ eũ delectaret reperti muneris gratia, tentauit vehementior creatura insuetos senis artus, turbauit noua potio. Dormitauerunt, inquit, qui ascẽderunt equos. Ascẽdit cor-
Psal. 75. poris voluptates, & iust⁹ obdormiuit. Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatẽ. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi enim malũ ebrietatis agnouit, inuẽtũ suum ad remediũ temperauit, nõ effudit ad vitium. Vnde & Apostolus ait: Modico vino vtere propter frequentes
1. Tim. 5. tuas infirmitates. Manebat anteq̃ vinum inueniretur omnibus incõcussa libertas, nemo sciebat a cõsorte naturæ suæ obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas nõ fuisset. Obrepserat quidẽ iã fraternæ prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læsa pietas est, dum ridetur ebrietas. Non illis itaq; solis nocent vina quos tentant, sed & illis amplius, quorũ oculis temulẽta ebriorũ mẽbra nudãtur. Hinc risus irreuerens nascitur, hinc libido flãmatur, vt multo maiore temulẽtia eos vina perturbẽt, quorũ oculos ac mẽtes inebriauerint, q̃ quorũ mẽbra prostrauerint. Legimus etiã quod patrẽ Loth inebriauerint filię in mõte, ad quẽ timentes incendiũ So- Gen. 19.
domitarũ cõfugerãt, & habitabãt in spelũca. Conuenit D
ebrietati atq; cõcurrit ætas, sexus, solitudinis locus, ferarũ magis latibulis, q̃ humanis aptior domiciliis. Fuit itaq; ebrietas origo incesti, pessimæ regeneratricis partus deterior. At nõ Abrahã vina in suo cõuiuio mini- Gen. 18.
nistrabat, sed imolabat vitulũ, butyrũ & lac etiã angelis hospitibus exhibebat. Cęli dñm, mundi agnoscebat autorẽ: vinũ ergo exhibere nõ poterat. Sed recte illic deerat materia peccati, vbi erat remissio peccatorum. Deniq; annũciauit eũ Ioãnes neq; mãducãs panẽ, neq; bi- Lucæ. 7.
bens vinũ. Qui enim Christũ annũciat, ab omni vitiorum incẽtiuo præstare se debet alienũ. Vicit igitur sanctũ Noe, vel etiã Loth Abrahæ nepotẽ ebrietas, quorum alter cũ ieiunaret, diluuio superstes fuit, alter incẽdio. Moysen quoq; cognouimus sitienti populo amaritudines aquarũ tẽperasse, nõ vina. Cui petra aquam vomuit, potuit & vinũ abundãtia non deesse. Deniq; dixit de⁹: Percuties petrã, & exiet aqua ex ea, & bibet popu- Exo. 17.
lus. Nõ dixit, Exiet vinũ populo. Periculosũ enim erat vinũ populo ministrare, quod fortiores ferre vix possẽt.

De lege ieiunii a Moyse data, & de ieiunio eiusdem. Et quod sterilitatem matrum Sampson & Samuelis, E
abstinentia vini fœcundauerit, quibusq; cibis Helisæus filios prophetarum aluerit. Caput VI.

DENIQVE Moyses de ieiunio legẽ dedit, de vino nõ dedit. Ipsum quoq; ieiunantẽ nõ voces magnę, nõ fulgura & nubes nymbosa, nõ fumigãs Sina perterruit. Neq; vero ĩtroisset in nubẽ, & vocẽ dei loquẽtis de medio ignis sine periculo salutis audisset, nisi munitus armis ieiunii fuisset. Quadraginta enim diebus ieiunauit in monte cũ legẽ acciperet a dño deo nostro. Et in superioribus quidẽ mõtis lex dabatur Moysi ieiunãti, in inferiorib⁹ populo mãducãti pręuaricatio sacrilega luxu accendebatur epulantiũ. Quo spectaculo motus fregit tabulas Moyses, indignũ iudicans vt ebrio populo lex daretur. Itaq; tabulas legis, quas accepit abstinẽtia, conteri fecit ebrietas. Quid vero alia dicã? Nõne sterilitatẽ matris Sãpson, vini abstinẽtia fœcundauit, & parietẽ fecit sterilẽ? Quoniã iuxta pręceptũ dñi vinũ nõ bibit. Nonne Annã nõ mãducantẽ exaudiuit dñs, & infœcunditatẽ eius soluere ieiunia? Ex quibus duo generati, vnus fortissimus, alius obseruantissimus, dignos se præbuerũt qui ieiuno gremio diu foti, & quodam abstinenti effusi F
vtero viderentur. Idẽ itaq; Sãpson, qui matris sobrietate generatus est, Allophylorũ insultantiũ sibi ebrietatẽ vindicauit. Helisæus vates quidẽ a magistro didicerat parcimoniam. cum filios aleret prophetarũ, vitis agrestis grumulis mensas onerabat, & inemptis silue- 4. Reg. 4
stribus oleribus, hospitalitatis humanitate implebat officium. Quorum offensi amaritudine, cum manducare non possent, leuis farinæ aspersione omnem illam amaritudinẽ temperauit, abstinentiæ propheticæ munere veneni vires euacuans.

Quod tres pueri Hebręorũ ieiunii caminũ ignis intrãtes, nõ solũ non lesi, sed & illic refrigerati fuerint. Et quod Danielis ieiuniũ etiam leones ieunare docuerit. Caput VII.

EST quædã creaturæ natura, quã adamantium vocant, nullo facilis igni consumi, quę imposita focis ignescit, illico sublata de flãma tanq̃ aquarũ infusione mũda recedet. Talia erãt Hebræorũ puerorũ corpora, quæ de ieiunio Adamãti trãsformata natura, vapore ignis nõ ad dispendiũ sui, sed ad gratiã mutabãtur. Deniq; cũ fureret fornacis incendia, vt vltra quadraginta cubitos flãma

G per circuitum funderetur, cõſumens plurimos quos reperemat Chaldęorũ, qui naphtha pice & ſtuppa atq; farmẽto alimẽta ignibus miniſtrabãt: vbi cum ieiunio ingreſſi ſunt, diſcuſſo ardore flãmarum in medio fornacis tepore, ſtatim roris ſpiritu refrigerantis humeſcere, ita vt eorũ nullus capillus capitis exureret, quia illa quoq; ieiunia comã pauerant. Daniel trium hebdomadarum ieiunio vir deſideriorum, leones quoq; docuit ieiunare, miſſus in lacum. in Adamantis rigorẽ abſtinẽtiæ ſoliditate membra durata non patuerũt vulneri. Sic eum cõſtrinxerant ieiunia, vt in ei⁹ corpore ferarũ morſibus locus eſſe non poſſet. Clauſa tenebant feri leones ora, quę abſtinẽtia propheticæ ſanctitatis comprimebat, vt ea aperire nõ poſſẽt, meriti quibuſdã vinculis alligata. Ieiuniũ itaq; virtutẽ ignis extinxit, ieiuniũ ora obſtruxit leonũ, ieiuniũ maris fluenta ſolidauit, ieiuniũ petrã ſoluit in fontes aquarũ. Virtute ieiunii contra ſuã mutata naturam & fluctus obriguit, & petra inundauit.

De vtilitatibus ieiunii. Et de eſcarum laqueis, & inquietudine & periculis conuiuiorum. Cap. VIII.

SED quid vetuſtis vtar exemplis, cũ abũdet ieiuniũ etiam pręſentiũ muneribus gratiarum? Quis deteriorauit domũ ſuam ieiunio? Quis imminuit facultates? Cui non ſuſpecta luxuries? Cui non venerabilis abſtinẽtia? Cuius thorum appetiuit parcimonia? Cuius pudorem nõ
H læſit ebrietas? Ieiunium continentię magiſterium eſt, pudicitiæ diſciplina, humilitas mentis, caſtigatio carnis, forma ſobrietatis, norma virtutis, purificatio animæ, miſerationis expenſa, lenitatis inſtitutio, charitatis illecebra, ſenectus gr̃a, cuſtodia iuuentutis. Ieiuniũ eſt infirmitatis alleuamentũ, alimentũ ſalutis. Nemo
†eruditatem. crudelitatẽ †ieiunãdo incidit, nullus per continentiam ictum ſanguinis ſenſit, immo nullus nõ repreſſit & repulit. Bonũ itineris viaticum, bonũ totius vitæ. Bonũ in mari, ſedat naufragia, cibũ ſeruat. Qui graue dicunt ieiuniũ eſſe, reſpõdeant quis ieiunio defecerit. Multi in prandio, plerique dũ vomunt epulũ, fudere animã. Quod poſtremo animal ieiuniũ ſibi cauſam fuiſſe mortis ingemuit? Per eſcã laqueus nõ cauetur, in eſca hamus latet, & cibus deducit in foueam, cibus inducit in retia, cibus viſco etiam aues illigat, cibus volantes deponit ad mortem. Quæ non propter ventris pericula muta animalia crimẽ neſciũt? & in hoc ſolo tanq̃ pro crimine pu-
I niuntur. Ieiuniũ ſobrietas mentis eſt, hoc vigẽt ſenſus, in hoc iudicia tractãtur, in cõuiuio pocula. Ieiunium cuſtodit diſciplinã, luxuriã ſequitur inopia. Mater eſt luxuria famis, ſecũdum propheticũ dictũ. Ieiuniũ quietẽ diligit, luxuria inquietudinẽ. Obſonator eſt, qui anteq̃ luceat, fores pulſat alienas, & tanq̃ bellum aliquod immineat, excitat dormientes. Turbatũ vides, anhelantẽ aduertis, interrogas quæ cauſa perturbationis ſit. Poſcit, inquit, dñs meus, vbi vinũ melius veneat, quærit vbi durior vulua curetur, vbi iecur mollius, vbi phaſianus pinguior, vbi piſcis recentior. Curſitat per diuerſa: & cum inuenerit, ſummo curſu properat. Inquietat dominũ ſomnolẽtũ, auctionatur precia. ſi preciũ mouerit piſcis, nuſquã meliorẽ aſſerit inueniri, imo deeſſe. Heri inquit, tẽpeſtas, hodie procella, vix iſtum potui latentẽ deprehẽdere. Multi cõcurſant in macello: ſi tu reddideris, alter plus dabit, & quid exhibebis in prandio? Iſtius vini ille natalis eſt, hæc ex illo lacu lecta oſtrea, talis fit de ſingulis iactitatio. Haſta quedã agitaẽ inter obſonatorem & paſtorẽ. Turbatus addicit patrimoniũ, rogat adhuc per quos ſuorũ bonorũ iura minuãtur. Curritur ad coquinã, fit ingens ſtrepitus, fit tumultus. Tota exagitatur familia, maledicũt oẽs, quod nulla his requies detur. Tandẽ aliquando da requiẽ coquo. Inſtar ſtatuę pincernæ dextera ſummo gelu riget. Ille in frigida ex-

ercet manus, illi marmora lauaturi, mũda pauimenta K
vino madida, & ſpinis cooperta piſciũ: & quãti dũ ambulãt vulnerãtur? In ipſo cõuiuio clamor epulantiũ, gemitus vapulantiũ. Si quis forte diſplicuit amicis, illi ridẽt, tu indignaris. Sileat aliquãdo domus a multis perturbationibus huc atq; illuc diſcurrentiũ, a ſono imoderatorũ animaliũ. Vacet fumo, & ſemiuſtulatorũ nidore, nõ coquina, ſed carnificina: putes prẹliũ geri, nõ prãdiũ curari. ita ſanguine oñia natãt. Male dñicæ ſeruiẽ gulę, quæ ſemper expetit, nunq̃ expletur. Quid enĩ inſatiabilius vẽtre? Hodie ſuſcipit, & cras exigit. Cũ impletus fuerit, diſputatur de cõtinẽtia: cũ digeſſerit, vale virtutibus dicitur, quęrit luxuriã. Inter pocula philoſophia prædicaẽ, inter philoſophos vina laudantur. Vigiliæ, inquit, & cholera, & tortura viro inſatiabili. man- Eccli.31.
ducat, & paulopoſt pœnitet. nõ illũ diutius ſua intẽperantia delectauit. Attẽde diuitẽ qui induebaẽ purpura Lucæ.16.
& byſſo, & epulabatur quotidie ſplẽdide, cui⁹ ad ianuas mendicus ille Lazarus iacebat plenus vlcerib⁹, cupiẽs ſaturari ex his quę de mẽſa cadebãt diuitis. Paulopoſt cũ eſſet mortuus, cœpit rogare poſit⁹ in inferno, vt extremũ digiti ſui pauper ille in aquã intingeret, & refrigeraret linguam eius, quæ ardebat incendio. Vbi illæ copiæ? vbi illę ebrietates? Sitit qui inebriabatur, abundat qui mendicabat. In ipſo conuiuio dũ bibũt, ſitiunt: & cum inebriati fuerint, amplius bibunt. Quaſi aper- L
to gurgite vinum iam non bibitur, ſed infunditur: poculum non libatur, ſed exinanitur.

Qua ratione potentes prohibeantur vina bibere, & de ieiunio Iudith. Quodq; Heſter pulchrior facta ſit ieiunio, Aman autẽ ſuæ ebrietatis pœnã exſoluerit. Ac de multis excellẽtibuſq; ieiunii pręconiis. Cap. IX.

SPINE, inquit, naſcũtur in manibus ebrio- Prou.26.
ſi, & ipſe ſe vulnerat, & vlcera ſibi in pectus adigit. His ſpinis ſcidit veſtimentum fidei quod accepit, & theſaurũ ſuũ ſeruare nõ poterit. Omnis enim ebrioſus & fornicator egebit, & induet ſe ſciſſa veſtimẽta inſipiẽtiæ. Et ideo potentes vinum prohibentur bibere: ne cum biberint, obliuiſcãtur ſapientiã. Deniq; bibebant vinum in ebrietate potẽtes M
qui Holoferni principi militiæ regis Aſſyriorũ ſe tradere geſtiebant: ſed nõ bibebat fœmina Iudith, ieiunãs omnibus diebus viduitatis ſuæ, præter feſtorũ dierum ſolẽnitates. His armis munita proceſſit, & omnẽ Aſſyriorum circũuenit exercitum. Sobrii vigore cõſilii abſtulit Holofernis caput, ſeruauit pudicitiã, victoriã reportauit. Hęc enim ſuccincta ieiunio, in caſtris ſe pretẽdebat alienis. Ille vino ſepult⁹ iacebat, vt ictũ vulneris ſentire nõ poſſet. Itaq; vnius mulieris ieiuniũ innumeros ſtrauit exercitus ebriorum. Heſter quoq; pulchrior facta eſt ieiunio. Dominus enim gratiam ſobriæ mentis augebat. Omne genus ſuum, id eſt totum populũ Iudæorũ a perſecutionis acerbitate liberauit, ita vt regem ſibi faceret eſſe ſubiectum, non libidinis ardore flãmatũ, ſed cæleſti miſeratione conuerſum, ita vt & pœna retorqueretur in impium, & honor ſacris redderetur altarib⁹. Itaq; illa quę triduo ieiunauit continuo, & corpus ſuum aqua lauit, plus placuit, & vindictam retulit. Aman autẽ dum ſe regali iactat cõuiuio, inter ipſa vina pœnam ſuæ ebrietatis exſoluit. Eſt ergo ieiuniũ reconciliationis ſacrificium, virtutis incrementum, quod fecit etiam fœminas fortiores augmento gratiæ. Ieiunium neſcit fœneratorẽ, nõ ſortẽ fœnoris nouit, nõ redolet vſuras. Mẽſa ieiunantiũ non ſtrãgulat filiũ, continẽtes viri paternę cẽteſimę. Nõ vexat viduã oppigneratã ſobrii viri, viri defuncti nõ deſœnerata excludit hęredẽ aula ieiunii. Etiã ipſis ieiuniũ cõuiuiis dat gratiã. Dulciores poſt famẽ epulæ fiunt, quæ aſſiduitate faſtidio ſunt, & diurna continuatione vileſcũt. Cõdimentũ

A cibi ieiuniũ eſt. Quãto auidior appetẽtia, tãto eſca iucundior. Cõmẽdat ſitis poculum, neſcit vinũ quærere. Ieiunus quicquid hauſerit, trãſmittit ad ſatietatẽ, non ad iudiciũ nari ſuſpendit. Vſu etiã precioſa degenerãt: quorũ autẽ difficilis poſſeſſio, eorũ grata perfũctio. Ipſe Sol poſt noctẽ gratior: ipſa lux poſt tenebras ſplẽdidior: & poſt vigilias ſopor dulcior: ipſa ſalus poſt ęgritudinis tẽtamẽta iucũdior. Ab ipſo mundi cõditore didicimus ſæpe diuerſitatibus cumulari gratiã. Patrocinatur ergo & conuiuio fames, vt gratior fiat menſa ieiunis.

Quẽadmodũ myſtica mẽſa ieiunio cõpareẽ. Et quę fames faciat acceptabile ieiuniũ. Quidq; ſit quod dicitẽ: Cũ ieiunatis, vngite capita veſtra. Et de duplici capite, ac de vnguento ſobrietatis, & oleo lætitię. Cap. X.

MYSTICA quoq; menſa ieiunio cõparatur.
Pſal.22. Illa mẽſa, de qua dicit Dauid: Paraſti in cõſpectu meo mẽſam aduerſus eos qui tribulant me. Menſa iſta famis acquiritur precio: & poculum illud inebrians ſobrietate, cæleſtium ſacra-
Eſaię.55. mẽtorum ſiti quæritur. Dixit enim dñs: Qui ſititis, ite
B ad aquã: & quicũq; non habetis argentum, ite & emite,
Eſaię.65. & bibite, & mãducate. Et alibi ait: Ecce qui ſeruiũt mihi, manducabunt: vos vero eſurietis. Qui vos, niſi qui ante potaſtis? De q̃bus ſupra dixit: Paraſtis dæmoniis mẽſam, & impleſtis fortunę poculũ. Ergo ſi ad mẽſam illam venerabilem ieiunia ſancta nos perducunt, ſi hac fame illa quæ ſunt æterna mercamur, quid de iis dubitamus quæ in vſu humano ſunt, quod etiam ſuauiora hęc nobis faciat ieiunium? Non autẽ omnis fames acceptabile ieiuniũ facit, ſed fames quæ dei timore ſuſcipitur. Cõſidera. Quadrageſima totis præter ſabbatum & dominicã ieiunatur dieb⁹. Hoc ieiunium dñi paſcha concludit. Venit iã dies reſurrectionis, baptizãtur electi, veniunt ad altare, accipiunt ſacramenta, ſitiẽtes totis hauriunt venis. Merito dicũt ſinguli refecti ſpiritali cibo, & ſpiritali potu: Paraſti in conſpectu meo menſam, & poculum tuum inebriãs q̃ præclarum eſt. Non ſola autem fames quæritur, ſed plane diſciplina ieiunii.
Eſaię.58. Deniq; aliis dicitur: In diebus ieiuniorũ veſtrorũ inuenitis volũtates veſtras, & omnes ſubditos veſtros ſtimulatis. Ad iudicia & rixas ieiunatis, & pulſatis pugnis. Vt quid mihi tale ieiuniũ, ita vt audiatur in clamore vox veſtra? Nõ hoc ieiunium ego elegi, & diem ad humiliãdũ animã ſuam hominem: nec ſic flectas vt
C circulum collũ tuũ, cinerẽ etiã & ciliciũ ſubſternas, nec ſic vocabitis ieiunium acceptũ. Non tale ieiunium ego elegi, dicit dñs. Quod ieiuniũ improbetur, audiuimus: nũc audiamus quod ſit probabile. Sed ſolue omnẽ colligationem iniuſtitiæ tuæ, diſſolue obligationẽ violẽtarum cõmutationum, dimitte confractos in remiſſionem, & omnem conſcriptionẽ iniquã dirumpe. Frange eſurienti panem tuum, & egenos non habẽtes tectũ induc in domũ tuam: & ſi videris nudũ, cooperi eũ: & domeſticos ſeminis tui non deſpicias. Vides quæ ſpecies ſit & forma ieiunii? Quia mẽtes abditas p̄bat, vt orationi vaces, & in lege dei die ac nocte mediteris. Ipſa figura corporis plena iuſtitiæ grauitate, nullus rubor ebrietatis circũfuſus genas intuentiũ offendat aſpectus, ſed vultus caſto micet pallore reuerendus, ſermo grauior, oculus verecundior, greſſus ſtabilior atq; moderatior. Plerũq; enim in turbatiore inceſſu proditur motus animorum. Vultus intẽtior, & quidã cogitationis ſuæ arbiter, & tacitus cordis interpres, vt neq; triſtitiã prætexat, neq; ſoluatur riſu incontinenti. Non enim ſuperfluum hoc putes noſtræ cõmonitionis, cũ ſapientia di-
Mat.6. cat in Euangelio: Cum autem ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. Ideo dixit hypocritas, eo quod ſimulatione alienã perſonam induant, ſicut in ſcena qui tragœdias canũt, pro eorũ dictis quorum perſonas ge-

runt, motus ſuos excitãt, vt aut iraſcãtur, aut mœreãt, D
vel exultent. Affectant enim iſti vt ieiunare videantur hominibus magis quã deo, cupiẽtes iſti probari quod faciebant Iudæi. Ideo nobis dicitur: Vos autẽ cũ ieiunatis, vngite capita veſtra, & faciẽ veſtram lauate, ne pareatis hominibus quia ieiunatis, ſed patri veſtro qui eſt in abſcõdito: & pater veſter qui videt in abſcondito, reddet vobis. Quid eſt, Vngite caput veſtrum? Sed & luxurioſi dicunt: Vino & vnguentis nos repleamus. Sapien.2.
Vnguẽto enim ſe vngunt, qui corpori odoris gratiam quærunt. Sed & illa vnguenta libidinis illecebras mouere conſueuerunt. Aliud eſt ſobrietatis vnguentum, de quo dicit Eccleſia ad ſpõſum ſuũ: Vnguentũ exina- Cantic.1.
nitum nomen tuum. Aliud oleũ quo artus animæ & quędã mẽbra pingueſcunt. Vnde & Dauid dicit: Im- Pſal.22.
pinguaſti in oleo caput meum. Et hoc eſt oleũ lętitiæ, quo vnctus eſt Chriſtus a deo patre, vt præ oñib⁹ ſuis emineret conſortibus. Hoc iubet vngere caput noſtrũ, vt oleo lætitiæ obducaẽ omnis ſimulata triſtitia, ne videaris ieiunium tuum vẽdere hominibus, ne videaris E
cõtriſtari in animæ tuæ ſalute. Nemo enim triſtis coronatur, nemo mœſtus triumphat. Vnge ergo caput tuũ, vbi ſenſus ſapientis ſunt. Oculi enĩ ſapientis in ca- Eccls.2.
pite eius. Ad myſteria vocaris, & neſcis: diſcis cum veneris. Et reminiſcere illud: Sicut vnguentum in capite, Pſal.132.
quod deſcẽdit in barbam Aaron. tunc cognoſces q̃d ſit, Vngite caput veſtrũ, quando placueris deo, vt tibi ſua patefaciat ſacramenta, & det gratiam ſpiritalem. Eſt & aliud caput myſticũ. Quod eſt illud? Audi: Caput mu- 1.Cor.11.
lieris vir, caput autem viri Chriſt⁹. Mitte in Chriſtũ, mitte etiam in caput eius vnguentũ. Caput eius deus eſt. Illa mulier Eccleſię typum gerẽs, quę in caput eius miſit vnguentũ, confeſſa eſt eius diuinitatem: & quę in pedes eius miſit, confeſſa eſt eius paſſionẽ. Vtraq; laudatur. Et tu fac quo lauderis, quo remiſſionem accipias peccatorũ. Laua faciem tuã, emũda animã tuã pecca- F
tricẽ, laua illã, & omnẽ conſcientiã tuã. Index enĩ facies plerũq; eſt cõſciẽtiæ, & quidã tacitus ſermo mẽtis, cum aut peccato cõprĩgimur, aut integritate lætamur. Noli hanc exterminare faciẽ, laua illã, & omnẽ ſordẽ conſciẽtiæ tuæ dilue. Exterminat faciem ſuam, qui aliud corde gerit, aliud foris prætendit. Non nos velut quadam impietate operiamus: quod intus eſt, foris luceat: quod foris eſt, intus opereẽ. Nemo in ieiunio culpã includat, pręferat innocentiã. Ieiuniũ etenĩ culpæ interfector eſt.

Quod amara optabiliora ſint dulcioribus. Et quomodo eſca ad horã dulcis, in poſterum exemplo Eſau amarior efficiatur. Et quod nihil profit ieiuniũ ad iactantiam factum. Caput XI.

NEMO amariorib⁹ pręoptet dulciora. Dulcis voluptas videtur, amarũ ieiunium. Hoc amaro illud dulce tollatur. Solẽt amara etiã ipſis plus prodeſſe corporibus. Sicut enim cũ in intimis puerorum viſcerib⁹ vermes ex cibi indigeſtione naſcuntur, extingui nõ queũt niſi cũ amarior potus infundiẽ, aut medicamẽtorũ vis inoleſcit aſperior, quorũ odore moriãtur: ita profundũ animæ virtus ingreſſa ieiunii, culpã latentẽ interficit. Quid Eſau ſeruũ fratri ſuo fecit? Nõne eſca ad horã dulcis, amara in poſterũ? Quid Iacob dñm fratri dedit? Nõne cõtemptus cibi, ad tẽpus amarior, ſed ſalubris in reliquũ? Ipſa corpora dulcibus frequenter inflãtur, & melle iecur tenditur, idem tamen eſcæ amaritudine tẽperatur. Ideo non mediocris, ſed laudata quæſtio: De mãducante exiuit Iudi.14.
eſca, & de forti dulcedo. Alii habent: Et de triſti dulce. græci codices maxime. Sed & forte laborioſũ eſt. Exit enim dulce de triſtitia vel labore. Noli ergo te iactare cum ieiunas, noli gloriari, nihil tibi prodeſt ieiunium. Quæ enim ad oſtentationem fiunt, non in futurũ fru-

G ctum extendunt suũ,sed præsentiũ mercede cõsumuntur. Helias in deserto erat,ne quis eum ieiunantẽ videret,nisi soli corui,qui eum pascerẽt. Helisæus in deserto erat,vbi non inueniretur esca,nisi amara. Ioãnes in deserto erat,vbi solas locustas & mel siluestre inueniret. Ieiunantibus epulæ pio angelorum ministerio deferebantur. Prandebat Daniel inter ieiunantes leones. Ille prandebat alienũ prandium,ferę non tangebant suum. Ieiunantibus epulæ volant,prandentibus pedes vacillant. Ieiunantibus manna de cælo descendit, epulantibus culpa præuaricationis ascendit.

Quemadmodum ebrietas in omne facinus præcipitet. Et de conuiuiis lubricorũ hominum. Cap. XII.

SED quid est hoc? dũ de ieiunio disputo, strepitus audio conuiuiorũ. Nisi fallor,dũ in sermone disputo,meũ redoluit prãdiũ. Sonus ergo literarũ inuitat,impatientiæ exẽpla nõ
Exod. 32. terrent. Eteni qui ieiunãtẽ,& ea quæ legis sunt ferentẽ, expectare nõ passus est populus,vtiq; sedit manducare & bibere,& surrexerunt ludere. Videmus sacrilegium ebrietati fuisse coniunctũ. Nã sicut mater fidei continẽtia,ita perfidiæ mater ebrietas est. In quod facinus non ista pręcipitat? Sedẽtes in foribus tabernarũ homines, tunicã nõ habentes,nec sumptũ sequẽtis diei, de imperatoribus & potestatibus iudicant, immo regnare sibi videntur,& exercitibus imperare. Fiunt ebrietate diuites,qui sunt in veritate inopes. Aurũ donant,dispẽsant pecunias populis,ciuitates ędificãt,qui nõ habẽt vnde
H cauponi potus sui preciũ soluant. Feruet enĩ vinum in his,& nesciunt quid loquãtur. Diuites sunt dũ inebriãtur:mox vbi vinũ digesserint,cernunt se esse medicos. Vno die bibũt multorũ labores. De ebrietate ad arma consurgunt,calicibus tela succedunt. Pro vino sanguis effunditur,& ipsum sanguinẽ vina fuderunt. Quã fortes sibi homines vidẽtur in vino,quã sapientes,quã disserti,quã etiã pulchri ac decori,cũ stare nõ possint? Mẽs titubat,lingua balbutit,pallor & sanguis ora suffundit. Fateor ebrietatis horror sit,barbari in ferrũ ruunt, vulgus ĩ rixas. Si quis eorũ pugno fuerit percussus, videas ora sauciorũ vini lachrymas fundere,miserabiles epilogos decantare. Habet enĩ hoc temulẽtia, vt & molliat & resoluat corda temulẽtorũ. Sicut enim ignis probat ferrum durũ,ita & vini incendio etiã superborũ hominum cor liquescit. Omnes sibi in vino ęquales vidẽtur, nullus ĩferior. Nõ pauper diuiti cedit, vtpote quia pauperem se esse nescit. Nõ infirmus valido, cui omnis in bibẽdo est fortitudo. Non mendicus locupletiori, non
I ignobilis honorato:sed cũ bibunt,illum regẽ habẽt,qui bibendo superauerit viros. Meritoq; scriptũ est: Ęqualis vita hominibus,vinum in ebrietate. Sed vtinam & quod sequitur audires: Bibas illud moderate, vt sis sobrius. Non habes quod accuses vinum,in iucũditatem creatum est,nõ in ebrietatem. Ab initio exultatio animę & cordis est,si moderate bibas. Immoderatio autẽ potus in iracundiam concitat,& ruinas multas efficit. Sed forte dicant has esse potationes vulgariũ & leuissimorum hominũ. Veniamus ergo ad horũ potentium & fortissimorum conuiuia. Non ego hic vnguentatos adolescẽtulos aut coronatos rosis proferã, qualẽ ferunt illum fuisse qui delibutus vnguẽtis,redimitus florib⁹, subnixus meretricib⁹,antelucano potu ebrius, & diurno cereorum comitatus lumine, philosophorũ auditorium disputãtium ingressus sit. Quo audito,coronas, vt aiunt,sensim detraxerit, vnguenta deterserit, scortis valedixerit:philosophus postea tantus euaserit,vt esset sobrietatis exemplũ,qui fuerat ante ebrietatis ludibriũ. Non enim emẽdatum illis inuideo,doceam genus eorum luxuriæ a me non esse simulatum. Certe ille si resipuit a vino, fuit tamen semper temulentus sacrilegio.

De cõuiuiis pliatorũ & fortissimorũ adolescẽtũ,& de potu ad ęquales calices. Et de furoris poculo. Ca. XIII. K

IGITVR hinc ad adolescentes lubricos,ad cõuiuia pręliatorũ veniam⁹. Inter arma prãdẽdũ est. Stipatores hi sunt bellici,qui ministrant succincti auro,& Babylonicis lumbos suffulti baltheis:aureis torquibus nitent colla, infantiũ aureis bullis zonã tegũt,aureis thecis cultros includũt suos,quibus dimicẽt. Cũ epulis diuidẽdis assistũt pueri coma nitentes,ex gẽte barbarica ad hos vsus electi, per singularũ distincti ætatũ vices: Cernas poculorũ diuersorũ ordines, aciẽ ordinatã putes, vasa exposita aurea & argentea,pompã arbitreris,cornu in medio vini plenum, nõ epularis, sed præliaris instrumentũ buccinæ, quod discũbẽtes in certamẽ accẽdat. Primo minoribus poculis velut velitari pugna præluditur. Verum hæc nõ sobrietatis est species,sed bibẽdi est disciplina. Eteni vt tragœdiarũ actores primo sensim vocẽ excitant, donec viuę vocis aperiãt iter, vt postea magnis possint clamorib⁹ personare: ita isti quoq; in principio prælusoriis se exercẽt poculis, vt iritent sitim,ne forte restinguant eã,& satiati postea bibere nõ possint. Ergo vbi recalere cœperint,poscunt maioribus poculis,feruor inardescit.
Arctius† cib⁹ siti exestuat,& vbi imminui vasa cœperint,potu meraciore reparãtur. †aridus.
L Certãt pocula cũ ferculis,& inter moras sæpe geminantur. Deinde procedẽte potu longius,cõtẽtiones diuersæ,& magna certamina,quis bibendo præcellat. Nota grauis si quis se excusset,si quis tẽperandũ forte vinũ putet. Et hæc donec ad mẽsas perueniatur secundas. At vbi cõsummatæ fuerint epulę,putes iã esse surgendum:tunc de integro potum instaurãt suũ:& cũ cõsummauerint,tunc inchoare se dicunt,tunc deferũtur phialæ, tunc maximi crateres quasi instrumenta bellorũ. Ac ne immoderatũ hoc arbitreris,mẽsura proponitur,certatur sub iudice, sub lege decernitur agonothetę. Illic furor est stipendium debilitatis, victorię pręmiũ culpa. pẽdet anceps diu & dubius belli euẽtus. Furor enĩ illic est pręliaris. Cedũt pincernarũ manus vina fundẽtiũ, & coquorũ labores calida ministrãtiũ. Cedũt qui mẽsuras ipas bonas superesfluẽtes diligẽti librãt examine ne quid effundãt: nõ cedunt bibẽtes. Sola illa sunt sine excusatiõe certamina. M
In bello si quis se inferiorẽ viderit,arma cõuertit,& meretur veniã. Hic si quis calicẽ cõuertat,vrgetur ad potũ. In scammate si quis te manu leuat,exors quidẽ palmę, sed ĩmunis iniurię est. In cõuiuiis et si manũ reuocet a vino,ori eius infundit. Oẽs inebriãtur,victores,victiq;, oẽs ebrii iacẽt,pleriq; sopiti. Nec portari eos ad sepulchrũ licet,priusq̃ qui pascit,de oĩb⁹ vindictã viderit,vt vlciscat dispẽdiũ. Qui aũt dãna nõ sentit,hãc mẽsæ suę gloriã putat,si ex ea vulnerati oẽs ac saucii tanq̃ de arena exeant. Spectaculũ triste Christianorũ oculis,& miserabilis species. Cernas iuuenes terribiles visu hostibus de conuiuio portari foras,& inde ad cõuiuium reportari:repleri,vt exhauriant:& exhaurire,vt bibãt. Si quis verecũdior fuerit,vt erubescat surgere,cum iã immoderatos potus tenere non possit,anhelare vehemẽtius,sudare,gemere,signis prodere quod pudet cõfiteri. Ibi vnusq; pugnas enarrat suas,ibi fortia facta prędicat,narrat trophæa. Vino madidi & somnolenti nesciunt mente quid lingua proferat. Vnusquisq; stertit, & potat,dormit & dimicat: et si quando consurrectum fuerit,viri præliatores stare nõ possunt,gressu vacillãt. Ridẽt seruuli dominorũ opprobria,manibus suis portant militem bellatorem,imponũt equo. Itaq; huc atq; illuc tanquam nauigia sine gubernatore fluctuant, & tanquã vulnere icti in terram defluunt,nisi excipiantur a seruulis. Alii referuntur in scutis,fit pompa ludibrii. Quos mane insignes armis spectaueras, vultu minaces,eosdẽ vesperi cernas etiã a puerulis rideri,sine ferro

A vulneratos,sine pugna interfectos,sine hoste turbatos, sine senectute tremulos, in ipso iuuentutis flore arẽtes.

De reprehensione eorũ qui conuiuia illicita præparant:& quod maior sit vis vini,quã veneni. Ca. XIIII.

QVIS tale miscuit furoris poculũ? Quis tãtũ infudit mentibus venenum? Periclitatur homo vltum esse de corpore, & ipse sibi reus est insaniæ voluntariæ,corruptela spõtanea: & tamen nec vos excusamini qui vocatis vt amicos,& emittitis vt inimicos. Quãto melius in terram tua vina fudisses? Sed & terra inebriatur,& asperiores etiam ipsas feras reddit si vini contigerit odor. Deniq; vindemiæ tempore si vineã intrare voluerint, solent ebrietate succendi. Quid te delectant dãna sine gratia? Rogas ad iucunditatẽ,cogis ad mortẽ. Inuitas ad prandiũ, efferre vis ad sepulchrũ. Cibos promittis,tormenta irrogas. Vina prætendis,venena suffundis. Omne enim quicquid nocet,venenũ est. Tollit sensus,viscera exurit, somnũ infert,caput vexat. Etiã maior vis vini quã veneni est. Deniq; venenũ vino excluditur,nõ veneno vi-
B num. Merito deus per Moysen nõ solum veneno, sed
Deut. 32. etiã draconũ veneno vinũ cõparauit,dicens: Furor draconum vinum eorum,& ira aspidũ insanabilis. Et pulchre additur,insanabilis. Multi enim reliquorũ serpẽtiũ veneno curantur,nemo ebrietate. Certe veneno caro vulneratur, vino mens. Noxia est ebrietas ad corporis sanitatem,mẽti etiã crimen adiungit. Aduerte etiã & perfidiæ venenũ,vini declaratũ nomine. Ait enĩ su-
Ibidem. pra de alienigenis,qui nescirent deum: De vinea enim Sodomorũ vinum eorum,& vitis eorũ vitis Gomorræ. vua eorum vua fellis,botrus amaritudinis in ipsis.

Quid de ebrietate Esaias loquatur. Et quod nõ solum vinum,sed etiã sicera inebriet. Et quid significet, Calix aureus Babylon in manu domini. Et quomodo vas apostolorum fictile sit. Caput XV.

C PVTATIS me tanq̃ vino crapulatũ intẽperantius ieiunii prædicatione hunc misisse sermonẽ? Et adhuc secundũ prophetas fortissimos viros quanta præterii,quanto minora dixi,quã dñs locut⁹ est. Audistis quid per Moysen dixerit,audite quid in libro sermonũ Esaiæ scriptũ sit. Inuenitur enĩ dñs hmõi verbis vsus,& ait: Væ iis qui consurgunt mane,& sectantur sicerã, qui ebrii sunt vespertina. vinũ eos cõburet. Cũ cithara enĩ & psalterio & tympanis vinũ bibunt:opera autẽ dñi non respiciunt,& opera manuũ eius nõ cõsiderant. Cui væ inqt, cui iudicia,cui tumultus? Diuersa singulis, temulentis
Esaiæ. 5. omnia. Væ enim iis qui ebrii sunt vesperi. Quid ergo illis qui & ante vesperam, & frequenter in luce madẽt? Ergo væ sibi debitum. Habent concertationes, consertunt lites,in cædem prosiliunt,& veniũt ad iudicia, vel vocantur. Habẽt ergo & iudicia tanq̃ rei. Fit nonnunq̃ grauior tumultus,quia vino mens peruertitur ebriosi:
3. Esdrę. 3 & non meminit regis,nec magistratus, vt scriptum est: Et omnia aperta facit loqui,& nõ meminerũt cũ biberent,amicitiæ,nec fraternæ necessitudinis. Sed nõ post multum sumunt gladios:& cũ a vino mersi fuerint, & surrexerint,non meminerũt ipsi quæ gesserint. Habent ergo etiã dignã mercedẽ tumult⁹. Prætereã certe ergo citharam,psalteria,tympana,quæ cognouimus conuiuiis huiusmodi frequẽter adhiberi, vt vino & cãtu excitentur libidines. Pleriq; etiã Persico more mulieres dignas temulentorum consortio induci iubent, & ab his phialas accipiunt,atq; illis se substernũt sedentibus. Et hũc ritũ sacratę habẽt obseruationes in ebrietatis ministeriũ. Habẽt ergo vinũ & Barbari. libẽter his Romanus indulget, vt & ipsi soluantur in potus, & eneruati ebrietate vincãtur. Nec solũ vinũ ebrietatẽ facit, sed sicera. D
Deniq; Hebręi omnẽ potũ qui inebriat, siceræ nomine vocant. Nõ immerito ergo vę illis q mane ebrietatis potũ requirũt,quos conueniebat deo laudes referre, præuenire lucẽ,& vacare orationi,occurrere Soli iustitiæ,qui nos visitat,& exurgit nobis,si nos Christo non vino & sicerę surgamus. Hymni dicuntur, & tu citharã tenes? Psalmi canũtur,& tu psalteriũ sonas aut tympanũ? Merito væ,qui salutẽ relinquis,mortẽ eligis. Vix diluculũ,& iã cursatur per tabernas,vinũ quærit, excutiũtur tapetes,accubitũ festinãt sternere,lagenas argẽteas,auratos calices exponũt. Væ,inqt,ista quęrẽtib⁹.
Calix aureus Babylon in manu dñi inebriãs omnem Hiere. 51.
terrã. A vino eius biberũt oẽs gẽtes,ideo cõmotę sunt. Et subito cecidit Babylon,& cõtrita est. Calix ergo aureus cõtritus est:quia Babylon cõtrita est,quæ est calix aureus. Sed quãuis auro se iactet & precio,in dñi & ipa est potestate. Deniq; diuina indignatione cõterit. Qua ratione calix aureus? quoniã qui a veritate deficit, quęrit illecebrã,vt specie saltẽ preciosa ad bibendũ aliquos possit illicere. Cõstitue ante oculos tuos pompã huius seculi, vide speciosam illecebrã,sed inanẽ gratiã. Nõ seducant te aurea vasa & argẽtea. Habemus & nos thesaurũ in vasis fictilibus. Vas apostolorũ fictile est, sed 1. Cor. 4.
in eo thesaurus est Christi. Vę sicerã mane sectãtibus. Aureũ est hoc vas,poculũ est, & in eo poculo venenũ mortis,venenũ libidinis,venenũ ebrietatis. Hoc q biberit,cõmouetur & cadit. Cõmouetur nõ solum corpore, E
sed etiam corde turbato. Cõmoueri enim peccati est.

De magna ebrietatis detestatione. Cap. XVI.

DENIQVE Cain exiens a cõspectu dei, habitauit in terra Naim, quę per interpretationem significat cõmotionem. Ergo qui calice aureo inebriatur,peccato mouetur. Quid te sub maledicto cõstituis Cain illius parricidę, vt tremẽs atq; pfugus mouearis? Sed & persecutores dñi trãseũtes mouebãt capita sua. Exagitabat enim eos spũs nequã,qui repleta a se corpora mouere cõsueuit. Et ille cũ defuerit,tremor desinit:ebrietas autẽ perpetuũ dat tremorẽ. Sudãt vino corpora temulẽtorũ. si leuius ea teti- F
geris, exprimis vinũ. Ebrietas fomẽtũ libidinis, ebrietas incẽtiuũ insanię,ebrietas venenũ insipiẽtię. Hęc sensus hominũ mutat & formas,per hãc fiũt ex hominib⁹ equi adhinniẽtes. Siquidẽ naturali vapore corporis calidi,& pręter naturã vini calore flãmati, cohibere se nõ queũt,& in bestiales libidines excitãtur, vt nullũ tẽpus pręscriptũ habeãt qd doceat indulgere cõcubitui. Vocẽ amittũt,colore variant,oculis ignescũt, ore anhelant, fremũt naribus,in furore ardescũt,sensu excedũt. Hinc phrenesis periculosa,hinc calculi grauis pœna,hinc exitialis cruditas,hinc vomitus frequẽs ĩ mẽsas epulas cũ internorũ viscerũ cruore fundentiũ. Nã eadem dñs per
Hieremiã locut⁹ est dicẽs: Bibite & inebriamini,& vo Hier. 25.
mite,& cadetis,& nõ cõsurgetis. Hinc etiã vanæ imagines,incerti visus,ĩstabilis gressus, vmbras sępe trãsiliũt sicut foueas. Nutat his cũ facie terra,subito erigi & inclinari videt,& quasi vertit. Timẽtes in faciẽ ruunt, & solũ manib⁹ apprehẽdũt, aut cõcurrẽtib⁹ mõtib⁹ sibi vidẽtur includi. Murmur ĩ aurib⁹ tanq̃ maris fluctuãtis fragor,& resonãtia fluctu littora. Canes si viderint, leones arbitrãtur,& fugiũt. Alii risu soluũtur incõdito, alii incõsolabili mœrore deplorãt,alii cernũt irrationabiles pauores. Vigilãtes somniãt, dormiẽtes litigant. Vita his somniũ est,somnus his mors est:excitari nullis vocib⁹ possũt. quãtolibet stimulãdo impulsu petas, nisi resipuerint,euigilare nõ possũt. Vnde bene Hieremias huiusmodi hominẽ tanq̃ supfluã creaturã deflendũ putat. Quid est homo ebrius,nisi supflua creatura? Itaq; sic ait: Sicut fletũ Iazer defleo te vitis, q̃a deserta

G est ciuitas Iazer. Et infra: Vinum erat in torcularibus tuis, mane non calcauerũt, meridie autem nõ fecerunt. Iazer, Mobi, Ticine, Piccot factura superflua est. Moderatio enim naturalis est: supra mensurã quicquid est, superfluum habetur. ita est ebrietas, quæ fletu prophetico deploratur. [Ephes. 5.] Vnde ait Apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, sed inebriamini spiritu. Est ergo ebrietas culpæ, est & gratię. Et forte hęc naturę quę gratiæ, qui ad imaginẽ & similitudinem dei facti, spiritusancto repleti esse debemus.

De obtestationibus & sacramentis potantium, quæ violare nefas arbitrantur. Et quomodo sæpe vino secretiora hominis extorqueãtur. Quodq; freqũes ingurgitatio interiora hominis absumat. Cap. XVII.

QVID autẽ obtestationes potantiũ loquar? Quid memorẽ sacramẽta, quæ violare nephas arbitrãtur? Bibamus, inquiunt, pro salute imperatorũ: & qui non biberit, sit reus in deuotione. Videtur enim nõ amare imperatorẽ qui pro eius salute non biberit. O pię deuotionis obsequiũ. Bibamus pro salute exercituum, pro comitũ virtute, pro filiorũ sanitate. Et hęc vota ad deum peruenire iu- [H] dicãt, sicut illi qui calices ad sepulchra martyrũ deferũt, atq; illic in vesperã bibũt, & aliter se exaudiri posse non credunt. O stultitiã hominũ, qui ebrietatem sacrificium putant, qui ęstimant illos ebrietate placari, qui ieiunio passiones sustinere didicerunt. Quot de intemperantia conuiuii nouimus ad tormẽta venisse? Dũ per ebrietatẽ de imperio suo certant, & sibi regna promittunt, aliis honores pollicẽtur, infœlices ad pœnam ducti sunt, qui qd dicerent, nesciebãt. Vnde pleriq; boni iudices ea quę per ebrietatem dicta sunt, esse tenẽda ad crimen nõ putauerunt. Pleriq; etiã vino vtũtur vt equuleo: & quibus tormenta non eliciunt vocẽ proditionis, eos tentant bibendo, vt patriæ statum, salutẽ ciuium, defensionis suę prodant consilia. Virtus enim plerũq; vincit dolorem, fidem autẽ potus excludit. Cognoui plerosq; fidiculis exulceratos nomen suum negasse. Quis inter cyathos texit quod latere cupiebat? Quid retexã audita? Mihi [I] nõ poculi, sed profluuii genus esse videtur, quod in ora hominum tanq̃ per fistulas aut canales vina fundũtur. Hos, homines, an vtres verius æstimauerim? Et tamẽ ipsi vtres, si immoderata transfusio fit, sępe rumpũtur. Per cornu etiam fluẽtia in fauces hominũ vina decurrunt, & si quis respirauerit, cõmissum flagitium, soluta acies, loco motus habetur. Aqua decurrens a Libano cautes rumpit & soluit, quomodo mollibus putant nequaq̃ nocere visceribus vinolẽtorũ impetus fluentorũ? Elephantos quoq; ferunt promuscide haurire aquę plurimum, eosdem tamen ad sedandã sitim moderato potu esse contentos. Sed si forte ab aliquo caupone fuerint mercede fraudati, indignantes, replere concauum promuscidis, non vt bibant, sed effundant, atq; ita momẽtariis inundatiõibus irrigare eius tabernam, de quo se putarint vindicandos. Siccantur ad potũ subito lacus, ac repente funduntur, natãt omnia. Cui non mirũ tam immania belluarum corpora superfluum nil tenere?

Quomodo etiã fœminæ vsq; ad ebrietatem bibant, & inde in plateis inuerecundos viris sub conspectu adolescentulorũ intemperantium ducant choros. Et quid boni sit sobrietas, quid mali intẽperãtia. Ca. XVIII.

SED quid de viris loquamur, quãdo etiam fœminæ, quas oportet solicitudinem castitatis, sobrietatisq; adhibere custodiam, vsq; ad ebrietatem bibunt? Deinde surgentes, quas etiã inter secreta domus vel audiri ab alienis non conuenit vel videri, prodire audẽt in publicũ nõ velato capite, vultu procaci. Apostolus mulieres tacere etiam in Ecclesia iubet, domi viros suos pręcipit interrogare. [1. Cor. 14.] [K] Illæ in plateis inuerecũdos viris sub cõspectu adolescẽtulorũ intemperantiũ choros ducunt, iactãtes comam, trahentes tunicas, scissæ amictus, nudæ lacertos, plaudentes manibus, saltãtes pedibus, personãtes vocibus, irritãtes in se iuuenum libidines motu histrionico, petulãti oculo, dedecoroso ludibrio. Spectat corona adolescentũ, & fit miserabile theatrũ. Inter saltantiũ lapsus ocello impuro, & cõtaminato aspectu, terra turpi saltatione polluitur, quæ obscœnis cantib⁹ verberatur. Quomodo patienter loquar, pie prætereã, conuenienter defleam? Vinum nobis tantarũ animarũ damna intulit. Etenim si vinũ & mulieres discedere a deo faciũt, quod vel ebrietas vel libido præuaricationis illecebræ sint, si singula ac separata hæc faciũt, qd faciunt vnita? Vnde nõ immerito ait Sapiẽs ante nos quidã: Mulier ebriosa ira magna. [Eccli. 26.] Quid autem mirum si vino decipiuntur animæ fœminarũ, cũ omnes illæ tribus patrum cũ de petra biberent aquam, mãna manducarent, gentes validissimas vincerent, & non erat in his vllus infirmus: vbi vero carnes desiderare cœperũt, & desideriis in Aegyptum conuertebantur, nequaq̃ ex tot milibus hominum in terram promissiõis præter duos peruenire potuerunt? Itaq; quid boni sit sobrietas, quid mali intẽperantia, hinc colligi datur, quando qui murmurabãt, requirentes Aegypti delicias, a serpentibus moriebãtur: [L] quando per maris rubri transibãt semitam, aquã bibebant: Nos ergo vereamur exẽplũ, nos fugiamus delicias, ne nos futurorũ bonorum adeptione defraudent.

Quid sibi sperare debeant bene pasti & luxuriosi, & de visione Tyri. Quodq; mare nulla necessitate, sed sola humana intemperantia inquietatum fuerit. Et quomodo luxuriosi nauibus assimilẽtur. Cap. XIX.

ET quid aliorũ vtar exemplis? Ipsi bene pasti ac luxuriosi quid sibi sperent, audiamus. [M] Inducit enim eos Esaias propheta dicẽtes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. [Esaię. 22.] Meritoq; exclamat: Vlulate naues Carthaginis, [Esaię. 23.] quia perierunt, & non amplius erunt. Quod est dictum de visione Tyri, quam luxuriosam vrbẽ cognouimus. Ideoq; nona visio est, nõ septima aut octaua, qd ea neq; legem custodiat, neq; Euangelii gratiam, cum & sabbato legitimo ignes libidinis adolere sit vetitum, & Euangelii ferię octauus dies resurrectionis illuceat. Idem autem dies primus atq; octauus, quia dominica dies in se recurrit. Luxuria ergo nec finem habet, nec obseruantiam disciplinæ, luxuria seminarium & origo vitiorum est. Nec arbitremini me aduersus Apostolũ dixisse, quia ille ait auaritiam radicem esse vitiorum [1. Tim. 6.] omniũ: quoniam luxuria ipsius est mater auaritiæ. Etenim cum exhauserit quis luxuriãdo proprias facultates, quærit postea auara cõpendia. Audistis hodie quid lectum sit: Mercatores, inquit, Phœnicũ transmeãtes mare. In aqua multa semina mercatorum, sicut messis quæ defertur. Vicinę sunt istę ciuitates, Tyrus, Phœnice, Sidon, vicinæ vt locis, ita & vitiis. Mercaturis ac negociationibus periculosa trãsfretatio maris. Lucella quęrens solicita vita hominum, inquieta cõuersatio, & quodã semper in turbine, ventis ipsis mobilior quibus voluitur, huc atq; illuc sæpe iactatur. Et vtiq; accusatis crebra naufragia, quis vos nauigare cõpellit? Quasi nõ inuidia opũ & terras faciatis intutas, & ad latrociniũ plurimos excitetis. Mare non ad nauigãdũ fecit deus, sed propter elementi pulchritudinẽ. Latius Pelagi fudit æquora, certe vt freto includeret terras, ne lõgius tu vagus & exul errares. Sed tẽpestãte iactatur mare. Temere ergo nõ vsurpare debetis. Elemẽtũ innocẽs nihil deliqt, temeritas humana sibi est ipsa discrimini. Deniq; [A] qui non nauigat, nescit timere naufragium. Dominus dixit: Dominamini pisciũ maris. nõ dixit, Nauigate in fluctibus. Denique & propheta Ionas, qui missus est in Niniuẽ vt pœnitentiã pręd icaret, quia voluit nauigare vt fugeret a facie dei, tẽpestate turbatur, & sorte ductus & iactatus in mare, & exceptus a ceto est. Propheta quoq; Dauid ait cũ dei circa hominẽ cõmemoraret gratiam: [Psal. 8.] Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues et boues vniuersas, insuper & pecora cãpi, Volucres cęli, & pisces maris, qui perambulãt semitas maris. Piscibus dedit nõ hominibus perambulare semitas maris. Ad escam tibi mare datũ est, non ad periculũ: cibo, nõ mercatu vtere. Cur tibi periculũ generas de voluptate? Cur separationibus elemẽti profunda rimaris? Cur inquietas mũdi altiora secreta? Cur postremo sæpius sulcare atq; exarare fluctus impatiens nauta contendis? Cur tẽtas frequẽter innoxia ęquora, irritas procellas? O inexplebilis auaritia mercatorũ, cede tu, vbi & Pelagus & mare inquietudinẽ tuam nõ potest sustinere. Deniq; totiens recurrẽtibus mercatoribus exaratum, erubesce Sidon, ait mare. [Esa. 23.] Tanq̃ fatigati elemẽti vox ista dicentis est: Erubesce Sidon. hoc est, meos fluctus negociator arguis, cum sis ipse fluctibus inquietior, & erubesce velut pudore, quoniam periculo nõ moueris. Verecũdiores venti sunt, q̃ vestræ cupiditates. Illi habent ocia [B] sua, nunq̃ vestra quærendi studia feriantur. Et cũ ociosa tẽpestas est, nunq̃ vestra ociosa sunt nauigia. Versatur vnda sub remige, quãdo quiescit a flamine. Nõ parturiui, inquit, nec peperi, nec nutriui, iuuenes quid me inquietant quos nescio, quos non agnosco? Ite in Carthaginem, vlulate qui inhabitatis insulas. Supra dixit: Vlulate naues Carthaginis. Carthaginẽ etenim Tyrii condiderũt, & ideo Carthaginẽses sequuntur luxuriam conditorũ, transfusa in se decolora successione nequitiæ, pessimorũ vitiorũ hæredes deteriores. Et bene luxuriosos naues dixit. Sicut enim illæ vẽto, ita hic cibo iactatur & vino. Insulæq; repletæ potu inhabitant, corpora naufragiis circumsonant. Tunduntur fluctibus ebrietatis, nec per diem nec per noctẽ quiescũt. Horum igitur mercatorũ semen in aqua, merces in fluctib⁹ est. In aqua enim labores suos seminãt, vt pericula metãt. In aqua eis seges pullulat, in aqua istis exuberat fruct⁹. [C] Ipse in aqua est, nunq̃ tutus est & solidus. Vnde recte ait: Qui seminabat in terra, nõ introiuit in negociationẽ. immo qui seminabat in cælo. Sed est & bona terra, in qua quicũq; seminauerit, fructus ei cęlestis oriatur.

Quis dicatur cãtus meretricis, de q̃ in Esaia: Eritq; post annos septuaginta Tyrus vt cãticum meretricis. Et de misericordia medici, & saluatoris gratia, & quibus modis quærenda sit. Caput XX.

VLVLATE, inquit, iterũ naues Carthaginis, quoniam periit munitio vestra, et erit in illa die, relinquetur Tyrus. [Esa. 23.] Et infra: Eritque post septuaginta annos Tyrus vt canticum meretricis. Videte quib⁹ verbis vtatur Propheta, nec refugiat verborũ istiusmodi vilitatẽ. Nos interdũ refugimus, non quo nobis q̃ illis lingua sit castior, sed autoritas inferior. Maior enim vis rerũ in taliũ expressione sermonum est, vt qui delicta nõ erubescũt, erubescãt vel nomina delictorũ. Eritq; Tyrus, inquit, vt cãticum meretricis. Videte ne cũ aliquis illos choros viderit pia verba cantare, dicat: Ecce Tyrus facta est vt cãticũ meretricis. oraculũ propheticæ annũciationis impletũ est. Et subiecit: Accipe citharam, & vagare ciuitas meretrix oblita bene citharizare, multa canta, vt fiat memoria tui. Et post septuaginta annos erit Tyrus canticum meretricis, & visitationẽ faciet deus Tyri. Vnde possumus & in bonũ canticum Raab illius meretricis accipere, quæ exploratores Iesu fideli mente suscepit. [Iosue. 2.] Nam & dominus ait: Cantauimus vobis, & nõ saltastis. [Luc. 7.] Et Dauid ait: Cantate domino canticũ nouũ, cantate domino omnis terra. [Psal. 95.] Hoc est cãticum meretricis, [D] quod ante illa meretrix in Adam & Eua terra cãtauit, meretrix in populo nationũ. Hæc meretrix bonas plurimas fecit meretrices, de quib⁹ dictũ est a domino Iesu ad illũ electum & seniorem populum dei: Publicani & meretrices pręcedent vos in regnũ dei. Ergo quoniam tam misericordẽ habemus dominum, qui etiam graui ignoscat errori, cõuertamur nos a vitiis, nõ recedamus a lege, præceptũ domini quasi serui sedulis studiis exequamur. Quid nobis cũ impuritatib⁹ & impudicitiis? Quid cũ operibus diaboli? Audistis hodie in lectione decursa qd legio dixerit: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dauid? [Luc. 8.] Et tu dicis si forte vides pugnare aduersum te diaboli tentamenta: Quid mihi & tibi est Belial? Ego Christi seruus sum, illius redẽptus sanguine, illi me totum mancipaui. Quid mihi & tibi est? Non noui opera tua. Nihil tuum quæro, nihil tuũ possideo, nihil tuũ desidero. Quanto magis nos oportet separare a diabolo, si se ille discernit a Christo? Et si fuimus ei aliquãdo obnoxii, iam nõ sumus, cõfugiamus ad medicũ, qui vulnera superiora curauit. Et si quid superest acerbitatis, medela non deerit. Et si quid iniurię fecimus, memor non erit qui semel donauit. Et si grauia deliquim⁹, magnũ medicũ inuenimus, magnã medicinam gratię eius accepimus. Medicina enim tollit peccata magna. Habemus etiã plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus. Pecuniã habes, redime peccatum tuũ. Nõ venalis est dominus, sed tu ipse venalis es. [E] Peccatis tuis venũdatus es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed preciosa est misericordia. Eleemosyna, inquit, a peccato liberat. [Tob. 12.] Et alibi dicit: Redẽptio viri, diuitię eius. [Prou. 13.] Et in Euangelio dominus dicit: [Luc. 16.] Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et veneno frequenter antidotum temperatur, hoc est, venenum veneno excluditur. Veneno mors repellitur, vita seruatur. Fac & tu quasi bonus dispẽsator de instrumẽto auaritiæ subsidium misericordię, synceritatis gratiã de corruptionis illecebra.

Quomodo intelligendũ sit illud prophetæ: Ecce venit dominus disperdere orbẽ terrarũ. Et quomodo athletæ simus, quibus multis certaminibus in stadio currendum est pro brauio, et ideo sobrietate, & abstinẽtiæ exercitio nobis opus sit. Caput XXI. [F]

AVDISTI quid lectũ sit hodie: Ecce venit dominus disperdere orbem terrarũ. [Esa. 13.] Quasi manu sanctus propheta demõstret, quasi oculis aduenientẽ videat iudicii diem, ita dicit: Ecce venit dominus disperdere terrarũ orbem. Immo quia in spiritu prophetis etiã quæ futura sunt, tanq̃ pręsentia reuelantur, ideo quę videbãt, nobis quoq; demonstrare cupiebant, vt nos ad cõuersionem ab errore reuocarent. Nec tamẽ quisq̃ frangi debet cũ audit quia disperdet dominus orbẽ terrarũ. Ne forte dicat, Esto, nos grauia peccata cõmisim⁹: quid orbis deliquit, quid terra, vt & illam disperdat? cur perit tam pulcher ornatus? Sed ãgustia est animi, istiusmodi opinio. Cæterũ si altius spectes, inuenies hoc esse pro nobis quod putas esse contra nos: iudicabis hoc esse pro mundo, quod aduersum mũdum arbitraris. Non semper stadiũ plenũ repertũ est spectatoribus, non semper certaminibus inquietum, non semper concretũ puluere, sed quando certamina, tũc populus in spectaculo, luctatur in scãmate, puluis in stadio. Vbi decursa certamina: conuẽtus soluitur, discedit vnusquisq;, aut victor ad gratiam, aut victus ad opprobrium, euehit corona victorẽ, victũ premit verecũdia, angit iniuria. Si quis ergo postea ingrediatur stadiũ, videat vacuũ celebritatis, dicat Agono-

Gthetæ,cur vacat stadiũ? cur silent certamina? cur solennia feriantur? Respondebit qui Agoni præest,oportet spectatores requiescere. Qui enĩ laboris est fructus,nisi requies post laborẽ? Similiter & orbis terrarũ aliquando solutendus est, vt sit requies fatigatis. Athletæ sumus, in quodã stadio decertamus spiritali. Deniq; bo-
1.Cor.4. nus athleta dicebat: Facti sumus spectaculũ huius mũ-
2.Cor.9. di. Et alibi: Sic curro, non vt in incertum: sic enitor, nõ
Philip.3. vt aerem cædẽs, sed castigo corpus meum. Et alibi: Superiora obliuiscens, & quę sunt priora appetẽs, ad destinatũ sequor brauiũ. Athletę ergo sumus, legitime certandum est. Multa certamina sunt: et qui hodie victus est, cras se reparet. Ante brauium cõtẽditur ad coronã. Postea nũquid athleta ocio vacat, cũ semel dederit certamini nomẽ suum? Exercetur quotidie, vngitur quotidie. Ipse cib⁹ ei agonisticus datur, disciplina exigitur, castimonia custoditur. Et tu dedisti nomẽ tuũ ad agonem Christi, subscripsisti ad competitionẽ coronę, meditare, exercere, vngere oleo lætitiæ, vnguẽto eximanito. Cibus tuus cibus sobrietatis sit, nihil habeat intẽperãtiæ, nihil luxuriæ. Potus tuus parcior, ne quid ebrietatis obrepat: custodi corporis castimoniã vt possis esse
H habilis ad coronam. Nec existimatio tua offendat spectatoris affectũ, nec te fautores tui negligentẽ videant, & deserant spectantes archangeli, & potestates, & dominationes, et illa angelorũ decem milia decem miliũ. Sub tantis erubescere confidera q̃ dedecorosum sit. Ingressus stadiũ puluere rigorẽ animæ tuæ excute, lacertos excute. Progressus in scãma necesse est vt excipias puluerẽ, subeas æstriũ solis flagratiam. Grauis æstus, sed dulcis victoria. Molesta caligo pulueris, sed speciosa tolerantia. Nemo stadium puluerulẽtus ingreditur, sed puluerulẽtũ reddunt certamina. Vbi colligit̃ puluis, ibi palma proponitur. Nemo iterũ nitidus coronatur, puluerulẽtum decet victoria. Vem ergo dñe Iesu, exeat corona tua, admitte victores in requiẽ, victos ad compunctionẽ. Et si disperdideris orbem terrarũ, plura
I sunt inuisibilia opera tua, q̃ quæ vidimus. Qui angustioris est animi, illa nõ cernit, dolet quod disperdas orbem terrarũ. Sed q nouit spectare quæ inuisibilia sunt,
Mat.6. gaudet vt venias, et omnes liberes. Gaudẽt athletę qui
Rom.8. possunt dicere: Veniat regnum tuum, fiat volũtas tua sicut in cælo & in terra. Gaudebit creatura mundi, vt a vanitate mũdi istius liberetur, quæ nũc congemiscit & parturit, quia vanitati etiam illa creatura subiecta est, donec multiplicetur adoptio filiorum, & totius corporis redemptio cõpleatur. In bono ergo disperdet orbem terrarum. Erit etenim cælum nouum, & nox non erit
2.Cor.3. amplius. Deniq; retelabit, inquit, faciem eius, vt reuelata facie spectemus gloriam Christi.

Qua ratione, corpus nostrũ ieiuniis castigandũ sit, comessationesq; indecoræ fugiendæ, ne succũbentes in stadio, exortes veniæ, multis fautoribus mœrorẽ afferamus. Et de ablutione aquæ baptismatis, quodq; festinandum sit ad gratiam. Caput XXII.

ADVERTIMVS ergo in stadio cõstituti quãtis aut delectationi aut dolori erimus, qui nũc fautores nobis sunt, ne pro nobis incipiant erubescere. Sicut enim erit gaudium
Luc.15. in cælo super vno peccatore pœnitentiã agente, ita erit mœstitia super vno peccatore si exors veniæ cursum huius vitæ confecerit. Castigemus ergo corpus nostrũ ieiuniis, fugiamus indecoras comessationes. Caueamus ne nobis dicaf: Vlulate a vino. Ne veniat Moyses, & Leuitas aduocet: & quicũq; paratus ad dominũ armatam dexterã gerat, seperet se ab iis qui manducãdo & bibẽdo gratia cõtraxere peccata. Et hodie Moyses venit cũ lex recensetur. Moyses vocat cũ lex præcipit. Apostolus docet vt seperemus nos ab omni fratre inquiete agẽte. Percutiamus eũ gladio spiritali, qui est
Hebr.4. verbũ dei. Non fratris, non propinqui accipiamus personã, sed omnẽ immundũ a Christi secernamus altaribus, vt emundet & corrigat lapsus suos, quo ad sacramenta Christi redire mereatur. Si quis autem non est baptizatus, securior conuertatur, & remissionẽ accipiat peccatorũ. siquidem baptismus velut ignis quidã peccata cõsumit, quia Christus in igne & spiritu baptizat.
3.Reg.18 Deniq; hũc typũ legis in Regnorũ libris inuenies, vbi Helias super altare ligna imposuit, & dixit vt mitterẽt super de hydriis aquã, & dixit: Iterate tertio. & iterauerunt tertio: & cum manaret aqua, precatus est Helias, & ignis descẽdit de cælo. Tu es homo super altare qui ablueris aqua, cuius exuritur culpa, vt vita renouetur.
Psal.33. Lignum enim & stipulam cõsumit ignis. Noli timere ignem per quẽ illuminaris. Ideo tibi dicitur: Accedite ad deũ, & illuminamini. Suscipite iugũ Christi, nolite timere quia iugũ est: festinate, quia leue est. Non conterit colla, sed honestat. Quid dubitatis? Quid procrastinatis? Non alligat ceruicẽ vinculis, sed mẽtem gratia copulat. nõ necessitate cõstringit, sed voluntatem boni operis dirigit. Quid negas adhuc esse tẽporis? Omne tẽpus opportunũ ad indulgentiam. Si aurũ tibi offerã, non mihi dicis, cras venias: sed iam exigis. Nemo differt, nullus excusat. Redemptio animę promittitur, &
L nemo festinat. Ioannes in pœnitentiã baptizabat, & omnis Iudæa cõueniebat. Christus baptizat in spiritu, Christus gratiam dispẽsat, & cum fastidio conuenitur. Typum baptismatis demõstrauit Helias, & cælũ aperuit q̃d fuit clausum tribus annis, et sex mẽsibus. Quãto maiora munera veritatis sunt? Aperuit itaq; cęlum non pluuia descendens, sed ascendẽs gratia. Nemo enĩ nisi per aquã & spiritũ ascendit in regnũ cęlorũ. Clauserat cælum hominibus perfidia, sed aperuit fides. Patebat & antehac cælũ hominibus. Deniq; Enoch raptus ad cælum est. Iterũ clausum est, sed aperuit Helias, qui raptus est curru igneo. Et vos potestis ascẽdere si sacramenti gratiam consequamini. Quousq; ad delectationes? Quousq; ad comessationes? Instat iudicii dies. dũ differs gratiam, mors appropinquat. Quis dicat, Nũc mihi nõ vacat, occupatus sum? Non mihi demonstres lumen, nolo tam cito me redimas. Non mihi adhuc opus est regnũ cæleste. Nonne hoc dicit qui excusat se a baptismate? Ad quãtam gratiã vocaris o homo? purgaris. & nõ exurer(: sanaris, & nõ doles: reformaris, sed
M nõ dissolueris: ictum mortis nõ excipis, & resurgis. Et adhuc dissimulas, adhuc expectas vt viuas seculo, postea te reuersas deo? An ignoras quod Cain, pterea displicuerit sacrificium, quoniam nõ primitiua obtulit, sed primitiuis ipse pfunctus est, de sequẽtibus munus deo tentauit offerre: Abel autẽ primitiarũ suarũ oblatione prętulus meruit insigni pietatis laudari oraculo?

FINIS.

CAPITA LIBRI DE TOBIA.

Quod humiliter ac patienter vir iste iustus misericors & hospitalis tulerit captiuitatis erũnam, quã ob virtutes quibus præditus fuerat subiit, cõmunem magis iniuriam q̃ priuatã dolens. Quodq; nullum humanitatis officium illo sit præstantius quod defunctis corporibus confertur. Caput I.
De cõmendatione sancti viri, qui dum cęcitatẽ incidit, nõ ingemuerit, nec cõquestus fuerit. Et quod diligẽter cauebat ne quid furtiuum domũ suam intraret. Quod etiã pecuniã quam proximo suo cõmendauerat, in tanta indigẽtia nõ poposcerit. Quod prętera in hoc quod pecuniã commẽdauit & nõ fœnerauit, iusti seruauerit officiũ. Et de duplici fœnore cũ detestatione execrabilis ac mali fœnoris, & commendatione boni. Ca. II.
De detestatiõe duritię & auaritię fœneratorũ. Ca. III.
Qua ratione fœneratores Iudæ & diabolo comparentur. Et quid significetur nominibus creditoris, debitoris, fœnoris & sortis. Caput IIII.
Quomodo pecunia fœneratorũ nunq̃ quiescat. Quomodo etiam imprudenter recipiẽtes sub vsuris mutuo, statim multos acquirant amicos, cum quibus opipare et splendide cõuiuentur, qui tamẽ exhausta pecunia soli fœneratori dilacerãdi relinquuntur. Et de illorum sera pœnitentia. Caput V.
De nequitia fœneratorum, qui aliena damna arbitrantur sua lucra, & quomodo sibi fingant tectoriolũ suę iniustitiæ. Caput VI.
De increpatione adolescentum, qui sub vsuris pecuniã mutuo recipiunt, & de vulnere remedium querunt. Et q̃ tristis his sit facies creditoris occursantis. Et de induciis per eos postulatis, parum tamen profuturis. Caput VII.
Quod pro paterno debito nonnunquã liberi in auctionem deducantur, & publice sub hasta vẽdantur. Et quomodo obligatus fœneratori venditus dicatur.
B Caput VIII.
Quod fœnerator peccati nostri diabolus sit. Et de cõparatione ipsius ad vsurariũ. Et quod idem sit exactor qui se creditorem appellat. Cap. IX.
Quod a fœneratoribus defunctorũ cadauera aliquãdo teneãtur pro pignore, & eis tumulus denegetur. Et q̃ nihil interest inter fenus & fœnus, inter mortem & sortem. Caput X.
De vsura ab aleatoribus extorta. Et de inuiolabili lege aleæ, cui subiiciuntur etiam ferocissimi homines. Caput XI.
De odibili fœneratorũ exactione. Et de variis vocabulis ab eis sub honestatis specie excogitatis. Et quod fœneratoris pecunia sit Echidna, & imitetur naturam serpentum. Caput XII.
Vnde dicatur vsura. Et quemadmodũ simul nascatur & enutriatur, & iam nata parturiat, semperq; inexplebilis atq; insatiabilis sit. Cap. XIII.
De vsura diuina lege prohibita. Et quod secũdum Catonem fœnerare sit hominẽ occidere. Quodq; omne quod prẽter sortem accipitur, sit vsura, quocunq; vocabulo appelletur. Cap. XIIII.
Quomodo intelligatur illud Deuteronomii, Ab alienigena vsuram exiges, nõ autem a fratre. Et de male
C dictione vsurarii secundum Ezechielẽ. Ca. XV.
Quibus dominus in euangelio doceat fœnerandũ. Et quod fœneratores a deo peccatores appellentur. Et quis possit esse bonus fœnerator, & quærere bonas vsuras. Caput XVI.
An liceat mutuũ danti recipere pignora. Ca. XVII.
Quid fœnerandum, & quibus secundum legis statuta, & quod etiã iustus & pauper hoc facere valeant. Caput XVIII.
Quomodo patres nostri gẽtibus fœnerarint. Et quomodo hodie sacerdotes fœnerare debeãt. Ca. XIX.
Quod sit illud pign⁹ quod lex reddi iubet ante solis occasum. Et de triplici pignore. Caput XX.
De reprehensione debitorũ mutuũ recipientiũ, & postmodum cõmodãtibus ingratorum in redditione facienda, & de obligatione molæ & lapidis supermolaris prohibita. Caput XXI.
Quem fœneratorem imitari debeamus. Ca. XXII.
An fœneratores excusẽt quod etiam superiores nostri id fecerint, & quod antiquũ sit vsurarum exercitiũ. Et quomodo Tobias neq; pignus neq; fidei iussorẽ receperit. Quo pacto etiã quis pro alieno debito fideiubere debeat. Cap. XXIII.
De aliis virtutibus Tobiæ. Et quomodo mercenario merces sit soluenda. Cap. XXIIII.

DIVI AMBRODII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE TOBIA LIBER VNVS.

Qui humiliter ac patienter vir iste iustus misericors & hospitalis tulerit captiuitatis erumnã, quam ob virtutes quibus præditus fuerat subiit, cõmunem magis iniuriam q̃ priuatã dolens. Quodq; nullum humanitatis officium illo sit præstantius quod defunctis corporibus confertur. Caput I.

IECTO PROPHETIco libro qui inscribitur Tobias, q̃is plene vobis virtutes sancti prophetę scriptura insinuauerit, tamẽ cõpendiario mihi sermone de ei⁹ me- B
ritis recensendis & operibus apud vos vtendũ arbitror, vt ea q̃ scriptura historico more digessit latius, nos strictius cõprehendamus, virtutum eius genera velut quodã breuiario colligentes. Fuit vir iustus, misericors, hospitalis, & ob virtutes quib⁹ præditus fuerat, subiit erumnã captiuitatis, quã ferebat hu militer atq; patienter, cõmunem magis iniuriam q̃ priuatam dolẽs. Nec sibi virtutũ suffragia nihil profuisse deploras, sed magis eam contumeliã minorẽ peccatorum suorũ precio illatam arbitratus, meruit edicti ne quẽ ex filiis captiuitatis mortuũ sepulturę daret. At ille interdicto nõ reuocabatur magis q̃ incitabat̃, ne deserere officiũ pietatis mortis metu videretur. Erat mi- F
sericordiæ precii, mortis pœna. Talis flagitii deprehẽsus reus vix tandẽ per amicũ potuit direpto patrimonio egenus & exul restitui suis. Iterũ in his versabatur officiis: si quid alimẽti foret, peregrinũ cum quo cibũ sumeret quęrens. Itaq; cũ a sepulturæ fessus reuerteretur munere, appositis sibi edendi subfidiis, misso filio quærebat consortẽ conuiuii. Dũ conuiua accersitur, nuncias-
tis insepulti corporis reliquiis, deferebat, nec putabat pium vt ipse cibũ sumeret cũ in publico corpus iaceret exanime. Hoc illi quotidianũ opus, & magnũ quidem. Nam si viuentes operire nudos prẽcipit, quãto magis debemus operire defunctorũ corpora? Si viantes ad lõgiora deducere solemus, quãto magis in illam æternã domum profectos, vnde iam nõ reuertentur? Ego, inquit Iob, super omnẽ infirmũ fleui. Quis infirmior de- Iob.33.
functo, de quo dicit scriptura alibi: Super mortuum plora? Ecclesiastes autẽ ait: Cor sapientũ in domo luctus, Eccles.22.
cor autem stultorum in domo epularum. Nihil hoc of- Eccles.7.
ficio præstantius, ei conferre qui tibi iam nõ possit redere, vindicare a volatilibus, vindicare a bestiis consortem nature. Feræ hanc humanitatẽ defunctis corporibus detulisse produntur, homines denegabunt?

De cõmendatione sancti viri, qui dum cęcitatẽ incidit, nõ ingemuerit, nec cõquestus fuerit. Et q̃d diligenter cauebat ne quid furtiuũ domũ suã intraret. Quod etiã pecuniã quã proximo suo cõmendauerat, in tanta indigentia non poposcerit. Quod prẽterea in hoc quod pecuniam cõmendauit & non fœnerauit, iusti seruauerit officium. Et de duplici fœnore, cum detestatione execrabilis ac mali fœnoris, & cõmendatione boni. Ca. II.

IAM sancto fessus officio propheta dum requiescit in cubiculo suo, cadenti de passẽri nido albugine cæcitatẽ incidit, nec conquestus ingemuit, nec dixit: Hæc merces laborum meorũ? Fraudari magis se doluit obsequorũ q̃ oculorũ munere, nec cęcitatẽ pœnã, sed impedimentũ putabat.

G Et cum victū mercede leuaret cõiugis: ne quid furtiuū
domū suam intraret cauebat. Vxor hœdū ꝓ mercede
acceperat. At ille plus honestati q̄ pietati cõsulens, cui
sua deerant, alimoniā cõmodauerat proximo suo, quā
toto vitę suæ tēpore in tāta indigētia nō poposcit. Vix
vbi se fessum vidit, & depositū senectute, insinuauit fi-
lio, nō tā cupiēs cõmodatū reposcere, q̄ solicitus ne frau
daret hæredē. Quod igitur cõmodauit pecuniā, & nō
fœnerauit, iusti seruauit officiū. Malū est enim fœnus
quo queruntur vsurę: sed non illud fœnus malū, de quo
Eccli. 29. scriptū est: Fœnera proximo tuo in tēpore necessitatis
Psal. 36. illius. Nam Dauid ait: Iustus miseretur & cõmodat.
Aliud illud fœnus iure execrabile, dare in vsurā pecu-
niam, q̄d lex prohibet. Sed Tobias hoc refugiebat, qui
monebat filiū ne pręceptū domini pręteriret, vt ex sub-
stantia sua eleemosynā faceret, non pecuniā fœneraret,
non auerteret faciē suam ab vllo paupere. Hæc qui mo
net, condēnat vsuras fœnoris, ex quo multi quęstū fece
runt, & multis commodare pecunias negocio fuit. Et
quidem eā prohibuerunt sancti. Quo grauius malum
fœnus est, eo laudabilior qui illud refugit. Da pecuniā
si habes, prosit alii quę tibi ociosa est. Da quasi non rece
pturus, vt lucro cedat si reddita fuerit. Qui non reddit
pecuniā, reddet gratiam: si fraudaris pecunia, acquires
iustitiam. Iustus est enim qui miseretur et cõmodat. Si
amittitur pecunia, cõparatur misericordia. Scriptū est
Eccli. 29. enim: Qui facit misericordiam, fœnerat proximo.

De detestatione duritiæ & auaritiæ fœneratorum. Caput III.

H MVLTI dispendii metu nō fœnerant, dum
fraudē verentur. Et hoc est quod petentibus
consueuerunt referre. Horū vnicuiq; dicitur:
Ibidem. Perde pecuniā propter fratrem & amicum,
& nō abscōdas illā in perditionem. Pone thesaurū tuū
in pręceptis altissimi, & proderit tibi magis q̄ aurum.
Sed obsurduerūt aures hominū ad tam salutaria præ-
cepta, & maxime diuites ære suæ pecuniæ aures clau-
sas habēt. Dū pecuniā numerant, responsa nō audiunt.
Simul vt aliquis necessitate cõstrictus, aut pro suorum
redēptione solicitus quos captiuos vēdidit, rogare cœ-
perit, statim diues vultū auertit, naturā nō recognoscit,
humilitatē supplicis nō miseratur, necessitatē non sub-
leuat, fragilitatē communē non cõsiderat, stat inflexibi
lis, resupinus, nō precibus inclinatur, nō lachrymis mo
uetur, non eiulatibus frāgitur, iurans quod nō habeat,
immo & ipse fœneratorē requirat vt necessitatib⁹ sub-
ueniat suis. Quid addis duritię et auaritię tuę sacramē
tum? Non absolueris periurio, sed ligaris. At vbi vsu-
I rarum mētio facta fuerit aut pignoris, tunc abiecto su-
percilio fœnerator arridet, & quē ante sibi cognitū dene
gabat, eundē tanq̄ paternā amicitiam recordatus oscu-
lo excipit, hæreditariæ pignus charitatis appellat, flere
ꝓhibet. Quęremus, inquit, domi si quid nobis pecunię
est, frangā propter te argētum paternū quod fabrefactū
est, plurimū damni erit. quæ vsurę cõpensabunt precia
emblematū? Sed pro amico dispendiū non reformida-
bo. cū reddideris reficiā. Itaq; anteq̄ det, recipere festi-
nat: & q in summa subuenire se dicit, vsuras exigit. Ca
lēdis, inquit, vsuras dabis. fœnus interim, si nō habue-
ris vnde restituas, nō requiro. Ita vt semel det, frequen-
ter exigit, & semper sibi debere efficit. Hac arte tractat
virum. Itaq; eum chirographis ligat, & astringit vocis
suæ nexibus. Numeratur pecunia, addicitur libertas.
absoluitur miser minore debito, maiore ligatur. Talia
sunt vestra diuites beneficia. Minus datis, & plus exi-
gitis. Talis humanitas, vt spolietis etiā dum subueni-
tis. Fœcundus vobis etiā pauper est ad quęstū. Vsura-
rius est egenus, cogētibus vobis habet quod reddat, q̄d
impendat non habet. Misericordes plane viri, quē alii
absoluitis, vobis addicitis. Vsuras soluit qui victu indi K
get. An quicq̄ grauius? Ille medicamentū quærit, vos
offertis venenum. Panē implorat, gladium porrigitis.
Libertatem obsecrat, seruitutē irrogatis. Absolutionē
precatur, informis laquei nodum stringitis.

Qua ratione fœneratores Iudæ & diabolo cõparen-
tur. Et quid significetur nominibus creditoris, debito-
ris, fœnoris & sortis. Caput IIII.

HANC præcipue iniustitiā deplorat sanctus
Dauid dicens: Vidi iniquitatē & contradi- Psal. 54.
ctionem in ciuitate, & non defecit de plateis
eius vsura & dolus. Itaq; cum proditionē Iu
dę subiecerit, hoc pręmisit, siue quod vltra sacrilegii in-
iuriam coniuratis dominicæ necis, fœnoris crimen ac-
ciderit, siue quod tantū sacrilegium satis abundeq; vsu-
ra fœnoris vltū iret. Mali fœneratores, qui dederūt pe-
cuniam vt interficerēt autorem salutis. mali & isti, qui
dant vt interficiāt innocentē. Et iste quoq; qui pecuniā
acceperit, vt proditor Iudas laqueo se & ipse suspendit.
Ipsum Iudam hoc maledicto putauit esse damnandū,
vt scrutaretur fœnerator eius substātiā, quia quod pro-
scriptio tyrānorū, aut latronū manus operari solet, hoc
sola fœneratoris neq̄tia consueuit inferre. Doctiores au
tem ipsi fœneratori putāt diabolum cõparandū, qui res L
animæ, & preciosæ mētis patrimoniū fœnerat, quodā
vsurariæ iniquitatis sic sumptu capit, sic auro illicit, sic
reatu inuoluit, sic caput ꝓ thesauro reposcit. Quid vo-
bis iniquius, qui nec sic capitis solutione estis contenti?
Quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitā obli-
gatis & patrimoniū, accipitis aurū argentumq; pro pi-
gnore, & adhuc illū debitorē dicitis, qui vobis plus red-
didit q̄ accepit? Vos creditores asseritis, qui amplius
debetis. Vos inquā dicitis creditores, qui non homini
sed pignori credidistis. Bene fœnus appellatur q̄d da-
tis: ita vile ac fœnū est. Sortem dicitis quod debetur.
Etenim velut vrna ferali misera sors voluitur, perituri
debitoris luenda supplicio. Stant pallentes rei ad sortis
euentū. Non sic trepidant de quorū dānatione sors du-
citur: non sic deiecti ac suspensi pauitāt, de quorū capti-
uitate expectatur sortis euētus. Illic enim vnius capti-
uitas, hic plurimorum addicitur. Et fortasse ideo sors, M
quia in euētu sunt patrimonia quæ sub hac arte voluū-
tur. Magnū & memorabile beneficiū dei hoc specia-
liter ore prophetico prædicatur quod in patres cõtulit,
quia ex vsuris & iniquitate liberauit eos. Et ꝓprie ait, Psal. 71.
ex vsuris liberauit eos, quia vsurę inferunt seruitutem.
Quasi diceret: Ex seruitutis vinculo ereptos reddidit
libertati. Graue vocabulū debitorū. Debita, peccata di
cuntur. Debitores quoq; criminosi appellantur. Sic enī
isti sicut & illi de capite decernūt. Culpæ tamen habent
nomen suum, vt factorū diuersitatem. Debita quamuis
diuersę quantitatis, vnū habent nomen, vnū onus, vnū
periculum. Nescit ergo quid poscat infœlix qui pecu-
niam petit mutuam, quid accipiat ignorat.

Quomodo pecunia fœneratorū nūq̄ quiescat. Quo-
modo etiam imprudēter recipientes sub vsuris mutuo
statim multos acquirant amicos, cū quibus opipare &
splendide conuiuentur, qui tamē exhausta pecunia soli
fœneratori dilacerandi relinquūtur. Et de illorum sera
pœnitentia. Caput V.

NON nouit pecunia fœneratoris vno diu-
tius loco stare, solita transire per plurimos,
vno teneri sacculo: versari ac numerari ex-
petit, vsum requirit, vt acquirat vsurā. Flu-
ctus est quidā maris, nō fructus. Pecunia nūq̄ quiescit.
Labit: velut scopulo illisa, ita gremiū debitoris percus-
tit, et continuo relabitur eo vnde processit. Cū murmu-

A re venit, cum gemitu reuertitur. Frequenter, tamē pla
cidum stat vētis mare, semper fœnoris vnda iactatur.
Mergit naufragos, expuit nudos, vestitos exuit, inse-
pultos relinquit. Nummū ergo petis, & naufragiū sus-
cipis. Hinc Charybdis circūstrepit, hinc Sirenę quę vo
luptatis specie, & canoræ dulcedinis suauitate in vada
deductos cęca, repetēdæ domus (vt ferūt fabulæ) sæpe
& cupiditate fraudabant. Statim vēditores vnguēti &
diuersarū specierum irruūt velut quidam canes, sagaci
prædæ vagantis odore perstricti, venatores, aucupes,
caupones quoq; miscētes mero aquā, qui nobilitatē ve-
tusti generis & patriæ & natalem diē vini circūsonent:
circūstantes repente parasiti, quē ante solebant sperne-
re, salutant, deducunt, ad lætitiā prouocant, ad sumptū
Sapi. 2. incitant, dicentes: Venite, & fruamur bonis quæ sunt,
& vtamur creatura tanq̄ in iuuētute celeriter, vino pre-
cioso & vnguētis nos impleamus, & nō prætereat nos
flos temporis. Coronemus nos rosis anteq̄ marcescāt,
nullū pratū sit quod nō pertranseat luxuria nostra, vbiq;
relinquamus signa lætitię, quoniā hæc est pars & hæc
est sors nostra. Et vere sors omnis illorum facta est, Tu
autē remanes exors bonorū. Non tales sortes tibi scri-
ptura mōstrauit. Non inter tales sortes Dauid memo
Psal. 67. rat dormiendum, dicēs: Si dormiatis inter medias sor-
B tes. Nam si in medio illarū dormisses sortiū, id est, ve-
teris & noui testamēti, non te pecuniæ cupiditas in vo
raginem teterrimi fœnoris demersisset, gratia spirita-
lis fidei tibi dedisset argentū, & in speciē auri diuinæ sa
pientiæ institutione formasset. Etenim si nos vnū te-
stimonium diuinæ scripturę posuimus, & luxuriosum
illud conuiuiū declinauimus, vtiq; potuit & iste saluari
si oraculis cęlestibus inhęsisset. Reuertamur tamen ad
conuiuiū, non vt eius degustemus epulas, sed cauēdas
aliis demōstremus. Oneratur mensa peregrinis & ex-
quisitis cibis, adhibētur nitētes ministri, magno empti
precio, sumptu pascēdi maiori. bibitur in noctē, dies cõ-
uiuio clauditur, ebrietati deficit. Surgit ille vino plen⁹,
vacuus opum, dormit in lucem, vigilās somniū putat.
Etenim vt in somnis sibi videtur diues ex paupere, sic
etiā egenus ex diuite. Dum defluit interim pecunia,
vsura superfluit, tempus minuitur, fœnus augetur, the
saurus exinanitur, sors accumulatur, paulatim cõuiuæ
C se subtrahūt, sponsores conueniūt, mane fœnerator pul
sat ad ianuas, queritur dies solutionis transisse pręscri-
ptos, iurgiis vigilantē adoritur, in somnis dormiētem
excitat. Non noctes quietę, nō dies suauis est, nō sol iu-
cūdus est. Distrahūtur paulatim deauratæ ac sericę ve
stes, & veneunt de medio minores. Ponit cū lachrymis
ornamenta, cū vix iam tristior, empta carius. Pueri cõ
stituuntur mensæ ministri, & male assueti emptorem
auertūt. Offertur pecunia creditori. vix, inquit, hęc sol-
uit vsuram. caput debes. Reddit exhausto patrimonio
capitis reus, & imminuto accipit fœnore, accipit indu-
cias tristiores bellicis quasi post biduū præliaturus. In
bello enim incerta victoria, hic certa inopia. Illic se cly-
peo tegit, hic nud⁹ occurrit. Illic lorica pectus includit,
hic totus carcere includitur. Illic manus telis onerat, ar
mat sagittis: hic ære vacuas offert vinculis alligandas.
Ducitur plerūq; vterq; captiuus. Ille habet quē accuset
aduersum belli euentū, hic præter se quē accuset nō ha-
bet. Nihil est intolerabilius hac miseria, quæ excusari
nō potest. Acerbat cõscientia pondus iniurię. Tūc secū
reputat, tūc scripturas recordatur, tūc dicit: Nōne mihi
Prou. 5. scriptū est, Bibe aquā de tuis vasis, & de tuorū puteorū
fontibus? Quid mihi cum puteo fœneratoris, vbi & a-
qua includitur? Suauiora erant olera cū securitate, q̄ a-
lienæ epulæ pastæ cū solicitudine. Nō oportuit aliena
quęrere, deinde inciderā debita, de meis oportuit fonti-
bus remedium quærere. Erant domi vasa minutiora.
Melius erat ministeriū deesse q̄ cibū: melius vestē ve-
† addicere nalem ꝓponere, q̄ libertatē abiicere. †Quid ꝓfuit quod
publicare paupertatē meam verecundatus sum? Ecce D
alius publicauit. Ego nolui nutritores vendere, ecce a-
lius adiudicat. Sera hęc consideratio. Tunc decuit suc-
currere cum vulnera prima serperēt. Melius fuerat in
principio tenuare sumptū, & necessitatem debiti rei fa-
miliaris angustiis alleuare, q̄ vt ad horam ditatus alie-
nis, postea exueris & propriis.

De nequitia fœneratorum, qui aliena dāna arbitrā-
tur sua lucra, & quomodo sibi fingant tectoriolum suę
iniustitiæ. Caput VI.

ACCVSAMVS debitorē, quod impru-
dētius se gesserit. Sed tamen nihil nequius
fœneratoribus, qui lucra sua aliena dāna ar
bitrātur, & dispendio suo deputāt quicquid
ab aliis possidetur. Aucupantur heredes nouos, adole-
scentulos diuites explorant per suos, adiungūt se, simu
lantes paternā & auitā amicitiam, volunt domesticas
eorū cognoscere necessitates. Si quam causam inuene-
rint, accusant verecundiā, pudorē arguūt, quod nō ante
desperatū† atq; ꝓsumptū. Sin vero nullos laqueos ali- †de sese
cuius necessitudinis offenderint, intexūt tabulas, aiunt ratum.
nobile prædiū esse venale, amplam domū, accumulant
profectus fructuū, annuos redditus exaggerāt, hortan-
tur vt coemāt. Similiter faciūt preciosas vestes & mo-
nilia nobilia prædicātes. Neganti se habere pecuniam, E
ingerunt suam, dicētes: Vtere vt tua: de fructibus em-
ptæ possessionis preciū multiplicabis, debitum reddes.
Prætendūt alienos fundos adolescēti, vt eū suis expo-
lient. tendūt retia. Simul vt indagine cūcta spatia †fue- †septa
rit ingressus, cogūt eū in retia cautionū, laqueos vsura-
rum, paternū sepulchrū: præstituitur dies solutioni, dis
simulatur cõuentio, quando potest solutio sustineri. vbi
satis securū reddiderint, repēte ingruūt, & instāt vehe-
mentius, causanti incumbūt dicentes: Tu possides tua
prædia, nos nostram pecuniam nō habemus. Aurum
dedimus, lignum tenemus. Tibi fructuū emolumenta
procedunt, nobis nihil accrescit pecunię. Ociosa causa-
tio est, saltem renouetur chirographū.

De increpatione adolescentū qui sub vsuris pecuniā
mutuo recipiūt, & de vulnere remediū quęrūt. Et q̄ tri-
stis his sit facies creditoris occursantis. Et de induciis ꝑ
eos postulatis, parum tamen profuturis. Ca. VII.

ITAQVE dū primum adolescēs nihil pu- F
tat de vestib⁹ suis aut possessionibus esse vē-
dendum, ad hęc facienda poscit dilationem.
Vsuræ applicantur ad sortē, accumulātur cē
suræ. Iam suspirare incipit, iam malū suum agnoscere.
Die ac nocte vsurā cogitat: quicq̄d occurrerit, fœnera-
torem putat. quicquid crepuerit, vocē sibi videtur fœne
ratoris audire. Si habes, cur nō soluis? si nō habes, cur
malū malo adiungis, & de vulnere remedium quæris?
Cur quotidie obsidionē pateris fœneratoris, expugna-
tionem times? Vetus sentētia est fœneratoris & debi-
toris sibi occurrentiū: Prospectū amborum facit domi-
nus. Alter quasi prędā requirit, alter quasi fera prędonē
declinat. Ille quasi leo quærit quē deuoret, iste quasi an-
ser aut fulica mauult se vel in prærupta deiicere, vel in
profunda demergere, q̄ istū humani corporis accipitrē
sustinere. Quid quotidie fugis? Etsi nō occurrat fœne-
rator, occurrit tibi inopia tanq̄ bonus cursor. Ambos
ergo videt dominus, fœneratorē & debitorē. Occurren
tes sibi spectat ambos, testis alterius iniq̄tatis, alterius
iniuriæ. Illius auaritiā condēnat, huius stultitiam. Ille
gressus debitoris singulos numerat, aucupat deflexus:
iste cõtinuo post colūnas caput obūbrat. Nullam enim
habet debitor autoritatē. Ambobus in digitis vsurarū
repetit sæpius calculatio. Par cura, sed dispar affectus.

G Alter lætatur incremẽto fœnoris, alter cumulo deuotionis affligitur. Ille quest⁹ numerat, hic ærũnas. Quid fugis hominẽ quẽ poteras & nõ timere? Quid fugis? aut quousq; fugies? Si quis pulsauerit nocte, fœneratorem putas sub lecto. Illico si quẽ subito intrare senseris, tu foris exilis. Canis latrat, & cor tuũ palpitat. Sudor effunditur, anhelitus quatitur. quæris quid mẽtiaris, vt fœneratorẽ differas: & cũ dilationẽ impetraueris, gaudes. Fœnore tuo simulat se fœnerator grauari, sed libẽter impertit, quasi venator qui ferã cinxerit. Securus est prædæ, tu osculari caput, ãplecteris genua, & quasi ceruus sagitta toxicata ictus paululũ procedẽs tandem victus veneno procũbis, aut quasi piscis qui fuscina fuerit infixus, quocũq; fugerit, vulnus vehit. Et vere piscis ille in esca mortẽ deuorat, illũ hamũ glutit dum cibum quærit. Sed tamen hamũ non vidit quẽ tegit præda. tu hamũ cernis, & glutis. Hamus tuus fœnus est creditoris. hamũ voras, sed vermis te semper obrodit. Ipse est esca quæ decipit. Itaq; & tibi fœnoris nec cibus vsui est, & hamus vulneri. An ignoras quia semel illaqueatus nodo, se magis, si fugiat, ipse cõstringit, & ĩtra retia positus fugiendo magis deiiciat super se retia. In plateis fugis, cũ intra parietes tutus esse nõ possis. Inueniet te cum voluerit fœnerator. Deniq; vbi tẽpus impleueris, sicut lupus nocte irruit, dormire nõ sinit, ex lecto ad publicum trahit, aut tabulis vẽditionis cogit subscribere. Vt fureris, pudoris dispendiũ. subscribis illico, venditurus auitũ sepulchrum. Paternæ sane vt parcatur ali-
H quid verecũdię, emitur ieiunũ solum, iactatur quod infœcunda vendiderit, dispendiis onerauerit debitorẽ, et superioris tẽporis adscribuntur dispendiis dãna presentis. Mox & laudata vendũtur, & inferũtur iam non instrumẽta, sed vincula. Tamen adhuc quęrendi fideiussores, tribuũtur induciæ, nõ vt prædam libertatis inueniat, sed vt consortẽ seruitutis adiũgat, qui se societ ærũnoso. At qd iuuare potest alienæ calamitatis accessio? Iam & amici fugiunt, cõuiuæ nõ recognoscũt. Ipse q̃q; conspectus omniũ refugit, & vt pugil ictus varios concertantiũ, ita iste honestorũ vitat occursus, & solicitus vbi in aliquẽ offenderit, vigilanti exit obtutu, redit paratus ad vincula, redit mortẽ optans, cogitãs eam sibi vt moreretur inferre, redit misere se condemnans quod alienã pecuniã nõ refugerit, & fœneratoris se æri deuinxerit. O quantos miseros aliena fecerunt bona. Quid,
I inquit, tibi vt bibas aquã Geon? Quid inquã tibi vt biberes calicẽ fœneratoris? Multi, inquit, mutuati ad tẽpus, & necessitatibus consuluerunt suis, & pecuniã reddiderunt. Et quanti se propter fœnus strangulauerũt? Illos cõsideras, hos nõ enumeras? Reminisceris euasisse aliquos, nõ reminisceris oppetisse? Nummos redditos imputas, laqueos appetitos nõ cõputas? Quos deformitate tam dedecorosæ conuẽtionis pleriq; verecundiores ad contumeliam, fragiliores ad iniuriam, expetito interitu prætulerunt, opprobrium vitæ amplius q̃ mortis supplicium pertimescentes.

Quod pro paterno debito nõnunq̃ liberi in auctionẽ deducãtur, & publice sub hasta vẽdantur. Et quomodo obligatus fœneratori, vẽditus dicatur. Cap. VIII.

VIDI ego miserabile spectaculũ, liberos pro paterno debito in auctionẽ deduci, & teneri calamitatis hæredes, qui nõ essent participes successionis: & hoc tam immane flagitium non erubescere creditorem. Instat, vrget, addicit. Mea, inquit, nutriti pecunia, pro alimonia seruitutem recognoscãt, pro sumptu licitationẽ subeant. Agitetur hasta de preciis singulorũ. Non immerito hasta agitatur, vbi caput quęritur: non immerito ad auctionẽ peruenitur, vbi sors poscitur. Hæc est fœneratoris humanitas, hæc debitoris stultitia, vt filiis quibus non reli-

K quit pecuniam, libertatẽ auferat, pro testamento chirographũ dimittat: pro emolumento hereditatis, iniquitatẽ obligationis. Quid sibi vult paterni in liberos scriptura maledicti, vbi nulla est impii offensa peccati? An potest durius aliquod esse maledictũ, grauiusque seruitium? Et illa sæpe post mortẽ habet defunctus compendia, quod nõ spectat miserias filiorũ. Vendit pleruq; & pater liberos autoritate generationis, sed nõ voce pietatis: ad auctionẽ furibundo vultu trahit dicẽs: Soluite filii gulæ meæ sumptũ, soluite paternæ mensæ preciũ. Vomite quod nõ deuorastis, reddite quod non accepistis. Hoc meliores, quod vestro precio redimitis patrẽ, vestra seruitute paternã emitis libertatẽ. Esto vt aliqs qui subuenire possit accedat, quis tantã expleat charybdim? quis rationes fœneratoris agnoscat? quis auaritiam satiet? Quæ non iste precia exaggeret cũ viderit redemptores? Nõ enim suo magis lucro q̃ alieno detrimẽto pascitur. Vera profecto, vera est, vtpote dei diuina sententia, qui cũ iratus esset propter impietatem Iudęorũ quod post deos alienos abirent: Cui, inquit, vendidi vos fœneratori? Esa. 50. Vẽditur enim qui obligatus fœneratori fuerit, & vẽditur non vno precio, sed quotidiano: vẽditur non cũ definitione, sed cũ accessione diuturna. Noua vsurarũ auctio per mẽses singulos, noua sub quotidiana licitatione vẽditio. Qui plus obtulerit, trahitur: L semper venalis addicitur, nũq̃ quasi vẽditus æstimatur. Magna igitur vis cælestis sentẽtiæ. Non satis iudicauit dñs dicere, Cui vẽdidi vos? sed addidit, fœneratori. Offensus nihil potuit grauius inuenire quo iudicaret in perfidos. Derelictos expostulat, cur ita fugerint salutis autorẽ quasi fœneratori alicui dominus vẽdidisset digna pœna dominũ relinquẽtes. Habent serui quod amplius q̃ carceris pœnas & vincula reformidẽt, habent liberi quod paueant ꝑ libertatis incuria. Simul illud aduerte, quod fœneratio pręuaricationis materia iudicata sit, q̃d is facile recedat a domino qui fœneratori se potuerit obligare. Fœnus enĩ radix mẽdacii, causa perfidiæ est. Ego, inquit, vos nõ vendidi, & peccatis Esa. 50. vestris vẽditi estis. Ergo qui se fœneratori obligat, ipse se vendit, &, quod peius est, vẽdit se nõ ære, sed culpa.

Quod fœnerator peccati nostri diabolus sit. Et de cõparatione ipsius ad vsurariũ. Et quod idem sit exactor, qui se creditorem appellat. Cap. IX.

QVIS iste peccati est fœnerator, nisi diabolus? a quo Eua mutuata peccatum obnoxię M successionis, vsuris defœneratur omne genus humanum. Deniq; quasi malus fœnerator chirographum tenuit, quod postea dñs suo cruore deleuit. Etenim quod mortis erat scriptum apicib⁹, debuit morte dissolui. Fœnerator ergo diabolus. Deniq; ostẽdebat Saluatori diuitias suas dicẽs: Hæc omnia tibi dabo si procidens adoraueris me. Mat. 4. At vero dñs æris solutor alieni, nihil ipse debebat, qui poterat dicere: Ecce venit huius mundi princeps, & in me suum nihil inuenit. Ioan. 14. Nihil debebat, sed soluebat pro omnibus, sicut ipse testatur dicẽs: Quæ nõ rapui, tũc exsoluebam. Psal. 68. Quid distat malitia hui⁹, & principis mũdi? Fœnerator pecuniæ caput obligat, manũ tenet, sorte ducit. O nomẽ triste de dulci. Dominus ouẽ centesimã liberauit. Illa centesima salutis, hæc mortis est, & terra bona centuplum fructũ reddit. Væ iis qui dicũt quod amarũ est dulce, et Esa. 5. quod dulce amarũ. Quid amarius vsura? quid dulcius gratia? Nonne hoc ipso sermone quo centesimã appellant, reuocare deberẽt in memoria redemptorẽ, qui venit centesimã ouem saluare, nõ perdere? Quis grauior exactor est? Et hoc triste nomen. Deniq; dñs ait: Populus meus, exactores vestri circũscribũt vos. Esa. 3. Et in euangelio habes: Dum vadis cum aduersario tuo ad magistratum, da operam liberari ab illo, ne forte perducat te Luc. 12.

A ad iudicẽ, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerẽ. Quis iste sit exactor agnosce, qui etiã nouissimũ quadrantẽ exigit, & idẽ se creditorẽ vocat, atq; in hoc etiã nomine fraudem facit, vt qui veneni pocula melle illinit, vt sub grato odore mors lateat, atque illita calicis ora vim fraudis abscõdat. Creditor ꝑtexit, quasi fidelis: & quasi incredulus, ad quem fidelis oppignerat.

Quod a fœneratoribus defunctorum cadauera aliquando teneãtur pro pignore, & eis tumulus denegetur. Et ꝙ nihil interest inter funus & fœnus, inter mortem & sortem. Caput X.

QVOTIENS vidi a fœneratoribus teneri defunctos pro pignore, & negari tumulũ dũ fœnus exposcitur. Quibus ego acquiescens libẽter, vt suũ constringerẽt debitorẽ, vt electo eo fideiussor euaderet. Hæ sunt fœneratoris leges. Dixi itaq;, tenete reũ vestrum: & ne vobis possit elabi, domũ ducite, claudite in cubili vestro carnificibus duriores, quoniã quẽ vos tenetis, carcer non suscipit, exactor absoluit. Peccatorũ reos post mortem carcer emittit, vos clauditis. Legum seueritate defunctus absoluitur, vobis tenetur. certe hic sortẽ suã iã memoratur implesse. Non inuideo tamẽ, pignus vestrũ reseruate. Nihil interest inter funus & fœn⁹, nihil inter mortẽ distat & sortẽ. Personat funebrẽ vlulatum fœnoris vsura, nũc vero capite minutus est quẽ conuenitis, vehementioribus tamen nexibus alligate, ne vincula vestra non sentiat. durus & rigidus est debitor, & qui nõ iam nouerit
B erubescere. Vnũ sane est quod nõ timere possitis, quia poscere non nouit alimẽta. Iussi igitur lauari corpus, et ad fœneratoris domũ exequiarũ ordinem duci, sed etiã inde plausorũ mugitu talia personabãt. Ibi quoq; funus esse crederes, ibi mortuos plangi putares. Nec fallebat sententia, nisi quod plures cõstabat illic esse morituros: Victus religionis consuetudine fœnerator. Nam alibi suscipi pignora etiã ista dicũtur, rogat vt ad tumuli locum etiã reliquiæ deferantur. tũc tantũ vidi humanos fœneratores, grauari me: tamen ego eorum humanitatem memorabã proficere, ne postea se quererẽtur fraudatos esse, donec feretro colla subiecti ipsi defunctum ad sepulchra deducerent, grauiori mœrore deflentes pecuniæ suæ funus.

De vsura ab aleatorib⁹ extorta. Et de inuiolabili lege aleę, cui subiiciũtur etiã ferocissimi hoĩes. Ca. XI.

C ALIVD non minoris acerbitatis accipite. Obseruant isti aleatorũ conuẽticula, & perdentis erumnã cõmoditatem suã iudicant, spondent pro singulis, varios primo sors ludit euentus, ad diuersos sæpe transfertur victoria, stipẽdiaq; eius vicissim atq; ærũna mutãtur. Omnes vincuntur & vincũt, fœnerator solus acquirit. Penes alios manet nomẽ quod vicerint, penes fœneratorẽ solũ fructus est, nõ annuus, sed momẽtarius. Illi soli faciũt lucrũ in omniũ detrimẽto, illis solis est vsuræ victoria. Videas reliquos subito egẽtes: repente diuites, deinde nudos, singulis iactibus statũ mutantes. Versatur enim eorũ vita vt tessera. Voluitur cẽsus in tabula, fit ludus de periculo, & de ludo periculũ. quot propositiones, tot proscriptiones. Clamor plaudentiũ, fletus despoliatorũ, gemitus deplorantiũ. Sed & hos creditor vt tyrannus dãnans, vnumquẽq; sorte capitali, agitat hastas, feralem instituit de singulorũ exuuiis auctionẽ. Alios proscriptioni addicit, alios seruituti. nõ tanti occisi sub tyrãnis sunt. Vitæ igitur hanc aleã rectius dixerim q̃ pecunię, sub momẽto fertur, quod valeat in æternũ. ebrietas iudicat, & nullus appellat. Habet & alea suas leges, quas fori iura non soluant. Notatur (si credi potest) infamia

qui putauerit renitẽdum, & infamiũ sententia grauius D q̃ cẽsura iudicialis inurit opprobriũ: quoniam qui apud iudicẽ dãnantur, apud illos gloriosi sunt, qui apud illos damnãtur, apud iudicẽ criminosi sunt. Nobile cõstituit Moyses seniorũ iudiciũ, hi tamẽ de leuioribus iudicabant: verũ graue, hoc est de potiorib⁹ negociis Moysi iudiciũ reseruare cõsueuerant. Hic dicitur, Aleonũ cõciliũ iudicauit. & plus eorũ timetur potẽtia, q̃ dęmonũ. Inter has feras viuis fœnerator atq; versaris. His bestiis cibũ eripis, his tetrior ęstimaris, his crudelior plus timeris. Ferũt Hũnorũ populos oĩbus bellũ inferre nationibus, fœneratoribus tamen esse subiectos: et cũ sine legibus viuãt, aleæ solius legibus obedire, in procinctu ludere, tesseras simul & arma portare, & plures suis q̃ hostilibus ictibus interire. In victoria sua captiuos fieri, & spolia suorũ perpeti, quæ pati ab hoste nõ nouerit. Ideo nunq̃ belli studia deponere, quod victi aleæ ludo, cũ totius prædę munus amiserint, ludendi subsidia requirunt bellãdi periculo. Frequenter autẽ tanto ardore rapi, vt cum (ea quę sola magna æstimãt) victus arma tradiderit, ad vnũ aleæ iactum vitam suã potestati vel victoris vel fœneratoris addicat. Deniq; constitit quod quidam eorum & Imperatori Romano cognitus in fide, precium seruitutis quã sibi tali sorte superatus intulerat, suppliciis imperatæ mortis exoluerit. Premit ergo fœnerator etiam colla Hunnorũ, & eos vrget in fer- E rum, premit Barbaros suæ terrore sæuitiæ.

De odibili fœneratorũ exactione. Et de variis vocabulis ab eis sub honestatis specie excogitatis. Et quod fœneratoris pecunia sit Echidna, & imitetur naturam serpentum. Caput XII.

QVID enim tetrius eo qui hodie fœnerat, & cras exigit? Est odibilis inquã homo huiusmodi. Oblatio quidem blãda, sed immanis exactio. Verũ ipsa oblationis humanitas facit ad exactionis sæuitiã. protulit pecuniã, hypothecas exigit, & in suis apothecis recõdit. Vna pecunia a fœneratoribus datur, & q̃ multa a debitoribus exigũtur? Quãta sibi fecerũt vocabula? Nũmus datur, & fœnus appellatur. Sors dicitur, caput vocatur. Aes alienũ scribitur, multorũ hoc capitum immane prodigiũ, numerosam exactionẽ efficit. Syngraphã nũcupat, chirogra- F phum nominat, hypothecas flagitat, pignus vsurpat. Fiducias vocat, obligationẽ asserit. Vsuras prædicat, cẽtesimas laudat. Echidna quędam est fœneratoris pecunia, quæ tãta mala parturit. Echidna tamẽ fœcunda pœnis viscera trahens, partu suo rũpitur, & morte materna docet sobolẽ nõ esse degenerẽ in matrẽ. Illã morsibus suis scindũt. illic vbi nascitur venenũ, primũ probatur. Pecunia autẽ fœneratoris omnia mala sua cõcipit, parit, nutrit, atq; ipsa magis in sobole sua crescit, tristi prole numerosior. Nõ minus flexuosa q̃ serpẽs, atq; in orbẽ se totã colligẽs, vt caput seruet. Reliquo flagellat corpore, illud solũ producit ad vulnera, spiris ingentibus quos cõprehẽderit ligat, solo capite interficit. saluo capite etiamsi reliqua pars eius dilapidata fuerit, reuiuiscit. Diuersa q̃q; serpẽtibus sunt cõueniendi & parturiendi tẽpora, pecunia fœnebris a die initę cõuentionis crescẽtib⁹ serpit vsuris, quæ parturire nõ nouit, quia dolores magis ipsa in alios transfundit. Ibi dolores vt Psal. 74. parturiẽtis. Vnde etiã τόκους Græci appellauerũt vsuras, eo ꝙ dolores partus animæ debitoris excitare videantur. Veniunt calendæ, parit sors centesimã. Veniunt mẽses singuli, generãtur vsuræ. Malorũ parentum mala proles, hęc est generatio viperarũ. Creuit cẽtesima, petitur nec soluitur, applicatur ad sortẽ. Fit maledictũ ꝓpheticũ, dolus in dolo, vsura improbi seminis fœtura deterior. Itaq; nõ iam centesima incipit esse, sed sũma, hoc est, nõ fœnoris cẽtesima, sed fœnus cẽtesimę.

G Vnde dicatur vſura. Et quemadmodū ſimul naſca=
tur & enutriatur, & iam nata parturiat, ſemperq́; inex=
plebilis atq; inſatiabilis ſit. Cap. XIII.

VSVRAM quoq; ab vſu arbitror dictā, q̄d
vt veſtes vſu, ita vſuris patrimonia ſcindan=
†Forte, tur. Lugubre† Cætera prima litera ſonat,
Gręca pri parturit vox doloris eſt. Quid ibi poteſt eſſe
mum. boni quod a dolore incipit, & ab obligatione? Lepores
ferunt generare ſimul & educare, & cōtinuo parturire.
Iſtis quoq; anaglyphariis vſurarū generatur & ſuper=
generatur, vſura enutritur ac naſcitur, & nata iā partu=
rit. Radices quoq; arborū primo plātātur vt prendant.
cum prēderint, tūc vireſcere incipiūt, poſtea pullulare.
At vero pecunia fœnoris vix plātata iam pullulat. Se=
Eccles.3. mina tēpore erūpunt, animalia tēpore pariunt. Tēpus
enim pariendi, & tēpus moriendi: tēpus plantādi, & tē=
pus euellēdi quod plantatū eſt: tēpus occidēdi, & tēpus
ſanandi. Et infra: Tēpus acquirēdi, & tēpus reddendi:
tēpus cuſtodiendi, & tempus expellēdi, vt Eccleſiaſtes
ait. Pecunia fœnoris hodie ſeminatur, cras fructificat:
ſemper parit, & nunq̄ interit: ſemper plātatur, vix euel=
litur. Vult ſemper fœnerator acquirere, nunq̄ perdere,
nunq̄ cuſtodire, pecuniā ſuā ſemper explere. Nunq̄ ſa=
nare, ſemper occidere. Et quia bonus ad omnia magi=
ſter Eccleſiaſtes liber eſt, Salomoni ipſi pauliſper inhę=
Eccles.1. reamus. Non ſatiabitur oculus, inquit, vidēdo, & nō ſa
tiabitur auris auditu, nec fœnerator expletur accipien=
do, nec affectus eius quotidiano numerandi æris ſatia=
H bitur auditu. Et iterū: Omne quod fuit, ipſum eſt quod
erit. Creſcit ſemp pecunia, ocioſum neſcit auaritia vſu=
ras† æreas. Oēs, inq̄t, torrētes vadūt in mare, & ma
re non adimpletur. Mare iſtud fœnerator eſt. Omniū
patrimonia tanq̄ fluctus abſorbet, & ipſe neſcit expleri.
Mari tamē pleriq; vtuntur ad quæſtū, fœneratore ne=
mo vtitur niſi ad diſpendiū. Illic multorū commodum
eſt, hic vniuerſorū naufragium. Multa ſunt animātia
quæ cito generare incipiunt, ſed cito etiā generare deſi=
ſtunt. Sors cito generat, & nunq̄ deſinit, immo cū exor
dium creſcēdi acceperit, in infinitū extēdit augmentū.
Omne deinde quod creſcit, cū ad naturæ ſuę formā atq;
menſurā magnitudinēq; peruenerit, vacat incremēto,
ſed fœneratorum pecunia tempore ſemper augetur, &
vltra formā materne ſortis ſe extendens, modū nō con
tinet. Pleraq; etiam animantiū cum cœperint ea quæ
ex his orta ſunt generare, tanq̄ effœtis viribꝰ vſum ge=
nerationis amittunt. Sors autem fœnoris cū fuerit cre
ſcentibus exæquata centeſimis, & vetuſtatem ſui reno
uat, & partus ſolitos adiunctione multiplicat.

I De vſura diuina lege prohibita. Et quod ſecūdū Ca=
tonem fœnerare ſit hominem occidere. Quodq; omne
quod præter ſortem accipitur, ſit vſura, quocunq; vo=
cabulo appelletur. Cap. XIIII.

NON nouum nec perfunctoriū hoc malum
eſt, quod veteris atq; diuinę pręſcripto legis
inhibetur. Populus qui deſpoliauerat Egy
ptum, qui pede tranſierat mare, monetur a
fœnoris pecunia cauere naufragia. Et cū de aliis pecca=
tis ſemel aut multū iterata admonitione præſcripſerit,
Exo.22. de fœnore ſæpius intimauit. Habes in Exodo: Quod
ſi pecuniā fœneraueris pupillo, orphano, pauperi, apud
te nō ſuffocabis eū, nō impones illi vſurā. Oſtēdit quid
ſit ſuffocare, id eſt vſurā imponere. Strāgulat enī, & q̄d
peius eſt, animam laqueat creditoris. Quo ſermone &
prędonis violentiā, & deformis nodū mortis expreſſe=
rit. Quod ſi pignus acceperis veſtimentū proximi tui,
ante ſolis occaſum reſtitues. Illud eſt enim hoc operto=
rium eius tantū, hoc veſtimentū turpitudinis eius in q̄
dormiet. Q̄d ſi itaq; proclamauerit ad me, exaudiā eū.

Audiſtis fœneratores quid lex dicat, de qua dixit dn̄s: K
Non veni legē ſoluere, ſed adimplere? Quā dn̄s nō ſol= Matt.5.
uit, vos ſoluitis? Vſurā, inq̄t, petere, ſuffocare eſt. Hoc
quoq; foris ſero eſt dictū a quibuſdā eorum prudētibus.
Quid eſt, inquit, fœnerare? Hominē, inquit, occidere.
Sed vtiq; nō Cato prius q̄ Moyſes qui legem accepit.
Multo ille poſterior. Si pignus acceperis veſtimētum
propinqui tui, ante ſolis occaſum reſtitues illud, ne nu=
dati appareat turpitudo. Vos autē exuitis atq; nuda=
tis, & nō redditis. Videte ne ſol occidat ſuper auaritiā
veſtrā, ne ſol iuſtitię vobis occidat, quia iuſtitiā non te=
netis, aut iniquitas ſuper flagitia veſtra cōdatur. Dies
quoq; perit inuito, nox irruit ſicut Iudæ: qui, cū diabo= Ioan.13.
lus miſiſſet in cor eius, ſurrexit ad proditionē, & facta
eſt nox. ſol enim iuſtitię occiderat ei, et recubuerat ſuper
eū. Qui in cor eius intrauit: fecit illi tenebras, vt lucis
non videret autorē. Ibi miſer periit in illo cōuiuio, quo
alii ſaluātur. Reddite igitur veſtimētū debitori, in quo
dormiat, & quietus ſit. Si nolueritis reddere, exaudiā,
inquit, eum: quia miſericors ſum. Si vos nō exauditis,
ego exaudiā, ego miſerebor, ego non deſpiciam inopis
precē. In Deuteronomio quoq; ſcriptū eſt: Non exiges Deu.23.
a fratre tuo vſurā pecunię, & vſurā eſcarū, & vſuram o=
mnium rerū quaſcūq; fœneraueris fratri tuo. Si alieni=
genæ credideris, vſuram exiges ab eo, a fratre autē tuo
non exiges. Vides quantū pondus in verbis ſit. Noli, L
inquit, exigere vſurā a fratre tuo, hoc eſt, cū quo habere
debes omnia cōmunia, ab eo tu vſuram exigis? Frater
tuus conſors naturę, & cohæres gratiæ. Noli ab eo exi
gere amplius a quo durū eſt repetere quod dederis, niſi
cū habuerit vnde diſſoluat. Et quia pleriq; refugientes
præcepta legis, cū dederint pecuniā negociatoribus, nō
in pecunia vſuras exigūt, ſed de mercibꝰ eorū tanq̄ vſu=
rarum emolumēta percipiunt, ideo audiāt quid lex di=
cat: Neq; vſurā, inquit, eſcarū accipies, neq; omniū rerū
quas fœneraueris fratri tuo. Fraus enim iſta et circun=
ſcriptio legis eſt, non cuſtodia. Et putas te pie facere
quia a negociatore velut mutuū ſuſcipis? Inde ipſe frau
dem facit in merciū precio, vnde tibi ſoluit vſurā. Frau
dis illius tu autor, tu particeps, tibi ꝓficit quicquid ille
fraudauerit. Et eſca vſura eſt, & veſtis vſura eſt, & q̄d=
cunq; ſorti accedit, vſura eſt. Quod velis ei nomē impo
nas, vſura eſt. Si licitū eſt, cur vocabulum refugis? cur
velamē obtexis? Si illicitū eſt, cur incrementum requi=
ris? Q̄d peius eſt, hoc vitiū plurimorū eſt, & maxime
diuitū, quibus hoc nomine inſtruūtur cellaria. Si q̄s in=
ſtaurādum cōuiuiū putat, ad negociatorē mittit, vt ab=
ſinthiaci cupellā ſibi gratis deferat: ad cauponē dirigit, M
vt Picenū vinū aut Tyriacū requirat: ad laniū, vt hyllā
ſibi procuret: ad aliū, vt poma ſibi adornet. Itaq; huma=
nitates indicāt quę alieno periculo conſtāt. Tu bibis, &
alius diffluit lachrymis? Tu epularis, & alios cibo tuo
ſtrāgulas? Tu ſymphonia delectaris, et alius miſerabili
deplorat vlulatu? Tu poma deguſtas, & alius ſpinā vo
rat? Nūq̄d colligūt de ſpinis vuas, aut de tribulis ficus? Matt.7.
Spina vſura eſt, ſpina cēteſima eſt, tribulus eſt fœnus,
male vrit: Quomodo potes fructū habere de ſpinis? Si
iſte fructus de ſpinis nō naſcitur, illic naſcitur æternus.
De erumnis ditaris, de lachrymis lucrū quęris, de fame
aliena paſceris, de exuuiis deſpoliatorum hominū cu=
dis argētū, & iudicas te diuitē, qui ſtipem poſcis a pau=
pere? Sed audi quid dicat Saluator: Væ vobis diuiti= Luc.6.
bus, qui habetis conſolationem veſtram.

Quomodo intelligatur illud Deuteronomii, Ab a=
lienigena vſuram exiges, nō autem a fratre. Et de ma=
ledictione vſurarii ſecundum Ezechielem. Ca. XV.

SED forte dicas, q̄a ſcriptū ē: Alienigenę fœ=
nerabis, & nō cōſiderabis q̄d euāgeliū dicat,
q̄d eſt plenius. Sed hoc interī ſequeſtremus,

A legis ipſius verba conſidera. Fratri tuo, inquit, non fœ=
nerabis ad vſuram, ſed ab alienigena exiges. Quis
erat tunc alienigena, niſi Amalech, niſi Amorręus, ni=
ſi hoſtes? Ibi, īquit, vſurā exige. Cui merito nocere de=
ſideras, cui iure inferuntur arma, huic legitime indicā=
tur vſuræ. Quem bello non potes facile vincere, de hoc
cito potes centeſima vindicare te. Ab hoc vſuram exi=
ge quem nō ſit crimen occidere. Si mecum ferro dimi=
cat qui vſuram flagitat, ſine gladio & de hoſte vlciſci=
tur qui fuerit vſurariꝰ & exactor inimici. Ergo vbi ius
belli, ibi etiam ius vſuræ. Frater autem tuus omnis, fi=
Pſal.21. dei primum, deinde Romani iuris eſt populus. Narra
bo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ lau
Leuit.25. dabo te. Deniq; in Leuitico præſcripſit etiam lex vſurā
a fratre non eſſe poſcendam. Sic enim habes: Et viuet
frater tuus tecum, pecuniam tuam nō dabis illi in vſu=
ram, & in amplius recipiendū non dabis illi eſcas tuas.
Gn̄aliter hæc ſentētia dei omne ſortis excludit augmē=
Pſal.14. tum. Vnde & Dauid & benedictum æſtimauit, & di=
gnum habitatione cæleſti, qui pecuniam non dedit in
vſurā. Si ergo qui non dedit, benedictus: ſine dubio ma
ledictus qui ad vſuram dedit. Cur ergo maledictionem
potius eligis q̄ benedictionem? Poteſtis enim benedi=
cti eſſe ſi velitis, poteſtis iuſti eſſe. Homo enim iuſtus
Ezech.18 ſecundum Ezechiel, qui pignus debitori reddiderit, &
pecuniā ſuam in vſurā non dederit, & ſuperabundātiā
non acceperit, & ab iniuſtitia auerterit manum ſuam.
B Iuſtus eſt, inquit, iſte: vita viuet: dicit dominꝰ. Qui au
tem pignus non reddidit, & in ſimulacra appoſuit ocu=
los ſuos, iniquitatē fecit, cum vſura dedit, & ſuperabun=
dantiam accepit, hic vita nō viuet. Omnes iniquitates
iſtas fecit, morte morieſ, ſanguis eius ſuper ipſum ma=
net. Vide quomodo fœneratorē cum idololatra copu=
lauit, quaſi crimen æquaret. Elige ergo quod dulciꝰ eſt.
Cur ſemp triſtes? cur ſemp amariſſimi? cur ſemper ſo=
liciti? Procedat aliquando a vobis miſericordia, proce=
dat veritas. Obligetur mēdaciū, fraus odio ſit. Docui=
ſtis periurium. Fœneratorium ſacramentū dicitur, vbi
paratur periurium. Periuraſtis frequenter, cum reddi=
ta fuerit pecunia, quod ſyngrapha nō appareat. periura=
ſtis poſtea quod non reperitis pecuniam. Nolite ergo
ſemper miſeri eſſe, ſemper auari, ſemper mœſti. Leo=
nes ſunt, & feritatem ſuam mutant. De manducante,
inquit, exiuit eſca, & de forti & triſti exiuit dulce. Græ=
cus & triſti habet. Sic inuenimus. Tamen de forti hoc
intelligitur, quia leo fortis eſt feritate: & q ferus, triſtis.
Et de vobis qui pecuniam deuoraſtis & auaritiam, ex=
eat miſericordia. Hæc eſt enim eſca egenorum. Et de
triſti exeat dulce, vt dimittatis ei qui nō habet vnde diſ
Eſa.5. ſoluat. Quid trahitis peccata vt fune longo, & iugi lo=
C ro vitulæ? Quod fit vtiq; cum fœnus producitis. Te=
netis pauperem debitorem, velut ibi ſit aliqua gratia,
vbi nulla ſpes commodi. Et hoc ſecundum auaritiam
veſtram loquor.

Quibus dn̄s in Euāgelio doceat fœnerandū Et q̄d
fœneratores a deo peccatores appellentur. Et quis poſ=
ſit eſſe bonus fœnerator, & quærere bonas vſuras.
Caput XVI.

CETERVM dominus in Euāgelio tali=
Lucæ.6. bus magis exiſtimat fœnerandum a quibꝰ
retributio non ſperetur. Si enī ait: Et ſi mu=
tuū dederitis a quibꝰ ſperatis recipere, quæ
vobis eſt gratia? Nā peccatores peccatoribus fœnerā=
tur vt recipiant. verūtamen amate inimicos veſtros, &
benefacite eis, & mutuum date nihil ſperantes, & erit
merces veſtra multa in celo, & eritis filii altiſſimi, quia
ipſe benignus ſuper ingratos & malos. Eſtote miſeri=
cordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt. Aduertitis
quod nomē fœnerator a domino acceperit, quod nomē
etiam qui fœnori veſtro fuerit obligatus. Peccatores,
inquit, peccatoribus fœnerātur vt recipiāt. Vterq; pec= D
cator, & fœnerator & debitor: vos autem, inquit, ama=
te inimicos veſtros. Nō diſcutiatis quid mereātur ini=
mici, ſed q̄d vos facere oporteat. Date mutuū iis a q̄bꝰ
non ſperatis vos quod datum fuerit recepturos. Nullū
hic damnum eſt, ſed compēdium. Minimū datis, mul
tū recipitis. In terra datis, & id vobis ſoluetur in cælo.
Fœnus amittitis, mercedem magnā habebitis. Fœne
ratores eſſe deſinitis, filii eritis altiſſimi. Eritis miſeri=
cordes, qui vos patris æterni ꝓbetis hæredes. Sed fœ=
neratorum vos delectat & vſurarū vocabulū. Id quoq;
non inuideo. Docebo quomodo boni fœneratores eſſe
poſſitis, quomodo bonas quæratis vſuras. Dicit Salo=
mon: Fœnerat dn̄o qui miſeretur pauperi, ſecundū da= Prou.19.
tum autem eius retribuet ei. Ecce bonū fœnus de ma=
lo factum eſt. Ecce irreprehēſibilis fœnerator, ecce vſu=
ra laudabilis. Nolite ergo iam inuidentē a veſtris com
modis æſtimare. Putatis quod hominem ſubtraham
vobis debitorem? Dominū ꝓuideo, Chriſtū ſurrogo,
illū demonſtro qui vos fraudare nō poſſit. Fœnerate er
go domino pecuniam veſtram in manu pauperis. Ille
aſtringitur & tenetur, ille ſcribit quicquid egenus acce=
perit. Euangelium eius cautio eſt. Ille promittit pro o=
mnibus indigētibus, ille dicit fidem. quid dubitatis da=
re? Si quis vobis diues huius ſeculi offeratur, qui fide E
promittat ſua ꝓ aliquo debitore, ſtatim numeratis pe=
cuniā. Pauper eſt vobis dominus cæli, & conditor mū
di huius? & adhuc deliberatis quem ditiorem quęratis
fideiuſſorem? Sed allegatis, quare pauper factus eſt, cū
diues eſſet? Vidiſtis ergo quia fides eius diues eſt, fi=
des eius idonea eſt. pauper factus eſt, cum pro nobis ſol
uerit, & adhuc paupertas ipſa non decipit. Nos enim
diuites fecit, quos pauperes putabatis. Dicit enī Apo=
ſtolus: Pauper factus eſt cum diues eſſet, vt illius ino= 2.Cor.8.
pia vos ditaremini. Bona inopia, quę largitur diuitias.
Nolite ergo paupertatem timere, vt ſitis diuites. Date
ocioſam pecuniam, & recipietis fructuoſam gratiā, &
pauperū ſubuenietis neceſſitatibꝰ, & vobis cuſtodiæ ſo
licitudo minuetur. Nō ꝑibit q̄d paup acceperit, & vobis
q̄d dederitis inopi, ſine cuſtode ſeruabitur. Q̄d ſi incre=
mentum vſurarum quæritis, in lege bn̄dictio, in Euan
gelio cæleſtis eſt merces. Quid ſuauius benedictione? F
quid maius eſt cælo? Si eſcarum deſiderātur vſuræ, a
quoq; præſto eſt, ſicut legimus. Is enim qui miſeretur
pauperis, ipſe paſcitur.

An liceat mutuū dāti recipere pignora. Ca. XVII.

REDDITE ergo pignora quæ tenetis, q̄m
fideiuſſorē idoneum reperiſtis. Sed obmur=
murāt adhuc dicētes quia licet tenere pigno=
ra, & ſe lege defendūt. Aiunt enī, Scriptū eſt
in Deuteronomio: Si fuerit tibi debitū a proximo tuo
quodcunq;, nō introibis in domum ipſius pignerare pi= Deut.24.
gnus, ſed foris ſtabis, & homo apud quē eſt debitū tuū
ꝓferet tibi pignus foris. Si autē homo ille paup fuerit,
nō dormies in pignore ipſiꝰ, ſed redditione reddes ei pi=
gnus ipſiꝰ ad occaſum ſolis, & dormiet ī veſtimēto ſuo,
& benedicet tibi, & erit in te miſericordia corā dn̄o deo
tuo. Et alibi, inquiūt, ſcriptum eſt: Nō pignerabis mo=
lam neq; lapidē ſuperiorem mole: quoniā hic pignerat.
Et alibi: Nō accipies pignus veſtimenti viduæ. Vnde
argumētantur quod ſpecialia pignora ſunt interdicta,
non oīa, id eſt, pauperis & viduæ. Molā quoq; & lapi=
dem ſuperiorē molæ prohibitū pignerari. Sed cum per
Ezechielē prophetā dicat dn̄s iuſtum eſſe qui pignus
reddidit, iniuſtum qui tenuit: vtiq; nō ſpeciale aliquod, Ezech.18
ſed generaliter omne pignus ſuadet reddēdum eſſe, cū
dicat Iob: Cōſcriptionem quam habui aduerſus aliquē
iuramento conceptam, imponens coronam legebam.
et, Si nō ſcindens eā reddidi nihil accipiens a debitore.

G Cum dominus nihil ab iis quib⁹ mutuum dederimus, sperandum esse præcipiat quod recipere debeamus: quomodo pignus secundum legem putant retinendū esse?

Quid fœnerandum, & quibus, secundum legis statuta, & quod etiam iustus & pauper hoc facere valeat. Caput XVIII.

ANTE parere erubescant modo, & dicant etiam se ad fœnerandum incitari legis oraculo, quia scriptum est, Fœnerabis gentibus multis, tu autē nō mutuabis: tempus est plenius & expressius disputare & docere quid fœnerandū & quibus legis statuta præscribūt. Præcedit enim fœnoris causa pignoris causā. Mutuabitur, inquit, peccator, & non soluet, iustus autē miseretur, & tribuet. Audis debitor quid debeas declinare, audis debitor quid debeas imitari. Et infra: Iuuenis fui, & senui, & nō vidi iustum derelictum, nec semen eius quærēs panem. Tota die miseretur & fœnerat. Vnde huic iusto quod tota die fœnerat? Ergo diues iustus est: & quanto ditior vnusquisq; fuerit, tāto iustior. Qui plus habet vnde fœneret, ipse erit iustior. Sed difficile diues intrat in regnū cælorum. Quid ergo fœnerat? dic mihi sancte Dauid. Contra me protuli testimonium, nisi mihi subuenis. Actuū. 3. Petrus dicebat: Argentū non habeo. nunquid nō erat iustus? Tu mihi ergo expone quid fœneret. Dixisti enim: Beatus qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio. Inuenis quid fœneret iust⁹, qui dixit inopi attendenti ad se, & ad Ioannē: Argentum & aurum non habeo. Nihil ergo dabis pauperi apposito? Das tamen, & plus das q̄ alii. Das inopi quod alii dare non possunt. Das inopi quo egere non possit. Das inopi quod etiā diuites accipere concupiscunt. Das inopi quod ii qui istud argentum & aurum habent, conferre non nouerunt, quia auaritia eos impedit. Das inopi quod eum diuitibus faciat ditiorem. Incitasti animum meum, concupisco hoc donū tuum. Dic cito rogo quid des. Noli me diu suspēsum reddere, cupio petere si cito solues: sed soluisti cito, nō distulisti inopē, nō despexisti precē pauperis, nō diutius eum desperare fecisti, nō vacuus ad templum ascendisti dicens: Argentum & aurum non habeo. Non illi soli pleni manibus ascendunt qui argentum & aurū habent: Ascendit & pauper non vacuus, ascendit & ille nō vacuus qui aurum & argētū nō habet. Audiamus quid det iste pauper. Sed qd habeo, inquit, dabo tibi: In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. O optāda paupertas, o ditior inopia. Claudicabat cui diuites dabant. Vnus pauper dabat, & statim qui claudus erat, sanus est factus. Habet iust⁹ quod fœneret, habet & argētū quod fœnerat, sermones suos fœnerat: Hoc est iusti argentum. Eloquia enim domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Hoc fœnerat qui legē accepit, qui legem meditatur, qui legem exercet. Hoc fœnerauit Petrus, hoc fœnerauit Paulus, quibus dicitur vt ad viros nationum pergerent. Petrus ad Cornelium Centurionem, cui dicitur: Surge vade nihil dubitaus, quoniam ego misi illos. & surrexit & iuit. Et infra dixit: Nunquid aqua vetare possumus ne baptizentur ii qui spiritum sanctum acceperunt? Iussitq; eos baptizari. Hoc est, fœnerabis gentibus, vt peccata dimittas, debita auferas: tu autē nō mutuaberis. Mutuatur enim peccator, & nō soluet peccata sua, quia peccator est. Paulo dicitur, Fœnerabis gētib⁹: qui missus est ad gentes. Ioanni dicitur, Fœnerabis gentibus. Iacobo & cæteris dicitur, Fœnerabitis gentibus: quibus dictum est: Ite baptizate gentes. Dicitur Paulo: Si patrum custodieris mandata, benedictus eris, & fœnerabis gentibus verbum. Deniq; non de pecunia dici significant sequentia: Princeps eris gentibus multis, tibi autē nemo dominabitur. Cōstituet te dominꝰ deus tuus in caput, & non in caudam, & eris tunc supra, & non subter, si audieris vocē domini dei vestri: Et sequitur: Si autem non audieris, maledictus tu in ciuitate, & maledictus in agro. Et infra: Maledicta, progenies ventris tui. Non pecunia vtique benedictum facit, sed cognitio dei, prædicatio verbi, si gratiam domini fœneremus, si indigentibus eloquia domini conferamus, si obseruemus mandata cælestia. Et contra, maledictum non facit si desit pecunia quæ fœneretur: sed si desit studium, si desit obseruatio cęlestium statutorū, maledictus eris. Deut. 28. k

Quomodo patres nostri gentibus fœnerarint. Et qūo hodie sacerdotes fœnerare debeant. Cap. XIX.

DENIQVE mysterium Ecclesiæ euidenter exprimitur. Primū enim quia in Deuteronomio legis: Si audieris legem, & custodieris, fœnerabis gentibus. quod factum est a patrib⁹ nostris. Fœnerauit Moyses gētib⁹, qui proselytos acquisiuit, fœnerauit Iesus Naue, fœnerauit Gedeon, fœnerauit Samuel, Dauid, Salomō, Helias, Helisæus, et si quis volebat verbum cognoscere, pergebat ad eos. Regina Austri veniebat audire sapiētiam Salomonis. Vbi cœpit populus Iudæorum non custodire legem, cœperūt aduenæ, hoc est, ex populo nationū qui in dominum Iesum crediderunt, interpretationem scripturarum fœnerare illi vetusto populo. Fœnerauit Timotheus patre Græco ortus verbū Iudæis, cui sacerdotium recepisset. Fœneramus hodieq; sacerdotes in Ecclesia verbum Iudæis, qui de synagoga ad Ecclesiā transierunt. Fœneramus & nouam & vetustam pecuniam. Et enim quam habuerunt, iam non habēt. Oculos habēt, & non vident: aures habēt, & non audiūt. Pecuniā habent, & non habent, quia vsum eius ignorant, precium eius nescīūt, figuram eius & formā nō cognouerunt. Nam si cognouissent, nūquā autorem pecuniæ denegassent dicentes: Nolumus hūc regnare sup nos. Quī quidem rediēs accepto regno iussit vocari seruos suos, quibus dedit pecuniā, & eos quis fœnerassent pecuniā, prædixauit: ei autē q pecuniā tenuit ociosā dñi sui, rīdit: Sciebas ꝙ ego homo auster? sum, tollo qd nō posui, meto qd non seminaui: & quare nō dedisti pecuniā meam ad mensam, & ego veniēs vtiq; cum vsuris exegissem illam? Audistis quæ pecunia boni fœneratoris sit, quæ pecunia bonas acquirat vsuras, quæ pecunia nō infamet fœneratorem, non opprimat debitorē. Quam pecuniam non erugo possit obducere, non tinea demoliri: quæ pecunia nō de terreno sit, sed de æterno. Quę pecunia diuitem faciat accipiētem, nec aliquid imminuat fœneranti. Hæc pecunia vsurā habet: non vt cētesimam eius quod dederis portionem, sed centuplum fert fructum. Expāde igitur sinum mentis, vt huius pecuniæ numeratam tibi suscipias quantitatem. Intende cordis obtutu, vt agnoscas pecuniæ huius imaginem & inscriptionem. Certe hanc pecuniam excute, tabulam supra mensam animæ tuæ, quæ stabilis virtutibus sit, quadratam constitue, conde in thesauro pectoris tui, de quo doctus scriba depromit noua & vetera. Vides qualis hæc pecunia sit, quemadmodum creditorem debitoremq; inuisa in se coniungit nomina. Qui inuehebar in fœneratores, iam prouoco debitorem. Huius ergo fœneratores pecuniæ vos esse desidero, vt ad vos qui mutuum sumant, sponte festinent, per quā nō nūmum sed regnum possitis acquirere, per quā nō maledicta quæratis, sed benedictionis gratiam. Hanc pecuniam fœnerat populus nationum, qui sciuit accipere fœneratū, qui sciuit cernere, q sciuit excutere. Recusasti indicta fœnoris spiritalis, egere cœpisti. De te ergo dei filio dictum est: Mutuabitur peccator, & nō Luce. 19. M Pſal. 36.

A soluet. Tibi dicitur: Aduena qui est in te, ascēdet super te, tu autem descendes in imum. Nescit summum qui Christum ignorat. In inferno semper est, qui non ascendit ad Christum. In summo autem populus qui verbū recipit, hic habet fidei patrimoniū omne. De hoc dicit lex: Hic tibi fœnerabit, tu autē nō fœnerabis ei. Hic tibi erit caput, tu autē eris cauda. hoc est, ille erit primus, tu vltimus & abiectus. Auferam a Iudæa caput & cautdam, initium & finem. Initium Christum, qui interrogatus quis esset, respondit, Initium, quod & loquor vobis. Finem quoq; Christum dicit: Ipse est enim finis legis ad iustitiam omni credenti. Ergo qui non credit ad iustitiam, nec initium nec finem habet, sed ipse finis sui est. Deut. 28. Ioan. 8. Rom. 10.

Quod sit illud pignus quod lex reddi iubet ante solis occasum. Et de triplici pignore. Caput XX.

COGNOVIMVS fœnus legitimum, cognoscamus & pignus quod lex reddi iubet ante solis occasum. Quod sit istud, audi dicentem Apostolum: Dedit deus pignus spiritum in cordib⁹ nostris. Tripliciter & pignus & cōmendatum & depositum dicitur. Pignus dicunt quod pro mutuo ære susceptum est. Commendatum autem & depositum quod custodiatur causa alicuius cōmissi. 2.Cor. 1. 2.Tim. 1. Vnde ait Apostol⁹: Scio cui credidi, & cert⁹ sum quia potēs est commēdatum meum seruare in illum diem. Depositum quoq; idem docuit quod esset, dicens: Bonum depositum custodi per spiritum sanctum qui habitauit in nobis. Petamus ergo vt custodiat ī nobis Christus hoc pignus quod ipse donauit, & depositum suum commendatumq; conseruet. Nihil enim accepit a nobis, sed ipse nobis credidit quod nostrū nō erat. Et ideo detrimēto honestatis afficitur qui depositum violarit alienū. Si cōmendatū hoīs nulla debemus fraude violare, quāto magis diuinū & spiritale depositū bona fide seruare nos congruit, ne existimationis grauia damna subeamus? Hoc igitur pignus est qd lex phibet pignerari, & violenter auferre. Sic enī habet scriptura: Si debitum tibi fuerit a proximo quodcunq;, nō introibis in domum ipsius pignerare pignus: & homo apud quem est debitū tuū, proferat tibi foras pignus. Si autē homo ille pauper fuerit, nō dormies in pignore ipsius, sed redditione reddes ei pignus ipsius ad occasum solis, & dormiet in vestimento suo, & benedicet te, & erit in te misericordia. Dices itaq; mihi: Ecce lex auferri pignus prohibuit, nō suscipi: pauperi autem iussit reddi, nō omnibus. A cde corporalibus quidem pignoribus sanctus etiam Esdras docuit nos, quod iam fœneratores aduersus patrum vestrorum non possitis venire professionē. Nam cum iuberentur qui fœnerauerant & acceperant aliena pignora, vt restituerēt ea, dixerunt: Reddemus, & ab ipsis nihil quæremus. Boni patres, qui statuerūt pignora debitorum esse reddenda. boni etiam fœneratores qui responderunt quod & pignora redderēt, & pecuniam non requirerent quam dedissent. Et sententia nos paternæ censionis his astringit, & professio creditorem. Est autem & aliud pignus quod lex spiritalis prohibet auferri: et si datum fuerit, reddi iubet ante solis occasum: quod homo debitum reddit, & ipse protulit. Debitor est autem omnis qui audit verbum regni & nō intelligit, venit malus, & rapit quasi seminatum in corde ipsius. Noli ergo introire in domū eius vt illud pignus accipias. Væ enim qui scandalizauerit vnū de pusillis istis. Si sua stultitia amiserit pignus suum, tu non habebis delictum. Si autem pauper fuerit, redde pignus ante solis occasum. Pignus autem vestimentum est. Sibi diues videtur, ipse se decipit si pignus tradiderit suum. Si autem pauper, qui nō habeat diuitias spiritus, redde illi vestimentum suum ante solis occasum. Si de corporali ageretur pignore, vtiq; magis per diem reddendum fuit, ne turpitudo nudi corporis diurno lumine proderetur. tenebræ enim nudi non produnt. At si hoc moueret quod non haberet pauper quo dormiens tegi posset, vtique aut stragulum aut amictum diceret esse reddendum. Nunc autem dicendo vestimentum, tunicam magis significat qua induimur atq; vestimur. Redde ergo pauperi tunicam suā, vt dormiat in ea noctu. Nonne tibi videtur illum pauperem significare, qui cum tunica vna iubetur pergere, alteram non requirere, emissus a Christo ad Euangelium prædicandū? Ipse est enim pauper spiritu, qui dormire possit. Nam satiato diuitiis, nō est qui finat eum dormire. Dormit enim pauper somnum resurrectionis, quem diues dormire non potest, quia diuitiis & voluptatibus suffocatur. Dormit Christi quietē dicentis: Ego dormiui, & quieui, & surrexi. Nec est tunica illa desup texta, qua erat indut⁹ Christ⁹, quā scindere nō potuerunt illi milites quos agnoscis. Nullus enim eorum vestimentum Christi scindit, sed diuidit, sicut scriptum est: Diuiserunt vestimenta mea sibi, & super vestem meā miserunt sortē. Diuiserūt sibi Euangelistæ vestimenta eius, & super vestem eius, hoc est super prædicationem Euangelii, qua vestitur hodie dominus, miserunt sortem. Illam vtique sortem, quæ cecidit super Matthiam, vt Apostolorū duodecimus numero exclusо nomine proditoris adiungeretur. Bene autem de Euangelistis dictum est quia miserunt sortem. Sors enim velut diuino pendet examine. Et ideo quia non in potestate propria sunt locuti, neq; omnes eadem omnia, sed pleraq; dixerunt diuersa, quæ alius non dixerat, sancti spiritus gratiam velut sortito illis ea tribuisse cognoscimus quæ loquerentur singuli de operibus domini Iesu, vt eius describēda pro eius nutu gesta diuiderēt. Est & alia tunica quā demonstrat Apostol⁹ dicēs: Induite dñm Iesum. Hęc est tunica quæ inhonesta operit nostra, & in iis abūdātiorē honestatē circūdat in Christo. Induimus viscera misericordiæ in Christo, induimus crucis gloriā, quę Iudæis scādalū, Græcis stultitia videbatur. Illi erubescant, qui eam erubescendam putant, nobis autem absit gloriari nisi in cruce domini Iesu. Hæc ignobilia nostra, honorem abundantiorem habent, quia per passionē dñi regnum nobis paratur æternum. Quo enim quis plus peccauerit, eo plus diligit. Consepeliamur igitur domino Iesu, vt participes resurrectionis eius esse mereamur. Expoliemus veterem hominem cum actibus suis, induamus nouum, in quo remissio peccatorum est. Bonus ergo amictus atq; vestitus, verbum dei. Hoc vestitu filii Noe pudenda patris operuerunt, accipientes super humeros vestimētum, & retrorsum pergentes, nec viderent virilia patris, hoc est, corporea quæ habent pudorem quendam generationis humanæ. Et ideo qui videre voluit, angustioris animi dignam mercedem recepit, vt seruus fieret. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est peccati. Vnde ille terrenus remansit. Hoc pauperi nemo tollat vestimentum, aut si tulerit, sol non occidat super despoliatum. Eum autem restituat, ne peccatum pauperis fœneratori possit ascribi, & non solum suo, sed etiam alieno incipiat laborare peccato. Hoc pignus in hac seculi nocte reddatur, hoc vestimento in his mundi tenebris induatur. Hoc pignus illius dominicæ sortis est, non illius cōtrariæ. Legimus enim duas sortes in Leuitico, de quibus dictum est: Vnam domino facies, alteram transmissori. Transmissor sortem suam ad fœneratores transmisit. Serui domini in sorte sunt Christi. In hac sorte constitutus Aaron, contrariæ sortis exclusit erumnam, cum inter duas partes populi constitutus, mortem a defunctis serpere in sortem sui corporis nō permisit. Obiectio huius sortis bonum pignus est, verbi amictus. Hanc vobis tunicam Deut. 24. B C D E Rom. 15. 1.Cor. 1. Gala. 6. F Coloſſ. 3. Ioan. 8. Pſal. 21.

G nemo auferat debitores, hanc tunicam nulli oppigneretis ſi vultis nunq̃ turpitudinem ſuſtinere, vt dormiatis inter cleros, ſicut Aarō, dormiatis inter duo teſtamenta, vt dormiatis ſomnum reſurrectionis, & vos reparare poſſitis. Hoc eſt veſtimentum quod etiam ſi oppigneraueritis, recipiendum, in Prouerbiis ſanctus Salomon præcipit dicens: Aufer veſtimentū tuum. præterit enim iniurioſus. Sapientiæ veſtimētum eſt, ex illis veſtimentis quæ ex byſſo & purpura ſapientia ſibi fecit. hoc eſt, indumētum fidei conſtat ex prædicatione cæleſtiū, & dominicæ ſanguine paſſionis. Byſſo, æthera figuratur. Purpuræ ſpecie, myſterium ſacri ſanguinis declaratur, quo regnum cæleſte confertur. Denique veſtimentum ſapientiæ ſignificari ſuperiora indicant. Præmiſit enim dicens: Sapiens eſto fili, vt lætetur cor tuum. Et intra duos verſus ait: Imprudētes autem ſuperuenietes damnū patientur. Aufer veſtimentū tuū. Aufer igitur, ne damnum excipias imprudētiæ, & ne exutum te proprio veſtimento nequiſſimus ille cōmunis fœnerator agnoſcens, confuſionem tui detegere conetur opprobrii, & pſuadeat tibi vt te foliis tegas, & nudum te eſſe conſpiciens, in dei verearis venire conſpectum. Redde, inquit, proximo in tēpore, coanguſta verbum, & fideliter age cum illo, & in tēpore inuenies qđ tibi neceſſarium ſit. Non amat multis innocētia ſe defendere. Suſanna vocis aſſertione non eguit. Verbum coanguſtauit ad dominum, & ſtatim adipiſci meruit caſtitatis propriæ teſtimoniū. Plurima præſbyteri lo-
H quebantur, qui laborabāt verborum fuco obducere veritatem: ſed nunc filia Iuda tacuit apud homines, loquuta eſt deo. Erubeſcēda erat in plebe ipſa defenſio mulieris. Et dū pudor defenditur, impudentia prætende-
Danie.13. batur. Coanguſtauit verbum, dicēs ad dominum: Tu ſcis quia falſa dixerunt de me. Et dominus ſpiritū Danielis pueri caſtitatis excitauit vltorē. Coanguſta verbum ergo, vt redhibitio creditori, nō lingua reſpōdeat. Siue myſtice: Coanguſta verbum, hoc eſt, cōſumma.
Eſa.10. Verbū enim cōſummans & breuians faciet dominus
Roma.9. ſuper terram. Hoc eſt, ex multis ratiociniis abbreuiata tibi ſumma conueniat. Deducito quod expenſis diuerſis eſt erogatum, vt ſaluum habeas quod ſuperſit, quomodo dominus de multis diſpenſationibus Iudæorū ex multo illo ratiocinio peccatorum cōſummauit tandem atque breuiauit vt reliquiæ ſaluæ fierent per electionem gratiæ, & ſeruarentur ad ſemen, per quos intermortuam ſpem ſynagogæ reſuſcitaret.

De reprehenſione debitorū mutuum recipientium, & poſtmodum cōmodātibus ingratorum in redditio-
I ne facienda. Et de obligatione molæ & lapidis ſupermolaris prohibita. Caput XXI.

QVAM deforme eſt vt pro beneficio ei qui te adiuuit, rependas moleſtiam. cum iſtum fraudaueris cui debes, poſtea in tempore neceſſitatis tuæ non inuenies creditorem. Q̄ indignum vt cum victum tuum ſuſtentare nō queas, cum adhuc nihil debeas, putes qđ & victū tuū poſſis & debitū ſuſtinere. Ante cogita vnde diſſoluas, & ſic mutuum ſume. Fructus, inquit, agrorum capio. Sed qui non abundant vſui, quomodo abūdabunt contracti fœnoris incremento? Sed poſſeſſionem meam vendo. Et vnde fructus quibus vtaris ad ſumptū? Fœnus nō pecunia ſua ſoluitur, ſed augetur, numerando coaceruatur & creſcit. Deinde non cogitas humilitatem & verecundiam poſtulantis? Donec accipias, oſcularis manus fœneratoris ſuperbi, humilias vocem tuam, ne clarior ſonitus vocis tuæ aures eius offendat, ne plures te audiant deprecantem. Paupertas non habet crimen, nulla indigentiæ infamia eſt: ſed debere, verecundum eſt: non reddere, verecundius. Poſtulabis dilationem cum cœperis conueniri in tempore præſcriptæ ſolutionis: pro pecunia afferes tædia, cauſaberis de tempore, K
excuſationes ſtrues. Et cum totū promiſeris: ne in vniuerſum fraudare videaris, vix dimidium reſtitues. De amico inimicum facies, de honore referes contumeliā, pro benedictione maledictum. Quām hæc opinionem lædant conſidera, quām a viro bono diſcrepent recognoſce. Ergo dum liber es a vinculis, ipſe te reuoca a iugo & onere ſeruitutis. Diues es? non ſumas mutuum. Pauper? non ſumas mutuū. Diues es? nullam pateris petēdi neceſſitatem. Pauper es? conſidera ſoluendi difficultatem. Opulentia vſuris minuitur, paupertas vſuris non leuatur. Nūquā enim malum malo corrigitur, nec vulnus curatur vulnere, ſed exaſperatur vlcere. Hoc vide, ne dum pecuniam petis, molam tuā obliges, aut lapidem ſupermolarem. Mola eſt enim qua ſimilago conficitur, qua molit ſimilaginem vna mulier quæ aſſumitur, & altera relinquitˀ. Fortaſſe illa aſſumitur quæ ſemper molit verbum dei, vt habeat ſimilaginē, & ſpiritalem facit farinam. Expurgate vetus fermentum, vt 1.Cori.5.
ſitis noua conſperſio. Cuſtodit molam ſuam, interpretatur ſcripturas, ſeruat ſibi lapidem ſupermolarem. Illa relinquitur quæ oppignerat molam ſuam. Cum autem aliquid emoluerit perfunctorie, oppignerat lapidē qui eſt ſuper molam. Quis iſte ſit lapis, quęro. Legiſti: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus Pſal.117.
eſt in caput anguli. Quare ſuper molam? Quia ipſe eſt qui molentes iuuat. Ipſe eſt qui dicit: Scrutamini ſcri- Ioan.5.
pturas in quibus putatis vos vitam æternam habere. Noli fœnerator hunc lapidem ſupermolarem oppignerare, ne cadas ſuper illum. Omnis enim qui ceci- Lucæ.20
derit ſuper hunc lapidem, quaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, cōminuet illum. Nec viduæ pignus ſuſci L
pias. Graue & ſecūdum literam vtrunq;, ſi inſtrumentum viuendi egeno auferas, aut viduæ pignus detrahas: ſed grauius, ſi animę quę verbi vidua eſt, verbum teneas, vt ei ſterilitatem viduitatis inducas.

Quem fœneratorem imitari debeamus. Caput XXII.

ATQVE vt ſciatis quod hæc amanti affectu ſuadeam, oſtendam vobis quem fœneratorem debeatis imitari. Duo, inquit, de- Lucæ.7.
bitores erant vni fœneratori. vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtriſq;. Quis eum ergo plus diligit? Reſpondens Simon Phariſæus dixit: Aeſtimo, quia is cui plus donauit. Et laudata eſt ſententia eius, dicente domino: Recte iudicaſti. Recte M
iudicauit Phariſæus, qui male cogitauit, putans quod ignoraret magis dominˀ peccata mulieris, q̄ donaret. Sed laudatur eius ſententia, vt excuſatio ei omnis adimatur. Plus remiſſum eſt Eccleſiæ, quæ cōgregata eſt ex populo nationum, quoniam plus debebat: ſed & ipſa plus ſoluit, non exigēti, ſed donanti. Dedit aquam pedibus Chriſti, qua ſua peccata mundauit. Oſculata eſt pedes, ferens pacis inſignia. Miſit oleum in pedes eius, miſericordiam & ipſa in pauperes conferendo. Iſti ſunt pedes Chriſti, in his innocētius ambulat Chriſtus. Et capillis capitis ſui terſit. Chriſto enim humilitatur quicumque habet humilitatis affectum. Et ideo inquit, dimiſſa ſunt eius peccata multa, quoniam dilexit multum. Aduerte quod dominus & miſericordiā impertit vt liberalis, & iudicium cum miſeratione diſpēſat. Ante donauit per gratiam, ſed quibus donaret ſciebat. Non habet quod excuſet Iudæus. Mihi quaſi peccatori plus donauit, illi quaſi ingrato minora cōceſſit. Sciuit tamen quod & ille quaſi ingratus non poſſit ſoluere quod accepiſſet, & Eccleſia memor gratiæ eo plura ſoluerit, quo plura meruiſſet.

A An fœneratores excuſetˀ quod etiam ſuperiores noſtri id fecerint, & quod antiquū ſit vſurarum exercitiū. Et quomodo Tobias neq; pignus, neq; fideiuſſorē recepit. Quo pacto etiam quis pro alieno debito fideiubere debeat. Caput XXIII.

HABETIS ergo quem ſequamini fœneratorem, ſi vultis donari, ſi vultis nō eſſe quod reprehendatur a vobis. Nos enim non perſonæ obtrectamus, ſed auaritię. Nec fallit dixiſſe aliquos, cum ante biduum tractatˀ noſter eorum cōpūxiſſet affectum, Quid ſibi voluit epiſcopus aduerſus fœneratores tractare, quaſi nouum aliquid admiſſum ſit, quaſi id non etiam ſuperiores fecerint, quaſi nō vetus ſit fœnerare? Verum eſt, non ego abnuo, ſed culpa vetus eſt. Deniq; peccatum ab Adam: ex illo culpa ex quo & Eua: ex illo præuaricatio, ex quo & humana cōditio. Sed ideo Chriſtˀ venit, vt inueterata aboleret, noua cōderet, & quę inueterauerat culpa, renouaret grā. Ideo ſe paſſioni obtulit, vt renouaretur ſpiritu, & abſolueret vniuerſos. Diabolus Euā decepit, vt ſupplātaret virū, obligaret hęreditatem. Quid fœneratores faciūt? Decipiūt de fœneratos, obligāt fideiuſſores. Sed nō To-
B bias pignˀ quæſiuit, aut fideiuſſorē popoſcit. Currendū eſt igitur vt fideiuſſorē requiras, vt eum tuis nominibus aſtringas. Ecce paratur alter inimicus. Nam cum non habueris vnde debitum ſoluas, ille pro te tenebitur. Inueniris in eo circumuentor & fallax, qui amicum deceperis. Ille nudabitur, ille pro te in vincula ducetur. Illum grauiorem exactorem creditore patieris, qui allegat: Stimula ciuem tuum quē ſpopondiſti. Ita fiet vt ipſe quoq; eſſe incipias ingratus, & pręterea illud quod
Eccli.29. ſcriptum eſt: Gratiam repromiſſoris ne obliuiſcaris. dedit enim pro te animam bonā. Neceſſe eſt dicas: Quis enim te quærebat fidem dicere? Nam niſi tu fidem dixiſſes, ego nō accepiſſem pecuniam. Adulterinam accepi pecuniā, æs auro admixto mihi dedit, vtinam te non obtuliſſes. Fortaſſe creditor te ſubornauit, vel tu illū. Ergo caue ne alieno te obliges debito, ne hoc quoq; vendidiſſe dicaris: ne ſi quod tibi (vt habet vſus amicitiæ) debetur, aut dederit gratiæ videatur emiſſe. Aut ſi vis interuenire, amici obſecratus oratis, erubeſcens negare: ita interueni, vt ſi debitum ſolutū non fuerit, de tuo noueris eſſe ſoluendum. In hæc paratus accede. Le-
Eccli.8. giſti enim: Non ſpondeas ſuper virtutem tuā. ſi enim ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita. Et infra: Recipe
C proximum tuum ſecundum virtutem tuam, & attende tibi ne cadas, id eſt, ne maiore te obliges numiſmatis quantitate, q̄ ferre poſſunt & exoluere tuarū copiæ facultatum. Si enim quod habes tradas, amiſiſti opes, non amiſiſti fidem. Famæ tuæ damna nō ſentis, redemiſti amicum ſine tui fraude. Alibi quoq; id te monent Prouerbia Salomonis dicentis: Spondens ſponde amico tuo, quemadmodum qui obligat ſe ſpōſorem amicorum ſuorum. Si autem nō habes, audi quid Salomon dicat: Noli te dare in ſponſionē, erubeſcens perſonam. ſi enim non habueris vnde ſoluas, auferet ſtramentum de ſub lateribus tuis. Bonus ergo fœnerator acquiret gratiam, improbus execrationem.

De aliis virtutibus Tobiæ. Et quomodo mercenario merces ſit ſoluenda. Caput XXIIII.

SED NON his tantum virtutum finibus contentus fuit ſanctus Tobias. mercenario quoq; ſciuit ſoluendam eſſe mercedem, dimidium vſq; obtulit, meritoq; pro mercenario angelum inuenit. Et tu vnde ſcis ne forte iuſtum aliquem mercede defraudes, punis ne infirmum? Væ enim illi qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis. Qui ſcis an in eo angelˀ ſit? Neq; enim dubitare debes quod in mercenario poſſit eſſe angelus, cū ipſe Chriſtus poſ- D
ſit, qui in minimo quoque eſſe conſueuit. Redde ergo mercenario mercedem ſuam, nec eum laboris ſui mercede defraudes, quia & tu mercenarius Chriſti es, & te conduxit ad vineam ſuam, & tibi merces repoſita eſt cæleſtis. Non ergo lædas ſeruum operantem in veritate, neque mercenarium dantem animam ſuam. Nō deſpicias inopem qui vitam ſuam ſuo exercet labore, & mercede ſuſtentat. Hoc eſt enim interficere hominē, vitæ ſuæ ei debita negare ſubſidia. Et tu mercenarius es in hac terra. Da mercedem mercenario, vt & tu poſſis dicere domino cum precaris. Da mercedem domine ſuſtinentibus te. Tobias tibi dicit: Luxuria mater Tobiæ.4
eſt famis. in quo continentiam docet. Dicit etiā: Mercedem omni homini qui penes te operatus fuerit, redde eadē die, & nō maneat apud te merces hoīs, & merces tua non minorabitur. Dicit tibi: Noli vinum bibere in ebrietate. Dicit tibi: De pane tuo communica eſurientibus. Vide quid te fœnerare cupiat. Et de veſtimētis tuis nudos tege. Ex omnibus quæ abundauerint tibi, fac eleemoſynam. Omni tempore benedic dominū. In his itaque fœnus æternum eſt, & vſura perpetua.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE INTERPELLATIONE. E

De approbatione per ſcripturam & exempla ſanctorū quod conſolationes, præcipue quę ex ſpe futurorum habentur, omnibus præſentibus incōmodis & perturbationibus quæ in hac vita ſunt, incomparabiliter præponderent. Caput I.
Quomodo beatus Iob amiſſis omnibus præter vxorem, tanquam bonus athleta perturbationibus non ceſſerit, nec certare recuſauerit. Caput II.
Quod miſera cōditio hominis & quaſi mercenaria ſit, & ſe niſi ex aliena miſericordia ſuſtentare non poſſit, quodq; vana ſomni delectatio pœna potius q̄ requies ſit dicenda. Caput III.
Quomodo amici Iob ad conſolandum eum venerint, & quod optimum ſolamen in aduerſitatibˀ ſit a culpa vacare. Caput IIII.
Quomodo intelligatur illud: Qui facit montes inueteraſcere &c̄. Et de commotione colūnarum. Quomodo etiam ſol iuſſus non oriebatur, Et quomodo dn̄s ſup mare tanq̄ pauimentum ambulet. Ca. V.
De multiplici hominis tribulatione, & de veloci curſu F
vitæ noſtræ, cum deploratione ſancti viri pro cōmuni infirmitate. Caput VI.
Quid ſignificet illud: Quare obſcripſiſti aduerſum me mala, & oppoſuiſti mihi adoleſcētię peccata &c̄. Similiter & illud: Mortalis filius mulieris, breuis vitæ eſt &c̄. Præterea etiā iſtud: Cū aūt dormierit homo, nō reſurget vſq; dū cælū aſſuatur &c̄. Ca. VII.
De intelligentia illius, Vtinam in inferno cōſeruares, abſcōderes aūt me donec deſinat ira tua &c̄. C. VIII.
De reprehēſiōe eorū qui curioſius inquirūt ſecreta altitudinis ſapientiæ dei. Quāq; beatus ſit ille qui ſapiētiam inuenerit. Et quæ ſit vera ſapientia. Ca. IX.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE INTERPELLATIONE LIBER I.

De approbatiōe p ſcripturā & exēpla ſanctorū qđ cōſolationes, præcipue quæ ex ſpe futurorū habētur, oībˀ præſentibus incōmodis & perturbationibˀ quæ in hac vita ſunt, incōparabiliter præponderēt. Caput I.

MVLTAS NOBIS perturbationes in hac vita esse subeũdas, scriptura diuina frequentibus demonstrat locis, multasq; suppetere consolationes, quibus animus capax vigoris, & recti conscius absorbere debeat quæ præsentium incõmodorũ sunt, spectare quæ habeant perpetem iucũditatẽ. Præpõderant enĩ cõsolationes perturbationibus, quia & presentiũ sedationẽ afferũt, & spem
Rom. 8. futurorum. Vnde & Apostol⁹ Paulus: Indignæ sunt, inquit, passiones huius tẽporis ad superuenturã gloriã. Indignæ vtiq; ad consolationis comparationẽ, non ad fructum redẽptionis. Quæ est tam præclara, cuius vsus in terra, vt adæquare cælestẽ gloriã possit? Quid sublimius Paulo, qui tantum periculorum subiit, tantum dolorum atq; infirmitatum absorbuit? In iis quas Christi nomine subiit passionib⁹, quotidie, vt ipse dicit, moriebatur, & nihil indignũ perpeti se in hoc tempore pro tantæ gloriæ spe atq; expectatione cẽsebat. Helias famẽ, insidias, mortisq; terrores, laborum acerba tolerabat, & tũ solus igneis curribus, equis igneis de cælo deductis ad terras, & de terris reuectis ad cælum, omne meritum huius militiæ absc̃ssit, atq; vltra humanam omnem gratiam pii ascensoris sevexit. Nam de Petro
H quid loquar, qui crucem suã futura remuneratione indignam arbitratus, inuerso suspendi popoſcit vestigio, vt aliquid passioni suæ adderet, cui⁹ acerbare ipse sibi supplicia nõ timeret? Vñ nõ immerito sanctus Dauid ad illam gloriã, cum in cætero opere, tum maxime in quadragesimoprimo Psalmo se festinare testatur dicens:
Psal. 41. Quando veniam & apparebo ante faciem dei? In quo Psalmo & perturbationes humanæ fragilitatis, & consolationes a domino euidenter expressit. In quo etiã interpellat pro nobis deum, quod oblitus operis sui, oblitus collatæ in hominem liberalitatis & gratiæ, quem tuendum atq; ornandũ acceperat, dereliquerit, & infirmum ac naufragũ diuersis infirmitatibus reiecerit atterendũ. Quod idẽ ante ipsum fecerat sanctus Iob, Sed iste moralius, ille vehementius. Vtriusq; igitur interpellationes considerare cordi est, quod in his vitæ humanæ forma exprimitur, causa agitur, prerogatiua formatur. Suo igitur ordine spectandæ nobis sunt.

Quomodo beatus Iob amissis omnib⁹ præter vxorem, tanquam bonus athleta perturbationibus nõcesserit, nec certare recusauerit. Caput II.

IAMMISSIS itaq; liberis Iob atq; omnib⁹ suis præter vxorem, quæ ei sola ad tentationem fuerat reseruata, persossus etiam vlcere graui, cum videret amicos suos non ad consolandum venisse, sed ad exaggerandum & ad acerbandum dolorem, aduertit a domino datam in se aduersario tentandi sui potestatem. Et quãuis sagittas domini in corpore suo sentiret esse, a quibus compungi se diceret, tamen quasi bonus athleta, qui dolori non cedet, nec dira certaminis recusaret, addidit incipiẽs: Do-
Iob. 6. minus vulneret, in fine autẽ non perimat. Quæ enim mea virtus qui sustineo, aut quod meum tẽpus vt sufferat anima mea? Nunquid fortitudo lapidum fortitudo mea, aut carnes meæ sunt æreæ, aut non in ipso confidebam, adiutorium autẽ a me recessit? Visitatio au-
Iob. 7. tem eius despexit me. Nonne tentamentũ est vita hominis super terram, & sicut mercenarii quotidiani vita eius, aut sicut famulus timẽs dominũ suum, qui sesub vmbra obtegat, aut sicut mercenarius expectans mercedem suam, sic & ego mẽses expectaui vacuos, noctes autẽ dolorum datę sunt mihi? Si quiescã, dico, quando dies? Si surgam, iterum quando vesper? Plenus sum k
doloribus. A vespere vsq; mane fermentatur mihi corpus in putredine vermium. Liquefacio autem glebas terræ, sanies radẽs vlcerum. Vita autem mea leuior est fauilla, in spe vacua periit. Dicam, consolabitur me lectulus meus, terres me insomniis, & in visionib⁹ me percellis.

Quod misera conditio hominis & quasi mercenaria sit, & se nisi ex aliena misericordia sustentare non possit. Quodq; vana somni delectatio, pœna potius quam requies sit dicenda. Caput III.

QVAM misera hominis cõditio, quæ quasi mercenaria aliis laborat, sibi indiget, & nisi aliena misericordia sustentare se negt. Quotidie sub formidine, sub timore grauem tolerans seruitutem, & ne deprehendatur a domino erratica atq; fugitiua, sub vmbra quadam seculi huius putat se posse delitescere. Cõsidera illum de quo ait in Eccle-
siastico Syrach: Omnis homo transgrediens in lecto Eccli. 23.
suo, cõtemnẽs & dicens in anima sua: Quis me videt? Tenebræ circundãt me & parietes, quem vereor? Nõne tibi videtur iste vir esse mercenarius qui prodegerit, L
vt ille adolescens in Euãgelio, qui legitur accepisse a patre substantiæ portionem, & egens atq; inops, quo famem leuaret, pascere greges cœpit alienos, vt mercede sumptum exerceret suum? Sed ille tamen aliquãdo cõuersus est, quia reuertitur ad patrem, & peccata sua nõ repressit, sed prodidit. Hic autem qui se existimat, ab eo qui omnia videt nõ videri, & tenebris putat commissa sua posse celari, vmbram prætendit, sed frustra latere se credit, cum oculus domini lucidior sole occulta omnia deprehendat, tenebrosa illuminet, & intimi cordis penetret conscientiam, atq; in alta & profunda descendat. Vanus ergo qui putat tenebris esse se tutũ, cũ lucẽ vitare non possit, quæ lucet in tenebris, & tenebrę eã non cõprehenderunt. Quasi fugitiuus itaq; & malus mercenarius deprehẽditur, & anteq̃ se occultet agnoscitur, quia domino omnia anteq̃ quærat cognita sunt. Non sola quæ facta, sed etiam quæ futura sunt reperit. Igitur in vacua spe qui putat quod suum crimen absc̃odat: fabula est istud, non veritas. Deniq; fabula peccantium
ociosa, non habẽs fructum, sed gemitum. Narratio enĩ Eccli. 11.
fatui sarcina in via. Quid enim aliud est peccatum, nisi sarcina? quæ huius seculi onerat viatorem graui depressum fasce delicti, qui si nollet oneri subiacere, debuit audire dicẽtẽ: Venite ad me omnes qui laboratis & one- M Mat. 11.
rati estis, & ego vos reficiam. Quid autẽ erũnosius cũ ipse lectus ad cõmunem quietem datus, graue vulnus infligat? Tũc enim solemus quæ fecimus recordari, & factorum suorũ stimulis cõpungitur interior cõsciẽtia. Vnde scriptura ait his: Quæ dicitis in cordib⁹ vestris, Psal. 4.
& in cubilibus vestris cõpungimini. Remediũ quidem debiti, & tũ conscientia vulnerauit. Sed esto vt aliquãdo fesso somn⁹ obrepat, terremur in somniis, exagitamur visionibus, vt nõ iam requies sed pœna sit. Ita enĩ habẽtur diuitiæ seculi, veluti somnium exurgentis. Surrexit aliquis istius corporis somno, & nihil possidet, idq; ipsũ qd se credebat habere amisit. Cõstituite mihi nunc diuitẽ illũ, qui quotidiana lucra & quæst⁹ varios congerebat, & exagebaſ cupiditatib⁹ suis, subito resipiscentẽ. Cõsiderate quęstũ, quia cum moritur, nõ accipiet oĩa, Psal. 48.
neq; descendet cum eo gloria domus eius: & cũ ea quæ possidet in hac vita, habeant aliquid voluptatis nõ etiã in futurum aperiũt oculos ad cælestia. Nõne tibi videtur sicut q in somnis epulaſ, epulari, aperuisse oculos, & cognouisse q̃ anima eius inane speranit, & adhuc esuriat, adhuc sitiat, quia modum non habet auaritia, nec rapiẽdo expletur, sed incitatur, hoc egẽtior, quo plura queſierit? Et hic ergo surrexit, & vanum est somniũ.

A Quomodo amici Iob ad consolandum eum venerint, & quod optimum solamen in aduersitatibus sit a culpa vacare. Caput IIII.

SED iterum ipsum audiamus dicentem. Incumbebant illi amici qui ad consolandũ venerant, & quasi inimici amaris eum perurgebant sermonib⁹. Vnum enim solatii genus est in erũna & in amaritudine cõstitutis, a culpa vacare, vt ea quæ perpetiuntur aduersa, nõ pro delicti precio sustinere videãtur. Hoc quoq; sancto viro adimere gestiebant, vt videretur ipse suæ autor erũnæ, qui peccatis grauibus cõtraxisset offensam, & pro impietatibus suis illa toleraret, describẽtes impiorũ supplicia, qui vitia fererent, & meterent sibi dolores, quos mandata operirẽt dei, & spiritu vitæ ipsius interirent. Qui suffla-
ret domos luteas inhabitãtibus, & arescerẽt, cogitationes destituerit, versutorũ os obstruxerit iniuste. Quæ
Iob. 9. „ vera quidẽ de domini potestate, sed nõ cõuenientia tã-
„ ti viri meritis asserebãt. Is ergo respõdit: In veritate no-
„ ui quia ita est. Quomodo enim iustus mortalis apud
„ dñm? Si enim voluerit iudicio contendere cum eo, non
„ audiet illum, vt nõ ad vnum verbum eius mille sermo-
„ nibus contradicat. Sapiens est enim intellectu, & fortis
„ & magn⁹. quis tã durus vt in cõspectu eius possit subsi-
B „ stere? Qui facit mõtes mueterascere, & nesciũt, & euer-
„ tit eos iracundia. Qui cõmouet orbem terrarum a fun-
„ damentis, & columnę mouentur eius. Qui dicit soli, &
„ non oritur, aduersus autem sydera consignat. Qui extẽ
„ dit cælum solus, & ambulat sicut in pauimento supra
„ mare. Qui facit vergilias, & vesperum, & septẽtrionẽ,
„ & austri ministeſium, qui facit magna & inuestigabi-
„ lia, gloriosa & immensa, quorũ nõ est numerus. Si prę-
„ terierit me, nõ videbo: & si me prętergressus fuerit, nec
„ sic sciã. Quãto vehemẽtiore tuba iste crepuit de dñi po
testate? Sed in ea iustorum auxilium, nõ ruina est. Deniq; videtur exprimi potẽtia, sed magis redemptionis mysteria declarantur.

Quo intelligatur illud, Qui facit montes inueteraſcere &c. Et de commotione columnarum. Quomodo etiã sol iussus non oriebatur, & quomodo dominus supra mare tanquã pauimentũ ambulet. Caput V.

C VI sunt enim montes quos inueteraſcere facit, nisi Moyses, Aaron, & Helias, Iesus naue, Gedeon, Prophetæ, omnes libri veteris testamẽti? Venit dominus Iesus, nouũ detulit testamentum, & illud quod erat vetus, factũ est nouũ. Innouatus est Christianus, inueterauit Iudæus. Renouata est gratia, inueterauit litera. Euertit mõtes, & conuertit. Euertit enim & subruit intellectum secundum literam, & statuit intelligentiã spiritalẽ. Intelleſt? ergo ille legis euanuit carnalis, & factus est spiritalis.
Rom. 7. Vnde Apostolus ait: Scimus autẽ quia lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum. Sed & ipse qui carnalis erat,
1. Cor. 7. factus est spiritalis, sicut ipse asserit dicens: Puto enim & ego me spiritum dei habere. Hos ergo montes inue-
1. Cor. 2. terauit Iesus, & Iudæi nesciũt. Si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent, nunquã Iudaica delyramenta sequerentur adhuc. Ipsi sunt ergo
Luc. 23. qui nesciunt. Vnde & in Euangelio dicit dominus Iesus: Dimitte illis pater, quia nesciũt quid faciũt. Sed nõ excusantur qui nesciunt, cum scire nolunt qd debuerint cognoscere. Certe nõ illis inuidemus si domini sequantur sententiam. Sentẽtia enim superiora solet absoluere, nõ futura. Sed nec ille immunis a scelere qui crucifixit suæ autorem salutis, & postea veniam non popoſcit. Esto vt ante ignorauerit quem persequebatur, in cruce tamẽ positum debuit recognoscere vniuersorum ẽsse dominum elementorum, sub quo omnia elementa tremuerunt. Cælum obscuratum est, sol refugit, ter- D
ra dissiluit, defunctorum sepulchra patuerunt, mortui viuentium receperunt cõsortia. Vnde & Centurio ait: Vere dei filius erat iste. Centurio agnoscit alienũ, Le- Mat. 27.
uita non recognoscit suũ. Gẽtilis veneratur, Hebræus abiurat. Non immerito ergo columnæ orbis terrarum motæ sunt, quãdo nõ crediderunt principes sacerdotũ. Sed motæ sunt veteres, vt nouæ confirmarentur, sicut ipse dignatus est dicere: Ego confirmaui columnas eius. Psal. 74.
Audi quas columnas confirmauerit. Petrus & Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras Gala. 2.
dederunt mihi & Barnabæ cõmunionis. Quomodo ergo excusant se nesciſſe, quorum alii viderunt, alii cognouerunt solem non expleto diei curriculo, recessisse, & rursus ante peractum spatium noctis egressum, noctem in die feciſſe, in die noctem? Vtiq; intelligere debuerunt quia sol iussus se recepit, & iussus exiit. Præ-
dixerat enim dominus quia tribus diebus futurus erat Mat. 12.
in corde terræ, & tribus noctibus. Didicerat hoc sol, ferebat præceptum. Dubitabat ergo dicẽs: Quid faciõ? Orior, & dies est occido, & nox est. Si cursum meũ seruauero, demorabor mundi salutem. Festinemus etiã ad redemptionem nostrã. Festinare etiam debeo ipse ad nouam vitam. Erit enim beneficio crucis, quia renouantur vniuersa, & sol nouus, cælum nouum. Festi- E
no ergo vt illum possim videre solem iustitiæ, illuminantem animas vniuersorum. Sed quid faciam? Ipse vult post triduum fieri resurrectionem. Inueni quid faciam, vt & moras non faciam, & numerum dierum custodiam. Non faciam integrum diem, & integram noctem. Abbreuiabo horas, vt tribus quidẽ diebus ac noctibus sit inter mortuos dominus Iesus.

dierum & noctium interualla patiuntur resurgata mortuis. Abbreuiabo igitur horas vbi ascenderit crucem. A sexta hora statim fiat nox, ne videam dominũ passionem, sed fugiam parricidalis persecutionis spectaculum. Occidam, & erit nox horarũ trium. egrediar, & innouabo diem, vt sit horarum trium. Percursus est primus dies, sequitur nox secundo spatio suo, sequitur similiter dies, incipiet nox. Tertia resurget dominus in nocte, & erit dies in lumine resurgentis, vt eõ
pleatur illud: Et nox sicut dies illuminabitur. Hic est Psal. 138.
dies ille magnus quem vidit Abraham & gauisus est, Ioan. 8.
de quo & Dauid ait: Hęc est dies quã fecit dominꝰ, ex- Psal. 117.
ultemus & lætemur in ea. Cui non ministerio laboris, sed fructu exultationis interero. Ipse ergo dominus diẽ ducit, & ante mundi cõsummationem videbitur lumẽ, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Ioan. 1.
mũdum. Ipse est dominus qui signat & numerat multitudinem stellarum. Ipse est dominꝰ qui cælum solus F
extendit, qui ambulat tanquã in pauimento super mare, quando Petrus vidit eum ambulantẽ, & dixit: Do- Mat. 14.
mine iube me venire ad te super aquas. Et iussit dominus: sed ille titubauit: & nisi porrexisset ei dominus dexterã, demersus fluctibus occidisset. Titubauit caro, sed uauit dextera. Et ait illi: Modicæ fidei, ęre dubitaſti? Fides ergo ambulauit in apostolo, non caro. Deniq; fides titubauit, & caro sentire cœpit naufragium. Quod nõ improprie dictum est, quia caro nauis est animæ, sicut scriptum est: Qui descendunt mare in nauibus. Et Psal. 106.
alibi: Ibi dolores vt parturientis, in spiritu vehementi Psal. 47.
cõteres naues tharsis. Animæ enĩ nostræ cum verbũ Ioan. 16.
parturiunt, edunt dolores. Quę autẽ peperit, iã nõ memininit præſſuræ, ppter gaudiũ, quia natus est illi homo qui mundũ redemit. Naues Tharsis, id est intelligibiles quæ Salomoni aurũ ferebãt atq; argẽtum, id est corpora nostra quæ habẽt thesaurum in vasis fictilib⁹, vt 2. Cor. 4.
Apostolus dixit. Vel quod etiã hic partus dubio conteruntur, iuxta qd dictũ est: Væ prægnãtib⁹ & nutriẽ- Lucæ. 21.
tibus. Nã cum anima quatitur, caro fluctuat. Vel spiritu vehemẽti agitabũtur infusa, cum expleto tempore

G fuerit resurgendum, secundum quod scriptum est: Ve-
Ezec. 37. ni spiritus, & insuffla in mortuos istos, & viuēt. Vnde
& ipse Iob in posterioribus dicit: Noui enim quia æter-
nus & potens est qui soluturus est me in terra.
Conteruntur autē, quia
resuscitātur ad iudicium. Est autem bona cōtritio. Cor
Psal. 50. enim contritum & humiliatum deus non spernit. Et
Psal. 50. alibi: Sana contritiones eius. Sed & ad Iosaphat di-
2. para. 20 ctum est: Contritæ sunt naues in Tharsis. eo quod se fa-
crilegio miscuisset. Vtrunq; igitur contritio significat,
quia vtrunq; est in die iudicii, quādo omnes qui in mo-
numentis sunt, audient vocem filii dei, & procedēt qui
Ioan. 5. bona fecerūt, in resurrectionē vitæ: qui male egerūt, in
resurrectionem iudicii. Quod etiam Dauid propheta
Psal. 47. significat dicens: Ibi dolores parturientis. sicut audiui-
mus, ita & vidimus in ciuitate domini virtutum, in ci-
uitate dei nostri. Nanque & dolorem futurum & læti-
tiam cōprehendit. Dolorem de iudicio, de absolutione
lætitiam.

De multiplici hominis tribulatione, & de veloci cur
su vitæ nostræ, cum deploratione sancti viri pro cōmu-
ni infirmitate. Caput VI.

" ED ad propositæ nobis interpellationis se-
Iob. 9. " riem reuertamur. Multas, inquit, cōtritio-
" nes fecit mihi, respirare me non sinit. Imple
" uit me amaritudine, & quia virtute est po-
" tēs, nemo potest iudicio eius resistere. Si iustus sum,
" lingua mea errat. Magnum & potētē dispe-
" git, iram improbi in morte graui, iusti autē irridentur.
" Dati sunt enim in manus impii. Vide singula. Poten-
H tibus ira sua grauis est, improbis nequitia, iustis cōdi-
tionis infirmitas. Ita nihil periculo vacat. Fortitudo &
magnitudo viri sua potestate decipitur, improbitas af-
flictatur, virtus ridetur. Ridetur ille, quia plus potest.
labitur iste, quia nihil potest. Affligitur cōditionis vi-
tium, quia vita nostra leuior est cursore. Transiuit, & ni
hil vidit. Tāquā nauis vestigium, aut aquilæ volantis
& quærētis escam, ita & præterit vita hominis. Quod
loquimur, obliuiscimur, nec vllum transitus nostri in-
signe deprehenditur, nisi quod sit plenum mœroris &
Iob. 10. " gemitus. Cōcutior, inquit, omnibus mēbris. Vtinā sit
" mediator noster & arguens diiudicans inter vtrūq; no-
" strum. Dicam dño: Quare sic me iudicas? An bonum
" tibi est vt iustus ego sim, quia repulisti opera manuum
" tuarum, & cōsilio impiorum intendisti? Nūquid sicut
" mortalis videt, sic videas, aut vita tua sicut hoīs, aut
" anni tui sicut viri, quia exquisisti inigtates meas, & pec
" cata mea inuestigasti? Nosti quia ipse nō gessi. sed quis
" est qui de manibus tuis eruatur? Magna fides, magna
I autoritas cōscientiæ, deum testem mentis suæ accersi-
ri. Quod cōditionis est, nō negat. quod impietatis est,
repellit. quod infirmitatis est, fatetur. Peccasse cōditio-
nis est, quia nemo immunis lapsus est. Impie agere nō
cōditionis est, sed perfidiæ, & nequissimæ mētis vene-
num. Non agnoscit hoc iustus, sed absolutio hominis
" in dei miseratiōe, nō in hominis potestate est. Manus,
" inquit, tuę plasmauerūt me, postea cōuertisti & percus-
" sisti me. Memēto quia lutum me fecisti, & in terrā me
" resolues. Nunquid nōvt lac mulsisti me, cōfecisti me si-
" cut caseum? Corio & carne me induisti, ossibus & ner-
" uis me inseruisti. Vitā autē & misericordiam i me po-
" suisti, & visitatio tua protexit spiritū meū. Quanta de-
ploratio sancti viri pro cōmuni infirmitate, quanta cō-
uentionis autoritas, qđ deus hominē manib⁹ suis fece-
rit. Excusatur culpa infirmitatis obtētu, commēdatur
gratia priuilegio operationis æternæ, & protectione di
gnationis cælestis. De quo loco etiā Dauid pulcherri-
Psal. 8. me locutus est dicēs: Quid est homo quod memor es
eius, aut filius hoīs quia visitas eū? Nec, inquit, habes
in te nouī, quia omnia potes, impossibile autē nihil. Si k
enī peccauero, custodies me, ab iniquitate autē immā-
culatum me nō feci sti. Si impius fuero, væ mihi: si sim Iob. 10.
iustus, nō possum me erigere. Plenus sum cōfusionis, i-
uestigor sicut leo ad necē. Vide tria. Si peccauero, inqt,
custodies me. Et ideo o homo fatere pctm̄, vt venīā cō-
sequaris. dic iniqtates, vt iustificeris. Qui erubescit fa-
teri eas in quibus natus est, negātis nō fatentis crimen
est, negare qđ natus sis. Q d accepisti, vtinā serues. Cur
putas te habere quod non acceperis? Ergo peccator fa-
teatur, impius ingemiscat. Iustus nō se erigat & extol-
lat, ne per arrogātiā fructum iustitiæ amittat. Et pul-
chre ait: Si iustus sum, nō possum me erigere. plen⁹ enī
sum cōfusionis. Iustus enim aduertit magis fragilitatē
suam, q̄ insipiens agnoscit. Non agnoscit insipiēs. De-
niq; lapsibus suis sapiēs cōpungitur, insipiens delectat.
Iustus accusator est sui, iniustus assertor. Iustus præue- Prou. 18.
nire vult accusatorem cōfessione peccati, iniustus pec-
catum suū occultare desiderat. Ille in principio sermo-
nis vt prodat errorē, iste multiloquio sermonis sui som
num excusationis inuoluit, ne prodat errorem.

Quid significet illud: Quare obscripsisti aduersum
me mala, & apposuisti mihi adolescentiæ peccata & c̄.
Similiter & illud: Mortalis filius mulieris, breuis vitę
est & c̄. Præterea etiā istud: Cū autē dormierit homo
nō resurget vsq; dum cælum assuatur. Cap. VII.

L TER VM adiiciēs dicit: Quare obscripsi- L
sti aduersū me mala, & apposuisti mihi ado "
lescētiæ peccata? Pulchre id ætatis arripuit Iob. 18.
ad querelā, quæ magis ad vitiū lubrica esse
cōsueuit. Habet enim puericia innocētiā, senectus pru-
dentiā, ipsa vicina adolescētiæ iuuētus bonæ existima-
tionis intuitum, & verecundiā delinquēdi. Adolescen-
tia sola est inualida viribus, infirma cōsiliis, vitio calēs,
fastidiosa monitoribus, illecebrosa deliciis. In tāto igit̄
cōfragoso & scopuloso mundi huius turbine cur tā cre-
bra naufragia improuidę ascribuntur ætati? Vñ pre-
clare Dauid totius tēporis eius venīā sibi a dño postu-
lauit dicens: Delicta iuuentutis meæ & ignorantiæ ne Psal. 24.
memineris dñe. quia tunc maxime calor corporis fer-
uet, & æstu sanguinis vaporantis igneſcit. Sed iterum M
ipsum audiamus. Mortalis, inquit, filius mulieris bre Iob. 14.
uis vitæ est, & plenus iracūdię, qui sicut flos floruit, & "
cecidit. Discedit autē vt vmbra, & nō resistit. Nōne & "
ab hoc ratio quæritur? Et hūc fecisti intrare in iudiciū "
sub cōspectu tuo. Quis autē mundus est a sorde? Sed "
nemo, etiā si vnius diei sit vita eius sup terrā. Vere mi- "
serabilis cōditio peccati sui, q̄d vitare nō possit, ratione
præstare cogitur, iudicium intrare, in cōspectum subire
dñi omnipotentis, cōpellitur edere causas gestorū suo-
rum, quæ tot vitæ suæ ætatibus percurrerit, cū mūdus
a pctō quiuis esse nō possit, vt ab ipsis cunabulis prius
obrepat infantiæ culpa, q̄ sit vllus sensus erroris. Quāq;
illud miserabile, vt breuis sit vita eius, dulcis illecebra,
multiplex erūna, iracundia quotidiana. Itaq; in exigua
delectatione amaritudo perpetua est. Est, inquit, arbo- "
ri spes. Si enī fuerit excisa, viridescit: & si in terra mor- "
tuus ramus eius fuerit, ab odore aquæ florebit, faciet "
autem sicut nouella. Vir autem defunctus abiit, cadēs "
autem mortalis homo non vltra est: Tempore autem "
fluctuat mare. Expectauimus prophetici sermonis ex
duobus inferioribus elemētis terra ac mari, quæ omni
iniuriæ crebrisq; tēpestatibus subiacent, q̄ validum ar-
gumentū nostræ expressit erūnæ. Terrena, inquit, vir-
gulta, nemorosaq; arborū etiā cum fuerint mortua, in
vsus vitales resurgunt. Mare quoq; ipsum temporum
vicibus solet fluctuare. At vero caro nostra semp exæ-
stuat, sibiq; ipsa tempestas est, nec vnquam a motibus
procellarum miserandisq; naufragiis feriatur. Cū autē Iob. 14.

A dormierit homo, non resurget vsq; dum cælum assua-
tur. Quod videtur declarare, donec cælū nouetur. Erit
nouum cælum, & terra noua, sicut scriptum est. Quod
enim assuitur, vet⁹ est: quod vetus, mutabitur. Deniq;
Psal. 101. audi Dauid dicentem: Initio terram tu fundasti domi-
ne, & opera manuum tuarū sunt cæli. Ipsi peribunt: tu
autem permanes. sicut vestimētum veterascent, & si-
cut opertoriū mutabis eos, & mutabuntur. Possumus
etiam illud attexere, quoniā quod vetus est assuitur, qđ
Mat. 11. nouum cogitur. A diebus autem Ioānis baptistæ re-
gnum cælorū cogitur, & cogētes diripiūt illud. Assue-
bat ergo illud synagoga in paucis, ecclesia cogit in mul
tis. Vel quia nunc cælum assui videtur nebulis & cali-
gine, nocturnisq; tenebris, & croceo diei surgentis rubo
Apo. 22. re diuersa & discolori specie sæpe contexitur. Tunc au-
tem nox non erit amplius, & non indigebūt luce lucer-
næ, & lumīe solis, quia dom⁹ illuminabit super eos.
Ezec. 13. sicut dicit Ioannes. Vel quia væ iis qui assuunt cerui-
calia ad euertēdas animas populi. Deploranti prophe-
tæ miseriam nostræ fragilitatis, quæ & in hac vita re-
quiem nō haberet, & vniuersa subito incursu mortis a-
mitteret, spiritus sanctus infudit tam diu nō resurrectu
ros homines, donec veniret qui non assueret vetera no-
uis, nec vestimentum nouum cōmitteret in vestimen-
B tum vetus, sed omnia faceret noua, sicut ipse dixit: Ec-
Apoc. 21. ce faciam noua. Ipse est enim resurrectio, primogenit⁹
ex mortuis, in quo omnes quidem prærogatiuam futu
ræ resurrectionis accepimus, solus tamen adhuc resur-
rectione perpetua resurrexit.

De intelligentia illius: Vtinam in inferno cōserua-
res, absconderes autem me, donec desinat ira tua &c̄.
Caput VIII.

A VDITO igitur quid locutus esset in eo
deus, & cognito per spiritum sanctum quod
filius dei nō solum veniret in terras, sed etiā
descēsurus esset ad inferos vt mortuos resusci-
taret, (quod tūc quidē factum est ad testimonium prę
sentium, & exemplum futurorū) conuersus ad dominū
" ait: Vtinam in inferno conseruares, absc̄deres autem
Iob. 14. " me donec desinat ira tua, & statuas mihi tēpus in quo
" memoriam mei facias. Si enim mortuus fuerit homo,
" viuit, cōsummans dies vitæ ipsius. sustinebo donec ite
" rū fiā, donec vocabis me, ego autē te obaudiā, opera ve
" ro manuum tuarum ne despicias. Numerasti autem
" meas aduentiones, nec præteribit te quicquā ex pec-
" catis meis. Signasti autē iniquitates meas in sacculo,
" & notasti si quid insciis præteriui. Q̄ suauis locus, qui
nos de resurrectione confirmat, & q̄ videtur voci dñicæ
Luc. 23. conuenire, quæ in euangelio legitur, vbi ait: Tunc inci
C pient dicere mōtibus, cadite super nos: & collibus, ope-
rite nos. Erit enim in cōsummatione sęculi ira domini.
Recte ergo sanctus in iudicium mundi resurgere, q̄ in
tempus diuinæ iracundiæ, quæ terribilis etiam innocē
tibus est. Simul etiā illud prophetare intelligitur dicē-
do: Statuas mihi tempus in quo memoriā mei facias.
quod in passione domini resuscitandus foret, sicut in fi-
ne huius libri testatur, nec tamen deplorare desinit: &
quo magis intelligit sibi resurrectionem esse propositā,
vitam hanc fugere desiderat, videns se in manus tradi-
tum aduersariorum, proiectū se in potestate impiorū,
cui etiam amici in inimicos conuersi sunt, qui cum de-
buerint consolari, ruinam super ruinam inferant: me-
mor tamen cōscientiæ suæ puræ, & mundę orationis,
ait: Terra nō cooperias in sanguie carnes meas. vt ora-
Iob. 16. tio eius sicut incēsum dirigatur ad dñm, non in terra di
uertetur. sancti enim oratio nubes penetrat: peccatoris
Gen. 4. orationē, sicut a deo Cain dictū est pricidæ, aperiēs os
suū terra in sanguine carnis absc̄dit. Maledictus, inqt,
a terra, quæ aperuit os suū accipere sanguinem fratris
tui de manu tua, quoniam operaberis terram.

De reprehensione eorum qui curiosius inquirunt se- D
creta altitudinis sapientię dei. Quamque beatus sit ille
qui sapientiam inuenerit. Et quæ sit vera sapientia.
Caput IX.

LEBILITER igitur sanctus deplorat vi
tæ istius tēpora. Pereo, inquit, & spiritu ci- "
ciferor. oro autē sepulturā, & non impetro, "
precor laborans. Et quid faciam? Dies mei Iob. 17.
transierūt in honore, dirupti sunt articuli mei. Nec ta- "
men derogat iudicio dei. Scit enim profundā esse alti-
tudinem sapiētiæ & scientiæ dei, & inscrutabilia iudi-
cia eius, atq; inuestigabiles vias eius. Non calcauerūt, "
inquit, eas filii glorificantium, nec trāsiuit per eas leo. "
Quis enim potuit vias eius cōprehendere, quæ abditę "
occulta penetrant? Vnde, inquit, inuenta est sapientia, "
aut quis locus disciplinæ? Nescit mortalis homo viam "
eius, nec inuenta est in hominibus. Abyssus dixit, non "
est in me. & mare dixit, non est mecū. Non tibi licet sci "
re o homo alta sapientiæ. ideo tibi scriptū est: Noli altū Rom. 11.
sapere, sed time. Quid curiosę queris inuestigare quod
tibi non expedit scire, nec cognoscere datur? Paulus au 2. Cor. 12.
diuit aliqua secreta sapientiæ, quæ prohibitus est aliis
intimare, & ideo raptus est in paradisum, raptus vsque
ad tertium cælum, vt audiret ea quæ in terris audire
non poterat. Si quæ audiuit homo, non licuit ei loqui,
quem ad modū quòd nō audiuit inquirit? Imperatoris
huius in terris non licet tibi scire consilia, & vis scire di- E
uina? Non licet tibi curiosius inuestigare quæ in terris
geruntur, & curiosius requiris quid supra cælum agat?
Cur tu disputas vnde nata sit sapientia? Nescit homo
viam eius, nec in hominibus inuenta est perfectia sapiē
tia. Non in Moyse, nō in Aaron, nō in Iesu Naue fuit,
non in ipso Dauid qui ait: Incerta & occulta sapientiæ Psal. 50.
tuæ manifestasti mihi. quia ipse dixit in posterioribus:
Velut iumentum factus sum apud te. Supra te est sci- Psal. 72.
re o homo altitudinem sapientiæ, satis est tibi vt cre-
das. Si enim non credideritis, inquit, nec intelligetis.
Abyssum scire nō potes, abyssum nō potes cōprehēde-
re, quō altitudinē sapientiæ cōprehendes? Abyssus di-
xit, nō est in me. & tu potes dicere quia in te est sapien-
tia? Abyssus ergo dixit, nō est in me, quia ipse dñs di-
xit: Nō derelinques animā meā in inferno. Et Apposto Psal. 15.
lus dixit: Qui descendit in abyssum, hoc est Christū ex Rom. 10.
mortuis deducere. Ergo si iterrogatur abyssus, vbi est Iob. 28.
sapiētia? respōdet: Nō est mecum, quia surrexit. Si in- F
terrogatur mare, vbi est sapiētia? dicit, mecum nō est,
quia calcauit me, nec fluctus mei eā turbare poterunt.
Et tu ergo in hoc sęculi istius positus freto noli pfectā
illam dei sapiētiā in hoc mundo quærere: quia mūdus
eam non cognouit. Sed si vis eam inuenire, calca fluc-
tus huius mundi, sicut calcauit Petrus, & ambula su-
per aquas huius sęculi, & porriget tibi dexteram sapien
tia, sicut porrexit & Petro: quia nemo fuit quem non
sęculi huius vnda turbauerit. Turbauit & Abraham,
turbauit & Moysen, turbauit & Petrum. Moyses
per mare transiuit, & per mare peditum duxit exerci-
tum, sed ante ipsum turbatus est. Petrus super aquas
calcauit, sed mersus fuerat corpore, qui ifirmioris fidei
vestigio claudicauit. Ergo noli sapientiā in mari quæ-
rere, quia nō dixit cum mari se futurū dominus Iesus,
sed cum discipulis suis, vt aliqua ex parte eū cognosce-
rent, quibus ait: Ecce ego vobiscum sum vsq; ad cōsum Mat. 28.
mationem sęculi. Beati cum quibus est, vtinā & nobis-
cum sit. Sed nobiscum mare est, Petrus cum Christo,
quia & ipse calcauit mare. Nobis aurum cordi atq; argē
tum est, sapientia autem supra aurum, non in auro est.
Ideo qui sapientiam habere cupiebat, Argētum ait & Actuū. 3.
aurum non habeo, sed quod habeo, do tibi, in nomine
Iesu Christi Nazareni surge & ambula. Quia aurum
nō habebat, in nomine Christi habebat piæ operatio-

G nis gratiam. Ideo & tibi dicitur: Attrahe sapiẽtiam in
interiora. Latuit, inquit, omnẽ hominẽ, & a volatilibꝰ
cæli abscondita erat. Nec homines sciebãt vbi erat, nec
angeli, quia ipsi sunt aues cæli, de quibus dictum est:
Apoc.14. Et vidi angelum volãtẽ per cælum. Nemo potuit no-
Mat.11. scere sapientiam, quia nemo nouit filiũ nisi pater, & ne-
mo nouit patrẽ nisi filius, & cui voluerit filius reuela-
re. Ipse ergo reuelauit Ioanni cum quo esset sapientia:
et ideo dixit ille, non quod suum erat, sed quod sapien-
Ioan.1. tia infudit ei: In principio erat verbum, & verbum erat
apud deum. Nescit sapientiã interitus, nescit malitia.
1.Cor.15. Interitus enim tenere eũ non potuit, qui dixit: Vbi est
mors victoria tua? vbi mors aculeus tuus? Nescit etiã
malitia, q̃a dixit, Quærẽt me mali, & nõ inuenient. Pos-
sunt dicere: Audiuimꝰ gloriã eius. Solꝰ est deus qui no
uit eã, quia deus, inq̃t, bene cõstituit viã eius. Ipse nouit
locũ eius, q̃d sit receptaculum sapientię. Audi discipulũ
Ioan.1. eius dicẽtem: Vnigenitus, filius qui est in sinu patris,
ipse enarrauit. Agnouit enim patrem filius, quia ipse
Ioan.10. ait: Sicut agnouit me pater, & ego agnosco patrẽ. Ae-
qua mensura est cognitionis, vbi vnitas potestatis est.
Pater ergo qui omnia nouit, ventorum libram, aqua-
rum mensuram, ipse vidit sapiẽtiam, & enarrauit eam
per prophetas suos, quia pater enarrauit sapientiam, &
inuestigauit eam, sicut & filiꝰ patrem enarrauit, quem
nihil præterit, & dixit: O homo, quid vis profunda sci-
re sapientiæ quæ supra te sunt? Timere deum sapiẽtia
est, abstinere a malo disciplina est.

H FINIS.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE INTERPELLATIONE.

Quod pleriq; etiam prudẽtes moueãtur cum viderint
iniustos affluere rebus secundis, iustos autẽ frequen
ter in hoc seculo affligi. Caput. I.
Quomodo sanctus Iob in aduersis fortior factus sit: Et
tacẽdo irridẽdoq; suos cõuitiatores redarguerit, ostẽ
dens quod a domino deo sua tẽtatio venerit. Ca .II.
Quantum bonum sit taciturnitas, & quod multi per
sermonem decepti sint. Quam pulchrum etiam sit
ridere cum nobis maledicitur, ex eo quod iniuriarũ
cumulus bonæ conscientiæ nõ pręiudicet. Ca III.
I Qua ratione si propter peccata hominibꝰ eueniãt ma-
la, impii tanta bonorum copia abũdẽt. Ca. IIII.
Quod orandum potius nobis hic sit subire laborem, q̃
rerum temporalium abundantia affluere, propter di
uersum & contrarium vtriusq; finẽ, eo q̃ sic vera sa-
pientia inueniatur. Caput V.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE INTERPELLATIONE LIBER SECVNDVS.

Quod pleriq; etiam prudentes moueantur cum vi-
derint iniustos affluere rebus secundis, iustos autẽ fre-
quenter in hoc seculo affligi. Caput I.

SVPERIOR NOBIS
disputatio fuit de interpella-
tione sanctorum quod fragi
lis & imbecilla cõditio sit hu
mana, quæ nusquam sui ha-
beat firmitatem, nisi in pro-
tectione cęlesti: Nobis hodie
sumenda est, qua vulgus ho-
minum, pleriq; eam pruden-
tium valde mouentur cũ vi-
dent iniustos affluere rebus secundis, iustos autem fre- K
quenter affligi in hoc seculo. Et vere lubricus hic locus,
in quo etiam sancti vix potuerunt veræ opinionis tene
re vestigium. Deniq; turbatus est & ipse Dauid, qui in
superioribus dixerat: Occulta sapiẽtiæ tuæ manifesta- Psal.50.
sti mihi. Verũtamen confirmauit se ipse postea, & per-
fectæ rationis viam inuestigauit. Iob quoq; sanctus cũ
tribus illis veteribus amicis qui ad consolandum vene-
rãt, de ea opinione in sermone luctatꝰ est. Vtriusq; igi-
tur disputationes in medium proferamus. Digni enĩ
sunt qui nobis magisterium viuendi afferant, quando
quidẽ in aduersis positi plus deo placere meruerũt. Au
diamus igitur vtrunq; suo ordine. Increpauerant vehe-
menter sanctum Iob Elephaz Themaneorum rex, &
Baldach Suitheorum tyrãnus, & Sophar Naamate-
norum rex, eo quod propter peccata sua tantum suppli
ciũ sustineret. Infirmo etenim ingenio nõ aduertebant
quod dominus eum tentãdũ dedisset, vt athleta Chri-
sti tentationibus eruditus, ad maioris gloriæ coronam
perueniret. Non videntes itaq; tãtum sapientiæ sacra-
mentum, angusti cordis timore, ne viderentur iniusti-
tiæ deum arguere, qui pœnis affici innoxium perpete-
retur, in sanctum Iob pœnarum merita retorquebant
dicentes quia omnis vita impii in solicitudine, & di-
uitiæ iniuste congregatæ euomentur: omnia quæ pati L
tur homo grauia in terra, propter peccata sua eum per-
peti. Qui etiã si in rebus prosperis sit, perpetuari ei secũ-
da non posse, & tanquam somnium cito euanescere, vt
non inueniatur locus eius: lætitiam autem impiorum
esse grauiorem ruinam. Ideoq; etiã sanctum Iob a pro-
speris in aduersa mutatum, & delictorum suorum pre-
cio ex summis in vltima corruisse: labi eum qui se as-
sereret innocentem, cum portio impii huiusmodi sit,
vt superueniens in eum a domino indignatio iũgat ei
dolores, & interitus domum eius inuoluat.

Quomodo sanctus Iob in aduersis fortior factꝰ sit:
et tacendo irridendoq; suos conuitiatores redarguerit,
ostendens quod a domino deo sua tentatio venerit.
Caput II.

AVDIEBAT hæc sanctus Iob, & quasi
athleta fortis in stercore sedens, in tantis iu
dicibus & sæui doloribus vulneris, totum
corpus diris perfusus vlceribus, mysteria lo
quebatur: nec acquirẽdis ꝓprię remediis ægritudinis, M
sed sacris vacabat sermonibꝰ. Fortiores itaq; sermones
ægri hoĩs q̃ illorũ qui nõ ægrotabãt. Illi enim loquebã-
tur iustitias, sed non secundũ scientiam: prædicabãt di-
uina iudicia, pœnas reorũ, præmia sanctorum, sed reũ
a iusto discernere nesciebant. Quẽ enim dominus Ie-
sus iustum pronũciauit, eum condẽnabant iniustitiæ,
accersibãt iniquitatis. Ignorabãt ergo q̃d vnicuiq; cõue-
niret. At vir sanctꝰ Iob discernebat spiritu q̃uo vnicuiq;
oporteret loqui. Fortiores ergo nũquid qui sani & inco
lumes videbãtur? Et quid dicã fortiorẽ inuẽtũ ceteris?
Fortior ęger q̃ cũ sanus esset, seipso inuẽtus est. Fortior
enĩ æger Iob q̃ cum sanus fuerat, secundũ quod scriptũ
est: Virtus in infirmitate consũmatur. Ergo & Iob cũ 2.Cor.12.
infirmaretur, tunc validior erat. Non enim ægrotabat
animo, etsi doleret corpore: quia non erat in carne eius
anima, cuius passionibus nõ adhærebat: sed in spiritu,
cuius virtute se texerat. Ideo ergo non carnis gemitus
& corporis infirmitates, sed voces spiritus loquebatur,
quibus vrgeret, non quibus cederet. Et primo quidem
lenius, vt illis pudorem incuteret, quia vrgebant iustũ
iniuste, dicẽtes quod minora peccatis suis supplicia sus-
tineret: & nõ erubescebãt ipsi peccatores falsis accusare
innocentem. Esto, inquit, ego errauerim, & apud me "
deus ille inhabitet, qui mentibus hominum ostendit "
errores, vt loquar sermones quos non oportet, sicut vos "

A " dicitis, & errent verba mea, nec opportune sermo meus
" promatur, cur vos in me insilitis & conuitiamini, con-
" siderantes quia a domino mihi venit ista tentatio, qui
" me vallo quodam perturbationũ arbitratus est sepien-
" dum? Exerceor aduersis circũuallatus vndique labo-
ribus & periculis, & insultatis adhuc volẽtes opprime-
Iob.19. re quem deberetis iuuare? Ecce rideo, nec respõdebo cõ
uitiis vestris. Non enim vos estis qui iudicatis, sed qui
iudicat me, dominus est, & ipsius tamen iudicii tẽpus
nondum aduenit. Quid opus clamare ante iudicium?
Bonum est tacere dum expectatur qui iudicat. Bonũ
est conuitium cõuitio nõ referre, ne & nos inter detra-
hẽtes annumeremur. Imitemur ergo hunc virum, qui
silentio suo redarguebat conuitiantes. Ostendebat enĩ
virtutem animi sui, quem contumeliæ non mouerent:
& conscientiæ innocẽtiã manifestabat, qua obiecta re-
cognosceret, sed quasi aliena rideret. At vero si nobis
aliquid obiiciatur: dum nos purgare volumus, acerba-
mus: dum vlcisci cupimus, confitemur: cum dicat scri-
ptura vt auertas dedecoris sermonẽ, & auferas vestimẽ
" tũ tuũ: Præterit enĩ iniuriosus. Taceamus ergo, vt pre-
" tereat, ne vestimẽtũ nostrũ ꝓuocatꝰ exurat. Scriptũ est
Eccli.8. enĩ: Noli icẽdere carbones peccatoris, ne forte exuraris
in igne flãmæ eius. Propterea ergo sanctꝰ tacet: & si ser
uus ꝓteruit, & si paup cõuitiatur, tacet iustꝰ: & si pecca-
tor opprobria iacit, iustus ridet: & infirmus maledicit,
2.Reg.16 iustus benedicit. Tacebat Dauid cum Gera filius Se-
Iob.19. mei malediceret, Iob ridebat, Paulꝰ benedicebat, sicut
1.Cori.4. ipse ait: Maledicimur, & benedicimꝰ. Magisterio q̃p-
pe diuino processus humanæ virtutis excreuit, quia iã
venerat qui ex infirmis faceret fortiores, & audierat di
Mat.5. centem: Benedicite maledicẽtes vobis, & orate pro ca-
B lumniantibus vos. Quod verbo dixit, exemplo proba-
uit. Deniq; & in cruce positus de persecutoribus suis cõ-
Lucæ.23. uitiãtibus sibi ait: Pater dimitte illis, quia nesciũt quid
faciunt. vt oraret pro calũniãtibus, quibus poterat ipse
dimittere. Iob ergo ridebat, quia nõdum venerat Chri
stus, cui soli seruabatur magna prerogatiua virtutum,
quia ipse est virtutum principium, sicut dixit: Dominꝰ
creauit me principium viarum suarum.

Quantum bonum sit taciturnitas, & quod multi
per sermonẽ decepti sint. Q̃ pulchrum etiam sit ridere
cum nobis maledicitur, ex eo quod iniuriarum cumulꝰ
bonæ conscientiæ non præiudicet. Caput III.

ET ridens tacebat. Qua ratione faciendum
" sit, docet: Clamabo, & nõdũ iudicium. Ipse
C inquit, voluit hęc me perpeti. Tanq̃ mirabi
libus tẽtationibus clausus nõ possum surge-
re, donec placeat deo destruere altitudines tẽtationum
mearum. Nunc enim sic clamo, nondũ iudicium. Ad-
huc in agone sum, adhuc luctor, adhuc certamen super-
est mihi. Nondum enim exiuit corona. Nemo autem
2.Tim.2. nisi qui legitime certauerit coronat. Debebatur illi cer
tamen certum, amiserat omnia sua, id est, patrimoniũ
cum filiis. Patiebatur vulnera caro eius, manebat vt tẽ
tationes verborum vinceret. Non mediocre certamen.
Sermone deceptꝰ est Adam, verbo victus Sãpson. Ni
hil enĩ sic penetrat animã sicut sermo fucatꝰ: nihil iterũ
sic mordet, vt durior sermo. Multi cum vicerint adhi-
bita tormenta, sermonũ duritiam nõ sustinuerunt. La-
borabat Iob, sed sustinebat, & verborum iuxta vulnera
onera portabat. Vidit eum Agonotheta suus, de nube
& turbine manum laborãti dedit, & obluctantes graui
lapsu cecidisse pronunciauit, victorem asseruit, coro-
nam detulit. Quid autem pulchrius, q̃ ridere cum ma-
ledicitur nobis? Gaudere enim debetis si aliena dican-
tur. Primum quidem, quia volens inimicus aliquid di
cere aduersum nos quo crimẽ affigeret, non inuenit q̃d
verum est, sed falsa pro veris composuit. Deinde quia
dixit ipse dominus in euangelio de huiusmodi crimi- D
natione quæ innocentibus falso irrogaretur propter iu-
stitiam: Gaudete & exultate, quoniam merces vestra Mat.5.
multa est in cælo. Tacere ergo debet qui recognoscit
obiectum, ne vulnꝰ exasperet, & scindatur cicatrix. Ta-
cere & qui non recognoscit. audit enim alterius, nõ suũ
crimẽ. Quod si referat, suum facit. si tacet, retorquet, &
conuitiantẽ vulnerat. Tacere debet etiã ille qui de me-
morata mercede præsumit. Non enim patitur præiu-
dicium, cui non est iudicium. Et si fuerit præiudicium,
non erit in iudicio dei. Deinde vt cognoscas quia non
præiudicat contumelia bonæ conscientiæ, audi sanctũ
Iob dicentem, locupletiorem vtique testem q̃ si impe-
rio vrbis Romanæ potitus esset: Nunc obmutescam "
& derelinquam: si nunc mihi præiudicium est, tunc a "
facie tua nõ abscõdar. Hæc ergo parcius in exodio re- "
spõdit, vt admoneret illos iudicii dei, atq; ab insolentia
& furore reuocatos quasi bonus medicus faceret resipi-
scere. Sed postea q̃ eos aduertit perseuerare in cõtume-
liis, plura fortiora repetiuit, & tanquam pugno eos va-
lidiore percussit, qui verborum suorum saxis lapidabãt
innoxium. Audite, inquit, audite verba mea, nõ sit mi " Iob.21.
hi a vobis consolationẽ quærere. portate me, quia for- "
tiora loquar, graue erit pondus verborũ meorum. Di-
cam & ego secundum opinionem vestram, eo q̃d mul-
ti abundant in hoc seculo rerum secundarum successi-
bus, & alii grauantur ære. In erumna positi sunt, & vi-
detur hoc seculum peccatorum merito deseri. Quod &
si dicam, nolite ridere quasi vobis acquieuero: & si pec-
cator sum, non hominis reus, quia sub peccato est & i-
pse qui iudicat, & sibi in me potestatem vindicat. Aut E
si videor quasi homo, commune est istud, increpari nõ
debeo. Infirmitas conditionis est, non specialis impro-
bitas.

Qua ratione si propter peccata hominibus eueniãt
mala, impii tanta bonorum copia abundent. Ca. IIII.

SED dicite mihi: Si propter peccatũ meum "
hoc patior, sicut obiicitis, quare impii viuũt? "
Nec solum viuunt, sed etiã repleti sunt diui- "
tiis, & fructus multiplicant, sed etiã filiis po- "
tiuntur, abundant domus eorũ? Hæc euidenter specie "
bona, sed altiori mysterio inuenies quoniã quę putant
bona, nõ sunt bona: & quæ putãtur mala, potiora illis
æstimentur. Inueterauerũt in diuitiis, ἐπαλαιώθησαν
dixit, vt non tam diuturna diuitiarũ possessio, q̃ inuete-
rata copiarum molestia significata videatur, sicut vi-
dit Ecclesiastes diuitias custodiri in malum possidenti Eccl's.5.
eas, quæ pereũt in summa distinctione ac solicitudine.
Pereunt enim quæ hic relinquũtur & mortuo prodes-
se nõ possunt. Habuit igitur defunctus ex illis solicitudi
nem, requiẽ inuenire non potuit, qui reliquit quo eru- F
besceret, nec secũ abstulit quod teneret, longe dispar ab
eo de quo scriptũ est: Beatus homo qui repleuit deside- Psal.12.
riũ ex his, nõ cõfundetur cum loquetur inimicis suis in
porta. Cui hæreditas dñs est, & merces ex Mariæ vir-
ginis partu: hic in exitu sapiẽtię laudibus prædicatur,
q̃m non habuit quo erubesceret, qui nihil eorũ quę sunt
seculi concupiuit, sed aduersariũ depositis veteris hoĩs
exuuiis, telo cõtinentiæ vulnerauerit, vt obstrepere ei in
huius vitæ fine nõ possit vulnere claudus, & virtutum
admiratione cõfusus. Habes ergo nõ esse laudabilẽ qui
inueteratus in pecuniæ cupiditatibus sit, nõ renouatus
in perceptione gratiæ. Videamus aliud. Semẽ eorum
inquit, secundũ animã. id est, nõ inter iustos habet. Iu-
sti enim in spiritu seminant, & de spiritu metent vitam
æternam. Illi vero qui secundũ animã seminant, spiri-
talia metere non possunt, quia animalis homo nõ per- 1.Cori.2.
cipit ea quę sunt spiritus dei, stultitia enim illi est: & nõ
potest scire quæ sunt spiritus: & ideo non replentur spiri-

C tatibus, sed iudicatur. Filii eorum in oculis. id est, quæ
faciunt, ideo faciunt vt videantur ab hominib⁹, nō quia
boni cōsulant vt hoc eligant qđ futuro iudicio cōprobe-
tur. Filios ergo scriptura pro operibus frequenter decla
rat, eo quod locupletior in bonis factis q̄ in filiis sit no-
Esa.38. stra posteritas. Vnde & Ezechias de graui ægritudi-
ne liberatus, ex hodierno, inquit, filios faciam qui nun-
ciabunt iustitiā tuam domine deus salutis meæ, & nō
cessabo te benedicēs cū psalterio omnes dies vitę meę.
Bona enim posteritas deuotionis & fidei, quæ captiui-
tati nesciunt succūbere, quam filii Ezechiæ pertulerūt.
» Et addidit dicēs: Quia non est illis timor, nō est flagel-
» lum a domino. Iustus autem dicit, Quoniam flagel-
latus sum tota die. & optat flagellari, vt recipiatur a do
Eccli.1. mino: & vult timere dominum, quia timor domini ini-
tium sapiētię est. Nec beatitudinem putat si non abor-
tit bucula sua, sicut putant stulti. Per bouem enim quid
significatur nisi ruralis culturæ labor? qui semper redit
in orbem, & nunquā desinit: sed cum explerividetur, re-
uocatur in exordium. Isti sunt qui colūt Sodomam &
Gomorram. Ergo qui colunt Ægyptum, glebasq; ter-
rarum aratro quodam mentis solidæ inuertunt, laborē
sibi pariunt, & dolorem metūt. Ideo bucula eorū non
H abortit, sed parit, vt augeatur labor eorum, & quæ con
ceperunt, omnia generant sine timore dei. Iusti autē lō
ge aliter gloriantur. Nō enim in abūdātia diuitiarum,
nec in partu pecorū, sed in dño gloriātur dicētes: De ti-
Esa.26. more tuo in vtero accepimus, & parturiuimus spiritū
salutis. De iustis ergo dicitur quia spiritum salutis ge-
nerauerunt, quē acceperūt de timore dei, nō de malitia
Psal.7. huius seculi, de qua legim⁹: Ecce parturiuit iniustitiā,
concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Melior ergo
abortiuus q̄ partus seculorū. Deniq; de homine qui in
hoc seculo venit, & vanitatē mundi huius & tenebras
Eccls.6. ptulit longæuitate diuturna, Ecclesiastes pronūciauit
quia melior illo abortiu⁹. Huic enim requies magis q̄
illi, quia non expertus varietatē seculi, in qua etsi mille
annos quis vixerit, quod bonū est videre nō potuit. Fu
gisse ergo hæc magis est gratiæ, q̄ subiisse. Et fortas-
Iob.1. » se moueat illud quod adiunxit: Quia maneant sicut
» oues æternæ, pueri autem eorum ludunt accipientes
I » psalterium & citharam, & delectantur voce psalmi: Cō
» sum marūt autem in bonis vitam suā, in requie autem
» inferni dormierūt. Distingue hęc, & quia spiritalis es
diiudica. Impii autem sicut æterni sunt, nō ęterni, quia
non possunt æternitatem accipere ab eo qui nō fit æter
nus. Non ergo potest dare quod nō habet, nec potest il-
luminare, quia nō possidet lucem, sed transfigurat se in
angelum lucis, vt decipiat incredulos. Trāsfigurat au-
tem se simulatione falsæ lucis, nō splendore perpetuæ.
Lucæ.10. Vnde & saluator ait: Videbam satanam sicut fulgur
cadentē de cælo. Nec fulgur est, sed sicut fulgur. Cōsi-
dera hæreticum aliquem intētum abstinentiæ corporis,
& cognitioni cælestium sacramētorum. sicut æternus
putatur, nō habet æternæ vitæ stipēdium, quia falsam
habet imitationem, qui fidei non habet veritatem. Hu-
ius paruuli ludunt: sicut illa quæ cum luxuriata fuerit,
nubere vult. Luxuriata est in psalterio & cithara, id est
in sono vocis, non sacramentorum profundo, vt labiis
resultaret, non in corde conferret.

Quod orādum potius nobis hic sit subire laborem,
q̄ rerum temporalium abundantia affluere, propter di-
uersum & contrarium vtriusq; finem, eo q̄ sic vera sa-
pientia inueniatur. Caput V.

DIVVSMODI itaq; in bonis seculi con-
summauerūt vitam suā, hanc vtiq; qua vi-
uebant, non illā cuius mercedē sperabant, &
ideo in requie inferni dormierunt, nō in re-
quie cælesti. Nos autē oremus hic potius laborē subi- K
re, vt in regno cælorum consolationem quietis æternę
mereamur adipisci. Magna enim illecebra delinquēdi
est rerum affluentia secundarum. Supina extollit, obli-
tionem autoris infundit. Considera in euangelio su-
pra ostrum & purpuram recūbentem, cuius de mensa Lucę. 16.
micas iustus ille pauper Lazarus colligebat. Nonne
tibi videtur dives ille ad deū dicere: Discede a me, vias cc
tuas scire nolo? Et vere scire noluit huiusmodi vias do- cc
mini. Si enī vellet, cognosceret. Sed quia plenæ sunt la
boris, fugiunt & declināta perditis. Quasi ebrius itaq; cc
non recognoscit salutis autorē, Deide conuersus ad cō-
potores suos: Māducemus, inqt, & bibam⁹. quid pro- cc
dest si seruiamus ei? aut quæ vtilitas si obseruem⁹ eū? cc
Hæc itaq; dicit secularīū abundantia rerū temulentus,
quia non continuo in secula seculorum merita repēdū-
tur. Supinabatur enim, quia in manibus ei ad volupta
tem omnia suppetebant, & conscius impietatis suæ, cu
ius pœna sequestrabatur, putabat quod deus impiorū
scelera nō videret. Huic ergo opinioni eius respōdet san
ctus Iob: Noli esse securus ac dissolutus, æstimās q̄ ad cc
te in hoc seculo domini flagella nō veniant. Etiam lu- cc
cerna impiorum extinguitur. ad tēpus lucet, non habet
lucem æternā. Et ipsis quāuis cælum faueat, quia eius
qui principatum habet in hoc seculo, faciunt voluntatē,
solet venire rerū cōuersio, & dolores ab ira & indigna- cc
tione cælesti, vt ventilentur sicut paleæ a vento. Iniu- cc
sti sicut paleæ ventilantur, iusti sicut triticum. Deniq; Lucę. 22.
audi dicētē Petro dominū: Ecce satanas expetiuit vos L
vt ventilet sicut triticum, ego autē rogaui pro te vt non
deficiat fides tua. Deficiunt illi qui sicut paleæ ventilā-
tur, non deficit qui ad similitudinem illius grani est, qđ
cecidit & resurrexit plurimorū fructuū accessione cumu
latum. Ideo dicit propheta: Heu me, quia factus sum si-
cut qui colligit stipulam in messe. Stipulæ igitur quæ
cito exuritur, impietas cōparatur & pulueri. Ideo post-
quam dixit, Erunt sicut paleæ a vento, subtexuit versi-
culus statim dicēs, Aut sicut puluis quem abstulit vē- cc
tus. Deniq; vt cognoscas quia impius sicut puluis cito cc
fatiscit atq; euanescit, habes in primo psalmo dictū: Nō
sic impii nō sic, sed tanquā puluis quem proiicit ventus Psal.1.
a facie terræ. Et facit discretiones inter iustū & impiū.
Hic igitur moritur in simplicitatis suæ potētia, tot? in cc
abūdātia & gratia, iteriora autē eius plena sunt adipe. cc
Medulla autē eorum superfluit, ille autem cōficit in a- cc
maritudine aīæ suæ cursum vitę istius, nihilq; boni epu cc
latus finem accepit. cui pro meritis suis quid potest di- cc
gnum repræsentari? In sepulchra inducitur, & in tumu cc
lo vigilat suo. Ne hæc quidem pœna mediocris, mor-
tis requiem nō habere, deferri eum nō ad terram viuē- M
tium, sed ad tumulos mortuorum. Qui viuit enim, nō
inter mortuos quæritur, sed in Abrahæ sinu vitā car-
pit æternam. Ideo viri illi duo in veste fulgēti dicebant
ad mulieres: Quid quæritis viuentē cū mortuis? Non Lucę.24.
est hic. Deinde enumerat scelera impiorum, quod cōfi- cc Iob.24
nia transcēderint & cum pastore diripuerint gregem, cc
subiunctorū pupilli abduxerunt, pignerauerunt bouē, cc
viduæ agrum demessuerunt nō suum, infirmi autē in cc
vineis eorum sine mercede & cibo operati sunt. Detra- cc
ctis vestimentis nudos fecerūt dormire. Pleriq; quorū cc
animę operimētum ademerint, stillicidiis humescebāt cc
montiū, & quia tegumētū deerat, petra sese operiebāt. cc
Rapiebantur pupilli ab vberibus matrum suarum, la- cc
psi opprimebātur qui magis erigi debuissent. Esurientes cc
fraudabātur cibo, & anima infantulorum grauiter in- cc
gemiscebat. Nūquid hęc ignorare potuit quē nihil prę- cc
terit? Nuda inferna in cōspectu eius, & non est amictus cc
nequissimis, quia latere non possunt. Extēdit Boream cc Iob.26.
pro nihilo, suspendit terram in nihilo, alligans aquam cc
in nubibus suis, & nō est rupta nubes sub pedibus eius. cc

A » Columnæ cæli dissiluerūt & timuerunt ab increpatio-
» ne eius. Virtute cōpescuit mare, disciplina autē struit
» cetum maris. Clausura cæli formidant eum, præcepto
» mortificauit draconē preuaricatorem. Virtutem toni-
» trui eius quis intelligit? In tātis ergo flagitiis quę spes
» impio est? Nūquid si cōfidit in domino, saluabitur? Di-
» cam, inquit, vobis quid sit in manu domini, & definite
» inanibus inania addere. Et describit q̄ miserabilis im-
» piorum portio sit. Quod & si plures habeant filios, si-
» ne posteritate sunt. quibus deest bonorum meritorum
successio. Illa enim vera posteritas, quæ nō in terris, sed
Iob.27. » & mors successio. Cū diuitias coacernauerint, mendi-
cabunt: quia cum mortui fuerint, indigebunt. qui re-
quiē inuenire non possunt. Viduas eorum nemo mise
rebitur, sed manebūt desertæ, atq; omnis copulæ sola-
» tio destitutæ. Et si cōgregeē pecunia sicut terra, atq; vt
» lutum præparatū fuerit aurum, inanis erit sicut arena
» substantia eorum, & omne patrimonium eorum tan-
» quā tineis consummabitur. Dormiens dives nihil adiī
» ciet. aperuit oculos suos, iam non est, permanet in dolo
ribus. Nihil enim sunt omnia quæ in hoc mūdo sunt.
» Aurum in metallis, argētum in metallis. De metallo
» eruitur, & in metallum reuertitur. Quid enim aliud ni
si metallum est mens auari? quæ tanq̄ defossum tenet
B quicquid recepent, & in venis terræ ac latibulis abscon
dit, eo quod vti nesciat metallis. Quotidie aurū de me-
tallis promitur, de auro proferre quis potuit? Cū igi-
tur nihil prosit: vana fames auri, quia qui cōgregauerit,
labitur. Miserādi profecto qui deseruerunt viam iustā,
& obliti sunt eam, cui preciosi lapides haud quaq̄ sunt
cōparandi: difficilis in uestigatu, imperuia superbis, in-
terclusa iactantibus, humilioribus plana, aperta sapien-
tibus. Et ideo sapientiam debemus quærere, vt ambu-
lemus in via iusta, per quā aduersarius ille sicut leo ra-
piens & rugiens qui percurrit hunc mundum, transire
non potuit. Sed qui sapiētiā vult inuestigare, non in a-
bysso eam quærat sicut philosophi, qui arbitrantur q̄
ipsi sua spōte suo ingenio profunda eius possint cogno-
scere. Non in mari eam requirat. Etenim vbi tēpestas,
vbi procella venti est, non potest ibi esse sapientia. Sed
ibi quærat vbi est tranquillitas mentis, & pax quæ su-
per omnem intellectum est.

CAPITA LIBRI TERTII DE INTERPELLATIONE.

De transitu autoris ad interpellationem sancti Dauid:
qui in pluribus locis psalmorum de vanitate seculi
non tacuit, & inania esse quæ bona in hoc mūdo pu-
tantur, frequenter asserit, & maxime in psalmis
xxxviii. & lxxxxiii. Qui deniq; in septuagesimo secū
do protestatur se non mediocriter doluisse cum vide
ret peccatores in hoc mundo affluere diuitiis, & abū
C dare rebus secūdis: se autē, qui iustificauerit cor suū,
esse in afflictionibus & erumnis. Caput I.
De serie psalmi. lxxii. & exordio interpellationis pphe
ticę ducta a primo versiculo, scilicet: Quā bon⁹ Israel
deus rectis corde. Et quod nemo possit deum bonū
fateri nisi qui ex cælestium mysteriorum profundo
& diuinæ dispositionis altitudine bonitatē eius co-
gnoscit. Quodq; iusto semper bonus sit deus, & cū
torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acer-
bitate pœnarum. Caput II.
Quod quasi prolapsus fuerit propheta cum videret pec
catores in hoc mūdo affluere diuitiis & reb⁹ secūdis,
bonos autē esse in afflictionibus & erūnis. Ca. III.
Quod flagella & castigatio in hac vita firma metū pre-
stent, non autē post mortem prosint. Ca. IIII.
De vestimento iniquitatis, & de operimento iei unii.
Caput V.
Quid sit ponere in cælum os: Et de scientia quæ est in D
deo. Caput VI.
Quod post flagella & castigationem sequatur præue
opinionis correctio, & quod bona transitoria nō sint
præmiū virtutis, nec iopia pœna peccati. Ca. VII.
Quid sit intrare in sanctuariū dei, & intelligere nouissi-
ma. Et quod ii qui proficiunt honoribus, & cadunt
moribus, deficiantur cum alleuantur. Ca. VIII.
Quod propter iniquitatem suam perierint qui terrena
concupierunt. Et quod imago ipsorum ad nihilum
redigatur, qui vel in superbia euanuerunt, vel in vo-
luptatibus suis radicati sunt. Caput IX.
Quod iustus qui ab exordio fuit turbatus, delectetur
cum animo considerat quod deus humana curet &
respiciat: Et quod homo cōparatione cælestium sit
quasi mutum iumentum. Caput X.
Quod qui ad dexteram suam deum habet, non cōmo-
ueatur. Caput XI.
Quod nullas seculi illecebras desideret aut cōcupiscat
quē manus domini dirigit. Et quod deus neminem
repellat, nisi qui se ab eius conspectu sequestrare pu-
tat. Quemadmodum etiam qui separatur a deo,
pereat. Caput XII. E

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCO-PI DE INTERPELLATIONE LIBER TERTIVS.

De transitu autoris ad interpellationem sancti Da-
uid: qui in pluribus locis psalmorum de vanitate secu-
li nō tacuit, & inania esse quæ bona in hoc mundo pu-
tātur, frequēter asserit, & maxime in psalmis. xxxviii.
& lxxxxiii. Qui deniq; in septuagesimo secundo prote-
statur se non mediocriter doluisse cum videret peccato-
res in hoc mundo affluere diuitiis, & abūdare rebus se-
cūdis: se autem, qui iustificauerit cor suum, esse in affli
ctionibus & erumnis. Caput I.

DECVRSA EST IN- F
terpellatio sancti Iob, nūcado
riamur eam interpellationē
quam reperimus in psalmis.
Ipse quidem Dauid plurib⁹
locis de seculi vanitate nō ta-
cuit, & inania esse quæ puta-
bantur bona huius mūdi, fre
quenter asserit, et in psalmo
maxime tricesimo octauo, in
quo dicit: Veruntamen vniuersa vanitas omnis ho-
mo viuēs. quanq̄ in imagine dei ambulet homo, tamē
vane conturbatur. thesaurizat, & ignorat cui cōgrega-
bit ea. Et alibi: Vsq; quo peccatores domine, vsq; quo Psal.93.
peccatores gloriabūtur? Quod hic habeant vmbratilē
gloriam: vbi de seculo excesserint, fructum consolatio-
nis inuenire non possint. Idē tamen inseruit psalmum
septuagesimum secundū, in quo ipse sub Asaph nomi-
ne protestatur quod eius fuerit primo prolapsionis, vt
non mediocri dolore perstrictus sit cum videret pecca-
tores in hoc mundo affluere diuitiis, abūdare rebus se-
cūdis: se autē, qui iustificauerit cor suū, esse i afflictioni-
bus & erumnis. Nec mediocrē traxisse offensam in ex-
ordio, sed postea per domini flagella correctum, & illu-
minatum diuinæ cognitionis gratia, verę didicisse finē
traditionis. Nusquā autē inuenio sanctū Asaph aliqui-
bus aduersis fuisse vexatū. At vero sanctus Dauid plu
rima grauia & periculorū plena tolerauit. De suis enī
laboribus dicit. Vñ ei psalmus nō quasi sancti Asaph,
sed quasi sancto Asaph, vt docet titulus, superscribitur,

G quod ex Græco psalterio apertius manifestatur, vt videatur Dauid etiam huic Asaph, sicut & aliis, canendum quem scripserat ipse psalmum dedisse. Sed quia scriptū est in ipso titulo, defecisse psalmos Dauid, quomodo autē defecerūt, cum decursis his decem psalmis, postea psalmus Dauid titulorum inscriptionem cōprehendit vsq; in vltimum finem?

De serie psalmi .lxxii. & exordio interpellationis propheticæ ducta a primo versiculo, scilicet: Quàm bonus Israel deus rectis corde. Et quod nemo possit deum bonum fateri nisi qui ex cælestium mysteriorum profundo & diuinæ dispositionis altitudine bonitatē eius cognoscit. Quodq; iusto semper bonus sit deus, & cum torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acerbitate pœnarum. Caput II.

IDEO sequestrata mundi huius diffinitione quæ sit psalmi series consideremus, & a primo versiculo interpellationis propheticę ducamus exordiū. Quā bonus Israel deus re- Psal.72. ctis corde. Elucet in principio emendationis profectus. Nemo enī potest deū bonū fateri, nisi hic qui nō ex successibus cōmodorum suorum, sed ex cælestium mysteriorum ꝓfundo, & diuinæ dispositionis altitudine, bo- H nitatem eius cognoscit, quæ nō specie præsentiū, sed futurorum vtilitate pēsanda est. Iusto itaq; semper semper bonus est deus, & cū torquetur doloribus corporis, Iob.2. & cum affligitur acerbitatē pœnarum. semper dicit: Si bona accepimus de manu domini, quæ mala sunt cur non sustineamus? Gratulatur hic se conteri, vt in futurum consolationē inuenire possit, sciens quoniā qui bona receperit in hac vita, habet mercedem suam. futura præmia sperare nō poterit qui nō luctatus, non exercitatus sit diuersorum certamine præliorū. Qui vero siue iuste siue iniuste afficitur ī hoc seculo, gratulatur vel quod hic soluat precia delictorum suorū, vel quia nouit eam esse apud deum vberiorē gratiā, si iniuste pro eius nomine, aut pro bono aliquo opere acerba aliqua pa- 1.Pet.2. tiatur, secūdum quod scriptū est: Quia nulla est gloria si peccantes punimini & suffertis, sed si benefacientes, vt patiētes, hæc est gratia apud deum. In hoc enim vocati estis, quia Christus pro nobis mortuus est, relinquēs vobis exemplum vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: qui cū malediceretur, non maledixit: cum pateretur, nō I cōminabatur. Ergo iustus etiā si in equuleo sit, semper iustus est, quia iustificat deū, & minora se peccatis suis dicit sustinere. Semper sapiens est. nō enim auferuntur aculei tormentis. Vera & perfecta sapiētia non amittit quod est, quia timorem excludit foras studio & proposito charitatis: nouit vt sapiens dicere, quia indigna sunt quæ in hoc corpore sustinemus, remuneratione futuræ gloriæ. Et omnes huius tēporis passiones superuenturam mercedem æquare nō possunt. Bonus igitur huic semper est deus, qui nouit quo tēpore metat. Et ideo quasi agricola hic arat agrū suū quodam rigidioris abstinētiæ vomere, hic stirpat quadā falce virtutum amputatrice vitiorū, hic stercorat humiliando se Psal.112. vsq; ad terram, sciens quia deus de stercore erigit pauperem. Deniq; apostolus Paulus nisi æstimatus esset Phil.3. vt stercora, nunq̄ Christū potuisset sibi acquirere. Hic custodit fructus suos, vt illic securius recondat. Semper itaq; ei bonus deus, quia semper quæ bona sunt, de deo sperat. Accipe illud: Quàm bonus, inquit, deus Israel rectis corde. Nō ergo omnibus bonꝰ est deus. Ille quidem omnibꝰ bonus est, quia saluator est omnium, ma- Lucæ.19. xime fideliū. Et ideo venit dominus Iesus, vt saluum faceret quod perierat. Venit enim vt peccatum mūdi tolleret, vulnera nr̄a curaret. Sed quia nō oēs medicinam expetunt, sed pleriq; refugiunt, ne medicamentis compungatur vis vlceris, ideo volentes curat, non adstringit inuitos. K Accipiunt igitur sanitatē qui medicinam expetunt. illi autem qui refutāt medicum, nec requirunt bonitatē medici, quam nō experiuntur, sentire non possunt. Qui autē curatur, etiā sanatur. Ideoq; his bonus est medicus quos sanauit. His igitur bonus est deus quibus peccata donauit. Qui autē insanabile peccatum habet mentis suæ vlcere, quomodo potest medicum bonū habere, quē refugit? Pulchre autē Apostolꝰ vt præmisimus, explanauit quia & omnibꝰ bonus est deus, qui vult omnes hoīes saluos fieri. & maxime fi- 1.Tim.2. delibus diuinę pietatis prærogatiua seruantur, quibus & volūtas dei opitulatur & gratia. Sed & psalmista dicendo: Q̄ bonus deus Israel rectis corde, ad ipsorū sententiam retulit, qui aliter de deo sentire nō norunt, nisi quia bonus ad omnia & in omnibus est.

Quod quasi prolapsus fuerit propheta cum videret peccatores in hoc mūdo affluere diuitiis & rebus secūdis, bonos autē esse in afflictionibus & ærūnis. Ca. III.

DENIQVE & in sequentibus exponit ipse quid senserit, dicendo: Mei autem pene moti sunt pedes, paulominꝰ effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus, pacē peccatorum vidēs. Non vtiq; pedis corporis gressus, sed directionem mētis & gressum, de quo alibi dicit: Nō ve- Psal.35. niat mihi pes superbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ideo semp petēdū est vt dirigat dn̄s nostrorū L animorū vestigia, ne labantur, & lubrico quodā erroris effusa, stabilitatē sui tenere nō possint. Prolapsionis autē ea causa est, quod pacē æmulatꝰ est peccatorū. Æmulari autē debemus quæ bona sunt, nō ea quæ plena dedecoris: sicut & Paulus apostolus expressit dicens: Bo- Gala.4. num est autē æmulari in bono semper. Nec te moueat quod pacem in malo posuit. Deniq; & in euangelio habes esse pacem quā respuit Christus, vt ipse ait: Pacem Ioan.14. relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Est enim pax quæ non habet offendiculum, & quæ simulationem habet. Ideo & propheta ait: Pax pax, & non est pax. Refugia- Ezech.13 mus ergo pacem peccatorum. conspirant enim aduersum innocentes, coeunt vt iustos opprimant, viduam exterminent, vel expugnent eius pudorem. Et ideo non est reclinatio morti eorum. Nō declinatio, vt pleriq; codices Latini scripti sunt, sed reclinatio. Quando enim laboramus, & incuruamur ad opus aliquod atq; inclinamur, nos reclinare consueuimus. Peccatores autem grauium scilicet delictorū, & maxime impii se reclinare non possunt, de quibus dictū est: Et dorsum eo- Psal.68. rum semper incurua. Non enim se erigunt ad cælestia, M qui Christo non adhæserunt. Et ideo non resurgunt cū eo, quorū mors pessima, sicut scriptum est: Mors pec- Psal.33. catorum pessima. Qui autem Christo commoritur, & consepelitur cum illo, non solum reclinatur, sed etiā resuscitatur. De quo pulchre illud conuenit dictum: Vni- Psal.40. uersum stratum versasti in infirmitate eius. Maxime si martyr sit, cuius infirmitas passione soluitur, mors resurrectione.

Quod flagella & castigatio in hac vita firmamentū præstent, non autē post mortem prosint. Ca. IIII.

VIDIMVS illum diuitem qui indutꝰ purpura & bysso in hoc seculo recūbebat, & epu- Lucæ.16. labatur quotidie splēdide, de cuius mēsa quę cadebāt pauper Lazarus colligebat, quēadmodum in tormentis positus in inferno se reclinare nō poterat, sed vix ad Abrahā, non totū se, sed oculos erigebat, rogans vt mitteret Lazarum, qui extremū digiti sui in aquam intingeret, & linguā eius refrigeraret.

A Ergo morti reclinatio nō erat, nec firmamentum eius. Nihil enim ꝓsunt flagella post mortē. Et ideo Dauid dum esset in istius corporis vita, in flagella se præparabat, vt eū dn̄s reciperet castigatū. Considera iterū mihi sanctū Iob, qui perfusus erat vlceribus, & cōcutiebatur omnibus mēbris, & plenus erat totius corporis sui doloribus, glebas terræ vulnerū suorum sanie & humore resoluēs, quēadmodū cum se in hoc corpore positus reclinare nō posset, requiē mortis inuenerit, ideoq; cōscius sui dixit: Mors viro requies. Is igitur in plaga non motus est, nec nutauit sermonis sui lubrico, q in illis omnibus nihil peccauit labiis suis, sicut scriptura testatur, sed magis plagæ suæ repetierit firmamentū, per quā cōfirmatus in Christo est. Ergo & Iob & Dauid quia flagellati hic sunt, firmamentū habuerunt in plaga sua, quia Heb.12. flagellat pater filium quē recipit: qui autem hic non fla- Psal.72. gellantur, ibi nō suscipiūtur vt filii. Ideoq; in laboribus hominū non sunt, et cum hominibus nō flagellabūtur, vt in perpetuo cum diabolo flagellentur.

De vestimēto iniqtatis, & de operimēto ieiunii. C. V.

IDEO obtinuit, inqt, eos superbia, cooperti sunt iniquitate sua. Malū vestimentū iniquitas, quod si quis voluerit in nobis tenere, remittere nos oportet, ne incipiat ī iudiciū venire nobiscū: et si quis tunicā nostrā quā accepimus B spiritalē auferre conetur, remittere palliū iniquitatis. Sume operimentū fidei atq; patiētiæ, quo se Dauid operiebat in ieiunio, ne amitteret tegumenta virtutis. Ipsum ieiuniū operimentū est. Deniq; nisi sanctum Ioseph texisset sobrietas ieiuna, adulteræ ꝓteruitas exuisset. Quo ieiunio se tegere si voluisset Adā, nudus non fuisset effectus. Sed quia de ligno scientiæ boni & mali cōtra interdictū cęleste gustauit, & imperatū ieiunium preuaricatus est incōtinentię cibo, nudū se esse cognouit. Q(uo)d si ieiunasset, fidei seruasset exuuias, nec se aspexisset intectū. Non ergo nos induamus iniquitate & impietate, ne de aliquo nostrum dicatur: Et induit se maledictionem. Male se induit & Adam, qui dum quęrit integumēta foliorū, maledictionis excepit sentētiā. Induerūt se maledictione Iudæi, de quibꝰ scriptū est: Pro- Psal.72. diit quasi ex adipe iniquitas eorum: trāsierunt in dispositionem cordis. Adeps dicitur pigue. Sicut enim anima bonis pasta, & referta virtutibus, tāquam adipe & pinguedine repletur, vt scriptum est: sic iniquitas quæ C quasi ex adipe procedit, nō tenuis & exilis significatur, sed plena vitiorum.

Quid sit ponere in cælum os. Et de scientia quæ est in deo. Caput VI.

DENIQVE non fortuito quodam lapsu in errorem incidere, sed cōsilio & dispositione in sacrilegium transierūt. Posuerunt in cælum os suū, & lingua eorum trāsiuit in terra. Ponere in cælū os suum quid sit, docet nos ille ex fra- Lucę.15. tribus adolescētior, qui regressus ad patrē dixit: Pater peccaui in cælum, & coram te. Ponunt autē in cælum os suum, qui sibi criminum autores, vanitates putant quadam necessitate deferri. Hi nec cælo nec terris parcere solent, vt cursu quodam stellarū arbitrentur vitam hominis gubernari. Nihil prouidētiæ, nihil bonis moribus derelinquunt. Atq; vtinā & isti, sicut ille vnus de duobus adolescētibus, reuerterentur: bonus dn̄s remedium non negasset: & tamen etiā ipsi si nolunt sanari, reseruat dominꝰ regressionis gratiā, vt qui in Israel expulsi sunt per cordis proprii cæcitatē, per plenitudinē ecclesiæ reuertātur, & non vacuos dies vitæ istius ducāt, sed plenos habeāt bonæ operationis & fidei, cū repleuerit eos gratia spiritali. Quomodo autē reuertantur accipe. Quia cæcitas, inquit, ex parte Israel cōtigit, do- Rom.11. nec plenitudo gētiū intraret, & sic omnis Israel saluus D fieret. Sed quia mysterium oportebat impleri, vt concluderet deus omnia ī incredulitate, id est, redargueret atq; cōuinceret, (cum enim duo cōtendunt, si vnus superior sit, dicitur, cōclusit illū alterum) ideo per suam misericordiā, vt subditus fieret deo mūdus, regressus quidem populus in hæredibus, sed celeri errore traditus est vt deum non crederet occultorum esse præscium. Sed dn̄s illis, vt quādoq; redimātur, salutis futuræ gratiam reseruauit, dicens: Ideoq; reuertatur huc populus meus. Quid est huc? Id est ad me, ad æquitatem & iu- Psal.72. stitiā meā, ad cultū meum. Et impleuit dies vitæ suæ. Quod vtrūq; sic accipies, vt populus quidem redimatur qui crediderit in eo. Et si non redimātur qui nō crediderunt, tamē redēpti populi deo prærogatiua defertur. Isti ergo in errorem positi dixerunt: Quomodo sciuit deus, & si est sciētia hoīs in altissimo? Putāt enī nō esse in deo sciētiā, qa peccatores abundāt ꝓsperis secularibꝰ. & adhuc inducit loquētes: Ecce ipsi pctōres et abūdātes in seculo, obtinuerūt diuitias. Habēs hoc ī euāgelio planius expressum, vbi Simon ille Pharisæus, vidēs quod mulier illa peccatrix venit in domum eius, & super pedes Christi effudit vnguentū, dicebat intra se: Hic si es- Lucæ.7. set propheta, sciret quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Sed patientia dei non præiudi- E cat veritati, & pręsciētia eius & prouidētia hoc ipso amplius probatur, quod in peccato positus successu affluit secularium prosperorum. Quod fortior vidēs ridet, incautus traducitur & mouetur.

Quod post flagella & castigationē sequatur prauæ opinionis correctio, & q(uo)d bona transitoria non sint pręmium virtutis, nec inopia pœna pc̄ti. Cap. VII.

DENIQVE psalmista dicit: Dixi ergo, sine Psal.72. causa iustificaui cor meū, & laui inter innocētes manꝰ meas. Hoc est, video illos abūdare, video illis cōmoda omnia secularia, me autem cōteri atq; exagitari tētationibus plurimis. Frustra ergo dedi me innocētiæ, atq; ad studia probæ conuersationis intendi. Et pulchre ait: Laui inter innocentes manus meas, vt nō arrogare sibi summā innocentiæ, sed illius deferre studiū videretur. Interea nō impune huiusmodi a se sermonē exisse testatur. Nā tota die flagellatū se memorat, qa frustra iustificare dn̄o cor suū dixerat: post flagella autē continuo secuta est prauæ o- F pinionis correctio. Statim enim iudex meus, inquit, in matutinis. id est, in aperto & perspicuo. lux enim veritatis cōprehēdens eum, nō sinit hæc sentire quæ dixit. Reuincebat itaq; & redarguebat me veritatis lumē effusum animo meo, eo quod nō recte dixerim, Sine causa iustificaui cor meū. Locutꝰ sum enim illa tanquā in tenebris cōstitutꝰ, recordāti illa mihi cor cōpūgebatur. Cōpuncto autem corde illuminabatur affectus, vt fieret in corde meo flāmigerans, qui faciebat in me diei spiritale principiū. Illuminata itaq; oriente mihi die, & quasi in multis matutinis positus intelligebā quia extra constrictionē generationis filiorum dei factus sum. Qui cum primo credidissem, eo q(uo)d operatur mundus prouidens generationi humanæ, omnia ad vtilitatem nostri vel tristia, vel ea quæ parum delectent fecerit, tam bonam sentētiam postea prauis opinionibus turbatus amiserim. Conferebam itaque cum corde meo, & dicebā mihi: Si narrabo sic, quia sine causa iustificaui cor meū, occurrebat mihi dei vox dicēs: Ecce generatio filiorū tuorū, cui disposui, adest. Ecce his scripturis inuenis quia o tu Adā disposui generationi filiorū tuorū, quia fortuitu diuitiæ ad impios, nō aliquo merito deferātur, nec præmia virtutis sunt emolumēta thesauri, nec ecōtrario iopia pœna peccati est, sed indiscre-

Gte veniũt ista, quæ modo fluminis quodã seculi profluuio volutãtur. Et æstimabã & videbar mihi cognoscere, hoc esse verũ, hoc cõgruere diuinæ prouidẽtiæ & cõuenire, me autem frustra in iis turbatum esse, in quib⁹ adhærere non debui.

Quid sit intrare in sanctuarium dei, & intelligere nouissima. Et cp̃ ii qui proficiũt honoribus, & cadũt moribus, deficiantur cum alleuantur. Caput VIII.

MTAQVE quia videbar mihi veram scientiam cõprehẽdisse, & cognitionẽ rei ipsius esse assecutus, dicebã mihi: Hoc labor est ante me, donec introcam in sanctuariũ dei, & intelligã in nouissimo. Id est, sol⁹ mihi supereſt labor vt ingrediar in sanctuariũ dei, vbi est Cherubim, id est, cognitionis profundũ, & nõ labor est in incertis & vanis opinionib⁹. Narratio enĩ fatui sicut sarcina in via. Ideo ingrediamur adytũ cognitionum sacrarũ, atq; interiora penetralia veritatis, vt nõ sit in nobis labor. Sapiẽtia enim nos a sensu laboris abducit. Deniq; non est labor in Iacob. Causa autẽ laboris ignorantia est, quoniã qui nescit iustis repositã esse præmia, non reficitur a laboribus, sed magis imprudẽtiæ suæ labore curuatur & frãgitur. Ingrediamur igitur sanctuariũ dei, vbi sunt Cherubim, in quib⁹ est recordatio sacræ cognitionis, & veri illius atq; æterni luminis. In illo cãdelabro imago resplendet, quo possumus intelligere in nouissimo. Sanctus etenim in vltimo cognoscit, & perfectam sapiẽtiã proceſſu ætatis adipiſcitur, dicens: Notũ fac mihi dñe finẽ meum, & numerũ dierum, vt sciam quid desit mihi. Quis est finis, nisi ille cum traditur regnũ deo patri, quãdo reuelãtur occulta sapientiæ? Hũc finẽ nostri certaminis requirebat propheta, cupiẽs cognoscere q̃d suę deeſſet perfectioni. Finis enim disciplinæ nostræ & studiorum, perfectio est. Hęc ergo prima vera ratio cognitionis, quia fortuitu accidant quæ in seculo sunt, secunda illa quæ propter eorũ tergiuersationes posuisti eis, successus pfluos secularium cõmodorũ, & abũdãtiã diuitiarũ: ne causarẽtur pter inopiã, seu acerbitatẽ alicui⁹ doloris & luct⁹, minus fuiſſe deuotos, atq; culpã latrocinii, & direptionis studiũ, necessitate egestatis impulsos. Nõ enĩ ad trãquillitatẽ vitæ vsurãq; legitĩe diuitiis opimati, aut honoribus eleuati sunt, sed vt querela excluderetur, coacerbaretur erũna. Deiciũtur itaq; dũ alleuantur hmõi. Nõ enĩ gratia, sed ruina est, vbi nec diu turni vsus muneris reseruãtur, & adimit̃ excusatio delinquẽdi. Q̃d enĩ grauioris põdus querelæ, q̃ illud diuinũ q̃d habes in Micheæ libro prophetæ: Populе meus quid feci tibi? aut in quo cõtristaui te? aut quid molest⁹ fui tibi? Rñde mihi. Nonne eduxi te de terrã Ægypti? & de domo seruitutis liberaui te? Ecce quõ deficiuntur impii dũ alleuãtur, querela eorũ excluditur, pœna acerbatur. Cælest⁹ enĩ bñficiis inuitati, deserere nõ debuerũt vitæ securitatis & pſperitatis datorẽ, cui magis debuerãt obtẽperare. Sed sicut iustitia dei magna, ita etiã seuera vindicta. Q̃n enĩ impi⁹ perseuerare cõsueuit? de quo & alibi habes scriptũ: Vidi impiũ supexaltatũ & eleuatum super cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuẽtus locus eius. Incredibilis celeritas extinctionis eius. Vides subito impium in hoc seculo potentẽ. dum tu transis, ille iam nõ est. Quãta est enĩ vmbra i terra? q̃ diuturna? Trãspone vestigiũ, & vmbra præterit. Aut si hic aliq̃d mouent, ad ea q̃ futura sunt, attolle mẽt̃ vèstigiũ, & inuenies illic ipiũ nõ futurũ, quẽ hic eẽ credebas. Nõ ei est q̃ nihil est.

Quod propter iniquitatẽ suam perierint qui terrena concupierunt: Et cp̃ imago ipsorum ad nihilũ redigatur, qui vel in superbia euanuerunt, vel in voluptatibus suis radicati sunt. Caput IX.

DENIQVE dominus eos cognouit qui sunt eius. qui autẽ nõ sunt, eos nõ agnoscit, quia ipsi eũ qui est non agnouerũt. De ipsis ergo & hic dicit: Defecerũt & perierũt propter iniquitatẽ suam, velut somnium exurgẽtis. id est, ita deficiunt & euanescunt impii sicut somniũ exurgẽtis e somno primũ, quia in tenebris sunt, & in tenebris ambulauerunt, nec resedit aliquod eorum boni operis vestigium, sed similes eorũ qui somnium vident. Qui autem somniat, in nocte somniat, nox autẽ in tenebris. Filii tenebrarum sunt, priuati sole iustitiæ, & splẽdore virtutis, dormientes semp, & nõ vigilãtes, de quib⁹ bene dicitur: Dormierũt somnum suum, & nihil inuenerunt. Et enĩ cum animę eorum a corpore separatę, tanq̃ resoluti a corporis somno nihil inuenerũt, nil tenebũt: & quod se tenere arbitrãtur, amittent: quoniã stult⁹ & inspiẽs cum diuitiis extenduerit, relinquet alienis diuitias suas, neq; simul ad inferna descẽdet cum eis gloria eorum. Sequẽtia quoq; demõstrãt quõ ipsi nõ inueniãtur, sed intereãt: Quoniã imago eius in ciuitate dñi illa superiore Hierusalẽ nõ inuenitur. Dñs enim pinxit nos ad imaginẽ & similitudinẽ suam, sicut ipse docet dicens: Ecce ego Hierusalẽ pinxi muros tuos. Si bene egerimus, manet in nobis ista imago cęlestis: & si male quis agit, deletur in illo hæc imago, illius vt̃q; qui descendit de cælo, & est in eo imago terreni. Vñ & Apostolus dicit: Sicut portauimus imaginẽ illius terreni, portemus imaginẽ huius cælestis. Bonorũ ergo imagines perseuerãt, & i illa dei imagine resplẽdẽt. Si quis autẽ ad grauiora pctã defluxerit, nec egerit pœnitẽtiã, imago eius aboletur vel deiicitur, sicut Adam de paradiso eiectus est & exclusus. Q̃ uicũq; autẽ pie honeste q̃ gesserit, intrat in ciuitatem dei, & infert imaginem suã, vt in illa dei fulgeat ciuitate. Dñe in ciuitate tua imagines ipsorum ad nihilũ rediges: Quia isti in lumine fulgere non possunt, qui tenebrosis se operibus induerunt. Exẽplum accersamus de seculo. Vide quemadmodũ in ciuitatibus bonorum principum imagines perseuerent, deleantur imagines tyrannorum.

Q̃d iust⁹ q̃ ab exordio fuit turbat⁹, delectet̃ cũ animo cõsiderat cp̃ deus hũana curet & respiciat. Et cp̃ hõ cõparatione cęlestium sit quasi mutum iumẽtum. Ca. X.

HEC ergo cõsiderãs, animoq; intẽdẽs sanctus ppheta delectat⁹ est, qui fuerat ante turbat⁹. Vñ ait ipse: Quia delectatũ est cor meũ, & renes mei resoluti sunt, & ego ad nihilũ redactus sũ, & nesciui, & velut iumẽtũ fact⁹ sum apud te, & ego semp tecũ. Cũ cognouissem, inquit, quia deus hũana curat & respicit, reqeuerũt renes mei. hoc est, ex maxima fatigatione veteris imprudẽtiæ requiem p agnitionem boni cælestis & gratiæ. Sunt enĩ quidã renes animæ, qui vexãtur in nobis per ignorantiæ laborẽ. bi resoluuntur ad requiescẽdum cælestis agnitione doctrinæ, & quasi pulchro quodã fulcro cęlestium præceptorum subnixi fouẽtur. Tunc, inquit, intellexi quia vane patiebar, quoniã id quod verum, nesciebã: & velut iumẽtum factus sum. Pulchre addidit: Apud te. Cõparatione enim cælestiũ homo quid est, nisi iumẽtum irrationabile? Nã stellæ cum sint lucidæ, vane sunt solis exortu. Et Moyses ait: Nõ sum idone⁹ ab hesterno die ex quo cœpisti loqui cum seruo tuo, & tenui, ingt, vocẽ, & tarde locut⁹ sum. Ita ergo & homo, nõ dicã Christi, sed angelorũ cõparatione mutũ videtur esse iumẽtũ. Sed tamẽ nemo desperet, quia hoies & iumẽta saluos facit deus. Et ideo qui nõ ex me, sed ex te didici, tibi adhærebo semp, vt definã eẽ iumẽtũ: tu autẽ hic sta mecũ. Circumfusus enĩ dei gratia, homo incipit esse, qui per imprudentiã prætendebat insensibilitatem & insciti bestialem. Homo enĩ probatur si capax sit rationis & gratię.

A Quod qui ad dexteram suam deum habet, nõ commoueatur. Caput XI.

MTAQVE a mutis animalib⁹ separatum se esse gaudet, & in hominũ acitum esse cõsortia, quæ deus visitat & tuetur. Quid enĩ est homo nisi quia memor est eius dñs, aut quia a dño visitatur? Vnde quasi visitatus ab eo dicit: Tenuisti manũ dexterã meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cũ gloria assumpsisti me. Sic accipimus, & sm Græcũ sic cõuenit. Dixit autẽ Græc⁹, ἐκράτησας τῆς χειρός σου δεξιᾶς μου, id est, tenuisti manum dexterã meã. Bene dirigitur, cui⁹ dexterã manu sua tenet. Põt dicere: Dominus a dextris meis, ne cõmouear. Adam si a dextris suis dominũ habuisset, nõ esset a serpẽte deceptus. Sed quia oblitus est mandatũ dei, & voluntatẽ serpentis implenit, manũ eius diabolus tenuit, & ad lignum scientiæ boni & mali extendi fecit, vt interdicta decerperet. Prẽiudicatum est in illo omnibus, & cœpit vniuersis aduersarius stare. Vnde & illa in Iudam maledicti forma processit: Et diabolus stet a dextris eius. Si illud maledictum graue, maxima est ista benedictio qua maledictionis duræ vincula laxantur. Ideo dominus Iesus ad dexterã sibi diabolum statuit, sicut in Zachariæ libro legimus. Hominis enim causam locumq; susceperat. Ibi ergo stetit vbi astabat hæreditas. Q̃uasi bonus athleta permisit eũ ad dexterã sibi stare, vt eum retrorsum repelleret, dicens: Vade retro Satana. Itaq; aduersarius loco deiect⁹ recessit: Tibi autẽ ne diabolus a dextris staret, ait: Veni sequere me. Prẽuidẽs igitur Dauid aduentũ domini, qui nos a potestate aduersarii liberaturus descẽdit e cælo, ait: Dñs a dextris est mihi, ne cõmouear. Cui autem a dextris erat diabolus, monebatur. Merito ergo hic ait: Tenuisti manum dexteram meã. id est, vt iã peccare non possim, vt ille lubrico ante fluctuabũdus vestigio, fidei iã possim statione cõsistere. Q̃ bene hic Apostolus dixit, quando eũ turbatum dominus vidit, & extendens dexterã manũ suam turbari non passus est, atq; intrepido firmauit accessu. Liberatus itaq; Petrus quid aliud est locutus nisi hos propheticos versus: Tenuisti manũ dexterã meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me?

Quod nullas seculi illecebras desideret aut cõcupiscat quẽ manus domini dirigit. Et q̃d deus neminẽ repellat nisi q̃ se ab eius cõspectu sequestrare putat: Quẽadmodũ etiam qui separatur a deo, pereat. Cap. XII.

C VẼ est dextera nisi actuosa animę virtus? Quę si domini voluntate dirigatur, nihil aliud desiderat, nil quęrit, nullas mũdi huius opes, nulla adiumenta depoſcit. Ideo dicit sanctus Dauid: Quid enim mihi restat in cælo, & a te quid volui super terram? Id est, tu portio mea es, abundas mihi ad omnia, nihil quæsiui aliud nisi vt te partem haberem, nulli me cęlesti, vt Gẽtiles, subdidi creaturæ, nullas seculi huius diuitias & voluptatũ illecebras concupiui. Nullius ergo, qui a te assumpt⁹ sum: nec superest in cælestibus quod amplius quærã. Nihil habeus, omnia habeo, quia Christũ habeo, cui pater altissimus non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ. quomodo ergo nõ cũ illo omnia nobis donauit? sicut Apostolus dixit. Omnia enim in Christo, per quẽ omnia, & in quo stant omnia. Omnia ergo in illo habens, aliã non quęro mercedem, quia ipse merces est vniuersorũ. Ideoq; perfecte dixit: Tolle crucẽ tuam, & sequere me. Q̃ui illum sequitur, non præmio ducitur ad perfectionem, sed perfectione, consummatur ad præmiũ. Imitatores enim Christi non propter spem boni sunt, sed pro amore virtutis. Christus enim per naturam bonus, nõ propter prẽmii cupiditatem. Ideo passus est, quia bene facere eum delectauit, non quia incrementũ gloriæ ex sua passione quærebat. Ideo qui illum imitari cupit, nõ quod sibi, sed quod aliis prosit, operatur. Vnde nõ immerito deficit sibi, aliis autem virtutis incremento valescit. Et conuenienter dicit: Defecit cor meum & caro mea deus cordis mei. Neq; enĩ possunt perpetua succedere, nisi terrena defecerint. Deficit ergo caro, quãdo mortificantur quę sunt carnalia. Deficiũt & illi qui mortificationẽ Iesu Christi in sua carne circumferunt. Mors enim Christi in illis operatur vt omnis errorũ moriatur illecebra. Vnde colligitur quia & cor hominis deficit quando mortificãtur cogitationes malæ quę a corde procedunt, vt terrena omnia absc̃dat obliuio, & fiat deus cordis eorum, qui beati mũdo corde deum videre mereãtur, vt appropinquẽt tibi, & non segregẽt. Deus enim appropians, non repulsor appropiantiũ est. omnibus enim vult salutis causa esse, nõ mortis. Deniq; neminem repellit nisi qui se ab eius cõspectu putauerit sequestrandum. Quoniam ecce, inquit, qui elongant se a te, peribũt. Vnusquisq; enim operibus suis pietati trãsese aut iũgit aut separat. Fugit enim deum qui operatur ea quorũ cogitationes metuat deprehendi, sicut ille qui tectus parietib⁹ a domino deo se esse existimat nõ videri. Videtur autem cũ dicitur: Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Sicut enim mulier quæ fornicatur, non adhæret viro, nec vna caro cum viro suo, nec vnus spiritus est, sed diuidit se esse ac separat fornicãdo: ita quecunq; anima non adhæret deo, sed vanis idolorum cultibus inseruiẽs fornicatur, & diuidit se sacrilegũ obscœnitate, & longe fit a domino, quæ prope esse deberet. Perit autẽ qui separatur a domino. Vnde sanctus qui dei iudicium reformidat, semper adhærere vult Christo, et in eo spem ponere, vt laudet deum: cui est honor, gloria, perpetuitas a seculis & nunc & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

APOLOGIĘ DAVID CAPITA.

Qua ratione autor apologiã prophetę Dauid arripuerit stylo scribere, cum recitatione historiæ de adulterio & homicidio per eũ cõmissis, excusatione quoq; ipsius ex eo quod iudicari nõ debeat quem deus iustificauit. Caput I.

De altero errore ipsi⁹ Dauid, quod videlicet numerari fecerit populũ, & de excusatione eiusdem. Quẽadmodũ etiam lapsus in peccatũ sæpius profit. Et qua ratione diuina prouidentia curatum sit vt sancti aliquando laberentur. Caput II.

Qua ratione deus suos athletas in variis certaminum generib⁹ exercitet & experiatur. Et quomodo talia nobis facta sint in figuram, cum multarũ allegoriarum adductione. Caput III.

Quale fuerit peccatum Dauid, & qualis pœnitentia. Quemadmodũ etiam multi fortissimi viri in errorem prolapsi sint. Caput IIII.

Quomodo Dauid lapsus proprium peccatum deplorans, domini misericordiam nõ desperauerit. Et de requisitione ouis abductæ. Cap. V.

Quib⁹ operib⁹ Dauid potuerit tegere peccatũ. Et quõ iustos peccata sequãtur, malos autẽ pcedãt. Ca. VI.

De pugna Dauid cõtra progeniem gigantum, & quẽadmodum aquam sitierit ex lacu Bethleem, quã tamen non biberit. Cap. VII.

De titulo psalmi quinquagesimi, & de numero quinquagenario. Quemadmodum etiam pœnitentia sit agenda. Et quomodo quis mũdetur ab iniquitate & iniustitia. Caput VIII.

Quis dicatur agnoscere suam iniquitatem. Et quod cõtra sapientem semper sit delictum. Cap. IX.

G Quod Dauid quanuis rex esset, & solutus legibus humanis, voluerit tamen subditus esse deo, cui soli peccauerat. Et quomodo dicatur iustificari dñs. Ca. X.
An mortalis originis inquinamẽtum in quo concipimur, parentum sit, an prolis. Et quod prius incipiat in homine macula q̃ vita. Cap. XI.
Quod confitenti peccata sua subito splendor veritatis effulgeat, & ipse veritatem agnoscat. Et quid sit mũ dari hyssopo atq; lauari. Cap. XII.
Quomodo dicantur exultari ossa humiliata ꝓpter peccatorum remissionẽ. Et quomodo rogãdus sit deus vt nos quidem respiciat, faciem autem suam a peccatis nostris auertat, ea delendo. Cap. XIII.
De postulatione prophetæ vt cor mundũ sibi creet. Et quomodo in eo in quo cor mundum est, innouetur in eius interioribus spiritus eius: Quomodo etiam peccator proiiciatur a facie dei. Cap. XIIII.
De lætitia salutaris quæ redditur naturæ rationabili: Et quis dicatur spiritus principalis. Ca. XV.
Quod ille magnus sit fidei zelator, qui correctus a pec
H catis docet etiã iniquos vt se conuertant. Et quid sit liberari a sanguinibus. Cap. XVI.
Quod os peccatoris deus claudat ne loquaꝰ iustitias eius: illius autem labia aperiat, qui accipit verbum in apertione oris sui. Et quale sacrificiũ deus eligat. Qui etiam dicãtur muri Hierusalẽ, & quod sit sacrificium iustitiæ. Caput XVII.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI APOLOGIA SANCTI DAVID.

Qua ratione autor apologiam prophetæ Dauid arripuerit stylo scribere, cum recitatione historiæ de adulterio & homicidio p cũ cõmissis, excusatione q̃q; ipsius ex eo q̃d iudicari nõ debeat quẽ deus iustificauit. Ca. I.

I APOLOGIAM PROphetæ Dauid præsenti arripuimus stylo scribere, nõ quo ille indigeat hoc munere, qui tãtis meritis enituit, virtutibusq; effloruit, sed quia pleriq; gestorum eius lecta serie, nõ introspiciẽtes vim scripturarum, vel occulta mysteriorũ, mirantur quomodo tãtus ꝓpheta adulterii primo, deinde homicidii cõtagia nõ declinauerit. Ideo nobis studio fuit ipsam recensere historiam, quę patuisse peccato videtur. Nãq; in secũdo Regnorũ legimus libro, quoniã deambulãs Dauid in domo sua regali, prospexerit lauantẽ mulierem, nomẽ illi Bethsabee, formæ gratæ, & vultus decore prestãti admodũ, quibus illecebris delenitũ potiẽdę eius sumpsisse affectũ. Erat autem mulier viro nupta, Vriæ nomẽ, cui mãdatis regiis composita est scena necis. Nam etsi nihil ad impedimentũ cupiditatis, plurimum tamẽ ad verecũdiã adulterii obstare vita eius æstimabaꝰ. Itaq; vt ã planioribꝰ exordiamur, quẽ deus iustificauit, tu di-
1.Cor.4. iudicas? Pro minimo mihi est, inqt Paulus, vt a vobis diiudicer, aut ab humano die. sed neq; meipsum diiudico. Et adhuc erat in corpore situs, adhuc tẽtationi obnoxius. Sed ideo se nõ diiudicabat, quia spiritalis a nemine diiudicatur nisi a solo deo. Deniq; subdidit: Qui diiudicat me, dñs est. Itaq; nolite ante tempus iudicare. Sed Dauid iam tẽpus impleuit, & gratiã meruit, & iustificatus a Christo est, quandoquidẽ Dauid se dici filiũ ipse dñs gratulabatur, & qui eũ ita cõfitebantur, illuminabanꝰ. Cur hominẽ dei a prẽmio in iudiciũ vocas? Iudicauit iã de eo dñs, de quo dixit ad Salomonẽ: Si am- K
bulaueris in conspectu meo sicut ambulauit Dauid pater tuus in sanctitate cordis & iustitia, ad hoc vt faceret secundũ omnia quæ mãdaui ei. Hic ergo iudicio dei dignus, an prẽmio est, qui fecit secundũ omnia mandata cęlestia, ambulãs in iustitia & sanctitate cordis? Vbi aliorum vitia & peccata delitescũt, ibi Dauid virtutis & glorię suę diuinũ accepit testimoniũ. Et de eius peccato disputamus ociosi, pro cuius merito & gratia aliorũ peccata releuata sunt? Nã cũ offendisset Salomõ ꝙ nõ custodisset mãdata dñi, & regnũ eius dispositum esset deus scindere in plurimas partes, ait ad eũ: Veruntamen in diebus tuis non faciã hoc propter Dauid patrẽ tuũ: De manu filii tui accipiã illud. Veruntamẽ nõ totũ regnũ accipiã, sceptrũ vnũ dabo ei propter Dauid seruũ meũ. Iustificãte igitur dño, quis est qui tantũ diiudicet virũ? Quod deus, inqt, mũdauit, tu cõmune ne dixeris. Sal- Actu. 10.
uo tamẽ iudicio cęlesti, quo etiã ipse tantũ honorificat prophetã, in eius actus morẽq; ingredere. Nõ miraris hominẽ, & angelis adęquandũ iudicas, plurimum vitę suę, immo a puericia in diuitiis, honoribꝰ, imperiis demorãtem, in multis tẽtationibus positũ, semel tantum locũ errori dedisse, & ei errori quo etiã angeli cęlorũ, vt scriptura memorat, de sua virtute et gratia dejecti sunt?

De altero errore ipsius Dauid, quod videlicet numerari fecerit populũ, & de excusatione eiusdem. Quẽadmodum etiam lapsus in peccatũ sæpius prosit. Et qua ratione diuina prouidentia curatũ sit vt sancti aliquando laberentur. Caput II.

SANE & alter legitur error ipsius, quod numerari fecerit populũ. Vnusquisq; nostrum per singulas horas q̃ multa delinquit? & tamen vnusquisq; de plebe peccatũ suum confitendum non putat. Ille rex tantus ac potẽs ne exiguo quidem mẽto manere penes se delicti passus est conscientiam, sed præmatura cõfessione atq; immenso dolore reddidit peccatũ suum domino. Quẽ mihi nũc facile reperias honoratũ ac diuitẽ qui si arguatur alicuius culpæ reus, nõ molestẽ ferat? At ille regio clarus imperio, tot diuinis probatus oraculis, cũ a priuato homine corriperetur quod grauiter deliquisset, non indignatus infremuit, sed confessus ingemuit culpę dolore. Deniq; dominũ dolor intimi mouit affectus, vt Nathan diceret: Quoniã pœnituit te, & dominus trãstulit peccatũ tuũ. Maturitas itaq; veniæ, profundã regis fuisse pœnitẽtiam declarauit, quę tãti erroris offensam traduxe- M
rit. Alii homines cũ a sacerdotibus corripiũtur, peccatum suũ ingrauant dum negare cupiũt aut defendere, ibiq; eorũ lapsus est maior, vbi speratur correctio. Sancti autem domini qui cõsummare piũ certamẽ gestiũt, & currere cursum salutis, sicubi forte vt homines corruerint naturæ magis fragilitate q̃ peccãdi libidine, acriores ad currẽdũ resurgũt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, vt non solũ nullum attulisse æstimetur lapsus impedimentũ, sed etiam velocitatis incẽtiua cumulasse. Ergo si currentium non soluitur cursus cum forte aliqui ceciderint, non luctantiũ contentio, sed inoffensa manẽt certamina, quinetiã pleriq; post vnum aut alterum lapsum gratia maiore vicerunt: quãto magis agonẽ pietatis ingressi nõ debent vnius prolapsionis offensione censeri, cũ beatus sit qui se potuerit reparare post lapsum: quoniam post mortem quoque resurgere, munus beatorũ est. Alias quoq; prodesse peccatũ possumus comprehẽdere, & prouidẽtia domini sanctis obrepsisse delicta. Propositi enim ad imitandum nobis sunt, & ideo curatum est vt & ipsi aliquando laberẽtur. Nam si inoffensum a vitiis inter tot lubrica huius seculi curriculũ peregissent, dedissent nobis occasionem infirmioribus æstimandi, cuiusdam superioris eos nas-

A turæ ac diuinæ fuisse, vt delictum recipere, & culpę consortium habere nõ possent. Quæ opinio vtiq;, vt exortes nos illius substantiæ, ab impossibili imitatione reuocaret. Præterit igitur illos paulisper dei gratia, vt nobis ad imitationẽ vita eorum fieret disciplina, & sicut innocentiæ, ita & pœnitentiæ magisterium de eorum actibus sumeremus. Ergo dum lapsus eorũ lego, consortes etiam illos infirmitatis agnosco. dum credo consortes, imitãdos esse præsumo. Admonet etiã apostolus Paulus prospexisse dominũ deum nostrum, ne vel reuelationum sublimitate, vel secundo operum continuãte processu, humanus etiam in sanctis extolleretur affectus, nec sibi deputarẽt, virtutiq; attribuerẽt sue quod diuina sibi operatione collatum foret. Ergo ne in tantum iudicium ruerent, atq; in perfidiæ foueam decidẽrent, passus est dominus illis subintrare culpam, vt & ipsi aduerterent diuinis se auxiliis indigere, ducemq; sa-
1.Cor.12. lutis suæ quęrẽdum esse cognoscerent. Deniq; Paulus infirmitatem sibi profuisse testatur, dicente domino roganti sibi vt a se stimulus carnis suæ discederet: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate consummatur. Meritoque gloriatur in infirmitatibus. sciebat enim virtutis abundantia plurimos etiam sanctos sine remedio corruisse. Quanto igitur commodius vni aut duabus reprehensionibus locũ dedisse, q̃ traxisse in perpetuum diuinitatis offensam?

B Qua ratione deus suos athletas in variis certaminum generibꝰ exercitet & experiatur. Et quomodo talia nobis facta sint in figuram, cum multarũ allegoriarum adductione. Caput III.

DAVID etiam illa adiiciam quæ ex ipso vsu mundi conijcere possumus, quia pleroſq; cũ probauerimus in aliquo officio, eosdẽ quasi industrios atq; impigros in alio munere volumus experiri? Qꝰ multi athletæ cum in isto certandi genere præualuerunt, ad aliud genus vocantur certaminis? Quid si & te dominus deus tu? cum aliq̃d specimen virtutis dederis tuæ, in alio virtutũ genere vult probare? Iob sanctum currentem inoffense, tentari tamen filiorum interitu, & corporis totius vlceribus passus est, vt in hoc quoq; eius virtutem probaret, si nec iniuriis nec acerbitatibꝰ coactus deuotionem sui minueret affectus. Num liquet quod etiam sanctũ Dauid fide nobilem, præstantissimum mansuetudine, manu fortem probare voluerit, quẽadmodum vitium tegeret, lapsum emẽdaret, vt nos doceret quẽadmodum admiſ-
C sum possimus operire peccatum? Nisi forte vilis causa alicui videtur vt propter nostram correctionem tantus erraret propheta, cum propter omniũ redemptionẽ infirmitates nostras Christus susceperit, qui peccatũ pro nobis factus est, cum peccatum nõ cognouerit. Et indignum æstimatur, nec verisimile creditur quod Dauid propter posteritatis profectum vnius lapsus opprobriũ inciderit, cum ipse dominus sit pro nobis factus oppro-
Psal.21. brium, sicut ipse ait: Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominũ, & abiectio plebis. Et alibi:
Psal.68. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Ergo futuræ dispensationis mysteriũ in suis ante præmisit. Et seruuli quidem cõditionis suæ peccata portarunt, ideo non potuerunt etiam ipsi exortes esse peccati. Dominus autem onus suscepit alienum, ideo solus fuit sine consortio delictorum. Ad summam apostolo quoq; docente cognouimus in figura gesta esse cõplura que temporibus gesta superioribus sunt. Nam cum dixisset in deserto patres a serpẽtibus vulneratos non aliter potuisse sanari, nisi Moyses serpentem suspendisset æreum, quo viso letales illi morsus infusioneſq; veneni
1.Cor.10. noxiæ curabantur, subiecit: Hæc autem in figura facta sunt illis ad nostram correctionem. In figura æreus ser-
D pens tanq̃ confixus cruci, quia verus crucifigendus generi annunciabatur humano, qui serpentis diaboli venena vacuaret. In figura maledictus, in veritate autem qui totius mundi maledicta deleret. Alibi quoq;, id est, ad Galatas ait: Quia duos filios habuit Abrahã, vnũ Gal.4.
de ancilla, & vnum de libera. Et subdidit: Sed is quidẽ qui de ancilla, secũdum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem. quæ sunt per allegoriam dicta. Quid sit per allegoriam, sequentibus exposuit cuidenter, dicens duas illas generationes, vnam de ancilla, alteram de libera, duo esse testamenta. Vnum quidem a monte Sina in seruitutẽ generans, in quo monte legem Moyses accepit a domino. Alterũ autem ab Hierusalem, quæ est libera, quæ in Isaac filios, hoc est, in libertate gratiæ, nõ in literæ seruitute generauit. Seruis enim pœna decernitur, liberis cõfertur gratia. Nõne in typo geminæ plebis Iacob duas accepit vxores ex quibus diuersam sobolem procreauit? Cur patriarcha Iudas propriæ nurus post filii sui mortẽ legitur expetisse cõcubitum, quo geminorum partus est editus, nisi vt figura præcederet vtroq; Iesu domini testamento, quorũ alterum in typo futuræ mortis eius est condi-
E tum, alterũ in euangelii veritate duos populos esse generandos, quorũ posterior in crucis signo fepem omnẽ ac munitionem populi superioris incideret? Hic est populus manu prior, ortu posterior. Vel quia ipse dominus Iesus natus ex tribu Iuda opera sua ante præmisit q̃ nobis ex virgine nasceretur. Quid de Ioseph loquar, qui a fratribus appetitus, exutus patrio vestimento, in lacum missus, in seruitutem vẽditus, euidens dominicæ incarnationis expressit indiciũ, eo quod ille dilectus patri cum esset in dei forma, non rapinam arbitraretur Philip.2.
esse se æqualem deo, sed ipse se exinaniret, & formam serui accipiens veniret, & se vsq; ad mortem crucis humiliaret, cuius precio & emptus & venditus a suis fratribus, genus redemit humanum? In cuius typo Dauid minor electus ex fratribus, vnctus in regnũ, solus belli grauis periculo, singulari certamine vniuersum populum liberauit, triumphauit in decem milibus, ita vt
1.Reg.18 puellæ cum tympanis psallerent: Saul triumphauit in milibus, Dauid in decem milibus. Quæ figura in illis iuuẽculis, nisi animarum quæ triumphalem psalmum concinunt Christo? Genuit ex se duos filios, vnum incestum, alium parricidam, eo quod incestus & parricidalis populus affixam patibulo crucis carnem proprii
F iugulatur? esset autoris. Deniq; in tertio psalmo Absalon titulus præmittitur, & passio domini ꝓphetatur. Quid de Salomone sancto loquar, cuius posteriora cũ graui errore nõ careant, vulgus tamẽ Iudaicum ipsum æstimat venisse pro Christo? Et q̃ multos graues erroris offensa reuocauit? Maior itaq; culpa plus prosuit, ne supra hominem crederetur qui vitio nõ caruisset humano. Fuit igitur in eo inuidiosa sapiẽtia, & culpę sua soria, quæ hominem proderet. Quid igitur obstat quo min? Bethsabee facto Dauid in figura sociata fuisse credatur, vt significaretur cõgregatio nationum, quę non erat Christo legitimo quodam fidei copulata coniugio, quod transuersariis quibusdam foret vestibulis in eius gratiã præter legis ingressura præscriptũ, in qua nuda mẽtis synceritas, & aperta simplicitas lauacri iustificãte mysterio, veri Dauid & regis æterni mentem traduceret, lacesseret charitatem? Merito venit occultus, & qui falleret principem mũdi tanq̃ Vriam illum qui interpretatione dicitur lumen meum, transfiguratem se in angelum lucis. Venit, inquam, in hunc mundum, & venit occultus, tanq̃ adulter intrauit, vt ius legitimum vindicaret.

Quale fuerit peccatũ Dauid, & qualis pœnitentia. Quemadmodũ etiam multi fortissimi viri in errorem prolapsi sint. Caput IIII.

G DISTINXIMVS allegorias validas, vt arbitramur, & in figura fuisse textum huius historiæ cōprobauimus, nūc superiora repetamus, & tanq̄ exutū spiritalibus indumentis introspiciamus errorem. Peccauit Dauid, quod solent reges: sed pœnitentiā gessit, fleuit, ingemuit, quod non solent reges. Confessus est culpā, obsecrauit indulgētiam, humi stratus deplorauit erumnam, ieiunauit, orauit, confessionis suæ testimonium in perpetua secula vulgato dolore transmisit. Quod erubescunt facere priuati, rex non erubuit confiteri. Qui tenētur legibus, audēt suum negare peccatū, dedignantur rogare indulgentiam, quā petebat qui nullis tenebatur legibus humanis. Quod peccauit, conditionis est: q̄d supplicauit, correctionis. Lapsus communis, sed specialis cōfessio. Culpā itaq; incidisse, naturæ est: delesse, virtutis. Quis

Iob. 15. gloriatur, inquit, castum se hābere cor? Nec vnius diei infans mundus esse scripturæ testimonio declaratur. Da mihi aliquē sine prolapsione delictū. Validissimus

Iudic. 14. omniū Sampson legitur, qui leonē etiā suis manibus strangulauit, sed vtinam amorem suū suffocare potuisset.

Iudic. 15. Messes incēdit Allophylorū, et ipse mulieris vnius arsit igniculo. Iepte victor ab hoste remeauit, sed vexil-

Iudic. 11. lā referēs triumphalia, suo victus est sacramēto, vt pietatem occurrentis filiæ parricidio remunerandā putaret. Primum omnium quid opus fuit tam facile iurare, & incerta vouere pro certis, quorum nesciret euentū? Deinde aliquis sacramenta tristia domino deo reddidit, vt cruentis soluat sua vota funeribus. Nec de sacerdotibus silendum arbitror, ne nostra dissimulare vi-

H dear delicta. Aarō ipse summus sacerdos, quo duce pariter ac Moyse rubrū pede mare trāsiuit populus Hebræorum, rogatus a plebe vt deos sibi faceret quos adorarent, aurum poposcit, in ignem misit, & caput vituli figuratum est, cui sunt oblata sacrificia. Quo indicio claruit auri cupiditatē materiam esse perfidiæ, & auaritiæ studio sacrilegia solere generari. Iterum tantus sacerdos locum incidit offensionis cū sorore sua Maria. Nam dum fratri vterq; obtrectat quod alienigenā accepisset vxorem, illico Maria contagio maculosæ carnis effloruit. Quo loci euidentis fuit figura mysterii, quod sacerdotalis ille populus patrū fraterno populo posterioribus temporibus derogaret, Aethiopissę illius nesciens sacramentum. Nam si cognouisset, non reprehēdisset, quod cum veteri mysterio conuenerit. Itaq; cum Iudæus eum qui ex gētibus credidit, dicit esse communem, & vult a lege secernere, lepram habet, quam non poterit euadere nisi spiritalis ei legis agnitio ad veniā fuerit suffragata.

Quomodo Dauid lapsus proprium peccatum deplorans domini misericordiam nō desperauerit. Et de

I requisitione ouis abductæ. Cap. V.

ERGO & Dauid qui sciret hominem se esse natū lapsui, veniam postulauit, domini autem non desperauit misericordiam. Nec parabola a mysterio videtur discrepare. Quis enī diues nisi dominus noster Iesus, qui de se ait, vt hodie lectum est, quod homo quidam cū diues esset, abiit in regionem longinquā accipere regnum, & reuerti. Et vere diues erat maiestatis suę opib⁹, & diuinitatis propriæ plenitudine, cui angeli et archāgeli, virtutes & potestates & principatus, throni & dominationes, Cherubim & Seraphim indefesso obsequio seruiebāt. Sed ta-

Luc. 15. men cū diues esset, reliquit nonaginta & nouem in mōtibus oues, & vnam ouem quę lapsa remanserat, requisiuit. Hanc princeps istius mundi, cōtemplatione illius diuitis egenus & pauper, quasi filiā alimentis propriis nutriebat. Merito itaq; defecerat, cui substantia erat cibus seculi. Errauerat hæc ouis in Adam, insidiis soli-

citata serpentis. Et non mala ouis, quæ erat verbi ple- K na, vtpote rationabilis hebdomadis filia, & sāctimonię sanctioris, tamē nō preciosis aliquibus, sed vilibus pauperis diu opibus alebatur. Deniq; de pane eius, inquit, māducabat, & de calice eius bibebat, & in sinu eius dormiebat. Non bona esca Aethiopum, noxius calix aureus Babylonis, qui gētes inebriat. Non vtilis somnus est dormientibus, malo vigilare. Denique turbati sunt Psal. 75. omnes insipientes corde, obdormierunt somnū suum, et nihil inuenerunt. Hospitii igitur gratia, quia susceperat hospitem, vt ei epulas exhiberet, illā pauperis ouē abstulit. De suis enī vel gregibus vel armentis si quod animal immolaret, nobis pdesse non poterat, quos, nisi immolasset, nō redemisset. Infirmitates igitur nostræ fragilitatis in sua carne hospitali quodam suscepit affectu, cuius leuandæ causa vel potius reficiendæ carnem suam salutari illi obtulit passioni, vt & vinū nobis vitę præberet æternę. Et bene agnā dixit scriptura, qui erat virginis partus. Bene dignus morte pnunciatur diues iste iudicio prophetico, quia & Caiaphas prophetauit dicēs: Expedit vnum hominē mori pro populo. Solus Ioan. 11. autē dominus Iesus tali dignus electus morte, qui tol- L leret peccatū mūdi. Pulchre quoq; addidit: Agnā restituet, quia carnē propriam resuscitauit, carnem illā virginalis integritatis reddidit. Nec illud ociosum q̄d ait: In quadruplum restituet. Quadruplatur enim resurrectio mortuorū, sicut docet Apostolus, dicens: Semina- 1. Cor. 15 tur in corruptione, surgit in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in infirmitate, surgit in virtute: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. Restituet plane in quadruplum agnā etiā illo modo quo potest homo dicere: Si cui aliquid Luc. 19. abstuli, reddo quadruplum. Conuenienter etiam illud adiecit: Quia nō pepercit. Nō enim pepercit sibi Christus, vt omnibus subueniret. Ideoq; dictum est a domino Iesu Christo ad seruum suum Dauid, vt mysteriū declararet: Quoniam tu hoc fecisti in occulto, & ego faciam hoc verbum coram omni Israel in conspectu solis huius. Et primo quidem nesciēs sacramentum, cōmotus est Dauid indignatiōe, sed nō errauit affectu. Postea vero vbi cognouit mysteriū magnū (magnū enim sacramentū Christi & ecclesię) videns remissionē futuram omnium peccatorū, præuidens fulgorē gratiæ per lauacrum regenerationis, & infusionē spiritus sancti, ait securus venię: Peccaui domino. vt & ipse in eorum veniret consortium quibus culpæ remissio proueniret. M

Quibus operib⁹ Dauid potuerit tegere peccatum. Et quomodo iustos peccata sequantur, malos autem præcedant. Caput VI.

ADVERTIS quemadmodū peccatū proprium deplorauerat. Quis igitur miretur ei esse dimissum? Nūc cōsideremus opera eius quib⁹ potuit tegere peccatum. Etenim quia nō potest sine peccato esse humana fragilitas, cauendū ne plura peccata sint q̄ opera virtutum. Quod magna vi sapientiæ sanctus Paulus expressit dicens: Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad 1. Timo. 5 iudicium, quosdā autem & subsequuntur. Hoc est, non inuenitur quisq̄ illibatus a culpa, habet quis bona merita, habet & vitia atq; peccata. Omia itaq; nostra quasi in trutina ponderantur. Si bonis igitur factis peccata præponderant, præcedunt ad iudiciū. Vergūt enim peccata quasi in profundum, vergūt quia & manifesta sunt vel pōdere atq; acerbitate, vel multitudine. Quosdam autē, inquit, & subsequuntur, hoc est eos qui se egerint sobrie, sed fragilitate cōditionis dederint aliquādo etiā errori locum, bona facta præcedūt, mala sequūtur. Hi honestiores, sed tamē homines lapsi leuioribus vitiis & erratis. Ergo iustos sequūtur peccata, nō præcūt:

A iniustos præcedunt, & prępōderant peccata quæ vergunt, sequūtur autem si qua recte facta sunt, quasi quodam præiudicio peccatorū pręeūtium pręgrauata. Similiter & facta bona manifesta sunt. lucēt enim opere virtutū, & splendore meritorum: & quę aliter se habēt, abscondi non possunt. Ergo talia non teguntur, nō ob-

1. Pet. 4. umbrat ea charitas, quę operit multitudinem peccatorum, non operit bonorum operū gratia, non abscondit virtutum multitudo, quia nuda & intecta produntur.

Psal. 16. Nō enim est in iis qui dicat: Sub vmbra alarū tuarum protege me. Crux enim domini omnes abolet atq; abscōdit errores. Quis igitur magis operuit & texit q̄ sanctus Dauid, qui & alibi ait: Et in vmbra alarum tuarū speraui, donec trāseat iniquitas? Et sic dilexit dominū vt nimia charitate peccatū omne tegeret atq; abscōderet. Etenim si apostolus Petrus lapsum suū confessione charitatis aboleuit, & ille interrogatus a domino di-

Ioan. 21. cente ei tertio, Simon Ioannis amas me? vt quē tertio negauerat, tertio fateretur, atq; ita trino quodā dilectionis velamine lapsum trinę negationis absconderet: Si quia semel Petrus fleuit, veniā reportauit, quanto magis Dauid, qui lauabat per singulas noctes lectū suū, & lachrymis stratum suū rigabat: cui erant lachrymæ suæ panes die ac nocte: qui cinerem tanq̄ panem manducabat, & poculum suū cum fletu miscebat? Etenim si eius qui cōuersus ingemuerit, miseretur Iesus, si Petrum aspexit, & ille fleuit: quāto magis qui diu fleuit, a

B conspectu domini non recessit? Negauit Petrus, & nō fleuit: quia nō respexerat Iesus. Negauit secūdo, & non fleuit: quia nō respexerat dominus. Negauit tertio, respexit Iesus, & statim fleuit, & fleuit amarissime. Ideo

Psal. 24. Dauid qui semper fleuit, dicebat: Oculi mei semper ad dominū. Quia semper videbatur a Christo, dicebat:

Psal. 118. Per exitus aquarum descenderunt oculi mei. Sed iam etiam facta eius cōsideremus. Quis non tantarū laude virtutum vnius criminis obumbraret inuidiam? Diuino electus examine, statim probauit indignū se tāto non esse iudicio. Processit in prœliū, & trepidātibus cæteris solus Allophylum Goliam verborum iactātia & immanis corporis mole terribilē, cōcurrenti simul fide, ac virtute prostrauit. Vnius fortitudo facta est vniuersorum victoria. Conferatur, si placet, priuatū crimen, et triumphus omniū: mors vnius, & tantorum quos liberauit a morte, vita populorum. Veniamus ad alia. Insidias patiebatur a rege, vitā eius quærebat extinguere, sed dispositione diuina in eius rex potestatem traditus, cū totus pateret ad vulnus, separatus a sociis: Da-

C uid sanctus occurrit, & a corpore perituri vulnus letale retorsit, dicens: Nolite tangere Christum dn̄i. Quinetiam inimici illius vltus est mortē, flebiliter satis deplorauit interitum, & debitū sibi imperium diu distulit, quod sciebat deo autore deberi. Quo solo docuit omnes homines ad non præripiēdum regnum, etiam si debeatur, sed expectandum, vt suo tempore deferatur. Vtinam hūc virum imitati essent posteri, non tantas bellorū pertulissemus acerbitates. Arguis quod vnum occiderit, non consideras quot docuerit quemadmodū pax orbi Romano perpetua seruaretur. Quam graui adhuc luimus vastitate, q̄ publico quodam totius orbis funere appetiti, necem regis exoluimus. Heu dura supplicia. Inde adhuc nobis barbarus hostis insultat, dum parata aduersum se in nos arma vertūtur. Sic vires ceciderunt publicæ, sic Romana virtus suis moribus fracta cōsenuit, dū publico rapitur parricidio, quod paternę solicitudinis religione suscipitur. Ideoq; eo vsq; præcauit, vt cum Adoniam filiū regnum sibi vsurpare comperisset, et serere conuētus: non eum qui præripere gestiebat, sed eum qui expectaret eligeret. Saltabat autem ante arcam potētissimus regum, & cum a propria reprehenderetur vxore quod denudatus esset ante faciem puellarum, respondit: Coram domino nudabor

adhuc, & ero nudus ante oculos tuos, vt honorificetur, D inquit, dominus qui me pro patre tuo asciuit in regnū. docens contuitum regalis potentiæ non habēdum vbi religioni exhibetur obsequiū. Honestum est enim pro religione facere, etsi id incōgruum potestati sit. Specta aliud memorabile. Parricida filius regnum patriū violenter inuaserat, cedebat primo pater eius furori, & locum prælii declinabat, vt vel sic impius a furore resipisceret. Bello quoq; interesse noluit, rogauit ad prælium profecturos vt parcerent filio. Securus erat victorię qui rogabat vt parcerēt. Nec pietatis alienus, qui perire debere etiam impiū filium nō putabat. Fleuit, & magno luctu deplorauit exitum parricidę, dicens: Filius meus Abessalō, quis dabit mihi mortem pro te, filius meus Abessalon? Vindicādum putabat eum qui pro paternæ vindicta pietatis occiderat. Q̄ vero iniurię patiens & doloris? cedebat, vt dixi, filii sui Abessalon furori, valatus dextera lęuaq; validis bellatoribus. Maledicebat ei vir cui nomen Semei, cruentum appellans, & virum sanguinis, dignoq; iudicio domini deiectum esse de regno. Sed ne talibus quidem mouebatur conuitiis, mouebātur autem comites eius. Denique vnus ex sociis, Abysai nomē viro, minatus est quod iniuriæ precium caput eius auferret, sed rex conuersus ad Abysai, Quid E mihi, ait, & tibi est fili Saruiæ? Ideo maledicit mihi, quoniam dn̄s dixit illi vt maledicat. Q̄ moraliter docuit quod iniuriarum vel periculorum nostrorum tempora, tentationum certamina, & examina probationū sint, & ideo non sine diuino ea irrogari solere iudicio. Exercetur bonus athleta cōuitiis, exercetur laboribus & periculis, vt dignus sit cui deferatur corona iustitiæ, & ideo ferēda patienter sunt quæ putātur aduersa. Denique & alibi te docet scriptura diuina, dicente iusto: Si Iob. 2. bona accepim⁹ de manu domini, quæ mala sunt cur nō sustineamus? Et addidit sanctus propheta dicens: Ecce filius meus qui exiuit de ventre meo, quærit animam meā. Si autem Gemineus maledicit mihi, dimitte illū vt maledicat, quoniam dixit illi dominus, vt videat humilitatem meā, & retribuat mihi dominus pro maledicto hoc. O altitudo prudentiæ: O insigne patientiæ: O deuorandæ contumelię grande inuentū. Moueris, inquit, Abysai, quod mihi maledicat extraneus, quem parricidio petit filius? Dn̄s dixit ei vt maledicat mihi. Sed nō est maledicus dominus, nec delectatur cōtume- F lis. Vide q̄ singula diligenter custodiat. Non accusat dominū quasi autorem iniurię, sed magis laudat, quod patiatur nos minora perpeti, vt maiorū veniā peccatorum adipiscamur. Ecce verborum contumelia parricidii leuauit erumnā, absoluit procacem, cuius maledicta plus prosint, quæ diuina remuneratione donantur. Quis secum talem non compenset iniuriam, vt quem homo læsit, cum deus meliorum retributione soletur?

De pugna Dauid contra progeniem gigantum, & quēadmodum aquam sitiuerit ex lacu Bethleē, quam tamen non biberit. Cap. VII.

ALIA quoq; eius gesta consideremus. Pugnauit aduersus progeniem gigantū, quando vnus ex illis aduersantem in prelio regē pene percusserat, quos ausus tamē aduersarius exceptæ precio mortis soluit. Hoc quoq; percepto gentis victæ ferocis triumpho, iterū in valle Titanum bellum immane suscepit, non minus aduersus hostem q̄ aduersus naturā. Sitiens enim cū versaretur in bello, quod biberet non habebat. Quis mihi potū, inquit, dabit de lacu qui est in Bethleē ad portas? Erat autē inter lacū & sanctū Dauid īterfusus hostis, & media hostiliū septa castrorū. Præciderūt tres viri multitudinē aduersariorum, & impleuerūt aquā de lacu qui erat in Bethleem, & obtulerunt regi bibendā: sed rex noluit bibere,

G & profudit illā domino. Dignum etenim tāto munere fuit, vt quæ erat viuidæ virtutis insigne, fieret pietatis sacrificiū. Dixitq; dignā prophetico spiritu sententiam: Non cōtingat mihi hoc facere, ne sanguinē virorū qui abierūt, ex animis illorū bibam. Vicit ergo naturā, vt sitiens nō biberet, & exemplū de se præbuit, quo omnis exercitus tolerare sitim disceret. Exercuit etiā subditos ad virtutis officiū, vt etiam per pericula regali imperio voluntarii milites obtemperarēt. Quod autem noluit bibere, declarauit probandorū militū se imperasse gratia; nō sitis victum necessitate, prospexisse etiam ne cui regum bibendi vsus alienis periculis quæreretur. Postremo piæ vulnus consciētiæ deprecatum, eo quod aqua tot virorū quæsita sanguine, suauitatē bibendi habere non posset, quæ propositæ mortis horrore constaret. Quod si altius velis spectare, & introspicere mysterium, sitiebat Dauid non aquā de lacu qui est in Bethleem, sed oriūdum ex virgine Christū in spiritu prequidebat. Volebat ergo bibere nō aquā fluminis, sed potū gratiæ spiritalis, hoc est non aquarum sitiebat elementum, sed sanguinē Christi. Deniq; nō bibit oblatam aquam, sed domino fudit, significans sitire se Christi sacrificium, nō naturæ fluentū, illud sacrificiū in quo esset remissio peccatorū, illum sitire se fontē æternū, non qui periculis quæreretur alienis, sed pericula aliena depelleret. Tot igitur operibus tā mirandis, vnius sanguinē tectum non vidimus. Merito vox sanguinis Abel iu-
H sti clamauit ad dominū, quia nullis Cain impii bonis operibus tegebatur, quia parricidalis erat, quia nō confitebatur flagitium, sed negabat. Dauid vero occiderat quidem virum minime reum, sed occiderat non studio crudelitatis impulsus, sed vt obumbraret pudorē, tegeret verecundiā concupiscētiæ. Non audeo dicere quod vi criminis fuerit oppressus. Neq; enī oppressus est, qui sciuit quemadmodū a ruina illa peccati se posset leuare. Dico tamen quod vi tentationis inflexus sit. Dixerat
Psal.25. enim supra: Proba me domine, & tenta me, vre renes
Psal.29. meos, & cor meū. Et alibi: Ego autem dixi in mea abū
Psal.16. dantia, non mouebor in æternum. Et igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Voluit enim eum subiacere dominus tentationi, ne supra hominem
2.Cor.12. sibi aliquid arrogaret: Nā virtus in infirmitate cōsummatur. Neq; enim cruēto fecit affectu, nihil minus sancto prophetæ adscribi potest, qui etiā vita decedens suprema voce conuenit Salomonem filiū, vt innocētem sanguinē a se tolleret, quem fuderat dux eius exercitus Ioab, quando Abner, cū de ineunda societate tractaret, dux licet aduersarii agminis, insidiis appetitus occubuit, quē fleuit, et post luctū eius ambulās, depositis infulis potestatis, exequiarū iusta curauit. Quo facto docuit etiam aduersariis fidem promissam esse seruandā,
I honorandam quoq; & in hoste virtutē. Nonne tā miti suæ hæreditate pietatis etiam huius næuum detersit erroris? Q̃ præclarum autem, quod tribus oblatis sibi conditionibus quā vellet eligeret, quādo numerato populo contraxit offensam, cum propositū esset vtrū triennio famem super terrā fieri vellet, aut tribus mensibus fugere a facie inimicorū suorum persequentium se, aut triduo fieri mortē in terra, tertiū elegit, qd dñi se mallet q̃ hominum cōmittere potestati: dominus enim cito miseratus ignosceret. Itaque sic ait: Angustiæ sunt mihi valde in his tribus, sed magis incidam in manus domini (quoniam misericordia dñi magna est valde) q̃ in manu hominū incidā. Hac humilitate, prudentia, māsuetudine fecit (vt verbis scripturę vtar) habere dominum proprię cōmotionis pœnitentiā. Deniq; sic scri
Hiere.18. ptum est: Quia pœnitentiā habuit dominus super malitiam. Q̃ vero illud etiā admirabile, q̃d angelo ferienti plebē se obtulit dicens: Grex iste quid fecit? Fiat manus tua in me, et in domū patris mei. Quo facto statim dignus sacrificio iudicatus est, qui absolutione ęstimabatur indignus. Nec mirū si tali sua oblatione pro po- K
pulo, peccati sui adeptus est veniā, cum Moyses offerēdo se dño pro plebis errore, etiam plebis peccata deleuerit. Texit igit̃ peccata sua, an non? Sed quis hoc neget, cū hic ipse docuerit propheta, quod remittātur iniquitates, tegantur peccata, nō imputentur a domino? Peccatum remissum sibi esse docuit, sicut scriptū est: Deli- Psal.31.
ctum meū agnosco, & iniustitiā meā non operui. Dixi, pronūciabo aduersum me iniustitiā meam domino, & tu remisisti impietatē cordis mei. Si dixit, Pronunciabo, & veniam meruit anteq̃ pronūciaret: quāto magis vbi de se pronūciauit dicens: Iniquitatē meā ego agnosco, remissum est ei omne peccatū? Licet specialiter de hoc & Nathan responderit: Et dominus traduxit peccatum tuū. Ergo remissionē meruit iniquitatis, et texit charitate atq; operuit peccata sua, texit operib⁹ bonis. Nec imputatū est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, sed lapsus erroris. Deinde quia nō fuit improbitatis æstus, sed vmbra mysterii. Et tamē confessus est delictum suū, agnouit iniquitatem, vidit lauacrum, & vidit, & credidit. Dilexit multū, vt nimia charitate tegere quemuis posset errorem.

De titulo psalmi quinquagesimi, & de numero quinquagenario. Quemadmodum etiam pœnitentia sit agenda. Et quomodo quis mūdetur ab iniquitate & iniustitia. Caput VIII.

SED iam se ipse defendat. nam quinquagesimum psalmū ad eam scripsit historiā. Et L
cum priorū gestorum suorū historiam subiecerit, vt de proditione Doech Syri, cuius est titulus in psalmo quinquagesimoprimo, & Ziphæorum, quæ cōprehendi titulo videtur psalmi quinquagesimiquarti, istā quæ posterior est præmisit historiā, cum Doech ante prodiderit vel Ziphei, q̃ regnum Dauid propheta susciperet. Quandoquidem regem Saul fugiens, adhuc per diuersa secreta exul errabat: Bersabeæ autem iam cū regnaret, accepit. Cur ergo secundū gestorum ordinē psalmorum quoq; ordo non quadrat? Quia non tam ordinem ordini, q̃ mysterium gestis voluit conuenire: ideoq; numerū remissionis aptare huic voluit historiæ. Quinquagesimus enim numerus, remissionis est numerus, sicut in euangelio dñs ipse nos docuit, dicens: Duo debitores erāt cuidam fœneratori, Luc.7.
vnus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habētibus illis vnde redderēt, donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Et in lege habes quia Iubilæus dicitur numerus quinquaginta annorum recursus, celebrabilis admodū, quo debita vacuantur, confir M
mātur Hebræorū libertates, possessionum refusiones. Hunc numerum læti celebramus post domini passionem, remisso culpæ totius debito, chirographo q̃q; vacuato ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientem in nos gratiam spiritus sancti. die Pentecostes vacante ieiunio, laus dicitur deo, alleluia cātatur. Deniq; & puellæ pater illius, quæ per vim cōcubitus nulli desponsata ptulerit, quinquaginta didrachmata argentea accipiet, ipsa autem in coniugio permanebit. Hoc etiā numero vitia vertuntur in gratiam. Magnus igitur psalmus, quo docemur quemadmodū agēda pœnitentia sit. Miserere, inquit, mei domine secundū magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationū tuarum dele iniquitatem meam. In multū laua me ab iniustitia mea, & a delicto meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & delictū meum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Quis nostrū, etiā si confiteatur delictū suum, non perstringēdum potius,

A q̃ repetendum putet, qui secūdo repetat aut tertio? Vide quot versibus propheta peccatū suum resonet, q̃ nullus versus sine cōfessione delicti sit. Congessit omnia simul, iniquitates suas & iniustitiā personando, iungens delicta peccatis: atq; ea sæpe repetendo, merito magnā misericordiam poscit. Nec solum magnam misericordiam, sed etiam multitudinē miserationum. Quod ergo peccatū talis non diluat deploratio? Quam culpam precatio huiusmodi nō emundet? Ille pro vno peccato miserationum multitudinē deprecatur, nos pro pluribus peccatis vix semel eius misericordiā credimus obsecrandā. Deinde legimus quia in virtute sua magna & brachio suo excelso populum suum de terra Egypti liberauit, quando traduxit eum per mare rubrū, in quo fuit figura baptismatis. Si ergo virtus magna in figura fuit sacramentorū, quanto magis in veritate eorum magna misericordia est? Recte quoq; illic poscitur mi
Psal.135. serationum multitudo, vbi multitudo peccantiū est. In multū laua me ab iniustitia mea, & a delicto meo munda me. Non tam sæpius q̃ plenius lauari petit, vt conceptam sordem possit eluere. Nouerat secundū legē plura quidem mundandi esse subsidia, sed nullum plenum atq; perfectum. Ad illud ergo perfectum tota intentione festinat, quo iustitia omnis impletur, quod est baptismatis sacramētū, sicut ipse docet dominus Iesus. Nā
Matt.3. cum venisset ad Ioānem, ait Baptista: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respōdit dominus: Sine
B modo, sic enim decet nos implere omnē iustitiam. Sed postea q̃ baptizatus est Christus, & spiritus sanctus super eum tanq̃ columba descendit, & pater filium signauit e cęlo, iustitia omnis impleta est. Ideo Propheta dicit: In multū laua me ab iniustitia mea. Grandis enim squalor & macula non exiguo sed multo aufertur lauacro. Quod si quis aliter accipere vult, potest ita suū formare intellectum, Mundat sermo diuinus, mūdat nostra cōfessio: ille dum auditur, ista dum promitur. Mūdat bona cogitatio, mundat honesta operatio, bonę q̃q; vsus cōuersationis. His mundatus vnusquisq; facilius haurit, & tanq̃ in se rapit splendórem gratiæ spiritalis. Deniq; non vna infusione velleris statim preciosus fucus irradiat, sed primum succo ignobili vellus inficitur; deinde aliis atque aliis succis naturalis eius species frequenter eluitur, & diuerso sępius colore mutatur, ac sic postea velut plenioris lauacri adhibet̃ infectio, vt purpuræ verior atq; perfectior fulgor irrutilet. Sicut igitur muricum plurium in purpurę infectione, ita in lauacro regenerationis miserationum est multitudo cælestiū,
C vt iniquitas deleatur. Itaq; qui in multū lauatur, ab iniustitia mundatur, & a delicto, & peccandi quandā inolitam studiis ac moribus deponit habitudinem, & obliuiscitur qualitatem. Et bene lauatur ab iniustitia vel iniquitate, quę maior est: mundatur a delicto, quod minus est. Ideoq; addidit:

Quis dicatur agnoscere suam iniquitatē. Et quod contra sapientem semper sit delictum. Cap. IX.

QVONIAM iniquitatē meam ego agnosco, & delictum meum cōtra me est semper. Nō mediocre est vt agnoscat vnusquisque peccatū suū. Ideoq; et supra ait: Lapsus quis intelliget? Id est, quis est tātus vt intelligat? Quomo
Psal.14. do illud: Quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis ascēdet in montē domini? Non vtiq; nullus, sed rarus. Qui enī potest agnoscere, potest declinare, potest quid sequatur eligere. Pleriq; in suis lapsib⁹ gloriātur, & putant ea laudi esse quæ criminis sunt. Si alienū coinquinauit thorum, & pudicæ fœminæ expugnauit affectū, si viduæ propositū aliqua fraude mutauit. Alius necē hominis, latrocinii insidias, & rapto viuere putat esse virtutis. Nōnulli circumuenire ac fallere arbitrātur esse sapientiæ. Ex his nullus potest dicere: Quoniā iniquitatē meā ego agnosco. Sed ille qui potest dolere quod fe- D
cerit, condēnare quod deliquerit, quem sua vitia cōpungunt. Vnde & Propheta ait: Quæ dicitis in cordibus Psal.4.
vestris, et in cubilibus vestris cōpungimini. Pleriq; cæcorum cū ceciderint, se iactare consuerunt, et quos casus nō læserit, iactādo se debilitant & frangūt. Alii (qualis Græcorū equorū fertur natura) cū vel in certamine curuli elisi fuerint, vel fortuito ceciderint, nequaq̃ se mouere consuerunt, & quandā tenent quietis & patientiæ disciplinam. His si casus nō nocuit, quies prodest, certe nō acerbatur offensio. Nōne mutis animalibus deteriores æstimandi, qui se in flagitiis suis iactant, et putant insigne esse virtutis vbi lapsus est criminis? Ideo quasi muto dicitur iumēto: Peccasti, quiesce. Vnde pulchre ad- Gen.4.
didit: Et delictū meum cōtra me est semper. Insipiens enim delectatur errorib⁹ suis, & nouis vetera obūbrando peccatis se existimat adiuuari, ideoq; exultat in crimine. At vero sapiens aduersum se iudicat esse delictū suum, & tanq̃ hostiles acies, ita lapsus culparū suarum aduersantiū modo sibi arbitratur obsistere. Quicquid personuerit, quicquid increpuerit, culpa ei propria semper occurrit: quicquid fuerit dictū aut lectū, in se dictum putat: quicqd intēderit, se nutu, se oculis signari putat. Si epuletur, si cogitet, si oret ac deprecetur, ante oculos eius semper est error proprius, & momentis oībus culpa pulsat cōscientiā, nec quiescere, nec obliuisci sinit, velut grauis censor exagitat se terrore perpetuo. Omnia E
igitur aduersa habet qui ipse sibi displicet. ipse sui accusator, ipse sui testis est, nec inuenit quo fugiat, quippe se perurget & stimulat. Sed hoc bonæ mentis est, vulnus sentire peccati. Nam qui expertes doloris sunt, non sentiūt vulneris acerbitatē, quod est immedicabilis ægritudinis. Qui autē aliquo dolore punguntur, sicut doloris sensu nō carent, ita etiā non carēt sanitatis profectu. Vbi enim doloris sensus, ibi etiā sensus est vitæ. sentire enim, vitalis vigoris ac muneris est. Vnde & ille qui errorem suū non agnoscit, insanit, furit, desipit: qui autem agnoscit, vtiq; resipiscit. nō respuit remedia sanitatis: sed ipse restringit, pœnitet eū culpæ, de ipsa semper cogitat, & cogitādo se ipse cōdēnat. Iustus enim in primordio sermonis accusator est sui. Qui se accusat, iu- Prou.18.
stus est, sobrius est, sanus est. Iustus fauere sibi nescit, rigorem iudicii etiā circa se nō nouit inflectere, recordationem lapsus proprii perhorrescit, & cōmissum erubescit errorē, omnem eius memoriā pauet, metuit, reformidat, grauē sibi se iudicat, seipsum arbitrū refugit, nec sese sibi audet cōmittere, quod nullū putat sibi esse grauiorem, q̃ eum quē latere non possit, fallere non queat, fugere ac vitare nō reperiat, nisi vt se sibi abneget, et domini crucē tollat. Magna vis obnoxiæ cōscientię. Ma F
gna supplicia timebant Adā et Eua: et cū domini vocē in paradiso ambulātis audirent, cupiebāt se abscōdere, quos nemo quærebat. Cain q̃q; metuebat ne omnis eū quicunq; inueniret occideret. Ita in se ipse ferebat sententiam, quod dignus esset cui nullus ignosceret. Vnde bene ait: Et delictū meū contra me est semper. hoc est, sine interuallo aliquo recordatio & species ipsa mei me erroris impugnāt. Considera quomodo nos cōfundat cū aliqd deliquimus, quō incurset oculos, quō in memoriā semper recurrat. Quē cōmissi pudet, nescit postea aliquid tale cōmittere vnde similiter erubescat. Præcedit autem iniquitas, peccatū sequitur. Radix est iniquitas, fructus autē radicis est culpa. Vnde videtur iniquitas ad mētis improbitatē referri, peccatū ad prolapsionem corporis. Grauior iniquitas tanq̃ materia peccatorum, leuius peccatū. Deniq; iniquitas per lauacrum remittitur, peccatū tegitur bonis factis, & tanq̃ malis operib⁹ obūbratur. Vnde bene supra hic ipse ait: Beati quorū Psal.31.
remissę sunt iniqtates, & quorū tecta sunt peccata. Charitas enim abscondit errorē, & operit multitudinē pec-

G catorum. Multa quoq; charitas remittit etiã ipſa peccata, ſicut ſcriptũ eſt de ipſa muliere quę ſuper dominũ
Luc.7. fudit vnguẽtũ: Remiſſa ſunt peccata eius multa, quoniam dilexit multũ. Sunt etiam qui accipiunt priorem
verſiculum de lauacro eſſe, ſecundũ de pœnitẽtia. Qua gratia etiam Petrus, qui ante fuerat baptizatus, interrogatus, poſtq; viſus eſt dominũ negaſſe: Simon Ioan-
Ioan.21. nis diligis me? dicit ei: Vtiq; tu ſcis domine quia diligo te. Et iterum interrogatus: Simon Ioannis, diligis me? Et iterum reſpõdit: Tu ſcis quia amo te. Et tertio interrogatus: Simon Ioannis amas me? Et contriſtatus eſt, quia dixit ei tertio, Amas me? & dicit ei: Dñe omnia tu ſcis, tu noſti quia amo te. Et dictũ eſt ei trina vice: Paſce oues meas, ſequere me, quaſi qui peccatum ſuum nimia charitate texiſſet. Nec otioſe poſt cõfeſſionem nimiæ charitatis iubetur plebem regere, qui etiã turbatus nõ amiſerat quemadmodum ipſe ſe regeret. Hæc propter gratiam diximus charitatis, eo quod peccatum tegat. Deniq; nõnulli ideo trinam interrogationem dilectionis factam eſſe dixerunt, quia trina fuerat negatio, vt trinæ lapſum negationis profeſſio charitatis totiens repetita deleret.

Quod Dauid, quãuis rex eſſet, & ſolutus legibus humanis, voluerit tamen ſubditus eſſe deo, cui ſoli peccauerat. Et quomodo dicatur iuſtificari dñs. Cap. X.

" IBI ſoli peccaui.) Rex vtiq; erat. nullis ipſe legib⁹ tenebatur: quia liberi ſunt reges a vinculis delictorũ. Neq; enim vllis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperii poteſtate. Homini ergo nõ peccauit, cui nõ tenebatur obnoxius. Sed quãuis tutus imperio, deuotione tamẽ ac fide erat deo ſubditus: & legi ſuæ ſubiectũ ſe eſſe cognoſcens, peccatum ſuũ negare non poterat, ſed quaſi reus cũ amaritudine fatebatur, qui ſciret maioribus vinculis ſe teneri, quia maiora deberet: quoniam plus ab eo exigitur, cui plus cõmiſſum eſt. Poſſum⁹ etiã & ita accipere: Quis me diiudicat, cũ omnes ſub peccato ſint? Deniq; dominus de illa adultera: Qui ſine peccato, inquit, eſt, prior
Ioan.8. lapidet eã. Et nemo lapidauit. Hoc igitur ait Prophe-
ta: Tibi ſoli peccaui, qui ſolus ſine peccato es. Qui autem peccato obnoxius eſt, quaſi peccatorem nõ poteſt iudicare. Inexcuſabilis eſt enim omnis homo, qui in alio ea quæ agit ipſe cõdemnat. In quo enim alium iu-
" dicat, ſemetipſum adiudicat. Tibi, inqt, peccaui, & ma
" lum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, &
" vincas cum iudicaris. Tibi peccaui, qui me ad virtutis
ſtudia prouocaſti, qui me eruditi in lege tua. Tibi ſoli
I peccaui, quem ſolũ abſcondita cogitationum, & mẽtis occulta nõ fallunt. Et malum coram te feci, quem ſolũ ſanctificatio decet. Hominis teſtimoniũ declinamus, ſed in conſpectu tuo ea quæ ſunt indigna cõmittimus. Iniuria eſt homini ſpectare flagitia, deum arbitrum omnium eſſe ſcimus, & eoipſo teſte peccamus, et tamen in his iuſtificatur dominus deus noſter, quia iniuſtitia noſtra dei iuſtitiã commendat: & mendaciũ noſtrũ con-
Roma.3. celebrat veritatem dei. Sit enim deus verax, omnis au-
" tem homo mẽdax. Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.
Sermones dei pleni veritatis ſunt atq; iuſtitię, ideoque vera ſunt quæcunq; locutus eſt dominus de fragilitate humana, quia inclinatum eſt cor eorũ ad nequitiã, propendit ad fraudẽ: & quia definiuit, eo quod non ſit homo qui non peccet. Omnes enim declinauerũt, & inu-
3.Reg.8. Pſal.13. tiles facti ſunt. Ideo vincit dũ iudicatur, quoniã prolapſione vniuerſorũ probauit quæcunq; de noſtra iudicauit fallacia. Ergo ſi dixerimus quia iniquitatẽ fecimus, iuſtificamus deum in ſermonibus ſuis. Si autem dixerimus quia non peccauimus, mendacẽ facimus deum: ſed impoſſibile eſt mentiri eum. Nos igitur omnes ſub peccato eſſe manifeſtũ eſt. Quantum igitur crimen, vt homo peccatorem ſeneget? Quoniam quantũ in ipſo K
eſt, ſummi dei videtur arguere ac refutare mẽdacium, qui tam moderatus & patiens eſt, vt vincat cũ iudicatur. Veniens enim ad iudicium deus dicit: Populus michee.6
meus quid feci tibi, aut quid contriſtaui te, aut quid moleſtus fui tibi? Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo ſeruitutis liberaui te, & miſi ante faciẽ tuã Moyſen, Aaron, & Mariam. Plebs mea in mente habeto quid cogitauerit de te Balac. Singula in conſpectu tuo locat beneficia ſua, vt tanq; de his iudices, quæ ſeruare debueras, quo magis reus fias, qui diuinis nõ potueris ſtare beneficiis. Quid feci, inquit, tibi? Tanq; reum ſe cõſtituit, & te iudicem. Aut quid cõtriſtaui te? Offenſi vultus non abnuit crimen, ſi tu deo es contriſtatus autore. Aut quid moleſtus tibi fui? Interpellationis iniuriam confitetur, ſi moleſtior æſtimata eſt: addit beneficia, quorum gratiam non erubuit, qui exiſtebat ingratus. In hac quoq; cauſa conſidera quomodo dominus ſe ipſi Dauid iudicandũ præbuit, vt vinceret. Dicit enim
2.Reg.12 Nathan: Hæc dicit dominus deus Iſrael, Ego vnxi te in regẽ ſuper Iſrael, & ego liberaui te de manu Saul, & dedi tibi omnia quę erãt domini tui: & vxores illius in ſinum tuum dedi, & dedi tibi domum ipſius Iſrael: & ſi pauca ſunt, adiiciã tibi. Et quare pro nihilo duxiſti dominum, vt faceres nequiter in conſpectu eius? Horũ cõ
memoratione conuentus cum videret inferiorẽ ſe eſſe, L
cum iudicat, ait: Peccaui domino. Ita iuſtificauit dominum, qui peccatum ſuum negare auſus nõ eſt. Poſſumus & ita accipere: Iuſtificat dominũ qui peccatũ fatetur. Deniq; in euãgelio habes: Quia publicani iuſti-
Luc.7. ficauerũt deum baptizati baptiſmo Ioannis. Baptiſta autem Ioannes baptiſmũ fecit pœnitẽtiæ. Qui autem agit pœnitentiam, delicta nõ abnuit. Ergo quia Dauid ſemper habebat delictũ ſuum cõtra ſe, vtiq; non negabat quod & erubeſcebat, nõ negabat quod & agnoſcebat. Non negando autem vtiq; commiſſi pœnitẽtiam gerebat erroris, atque ita confitendo delictum, iuſtificabat dominum, & ipſe iuſtificabatur a domino. Iuſtificatur enim dominus, dum eius prædicatur iuſtitia, et ab eo venia poſtulatur. Simul & ipſe iuſtificat confitẽtem, & iuſtificatur in ſermonibus ſuis, ſicut ſcriptũ eſt:
Eſa.45. Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris.

An mortalis originis inquinamentum in quo concipimur, parẽtum ſit, an prolis. Et quod prius incipiat in homine macula q̃ vita. Caput XI.

ECCE enim in iniquitatibus cõceptus ſum, Pſal.50.
& in delictis peperit me mater mea. Quis " Mi
tanto affectu agit pœnitẽtiam? Humi ſtratus iacuit fuſus in lachrymas, cibum nõ guſtauit, lauacro ſe abdicauit. Quid iam reliqua dicam, quod abſtinuerit ornatu & comitatu regio? Adiunxit confeſſionem iniquitatis ſuæ, & in perpetua ſecula toto cauendam orbe tranſmiſit. Ecce, inquit, in iniquita- "
tibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater "
mea. Auerte faciẽ tuam a peccatis meis, & omnes ini- "
quitates meas dele. Ne proiicias me a facie tua, & ſpiri- "
tum ſanctum tuum ne auferas a me. Libera me de ſan- "
guinibus de⁹ deus ſalutis meæ. Anteq; naſcimur, ma- "
culamur cõtagio: ante q̃ vſurã lucis, originis ipſius exci-
pimus iniuriam, in iniquitate concipimur. Non expreſſit vtrum parentum, an noſtris. Et in delictis generat vnumquenq; mater ſua. Nec hic declarauit vtrũ in delictis ſuis mater pariat, an iã ſint aliqua delicta naſcentis. Sed vide ne vtrumq; intelligendum ſit. Nec conceptus iniquitatis exors eſt, quoniam & parentes non carẽt lapſu. Et ſi nec vnius diei infans ſine peccato, multo magis illi materni cõceptus dies non ſine peccato ſunt. Concipimur ergo in peccato parentũ, & in delictis eorũ naſcimur. Sed & ipſe partus habet cõtagia ſua. Nec

A vnum tantũmodo habet ipſa natura contagium. Bonum quidem coniugium, ſancta copula, ſed tamen qui
1.Cor.7. habent vxores, ita ſint ac ſi nõ habentes. Ipſe thorus inquinatus, & nemo alterum fraudare debet, niſi forte ad tempus, vt vacent orationi: tamen ſecundũ Apoſtolum non vacat orationi qui eo tempore vſum corporeę illius conuentionis exercet: & mulieris mẽſtruatę coinquinatus eſt pannus, nec poteſt illis diebus purgationis ſuæ offerre ſacrificium. Et mulieris quę generauerit, dies partus, & pleriq; alii a ſacrificio ſeriati ſunt, donec legitimo ritu fœta mũdetur. Ideo in quo voluit
Hiere.1. dominus nulla huiuſmodi originis eſſe contagia, dicit illi dominus: Priuſq; te formarem in vtero matris tuę, noui te: & priuſq; exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in gentibus poſui te. Quis tantus, cui tam magna delata ſunt? Nũquid Hieremias? Sed non ille vtiq; in gentibus propheta propoſitus, ſed in Iudæa tunc tẽporis: nunc autem etiã in nationibus, quæ in Ieſum dominum crediderũt. Vide tamen ne illi dicatur, qui anteq; naſceretur ex virgine, iã dudũ erat, & erat ſemper, & operabatur in vtero Marię cõſtitutus, & ita ſanctus erat, vt ſanctificaret prophetas ſuos, in quo ſolo & conceptus virginalis & partus ſine vllo fuit mortalis originis inquinamento. Dignum etenim fuit vt qui nõ erat habiturus corporeæ peccatum prolapſionis, nullũ ſen-
B tiret generationis naturale contagiũ. Merito ergo Dauid flebiliter in ſe deplorauit ipſa inquinamẽta naturę, quod prius inciperet in homine macula quàm vita.

Quod confitẽti peccata ſua ſubito ſplendor veritatis effulgeat, & ipſe veritatem agnoſcat. Et quid ſit mũdari hyſſopo, atq; lauari. Caput XII.

DVM hæc dicit, & peccatorum ſpecialium atq; cõmunium colluuiem cõfitetur, ſubito ei ſplendor veritatis, & candor ſpiritalis effulſit. Supergreſſus enim vmbram ſpiritu prophetico ipſa vidit myſteriorũ ſacramenta cæleſtiũ, quorum typum Moyſes præfiguraui in lege. Vulneratus igitur charitatis vulnere, & indagãdæ captus veritatis cupiditate, in ſuperiora ſuæ mentis extendit intuitum: & in futura proſpiciens, theſauros ſapientiæ & ſciẽtię vidit i Chriſto, prędidit Baptiſmatis ſacramẽtũ,
" & miratus gratiã, exclamauit ſubito dicens: Ecce enim
" veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapiẽtiæ tuę ma-
" nifeſtaſti mihi. Non incerta myſteria, qa certa ſunt: nec
C incerta ſecreta & arcana ſapientiæ, ſed non manifeſta. Hoc enim ſignificat, quia nullis eſſẽt manifeſta. Quod
Eſaię.64. enim oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽdit, hoc preparauit deus diligentibus ſe. Vi-
1.Cor.2. dens igitur ea, dicit: Ecce iam nõ in vmbra, nec in figura, nec in typo, ſed in veritate lux aperta reſplẽdet. Ecce nunc veritatẽ aſpicio, ſplẽdorem veritatis agnoſco, nũc te maiori domine deus noſter veneror affectu. Ecce enĩ veritatem dilexiſti, non per ſpeculum, non in ænigmate, ſed facie ad faciẽ te mihi Chriſte demõſtraſti, in tuis te inuenio ſacramentis. Hæc ſunt tuæ vera ſacramenta ſapientiæ, quibus mentis occulta mundãtur. Itaq; iam lætus atq; ſecurus, quod vibraſſet ei ſapiẽtię plenitudo,
" dicit ad dominũ: Aſperges me hyſſopo, & mundabor:
" lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Bene & veteris teſtamenti ſacramenta non euacuat, & Euangelica docet myſteria preferenda. hyſſopo mundari ſecũdum legem poſtulat, lauari ſecũdum Euangelium cõcupiſcit: & ſupra niuem ſe exiſtimat, ſi lotus fuerit, dealbãdum. Per hyſſopi faſciculũ aſpergebatur agni ſanguine, qui mundari volebat typico baptiſmate. Lauatur autẽ, qui diluitur æterni fontis irriguo: & ſupra niuẽ dealbatur, cui culpa dimittitur. Deniq; de ipſa anima dicitur: Quę eſt hæc, quę aſcendit dealbata? anteq; baptizaretur ipſa eſt quę dicebat: Nigra ſum & decora filiæ Hieruſalem.

Erat enim nigra, tenebroſo peccatorum horrore deformis: ſed poſteaq; abluta per baptiſmũ remiſſionẽ meruit delictorũ, dealbata aſcẽdit ad Chriſtum. Inde & per
Eſaiæ.1. Eſaiam dominus locutus eſt dicens: Si fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, vt niuẽ dealbabo: id eſt, ſi cruẽta, ſi tetra, mundabo. Hæc eſt nix intelligibilis, de qua
Mat.17. ait quod dominꝰ Ieſu in Euãgelio refulſerint veſtimẽta ſicut nix: eo quod peccatum nõ cognouerit caro eius: quando ſe induit veniens in hunc mundũ, ab omni fuerat munda delicio. Quid miraris ſi vidit baptiſmatis ſacramenta? cũ ſupra dixerit, vbi deſcripſit paſſionẽ domini: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco
Pſal.22. paſcuæ ibi me collocauit, ſuper aquam refectionis educauit me. Et alibi: Vox domini ſuper aquas, deus maPſal.28.ieſtatis intonuit. Et de ipſo ſacramento plenius dixit:
Pſal.22. Paraſti in conſpectu meo mẽſam, impinguaſti in oleo caput meum, & poculum tuum inebrians, quàm præclarum eſt.

Quomodo dicãtur exultari oſſa humiliata propter peccatorũ remiſſionem. Et quomodo rogãdus ſit deus vt nos quidem reſpiciat, faciem autem ſuam a peccatis noſtris auertat ea delendo. Caput XIII.

MERITO ergo iſte quoq; exultans ait: Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiam, & exul- "
tabunt oſſa humiliata. Probaſti domine Ieſu quia nunq; verba tua præteriẽt. Probaſti E
illud euangelicũ quod dixiſti: Multi prophetæ & iuſti
Mat.13. voluerunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis. Ecce David ſolo lætatur auditu, qa futura eſſet peccatorum remiſſio: & prophetat quia exultabũt oſſa humiliata. Sicut omnia iuſti oſſa dicent, Domine, quis ſimilis tibi? ſic exultabũt oſſa humiliata. Humiliantes ſcilicet animam ſuam iuſti dicuntur, ergo oſſa virtutis dicãtur oſſa, velut quidã animi motus, vel animæ, qui motus humiliãtur peccatis, ſed exultãt gratiæ cæleſtis munere. Dicuntur & oſſa populi Eccleſiarũ. Vnde habes dictũ in pſalmo: Non eſt abſconditum os meũ, quæ
Pſal.138. feciſti in abſcondito. Os ſuum Eccleſiam dixit, & plebis deuotæ conuẽtus ſacros, quoniam ſumus membra corporis Chriſti de carne ipſius, & de oſſibus eius. Hoc igitur dicit, qua Eccleſia domini omnia opera diuina cognoſcet, & fidẽ reſurrectionis accipiet. Seqtur: Auer- "
te faciẽ tuã a peccatis meis, & omnes iniquitates meas "
dele. Vſitata eſt deprecatio, vt eos quos læſimus, obliuiſci offenſionis proprię poſtulemus. Moraliter ergo deum rogat Prophęta vt auertat faciẽ ſuam a peccatis F
eius, & tanq; obliuia peccatorũ eius aſſumat. Sed quia omnia ſpectat, & nihil eum pręterit, obliuiſci nõ poteſt: ſicut nos, quos breui interuallo tẽporis eorum quæ cognouerimus, memoria ſubterfugit. Ideo bene agit vt faciem ſuam auertat, nõ ab ipſo, ne deficiat deſtitutus: ſed a peccatis, vt vires nõ poſſint habere peccata ipſius. Quos enim aſpicit dominus, illuminat: & in vultu domini pietas atq; indulgentia eſt. Ideoq; hic ipſe ait: De
Pſal.16. vultu tuo iudiciũ meũ prodeat. De vultu enim domini venia, nõ pœna pcedit. Rogãdus eſt ergo vt nos aſpiciat, auertat autem faciem ſuã a peccatis noſtris, vt deleat ea. Quæ enim nõ aſpicit, delet: & quę deleuerit, ea a memoria ſepeliẽtur, ſicut ipſe dominus ait: Ego ſum
Eſaię.43. ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero: tu autẽ memor eſto, & iudicemur. Peccatũ autem aut donatur, aut delet, aut tegitur. Donatur per gratiã, deletur per ſanguinem crucis, tegitur per charitatem. Similiter & iniquitas, quę æſtimatur habitudo mẽtis iniuſtæ: licet Ioãnes in Epiſtola eum qui fecerit peccatũ, & iniquitatem feciſſe dixerit, ſicut habemus ſcriptum:
1.Ioan.3. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit. Peccatum eſt iniquitas, quia in peccato ipſo iniquitas eſt. Tamen vt nobis videtur, omne peccatũ eſt inigtas: iniqui-

Gtas autem operatrix culpæ aut delicti. Plus est ergo vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix & seminarium peccatorū: mala tollatur radix, ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatū genera tollantur. Itaq; quēadmodum intrans in animam sapientis disciplina, imprudentia tollit, & scientia ignorātiā, sic perfecta virtus iniquitatem, & remissio peccatorū delet omne peccatū. Vnde prædicare Apostolus ait:
Col.2. Quia donauit nobis peccata dominus Iesus, delēs chirographū decreti, quod erat cōtrarium nobis, & ipsum inquit, de medio tulit, affigens illud cruci. Deleuit sanguine suo atramentum Euæ, deleuit obligationē hæreditatis obnoxiæ. Fides igitur peccatum minuit. Et ideo dominus dimittens peccata dicebat: Fiat tibi secundum fidem tuam.

De postulatione Prophetæ vt cor mundū sibi creet. Et quomodo in eo in quo cor mundū est, innouetur in eius interioribus spiritus eius. Quomodo etiam peccator proiiciatur a facie dei. Caput XIIII.

» OR mundū crea in me deus, & spiritū rectum innoua in visceribus meis. Superius mūdari ab occultis se petit, hic postulat cor mundū creari sibi, quod ei prouenit q renouatur spiritu. In nouo enī homine cor mūdū est, in quo veterū delictorum fuerit deleta colluuies, nec inscripta māserit aliqua iniquitatis effigies. Grāde autē munus, cordis esse mūdi. Vnde pulchre Salomon: Quis gloriabitur castū se habere cor? Et dns in Euāgelio: Beati
Mat.5. mūdo corde, ipsi enī deū videbunt. Propterea etiam Dauid cor mūdum habere cupiebat, ne a facie domini proiiceretur. In quo autem cor mundū est, innouatur in eius interioribus spiritus. Viscera enim velut interiora sunt corporis, ita sunt & intelligibilia viscera animę, vt sunt viscera misericordiæ, vt sūt interiora quæ benedi-
Psal.102. cūt dām, de quibus ait: Benedic anima mea dominū, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Viscera autem animę adinuentiones sensuum sunt, bonę cogitationis studia, virtutū perseuerātia, postremo illę quę græce εὐνομίαι dicūtur. Rectus autē spiritus, qui bene dirigit, qui deducit in viam rectam, hic est spiritus veritatis, vel certe recta hominis conscientia nullis inflexa peccatis, vel spirit? q in homine est. Nō prętermisimus
I quid alii sentiant, tamē nobis videtur quoniam de mysteriis dicit lectio, & futuræ gratia renouationis exprimitur, spirituq; sancti infusio postulatur. Deniq; sequi-
» tur: Ne proiicias me a facie tua, & spiritum sanctū tuū
» ne auferas a me. Si quis nos offenderit seruulorū, auertere ab eo vultus solemus. Pleriq; autem diutū amādare consueruntmācipia sua, & per agellulos relegare. & hæc pœna grauior æstimatur. Deniq; solent magis se offerre verberib?. Si apud homines hoc graue ducitur, quanto magis apud dominum deū nostrū? Quasi non hinc dolor parricidalis, reprimendus quidem si qua eum pietas tentare potuisset, eruperit, quod faciē suam deus a Cain munerib? auertit, respexit autē super munera Abel. Itaq; tacito vultu alterum innocentem pronunciauit, alterū peccatorē. Ergo quasi vltimus seruus humiliat se: & quasi in peccato deprehensus, & offensæ reus, obsecrat vt flagelletur potius, q̄ proiiciatur a facie
Mat.25. domini. Quomodo proiiciat deus a facie sua, audi dicētem: Tollite illum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Qui non emendatur a facie eius, in tenebris constituitur. Ideo iustus ne tenebras patiatur,
Psal.26. ait: Vultum tuum domine requirā. Vbi enim domi-
Psal.108. ni vultus, ibi lumē est, sicut scriptum est: Faciem tuam illumina super seruū tuum. Deniq; vbi primū intuitus Petrum vidit, & illuminauit. Grāde igitur supplicium proiici a facie dei. Proiectus est Adam de paradiso, nec immerito, ipse enī ante se abscōderat a facie dei. Exiuit & Cain a facie dei, non solū post parricidale cōmissum, sed etiam postq̄ deum putauit esse fallēdum, vt crimen negaret. Peccator igitur excludit? a facie dei, iustus aūt dicit: Ecce ego. Deniq; ipse Dauid cum videret interire populū, semetipsum obtulit, dicens: Ego sum, ego pec- 2.reg.24.
cauī, & ego pastor male feci. & ficta domini mitigata est, & venia donata. Simul ostēdit qa sancti permanēt, criminosi proiiciuntur. Ideoq; seruanda est nobis gratia spiritalis, ne propter peccata nostra auferatur a nobis. Non enim proiicitur in quo spiritus sanctus est, sed inoffenso muneris sui fructu studet se domino semper offerre, sicut ille qui dicenti domino, Nūquid & vos vul- Ioan.6.
tis discedere? respondit: Ad quem ibimus? Verba vitę æternæ habes, & nos credimus. Simul illud considerādum, quia non auferturspiritus nisi domini voluntate, sicut non datur nisi domini voluntate. Qui vtiq; cū datur, non quasi coactus operatur, sed pro sua volūtate di- 1.Cor.12.
uiditur, sicut scriptum est dicente Apostolo: Hæc autē omnia operatur vnus atq; idē spiritus, dīuidens singulis prout vult. Cū igitur non auferatur nisi domini voluntate, apparet quia vna trinitatis voluntas est.

De lætitia salutaris, quæ redditur naturę rationabili. Et quis dicatur spiritus principalis. Cap. XV.

« EDDE mihi lętitiā salutaris tui, & spiritu
« principali confirma me. Cui debetur & red-
« ditur? Redditur rationabili naturæ lætitia
salutaris. Lætitia autē & gaudiū fructus est Gala.5.
spiritus. Firmamentū quoq; nostrū spiritus principalis est. Deniq; is qui principali cōfirmat spiritu, nō est obnoxi? seruituti, nescit seruire peccato, nescit fluitare, nescit errare, nec studio nutat incertus, sed firmatus in pe-
tra solido stabilitur vestigio. Quem putamus dici spi- L
ritum principalē? Pleriq; spiritū rectū ad dominum referunt Iesum, qui peccatum mūdi abstulit, & omne hominū genus sui sanguinis effusione renouauit: & ideo
« dictum est, Spiritū rectum innoua in visceribus meis.
« Spiritū autem sanctū, de quo dicit, Et spiritū sanctū tuū
ne auferas a me, spiritū intelligunt veritatis: spiritum vero principalem deum patrem arbitrantur. Quā moraliter autem ait: Ne proiicias me a facie tua. Fideliter
« timet auferri sibi quā acceperat gratiā. Ideoq; alibi ait:
Oculi mei semper ad dominū. Et in posterioribus: Ec- Psal.24.
ce sicut oculi seruorum in manibus dominorū suorum, Psal.122.
& sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrū, donec misereatur M
nobis. Certe hic est spiritus, autor & princeps, qui regat mentē, cōfirmet affectum, quo velit trahat, in superiorē vitam dirigat. Sunt & qui acceperint spiritū hominis, 1.Cor.2.
qui in ipso est. Ideo ait Apostolus: Quis enim scit hominum quæ hominis sunt, nisi spiritus qui in ipso est? Qui potest scire omnia, quem hominis occulta nō fallunt, potest in homine habere principatum.

Quod ille magnus sit fidei zelator, q correctus a peccatis docet etiam iniquos vt se conuertant. Et quid sit liberari a sanguinibus. Caput XVI.

« DOCEBO iniquos vias tuas, & impii ad te
« conuertētur. Ille præcipuus est gubernator,
« qui scopuloso in littore nauim gubernat. Ille
doctor bonus, q duriora acuit ingenia ad eruditionis profectū. Ille bellator egregius, dux mirabilis, qui timidiores accēdit in prælium, & exploratis locorū fulcit ingeniis, vt infirma virtū cōmoda statiōis opportunitate cōpenset. Ille similiter magnus etiā fidei zela-
« tor, qui iniquos docet. Vnde pulchre ait: Docebo ini-
quos. Nō dixit, Docebo iustos. nouerūt enim iusti vias dñi, sed iniquos inquit docebo. Deniq; autor prudētiæ & magister omnium dicit: Non veni iustos vocare, sed Mat.9.

A peccatores. Et medicus ille cęlestis, Non opus est sanis inquit, medicus, sed infirmis. Siue igitē ex persona illi? qui gentes vocauit, siue ex sua, bene posuit: Docebo iniquos vias tuas, quia cōmutare vitiosos affectus potest, propositumq; conuertere doctrina cælestis: & operatio diuina sacrilegis pectoribus studia pietatis infundere, vt hi qui sine lege viuebant, conuertantur ad dominū. Verum qui ante auertebantur, regalis quoq; exemplo pœnitentiæ, qui iniquitates & acerba exercent flagitia, corrigātur: & fide atq; opere conuersi, doctrinæ remediū salutaris accipiant, ingrediātur domini vias, in quibus nullos erroris anfract?, nulla diuerticula prępcipitis prolapsionis offendant. Sicut enim bonæ vitæ specimen & virtutis exemplar in iis viris est, qui inoffensa vitæ suæ tempora percurrerint, ita qui anteactis renunciātes flagitiis vel incredulitatis erroribus emēdauerint cursū posterioris ætatis, his ad imitādum propositi sunt qui
» vel opere vel cognitione labūtur. Sequitur: Libera me
» de sanguinib? deus deus salutis meę. Et ad Vriæ mortem potest referri, quod mandatæ necis eius conscius, veniā tāti poscat admissi. Et quāuis rex legibus absolutus, fuę tamen reus sit conscientiæ. Quibus vinculis se enodari desiderans, diuinum sibi precatur auxilium, vt ab omni criminis perpetrati labe mundetur. Et reuera cum mitis & corde mansuetus egregia semper dederit
B sanctus Propheta suæ mansuetudinis & pietatis insignia, ita vt aduersariis suis frequenter ignouerit, atq; ab eorum nece putauerit abstinendum, nō est mirū quod tam grauiter doleat fundēdi sanguinis innoxii sibi obrepsisse peccatum. Ideo liberari se a sanguinib?, hoc est a peccatis mortalibus postulauit. Laudauit dominum deum suum, iustitiam domini prædicauit. Ideoq; addi-
» dit: Exultauit lingua mea iustitiam tuam.

Quod os peccatoris deus claudat, ne loquatur iustitias eius: illius autem labia aperiat, qui accipit verbum in apertione oris sui. Et quale sacrificium deus eligat. Qui etiam dicantur muri Hierusalem, & quid sit sacrificium iustitiæ. Caput XVII.

» DOMINE labia mea aperies, & os meum
» annunciabit laudem tuam. Qui enim laudat dominū, ab inimicis suis erit saluus, vt scriptū est. Et certe supra dixerat in quadragesimonono psalmo: Peccatori autem dixit deus, quare tu enarras iustitias meas? Cū ergo per os suum dixerit quod peccatorem prohibuerit deus suas enarrare
C iustitias, vtiq; ipse enarrando iustitiā dei, declarauit cōmissum hoc nequaquā sibi imputatū esse peccatum. Et
» addidit: Labia mea aperies, & os meum annunciabit
» laudem tuam. Os peccatoris deus claudit, ne loquatur iustitias dei: iusti aperit vt loquatur. Cuius igitur labia aperit, huīc peccati absoluit reatu. Illius autem aperit labia dominus, qui accipit verbum in apertione oris sui.
Col.4. Vnde & Apostolus petit se adiuuari orationibus plebis, vt aperiatur sibi ostium verbi ad loquēdum mysterium Christi. Linguam vero pro sermone accipimus eius qui exultat in dei laudib?. Vnde & illud sic æstimatur: Lingua mea calamus scribę velociter scribētis, sermo infusus Prophetæ. Quod si ex persona Christi dictum accipimus, vide ne scriba sit velociter scribens verbum dei, quod animæ viscera percurrat & penetret, & inscribat in ea vel naturæ dona vel gratiæ. Lingua autem sit sanctum illud ornatū corpus ex virgine, quo vacuata sunt venena serpentis, & Euangelii opera toto orbe celebranda decursa sunt. Accedit ad euacuandum peccatum, quod humilitatē susceptt. Contriuit cor suū, quod magis sacrificiū domini elegit q̄ holocausta pro
Psal.39. peccatis, quæ secundum legem offerri solebant. Deniq; supra ait: Holocausta & pro peccato non postulasti, tūc dixi: Ecce venio. id est, nō rapinam arbitratus esse me æqualem deo venio formam serui accipiens: venio in D
specie susceptionis humanæ, in veritate crucis mortis humilitatis obedientiam probaturus, vt inobedientia deleatur. Merito ergo & hic dicit: Quoniam si voluis- «
ses sacrificium, dedissem vtiq;, holocaustis non delecta- «
beris. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor cōtri- «
tum & humiliatum deus non spernit. Et sicut supra di- «
xi, certū est mysterio conuenire quod ipse dominus Iesus videtur hic quoq; ex sua persona loqui, qui superius illud personæ suæ euidenti testificatione deprompsit. Ipse enim verus Dauid manu fortis, ver? humilis atq; mansuetus, primus & nouissimus: æternitate primus, humilitate vltimus: per cuius obediētiam humani generis culpa deleta, refusa iustitia est. Ipse inquam Iesus vmbrę finis & legis, aduenit humilitatis magister, docere superbos sensu, & tumore cordis inflatos, ad mansuetudinem & simplicitatem esse migrandū. Quomodo igitur in typo eius mysterii peccatum imputari potest, cum in ipso mysterio sit remissio peccatorum? nisi forte ideo Dauid iniquitatem suam, peccatumq; cōfessus est eius admissi, vt & ipe ad remissionem peccati, & gratiam mysterii pertineret. Nam quid sibi vult quod vir peccatum suum confitens, de Sion & Hierusalem E
psallit, dicens: Bene fac domine in bona voluntate tua «
Sion, & ędificentur muri Hierusalem? nisi quia accele- «
rari ei placet Ecclesiæ congregationem per vocationē gentium: quæ non ancillæ filii, sed liberæ Hierusalem illius quę in cælo est, fidei suę profapiā toto orbe diffūderet, & spiritalium septa murorum doctrinæ apostolicæ fundaret assertione. Muri itaq; Hierusalem fidei propugnacula, disputationum munimenta, virtutum culmina sunt. Muri Hierusalem Ecclesiarum conuen- Cantic.8.
tus sunt toto orbe fundati. Ecclesia enim dicit: Ego murus, & vbera mea turris. Et bene muri Hierusalē Ecclesiarum conuēticula, quoniam quisq; bona fide atq; opere ingreditur Ecclesiam, fit supernę illius ciuis & incola ciuitatis quę descendit de cælo. Hos muros lapidū ędificat structura viuorum. Vnde magis igitur Hierusalē veram & Sion dixit, cū dixerit: In volūtate tua Hieru- «
salem & Sion. Tūc acceptabis sacrificium iustitiæ, hoc «
est sacrificium corporis Christi, qui ait cum de propria passiōe loqueretur: Aperite mihi portas iustitiæ, & in- Psal.117.
gressus in eas confitebor domino. Et in Euangelio ait ad Ioannem: Sine modo. sic enim oportet nos implere Mat.3.
omnem iustitiam. Et infra: Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam. Iustitia Christus est. Sacrifi- F
cium ergo Christi acceptabile futurū patri asserit. Hoc est ergo de quo & supra ait: Sacrificate sacrificiū iusti- Psalm.4.
tiæ, & sperate i domino. hæc est iustitia spiritalis, oblatio & holocaustum ferentis deuotionis, & infusionis spiritus sancti, quod dicit futurum, cum ad illud spiritale domini altare cœperint admoueri animæ credentium, quæ renunciantes voluptatibus atq; deliciis, tanq̄ aratrū in visceribus suis ducant, vt fructus possint ferre pię culturæ. Vel certe ita, cū benedixeris Ecclesiā ex gētibus acquisitā, & spiritale sacrificiū iustitiæ cœperit frequētari, tūc & martyres sancti, qui suū pro Christo corpus obtulerint exarādū, tanq̄ vituli sacris altarib? offerētur, sicut in Apocalypsi Ioannis scriptū inuenimus quia sub altari erant animæ eorū qui pro domini Iesu Apoca.6.
nomine corpora sua obtulerūt martyrio, vt Christi sibi gratiam mercarentur: cui est honor & gloria, laus perpetua cum deo patre & spiritu sancto a seculis & nūc & semper & in omnia secula seculorum. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE SALOMONE.

De inductione admirationis qd sapientissimus omniū hominum Salomon propheta proposuerit tria im-

G possibilia esse quæ scire non posset, & quartũ adhuc esse quod non valeret agnoscere, cum tam locuples possessor sapientiæ fuerit, vt omnia cognouisse, visus sit. Et de istius admirationis solutione. Cap. I.
De repetitione superius propositorũ, & apertione mysterii absc̃diti in primo qđ Salomon testatus est se scire nõ posse, videlicet vestigia aglę volãtis. Ca.II.
De expositione mysterii quod in secundo impossibili ad sciendum occultatur, vias scilicet serpentis super petram. Caput III.
Quid mystice significetur per tertiũ impossibile quod Salomon se scire nõ posse dixit, id est semitas nauis nauigantis. Caput IIII.
De mysterio quarti, viarũ scilicet viri in iuuẽtute, quod Salomon se nõ valere cognoscere asserũt. Cap. V.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPI-SCOPI DE SALOMONE LIBER VNVS.

De inductione admiratiõis qđ sapiẽtissimus omniũ hominum Salomõ propheta proposuerit tria impossibilia esse quæ scire non posset, & quartum adhuc esse quod nõ valeret agnoscere, cum tam locuples possessor
H sapiẽtię fuerit, vt omnia cognouisse visus sit. Et de istius admirationis solutione. Caput I.

MIRVM SATIS EST dilectissimi fratres, qđ in hoc capitulo sapiẽtissim⁹ omniũ hominum Salomõ propheta proposuit tria impossibilia esse quæ scire nõ posset, quartũ adhuc esse quod non valeret agnoscere: Vestigia aglæ volãtis, Vias serpẽtis super petrã, Et semitas nauis nauigantis, Et vias viri in iuuentute. Hęc se nescire testatur ille propheta Salomon: qui vt primum transactis infantiæ rudimẽtis annos iuuẽtutis ingressus est, in quibus posita adhuc infirma ætas, quem cursum vitæ deligat, nutat incerta: nihil aliud a deo quàm sapientiam postulauit, inter ipsa, vt dixi, vitæ tentamẽta iã sapiẽs, qui in delectione rerũ quod omnibus præiret elegit. Sic enim ipse in libro Sapientiæ suę se dominum omnipotentem deprecatũ fuisse cõmemorat: Da mihi, inquit,
I Sapiẽ. 7 &. 9. sedium tuarum assistricem sapientiam, vt sciam dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorũ, initium & consummationem & medietatem omnium rerum, diuisiones & mutatiões temporum, anni cursus, & dispositiões stellarũ, naturas animalium, & iras bestiarũ, vim ventorum, & cogitationes hominum, differẽtias arborũ, & virtutes radicũ. Omniũ enim artifex, ait, docuit me sapientia. Et alibi ipse in eodem libro: Inuocaui, inquit, & venit in me spiritus sapientiæ. Et quidem
Sapiẽ. 7. dilectissimi fratres, quod tam locuples possessor sapientiæ Salomon, cũ omnia cognouisset quę in arcanis abditarum dispositionũ tenebantur absc̃onsa, hæc sibi impossibilia esse prætendit: quippe qui a deo esset sapientiã consecutus, qui nouerat mundanæ dispositionis introitum, qualiter esset hoc cælũ omne quod cernimus, ardua sublimitate susp̃sum, quemadmodũ fieret aeris istius circũiect⁹ & susus æquo moderamine libratus in medio, quibus modis pigro ad imum dilapsa pondere terra subsisteret, qua ratiõe intra certas littorum metas liquidi elemẽti impatiẽs fluctus lapsus exæstuet, quod principium rerum, quis finis, & quę essent media colle: Quem iterum diuisiones & mutationes temporũ non latebant, qui comprehenderat qualiter sibi annorũ mu- k
tua vicissitudo redeũte orbe succederet cursus, prec̃edẽdo se nõnunquã, aut subito subsequẽdo, vnde earũ esset ortus aut obitus, & alia multa quæ sapiẽtia docẽte cognouerat: Mirũ quod ista quæ sibi impossibilia esse dicit, aut scire non potuit, aut videre. Sed quia omnia quæ in libris diuinis prophetarũ annũciatione cõgesta sunt, suis sunt temporibus reseruata, merito Salomon ante aduentũ domini nostri Iesu Christi, quid aquila volãs, quid serpẽs in petrã, quid nauis nauigans, quæ inueniã via in iuuentute esset, scire non potuit. Adhuc non erat tempus quo vmbra corpus fieret, aut veritas de figura. Nobis vero, quibus dñs noster Iesus Christus ostẽdit quod omnia de ipso essent in lege cõscripta, quibus aut nihil est occultũ quod nõ reueletur, & posteaquã signatum illũ septem sigillis librũ nemo alter potuit reserare quã Christus, permissum & indultũ est nobis vt omnia
Mat. 11. & videre possimus, & nosse, sicut ipse dñs ait: Pater qui absc̃ondisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis.
Lucæ. 8. Et iterum: Vobis, inquit, permissum est scire mysteriũ hoc. Quę ideo retuli, vt non tam Salomonẽ quod non potuisset scire, reprehenderim, quàm non fuisse temporis vt sciret.

De repetitione superius propositorum, & apertione mysterii absc̃oditi in primo qđ Salomon testatus est se scire non posse, videlicet vestigia aquilę volãtis. Ca. II.

SED iam ne proposita lectio diutius differatur, pauca vobis quæ ita in quæstionem veniũt, propitio deo nostro cogitaui exponere.
« puer. 30 Tria sunt, inquit, impossibilia scire, & quar« tũ quod non agnosco: Vestigia aquilę volantis, & vias « serpentis super petram, & semitas nauis nauigantis, & « vias viri in iuuentute. Quis enim vnquam dilectissimi fratres potuit ista cognoscere, quasi vero sit facile vt suspensa aquila in altum celeri elatione pennarum, plaL
ustus sui & lapsus vestigia manifesta cõstituat, aut viam signet in vacuo, & lineam sui volatus ducat, figat in liquido? Quis cursum nauis deprehendat in fluctibus? Quis indiciũ eius, per quos aggeres & limites feratur, intelligat? Crebra semper & iquieta mutatio, dũ vndis sequacib⁹ aut obruitur quod præcessit, aut opprimitur quod secutũ est. Quis in petra signum aliquod serpentis agnouit, cũ & materia sit dura saxorũ, & lubrica natura serpentũ? Aut quomodo possunt vię viri in iuuẽtute cognosci, qui vnde veniat, & quo eat, nõ potest deprehendi? Hæc sunt quę sapientissimus Salomon propheta dixit se non posse cognoscere. Nunc ergo de singulis reb⁹ istis quid dicamus, audite. Aquilam in hoc loco Christum dominum nostrum debemus accipere, qui post venerandam resurrectionẽ, qua docuit humanum genus in vitã redire posse post mortẽ, velut aqui-
M la reuolauit ad patrem, prædam secum referens: id est, hominem quem rapuerat de faucibus inimici. Hęc est aquila quam Ezechiel propheta in illã quadriformem fedẽ, & Cherubim vidisse se retulit inter animalia, quæ mysticum vehiculum rotis iuncta portabant. Vnum enim animal simile vituli, aliud leonis, tertium hominis, quartum aquilę, sicut in Apocalypsi Ioannes se vidisse conscripsit. Primum, inquit, animal simile vituli, secũdum leonis, tertiũ hominis, & quartũ aquilæ. Sed de hac animaliũ æqualitate alter locus ad tractandum necessarius est. Nunc interim quod cœpimus, explice-
Pfal. 56. mus. Hæc est aquila de qua scriptum est: Sicut aquila tegit nidum suum, id est, Christus Ecclesiam. Et iterũ
Pfal. 102. inquit: In vmbra alarũ tuarũ sperabo. Et iterũ: Renouabitur sicut aquilę iuuentus tua. Nã vt aquila colona, quasi ita mater nidi semper vnius est, nec ad procreandam sobolem aliud aliquãdo cubile perquirit, & cũ primum calidis ouis maturo ortu fœt⁹ erupẽrit interior,

A pullos educit implumes: hos contra faciem feruidi Solis opponit, vt qui ægram & inualidam corusco radiorum appulsu aciem submiserit oculorũ, materno damnatus arbitrio, & a fratrũ cõsortio separetur, & deiciat in terram. Et sicut auis ista inimica serpẽtum est, quos cum in aere alarũ remigio subuectãdo supportat, hos obunco rostro, & armatis quasi quibusdã telis pedibus suis lacerat ac diuellit: quos cum deuorat, calore suo interno noxiũ illud virus extinguit: Ita ergo & Christus dominus vnam diligit Ecclesiã, vt aquila nidum suũ, quam ab æstu persecutionis alarum suarum defendit vmbraculo. Sic quoq; extra Ecclesiã proiicit in quibus fidei lumen infirmum est, qui igneam Euangeliorum lucem vitiis secularibus inquinati ferre non possunt. Et vt aquila serpentes deuorat, & eorũ venena calore coquit interno, ita & Christus dominus noster percusso dracone, id est diabolo lacerato, dum humanũ sibi corpus assumit, peccatum illud quod hominẽ tenebat obnoxiũ, tanq̃ pernicios̃um virus extinxit, sicut Apos̃to-
Roma. 8. lus ait: Et de peccato damnauit peccatum in carne sua.
2. Cor. 5. Et alibi: Qui cum peccator non esset, pro nobis pecca-
Num. 21. tum fecit. Ad hoc quoq; Moyses serpentem æreum in eremo susp̃endit in ligno, qui proprius erat typus corporis Christi, vt quicũq; in eũ aspiceret, nõ periret. Corpus enim hominis per transgressionem vas fuerat serpẽtis
Exod. 4. effectum. Sic & alibi ipse Moyses virgã proiicit in terram, quæ in similitudinem est corporata serpentis, quę & ipsa imago erat corporis domini: ideo omniũ Ęgyptiorum potestatem is, quia tãtæ virtutis in se typum gerebat, absorbuit. Hoc est ergo qđ ait, Vestigia aqui-
B lę volantis: quia etsi post passionem & resurrectionem suam p̃sentibus apostolis dominus noster ascendit in cælum, tamen cuius hominis tam altus sensus & tantus est, vt explicare possit quomodo illa tanta maiestas de cælo aut venire dignata fuerat, aut redire? cum hoc solum nobis scire liceat, quod aut venit aut rediit. Quis enim cognoscere potest quemadmodũ verbum in virginem venerit, vt repente conciperet, vt tam felicẽ fœtum partus virginalis effũderet, vt hominem deus indueret, quem totus mundus non potest nec sufferre nec caperet? Id est quod ait vestigia aquilæ volantis, id est, Christi domini aduenientis ad terram, ac redeuntis ad cœlos, vestigia comprehẽdi enarrariq; non posse.

De expositione mysterii quod in secundo impossibili ad sciendum occultatur, vias scilicet serpentis super petram. Caput III.

IT vias, inquit, serpentis super petram. Dixi iam charitati vestræ, quod in vos is labens membris nitidus & volubilis coluber tractibus suis vestigiũ aliquod in petra, quia res
C est dura, non faciat. Indiciũ enim mõstri huius non nisi molli scriptura signatur in pulucre. Nũc ergo videam? quid sit iste serpens, aut quę petra in qua serpẽtis vestigium non apparet. Hanc petram dominum nostrum esse ambigere non debemus. Sic enim Apostolus ait:
1. Cor. 10. Bibebant autem de spiritali sequẽti petra, petra autem
Psal. 60. erat Christus. Et Psalmographus: In petra, inqt, exal-
Deut. 32. tasti me. Et Moyses in cantico Deuteronomii: Lactauit eos mel ex petra, & oleum de solida petra, id est, q̃ dulcem corporis sui esset Euangelii suauitatem, aut spiritum sanctum per chrismatis vnctionem. Et alibi ait:
Psal. 136. Beatus qui tenet & allidit infantes suos ad petrã. quod vtiq; in religiosis parricidium erat, si petra ista figuram Christi corporis nõ haberet. Nemo enim beatus in funere est, qui infantes suos allidit ad petrã: sed ideo beatus est, quod illos cõiungit ad petram. Dixi ergo petrã dominum & saluatorem nostrũ in scripturis omnibus inueniri. Serpẽs autem ex ipso nomine quod sit diabolus apparet, sicut callidior omnium bestiarum quę sunt
D super terrã, id est diabolus: qui ideo serpẽs dicitur, quod occulte serpat, et quod sensus hominis tenuiter inlabẽdo pertentat: quos si cõsenserit, medullis se hominũ atq; ossib⁹ implicat & immergit. Qui in corpore hominis quod omnipotens Christus deus induerat, nulla malitiæ suæ potuit imprimere vestigia, quãuis illud ausus fuerit sæpe tentare, sicut ipse dominus in Euãgelio ait:
Ioan. 14. Ecce venit princeps mũdi, & nihil in me inuenit. Et alibi: Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis
Psal. 88. non nocebit eum. Hæc est ergo petra, id est caro Christi, nulla inimici iniquitate resperſa, in qua serpentis id est peccati alicuius vestigium nõ apparet, vt scriptum
1. Petri. 2. est: Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.

Quid mystice significetur per tertium impossibile quod Salomon se scire nõ posse dixit, id est semitas nauis nauigantis. Caput IIII.

ADHVC quid subiũgat, audite. Et semitas « puer. 30
inquit, nauis nauigantis. Nauẽ adæque Ec- «
clesiã debemus accipere in salo mundi istius constitutã, quę crebris vẽtorũ fluctibus, id est
tẽtationũ plagis & verberib⁹ fatigatur: quã turbidi fluctus, id est, huiꝰ seculi potestas conaꝰ ad saxa perducere. Quę etsi vndarũ fluctib⁹ aut procellis sæpe vexatur, tamen nunq̃ potest sustinere naufragium, quia in arboE
re eius, id est in cruce Christus erigitur. In puppi pater residet gubernator, Proram paracletus seruat spiritus. Hanc per angusta huius mundi freta duodeni in portũ remiges ducũt, id est duodecim apostoli, & similis numerus Prophetarum. Inde Mõtani ætatu falsi carminis resonãt, qui duab⁹ fœminis prophetissis Priscillæ & Maximillę tanq̃ alicuius scyllę rabidis succinctus est canibus. In ista naue ecclesię ea feliciter pręteri-
mus. Inde in Fotinianam charybdim non incidimus. Inde nullo modo in illud barathrum, quasi Dathan & Abiron, id est in profundum mortis Vrsacii & Valẽtis nõ incurrimus. Inde Arrium archipiratam, qui nos per mare seculi ad instar Pharaonis insequitur, non timemus, illam stellã seruantes in cælo quæ magos perduxit ad Christum, per quã nos regnum dei, qui malorum omnium futurus est port⁹, expectat. Inde nunq̃
nos de hac naui Ecclesiæ præcipitatus Marcion cetus ille absorbuit. Inde Sabellius pirata non cepit. Inde nobis aquilo nocere non poterit, quãuis inde sint antichrisHiere. 1.
sti violenta flabra vẽtura, sicut scriptum est: Ex aquilone exardescent mala. Inde syrtes gẽtilium, & periculoF
sas hæreses, & scopulos euitamus, quos superiacẽs aquę tenuis occultat allapsus, quia hæretici sub prætextu nominis Christiani absconsa perfidiæ saxa fallaci cõfessione oris obducunt, in quæ homines, dũ illis quod Christiani sint fides adhibetur, impingunt. Hæc ergo nauis ecclesia est, quæ etsi quotidie seculũ istud tanq̃ aliquod pelagus fortitur infestum, nunq̃ eliditur ad saxum, nec mergitur ad profundum. Nauem autem Ecclesiã esse diuinis testimoniis approbamus, sicut ait: Illic transierunt naues tharsis. Et alibi: Aduersus omnem nauẽ maris, quia sũt Ecclesiæ seculi, quæ totã sibi spem quod fit in hoc tẽpore, nõ tam de deo q̃ de potestatibus huius seculi repromittũt. Sed quod ait, Vias nauis nauigãtis, proprie significat quod in tẽpore miro modo persecutionis comprehendi omnino non posset. Quẽadmodum viuida per interitũ & diues per damna reddatur,
Psalm. 4. sicut ait ex persona ipsius Psalmographus: In tribulatione dilatasti me. Quæ ob hoc multis in locis subito aut soli comparatur aut lunæ, quę etsi tunditur, nõ mouetur: et si moueatur, resurgit.

De mysterio quarti, viarũ scilicet viri in iuuentute, qđ Salomon se nõ valere cognoscere asserũt. Ca. V.

G T vias, ait, viri in iuuētute. Vir iste, Christus dominus noster est, sicut in Actibus a-
Actuū.2. postolorum scriptū est: Viri Israelitę audite hæc verba, Iesum Nazarenum virum à deo electum, in vobis virtutibus & signis & portentis
Ephes.4. approbatum. Et Apostolus: Vt omnes in virum perfectum occurrere possimus in mēsurā corporis Christi.
2.Cor.11 Et alibi: Destinaui vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Hic est vir cuius viæ cognosci a iuuentute non possunt. Quis enim æstimare animo possit aut capere quanta ille opere exercuerit cum secundum hominē moraretur in terris? Quę itinera virtutū duxerit, in quas vias beneficiorum circa humanū genus fuerit ingressus, dum claudis pedum restituit firmitatem, dū cæcis lumina amissa reddit, aut imponit cognita, dum eloquium prestat mutis, & surdis insinuat auditū, dum largum in sanguine fluxum siccat in Martha, dum dęmones pellit ex Maria, dū corpus rediuiui spiritus calore constringit, & quod mors sibi vindicauerat ad pœnam, lux denuo recepit ad vitā? Quid ille solidus gressus in fluctibus? quid reliquiæ de paucis panibus? plus superesse saturata multitudine q̃ fuisse? Quid inopem in vino Galilęi coniugis apparatum, sed domini operibus preciosum? Et alia multa, sicut in Euangelio dictū est: quæ si omnia scripta essent, mundus ea capere non posset. Aut quid postremo descēsus ad iferos, aut ascēsus ad cælum? Quid illud quod in passione ipsius inte-
H grani lucis consuetudinem sol habere non potuit, vt taceam ruptum velū, lapidem reuolutum? Hæ ergo viæ sunt in iuuentute, quas nō tā deprehendere Propheta, q̃ enarrare se non posse testatus est. Tales hic etiā dicit vias meretricis, quæ postea quàm abluta est, dicit se nihil mali fecisse. Meretrix ista Ecclesię typus est, aliquādo in gentibus constituta, idolorū cultibus vitiata, quā vanæ superstitionis stupra polluerant, quam falsorum deorum adulteram fecerat multitudo: lasciuosq; ac turpes incompositis motibus saltus nemorū & lucorū inculta lustrabat, dedita luxuriæ, pompæ gentilium mācipata. Hāc posteaquā dominus noster Iesus Christus puro baptismatis fonte perfudit, ablutionē & criminis accipit & nominis per gratiam fidei. Post meretricem fit virgo, quia vni se destinauit sponso. Nā & Raab illa meretrix Hierichūtis, quæ speculatores Iesu Naue excepit hospitio, & quod signo cocci signata est, qui color figuram Christi sanguinis indicabat, & quod euersionē ciuitatis euasit, Ecclesię typum habuit, quæ per sanguinem Christi ruinam mundi istius secura non metuit.
Osee.1. Sic enim ait Propheta: Accipe, inquit, tibi vxorē fornicariam, & fac filios fornicatiōis. Vbiq; enī dilectissi-
I mi fratres cultura idolorum, fornicatio nuncupata est:
Apoca.2. vt in Apocalypsi scriptum est: Et finis fornicari seruos meos, & māducare idolis immolata. Deniq; Hierusalem ciuitas illa quondam nobilis Hebræorū, quotienscunq; a veritate deflexerat, & idolis seruiebat, statī meretricis vocabulo nominabatur, sicut clamat Esaias:
Esaiæ.1. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis Sion? Inde est ergo quod ait Salomon: Talis autē via mulieris meretricis, quæ posteaq̃ abluta est, dicit se nihil fecisse.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE IIS QVI INITIANTVR MYSTERIIS.

De cōtinuatione huius libri ad superiores, cum exhortatione auditorum vt aures aperiant, & bonū odorem vitę æternæ inhalatum munere sacramentorū carpant, quemadmodum ipsis etiam prius autor se id significasse commemorat. Caput I.
Qua ratione ingressus regenerationis sacramentum repetere debeat quid interrogatus fuerit cum baptizaretur, & quid viderit. Caput II. K
Quod idcirco inuisibilis gratia diuini spiritus præsens operetur in aquis baptismatis, vt omē abluat peccatū, per multa exēpla & figuras cōprobatio. Cap. III.
Quod tres sint qui testificantur in baptismo, & de mysterio & forma baptismatis, ac de angelo qui cōmouit natatoriā piscinam. De baptismo pretęrea Christi, & colūba quę super eū descendit de cælo, Quodq; sæpe species pro veritate accipiatur. Cap. IIII.
Quod in iis quę a sacerdotibus fiunt, nō merita personarū, sed officia considerāda sint, Et quomodo in baptismo æqualiter promittatur in patrem, & in filiū, & in spiritum sanctum credere debere. Cap. V.
Quare fiat vnctio in capite, & de lotione pedum discipulorum. Et quare Petrus qui mūdus erat, plātam lauare debebat. Caput VI.
De mysterio vestimentorum candidorum quibus induuntur infantes. Et quomodo Ecclesia hæc habēs vestimenta dicat in Canticis: Nigra sum & decora, & cætera quæ sequuntur. Caput VII.
De sacrosancti corporis dñici cōmuniōe, & cōuiuio cælesti. Quodq; antiquiora sunt Ecclesiæ sacramēta q̃ synagogæ, et prestātiora q̃ fuerit māna. Ca. VIII. L
De virtute sacramenti corporis & sanguinis Christi, & comparatione per excessum ipsius ad manna, & ad aquas petræ. Et de per plurima exempla probatione quod corpus Christi quod accipimus, non panis sit, sed caro, quæ ex virgine nata, quæ crucifixa, quæ sepulta fuerit. Caput IX.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE IIS QVI MYSTERIIS INITIANTVR, LIBER VNVS.

De continuatione huius libri ad superiores, cum exhortatione auditorū vt aures aperiant, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum munere sacramentorum carpant, quemadmodum ipsis etiam prius autor se id significasse commemorat. Caput I.

DE MORALIBVS M
quotidianum sermonem habuimus, cum vel patriarcharū gesta vel Prouerbiorū legerentur præcepta, vt his informati atq; īstituti assuesceretis maiorum ingredi vias, eorūq; iter carpere, ac diuinis obedire oraculis, quo renouati per baptismum, eius vitæ vsum teneretis quæ ablutos deceret. Nūc de mysteriis dicere tempus admonet, atq; ipsam sacramētorum rationem edere, quam ante baptismū si putassemus insinuandam, nondū initiatis prodidisse potius q̃ edidisse æstimaremur. Deinde quod inopinantibus melius se ipsa lux mysteriorū infuderit, quā si eam sermo aliquis precucurrisset. Aperite igitur aures, & bonum odorem vitæ æternæ inhalatum vobis munere sacramētorum carpite, quod vobis significauimus cū apertionis celebrātes mysteriū diceremus: Effeta, qđ est adaperire. & vēturus vnusquisq; ad gratiā quid interrogaret cognosceret, quid respōderet meminisse deberet. Hoc mysterium celebrauit Christus in Euangelio, sicut legimus, Mat.7.
cum mutum curaret & surdum. Sed illi os tetigit: quia & mutum curabat & virum: In altero vt os ei⁹ infusæ sonum vocis aperiret: In altero quia tactus iste virū decebat, fœminam non decebat.

A Qua ratione ingressus regenerationis sacramentū, repetere debeat quid interrogatus fuerit cum baptizaretur, & quid viderit. Caput II.

POST hæc reserata tibi sunt sancta sanctorum, Ingressus es regeneratiōis sacrarium. repete quid interrogat⁹ sis, recognosce quid respōderis. Renūciasti diabolo & operibus eius, mundo & luxuriæ eius ac voluptatibus. Tenetur vox tua, non in tumulo mortuorū, sed in libro viuētiū. Vidisti illic leuitā, vidisti sacerdotem, vidisti summū sacerdotem. Noli considerare corporū figuras, sed mysteriorum gratiam. Præsentibus angelis locutus es, si-
Malac.2. cut scriptū est: Quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt ex ore ipsius, quoniam angelus est domini omnipotentis. Non est fallere, nō est negare. Angelus est qui regnū Christi & vitam ęternam annunciat. Non specie tibi æstimādus est, sed munere. Quid tradiderit considera, vsum eius expende, & statū eius agnosce. Ingressus igitur vt aduersarium tuū cerneres, cui renunciandum mox putares, ad orientē conuerteris. Qui enim renunciat diabolo, ad Christū conuertitur, illum directo cernit obtutu.

Quod idcirco inuisibilis gratia diuini spiritus præsens operetur in aquis baptismatis, vt omne abluatur peccatum, per multa exempla & figuras comprobatio. Caput III.

QVID vidisti? Aquas vtiq;, sed nō solas. Leuitas illic ministrātes, Summum sacerdotē interrogantē & consecrantē. Primo omniū
2.Cor.4. docuit te Apostolus non ea contemplanda nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: quoniā quę
B videntur, temporalia sunt: quæ autē non vidētur, æter-
Roma.1. na. Nam & alibi habes: Quia inuisibilia dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt, comprehenduntur, sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas operibus æstimā-
Ioan.10. tur. Vnde & dominus ait: Si mihi nō creditis, vel operibus credite. Crede ergo diuinitatis illic esse præsentiā. Operationem credis, nō credis præsentiam? Vnde sequeretur operatio, nisi præcederet ante præsentia? Cōsidera autem q̃ vetus mysterium sit in ipsius mūdi prę-
Genes.1. figuratum origine. In principio ipso, quando fecit deus cælū & terram, spiritus, inquit, ferebatur super aquas. Qui superferebatur super aquas, non operabatur super aquas? Sed quid dicā operabatur? Quod ad præsentiā spectat, superferebatur. Non operabatur, qui superferebatur? Cognosce quia operabatur in illa mūdi fabrica,
Psal.32. quādo tibi dicit Propheta: Verbo domini cæli firma-
C ti sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. vtrūq; prophetico subnixum est testimonio, et quia superferebatur, & quia operabatur. Quia superferebatur, Moyses dicit: quia operabatur, Dauid testificatur. Accipe aliud testimoniū. Corrupta erat caro omnis ab iniqui-
Genes.6. tatibus suis. Nō permanebit, inquit deus, spirit⁹ meus in hominibus, quoniā carnes sunt. Quo ostendit deus quia carnali immunditia grauioris labe peccati gratia spiritalis auertitur. Vnde volens deus reparare qđ deerat, diluuiū fecit, & iustū Noe in arcam iussit ascendere. Qui iā decedente diluuio coruum dimisit prius, qui non reuertitur: dimisit columbā, quæ cū ramo oleæ legitur reuertisse. Vides aquam? vides lignum? columbā aspicis, & dubitas de mysterio? Aqua est ergo qua caro mergitur, vt omē abluatur peccatū. Sepelitur illic omē vitium. Lignum est, in quo suffixus est dominus Iesus cum pateretur pro nobis. Columba est, in cuius specie descēdit spiritussanctus, sicut didicisti in nouo testamento, qui tibi pacem animæ, tranquillitatēq; mentis inspirat. Coruus est figura peccati, quod exit, & non reuertitur, si i te quoq; iusti custodia & forma seruetur.

Tertiū quoq; testimoniū est, sicut te Apostolus docuit: D
Quoniā patres nostri omnes sub nube fuerūt, & omēs 1.Cor.10.
mare trāsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Deniq; & ipse Moyses dicit in Cātico: Misisti spiritū tuū, & operuit eos mare. Aduertis qđ Exod.15.
in illo Hebræorum trāsitu iam tunc sacri baptismatis figura precesserit, in quo Aegyptius periit, & Hebręus euasit. Quid enim aliud in hoc quotidie sacramēto docemur, nisi quia culpa mergitur, & error aboletur? Pietas autem & innocētia tota permansit. Audis quia sub nube fuerūt patres nostri? Et bona nube, quæ carnaliū refrigerauit incendia passionū. Bona nubes obumbrat quos reuisit spiritussanctus. Deniq; superuenit in Mariam virginem, & virtus altissimi obumbrauit ei, quā- Lucæ.1.
do redemptionem genti genuit humanæ. Et illud miraculū per Moysen in figura factū est. Si ergo in figura affuit spiritus, non adest in veritate, cum scriptura tibi dicat quia lex per Moysen data est, gratia autē & ve- Ioan.1.
ritas per Iesum Christum facta est? Marath fons ama- Exo.15.
rissimus erat. misit in eum Moyses lignū, & dulcis est factus. Aqua enim sine prædicatione dominicæ crucis ad nullos vsus futuræ salutis est. Cū vero salutaris fuerit crucis mysterio cōsecrata, tunc ad vsum spiritalis lauacri & salutaris poculi tēperat. Sicut ergo in illū fontē Moyses misit lignū, hoc est Propheta: ita & in hunc fontem sacerdos prędicationem dominicæ crucis mittit, & aqua fit dulcis ad gratiam. Non ergo solis corpo- E
ris tui credas oculis, magis videtur qđ nō videtur, quia istud tēporale, illud æternū aspicitur, quod oculis non comprehenditur, animo autem ac mente cernitur. Deniq; doceat te decursa regnorū lectio. Naaman Syrus 4.Reg.5.
erat, & leprā habebat, nec ab vllo mūdari poterat. Tūc ait puella ex captiuis quoniam esset propheta in Israel qui posset eum a lepræ cōtagione mundare. Sūpto, inquit, auro & argento, perrexit ad regem Israel. Qui cognita aduentus eius causa, scidit vestimenta sua, dicens quod tentaretur magis, cū de se ea quæ non essent potestatis regiæ, poscerentur. Helisæus autē regi intimauit vt ad se dirigeret Syrū, quo cognosceret quod esset deus in Israel. Et cū venisset, mādauit ei vt septies mergeretur in Iordane fluuio. Tunc ille secū tractare cœpit quod meliores aquas haberēt patriæ suæ, in quibus sępe mersisset, & nunq̃ a lepra esset mundatus: eoq; reuocatus nō obediebat mandatis prophetæ, sed admonitu & persuasionibus seruulorū acquieuit, ac mersit. Mūdatusq; illico intellexit non aquarū esse quod vnusquisq; F
mūdatur, sed gratiæ. Recognosce nūc quæ sit illa puella ex captiuis, iunior scilicet ex gentibus cōgregatio, id est Ecclesia domini, depressa ante captiuitate peccati, quādo libertatem adhuc gratiæ non habebat, cuius cōsilio vanus ille populus nationū verbū audiuit propheticum, de quo diu ante dubitauit: postea tamen vbi credidit exequēdum, ablutus est ab omni contagio vitiorum. Et ille dubitauit antequā sanaretur: tu iam sanatus es, & ideo dubitare non debes.

Quod tres sint qui testificantur in baptismo, & de mysterio & forma baptismatis, ac de angelo qui cōmouit natatoriam piscinam. De baptismo præterea Christi, & columba quę super eū descendit de cælo. Quodq; sæpe species pro veritate accipiatur. Cap. IIII.

IDEO tibi ante prędictum est, vt non hoc solum crederes quod videbas, ne forte & tu diceres: Hoc est illud magnum mysteriū quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit? Aquas video, quas videbam quotidie. istę me habent mundare, in quas sæpe descendi, & nunquā mūdatus sum? Hinc cognosce qđ aqua nō mūdat sine spiritu. Ideoq; legisti quod tres testes in bapti- 1.Ioan.5.
smate vnū sint, aqua, sāguis, & spiritus: quia si vnū ho-

G rum detrahas,non ſtat baptiſmatis ſacramentū. Quid
eſt enim aqua ſine cruce Chriſti? Elementum cōmune,
ſine vllo ſacramenti effectu. Neciterum ſine aqua rege-
Ioan.3. nerationis myſterium eſt. Niſi enim quis renatus fue-
rit ex aqua & ſpiritu, nō poteſt introire in regnum dei.
Credit autem etiam catechumenus in crucem domini
Ieſu, quia & ipſe ſignatur. Sed niſi baptizatus fuerit in
nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, remiſſionem nō
poteſt accipere peccatorū, nec ſpiritalis gratiæ munus
haurire. Ergo ille Syrus ſepties merſit in lege, Tu autē
baptizatus es in nomine trinitatis, cōfeſſus es patrem,
recordare quid feceris: confeſſus es filiū, confeſſus es ſpi-
ritum ſanctum. Tene ordinem rerū in hac fide, mundo
mortuus es, & deo reſurrexiſti, Et quaſi in illo mūdi es
conſepultus elemento, peccato mortuus, ad vitā es re-
Ioan.5. ſuſcitatus æternam. Crede ergo quia non ſunt vacuæ
aquæ. Ideo tibi dictum eſt quia angelus domini deſcē-
debat ſecundum tempus in natatoriam, & mouebatur
aqua, & qui prior deſcendiſſet in natatoriam poſt com-
motionem aquę, ſanus fiebat a languore quocūq; tene-
batur. Hæc piſcina in Hieroſolymis erat, in qua vnus
annuus ſanabatur. Sed nemo ante ſanabatur, q̄ deſcē-
diſſet angelus. vt eſſet indicium quia deſcenderat ange-
lus, mouebatur aqua propter incredulos. Illis ſignum,
tibi fides. Illis angelus deſcēdebat, tibi ſpiritus ſanctus.
H Illis creatura mouebatur, tibi Chriſtus operaſ ipſe do-
minus creaturæ. Tunc curabatur vnus, nunc omnes ſa
nantur, aut certe vnus ſolus populus Chriſtianus. Eſt
enim in aliquibus & aqua mēdax, nō ſanat baptiſmus
perfidorum, non mūdat, ſed pollut. Iudæus vrceos ba-
ptizat & calices, quaſi inſenſibilia vel culpā poſſint reci-
pere vel gratiam. Tu baptiza hūc calicem tuū ſenſibilē
in quo bona opera tua luceant, in quo gratiæ tuæ ſplē-
dor fulgeat. Ergo & illa piſcina in figura, vt credas quia
in hūc fontem vis diuina deſcendit. Denīq; paralyticus
ille expectabat hominem. Quem? niſi illū dominū Ie-
ſum natum ex virgine, cuius aduentu iam non vmbra
ſanaret ſingulos, ſed veritas vniuerſos. Iſte eſt ergo qui
expectabatur vt deſcenderet, de quo dixit deus pater ad
Ioan.1. Ioannem baptiſtam: Super quem videris ſpiritum de-
ſcendentem de cælo, & manētem ſuper eum, hic eſt qui
baptizat in ſpiritu ſancto. De quo teſtificatus eſt Ioan-
nes dicens: Quia vidi ſpiritum deſcendentem de cælo
quaſi columbam, & manentem ſuper eū. Et hic quare
ſpiritus ſicut columba deſcēdit, niſi vt tu videres, niſi vt
tu agnoſceres columbam etiam illā quam Noe iuſtus
emiſit ex arca, iſtius columbæ ſpeciem fuiſſe, vt typum
I agnoſceres ſacramēti? Et fortaſſe dicas: Cum illa vera
columba fuerit quæ emiſſa eſt, hic quaſi colūba deſcen-
derit: quomodo illic ſpeciem fuiſſe dicim⁹, hic veritatē,
cum ſecundum Græcos in ſpecie columbæ ſuper aquā
diuinitatis ſpiritum deſcendiſſe ſit ſcriptum? Sed quid
tā verū quā diuinitas, quę manet ſemper? creature autē
nō poteſt veritas eſſe, ſed ſpecies, quæ facile ſoluī? atq;
mutatur: Simul quia eorū qui baptizātur, nō in ſpecie
Mat.10. eſſe debeat, ſed vera ſimplicitas. Vnde & dīs ait: Eſto-
te aſtuti ſicut ſerpētes, & ſimplices ſicut colūbę. Meri-
to ergo ſicut colūba deſcēdit, vt admoneret nos ſimpli-
citatē colūbe habere debere. Speciem autē pro veritate
Philip.2. accipiendā legimus & de Chriſto: Et ſpecie inuētus vt
homo. Et de patre deo: Neq; ſpeciem eius vidiſtis.

Quod in iis quę a ſacerdotibus fiunt, nō merita per-
ſonarū, ſed officia conſideranda ſint. Et quomodo in ba
ptiſmo equaliter promittatur in patrem, & in filiū, & in
ſpiritum ſanctum credere debere. Caput V.

Mat.3. EST ne adhuc quod dubitare debeas, cū eui?
denter tibi clamet in Euangelio pater, q̄ ait:
Hic eſt filius meus in quo cōplacui? Clamet
filius ſuper quē ſicut columba ſe demonſtra-
uit ſpiritus ſanctus. Clamet & ſpiritus ſanctus, qui ſicut K
columba deſcendit. Clamet Dauid: Vox domini ſuper Pſal.28.
aquas, deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas
multas. Cum tibi ſcriptura teſtetur quod ad Hieroboal Iudi.6.
preces ignis deſcenderit de cælo. Et rurſus precāte He- 3.Reg.18
lia ignis eſt miſſus qui ſacrificium cōfecrauit. Nō me-
rita perſonarum cōſideres, ſed officia ſacerdotum. Et ſi
merita ſpectas, ſicut Heliam cōſideras, Petri quoq; me-
rita ſpectato vel Pauli, quia acceptum a domino Ieſu
hoc nobis myſteriū tradiderūt. Ignis illis viſibilis mit-
tebatur vt crederent, nobis inuiſibilis operatur qui cre-
dimus. Illis in figuram, nobis ad commonitionē. Cre-
de ergo adeſſe dominum Ieſum inuocatū precibus ſa-
cerdotum, qui ait: Vbi fuerint duo vel tres, ibi & ego Mat.18.
ſū. Quāto magis vbi eſt Eccleſia, vbi myſteria ſua ſūt,
ibi dignatur ſuam impertire præſentiam? Deſcendiſti
igitur, recordare quid reſpōderis, quod credas in patrē,
credas in filium, credas in ſpiritum ſanctum. Nō habes
illic, Credo in maiorem & minorem & vltimum. Sed
cadē vocis tuæ cautione conſtringeris vt ſimiliter cre-
das in filium ſicut in patrem credis. Similiter in ſpiritū
ſanctum credas, ſicut credis in filium, hoc ſolo excepto
quod in crucem ſolius domini Ieſu fateris tibi eſſe cre-
dendum.

L

Quare fiat vnctio in capite, & de lotione pedum diſ-
cipulorum. Et quare Petrus qui mundus erat, plātam
lauare debebat. Caput VI.

POST hæc vtiq; aſcendiſti ad ſacerdotē, con-
ſidera quid ſecutum ſit. Nōne illud quod ait
Dauid: Sicut vnguētum in capite, quod de- Pſal.132.
ſcendit in barbam barbam Aaron? Hoc eſt
vnguentum de quo & Salomon ait: Vnguentū exina- Cantic.1.
nitum eſt nomen tuum, propterea adoleſcentulæ dile-
xerunt te, & attraxerunt te. Quantæ hodie renouatæ
animę dilexerunt te domine Ieſu, dicētes: Attrahe nos
poſt te, in odorem veſtimentorum tuorum curremus.
vt odorem reſurrectionis hauirent. Quare hoc fiat in-
telligę, quia oculi ſapientis in capite eius. Ideo in bar-
bam deſſuit, id eſt in gratiam iuuentutis. Ideo in barbā
Aaron, vt ſias electum genus, ſacerdotale, precioſum.
Omnes enim in regnum dei & in ſacerdotium vngi-
mur gratia ſpiritali. Aſcēdiſti de fonte, memento Euā-
gelicæ lectionis. Et tenī dominus noſter Ieſus in Euan-
gelio lauit pedes diſcipulis ſuis, quando venit ad Si-
monem Petrum, & ait Petrus: Non lauabis mihi pe- Ioan.13.
des in æternum. Non aduertit myſteriū, & ideo mini-
ſterium recuſauit, quod grauari humilitatem ſeruī cre- M
deret, ſi ſibi obſequium domini patienter admitteret.
Cui reſpondit dominus: Si non lauero tibi pedes, non
habebis partem mecum. Quo audito Petrus, Domi-
ne non tantū pedes, inquit, ſed manus & caput. Reſpō-
dit dominus: Qui lotus eſt, nō indiget niſi vt pedes la-
uet, ſed eſt mūdus totus. Mūdus erat Petrus: ſed plā-
tam lauare debebat. Habebat enim primi hominis de
ſucceſſione peccatum, quādo eum ſupplantauit ſerpēs,
& perſuaſit errorem. Ideo planta eius abluitur, vt hæ-
reditaria peccata tollātur. Noſtra enim propria per ba-
ptiſmum relaxātur. Simul cognoſce myſterium ipſum
humilitatis conſiſtere in miniſterio. Ait enim: Si ego
laui vobis pedes dominus & magiſter, quanto magis
& vos debetis lauare pedes inuicem vobis? Cum enim
ipſe autor ſalutis per obedientiam nos redemerit, quā-
to magis nos ſeruuli eius humilitatis & obedientię ex-
hibere debemus obſequium?

De myſterio veſtimentorum candidorum quibus
induuntur infantes, & quomodo Eccleſia hæc habens
veſtimenta dicat in Canticis: Nigra ſum & decora, &
cætera quæ ſequuntur. Caput VII.

A ACCEPISTI poſt hæc veſtimenta candi-
da, vt eſſet indiciū q̄ exueris inuolucrū pec-
catorū, indueris innocētiæ caſta velamina,
Pſal.50. de quibus dixit Propheta: Aſperges me hyſ-
ſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealba-
bor. Qui enim baptizatur: & ſecundum legē, & ſecun-
dum Euangelium videtur eſſe mundatus. Secundum
legem, quia hyſſopi faſciculo Moyſes aſpergebat ſan-
guinem agni. Secundū Euangeliū, quia Chriſti erant
candida veſtimenta ſicut nix, cū reſurrectionis ſuæ glo-
riam in Euangelio demōſtraret. Super niuem dealba-
tur, cui culpa dimittitur. Vnde & per Eſaiam dīs ait:
Eſaiæ.1. Si fuerint peccata veſtra ſicut Phœnicium, vt niue de-
albabo. Hæc veſtimenta habens eccleſia per lauacrum
Cantic.1. regenerationis aſſumpta, dicit in Canticis: Nigra ſum
& decora filiæ Hieruſalem. Nigra per fragilitatē cōdi-
tionis humanæ: decora per gratiā. Nigra, quia ex pec-
catoribus: decora, fidei ſacramento. Hæc veſtimēta cer-
nentes filiæ Hieruſalē, ſtupefactæ dicūt: Quæ eſt hæc
quæ aſcēdit dealbata? Hęc erat nigra: vnde, nunc ſubito
dealbata? Dubitauerunt enim etiam angeli cū reſurge-
ret Chriſtus, dubitauerunt poteſtates cælorū videntes
Pſal.23. quod caro in cęlū aſcenderet. Denīq; dicebant: Quis eſt
iſte rex gloriæ? Et cū alii dicerēt, Tollite portas princi-
pis veſtri, & eleuamini portæ ętернales, & introibit rex
glorię: alii dubitabāt dicentes: Quis eſt iſte rex glorię?
In Eſaia quoq; habes dubitantes virtutes cælorum di-
Eſaię.63. xiſſe: Quis eſt iſte qui aſcendit ex Edom, rubor veſti-
B mentorū eius ex Boſor, ſpecioſus in ſtola cādida? Chri-
Zacha.3. ſtus autē videns Eccleſiā ſuam in veſtimentis cādidis,
pro qua ipſe (vt habes in Zacharię libro Prophetę) for-
Cantic.4. dida veſtimēta ſuſceperat, vel animā regenerationis la
uacro mundā atq; ablutā, dicit: Ecce formoſa es, proxima
mea, ecce es formoſa, oculi tui ſicut columbæ. in cuius
ſpecie ſpiritus ſanctus deſcendit de cælo. Formoſi oculi
ſicut diximus ſupra, quia ſicut columba deſcēdit. Et in-
fra: Dentes tui ſicut grex tonſarum quę aſcenderunt de
lauacro, quę omnes geminos creant, & infœcunda non
eſt in eis. vt reſticula coccinea labia tua. Nō mediocris
iſta laudatio. Primum dulci comparatione tonſarum.
Capras enim & in altis paſci ſine periculo nouimus, &
in præruptis ſecuras cibum ſumere. Deinde cum ton-
dentur, deoneratri ſuperfluis. Harum gregi comparatur
Eccleſia, multas in ſe habens animarum virtutes, quæ
per lauacrum ſuperflua peccata deponant, quæ myſti-
cam fidem & moralem gratiam deferant Chriſto, quę
crucem domini Ieſu loquantur. In iis formoſa eſt Ec-
Cantic.4. cleſia. Vnde ad eam verbum de⁹ dicit: Tota formoſa
C es proxima mea, & reprehenſio non eſt in te. quia cul-
pa demerſa eſt. Ades adhuc a libano ſponſa, ades huc
a libano, tranſibis & pertranſibis a principio fidei. eo q̄d
renuncians mundo tranſierit ſeculum, pertranſierit ad
Cantic.7. Chriſtum. Et iterum dicit ad eam deus verbum: Quā
pulchra & ſuauis facta eſt charitas in deliciis tuis? Sta-
tura tua ſimilis facta eſt palmę, & vbera tua botris. Cui
Cantic.8. reſpondet Eccleſia: Quis dabit te frater mihi, lactētem
vbera matris meæ? Inueniens te foris, oſculabor te. Et
quidem non ſpernent me. Aſſumam te, & inducam te
in domum matris meæ, & in ſecretum eius quę conce-
pit me. docebis me. Vides quemadmodum delectata
munere gratiarum, ad interiora cupit myſteria perue-
nire, & omnes ſenſus ſuos conſecrare Chriſto? Adhuc
querit ſuſcitantem, & ſuſcitari eam ſibi poſcit a filiabus
Hieruſalem, quarum gratia, hoc eſt animarum fideliū,
ſponſum in amorem ſui vberiorem deſiderat prouoca-
ri. Vnde dominus Ieſus & ipſe inuitatus tanto ſtudio
charitatis, pulchritudine decoris & gratiæ, quod nulla
iam in ablutis delicta forderent, dicit ad Eccleſiam: Po-
ne me vt ſignaculum in corde tuo, vt ſigillū in brachio
tuo: hoc eſt, decora es, proxima mea, tota formoſa es, ni-
hil tibi deeſt. Pone me vt ſignaculum in corde tuo, quo
fides tua pleno fulgeat ſacramento. Opera quoq; tua lu D
ceant, & imaginem dei præferant, ad cuius imaginem
facta es. Charitas tua nulla perſecutione minuatur, quā
multa aqua excludere, flumina inundare non poſſint.
Vnde repete quia acceptiſti ſignaculum ſpiritale, ſpi-
ritum ſapientiæ & intellectus, ſpiritum conſilii atq; vir- Eſaię.11.
tutis, ſpiritum cognitionis atq; pietatis, ſpiritum ſan-
cti timoris: & ſerua quod acceptiſti. Signauit te deus pa
ter, confirmauit te Chriſtus dīs, & dedit pignus ſpiri-
tus in cordibus tuis, ſicut Apoſtolica lectione didiciſti. 2.Cor.5.

De ſacroſancti corporis dominici communione, &
communio cæleſti. Quodq; antiquiora ſint Eccleſiæ ſa-
cramenta quàm ſynagogæ, & præſtantiora quàm fue-
rit manna. Caput VIII.

IS abluta plebs diues in ſiguibus ad Chriſti
contendit altaria, dicēs: Et introibo ad alta- Pſal.42.
re dei, ad deum qui lætificat iuuentutē meā.
Depoſitis autem inueterati erroris exuuiis,
renouata in aquilæ iuuentutem, cæleſte illud feſtinat
adire conuiuium. Venit igitur, & vidēs ſacroſanctum
altare compoſitum, exclamans ait: Paraſti in cōſpectu Pſal.22.
meo mēſam. Hāc loquentē inducit Dauid dicēs: Dīs
paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcue ibi me col
locauit: ſuper aquam refectionis educauit me. Et infra:
Nam et ſi ambulem in medio vmbræ mortis, non ti-
mebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & ba- E
culus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Paraſti in cōſpectu
meo mēſam aduerſus eos qui tribulant me. Impin-
guaſti in oleo caput meum, & poculum meum inebri-
ans quàm præclarum eſt. Nunc illud conſideremus,
ne quis forte viſibilia videns, quoniam quæ ſunt inui-
ſibilia, non videntur, nec poſſunt humanis oculis com-
prehendi, dicat forte: Iudæis deus manna pluit, pluit
coturnices: Eccleſiæ autem illi dilectæ hæc ſunt quæ
præparauit, de quibus dictum eſt quod oculus non vi- 1.Cor.2.
dit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit quæ
præparauit deus diligentibus eum? Ergo ne quis hoc
dicat, ſummo ſtudio volum⁹ comprobare quod & an-
tiquiora ſunt ſacramenta eccleſiæ quàm ſynagogæ, &
præſtantiora quàm manna eſt. Antiquiora docet le-
ctio Geneſis quæ decurſa eſt. Synagoga enim ex lege
Moyſi principium ſumpſit, Abraham vero longe an-
terior, qui victis hoſtibus, & nepote proprio recepto,
cum potiretur victoria, tūc illi occurrit Melchiſedech,
& protulit ea quæ Abraham veneratus accepit. non
Abraham protulit, ſed Melchiſedech, qui inducitur F
ſine patre, ſine matre, neque initium dierum, neque fi-
nem habens, ſimilis autem filio dei: de quo ait Paulus
ad Hebræos: Quia manet ſacerdos in perpetuū, quia Hebr.7.
interpretatione latina dicitur rex iuſtitiæ, rex pacis.
Non agnoſcis quis iſte ſit? Poteſt homo eſſe rex iuſti-
tiæ, cum vix iuſtus ſit? Poteſt eſſe rex pacis, cum vix
poſſit eſſe pacificus? Sine matre ſecundum diuinita-
tem, quia ex patre deo genitus eſt, vnius ſubſtātię cum
patre. Sine patre ſecundum incarnationem, qui natus
ex virgine eſt. Initium & finē non habens, quia ipſe eſt
initium & finis omnium, primus & nouiſſimus. Non
igitur humani, ſed diuini eſt muneris ſacramentum
quod acceptiſti, ab eo prolatum qui benedixit fidei pa-
trem Abraham, illum cuius gratiam & geſta mira-
ris. Probatum eſt antiquiora eſſe Eccleſiæ ſacramen-
ta, nunc cognoſce potiora. Reuera mirabile eſt quod
manna deus pluerit patribus, & quotidiano cęli paſce- Pſal.77.
bantur alimento. Vnde dictum eſt: Panem angelo-
rum manducauit homo. Sed tamen panem illum qui
manducauerunt, omnes in deſerto mortui ſunt. Iſta
autem eſca quam accipis, iſte panis viuus qui deſcen- Ioan.6.
dit de cælo, vitæ æternæ ſubſtantiam ſubminiſtrat: &
quicunque hunc panem manducauerit, non morietur
in æternum: & corpus eſt Chriſti.

T

De virtute sacramẽti corporis & sanguinis Christi, & comparatione per excessum ipsius ad manna,& ad aquas petræ. Et de per plurima exẽpla probatiõe qp corpus Christi qd accipimus,nõ panis fit,sed caro, quæ ex virgine nata,quæ crucifixa,quę sepulta fuit. Cap.IX.

CONSIDERA nunc vtrũ præstantior sit panis angelorum, an caro Christi,quæ vtiq; corpus est vitæ. Manna illud e cælo, hoc supra cælum. Illud cæli, hoc domini cælorum. Illud corruptioni obnoxiũ, si in diem alterũ seruaretur: hoc alienũ ab omni corruptione,quod quicũq; religiose gustauerit,corruptionẽ sentire nõ poterit. Illis aqua de petra fluxit,tibi sanguis e Christo. Illos ad horã satiauit aqua,te sanguis diluit in æternũ. Iudæus bibit,& sitit: tu cum biberis,sitire nõ poteris. Et illud in vmbra, hoc in veritate. Si illud qd miraris, vmbra est, quantũ istud est cuius & vmbrã miraris? Audi quia vmbra est quæ
1.Cor.10. apud patres facta est. Bibebãt,inquit, de cõsequenti petra,petra autẽ erat Christus. Sed non in pluribus eorũ cõplacitum est deo.nam prostrati sunt in deserto. Hæc autẽ in figuram facta sunt nostri. Cognouisti pręstationẽ? Potior etenĩ lux q̃ vmbra,veritas q̃ figura, corpus autoris q̃ mãna de cęlo. Forte dicas: Aliud video,quomodo tu mihi asseris qd Chr̃isti corpus accipiã? Et hoc nobis adhuc superest vt probem?. Quantis igitur vtimur exemplis? Probemus non hoc esse qd natura formauit,sed quod benedictio consecrauit. Maiorẽq; vim esse benedictionis q̃ naturæ, quia benedictione etiã na-
H tura ipsa mutatur. Virgam, tenebat Moyses, proiecit eam,& facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpẽtis,& in virgę naturã reuertitur. Vides igiẽ Prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpentis & virgæ. Currebant Aegypti flumina puro aquarum meatu,subito de fontium venis sãguis cœpit erũpere. Non erat potus in fluuiis. Rursus ad prophetæ preces cruor cessauit fluminum,aquarũ natura remeauit. Circũcluſus vndiq; erat populus Hebræorum, hinc Egyptiis vallatus,inde mari clausus. Virgã leuauit Moyses,separauit se aqua, & in murorũ speciem cõgelauit, atq; iter vndas via pedestris apparuit. Iordanis retrorsum cõuersus cõtra naturam in sui fontis reuertitur exordiũ. Nonne claret naturam vel maritimorũ fluctuũ vel fluuialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrũ,tetigit Moyses petrã, & aqua de petra fluxit. Nũquid non præter naturam operata est gratia, vt aquam
I vomeret petra,quam non habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat,vt sitiẽs populus biberenõ posExod.15. set. Misit Moyses lignum in aquam, & amaritudinẽ suam aquarũ natura deposuit,quã infusa subito gratia
4.Reg.6. temperauit. Sub Helisæo propheta vni ex filiis prophetarum excussum est ferrum de securi, & statim mersum est. Rogauit Helisęum qui amiserat ferrum. misit etiã Helisæus lignum in aquam,& ferrum natauit. vtiq; & hoc prẽter naturam factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species,quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur maioris esse virtutis gratiam q̃ naturam,& adhuc tamẽ prophetic̃ benedictiõis numeramus gratiam. Quod si tantũ valuit humana benedictio vt naturam conuerteret,quid dicimus de ipsa consecratione diuina,vbi verba ipsa domini saluatoris operãtur? Nã sacramẽtum istud quod accipis,Christi sermone conficitur. Quod si tantũ valuit sermo Heliæ, vt ignem de cælo deponeret, nõ valebit Christi sermo vt species mu
Psal.148 tet elementorũ? De totius mũdi operibus legisti: Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit,& creata sũt. Sermo ergo Christi qui potuit ex nihilo facere qd non erat, nõ potest ea quę sũt,in id mutare qd nõ erãt? Nõ enim minus est nouas reb? dare,quàm mutare naturas. Sed quoad argumentis vtimur? suis vtamur exẽplis,incarnationisq; astruam? mysterii veritatẽ. Nũquid naturæ vsus prẽcessit cũ Iesus dominus ex Maria nasceretur? k
Si ordinẽ quærimus,viro mixta fœmina generare cõsueuerat. Liquet igitur quod præter naturæ ordinem virgo generauit: & hoc quod cõficimus,corpus ex virgine est. Quid hic queris naturæ ordinẽ in Christi corpore,cũ præter naturã sit ipse dominus Iesus partus ex virgine? Vera vtiq; caro Christi,quę crucifixa est,quæ sepulta est. vere ergo carnis illius sacramẽtum est. Ipse
clamat dominus Iesus: Hoc est corpus meũ. Ante be- Mat.26.
nedictionem verborũ cælestiũ alia species nominatur, post cõsecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationẽ aliud dicitur, post consecrationem sanguis nuncupatur. Et tu dicis, amen: hoc est, verum est. quod os loquitur,mẽs interna fateatur. quod sermo sonat,affect? sentiat. His igitur sacramentis pascit Ecclesiã suã Christus, quibus animæ firmatur substantia. Meritoq; vidẽs profectũ eius gratiæ cõtinentem,dicit ad eam: Quam decora facta sunt Canti.4.
vbera tua soror mea sponsa, q̃ decora facta sunt a vino: et odor vestimentorũ tuorum super omnia aromata. Fauus distillãs labia tua o sponsa,mel & lac sub lingua tua,& odor vestimẽtorũ tuorũ sicut odor libani. Ortus conclusus soror mea,sponsa mea,ortus conclusus, fons signatus. Quo significat signatum debere apud te manere mysteriũ,ne violetur operibus malæ vitę, atq; adulterio castitatis, ne diuulgetur quibus non conuenit, ne garrula loquacitate dispergatur i perfidos. Bona debet ergo fidei tuæ esse custodia, vt intemerata vitæ ac
L silentii integritas perseueret. Vnde & Ecclesia altitudinem seruans mysteriorum cælestium,reiicit a se graviores venti procellas,& inuitat vernãtis gratię suauitatem: & sciens quod ortus suus Christo displicere non possit,aduocat ipsum sponsum dicens: Exurge aquilo, & veni auster,perfla ortum meum,& fluant vnguenta mea. Descẽdat frater meus in ortum suum,& edat fructum pomiferarũ suarum. Bonas enim arbores & fructiferas habet, quæ radices suas tinxerint in sacri fontis irriguo,& in bonos fructus nouæ fœcunditatis germine pullulauerint, vt non iam Prophetica cædantur securi, sed Euangelica vbertate fœcundentur. Deniq; fertilitate earum dominus delectatus respondet: Ingressus sum in ortum meum soror mea sponsa,vindemiaui myrrham cũ vnguentis meis,manducaui cibũ meũ cum melle meo,bibi potum meũ cũ lacte meo. Quare cibum & potum dixerim, fidelis intellige. Illud autem
non dubium,quod in nobis ipse manducat & bibit, sicut in nobis legisti quia in carcere esse se dicit. Vnde & M
Ecclesia videns tantã gratiam,hortatur filios suos,hortatur proximos,vt ad sacramenta concurrant,dicens: Edite proximi mei & bibite,& inebriamini charissimi Cantic.5.
mei. Quid edamus? quid bibam?? Alibi tibi per Prophetam spiritus sanctus expressit dicens: Gustate & vi- Psal 33.
dete quoniam suauis est dominus, beatus vir qui speret in eo. In illo sacramẽto Christus est,quia corpus est Christi. nõ ergo corporalis esca,sed spiritalis est. Vnde
& Apostolus de typo eius ait: Quia patres nostri escã 1.Cor.10.
spiritalem manducauerunt, & potum spiritalem biberunt. Corpus enĩ dei,corpus est spiritale. Corpus Christi, corpus est diuini spiritus, quia spiritus Christi, vt legimus: Spirit? ante faciem nostram Christus domi- Thren.4.
nus. Et in Petri epistola habemus: Christus pro nobis 1.Petri.2.
mortuus est. Deniq; cor nostrum esca ista confirmat,& potus iste lętificat cor hominis, vt Propheta memora- Psal.103.
uit. Vnde adepti omnia scimus regeneratos nos esse. Nec dicamus, quomodo regenerati sumus? nũquid in ventrem matris nostræ introiuimus,& renati sumus? Non agnosco vsum naturæ. Sed nullus hic naturæ ordo, vbi excellentia gratiæ. Deniq; non semper vsus naturæ regenerationem facit. Generatũ ex virgine Christũ dominũ confitemur,& naturæ ordinẽ denegamus. Nõ enim ex viro Maria concepit, sed de spiritu sancto

Mat.1. in vtero accepit,vt dicit Mattheus: Quia inuẽta est in
A vtero habens de spiritu sancto. Si ergo superueniẽs spiritus sanctus in virginem, conceptionem operatus est, & generatiõis munus impleuit,nõ vtiq; dubitandũ est quod superueniẽs in fontẽ,vel super eũ qui baptismum consequitur,veritatem regenerationis cooperetur.

FINIS.

CAPITA LIBRI PRIMI DE SACRAMENTIS.

De fide Christiani,& quomodo baptizatus considerare debeat peracta mysteria adapertiõis. Qua etiam ratione in exorcismo aures & nares tãgãtur vt aperiantur,& quare nares, & non os. Caput I.
De vnctione in baptismo,& abrenunciatione tunc facta. Et qua ratiõe sacerdos dicatur angelus,& de seruanda fide Christo promissa. Caput II.
Quod licet in baptismo sacerdos & minister videãtur, alia tamẽ maiora sint q̃ operãt?,& nõ videnť. C.III.
Quod sacramẽta Christianorũ diuiniora & priora sint
B q̃ Iudæorũ. Et quid pascha significet. Cap. IIII.
Quid significat lotio Naaman Syri leprosi, & qp non aqua sed consecratio mundet. Quodq; in baptismate omnis iustitia sit cõstituta. Et de columba super Christũ descendẽte,& quare Christus prior descẽderit in aquã,& postea spiritus sanctus. Cap. V.
Quomodo typus baptismatis præfiguratus fuerit per transitum rubri maris, & de malo murmurationis. Quid etiam significet columna lucis præcedens, & nubis subsequens. Et quod in diluuio figura baptismi præcesserit. Caput VI.

DIVI AMBRO SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER PRIMVS.

Caput primum.

C DE SACRAMENTIS quæ accepistis, sermonẽ adorior, cuius rationẽ nõ putaui ante prẽmitti. In Christiano enim viro prima est fides. Ideo Romæ fideles dicũtur q̃ baptizati sunt,et pater noster Abraham ex fide iustificatus est,nõ ex operibus. Ergo accepistis baptismum, credidistis. Nefas est enĩ me aliud æstimare. Neq; enĩ vocatus esses ad gratiam,nisi dignũ te Christ? sua gratia iudicasset. Ergo quid egim? sabbato? Nempe apertionem. Quæ mysteria celebrata sunt apertionis, quãdo tibi aures tetigit sacerdos & nares. Quod significat in Euangelio dominus noster Iesus Christus cũ ei oblatus esset surdus & mut?,& tetigit aures ei?, & os eius. Aures,quia surdus erat: os,quia mutus. Et ait: Effeta, quod Hebraicũ verbũ est, & Latine dicitur adaperire. Ideo ergo tibi sacerdos aures tetigit, vt aperirẽtur aures tuæ ad sermonem & ad eloquium sacerdotis. Sed dicis mihi,quare nares? Quia mutus erat,os tetigit: vt quia loqui non poterat sacramenta cælestia, vocẽ acciperet a Christo. Et ibi quia viri, hic qa mulieres baptizantur,& non eadem puritas ferui, quanta & domini. Cum ille peccata concedat, huic peccata donentur, quę potest esse comparatio? Ideo propter gratiam operis & muneris non os tangit episcopus, sed nares. Quare nares? Vt bonum odorem accipias pietatis ęternę, vt di- D
cas: Christi enim bonus odor sumus deo. quemadmo- 2.Cor.2.
dum dixit Apostolus sanctus. Et sit in te fidei deuotionisq; plena fragrantia.

De vnctione in baptismo,& abrenunciatione tũc facta. Et qua ratiõe sacerdos dicatur angelus,& de seruãda fide Christo promissa. Caput II.

VENIMVS ad fontem,ingressus es. considera quos videris,quid locutus sis cõsidera, repete diligenter. Occurrit tibi leuita, occurrit presbyter, vnctus es quasi athleta Christi, quasi luctamẽ huiꝰ seculi luctatur?, pfessus es luctaminis tui certamina. Qui luctaẽ, habet qd speret. vbi certamẽ, ibi corona. Luctaris i seculo, sed coronaris a Christo,& pro certaminibus seculi coronaris. Nã etsi in cælo præmiũ, hic tamen meritũ præmii collocatur. Quãdo te iterrogauit, Abrenũcias diabolo,& operib? eius? quid respondisti? Abrenuncio. Abrenuncias seculo,& voluptatibus eius? quid respondisti? Abrenũcio. Memor esto sermonis tui, & nunq̃ tibi excidat tuæ seriei cautionis. Si chirographũ homini dederis, teneris obnoxius, vt pecuniam eius accipias. teneris astrictus, & reluctantem te fœnerator astringit, atq; illic tua cautio- E
ne cõuinceris. Vbi promiseris cõsidera, vel quibus promiseris. Leuitam vidisti, sed minister est Christi. Vidisti illum ante altaria ministrare. Ergo chirographum tuũ tenetur non in terra, sed in cælo. Confidera vbi capias sacramenta cælestia. Si hic corpus est Christi, hic & angeli cõstituti sunt. Vbi corpus, ibi aquilæ. legisti in Euangelio. Vbi corpus Christi, ibi & aquilæ volare consuerunt, vt terrena fugiant, cælestia petant. Quare hoc dico? quia & homines angeli quicunq; annunciant Christum,& in angelorum ascíti videntur locũ. Quomodo? Accipe baptistæ rationem. Ioannes natus erat ex viro & muliere. Attamẽ audi quia angelus est ipse: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam,& pa- Mat.11.
rabit viam tuam ante te. Accipe aliud, Malachias ait Malac.2.
propheta, Quia labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirũt ex ore ipsius. Angelus est enim dei omnipotentis. Hæc ideo dicuntur, vt sacerdotis gloriã prædicemus, non vt aliquid personalibus meritis arrogetur. Ergo abrenunciasti mundo, abrenunciasti seculo, esto solicitus. Qui pecuniã debet, semper cautionẽ suam considerat. Et tu qui fidem debes Christo, fidem
seruta, quæ multo preciosior q̃ pecunia est. Fides enim F
æternum patrimonium est, pecunia temporale. Et tu ergo semper recordare quid promiseris. Cautior si teneas promissionem tuam, tenebis & cautionem.

Quod licet in baptismo sacerdos & minister videãtur, alia tamẽ maiora sint quæ operanť,& nõ videtur. Caput III.

DEINDE accessisti propius, vidisti fontem, vidisti & sacerdotem supra fontem. Nec hoc possum dubitare quod in animum vestrum non potuerit cadere quod cecidit in illũ Syrum Naaman: quia etsi mundatus est, tamen ante dubitauit. Quare dicã, accipe. Ingressus es, vidisti aquã, vidisti sacerdotem, vidisti leuitam. Ne forte aliquis dixerit, hoc est totum: immo est totum. vere totũ, vbi tota innocẽtia, tota pietas, tota gratia, tota sanctificatio. Vidisti quæ videre potuisti oculis tui corporis,& humanis conspectibus, non vidisti illa quæ operantur,& non videntur. Illa multo maiora sunt quæ non videtur quàm quæ videntur: quoniam quę videntur, tempora- 2.Cor.4.
lia sunt: quæ non videntur, æterna.

Quod sacramenta Christianorũ diuiniora & priora sint q̃ Iudæorũ. Et quid pascha significet. Cap. IIII.

GERGO dicamus primū,tene cautionē vocis meæ,& exige. Miramur mysteria Iudæorū quæ patribus nostris data sunt, primū vetustatē sacramētorū,deinde sanctitatē ꝓstātiū. Illud premitto,ꝙ diuiniora & priora sacramenta sunt Christianorū q̄ Iudeorum. Quid præcipuū q̄ quod per mare trāsiit Iudæorū populus? vt de baptismo interim loquamur. Attamen qui transierūt Iudæi,mortui sunt omnes in deserto. Cæterū qui per hunc fontem transit, transit a terrenis ad cælestia. hoc est enim pascha, id est transitus eius, transitus a peccato ad vitam, a culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sanctificationē. Qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit.

Quid significet lotio Naaman Syri leprosi,& quod non aqua sed cōsecratio mūdet. Quodꝙ in baptismate omnis iustitia sit cōstituta. Et de columba super Christum descendente,& quare Christus prior descenderit in aquam,& postea spiritus sanctus. Caput V.

4.Reg.5. NAAMAN ergo leprosus erat, puella quedam ait vxori illius: Dominus meus si vult mūdari, vadat in terrā Israel,& ibi inueniet eū qui possit ei leprā tollere. Dixit illa dominæ suæ, vxor marito, Naaman regi Syriæ, qui eū quasi
H acceptissimum sibi misit ad regem Israel. Audiit rex Israel quod misisset ad eū cuius leprā mundaret, & scidit vestē suam. Tunc Helisæus Propheta mandat ei: Quid est quod iscidisti vestem? quasi nō sit deus potēs qui mundet leprosum. Mittе illū ad me. Misit illum. Cui aduenienti ait Propheta: Vade descende in Iordanem, merge, & sanaberis. Ille cœpit cogitare secū & dicere: Hoc est totū? Veni de Syria in terram Iudææ, & dicit mihi, Vade, i Iordanē merge, & sanaberis. quasi flumina meliora non sint in patria mea. Dixerūt ergo serui: Domine, quare nō facis verbū prophetæ? Magis fac, & experire. Tūc ille iuit, i Iordane mersit, & surrexit sanus. Quid enim significat? Vidisti aquā: sed non aqua omnis sanat, sed aqua sanat quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud consecratio: aliud opus, aliud operatio. Nō sanat aqua nisi spiritus sanctus descenderit, & aquā illam consecrauerit: sicut legisti qd cū dominus noster Iesus Christus formā baptismatis
Mat.3. daret, venit ad Ioannē, & ait illi Ioānes: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respōdit illi Christ?: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnē iustitiam.
I Vide quia omnis iustitia in baptismate constituta est. Ergo quare Christus descendit, nisi vt caro ista mūdaretur, caro quā suscepit de nostra conditione? Nō enim ablutio peccatorū suorū Christo necessaria erat, qui peccatū non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manem? obnoxii. Ergo si propter nos baptismi nobis forma est cōstituta, fidei nostrę forma proposita est. Descēdit Christus, Ioānes astabat q̄ baptizabat, & ecce quasi colūba spiritus sanctus descēdit. Non colūba descendit, sed quasi colūba. Memēto quid dixerim, Christus carnem suscepit, nō sicut carnē, sed carnis istius veritatem, vere carnē Christus suscepit. Spiritus enim sanctus in specie columbæ, non in veritate columbæ, sed in specie columbæ descēdit de cælo. Ergo vidit Ioannes, & credidit. Descendit Christus, descendit & spiritus sanctus. Quare prior Christus descendit, postea spiritus, cū forma baptismatis & vsus hoc habeat, vt ante fons consecretur, & tunc descēdat qui baptizandus est? Nam vbi primū ingreditur sacerdos, exorcismum facit, secūdo super creaturam aquæ inuocationem, postea & precē defert, vt sanctificetur fons, & assit præsentia trinitatis æternæ. Christus autem ante descendit, secutus est spiritus. Qua ratione? Vt nō quasi ipse egere dominus Iesus sanctificationis mysterio videretur, sed sanctificaret ipse, sanctificaret & spiritus. Ergo descendit in aquam Christus, & spiritus sanctus sicut colūba descēdit. Patet k
quoꝙ deus e cælo locut? est. Habes presentia trinitatis.

Quomodo typus baptismatis præfiguratus fuerit per transitum rubri maris, & de malo murmurationis. Quid etiā significet colūna lucis precedēs, & nubis subsequēs. Et quod in diluuio figura baptismi præcesserit.

Caput VI.

IN mari autē rubro figurā istius baptismatis extitisse ait Apostolus dicens: Quia patres 1.Cor.10.
nostri oīes baptizati sunt in nube & in mari. Et subdit: Hæc autē omnia in figura facta sunt illis. Illis in figura, sed nobis i veritate. Tūc Moyses virgam tenebat, cōclusus erat populus Iudeorū, instabat Ęgypti? cū armis ex vna parte, mari claudebātur Hebræi, neq; maria transire poterāt, neq; in hostem recurrere. murmurare cœperunt. Vide, non te prouocet quia exauditi sunt. Etsi exaudiunt dīs, tamen culpa non carent qui murmurauerūt. Tuū est vbi cōstringeris, credere ꝙ curadas, nō murmurare: inuocare, rogare, non querelam expromere. Tenebat virgam Moyses, & ducebat populum Hebræorum in nocte in columna
L lucis, in die in colūna nubis. Lux quid est nisi veritas, quæ apertū & plenū lumen effundit? Colūna lucis quid est, nisi Christus dīs, qui tenebras infidelitatis depulit, lucē veritatis & gratię spiritalis affectib? infudit humanis? At vero colūna nubis est spirit?sctūs. In mari erat populus, & præibat colūna lucis: deinde sequebatur colūna nubis, quasi vmbratio spiritus sancti. Vides qd per spiritū sanctū & per aquā typū baptismatis demōstrauerit? In diluuio quoꝙ fuit iā tunc figura baptismatis, & adhuc vtiꝙ nō erāt mysteria Iudeorū. Si ergo huius baptismatis forma præcessit, vides ergo superiora mysteria Christianorū, q̄ fuerint Iudeorū. Sed interim secundū fragilitatē vocis nostræ, & secūdū tēporis rationem satis sit hodie tāta de sacro fonte libasse mysteria. Crastina die, si dīs dederit loquēdi potestatē vel copiā, plenius intimabo. Opus est vt sāctitas vestra aures paratas habeat, prōptiorē animū, vt ea quæ nos colligere possumus de serie scripturarū, & vobis intimauerim?, tenere possitis, vt habeatis gratiā patris, & filii, & spiritus sancti. Cui trinitati perpetuum est regnum a seculis, & nunc & semper, & in omnia secula seculorum.

CAPITA LIBRI SECVNDI DE SACRAMENTIS.

Quod diluuiū nihil aliud sit nisi baptisma, quo peccata diluuntur, sola autem mens iusti & gratia resuscitētur. Et de multis generibus baptismatū. Cap. I.
Quid significet angelus descēdēs in piscinam. Et quid sit quod paralyticus responderit Christo, Hominem non habeo. Caput II.
De variis generibus & figuris baptismi. Cap. III.
Quid significet quod ad preces Helisæi ferrum securis demersum supernatauerit. Quid etiam quod Moyses lignum miserit in fontem, quo aqua antea amara dulcescebat. Caput IIII.
De efficaci probatione quod ad inuocationem sacerdotis super fontem veri baptismi potius assit presentia trinitatis q̄ ad supratactas figuras baptismi, et quid significet columba. Quid etiam spiritus magno sono in die Pentecostes descēdens, & apparens in dispertitis linguis. Caput V.
Quod baptismum inuentum sit ad resurrectionem & viuificationem naturæ humanæ, quę per peccatum morti obnoxia erat. Caput VI.
De triplici immersione in baptismū, & triplici interrogatione, & quod in vno nomine baptizari oportet. Et quomodo i morte Iesu baptizemur & vngamur in vitam æternam. Caput VII.

AMBRO DIVI SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER SECVNDVS.

Caput primum.

IN DILVVIO FIGVram baptismatis præcessisse hesterno cœpim? disputare. Quid est diluuiū, nisi in quo iustus ad seminariū iustitiæ reseruatur, peccatū moritur? Ideo dominus cum vidit hominū pullulare delicta, iustū solum cū sua progenie reseruauit. Aquā autē supra mōtes quoꝙ exire præcepit. Et ideo in illo diluuio omnis corruptela carnis interiit, sola iusti ꝓpia & forma permansit. Nōne hoc est diluuium quod est baptisma, quo peccata omnia diluūtur, sola iusti mēs & gratia resuscitatur? Multa sunt genera baptismatū, sed vnū baptisma clamat Apostolus. Quare? Sunt baptismata gētium, sed non sunt baptismata. lauacra sunt, baptismata esse nō possunt. Caro lauatur, non culpa diluitur, immo in illo lauacro contrahitur. Erāt autem baptismata Iudæorum alia superflua, alia in figura. Et figura ipsa nobis proficit, quia veritatis est nuncia.

Quid significet angelus descēdēs in piscinā, et qd sit qd paralyticus respōderit Christo, Hominē nō habeo.

Caput II.

Ioan.5. B QVID Ieſū est heri? Angelus, inquit, secūdum tēpus descēdebat in piscinā, & quotiēsq̄ descēdisset angelus, mouebatur aqua: & qui prior descēdisset, sanabatur ab oīni languore quocūq; tenebatur. quod significabat figurā venturam dīi nostri Iesu Christi. Angelus quare? Ipse est enī magni cōsilii angelus, Secūdū tēpus, qd ad horā nouissimā seruabatur, vt in occasu ipsum diē deprehenderet, & differret occasum. Quotiēscūq; ergo descēdisset angelus, mouebat aqua. Dicis forte: Quare modo non mouet? Audi quare. Signa incredulis, fides credētib?. Qui prior descēdisset, sanabatur ab omni infirmitate. Qui prior? tēpore, an honore? Vtrūq; intellige. Si tempore, prior qui descēdisset sanabatur, hoc est de populo Iudeorū magis quā de populo nationū. Si honore, qui prior descēdisset, hoc est qui haberet dei metū, studium iustitię, gratiā charitatis, castitatis affectū, ipse magis sanabatur. Tamē tūc tēporis vnus sanabat. Tūc inquā tēporis in figura qui prior descendisset, solus curabatur.
C Quāto maior est gratia Ecclesię, in qua oēs saluantur quicūq; descēdūt? Sed videte mysteriū, Venit dīs noster Iesus Christus ad piscinā. multi ægri iacebant. Et facile ibi multi ęgri iacebant, vbi vnus tātūmodo curabatur. Deinde ait ad illū Paralyticū: Descēde. Ait ille: Hominē non habeo. Vide vbi baptizaris, vnde sit baptisma, nisi de cruce Christi, de morte Christi. Ibi est omne mysteriū, quia pro te passus est. In ipso redimeris, in ipso saluaberis. Hominē, inquit, non habeo. hoc est
1.Cor.15. quia per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorū. Nō poterat descendere, nō poterat saluari qui nō credebat qd dīs Iesus carnē suscepisset ex virgine. Hic autē qui operiebatur mediatorē dei & hominū, hominē Iesum expectans, eū de quo dictū est, Et mittet dīs hominē qui saluos faciat eos: dicebat, Hominē nō habeo. & ideo ad sanitatē meruit peruenire, quia credebat in aduententem. Melior tamen & perfectior fuisset si credidisset iam venisse, quem sperabat esse venturum.

De variis generibus & figuris baptismi. Cap. III.

NVNC vide singula. Diximus figurā præ- D
cessisse in Iordane quādo Naaman leprosus ille mūdatus est. Puella illa ex captiuis quæ est, nisi quæ speciē habebat Ecclesię, & figurā repręsentabat? Captiuus enim erat populus nationum. Captiuus erat, non dico captiuitatē sub hoste alio quo populo constitutā, sed eā captiuitatē dico quæ maior est, quando diabolus cū suis ꝙuo dominatur imperio, & captiua sibi colla subiicit peccatorū. Ergo habes vnū baptisma. Aliud i diluuio. Habes tertiū gen? quādo in mari rubro baptizati sūt patres. Habes quartum genus in piscina quādo mouebatur aqua. Nūc te cōsulo vtrū credere debeas, quia habes præsentiā trinitatis in hoc baptismate quo baptizatur in Ecclesia.

Quid significet qd ad preces Helisæi ferrum securis demersū supernatauerit. Quid etiā qd Moyses lignū miserit in fontem, quo aqua antea amara dulcescebat.

Caput IIII.

IDEM itaq; domin? noster Iesus Christus in Euangelio suo dicit ad Apostolos: Ite baptizate oēs gētes in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Sermo hic saluatoris est. Dic mihi o homo. Inuocauit Helias, & descēdit ignis de cę- 1.Reg.18
lo. Inuocauit Helisæus dīi nomen, & de aqua ferrū se- 4.Reg.6.
curis ascendit qd demersum fuerat. Ecce aliud gen? baptismatis. Quare? Q tia oīnis homo ante baptismum quasi ferrū premitur atq; demergitur. Vbi baptizatus fuerit, nō tanē ferrū, sed tanē iam leuior fructuosi ligni species leuatur. Ergo & hic figura altera. Securis erat E
qua cędebantur ligna. Cecidit manubriū de securi, hoc est, ferrū demersum est. Filius Prophetæ nesciuit quid faceret, sed hoc solū sciuit, vt rogaret Helisęū prophetā, & remediū postularet. Tunc ille lignū misit, & ferrū leuatū est. Vides ergo quod in cruce Christi oīnis hominū leuatur infirmitas? Aliud, etsi non ordinē tenemus. Q uis eni posset omnia gesta cōprehendere Christi? sicut Apostoli dixerūt. Moyses cum venisset in desertū, & sitisset populus, & venisset ad Marath fontē, & bibere vellet, aquam vbi primum hausit, & amaritudinē sensit, & cœpit bibere non posse: ideo Moyses misit lignum in fontē, & cœpit aqua quę ante erat amara, dulcescere. Quid significat, nisi quia oīnis creatura corruptelæ obnoxia, aqua amara est omnibus? Etsi ad tēpus suauis est, ad tēpus iucunda, amara tamen est, quæ non potest auferre peccatū. Vbi biberis, sities. vbi potus ceperis suauitatem, iterum amaritudinem senties. Amara ergo aqua, sed vbi crucem Christi, vbi acceperit cæleste sacramētum, incipit esse dulcis & suauis. Et merito dulcis, in qua culpa reuocatur. Ergo si in figura F
tantū valuerunt baptismata, quanto amplius valet baptisma in veritate?

De efficaci probatione quod ad inuocationem sacerdotis super fontem veri baptismi potius assit presentia trinitatis q̄ ad supratactas figuras baptismi, & quid significet colūba. Quid etiam spirit? magno sono in die Pētecostes descendēs & apparēs in dispertitis linguis.

Caput V.

NVNC ergo cōsideremus. Venit sacerdos, precem dicit ad fontē, inuocat patris nomē, presentiam filii & spiritus sancti, vtitur verbis cælestibus. Cælestia verba, quæ Christi sunt, quod baptizemus in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Si ergo ad hominis sermonē, ad inuocationē sācti aderat presentia trinitatis, quāto magis ibi adest vbi sermo operaē æternus? Vultis scire qa descēdit spiritus? Audite, qa quasi colūba descēdit. Q uare quasi colūba? Vt incredulis vocarētur ad fidē. In principio signum debuit esse, in posterioribus debet esse perfectio. Accipe aliud. Post mortē domini nostri Iesu Christi

Actuũ.2. Apostoli erant in vno loco congregati,& orabãt in die
G Pẽtecostes,& subito factus est magnus sonus, quasi cũ
vi magna spiritus ferretur,& visæ sunt linguæ dispersę
sicut ignis. Quid hoc significat, nisi descensum spiritus
sancti, qui se voluit incredulis etiam corporaliter demõ-
strare? Hoc est, corporaliter per signum, spiritaliter per
sacramentum. Ergo manifestum testimoniũ eius ad-
uentus: nobis autẽ iã fidei prærogatiua defertur, quia
in principio signa incredulis fiebãt, nobis iã in plenitu-
dine Ecclesię non signa, sed fide veritas colligenda est.

Quod baptismum inuentum sit ad resurrectionem
& viuificationem naturę humanæ, quæ per peccatum
morti obnoxia erat. Caput VI.

NVNC disputemus quid sit quod dicit̃ bap-
tisma. Venisti ad fontem, descẽdisti in eũ,
attẽdisti summum sacerdotem, Leuitas &
presbyterum in fonte vidisti. Quid est ba-
ptismum? In principio deus noster hominem fecit, vt si
peccatum non gustaret, morte nõ moreretur. Peccatũ
cõtraxit, factus est obnoxius morti, eiectus est de para-
diso. Sed dominus qui sua vellet beneficia permanere,
& insidias oẽs abolere serpentis, rescindere quoq; omne
H quod nocuit: primum quidem sentẽtiam tulit in homi-
Genes.3. nem, Terra es, & in terram ibis, & morti hominẽ fecit
obnoxium. Erat diuina sententia, solui humana condi-
tione nõ poterat. Remediũ datum est, vt homo more-
retur, & resurgeret. Quare? Vt illud qđ ante dãnatiõis
loco cesserat, loco cederet beneficii. Quid illud est nisi
mors? Queris quomodo? quia mors interueniens finẽ
facit peccati. Quãdo enim morimur, vtiq; peccare desi-
stimus. Satisfactum ergo sententiæ videbatur, quando
homo qui factus fuerat vt viueret, si tamen non pecca-
ret, icipiebat mori. Sed vt dei perpetua gratia perseue-
raret, mortuus est homo, sed Christus inuenit resurre-
ctionem, id est vt redintegraret cæleste beneficiũ, quod
fraude fuerat serpentis amissũ. Vtrũq; ergo pro nobis:
quia & mors finis est peccatorum, & resurrectio naturę
est reformatio. Verũtamẽ ne i hoc seculo diaboli fraus
vel insidiæ præualerent, inuẽtum est baptisma. De quo
baptismate audi quid dicat scriptura, immo filius dei,
Lucæ.7. Quia Pharisei qui noluerũt baptizari baptismo Ioan-
nis, consilium dei spreuerũt. Ergo baptismum consiliũ
dei est. Quãta est gratia vbi est cõsilium dei? Audi er-
I go. Nã vt in hoc seculo nexus diaboli solueretur, inuen-
tum est quomodo homo viuus moreretur, & viuus re-
surgeret. Quid est viuus? Hoc est, vita corporis viuens
cum veniret ad fontem, & mergeretur in fõtem. Quid
est aqua nisi de terra? Satisfit ergo sentẽtiæ cælesti sine
mortis stupore. Quod mergeris, soluitur sentẽtia illa:
Terra es, & in terrã ibis. Impleta sentẽtia locus est be-
neficio remedioq; cælesti. Ergo aqua de terra, possibili-
tas autem vitæ nostræ non admittebat vt terra operi-
remur, & de terra resurgeremus. Deinde nõ terra lauat,
sed aqua lauat: ideo fons quasi sepultura est.

De triplici ĩmersione in baptismũ, & triplici interro-
gatiõe, & qđ ĩ vno hoĩe baptizari oportet. Et quomodo
in morte Iesu baptizemur & vngamur in vitã æternã.
Caput VII.

INTERROGATVS es, Credis in deũ
patrem omnipotẽtẽ? Dixisti, credo. & mer-
sisti, hoc est, sepultus es. Iterũ interrogatus
es, Credis in dominum nostrũ Iesum Chri-
stum, & in crucẽ eius? Dixisti, credo. & mersisti: ideo &
Christo es cõsepult̃. Qui enim Christo cõsepelitur, cũ
Christo resurgit. Tertio interrogatus es, Credis & in
spiritũ sãctũ? Dixisti, credo. tertio mersisti, vt multipli-
cem lapsum superioris ætatis absolueret trina cõfessio.
Deniq; vt vobis afferamus exẽplũ, sanctus apostolus
Petrus posteaq̃ in passione domini lapsus videtur infir K
mitate cõditionis humanę: qui ante negauerat, postea
vt illũ lapsum aboleret & solueret, tertio interrogatus a
Christo si Christũ amaret, tunc ille dicit: Tu nosti dñe Ioan.21.
quia amo te. Tertio dixit, vt tertio absolueretur. Sicut
ergo peccatũ dimittit pater, sic dimittit filius, sic & spi-
ritus sanctus. In vno autẽ nomine baptizari nos opor-
tet: hoc est, ĩ nomine patris, & filii, & spiritus sãcti. Noli
mirari quia dixi vnũ nomen, vbi est vna substãtia, vna
diuinitas, vna maiestas. Hoc est nomen de quo dictum Actuũ.4.
est, in quo oportet oẽs saluos fieri. In hoc nomine oĩes
saluati estis, redditi estis ad gratiam vitę. Clamat ergo
Apostolus, sicut audistis in lectiõe pręsenti: Quoniam Roma.6.
quicũq; baptizatur, in morte Iesu baptizatur. Quid est
in morte? Vt quomodo Christus mortuus est, sic & tu
mortẽ degustes. Quomodo Christus mortuus est pec
cato, & deo viuit: ita & tu superioribus illecebris pecca-
torum mortuus sis per baptismatis sacramentũ, & sur-
rexeris per gratiam Christi. Mors ergo est, sed non in
mortis corporalis veritate, sed i similitudine. Cũ enim
mergis, mortis suscipis & sepulturæ similitudinẽ. Cru-
cis illius accipis sacramentũ, quod in cruce Christus pe
pendit, & clauis cõfixum est corpus. Tu ergo cũ cruci-
figeris, Christo adhæres, clauis dñi nostri Iesu Christi L
adhæres, ne te diabolus possit abstrahere. Teneat te
clauus Christi, quem reuocat humanæ conditionis in-
firmitas. Ergo mersisti, venisti ad sacerdotem, quid tibi
dixit? Deus, inquit, pater omnipotens qui te regenera-
uit ex aqua & spiritu sancto, concessitq; tibi peccata tua,
ipse te vngat in vitam æternã. Vide vbi vnctus es. In
vitam, inquit, æternam. Noli hãc vitam illi vitę ante-
ferre. Verbi gratia si exurgat inimicus aliquis, si velit
tibi fidem tuam auferre, si minatur mortem vt præua-
ricetur quisq̃, vide quid eligas: noli eligere illud in quo
non es vnctus, sed elige in quo vnct⁹ es, vt vitam æter-
nam vitæ præferas temporali pet Christum dominũ
nostrum. Amen.

CAPITA LIBRI TERTII DE SACRAMENTIS. M

Quare demersi in baptismum recipiãt vnguentum in
capite, & quid sit regeneratio. Qua ratione etiã hoc
seculum mare sit, nos autem piscis imitari naturam
oporteat. Et de mysterio lotionis infantiũ. Cap. I.
Quod per inuocationẽ sacerdotis septiformis spiritus
infundatur. Quid etiã significet lutum ex sputo su-
per oculos cæci positũ. Et q̃ qui baptizatur, sine con-
fessiõe etiã a pẽtõ abluit̃. Et qđ sit aqua Siloe. Ca. II.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCO-PI DE SACRAMENTIS LI-BER TERTIVS.
CAPVT PRIMVM.

HESTERNO DIE DE
fonte disputauim⁹, cuius spe-
cies veluti quędam sepulchri
forma est, in quem credentes
in patrẽ, & filiũ, & spiritũ san-
ctum, recipimur, & demergi-
mur, & resurgim⁹, hoc est re-
suscitamur. Accipis autẽ my
sterium, hoc est vnguentum
supra caput. Quare supra ca-
put̃ quia sensus sapientis in capite eius, Salomon ait.
Friget enim sapiẽtia sine gratia: sed vbi gratia accepe- Eccli.2.
rit sapientiam, tunc opus eius incipit esse perfectũ. Hæc

A regeneratio dicit̃? Quid est regeneratio? Habes in Ac-
tibus apostolorum quod ille versiculus qui dicitur in
psalmo secũdo: Filius meus es tu, ego hodie genui te:
ad resurrectionem spectare videatur. Nam⁊ sanctus a-
postolus Petrus in Actibus apostolorũ sic interpreta-
tus est, quod tunc quãdo resurrexit filius a mortuis, pa-
tris vox resultauerit: Filius meus es tu, ego hodie ge-
nui te. Vnde & primogenitus a mortuis dicitur. Ergo
resurrectio quid est, nisi quãdo de morte ad vitam resur
gimus? Sic ergo & in baptismate quoniam similitudo
mortis est, sine dubio dum mergis & resurgis, similitu-
do fit resurrectionis. Recte itaq; secundũ interpretatio-
nem apostoli Petri, sicut illa resurrectio generatio fuit,
ita & ista resurrectio regeneratio est. Sed qd dicis quia
Genẽ.1. in aquam mergis? Ideo peregrinaris, ideo te dubitatio
tenet. Legimus quidem: Producat terra ex se fructum
germinantem. Similiter et de aquis legisti: Producant
aquæ animantia. & nata sunt animãtia. Illa quidem in
principio creaturæ. Sed tibi reseruatum est vt aqua te
regeneret ad gratiam, sicut illa generauit ad vitã. Imi-
tare illum piscem qui minorẽ quidem adeptus est gra-
tiam, tamẽ debet tibi esse miraculum. In mari est, & su
per vndas est. In mari est, & super fluctus natat. In ma-
ri tempestas furit, stridunt procellæ, sed piscis natãs nõ
B demergitur, quia natare cõsueuit. Ergo tibi seculũ hoc
mare est. Habet diuersos fluctus, vndas graues, sæuas
tempestates. Et tu esto piscis, vt seculi te vnda nõ mer-
Psal.2. gat. Pulchre autem pater dicit ad filiũ: Ego hodie ge-
nui te. hoc est, quando redemisti populũ, quando ad cę-
li regnum vocasti, quãdo implesti voluntatem meam,
probasti meum te esse filium. Ascẽdisti de fonte. quid
secutum est? Audisti lectionẽ. Succinctus est sacerdos.
Licet enim & presbyteri fecerint, tamen exordium mi
nisterii a summo est sacerdote. Succinctus inquã sum-
mus sacerdos pedes tibi lauit. Quid istud mysterium?
Audisti vtiq; quia domin⁹ cum lauisset discipulis aliis
Ioan.13. pedes, venit ad Petrum, & ait illi Petrus: Tu mihi la-
uas pedes? Hoc est, tu dominus seruo lauas pedes? Tu
immaculatus mihi lauas pedes, tu autor cælorũ mihi
Mat.3. lauas pedes? Habes hoc & alibi: Venit ad Ioãnem, &
ait illi Ioãnes: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad
me? Ego sum peccator, & tu venis ad me peccatorem,
vt tua quasi peccata deponas, qui peccatum nõ feceris?
Vide omnem iustitiam, vide humilitatem, vide gra-
tiam, vide sanctificationẽ. Nisi lauero, inqt, tibi pedes,
non habebis mecũ partem. Non ignoramus quod ec-
clesia Romana hanc cõsuetudinem non habeat, cuius
typum in omnibus sequimur et formam. Hanc tamen
consuetudinem non habet vt pedes lauet. Vide ergo
ne forte ꝓpter multitudinẽ declinauit. Sunt tamen qui
C dicant & excusare conẽtur, quia hoc in ministerio faciẽ-
dũ est, nõ in baptismate, non in regeneratione, sed qua-
si hospiti pedes lauãdi sint. Aliud est humilitatis, aliud
sanctificationis. Deniq; audi quia mysterium est & san-
ctificatio. Nisi lauero tibi pedes, nõ habebis mecũ par-
tem. Hoc ideo dico, nõ quod alios reprehendã, sed mea
officia ipse commendem. In omnibus cupio sequi eccle
siam Romanã. Sed tamen & nos homines sensum ha
bemus. Ideo quod alibi rectius seruatur, & nos recte cu
stodimus. Ipsum sequimur apostolum Petrum, ipsius
inhæremus deuotioni. Ad hoc ecclesia Romana quid
respondet? Vtiq; ipse autor est nobis huius assertionis
Petrus apostolus, qui sacerdos fuit ecclesiæ Romanę.
Ioan.13. Ipse Petrus ait: Domine non solum pedes, sed etiã ma
nus & caput. Vide fidẽ. Quod ante excussauit, humili-
tatis fuit. qđ postea se obtulit, deuotionis et fidei. Respõ
dit illi dominus, quia dixerat manus & caput: Qui la-
uit, non necesse habet iterum lauare, nisi vt solos pedes
lauet. Quare hoc? Quia in baptismate omnis culpa di
luitur. Recedit ergo culpa. Sed quia Adam supplãta-
tus a diabolo est, et venenũ ei effusum est supra pedes,
ideo lauas pedes, vt in ea parte in qua infidiatus est ser D
pens, maius subsidiũ sanctificationis accedat, quo post-
ea te supplantare non possit. Lauas ergo pedes, vt la-
nes venena serpentis. Ad humilitatem quoq; proficit,
vt in mysterio non erubescamus quod non dedigna-
mur in obsequio.

Quod per inuocationem sacerdotis septiformis spi-
ritus infundatur. Quid etiam significet lutum ex spu-
to super oculos cæci positum. Et quod qui baptizatur,
sine confessione etiam a peccato abluitur. Et quid sit a-
qua Siloe. Caput II.

SEQVITVR spiritale signaculum quod
audistis hodie legi, quia post fontem super-
est vt perfectio fiat, quãdo ad inuocationem
sacerdotis spiritus sanctus infunditur, spi- Esa.11.
ritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii atq; virtu
tis, spiritus cognitionis atq; pietatis, spiritus sancti ti-
moris. Septem quasi virtutes spiritus. Et omnes quidẽ
virtutes ad spiritum pertinent, sed istæ quasi cardina-
les sunt, quasi principales. Quid enim tam principale
q̃ pietas? Quid tã principale q̃ cognitio dei? Quid tam
principale q̃ virtus? Quid tã principale q̃ cõsilium dei?
Quid tã principale q̃ timor dei? Sicut timor seculi in-
firmitas, ita timor dei magna est fortitudo. Iste sunt se- E
ptem virtutes quando consignaris. Nam vt ait apostо- 1. Cor. 12.
lus sanctus, Quia multiformis est, inquit, sapiẽtia do-
mini nostri, & multiformis sapientia dei, ita multifor-
mis est spiritus sanct⁹ qui habeat diuersas variasq; vir-
tutes. Vnde & deus virtutũ dicitur. Quod aptari po-
test patri & filio & spiritui sancto. Sed hoc alteri? dispu-
tationis, alterius est temporis. Post hęc quid sequitur?
Venire habes ad altare. Quoniam venisti, videre ha-
bes quæ ante non videbas, hoc est mysteriũ quod legi-
sti in euangelio, si tamẽ legisti: certe audisti: Cęcus ob-
tulit se Saluatori, vt curaretur. Et ille q̃ alios verbo tan
tum & sermone curabat, & refundebat imperio lumẽ
oculorum, tamen in libro euangelii qui scribitur secun-
dum Ioãnem, qui vere præ cęteris vidit magna myste-
ria, & designauit & declarauit, mysteriũ hoc in illo vo-
luit præfigurare. Omnes quidem sancti euangelistę, o-
mnes apostoli præter proditorẽ, omnes sancti. Tamen
sanctus Ioannes qui vltimus scripsit euãgelium, quasi
necessarius requisitus & electus a Christo, maiore qua- F
dam tuba fudit æterna mysteria. Quicquid locut⁹ est,
mysteriũ est. Alius dixit cæcum curatum, dixit Mat-
thæus, dixit Lucas, dixit Marcus: solus Ioannes quid
ait? Tulit lutum, & liniuit super oculos eius, et dixit ei, Ioan.9.
Vade, laua in Syloã. Et exurgẽs iuit, & lauit, & venit
videns. Confidera & tu oculis cordis tui. Videbas quę
corporalia sunt, corporalibus oculis. Sed quæ sacramẽ-
torum sunt, cordis oculis adhuc videre nõ poteras. Er-
go quando dedisti nomẽ tuum, tulit lutũ, & liniuit su-
per oculos tuos. Quod significat vt peccatũ tuũ fatere-
ris, vt conscientiam tuam recognosceres, vt pœnitentiã
ageres delictorum, hoc est, sortem humanę generatio-
nis agnosceres. Nam etiam si nõ confiteatur peccatum
qui venit ad baptismum, tamẽ hoc ipso implet confes-
sionem omnium peccatorũ, quod baptizari petit vt iu-
stificetur, hoc est, vt a culpa ad gratiam trãseat. Nolite
ociosum putare. Sunt quidã, scio certe aliquẽ fuisse qui
diceret cum illi diceremus: In hac ætate magis bapti-
zari debes. Dicebat ille: Quare baptizer? Peccatũ non
habeo. Nunquid peccatũ contraxi? Hic lutum non ha-
buit quod ei Christus nõ lauerat, hoc est, non ei aperte
rat oculos. Nullus enĩ homo sine peccato. Ergo agno-
scat se hominem, qui cõsurgit ad baptismũ Christi. Itaq;
& tibi imposuit lutũ, hoc est, verecundiam, prudentiã,
consideration em fragilitatis tuę, & dixit tibi, Vade in
Syloam. Quid est Syloas? Quod interpretat̃, inquit,

G missus. Hoc est, vade ad illum fontem in quo crux domini prędicatur. Vade ad illū fontem in quo omnium Christus redemit errores. Istī, lauisti, venisti ad altare, videre cœpisti quæ ante non videras. Hoc est, per fontem domini & prædicationem dominicę passionis tūc aperti sunt oculi tui, qui ante corde videbaris esse cæcatus, cœpisti lumē sacramentorū videre. Ergo fratres dilectissimi, venimus vsq; ad altare, ad tractatum vberiorem. Et ideo quia id temporis est, disputationem integram non possumus incipere, quia prolixior tractatus est. satis sit quod dictum est hodie, & crastino die, si domino placet, de sacramentis ipsis tractabimus.

CAPITA LIBRI QVARTI DE SACRAMENTIS.

Quomodo baptisterium sit secundum tabernaculum. Et de expositione eorum quæ in tabernaculo custodiebantur. Caput I.

De excellentia ablutionis sacramenti, quam etiā angeli admirantur. Et quomodo ibi renouari debeamus vt bona aquila. Caput II.

Quod deus amplius præstiterit fidelibus in sacramento, q̄ Iudæis in manna. Et de significatione oblationis Melchisedech. Caput III.

Quod Christus sit autor sacramentorum, & quemadmodum suo sermone sacramētum conficiat. Quomodo etiam manducans venerabile corpus, suū noua efficiatur creatura. Caput IIII.

H Quibus verbis consecretur corpus dominicum & sanguis. Et quomodo manducans non moriatur in æternum. Caput V.

De magnitudine & excellētia huius sacramēti. Ca. VI.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER QVARTVS.

Caput primum.

I Heb. 9. IN VETERI TESTAmento sacerdotes frequenter in primū tabernaculū intrare consueuerant. In secūdum tabernaculum semel in anno summus intrabat sacerdos. Quod euidēter ad Hebręos recolēs, seriem veteris testamenti explanat aplus Paulus. Erat autē in secundo tabernaculo manna, erat etiā virga Aaron quę aruit, & postea refloruit, thymiamaterium. Quo spectat hoc? Vt intelligatis quid sit secūdum tabernaculum in quod vos introduxit sacerdos, in quod semel in anno summus sacerdos intrare cōsueuit, hoc est ad baptisteriū, vbi virga Aarō floruit. Ante arida erat, postea refloruit. Et tu aridus eras, & cœpisti in fonte irriguo reflorescere. Arueras peccatis, arueras erroribus atq; delictis, sed fructū iam afferre cœpisti, plantatus secus decursus aquarum. Sed forte dicas: Quid hoc ad populum si virga sacerdotis aruerat, et refloruit? Populus ipse q̄d est nisi sacerdotalis? Quibus dictum est: Vos autem genus electū, regale sacer-
1. Petri. 2 dotium, gēs sancta, vt ait apostol⁹ Petrus. Vnusquisq; vngitur in sacerdotium, vngitur in regnum. Sed spirituale regnū est, & sacerdotium spirituale. In secūdo quoq; tabernaculo est thymiamaterium. Thymiamaterium est quod bonum odorem fragrare consueuit. Ita & vos iam bonus odor Christi estis, iā nulla in vobis sors delictorum, nullus odor grauioris erroris. k

De excellentia ablutionis sacramēti, quā etiam angeli admirantur. Et quomodo ibi renouari debeamus vt bona aquila. Cap. II.

SEQVITVR vt veniatis ad altare. Cœpistis venire, spectarunt angeli, viderūt vos aduenientes, & humanam conditionē illam quæ ante peccatorū tenebroso squalore sordebat, aspexerūt subito refulgere. Ideoq; dixerūt: Quæ Canti. 3. est hæc quę ascēdit a deserto dealbata? Mirantur ergo & angeli. Vis scire quia mirantur? Audi ergo apostolum Paulum dicentem ea nobis esse collata quę cōcupiscunt & angeli videre. Et iterū: Quod oculus non vi- 1. Cor. 2. dit, nec auris audiuit quæ præparauit deus diligētibus se. Deinde quid acceperis recognosce. Sanctus Dauid propheta hāc gratiam in figura vidit & cōcupiuit. Vis scire quia concupierit? Iterum audi dicētem: Asperges Psal. 50. me hyssopo, & mūdabor: lauabis me, & super niuē dealbabor. Quare? Quia nix quamuis sit candida, cito aliqua sorde nigrescit atq; corrumpitur. Ista gratia quā accepisti, si teneas quod accepisti, erit diuturna atq; perpetua. Veniebas ergo desiderās ad altare, vtpote qui tan L tam gratiā videras, veniebas desiderans ad altare, quo acciperes sacramentum. Dicet anima tua: Introibo ad Psal. 42. altare dei mei, ad deū qui lætificat iuuentutem meam. Deposuisti peccatorū senectutem, sumpsisti gratiæ iuuentutem. Hoc præstiterunt tibi sacramenta cælestia. Deniq; iterum audi dicentem Dauid: Renouabitur si- Psal. 102. cut aquilæ iuuentus tua. Bona aquila esse cœpisti, quę cælum petis, terrena fastidis. Bonæ aquilæ circa altare. Vbi enim corpus, ibi & aquilę. Forma corporis altare est, et corpus Christi est in altari. Aquilę vos estis, renouatæ ablutione delicti.

Quod deus amplius præstiterit fidelib⁹ in sacramento, q̄ Iudæis in manna. Et de significatione oblationis Melchisedech. Caput III.

VENISTI ad altare, vidisti sacramenta posita super altare, & ipsam quidem miratus es creaturā. Tamē creatura solēnis et nota. Forte aliquis dixerit. Iudæis deus tātam gratiā præstitit, manna illis pluit e cælo. Quid plus dedit fidelibus suis? Quid plus tribuit iis quibus plus promisit? Accipe quæ dico, anteriora esse mysteria Christia- M norum q̄ Iudæorum, & diuiniora esse sacramēta Christianorū q̄ Iudæorū. Quomodo? Accipe. Iudæi quando esse cœperunt? Ex Iuda vtiq; pronepote Abrahæ. Aut si vis, & sic intelligе, Ex lege quā Iudæi accipere Exo. 16. meruerūt. Ergo ex pnepote Abrahæ Iudæi dicti sunt tempore sancti Moysi. Et si tunc deus Iudæis manna murmurantibus pluit e cælo, Tibi autē sacramentorū horum figura præcessit quādo Abraham erat, quando Geñ. 14. vernaculos trecentos decem & octo collegit, & ibi persecutus est aduersarios, de captiuitate erues nepotē suū. Tūc victor venit, occurrit illi Melchisedech sacerdos, & obtulit ei panem & vinum. Quis habuit panem & vinum? Abraham nō habuit. Sed quis habuit? Melchisedech. Ipse ergo autor sacramētorū. Quis est Melchisedech? Qui significat rex iustitiæ, rex, pacis. Quis est iste rex iustitię? Nunquid homo quisquā potest rex esse iustitię? Quis ergo rex iustitię, nisi iustitia dei, qui est dei pax, dei sapientia? Qui potuit dicere: Pacē meā Ioan. 14. do vobis, pacē meam relinquo vobis. Ergo primo intelligе sacramēta hęc quæ accipis, anteriora esse q̄ sint Moysi sacramenta quęcunq; Iudæi habere se dicūt, & prius cœpisse populū Christianū, q̄ cœpisse populum Iudæorū. Sed nos in prędestinatione, illum in nomine. Obtulit ergo Melchisedech panē & vinum. Quis est

Hebr. 7. Melchisedech? Sine patre, iquit, sine matre, sine genealogia rationis ordine, neq; initiū dierū, neq; finem vitę habēs. A Hoc habet apud Hebræos epistola. Sine patre, inquit, est, sine matre, similis autē filio dei. Sine matre nat⁹ est dei filius generatione cælesti, quia ex solo deo patre natus est. Et iterū sine patre natus est, quādo nat⁹ ex virgine est. Nō enim ex virili semine generatus est, sed natus de spiritu sancto ex virgine Maria, vtero edit⁹ virginali. Similis per omnia filio dei. Sacerdos quoq; erat Melchisedech, quia & Christus sacerdos, cui dicit⁹: Tu
Psal. 109. es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech.

Quod Christus sit autor sacramentorum, & quemadmodum suo sermone sacramentum cōficiat. Quomodo etiam manducans venerabile corpus suum noua efficiatur creatura. Caput IIII.

ERGO autor sacramentorū quis est nisi dominus Iesus? De cælo ista sacramēta venerunt. Cōsiliū enim omne de cælo est. Vere autē magnum est & diuinū miraculum qd populo pluit deus māna de cælo, & nō laborabat populus, & māducabat. Tu forte dicis: Meus panis est vsitatus, sed panis iste panis est ante verba sacramentorū: vbi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur astruamus, quomodo potest qui panis est corpus
B esse Christi cōsecratione. Cōsecratio igitur quibus verbis est, & cuius sermonibus? Domini Iesu. Nā reliqua omnia quæ dicūtur, laus deo defertur: oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. vbi venitur vt cōficiatur venerabile sacramentū, iā non suis sermonibus sacerdos, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentū. Quis sermo Christi? Nempe is quo facta sunt omnia. Iussit dns, & factum est cælū. Iussit dns, & facta est terra. Iussit dns, & facta sunt maria. Iussit dns, & omnis creatura generata est. Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi? Si ergo tanta vis est in sermone domini Iesu, vt inciperēt esse quę nō erant: quanto magis operatorius est vt sint quæ erant, & in aliud cōmutentur? Cælū non erat, mare non erat,
Psal. 148 terra nō erat. Sed audi dicentē: Ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Ergo tibi vt respōdeā, nō erat corpus Christi ante consecrationē. Sed post consecrationem dico tibi q̄ iā corpus est Christi. Ipse dixit, & factū est: ipse mandauit, & creatum est. Tu ipse eras, sed eras vetus creatura: posteaq̄ cōsecratus es, noua creatu-
C ra esse cœpisti. Vis scire q̄ noua creatura? Omnis, inqt, in Christo noua creatura. Accipe ergo quemadmodū sermo Christi creaturā omnē mutare cōsueuerit, & mutat quando vult instituta naturę. Quomodo requiris? Accipe, & primo omniū de generatiōe eius sumamus exemplum. Consuetudo est vt nō generetur homo nisi ex viro & muliere, & consuetudine cōiugali. Sed quia voluit dominus, qui hoc elegit sacramentum, de spiritu sancto & virgine natus est Christus, hoc est, mediator dei & hominū homo Christus Iesus. Vides ergo quia cōtra instituta & ordinem homo est natus ex virgine.
Exod. 14. Accipe aliud. Vrgebatur populus Iudęorum ab Egyptiis, itercluſus erat mari. diuino imperio virga Moyses tetigit aquas, & se vnda diuisit: nō vtiq; secundū suę naturę consuetudinē, sed secundū gratiā cælestis imperii. Accipe aliud. Sitiebat populus, veniebat ad fōtem,
Exo. 15. amarus erat fons. misit lignū sanctus Moyses in fontē, & fact⁹ est dulcis fōs qui amarus erat. hoc est, mutauit consuetudinē naturæ suæ, accepit dulcedinem gratiæ.
4. Reg. 6. Accipe & quartum exemplum. Ceciderat ferrum securis in aquas. quasi ferrū, sua consuetudine demersum est. misit lignum Heliseus, statim ferrum eleuatū est, & aquis supernatauit, vtiq; cōtra consuetudinem ferri. Est enim materies grauior, q̄ aquarū est elemētum. Ex his igitur oīnibus non intelligis quātū operetur sermo cęlestis? Si operatus est in fonte terreno, si operatus est D sermo cælestis in aliis rebus, nō operatur in cælestibus sacramētis? Ergo didicisti q̄ ex pane corpus fiat Christi, et quod vinum & aqua in calicē mittitur, sed fit sanguis cōsecratione verbi cælestis. Sed forte dicis: Speciē sanguinis non video. Sed habet similitudinē. Sicut enī mortis similitudinē sumpsisti, ita etiā similitudinē pretiosi sanguinis bibis, vt nullus horror cruoris sit, & pretiū tamen operetur redēptionis. Didicisti ergo quia qd accipis, corpus est Christi.

Quibus verbis cōsecretur corp⁹ dñici & sāguis. Et quomodo māducās nō moriatur in ęternū. Ca. V.

NIS scire quia verbis cælestibus consecratur? Accipe quæ sunt verba. Dicit sacerdos: Fac nobis, iquit, hāc oblationē ascriptam, rationabilē, acceptabilē: quod est figura corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Qui pridie q̄ pateretur, in sāctis manibus suis accepit panē, respexit ad cælū, ad te sancte pater omnipotēs ęterne deus, gratias agens: benedixit, fregit, fractumq; apostolis suis & discipulis suis tradidit dicēs: Accipite, & edite ex hoc E omnes. Hoc enim est corpus meū, quod pro multis cōfringetur. Similiter etiā calicē postq̄ cœnatū est, pridie q̄ pateretur accepit, respexit ad cęlum, ad te sancte pater omnipotens æterne deus, gratias agēs: benedixit, apostolis & discipulis suis tradidit dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes. hic est enim sanguis meus. Vide, omnia illa verba Euangelistæ sunt vsq; ad Accipite, siue corpus, siue sanguinē. Inde verba sunt Christi: Accipite, bibite ex eo oīes. hic est enim sanguis meus. Vide singula. Qui pridie, inquit, q̄ pateretur, in sāctis manibus suis accepit panē. Anteq̄ consecretur, panis est. vbi autē verba Christi accesserint, corpus est Christi. Deniq; audi dicentē: Accipite & edite ex eo oīes, hoc est corp⁹ meū. Et ante verba Christi, calix est vini & aquę plenus. Vbi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebē redemit. Ergo videte quātis generibus potens est sermo Christi vniuersa conuertere. Deinde ipse dominus Iesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus & sanguinem. Nūquid debemus de eius fide & testificatiōe dubitare? Iā redi mecū ad pro- F positionē meam. Magnū quidem & venerabile, quod manna Iudæis pluit e cælo. Sed intellige, quid est amplius, māna de cęlo, an corpus Christi? Corpus Christi vtiq;, qui autor est cæli. Deinde māna qui māducauit, mortuus est. Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remissio peccatorum, & non morietur in æternum. Ergo non octose tu dicis Amen, iam in spiritu confitens qd accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos, corp⁹ Christi. Et tu dicis Amen. hoc est, verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus.

De magnitudine & excellētia huius sacramēti. C. VI.

MVLT scias autē hoc esse sacramētū, huius figura ante prēcessit. Deinde quantū sit sacramētū cognosce, vide quid dicat: Quotiēscunq; hoc feceritis, totiēs cōmemoratione mei facietis, donec iterū aduenia. Et sacerdos dicit: Ergo memores gloriosissimę eius passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cælū ascēsionis, offerim⁹ tibi hanc immaculatā hostiā, rationabilē hostiā, incruentā hostiā, hanc panē sanctū, & calicē vitæ æternę: & petimus & precamur vt hanc oblationem suscipias in sublimi altari tuo per manus angelorū tuorū, sicut suscipere dignatus es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificiū patriarchę nostri Abrahæ, & qd tibi obtulit summus sacerdos Melchisedech. Ergo quotiēscunq; accipis, quid tibi dicit Apostolus? Quotiēscunq; accipim⁹, mortē dñi annūciamus: 1. Cor. 11.

G si mortē annūciamus, annūciamꝰ remissionē peccato-
rū. Si quotienscūq; effunditur sanguis, in remissionem
peccatorū fūditur, debeo illū semper accipere, vt semper
mihi peccata dimittātur. Qui sēper pecco, sēper debeo
habere medicinā. Interim & hodie quantū potuimus
explanauimꝰ. Sed crastina die sabbato & dñica de ora-
tionis ordine dicemꝰ, queadmodū possumꝰ. Dñs deus
noster conseruet vobis gratiā quā dedit, & oculos quos
vobis aperuit, plenius illuminare dignetur per vnige-
nitū filiū suū regē ac saluatorē dominū deū nostrū, per
quem & cū quo sibi est laus, honor, gloria, magnificen-
tia, potestas cum spiritu sancto a seculis, & nūc & sem-
per, & in omnia secula seculorum. Amen.

CAPITA LIBRI QVINTI DE SACRAMENTIS.

Qua ratione ī calice aqua admisceatur vino, & de my-
sterio illius. Caput I.
De gratiosa Christi inuitatione ad cæleste conuiuium
per osculum oris sui. Caput II.
Quod accipienti sacramenta nihil desit. Et quomodo
Ecclesia gaudeat de associata multorum epulatiōe,
H & quæ dicatur arbor pomifera. Caput. III.
Quemadmodum orandum sit, & de breui expositione
orationis dominicæ. Caput IIII.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER QVINTVS.

Qua ratione in calice aqua admisceatur vino, & de mysterio illius. Caput I.

HESTERNVS SER-
mo noster ac tractatꝰ vsq; ad
sancti altaris sacramenta de-
ductus est. Et cognouimꝰ sa-
cramentorū istorū figurā A-
brahæ tēporibus præcessisse
quādo obtulit sacrificiū sctūs
Melchisedech, neq; initium
neq; finē habens dierū. Audi
homo qd dicat Paulus apo-
stolus ad Hebræos. Vbi sunt qui filiū dei dicūt esse de
I tēpore? De Melchisedech dictū est qa neq; initiū neq; fi-
nem dierum habet. Si Melchisedech nō habet initium
dierū, num Christus habere potuit? Sed nō est plus fi-
gura q̄ veritas. Vides ergo quia ipse primꝰ & nouissi-
mus. Primus, quia autor est omniū. Nouissimus, non
quod finē inueniat, sed qd vniuersa cōcludat. Diximus
ergo qd in altari cōstituat̃ calix & panis. In calicē, inqt,
mittitur vinū. Et quid aliud? Aqua. Sed tu mihi dicis:
Quomodo ergo Melchisedech panē & vinū obtulit?
Quid sibi vult admixtio aquę? Rationē accipe. Primo
omniū, figura quę ante pręcessit tempore Moysi, quid
habet? Quia cū sitiret populus Iudæorum, & murmu-
raret qd aquā inuenire non posset, iussit deus Moysi vt
tangeret petram de virga. Tetigit petrā, & petra vndā
1. Cor. 10. maximā fudit, sicut Apostolus ait: Bibebāt aūt de cō-
sequenti petra, petra autē erat Christus. Non immobi-
lis petra, quę populū sequebat̃. Et tu bibe, vt te Christꝰ
sequatur. Vide mysteriū. Moyses, hoc est Propheta.
Virga, hoc est verbū dei. Sacerdos vero dei tangit pe-
tram, & fluit aqua, & bibit populus dei. Tāgit ergo sa-
cerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam
æternā, & bibit populus dei, qui dei gratiā cōsecutꝰ est.
Didicisti ergo hoc. Accipe & aliud. In tēpore dñicę pas-
sionis cū sabbatū magnū instaret, quia viuebat dñs no-
ster Iesus Christus, vel latrones missi sunt qui percute- K
rent eū. veniētes inuenerūt defunctū dñm Iesum Chri-
stū. tunc vnus de militibus lācea tetigit latus eius, & de
latere eius aqua fluxit & sanguis. Quare aqua? quare
sāguis? Aqua vt emūdaret, sāguis vt redimeret. Qua-
re de latere? Quia vnde culpa, inde gratia. Culpa per fœ
minam: gratia per dominum Iesum Christum.

De gratiosa Christi inuitatione ad cæleste conuiuiū per osculum oris sui. Caput II.

VENISTI ad altare, vocat te dñs Iesus vel
animā tuā vel Ecclesiā, & ait: Osculetur me Cantic. 1.
ab osculis oris sui. Vis ad Christū aptare?
nihil gratius. Vis ad animā tuā? nihil iucū-
dius. Osculetur me. Videt te mūdū esse ab omī pecca-
to, quia delicta de terra sunt: ideo te sacramētis cælesti-
bus dignū iudicat, & ideo inuitat ad cæleste cōuiuium.
Osculetur me ab osculis oris sui. Tamē propter sequē-
tia anima tua vel humana conditio vel Ecclesia videt
se ab omnibus mundatā esse peccatis, & dignā quæ ad
altare Christi possit accedere. Quid est enī altare, nisi
forma corporis Christi? Vidit sacramēta mirabilia, &
ait: Osculetur me ab osculis oris sui. hoc est, osculū mi-
hi Christus infigat. Quare? Quia meliora vbera tua
super vinū, hoc est meliores sensus, meliora sacramēta
tua super vinū. Super illud vinum qd etsi suauitatē ha-
bet, lætitiā habet, gratiā habet: tamē in illo lętitia secu-
laris, in te autē iucunditas est spiritalis. Iam tunc ergo
Salomon inducit nuptias vel Christi & ecclesię, vel spi
ritus & carnis & animæ, & addidit: Vnguētū exinani- L
tum est nomē tuū, propterea adolescētulæ dilexerūt te.
Quæ sunt istæ adolescētulæ, nisi animę singulorū quæ
deposuerūt istius corporis senectutē, renouatę per spiri-
tū sanctū? Attrahe nos, post odorē vnguētorū tuorum
currimus. Vide quid dicat. Nō potes sequi Christum
nisi ipse attrahat. Deniq; vt scias: Cū exaltatus, inquit, Ioan. 12.
fuero, omnia trahā ad meipsum. Induxit me rex in cu-
biculum suū. Græcus: In promptuariū suū, & in cella- Cantic. 2.
rium suū, habet. Vbi bona libamina, vbi boni odores,
vbi mella suauia, vbi fructꝰ diuersi, vbi epulæ variæ, vt
plurimis epulis tuum prandium condiatur.

Quod accipiēti sacramenta nihil desit. Et quomodo Ecclesia gaudeat de associata multorum epulatiōe, & quæ dicatur arbor pomifera. Caput III.

ERGO venisti ad altare, accepisti corpꝰ Chri
sti. Audi iterū q̄ sacramēta es cōsecutꝰ. Au-
di dicentē sanctū Dauid, et ille in spiritu hæc
mysteria pręuidebat, & lætabat̃, & nihil sibi
abesse dicebat. Quare? Quia q accepit corpꝰ Christi, M
nō esuriet in ęternū. Quotiēs audisti vigesimū secundū
Psalmū, & nō intellexisti? Vide queadmodū aptus sit
cælestibus sacramētis: Dñs pascit me, & nihil mihi de- Psal. 22.
erit: in loco pascue ibi me collocauit. Sup aquā refectio-
nis educauit me, animā meā cōuertit. Deduxit me su-
per semitas iustitiæ, ꝓpter nomē suū. Nā et si ambulē
in medio vmbrę mortis: nō timebo mala, qm̄ tu mecū
es. Virga tua & baculꝰ tuus, ipsa me cōsolata sūt. Vir-
ga imperiū, baculus passio est, hoc est æterna diuinitas
Christi, sed etiā passio corporalis. Illa creauit, hæc rede-
mit. Parasti in cōspectu meo mēsā aduersus eos qui tri-
bulāt me. Impinguasti in oleo caput meū, & poculum
tuū inebriās q̄ præclarū est. Venisti ergo ad altare, ac-
cepisti gratiā Christi, sacramēta es cęlestia consecutus.
Gaudet Ecclesia redemptione multorū, & astare sibi fa
miliam candidatā spiritali exultatione lætatur. Habes
hoc in Canticis canticorū. Lętata inuocat Christū, pa- Canti. 5.
ratū habens cōuiuiū, quod dignū cęlesti epulatione vi-
deatur. Ideoq; ait: Descendat frater meus in ortū suū, &

A capiat fructū pomiferarū suarū. Quæ sunt istæ pomi-
feræ? Lignū aridū factus eras in Adā: sed nūc ꝑ gratiā
Christi pomifera arbor pullulasti. Libēter accepit dñs
Iesus, & dignatione cęlesti respōdit ecclesię suę: Descen
di, inquit, in ortū meū. vindemiaui myrrhā cū vnguen
tis meis. Māducaui panē meū cum melle meo, & bibi
vinū meum cū lacte meo. Edite, inquit, fratres mei, &
inebriamini, vindemiaui myrrhā cum vnguētis meis.
Quę est ista vindemia? Cognoscite vineā, & agnosce-
Psal. 79. tis vindemiā. Vineā, inquit, ex Egypto trāstulisti, hoc
est, populum dei. Vos estis vinea, vos estis vindemia,
quasi vinea plātati, quasi vīdemia fructū dedistis. Vin
demiaui myrrhā cū vnguētis meis, hoc est in odorem
quē accepistis. Māducaui panē meū cū melle meo. Vi
des q̄d in hoc pane nulla sit amaritudo, sed oīs suauitas
sit? Bibi vinū meū cū lacte meo. Vides hmōi esse læ-
titiam quę nullius peccati sordibꝰ polluat̃? Quotiens-
cunq; enī bibis, remissionē accipis peccatorū, & inebria-
Ephe. 5. ris in spiritu. Vnde & Aplus ait: Nolite inebriari vi-
no, sed implemini spiritu sācto. Vino enī qui inebriat̃,
vacillat & titubat. Spiritu qui inebriatur, radicatus in
Christo est. Et ideo ꝑclara ebrietas, q̄ sobrietatē mētis
operat̃. Hęc sunt quę de sacramētis breuiter pcurrimꝰ.

Quemadmodū orandum sit, & de breui expositione orationis dominicæ. Cap. IIII.

B

NVNC quid supest, nisi oratio? Et nolite pu-
tare mediocris esse virtut(, scire queadmodū
oretis. Apli sancti dicebant ad dñm Iesum:
Dñe, doce nos orare, queadmodum Ioānes
Luc. 11. docuit discipulos suos. Tūc ait dñs orationē: Pater no-
ster qui es in cęlis, sanctificetur nomē tuū, veniat regnū
tuū. Fiat volūtas tua, sicut in cęlo, & in terra. Panē no-
strum quotidianū da nobis hodie, & dimitte nobis de-
bita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribꝰ nostris.
Et ne nos patiaris induci in tentationē, sed libera nos a
malo. Vides q̄ breuis oratio, & omniū plena virtutū?
Primus sermo quātæ sit gratiæ? O homo, faciē tuā nō
audebas ad cælū attollere, oculos tuos in terrā dirige-
bas, et subito accepisti gratiā Christi, omnia tibi pecca-
ta dimissa sunt. Ex malo seruo factus es bonus filius.
Ideo presume, nō de operatione tua, sed de Christi gra
Ephe. 2. tia. Gratia enim saluati estis, Aplus ait. Non ergo hic
arrogātia est, sed fides. ꝑdicare quod acceperis, nō est su
perbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrē, qui te
per lauacrū genuit, ad patrē qui te per filiū redemit, &
C dic: Pater noster. Bona presūptio, sed moderata. Patrē
dicis quasi filius, sed noli tibi specialiter aliqd vēdicare.
Solius Christi specialis est pater, nobis oībus in cōmu
ne est pater, quia illū solū genuit, nos creauit. Dic ergo
& tu per gratiā, Pater noster, vt filiꝰ esse merearis. Ec-
clesię contuitu & cōsideratione te ipse cōmenda. Pater
noster, qui es in cęlis. Quid est in cęlis? Audi scripturā
Psal. 112. dicentē: Excelsus super oēs gentes dñs. Et vbiq; habes
quod super cęlos cęlorū dñs sit, quasi nō in cęlis & ange
li, quasi nō in cęlis & dñationes. Sed in illis cęlis de qbꝰ
Psal. 18. dictū est: Celi enarrant gloriā dei. Cælū est ibi, vbi ces-
sauit culpa. Cælū est ibi, vbi flagitia feriantur. Cælū est
ibi, vbi nullū mortis est vulnus. Pater noster qui es in
cęlis, sanctificetur nomē tuum. Quid est sanctificetur?
Leuit. 20. Quasi optemus vt sanctificetur ille qui ait: Estote san-
cti, quia ego sanctus sum. Quasi aliqd ei ex nostra ꝑdi-
catione sanctificationis accedat? Nō vtiq;. Sed sanctifi
cetur in nobis, vt ad nos eius possit sanctificatio perueni-
re. Pater noster qui es in cęlis, sanctificetur nomen tuū,
veniat regnū tuū. Quasi non æternū sit dei regnū. Ipse
Ioan. 18. Iesus dicit: Ego in hoc natus sum. & tu dicis patri, Ve-
niat regnū tuū, quasi nō venerit? Sed tūc venit regnum
dei, quādo eiꝰ estis gratiā cōsecuti. Ipse enī ait: Regnū
dei intra vos est. Veniat regnū tuū. Fiat voluntas tua
sicut in cęlo, & in terra. Panē nostrū quotidianū da no- D
bis hodie. Sanguine Christi pacificata sunt omnia, vel
in cęlo, vel in terra. Sanctificatū est cęlū, deiectus est dia
bolus. Ibi versatur, vbi & homo quem ille decepit. Fiat
volūtas tua &c. hoc est, sit pax in terra, queadmodū in
cælo. Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. Memi-
ni sermonis mei cū de sacramentis tractarē. Dixi vobis
quod ante verba Christi, q̄d offertur, panis dicatur: vbi
Christi verba deprōpta fuerint, iā nō panis dicitur, sed
corpus appellatur. Quare ergo in oratione dñica quæ
postea sequitur, ait: Panē nostrū? Panē quidē dixit, sed
ἐπιούσιον dixit, hoc est, supersubstātialē. Nō iste panis
est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternę, qui a-
nimæ nostrę substantiam fulcit. Ideo Græce ἐπιούσιον
dicitur. Latinus autem hūc panē quotidianū dixit, quē
Gręci dicūt aduenientē. Quia græci dicūt τὴν ἐπιοῦσαν
ἡμέραν, aduenientē diem. Ergo q̄d Latinus dixit, et q̄d
Gręcus, vtrūq; vtile videtur. Gręcus vtrūq; vno sermo-
ne significauit, Latinus quotidianū dixit. Si quotidia-
nus est panis, cur post annū illū sumis, queadmodum
Gręci in Oriente facere cōsuerunt? Accipe quotidie, q̄d
quotidie tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis acci-
pere. Qui nō meretur q̄tidie accipere, nō meretur post
annum accipere: quomodo Iob sanctus pro filiis suis of Iob. 1.
ferebat quotidie sacrificiū, ne forte aliquid vel in corde E
vel in sermone peccassent. Ergo tu audis q̄d quotiens-
cunq; offertur sacrificium, mors dñi, resurrectio dñi, ele
uatio dñi significetur, & remissio peccatorū: & panem
istū vitæ nō quotidianū assumis? Qui vulnus habet,
medicinā requirit. Vulnꝰ est, quia sub peccato sumus.
Medicina est cæleste & venerabile sacramentum. Pa-
nem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie
si accipis, quotidie tibi hodie est. Si tibi hodie est Chri-
stus, tibi quotidie resurgit. Quomodo? Filius meꝰ es Psal. 2.
tu, ego hodie genui te. Hodie ergo est quādo Christus
resurgit. Heri & hodie ipse est, aplus Paulus ait. Sed a- Heb. 13.
libi ait: Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Nox Rom. 13.
hesterna pręcessit, dies hodiernus appropinquauit. Se-
quitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimit
timus debitoribꝰ nostris. Debitū quid est nisi peccatū?
Ergo & si nō acciperes alieni fœnoris pecuniā, nō ege-
res: & ideo peccatū tibi imputat̃. Habuisti pecuniā, cū
qua diues nasceris. Diues eras ad imaginē & similitu-
dinē dei factus. pdidisti q̄d habebas, hoc est humilitatē,
dū arrogātiā desideras vēdicare, pdidisti pecuniā. sicut
Adā nudus es factus, accepisti a diabolo debitū, q̄d nō
erat necessariū. Et ideo qui eras liber in Christo, debi- F
tor factꝰ es diaboli. Cautionē tuā tenebat inimicus, sed
eā dñs crucifixit, & suo cruore deleuit. Abstulit debitū
tuū, reddidit libertatē. Bene ergo ait: Et dimitte nobis
debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus no-
stris. Vide qd dicas. Quo ego dimitto, sic & tu dimit-
te mihi. Si dimiseris, bene conuenit vt dimittat tibi.
Si nō dimittis, quomodo eū cōuenis vt dimittat̃ tibi?
Et ne patiaris induci nos in tentationē, sed libera nos a
malo. Vide quid dicat: Et ne patiaris induci nos in tē-
tationē, quā ferre nō possumꝰ. Nō dicit: Nō inducas in
tētationē, sed quasi athleta talē vult tētationē quā ferre
possit humana cōditio: vt vnusquisq; a malo, hoc est ab
inimico a peccato liberet̃. Potēs est autē dñs qui abstu
lit peccatū vestrū, & delicta vestra donauit, tueri & cu-
stodire vos aduersū diaboli aduersantis insidias, vt nō
vobis obrepat inimicus qui culpā generare consueuit.
Sed qui deo se cōmittit, diabolū non timet. Si enī deus Roma. 8.
pro nobis, quis cōtra nos? Ipsi ergo laus & gloria a secu
lis, & nūc, & semper, & in omnia secula seculorū. Amen.

CAPITA LIBRI SEXTI DE SACRAMENTIS.

Quomodo panis Christi sit vera caro, & verꝰ sanguis.
Et quare sub aliena specie accipiatur. Cap. I.

G Quod in omnibus ſacramentis ſit myſteriũ trinitatis connexum. Caput II.
Vbi orare debeamꝰ,& qd ſit orare oſtio clauſo. C.III.
Quare ſecrete potius orandũ ſit q̃ cum vociferatione. Et quare viri in omni loco orare debeant,& nõ mulieres.Et quid ſit leuare puras manus. Ca. IIII.
De inordinata diſceptatione orãtium. Et quod mulieres non in ornamentis orare debeant. Et de inchoatione orationis,eiuſq; medio ac fine,cum iterata dominicæ orationis expoſitione. Caput V.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE SACRAMENTIS LIBER SEXTVS.

Quomodo panis Chriſti ſit vera caro,& verus ſanguis.Et quare ſub aliena ſpecie accipiatur. Cap. I.

H SICVT VERVS EST dei filius dominus noſter Ieſus Chriſtus, non quẽadmodum homines per gratiam, ſed quaſi filiꝰ ex ſubſtãtia patris,ita vera caro,ſicut ipſe dixit, quã accipimus, & verus eſt potus. Sed forte dicas,q̃d dixerunt tunc tẽporis etiam diſcipuli Chriſti audiẽtes di-
Ioan.6. centem: Niſi quis mãducauerit carnem meã,& biberit ſanguinẽ meum,nõ manebit in me,nec habebit vitam æternam. Forte dicas: Quomodo vera? Qui ſimilitudinem video,nõ video ſanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de ſermone Chriſti, q operat̃ vt poſſit mutare & cõuertere generalia inſtituta naturæ. Deinde vbi nõ tulerũt ſermonẽ Chriſti diſcipuli eius,ſed audiẽtes quod carnẽ ſuã daret mãducare, & ſanguinẽ ſuũ daret bibendum,recedebãt: ſolus tamen Petrus dixit:
Ibidem. Verba vitę æternæ habes,& ego a te quo recedã? Ne
I igitur plures hoc dicerẽt, veluti quidã eſſet horror cruoris, ſed maneret gratia redẽptionis, ideo ĩ ſimilitudinẽ quidẽ accipis ſacramentũ,ſed verę naturę gratiã virtutemq; cõſequeris. Ego ſum,inq̃t,panis viuus q de cælo deſcẽdi. Sed caro nõ deſcẽdit e cęlo,hoc eſt,carnẽ in terris aſſũpſit ex virgine. Quõ ergo deſcẽdit panis e cælo, & panis viuus? Quia idem dñs noſter Ieſus Chriſtus conſors eſt & diuinitatis & corporis. Et tu quia accipis panẽ,diuinæ eius ſubſtãtię in illo participaris alimẽto.

Quod in omnibus ſacramentis ſit myſterium trinitatis connexum. Caput II.

ERGO accepiſti de ſacramẽtis,pleniſſime cognouiſti omnia, quod baptizatus es in noĩe trinitatis. In oĩbus quæ egimus,ſeruatũ eſt myſteriũ trinitatis. Vbiq; pater & filius & ſpũs ſanctus, vna operatio, vna ſanctificatio, etſi quedã veluti ſpecialia eſſe videãtur. Quomodo? Deus qui te vnxit,& ſignauit te dñs, & poſuit ſpiritũ ſanctũ in corde tuo. Accepiſti ergo ſpiritũ ſanctũ in corde tuo. Accipe aliud,quia quẽadmodũ ſpiritus ſanctus in corde, ita etiã Chriſtus in corde. Quomodo? Habes hoc in Can-
Cant.8. ticis canticorũ Chriſtũ dicentẽ ad eccleſiã: Pone me ſicut ſignaculũ in corde tuo,ſicut ſignaculum in brachiis tuis. Ergo vnxit te deus,ſignauit te Chriſtꝰ. Quomodo? Quia crucis ipſius ſignatus es forma ad illius paſſionem,accepiſti ſignaculũ ad illius ſimilitudinẽ, vt ad ipſius formã reſurgas. Ipſius viuas figura, qui peccato crucifixus eſt,& deo viuit. Et tuꝰ homo vetus in fontẽ demerſus,peccato crucifixꝰ eſt,ſed deo reſurrexit. Dein- K
de habes alibi ſpeciale, q̃d te vocauerit deus, in baptiſmate autẽ quaſi ſpecialiter crucifigeris Chriſto. Deinde quaſi ſpecialiter quãdo accipis ſpiritale ſignaculũ, vide diſtinctionẽ perſonarũ eſſe, ſed cõnexũ omne myſteriũ trinitatis. Deinde qd Apl's tibi dixit, vt lectũ eſt nudiuſtertius? Diuiſiones autẽ gratiarũ ſunt,idem autẽ ſpiritus. Diuiſiones myſteriorũ ſunt, idem autẽ dñs. Diui- 1.Cor.12.
ſiones operationũ ſunt,idem autem deus,qui operatur omnia in oĩbus. Omnia,inquit,operatur deus. Sed & de ſpiritu dei lectũ eſt: Vnus atq; idẽ ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Audi ſcripturam dicẽtem quia diuidit ſpiritus pro voluntate ſua,nõ pro obſequio. Ergo diuidit vobis ſpiritus gratiã prout vult,nõ prout iubetur. Et maxime quia ſpiritus dei,ſpiritꝰ Chriſti eſt. Et illud tenete,ipſum eſſe ſpiritũ ſanctũ,ipſum ſpiritũ dei, ipſum ſpiritũ Chriſti,ipſum ſpiritũ paracletũ. Arriani putant ſe derogare ſancto ſpiritui ſi dicant illũ ſpiritum paracletũ. Quid eſt paracletus niſi conſolator? Quaſi non & de patre lectũ ſit quia ipſe eſt deus cõſolationis. 2.Cor.1.
Vides ergo quia in eo derogandũ putant ſpiritui ſancto,in quo patris æterni poteſtas pio p̃dicatur affectu. L

Vbi orare debeamus, & quid ſit orare oſtio clauſo. Caput III.

NVNC quomodo orare debeamus accipite. Multę virtutes orationis ſũt. Vbi orare debeamꝰ,nõ eſt mediocre,nec mediocris quæſtio. Ait aplus, Volo autẽ viros orare in o- 1.Tim.2.
mni loco leuãtes puras manꝰ ſine ira & diſceptatione. Et dñs dicit in euangelio: Tu autẽ cũ oras,intra in cu- Mat.6.
biculum tuũ,& clauſo oſtio ora patrẽ tuũ. Non tibi videtur eſſe contrariũ,vt dicat aplus, In omni loco ora: & dñs dicat: Intra in cubiculũ tuũ,& ora? Sed non eſt contrarium. Hoc ergo abſoluamus. Deinde quomodo debeas incipere orationẽ, & quo ordine diſtinguere, quid ſubtexere, qd allegare, quẽadmodũ claudere orationẽ. Deinde pro quo orare debeas. Hæc oĩa dicamus. Primo vbi orare debeas. Aliud Paulus videtur dicere, aliud dñs. Nunquid potuit Paulus cõtra Chriſti docere precepta? Nõ vtiq;. Qua ratione? Quia nõ contrarius, ſed interpres eſt Chriſti. Imitatores,inquit,mei eſtote, 1.Cor.11.
ſicut & ego Chriſti. Quid ergo? Potes vbiq; orare, & in cubiculo tuo ſemp orare. Habes vbiq; cubiculũ tuũ. Etſi inter gẽtes, inter Iudęos poſitus ſis, habes tamen tuũ vbiq; ſecretũ. Cubiculũ tuũ,mens tua eſt. In populo licet poſitus, tamen in interiore homine arcanũ tuũ ſecretũq; cõſeruas. Tu autem cũ oras, intra in cubiculũ M
tuum. Bene addit intra, ne ſi ores quomodo Iudæus, cui dicitur: Populus hic labiis me honorat,cor autẽ eo- Eſa.29.
rum lõge eſt a me. Non ergo de labiis tantũmodo tua p̃cedat oratio. Animo totus intende,intra in receſſum pectoris tui,totus ingredere. Nõ te perfunctoriũ videat ille cui te placere deſideras. videat quia ex corde oras, vt te ex corde orantẽ dignetur audire. Tu autẽ cũ oras, intra in cubiculũ tuũ. Habes hoc & alibi: Ambula po- Eſa.26.
pule meus,& intra in receſſus tuos, abſcondere puſillũ donec trãſeat ira domini. Hoc locutus eſt dñs per Prophetã. In euangelio autẽ dixit: Tu autem cũ oras,intra Matth.6.
in cubiculũ tuum, & clauſo oſtio ora patrẽ tuũ. Quid eſt clauſo oſtio? Audi quod oſtium habeas quod debeas claudere quando oras. Vtinã mulieres audirent. Audiſti iam,ſanctus Dauid te docuit dicẽs: Pone do- Pſal.140
mine cuſtodiã ori meo,et oſtium circuitus labiis meis. Eſt aliud oſtiũ quod ait apoſtolus Paulus, dicens: Vt Col.4.
aperiatur,inquit, mihi oſtiũ verbi ad loquendũ myſterium Chriſti. Hoc eſt,quãdo oras,noli ſermone clamare,nec diffundere orationẽ tuam, nec iactare per populos. In ſecreto tuo ora ſecurus, vt te in ſecreto poſſit audire qui omnia videt,atq; audit vniuerſa. Et ora patrẽ tuum in abſcondito,& audiet te deprecantem.

A Quare ſecrete potius orandũ ſit,q̃ cũ vociferatione, Et quare viri in omi loco orare debeãt,& nõ mulieres. Et quid ſit leuare puras manus. Caput IIII.

QVID proſit autẽ interrogemus qua ratiõe ſecreto magis orare debeamꝰ, q̃ cũ vociferatione? Audi,de cõſuetudine hoĩm ſumamꝰ exemplũ. Si aliquẽ rogas qui cito audit,non opus putas eſſe clamore, ſed rogas voce moderata. Si ſurdũ aliquẽ rogas,nõne incipis vociferari, vt te ille poſſit audire? Qui ergo clamat, putat quod aliter deus nõ poſſit niſi clamantẽ audire. Et cũ rogat eũ,eius derogat poteſtati. Qui autẽ in ſilẽtio orat, fidẽ defert,& cõfitet̃ qd deus ſcrutator cordis & renis ſit, & orationẽ tuã ante ille audiat,q̃ tuo ore fũdatur. Ergo videamus: Volo
1.Tim.2. autẽ viros orare in omi loco. Qua ratione viros dixit? Vtiq; cõmunis oratio eſt & mulieribꝰ & viris. Quod nõ inuenio,niſi forte ſanctus Apoſtolus ideo viros dixit,ne mulieres vſurparẽt & male intelligerẽt in omni loco,& inciperẽt vbiq; clamare,quas ĩ Eccleſia ſuſtinere nõ poſſumꝰ. Volo autẽ viros,hoc eſt,qui poſſint ſeruare præceptũ,orare in omni loco, leuantes puras manꝰ. Quid eſt leuãtes puras manus? Nũquid debes in oratione tua crucẽ dñi gentibus demonſtrare? Illud quidẽ
B ſignum virtutis eſt,non pudoris. Eſt tamen quomodo poſſis orare,nec figurã demõſtres, ſed actus tuos leues. Si vis operari orationẽ tuã,leua puras manꝰ per innocentiã. Leua eas non quotidie,ſemel leuaſti, non opus eſt vt iterũ leues. Volo autẽ in omni loco viros orare, leuãtes puras manus ſine ira & diſceptatiõe. Nihil verius. Ira,inquit,perdit etiã ſapiẽtes. Ideo cũ omni tempore, quãtũ fieri poteſt, Chriſtianꝰ vir iracũdiã debeat tẽperare,maxime quãdo ad orationẽ accedit,ne perturbet animum ſuum indignatio,ne irę quidam furor impediat orationem ſuam. Magis placido accede pectore. Quid enĩ iraſceris? Seruus peccauit. Tu accedis ad orationem,vt tua tibi delicta donentur,& alii indignaris? Hoc eſt ergo ſine ira.

De inordinata diſceptatione orãtiũ,& quod mulieres non in ornamentis orare debeant,et de inchoatione orationis,eiuſq; medio ac fine,cũ iterata dominicę orationis expoſitione. Caput V.

NVNC de diſceptatione videamus. Plerũq; negociator venit ad orationẽ, aut auarus de
C pecunia cogitat,alter de lucro,alter de honore,alter de cupiditate, & putat qd eum deus poſſit audire. Et ideo quãdo oras,diuina humanis pre-
1.Tim.2. ferre te cõuenit. Similiter & mulieres,inquit, volo orare nõ iactantes ſe in ornamentis,neq; in margaritis, ait
1.Petri.3. apoſtolus Paulus. Sed & apoſtolus Petrus, Mulieris inquit, gratia plurimũ valet vt viri eius cõuertatur affectus per vxoris ſuę bonã conuerſationem,& incredulus ſe conuertat ad gratiam Chriſti. Hoc valet mulieris grauitas,& pudicitia,& eius bona cõuerſatio, vt virum ſuum vocet ad fidem & deuotionem,quod prudẽtis viri ſermo frequẽter operatur. Ergo mulier,inquit, non in ornatu capillorum, non in tortis crinibus ornamentum ſuum habeat, ſed oratione,& corde puro, vbi eſt abſcõditus cordis homo,qui ſemper eſt apud deum locuples. Habes ergo in quo ſis diues,in quo diuitię tuę pudicitiæ ſunt & caſtitatis infulę,fides,deuotio, & miſericordia. Hi ſunt theſauri iuſtitię,ſicut Propheta memorauit. Deinde vnde debeas incipere. Dic mihi,ſi velis hominem rogare,& ſic incipias: Da mihi, ecce illud quod te peto: nonne arrogans videtur oratio? Et ideo inchoari oratio debet a dei laude, vt roges omnipotẽtem deum, cui poſſibilia ſunt omnia, qui habet voluntatem præſtandi. Sequitur obſecratio,ſicut Apoſtolus
1.Tim.2. docuit dicens: Obſecro ergo primum fieri obſecrationes,gratiarũ actiones. Prima ergo oratio laudẽ debet D
habere dei. Secunda ſupplicationẽ. Tertia poſtulationem. Quarta gratiarũ actionẽ. Non debes quaſi famelicus ad cibũ de cibo incipere, ſed ante a laudibus dei. Vnde & oratores iſti ſapiẽtes hanc habent diſciplinã: vt iudicẽ fautorẽ ſibi pręſtent,incipiũt a laudibus eius, vt beneuolum ſibi faciant cognitorẽ. Deinde paulatim incipit rogare iudicẽ, vt patienter dignetur audire. Audet & tertio poſtulationem ſuam depromere,quid petat exprimere. Quarto quomodo cœpit a laudibꝰ dei, ſic debet in dei laude deſinere. Habes hoc in oratione dominica: Pater noſter,qui es in cælis. Laus dei,quod pater prędicatur,in eo pietatis gloria. Laus dei,quia in cęlis habitat & in terris. Pater noſter qui es in cęlis,ſanctificetur nomẽ tuum. id eſt vt ſanctificet ſeruos ſuos. Nomen enim illius ſanctificatur in nobis, quãdo prædicantur homines Chriſtiani. Ergo optãtis eſt, Sanctificetur nomen tuũ. Veniat regnũ tuum, Poſtulatio vt in nobis ſit regnũ Chriſti. Si deus in nobis regnat,locũ habere aduerſarius nõ poteſt. Culpa nõ regnat, peccatũ non regnat,ſed regnat virtus, regnat pudicitia, regnat deuotio. Deinde, Fiat voluntas tua, ſicut in cælo & in terra: panem noſtrũ quotidianũ da nobis hodie. Hæc poſtulatio maxima eſt corũ quæ poſtulãtur. Et dimitte,inq̃t, nobis debita nr̃a, ſicut & nos dimittimꝰ debi- E
toribus noſtris. Ideo quotidie accipito, vt quotidie debito tuo indulgẽtiam petas. Et ne patiaris nos induci in tentationem,ſed libera nos a malo. Quæ ſequuntur audi,quid dicat ſacerdos: Per dominũ noſtrum Ieſum Chriſtũ, in quo tibi eſt,cũ quo tibi eſt honor,laus, gloria,magnificentia,poteſtas cum ſpiritu ſancto a ſeculis & nũc & ſemper,& in omnia ſecula ſeculorum. Aliud, Pſalmorũ Dauid licet vnus libellus ſit, habẽs eas virtutes orationis quas ſupra diximus,tamẽ plerũq; & in vno pſalmo omnes iſtæ orationis partes inueniuntur, quomodo in octauo pſalmo ĩuenimus. Deniq; ſic cœpit: Domine dñs noſter, q̃ admirabile eſt nomẽ tuum Pſalm.8.
in vniuerſa terra. Oratio ergo prima. Deinde obſecratio: Quoniã videbo cęlos opera digitorũ tuorum, hoc eſt,cęlos videbo,lunã & ſtellas, quas tu fũdaſti. Vtiq; non cęlũ dicit videbo,ſed videbo cęlos, in quibꝰ incipit albeſcere gratia & ſplendor cæleſtis. Hos ſibi cælos tũc promittebat propheta dari, qui cæleſtẽ gratiam a dño E
mererẽtur. Lunã & ſtellas quas tu fundaſti, lunam eccleſiam,ſtellas cęleſtis gratię reſurgẽtes. Deinde vide poſtulationem eius. Quid eſt homo quod meminiſti eius,aut filius hominis quoniã viſitas eũ? Minoraſti eũ paulominus ab angelis,gloria & honore coronaſti eũ,& conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarũ. Et alia gratiarũ actio: Omnia ſubieciſti ſub pedibꝰ eius, oues & boues vniuerſas,inſuper & pecora cãpi. &c̃. Docuimus pro captu noſtro forſitã quod nõ didicimus,vt potuimus expreſſimus. Sanctitas veſtra inſtitutis ſacerdotalibꝰ informata,laboret tenere quod accepit a deo, & oblatio ſicut hoſtia pura & in vobis ſemp ſuũ ſignaculum recognoſcat,vt & ipſi ad gratiam & ad præmia virtutũ peruenire poſſitis. Per dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum,cui eſt gloria,honor,laus,perpetuitas a ſeculis & nunc & ſemper,& in omnia ſecula ſeculorũ. Amen.

FINIS.

CAPITA LIBRI DE DIGNITATE SACERDOTALI.

De cauſis autorem mouentibus vt cõſacerdotes atque conſeruos ſuos de vita perfecta cõmonere, ac laborẽ propoſiti operis ſuſcipere curauerit. Caput I.
De aggreſſu deſiderati laboris, & cohortatiõe auditorum,ſacerdotaliſq; prerogatiuę,& dignitatis premõſtratione. Cap. II.

G Quod idcirco cōmendationem ſacerdotalis dignitatis autor premiſerit, vt oſtēderet nihil eſſe in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibus, nihil ſublimius epiſcopis reperiri, ſic tamē, ſi nomē cōgruat actioni, & actio reſpondeat nomini. Q dq; ſicut nihil epiſcopo excellentius eſt, ita nihil miſerabilius ſit ſi epiſcopus de ſancta vita periclitetur, & ſi ſacerdos in crimine teneatur. Quod pręterea quanto præ cæteris gradus epiſcopalis altior eſt, tanto ſi per negligentiam delabatur, ruina grauior ſit. Cap. III.

De ſpeciali depictione formulę ab epiſcopis et ſacerdotibus iuxta apoſtolicā regulā obſeruādæ, cū pulchra ac ſuccincta eiuſdem regulæ expoſitione. Ca. IIII.

De deteſtatione epiſcoporū ſacerdotalē honorem diſſa mantiū, qui Giezi & Simonis ſectantes ſentētiam, gradum ſacerdotalem & epiſcopalem dignitatē pecuniis comparare non verentur. Caput V.

De oſtenſiua repetitione malorū, ad quæ deificus ordo voluitur, probrorumq; ad quę prolapſi ſunt ſacerdotes, cum acri eorundē reprehenſione. Cap. VI.

De clauſione huius libelli per breuem epilogum eorū quæ in ipſo demōſtrata ſunt, & notationē ſacerdotū quos autor nouit ſibi infideliter detracturos, inuocationemq; ſanctī ſpiritus vt adiuuet cunctos ſacerdotes ad faciendum ea quæ ipſo inſpirante in hoc opuſculo elocutus eſt. Cap. VII.

H DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI DE DIGNITATE SACERDOTALI LIBER VNVS.

De cauſis autorem mouentibus vt cōſacerdotes atq; conſeruos ſuos de vita perfecta cōmonere, ac laborem propoſiti operis ſuſcipere curauerit. Caput I.

Luc. 19. I QVIS FRATRES oraculi reminiſcatur dñi quo frugi famulū de ſeruata ſibi pecunia, quā ad pręrogandū ſuſceperat, increpauit dicēs: Tu dediſſes pecuniam meā, & egoueniens cū vſuris exegiſſem eam: nō iam ocioſus auditor collatam ſibi diuini muneris gratiam ſuis tantū vſibus referrabit, ſed cunctis eā cōmunicabilē faciēs, copioſius pręrogando, ſecurius poſſidebit: vt ſibi per hæc & plurimis ædificationis exhibeat fructū: & velut decora arbor pomis referta nō infructuoſe probatur occupare terram dū viuit, cū & per ſeipſam ſuis pomis ornatur, & omnis qui ex ea fructū perceperit, ſaginat, beato Philip. 2. nos etiā apoſtolo ad hæc eadē inuitāte: Nolite quęrere 1. Cor. 10. quæ veſtra ſunt, ſed quæ aliorū. Et alibi: Non quęro q̄d mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiāt. Idcirco nos quib⁹ in verbis diuinis credita eſt diſpēſatio, et qui gregem Chriſti alendū nutriendumq; ſuſcepimus, nō ſine ingentis periculi noxa nos credimus euaſuros, ſi nō ſecundum hunc modū viuamus, aut etiā ſi minime prędicemus. Et licet ad hæc prædicanda nos retardet vitę huius improbitas, inuitat nos tamen præcepti neceſſitas. Et væ iā mihi eſt ſi minime prædicauero, & ſi ſuſceptum theſaurū in terra depoſſum, id eſt in meo corde diu occuluero, & lucernā diuini verbi cōpreſſā ſub modio retētauero, & nō ſuper cādelabrū propoſitā, cunctorū oculis manifeſtauero, & clauſtra humanę imperitiæ per claues illas regni cælorū quas in beato Petro apoſtolo cūcti ſuſcepim⁹ ſacerdotes, minime referauero, vt Matt. 25 audire per hæc merear pro linguę meæ modulo: Euge ſerue bone & fidelis, ga in pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te cōſtituam: intra in gaudiū dñi tui. Vnde verēs iis increpatiōibus & ſuppliciis ſubdi, timore pœnę perculſus, amore fraterno inuitatus, non iā ad ſubditū loquor vulgus, quos iugiter monere cōſueui, ſed ad ipſos iam prędicatores vulgi mea verba cōuerto: & meis conſeruis velut obediēs ſeruus, id eſt epiſcopus ſacerdotibus, antiſtes pontificibus, audacter prędicare ſalutis cōmunia nō retardabo. Nec prærogatiuā mihimet ſcientiæ, ſi hæc meis cōſacerdotibus charitatis intuitu prærogem, vēdicabo, aut vitæ perfectæ me eſſe fateor, cum de vita perfecta alios moneo, ſed potius cum hęc ad illos loqui audeo, ſimul cum illis quæ loquor audiam.

De aggreſſu deſiderati laboris, & cohortatiōe auditorum, ſacerdotaliſq; prærogatiuæ & dignitatis præmonſtratione. Caput II.

AGGREDIAR iā diuina ope ſuffultus, facultate qua valeo, & eorū precibus adiutus, ad quos noſter reſpicit ſermo, deſideratū carpam iter, & in gremio quaſi conſacerdotum poſitus, ipſos alloquor ſacerdotes. Audite me beatiſſimi patres, & ſi dignū ducitis, ſanctiſſimi fratres. Audite me ſtirps Leuitica, germē ſacerdotale, propago ſanctificata, duces & rectores gregis Chriſti. Audite me rogātē vos pariter & timentē, & cōmodis & cōmontitōibus ſolito cōſulentē, & honorē epiſcopatus demōſtrare volentē, vt cū honoris vobis prærogatiua mōſtremus, merita etiā congrua requiramus, nec falli poſſimus in opere, qui cognoſcimus veritatē. Dignū eſt enim vt dignitas ſacerdotalis prius noſcatur a nobis, & ſic deinde ſeruet a nobis, vt Pſalmographi ſentētia queat repelli a nobis: Homo cū in honore eſſet, nō intellexit, cōparatus eſt iumentis inſipiētibus, & ſimilis factus eſt illis. Pſal. 48. Honor igit̄ fratres & ſublimitas epiſcopalis nullis poterit cōparationibus adæquari. Si regū fulgori compares, & principū diademati, longe erit inferius q̄ ſi plūbi metallū ad auri fulgorem cōpares: quippe cū videas regum colla & principū ſūmitti genibus ſacerdotū, & exoſculatis eorū dexteris, orationibus eorū credant ſe cōmuniri. Quid iam de plebeia dixerim multitudine, cui non ſolum pręferri a dño meruit, ſed vt eam quoq; iure tueatur patrio, pręceptis imperatū eſt Euāgelicis? Sic certe a dño ad beatū Petrū dicitur: Petre amas me? Et Ioan. 21. ille: Tu ſcis dñe quia amo te. Et cū tertio fuiſſet ſterogatus, & trina reſpōſione fuiſſet ſubſecutus, repetitum eſt a dño tertio, Paſce oues meas. Quas oues, & quem gregem nō ſolū tunc beatus ſuſcepit Petrus, ſed & nobiſcum eas ſuſcepit, & cū illo eas nos ſuſcepimus omēs. Vnde regēdę ſacerdotibus cū tradūtur, merito rectoribus ſuis ſubdi dicūtur, quia Euangelico coruſcāte mā- Luc. 6. dato videmus nihil ominus eſſe præfixū. Nō eſt diſcipulus ſuper magiſtrū, nec ſeruus ſuper dominum ſuū, ſed ſufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius, & ſeruo ſicut dominus eius.

Quod idcirco cōmēdationē ſacerdotalis dignitatis autor præmiſerit, vt oſtenderet nihil eſſe in hoc ſeculo excellētius ſacerdotibus, nihil ſublimius epiſcopis reperiri, ſic tamē, ſi nomē cōgruat actioni, & actio reſpōdeat nomini. Quodq; ſicut nihil epiſcopo excellētius eſt, ita nihil miſerabilius ſit ſi epiſcopus de ſancta vita periclitetur, & ſi ſacerdos in crimine teneatur. Quod pręterea quanto præ cæteris gradus epiſcopalis altior eſt, tāto ſi per negligentiā delabatur, ruina grauior ſit. Cap. III.

HEC vero cuncta, fratres, ideo nos premiſiſſe debetis cognoſcere, vt oſtēderem⁹ nihil eſſe in hoc ſeculo excellentius ſacerdotibus, nihil ſublimius epiſcopis reperiri, vt cū dignitatē

A epiſcopatus epiſcoporū oculis demonſtramus, & digne noſcamus quid ſumus: & qd ſumus profeſſione, actione potius q̄ nomine demōſtrem⁹, vt nomē cōgruat actioni, actio reſpōdeat nomini, ne ſit nomē inane, & crimen immane. Ne ſit honor ſublimis, & vita deformis. Ne ſit deifica pfeſſio, & illicita actio. Ne ſit religioſus amictus, & irreligioſus proueſt⁹. Ne ſit gradus excelſus, & deformis exceſſus. Ne habeat in eccleſia cathedra ſublimior, & cōſcientia ſacerdotis reperiatur humilior. Ne locutionē ſimulemus colūbinā, & mētē habeamus caninam. Ne profeſſionē mōſtremus ouinā, & ferocitatē habeamus lupinā. Ne digne nobis per Prophetā reſpō- Eſaię. 29. deatur a dño: Populus hic labiis me honorat, cor autē eorū lōge eſt a me. Ergo fratres ſicut ſenatorē chlamys ornat, ſicut agricultura ruſticū, ſicut barbarū arma, ſic cut nautā nauigationis peritia, & ſingulos quoſq; opifices operis ſui qualitas ipſos demōſtrat autores, ſic epiſcopū nō aliud niſi epiſcopalis opera deſignat: vt ex bono opere magis q̄ profeſſiōe noſcatur, plus mentis eſſe epiſcopus q̄ quod nomine vocitetur: quia ſicut nihil eſſe diximus epiſcopo excellētius, ſic nihil eſt miſerabilius ſi de ſancta vita epiſcopus periclitetur, ſi ſacerdos in crimine teneaſ. Et vt leuius eſt de plano corruere, ſic grauius eſt qui de ſublimi eciderit dignitate: qa ruina quę de alto eſt, grauiori caſu colliditur. Honor quidē epiſcopalis corā hominib⁹ pręclarus eſt, ſed ſi ruinā ſuſtineat, dolor magnus eſt. Nā quanto præ cæteris gradus epiſcopalis altior eſt, tāto ſi per negligentiā delabatur, ruina grauior eſt. Magna ſublimitas magnam debet ha- B bere cautelā. Honor grandis grandiori debet ſolicitudine circūualari. Cui plus creditur, ab eo plus exigitur, ſicut ſcriptū eſt, Quia optimis permixta ſūt peſſima. Et alibi: Potētes potētiora tormenta patiuntur. Et ſcienti legem & nō facienti eam, peccatū eſt grande. Et ſeruus ſciēs voluntatē dñi ſui ſi nō fecerit eam, vapulabit multum. Aliud eſt enim quod ab epiſcopo requirit deus, & aliud qd a preſbytero, & aliud quod a diacono, & aliud quod a clerico, & aliud qd a laico vel a ſingulis quibuſq; hominibus. Et licet omnium hominum opera deus in ſuo examinet iudicio, plus tamē ab eo exigitur cui plus cōmittitur. Ampliores enim pœnas luit curi numeroſior regendorum populorum fuerit cura commiſſa.

De ſpeciali depictione formulæ ab epiſcopis & ſacerdotib⁹ iuxta Apoſtolicā regulā obſeruādæ, cū pulchra ac ſuccincta eiuſdē regulæ expoſitione. Cap. IIII.

C IT vt ſpecialiter ipſius epiſcopatus modum & formulā omnibus ſacerdotibus depingamus, apoſtolica eſt nobis regula reuoluēda, quæ de iis per ſingula epiſcopales actus depingit. Sic ad cūctos epiſcopos beatus ait Apoſtolus: 1. Cor. 3. Fidelis ſermo. Ac ſi diceret: De quo ſum locuturus, veraciter loquor, ne quis exiſtimet me fuiſſe mētitū. Subiunxit: Si quis epiſcopatū deſiderat, bonū opus deſiderat. Hoc eſt, Si epiſcop⁹ eſſe deſideras, magnū eſt quod eſſe cupis, ſed ſi & opus bonū ſimul amplectaris. Nā ſi aliter eſſe cupis, epiſcopus eſſe nō potes: quia ſequitur: Oportet enī epiſcopū irreprehenſibilē eſſe. Irreprehēſibilē ait. Nā ſi epiſcopus reprehēditur, deformiter ſubditur culpę. Et profectō culpa ad reatum trahit, reatus ad pœnā, pœna perducit vſq; ad mortē. Ecce ad qd volunt dignitas epiſcopalis. Et poſt paululū ait: Vnius vxoris virū. Si ad ſuperficiē tantū literæ reſpiciamus, prohibet bigamū epiſcopū ordinari. Si vero ad altiorē ſenſum cōſcēdimus, inhibet epiſcopū duas vſurpare eccleſias. Et ſi adhuc introrſus profundiora perſcruteris, mo net ne poſt catholicū dogma ſenſū iueniat epiſcop⁹ habere hęreticū, ſed Chriſtianā tātū orthodoxā & catholi cā ſibi aſſociet fidē, vt vni⁹ tātūmodo vxoris & catholicæ eccleſiæ vir epiſcopus vocitet. Sequit deinde, & ait: Sobriū, hoc eſt, nō vino tantū, ſed & vitiis parcum, vt D nec vino amplius indulgeat q̄ oporteat, & mente ſemper ſobrius inueniatur. Et adiunxit ſequentia dicens: Prudentē. Prudentiā quippe nō mūdialem, de qua dicitur quod ſtultitia ſit apud deum: ſed prudētiam ſpiritalē, id eſt quæ & opere circūſpecta ſit, & verbo perita, vt ſit aſtutus ſicut ſerpēs, & ſimplex ſicut columba. Et denuo iuſert: Ornatū. Quod ſi iuxta ſenſum literæ tantum reſpiciamus, nō aliud ſacerdotes q̄ amictū quærimus clariorem. Verbi gratia: Caſtorinas quęrimus & ſericas veſtes. Et ille ſe inter epiſcopos credit eſſe altiorem, qui veſtē induerit clariorē. Sed ſanctus apoſtolus taliter ſe intelligi non vult, quia non carne epiſcopū, ſed mēte docet eſſe ornatū, vt ille ſacerdos placeat deo, qui animā habuerit compoſitam deo. Et poſt hæc addidit: Hoſpitalē. Vt humanitatis intuitu hoſpitio recipiat non habētes hoſpitiū, & egenum ſine tecto inducat in domū ſuam, nec ſolus deuoret dona Chriſti quę largita eſt bonitas Chriſti. Et vt hilarē datorē diligat Chriſtus, ſine murmure cōtribuat pauperibus Chriſti. Sequitur deinde & ait: Docibilem, id eſt ſic polleat epiſcopus ſapiētia, vt non ſolū creditū ſibi populum ſufficienter doceat, verū etiam & cunctarū queat hæreſium contradictiōes a catholica repellere eccleſia, ne ſua imperitia imperitos minime doceat, & huiuſmodi caſu pręuētus eueniat illi quod ſcriptū eſt: Cæco cæcus ducatum Matt. 15 prębēs ambo in foueā cadunt. Q ui vero talē ſe vt diximus eſſe ignorat, ſacerdotiī minime appetat, nec locū E alterius vſurpare preſumat, præſertim illius qui fulgore ſuæ ſapiētiæ populorum poteſt corda luſtrare. Subiunxit & ait: Non vinolentum, hoc eſt, nō multo vino deditū, vt ſic credatur & videatur epiſcopus: vtrū bibe rit an nō, ignoretur: ne poſt largā potionē vini, mulierum delectetur illecebra, nec per vinū, ſicut ait Apoſto lus, omīs nutriatur luxuries. Demū ſubſequitur dicēs: Non percuſſorē, ſed modeſtū. Id eſt, manus improbas ad cędem non habeat, & ſuſpicionibus prauis minime percutiat conſciētias aliorū, ne dum petulās inuenitur ad cædē, athleta magis q̄ epiſcopus iudicetur. Sed magis e diuerſo ab aliis illatas patienter ferat iniurias, vt mentis modeſtiā cunctis hominibus tranquillā demōſtret, et firmā patientiam cūctis oſtendat. Iterū addidit dicēs: Non litigioſum, id eſt, nō linguā ad conuitiū relaxet epiſcopus, ne per eandē linguā per quā laudes refert deo, & diuina libat ſacrificia, litiū venena proferat, quia nō decet de ore epiſcopi benedictionē ſimul & maledictionē egredi, ne per eandē linguā per quā deus laudatur, homo maledicatur: quia non poteſt de vno fonte dulcē & amarā producere aquam. Deinceps ſubſecutus eſt dicēs: Nō cupidū, id eſt, nō turpis lucri cupidū, ne lucri cupiditate epiſcopus teneatur obnoxius, & nu- F triat auaritiā, quę eſt radix omniū malorū. Q ui ſtipendiis tantum contētus eccleſię ſuæ, penitus non ambiat quæ intelligit eſſe ſuperflua, ſed de ipſa potius pauperitate eccleſiæ ſuæ libēter impertiat pauperibus Chriſti, ſicut ſcriptū eſt: Hilarē datorē diligit deus. Et cōnexuit 2. Cor. 9. ſubſequētia dicens: Domui ſuæ bene præeſſe, filios habentem ſubditos, cū omni caſtitate. Domui ſuæ bene pręeſſe poteſt, qui corporis ſui ſeruauerit caſtitatē. Domui, in quit, hoc eſt corpori ſuo imperioſo iure dominetur, ne ſubdatur ipſe corpori ſuo, & in deſiderio luxurię deditus, in ꝓcipitiū demergatur, ſed potius filios ſuos ſuo caſtitatis exēplo ad pudicitię regulā doceat. Nam ſi quis domui ſuæ pręeſſe neſciat, quōmodo eccleſię dei 1. Timo. 3 diligentiā adhibebit? Hoc eſt enim de quo ſuperius diximus: Q ui cordis ſui domū excolere non valet, quomodo plurimorū adhibebit diligentiā? Et qui peccatrabem de ſuo non poteſt eruere oculo, quomodo ex alterius oculo poterit amputare feſtucā? Itē ſequitur, & ait: Non neophytū, hoc eſt, qui nuper ad fidem ex gētilitate aduenit, aut certe ex militia ſeculari ad clericatus

G est officiũ sociatus. Hi ergo nõ tam passim sacerdotalẽ arripiant gradũ, ne elati in superbiã, in iudiciũ incidãt, & in laqueũ diaboli: quia qđ lõgo tẽpore minime discũt, in paruo tẽpore seruare nõ possunt. Et cõcludens regulã & episcopalẽ formã, ad extremũ intulit dicẽs: Oportet autẽ & illũ testimoniũ bonũ habere ab iis qui foris sũt: id est, hęreticis & schismaticis, qui extra sanctã Ecclesiã catholicã cõuenticula sibi prophana præficiũt, quos tamen testes Apostolus & testimoniũ dicit debere bonũ habere de immaculata vita, & sancta episcopi cõuersatione, ne forte accipiant inimici locũ episcopo obtrectãdi, & infamare incipiant catholicum dogma.

De detestatione episcoporũ sacerdotalẽ honorẽ diffamantium, qui Giezi & Simonis sectantes sententiam, gradum sacerdotalem & episcopalẽ dignitatem pecuniis comparare non verentur. Caput V.

HIS ita prelibatis, vt reor, in hoc opere velut a grandi fœnore nos persensimus liberatos, cũ nõ nostra cõtra episcopos, sed sancti Apostoli opposuimus testimonia, ne velut vulgaribus fabulis nostrũ irriderent opus. Cũ vero autori- H tas nobis per singula sancti arriserit apostoli Pauli, ipsũ potius apostolum si ausint q̃ nos reprehendant. Et licet iam coartet nos libelli huius prolixitas, & tempus nos vrgeat vt ad finẽ huius operis veniamus: solicitudo tamen fraterni nos retardat amoris, illorũ pręcipue sacerdotũ qui mẽtis tepore hebetati, sacerdotalem diffamãt honorẽ, & qui nouã prodigaliter regulã ac tẽpestatem peperisse deflẽtur, & Giezi sectãtes & Simonis sententiã, sancti episcopat⁹ gratiã pecuniis coemerũt, nequaq̃ timẽtes, cũ honorẽ sacerdotalẽ pecuniis emerẽt, a beato Petro apostolo se cũ Simone fuisse dãnatos, sicut ait: Actuũ. 8. Pecunia tua tecũ sit in perditionẽ, quia donũ sancti spiritus te credidisti pecuniis cõparare. Et leprã cũ Giezi 4.Reg.5. a sancto suscepisse se credant Helisæo, qui gradũ sacerdotalẽ æstimant pecuniis cõparare. Quibus cũ ista dixerimus, sufficere debuit suã cõparãdo leprã possidere. Nã sicut validioribus morbis capite vitiato, reliquum necesse est corpus inundatione superioris morbi letaliter irrigari, ita & ii qui caput vidẽtur esse Ecclesię, morbo pestifero fraternum vitiãt corpus, vt nihil ex totius corporis compage insauciatum possit euadere qđ negli- I gentiũ sacerdotũ vitiositatis mortale infecerit virus, ita vt videas in ecclesia passim quos nõ merita sed pecuniæ ad episcopatus ordinẽ prouexerunt: nugacẽ populũ & indoctũ, qui talẽ sibi asciuerũt sacerdotẽ: quos si percunctari fideliter velis, quis eos prefecerit sacerdotes, respõdent mox & dicũt: Ab archiepiscopo sum nuper episcopus ordinatus, centũq; ei solidos dedi vt episcopalẽ gratiam cõsequi meruissem: quos si minime dedissem, hodie episcopus nõ essem. Vnde melius est mihi aurũ de saccello inuehere, q̃ tantũ sacerdotiũ perdere. Aurũ dedi, & episcopatum cõparaui: quos tamẽ solidos, si viuo, recepturũ me illico nõ diffido. Ordino presbyteros, cõsecro diaconos, & accipio aurũ. Nã & de aliis nihilominus ordinibus pecuniæ quæstũ profligare cõfido. Ecce & aurũ qđ dedi, in meo saccello recepi, & episcopatum gratis accepi. Nempe hoc est quod doleo, quia archiepiscopus carnaliter episcopum fecit. Nam propter pecunias spiritaliter leprosũ ordinauit. Pecunia, inquit, tua tecũ sit in perditionẽ, quia donũ sãcti spirit⁹ gratiæ precio cõparasti, & cõmerciũ miserabile in animarũ exitiũ peregisti. Et nescii homines & indocti in ordinationib⁹ eorũ clamãt & dicũt: Dignus es, & iustus es. & cõsciẽtia misera, Indignus es, & iniustus es, dicit. Pronũciat enĩ episcop⁹ huiusmodi ad populũ dicẽs: Pax vobis. Oculis quidẽ carnalib⁹ videtur quasi episcopus magnus, & diuinis obtutib⁹ inspicit̃ leprosus magn⁹. Per pecuniã acqsiuit indebitũ ordinẽ, & deũ pdidit in interiore hoĩe. Caro suscepit dignitatẽ, & anima perdidit honestatẽ. K Caro ancilla, dña facta est animę: & anima q̃ erat dña, facta est famula carni. Caro dominatur populis, & anima seruit dæmoni. Carni sacerdotiũ cõparauit, & animæ detrimentũ parauit. Et quid prodest hmõi homini si totũ mundũ lucretur, & animę suę detrimentũ patiatur? Mat. 16. Aut quã dabit homo cõmutatiõnẽ pro anima sua? Quod dedit cũ ordinaretur episcopus, aurũ fuit: et quod perdidit, anima fuit. Cum aliũ ordinaret: qđ accepit, pecunia fuit: & qđ dedit, lepra fuit. Hęc sunt mercimonia iniquorũ, in pniciẽ eorũ. Interrogo tamen fratrẽ & coepiscopũ nostrũ, quia et ego episcopus sum, et cum episcopo loquor. Dic ergo mihi paulisper. Frater episcope, cũ dares pecuniã, quid accepisti? Gratiã episcopalẽ accepi. Ergo interrogo te, Hęc gratia cur tali vocabulo nũcupatur? Respondet: Cur inquis? Vt reor, pro eo qđ gratis datur, ideo gratia vocitatur. Ergo si gratia gratis datur, & auro nõ æstimatur, a te cur gratia pecuniis cõparatur? Respõdet: Non, inquit, mihi daretur si pecuniis nõ emeretur, nec episcopus fuissem ordinatus, si pecunias nõ dedissem. Ergo vt apparet ex respõsionibus tuis, gratiã cũ ordinareris non suscepisti, quia gratuito L eam nõ meruisti. Et ideo frater si gratiã non accepisti, quomodo episcopus effici potuisti? Nã et ad discipulos suos dñs dicit: Gratis accepistis, gratis date. Mat. 10. Cur ergo gratuitã æstimasti te precio possidere gratiã? Nam vt video, aurũ dans pdidisti, & gratiã sanctã nõ acquisisti. Adhuc tamẽ semel adiiciens fratrẽ perquiro episcopũ, ne quid de approbamentis veridicis nos prætermisisse videamur. Quis dat frater episcopalẽ gratiã? deus, an homo? Respondes sine dubio: deus: sed tamẽ per hominem dat deus, homo imponit man⁹, deus largitur gratiam. Sacerdos imponit supplicẽ dexteram, & deus benedicit potẽti dextera. Episcopus initiat ordinẽ, et deus tribuit dignitatẽ. O iustitia, O æquitas. Si homini pecunia datur qui nihil in ordine amplius operat̃, nisi solũ seruitiũ quod ei creditur, cur deo totũ negat̃ qui ipsum ordinẽ tibi largitur? Iustũ ne tibi videtur vt seruus honoretur, & dominus iniuriam patiatur, & iniuste accipiat sacerdos pecuniã, & deus patiatur ab homine iniuriam? Sed quia pro concesso ordine deus a te nihil expectat, cur a te sacerdos impudenter pecuniam expectat? Deus homini concedere voluit gratis, & episcopus rapax pecuniã ab homine expetit gratis? Deus homini vt certe benignus grat(donauit, & sacerdos malignus eũ sine causa pdauit? Quid enĩ habes qđ non accepisti? 1. Cor. 4. Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

De ostẽsiua repetitione malorũ ad quæ deificus ordo voluitur, probrorũq; ad quæ prolapsi sunt sacerdotes, cum acri eorundem reprehensione. Cap. VI. M

ECCE ad quę mala voluit̃ deificus ordo, Ecce ad quę probra sunt plapsi sacerdotes, qui audire meruerũt a iudice mundi: Vos estis lux huius mũdi. Matth. 5 Ecce quibus subiiciũtur gẽtes, quibus a dño dictũ est: Vos estis sal terræ. Ergo si lux est ecclesię episcopus a dño ordinatus, ita vt imperitiæ tenebras prędicationis suæ ęloquio rutilante, conscientiarũ latebras illuminet, cur ipse palpabilib⁹ tenebris tenetur obstrictus? Et nõ solum quia ipse dũ male agit, digne perit: insuper & alios secũ indigne perdit. Si enim meruisti salis possidere saporẽ, vt insipientiũ possis arua condire, cur infatuatus tali vitio, immundis te porcorũ conculcandũ pedibus prębuisti, ita vt nec alios nec teipsum possis cõdire? Oculorũ etiã in corpore officium, id est in ecclesia, voluntarius appetisti, vt reliquũ per te corpus ducatũ lucis haberet: & nũc quadã lippitudine et caligine vitiorũ obtenebrat⁹, nec teipsum luci idoneũ prębes, & aliis adimis lumẽ. De quibus oculis in euãgelio dicitur: Si oculus tuus simplex fuerit, totũ Matth. 6.

A corpus tuũ lucidũ erit. id est, si episcopus qui lumẽ promeruit præesse in corpore, simplicitate est sancta & innocentia decoratus, omnis ecclesia splẽdore luminis radiatur. Si autẽ oculus tuus nequã est, totũ corpus tuũ tenebrosum est. id est, si episcop⁹ qui videbatur corpori subdito lucẽ prębere, obnubiletur neqtiæ cæcitate, quid cætera facient mẽbra, quibus lux adẽpta est oculorum? Id est, quid secularis factura est multitudo, cũ voluptatibus illicitis & actionibus vetitis ad similẽ facinorũ voraginem episcopus multitudinẽ populi prouocauerit, vt nulli iãiamq; illicitũ esse videat̃ qđ ab episcopo quasi licitũ perpetrat̃. Sed ipsũ magis credunt hoĩes esse laudabile quicqđ episcopus habuerit delectabile. Nec qsq̃ quod agere põtifex nõ dubitat, se indubitãter agere dicat. Episcopus enim a cũctis indubitanter vocaris, pręsertim cũ ipso nomine cẽseris, si tamẽ actio cõcordet nomini, & nomẽ se societ actioni. Nã quid aliud interpretatur episcopus, nisi superinspector? maxime cũ solio in ecclesia editiore resideat, & ita cũctos respiciat, vt & cũctorum oculi in ipsum respiciãt. Ergo quia ita est, cur te velut tetrũ speculum vniuersorũ oculis demõstras, ita vt nõ possint obscuritate tua se comptius exornare?

B

De clausione huius libelli per breuẽ epilogũ eorum quę in ipso demonstrata sunt, & notationẽ sacerdotum quos autor nouit sibi infideliter detracturos. Inuocationemq; sancti spiritus, vt adiuuet cunctos sacerdotes ad faciendũ ea quæ ipso inspirante in hoc opusculo elocutus est. Caput VII.

SVFFICIAT hucvsq; nũc nostris cõsacerdotibus, paululũ dilatasse sermonẽ, in q̃ eorum excellentiã simul & casum demonstrauimus, ne fidẽtes in sublimitate honorũ, minime requirerẽt perfectionẽ morũ, & in solo se crederẽt sacerdotis nomine plus q̃ opere gloriari. Et q̃q̃ sciã pro hoc libello plurimos mihi sacerdotes qui hæc quæ loquimur agere nolunt, infideliter esse detracturos, credo tamen plurimos qui hæc agunt, vel agere obnitũtur, fideliter pro nobis oraturos. Sed sicut lacerationibus obtrectatorũ minime prægrauamur, sic demũ probatorũ & sanctorum virorũ orationib⁹ adiuuamur. Age iam C nũc sanctificus spiritus, qui nos in hoc opere diuinis inspirationibus adiuuisti, cunctos sacerdotes adiuua, & præsta vt faciant quę in hoc opusculo ipse eloqui inspirasti, vt eis vna mecum tribuas seculorũ regna, quę sanctis in regna seculorum dare promisisti. Amen.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI PRECATIO PRIMA PRĘPARANS AD MISSAM.

SVMME sacerdos & vere pontifex Iesu Christe, qui te obtulisti deo patri in ara crucis hostiã puram et immaculatam pro nobis miseris peccatorib⁹, & qui dedisti nobis carnẽ tuam ad mãducandũ, & sanguinẽ tuũ ad bibendũ, & posuisti mysteriũ in virtute spiritu sancti, dicens: Hæc quotienscũq; feceritis, in mei memoriã facietis: Rogo per tuũ sanguinẽ preciosum, magnũ salutis nostrę precium: Rogo per hãc mirã & ineffabilẽ charitatem qua nos miseros & indignos sic amare dignatus es, vt lauares nos a peccatis nostris in sanguine tuo: Doce me seruũ tuũ indignũ, quẽ inter cætera dona tua ad officiũ sacerdotale vocare dignat⁹ es, nullis meis meritis, sed D sola dignatione misericordię tuæ: Doce me quæso per spiritũ tuũ tantũ mysteriũ tractare ea reuerentia & honore, eaq; deuotione & timore quibus oportet & decet. Fac me dñe Iesu Christe per gratiam tuã semper illud de tãto mysterio credere & intelligere, sentire & firmiter retinere, dicere & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meę. Intret spiritus tuus bonus in cor meũ, qui sonet ibi sine sono, & sine strepitu verborum loquatur omnẽ veritatẽ tantorũ mysteriorũ. Profunda sunt nimis, & sacro tecta velamine. Propter magnã clemẽtiam tuã cõcede mihi hodie & semper missarũ solennia puro corde & pura mẽte celebrare. Libera cor meũ ab immũdis & nefandis vanis & obnoxiis cogitationib⁹. Muni me beatorũ angelorũ pia & fida tutela, atq; fortissima custodia, vt hostes omniũ bonorũ confusi discedant per virtutẽ tãti mysterii, & per manũ sancti angeli tui. Repelle a me dñe Iesu Christe & a cunctis seruis tuis durissimũ spiritũ superbię, cenodoxiæ, inuidię, iracundiæ, fornicationis & immũditiæ, dubietatis & blasphemię. Confundãtur qui nos persequũtur, pereãt illi qui cuncta perdere festinant. Rex virtutũ, castitatis & integritatis amator deus, cęlesti rore benedictionis tuę extingue in corpore meo totũ fomitem ardentẽ libidinis, vt maneat in me tenor totius castitatis animæ & E corporis. Mortifica in me carnis stimulos, & omnes libidinis cõmotiones, & da mihi verã & perpetuã castitatem cũ cęteris donis tuis, quæ tibi placẽt in veritate, vt sacrificiũ laudis casto corpore et mundo corde valeã tibi offerre. Quãta enim dñe Iesu Christe cordis cõtritione, & lachrymarũ fonte, quãta reuerẽtia & tremore, quãta corporis castitate, & animi puritate istud diuinũ & cęleste sacrificiũ est cęlebrandũ, vbi caro tua in veritate sumitur, vbi sanguis tuus in veritate bibit̃, vbi summa imis iunguntur, vbi adest pręsentia sanctorũ angelorũ, vbi tu es sacerdos & sacrificiũ mirabiliter & ineffabiliter cõstitutus. Quis digne hoc celebrare poterit, nisi tu deus omnipotẽs offerentẽ feceris dignũ? Scio, et vere scio, & ipsum pietati tuæ cõfiteor, quia nõ sum dignus accedere ad mysteriũ tantũ propter nimia peccata mea, & infinitas negligẽtias meas. Sed scio veraciter, & credo ex toto corde, et ore cõfiteor, quia potes me facere dignum, qui solus potes mundũ facere de immũdo conceptum semine, de peccatoribus facere iustos & sanctos. Per hãc omnipotentiã tuã te rogo vt cõcedas mihi peccatori hoc cęleste sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lachrymarũ F fonte, cũ lętitia spiritali, & cælesti gaudio. Sẽtiat mens mea dulcedinem beatissimę pręsentię tuæ, & excubias sanctorum angelorũ tuorũ in circuitu meo. Ego enim dñe memor venerandæ passionis tuæ accedo ad altare tuũ, licet peccator, vt offerã tibi sacrificiũ quod tu instituisti, & offerri pcepisti in cõmemorationẽ tui p salute nostra. Suscipe ergo istud quęso summe deus, dulcissime Iesu Christe pro ecclesia tua sancta, & pro cũcto populo tuo quẽ acquisisti sanguine tuo precioso. Et quoniam me peccatorẽ inter te & eũdem populum mediũ esse voluisti, licet in me boni operis testimonium non agnoscas, officiũ dispẽsationis creditæ non recuses, nec per me indignũ famulũ tuum eorũ salutis pereat precium, pro quib⁹ victima factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profero ergo dñe (si dignaris ppitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorũ, captiuorum gemitum, miseriã orphanorũ, necessitates peregrinorum, inopiã debilium, desperationes lãguẽtium, defectus senum, suspiria iuuenũ, vota virginum, lamẽta viduarum. Tu enim misereris omniũ dñe, & nihil odisti omniũ quę fecisti. Memorare quę sit nostra substãtia, quia tu pater noster es, ne irascaris satis, neq; multitudinẽ viscerum tuorũ super nos cõtineas. Nõ enim in iustificationib⁹ nostris prosternimus preces nostras

G ante faciẽ tuã, sed in miserationib⁹ tuis multis. Aufer a
nobis dñe iniquitates nostras, & ignẽ sancti spiritus in
nobis clemẽter accende. Aufer cor lapideũ de carne no
stra, & da nobis cor carneũ q̃d te timeat, diligat & ho=
norificet, te delectetur, te sequatur, & te perfruat̃. Ora=
mus dñe clementiã tuã, vt sereno vultu familiã tuam
sacri tui nois officia pręstolantẽ aspicere digneris. Et vt
nullius sit irritũ votũ, nulli⁹ vacua postulatio, tu nobis
preces suggere, quas ipse audire propitius & exaudire
delecteris. Rogamus etiã te sancte pater pro spiritibus
fideliũ defunctorũ, vt sit illis salus æterna, ac ꝑpetua sa=
nitas, gaudiũ & refrigeriũ sempiternũ, hoc magnũ pie=
tatis sacramẽtũ. Dñe deus meus sit illis hodie magnũ
& plenũ gaudiũ de te pane viuo & vero, qui de cęlo de=
scendisti, & das vitã mundo, de carne sancta & benedi=
cta, agni videlicet immaculati, q tollis pctm̃ mundi. Et
potari de fonte pietatis tuę, qui per lanceã militis de la
tere emanauit crucifixi dñi nostri, vt cõsolati exultẽt in
laude & gloria tua sancta. Peto dñe clemẽtiam tuã, vt
descendat super hunc panẽ & calicẽ istũ plenitudo diui=
nitatis tuæ. Descẽdat etiã dñe illa sancti spũs tui inuisi=
bilis forma, et incõprehensibilis maiestas, sicut quondã
in patrũ hostias descendebat, qui & oblationes nostras
corpus & sãguinẽ tuũ efficiat, & me indignũ sacerdotẽ
H tuũ doceat tantũ tractare mysteriũ ita vt placide ac be=
nigne sacrificiũ suscipias de manib⁹ meis ad salutẽ oĩm
tã viuorum q̃ defũctorũ. Rogo te dñe per ipsum sacro=
sanctũ mysteriũ corporis & sanguinis tui q̃ quotidie in
ecclesia tua pascimur & potamur, abluimur & sanctifi=
camur, atq; vnius tuę summęq; diuinitat(is) participes ef
ficimur, quatenus des mihi virtutes tuas sanctas, q̃bus
repletus bona cõscientia ad altare tuũ accedã, ita vt hęc
cælestia sacramẽta efficiãtur mihi salus & vita. Tu enĩ
Ioan.6. dixisti ore tuo sancto et benedicto: Panis quẽ ego dede=
ro, caro mea est ꝓ mũdi vita. Et qui mãducat me, vita
viuet ꝓpter me. ipse manet in me, & ego in eo. Ego sũ
panis viuus, qui de cælo descẽdi. Si q̃s mãducauerit ex
hoc pane, viuet in æternũ. Panis dulcissime sana pala=
tum cordis mei, vt sentiã suauitatẽ amor(is) tui. Sana ab
omni lãguore, vt nullã præter te amem pulchritudinẽ.
Panis cãdidissime habẽs in te omne delectamẽtum, &
oĩs saporis suauitatẽ, qui nos semꝑ reficis, comedat te
cor meũ, & dulcedine saporis tui repleãtur viscera ani=
mæ meę. Mãducat te angelus pleno ore, manducet te
peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in
I via tali recreatus viatico. Panis sancte, panis viue, pa=
nis pulcher, panis munde, qui descẽdisti de cælo, & das
vitam mundo, veni in cor meũ, & munda me ab omni
inquinamẽto carnis & spiritus. Intra in animã meam,
sana & sanctifica me intus & exterius. Esto tutamẽ &
perpetua salus corporis & animæ meæ. Repelle a me
insidiãtes mihi. Hostes recedãt procul a præsentia tua,
vt foris & intus per te munitus recto tramite perueniã
ad tuum regnum, vbi nõ mysteriis, sicut in hoc tẽpore
agitur, sed facie ad faciẽ te videbimus, cũ tradideris re=
1.Cor.15 gnum deo patri, & erit deus omnia in omnibus. Tunc
me de te satiabis satietate mẽstrua, vt nec esuriam nec
sitiã in æternũ. Qui cum eodẽ deo patre & spiritu san=
cto viuis & regnas per omnia secula seculorũ. Amen.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI
precatio secunda præparans ad missam.

SVMMA & incõprehẽsibilis na
tura, virtus, vitaq; beata, lux inac=
cessibilis, vera, singularis, & vna sa
pientia, veritas incõmutabilis, san
cta incõparabilis & ęterna dilectio,
tẽporaliũ rerũ sine tẽpore conditor,
visibilium & inuisibiliũ inuisibilis æternusq; patrator, K
pater & filius & spiritus sanctus, vnus & verus in trini=
tate deus. Pater nõ habẽs a quo sis, habẽs tamẽ sapien
tiam, id est filiũ, cui maior vel anterior nõ sis. Filius ha
bens patrẽ a quo sis, nõ tamẽ habens cui minor vel po=
sterior sis. Spiritus sanctus habẽs patrẽ & filiũ, a quib⁹
sis, nõ tamẽ habẽs quibus inæqualis vel impar sis, quia
totũ in hac tua diuinitate, cui tẽpus nunq̃ accidit, æter=
num ac coæternũ, æquale ac coæquale est, in qua alius
pater, alius filius, alius spirit⁹ sanctus, sed pater in filio
& spiritu sancto, filius in patre & spiritu sancto, spiritus
sanctus in patre & filio, quia sicut tua deus noster natu=
ra ꝑsonas recipit, sic partes nequaq̃ admittit, cui nec su=
pra nec subtus, ante vel retro cõuenit, quia corporum li
neamenta nõ recipit. Vnde et tota in locis sine loco ha
betur, nec tamẽ tota cõprehẽditur. Tota naq; vbiq; ha=
betur, quia perfectior pars in ea nulla reperit̃. Tota au=
tem nõ cõprehẽditur, quia videlicet cũ in creaturis vni=
cuiq; pręsens efficitur, etiam vltra creaturas totus inue
nitur. Quãobrem cũ cęlum & terrã implet, totus est. cũ
hominẽ vnum implet, totus est, nec variatur per singu
la, quę in singulis tota est: nec de loco ad locũ trãsit cum L
vnũ deserẽs alterum petit, quæ semetipsam sine loco &
tẽpore mouet. Hinc merito colẽdus, hinc adorãdus es,
hinc incõmutabilis, hinc incircũscriptus agnosceris, hĩc
mediator dei & hominũ homo Christ⁹ Iesus secũdum 1.Timo.2
diuinitatis essentiã totus cũ hominibus in terris, totus
erat cũ patre in cęlis, cũ diceret: Nemo ascẽdit in cęlum Ioan.3.
nisi qui de cælo descẽdit filius hominis, qui in cælo est.
Qui videlicet cũ forma dei esset, nõ rapinã arbitratus Phil.2.
est esse se ęqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formã
serui accipiẽs in similitudine hominũ, factus obediens
vsq; ad mortẽ, mortem autẽ crucis. Per hũc te beata tri
nitas humanitatis habitum, per huius susceptionis hu
militatem deprecor, per huius sacratissimã obedientiã,
per huius beatissimã mortẽ exoro in primis vt te deũ
meũ diligã, te sitiã, te toto corde perquiram, deinde vt
proximũ iuxta vires atq; mensurã in hac ipsa tua dile=
ctione charũ semper atq; dilectũ attendã. Sed hanc dile=
ctionẽ nulli dñe pręstabis, nisi cui vitia prius odisse do=
naueris. Obsecro ergo pia & vera misericordia, solida
atq; vnica spes mea, vt superbię regnum auferas ab ani
ma mea. Horrendũ dñe pauẽdumq; tã maximũ malũ,
quod angelos de cęlo proiecit, quod homines de para=
diso minauit, quodq; initiũ oĩs peccati est, & ad ipsum
pertinet quicquid vitii et iniquitatis est, cuius primę so
boles, septẽ nimirum principalia vitia, ex hac virulẽta M
radice ꝓferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristi
tia, auaritia, vẽtris ingluuies, atq; luxuria: sed & nume
rosa ꝓpaginis turba ex singulis generatur. Inanis ergo
gloria cum plene mentẽ ceperit, mox septiformẽ in illa
nequitiã gignit, inobedientiã, iactantiã, hypocrisim, cõ
tentionẽ, pertinaciã, discordiã, ac nouitat(um) pręsumptio=
nem. Sed si huic vera humilitas opponatur, oĩs eius
nequitia vacuatur. Te ergo deprecor humilitatis ma=
gister, vt hãc cordi meo inseras, insertamq; custodias,
quę dũ cunctis inferiorẽ se attẽdit, subiectionẽ protinus
gignit, iactantiã extinguit, hypocrisim excludit, contẽ=
tionem refugit, pertinaciã emollit, discordiã pręcauet,
nouitatũ pręsumptionẽ abhorret. Hoc beatæ humili=
tatis medicamine morbũ elationis sanãdum pręuide=
ras, cũ per hominẽ assumptũ autor nostræ salutis, tuis
ad te veniẽtibus diceres: Discite a me quia mitis sum, Matt.11.
& humilis corde, & inuenietis requiẽ animab⁹ vestris.
Et rursum: Nisi cõuersi fuerit(is), & efficiamini sicut par= Matt.18.
uulus iste, nõ intrabitis in regnũ cælorum. De inuidia
quoq; odiũ, susurratio, detractio, exultatio in aduersis
proximi, afflictio autẽ in prosperis eius propagatur. O
mala ꝓgenies, quæ si animo intromissa dominari cœ=
perit, omnẽ sanctitatis sobolẽ extinguit. Qui itaq; inui
det vel odit, nõ aliũ prius q̃ seipsum occidit. Qui susur=

A rat, & detrahit, prius suas q̃ aliorũ radices euellit. Qui
exultat in aduersis ꝓximi, & affligitur in ꝓsperis eius,
alieno primũ se petit gladio. Hoc secundũ superbię vir=
gultum tunc primo fuit exortũ, cum ille de quo scriptũ
Sap.2. est, Inuidia diaboli mors ĩtroiuit in orbẽ terrarũ: Cain
persuasit vt liuoris odio fraternũ funderet sanguinem.
Sed nimirũ idem Cain inuidus prius suã animã q̃ al=
1.Ioan.3. terius carnẽ peremit. Scriptũ quippe est: Qui odit fra=
trem suũ, homicida est. Et scitis quia omnis homicida
nõ habet vitã ęternã in se manentẽ. Hinc domine appa
ret cuius primũ homicida est qui alterum odit, in quo
vita nõ est. Quod cõtra Moyses omnium mitissimus
admonet, dicens: Ne oderis proximũ tuũ in corde tuo.
Et quia ille qui inuidet & odit, consequenter susurrat &
detrahit, hoc malũ scriptura sancta pręcauendũ denun=
Leuit.19. ciat. Non eris, inquit, susurro in populis, & nolite detra
here alterutrũ fratres. Qui enĩ detrahit fratri, detrahit
Iacob.4. legi. Qui enim susurrat & detrahit, cõsequens est vt in
aduersis proximi exultet, in prosperis aũt animi tristi=
Rom.12. tiam cõtrahat. Sed occurrit beatus ap̃lus, & dicit: Gau
dere cũ gaudẽtibus, flere cũ flentibus. Et ecce alius pro
terrenis rebus, terrenisq; honorib⁹, alius pro virtutũ suc
cessibus cuilibet inuidet, quẽlibet odit, cõtra quẽlibet su
surrat, de quolibet detrahit, de cuiuslibet aduersis exul
tat, de ꝓsperis animũ mœstificat. Sed vt in cunctis hoc
multiplex malũ superet̃, occurrat dñe quęso illud mul=
tiforme bonũ quod potẽti virtute resistẽs non det inui=
diæ locũ, charitas scilicet, quę fundamẽtum est omniũ
B virtutũ & bonorum: quę nõ inuidet, sed cõgaudet: non
odit, sed diligit: nõ susurrat, sed obiurgat: non detrahit,
sed arguit: nõ de aduersis ꝓximi gaudet, sed mœret: nõ
de prosperis afflictionẽ, sed cõsolationẽ recipit. Merito
autẽ tale nomẽ accepit, quod illa carius inueniri non po
1.Ioan.4. test: quã qui habet, te vtiq; habet. Deus, inquit, chari=
tas est: & qui manet in charitate, in deo manet, & deus
in eo. Cui, vt ꝑfatũ inuidiæ superet malũ, cordis simul
& oris iungẽda custodia est: cordis scilicet, ne inuideat,
ne in aduersis ꝓximi exultet, ne in ꝓsperis mœstitiã cõ
trahat. Oris vero, ne susurret, ne detrahat: scriptũ quip=
Prou.18. pe est: Omni custodia serua os tuum. Cor, quia ex ipso
vita procedit. Et rursum scriptum est: Mors & vita in
manib⁹ linguę. Citius malũ quod intus latet, extigui=
Psal.140 tur, si a prauo eloquio foris lingua frenet̃. Pone dñe cu=
stodiã ori meo, & ostiũ circũstantię labiis meis, vt non
declines cor meũ in verba malitiæ. Libera animã meã
a labiis iniquis, & a ligua dolosa. Ira autẽ inuidiã sequi=
tur, qua inter cętera vitia nihil asperius, nihil inuenitur
amarius: quę dũ vltra modũ efferbuerit, atrociter men
C tem exulcerat, sensum hebetat, linguam immutat, ocu
los obũbrat, totumq; corpus perturbat. Hinc protinus
rixæ, contumeliæ, clamor, indignatio, tumor mẽtis, &
blasphemiæ suscitãtur. De qua nimirũ scriptura sancta
Eccles.7. testatur dicẽs: Ira in sinu stulti requiescit. &, Ira viri iu=
Iacobi.1. stitiam dei nõ operatur. Sed obiice dñe cõtra tam ama=
rissimum iracũdię malũ suauissimũ patientiæ bonũ, in
quo specialiter animarũ nostrarũ salus collocatur, cum
Luc.21. nobis per euãgeliũ dicitur: In patientia vestra posside=
bitis animas vestras. Quæ nimirũ dum arcẽ & princi=
patum in mẽte susceperit, omnes mox perturbationes
cõpescit. Rixas et cõtumelias in exhortationẽ cõuertit,
cõfusum clamorẽ sub ordinato silẽtio premit, indigna=
tionem tumorẽq; mẽtis mansuetudine vincit, blasphe=
mias gratiarũ actione repellit. Quod si forte in immen
sum ira succẽsa ad horã patientia succubuerit, nullũ ne
dñe remediũ erit? Erit certe. Nam cũ huius mali dãna
Mat.5. tionẽ denũciat dicens: Qui irascitur fratri suo, reus erit
iudicio: qui autẽ dixerit fratri suo, Racha, reus erit cõci=
lio: qui autẽ dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis: pro=
tinus recuperationẽ subiũgit, cũ dicit: Si offers munus
tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus
habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuũ an=
te altare, & vade prius recõciliari fratri tuo, & tunc ve= D
niens offer munus tuũ. Et illud: Cũ statis ad orãdum, Mar.11.
remittite si quid habetis aduersus alterũ in cordib⁹ ve=
stris. Hanc mihi dñe deus secundã tribue victoriã, si fu
rore cęcatus amisero primã, cum non tuo zelo, sed meo
vitio cuiuslibet animũ offendo. Tristitia quoq; irã per=
sequitur: quæ dũ cordis arcana penetrat, ꝓtinus in eius
cubiculo malitiã, rãcorẽ, pusillanimitatẽ, desperationẽ,
torporẽ circa pręcepta, vagationẽ mẽtis erga illicita ge
nerat. Quę inter cętera vitia q̃ sit detestãda, beat⁹ Pau
lus indicat, Seculi, inquiẽs, tristitia mortẽ operat̃. Sed 2.Cor.7.
dñe deus meus oppone cõtra seculi tristitiã futurę bea=
titudinis lætitiã, quę ex mœrore contractã malitiã vin
cat beneuolentia, tædio procuratũ rancorẽ pellat synce
ritate, pusillanimitatẽ fortitudine roboret, desperationẽ
spei fiducia erigat, torporẽ circa ꝓcepta exercitio spiri=
tali repellat, vagationẽ mẽtis erga illicita, incõcussa sta
bilitate refrenet. Quod si ad momentũ subtracta lętitia
spiritali malũ tristitiæ ꝓualuerit, agã quæso quod mo=
net beatus Iacobus: Tristatur quis in vobis? oret æquo Iacobi.5.
animo, & psallat. Auaritia seq̃tur tristitiã, quę in vtroq;
testamẽto pari notat̃ execratione. In veteri naq; dicit̃:
Auaro nihil est scelestius. In nouo autem: Et auaritia Eccli.10.
quę est idolorũ seruitus. Ex qua profecto septẽ nequitię Col.3.
procreãtur, scilicet proditio, fraus, fallacia, periuriũ, in=
quietudo, violẽtia, & cõtra misericordiã obduratio. Et
ecce dñe deus quilibet amator mũdi, & nõ tui, propter E
metalla preciosa, ardẽtes fulgentesq; lapides, seruos &
seruas, prędia et fundos, ad mortẽ ꝓximũ tradit, fraudẽ
incurrit, fallaciã obducit, periuriũ cõmittit: & alius in=
quietus & violẽtus est ꝓpter villã, alius ꝓpter gallinã,
alius obdurat̃ cõtra misericordiã, ne tribuat aurũ, alius
ne porrigat potũ. Sed peto mihi deus amator castus &
ver⁹, vt cui pręter te nulla possessio debet̃ in terra, nihil
q̃d tu nõ es cõcupiscã in terra, semꝑ illius sententię me=
minerim qua dicit̃: Nudus egressus sum de vtero ma= Iob.1.
tris meę, nudus reuertar illuc. Atq; illius: Nihil intuli= 1.Tim.6.
mus in hũc mundũ, sed nec auferre quid possum⁹. Quę
nimirũ dum pie cõsideratur, mũdi contẽptũ afferre vi=
detur, qui auaritię cõtrarius est. Post hęc restat ventris
ingluuies, quæ a necessitate quidẽ incipit, sed modũ ne=
cessitatis excedẽs ad voluptatẽ pertrãsit: dumq; a licitis
ad illicita peruenerit, mox ineptã lętitiã, scurrilitatem,
immunditiã, multiloquiũ, sensusq; hebetudinẽ circa in=
telligentiã parturit, cuius mortiferũ virus tunc vtcunq; F
vacuatur, cũ nõ qualitas, sed libido in escis ꝓcauet̃. Pri=
ma enĩ mulier nõ exquisitarũ dapũ, sed sola pomi dele=
ctatione mortẽ mũdo induxit: & antiquus hostis regẽ
nostrũ nõ de carne sed de pane tẽtauit: & Sodoma idcir
co igne & sulphure periit, quia inter cætera mala panẽ
in saturitate comedit. Quapropter clementiã tuã deus
imploro, vt sicut ęger ad medicinã, sic ad sumendas da=
pes accedã, nequaq̃ in eis voluptatẽ appetẽs, sed necessi
tati subueniẽs. Aufer a me ꝓpter magnã misericordiã
tuã omne ciborũ noxium desideriũ, cõgruãq; seruo tuo
escarũ propitius tribue abstinẽtiã, vt intra necessarium
modũ propriũ temperẽ appetitũ, remotaq; a me omni
prorsus crapula & ebrietate, sciã in virtute tua abunda=
re, sciam & penuriã pati, nouerim quoq; in quib⁹ mihi
sufficiẽs esse possim. Ita dñe, ita pater bone noxiis ga=
strimargię succis arefactis inepta lætitia vel scurrilitas
nõ pullulabit, q̃ illos maxime ad insaniã ꝑducit, in q̃b⁹
crapula & ebrietate dominiũ sumit. Sedit enĩ populus Exo.32.
mãducare & bibere, & surrexit ludere. Contra quos illa
sentẽtia venit qua dicit̃: Væ vobis diuitibus q habetis Luc.6.
consolationẽ vestrã. Et væ vobis qui ridetis nunc, quia
plorabitis & flebitis. Quod cõtra ii qui carnẽ suã cruci=
fixerunt cũ vitiis & cõcupiscẽtiis eius, audiũt, Mũdus Ioan.16.
gaudebit, vos vero contristabimini, sed tristitia vestra
vertetur in gaudiũ, & gaudiũ vestrũ nemo tollet a vo=
bis. Et rursum: Beati qui lugẽt, quoniã ipsi cõsolabun= Matth.5

G tur. Immũditia q̃q;, quę iuxta apoſtolũ quibuſdã regni
cæleſtis aditũ claudit, vigilantẽ nunq̃, dormientẽ vero
tardius ſua colluuione fœdabit. Multiloquium inedia
preſſum ſilebit. Hebetudo ſenſus circa intelligentiã ſpi
ritalis acuminis ingenio cedet, q̃d ſancta parſimonia in
mẽte ꝓpagabit. Vẽter enĩ cõtractus humanos in altũ
eleuat ſenſus. Luxuria gaſtrimargiã ſequitur, quæ dũ
licẽtię metas excedit, mox de ſe cęcitatẽ mẽtis, inconſi=
deratiõnẽ, inconſtantiã, pręcipitatiõnẽ, amorẽ ſui, odiũ
dei, affectũ preſentis ſeculi, horrorẽ autẽ vel deſperatio=
nem gignit futuri. Sed peto dñe vt qui ab ipſo puberta
tis tẽpore a cõplexu carnalis copulæ alienũ me eſſe vo=
luiſti, delectationis eius ſenſu nõ tãgar. Quid enĩ ꝓdeſt
dñe deus virginẽ eſſe corpore, ſi cõtingat mẽte eſſe cor=
Matth.5. ruptũ? Qui enim viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdum eã,
iam mœchatus eſt eã in corde ſuo. Hinc ꝓfecto necdũ
1.Cor.7. caſtitatẽ profeſſo iuxta apoſtolum melius eſt nubere q̃
vri. Sed obſecro dñe vt cui nõ licet nubere, ne cõtingat
aduri. Ecce dũ pro me ſolicitus talia poſtulo, meminiſ=
ſe charitatis debeo, vt et pro aliis exorẽ. Te igitur ama=
torem eccleſię tuę deprecor deus pro ſacerdotibus eius,
vt verbis ſimul & meritis vitę populũ ſibi creditum ad
cæleſtẽ patriã inuitẽt. Pro regibus, ducibꝰ, & iis qui in
ſublimitate poſiti ſunt, vt patres orphanorũ & iudices
viduarũ ſemetipſos exhibeãt, miſeriis inopũ et gemiti=
H bus pauperũ doleãt, nil niſi q̃d iuſtũ eſt, in iudicio quæ=
rant, ſicq; adminiſtrẽt præſentia, ne amittãt bona futu=
ra. Pro virginibꝰ, cõtinẽtibus, ac mũdo renũciãtibꝰ, vt
pręſentia deſpiciant, futura requirãt, ne ſe negociis ſecu
laribus implicẽt, vt tibi militãtes placeãt, cui ſe proba=
uerũt. Pro cõiugatis, vt ſic ſibi inuicẽ carnis debitũ ſol=
uant, ne a deſiderio patriæ cæleſtis exorbitẽt. Sed quid
ago dñe? quaſi oblitus peccatorũ meorũ pro aliis orare
pręſumo? O q̃ in multis offendi atq; offẽdo, ſed nõ ſub=
Luc.18. repit deſperatio, cũ publicanũ in tẽplo iuſtificatũ atten=
Luc.23. do, cũ latronẽ in cruce confitentẽ, & de cruce ad paradi=
Luc.7. ſum tranſeuntẽ aſpicio, cũ Mariã poſt multas criminũ
Luc.22. culpas fonte pietatis ablutã, cũ Petrũ poſt negationẽ
apoſtolatus gratiã recuperaſſe intueor. Sed rogo ineſ=
fabilis pietas, vt cui de tantis exẽplis pręſumere dona=
ſti: gemitus publicani, confeſſionẽ latronis, lachrymas
meretricis, fletuſq; negãtis apoſtoli concedas. O dñe ſi
flagello tẽporali ſcelera mea vindicanda prouideris, la=
chrymoſus imploro vt dum cõtra hæc iratus deſæuis,
ſemper in ira miſericordię recorderis. Quẽ enĩ diligis,
I corripis. flagellas autẽ omnẽ filiũ quẽ recipis. quibus ni
mirũ verbis etſi virga percuſſionis minatur, paternus
tamẽ pietatis affectus mõſtratur. Da ergo inter flagel=
la tolerãtiã, ne murmurationis notas vt malus ſeruus
incurrã, ſed magis quaſi bonus filius gratiarũ actiones
repẽdam. Illud etiã magnopere peto, vt diẽ obitus, diẽ
extremi iudicii, dãnationem æterni ſupplicii, beatitudi
nemq; regni futuri ſemper meminerim: q̃d nemo inde=
ſinenter poteſt, niſi qui ad vitã ꝑordinatus eſt æternã.
Indeſinẽter dñe recolẽda eſt dies illa in qua lux cũ tene=
bris pugnat, miſericordia cũ crudelitate deſudat, in qua
aduerſarius noſter mala quę fecimus, locuti ſumus vel
cogitauimus, violentiſſimus accuſator retexet, iuſtitiã
tuã ad hęc puniẽda depoſcet. Vbi quid ſum dñe, niſi tu
q iuſte iudicas, etiã miſericorditer defendas? Recorda=
re quia aduocatus meus es ipſe q iudicas. Quod ſi etiã
in illo adhuc ſeculo aliquid in me vindicandũ reſeruas,
peto ne me poteſtati dæmonũ tradas dũ ſcelus meum
purgatoria pœna detergis. Nunq̃ dñe obliuioni traden
da eſt dies illa, de qua dixit Propheta: Dies, inquit, iræ
dies illa, dies tribulationis et anguſtię, dies calamitatis
& miſerię, dies tenebrarũ & caliginis, dies tubarum &
clãgoris, in qua cęlis & terris ardẽtibus exibunt angeli,
Mat.13. & ſeparabũt malos de medio iuſtorũ, & mittent eos in
caminũ ignis, in quẽ meſſores collecta zizania alliga=
bũt in faſciculos ad cõburendũ. In q̃ a ſiniſtris poſiti au=
dient impii: Diſcedite a me maledicti in ignẽ æternũ, Mat.25.
qui paratꝰ eſt diabolo, & angelis eius. In q̃ iã obſeratis K
vitæ ianuis, extinctis lãpadibꝰ, ſtultæ virgines a thala
mo excluſę plorabũt, damnationẽq; ingemẽtes clama=
bũt, Dñe dñe aperi nobis. & tũc dices illis, Neſcio vos.
In quo etiã qui miraculis coruſcauerũt, ſimiliter lamen
tabuntur repulſi, & dicẽt: Dñe dñe, nõne in nomine tuo Matt.7.
ꝓphetauimꝰ? & in nomine tuo dæmonia eiecimus? &
in tuo noĩe virtutes multas fecimꝰ? Et tũc cõfiteberis
etiam iſtis quia nunq̃ nouiſti eos, ſubiiciẽs: Diſcedite a
me oẽs qui operamini iniquitatẽ. Quis hic dñe deus
terribilis in cõſiliis, mirabilis in maieſtatibꝰ, faciẽſq; ꝓ=
digia: quis, inquam, hic nõ paueat, & a fundo cordis nõ
tremiſcat, cũ etiã illos damnari audiat quos in hac vita
contigit miraculis coruſcare? Ad quę nimirũ valet illa
ſentẽtia qua dicit: Neſcit homo vtrũ amore an odio di Eccles.9.
gnus ſit, ſed oĩa reſeruãtur in futurũ incerta: in quo &
ſi iuſtus vix ſaluabit, peccator & impius vbi parebũt?
Etiã dñe deus indefinẽter meditandũ æternæ damna=
tionis ſuppliciũ, in q̃ quicq̃d pœnarũ excogitari poteſt,
quicquid etiã nõ poteſt, ſemper adeſt: cuius vermis im=
mortalis, ignis inextinguibilis, fœtor intolerabilis eſt,
cuius terra tenebroſa, & mortis caligine cooperta, terra
miſerię & tenebrarũ eſt, cuius torrẽtes in picẽ cõuertũ= L
tur, et humus in ſulphur, ardebitq; in ſempiternũ, cuius
lacus ſanguine igneq; ꝑmixtꝰ eſt: & q̃ſcũq; ſuſcipit, de=
mergit ſimul & exurit. O q̃ horrẽda, o q̃ ſtupenda ſunt
iſta, ſed maior eſt dñe cruciatus, amiſſio tuę claritatis.
Sufficit enĩ ad plenã miſeriã, tua nõ perfrui beatitudĩe,
in qua iuſti receptis corporibꝰ, ſanctorũq; angelorũ cel=
ſitudini coęquati, in ęternã lucẽ aſpiciẽtes ſicut ſol reful
gebũt. Nec immerito ſole et luna nõ indigebũt, quia te
perẽne lumẽ habebũt. Nõ eſuriẽt, neq; ſitiẽt, nõ labora=
bunt neq; deficiẽt, nõ mœrebũt neq; lugebũt, quia q̃cq̃d
ſatietat(, quicq̃d quietis, quicq̃d gaudii eſt, tua viſitatio
pręſtabit, q̃ in oĩbꝰ oĩa erit. Nec tẽpus iã illis accedet,
quia totos æternitas poſſidebit, nec timebũt vltra iam
mori, qui meruerũt beata immortalitate veſtiri. Quid
autẽ de hac beatitudine miſer ego ampliꝰ dicere valeo?
quia de illa quicquid dixero, illa ſentẽtia reprimor, quã
per prophetã & apl'm dictã intelligo: Quod oculus non Eſa.64.
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hoĩs aſcẽdit, quę prę= 1.Cor.2.
parauit deus diligẽtibus ſe. Erũt certe in illa beata vita
hęc bona quę pręmiſi, ineffabili, et nobis adhuc incõpre
henſibili modo. Huius deſiderio dñe deus formator &
reformator meus, huiꝰ amore peragã quicquid in hac
vita pręcipis vt agã: nec ſit vltra timor in charitate, ſed
ꝑfecta charitas foras mittat timorẽ. Et vt efficax hęc
mea ſit deprecatio, beatæ Marię virginis ſuffragia pe= M
to, quã tanti meriti eſſe feciſti, vt prima inter mulieres
nouũ munus offerret, & nulla ꝑter ipſam tã nouũ acci=
peret, nouũ ſcil; munꝰ prima offerret, vt puerpera vir=
go ꝑſeueraret. Nulla pręter ipſam tã nouũ acciperet, vt
deũ virgo pareret, et poſt partũ virgo maneret. Aplorũ
interceſſionẽ imploro, qui beatiſſimã mediatoris pau=
pertatẽ eiuſq; paſſiões veſtigio inſequẽtes, ad tantũ cel=
ſitudinis culmen ꝑuenerũt, vt quęcũq; ligarẽt ſup terrã,
eſſent ligata & in cęlis: & quę ſoluerẽt ſuper terrã, eſſent
ſoluta & in cęlis: atq; in extremis ſederẽt ſuper duodeci
thronos, iudicãtes duodeci tribus Iſrael. Martyrũ pre=
ces depoſco, q ꝓ veritate nõ dubitarũt ſanguinẽ funde=
re, nec dilexerũt animas ſuas, vſq; ad mortẽ, vt mortis
ſuperarẽt autorẽ. Cõfeſſorũ oratiões expoſtulo, q bella
tẽtãtis inimici dũ pie viuerẽt in catholica pace, vel etiã
hereticorũ cõflictatiõnẽ diuturno certamine ꝑtulerũt,
atq; vt verũ dicam, lõgioris occultiq; martyrii palmas
acceperũt. Taliũ dñe deus preces nunq̃ ſpernis, ſi vt pro
me exorẽt, ipſe inſpiraueris, qui æternitate perenni vi=
uis & regnas cũcta per ſecula, & in oĩbꝰ ſeculis. Amen.

FINIS.

A DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN PSALMOS ALIQVOT DAVIDICOS COMMENTARII.

In pſalmos Dauidicos præfatio.

SVMMVM INCEN=
tiuũ virtutis propoſuit deus
futuræ beatitudinis delecta=
tionem: vehemẽs quoq; cal=
car erroris, delectationẽ eſſe
diabolꝰ excogitauit. Vtriuſ=
que ſententiæ præſtat indi=
cium primus humani gene=
ris Adã a dño deo in paradi=
ſo voluptatis poſitꝰ, vt æter=
na delectatione frueretur ad virtutẽ futurę ſobolis pro=
uocandã. Neq; enim erat incognitum deo, locum eum
errori daturum, & cæteris propoſitam ſpem ſalutis eſ=
ſe debere, qua in præreptam humano ſedẽ generi con=
tenderent reformari. Et idem per ſpeciem ſerpẽtis prę=
B figurauit delectationis illecebrã, vxoria pſuaſione de=
ceptus. Occaſione igitur accepta aduerſarius per dele=
ctationem mihi operatus eſt mortem. Itaq; quod diui=
na gratia tributũ erat ad vitã, factũ eſt mihi in mortẽ:
eoq; faciliorem inimicus aſſenſum hoĩs habuit ad la=
pſum, quo ſpeciem pretẽdit naturæ. Delectarunt enim
opera ſua dñm: delectarũt prima naturę exordia. Quæ
Gene.1. videns dñs ait, Bona valde. Laudãt angeli dñm, pſal=
lunt ei poteſtates cęlorũ, & ante ipſum initium mundi
Cherubim & Seraphim cum ſuauitate canoræ vocis
Apoca.4 ſuę dicunt: Sanctus, ſanctus, ſanctus. Innumera ange=
&.19. lorum milia aſſiſtũt, ſeniores & turba magna ſicut vo=
ces aquarum multarũ cõcinunt, Alleluia. Ipſum axem
cæli fert expreſſior ſermo cum quadã perpetui ꝯcentus
ſuauitate verſari: vt ſonus eius extremis terrarum par=
tibus audiretur, vbi ſunt quędã ſecreta naturæ. Nec id
ab vſu naturæ alienũ videtur: quãdoquidem vox miſſa
gratiore plauſu in mõtibꝰ reſultet, & ſuauiore ſono red=
dãt q̃d acceperint. In ſcopulis quoq; ipſis & lapidibꝰ re=
perit natura quod delectaret. Aliorum ſpecula, aliorũ
C viſus delectat aut gratia. Feræ ipſę atq; aues loci amœ=
nioris aut modulationis vocis delectatione mulcentur.
Lactẽtibus quoq; paruulis aut ſeueritas terrori eſt, aut
blãditiæ voluptati. Naturalis igitur delectatio eſt. Vn
de & Dauid ſanctus, qui aduerterat vnde homo & qua
eſſet fraude deiectus, (nã ſi tenuiſſet infuſam ſibi a dño
æternæ illius cæleſtiſq; delectationis gratiã, nec ſecula=
ribus captus amiſiſſet illecebris, nũquã tam miſerabi=
lis erumnæ ſubiſſet iniurias) reparare eã ſtudens ac re=
formare, pſallendi munere cæleſtis nobis inſtar cõuer=
ſationis inſtituit. Etenim licet omnis ſcriptura diuina
dei gratiam ſpiret, præcipue tamẽ dulcis Pſalmorum
liber: quãdoquidem ipſe Moyſes qui plano geſta ma=
iorum ſermone deſcripſit, vbi tamẽ per mare Rubrum
populum patrum memorabili admiratione trãſduxit,
demerſum aſpiciens regẽ Pharaonẽ cum ſuis copiis, in
maiora ingenium attollens ſuum, quia maiora viribꝰ
ſuis fuerat aſſecutus, cãticum dño cecinit triumphale.
Maria quoq; tympanum ſumens, cæteras hortabatur
Exo.15. dicens: Cantemus dño: glorioſe enim honorificatꝰ eſt:
equum & aſcenſorem proiecit in mare. Ipſe etiã Moy=
ſes cum legem dñi legiſſet: quo eius memoriam pecto
ribus affigeret audiẽtium, per canticum locutus eſt di=
Deut.32. cens: Audi cælum, & loquar: Expectet ſicut pluuia elo
quium meum, et deſcendant ſicut ros verba mea, ſicut
imber ſuper gramẽ, ſicut nix ſuper fœnum. Delectatur D
igitur cantico deus nõ ſolum laudari, ſed etiam recon=
ciliari. Inde & Moyſes tunc maxime cantico vſus eſt,
quãdo cælum teſtificabatur & terrã, vt ſalutem ſuã cę=
leſtis ſono gratiæ cõcinentẽ auidius mũdus audiret, &
ſacræ ſuauitate dulcedinis in æternũ legis obſeruantiã
mentibus inoleret humanis. Deniq; legis tabulę prius
q̃ cantico firmarẽtur, per indignationem Moyſi fractę Exo.32.
& comminutæ ſunt. Vbi vero tali ſignaculo conſecra= Deut.32.
tæ ſunt, humana locum ira non habuit, quia ſanctifica=
tio eam ſacræ ſuauitatis excluſit. Canticum itaq; dñi
ſicut ros mollior deſcendit e cælo, & fidem hominũ ſi=
cut gramen imbre quodã gratiæ ſpiritalis infudit. Duo
igitur cantica in libris Moyſi, tanquam duo mundi o=
culi, cęliq; lumina, totum corpus operis eius illuſtrant.
At vero Dauid principaliter a dño ad hoc munus ele=
ctus eſt: vt quod in aliis rarum præminere reliquo in
opere videtur, in hoc iuge & continuũ refulgeret. Vnũ
cãticum legimus in libro Iudicum, reliqua hiſtorię mo Iudic.5.
re decurſa, quibꝰ expreſſa ſunt geſta maiorum. Vnum
Eſaias canticum ſcripſit, quo legentium corda mul= Eſa.38.
ceret: in reliquis terribili tuba correptionis infremuit.
Cãticum ei ne ipſi quidem inimici obiicere potuerunt, E
qui eum propter alia dicta vſq; ad necem ſunt perſecu=
ti. Vnum Daniel: vnum Abacuch. Salomon ipſe Da Daniel.3.
uid filius licet innumera cãtica ceciniſſe dicatur, vnum Abac.3.
tamen quod Eccleſia receperit, Canticorũ canticũ de=
reliquit. Scripſit idem Prouerbia. In aliis igitur ſingu=
la aduertere licet. Hiſtoria inſtruit: lex docet: prophetia
annũciat: correptio caſtigat: moralitas ſuadet. In libro
Pſalmorum profectꝰ eſt omnium, & medicina quędã
ſalutis humanæ. Quicunq; legerit, habet quo propriæ
vulnera paſſionis ſpeciali poſſit curare remedio. Qui=
cunq; certare voluerit, tanquã in communi animarum
gymnaſio, & quodã ſtadio virtutũ diuerſa genera cer=
taminum reperiens præparata, id ſibi eligat, cui ſe intel
ligit aptiorem, quo facilius perueniat ad coronã. Si qs
geſta recenſere maiorũ ſtudeat, atq; imitari velit: intra
vnum pſalmum totam paternæ hiſtoriæ ſeriem acci=
pit cõprehenſam, vt theſaurum memoriæ cõpendio le
ctionis acquirat. Faciliora quoq; vidẽtur quæ breuius
explicãtur. Illud etiã quantæ altitudinis, q breui inter= F
uallo offenſionum aduerſa diſtinxit, & recõciliationis
ſecunda ſubtexuit? vt ſimul cognoſceres quid incredu=
litatis obeſſet offenſa, quid fides prompta conferret. Si
quis vim legis explorat, quæ tota in vinculo charitatis
eſt (qui enim diligit ꝓximum, legẽ impleuit) in Pſal= Rom.13.
mis legat quãto dilectionis affectu pro totius plebis op
probrio repellẽdo periculis ſe grauibus ſolus obiecerit:
in quo nõ imparẽ charitatis gloriam triumpho virtu=
tis agnoſcet. Si quis correptionum ſæua formidat, au=
diat dicẽtẽ: Dñe ne in ira tua arguas me, neq; in furore Pſal.6.
tuo corripias me. & diſcat queadmodũ debeat irati iu=
dicis tẽperare cẽſurã. Si quis patiẽtię cognoſcere geſtit
exẽplum, legat in pſalmis: Si reddidi retribuẽtibꝰ mi= Pſal.7.
hi mala. & aduertat q̃ pręceptũ euãgelicũ ſpiritu præ=
uidit, virtute præuenit. Habes itaq; illud ꝓuerbiale, q̃
mãſuetꝰ homo cordis eſt medicꝰ. Si quis præterea ad=
uerſus neq̃tiæ ſpiritalis incurſus vult eſſe munitꝰ: quid
magis q̃ pſallẽdum ſibi eſſe nouerit? Pſallebat Dauid
adoleſcẽtior, & Saulis nequã ſpiritꝰ fugabat, qui eũ an 1.Reg.16
tea ſtringebat. De virtute autẽ ꝓphetię quid loquar? Q̃ d
alii annũciauerunt ꝑ ænigmata, huic ſoli palã atq; apte
videt eſſe ꝓmiſſum, vt dñs IESVS ex eius ſemĩe na
ſceretur, ſicut dixit ad eum dñs: De fructu vẽtris tui po Pſal.131.
nam ſup ſedẽ tuã. In Pſalmis itaq; nobis nõ ſolũ naſcit
IESVS, ſed etiã ſalutarẽ illã ſuſcipit paſſionẽ, q̃eſcit,
reſurgit, aſcẽdit ad cælum, ſedet ad dexteram patris. Id
quod nemo præſumpſerat hominum dicere, hoc ſolus
hic propheta annunciauit: poſtea ipſe dominus in euã=
gelio prædicauit. Omnes præterea ſcriptores pſalmo=

G rum in suis scriptis exempla posuerūt aut aliqua dicta
superiorum. Psalmi nihil præter quod suum est habet.
Quid igitur psalmo grati⁹? Vn̄ pulchre ipse Dauid,
Psal. 146. Laudate, inquit, quoniā bonus est psalmus: deo nostro
sit iucūda decoraq; laudatio. Et vere. Psalm⁹ enī bn̄di-
ctio populi ē, dei laus, plebis laudatio, plausus omniū,
sermo vniuersorum, vox ecclesiæ, fidei canora cōfessio,
auctoritatis plena deuotio, libertatis lætitia, clamor iu-
cunditatis, lætitiæ resultatio. Iracundiā mitigat, soli-
citudinem abdit, mœrorem alleuat. Nocturna arma,
diurna magisteria. Scutum in timore, festum in sancti-
tate. Imago tranquillitatis, pignus pacis atq; cōcordię,
citharæ modo ex diuersis & disparibus vocibus vnam
exprimēs cantilenā. Diei ortus psalmum resultat, psal-
1. Cor. 14 mum resonat occasus. Mulieres Apostolus in ecclesia
tacere iubet: psalmū etiā bene clamant. Hic omni dul-
cis ætati: hic vtriq; aptus est sexui. Hūc senes rigore se-
nectutis deposito canunt: hunc veterani tristes in cor-
dis sui iucunditate respōdēt. Hunc iuuenes sine inuidia
cantāt lasciuiæ: hūc adolescētes sine lubricæ ætatis pi-
culo & tentamēto cōcinunt voluptatis: iuuenculæ ipsę
sine dispendio matronalis psallunt pudoris: puellulę si-
ne prolapsione verecundiæ, cum sobrietate grauitatis
hymnum deo inflexæ vocis suauitate modulātur. Hūc
tenera gestit pueritia, hunc meditari gaudet infantia,
H quæ alia declinat ediscere. Ludus quidā est iste doctri-
næ, maioris profectus, q̄ cum seria traditur disciplina.
Quātum laboratur in ecclesia vt fiat silētium cū lectio-
nes leguntur? Si vn⁹ loquatur, obstrepit vniuersis: Cū
psalmus legitur, ipse sibi est effector silentii. Omnes lo-
2. Reg. 6. quūtur, & nullus obstrepit. Psalmum reges sine pote-
statis supercilio resultant. In hoc se ministerio Da-
uid gaudebat videri. Psalmus cātatur ab imperatori-
bus, iubilatur a populis. Certant clamare singuli, quod
omnibus proficit. Domi psalmus canitur, foris recēse-
tur. Sine labore percipitur, cū voluptate seruatur. Psal-
mus dissidētes copulat, discordes sociat, offensos recō-
ciliat. Quis enim non remittat ei cum quo vnā ad deū
vocem emiserit? Magnum plane vnitatis vinculū, in
vnum chorū totius numerum plebis coire. Dispares ci-
tharæ nerui sunt, sed vna symphonia. In paucissimis
chordis sæpe errant digiti artificis: sed in populo spiri-
tus artifex nescit errare. Psalm⁹ nocturni operis cōmer
cium, diurnæ requiei stipēdiū. Institutio incipientiū,
perfectorum cōfirmatio. Angelorum ministeriū, mili-
tiæ cælestis hostia spiritalis. Psalmum & saxa respon-
dent. Psalmus canitur, & ipsa etiā saxosa pectora mol-
liuntur. Videmus flere præduros, flecti imisericordes.
I Certat in psalmo doctrina cum gratia simul. Cantatur
ad delectationē: discitur ad eruditionē. Nā violentiora
præcepta nō permanent: quod autē cum suauitate per-
cepis, id ifusū semel precordiis nō cōsueuit elabi. Quid
est qđ nō tibi occurrat psalmos legēti? In his lego cāticū
pro dilecto, & sacræ desiderio charitatis inflammor. In
his torcularia diuini mysterii recognosco. In his reuela
tionū gratiā, resurrectionis recenseo testimonia, repro-
missionis munera. In his disco vitare peccatū, dedisco
erubescere pœnitētiam delictorum. Tantus rex, tātus
propheta suo me ꝓuocauit exemplo, vt aut cōmissum
studeam extenuare peccatum, aut nō commissum ca-
uere. Quid igitur psalmus nisi virtutum est organū?
Quod sancti spiritus plectro pangēs propheta venera-
bilis, cælestis sonitus fecit in terris dulcedinem resulta-
re. Simul cum ille in fidibus & chordis, hoc est in reli-
quiis mortuis diuersarum vocū modulat⁹ discrimina,
diuinæ laudationis ad cælestia dirigeret cantilenam:
docuit vtiq;, prius nobis peccato esse moriēdum, & tūc
demum in hoc corpore diuersa opera discriminādā vir-
tutum, quibus ad dominum deuotionis nostræ gratia
perueniret, vt occupatis intentione cælestium nulla ir-
reperet terrenorum libido vitiorum, simul animus cæ-
lestis gratiæ suauitate nitesceret. Merito igitur tanti K
ministrum muneris dominus laudans ait: Inueni Da-
uid secundū cor meum. Aiunt etiā, eorū qui cithara ca
nunt, peritiores intus canere: vt ferunt fabulæ de Aspē
dio citharista: Causas quoq; modulaminum, & quædā
claustra rhythmorum in superiore parte esse psalterii.
Docuit ergo Dauid int⁹ nos canere oportere, int⁹ psal-
lere: queādmodum canebat & Paulus dicēs: Orabo spi 1. Cor. 14
ritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & men-
te. Et ad superiorum intuitum vitā nostrā actusq; for-
mare, ne delectatio dulcedinis excitet corpis passiones,
quibus nō redimitur nostra anima, sed grauatur: cū ad
redemptionē animæ suæ psallere se sanctus propheta
memorauerit dicens: Psallā tibi in cithara sanct⁹ Israel. Psal. 70.
Gaudebūt labia mea cū cantauero tibi: & anima mea,
quam redemisti. Sed iam psalmi istius qui proposit⁹
est nobis, ingrediamur exordia.

Primi psalmi Dauidici enarratio.

BEATVS, inquit, vir qui non abiit in consi
lio impiorū. Quā aptum, quā opportunū
principium. Nanq; vt ii qui agonis aliquam
solēnitatem receperint exhibendam, propo-
nere præmium solent, iactare coronę nobilitatem, quo
certaturi studio maiore cōueniant, nisuq; propensiore
decertēt: ita dn̄s noster IESVS regni cælestis gloriā,
perpetuæ quietis gratiā, vitę æternę beatitudinem, ad L
virtutis humanæ incētiua proposuit. Imperator quoq;
cum progreditur ad bellum, donatiuum militi, & pro-
motiones dignitatum numeris militaribus pollicetur,
vt spes commodi furetur laborē, & metum abscondat
periculi. Velut pręco igitur magni imperatoris sanct⁹
Dauid hortatur milites, athletas vocat, præmium ex-
primit dicens: Beatus vir qui nō abiit in cōsilio impio-
rum. A præmio cœpit, vt pondus futuri certaminis
eleuaret. Mercedem præmisit, vt vnusquisq; præsen-
tium rerum solicitudines ac labores corde transiliens,
ad emerendam beatitudinem futurorum auida festi-
natione contenderet. Beatus, inquit, vir. Quid plus po
tuit homini donari, q̄ quo nihil ampli⁹ potuit deo apo-
stolica auctoritate deferri? Beatus enim, & solus po- 1. Tim. 6.
tens, & rex regum, & dominus dominantium deus di-
ctus est. Ille solus potens, ille rex regum, ille dominus
dominantium: beatitudinis tamen non supergreditur
potestatem. Donauit nobis appellationis eius cōmu-
ne consortium: quę digna æstimata est honore diuino.
Consideremus nunc qua ratione, beatus vir, dixerit: & M
non magis, beati homines: cū vterq; sexus vocetur ad
gratiam. Nunquid a cōsortio beatitudinis exclusit mu-
lieres, quia virum solum beatum nuncupauit? Absit.
Quia nec a consortio creaturæ exclusit deus fœminas
quia prius virum cōdidit. Dixit enim deus: Faciamus Gene. 1.
hominem secundū imaginem nostram, & secundum
similitudinem nostram. Et fecit, inquit, deus hominē:
ad imaginem dei fecit illum: masculum & fœminam
fecit eos. In homine vterq; signatur, in viro sexus expri
mitur. Sed quemadmodum cum homo dicitur, vterq;
comprehenditur: ita cum vir nominatur, & mulier cu-
ius vir ille sit intelligitur. Deniq; hæc vocabitur, ingt, Gene. 2.
mulier, quoniam de viro suo sumpta est. Accedit illud,
quoniam quorum natura eadē, eorū operationes vtiq;
non possunt esse discretæ: & quorū opus æquale, eorū
vtiq; æqualis & merces. Virum igitur scriptura dicen-
do, cōsortē copulæ nō pretermisit: quia & hominē dicē-
do, cōsortē nō tacuit naturæ.* Itaq; queādmodum illic *creaturę.
hominē factum legimus, & cum sit vna natura, tn̄ pri-
cipalem sexum prius creatum negare nō possumus: ita
& hic cum legimus virū, de principali portione sexū q̄q;
supparem recognoscim⁹. Paria igitur studia virtutis,

A quia par prærogatiua est creaturæ. Quid autem sexū
discutias, vbi non corporis a te, sed animæ certamina
postulantur, quæ sexum non habet? Non ergo illic dis-
cernas honorem, mercedem diuidas, vbi non discerni-
tur sexus. Non incaute tamen, si prior vocetur ad exer-
citium, qui fuit posterior ad lapsum. Quæ male cœpit,
sequi debet, nō pręcedere: vt vel post experimētū sit ve-
recūdior. Male Eua naturæ ordinem prætermisit: ex-
pectare debuit pręcedētem. Astute serpens a posterio-
re cœpit. ideo ꝓpheta ad superiorē reuertitur: cū vtiq; q
lapsus nō esset nisi esset posteriorē secut⁹. Deniq; prius
nos reuocauit a lapsu, q̄ ad palmam victoriæ prouoca-
uit. Beatus, inquit, vir qui nō abiit in cōsilio impiorū.
Vide vbi beatus appelleris o homo. Nō in diuitiis, nō
in potestatibus & honoribus, nō in nobilitate generis,
aut decore & pulchritudine, nō in corporis salubritate:
in quibus nihil naturæ est bonū. Deniq; non solum fa-
cilem cōmutationē habent in contraria: verumetiā mi-
nisterium ad culpā exhibēt ei qui vti his nesciat. Quis
enim iustus ꝓpter pecuniā? Quis humilis in potesta-
B tibus? Quis misericors propter nobilitatem? Quis ca-
stus propter decorē? Illecebrosa hæc magis sunt ad pec
catum, q̄ fructuosa ad virtutis profectū. Quid sibi dein-
de vult quod maluit dicere, Non abiit, & nō stetit, qua-
si de præterito: cum potuerit dicere, Beatus vir qui nō
abit in cōsilio impiorum, & in via peccatorum nō stat,
& in cathedra pestilentiæ nō sedet? Vide dogma. Nō
enim statim beatus, qui non est impius aut peccator,
propter incerta exitus. Non enim ociose scriptum est:
Eccli. 11. Ante mortē ne laudaueris aliquem. Ergo dum in hac
vita quisq̄ est, non potest definita prędicatione laudari,
qui patere adhuc possit errori. Ille autē q vitā sine offen
sione cōcluserit, iure btī appellatione cēsef, quia vtīē cō
sortio beatorū. Sed forte dicas, Qua ratione ergo alibi
Psal. 40. dixit: Beatus qui intelligit super egenum & pauperē?
Non enim dixit beatū qui intellexerit, sed eum qui in-
telligit: quoniā qui bonū operātur, in ipso opere & quo
probētur inueniunt, remunerationē sui in ipso opere cō
sequentes. Siquidem beatæ fructus est consciētiæ, bo-
num factum. Qui autem a malo tēperant: nō si semel
aut bis declinauerint culpam, statim beati: sed si potue
rint culpæ contagium per omne vitę suæ tēpus euade-
C re. Nūc illud occurrit, cur beatum dicere maluerit, nō
eum qui pietatis aliquo sit functus officio, sed eum qui
ab impiorum cōsilio tēperauerit. Videtur enī magis
laudandus qui virtutis munus impleuerit, q̄ qui pec-
catū euaserit. Siquidē nec bos nec equus nec lapis ī pec
cato esse cōsueuit, aut sedere in cathedra pestilētiæ. Sed
illa beatitudinis nō habent fructum, quæ virtutis non
habēt sensum. Nā quomodo perueniunt ad legis præ-
mium, quæ nō habent sequēdę legis affectum? De ra-
tionabilibus ergo propositum est, hoc est de nobis. No
bis autē initium bonorum, abstinētia peccatorum est:
Psal. 36. quoniā legimus, Declina a malo, & fac bonum. Hic enī
ordo est disciplinæ, vt ab inferioribus ad perfectiora cō-
tendas: ne terrearis mole maiorum, qui leuiorum ex-
ordio debeas prouocari. Scalarum enim similē esse scri
Gene. 28. ptura nos docet pietatis ascēsum, ꝑ quas vidit angelos
dn̄i ascēdētes & descēdētes sanct⁹ Iacob vir exercitatio-
nis, qui nobis propositus est vt per illū cognosceremus
gradum virtutis paulatim nos proferre debere, & ita
posse ab imis ad summa cōtendere, si per processus gra-
diamur exiguos ad ea quę vidētur humanæ altiora na-
turæ. Has tibi scalas semper habeto propositas. Ne ti-
meas o homo gradus hos ascendere disciplinæ. Prim⁹
gradus vicinus est terræ: sequens similis est priori. Sic
per æquales gradus ad summa conscenditur. Ne fasti-
dias o homo primū illū velut vilissimū gradū. Ille pri-
mus ascēsus te a terris separat. Aerē calcas, vbi ab hu-
mo eleuaueris vestigiū. In virtute positus surgendo li-
quisti terrā. Terrā relinquis, si culpā declinas. Exordiū
ergo processionis ad virtutem, est abstinere a peccato. D
Vt sciamus autē hanc disciplinā esse doctrinæ, audi le-
gē dicētē: Nō adulterabis: nō homicidiū facies. Impfe- Exo. 20.
ctis enī ista precepta cōueniētia videbātur. Deniq; ipse
dn̄s IESVS sciens imperfectū a quo interrogabatur
quibus ad vitā æternā operibus perueniret, respōdit ei:
Nō adulterabis: nō homicidium facies: non furtum fa- Mat. 19.
cies. & cætera. Deinde dicenti quod fecisset illa omnia,
adiecit pfectiora, dicēs: Vende omnia quę habes, & da Ibidem.
pauperibus, & habebis thesaurū in cælo. Tātumq; ab-
esse docuit inter malorū declinationem, & imitationē
bonorū, vt hæc abnueret, qui illa sibi facilia iudicabat.
Sed quia nec illa ascenderat, ideo ad hæc se aptare non
potuit. Nā si dilexisset proximū, potuisset pauperibus
subsidia sui patrimonii nō negare. Ideoq; gradum pri-
mū legis ascēde, vt possis ad euāgelii cæleste fastigiū ꝑ-
uenire. Vnde arbitror ꝙ quasi sub lege posit⁹, morem
legis in primo psalmo secutus, ex sua persona sanct⁹ ꝓ-
pheta magis cauenda denūciet, q̄ sequēda proponat. In
quadragesimo autē psalmo, qui ex persona dicitur sal-
uatoris, adhortatio magis virtutis fiat, q̄ erroris depsī-
sio. De passione enim saluatoris loquitur, & ideo euan-
gelii dispēsator etiā, sicut possumus existimare cū au-
diamus dicentē, Beati misericordes. Et in psalmo itaq; Mat. 5.
proprię passionis & in euāgelio misericordiam corona-
uit. Sed adoriamur iam psalmi explanationē, & virtu- E
tē inspiciamus ꝓpheticā. Beatus, inquit, vir qui nō
abiit in cōsilio impiorum, & in via peccatorū nō stetit,
& ī cathedra pestilētię nō sedit. Possumus dicere tres
esse species peccatorum: quas hic putamus expressas,
cogitationis, operationis, permāsionis: beatūq; eum si-
gnificari, qui & nō cogitauerit quod malum est. Nam
quomodo potest beat⁹ esse qui suis cogitationibus ac-
cusantibus in die iudicii reuincendus est? Etiam si ho-
minem fefellit, testem refugit, accusatorē euasit: se ta-
men sui accusatorem habebit, & cōfitētem reum. Bea-
tus ergo est qui & non cogitauerit quod malum est, &
non operatus fuerit peccatum: quia interdum & sine co
gitatione delinquimus. Ex multiloquio enim nō effu- Prou. 10.
gimus peccatū. Et non perseuerauerit in peccato. Vel
sic, Qui & non cogitauerit quod fuit erroris, vel in ea
cogitatione nō steterit: vel certe nō perseuerauerit in iis
cogitationib⁹ quas plenas erroris aduerterit. Sed hæc
vtrū recte cōueniāt, qui legerit æstimabit. Nā qui semel
male cogitauit: nec stare in eo debuit, nec perseuerare.
Sed & si non perseuerauit, beatus esse non potuit: quia F
stetit in eo quod improbe cogitauit. Et si non stetit, ta-
men eo ipso ꝙ cogitauit male, vtrum habeat beatitu-
dinis fructum, clementem aliquem quærere debet in-
terpretem. Postremo quia nemo potest dicere mundū
se habere cor: esto vt veniabilis cogitatio sit, nunquid
veniabilis operatio peccatorū? Postremo si veniabilis
statio, nunquid etiam plena beatitudinis, eo ꝙ nō per-
seuerat in crimine? Deinde qui non cogitauit quæ im-
proba sunt, quomodo in peccato stare potuit, aut per-
seuerare? vt beatus sit, qui tria hæc iure seruauerit. Cer
te ordo diuersus est. Primum est enim, vt non perseue-
rauerit in peccato: secundum, vt non steterit in eo: ter-
tium, vt non cogitauerit quod esset erroris. Qui enim
non perseuerauit, potuit tamen stare. Qui non stetit,
potuit cogitare. Qui autem nec cogitauit, vere beatus
est. Vnde alteram quoq; traditionem non pretermit-
tendam putaui, quo tres gradus recto ordine factos as-
seramus: vt qui beatus vult esse, non abeat in consilio
impiorum: hoc est, in eorum cogitationibus non am-
bulet. Deide nō stet in via peccatorū. Tertio nō sedeat
in cathedra pestilentiæ. Ad ecclesiā factus es Christia-
nus, vel tu qui ad gratiam tendis: abstine ab impio-
rum cōsiliis, vt possis dicere: Ne perdas cū impiis deus Psal. 25.
animā meam, & cum viris sanguinū vitam meā. Nec
cogites quę sunt impia. Quæ sunt illa, nisi quæ in dei

G excogitãtur iniuriã? Pietas enĩ prima in deum, secũda
in parẽtes. Et quidem inimicus inserit frequẽter diuer-
sa mentibus nostris: & ideo caute ppheta cogitationes
magis quàm infusiones improuisas putauit ad crimẽ
tenendas. Abstinuisti ergo ab impiorũ cõsiliis? Rec-
te: non tamen statim beatus. Caue etiam ne in via pecca-
torum steteris. Quãto examine scripturæ diuinæ ver-
ba ponuntur. Etenim quia omnes sub peccato sumus:
non a te exigit quod vltra naturã est, vt peccatũ nõ fa-
cias: quia nec vnius diei infans sine peccato: sed vt non
manceas in peccato quadã statione diuturna. Non oẽs
impĩi: ideo remouearis ab oibus cogitationib⁹ & cõsu-
tionibus impiorũ. Sed oẽs peccatores: ideo admoneris
vt desinas peccare. Fuerit adolescentioris lapsus ætа-
tis: debet eum maturitatis emendare processus. Ergo
in grauiora nõ abeas: in leuioribus nõ stes. Habes hoc
Esa. 48. & in Esaia dictũ a domino: Exi a Babylone, fugiens a
Chaldæis. Hoc est: Etsi intrasti i cõfusionẽ vitiorũ, exi.
Non oportuit intrare, sed ingressus es carnis lege co-
gente, & captiuante te in lege peccati. Exi, egredere
vel seruus, exue te seruitio graui. Non potuisti non in-
troire in peccatum, per fragilitatẽ: datur tibi exire pec-
cato per sobrietatem. Exi ergo de Babylone, fugiens a
Chaldæis. Babylon confusio est: quæ virtutum ordinẽ
non tenet. Confusa enim illecebris mẽte delinquimus.
Chaldæi sunt qui syderum cursus vanę studio superſti-
tionis explorãt, & ipiæ serũt gẽtilitatis errores. Ab his
H fuge, ne te capiant: ne te graui laqueo captiuitatis inne
ctant. Abraham Chaldæus fuit, sed fugit a Chaldæis,
& ante legem. tu sub lege natus es: fuge ab impiis. Ille
hæreditatem patrũ respuit, vt fidei possideret. Tu suc-
cessionem corporis derelinque, hæreditatem deuotio-
nis acquire. Si autẽ in peccato nõ steteris, nec sic beat⁹:
Adhuc habes quo carere debeas. Multæ sunt illece-
bræ: multi a virtute deflexus. Grauia irritamenta sunt
voluptatum: grauis fomes auaritię: cupiditas potesta
tum: honoris ambitio: quæ velut veneno quodã men-
tes hominum, & quadã animas pestilẽti vitiorum ta-
be cõtaminãt. Hæc est cathedra pestilentiæ, super quã
Mat. 23. sederunt Scribæ & Pharisæi, qui imponunt hoibus
onera grauia, ipse autẽ digito nolunt ea mouere. Has
Mar. 11. cathedras de tẽplo Saluator eiecit eorum qui se de ho-
nore iactarent, primatus quærerent dignitatum: eorũ
qui sacerdotio vel primatu honoris vterentur ad quæ-
stum: eorum qui indulgẽtes gulę nequaq̃ debitã cõti-
nentiæ præstarẽt custodiam. Hæc vera est pestilentia.
Denĩq⁹ Heli filii erant filii pestilentiæ. In hac quadam
I sede vitiorũ prohibet nos scriptura cernicem inflecte-
re, vireſq; toti⁹ corporis reclinare. Aduerte igitur pro-
» prietates. Beatus qui in via peccatorũ non stetit, in ca-
» thedra quoq; pestilentiæ non sedit. Viam dici vitę hu-
ius cursum, in dubium non venit: cum ipsa scriptura di
Psal. 141. cat: In via hac qua ambulabam, abscõderũt laqueũ mi-
Mat. 5. hi. &, Esto cõsentiẽs aduersario tuo cito, dũ es cũ illo in
via. Etenim quoniã cursum vitæ huius currimus, ha-
bemus semitã p quã ambulem⁹ cotidie, donec pueni-
amus ad finem. Etsi non videmur corporaliter ire, pro-
gredimur. Nã sicut in nauibus dormientes ventis agũ
tur in portus, et si nullus quiescẽtib⁹ sensus est nauigã-
di, tamẽ cursus eos vrget ad finem, & impellit ignaros:
sic vitæ nostræ spatiũ defluente, ad propriũ vnusquisq;
Ephe. 5. finem cursu latẽte deducitur. Vnde dicitur: Surge qui
dormis. Tu enim dormis, & tempus tuum ambulat.
Et vide ne dum diu dormis, prætereat tempus. Ideo &
si dormis, cor tuum vigilet: cor tuum nõ feriatur. Si cor
ociosum nõ sit, nõ sunt ociosa tẽpora tua. In via es o ho
mo: ambula vt pueniasː ne te nox in via occupet: ne cõ-
sumatur dies vitæ antequam progressum virtutis acce
leres. Viatores vitæ huius: omnia transeunt: omnia
post te sunt. Omnia in hac via cernis, & transis. Vi-
disti amœnitatem arborum, hærbarum viriditatem,
puritatem fontium, & quodcunque huiusmodi quo de- k
lectãtur oculi. Iuuit spectare, delectauit parumper attẽ-
dere. Dum attendis, pertransisti. Iterum dum ambu-
las, incidisti scopulosum & confragosum iter, concaua
rupium, prærupta montium, densa siluarum. Tædia-
sti parum, iterum trãsisti. Talis hæc vita est, cuius nec
prospera pmanẽt, nec aduersa diuturna sunt. Ergo quasi
in via locatũ neq; secũda extollant, neq; aduersa te fran
gant, nec plausibilia remorẽtur, nec mœsta detineãt.
Festina semper ad finem, festina vt peruenias. Eligeta
men viam antequam curras. Duæ viæ sunt, vna iu-
storum, altera peccatorum. Vna æquitatis, altera ini-
quitatis, de qua dixit propheta: Et vide si via iniquita- Psal. 138.
tis in me est. Non solum ergo vita nostra via est, sed
etiam in ipsa vita nostra aut virtutis via est, aut ini-
quitatis. Caue igitur ne in te gressus suos collocet a-
uaritia, & sis via criminis: ne improbitas, ne libido, &
sis via iniquitatis iterantibus detrita flagitiis. Licet
tibi eligere quos sequaris, aut iustos, aut iniustos. Iu-
storum via angustior est, iniustorum latior. Illa sobrie
tatis angustior, hæc ebrietat⁹ latior, vt possit capere flu
ctuantes. Hæc habet seculi huius illecebras: illa habet
futurorũ præmia. In istis fructũ⁹ præsentior, in illis spes
tardior. Quæ enim suauia sunt, non differũt diuturnã
expectationem, sed præsentem habent perfunctionem.
Quod autem serum est, labore quęritur, quod a beata L
cogitatione vix capitur, quod oculus nõ vidit, nec auris
audiuit, quæ præparauit deus diligentibus se. Difficile
solemus credere quæ non videmus: & ideo anima æ-
stuat, & huc atq; illuc velut oculos quosdam circumfert
cogitationes suas. Tunc illi occurrunt diuersæ rerũ spe
cies, seq; offundunt. Si ad sempiterna intẽdat, virtutem
eligit: si ad præsentia, voluptatem præponit. Graue &
iniquum certamen aduersus delectationes præsentiũ.
Hic libertas est cupiditatum, illic seruitutis iniuria,
facere quę nõ vis, & ab iis quę desideraueris, abstinere.
Hic conuiuium, illuc ieiunium. Hic intẽperantia gau-
diorum, illic perseuerantia lachrymarũ. Hic saltatio, il-
lic oratio. Hic cantus dulces, illic gemitus graues. Scri
ptum est quidem: Cor sapientiũ in domo luctus, & cor Eccls. 7.
stultorũ in domo epularũ. Meli⁹ est audire increpatio-
nẽ sapientis magis q̃ virũ audientẽ canticum stultorũ.
Sed pauci hæc audiunt, pauciores sequuntur. Allicit M
homines magis dulce peccati, quod ad præsens influit
& impinguat audientis affectum: q̃ triste virtutis, quę
fidei spem velut quodã cortice amari laboris inuoluit.
Beat⁹ ergo atq; mirabilis, q taliũ viarũ posit⁹ in electio-
ne, non fuerit illecebris voluptatis inflexus, vt gradum
suũ super vadosa & praua constituat. Non dicitur ei,
Qui dereliquisti semitas directas, abeundo in vias te-
nebrarũ. Cognouimus igitur quę sit via pctõrũ via, in
qua stãdum non esse propheta nos admonet, sed & Ec-
clesiastes docet, qui ait: Noli stare i sermone malo. Hoc
est non persistere in sermonibus malis, similiter & ope
ribus improbandis. Quomodo in bonis sit standum,
sanctus idem ppheta præcipit dicens: Stantes erant pe Psal. 121.
des nostri in atriis tuis Hierusalẽ. In Hierusalẽ standũ
est, de Babylone fugiẽdum. Et Moysi dicitur: Tu au- Deuter. 5.
tem sta mecum. qui de Ægypto fugit, & cum dño stãs
perseuerabat. Et in euangelio qui steterunt vsq; ad ho- Mat. 20.
ram vndecimã, equalẽ mercedẽ operãtibus* acceperũt. *operãtes
Et quæ steterunt virgines vsq; ad aduentũ spõsi, ad nu Mat. 25.
ptias simul introire meruerunt. Quæ autẽ discesserũt,
& postea reuerterunt, dñicæ excluduntᵉ auctoritate sen
tentiæ. Didicimus ergo nõ stare in via peccatorũ, stare
autẽ in virtutis officio: quia scriptũ est: Tu autẽ in fide Roma. 11.
sta. Nũc cõsideremus quid sit. Et in cathedra pestilẽtię «
nõ sedit. Et quidẽ præmisimus qd nõ simplex cõsessus
in hmõi qd in vsu est solio reprehẽdaf. Quid enĩ iudię
haberet ad culpã? Sz cũ oculi dñi semp sup fideles terræ
sint: tanquã sub cõspectu imperatoris locati, & velut in

A ministerio quodã positi, stare debemus. Miles in pro-
cinctu stat, non sedet. Miles in armis non se reflectit,
sed excitat atq; erigit. Ideoq; militibus Christi dicitur:
Psal. 134. Ecce nũc bẽdicite dñm oes serui dñi, qui statis in domo
Zacha. 5. dñi. At cõtra iniquitas in talento plumbeo sedet, eo q
fixa in peccato, se ab eo separare non possit. Et eni inue-
terati in errore, & studiose flagitiis inhærentes, sedere
Psal. 126. dicuntur, qui nolunt assurgere, nec audire dicẽte: Sur-
gite postquã federitis. Deniq; hic ipse ppheta alibi ait:
Psal. 118. Sederunt principes, & aduersum me detrahebant. An
ignoramus q tantã vim habeat inueterata cõsuetudo
peccãdi, vt excludat naturam? Quę cum sit medicabi-
lis ad salutẽ, tamen corroborata tẽpore, passionib⁹ im-
medicabilis inuenitur. Nõ ergo permaneam⁹ in vitiis,
sed vnusquisq; etiam si fuit exiliat a culpa: sicut scriptũ
Prou. 5. est de muliere meretrice: Ne intẽdas in eam oculũ tuũ,
sed exili. Ne moreris, exili antequam te anni iuuentu-
tis inueniant. Sed (quod grauius est) pleriq; luxuriem
corporis nec albenti erubuere canitie, & vsq; ad senectu-
tis ætatem vitã produxere maculosam. Intimis enĩ cõ
cepta visceribus lues culpę, processit tẽporis coacerua-
tę. Caue igitur ab impiorũ cõsiliis, non penetrent huius-
Prou. 6. modi cõsilia mentem tuam, ne dicatur de te: Alligabit
quis ignẽ in sinu, vestimenta autẽ non cõburet? Etenĩ
qui semel in sinu mẽtis flagitii flammã ferentis ado-
leuerit, cito corporis sui vestimenta comburet. Et vt in
B stipulã ignis exiliẽs, inhæret ac permanet, donec omne
quod corripuit absumat, ita vel exigua scintilla peccati
si quo vitiorum fomite fuerit excitata, incẽdium grãde
excitat. Noli ergo stare in peccato. Postremo posuisti
vestigium supra voraginẽ culpæ: cito auferpedem: ne
supra plantã tibi ascẽdat pollutio, & lapsu faciliore dece
ptus supra lutum resideas. Cauẽda ergo prima sunt vi-
tia, ne in plura deinde grauiora pserpãt. Etenim sicut ii
qui se in luto versant: quo magis volutantur, eo ampli⁹
inquinantur: ita qui semel se luto improbitatis asperse-
rit, nisi ab eo velociter exiliat, grauiꝰ sibi dedecoris sui coe
num per singulos dies lutulẽtæ cõuersationis obducit.
Itaq; grauꝰ odore tetrę illius ac flagitiosæ voraginis cõ
trahitur quædã animarũ pestilẽtia, corruptoq; salubriũ
cogitationum spiramine, lues æstuantiũ passionũ mi-
serãda grassatur. Hinc letale se mẽtibus virus infundit,
hinc subrepit ægritudo corporibus, languores animis.
Est enim malus languor, erroris languor, auaritię lan-
guor, inexplebilis cupiditatis lãguor. Istę diuitię sunt,
Eccls. 5. vt dicit Ecclesiastes, Est languor malus quẽ vidi sub so
le, diuitias custodiri in malum possidentis eas. Dic mi-
hi o Ecclesiastes, qua causa malus hic lãguor sit. Respõ
debit, quia multos auara spes deuorat. Insatiabilis eda
Ibidem, citas cupiditatis est. Nescit satiari argẽto q concupiscit
Eccls. 5. argẽtũ. Distẽdũt diuitiæ, nõ explẽt. Et si quis satiatus
C fuerit diuitiis, nõ est, ingt, qui sinat eũ dormire. Et qui-
dem oẽs dies eius in tenebris, & luctu, & iracũdia mul-
ta, & languore, & ira. Quõ enim potest dormire, qui so
licitã auri exercet custodiã, qui dãna formidat, qui lu-
cra cogitat, qui vsuras cõputat, qui apothecas nũcrat?
Malus ergo languor, qui bonã aufert mentis quietẽ.
Est languor malus luxuria, libido, cõcupiscentia, dele-
ctatio, secularis ambitio, quæ cito corrumpit salutẽ so-
brietatis. Ois postremo mundi huius corruptela, pe-
stilẽtia est. Ne ergo tetigeritis, ne attaminaueritis eã.
Coloss. 2. Lues est, cõtaminat: morbus est, polluit. Ne gustaue-
ritis quæ sunt oia ad corruptelã ipso vsu, vt apostolus
1. Tim. 6. dixit: qui & alibi clamat, Radix omnium malorum est
Ibidem. auaritia. Morbos excitat, dõlores inserit. Deniq; q eã
appetierunt, inseruerũt se multis doloribus. Ista est pe-
stilentia, quæ plerũq; neq; calidos neq; frigidos, sed (qd
& calidis est deteri⁹ & frigidis) tepidos facit, vt euomã-
Apoc. 3. tur ex ore dñi IESV, quos ppter grauia peccata reie-
cerit. Ista est quæ non paucorum, sed omnium excitat
Esa. 1. ægritudines. Omne caput in dolore, omne cor in mœ-
stitia. A pedibus vsq; ad caput peccatorũ vlcera. Omne D
caput in dolore, quãdo qui sapiẽtes existimãtur, dolore
cruciãtur auaritiæ. Sensus enĩ sapientis in capite eius. Eccls. 2.
quod referri potest etiã ad ecclesiæ præmineẽtes. Omne
cor in mœstitia, qũ sapimus quæ sunt carnalia, & cor-
poreis voluptatibus aciẽ nostri cordis infidimus. Vn-
de ait domin⁹ ad huiusmodi, q dederit illis cor carneũ. Ezech. 11.
A pedibus vsq; ad caput serpit lues dira morborũ, quã-
do laborat cõtagio, quando compatiũtur alii si quis ef-
fectu libidinis defraudetur, viduæ pudorem expugna-
re non potuit, agrum inutadere: & ægre cum cti inuicem
languores transferunt, Quoties ingemiscunt senio-
res q diu potare non possint. Quotiens dolent q scor-
tari desierint, cum scortandi habeant voluntatẽ. Quo-
tiens inter fabulas ebriorum virtutes probro sunt, pec
cata laudi: honestas ludibro, continentia risui, miseri-
cordia vanitati. Isti sunt morbi qui mala sua in multos
transferunt. A paucis corruptela ad omnes peruenit.
Sedẽt in conciliis derogantes sobriis, ructãtes crapulã.
Sedent in tabernis de ebrietate certãtes. Inter hos me-
retrix plena vino, hunc arridẽs, illum adurens, & oẽs ar-
dore inflammãs libidinis. Verecũdus si trãseat, erube-
scit: a singulis carpitur. Si flagitiosus, omniũ ore lau-
datur: & tanq̃ morbus trãsit in animas singulorũ. Qui E
enim in flagitiis celebris, plurimos ad imitationẽ ad-
ducit erroris. Itaq; dum pctis imitãtur alienum, suũ fa
ciunt malum. Nõ sedeas inter eos, quos sanctus ppheta fugiebat. Illũ imitare, fugientẽ vtiq;, nõ sedẽtem, qui
ait: Nõ sedi in cõcilio malignãtium, & cũ iniqua gerẽti- Psal. 25.
bus nõ introibo. Quia ratione eos fugiebas Dauid, exe
plica nobis. Demonstra has partes, vt & nos eas fuge-
re possimus, ne inficiamur earũ cõtagio. Corrupti sunt, Psal. 13.
inqt, & abominabiles facti sunt. Nõ est qui faciat bonita-
tem, nõ est vsq; ad vnum. Generaliter ergo ad oẽs fla
gitiosos, deinde potest referri specialiter ad irrisores bo
norum, quos Aquila χλευασταὶ dixit, q isti vere mora
bi sunt qui irridendo bonos, plurimorum animis ope-
rãtur errorem, mẽtesq; corrũpunt. Quãta dixit a qui-
bus beatus vir debeat abstinere? Et adhuc adiicit alia.
Sed in lege domini sunt voluntas eius, & in lege eius «
meditabitur die ac nocte. Hoc est, beatus ille qui hæc «
faciat consilio, ratione, prudentia. Potest enim & pa-
tiens non per virtutem, sed per impossibilitatẽ & in-
scientiam delinquendi ab iis quæ dicta sunt abstinere.
Põt & irrationabili pecudi cõuenire, cui nulla vis con- F
silii, nullus sensus erroris est. Hoc est ergo quartũ quod
sequitur, in quo definitio beati viri a pecude discerni-
tur: quia vir sapiens subditus legi est voluntate, nõ ne-
cessitate. Plurimũ enim refert: quia in voluntate, mer-
cedis est fructus: in necessitate, dispẽsationis obsequiũ.
Ita enim docuit nos apostolus dicens: Si volens hoc a- 1. Cor. 9.
go, mercedem habeo: Si inuitus, dispensatio mihi cre-
dita est. Ordo autem conueniens, vt primo diligas le-
gem, secũdo vt mediteris. Qui diligit, ex voluntate fa-
cit mandata legis. Qui timet, inuitus obseruat. Hanc
disciplinam docendi etiam dei iustitiam in lege accepi-
mus. Sic enim scriptum est: Audi Israel, Dominus Deute. 6.
deus tuus, deus vnus est. &, Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
virtute tua? Et erũt verba hęc quæ ego præcipio tibi ho-
die, in corde tuo, & in anima tua: & demonstrabis ea fi
liis tuis, & loqueris i eis sedens, & in itinere, & in quie-
te, & in vigilia. Alligabis ea i sinu tuo, & in manu tua,
& erunt monilia ante oculos tuos: & scribes ea super li
mina in domiciliis tuis, & in ianuis tuis. Et infra: Et
nũc Israel, quid abs te postulat dominus tuus, q̃ vt dili-
gas dñm deum tuũ, & ambules in oibus viis eius? Sa- Sapien. 6.
piẽtia quoq; dicit: Cõcupiscite ergo sermones meos, di-
ligite illos, & habebitis disciplinã. Clara est, & quę nũ-
q̃ marcescat sapientia, & facile videtur ab iis qui diligũt
illã, & inuenit⁹ ab iis q quærũt illã. Legitime ergo doce

G mur a sancto propheta volũtatem in lege habere, meditationẽ secundũ legẽ. Voluntas in lege nõ solũ in studio, sed etiam in facto est. Prior voluntas, secunda operatio. Deniq; & dñs dicenti sibi, Si vis, potes me mundare: respõdit, Volo: mũdare. quo ostenderet operationibus nostris voluntatẽ præuiam esse debere. Deniq; lex volũtarios querit: quia lex dñi irreprehẽsibilis est, cõuertens animã. Nemo autẽ cõuertitur, nisi qui volũtate cõuertitur. Volũtarius autẽ abscondit, & sensum furatur laboris. Ideoq; die & nocte in lege meditaf, in quo non tam cõtinua legẽdi postulatur intentio, q̃ seruãdæ legis affect⁹. Ille enĩ plene meditaf, qui ipse sibi lex est, scriptum in corde suo opus legis intẽdẽs. Aquila tũ diẽ tantũmodo posuit, nõ etiã noctẽ. Quod nõ tam a cæteris discrepãs, q̃ alio referẽs posuit: qm̃ qui legẽ meditaf, semper in luce est, noctẽ non habet. Etenim cuius lucẽt opera, nõ potest vtiq; in tenebris ambulare: quia iustitia eius sicut lumen effulget. Meditetur ergo legẽ vita nostra, meditetur cõuersatio, meditef act⁹, meditef intellect⁹ mysteriorũ cælestiũ. Lex enĩ exẽplar est & vmbra cęlestiũ: vmbra futurorũ bonorũ, quæ is q̃ crediti lege, in euangelio recognoscit. Meditatur in tenebris & die: id est, & in aduersis posit⁹, & in prosperis. Lex enĩ præcipit vt diligamus dominũ. Qui diligit, in omni statu suo debet seruare diuturnæ charitatis affectum. Pater diligit filium, diligit etiã cum arguit, diligit etiã cum verberat baculo. Qui enim parcit baculo suo, odit filium suũ. Nos quoq; dñs castigat, & diligit. Itaq; etiã
H cum digna coercitiõe cõmittimus, ille tũ diligit, qui etiã recipit offensum. Castigat enim dñs omnẽ filium quẽ
Prou. 3. recipit. Et tu cũ castigaris, dilige: quia ideo castigaris, vt recipiaris. Nam quid graude est si tunc diligas dñm deum tuũ, cum tibi abũdãt oĩa, cum frueris optatis, cũ honorib⁹, facultatib⁹, liberis gaudes? Et homini a quo acceperimus beneficiũ, gratiam referre consueuimus. Deniq; cum laudaretur Iob iudicio cælesti, hoc retulit diabolus, minime mirum si gratus esset deo, cui tanta supperet affluẽtia prosperorum. Sed tũc probãdũ, si illa amittat vniuersa, & pii cultoris præstet officium. Hæc igitur prima virtus, vt non frangaris aduersis, nõ extollaris secundis. Id te lex docet, vt in afflictione non relaxes intentionẽ, nec desperationem induas. Victor nõ dicas, Virt⁹ mea & fortitudo mea hęc tribuit mihi: sed oĩa noueris diuinæ misericordię deputãda. Clamat Esaias: Nõ cofundetur qui in angustia est vsq; in tẽpus.
I Hoc primum bibe. Quid est, hoc primũ bibe? Sequestremus mystica, persequamur moralia, quæ docet litera. Propter errorũ grauia, graues cõtritiones & vexationes populi dicit futuras. Et oportuit eas præcedere, vt sequeretur misericordia. Bibe ergo primum tribula-
Actu. 14. tionem. Per multas enim tribulatiões oportet nos introire in regnũ dei. Bibe, vt sensus tribulationis pectoris tui infundatur internis. Bibe cum patientię affectu mœrẽtis dolorẽ. Cum enim cõuersus ingemueris, tũc dñm tibi recõciliabis offensum. Hoc ergo primũ bibe, vt sis in dolore & angustiis. Cito lætitia infundit errorem. Pinguis factus et incrassatus populus surrexit ludere, & recessit a dño. Prodest tibi cor habere contritũ. Hoc primum bibe, vt sacrificiũ tuũ accipiatur a domino. Doceat te apost⁹ quid sit, Hoc primum bibe: hoc est, tribulationis poculũ. Tribulatio enim patiẽtiã operatur. Nõ potest esse patientia, nisi ante fuerit tribula-
Rom. 5. tio. Tribulatio, inquit, patientiã operatur: patientia autem probationẽ: probatio vero spem: spes autẽ non cõfundit. Bibe primũ tribulationẽ, vt postea tibi tot virtutũ pocula ministrẽtur. Et vt scias quia bibitur tribu-
Psal. 59. latio, audisti dicentẽ hodie prophetã: Potasti nos vino
Psal. 69. cõpunctionis. Et in posterioribus ait: Et potum dabis nobis in lachrymis in mensura. In mẽsura petit potũ, non supra mensuram: ne ferre nõ possit. Deniq; q̃ bono hoc precaretur affectu, suo probabat exemplo, qui potum suũ cum fletu miscebat, vt domini in se inclinaret
K misericordiã. Bibe ergo hoc primum, vt bibas & secundum. Hic enim tẽpus est vt inseramus mystica. Bibe primum vetus testamẽtum, vt bibas nouum testamẽtum. Nisi primum biberis, secundũ bibere nõ poteris. Bibe primum, vt sitim mitiges. Bibe secundũ, vt bibẽdi satietatem haurias. In veteri testamento cõpunctio, in nouo lætitia est. Vide quẽadmodum dñs artibus diaboli pro suis seruulis obuiauerit. Ille cibo fraudis decepit vnũ, vt in vno oẽs circumueniret. IESVS autẽ cibo salutis omnes redemit, vt in omnib⁹ & illum qui deceptus fuerat reformaret. Ille calicem aureũ Babylonis excogitauit, vt quicũq; biberẽt, plus sitirẽt: & quia pot⁹ placere nõ poterat, auri precio illiceret ad bibẽdũ. Propinauit de vino suo, cui metalli suffragia reg̃suit. At vero dñs IESVS aquã de petra effudit, & oẽs biberũt. Qui biberũt in typo, satiati sunt: qui biberũt i veritate, inebriati sunt. Bona ebrietas, quæ infũderet lętitiã, nõ afferret cõfusionẽ. Bona ebrietas, quæ sobrię stabiliret mẽtis incessum. Bona ebrietas, quæ vitæ mun⁹ rigaret æternæ. Hoc ergo poculũ bibe, de quo dixit prapheta: Et poculum tuũ inebrians, q̃ præclarum est. Nec Psal. 22.
L te moueat q̃ Babylonis aureũ poculũ est: quia & tu bibis poculum sapiẽtiæ, quæ sit auro argẽtoq; preciosior. Vtrunq; ergo poculum bibe veteris & noui testamenti: quia in vtroq; Christum bibis. Bibe Christum, quia vitis est. Bibe Christũ, quia petra est, quæ vomuit aquam. Bibe Christũ, quia fons vitæ est. Bibe Christũ, quia flumen est: cuius impetus lætificat ciuitatẽ dei. Bibe Christũ, quia pax est. Bibe Christũ, quia flumia de ventre eius fluent aquæ vitæ. Bibe Christũ, vt bibas sanguinem quo redẽpt⁹ es. Bibe Christũ, vt bibas sermones eius. Sermo eius testamẽtũ est vet⁹. Sermo eius testamẽtum est nouum. Bibitur scriptura diuina, & deuoratur scriptura diuina, cum in venas mentis ac vires animæ succus verbi defcẽdit æterni. Deniq; non in solo pane viuit homo, sed i omni verbo dei. Hoc verbum bibe, sed ordine suo bibe. Primũ in veteri testamẽto: cito facvt bibas & in nouo testamento. Et tanq̃ ipse
Esa. 9. festinet, dicit: Galilæa gentiũ, & partes Iudææ, popul⁹ qui ambulabas in tenebris, lucẽ videte magnam. qui habitat⁹ in regione mortis, lux fulgebit sup vos. Bibe ergo cito, vt lux tibi effulgeat magna. Lux nõ cotidiana, non diei, nõ solis, non lunæ, sed lux illa quæ vmbrã mortis excludat. Nã qui in vmbra mortis sunt, lucem vtiq; solis aut diei videre nõ possunt. Et quasi requiren ti tibi vnde tantus splendor, tãta gratia sit, respondet: Quoniam puer natus est nobis: filius datus est nobis. Ibidem.
M Puer, quia ortus ex virgine est: Filius, quia ex deo natus tantæ autor est lucis. Puer nobis natus est: nobis, qui credimus: nõ Iudæis, qui nõ crediderũt. Nobis, nõ hæreticis. nobis, non Manichæis. Nobis natus est: qa verbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Nobis na- Ioan. 1.
tus est, quia carnẽ suscepit ex virgine, quia homo nat⁹ est ex Maria. Caro nasciẽ nobis, verbũ datur. Q̃d nãm est, inter nos natũ est. Q̃d supra nos est, nobis donatũ est. Satis excurrimus, vt putamus: sed nõ ociose, vt docerem⁹ qa & i tribulationib⁹ diligere dñm debem⁹, nec recedere ab eo: qm̃ & lætitiæ tribulatio sępe succedit, & lætitia tribulationi. Deniq; qui tribulatione nõ frãgit, & legẽ sequit, beat⁹ est. Et erit tanq̃ lignũ q̃d plantatũ
« est secus decursus aq̃rũ: q̃d fructũ suũ dabit i tẽpore suo. « Et foliũ ei⁹ nõ defluet: & oĩa quęcũq; faciet, pſperabun- «
tur. Quæ ista btitudo est, quę ligno arboris cõparat⁹ nisi intelligamus in paradiso illo beatorũ loco lignũ vitæ in medio lignorum aliorum de terra productum? Inter multa enĩ ligna quæ erant speciosa ad aspectũ, & bona ad escã, etiã hoc lignũ terra produxit: & in medio paradisi erat, vt cætera ligna eius viriditate florerent. Quod esse hoc lignum dicimus, nisi per quod nobis salus venit? Et recte hoc terra produxit, quia eum vir-

A go genera uit, quæ erat terra secundum auctoris sen-
Gene. 3. tentiã, quæ in eũ dicta est: Terra es, & in terrã ibis. Pulchre quoq; in medio legitur liguorum aliorũ, quia erat in medio apostolorũ discentiũ. Vel quia in medio erat
Ioan. 1. mentis & cordis, sicut ipse ait: Medius vestrum stat,
Lucæ. 22 quem vos nescitis. Et alibi ait: Ego autẽ in medio ve-
Prou. 3. strũ sum. Deniq; & de ipso Salomon dixit: Lignũ vitę est omnibus percipiẽtibus eum. Qui ergo beatus est, imitator erit domini IESV, qui est lignum vitæ, lignum sapientiæ, plantatum in vtero virginis voluntate patris: aquo in perpetuum mãsurum plantatur, vt fructum daret in tẽpore suo. Nõ enĩ potuit arescere ista plãtatio, quæ habebat vbertatem in se manẽtẽ gratiæ
Lucæ. 4. spiritalis. Deniq; plen⁹ spũ sctõ IESVS regressus est ab Iordane. Hi sunt decursus aquarum de quibus dicit
Ioan. 7. euangelium: Flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ. Hoc autẽ dicebat de spiritu quẽ incipiebãt accipere qui crediturí erant in eũ. Est & alia traditio, quia sunt
Hiere. 2. aquæ de quibus prohibet nos bibere Hieremias dicẽs: Quid tibi & viæ Ęgypti, vt bibas aquam Geon? Est & Tygris fluuius Assyrios præterfluens. Est & Euphrates in Babyloniam tendẽs. Est & Phison, qui latina interptatione oris dicit cõmutatio, circũiens terrã Eulath, vbi est aurũ, & aurũ terræ illius bonũ, & lapis carbunculus, & lapis prasius. Merito os illic commutatur, vt non teneatur promissorum fides, sed sit ĵn ore dolus, vbi est aurum bonũ. Auaritia enim fidem frangit, nec tenet verborum simplicitatem. Ornamenta quoq; preciosa mentẽ animũq; cõmutant, vt aliud in pectore, aliud in sermone sit. In illis ergo regionib⁹ flu-
mium fuerũt Iudæi vt captiui abducti in Ęgyptum,
Psal. 136 & ad Assyrios, & ad Babylonios, vbi sup flumina Babylonis sedebãt, & flebãt sue calamitatis erũnam: & vt hic ipse propheta testatur, Illic suspẽderũt organa sua, & omnem deposuere lætitiam, vbi grauiora tolerarũt.
B Deniq; reliquæ decem tribus ad Assyrios ductæ sunt: duæ autẽ Iuda & Beniamin tanquã grauioris reæ flagitii in Babyloniam trãsierunt. Atrocius enim sacerdotis filia adultera q̃ cæterę puniuntur: quia sacerdotalis generis gratiam turpi opprobrio decoloranit. Sicut illi ergo in tẽtationibus grauissimis fuerunt, ita multis tẽtationib⁹ se saluator noster obiecit, vt nulla tẽtationis nostræ certamina præteriret. Plantatus ergo recte dicitur secus decursus horum fluminũ, nõ in ipsis decursibus: vt finitimum, non demersum intelligas. Fuit illi
Mat. 26. cõgressio prima carnis & sanguinis. Deniq; ait: Pater, transfer a me calicem istum: sed nõ quod ego volo, sed quod tu vis. Fuit diuitiarum obiecta tẽtatio, cũ omnia
Mat. 4. regna terræ ei inimicus offerret si procidẽs dñs adoraret eum. Habes duorum fluminum decursus Geon &
C Phison. Fuit illi collactatio aduersus principes mundi: fuit in ipsa passione certamen aduersus tẽtatores: quos Persas Hebræa appellat interpretatio: qui falsa testi-
Mar. 15. monia deferebãt. Aduersus eos qui dicebãt: Descẽdat nũc de cruce, & credimus ei. quæ diabolus suggerebat. Habes Tigrin & Euphraten flumina. Quadripertitũ autẽ nobis certamẽ esse etiã apostol⁹ cõprehẽdit dicẽs:
Ephe. 6. Quia nõ est nobis luctа aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus pricipat⁹ & ptãtes, aduersus mũdi hui⁹ rectores & tenebrarũ, aduersus spiritalia neq̃tię quę sũt i cęlestib⁹. Hi sũt fluuii q̃ de padiso exeũt. Vñ puto q̃ is qui in padisũ gestit redire, hos debeat transire decursus aquarũ. Q̃d nõ ociose expressit iste ipse sanct⁹ ppheta,
Psal. 118. demõstrans q̃ qui tẽtationes oẽs subegerit, deberi sibi iam paradisi requiem speret. Itaque sic ait: Decursus aquarum descenderũt oculi mei. Sicut enim rõphæa est in ingressu paradisi ignea, vt qui redit, per ignem reuertatur, vrat peccata sua, probet aurum suum: ita qui redit, per hos decursus redit. Meritoq; dicũt sancti, Trãs-
Psal. 65. iimus per ignem & aquã. De istis decursib⁹ & Esaias
Esa. 43. dicit: Si trãseas per aquã: flumina nõ te cõcludẽt. Quæ flumina? Audi dicentem Dauidde iis qui festinabant D
ad paradisum: Forsitan pertrãsisset anima nostra aquã Psal. 123.
intolerabilem. Quãtis nonnulli de istis quatuor tẽtationibus etiã illud accipiũt: Sup aspidẽ & basiliscũ ambulabis, & cõculcabis leonẽ & draconẽ. Vt ambulaue- Psal. 90.
rit i incarnatiõe: cõculcauerit in passione: vel i traditione regni cõculcet, quod patri tradet cum omnẽ euacua- 1. Cor. 15.
uerit principatum. Pulchre autẽ Aquila τὸ μετατεφυτευμένον dixit, hoc est transplantatũ, eo q̃ primo sit plãtatus in virgine, postea transplãtatus in paradisum: sicut dixit ad latronẽ: Amen amen dico tibi, Hodie me- Lucæ. 23
cum eris in paradiso. Hoc lignum igitur fructum dabit in tẽpore suo. Ligna terrena fructum non dare, sed ferre dicuntur. Sed lignum vitæ ac sapiẽtiæ dat fructum, hoc est largiẽ & donat. Rursus illud occurrit, Si lignũ est sapientiæ, cur in tẽpore dabit, & nõ semper? Ne forte graue sit nobis hoc sentire de Christo: sed tu qui legisti quia dispensatorem fidelem & prudentem cõstituet Lucæ. 12.
dñs supra familiã suam, vt det illis in tẽpore triticũ mẽsuram, in tẽpore vtiq; non semper: turbari vtiq; nõ debes. Potest sapiẽtia semper fructum dare: sed quia sapiẽtia est, debet sapienter dare, dispensare prudẽter. Tunc debet semper dare, quãdo nos plenam mensurã possumus accipere. Sicut hic extremum tẽpus fructum, ita & illic dabit fructum bonis indesinentibus, vt resurrectionis eius cõsortiũ capere, ac seruare possimus. Nunc non possumus, in hoc seculo non sustinemus. Hic enĩ corruptibiles sumus, & cauendum fuit ne corrumperemus bonos fructus quos lignum vitæ daret: quia nunc corrupti, illic autem incorrupti: quãdo & mortui, iugt, 1. Cor. 15
resurgent incorrupti: & nos cõmutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelã, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Quid ergo ,pderat morituro accipere, quod ei mors habebat auferre? Nouit ergo sapientia quibus quãdo dare debeat quę nec solium amittit ligni sui. Et ideo qui fruct⁹ sit sapiẽtiæ, quod foliũ, cõsiderem⁹. Fructus, interior est: foliũ, quo fructus vel a sole torrenti, vel a frigore defenditur. Fructus videtur esse fides, pax, doctrina, excellentia verę cognitionis, intentio mysteriorum, ratio. Hos fructus bona vita custodit: mala etrã si percepit, amittit. Peccatori autẽ dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas? In my- Psal. 49.
sticis fructus est, in moralibus solium. Nã virtutes sine fide, folia sunt: videtur virere, sed prodesse non possunt. Agitantur vento, quia nõ habẽt fundamẽtũ. Quanti gẽtiles habẽt misericordiam, habẽt sobrietatẽ, sed fructum nõ habent, quia fidem nõ habent? Labuntur cito folia, vbi ventus flauerit. Et aliqui Iudæi habent castimoniam, sedulitatem lectionis multã, & diligentiã, sed sine fructu sunt, & verẽfantur vt folia. Hæc forte sunt folia quæ saluator in illa fica reperit, sed fructum non re- Mat. 11.
perit. Mystica saluãt, & a morte liberant: Moralia autẽ F
tem ornamenta decoris sunt, non subsidia redemptionis. Præstare autem mystica moralibus etiam ipse dominus docet in euangelio suo dicens de Maria, quæ sedẽs secus pedes dñi audiebat verbum illius, cũ Martha circa ministeriũ festinaret, & quereretur q̃ soror eã propria circa mẽsæ ministerium nõ iuuaret: Martha, Lucę. 10.
Martha, Maria optimã partem sibi elegit, quæ nõ auferetur illi. Si quæ Christo ministrabat ad mẽsam, nõ conferebatur ei quæ verbum cupiebat audire: quẽ operantẽ studioso cognitionis æternæ cõferre poterimus? Ita tamẽ, vt nec illius operationi fides, nec huĩ⁹ cognitioni, sicut Mariæ, desit operatio: ne vel folia sine fructu sint, vel fructus sine munimentis naturalibus sit intectus, & pateat iniuriæ. Possumus etiam illud intelligere, quia foliis se texerũt Adam atq; Eua, corporea Gene. 3.
vestimenta quærentes, eo q̃ resurrectio dñici corporis prophetaretur: quia nec caro, quæ antea vice foliorum interire consueuerat, peritura esset in Christo: iustorũq; omnium, qui secundum euãgelium ad imitationem li-

Gni sapientiæ nati ex virgine, vitam suã actusq; formarent. Nã Græcus ita dixit: ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ φώσῃ. qđ potest ad beatũ referri, μακάριος καρπὸν φώσῃ greçe: latine autem sic dicitur, vt fit, Q ui beatus dabit fructũ: in resurrectione scilicet sua, qñ potest perpetuũ dare. Potest & sic, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ, ὑπὲρ ξυλόν: vt referaẽ ad lignum, cuius facta omnia prosperabuntur. In quo euidens testificatio est quia de saluatore dictum est. Cui⁹ enim nisi ipsius facta possunt vniuersa laudari, & pseros habere exitus? Aquila autem, dirigentur ait: quod ad quẽcũq; hominẽ referendum videtur, quẽ dirigit dominus fauore cælesti. A dño enim diriguntur gressus
Psal. 36. viri: & orationem suam in cõspectum dei Dauid pphe
Psal. 140 ta dirigi postulauit. Sed & ipse dñs direxit opera sua,
» vt nullo erroris curuarẽtur anfractu. Sequitur: Nõ sic
» impii, non sic, sed tanquã puluis quem proiicit ventus a
» facie terræ. Hoc est, nõ sic vt beatus vir: qui ideo beat⁹, quia non abiit in consilio impiorũ: quia in peccato non stetit: in cõsilio pestilentium non sedit: volẽtium vel crẽdentes pie vel viuentes peruertere. Q ui voluntatem habuit in lege, & meditabitur in ea. Aut sicut Aquila posuit, resonabit in lege: vt præcepta legis resonet vita eius, mores resultent: sicut illorum quorum in omnem
Psal. 18. terram exiit sonus. Forte hic sonus doctrinę hominũ exeat: illic autem vbi facie ad faciẽ dabitur videre, plenior quædã verbi fieri videatur expressio. Non ergo sicut beatus iste qui hæc fecerit, qui erit tanq̃ lignũ plantatum, cuius gesta omnia prosperabũtur: ita erit & impius. Ideo repetiuit vel qui scripsit, vel qui postea addi-
H dit, vt quidam putant: quo confirmatior fieret repetita
» sententia, ita dicendo: Non sic impii, non sic: qui erunt tanquã puluis. Sũt enim terreni: et sicut puluis proiicit a facie venti, ita & isti proiicientur & dissipabũtur a spiritu sancto, qui terræ fertili atq; fœcundæ animæ salutaris sicut ventus Auster aspirare cõsueuit. Huicvento
Cantic. 4. dicitur in Canticis: Veni Auster. vt clementia aeris mollioris cordis nostri arua laxentur, quæ brumali gelu stricta recipiendis gremium seminibus denegabãt. Bonum est nobis vt hic vẽtus aspiret, qui naues Tharsis ferentes vero Salomoni quæ ad templũ eius necessaria videntur, tutos deducat in portus. Sed tunc iste vẽtus aspirat, si Boreas ille grauis vẽt⁹ flare defierit. Ideo vel ecclesia vel anima pia dicit: Exurge Borea, & veni Auster. Hoc est, Tu Borea recede, & veni Auster, aspira ortum meum, vt flores non discutias, sed referues. Anima igitur plena pietatis ortum habet, vel ipsa ortus est, qui fructus ferat. Anima quæ impietati patet,
I puluerem habet, qui est infœcundus ad fructũ. Fructiferam quidem illam fecit domin⁹, sed ipsa sibi collegit impietatis puluerẽ. Q uid te iactas o plene impietatis? An quia honoribus es potẽs, & abundas diuitiis? Nõ aduertis quia puluis es & tu? Dispergeris & dissipaberis? Vidi, inquit, impium superexaltatum & eleuatũ
Psal. 36. super cedros Libani: & transiui, & ecce non erat. Quid gloriaris quia multa te seruitia ambiũt, multi amici te gunt latera tua, plurimi te equi sequuntur? Quorũ nobis enarras prosapiã, & tãquã maiorum tuorũ genus? Præfers diuitias, qua conuiuiis pascis sodales. Vtinã egenos pasceres: vtinam nõ iocorũ* ministros, sed vo-
*iniquorũ torum adiutores. Iactas quia prodeunti illico ceditur: & homines te tanquã feram declinant aut bestiã. Non hæc esse aliquid putas? Non audis quia ea omnia tanq̃ vmbra prętereãt? Q uid iuuãt consulares prętextę, aut nitentes auro triũphales palmatæ? Nudus exibis, nemo illic Cõsulem recognoscet. Q uid prosunt innumeræ possessiones publicæ? Sunt ne tuę? Hodie tu tenes, cras alius. Cũ tu exieris, alius intrat. Vix mouisti pedem: alius gressum intulit. Q uanti ante te illic fuerũt, quanti post te dominabuntur? & hoc putas esse priuatum? Q uẽ vnquam a morte diuitiæ redemerunt? Immo quem non ad mortẽ diuitiæ coegerunt? Q uem ab inferis fuæ reuocarunt opes? Q uem potentia excusa- k
uit a pœna? Puluis est ipietas, sicut puluis est impiorum potentia. Caliginem infert, dare salutem non potest. Simul vt vehemens flare cœperit spiritus, spargit eam atq; dissoluit. Aerem turbat, solum nudat. vt puluis, pũcitur, deficit vt fumus, liquescit vt cera. Hinc plerique non mediocrẽ mouerunt quæstionem, vtrum peri-
turam naturam videatur asserere scriptura diuina, ma
xime quia alibi dicit: Cõminuã eos vt puluerem ante Psal. 17.
faciem venti, & vt lutum platearum delebo eos. Et alibi: Ecce cõfundentur & reuerebuntur omnes aduersarii. erunt enim tanquã non sint. Primũ ergo interrogo vtrum impietatem secundum naturam putent esse, an præter naturam. Si secundũ naturã asserant, errare eorum opinionẽ certum est. Deniq; dicant vtrum naturæ peccatum cõueniat, an nõ. Sed certum est, peccare, deuiare esse ab eo quod est secundũ naturam. Q uid igitur tam ineptum, q̃ vt dicant minus videri impium esse, q̃ peccare: cum omniũ acerbissimum sit quicquid in dei fieri videtur iniuriam? Q: si impie agere, non est præter naturam: viuere ergo impie, secũdũ naturã est, nec peccati loco habẽdũ, nec dignũ reprehẽsione existimandum. Nemo enim reprehenditur qui operatur secũdum naturam. Vnde cõcluditur quia impietas prę-
ter naturã est. Q uomodo igitur cum perditione cõsue-
tudinis ἀπολλυσομένας φύσεως, hoc est perituras natu-
ras inducit scriptura, cum impietas non vtiq; naturalis L
fit, sed præter naturã? Q uod enim nõ habet, nõ amittit, nec potest ea substantia perire quæ non fuit. Nam & puluis cõmotus aut in aquæ substãtiam transfertur, aut in aerem, aut in ignẽ: hoc est, in aliam videtur fæpe transire naturam. Non ergo in nihilũ deficit, sed in aliud transit. Q uid obstat igitur quin & ille qui verbi virtute & ratione cõminuitur vt puluis, non in nihilũ dissipetur, sed cõmutetur in meli⁹, vt ex terreno fiat spiritalis homo, & vt lutum platearũ sic deleatur, vt tollatur quicquid asperum ac fordidũ videtur, remaneat quicquid purum ac mundũ est? Et qđ ait de aduersariis Hierusalem, Erũt sicut qui non sunt: vtiq; potuit dicere, non erunt. Sed cum dixerit, confundẽtur, & reuerebuntur: vtiq; intelligis quia erunt per substãtia, & profectum cõuersionis, sed nõ erunt quasi aduersarii: quod fuerunt. Itaq; per improbitatis defectum non erũt, erũt fide ac deuotione mutati. Deniq; & alibi ex peccatoris
psona dicit: Et irã dei sustinebo, quia peccaui, donec iu- Mich. 6.
stificet iudicium meum. Cõuertere enim deus cupiens peccatorẽ, punit eum & vrit, vt purget. Vnde ait: Et Ibidem.
educet me in lucem. Nã & cerã vrit ignis, & liquescit
vt purgetur. Et nos per ignem probamur. Et fumus M
consumpto omni materiali expurgatur, neq; naturam trãsit. Itaq; & anima purgata ab omni labe, in id quod est deficit, nõ in id quod nõ est: vt ait Balaam: Moria- Num. 23.
tur anima mea in anima iustorũ. vt lapsus eius & quidam improbitatis vsus transiret in consuetudinẽ vitãq; iustorum. Omnia enim deus saluta vult esse. Vnde & Salomon ait: Deus mortẽ non fecit, nec lętatur in per- Sapiẽ. 1.
ditione viuorum. Fecit animã vt sit: creauit hominem in incorruptionẽ: quem ad imaginem sui fecit. Sed homines a naturæ munere deuiantes, obnoxios fecere se morti, vt quasi terreni *corrũpatur. Sed deus per tribu- *morte
lationes ad pœnitẽtiam cogit, vt per pœnitẽtiam vra- pleni.
tur & cõsumatur illud accidens malum improbitatis, & pereat: & locus ille animæ qui erat accidẽtis impietatis possessio, pateat ad receptionẽ virtutis & gratiæ. Certum est autẽ animæ naturam esse preciosam, quæ ad similitudinẽ dei facta, receptionẽ omnis virtutis admittit: vtpote quæ cognitionis supernæ nõ sit fraudata consortio. Nunc illud superesse arbitramur, quod in multorum ore versatur, qua ratione deus, cuius sine voluntate nec passer vilissimus cadit, & apud quem capilli capitis numerati sunt, dixerit per Esaiam: Sic oẽs Esa. 40.

G gentes, vt stillicidium de vrceo, & sicut momẽtũ statęræ æstimatę sunt, & vt sputum æstimabũtur. Ita ergo peribunt oẽs gẽtes vt stillicidium de vrceo, & vt sputũ perit, & ad nullos vsus proficit. Sed tu qui nosti quia gẽtes nõ eo vsq; pro nihilo habuit deus noster, vt & Abra-
Gen. 26. hæ dixerit: Benedicẽtur in te omnes gẽtes: & per Da-
Psal. 2. uid loquutus sit ad filium dicens: Dabo tibi gentes hæ-
Psal. 71. reditatem tuã: & infra, Oẽs gẽtes seruient ei: qui legisti quia obtulit deus filiũ suũ p omni gẽte, vt saluos faceret peccatores: debes hoc loco vim diuinæ sententiæ cõsiderare. Cõtemplatione etenim creaturarum cælestium, quæ multæ sunt, sicut cęli (qđ multipliciter maius q̃ terra est, vt a plerisq; pũctum cõparatione cęli terra sit existimata) angelorum, archãgelorum, principatuum, potestatum, thronorũ, dñationum, milium, & decem milium, & innumerabilium milium, cõtemplatione ergo horum gẽtes vt stillicidium de vrceo æstimatæ sunt, cui⁹ est omnis plenitudo. Ex illa igitur plenitudine cælesti tanquã gutta cadens æstimatę sunt gẽtes. Q uomodo enim poterant maximæ videri, cũ ipsa terra in aqua sunt gẽtes, minima mũdi portio sit, & omnium quæ operatus est deus, tanquã statęræ exigua inclinatio gentes sint? Simul cognosce per hanc statęram oia deũ cum iustitia cõdidisse, & in ipsis gẽtib⁹ inesse quiddã naturaliter i quo iustitiæ videret vel exigui-
H esse momentum, & sputum ipsum tanquã ex vniuersitate totius corporis interiorem existere portionẽ. Magis ergo hic misericordia prædicatur: quoniã qui venit quærere quod perierat: nec stillicidium illud quasi vile cõtempsit, sed alleuauit momentum statęræ, & sputo illi substantiam boni corporis donans, dignatus est omnes gẽtes in vnum corpus ecclesiæ cõgregare. Inter gentes autẽ & Israel annumerari potest nequaquã expers diuinæ iustitiæ: quia ipse Moyses dixit de Israel: Ecce populus sapiẽs, & disciplinæ tenax, gens magna. Et vt scias quia supra meritum nostrũ dei bonitas redundauit, apostolus hunc propheticum locum interpre-
Rom. 11. tatus ait: Cõclusit deus omnia in incredulitate, vt oĩm misereatur. & subiunxit: O altitudo diuitiarũ sapientię & scientiæ dei: q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Q uis enim cognouit sensum dñi? Aut quis cõsiliarius ei⁹ fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Hũc autem locum prę mittens pphe-
to ait: Sic omnes gentes vt stillicidium de vrceo æstimate sunt. & reliqua. vt agnoscas intellectum istum cũ
I interpretatione apostolica conuenire. Sed quid euiden-
» tius eo, q̃ perituras naturas non videatur inducere, cũ
» ipse subiecerit sanctus propheta: Q uoniã non resurgũt
» impii in iudicio? Non enim dixit, Non resurgunt: sed ait, Resurgũt quidem, sed non in iudicio. Q ui autẽ resurgit, est vtiq;, & manet: sed quia non credidit in Christum, iam iudicatus est: & ideo nõ venit in iudiciũ, quẽ peracti iã manet pœna iudicii. Et de resurrectione quidem pluriũa diuinarum scripturarũ sunt testimonia, quæ non prætermisimus in libris cõsolationis & resur-
» rectionis. De eo autem quod ait, Non resurgunt impii
» in iudicio: secundũ euangelium absoluta sententia est, quia non omnes iudicabuntur. Apostolus autẽ ait: O-
2. Cor. 5. mnes enim oportet nos stare ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malũ. Et putãt plerique esse cõtraria: nec aduertunt quia saluator de perfidis dixit atq; impiis, qui
Ioan. 3. nõ crediderũt in dominũ Iesum. Sic enĩ ait: Q ui credit in me, nõ iudicatur: qui autem nõ credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filii dei. Hoc autẽ est iudiciũ, quia venit lux in hũc mundũ, & dilexerunt magis homines tenebras q̃ lucẽ. Erãt enim mala ipsorum opera. Liquet igitur de quibus dictum sit, hoc est de iis qui nõ crediderunt in dominũ Iesum. Apostolus quoq; etsi dixit omnes: de iis vtiq; dixit, qui crediderunt, sed actuum suorum rationẽ in die iudicii reddituri sunt. Deniq; ipse alibi ait: Q uia testimoniũ conscientię k
nostræ in die iudicii reuelabitur, cũ inuicem cogitatio- Roma. 2.
nes nostræ aut accusabũt se, vt scriptum est: aut defendent: & patebũt cordis occulta. Q uid autẽ hoc euidentius qđ ait alibi: Oĩes quidẽ resurgemus, sed nõ oĩes 1. Cor. 15
immutabimur? Immutabũtur enĩ iusti in incorruptionem, manẽte corporis veritate. Daniel quoq; dicit: Iu- Daniel. 7.
dicium sedit, & libri aperti sunt. Ostendit ergo iudiciũ futurum, maxime cũ alibi idem dicat: Multi qui sedẽt Danie. 12.
in tumulo terrę, exurgent isti in vitam æternam, & isti in opprobrium & confusionẽ æternam: & intelligentes splẽdebũt sicut splẽdor cæli, & de iustis multi sicut stellę lucebũt. Q uod istud est iudiciũ sedentiũ iudicum, & qui libri aperti, nisi cõscientię nostrę, velut libri peccatorum nostrorũ seriem continentes? Q uãquã hoc ipsum vile sit æstimare quasi humani simile iudicii. Aliud est Christi iudiciũ, vbi conscientia ipsa se prodit, quæ latere non potest occultorum arbitrũ: vbi cogitationes lucent apud eum qui adhuc cogitantibus dicebat: Q uid co- Psal. 4.
gitatis mala in cordib⁹ vestris? Cũ Iudęis diceret, dicebat omnibus: ne quis putaret ꝙ occulta possent esse que L
faceret: ne quis putaret ꝙ parietib⁹ clausus testẽ occulti erroris effugeret. Ideoq; & Euangelista testatur dicẽs: Iesus autem sciebat cogitatiões eorũ. Q uomodo ergo Lucę. 6.
ait, Libri aperti sunt? Nõ vtiq; atramẽto scripti, sed vestigiis delictorũ, & flagitiorũ inquinamẽto. Aperietur liber conscięti æ tuæ, aperietur liber cordis tui. culpa nostra recitabitur. Est ibi liber, vbi est tabula. Immo sunt libri inscripti, vbi sunt inscriptæ tabulæ, quas inscribit spiritu sancto apostolica doctrina, sicut legimus dicẽte Paulo: Epistola nostra vos estis, inscripta non atramẽto, sed spiritu dei viui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Sunt ergo tabulę cordis inscriptę spiritu sancto. istæ recitabuntur. Si bene egeris, manebit fabula*. Vide ne tollas spiritussancti gratiam: vide *scriptura
ne deleas, & scribas atramento flagitia tua: ne veniat dies iudicii, & dicat iudex, Recitentur libri, recitẽtur tabulæ gestorum eius. & dicat tibi: Ego scripsi tabulas tuas: cur delesti apices meos? Ego scripsi dona mea: quomodo delesti munera mea, & scripsisti opprobria tua? Non legisti quia scribo? Non tibi dixi per os prophetæ mei: Lingua mea calamus scribæ velociter scri- Psal. 44.
bentis? Iudicium autẽ verbi est. Multi ergo dormientium in tumulo terræ surgent: qui bene egerunt, in resurrectionem vitæ: qui male egerunt, in resurrectionẽ iudicii. Q uod Daniel ait, in vitam ęternam: hoc saluaM
tor in resurrectionẽ vitæ dixit. Item quod ait Daniel, In opprobrium & cõfusionem: saluator dixit, in resurrectionem iudicii. Non expedit nobis ad iudicium venire, & non expedit non venire: ne aut prædamnati videamur, aut in hac labe vitiorum subeamus tanti pondus iudicii. Propheta rogat ne intret dñs in iudiciũ cũ Psal. 142.
seruo suo. Q uanto magis nos iudicium dñi timere debemus? Pone quia misericors domin⁹ ignoscet. Q uãta prodẽtur quæ latere credebãs? Q ui pudor, quæ cõfusio erit, cum is qui alios profitebar docere, ipse in eo deprehendar in quo alios arguebãs? Et ideo quoniã & saluator duo genera resurrectionis posuit, & Ioannes in
Apocalypsi, dicẽs: Beatus qui habet partem in prima Apoc. 20.
resurrectione: (isti enim sine iudicio veniunt ad gratiã. Q ui autẽ non veniunt ad primam resurrectionẽ, sed ad secundã referuantur: isti vrentur donec impleãt tẽpora inter primã & secundã resurrectionẽ: aut si non impleuerint, diutius in supplicio permanebunt) ideo ergo rogemus vt in prima resurrectiõe partẽ habere mereamur. Sunt qui resurrexerunt in passione Christi: & isti plane beati, quia acceperunt Christi gratiam, & audierunt vocem eius de qua scriptum est: Venit hora, quã- Ioan. 5.
do audient mortui vocem filii dei: & qui audierint, viuent. & ingressi sunt in sanctã ciuitatem. Puto ꝙ magis illam significet supernã, q̃ istam Hierusalem quam

G reliquit,quam incusauit,ꝙ in istam pedibus, in illam autem supernam meritis intrauerint. Sed & illud cauteamus, vt hic positi surgamus de tumulo terræ. Sūt qui viuentes sepulchro sunt circundati, & repleti mortuis,quorū guttur sepulchrum est,non loquentium verba vitæ,sed mortis. Si hic resurrexerim⁹ a mortuis, & illic resurgemus. Si hic non fuerimus ossa arida,sed acceperim⁹ rorē verbi,humorē spiritussancti: & illic viuemus. Si hic nos excitauerit IESVS voce sua magna,
Ioan.11. vt excitauit Lazarū,& p discipulos suos soluerit a vinculis mortis,& induxerit in Bethaniam, vbi erat Lazarus,hoc est in domum obeditionis, & adhibuerit hic cōuiuio suo: & illic cum eodem recumbemus, & illic cū eo semp epulabimur, & illic nobis redolebit vnguentum quod solus proditor dolebat effusum. Ergo impii non resurgunt in iudicio: hoc est in portionem eorum qui iudicium subituri sunt: nec peccatores resurgunt in consilio iustorū. Vides quia surgunt impii,& nō surgūt i iudicio iustorū: quia peccatores etsi nō resurgūt in consilio iustorum,resurgunt tamē in iudicio. Vnde videntur qui bene crediderunt,& fidem suam etiam operibus executi sunt,ipsi non iudicari,sed surgere in cōsilio iustorū. Peccatores autē qui nō possunt inter iustos
H surgere,surgēt i iudicio. Habes duos ordines. Tertius supest impiorū: qui qm̄ nō crediderunt,iā iudicati sunt: & ideo nō resurgunt in iudiciū,sed ad pœnā. Dilexerūt
Ioan.1. eni magis tenebras q̄ lucē. Et ideo iudiciū eorū pœna est,& forte pœna tenebrarum. Et poterat quidē intelligi ꝙ ii qui mala opera habent,credentes tamē in Christum,volentes quidem recte viuere, sed victi illecebris peccatorum, dilexerunt plus tenebras q̄ lucem. Id est, vtrunq; dilexerunt,sed magis tenebras. Sed quia de illis præmisit qui nō crediderunt: sic accipiendū puto, ꝙ dilexerunt tenebras,& nō lucem. Lux enim Christus.
Qui ergo nō crediderunt luci,absurdū est vt lucē vel
Psal.81. dilexisse credātur, quam nescierunt. Nescierūt enī, neq; intellexerūt,in tenebris ambulāt: sicut scriptū est. Se»quitur: Quoniā nouit dominus viam iustorum,& iter
»impiorum peribit. Aduerte sensum. Nō resurgūt impii in iudicio: quoniā nouit dñs viam iustorum. Vias eorum vtiq; nouit,quorum dirigit gressus. Sunt enim gressus hominum,qui a domino dirigūtur. Dirigūtur I a domino & viæ viri. Has nouit dñs vias,quæ sunt re-
Ioan.14. ctæ: quæ ad illam viā tendunt dicentis: Ego sum via, veritas,& vita Hæc bona est via. Tortuosa autem est via seculi. Non dīgnatur illam viam nosse. Illos agnoscit,qui sunt ipsius,qui operantur opera eius. Qui autē
Mat.7. operātur iniquitatē,his dicit dominus: Discedite a me omnes operarii iniquitatis: nō noui vos. Nō per ignorantiam, sed per id ꝙ indigni sint scientia dei,nescium̄.
»Pulchre autem ait: Et iter impiorum peribit. Separauit latinus,vt iter diceret,& tanquā discreuit iter a via. Græcus autem in vtroq; viam dixit. Non ociose tamē latinus: quia & dominus,Ego sum via,dixit. Non dixit,Ego sum iter. Perire autē iter impiorum dixit,nō impios. Seruat eorū substantiā: qui si cōuertant̄,solum iter impietatis amittent: qđ nec ab initio fuerit,nec erit. Quod accidens igitur est, perit: quod substantiuum,
manet. Pereunt autē ita impii,quomodo dicitur: Ani-
Ezec.18. ma quæ peccat,ipsa morietur. vt peccati aculeo,non omni substantiæ suæ dissolutione moriantur.

In psalmi.XXXV.enarrationem præfatio.

DICTVRVS propheta in psalmo sequēti quæ esset forma iusti, ante formā expressit iniusti. Neq; enim possumus cognoscere quæ sit forma iustitiæ,nisi cognoscam⁹ quę sit iniquitatis effigies. Sunt enim sibi aduersæ atq; contrariæ. Nāq; in altera simplex habitudo naturæ, in al- k
tera fallax versutia nequitiæ. Alia virtutum imagines præfert,alia vitiorum cōmercia prætendit. Conuenire autem hunc ordinem & ipsa ratio docet: & si de cōtrariis sumēda sunt testimonia,ipsi doctores philosophiæ confessi sunt,dum sequuntur. Quis autem dubitet longe anteriorem Dauid Platonis fuisse temporibus: quē non solum magister eius,sed nec aui quidē atauorum eius videre potuerunt: cum ille in principio regni fuerit Iudæorum (quod per innumera annorū curricula propagatum est) iste post tempora captiuitatis quibus regnum gētis eius iam fuerat dissolutum? Ergo ipse qui tenet in omnes seculares sapientiæ principatum, cū diceret non posse formam iustitiæ comprehēdi, nisi ante discutiendam iniustitiæ seriem putauisset: exemplū attulit ꝙ ii qui velint aurum quærere, prius se luto obliuant. Aurum itaq; iustitia,iniquitas lutum est. Quod a nostris quoq; prius dictū esse nō dubium est, cum scriptum sit: Vt lutum plateaꝝ delebo eos. Et vere lutū,
quia eos inquinat qui sibi appropinquauerint. Fugia- Psal.17.
mus ergo iniustitiam,ne luteis fordibus inquinemur, atq; in eius voraginem non pes noster exterior, sed (qđ est grauius) mens nostra mergat. Et philosophia quidem aurum se quærere dicit,sed lutum versat, quæ diuinitatem quærit in statuis. sed vasa figuli virga confringet. Nos aurum quærimus quo corpora nostra mūdemus, mortificationē IESV Christi in corpore nostro circunferētes vt & vita IESV Christi in corpore nostro manifestet. Bonū aut̄ sanguis est Christi,dignes ad precium,profluus ad lauandum omne peccatū. Ordinem diximus: titulum cōsideremus. In finē,inqt, cc
seruo dñi psalmus Dauid. In toto psalterii corpore sol⁹ cc
hic titulus est quo psalmum seruo dñi se scripsisse testatur. Quis iste est seruus domini, videamus: quid psalmi series significet: cui dictus hic psalmus sit: audiam⁹
ad quē loquatur. Dñe,inqt,in cælo misericordia tua,& Psal.35.
veritas tua vsq; ad nubes. Iustitia tua sicut mōtes dei, iudicia tua abyssus multa. Cui hoc,nisi filio dei dicit? Hęc enī nō humanę sed diuinæ sunt potestatis. Sed qđ sibi vult ꝙ seruo domini dici psalmum hūc titulus declarauit,cum orationem Moysi hominis dei maluerit q̄ seruī dñi in posteriore titulo nuncupare? Quod ergo cōsilium prophetæ fuerit,non intelligo,vel potius ipsi⁹ domini saluatoris,qui loquutus est in propheta. Vere
iudicia eius sicut abyssus multa,vt seruo honorificētiā M
reseruaret,sibi cōditionem seruitutis adscriberet. Video r mihi intelligere. Video r hausisse aliquid de gratia spiritali. Aduersus iniustitiam (vt diximus) psalmus hic script⁹ est: & ideo plus grauatur iniustitia perfidorū,qui Christum IESVM dñm recipere noluerūt: cum ille propter ipsos susceperit seruitutem. Quid enī tā iniquū q̄ ingratos fuisse tātis beneficiis: vt quib⁹ ille salutem daret,bi sanguinem eius effunderent? Denīq; alibi cum de sua passione loqueretur,ād aceruandā
Iudaicæ impietatis inuidiam sic ait: Ne auertas faciē Psal.68.
tuam a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Pauper & dolens ego sum. Veni Paule,interpretare nobis qua ratione dñs cæli atq; terrarum se pauperem dixerit,quæ sit ista paupertas: tu certe illum diuitem dixisti. Quomodo idē dives & paup est? Audiamus testimonium Pauli. Scitis,inquit, gratiā dñi no- 2.Cor.8.
stri IESV Christi: quia propter vos pauper factus est, cum dives esset, vt vos eius inopia ditaremini. Veni & tu Esaia,interpretare nobis quomodo se dolentē dixerit Christus,qui dolores vulnerum sanare cōsueuit. Medicus venit,vt curaret ægrotos. Quid ipse habuit
quod doleret? Audiamus etiā Esaiæ testimoniū. Pro Esa.53.
nobis,inquit,dolet: & nos existimauimus eum esse in doloribus. Expressit medici affectū: qui etiā si ipse nullum vulnus habuit quod doleret,tamen compassus est vulneratis. Hoc igitur i psalmo dñs exprobrat Iudęis:

A Ego propter vos pauper,ego pro vobis dolens, & vos
Sapien.2. mihi manus impias intulistis,dicentes, Tollamus iustum: quia inutilis est nobis. Iniiciamus lignum in panē eius. Bene panem dixit pro carne eius. Ille alimētū detulit: isti pro beneficio retulere supplicium. Non mirum ergo si esuriunt, qui sibi vitæ æternæ alimoniam denegarunt. Pulchre etiā duo ista iunxerūt, Iniiciam⁹ lignum in panem eius. Nesciebāt quid loquerētur Iudei,& mysterium loquebātur. Paradisum nobis crux reddidit Christi. Hoc est lignum qđ Adæ dñs demonstrauit dicens de ligno vitæ quod esset in medio paradisi, edendum: de ligno autē scientiæ boni & mali non edendū. Errauit Adam, mādata non tenuit, interdictū gustauit. Per lignū cœpimus esurire: quia sunt caro accepit alimētū. Ideo dñs in Christo carnē iūxit & lignū, vt fames antiqua cessaret, vitæ gratia redderetur. Beatum lignum dñi, quod oim peccata crucifixit. Beata caro dñi, quæ victum oībus ministrauit. De paupertate igitur & dolore dñi idonea (vt arbitror) sanctorū protulimus testimonia, quorū alter vidit* & dixit, alter est electus vt diceret. Ipsorū igitur qui probati sunt, de ser-
*audit. uitute dñi testimonia iterum proferamus, immo sua quæ de se ipse locutus est in vtroq;. Audiamus ergo qđ
Esa.49. dicat. Sic dicit dñs: Qui finxit me seruum ex vtero sibi ad cōgregandū Iacob & Israel ad eum. Aduertimus
B ergo ꝙ propter cōgregationē populi formam susceperit seruitutis. Audis Iudæe, & pro gratia contumeliā refers: & hoc ad pfidiā deriuas, ppter quod magis credere debuisti. Ad te vocādum venit, & conuitiaris. Ex
Ibidem. vtero seruū se dixit. Audi Arriane. Ex quo vtero? Paulum supra recurre. Ex vtero, inqt, matris meæ vocauit dñs nomē meū. Q̄ nomē eius sit audiam⁹, quo
Esa.7. eū pater vocauit. Ecce virgo i vtero accipiet, & pariet filiū, & vocabitur nomē eius Emmanuel: quod interpretatur nobiscū deus. Quod enim aliud nisi filius dei
Matt.1. nomen est Christi? Accipe aliud. Dixerat quidem & Mich.5. Gabriel ad Ioseph de Maria: Pariet filium. Accipe dei vocem. Et tu Bethleem Iudææ nō es minima inter principes Iuda. ex te enim exiet princeps qui regat populum meum. Aduerte mysterium. Ex vtero virgi nis idem & seruus exiuit & dñs. Seruus ad operādum, dñs ad imperādum, vt regnū deo in hominū mētib⁹ radicaret. vtrinq; vnus, nō alter ex patre, alter ex virgine, sed idē qui ante secula ex patre, ipse postea carnem susce
pit ex virgine. Ideo ergo & seru⁹ vocatur, & dñs. Propter nos seruus, sed i vnitate diuinæ substātiæ deus ex deo, princeps ex principe, æqualis ex æq̄li. Neq; enī degenerē genuit, i quo se ipse cōplacere memorauit. Ma-
Esa.49. gnum, inquit, tibi est vocari puerū meū, vt statuas* tri-
*fuscites. bus Iacob. Seruat vbiq; suæ vocabula dignitatis. Magnus deus, & magnus puer: nec in carne magnitudinis suæ nomen amittit, cuius magnitudinis nullus est
C finis. Meritoq; securus, cū in forma dei esset, vt Apo-
Philip.2. stolus dicit, non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo: sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs, in similitudinem hominū factus, & habitu inuētus vt hō, humiliauit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortē, mortem autē crucis. Hic est ergo æqualis quasi dei filius. Hic seruī formā in carne susc epit, hic mortem gustauit: cuius magnitudo nō habet finē: quia finis legis est Christus ad iustitiā omni credenti: vt in ipsum oēs credamus, hunc intimo adorem⁹ affectu. Bona seruit⁹, quæ oēs liberos fecit. Bona seruit⁹, quæ nomē sup oīne nomē adq̄uit. Bona humilitas, quæ fecit vt i noīe ei⁹ oēs genu figant cælestiū, terrestriū, & infernorū: & oīs lingua cōfiteatur quoniam dñs IESVS in gloria est dei patris. In hunc ergo finē dirigitur hic psalmus, vt & nos seruī simus ad iustitiā, nō superbi ad arrogātiam. Seruitutis enim stipendium, libertas est. Stipendium autem mortis, arrogātia est. Sed iam ipsam psalmi seriem adoriamur.

Psalmi.XXXV.enarratio. D

DIXIT iniustus vt delinquat sibi. Quid dixerit, non expressit: & ideo sic intelligēdū arbitror, quia q̄quid dicit iniust⁹, peccatū est. cq
Ois enī iniustitia, peccatū: qm̄ vbi organū vitiosum, quō potest cātus nō esse vitiosus? Degeneris materiæ decolor partus est. Q̄uicq̄d ergo loquitur iniustus, iniquitas est, quæ in suū refertur autorē, sicut vipere partus, qui primo suā scindit parentē, vt frequens sermo est. Sibi ergo delinquit. Nihil hac sentētia sublimius dictum arbitror. In illis qui sibi sapientiā seculi vē dicarunt, nihil tale legi, nihil tale cognoui. Nec mirū, qñquidem illi humano ingenio locuti sunt: hoc infudit spirit⁹ dei, spirit⁹ veritatis, q̄a iniust⁹? sibi delinquat: sibi generet vulnera: se ipse cōfodiat. Nā sicut spinę nascunt Prou.26.
in manu ebriosi, vt scriptura asserit: ita & iniusti sermone nascuntur quæ cōpungant loquentē. Loquitur iniustus, & interior eius cōscientia vulneraf: quia in omni sermone quē loquitur, nō est fraudis immunis. Cuius enī grauior est pœna q̄, ppria, cū pro omni sermone det pœnas? Serpens aliis infundit venenum, iniustus sibi. In eū enī refunditur quicquid effuderit. Iniustus igitur & aliis inutilis, & sibi noxius. Iusti autē vita fructuosa aliis, sibi dulcis. Dicit enī Salomon: Fili, si sapiēs eris, Prou.9.
tibi sapiēs eris, & proximis. Si autē malus extiteris, solus hauries mala. Aduertimus ergo quia iustitia aliis est potius nata q̄ sibi. Cōmune cōmodum, nō suum expe- E
ctat, & alienū bonū pro suo ducit emolumēto. Beata & prædara iustitia, cui⁹ bonū oībus proficit. Ex vno plerūq; proficiscitur, atq; ad oēs pruenit. Iustus Dauid, qui 1.Re.24.
parcebat inimico, & malebat innocētiā suā q̄ vitā tueri, ne malo publico vīdicaref, atq; appetēdi principis i malis quoq; causis aliis exēplum ederet, cum ipse vindictā de insidiatore sumpsisset. Iustus Abel, qui de oīb⁹ suis Gene.4.
quas ei dñs dederat, primitias dño putauerit offerendas: & ideo plus placuit deo, quia morā nō fecit, deuotionem probauit. Sed hoc impius ferre non potuit, iustitię preuaricator, radix iniquitatis: & ideo fratrem occidit, quia hostia eius deo magis q̄ oblatio sua fuerat cō probata. Sed ille occisus deo loquebatur i voce sanguinis sui, hic vinus a facie dñi repellebatur: & cū adhuc a dño pœna cessaret, torquebat eum suorum conscientia peccatorū. Latebat miser tremēs & timēs: & cū adhuc percussor deesset, ipsa sese iniusti vita cruciabat. Acceperat signum, ne eū aliquis occideret: nō vt vitæ suauitate frueretur, sed ne mors auferet erūnā, vt peraussorē suū coditię timēdo pateretur. Merucrat quidē vt percussor inhiberetur: sed sine vlla intermissione ipse sibi F
sunus carnifex erat, ipse percussor. Q̄uæ pœna maior, q̄ timere qđ vitare non possis, nec qđ timueris euadere? *commo-
Vñ pręclare Dauid exprimēs cōuentione* grauissimā tionem.
conscientiæ peccatricis, ait: Q̄m̄ iniquitatē meā ego a- Psal.50.
gnosco, & delictum meum corā me est semper. Offunditur enim nobis vltrix nostri imago peccati: nec quietum reum sui esse pmittit, inferens miserā seruitutē: atq; i sua vincula trahit, vt enodare se nō queat, qm̄ volēs ipse se vendidit, cui liberū erat delictorum æra nō capere, & libertatē innocētię reseruare. Itaq; dū oramus, peccatum offundit̄. vbi somn⁹ sensum corporis relaxauerit, pctm̄ recurrit. Semp nobis error noster tanquā mal⁹ exactor occurrit, vel tanq̄ improb⁹ fœnerator cōuenies debitorē. Vñ dñs ait: Q̄ui facit pctm̄, seruus est pecca- Ioan.8.
ti. Sed iust⁹ nouit quēadmodū peccatorū suorum vinucula dissoluat, nec expectat accusatorē, sed preuenit, vt cōfitendo suū alleuet omne delictum: ne habeat qđ aduersarius crimineť. Ideoq; scriptura tibi dicit: Iustus in Prou.18.
principio sermonis accusator est sui. Vocē enī eripit aduersario, & quasi dētes quosdā paratos ad prædā crimi nationis infestæ, peccatorū suorum cōfessione cōstringit. Dixit Iudas Iscariotes vt delinqueret sibi. Q̄uid di Mat.26.

Mat. 26. xit? Quem osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Hoc di
G xit, & se ipse proprio ore egit i mortẽ. Quãtos putam⁹
in ipso fuisse tortores, vt sibi ipse tam grauis pœnæ exa
ctor incũberet, & semet ipse laqueo strãgularet? Dixit
2. Par. 21. iniustus vt deliquat sibi. Locut⁹ est iustus, Ecce ego pec
cator: & grex iste quid fecit? Et remissum est omne pec
Gene. 4. catũ. Dixit ergo iustus, & sibi profuit. Dixit Cain: Nũ
quid ego custos sum fratris mei? Et sibi ipse mentitus
Actuũ. 5. est. Dixit Ananias omne se venditi sui rursis precium
pertulisse, & mẽtitus est sibi, qui potuit minus offerre
Psal. 26. sine fraude. Ideoq; præclare ait, Et mẽtita est iniquitas
sibi. Sibi enim ante mẽtitur, qui in suũ mẽtitur exitiũ.
Sibi delinquit, qui sibi innocẽtię eripit suauitatẽ. Quis
enim puritate & simplicitate pectoris dulcior fructus?
Quis cibus suauior, q̃ is quẽ animus bene sibi cõscii, &
mens innocẽtis epulatur? At vero iniq tas velut quodã
Zacha. 5. plumbeo taléto (vt scriptura testificatur) cõsciẽtiã gra-
Psal. 37. uat. Meritoq; David ait: Sicut onus graue grauate sũt
Prou. 10. sup me. Et Salomon: Sicut vua acerba dẽtibus, & fu
mus oculis: ita iniquitas omnibus vtẽtibus ea. Grauis
pœna, quæ cibum impedit, aspectũ obducit, & (qđ est
amplius) oculis mẽtis internæ tenebrosam offundit ca
liginẽ, vt quod verũ est, videre non possit iniust⁹: ideoq;
delingt sibi, qui sibi quę pciosa sunt eripit. Dicit ergo in
H iust⁹, vt deliquat sibi. Iust⁹ autẽ loquit vt & aliis & sibi
Rom. 10. pfit. Ille loqtur ad pnicię, hic loquit ad salutẽ. De iustis
enim & fidelibus dictũ est, Corde creditur ad iustitiã:
ore cõfessio fit ad salutem. Illius lingua vulnerat: lingua
autem prudẽtum sanat. Vnde cum expostularet Da
1. Re. 24 uid cum rege Saul q̃ oblitus beneficii, salutis ingratus
eum persequeretur ad mortem, a quo totiẽs iam vide
ret se esse seruatũ, & vitã eius appeteret q vitã suã pro
regis salute periculis obtulisset: ait sibi fructũ nõ perire
iustitiæ, qui insidiatorẽ suum in manus suas a dño sibi
traditum nõ peremisset. Ab iniustis iniquitas pdiit,
venenum a serpẽtib⁹ effusum est, venenum & iniqui-
» tatis arma perierũt. Ideo scriptum est: Dixit iniustus
Esa. 14. » vt delinquat sibi. Quid dixit? Ponam thronũ meũ sup
nubes, & ero similis altissimo. Effectum nõ habẽt ver
ba, sed peccatũ habẽt. Inanis quidẽ pompa iactãtiæ, sed
superbiæ spiritu criminosus non timet cõuitio maiesta
tem violare diuinã. Etenim si vllus dei timor eius ines
set affectui, nõi cõspectu dei plena doli gerẽda sibi ausu
temerario credidisset, quasi deus non possit occulta co
gnoscere, qui scrutator est internorũ. Spectat oĩa deus:
nihil est quod eũ prætereat: nemo qui fallat: cui omnia
præsentia quæ futura sunt, & manifesta quę latent. Et
enim si sol iste mũdanus clausis plerũq; domiciliorũ ha
bitaculis suũ lumen interserit: q̃to magis deus sũmus,
I æternus, etiam secreta penetralia mẽtis humanæ, atq;
omne angelorum consiliũ scientia suascrutatur & præ
uenit? Quid ergo aliud agit iniustus, nisi vt iniquitatẽ
Psal. 13. » sibi quęrat & odium? Sic enĩ scriptum est: Nõ est timor
» dei ante oculos eius: quoniã dolose egit i cõspectu eius,
» vt inueniret iniquitatẽ suã & odium. Quid est inueni-
Mat. 6. ret? Omnis enim qui quærit, inuenit. Ergo & malum
quæritur, vt inueniat. Sed quẽadmodũ laudabilis est
ille qui bonum qđ quęsiuit inuenit, ita inuẽiabilis qui
laborauit vt malũ quod quæsierat inueniret. Bonis enĩ
rebus, nõ flagitiis atq; criminibus laborem nostrũ nos
oportet impendere. Quid igitur nisi summæ stultitiæ
atq; dementiæ est, odiũ quærere, iniquitatẽ malis arti
bus inuenire, quã bon⁹ nemo quæsiuit? Quomodo igi
tur improbi iniquitatem suã & odium querãt, conside
remus. Nempe Herodias erat tetrarchę Philippi legi
timo nexa cõiugio, regię abundans opibus potestatis:
quæ Herodem Romã aduq; tendentẽ quasi germanũ
mariti, hospitii & affinitatis iure suscepit: cum quo de
pecta suã copulã, nõ multo post relicto viro consortii sui
iura mutauit. Nõne ea quęsuit iniquitatem & odium,
quæ coniugium deseruit, vt inueniret adulterium? Et
quia sanctus Baptista nuptias illicitas constanter in- K
crepauit, dicens Herodi: Non licet tibi eã vxorem ha- Mar. 6.
bere, quæ maritum contra legem reliquit, & fratri ma
riti quasi ex lege conuenit: commota est adultera, vt eũ
vellet occidere. Sed cognito q̃ Herodem ad necem iu-
sti non facile posset inflectere, excogitauit qua via istud
efficeret. Natalis erat Herodis, quem luxu nimio (vt
pleriq; regibus mos est) celebrare cõsueuerat. Adorna
uit filiam, vt in conuiuio regis pignus regale saltaret.
Et cũ placuisset Herodi, quod displicere debuit patruo:
obtulit ei vt quod vellet præmium pro saltationis op-
probrio postularet. Matrem illa cõsuluit: cuius impul-
su caput Baptistæ popposcit. Victus Herodes, qua fa-
cramento se constrinxerat daturũ quicquid neptis pro-
pria petisset, iussit occidi Ioannem, & caput eius affer-
ri. Quod allatũ puellæ dedit, & illa matri suæ pertulit.
Verũ est ergo q̃ iniquitas & odium requirãtur: quan-
doquidem ea mulier quod facili petitione impetrare
non poterat, prauis artibus excogitatæ fraudis elicuit.
Quid de Iuda, pditore loquar? Qui quæsiuit auaritiã,
& inuenit sacrilegiũ, dicens: Quid mihi dabitis, & ego Mat. 26.
eum vobis tradã? Nec expletus pauperum spoliis, ad
plenitudinem criminum grauissimorum crimina serẽ
do peruenit, pia miscens charitatis sacramẽta flagitiis
cum diceret: Quem osculatus fuero, ipse est: tenete eũ. Ibidem.
vt vere de eo dictũ dubitari nõ queat, Verba oris eius «
iniquitas & dolus. Oscula labiis ferebat, offũdebat ve- «
nena pectoribus. Meditabatur acerba supplicia, gratię «
pignus afferebat. Bene de eo propheta addi fecit: No- «
luit intelligere vt bene ageret. Non ergo p̃ naturã deli «
quit, sed p̃ voluntatẽ. Deniq; apostol⁹ erat, audiebat co
tidie diuina mandata, discebat cæleste mysterium. Po-
tuit intelligere vt bene ageret, si voluisset. Videbat sa- L
nari paralyticos, cęcis refundi lumẽ, mortuos resuscita
ri: nõ debuit intelligere q̃ deus esset qui talia posset ope
rari? Sed intelligere noluit: quia auarus homo & pecu-
niæ intẽt⁹ a cognitione diuinitatis vigorem suę mẽtis
auertit. Vnusq; enĩ qui se flagitiis ingurgitauerit, nõ
vult intelligere quæ cælestium mandatorum sunt, ne
reuocetur a vitiis. Vide illum fugiente intelligere, qui
ait: Tenebræ operiunt me, & circundãt parietes: quis Eccl. 23.
scit an videat dñs? Nonvult enim quærere & inuenire
q̃ deus omnia videat atq; cognoscat: ne metu retraha-
tur a crimine. Vide regem Achab petentem a Nabu
tha vineam eius. cognosce respõdentem illum: Absit 3. Reg. 21
vt cedam hæreditatem patrũ meorum. Nõ debuit in-
telligere q̃ iusta referebat? Sed noluit intelligere vt be-
ne ageret, & aliena non quæreret. Nõ debuit intellige-
re q̃ vero Helias deo seruiebat, cũ videret in verbo He
liæ clausum cælum tribus annis & tribus mensibus, &
ad preces eius pluuias esse dimissas, vt arida omnia ri-
garẽtur? Sed noluit intelligere, ne perfidiã condemna-
ret, sequeretur fidem. Quinetiã iniquitatem meditat? « M
est in cubili suo. vbi verum quærere debuisset. In cubi-
libus enĩ cõpungere nos debẽt nr̃a peccata: nõ ipsis de-
linquẽda cõmitti, dicente propheta: Quę dicitis in cor- Psal. 4.
dibus vestris, & in cubilibus vestris cõpũgimini. Ad- «
stitit, inquit, omni vię nõ bonę: malitiã autem odio nõ «
habuit. Non immerito iniusta meditatur, qui & in via «
erroris assistit, & malitiã diligit, quam odisse deberet.
Plus dixit, adstitit, quasi iamdudũ in via nequitię diu-
turna statione permaneat. Ille enim beatus, qui in via
peccatorum nõ stetit: nõ is qui in ea stare nõ desinat. Et
ideo prima præcepta sunt sancti prophetæ Dauid, im-
pietatem fugere, in peccato non stare, in lege meditari:
vt intelligas quæ bona sunt, & iusta atq; inmusta se-
cernas. In omnibus igitur radix est spectanda gigneu-
dis, ne eam inutilis ab exordio succus inficiat: grauio-
raq; multo sunt animorum vitia q̃ virgultorum. Ca-
uendũ ergo prę cæteris ne humano ingenio malitiæ
vsus inoleſcat, atq; omnis ętas secutura degeneret. Ac

Abor enim mala fructus malos facit. Nam si plerunque
qđ nolumus hoc agimus, & vitare nõ possumus: & qđ
odio habemus, hoc facim⁹ victi quadã aut delectatione
flagitii, aut obreptione peccati: quomodo possumus vi-
tare quod amamus? Adstringimur & inuiti: quomo-
do possumus voluntarii nõ teneri? Vix se exsoluit Pau
lus erroribꝰ cotidiana decertatione luctando, vt vincu-
lis captiuitatis exutus, per Christi gratiã seruaretur: &
tu putas q̃ adsistendo delictis possis ad cælestiũ repro-
missionum merita peruenire? Luctando corona quæ-
ritur, non reluctando. Studio nõ refragio comparatur.
Certãtibus quoq; diuinæ misericordię suffragia postu-
landa sunt, vt corona iustitiæ pro laborum meritis de-
» feratur. Deniq; quid sequatur considerem⁹. Dñe, inqt,
» in cælo misericordia tua, & veritas tua vsq; ad nubes.
» Iustitia tua sicut montes dei, iudicia tua sicut abyssus
» multa. Nõne hũc locũ secutus est Paulus, vt diceret:
Roma. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Gratia dei per IESVM Christũ dñm nostrũ.
Vbi enim mens humana turbatur, & certaminum du
ra atq; aspera nos fatigant, dñi auxilium postulandum
est. Ideoq; conuersus ad dñm, ipsum inuocat & implo-
B rat, vt laborãtibus adiutor assistat. Misericordia ergo
petenda de cælo est, & veritas dei ex prophetarũ oracu
lis colligenda, qui quasi nubes mysteria diuinæ cogni-
Psal. 17. tionis obtexunt. Posuit enim tenebras deus latibulum
suum: vt primo pluuiã mysticę fertilitatis accipias, & tũc
infusus rore cælesti fulgorem reseratæ lucis aguoscas,
Ioan. 1. vt possis dicere: Ex plenitudine eius accepimus. Quis
enim potest secreta dei facile cõprehendere, cuius iusti-
tia sicut montes dei? Vel (sicut Aquila posuit) vt mõ-
tes validi. eo q̃ validę virtutis plena pręcepta sint. Vn
de & Apostol⁹ videns esse sublimia quæ audiuit, dicit:
Rom. 11. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei: q̃ inscru-
tabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ei⁹. Quis
enim cognouit sensum dñi? aut quis consiliarius eius
fuit? Altitudinẽ itaq; diuitiarum sapiẽtiæ retulit ad al-
titudinẽ montiũ. Audi quorũ mõtium. Ipse enim dei
filius mons magnus est: & ideo ascende in hunc mõtẽ
qui euangelizas. Sion, vt stes radicatus & plantatus in
Christo. Est & mons quasi sapiẽtia dei, est mons quasi
iustitia, est mõs quasi sciẽtia dei, est mõs q̃si sanctifica-
tio, est mons quasi redemptio, est mons quasi resurre-
C ctio. Demõstrauit nobis hos mõtes scriptura, quę dixit:
1. Cor. 2. In ipso autẽ vos estis i Christo IESV, qui factꝰ est sa-
pientia nobis a deo, & iustitia, & sanctificatio, & redẽ-
ptio. Vel quia angelis angel⁹ factus est dei filius, pro-
phetis propheta: cuius iudicia sicut abyssus multa. Au
Psal. 41. di: Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tua-
rũ. Id est, scriptura veteris testamenti, nouũ aduocat fe-
riem testamenti, ad cõsummationẽ sanctificationis, &
plenitudinẽ gratiæ, fontꝰ quodã atq; pfluuio redũdã-
» tię spiritalis. Homines, inquit, & iumenta saluos facies
» dñe: sicut multiplicasti misericordiã tuã deus. Filii au-
» tem hoĩm in protectione alarum tuarũ sperabunt. Ine-
» briabuntur ab vbertate domus tuę: & torrẽte voluptа-
» tis tuę potabis eos. Quid est, hoĩes & iumẽta? Ratio-
nabiles vtiq;, & irrationabiles. Rationabilibus iudicia,
irrationabilib⁹ misericordia. Alii reguntur, alii nutriũ-
tur. Ideoq; addidit: Filii autẽ hominũ in ptectione ala
rum tuarum sperabũt. Id est, nõ generatio viperarum,
sed filii hominũ, qui ad imaginẽ & similitudinẽ dei vi-
unt, non in pascuis sed in cõuiuiis collocãtur. Alii enĩ
in loco pascuorũ, alii in priuilegio sacramẽtorum. Im-
perfectis succus lactis, pfectis mensa refectionis, de qua
Psal. 22. dixit: Parasti in cõspectu meo mensam. In qua panis
vitus, id est verbum dei: in qua oleum sanctificatio-
nis, quo impinguatur caput iusti, & sensus firmatur in-
terior, vt aboleatur oleũ peccatoris: in qua etiã poculũ
illud inebriãs q̃ pręclarũ, vel quàm validũ. κράτιστον enĩ
dixit græcus, vel potens, vel forte, vel validum. Vali-
dum enĩ, quo abluuntur flagitia vel delẽtur. Bona ergo D
ebrietas poculi salutaris. Sed est alia ebrietas de redũ-
dãtia scripturarum. Est & alia ebrietas per infusionem
spiritus sancti. Deniq; illi quid inerfis linguis in Apostо Actuũ. 2.
lorum actibus loquebãtur, musto pleni audiẽtibus vi-
debãtur. Domus ergo ecclesia est, vbertas domus redũ
dantia gratiarum. Torrẽs voluptatis, spiritus sanctus.
Nec te nomen aut mos torrẽtis offendat, q̃ aliquando
aridior aut exilior sit, vt cuius soleãt fluẽta cessare. Ces-
sauit & hic noster, cessauit aliquãdo torrẽs profluuii spi
ritalis in populo Iudęorũ. Quid dicã torrens cessauit?
cũ mare cessauerit, sicut lectio hodierna nos docuit, di-
cente deo: Ecce ego increpatione mea desolabo mare,
& arefient pisces eorum. vtiq; Iudæorũ, suæ ariditate
perfidiæ, vt enatare non possint. Cessauit ergo torrens
propter synagogę sacrilegia: quia erat illa plebs fide ari
da, sterilis operibus, captiua peccatis. Quid enim flu-
eret nõ bibẽtibus, vel cõtaminantibus sacros meatus,
cũ ipsum fontem necarint? Bonus torrẽs, qui illis cessa
uit, vt nobis abũdaret, & sitim hũanę captiuitatis* a- *cupiditа-
uerteret, sicut torrẽs i Austro. Vnde & scriptura dicit: tis.
Surge Aquilo, & veni Auster. qui arbusculas Paradi- Cant. 4.
si perflare cõsueuit. Diximus sensum: etiam elocutionẽ
cõsideremꝰ, cur torrẽtẽ voluptatis dixerit potabis eos,
& nõ torrente, quasi de torrẽte: nisi ga auiditatẽ bibẽtiũ
voluit exprimere, q̃si torrẽtẽ ipsum vellẽt ebibere si pos- Psal. 35.
sent? Hic est forsitã torrẽs voluptatis quẽ i Geneſi legi- Gene. 2.
mus, fontẽ qui abluit Paradisũ, & diuiditur in quatuor
flumina, quæ circũeunt totam terram. Ex hoc enim E
fonte virtutes profluunt spiritales, prudentia, tẽperan-
tia, fortitudo, iustitia. Bonus fons, gratię & splendoris
eiusdem atq; naturæ cuius & illud flumen de quo i po-
steriоribus dicitur: Fluminis impetus lætificat ciui- Psal. 45.
tatẽ dei. Aptissime it⁹q; subꝰtituit, Quoniã apud te est «
fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen. Præte- «
de misericordiã tuam scientibus te, & iustitiã tuam iis «
qui recto sunt corde. Etenim post cõmemorationẽ cæ- «
lestium beneficiorũ, iure gratiæ referuntur auctori dño
nostro IESV Christo, qui fons vitæ irriguus æternæ
descendit in terras, vt ariditatẽ nostri pectoris irriga-
ret, idem splendor glorię dei patris, & imago substãtię
eius: & ideo in lumine eius vero, qđ illuminat omnem Ioan. 1.
hominẽ venientẽ in hũc mundũ, videbimus, inquit, pa
trem: quia deus lux est. Recte etiã dicitur, In lumię tuo
videbimus lumen: secundũ illud: Qui me videt, videt Ioan. 14.
& patrem. Apud te ergo fons vitæ, præsentem videbi-
mus patrem. Sicut enim tu apud patrẽ eras in princi- F
pio deus verbũ, ita apud te semper est pater, qui i te est.
Est enim apud ipsum, in quo est. Prophetatur autẽ ad-
uẽtus dñi salutatoris, qui vẽturus in terrã diceret: Ego Ioan. 10.
& pater vnũ sumus. Id est, vnũ sumus lumẽ, sicut vnũ
nomen. Per luminis & nois vnitatẽ ambo vnũ sim⁹,
immo trinitas vnũ in vnitate substãtiæ, sed distinctio-
ne vniuscuiusq; personæ. Trinitas distinctionẽ significat
personarũ, vnitas potestatẽ. Potest & ad patrẽ dici, Qui
apud te est fons vitæ. id est, ex q̃ vita pcessit, qđ erat ver
bum, & semp erat, ideo, quia apud te erat. Oĩa per ipsũ
& in ipso facta sunt: & ipse est vita vniuersorũ: & ipse te
nobis manifestauit, vt corda hoĩm ad cognitionẽ tuæ
maiestatis illuminẽtur. Prætẽde ergo miam tuã scien
tibus te. Prærogatiua prætẽditur, vt mereãtur miam
quib⁹ cognitionis tuæ meritũ suffragatur. Deniq; ipo
steriоribus etiã viliоribus psonis studiũ sciẽtiæ agno-
scimus suffragatum, dicẽte dño: Memor ero Rhaab & Psal. 86.
Babylonis sciẽtib⁹ me. Id est meretricis illi⁹ Rhaab, &
cõfusionis illius memor ero apud scientes me, vel inter
ipsos: quia meretrix illa me agnouit, quẽ ppls nõ agno-
uit. Inter illos ergo qui me scierunt, commemorabitur
Rhaab, vt dignũ fidei prẽmiũ adipiscat. Vñ & in eũ
gelio dictũ aduertimus: Meretrices & publicani præce Mat. 21.
dẽt vos i regno cælorũ. Sed ga inualidi sum⁹ ad exequẽ

G dñi,licet deuoti ad credẽdũ:tu prætende mĩam tuã in te
credẽtibus,quo deuotioni & fidei facta quoq; nostra cõ=
ueniãt:nec studiũ mẽtis nostræ destituat corporis hu=
ius infirmitas,sed in ipsis tentationibus & infirmitati=
bus gloriemur:in quibus glĩabatur apostol⁹ dicens:Li
2.Cor.12. bẽtissime itaq; magis gloriabor in infirmitatibus:vt p̃=
tendat in me virtus Christi. Pulcherrime itaque addi=
» dit:Nõ veniat mihi pes superbiæ,& manus peccatorũ
» nõ moueat me. Ibi ceciderunt qui operantur iniquita=
» tem:expulsi sunt,nec potuerunt stare. Superius quidã
accipiunt, torrentẽ voluptatis tuæ,in tẽtationibus for=
titudinem, sicut est martyrũ,in quibus placuit deo ex=
hibere sibi suauis & grati certaminis voluptatem. Et=
enim si hyemes pro tẽtationib⁹ accipiunt̃, vñ & orãdũ
Mat. 24 dñs admonet ne fiat fuga nostra hyeme aut sabbato,
hoc est,vel in tẽtatione,vel ocio: hyeme autẽ crescit tor
rens,& adimpletur atq; intumescit:torrẽs vtiq; pro gra
uiore tẽtatione põt accipi,quæ est in persecutionib⁹. Et
ideo bene torrens voluptatis dicitur:quia vbi superabũ
dauit peccatũ persecutionis, superabundauit & gratia
cõfessionis. Vide virtutẽ propheticæ distinctionis. Pri
mo iniustũ exposuit,qui vel in corde suo vel in sermo=
ne dicit vt sibi delinquat,vel in se delinquat. Habet enĩ
græcus codex ἐν ἑαυτῷ:id est, in seipso:sed non oẽs. Et
Psal.13. forte ideo, quia insipiens in corde suo dixit, Quia non
est deus. Ne forte & iniustus intra se dicat, & intra se
delinquat:licet deum palam negare, dementis sit:iniu=
H stitiam autẽ pleriq; pro laude profitẽtur. Rapere enim,
nocere etiã iis qui nõ leserint,circũuenire,pleriq; sibi exi
stimant gloriosum. Ergo primo iniusti vitã exposuit,
postea sacramẽtum diuinæ cognitionis adiunxit,vt ti=
mẽtes deum,iniquitatẽ & iniustitiã declinemus. Precẽ
addidit,vt ab iniustorũ cõsortio iustos suos liberare di=
gnetur:vt in iis quoq; qui mũdo sunt corde, iustitia di=
uina pretẽdat quasi speculatrix pia, ne nobis peccatorũ
velut hostiũ ĩcursus obrepat, & capiat dormiẽtes. Ideo
vigilãdũ est,semp castra dñi muniẽda sũt: qa nocte ad=
uenit inimicus & aduersarius, qñ somno sensus tenet̃,
cibo corpus distẽditur. Orandũ vt iustitia dei præten=
dat ĩ nobis, quę ĩ infirmitate positos faciat fortiores,vt
2.Cor.12. possit vnusquisq; nostrũ dicere : Cum infirmor,tũc po=
tẽs sum. Deinde etiã specialiter pro se orat: vt nos do=
» ceat queadmodũ orare debeamus ad dñm. Nõ veniat,
» inquit, mihi pes sũpbiæ. Id est,nõ in superbiã incidam.
Psal.130. Deniq; & alibi meminit sui dicẽs: Si non ambulaui in
magnis. Hic orauit,ibi impleuit. Nõ implesset, nisi o=
rasset. Cauẽda superbia,quæ etiã in prosperis supplan=
tat. Deniq; grauĩ⁹ Adam in Paradiso cecidit, q̃ si ceci=
disset in terra. De altissimis cadere,præcipitiũ est:ĩ pla=
I nis,lapsus vocat̃. Ideo pes errat superbi,qa caput nõ te=
Eccl's.2. net. Oculi enĩ sapiẽtis in capite eius. Nõ mirũ ergo si er
rat vestigiũ,vbi ocul⁹ nõ habetur. Præcedat oculus,vt
pes sequatur. Quõ enim in tenebris viator incedat? Ci
pergens. to pes offendit in nocte,si quasi quidã mũdi oculus viã
Luna nõ monstret. Et tu in nocte es seculi:mõstret tibi
ecclĩa viã:ex alto te iustitię sol illuminet,vt lapsũ timere
» nõ possis. Et quia pedẽ dixerat sũpbiæ,addidit:Et ma=
» nus peccatorũ nõ moueat me. Etenim sicut sancti mẽ=
bra sunt Christi,ita impii mẽbra sunt diaboli. Manus
peccatorũ nõ moueat me. Id est, actus eorũ qui peccãt,
nõ me de iustitiæ statione dimoueãt. Pleruq; enĩ dum
videmus pctõres pspẽris abũdare successib⁹, nutamus
affectu,& q̃si quadã pctõrũ manu de radice virtutꝝ auel
limur. Cauendũ ergo ne q̃s in domo dei manus diuina
plãtauit,manus aduersa supplãtet. Pulchre tñ hoc dicit
qui a persecutorib⁹ verberat̃. Qui autẽ mouetur de ra=
dice sua,qua iã Christo inhęserãt,cadunt. Vñ addidit:
» Ibi ceciderunt qui operãtur iniquitatem. Quid est ibi?
Vtrũ vbi est sũpbia,vbi est man⁹ pctõrũ? An vbi sta=
bant,vbi erant ante plantati,ibi ceciderunt? An in vi=
cino, an incõtinẽti,q̃si in ipso tẽpore,in ipso loco? Et vi=
detur ambigũũ. Sed alibi docemur quid sit ibi, vbi dici= K
tur: Ibi dolores sicut pturientis. Bonus dolor ei cui par= Psal.47.
tus est fidei,quo Christ⁹ in ecclĩa formatur & nascitur.
Et alibi dicit: Memor ero Rhaab & Babylõis sciẽtib⁹ Psal.86.
me. Etenim alienigenæ & Tyrus & popul⁹ Ęthiopũ
hi fuerũt ibi. Id est, vbi sciẽtes me,vbi fundamẽta ĩ mõ=
tibus sanctis,ibi & alienigenæ:quia & ipsi in me puta=
uerunt esse credẽdum. Ibi ergo ceciderũt, vbi magis sta
re debuerũt:quia & in paradiso cecidit Adã, & Christ⁹
in ruinã venit & in resurrectionẽ:vt ruina sit pfidorum,
iustorũ autẽ & fideliũ resurrectio. Deniq; expulsi sunt, «
quia iniusti viri in loco sancto stare non poterãt. Vñ &
apl's dixit: Et tu qui stas, vide ne cadas. Et vtiq; ei di= 1.Cor.10.
xit qui nõ corpore,sed fide stabat. Possumus & in futu=
rum intelligere ibi, vt est, Ibi erit fletus,& stridor dẽtiũ. Mat.13.
&, Nudus ibi pergã. Quã breuis in exitu & quãta cõ=
clusio. Nõ sim,inquit, sũpbus,vt peccem: non peccẽ,ne
mouear:nõ mouear,ne cadã:nõ cadã,ne expellar, sicut
Adã de Paradiso expulsus est,qa ĩ ipso pes sũpbię stare
nõ potuit. Nescit stare sũpbia:et si ceciderit,nõ nouit re=
surgere. Et ideo pulchre iste et ĩ superiorib⁹ locut⁹ est de
sũpbis: Hi in currib⁹,& hi in equis:nos autẽ in noĩe dei Psal.19.
nostri magnificabimur. Hoc enim stabile, illud infidũ.
Et subiecit: Ipsi obligati sunt,& ceciderunt:nos vero sur
reximus,& erecti sum⁹. Et in libro Michęę pphetę scri Mich.7.
ptũ est: Noli super me gaudere inimica mea,quia ceci=
di:sed resurgã. Cecidimus enĩ in hoc mundo:sed in xp̃o
resurrexim⁹. Cui est honor,gloria,virt⁹, ppetuitas & a
seculis,& nũc,& semp,& in oĩa secula seculorũ. Amen.

In Psalmi XXXVI. enarrationem præfatio. L

OMNIS scriptura diuina, vel naturalis, vel
mystica,vel moralis est. Naturalis in Gene=
si, in qua exprimitur quõ facta sunt cælũ,ma
re,terra,& queadmodũ mũdus iste sit consti
tutus. Mystica in Leuitico, in quo comprehenditur
sacerdotale mysterium. Moralis in Deuteronomio,in
quo secundum legis præceptum vita humana forma=
tur. Vnde & Salomonis tres libri ex plurimis viden=
tur electi: Ecclesiastes de naturalib⁹, Cãtica cãticorum
de mysticis, Prouerbia de moralibus. Sed quia omniũ
psalmorũ corp⁹ vnũ est, idcirco nihil in his diuisum est
atq; distinctũ,sed prout se obtulit ratio,nulla intermissa
doctrinę istiusmodi disciplina est. Nãq; & naturalẽ eui=
dentissime cõprehẽdit dicẽdo de angelis atq; virtutib⁹,
sole & luna,& stellis,& lumine cæli cęlorũ,& aqua quę
sup cælos est: Quia ipse dixit,& facta sunt: ipse mãda= Psal.32.
uit,& creata sunt. Statuit ea in seculũ seculi,pręceptum M
posuit,& non præteribit. Et de mysticis locut⁹ est cũ de
occultis,& sacræ vnctionis vnguẽto, & de cõsumma=
tiõe scripserit tabernaculi. Quorum multiplex gratia:
quã multifariã & multis modis locut⁹ est dñs in pphe=
tis. Nã & vẽturum profatus est dei filium principẽ sa=
cerdotum:& passurũ esse pro nobis,& sanguĩe suo mũ=
daturum nostra pctã,tituli pro torcularib⁹ declararunt:
& resurrecturũ psalmus resurrectionis expressit, & ali⁹
postea titul⁹ indicauit,in quo terra eius est restituta cõ=
mutationẽ q̃q; vniuersorũ futurã fidei sacramẽtis. Et de
moralib⁹ plura cõtexuit,diuersaq; virtutum genera de=
monstrauit:& dedit pręcepta viuẽdi, qb⁹ vlcera nr̃orũ
sanauit errorũ: moresq; renouauit humanos, atq; inti=
mos mutauit affectus: sicut docet psalmus tricesimus
tertius,quẽ etiã Petr⁹ sanct⁹ in epl'a sua tanq̃ medica=
mẽtum nostris pectorib⁹ affixit:atq; iste q nobis hodier
na lectione pposit⁹ est. Nã isti pręcæteris ethici repe=
riunt̃:sed iste diffusior,qui tricesimussext⁹ ĩscribit̃. Nã *al's,iste
etsi ille prędulcꝭ & lucid⁹ est,iste tñ dulcior*:qm̃ ille me tñ multo
docuit cohibere linguã a malo:iste desinere ab ira,indi= magis.

A gnationẽ relinquere. Ille præcepit sine dolo loq̃:iste in=
stituit esse mãsuetũ,qui præmia mãsuetudinis demõ=
strauit. Quę maiora fomẽta sunt cordis humani, q̃ mã
suetudo atq; simplicitas:qb⁹ & dolor oĩs accepte leuat̃
iniurię, & labes criminis oĩs excludit̃? Ad hęc igit̃ ma
num medicamẽta mittamus,vt vulnera nr̃a curemus:
ne si velimus dicere q̃ alios curare possimus, dicat̃ no=
Lucæ.4. bis, Medice cura teipsum. Ergo quod etiam non medi
cis, sed vulgo quoq; solet esse commune,vt medicinam
pauci pfiteãtur, plurimi tñ remedia eius aliq̃ scire se di=
cãt,vel qd medicorũ pueri faciũt,nos quoq; alieno medi
camẽto remediũ indigẽtib⁹ deferam⁹. Diues magistrũ
adhibeat,paup ministrũ. Qui pfecti altitudinẽ capit,su
mat ex ipso:q planiora desiderat,ĩ valle pascat̃, vt par=
uulus. Qui fluuiũ metuit,de riuulo bibat:& qui pfun=
dũ pauet,ad litt⁹ enatet. Pulchre autẽ sanct⁹ Dauid ĩ su=
periore psalmo iniusti vitã describit,hic iusti. Ibi iniu=
stus exponit̃,hic iustus instituit̃. Ille sibi delinquit, hic
tollit etiam aliena peccata. Et ideo quod primũ medi=
camentum sit iustitiæ,consideremus.

Psalmi XXXVI. enarratio.

» NOLI,inqt,malignari inter malignãtes:neq;
» ęmulat⁹ fueris faciẽtes iniq̃tatẽ. Primũ disca
mus qd sit ęmulari:licet minor vis sermonis
B hui⁹ sit ĩ latino q̃ ĩ gręco. Nã & in bono æmu
Gala.4. lationẽ legimus,& in malo. Deniq; apl's dicit: Bonũ est
Ibidem. ęmulari ĩ bono semp. Et supra ipse dixit: Ęmulant̃ vos
nõ bñ:sed excludere vos volũt,vt illos æmulemini. Et
1.Cor.12. iterum ipse ait: Ęmulamini meliora charismata. Et ad
Roma.11 Romanos habes: Dico ergo,nũqd sic offenderũt vt ca=
derẽt? Absit: Sed illorũ delictũ salus est gẽtib⁹: vt illos
æmulentur. Et infra: Vobis enĩ dico gentib⁹: Quãdiu
ego sum gẽtiũ apl's,ministeriũ meũ illustrabo,si q̃ mõ
æmuler carnẽ meã, & saluos faciã aliq̃s ex ipsis. Hoc
est,afficiã carnẽ meã. Deniq; παραζηλώσω græcus ha=
bet. Nã & hic μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, habet:
μὴ δὲ ζήλου τοὺς ποιοῦντας τὴν ἀνομίαν. Hoc est,noli
malignos in ęmulationẽ excitare:qm̃ illi non de bono,
sed de malo certãt. Quid est in æmulationẽ excitare?
Exẽplo si possum⁹ aperiamus. Intẽperantes mulieres
quędã sunt,quæ aliorũ cõiugũ corda solicitãt: q̃s cũ cõ=
suetudini suę pbroq; subdiderit:nõ cõtẽtę erroris sui ha
bere secretũ,studẽt corã iugalib⁹ eorũ suũ iactare flagi=
tiũ,vt eas in zelũ sui excitẽt & inflãmẽt,triũphũ quedã
de dolore pbarũ mẽtium & cõmotione captãtes. Quę
æmulatione fœminea thori pprii cõtumeliã nõ feren=
vita. tes,soluũt cõplaciti vincula cõiugii,aut cotidiana rixa
decertãt. Fitq; ex æmulatione discordia, ex dissensione
dissidiũ,quo domus tota turbet̃. Exẽplo igitur pteruæ
mulierꝝ cognosce qui legis,ptes esse nequissimę detesta
in prauã bilisq; versutiæ,improba æmulatiõe alteri⁹ animũ cõ=
ęmulatio= mouere:aliudq; esse zelũ, aliud parazelũ. Hæc est enim
nem. praua æmulatio,quę bonorũ subintrat affectũ:qua etiã
C Iudęus errauit:qui a vero bono euãgelicę disciplinę,de=
uia legis ęmulatione deflexit:sicut de se apl's ait q̃ secũ=
Philip.3. dũ æmulationẽ legis psequebatur ecclĩam Christi. Er=
go quãuis deus noster ingratis Iudęorũ offenderet̃ fre
quẽter affectib⁹ & querelis,tñ assumptũ semel & electũ
sibi populũ minime relinquebat:sed synagoga vt mere=
trix pcax irritare eũ cœpit in æmulationis amaritudi=
nẽ,præuaricationis se miscẽdo sacrilegiis. Deniq; dixit
Exo.32. ad sacerdotẽ Aarõ: Fac nobis deos q̃s adorem⁹. & vi=
tuli caput adorare cœperũt. Vñ p cãticũ magnũ Moy
Deut.32. si dñs ĩ ore ipsi⁹ resultauit dicẽs: Ipsi excitauerũt me in
æmulationẽ ĩ nõ deo:irritauerũt me in simulacris suis.
Ego autẽ excitabo eos ĩ æmulationẽ ĩ nõ gẽte: ĩ natiõe
insipiẽte irritabo eos. Quõ dñs cõdẽnauit synagogam
ppter meretricios mores,q̃ ipsorũ ĩ eos versutiã retorq̃=
ret,vt suo afficerent̃ ĩgenio,q dñm deũ suũ a q̃ assumpti
fuerãt,grauib⁹ sacrilegiis refutarũt, deos sibi q̃s colerẽt
eligẽtes:assumẽs ecõtrario sibi ecclesiã de prophanis:q̃s D
pręlatos sibi sine lege,sine grã, Iudæorũ ppl's ingemisce
ret:atq; eo ampli⁹ ĩ æmulationẽ illorũ excitaret̃ affect⁹,
q̃ viliorũ facta esset electio. Nã ante q̃ afficeret̃ ille ppl's
nõ habebat,cũ solũ se a dño cõsideraret electũ. Vbi vero
aduertit adscitã ex nationib⁹ cõuenã plebẽ, quę sibi le=
gẽ dñi, pphetarũ oracula,testamẽtũ nouũ,deũ vẽdica=
ret:tũc demũ excruciari nimio cœpit affectu,posteaq̃ se
repudiatũ eẽ cognouit. Deniq; si videat gẽtiliũ ceremo
nias,nõ mouet̃: Si audiat pfectũ ecclĩę, misera torq̃t̃ ĩ=
uidia. Cõplet̃ ergo ĩ Iudęa, Ego ĩ ęmulationẽ eos exci=
tabo ĩ nõ gẽte. Accedit ad cruciat⁹ grauiorꝝ ęrũnã, q̃ ex
gẽtib⁹ pctõres sibi videt̃ eẽ plati,q ne gẽtꝝ qdẽ alicui⁹ ve
natiõis nomẽ attollãt. Nã oĩs cgregatio cuiusq; regio=
nis nomẽ sibi vẽdicare cõsueuit, vt Ęgyptii, Ęthiopes,
Syri, Iudęi, Arabes, puincię suæ terrarũq; suarũ voca=
bulũ pferũt. Nos de diuersis populis cõgregati, vocabu
lum nobis vni⁹ gẽtis nõ possum⁹ vsurpare: & ideo qa
nomẽ nõ habebam⁹ ĩ terris,de cęlo accepim⁹,vt Chri=
sti ppl's diceremur. Sed hoc gẽtilis stultitiam putat, Iu
dęus opprobriũ. Verũ est ergo qd scriptũ est, qa vlt⁹ est
deus ppriã cõtumeliã,ecclesiã sibi nõ ex gẽte q̃rẽdo, & E
eã ex gẽte insipiẽte vetusto illi atq; regali pplo preferẽ=
do. Quę sit gẽs insipiẽs quę plata sit, audi dicentẽ: Qm̃ 1.Cor.1.
stulta mũdi elegit deus, vt cõfundat sapiẽtes. Et iterũ:
Si q̃s videt̃ inter vos sapiẽs esse ĩ hoc seculo,stult⁹ fiat, Ibidem.3.
vt sit sapiẽs. Reddidit ergo nõ intulit dñs æmulatiõis
cõmunionẽ: vt esset nõ ĩ forma imitatiõis,s3 ĩ pœna ini
q̃tatis. Deniq; latin⁹ ĩterps volẽs distĩctionẽ facere inter
æmulationẽ virtutis,& æmulationẽ offẽsiõis,ait: Nũ= 1.Cor.11.
qd æmulamur dño? Hoc est, Nũqd dño offẽsionẽ ęmu
latiõis ĩferim⁹,vt de iis edam⁹ quę ĩmolata simulacris
sunt: sicut Iudęi eũ sacrificãdo simulacris exasparuerũt?
Qd si inter hoĩes excitãdę æmulationis offẽdit ĩtẽtio,
& frequẽter si psona exaspati superior inuenit̃, incẽtoria
ęmulationis fraudi esse cõsueuit: cui⁹ stultitię est maie
statẽ irritare diuinã, & offẽdiculo æmulationis incesse=
re,vbi nulla vltiõis est difficultas? Nõ debem⁹ igit̃ ma
lignis ęmulãdi aduersũ nos aculeos ministrare: qui etiã
nõ lacessiti ĩuidiæ stimulis excitãt̃ vt noceãt: sicut Cain
frẽm occidit,qa magis illi⁹ sacrificiũ acceptũ eẽt, q̃ qd ĩ= Gene.4.
pse putauerat offerẽdũ. In q̃ nõ ęmulat⁹ Abel,sed inui= F
dus Cain plationis grãm scelesto pricidio psecut⁹ est.
Nõ enĩ ille frĩs voluit obũbrare sacrificiũ,sed seruare sa
crificii disciplinã,vt pmitias nulla desidia moraret̃,nec
aliq̃ ĩ vsus pprios deriuata vsurpatione violaret. Saul
q̃q; triũphatorẽ Palestinorũ Dauid pphetã,& ppriẹ cõ
seruatorẽ salutis,iuuẽcularũ sibi sermone platũ tenta=
uit insidiis,teli iaculo pauit occidere. Ac pene sanguinẽ
generi fuderat innocẽtꝝ,nisi vuln⁹ ille sinuati corporis ĩ= 1.Reg.18
flexione lusisset. Quę ibi malitia,si iuuẽculę dixerunt,
Saul ĩ milib⁹, Dauid in decẽ milib⁹? Quã atrox autẽ ĩ=
uidia regis Saul,q sermonis errorẽ ĩ innocẽtꝝ exitiũ de=
riuauit? Neq; ęmulat⁹,ĩqt,fuerꝭ faciẽtes iniq̃tatẽ. Nõ «
repetiuit qd dixerat,s3 mutauit. Aliud est enĩ subęmu=
lari:aliud ęmulari. Subęmulatio astutiã habet,ęmula=
tio simplicitatẽ. Sed tñ etiã ipsa cauta debet esse simpli
citas & puida,vt nouerit qd cauẽdũ sit. Neq; enĩ ociose
dictũ est: Estote astuti sicut spẽtes,& simplices sicut co= Matt.16.
lũbę. Spiritalis ergo debet esse astutia, q̃ seruet salutẽ,
dolũ nesciat. Spiritalis debet eẽ simplicitas. Videt̃ aũt
etiã alio loco distĩctionẽ subęmulatiõis scriptura fecis=
se,cũ dicit: Et auferet̃ zel⁹ Ephrẽ,& inimici Iudę peri= Esaiæ.11.
bunt. Nõ erit æmulus Ephrẽ Iudę, & Iuda nõ vexabit
Ephrẽ. Alibi autẽ habes: Sic & vos qm̃ æmulatores 1.Cor.14
estis spiritaliũ ad ædificationẽ ecclĩę,quęrite vt abũde=
tis. Ęmulatores p bonis & bonę rei imitatorib⁹ posuit,
æmulũ p obliq̃ & inuido. Primũ est ergo,ne malignos
ad æmulationis malignitatẽ lacessas: scdm,vt nõ ęmu
leris iniq̃tatem faciẽtes. Pleruq; enĩ vidẽtes pii fraude
aliq̃s & astutia quęsisse diuitias,& peruenisse ad hono=

G res, æmulatione deformi vias eorũ seq gestiũt, vt ad di-
uitias & honores simili arte perueniãt, & in cõtrahẽdo
cõiugio circunscribãt adolescẽtulas. Quid eni prodest,
» cũ ipsæ diuitiæ & oĩs gloria secularis tanq̃ fœnũ cito a-
» rescat, & tanq̃ olera hærbarũ in ipsa specie sui floris in-
Esa. 40. tercidãt? Oĩs caro fœnũ, & oĩs gloria hoĩs vt flos fœni.
Noli ergo magnopere affectare qđ ppetuũ esse nõ pos-
sit. Noli esse æmul⁹ & obliquus. Noli esse cõtẽtiosus &
decertator in zelo. Vñ & Aqla dixit, Noli cõcertare in
malignãtib⁹. Symmach⁹, Noli cõtẽdere. Noli etiã esse
imitator iniqtat(& fraudis, sed esto aplĩcę doctrĩę, pphe-
ticæ gratiæ, sanctorũq; virtut(imitator, vt fructũ teras,
Gene. 41. & messem bonitatis recõdas, sicut Ioseph, q multitudi-
ne frumẽti famẽ diuturnæ sterilitat(exclusit. Vt Aba-
Danic. 14 cuch, qui prãdiũ messorib⁹ deferẽdo, eleuat⁹ ab angelo
aerii tramitis iter carpsit, & reddit⁹ terris inter sæuos
leonũ strepit⁹ pio pphetę dulce cõuiuiũ ministrauit. Re-
» cte ergo dicit propheta: Spa in dño, & fac bonitatẽ: & i-
» habita terram, & pasceris in diuitiis eius. Quę est terra
quã suadet inhabitãdã, nisi aĩa tua, quã bñ debes excole-
re, frequẽter spiritalib⁹ inarare vomerib⁹, ne lõgo inhor-
rescat situ. Bon⁹ enĩ agricola cotidiana opatione & pui-
gili solicitudine exercet agrũ suũ, & ppria rura custodit,
ne deuastet ea ap de silua, & fruct⁹ maturos raptor eri-
piat. Ara ergo terrã tuã, vt cũ venerit qui seminat ver-
bum, aĩam tuã inueniat preparatã: ne supra inculta cor-
dis tui decidat semẽ, & veniãt aues cæli, & diripiant qđ
fuerit seminatum. Quæ sit ergo terra, audi dicẽtẽ: Ecce
Mat. 13. exiit qui seminat seminare agrũ suũ: & dũ seminat, aliud
cecidit secus viã, aliud supra petrã, aliud supra terrã bo-
nam. Qđ autẽ supra terrã bonã, ii sunt qui ĩ corde bono
H audiẽtes verbũ retinẽt, & fructũ afferũt p patiẽtiã. Mũ-
dum sit ergo cor tuũ, mũda sit aĩa tua, vt fructũ bonita-
tis possis afferre, hoc est, gratiæ spiritalis. Bonitas enĩ
Gala. 5. fruct⁹ est spũsancti: sicut scriptũ est, Fruct⁹ autẽ spũs est
charitas, gaudium, pax, patiẽtia, benignitas, bonitas,
fides, modestia, cõtinẽtia. Hi sunt fruct⁹ quorũ diuitiis
pascimur, & vbertate satiamur. In hac terra vitẽ illam
Gene. 9. fructiferã iustus Noe plãtauit, & de fructu ei⁹ bibit, atq;
intimo corde solut⁹ est, qñ eũ laudabili pietatis amictu
induit virtutũ suarũ geminata posteritas. Alio q̃q; loco
nobis istas ppheta sanct⁹ diuitias demõstrauit, quibus
erat diues in Christo, & oĩb⁹ quę ad vitã æternã condu-
cerent, abundabat. Et reuera quis ditior, q̃ qui diues in
Psal. 118. dño est, vt possit dicere, In via testimoniorũ tuorũ de-
lectat⁹ sum quasi in oĩb⁹ diuitiis? Quid enĩ poterat de-
esse viro qui cælestib⁹ ditabatur oraculis? Et ideo sua-
det hoc psalmo vt thesaurũ illũ nobis quæramus æter-
num, & delectationẽ eius acquisitione capiam⁹. Ideoq;
» ait: Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui.
Quare non dixit tuas, sed cordis tui? Petitiones exte-
I rioris hoĩs interiorisq; cõmunes sunt: nec oẽs probãtur
a xpõ: quia lex carnis legi mẽt(freqũter repugnat. Quę
autẽ interioris sunt hoĩs, qui renouat⁹ est spũ: illas peti-
Psalm. 19 tiões dñs petito donat effectu. Vñ & alibi ait: Tribuat
tibi dñs scdm cor tuũ, & oẽs petitiones tuas confirmet.
Scdm cor ait, nõ scdm appetẽtiã carnis: & illas petitio-
nes, inquit, quę prodeũt ex intimo corde, cõfirmet, non
quæ ex carnis hui⁹ illecebra & voluptatibus diriguntᷣ.
» Reuela ad dñm viã tuã, & spera in eũ, & ipse faciet, &
» educet sicut lumẽ iustitiã tuã, & iudicium tuũ sicut me-
» ridiẽ. Hoc solo versiculo qualis esse debeas declarauit.
Quis enĩ reuelat viã suã, nisi qui deo occultorũ suorum
arbitro interna sui pectoris confiteᷣ? Bñ ait, reuela: hoc
est, aperi cõsciẽtiã tuam: ne eã seculi istius grauet vm-
bra vel carnis. Prorumpẽtia semina si fuerint obũbra-
ta, tenuãtur: soli obiecta pinguescũt. Quid de semini-
bus loquor? Ipsas arbusculas, quo minus se ĩ altũ subii-
ciant, vmbra siluestris internecat, & phibet brachia ra-
mosa diffundere. Pulchre autẽ dixit, Reuela ad dñm
viã tuã: quia natura hoĩm prona peccato, velut quoddã
menti nostræ velamen obducit, ne nostra dño peccata K
fateamur, q potest vulnera nostra sanare: vt erubescat
quis ore proprio postulare medicinã, ne corã hoĩb⁹ sua
pdantur opprobria. Premit igitur se intra hoĩem con-
scientia, cum latere nõ possit: & tãdiu differt, quoad vul-
nus efferueat: vt iam nõ fidei salubritate, sed immedica-
bili atrocitate vlceris detegaᷣ. Reuela, inquit, ad dñm
viam tuã: hoc est, aperi viã tuã: noli abscõdere, sicut abs- Gene. 4.
cõdebat Cain, qui latere cupiebat. Oĩs enĩ qui male a- Ioan. 3.
git, odit lucẽ. Reuelabat Dauid viã suã, q ait: Dico ego Psal. 44.
opa mea regi. Api sensum tuũ, vt nihil sit qđ timeas re-
prehẽdi. Reuelauit & Paul⁹, q præsumpsit dicere: Ni- 1. Cor. 4.
hil mihi cõscius sum. Is actus, ea vita sit, vt via tua co-
ram patre tuo luceat, q in cælis est. Sed quia obnoxia
fragilitati oĩs humana cõditio est, & nõ nostræ est po-
testatis iter nostrũ ex volũtate dirigere: ideo tibi dicit,
Spera in dño, & ipse faciet. Hoc est, vt aperiat viã tuã,
nec talẽ te esse pmittat, vt fugias lucẽ dum times pdi:
& diligas tenebras, vt possis tua occultare flagitia, di-
cẽs: Tenebræ operiunt me: quis scit si videt altissimus? Eccli. 23.
Quõ enĩ potest qui adulteriũ moliᷣ, nõ noctẽ suis accõ-
modam quærere tẽtamẽtis? Qui falsum cogitat testẽ
suæ fraudi adhibere, qui corruptelam iudicis captat, vt
opprimat innocẽtẽ: iniquitat(nõ explorare secretũ? La-
tro ĩ solitudĩe* subsidet, noct(tenebris* operiᷣ, vt sceleri *solitudines obsidet.
cedat effect⁹. Iniqtas ergo tenebrę sũt: Deus lux est. Et
si tu velis tuã occultare iustitiã, deus eã educit in lucẽ:
nec patitur latere iudiciũ quo ea quę bona sunt elegisti: *tenebras
quæ ĩproba, refutasti. Nec solũ facit tuũ lucere iudiciũ, L
sed lucere sicut meridiẽ, qñ se sol iste in splẽdorẽ tot⁹ effũ-
dit. Meridies erat qñ Ioseph cũ fratrib⁹ epulabatur, nõ Gene. 45
vltus iniuriã, sed oblitus. Subdit⁹ esto dño, & obsecra «
eum. Non solũ vt subiectus sis deo moneris, sed etiã vt «
obsecres dñm, quo possis tuæ studiũ subiectionis iple-
re: sicut & supra nõ solum reuelare viã tuã te conuenit,
sed etiã sperare in dño. Bona autẽ subiectio, nõ abiecta,
non vilis, sed gloriosa atq; sublimis. Ille enĩ deo est sub-
ditus, qui facit dñi voluntatem. Denique quis ignorat
q sapientia mentis præstãtior q̃ carnis sapiẽtia sit? Sa-
pientia autẽ mentis subiecta est dei legi: sapientia car- Roma. 8.
nis non est subdita. Et addidit apostol⁹: Nec enĩ potest.
Esto ergo subditus, hoc est, proximus Christo: vt legẽ
impleas. Deniq; xp̃s faciẽdo volũtatẽ patris, legẽ iple-
uit. Et ideo finis est legis, & plenitudo est charitat(: qa
diligẽs patrẽ, effectũ omnẽ eius adhibuit volũtati. Vñ
p glĩa apl̃s dixit: Cũ autẽ subiecta illi fuerint oĩa, tũc & 1. Cor. 15.
ipse subiect⁹ erit illi q sibi subiecit oĩa: vt sit deus oĩa in
oĩb⁹. Et ipse de se ait: Nõne deo subdita ẽ aĩa mea? Ab Psal. 61.
ipso enim salutare meũ. Deniq; p pietate erat nõ pro ĩ- Lucæ. 2.
firmitate Ioseph & Mariæ parẽtibus subditus. Gloria
autem Christi maxima, vt se vniuersorũ hominũ pe- M
ctoribus infundat, & oẽs reuocet ab impietate perfidię,
& gẽtilitatis affectu, vt sibi faciat esse subiectos. Cũ au-
tem sibi subiecerit oĩa, cum intrauerit plenitudo gẽtiũ,
cum saluus factus fuerit omnis Israel, & toto orbe vnũ
fuerit corpus in Christo: tũc erit & ipse subiectus, mun⁹
suum deo patri offerẽs, & quasi princeps omniũ sacer-
dotũ, & cęlestib⁹ cõpos altarib⁹, vt sit sacrificiũ fides o-
mniũ. Pietatis ergo est ista subiectio, q erit subiect⁹ in
corpore dñs IESVS, cui⁹ nos sumus corp⁹ & mẽbra.
Esto ergo homo subiect⁹ xpõ, hoc est, subdit⁹ sapientię
dei, subdit⁹ verbo, subdit⁹ iustitię, subdit⁹ virtuti: qa hęc
oĩa xp̃s est. Oĩs hõ deo se subiiciat. Nõ enĩ vnũ, sed oẽs
docet vt subiiciãt cor suũ, subiiciãt animã suam, subii-
ciant carnem suã, q sit deus oĩa, & in oĩbus. Subiectus
ergo est qui plenus est gratiæ, & suscipit iugũ Christi,
& mandata dñi strenue & incunctãter exequitur. Sine
subiectione autẽ, qui se frustra extollit, sensu ppriæ car-
nis inflat⁹, insolẽs deuotionis, & piæ declinãs obseruã-
tiã seruitutis, quã ipso iure naturæ auctori debem⁹ ęter-
no. postremo q sine pctõ est, subiect⁹ est xpõ: qñ redẽpt⁹

A a domino est. Qui autẽ in peccato est, nõ potest dici li-
ber, sed seru⁹, quẽ grauia tenẽt vincula peccati. Sequi-
» tur: Ne æmulatus fueris eũ qui prospere dirigiᷣ in via
» sua faciens iniquitatẽ. Euidẽter hic quid superius sense-
rit intimauit, nõ excitandos malignos æmulatione ad
malignitatẽ, neq; imitãdos faciẽtes iniquitatẽ. Nõ enĩ
iniquitas, sed prosperę res quę proueniunt iniqua gerẽ-
tibus, nos sæpe solicitãt vt eos putemus imitãdos, quo
Psal. 72. ad eorũ possimus peruenire successus, dicẽtes: Ecce ipsi
peccatores, & abundãtes in seculo, obtinuerũt diuitias:
et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor meũ, et laui inter
innocentes manus meas, & fui flagellatus tota die. Si
igitur flagellatus est Dauid, cauere debemus ne et nos
flagellemur: & dicatur nobis quia diuitię, honores, po-
tẽtię, generationi huic videãtur esse disposita quasi va-
ga & incerta pecunię opera, iniquitatisq; cõpendia, non
quasi premia vlla virtutis, ideoq; velut somniũ veniãt,
& cum somno te surgẽte deficiant. Ipsos athletas, cum
vicerint, certũ est coronari, nõ anteq̃ vincant. Nobis lu-
cta cum seculo est. Vince ante seculũ, vt coronam pe-
tas. Nemo ante coronaᷣ, nisi certamẽ impleuerit. Qui
stadium currũt, nũquid ante brauiũ accipiũt q̃ stadium
percurrerint? Quanti priores in exitu cadunt, & cursus
sui celeritate fraudãtur? Nunquid tu deo q̃ Paulus ac-
ceptior? Ille vas electionis, ille Gentiũ doctor nunq̃ sibi
in hoc seculo coronã ausus est postulare. Deniq; audi di-
2. Tim. 4. centẽ: Certamẽ bonum certaui, cursum cõsummaui, fi-
dem seruaui. Quod reliquũ est, reposita est mihi coro-
B na iustitiæ, quã reddet mihi dñs in illo die. Paulus ille
raptus in tertiũ cælum, qui audiuit ea quæ nõ licet ho-
mini loqui: vtrũ corpore esset raptus, an sine corpore,
nesciit: sicut ipe testatus est. Paulus ergo dicit in illa die
coronã sibi esse reddẽdã: tu hic tibi vt reddatur insistis?
Imple ergo certaminis tui tẽpus. Nõ semel athleta lu-
ctatur, nec semel pręliatur miles vt stipendia sua possit
implere: & tibi non cũ vna passione luctamẽ est. Supe-
riores si euaseris passiões, ira succedit: & ideo tibi dicit
» scriptura: Define ab ira, & relinque indignationẽ. Sunt
multa vitia quę obrepũt insipiẽtibus. Ira grauis passio
est: plerunq; accendit inuitũ: & volentẽ mitius vindica-
re, in furorẽ rapit, vt perimat quẽ putauerit coercendũ.
Cõmotus, gladio sæpe trãsuerberat innocẽtem. Ami-
cos & fratres p indignationẽ plurimi peremerũt. Ideo
sapiens dicit: Ira perdit etiã sapiẽtes. Salomonis dictũ
est quia non solũ quoscunq; de medio homines, sed etiã
ipsos perdat ira sapiẽtes. Et Dauid sapientẽ monet di-
cens, Desine ab ira: ne cum accẽderis eã, illa nõ desinat
priusq̃ te eius flãma cõsumat. Relinque, inqt, indigna-
tionẽ. Hoc est, natura te rapit, mouet affectus, culpa te
C alicui⁹ excitat vel offẽsa vt idigneris: sed nõ vsq;quaq;,
vt modũ nescias. Relinque eam, finẽ impone, ne te in
Psal. 4. peccatũ trahat. Hoc est qđ supra dixit, Irascimini, & no-
lite peccare. Nõ enim hortatur vt irascaris, sed ad tem-
pus cedit affectui. Dat tamẽ medicamẽtum, ne diutius
vis vlceris serpat. Irascimini quod ait, tuæ est passionis.
Medicus enĩ non statim adhibet medicamẽta lãguo-
ri. Si dolor feruet, fomẽta adhibet, vt mitescat dolor. Si
febris exæstuat, remedii tẽpus expectat. ipsum potũ si-
tientibus negare cõsueuit. Non dicit, Nolite febrire, cũ
vapor feruet ęgroti: sed dicit, Expecta, desinat febris, di-
geratur cõmotio. Sic & propheta non potuit dicere ho-
mini, cuius caro vt variis morborũ, ita cõmotionũ pas-
sionibus excitatur, Nõ irascere: sed dicit, Desine ab ira,
et indignationẽ relinque, ne pecces. Ira enim grauis est
Ephe. 4. magistra peccati. Alius quoq; medicus dicit: Sol nõ oc-
cidat super iracundiã vestrã. ne dum diu differs, veniat
ille qui calefactũ corporis somno excitare cõsueuit, & sti-
mulet te, inferat tibi cogitatiões, & in secreta tui pecto-
ris immergat, dicẽs: Vindica iniuriã tuam, virũ te esse
cognosce. Fœmineę infirmitatis est non capere vindi-
ctam. Ergo contẽnere te debuit seruus? frater decipere?
amicus illudere? & tu adhuc tuam nõ vlcisceris contu- D
meliã? Proscribas necesse est: gladio oportet insurgas,
& dolorẽ tuũ aduersarii morte soleris. Vir fuit ille qui
suũ occidit inimicũ: merito pdicatur: quia ita se vidica-
uit, vt alius irrogare ei non auderet iniuriã. His stimu-
lis plus accẽditur, plus mouetur, vt cõpleatur quod scri-
ptum est: Ira perdit etiã sapiẽtes. Ergo tu ne audias eũ:
ne ęmuleris vt nequiter facias: qm̃ qui nequiter agunt,
exterminabũtur. Exterminãtur qui radices nõ habent,
sicut olera vel fœnũ. Olera infirmus mãducet. Tu autẽ
vitem insere in agro tuo, vineam institue. Et si venerit
Achab q tibi dicat, Da mihi vineã tuam, vt olera mi- 3. Reg. 21
hi feram: noli ei adquiescere, ne ex consensu tuo caduca
ferat, abscindat æterna. Ideo Nabuthe inter sanctos ha-
betur, quia maiorum suorũ hęreditatẽ ne regi quidẽ pu-
tauit esse cedendã, et lapidari maluit, vt vineã suam nõ
daret in direptionẽ. Hæreditas maiorũ, fides vera est.
Extiterũt Arriani regali subnixi potẽtia, qui tẽplũ dñi
putarẽt sibi eẽ tradẽdũ, supplicia acerba minitãtes. Sed
absit vt apud mentẽ dño seruiẽtẽ præpõderarit magis
pœnę formido q̃ forma pietat(. Nõ pualuit pfidia, quia
fides restitit. Est etiã quędã vinea in pectorib⁹ fideliũ,
de q̃ dicit Esaias: Vinea facta est dilecto in cornu vbe- Esa. 5.
ri. Hãc vineã dñs plãtauit in cordib⁹ nostris: & ideo le-
gimus dicẽtẽ deũ: Ego te plãtaui vineã fructiferã, totã Hiere. 2.
veram. Nemo ergo de agro animæ nostræ hãc auferat E
vineã: quia bñdicta est ea vinea. Ideoq; dictũ est de san-
ctis: A fructu frumẽti, vini, et olei, mltiplicati sunt. Bo- Psal. 4.
num est ergo habere intra te torcularia vino redũdãtia,
vt fluat tibi vinũ in vas tuũ de vinea Soreth, poculum
illud inebriãs q̃ pręclarũ. Soreth enĩ vinea, noui princi-
pii noua est æquitas. Vnde & dicitur nobis: Cantate
deo vestro cãticũ nouũ, magnificate nomẽ ei⁹ ab extre-
mo terrę. Hęc ergo vinea vuas faciat, nõ iniqtatẽ. Ideo
relicta est vinea Iudæorũ, quia iniqtatẽ fecit, vt scriptũ
est, & nõ iudiciũ. Nos ergo fructũ feram⁹ in Christo, vt
ppetui esse mereamur. Sustinẽtes enĩ dñm, possidebũt
terrã. Illã vtiq; viuẽtiũ terrã. Est quędã terra cælestis, q̃
fructũ cęlestib⁹ ferat: de quã ait: Credo videre bona dñi Psal. 26.
in terra viuẽtiũ. Hęc terra multo hoĩm sudore vẽtri mi-
nistrat alimẽta. Illa terra bona dñi sine vllo labore fru-
ctificat, in qua iustorũ diuturna possessio, & pię mentis
hęreditas est. Et bene ait, Sustinẽtes autẽ dñm hęredi- «
tate possidebũt terrã. Hæc est enĩ terra quę nõ pręterit. «
Nã cęlũ et terra pteribũt, verba autẽ dñi nõ preteribũt.
Et ideo nec illa intelligibilis terra poterit pterire para- F
disi, in qua sunt q dñi verba cõseruãt. In hac terra collo-
catus est Adã, vt fructũ æternæ caperet vitæ: sed quia
verba dñi seruare nõ voluit, *ideo ĩ possessiõe quã acce- *potuit
perat, manere nõ meruit. Qui autẽ verba dñi custodit,
dicit: Expectãs expectaui dñm, & respexit me. Adã au-
tẽ quia nõ expectauit dñm, (qũo enĩ expectauit q refu-
git?) & offerre se timuit: ideo nec dñs eũ videre dignat⁹
est. Oculi enĩ dñi sup iustos. Hũc autẽ eousq; videre no-
lebat, vt quęreret dicẽs: Adã, vbi es? Qui quæriᷣ, pro Geñ. 3.
absente habeᷣ. Fides est quę nos repręsentat deo: perfi-
dia q̃ facit impios exulare. Nullus itaq; absens est deo,
nisi qui se absentẽ fecerit. Et ideo dicit, Fiat tibi secũdũ Mat. 9.
fidẽ tuã. Qui enĩ ignorat, ignorabiᷣ. Ergo Adã quasi
peccator locũ suũ seruare nõ potuit. De paradiso eiect⁹,
in* castellũ est relegat⁹, vt ageret pñiam. Accepit dila- *als, in carcere est religatus.
tionẽ, ne cõtinuo penitus interiret, vt salua fieret Eua p
generationẽ filiorũ, fidẽ sancti Abel, pphetarũ gratiã,
ecclesiæ posteritatẽ. Sed qui per hęc redimi noluerit, &
in peccato pseuerandum ducit: de eo dicit propheta: Et «
adhuc pusillũ, & nõ erit peccator: et q̃res locũ eius, et nõ «
inuenies. Quõ enĩ esse poterit ĩ futurũ, cũ peccati loc⁹ «
diuturn⁹ esse nõ possit? Hęc est enĩ terra quę aperuit os
suũ, vt sãguinẽ susciperet innocẽtis. Et ideo in hac ter-
ra loc⁹ est pctõrũ. Pręterit terra, qũo pctõris loc⁹ poterit
inueniri? Ego arbitror q ideo firmamẽtũ inter aquã &

X

Geñ.1. G aquā deus esse præceperit, vt a virtutib⁹ peccata discer=
neret: & supior aqua quę laudat dñm, vacua esset erro=
ris: iferior peccato esset obnoxia. Deniq; illa deū videt:
hęc nō videt. Quę sup cęlos, videt: quę in abysso, nō vi=
Psal.76. det. Vnde etiā dictū est: Viderūt te aquæ de⁹, viderūt
te aquę, & timuerūt: turbatæ sunt abyssi, multitudo so=
nitus aquarū. Merito turbant̄ abyssi, sup quas tenebrę
sunt deformes, & ideo pacē habere non possunt. Vnde
Mar.8. rogauit legio dęmoniorū vt in abyssum mitteret̄: & se
cū magno tumultu p̄cipitauit ī fluct⁹, vt porcorū gregē
quē repererat strāgularet. Pctōres itaq; abyssum petūt,
" vbi caligo tenebrarū. Māsueti aūt possidebūt terrā, et
" delectabūtur in multitudīe pacis. Merito terrā possi=
dēt, in qb⁹ deus ipse reqescit: sicut diuino p Esaiā resul=
Esa.66. tauit oraculo dicēs: Sup quē requiescā, nisi supra humi=
lem & quietū, & trementē verba mea? Qui sunt man=
sueti, nisi qs nullus stimul⁹ dissensionis exagitat, nō ira
pturbat, nō sæuitia exasperat, nō rabies crudelitatis in=
flāmat? Et ideo qa nō vina, non epulas, nō diuitias, sed
pacē dñi dilexerūt in corpore cōstituti: p illa delectatiōe
corporaliū voluptatū qua se putarūt esse fraudādos, vt
gratiā adipiscerētur ęternā, delectabūtur ī multitudine
pacis, quā dñs noster IESVS in dieb⁹ suis generi do=
nauit humano: sicut pphetia q̄ nō mētita est, cōprehen
Psal.71. dit asserēs: Orie t̄ in dieb⁹ eius iustitia, & multitudo pa
cis, donec extollat̄ luna. Quę igit̄ est pax qua cūctæ ec=
clesiæ multiplicatus est populus, nisi illa de qua dñs di=
Ioan.14. xit, Pacem relinquo vobis, pacem meā do vobis? De=
" dit pacē, qui animorū bella sedauit. Seqtur: Obserua=
" bit peccator iustū, & fremet sup eū dētib⁹ suis. Dñs aūt
" irridebit eū: qm̄ pspicit q veniet dies eius. Indignātis
quidē & efferuescētis in iracūdiā cōsuetudo est dētibus
H fremere. Sed habēt etiā maligni dētes suos: quibus nō
resonare, sed lacerare cōsueuerūt. Insidię, cōmenta, neq=
tiæ, dētes sūt pctōris. Insidiat̄ ergo peccator iusto, quia
inuidet. Iusti enim vita redarguit peccatorē, quē tacita
maiore auctoritate cōdēnat, q̄ si clara voce loqueretur.
Sed iustus timere nō debet fremitū pctōris: quia impro
bitas nō potest esse ppetua. Insidię tēporales sunt: mu=
nimenta autē virtutis æterna. Mors peccatoris omnē
" eius potētiā fraudēq; dissoluit, Plus adiicit: Ecce, inqt,
" gladiū euaginauerūt pctōres, extēderūt arcū suū, vt de=
deci= " iiciāt pauperē & inopē. Quis est gladius pctōris, nisi
piant. cōtrarius gladio spiritussācti? Docuit hūc scriptura me
Ephe.6. gladiū, docuit Apls dicēs: Quia habemus loricā iusti=
tiæ, & scutū fidei, & galeā salutis, & gladiū spūs, q̄d est
verbū dei. Ergo verbū dei, gladius spūssancti est. Econ
trario vtiq; gladius spūs neqssimi, verbū est malū. Hoc
Actu.5. Petrus apls Ananiā & Sapphirā sermōis sui q̄dā ense
Actu.13. percussit. Hoc gladio Paulus Elymę aduersanti dispu=
tationibus suis, oculorū lumē eripuit, & noctē cęcitatis
I infudit. Cōsidera nūc mihi iurgātes peccatores, atq; a=
cerba iactātes, & insolētia criminationū opprobria pfe=
Psal.26. rētes: nōne si eos audias, dices: Gladium euaginauerūt
pctōres? quādo sermo turpis tāq̄ de vagina petulāti ex
ore profertur, quē cohiberi par fuit & recōdi. Similiter
vt gladius verbū dei dicit̄: & idē, sermo est peccatoris.
Ita & arcus quē extēdunt peccatores, mens eorū est: &
sagitta quā iaciunt, sermo est venenatus. Sicut enim sa
Esa.49. gitta est Christ⁹, qui est verbū dei, cui dicitur: Posui te
sicut sagittā electā: quę profertur ex pharetra dei: ita sa
gittæ sunt perfidorū, quę arcu quodā iniquitatis emis=
sæ, incautū vulnerant innocentē, nisi ignita eorū iacula
scuto fidei repellātur. Et ideo solicitus esse debes miles
in prelio, quia pugna tibi nō solū aduersus carnē & san
guinē est, sed aduersus ipsas q̄q; neqtias spiritales quæ
nō vidētur. Abundēt tibi arma fortia deo, vt facile pos
sis quę voluer(tela depromere: ne pauperē te & inermē
hostis possit opprimere. Esto deo fortis, deo diues, vt
Prou.13. dicatur de te: Redēptio animę viri, diuitiæ eius. Abun
dato thesauro sapiētiæ, esto diues in verbo & operibus
bonis, vt possis esse munitus. Fuge diuitias pctōris, ne K
inueniat vnde vulnerare te possit. Esto misericors, vt
inuulnerabilis maneas: vel curare te possis si fueris vul=
neratus. Est & paup quē volūt aduersarii vulnerare, ex
illo numero de q̄ Saluator dixit: Beati paupes spū: qm̄ Mat.5.
ipsorū est regnū cęlorum. Et ideo framea pctōrū intret, "
inqt, in cor ipsorū, & arcus eorū cōfringatur. Vt quēad= "
modū reuertit̄ pax in dei seruulos ab eis q nō receperit
bñdicētiū pacē: ita etiā malitia pctōrū, qua iusto nocere
conātur, in eorū perniciē reuertat̄, quo suis telis & vul=
nerib⁹ trucidētur. Sæpe enī iacula in ipsos q ea iecerint
refundunt̄. Qđ etiā pximo accidit bello, cū infideles et
sacrilegi lacesserēt aliquē in dño confidentē, & regnum
eius eripere cōtēderēt, ecclesiis dñi psecutionū sęua mi=
nitātes, vt subito vētus orirer̄, qui infidelib⁹ excuteret
scuta de manib⁹, ac tela oīm atq; missilia in pctōris exer
citū retorqueret. Adhuc hostis deerat, & iā illi ventorū
p̄lia ferre nō poterāt, suisq; spiculis sternebātur. Et quod
peius est, nō erant corporū grauiora vulnera illa, q̄ mē=
tium. Deficiebāt enī corde, cū deū aduersum se pugna=
re cognoscerēt. Exierāt itaq; prouocātes, & de pharetra
cordis sui aduersus populū Christianū venenata pfidię
iacula pferebāt: sed ī caput eorū sua reuertebat̄ impie=
tas. Deniq; ipsi inter se sua pfidia sunt soluti: paratasq;
fidelib⁹ insidias dissipauit dñs: vt nō solū piis nocere nō
possent, sed ppriis auxiliis nudarētur, atq; ad hostē ar=
ma sua trāsirēt. Quāto melius nō ptulissent gladiū de L
vagina? hoc est, impia nequaq̄ verba prōpsissent? Nā si
pro ocioso sermone redditur⁹ est vnusqsq; rationē, quā= Mat.12.
to magis verba sacrilegii grauibus suppliciis expiabit?
Igne nos examinasti, dicit Dauid. Ergo oēs igne exa= Psal.65.
minabimur. Et Ezechiel dicit: Ecce venit dñs omnipo
tēs: & qs sustinebit diē introitus eius, aut quis sustine=
bit cū apparuerit nobis? Qm̄ ipse introibit sicut ignis
cōflatorii, & sicut alueus lauantiū: & sedebit cōflans & Mala.3.
purgās sicut aurū & argētum: & purgabit filios Leui,
& effundet eos sicut aurū, & sicut argētum: & erūt dño
offerētes sacrificiū in æqtate. Igne ergo purgabūtur fi=
lii Leui, igne Ezechiel, igne Daniel. Sed hi etsi p ignē
examinabunt̄, dicēt tamē: Trāsiuimus p ignē & aquā. Psal.65.
Alii in igne remanebūt. Illis rorabit ignis vt Hebræis
pueris q incēdio fornacis ardētis obiecti sūt: ministros
autem impietatis vltor ignis exuret. Vę mihi si opus 1.Cor.3.
meū arserit, & laboris hui⁹ patiar detrimentū. Et si sal=
uos faciet dñs seruos suos, salui erimus p fidē, sic tamē
salui quasi p ignē. Etsi nō exuremur, tñ vremur. Quo
tamē alii remaneāt in igne, alii pertrāseāt, alio loco nos
doceat scriptura diuina. Nēpe in mare rubrū demersus
popul⁹ est Ęgyptiorū, trāsiuit autē populus Hebręorū.
Moyses pertrāsiuit, p̄cipitatus est Pharao, qm̄ grauia
eū peccata mersērūt. Eo modo p̄cipitabūtur sacrilegi in
lacū ignis ardētis, qui superba in deū iactauere cōuitia.
Sequamur ergo hic positi colūnā ignis, quę nos in hoc
corpore positos illuminet, & viā monstret, vt in futurū
nobis nebula refrigeret noctis, q̄ sæua incēdia releuare
possimus. Vide autē scriptura quid dicat: Arcus, inqt, M
peccatorū dñs cōfringat. Arcū autē suū posuit in nube, Geñ.9.
quo diluuia cessarent, trāquillitas refunderetur. Vnde
credēdum quia aduersarius & malignus arcū extendit
suum, vt quietis animis moueat tēpestates, excitet fla=
tus. Oremus ergo vt arcū malignitatis dissoluat domi
nus deus noster: assit pauperi suo & inopi, qui propter
dei timorē duxit nō affectandas esse diuitias, nō occu=
panda minorū prędia, nō viduas relictis maiorū hære=
ditatib⁹ exuēdas. Melius est parū iusto super diuitias "
peccatorū multas. Nō ergo diuitię accusant̄, sed diuitię "
peccatorū: nisi forte quia peccator dixit: Oīa hæc mihi Luc.4.
tradita sunt: & cui volo, do illa. Deinde qm̄ diuitię ma=
gis facē cupiditatis inflāmāt: & vnusquisq; dum maio=
ra desiderat, non declinat diuerticula peccatorū. Vnde
& Saluator dixit: Facite vobis amicos de mammona Luc.16.

A iniquitatis. Iniquitatis enī census est, qui in diaboli po
testate est: vt cui ille voluerit conferatur. Potest & illud
intelligi, quia melius est parū iusto super diuitias pec=
catorum multas: quia est quidē diues in verbis, vt sunt
philosophi istius mūdi de sacrilegiis disputātes, de mo
tu syderū, de stella Iouis, ac Saturni, de generationib⁹
hominū, de simulacrorū cultu, de gæometria, de diale=
ctica. Philosophi ergo in sermone diuites sunt, fidei in=
opes, veritatis exortes. Et sunt pleriq; simplices dñi sa=
cerdotes, in sermone paupes, abstinētia & virtute subli=
mes. Illi multis loquūtur pfidiā: isti paucis fidē asserūt.
Illi suos amittūt quotidie sacerdotes: hic paup populos
adquirit ecclesię, numeroq; credentiū. Qui ergo hos au
Prou.15. dierit, & viderit operū qualitatem, dicit: Melius est mo
dicū iusto super diuitias peccatorū multas. Hinc Salo=
Prou.10. mon deriuauit illud, q̄d quasi suū ipse posuit: Ex multi=
loquio nō effugies peccatū. Dialectica ergo diuitiis ver=
borū fluit, pietas timorē dei seruat. Ideo hic parcus in
verbis, diues in spiritu, magis vult timere, q̄ vana veri
verba iactare. Timor enī disciplina sapiētiæ est, loqua=
citas innocētię virtutisq; naufragium, atq; incentiuum
" plapsionis & culpę: Quoniā brachia, inquit, peccatorū
" conterētur. vt actus eorū iusto impedimentū afferre nō
Psal.124. possint, ne derelinquat̄ virga peccatorū sup sortē iusto=
Roma.16 rum. Et Paulus ait: Cōterat de⁹ Satanā sub pedib⁹ ve
stris. Si enim brachiū eius cōtritū fuerit, totus ipse cōte
B retur, vt cōculcētur eius cōmenta sicut venena serpētis.
Cōfirmat autē iustos dñs brachio aduersarii dissoluto.
Psal.37. Et ideo iustus dicit: Et cōfirmasti super me manū tuā.
Iob.19. Et Iob ait: Manus dñi tetigit me. Misit ergo dñs ma=
num suā in seruū suū: & manū peccatoris quā in eū ac=
cepta miserat potestate, brachiūq; cōtriuit. Ita diabolus
Iob.2. suo sermone deceptus est, qui dixit: Mitte manū tuā in
eū, & videamus si in faciē te nō benedicat. Nō enī ausus
est dicere, maledicet, sed hoc intelligēdū reliquit. Misit
deus manū suā, & cōfirmatus est Iob. Cœpit benedice=
re, qui maledicere credebatur. Sanat enim iustos cū tan
git manus diuina, nō vulnerat. Misit manū suam, & le
prosi macula omnis abscessit. Tetigit cęcorum oculos,
et cæcitate depulsa lumen refulsit oculorum. Pete ergo
semper vt cōfirmeris, quoniā et tu q stas, vide ne cadas.
Nos stare debemus, vt cōfirmemur a dño. Lubricū est
seculū, cito labimur. Ideo rogemus vt nos dñs stabilire
& confirmare dignet̄. Noli putare quia viā tuā nesciat
" dñs. Si iustus es, nouit. Crede dicēti prophetæ: Nouit
" dñs vias immaculatorū: & hæreditas eorū immacula=
" ta erit. Non cōfundētur in tēpore malo. Qui nouit do=
minum, scitur a dño. Nouit iustos, nescit iniustos. Ideo
Matt.7. iniustis dicet, Discedite a me oēs q operamini iniqui=
C tatē: nescio vos. hoc est, quia estis indigni cognitione di
uina. Nescio vos, quia me ipsi nescire voluistis. Opera
vestra me nesciūt: facta vestra me nesciunt. Et si dicatis
1.Ioan.3. quia me scit(, redarguūt vos peccata vestra. Oīe pctm̄
a malo est: qui aūt nō peccat, in me manet. Hoc scripsit
Ioānes. Quid de dño dicā quia dedignat̄ impiū scire?
1.Cor.14 Paulus dedignatur, qui dixit: Si quis in vobis ppheta
est aut spiritalis, cognoscet quæ scribo vobis. Qui autē
2.Tim.2. ignorat, ignorabitur. Et alibi scriptū est: Cognouit dñs
qui sunt eius. Simus ergo dñi, vt cognoscat nos dñs, &
discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen dñi.
Grecus habet, Nouit dñs dies immaculatorū. Sūt enī
dies Heliæ, sunt dies Nabuchodonosor. Ideo euāgeliū
Luc.4. habet, In dieb⁹ Heliæ, quādo clausū est cælū. Nox erat
pfidis, sed Helię lumē erat. Clausum erat pfidis cęlum,
sed Helię patebat. Fames erat perfidis, sed Helię vber
tas. Neq; enī esurire poterat, cui cibū cęlestia ministra=
bant. Nec esuriebat q alios ipē pascebat. Ergo sibi dies
Ioan.1. est iust⁹ in tenebris: quia & lux in tenebris lucet. Et Io=
seph in Ęgypto erat, & lucebat ei meridies, sicut supra
Psal.49. dixit: Peccatori autē dixit deus, Quia tu enarras iusti=
tias meas? Iustitia lumē est, quia supra habes: Et edu=
cet sicut lumē iustitiā tuā. Habes ergo q̄d in te luceat, si D
iustitiā sequaris. Splēdet tibi dies: lucet tibi nox, quia fi=
deli & nox sicut dies illuminabitur. Dies igitur iusti no Psal.138.
uit dñs, quia ipse illuminat omnē hominē veniētem in Ioan.1.
hunc mundū. Hoc est, illū qui ad imaginē & similitudi
nem dei viuit. Illū qui se hominē esse cognoscit, vt refu
giat equorū libidinē adhinniētē, ferarū rabiē, lepuscu=
lorū formidinē, vulpiū fraudē, rapinā luporū. Illū homi
nē qui sic agit, quasi in hunc mundū superuenerit. Qui
non ex sanguine, neq; ex volūtate carnis, sed ex deo na=
tus sit. Venisti ergo: noli remanere: noli hærere terre=
nis. Vt scias autē quia dies boni sunt, audi dicentē: A= Ioan.8.
braham diē meū vidit, & gauisus est. Bonū habet diē,
qui dei filiū bonū deum nouit, & dñm cōfitetur. Et rur=
sus ipse nos admonet cauere debere, quia dies mali sūt. Ephe.5.
Qui mali sunt dies? In qbus vtiq; malū cognoscitur, q̄d
est a malo. Aut forte dies seculi mali sunt, quia seculū 1.Ioan.5.
in maligno positū est. Sed legimus etiā post seculū diē
malū. In die mala liberabit eū dñs. Hoc est, in die iudi= Psal.40.
cii, propter multorū supplicia. Necesse est enī torquean
tur iniusti, cōpatiātur iusti: quia & angeli gaudēt cū pec Luc.15.
cator a morte seruatur vnus: cōpatiuntur igitur cū pu=
nitur: etsi alibi legerimus, Lætabitur iustus cū viderit Psal.57.
vindictā impiorū: quod suo loco reseruo: etsi frequenter
audieris cur lætetur. sed occupationes occupationibus
nō inseramus. Nouit dñs dies immaculatorū: quia im
maculatę innocētię gratia eius & plenitudo miseretur,
nō miseretur errātibus. Isti nō habent diē: quia lucē fu=
giunt: de quib⁹ pulchre dictū est: Dies eorū sicut vmbra Psal.143.
prætereūt. Cognitio ergo dei, dignationis est, nō visio=
nis. Oculi eius lux sunt. Quos aspicit, illuminat: et ideo E
oculi eius, dies iustorū sunt. Vnde & hęreditas eorū in
æternū erit: quia æterna bona, nō tēporalis hæreditatis
cōpendia quęsierūt: & nō habebunt de quo erubescāt in
tēpore malo, id est, iudicii cęlestis. Et in dieb⁹ famis sa=
turabūtur: quia nō in solo pane viuit homo, sed in omī Matth.4.
verbo dei. Sed quis homo? Scio hominem in Christo 2.Cor.12.
ante annos quatuordecim, siue in corpore, nescio, siue
extra corpus, nescio, deus scit, raptum eiusmodi vsq; ad
tertiū cælū. Ille ergo homo qui in Christo est, qui se in
carne esse nō nouit, qui nō in carne ambulat, sed in spiri
tu: ille qui rapitur nō solū ad cęlū, sed etiā ad tertiū cæ=
lum, rapitur ad paradisum, & audit verba quę non licet
homini loqui: qui nō in virtutibus suis, sed in infirmita
tibus gloriat̄: ipse nō in solo pane, sed in omī verbo dei
viuit. Verbū enī dei, vita est: quia verbū caro factū est. Ioan.1.
Vnde p̄clare dixit Euāgelista: Quod factū est in ipso,
vita est. Alexādrini quidē & Ęgyptii legūt: Oīa per
ipsum facta sunt: & sine ipso factū est nihil q̄d factū est.
& interposita distīctione subiiciūt, In ipso vita est. Sal= F
ua sit fidelibus illa distinctio: ego nō vereor legere: Qđ
factū est in ipso, vita est. & nihil habet q̄d teneat Arria
nus: quia nō illius venena cōsidero, sed lectionis sacrę cō
suetudinē recognosco. Nō enim dixit: Factū est verbū
ante omne principiū. Nō dixit, Factū est verbum. Sed
si q̄d dixerit audire desideras, Verbū, inquit, erat apud
deū. Erat apud deum; quod cū ipso operabatur, cū ipso
dñabatur. Non dixit, Factū est verbū: sed dixit, Deus
erat verbum. Deus aūt nō factura, sed factor est & crea
tor. Aperi aures, & audi: Omnia per ipsum facta sunt:
& sine ipso factum est nihil. Discis esse filium, in quo di
uinitatis est plenitudo. Aperi aures adhuc paululum,
& audi dicentē: Quod factū est in ipso, vita est. In ipso,
inquit, factum est: non dei verbum factū est. Aut si hoc
mouet te ad calumniam, quia dixit, In ipso factum est:
nunquid & deo patri calumniaris, quia dei filius dixit:
Qui autem facit veritatē, venit ad lucem, vt manife= Ioan.3.
stētur opera eius, quia in deo sunt facta? Aut quia Da=
uid dixit: Cōfitebor tibi domine, quoniā exaudisti me, Psal.117.
& factus es mihi in salutem. hoc est, conuersus es mihi
in salutem, operatus es ad salutem. Possem aliis vti,

G ſed nolo mihi credas,ne putes argumenta eſſe ingenii,
Mar.3. nõ teſtimonia veritatis. Ipſe tonitrui filius, ipſe qui in
Chriſti pectore recũbebat,ipſe cui ſecreta ſua dñs nõ ta=
Ioan.13. cebat,cui Petrus innuit vt dñm interrogaret,& ille in=
terrogauit, & dñs reuelauit: ipſe exponat quid ſenſerit
de eo q̃d ait:Quod factũ eſt in ipſo, vita eſt. Audi ergo
interpretãtem,quia tuas Arriane calũnias iã cauebat.
1.Ioan.1. Quod erat ab initio,& q̃d audiuimus,& vidimus ocu
lis noſtris,quod perſpexim⁹,& manus noſtrę ſcrutatæ
ſunt de verbo vitę,& vita apparuit. Caro ergo eſt quæ
in Chriſto apparuit,vel Chriſt⁹ in carne: ipſe noſtra in
oĩbus vita eſt.Ipſius diuinitas,vita eſt: ipſius ęternitas
vita eſt:ipſius caro,vita eſt:ipſius paſſio,vita eſt. Vnde
Threñ.4. & Hieremias ait:In vmbra eius viuem⁹. Vmbra ala=
rũ,vmbra crucis,vmbra eſt paſſionis. Ipſius mors, vita
eſt:ipſius vulnus,vita eſt:ipſius ſanguis,vita eſt:ipſius
ſepultura,vita eſt:ipſi⁹ reſurrectio,vita eſt vniuerſorũ.
Roma.6. Vis ſcire quoniã mors ipſius vita eſt? In morte ipſius
baptizati ſum⁹:vt cũ ipſo in nouitate vitæ ambulem⁹.
Ioan.12. Et ipſe ait:Amen amẽ dico vobis,Niſi granũ frumẽti
cadẽs in terrã moriatur,ipſum ſolũ manet. Si aũt mor
tuum fuerit, multũ fructũ affert. Ipſe granũ pro nobis
corpore ſolut⁹ & mortuus eſt, vt fructũ multũ afferret
H in nobis. Mors itaq; eius,fructus eſt vitæ. Quod factũ
eſt ergo in ipſo, vita eſt. Caro facta eſt in ipſo, vita eſt.
Infantia facta eſt in ipſo, vita eſt. Iudicium factũ eſt in
ipſo,vita eſt. Mors facta eſt in ipſo,vita eſt. Remiſſio
peccatorũ facta eſt in ipſo, vita eſt. Vulnus factũ eſt in
ipſo,vita eſt.Illuſio facta eſt in ipſo,vita eſt. Diuiſio fa=
cta eſt in ipſo, vita eſt. Sepultura facta eſt in ipſo, vita
eſt.Reſurrectio facta eſt in ipſo,vita eſt. Vide quãta in
ipſo facta ſunt,quibus vitæ noſtræ facta cõuerſio eſt:vt
quę perierat,redderetur. Ad poſtremũ vẽditio facta eſt
in ipſo,vita eſt.Redẽptio facta eſt in ipſo,vita eſt. Ad
mortẽ venditus eſt a Iuda, emptus a Iudęis ad mortẽ,
vt precioſo eius ſanguine nos redimeremur ad vitam.
Hæc eſt vita quæ facta eſt, hæc eſt vita quæ apparuit,
hæc eſt vita quã audiuim⁹, hęc eſt vita quæ erat apud
patrẽ: quia ipſe qui erat in principio,ipſe poſtea eſt na=
tus ex virgine, vt eſſet vita morituris. Ipſum hũc pro=
poſitũ nobis locũ interrogemus. Quid eſt, hominẽ in
Col.1. Chriſto?hoc eſt,factum in Chriſto, in quo facta ſunt o=
mnia,ſiue ſedes,ſiue dñationes,ſiue pricipatus,ſiue po
teſtates,omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe
eſt ante omnes,& omnia in ipſo cõſtant:hoc eſt,in vir=
I tute eius. Homo ergo in Chriſto,qui factus eſt ad ima=
ginẽ eius & ſimilitudinẽ. Homo in Chriſto, qui totus
in Chriſto ſit. Sicut enim per vnitatẽ & plenitudinẽ di=
uinitatis pater deus totus in filio eſt, & filius in patre:
ita per intentionẽ & pietatis affectũ(vt exẽpli vice,non
cõparationis vtamur)homo totus in Chriſto eſt.Qui
1.Cori.6. enĩ adheret dño,vnus ſpiritus eſt. Homo ergo in Chri
ſto,non ille terrenus,non ille peccati,ſed homo Chriſti.
Quid ergo mouet,Quod factũ eſt in ipſo,vita eſt:ſi &
homo,præcipue interior,in ipſo fact⁹ eſt,in ipſo crucifi=
xus,in ipſo renouatus,in ipſo ſepultus,& cũ ipſo conſe=
pultus,in ipſo reſuſcitatus?Quid mouet(vt dixi)quia
ſcriptũ eſt,Quod factũ eſt in ipſo,vita eſt: cũ homo di=
Pſal.107. xerit, In deo faciemus virtutẽ? Si quæris quæ vita ſit
quod factũ ſit in ipſo,accipe. Nempe vita,eccleſia eſt. In
ipſo facta eſt,in eius coſta,in ipſo reſuſcitata Eua. Eua
autem vita,hoc eſt quod factũ eſt:quia Eua quæ perie=
rat,ſalua facta eſt per eccleſiã: hoc eſt, per filiorũ ſuorũ
1.Tim.2. generationẽ,ſicut ſcriptũ eſt: quia delictũ ſuperioris ſo=
bria emẽdauit hæreditas. Vnde & ipſe Paulus raptus
eſt ad vitã,qui ante erat perſecutor ad mortem. Proli=
xius euagati ſumus,vt de eo homine qui nõ in ſolo pa=
ne,ſed in omni verbo dei viueret,diceremus. Reuerta=
» mur ad pſalmũ. Et ideo immaculati nõ cõfundẽtur in
» die iudicii,& in dieb⁹ famis ſaturabũtur. Deficiẽtes ſi=
» cut fumus deficiẽt. Gręcus ἐξέλιπον habet,hoc eſt,de=
fecerũt. Vides ſubito aliquẽ ad poteſtatẽ veniſſe,& ho K
noris inſignia:ſublimẽ iudicas. Vides illi eſſe ſucceſſũ:
nõne dicis de eo: Vbi honoratus & exaltatus eſt iſte?
defecit? Ideo plus dixit Græcus: quia vbi honorari &
exaltari quis creditur,ibi defectu proprio pręuenitur,vt
meatus fluminũ pręteriſſe citius q̃ veniſſe cõprehẽdas:
& dũ ventura operiris fluẽta,te adhuc expectãte fluxe=
runt.Cõtrà humiles atq; manſueti dũ ſubiiciuntur a di
uitibus & opprimũtur, exaltati ſunt a ſua humilitate,
& ſubito refulſerũt.Ideo Paulus in infirmitatibus ſibi
placuit, non in virtutib⁹. Sed cõſideremus ne quis pu=
tet eũ in reuelationibus gloriatũ,& repetamus ea,vt ſe
ipſe defendat humilitatis magiſtrũ. Scio,inquit,homi 2.Cor.12.
nem in Chriſto ante annos quatuordecim, ſiue in cor=
pore,ſiue extra corpus,neſcio,deus ſcit,raptũ eiuſmodi
vſq; ad tertium cælum. Ante annos quatuordecim re=
uelatum ſibi dicit, & tamẽ reuelationẽ tandiu tenuit &
repreſſit: nec dixiſſet, niſi vtile nobis iudicaſſet vt dice=
ret:ne nos reuelationibus extolleremur. Si enim in tã=
ta gratia nõ eſt gloriatus Paul⁹,nec nos gloriari opor=
tet. Iuuenis ipſe nõ gloriat⁹ eſt:ſenex gloriaret? Dein=
de raptũ ſe vſq; ad tertiũ cælum negare nõ potuit: & ta
men vtrum in corpore,an extra corpus raptus eſſet, ſe
ignorare teſtatus eſt. Nõ ergo de ſciẽtia,ſed de ignoran
tia gloriatur,& dei circa ſe gratiã pręddicat. Quod ſcien
tiæ eſt,negat: quod charitatis eſt,cõfitetur. Sciẽtia enĩ 1.Cor.8.
inflat,charitas vero ædificat. Et iterũ,raptum eiuſmo=
di hominẽ dixit: quẽadmodũ raptus eſſet, vtrũ in cor= L
pore,an extra corpus,incertũ ſibi eſſe memorauit. Vi=
de ſtaterã ſapientię. Cõſtituit vnũ in Chriſto,& ſe alte=
rum,qui ait: Neſcio. Quod alienũ eſt,attollit:q̃d ſuum,
humiliat. Et audiuit,inquit,verba ineffabilia. Non di=
xit, Audiui:ſed q alter audierit,nõ negauit. Verecũde
itaq; teſtẽ ſe maluit ſignificare q̃ vatem, & refugit vi=
deri cæleſtium arbiter ſecretorũ. Teſtimoniũ enim di=
cere,veritatis eſt:meritũ elationis non refugere,gloriã=
tis. Ideoq; ait: Pro huiuſmodi gloriabor, p me autem
non gloriabor. Quid eſt autem quod ait,audiſſe homi
nem illũ in Chriſto,quæ non licet homini loqui? Quo=
modo hoc cõuenit,vt non licuerit homini loqui, quę li=
cuerit homini audire? Si ipſi homini qui audiuit, nõ li
cet loqui:quomodo ei creditũ eſt audire q̃d non permiſ
ſum eſt loqui? Quæ iſta diſtantia eſt? Si alteri homini
qui eſſet exterior: q̃modo potuit homo cognoſcere q̃d
homini nõ licebat audire? Vnde videtur non gratia lo
quẽdi illi homini defuiſſe qui eſſet in Chriſto,cui nõ de= M
fuit:ſed eis qui audirẽt,locũ,tẽpus,meritũ defuiſſe. Ille
enim in cælo audiuit: & ideo non cõpetere iudicatũ eſt,
vt id loqueretur in terris quod audiſſet in cælo, cum in
ipſa terra ſit iſta diſcretio, vt quod in altera regione ca=
nitur,in altera nõ canatur,ſecundũ q̃d ſcriptũ eſt:Quo= Pſal.136.
modo cãtabimus canticum dñi in terra aliena? Deniq;
Hebręi nõ canebãt in terra captiuitatis,quod in ſua pa
tria canere conſueuerãt. Hæc terra,captiuitatis eſt:alia
terra libertat(eſt. Iſta peccati,illa quietis æternę. Val=
leſtris iſta,illa cæleſtis. Ergo in cælo illa nunc prædicat
Paulus,quæ in terris ante pręddicare non poterat. Inter
pfectos enĩ ſecreta ſapiẽtię ſunt loquẽda. Attamẽ quid
cõmemoratio iſtius reuelationis operat,niſi vt doceat
q in reuelationibus minime gloriandũ ſit, ſed in infir=
mitatibus?quia infirmitas,& remediũ reuelationis,&
virtutis exercitiũ eſt. Cõtrà autẽ reuelatio, elationis lu
bricũ eſt. Nãq; ne reuelationis ſublimitate extolleret
ipſe Paulus q raptus in tertiũ cælũ eſt, ſtimulũ carnis
accepit. Subuenit ergo infirmitas,ne gratia in periculũ
verteretur. Vtilior ergo infirmitas q̃ gratia. Eadem
quoq; infirmitas, officina virtutis eſt: ſicut teſtificatus
eſt dominus,quia virtus in infirmitatib⁹ conſummat. 1.Cor.12.
Deniq; iſte ipſe poſt reuelationẽ rogauit remediũ ſani=
tatis,& nõ impetrauit. In infirmitate autẽ remedium
nõ quęſiuit,ſed curſum cõſummauit,et coronã inuenit.

A » Mutuatur,inquit,peccator,& nõ ſoluit: Iuſtus autem
» miſeretur,& tribuit. Hoc q̃q; pſonę cõuenit Pauli: quia
iuſtus miſeretur et tribuit. Vide illum domini eloquia
diuidentem, vide argentũ domini fœnerantẽ. Vnam
minam accepit, duas reddidit. Duas accepit, quatuor
reddidit. Quinq; accepit,decem reddidit. Non ligauit
in ſudario quod acceperat, ſed nummulariis erogauit:
& quid erogauerat,cum vſuris recepit. Ita & accipien=
tẽ a peccato maximo liberauit, ne apud eũ pecunia dñi
deperiret:& ipſe vt decẽ ciuitatib⁹ præficeret emeruit.
Quæ ſunt decẽ ciuitates, in epiſtolis recognoſce quas
ſcripſit,etſi Apli pręſcripto numero nõ teneãtur, quib⁹
Mat.16. dictũ eſt,Ite per orbẽ vniuerſum, predicate euãgelium
vniuerſæ creaturæ. Hic ergo ab Hieruſalẽ per Orientẽ
& Illyricũ & Italiã dñi pecuniã diſpẽſauit. Et ne qs pu=
taret q ſuã fœneraret,dñi eſſe pecuniã teſtabat dicens:
1.Cor.7. His autẽ qui matrimonio iuncti ſunt, denũcio nõ ego,
2.Cor.13. ſed dñs, vxorẽ a viro nõ diſcedere. Et alibi: Quid expe=
rimentũ quęritis eius qui in me loqtur Chriſt⁹? Deniq;
Mat.25. ipſe rex ita dixit, in quo figura eſt dñi:Oportuit te pecu
niam meã cõmittere nũmulariis. Meã inquit, nõ tuã.
Iuſtus ergo miſeretur,& tribuit. Quo tribuat,audi di=
1.Cor.14. centẽ: Per omnes eccleſias doceo. Peccator autem mu
tuatur,& nõ ſoluit. Vide diuitẽ mutuantẽ,& non red=
dentẽ:pauperẽ accipientẽ,& continuo remunerantẽ,ne
diutius in ære alieno ſit. Hæc moralia. Vide nũc pau=
B perem myſticũ,id eſt ſimplicẽ, & timentẽ dei nomẽ,au
dientẽ verbũ de caſtitate,& ſoluentẽ: audientẽ de miſe
ricordia,& ſoluentẽ:audiẽtẽ de placiditate,& nõ iraſcen
tem. Diuitẽ vero illũ arrogantẽ & ſuperbũ,audientem
quidẽ,ſed poſt ſe reiicientẽ ſermones dei:audientem de
condẽnatione luxuriæ,& magis luxuriantẽ. Deniq; ec=
cleſia ſoluit q̃d accepit,ſynagoga nõ ſoluit. Cognoſce ec
Ioan.17. cleſiam ſoluere. Tui,inquit,erãt,& mihi eos dediſti,&
Ibidẽ.16. verbũ tuũ ſeruauerunt. Et alibi: Ipſe enim pater diligit
vos:quia vos me diligitis. Reddidit ergo eccleſia quã
accepit a dño pecuniã charitatis:ſed ſynagoga non red=
Ioan.15. didit. Ideoq; de Iudęis dicit: Si nõ veniſſem,& locutus
fuiſſem his, peccatũ nõ haberẽt. Nũc autẽ excuſationẽ
non habẽt de peccato ſuo:quia audierũt vtiq;,& nõ cre=
diderunt. Probatũ eſt ergo quia mutuati ſunt peccato=
res,& nõ ſoluerũt. Peccator igit eget ſemp:iuſtus autẽ
abũdat & tribuit,cuius diues eſt cõſciẽtia. Ideoq; Iudęi
in ſuis diuitiis eguerũt. Diuites eguerũt,& eſurierunt.
Chriſtiani autẽ in diuitiis ſimplicitatis ſuæ nõ defece=
runt. Bonus ergo iuſt⁹. Et ideo addidit ſcriptura: Qm̃
benedicẽtes eũ poſſidebũt terrã: maledicẽtes autem eũ
diſperibũt. Quo iuſtus poſſidet terrã, aut quã terrã,cũ
Eſa.5. ſcriptura dicat: Nũquid ſoli habitabitis ſuper terrã? Et
Apoca.8. alibi: Væ habitãtibus ſuper terrã. quod increpationis
eſt atq; maledicti. Cuius ergo terræ benedicta poſſeſſio
C eſt? Nõ iſtius,quę tenebris abſcõdit,& amaritudinib⁹
impletur,ſed illius quę fluit mel & lac, id eſt habẽs gra
tiam ſuauitatis,& fulgorẽ lucis æternę. Accipe mellis
Apoc.21. boni ſuauitatem,immo ſupra mel: Fugiet dolor,& ge
mitus,& triſtitia.quia ſuauitas gratię amaritudinẽ hu
Apoca.2. manę fragilitatis excludit. Et alibi: Et delebit omnẽ la
chrymã de oculis eorũ: & mors nõ erit amplius,neq; lu
Ibidẽ.22. ctus. Accipe etiã lactis nitorẽ. Et nõ indigebũt lucerna,
& lumine ſolis. Ipſe enĩ dñs illuminabit ſup illos, & re=
gnabũt in ſecula ſeculorũ,amẽ. Eſt etiã myſticus iuſt⁹,
qui miſeret & tribuit,q oĩa verba q̃ accepit a patre, de=
dit nobis,& pctõrũ noſtrorum nobis æra dimiſit,& ſan
guinẽ ſuũ pro noſtris debitis ſoluit: vt nõ in fœnore eſ=
ſemus alieno,ſed i ſuo ære bonus creditor nos haberet.
Eſt & peccator ille q cõgregauit q̃ nõ pepit,et mutuat⁹
eſt q̃d non tenebat,nec vult reſtituere q̃d accepit. Audi
Mat.4. quia mutuatus eſt diabol⁹: Tibi,inqt, dabo poteſtatẽ
hãc vniuerſã, & gloriã illorũ,quia mihi tradita ſunt,&
cui volo do illa,ſi pcidẽs adoraueris me. Nequiſſime,
accepiſti ad tẽtationẽ,nõ ad mortẽ. Hoc eſt,accepiſti vt
pbarẽtur dei ſeruuli,nõ vt extinguerẽtur. Accepiſti vt D
deus adoraret,non vt negaret. Accepiſti ſecularia:cur
eripis quæ æterna ſunt? Accepiſti q̃ mũdi ſunt, cur vis
auferre quę Chriſti ſunt? Da illa cui vis:nõ inuidemus.
Cur nobis a te quę nos volum⁹ inuidẽtur? Tu adorari
vis,q oĩb⁹ negor,ipſa q̃q; indignus es ſeruitute? A dño, «
inqt,greſſus viri corrigentur. Grçcus Διαβήματα dixit, «
hoc eſt trãſitus. Et ideo dicit tibi: Si tranſeas per aquã, Eſa.43.
flumina te nõ cõcludẽt. Trãſi ergo,noli ceſſare: ſicut bo
nus viator cũ venerit ad aliq̃d vię ſignũ,nõ ſtat,ſed per=
tranſit. & tu in via es quãdiu in hoc curſu es cõſtitutus.
Paul⁹ ſi ſtetiſſet,curſum ſuũ nõ cõſummaſſet. Vide ne
ideo dicat, Et tu q ſtas, vide ne cadas. Nõ enĩ qui tranſ= 1.Cor.10.
iuit,poteſt timere ne cadat. Vidi,inqt, impiũ ſupexal=
tatũ & eleuatũ ſup cedros Libani:et trãſiui,et ecce non
erat. Vidẽs ergo impiũ ſupexaltatũ,qui nõ ſtetit:nõ of
fendit. Si ſtetiſſet, & miratus illũ fuiſſet, & ſecutus eſ=
ſet:offenderat, & ceciderat ſicut impius. Ideo Moyſes
vidẽs rubũ relucere & nõ ardere,ait: Tranſiens videbo Exo.3.
hoc viſum magnũ. Qui trãſit de hoc ſeculo,magnũ vi=
ſum videt. Qui ſoluit vincula iſtius nexus, q̃ ligamur
huic corpori,viſum magnũ videt. Moyſes i Exodo le=
gitur:multa videt miracula in Exodo. Non tãta alius
videt q nõ eſt in Exodo. Idẽ Moyſes trãſiuit:trãſiuit &
populus patrũ: quia de terra captiuitatis exibat. Diri=
gebãtur itaq; a dño greſſus eorũ, quib⁹ p nocte ignis cõ Exo.13.
lũna lucebat,p diẽ nubis: vt nec diei ardor afficeret com
meãtes,nec impedimentũ viãtib⁹ tenebrę noctis affer= E
rẽt. Et tu merere factis, votiſq; depoſce vt greſſus tui a
dño dirigãtur,ne moueãtur pedes tui: quia ſcriptũ eſt:
Mei aũt pene moti ſunt pedes: paulo min⁹ effuſi ſunt Pſal.72.
greſſus mei. Cauendũ eſt quoq; ne rectã ſemitã derelin
quas,& diuerticula te viarũ tortuoſarũ decipiant. Ideo
dicit: Parate viã dño: rectas facite ſemitas eius. Pare= Eſa.40.
mus ergo viã dño deo noſtro i mẽtib⁹ noſtris. Rectas
faciam⁹ animorũ ſemitas,ne labamur. Nõ effundãtur
greſſus noſtri ſicut vxoris Lot, quæ poſt ſe reſpexit, & Geñ.19.
greſſus tenere non potuit,ſed effuſi ſunt, cũ in ſalẽ eſſet
repẽte cõuerſa. Nõ effundãtur ſicut Ęgyptiorũ, quorũ
greſſum maris fluct⁹ effudit. Ipſis Hebreis q cũ Moyſe
erãt,quia peccauerũt i deſerto, ceciderũt veſtigia pedũ,
ne in terrã reſurrectiõis* intrarẽt. Nõne etiã de his pul= *repromiſſionis.
chre dicit quia effuſi ſũt pceſſus eorũ,quorũ ſpes lapſe,
in vanũ effuſus labor,vota ſunt deſtituta? Cõſidera enĩ
aliquẽ per aliq̃t annos habuiſſe ſtudiũ pbitatis, caſtita=
tis cuſtodiã,vitæ attẽtioris affectũ,pię ppoſitũ ſeruitu= F
tis,ſedulę obſeruatiõis officiũ:ſubitoq; eũ eſſe mutatũ,
diſceſſiſſe de monaſterio,valedixiſſe ieiuniis,cõtinẽtiæ
renũciaſſe,indulgere deliciis,ſtudere luxurię. Dudũ de
monaſteriis exierũt,& nũc luxurię ſunt magiſtri,diſſe=
minatores icõtinẽtię,incẽtores petulãtię,obtrectatores
pudoris. Nõne de his pulchre dixeris, Effuſi ſunt greſ=
ſus eorũ? q̃s bene vixiſſe pœnituit. Egerunt itaq; noui
gñis pñiam p virtutib⁹,et nõ agũt p delictis. Sed hi ex
nobis exierũt,dicit Ioãnes: ſed nõ erãt ex nobis. Si enĩ 1.Ioan.2.
ex nobis fuiſſent,nobiſcũ pſeueraſſent. Hi ergo viã ſuã
condẽnauerũt,qb⁹ cõuenit dici: O q dereliq̃ſtis ſemitas
rectas,abeũdo i vias tenebrarũ, & q lętamini in malis,
& gaudetis in euerſione mala,quorũ ſemitæ prauæ, &
flexuoſi curſus eorũ, ſicut lubricus & flexuoſus auctor
ipſorũ:cur odiſſe cœpiſtis viã rectã, & iuſtũ conſiliũ de=
ſeruiſtis? Nõ vos direxit dñs. Quẽ autem dirigit dñs, «
viam eius cupiet,ſicut ſcriptũ eſt: & ipſius ſemitis dele= «
ctabitur. Vtrũq; tamẽ intelligi poteſt. Ita eſt mediũ,q̃d
& ipſe qui a dño dirigit, viã dñi cupiet: quia duce ipſo
omnis leuat labor,omnia impedimẽta remouẽtur, in=
centiua ſubminiſtrãtur,& ipſe dñs nõ aſpernatur,ſed li
benter accipit viã viri quẽ ad virtutẽ ipſe direxerit. Pul
chre aũt viri greſſus dirigi dicitur a dño,quia nõ volen Rom.9.
tis neq; currẽtis,ſed miſerẽtis eſt dei, ſine offenſione ſer
uare veſtigium. Qui enim plantat & rigat, nihil ſunt:

G sed qui dat incremētū deus. Ipsi soli gloria virtutū iure
deferť. Deniq; etiā iustus cadit interdū: sed si iust⁹ est,
» cū ceciderit, nō cōturbabiť. Q đ cōditionis est, cadit: q̄d
iustitię, resurgit: qm̄ iustū deus nō derelinquit, sed cōfir
» mat manū ei⁹. Q ua rōne nō pedē, s3 manū dixit? Nisi
forte ea, qm̄ qui cadit, nō magis pede labiť, sed infirm⁹
lubrico sępe decipiť, vel offendit in petra. Hic autē iusti
casum intellige, id est fortioris. Deniq; de pplo q luctať
si genu fixerit, vel pede lapsus fuerit, pro victo habeť.
Athleta qui luctādi peritiā habet, & ad coronā luctať:
etiā volēs genu figit, vt vincat. Et si lapsus fuerit, non
excludiť: et si ab eo q superior sit premať, manib⁹ tamē
se sustinēs iure decertat: nec auferť brauiū, nisi fuerit su
sus in ventrē, aut distētus vinculo lacertorū. Inde oriū=
tur crebra certamina, quia multa & incognita plerisque
sunt genera ruinarū. Nā casus eos pprie appellant lati=
ruinam. ni. Gręce enī πτώματα nūcupanť. Ergo cū stringiť &
vrgeť, sæpe se voluit, & fit supra qui inferior habebať,
superioreq; dū surgit elidit: q̄d videtur scriptura signifi=
Psal.40. care cū dicit: Vniuersū stratū versasti in īfirmitate ei⁹.
Itaq; de eo diciť: Cū ceciderit bon⁹ athleta, nō turbabiť.
Pleriq; enī volūt teneri, quo maturius vincāt, q de arte
p̄sumūt. Sed etiā si assignatus, vt ipso verbo vtar, & pri
mo & secūdo fuerit, nō excludiť: licet ei interdū repara=
re luctamē: & vīcere sępe cōtingit, & cedere eū q secūda
contētione superauerit. Ita ergo etiā iust⁹ etsi offendi=
culū incurrerit & ceciderit, non relinquat tamen studiū
deuotionis & fidei, sobrietatē teneat, pœnitētiā gerat,
Matt.18. sæpe se reparet. Ideo interrogat Petrus: Si peccauerit
H in me frater meus, q̄tiēs remittā ei? vsq; septies? Et re=
spōdit dn̄s: Nō solū septies, sed etiā septuagiessepties.
Vt scias autē quia athletę sum⁹, & impellimur, & alii
ruunt, et pleriq; elidūtur, audi dicentē: Suffulcit dn̄s oēs
q ruūt: & corrigit oēs elisos. Vnde & ipse de se dicit Da
uid, vel ille qui locutus est in ppheta: Impulsus subuer
sus sum vt caderē, et dn̄s suscepit me. IESVS enī non
Psal.117. cecidit, sed impulsus est. Etenī cū ipse conuertat elisos,
quō ipē potuit elidi? Iustū autē, cū ceciderit, posse resur
Psal.40. gere testať scriptura, quę dicit: Nūquid q cadit, nō adii=
ciet vt resurgat? aut q auersus fuerit, nō reuertetur? Ve
iis qui auertūtur auersione impudēti, dicit dn̄s. Vtinā
quidē ineluctabilis & insuperabilis sit Christi athleta,
et in om̄i ætate, in omni virtutū genere gloriosus, sicut
Roma.8. ille ait: Sed in oīb⁹ superamus ppter eū qui nos dilexit.
Q uid est in oībus? Sunt athletę q vocētur pueri, ephe
bi, viri. Hoc est παῖδες, ἔφηβοι, πύκται. Et scriptura has
Psal.68. in luctatoribus nouit ætates, dicente Dauid: Ne auer=
tas faciē tuā a puero tuo. &, Iuuenis fui, & senui. Vnde
1.Ioan.2. & Ioānes ait: Scribo vobis pueri, quia cognouistis pa=
I trē. Scribo vobis iuuenes, quia vicistis malū. Scribo vo
bis patres, quia cognouistis eū qui est ab initio. Matu=
rior itaq; ad patres scribēs, maturos designat fidei deuo
tionisq; pcessu. Virtutū ergo istæ, nō infirmitatis æta=
tes sunt. Neq; enī sine virtute puer est, q cognouit patrē
deū virtutū. Ex illo puero isti sunt pueri, qui prius q̄ sci=
Esa.8. ret vocare patrē aut matrē, accepit virtutē Damasci, &
Ibidem.9. spolia Samarię. Ipse est puer qui natus est nobis, filius
datus est nobis: cuius pricipat⁹ sup humeros eius. Ipse
Luc.18. nos docuit pueritiā esse virtutē, dicēs: Sinite eos, & no=
lite phibere pueros ad me venire. Et alibi: Amē amen
Matt.18 dico vobis: nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut puer
iste: nō intrabitis in regnū cælorū. Ipsa q̄q; corporis for=
titudine pueri pleruq; viros vincūt. Et vtiq; si ętatē pue
ritię cōsideremus, nō potest puer aut vsum omnē scire,
aut vim subire luctādi. Nouimus tn̄ q frequēter pueri
q̄s nō poterāt portare vicerūt. Adeo vigor animi infir=
mitatē excludit ętatis. Q uales aūt pueri, tales & ephe=
Actu.7. bi, hoc est spiritales. Nouit scriptura adolescētē Paulū,
iam proximū cōuersioni. Nouit & Eutychū adolescen
Actu.20. tem, qui cū sermonib⁹ Pauli intētus hęreret, somno vi=
ctus de tristecto cecidit, & resurrexit. Nouit & Ioannem
adolescentē in Christi pectore recūbentē, qui tam fortis K
fuit, vt persecutionē nō timeret, malū vinceret. Hic est
puer qui patrē genitalē reliq̄t, sequutus eū patrē quē co=
gnouit æternū. Adolescēs amictus sindone dn̄m seque Mar.14.
batur tēpore passionis, qui sua om̄ia dereliquerat. Ma=
turior deū verbū in principio ipso semper fuisse atq; esse
cognouit, & manere in se probauit. Viros q̄q; scriptura
nos docuit spiritales, Agabo ppheta dicēte: Virū hūc Actu.21.
cuius est zona hęc, sic alligabūt Iudæi in Hierusalē. Et
Festus ait: Vir quidā est relictus a Felice in custodia.
Ante passionē suā Paulus adolescens diciť: in passione
vir significať, qui cursu cōsummato esset iā proximus
ad coronā. Cognouim⁹ ætates p fide & deuotione cer
tantiū: cognoscam⁹ etiā certamina singulorū. Hæc q̄q;
scripturæ nos doceat tenor. In hoc itaq; seculari agone
alii sunt q simplici quodā et legitimo genere luctantur,
et ligaturis tātū corporis certāt, verberare nō norunt: q
Palestæ vocātur. Alii qui cædē, & pulueris iactū men
brorū nexibus miscēt, oī sibi verberādi iure permisso: q̄s
παμμάχες vocāt: eo q omīs litis & pugnæ aduersum
se habeāt potestatē. Alii qui cestib⁹ aduersum se decer
nunt, et dilaceratis capitib⁹ cruentātur. Hi πύκται feru=
tur. Hæc om̄ia certamina subiit Paulus apl's: sicut ipse
demōstrat. Itaq; alibi dicit: Q uoniā non est nobis pale Ephe.6.
aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus pricipes & po
testates, & (vt cōpēdio vtar) aduersus nequitias spirita=
les. In latinis plerisq; colluctatio reperiť, in grecis oībus
πάλη scribitur. πάλη enī græcorū, lucta est latinorū. Et
vere pale, quia caro et sanguis, & nequitię spiritales pa
tientia, & cōtinētia corporis, & animi moderatione su= L
perantur. Ira, furor, cędes, arma sunt diaboli. Alibi q̄q;
plagis supra modū cęsum se esse significat, dicēs: In pla 2.Cor.11
gis supra modū, in mortib⁹ frequenter. Hierosolymis
autē pugnis se esse percussum: vbi cū interuenientibus
militibus aliquādo cessassent Iudæi percutere Paulū,
ipse pōtifex Ananias circumstātibus iussit percutere os
eius. cui respōdit apl's: Percutere te incipiet deus, pa= Actu.23.
ries dealbate. Et tu sedēs iudicas me secundū legem, &
extra legē iubes me percuti? Sciuit pfecto referire, qui
grauiore pugno pontificē repercussit. Ipse enim corpo=
raliter cęsus est: illi retulitq; in animā percuteret a Chri
sto. In prima q̄q; ep'la ad Corinthios scribens, ait: Ego 1.Cori.9.
igitur sic curro, nō vt in incertū: sic enitor, nō vt aera cę=
dens. Q đ latine dixit, enitor: grece ait, πυκτεύω. Et ve=
re quasi bonus pycta, non aerē, sed aerias potestates &
Iudæorū capita verberabat: quia caput omnium IE=
SVM dn̄m nō habebāt. In om̄i itaq; certamine apl's
est probatus, qui etiā coronā cursu cōsummato accepit.
Vnde & ipse ait: Omnia possum in eo qui me cōfortat. Philip.4
Habet et Christus qui in pueritia sua æui maturos vi=
cerint: vt Daniel puer spiritu valido seniores illos red= Dani.13.
arguit Iudęorū, & de victorię iure deiecit in mortē. Ha M
bet & alios qui priusq̄ nascerentur, in matris ventre lu=
ctati sunt. Deniq; Iacob fratrē supplātauit Esau, & ma= Gen̄.25.
lum vicit, atq; ita de vtero matris exiuit, vt victorię in=
signe mōstraret, & pedē senioris degeneris victor inuer
teret. Hieremias in vulua matris sanctificatus est & p= Hiere.1.
batus. Ioannes Baptista principē agonis humani, pre= Luc.1.
miatoremq; luctantiū necdum natus venisse cognouit,
atq; in vtero matris exiliēs piæ brauiū cōfessionis eme=
ruit. Recte iā tūc designatus est ad coronā, qui ante oēs
ad Christi agonē fidei testis et preco virtutis suū nomē
obtulerat. Bon⁹ preco, q ad certamē alios excitabat. Et
vere bonus preco, q tā magna voce clamauit, vt ad ei⁹
sonū secreta cęlestia resultarēt. Q uid multa? Terrā mo
uit, cælū impleuit. Ideoq; vocis nomē accepit, quia ver=
bū dei vox sacrata p̄cessit: queadmodū ipse nos docuit
dicēs: Ego vox clamāt(ī deserto. Dixit hoc Esaias pro= Esa.40.
pheta: de se dictū iste firmauit. Audiuim⁹ q̄d dixit p̄co:
Parate viā dn̄i: rectas facite semitas eius. Hæc est vox Ibidem.
singularis, & sola, tā sonora, vt ab oīb⁹ audireť. Tā dul

A cis, vt vniuersorū corda mulceret. Istos ergo athletas
suos dn̄s cōfirmauit, vt vincerēt. Nunq̄ enī suos deserit
» & relinq̄t. Et ideo addidit propheta: Iuuenis fui, & se=
» nui. sic latini. Aliqui autē iuxta Grecos habēt: Iuuenis
» fui: etenī senui: & nō vidi iustū derelictū, nec semē eius
» quærēs panē. Simpliciter qui vult intelligere, patet sen
sus, q vitæ suę tēpore Dauid nō viderit iustū derelictū.
Sed hoc & breuis tēporis est, & incredibile. Siquidem
multos videm⁹ in seculo iustos ab hoīb⁹ derelinq quā=
do eos aliqui potētiū psequūtur, & nullus ad eos audet
accedere, cū in timore aut in iniuria viderit cōstitutos.
Vnde Iob dicit: Fratres mei discesserūt, agnouerūt ex=
traneos magis q̄ me. Amici mei immisericordes facti
sunt: & q me nouerāt, obliti sunt nomē meū. Dauid q̄q;
nō solum destitutū, sed etiā impugnatū se ab amicis &
Psal.34. pximis clamat. Amici, inq̄t, mei & pximi mei aduer=
sum me appropinquauerūt. Ergo si in hoc seculo repe=
riūtur iusti derelicti, quō sibi cōtraria dixit Dauid? nisi
intelligas q iust⁹ etsi in seculo derelinquiť, a dn̄o tamē
nō derelinquiť. Neq; enī Iob cū esset ī stercore, a dn̄o de=
relict⁹ est: quē in angelorū cōcilio dn̄s ipse sua voce lau=
dabat: quē tētari passus est, vt coronaret. Tētationē aūt
in corpus dedit, in animā denegauit. Nec derelict⁹ Da=
B uid, cui regnū dedit, vt pplo imperaret electo, quē parri
cidalib⁹ p̄liis appetitū, regni sui depulsū finib⁹, victorię
iure restituit. Ipsi q̄q; Iacob, Helias, & Heliseus, et Ioā=
nes, Baptista, & cæteri q in caprinis pellib⁹ circūeuntes
errabāt in solitudinibus & mōtib⁹ & speluncis & foueis
terræ, licet ludibria multa & acerba supplicia tolerasse
videanť, tamē nō derelicti sunt. siquidē cū fratrē fugeret
Iacob, & p deserta incōmitatus erraret, obdormiuit, &
Gen̄.32. surgēs vidit ibi multitudinē cęlestis militię, & ait: Hic
locus vocať castra angelorū. Nō satis fuit castrū voca=
re, sed castra, quę tātæ multitudini cōuenirēt. Vides er
go quia solū se putabat, & castra eum cęlestis exercitus
sequebantur? Sicut & patres nostros Moysi tēpore, ne
in deserto sitirent, petra (vt scriptū est) sequebať. Nā cū
Exo.17. in Exodo legerimus q sitiente populo pcussit Moyses
de virga petrā, & aqua fluxit, & bibit populus dei: iterū
in Leuitico legerim⁹ vel in Numeris q rursus Moy=
ses tetigerit petrā virga, & scaturiuerit aqua patrib⁹ ad
1.Cor.10. bibendū: p̄clare apl's hoc interpretat⁹ est dicēs: Bibe=
bant autē de cōsequenti eos petra: petra autē erat Chri
C stus. Illos igiť querulos, illos murmurātes, illos p̄uari=
cātes, tamē nō deserebat dn̄s, sed sequebatur. Q uid de
4.Reg.2. Helia & Helisęo dicā, quibus p deserta gradiētib⁹ equi
de cęlo, & igneus curr⁹ occurrit? Q uō derelict⁹ Helias
qui est inuitatus a Christo? quō derelict⁹ in terris, q ra=
ptus ad cęlū? quō egens & nudus & inanis, q geminati
spūs hęreditatē discipulo dereliq̄t, vt vna melotide hæ=
res donat⁹ fluuios sisteret, Iordanē reuocaret in fontē,
regū exercitus pasceret in deserto, & potū sitiētibus mi
nistraret? Ad eius arbitriū de cælo pfluebāt pocula, in
4.Reg.6 terris mortui resurgebāt. Q uō derelict⁹ Helisæus, q cū
Syrorū vallatus esset exercitu, vt captiuus rapereť ad
regē: dicēte Giezi seruo, Dn̄e, quid faciem⁹? ait: Noli ti
mere: qm̄ plures nobiscū sunt q̄ cum illis. Et dixit: Dn̄e
aperi oculos eius, vt videat. Et apti sunt oculi illius, &
vidit montē & om̄ia in circuitu equis innumeris et cæ=
lestib⁹ repleta legionib⁹. Paulus q̄q; qui dixit periculis
in mari, periculis in deserto se esse iactatū, tamē ipse te=
Rom̄.8. stificatus est dicēs: Si deus p nobis: quis cōtra nos? Er
go sic ille derelictus & destitutus ab hoībus, apud deū
abūdat & pfluit. Nā & Helias destitut⁹ erat, ita vt di=
3.Reg.19 ceret: Dn̄e accipe animā meā. & tn̄ vigebat apud deū,
vt ipsis esset regib⁹ virtute terribilis. Q uō iuuenis hoc
Dauid potuit cōprehēdere? Iuuenis enī magis tēpora=
lia q̄ æterna cōsiderat: quia ętas ea ppēdet ad vitia. Sed
sunt quidā in iuuētute senes, & alii iuuenes in senectu=
te. Sūt inquā viri quorū animi senili grauitate censenť:
in quib⁹ ætas senectutis sit vita immaculata: in quibus
vigeat in cana prudentia: qualis erat Hieremias: qui cū D
se iuuenē cōtuitu memoraret ętatis, & p iuuētutē excu
saret q prędicādi impar officio videreť, ait illi dn̄s: No Hiere.1.
li dicere, quia iuuenis ego sum: quia ad oēs ad quoscūq;
misero te, abibis. Ita iuuenē nō putauit, quē aptū pphe
ticæ gratię iudicabat. Talis ergo iuuenis fuit Dauid, q
renouat⁹ esset, & refloruisset (vt ipse dixit) velut aquilę Psal.102.
iuuētus sua. Sic ergo intelligi oportet, Iuuenis fui, sed
sāctificatus, sed ppheta in gētib⁹ positus, qui iā possent
regni cęlestis sacra cognoscere, & vera p̄mia cōsiderare
iustitię: sed nō vidi iustū derelictū. Postea quoq; alibi &
vsu roborat⁹ & munere, Adquisiui incremēta sapiētię.
Eadē circa iustū visa est mihi grā pmanere. Explana=
uimus (vt potuim⁹) quō dixerit, Iuuenis fui. Sed quō
addiderit, Etenī senui, cōsideremus. Bona iuuētus, sed
melior senectus. Q ui enī vsq; in finē pseuerauerit, hic
saluus erit. Vnde nō p̄sumctorie de patriarcha Abrahā
dictū est q nutritus esset in senectute bona. Et Ioannes 1.Ioan.1.
senex cœpit scribere euāgeliū, vel ep'las: qui cū refugeret
apl'm se scribere, seniorē scripsit. Nec minor est æstima=
tus, cui cygnea quędā suppeteret gratia senectutis. Ipse
vas electionis dn̄icæ scribens ad Philemonē ait: Cū sis
talis, vt Paulus senex, nūc autē & vinctus Christi IE=
SV: obsecro te p meo filio quē genui ī vīculis, Onesi=
mo. Volens itaq; illi plurimū deferre, seniori Paulo eū
non iuueni cōparauit: & ibi se senē est gloriat⁹, vbi iā in
vinculis tenebať. Et videte distantiā. Adolescēs signi= E
ficatus est in alterius passione, senex in sua. Ibi vt ado= Actu.7.
lescens, quia Iudęorū vestimēta seruabat. hic senex, vbi
sui corporis exuuias exuebat. Deniq; et Petr⁹ ibi senex
diciť, vbi certamē est passionis. Cū iunior, inquit, esses, Ioan.21.
cingebas te, & ambulabas vbi volebas. Cū autē senue=
ris, extēdes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo
tu nō vis. Hoc autē dixit significās qua morte clarifica=
turus esset deū. Ante certamē iunior diciť, in certami=
ne senex, q om̄e certamē impleuerit. Hoc ergo dicit Da
uid ille in iuuētute bellator, in senectute pacificus: Iuue «
nis, inquit, fui: sed nolo me adhuc iuuenē putes. Etenī «
senui, & nō vidi iustum derelictū, nec semē eius quærēs «
panē. Q đ est semē iusti? Abrahę dictæ sunt promissio= Gal.3.
nes, & semini eius. nō dicit, & seminib⁹: tāq̄ in multis,
sed sicut in vno, Et semini tuo, q̄d est Christ⁹. Audiu=
sti semen: Filioli mei, quos ego parturio donec formeť Ibidem.4
Christus in vobis. Et nūc si qs ex gētib⁹ veniēs, sermo=
nem audiat nostrū, & dn̄s iuuare dignetur vt formetur
Christ⁹ in animo eius, q̄ partus fidei ferat: semē ei Chri F
stus erit. Illic in vtroq;. Abrahā itaq;, et generatiōis pa=
ter erit secundū carnē & is qui verbū dn̄i pectoribus iu=
storū prim⁹ infuderit. Et ideo hoc semē Abrahę panes
istos q̄bus prebeať corporalis alimonia, nō req̄rit: quia
habet panē iustitię, qui descēdit de cęlo. Sicut enī negā=
tur filii Abrahę qui opera Abrahę nō fecerint: ita semē Ioan.8.
Abrahę sunt, & inter filios recipiūtur, qui opus eius ef=
fecerint. Verū Abrahę semē Helias, cui angel⁹ alimē= 3.Reg.19
ta p̄bebat, & in virtute escę illius quadragita dierū cur=
riculis ābulabat. Nō req̄rebat istā corporis hui⁹ alimo=
niā verū semē Abrahæ cui panes deferebanť de cælo: 3.Reg.17
deniq; corui ei q̄tidianū cōuiuiū ministrabāt. Ita indig⁹
erat oīm, vt nihil haberet suū: et mittebať vt victū aliis
largireť. Verū semē Daniel, cui inť leones posito aeria Dani.14
fercula p Abacuc pphetā referta messorū epulis vehe=
bātur. Est ergo panis angelorū, quē mādūcauit hō. Sic
enī scriptū est: Panē angelorū manducauit homo. Hic Psal.77.
est panis de q̄ dixit Dauid: Dn̄s pascit me, et nihil mihi Psal.22.
deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Sup aquā refe=
ctionis educauit me. Bon⁹ Dauid docuit me panē āge
lorū, et ipē me docuit aquā refectiōis. Hęc refectio spūa=
lis est. hęc refectio req̄es est mētis ięterne. Bona aqua, q̄
pctm̄ lauat, mūdat interna. Q uę sit aqua hęc, audiam⁹.
Si quis, inq̄t, sitit, veniat ad me, & bibat. Q ui credit in Ioan.7.
me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent

G aquæ viuę. Hoc autē dicebat de ſpiritu quē incipiebant
accipere qui credituri erãt in eũ. Ergo nec hoc pane nec
aqua refectionis indiget iuſtus, cui ſpiritus ſanctus eſt
requies & refectio. Quõ autē poterit indigere qui tota
die miſeretur & fœnerat? Quid eſt q̃d fœnerat iuſtus?
Non æs, nõ ferrũ, nõ plumbũ, ſed argentũ igni exami-
natũ. Hoc defert ad mēſam dñi, et diuidit requirētibus:
cui vnã, cui duas, cui quĩq; minas q̃tidie diuidit, & nũq̃
deficit. Sed fœnerationem audiuimus in lege reprehē-
Deut. 23. ſam, dicēte Moyſe: Nõ fœnerabis. Duplex eſt fœnera-
tio: vna pecunię, altera gratię. Diuide vtrãq;: q̃a ſcriptũ
Geſue. 3. eſt: Si recte offeras, non recte diuidas: peccaſti: q̃eſce. Et
tu recte diuide, ne pecces. Ipſe Moyſes doceat te diui-
dere, q admonuit recte diuidendũ: vt ſequaris q̃d Abel
egit, qui recte diuiſit. fugias quod Cain parricida fecit,
qui recte diuidere neſciebat. Diuidit ergo ſpũs ſanctus
diuiſiões, qui operatur om̃ia diuidēs ſingulis ꝓut vult.
Ille prout vult, tu prout potes, prout ingenio vales, di-
uide quãdo lex de pecunia dicat, quãdo de gratia. Dixit
Deut. 15. enim tibi: Fœnerabis gētibus, cuius dñs vſuras exigit:
tu autē nõ mutuaberis. Eſt & pecũia fœnoris, eſt et gra
tia, cuius dñs vſuras exigit. Pecunia fœnoris, ęs habet:
gratia fidē cõfert. Fœnerato ergo fidē gentibus, vt tibi
abũdet gratia. Tu autē noli mutuari quaſi indigus: ſed
quaſi diues & locuples fœnerato. Fœnerauit Petrus,
fœnerauit Paulus, fœnerauit Ioãnes euangeliſta, vel
vterq;, & nõ indiguit. hoc eſt, fœnerarũt pecuniã Chri-
ſti, nõ fœnerarũt pecunias ad vſuram. Fœnera ergo, &
H noli deſiſtere fœnerare. Audis q̃d dicat ſcriptura: Tota
die miſeretur, & fœnerat. Iuſt⁹ per diē fœnerat, auarus
in nocte. Gratia enim lucis eſt: auaritia autē vſura tene
brarum eſt. Et ideo ſemē fœnerãtis fidē, in benedictio-
» ne erit, habēs vtiq; pręmiũ benedictionis. Declina a ma
» lo, & fac bonũ: & inhabita in ſecula ſeculorũ: Quoniã
» dñs amat iudiciũ, & nõ dereliquet ſanctos ſuos: in æter
» num cõſeruabũtur. Iniuſti autē punientur, & ſemē im-
» piorũ peribit. Iuſti hereditate poſſidebũt terrã, & inha-
» bitabũt in ſeculũ ſeculi ſuper eã. His verſiculis demon-
ſtrat propheta ꝙ ptineamus ad dñm, & ipſe arbiter co-
gitationũ operationũq; noſtrarũ ſit, ſpectãs merita ſin-
gulorũ, qui nihil ſine iudicio agit, ſed malos & bonos
actus iudicio diſcernit. Declinãdum ergo eſt a malo, &
faciendũ bonũ. Ne bona malaq; cõfundas, prius eſt vt
crimine careas: poſtea vt innocētiæ fructũ deferas, quo
I poſſis eſſe ꝑpetuus. Noli putare ꝙ deũ tua peccata prę-
tereãt. Sic enĩ pleriq; labũtur. Ipſe vniuerſa cernit & dã-
nat, & impiorũ ſemē exterminat. Semē vtiq; nõ corpo-
ralis generationis, ſed mētis internę & impietatis ſuc-
ceſſionē. Nã vtiq; Iob de ſemine Eſau genitus ſcriptu-
ræ teſtificatione ſignat̃. Quõ ergo ſemē Eſau periit in
Iob, cũ tantus iſte vir fuerit, vt venturum in terras dñm
ꝓuideret, qui cetũ iſtius ſeculi diabolũ ſubiugaret? Er-
go hoc queritur, ne malitia trãſfundat̃ in poſteros. Hoc
ꝑ baptiſmatis ſacramentũ Chriſtus operatur, vt exuat
vnuſq;ſq; q̃d natus eſt, induat q̃d renatus. fiat nõ famulę
hæres, ſed gratiæ, vt perpetuũ domiciliũ habitationis
æternę ſibi poſſit adq̃rere. Qui autē habitare meruerit
in ſeculũ ſeculi, & ipſe honorificabit deũ in ſc̃la ſeculorũ.
Vbi moralib⁹ iuſtũ inſtituit diſciplinis, vt qualis debe
ret eſſe, te doceret, que ve eſſet pfectę forma iuſtitię. Ad
ſapientiã & theoremata mētem vult eius aſſurgere: &
excitat eius intētionē, vt ſpectet intēto corde cęleſtia, &
diuina intra ſe voluat oracula, atq; ad ea quę cõplaceãt
deo, ſuũ informet affectũ: ſit meditatus in lege, nec vlla
eũ dñi mãdata pretereãt. Modos diuini ſacramēti co-
gnoſce. Deniq; ab hinc vide in pręceptis ſanctũ ꝓphetã
» aſſurgere: Os iuſti meditabit̃ ſapiētiã, & lingua eius lo
» quetur iudiciũ: lex dei eius in corde ipſius. nec dãnabit,
» inq̃t, eũ dñs, cũ iudicabitur illi. Expecta dñm, & cuſtodi
» viã eius, et exaltabit te vt hereditate poſſideas terrã. cũ
» perierit pctõres, videbis. Vidi impiũ ſuperexaltatũ &
eleuatũ vltra cedros Libani: & tranſiui, & ecce nõ erat: « K
& quęſiui eũ, & nõ eſt inuētus loc⁹ eius. Superiora mo- «
ralia, hęc intelligibilia. Qđ eſt iuſti os q̃d meditabit̃ ſa
pientiam, niſi interior homo? Duo ſunt enĩ hoĩes in ſin
gulis: vnus interior, alter exterior. Interior cogitat quę
mētis ſunt, quę mētis ſunt loq̃tur. Exterior quę ſũt cor-
poris. Tamē adueniēs dñs vtrunq; coniũxit, & duos in
vno hoĩe cõdidit, ne diuerſis ſeſe impugnēt motib⁹, ſed
inuicē ſibi volũtatũ ſuarũ vnitate ſociētur. Ideo os iuſti
meditabitur ſapiētiã. Iã enĩ & ipſe exterior homo iuſti
in interioris hoĩs trãſfuſus eſt diſciplinã: et in eius cõfor
matus naturã, ipſius exercet officia, vt caro meditetur
q̃d mētis internę eſt. Sed ne hoc ĩcredibile tibi videat̃,
audi dicentē quia dñs IESVS transfigurauit corpus
humilitatis noſtrę, vt cõforme fieret corpori glorię ſuę.
Quis audeat dicere carnē ſine peccato, carnē aſſumptã
ex virgine, carnē ſpũ dei ĩ Mariã ſupueniēte generatã,
quę in nullo diſcrepauit a ſapiētię diſciplinis, interioris
hoĩs exortē fuiſſe virtutũ, nec in vſus ei⁹ trãſire potuiſ-
ſe, cũ ſupra hominē fuerit ꝙ tactu ei⁹ ſanabãtur ęgroti,
cæcis refũdebat̃ aſpect⁹, mortui reſurgebãt? Cõpetēter
ergo ſcriptũ eſt: Os iuſti meditabit̃ ſapiētiã: eo ꝙ totus
homo ſit ſpũalis, nõ vtiq; terren⁹. Qualis enĩ terrenus, 1. Cor. 15
tales & terreni: & qualis cęleſtis, tales et cęleſtes. Abiit L
ergo terren⁹, remãſit cęleſtis. Ideoq; in tēpora redēpto-
ris referēs ꝓpheta, meditabit̃ dixit: licet vnus e plurib⁹
meditat̃ ſcripſerit. Nec abhorret a ſenſu, quia prophe-
tarũ ſpiritui futura ꝓ pręſentib⁹ ſunt. Alii putãt os pro
mēte dictũ. Pulchre autē iſtud expoſuit nobis Salomõ
dicēs: Narratio iuſti ſemper ſapiētia: ſtultus autē ſicut Eccli. 27.
Luna ĩmutat̃. id eſt ꝙ ſepe variet̃, nec in ſua pſeueret
ſentētia, et tanq̃ in tenebris lumē videat̃ offundere, nec
tenere. Sit ergo nobis ſemp in corde et ore meditatio ſa
piētiæ, & lingua tua loquat̃ iudiciũ, lex dei tui in corde
tuo ſit. Ideo tibi dicit ſcriptura: Loqueris in illis ſedens Prou. 6.
in domo, ambulãs in via, dormitãs, reſurgēs. Loqua-
mur ergo dñm IESVM, quia ipſe eſt ſapientia, ipſe
eſt verbũ, & verbũ dei. Nã & hoc ſcriptũ eſt: Aperi os
tuũ verbo dei. Ipſum ſpirat, q ſermones eius reſonat, &
verba meditat̃. Ipſum ſemp loquamur. Cũ de ſapiētia
loq̃mur, ipſe eſt. Cũ de virtute loq̃mur, ipſe eſt. Cũ de iu
ſtitia loq̃mur, ipſe eſt. Cũ de pace loq̃mur, ipē eſt. Cũ de M
veritate & vita & redēptione loquimur, ipſe eſt. Aperi
os tuũ dei verbo. Scriptũ eſt: Tu aperi, ille loquet̃. Ideo
dixit Dauid: Audiã q̃d loquat̃ in me dñs. Et ipſe dei fi Pſal. 84.
lius dicit: Aperi os tuũ, et adĩplebo illud. Sed nõ oẽs vt
Salomõ poſſunt ꝑcipere ſapiētię perfectionē: nõ oẽs vt
Daniel. Oĩb⁹ tamē ꝓ poſſibilitate infundit̃ ſpũs ſapien
tiæ, ſed oĩb⁹ qui fideles ſunt. Si credas, habes ſpiritũ ſa-
piētię. Ideo Sapiēs dicit: Credidi: ꝓpter q̃d locut⁹ ſum. Pſal. 115.
Cũ credideris, accipies loquēdi gratiã. Et q credit, redi-
mitur: & q orat, redimitur, ſi pie intēdat orationibus, et
in oratione aſſiduus ſit. Diē ꝓueniat, noctē frequētet, ſo
li matutinus occurrat, vt ante ipē illuminet̃ a Chriſto,
q̃ terra ſolis exortu. Et q pſallit, redimit̃: & q cõpungit̃,
redimit̃. Ideo ſemp meditare, ſemp loq̃re quę dei ſunt,
ſedēs in domo. Domum poſſumus accipere eccleſiam,
poſſumus accipere domum interiorē in nobis: vt intra
nos loquamur. Sedēt iudices in Hieruſalē: ſederunt ſe-
des in iudicio. Sedit etiã iudicũ cõſiliũ, & libri apti ſũt,
propheta dicit. & tu cũ cõſilio oĩa fac. Cum cõſilio de fa
ctis tuis iudica: cũ cõſilio vinũ bibe: cũ conſilio loquere,
vt effugias peccatũ, ne incidas ꝑ multiloquiũ. Sedēs lo
quere tecũ, quaſi q iudices. In via loquere, ne vnq̃ vaces.
In via loqueris, ſi in Chriſto loquaris, quia via Chriſt⁹
eſt. In via loquere tibi, loquere Chriſto. Audi quõ illi lo
quaris. Volo, inq̃t, viros in oĩ loco orare, leuãtes puras 1. Tim. 2
man⁹, ſine ira & diſceptatiõe. Loquere o homo dormi-
tãs: ne tibi ſomn⁹ mortis obrepat. Audi quõ dormitãs
loquar̃. Si dedero ſomnũ oc̃lis meis, & palpebris meis Pſal. 131.
dormitationē, donec inueniã locũ dño, tabernaculũ deo

A Iacob. Vince naturã diligentia, exclude corporis ſom-
num. Naturã nobis formare non poſſumus, poſſumus
diligentiã. Homo erat Dauid: indulgebat aliquid ſõno
Pſalm. 6. per noctē, ſed excludebat ſomnũ lauãs per ſingulas no-
ctes lectũ ſuum, & lachrymis irrigãs ſtratũ ſuum. Ideo
memor erat in ſtratu ſuo ſemper dñi ſui, & in ipſo me-
ditabatur vt diluculũ præueniret, & in tenebris ei illu-
Epheſ. 5. ceſceret Chriſtus dicēs: Surge qui dormis. Nã in om̃i-
bus hæc gratia eſt: ſed poteſt eſſe & in pluribus diligen-
tia. Ne igitur expectes vt excitet te Chriſt⁹, ſed potius
Chriſtũ excita. Excitat enĩ qui de ipſo dormitãs cogitat.
Si tu illũ excitaueris, & ipſe te excitabit a ſõno, reſuſci-
tabit a morte, dicens tibi: Exurge a mortuis. Cũ ſurges
ergo vel reſurges, ipſum loquere, vt impleas q̃d iuberis.
Audi quomodo te Chriſtus excitet. Anima tua dicit:
Cantic. 5. Vox fratris mei pulſat ad ianuã. Et Chriſt⁹ ait: Aperi
mihi ſoror mea ſponſa. Audi quomodo tu exſuſcites
Cantic. 2. Chriſtũ. Anima dicit: Adiuraui vos filiæ Hieruſalē, ſi
ſuſcitaueritis & reſuſcitaueritis charitatem. Charitas
Chriſtus eſt. Audi etiã quomodo dormiens loquaris.
Ibidem. Ego dormio, & cor meũ vigilat. Hæc cõmuniter. At-
tolle nunc paulo altius mētem tuã. Loquere ſedens in
domo, in hac terreſtri domo huius habitatiõis, quę diſ-
2. Cor. 5. ſoluitur, in qua peregrinamur a dño. In corpore enĩ iſto
poſiti, dũ ſupueſtiri magis q̃ expoliari volumus, exula-
mus a Chriſto, & grauiter ingemiſcimus. In hac ſedēs
ergo cõfitere peccata tua: quia ſediſti, & nõ ſtetiſti, & nõ
Pſal. 121. dixiſti: Stãtes erãt pedes noſtri ĩ atriis tuis Hieruſalē.
Loquere magis, & noli occultare delicta. Loquere ſe-
Pſal. 126. dens, vt audias dicentē: Surgite poſtq̃ ſederitis, qui mã
B ducatis panē doloris. Loquere in via ambulans, id eſt
carpens vitæ iſtius curſũ. Hic loquere, ne illic obmute-
Lucæ. 1. ſcas: ſicut ille obmutuit qui angelo Chriſti ante nõ crē-
didit: poſtea tamen cũ credidiſſet, vocē recepit. Loque-
re dormiens & quieſcens, cõſepultus in Chriſto, vt cum
ipſo in nouitate vitę reſurgas. Loquere etiã ſepultus in
tumulo: ſicut loquebãtur animæ ſanctorum petētes de
Apoca. 6. mortis auctore vindictã: Vſquequo dñe ſctũs & verus
nõ iudicas & vindicas ſanguinem noſtrum? Loquere
Pſalm. 3. poſtremo cũ ſurgis, ſicut docuit ille qui dixit: Ego dor-
miui, & quieui, & reſurrexi: quoniam dñs ſuſcipiet me.
Et illic ergo os iuſti meditabitur ſapientiam, donec ad
ſublimiora tabernaculi ſecreta cæleſtis, ac ſacræ plena
iucunditatis atq; lætitiæ ipſe perueniat: quēadmodum
Pſal. 41. ſcriptura nos docuit dicente Dauid: Hęc recordatus ſũ,
& effudi ſuper me animã meã: quoniã ingrediar in locũ
C tabernaculi admirabilis, vſq; ad domũ dei. In voce ex-
ultationis & cõfeſſionis, ſonus epulãtis. Ergo & ſeden-
tes ĩ hac corporea domo, & egreſſi hinc, atq; ambulãtes
in via, cũ rapiemur, ſi meremur, obuiã Chriſto: & dor-
mientes loquemur. Accipe tertiã ἀναγωγὴν qua ſe ani-
ma eleuat iuſti. Eſt enim quidam ſpiritalis ſõnus intel-
Prouer. 3. ligendus, de quo Salomon ait: Si enĩ ſedeas, ſine timo-
re ſedebis. ſi dormias, ſuauiter requieſces, & nõ timebis
pauorem qui ſuperueniet tibi, neq; impetus impiorum
ſuperuenientes tibi. Cũ ſuauitate requieſces, & pauorē
& ſuperueniētes impiorũ impetus non timebis, ſi lin-
gua tua loquatur iudicium dei, & ſemper illud ante ocu
los habeas, vt peccato locũ nullũ relinquas: & noueris
ꝙ delicti preciũ ſupplicii retributiõe ſoluetur. Ipſe enim
hoc ĩ nonageſimo interpretatus eſt Pſalmo, dicēs: Nõ
timebis a timore nocturno, & a ſagitta volãte per diē: a
negocio perambulãte in tenebris: ab occurſu & dæmo-
nio meridiano. Cadent a latere tuo mille, & decē milia
a dextris tuis: ad te autē non appropinquabit. Verũta-
men oculis tuis conſiderabis, & retributionē peccatorũ
videbis. Iuſtus enim cum loquitur iudiciũ dei, vel cum
loquitur quæ iuſta ſunt, & veri plena iudicii: nõ cũ ira-
cundia loquitur, non ex animi mœrentis afflictione, nõ
ex dolore, non ex aliqua paſſione, ſed loquitur ex verita-
te, loquitur ex æquitate vt nõ ꝓpēdeat affectu, ſed quę
loquitur, vero pendat examine. Iudicat enim quę dicē- D
da ſint, vel non promenda. Cui ſimile eſt illud: Labia ſa Prou. 15.
piētium alligata ſunt ſenſu. eo ꝙ omnia quæ loquũtur,
vero ſenſui cõuenire videantur, & ſenſus ſui prudentia
intelligant quæ loqui debeant vel taceri: vt quę ſilenda
ſunt, cohibeant clauſtro quodã nexuq; labiorum. In iis
autē quæ oporteat dici, labiorum vincula reſoluantur.
Merito ergo præmiſit: Os iuſti meditabitur ſapiētiã.
Meditatio enim diuturna plenum poterit habere iudi-
cium: q̃d loquetur iuſtus in tēpore cum ea quæ perfecta
ſunt, facie ad faciē viderit. Nũc enim de iis quę nõ com-
prehēdimus, loqui vera nõ poſſumus. Deniq; nec Pau
lus preſumpſit dicere, qui raptus in paradiſum audiuit
ſecreta cæleſtia: ſed volens non in iis errare quę diceret,
ait: Quã inſcrutabilia ſunt iudicia dei, & inueſtigabiles Rom. 11.
viæ eius. Nũc autem abſolutus corpore, forſitan inue-
ſtigabilium viarũ genera, & iudicia eius, quę ſicut abyſ-
ſus multa ſunt, comprehēdit. Adhuc iuſtitię forma de-
ſcribitur, & augetur, dicente ſcriptura: Lex dei eius in «
corde ipſius, & nõ ſupplãtabuntur greſſus eius. In cor- «
de iuſti lex dei eſt. Quæ lex? Nõ ſcripta, ſed naturalis.
Iuſto enĩ non eſt lex poſita, ſed iniuſto. In corde eius lex 1. Tim. 1.
eſt non perfunctorie, ſicut in labiis Iudæorũ. Corde enĩ Rom. 10.
creditur ad iuſtitiã. Qui credit, & loquitur: qui autem
loquitur, non continuo credit. Deniq; nõ credidit popu-
lus, de quo dictum eſt: Populus hic labiis me honorat: Eſaiæ. 29.
cor autem eorũ longe eſt a me. Si igitur gētes cum ea
quæ legis ſunt faciũt, ipſi ſibi ſunt lex, cognoſcentes quę
ſequi debeãt vel cauere: quanto magis fidelis & iuſtus,
qui ad imaginē & ſimilitudinē dei viuit, decora nouit
& honeſta decernere, & vti legitimo quodã naturalis ſa E
pientiæ gubernaculo, ne eius ſupplantētur veſtigia, ſi-
cut Eſau, quem propter gulæ auiditatem frater ſupplã- Gene. 25.
tauit vt caderet, atq; in mortē veſtigia ei⁹ effudit. Quo
magis iuſtus eſt quiſq;, eo magis illi inſidiat̃ inimicus:
& ideo ait ſcriptura: Conſiderat peccator iuſtũ, & quęrit «
perdere eum. Dñs autem non derelinquet eum in ma- «
nibus eius, nec dãnabit eum cũ iudicabitur illi. Videns «
ergo peccator quia iuſtus in ore ſuo loquitur, in corde
meditatur ſapiētiã, quia in lingua ſua iudiciũ loquitur,
quia in corde ſuo legem dñi cuſtodit: mortem peccati ei
conatur inferre: ſed dñs tuetur eũ. Et ideo nõ timeam⁹
inſidias peccatoris: quoniã deus pro nobis eſt. Si ergo
deus pro nobis: quis cõtra nos? Propterea non dereliñ-
quet iuſtum ſuum deus, nec dãnabit eum cũ habuerit
de ipſo iudiciũ. Verus enĩ iudex eſt: & ideo iuſtitia non
poteſt periclitari. Vnde & Aquila dixit: Nec dãnabit
eũ in iudicando eo. Symmachus: Nec dãnabit cũ iudi-
catur iuſtus. Sed quia ſeptuaginta viri ſic poſuerũt, Cũ
iudicabitur illi: putamus ꝙ ad illud reſpexerit, quia ſcri F
ptum eſt: Quoniã ipſe dñs veniet in iudicium. Sed in
quod iudicium? Audi dicentē: Tibi ſoli peccaui, & ma Pſal. 50.
lũ corã te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vin-
cas cum iudicaris. Ideo ergo prębet ſe dñs audiendum,
vt de ſe iudicetur: quo magis vincat. Quomodo ſe prę-
beat, audi: Populus meus, quid feci tibi? aut in quo cõ- Michee 6
triſtaui te? aut quid moleſtus tibi fui? Reſponde mihi.
Quia ex Ęgypto eduxi te? & de domo ſeruitutis libe-
raui te? Et alibi: Ego ſum ego ſũ qui deleo iniquitates Eſaię. 43.
tuas, & memor non ero: tu autē memor eſto, & iudice-
mur. Graue hoc iudicium cum dñs de ſe poſtulat cõtra
hominē iudicari. Quid enim reſpõdeas ei qui vniuerſa
tibi cõtulit, om̃ibus te prefecit? Subiecit tibi Ęgyptios,
ad quos hoſpes adueneras. inſectãtes poſtea mari mer-
ſit. Ille tuos deleuit hoſtes, atq; ſubuertit. Ille te creauit
& condidit: ille ſuo ſanguine te redemit: & tu tradis te
vt ſeruias eius inimico? Ille tibi om̃ia peccata dimiſit,
& tu grauiora cõmittis? Vocabit te, in iudiciũ venies:
quid reſponſurus es ei qui niſi iterũ tibi donet, periſti?
Ideoq; videns ſanctus Dauid hac quadam moralitate
dei amplius ſe grauari, iudicium refugit, miſericordiã

Psal.142 poscit,dicens:Et ne intres in iudiciū cū seruo tuo: quo=
G niā non iustificabitur in cōspectu tuo omnis viuēs. Cō=
fitetur se in tenebris sicut mortuum seculi collocatum.
Caute sicut mortuum seculi dixit,non mortuum.Non
enim mortui seculi sunt qui moriuntur in Christo. Illi
autē sunt mortui seculi,qui omnē vitā suā qua vixerūt
in seculo,in interitu & morte constituunt.Et ideo quasi
Ibidem. desperatus ad remedium confugit,dicens:Cito exaudi
me dn̄e,quia defecit spiritus meus.Talis enim iudicii
proposita sibi oblatione defecit,in quo examināda veri=
tas foret potius q̄ misericordia cōferenda. Tamen tam
pius est dn̄s,vt etsi nemo iustificetur ī cōspectu eius vi=
uēs,(quis enim quāuis iustus nō obnoxius est peccato?
aut cuius talis est vita,vt digna iudicetur dei similitu=
dine?)vtiq; ad imaginem & similitudinem dei factus,
debet sicut deus sine peccato est, ita & is qui ad imagi=
nē eius est, sine peccato esse. Qua ergo dignus est pœ=
na qui gratiā tātam dominicæ operationis,& similitu=
dinē diuini decoris amisit? Sed quia misericors est: etiā
si ipse se iudicio subiiciat,iustū tamen nō iudicat,sed in=
iustum. Iusto parcit,quasi cōditionis fragilitate peccā=
ti:iniustum punit,quasi qui detestetur ingratū.Deinde
etiā si multa habeas opera iustitię,noli esse impatiens,
atq; arrogās,quo pręmia tibi iustitię ī hoc seculo existi=
mes flagitāda,aut indigne tibi aduersa accidisse aliqua
conquearis.Quādiu enim viuis,certamen tibi debe=
tur,non pręmiū.Expecta ergo vel auxiliatorē dominū,
vel remuneratorē:& custodi vias eius.Hoc est expecta=
re,eius quē expectandum putas, mandata conseruare.
H Etsi cōteraris,etsi affligaris,etsi egritudine deficias,ta=
» men expecta dn̄m:non te cōfundet spes. Veniet dn̄s,&
» exaltabit te,vt hęreditate possideas terram.Liquet su=
periorem esse terram,non istā in valle terrenā:sed illam
quæ est repromissionis æternæ:in qua quicūq; cōstitui=
» tur,exaltatur a dn̄o. Videbis autē cum pereunt pecca=
» tores. Tūc enim iustorū remuneratio erit,cū iudicium
fuerit de meritis impiorum.Sed nō vno genere pereūt
peccatores. Ante tibi pereunt,si eorū potentiā diuitias
non mireris.Si nō te moueat cum eos honoribus,libe=
ris,amicis abundare cognoueris. Hęc enim seculi sunt,
& seculū seculari subiacet malignitati: & princeps mū=
Mat.4. di iis qui sibi seruiūt,fauet,secūdū illud:Omnia tibi da=
bo si procidens adoraueris me. Quid quæris vt ea tibi
dentur,cum ipse impius qui dat,in eis diutius esse non
possit? Transit etiā ipse:quomodo possunt non transire
quæ cōtulit? Tu modo cōstantē animum gere, iustitiā
tene,nemo te moueat,& videbis nihil esse impiū. De=
» niq; audi dicentē: Vidi impium superexaltatum & ele=
I » uatū sup cedros Libani: & trāsiui,& ecce nō erat. Vidi
eum in seculo hoc,vidi oculis corporis. Vidi etiā eleuā=
tē se & superexaltantē sermonibus suis, æstimantem se
aliquid esse,q nihil est.Quomodo se superexaltat? Po=
Esaię.14. nam,inquit,thronū meū super nubes: & ero similis al=
tissimo. Exaltat se,vt videas eū sicut cedros Libani su=
perexaltatas.& ipsæ altę sunt,& in mōte sunt altissimo.
Merito ergo superexaltatæ sunt:& superexaltatus vi=
detur impius,qui se in illo mōte cōstituit, de quo scriptū
Mat.17. est:Si habueritis fidem sicut granū sinapis,dicetis huic
mōti,Tollere,& iactare in mare. Huic, Cui? Demonio
inquit,a quo iste inuasus fuerat & oppressus,quē mira=
mini esse sanatum.Ideo charitatē magis habet in Chri
sto,q̄ potestatē in diabolo. Vides cedrū in mōte altissi=
mo superexaltatā:sed vento frāgitur,sed igni exuritur,
sed vetustate dissoluitur.Ita est diues in seculo.Fulget
quidē splendore quodam gratiæ secularis vt Libanus.
Nixus est mūdi potētia,opibus & diuitiis exultat. Vi
detur tibi aliquid esse anteq̄ dicas, Transiēs videbo. Si=
Exod.3. cut enim Moyses animo & mēte transiuit materialia,
& deum vidit:ita & tu si transeas hinc,ad dei gratiā ve=
stigium tuæ mentis attollēs:videbis eum nihil esse qui
in hac terra sibi potentissimus videbatur. Ideo animæ
tuæ dicit, menti tuæ dicit deus verbū: Ades huc a Li= k
bano sponsa,ades huc a Libano:trāsibis & pertrāsibis.
Si transeas secularia,pertransies ad paradisum. Audi
trāseuntē:Memento mei dn̄e cum veneris in regnum Lucę.23.
tuum. Audi iterū pertrāseuntē. Amē amen dico tibi:
Hodie mecū eris in paradiso.Quid est, Ecce non erat?
In principio vtiq; verbum erat.Et qui verbū videt, qui
particeps verbi est:vtiq; & ipse est:quia verbū dei sem=
per est.Et sermo qui de ipso est,nō est,est & nō, sed est:
& manet in eo qui sequitur deum.Qui autē nescit ver=
bum,non est:quia nō adhęret ei qui dixit:Ego sum,qui Exod.3.
sum.Qui autem adhæret ei,vnus spirit⁹ est. Vbi autē
spiritus,ibi & vita.Ideo tibi dicit scriptura de deo, Qui
viuificat mortuos,& vocat ea quæ nō sunt,tanq̄ ea quę Roma.4.
sunt.Hoc est,vocat gentes quę nō erant,tanq̄ populum
suum qui erat.Erant enim patres nostri,qui erant ele=
cti dei.Et alibi dicit:Cognouit dominus qui sunt ipsi⁹: 2.Tim.2.
non cognoscit eos qui non sunt.Et Hester ait:Non des
virgā regni tui iis qui nō sunt. Recte ergo iustus dicit,
Et transiui,& ecce nō erat.Hoc est,vidi eum superexal= «
tatū in seculo anteq̄ considerarē quia nihil est seculum.
Vbi autē transiui mēte supra mundū, vidi quia iā non
erat qui ante erat superexaltatus in hoc mundo. Et tu
si iustus es,transi a præsentibus ad ea quæ futura sunt:
& transibunt tibi præsentia.Cælum & terra trāsibunt: Mat.24.
verba autē mea non pręteribunt. Iusto ergo om̄ia trāsi=
eunt.Transit impius, similis vanitati, & dies eius si= Psal.143.
cut vmbra prætereunt. Nec solū prætereunt iusto pręs=
sentia,sed etiā cum ad ea quæ sunt futura intēderit,iam
ista prætereunt. Vide quomodo iusto præsentia præ=
tereunt. Vtiq; temporibus Dauid prophetæ synagoga L
erat,ecclesia ex gentibus nō erat: & idem futuris quasi
præsentibus dicit:Benedicite gētes deum nostrū. De= Psal.46.
inde supra ait:Ascendit deus in iubilatione. Transiuit
perfidię ventura tēpora,non ætate,sed mēte,& resurre=
ctionē dn̄i multo post seculo futurā pia fidei deuotione
celebrauit,dicēs:Psallite deo nostro,psallite,psallite re=
gi nostro,psallite. Quasi interesset ipsis Christi & Ec=
clesiæ nuptialis copulæ sacramētis,ita tripudiat & gau
det. Causā quoq; celebritatis expressit dicēs: Regnabit Ibidem.
dn̄s super omnē terram. Ergo si nos pretheream⁹: & illa
præterisse quę futura sunt,nobis videntur:vt si in naui=
gando terram prætereas,illam quoq; videas præterire,
& quasi a te discedere. Sæpe nautę, maxime in tempe=
state, fugiunt terrā. Et tamē cū eam fugiunt nauigan=
tes,ipsa potius fugere videtur a nauigantibus. Et tu si
fugias mundū hunc,& ipse te effugiet. Si prętereas ter=
ram hanc,& ipsa te pręterit. Et tu in mari hoc nauigas,
& ī hoc seculo fluctuas. Fuge terrā,saxa habet, lapides M
habet,sicut scriptum est:Lapides de via proiicite. Si fe
stines per aerium hoc profundū ad portum diuinæ vo=
luntatis,videbis tibi hæc om̄ia præterisse. Quid enim
interest vtrū præterierint,an tibi ea iudices præterisse?
Est & alius impius qui videtur exaltatus & eleuat⁹ su=
per cedros Libani:& si transeas,nō erit,nec locum eius
inuenies. Vide mihi scribā Iudaicum reddentē seriem
veterum scripturarū, sed nō sequētē. Audis quia labiis
reddit:miraris vt doctum. Interrogas quid sentiat. Re=
spondet scdm literā,percurrit historiā. Superexaltatus
videtur tibi & eleuatus si literam cogites. Trāsi ad in=
telligentiā spiritalē:quia lex spiritalis est. Vides illum
nihil esse.tū dicis: Vidi impium superexaltatū:& trāsi=
iui,& ecce non erat:& quæsiui eum,& nō est inuentus
locus eius. Quęsiui eum vbi esse debuerat:vbi vita est:
nō illum inueni. Nō erat ibi vbi vita erat, q̄a mortuus
erat:& ideo nec locus eius inuētus est. Qui enī mortui
locus,qui nō erat,nec fuit vnq̄? Non enim fuit,qui in li=
tera erat. Litera enim occidit:spiritus autem viuificat.
Quæsiui ergo eum,vt inuenirē:ille se nō prębuit vt in=
ueniretur. Hoc est,ego eum volui cōuertere:ille se mihi 2.Cor.3.
prębere noluit vt cōuerteretur. Feci quæ erāt quærētis:

A ille refugit ea quæ esse debuerāt reuertētis. Deniq; ani=
ma quę conuerti vult,verbum requirit: & cum inuene=
Cantic.3. rit,dicit:Tenui eum,& non dimittam eum. hoc est dei
filium,dei verbū. Iniustū autē,qui sanari noluit,quęsiui
eum, & non inueni eum:& ideo nō illum imiteris. Cu=
stodi innocētiā,& vide æquitatem. Qui custodit inno=
centiam,æquitatē videt:quoniā qui mundus est,deum
videt,cuius virga recta est,directā iustitia, vt auersetur
eos qui declinauerint ad studia prauitatis. Bona inno=
centia,quę deum videt. Deniq; alii posuerunt, Custodi
perfectionem. Perfectus est enim qui malitiā nescit,nec
» dolum nouit. Ideo,inquit,custodi perfectionē,quia sunt
» reliquiæ homini pacifico. Reliquiæ dicuntur hominis
de corpore mortui,de eius exuuiis. Ideo reliquiæ, quia
post mortē hominis videntur superesse. Supersunt enī
quæ seruantur ad resurrectionē. Oportet enim hoc cor=
ruptibile induere īcorruptionē, & hoc mortale induere
immortalitatē. Ergo magis reliquiæ sunt homini spes
resurrectionis,& fides cōuersionis,& gratia dilectionis:
quoniam impii non resurgunt in iudiciū. Vita autem
iustorū nota est deo,& iudicio dn̄i cōprobatur. Huic lo=
Rom.11. co pulchre illud cōuenit: Reliquiæ secundū electionem
» gratiæ saluæ factæ sunt. Iniusti autem disperibunt: re=
» liquiæ impiorum interibūt. Iustorum reliquię virtutes
sunt:impiorū reliquiæ,improbitas, atq; perfidię pecca=
» tum. Ea delebūtur vt nō sint. Salus autē iustorū a dn̄o,
non a seculo,nō ab elemento. Cælū & terra præteribūt.
Nō cōmitto salutem meā cælo:quia & ipsum pręterit:
Psal.101. quia de pluribus cælis dictum est: Ipsi peribunt:tu autē
permanes. Deo soli cōmitto, qui permanet, qui potest
B peccata donare,vt protector meus sit ī tēpore tribula=
tionis,& adiuuet me,& liberet me, & eripiat me a pec=
catoribus iudicii sui tēpore: & saluū me faciat, quoniā
speraui in eum. In ipsum solū speraui. Non vult enim
nos & sibi & alii seruire. Qui ipsi soli seruit,liberatur:
quoniā ipsi est laus,gloria, perpetuitas a seculis, & nūc
& semper,& in om̄ia secula seculorum. Amen.

In Psalmi. XXXVII. enarrationem præfatio.

DE pœnitentia duos iādudū scripsi libellos:&
iterū scribendū arbitror. Primum,quia vtile
est vel quotidie veniā delictorū precari:dein=
de quoniā in illis duobus libellis adhortatio
pœnitētiæ vel profectus est,si geratur. Nunc autē quē=
admodū agi pœnitētia debeat,exprimēdum est. Nihil
enī prodest agere,nisi ita agatur vt oportet. In quo san=
ctus Dauid sequendū nobis proposuit magisteriū, qui
ideo mihi videtur gustasse peccatū, vt doceret quēad=
C modū peccatum posset aboleri. Vnde enim medicina,
nisi de vulnere sumpsit exordium? Dū prima ætas ge=
neris humani docet alios quod sibi profuit,& quemad=
modū vulnus suū sanauerit, aliis ostēdit. Vsus artem
fecit,& ægritudo magisterium. Ipsa est enim prima &
valida secta medicinę quā experiētia nō coniectura for=
mauit. Ideoq; ab experientia ἐμπειρικοὶ primo medici
sunt vocati,& ex ea secta ceteræ deriuatæ sūt,atq; ab ea
vsum quendā suæ sumpsere virtutis. Quid autē est ad
cohortationē pœnitentię validius,q̄ quod sanctus pro=
pheta Dauid peccatorū nostrorū nos docuit pœnitere?
Quis enim dedignetur humiliare se deo, cū rex se hu=
miliauerit? Aut quis dubitet affligere animā suā, cum
Propheta tantus afflixerit, soluens preciū lachrymarū
pro redēptione peccati? Et quāuis toto scriptorū suorū
corpore gerendæ pœnitētiæ præcepta diffuderit,(quis
enim eius psalmus nō medicamentum est conscientiæ
peccatricis,cū alibi quēadmodū impulsus sit,alibi quē=
admodū cōturbatus, ostenderit, vt non solū quēadmo=
dū sint sanāda,sed etiā quēadmodū cauēda vulnera,de=
mōstraret, & suo nos doceret exemplo? quis autē stare D
se credat,vbi lapsus est etiam fortior?) tamen in tricesi=
mo septimo psalmo maiorē vim doloris interni, & la=
mētabilis deplorationis expressit. Deniq; in exordio ipse
nos titulus admonet huiusmodi precepta formari. Sic
enim legimus: In cōmemorationē,inquit,diei sabbati «
psalmus Dauid. Plena enim est definitio pœnitentiæ, «
cōmemoratio delictorū,vt vnusquisq; peccata sua velut
quodā quotidiani sermonis castiget flagello,& cōmissa
sibi flagitia condēnet. Sic enim docemur dicente dn̄o:
Dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Et Apostolus ait: Esaię.43.
Ore confessio fit ad salutē. Sed forte moueat quia non Rom.10.
dixit peccatorū cōmemorationem,sed diei sabbati,aut
(sicut alius habet) sabbatorum. Quid est ergo sabbatū,
nisi requies futurorū,leuamen præsentiū, quo lex iubet
hominum opera feriari,onera deponi? Quæ sunt gra=
uiora onera,nisi nostra peccata? Hęc deponātur in sab=
batorū diebus:hoc est,in hoc vitæ istius tēpore. Septē
enim diebus hebdomas omnis concluditur, sex diebus
mūdus iste formatus est,septimo die requieuit dn̄s ab
opere suo:qui in nostra mansuetudine requiescit: sicut
ipse dixit: Super quem requiescam,nisi supra humilem Esaię.66.
& mansuetū? Absolue ergo om̄i sabbato & alleua pō=
dus errorū,vt securus ad illius futuri sabbati requiē per=
uenire merearis. Nam si hinc peccata grauia portaue=
ris,illic requiē non habebis. Exonera igitur tuā mentē,
reiice omnia quibus cōsciētia grauatur & premitur, ne
fiat fuga tua hyeme vel sabbato. Vita hęc in labore est:
illa in requie. Leuiorē te seculi huius reperiat cōsūma=
tio,ne oneratus peccatis fugere non possis. Ante fuge,
vt pręuenias. Fugit seculū,qui seculi illecebris nō tene= E
tur,qui se om̄i cura eius absoluit. Fuge etiā futurā, hoc
est iudicii diē. Fugit eā q egerit pœnitētiā. Sic enī de=
finiuit baptista Ioānes,dicēs: Generatio viperarū, quis Lucæ.3.
vobis demonstrauit fugere ab ira ventura? Facite ergo
fructus dignos pœnitētiæ. Audistis hodie legi q̄a Ioā=
nes baptizabat in Enon iuxta Salim. Enon dicit̄ ocu=
lus suppliciorū, Salim ipse ascēdēs. Hoc habet interpre=
tatio. Qui ergo baptizari eligit, supplicia præuidet. Et Ioan.3.
ideo confugit ad baptismatis sacramentū, vt peccatum
omne deponat,ne obnoxius incipiat esse suppliciis. Et
forte supplicia præuidet qui baptizatur baptismo pœ=
nitētiæ. At vero ille gratiam spectat,qui baptizatur in
Christo. Baptismus ergo Ioānis, oculus suppliciorum
est:baptismus Christi, oculus gratiarum. Tametsi in
Enon baptizabat Ioānes,iuxta ascēdentē baptizabat.
Hoc enim & ista habet interpretatio, vt Salim dicatur
ipse ascēdēs. Proximus ergo erat Christo,qui eius nū= F
ciabat aduentū. Etenim filius hominis qui descēdit de
cælo,ipse est & qui ascēdit in cælum,vt impleret om̄ia.
Sed quia qualis cælestis, tales & cælestes: ille ascendit
in cælum,qui terrena deponens cōsepelitur in Christo,
vt cū Christo resurgat a morte peccati ad nouitatē vitę,
hæreditatisq; cōsortium, vt fiat sicut scriptū est, dei hæ=
res, Christi cohęres. Vera ergo medicina est gerēdæ pœ= Roma.8.
nitentiā:quæ tunc legitime prædicata est,quando me=
dicus venit e cælo qui non exasperaret vulnera, sed sa=
naret. Bonus medicus, qui docuit quemadmodum in
hac terra corporis nostri remedia quæreremus, cū flos
nobis hærbæ salutaris oriretur,qui de peccato dānauit
peccatum in carne. Antidotum ergo facta est caro, quę
erat venenū ante peccati,quia erat illecebra peccatorū.
Audi quēadmodum antidotum caro. Dei verbū factū
est caro. misit manum in cauernā aspidum: venenum Esaię.11.
euacuauit:peccatum abstulit:id est,de peccato dānauit
peccatum in carne. Et vt hoc possit plenius considerari,
ipsum apostoli capitulū recēseamus. Nāq; ita scriptum Roma.8.
est: Deus mittēs filium suum in similitudinem carnis
peccati, de peccato dānauit peccatum in carne, vt iusti=
ficatio legis impleretur in nobis, vt non secundum car=
nem ambulemus, sed secundum spiritum. Venit ergo

G dei filius in similitudine carnis peccati. Non vtiq; in similitudine carnis venit, qui veram carnem susceperat, sed in similitudine carnis peccati, id est carnis peccatricis. Facta enim erat fraude & veneno infusa serpentis caro nostra, caro peccati. Postq; est obnoxia facta peccato, facta erat caro mortis: quia erat morti debita. Huius carnis iam reg, iam præiudicatæ similitudinē Christus in sua carne susceperat: quia etsi naturalē substantiam carnis huius susceperat: non tamē cōtagia vlla susceperat, nec in iniquitatibus cōceptus, & natus est in delictis, qui nō ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed de spiritu natus ex virgine est. Quid ergo est, De peccato damnauit peccatum in carne? Vtrū de similitudine carnis peccatis an qa peccata nostra Christus non vsu sed qualitate susceperit: non crimine, sed suæ misericordię sacramento, & peccatum pro nobis factus est, qui peccatū ipse non fecit? An vero quia de ista carne peccati, hoc est nostra hac obnoxia & ꝓiudicata dānauit peccatum in carne, docendo quēadmodū in carne positi nō secundum carnē ambulemus, sed secundū spiritum? Peccatum quippe est secundū carnē ambulare, quia luxuri & voluptatibus & lasciuiis & carnis cupiditatibus viuit qui secundū carnis sapientiā conuersatur.

Roma.8. Sapiētia enim carnis inimica est deo. Vnde qui in carne sunt, deo placere nō possunt. Ideoq; peccatum dānat de peccato, qui se a carnis vitiis abluendo, secundū spiri-

H tum viuit, totus deo deditus, & cælestibus intētus oraculis: propter quod Christus aduenit, vt non sua, id est carnis, sed dei faceret voluntatē. Si quis ergo illum sequatur, vt faciat quę placent deo, & carnis suæ comprimat appetētiā: imitator est Christi. Quid senserimus, expressimus. Qui legis, eligę quid sequaris. Nullus error, vbi simplex pietatis affectus, atq; omnis fidelis est sensus. Dānauit peccatum Christus suscipiendo similitudinē carnis peccati, vt delicta nostræ carnis aboleret. Dānauit peccatū, vt peccata nostra in sua carne crucifigeret, factus pro nobis ipse peccatū, vt nos in ipso essemus iustitia dei, qui eramus captiuitas mortis, & prædа serpentis. Ergo pietatis est susceptio peccatorū ista, non criminis. Per hoc peccatū nos deus æternus absoluit, qui filio suo proprio non pepercit, & peccatū eū fecit esse pro nobis. Deinde dānauit peccatū Christus in carne de ipsa carne peccati, quæ iudicabili quodā vigore & auctoritate censoria odit vitia quę amare cōsueuerat, & horret impudicitiā, quā voluptatē putabat. Segregat se a lasciuiis, abdicat a cupiditatibus, remūciat criminibus atq; flagitiis, propulsat auaritiam, quæ virilitatem quandā carnis effœminat. En tibi illū Christi imitato-

I rem, & ipsum de peccato peccatū in carne damnantem.

1.Cor.5. Si curro, inquit, non vt in incertū: sic luctor, non vt aera cædēs: sed castigo corpus meum, & seruituti redigo: ne cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nō superfluo (vt arbitror) erugati sumus: quia & hoc ad medicinam hominis pertinebat: cui medicinę prospiciens deus, sicut terram istā salubres herbarū atq; arborū sucos ferre præcepit, quibus carnis vulnera curarētur: ita etiam præceptis salutaribus repleuit diuinarū seriem scripturarū, quibus infirmitas animæ sanaretur. Itaq; q̄ graue est vt muta animalia medicari sibi nouerint, & vulneribus suis herbas salubres requirant, deligere nō refutent: & hominū industria non requirat, quibus etiā medicus est missus qui medicinę salutaris in veteribus scripturis semina demonstraret, & noua ipse deferret? Quā multa itaq; salubria sunt quæ noxia perfunctorie iudicantur? De ipsa terra sumamus exempla. Serpens alit venenū, morsus noxios habet, vulnerat carnem: sed in ipso quoq; eius veneno antidotū reperies, si requiras. Deniq; caro exuritur, cuius puluere theriaca conficitur: quā veneni vis consuetit hebetari, vt nocere nō possit. Nō terra ergo in vitio, quę serpentē generat: sed ille qui nescit cauere serpentē. Ipse serpens potest tibi prodesse, si intelligas: immo si medici præcepta nō spernas, imi- K tandū disce quē putas esse fugiēdū. Estote, inquit, astu- Mat.10. ti sicut serpentes, & simplices sicut colūbæ. Serua caput tuum sicut serpēs: & si laceratus toto corpore fueris, reuiuisces. Caput tuū Christus est: quia caput ipse est vi- 1.Cor.11. ri. Si seruaueris fidē, & si mortuus fueris sicut serpēs, & tu resurges. Imitare serpentē, qui exteriorē suum exuit, vt renouetur interior. Imitare serpentē, qui venenū suū euomit. Beat⁹ & tu si cogitatiōes tuas malas euomas, & malitiæ tuæ venena deponas. Celebris sermo est, & scriptorū auctoritate robustus, serpētē aquis appropinquantem sibilo sibi fœminæ anguis sponsare cōcubit⁹: illā propriæ consuētem saluti, ea spondere lege petitos coitus sui vsus, si serpens venenū euomat: captiūq; obedire iussis, arma deponere, ac proprii more cōuentus caput ori eius inserere: atq; vbi calescere cœperit cōsuetudo: seu naturæ quadā violentia, seu libidinis ardore fœminā stringere ora, morsuq; libidinis oculis premere, atq; ita caput serpentis abscindi. Nōne in natura serpētis, mysterium fidei recognoscis? Serpens ille paradisi Gen.3. prior fœminā ad culpæ adulterium prouocauit: sed vbi venenū eius effusum est in hunc mundū, soboles illius fœminæ circūuentionē parentis, & fraudē vlta serpentis, armis eū suis exuit, & caput illi⁹ amputauit. Quod si venena præualuerint, & peccatum in quo est aculeus mortis, irrepserit: vtere medicorū exemplo, vt tibi serpens vel sero moriatur. Cōteras eius venenū, corpusq; cōminuas, & admixtū salutaribus succis noueris tēperādum, vt non solum vim suā & virus amittat, sed etiā fiat remediū de veneno. Moritur autē tibi serpens ille intelligibilis, si tu moriaris peccato, & tibi tua peccata moriātur. Sic cōteritur eius venenū, si te tua facta compungant. Sic omne virus eius aboletur, si bonis operibus tegas, & fideli cōfessione tēperes crimē admissum. Audi quemadmodū virtus draconis ipsius cōteratur. Conterat, inquit, deus Satanā sub pedibus vestris. Cō- Rom.16. tere primo cor tuum in quo erat draconis cubile, vt non inueniat vbi possit habitare. Contere draconis carnes. Carnes ei⁹ peccata nostra sūt. Ideo tibi dicit deus: Epulātur in eo gētes. Et infra: Præcurrit mori. Carnes autē corporis eius sunt adhærētes ei. Sicut enī sācti, corpus & membra sunt Christi: ita peccatores qui peccatū non deserunt, sed peccato inhærent, corpus draconis & mēbra sunt. Ideo nos Christi corpus epulamur, illi autem corpus epulātur draconis. Nos epulamur qui Christo adhęrere contendimus, remissionem quotidianā & ve-

M niam peccatorum. Illi autem qui peccatis quotidie peccata cōnectunt, cōtinuationem flagitiorum epulantur & criminū. Contere igitur has carnes, & super eas contritionem tui cordis asperge. Deinde mitte super oīa ea Iordanis aquā. Iordanis enī descensio & ascensio est: quoniam qui in fontem sacrum descenderit: & ascēdit, vt quæ superiora sunt quærat. Descendit enim in mortem Christi, qui baptizatur in Christo, & in resurrectionem eius ascendit. Si autem iā baptizatus erraſti, mitte aquam lachrymarū, nō mendacem, sed veram, vt de profūdo clames ad dominum deū tuum, vt dicatur de te, Vox audita est in Rama, flet⁹ & vlulatus multus, Mat.2. Rachel plorans filios suos: & noluit consolari, quia nō sunt. Rachel ecclesia est, in qua benedicīē plebs dei. Ipsa pro te fleat, ipsa tua peccata deploret & fleat plurimū, vt consolationem facile nō admittat, quemadmodum qui plurimū dolent. Ideo cōsolari se noluit, quoniā qui eras, esse desisti. Sed hac perseuerantia doloris & fletus emereatur vt dicat: Filius meus mortuus erat, & reui- Luc.15. xit: perierat, & inuentus est. Aut forte cōsolari se noluit Rachel in filiis Iudęorum, quia nō sunt: quos vtiq; ideo genuerat, vt essent: & ideo non admisit cōsolationē occisis paruulis ab Herode, quia nec in aduētum IESV crediderūt, mensurā sceleris adimplētes, vt & paruulos interficerent, vt inter eos filiꝰ virginis necaretur. Ergo

A ecclesia dñi in Iudæis consolari noluit, quia nō sunt. In Christianis aūt qui ex nationib⁹ cōgregati sunt, epulatur & gaudet, quoniā cœperunt esse, qui nō erant. Misisti ergo aquā Iordanis, aquam gratiæ. hoc primū bibe. Misisti aquā lachrymarū, aquam pœnitentiæ. Hoc secūdū est poculū, vt primū repares. Bibe aquam de tuis

Psal.101. vasis, bibe aquā de tuis fletibus, vt dicas, Et potū meū fletu temperabam. Fletus ergo tuus potus est tuus, &

Psal.41. lachrymæ tuæ cibus est tuus. Fuerunt, inquit, mihi lachrymæ meę panes. Si lachrymæ panes, habes ex peccato iniquitatis cibum cōuersionis, scdm illud qđ legis

Lucæ.7. in Euangelio: Quoniā cui plus dimittitur, plus diligit. Vnde sæpe videmus aliquos qui ante negligētes fuerunt Christiani, peccato aliquo cōmisso fieri diligētiores, & ex illo per pœnitentiam euadere solere perfectos.

Prou.18. Sicut igitur ex peccato conuersio, ita remediū de veneno. Audi hoc remediū. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Venenum peccatū est: remedium accusatio sui criminis. Venenum iniquitas est: confessio remedium prolapsionis. Et ideo vere remedium de ve-

Esaię.43. neno est, si dicas iniquitates tuas, vt iustificeris. Sed iā psalmū adoriamur, vt ipse nos doceat quemadmodum agenda pœnitentia sit. Itaq; sic incipit:

Psalmi.XXXVII.enarratio.

» DOMINE ne ira tua arguas me, neq; i furore tuo corripias me. Qui pœnitētiā agit,

B parat⁹ esse debet ad opprobria perferēda, iniuriasq; subeundas, nec cōmoueri si quis ei peccati sui crimen obiiciat. Cū enim ipse accusare se debeat, quēadmodum aliū non sustinet arguentē? Quod si ab homine argui timere nō debet, quāto magis a domino deo suo, cui omnes etiam in iis quæ sunt occulta peccamus? cum præsertim cōdēnatio presentium, absolutio futurorū sit. Qui autē non condēnantur in seculo,

Psal.72. cum hominibus nō flagellabuntur. Væ mihi si de me

Mat.6. dicatur, Habet mercedē suam. Si bonū factum hac cōdēnatur sententia: quanto magis crimen grauatur? Nā si misericordia facili iactata sermōe, fructu fraudat eterno: quāto magis iniquitatis pœna acerbi fœnoris accessione differtur? Ergo qui pœnitentiā agit, offerre se debet ad pœnā, vt hic puniatur a dño, nō ad supplicia ęterna seruetur: nec expectare tempus, sed occurrere diuinæ indignationi. Vide facta Dauid eius precibus cōueni-

1.Para.21 re. Offenderat dñm, quia numerari iusserat populum. Cōfessione præuenit dei nūciū, peccasse se valde, & nimis stulte fecisse cōmemorans: nō quasi admoneret oblitum, sed quasi vrgeret morātē, ne diutius cōmotione differret offensæ. Peccaui, inquit, valde, quoniā hoc verbum feci. Et nūc dñe dele iniquitatē serui tui. Quomo-

Esaię.40. do deleātur peccata, audi dicentē: Solutū est peccatum eius, quia recepit de manu dñi duplicia peccata sua. Nō

C ergo penitus sibi peccatū remitti postulat, sed moderata solutione deleri. hoc est, vt in futurum eius memoria deleatur. Deniq; quasi interpellantis voce cōuentus do-

1.Para.21 minus ne vindicta commissi protelaretur erroris, misit

* Gad. ad eum Nathā* prophetā: & ille venit ad regē, & dixit ei: Quid fieri velis, elige: triennii famē super terrā, aut tribus mēsibus fugere te a facie inimicorum tuorum, & illos persequētes: aut triduo fieri mortē in terra. Et nūc scito & vide quid respondeā illi qui misit me. Vide docentem deum qua moderatione eius indignatio leniatur, si non penitus verbera recusemus, sed qualitatē leuādi non euitādi supplicii postulemus. Tria proposuit, vt qđ moderatius putaret, eligeret. Vide etiam quemadmodum ad pœnitentiā prouocat, vt nos offeramus iniuriæ: eligere pœnā mandās, vt in ipsa pœna electionis quædā prærogatiua seruetur, & reo suo blandiatur

* Gad. hoc verbo. Et dixit Dauid ad Nathā: * Angustię mihi sunt in his tribus: sed magis incidā in manus dñi, quoniam magna est misericordia illius: q̄ in hominū manus. Nūquid donari sibi pœnā popoſcit erroris? Quod si fecisset, impudentię notaretur, qui moderationi diuinæ fuisset ingratus. Sed plurimū suffragatur reo verecunda cōfessio: & pœnā quā defensione euitare nō possumus, pudore subleuamus. Elegit nō qđ a flagello esset immune, sed quod moderatius iudicauit, vt dei lenitati magis, qui nosset ignoscere, q̄ hominū se cōmitteret potestati, qui mensuram vltionis frequēter excederent. Miseretur itaq; qui nescit errare: nō miseretur qui erroris est particeps. Nec fefellit sanctū Dauid fides sua, sed in ipsa quoq; offēsione gratiā diuinę miserationis emeruit. Nā qui proposuerat mortē triduo exercere in terra: nec vnum quidē diem passus est præterire, sed ad horā prandii libenter indulsit: & (vt verbo scripturę vtar) habuit pœnitentiā super malitiam. Vide quomodo te scriptura hortatur vt & tu pœnitentiam nō refugias, si sequaris deum, quem sequi debes. Bene addidit, super malitiam: quia videtur omnis dura esse vindicta. Ideo & dies iudicii dies dicitur mala, de qua beatus est qui per

Psal.40. deum liberatur: vt scriptū est: In die mala liberabit eū dñs. Et dixit, inqt, angelo dominus vt parceret. Vide autem quia quando vult dñs ignoscere, dat gratiā & fiduciam deprecandi. Et vidit Dauid ferientē angelū, &

1.Para.21 dixit: Ecce ego sum: ego peccaui: & ego pastor male feci: & isti in hoc grege quid fecerunt? Fiat manus tua in me, & in domū patris mei. Si mandauerat dñs angelo E vt parceret: quomodo feriebat adhuc angelus? Nisi ga dñs etsi vult ignoscere, vult rogari, & vt rogeē hortaē.* * operaē.

Nec vidisset homo angelū ferientem, nisi dñs eius oculis angelū reuelasset. Vnde & Heliseus dicit: Dñe ape-

4.Reg.6. ri nunc oculos pueri huius, vt videat. & aperti sunt oculi pueri eius, & vidit montem equis repletū & curribus in circuitu prophetæ. Nec te moueat ꝙ persona vilior seruuli q̄ prophetæ vel regis: quia vilior & equorum & curruū species, q̄ sanctitas angelorū. Et fortasse aliquibus perfunctorie legentibus durum videatur ꝙ Dauid ille humilis corde atq; mānuetus, qui parcebat inimicis, mortē magis populi elegit, q̄ fugam fugā, aut famem su per terrā. Famē populi vitauit, quia grauior morte & omnibus suppliciis habetur: quā sequitur etiā pestilentia, quæ cælum cōtaminat, mortem acerbat. Suā fugā non popoſcit propter illud, quia Prophetа pro populo deprecari poterat, sicut factum est: populus pro prophe-

Psal.74. ta interuenire nō poterat. Scriptū est enim: Si populus errauerit, sacerdos orabit pro eo. si sacerdos errauerit: F quis rogabit pro eo? Et tamen vbi vidit occidi populū, ipse se angelo feriendum obtulit, vt ipse potius pro populo feriretur. Plus est quod nec ipsa perterritus specie mortuorum, gladio se obtulit, q̄ si sermonem propositę conditionis optasset. In electione itaq; ratione secutus est, in dolore pietatem. Vide autē dñi gratiā, ꝙ & ipse a proposita cōditione deflexit. Nunquid aliquod miserationis est crimen, quia plus minatur, & minus exigit, qui in remuneratione premiorum sua promissa custodit, in exactione pœnarum præscriptum remordet? Cū irascitur in reū, differt: cū miseretur, properat vt absoluat: terret vt corrigat: admonet vt emendet: præuenit vt ignoscat. Vnde & alibi ait Propheta de dño: Calix Psal.74. in manu dñi vini meri plenus est mixto: veritamē fex eius non est exinanita. Ad terrendum plenus est calix, ad feriendū non est exinanitus. Plenus erat calix cum mors per triduū mandaretur: sed occurrit misericordia dei: tenuit manum angeli priusq̄ calicē istū exinaniret. Vt scias autē quia calix pœna vel gladius est, audi dicētē: Accipe calicem vini meri huius de manu mea: & Hiere.25. potionabis omnes gentes ad quas ego mittā te, & vomient & insanięta facie gladii. Et ad Hierusalē dicitur: Bibisti calicem irę de manu domini. calicem enim ru- Esaię.51. inę* bibisti, & exinanisti: nec erat qui te cōsolaretur. Hic * iræ rusalē mensuram bibit, quę supra mensuram peccauit.

G Ecclesia Christianorũ calicem iræ exinanire nõ nouit,
sed exinanitũ vnguentũ: propter quã se Christꝰ exina=
niuit,vt vbiq; fragraret. De manu dñi hoc munꝰ acce=
pit: poculũ autem mortis ignorat.Duos calices lego:
vnum mortis:alterum vitæ. Mortis calicẽ suo Chri=
stus exinaniuit in sanguine:& nouũ calicẽ ministrauit,
Psal.115. vt dicamus:Calicẽ salutaris accipiã. Noui calix est te=
Mat.26. stamẽti,qui in remissionẽ effunditur peccatorũ. Effun=
ditur hic calix,& fex eius nõ inuenit,quia mũdat oẽe
delictum.Diximus quẽadmodũ in vlciscendo inflectat
dñs cõmotionẽ suam.Dicamus quẽadmodũ in remu=
nerando præueniat nostrã precationem, & doceamus
exemplo.Audi illum ex duobus latronẽ dicentẽ dño:
Lucę.23. Memento mei dñe cum veneris in regnũ tuũ. Respõ=
dit dñs:Amen amẽ dico tibi,hodie mecũ eris in para=
diso.Ille adhuc rogabat vt meminisset sui cũ venisset in
regnũ:& dñs cum nondũ venisset,ei iam regnũ cæleste
tribuebat.Quã velox misericordia. Tardius votũ pre=
cantis,q̃ remunerantis est premium. Ideo ergo Dauid
moderationem tenuit,nõ remissionem orauit, dicens:
» Dñe ne in ira tua arguas me,neq; in furore tuo corripi=
» as me. Furor græce θυμός dicitur,& irę impetus.Hoc
ergo latinus voluit exprimere, Neq; in ira, neq; in ipso
impetu iræ arguas me aut corripias. Correptio autem
eruditio est.Ipsa græce dicitur παίδευσις, de qua dicit:
Psal.93. Beatus homo quem tu erudieris dñe.Non enim deus
H passioni patet, vt irascatur: cũ sit impassibilis: sed quia
vindicat,videtur irasci.Nobis hoc videtur, quia ipsi cũ
cõmotione vindicare cõsueuimus.Plerũq; tamen & ho
mines inueniuntur eum vindicant nõ moueri,sed sum=
ma patientia celebrare vindictam,exercere tormenta.
Cur ergo mireris in deo si hoc interdũ in homine reco=
gnoscas? Vindictã autem irã esse diximꝰ. Deniq; vsus
habet vt dicamus de quoquã punito, quia iram incidit
legum.Non quia legum iram,sed quia legũ seueritatẽ.
Psal.77. Sic & alibi de decem plagis Egyptiorum ait:Misit in
eos iram per angelos malos.id est vindictã. Lex enim
nescit irasci, sed scit legum minister. Nescit ergo irasci
qui auctor est legum,cui terrendi est voluntas,non pu=
niendi.Imitamini ergo imperatores exemplũ diuinũ,
vt sitis in statuẽdis legibus seueriores,in exigẽdis sup=
pliciis misericordes.Seueritas legum insolentẽ restrin=
gat audaciam:misericordia principum reos subtrahat
pœnæ.Recognoscit igitur propheta culpam suam: vi=
I det vulnera:curari postulat.Qui sanari vult,argui non
reformidat:sed nõ vult argui in furore,sed in verbo dei.
Psal.106. Verbũ dei,sanitas est.Sic enim legimus: Misit verbũ
suum,& sanauit eos. Non vult erudiri in ira,sed in do=
ctrina: vt si medicũ roges ne secet vulnus tuũ, sed me=
dicamentũ apponat: vrget medicamento, sed nõ secat.
Deniq; est dolor,sed nõ supra mẽsurã doloris. Mordet,
» sed nõ cruentat. Et addidit:Quoniã sagittæ tuæ infixę
» sunt mihi. Eadem videtur dicere, quæ sanctus Iob:sed
Iob.6. diuersa sunt.Nã & ille ait:Sagittæ enim dñi in corpo=
re meo sunt:quarum furor bibit sanguinem meũ. cum
incipio loqui,compungũt me.Ille de vulnere sui corpo=
ris queritur:hic deplorat animæ suæ vulnera. Et forte
hic agit pœnitẽtiã de peccato,ille causam agit infirmi=
tatis humanę:& quasi nostrę imbecillitatis assertor, ad
remedium operis auxiliũ creatoris exposcit. Hic igitur
precatur,ille patrocinatur.Ideoq; vehemẽtior huius est
dolor:quia animæ vulnera grauiora q̃ carnis sunt. Ille
dicit sagittas dñi in suo esse corpore,iste deplorat ĩfixas.
Illius sanguis bibitur,huius effunditur.Ille compungi=
tur,hic vulneratur.Illum manus dei tetigit, super hũc
graui põdere confirmata est.Hic animam suam deflet
illusionibus esse completã,ille suum corpus vlceribus.
Manum autem dei,virtutem intelligimus puniendi.
Hæc manus regem Egyptiorũ propter Abrahæ iniu=
Gene.20. riam ob tentatã Sarræ pudicitiam flagellauit. Hęc ma
nus Egyptiorũ currus, equos & populos Rubri maris
demersit profundo.Hæc manus mentẽ grauauit regis K
Saul,vt gratiã sui conseruatoris odisset:& pro preuari= 1.Reg.31
catione cælestis imperii desertus a sociis, interemptis
quoq; filiis destitutus, victus ab hostibꝰ: quo spectacu=
lo nihil est deformius regi,gladiũ in se suum ipse cõuer=
teret,ne captiuꝰ senex viueret filiis & regno superstes.
Hãc manũ Dauid in seipso expertus & liberis, alterius
incestum,alterius parricidium deplorauit,&(qđ pio pa
tri grauius est salutis suæ exitiis)simul sibi opprobria
sobolis,& pietatis defleuit excidia: quorum alter ad in=
cestũ accensus de germanitatis affectu,alter ad parrici=
dium armatus est studio castitatis.Quẽadmodũ illos
in grauissimis criminibꝰ cõfinia lusere virtutũ? Vtinã
aut ille sororẽ non amasset,aut hic non vindicasset. Ad
postremũ & ipse patriæ finibus pulsus a filio, fugiebat
hostem,quem optabat hæredem:metuebat vincere,ne
pietatis dispendio vinceretur. Sed forte aliquis dicat:
Quomodo in parricidio vel in incestu manꝰ fuerit dei,
cum opus illud inimici sit? Cognoscamꝰ igitur quoniã
& vbi diabolus vulnerat,sagittæ dñi vulnerare dicaṫ.
Nempe sic legimus, ꝙ cũ in concilio angelorũ sanctum
Iob seruulũ suum dñs cõuersus ad diabolũ prædicaret,
vt vreret inuidus,& humani generis aduersarius(laus
enim inferioris substãtiæ viri,cõdẽnatio eius est qui de
statu superiore deiectus est)responderit diabolus quia
non gratis Iob dñm veneraretur, qui nutu dei oĩbus L
abundaret.Sed mitte,inquit,manũ tuã, & tange oĩa Iob.2.
quæ habet: videamus si non in faciem te benedicat. Et
deus potestatẽ dedit diabolo vt mitteret manum suã
in omnia quę haberet Iob.Quibus gestis cum sanctus
Iob immobilis in sua fortitudine permaneret,qa nõ est
motus Iob aut interitu filiorũ,aut dispendio facultatũ:
iterum dñs ad diabolum dixit,illudens ei,ꝙ dissipasset
oĩa quæ habuerat Iob,filios eius interemisset,ipsum
tamẽ nequaq̃ mouere de virtutis statione potuisset. Et
ille respõdit:Quæcũq; habet homo,pro anima sua da= Ibidem.
bit.Sed mitte,inquit,manũ tuã,& tãge carnem & ossa
eius.Et accepit iterũ potestatẽ vt mitteret manũ suam
in corpus eius:tamen vt animam ipsius custodiret.Et
perfudit vlceribꝰ sanctũ Iob,vbi est egressus a domino.
Aduertimus ergo ꝙ manus dñi dicatur, vbi est homi=
nis diabolo infestante tentatio.Siquidẽ & Iob manum
dñi dixit esse quæ se tetigit,& sagittas dñi esse memo=
rauit sagittas piratarũ:& tradidit,inquit,me in manus
iniusti.Ipse itaq; absoluit quia cum diabolus vulnerat,
dñi sunt sagittæ,qui vulnerãdi permisit diabolo pote= M
statem.Deniq; si mandes vt tuus seruulus verberetur,
nõne etiam si ab astãte alio cędatur, a te dicitur verbe=
ratus? Est & illa ratio, qa dñs ideo dat tẽtatori potesta
tem,vt hominum in tentationibus probetur affectus.
Ideo fit persecutio,vt fidelis luceat,virtus excellat,mẽs
interna omnibus manifestetur. Ergo tẽtatio quasi sa=
gitta penetrat interiora hominis,& quasi gladius dei,q
scrutatur interna.Gladius autẽ verbum est dei,validũ, Hebr.2.
& acutius omni gladio acutissimo: de quo gladio audi
dicentẽ Mariæ:Et tuã ipsius animam pertrãsibit gla= Lucæ.2.
dius,vt reuelenṫ multorũ cordiũ cogitationes. Verbo
enim dei omnia reuelantur,in cuius conspectu nuda & Heb.4.
aperta sunt omnia. Anima ipsa videtur, medullæ in=
teriores cogitationesq; manifestæ sunt:nec vlla postre=
mo est creatura(vt scriptura dicit)quæ se a cognitione
eius abscõdat.Ergo vendamus omnia, vt verbũ ema=
mus:ipsũq; in nostris visceribus recondamus. Ipse po=
stremo diabolus testificatur quia oĩa dat homo quæ
habet,pro anima sua,nec dignum illud precium totius
patrimonii pro redemptione vnius animæ confitetur.
Quid parcimꝰ patrimonio,qđ & ipse diabolus vile iu=
dicat pro salute? Parũ dixi pro salute: parũ esse & pro
errore testatur.Deniq; hæc omnia, inquit, tibi dabo, si Mat.4.
procidens adoraueris me.Nec solum diuitias mundi,
sed etiam honores & regna monstrauit. Si tanto con=

A stat vt diabolus adoretur,quãtũ Christianus debet of=
ferre vt cũ Christo resuscitet? Sed diabolũ dimittamus
quasi hircũ emissionis in desertũ.Neq; enim fidelis as=
sertor est veritatis, etsi aliquando transfiguret se in an=
gelum lucis. Abundãt nobis diuinarũ testimonia scri=
pturarũ,quibꝰ instruimur nihil esse in homine precio=
sius fide,nullũ tantũ esse patrimoniũ qđ salutis nostræ
atq; animæ precio conferatur. Fide Abrahã patriã suã
reliquit & terram,& proximos etiã quos videbat:& eũ
quem non videbat,tanq̃ aspiciens sequebatur. Moyses
quoq; animę suæ precium maius omnibus Egypti di=
uitiis æstimauit. Quid de viris sublimibus loquar?
Iosue.2. Rhaab meretrix alienigena illa de seculo,tamẽ animã
suam nõ solum cõtemptu omniũ quæ habebat, sed etiã
vitę periculo putauit esse redimendam: quę explorato=
res Iesu Naue ciuibus suis quærentibus denegauit, &
hostes patriæ, legatos tamen fidei, maluit occultare q̃
prodere. Non eam minæ ciuium,non bellorũ pericula,
non incendia patriæ,non suorum discrimina terruerũt.
Disce vir,disce Christiane quomodo verũ IESVM
sequi debeas,quãdo fœmina contempsit omnia sua, &
Iesum in figura propter similitudinem nominis est se=
Prou.13. cuta. Vnde præclare Salomon dixit: Diuitiæ viri,red=
emptio animę eius. Redime ergo animam tuã. Vilis
est pecunia:sed fit preciosa per fidem. Vilis est cũ con=
ditur:preciosa cum dispergitur. Sic enim scriptum est:
Psal.111. Dispersit,dedit pauperibꝰ:iustitia eius manet in seculũ
seculi. Si igitur talis fueris vt possis contemnere non so
lum omnia tua,sed etiã ipsam carnem tuã pro iustitia,
quã nulla potest locupletior esse possessio:(possessio enĩ
preciosa,homo mũdus)etsi flumina te superiora cõclu=
B serint,trãsibis. Nã etsi dederit tẽtãdi tui dñs potestatẽ,
mãdat tamẽ diabolo vt animã tuã ipse custodiat: scdm
Psalm.8. quod scriptũ est: Vt destruas inimicũ & defensorẽ. Tẽ=
tat enim vt aduersarius,defendit vt seruus. Scriptũ est
Iob.39. enĩ:Et volet tibi vnicornuus seruire. Seruit enĩ, qui nõ
ex voluntate sua qđ optat exequitur, sed ex necessitate
mandatis imperalibus inuitus obtẽperat. Vide altitu=
dinem Christi,quẽadmodũ retorsit in diabolũ malitiæ
suæ precium. Ille nos cogit qđ odio habemus,hoc face=
re. Non enim qđ volo hoc ago, vt Apostolus dixit: sed
Roma.7. quod odi, illud facio. Retorsit in illũ dñs, vt & ipse ple=
rũq; non faciat qđ vult:sed quod odit,hoc faciat. Deniq;
C animã quã vult expugnare,custodit. Nos corruptelam
carnis condẽnamus,& sequimur: vt illa vidua quę pro=
missam marito fidẽ irritam facit,& postea nubere vult:
quod ante fugiebat. Ille inimicus est sanctis,& defensor
adhibetur:quo amplius puniatur: vt nocere nõ audeat,
qui nocere desiderat. Et quanto tolerabilius est amare
virtutes,etsi implere nõ possis: q̃ odisse virtutes,quibus
» nocere nõ possis? Nõ est,inquit, sanitas in carne mea à
» vultu iræ tuæ. Exposuit nobis hũc locũ Esaias: Pecca=
Esaię.64. uimus,& tu iratus es nobis. Qui est tamen irę domini
vultus? Ne forte ille quia oculi dñi super faciẽtes mala.
Si enĩ oculi dñi super iustos: quomodo a vultu iræ dei
infirmatur propheta? Vnde & illud cõsidera,quod ipse
Psal.53. Dauid in posterioribus dixit, Quoniã ex omnibus tri=
bulationibus eripuisti me, & super inimicos meos re=
spexit oculus meꝰ. Sicut enim bona iustorũ respicit,ita
& peccatorũ occulta deprehendit. Nisi forte ad Christũ
hoc referas,qui ab oĩbus a quibꝰ cõterebatur,ereptus
est,quando se exuit a populo Iudæorũ, qui eũ frequẽti=
bus sacrilegiis & quotidianis impietatibus cõterebant:
& inimicos suos vocauit ad gratiã, quos oculus dei vi=
dit & amauit. Ergo qa pius est deus,nequaq̃ est despe=
rãdũ. Et si irascitur,ignoscit:et si percutit,sanat:& si tra=
dit in interitum carnẽ,spiritũ saluat. Noli ergo timere
carnis infirmitatẽ:quia sanctus cũ infirmatur,potẽtior
» est. Quid autẽ est qđ ait:Non est pax ossibus meis à fa
» cie peccatorũ meorũ? Quę sunt ista ossa? Vtrũ animę?
an corporis? Sed non tanta esset doloris cura corporei,
vbi & anima laborat:cũ sancti sit velle carnem propter D
animã flagellari:sicut se flagellabat & Paulꝰ, ne eiꝰ re=
probaretur assertio. Sũt quędã interioris ossa hominis,
sicut & membra sunt cætera,oculi mẽtis,& nares:sicut
Iob dixit:Spiritus diuinus, qui est in naribꝰ meis. Sũt Iob.27.
ergo & ossa,quibꝰ charitatis quędã compago formaṫ.
Vnde & Adã dixit de consorte charitatis, & cohęrede
gratiæ vitę:Hoc nũc os de ossibꝰ meis, & caro de carne Genes.2.
mea. Quod Apostolus interpretatus ait: Sacramẽtũ
hoc magnũ est:ego autẽ dico in Christo & in Ecclesia. Ephes.5.
Christi autẽ & Ecclesiæ sacramentũ nõ carnale sed spi=
ritale esse quis dubitet: cum bonus quisq; in ipso coniu=
gio nõ carnis sed virtutis decore teneatur,& mores di=
ligat in vxore,non vsus? Deniq; audi quia non secundũ
carnem loquitur,sed secundũ virtutẽ interiorẽ: Non est
absconditum os meum, qđ fecisti in abscondito. Vir=
tus itaq; non caro est, quæ dei patris nouit abscondita.
Ergo non est pax animæ virtutibus quãdo ante ocu=
los nobis nostra peccata concurrunt,& offundũt se mẽ=
tibus nostris. Et hoc bene interpretatus est gentiũ do=
ctor electus in epistola secũda ad Corinthios dicẽs: Nã
& cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem 2.Cor.7.
habuit caro nostra:sed in omnibus sumus afflicti: Foris
pugnę,intus timores. Illum Macedonũ peccata vexa=
bant:quãto magis propria vnũquẽq; nostrum peccata
perturbant,vt requies nobis esse nõ possit? Grauior ad=
uersarius nobis culpa est nostra, quæ solicitat ociosos,
affligit sanos,cõtristat lætos,inquietat placidos, exagi= E
tat mites,excitat dormiẽtes. Rei sumus sine accusãte,
sine tortore cruciamur,sine vinculis adstringimur, sine
venditore vendimur. Vnde & scriptura dicit: Peccatis Esaię.50.
vestris venditi estis. Hæc igitur peccata sunt quæ cõtra
nos semper sunt,vt dixit Propheta: Vendiderunt nos,
& dominãtur nobis. Seruus qui vẽditur,superiore ser=
uitio exit,vt ad dñm alterũ migret. Nos nec superiorũ
iugũ deponimus,& ad noua peccata curuamur. Vnde
& ingemuit sanctus dicẽs: Quoniam iniquitates meæ «
superposuerunt caput meum:sicut onus graue graua= «
tæ sunt sup me. Hoc est,iniquitates meæ supertrãsierũt «
caput meum,& supereminent mihi,vt sensus meos de=
primant. Oculi enĩ sapiẽtis in capite eius. Et ideo Na= Eccle.2.
bal malus erat & durus,quia sensus eius malitia & ini=
quitas obstruebant. Vnde & Abigæę verbũ ferre non
nõ potuit,sed obduruit cor eius,& quasi infirmus occu=
buit. Aut vide ne hoc sit caput de quo ait Apostolus:
Quia non tenet illud mẽte carnis inflatus. Hoc autem Colos.2.
caput Christus est,quia oĩs viri caput Christus. Hoc F
est caput qđ per cõpaginationes & colligationes totius
plebis crescit in incrementum dei:quia in omnibus no=
bis per singula mẽbra sua Christꝰ assurgit. Ergo quãdo
nos ingrauant nostra peccata,& talẽto quodã iniquita=
tis plumbeo ad terrena deprimimur, dirumpamꝰ vin=
cula eorum,& proiiciamus a nobis iugum ipsorum: vt
possimus oculos nostræ mẽtis attollere,& audire dicẽ=
tem: Venite ad me oẽs qui laboratis,& onerati estis,& Mat.11.
ego vos reficiã. Deniq; Egyptũ auaritia onerabat, pe=
cunia vexabat,mercãtus Ethiopes,sicut scriptum est,
Labor Egypti,& mercatus Ethiopũ, & Sabaim viri Esaię.45.
excelsi ad te transibunt. Laborauit Egyptus anteq̃ co=
gnosceret veritatẽ:sed iã non laborat,postq̃ transiuit ad
Christum. Sequuntur volẽtes Sabæi viri,qui ante fu=
giebãt:quia tenẽt eos vincula charitatis,quæ Adamã=
te fortiora sunt. Pulchre & illud Esaię huic loco aptaṫ:
Omne caput in dolore, & oẽe cor in mœstitia: a pedi= Esaię.1.
bus vsq; ad caput nõ est vulnus neq; cicatrix neq; plaga
cum feruore. Feruẽt enim iniquitas cũ dominatur, su=
per caput nostrum sese extollens,& locum occupans,ne
eum Christus magister teneat pœnitẽtiæ. Nõ medio=
crem vim habẽt istæ iniquitates,si cõsideres hominem
illum iniquitatis qui venturus est secundum opera Sa=
tanę in omni virtute & signis & prodigiis mẽdacibus,

G & omni seductione iniquitatis: quę cauēdū nobis apostolus demōstrauit, quia operatione erroris accipiet, vt probētur fideles, iudicentur infideles. Merito ergo sub iniquitatib⁹ positus, &(qđ peius est) suis, corruptas esse & computruisse dicit cicatrices suas a facie insipientiæ suæ: quia leuantē onera iniquitatum tardius remediū sequebatur. Tamen & Iob sancto qui saniem radebat suorum vlcerum perfusus vlceribus a pedibus vsq; ad caput, sanitas est refusa: & Lazarus pauper qui iacebat ad ianuā diuitis, lambentibus vlcera eius canibus, de cicatricum suarū fœtore sublatus ab angelis in Abrahæ sinu est collocatus. Est ergo & sancto Dauid spes & remedium sanitatis: quia non vnguentū redolent, sed fœtorē suorū vulnera peccatorū: & quia affligitur his atq; curuatur, & non delectatur. Specta nunc epheborum aliquē lasciuum, & egregie libidinosum, qui in stupris vitam suā exigat, more illi⁹ diuitis in byssо & ostro iacentem, atq; epulantē quotidie splēdide, cui natēt pauimenta vino, tegatur humus floribus & spiuis cooperta piscium, incēsis diuersorū thymiamatū odoribus triclinia compleatur: quēad modum se beatū putet, & benese olere iudicet: cuiq; grauia atq; diuturna animæ suæ vulnera gerat, & corruptum sanguinē fluat, nullū tamē fœtorē suę cicatricis accipiat? obstructas enī cœno nares habet, nec potest dicere, Spirit⁹ diuinus, q̄ est in narib⁹ meis. Ideo diues ille remedium salutis inuenire non potuit, pauper inuenit. Deniq; alter apud inferos ī supplicio: alter in requie. Inuenit ergo perpetuæ salutis remedium etiā sanctus propheta Dauid, qui fœtere sibi animæ suæ vulnera fatebatur, & a facie insipientię suę cōputruisse sibi cicatrices proprias loquebatur. Sed est & insipientia quæ per stultiā prædicationis credētibus salutem afferat. Refugit ergo Propheta euangelico iam spiritu sapiētiā istius mundi, qua nō cognoscitur deus: quæ tegit sua vulnera, nō reuelat ad dīm. Melior igitur insipientia quæ oculos habet vt videat vlcera sua, q̄ sapientia quæ non habet. Et ideo insipiētiæ suæ obtutu admonit⁹ spiritali tantus rex, afflictū se miseriis protestatur, vt remediū possit pœnitentiæ reperire: qđ Iudas qui agrū de iniquitatis mercede possedit, reperire nō potuit. Miseriis, inquit, afflictus, & curuatus sum vsq; in finē: tota die contristatus ingrediebar. Vsq; in qué finē? Pœnitentiæ. Vt amplius & mystice intelligas, vsq; ad Christū, q̄ finis est legis, qui se passus est lapidari, passus est corpus suū mortuū vulnerari: Sed nullū fœtorē pœnitētię, sed odorē gratię vulnera illa redolebant. Deniq; nō tabes mortis de vulnere eī⁹, sicut hominū cæterorū, sed fons vitæ scaturiuit æternę, vt scriptura nos edocet, dicens: Et saliet aqua cū delectatiōe de fontibus saluatoris. Exiliunt ergo de vulnere aqua, vt nos biberemus salutem. Bibent omnes peccatores terræ, vt peccata deponant. Vide singula. Miseriis afflictus est Christus, vt beatos faceret homines qui erant in miseriis constituti. Nemo miserum eum qui sit iustus appellet: quia ipse dixit: Vos nemo faciet miseros. Curuatus est ille, vt nos erigeremur. Cōtristatus est ille, vt nos lętificaret, sēdm quod scriptū est: Si enim ego contristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Qui contristatur ergo ex dño IESV Christo, ipse lętificat Christum, & ipse lętificatur a Christo. Ideo ergo & nos nō perfunctorie satisfaciendū a nobis esse cognoscimus. Curuemur vsq; in finem, id est non solum Christo fidem, sed etiā passionum nostrarū perseuerantiam deferentes. & gaudeamus in passionib⁹ nostris, sicut & Christus gaudebat in passionib⁹ suis. quas ille suscipiebat pro seruulis, nos subeamus pro dño. Hic ergo finis, vt adimpleā, inquit, quæ desunt tribulationum Christi in carne mea pro corpore eius, quæ est ecclesia, cuius sū factus minister. Videmus quid nobis suscipiēdum sit, qui ministeriū sacerdotale suscepimus, vt nō solum pro nobis, sed etiā pro ecclesia dñi sustinere fortiter passiōes corporis debeamus. Dauid autē addidit & animæ passiones. Deniq; ipse ait: Quoniā anima mea cōpleta est illusionibus: & nō est sanitas in carne mea. Incuruatus sum, & humiliat⁹ sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei. Et ante te omne desideriū meū, & gemitus meus non est absconditus a te. Cor meū cōturbatū est, & deseruit me fortitudo mea, & lumen oculorū meorum nō est mecū. Aduertimus igitur laborē animæ maiorē esse q̄ carnis. Deniq; quibus anima illusionibus cōpleat intellige, eo q̄ in tētationibus diabolus ei videatur illudere & insultare quasi grauiter laboranti. Symmachus tamen ait lumbos, in quibus seminaria sunt generationis humanæ. Vnde præcinctos lumbos habere te præcipit sapientia dei, ne tua castimonia resoluatur. Deniq; vt scias quia in lumbis sint libidinis commotiones, quę plerūq; excitātur a diabolo quando contendit dissipare mēbra Christi, & facere mēbra meretricis: Ecce, inquit, fortitudo eius in lumbis, & virtus eī⁹ in vtero. In lūbis viri semina sūt, in vtero autē fœminæ. Illudit ergo diabolus in his vt faciat adulterium, incestum, fornicationem. Et ideo qui fornicatur, in corpus suum peccat, non extra corpus. Primum, quia infirmatur caro quæ libidinibus diffluit, & non seruat moderamina castitatis. Deinde quoniā seminaria quæ debent soboli proficere procreandę, inquinamentum corporis, nō fructū posteritatis operantur. Inde itaq; dicūtur illusiones fortasse, q̄ in his corporis æstus sine coitus celebritate frequenter illudat. Vnde bene LXX. viri animæ illusiones dixerunt, eo q̄ diabolus affectus alicuius illudens, in vanum studeat vires eius effundere, virtutē vacuare, resoluere fortitudinem. Ideoq; alibi ait: Et renes mei resoluti sunt. In quo nos etiā beat⁹ confirmat Apostolus q̄ nō illusiones animæ, non carnis infirmitatē metuere debeamus: quia & animæ & corporis nostri Christ⁹ est virtus: qui curat egrotos quasi medicus, confirmat validos, quasi omnium fortitudo. Deniq; etsi foris homo noster corrumpitur, sed renouatur interior de die in diē. His itaq; animę illusionibus fatigatus incuruauerat & humiliauerat se nimis sanctus Dauid, nō quo iniquitatibus superponētibus se supra caput eius (vt diximus) locū daret, aut inimico cederet, qui in posterioribus docet ei non esse cedēdum, dicēs: Quāta maligne operatus est inimicus in sanctis tuis, & gloriati sunt qui oderant te, in medio festi tui? Posuerunt signa sua signa, & non cognouī, sicut in via supra summū. Quasi in silua lignorum securibus conciderunt ianuas eius. Inimicis meis, inquit, signa iniquitatis suæ supra summum ponētibus. Quid est summū? nisi caput tuum, vbi sensus sunt: vbi Christus est sapiētia? Ego non cognouī: id est, acquieui, nō his consensi, & meæ sententiā cogitationis adiunxi. Vnde & alibi habes: Non cognouī verbū nequā: & declinātes a me malignos nō cognoscebā. Deniq; cum omnia nouerit Christus, peccatū non cognouit. Cognoscit enim quæ sua sunt, id est, quæ virtutum sunt, non quæ flagitiorum. Ideoq; scriptura dicit: Cognouit dns qui sunt ipsius. Iniquis autē dicit: Discedite a me: quia non nouī vos. Et per Hieremiā locutus est dicens: Sicut agnus ductus sum ad immolandū, & nesciui. Q uomodo nesciebat qđ futurum ante prædixerat? Sed nescīni, inquit, cogitationes eorum, malitiam eorum. Nolo scire quæ sanguinis sunt. Deniq; nō congregabo cōuēticula eorum de sanguinibus. Deleo iniquitates, & memor non sum. Nolo scire quæ remissurus adueni. Non cognouī lígna quæ arderēt, nec quæ in acerno lignorum sunt posita, vel stipulā, vel fœnum, vt citius ea nutrimētis suis flāma cōsumat. Illa volo scire quæ maneant, vt fructum suæ mercedis accipiant. Illa volo scire quæ supra fundamentū ędificata sunt, vt meliorentur: nō quæ in via, vbi ea diripiant transeuntes. Illa volo scire quæ vitis sunt, illa certe ligna quæ ferant fructū: nō ea quæ ī fasces collecta ad incendium præparantur. Id est: non sum illis arbiter & socius, quę caduca sunt. Non ergo societas alicuius rei, sed societas criminosa in * culpa est. Q ua ratione autem nō cognouit in infructuosis & fragilibus gloriantes? Q uia malis operibus & iniquitatis suæ fecuribus euertit animæ fidelis ingressus, & crudelibus factis scindit piæ mētis vestibula, ne per ea possit Christus intrare. Debet autem vnusquisq; portas suas & ianuas custodire, vt cū venerit Christus & pulsauerit, dicāt ministrę potestates quę præeunt & præcurrūt, Tollite portas principes vestras, & eleuamini portę ęternales. Vere principes, qui se bene rexerint, vt in animas eorum Christus ingressus sit. Simile quoq; illud est Salomonis: Si spiritus habentis potestatē ascenderit aduersum te, locū tuum non relinquas: quia cura mitigabit delicta magna. Diligētia enī & fides superiorē locū tenent, inferiorem perfidia. Ideo ascēdat ad te bona diligentia, quæ insidias excludit inimici, & aufert peccatū, ne malitia potestatē habētis nocere possit. In Canticis hāc videt Ecclesiastes malitiam sub Sole, hoc est in hoc mūdo: vnde & subsolanum locū hunc scriptura memorauit. Sub Sole ergo vidit, nō supra Solē, vbi pax angelorū est, vel sanctitas cęlestiū potestatū. Aut forte sub Sole iniquitatis dixit. Malitiæ enī diabolus prędet, virtutibus Christus. Itaq; vt vinceret spiritū potestatē habentis quā ad tēpus accepit, incuruabat se in oratione Dauid, cernicē sicut circulū flectens, & humiliabat in precibus. Oratio enim se humiliantis, nubes penetrat, & elementorū alta transcendit, vt Christo appropinquet. Et rugiebat a gemitu cordis. sui. Rugit qui gemitū solū non verba exprimit. Hęc est ergo illa preclara oratio quādo interpellat pro nobis spiritus gemitib⁹ inenarrabilib⁹, vt vas electionis asseruit. Hic est gemitus quem nō despicit deus: qui non despicit seruū iunioręm orbatum patre, nec viduam si effundat loquelam. Gemitū ergo ante omnia signū spiritus sancti Apostolus ponit, vt legimus. Deniq; custodiam⁹ animę nostræ ianuas, ne multiloquiis quasi fecuribus scindatur nostræ cōfessionis ingressus. Nihil insolens & superbum nostro ex ore procedat, ne fecurim leuem⁹ aut malleum, quæ non intrant in Ecclesiā domin. Claude ianuam cum oras: ne se ingerat spiritus nequam, vt ibi peccatum extorqueat, vbi lucrum volumus pietatis acquirere. Q ui fic orat: nō est a domino gemit⁹ eius absconditus. Deniq; sic Petri gemitus & cognitus & exauditus est, quādo fleuit amarissime. Vtiq; nō lachrymæ amare, sed amarus q eas fundebat affectus. In ipso perfido Achab gemitus inuenisset gratiam, nisi manēs in nequitia cumulasset offensam. Nō enim perfunctorius gemitus prædicatur, sed qui habet conuersionē. Scriptum est enim: Si conuersus ingemueris: saluus eris. Constituamus etiā ante dominū omne desiderium nostrum. Q uid est desideriū? Bonæ enim rei legi desideriū: Desiderio desiderauī hoc pascha manducare vobiscum. Et ceruus desiderat ad fontes aquarū. Puto autē q̄ is qui pœnitentiam gerit, qui se affligit, non bona sua debeat, sed commissa sibi enumerare peccata. Deniq; versiculis illis (vt arbitror) hoc docemur, quibus ait: Deus vitam meam nunciabo tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Non enim quasi innocentem vitam annunciat vbi lachrymæ funduntur, quæ solent legationem susciperе pro delictis. Nisi forte fic itelligam⁹, q̄ etsi innocens quisq; sit, securus esse nō possit, cui sint aduersus grauissimos hostes quotidiana certamina. Et ideo hęc licet læta sit conscientia, tamen pugna lachrymabilis. Iuxta hos ergo versiculos concupiscentiā possumus accipere magis q̄ desiderium. ἐπιθυμίαν enim græcus posuit. Concupiscentia autem & desideriū ἐπιθυμία dicitur. Sed concupiscentia & de bono & de malo dicitur. Concupiuit & defecit anima mea in atria domini, pro bono. In lege autem aliter: Nam concupiscentiam nescīebam, nisi lex diceret, Non cōcupisces. vtiq; pro malo. Denique subiecta nos doceant, Q uia occasione acceptа peccatum per mandatum operatur omnem concupiscētiam in hominis affectu. Possumus tamen sic accipere, Ante te omne desiderium pono. hoc est, tibi manifesto quæ impetrare desidero, vt ad seriem petitionū, non ad iactātiam referendum videatur esse virtutum. Iactantia enim insolens etiā in integro, deprecatio etiā in peccatore laudabilis. Addidit etiam Propheta, quia cor suum conturbatum sit, deseruerit se fortitudo sua. Magnum periculum si cor exagitetur, quo credimus ad iustitiam. Sed tamen vt in magnis periculis ægritudinum si dolor sentitur, & sensus eius exprimitur, remedium salutis ostēditur: (dolere enim tolerabilius est q̄ non dolere. aliud enim vinificationis adhuc manētis insigne, si doleas: aliud supremæ mortis indiciū, si nullus sensus doloris sit) ita & cor salutis signa demōstrat, quando causas suæ perturbatiōis agnoscit. Deniq; turbatum est cor Dauid aduersus Nabal hominem pestilētem, & gratiā reperit dum occurrit Abigæa, quæ mitigaret cōmotionem indignatiōis, & sanctificationem benedictionis acciperet. At vero Nabal duro & rigido corde verbum vxoris ferre non potuit, & obstupefactus obriguit, & mortem incidit. Q uæ autem propheta deseruit fortitudo? vtrū carnis? an mentis? Si carnis, non vtiq; desperanda sanitas. Nā virtus in infirmitate perficitur. De quo nō mediocriter disputauit arbiter & bre uiator: qui luctam mentis & corporis sciens, temperabat vtriusq; certamen, vt restringeret carnem, si cerneret fortiorem, ne in legē peccati captiuā duceret mētem. Reuocabat itaq; carnē, virtutē autem mētis iugebat. sic ad coronā meruit puenire. Ergo hoc dicit Propheta: Si carnis fortitudo deseruit, mētis fortitudo prevaluit. Q̄z si fortitudinem mētis accipimus deseruisse, non mirum si in grauissimis tentationibus corde turbato putat se homo mentis suæ fortitudine deseri. Ipse te doceat dicens: Fortitudo mea & laus mea dominus. Dominum ergo quærebat: & ideo ne deseri mereretur, sæpius putabat esse quærendū: et ficubi fluctuabat, putabat se esse desertū. Sic apostoli excitabāt dormiētem, ne obdormiret sibi: non quia eū obdormisse credebant. Sic Helisæus (vt superiorum vtamur exēplis) Vbi est inquit, deus Helię? Non q̄ putaret absentem, sed quia præsentiā eius in beneficiis requirebat. Sic Hieremias sequebatur vt medicum, dicens: Sana me dñe, & sanabor: salua me, & saluabor. Non laborauī sequēs post te. Sic ecclesia requirebat eū in Canticis cāticorū, & rogabat filias Hierusalem, vt suscitarēt dilectionē. Quærebat vt inueniret quē sua dilectione retinebat: nec vnquā sentiebat absentē. Sic ergo & Dauid non querebatur a Christo se esse desertū, sed iudicabat illo præsēte se nō posse turbari. Deniq; vt scias de Christo magis intelligendū, addidit: Et lumen oculorū meorū nō est mecū. Q̄d est verū lumē omniū, nisi Christus IESVS? de q̄ Ioannes dicit: Erat verū lumen, qđ illuminat omnē hominem venientē in hūc mūdū. quia ipse est qui illuminat & corporis oculos, & mētis obtutū. Rogem⁹ ergo vt sēper nobis suū lumen infundat, & sēper nobiscū sit, sicut erat cū Dauid: & ideo audebat dicere: Q̄m apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumē. Ille certe quasi propheta magnū viderat lumen: Nobis lucerna eius luceat, ne possimus errare. Et lucerna verbū est, sicut verū lumē est verbū, qđ totū illuminat mūdū. Deniq; lucerna pedibus meis verbū tuū dñe. Et lucernā illā etiā propheta quærebat, nō laternā. Lucernā aūt illam Ioānes inuenit, & demonstrauit. Cū laterna persecutor aduenit. Laterna enim clausum habet, nō liberum lumen. Lumen Iudeorū quasi lucerna sub modio, vel fax sub velamine, potest videri, sed non videt. Nos autem reuelata facie gloriam domini speculamur ęternam, vt ad eius imaginem a gloria in gloriā per spiritū sanctum reformemur. Venit ergo persecutorum turba

G cum laternis: & ideo inclusam in eis lucem videre eorũ oculi nequiuerunt. Venit cũ facib⁹: q̃ plus habẽt in fumo caliginis, q̃ splẽdoris in lumine. Deniq; facibus mortuorũ cadauera ardere consueuit. Sibi ergo Iudæi iam ferebant incendia, qui perſequebãtur ſalutis auctorem. Venere cũ armis, ſignificantes armis ſe perituros eſſe Romanis vſq; ad excidium totius ciuitatis & tẽpli, qui
» pacẽ domini recuſarunt. Amici mei & proximi mei
» aduerſum me appropinquauerunt & ſteterũt. Et pro-
» ximi mei a longe ſteterunt: & vim faciebant qui quere-
» bant animã meam. Et qui inquirebant mala mihi, lo-
» cuti ſunt vanitatem, & dolum tota die meditabantur.
» Ego autẽ velut ſurdus non audiebã: & ſicut mutus qui
» non aperit os ſuũ. Et factus ſum ſicut homo nõ audiẽs,
» & non habẽs in ore ſuo increpationes. Videro qui ſint
qui argute iſta diſcutiant. Mihi in primo præcipue iſto
verſiculo domini videtur tenẽda ſententia: quia in ten-
Mich.7. tationib⁹ inimici ſiunt homines etiam domeſtici eius.
Hoc ergo ſanctus Dauid pure atq; ſyncere & doleter fatetur. Verus enĩ dolor eſt & interioris cordis confeſſio, quando enumerãtur omnia quibus ſecreta mẽtis viſcera amariſſimo cõpunguntur affectu, & domeſtico felle exacerbãtur. Deplorat igitur Prophẽta ab amicis ſe & proximis impugnatum, a quibus vtiq; non impugnari debuit, ſed iuuari. Quod vtiq; cum ſancti Iob querimonia concurrit: quia & ipſe arguebat tres illos reges conſolatores malorum, qui maiora ei inferebant certamina, cũ ad conſolandum eũ amicitiæ gratia cõueniſſent.
H quod vtiq; cauendũ eſt nobis. Conſolatio enĩ mitis eſſe debet, nõ aſpera, quæ magis dolorem leniat, feruorem mitiget, q̃ commotionem excitet. Certe ipſius corporis medicina nos doceat, quæ feruẽtibus vulneribus molliora medicamenta cõſueuit adhibere, quibus dolorem alleuet. Ideoq; fouentur primo vulnera, poſt ſecãtur, ne offendat ipſa durities, & inciſio vuln⁹ exaſperet. Quãto igitur magis cauere nos cõuenit vt cũ venerimus ad conſolandũ, non facile, non perfunctorie loquamur? Se-
Iob.2. ptẽ diebus tacuit Iob: tacuerunt amici: nec locuti eſſent, niſi Iob dolore prorupiſſet in vocem. Quærendum eſt enim vnde incipias: ne in ipſo ſermone offendat cõſolatio tua. Etiã taciturnitas ipſa medicina eſt: & velox in ſermonibus magis vulnerat. Quid miraris ſi alterum vulnerat, cum frequẽter ipſe ſeſe vulneret? quia ex multiloquio peccatum nõ effugit. Etenim ſi medicus medendi tempus expectat, vt digeſtis ægritudinibus medicinæ ſubſidia deferantur, ne acerba adhuc & immatura (vt aſſerunt) egritudo, curationis remediis reluctetur, & beneficiũ ſentire non poſſit: quanto magis explorare nos cõuenit vt opportune a nobis medicinalis ſermo procedat, qui nõ accẽdere luctũ, ſed lenire videatur? Vis virget doloris: premitur cor mulieris afflictæ, quæ immaturo obitu maritum amiſit, aut filios. Quid properas, cũ te illa non audiat niſi deferueſcat dolor? Sæpe lites de conſolationibus vidimus excitatas. Veniſti vt doleas: nõ vt litiges. Ordo ſermonis ipſe quærẽdus eſt: ne peccatũ apud deũ incurras, dum deſideras hominẽ conſolari. Ne dicenti tibi, Audi hæc, & alia multa, quę mihil proſunt: reſpondeat: Audite conſolatores malorũ. Ne in luctu alterius certamen garrulæ diſputatiõis inducas: ne non accedas cũ oporteat: ne accedas, & durior ſit tuus ſermo. Deniq; quid dicatur de talibus, doceat te ſanctus Iob. Simul mihi venerunt, tentationes grauiſſimę circũdederũt me. Conſiderãtes fratres mei diſceſſerũt a me, cognouerũt extraneos magis q̃ me. Amici mei imiſericordes facti ſunt. Hic ergo naturalis eſt ſenſus etiã ſancti prophetæ Dauid, vt queratur ſe ab amicis impugnatũ, a proximis deſtitutũ. Sed ne myſticus quidẽ abhorreat pietatis affect⁹, vt pro angelis dixerit, qui prætendunt timentibus dominũ, vt eripiant eos de tentationibus quas ferre non poſſunt. Quomodo ergo longe ſtant qui ad adiumentũ ſunt attributi? Sed nõ illi ſe ſeparãt, ſed qui vrgetur tentationibus, putat eos longe abeſſe, quos propius ſibi adeſſe deſiderat: & arbitrãtur diſſimulare, cũ illi inuãdi tempus nutu ſui imperatoris expectent, qui athletã ſuũ quo glorioſius vinceret, diutius certare præcepit. Et videtur hoc magis ſequẽtibus conuenire, quia angelis protectionis excubias relaxantibus, inſidiantur inimici querẽtes in anima eius inuenire q̃d noceat. Tunc enim poteſtas illis grauioris tentationis permittitur, cũ culpa animę grauior reperitur. Vnde habes illud in libro Regnorum regis Achab ad Heliam dictũ, quãdo eũ propheta vehemẽter increpauit, & mortem ei denunciauit: Inueniſti quid in me? Et 3.Reg.21
reſpondit Helias, Inueni: quia feciſti malignũ in cõſpectu dñi. Vides ergo quia regibus non temere vel a prophetis dei vel a ſacerdotibus faciẽda iniuria fit, ſi nulla ſunt grauiora peccata in quibus debeãt argui. Vbi autẽ peccata grauiora ſunt, ibi non videtur a ſacerdote parcẽdũ, vt iuſtis increpationibus corrigãtur. Tamen Dauid in hoc loco dicit q̃d nihil inueniſſe videantur: & ideo inimici ei⁹ vanitatẽ locuti ſunt: quoniã nihil q̃d pro veritate loquerẽtur inuenerint. Aut certe quia etſi peccauit, tamen peccata mea pœnitẽdi dolore purgabam. In quo illi cũ dolo, meũ loquebantur, vt me obiurgatione confunderẽt, & a conuerſione reuocarẽt. Et vide ne hoc magis ſenſerit, quæ ſiſſe illos mala eius: ſed cũ vellẽt accuſare, præuentos, quoniã vulnera ſua ipſe patefecerat, ſui accuſator exiſtẽs: & ideõ vim accuſationis eorũ eſſe annullatã: locutos autẽ fuiſſe vana, quæ cõfeſſo culpam nocere iã nõ poſſent. Excluſis igitur a criminationis inuidia, dolũ adhibebãt, vt inſurgerent, inquit, mihi & inſultarẽt, quo me ſtimularẽt ad aliquã cõmotionẽ. Quorum ego dolum videns, velut ſurdus nõ audiebã. Conſidera vim ſermonis: Non dixit, quia ſimulabã non me audire quę dicerent, ſed non audiebã, dixit: q̃ intentione mentis vocẽ loquẽtis excluderet, nec aperiret os ſuum, ſicut mutus. Beatus qui poteſt tantã habere virtutẽ, vt laceſſitus nõ iraſcatur, cõmotus ſe nolit vlciſci. Inimici hoc agunt vt prouocẽt ad iracundiã. Maledicũt vt maledicamus: criminãtur vt crimen retorqueamus. Conuitiãtur vt excitẽt nos ad viciſſitudinem contumeliæ. Vnde preclare Petrus de dño IESV in epiſtola ſua 1.Pet.2.
poſuit: Quia cũ maledíceretur, non maledicebat: cũ paterẽtur, non cõminabat. Ad eius ergo ſimilitudinẽ atq; imaginẽ iuſtus ſuę vitę cupiẽs inſtituta formare, accuſatus tacet, læſus remittit, diſſimulat laceſſitus, & non aperit os ſuũ: vt illũ imitetur qui ſicut agnus ad victimã ductus, ſic nõ aperuit os ſuũ. Et cũ poſſit habere q̃d referat, magis vult ſilere q̃ dicere. Ipſe enim dñs IESVS M
cum accuſaret tacebat: & dũ percuteret, nõ repercutiebat. Deniq; percuſſus reſpõdit: Si male locut⁹ ſum, teſti Ioan.18.
monĩũ perhibe de malo. ſi bene, quid me cædis? Vide quẽadmodũ quaſi vir infirm⁹, & quaſi is q̃ ſe vindicare nõ poſſet, puerili quodã loquebatur affectu. Ita ergo & tu ſi habeas quo redarguas arguẽtem, melius tacebis: ne redarguẽdi viciſſitudine cõmotionem tuam prodas. Melius eſt enĩ diſſimulare iniuriã, q̃ cũ redarguis vindicare. Bonus mot⁹, qui loqui male neſcit: cuius ex ore crimen exire non nouit. Hic eſt motus vere beatus, qui cum tacet, intra ſe loquitur. Dominus dat mihi linguã L
eruditionis, quãdo oporteat me dicere ſermonem. Talia loquebatur intra ſe Zacharias cum obmutuiſſet. Et Lucæ.1.
vere quia loqui ei non profuerat, ne loqueretur obmutuit: & vt loqueretur, exauditus a Chriſto eſt. Deniq; ſcripſit q̃d Chriſtus exaudiret: & vocẽ recepit, quã Chriſtus indulſit, & gratiã adiunxit, quã ante nõ habuit, vt prophetaret eũ cui⁹ mandatis ante non credidit. Quid de domino omniũ virtutũ loquor? cũ mulier Suſanna Dan.13.
nec ſexus infirmitate turbata cũ ſe ad periculum mortis cognouit addictam, vocem emiſerit? Accuſabatur, & tacebat. Ducebatur ad mortem, & ſilẽtio ſe tegebat, ne nudaret pudorem. Intra ſe tamẽ loquebatur deo: qui

A eam magis audiunt tacentem. Quæ ſi voluiſſet loqui, forſitan nõ eſſet audita. Et tu ergo qui propoſuiſti ſatisfacere pro delictis domino deo tuo, illi ſoli interiore corde te purga, illũ cõtere qui poteſt peccata diluere. Adiuuat te, qui putauerit arguendũ. Deniq; cum maledíceretur Dauid, & eius dux Abeſſa iniuriã regis vellet
2.Reg.16 vlciſci, dixit ad eum Dauid: Dimitte illũ, vt maledicat: quoniam dixit illi dominus, vt videat humilitatẽ meã, & retribuat mihi dñs bona pro maledicto hoc. Vides igitur q̃ a cõuitiantibus adiuueris vt dominus audiat te, & peccatum tuum remittat? Nam cũ ipſe accuſator tuus eſſe debeas, & coaceruare flagitia, teq; ipſũ offerre ſupplicio: quomodo negare obiecta deſideras? Pœnitẽtia patiẽtiam quærit, patientia mitigat delicta magna. Quomodo iraſceris aliis, tuæ ipſe reus cõſciẽtię? Quo-
carabilis modo cõmoueris, cũ debeas eſſe miſerabilis? Qui arguitur, & (q̃d eſt amplius) a ſemetipſo, curare debet ſua vulnera, non alterũ vulnerare. Nemo aliũ vulnerando,
Lucę.4. ſe ſanat. Medice cura te ipſum. Si medicus, quãto magis reus priius curare ſe debet? Cõfiteris peccatũ tuum, & medicum te profiteris in alienũ? Etſi veritatis eſt q̃d retorques, temporis nõ eſt. Peccatori enim dixit deus:
Pſal.49. Quare tu enarras iuſtitias meas? Vſurpas tibi vt de lege arguas, qui cõtra legẽ ipſe feciſti? Quid lachrymarum tempus amittis? Quid concertãdo vanos ſermones aut audis, aut loqueris? cũ tibi ſcriptum ſit: Non ac-
Mat.12. cipias auditũ vanũ. cũ legeris in Euãgelio, p omni ſermone ocioſo iudicii eſſe ſubeundũ. Et ſi alius loquitur, tace: & ſi alius cõuitiatur, aurem tuam obſtrue. Dauid
B tacendo vicit aduerſarios ſuos: & qa ſicut mutus factus eſt, vocẽ recepit: quia conuerſus ad dominũ loquebatur
» dicens: Quoniam in te dñe ſperaui: tu exaudies me do-
» mine deus meus. Quia dixi, ne quando exultent in me
» inimici mei. Vide ſingula. Tacebat Dauid: loquebant inimici: prouocabant vt aliquid & ipſe loqueretur. Dicebant, Audiamus vocẽ tuam. Intra ſe ille tacitus loquebatur. Quid opus eſt vt iſta audiãt quibus prodeſſe nõ poſſũt? In te dñe ſperaui: tibi ſoli loquor: tu audi, qui exaudire potes. A te ſemper popoſci ne aliquãdo exultent in me inimici mei: quia etſi peccaui, tu peccatũ dimittis. Etſi ego cecidi, tu reſuſcitas: ne habeãt vnde exultare poſſint qui peccatis lætantur alienis. Plus enim acquiſiuimus qui plus peccauimus: quia beatiores facit tua gratia, q̃ noſtra innocẽtia. Habemus hũc ſenſum &
Micheę.7 in libro Micheę prophetæ: Noli gaudere ſuper me inimica mea quia cecidi: ſed reſurgam. Non eſt grauis infirmitatis ruina, ſi non ſit etiam voluntatis ſtudium ab ea nõ ſurgẽdi. Præſens eſt qui faciat vt reſurgas. Dixit ergo Dauid in corde ſuo petẽs vt exaudiretur a dño, & vt non exultarent in eum eius inimici, petens etiam vt
C in cõuerſionis ſuæ propoſito permaneret, ne dũ propoſiti ſui greſſus quaſi quidã pedes ſuę animę cõmouenẽt, in eum aduerſarii ſuperba & magniloquentię plena loquerentur, vt faciunt qui inſultare deſiderant. Tametſi moueatur vt homo, paratum ad flagella ſe dicit, vt vel ſupplicio ſoluat errorem. Etſi ceſſent flagella domini, ſe tamen dolore proprio memorat flagellari, vt non inueniat culpa q̃d damnet, quam pœna præuenerit. Hoc eſt
» ergo q̃d ait: Et dum cõmouentur pedes mei, in me ma-
» gna locuti ſunt. eo q̃ tã pr̃opti ſunt ad inſultatiõis ludibria, vt in cõmotione pedũ meorũ paratam habuerint magniloquentiã. vel certe ſic: Dum cõmouentur pedes mei, putantes q̃d caderem, ſuperba iam & magniloqua ſunt locuti. Sed quia ipſe in poſterioribus pene motos pedes ſuos dixit: ne quid oriatur hinc ſcrupuli, cõſidera hic doceri nos affectũ pœnitẽtiæ, ibi opinionem eius erroris excludi, q̃ diuitiæ & ſucceſſus proſperior flagitioſorũ nos mouere non debeant. Cõſuetudo autem elocutionis in ſcripturis diuinis huiuſmodi reperitur. Sic enĩ
Pſal.125. & alibi, Dũ cõuerteret dñs captiuitatẽ Sion, facti ſum⁹ ſicut conſolati. Quãquã ſanctus non in oſtenſione verborũ, ſed in virtute ſpiritus probari ſe velit. Senſus ergo D
nobis ſpectandus eſt ſemper: quẽ etiam ipſum frequẽs tranſlatio ex hebræo in græcum, ex græco in latinum attenuare conſueuit. Ad omnia itaq; ſuperiora pulchrũ remedium, q̃ in flagella parat⁹ eſt, & offert ſe domino, vt quæ placuerint deo flagella ſuſtineat. Elegiſſe quidẽ lego ſanctũ Dauid flagelli gen⁹ q̃d æquanimiter ſuſti- 1.Para.21
neret. Sed elegit, quia de tribus ei cõditionibus eligendę vnius neceſſitas mandabatur. Vbi autem nõ mandatur, ad omnia paratus eſt dei ſeruulus, ſeu corporalem ægritudinẽ ſubeat, ſeu fugam a facie inimici, ſiue obitũ filiorum, quos non timet præmittere, quia recipere poteſt imperterritus. Nam & ſciẽs q̃ ſi hic fuerit punitus ſupplicio temporali, leuare in futurum perpetuæ poſſit pœnam erumnę: rogat ergo vt recipiatur petitio ſua, & caſtigetur ipſe, vt recipiatur. Caſtigat enim dominus
omnem filium quem recipit. Si ſeruulum tuũ videas Hebr.12.
peccata propria confitentem, vltro offerre ſe pœnæ: inflecteris, ignoſcis. & de dñi miſeratione difficilis? Iudex ipſe cui non licet in plurimis cauſis a gladio temperare, quia legibus ſeruit: poteſt tamẽ lucrũ donare pœnarũ. & tu adhuc trepidas quid a legum dño & miſericordiæ auctore depoſcas: cui lex voluntas eſt, & donãdi ius? Si
tamen tu petas tibi tua pr̃ta donari, nec cõſideres hono- E
res tuos, aut erubeſcas amicos tuos, ne dignitatẽ tuã deflexiſſe videaris. Amicus dei, propheta dei, rex ab ipſo electus deo, & vnctus in regnum, flagellis ſe ſpõtaneus offerebat, nec erubeſcebat: & tu erubeſcis? Nõ multum iſta verecũdia tibi opitulabitur cũ ad iudicium dei veneris, ſed pudoris te iſtius pœnitebit cum in conſpectũ nõ ſolum hominum, ſed etiam angelorum & omnium poteſtatum cæleſtiũ conſtitutus cœperis peccata propria non negare. Quomodo excuſabis, cum tãta commiſeris? Prætendes conditionis infirmitatem, quia nemo ſine peccato. Reſpõdebitur tibi: Debuiſti ergo agere pœnitentiam, dederam remediũ: cur refutaſti? Subtexes pudorem, q̃ honores tuos erubueris. Dicet, Si tu Lucæ.9.
erubuiſti me coram amicis tuis, & ego te erubeſcã coram patre meo qui eſt in cælis. Diſce verum eſſe quod ſcriptum eſt, quia eſt verecundia adducens peccatum. Dauid in cõſpectu ſito dolorem ſuum ponebat, ne vniq; obliuiſceretur: Dauid in iniquitatem ſuam ipſe pronũciabat: Dauid de peccato ſuo, nõ de opibus cogitabat. Dauid non erubeſcebat ſua recenſere peccata: ne de iis erubeſceret in meo iudicio conſtitutus: & tu erubeſcebas? F
Nõ eſſet hodie in requie ſeruulus meus Iob, ſi erubuiſſet tres illos reges amicos ſuos. nec ipſe Dauid, ſi erubuiſſet delicta propria confiteri. Ergo quia non erubuit mihi ſua aperire peccata: nec ego erubeſcam ei mea ſecreta referare. Et quia vterq; eorum non erubuit factorum ſuorum precium in mea ponere poteſtate, meo ſe iudicio voluntatiq; committere: nec ego de talibus ſeruulis erubeſcam vt appellem amicos, qui meam ſtuduerint facere voluntatem. Ideoq; quoniam illi ante in mœrore, nunc in conſolatione: tu quia in deliciis, nunc in ſuppliciis. Chaos inter vos magnũ eſt: vt neq; illorũ ad te gratia, nec tua ad illos poſſit pœna tranſire. Audis ergo quid dicat Dauid? Audi, dum tibi corrigere & emẽdare permittitur. Si hic emendaueris, illic requieſces. Non te dulcia mũdi & ſeculi huius, ſed amara delectent. Graue enim fel mouere conſuerunt. Non ille iucunda querebat poſitus in regno, qui eligebat mortẽ ſanctorum quam vitam flagitioſorum. Inimici, inquit, «
mei viuunt, & confirmati ſunt ſuper me, & multiplicati ſunt qui oderunt me inique. Qui retribuũt mala pro «
bonis, detrahebant mihi, quoniam ſubſecutus ſum iuſ- «
ſtitiam. Sed quanto ille illuſtrior, qui quotidie moriebatur, vt populum ſuum viuificaret, & corpus ſuũ mor
tis vulneribus offerebat? ſicut ipſe ait: In mortib⁹ fre- 2.Cor.11.
quenter. Mors enim honeſta, redemptio vitæ eſt etiam decoloris, aut innoxiæ firmamentum. Exitus au-

G tem mortis in manu vitæ: Et ideo malebat apostolus quotidie mori, vt vitæ suę meritum comprobaret.
Eccli.11. Scriptum est enim: Non laudes hominem in vita sua. Qui enim viuunt, morientur: qui moriuntur, resurgẽt. Propior ergo saluti est qui moritur, vt resurgat: quam ille qui viuit, vt moriatur. Quis est autem qui quotidie moritur, nisi qui mortem domini IESV in sua carne circunfert, vt omnia ei peccata moriantur? Confirmati autem & multiplicati sunt inimici Dauid in hoc seculo: sed non idoneum firmamentum, nisi eius qui cõfirmatur a Christo. Deniq; illi confirmantur in seculo, qui oderunt iustum inique. Non ergo iustũ odium, sed iniustum, cum odissent inique. Sed vide distantiã. In posterioribus ait: Qui oderunt me gratis. hic habet: Qui
Psal.68. oderunt me inique. Sed ibi ex pſona Christi, hic ex persona sua. Vbi ex persona Christi loquitur, gratis odio habetur: vbi ex sua, inique. Homo enim potest vni alicui vulneri non patere, vtpote iniustitiæ, intemperantiæ, impudicitiæ: aliis autẽ vulneribus patet. In Christo autẽ nulla causa esse potuit qua peccati alicuius potuerit vulnus accipere, immunis a culpa, & integer a delicto, atq; immaculatus a vitio. Sunt autẽ qui putant vtrũq; psalmũ ex persona Christi esse decursum, qui pro nostris peccatis satisfaciebat patri. Hic ergo dicebat se appetitũ cõtra iustitiã, illic contra gratiam. Et bene ad-
H didit, vt probaret se iniuste appetitũ, Quoniã subsecutus sum iustitiam. Quanta vis verbi in vnius syllabæ adiectione, vt subsecutũ se diceret iustitiam, nõ secutũ? Propior est enim qui subsequitur, q̃ ille qui sequitur: & suppar, q̃ impar: & successio hæredis magis q̃ accessio nuncupatur. Et tamen quãuis subsequatur iustitiã, non sue virtutis putat esse, sed gratię cælestis, si non deseraẽ
» a Christo: eoq; orat impensius, dicens: Ne derelinquas
» me dñe deus me⁹: ne discesseris a me. Hoc est, homines me dereliquerunt, amici mei impugnauerunt dilectum sibi proximũ: non appropinquarũt. Fugiebãt me quasi mortuũ, & abominati sunt, quia peccata mea tibi aperire desideraui, tibi confiteri, quia flagellis tuis me obtuli vulnerandũ, quia elegi cicatrices vulnerũ super epulas regum, & iactantiã potestatũ. Tu solus me nõ derelinquas, tu hæreas seruulo tuo, qui de terra suscitas inopẽ, & de stercore erigis pauperẽ. Tuo comitatu fretus, frequentiorẽ me ambitiũbus populis æstimabo. Computruerunt quidem cicatrices meæ: sed adhuc tuorũ verberum desidero cicatrices, quæ sanitatis vulneribus obducũtur, vt postea nullũ hulcus appareat. Bonæ triũphalium vulnerũ cicatrices, quibus victores huius terreni prælii gloriantur. Q uanto illustriora vulnera quæ pro fide & nominis tui gloria videtur excepta? Ista est cicatrix quæ cælũ aperit, regnũ acquirit, immortalitatẽ
I inuenit. Hæc ergo est cicatrix beata, quoniam beati qui lauerũt stolas suas in sanguine suo. Sic cœpit stola esse gloriæ, caro mortis: in qua & Paulus ante periclitabat
Roma.7. electi⁹ dei, nisi petisset se liberari de corpore mortis hui⁹, vt legimus. Et ideo qui sumus in hoc corpore mortis, oremus ne bonus ille dilectus dei medicus nos derelinquat, quem patriarcha Dauid ne a se discederet precabatur. Ipsi nos cõmittamus, parati quo velit curari medicamento. Nemo dicit medico corporis sui quemadmodũ fit curãdus. Nouit medicus quæ singulis vulneribus medicamẽta cõueniãt, cui⁹ vlceris putredo ferro sit amputãda, neu toti⁹ corporis serpat exitiũ. Si dixerit medicus medicinæ genus quo curari eger debeat, & ille fastidiat: discedit medic⁹, & ęgrũ relinquit. Vide eũ qui curari velit, omni genere medico acquiescentẽ. Attende ordinẽ. Aperit primo vulnera sua medico, & dicit: Cura me: sed rogo ne in ira tua: quia nõ sustinẽt veram medicinam in firmitates meæ. Medicina Christi, correptio est. Corripit enim deus quem vult cõuertere.
2.Tim.4. Ideo & Paulus ad medicũ dicit: Argue, obsecra, increpa. Nõ ergo recusat curari q̃ petit argui, sed leuari vult pœnam, ne in ira arguatur, & impetu iræ corripiatur. K
Et vide processũ. Primo petit argui: postea (q̃d maius est) corripi. Deinde non solũ confitetur peccata sua, sed etiam numerat & accusat. Nõ vult enim latere sua delicta. Nã vt febres in alto sitę non queũt mitigari: cum foras eruperint, spem afferunt definendi: ita peccatorũ morbus dũ tegitur, inardescit: si confessionibus prodiẽ, euaporat. Et ideo iustus accusator est sui in principio Prou.16.
sermonis, priusq; cõtagio vlceris serpat intrinsecus. Grauat enim cõsciẽtiam memoria delictorũ, nisi medicina poscatur. Et si differt medicus, eger offerre se debet, vt citius secetur: sicut offerebat se Dauid in flagella dñi, dicens: Redde mihi duplicia peccata, dũmodo hic vindices. Noli me deserere, noli auertere faciẽ tuam a me: noli dedignari atq; horrescere fœtorem vulnerũ meorum. Et Iob seruus tuus percussus erat vlcere a pedib⁹ vsq; ad caput, & remediũ suæ sanitatis inuenit: licet illud vulnus virtutis fuerit, istud erroris. Fœtebãt vulnera, quæ medici curare nõ possent. Locutus es dñe mysteria sacramentorũ tuorũ: manifestasti venena serpentis, & solius sermonis tui medicamẽto seruũ tui curata sunt vulnera: quia tu eum non deseruisti: & me non derelin-
quas dñe: ne discesseris a me. Homines me dereliqueL runt, quia sordent illis vulnera mea: quę pietati tuæ putaui esse referanda. Illi dicũt, Exi a nobis, quia peccator es tu. discede, ne nos polluas. Tu autẽ dñe curas, & non pollueris. adiuuas, & nõ cõtaminaris: quia deus salutis «
es domine, & manus tua non perdere sed sanare cõsueuit. Compleuimus psalmũ etiã cũ eius interpretatione versiculi quẽ Græci nõnulli codices, sed nõ omnes habent Latini. Nam ante responsoriũ proximũ versiculus est, Et proiecerũt me sicut mortuũ abominatũ. hoc est, illi q reddebãt mihi mala pro bonis. Sed tu ne derelinquas me domine, ne discesseris a me. Hoc enĩ sequitur: id est, tu ne derelinquas, qui mortuũ fœtentẽ curare cõsuesti. Deniq; habemus hoc in Euangelio. Nã cũ veniſſet ad monumẽtũ Lazari, & dixisset, Tollite lapidẽ:
Ioan.11. ait Martha: Iã fœtet: quatriduanus est enim: respondit ei: Nõ dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam dei? Et clamauit Lazarum, & sanus exiuit. Credam⁹ ergo & nos, vt de vulneribus nostris acquiramus medicinã salutis, & futuram gloriam. In orationib⁹ igitur & obsecrationibus cũ dolore & lachrymis exigenda pœnitẽtia est, vt illam gloriam dei videre mereamur. Neq; te moueat quod luctus, dolor, cõmaceratio corporis, grauissimæ passiones sunt. Etsi grauissimę videtur, tamen
M indigną sunt huiusmodi passiones ad superuẽturã gloRoma.8. riam: sicut testis tibi est apostolus Paulus. Non pigeat ergo nos hic leuiora ferre, vt ibi plena laudis & gloriæ possimus adipisci, pro temporalibus laboribus perpetua premia reportantes, per dominum IESVM: cui laus, honor, gloria, perpetuitas a seculis, & nũc, & semper, & in omnia secula seculorum. Amen.

Psalmi. XXXVIII. enarratio.

Titulus, In finem pro Idithum canticum ipsi Dauid.

IN superiore psalmo expressa forma pœnitentiæ est: in hoc sequenti patientiæ forma signatur. Q uem psalmum Dauid scripsit, & Idithum viro disciplinis leuiticis & sacerdotalibus erudito canendum dedit: qui ante arcam domini psalmorũ seriẽ pãgẽdi solertissimus præcinebat. Ergo quia nõ Idithũ scripsit hunc psalmũ, sed propheta Dauid, & Idithũ viro canẽdi perito psallendum dedit: ideo sic inscriptus est titulus. Deniq; etiã in secularibus scriptis alii erant qui scribebant, alii qui in scena vel cãtica, vel comœdias vel tragœdias canere cõsueuerãt. Et illi quidem coronam Olympicam postulabãt: vnde &

A ἐπινίκιον hymnũ eorum scripta in fine testantur. Dauid autem qui non hæc ferta coronarum marcentium requirebat, sed illam incorruptibilem & incontaminatam remunerationum cælestium hæreditatem pio desiderabat affectu, hymnum non victoriæ ἐπινίκιον, sed ei scripsit qui victoriam in se credentibus impertiebat, qui finis est omnium quę pia mente deposcimus. Siue enim sapientiam queras, siue virtuti studeas, siue veritati, siue viæ atq; iustitiæ, siue resurrectioni: in omnibus tibi sequendus est Christus, qui est virtus dei atq; sapiẽtia, veritas, via, iustitia, resurrectio. Ad quẽ igitur, contendas, nisi ad perfectionẽ omnium, summãq; virtutum?
Mar.10. Et ideo tibi dicit, Veni, sequere me. Hoc est, vt ad consummationẽ virtutũ peruenire merearis. Ergo qui sequitur Christũ, ipsũ pro possibilitate sua debet imitari, vt præcepta eius secum ipse meditetur, & diuinorũ exempla factorũ. Et ideo Dauid secum ipse meditabatur, ꝙ Christũ in se locutum esse retinebat: vt cum aliqui ei essent molesti, & eum ad contentionẽ lacessere conarẽtur, patiẽtiã indueret, certandi studia declinaret, ex quibus inanis strepitus & iurgia frequẽter oriũtur. Ideoq; cũ sancto Dauid plerisq; eius virtutibus intuidentes, qui eum de proposito mãsuetudinis, & humilitatis affectu crederent diducendũ, frequenter ingruerent, ipsæ quoq; pręcipue nequitiæ spiritales in cælestib⁹, aduersus quas
B graue luctamen est iustis, ad cõmouendũ eũ ministros suæ improbitatis impellerẽt: ne inter obstrepentiũ crebra certamina, & disceptationum tumultus sermo alicuius sibi offensionis excideret, tacere sanctus Propheta proposuit. O validum scutum, circũspectæ munitionis silentium. O fidissimum stabilitatis fundamentum: in quo si quis potuerit stare, lubricũ verbi timere non possit. Multi enim etiam stabili corde firmati, incauti tamen, sermonis fluctuantis errore sæpe ceciderunt. Videns igitur huiusmodi insidiis & vano concertantium strepitu se Propheta tentari, intra se ipse tacitus conferebat, legem sibi taciturnitatis imponens: & cũ taceret, insultantibus sibi, & vt loqueretur aliquid prouocantibus, qualia solent insolentiũ esse certamina atq; sermo-
*equitate nes, Respõde nobis, si de *equalitate *pręsumis: Vides & tu esse te victum, & nihil habere quod referas? cum se prope ad vocem cõuitiis videret impelli, se ipse reuo-
» cabat, vt loqueretur in corde: Dixi custodiã vias meas,
» vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custo-
» diam, dũ consistit peccator aduersum me. Hoc est, proposui, cõfirmaui, imperaui mihi, locutus sũ cordi meo, Vias meas custodiã. Si aliis dixissem, sermo me⁹ stare deberet: quanto magis stabile debet esse quod mihi ipse constituo? Si quis alienum fallat, indecorum est: si
C quis proximum, graue. Q uanto igitur grauius si quis se ipsum eo qđ sibi promiserit, putet esse fraudãdum, vt ipse sibi infidelis suo iudicio & despicabilis æstimetur? Cui igitur idoneus videri potest, qui sibi vilis est? Teneamus igitur animæ constantiam nostrę, ne in offensionem labia loquendi festina prorumpant. Et Iob plagam suam silentio vicit, & tolerantiam suam taciturnitate superauit. Non bene creditur carni. Vicissemus si Eua tacuisset. Ergo primum illud processit ex voce peccatum: & serpens ille nequissimus atq; versutus per vocem nos ante tentauit. Atq; vtinam aut Adam surdus fuisset, aut Eua obmutuisset. Ille, ne vocẽ suæ vxoris audiret: ista, ne loqueretur marito, & lubricæ vocis ministerio serpẽtis in virũ venena transfunderet. Cain quoq; etsi parricidio naturam violauit humanã, & obliterauit impius iura pietatis, tamẽ per vocẽ sacrilegiũ sceleri suo addidit, vt negaret deo necati fratris interitũ. Q uid de singulis dicam? Populus ipse electus a domino, cui tacitus Moyses aperuit mare: ingratus cælestibus beneficiis obmurmurabat: quo diuinam contraxit offensam. Deinde ipsum ducem inuii illius atque inusitati itineris Moysen respuit, & a fratre eius Aaron deos sibi fieri quos coleret postulauit. Vnde etiam ipse D
considerans tanta vocis pericula, dixit: Custodiam vias «
meas. Q uæ sunt igitur istæ viæ hominis, quæ & ma- «
gnopere præcauendę, ne quid grauioris offensionis incurrãt: ad monet nos tãtus propheta diligẽtius considerare. Admonet etiã Salomon eius fili⁹ paternæ mẽtis interpres perspicacius examinare, qui scripsit: Tria mi- Prou.30.
hi sũt impossibilia intelligere: & quartũ quod nõ agnosco. Vestigium aquilæ volãtis, & viam serpentis in petra, & semitas nauis in pelago nauigãtis, & vias viri in iuuentute, & mulieris adulteræ, quę postq̃ egit, abluta, nihil egisse se dicit iniquum. Tria ergo impossibilia sibi esse dixit ad intelligendũ, & quartũ quod ille habẽs inter homines sapientiæ signaculũ, non agnoscerct: viarũ videlicet viri in iuuẽtute, pcessum. Q uarũ igitur est vel inexplicabilis vel difficilis agnitio, potest facilis earum esse custodia? Vnde nõ immerito ipse Dauid delictorũ iuuentutis suæ non defensionẽ obtulit, sed oblitionem
Psal.24. rogauit. Delicta, inquit, iuuentutis meæ & ignorantiæ meæ ne memineris. Non immerito igitur Salomon dixit se non agnoscere quod pater eius (in quo maior dei gratia fuit) se ignorasse testatus est. Et fortasse delicta iuuentutis ad feruorem retulit carnis, ignorantiæ autem ad verborũ prolapsionẽ: quæ nõ ex sententia nostra, sed impetu quodam & cursu loquendi plerũq; funduntur: q̃d periculosum esse Propheta cognoscens, ait:
Psal.11.5. Credidi, propter qđ locutus sum. Supra fundamentum ergo virtutis vox tuta est, sine fundamẽto lubrica. Ideo quasi quodã tubæ sono scripturæ diuinæ electus inter- E
pres increpuit: Corde creditur ad iustitiam, ore cõfessio Rom.10.
fit ad salutem. Fides credẽtium principalis est, cõfessio executionis. Q uomodo igitur proposuerit factus propheta Dauid, aut propter quid custodire vias suas, audiamus. Vt non, inquit, delinquam in lingua mea. Si «
hoc cauet Propheta, tu nõ caues? Si hoc metuit, in quo dei gratia loquebatur: tu non metuis, qui erroris verba non refugis, & theatralibus sermonibus delectaris? Tu
non reformidas, cui scriptum est in Euãgelio, quia pro Mat.12.
omni otioso verbo rationẽ es redditurus? Si pro otioso verbo periculum est: quanto magis pro crimino so? Nõ omne qđ otiosum, & criminosum: sed omne qđ non fructuosum, periculosum, atq; eradicabile. Omnis enim ar- Mat.3.
bor nõ faciens fructũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. Cũ moueatur animus & exagitatur stimulãtibus aduersariis, obstrepentibus; illudentibus, criminãtibus: excidit F
verbum cõmotionis. Ideo silentiũ & tutũ est, & decorũ, quod seruat cũ grauitate cautelã. Q uid enim labia nostra, nisi quædam nostra vincula sunt? Deniq; vinculis Prouer.5.
labiorum suorum vnusquisq; constringitur. Ideo sapiẽs in tempore tacet, & secum ipse considerat quo tempore loqui debeat. De quo prædicare ipse Salomon: Labia sapientis alligata sunt intellectu. Q uãdo ergo vides illudentibus proternis sapientem tacere, dic: Ligauit iste intellectu labia sua, hoc est, prudẽter tacet, ne labiorum suorũ vinculis alligetur. Posuit ori suo custodiã: sepsit aures suas spinis: vectem adhibuit foribus oris sui: feriat thesaurum cordis sui, & argẽtum eloquii sui, vt examinatũ & purgatũ quando oportet proferat: ne quisquam prius fur ĩ cor eius aut perturbator irrumpat, & ad eos captiuum trahat, quibus flagitia sua vendat. Meditabatur Iudas Christum vendere: sed reuocabat eũ tanta dominũ gratia, & quędam paternæ delenimenta pietatis, quib⁹ furor eius molliebatur: nec erupisset i scelus, nisi se in cor eius, quia Christum fallere se putabat, aduersarius demersisset. Non ergo dubites quando aliqui tibi molesti sunt volenti seruare iustitiã, ministros esse illius nequissimi peccatoris, qui omniũ auctor est flagitiorum. Videbat Dauid propheticis oculis, agnoscebat eius figuram, ideo tacebat, ne illius faceret voluntatem, qui turbare gestit affectum. Premebat vocem, claudebat portas suas silentio, prætendebat in eo pa-

G tientia,& taciturnitatis vigilabat custodia,ne inimicus
castris. obreperet,vt de claustris oris vagus aliquis sermo &
Prou.16. incautus exiret.Ideo fortior est patiēs,qui seipsum cōti-
net,q̄ qui vrbes capit. Iustus ipse,sibi castrū est, ipse sibi
perui gil custos. Cū sibi ergo ipse prætēderet, loquebaſ
» in suo corde: Posui ori meo custodiā,dum cōsistit pctor
» aduersū me. Adest semper inimicus,qui sēper insidia-
tur.Et si illū nō vides,adest:et si illū non sentis, incursat.
Si nō vides,videnti crede. Cōsistit,inqt,aduersum me.
Qui videt peccatū suū, videt etiā peccatorē sibi in iis q̄
gesserit illudentē.Q ui autē peccatorē p̄uiderit,potest
vitare peccatū. Videbat Dauid consistere aduersum se
2.Reg.16 peccatorē,quādo Semei maledicebat & lapidabat regē
suum,& clamabat: Exi vir sanguinū. Neq; enim tā pre-
ruptus foret,vt nec tanti regis reuerentia moueret, nec
armatum eius timeret exercitum, cū vnus de exercitu
eius cōsitiantē potuisset occidere: sed amentē diabolus
fecerat,qui eū impellebat ad mortē. Ideo Dauid aduer-
sus auctorē magis præliabatur,q̄ ministrum perseque-
batur.Q uid enim magnum,de homine inualido vin-
dicari, quem ad furorē alter vrgebat, in cuius nece pec-
cator habuisset voluntatis effectum? Non gladio dia-
bolus,sed verbo dei vincitur. Ideo taceat lingua homi-
Mat.27. nis,dei verbū loquatur. Deniq; & Christus tacebat ante
H Pilati iudiciū cōstitutus,vt nobis daret formā tacē-
di:quia lingua corporis facilis est ad errorē,prodiuis ad
lapsum. Sūt autē & qui tacentes loquātur, sicut Moy-
Exod.14. ses,qui stabat attonit?, & tacebat:cui dixit tacēti deus:
Dañ.13. Q uid clamas ad me? Vt Susāna, q̄ tacuit in pericu-
lis suis,& dñs exaudiuit eam. Ergo etiā si in te verbum
dei sit:& tacebis in dei verbo,& tacit? clamabis, vt au-
diaris a Christo. Meditare ergo quæ Christi sunt,quæ
secum meditabatur propheta Dauid,in quo ea quæ se-
cum in hoc psalmo meditatū esse se dicit,ante in eo lo-
Psal.34. cutus est Christus. Sic enim scriptū est: Ego autē cum
in aliquo mihi molesti essent,induebā me cilicio,& hu-
miliabam in ieiunio animā meā, & oratio mea in sinu
meo cōuertetur. Q uid est,in aliquo? Q uia tunc maxi-
me aut sermo importunus elabitur,aut affect? move-
tur,quādo vel in dolore aliquo & tristitia sumus,vel in-
dignatione animus egrescit,vel aliquibus solicitudini-
bus impeditur, aut disceptationib? occupaſ. Q ui igiē
molesti? Primū de ipso auctore peccati & angelis suis
*als,se va intellige,deinde de iis qui maluntsequaces *eius esse q̄
sa esse. Christi. Impellitur vxor,vt sancti Iob:amicus,quod in
illo ipso libro manifestaſ:filii?, vt Abessalon:seruus, li-
Micheę 7 bertus, domestic?,quia inimici hominis etiā domesti-
I ci eius: vt exagitēt eum singuli. Q uod igitur remediū
aduersus huiusmodi animorū ægritudines,nisi patien-
tia,nisi silētium? Et,q̄d est grauius,ille te magis lacessit
qui beneficiis tuis vsus sit: & ,iter ipsos amplius ille ex-
asperat,qui plus tibi debeat:quo magis īgrati hominis
acerbitate,aut vilis alicuius personæ indignitate mo-
uearis. Ergo iustus,etsi amicus ei est insolēs, dolet pro
amico,q̄a idcirco amicus suus labitur,q̄a a tētatore im-
pellitur. Si pro amico debet,multo magis p vxore, pro
filio,si eos quoq; sibi insolentes experiaſ. Et si frater ex-
agitat,vt Esau sanctum Iacob:dolet, & quærit sibi fra-
tre reconciliare,vel fugere a facie ei?, vt Rebecca suade-
bat,ne iracundia fratris occasionē nocendi aliquam re-
periret. Et si proxim? aut domesticus, dolet:et si mini-
ster aut libertus aut seruus,fert patiēter,& in his omni-
bus tacet,ne ei respondeat a quo eū cernit impelli. Cō-
uitiatur ergo ex domesticis aliquis? dolet & tacet. Con-
uitiatur libert? & tacet. Cōuitiatur seruus? tacet. Sic vin-
citur qui laqueum eius animæ per escam vocis extēdit.
Tace ergo & tu cum tibi indign? cōuitiātur. Tace cum
tibi seruus & maxime tuus cōtumeliam facit, & dic in
Psal.82. corde tuo, Ego taceo,tu autem ne taceas dñe. & adde,
Ne discedas a me. vt Dauid propheta dicebat. Hoc est,
Ne solū me impugnātibus dereliquas. Non est enim
solus,cui deus p̄sens est. Accipe testimoniū: Ecce,in- K
quit,venit hora vt dispergamini vnusquisq; i suu, et me Ioan.12.
solū relinquatis:sed nō sum solus,quoniā pater mecum
est. Iustus ergo aduersus insolentes sibi tacet,iust? orat.
Audi iustū orantē: Pro eo vt me diligerēt, detrahebāt Psal.108.
mihi:ego autē orabā. Iustus maledicentibus sibi bene-
dicit,vt faciebant apostoli: sicut Paulus asserit dicens:
Maledicimur,& benedicimus. Iustus diligit inimicos 1.Cor.4.
suos. Vide quēadmodū paulatim per gradus singulos
ascendere docetur ad incrementa virtutū,dicente dño:
Diligite inimicos vestros. Iustus orat pro calumnian- Lucæ.6.
tibus:quia & hoc præcipit dñs, adiungens: Benefacite
iis qui oderūt vos. Orate pro calūniātibus & persequē-
tibus vos. Ipse est per omnia iustus,qui hæc custodit &
seruat: Primū,q̄a tacet,& nō respōdet inimicis. Deinde
quia orat,hoc est,non est ociosus affectu. Et qui orat,bo
na orat,nō ea quę cuiq; possint suo inimico nocere. Plus
est ergo orare q̄ tacere. Iustus maledicētibus sibi bene-
dicit. Plus est & hoc q̄ orare pro se. Securus enim sui be
nedicit ei quem nō timet,aut etiā ei quem ante metue-
bat. Iustus diligit inimicum. Plus est diligere q̄ bene-
dicere:quia maior est mētis dilectio,q̄ sermonis gratia.
Iustus benefacit ei cuius odiis appetitus est. Iust? orat
pro calumniantibus. Bona charitas, & pietas bona,
vtrūq; dei,& vtrūq; est de?: quia charitas est deus:vt di- 1.Ioan.4.
xit Ioānes in epistola. Ideo vtrūq; cōiunctū est: Diligite
inimicos vestros,& orate pro calumniantibus & perse-
quentibus vos. Plenitudo legis est charitas: sed etiam
hæc euangelii plenitudo, pro calumniantibus & perse- L
quentibus nos iubet orare, vt peccatis eorum veniam
post ulemus:sicut diuino iudicio Iob sanctus electus est Iob.42.
cuius oratio regum illorum calūniantium iusto abole-
ret offensam. Ergo et si infirmus es,ora: & si fortis es,
ora. Infirmus pro te oras, fortis pro inimico tuo oras.
Bonum scutum infirmitatis,oratio. Tu oras,& domi-
nus te protegit. Bonum scutum etiam triumphātis, vt
inimicum tuum quem possis ferire defendas, ne ab ali-
quo trucideur,et (quod est maius)a Christo,qui dixit:
Mihi vindictam,& ego retribuam. Hæc est oratio quę Rom.12.
in sinum conuertitur deprecantis,fructum referens eo-
rum quę voluit impetrare,vt dona eius ad animam ac
mentem recurrant,quæ poposcit a domino:sicut in po-
steriorib⁹ hic idem Propheta te docuit dicens: Sic be- Psal.62.
nedicā te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus
meas, T anq̄ adipe & pinguedine repleaſ anima mea.
Ipse est sinus animæ,secretum orationis eius,penetra-
lia voluntatis,& quędā recurrentium votorum intima M
receptacula. Vnde & iusti in Abrahæ sinu requiesce- Lucæ.16.
re legumtur: q̄ in eius gratia,in eius requie, in eius pla-
ciditate requiescant,qui cōformem ei induerint fidem,
& eandem in bonis operibus fecerint voluntatem. Sed
forte miretur aliquis, cum dñs dixerit per os Dauid q̄
humiliabat in ieiunio animam suā:quomodo ipse Da-
uid ait in posterioribus: Si nō humiliter sentiebam,sed
exaltaui animam meam. Verū ex his considera aliud
esse q̄d sapientiam mentis refertur,aliud quod ad hu
militatē cordis. Sapientia mentis sublimis est: sapien-
tia autē carnis non debet inflari. Humiliabat ergo do-
minus in ieiunio animam suam, vt castigandū nostræ
carnis tumorem doceret. Exaltabat animam Prophe-
ta,per sublimem dei gratiam: quoniam & qui se exal- Lucę.14.
tat,humiliabitur:& qui se humiliat,exaltabit. Nec so-
lum superbus retūditur,& humilis attollitur digna re-
muneratione meritorum,sicut primum est intelligen-
dum:sed(quia verbum dei ex omni parte acutum est ve-
lut gladius qui ex duabus acutus est partibus) ergo
arbitror posse intelligi quia & qui se exaltat, nouit se
humiliare:& qui se humiliare nouit,etiam exaltare se Philip.4.
nouit. Deniq; Paulus ostendit,dicens: Ego autem di-
dici in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari,
scio & abundare. Ergo & Dauid non humiliter sen-

A tiēdo de Christo, exaltabat animam suam: sensusq; vi-
gore,fideiq; gratia virtutem humilitatis pio repræsen-
» tabat affectu. Ideo ergo dicebat: Obmutui,& humilia-
» tus sum,& silui a bonis. quia nouerat quando se humi-
liare deberet,& nouerat quando silere deberet. Obmu-
tuit, ne ipsa litigiosa cum obiurgantibus cōtētione per-
streperet. Humiliatus est,vt tumorē deiceret superbo-
rū,vel vt ipsos quomodo humiliare se deberēt,suo do-
ceret exēplo. Siluit a bonis,q̄a bona cōscientia non eget
defensione verborū,quę suo nixa est testimonio, ipsa sui
iudex. Ideoq; iustus dicit: Q uis contradicat, aut qs resi-
1.Cor.4. stat mihi? Et Paulus dicit: Mihi enī p minimo est vt
a vobis diiudicer,aut ab humano die. Aduersum calū-
niates & pctores iustus suo iudicio cōtētus est: meri-
tū autē suorū iudiciū Christo reseruat. Ideoq; addidit:
Q ui diiudicat me,dñs est. Pulcherrime eū iudicē ele-
git,qui nulla fraude fallaſ,vt eū nec occulta prætereāt,
nec infirmę cōditionis lapsus offendat: q fragilitati no-
rit ignoscere. Ad omnia igitur vtile silentiū. Si peccatū
agnoscis,tace:ne negādo exaggeres. si nō agnoscis, ta-
ce,securus de innocētia. Nō possunt aliena verba crimē
» affigere,qd propia nō recepit cōscientia. Sequit?: Et dolor
» me? renouat? est. Adhuc in iferiore virtutis gradu po-
situs hæc verba deprom it:q̄ dolor sibi pctōrū veterum
obiectione renouatus sit, q̄ deleta iā obduxisse videbaſ
oblinio, vel bonorū operū texerat cōpēsatio. Deniq; ipo
Psal.108. steriorib⁹ quasi fortior dicit: Viderūt me, & mouerunt
B capita sua. eo q̄ minarent, & nocere non possent. Et ad-
Ibidem. didit: Maledicēt illi,& tu benedices. Et hoc quasi vali-
dior loquitur, negligēs iniurię vel pudoris: cui brēuitio
dñi p omnibus abūdaret. Ergo in isto psalmo tricesimo-
octauo quasi in quadā meditatione,nōdū tamē in omni
locatus pfectiōe virtutis,dicit sibi dolorē esse renouatū.
Validissimus enī cicatricis offensionē sentire nō nouit,
nec plagā potest timere qui fortior est. In ipso pugilum
certamine solet plerūq; q fortior est expectare vt iferio-
ris ictu aliquo lacessaſ, quo acrior offensus insurgat: ita
exercitatiōe nimia atq; patiētia roborat?, vt tanq̄ insen-
sibilis ad dolorē,plagā sentire nō possit. percussus ridet,
lacessitus minaſ. At vero inferior si forte ictū feriētis su
pra obductā cicatricem veteris vulneris exceperit,reno-
uatū sentit dolorē. Sic est cū obiicimus pctā superiora q̄
cōpetēter dolui atq; defleui,vt satisfactiōe cōgrua vul-
neri pctōrū suorū obduceret cicatricē. Si pfect? est, tacet
cōuitiātib⁹, nullo sibi dolore renouato: q̄a etsi peccauit,
securus est:q̄a sine pœnitētia sunt dei dona:& ideo q̄ se-
mel donauit,reſoluere ac renouare nō solet: cū ipse dixe-
Esaię.43. rit: Ego sum,ego sū q deleo iniqtates,& memor nō ero.
C Si autē imperfect?,& īmemor cælestiū p̄ceptorū: dolor
» ei tāq̄ rescissa cicatrice reparaſ. Cōcaluit,inquit,cor meū
» intra me:& in meditatione mea exardescet ignis. Gra-
uiora vulnera,sicut nouimus,causticō medicamēto vel
admoto igne curanſ. Ergo vir sapiens ipse medicus est
sibi:tametsi medicus est, vulnus suū curat. Ideoq; si non
offensæ. plene cōsūmat? est ad inoffensæ habitudinē sanitatis:
vaporaſ eius cor,habet febrē,ignescit ad obiecta conui-
tia. Etsi tacet,vel intra se teriē. Lapis si ad lapidē teraſ,
ignē excutit. Ita etiā bona cōscientia pudore succendiſ si
» renouef ei suorū recordatio delictorū. Et i ipsa medita-
» tione ignis exardescit. Nō malus ignis,qui adurat, sed
Exod.3. non exurat. Talis ignis, quem Moyses in rubo vidit,
quādo rubus vrebaſ, sed nō exurebat. Est ergo ignis q
peccatum minuit,& suo culpam ardore depascit. Est &
Hiere.20. ignis qui cælestiū scripturarū meditationib⁹ excitatur,
velut ille de quo dicit Hieremias: Et erat ignis flāmi-
gerās in ossibus meis. Aut ille de quo Cleophas,& qui
simul iter agebat,quādo post resurrectionē eis se Chri-
Lucę.24. stus adiunxit,sermone mutuo cōferebāt dicētes: Nōne
cor nostrū ardēs erat in nobis cū aperiret nobis scriptu-
ras? Ideo & dñs venit, vt ignē hūc i terrā mitteret, quo
illuminaret animas vniuersorū,studiū accēderet,crimē
exureret. Locut? sū,inqt,in lingua mea:notū fac mihi D
dñe finē meū,& numerū dierū meorū qui est, vt sciam
quid desit mihi. Bon? ignis,q̄ fecit vt Propheta loque-
retur. Et vide ne ipse sit ignis q̄ visus est quādo i die Pē
tecostes in vnū locū discipulis congregatis decidit cū vi
magna sup eos spūs sctūs, & linguis variis loquebātur.
Sic enī scriptū est: Q uia vise sunt linguæ eorū dispersæ Actuū. 2.
tanq̄ ignis. Hic est ergo qui dixit ad Hieremiā: Ecce do Hiere.1.
tibi in os verba mea in ignē. Hāc ergo & Dauid linguā
ignis accepit,vt diuinę cognitionis successus ardore lo-
queret: Notū fac mihi dñe finē meū. Nō de morte sua
querit,neq; enī hic finis resurrecturo,sed de eo fine q̄rit,
de q̄ Apūs dixit: Q uia ille finis, quādo dñs IESVS 1.Cor.15.
tradet regnū deo & patri, & euacuabit oēs principatus
& potestates,& quādo mors nouissima omniū destrue-
tur,vt mala deficiāt,& bona ęterna succedāt. Et ideo di
ctū est, Fugit dolor,tristitia, & gemit?. Hunc finē in ho
minib⁹ operabat & Paulus dicēs: Aut quis est q̄ lętifi- 2.Cor.2.
cat me,nisi qui contristaſ ex me? Obiurgādo enī,dolo-
rē,tristitiā,gemitus excitabat,vt agerēt pœnitētiā,qua
irreuocabile veniā & salutē, cuius deum nō pœniteret,
mererenſ. Illeigif qui verus est finis,nō vni? erit finis,
sed omniū. Q uo ergo finē meū dixit? Sed cōsidera qs
loquaſ. Vtiq; homo, vel vn? ex hoīb⁹? vsus cōmunita-
te substantię,vel q̄ ad formā vniuersorū describi?, & ad
pfectionē cōsūmati hoīs erudiſ. Vnde & addidit notū
sibi fieri numerū dierū q̄ est,vt sciat quid desit sibi. Ad
pfectionē vtiq; quid desit,nō ad istius corporis vitā, de E
qua ppheta Dauid cupiebat absolui,dicēs: Heu mega Psal.119.
incolatus meus prolongatus est,& habitauī cum habi-
tantibus Cedar. Deniq; dierum numerum cognoscere
volebat,nō etiam noctium. Hic enī dies & nocles sunt.
Ibi ergo dies soli, ibi lumen perpetuum atque diutur-
num. Et ideo addidit: Q ui est. Q ui est, inquit,nō qui Mat.24.
trāseat. Cælum enim & terra prēteribunt, fides autem
permanet,& dies Christi:quia heri & hodie ipse est,& Heb.13.
in secula. Q uē autē numerum querat,accipe. In domo
inquit,patris mei māsiones multę sunt. Dat ergo vni- Ioan.14.
cuiq; locū dñs IESVS, hoc est, aptā pro vniuscuiusq;
meritis māsionē. Vnusquisq; enī in suo ordine. Præces-
sit ergo, vt pararet in se credētibus locum. Vnde & ait:
Si abiero & parauero vobis locum:iterū veniō ad vos, Ibidem.
& accersiam vos ad meipsū: vt vbi ego sum, & vos si-
tis. & quo vado, scitis: & viā scitis. Est ergo via per quā
resurgens Christus ascēdit. Et ille quidē ascēdit sup oēs
cęlos ad dei sedē:hoīes autem a primo cælo ad scdm,&
deinceps a secundo ad tertiū,& ab illo per distinctiones
fere ad septimū cælū,atq; in ipsam sūmitatē cælorū qui
merenſ ascēdunt. Si ergo numerus viarū est,& numie- F
rus mansionū:& vtiq; numerus dierum est per quos ad
cæli altitudinē pueniſ. Ecce,inquit, veteres posuisti dies «
meos. Ali? habet, Palęstas posuisti dies meos. Si scdm «
septuaginta viros veteres accipimus dies,hoc est scdm
veterē hoīem:intelligim? exactos. Sed vet? homo no- Ronta.6.
ster affixus est cruci. Ergo & vetus dies p̄teriit, nouus
venit. Alius enī dies hois,ali? dies Christi,quē Abra- Ioan.8.
hā vidit,& gauisus est: de q̄ & Dauid ait: Hæc est dies Psal.117.
quā fecit dñs, exultemus & lętemur in ea. Sānctus ergo
in die dñi exultat,in die nouo,in quo de? dñs illuxit no-
bis,& dedit nouā lucē in innoxia vitā & integrā reform-
matis. Ideo vir iust? secur? nouę lucis & gratiæ dei, Et
erit,inqt,celū nouū,& terra noua,& nouū lumē. Nō enī Apoc.22.
lucerna & lumē Solis illic lucebit,aut Lunę: sed dñs il-
luminabit sup populū suū. Illa ergo desiderauī, illa ex-
optauī & ideo diē hoīs non requisiui. Q d si palęstas acci-
pimus dies,ex noīe intelligimus plenos certaminis &
laboris:quoniā palæstę luctatores in agone dicunſ,q lu
ctāt ad coronā. Ergo qa & nobis lucta nō solū aduersus Ephes.6.
carnē & sāguinē est,sed etiā aduersus spiritalia neqtię in
cælestib⁹:dies nr̄i, hoc est vitę istī?, in labore sunt & do-
lore. Vnde & i posteriorib⁹ ait: Anni nr̄i sicut aranea Psal.89.

G meditabũtur:dies annorũ nostrorũ,in ipsis septuaginta anni. Si autẽ in potentatibus,octoginta anni:& plurimũ eorum labor & dolor. 1.Cor.15. Vnde & apostolus Paulus abundãtius cęteris apostolis laborauit,vt legitime certãdo ad coronã quã cuperet,perueniret. Sed tamẽ quia & architectorũ mensuræ palęstæ dici ferunt, quibus ad structuræ numerũ,vel modũ spatii colligẽdum,ędificia metiũtur,locũq; eũ in quo ædificia sunt locanda, & per Esaię.40. Esaiã locutus est deus:Quis mẽsus est manu aquã, & cælũ palmo, & vniuersam terrã clausa manu? quis statuit mõtes in statera? videam⁹ ne forte hic sensus hoc sermone sit colligẽdus, q cognitos dies omnium habeat deus:cui nihil immẽsum sit, q oĩa mensura quadã suæ sciẽtię cõprehẽdat,nihilq; ei sit ĩęstimabile,nihil in- Luc.12. examinatũ atq; inenumerabile,qui ait, Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Hoc ergo dicit Propheta:Ecce nouisti dies meos:nõ te prætereunt quotidiani actus mei:peccata mea ante oculos tuos posuisti: Psalm.8. & ideo substãtia mea tãq̃ nihilũ ante te. Quid enim est Psal.143. homo,nisi quia memor eius es? Homo vanitati similis factus est. Homo,licet in peccato,si aliqđ habeat probitatis atq; virtutis,recte cęteris terrenis animãtib⁹ antefertur,& in cõspectu animaliũ quibus est pręposit⁹, antecellit: in cõspectu aũt dei tanq̃ nihil est eius substãtia. Psal.141 Vnde & alibi ait:Quoniã nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis homo viuẽs. Qđ Symmachus manifestius expressit dicẽs, Et vita mea tãq̃ nihilũ ante te. Sũt aũt qui breues putãt dies dictos, qa Symmach⁹ παλαμαῖς posuit. παλαμὴ autem palmus est:& quia palmo mẽsus dicif deus cælũ:palma autẽ vel palmus portio ma-
H nus est metiẽtis, & aliqđ cõprehendẽtis: ideo tanq̃ breues dies æstimãt nũcupatos,cũ cognitio dei per mẽsuram (vt supra diximus) possit intelligi. Cælestis autem ista cognitio,vt ad mẽsurã facta sint oĩa. Nõ ergo breues,sed magni dies prophetę possunt intelligi,quos de⁹ mẽsus est palmo,quo mensus est cælũ. Neq; enĩ breues Psal.119. suę vitę dies diceret,qui postea ait:Heu me qa incolat⁹ meus prolõgatus est:nisi forte quia propter peccata hominũ breuiores vitæ isti⁹ dies fecit de⁹: quę ante & nõgẽtis & septingẽtis annis extendebaf:vt nũc intra centum annorũ curricula claudaf. Sic ergo intelligẽdũ est: Ecce peccato obnoxios dies meos nosti. Dies enĩ vitæ huius (quæ peccato est obnoxia) breues sunt:dies autẽ vitæ æternæ,sine fine. Aut certe sic:(nostrũ est enĩ argumẽtis quęrere veritatẽ,tuũ est eligere quid sequaris) Ne peccatũ,inquit,cresceret,abbreuiasti dies vitæ humanæ qua viuimus in his terris:& tamen cũ maturior in hoc breui cursu istius vitæ finis sit peccatorũ, mortis celeritate substãtia mea tanq̃ nihil ante te: quia etsi ad imaginẽ & similitudinẽ dei facti sumus,grauat tamen nos in hoc corpore cõstitutos quædã terrena cõtagio,q̃
I nõ grauaret si nos exuere magis veterẽ hominẽ cũ induimus gratiã,q̃ superuestire mallemus. Minorẽ etiã laborem nobis expoliatus homo vetus q̃ superuestitus afferret. Nã qđ expoliamus, abiicimus: qđ superuestimus,induimus. Et ideo ingemiscimus & laboramus, donec mortale hoc veteris hominis indumẽtũ,& errori effectum obnoxium,nouitate suę vitæ spiritalis absorbeat:vt si supra venenũ plurima mella fundantur,ægre ac nimis sero veneni virus aboletur. Aqua etiã multa diu cũ veneni felle luctatur,si non illud expuat,sed absorbeat. Ideo laboriosa pœnitẽtia,suauis gratia, qa peccatum expoliaf vbi gratia est:absorbetur vbi pœnitẽtia. ibi remittitur,hic absconditur. Et ideo scriptũ est:Beati Psal.31. quorũ remissæ sunt iniquitates,& quorũ tecta sunt peccata. Et requieuit paulisper,ingemiscẽs humanæ cõditionis ærũnã:quia dixerat:Verũtamen vniuersa vanitas,oĩs homo viuẽs. Et post diapsalma resũpto spiri-
» tu ait:Quãquã ĩ imagine dei ambulet homo: tamẽ va-
» ne cõturbaf. Thesaurizat,& ignorat cui cõgregat ea.
Vide quomodo ante asperitatẽ suæ sẽtẽtiæ tẽperauit, postea rationẽ suæ vocis absoluit. Tẽperauit dicendo, K
Quia in imagine dei ambulat homo. Beatus homo,q ad similitudinẽ dei per fidẽ ambulas. Beatus, qui in te fidẽ habes:beatior si auaritiã non haberes. Aliud bonũ mentis est ęternũ:aliud vanũ,carnalis cupiditatis incẽdiũ. Fides enim deo militat:auaritia tẽtatori. Ista congerit qđ sibi prosit:illa qđ proficiat alienis. Quid igitur tam vanũ,q̃ nescire cui laboret hæredi? Quis enĩ scit si sibi filius aut nepos proprius superuiuat? Sæpe cõditis tabulis,testamẽtis scriptis,hęres funereo ambitu testatorẽ pręcedit ad tumulũ,aut hęreditatẽ superstes absorbet,aut luxuriosus dissipat, aut stultissimus nõ tuetur, aut proscriptus amittit. Si quẽ ergo videris studiose diuitias cõgregantẽ,dic & tu: Vane cõturbatur. Thesaurizat,& ignorat cui cõgregat ea. Neq; enim secũ potest auferre quę possidet:& cum morietur,relinquet alienis diuitias suas. Succedit frequẽter inimicus & ingratus, & decessori successor insultat. Quos ille dilexit,iste persequitur:quos ille nutriuit,hic vendit. Græcus tamẽ nõ habet,in imagine dei,sed tãtũmodo in imagine. In qua ergo imagine ambulat homo? In ea vtiq; ambulat, ad Genes.1. cuius similitudinẽ fact⁹ est:id est,ad imaginẽ dei. Imago autẽ dei Christus:qui est splendor gloriæ, & imago Hebr.1. substãtię eius. Christ⁹ ergo imago sancti. Ad imaginẽ hæc imago venit ad terras,vt iã nõ in vmbra ambularemus, sed in imagine. In Christo enĩ ambulat, qui sequitur euãgelium. Ideo discipulo suo dicit: Vade retro Mat.8. me. vt me sequaris. Ideo errauit populus Iudęorũ,quia in vmbra ãbulauit. Ideo nõ errat populus Christianus, quia in imagine ambulat,habẽs Solẽ sibi iustitię refulgentẽ. Bona imago,nõ ceris picturę fucata radiãtis, sed L
plenitudine diuinitatis expressa. In qua imagine & pater simul videtur & filius:quia per vtrũq; eorum vnitas operatiõis effulget. Etsi iã resurrexerit Christus,tamẽ in Euãgelio nobis adhuc eius imago mõstratur. Lego q Lazarũ suscitauerit,& patris opus & filii credo. Fili⁹ Ioan.11. vocauit,pater audiuit,Lazarus ambulauit. Lego qa eũ dæmones fatebanf:fatebanf & patrẽ,qui dei filium Marci.1. precabanf. Fatebanf & ipsũ, quia per ipsũ eiiciebãtur. Scriptũ est:Qz si in* spiritu dei eiicio dęmonia,filii ve- *in Beelzebub. stri in quo eiiciũt? Primũ igitur vmbra præcessit: secuta est imago:erit veritas. Vmbra ĩ lege:imago in euã- Mat.12. gelio:veritas in cælestibus. Vmbra euangelii,& ecclesię cõgregatiõis,in lege:imago futuræ veritatis,in euãgelio: veritas,in iudicio dei. Ergo quę nunc celebrantur in ecclesia,eorũ vmbra erat in sermonibus prophetarũ: vmbra in diluuio,vmbra in rubro mari, quãdo baptizati sunt patres nostri in nube & in mari. Vmbra in pe- 1.Cor.10. tra quę aquã fluxit, & populũ sequebaf. Nõne illud in vmbra erat sacrosancti huius mysterii sacramẽtũ? Nõne vmbra erat aqua de petra,quasi sanguis ex Christo, quæ fugiẽtes se populos sequebaf vt biberẽt,& nõ sitirẽt:redimerenf,& nõ perirẽt? Sed iã discessit vmbra no- M
ctis & caliginis Iudęorũ:dies appropinquauit ecclesiæ. Videm⁹ nũc per imaginẽ bona: & tenemus imaginis bona. Vidimus principẽ sacerdotũ ad nos veniẽtẽ, vidim⁹ & audiuim⁹ offerentẽ pro nobis sanguinẽ suũ:sequamur,vt possum⁹, sacerdotes,vt offeram⁹ p populo sacrificiũ:etsi infirmi merito,tamẽ honorabiles sacrificio:qa etsi nũc Christ⁹ nõ videf offerre,tamẽ ipse offerf in terris,quãdo Christi corpus offerf. Immo ipe offerre manifestaf in nobis,cui⁹ sermo sanctificat sacrificiũ qđ offerf. Et ipse qdẽ nobis apud patrẽ aduocatus adsistit: sed nũc eũ nõ videm⁹. tũc videbim⁹ cũ imago trãsierit, veritas venerit. tũc iã non p speculũ,sed facie ad faciẽ ea q̃ sũt pfecta videbunf. Ascẽde ergo homo in celũ, & videbis illa quorũ vmbra hic erat vel imago. Videbis nõ ex parte,non in ęnigmate,sed in consũmatione:non in velamine,sed in luce. Videbis verum illum & æternũ atq; perpetuum sacerdotem, cuius hic imagines videbas, Petrum, Paulum, Ioãnem, Iacobũ, Matthæum,

A Thomam. Videbis perfectũ hominẽ iam non in imagine,sed in veritate. Qualis enim cælestis,tales & cęlestes. Vtiq; & ipsi iã in gloria vel decore,iam in resurrectionis gratia,nõ in corpore mortis,& corruptionis deformitate. Vide ne eo deferas imaginem terrestris,vbi lux cęlestiũ est. Hic si quis tyrãni imagines habeat qui iam victus interiit,iure dãnetur. Quomodo tu hostis & aduersarii imaginẽ in ciuitatẽ veri imperatoris inducis,nisi vt ipse te dãnes? Et si volueris imaginem terrestris inferre,contradicet tibi princeps istius mũdi, & dicet:Mea est imago hęc:& quę offers,mea sunt. Quid facies dephẽsus, cũ tibi dixerit, Mea est auaritia, mea est ambitio,meę diuitię,quarũ imaginẽ in te recognosco? Ipse est enim aduersarius & defensor. Quod si fueris qualis Iacob,dices Labę,qui se transfigurat in ange- Geñ.31. lum lucis: Recognosce si qđ tuorũ in me inuenis. Tũc ille requiret,& nõ inueniẽs cõfutatus abscedet: quia abscondisti atq; obliterasti omnia simulacra vitiorũ. Beatus qui potest dicere, Veniet huius mundi princeps,& in me suũ inueniet nihil. Quæ sua sunt enĩ,quærit ille:
B non illa quæ Christi. Si ergo quę sunt Christi sequeris, noli quas non habebas affectare diuitias, augere quas habebas:et diuitẽ te sibi sentiat pauper. Induc in domũ tuam inopẽ,frange panẽ esuriẽti,& nudũ operi, vt tibi thesaurus cõdatur in cęlo qui tecũ transeat. Paup Christus est factus cũ diues esset, vt nos sua inopia diuites faceret. Noli ergo ,ppter diuitias vane conturbari,excitari de somno,cogitare queãdmodũ pecuniam tuã serues,opes tuas augeas,de nocte procedere, excubare ad *alias, terreas pauperem. iudicis domũ vt aliena diripias, litem* moueas pauperi,verearis exactorẽ tributi. Vana est ista conturbatio:
» & ideo iust⁹ dixit: Et nũc quæ est expectatio mea? Nõ-
» ne dñs? & substãtia mea ante te est. Spes & patiẽtia nostra Christus est,ipse factus est redẽptio nostra, ipse est Psal.31. nostra expectatio: vt dicamus singuli: Expectans expectaui dñm,& respexit me. Respice ergo nos in iudicio tuo. Respiciat sup nos misericordia tua, vt qui de merito diffidimus nostro,per tuã misericordiã liberemur, in cuius potestate est animę nostrę vitęq; substãtia. Et ideo nõ timeamus corporis mortẽ, sed eũ qui potest animam nostrã vel seruare vel perdere, cuius substãtiæ virtus est,quã deus ad similitudinẽ sui pectoribus infudit humanis. Quisquis igitur habet istã substantiã ani-
» mæ suæ,dicit: Ab oĩbus iniquitatibus meis eripe me. Non vnius criminis lapsum fatetur,qui ab oĩbus se iniquitatibus solui precatur. Scit enim q nisi dñs igno-
C scat,nemo saluus esse possit quicũq; natus est sub peccato,quẽ ipsa noxię cõditionis hereditas adstrinxit ad cul-
» pam. Opprobriũ,inquit,insipiẽti dedisti me. Quis est insipiẽs,nisi qui peccatũ facit, & eligit mala pro bonis? Ergo q auctor est peccatorũ, ipe insipiens magis q̃ eius minister. Cũ peccamus igitur, in opprobriũ tradimur aduersario,vt ille nos quasi inimicus in die iudicii accuset & prodat. Suscipiamus ergo opprobriũ crucis Chri- Heb.11. sti,quod suscepit Moyses,et Ęgypti thesauris regalib⁹ pretulit:& ideo nõ est insipienti in opprobriũ traditus. Alii habẽt codices, Opprobriũ insipiẽti ne tradas me. Sed magis Dauid eã cõsuetudinẽ habet, vt sua magis opprobria & peccata fateatur,ne de peccatis suis erubescat & opprobriis,qui scit in confessione esse veniã,& in peccati sui condẽnatione iustitiã. Deniq; ex iis quæ se-
» quuntur,manifestatur hic sensus,quia subiecit: Obmu-
» tui,& non aperui os meũ:quoniã tu fecisti me. Hoc est, dedisti me in opprobriũ insipienti: ideo obmutui,& nõ aperui os meũ,ne peccata maiora contraherẽ. Agnoui volũtatẽ tuam,vt ad tẽpus erubescerẽ, & postea saluus fierem veniã postulãdo. Prodest ergo interdũ & opprobrium. Siquidem etiã ipse prodest carnis interitus, vt 1.Cor.5. testificatur Apls dicens: Tradidi eũ in interitũ carnis, vt spiritus saluus sit in die dñi nostri IESV Christi. Opprobrium quoq; prodesse Dauid ipse testatus est dicẽs ad Abessam: Sine maledicat mihi Iemineus,quo- 2.Reg.16 niam dixit illi dñs,vt videat humilitatẽ meam:et retri- D
buet mihi dñs bona pro maledicto hoc. Et reuera vidit opprobriũ eius dñs, q flens ibat & excalciatus operto capite, & amouit eius opprobriũ. Liquet igif quia cũ datus in opprobriũ Dauid fugerit,& humiliatus sit, & nudis pedibus dño satisfecerit,et lapides iacientẽ nõ repercusserit,et in maledicentẽ nõ permiserit vindicari,et post hæc regno suo integro restitutus sit: quia & opprobrium a dño sit, & prosit magis sustinere opprobriũ, q̃ refellere. Deniq; victoria post secuta est. Ergo opprobrium prodest. Sed quid est q̃d addidit, Quoniã tu fecisti me? Nõne ideo obmutuisse se dicit,et nõ aperuisse os suũ,quia agnouit dñi voluntatẽ,& propterea patiẽter se pertulisse,vt satisfieret dño per opprobriũ pro peccato? Vnde & adiunxit: Amoue a me plagas tuas. «
Quomodo hoc sibi cõgruit, q in superiore psalmo flagellis se obtulit,hic flagella a se postulat amoueri? nisi quia soluit iam de manu dñi duplicia peccata sua, erubescendo,opprobria sustinẽdo. Compunctiones cordis sunt,sunt & cogitationũ:sunt & increpationũ flagella. Videamus tamẽ ne ideo dixerit ante deũ esse substantiam animæ suę,quia non impugnaret aduersarius eã, nisi potestatẽ accepisset a dño. Quod enim fecit dñs,et tuetur. Deniq; angelus in circuitu est hominis,qui prę- E
tẽdit ne quis noceat ei. Nõ discedit angelus,nisi iussus a dño, vt suus athleta decertet. Ergo quasi substãtia domini pręsumit veniã sibi iniquitatum suarũ a cõditore suo posse concedi. Et ideo rogat,quia nouit auctorẽ suũ misericordẽ. Deinde quia datus sit in opprobriũ, nõ resistit,sed patitur aduersum se assistere peccatorẽ,& silet substantiæ suę cõscientia,quæ bona est, & potest corporis ferociã refrenare,vt virtus succedat, culpa ponatur. Postremo quia factus a dño est, citius sibi posse donari peccatũ confidẽter existimat,qui fortitudinem manus dñi potuerit sustinere. Et hoc vtiq; bonæ substãtiæ est, etsi fortitudine manus dñi defecisse se dicat. Fortis manus sicut male pcutit,sic cito sanat. Quæ fortis ad vulnus,fortis & ad remedium est. Vnde & ipse ait: Percu- Deut.32. tiam,& sanabo. vt nõ meminerit vulneris, qui sanatus euasit. Deniq; hęc manus dñi sancto Iob omnia abstulit,& omnia repręsentauit,immo oĩa cumulo auxit, vt amissa geminaret. Ne te moueat q defecisse se di- Iob.42. cit. Est qui deficit, & fortior surgit. Suffulcit enim dñs Psal.144 omnes qui ruunt, & corrigit omnes elisos. Cum virtute enim surgit quicũq; corrigitur. Defecit Paulus a fortitudine man⁹ huius. Cecidit psecutor,et surrexit euã- Actu.9. gelii pręedicator. Hoc est quod ait, A fortitudine man⁹ tuæ ego defeci. Et addidit, In increpationib⁹ super ini- «
quitatẽ erudisti hominẽ, & tabescere fecisti sicut araneã F
animã eius. Græcus ὑπὲρ ἀνομίας dixit, hoc est pro iniquitate: & integrũ versum, ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον posuit: qđ est, In increpationi- *alias, ppẽ iniqtatẽ. bus pro iniquitate* erudisti hominẽ. Ideo sapiẽs dixit: Quis mihi dabit cogitationũ mearũ flagella,& labio- Eccli.22. & .23. rum meorũ signaculũ? Vt cor suũ ipe suis cogitationibus flagellaret,& signaret labia sua: quo & vetera peccata minueret,nec alia loquẽdo renouaret,quo propriis increpationib⁹ eruditus,exercitia virtut(indueret. Tabescit autẽ anima,quãdo peccatũ minuitur. vel,cũ anima tabescit,culpa deponitur,incrassatur cũ peccata cumulãtur. Vnde ait dñs de peccatorib⁹: Non permane- Geñ.6. bit in his spiritus meus in æternũ, quoniã carnes sunt. Et alibi scriptura dicit: Incrassatũ est cor populi huius. Mat.13. Ideo & Hieremias primũ baculũ vidit nuceum, dein- Hiere.1. de ollã feruentẽ,vt tabesceret anima prophetę incipientis,q̃ culpa discederet,vt accederet gratia. Sed cur prius baculũ,postea ollã? Quoniã qui baculo nõ corrigitur, in ollam mittitur,vt ardeat & tabescat. Et ideo ad prophetam Ezechiel dicitur: Accipe tibi sartaginẽ, & acci- Ezech.4. pies iniquitates domus Israel, & consummabis, & ta-

G bescent(inquit)in suis iniquitatibus. Et alibi in eodē libro dicit dñs: Sed ego magnū faciā titionē, & multiplicabo ligna, & succendā ignem, vt liquefiat caro, & minuatur ius. Quibus testimoniis significatur q͂ animæ perfidorū admoto igne tabescant, vt deponāt crassitudinis quendā carnalis humorē. Mittuntur ergo in sartaginem & animæ peccatorū, vt defluat quędā peccati caro, q̄ obduxerat animæ ac mētis vigorē, & velut iure quodā, ita quibusdā infuderat animā illecebris cupiditatum. Expectāt igitur nos quædā sartagines. ideo hic cōteramus cor nostrū, vt subtile fiat, & deponat omnē duritiam, & pinguedinē quandā carnalis aruinæ, quod patientur qui luxuriati sunt in hac vita, & magis ludibria dedecorū, q̄ opera vlla virtutū exercēda sibi more Iudaico crediderūt. Incrassatus est enī Iacob, & pinguis factus est, & surrexit ludere. Quē a fidei veritate lusus ille in perfidię traduxit errorē. Merito ergo Paulus castigabat corpus suū, ne nutriret corpus peccati.* *carnis peccata. Luxuriādo enim facimus mēbra peccati, sobrietate autem mēbra iustitiæ. Non natura ergo, sed culpa delinquit. Nec iterū vana et inania sequamur, ne telā araneę texere iudicemur, eo q͂ peccata nulla perpetuitatis possunt habere substantiam. Vnde cum videris aliquos studere facultatibus ampliandis, cumulandis potestatibus, affectando decori, dices illud Esaiæ: Esa. 59. Telam araneæ texunt. H quæ diuturna esse non potest, sed cito scinditur, atq; opus eius omne dissoluitur. Non enim supra solidum aliquod firmamentū locatur, sed in vacuo suspēditur. Nihil laxū, nihil molle verū Christi militē decet. Mat. 11. Ecce enim qui mollib⁹ vestiūtur, in domibus regum sunt. Arguti sibi & industrii omnes auari videntur. Quid argutius, q̄d solicitius aranea? quę operi suo dieb⁹ ac noctib⁹ semper intēdit, nec vllo sumptu vllaq; impēsa cōficit vestimentū, sed vanū est omne quod fecerit. Sic homo om̄is est qui opus suū supra Christi nō constituit fundamētum. vane noctib⁹ & diebus & ipse turbatur: cū eū plerūq; araneę modo etiā in ipso suæ improbitatis molimine operis sui ruina cōuoluat. Et ideo sapiēs qui cognoscit huius seculi vanitatem, nō diuturnam vitæ huius precatur vsurā, sed ad illa æterna festinat, & labore huius corporis & dolore gestit absolui: sicut propheta desiderasse cognoscitur dicēs: » Exaudi domine orationē & deprecationē meam, auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas a me: quoniā ego aduena sum apud te in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Alius est incola, alius aduena, ali⁹ accola. Incola qui de loco est, & genitalē locum incolit. Aduena, qui I aliūde venit. Accola, q ad tēpus colit, & mutat̃ annorum vicibus. Hoc est ergo quod dicit Dauid, Apud te alienus sum, dū in terra sum, nō sum paradisi tui incola. Vnde exposuit hoc ipse subiiciēs, Et pegrinus, sicut oēs patres mei. Quod aperuit & Apl's Paulus, asserēs quoniā cū sumus in hoc corpore, peregrinamur a dño: quia etsi fides in nobis est, per fidē tamē ambulamus, non per speciē. id est, non facie ad faciē quasi præsentes. *imagine Ambulamus enī in ęnigmate* adhuc, non in veritate. 2. Cor. 5. Deniq; addidit: Audem⁹ ergo & cōfidimus magis peregrinari a corpore, & adesse ad dñm. Audemus, præsumptionis & fidei, nō temeritatis est verbū. Et cōsentimus, id est, volētes adquiescimus, & optantes, nō plenioris sciētiæ auctoritatē velut principaliter nostro iudicio defendētes, volumus verum esse quod cupimus, vt appropinquemus ad dominum, a quo nos videtur futurorū & pręsentiū distātia separare. Audemus ergo adesse: & ideo, inquit, cōnitimur. Cognoscis verbū volentis adhuc peruenire, nō eius qui puenerit. Affectus igit̃ in hoc sermone, nō effectus ostēdit̃. Deniq; ipsum testem sui sermonis interroga, immo vide dicentē, vel potius audi dubitātem, cum dicit: Ideo cōnitimur siue absentes siue præsentes placere illi. absentes adhuc per fidem, pręsentes per speciē. Vnde & hoc potest intelligi, q͂ & hic positi, & illic, placere nostro iudici, redēptori K quoq; nostrarū desideram⁹ animarū. Necesse est enim nos ei assistere per speciē, vt vnusquisq; operū suorū merita dignę adipiscatur fortis examine, vel iustus in requie, vel impius in erūna. Fūdit igitur lachrymas, quoniam cū aduena in terrā venerit, demoretur & separetur a patria lōgo detētus exilio. Cōsidera nūc mihi illū Adam de paradiso eiectū, in castellū relegatū, spectantem vnde deiect⁹ sit, flentē vbertim, quia reminiscitur quid admiserit, quo ve deciderit. Et ideo gratias agam⁹ deo, qui nos perpetuo exilio liberauit, aperiēs ianuam qua reuertamur ad patriā. Vnde apl'us pręsumpsit dicere: Ergo iā non estis aduenæ atq; peregrini, sed estis ciues sanctorū, & domestici dei. Ephe. 2. Hoc volēs recipere Dauid antequā Christus veniret in terras, dixit: » Remitte mihi vt refrigerer priusq̄ eā, et amplius iā non ero. Hoc est, hic mihi remitte, vbi peccaui. Nisi hic remiser̃ mihi, ibi remissionis requiē inuenire nō potero. Quod enī in terra ligatū māserit, ligatū manebit in cælo. q̄d solutum in terra fuerit, solutū erit in cælo. Propheta enim & prędicator ecclesię cōgregādæ, euangelico spiritu indulgentias dñi præuidebat: & pręcipienda apostolis, ei dominus reuelabat. Immo hęc erat vetus sententia, vt qui se ligasset in terris, vinct⁹ migraret a corpore. Ideo dñs, q̄d ante erat iudicii sui, dedit apl'is, peccata remittendi æquitatē: ne cito soluēda, diu ligata manerēt. Deniq; audi dicentē: Mat. 16. Tibi dabo claues regni cælorū: & q̄dcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo: & quodcūq; solueris super terrā, erit solutū & in cælo. Tibi, inqt, dabo claues regni cælorū: vt & soluas, & liges. L Hoc Nouatianus non audiuit, sed ecclesia dei audiuit. Ideo ille in lapsu, nos in remissione. Ille in pœnitentia, nos in gratia. Quod Petro dicit̃, apl'is dicitur. Non potestatem vsurpamus, sed seruimus imperio: ne postea cū venerit dñs, & ligatos inuenerit quos oportuit solui, cōmoueatur aduersus dispēsatorē qui ligatos seruauerit seruos quos dñs iusserat solui, dicens quoniā qui Luc. 12. cognouit voluntatē domini sui, & non fecit secundū voluntatem eius: vapulabit multum. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit minus. Merito ergo Dauid remitti sibi postulat quod sciebat non esse iis qui secundum Aaron erant sacerdotibus attributum, sed euangelio seruatum. Cui ergo nō remittitur: in exilio est, in peregrinationis iniuria perseuerat. Hic ergo petēda est venia. Hic enim dictū est: Beati qui nūc Luc. 6. fletis, quia ridebitis. Hic locus est venię postulādę. Deploremus igitur in terris, vt mereamur indulgentiam. M Nisi remissum peccatum hic fuerit, nō habebimus requiem. Si requies nō fuerit, non erit vita æterna. si vita æterna nō fuerit, nō erimus. Ideo petit remitti sibi antequam eat, vt sit. Si enim remissum nō fuerit, non ero (inquit) cū iis qui sunt, cū iis qui in paradisum merentur ascendere. Qui autem nō est, consumetur cum descendētibus in lacū, qui in catenis & carcere fuerit derelictus. Non ergo definitiue dicit nō ero, qui alibi dicit: Psal. 70. Psallam tibi in cithara deus sanctus Israel. Gaudebunt labia mea cū cantauero tibi, & anima mea quam redemisti. De redēptione ergo pręsumit. Et alibi audi dicentem: Psal. 114 Placebo dño in regione viuorum. Erit ergo, qui placere presumit. Potest & sic intelligi quia dixit, Aduena ego sum apud te in terra, & peregrin⁹, sicut om̄es patres mei: & ideo remitte mihi vt peregrinus esse desinam. remitte mihi exiliū quo religatus sum. Si remiseris anteq̄ discedam hinc, non ero amplius exul atq; peregrinus. Cū enim tu remiseris, non ero peregrinus, sed ciuis ero sanctorū tuorum. Ero cum patrib⁹ meis: qui & ipsi fuerunt ante peregrini, nūc vero iam ciues sunt. Ero domesticus dei, vt pœnā nō timeā: gratiā merear: per dñm nostrū IESVM Christum, cum quo tibi est laus, honor, gloria, perpetuitas, cū spiritu sancto a seculis, & nūc & semp, & in omnia secula seculorū. Amen.

A Psalmi XXXIX. enarratio.

IN superiorib⁹ psalmis pœnitentiā prædicauit: deinde de patientia sua, & perturbatione hominis est locutus. In tricesimo autē nono psalmo nouū annūciat testamentū. Qui enī malorū pœnitentiā agit, expectat: sed nō est perfecti expectare, sed expectasse. Nemo enim nisi qui perseuerauerit vsq; in finē, saluus erit. Ideo addidit: » Expectās expectaui dñm. Vbi ergo recte hoc dicitur, nisi in euāgelio? in q̄ iā nobis, a quib⁹ expectabatur, aduenit. in quo iam nobis non legis caligat vmbra, sed veritas fulget: quia Christ⁹ illuxit, qui exaudiuit voces deprecationū suorū, & eduxit nos de lacu miseriæ, et de luto fecis, vbi iam demersi tenebamur nostrorū voragine peccatorū, & totus homo noster inhęrebat, nec poterat se animus noster erūere, obrut⁹ multiplicis labe flagitii. Gratias igit̃ dño IESV vnigenito dei filio redēptori nostro, qui nobis peccata omnia remissurus descendit e cęlo, vt nos de lacu ac limo istius mūdi, & cœnulēta quadā palude terrarū, de corpore q̄q; mortis huius eriperet, atq; in carne sua statueret animi nostri interiora vestigia, vt confirmati in dei verbo, & per crucē dñi corporis passionibus absoluti, ambulemus iā non in opprobrio de- B decoris, sed in remissione peccati. Cōfirmatus igitur & radicatus in Christo, supra petrā sibi memorat pedum 1. Cor. 10. suorū statuta vestigia. Vnde dicit apl'us: Bibebant autem de consequenti petra: petra autē erat Christus. Petra, eo q͂ sitientes sequatur, cōfirmet labētes, ne sitientibus aqua desit, labētibus firmamentū. Expectāti ergo » mihi domine IESV aliquando venisti, direxisti gressus meos in euāgelio, immisisti in os meū canticū nouum, quod est nouū testamentū. Gaudentes iam canimus hymnū deo nostro: quia nouarū virtutū pręcepta cognouimus, vt nostra om̄ia relinquamus, Christum sequentes, & nostros diligamus inimicos. Nouos etiā hausimus mores, vt pro persequentibus nos precē dño deferamus. Maledicētes ecce benedicimus. Nescimus opera nostra iactare, aut celare peccata. Angelorū etiā more nuptias refutam⁹. Quid multa? De illo erūnoso peccatore beatus homo factus est, iam nō respiciens in istius mundi varias vanitates. Vanitas enī vanitatū, Eccles. 1. & om̄ia vanitas, totus hic mūdus est: sicut dixit sapiēs C Salomon. Quid enim nisi vanū est ea sequi quæ perseuerare nō possunt, & omnia tanq̄ vmbra pretereūt? Insaniæ autē falsæ aut certamina ista bellorū, †in quibus †bellatorū pro tēporali possessione sanguis tantus effunditur, aut contētionū theatraliū dissensiones, aut Circensiū plena furoris studia declarantur, aut hęreticorū doctrina feralis, aut pseudoprophetarū in modū oraculorū cælestiū simulati gestus, verba cōposita. Sic enim dicit propheta: » Beatus vir cuius est nomē dñi spes eius, & nō respexit in vanitates, & insanias falsas. Sunt ergo & veræ insanię, & forsitan prophetarū, qui in excessu mētis positi prophetabant, repleti dei spiritu, vt quibusdā insani viderētur, cū propriæ salutis immemores, nudi plerūq; Esa. 20. & excalceati, sicut Esaias sanct⁹, per populos currerēt, vociferantes nō quæ ipsi vellēt, sed quæ a dño iuberentur. Ex his igitur intelligitur affulsisse remedium salutis: quoniā qui expectabatur, adest. Expectauit eū Adā de paradiso eiectus, vt longo liberaret̃ exilio. Expectauit eū in Noe iusto, q ad semē futurorū est reseruatus, vt ex eo iustitiæ semina in hominib⁹ pullularēt. Ipsum putabat publicę salutis auctorē, qui diluuio superstes esse meruisset. Ipsum sapiētiæ principem, qui excoluisset vitem, & ex eius fructu inebriat⁹ foret. Quid est enim vitis nisi sapiētia? sicut aperuit nobis Dauid cęlestis in- Psal. 127. terpres oraculi, dicēs: Vxor tua sicut vitis abundās in lateribus domus tuæ. Eo q͂ in ipso esset sapiētię plenitudo, quę expectabatur in Christo, qui nouo repletus sapientiæ sacramēto, quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, inusitatū nobis deferre mysterium propArauit, vt D nudus iaceret, & exuberantis sapiētiæ pocula inaudita proflueret: vt obliti superiorū, in nouos mores & nouā sobrietatē vitæ resurgeremus æternę, quo per stultitiā prædicationis deus agnosceretur: quē per sapientiā nō Gen. 9. cognouit hic mundus. Deniq; in figura illa dormientis & nudati patris, qui stultitiā risit, maledict⁹ est: qui venerati sunt, benedictionis gratiā sunt adepti. Ideoq; qui mortē vnigeniti filii dei patris & creator̃ omniū ad offendiculū aut opprobriū nostræ fidei obiiciendā esse crediderint, peccatorū suorū nexibus ad perpetuę maledictionis erumnā tenētur adstricti. Qui vero eam pro totius humani generis absolutiōe suscipiūt, virtutis ęternæ pręsidio fulciūtur. Crux enim Christi Iudæis offen- 1. Cor. 1. diculum, Gręcis stultitia: vt Apl'us dixit: nobis autem qui credimus in dñm IESVM, virtus dei atq; sapientia est. Expectatus est in Moyse, cū sisteret† vndas ma- †scinderet ris, &, impossibile virib⁹ humanis, pedestris viæ aperiret in fluctib⁹ iter: sequeret̃ petra, & vomeret aquas, vt sitientiū patrum in medio deserti viscera interna satiaret. Expectatus est & in Aaron principe sacerdotū, qui inter viuos ac mortuos medi⁹ stetit, & p serpētē statuit Nūe. 21. luem mortis, ne a cadaueribus defunctorū ad viuentiū transiret interitū. Quid enim tā propriū Christi, q̄ ad- E uocatum apud deū patrē adstare populorū, mortē suā offerre pro cūctis, repellere necē, vitam reformare perituris? Expectatus est & in Iesu Naue, & certe venit: qui & potestatē suam & nomē accepit, vt & populū in terram repromissionis induceret, & vere Iesu nomine vocaretur. Siccauit fluēta: conuertit amnē in suum fontem: solē statuit donec cōsummaret in virtute victoriā. Sed adhuc figura erat illa, non veritas. Deniq; verus ei dux militię cęlestis effulsit, & adorauit eū Iesus Naue, quamuis nondum in corpore verus astiterat, sed adhuc venerat in figura. Quādo igitur verus aduenit? Audi dicētem: » Annūciaui, & locutus sum: multiplicati sunt super numerū. Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem perfecisti mihi: tūc dixi, ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciā voluntatē tuā: deus meus volui. Quid euidētius, q̄ q͂ cū euāgelii sui munere nobis IESVS verus aduenit? F Ipse locutus est, & innumeri credētium populi congregati sunt, qui vix singuli ante credebāt. Ipse venit in carne, & cessauit sacrificium Iudęorū. Cessauit oblatio p̄ peccato: quia peccatorum remissor aduenerat. Nō erat remediū necessarium legis, vbi legis auctor adstabat. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me. Scriptū profecto de Christo est in principio veteris testamēti, q͂ venturus esset, vt in redēptione hominū, dei patris faceret voluntatē, quando scriptum est quia Euam in specie ecclesię ad hominis adiumēta formauit. Quid enī nobis in hac corporis infirmitate, & seculi istius perturbatione præsidio potest esse nisi sola ecclesię gratia, qua redimimur: & fides nr̄a, qua viuim⁹? In capite libri scriptū est, Os de ossibus meis, & caro de carne mea. Propter Gen. 2. hoc relinquet homo patrē & matrē, et adhærebit vxori suæ, et erunt duo in carne vna. Quis iste sit qui locutus est, aut de quo istud sit sacramentū, audi dicentem: Sa- Ephe. 5. cramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo & in ecclesia. Vnde & admonet vt sic diligat homo vxorē suam, quēadmodū ecclesiā Christus: quoniā mēbra sumus corporis eius, de carne ipsius, & de ossibus eius. Quæ igitur maior salus, q̄ esse cum Christo, & ei vnitate quadā corporis adhęrere, in quo nec macula sit vlla, nec fortitudo† peccati? †forte, deformitas: aut, formido. Scriptū est ī capite libri, q͂ Abel iusti placuit hostia deo, displicuit oblatio parricidæ. Nōne apte significauit dñs IESVS offerendū se esse pro nobis, vt in sua passione noui sacrificii gratiam cōsecraret, ritū populi parricidalis aboleret? Quid autē expressius, q̄ quod a sancto patriarcha oblatus est filius, Gen. 22. et aries immolat⁹ est? Nōne apte ostendit hominis car

G nem, quæ omnibus terrenis est cõmunis animãtibus,
non diuinitatem vnigeniti filii dei obnoxiam futurã sa
cræ vulneri passionis? Scriptũ est in capite libri, ventu
rum hominẽ qui potestatibus celestib⁹ imperaret. Im=
pletum est quãdo dñs IESVS venit in terras, & an=
Ioan.1. geli ministrabant ei: sicut ipse dignatus est dicere: Ex
hoc videbitis celos apertos, & angelos dei ascendentes
& descẽdentes ad filiũ hominis. Scriptũ est in capite li=
Exo.12. bri: Agnus sine macula, mundus, maturus, masculus,
anniculus erit vobis, & occidet eum omnis synagoga.
Ioan.1. Quis iste sit agnus, audistis dicentem: Ecce agnus dei,
ecce qui tollit peccatũ mundi. Hic est qui occisus est ab
omni populo Iudæorũ: quem adhuc hostili odio perse=
quuntur. Et illũ quidem oportebat pro omnibus mori,
vt in eius cruce fieret remissio peccatorum, & sanguis
ipsius mũdi inquinamẽta lauaret. Sed væ illis qui au=
Esa.30. ctorem salutis propriȩ negauerũt. Fecistis, inquit, consi
lium: sed nõ per me. Quomodo poterat probare parri=
cidium, qui consiliũ non probabat? Et tamẽ quãta pie=
tas: Abhorrebat quidem a cõsilio: sed si cõuerterentur,
remediũ non negabat. Scriptũ est etiam, non solum in
capite, sed in omni legis cõplexione, vẽturũ hominem
ad conseruandũ hominũ genus, qui omnia vellet quæ
deus vellet. Vnde intelligis quoniã diuinitatis eiusdẽ
H est, qui eiusdẽ est voluntatis. Vnde etiã ad sacrificium
Psal.53. passionis volũtarius accessit, meritoq; prædixit: Volũ=
tarie sacrificabo tibi. Sed forte dicas, Quomodo in eu=
Mat.14. angelio dixit: Pater, si possibile est, trãsfer a me calicem
hunc: sed nõ sicut ego volo, sed sicut tu vis? Et videtur
quidẽ esse distãtia volũtatis: verũ intelligim⁹ aliud esse
quod secundũ vnitatẽ diuinitatis exprimitur, vbi dicit,
Ioan.10. Ego & pater vnũ sumus: aliud quod secundũ hominis
est locut⁹ affectũ, quẽ innuit cautũ esse debere, nec præ=
sumere quod facile implere nõ possit: ne dum premium
q̃rit, incidat sacrilegiũ. Vnde ait: Cũ persequentur vos
Mat.10. in hac ciuitate, fugite in aliã. Merito ergo & hic subi=
Mat.26. turus corporis passionẽ, cœpit cõtristari, & mœstus es=
se: & assumptis Petro & duobus filiis Zebedei, Tristis
est anima mea, ante premisit: & subiecit postea, Vigi=
late, et orate, ne intretis in tentationẽ. Spiritus prõptus
est, caro autẽ infirma. Vides vbiq; eũ scdm hoiem loq,
secundũ hominẽ orare, secundũ hominẽ tristẽ esse, secũ=
dũ hominẽ dixisse, Pater me⁹, si possibile est. Qd vtiq;
nõ impossibile deo: sed hois est dubitare, dei cõfirmare.
I Ideo prõptiores assumpsit, quasi electos vltimi iudicii
sui testes, qui verborũ eius agnoscerẽt sacramentũ. De=
nique alii dormiebãt: isti soli fida mẽte vigilabãt. Vn=
Hiere.11. de & per Hieremiã nõdũ suscepto corpore ipse ait: Ego
sicut agnus duct⁹ sum, & nesciui. Quid est quod nesciat
sapientia dei? quæ in arcano patris semper est: & ideo
enarrauit omnia filius dei, quia dei patris ipse sapiẽtia
est. Quomodo præsciuit se sicut agnũ esse ducendum,
& quo duceretur nescisse se dicit? Aut quomodo in su=
Psal.21. periorib⁹ per os ipsius Dauid ait: Deus deus meus, re=
spice in me: quare me dereliquisti? Quomodo derelin=
Ioan.8. quitur a patre filius, qui ait: Et nõ sum solus: quia pater
Psal.87. mecũ est. Et alibi: Traditus sũ, & nõ egrediebar. Et ali=
Psal.138. bi: Exsurrexi, & adhuc tecũ sũ? Nisi vt aduertas ꝙ ho=
minũ sensum exprimit, q putãt se a dño, quãdo sunt in
Psal.21. periculis, derelictos. Deniq; audi q̃d sequitur: Lõge, in=
quit, a salute mea verba delictorũ meorũ. Hoc est, alia
verba sunt delictorũ, alia sacramẽta salutis æternȩ. Nõ
præiudicant verba virtuti: suis viribus substantia diui=
na fulcitur. Homo videtur, homo auditur, deus in ope=
ribus agnoscitur. Et tamen de hoc homine dictũ est: Et
homo est, et quis cognoscet eũ? Quid est quis? Nõ quo
Psal.23. nemo, sed quo rarus, quo sapiẽs: sicut illud: Quis ascen=
det in montẽ dñi? Quis sapiẽs, & intelliget ea? Deniq;
Psal.91. alibi: Vir insipiẽs non cognoscit ea, & stultus nõ intelli
git hæc. Et tu ergo cũ legis euãgelium, quasi sapiens &
non stultus cognosce quæ legis: illuminet te sapientiæ
fulgor æternæ. Verba quidem sunt, sed & ipsa mun= K
dant, & ipsa illuminant, & ipsa cõfirmãt, & ipsa viuifi=
cãt. Vnde ait Petrus: Domine, ad quem ibim⁹? Ver= Ioan.6.
ba vitæ æternæ habes: & non relinquemus te. Deniq;
vt aduerteremus ꝙ secundũ hominem loquutus esset,
paulopost dixit: Ecce, appropinquat hora vt filius ho= Mat.26.
minis tradatur in manus peccatorum. Et Iudæ oscu=
lanti ait: Iuda, osculo filium hominis tradis? Hoc est, Luc.22.
venenum infundis osculo, quo gratia charitatis infun=
ditur: osculo quod sacræ pacis insigne est: osculo quo a=
micitia fida firmatur: osculo quo fides sancta signatur?
Hoc ergo osculo tradis periculo quem propter oscu=
li commerciũ venerari deberes? Et tradis filiũ hominis
homo, qui propter hominũ salutẽ descẽdit de cælo? Sic
enim scriptũ est: Filius hominis qui est in cælo, ipse est Ioan.3.
qui descẽdit e cȩlo. Filium hominis tradis, qui te ex pec
catore apl'm fecit? Filiũ hominis tradis, qui venit vt in
sanguine suo omnium peccata dilueret? Ego osculũ nõ
nego: ipse videris, qui violaueris osculi sanctitatẽ. An
nõ legisti ꝙ vtiliora sunt vulnera amici, quã volũtaria
oscula inimici? Nec imerito grauiore telo tantȩ digna= Prou.27.
tionis pcussus est Iudas, q̃ si eũ fulmĩe pcussisset. Deniq;
patientiã dñi ferre non potuit, qui* maiestatẽ prodidit, *al's, quoĩ
adeo vt sibiipsi tãti sceleris reatus nõ posset ablui. Itaq; maiorẽ re=
abiit, pecuniã refudit, hoc est, cõdemnauit auaritiã suã atũ pdiit.
tãtȩ impietatis auctorẽ, preciũ perfidiæ synagogȩ reddi=
dit. Non excusatur proditor, qui pœnitẽtiȩ locũ inueni=
re non potuit: sed aceruatur sacrilegiũ Iudeorũ, qui etiã L
proditoris vocibus arguũtur. Ille suum crimẽ agnouit,
dicens ꝙ tradiderit sanguinẽ iustum. isti & precium sce
leris receperunt, & acrioribus studiis iustitiæ principẽ
persecuti sunt. Ideo ad istorum omniũ perpetuã condẽ=
nationẽ latro crucifixus absoluitur, quia ille Christum
in suppliciis agnouit suis, quem isti in beneficiis non a=
gnouerũt, & peccatũ suum cõfessus est Christo, qui sci=
ret ignoscere: quia in cruce sua regnũ dñi mente conspe
xit, q̃d in cõuiuio Christi Iudas videre nõ potuit. Ideo
precationẽ latronis vox secuta est cælestis huiusmodi:
Amen amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso. Luc.23.
Tripudiabas draco, ꝙ apostolũ subtraxeras Christo.
Plus amisisti q̃ sustulisti, qui latronẽ vides in paradi=
sum esse translatum. Nemo est qui possit excludi, quã=
do receptus est latro. Minister tuus eo peruenit, vn=
de ipse deiectus es. Subtexuimus ista propter illum M
versiculum, quia dixit, Vt faciam voluntatẽ tuã, deus
meus volui. Hoc est, diuinitatis mihi tecum pater vna
voluntas est, vna substantia est: quia inseparabilis ma=
iestas & potẽtia trinitatis. Sed alia vox carnis: & tamẽ
ad voluntatẽ dei & ipsa cõsensit, dicẽs: Non quod ego Mat.14.
volo, sed quod tu vis. Et alibi: Si nõ potest hoc transire,
nisi illud bibã, fiat voluntas tua. Cõmunis affectus est
mortẽ timere, quã suscepit Christus, vt crucifigeret, si=
cut crucifixit & carnẽ. Mihi enim est luctatus, vt mihi
vinceret. Si caro Christi fortis, nec peccato obnoxia, ta
men peccata suscepit: infirmitates suscepit, etsi nihil
habuit quod doleret. Denique audi dicentem quia pro
nobis dolet, donec eiiciat in veritate iudiciũ. Nõ enim
alterã carnem, sed hanc suscepit, vt Ap'lus docet, dicẽs:
Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ, 1.Cor.15.
& mortale hoc immortalitatẽ. Etsi de virgine nat⁹ est
& spiritu sancto, tamẽ hominis est fili⁹, quia homo vir=
go. Et ideo quod natum est ex carne, caro est: & qui na
tus est de homine, homo dicitur, mediator dei & homi
num homo Christus IESVS. Propterea incorrupti=
bilis suscepit hanc carnẽ, vt faceret incorruptibilẽ: & im
mortalis, vt faceret immortalẽ. Si quis ergo eũ sequit̃,
induet immortalitatẽ. Si quis voluntatẽ eius facit, non
morietur in æternũ, sed dicit ei Christus: Hodie mecũ Luc.23.
eris in paradiso. Quid est hodie? Hoc est, de nocte trãs=
isti: mecũ eris in lumine. Noli tenebras formidare, quẽ
æterna lux suscepit. Pulchre etiam subiunxit, Mecum

A eris in paradiso. Hoc est, noli dubitare de carne: & me
in carne vidisti. Noli timere ne et tu cadas de paradiso,
sicut cecidit Adã: sed audi quia mecũ eris, quo prȩsente
cadere non possis. Ceciderat caro in paradiso anteq̃ sus=
ciperetur a Christo. Ibi eris susceptus, vbi & ille qui sus
Ioan.17. cepit, quia nõ mẽtitus est dicẽs: Volo vt vbi ego sum,
& illi sint mecũ. Non recedet pastor a gregibus suis: li=
cet iam lupũ in paradiso timere nõ possis: cui dictũ est:
Luc.10. Videbam Satanã sicut fulgur de cælo cadentem. Ideo
Apoc.20. ante cõsummationẽ aduersarius deiicitur in incendiũ:
catenis quoq; perpetuis alligatur: vt tu iam nullas insi
Gen.3. dias pertimescas. Et Adam vt caderet, a serpente dece
ptus est, & flexus est ab vxore. Ideo, iam nullæ in para=
diso nuptiȩ, sed omnes erũt sine celebritatibus nuptia=
Mat.22. rum, sicut angeli in cælo. Non dixerat Adæ, Mecum
eris: quia sciebat illum casurum, vt redimeretur a Chri
sto. Felix ruina, quæ reparatur in melius. Ideo iã pius
pastor, bonus negociator gregẽ suum & mercem pro=
priam non reliquit. Erit quidem & adhuc in paradiso
cum angelis pugna serpenti, donec deiiciatur. Sed qui
cum Christo est, timere non poterit. Adam cũ Christo
non fuit quãdo deceptus est. Nam si cũ Christo fuisset,
in eius prȩceptione mansisset, deceptus non esset. Non
mansit in Christo, quia nõ in eius sermone permansit.
Ioan.8. Deniq; audi qui maneat in Christo. Si manseritis, in=
quit, in me, & verba mea in vobis mãserint: quodcunq;
volueritis petet(, & fiet vobis. Et infra: Si p̃cepta mea
in vobis manserint, manebitis in mea dilectione. Vis
scire quia cum Christo Adam non erat? Dixit ei do=
Gen.3. minus: Adam vbi es? Qui vtiq; quasi absentẽ requi=
rit, non diceret, Vbi es? si eum in se manere cognosce=
B ret. Sed quis eum absentẽ fecerit, audiamus. Abscõde=
runt se, inquit, ambo a facie domini. Omes videt Chri=
stus: sed qui se abscondit, absconditur: quoniã qui igno=
rat, ignoratur. Cognoscit enim eos dominus qui sunt
ipsius. Ille omnes suos vult esse, quos condidit & crea=
uit. Vtinã tu homo non fugias, & te ipse a Christo abs
condas. Ille etiam fugiẽtes requirit, & absconditos non
vult perire, sed clamat dicẽs: Adam, vbi es? hoc est: ho
mo, vbi es? Ego te in lumine posui, tu tenebras requisi=
sti. Deniq; in paradiso, vbi semper matutin⁹ erat dies,
vesper est factus: quoniã omia peccata tenebrosa sunt.
Ideoq; audierũt vocem domini dei deambulãtis ad ve=
speram in paradiso. Simul cognosce mysteriũ: Mane
errasti? ad vesperam liberaberis. Quomodo enim ve=
spera, vbi Christus est? Nam licet sedes eius supra cæ=
lum cælorũ: tamẽ in sanctis suis Christus est. Quomo
do ergo vespera vbi deus est, cum deus lux sit? Deniq;
Actu.9. Saulo in itinere lux refulsit, quando ei Christus occur=
rit. Vnde etiam lumine dei refulgente cȩcatus est per=
sequutor. Cur ergo cæcatus, nisi quia non agnouerat
C Christum? Nam si cognouisset lucis arbitrum, non a=
misisset lumẽ oculorum. Deniq; & vbi agnouit recepit.
Indicio est ꝙ non agnouerit Christũ, qui audita voce,
Saule, Saule, quid me persequeris? respondit, Quis es
domine? Non quæsisset quis esset, si cognouisset. Vn=
de & dñs quasi ignorãti dicit: Ego sum IESVS, quẽ
tu persequeris. Durum tibi est aduersus stimulum cal=
citrare. Et ille dixit: Domine, quid me oportet facere?
Vide congruẽtia vtrinq; magisteria. Medicus mina=
tur vt corrigat: terret vt curet: æger primo medici perso
nã requirit, si sit idoneus a q̃ sanari se posse præsumat.
Vbi medicinȩ audiuit auctorem, remediũ poposcit, sa
lutem inuenit. Deniq; accedentẽ non solum expulit cȩ=
citatem, sed etiam lucẽ quam non habuerat accepit, vt
Christum videret, quem antea non videat. Sed videa=
mus sequentia, repetito tamẽ versiculo de quo videtur
" esse tractatus. Ecce venio vt faciam volũtatem tuam,
" deus meus volui, & legẽ tuã in medio cordis mei. Be=
" ne nũciaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia
" mea non prohibebo: domine tu cognouisti: Iustitiam
tuam non abscondi in corde meo. De superiore itaq; D
versiculo intelligimus: Ecce venio, non solũ vt volun=
tatem tuam faciam, sed etiam legẽ tuam in medio cor=
dis mei. Alii habent, In medio ventris mei. Est enim Esa.26.
venter & mentis, qui semina concipit sensuum, de quo
Esaias dixit: In vtero accepimus, & parturiuimus spi=
ritum salutis. Hoc vtero parturiuit & Paulus, qui ait:
Filioli mei, quos ego parturio donec formetur Christ⁹ 1.Cor.4.
in vobis. Christus ergo non vẽtre corporeo, sed in ani=
mæ quodam vẽtre formatur. Hoc ventre apostolus ge
nuit, sicut scriptum est: Ego vos per euangeliũ genui.
Ideo alii bene habẽt, In medio cordis. alii, in medio vẽ=
tris, vt interioris hominis ventrẽ intelligas, qui in me=
dio esse cordis accipitur, in quo naturalis legis prȩscri=
pta seruamus: quæ non solũ custoditur, sed etiam sit in
cordibus nostris. Vnde & scriptum est quia non solum
auditores legis iusti sunt apud deum, sed etiã factores Roma.2.
legis iustificabũtur. Sunt enim qui naturaliter ea quæ
legis sunt faciunt, sicut gentes quæ legẽ non audiunt, Roma.2.
& sibi lex sunt, q cognita sibi legis præcepta cõseruant.
Ergo quasi gentilis populi cõgregator, personam no=
stram suscepit hoc loco Christus, vt diceret facere se le= E
gem in medio cordis sui. Siquidem popul⁹ nationum
legem quam nõ audiuit impleuit, vt agnosceret Chri=
stum, quẽ populus Iudæorum qui legem acceperat, nõ
recepit, nec cognoscendum putauit: quia scriptum est:
Agnouit bos possessorẽ suũ, & asinus præsepe domini Esa.1.
sui: Israel autem me non cognouit. Hic ergo credentiũ
venter est, in quo spiritus sanctus operatus est, & eũ se=
mine spiritali implere consueuit: sicut testificat̃ in eu=
angelio dominus IESVS, qui ait: Qui credit in me, Ioan.7.
sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquȩ
viuæ. Ex illo flumine ista sunt flumina, de q̃ legimus:
Fluminis impetus lætificat ciuitatẽ dei. De quibus er= Psal.45.
go fluũt huiusmodi flumina spiritalia, de his bene di=
citur: Eleuauerunt flumina domine, eleuauerunt flu= Psal.92.
mina vocẽ suam a voce aquarum. spiritaliũ, quȩ supra
cælos deum laudant. Qui eleuauerit vocem suam, hic
potest dicere: Benenunciaui iustitiam tuam in ecclesia
magna. Quid est ꝙ addidit magna, nisi quia fuit ante
non magna? Quȩ est magna, nisi de totius orbis terra=
rum partibus congregata? quando ab Oriente & Occi F
dente, Septentrione & Meridie populi gentium sunt
vocati: vbi tamen legimus alibi magnã ecclesiã: Confi Psal.34.
tebor tibi domine in ecclesia magna, in pplo graui lau=
dabo te. Ibi ergo ecclesia magna, vbi populus grauis:
hoc est, non inquietus & mobilis, qui sedit mãducare et Exo.32.
bibere, & surrexit ludere. Grauis populus est qui fidem
deo suo seruat, & qui non aliqua leuitate mutetur, neq;
nutet & fluctuet, sed charitate sit fundatus in Christo,
vt possit dicere: Confido enim quia neq; mors, neq; gla Roma.8.
dius, neq; tribulatio separare me possit a charitate dei,
quæ est in Christo IESV. Qui autẽ p̃dicat in ecclesia
magna, non abscõdit iustitiam dei in corde suo, sed ex=
altat viribus vocem suam annũcians Christum. Non
timet eum coram populo prædicare, nõ erubescit crucẽ
eius, sed gloriatur in illa domini passione. Nõ sequitur
literam legis, sed eruit profunda mysteria, quibus reue
let domini IESV gloriã, quem lex significauit esse vẽ
turum ad ecclesiam, quȩ magna est congregãda. Iusti=
tia igitur fides est. Deniq; credidit Abrahã deo, & re= Roma.4.
putatum est ei ad iustitiã. Ecce labia mea nõ prohibe= "
bo domine, tu cognouisti. Sic & alibi: Tu cognouisti Psal.138.
sessionẽ meam, & resurrectionem meã. Ad patrem di=
cit: Iustitiam meam nõ abscondi in corde meo: verita=
tem tuam & salutare tuũ dilexi. Totus ex psona Chri=
sti psalmus iste est: Ideo iustitiã meam dicit: licet non
arroganter & homo possit dicere iustitiam suã, qui deo
credit, & fidem suam sibi reputari ad iustitiam confite=
tur. Veritatem & misericordiã diligit, qui fidem præ=
dicat verã, & pctã dimittit. Ideo enim Christ⁹ aduenit,

G vt fidem ſtatueret, remiſſionē tribueret peccatorū. Et quia ex perſona Saluatoris totū hūc eſſe diximus pſalmum: ne forte dicant Apollinariſtæ: Ecce corpus, dixit, præparaſti mihi, non etiam animā: audiant in inſe
» rioribus pſalmi huius dicentem: Confundantur, & re-
» uereantur ſimul qui quærunt animam meam, vt auſe-
» rant eā. Hæc ſunt quę in hoc pſalmo arbitrati ſumus: reliqua plana & facilia, nec digna interpretationis exiſtimauimus: cum ſi in tractatū incidant, in alio pſalmo in quo videntur eſſe repetita, rectius proſequemur, fauente domino IESV, cui eſt laus, honor, gloria, perpetuitas a ſeculis, & nunc, & ſemper, & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Pſalmi XL. enarratio.

BONO ordine qui in ſuperiore pſalmo dixit, Ecce venio: in hoc iā venit, & patiē: & ideo quadrageſimus pſalmo inſcribit, quia quadraginta diebus ieiunauit dñs IESVS, vt
Mat. 4. eo numero conſummaret hominis qui perierat perfectionem. Sicut enim per appetentiam interdicti fructus amiſerat gratiā, ita per ieiuniū reparari eius virtutem oportuit: vt qui perierat in Adam, repararetur in Chriſto. Ideo ergo in finem, quia ipſe finis eſt ſpei noſtræ, ad ipſum ſtudia noſtra dirigimus, ad ipſum vota noſtra conferimus, quia ipſe eſt plenitudo, ipſe eſt conſummatio vniuerſorū, ipſe omnium ſumma virtutū.
H Ideo ipſi Dauid, quaſi ei qui ſolus ex omnib⁹ in ſua carne noſtra peccata ſuſcepit, qui ſolus dei agn⁹ peccatum totius mundi abſtulit, qui ſolus chirographum decreti ſanguinis ſui effuſione deleuit, & tulit de medio, atq; ſuffixit cruci: quaſi ſapiētia, ſciens quomodo vetus peccatum mundi ſolueret: quaſi redemptio, quomodo hominem renouaret a culpa: quaſi ſanctificatio, quomodo eum ſanctificaret ad gratiā. Hic ergo titulus, hoc prin-
» cipium: Beatus qui intelligit ſuper egenum & paupe-
» rem. Aperi aures tuas, qui incipis ſacramenta domi-
Luc. 8. nicę cognoſcere paſſionis. Ideo tibi dicitur: Qui habet
Mar. 7. aures audiendi, audiat. Ideo ſurdo illi & muto aures et
Eſa. 50. labia tetigit dominus in euangelio, vt ſciret quid audiret in myſterio, quid etiā loqueretur, & quādo loqueretur. Neq; enim ocioſe ſcriptum eſt: Dominus mihi dedit linguam eruditionis, vt ſcirem quādo oporteat fermonem dicere. Scire ergo debes quid audias, ſcire quid loqui debeas, ſcire etiam quādo loqui debeas. Audi ergo dicentem: Beatus qui intelligit ſuper egenū & pauperem. Beatus quidem qui cōpatitur pauperi, qui habrit eius neceſſitates: ſcit quid mali inopia afferat indi-
I genti. Sed quid ſibi vult iſtud exordium in domini paſſione? Verū eſt quidem q̄ ppter pauperes paſſus eſt: ſed tamen ipſe corripuit Iudam dicentē de illo vnguen-
Mat. 26. to q̄d effuderat Maria ſuper pedes Chriſti, Potuit hoc venundari trecentis denariis, et dari pauperibus. Idem & cęteri apoſtoli ſenſerant, ſed alio affectu. Ille per auaritiam, iſti per miſericordiam. Iudas enim furto proſpiciebat, diſcipuli pauperū alimoniæ conſulebant. Quibus in cōmune reſpondit: Sinite illā, vt in die ſepulturę
Ibidem. meæ ſeruet illud. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me autem nō ſemper. Ergo alius intelligēdus eſt hic beatus qui intelligit ſuper pauperē. Hic de fide dicit, alibi de miſericordia. Prior ergo fides, ſecūda miſericordia. Cum fide, preciosa miſericordia: ſine fide, nuda: ſine fide, inſtabilis. Fides enim virtutū omniū ſtabile fundamētum eſt. Beatus ergo qui intelligit ſuper
2. Cor. 8. Chriſti inopiam & paupertatē: qui propter nos pauper factus eſt, cū diues eſſet. Dives in regno, pauper in carne: quia ſuſcepit hāc pauperū carnem. Pauperes enim facti ſumus nimis, qui virtutū exuuias preciosas fraude ſerpentis amiſimus, excluſi de paradiſo, eiecti de patria, in exiliū relegati, ipſo quoq; nudati corporis integimento: quod antea virtutum ſepta munibāt, poſtea k
delicta nudarunt. Si ergo egenus et paup in carne, vtiq; egenus et pauper in carnis iſtius paſſione. Non ergo in diuitiis ſuis, ſed in noſtra paſſus eſt paupertate. Ideoq; non plenitudo diuinitatis, quæ in illo corporaliter habi
Col. 2. tat, vt ſcriptura teſtatur, ſed caro paſſa eſt. Hoc intellige, hoc perſequere, id tene, ne dicatur tibi: Noluit intelligere ſuper mendicū & pauperem. Nam ſi hic dubitas, certe in illo pſalmo qui aduerſus proditionem Iudę ex perſona dicitur Saluatoris, de illo verſiculo dubitare nō poteris in quo ait: Et pſecutus eſt hominē pauperē
Pſal. 108. & mendicū. Intellige ergo paupertatem Chriſti, vt dices ſis. Intellige infirmitatem eius, vt accipias ſanitatem. Intellige crucem eius, vt non erubeſcas. Intellige vulnus eius, vt vulnera tua cures. Intellige mortem eius, vt adquiras vitam æternam. Intellige ſepulturam eius, vt inuenias reſurrectionem. Sed forte dicas, Quomodo diues in paupertate Chriſt⁹? Etſi mihi ingenium deficiat, tamē non deficiunt diuinarū ſubſidia lectionum, cum dixerit Apoſtolus: Quoniā dominus
2. Cor. 8. IESVS pauper factus eſt, cū diues eſſet, vt vos eius inopia ditaremini. Quę ergo iſta paupertas quæ diuites facit? Conſideremus eam, intēdamus in ipſum venerabile ſacramentum. Quid purius poteſt eo eſſe atq; ſimplicius? Nō taurino quiſquā perfunditur ſanguine,
L vt ſacra dicūtur habere Gentilium: non hircorum atq; arietū cruore peccator lauatur. Neq; enim quiſq; ita purificatur. Caro enī lauatur, nō culpa diluitur. Sed exiet,
Eſa. 12. inquit, aqua cum delectatione de fontib⁹ ſaluatoris: & paratur in conſpectu tuo menſa cælestis, & poculū inebrians q̄ præclarum. Hæ ſunt diuitiæ ſimplicitatis, in quibus eſt Chriſti preciosa paupertas. Eſt & in morib⁹ paupertas bona: vnde & dominus dixit: Beati pauperes ſpiritu. Mat. 5.
Et in pſalmis inuenimus quia dominus hu Pſal. 33.
miles ſpiritu ſaluabit. Eſt & in collatione tenui paupertas abūdans, ſi abundet fides. Vnde Apoſtolus ait: Et
2. Cor. 8. profunda paupertas eorū abundauit in diuitiis ſimplicitatis eorum. Vt autem & ex aliis vocibus eius intelligam⁹ quia ipſe ſe pauperē dixerit, habemus alibi ſcriptum: Pauper & dolens ego ſum. hoc eſt, quia pro no- Pſal. 68.
bis doleret, vt legim⁹. Neq; enim in ſe habuit quod doleret. Si ergo pro nobis dolet, vt Eſaias interpretatus Eſa. 52.
eſt, qui eum vidit in ſpiritu: pro nobis vtiq; triſtis erat: iuxta quod animā ſuā triſtem appellauit vſq; ad mor- Mat. 26.
tem, tamen nō propter mortem: & carnem dixit infir- Ibidem.
mam, quæ mortis ſubiacuit infirmitati, vt aculeū mortis infringeret, quo nos in die iudicii liberaret. quā non perfunctorie malā dixit. ſic enim ſubtexuit: In die ma- «
la liberabit eū dominus. Quoniā amara videtur, quæ «
plures adiudicat pœnæ. Via enī virtutis anguſta eſt, lata delicti. Ideo rariores in virtute ambulāt, plures in flagitio verſantur. Quo fit vt inferior eorū ſit numer⁹, qui præmia remunerationis accipiēt, q̄ qui ob precium M
grauium peccatorum ſortem aduerſam iudicii reporta
bunt. Quaſi dolens igitur dixit malam iudicii diē. Nā Luc. 15.
ſi angeli⁹ in vnius peccatoris abſolutione lætātur, quanto magis homines in tātorum condemnatione hominum macerabuntur? Et bene dolet pro ea oue quā hu- Ibidem.
meris ſuis ipſe reportauit, & ad ouile ſuū reuocauit errātem. Affectu noſtro log̃tur dei filius: quia nobis dies iudicii acerba eſt, quam timemus. Omnibus mala videtur, quia plena terroris eſt, qua deus non ſolū forenſia hominis, ſed etiā occulta diiudicat, qua cogit̃ vnuſquiſq; aperire quod fecit, aut quod ſenſit. Ideoq; multi damnantur, pauci coronantur. Sed etiam ipſi qui coronantur, dolebunt. Iuſti enim coronabūtur. Iuſtus autē quaſi ſuā putat fratris erumnā. Et quis ego ſum qui de illa iudicem, qua homo angelorum cōciuis inferetur? Ipſius domini audiamus ſententiā. Veniet, inquit, ho Ioan. 5.
ra in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filii hominis: & procedent qui bona fecerūt, in re-

A ſurrectionem vitæ: qui mala fecerūt, in reſurrectionem iudicii. Iudicabuntur ergo qui mala egerūt. & ideo ma
la dies & aſpera ab ipſo iudice nūcupatur, vt ſcias quia ipſe nobis cōpatitur in euangelio, qui compaſſus eſt in prophetis. Sed et ſic poſſumus accipere, in die mala,
1. Ioan. 5. hoc eſt in tēpore malo. Mundus enim in malo poſitus
Matt. 6. eſt: & ideo mali dies iſtius mundi: et abundat diei malitia ſua. Non mediocre eſt vt hic liberemur ab inſidiis peccatoris. Qui fuerit hic liber a crimine, ibi erit liber a pœna, & ſeueritatem iudicii ſubire nō poterit. Et ideo votis opus eſt & precib⁹ cotidianis, & aduocatiōe prin-
1. Ioan. 2. cipis ſacerdotū, de quo dicit Ioannes euangeliſta: Aduocatum habemus apud patrē dominū IESVM, & ipſe eſt deprecatio p̄ pēcis noſtris. Hic ergo aduocatus noſter, & deprecatio pro populo totius ſeculi orat: pro
» eo qui intelligit & credit in Chriſtū, & dicit: Dominus
» conſeruet eū, & viuificet eum, & beatum faciat eū. Con
» ſeruet a periculis, viuificet tanḡ in mortis tenebris conſtitutum, beatum facere bonorū operum acceſſione di-
» gnetur. Et emūdet, inquit, in terra vitā eius. Bene addidit, in terra: quia niſi hic mundatus fuerit, ibi mūdus
B eſſe non poterit. Vel certe hoc modo, Emundet in terra. Quomodo enim quis mūdus in luto, cum terra eū oblinat? Ergo domini manus eſt neceſſaria, quæ fecit
» de terra corpus, vt ipſa mūdare dignetur. Et nō tradat
» eum in manus inimici eius. Quia ſet inimicus, niſi leo
1. Petri. 5. ille qui circuit rugiens, quærēs quem deuoret? Alii habēt græci: Et nō tradat eum in animas inimicorū eius. Animas pro manibus poſuit, eo q̄ inimicorū animæ bonis inſidiētur, & cogitationibus ſuis iuſtum conētur euertere. Dicūtur & animæ pro hominibus. Omnes a-
Genē. 46. nimæ ſeptuaginta quę deſcenderūt in Egyptum. Ideo
1. Para. 21 & Dauid maluit dei ſe committere poteſtati, q̄ inſidiis inimicorum, qui parcere ſua voluntate neſciret. Sequi-
» tur: Dominus opem ferat illi ſupra lectū doloris eius:
» vniuerſum ſtratū eius verſaſti in infirmitate ei⁹. Quis
eſt lectus doloris, niſi caro infirmitatis? Et bene lectus
Roma. 7. doloris: quia corpus eſt mortis, de quo ſe liberari deprecatur apoſtolus, vt tanḡ de tumulo quodā poſſit aſſurgere, i quo egra iacet anima, & quaſi quodam decūbit in lectulo. Symmachus lectū miſerię dixit: Aquila gra batum miſeriæ: expreſſius ſeptuaginta viri lectū doloris putauerūt eſſe dicēdum. His ergo verſiculis vtendū eſt apud eos qui diuti⁹ infirmitate corporis detinētur, vt habeant medicinam dei, quo ſani eſſe mereātur. Lectus ergo animę, caro infirma eſt: cuius ægritudini animа noſtra compatitur: quæ ſi habeat adiutorem domi
C num, dicit ei: Surge, tolle lectum tuū, & vade in domū tuam. Quo confortatus dei verbo qui eger erat, ſurgit & tollit lectum ſuū in quo iacebat, & redit in ſtatum priſtinum ſanitatis. Hoc eſt in domū ſuam regredi, vt habitet in domicilio robuſtiſſimę valetudinis. Qui habitat, regit: qui regit, virtutis habet ſibi gratiā ſuffragantem. Sed etiam ſtratum omniū verſat dominus in infirmitate languentis, cui adeſſe dignatur. Quod verſatur, ſtatum mutat aut ex ſanitate in ægritudinē, aut ex ægritudine ad ſanitatē. Hic ergo qui ægrotauerat, mutat ſe ad remediū ſanitatis. Sic ergo dñs IESVS etſi vulneratus eſt propter peccata noſtra, tamen nō in illa infirmitate permanſit, ſed ſe ipſe verſauit in melius ad vniuerſorū ſalutem. Itaq; paſſione infirmitas eſt ſoluta, mors reſurrectione. Sicut ergo ſe ipſe verſauit ad populorum redemptionē, nec ſenſit aculeum mortis, aut vulneris infirmitatem: ſic eum qui in ſe credit, etſi graui ter ægrotantem, vt a morte liberet, verſat ad vitam. Omnē ergo ſtratū, hoc eſt vniuerſorum hominū infirmitatē, in ſua infirmitate verſauit. Suſcepit enim infirmitates omniū in ſua carne, erexit ſe in crucē, & verſa-
» uit omniū infirmitates in ſui corporis infirmitate. Vn
Eſa. 53. de dicit Eſaias: Liuore eius nos ſanati ſumus. Habēt hoc luctatores, vt ſe ſubiiciant iis quibus congrediūtur atq; luctantur, vt opprimi poſſe videantur: & ſubito cū D
exiſtimantur elidi, quadam arte ſe verſant, vt effundāt ſuperiorem. Cadit qui portabatur: & is qui portabat, ſuperior inuenitur, vt ſternat vrgētem. Spiritali itaq; pa-
» leſtra dominus IESVS onera noſtra ſuſcipiēs, in illa
» ſe paſſionis ſuæ cōgreſſione ſubiecit, & in infirmitatis
» ſpecie, vt eum aduerſarius hominē parem cęteris iudi-
» caret, quē facile poſſet opprimere: diuinitatis arma de-
» poſuit, humanitatis tegmen aſſumpſit. Securus victo-
» riæ propius tentator acceſſit. In coſta eum telo militis
» voluit vulnerare, reputans & hūc ſicut Adam per co-
» ſtam poſſe pſterni. Sed vulneratus latere dominus IE
» SVS vitam produxit e vulnere, euacuauit omne pec-
» catum, defecit aduerſariū, cui mortem latronis eripuit:
» & in illa morte, in illa ſui corporis ſepultura cum exiſti-
» maretur oppreſſus, eliſus ſua ſe virtute verſauit, cecidit
» aduerſarius, dominus reſurrexit. Sequitur: Ego dixi, «
» domine miſerere mei, ſana animam meam, quia pec- «
» cauī tibi. Poteſt ex perſona regis Dauid hoc dici: qui «
» videns in ſpiritu tantam victoriā & gratiā Chriſti, pe-
» tit vt in illa remiſſione peccatorū omniū, & ſui miſerea
» tur: quoniā & ipſe etſi legibus, quaſi rex, non teneretur
» humanis, deo tamē obnoxiū ſe pro peccatis ſuis eſſe co-
» gnouit. Cōfitetur ergo peccatum ſuū, vt accipiat remiſ
» ſionem, & generalis indulgentiæ munus inueniat. Po-
» teſt & ex perſona Saluatoris hoc exprimi, qui nobis mi E
» ſericordiam dei poſtulat, & peccaſſe ſe dixit, quia pro no 2. Cor. 5.
» bis peccatum fact⁹ eſt. Simul nos docet, cum in aliquo
» ſumus aduerſus inimicos dei certamine conſtituti, vt
» dei imploremus auxiliū: ipſi peccata noſtra fateamur:
» & tunc maxime cum vrgemur & terimur: cum dolore
» & amaritudine pſternimur, ne tacuiſſe videamur: quo
» medicina citius noſtris vulneribus deferatur, vt ſanati
» aduerſario reſiſtamus. Quomodo enim poteſt congre
» di vulneratus? Vnde diſcimus quia peccatorū noſtro-
» rum aculeis vulneramur. Vulnus medicū quærit, me-
» dicus cōfeſſionem exigit. Hinc quoq; magis ac magis
» aperire Saluator ſacramētū ſuæ incipit paſſionis: quod
» cum euangelio concordare non dubium eſt. Nam ma-
» ledicebant ei Iudęi, mortē eius expetebant: inſidiabā-
» tur, vrgebant, creſcentē quotidie gloriā operis eius non
» ferentes. Hoc ergo prophetia annūciat, quod in euāge-
» lio completū eſt. Inimici mei dixerunt mala mihi: quā- «
» do morietur, et peribit nomen eius? Amentes, qui vitę «
» auctorem mori poſſe credebāt: ſed vota eorum eccleſia F
» deſtruebat, credens q̄ etiā mortuus ſecūdum corporis
» conditionē, ſuum nomē augeret: & ideo pſallebat ei di-
» cens: Memor ero nominis tui in omni generatione &
» generationem. Repetebat, Vnguentū exinanitum eſt
» nomen tuum. Morientur illi qui te mori poſſe præſu-
» munt, non moriar ego quæ te nouī vitæ arbitrum, ſalu
» tis auctorem. Nouimus enim q̄ tēpore paſſionis & re-
» ſurrectionis orabant diſcipuli cōgregati quādo eis Ma
» ria Magdalena reſurrexiſſe dominū nunciauit, & quā-
» do eis clauſa ianua domin⁹ ſe in corpore reſurrectionis
» oſtendit, quando Thomas vulnera eius vidit, & credi- Ioan. 20.
» dit. Inſultabant ergo Iudæi quaſi mortuo: ſed dominus
» viuentem ſe apoſtolis reuelabat. Cum ergo diceret Iu-
» dæi: Ecce mūdus totus poſt eum abiit: cū dicerent quia Ioan. 12.
» mirabilibus operibus ſeducit populum: quid aliud di-
» cebant, niſi, Quādo morietur, & peribit nomen eius?
» Et ideo in eius paſſione clamabant: Tolle, tolle a terra
» hunc: crucifigatur, crucifigatur. Factum eſt quod pete-
» bant, ſublatus a terra eſt, reſurrexit, ad cælū aſcendit, et
» regnū ſuū de nobis paradiſi ſedibus reformauit. De Iu-
» da quoq; proditore euidens prophetia ſubtexitur in his
» verſiculis qui ſequūtur: Et egrediebatur vt videret, va- «
» na locutus: cor eius cōgregauit iniquitatē ſibi. Egredie- «
» batur foras, & loquebatur. Sic diſtinctū græcis in codi- «
» cibus inuenimus. Ingrediebatur ergo Iudas, quærens
prodere Saluatorē, vt videret quid ageret, quid ve lo-

G quęretur, vt eū caperet in sermone, & Iudeis annuncia-
ret. Sed nihil inueniebat, q nihil intelligebat. Bene ait
scriptura quia intus cū IESV non erat, qui de doctri-
na eius recesserat, & institutiones ei⁹ reliquerat. Vole-
bat intrare, sed penetrare nō poterat: quia eū sua exclu-
Gala. 5. debat perfidia. Omnis enim impudicus, aut auar⁹, aut
immundus (quod est idolorum seruitus) nō habet hæ-
reditatem in regno Christi & dei. Non solum ergo in-
gredi moliebatur, & nō ingrediebatur: sed etiam vole-
bat videre, & nō videbat. Deniq; loquebatur IESVS
in parabolis: sed nō audiebat Iudas. Deniq; diuina nō
videbat mysteria. Non enim omnes audiūt verbū dei,
qui sibi videntur audire. Nam si omnes audirēt, non di
Luc. 8. ceret IESVS: Qui habet aures audiendi, audiat. Et
ideo quia nō audiebat, neq; videre poterat, loquebatur
vana pro veris, & putabat ꝙ IESVM falleret, dicēs:
Mat. 26. Potuit hoc venūdari, & dari pauperibus. cū furtis suis,
non pauperibus prouideret: appellans rabbi atq; docto-
rem, a cuius magisterio deuiabat: cuius cor (in quod se
immerserat diabolus) congregabat sibi & augebat ini-
quitates. Sibi enim erat iniquus, sibi iniustus: sibi delin
quebat, qui intra se dolū meditabatur, qui latere nō po-
Luc. 22. terat. Non enim circumueniebatur IESVS, qui pro-
debatur volēs, & testificabatur, Vnus ex vobis me tra
det. Deniq; cōfessus est Iudas, dicēs: Nunquid ego sum
Rabbi? Et dominus ait: Tu dixisti. Nec sic intellexit
Iudas ꝙ cognosceretur. Nam si intellexisset, non prodi
disset. Sed nihilominus egrediebatur foras, & loqueba
tur. Aptus versicul⁹ aduersum eos qui secretū alicuius
produnt. Pulchre ait: Egrediebatur foras. Foris enim
lupi, foris prędones: intus Moyses in nube cū IESV.
H Foris Iudæi, intus Zacharias sacerdos in tēplo. Foris
multitudo, intus spiritus sanctus in cordib⁹ nostris cla-
mat ad patrē. Foris aduersarius noster sicut leo perui-
gilat ad rapinam. Foris infideles, intus fideles. Et ideo
eos qui foris sunt, iudicabit deus: eos autem qui intus
sunt, Christ⁹ absoluit. Egrediebatur igitur Iudas, & lo
quebatur. Egrediebatur de fide, egrediebatur de conci
lio & numero apostolorum. Egrediebatur de conuiuio
Christi ad latrocinium diaboli. Egrediebatur de gratia
sanctificationis ad laqueum mortis: qui vana ad perfi-
dos loquebatur. Egrediebatur foras, qui vitæ internæ
mysteria relinquebat. Egrediebatur, qui scripturę inte-
riora non nouerat. Si enim scisset, intellexisset dicentē:
Nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat? Intelle-
Psal. 54. xisset etiā illud: Tu vero homo vnanimis, dux meus,
& notus meus, qui semper mecum dulces capiebas ci-
bos: in domo domini ambulauimus cū consensu. Non
intellexit ergo hunc psalmū, nō centesimū atq; octauū,
non alios, nō alia testimonia scripturarū. De quo bene
1. Ioan. 2. euangelista dicit Ioannes, & cęteris infidelibus: Ex no
bis exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim ex nobis
I fuissent, nobiscum māsissent. Non manebat ergo cum
apostolis proditor, qui foras exibat, & cum perfidis su-
surrabat. Quo verbo vsa est scriptura diuina demon-
strans sine auctoritate esse perfidiam, quæ timet quod
Psal. 58. loquitur deprehēdi. Fideli autem dicitur: Exalta virib⁹
vocem tuā. En quo deciderat apostolus Iudas, qui mis
sus erat fidē gentibus pleno auctoritatis pręconio prędi
care, vt in aurē insusurraret insidiatoribus magistri sui
quod timeret audiri. Nōne iudicio suo se ipse dānauit?
Sed erubescebat audiri, quod facere nō timebat. Erube
scebat, quia aduersus vitæ suę sanctificationis & hono-
ris auctorem cogitabat mala, nec gratiā beneficiis repē
debat, sed mala pro bonis bono referebat magistro, q̄d
etiam seculi homines dānare cōsuerūt. Erubescebat in-
gratus deprehēdi: erubescebat auarus videri: cū pro pe
cunia auctoris sui salutem proderet. Erubescebat videri
perfidus: similiter & Iudęi, qui aduersus fidei magistrū
falsos testes perfidi subornabant, vt dicerent ꝙ prædi-
casset templū dei q̄d Salomon cōdidit, destruēdum: cū
ille de tēplo sui corporis significasset: Soluite hoc tem- Ioan. 2.
plum, & in triduo suscitabo illud. Vere foris erant, qui K
" a cognitione verbi cælestis erāt exclusi. Verbū, inquit,
" iniquū proposuerūt aduersum me. Id est illicitū, & con-
tra ius et nefas sermonē proposuerūt, mihi facientes de
humano sāguine pactiones*, quē sceleratissime vēdidit *disputa-
Iudas, Iudęi q̄q; emendū nō minore scelere crediderūt, tiones.
vanissimi homines, quasi qui dormit, inquit, non adii-
ciat vt resurgat. Quid sit adiectio, consideremus. Natu
rale est omnib⁹ terrenis animātibus, & volatilibus celi,
et piscibus maris, nasci & mori. Homini, quē preciosio-
rem cæteris terrę animātibus deus fecerat, hanc pręci-
pue cōtulit gratiā, vt mortuus reuiuiscat. Hæc dicitur
ad renouationē vitę superioris adiectio. Deniq; & Eze
chię regi cū p̄scripsisset dn̄s ꝙ vitę suæ tēpus implesset,
& per Esaiā mādasset vt ordinaret domū suā, quia mo
ritur⁹ esset, atq; ille orasset ad dn̄m, & fleuisset fletu ma
gno, misertus dn̄s mādauit ei: Ecce adiicio ad tempus Esa. 38.
tuū annos quindecim. Et alibi sanctus Dauid ait: Dies Psal. 60.
super dies regis adiicies annos eius. Inuentū ergo ho-
mini quod addat: deo autē addi nihil potest: quia scri-
ptum est: Nō est adiicere, neq; minuere. in quo perfecta Eccli. 18.
& plena sunt oīa. Et si Christus resurrexit, vtiq; in eo
quod assumpserat resurrexit: in quo plenitudini diuini-
tatis eius nihil vel decedere potuit vel accedere. Deus
enim incorporeus & immortalis est, cuius summa na-
tura & plenitudo virtutū, sine vlla carnis accessione si-
gnatur. Caro autem dispēsationis in Christo est: quam
miserationis titulo, & pietatis iure suscepit, vt captiuā L
redimeret, ablueret contaminatā, mortuā resuscitaret.
Et pulchre ait: Nūqd q dormit, nō adiiciet vt resurgat?
Non dixit, non adiicitur: sed, nō adiiciet vt resurgat? eo
ꝙ ipse se dei filius resuscitauit, sicut supra diximus dixis
se eū Iudæis: Soluite hoc templū, & in triduo suscitabo Ioan. 2.
illud. Adiectionem accepit caro quasi sumpta de homi
ne, suscepta de virgine. Sed quasi de⁹ adiectionē ipsam
operatus est, qui virtute propria resurrexit, vt esset suę
resurrectionis operator. Cum igitur legas ꝙ & pater fi
lium, et filius ipse se resuscitauerit: agnosce operationē
illā diuinæ fuisse virtutis: quia patri et filio vna virtus,
cōmunis operatio: quandoquidē vna atq; eadē substan
tia trinitatis est. Sed quid ego cæteros arguo? dicit dn̄s
IESVS: Quid mirū si populus me non cognouit, &
cruci adiudicauit, cum ap̄ls meus mercedē proditionis
exegerit, cum conuiua meus mortē meam vēdiderit?
" Etenim homo pacis meę, in quo speraui, qui edebat pa
" nes meos: ampliauit super me supplantationē. Aliqui
Iudam excusandū putant, quia refudit pecuniā quam
pro mercede proditionis acceperat. Sed ecce quia vltra
Iudæorū condēnatur infidelitatem. Cui enim plus da-
tum est, plus exigitur ab eo. Quid, inquit, de aliis que- M
rar? Homo pacis meæ, cui pacē meam dederā, pacem
meā relinquere voluerā: persecutorib⁹ deductis me tra
didit, & fefellit me in quem speraui. Nūquid ignorauit
proditorem sui futurū, de quo ante prædixit, Vnus ex
vobis me tradet? Hoc autem dicebat de Iuda, sicut scri- Luc. 22.
ptum est in euangelio. Non vtiq;: sed quo amplius con
demnaret eū, de fide eius sperasse se dixit. Aquila, con-
fisus eram, dixit: Symmachus posuit, confidebā. Plus
enim grauamus eū in quo plurimū spei vel fiduciæ ha
buisse nos dicimus, si postea spem nostrā opinionemq;
destituit. Simul ostēdit quāta vis diuinæ sanctificatio-
nis sit, quę excludat malitiam, & deprauatū emēdet in
geniū, si forma propositi melioris accedat. Quātos sci-
mus esse cōuersos? Mutatus est Zacchæus ille publi- Luc. 19.
canus, & ad quęstum auaro intentus affectu, qui postea
quadrupla redhibitione soluit errorē, cōdemnauit in se
auaritiā, tēporis superioris abiurauit lucra, compēsauit
in pauperes, si deesset exactor. Latro ipse nequitiā suā
proposito meliore mutauit, agnouit in cruce Christū,
cōfessus est dei filiū, regē voce propria nūcupauit. Quo

A tempore iusti plerique nutabant: ipsi certe latebant
apostoli: carnifex ipse centurio non negauit. Quid de
Iosue. 2. tempore Euangelii loquor? Rhaab meretrix erat, quę
&. 6. perfidiæ atque intemperantiæ se alebat stipendiis. Ta
men vbi exploratores vidit quos miserat Iesus Naue,
fidem induit, & periculo imminente iustitiam refer-
uauit: nec susceptos prodidit, sed fideli hūanitate pro-
texit. Ideo ergo sperasse se dicit, quasi iure præsumpse-
rit vt apostolus superiora deponeret, meliora sequere-
tur: & qui sanctificandi alios munus acceperat, ipse, in
se sanctitatis gratiam custodiret, & synceritatis inhæ-
reret officiis. Bene ait, Speraui: quia homini dedit eli-
gendi arbitrium quid sequatur. Posui, inquit, ante
te bonum & malum. Si malum elegeris, non natura
delinquit, sed eligentis affectus. Si vnusquisque homi-
num condemnatur qui malum elegerit: quid de Iuda
dicimus, qui prodidit eū cui copulabatur suauitate cō-
uiuii? Qui edebat, inquit, panes meos: ampliauit su-
per me supplantationem. Quid est quod addidit, pa-
nes meos? Potuit dicere, Qui edebat panes mecum:
nisi illam intelligas quæ specialis est Christi, hoc est,
verbi cælestis alimoniam. Non enim in solo pane vi-
uit homo, sed in omni verbo dei. Denique alibi dicit:
Qui semper mecum dulces capiebas cibos. Quibus
versiculis bene vtimur aduersus eos qui necandos es-
se crediderint cum quibus videntur epulati. Gentiles
hoc custodire memorantur, hostes plerunque, latro-
nes etiā, vt parcāt iis cum quibus recordentur se inis-
se conuiuium. feræ ipsę pabulorum societate mitescūt.
Vnde propter huiusmodi affectum gratiæ cōuiualis,
B si verba consideremus, non ociose dulces cibos dixit.
Quomodo enim dulces, qui cito corrūpūtur? Sed vide
ne dulces cibos dixerit verba vitę. Hos enim cibos nul
la amaritudo corrumpit, nulla mortis corruptela cō-
taminat. Vnde &, semper, dixit. Non enim semper
edere quis poterat. Semper autem verbo dei possu-
mus inhærere, & noctibus & diebus, si in lege dei die &
nocte meditemur. Quid est etiam ampliauit? Græ-
cus ἐμεγάλυνεν dixit, hoc est magnificauit. Vtrunque
nobis exposuit dominus quod mouere nos posset, di-
cens in euangelio: Qui manducat mecū panem, leua-
Ioan. 13. uit super me calcaneum. Vnde assumptus hic sermo
ad Tit. 3. sit, cōsideremus. Fuimus, inquit, increduli errātes, ser-
uiētes desideriis & voluptatibus. Fateamur errorem,
vt diluamur. Et ego vidi aliquem puer athletam cum
elisisset aduersariū, frōtem ei percussisse calcaneo: quod
signū fuit ꝙ insultauerit victo. Hoc est quod ait, Ma-
gnificauit super me supplantationem. Quo verbo in-
sultantis iactantiam declarauit. Leuauit ergo & Iu-
C das super Christum calcaneum suum, cum proderet
eum: sed non leuauit impune. Adhuc Adam calcaneū
leuat: quod a serpente est vulneratum. Et vtique ei pe-
des lauerat Christus. Audierat dicentem: Qui lotus
Ioan. 13. est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus to-
tus. Sed quod lauit gratia, inquinauerat perfidia. Iu-
das ergo calcaneum leuauit ad vulnus. Vere non te-
nuit caput, qui calcaneum super Christum leuauit. A-
dam super se leuauit: hic super Christum: & ideo eum
serpens grauius quàm cæteros vulnerauit. Leuauit cal
caneum suum, qui fraudulentum osculum porrigebat,
quo supplantaret auctorem. Ideoque scriptum est in
propheta: Ampliauit super me supplantationem.
Gene. 27. Esau quoque ait de fratre suo: Bis me iam supplanta-
uit. Qui supplantat, dolum facit quo aduersarium eli-
dit aut vulnerat. Ideo & Iudas supplātasse dicitur, quia
osculo suo vulnus infixit, quo inuadendi saluatoris si-
gnum persecutoribus demonstrauit. Supplantauit er-
go quasi serpens, quia serpens ore venenum īnfundit,
& vulnerat dente calcaneum. Et hic enim non diuini-
tatem Christi, sed corporis extremum calcaneum vul-
nerauit. Leuauit etiam Iudas calcaneum quasi lucta- D
tor insolens & superbus, quo caput percuteret saluato-
ris: sed caput Christi ferire non potuit, q a caput Christi
deus. Suū sane caput īformis laquei nodo ligauit, vt re-
medium sibi salutis auferret. Vide si pie potes illud a-
ptare quod in Genesi dixit sanctus patriarcha Iacob cū
de filiis prophetaret: Dan iudicabit populum suum tā- Gene. 49.
quam vnam tribum in Israel. &, Fiat Dan sicut serpens
sedens in via & in semita, mordens calcaneum equi: &
cadet eques retrorsum, salutem expectans a domino.
Legimus quidem ꝙ Sāpson de tribu Dan iudex fue- Iudicū. 13
rit in Israel. Sed alius hic significatur futurus, qui ex ea
tribu progressus populum suppliciis sacrilegæ impie-
tatis affliget, Antichristus ille, qui sedebit in templo
tanquam sit deus, vere iudicium, quod habet interpre-
tatio. Dan enim iudicium significatur. Et pulchre di-
xit quia populum suum iudicabit: qui perpetuæ pœnæ
fiet obnoxius. Qui enim non credit, iam iudicatus est.
Qui autem credit, non iudicabitur: quia credit in dei fi-
lium animæ suæ redemptorem: & ideo tanquam iudi-
cii liber dicit: Qui diiudicat me, dominus est. Iudica- 1. Cor. 4.
turus est ergo populū impietatis, non plebē. Illi enim
iudicantur qui cadunt ruina perfidiæ, non qui resur-
gunt fidei libertate. Sedebit igitur in via, & insidiabi-
tur in semita sicut serpens, vt vulneret transeuntes, &
mordeat equi nostri calcaneū. Animā enim fideliū nō E
poterat vulnerare. In qua autem via sedebit, & in qua
semita, nisi ex quibus Christus dominus (vt legimus)
nationum populum vocauit ad cenam suam, dicens:
Exi in vias, & circa sepes, & compelle vt intrent, vt im- Lucæ. 14
pleatur domus mea. Et quia similiter Iudas amplifi-
casse super Christum legitur supplātationem, videtur
hoc loco ipse signari ꝙ mordere haberet calcaneum e-
qui quo Christus dominus vehebatur. Vnde dictum
est: Equitatus tuus salus. ꝙ caro eius, mūdi totius erat Abac. 3.
susceptura peccatum, vt salus pro exitio, & vita æter-
na pro morte succederet. Vulnerat⁹ est ergo equus nō
mendax solus ad salutē. Vulneratus est equus qui mū
di totius peccata suscepit, & onera nostra portauit: &
non fuit fatigatus. Vulneratus est equus qui ad furorē
cōcubitus adhinnire nesciuit. Et ideo fortassis Ioanni
euāgelistę cælum apertum, & albus equus est demon- Apoc. 6.
stratus, super quē sedebat habens in capite diademata, F
& in femore suo nomen scriptum, Rex regum, & do- Apo. 19.
minus dominantium. Albus erat, qui erat immacula-
tus, quia nulla peccati inquinamenta cognouerat. Nā
si libido tenebrosa est, recte sanctimonia relucet & splē-
det. Hic ergo equus est vulneratus, sed nō retardatus.
Deniq; cum ipso vulnere de tumulo resurrexit, cucurrit
ad cælum supra oēs angelos & archāgelos, velocior
omni equitatu militiæ cælestis inuentus: supra equos
etiā illos igneos quib⁹ Helias raptus est. Et merito ve- 4. Reg. 2.
locior, qui super omnes cælos & supra cælum cęlorum
ad sedem dei omnipotētis ascēdit, & sedet, vt scriptura
nos docuit dicēs: Videbitis abhinc filium hominis se- Mar. 14.
dentem ad dexteram virtutis. Hic itaq; equus in figu-
ra & ante est demōstratus tēpore Maccabæorum: quē
sedebat dux ille militiæ cęlestis aureis armis refulgēs,
qui Heliodorum depeculatorē illum depositi vidualis
cæterorumq; quæ sacræ fuerant cōmendata custodiæ,
& strauit & perculit, & prostratū Oniæ sacerdotis pre- 2. Mac. 3
cibus vitali vsui reformauit. Vn̄ vere in eo arma aurea
refulserūt, quia solus equum hunc sedit, & vicit, in quo
nullus culpæ immunis euasit: Non Enoch, qui raptus Sapiē. 4.
est ne malitia mutaret cor eius. Nō Abrahā, nō Isaac,
nō Iacob, non Moyses. Omnes enim sub peccato, oēs
sub morte. Deniq; regnauit mors ab Adā vsq; ad Moy Roma. 5.
sen. Solus iste est qui peccatū nō fecit: solus est Christ⁹
qui peccatū abstulit mūdi: q dixit morti: Vbi est mors 1. Cor. 15
victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Quomodo

G ergo amplificauit ſuper hunc ſupplantationem ſuam Iudas,& cecidit eques retrorſum? Quod in Iuda eſt, dolum fecit: quod in Chriſto,volens paſſus eſt. Sæpe videmus fortiorem velle percuti, vt acrior laceſſitus inſurgat,vehementius excitetur Momordit ergo ſerpens calcaneum equi,virus ſuæ fraudis euomuit: volens eques ſe ipſe deiecit. Volens cecidit, vt nos leuaret. Quid eſt tamen quod dicit ſcriptura, Et cadet eques retrorſum? Cur retrorſum,niſi vt regeret ſe ſequentes?

Mat 8. Retrorſum erat Petrus, cui dixit: Vade retro poſt me. Retro erant apoſtoli & cæteri diſcipuli. Ideo retrorſum cecidit,quia ſuper quos cadit, ſaluat. Omnis

Lucæ 20 enim qui ſuper hunc lapidem, inquit, ceciderit, conquaſſabitur: ſupra quem ceciderit autem, emundabit eum. Alii habẽt, Ventilabit eum. Alii, Comminuet. Qui enim ventilat frugem, mundat a paleis:qui comminuit aliquid, in pulueremredigit, vt mollitia pulueris vel poculo ſalubri vel reliquo medicinæ vſui ſine vlla perturbatione proficiat. Vnde colligimus cauendum ne quis ſemel per baptiſmum ſuſceptus a Chriſto, ex eius decidat corpore, hoc eſt excutiatur ab eccle-

H ſia. Ipſa eſt enim mortis ruina perpetuæ. Illum autem qui venit crediturus in Chriſtum: vt eum mors eius inueniat, crux eius aſſumat, clauus infigat, ſanguis infundat,ſepultura quoq; eius inuoluat, gratia reſurrectionis attollat,de ſomno ſuſcitet,a morte vinificetillũ inquam a ſeculo liberat,a peccato mundat,ſanat a vulnere,a duritia impietatis inflectit,ad mãſuetudinẽ pie-

*ſubtilem tatis emollit,vt circũciſo corde ſuauem *illum & incõprehenſibilem hauriat ſpiritum, bibat poculum ſalutis æternæ.Cecidit ergo eques retrorſum. Accipe & aliud cur retrorſum: quia poſt ipſum omnes,nemo ante ipſum. Cecidit ergo non ſibi,ſed omnibus, vt duritiam cordis noſtri ſuper nos cadendo molliret. Cecidit ſuper Adam,quem quærebat vt inueniret. Retro eũ quæſiuit,vt ſupra humeros ſuos bonus paſtor imponeret,ſecumque Paradiſo in illius redemptione latronis inueheret. Sed forte dicas, Et perſecutores cecide-

Ioan.18. runt retrorſum. Sic enim ſcriptum eſt, Quia principes ſacerdotum quos adduxerat proditor Iudas,& cæteri qui ad comprehendendum aduenerant dominum

I IESVM, abierunt retrorſum, & ceciderunt in ter-

Lucæ.5. ram. Hoc eſt quod & ego dico, quia ſuper peccatores voluit cadere, non ſuper iuſtos. Iuſtus enim medico

Actuũ.5. non indiget, ſed peccatores. Si apoſtolorum vmbra ſanabat, quanto magis caro Chriſti quos tangit, a

Mat.8. morte defendit? Denique leproſum tetigit, & ſine dilatione mundauit. Vt ſcias autem qui legis, quia & perſecutores ſuos voluit liberare, teſtem Chriſti interroga. Nam cum inueheretur Petrus in Iudæos

Actuũ.2. q̃ principem vitæ interfeciſſent, remedium demonſtrauit, vt agerent pœnitentiam, & remitti ſibi peccatum quod admiſerant mererentur. Quid autem dubitas q̃ ideo cecidit vt reſuſciteret, cum ipſe dixerit:

Deut.32. Percutiam, & ſanabo? Verborum tamen vide diſtantiam. In Geneſi habetur: Cadet eques retrorſum,

Geñ.46. ſalutem expectans a domino. Hoc eſt vt oculos non auertat,actio mentẽ propriam non reflectat,reſurrectionis ſuæ prærogatiuam vindicet, & diuina ſe reſuſcitet poteſtate. Hic autem habetur: Abierunt retror-

Ioan.18. ſum,& ceciderunt in terram. Qui terrenus eſt, in terram cadit. qui cæleſtis, cælo inhæret. Etſi corpore cadit,virtute non cadit:nec iis quæ ſua ſunt, ſed operi intendit. Semper enim ad patrem reſpicit, vt eius circa nos impleat voluntatem. Vtinam & iſti non abiſſent retrorſum, ſed Chriſtum excepiſſent, ſicut excepit Io-

Mat.27. ſeph,& ſepeliuit eum in monumento nouo. Qui fidelis eſt, in terram non cadit. Qui infidelis, cadit, &

Pſal.54. deſcendit in inferiora terrarum:ſicut ſcriptum eſt: Deſcendant in infernum viuentes. Ergo perſecutor ſuper terram & in infernum cadit: Chriſtus ſuper reſurgens k
reſturos: Chriſtus ſuper petram: Chriſtus ſuper Eccleſiam. Audi quomodo ſuper Eccleſiam cadat. Re-
tro erat Petrus, & ſequebatur eum cum a Iudæ- Mar.14.
is ad Caiphæ domum Synagogæ principis ducere-
tur. Ipſe eſt Petrus cui dixit: Tu es Petrus, & ſuper Mat.16.
hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Vbi Petrus,ibi eccleſia. vbi eccleſia,ibi nulla mors, ſed vita æterna. Et ideo addidit, Et portæ Inferi non præualebunt ei: & tibi dabo claues regni cælorum. Beatus Petrus,cui non Inferorum porta præualuit,non cæli porta ſe clauſit:ſed econtrario deſtruxit Inferni veſtibula, patefecit cæleſtia. In terris itaque poſitus cælum aperuit, inferos clauſit. Poteſt & illud conuenire huic loco quod Samaritanus deſcendentem de Hierico homi- Lucæ.10.
nem vulneratum illum a latronibus non præteriit, ſed ſuſcepit eum, & vulnera eius curauit, infundens oleum & vinum, & impoſuit ſupra iumentum ſuum, & duxit ad ſtabulum. Quid dubitas de equo bono,cũ bonum & iumentum legeris? Cum legeris in Hieruſalem illam & equites multos & plurimos cum quadrigis & curribus introire? Ne te moueat quod legiſti: Hi in curribus, & hi in equis: Nos autem in no- Pſal.19.
mine domini dei noſtri magnificabimur. Ipſi obligati ſunt,& ceciderunt. Sed Helias non cecidit, qui curru introiuit. Vbi enim dei nomen eſt, ibi nullus obligatur,ſed abſoluuntur vniuerſi. In nomine autem dei noſtri & pauper eſt tutus & diues, & nobilis & ignobilis,& infirmus & potens. Fidei non præiudicant opes, ſi tamen vti opibus nouerimus. Et ideo nomen dei in L
ſe habens dicit: Tu autem domine miſerere mei,& re- «
ſuſcita me, & retribuam illis. Quod vtique non quaſi «
de reſurrectione dubitans dicit, qui poteſtatẽ habebat
dicere: Soluite templum hoc,& triduo reſuſcitabo il- Ioan.2.
lud. ſed formam dat homini, vt miſericordiam a deo,
& reſurrectionem de deo ſperet. Deinde non reſuſcitari ſe petit, ſed reſuſcitari ſibi poſtulat Mathiam in Actuũ.1.
locum Iudæ, vt apoſtolicus numerus impleatur. Et
enim quia neceſſe habebat perire filius perditionis, vt
ſcriptura impleretur,oportebat in locum ipſius ſubro-
gari filium ſalutis. Tertium accipe: Reſuſcitari ſe, hoc
eſt corpus ſuum,poſcit. Corpus autem Chriſti, Eccleſia eſt. Et quia Iudas figura erat infidelis populi Iudæorum,qui pecunia vel emit vel vẽdidit Chriſtum(quod faciunt qui pluris ducũt pecuniam quàm religionem)
pro interitu plebis infidelis ſignificat Eccleſie *ſibi gra- *alſ, eccle
tiam reſurrecturam. Vnde & ipſa dicit in Canticis: Si ſiam ſibi
ſuſcitaueritis & reſuſcitaueritis charitatẽ. cum quære- gratam.
ret de iuuẽculis Chriſtum, quia Chriſtus charitas eſt.
Quod autẽ ait, Retributã illis:hoc intelligimus, quia M
florentis eccleſiæ proceſſibus cruciabuntur, & tunc cognoſcent quæ pœna perfidiæ ſit, cum aduerterint qui fidei ſit plendor & gratiæ. Vel quia bonus dominus
eſt,qui poterat dicere, Retribuebant mihi mala pro bo- Pſal.34.
nis:& medium verbũ eſt retributionis, vel in bono, vel
in malo:retributurum in bono eſſe ſe dicit: quia etſi ce- Rom.11.
citas in Iſrael ex parte continget,tamen cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Iſrael Chriſti miſeratione ſalutabitur. Et ſubiecit: In hoc cognoui quo- «
niam voluiſti me:quoniã nõ gaudebit inimicus meus «
ſuper me. Superius de paſſione ſua loquit? eſt quaſi «
homo:hinc iam aperit maieſtatẽ ſuã, q̃ ſolus ſine pec-
cato,ſolus cũ peccator inſultare nõ potuit, ſol? quem *alſ,qui
pater vt vnicũ filiũ dilexerit. Qua ratione ergo inimi- peccato ſi
cus nõ eſt lætatus ſuper eum? Quia etſi mortẽ ſuſcepit quinari.
pro nobis,reſurrexit tamẽ:& ipſe inſultauit inimico,cuius victoriã deſtruxit,& aculeũ mortis infregit. Et nos licet in ſeculo mœſti ſimus,atq; in mœrore noſtro & cõtritione cordis animiq; noſtri lætetur inimic?,tñ reſurgẽtes eius gaudiũ deſtruimus. Vñ & Micheas dicit:

A Noli ſuper me gaudere inimica mea, quia cecidi:quia D
Mich.7. reſurgam. Reſurrectio eſt ergo qua inimici omnia vincula ſoluuntur,triumphus omnis aboletur. Sequitur
» Propter innocentiam autem meam ſuſcepiſti me, &
» confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. Benedi-
» ctus dominus deus Iſrael in æternum,a ſeculo,& in ſe-
» culum:fiat,fiat. Innocens nulli nocet,in neminem peccat. Ideo ſine peccato,ſine dolo Chriſtus, ſcripturæ diuinæ auctoritate ſignatur. Hoc igitur & hic declaratur,vbi dicit: Propter innocẽtiam autem meam ſuſcepiſti me. Quæ autem ſuſceptio ſignificatur? Nam &
Pſal.138. alibi legimus: Suſcepiſti me ex vtero matris meæ. Ergo quia ab omni corruptione generationis humanæ mundus eſt natus, qui de ſpiritu eſt natus & virgine: ideo eum pater ſuſcepit, quia ortum illius nulla corporeæ generationis concretio vſitata fuſcauit. Suſcepit eum reſurgentem,quia nulla eum offenſio prolapſionis aſperſit. Immaculatus ad patrẽ rediit, a quo immaculatus exiuit quãdo deſcendit in terras. Vnde di-
Pſalũ.2. cit ei pater: Filius meus es tu: ego hodie genui te.hoc eſt, generationis meæ in te priuilegium recognoſco, quem nulla macula potuit inquinare peccati. Inter peccatores verſatus es,peccata omniũ ſuſcepiſti:peccatum pro omnib? factus es: maledictũ pro omnib? factus es: ſed nullus vſus potuit ad te trãſire peccati. Ita inter peccatores verſatus es,quaſi inter angelos verſareris. Feciſti terrã eſſe quod cælum eſt: vt & ibi peccatum tolleres.
B Hodie te genui,in quo complacui. Probaſti te filium, qui impleſti in omnibus patris voluntatem. Hodie te genui,in quo lucem immaculatæ prolis agnoſco. Heri mihi & hodie ipſe es,& in ſeculũ. Nox in te nulla eſt, quia totus es dies. Bene confirmatus in conſpectu patris dicitur in æternum, qui apud patrem ſemper eſt: & vere in conſpectu eius, cuius ſplendor eſt gloriæ, & imago ſubſtantiæ. Sed quemadmodum complacet in filio pater: ita & filius benedicit patrẽ. Pater enũ honorificat filiũ, & filius honorificat patrẽ. Benedictus,inquit, dominus deus Iſrael,hoc eſt populi deũ videntis, qui & dominũ ſuum & deum credit. A ſeculo,& in ſeculum:fiat,fiat. In Hebræo habet: Amen, amen: vt
C aſſeruerunt qui librũ legerunt in Hebraicis literis ſcriptum. Græcus hoc loco, γένοιτο γένοιτο dixit: quod eſt, fiat, fiat. Quod verbum diuerſas ſignificationes habet, vt ſit interdum imperantis, interdum precantis,interdum confirmantis aliquid. Imperãtis eſt cum
Mat.6. ſuperior inferiori ſtatuit quid faciendum ſit vel ſequendum. Precantis eſt ſicut illud, Fiat voluntas tua. Non enim deo quis imperat:ſed precem fundit. Confirmãtis eſt cum benedicit propheta, vel ſacerdos, vel ſanctus aliquis *, & populus reſpondet, Fiat fiat. Hic er-
*alicui. go magis confirmatio mihi videtur benedictionis, q̃ oratio vel deprecatio, maxime quia repetitio ipſius facta ſermonis eſt. Et videtur Hebræus quidem ſermo mutatus: ſed idem ſenſus expreſſus. Sicut enim cum ſacerdos benedicit, populus reſpondet, Amen, confirmans benedictionem ſibi, quam plebi ſacerdos a domino deprecatur:ita in pſalmo reſpõſum eſt, Fiat fiat: quaſi, Amen amen. Amen autem confirmationis verbum euidenter oſtenditur in euangelio, vbi dominus confirmans ſermonem ſuum dicit: Amen dico vobis. Maior autem vis eſt vbi repetitus eſt ſermo:quod in libro euangelii ſecundũ Ioannẽ frequẽtius
Ioan.3. inuenimus:quia ipſe maxime de cæleſtibus & profundis myſteriis eſt locutus: ſicut ſcriptũ eſt: Amen amen
Ioan.14. dico tibi: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt introire in regnum dei. Et alibi: Amen amẽ dico vobis: Siqd petieritis a patre i nomine meo,
*crebro. dabit vobis. Abundant duo exempla, reliqua vero * ſi quis quẽſi erit inueniet. Indiciũ quoq; eſt libri finiti,ſiat fiat. Nam in quinque libros diuiſum videtur eſſe pſal-

teriũ. Primus liber hoc pſalmo finitur,hoc eſt quadra- D
geſimo. Et pulchre vſq; ad paſſionem Saluatoris quadrageſimus pſalmus eſt comprehenſus, qui finem libro daret: quoniam paſſio domini finis eſt quadrageſimæ: vt ſecundus liber a myſteriis renouationis inciperet: qui liber, vtpote Quadrageſimæ,pfectiora ſacramenta complectitur. Nam & baptiſmatis prænunciat ſacramenta cum dicit: Sicut ceruus deſiderat ad Pſal.41.
fontes aquarum, & requiem ſanctorum, qui ad tabernaculum cæleſte peruenerunt: & ſpiritu ſancti deſcenſionem, quando effuſa eſt gratia ſpiritalis in quadam voce cæleſtium cataractarum:quia virtute magna ſpiritus ferebatur,vt legimus in actibus Apoſtolorum:& Actuũ.2.
ingreſſum renouati hominis ad altare, & Saluatoris aſceſſum, & ſanctificationem propoſiti virginalis. Qui liber finitur in pſalmo ſeptuageſimoprimo, quo regnũ Chriſti pacificũ toto orbe diffuſum prophetico ſermone annunciatur,remiſſioque peccatorum:vbi cum benedictionem domini præmiſiſſet, ſubtexuit: Et replebitur maieſtate eius omnis terra: fiat, fiat. Tertius
quoque liber finitur octogeſimooctauo pſalmo: & ibi E
habet: Benedictus dominus in æternum: fiat, fiat. Quartus liber finitur pſalmo centeſimoquinto:& ibi habet: Benedictus dominus deus Iſrael a ſeculo & vſque in ſeculum:& dicet omnis populus:fiat,fiat. Quintus liber vſque ad finem eſt, vbi pro hoc verbo prophetа dicit: Omnis ſpiritus laudet dominũ. Sed iterum forſitan te moueat quomodo quinque libros aſſeram, cum vnum Pſalterium ſit. Sed etiam euãgelium vnũ eſt,& quatuor libros eſſe negare non poſſumus. Vnũ autem euangelium eſſe, & alibi (ni fallor) intimauimus: et ſi iterum exigitur, facile poſſumus edocere,cũ Saluator dixerit: Amen dico vobis: Vbicunque præ- Matt.26.
dicatum fuerit hoc euangelium, Et apoſtolus: Miror Gala.1.
q̃ ſic tam cito tranſferimini in aliud euangelium:quod non eſt aliud, niſi ſi qui ſunt qui vos peruertunt. Et alibi: Notũ enim facio vobis fratres euãgeliũ. Nec vſquã habes aliter de corpore iſto quatuor librorũ niſi euãgelium ſignificatum. Deniq; quia vnum corpus eſt etiã Actuũ.4.
pſalmorum, ſcriptura dixit. Sed iterum quia quinq; libri ſunt, dixit alibi: In vaſis pſalmorum. Pulchre au- Pſal.70.
tem quinque libri,& vnum pſalterium:quoniam quinque ſenſibus homo exterior viuificatur,& rurſus quinque ſpiritalibus ſenſibus ille abſconditus cordis homo noſter conſummatur interior: qui ſolus ante deum 1.Pet.3.
locuples Petri apoſtoli teſtimonio reperitur. Qui habet,inquit, aures audiendi: audiat. Habes vnum ſenſum. Et ſicut ſunt qui oculos habent,& non vident: ita Lucæ.8.
ſunt qui oculis non videntibus plus videre creduntur. F
Vnde & prophetæ dicebantur Videtes, etiã qui oculis non viderent. Bonus etiam ille odor, de quo apoſtolus dixit: Bonus odor Chriſti ſumus deo, vnde & 2.Cor.2.
Iob dicebat: Et ſpirit? diuinus, qui eſt in naribus meis. Iob.27.
Idem ergo odor Chriſti & ſpiritus ſancti eſt deo *: quia *alſ & dei
vnus odor eſt trinitatis. Eſt & interior cib?. Meus ci- Ioan.4.
bus eſt vt faciam voluntatem patris mei, qui in cælo eſt. Eſt & interior tactus, quo Chriſtum tetigit illa Luc.8.
in euangelio quæ per duodecim annos ſanguinẽ profluebat, nec a medicis acceperat ſanitatem, ſed accepit a Chriſto. Fidei tactus eſt quo tangitur Chriſtus. Denique eum homines non videbant,ſed vidit IESVS, Mat.9.
& ſe vidiſſe teſtatus eſt dicens: Tetigit me aliquis. Nam & ego cognoui virtutem de me exiſſe. Cognitio Chriſti,collatio ſanitatis eſt. Ergo quoniam decem ſenſus homini ineſſe manifeſtum eſt: ideo Dauid, qui & foris & intus canebat, foris corpore, intus corde: dicit in pſalmo: In decachordo pſalterio pſallã tibi. Pſal- Pſal.32.
teriũ ergo eſt homo conſũmat? in Chriſto:in quo ſcut arte cõcinẽtium fila chordarũ, ita cõuenientiũ reſonãt opera canora virtutum: vt poſſit dicere: Pſallam tibi

G deus in cithara sanctꝰ Israel: gaudebũt labia mea cum cãtauero tibi: & anima mea, quã redemisti. Paulus ait
2.Cor.7. de se: Foris pugnę, intus timores. Hic & intus & foris gaudet: sed ille adhuc in certamine, iste in remissione: quia redemptionem animæ suæ se meruisse cognouerat. Qui psallit, in lætitia est: qui luctatur, in solicitudine. Verum & Paulus sciebat psallere: sed adhuc se processibꝰ referuabat, cum foret plenius cõprobatus
1.Cor.14. vt psalleret: & ideo dixit: Orabo spiritu, orabo & mẽte. Psallam spiritu, psallam & mente. Et quia gemium psallendi officium demõstrauit, geminã quoq; vocem
Psal.76. esse scriptura edocuit, propheta dicente: Voce mea ad dominũ clamaui, & vox mea ad deum, & intendit mihi. Quid est mea? Potuit enim dicere: Clamaui ad dominũ. Sed quæ nostra est vox, nisi ista quæ melior est,
Prou.10. quæ nescit errare? Nam ex multiloquio peccatũ incurrimus, & vitare non possumus. Illa vox pphete est quę
Exod.14. ad deum peruenit, quæ tacẽte Moyse clamauit ad do-
1.Reg.1. minũ: qua etiam in orationibꝰ suis Anna clamabat cũ oris sui labia non moueret: & impetrauit filium, quem ante diu non impetrauerat cum corporis voce clamas-
Mat.16. set. De hac voce dixit dominus: Tu autem cum oras, intra in cubiculum tuũ: & clauso ostio ora patrem tuũ, qui est in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Quid est reddet? Hoc est, quod deprecatus es, quod orasti. Sicut enim peccatores de manu domini recipiunt peccata sua duplicia, ita ecõtrario iusti recipiunt cum effectu propria postulata. Audi quo-
Actuũ.10 et Tob.12 modo recipiãt: Ascendit oratio tua ad deum, & descẽdit ad te. Vnde & i psalmo legimus: Et oratio mea in
Psal.34. sinum meum cõuertetur. vtfructũ scilicet referat postulanti. Benedictus dominus deus Israel qui tanta nobis
H aperuit mysteria, a seculo & in seculum: id est ex infinito in infinitum: fiat, fiat.

Psalmi XLIII. enarratio.

SALMI titulus est, In finem filiis Chore intellectus. Vbi passionis dominicæ, & baptismatis, & ingressionis ad altare sacrosanctum, decursa mysteria sunt: docet sanctꝰ propheta Dauid quem ad modũ athletam suum, cuius nomen teneatur in agmine sanctorũ, Christus exerceat. Sicut enim sine labore nostro, nõ ex operibus, sed ex fide per gratiam suam nobis peccata donauit, & ad coronæ petitionem indulgentissimus nos & benignus admisit, nec superiora nobis fecit obesse flagitia, quibꝰ tãto certamine iudicaremur indigni: (quęritur enim etiã
I in iis qui lustrale certamen hoc subeunt, etiã disciplina viuendi) ita rursus ne tanta peccatorũ donatione resoluti, in superiora flagitia vel desidiam reuertamur: psalmus iste nos admonet multa nobis & grauia certamina esse proposita, vt nemo nisi qui legitime certauerit, coronetur. Luctãdum est igitur aduersus carnis huius illecebras, & feruorem sanguinis. Luctandum est aduersus nequitias spirituales. Nemo grauior domestico aduersario, nemo nocẽtior hoste eo cui cælestis substãtiæ potentia suffragatur. Cum dico nemo, diuini me-
Mat.11. mẽto sermonis, quem dixit dominus: Quia maior ex natis mulieris Ioanne baptista nemo. Nam qui natus est ex virgine, ipse super omnes est: & ideo neminẽ veereamur, qui Christum habemus: quoniam si Christus
Roma.8. pro nobis, quis contra nos? Certemus ergo vsq; ad finẽ, vt euacuatis omnibus quæ aduersum IESV domini voluntatem in nostro ante corpore militabãt, veræ exercitiis virtutis intenti, soli deo nostro & domino ser-
1.Cor.15. uiamus. Hic enim finis, vt scriptum est: primitiæ Christus: deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, &
K cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem, vt mors nouissima destruatur: & incipiamus deo esse subiecti, regnum in nobis cælestę seruantes, vbi erat ante colluuio peccatorum. Merito ergo in finem filiis Chore psalmus intellectus inscribitur, vt in eo cognoscendo non vulgaris auditus, sed intellectus spiritalis operetur. Denique Aquila psalmum disciplinę posuit. Et ideo tibi dicit scriptura, Da in disciplinam cor tuũ: aures autẽ tuas prepara sermonibꝰ intellectus. Et alibi: Dilige sapientiam & disciplinam. Sapientia est quæ sensus scatunt. Disciplina in habitudinẽ quandam naturæ coalita forma virtutum, & mentis confirmata sententia scientiæ disciplinis. Intelligere quoque obscurum sermonem, atq; dictionum prudentiam, & ænigmata Prouerbiorum, scriptura nos docuit, cuius auctoritate colligimus has prudentiæ principales esse virtutes: eo q̃ sapientia semper quasi mater fœcunda parturiat, disciplina quasi seuerior magistra distringat: intellectus quasi diligens quæsitor inueniat, & veram iustitiam iudiciumque rimetur. Doceamus hæc sacræ testimoniis lectionis. Sapientia dicit: Ego quasi fons a paradiso dixi, Rigabo meum ortum: & adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam. Nam generationes suas menti hominis, & bonos sensus quasi pia mater infundit. Accipe etiam testimonia disciplinæ: Fili ne neglexeris disciplinam dei, nec defeceris ab
Prou.3. eo correptus. Quem enim diligit deus, corripit. Seuera quidem in corripiendo, sed dulcis in corrigendo est
L disciplina: ne fluitemus & vagemur errantes, sed reciamur a Christo. Disciplina enim non examinata vagatur, vt scriptũ est. Sed pro cõseruatione hic posuit disciplinã. Tamen sicut sapientia, ita & disciplina & perfecta & imperfecta eodem nomine nũcupatur. Sed vbi sine adiectione vel disciplina vel sapientia nuncupantur, definitionem perfectionis accipiunt. Inexaminata ergo fluitat disciplina, sed examinata non fluitat. De
Psal.110. intellectu quoque eadem scriptura definit, quia intellectus bonus est omnibus qui eum faciunt. Intellectus autem cum in se & sapientiæ gratiam habeat, & ordinem disciplinæ: vtique docemur q̃ & sapientia & disciplina bonę sint eis qui earum instituta suis ministeriis exequuntur. Diximus de titulo: psalmum adoriamur. DEVS auribus nr̃is audiuimus. Sic Symmachus. Theodotion, In auribus nostris, dixit: sicut & sepuaginta viri. Quid est quod ait, auribus nostris? Q̃d si nõ satis esset audiuimus, certe si hoc placuerat, Auribus audiuimus: plenum erat. Cur ergo additum est
« nostris? Quid sibi hoc vult? Nisi vt intelligas illa esse
M nostra, quæ mentis sunt, & ea esse meliora, quàm quæ istius corporis. Et ideo quasi de alio dicit hic ipse propheta: Non timebo quid faciat mihi caro. Et alibi:
Psal.76. Voce mea ad dominum clamaui, & vox mea ad deũ, & respexit me. Illa vox mea, quæ auditur a Christo, non quæ resultat in publico. Nõ vult igitur suum esse, quod corruptibile atque terrenum est, qui ad imaginẽ dei & similitudinem meminit se creatum. Denique scriptura nos edocet prius ad imaginem dei hominem esse formatum, postea de luto factum. Quasi superior ergo (superior enim qui antiquior) & gubernator & rector huius corporis animæ vigor dicit: Auribus nostris audiuimus. Quis iste est, nisi cui dicitur: Qui ha-
Lucæ.8. bet aures audiẽdi, audiat? Sunt enim qui aures habẽt, & audire mysteria nõ possunt: de quibꝰ dicit IESVS
Apo.22. in reuelatione Ioãnis: Foris canes & veneficos & impudicos, quibus flagitiorum cupiditas, & ęrugo pecuniæ aurẽ obstruit audiendi. Consideremus igitur quæ audisse se dicant, vel a quibus audisse commemorent.
Patres, inquit, nostri annunciauerunt nobis. Qui
« isti sunt patres? Titulus habet quia psalmus filiis Cho-

A re scriptus sit, vt ab ipsis canatur, qui psallendi munus receperunt, & in huiusmodi officium fuerant deputati.
Num.16. Chore autem & Dathan & Abiron cum aliis qui aduersum Moysen & Aaron insurrexerant studio cõtumaci, terræ hiatu in deserto vorati sunt & necati. Quibus mortuis, qui alii patres eorum filiis mirabilia ope
Sapien.1. ra domini annũciare potuerunt? In maleuolam enim animã non ingreditur sapientia. Si fui ergo patres non annunciauerunt filiis, alieni multo minus, qui declinarunt sobolem perfidorum. Qui sunt itaque isti pa-
Deut.32. tres? Vide ne illi de quibus dictum est, Interroga patrem tuum, ipse tibi dicet. Interroga quãdo legis Paulum: vel si non legis, & mouet te aliquid, in ipso require. Ipse est enim bonus pater, qui potest docere & formare in nobis dominum IESVM: sicut ipse testatꝰ
Gala.4. est dicens: Filioli mei, quos ego parturio, donec formetur Christus in vobis. Ostẽdit tibi hos patres euãgeli-
1.Ioan.2. sta Ioannes, qui ait: Dico vobis patres, qui cognouistis quod est ab initio. Isti sunt patres quorum senectus vita immaculata est. Ideo in cõuẽtu seniorum appone digitum ori tuo, vt audias quod tibi profit, & vitæ æternæ sacramenta cognoscas: ne interstrepas insolens tyro doctoribꝰ: & qui adhuc discere* debeas, dicere præsumas. Quid igitur isti patres annunciauerint Chore fi-
» liis, audiamus. Opus, inquit, quod operatus es in die-
» bus antiquis. Qui sint isti dies in quibus deus magna & mirabilia operatus sit, requiramus. Et docet nos scriptura esse aliquos præclaros dies in quibꝰ refulserint fa-
Actuũ.2. cta diuina, cũ lectũ sit quia sol in tenebras cõuertetur, & luna in sanguinẽ, priusquã veniat dies dñi magnus & illustris. Et erit, quicunq; inuocauerit nomẽ dñi, saluus erit. In ipso enim die Christus hominibꝰ resurrexit, &
Psal.117. ideo specialiter de ipso dictum est: Hic est dies quẽ fecit dñs: exultemus & lætemur in eo. Cum igitur oẽs dies deus fecerit, huic tamen diei præ cæteris diuini operis
B prærogatiua delata est, quo peccatũ omne sublatũ est. Dies autem alii peccatorũ sunt. Hic ergo est dies quẽ illuminauit sol ille iustitiæ. Nã & ipse ortus suos & oc-
Psal.71. casus habere consuenit. Vnde & scriptũ est: Orietur in diebꝰ eius iustitia. Sũt ergo dies Christi gbꝰ orta iustitia est, & pacis abundãtia: sunt dies Christi quibus orta sapiẽtia est. Audi quomodo exoriatur sapientia. Si
1.Cor.3. quis videtur sapiens esse inter vos in hoc seculo, stultꝰ fiat, vt sit sapiens. Ideo dicit sapientia quæ stulta huius mũdi elegit, Dñs creauit me principium viarũ suarũ in opera sua. Sicut enim in diebus Oziæ regis, in diebus Nabuchodonosor exorta perfidia est, dominata captiuitas: sic in diebus dñi IESV exorta est fides, quę splẽdorem suę claritatis & luminis toto orbe diffudit. Qui enim meliores dies, q̃ quibus refulsit nobis visio dei? Si-
Gen.32. cut dixit Iacob. Sic enim scriptũ est: Vidi deum facie ad faciẽ: & salua facta est anima mea. Et cõtinuo exortus est ei sol. Quis iste sol? nisi qui dies fecit fulgere iustitiæ, quibꝰ in terra natus est Christꝰ ex virgine. In specie vidit Iacob, & deum vidisse se dixit. In veritate viderunt Iudæi, & nõ crediderunt. Ideo illis breuiati sunt dies, nobis illuminati: quoniã illis deficiebat dies: nobis
Psal.101. appropinquabat. Vnde Iudaicam sanctus Dauid refu-
C giens cæcitatem ait: Ne deducas me in dimidio dierũ meorum. Sic enim dies domini magnꝰ & illustris est, vtiq; non prolixitate temporis, sed iustitiæ vel gratiæ claritate. Ergo sunt dimidii dies, quibus breuiatur dies
Mich.3. impietatis caligine, & squalore perfidiæ: quibꝰ occidit Sol super prophetas: sicut scriptum est. Namq; vt iu-
Mat.24. stis oritur Sol iustitiæ, sic occidit infidelibꝰ. Sed occurrit illud quod dicit dominus: Propter electos breuiabũtur dies. Et videtur cõtrarium, nisi diligenter aduertas,
Ibidem. & superiora repetas. Dicit enim dominus: Tũc si quis vobis dixerit, Ecce hic Christus: aut ecce illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Et ideo ne decI piantur electi, admonet dominus quid sequendũ sit, vt non falsorum prophetarum sermone capiamur: neque nos eorũ aliqua prodigiosa facta decipiant. Sed tũc credamus Christum esse venturum, cum dies pleni iustitiæ cœperint refulgere. Christus enim pleno maiestatis suæ lumine reuelabitur: et si cut fulgur exit ab Orie-
Mat.24. te, & toto lumen suum vsq; in Occidẽtem orbe diffundit: sic & filius hominis cum suis angelis veniens illuminabit hunc mundum, vt credat omnis homo, & salua fiat omnis caro. Non ergo credamus Antichristo, de quo dicẽt falsi prophetæ: Hic est Christus. Dies enĩ perfidiæ erũt Antichristi dies. Nõ credamus iis qui dicẽt, Christus in deserto: Christus in penetralibus. Iam enim omnia plena sunt Christi, vbi appropinquare cœperit Christus. Sed cum viderimus facta quæ Christꝰ in euangelio suo ante prædixit: tũc credamus eius aduentum: ne dum verum quærimus lumen, in infidelitatis tenebras incidamus. Caueda ergo figura perfidię,
Ibidem. quibus breuiantur dies atq; minuuntur. Sol enim obscurabitur, stellæ cadent. Hoc est, iusti dei. Sunt enim qui fulgeãt sicut stellę in cælo. Cum hæc videris, crede adhuc tardare Christum. Vbi enim Christus, ibi fides clarior. Vbi Antichristus, ibi dies dimidii: de quibus vtiq; nõ quereretur Dauid pphęta, si ad tẽporis breuitatẽ videretur esse referẽdũ: cum ipse alibi dixerit: Heu
Psal.119. mihi q̃ incolatus meus prolõgatus est. Q̃o enĩ aut illũ dilatum incolatum cælestem, aut hunc terrenum compereudinatũ doleret, qui ante popoſcerat ne in dimidiũ dierum suorum deduceretur, cum dierũ breuitas celeri di cursus istius cõpendiũ videretur afferre? Vnde colligitur & illud quod ait, Honora patrem & matrẽ, vtlõ-
Mat.15. gæuus sis super terrã: quomodo intelligere debeamus.
B Multi enim qui honorãt, cito sæpe rapiũtur, vt immatura ætate moriãtur. Multi etiã qui minus deferũt parẽtibus suis, longæuæ fruũtur stipendiis senectutis. Et nisi longæuitatem illã vitæ accipiamus æternæ, inuenitur scriptura destituti subsidio veritatis. Vnde græcus expressius dixit, Vt sis multorũ dierum: hoc est, πολυήμερος. Quicunq; enim cultus pios sedulo seruat officio, a tenebris noctis alienus, in dierum luce versatur. Et ideo qui legit Deuteronomium: leget, inquit, il
Deute.17 lud omnibus diebus vitæ suæ. Non vtique noctibus, sed diebus: quia dies fulget legenti mysteria veritatis, & diuinæ pietatis oracula. Consideremus sequentia: Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos: affixi-
« sti populos, & expulisti eos. Scimus quidem q̃ multas
« gentes eradicauerit dominus & euerterit, vt possessionem sibi Iudæorum populus inueniret: quarum gentium terras Abrahæ semini daturum se dominus declarauit. Sed cum psalmus iste euangelium domini, &
E tempora aduentus eius annunciet, non mihi videtur quæ superius a Iudæis gesta sunt recensere, sed futura signare, quẽadmodum crediturus esset populus nationum. Cõfirmat igitur fidem Ecclesiæ antequam nunciet, & victorias pietatis eius enumerat: quæ nõ in brachio neq; in gladio suo feras expulit gentes, & non certamine bellico turmas fugauit hostiles, sed mansuetudine ac fide terras inimicorum sine vllo cruore possedit. Fides enim sola pugnauit: & ideo triumphos meruit, quos nõ reuocaret perfidia, sed augeret: quia pfecutionibus suis nõ vincitur ecclesia dominii, sed probatur. Quæ sunt igitur istæ gentes quas vicerit Ecclesia, cognoscamus. Vetera dico vocabula: sed mysteria noua. Chananæi sunt, Ethæi, *& Amorræi, Pherezæi, vel *Cethæi,
Cerethæi, quorum infra vocabula digeremus. Hæc autem populorum sunt nomina: sed passionum infirmitates, & humanorum incentiua & opprobria peccatorum. Quod primũ est igitur, homo in xpo ipse se domuit, & ipse se vicit, vt sibi viueret. Sibi enim vivit, qui deo viuit, vt vitam Christi viuat æternam. Non ergo

G pugnauit militaribus armis & ferreis telis populus ec=
clesiæ,sicut pugnauit populus Iudæorũ. Ille in figura
pugnauit,nos pugnamus in spũ. Ille aduersum alieni=
genas pugnauit:nos ipsi bellũ habemus ĩ nobis:& ideo
prius nobis vincendæ sunt proprii corporis passiones.
Audi pugnātē apostolũ Paulum aduersus gētē Cha=
Roma.7. nanæorum. Video,inquit, legē carnis meæ repugnā=
tē legi mētis meæ,& captiuātē me in lege peccati. Nũc
se erigit caro nostra,nũc deiicit. Erigit mēti,deiicit pote
stati:& vbi se vrgeri viderit,cōstantiā deserit,& ab sub=
iectionem parata ducitur in legē peccati,vt fidem dese=
rat, perfidiæ succumbat, & Ethææ infirmitatis indi=
cio,destituta vero,cedat mendacio,seruiat crimini, ad=
quiescat errori, & tāquā Amorreus loquat̃ amara pro
dulcibus. Fides enim dulcis,amara perfidia est. Vnde
Ioan.6. præclare Petrus quid fides esset expressit dicens: Dñe,
ad quē ibimus? Verba vitæ æternæ habes,& nos cre=
dimus. Quō igitur iubes vt discedam⁹ a te? Captus enĩ
cælestiũ suauitate verborũ, discedere nolebat a Chri=
sti. Qui autem negat Christum,ipse se separat a Chri=
sto. Sed neq; versuta Amorræorũ disputatio, eiusmo=
di,quæ per philosophiam nōnullos a veritate transdu=
cit:neq; Iebusæorum turpis abiectio,quę se subiicit atq;
substerint cursum currētibus secularem, qui non potest
esse perpetuus,sed in portis deficit mortis,de quib⁹ ex=
Psal.9. altatum Dauid pphēta se gaudet:neq; Cinæus,qui per
suā pecuniam possidetur,sicut insatiabili auar⁹ affectu:
neq; Cenezæus, qui putat in diuitiis possessionem esse
H perpetuā,& vanam spem cōstituit in caducis, atq; ina=
ni opinione se iactat:neq; Raphaim,qui profitetur aliis
se ferre medicinam,cum vulnera sua curare nō possit:&
ideo si quis ad huiusmodi medicum confugerit,necesse
est prius patrimonium suũ omne cōsumat, q̃ profectũ
Mat.9. sanitatis accipiat:sicut illa mulier in euangelio quę per
duodecim annos fluentē sanguinē corporaliũ volupta=
tum sistere nō potuit, nisi posteaq̃ confugit ad Christũ.
Intellexit enĩ ꝙ nemo perfectus medicus, nisi qui descē
Psal.106. disset e cælo: de quo cognouerat dictum: Misit verbũ
Hiere.1. suũ,& sanauit eos.& aduertit de ipso dictum: Ecce dedi
verba mea in os tuũ,& cōstitui te hodie sup gētes & re
gna,eradicare & destruere & pdere,& ędificare & plāta
re. Nā licet frequēter deus locut⁹ sit in pphetis, in quo
tamen expressius q̃ in suo locutus est filio? qui virtutē
Ioan.7. omnē exprimens patris ait: Mea doctrina nō est mea,
sed eius qui me misit. Non ergo Hieremias, qui tēpore
captiuitatis suscepit exiliũ,sed dñs IESVS suis ver=
bis eradicauit ex intimis pectorib⁹ vitia gētiliũ, pfidiā
nationũ, & versutarum cogitationũ praua cōmēta de=
I struxit,atq; omnia vestigia iniquitatis aboleuit. Deīde
infudit postea fidem,& cōtinentiæ disciplinā, ne tāquā
in vase corrupto cōfusione vitiorum coacescerent sacra=
menta virtutũ. Vnde pulchre apostolus dicit: Sed re=
Roma.5. gnauit mors ab Adā vsq; ad Moysen. Quid est Moy
ses nisi lex? quoniā ipse interpres est legis: Finis autem
legis Christ⁹ IESVS. Regnauit ergo peccatũ in hoc
mũdo:& in peccato mors,sæua atq; intolerabilis quæ=
dam pœna peccati. Docuit quidē nos Moyses leuare
ad dñm man⁹,pii cult⁹ istituēs disciplinā. Docuit quē=
als, ver= admodum Amalech versutia vinceretur, vt si mores
sutu locus. nostros & opera leuaremus ad Christũ: sic destrui pos=
se perfidiā. Sin vero deiiceremus animā, inclinaremus
affectum,& a cōtinentiæ studio auerteremus ingeniũ,
vt persuasio nos vana superaret: nullum remediũ futu=
rum,nisi IESVS depressa iam brachia Moysi tanq̃
in firmitatē legis attolleret, & sua misericordia sustine
Exodi.17. ret Sed infirmũ adhuc fuisset legis auxilium, nisi ipse
IESVS venisset in terras, qui in se nostras suscipe=
ret infirmitates, quē solum nostra peccata grauare nō
possent,nec inclinare manus eius, qui se inclinauit vsq;
ad mortē,mortē autē crucis: in qua expandens manus
suas,totum orbē qui erat periturus,erexit: leuauit iacē=
tes,atq; ad se omnium gentiũ fidē traxit,dicens homi= K
ni: Hodie mecum eris in paradiso. Hoc est ergo disper= Lucę.23.
dere atq; plantare,vt vitiosa eradicentur,meliora plan=
tentur in pectoribus singulorũ. De quo præclare Moy
ses in Exodi cantico ait: Inducens plantato eos in mon Exod.15.
tem hæreditatis tuæ, in præparatũ habitaculum tuũ.
petens vt induceret dñs populũ suũ in illa pręcelsæ vir=
tutis sapientięq; plātaria,ibiq; plantaret in opera sua, &
institueret præceptorũ cælestium disciplinis,atq; in eo
præpararet sibi suę sanctificationis habitaculum: quod
vtiq; nō hæreditario iure, nec nostrorum cōtēplatione
meritorũ,sed pro sua gratia dñs cōferre dignatur. Quō
enim, vbi manere nō potuimus,eo redire possemus,ni
si priuilegio fulti redēptionis æternæ? Et ideo pulchre
dixit propheta: Quī non in gladio suo possederũt terrā, "
& brachiũ suum nō liberauit eos: sed dextera tua,& bra "
chium tuum,& illuminatio vult⁹ tui,quoniā cōplacuit
tibi in illis. Quæ est igitur terra quæ nō brachio capia=
tur,nō gladio possideatur,nisi terra repromissionis, de
qua hic ipse dixit pphēta: Credo videre bona dñi in ter= Psal.26.
ra viuentiũ? Non immerito igitur eius tam præclara
possessio est,ĩ qua nō seculi aduersa dominātur, sed dñi
bona æterna fructificant. Ideoq; nō gladio acquirit̃,sed
māsuetudine possidetur,sicut dñs IESVS testificat⁹
est dicēs: Beati mites.ipsi enĩ possidebunt terrā. Nemo Mat.5.
ergo impacificus,nemo arrogās aut superbus,sed mā=
suetus & humilis corde, qui nihil sibi arroget, sed totũ L
ad gratiā referat, nō in sua fortitudīe glorietur, sed de= Psal.117.
xtera dei credat se esse ptectum,dicēs: Dextera dñi fe= *als,prote
cit virtutē,dextera dñi exaltauit me. Gladio quoq; dei ctor vt de=
memoret se esse seruatũ,illuminatũ quoq; dei vultu oī= xtera,defē
potētis: in quibus oībus xp̄s est protector*,dextera,de= sor vt gla=
fensor,& gladius. Vnde & Symeon dixit ad Mariā: dius.
Et tuā ipsius animā pertrāsibit gladius. Gladi⁹ enim Lucæ.2.
dei verbũ est,qđ acuti⁹ omni gladio vsq; ad diuisiōes aīę
cogitationesq; pertransit, vt nulla cogitatione eius oc=
culta pretereant. Vultus quoq; paterni splēdor est xp̄s: Ioan.14.
& ideo dicit: Qui me videt, videt & patrē. Quasi splē=
dor gloriæ eius,& imago substātiæ. Ad ipsum ergo o= Hebræ.1.
mnia iure referēda sunt. Ipsi Moyses, Ipsi Aaron, ipsi
etiā patres sacrabāt vniuersa quæ gesserāt, vt de hosti=
bus triũpharēt. Neq; enĩ ĩ sua cōfidētia dixit Iesus Na=
ue,Stet Sol cōtra Gabaō: sed qa pręsumebat ĩ xp̄o,quē Iosue.10.
ducē militiæ cælestis agnouit,& suppliciter adorauit:
& ideo gētes feras eradicare pmeruit, & pplm patrũ in
terrā repromissionis inducere,quia nihil suis opib⁹ de=
putabat,credēs ĩdigna esse opa hoīm tāta glorię remu=
neratione cęlestis,quā dñs ex sua magis mīa, q̃ p nro= M
rũ cōtēplatione factorũ statuit in se credētib⁹ cōferēdā.
Vñ & Abrahā impigre deo credidit, vt apud eũ iusti= Gene.15.
ficationis grām reperiret,quā mercedē sui operis collo
caret. Vberiora enĩ dona sunt largiētis,q̃ merces operā=
tis. Propterea et illi q æqualitatē mercedis inuiderat,
respōdit dñs: Si ego bon⁹: ocul⁹ tuus quare nequā? Pa Matt.20.
tres ergo nostri, vtpote pximi & hæredes pñarcharũ,
plātati in terra repromissionis,nō suis hoc meritis vēdi
cabāt. Ideo nec Moyses eos induxit,ne legis hoc existi
metur esse,sed grāæ. Lex enĩ merita examinat,grā fi=
dē spectat. Vñ præclare apostolus fidē patrũ secut⁹ ait:
Sed neq; qui plantat,est quicquam, neq; qui rigat, sed 1.Cor.3.
qui incrementum dat deus. Nō enim Iesus Naue qui
induxit,neq; qui plantauit eos,sed deus qui incremen=
tum populo dedit,habet gloriæ principatum. Nec te
moueat quia superi⁹ dixit: Manus tua gentes disper= Psal.43.
didit,& plantasti eos. Hinc enim colligis quia non oīs
qui plantat,aut qui rigat,incrementum dat: sed qui in=
cremētum potest dare,potest ipse plātare: sicut gentes
plantasse dicitur domin⁹. Ipse enim qui plantauit, plā=
tationis donauit effectũ. In iis tamen qui per fidē Chri=
sti domino placere meruerunt: cui soli a patre dicitur
deo: Filius meus tu es: in te complacui. Qui ergo par= Marci.1.

A ticipes Christi sunt, ab eo placendi gratiam consequũ=
tur. Et pulchre ait: Cōplacuit tibi in illis: vt distātia vi=
deatur iure seruata. Recte enim deus ĩ filio complacet,
decolor. quia ęqualis est patri: nec ĩ vllo minor inuenit̃: quia cō
placet diuinæ iuræ naturæ,& vnitate substātiæ. Et re=
cte complacet in filio pater: quia pater honorificatur in
filio,sicut in patre filius. In nobis autē deo cōplacuit: qa
nobis ipse donauit vt ei placere possimus. Pic autē &
hoc hoī specialiter donatum, nō arrogantius vsurpatũ
scriptura nos docuit. Decet enĩ vt in iis cōplaceat deo,
q̄s ad sīlitudinē suā fecit,& q̄s per imaginē suam voluit
prerogatiuā gratię habere cęlestis. In imagīe ergo sua
deus cōplacet: in iis autē qui secūdũ imaginē ipsi⁹ sunt,
cōplacet deo: In his autē suum munus, & suum donũ.
1.Ioan.3. quod tunc reuelabitur,cum perfectum illud aduenerit:
quia cum apparuerit quid simus,similes ei erimus: vt
scriptũ est. Ergo qui nō in brachio suo,hoc est ĩ sua ope=
ratione pręsumit,sed in dei gratia, credens ꝙ non facta
sua vnũquemq; iustificant, sed fides prompta,dicit do=
" mino: Tu es ipse rex meus,& deus meus: qui mandas
" salutes Iacob. Nō pstinctorius sermo est vt dicas: Tu
es ipse rex meus. Nō quicūq; hoc dicit,sed in quo dei re=
gnum est. In quo autē regnat deus, vtiq; in eo peccata
non regnāt. Nō enim deo regnum est cōmune cum cri=
mine. Quis autē dicit deũ suũ,nisi qui ipsi exhibet ple=
Exo.22. nũ reuerentię & pietatis affectũ? Iusto enĩ dicit̃: Ego sũ
deus tuus. Deniq; & Thomas vbi tetigit manu ppria
B latus Christi, & euidentia indicia indubitatæ resurre=
Ioan.10. ctionis inuenit,respōdit: Dñs meus,& deus meus. Do
minus,quia redemit seruulos suos: deus, quia non solũ
resurrexit,sed etiā ipse se suscitauit. Mandauit autē sa=
lutes Iacob: qa in singulis oraculis salus est. In singulis
quoq; salus est māsionibus: salus in ministeriis angelo=
rum,qui ad protectionem hominũ deputātur. Ex mā=
dato ergo dei salus homini,nō ex sua operatione cōfer=
tur. Deus enĩ maluit vt salus hoī fide potius q̃ operib⁹
quęreretur,ne quis gloriaretur in suis factis, & peccatũ
incurreret. Qui autē gloriat̃ in dño,fructũ pietatis ac=
quirit,& iactātiæ crimen euadit. Hic igitur est qui po=
" test dicere: In te inimicos nostros vētilabimus. Quid
est ventilare? Dedit dñs cornua pluribus animantib⁹,
vt possint se a ferarum incursione defendere. Ideoq; &
bos leoni frequēter resistit,vrsum proterit. Ceruus q̄q;
quanuis sit pauidus, tamen & ipse cornibus se tuetur.
Aries quoq; arietat lupum. Ergo ea quę cornua habēt
animalia,vētilare dicunt̃. Sed homo cornua nō habet.
Quomodo ergo ventilat? Vnde? Vide scriptura quid
dicat. In te,inquit, inimicos nostros vētilabimus. Cor=
nu nostrum es tu dñe IESV. Et ideo sicut non in bra=
C chio nostro præsumimus, ita nec in cornib⁹ nostris vē
tilandi habemus præsidium,sed in Christo. Habet enĩ
fides cornua sua,quæ mutuatur a Christo. Siquidē nō
Deut.33. ociose in benedictionibus Moysi legimus: Qui visus
est in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticē
eius,glorificatus inter fratres suos primogenitus: tau=
ri decus species ipsius: cornua vnicornui cornua ipsius:
in ipsis gentes vētilabit simul vsq; ad extremum terrę.
Hæc decem milia Effrē,& hæc milia Manasse. Quis
est in rubo visus Moysi, nisi primogenitus dei filius,q
Exod.3. ait: Ego sum deus patrum tuorũ,deus Abrahā, deus
Isaac,deus Iacob? Ideo se demōstrauit humanis aspe=
ctibus,quia vēturus erat vt ab omnib⁹ videretur. Ideo
rubus vrebatur,& nō exurebatur,quia terram istā quæ
nobis spinas germīabat & sentes,disponebat vrere per
continentiæ disciplinam, q̃ consumere per mortis erũ=
Psal.25. nam. Vñ dicit propheta: Vre renes meos,& cor meũ.
Reuelauit ergo futurum quoddam corporei splēdoris
indicium, quo per resurrectionem caro ista fulgeret.
Quid enim significabat ignis innoxi⁹, nisi lumina re=
1.Cor.15 surgentiũ? Vnde præsumpsit apostolus dicere: Quia
sicut stella a stella differt in claritate, ita & resurrectio
mortuorum. Hic ergo inquit, Veniat super caput tri= D
bus Ioseph, vt exaltet caput populi sui. Veniat etiā sup
verticē, vt verticē capilli perābulet, amputatur⁹ supflua
delictorum,sanctificaturis ornamenta virtutũ. Hic est
glorificatus inter fratres suos,sicut ipse dicit: Narrabo Psal.21.
nomen tuum fratribus meis. Quæ maior est gloria, q̃
peccatorib⁹ nationum cognitionē diuinitatis infunde=
re? Quē in visione vidit Ioseph, quum manipulũ eius
adorarent fratrum manipuli: adorarent eum sol & lu= Gene.37.
na cũ stellis. Manipulus ille in figura carnis accipitur.
Omnis enim caro fœnũ. Fœnum hoc nostrũ suscepit, Esa.40.
vt suum triticum germinaret, & fructũ resurrectionis
afferret. Quæris testimonium? Audi de se dicentem:
Nisi granum tritici cadens in terrā moriatur, ipsum so Ioan.12.
lum manet. Si autē mortuum fuerit, multum fructum
affert. Deniq; vt scias quia de dei filio dicit Moyses,
ait: Glorificatus inter fratres suos primogenit⁹. Vtiq;
non Ioseph erat primogenit⁹ inter filios Iacob,sed Ru
ben. Nam Ioseph post plurimos erat. Sed primogeni=
tus dicitur, qui vēturus erat vt nationum populos con=
gregaret. Vnde pulchre ait scriptura: Tauri decus ei⁹.
Sicut enim taurus ducit armentũ, ita Christus plebem
gentium duxit ad ecclesiam, induxit ad pascua, vt pos=
set dicere: In loco pascuę ibi me collocauit: super aquam Psal.22.
refectionis constituit me. Huius tauri decore perpetuo
capta nostræ fragilitatis armēta, secuta sunt præceden
tem, vt vitam adipiscerentur æternā. Mugiuit hic tau
rus,& mors refugit. Leo rugit: & quis nō timet? Ve= Amos.3.
re maxima taurus victima, vt ab aduersariis assuma= E
mus testimonia. Quæ maior enim victima, q̃ quæ mũ
di totius peccatum suo cruore mundauit? Audi quia i=
psum taurum dicit etiam sanctus propheta Iacob cum
reuelaret dñi passionē, quē Iudæi postea persecuti sunt.
In furore, inquit, suo subneruauerunt taurum. Et vt
aperiret quia de Iudæis dicebat, addidit: Diuidam eos Geñ.49.
in Iacob,& dispergā in Israel. Hic est homo qui luctat⁹
est cum Iacob, & femur eius tetigit: quo tactu, patriar=
chę neruus obstupuit: significās ex eius successiōe secū=
dum carnem se esse venturum, qui subneruandus esset
a populo Iudæorum in sui corporis passione. Qđ non
intelligētes mysterium statuerunt ne neruum mādu=
carent filii Israel. Et ideo sacri sanguinis se redemptio= F
ne fraudarunt, salutiferæ quoq; passionis se bñficiis ab=
dicauerunt, ne vitam mereātur æternam: quia scriptũ
est: Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & bibe= Ioan.6.
ritis eius sanguinem, nō habebitis in vobisipsis vitam.
Qui autem manducat meam carnem, & bibit meum
sanguinem, habebit vitā æternā. Accipe aliud. Quid
est neruus, nisi quo corpus omne constringitur? Cor=
pus Christi ecclesia est: quæ vinculo stringitur charita=
tis. Quid aliud in Christo Iudæi nisi charitatis vin=
culum omne soluerunt? Merito Petrus sacerdos eligi=
tur, qui spiritu charitatis diuinæ triplici se ligauit. Ac= Ioan.21.
cipe adhuc quia ipsum significauit Moyses. Adiecit,
Cornua vnicornui, cornua ipsius: in ipsis gentes venti= Deut.33.
labit. Sed noli timere quia ventilat. Dixit enim: Percu Ibidē.32.
tiā,& sanabo. Bona cornua, quibus inclusit orbem ter=
rarum. Bona cornua, quibus leonem illum nostrum
aduersarium ventilauit. Bona cornua, quibus fecit vt
cornua aduersarii timere nequeamus: quia & Satanas
habet cornua sua, sicut testificatur Daniel dicens: Vi= Danie.7.
debam & cornu illud quod faciebat pugnam cum san=
ctis, & inualescebat eis, donec venit antiquus dierum.
Hic est antiquus dierum. Quis autem vnicornuus, ni
si vnigenitus dei filius, & vnicum dei verbum, qđ erat
in principio apud patrem? Quod verbum suis corni=
bus gentiũ populos mortificauit, & viuificauit, vt fie=
rēt in decē milia Effrem vsq; ad terminos terræ, & vsq;
in milia Manasse: eo ꝙ creditur⁹ esset in eum populus
nationum, qui totũ repleret orbē terrarũ: crediturus es=
set postea etiā ppl's Iudæorũ, ex oblitione cōuersus ad

G gratiam. Oblitus est enim salutem suam, qui tam sero
1.Reg.18 conuerteretur ad Christum. Ideo Saul in milibus, Da-
uid in decē milibus: quia durus in paucis, mãsuetus in
pluribus. Neque tamen abnuo si quis quasi ad Ioseph
dictum putat, Primogenitus tauri decus eius: & sic di-
stinguendū putat, quia dedit & sanctis suis cornua. Ex-
Psal.148. altauit enim cornu populi sui. Et Anna mater ꝓphetę
1.Reg.2. Samuel dicit: Exultauit cor meū in dño: & exaltatum
est cornu meum in deo meo. Habuit vtiq; & Ioseph in
dño cornua spiritalia. Accipiatur itaq; Ioseph, dūmo-
Gene.49. do in ipso figura sit Christi, cui dicitur: Ioseph filiꝰ meꝰ
amplificatus, filius meus iunior, ad me reuertere. Neq;
enim Ioseph ad Iacob reuertit, sed Christus a mortuis
resuscitatus ad patrem deū reuertit, vt scriptum est: A
Psal.18. summo cælo egressio eius, & occursus eius vsq; ad sum-
mum eius. Est tñ vt de Ioseph accipiat, Reuertere ad
me: quia populus reuertit in terrā Chananæorū, in qua
ante habitauerāt patriarchæ. Vnde dicit Isaac ad Ia-
Gene.24. cob: Non accipies vxorem a filiabus Chananæorū. &
misit eum in Mesopotamiā, vt ibi sibi coniugē repe-
riret. Nūquid ei insidiati sunt dñi sagittarum? Nunqd
ipse ꝑpter benedictionem vteri materni in toto orbe be
nedictus est, & nō dñs IESVS, quē virgo generauit?
Et ideo non solum supra hoīes, sed etiā supra angelos
& archangelos & supra omnē sublimitatem cęlestium
benedictus est potestatū, sicut scriptura testatur dicens:
Psal.117 Benedictus qui venit in nomīe dñi: deus dñs, & illuxit
Apoc.19 nobis. Dñs enim deus ipse est rex regum, & dñs domi
nātium, dominꝰ eorum quæ habētur in cælis. Propter
H hæc cornua dñi IESV, & Dauid in voce tubæ corneę
canens auditus a Christo est: & Moyses docuit sacri-
ficiorum ritus tubæ sonitu esse celebrādos, sicut scriptū
Psal.97. est: Canite initio mēsis tuba. Cui hoc nisi nobis scriptū
est? Mēsis eni ab initio Lunæ veteres obseruare cōsue
uerant. Luna antē ecclesia est: quæ spiritalibꝰ & euāge-
Psal.71. licis prędicationibus in abundantia pacis (vt propheta
» dixit) extollitur. In Christo ergo vētilabimꝰ inimicos
» nostros, & in nomīe eius spernemus insurgētes in nos.
Quid est nomē, nisi quo proprie vnusquisq; significat,
quod ei nō sit cōmune cum cæteris? Homo enim com-
mune vocabulū est. Nisi addas qui vocet, nō potest de-
clarari. Nomē ergo ꝓprietas vniuscuiusq; est, quo pos-
sit intelligi. Vnde arbitror ꝙ & Moyses volēs propriū
dei & aliquid de deo speciale cognoscere, qđ nō esset cō-
mune cum cęlestibus potestatibꝰ, interrogauit, Qđ est
Exo.3. nomē tuū? Deniq; cognoscens mentē eius deus, non re-
spōdit nomen, sed negocium, hoc est, rem expressit, nō
appellationem, dicens: Ego sum, qui sum. quia nihil tā
I propriū dei, quàm semper esse. Qui ergo negant Chri-
stum coæternum patri, videant quia deum negāt, cu-
ius est semper esse, nec aliquando non fuisse. Hac ergo
cognitione ꝓprietatis diuinæ Moyses insurgētes in se
volebat spnere: vel, vt Aqla aut Symmachus dixerūt,
calcare resistētes sibi tanq̄ serpētes & scorpiones: quos
etiā dñs dicit in euāgelio esse spiritalibus vestigiis ꝓte-
rendos, vt viam nostrā impedire nō possint, quæ ducit
ad secreta padisi. Habemꝰ ergo in nobis studiū diuinæ
cognitionis. Habemus dei verbū, quod est nomen pa-
tris. Hæc vere ꝓpetas dei: quia pater Christi est: & ideo
in noīe patris venit, qui venit vt patris faceret volūta-
Ioan.5. tem. Et ideo ait: In noīe patris veni, & nō me suscepi-
stis. Si alius venerit in noīe suo, illum suscipietis. signi-
ficans Iudæos in Antixp̄m credituros, qui in Christū
credere noluerunt. Ergo qui in Christum credit: non in
arcu suo, nec in gladio suo sperat, sed in noīe eius spem
» victoriæ locat. Et ideo ait: Nō enim in arcu meo spera-
» bo, & gladius meus non saluabit me. Sed si in arcu spe-
randū est, in dei certe arcu sperādum est, quē posuit ī nu
Gene.9. be, vt a diluuio genus humanū timere desineret. Isto e-
nim arcu nos protegit: quo & iaculatur sagittas quibꝰ
ꝑcutiat inimicos & aduersarios nostros. Vnde & ait:
» Liberasti enim nos ex affligentibus nos: & eos qui ode » K
» runt nos, confudisti. In deo laudabimur tota die: & in »
» nomine tuo cōfitebimur ī secula. Audi quomodo nos »
liberet: quia sagittis quæ iaculātur e cælo, terræ nostræ
interiora penetrātur, vt motus omnis terrenꝰ intereat
& quiescat: sicut in posterioribus ait: De cælo iaculatus Psal.75.
es iudicium: terra tremuit, & quieuit. Sic igitur libera-
mur, dum cōfundūtur inimicæ & aduersariæ potesta-
tes, vel sapiētia carnis istius retusa cælestibus impera-
tis, in suis criminibꝰ erubescit, & flagitiorum suorū pu-
dore confunditur: adulter in libidinis suæ flāmis, & ve
sani amoris incendio: auarus in immodicæ cupiditatis
ardore: (qui aliena rapiēdo quo plura inuaserit, eo ma-
iora desiderat) ebriosus ī temulētia: facinorosus in sce-
lere: qui & hic cōfunduntur grauissime: sed multo am-
plius cōfundentur cū viderint sanctos dñi resurgētes, &
euāgelicum illud impleri quod ait dñs: Multi dormiē- Ioan.5.&
tium in terræ monumētis resurgent: isti in vitā æter- Danie.12
nam: & hi in opprobrium & perpetuā cōfusionem. Cū
cœperint ergo illi resuscitari in cōfusionē perpetuā, san-
ctus dñi dicit: In deo laudabimur tota die: & in nomīe
tuo cōfitebimur in secula. Opulētus in diuitiis laudat:
luxuriosus ī cōuiuiis: scortator in nocte: potēs ī hac vita
quæ habet noctes. Sāctus autē nō in hac vita, sed ī deo
laudabitur: qui dño per omnia placere gestiuit: qui po-
test dicere: Fortitudo & laudatio mea dñs. Laudabit Psal.117.
tota die: quia honeste egit, & opera sua nō abscondit &
crimina, sed regi patefecit æterno, in die ambulans, nō
in tenebris & occultis. Vnde apl's: Sic vt ī die honeste Rom.13.
ambulemus. Hoc est, nō in ganeis atq; gurgustiis, non L
in cubilibus & impudicitiis, in quibꝰ stultꝰ se putat pa-
rietibus esse tectū, vt possit dei sciētiā pręterire, cum in-
uelata apud deū vniuersorum flagitia sint, & occulta
diuinæ cognitioni peccata hominū esse nō possint. Er-
go sanctus laudabitur in futurum, quia nō quęsiuit prę-
sentiū laudē, sed gratiam futurorum. Vide tñ distātiā.
Hic dum est, in dño gloriatur: illic in dño laudabitur,
& pro breui tēpore mercedē ęternitatis accipiet. Aqui
la tñ posuit, In dño gloriabimur tota die. Symmachus
ait, Deo hymnum dicemus per omnē diem. Cōcordat
omnium sensus, vt nō desinamus circa dei laudes, siue
hymnū dicēdo, siue diuinā per oīa momēta gloriā cōci-
nendo. Qui enim hymnum dicit, puro corde & spiri-
taliter dicit, & omne genus passionis excludit huma-
nę, vt nullo mœrore, nullꝰ doloris acerbitate impedia-
tur eius officiū, exasperetur eius affectus, sed in hymno M
dei dicendo immobilis atq; irreuocabilis ꝑseueret: sicut
ipse Dauid, qui ait: Benedicā dñm ī omni tēpore: sem-
per laus eius in ore meo. Sicut Iob, qui amissis filiis, i-
teremptis omnibus suis, direptis facultatibus, ait: Dñs Iob.1.
dedit, dñs abstulit: sit nomen dñi benedictū. Nūc autē »
repulisti & cōfudisti nos, & nō progredieris deus in vir- »
tutibus nostris. Cum ipse sanctus Dauid alio loco di- »
xerit, Quia nō repellet dñs plebem suam: quō hoc loco Psal.93.
ait, Repulisti nos? præsertim cū hęc de plebe dicat quę
nō mediocria insignia proprię virtutis enumeret? Neq;
enim mediocre est dicere ꝙ tēpestates & varię tētatio-
nes super seuenerint, & obliti nō sint dñm deum suū, &
inique nō egerint ī testamēto eius, & cętera quę sequū-
tur. Vñ etiā apl's sanctꝰ interpretatur, & dicit ꝙ eo vsq;
nō repulerit plebem suā dñs, vt posuerit loquentē eum,
Tota die expādi manꝰ meas ad plebē nō credētē, & cō-
tradicētē. Cuius sermonis auctoritate subnixus ait: Di
co igitur: Nunquid repulit deus hereditatē suā? Absit. Rom.11.
Nam & ego Israelita sum, ex semine Abrahā, de tribu
Bēiamin. Nō repulit deus plebem suam, quā pręsciuit.
Sed potest hoc loco dici quoniā ideo non repulit plebē,
quia reliquiæ secūdū electionē gratię saluæ factæ sunt:
Et videtur in paucis nō repulisse quidē populū: tametsi
non totum populum, sed ex eo plurimos repulisse. Vn
de addidit ponendo responsum dei, ꝙ nō solū in paucis

A seruauerit plebem, sed etiā septē milia virorum sibi reli
querit qui nō curuauerūt genua ante Baal. Verum fue
rit hoc dictum ab apostolo secundū euāgelium: quoniā
dñs transierat ad gētes, respōsi autē diuini tēpus refera-
tur ad zelū adhuc fidei feruentē, quādo etiā propheta-
3.Regū rum gratia redundabat populo Iudæorū. Vnde si He
19.&Ro. liæ tēpore negauit dñs a se plebē repulsam, multo ma-
11. gis tēpore Dauid, vel filiorum Chore, quo adhuc fides
electi populi prænitebat. Tamen vt & ipsum sanctum
Dauid interrogemus, quomodo dñs plebē suā non re-
pulerit, colligamus. Nā cum sit deus appropiās, nō elō
Hiere.23 ginquās, sicut habet scriptura veteris testamenti: vtiq;
qui appropiat, nō repellit. Est enim misericordiæ diui-
ne, vt nulli causa sit mortꝭ, & oēs putet esse redimēdos.
Sed vide ne ille repellatur qui se elōgat a dño, sicut dicit
Psal.72. Dauid: Qm̄ ecce qui se elongāt a te, peribunt: perdidi-
sti oēs qui fornicātur abs te. Quid est, abs te fornicāt?
Quia turpitudinis suę ludibriis te relinquūt, & a te re-
cedūt, & a præceptis tuis deuii sunt. Deniq; alibi habes
Heb.13. scriptum: Adulteros autē iudicat deus, disperdens eos
a se. Hoc est, alienādo abs te perdidisti eos. Ergo qui se
a dño separat, ipse a dño separatur. Et qui nō cognoscit
dñm, a dño non cognoscitur: & qui ignorat, ignoratur:
Matth.7. sicut ipse dñs dixit: Discedite a me oēs operarii iniqui-
tatis: nescio vos. Nō eni scire dignatur iniustitiæ mini
stros, & iniquitatis auctores. Peccator ergo non repel-
» litur, quia ipse se repellit. Hoc igitur genere dicit: Nunc
» autem repulisti & cōfudisti nos. Quomodo tñ repellat
» deus, qui sequitur versiculꝰ exponit: Quia non progre-
» dieris, inquit, deus in virtutibus nostris. Deus qñ non
B adiuuat, repellere videtur. Vnusquisq; enim qui adiu-
menta nō sentit diuinitatis sibi opitulatione cōferri, re-
pulsum se putat atq; desertum. Quid est autē quod ait,
Nō progredieris deus? Et quid sibi vult ꝙ deus interdū
aut progredi dicitur, aut egredi, aut exurgere, aut descē
dere? Nō enim corporaliter deus mouetur, aut de aliq̄
loco exit, aut ad alterū trāsit, qui supra oīa est: aut vere
exurgit, quasi in aliquo iaceat cubili, vel in aliq̄ sede cor-
poraliter sedeat: sed hęc dicuntur vt tu intelligas quādo
& ad quē egredi dicatur, & ad quē exurgere. Legimus
enim in hoc ipso psalmo: Exurge, quare obdormis do-
mine? Et considerādum neq̄ nostris improbabilibus
actibus obdormire videatur, vt in euangelio legimus,
Mat.8. cum adhuc imperfecti essent apostoli, ꝙ his IESVS
Christus dormiebat. Verum vbi metu naufragii & ti
more perculsi sunt, Christum excitauerunt dormiētē.
Perfidis ergo dormit dñs IESVS, fidelibus vigilat.
C Deniq; & qui fidelis est, intrat ad deum, & a negligēte
deus videt exire, atq; discedere. Certe impfectos & ad-
huc infirmos attrahit ad se dñs: sicut legisti dicentes iu
Cantic.1. uenculas: Attrahe nos: post odorē vnguentorū tuorum
curramus. At vero Moyses qui iam fortior erat, & ele
ctus a dño, & ascendere legitur & intrare ad dñm deum
Exod.24 suū, sicut scriptū est quia ascendit Moyses in montē, &
circundedit lux montē, & descēdit maiestas dñi in mō-
tem Sina, & cooperuit eum nubes sex diebus: & voca-
uit dñs Moysen die septīo de media nube. Aspectꝰ au
tem maiestatis dñi tanquā ignis ardens super verticē
montis corā filiis Israel. Et intrauit Moyses in mediā
nubem. Sicut ergo hic Moyses intrabat in nubem vbi
primū ad montē vocatus a dño est: ita in posterioribꝰ
Exod.33. perfectior, cum ipse intraret in tabernaculū suū, descen-
debat ad eū colūnā nubis, & stabat in ostio tabernaculi:
& stās totꝰ ppl's adorauerūt vnusquisq; ad ostiū taber-
Psal.17. naculi sui: in nube autē dñs. Posuit eni tenebras latibu-
Exod.33. lū suū. Vt scias autē quia de dño dicit: Et locutus est, i-
quit, dñs ad Moysē. Qđ autē extra castra tabernaculū
Moysi positum esse cōmemoratur, vt occurreret deo:
nō videtur esse cōtrariū. Qui enim deum quærit, quasi
ad deum intrat, & tota mēte ad cognitionē eius ingre-
ditur. Iustus ergo intrat ad dñm, sicut Moyses intra-
bat in nubē: in nube autē deus. Deniq; ecce dñs venit in Esa.19.
nube leui. Et in euangelio habes scriptum: Cum autē Mat.6.
oras, intra in cubiculū tuum, & clauso ostio ora patrem D
tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscōdi-
to, reddet tibi. Ergo intꝰ quasi in cubiculo tuo deus est.
Audi etiā alibi quia intus est deus. Ecce, inqt, dñs pro-
cedet de loco suo, & descendet & ascendet super excelsa
terræ, & mouebūtur montes sub eo, & valles liquescēt.
Scriptura hoc dicit: & iam tūc significabat ꝙ desereret
populū Iudæorum, & transiret ad gentes. Deniq; & in
psalmo hoc inuenimus expressum, cū dicit Dauid: Et Psal.18.
ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo, Exulta
uit tanquā gigas ad currendam viam. His igitur gene
ribus reperimus egressum dei, aut eius ingressum: sicut
& dñs dicit IESVS quia ad virū timentē veniat. Ec-
ce, inquit, sto ad ianuā, & pulso: & si quis audierit vocē Apoca.3.
meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad eum, & cœna-
bo cum illo, & ipse mecū. Hæc igitur diximus propter-
ea quod ait propheta, Repulisti nos, & nō progredieris
deus in virtutibus nostris. Simpliciter autē & illud ac-
cipimus, quia deus progressus est in virtutibus Iudęo-
rum, quādo Iesus Naue ducē militię cęlestis adorauit:
& ideo sine ferro vicit, & sine vlla obsidiōe destruxit vr- Iosue.6.
bem Hierico, quæ habebat validissimos muros. Qñ
enim progressus est in virtutibꝰ seruorum suorū deus,
victoria cōsecuta est. Nā progressus est angelꝰ ad Eze
chię preces, & strauit innumeras copias Assyriorum. 2.Par.32.
Sed interdum & quos vult in certamine coronari dñs,
veluti derelinquit ad tēpus vt fide, vincāt, nec rebus se- E
cundis & ꝓsperis deuotio remittatur. Deniq; sæpe qui
ꝓsperorū cursu, & secundorū vsurpatione ceciderūt, cor-
riguntur aduersis. Ideo frequenter inuenimus Iudæos
post victoriā lapsos, post seruitiū correctos: quia preci-
bus & deplorationibus deū ad se redire fecerunt. Vñ et
illud quod secundū hominē dictum est, & hoīs affectu,
huic sententiæ nō repugnat, quia dixit dñs: Deus deus Psal.21.
meus respice me, quare me dereliquisti? Non ꝙ dereli-
ctus sit dñs, qui ait alibi: Quoniā solꝰ nō sum: quia pa- Ioan.8.
ter mecum est. sed quia secundū carnē hominis & affe-
ctum, qui in certamine graui est cōstitutus, derelictꝰ vi-
detur a dño. Deniq; non ociose ait scriptura quia post Lucæ.4.
tentationē primā discessit ab eo diabolus vsq; ad tēpus,
hoc est vsq; ad certamen. Vbi enim magnū certamen
sacræ passionis aduenit, iterū aduersarius ad tētamen-
ta successit. Homo autē quādo velut in ambiguo cōsti-
tutus est, putat se a deo suo esse desertum. Sed quēad-
modū hoc scđm carnis affectū accipimus, quia sibi ho- F
mo visus est derelictus, cuius processum operatus est
Christus in corpore suo: ita etiam diuinitate sciebat se
nūquā derelinqui a patre, quia ipse dixit: Ego in patre, Ioan.14.
& pater in me: & solū se nō esse significauit. Substituit
etiā versiculum istum: Auertisti nos retrorsum prę ini »
micis nostris. Nō bene q̄ retrorsum auertitur: quia ne- » Luc.9.
mo mittēs manum in aratrū, respiciēs retro, habilis est
regno dei. Deniq; vxor Lot quia retro respexit: ad ver- Gene.19.
ticē montis, hoc est, ad superiora ꝑuenire nō potuit: sed
in salem conuersa est: quæ species cito soluitur, nec po-
test vsum habere diuturnū. Sic sunt qui tēporalia sequū
tur, & nō sequuntur æterna: & hic infatuātur a stultitia
sua, & futurorum gratiā habere non possunt. Sunt tñ
qui retro positi obliuiscuntur supiorū, & ad priora se ex- Philip.3.
tēdunt, vt ad brauium valeant peruenire. Et Petro di
citur: Vade retro me Satana. vt in melius prouocet. Mar.8.
Et in nūeris prior est, q̄ post Christū est. Ideo ergo præ
inimicis, quia illi nos affligūt, & illi insectantur, retror-
sum nos esse voluisti, vt extēdamus nos ad superiora,
vt semper ante nos attēdamus, persequētes inimicos
nostros, & eorū locū transire cupiētes. Deniq; sic Theo
dotion habet quomodo septuaginta viri, hoc est quo-
modo iste versus expositus est. Aquila habet, Auerti-
sti nos retro ab affligēte. Symmachus, Ordinasti nos

G nouissimos ab omni aduersario. Contraria nobis quæ
sunt, nisi voluptaria istius seculi, & plena deliciarū atq;
lasciuię, quæ sunt incētiua luxurię? Vxor Lot decepta
est, quia post se habebat luxuriā Sodomitanorū, & re-
gionis eius illecebras. Vñ decepta est? quia post se re-
spexit. Et tu ergo ne ad inimicos tuos respicias. Posuit
te deus nouissimum in seculo. Vel: Qui humilitate se
vltimū facit, non conuertitur retro, sed semp ante respi-
cit. Vt scias autē qui sint inimici tui, audi dicētē: Audi
Baruch. 3 Israel: Quid est quod in terra es inimicorum, pollutus
es in mortuis? Quis tū tam inimicus & hostis tuus,
q̄ princeps istius mundi, & eius socii, qui persecuti sunt
vsq; ad crucē dñm IESVM, eius potētiā nescientes?
2. Cor. 2. Si enī cognouissēt, nunq̄ dñm maiestatis crucifixissēt.
Ergo tu si nouissim⁹ es, noli inimicos tuos seq, sed seq̄-
re dñm IESVM, & crucē eius cū lętitia, & insiste ve-
stigiis eius. Qui enī Christū sequitur, post se non respi-
cit, id est ad luxurias atq; illecebras peccatorum: & ideo
potest dicere cū sanctis: Non recessit retro cor nostrum.
Vnde intelligię q̄ & is qui ante inimicos suos est, cor-
de fit nouissimus atq; postremus, si ad illos respiciat, &
carnalibus potius q̄ spiritalibus affectu mentis intē-
dat. Potest etiā qui nouissimus est, corde prior esse, si ea
H quæ in cælo sunt cōsideret, & non quæ in terris. Audi
qui nouissimus i seculo, inter primos sit apud Christū:
2. Cor. 4. Puto q̄ deus nos aplos nouissimos ostēdit sicut mor-
ti destinatos, vt spectaculū simꝰ huic mūdo, & angelis
& hominibus. Nouissimum se dixit, & idem tamen
Philip. 3. quod primus esset ostēdit cum dicit: Nostra autē cōuer
» satio in cælis est. Sequitur: Et qui oderant nos, diripie-
» bāt sibi. Dedisti nos tanq̄ oues escarum, & in nationes
» dispersisti nos. Miraris forsitan q̄ cum in posteriori-
bus (vt diximus) summam habeāt fidei cōstātiam qui
loquuntur: hic dicāt q̄ ab iis qui oderāt eos, diripiebā-
tur. Sed nō te ista perterreāt. Multi enim hic diripiūtur,
& tū merita eorū a Christo nō queunt separari. Ra-
piebātur aplī, cædebātur virgis, in carcerem trudeban-
tur, separabātur a se, & tū cum Christo manebāt: im-
mo hoc ipso q̄ rapiebantur a perfidis, eorum merita cre
scebāt, & gratia in cælestibus augebatur. Nō enim sta-
I tim qui abhominib⁹ diripit̄, etiā vincitur. Vide aplm
Paulum gratulātem in periculis suis, vide gloriātem
q̄ per fenestram in sporta demissus sit. Vide quemad-
modum sanctus Hieremias, sanctus Ezechiel, sanctus
Daniel i captiuitatē deducti, & ab Assyriis direpti, nul-
lam tū captiuitatē propriæ fidei pertulerunt, nec in te-
stamentū domini deliquere, qui seruauerunt in capti-
uitate etiā legis præcepta diuinæ, nec de interdictis ci-
bis putauerūt cōtra institutionem maiorū aliquid vsur
pādum. Vñ bene Theodotiō dixit: Et quiod erāt nos,
exultabāt super nos. Insultatio enim inimicorum nō af
fert prędiudicium bonis mētibus, sed nec direptio inimi
corū. Ideoq; sanctus dicit, qui certus est q̄ direptio sibi
Roma. 8. obesse nō possit: Quis nos separabit a charitate Chri-
stī? Tribulatio, an angustia? & cętera. Sed in his omni-
bus superamus & superuincimus per eum qui dilexit
nos: sciētes q̄ neq; mors, neq; vita, neq; angelus, neq; po
testates, neq; prędentia neq; futura separare nos possint
a charitate dei, quæ est in xpō IESV dño nostro. Er-
go qui talis est, nō separatur a Christo. Vnde etiam si
corporaliter diripiatur, spiritaliter tū liber est: & non so-
lum direptioni obnoxius non est, sed etiā rapinam sibi
Matt. 11. laudabilē quærit: sicut illi de quib⁹ scriptum est: A die-
bus Ioannis baptistæ regnum cælorū cogitur, & cogē-
tes diripiunt illud. Victor est itaq; qui in terrenis posi-
tus, captiuus perfidiæ esse nō nouit: nec solum ei nō di-
ripitur quod prædarū est, sed magis ipse diripit q̄ eter
num est. Sunt etiā qui fiant oues escarum. Bonus dñs
noster IESVS Christ⁹, qua fact⁹ est ouis epulatio-
1. Cori. 5. nis nostræ. Queris quō factus sit? Audi dicētē: Pascha
nostrū immolatus est xps. Et cōsidera quēadmodū pa-
rentes nostri in figura diripiētes agnū mādūcabāt, si-
gnificātes dñi IESV passionē, cuius cotidie vescimur
sacramento. Per ipsam igitur ouem facti sunt greges
escarū, sicut Aqla dixit: vel greges in escas, sicut Theo-
dotion locutus est: vel pascua edētiū, sicut Symmachus
dixit. Sed bona est epulatio, nō solū non metuēda san-
ctis, sed etiā cōcupiscenda. Aliter enim ad regnū cælo-
rum nō potest peruenīri: cū ipse dñs dixerit: Nisi man- Ioan. 6.
ducaueritis meā carnē, & biberitis meū sanguinē, non
habebitis vitā æternam. Probatū est igitur q̄ dñs noster
sit cibus epulationis, vel alimētū edentiū: sicut ipse ait: Ibidem.
Ego sum panis viuus, qui de cęlo descēdi. Et vt scias qa
hęc oīa, ppter nos facta sunt: ex quo ille descēdit, ex illo
sanctꝰ ait: Nos oēs vnus panis sumus. Nō ergo timea 1. Cor. 10.
mus qa facti sum⁹ oues escarū. Sicut enī dñi caro, & san
guis ipsius nos redemit, ita etiā Petrꝰ pro ecclesia mul
ta tolerauit. Multa etiā sanctus aplus Paulus, & cęte-
ri aplī pertulerunt, cū cęderentur virgis, cū lapidarent̄,
cum in carceres truderentur. Illa enim tolerantia iniu-
riarū, & vsu periculorū, dñi fundat⁹ est populꝰ, & eccl'a
incremētum est cōsecuta, cum cæteri ad martyrium fe-
stinarent videtes per illas passiones nihil aplorum de-
cessisse virtutib⁹, sed etiā propter hāc breuē vitā immor L
talitatē illis esse quæsitā. Quod ostēdit et iam qui seq-
tur versiculus, quia dixerūt: Inter gētes dispersisti nos. «
Similiter Theodotion dixit. Aquila autē & Symma-
chus, In gētibus aut inter gētes vētilasti nos. Missi sūt
enim sancti aplī ad gentes, & dispersi sunt inter gentes:
sicut & prophetæ sancti de quib⁹ supra diximus: vt illa
dispersione fructꝰ plurimi nascerētur. Vt enim dñs no-
ster IESVS xps sicut granum cecidit in terrā, & mor
tuus est, vt multum fructum afferret: ita etiā dispersi
sunt aplī sancti, vt bonum inter gētes semen afferrent,
quo ad eorum similitudinē fructꝰ gētiū pullularet. De-
niq; scriptura hoc dicit dixisse dñm, Quia ppterea vos Ioan. 15.
missi, vt vos eatis, & fructum plurimū afferatis, & fructꝰ
vester maneat. Factus est ergo dñs sicut semen, secūdū
quod dictum est ad Abrahā, Et semini tuo, q̄d est xps. Gala. 3.
Semen ergo omniū Christus. Et ideo se cadere passus
est & spargi, vt cōforme corpori suo trāsfiguraret cor- M
pus humilitatis nostræ. Hoc ergo semē salutare oibus
hominib⁹ pullulauit, & ex illo ad eius imaginem figu
rati. quasi semina apostoli sancti missi sunt per diuersa
atq; dispersi, vt in agrum ecclesię gētes cōgregatę diuer
sis fructibus refulgerēt toto orbe terrarū. Istę ergo disp-
siones dicūtur, sicut etiā in posteriorib⁹ idem Dauid di-
cit: Ę dificās Hierusalē dñs, & dispersiones Israel con- Psal. 146
gregans. Dispersi sunt enim vt nouos fructus facerent,
& postea veluti triticū nouū ecclesiæ horreis inuehere-
tur. Hæc autē dispersio nō in inferioribus fit, hoc est, nō
in terra, sed in cęlo. Deniq; legis hoc præcepta cōfirmāt,
per quā dicit dñs: Si fuerit dispsio tua a sūmo cælo vsq;
ad sūmū cæli, inde cōgregabo te: dicit dñs. Quę est disp
sio a sūmo cęlo vsq; ad sūmū cęlū? Quis iste tāt⁹ q̄ sic po
tuerit disseminari? Si homo in terra natus est: ab imo,
nō a summo cœpit. Si ista te mouēt atq; perturbāt, re-
dī ad superiora isti⁹ sancti prophetæ, & audi quis ille sit
tātus qui huiusmodi in terris segetes fœcūdauit, vt fru
ctus earum ad cælestia receptacula peruenīret. Est au-
tem ille spōsus qui quasi gigas percurrit hāc viam totā,
inuiam aliis, sibi peruiā: & ex illo cœpit pernia iam esse
mortalib⁹: ita tū, vt isti ascēderent: solus tū ille ipse an-
te descenderet, vt postea sancti eius mererētur ascende-
re. Audi ergo quomodo disseminatio fuerit de cęli sūmo
ad cęli summū. A summo, inquit, cęlo egressio eiꝰ, Psal. 18.
& occursus eius vsq; ad summū eius. Cui homini hoc
possit attribui? Moyses in vertice Sinæ montis vix as-
cendit, & hoc quia vocatus a dño est, & hortatus est vo
ce cælesti. A sūmo cælo quis descēderet nisi xps? qui &
cum descēdit i terras, manebat in cælo. Nemo enim as-
cendit in cælū, nisi qui descēdit de cælo, filius hoīs qui Ioan. 3.

A est in cælis. Vides ergo quia & cum descēderet & ascē-
deret, ipse erat & manebat in cælo. Ipse enim dixit, Cę
Hiere. 23. lum & terrā ego cōpleo: dicit dñs. Ipse est, qui est in cæ-
lo. Hæc de dispersione satis dicta sunt. Cęterum q̄d ait,
Ventilasti nos: etsi verbo dictat, sensu congruit. Sicut
enī illi qui dispersi sunt, pbati: ita etiā qui vētilati sunt,
ad probationē peruenire meruerūt. Sicut enim triticū
si ventilatur, & a paleis separatur, mūdū est: si autē ven
tilatum nō fuerit, mundū esse non poterit, sed est paleis
cōcretum atq; permixtū: ita etiā homo nisi tētationib⁹
fuerit vētilatus, fragilia quęq; veluti paleas a se non po-
test separare. Vnde etiā ad Petrū dictum est: Simon,
Mat. 26. ecce Satanas expostulauit vt ventilet vos sicut triticū: «
ego autē rogaui patrē meū, vt nō deficiat fides tua. Vi-
de quid dicit, & intellige. Vētilatur Petrus, vt Christū
negare cogatur. Incidit tentationes, quędā locutus est
quasi plena paleārū: sed locutus est verbo, vt fundatior
esset affectu. Deniq; fleuit, & paleas suas lauit, & illis tē
tationibus meruit vt prosexps interueniret. Quanto
maius est patrocinium, q̄ perturbationis illius tenta-
mentū? Et ideo plus q̄ passus est acquisiuit. Acquisiuit
enī Christū sibi patrocinātē. Cogitur autē & aduersa-
rius sanctos dñi ad sua dāna tentare. Dum enim tētat,
meliores reddit, vt q̄ tētatur, possit alios instituere, qui
sibi ipse inualidus videbatur. Deniq; Petrꝰ ecclesię præ-
ponitur postquā tētatus a diabolo est. Ideoq; ante signi
ficat dñs quid sit illud q̄ postea eū pastorē elegit dñici
Luc. 22. gregis. Nā huic dixit: Tu aūt cōuersus cōfirma fratres
B tuos. Cōuersus est ergo sanctus aplus Petrus ad bonam
frugē, & vētilatus est sicut triticum, vt esset ipse cū san-
ctis dñi vnus panis, qui nobis esset alimētum. Dū enī
Petri actus legimus, Petri præcepta cognoscimus, fit
» nobis vitæ æternæ & salutis alimētum. Vēdidisti, in-
» quit, populū tuum sine precio. Emendi & vēdendi vi-
detur æqualis qdē esse cōtractus: Sed tū si emētis & vē
dentis affectum cōsideres, vnusquisq; sibi vtiorem ven
dit, & cōplacitū emit. Vt enim præter id genus hoīm
loquamur qui negociationē vēdēdis mācipiis exercēt:
non facile quisquā vēdit nisi eum qui sibi displiceat, &
quē vsui suo inhabilem putet: & iterū, vnusquisq; eme-
re desiderat eū quē vtilitati vel ministerio accōmodū iu
dicauerit. Sed & ipsi qui vendendis mancipiis sumptū
exercēt suū, & sectantur lucra: vtiq; ita viles habent eos
quos vēdūt, vt eis viliores sint q̄ pecunia: & sępe etiam
ipsi quos negociationi suæ magis habiles existimaue-
rint, malūt tenere q̄ vēdere. Ita ergo & deus viliorē vē-
C didit, potiorē emit. Vēdidit populū Iudæorum, nō in-
Esa. 50. clemētia dei, sed sua culpa: quib⁹ recte dicitur: Ecce pec-
catis vestris vēditi estis, & propter iniquitates vestras
dimisi matrē vestrā. Hoc itaq; genere vēditus populus
Iudæorū, emptus est populus xpianus. Ille peccatis vē
1. Petri. 1. ditus, hic emptus sanguine. Vñ Petrus ait: Nō corru
ptibilib⁹ argēto vel auro empti estis, sed precioso san-
guine. Quis est sanguis preciosus, nisi agni illi⁹ imma
culati, hoc est dñi nostri IESV Christi? Ergo sine p-
cio populꝰ Iudæorū, preciosius autē populus xpianus.
Ille precium non habet: quia peccatū habet. Iste in pre-
cio est, cui peccatum remissum est. Vnde recte ecclesię
1. Cor. 7. filiis dicitur: Precio empti estis: nolite fieri serui homi-
num. Si tibi dicitur, Ne seruus fias hominū, & perdas
propriam libertatē: multo magis dicitur tibi, Ne ser-
uus fias peccati. & iterum, Ne seruus fias serpentis, ini-
mici, & aduersarii: sed seruias soli domino, qui propria
te redemit charitate, quia ipse est fuorū redemptio ser-
uulorum. Nō vendit ergo dominus nisi seruū malum:
non vendit vtiq; bonum. Nam etsi Ioseph vēditus est,
non dixit tamen propheta, A domino venditus est Io
Psal. 104 seph: sed, In seruum venditus est Ioseph. quem fratres
proprii vēdiderunt, quē dominus tamen in figura pro-
prię passiōis redemit a seruitute, reno uauit ad gratiā.
Vendiderūt itaq; eum fratres, & acceperunt pecuniā:
sed dominus eum non solum libertati reddidit, sed etiā D
dignitate cumulauit. Figurā autem in eo fuisse domi-
ni IESV ostēdit scriptura, quæ dicit: Filius meus ze-
lo appetitus, ad me reuertere. Et alibi: Primogenitus Deut. 33.
tauri decus eius. eo q̄ exaltauerit deus pater cornu xpi
sui. Qui ergo venditur, vilis & sine precio est, quasi qui
magis non sit, q̄ qui sit. Vnde & Aquila dixit: Tradi-
disti populū tuū, vt non esset. Et Symmachus: Tradi-
disti populū tuum sine substātia. Nō sunt enim, qui re-
pudiantur a Christo. Sunt autem, qui cl'gūtur a dño:
quoniā dñs vocat quæ nō sunt, tanquā quæ sint. Et ele- Rom. 4.
ctæ sunt gētium nationes, vt destrueretur perfidia Iu-
dæorum. In nihilū ergo traditus est ille populus, quia
peccato suo vēditus erat. Nullā enim habet culpa sub-
stantiā. Vnde dictū puto: Et nō fuit multitudo in cō- «
mutationib⁹ eorū. Hoc est, gratis nos dispersisti per na- «
tiones. Neq; enim tu quicquā per cōmutationē accipis,
vt animā tradas hois. Nihil enim tibi gratius est ani-
mæ cōuersione. Sed si cōuerti detrectat, ipsa se tradit in
nihilum, vt peccato & flagitio mācipetur. Ideo tu sine
precio & sine cōmutatione degenerem populū vēdidi-
sti. Vnde in posterioribus ait: Nō enī est illis commu- Psal. 54.
tatio. Quare nō est illis cōmutatio? quia nō timuerunt
inquit, deū. Duplex autē intellectus quare cōmutatio- E
nē nō habuerit populꝰ erroris: quia nō pōt homo argē-
to vel auro vel possessionibus redimere animam suam.
Quā enim dabit cōmutationē animæ suæ: cum illa tē Matt. 16.
poralia vel caduca sint, aīa autē permaneat vel ad præ-
mium, vel ad pœnam? Nō sit autem etiā illa cōmuta-
tio in impiis, quæ est in resurrectione, de qua dicit apo-
stolus: Oēs resurgemus, nō omnes immutabimur. Po 1. Cor. 15.
test quoq; & sic intelligi, quia etsi pauci redēpti immu-
tari meruerunt, vt Abraham, Isaac, Iacob, Moyses: nō
tū ad oēs cōmutatio ipsa peruenit. Est etiā illud, vt non
sit multitudo in cōmutationib⁹ gratiū peccatorum, se-
cundū quod scriptū est quia quoruūdā hominū peccata 1. Tim. 5.
manifesta sunt præcedētia in iudiciū: quosdā autem &
subsequuntur. Quæ grauia sunt atq; manifesta, præce-
dunt, & sine vlla dubitatione mergūtur. quæ autē leuio
ra sunt, bonis operibus sępe releuātur. Beati enī quorū Psal. 31.
remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta peccata sunt.
Vbi autē iniquitas propēdet, nulla bonorū operum cō
mutatione reuocatur. Ergo et si quis redēpt⁹ est de po-
pulo Iudæorum, nō ideo redēptus, quia multā habuit
æstimationē sui, nec quia multitudinē habuit in cōmu
tatione sua: sed redēptus est gratis: quod te docet apo-
stolus dicens: Reliquæ secūdū electionē gratiæ salvæ Rom. 11.
factæ sunt. Vbi autē gratia, nō vtiq; merito operū, nec
iustificatione virtutū, sed liberalitate donātis, electione
redimētis: qd̄ eque scriptura te docuit, dicēte aplo Pau-
lo: Si autē gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia Ibidem.
iam nō est gratia. Quid ergo? Q d quęrebat Israel, hoc F
nō est cōsecutus. Quare nō sit cōsecutus, agnosce: quia
se iustificare cupiebat, quia operū suorum iactantiā re-
quirebat, quia fidē nō detulit, nec gratiā recognouit: &
ideo electio cōsecuta est, quæ vocantē audiuit, adueniē-
tem suscepit. Merito ergo in persona populi illius dici- «
tur: Posuisti nos opprobriū vicinis nostris, illusionē & «
derisum iis qui sunt in circuitu nostro. Q ui sunt isti fi-
nitimi, & quē ad modū ad vicinia Israelitæ populi perti-
nuisse videātur, nō est facile discernere, si spiritalis vici-
nia requirat̄, habēs quoddā lumē cognitionis ad inue-
stigādū mysteriū xpi, præsertim cū ipso libro Salomo
nis qui iscribit̄ Ecclesiastes, didicerimus quia quo ma-
gis queritur sapiētia, eo ꝑfundior iudicetur. Sic enī scri
ptum est: Dixi, sapiētia requirā. & ipsa longe facta est a
me lōge magis q̄ erat. &, In ꝑfundo altitudinē quis in-
ueniet eius? Vnde diffidētia oboritur mihi scrutari di
uinitus spīrātis scripturæ mysteria, & eius examinare
sermones: quod ille digne potuit, qui inter perfectos sa
pientiam loquebatur. Ego perfectos video, nec immea

G rito perfectos dixerim, cum videā vos ſenſus exercitatos habere ad diſcretionem boni & mali. ſed & ipſe tamen qui ſciebat ſolidiores capere cibos, adiumēta quærebat, vt in eo verbū domini curreret. Nec iſte quoq; ſine precatione hoc potuit vſurpare, vt laudatio eius iucunda fieret deo. Nō enim vſurpantis, ſed precātis aſſertio eſt. Tñ ne penit⁹ refugiſſe videamur, cōſiderem⁹ qui vicini tribubus fuerint Iudæorū. Nā vt vetera recenſeamus, Philiſtiim tribui Iudæ finitimi habebant: ex alio latere iidē* tribui Ruben appropiquabāt. Amonitæ quoq; in deſerto erant: & qui erant in finibus Tyri & Sidonis, Galilææ copulabātur, hoc eſt tribui Zabulon, & tribui Neptalim, quæ erāt in Galilæa: ſicut Eſaias dixit: Terra Zabulō, & terra Neptalim, via maris trās Iordanem. Vnde poteſt quis colligere quæ proprietas vnuſcuiuſq; ſingularū fuerit tribuū, vt certis quibuſq; finitimis iungerētur, quo paulatim etiā gētibus infunderetur cognitio cęleſtium ſacramētorum. qđ vtiq; poteſt intelligi de illa muliere Chananæa quæ exiuit de finibus ſuis vt dño IESV occurreret trāſeūti, & poſthabitis ſimulacris ſuis adoraret verum ſalutis auctorem, cui teſtimonium dedit dñs noſter IESVS Christus q magna eſſet fides eius. Reſplendebat quidem iam gratia euāgelii, & præſentię lumen auguſtę: ſed tamen quia ſponte exiuit, & miſericordiā poſtulauit, & dñm piavoce confeſſa eſt, & quaſi faſtidio habita in clamore petitionis propriæ perſeuerauit: nō mediocrem prærogatiuā accepit iſtiuſmodi mulier, quæ prima exiuit de gentium nationibus, & perſeueranti obſecratione tantum dominī teſtimonium meruit reportare. In quo quidem loco velut dubitaſſe quoſdam cognoui quid ſit quod ait: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael: quaſi nobilitatem generis electi ad ſaluādas animas dominus quæſiſſe videatur, qui venit vt omnes redimerentur. Sed oſtendere dignatus eſt propoſitum, q eos quos primo elegerat, nequaquam refutare cupiebat, & ſæpe deuios & errantes paterno quodā reuocare quærebat affectu. Sed vbi ipſi auctorē proprium reliquerunt: ſciens ſe deum montium eſſe, non valliū: & regnum cælorū non a faſtidiente *cogētib⁹ tib⁹, ſed a colentib⁹* diripi, paulatim cōuerſus ad gētes eſt, vt & nationū plus ꝓberetur affectus, & illorū merito pertinacia cōdēnaretur. Quid deinde ſibi vult quod ait: Nō licet accipere panē filiorum, & mittere catulis? Vtiq; filios dixit Iſraelitas, hoc eſt populum Iudæorum: catulos autē populum nationū. Quid ergo? Diuitum aut nobiliorum eſt accipere ſacramenta cæleſtia: & nō eorum qui magis ad cognitionē myſterii cęleſtis pio mētis feruore cōtendant? Et ſi Iſraelita fuerit aliqs remiſſus & negligēs vel contumax, qui reiiciat poſt ſe ſermones dei: Chananæus autē qui impigre velit adq; eruditis mentē intendere ſacramētis: ille potius qui diſſimulat, q̄ iſte qui defert ſtudium, præferēdus eſt? Non vtiq;. Et ideo diligēter oportet intendi quid expreſſerit, qui cum dixiſſet, Nō licet accipere panē filiorū, & mittere catulis: reſpōdente Chananæa quia & catuli canū edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorū ſuorū: ſtudium eius humilitatemq; laudauit, quæ nō ſibi profundum ſapientiæ a primordio vendicauit, quanuis de finibus Tyri & Sidonis iā eſſet egreſſa: ſed micas q̄ſdā verbi ſalutaris, quæ de menſa dominorum ſuorum caderent, crederet colligendas. Qui enī diligenter & ſubtiliter ſcripturæ verba rimatur, is ad altitudinem myſteriorum peruenire conſueuit. Vnde & huic dicitur: Magna eſt fides tua: fiat tibi ſicut vis. Hoc eſt, vt aperiatur tibi oſtium verbi, & refulgeat vitæ æternę ſalutbre myſterium. Ergo qui vicinus eſt, exeat, & Chriſtū videre deſideret, & in oratione clamet, ſicut iſta Chananæa exiuit de finibus ſuis, & Chriſtum vidit, & iugi voce clamauit, vt eius mīam reportaret. Credentibus itaq; Chananæis, Iudæus in opprobrio ſit: quia ipſe nō credidit: & illudi ſibi doleat: & derideri ſe ab iis qui i ciuitu ſunt, ingemiſcat. Et videtur ꝓphetia hæc eſſe de nationibus creduturis: maxime cum ſequentia iſtud oſtendant, quia ait, Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus, cōmotionem capitis in populis. quia Iudæorum delicto ſalus in gētibus: & q̄ illis in figura geſta ſunt, ad cognitionem noſtrā profeciſſe apoſtolo auctore cognouimus. Et vere in opprobrium poſiti ſunt gētibus, quia gentes opprobrium crucis dominicę omnibus diuitiis ſecularibus prætulerūt. Qui autē crucē illā putauit opprobriū, & quaſi opprobriū refugit, is vere in diuturno māſit opprobrio. Tamē quia nō ſecundum carnem Iſraelitæ videtur, qui potuerunt dicere: Quia iniq; nō egimus in teſtamēto domini: nec receſſit retro cor eorum a domino: vide ne iis ſe in circuitu poſitis illuſioni & deriſui fuiſſe cōmemorent, de quibus dicit dominus: Circundederunt me vituli multi. Circundederunt enim eum perſecutores, quādo ſecundū conſilium voluntatis ſuæ ſubiit paſſionem. Vnde & alibi ait: Circundātes circādederūt me: & in nomine dñi vltus ſum in eos. Ideo melius eſt viam rectā tenere, in qua facino roſi ambulare non poſſunt. Cito cadunt, qui non in directione ambulāt. Vnde & illi quando voluerunt IESVM dominum cōprehendere: vbi reſpexit eos, cecidерunt. Propter hos igitur qui in circuitu ambulare cōſuerunt, angelum dñs apposuit, qui a tergo inſidiantes repellat inimicos. Prætendit igitur angelus dñi in circuitu timentium enim, & eos tuetur atq; cuſtodit. In circuitu eum impii ambulant, ſicut ſcriptū eſt. Vide itaq; diſtantiā. Impii in circuitu ambulāt: angelus autem prætendit in circuitu eorum qui non ambulant in circuitu: & ideo prætēdit vt eruat iuſtos ab inſidiis perſequētium. Iuſti ergo ſpirituales Iſraelitæ videntur eſſe qui hęc loquūtur: eo q̄ tētationibus ſeculi ſubiacuerint, & opprobriū fuerint vicinorū: hoc eſt, eorum qui Hieruſalem patriam non incolebant. Illuſioni etiam fuerit ſpiritalibus nequitiis & poteſtatibus, cōtra quas iuſtitia lucta eſſe conſueuit. Deniq; hiſtoria te doceat q̄ abducti Iudæi in Babyloniā, etſi ꝓpter peccata ſua videbātur eſſe ſubiecti, tamen multo meliores gentibus habebantur. Peiores enim erāt in circuitu eorum, qui inſultabant eis, cum ipſi peccatorū grauium eſſent mole curuati. Primus ergo intellectus de captiuis patrib⁹ vſurpandus eſt, quibus inſultauerunt Aſſyrii, illudētes eis in Babylonia: quib⁹ etiā rex ille nequiſſimus dominabatur Nabuchodonoſor. Secūdus intellectus ad altiora referēdus, q̄ ſequiſſimus rex diabol⁹ eſt, ipſe eſt Aſſyrius Nabuchodonoſor, qui bonis inſidiari ſolet, vt eos in peccatum trahat per carnis illecebram. Attēde igitur hunc regē eo loco vbi dicit apoſtol⁹: Video legem carnis meæ repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati. Hoc eſt, in illa lege carnalis illecebræ. Aduerſarius leo eſt, qui vrget obnoxios, iuſtos fatigat. Vñ pulchre poſuit Aquila: Spreſtione & pōpā poſuiſti nos iis qui i circuitu noſtro ſunt. Ita enī deſpicabiles æſtimabantur, qui theatrum facti ſunt huic mūdo, & angelis & hoibus: quia etſi in teſtamento non peccent dei, nec carnis illecebris reflectantur a domino: tamen quaſi in pompa quadam circūferi videntur & deſpici, quandoquidem peccatores humilitati iuſtorum inſultare conſueuerint, vt opprobrium ducant crucem domini ſaluatoris, humilitatēq; iuſtorum. Deniq; quaſi in quadam pompa theatri conſtitutus apoſtolus dicit: Placeo mihi in miniriis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis. In iſtis placet ſibi, qui omnia quæ mūdi ſunt, detrimentum putat vt Chriſtum lucrifaciat ſolum, per vitam & mortem requirens: cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrū: vt inueniatur in Chriſto. Adiiciūt adhuc iſti Iſraelitę dicentes: Poſuiſti nos in parabolam gentibus, commotionem capitis in populis. Quibus gentibus poſiti, niſi

A creduturis? Ea enim quæ acciderūt Iudæis, in ſimilitudinem figuræ facta ſunt, vt fieret nobis typus & figura excidium Iudæorum, atque ex illa ſimilitudine per parabolam ſolutionem præſentibus requiramus, quo exēpla eorum cauere poſſimus. Deinde quia Iudaicæ res omnes quaſi parabolæ ſunt, hoc eſt quaſi figuræ, egentes ſolutione. Deniq; dominus Iudæis in parabola loquebatur, vt imperiti non intelligerent, intelligerent ſapientes: vt intelligebant apoſtoli & in quo mouebantur, interrogabant dominum: Iudæi autem nec intelligebant, nec iterum diſcere non intellecta cupiebant. Quid ſit parabola, accipe. Abrahā igitur duos filios habuit: vnum de ancilla: & vnum de libera. Non intelligebat hoc Iudæus niſi ſecūdum literam. Neſciebat quis de filiis duob⁹ acciperet hęreditatē patris, quia ad carnalia propēdebant. Egebat parabola ſolutione. Venit gētiū doctor, & fides nationū, & intellexit q̄ duę illę mulieres duo ſint teſtamēta, vnum a mōte Sina, qđ in ſeruitutem generauit populū Iudæorū, quod eſt Agar. Et ideo Sina, qđ per interpretationē mensurā eius ſignificat. Meſura autē, legis eſt: ſuperabundās autem gratia eſt. Sina quoq; merces dicitur, & cōuenit populo Iudęorum, qui iuſtificari ſe mercede operum quām fidei gratia maluerit. Ergo quæ ſub lege erat Hieru-
B ſalem, cum filiis ſuis ſeruiebat. Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalē, libera eſt. Et ideo Sarra, quæ principalis dicitur, libertatem habet, q̄ princeps ſui ſit qui iuſtus atq; integer eſt. Ex duobus igitur teſtamentis duo populi, vnus Iudæorum, alius nationum, qui in Chriſto credidit. Ille Iudęorum qui non credidit, ſeruit. Ipſe eſt ſecūdum carnem natus: quia ſecūdū carnem interpretatus eſt ſcripturam diuinā, & ſecūdum literā, non ſecūdū ſpiritum. Qui autē de libera natus eſt per repromiſſionē, hoc eſt, cui repromiſſio ex fide, ipſe eſt eccleſiæ filius, te- Ibidem. nens gratię libertatē: propter quē eccleſia dicit: Expelle ancillā, & filiū eius. nō enim hæres erit filius ancillæ cū filio meo Iſaac. Et apoſtolus ait: Itaq; fratres nō ſumus ancillæ filii, ſed liberæ. Hæc eſt ergo ſolutio, quia quod ignorabat Iudæus, fides gētium ſoluit, infuſa a Paulo doctore mētibus nationum. Ideo ergo illorū geſta no- Pſal. 68. bis in parabola ſunt. Sed & domin⁹ dixit: Factus ſum illis in parabolā: aduerſū me exercebant ſe qui ſedebāt in porta. In parabolam autem factus, quia dicitis, inquit, Luc. 4. Medice cura te ipſum. In parabolā fact⁹ eſt, quia ſedētes in porta increpabat. In exitu enim nō otioſi ſed exMat. 24. erciti eſſe debemus. Ideoq; ſcriptum eſt: Videte ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Hoc eſt non in otio, ſed in negocio. Ergo pigri ſedebant Iudæi: quia ſtare non poterant: qui veræ Hieruſalem atria neſciebant. Si enī
C ſcirēt illam Hieruſalem, requiſiſſent. Iſti ergo fatigati in porta ſedebant. Nec ſolum dixit ſedebant, ſed etiam oderant dominum in portis redarguentem. In porta enim erat, qui ſubiturus erat ſui corporis paſſionem, per quam migraret e terris, rediret ad cælum. In porta Ioan. 12. erat cū diceret: Ambulate dum lucē habetis. Quid eſt ergo, Factus ſum illis in parabolā: niſi quia finis legis eſt Chriſtus, & mors eius ſoluit ænigmata prophetarum: eaque quæ ante Iudæis erant incognita cum prophetarētur, poſtea manifeſtata ſunt dominicæ paſſionis effectu. Factus eſt illis in parabolam, quia quaſi vilem ſe præbuit, ingerens ſe illis, nec refugiens eorum ſeditiones, & perducens eos ad tempus beneplaciti ſui, vt morerētur pro omnibus hominibus, quo illius ſanguine genus hominum mundaretur. Similiter Deut. 25. in parabola ſcriptum eſt: Non alligabis os boui tritu- 1. Cori. 9. rantı. Soluit hanc parabolam apoſtolus dicens: Numquid de bubus cura eſt deo? An propter nos vtiq; dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt. Quis eſt qui arat, niſi qui i ſpe arat, vt i iudicio domini metat? Et ideo quaſi boni agricolæ, vbi propter ſpem inarata fuerit terra noſtra continentia corporali, non carnalia ſed ſpiritalia ſeminemus: quoniam de carnalib⁹ corrupteła colligitur, D de ſpiritalibus vita æterna adquiritur. Typus igitur & figura nobis ſint geſta maiorum. Typus lex ſcripta in cordibus noſtris, vt nobis i ea quędā futurorum figura, non veritas ſit. Lex ergo quaſi figura ſit nobis: euāgelium quaſi lumen & ſignaculum veritatis. In parabola ergo dominus oſtēdit ſe Iudæis, ſed nō intellexerūt parabolam, quia medicum non receperunt qui curaret animas laborantiū, & omnia* ægritudine & inæqua- *alſ, oēm litate in cōmoditatis abſolueret. Factus eſt etiā in pa- ægritudi rabolam, quia carnē ſuſcepit, quā crucifixerunt Iudæi, nē & inæ non intelligentes parabolam ſpiritalem. Eouſq; enim qualitatē. non intellexerunt, vt cū autore vitæ crucifigerēt, & ſuſpenſum in cruce cernerēt carnē dominī ſalutarem, mouerent caput. Nam ſi intellexiſſent, vtiq; non inſultaſſent, ſed ingemuiſſent. Et tamen ipſa cōmotio capitis illis in ſimilitudinē ceſſit, vt non hoc ſignificaret quod illi ſentiebant, ſed quod myſteria declarabāt. Illi enim ſecundum vulgi vſum inſultantes domino mouebant caput ſuum, ſicut qui iuſtis inſultare deſiderant, ſi forte eos viderint in hoc ſeculo fatigari, mouent caput. Quæ commotio capitis geminum intellectum habet. Reprehēſibiles enim videntur ſecūdū ſcripturæ auctoritatem qui mouent caput, cum dicat & Matthæus, Mat. 27. Qui trāſibant, blaſphemabāt dominū IESVM, mouentes capita ſua. Et Marcus, Qui prēteribant. Trāſ- Mar. 15. euntes autē q̄ reprehenſibiles æſtimētur, docet hic ipſe propheta, qui dicit de vinea Sabaoth: Et vindemiant Pſal. 79. eam omnes trāſeūtes viam. Deniq; & qui ſequitur verſus, hoc ſignat: Deuaſtauit eam aper de ſilua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eā. Et in poſteriorib⁹ ait: Et nō Pſal. 128. dixerunt trāſeuntes viam, Benedictio domini ſup vos. eo q̄ qui tranſit, & nō ſtat in atriis domini, nō dat bene- E dictionem. Ita ergo Iudæi mouebāt caput ſuper dominum IESVM, vt prēterirent, qui firmum ſolidumq; fidei veſtigium habere non poterāt. Mouebant autem caput ſuum, quorum caput Chriſtus eſſe debuerat, quē non debuit dimouere & deturbare perfidia Iudęorum. Sed quia nō paſſi ſunt mēbra ſe eſſe Chriſti, ideo caput eorum non fuit Chriſtus. Nō erat etiā lex caput eorū, quia expoliabātur & lege a populo nationum. Nō fuit his caput verbū dei, quia amiſerant prophetas, & apoſtolos non habebant. Hoc de reprehenſibili cōmotione capitis dictum ſit. Eſt tamen & laudabilis capitis commotio, reprehēſibilis Iudæis, laudabilis populo nationum. Quid eſt enim caput, niſi i quo ſenſus ſunt? Ocu- Eccl. 2. li eni ſapientis in capite eius. quos moueri oportet ocu los, id eſt mētis tuæ ſenſus, ne aliquo torpore pigreſcāt. Moue ergo prudentiam tuam, moue ſapientiam, moue cogitationes tuas cæleſtium collatione ſermonum, & propheticorum diſputatione verborū, ita vt nō peccēs in teſtamento dei, ſed fides firma ſit. Sūt enim hæ- F retici qui moueant ſenſus ſuos, vt perfidiā tamen non fidem excitent. Sed iam expreſſius de ipſa capitis cōmotione quę in ſimilitudinem populi eſt poſita, dicēdū eſt. Quis eſt caput populorum niſi Chriſtus? Caput enim 1. Cor. 11. mulieris vir, caput viri Chriſtus. Sed & lex caput intelligibilis mulieris. Deniq; ſub lege tanquam ſub viro eſt populus Iudæorum, quia lex νόμος dicitur græce: & ideo ſynagoga νόμῳ quaſi maſculo copulata eſt: ſed legi corporali, nō ſpiritali: hoc eſt, ritui legis Iudaico, cuius vinculis alligata eſt, legitimi neſciens ſacramenta cōiugii. Si autē mortua fuerit lex, hoc eſt legis interpretatio corporalis: tunc plebs quaſi mortuo cōiunge priore legitime nubet ſecundo viro, qui ex mortis reſurrexit. Eſt etiam caput mulieris huius euangeliū. Vnde quidā myſtice interpretati, mortificato ritu Iudaico, tanq; fratri defuncti euangelio mulierem eam nubere ex lege voluerunt, quia lex annunciauerit euāgeliū. Ideo prior lex vir, poſtea ſecūdi viri nuptię, hoc eſt euāgelii ſacramenta ſunt. Duo enim quaſi coniugia, duo ſunt teſta-

G menta. Vnum cõiugiũ vetus est testamẽtũ, quod mor
te viri prioris solutũ est. Et ideo mulier illa cui lex mor
tua est, recte in secundũ cõiugium cõuenit, hoc est testa
mentum nouũ. Sic duobus fratribus vna cõiũgitur, cui
supiora peccata moriũtur, meliora postea sacramẽta re
nouantur. Hoc nobis apostolus euidenter exposuit di-
Roma. 8. cens: Quoniã quæ sub viro est mulier, viuente viro li-
gata est legi. Hoc est viri sui legi, vt ei debeat castita-
tem. Si autem mortuus fuerit vir, soluta est a lege vi-
ri, id est vt cui velit nubat, dummodo nubat: quia viuo
viro, inqt, adultera vocabitur, si iũcta fuerit alteri viro.
Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege vi-
ri, ita vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Hoc sa-
cramentum etiã ad Christum & ecclesiã pertinere, etiã
Ephe. 5. alibi demonstrauit, quia magnum est sacramentũ. Hic
Roma. 7. quoq; nõ prętermisit dicẽs: Itaq; fratres mei & vos mor
tificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius,
qui ex mortuis resurrexit. Quomodo mortificatus es
legi, nisi vt tibi legis vmbra moriatur cum accedis ad
sacramenta cęlestia? Nec enim aliter debes accedere ad
euãgelium, nisi solutus interpretationis corporalis im-
pedimẽtis. Alioquin adulterium est veris falsa misce-
re. Pudicitia autẽ spiritalis, si anima tua exuta omni-
bus impedimẽtis deuiæ cognitionis, sine ruga accedat
ad dei verbum. Ergo sicut ecclesiæ caput Christus, ita
& synagogę caput lex: hoc est iis qui sub lege sũt: ꝓpter
H quos apostolus fecit se esse sub lege, cum sub lege nõ es-
set, vt eos qui sub lege sunt lucrifaceret. Et iterũ doctor
gẽtiũ factus est quasi esset ipse sine lege, vt eos qui erãt
sine lege, acquireret Christo. Pulchre autem ait ꝙ si-
ne lege dei non esset, & in lege Christi maneret. Lex au
tem synagogæ caput nõ a principio, quia Christ⁹ erat
caput veteris synagogę, quã Moyses fundauit & cõdi-
dit. Deniq; audi dicẽtẽ quia verbo dñi fũdata est. Fide,
Hebr. 11. inquit, Moyses grandis factus negauit se esse Pharao-
nis regis nepotem. Maluit enim afflictis compati, q̃ tẽ
poralib⁹ delectari: maioresq; diuitias æstimauit, & pręꝫ
tulit thesauris Ęgypti, improperium Christi. Aspicie-
bat enim mercedem repromissionum dei, quæ est re-
surrectionis gratia. Sed vbi propter perfidiam Iudæo-
rum mortuum est infidelibus dei verbũ, & excidit pe-
ctorib⁹ Iudæorum: legis spiritalis intellectus occubuit,
& nupsit synagoga ritui corporali, obseruationiq; perfi-
diæ. Sed nõ fuit illa sobrietas spiritalium nuptiarum,
I sed adulteriũ castitatis. Ideo synagoga libera esse nõ po
tuit, quæ male nupserat, & non crediderat resurrectionẽ
Christi futurã. Vnde bene ei nupsit ecclesia, cui secun-
dum sacram dispensationẽ secundũ carnẽ mortuus est
Christus, vt illa Iudæa anima quæ ante fuerat ligata
peccato, per mortem Christi absolueretur vinculo deli-
ctorum. Nõ nubit ergo mulier alteri viro nisi mortuus
fuerit vir suus: hoc est, nisi a vinculo legitimi amoris
fuerit absoluta. Si autem mortuus vir eius fuerit, libe-
rata est. Sane tenebatur ex lege vt fratri proprii coniu-
gis copularetur, si semen nullum maritus ei reliquisset.
Quod vinculum magis nectebat interpretatio literæ,
quàm gratia spiritalis. Deniq; habebat in volũtate fra-
ter defuncti, vt si nollet, non acciperet fratris vxorem ad
semen defuncti resuscitandum. Vnde calciamentum
suũ soluere iubebatur, vt esset a nexu copulæ eius exu-
tus, quã a sui gratia offendisset alienam. Sic enim scri-
Deut. 25. ptum est, quia soluebat vir calciamentum suum, & da-
bat proximo suo dicẽs: Hoc erit in testimoniũ in Israel.
Et dicebat propinquus, Accipe, & acquire tibi tu. & sol-
uebat calciamẽtum suum. Dicebant etiam adstantes:
Det tibi dñs vxorem quæ intret in domum tuam sicut
Rachel & sicut Lia, quæ ædificauerunt vtreq; domum
Israel, & fecerunt virtutẽ in Effrata. Sed hoc ex literæ
als, iudęi interpretatiõe Iudeum ligabat. Cæterum figura erat
agebant. quod Christus venturus esset in terras qui semen de-
functi populi resuscitaret merito fratris, quia dictũ est:

Narrabo nomen tuum fratribus meis. & quorum pa- Psal. 21.
tres, & ex quibus Christus secundum carnẽ. Vel quia K
euangelium defunctæ legis reparationem operaretur
in posteris, vt semen quod lex non reliquerat, euangelii
tenor resuscitaret. Non mirum ergo si caput suum pra-
ua interpretatione mouerũt, vt ipsi a se deturbarent sa-
pientiam suæ salutis auctorem, aut certe mouendo ca-
put suũ causa fieret cõmotionis capitis non paucis, sed
populis. Commotio hæc capitis facta est quando qui-
dem in omnem terram exiuit sonus eorum, vt fieret o-
mnis terra domini, & regnum domini esset in nationi-
bus. Vnde & in posterioribus dicit: Dominus regna- Psal. 98.
uit, irascantur populi: qui sedes super Cherubim, mo-
ueatur terra. Quod pulchre Aquila interpretatus est,
vt ἀλάλαγμα diceret, hoc est transmutationem, quæ
de loco ad locum, de Iudæa ad populos nationum.
Quod ex ea lectione quæ in euangelio est, liquido pote
rit manifestari, quemadmodum lex mota sit, dicente
scriptura: Super cathedram Moysi sederunt Scribę & Mat. 23.
Pharisæi. Omnia ergo quæ dicunt vobis, seruate & fa
cite, secundum opera eorum nolite facere. Quæ enim
dicunt, non faciunt. Alligant autẽ onera grauia, & im-
ponunt super humeros hominum: ipsi autẽ digito suo
nolunt ea mouere. Omnia autem faciunt vt videantur
ab hominibus. Quid est, Sederunt Scribæ, nisi quia li-
tera scribitur? vnde & γραμματεῖς grece dicũtur Scri-
bæ, literæ sequentes interpretationem, non spiritus in-
tellectum. litera autem occidit. Literam ergo occidẽtẽ
sequẽtes, & ipsa appellatione resonãtes Scribæ & Pha L
risæi sunt, hoc est, q a veritatis vnitate diuisi sunt. Pha-
res enim diuisio dicitur. Diuidunt autẽ Pharisæi hoc
genere, vt verba legis resonent, & in ipsa meditentur,
spiritalis autem mysteria legis & sacramenta non vi-
deant. Nam si lex spiritalis est, vtiq; pręcepta legis sunt
spiritalia, & opa eius spiritalia sunt. Docentes ergo quę
Moyses scripsit, onera grauia ligãt corporalibus legis.
Grauia sunt enim quæ contraria iugo Christi sunt: &
per doctrinã suam deuiã grauia onera imponunt auri-
bus audientium, quæ ipsi ne tantum quidẽ volunt mo
uere vt a corporalibus legis ad spiritalia scripturæ ver-
ba cõmoueant. Sic enim intelligẽdum quia digito suo
nolunt mouere illa, hoc est, nec exiguo puncto atq; mo-
mẽto trãsferunt se ad intelligentiã spiritalem. Hinc est
& illud qđ scriptũ est, Q si in digito dei ego eiicio dæ- Lucæ. 11.
monia. Quid sit digitus, interpretatur ipsa scriptu-
ra quæ dicit in alio libro euangelii: Qđ si in spiritu dei Mat. 12.
ego eiicio dæmonia. Digitus ergo dei, spiritus dei est.
Deus enim spiritus est, & nihil habet in sua substantia M
corporale, sed totus est spiritus. In spiritu ergo dei eiicit
dæmoniũ, qui in digito dei eiicit. Vnde & sanctus Da
uid ait: Qm̃ videbo cælos tuos opera digitorũ tuorũ. Psalm. 8.
Hoc est, spiritus tui opera sunt cæli: sicut et scriptũ est:
Verbo dñi cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis Psal. 32.
virtus eorum. Vt ergo cõcludamus disputationẽ, Scri
bæ & Pharisęi nihil ad interiorẽ hominẽ referũt, qui vt
ipse ad imaginẽ dei & similitudinẽ fact⁹ est: ita i iis quę
cogitat, & quæ meditatꝰ, debet magis quę spiritalia sũt
q̃ quę carnalia cogitare. Totum ergo ad illum exterio-
rem, ad illum terrenum hominẽ referre contendunt: &
ideo omnia eorum talia sunt, vt videantur ab homini-
bus, nõ vt placeãt patri qui in abscõdito videt. Timent
enim sua opera reuelare. Hæc est ergo cõmotio capitis
quæ facta est i populis: vel, sicut Aqla & Symmachus
dixerunt, in gẽtibus. Omnes enim gẽtes mouerunt ca
put suum vt legẽ spiritaliter interpretarẽtur. Nemo se
cundũ literam legis se putet esse saluandũ: quia litera le
gis maledictum habet: spiritus benedictionẽ affert. Ne
mo ex operibus legis iustificari potest: quia sub maledi
cto sunt omnes qui sub litera sunt. Fugiant ergo omes
maledictum legis, & cõfugiant ad benedictionis gra-
tiam, vt benedictionem habeãt in cælestibus in Chri-

A sto IESV, qui mortuus est pro nobis, vt fides trãsiret
ad gentes: qui etsi vir fuit ante synagogę, nec ipsam de-
seruit, & nos redemit. Illam enim non deseruit, vt reli-
quiæ saluæ fierẽt: nos redemit, eligẽdo populos natio-
num. Hæc ergo electio gẽtium, salus Iudæis. Reliquię
Rom. 11. enim nõ per opera sua, sed per electionem gratiæ saluę
factæ sunt. Gratia est ergo Christi, quę & nos redemit,
& reliquias viuificauit. Cõmotio autẽ capitis facta est
in gẽtib⁹: sed ex hac cõmotione nõ mediocris mutatio-
nis gratiam Iudæi pertulerunt, quorũ reliquiæ saluæ
" factæ sunt. Sequitur: Tota die verecũdia mea cõtra me
" est, & confusio vultus mei operuit me. Quid est ꝙ in-
terdum ex persona vnius, interdum ex persona pluri-
morũ psalmus hic dicitur? Nã a principio a plurib⁹ cœ-
pit, vt est: Deus aurib⁹ nr̃is audiuimus. & cætera quæ
sequunꝰ. Deinde ait: Tu es ipse rex meus, & deus me⁹.
Iterũ, In te inimicos nostros vẽtilabim⁹. & postea, Nõ
enĩ in arcu meo spabo. &, In deo laudabimur tota die.
&, Tota die verecũdia mea cõtra me est. Quid sibi vult
ista mutatio, quæ frequenter in psalmis repetitur, sicut
& in cẽtesimo octauo psalmo ait, Deus laudem meam
ne tacueris: quia os peccatoris & os dolosi super me ap-
tum est. Hoc de vno: sequitur de plurib⁹: Loquuti sunt
aduersum me lingua dolosa, & odium pro dilectione
mea. Deinde de vno: Cõstitue super eum peccatorem.
Quod videtur in cẽtesimo octauo psalmo aliud ad po-
pulũ Iudæorum referri, aliud ad Iudã proditorẽ. Quã-
B do pluraliter dicta, ad populũ: quando singulariter, ad
Iudam. Hic quoq; possumus dicere, quãdo pluraliter di
cta, ad sanctos: quãdo singulariter, ad dominũ nostrum
IESVM Christũ referri: quia æstimari potest & pro
pluribus in propheta locutus, & ipse pro se, & ideo di-
xerit, Verecũdia mea cõtra me est. quæ dicitꝰ ἐντροπή.
ἐντροπή autem est quãdo verecundiã vult quis incute-
re alicui vt inflectat propositũ suum, sicut est: Descẽdat
Mar. 15. nũc de cruce, & credimus ei. Cõfidit in deo: liberet nunc
eum. Pulchre autẽ ait, Tota die: quia incarnatio dñi no
stri IESV Christi lucem attulit mũdo. Dies itaq; in-
Ioan. 12. carnationis est. Ambulate dum lucẽ habetis. &, Abra-
Ibidem. 8. ham diem meũ vidit. Ergo hæc verecundia habet in se
cõfusionem. Vnde & Symmachus: Tota die, inquit,
cõfusio mea cõtra me est. Quæ autẽ cõfusio Christi, ni-
si crux, ꝙ nudus pepẽdit in ea? Et bene tota die: quia ex
Mat. 15. quo affixus est cruci, vsq; in horam nonã tenebræ factæ
sunt: & post horã nonã lux refulsit vsq; in vesperũ. Hic
dies ex trib⁹ primus. Potest tamen & chorus sanctorũ
C pluraliter de se & singulariter loqui. Chorus enim qua-
si singularẽ personam habet, sed numerus plurimorum
Esa. 29. est: sicut illud est: Popul⁹ hic labiis me honorat: cor au-
tem eorum lõge est a me. Quæ autem est cõfusio quæ
operuit dominũ IESVM, cum confusionem peccata
faciãt? Ipsa sunt enim quæ operiũt peccatorẽ. Hic autẽ
peccatum nõ fecit. Sed queãdmodum est cõfusio addu-
cens peccatũ, ita est cõfusio quę peccatum abolet: vt cõ-
fusio crucis dñi nostri IESV Christi, per quã peccata
mundãtur. Est etiã omnis confusio bona quã pro Chri
sti nomine subeas, & admodum gloriosa, si verbi gra-
tia in persecutione lex sit vt verberetur Christianus, vt
dignitatem amittat, vt careat priuilegio, vt in vincula
ducatur. Hæc vtiq; cõfusio etsi priuilegium nõ habet,
habet gloriã piæ cõfessionis. Est autẽ & Christi cõfusio,
Lucæ. 9. sicut ipse ait: Qui me cõfusus fuerit coram hominib⁹,
cõfundã & ego eum corã patre meo qui in cælis est. Bo
na ergo cõfusio. Plerisq; tñ huiusmodi confusio Christi
amara est, hoc est nõ credẽtibus: iucũda credẽtib⁹. Siue
ergo velis, cõfusionẽ Christi intellige crucem eius, quæ
Iudæis videbatur esse confusio, qui insultabant ei quasi
erubesceret in eo opere in quo publicã operabatur salu-
tẽ: siue etiã hanc cõfusionẽ, quę ingeri videbatur a voce
exprobrãtis & obloquẽtis, a facie inimici & persequen-
tis. Erubescebat enim sic lapsum esse electum populũ

suum, & cõfundebat * eos apud patrẽ, quorũ finis ad- D *als, cõfundebatꝰ in eos.
uenerat. Præsens enim erat filio pater, a quo nunq̃ po-
test filius separari. Et ideo audiebat dicẽtẽ Iudæis pa-
ter: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Sunt Lucæ. 13
autẽ qui etiã in cõfusione sua gloriãtur, sicut illi de qui-
bus dicit apostolus quia gloria eorũ in cõfusione ipso- Roma. 1.
rum: quibus cõtraria est gloria Christi, qui crucem sus-
cepit, nec confusionem refugit. Quam nos quoq; mini-
me timere debemus, nec formidine aut fastidio decli-
nare, ne peccatum supra nos adducat, quę potest addu-
cere gratiã vitæ. Est enim & cõfusionis gloria: vt si in
multos gẽtiles incidas vel philosophos, & illi tibi obii-
ciant crucẽ Christi, & verbo respondere non possis, nec
salutaria quisquã audiat verba referentẽ, est cõfusio, sed
a voce exprobrãtis & obloquẽtis, a facie inimici & per-
sequentis. Et ideo noli respõdere insipienti ad insipien- Prou. 26.
tiam eius. Esto sicut homo mutus & tacẽs, & quasi nõ
audiens verba insultãtium & obloquentium: non quo
respondere nequeas, sed quo respõdere non debeas. O-
mni enim rei tẽpus. Tempus tacendi, & tẽpus loquen Eccl. 3.
di. Tacẽdũ est quãdo paratum nõ inuenis auditorem.
Loquẽdũ est quãdo dominus linguã eruditionis indul
get, vt sermo tuus operetur in affectibus audientium.
Quomodo autẽ te audiat, qui ideo tibi obloquitur, eo
ꝙ salubrem tuum nolit audire sermonẽ? Aut quomo-
do tibi acquiescat qui persecutor est, & velit te sibi vẽdi-
care? Aut, vt Aquila dixit vel Symmachus, vt vlcisca
tur & puniat in te quod Christi hæreditas ad Gentes
videatur esse trãsfusa? Longe itaq; ista cõfusio a confu-
sione & opprobrio peccatoris. Istius enĩ cõscientia illu- E
minatur, qui oblitus nõ est dei sui: illorum confunditur
quorum ingeniũ caligat atq; perturbat recordatio deli-
ctorum. Et ideo bene sibi conscii dicunt: Hæc omnia ve "
nerunt super nos, & obliti nõ sumus te, & inique nõ egi "
mus in testamẽto tuo, & nõ recessit retro cor nostrũ: & "
declinasti semitas nr̃as de via tua. Videtꝰ versicul⁹ vlti "
mus nõ concordare superioribus. Nã quomodo decli-
narunt ii quibus diuinitatis nulla obrepsit obliuio, nec
alicuius iniquitatis cõscientia, nec vlla desidia? Sed si cõ
sideres quia iustus vix saluus fit, intelligis profecto &
ipsius nõnunquam titubare vestigia, & auctorem decli
nationis eorũ deum videri: quia ipse quoq; patiꝰ iustos
sępe tẽtari, quo magis probẽtur tentationibus eruditi.
Quis autẽ est tam fortis, vt nequaquã in tẽtatione mo
ueaꝰ, nisi dñs adiutor ei adsistat? Deniq; cõturbat⁹ est
& ipse propheta Dauid, quia dixit in sua abundantia, Psal. 29.
Non mouebor in æternum. Aut quis est ille quẽ locus
afflictationis, & terræ corruptela nõ moueat, cũ diuina
sententia neminẽ exceperit qui sit ab exercitio & a fati-
gatione terræ huius immunis, cui dictũ est: Maledicta Gene. 3.
terra in oĩbus operibus tuis: spinas, inquit, & tribulos
germinabit? Deniq; ipse Paulus dominicę vas electio- F
nis, a maledictione veteris sentẽtiæ absolutus domini
IESV passione, tamẽ captiuum se duci in legem pec-
cati vehementissime deplorauit, nec quenquam nisi
Christum a quo liberaretur inuenit, cũ eum lex sui cor- Roma. 7.
poris & vmbra mortis vrgeret. Diximus sensum: sed
expressius qui loc⁹ sit afflictationis, cõsiderare nos cõue-
nit. Vtrum hic mũdus, qui in maligno positus est: an
vero caro nostra, i qua anima nostra humiliatur, dum
in istius carnis descendit societatẽ: an aduersa quibus
exercemur in hoc corpore constituti, in quo ingemisci-
mus grauati, quod nolumus spoliari, sed superuestiri.
Grauis enim labor est dum expectamus vt absorbeatꝰ
mortale hoc a vita, quo nos expoliare debem⁹. Mino-
re enim labore expoliatur q̃ absorbetur. Et vide ne ea
diuersitas sit expoliãtis se & expectãtis vt absorbeatur
a vita. Expoliat gratia, absorbet pœnitentia. Expoliat
sublimitas mentis, absorbet diligẽtia. Quomodo autẽ
dubites ꝙ afflictationis hic locus sit, quando corpus est
mortis, in quo operit nos etiã vmbra mortis? Et ideo

Gad lucernam illam semper debemus intẽdere, quæ est verbum dei, vt sciamus quẽadmodũ nostri animi cæcitas dirigamus, & vestigia mẽtis interne, vt lux animorum soluat tenebras corporales. Pulchre autẽ Aquilæ interpretatio quẽadmodũ intelligere debeamus locum afflictionis expressit, dicendo: Quoniam humiliasti nos in loco Sirenum. vt nõ caro in vitio sit sui natura, sed ea quæ carnem corruptibilẽ esse fecerunt. Deniq; Sirenas, quarũ secundo & tertio mentionem fecit scriptura diuina, quasdam fuisse puellas Gẽtilis tradit historia, quæ vocis suauitate, canendi illecebris, audiẽdiq; studio illectos nauigantes ad littus admouere nauigia prouocabãt: eosq;, cum gratiã vocis sequerentur, scopuloso in loco naufragium facere solitos vetustas posteris tradidit. Earum autem interpretatio hæc est, voluptas vocis, & quædam adulatio. Ita ergo seculi vo luptas nos quadam carnali adulatione delectat, vt decipiat. Vt ergo illic nõ littus in vitio erat, sed canora dulcedo, quæ faciebat asperitatem littoris nõ cauere: ita nõ caro in vitio, sed ea quibus caro ista solicitatur & fluctuat. Deniq; mare, si tempestas desit, quietũ est: si procella sæuiat, periculosum. Et septuaginta virorum videtur cum his sententia cõuenire, cum dicunt quia scriptum est, Quoniã humiliasti nos. Cui⁹ interpretationis testimonia de scripturis nobis sunt arcessenda diuinis. Ait enim Deuteronomium: Si exieris, inquit, in
H pugnam aduersus inimicos tuos, & tradiderit tibi eos dñs deus tuus in manus tuas, & deprædatus fueris spolia eorum, & videris in ea deprẽdatione mulierem bona specie, & cohabitaueris cum ea. & infra: Si nolueris eam postea, dimittes eam liberã, quia humiliasti eam. Vides ergo quoniã nõ natura sui eam, sed is qui ei integritatem pudoris eripuit, humiliasse perhibetur. Humilitas ergo operis est, per quod caro ista, peccati corpus effecta est, & locus afflictionis. Iterũ alibi: Si desponsata fuerit virgo viro, & inueniens eam homo in ciuitate dormierit cum ea, educẽtur ambo ad portã ciuitatis suę, & lapidabitur: & morietur inuẽcula, quia nõ exclamauit i ciuitate, nec inuocauit hominẽ qui subueniret: & vir, inqt, q humiliauit mulierẽ, proximi sui. Et hic eadem est huius causa sermonis, vt a corruptore humiliata dicatur. Tertium quoq; habes de hac re testimonium, & plura, si quæras. tamẽ de eodem libro audi. Si quis inuenerit virginem quæ nõ sit desponsata, & vim faciens ei dormierit cum ea, & inuẽtus fuerit, dabit qui dormierit cum ea, patri inuẽculæ quinquaginta denarios, & erit vxor eius, quia humiliauit eam: nec poterit dimittere eã per omne tẽpus, propter quod humiliauit eam. Ipse sermo repetitus est, vt intelligas quia nõ conditio carnis videaẽ nos humiliare, sed culpa. Nec tamẽ negare possumus q multis humilietur & caro, loco ipso, illecebris ipsis, fragilitate quoq; qua patuit errori. Licet enĩ nõ a mediocri aduersario serpẽte decepta sit, habebat tamen sui non mediocrem gratiam, anteq; peccatum irreperet: in cõspectu erat dei Adam, in paradiso vigebat, cœlesti gratia refulgebat, loquebatur cum deo. Nũquid eum humiliatum ante legisti, nisi postea quã preuaricatio eũ humiliauit sua? Cuius vitii hæreditatem ad nos vsq; trãsmisit, vt in hoc corpore cõstituti nolim⁹ pegrinari de corpore, & adesse deo. Et ideo humiliamus animã nostrã quæ se ad deum gessit attollere, sed corruptibile hoc corpus grauat animã, terrenaq; habitacula preponderant, vt mens deuota deo frequenter inclinetur ad seculũ, nec se subiicere deo possit, quoniã subiectionem sui sapiẽtia carnis ignorat, quæ nostrum inuoluit affectũ. Dicentes hæc de nobis, quid de carne domini nostri IESV Christi dicemus? Qui vtiq; suscepit carnis istius veritatem: & ideo semetipsum humiliauit vsq; ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Diligẽter attende, & cõsidera singula. Vide quia volens suscepit hanc formam corporis nostri, & tuæ obsequia seruitutis, in similitudinem hominum factus, nõ in similitudinem & carnis, sed in similitudinem hominum peccatorũ. Ois enim homo sub peccato. Ideo & specie inuẽtus vt homo, vt scriptũ est de eo: Et homo est, & quis cognoscet eum? Homo secundũ carnem, sed vltra hominẽ secundum operationẽ. Vt homo, inquit, humiliauit semetipsum: quia ad eos deus venit qui humiliati fuerant, liberãdos. Ipse se ergo humiliauit propter nos. Nõ ergo corpus illius corp⁹ mortis. siquidẽ corpus est vitę. Nec caro illi⁹, vmbra mortis. siquidẽ fulgor est gloriæ. Nec in eo locus afflictionis. si quidẽ in illo corpore omnib⁹ gratia consolationis. Humiliauit se, vt disceres quid sit humilitas. Deniq; audi dicentẽ: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Ille se humiliauit, vt tu exaltareris. Qui enim se humiliat, exaltabitur. Sed nõ oẽs qui humiliantur, exaltabuntur. Multos enim crimen humiliat ad ruinam. Humiliat⁹ est autem dñs vsq; ad mortem, vt de portis mortis exaltaretur. Ecce, vide gratiam Christi, vide beneficia eius. Postea quã Christus aduenit, hæc caro quę erat vmbra mortis, cœpit pgẽre dñi refulgere, & habere lumẽ ppriũ. vnde & dictũ est: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Sed vide de q oculo dicat: non de exteriore, sed de interiore. Si ocul⁹, inquit, tuus simplex fuerit, totum corpus tuũ lucidum erit. Interior vtiq; est ocul⁹, qui totum hominis corpus illuminat. Interior est etiã ocul⁹, qui affert toti corpori cæcitatem: quia scriptum est: Si autem nequam fuerit oculus tuus, totum corpus tuũ tenebrosum erit. Vides in vno homine vnde tenebræ nascantur, vnde lumẽ oriatur? Ipse ergo tibi es caligo, vel lumen. Caligo, iniq; tatis est: tenebræ, peccatorũ: lumen, innocẽtiæ. Ipse tibi ergo es vel iniuriæ auctor, vel gratiæ. Operatio diui
L na nihil errat. Lumen in teipso est, quia innocens infantia tua est. Pura mens hominis ante adolescẽtiæ lubricum, & inuentutis errorẽ. Tu tibi ergo tenebras fecisti esse quod lumẽ est. Deniq; idem oculus, hoc est, sensus hominis, tenebrosus est in peccatore, splendidus in innocente. Nec illud prætereamus qđ Symmachus ait, Afflixisti nos in loco deserto. Ideo affligimur, quia interdum destituimur protectione cælesti: & regio ista sub maledicto est, vel in lubrico seculari. Necdum quoque benedixerat terrã suã dñs noster IESVS Christus: & ideo laborabãt, nec ad lumen pietatis eius oculorum spiritaliũ intendebatur obtutus. Deinde quia voluptas & delectatio mundi frequẽter irrepit. Vndenõ vinculis hominis illius ligare nos atq; vincire debem⁹, nec cera aures claudere, sed auertere aurẽ quotienscũq; aliena a fide, & cõtraria vel aduersa vtilitati nostræ alicuis existimat obloquenda, ne in eo sermone operiat nos vmbra mortis. & si quid tale profertur, nos tamen M
dei verbũ debemus inferere, quod mentis nostræ oculos fulgore disputationis illuminet. Sequitur: Si obliti « sumus nomen dei nostri, et si expandimus manus nostras ad deos alienos: nõne deus requiret ista? Aquila, « inuestigabit ista, dixit: Symmachus, inuenietista. Ipse « enĩ nouit occulta cordis: quia ppter te morte afficimur « tota die: æstimati sumus vt oues occisionis. Quid est « qđ ait, requiret deus? quasi si non requirat, ignoret? Et sic requiret deus obliuionem tuã quæ irrepsit, vt aufferat eius omne vestigiũ. Vnde & Aquila dixit, Inuestigabit. Nam vtique qui nouit cordis occulta, quomodo quærit: cui etiã ea quę sunt interiora, manifesta sunt? Si quidem apud deum cõscientia vniuscuiusq; se prodit, & cogitatio hominis apud eum se aut condẽnat, aut purgat. Deniq; Aquila visiones cordis dixit, eo q videat cor nostrũ, & omnis nostri cogitatio cordis in promptu sit apud deũ, atq; ei cogitationũ nostrarũ imago respldeat. Bene illud ait Aquila, In te morte afficimur: quoniam in Christo mori, ardeum & glorioſum. & in ipso moritur, qui pro eius nomine sacra passione est coronatus. Sed quid miraris q requirẽte deum occulta cordis

Deut. 21.

Deut. 22.

Ibidem.

I

Sapiẽ. 1. versiculus iste declaret, cum alibi deum scrutatorẽ legeA ris cordis? Quid etiã miraris si verbis nostris maiestas diuinæ substantiæ explicari nõ possit, cum ait Apostolus: Nolite ante tẽpus quid iudicare, donec veniat dominus, qui illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordiũ: & tũc laus erit vnicuiq; a deo. Tenebras cordis sępe loco criminis legimus, immo prope vbiq;. Vide ergone ista sint occulta tenebrarũ, quę sunt cordis occulta: ideoq; tenebrarum nomen acceperint, q ea ab aliis non deprehẽdantur, sed lateant. Et ideo dominus in die iudicii illuminaturus asseritur occulta tenebrarum: quia cor vniuscuiusq; manifestabitur, quod ante occultum erat, soli quidem Christo cognitum, qui
Mat. 10. sciens iudicii sui gratiã ait: Nihil est occultum quod nõ manifestabitur. Sunt autẽ multa quę propter verecundiam premimus, & vt impleamus celeste mandatum, tacito apud nos tenem⁹ affectu, ne videamur in iis quę nostra sunt gloriari, & eorũ fructum vulgando incipiamus amittere. Sunt autẽ occulta sapiẽtiæ, quæ raptus in paradiso Apostolus Paulus audiuit: & quia non licebat ea homini loqui, apud se tegebat, non quia vsum eorum aut gratiã aliis inuideret: sed quia nõ licebat homini loqui, forte etiã homini audire non proderat: quæ tunc illuminabit dominus, cum illuminãdorum secretorum tẽpus aduenerit. Vide ne etiam in euangelio distantiam aliquã reperias, vbi dixit: Nihil occultũ quod non manifestabitur, neq; opertũ quod non reuelabitur.
B Illud tamen adstipulatur ad superiorẽ interpretationẽ,
2. Tim. 2. vt vtrumq; de bonis esse credamus, quia scriptũ est: Cognoscit dominus qui sunt ipsius. Suos ergo cognoscit, & eos cognoscit qui cognoscit deum. Ignorat autẽ eos qui ignorant deũ. Qui enim ignorat, ignorabitur. Dominus ergo quæ bona sunt recognoscit: ea quę sunt plena cognitionis diuinæ, ea quæ sunt occulta sapiẽtię, nouit dominus. Auersatur autẽ ea quæ sunt plena iniquitatis atq; peccati. Deniq; si istorũ personam consideres, quos nulla diuini cult⁹ obliuio separauit vt alieno deo expanderent suas manus, atq; aperire suas animas noluerunt, intelligis q̃ in occultis suis non flagitia aliqua erant, sed ea quæ essent innocentiæ continebant: quandoquidem morte afficiebantur pro dei cultu: totaq; die versabãtur in morte: sicut versabatur & Paul⁹, qui ait:
1. Cor. 15. Quotidie morior per vestrã gloriam. Et vere quotidie Paulus moriebatur secundũ carnẽ, in ieiuniis, in naufragiis, in diuersis periculis, in miseriis constitutus: sed non totus moriebatur. Moriebat homo eius exterior, sed renouabatur interior: & ideo nõ deficiebat cum tot
C periculis vrgeretur: quia etsi exterior homo eius corrũpebatur, interior renouabatur de die in diẽ: quia diem sibi vniuscuiusq; fides & gratia operationis illuminat. Vnde nec Paulus Apostol⁹ noctẽ sciebat: quia qui renouatur, semper in luce est. An tibi nõ videtur in luce, qui Christi in se continet charitatem? Et ideo immolationis securus dura nõ refugit, nec eum persecutio vlla aut fames aut gladius potest a Christo domino separare, quem vincula diuinę charitatis adstringũt. Interim tamen etiã in bonis operibus mens humana turbatur, & tentationibus quatitur. Tamen & hoc iustorũ est, vt
Mat. 8. cum se tentari viderint, adiumentũ deposcãt, sicut apostoli in euangelio cum Christus dormiret in naui, tempestatem fluctuum formidãtes excitauerũt dominum IESVM, vt ab his formidinẽ propulsaret. Nonne tibi vidẽtur tunc sancti Apostoli istos dixisse versiculos:
» Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repel» las vsq; in finem? Certe & si litera distare videatur, concordat sententia. Neq; vero vel in corpore constitutus ita dormiebat dñs noster IESVS Christus, vt ignoraret tempestatẽ maris, & exorta procella vẽtorum cognitionem eius per altitudinẽ soporis excederet. Dormiebat corpore, sed virtute vigilabat. Et dispositio illa fuit vt ascẽderet in nauem dei filius, dei verbum: ascenderent etiam simul discipuli sui: quos remissos & negli- D
gentes esse non passus, quasi de domini presentia & fauore securos, sõno corporis sese cõposuit. Ergo illa specie somni, dormire se mũdo huic, apostolis verbum dei demõstrabat. Vigilabat tamẽ eius potestas & puidentia, quę excitauit tẽpestatẽ in mari, vt nauis ppemodũ insurgẽtibus fluctibus operireẽ: qua discipuli tẽpestate turbati, vtrum salubris cõsilii se prouisione fulcirent, an vero remediũ excederẽt, cognosceretur. Sed illis quib⁹ IESVS nõ dormiebat, vigilabat fides: & ideo surgentes excitauerunt dominũ IESVM, dicentes: Domi- Ibidem.
ne, salua nos, perimus. Vide si etiam illud discrepat ab euangelio quod de Iona legimus, qui dormiebat in vẽ- Ionæ. 1.
tre nauis, & stertebat: in quo sacrę passionis figura præcessit. Sicut enĩ Ionas dormiebat i naui, & stertebat securus, quasi non metuens deprehendi, ita dominus noster IESVS Christus, qui figurã illam sacramẽto suę mortis impleuit, tẽpore euangelii in naui dormiit. Et sicut ille tribus diebus & tribus noctibus fuit in ventre ceti, ita filius hominis tribus diebus & tribus noctibus fuit in corde terræ, in sui corporis passione. Qui vbi se excitauit a morte, & somnum sui corporis relaxauit, vt pro salute resurgeret vniuersorum, discipulos visitauit. Hic est ergo verus Ionas, qui obtulit animã suam redẽptionem pro nobis. Propterea ergo sublatus est & missus in mare, vt exciperetur & deuoraret a ceto, quo intra alium ceti positus eius interiora vacuaret. De quo B
ceto hoc dictũ fit, audi Iob dicẽtem: Qui habet, inquit, magnum cetum captiuũ reddere. Quis iste est? Vtiq; cognoscis cum legis q̃ dominus noster IESVS Christus captiuũ duxerit captiuitatẽ. Deuicto enim aduer- Psal. 67.
sario & inimico, tuos qui captiui eram⁹, cœpimus libertatẽ possidere per Christũ. Deniq; ipsa oratio sancti Ionę docet dominicę passionis esse mysteria, cũ dixit: Cla- Ionæ. 2.
maui, inquit, ad dominũ meum in tribulatione mea, & audiuit me de ventre inferni. Vides quia inferni ventrem dixit, nõ cetũ? Dominus autẽ non in cetum, sed in infernum descẽdit: vt & illi qui in infernis erant, a perpetuis vinculis solueretur. Deniq; pleriq; etiam resurrexerunt. Quę autem flumina circumdederunt Ionam, aut de qua abysso dixit Ionas: Abyssus circumdedit me nouissima: mersit caput meũ in fissuras montium: descẽdi in terram, cuius seræ sunt continẽtes æternales? Vtiq; hoc ad personam Ionæ nõ quadrat & conuenit. Filius autem dei descendit in fissuras montiũ, quando descendit in tumulum. Ipsum enim Ioseph (sicut euãgelium Mat. 27.
docet) posuit in monumento suo nouo, quod excidit in petra, & aduoluit saxum magnũ ad ostium monumenti. Deniq; & in alio libro, Posuit, inquit, eum in monumento excisо, in quo nondũ quisq̃ positus fuerat. Quis E
autẽ est qui cum voce laudis et confessionis dño sacrificauit, nisi princeps omniũ sacerdotum, qui & vota pro omnibus vouit, & reddidit? Solus enim affectus sui habuit potestatẽ. Sicut enim Ionas missus est in mare, & quieuit mare a cõmotione sua: ita dominus noster IESVS Christus venit in hunc mundũ, vt mundũ lucrifaceret, & sanguine suo omnia pacificaret, siue terrena, siue cœlestia. Aduentu igitur suo redemit vniuersos homines, & prouocauit ad dei cultum operibus suis, cum mortuos resuscitaret, sanaret infirmos, timorẽ dei humanis infundẽs affectibus. Ipse est qui sacrificauit dño sacrificiũ salutare p nobis, & dignas cõuersionis nostrę hostias deo obtulit. Ipse est qui dormiuit, & euigilauit. Cauendũ est ergo ne obdormiat peccatoribus. Obdormire enim videtur iis quibus non resurrexerit, & quos in finem repellit. Quis autem est qui repellitur, nisi qui peregrinatur a dño, quia non peregrinatur a corpore? Quomodo enim possunt deo placere qui in carne sunt? Et ideo non in carne simus, sed spiritu adhæreamus domino IESV, qui se in octogesimo & octauo psalmo repulsum dicit pro nobis. Tu vero repulisti pro nihilo,

G distuliſti Chriſtum tuum, euertiſti teſtamentum ſerui tui. Itaq; repulſus pro nobis factus eſt in opprobrium vicinis ſuis. Ille enim ſuſcepit opprobriũ crucis, vt nos gloriam ſuæ reſurrectionis indueret. Repulſus videtur quaſi mortuus,& perfuſus confuſione quaſi crucifixus: ſed benedictius eſt in æternũ, qui maledictionem ſuſtu-
» lit,& benedictionis gratiã cõparauit. Sequitur: Quare
» faciem tuam auertis? Auertere a nobis deum faciem ſuam putamus, quãdo ſumus in aliquibus afflictionibus conſtituti, vt tenebræ noſtro offundantur affectui, quibus impediti fulgore veritatis oculis noſtris haurire nequeamus. Et enim ſi in noſtrũ deus intendat ingenium,& noſtrã mentem viſitare dignetur, certi ſumus q̃ nulla res nobis caliginẽ poſſit obducere. Etenĩ ſi vultus hominis cæteris membrorũ partibus plus refulget: et quẽcunq; intuemur, vel incognitum agnoſcimus, vel cognitũ recognoſcimus, quẽ aſpectus noſter latere non patitur: quãto magis dei vultus quem ſpectat, illuminat? De quo vt cætera eius ſunt, ita & hoc prædicũ ſanctι apoſtoli, qui vere interpres eſt Chriſti, vt aptiore eũ ſenſu & ſermone noſtris infũderet mẽtibus. Vnde ait:
2.Cor.4. Quoniam deus qui dixit de tenebris lumẽ ſplendeſcere, illuxit in cordibus noſtris ad illuminationẽ ſcientiæ claritatis domini in facie Chriſti IESV. Vbi igitur in nobis reluceat Chriſtus, audiuim9. Eſt enim fulgor
H cternus animorũ: quem ideo pater miſit in terras, vt in eius illuminati vultu, æterna & cæleſtia ſpectare poſſimus, q̃ ante terrena caligine tenebamur. Quid de Chriſto loquar? cum etiã Petrus apoſtolus dixerit ad illum claudũ ex vtero matris ſuæ: Reſpice in nos, qui reſpexit in Petrũ,& fidei illuminatus eſt gratia. Neq; enim acceperat remediũ ſanitatis, niſi fideliter credidiſſet. Vnde cum tanta gloria eſſet in apoſtolis, audiẽs trãſire dominum IESVM Zacchæus aſcendit in arborem, quia exiguus & puſillus in turba eum videre non poterat. Vidit Chriſtũ,& lumẽ inuenit. Vidit eum: & qui ante aliena rapiebat, ſua cõtulit. Merito ergo dicũt iſti: Quare faciem tuã auertis? Aut fortaſſe propterea dicitur, quia deſiderantibus Chriſti moram faciebat aduẽtus. Ipſe enim eſt vultus patris; qui eſt imago & gloria dei. Certe ſi nõ ad incarnationis eius hoc accipimus ſacramentũ, recte etiam illud vſurpant ſancti, dicentes: Quare faciem tuã auertis? hoc eſt: Etſi auertis domine faciem tuam a nobis, tamẽ ſignatum eſt in nobis lumẽ vultus tui domine. Tenemus illud in cordibus noſtris, et in intimo ſplendet affectu. Neq; enim quiſquã poteſt ſubſiſtere, ſi tu auertas faciẽ tuam. Omnia enim a te exſpectant vt tu des illis cibũ in tempore. Dante te his, col
I ligent: aperiente te manũ tuam, vniuerſa implebuntur bonitate: auertente autẽ te faciem, turbabuntur. Auferes ſpiritum eorũ, et deficient,& in pulueré ſuum cõuertentur. Emittes ſpiritũ tuum,& creabuntur, et renouabis faciem terræ. Agnoſcis quæ ſit eſca quã deus hominibus ſubminiſtrat? Ipſe eſt cibus quẽ ſecũdum voluntatẽ patris vnigenitus filius eius dominus noſter epulatur: ſicut ipſe ait: Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei qui in cælis eſt. Hic cibus nobis eſt ſalutaris,& omnia dei ſunt ſalutaria. Audis quædam dei mẽbra: cognoſce virtutes. Manus quippe eius, plenitudo bonitatis eſt. facies eius, illuminatio mentis eſt. Et ideo ſemper ab eo ſperemus: in ipſum vota noſtra & omnia ſtudia dirigamus, nec deſperemus, etſi corporaliter eũ videre nõ poſſumus. Neq; enĩ deſperauit Moyſes, cui dictum eſt: Non potes videre faciem meam. nõ
Exo. 33. enim videbit faciẽ meã homo,& viuet. Et addidit: Ecce locus apud me. ſtabis in petra: & cum trãſierit gloria mea, ponam te in cauernam petræ,& operiam te manu mea donec tranſeam: & tollam manũ meam,& videbis poſteriora mea: faciem autẽ meam videre non poteris. Non ergo videtur ab homine facies dei. Eſt tamen locus in quo ſide ſe monſtret homini deus. Eſt hic locus

apud deum: & ideo ſi ſteterimus in petra, id eſt in car- k
nis iſtius conſcientia & fidei firmitate: etſi plenitudinem eius videre non poſſumus, tamen quantum poſſumus quaſi reliquas eius luminis hauriemus. Neq; enĩ Moyſes totam diuinitatis eius plenitudinẽ vidit, quæ habitat in Chriſto corporaliter: ſed vidit poſteriora Chriſti: vidit ſplẽdorem eius vthomo, vidit eius gloriã paſſionis, per quam regnũ nobis cæleſte reſerauit. Aquila autem, Quare faciẽ tuam abſcondis? poſuit: ſed etiã cæteri: quod videtur cõuenire cum Moyſi dictis qui ait: Demonſtra te mihi. quaſi diceret: Noli vultũ tuum mihi abſcondere: ſed magis demõſtra videre cupienti. Et addidit, Obliuiſceris, inquit, inopiã noſtrã, & tribulatio- cc
nem noſtrã. De qua inopia dicit ſanctus propheta q̃ in cc
obliuionẽ venerit dei. Aut quę eſt iſta inopia quã exciderit dño cõqueritur? Non ociosa iſta eſt inopia, niſi forte ea quę protectorem deum & remuneratorem habere cõſueuerit. Si enim eſt inopia cui patet regnũ cælorum: recte iſti inopiam ſuã diuinis exciſſe ſenſibus arbitrãtur, qui animã ſuam humiliatã in puluere deplorabãt, & vẽtrem ſuum in terra hærere dicebãt. Qui autem in terra hærent, vidẽtur diuina protectione priuari. Quæ ſit ergo iſta inopia, audi: Beati enim pauperes ſpiritu. Mat.5.
ipſorũ enim eſt regnum cælorũ. Si ergo beata paupertas eſt, cui patet cælum: terrenas iſtas diuitias negligamus, corporalem redundantiã declinemus. Sequamur L
veſtigia apoſtolorũ, ante quorũ pedes vnuſquiſq; quod habebat pecuniæ ex ſuorum agrorũ precio, conferebat, vt pauperibus diſpẽſaretur. Iſtam igitur inopiam euangelicam bi ſancti viri multo ante exercere cœperant, & ideo dicebant: Obliuiſceris inopiam noſtram. Tale eſt
hoc, quale illud apoſtolicũ: Ecce nos reliquimus omnia, Mat.19.
& ſecuti ſumus te. Bona ergo paupertas, quę a pietate procedit, & virtutũ exercitatione ſuſcipitur. Nec ſolum inopiam, ſed etiam tribulationẽ ſuam in obliuionẽ deo veniſſe deplorãt. Bonæ ſunt & tribulationes, quæ ſunt propriæ iuſtorũ: qui nõ pro meritis ſuis, ſed pro pietate eas ſuſtinẽt: in quibus iuſtus nõ atteritur, ſed dilatatur:
ſicut ſanctus propheta declarat dicẽs: In tribulatione di Pſal.4.
lataſti mihi. Et ipſe dominus IESVS ait: In tribula- Pſal.117.
tione inuocaui dominũ,& exaudiuit me in latitudinẽ. Dilatauit ſancto Apoſtolo Paulo, quãdo ei oculorum Actu.10.
lumen eripuit. Ita enim cõfeſſus eſt Chriſtũ, quem negabat antea. Ideo vas electionis eſſe promeruit. Deniq; vt ſcias quia dilatauit Paulo dominus IESVS, audi
ipſum apoſtolũ dicentem: Os noſtrum patet ad vos o 2.Cor.6.
Corinthii: cor noſtrũ dilatatum eſt. Aperi ergo os, confitere Chriſtũ: quia plenitudo eſt. vbi plenitudo, ibi etiã M
latitudo. Et quaſi bonus magiſter, qui diſcipulos habere optaret æquales, nos quoq; hortatus eſt vt dilatare-
mur, dicens: Dilatamini & vos. Cum autẽ deus alicu- Ibidem.
bi in tribulatione dilatat, tunc fiet latitudo cordis ſicut arena maris innumerabilis. Quæ ſit iſta latitudo, audi
dicentem ſanctũ Salomonem: Optaui,& datus eſt mi Sapien.7.
hi ſenſus: & inuocaui,& venit in me ſpiritus ſapientiæ. Vt enim acciperet ſapiẽtiam a deo, non diuitias, non nobilitatem, nõ poteſtatem, ſed ſapientiam poſtulauit: & in illa omnia quæ etiam nõ poſtulauit inuenit. Vn-
de ſcriptura dicit quia talis erat latitudo cordis eius, ſi- 3.Reg.4.
cut arena maris innumerabilis. Vnde hãc percipias latitudinem, ait de ſe ipſe cognoſcẽs: In latitudine cordis Prouer.3.
tuti deſcribe eam. Et ideo qui habet ſapientiã, non in occulto teneat eam, non ad momẽtum, ſed canat eam in exitu: vbique quod ſentit, cum auctoritate prædicet. Symmachus autem pro tribulatione afflictationẽ poſuit. Siue tamen afflictatio ſit, ſiue tribulatio, opus eſt vt nos maneamus in domino, nec ab eodẽ recedamus: quoniam præſule domino & aſſiſtente nobis omne certamẽ fortiter poſſumus ſuſtinere. Si autem dominum negligamus, & lõge nos faciamus a domino, facimus nobis aduerſarium fortiorem.

A In pſal. XLV. enarrationẽ præfatio.

TITVLVS Pſalmi huius ita inſcribitur: In finẽ pro filiis Chore pro occultis pſalmus ipſi Dauid. Quid eſt pro occultis? Occultorũ habuiſſe ſe cognitionẽ per reuelationẽ dñi IESV, in quinquageſimo quoq; pſalmo ſanctus propheta cõmemorat dicẽs: Incerta & occulta ſapiẽtiæ tuę manifeſtaſti mihi. Quæ autẽ illa ſint occulta, in euangelio ſancto docemur, dicẽte dei filio q̃ myſteria ſapiẽtię abſcondita ſint ſapientibus,& paruulis reuelata. Hæc ſunt illa, ni fallor, quæ oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcẽderunt, quæ prępararuit dñs diligentibus eum. Ergo in occultis cordis noſtri occulta ſapiẽtię cõdamus, non temere aliquibus diuulgemus, niſi ſacramentorũ conſortib9, quos dñs vocauit ad gratiam ſuã, qui ſe in abſcõdito vult rogari, quoniã ſolus eſt qui abſcõdita & occulta cognoſcat. Denique ipſe dominus IESVS ad percipiendã legẽ ſolum Moyſen, nõ abſq; Ieſu tamen, in montem voluit aſcendere. In euangelio quoq; Petro Ioãni & Iacobo ſolis ex omni numero diſcipulorũ reſurrectionis ſuę gloriã reuelauit. Ita occultũ ſuum voluit eſſe myſteriũ: & admonebat frequenter ne cui facile quę viderãt annũciarent, ne offendiculũ quiſq̃ ſubiret infirmior, qui vim ſacramentorũ fluctuãti ingenio haurire non poſſet. Deniq; ipſe Petrus neſciebat q̃
Matt.17. diceret, qui tria tabernacula dño & ſeruulis crederet eſ-
B ſe facienda. Deinde fulgorẽ gloriæ dñi transfiguran tis ſe ſuſtinere non potuit: ſed in terrã cecidit, ceciderunt & filii tonitrui Iacobus & Ioannes, & nubes operuit eos: nec potuerũt ſurgere, niſi poſtq̃ IESVS venit, & tetigit eos,& iuſſit vt ſurgerẽt, & formidinẽ ſequeſtrarent. Introierũt ergo in nubẽ, vt abdita & occulta cognoſcerent: atq; ibi audierunt vocem dei dicẽtis: Hic eſt filius meus dilectus, in quo cõplacui: ipſum audite. Quid eſt, Hic eſt filius meus dilectus? Hoc eſt, noli errare Simon, vt ſeruulis filium dei conferendum putes. Hic eſt filius meus. Non Moyſes filius, nõ Helias filius: quamuis alter aperuerit mare, alter clauſerit cælũ. In verbo enĩ domini vterq; naturã vicit elemẽti: ſed illi miniſterii prębuerũt: hic eſt qui ſolidauit aquas, cælũ ficcitate clauſit, & quãdo voluit, in imbres reſoluit. Vbi teſtimonii reſurrectionis adſcifcitur, adſtipulantur miniſteria ſeruitorũ. Vbi gloria domini refurgentis oſtẽditur, ſeruulis ſplendor abſcõditur. Nanq; ipſos ſtellarũ globos ſol exortus obducit, & omnia earũ lumina mãdano ſub ſole
C vaneſcũt. Quomodo ergo ſub æterno ſole iuſtitiæ atq; illo fulgore diuino videri poterãt ſtellæ carnales? Vbi ergo ſunt illa lumina quę noſtris ante oculis quodã miraculo refulgebãt? Tenebræ ſunt vniuerſa cõparatione lucis æternę. Alii miniſteriis ſuis deo placere feſtinent. Hic ſolus eſt verũ lumen & æternũ, in quo pater cõplacet, vel in quo beneplacitũ eſt mihi, vt meũ ſit quicquid hic fecit: & quicqd ego feci, filii opus eſſe iure credatur.
Ioan.10. Ipſum audite, dicentẽ, Ego & pater vnũ ſumus. Nõ dixit, Ego & Moyſes vnũ ſumus: Nõ dixit ſibi & Helię vllum diuinę glorię eſſe conſortiũ. Quid tria tabernacula prępараtis? Nõ in terris habet iſte tabernaculũ, ſed in cælo. Audierunt Apli,& ceciderunt pauore turbati. Venit dñs, & leuauit eos, & iuſſit ne cui dicerent quod vidiſſent. Huic ergo tua occulta ſeruato, cui Dauid ſua
Pſal.18. occulta mãdabat, dicens: Ab occultis meis munda me domine. Munda enim debẽt eſſe receptacula in quibus
Prou.5. ſunt pietatis occulta myſteria. Et ideo tibi dicitur: Bibe aquam de vaſis tuis, & de puteorũ tuorum fontib9: & in plateis ſuperfluant aquæ tuæ, vt irriguo fonte mũ-
Prou.3. deris. Ideo tibi dicitur: Vino torcularia tua redundent.
Pſal.17. Ideo dicitur: In tribulatione inuocaſti me, et liberaui te, & exaudiui te in abſcondito tempeſtatis: probaui te in aqua contradictionis. Eſt enim quædã in tribulationibus interna peccatorũ ſæua tempeſtas, quando ſunt foris pugnæ, intus timores. Eſt aqua cõtradictionis, quã D
do velut quodam maritimi ſalis æſtu fluctuant noſtræ cogitationes, nec vlla in profundo mentiũ definitionis ſtabilitate placidantur. Tunc tẽpeſtas in abſcõdito, tũc aqua cõtradictionis, quę ſolo poteſt Chriſti ſermone ſedari, quo peccata nobis noſtra dimittit, ſecũdum quod
ipſe dignatus eſt dicere: Iam vos mũdi eſtis propter ſer- Ioan.15.
monem quẽ locutus ſum vobis. Loquere domine IESV: verbũ tuum medicina eſt, verbũ tuum lumen eſt, verbũ tuum noſtrę colluuionis ablutio eſt, verbũ tuum fons eſt. Tu loqueris,& culpa lauatur. Et quia de abſcõdito tẽpeſtatis & de aqua cõtradictionis ductus eſt ſermo, omnia nobis factũ eſt dei verbũ. Caro factum eſt, vt carnem ſeruaret. Aqua factũ eſt, vt aquam cõtradictionis ſua gratia tẽperaret,& amaritudinẽ impietatis auferret. Ideoq; ſcriptũ eſt: Aqua alta verbũ in corde viri. Prou.18.
Alibi verbũ, alibi iterum conſiliũ. Ibi enim bonũ conſilium, vbi bonũ eſt dei verbũ. Et ideo tibi lex dicit: Attende tibi ne fiat tibi verbũ malum in corde tuo: & dicat IESVS: Quid cogitatis mala in cordib9 veſtris? Matt.9.
Miſit enim deus verbũ ſuum vt ſanaret hominẽ, nõ vt perderet. Hoc verbũ medicina eſt, nõ pœna. Hoc verbũ in corde tuo & in ore ſit tuo. Hoc verbũ ſit in occultis, vbi diabolus inſidiatur: intret verbum, exeat diabolus. Nam ſi irrepſerit diabolus, Chriſtus recedit: quomodo receſſit a Iuda poſtq̃ ſe diabol9 in cor eius immerſit. Et
tu ergo dic: Ab occultis meis munda me dñe. ne diabolus inſidietur in occultis, ſicut leo in cubili ſuo. Quod E
ſi Chriſti occulta pie fideliterq; ſeruaueris, inſidiãdi diabolo locus eſſe non poterit. Ideoq; in pſalmo nono Dauid de occultis ſcribẽs domini ſacramẽtis, quod eſt conuerſio peccatorũ, vocatio gentiũ, dei regnum, præparatio cordis, iudicium pauperũ, refectio inopum: ante de Pſal.9.
occultis pectoris tui atq; ſecretis exterminandũ aduerſarium dicit: ne ſedeat in occultis interficere cupiens innocentem. Ideoq; tibi dicitur: Intra in cubiculũ tuum, Mat.6.
& cluſo oſtio ora patrẽ tuum in abſcõdito. Illo tua deſcendat oratio, vbi eam audiat qui ſcrutatur abſcõdita: ibi tuam patientiã deprehendat vel tegẽdæ iniuriæ, vel iactantiæ declinande. Occultat enim ſapiens iniuriam ſuam. Ibi eſt latibulũ ſapientiæ. Poſuit enim tenebras Pſal.17.
latibulũ ſuum. Quęrent me mali, et non inuenięt. Ideo Abraham puteum fodit, vt aquam qui quęreret, inueniret. Ideo puteũ fodit Iſaac. Ideo dominus IESVS ſedebat ad puteũ. erat autẽ ibi fons Iacob. Sedebat ad puteũ, vt quęreres. Fons ibi eſt, vbi Chriſtus eſt. Fons eſt, vt aquæ ſuperfluãt requirẽtibus: quo & vniuerſa carnis vel flagitia diluantur, vel reſtinguãtur incẽdia. Hęc ergo eſt altitudo ſapientię & ſciẽtiæ dei, vt mali eã non inueniant, boni quærant, atq; in eius adquirẽdæ ſtudio & meditatione verſentur. Vis ſcire quã verum ſit? Au F
di ſapientiæ ipſius verba: Petite,& dabitur vobis: quę- Luc.11.
rite,& inuenietis: pulſate,& aperietur vobis. Pulſa ergo ianuam, quia Chriſtus eſt ianua. Pulſa oſtium verbi, vt aperiatur tibi ad eloquẽdum myſteriũ Chriſti, & abſconditos in Chriſto ſapientię poſſis inuenire theſauros. In ipſo nobis ſapiẽtia, in ipſo vita noſtra abſcondita eſt: ſicut Paulus aſſeruit, qui vſq; ad tertium raptus Col.3.
eſt cælũ, vt audiret ea quę homini nõ licet loqui. Quãta occultorũ eſt diſciplina? Licet ſcire homini, & non licet loqui. Scire vita eſt, loqui mors eſt. Cognoſcẽtes ergo quia finis occultorum, qui græce σκοπὸς dicitur, hic eſt, atq; ea ſumma, vt & indigni nõ apprehẽdant ſapientiæ diſciplinam: & qui deſideriũ habent, vitæ tamen & fidei meritis ſuffragantibus, cognitionẽ diuinorum capere ſacramentorum laborant,& quotidianis exercitationibus deſudatn, vt intentionis ſuę fructum mereantur adipiſci: nonum pſalmũ & quadrageſimũquintũ diligentius legamus, vt abſconditã in myſterio ſapientiã fideli poſſimus mẽte cõprehẽdere. Soli enĩ iſti de occultis titulum prętulerũt. Sed iam pſalmum adoriamur.

G

Psalmi.XLV.enarratio.

DEVS noster refugiũ,& virtus.Quid est no
ster? Hoc est,eorum qui in te credimꝰ.Sic &
Psal.89. alibi:Domine refugium factus es nobis.No
bis,inquit, credentibus,nõ incredulis: nobis
querẽtibus,non refugiẽtibus veritatẽ.Ille enim hoc po
test dicere qui in solius dei præsidio suæ cõstituit spem
salutis.Nobis ergo refugiũ factus es, & nostrũ refugiũ
& virtus,qui sumus ex populis nationũ.Iudęi te nega-
uerunt,Iudæi nõ te receperunt:& ideo es conuersus ad
gẽtes,vocasti nos,& refugiũ factus es nostrũ, & virtus
es nobis. Vis scire quia de nobis qui sumꝰ ex gẽtibus,
1.Cor.1. dictum sit? Crux dñi,Iudæis offendiculũ,Gręcis stulti-
tia:nobis autem virtus dei atq; sapiẽtia est. Et infra: Ex
Ibidem. ipso autẽ vos estis in Christo IESV,qui factus est sa-
pientia nobis a deo. Vtiq; Paulus nõ de Iudęis,nec de
gẽtibus dixit,sed de iis qui cõuersi ad dñm IESVM,
prædicarẽt suæ salutis autorẽ.Confugisti ergo ad Chri
stum? Nõ deseras fundamentũ,confirmatorẽ tuum nõ
derelinquas:vt te qui suscepit,ipse tueatur,& mercẽ suã
pius animarũ nostrarum negociator agnoscat. Adiu-
tor in tribulationibus quę inuenerũt nos nimis. Bene
nimis ad vtrũq; respõdit, & vt in tribulationibus q̃ nos
nimis iuenerũt,et adiutor nimis possit intelligi.Quan
to,enim maiores tribulationes fuerint, tãto maiora no
bis & vehemẽtiora adiumenta sunt necessaria.Et ideo
H plerunq; fit vt in grauioribus & asperioribꝰ certamini-
bus coronemur:quia lachrymis,& gemitibꝰ, & oratio-
nibus frequentioribus æternæ opem nobis diuinitatis
adsciscimus:quo fit vt nõ timeamus cũ terra nostra tur
batur,& transferuntur mõtes: quia si tu pro nobis,quis
contra nos? Timere nõ possumus fragilitates istius car
nis,*quę timore ac metu frãgitur, inflãmatur cupidita-
tibus,luxuria mollitur,deliciis eneruatur, vaporatur fe
bribus,dolore vexatur, exanimatur angustiis. Vel cũ
transferuntur illi montes in cor maris, de quibus dixit
Luc.17. Saluator:Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis, non so
lum de ficulnea facietis,sed etiã si monti huic dixeritis,
Tollere,& iactare in mare:nihil impossibile erit vobis.
Misit se hic mõs in cor Iudę,& mentẽ eius graui tẽpe-
state turbauit,diuersarũ exagitãs fluctibus passionum.
Sicut enim terrarũ fertilitati fœcũda bonis operibus &
deuotionis ac fidei fructibus anima cõparatur, vt odor
Iacob,sicut odor agri pleni:ita etiã procellosi maris in-
*als,ani- quietudini figuratur anima*eius qui quietus esse non
mus qui. nouit,& amaris cogitationibus excitat graues fluctus.
I Deniq; nec osculo suo dñs IESVS Iudæ proditoris a-
maritudinem tẽperauit. Suscepit osculũ proditor,infu-
dit venenũ,mortẽ irrogauit:cuius aculeum quidẽ Chri
stus obtudit,sed solus proditor nõ euasit. Et vt euidẽter
montẽ huiusmodi nobis manifestaret, alibi quoq; cum
dæmoniũ ab homine iussisset exire, Aplis interrogan-
Mat.17. tibus qua causa illud ipsi eiicere nequiuissent, ait: Non
eiicitur hoc genꝰ nisi in oratione & ieiunio. Et addidit:
Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis, dicetis huic mon
ti, Transi hinc illo.manu significans quis ille mõs esset
quẽ posset perfecta transferre fides. Perfecta enim fides
1.Cor.13. grano sinapis cõparata est,dicente Apostolo:Si habeã
omnem fidẽ,ita vt mõtes transferã,charitatem non ha
beam,nihil mihi prodest.Sũt etiam qui ita distinguũt:
Et transferẽtur mõtes. vt sequatur: In cordibus maris
sonuerunt & turbatę sunt aquę eius:cõturbati sunt mõ
tes in fortitudine eius. Non bonę aquę quę sonant,atq;
turbantur,& potum pręberę nõ possunt. Meliores sunt
Psal.103 quæ pertranseunt,sicut scriptũ est: Inter medios mõtes
pertransibunt aquæ,& potabũt omnes bestiæ agri:sus-
Luc.8. cipient onagri in sitim suã. Deniq; vbi legio dæmonio-
rum petiit & accepit potestatem vt introiret in porcos,
magno impetu se pręcipitauit in mare,& aquæ illę gre
gis sui præcipitatione turbatæ sunt. Alibi quoq; idem
Dauid propheta sic posuit: Viderunt te aquę deus,vi- Psal.76.
derunt te aquę,& timuerũt. Hoc est,bonę virtutes,quę K
verbi cęlestis cognitione sunt placidę,non sonitu & fra-
gore terribiles. De malis autẽ virtutibus quid dicit? Et
cõturbatę sunt abyssi,multitudo sonitus aquarũ. Abys-
si deũ nõ vident,& ideo turbationibus semper obnoxię
sunt. Et exposuit quid essent abyssi. Multitudo,inquit,
sonitus aquarũ. Nã & bestia illa Antichristus ex abys-
so ascẽdit,vt aduersus Heliã atq; Enoch,qui propter te-
stimonium dñi IESV terris sunt redditi, pręliaretur,
vt legimus in Ioãnis Apocalypsi:cui datũ est os loquẽ- Apoc.13.
di magna,vt aduersus deum plena furoris cõuitia & sa
crilegii personaret. Sonuerũt ergo aquę,id est immũdi
spiritus cum turbarẽtur videntes opera dei,in dñi salu-
taris aduẽtu appropinquare sibi iudiciũ pertimescẽtes.
Sonuerunt & turbatę sunt aquę in dñi passione. Vnde
& dictũ est:Quare fremuerunt gẽtes,& populi medita Psal.2.
ti sunt inania? Et alibi scriptura dicit: Periit memoria Psal.9.
eorũ cum strepitu. Diabolus sonũ quęrit, Christus silẽ-
tium. Deniq; sicut agnus corã tondente, sic non aperuit Esa.53.
os suũ.& alibi:Non clamabit,neq; contendet,nec quisq̃
audiet in platea vocẽ eius, donec eiiciat in victoria iudi
cium.Quę est ista nisi de serpẽte victoria? In hac forti-
tudine filii dei cõturbati sunt mõtes,cũ diabolus & mi-
nistri eius viderẽt mortuos resurgẽtes.Isti sunt montes
qui turbãtur.Illi mõtes qui trãsferuntur in paradisum,
quibꝰ dicitur:Hodie mecũ eris in paradiso.Et alius cui Luc.23.
dicitur:Sic eũ volo manere donec veniã:quid ad te? Tu Ioan.21.
me sequere.Et Enoch q raptus est ne malitia seculi mu Sapien.4
taretur. Post passionẽ dñi quid aliud sequi debuit, nisi
quia de corpore dñi flumen exiuit, quãdo de latere eius L
aqua fluxit & sanguis,quo lętificauit animas vniuerso-
rum,quia illo flumine lauit peccatũ totius mũdi.Est et
fluuius q de Eden exit,et circuit vniuersam terrã,verbũ
dei,quo paradisus intelligibilis irrigatur,& omnis ani-
ma vocatur ad gratiã Christi,dicẽte ipso dei verbo: Si Ioan.7.
quis sitit,veniat ad me,& bibat. Cui ego dedero aquã,
flumina de vẽtre eius fluent aquę viuę.Ex illo enĩ vni-
co dei verbo quatuor fluuiorũ prudẽtiæ & fortitudinis,
tẽperantię quoq; & iustitiæ fluẽta manarũt. Alii enim
per spiritũ datur sermo sapiẽtię,alii fides in eodẽ spiritu:
alii gratia curationũ in vno spiritu, alii operatio virtu-
tum. Hęc enĩ operatur omnia vnus atq; idẽ spiritus, di
uidẽs singulis prout vult. Hi sunt impetus fluminis,cũ
se in gratiã ministeriorũ operationis atq; virtutis spõta
nea diuisione trãsfundit. His igiť fluminis supni mea-
tibus ciuitas illa in qua deus inhabitat,irrigatur,& san
ctificatur altissimi tabernaculũ, oĩs anima quæ inhabi-
tatur a Christo,vel corpus illud q̃d virgo generauit, de M
quo Gabriel angelus dixit: Et q̃d nascetur ex te sanctũ, Luc.1.
vocabitur filius dei. Bonũ tabernaculũ,q̃d nulla potue-
runt obũbrare peccata. Admirabile tẽplum dei,et aula
cęlestis,q̃d solutũ corrũpi nõ potuit, sed intra triduũ re-
surrexit, resuscitatũ ab ipso q mortuus videbatur. Nec
mirũ,quãdo deus in medio ciuitatis eius erat,nec cõmo
tus est:siue quia nulliꝰ peccati ꝓlapsione cõmotꝰ est dei
filius,nec alicuius erroris offensione titubauit, aut cor-
poralis illecebrę nutauit impulsu: siue quia non reliquit
animã eius dei gratia: sed inseparabilis in ea mansit, ꝙ
ab oĩ colluuiõe delicti immaculata durauerit. Vnde &
ad patrẽ dei filiꝰ dixit: Nec derelinques animã meã in Psal.15.
inferno. Ergo quia suberat ei nec in carne peccare, diui-
ne ait:Ego in patre,et pater in me. Et alibi: Traditꝰ sũ, Ioan.14.
& nõ egrediebar. Ab eo vtiq; non egrediebať,cui dixit Psal.87.
postea: Exurrexi,et adhuc tecũ sum. Vbi autẽ aliqs gra Psal.138.
uius peccat,cõmoueť in eo deꝰ,vt ab eo trãseat. Vnde
& Adæ peccãti deãbulare visus est,& Stephano stare: Gen.3.
q̃a ille in ꝑuaricatiõe lapsus est,hic ĩ martyrio coronatꝰ. Actu.7.
Et ĩ Zacharię libro ita scriptũ est: Ambulauit in cõmo
tione ĩdignatiõis irę suę dñs. Sic & ĩ euãgelio dictũ est
Iudęis:Ecce,derelinqueť vobis domꝰ vr̃a deserta. Dere- Mat.23.

A liquit enim dñs Iudæos,& statim sequuta est ruina sy-
nagogam.Quod si eam Christus nõ deseruisset, nunq̃
eam supremũ sequutum esset excidiũ. Aperuimus er-
go quod dictũ est, Deus in medio eius,non cõmouebi-
tur. Sequitur: Adiuuabit eã deus diluculo. Quo signi-
ficatur quia resurrectio matutina adiumẽtorum nobis
cęlestium subsidia confert, quę noctẽ repulit,diem refu-
Ephe.5. dit,dicẽte scriptura,Surge qui dormis,& exurge a mor
tuis:& illucescet tibi Christus. Vide autem mysteriũ.
Vespere passus est Christus:ideo & secundũ legem ad
vesperã agnus occiditur. Mane surrexit.Sic enim scri-
Ioan.20. ptum est: Vna aũt sabbati venit Maria Magdalene
prima luce ad monumẽtum,cũ adhuc esset obscurũ, &
vidit lapidẽ amotum ab ostio. Ad vesperã mundi occi
ditur,deficiẽte iam luce: quia in tenebris erat hic totus
mundus:& maioribus fuisset tenebrarum squaloribus
inuolutus,nisi Christus nobis e cælo lux æterna venis-
set,innocẽtiæ tempora generi refusurus humano. Pas-
sus est ergo dominus IESVS,& sanguine suo no-
stra peccata donauit, lux refulsit consciẽtiæ purioris, &
dies resplenduit gratiæ spiritalis. Vnde & Apostolus
Rom.13. ait:Nox ꝓcessit,dies appropinquauit. Euigilauimꝰ igi
tur,iam nõ dormiamus. Vestẽ lucis induimus:non in
amictũ tenebrosę conuersationis atq; exuuias reuerta-
mur. Comessationibus atq; deliciis, quæ nocturni sunt
tẽporis, valediximus:sobrietatẽ elegimus,cuius gratia
Iacob primatꝰ quos nõ habebat inuenit. In aliis quoq;
B codicibus inuenitur: Adiuuabit eã deus vultu. Quid
hoc quoq; significet,ipse ꝓpheta nos doceat. Nanq; ipse
Psal.79. in posterioribus dixit: Ostende faciẽ tuam, & salui eri-
mus. Aspectus ergo dei,salus nostra est:atq; in eius vul
tu nostrũ est adiumentum. In quo quãta vis sit, diuina
scriptura declarat, quæ non ociose adtexuit ꝙ respexit
Gen.4. deus super munera Abel: super Cain autẽ nõ respexit:
& ideo contristatus est Cain, ꝙ sacrificiũ suum deo dis-
plicuisse cognouit,placuisse germani. Vnde & illud q̃d
hodie in psalmi respõso decãtatum est,plurimũ nostræ
conducit assertioni: Expectans expectaui dñm, & respe
xit me. Quem dñs respicit,saluat. Deniq; in dñi passio-
ne cum titubaret Petrus sermone,non mẽte, (licet ipse
Petri sermo titubantis fidelior sit,q̃ doctrina multorũ)
respexit eum Christus,& Petrus fleuit: quo propriũ la
uit errorẽ. Ita quẽ visus est voce denegare,lachrymis fa
tebatur. Conturbatæ sunt gẽtes,inclinata sunt regna:
dedit vocẽ suam altissimus,& mota est terra. Aduẽtu
domini Saluatoris aduersariæ potestates cũ sua legio-
ne turbatæ sunt iussæ ab humanis exire corporibus, et
C precatæ vt mitterẽtur in porcos. Turbatis nequissimis
potestatibus, necesse fuit turbari cultores simulacrorũ,
inclinari quoq; regna peccati. Erat enim graue regnũ,
q̃d sibi in graue seruitiũ subiugauerat omnium animos
Ioan.8. peccatorũ. Qui enim facit peccatũ, seruus est peccati.
Regnũ autẽ peccati, mortis est regnum:quod diu toto
orbe præualuit. Vnde & Apls ait:Sed regnauit mors
ab Adam vsq; ad Moysen, etiã in eos qui nõ peccaue-
rũt,in similitudinẽ pręuaricationis Adæ,qui est forma
futuri. Venit veritas, figura cessauit. Venit vita, re-
gnũ mortis euanuit. Venit remissio peccatorũ, & pec-
cati vincula resoluta sunt. Ante etiã leuiora delicta mor-
tis nexibus stringebãtur: post aduentũ autẽ dñi saluta-
ris etiã grauiora flagitia sunt remissa. Inclinata sunt er
go regna spiritaliũ nequitiarum quę sunt in cęlestibus,
quia cultꝰ simulacrorũ & illecebra peccati cœpit immi-
nui euãgelicæ prędicatione doctrinæ. Inclinata est per-
fidia posteaquã cœpit fides in nationũ regnare pectori-
Roma.6. bus. Inclinãtur regna peccati,cũ legitur: Nõ regnet pec
catũ in vestro mortali corpore. Inclinauit omnia regna
Mat.11. perfidię voce sua dñs,dicẽs: Venite ad me omẽs qui la-
boratis,& onerati estis:& ego reficiã vos. Hãc vocẽ de-
dit altissimus,& omẽs eũ secuti sunt populi nationũ,du
ra peccati regna fugientes,& ꝑpetuę mortis atrocitatẽ,
atq; intolerabilẽ flagitiorũ omniũ seruitutẽ, cum polli- D
ceretur fessis requiẽ, captiuis remissionẽ, seruientibus li
bertatẽ,& decusso iugo ferreo Babylonii regis, iugum
suũ suaue ceruicibꝰ fideliũ subrogaret, ne vacua colla gẽ
tiliũ rursus inimicus catenis suæ iniquitatis adstringe-
ret. Christus enim quos alligat,liberat:& quos adstrin-
git,absoluit. Deniq; qui seruus vocatus a dño est, liber- 1.Cor.7.
tus est dñi:& qui liber vocatꝰ, seruus Christi est. Ideoq;
in suis vinculis Paulus gloriatur dicẽs: Paulus vinctus Ephe.3.
IESV. Quod sub aliis cõtumelia est, sub Christo glo-
ria est. Dedit vocẽ suam in passione dñs, & vniuersa ele
menta tremuerũt,omnis terra cõmota est, vt ritus ille
gẽtium solueretur,fieret terra dñi,& plenitudo eius, vt
scriptũ est,cessarẽt auguria perfidorũ:& sacrificium im- Psal.23.
pietatis, cognitio fidei & studiũ deuotionis abolerent.
Dat vocẽ suã dñs cotidie, &*resultat in cordibus singu *als,vt re-
lorum,vt terrenũ omne decidat eius qui bene credit af- surgat.
fectu, atq; omnes interiorũ sensus animorũ ab errore, a
corruptione luxurię & dissolutione ad cognitionẽ cęle-
stium sacramẽtorũ,& studiũ castitatis, a neqtia ad vir-
tutem pia cõfessione moueãtur. Motos ergo eos dicit
qui in terra sunt,vel quia terra erãt oẽs hoĩes,in quibus
erat terrena corruptio,quia oculos mẽtium ad sublime
gratię cęlestis eleuare atq; attollere nesciebãt,nec pote-
rãt dicere: Deus virtutũ nobiscũ,cum quibꝰ nõ erat nisi
prolapsionis incẽtor,& auctor erroris. Sed posteaq̃ vox
dñi in euãgelio resultauit,audet propheta dicere: Deus
virtutũ nobiscũ. Bene dicit, Deus virtutũ nobiscũ, qui E
credidit ꝙ virgo in vtero cõcepit,& peperit. Audemus
& nos dicere, Deus virtutũ nobiscum, posteaq̃ Emma
nuel,hoc est deꝰ,cœpit esse nobiscũ. Vbi ergo emma-
nuel,ibi deus virtutũ nobiscũ. Susceptor noster deus Ia
cob. Imitemur ergo patriarchã Iacob,odorẽ eiꝰ,virtu
tem eius,laborẽ eius. Sicut enim Abrahę opera facere
debemꝰ,vt filii eius appellari iure mereamur:ita etiam
exercitia atq; certamina sancti Iacob subire debemꝰ, vt
deus Iacob deus noster esse credať. Nã si opera Iacob,
vel (quia illũ ęquare nõ possumus) studia operis eius ac
fidei non agnoscat in nobis: quõ quasi deus Iacob nos
iuuare dignabitur? Cũ hęc diceret,ecce per spm̃ sanctũ
pręsens imago ei infusa est futurorũ: & videns ex graui
perturbatiõe bellorũ pacẽ toto orbe diffusam in aduẽtu
dñi salutaris,clamat ad vniuersos dicẽs: Venite,& vi-
dete opera dñi,quę posuit ꝓdigia sup terrã. Venite,ad
cõgregationẽ spectat. videte,ad intẽtionẽ,& cognoscen
dæ studiũ veritatis. Videte,inquit,opera dñi plena mi
raculis,in quibus magnarũ sunt signa virtutũ. Deniq;
τέρατα gręce,admirãda dicũtur latine. Non ergo quasi F
prodigialis horroris accipias opera dñi, sed quasi plena
admiratiõis. Præclare posuit super terrã,id est in terrã.
Auferẽs bella vsq; ad fines terrę,arcũ conteret, & cõfrin
get arma,& scuta cõburet igni. Et vere anteq̃ Roma-
num diffunderetur imperiũ, nõ solũ singularũ vrbium
reges aduersum se pręliabãtur, sed etiam ipsi Romani
bellis frequẽter ciuilibꝰ atterebanť. Pugnauit Marius
aduersus Cinnã. In vtraq; parte Romanꝰ fusus est san-
guis. Sylla surrexit,& Mario victori rursus ciuilia bel-
la cõmouit. Lepidus Sertoriusq; rebelles se Romano
imperio prębuerunt. Cęsar Põpeium est persecutus,&
Galliarũ furorem excitauit aduersus arma Romana.
Deuicto seniore Põpeio,iuniorẽ in Hispaniarũ partibꝰ
debellauit. Quid Triũuiros loquar,ex hostibꝰ amicos,
ex amicis rursus ĩ hostiles tumultꝰ esse ꝓgressos? Ma-
ria quoq; Actiaco bello infecta sanguine Romanorũ?
Vnde factũ est vt tædio bellorũ ciuilium Iulio Augu-
sto Romanũ deferretur imperiũ: & ita pręlia intestina
sedata sunt. Hoc autẽ eo ꝓfecit, vt recte p totũ orbẽ apli
mitterẽtur,dicẽte dño IESV: Euntes,docete oẽs gen Mat.28.
tes. Illis quidẽ etiã interclusa barbaricis motibus regna
patuerunt, vt Thomę India, Mattheo Persia. Sed ta-
men quo plura obirent spatia terrarũ,in exortu ecclesiæ

G potestatem Romani imperii toto orbe diffudit, & dis-
sidentium mentes, terrarũq; diuortia donata pace com
posuit. Didicerunt omnes homines sub vno terrarũ im
perio viuẽtes, vnius dei omnipotẽtis imperiũ fideli elo
quio cõfiteri. Abstulit ergo bella vsq; ad fines terræ. q̃d
factum esse nõ dubiũ est. Sed vide ne bella infirmitatis
abstulerit, quæ sunt in corde titubantiũ. Qui enim ter-
2.Cori.7. rena transierit, iam nõ dicit, Foris pugnæ, intus timo-
Philip.3. res: sed dicit, Nostra autẽ cõuersatio in cælis est. Transi
ergo mundũ, vt incipias esse supra mundum. περάσαι
enim transire est: vel, vt dicam expressius, transfretare.
Abstulit ergo dominꝰ bella quę mouebat nobis nequi-
tia spiritalis: & deuicto diabolo pacẽ suã nobis reliquit.
Arcum cõfregit, de quo ignita aduersarii iacula sparge
bãtur. Et scuta perfidię cõbussit igni, vt scutum fidei in-
uiolabile permaneret. Vacate, inq̃t, & videte quia ego
sum dñs. Vox dñi post bella sedata. Vacate, vt nulla
animarũ sit occupatio, ne offusio secularium perturbatio-
num, internę oculum mentis obducat. Vacate, inquit,
ab erroribus, vacate a perturbationibꝰ, vacate a pecca-
tis: quia omnis qui peccat, non vidit deum, nec cogno-
1.Ioan.3. uit eũ: sicut in epistola sua dixit Ioãnes euãgelista. Va-
cate ergo studio cognoscendæ diuinitatis: nolite terre-
nis operibus occupari. Ideo rex Aegyptiorũ augeri iu-
bebat numerũ laterũ, et cætera onera Iudæorum, ne co
gnosceret deũ, & cultui sacro vacarent, offensus Moysi
Exo.5. & Aaron voce sanctorũ, qui dicebant: Dimitte populũ
dei, vt eamus & seruiamꝰ dño deo nostro. Exaltabor
inter gẽtes, & exaltabor in terra. Erat sublimis dñs in
H excelsis, id est in angelis & archãgelis, in patriarchis &
prophetis, qui de illo sublimia sentiebãt, nec eũ terrenis
imaginibus & simulacris scrupeis cõferebant. Sed non
erat sublimis in populis nationũ, qui deum suũ in an-
tris & spelęorũ habitaculis requirere videbãtur. Deniq;
reprehenditur Magdalena, quę Christũ quasi mortuũ
flebat, & quasi sepultũ quærebat in tumulo. Vnde di-
Ioan.20. cit ad eam Christus: Maria, quid ploras? Quẽ quęris?
Numquid eum qui posset auferri? Audiuit vocẽ, & re-
cognouit eũ, & volebat contingere, & ait dñs: Noli me
tangere, quẽ putas mortuum. Ad patrẽ vado. Miraris
ꝙ in tumulo non inuenisti, quem cęlestia præstolãtur?
Aut forte reprehẽditur, quia Christũ nisi fides perfecta
non tangit: sicut hæmorrhousa plena eum tetigit fide.
Mat.9. Vnde ait dñs: Tetigit me aliquis: sentio enĩ de me vir
tutem exisse. Quo dicto agnouit in se illa ꝙ exeũte fue-
rat virtute curata: & statĩ confessa est sibi conscia ꝙ do-
I minum ipsa tetigisset. Vnde dñs ait: Fides tua te sal-
uam fecit: vade in pace. Exaltatus autẽ in terra dñs est,
Ioan.12. secundum quod ipse ait: Cum exaltatus fuero, omnia
trahã ad meipsum. Vel ꝙ facta est voluntas eius sicut
in cælo & ĩ terra. Et repetit, dicẽs, Dñs virtutũ nobiscũ,
susceptor noster deus Iacob. Repetitio, cõfirmatio est.
Vel quia nõ solũ quãdo natus ex virgine est, factus est
Mat.28. nobiscũ deus: sed etiã post resurrectionẽ ipse dixit: Ecce,
ego vobiscũ sum vsq; ad cõsummationẽ mundi. Cui est
honor & gloria, perpetuitas a seculis, & nũc, & semper,
& in omnia secula seculorum. Amen.

Psalmi. XLVII. enarratio.

HVIVS titulus hic est: Psalmus cãtici filiis
Chore secunda sabbati. Boni filii Chore, &
psalmis iam superioribus approbati, eo ꝙ cõ
al. grauibꝰ sensibꝰ. gruis sensibꝰ, & cogitationibus ad virtutũ
studia cõuenientibus in semetipsis pangerent spiritale
psalterium, & cognitioni diuinitatis peruigili specula
mẽtis intenti, cælestiũ mysteriorũ digni forent haurire
secreta. Et ideo cum psalmorũ ante arcã domini quoti-
die canendorũ munus & officiũ recepissent, vidẽtur ele-
cti vt psalmũ cantici in secũda sabbati specialiter recipe-
rent cõcinendũ. Etenim quibus recte videbatur esse cõ-
missum vt ascensionem dñi ab inferis resurgentis voce
sua psallerent, his vtiq; deferendũ fuit vt ipsum resurre- K
ctionis diem munere suo ministerioq; celebrarẽt. Quid
est enim secũda sabbati, nisi dominica dies, quę sabbatũ
sequebatur? Dies autẽ sabbati erat dierũ ordine poste-
rior, sanctificatione legis anterior. Sed vbi finis legis
aduenit, qui est Christus IESVS (finis enĩ legis Chri
stus, ad iustitiã omni credẽti) & resurrectione sua octa-
uam sanctificauit, cœpit eadem prima esse, quæ octaua
est, & octaua quæ prima, habens ex numeri ordine pre-
rogatiuam, & ex resurrectione dñi sanctitatẽ. Vnde &
in euangelio legimus δευτερόπρωτον sabbatũ, quod lati Luc.6.
ne dicitur secundoprimũ. Vbi enim dominica dies cœ
pit precellere qua dñs resurrexit, sabbatũ quod primum
erat, secundũ haberi cœpit a primo. Prima enĩ requies
cessauit, secũda successit. Vnde & ad Hebręos scribens
Apostolus ait: Postera ergo die restat requies populo Heb.4.
dei. Festinemus igitur intrare in illã requiẽ. Requies
ergo vera iã non in operis cessatione, sed in resurrectio-
nis est tẽpore. Ideoq; qui sabbati secundũ legẽ solennita
tem custodiebãt, vnã sabbati nuncupabãt, quasi vnũ es-
set sabbatũ, & nõ aliud. Nos qui obseruantiã induimus
spiritalẽ, & ad similitudinẽ & requiẽ dei cupimꝰ nostrã
formare militiã, atq; in illa ciuitate cælesti nostrũ exhi-
bere ministeriũ, vbi est nõ exẽplar, non vmbra, sed veri-
tas: primã dicimus sabbati, sicut est scriptum: Vespere Mat.28.
autẽ sabbati, quę lucescit in primam sabbati. Nihil pul-
chrius, nihil expressius. Ante resurrectionẽ sabbatũ di-
xit, post resurrectionẽ primã sabbati nuncupauit. Ioan-
nes quoq; euangelista dicit, Prima sabbati venit mane Ioan.20.
Maria Magdalena cum adhuc tenebræ essent. Tene- L
bræ pro tẽpore, mane pro gratia. Sed isti expressius se-
cundum euãgeliũ, quasi recusso velamine: Dauid autẽ
sub lege positus & moderationẽ tenuit debitæ cantio-
nis, & mysteriũ non repressit, vt secunda sabbati diẽ do-
minicã declararet: quo Iudæis ordinẽ numeri putaret
esse seruatũ, & spiritale sacramẽtũ agnosceret reuelatũ.
Audiamus igitur quid dicat qui in secunda sabbati deo
psallit: MAGNVS, inq̃t, dñs, & laudabilis nimis,
in ciuitate dei nostri, in loco sancto eius. Nõ ergo vbiq;
deus magnꝰ & laudabilis est? Ille quidẽ vbiq; magnꝰ et
potens est: sed angusta mens nõ capit magnitudinẽ di-
uinæ eius potestatis & gratiæ. Quãto autẽ magis ap-
propinquat deo nostra cognitio, tãto præcellentior eius
nobis videtur esse maiestas. Deniq; Thomas qui ante
dicebat, Nisi videro in manibꝰ eius fixuras clauorũ, & Ibidem.
mittã manum meã in latus eius, non credam: vbi misit
digitum suũ, & euidentia resurrectionis cognouit indi- M
cia, admirãs intra se dei gratiã, Dominus, inq̃t, meus,
& deus meus. Tũc ergo plenissime diuinitatẽ eius do-
minationemq; cõfessus est, vbi eum resurrexisse nõ du-
bitauit ab inferis. Deniq; in Sion hymnus deum decet,
& votum ei soluitur in Hierusalẽ. Quid igitur mirum
si in ciuitate cęlesti, & in illo superno & æthereo loco po
tentia eius vehemẽtius prędicatur? Addidit: Dilatãs
exultationẽ vniuersæ terrę. Et vere magnꝰ, qui istius
terræ in qua ante intolerabiliũ peccatorũ germina pul-
lulabant, vbi erat meror tristitię & gemitus, exultatio-
nem toto orbe diffudit. Itaq; hominum consciẽtia quæ
ante flagitiorũ suorũ gurgitibus demersa lugebat: nũc
per indulgentiã Christi, & remissionẽ pctõrũ, metu ab-
soluta lętatur. Cõuenit igitur & si ita intelligamꝰ vt di
ximus: sed quia in vetustis exẽplaribus aliq̃bus reperi-
mus εὔριζον ἀγαλλίασιν ἧς ινος γῆς, id est bona radice* *als, bonę radicis.
exultationẽ vniuersæ terræ: sensum quidẽ eundẽ aduer-
timus: quia diuina in nobis dei patris dona laudãtur: q̃
dedit nobis exultationẽ bona radice fundatã, deũ vide-
licet IESVM, verã & fœcundissimã vitem, de qua sa
cramẽta fluxere cælestia, in quibus est perpetua & diu-
turna lætitia, ꝙ his abluatur omne peccatũ, & cõsciẽtia
interna mũdetur. Elocutionẽq; cõuenire cognoscimus:
quia bene radicata exultatione lætamur, q̃ exultamus

A in Christo. Seculi enim lætitia tẽporalis est, perpetua
autem lętitia eius qui gaudet in dño. Mõs Sion late-
ra Aquilonis, ciuitas regis magni. Deus in gradibus
eius dinoscetur cũ suscipiet eã. Quę sit exultatio vni-
uersæ terræ, euidẽter expressit, quoniam dominus IE-
SVS ecclesiam sibi ex peccatoribus cõgregauit. Itaq;
qui erant ante latera Aquilonis, id est socii & inhæren-
Cant.4. tes diabolo, cui dicitur, Exurge Aquilo, vt veniat Au-
ster: facti sunt Christo fideles. Ipsi sunt enim de quibꝰ di
Psal.124. citur: Qui confidũt in dño, sicut mons Sion. Facti sunt
itaq; mõs Sion per gratiã Christi, & baptismatis sacra-
mẽtũ. Aquilonis intelligibilis grauis flatus, qui prius
tempestates asperrimas & ꝓcellas humanis mouebat
affectibꝰ, cœpit suos amittere, qui vexabat alienos. Gẽ-
tem omnẽ euerterat Iudæorũ, nationes omnes suo re-
uinctas tenebat imperio. Ipsius erãt latera, hoc est, aspi-
rabant cũ eo. Sicut enim principis latera dicimus stipa-
tores eius & comites, & sicut mulier latus est viri, eo ꝙ
morigera ei societate iungatur: ita latera erant diaboli,
qui faciebant ipsius voluntatẽ. Ii ergo nunc sunt mons
Sion, qui deum speculãtur æternum, & ipsi noctibus &
diebus intendũt. Vide Paulũ cum persequeretur eccle-
siam dñi, latus Aquilonis fuisse. Vide nũc cum legitur
in ecclesia, montẽ esse speculatorium, per quem Christi
gloriã cognoscimus, & videmus. Et quia græcus mon
tes dixit, hoc est ὄρη, vide quomodo seruuli Christi mõ-
B tes sint. Montes in circuitu eius: in quibus est ecclesia
domini, quę est ciuitas regis magni. Simul quia dñs se-
cundum cęli tractũ in Venerario* passus est, qui erat lo
cus in latere Aquilonis. Ibi autẽ & mõs Sion, ibi Hie-
rusalẽ quæ in terris. Vide ne id quoq; videatur expres-
sum, quia cõgregatio plebis dei, quę erat Aquiloni con
iuncta per culpã, ecclesia Christi est facta per gratiã, vt
iã non synagoga, sed Christi ecclesia nũcupetur. Et quia
reliquiæ Iudęorũ per electionẽ gratiæ saluæ factę sunt,
in ipsis deus cognoscitur, in Petro, Paulo, Ioanne, Iaco
bo, q̃ graues & excelsi viri velut fundamẽta & culmina
sunt ecclesiæ: quasi fundamenta graues, quos nulla gra
uis Aquilonis flabra cõcusserint, sed immobile fidei ser
uauerint fundamentũ, ne ecclesia tota nutaret. Præcel-
si quasi culmina, qui verticem eius turribus suę virtutis
erexerint. Etenĩ sicut in operibus suis cõditor, & in ędi-
ficationibus suis ædificator agnoscitur, vt etiã si nomẽ
non audias, tamen ex operũ qualitate artificem depre-
hendas: (Et quid mirũ de humanis, cum ipsius creato-
ris æterni, qui nõ videtur a nobis, inuisibilia tamen per
ea quæ facta sunt, intelligamus?) ita in excelsis & ma-
gnis domibus, (quæ domus nos sumus, si libertatis &
gloriæ fundamẽtum vsq; ad finem firmũ tenuerimus)
Deus habitator agnoscit, vt deus Abrahã, deus Isaac,
deus Iacob. Ipse enĩ verꝰ deus, qui tales viros pręcepto-
rum suorũ institutiõe fundauit. Ergo sicut in illis se deũ
demõstrauit ęternũ, ita, inquit, cũ regis magni suscipiet
ciuitatẽ, gradibꝰ eius receptionẽ suę cognitionis infun-
C det, vt fiant docibiles dei, qui mãdatũ eius et audierint,
& putauerint exequendũ: ne ab illius domus ædificatę
in petra firmitate degenerent. Hoc, inq̃t, vidẽtes reges
terræ cõgregati sunt, & transierũt in vnũ. Ipsi videntes
tunc admirati sunt. Boni reges, q̃ sui corporis possunt
se prębere rectores, ab ipsa patriarchæ Abrahæ origine
& institutione manãtes, qui docuit peccatũ posse supe-
rari. Ideo verus rex, qui flagitiis esse nesciuit obnoxius,
in quo culpę & erroris illecebra regnare nõ potuit. Vn-
Geñ.25. de & dictum est ad huiusmodi virũ a filiis Seth: Rex a
deo tu es nobis. Tales ergo reges terræ, qui carni im-
peritarent, congregati sunt, vt in vno essent corde, & in
Actu.4. vno spiritu: sicut legimꝰ quia multitudo credẽtiũ habe-
bat vnã animã, & cor vnũ: & nõ erat in his aliqua sepa-
ratio. Ii sunt qui transierũt in vnũ, non tã locũ, q̃ in eun-
dem affectũ atq; propositũ. Probato enĩ dicitur, Trãsi,
recũbe. Neq; enim mediocris virtutis est, ab improbis

Hieronymꝰ ad Paulinũ, de institutiõe monachi. Ab Adriani tẽpibus vsq; ad imperiũ Cõstãtini, p ãnos circiter cẽtũ octogĩta, ĩ loco resurrectiõis, simulacrum Iouis: in crucis rupe, statua ex marmore Veneris a gẽtibus posita colebatur: existimãtibꝰ persecutionis autoribꝰ ꝙ tollerent nobis fidẽ resurrectiõis et crucis, si loca sãcta per idola polluissent. Hæc ille. vt Venerariũ intelligas locum vbi Venus sit culta.

ad honesta, a terrenis ad æterna trãsire, & carnalis vitę D
consuetudinẽ cõmutare, omnẽq; eius abolere vsum, no
uos mores assumere, totũq; statũ cõuersationis veteris
detorquere. Meritoq; dicitur ei: Si trãseas per aquam, Esa.43.
tecũ sum. Cum trãseunte est deus, non cũ desistẽte. Ii er
go qui intra semetipsos erãt ante discordes: vbi in vnũ
mẽte & studio cõuenerũt recepta pace quæ fecit vtraq;
vnum, & inimicitias in carne sua medii parietis destru
ctione dissoluit, admirati sunt vel eũ qui in gradibꝰ suis
dinoscitur, vel homines ita esse cõuersos, vt q̃ ante dia-
bolo seruiebant, nunc dño IESV iusti pietate seruitii
mancipati sint. Et quia reges sui corporis, in semetipsis
vim nõ mediocris laboris experti (neq; enim facile atq;
mediocre est animũ vincere, resecare cupiditates, edo-
mare carnis lasciuiã, euacuare* luxuriã, quæ repugna- *auerruncare.
bat & Paulo, vt captiuũ sibi peccati lege cõstringeret)
sicut gratiã in iis qui virtute processerãt, mirabãtur: ita
etiã ne quis relaberetur in vitia de superiore virtutũ de-
iectus fastigio, cõmouebãtur. Procliuis enim & muta-
bilis in vtrũq; est humana cõditio, vt quocũq; intende-
rit, eo propẽdeat & vergat, vel ad studia virtutũ, vel ad
illecebrã delictorũ. Et ideo nõ mediocri quatiebãtur af-
fectu, ita vt ex formidine tremor apprehẽderet eos, con
siderantes illud quod scriptũ est, Quia in locis impiorũ
ingemiscent iusti. Deniq; vide mihi Petrũ amarissime
flentẽ ꝙ ei error obrepserit, & virtutẽ suæ mẽtis prola-
sione corporeæ fragilitatis ĩflexerit: meritoq; a Christo E
suppresse reprehẽsum ꝙ ausus sit vsurpare cõstantiam,
nec obnoxiã cõsideraret naturã. Et hic quidẽ per gratiã
emẽdauit errorẽ: sed Iudas mãsit in crimine, perseuera-
uit in gemitu. Iustus erat cũ apostolorũ numero necte-
retur: sed quia supplãtatus a diabolo est, in locis nũc de-
plorat & ingemit impiorum ꝙ de gratia sit relapsus ad
pœnã. Ergo cadẽtibus huiusmodi viris qualis fuit pro-
ditor Iudas, vel Saul a dño deo suo accitus ad regnũ,
etiã fortes viri* trepidabãt. Cõferẽtes deinde quãto cer *als, iure.
tamine perueniretur ad finẽ, quantæ cõtritiones iusto-
rum, quantæ solicitudines, qualis aduersarius, quanta
diuturno labore contẽtio, quantæ amaritudines propo
siti terroris, quę vincula cõtinentię, quę conscientię ver-
bera: non mediocriter conturbabãtur ne quis tantis vel
laboribus vitę austerioris cederet, vel doloribus. Sunt
enim ibi dolores acerbi & graues. id est, in ecclesia, in il-
la ciuitate regis magni sũt dolores sicut parturiẽtis, do-
nec formetur Christus in nobis. Neq; enim sine dolore
Paulus erat cũ videret in Galatis insipiẽtibus doctrinę
suę tardiorẽ profectum. Ideoq; dicebat: Filioli mei quos Gal.4.
iterũ parturio donec formetur Christꝰ in vobis. Testi-
ficatur & dñs in euãgelio graues esse parturiẽtis dolo-
res, cum dicit: Mulier cũ parturit, tristitiã habet, quia Ioan.16.
venit dies eius: cum autẽ peperit, iam nõ meminit tri- E
stitiæ propter gaudiũ: quia natus est puer in hoc mun-
do. Magnus ergo labor vt aliquis sibi Christũ adqui-
rat, ne sine gubernatore quasi nauis in seculi istius salo
fluctuet. Deniq; apostoli tristes erant cũ se Christus ad
patrẽ rediturũ esse memoraret, ꝙ absente rectore desti-
tui se putarent. Gaudium Christus est. Ipse est & puer
quem parturit qui in vtero suæ mẽtis accepit spiritum
salutis. Qui pepererit, & enutrierit, exultat. Qui par-
turit, quatitur atq; compũgitur. Bonũ est vt & parias,
& enutrias eum. Ne coquas agnũ in lacte matris suæ,
ne dicatur tibi: Vę in vtero habẽtibus & nutrientibus.
Sic enim Christus natus est ex Maria, vt agnoscas
eum, sicut bos agnouit possessorem suum: & scias quia
ipse te creauit, & maiores tuos ipse possedit. Non eum
quasi paruulum nutrias, sed quasi verũ atq; perfectum
deum ex vero & perfecto deo noueris adorandum. Sic
eum Magus adorauit, vt non in lacte matris agnũ co-
queret, sed quasi deum veneraretur æternum. Deniq;
vt eum inuenirẽt, cælũ aspiciebat. Non ergo quærebat
in terris, quem de cælo fulgens stella monstrabat. Ideo

G eum Maria non parturiuit, sed peperit: quia & domi-
num & salutare sciebat ex se esse generãdum, sicut ipsa
Luc. 1. testatur dicens: Magnificat anima mea dominũ: & læ
tatus est spiritus meus in deo salutari meo. Ibi ergo do
lores sicut parturiẽtis. Dolor est vt parturias: dolor est
vt enutrias, quẽ in principio debes habere perfectum.
Ideoq; pleriq; grauiter conterũtur, sicut versiculus signi
» ficat qui secutus est. In spiritu vehementi conteres na-
» ues Tharsis. Nam dum ad perfectionẽ fidei desiderant
dei famuli peruenire, cõmacerant corpus suũ castigan-
do seuerius, & redigendo in ministeriũ seruitutis, ne re-
probẽtur qui fuerant iam probati. Hoc autem faciũt in
spiritu sancto valido atq; vehemẽti. Est enĩ spiritus con
silii atq; virtutis, vt nimia abstinẽtia dissoluant corpus
suum, quo omnes eius euacuent voluptates, vt dicatur
Heb. 12. illis: Conualescite manus remissæ, & genua dissoluta.
Cum enim solutus quis fuerit ab ista cõpage terrena,
tunc fortior ad vitam resurgit æternã. Mẽtior, nisi ad-
Philip. 1. stipulatur scriptura, quæ dicit, dissolui, et cũ Christo es-
se, multo melius. Qui dissoluitur, incipit esse cũ Chri-
2. Tim. 4. sto. Et alibi: Tempus meę resolutionis instat. Qui er-
go meditatus fuerit seipsum dissoluere per abstinentiã,
diem passionis suæ timere nõ poterit. Et bene ait spiri-
tum vehementẽ, naues dicturus. Naues autẽ de corpo
ribus dixit, quæ vago diuersarũ passionum fluctu mo-
uentur, & cito mergũtur nisi habeãt gubernatorẽ. Vn-
Psal. 106. de & alibi ait: Qui descendunt in mare in nauibus. Be-
ne autẽ nauigant, qui in nauibus Christi crucẽ sicut ar-
borem preferũt, atq; inde explorãt flabra ventorum, vt
H corpora sua dirigãt ad sancti spiritus gratiam, in ligno
domini tuti atq; securi: nec permittũt naues suas vago
fluctu errare per maria, sed ad portũ salutis & ad cõsum
mationẽ gratię cursus sui directione contendũt, vt fida
statione potiant̃, quo dissolutę cursus suos possint in re-
surrectione reparare, vbi naufragiũ timere non possint.
Et nos igitur circunspectemus hãc gratiam, speculato-
res eius simus, exploremus eam, vt fiãt corpora nostra
naues Tharsis. Tunc enĩ caro ad seruitutẽ redigitur, cũ
ad dei intendimus gratiam, vt id quod amarũ ad tem-
pus sit, sicut est ieiuniũ: nõ quod dulce & voluptarium,
sequamur. Tharsis ergo est speculatoriũ gratiæ, intelli-
Ionæ. 1. gibilis ciuitas, vt Sion superior. Ad eam festinabat Io
2. para. 20 nas. De ea dicit scriptura quia sociatus est Iosaphat
Oziæ regi, & sic placuit vt facerent & irent ad eum na-
ues in Tharsis. Sed quia impio se coniunxit, ideo mis-
sus est ad eũ propheta, qui diceret ei: Destruxit domi-
nus opus tuũ, & contritę sunt naues tuę, & nõ potuerũt
I ire in Tharsis. Quo significatur ꝙ preuaricantiũ man-
datum dei corpora ad cõsummationẽ gratię peruenire
3. reg. 10. non possint. Ad Salomonẽ autem, vtpote sapiẽtem &
pacificũ virũ, naues de Tharsis cũ auro & argẽto & dẽ-
tibus eburneis sine vlla offensione veniebant, & eo ipse
mittebat. Habebat enim cũ rege Hirã sacræ negocia-
tionis spiritale commerciũ, & mutuæ gratię concertan
tis affectũ. Has ergo naues ii qui regali in se autoritate
potiuntur ad coercendam ferociã corporalẽ, vidẽtes ex
corruptibilibꝰ incorruptas, ex maculosis summa gratię
luce fulgentes, ex dissolutis atq; detritis esse renouatas,
viuere ex mortuis, ex sepultis resurgere, celebri sermo-
» ne commemorant: Sicut audiuimus, ita & vidimus
» in ciuitate domini virtutũ, in ciuitate dei nostri. Deus
» fundauit eam in æternum. Audiuimus extra ciuita-
tem, vidimus in ciuitate, cui deus est lumen æternum.
Fulget enim dies sine sole mũdano: luna non queritur:
» fundamentũ eius nõ tẽporale, sed æternũ est. Suscepi-
» mus, inquit, deus misericordiã tuam in medio templi
» tui. Si ad filiũ dei dicitur, templũ ita intelligimus secũ-
Ioan. 2. dum quod ipse de corpore suo dixit: Soluite templum
hoc, & in triduo resuscitabo illud. Vere templũ dei cor-
pus est Christi, in quo est nostrorũ purificatio peccato-
rum. Vere templũ dei caro illa, in qua nullũ peccati po
tuit esse cõtagium, sed ipsa pro delicto mũdi totius fuit K
sacrificiũ. Vere templũ dei caro illa, in qua dei imago
fulgebat, & corporaliter plenitudo diuinitatis habita-
bat: quoniã ipse Christus est plenitudo. Ergo ad ipsum
dicitur: Suscepimus deus misericordiã tuã in medio tẽ
pli tui. Quod quid est, nisi q̃d ait: Medius vestrũ stat, Ioan. 1.
quem vos nescitis? Hoc est, in medio vestri est, et nõ vi-
detur. Si autem ad patrẽ refertur: quid est, in medio tẽ-
pli tui, nisi quia deus erat in Christo mundum reconci-
lians sibi? In illo ergo templo suscepimus, inquit, mise-
ricordiam tuã. hoc est, verbũ quod caro factum est, et ha
bitauit in nobis. Sicut enim redemptio Christus, ita &
misericordia. Quę autẽ maior misericordia q̃ ꝙ pro no-
stris flagitiis se prębuit immolandum, vt sanguine suo
mundũ lauaret, cuius peccatũ nullo alio modo potuis-
set aboleri? Etenim si de sanctis viris apl's dixit: Tem- 1. Cor. 6.
plum dei vos estis, & spiritus sanctus habitat in vobis:
quãto magis carnẽ domini IESV templum dei dixe-
rim, qui semper plenus spiritu sancto legitur, & ipse te-
stificatur, dicẽs: Sentio de me virtutẽ exisse. quæ virtus Luc. 8.
omniũ vulnera acerba sanabat. Potest & illud intelligi
quod dixit suscepisse se cũ populo dei misericordiam in
medio tẽpli eius: quoniã ipse ecclesiã suam fundauit, &
propagauit in æternũ: quoniã ipse vere cũ filio suo vni-
genito hanc gratiã plebi suę contulit, quẽ ædificatorem
etiam demonstrauit dicens: Hic ædificabit mihi ciuita
tem. quæ diffusa toto orbe terrarũ, fecit vt tota terra ple
na laudis eius esset & nominis. Sicut enim scriptũ est, L
Laudis eiꝰ plena est terra: ita scriptũ est: Datũ est ei no Abacuc. 3
mẽ super omne nomẽ, vt in nomine IESV omne ge- Philip. 2.
nu curuet, cælestium, terrestrium, & infernorũ, & omis
lingua cõfiteatur ꝙ dominus IESVS in gloria est dei
patris. Vnde proprie dixit propheta: Secundũ nomẽ «
tuum deus, ita & laus tua in fines terræ. Iustitia plena «
est dextera tua. Non mirũ est si plenus est iustitię dei, «
qui est dextera dei. Idem autẽ est virtus dei, & iustitia
dei, vt & secundũ id ꝙ iustitiæ dei plenus est, eam iusti-
tię plenitudinẽ in eo esse quã pater habet, noueris: & se-
cundum id ꝙ virtus & iustitia dei patris & sapientia le
gitur, nihil in eo diuinę maiestatis intelligas esse diuer-
sum, sed omnia accepisse a patre filiũ, & omnis gloriæ
paternæ filium splendorẽ esse cognoscas, & eius chara-
cterem substãtię, qui ita expressit patrem, vt in eo totus
sit pater, sicut in patre totꝰ est filius. Et quia vidit in spi
ritu propheta laudes Christi terris in omnibus prædi-
candas: velut epilogo quodã faciens suscepti sermonis
excessum, ad lętitiã nos et cultũ nominis eius hortatur,
dicens: Lætetur mons Sion. Id est, qui confidũt in do- «
mino: sicut ipse postea interpretatus est dicẽs: Qui con M
fidunt in dño sicut mons Sion, &c̃. Ipse dominus IE-
SVS, qui est mons & altitudo ecclesiæ suę, quę Chri-
stum suũ toto speculatur affectu, lætetur fide eius & de-
uotione, quę cõplacuit deo: quoniã repudiata est infide-
lis. Potest igitur et hoc pie intelligi, quoniã etiam supe-
rior* oĩbus ipse est mõs in quem is ascẽdere iubetur qui *als, supe-
fidẽ prædicat, dicẽte scriptura: In montẽ excelsum ascẽ- rioris illiꝰ
de qui euangelizas Sion. Exultent, inquit, animę, con- Sion ipse
fitẽtes tibi. Ipsæ sunt filiæ Iudeæ illius in qua notus est est mons.
deus. Nam ista Iudæa quæ in carne est vel litera, non
agnouit dñm. Nam si agnouisset, etiam recepisset. Sed
non agnouit, quẽ nõ recepit, & iudicia eius refugit: qui-
bus eos nõ ex patre Abrahã, sed ex diaboli semine ma-
nare memorabat: quoniã omne peccatũ, semen inimici
est. Cõfessionis autẽ filię peccatũ non faciũt, sed obum-
brant. Et ideo beati quorũ tecta sunt peccata. Meritoq;
exultabũt filię cõfessionis ꝓpter iudicia dñi, cũ cognoue
rint iudicia eius, & vias eius, quę in hoc seculo inscruta-
bilia & inuestigabilia sunt hoĩbus. Et cũ facie ad faciẽ
spectare cœperint veritatẽ: tunc illa quæ nunc videntur
inscrutabilia, cõprehendẽt, & eorũ cognitione gaude-
bunt. Circundate, inq̃t, Sion, & cõplectimini eã, narrate

A » in turribus eius. Qui intelligunt Sion, circũdãt eã, &
cõplectũtur suis sensibus, vt teneãt, & nõ dimittãt eã: ne
sibi speculatoriæ disciplina virtutis possit auferri. Ideo
Cantic. 3. illa in Canticis dicit: Tenui eũ, & nõ dimittã eum. quæ
dei sapiẽtiã requirebat, & cõplectebatur iustitiã dei bra-
chiis charitatis, & quibusdã fidei & deuotionis lacertis.
Ipse est enim piæ mẽtis amplexus. Cõprehẽdamus er-
go & nos quãtũ possumus interna mysteria veritatis,
& scribamus ea atq; affigamus ea sensibus nostris, vir-
tutẽq; cælestis oraculi. quã vt assequeretur Moyses ille
peritus in omni sapientia Ęgyptiorum, in montẽ ascẽ-
dit, atq; in nubem intrauit, vt operta & occulta cognosce
ret, adhærente sibi socio Iesu: quia nemo sine vero IE-
SV potest incerta sapiẽtię & occulta comprehendere.
Et ideo ĩ specie Iesu Naue, veri Saluatoris significaba-
aspira- tur affutura præsentia, per quẽ fierẽt oẽs docibiles dei,
tura. qui legẽ aperiret, euãgeliũ reuelaret. Ergo qui Sion cir-
cũdederint prudentia sua, & cõplexi fuerint intellectu,
ascẽdentes super turres eius narrãt desuper ei qui nõ po
tuerit ascendere in turres eius, quid agendũ vel quid ca-
uendũ sit. Murata est enim ciuitas dei: ideoq; alibi dicit
Dñs: Ecce ego Hierusalẽ pinxi muros tuos. Distincta
est turribus, de quibus insidiator possit, si appropinqua-
re cœperit, deprehẽdi. Habet ille exercitus suos quibus
animas dei obsidere cõsueuit, admouere machinas, vt
possit turres expugnare munitas. Sed vos, inquit, præ-
dicate de turribus. Est enĩ in turribus Hierusalẽ abũdã-
B tia. Prædicate iustitiã, monete custodiã. Sapiẽtia enim
in exitu canitur, & in murorũ altissimis prædicatur. Et
alibi iterũ dicit: In muris tuis cõstitui custodes, diebus
ac noctibus in finẽ non tacebunt. Narrate ergo sine in-
termissione, sine fine. Aduersarius vigilat, circuit, & ra-
bie ferina quęrit quos inuenerit deuorare. Ideo sẽper ca-
nendus est dñs, qui dentes leonũ cõterat, & ora confrin-
» gat, vt nobis nocere nõ possint. Ponite, ĩquit, corda ve-
» stra ĩ virtute eius. Id est, vt virtutẽ eius intelligatis: &
» distribuite gradus eius, vt enarretis in progenie altera,
» Qm̃ hic est deꝰ noster in æternũ, & in seculũ seculi: ipse
» reget nos in secula. βάρεις dicit græcus hodieq; excelsas
& turritas domos. Vnde propheta cũ de ciuitate dei &
inhabitantibꝰ eã loqueretur, distribuite, inquit, gradus
eius. hoc est, mãsiones eius altas atq; sublimes in cæle-
stibus. Quo docet ordinẽ seruãdũ esse meritorũ. Vnus-
quisq; enim in suo ordine. Vnde & dñs ire & preparare
Ioan. 14. se dicit discipulis mãsiones, vt pro suorũ ratiõe merito-
rum digna vnusquisq; habitacula cõsequatur, in quibus
requiẽ illã carpat æternã. Sũt etiã sublimia & alta præ-
C cepta, in quibus sunt occulta pietatis mysteria, & theo-
remata sermonũ cælestiũ. Hæc, ĩquit, distribuite, & pro
captu vniuscuiusq; diuidite, quantũ possit vnusq;sq; inge
nio proprio comprehẽdere. Neq; enim omnibus Pau-
lus eadem disputabat. Aliis nihil prędicabat nisi Chri-
stum IESVM, & hunc crucifixum, non in persuasio-
ne sapientiæ verbi, sed in ostensione spiritus atq; virtu-
tis. Inter perfectos autem sapientiam loquebatur: quia
non capiebat vniuersus populus percipere sapientiam
1. Cori. 2. in mysterio quæ abscondita est. Ideo enim eã Christus
abscondit, vt eam stulti non intelligant, prudentes stu-
diosius quęrant, & enarrẽt in progenie altera, quę spiri-
tus foret virtute perfectior: quoniã generatio superior
per infirmitatẽ fidei perfectæ sapiẽtiæ cognoscere sacra-
menta nõ potuit. Et ideo signum quęrebat, veritatẽ re-
pudiabat: cum vtiq; non veritas signi, sed signũ verita-
Mat. 12. tis sit. Vnde respõdit ei Dominus: Generatio nequam
& adultera signũ quærit: & signũ non dabitur ei nisi Io-
næ prophetæ. Ad arguendã itaq; perfidiã Iudæorum,
Ionæ exemplum accersitur, eo ꝙ Niniuitæ signo credi-
derunt, & prædicationem Ionę qui fuerat in vtero ceti,
sequendam putarũt. Iudæi autem nec post resurrectio-
nẽ dñi IESV crediderunt, qui de corde terræ post tri-
duũ resurrexit, & viuit ac regnat per oĩa secula. Amẽ.

Psalmi. XLVIII. enarratio. D

Huius titulus est, In finem filiis Chore psalmus Dauid.

AVDITE hęc oẽs gentes: auribus percipite «
oẽs qui habitatis orbẽ terrę. In pricipio ipso «
vocẽ dñi salutaris agnoscimus gẽtes vocãtis
ad ecclesiã, vt errori renũcient, veritatẽ sequã-
tur, & pii cultus munus agnoscãt. Sed quia serpẽtis ve-
nenis infecta erãt corda successiõis humanę, & peccatis
obnoxia cõsciẽtia dũ desperat veniã, se reuocare non po
terat: remediũ pollicet̃, indulgentiã sponte pietatis suæ
largitate promittit, vt reus nõ timeat, bene cõscius gra-
tuletur ꝙ bono dño exhibeat ministeriũ seruitutis, qui
nouerit peccata donare, honorare virtutes. Deniq; eadẽ
serie vocatiõis etiã ĩ Euãgelio nos dñs adhortat̃ dicẽs:
Venite ad me oẽs qui laboratis, & onerati estis, & ego Mat. 11.
vos reficiã: Tollite iugũ meũ super vos, & discite a me
quia mitis sum, & humilis corde. Deinde iugũ suũ sua-
ue, & onus leue esse commemorat: qm̃ qui desperauerit
medicinã, sanꝰ esse nõ poterit. Et ideo oĩbus grata est
mãsuetudo, quę vulnera interiorũ curat animorũ. Vẽ-
turus igitur ad ęgrotos, venturus vt medicus, qui gra-
uia vlcera nostra curaret, medicamenta proponit, vt vi-
deãt homines, & ad remediũ salutis fida sedulitate cõ-
currãt. Sic illa in Euãgelio meruit sanitatem, quæ pro- Marci. 5.
fluuio sãguinis per duodecim annos laborauerat. Au-
diuit medicũ venisse, festinauit cõtingere, dicens: Si te-
tigero fimbriã eius, salua ero. Intra se hoc dixit, & Chri E
stus audiuit. & tetigit fimbriã, & virtꝰ de saluatore pro-
cessit, quę curauit ægrã, firmauit inualidã, profluuium
statuit, pietatẽ probauit. Similiter ergo & hic oẽs gẽtes
vocat ad sapiẽtię fontẽ atq; prudẽtiæ, redẽptionẽ oĩbus
pollicetur, vt nemo trepidet, nemo desperet, vbi nullus
excipit̃, sed oĩs anima inuitat̃ ad gratiã, vt sine precio
redimat̃ a crimine, & fructũ vitæ adipiscat̃ ęternę. Hic
sensus est psalmi: quẽ suo ordine digeremus, cũ explica-
uerimus superiorũ vim qualitatẽq; verborũ. Pręcipiũ-
tur enĩ audire gẽtes, & auribus percipere qui inhabitãt
orbẽ terræ. Illũ vtiq; orbẽ terrarũ, de q̃ supra dixit: Dñi Psal. 23.
est terra, & plenitudo eius: orbis terrarũ, & qui habitãt
in eo. Ipse super maria fũdauit eũ, & super flumina prę-
parauit eũ. Quã Græci οἰκουμένην dicunt, eo ꝙ inhabi-
tetur a Christo, sicut ipse dixit, Qm̃ inhabitabo in illis. Leui. 26.
Inhabitat enĩ, vt impleat quę vacua videbant̃. Quę est & 2. cor. 6.
ergo οἰκουμένη, nisi sancta ecclesia templũ dei, & habita-
culũ Christi? Nec incõgrue latini dissono quidẽ sermo-
ne, sed pari sensu orbẽ terræ nũcupauerũt, eo ꝙ vita san-
ctorũ qui inhabitantur ab spiritu, sicut rota in orbẽ sine
vlla cursus sui offensione voluat̃. In tribulationibꝰ igit̃
fundat̃ ecclesia, in tẽpestatibꝰ & procellis, in solicitudi- F
nibus & mœrore, in rebus aduersis & in fluminibꝰ prę-
parat̃. In quibus fluminibꝰ? Audi dicentẽ. Eleuauerũt Psal. 92.
flumina vocẽ suã. Audi & in Euangelio. Qui credit in Ioan. 7.
me: sicut dicit scriptura, Flumina de vẽtre eiꝰ fluẽt aquę
viuæ. Hoc autẽ dicebat de spiritu quẽ accipiebãt credẽ-
tes in eũ. In his ergo fluminibus ꝓparat̃ ecclesia, in qui-
bus profluit dei gr̃a. Hi sunt fluuii qui aure percipiunt
verbũ dei, & loquũtur, vt verbũ infundãt pectoribꝰ sin-
gulorũ. Ideoq; scriptura discretionẽ fecit dicẽdo: Audi- «
te hęc oẽs gentes: auribus percipite oẽs q habitatis orbẽ «
terrę. Possunt oẽs audire: nõ oẽs tamẽ auribꝰ percipe-
re, nisi electi dei. Ideoq; Saluator dicit: Qui habet aures Lucæ. 8.
audiẽdi, audiat. Illas aures dicit interioris hoĩs spirita-
les, cuius & nares legimus, dicente Iob: Spũs diuinus q Iob. 27.
est in naribus meis. Nõ oẽs hoĩes has aures, & has na-
res habẽt. Alia est enĩ forma corporis, alia gratię spũa-
lis. Qui spiritalis est, audit oĩa, diiudicat oĩa. Animalis
autẽ homo nõ percipit quæ sunt spũs dei. Hic enĩ terri-
gena est, ille cælestis. Ideoq; addidit: Quiq; terrigenæ, «
& filii hominũ: simul in vnũ diues & pauper. vt vniuer- «

G sos vocaret. Quis est terrigena nisi filiꝰ hoīs? Quis est
al. carnis spūalis nisi dei filius? Ille ex sāguine cōcretus & carne,
& viri voluptate generatus: iste ex deo natus. Alius di-
al's, alius paup gra. Tū ga & paup. &c. ues in oīi verbo & sciētia, alius pauper, gra tamē di-
ues: quia & pauper clamauit, & dīs exaudiuit eū. Ecō-
trario est & diues in superbia, & pauper in humilitate.
Oēs vocāt ad ecclesiā, vt oēs redimant a Christo. Qui
æger est, medicū inuenit: q sanus, sapientia acquirit, ca-
ptiuus redēptorē, liber remuneratorē. Oēs ædificat scri-
ptura diuina. In ea inuenit vnusquisq; quo aut vulnera
sua curet, aut merita cōfirmet. Simul autē i vnū diuitis
& pauperis facta vocatio, in quandā humilitatē equali-
tatēq; nos prouocat, vt neq; diues fastidiat inopē, neq; di
uiti pauper inuideat, sed vtrūq; sibi gra vna cōnectat: qa
& dīs pauper factus est, cū diues esset, vt idē & pauperū
» saluator esset & diuitū. Et subtexuit: Os meū loquet
» sapiētiā, & meditatio cordis mei prudētiā. Merito oēs
vocant, quia oībus sapiētię fons abundat, nec thesauro
pecuniario cōparat, quę pciosior thesauris oībus decla-
al's, equa ratur. Ideoq; nec diues auertit, nec pauper excludit: qa
al. ppior, & al's pti- ptior. sapientia non facultates discriminat, sed volūtates. Ille
aptior, qui prior *affectu, & pximus disciplina. Q; si me
ditatio cordis prudentiā loquitur, quāto magis perfecta
doctrina? Deinde admonemur non tumultuarii, pferre
sermonē, sed exercitato quodam meditationis, & statera
mētis internæ examinare dicēda: quia scriptū est alibi:
» Statera fallax nō bonū. Inclinabo ad parabolā aurem
» meā: aperiā in psalterio propositione meā. Sapiēs audi-
tor intendit, atq; inclinat aurē suam vt intelligat para-
H bolaꝝ figuras. Ipsum aurē suā dicit saluator, qui aurem
habet audiēdi. Aperit etiā dīs clausam propositionem
suā, cū aptū organum sibi & vas electionis inuenerit: qđ
psalterii vocat: cuius similis Paulus dulcis græ cātile-
nā neruis oībus sibi cōcinentibus resultauit, sanctī spūs
plectro interiorē chordā exteriorēq; pulsando, vt & lin-
1.Cor.14 gua oraret & mente. Ideoq; ait: Orabo spiritu, orabo &
mēte. Psallā spiritu, psallā & mēte. Huiusmodi ergo vi-
rū Christus multo ante promittit, per quē manifestaret
absc̄dita, & inuoluta prophetici obscuritate sermonis
aperiret. Bonū psalterii, cum fidei vita cōsentit, & caro
animæ, virtuti aspirat volūtas. Hoc est dulce psalterii,
vbi canora est disciplina viuēdi, vt impleat illud qđ scri-
Esa.35. » ptū est: Clara erit lingua mutorū. Sequit: Vt quid ti-
» mebo i die malaꝝ Iniquitas calcanei mei circūdabit me.
Hoc est, cū os meū loquat sapiētiā, & meditatio cordis
mei prudentiā, in die iudicii timere quid possum? Nisi
forte calcanei mei iniquitas mihi sit abluenda. Alia est
I iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adā dente
serpētis est vulneratus, & obnoxiā hæreditatē succes-
sionis humanæ suo vulnere dereliquit, vt oēs illo vulnere
Ioan.13. claudicemus. Vnde dīs discipulis pedes lauit, vt lauа-
ret venena serpētis: & Petrus reprehēdit q; excusabat
ne sibi dīs pedes lauaret. Ideoq; dictū est ei: Nisi lauero
tibi pedes, nō habebis mecū partē. Quo audito nō solū
pedes, sed etiā manus obtulit abluendas. Cui dīs respō
dit: Qui lotus est, nō habet necesse vt iterū lauet, nisi vt
Psal.37. pedes lauet: sed est mūdus totꝰ. Ergo Dauid dicit: Ini-
quitates meæ superposuerūt caput meum. qui se noue-
rat in iniquitate esse cōceptū, & in delictis a matre gene-
ratū. Dīs autē qui sua peccata nō habuit, nec cognouit
proprias iniquitates, ait: Iniqtas calcanei mei circūda-
bit me. Hoc est, iniquitas Adę, nō mea: sed ea nō potest
mihi esse terrori. In die enim iudicii nostra in nobis, nō
alienæ iniquitatis flagitia puniūtur. Vnde reor iniqui-
tatē calcanei magis lubricū delinquendi, q̄ reatū aliquē
nostri esse delicti. Meritoq; dīs qui pro nobis vniuersa
suscepit, Lauemus, inquit, & pedes, vt calcanei lubricū
possimus auferre, quo fida statio possit esse virtutū, nec
paterno quis errore labat, qui suo paratus est stare pro-
posito. Nō metuat lubricū hæreditatis, qui cupit vestī-
giū tenere virtutis. Iniquitas ergo calcanei nostri gua-
ricatio est Adæ, per quā prolapsus est in cōtēptū & dis- K
simulationē cælestiū mandatorū. Est etiā iniquitas cal
canei, Iudæ hæsitanda* proditio. Calcanei ideo, qa scri-
ptū est: Qui māducat mecū panē, leuabit super me cal- Ioan.13.
caneū suū. Bene & ibi suū, & hic meū dixit. Suum, quia
Christus sine iniquitate: hæc autē solius iniquitas pro-
ditoris. Meū autē calcaneū, quasi vltimum sui corporis
Iudā Christus appellat, cuius nos sumus corpꝰ & mē-
bra. Apostoli prēstātiora & actuosa mēbra sūt Christi,
Iudas calcaneū, quasi extrema pars corporis serpēti ob-
noxia, & patēs vulneri. Primū ego calcaneum Adam,
sēdm calcaneū Iudas. Ille lapsus totius hæreditatis, hic
solius ꝓditoris, qui hæreditatē implicare nō potuit, qa
iā nō carnales sumus, sed redēptoris hęreditas, scriptu-
ra dicente: Est hæreditas credētibus in dīo. Est & illa
iniquitas calcanei sui, q̄ circūdedit Christū. Circūdātes Psal.117.
inquit, circūdederūt me, & i nomine dīi vlt' sum in eos.
Calcaneū eius Synagoga est, decor & gloria vultꝰ eius
ecclesia: sicut scriptū est: Dīs regnauit, decorē iduit. Illi Psal.92.
ergo sunt calcaneū de quibꝰ dicit: Qui cōsidūt i virtute «
sua: quiqꝫ in abundātia diuitiarū suarū gloriant. Diui- «
tes enī eguerūt & esurierūt. Q đ de Iudęis dictū est. Sed «
& oēs qui luxuriosę viuunt, & nō tenent caput, calcaneū
Christi sunt. Sed hæc generalia, quæ late patēt. Cæterū
specialiter de Iuda locut' est proditore, qui sibi validus
& diues apostolat' gloria videbat. Deniq; de passione
dīi sermo cōtexit: Frater nō redimit, redimet homo: «
nec dabit deo ꝓpitiationē suā, & preciū redēptionis ani- «
mæ suæ. Hoc est, Vtqđ timebo i die malaꝝ Quid enī «
potest mihi nocere, qui nō solū nō idigeo redēptore, sed
ipse omniū sū redēptor? Alios liberos faciā, & pro me
ipse trepidabo? Ecce faciā noua oīa, quę supra ipsū ger-
manitatis affectū sint atq; pietatē. Quē frater eodē ma L
tris vtero effusus in lucē redimere non potest, qa parilis
naturæ ifirmitate retinet: redimet homo: sed ille homo
de quo scriptū est quia mittet illis dīs hoīem q saluabit
eos: qui de seipso dixit: Quæritis me occidere, hominē Ioan.8.
qui veritatē locutus sū vobis. Sed quāuis homo sit, quis
cognoscit eū? Quare nemo cognoscit? Quia sicut vnꝰ
deꝰ, ita & vnꝰ mediator dei & hoīm homo Christꝰ IE-
SVS. Ipse est solus qui redimet hoīem, vincēs pietate
germanos, qa pro alienis sanguinē suū fudit, quē nemo
potest offerre ꝓ fratre. Itaq; corpori ꝓprio non pepercit
vt nos redimeret a pcō: & dedit semetipsū redēptionē
pro oībus, sicut verus eius testis asseruit aplꝰ Paulus, q
ait: Veritatē dico, nō mētior. Sed quare solus hic redi-
metꝰ Quia nemo potest eū equare pietate, vt ꝓ seruа-
lis suis animā suā ponat: nemo integritate. Oēs enī sub M
pcō. Oēs Adę illius subiacent prolapsioni. Solus redē-
ptor eligit', q pcō veteri obnoxius esse nō potuit. Ergo ꝓ
hoīem dīm IESVM intelligamꝰ, q suscepit hoīs cō-
ditionē, vt in carne sua peccatū oīmnium crucifigeret, &
chirographū vniuersoꝝ suo cruore deleret. Sed forte di
cas, Q̄o redēpturus frater negat', cū ipse dixerit: Nar- Psal.21.
rabo nomē tuū fratribus meis? Sed nō quasi frater no-
bis, sed quasi homo Christus IESVS, i quo deus erat,
peccata dimisit. Sic enim scriptū est: Deus erat in Chri- 2.Cor.5.
sto mūdū recōciliās sibi. In illo Christo IESV de quo
solo dictū est quia verbū caro factū est, & habitauit i no- Ioan.1.
bis. Nō ergo quasi frater, sed quasi dīs habitauit in no-
bis, cum habitaret in carne. Cum igit' recōciliauerit deo
mūdū, vtiq; ipse recōciliatione nō eguit. Pro quo enim
pcō suo ꝓpitiaret deū, qui nulla pcā cognouit? Deniq; Mat.17.
didrachma poscētibꝰ Iudęis, qđ pro pcō dabat' ex lege,
dixit ad Petrū: Simon, reges terræ a quibꝰ accipiūt tri-
butū vel censū? a filiis suis, an ab alienis? Respondit Pe
trus: Ab alienis. Cui dixit dīs: Ergo liberi sūt filii. Vt
autē nō faciamus illis offendiculū, mitte hamū, & eum
piscē q primus ascēderit tolle, & aperto ore eius iueniēs
statere. Illū tollēs dabis prō me & pro te. Ostēdit ergo ꝓ
nō pro se propitiationē debeat pcōrū, qa seruus peccati

A nō erat, sed ab omni erat liber errore. Filius enim liber,
seruus est in reatu. Ergo liber iste ab oībus nec pretium
redēptionis animę suę dat, cuiꝰ sāguinis preciū poterat
abundare ad vniuersa mūdi totius redimēda pcā. Re-
cte ergo alios liberat, q pro se nihil debeat. Plus adiicio:
Nō solū pro se Christus preciū nō debet suę redēptiōis,
aut ꝓpitiationē pro pcō, sed etiā si de fideli quocūq; hoīe
accipias, possit intelligi, quia nō debeāt singuli propitia-
tionē suā, quia propitiatio omniū Christꝰ est, & ipse est
vniuersoꝝ redēptio. Cuius enī hoīs sanguis iā idoneus
est ad redēptionē sui, cū pro redēptione omniū suū san-
guinē Christus effuderit? Est ergo cuiusquā sanguis q
Christi possit sanguini cōparari? Aut quis tā potēs ho-
mo qui pro se propitiationē suā dare possit supra eā pro-
pitiationē quā in se obtulit Christꝰ, qui solus deo mūdū
recōciliauit per suū sanguinē? Quæ maior hostia? Q đ
præstātius sacrificiū? Q ui melior aduocatꝰ quā qui pro
pcīs omniū factꝰ est deprecatio, & animā suā dedit pro
nobis redēptionē? Nō quērit ergo propitiatio aut red-
emptio singulorū, quia omniū pcīū sanguis est Christi,
quo nos redemit dīs IESVS, qui solus patrē reconci-
liauit, & laborauit vsq; in finē, quia nostrum laborē ipse
Mat.11. suscepit, dicēs: Venite ad me oīes qui laboratis, & ego
Psal.68. reficiā vos. Vide laborantē: Laborauī clamans: raucæ
Gen.49. factę sunt fauces meę. Et alibi: Isachar qđ bonū est cōcu
piuit, reqescēs inter sortes. Et infra: Suppossuit humerū
B suū ad laborandū: & factus est vir agricola. Ergo homo
nō dabit iā propitiationē suā nec redēptionē, quia semel
ablutus est a pcō per sāguinē Christi. Laborabit tamē
vt seruet ꝑcepta viuēdi, & a mādatis cælestibus nō re-
cedat. Dū viuit, in labore sit, & perseueret in eo, vt viuat
in finē, ne & ipse morte moriat', cū sit iā redēptus a mor
te. Q ui autem seruauerit mandata vitæ, nō videbit in-
teritū, cū viderit mori eos qui sibi sapiētissimi & prudē-
tissimi in hoc seculo videbant. Q đ specialiter ad scribas
& Pharisęos spectat, qui sibi cathedras in synagogis vē
dicant, quasi sapientię principatū. Hi vere frustra labo-
rant, cū putāt quia per didrachmū liberent, cū spiritale
preciū animæ suæ, atq; illud singulare dīici corporis sa-
crificiū, in aliquā quadā legis interpretatiōe cōtēpserint, re-
fugientes baptismatis sacramentū. Neminē enī sāguis
redimit hircorū atq; taurorū, sed oēs vnus sanguis libe-
rat Christi, cuius in Leuitico figura nō veritas est. Nō
enī didrachmo, sed illius solius sanguinis precio libera-
mur. Simus ergo docibiles dei, vt nemo nostrū videat
interitū in illo die quādo dānabunt' morte perpetua sa-
C pientes istius mūdi, vel principes Iudæorū, quādo simul
insipiens & stultus peribunt. Nō idē est vtrūq; Stultus
est qui mihil sapit, & stulta intelligit. Insipiens qui mala
Psal.13. sapit. Dixit insipiēs, quia nō est deus. Q uō iniquus non
qui æquitatē nescīat, sed qui improbitate cordis sui ini-
qua cōmittat, improbus quoq; dicit', eo ꝓ probitatē ma-
litia sua destruere velit, non quia probitatē ignoret. Ipsi
ergo insipiēs & stultus quādo pereūt, alienis relinquūt
diuitias suas. Suī enī & legitimū stultitiæ & improbi-
tatis hæredē reperire nō possunt. Legitimi enī dicunt,
Roma.8. Quia filii dei sumꝰ. Si autem filii, & hæredes: hæredes
quidē dei: cohæredes autē Christi: si tamen cōpatimur,
vt & simul glorificemur. Insipiētes ergo diuitias nō ha-
bent, quia nec hæreditatē habent. Nō habent diuitias
D infidi, nō possessionē. Fideli enī totus mundus possessio
est. Nō habēt hæreditatē, quia sola est hæreditas credē-
tibus in dīo. Suas autē diuitias habent. Ideoq; auarus
Mat.19. dicit: Nō habeo quo cōgregē fructus meos. Nō enī ve-
rus fructus, sed auari fructus pecunia est. Et dīs auaro
Lucę.12. dicit: Vade vende bona tua, & veni sequere me. Nō enī
perfectū bonū est patrimoniū, sed hęc sunt auari bona, q̄
in emolumēto aliquo cōstituta sunt. Vēde, inquit, quæ
putas tua esse, cū tua nō sint: qa ad alios fluminis modo
trāseūt. & sequere me, vt bonū imortale cognoscas. Sa-
pientes ergo in interitū deducūtur, quibꝰ deus absc̄dit
quæ parvulis reuelauit. Peribūt simul, & in vno eodēq; D
loco erūt insipiēs & stultus, & alienis relinquēt diuitias
suas: qa nō iuenit negtia legitimū successorē. Et sepul- «
chra eorū domꝰ eorū in seculū, tabernacula eorū in pro- «
genie & generatione, inuocauerūt nomina eorū i terris «
ipsorū. Vbiq; scriptura sepulchra pro vilibꝰ ducit: qui- «
bus degeneres & vitę huiꝰ cupidi cōparant'. Sepulchrū Psalm.5.
patēs est guttur eorū. His ergo q ad diē & de die vittūt,
sepulchra pro domibus sunt. Domus enī iustorū non in
terra est, sed in cælo: sicut Aplꝰ docuit dicēs: Nostra autē Philip.3.
cōuersatio in cælis est. Ipsa est domꝰ nostra, quę domus
est Christi. Vnde ait scriptura: Et Moyses quidē fide- Hebr.3.
lis in tota domo eius, tanq; famulus in testimoniū eorū
quę dicēda essent: Christꝰ vero tanq; filius in domo sua.
Piis ergo domus est ecclesia, piis patria cælū est. Ideoq;
iustus ait: A duena ego sum apud te in terra & peregri- Psal.38.
nus, sicut oēs patres mei. Luxuriosis domus sepulchrū
est. Deniq; tanq; in sepulchro viuunt, qui possunt dicere:
Māducemus & bibamus: cras enī moriemur. Resurre Esaię.22.
ctionē ante oculos nō habētes, ideoq; tumulis suis affixi
atq; attumulati adhærēt, quia resuscitari se posse nō cre-
diderunt. Habitaculū ergo illis in suo busto est, & taber
naculū eorū in progenie & generatione terrena est, qui
vermes sui corporis hæredes relinquunt: vt hic tātū sit
memoria eorū, & in æternū trāsire nō possit. Deniq; no
mina eorū in terris ipsorū: quia opera eorū corruptibi-
lia atq; terrena. Et ideo ibi scribuntur eorū nomina, vbi E
viuere maluerunt. Q ui autē eleuauerunt opera sua, iis
dicit': Nolite gaudere quia dęmonia vobis subiecta sūt, Lucæ.9.
sed gaudete ga nomina vestra scripta sunt in cęlo. Hinc
ergo intelligimꝰ quia nō ociose dīs eos arguit qui ædi-
ficabāt sibi sepulchra vel tumulos prophetarum, & ex-
ornabāt ea. Condēnant enī Iudæi qui prophetis quos
occiderant, terrena solatia, nō æterna ꝓmia deferebant.
Ideoq; prohibet vt discipulus suus sepeliat patrē, quia
æterno patri fine cessatiōe esse debet intētus. Et i Esaię Esaię.22.
libro scriptum est: Q uid, inquit, quia ædificasti et exci-
disti tibi sepulchrum? Et reprehēdit Maria quæ Chri- Lucę.24.
stum in tumulo requirebat. Relinque sepulchra, quę re-
liquerūt qui audita voce dīi in ipsius passione surrexe-
re de tumulis. Noli inter mortuos habitare, qui viuis.
Audi vocē resuscitantis IESV: Surge qui dormis, & Ephe.5.
exurge a mortuis, vt lumē tibi Christi ifundat' æternū.
Lumen eius spiritꝰ sanctus est, qui apostolis sanctis in Act.2.
disperſiōe linguarū tanq; ignis illuxit. Sequit': Homo «
cū in honore esset, nō intellexit: cōparatus est iumentis «
quæ sine sēsu sunt, & similis factus est illis. Hęc via eo- «
rū in offendiculū ipsis, & posteа in ore suo cōplacebunt. «
Q uia non intellexit homo cū in honore esset. Est autē F
honor quia ad imaginē dei factus est, factus est rationis
capax. Cōparatus est iumētis quę sensū nō habēt. Q ui
autē intellexit, angelis cōparat'. Et ideo hic bonorū ope-
rū claritate magnificatus est, ille sicut equus adhinniēs
æstimat' colluuione viuēdi, quæ viæ offendiculū affert
in turpitudine & obscęnitate viuētibus. Insipiētia enim
viri cōtaminat vias eius. Huiusmodi autē viri viuunt
sēdm appetētiā suā, quæ offendiculū creat: & post offen
diculum cōplacebunt in ore suo, sed nō in corde. Nō enī
boni de quibus dicit': Ore suo benedicebāt, & corde suo
maledicebāt. Q uo responsum est etiā iis qui habent in
codicibus suis, ita scriptum, Et postea in ore suo benedi-
cēt. Verbū enim tuū prope, & in ore tuo sit, & in corde. Rom.10.
Sicut oues in infernū deducentur, mors depascet eos: «
& dominabunt' eorū iusti in matutinū, & auxiliū eorū «
veterascet in inferno a gloria eorum. Q ui noluerūt vt «
pascęret eos Christꝰ, depascet eos mors. Q uis ergo di-
mittat bonū pastorē, qui pro ouibus suis animā suā po-
nit, quia pertinet ad eū gregis sui cura? Aut quis eligat
mercenariā mortē, quæ operum pessimorū digna mer-
cede referat? Simul cognosce o homo quia Christꝰ ve-
rus est pastor, q suos pascit ad vitā. Mors subintrauit,

G quæ ad interitū adducit alienos, & deuorat eos quibus
potest propter eorū flagitia ꝓualere. Quibus licet ī hac
Geñ.27. vita studiū potētiæ fuerit & diuitiarū, vt aliis dñarent:
sed in resurrectione erit seruitus, cū iustis matutin⁹ splē-
dor illuxerit: quorū figura est ꝙ Iacob dñs prepositꝰ fra-
tri. Miserabilis itaq; seruitus, vt eo tēpore quo alii voca-
tur ī gloriā splēdoris & luminis, horū gloria veteraſcat,
& cōsumaē in tenebris inferorū. Meritoq; de his dicit:
De honore suo & gloria sua expulsi sūt: quia tempora-
» lis hæc gloria. Verūtamē deus liberabit, inquit, animā
» meā de manu inferni, cū acceperit eā. Bene hoc dicit, qui
sciebat animā suā in inferno nō derelinquendā. Descen-
dit enī vt captiuos absolueret de faucibus inferorū, non
vt in his captiua remaneret. Ergo qm̄ hæc quæ in isto
seculo sunt, nobiscū transire nō possunt, ideo tibi dicitur:
» Ne timueris cū diues factus fuerit homo, & cū multi-
» plicata fuerit gloria domus eius: qm̄ nō cū morieē acci-
» piet oīa, neq; simul descēdet cum eo gloria domus eius.
Noli, inquit, expauescere diuitias & potētia diuitis, &
gloriā secularē, quī caduca illa sunt, & citius abeūt q̄ ve-
nerunt. Somniū est iste thesaurus: euigilas, & recessit:
qm̄ qui potuerit crapulā mūdi isti⁹ edormire, & sobrie-
tatē virtutis assumere, ista cōtēnit: & pro nihilo pecuniā
ducit. Neq; timueris cū multiplicatā gloriā domus ali-
cuius potētis audieris. Inspice diligenter, & vacua est, q̄
nihil habet in se de fidei plenitudine. Et quid de domo
dicā? Vacuus erat totus hic mūdus anteq̄ numero cre
H dentiū eum Christus impleret. Ideoq; scriptū est: Iudi-
cabit inter gētes, replebit ruinas. Quid enim aliud erat
ante in hoc mūdo, nisi ruina perfidiæ? Quid est ruina?
Mat.24. Audi dicentē: Vbi ruina, ibi & aquilę. Id est, vbi ruina,
ibi & resurrectio. Ruina vacua firmitatis est, resurrectio
plenitudo viuendi est. Ideoq; nos Adæ illius ruina va-
cuauit: sed Christi repleuit grā. Ideo se ille exinaniuit,
vt nos repleret, atq; in carne hois plenitudo virtutis ha-
bitaret. Quid sit ruina, cognosce. Dum viuit homo, in-
fusus est spiritus. Vbi mortuus fuerit, vacuus vtiq; hui⁹
vitalis est spiritus. Multo magis vacuum facit amissio
gratiæ spūalis, quē grā replere cōsueuit: vt possimus di-
Ioan.1. cere: Q m̄ nos oēs de plenitudine eius accepim⁹, & gra-
tiā pro gratia. De alio dicit: In vacuum laborauit. iust⁹
autē sicut odor agri pleni. Quid autē nō vacuū qd secu-
lare atq; mundanū: cū recte dixerit qui mūdū istū sobria
virtute contēpsit, Nudus sum natus, nudus & moriar?
Nunquid secū quis potest auferre quę possidet? Hic oīa
dereliquit, solus intrat in tumulū, & vacuū illius diui-
tis est sepulchrū, quē nec ipsa terra capiebat. Vnde di-
Esaiæ.5. ctum est: Nūquid soli habitabitis super terrā? Nunquid
I descēdit in illud sepulchrū gloria domus eius, aut copię?
Vide vim scripturę. Gloria seculi nō descēdit cū pctore,
sed gloria virtutis ascēdit cū innocēte. Et vt compēdio-
sius dicamus, gloria hois cum ascēdente ascēdet, cū de-
scendēte non descēdet. Q d gratiæ est ac virtutis, ascen-
Psal.54. det. In paradisū ascēditur, in infernū descēditur. Descen-
dant, inqt, in infernū viuentes. Ideoq; Lazarus pauper
Lucę.16. per angelos in Abrahæ sinū est eleuat⁹. Diues luxurio-
sus eleuās in inferno oculos suos rogat Abrahā vt mit
tat pauperē: & digito suo contingat linguā eius, quo re-
quiē aliquā in ardore maximo cōstitut⁹ posset adipisci:
Vide illū pauperē bonis oībus abundātē, quē sancti pa-
triarchæ requies beata circundabat. Vide hunc vacuū,
qui sibi in hoc seculo abundare oīb⁹ videbatur: cuius
anima in vita ipsius benedicebat: sed nunc iners morte
» cruciat. Vnde pulchre sequit: Q m̄ anima eius in vita
» ipsius benedicet: cōfitebit tibi cū benefeceris ipsi. Be-
nedicent, inquit, eū benedictione terrena. Stulti hoies, q
presentia, nō futura cōsiderāt. Benedicēt eū assecle eius
atq; parasiti. Ipse quoq; beatū se putat, si agrū aliquē quē
desiderabat inuaserit. Cōfitetur tunc deo, cū ei in hoc se-
culo secunda succedunt: quādo autē aduersa cōtingunt,
impio ore maledicit. Hoc ergo dicit, quia secularis non
agit gratias in paupertate posit⁹ & aduersis. Iustus aūt K
in āgustiis magis dñm grato benedicit affectu. Deniq;
diabolus ad deū dicit: Q uid mirum si te benedicit Iob? Iob.1.
Abundāt ei oīa. Sed mitte, inquit, manū tuā, & tange
ea quę possidet: videamus si in faciē te benedicet. Et de-
dit ipsi dñs potestatē vt quę seculi essent huius, auferret:
carnē ipsius vlceris atrocitate perfunderet. Iob tamē be
nedicebat dicēs: Dñs dedit, dñs abstulit: sit nomen dñi Ibidem.
benedictū. Introibit vsq; in progeniē patrū eius, vsq; in
seculū non videbit lumen. Homo cū in honore esset, nō
intellexit: cōparatus est iumētis quæ sensū non habent,
& similis factus est illis. Ideo, inquit, iste in ꝓgeniē pa-
trū suorū introibit. Q ui est pater impiorū, dñs declara-
uit dicens: Vos ex patre diabolo estis. Sūt & illi patres Ioan.8.
de quibus dicitur: Relinque mortuos sepelire mortuos Mat.8.
suos. Ideo & Moabitæ vsq; in tertiā & quartā genera-
tionē prohibiti sunt introire ī ecclesiā dñi, vt filii eorum
propter pctā patrū suorū introirēt in corū generationē
quorū facta imitabanē & mores. Vnde & scriptum est:
Filii adulterorū in cōsūmatione erūt. Ergo qui non illū Sapien.3.
patrē q in cælo est sequiē, sed illum terrena colluuiōe viu-
entē, in progeniē terreni patris intrat. Qualis enī ter- 1.Cor.15.
renus, tales & terreni: vt sit ei⁹ vita terrena, requies nul
la post mortē. In æternū non videbit lumē: qm̄ tēporale
quę sunt. Ille autē qui Christi secut⁹ est gloriā, q deside-
rauit illud lumen quod illuminat omnē hominē veniē-
tem in hunc mundum: inueniet & videbit lumen ęter-
num: quia eum Christ⁹ redemit a morte. Tūc ergo co-
gitabit secum, quia cum in honore esset, non intellexit: L
& ideo erit similis iumentorum, qui similis debuit esse
angelorum, per domini nostri IESV Christi gratiā:
cui est honor, gloria, perpetuitas a seculis, & nunc, & se-
per, & in omnia secula seculorum. Amen.

In huius psalmi tractatu beatus Ambrosius infide-
litatem & impietatem Maximi tyrāni grauiter red-
arguit, qui ausus est dñm suum Gratianū imperato-
rē fraude & dolo perimere: quē imperatorē in dñi ta-
bernaculo habitare, & in monte eius requiescere dicit.

In enarrationē. LXI. Psal. Præfatio. Titul⁹. In finē ꝓ Idithū psalm⁹ Dauid.

OMNIVM nostrū indubia cōsuetudo est,
vt festinemus ad finē, & eorum quę legimus
vel vidimus & audiuim⁹, velimus sūmā co-
gnoscere. Vnde titulus ipse ociosos nos esse
nō patiē, nec feriatis preterire aurib⁹ desiderii cōmunis
indiciū. Præ cæteris enī, licet etiā in cæteris clareat, di- M
uinū tamē ī huiusmodi psalmo refulget oraculū. Vnde
diligentius quid sit finis cōsideremus. Finis enī dicitur
τέλος, & sūma rei eius quā volumus explicare. Finis
dicitur Christus: quia ipse est finis legis, sicut scriptum
est. Finis enim legis Christus ad iustitiā omni credēti. Rom.10.
Finis etiā dicit, quia ipse est principiū & finis. Ergo isti
psalmi qui titulanē in finē, aut de Christo sūt, aut ipsius
Christi. De Christo, cū ipse annūciatur. Ipsius Christi,
cum ipse enunciat, vēturūq; promittit in terras, & fu-
turā nobis reuelare dignaē proprii corporis passionem.
Ideoq; ipsi Dauid inscribūtur in titulo: quasi vero Da-
uid ipsi dño ꝓphetici oris ministerio deputenē, per quē
humanæ vocis officio vis cælestis increpuit, & diuina
sentētia resultauit. Meritoq; pro Idithum, qui fuit pro-
pheta, & psalmos cū sex filiis canebat suis, velut quędā
prefatio est, eo q̄ esset his venia prophetāda, qui in psal-
lendi ministerio cōstituti, diuina oracula humana voce
loquerētur. Et q̄ pro totius mundi abolēdo errore sus-
cipienda dñici corporis passio foret, huius licet nomine
cuius sedulitas probareē, cōmēdatiorē eruditionē ple-
bis expressit. Itaq; ipsum audiamus loquentem:

» NONNE deo subdita erit anima mea? Susce- «
pturus carnē hois dñs noster IESVS, vt ise eā
ipse mundaret, quid prius quàm peccati veteris

A » primū debuit abolere cōtagiū? Nā quia per inobediētiā
culpa irrepserat, dū mādata diuina temerant: obediētiā
vtiq; prę cæteris debuit reformare, vt seminariū erroris
excluderet. Fibra enī inde manauerat: & ideo sicut bo-
nus medic⁹ radices prius vlceris debuit āputare: vt me-
dicamētorū salubre remediū vulneris ora sentirēt. Fru-
stra enī cicatricē curaueris, si serpāt interiora cōtagia: imo
acerbaē vuln⁹ si foris claudit cū interius virus exęstu-
at. Nā quid proderat donasse peccatū, si peccādi mane-
ret affectus? Hoc erat non sanare cicatricē, sed claudere.
Voluit itaq; mundare vulnus, vt affectū sanarēt, ne in-
obediētiæ fordes vlla remaneret. Suscepit ipse obedi-
tiā, vt nobis eā trāsfunderet. Sic enī oportebat, vt qm̄ p
inobediētiā vnius hois pctōres cōstituti erāt plurimi, p
vnius rursus obediētiā iusti cōstituerentē multi. Vnde
valde errare eos res indicat, q carnē hois a Christo aiūt
esse susceptā, affectum negāt: & cōtra ipsius dñi IESV
venire cōsiliū, qui hoiem ex hoie tollit: cū homo sine af-
fectu hois esse nō possit. Nā caro sine affectu, & præmii
immunis & culpa est. Illud ergo suscipere debuit & sa-
nare, vnde culpa manauerat, vt originē erroris & quasi
dā prorūpentis delicti fores claudere. Vnde ego hodie
hoiem agnoscerē dñm IESVM, cuius carnē non vi-
deo, affectū lego? vnde inquā hominē eū agnoscerē, nisi
Mat.26. esurisset, nisi sitisset, nisi fleuisset, nisi dixisset, Tristis est
anima mea vsq; ad mortē? Deniq; scriptū est, Et homo
B est, & quis cognoscit eū? Sed homo per ista cognoscit,
qui per opera diuina supra hoies ęstimat. Itaq; ipse eo-
usq; se hoiem credi volebat, cū de⁹ esset, vt se appellaret
Ioan.8. hominē, dicēs: Q uid me queritis occidere, hoiem q ve-
ritatē locutus fū vobis? Nec solū hoiem, sed etiā filiū ho
Marci.8. minis diceret, sicut ait: Q uid me dicūt esse hoies filium
hois? Vnde ille fidē tenere fidei pronūciat? est, qui &
dei filiū cognouit, & hoiem nō negauit. Ipse igit⁹ vtrūq;
vnus, inseparabilis numero, & agnoscēdus operis distī-
ctione, nō varietate personę. Nō enī alter ex patre, & al-
ter ex Maria: sed qui erat ex patre, carnē sūpsit ex virgi-
ne. Affectū assūpsit ex matre, vt ifirmitates nostras ipse
Esaię.53. susciperet. Vnde ait Propheta: Et p nobis dolet. Q uō
dolebat meo dolore, si meū non gerebat affectū? Homo
inquit, in plaga, & scies ferre infirmitatē. Itaq; quasi ho-
mo infirmatus est, quasi homo doluit, & nos quasi ho-
minē æstimauimus eū esse in doloribꝰ: sed quasi victor
infirmitatū, nō infirmitatib⁹ victus, pro nobis nō pro se
dolebat, & infirmat⁹ est nō ꝓpter sua, sed propter nostra
pcta, vt nos suo liuore sanaret. Q uid vtiq; est homo in
plaga, & scies ferre ifirmitatē, nisi q a plagæ habebat cō-
passionē? Aut quō sciebat ferre ifirmitatē, si sensū infir-
C mitatis excluserat? Q d enī portam⁹, hoc ꝓ onere sustī-
nemus. Suscepit ergo pcta nra, vt portaret: suscepit etiā
Ibidem. vt purgaret. Deniq; scriptū est, Et pcta eorū ipse purga-
uit. Ideo ipe hereditate possidebit multos, & fortiū par-
tiē spolia. Ibi enī maior triūphus, vbi mes interna mū
datur. Q d portat igit⁹, ad remissionem pertinet: qd pur-
gat, ad correctionē. Suscepit itaq; cōpassionē nostrā: sus-
cepit & subiectionē. Q uod enī subiecit sibi oīa, suū est:
» qd subiectus est, nostrū est. Ideoq; ait: Nōne deo subdita
» erit anima mea? Anima, inquit, subdita, nō diuinitas.
Anima subiecta, nō dei virtus. Virtus enim dei nō po-
testati subdita est, sed vnitati, & cōsortio eius vtitur po-
testatis. Illa subiecta est, quę humanæ cōditionis fragi-
litate plerūq; mutat, nō quæ mutari nō potest. Anima
carni cōpatitur, & animæ caro, quæ sibi quodā cōtuber-
nio copulantur. Illa subiicit, quæ tristis est, quia scriptū
Mat.26. est: Tristis est anima mea vsq; ad mortē. Illa subiicit, q
susceptā, nō ex deo patre natā: quāquā ipsa subiectio nō
in specie quidē infirmitatis sit, sed in operatione virtu-
tis, dispēsationis magis temporariæ arbitra, q̄ perpetuo
seruitio mācipata. Vnde & ait: Nōne deo subdita erit
anima mea? Cur dixit erit, si sempiterna subiectio est?
Sed quia filius dei qui loquebat, ętern⁹ est, animā aūt
suscepit ex tēpore: ideo futurā subiectionem animæ suę D
dicit. Per ipsam ergo obediētia, per ipsā humilitas: quæ
tamē nō ad infirmitatē potētię susceptā sunt, sed ad ma
gisteriū disciplinæ. Ipse enī dñs IESVS cū esset in dei Philip.2.
forma, non rapinā arbitratus est esse se æqualē deo, sed
semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in simili-
tudine hoim factꝰ, in specie inuētus vt homo: humilia-
uit semetipsū, factus obediēs vsq; ad mortē: sicut Aplꝰ
dicit, non iugē & perpetuā, sed tēporalē subiectionē cu-
pies declarare: qualis sit suscepta cum carne, & depositā
cū ipsius corporis seruitute. Sic etiā ad Hebręos scriptū
est. Nā cū proposuisset exemplū dicens: Tu es sacerdos
in æternū sēm ordinē Melchisedech: subiecit idē Pau
lus: Q ui in diebus carnis preces & supplicationes adhi- Hebr.5.
buit ei qui posset liberare eū de morte, cū magna voce &
lachrymis: & exaudit⁹ ab illo metu, quāquā esset filius,
didicit ex his quæ passus est, obediētiā: & cōsummatus
obtēperātibus sibi causa factus est salutis æternæ: voca-
tus a deo sacerdos sēm ordinē Melchisedech. Nonne
igitur euidēter clamauit Aplꝰ dicēs obedientiā illā &
humilitatē non diuinitatis fuisse, sed carnis? Q d enī di-
scitur, tēporale est. Q uasi homo ergo ex his quę passus
est didicit obedientiā, vt cōsummaretur in carne, & per
obedientię trāfusam in nos successionē causa fieret no-
bis salutis æternæ, quibus ante per inobediētiæ heredi-
tatē primus ille Adā causa factus est mortis. Subiectio
ergo magisteriū virtutis humanę, non diuinę iminutio
potestatis est. Nā si illum minorē filiū & inęqualē patri
dicūt, quia erat subdit⁹ patri deo: nūquid & matre ideo E
minor, quia erat subdit⁹ matri? Lectū est enī de Ioseph
& Maria: Et erat subditus illis. Sed pietas oībus nobis Lucæ.2.
nō dispēdio, sed incremēto est, per quā oībus nobis dñs
IESVS fidē infūdit & gratiā, vt nos spiritu fideli sub-
ditos patri faciat deo: & ideo nouo & profundo consilio
Aplꝰ ait ꝙ ipse patri erit subiectus in nobis, cū fuerit in 1.Cor.15.
oībus plenitudo fidei, & quædā deuotiōis vnitas. Nūc
enī quādiu sentētiis discrepamus, quodāmodo regnum
Christi minoramus: quia nondū ei subiecta sunt oīa,
cuius regnū vnitas est. Cū aūt subiecta illi fuerint oīa,
tūc & ipse subiectus erit illi qui sibi subiecit oīa: vt sit
deus oīa in oībus: sicut scriptū est. Nūc enī potestate su-
pra oēs est: sed opus est vt sit in oībus voluntate. Volet
autē cū oīa in nobis cognouerit sui plena, & vacua de-
lictorū. Nondū igitur subiectus est patri, quia nōdū oīa
& in oībus Christ⁹. Cū autē fuerit oīa & in oībus Chri-
bus, erit omnia & in oībus deus. Vnde colligiē vnum
esse regnū patris & filii & etiā spiritus sancti: quia q filiū
receperit, recipit & patrē, recipit & spiritū sanctū: qa vna
potestas, vna grā, vna operatio trinitatis est. Meritoq; F
addidit Dñs: Ab ipso enī salutare meū. quasi diceret: «
Nolite turbari quia dixi animā meā fore deo subditā.
Anima erit subdita, quæ vestri est portio: salutare autē
meū ab ipso. Hoc est, quia a patre et in patre sęper sum.
A patre enī veni in hunc mundū: et si videtis hominē,
dei filiū credite. Cū venerit autē Paracletꝰ quē ego mit-
tam vobis a patre meo, spūs veritatis, qui a patre meo
ꝓcedit: ille testimoniū perhibebit de me. Et filius a pa-
tre procedit, & spirit⁹ ab ipso procedit. De vnitate ergo
diuinitatis ambiguum nihil. Ideoq; concupiuit David
hoc salutare dei nobis dari: quia ipse est vita ęterna, si &
patrē verum deū cognoscam⁹, & filium, quē pro nostra
certum est salute venisse. Sed non rapinā arbitratus est
esse se equalē deo. Assertionē suę diuinitatis sequestrat,
& dispēsationis humanæ representat officiū. Ideoq; ad-
iunxit statim: Et enī ipse est deus meus, adiutor me⁹, «
defensor meus: nō mouebor amplius. Hæc vtiq; quasi «
homo loquitur, quia in deo spem nostrā debemus repo
nere, ne facile labamur: quāquā in eo quod locutus est,
Non mouebor amplius: ostendat habere se diuinæ in-
signia potestatis. Habes enī alibi dicētē: Adhuc ego se- Hebr.12.
mel terrā mouebo. Mouit diluuio, quando prēter arcā

G Noe caro oĩs interiit. Nouit cũ Sodoma & Gomorra
sacro igne cõsumptæ sunt. Hæc supernæ indignationis
indicia sunt. Sed quia elegit genus hominũ dñs magis
seruare q̃ perdere, non mouebitur amplius ad indigna-
tionẽ, qui venit ad misericordiã, venit vt redimeret nos
suo sanguine, nõ vt nostrũ effunderet. Venit vt se offer-
ret pro nobis, & quasi bonus negociator mercẽ suã pro-
prii corporis passiõe seruaret. Et cum hoc diceret, leua-
uit oculos suos, & vidit hinc persecutores, inde nequiti-
as spirituales in vnũ conuenire, & ait: Quousq; irruitis
in hominẽ interficientes vniuersos? Hoc est: Quid de-
lere genus festinatis humanũ? Nescitis me pro omniũ
redẽptione venisse? Obtuli me pro cunctis, vt oẽs mea
oblatione protegerẽ. Hominem ergo aut pro humana
omni accipimus multitudine: aut si de vno accipimus,
de ipso dictũ intelligimus. Irruitis, sed in hominẽ, quia
Mat. 26. supra deum irruere nõ potestis: sicut habes alibi: Quid
me quæritis occidere hominẽ? Neq; enĩ diuinitas mor-
ti poterat esse subiecta, sed humana susceptio. Si ergo in
me irruitis, & me vultis tenere: quid eos qui mecũ sũt,
vultis occidere? Satis est vobis habere quem quæritis.
Non quæro consortẽ passionis, qui ad salutẽ omniũ ad-
iutore nõ egeo. Nõ requiro legatũ, nũciũ non pręmitto:
sed ipse me nũcius obtuli nõ quærẽtibus: me tradidi nõ
cõprehẽdẽtibus, vt liberarẽ eos qui mortis laqueis fue-
rant cõprehensi. Irruitis igitur tanq̃ parieti inclinato, &
maceriæ impulsæ, ignari quia veni non vt inclinarem
H parietẽ, & maceriã impellerẽ, sed vt soluerẽ. Veni enim
pax, vt faciã vtraq; vnum, medium parietẽ macerię sol-
uens, qui carnẽ & animã diuidebat, vt vnum sentire nõ
possent: & ideo caro animæ repugnabat, & subdita im-
perio eius esse nõ poterat, quia obiecti parietis obstacu-
lo gubernaculis eius parere nõ poterat. Lex igit̃ carnis
legi mentis aduersabatur. Hunc parietẽ veterũ inimici-
tiarũ velut murũ sustulit dñs IESVS, & peruios fecit
esse cõuentus mẽtis & carnis, vt in vnum coeũtes, id qđ
erat vtriq; salutare sequerẽtur. Paries ergo quędã emi-
nentia delictorũ est. Vnde ad pontificẽ Iudęorum dicit
Act. 23. Paulus: Percutere te incipiet deus, paries dealbate. Pa
ries enĩ luto cemẽtisq; cõstruitur. Hinc ędificabãt Ęgy-
ptii ciuitates, quãdo Iudæi lateres facere cogebant. In
Ęgypto lutũ cõficiebatur, & populus dei peccatum illic
operabatur. Ideo gemebat: ideo exauditus & liberatus
est a peccato. Ideo lex data, ꝓmissa gratia, vt lex pecca-
tũ ex parte resecaret, gratia omne donaret. Et cũ hęc no
bis conferret, hæc pro nobis subiret, nos preciũ eius re-
pellebamus. Vnde ait: Verũtamen preciũ meũ cogi-
tauerunt repellere. quãdo preciũ referẽte Iuda prodito-
Mat. 27. re, Iudæi in loculũ mittere noluerũt, dicẽtes: Non licet
I nobis mittere in loculũ: quia preciũ sãguinis est. Dãnat̃
hic iudicio suo proditor, qui refudit preciũ qđ accepit, in-
firmus ad sacri muneris testimoniũ, sed validus sceleris
sui testis. Vnusquisq; enim grauior accusator est sui, &
inexcusabilẽ in se fert ipse sentẽtiã. Principes synagogę
suo cõdẽnant se iudicio. Profitẽtur enim preciũ esse san
guinis qđ dederunt, dũ arguunt refundẽtẽ. Nã si reci-
piendũ nõ fuit, nec soluendũ fuit. Atq; vtinã aut nõ de-
dissent, aut quia dederant, nec recepissent. Repudiarũt
enĩ qđ in loculũ mittere noluerũt, & emerunt inde agrũ
in sepulturã peregrinorũ. Merito ergo gentiles quibus
agri eius qui morte emptus est Christi, sepultura profe-
cit, iã non sunt aduenæ atq; peregrini, sed ciues sanctorũ
facti sunt, & domestici dei: quia consepeliuntur dei filio.
Iudæi autẽ qui passiõis eius preciũ repudiarũt, peregri-
nantur a Christo. Tolerabilior illis vel in hoc proditor,
qđ cõfitetur errorẽ: illi autẽ crimen suũ excusando acer-
bant. Verecũdior est enĩ cõfessio post delictũ. Impudẽ-
ter igitur refellebãt cõmune sacrilegiũ cõfitẽtẽ, dicẽtes,
Ibidem. Quid ad nos? Tu videris. Quid enĩ dicebat proditor
nisi hoc, Peccaui ꝙ tradiderim sãguinẽ iustũ? Qđ erat
crimen tradẽtis, quomodo suscipientis non poterat esse
peccatũ, cũ scelus sceleri sit adiũctum: vt quem scelerate K
emerũt, sceleratius trucidarent? Cucurri, inquit, in siti.
Verũ est quidem ꝙ dñs noster IESVS sitiuit. Beata
dñi sitis: qa sitiuit pro nobis, & maxime in passiõe. De-
niq; dixit: Sitio. Tunc itaq; sitiẽbat, quãdo de latere suo
restinctura sitim omniũ viuę aquę fluẽta fundebat. De-
niq; scriptũ est: Flumina de vẽtre eius fluent aquę viuę. Ioan. 7.
Sed in græco medie positũ est, quia ἔδραμον & singu-
larẽ & pluralẽ numerũ significat. Ergo quia cucurri, &
cucurrerũt, iuxta græcũ possumus intelligere, diximus
autẽ qđ exprimat cucurri, hoc est, festinaui sitim omniũ
suscipere, vt vniuersos perpetui fontis vbertate satiarẽ:
cui enim dedero aquã, non sitiet nec hic, nec in futurum,
sicut dictũ est ad Samaritanã: nũc dicamus quid signifi- Ioan. 4.
cet, cucurrerũt in siti: hoc est, festinauerũt vt perfidię suę
æstu fontẽ viuũ negantes æterna fauces suas ariditate
siccarẽt: sicut ipse Dñs ait: Me dereliquerũt fontẽ aquę
viuæ, & fecerũt sibi contritos lacus. Nec mirũ si sitierũt
qui aquã fontis æterni tenere non poterant, lubrici per- Hiere. 2.
fidiæ suæ rimis. Sitierũt ergo, quia se potu priuauerũt
spiritali, quem hauserant de consequẽti petra. Vnde &
Symmach⁹ ait, τῷ δόλῳ αὐτῶν εὐλόγουν. Hoc est, pla
cuit illis in mendacio, cũ obiicerent falsa pro veris. Omẽ
mendaciũ sitim habet, veritas vbertatem, quæ in per-
petuũ perseuerat. Et quàm cito, probauit, quia cucurre-
runt in mẽdacio. Ore suo, inquit, benedicebãt, & corde
suo maledicebant. Misera perfidorũ sitis, qui aliud te-
nebãt corde, & ore aliud loquebãtur. Vbi autẽ fidei ex-
undat vbertas: corde creditur ad iustitiam, ore confessio
fit ad salutẽ. Quomodo autẽ benedixerint ore, & corde L
maledixerint, series passionis ostendit, cũ dicerent: De- Mat. 15.
scẽdat de cruce. Stulti, de morte surrexit, & non credide-
rũt. Quomodo si de cruce descẽderet, credidissent? Spe-
rauit in dño, eripiat eum: liberet nũc eũ, quoniam vult
eum. quia illudentes potius q̃ optantes ista dicebant, &
interrogabãt vtrũ esset dei filius, verbis pacifica loquẽ-
tes, corde accusationẽ sacrilegii cogitãtes. Sed hæc my-
stica: veniamus ad moralia. Etenim quoniã non semel
appetitur Christus: appetitus est semel in suo corpore
quod suscepit in virgine, appetitus est frequenter in eo
corpore qđ est ecclesia. Nos enim sum⁹ corpus Christi
& mẽbra. Appetitur & in singulis sãctis suis & innocẽ-
tibus, qui domino se dicarunt. Recordamur aliquẽ pro- De Gra-
xime ab omnibus appetitũ, a suis destitutũ ac proditũ, tiano dicit
qui dudũ in suggestu locatus iperii, subito egẽs omniũ, impera-
ab ipsis quorũ hæreditariũ fuerat sortitus obsequium, tore.
cœpit vrgeri, ingruẽtibus in exitũ, inferẽtib⁹ mortem,
nullo auxiliatore, nullo iã socio sui, nullo comite. Quid M
aliud melius dixerit, quàm qđ ex ipso cui se deuouit ac-
ceperat: Nonne deo subdita erit anima mea? Hoc est,
Quid persequimini? Quid furitis? Quid isultatis? Car-
nem potestis interficere, animã non potestis. Vitã istã
corporis potestis eripere: meritũ nõ potestis extingue-
re. Scriptũ est enim: Nolite timere eos qui possũt occi- Mat. 10.
dere carnẽ, animã autẽ non possunt: sed potius eũ time-
te qui potest animã & corpus perdere in gehẽnã. Ani-
ma ergo quæ deo subdita est, non est humanæ subdita
potestati. Ab ipso enim vitæ fructum sperat æternę, &
perpetuæ salutis auxilium. Ille ergo cui me tradidi, &
necatũ tuebitur, & mortuum resuscitabit, & vlciscetur
occisũ. Raptus est iustus, ne malitia mutaret cor eius. Sapiẽ. 4.
Mors ergo ista magis peccati fuga, quàm morientis
est detrimẽtum. Etenim ipse est deus meus, adiutor
meus, defẽsor meus: nõ mouebor amplius. Qui labi-
tur, cõmouetur, eo ꝙ de integritatis & innocentiæ suæ
quadã statione defluat. Semel enim in petra Christi lo
catus, lubricũ non debet habere vestigiũ, sed tenere sta-
tus proprii firmamẽtum. Vnde immobilis dicitur qui
seruat immobilẽ voluntatẽ, & propositũ aliquod inten-
tione animi fidelis exequitur. Nã & dei immobilẽ vo-
lũtatẽ legim⁹: sicut habes ad Hebræos: In quo amplius

A deus ostẽdere volẽs hæredibus repromissionis immo-
bilitatẽ voluntatis suæ, interposuit iusiurãdum. Recte
ergo immobilis voluntas dei, quæ nullius peccati mo-
uetur illecebris. Homines mobiles, lubrici ad delinquẽ-
dum, faciles ad errãdum. Deniq; de Iudæis dictum est:
Transeuntes autẽ blasphemabant eũ, mouẽtes capita
Psal. 21. sua. Et ipse Dñs in psalmo ait: Omnes qui videbãt me,
aspernabant̃ me: & locuti sunt labiis, & mouerũt caput.
Caput omniũ Christ⁹ est. Melius est igitur vt maneat
Christus in nobis, quàm aliqua nostri cõmotione mo-
ueatur. Vnde Iudęi mouẽtes capita sua dicebãt: Tolle
Lucæ. 8. a terra talẽ. Hunc Geraseni rogabãt vt de finibus eorũ
recederet: Ecclesia autẽ tenuit eũ: nec dimisit eum. Ideo
illa quæ tenuit eũ, possidet. Illi qui mouerunt, tenere nõ
possunt. Pulchre autem ait Euãgelista quia trãseuntes
mouebant capita sua. Transeũtes, nõ stantes. Stamus
in atriis sãctis, præterimus i plateis. Sacerdos pręteriit,
leuita pertrãsiuit: stetit ille qui vulnera inflicta curauit.
Psal. 128. Et ideo illi nõ dixerunt qui trãsibant viam: Benedictio
dñi super vos: benedicimus vos de domo dñi. Stantes
enim nõ transeũtes sunt pedes benedicentiũ. Deniq; &
vineã cuius soluta munitio est, transeũtes vindemiant,
non manentes. Trãseũtes sibilant, sicut in threnis Hie-
Threñ. 2. remiæ legimus: Tenuerũt super te manus omnes trãs-
euntes per viã: sibilauerũt & mouerunt caput suũ super
filiam Hierusalẽ. Ideo sacerdos non potuit coronari, le-
uita nõ potuit, quia transierunt, & tanq̃ vmbra præteri-
erũt. Stephanus autẽ martyrio coronatus est, quia stã-
tem videbat dñm IESVM, immobilẽ, nõ prætereũ-
tem. Immobilis ergo fide Stephanus immobilẽ Chri-
B stum videbat: nullo erat mortis timore cõmotus. Non
mouit se Stephanus, nõ mouit & Christus. Commoti
Psal. 108. sunt filii proditoris, de quibus dicitur: Cõmoti amouea-
tur filii eius, & mendicent. Eget enim medico qui mo-
uetur. Inops peccator, diues est iustus: quia nullo bono
deficit, qui dominũ semper iquirit. Et quia inde tractus
est sermo, quia dixit, Nõ mouebor amplius: ꝙ moueri
Psal. 65. ad culpã sit, ostendit ipse Dauid dicẽs: Qui posuit ani-
mam meã ad vitam, & nõ dedit cõmoueri pedes meos.
Vnde & sancto dicitur a dño deo nostro: Tu autem hic
sta mecũ. quoniã qui deo proximus est, lapsui nõ potest
esse vicinus. Omnis enim culpa velut aduersario nisu
de loco deiicere, & de proprio statu mentẽ mouere con-
sueuit. qđ vel ab hoste vel ab luctamine tractũ videtur.
Perturbat ira, incẽdit libido, stimulat inuidia, excruciat
auaritia, timor deiicit, mœror affligit. Et Petro dictum
Mar. 8. est a dño IESV: Veni retro post me. Nõ dixit, Veni
retro (hoc enim diabolo soli dixit) sed, Veni retro post
C me. Nõ est enĩ retro qui post Christum est. Sed quia er-
rabat Petrus, sicut dominus ipse ait ad ipsum, quia nõ
sapis, inquit, quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum: ideo
post me veni, vt incipias nõ humana, sed diuina sentire.
Ideo & hic iustus rapiendus etheris ait: Non mouebor
amplius. Dissolui enĩ, & cũ Christo esse, multo melius.
Nõ enim labi poterit qui cœperit esse cũ Christo: quia
mors iusto non naturę finis, sed culpę est. Inter has vo-
ces subito videt agmina persequentiũ, & inter pericula
positus nõ de se solicitus, sed de his quos liberare cupiẽ-
bat, ait: Quousq; irruitis in hominẽ interficiẽtes vniuer
sos? Si me q̃ritis, cur alios vultis occidere? Offero me
ipse pro multis. quia pro omib⁹ solus se ille potuit offer-
re, qui auctor est omniũ. Ipsius ergo quẽ sequebat̃ imi-
tator, ait: Si me queritis, sinite hos abire. vt impleretur
Ioan. 18. sermo quẽ dixit IESVS, quia nõ perdidi ex ipsis quẽ-
quã præter vnũ (hoc enim in alio libro sententia dñi cõ-
prehendit) qui tamen sua magis periit volũtate, q̃ mea
inquit, seueritate punitus est. Et cũ ego me sponte offe-
ram, irruitis & incũbitis tanq̃ parieti inclinato, & mace-
Gratian⁹ riæ impulsę. Hoc est: Apex dudũ nobilis sedis augustę,
iperator. & circũfusi toto orbe Romano validus quondã murus
imperii, sicut paries inclinatus, aut maceries ipulsa col-
labor. Sed esto. Ad mortẽ me vsq; appetierũt, q̃sierunt D
ad necẽ, dicentes, Tollamus iustũ, tollamus misericor-
dem, quia grauis est nobis etiã ad videndum. sed etiam
existimationẽ meã, castimoniã meam sauciandã falsis
calũniis putauerũt. Hoc est enim, Preciũ meum cogi-
tauerũt repellere: quia preciũ nostrum pudicitia est, quę
nos separat a pecudibus, angelis iungit. Preciũ nostrũ
misericordia est, quæ nos, dũ cõfertur inopibus, redimit
a morte. Preciũ nostrũ fides est: quæ oẽs homines gẽti-
li errore & seruitute depressos, Christo acquisiuit. Pre-
cium nostrũ bona existimatio est, quia vniuscuiusq; no-
strum meritorũ series æstimatur. Preciũ nostrũ mũdi-
tia atq; simplicitas est, quia scriptũ est: Possessio precio-
sa vir mũdus. Nihil enĩ preciosius viro simplici. Vnde
Apostolus pulchre, Abũdauit, inquit, i diuitiis simpli-
citatis suę. Quid enim simplicitate ditius? quę sicut bo-
nus paterfamilias satis sibi abundat, & sua puritate cõ-
tenta nõ quærit alienũ, nec abrodit, sed de se cæteris fin-
gi. Innocẽs enim credit omni verbo, nec se in artes va-
rias sæpe cõmutat: sicut astutia, quæ vt sit cauta, timet
omnia: nec se cõsiliis suis credit: versat suas ipsa senten-
tias. Simplicitas autẽ timere nil nouit. Hoc igit̃ gene-
re preciũ iusti repellere tẽtauerunt. etsi possit & illud in-
telligi, quia aurũ eius manibus accipiebant, corde inti-
mo repellebãt, prædã tenẽtes, fidem negãtes. Vnde &
ait: Cucurri in siti. eo ꝙ fidẽ quæreret, & iuenire nõ pos-
set, destitutus a sociis, a propriis derelictus. Sic dominũ
IESVM legimus in Euãgelio & esurisse, & sitisse, cũ
esuriret fidẽ nostrã, sitiret opera nostra, quærere videre-
tur aliena. Aut vt ad sitim corporis referamus, quanta
indignitate dicit, Cucurri in siti. Hoc est: Ego sitiebam, E
cum alii mea vina ructarẽt: & ex illo suggestu sublimis
imperii, opulẽtiaq; regali, ad extrema sitis plebeia qua-
dã vilitate deductus sum. Et quia græcus habet ἔδρα-
μον, qđ significat & cucurri singulariter, & cucurrerunt
pluraliter: potest & sic intelligi: Cucurrerũt in siti, quo-
rum fauces æstu nimio fundẽdi mei sanguinis aruerũt.
Sicut enim est sitis fidei, ita & perfidiæ. Sitim illã iust⁹
sitit, qui ait: Sitiuit anima mea ad te deus. Istã perfidi, Psal. 41.
quorũ lingua præ siti aruit. Quã sitiuit ille qui inter cõ- Maxim⁹
uiuii dapes & pocula cõstitutus innocẽtis cõuiuæ necẽ Tyrãnus
moliebatur Augusti. Nõne tibi videbatur impie, cum Gratiani
mãducares, cædẽ parares, ꝙ humana sub dentibus tuis impera-
ossa crepitarẽt? cũ vinũ biberes, & parricidiũ cogitares, toris per-
ꝙ illis poculis sanguinem tibi innocẽtis infunderes? Ita secutor.
prorsus alienus nõ solũ ab imitatione, sed etiã a lectione
diuina, vt nõ tibi veniret in mẽtem versiculus ille psal-
morum, Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus Psal. 54.
meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. atq; ille
alius cuius meminit in Euangelio ipse dñs IESVS,
Qui edit mecũ panẽ, leuabit super me calcaneũ suum. Ioan. 13.
Quid tibi faciã Ephraim? quid tibi faciã Iuda? Plures F
reliquisti nobis proditiõis tuæ & fraudis hæredes. Hęc
enĩ etiã ad proditorẽ Iudã potest per apostrophen deri-
uari: Prodidisti vitã, regnũ dño. Sed IESVS dñs se-
mel in se, frequẽter in seruulis suis proditur. Qđ enĩ vni
horum minimorũ fecistis, mihi, inquit, fecistis. Tu cõ- Mat. 25.
missos tibi loculos & pecunias pauperum suscepisti, iste
prouincias sibi creditas. Tu apostoli honorẽ, ille militię
dignitatẽ, administrationis infulas. Numero honores
eius, vt crimen exaggerẽ. Cõuiuii violastis vterq; con-
sortiũ: tu tamen de cõuiuio ad proditionẽ surrexisti, iste
ad necẽ. Hoc est, tu licet i scelere verecũdior, qui negasti
ꝙ inferendã necẽ credideris dño quẽ prodebas, qui pre-
cium refudisti, ne residere apud te merces parricidii vi-
deretur. Iste nõ solũ tenuit acceptã, verũ etiã extorsit nõ
oblatã mercedẽ proditionis. Iste nõ solum deceptus nõ
est alieno mendacio, sed fefellit suo, & fefellit vt occide-
ret. Et cũ ille cõuiuiũ recusaret, q se videret esse perimẽ-
dũ: iste sacramentũ obtulit, ne qua periret sibi cumulãdi
pars criminis. Postremo superioris proditoris pecunia

G profecit ad sepulturam peregrinorū: iste sepulturam in-
tegrā suo principi denegauit. Nec defuit qui manus la-
Mat. 27. uaret dicēs: Innocēs sum a sanguine iusti huius. in quo
se Pilatus non diluit, sed inquinauit, & implicauit, non
exuit. Nam etsi nullum pōdus in perditorum iudiciis,
tamen vinculum maius in confessionibus. Iustos enim
nō absoluit sententia, sed sua vita. Iniusti seipsos vehe-
mētius suis vocibus alligāt, qui alios alligare non pos-
sunt. Tamen ne huic quoq; deesse cōfessio propria vide-
ret, iurauit, vt peieraret. Lauit man⁹ cum Euāgelium
tangeret, ne quid deesset exēplo. Lauit aqua manus, vt
sceleratius inquinaret innocentis sanguine. Nec Hero-
des defuit, cui alter Pilatus se placiturum credidit si ca
ptum principem destinasset. Quid illud quoq; dicam, ꝙ
is quoq; vestem dealbatam indutus est ad illudendum:
postea quoq; regia veste donatus est ad moriēdum: ne
amisisse honorē debitū videretur? Nam etsi scelere in-
teriit, ius tamen collatæ sibi potestatis etiam mortuus
reseruabat, eorū ipsorū a quib⁹ negabat̃, vel ministerio,
vel assensu. Addebatur huic tāto sceleri pōpa feralis: nisi
is qui impatiēter ista deflebat, cognitis quæ parabant̃,
iusto cōmotus dolore increpasset victorē superbū, tyrā-
nis illa nō regibus inferri solere. Sic horrere flagitiis, &
sic citus deposuit teterrimi sceleris apparatū. Nec peti-
tor igitur sepulturæ defuit: etsi Ioseph ille qui iustus di-
cebatur, defuit. Sed longe Maximus seuior denegabat
qđ ipse Pilatus auferre nō potuit. In quo parricidæ hu-
H manitas defuit, innocēti tamē nō defuit gratia: & ad tē-
pus assumpta patiētia, vindicta paululū cōperendinata
est. Ideoq; ait: Verūtamē deo subiecta est anima mea:
quoniā ab ipso est patiētia mea: quia ipse est deus me⁹,
& salutaris me⁹, susceptor meus: nō emigrabo. Hoc est,
Nunquid sepultura negata corporis, perpetuæ quietis
mansionē mihi abstulit? Habeo habitaculū meū in dñi
tabernaculo, & in sancto mōte eius requiescā, nō emi-
grabo humano scelere, qui dñi fauore susceptus sū: quia
neq; mors neq; gladius neq; tribulatio a charitate Chri-
sti me separare poterūt. Non enī innocēs de tabernacu-
lis iustorū, sed peccator emigrat. Migrant Iudæ prodi-
toris heredes: de quibus & similib⁹ eorū merito dicitur:
Psal. 108. Cōmoti amoueantur filii eius, & mēdicent: eiiciātur de
habitaculis suis. Quđ bene & ad dominum IESVM
Christū refertur, qui cum descendisset in terras vt cruci-
figeretur, sepeliretur, non emigrauit a patre, sed in pa-
tre mansit. Traditus sum, & non egrediebar. Nec de-
posuit qđ erat, sed reseruauit: nec desiuit esse in dei for-
ma, sed perseuerauit non imminuta per susceptionem
I corporis dei gloria, sed manente, triumphū acquisiuit,
Mat. 14. potētiam non amisit. Vnde ipse ait: Amodo videbitis
filiū hominis sedētē ad dexterā virtutis. Vnde conuo-
catos Gētiū populos, & acquisitos patri suo sanguine,
hortatur ad fidē dicens: Sperate in eū omnes cōuentus
plebis meæ. Hoc est, nō solus Israel, sed omnes, inquit:
nec solæ reliquię, sed etiam Gētium plenitudo: nec solæ
Rom. 11. Gētes, sed Israel. Cum enim intrauerit plenitudo Gē-
tiū, tūc omīs Israel saluus erit. Quis potest diuina my-
steria cōprehendere? quorū tanta multitudo est, vt iure
Ibidem. Paulus miretur, meritoq; dixerit: O altitudo diuitiarū
sapiētiæ & sciētiæ dei. Repulsæ Gētes sunt, vt eligeret̃
Israel. Cæcatus est postea Israel propter vocationē Gē-
tiū: & cæcati Israel reliquiæ secūdū electionē gratiæ sal-
uæ factę sunt, postquā intrauit Gentium plenitudo. Ita
culpa Israel profuit Gentibus: fides Gentiū Israelitē po
pulū liberauit. Effundite, inquit, corā illo corda vestra.
Qui induit fidē, prius perfidiā debet exuere, euacuare
cor suū omni labe malitiæ, vt capax fiat cor eius gratię
Ephe. 5. spiritalis. Ideoq; Apl's ait: Renouamini spiritu mentis
vestræ. Cū enim effunditur vetus malitia, noua sumit̃
gratia, qua vnusquisq; renouatur. Dicit ergo filius dei:
Effundite corā illo corda vestra: quia sciebat patrē esse
Iohe. 2. dictūrū: Effundā de spiritu meo super omnē carnem.

Est etiā illa traditio, vt cor nostrū videamur effundere, K
quando omnes cogitationes alicui & voluntates nostri
cordis aperimus. Ergo iactemus in deum cogitationes
nostras, nec aliquid eū latere credamus. Effūdimus cor
nostrū coram ipso, cū disceptationes exinanimus huma
nas. Verūtamen vani filii hominū, mendaces filii ho-
minū in stateris, vt decipiant. Si vani filii hominum, &
mēdaces filii hominū: possunt non vani esse filii dei: qui
non ex sanguine, neq; ex voluntate carnis, neq; ex volū-
tate viri, sed ex deo nati sunt. Nā filii hominū videntur
sibi pōderare æquitatem, & grauitate seuerioris iudicii
examinare iustitiā, duri aliis, remissi operibus iniquis,
sermone censores. Vnde Salomon ait: Execrabile dño Prou. 20.
duplex pondus, & statera fallax non bona. In quo signi-
ficat eos qui rapinā inexplebili corde meditātur, sobrie-
tatem fronte prætēdunt. Tales scribæ Iudæorum sunt,
qui onera grauia aliis obseruātiæ durioris imponūt, nō
habētes rectū iugū animæ suæ, sed propensa iniquitate
curuati: ipsi autē suorū refugi præceptorū sunt. Inueni-
tur itaq; in auaritia tanq̃ in radice vitiorū omnium, quę
sit caput iniquitatis & fomes: quam homo renuncians
mūdo, & cōsepultus Christo per baptismatis sacramē-
tum, qui sit mortuus seculo, declinare debet atq; defuge-
re. Nolite, inquit, sperare in iniquitatem, & rapinā no-
lite concupiscere. diuitiæ si fluant, nolite cor apponere.
Vides quia fluunt: nō vides quia præterfluūt? Nudus
es natus, nudus moriturus es. Quid excipere quęris qđ
tecum auferre nō possis? Fluēta sunt quæ miraris. quo-
modo veniunt, sic transeunt & recedunt. Solus Iorda-
nis retrorsum cōuersus est, in quem conscendisti: qui te
admonet vt in ipsum naturæ fontē & originem reuer- L
taris, quę te nudum, nō veste amictum edidit, vt discas
superflua non requirere. Hoc quod erubescis, esse te nu-
dum, culpa docuit, non natura. Nulla enim esset vere-
cundia genitalium, si culpa non esset. Neq; enim cętera
animalia vestiūtur vt tegantur, neq; vestiuntur vt mu-
niantur. Satis munita sunt omnia naturæ suæ tegmi-
ne: nos dū superflua quęrim⁹, tegmē naturę amisimus,
ius cōmune perdidimus. Ideoq; in hoc psalmo ascribi-
tur doctrina medicabilis, quia vel Idithum vel seipsum
illius nomine exercitio spiritali subeundis tētationibus
erudiuit, vt in angustiis quis posit⁹ subiiciat se deo: et si
peccauit ante, peccare desistat, nec recidiuo errore mo-
ueatur. Semel locutus est deus, duo hæc audiui. Semel
locutus est deus, & plura audita sunt: quia non per lite-
ras & syllabas est locutus: locutus est per ænigmata: lo-
cutus est per visiones: locutus est per diuisiones gratia-
rum: locutus est per spiritū singulorū. Nos autē plura
loquimur, & vix audimur. Semel locutus in lege est: ea-
dem iterū locutus est in Euāgelio. Aut forte (vt ego pu
to) quia multipharia locutus est ī prophetis: nouissime
autem locutus est in filio suo. Semel locutus est quan- M
do locutus in filio est: & audita sunt etiam illa quę ante
audita non erant ab iis quibus locutus fuerat per pro-
phetas. Semel ergo locutus est in nouo testamento, &
vetus auditum est testamētum quod non audiebatur,
quia ipse dominus dixit de populo Iudæorum: Vide- Marci. 4.
bunt, & non videbunt: audient, & non audient. Audiēt
aure corporea, sed non audient mentis auditu. Nobis
ergo hoc est ecclesię semel locutus est, & duo audita sūt:
quia & illa audiuimus & intelleximus, quæ non intel-
lexerant qui legerunt, non audierunt qui audierūt. So-
lus enim Christus aurem aperuit humanā ad cogno-
scenda mysteria, solus libri signaculū soluit, & resoluit
ænigmata prophetarum. Ideoq; ipse reddet vnicuique
secūdum opera sua: in quo & qualitatem operum com-
prehendit: vt aut complurium & meliorum restituat
præmia meritis singulorum, aut cōtra & numero gra-
uemur & acerbitate meritorum.

FINIS.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN PSALMVM CXVIII.

PROLOGVS.

A LICET MYSTICO
quoq; veluti tubę increpuerit
sono Dauid propheta, tamen
moralium magn⁹ magister,
quātum in eo excellat ethica,
psalmi eius summa declarat
gratia. Siquidem cum suauis
omīs doctrina moralis sit, tū
maxime suauitate carminis,
& psallēdi dulcedine delectat
aures, animūq; demulcet. Meritoq; plerisq; locis mora-
lium psalmorū sententias tanq̃ stellarū diffundit lumi-
na, quę lucent atq; eminēt: Centesimū vero & octauum
decimū psalmū, velut pleni luminis Solē, meridiano
feruentē calore, in processa libri constituit ætate, vt neq;
matutini ortus semiplena exordia, neq; vespertini occa-
sus quidam senilis defect⁹, claritati aliquid perfecti splē-
doris decerperēt. Quē per singulas Hebręorum diges-
sit literas, vt quemadmodum paruulorum ingenia pri-
mis literarū elementis assuescunt discēdi vsum assume-
re: ita etiā nos huiusmodi elemētis vsum discamus vi-
B uēdi. Literis aūt singulis octonos versiculos ascripsit,
vt simul & vnitatē doceret, non pluralitatē, (vnitas enī
coercet omnia & regit, cui subiecta omnia sunt) & pur-
gationē legitimæ sanctificationis. Octaua enim diē so-
lēnis purgatio, vel ex lege: quia octaua die circūcisionis
solēnitas impleri statuta est, vel quia totus mundus co-
inquinat⁹ erat peccatis nostris, & septem illis pollutus
diebus. Vbi autē venit dies resurrectionis, cōuiuificati
dño IESV resurreximus, & erecti sumus, in nouitate
vitæ præferentes ablutionis gratiā. Meritoq; primo-
genita offerimus animantia in figura primogeniti filii
dei, castitatis & simplicitatis spiritale sacrificiū deo ac-
ceptum, non quarto aut quinto die, ne immundum aut
incōsummatū sacrificiū sit: sed octaua die, qua omnes in
Christi resurrectiōe nō solū resuscitati, sed etiā cōfirma-
ti sumus. Vnde licet in baptismate statim sit plena pur
gatio: tamē qa ablutiōis ipsius sacrificiiq; rationē bapti-
zatus debet cognoscere, non offert sacrificiū, nisi octauū
ingrediat̃ diē, vt informat⁹ agnitiōe sacramētorū cęle-
stiū, nō quasi rudis hostia, sed q̃si ratiōis capax, tūc demū
suū mun⁹ altarib⁹ sacris offerat, cū cœperit esse instru-
ctior, ne offerētis inscitia cōtaminet oblatiōis mysteriū.
C Titulus autem psalmi, ALLELVIA est, hoc est
laus dei. In iis enim vere deus laudatur, in quibus est
peccatorum remissio. Deniq; ī superiore psalmo passio
domini præmissa est, quæ mundum hunc diluit, vt di-
gnos faceret populos qui deum immaculato ore lau-
darēt. Ipsa quoq; literarū elementa, vt omnia Hebræa
nomina, non sunt rationabilis interpretationis vacua
atq; immunia, quorum significatiōes locis suis aperie-
mus. Centesimus & vndecimus psalmus per has lite-
ras in Hebræo in principiis versiculorū digestus est, &
est totus ethicus, & cētesimus & decimus mihi ita scri-
ptus videtur. Deniq; vicenos & binos versus habēt, &
singulis versibus singulæ explicantur sententię. Vnde
& per metra asseruntur esse descripti.

SERMO PRIMVS.

ℵ Aleph. PRIMA litera Aleph dicitur, cuius inter-
pretatio, doctrina est. Solicitus ergo auditor
plenos doctrinæ esse versus qui sequuntur,
debes præsumere.

Beati, inquit, immaculati in via, qui am- Versus I
bulant in lege domini.
Beati qui scrutantur testimonia eius, in II
toto corde exquirunt eum.

Quā pulcher ordo, q̃ plenus doctrinę, & gratiæ: nō prius, D
Qui scrutātur testimonia eius, dixit. Potuit enim cō-
uenire secundū literam: sed prius, Beati immaculati in
via. Ante enim vita, q̃ doctrina quærēda est. Vita enī
bona & sine doctrina habet gratiam, doctrina sine vita
integritatē non habet. In maleuolā etenim animam nō Sapien. 1.
cadit sapientia. Ideoq; ait: Quęrent me mali, & non in-
uenient. quia improbitate cęcatur mētis oculus, & cali-
gante sibi iniquitate mysteria profunda inuenire nō po
test. Primū ergo exercenda est vitæ militia, corrigendi
mores. Cū hęc instituerimus ad cursum debitum, vt sit
offensionis correctio, puritatis gratia: tūc ad studia per-
cipiendę cognitiōis veniamus suo ordine & via. Prima
igitur sunt moralia: secunda mystica. In illis vita, in his
cognitio: ita vt si perfectionē requiras, nec vita sine co-
gnitione, nec cognitio sine vita sit. Vtrūq; astipulat̃ al-
teri. Ideoq; ait scriptura: Seminate vobis ad iustitiam,
vindemiate ad fructū vitæ, illuminate vobis lumen co-
gnitionis. Non prius illuminate, sed seminate: nec solū
seminate prius ad iustitiā: sed etiā vindemiate, inq̄t, ad
fructū vitę, & sic illuminate lumē cognitionis: vt perfe-
ctio nō solū cōsitis, sed etiā receptis fructib⁹ approbet̃. In E
primo q̄q; psalmo hūc ordinē tenuit, vt ī via ambulādū
doceret prius, & tūc ī lege meditādū. Qui enī nō abiit in
cōsilio impiorū, vtiq; de pietatis via, & iustitiæ semita
nō recessit: meritoq; ī via ambulās beatus pronūciat̃: &
die ac nocte meditationē legis exercēs habet gratiā bea
titudinis. Quā istitutionē secut⁹ Salomō, librū de Pro-
uerbiis scripsit, q̃ moralē locū vberius expressit, naturalē
in Ecclesiaste, mysticum in Cāticis canticorū: q̄q̄ si dili-
gēter discutias, & ī Prouerbiis mystica pleraq; reperias,
& in Canticis moraliū suauitatē. Nā vtiq; mysticū est:
Sapientia ædificauit sibi domū, & subdidit colūnas se- Prouer. 9.
ptem: interfecit suas hostias &c. Hoc quoq; in Cāticis,
licet tam mysticū q̃ morale, in quo blanditiarū suauitas
& affectus amātis exprimitur: Osculetur me ab oscu- Principiū
lo oris sui, quoniā optima vbera tua super vinū, & odor libri canti
vnguētorū tuorū super omnia aromata. Cōstitue er- corum Sa
go virginē desponsatā multo tēpore, & iusto feruētem lomonis
amore, quæ multa præclara opera dilecti, probabilium huic operi
testium assertione cognouerit, desideriis suspensis dila- insertorū.
tam frequēter, iam nō ferētē moras, quæ omnia fecisset
vt sponsum videret, aliquando votis potitā suis, ad im- F
prouisum sponsi aduentū gaudio turbatā, non quærere
primordia salutationis, nō verborum vices: sed statim
quod desiderasset exigere. Ita ergo & sancta ecclesia quę
in primordiis mūdi desponsata in paradiso, præfigura-
ta ī diluuio, annūciata per legē, vocata per prophetas,
diu redemptionē hominū, euāgelii decorē, dilecti expe-
ctasset aduentum, impatiēs morę in oscula ruit, dicens:
Osculetur me ab osculo oris sui. Et delectata osculis ad-
iecit: Quoniā optima vbera tua super vinū. Et, vt mo-
ralius dicamus, intellige mihi carnē illā quæ madefa-
cta fuerat in Adā serpētis veneno, quæ criminū marce-
bat fœtore, q̃ procedebat in filiab⁹ Sion alta ceruice, &
nutib⁹ oculorū, & itinere pedū trahēs tunicas, & pedib⁹
suis ludēs, crinīū cincinnis & cōpositis vultib⁹ atq; redi-
miculis & omī affectato decore pl⁹ dedecēs: eadē tamē
plurimis edoctā oraculis ꝙ vētur⁹ esset q serpētis illece
bris exclusis, sancti spūs infunderet gratiā, vt omīs caro
videret salutare dei, omnis caro ad deū veniret, inarsisse
desiderio: sed metuentē ne vt impatiēs, vt lasciua, vt lu-
xuriosa, vt querula, sicut ante fuerat, displiceret, quāuis
longiore q̃ ferre iā poterat, morantis aduentus dñici ex-
pectatione quateret̃: nō immurmurantē tamē, nec trās-

1. Tim. 2. gredientē: sed leuātē in omni loco puras manus sine ira
G & disceptatione, in habitu ornato, cum verecūdia & sobrietate ornātē se, nō in tortis crinib⁹, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa: sed iis quae castitatis & bonae cōuersationis decerēt gratiā, orare dicentē: Osculet᷑ me ab osculo oris sui, quoniā optima vbera tua super vinū. Iā volebat adherere Christo caro, iā festinabat innubere, vt esset vn⁹ spūs, & fieret caro Christi, quae erat ante meretricis. Osculetur, inqt, me. Osculat᷑ nos dei verbū, quādo sensū nostrū spūs cognitionis illuminat. Et tanq̄ despiciens oēs iucūditates & delectationes suas, cęlestibus cupiēs inhaerere mādatis, ait: Quoniā optima pręcepta testamētorū tuorū super omnē appetētiā carnis, & seculi voluptatē. Meminerat enim se in Eua ante sic lapsam: at dū voluptatē corporis prefert mādatis caele-
Cantic. 1. stibus, ait: Vnguentū exinanitū nomē tuū. Hoc est, totus immūdis impuritatib⁹ diuersorum facinorū foetebat hic mūdus: nūc spirat vbiq; suauitas pudicitiae, vnguentū fidei, flos integritatis. Et a moralibus venit ad
Ibidem. mystica, dicens: Introduxit me rex in cubiculū suū, exultem⁹ & letemur in te, diligamus vbera tua sup vinū. Simplex est enī osculū: negociosum autē cubiculi secretū. In ipso quoq; Euāgelio pulcherrimus de moralibus locus est, vt vnusquisq; vas suum mundet, dicente dño:
Mat. 23. Pharisaee caece, munda prius qd intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id qd foris est, mūdū. Nā nisi se vnusquisq; intus mundauerit: etiā si foris speciosus videatur & iustus, similis erit dealbatis sepulchris, vt foris quidē iustus videatur, intus vero sit foetidus. Sic est doctrina
H sine vitae innocentia. Sed nec ipsa doctrina potest mercedē habere vbi gratia non habet innocentiā. Peccato-
Psal. 49. ri enim dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas? Sed reuertamur ad propositum psalmum.

I Beati, inquit, immaculati in via, qui ambulant in lege domini.

II Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum.

Primus versus moralis, secūdus mysticus. Quis hoc dicit? Propheta vtiq; qui fungebatur carnis alloquio, & dicit hoc post eum psalmū quo descripta est dñi nostri IESV Christi passio. Vbi ergo & diuina sacramēta reuelata sunt, & induit dñicę resurrectionis laetitiam, & passionis degustauit gratiam, vidit iustorum cōgregationes, populos redemptorū, perditorū salutē, mortuorum resurrectionē, sanctificationē sacramentorū, exclamauit dicēs: Beati immaculati ī via. Hoc est, Ecce maledicta terra in Adā, coepit habere beatitudinē, si tamē legē dñi nō derelinquat. Ecce immaculatus est homo,
I qui erat ante pollutus. Q̄z preciosum est custodire praeceptū dñi, q̄ preciosum etiā pręcepti vnius scire mysterium. Sed quis est immaculatus? Nō vtiq; qui in quacunq; via ambulat, sed qui in Christo ambulat. Ipse enī
Ioan. 14. dixit: Ego sum via. In hac via qui ambulat, errare non nouit, si tamen ab hac via nunq̄ recedat. Est & via lex: & ideo dum immaculatus est, in lege dñi ambulet, nec ambulare in hac via desinat, ne immaculatus esse desistat. Nō declinet in dexterā aut laeuā, nō titubet, non re-
Philip. 5. sistat, nō expectet, sed ambulet superiora obliuiscens, & ea quae sunt priora appetēs, ad destinatū sequatur brauium, festinet, contendat vsq; in finē. Finis enī legis est Christus. Multi volunt ambulare in via, sed nō vsq; ad
Rom. 10. finē. Non ambulāt Iudaei vsq; ad finem, qui nō vsq; ad Christum ambulāt. Non ambulat Manichaeus in via qui legē refutat: sed ambulat vera fides, quae & legem suscipit, & plenitudinē legis agnoscit. Si quis ergo ī via ambulat, scrutetur testimonia dñi. Qd licet mysticum sit, tamen etiā moralia in se habet: quoniam melius potest ambulare in via qui scrutat᷑ dñi testimonia. Nā vt quis intemperātissimus captus adulterinae cupiditatis aestu, & vict⁹ libidine, vel indulgēs flagitiis, q̄ repugnare nolit appetentiae suę carnis, conuersus huc atq; illuc si neminē forte videat flagitii sui testē, in facinus ruat: idē tamē quāuis inueniat paratā occasionē potiendi, explorat diligenter omnia, in diuersum oculos suos, incuriosus iustitię, solicit⁹ famę, detorquet frequēter, erubescēs testimonium erroris, qui nō erubescit errorē: ac si quem forte spectatorē cognouerit facinoris sui, verecundia sequestrat intēperantiā: & quāuis cū ancilla vel meretrice vulgari, vbi nullū sit deprehēdēdi periculum, tētamēta moliatur libidinis, pudore tamē inceptū deserit. Quāto magis si quis alleuet mētis oculos, & cōsideret plena esse angelorū omnia, aerem, terras, mare, ecclesias, quibus angeli pręsunt, (mittit enī dñs angelos suos ad defensionē eorū qui haeredes futuri sunt promissorū caelestiū) cōcepto potest renūciare peccato? Vnde ista turba innocentiū, nisi ex illis peccatoribus? Eadem natura est omniū, sed diuersa disciplina. Circūcisio nihil est, & gentilitas nihil est: sed obseruantia mandatorū dei, naturae ipsi⁹ auget gratiam: merita* cōmutat ille qui dicit: Tenebrę ī circuitu, & parietes me operiūt, peccatorū meo- Eccli. 23.
rū nō erit memor altissimus. Nō reueritus esses angelorū praesentiā, si pręsentes esse crederes? Nō metueres nō dicā facere, sed loqui, aut etiā cogitare qd prauū est, si tibi diuina scriptura suasisset qa deus cogitationū arbiter, secretorū testis est verax, sicut ipse ait: Estote mi- Esaię. 43.
hi testes, & ego testis, dicit dñs deus, & puer meus quē elegi? Hominē vereris pręsentē, dei patris & filii nō vereris praesentiā? Sed nō vis credere, ne possis cauere: nō L
vis audire cū legitur quia deus nouit occulta hominū, ne incipias scire quod timeas, & timere ne pecces. Audi ergo scripturā diuinā, vt cōuertaris a via praua & maligna. Noli sicut caecus oculis corporalibus, aut sicut surdus, qui eo φ nō potest videre nec audire pręsentes, solū esse se credit, & ī plurimorū coetu, dū putat nullum esse presentē, perpetrare adoritur qd arbitrat᷑ esse secretum. nō potest enī vidētes videre qui non videt: Similiter & tu mētis caecatus oculis noli aestimare φ sine teste delinquas, quia hominis pręsentiā declinare potuisti. Plures sunt qui redarguūt, q̄ quos cauere potuisti. Ipsum te fugere tui accusatorē nō potes, quē cōuenit propria cōsciētia. Et si negas aliis, tibi nō negas. Et si homini inficiaris, deo fateris. Et si voluer(is) negare, tuę te cogitationes reuincūt. Heliseo assistebāt angeli, quos videbat: & 4. Reg. 6.
ideo agmina hostiū nō timebat: sed timebat puer eius qui angelos nō videbat. Aperuit oculos eius ad vocem prophetę gratia dei, vidit angelorū exercit⁹, & credidit esse p̄sentes, quos antea, qa nō videbat, putabat absētes. M
Et tu lege prophetam vt videas, lege vt aperiat oculos tuos, nec te hostilis legio perterreat, & obsessū esse te credas, q liber es, qui munit⁹ es spiritalibus turmis, si prophetā nō derelinquas. Cū tibi Propheta loquit᷑ qa deus dixit: Ego caelū & terrā cōpleo: cū tibi Propheta dicit Hier. 23.
quia plures nobiscū sunt, quia in circuitu nostro angeli sunt: attolle oculos mētis, & videbis non solū angelos, sed etiā deū, qui dicat tibi: Aperi mihi soror mea, proxi- Cantic. 5.
ma mea. Pulsat ad ianuā & quādo tu dormis: si tamen vel excitatus euigiles, vel vocatus ianuam tui pectoris aperias, introibit. Q̄z si fugias lectionē propheticā, si domi nō legas, in ecclesia audire nolis: nonne sicut ille qui auerso cōniuet obtutu ne videat qd possit videre, claudit oculos ne aspiciat, cui potestas vidēdi est: aut sicut in furore pleriq; iniecere man⁹ oculis suis: ita & tu primo auerteris cōniuēti magis dissimulatiōe, q̄ refragatione p̄rupta? Nā cū ad ecclesiā venis, & Christianū te asser(is), sanus videris, aperis oculos qbus possis videre: sed dū audire dissimulas q̄ legūtur, claudis ne videas tibi, etsi aliis videre videris: iniicis etiā quasdā pfidię & intēperātię man⁹ oculis animę tuę, & cęcitatē ifers cordi tuo, qd est grauius, volūtariā, vt vidēs nō videas, audiēs nō audias. Putas te solū esse cū fornicaris, & nō recordaris

A quia oculi dñi vident orbē terrarū? Nō audis dicentem:
Ioan. 16. Ecce venit hora vt dispergamini vnusqsq; in sua, & me solū relinquatis: sed nō sum solus, quia pater mecū est? Adest ergo pater, adest & filius dei: assunt ministri, as-
Esaiae. 6. sunt Cherubim & Seraphim, qui dicūt, Sanctus, sctūs, sanctus: plena est terra maiestatis tuae. Plenus est enim mūdus sanctarū virtutū, quia plenus est nequitiarum. Plenus est orbis terrarum remediis, quia plenus est laqueis. Putas φ in lupanari Christus te non videat, quē videt lupanar intrare? Putas φ in adulterio te non deprehēdat, quem videt adulterium cogitantē? Num parietes refugit, qui spectat errores? & secretum criminis auersatur, qui scenā criminis intuetur? An putas tunc primū te intrare meritoriū, cū fornicē meretricis ingrederis? Intrasti iā quādo cogitationes tuas meretrix introiuit. Intrasti iam quando ad potiendā prostibuli cupiditatē gressu mētis intrasti. Pulsasti lupanaris fores, quando ad mulieris cōcupiscendae decorē oculos mētis aperuisti. Et si verū audire vis: quō te in lupanari nō vidit Christus, quādo te vidit qui adulterādo in corde tuo teipsum lupanar esse fecisti? Deniq; ipse dicit dominus
Matth. 5. IESVS: Qui viderit mulierē ad concupiscendū eam, iam adulterauit eam in corde suo. Vnde tamen tā religiosus in opinione, qui tam probrosus in crimine? Sed acquiesco tibi φ IESVS te nolit videre, nolit reuincere, q nolit accusare: nolint videre & angeli: sed videt diabolus, qui tecū introiuit, immo q te introduxit. Vident ministri eius q te circundederūt, ne videres angelos dei.
B Vidit Belial, vidit legio, qui te impulerūt, ne quis reuocaret, ne quis teneret. Noli putare quod colludium tibi praestet silentii, qui volet tecū supplicii habere cōsortiū. Studet plures similes sui videre, & in eo habet gloriam qd plures perditos fecerit. Ipse est incentor, ipse accusator, ipse in Iudā introiuit, ipse eum ad proditionē impulit, ipse misit ad laqueum. Quanti dicturi sunt in illo die aduersus eū, Tu nos circūuenisti, tu impulisti. Exēplū queris? Accipe dicētē Euā, praeuaricationis suę autorē fuisse serpētē. Sed illū implicauit, nō se absoluit. Cui re-
Genes. 3. spōdit Dñs: Non preceperā ne gustaretis de ligno solo qd est in medio padisi? Respōdebit ergo veritas & pluribus: Diabolū audistis suadentē noxia, me non potuistis audire vitalia mādātē? Et ideo operemur iustitias.

III Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.

IIII Tu mādasti mādata tua custodiri nimis.

V Vtinā dirigantur viae meae ad custodiēdas iustificationes tuas.

VI Tunc non confundar, cum perspiciam in omnia mandata tua.

C Non solū mandasti, inquit, custodire mādata tua, sed etiā custodire nimis. Quado hoc mādauit? In paradiso quidē mādauit Adae vt custodiret mandata. Sed fortasse nō mādauerat nimis custodire: & ideo lapsus est, ideo inflexus voce mulieris suae, ideo decept⁹ erat a serpente, putans φ si in parte aliqua recederet a mandato, non penitus erraret. sed quia semel a semita mādatorū recessit, totā deseruit viā. Inuenit eū serpens extra viā, & expoliauit, omnibusq; nudum reliquit. Ideo dñs, quia lapsus erat qui in paradiso erat: postea te per legem, per prophetas, per euangeliū, per apostolos monuit vt ni-
Mat. 12. miū custodias mādata dñi dei tui. Omne, inquit, verbū qd locutus fueris, reddes pro eo rationē. Noli dissimulare, ab aliquo mādato iota vnū aut vnus apex nō praeterit. Noli recedere de via. Si in via ambulās vix tutus es a latrone: quid facies si te extra viā vagātē inuenerit? Dirigant᷑ gressus tui: & ne infirm⁹ sis ad dirigēdū, precare vt dirigat dñs vias tuas. Hic optat, Vtinā dirigā-
Psal. 39. tur vię meae. alibi dicit: Expectās expectaui dñm, & exaudiuit me: & statuit pedes meos ī petra, & direxit gressus meos. Roga ergo & tu vt dñs dirigat vestigia mē- D
tis tuae, quo possis dñi custodire iustificationes. Nō cōfunderis cū respexeris in omnia mādata eius. Ante enī cōfusus es in Adā & Eua. Deniq; nudus factus es: operuisti te foliis, quia cōfundebaris: abscōdisti te a cōspectu dei, qa erubescebas, ita vt tibi diceret De⁹: Adā, vbi es? Genes. 3.
Cū illi dicit, tibi dicit. Adā enī interpretatiōe latina homo dicit᷑. Hoc est, Homo, vbi es? Et Adā respōdit: Timens, qa nudus erā, & tota mēte cōfusus, ante cōspectū tuū venire nō ausus sum. Ergo ne cōfundamur, custodiamus mādata dñi, & custodiamus oīa. Nā si quis vnū mādatū custodiat, & aliud preuaricet᷑, nihil ei prodest. Custodiuit se aliquis a sanguine, non custodiuit ab adulterio: vtiq; in vno cōuictus, punit᷑ etiā legib⁹ secularibus: nec prodest ei alterius criminis abstinētia, si in altero fuerit deprehēsus.

Cōfitebor tibi dñe in directiōe cordis. VII

Aduertis quas vias dirigas:

In eo cum didicero iudicia iustitiae tuae.

Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaq;. VIII

Hoc loco mystica plenius cognoscere se velle testatur, vt ingrediat᷑ penetralia mysteriorū caelestiū, & aperiātur sibi thesauri sapiētiae & sciētiae in Christo abscōditi. Vnde & Salomon ait: Attrahe nos post te, In odore Cantic. 1.
vnguentorū tuorū curramus. Introduxit me rex in cubiculū suū. Et fortasse illud qd ait supra, Osculet᷑ me ab osculis oris sui: significat spūssancti superuenientis gratiā, sicut angelus ad Mariā dixit: Spūssctūs superueni- Lucę. 1.
et in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Quādo autē introduxerit eā rex ī cubiculū suū, passiōis tēpus, lateris E
cōpūctio declarat, sanguinis effusio, sepulturę vnguētū, resurrectionis mysteriū, vt osculū quasi spōsa acceperit: in cubiculū autē Christi sit introducta ecclesia: non iam quasi tātūmodo despōsata, sed etiā quasi nupta: nec solū thalamū sit ingressa, sed etiā legitimę claues copulę cōsecuta sit. Ideoq; quasi ī thalamo sita ait: Colligatio gut Cantic. 1.
tę frater me⁹ mihi, inter media vbera requiescit. Qd sit cubiculū quaerim⁹: ipse nos edoceat qui ait: Tu autē cū Matth. 6.
orabis, intra in cubiculū tuū: & clauso ostio ora patrem tuū in abscōdito. Cubiculū Ecclesiae, corpus est Christi. Introduxit eam rex in oīa interiora mysteria, dedit ei claues vt aperiret sibi thesauros sciētiae sacramētorum, clausas antea fores pāderet, cognosceret quiescētis gratiā, defuncti somnū, virtutē resurrectiōis. In illo cubiculo iustitias dñi IESV nupta reperit. Quę sunt illę iustitię? Vtiq; sacramēta baptismatis, sicut legimus: quia cū veniēti ad baptismū diceret Ioānes, Ego a te debeo Mat. 3.
baptizari, & tu venis ad me? respondit IESVS: Sine modo. Sic enī decet nos adimplere omnē iustitiā. In il- F
lo cubiculo iustificationes didicit, cognouit cōsiliū dei, sicut scriptū est: Quia oīs populus audiēs, & publica- Lucae. 7.
ni iustificauerūt deū, baptizati baptismo Ioānis: pharisaei autē & legisperiti cōsiliū dei spreuerūt ī se, nō baptizati ab eo. Qd illi spreuerunt, nos elegim⁹, & sequimur cōsiliū dei, quo nihil potest esse sublimi⁹. hoc enī diuinū, quo fit remissio peccatorū. Cum didicerit itaq; iustitias dñi, deum timēs nō cōfundet᷑. Deniq; & Paulus ait: In Philip. 1.
nullo cōfundar. Et qa nullus potest perfect⁹ esse sine fauore dei, neq; tutus: ideo rogare debet ne penit⁹ eū relinquat de⁹. Nā supra rogauit Dauid ne derelinqueretur, dicēs: Ne derelinquas me dñe deus me⁹. hic ait: Ne dereliquas me vsquaq;. hoc est, multū. Supra forte quasi adhuc imperfect⁹, & in magnis perturbationib⁹ posit⁹ se derelinqui timebat: hic autē iā fortior nō timet derelinqui vt tētet᷑, sed rogat ne penitus derelinquatur. Plerūq; enī derelinquit deus quos vult probari: penit⁹ autē derelinquit quos deserit. Dereliquit penit⁹ Iudā: nō dereliquit autē sāctū Iob, in cuius patrimoniū ius tyrānidis aduersario tribuit, ī cuius corpus potestatē diabolo

G dedit: in animã autẽ nõ dedit. Nã si dedisset in animã, penitus dereliquisset eũ. Nunquid non ideo relictus est Iob, vt relictus probaretur, probat⁹ coronaretur? Dereliquit igitur Iudã, cui ait: Quod facis, fac celerius.
Ioan. 13.
Dereliquit enim penitus quẽ sceleris sui permisit effectui. Alios autẽ non dereliqt apostolos, quos cũ vidisset esse
Ioan. 14.
turbatos, quia dixerat: Quo ego vado, vos nõ potestis venire: addidit: Non turbetur cor vestrũ. Et infra: Iterũ venio & accipio vos ad meipsum, vt vbi sũ ego, & vos sitis. Deniq; turbatus Petrus q derelinqui timebat, ait: Dñe, quo vadis? Vidit dñs turbari eum, & respõdit ei: Quo ego vado, nõ potes me modo sequi: sequeris autẽ postea. Sic & in mari cũ titubaret, clamauit ad Christũ, & porrexit ei dexteram Christus, ne penitus derelictus periret. Nemo autẽ debet inflari qd nunq̃ derelinquatur, vel dolere quod aliquãdo derelinquatur. Siquidem ipse
Psal. 21.
filius se dicit derelictũ, sicut habes: Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Et ille quidem nunq̃ derelictus a patre est, cũ quo pater semper est. Scriptum
Ioan. 16.
est enim: Ecce iã venit hora vt dispergamini vnusquisq; in sua, & me solũ relinquatis. sed non sum solus, quoniã pater mecũ est. Sed secundũ corpus in quo est traditus passioni, vox ista processit, quoniã derelinqui nobis videmur quãdo sum⁹ in periculis cõstituti. Vnde & Pau-
Roma. 8.
lus ait de patre deo: Qui filio proprio non pepercit, sed
H pro nobis omnib⁹ tradidit eũ. Dereliquisse videtur, qa non pepercit qui tradidit morti: sed non penitus dereli-
Psal. 15.
quit, cui dicitur: Quia nõ derelinques animã meã in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

SERMO SECVNDVS.

IN quo corrigit iunenior viã suã? Superiorũ octo versuũ non absurda nobis cecidit disputatio: ideoq; & sequentia persequi studiũ fuit. Et primũ literę secundæ, hoc est, Beth interpretatio consideranda est, quæ in Latinũ conuersa, confusio declaratur.
ב Beth.
Sed qui viam suam corrigit, non confũdetur. Verum quia is qui corrigit, ante in errore fuit: (quomodo enĩ corrigitur nisi qd ante deflexit a vero?) vtiq; in lapsu positus, & adolescẽtię luxu, ac lasciuę ętatis captus illecebris, vbi ad iuuẽtutis prouectus cõfinia sobria mente resipiscit: tanq̃ confusus animo, quomodo erubescenda deponat, & plena probitatis assumat, diu secum voluit, & diuersis fluctuãs cogitationibus librat atq; examinat, superiora obliuiscẽs, & ea quæ sũt priora appetens, quemadmodũ viam suam corrigat, offensioneq; adolescentioris ætatis seria iuuentutis fronte prætexat. Vnde ne diu dubitet huiusmodi, & ĩ incerto hæreat, dat Propheta consiliũ, quasi cũ eo ipse deliberans.
I Tunc enim salubriora consilia credimus, si propensiore meditatione examinata videant̃. Sed ipsa deliberationis susceptio docta definitione distinguitur, vt diuersarum cogitationum anfractus cõuersus auferat, dicens:

I In quo corrigit iuuenior *viam suam?

*al's, iunior.

Hic enim deliberantis est finis, quo viam suam corrigat. Et respondet:

In custodiendo verba tua*.

*al's, sermones tuos.

Et bene ad deũ conuersus respondit deliberanti, quasi prece atq; oratione delata consiliũ hoc domini inspiratione reperiret, vt non præsumptionis humanæ, sed dignationis diuinæ remediũ crederetur. Mens enim nostra verborum cælestium cõspersa seminibus, quę ante degenerabat in stirpib⁹, meliores cult⁹ edere, fructusq; afferre incipit. Dirigamus igitur semitas nostras, nec tortuosi serpentis sequamur anfractus. Viæ enim domini rectæ: peruersæ autem viæ errantium, de quibus dicitur: O qui dereliquerunt semitas rectas. In ordinem seges læta porrigitur, atq; in versum quendã vineta ponũtur, ceruorum cursus directior, vulpeculæ flexuosus.
Lucę. 13.
Ideo de Herode dicitur: Ite dicite vulpi illi. quia deflexerat a via recta, nec iter suum in iuuentute correxerat, dignus Hieremiæ threno, quo deflẽtur peccatores, qui
K iugum verbi in iuuentute suscipere recusarunt. Ideo captiui ducti sunt, ideo deplorantur tanq̃ mortui, quia viæ nescierũt semitas, & digna opera cadauerum busto non declinauerunt. Flens ergo mortem perpetuam Iudæorum dicit Hieremias: Bonũ est viro cum tollit iu-
Threñ. 3.
gum in iuuẽtute: sedebit singulariter, & silebit, quia tulit in se. Non solum tollere iugum verbi, sed in iuuentute debemus tollere. Si enim sero tollam⁹, incipimus pœnitentiam superiorum magis habere, quàm tenere gratiam. Præueniamus ergo iuuentutis annos correctione congrua, vt magis dicamus singuli: Deus qui pascit me a iuuentute mea. quam recordationem habẽtes lapsuũ defleamus dicentes: Delicta iuuentutis meæ, &
Psal. 24.
ignorantiæ meæ ne memineris. Hoc debilitatis est remedium, illud robur salutis. Salutis medicina vulneri quæritur: gratia sanitati. ideoq; ait: Bonum est viro cũ tollit iugum in iuuentute. Ei autẽ qui post decursæ iuuentutis annos iugum tulerit, nõ est statim perfectum bonum. Stimulant enim eum peccata sua, exagitat cõscientiam consuetudo peccandi, & vsus erroris instabilem facit. Luctandũ est diu huiusmodi viro, vt abolere faciat inueterata atq; diuturna. Huic in periculo res est, illi in bono. Deniq; sedebit ille singulariter, quasi is qui facile nõ inueniat æqualem, singularibus donatus præmiis: & silebit quietus & feriatus ab omĩ interpellatione mundanæ solicitudinis & voluptatis, & diuinis vacabat oraculis, quæ solent singulariter sedentibus reuelari, sicut sancto Dauid, qui ait: Quoniam tu singula-
Psalm. 4.
riter in spe cõstituisti me. Et hic quidem non in secreto solus sedebat, sed cum præesset populis: singulari tamẽ gratia preminebat.
L Helias solus sedebat cum ab angelo, vel etiam coruis cibum deferentibus pasceretur. Solus, non solum secretus a turbis, verũetiam, segregatus a meritis plurimorum. Deniq; reuelationes illi diuinæ gratię refulgebant, cuius muneris fructum pro mercede adipiscebatur: quia a iuuẽtute sua iugũ verbi suscipiẽdũ putauit, nec trahẽda longo diutius fune peccata. Potest iuuenior iste qui fecit bonũ, tollẽdo in iuuẽtute iugum verbi, nondũ perfectus, & adhuc iunior, segregans se a colloquiis equaliũ, (quę plerũq; corrumpunt bonos mores) & contagia volens fugere peccantium, ita intelligi singulariter sedere & silere, ne rudis ętatis facilitate labatur: sed intẽdere seniorũ præceptis, prophetarũ oraculis, apostolorũ magisteriis: laudandus eo, quia prius vult loquenda cognoscere, q̃ proferre quæ sentiat, anteq̃ loqui discat, timẽs ne multiloquio peccatum cõtrahat. Vnde puto & Pythagorã illũ philosophũ imitatorem iuuenis hui⁹ prophetici instituisse sectã, vt discipuli sui quinquennio nõ loquẽtes tãto silẽtio loqui discerent: cũ præsertim & Dauid superioris ætatis q̃ Pythagoram fuisse non dubium sit, qui ait: Dixi, custodiam vias me-
Psal. 38.
as, vt nõ delinquã in lingua mea: Posui ori meo custodiam. Et quia forte aliquando aliquid locutus esset incautius: ideo postea a deo poni ori suo custodiã postu-
M lauit. Esaiam quoq; Pythagoricis anteriorẽ fuisse quis nesciat? qui cum audisset, Clama: nõ prius clamauerit
Esaię. 40.
q̃ audiret quid clamare deberet. Respõdit enim, Quid clamabo? Vnde dictum est ei: Omnis enim caro fœnũ: verbum autẽ domini manet in æternũ. Et prophetica voce clamauit. Vterq; igitur iuuenis prædicandus: ille tamẽ serius, hic cautus: ille seipso contẽtus, & nunq̃ sibi solus: istę pulchrã ætati lubricę disciplinã asciscẽs silẽtii: nec adhuc sibi abundãs, sed aliis se timens credere: quęrens tamen a iuuentute cõgregare quæ in senectute & sibi & proximis suis prosint, ne dicatur ei: Quę in iuuẽ-
Eccli. 25.
tute nõ collegisti, quomodo inuenies ĩ senectute? Ergo is si in consilio seniorum sederit, manum adhibebit ori suo: vt audiens sentẽtias colligat quod sibi ad maturiorẽ seruet ætatẽ: quẽadmodũ Maria cum verba Christi
Lucæ. 2.
audiret, cõferebat ea omnia in corde suo. Quẽadmodũ

A Ioannes cũ caput suum supra pectus IESV domini reclinaret, hauriebat profunda secreta sapientię. En tibi iuuenem qui viam suam in iuuẽtute correxit. Piscator erat cũ fratre suo, vidit dominũ IESVM cũ plicaret
Mat. 4.
retia sua, & audiuit dicẽtẽ: Venite, faciã vos piscatores hominũ. & relictis retib⁹ suis, & patre, secutus est eum. Viam seculi cœperat currere, sed auditis Christi imperiis deseruit viam mundi, secutus est Christũ: probauit quia ĩ eo corrigit iuuenior viam suam, si Christi verba
Cantic. 1.
custodiat, dicens ad eũ: Diligamus vbera tua super vinum. Sic tamen bibens, vt non absorberetur vino: sed gratia eius lætitiã cordis hauriret, nõ corporis ebrietate titubaret. Deniq; bibẽs hoc vinũ aperuit oculos suos, & vidit viã rectã, reliquit tortuosas vias, dicens: Ęquitas dilexit te. Hoc est, non flexuosa itinera te sequũtur, sed sol⁹ ad te potest iustitiæ trames peruenire. Qui enĩ diligit iustitiã, non se auertit a Christo. Quomodo enĩ arbitrũ iustitiæ, remuneratorẽq; meritorũ innocẽs metuat conscientia? In hoc ergo iuuene spectato, hoc est, in Ioanne, præuide magna mysteria, quę in Canticis canticorũ sanctus Salomon repletus domini spiritu resultauit. Constitue dominũ IESVM recumbentem in conuiuio, reclinantẽ se Ioannẽ supra pectus eius, mirãtes alios qd seruus supra dominũ reclinaret, qd caro illa peccatrix supra templũ verbi recumberet, qd anima illa carnis vinculis innexa, aulã diuinę plenitudinis scruta-
B retur. Hęc ergo mirãtibus aliis, respondit anima Ioan-
Cantic. 1.
nis: Fusca sum, & decora filia Hierusalẽ. Fusca per culpam: decora per gratiã. Dicit & caro: Fusca sum & decora. Fusca puluere seculari, quã certando collegi: decora oculo spiritali, quo mũdi huius puluerem squaloreq; detersi. Fusca per vitiũ: sed decora iam per lauacrum, quo ablui omne delictũ. Fusca sum, quia peccaui: decora, qa iã me diligit Christus. quã relegauerat ĩ Eua, recepit ex virgine, suscepit ex Maria. Dicit etiã synagoga, cuius mysteria hoc loco plerisq; vident̃ exprimi: quę cũ se reiici iam videret propter totius plebis impietatẽ: solabatur se tamen, quia ipsũ Christũ de populo suo, nõ tantũ, sed & Petrũ, Ioannẽ, Iacobũ, Christo adhærẽtes videbat: quia habebat eloquia sibi credita. & ideo dicebat: Fusca sum & decora filia Hierusalẽ. Fusca per incredulitatẽ: decora per legẽ. fusca per lapsum: decora, qa dilexit me sol, & prior facta sum congregatio dei. Noli-
Cantic. 1.
te refugere me quia fusca sum. ideo fusca sũ, quia sol me reliquit iustitiæ, qui ante illuminare consueuerat. amisi colorẽ vultus mei, obtusa facta est acies oculorũ meorũ quibus ante Solẽ videbam. in tenebris ambulo, quæ diem Christi nescio. Nolite tamẽ despicere me, quoniã qui reliquit, potest rursum aspicere, misereri iterũ. Solet
C congregare dispersos, desertos requirere, colligere destitutos. Omnes tribus Israel cõuenite, aspicite me decoram ante dilectã. Nolite aspicere me quoniã obfuscata sum. hoc est, nõ hoc solũ aspiciatis, quia obfuscata sum. Nõ est intuitus me Sol, & ideo obfuscata sum. Sed lucet Sol super iustos & iniustos. Super iustos pro gratia, super iniustos pro misericordia: illis mercedẽ meritorũ tribuens, istis peccata dimittens. Et gentibus non lucebat ante, nũc lucet. Nunc illis oritur, qui oriebatur mihi: q illis remisit, remittet & mihi. Nolite arbitrari quoniam obfuscata sum qd penitus reliquerit me Sol, & iã nõ intueatur, non requirat, & gratiã dissimulauit a me, quia non seruaui mãdata eius: reconciliabitur cum viderit meorũ pœnitentiã delictorũ. Non videt me Sol, quia non recepi aduenientẽ, non aperui fenestras vt lumen vitæ intraret. Cum aperuero, illuminabit oculos meos, qui venit vt totũ mundũ illuminaret, & videant
Cantic. 1.
etiam non vidẽtes. Filii matris meę pugnauerunt aduersus me. Posuerunt me custodẽ in vineis: Vineam meã non custodiui. Putant alii hoc de illis dici, qui synagogam ad legis præcepta constringunt, vt legẽ custodiat, vineam suam tueatur, quã custodire non potuit. Deniq; custodiebat vt faceret vuas: fecit autem spinas.
D Quæ sit igitur vinea, venit Dauid testificari nobis dicens: Vineam ex Ęgypto transtulisti, eiecisti gẽtes, &
Psal. 79.
plantasti eam. Possunt & apostoli esse filii matris eius, qui vere impugnauerũt synagogam, dicentes: Ecce cõ-
Actuũ. 13.
uertimur ad gẽtes. & nationibus verbum dei seminare cœperunt. Possunt & prophetæ intelligi, qui monendo denũciandoq; vt vineã suam custodiret synagoga, nihil profecerunt. Fecit enim spinas improbitatis, quę virtutis vberes fructus deferre debuerat. Et ideo cõfitetur quia populum suum custodire non potuit. Meritoq; sero quęrit tenere, quẽ cum teneret amisit, multo dissimilior eius quę dicit: Inueni quẽ dilexit anima mea, tenui
Cantic. 3.
eum, & non relinquã eum. Deniq; illa inuitat in ortum suum sponsum, hæc vbi pascat requirẽs, dicit ad ipsum: Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea. Cur quem di-
Cantic. 1.
lexit anima mea dicis, & non quẽ diligit? Cur dimisisti quẽ tenebas? Dilexisti patrũ fide, amisisti incredulitate: tenebas charitatis vinculis, amisisti longo fune perfidię. Ideo nescis vbi pascat, vbi maneat: nam si scires, non quæreres. Dicis enĩ: Vbi pascis? vbi manes in me-
Ibidem.
ridie? Meridiẽ nosti esse Ecclesiam, quę tenet Christũ, & tu eum in noctib⁹ quæris? Dic, inquit, mihi Christe, responde vel propter id quia ante charus fuisti atq; dile-
E ctus mihi. etsi ego tantæ prærogatiuã charitatis amisi: tu tamen quasi pius respõde mihi, Vbi pascis? vbi manes? Reliquisti me, abiisti ad gẽtes, recessisti lõge a me: & illis propior factus es a quibus longe eras. Sed factus es prope, quia crediderũt sanguini tuo. A me recessisti, quia ego crucem tuam non suscepi vt mundi redẽptionem, sed vt noxii damnationem. Qui autẽ receperunt sicut salutis autorem, in meridie sũt. Illis luces, illis refulges, illis calet gratia tua sicut meridies. Mihi matutinus eras cum adhuc crederẽ, sed non credebam plene: quia non sum inuenta in meridie, sicut Ioseph qui cum fratribus suis cœnabat meridie. Illis meridies factus es, qui pascũtur in diuitiis tuis, & in te sperãt. Ideo vt dixit
Psal. 36.
Dauid, Deduces eorũ iustitiã tãq̃ lumẽ, & iudiciũ eorũ tanq̃ meridiẽ. Quæres ergo tanq̃ aliena, quæ proxima eras: tanq̃ pauper, quę diues fuisti. Vis sequi quę præcedebas. atq; vtinã vel sequaris quos præcedere debuisti. Mercenaria esse desideras, quę ante mercenarios colli-
Cantic. 1.
gebas. Mercenariæ vtiq; vox ista dicentis est: Ne forte fiã circũamicta sup greges sodaliũ tuorũ. Quę proselytos ex gẽtibus ante suscipiebas: nũc ipsa in nationibus vis proselytis suscipi, & tanq̃ aduena cõgregari. Respõ-
Ibidem.
dit IESVS: Nisi noscas te decoram inter mulieres.
F Quid est se noscere, nisi vt sciat vnusquisq; hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ dei factũ, rationis capacẽ, q terrã suã excolere tanq̃ bonus agricola debeat aratro quodã & falce sapiẽtiæ, vt vel dura findãtur, vel luxuriãtia recidantur, qui inferiorẽ sui portionẽ animi imperio debeat gubernare. Vnde etiã in lege scriptũ est: Attende tibi ne fiat verbũ abscõditũ in corde tuo. Tibi, iquit, attende, non vtiq; dicit pecunię tuę, nõ possessionib⁹ tuis, non viribus corporis, sed animo tuo ac menti tuę vnde omnia cõsilia facta cogitationesq; manãt. Tibi ergo attende ibi, vbi potiorem esse te nosti. Nosce teipsum. qd
Nosce teipsum.
Apollini Pythio assignãt gentiles viri, quasi ipse autor fuerit huius sentẽtiæ, cũ de nostro vsurpatũ ad sua trãsferant, & longe anterior Moyses fuerit, qui scripsit librũ Deuteronomii, q̃ philosophi qui ista finxerũt. Vnde & Salomon oraculũ diuinũ secutus scripsit in Cãticis cãticorũ. Nisi scias te decoram inter mulieres. hoc est, nisi cognoscas te mortalẽ, rationalẽ, & cito tua pctã fatearis, cito dicas iniqtates tuas vt iustificeris, nisi cõuertaris & prior accuses delicta tua: venit dies mortis, & iã nullũ cõuersiõis remediũ est, pueniris dũ nõ cogitas. Accede facẽ tuã priusq̃ spõsi tibi claudat̃ ianua, q expectare diu nõ solet negligẽtes. Nisi scias te, inqt, decorã iter mulieres, & dicas: Fusca sũ, sed decora. Fusca sũ, quia pecca-

Gui:sed decora,quia diligor,quia gen⁹ sum Abrahæ,ele-
ctum genus,dilectum deo:nihil tibi proderit patrũ gra-
Matth.3. tia,potens est enĩ deus de lapidibus istis suscitare filios
Lucę.13. Abrahæ.Et alibi in Euangelio legisti: quia Abrahæ
filiam ligauit diabolus nequitię suę vinculis,quã soluit
domin⁹ die sabbati. Nisi ergo scias te, nihil tibi prode-
rit.Et si dicas: Abrahæ sum filia,quæ non credis,quæ
erroré non corrigis:Abrahã quidẽ saluatur:sed te nobi
litas generis non iuuabit,nisi fides seruauerit. Non te
decipiat data patribus repromissio. Nõ suscipio perso-
nam hominis,non suscipio prærogatiuam generis,nisi
videro cõgruentẽ generi morũ nobilitatem,vt fiat iusti
/ generis electio.Q⁹ si scias te, & cognoscas quia peccato
Cantic.1. obnoxia es:Exeundũ in calcaneis gregum est tibi. Exi
ergo nuda pede,& pasce hœdos tuos in tabernaculis pa
storum.Q uę sine peccato est,agnos pascat, oues pascit.
Q uę autem peccato obnoxia est,pascit hœdos,qui a si-
nistris sunt. Non enĩ potest esse in dextera pastoris bo-
Marci.8. ni,sequatur magis dicẽtem Petro: Vade retro me Sa-
tan.Sequẽdo Petrus i dextera meruit collocari.Ideoq;
Ioan.21. ei dicit: Pasce agniculos meos. Sed q̃ exeat,audi. Ad
tabernacula,inquit,pastorũ.hoc est ad gẽtes,ad dispersi-
Zacha.13 onem.Ideoq; dixit: Percutiã pastorẽ, & dispergentur
oues gregis.vt repleat totus orbis terrarũ grege Christi,significans tũc fore salutem synagogarn,cum se huic dispersioni & ipsa sociauerit,quæ repleuit omnẽ mũdũ.
Tabernacula enim pastorũ,regna sũt terræ.ideoq; pro-
pheta Dauid nationes annũciãs crediturras,ait: Regna
terræ cãtate deo. Ergo sciat se iuuenior, vt corrigat viã
suam.Sed dicis,Q uis potest cognoscere viã suã iuuior
Prou.30. vt corrigat?cũ Propheta dicat: Tria sunt impossibilia
H mihi intelligere,& quartum quod nõ agnosco, vestigia
aquilæ volantis,viam serpentis in petra,& semitas na
uis nauigantis, & vias viri in iuuentute.Si Salomon
fatetur qd nõ cognoscat vias viri in iuuentute,quomo-
do potest iunior cognoscere? Cui respondebitur q̃ illæ
viæ viri in iuuentute non cognoscantur,quæ sunt secus
vias serpentis in petra,& secus semitas nauis fluctuan-
tis,& vestigia volãtis aglę,quę vngues asperos habet,
& supra nubes volat,in aere errat, in mari piscẽ interfi-
cit:& tamẽ impossibile nõ est hoc quartũ sicut illa tria.
Cognoscit enim dominus qui sũt ipsius,& vult vt sciat
se vnusquisq;,sciat se populus dei.Sed esto nõ cognoscã-
Lucę.13. tur errantium viæ,sicut dicit dominus: Non noui vos,
discedite a me operarii iniquitatis.Hic autem iuuenior
qui potest corrigere viam suam fortasse iunior sit ętate,
non moribus,& habeat in primo flore iuuentutis suæ
senilẽ intellectũ,de quo ait:Canicies autẽ est intellectus
hominibus,quibus maturitas cõsilii,grauitasq; suppe-
Hiere.1. tit.Vnde & Hieremię dicitur:Noli dicere quia iuuenis
sum.Et vtiq; erat ætate iuuenis,sed prohibet eũ iuuenẽ
se dicere,qui esset maturioris prudentię.Daniel cũ puer
I esset,accepit spiritũ quo dign⁹ senectutis primitiis *ha-
*primit⁹. beretur vt redargueret senes,ipse non senior lõgæuita-
forte, pręte,sed gratia. Erat enim in illo ætas senectutis vita im-
miis. maculata. Cui bene competit Dauidicum illud dicere:
Super seniores intellexi.ideoq; tanq̃ de veterani consilii
& senilis conscientiæ viro diuinum pronunciauit oracu-
lum,Q uis prudentior q̃ Daniel? Nunc illud aduerta-
mus,si possibile est vt corrigat iunior viam suã,an nõ?
Si non est, ergo mentitur Propheta: sed quia nõ mẽtitur,possibile est.Ita tamen possibile,vt quod impossibi-
le videatur,fiat possibile,si custodiat iunior verba dei:si
autem non custodiat,impossibile. Vnde illud Euãge-
Mat.19. licum:Facilius est camelũ per foramen acus transire,q̃
diuitem intrare in regnum cælorum.Q uod quoq; in li-
bro Euãgelii impossibile esse dixit,sic intelligimus im-
possibile esse,quia diuites non custodiunt mandata dei:
si autem custodiant,fit possibile quod impossibile vide-
batur. Hic est camelus qui intrat per angustam viam:
quæ illum ante capere non poterat concupiscentem,ca-
pit custodientem mãdata diuina: custodientem autem k
verba diuina,quia custodit ea. Moysen quasi seniorem
elegit:& nũc quibus hoc spiritu dei cõmittitur officiũ,vt
eligant seniores viros,eligunt sine dubio inter seniores
iuuenem corrigentẽ viam suam in custodiendo verba
dei. Et si senioris ętatis virum elegerint,non quasi lon-
gæuum vtiq; elegerunt,sed quasi custodientẽ verba dei.
q̃ si reperitur in iuniore,vtiq; & ipse est eligendus. Li-
quet igitur ex his q̃ nõ senectutis longeuitas eligat,sed
custodia verborũ dei. Deniq; ipse Moyses Iesum Na-
ue & Chaleb iuuenes præ cęteris approbabat,quorum
consiliũ in terrę electione magisq̃ multorũ seniorum &
ipse secut⁹ est,& deus prætulit. Vnde & illud de Iacob
q̃ supra diximus,Deus qui pascit me a iuuẽtute mea,
manifestat nobis de eo dictũ,qui tulerit iugum verbi in
iuuẽtute sua,& recedẽs ab Esau & similibus eius, sedet
singulariter in Sion tẽpus expectans quo possit cũ disci-
plina proferre sermonẽ,& propterea spiritali est donat⁹
alimẽto,adhuc æui integer,sed veteranus cõsilio. Neq;
enim dignũ est vt credamus q̃ tãtus patriarcha de cor-
porali cibo dixerit,Deus qui pascit me a iuuẽtute mea:
quia nec corporalẽ panẽ desiderabat cum diceret:Si do- Gene.18.
minus deus mecũ est,det panẽ mihi manducare,& ve-
stem induri:omniũ quæ das mihi,decimã decimabo ti-
bi. Nam si patres nostri spiritalẽ escam mãducauerunt,
& spiritalẽ potũ biberunt,quanto magis sanctus Iacob
cibo past⁹ est spiritali? Ille quoq; intellect⁹? hoc loco sup-
petit,nec alienus a vero est:quia iuuenior ex congrega- L
tione gẽtiũ populus:qui anteq̃ in Christo crederet, tor-
tuoso errabat anfractu,in eo corrigit viam sutã,quia dei
verba custodiuit,quæ noluit custodire populus Iudæo-
rum:& ideo ille viam salutis inuenire non potuit.
Consideremus & sequentem versum.

In toto corde meo exquisiui te,ne repel- II
las me a mandatis tuis.

Si deus repellit vnũquẽq; quẽ repellendũ putat,videa-
mus ne excusationem ei tribuat qui cũ sequi deũ velit,
repulsus sit. Et primũ quẽadmodũ bonus deus repellit
sequẽtem,nisi ipse mereatur repelli,sicut ipse Dominus
Matth.8. ait: Vulpes foueas habent,& ideo quasi vulpem repel-
Mat.25. lit.Et alibi:Q uia omni habenti dabitur:ab eo autẽ qui
non habet,& quod videtur habere,auferetur ab eo.Cui
addidit,Nisi ei qui toto corde exquirit eũ,vt quod deest
3.Reg.3. naturæ, id dei operatione acquirat & gratia: sicut Sa-
lomon qui ex toto corde exquirens deum, sapientiam
postulauit:& quia non opes sibi regias, sed diuinę mu-
nus gr̃æ depoposcit,accipere meruit sapientiæ disciplinã,repletus est dei spũ vt cognosceret mãdata oia.Qui
autem nõ habet vt in corde suo exquirat deum, & facit M
quidem opus dei, sed negligẽter facit,maledicto subie-
ctus est,sicut legimus:Q uia maledictus omnis q opus Hier.48.
dei facit negligenter. Merito ergo repellitur, quia ma-
ledicto dignus est:quia polluit magis & impedit opus
quod negligenter putauerit exequendum. Consideremus ergo vtrum bonitas sit repelli ab opere negligen-
tem, an vero retineri? Et imaginem rei huius ex aliis
sumamus artibus.Curat medicus egrotum,sed negli-
genter, & desidia medici virus alta vulneris serpit.
Q uãto igitur melius remoueri huiusmodi medicum
qui tempus terit,cum profectum nullum sentiat vulne-
ratus, vt curandi officium ad eum medicũ transferatur
qui maturius possit ægroto sua diligentia subuenire?
Nonne clementior est qui repellit nihil proficientem,q̃
qui retinet ad discrimen ægroti? Constitue aliquẽ prę-
positum ædificantibus vel etiam texentibus,qui debe-
at summam operis explicare.vtrum is tibi probabilior
videtur si in id diligẽter insistat, ac si quẽ forte incurio-
sum aduertent de iis qui operantur in domo aliqua cõ-
struenda,repellat eum, melius credens non ædificare,
quàm hiantibus rimis ædificata dissolui, atq; aliquẽ in

A eius substituat locũ qui cũ diligentia ędificẽt? Similiter
etiã textrini prepositũ repulsorem negligentiũ, vt sub-
stituat diligẽtes,ne longa textrinũ corrumpat incuria,
non magis probabis q̃ illũ qui desides in sua negligẽtia
perseuerare patiatur? Trãsi nũc ad eos qui mãdata edi-
ficant,& legem intexunt,& animã vniuscuiusq; recepe-
runt sanandã. Nõne si quis eorum ędificat domum dei
cum iustitia,texit indumentũ cum diligẽtia, sanat ani-
mam cũ gratia,opus bonũ facit? Si vero incuriosus ac
remissus aliquis fabri textoris medici spiritalis locũ oc-
cupet,vt sacerdos sũmus,vt presbyter,vt minister altaris sacri:nõne cõmodius est nõ subire vnũquẽq; id mu-
neris quod implere nõ queat,q̃ subeuntem neq; ipsum
strenue suscepto fungi munere,& eripere locũ alteri qui
nauiter eum possit tueri? Q uid qđ etiam ipsi cõsulitur
qui remissior cũ sit repellitur,ne plus offensionis contra-
hat? Q uid sit autẽ repelli,cõsideremus. Lectũ est enim:
Psal.87. Sicut vulnerati dormientes proiecti in monumentis,
quorum non meministi amplius,& quidẽ ipsi de manu
tua repulsi sunt. Aduertamus igitur quos vulneratos
& proiectos in monumẽtis repellit, quorum nõ memi-
nerit amplius. Isti sunt qui a mandatis dei repelluntur.
Psal.49. Peccatori autẽ dixit deus, Quare tu enarras iustitias
meas? Et quia a mandatis dei repelluntur, repelluntur
B vtiq; de manu dei.Et bene prospexit ne quis de manu
dei videatur eripi:quia nemo potest quẽq; rapere de ma
nu dei.Q ui ergo priuatur muneris suscepti officio vel
Lucę.13. gratia,nõ rapit, sed reicitur,vt dixit dñs IESVS ad
Hierusalẽ:Q uotiẽs volui congregare filios tuos,& no-
luisti?ecce relinquet vobis domus vestra deserta.Abs-
tulit illis sanctificationẽ,altare thymiamatis,& oratiõis
sacrariũ,propitiatoriũ,altare sacrificiorũ,sacerdotum &
leuitarũ ministeria:& tamẽ cũ hæc sublata essent omĩa
quæ sẽm legis mãdata habebant,ait Apostolus: Nũ-
Romã.11. quid repulit deus hæreditatẽ suam? Nõ,inquit,repulit,
sed cõcussit omnia in incredulitate, vt omniũ misereat.
Sunt ergo qui ad tẽpus a mãdatis propter misericordiã
repelluntur,sicut & illis consulit̃ qui vomũtur. Nã quẽ-
admodũ manens in corpore qđ vomendũ est,plus ace-
scit: ita q debet excludi, si retineat,nec se corrigat, totũ
Apoca.3. corpus exulcerat.Meritoq; angelo Laodicię dicit̃:Hęc
dicit testis fidelis & verus,Scio opera tua:qa neq; frigi-
dus es,neq; calid⁹. vtinã frigid⁹ esses,vel calidus: sed qa
tepid⁹ es,incipiã te euomere ex ore meo. Aperte negli-
gentiã grauiori dãnat iudicio q̃ imprudentiã. Frigidus
est enĩ qui fidẽ nescit,calidus est qui spũsancti feruore
succensus est.Q ui enĩ calorẽ fidei nõ habet,tolerabilius
illi fuerat fidẽ nõ accepisse,q̃ neglexisse. Est enĩ tepidus
peior frigido, vt Iudæus qui sibi videt fidẽ habere quã
non habet.Q uãto tolerabiliorẽ causã gẽtilis habet, qui
C potest dicere:Nõ cognoui legem,nõ audiui prophetas:
ideo nõ credidi:q̃ ille qui legit omnia ex quibus vẽterũ
IESVM crederet,& nõ credidit. Neuter quidẽ excu-
satur,nec ille qui legit,nec ille qui legere noluit:sed plus
deliquit qui negauit qđ legerat,q̃ qui opera nõ fecit q̃
facienda nõ nouit.Q uanta autẽ fidei & iustitiæ gratia
est,vt in ore dei sit qui fidẽ tenet,& opera exercet iusti-
tiæ:& quantum amittit quẽ euomuerit ex ore suo dñs
IESVS,& ex suis visceribus eiecerit?q̃ pius tamẽ qui
& iustos in ore suo tenet,& iniustos non ante euomit q̃
denũciet euomẽdos,vt vel huiusmodi admonitiõe cõ-
uersi,dignum aliquid efficiant quo non vomantur.
Nunc tertium versiculum consideremus.

III In corde,inquit,meo abscondi eloquia
tua,vt non peccem tibi.

Propterea ergo mysteriũ regis bonũ est abscondere.
Peccat enim deo,qui cõmissa sibi secreta mysteria pu-
tauerit indignis esse vulganda. Periculum itaq; nõ est
falsa solum dicere,sed etiã vera,si quis ea insinuet quib⁹
nõ oportet.Q uod vitiũ quadripertitũ est, vel adulatio-
nis,vel auaritiæ,vel iactãtiæ,vel loquacitatis incautæ: D
quia dũ adulari vult aliquis ei cui loquitur,effundit my
sterium.Nõnulli etiã studio lucri mercedẽ proditionis
sequuntur,vt tegẽda silentio,vendãt loquendo. Alii,vt
plura nosse videantur,& scientiã suã iactitent, aperiũt
qđ celare deberent. Pleriq; dũ sine pręiudicio loquũtur,
verbũ emittunt,quod reuocare nõ possunt. Ideo vir lau
datur serius,& nõ ociosus.Erat homo absc̃dẽs sermo-
nes suos,vt apostolus Paulus,qui nouit quid loquatur
singulis,& quãdo qd loqui debeat. Vnde & Corinthiis
dicit: Lac vobis potũ dedi,nõ escam.Nõdum enĩ pote- 1.Cor.3.
ratis,sed nec adhuc quidẽ potestis. Ideo hos in transitu
vidit:manet autẽ apud Ephesios,q̃ stiã sibi magnum
apertum esset notum facere gẽtibus mysteriũ Christi.
Ideo & Salomon tempus tacẽdi,& tẽpus esse loquendi Eccls.3.
docet. Præ cęteris autem dñs IESVS in Euangelio
declarat suo dicens simile esse regnum cęlorum thesau- Mat.13.
ro absconditio in agro. Vtiq; non aurũ,non argentum,
non pecunia cõparari potest regno cælorũ: sed eloquia
dñi,eloquia casta,argentũ ignę examinatũ,quibus ipsũ
regnũ acquiritur. Hunc ergo thesaurum sapientiæ & co
gnitionis absconditũ in agro,in quo plantata sunt ver-
ba scripturarũ cælestiũ,cũ inuenerit homo,absc̃dit illũ
in corde suo,nec diuulgat eum,sciẽs quia si diuulgaue-
rit Babyloniis thesaurũ dei,magnã offensam cõcrabet,
vt dicat ei femine prophetico: De femine tuo accipiẽt Esaię.39.
& facient spadones in domo regis. Per quæ significat
quia is qui prodiderit diuina mysteria,posteritatẽ ani-
mæ suæ,seminariũq; meritorũ habere non possit. Caue
ergo ne diuitias tuas perfidis proeas: & si amicitiã si-
mulent,non illis aperias interiora domus tuæ, nõ rese-
res thesauros regios,quos Babylonii scire non debent, E
ne veniant & capiant posteros tuos, & seminariũ virtu
tis absc̃indat. Hoc est qđ etiã in Euãgelio dicit dñs: No
lite mittere margaritas vestras porcis. Ideo bene facit Mat.7.
qui absc̃dit eloquia domini in corde suo,sicut absc̃n-
debat propheta Dauid, sicut Maria quæ conferabat Lucæ.2.
omnia verba domini IESV in corde suo. Etenĩ si bo-
num est viro sermones suos absc̃dere, quanto magis
sermonem dei cordis nostri gremio debemus operire,
debemus absc̃dere? Q uarto versu dicit:

Benedictus es domine,doce me iusti- IIII
tias *tuas. *alĩ,iusti-
ficatiões.

Nõ enĩ quicũq; dixerit, Dñe,dñe,ipse ĩtrabit in regnũ Mat.7.
cælorũ,sed qui voluntatẽ dei fecerit. Ideo ille qui corre-
xerit viam suã a iuuentute sua,custodierit verba dei in
toto corde,quæ fierit dominum deũ suum,nec repulsus F
sit a mandatis dei,& dignus habitus cui cõmitterentur
arcana sapientię,absc̃derit ea in corde suo,ne peccaret
deo,quasi habens eloquia dei,gratias agit dicẽs: Bene-
dictus es dñe.& sic desiderat ipsum doctorẽ habere,cu-
piens cognoscere secreta legis: Et quẽadmodum inter-
pretationem habeat: Si emeris puerum Hebræum, & Exod.21.
seruierit tibi annis sex,& reliqua: quib⁹ præmissum est,
has iustitias discere quas proponit in cõspectu filiorum
Israel: hęc a dño quærit discere,quę homines docere nõ
poterant,nisi deus ante docuisset,quæ postea q̃ a Chri-
sto didicerunt apostoli, Ecclesia dicit: Introduxit me rex Cantic.1.
in cubiculũ suum. hoc est,in illud secretũ suũ,in quo sunt
thesauri scięti & cognitionis suæ. Ideo tibi dicitur: Cu-
oras,intra in cubiculũ tuum.quod significat mẽtis ani- Mat.6.
miq; secretum. In hoc cubiculum iustitiarum sponsa se
poposcit induci,cum post odorem vnguenti excurrerit,
quod semper fluit,& nunquã deficit. Ideo quasi edo-
ctus Propheta iustitias quinto versu dicit:

In labijs meis pronunciaui omnia iu- V
dicia oris tui.

Et quomodo alibi dicit: Iudicia tua sicut abyssus mul- Psal.35.
ta? Q uo Aplus ait: O altitudo sapientię & scięti dei, Romã.11.

G ꝗ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. quis enĩ cognouit sensum dñi? Si inscrutabilia sũt iudicia, quomodo ergo iudicia? quomodo ait Propheta: Pronũciaui omnia iudicia oris tui? Sed fortasse non eadē sunt iudicia dei, quæ iudicia oris eius. Si alia sunt,
Psal. 39. bene dicitur: Cogitationibus tuis quis similis erit? Et
1. Cor. 13. ideo inscrutabilia sũt iudicia eius: quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetam⁹. Si aũt eadē, nullus nisi
Ioan. 10. Christus hoc dicit, qui potest dicere: Ego & pater vnũ sumus. Distinguamus tamē, nec vereamur ne impugnet se velut cõtrariis scriptura venerabilis. Cõsideremus enim quia nõ dixit, Iudicia oris eius sicut abyssus multa: sed, iudicia tua, dixit: nec Apostol⁹ posuit, inscrutabilia iudicia oris eius, sed, inscrutabilia iudicia eius. Possumus enim iudicia dei æstimare, quæ occulta nobis nõ patefecerit: iudicia autē oris eius quæ annunciauerit, id est, quę per os prophetarũ locut⁹ est. Os enĩ dei
Esaię. 40. Propheta ĩtelligitur, cui dicit: Clama. Et ille ait: Quid clamabo? Et inspiratum est vt diceret: Omnis caro fœnũ. Quod vtiq; locutus, oris dei functus officio est, quia locutus est iudicium dei. Ergo prophetica oracula iam non sicut abyssus, sed etiam ipsa abyssus: quia nemo potuit in cælo & in terra aperire librum nisi Christus. Veniamus nunc ad sextum versum.

VI In via, inquit, testimoniorũ tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs.

Alii in auro, alii in argento, alii in vestibus, alii in possessionibus, vinetis, oleis, segetibus, alii in operibus picturæ, marmorum, in diuersis deniq; singuli delectationes habent: spiritalis in via testimoniorũ cęlestium delectatur, tanꝗ omne possidens patrimoniũ: in omnibus
1. Cor. 1. diues, sicut Apostolus dicit: Gratias ago deo meo sem-
H per pro vobis, in gratia dei, quæ data est vobis in Christo IESV: quia in omĩbus diuites facti estis in ipso, in omni verbo, & in omni sciētia. Tãtũ doctrina apostoli Corinthii profecerunt, vt qui ante nõ poterant nisi sicut paruuli lac solũ bibere: postea in omnibus diuitiis abũdarent cognitionis & verbi. Delectabatur ergo Dauid in omnibus diuitiis cognitionis, scientiæ, sapientiæ, in omni actu bonorũ operum. Et si quis nunc intentus diuinis triplicē illã sapiētię hauriat disciplinã, θεωρητικὴν, πρακτικὴν, λογικὴν, bonus studio percipiendę cognitionis, pulchrior erit exequendæ rationalis moralisq; doctrinæ gratiam tenens. Qui prophetica ænigmata dei spiritu reuelante cognouerit, Euãgelii altitudinem in operibus comprehēderit & cõsiliis, apostolici sermonis moralitatē aduerterit: is tanꝗ in omnibus diues, vberē capiet voluptatē. Et qa suauis est corporalis voluptas: ideo nõ quasi pro gratiæ qualitate cũ spiritalibus cõparatur, sed quasi ad testimoniũ suauitatꝭ accersit. Siqui-
I dē & Apostol⁹ docet inuisibilia & sempiterna dei a nobis per ea intellecta esse, quę facta sunt. In Cãticis quoq;
Cantic. 1. habemus scriptum: Equę meæ in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea. In quo dũ velocium equorum cursui similitudo Ecclesiæ cõparari videtur, æstimatur diues eius gratia. Nõ igitur vnam equã diuitis regis accipias, sed absolute pro equitatu, vt sæpe diximus, qualis ouis illius est pro grege ouiũ. Pharao igit̃ vt potentissimus rex, & prędiues, habebat equos potētes: vnde & scriptura dicit, Currus Pharaonis, quasi potentissimũ genus ad bellorũ vsum, & subsidiũ prælĩãdi. Deniq; his currib⁹ Pharao fugiētes Hebręos facile cõprehēdit. Sicut ergo equi iuncti cõcorditer trahũt currũ, & patienter suscipiunt iugũ, & portant congrua cũ gratia, & iugi illius susceptione mansuescũt: sic & cõgregatio nationũ gētilib⁹ indomita morib⁹ se ante iactabat.
Mat. 11. Vbi vero suscepit iugũ dicētis: Tollite iugũ meũ, quia leue est: & onus meũ, qa suaue est: & cœpit sponsa Christi concordia & mãsuetudine populorũ esse sublimis, & toto circumferri orbe: tanꝗ currus equis velocibus supra mũdũ rapta ascēdit ad spõsum. Deniq; & in posteriori-
K bus Canticorũ partibus dicit: Posui te currus Aminadab. Multos currus habet in se Ecclesia, quos oẽs spiritalib⁹ habenis dñs regit: & vna anima multas cogitationes habet, quas dñi habena restringit & reuocat, ne qđ in præruptum noster hic currus feratur. Aminadab autē interpretatiõe significatur pater beneplaciti, cuius filius legit̃ in Numeris Naason princeps populi. Quis sit, intelligis interpretatiõe, serpētin⁹: & agnoscis istud si repetas: quia sicut serpēs pependit in ligno, qui te redemit. Ergo anima currus est dei, vt ira eius, & libido, & timor, & oẽs seculares cõcupiscentię refrenentur. Ecclesia quoq; currus est dei, ꝗ regēda est gubernaculis Christi, ne diuersorũ populorũ motus eã dissensionesq; perturbent. Ille quoq; Naason bene intelligitur Christus, quia virga Aaron conuersa in serpētem, illos serpentes Ęgyptios deuorauit. Has ergo diuitias habeam⁹, his delectemur, vt currant nobis equi rationabiles, & commoremur in præceptis eorum. Et ideo ait: (Cantic. 6.)

In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. VII

Qui enim exercetur in verbis Apostolorũ, IESV domini mandata cognoscit, & cõsiderat vias eius, quibus finis est Christus, qui ait: Ego sum via. (Ioan. 14.)

Et in tuis iustitijs * meditabor, non obliuiscar verborum tuorum.* VIII (*als, iustificationibus tuis. *als, sermones tuos.)

Admonet hic locus memores scripturarũ nos esse debere, & iustitias eius nõ solum sermone, sed etiã operis imitatione meditari. Nõ enĩ qui disputant legē, & nõ faciũt quę legis sunt: sed qui factores legis sũt, iustificant̃.

SERMO TERTIVS.

TERTIA litera secundum Hebręos est Gimel, quæ latine retributio dicitur. Denique primo statim versu hoc dicitur: (ג Gimel.)

Retribue, inquit, seruo tuo.

Quomodo supra ipse Dauid ait: Nõ scđm peccata nostra reddas nobis, neq; scđm iniqtates nostras retribu- (Psal. 102.)
L as nobis: & poscit retributionē? Illa videt̃ vox peccatoris esse, hęc bene sibi cõscii, qui pręmia boni operis exposcat. Vnde possum⁹ etiã hoc intelligere, qđ de eius persona psalmus iste formetur, qui natus ex virgine pro totius mũdi redēptione ad dexterã patris sedere p̃sumat, sicut ipse ait: Amodo videbitis filiũ hominis sedētē ad dexterã virtutis. Nõ est tamē alienũ, nec arrogãs, si etiã Dauid remunerationē a dño deo suo pro egregiis laboribus postulet. Prerogatiua est fidei atq; iustitię, de dñi fauore mercedē vsurpare. Deniq; reprehēdit̃ Petrus, qa super fluctus ambulãs, humano magis dubitauit affectu, ꝗ apostolica autoritate præsumpsit. In Euangelio quoq; docemur habere fidē, & nõ hęsitare de iis quæ supra hominē sunt gerēdis. Merito ergo Dauid in supe- (Mat. 26.)
M rioribus quasi adhuc imperfectus scđm peccata sibi reddi refugit atq; declinat: in hoc autē psalmo qui est posterior, quasi fundatus virtutis processu, retribui sibi scđm fidei operisq; certamina deprecat̃. Siquidē etiã Paulus, qui ante dixerat, Nõ sũ dignus vocari Apostolus: postea ait: Reposita est mihi corona iustitię, quã reddet mihi dñs in illa die iustus iudex: nõ solũ aũt mihi, sed & iis qui diligũt aduētũ eius. Et Apostolus pollicet̃ sibi, hic autem verecũdius adhuc precatur: qđ vtiq; nõ insolētis arrogãtię, sed innocētis est cõsciētię, ab ipso cui seruieris petere mercedē: quã desperare, segnitiei materia: sperare aũt, incētiuũ laboris est. Pete igit̃ cõfidēter, si merita suffragantur, vt talia petendo studiose elabores quo ea petitione sis dignior. Quis athleta si desperet coronã, descēdat in stadiũ? aut si eam postulet victor, offendat? Probatio spem facit, spes confidentiam. Iusti ergo talis oratio est, delectatur dominus tali precatione, vt pro puritate cõsciētiæ vtaris autoritate. Tamē quo minus (1. Cor. 15. 1. Tim. 4)

A videatur petitio arrogans, bene addidit: Seruo tuo. in quo & humilitatꝭ est gratia, & premiũ seruitutis. Qui enim vocatus est in dño seruus, libertus est dñi. Quare non præsumat fauorē domini, tã precioso emptus sanguine? Magnum tibi est vocari puerũ meum, quasi ad seruũ dicitur. Si quis ergo est seruus, & bene seruit domino, & nihil facit quasi seruus peccati, sed q dicit: Seruus inutilis sum: qđ debui facere, feci: bene is dicit: Retribue seruo tuo. Gloriosa seruitus, qua pro nobis seruiuit & Christus. Beata seruitus qua & tu seruis: sed ita, si nihil possit aduersarius de tuo sibi seruitio vendicare. Amat ergo Christus boni libertatē seruuli. Deniq; in
Cant. 1. Cãticis dicit: Quã speciosæ factæ sunt genæ tuę sicut turturis, ceruix tua sicut redimicula. Vult⁹ liberior est vbi est castitatis cõscientia: & portare Christi iugum suaue est, si ornamenta putes ceruicis tuæ esse, nõ onera. Attolle ergo oculos semper ad dominũ deum tuũ, & quære deũ, & inuenies. Erige ceruicē, redimicula nõ vincula geris. Muta quoq; animalia redimiculis gaudent, & phalerari sibi magis ꝗ nudari videntur. Genæ sicut turturis præferēt insignia verecundię, redimicula ceruicis libertatis attollēt fiduciã. Leue est enim iugũ Christi, & ideo ceruix eo non premitur, sed leuatur. Similitudi-
B nes, inquit, auri faciemus tibi ex distinctionibus argenti, quoadusq; rex est in declinatione sua. Ex iis enĩ quæ ex lege sunt & prophetis, mediocriter ante crediderant gloriã dñi IESV, sed hęreditas eius diffusa per populos, quo frequētius examinata, hoc amplius est probata. Crebræ enim persecutiones ecclesię, iustorũ nobis titulos, martyrii victorias ediderunt. Itaq; sicut aurũ bonum, ita ecclesia cũ vritur, detrimenta nõ sentit, magis fulgor eius augetur, donec Christus veniat in regnum suũ, & reclinet caput suũ in ecclesiæ fide. Qui cũ venisset ad oues perditas domus Israel, non habebat vbi caput suũ reclinaret: nunc autē iam redolet fides, ideoq; di
Cant. 1. cit ecclesia: Nardus mea dedit odorē suum. Et dicit cũ pręsumptione, expectãs retributionē. Fragrat vnguentum gratię, ex quo virgo generauit, & dñs IESVS sacramētum incarnationis assumpsit. Colligatio, inquit, guttæ, cõsobrinus meus: botrio Cypri, frater me⁹ mihi inter media vbera mea requiescit. Corpus enim suscipiēs dñs IESVS, charitatis se vinculis illigauit, & non solum se membris nostris & passionibus naturalibus, sed etiam cruci vinxit: ideoq; sicut botrio in ecclesiæ fide, et
C morali requiescit gratia. Nardus Cypri, consobrinus meus in vineis Engaddi. Si locũ quærimus, regionis cuiusdã quæ in Iudæa est, locus sic dicitur, in quo opobalsamum gignitur. si interpretationem, tentatio latine significat̃. In illis ergo vineis lignũ est, quod si quis compungat, vnguentũ emittit. hic fructus est ligni. Si non incidatur lignũ, nõ ita fragrat & redolet: cũ autem compunctũ fuerit artificis manu, tunc lachrymam distillat: sicut & Christus in illo tentationis ligno crucifixus illachrymabat populum, vt peccata nostra dilueret, & de visceribus misericordiæ suę fundebat vnguen
Luc. 23. tum, dicēs: Pater, dimitte illis, quia nesciũt quid faciũt. Tunc ergo in ligno cõpunctus est lancea, et exiuit de eo sanguis & aqua, omni vnguēto suauior, accepta deo hostia, per totũ mundũ odorem sanctificationis effundēs: & quasi balsamũ ex arbore, sic virtus exibat e corpore.
Ibidē. 8. Vnde ait: Sentio virtutē exisse de me. Inde opobalsamum expressius dicitur, eo quod cõpunctione ligni balsamum per cauernã punctionis erũpit. Compũctus igitur IESVS odorē remissionis peccatorũ & redēptionis effudit. Nam & cõstrictus erat, verbũ cum esset, ho
2. Cor. 8. mo factus: & pauper factus, cum diues esset, vt nos illius inopia ditaremur. Potēs erat, & despiciēdũ se prębuit, ita vt Herodes sperneret eũ, & illuderet ei. Terrã mouebat, & hęrebat in ligno: cęlũ obducebat tenebris, mundum crucifigebat, & crucifixus erat: inclinabat caput, & exibat verbũ: exinanitus erat, & replebat oĩa.
Descendit deus, ascendit homo: verbũ caro factũ est, vt
D caro sibi verbi solium in dei dextera vēdicaret. Vuln⁹ inflictũ erat, & fluebat vnguentũ. Scarabeus audiebatur, & deus agnoscebatur. Respõdit & Christus: Ecce (Cant. 1.) es bona proxima mea, ecce es bona. Quoniã cognouerat ecclesia mysteriũ, & pro totius mũdi redēptione crucifixum dominũ IESVM prędicabat, meretur audire: Ecce es bona, quę me bonũ dicis. et ipsa bona es, quę vidisti gloriæ meæ decorē, & ipsa speciosa es & decora. Quid est autē Christũ dicere, Bona es, et decora es, nisi illud euãgelicũ: Cõnstãs esto filia, remissa sunt tibi peccata tua? Ergo cui Christ⁹ peccata donauit, recte dicit: (Mat. 9.)

Retribue seruo tuo vt viuam*, & custodiam* verba tua. (*als, viuifica me. *als, sermones tuos.)

Non habet in retributione quod desperet, quia dominus IESVS venit mundũ saluare, nõ perdere. Ideoq; immemor est iniurię, memor gratię, sicut in prophetico libro testificatur ipse dicēs: Ego sum, ego sum q deleo iniqtates tuas, & non memor ero. Tu autē memor esto, & iudicemur: dic iniquitates tuas, vt iustificeris. (Esa. 43.) Quicũq; ergo dicit iniquitates suas deo, iustificatur: & quicũq; iustificatur, retributionē nõ timet, sed exposcit: qui retributionē non timet, viuet. Sed quare dixit, Viuam, & nõ dixit viuo? quia hæc vita nõ est loco premii, quę in loco mortis est. Dolet Propheta in puluerē mortis se esse deductũ, Apostolus cupit ex hoc mortis corpore liberari. & putamus quod de hac vita sibi blãdiatur p̃pheta? Omĩa hic plena mortis sunt. Intrat mors
E per fenestrã, intrat per ostiũ, nisi dominus ostio tuo ponat custodiã. Deniq; ex multiloquio peccatũ nascitur. Lege mãdata legis, inuenies scriptũ: Qui viuens mortuum contigerit, inquinatur. Quãtos tangimus mortuos? inter quãtos mortuos versamur? Ideo tibi autor vitæ dicit: Relinque mortuos. Ideo tibi alibi dicitur: Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Quomodo tibi diceretur, Surge a mortuis, nisi inter mortuos viueres? Ponamus te mundũ esse ab operib⁹ mortuis, a peccati colluuione: quomodo mundus es, q in corpore mortis es, qui inter sepulchra viuis mortuorũ? Oportebat Petrũ loqui mortuis, vt procederēt de sepulchris suis. Indigemus ergo purgatione, quia tetigim⁹ mortuos. lex nos mũdari iubet. Quis tantus vt supra legem sit? Ipsum Nazarẹũ sanctũ dei lege, si is tetigerit mortuũ, lex ĩmundũ p̃nũciat. Ideoq; radit caput suum, & deponit capillũ quasi non sanctũ, & iterũ orat vt exaudiatur, qui ante propter mortui attactũ exorare non potuit. ir- (Nũe. 19. Matt. 8. Ephe. 5.)
F rationabiles duxit dies, quia irrationabili appropinquauerat. Deponit igitur mortua, & superflua capitis sui, vt Christo recõcilietur. Ergo si Nazarẹus purificatur, & nos purificari oportet. omnes contigimus mortuũ. Quis enim gloriabitur castũ se habere cor? aut quis audebit dicere purũ se a peccatis? Sit aliquis fortasse qui in sermone nõ deliquerit, licet rarus sit iste, de quo deus dicat, sicut de sancto Iob, Ille non peccauit labiis suis: tamen nõ semper habere potuit mũdas cordis sui cogitationes. iniicit se diabolus in cor hominis. Pone, parata semper et peruigili custodia quisꝗ cor suũ sepserit, tamē in medio peccatorũ versatur, necesse habet etiã ipse purificari, vt Esaias cũ dixisset: Miser ego, quoniã immũda labia habeo, & in medio populi versor immunda labia habētis: statim descēdit vnus de Seraphim, & cõtigit labia eius carbone, vt immũda eius labia mũdaret. (Esa. 6.) Non vnũ est baptisma, vnũ est quod hic tradit ecclesia, per aquã & spiritũ sanctum, quo necesse est baptizari catechumenos. Est & aliud baptisma, de quo dicit dominus IESVS: Baptismo habeo baptizari, qđ vos nescitis. Et vtiq; iã baptizatus in Iordane fuerat, sicut superiora declarãt, sed sit hoc baptismũ passionis, ꝗ etiam sanguine suo vnusquisq; mũdatur. Est etiam baptismũ in paradisi vestibulo, quod antea nõ erat, sed posteaquã

G peccatoꝝ excluſus eſt, cœpit eſſe romphęa ignea, quam poſuit deus, quę antea nō erat, quando peccatū nō erat: culpa cœpit, & baptiſmū cœpit, quo purificentur qui in
Pſal. 65. paradiſum redire cupiebāt, vt regreſſi dicerent: Tranſiuimus per ignē & aquā. Hic per aquā, illic per ignē: per aquam, vt abluātur peccata: per ignē, vt exuātur. Sed quod eſt grauius, ſi & hic ignē & illic ſuſtinem⁹? Quis eſt q̄ in hoc igne baptizatꝰ? Nō preſbyter, nō epiſcop⁹,
Ioan. 1. non Ioānes, qui ait: Ego vos baptizo in pœnitētia. nō angelus, nō archangelus, nō dominationes, nō poteſtates, ſed ille de quo Ioannes ait: Qui venit poſt me, fortior me eſt, cuius nō ſum dignus calceamenta portare,
Matt. 3. ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Habet ventilabrum in manu ſua, & permūdabit areā ſuam, & cōgregabit triticū in horreum ſuū, paleas autem cōburet igni inextinguibili. Nō de hoc baptiſmate quod fit per ſacerdotes eccleſiæ, dictū ipſe dominus teſtificatur. Si-
Mat. 13. quidem poſt conſummationē ſeculi miſſis angelis qui ſegregēt bonos & malos, hoc futurū eſt baptiſma, quādo per caminū ignis iniquitas exuretur, vt in regno dei fulgeant iuſti ſicut Sol in regno patris ſui. Et ſi aliquis vt Petrus ſit, vt Ioānes, baptizatꝰ hoc igni. Venit ergo baptiſta magnus (ſic enim eum nomino, quomodo
Luc. 1. nominauit Gabriel dicēs: Hic erit magn⁹) videbit multos ante paradiſi ſtantes veſtibulū, mouebit romphæā verſatilē, dicet iis qui a dexteris ſunt, nō habētibus gratia peccata: Intrate qui preſumitis, qui ignē non time-
Eſa. 66. tis. Prædixerā etiam vobis: Ecce venio ſicut ignis. Et
Ezech. 22 per Ezechiel dixeram: Ecce proficaſcar in Hieruſalem, & inſufflabo vos in ignę iræ meę, vt tabeſcatis a plūbo & ferro. Veniat ergo ignis conſumēs, exurat in nobis plumbū iniquitatis, ferrū peccati, faciatq; nos aurū ſyncerum. Vrat renes meos, & cor meū, vt bona cogitē:
H ea quę caſtitatis ſunt, concupiſcā. Sed quia hic purgat⁹, iterum neceſſe habet illic purificari: illic quoq; nos purificet, quādo dicat dominus: Intrate in requiē meam. vt vnuſquiſq; noſtrū vſtus romphæa illa flāmea, nō exuſtus, introgreſſus in illam paradiſi amœnitatē, gratias
Pſal. 65. agat dño ſuo, dicēs: Induxiſti nos in refrigeriū. Qui ergo per ignē tranſierit, intrat in requiē. Tranſita materialibus atq; mūdanis ad illa incorruptibilia atq; perpetua. Alius iſte ignis, quo exurūtur peccata nō voluntaria, ſed fortuita, quę parauit ſeruulis ſuis dominus IESVS, vt eos ab iſta commoratione, quę permixta eſt mortuis, emūdet. Alius ille ignis, quem deputauit dia-
Mat. 25. bolo & angelis eius, de quo dicit: Intrate in ignē æterLuc. 16. nū, quo ille dines ardebat, qui ſtillari ſibi de Lazari digito poſcebat humorē. At vero Lazarus in Abrahæ ſinu recūbens, vitam carpebat æternā, quā ſibi promiſit propheta, dicēs: Viuam, & cuſtodiā verba tua. Viuam ait, quaſi nondū viuens. hic enim in vmbra viuimus. Ergo iſta vita in corpore, vmbra eſt vitę atq; imago, nō veritas. Deniq; in imagine ambulat homo, & in
I regione vmbrę mortis conſiſtimus. Sed ſi quis non adterrena oculos mētis intēdat, ſed ad ſpiritalia erigat, vt poſſit dicere ſanctus, Ante faciē noſtrā Chriſtus domi-
Threñ. 4 nus: dignus erit qui dicat: In vmbra eius viuem⁹. Chriſtus enim vita eſt: et ideo qui in vmbra Chriſti viuit, in
Pſal. 16. vmbra vitę eſt. Meritoq; alibi dicit ſanctus domini: In vmbra alarū tuarū protege me. Omnes ergo, etiā ſancti, in vmbra ſunt quādiu ſunt in corpore: non pfecte vi-
1. Cor. 13. dent, ſed ex parte cognoſcūt. Ipſe Paulus ait: Ex parte enim cognoſcimus. Ipſe vas electionis, cui Chriſtus oculos reddidit, & ſua illuminauit gratia, nō facie ad faciem, ſed per ſpeculū videbat. Et Dauid reuelari oculos ſuos petit, vt remoueretur vmbra, quę integrū oculorū impediebat obtutū. Regionē autē hanc mortuorū eſſe
Pſal. 114. qs dubitet, cū ſanctus ipſe dicat: Placebo domino in regione viuorū? Quia perfecte hic placere nemo poteſt, vbi etiam ſi fieri poſſit vt ſua peccata nō habeat, in ipſa tamē mortuorū regione viuēdo, purificatione indiget,
K quæ a cōtagione eum regionis huius abſoluat. In vmbra igitur hic viuimus, & ideo in vmbra cuſtodim⁹ verba dei. Et vt exēplo vtamur, vtiq; ante eramus ſub vmbra legis, quādo cuſtodiebamus homines ſabbata, quę ſunt vmbra futurorū: ſicut hodieq; Iudæi, qui verū ſabbatum nō vidēt, qui exemplari & vmbræ ſeruiūt. Nos Ioan. 1.
quoq; ſecundū euangeliū nunc viuentes, vmbrā ſequimur verborū dei. Nathanael ſub arbore fici videt, Da- Pſal. 16.
uid in vmbra alarum dñi IESV ſperare ſe dicit, Zac- Luc. 19.
cheus in arborē Sycomori aſcendit vt Chriſtū videret. Nobis quoq; expādit manus ſuas IESVS, vt totum mundum obumbraret. Quomodo non ſumus in vmbra, qui crucis eius protegimur velamento? Quomodo non ſumus in vmbra, quos crucifixus a malignitate ſeculi, & corporis ardore defendit? An neſcimus quoniam verbum dei veniens in hunc mundum, non ſicut verbū aduenit, quale in principio erat, quale erat apud deum, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiēs? Venit in nube leui: & cum eſſet virtus altiſſimi, obūbrauit Mariæ, vt trāſfiguraret corpus humilitatis noſtræ conforme fieri corpori gloriæ ſuę. Sicut ille ergo mutauit formā, cum ex virgine naſceretur: ita et nobis ſermones dei tranſfigurati videtur cum legitur in euangelio, cū ſpecies eorū videtur in ſcriptis quaſi per ſpeculum: quia tota veritas hic non poteſt cōprehendi. Cū autem venerit quod perfectū eſt, non iam per deſcenſionem, nō per ſpeciem vt trāſfigurati, ſed integra atq; expreſſa veritate reſplendēt. Neq; te moueat q̄d ait: Multa verba cuſtodiā. Qui vnū verbū cognouerit, multa verba cognoſcit. In vno multa ſunt, & in multis vnum L
eſt. Probandū eſt igitur quomodo vnū verbum multa ſint, & multa verba vnū verbum ſit. Nec difficile docēri, cum dixerit Apl̄us quia ipſe eſt imago dei inuiſibi- Col. 1.
lis, primogenitus omnis creaturę, in quo creata ſunt omnia in cęleſtibus & in terra, ſiue viſibilia ſiue inuiſibilia, ſiue ſedes ſiue dominationes, ſiue pricipatus ſiue poteſtates, omnia per ipſum et in ipſo creata ſunt. Vnum eſt igitur verbū quod operatur in ſingulis: & cū in ſingulis operatur, operatur omnia & in omnib⁹. Hoc verbum vnicū apud patrem ſe diffudit in plurima, quia de
plenitudine eius omnes accepimus. Itaq; ſi videas ſin- Ioan. 1.
gula omniū quæ creata ſunt in ipſo, videbis in ſingulis vnum verbū eſſe omniū, cuius pro captu noſtro partici pes ſumus. In me verbum eſt humanū, in alio verbum cæleſte, verbū angelorum. pleriq; ſunt qui habēt verbū dominationū & poteſtatū. Verbū eſt iuſtitię, verbum caſtitatis, verbū prudentię, verbū pietatis, verbum etiā virtutis. Sic vnū verbum multa ſunt, & multa verba M
vnū ſunt. Nec vero arduū iſtud æſtimari, cū legerim⁹ 1. Cor. 12.
quia omnia poteſt ſpiritus ſapientię. Itaq; ſicut alii datur per ſpiritū ſermo ſapientiæ, & alii ſermo ſcientię ſecundum eundē ſpiritū, alii fides in eodē ſpiritu, alii gratia curationū in vno ſpiritu, alii operatio virtutum, alii ſpiritus cognitionis, alii ſpiritus conſilii plenioris, alii ſpiritus fortitudinis, alii pietatis ſpiritus, & in omnibus vnus atq; idem ſpiritus eſt, diuidēs ſingulis prout vult: ita eſt ſpirit⁹ prophetarum, eſt ſpiritus apoſtolorū, eſt
etiam artificū ſpiritus, ſicut & Beſeleel & Ooliab, quos Exo. 36.
impleuit dominus ſpiritu diuino ſapientiæ & ſcientię, & omnis artis, vt faceret amictū & tabernaculum atq; altare ſecundū ſenſum quē dedit his deus, ſed etiā cęteris ſapientibus intelligere & facere omnia opera ſecundum omnia quę deus imperabat. Itaq; fecerunt quę nō didicerāt, nec viderant, ſecūdum ea quę his ſpiritus dei demōſtrabat. Et pleriſq; videtur aliius apoſtolorū ſpiritus, alius prophetarū, & diuerſus in ſingulis: ſed nō eſt diuerſus, ſed vnus eſt ſpiritus, diuidens genera diuerſa virtutū. Vnde non dubiū videri debet ſi aliis verbum apoſtolicū, aliis propheticū, aliis euāgelicum, aliis verbum operatoriū eſt datū: & vnū eſt verbum diuidēs ſe ſingulis pro noſtra poſſibilitate, vel pro ſua voluntaria

A largitate. Hoc verbum igitur, quod eſt caput omnium, hic per ſpeculum video, & ideo verba dei hic cuſtodire non poſſum: ſed cum videro gloriam eius reuelata facie, tunc viuam, et ita viuens etiam verba diuina cuſtodiam. Ideo ergo ſecundo verſu dicit:

II Adaperi* oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.

*alias, reuela.

Qui adaperiri ſibi oculos petit, vtiq; & grauari intelligit. Neq; enim medicū rogat niſi qui remediū ægritudini ſuæ poſcit. Dicit ergo iſte ad medicū veniētem de cæleſte: Adaperi oculos meos. Si turbatus eſt oculus, facile dolor omnis ſedatur collyrio. ſin vero acies eius humoris ſuffuſione prætexitur, maiora remedia quærenda tur. Eſt ergo ſicut in oculis corporis, ita etiam in oculis animæ huiuſmodi quędā paſſio, quę ingraueſcat neceſſe eſt, niſi bonus medicus velamē illud abſtulerit, et nebulam quandā concreti humoris, quę impedire, vel potius operire, ne videat quæ videbat, mentis æſtimatur obtutū. Irrepſit ægritudo veteri fermēto, eo quod non exuimus vel gentilem vel Iudaicā ſuffuſionē cū primū veniremus ad eccleſiā, non audiuimus docentem boni
Col. 3. medici diſciplinā, Expoliātes veterē hominē cū actib⁹ ſuis, induite nouū, qui renouatur in agnitione ſecundū imaginem eius qui creauit eū. Superueſtiuit ergo ſe aliquis, nō expoliauit: ſerpit grauior ægritudo, grauat oculos diuturnū velamē, non poteſt quiſquā illud auferre, non angelus, non virtutes, nō dominationes, nō po-
B teſtates. Manet velamen, lectionē impedit, viſionē obducit, quod nō reuelatur, inquit Apl̄s, hoc eſt, a quocūq; alio, niſi in Chriſto fuerit euacuatū. Cum vero conuerſus huiuſmodi fuerit ad dñm, auferetur velamen. Habes igitur quomodo auferas velamen quod manet ſupra oculos cordis tui. Cōuertere ad dominū, & velamē cadet. Conuerſus eſt Paulus, ad benedictionē Ananię velut ſquamæ ceciderūt ab oculis eius: & vidit, qui per triduū ante nō viderat: ſimul oculus corporis animæq; ſanatus: quia medicamentum ei medicus demōſtraue-
Pſal. 106. rat ille de cęlo, de quo ſcriptū eſt: Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos, & ex omnibus infirmitatibus ſuis liberauit eos. Nō eſt medicus iſte de terris, qui omnes curat infirmitates, & populos integros ſanat. Mitte ergo pater medicum iſtū, veniat verbum tuum, aperiat oculos meos. Et apoſtolorū oculi clauſi erāt, niſi eos IESVS aperuiſſet. Deniq; duobus ex his euītibus in caſtellum cui nomē Emaus, cū interpretaretur ſcripturas, & be-
Luc. 24. nediceret eos, Aperti ſunt, inquit, oculi eorū, & cognouerūt eū. Ergo niſi IESVS aperuiſſet nobis oculos, nemo vidiſſet: niſi IESVS ſuſtuliſſet velamen, nulli Euāgelii gratia refulſiſſet. Et Petrus clauſos habebat oculos, & Ioannes clauſos habebat oculos, & Iacobus
C clauſos habebat. Deniq; in mōte grauati erant ſomno, ſed excitati maieſtatis fulgore diuinę, oculos cordis ſui aperuerūt. Et quia ſiti in corpore, plene videre nō poterant, obūbrauit eos nubes, ne corporis oculos glorię cęleſtis fulgor hebetaret. Quis igitur tantus vt aperiat oculos, & legis videat ſacramenta, niſi ei Chriſtus demonſtret? Non Moyſes tantus. Deniq; iubente domi-
Exo. 4. no virgā proiecit, & facta eſt ſerpens, & fugit ab ea: apprehendit caudā ſerpētis, & facta eſt virga: & adhuc nō cognoſcebat myſteriū, quo declarabatur deſcēſurum in terras dñm IESVM, qui cum ſe exinaniſſet, poni in crucem, & deponi pateretur in tumulū, quaſi ſerpēs de virga factus: quia in tumulū proiectus, de quo ſecundū oracula legis reſurgēs, in gloriam dei, diuinęq; ſedis regale conſortiū de ſerpēte remearet. Apprehēdamus ergo & nos caudā ſerpentis illius crucifixi, vt poteſtatem eius regiam poſſimus agnoſcere. Et illa quæ in pedes eius miſit vinguętum, tenuit eum. Caudā ergo ſerpētis apprehendit Moyſes, & apertū eſt os eius. Nō ergo lo
cutus eſſet de eo, niſi ipſe dñs os eius aperuiſſet. Dauid adaperiri ſibi oculos hic petit, & in ſuperioribus dixit: D
Quis oſtēdit nobis bona? Erat ſub lege nutritus, ſcie- Pſal. 4.
bat quia lex vmbram habet futurorū bonorū. Ipſa bona iam non per vmbram, ſed apertis oculis videre cupiebat. Nouerat quia exēplari & vmbræ cæleſtiū myſteriorum ſeruiebāt, qui ſecundū legē Moyſi deſeruiebant. Volebat ipſam cultus diuini cōprehendere veritatem, & ideo vt ab oculis ſuis velamē decuteret, cōuer ſus ad dominum deprecabatur dicēs: Adaperi oculos meos, & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Intelligebat vere militiā eſſe cæleſtē, quam poſſit vnuſquiſq; ex lege cognoſcere, cui tamē dñs reuelaſſet. Quis enim de terrenis ad cęleſtia, de vmbra ad claritatem, de exemplari ad penetralia veritatis humano gradu ſine diuino ductu poſſit aſcēdere? Quis poteſt conſiderare altare illud cęleſte, verūq; illud templū, ſacerdotes & Leuitas, non iſtos ſecundum carnis officia, ſed illos ſecundū ſpiritus gratiam? Deniq; hāc ſolam ſibi gratiam pro maximis
optauit Dauid, dicēs: Vnā petii a domino, hanc requi- Pſal. 26.
ram, vt inhabitem in domo dñi omnes dies vitæ meę: & vt videā delectationē dñi, & cōſiderem tęplum eius. E
Quis poterat cognoſcere quod offerret dites magnū munus, ſecundum quod poteſt man⁹ eius, vt ſoluatur eius peccatum? Quis poterat intelligere, ſi nō haberet gs offerre, verbi gratia, arietē, quia non ſoluebatur eius peccatum? Quis poterat aduertere quę eſſent illæ immunditiæ, quas ſoluit nō lex quā putant Iudæi, ſed lex ſpiritalis, quā Paul⁹ agnouit? Quis poterat videre remiſſiones peccatorū veras, quarum exēplar in lege, veritas in euāgelio eſt, dicente dño IESV: Dimiſſa ſunt Lucę. 7.
tibi peccata, non per hircorū ſanguinē, ſed per hoſtiā ſui corporis? Ille vtiq; dites in lege, qui perfectæ maieſtatis in Chriſto plenitudinē confitendo, et quaſi eam quibuſdā ad illud altare cęleſte fidei manib⁹ offerendo, peccatum ſuū ſoluerit. Ille videt verum ſacerdotē, qui videt principē ſacerdotū: ille tęplum verum cōſiderat, qui audit dicētem: Soluite tęplum hoc, & in triduo reſuſci- Ioan. 2.
tabo illud. Magnum tęplum, de quo virtus exibat, & curabat oīes. Mirabile illud altare, in quo vnius agni ſacrificium tulit peccata mundi. Ille preſtātiſſimus Leuita, qui venit nō vt miniſteriū exigeret, ſed vt omnib⁹ exhiberet ſuæ miniſteriū paſſionis, cui portio deus, qui hic nihil poſſideret, & omnia poſſideret. Quid autē dicam de Hebræo, quē lex ſex tantum modo iubet ſeruire Exo. 21.
ānis, & ſeptimo anno exire a ſeruitio? Quis iſte Hebręus ſeruus, qs Hebręus liber poterat intelligi? Quis F
tantus, vt annos æternos in mēte habens, videat verū Hebræū, qui nō in perpetuū manet ſeruus: ſed ſex annis ſeruili functus obſequio, ſeptimo anno gratiā libertatis adipiſcitur? Cuius videtur Iſaac patriarcha ſeruitutis & libertatis nō ignoraſſe myſteriū, q̄ ait: Seruies Geñ. 27.
fratri tuo, & erit cū depoſueris & ſolueris iugum eius a collo tuo, ſignificās fore tempus quo & ſi quis ſeruierit hic poſitus fratri ſuo, poſtea tamē exactis annis, qui ſex iſtis diebus, atq; iſtis quos hic exigimus mēſibus colligūtur, ſoluat iugū a ceruice ſua, quod fit ſeptimo anno remiſſionis. Conijcere poſſumus veri Hebræi typū in Ioſeph, qui portauit ſeruitutis iugum, ſed eū culpa non cepit, non carcer incluſit, nō Egyptus colorauit. Conijcimus in Petro, Ioanne, Iacobo, q̄ creati et inſtituti ſub iugo legis, ſoluerunt tamen fratris ſui Iudaicum iugū, vbi legitimæ tępus quietis aduenit, quando refulſit his remiſſio peccatorū, & hoc tamē hic in vmbra adhuc geſtum cōparatione cęleſtiū. Quanta autē quies illa, quę ex lege conijcitur, in euāgelio reuelatur, dicēte domino
IESV: Volo vt vbi ego ſum, & iſti ſint mecum. Q̄ Ioan. 17.
beatus, qui iſtius habitationis fructum, quietis conſortium illic potuerit pmereri? Tūc intelligit quid ſit aperiſſe oculos vt videret mirabilia de lege dei. Bene admonuit lectio euāgelii quæ decurſa eſt, in qua ſanatus eſt leproſus ille qui ait: Si vis, potes me mūdare. in vo- Luc. 5.

G Iuntate domini constituës potestatis effectũ. Cui respõ
Luc. 5. dit similiter: Volo, mundare. Præmissa pietas volũta
tis, secuta potestatis autoritas est. Omnibus dicit IE
SVS: Volo. qui non vult esse peccatũ. Velle Christi cõmune in omnes est: mũdari, fidei est credẽtis in Chri
stum. Et tetigit eũ. Tangit eos, quorum fide tangitur.
Luc. 8. Deniq; dicit: Tetigit me aliqs. sentio enĩ virtutẽ exisse de me. Habes operationẽ immaculati corporis, habes remissionẽ diuinitatis. Sed vt plenius sanaret, aperuit oculos eius, dicẽs: Vade, ostende te sacerdoti. Multos sacerdotes habebat Synagoga: sed q oculos aperit, falsos nõ vidit sacerdotes, verũ aspicit. Quis est verus sacerdos, nisi ille qui est sacerdos in ęternũ? Et ideo pater
Psal. 109. dixit ad eum: Tu es sacerdos in æternũ. Aperuit ergo oculos eius, & vidit, & intellexit quale munus p emun
datione sua deberet offerre. Beatus qui audit hæc, quã
to beatior qui videt, qui se vero potest ostendere sacer
doti, vt nõ habeat quod timeat in se videri, qui se prius aspicit facie reuelata. Nam nisi ipse se prius viderit, nõ audebit ostendere, sicut Adam, qui se occultare cupie
bat, quia nõ agnoscebat. Sed iam etiam id quod sequi
tur, consideremus.

III *als, icola. Aduena* ego sum in terra, ne abscõdas a me mandata tua.

Non cuiuscũq; vox ista est, sed eius qui terrenis remũ
ciauerit voluptatibus, & omnis mundanæ cupiditatis exuerit affectũ. Ille est in hac terra aduena, qui potest di
Phil. 3. cere: Nostra autem cõuersatio in cęlis est. qui suam ha
bet in domino portionẽ, qui potest dolere quod diutius
H viuat in terris, qui vitæ huius longæuitate lassatur, cui plixitas habitationis huius fastidio sit, quã sanctus a
Apoca. 8. uersatur & dicit: Væ iis q habitãt in terra. Q ui dissol
ui nõ timet: & si soluatur, præsumat se cũ Christo futu
rum: hic vere peregrin⁹ in terra est, quia sanctorum est ciuis, & domesticus dei, & thesaurũ sibi condit in cælo. Non vtiq; is exiens de Ægypto, in hanc intelligibilem Ægyptum remeare desiderat, nec depositę senectutis & mortis paueſcit cõfinia, nec horrea struit messibus recõ
dendis, iam alienis victurus ætatib⁹, sed sola diues vir
tutum fœcunditate ea congregat, quę sibi nec senectus perditum dare, nec mors possit auferre. Merito q dicit:

IIII *als, iustificationes tuas. Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua* in omni tempore.

Quod vtiq; non facit nisi liber a vinculis, non solum a vinculis solicitudinis secularis, sed etiã a vinculis chari
tatis humanæ. Vincula cõplura sunt in hoc seculo, vin
cula sunt desideria uitędi, vincula sunt oblectamẽta vo
luptatũ, vincula sunt honorũ, vincula coniugũ. Deniq;
1. Cor. 7. dicit tibi bonus magister: Solut⁹ es ab vxore? ne quæ
sieris vxorẽ. Nec tamen peccat qui vxorẽ acceperit, sed inuestit sibi vincula mẽtis, quia solicitus est quomodo
I placeat vxori. Beatior esset si deo soli placere desidera
ret. Cernis autem quia ligatus est, qui sui nõ habet cor
poris potestatem. Ergo quia mandatũ dei est, quod le
gis oraculo, et apostolico sermone depromptum est, ne quis vxorem, diuitias, honorẽ, necessitudines deo præ
ferat: qui autẽ prætulerit, fit obnoxius iudiciis dei: ideo prius popoſcit ne abscõdat a deo deus mãdata sua. Q ui enim mandata cognouerit, & custodierit, nõ refugit iu
dicia diuina, sed desiderat, meritoq; tanq̃ reuelatis sibi mandatis ait: Cõcupiui desiderare iudicia tua in omni tẽpore. Nõ dixit, Cõcupiui iudicia, sed cõcupiui desidera
re. Sicut enim vita viuere plus est q̃ viuere (viuere nanq; cõmune etiã huius est vitæ, vita autẽ viuere bea
torũ est) sic cõcupiscere vt desideremus iudicia dei, plus est q̃ desiderare iudicia. Concupiscimus enĩ desiderare, quali nõ sit potestatis nostræ desiderii, sed gratiæ dei. Cũ enim dñs oblectari nos viderit cupiditate desiderii iudiciorũ suorum, sobriũ auget affectũ. Cum autẽ pec
camus, non concupiscimus desiderare iudicia dei. Neq; k
enim ægrotus vri desiderat, vel incidi, vt possit recipere sanitatẽ. Refugit qui grauius egrotat, ne vratur, ne in
cidatur, ne alligetur, ne abstineat a cibo. Q ui autem sa
lutarẽ habet valetudinẽ, medico secun⁹ occurrit. Vnde
Luc. 12. etiã dñs nõ ocioſe ait: Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ. non solũ desiderãs, sed etiam gemi
nato desiderio concupiscens remissionẽ tribuere pecca
torum. Concupiscamus ergo & nos desiderare iudicia dei. Bona conscięntia cum examinatur, probatur. Et cõ
cupiscamus desiderare in omni tempore, vt nullũ mo
mentum bonæ prętereat vacuum cupiditatis.

V Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Cum enim dominus IESVS per obedientiã genus humanũ redemerit, iustitiã reformauerit, serpens autẽ per inobedientiam peccatũ introduxerit, quid vitii ha
beat superbia, hinc æstimare possum⁹, cuius autor dia
bolus est, quẽ inducit propheta dicẽtem: Ponã thronũ Esa. 14. meũ super nubes, & ero similis altissimo. Itaq; cum sit nequissimus, vt honorẽ nõ dederit domino deo nostro, peiores tamẽ discipulos erudiuit. Ille enim se sic exalta
uit, vt vellet æquari & similis esse altissimo: discipulus autẽ eius, vt significaẽ ab apl̃o, indignaturus est æqua
lem se similęq; æstimari deo. Scriptũ est enim: Cũ reue 2. Thes. 2. latus fuerit homo iniquitatis, & filius interit⁹, qui aduer
satur & extollitur supra omne quod dicitur deus. Ma
gister igitur similem honorẽ pręsumit, hic superiorem. Ideoq; & domin⁹ ad discipulos suos dixit: Maiora his
L facietis. vt q̃bus serpens plus ademerat, q̃ ipse amiserat, maiora Christus facere donaret, q̃ ipse in terris fecerat. Ipse enĩ voluit principẽ mundi fallere, in discipulis triũ
phare. Itaq; a tanto volens crimine vindicare humanũ genus, introduxit Pharisæum & publicanũ in templo Luc. 18. orantes: & douit, etiã si bona cætera habeat, quod ma
gis superbus offendat, q̃ humilis, qui nulla virtutũ dote subnixus sit. Studet enĩ supplãtare diabolus bonis ope
ribus intentos. Q uantũ laborauit Pharisæus ille ne ra
peret aliena, ne iniustus esset, ne adulteraret? Q uãtum laborauit ne peccaret sicut peccabat publicanus? Q uan
tum laborauit vt bis in sabbato ieiunaret? Q uantũ la
borauit vt decimã daret omniũ quæ acquireret? Q uis nostrũ hæc facit? Q uãti habent possessiones, & soli in
cumbunt fructibus, & solis sibi messes recondũt? Ad
uertit hoc diabolus, & perfudit eũ vlcere graui, vt non teneret caput mente carnis inflatus, & in eo in quo lau
dabilis fore crederetur, ibi reprehensibilior iudicaretur.
M Agebat enim gratias deo quod non esset raptor, adul
ter, iniustus. Q̃ noxie ei luctatus est serpẽs, & grauib⁹ eũ spiris ligauit? superiorẽ fecit, vt de altiore deiũceret, inferiorem se prębuit, vt sublimiorẽ casu grauiore pro
sterneret. Mala ruina est arrogãtiæ, superiores obruit. Mala hęc lucta serpẽtis, qua se in plurimos torquet an
fractus. Inflare volebat & Paulum. Q uem Paulum? Illum vtiq; apostolũ, non ab hominibus, neq; per homi
nem, sed per IESVM Christũ. Et pene decceperat, ita vt stimulũ carnis suæ, qui se humiliabat, rogaret auferri. Sed bonus dominus, qui Paulũ infirmitatibus vel
let facere fortiorẽ, adhibuit ei angelum Satanę, vt suis diabolus artib⁹ vinceretur. Nõ mẽtiebatur Pharisęus, immo etiã vera dicebat: sed omnis qui se exaltat, etiam si vera dicat, offendit. Deniq; probabilior pharisęus in
gressus est templũ, q̃ publicanus: & condẽnatus exiit.
Iacobi. 4. O quantũ crimen superbię, vt ei etiam adulteria præse
rantur. Deniq; dñs, qui aliis donat, superbis resistit, & tanq̃ congreditur iis qui se exaltant, sibiq; hoc certamẽ vendicat: & q̃ aliis cõpatitur, arrogantes increpat: quia nihil grauius q̃ vt fratres nostros pauperes supbo ocu
lo despiciam⁹, cõformes nobis intolerabili repellamus fastidio, nostra indignos gratia iudicãtes, quia sunt in

A opes: cũ paupertas facilius sit deo q̃ thesaur⁹ acceptior.
Maledicti, inquit, qui declinant a mãdatis tuis. Supra dixerat: Ne abscondas a me mandata tua. & ideo quasi reuelata sibi mandata cognoscẽs, condãnat eos qui de
clinauerint a mãdatis cælestibus. Et bene dixit, qui de
clinãt. directũ enim mãdatum est: ideo ab eo nemo de
flectat. Monet autem qua ratione hic dixerit, ne abscõ
das a me mãdata tua. Q uod enim abscõditur, obscurũ fit & occultũ, cum supra dixerit: Mandatũ domini lu
cidum, illuminans oculos. Si lucidũ mandatũ, quomo
do abscõditur, cũ lucernã nemo ponat sub modio? Nisi forte lucidũ est vnũ mandatũ, multa autẽ mãdata abs
cõdita sunt. Nam iudicia tua, inquit, sicut abyssus mul
ta: non iudiciũ sicut abyssus, sed iudicia dicuntur. Vide autem ordinem. Supra ait: Ne repellas me a mãdatis tuis. in sequẽti ait: Ne abscõdas a me mandata tua. hic ait: Maledicti qui declinãt a mandatis tuis. Vere ma
ledicti qui declinant a mandatis tuis, qui referre gratiã debuerunt: primo, quia nõ sunt repulsi: secũdo, quia nõ abscondi a se diuina mandata meruerunt. Declinat er
go aliquis quod optauit.

VI Aufer a me opprobrium & contemptũ, quoniam testimonia tua exquisiui.

Si contemptus opprobrii loco ducitur, quomodo scri
1. Cor. 1. ptum est: Contẽptibilia mũdi elegit deus? Sed cõsidera quia mundi contẽptibilia dixit, nõ dei. Q uod enim
B in hoc mũdo contẽptui, hoc preciosum est apud deum. Deniq; humilitas in hoc mundo contẽnitur, sed dei iu
dicio cõprobatur. Et si publicanus se humiliauerit, exal
tatur. Audi quẽ pro nihilo habeat deus: Q uicunq; san
ctus est, qui sine macula vixit, veritatẽ custodit, non ap
petiuit proximũ suũ, ad nihilũ deductus est in cõspectu eius maligntus, omnia quę malitię sunt reprobauit: hic talis, etiã si sit gentilis, deuotione humilitatis a deo cõ
probatur. Superbi autẽ velut Pharisęus, arrogãtia sua pro nihilo ab illo æstimantur. Deniq; gentilitas nõ est, deuotio autem manet in ęternũ. Caue ergo ne Christo
Luc. 10. opprobrio sis. Nolo mihi quicunq; maledicat, & quasi peccatorem despiciat. Q̃ graue si Christus dignum op
probrio ducat? Væ tibi, inquit, Corozaim & Bethsai
da. quæ condẽnantur quia non egerũt pœnitentiã deli
ctorum suorũ. Nos ergo agamus, vt a nobis auferatur opprobrium. Q uis autem est qui nõ est opprobrio di
gnus? Q ui exquisiuit domini testimonia. Multi qui
dem sunt qui volũt inferre opprobrium seruis tuis, sed ipsi sunt magis probrosi, quia pro nomine tuo pati op
probrium, glorioſum est. Et ideo ait:

VII *als, loq̃ bantur. Etenim sederunt principes, & aduersus me detractabant.*

C Vox martyris est, qui perductus ad iudiciũ persecuto
rum, cũ cogeretur idolis immolare, & constãter resiste
ret: iudices autẽ sedẽtes in tribunalibus stipati officiis, indignãtes quod suis nõ obsecũdaretur imperiis, cõfer
rent quo dignũ supplicio censerẽt, stabat intrepidus di
cẽs: Sederũt principes, & aduersus me detractabãt. Est etiam dñi vox ista, cũ conuenisset pref byteriũ plebis, &
Mat. 26. principes sacerdotũ & Scribę, & ad cõciliũ Iudęorũ de
ductus esset dicentiũ: Q uid adhuc desideramus testes? audiuimus enim de ore ipsius. Et cũ staret ante præsi
dem, & duceretur ad crucem, quid pulchrius diceret, q̃, Sederũt principes, & aduersum me detractabant? Hoc est, me stante sederũt principes. Et quia tribunalis ful
cro sublimes erãt, dominũ non videbãt. Sedebãt ergo elati fastigio principatus, nec principẽ principũ cogita
bant. Sed parũ hoc aduersus me, inquit, detractabant. Ego eorũ redemptor aduenerã, ego venerã vt omniũ peccata mũdarem, vt recuperarẽ amissos, restituerẽ pa
radiso sancti Iacob hęreditatẽ: & illi aduersus me detra
ctabãt. Et ideo imitatores mei, discipuli mei, nolite in
iuriam erubescere si steteritis ante principes p nomine D
meo, cũ ego steterim pro vestra salute. Deniq; traditus in custodiam Petrus cũ cęteris apostolis, et postera die
Actu. 4. statutus ante conciliũ, constanter dicebat: Principes po
puli, & seniores Israel, si nos hodie. &c. vsq;, In hoc iste astat corã vobis sanus. hoc est, vos estis qui statuistis & Christũ. Gloriæ loco ducimus istã iniuriam, quia ar
guimur pro ægroti hominis sanitate, hanc hæreditatẽ seruulis saluator omniũ dereliquit. At illi cõferebãt in
ter se dicẽtes: Q uid faciemus istis hominib⁹? Et dimi
serunt eos. Gloriabatur ergo Petrus, & vnusquisq; apo
stolorum, quia digni habiti sunt qui iniuriã pro Christi nomine sustinerẽt. Recte ergo tũc dicerẽt singuli: Ete
nim sederũt principes, & aduersus me detractabãt. Se
derunt principes aduersus Esaiam, & disputauerũt vt
Esa. 1. secaretur: sed nõ timebat eos qui dicebat: Audite prin
cipes Sodomorũ. Sederũt aduersus Hieremiã, vt mit
teretur in lacũ. Sederunt aduersus Zachariam, qui occi
sus est inter templũ & altare. Resederunt aduersus Su
sannã, & cõtra castitatis fœminã iudicabãt. Sed vt ostẽ deretur principũ bonũ non esse conciliũ, excitauit pueri spiritũ dominus, & quã principes ream mortis pronun
ciauerãt, eandẽ propheta totius innoxiã criminationis absoluit. Sunt & alii principes qui aduersus nos detra
ctant, de quibus dicitur: Q uoniã nõ est nobis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduersus principa
Ephe. 6. tus & potestates, aduersus mundi huius rectores tene
brarum harũ, aduersus spiritalia nequitiæ, quæ sunt in E
cælestibus. Isti sedent & explorant qui iustus sit in hoc seculo, qui Christianus intẽte deo seruiat, studiosius bo
ni operis & facti. Detractant de eo, dicẽtes: Insidiemur illi, impediamus eũ, prohibeamus eũ efficere quæ desi
derat. Conteramus eius mentẽ, frangamus animũ ad
uersis frequentibus ac repentinis: & si deo probatus est propter iustitiã, rogemus dari nobis tentationes eius. Neq; enim in tantũ prophetã, tentationum eius quas plurimas subiit, cõpotes, potestatẽ habere potuissent, nisi dominus probandi sui militis causam* dedisset, vt *ansam maiore eũ gloria coronaret. Q uis igitur regẽ Saul ex
citauit in eũ, nisi spiritus malus, sicut legim⁹, qui se do
lebat excludi quotiẽscũq; Dauid vel citharæ sono, vel bonorum consiliorũ operumq; fidibus ac neruis mentẽ regis animũq; mulcebat? Q uis excitauit Doech Syri nequitiã vt sanctum virũ prodoret, & hospitalẽ huma
nitatem deduceret in periculũ sacerdotis? Q uis inflã
mauit ardorẽ Ammõ, vt domũ incestaret prophetică, & contristaret animũ patris alterius incesti libidine, al
F terius iniuria, vt qui aliis prophetabat, domus suę ma
la prouidere nõ potuerit? Q uis armauit furorem Ab
salon vt patrẽ domo excluderet, & parricidali persequę retur prælio? Sed cũ prope viribus regni iam esset sanctus inferior, hoc vno incẽsa aduersum se diaboli restin
xit spicula, quod cum filius necem peteret patris, ille ta
men salutem filii pietatis mãdabat affectu. Ergo prin
cipes populi, vt Achitofel, & cęteri bellantiũ duces, se
derunt. Tractabant ergo principes populi cum Absa
lon aduersus prophetã. Et ideo dicit: Etenim sederunt principes, & aduersus me detractabant.

VIII *als, exer cebatur. Seruus autem tuus meditabatur* in iustificationibus tuis.

Aduertimus arma iusti, quibus omnes aduersariorũ repellat impetus. Alibi ait: Circuierũt me, & expugna
Psal. 108. uerunt me gratis: pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autẽ orabam. Hic ait quod studiũ ei nõ exer
cendæ ad belli artes fuerit inuẽtutis, non decipiẽdi ad
uersantis astutia vlla cordis, vt illũ vinceret quẽ vide
bat, sed aduersum eos præliabatur quos non videbat, maiorq; in eo pietas q̃ virtus corporis militabat. Itaq;
in dei exercebatur iustificationibus, vt cõtrario ictu dia
bolum vulneraret. Ille cum ab intẽtione iustitiæ & stu

G dio deuotionis, occupationibus bellicis conabatur abducere, hic magis se diuini operis & cultus meditatione occupabat. Itaque dñs protexit eum, in quẽ sperauit, cum quo loquebatur, cui toto adherebat affectu. Iustus enim aut cũ deo loquitur orãdo, aut diuina loquitur opera laudãdo, & semper loquitur opera dei, ne loquatur os suum opera hominũ. Nihil terrenũ iustus loquitur, nihil mortale agit. Ideoq; dicit:

VIII Etenim* testimonia tua meditatio mea est, & consilia mea iustificatio tua.

*alias, Nã &

Aduertis quid doceat, quod hęc debeãt esse cõsilia iusti, vt meditetur mãdata dei, & exerceatur in dei laudibus & oraculis, vt iustificet dominũ semper. Qui facit quæ deus mãdat, qui credit deo placere, deũ iustificat. Quod ex lectione euangelii possumus intelligere, dicẽte euangelio quia Pharisæi spreuerunt consiliũ dei, nõ baptizati baptismo Ioãnis. (Luc. 7.) Hoc in vno libro, in alio habes autem: Non iustificauerunt deũ, quia baptizari noluerunt. Ideo dominus ad Ioannem dicentem, Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? respondit: Sine modo. sic enĩ oportet nos implere omnẽ iustitiã. (Matt. 3.) Qui ergo facit mandata dei, iustificat deũ, quia facit eius iustitiam: H & bonũ est vt consiliũ dei sequãtur hominũ consilia: quia dei cõsilium certũ semper: nostra autẽ plerũq; incerta consilia ex rerum probantur euentu.

SERMO QVARTVS.

ד Daleth.

QVARTA litera secũdum Hebræos Daleth, significat latine timorẽ, vel (vt alibi inuenimus) natiuitatẽ. Sed vtrunq; potest cõgruere & conuenire sensui. Natiuitas enim eorũ est, quę generantur in hoc seculo, per quã intelligimus corporalia & materialia, quæ sunt caduca, & ideo a timore non distat. Ex corporalibus enim & materialibus nascitur timor. Quid enim est terrena natiuitas, nisi timor? Deniq; inde cœpit versus:

I Adhęsit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum.

Per pauimentũ terrã intelligimus, per terrã materialia. Peccatori autem dictũ est: Terra es, & in terrã ibis. (Geñ. 3.) eo quod diuinis mãdatis inhærendũ non putauerit, sed in materialia & corporalia deflexerit, cui impressa fuerit vitæ huius secularis delectatio. Deniq; eiectus de paradiso, I hoc est, ex illo sublimi & cęlesti loco, ad quem raptus est Paulus, siue in corpore, siue extra corpus, nesciens. Ex illo ergo eminẽti loco deiectus in terram, deplorat Adam, dicẽs: Adhęsit pauimento anima mea. Sicut alibi ait: Humiliata est in puluere anima mea, & adhęsit in terra venter meus. (Psal. 43.) Pœnitentiã gerentis hęc vox est, qui meminisset adherentem se deo nescisse nec potuisse discernere (quod nõ discreuit & Paulus) vtrũ in corpore esset, an extra corpus: ita infirmitatem pigritiamq; corporis minime sentiebat, cui domini adherebat pręsentia. Spũs ergo prophetic⁹, qui dolorẽ expressit, vel dominus, qui suscepit eius infirmitatẽ, personã repręsentat Adæ, & assumit eius affectũ. Loquatur ergo Adã: Adhæsit pauimento aĩa mea. Qui ante beatissimus auram carpebat æthereã, curas vitæ huius & tædia nesciebat: is nunc solicitudine mũdi huius, luxuriæ studio, pecuniæq; cupiditate curuatus, vulpium foueis se inserit, latibulisq; terrestrib⁹. Merito adhęrebat pulueri, qui se leuare nõ poterat, nisi eum supra crucem suam Christus leuasset. Merito adhęrebat pauimẽto, qui se abscõdebat a Christo. (Ioan. 1.) Non adhæret pauimento, cui dicit IESVS: Sequere me. Nõ adhęret pauimento qui audit, & sequitur legẽ dicentem: Post dominum deum tuũ ambulabis, & ipsi adhęrebis. (Deut. 10.) Quomodo ergo pauimento adhęreat vnusquisq;, quomodo deo, audi dicẽtem: Qui adhæret meretrici, vnũ corpus est. (1. Cor. 6.) qui autem adhęret deo, vnus spiritus est. Terra ista quam K gerimus, meretriciis quibusdam nos illecebris capit, et quasi vultus quosdã voluptatum corporaliũq; delectationũ fucis illinit, vt lateat in his veritas, & forensi quadam specie decipiant appropinquãtes. Sed cũ interiorẽ oculũ mentis ad tẽpus abduxerint, postea tamen decus suo velut quodam puluere, voluptatũ huiusmodi decore, q̃ sit inanis gratia seculi huius aut corporis, facile deprehenditur. Bonum est igitur adhęrere deo, nec inflexam ceruicẽ habere ad iugũ mundi. Ideoq; ecclesiæ vel forti animæ dicit Sapientia: Sicut turris Dauid ceruix tua, quæ ædificata est in Thalpio, mille ostia pẽdent in ea, omnia iacula potẽtium. (Cant. 4.) Erecta enim ad deũ ceruix, & iugo Christi habilis, quæ nulla in terrarũ illecebras inflexione curuetur, sicut Christi regalis est turris, cui iugum suũ Nabuchodonosor nõ possit imponere. Condidit enim turrim illam Dauid ille manu fortis, & supra murorũ ædificauit excelsa, vt subsidio pariter et decori sit. Subsidio, quia hostem pręuidet & repellit. Decori, quia nõ solũ inter humilia, sed etiã inter excelsa supereminet. Ita tamen subsidio vel decori, si habeat in se verbi dogmata velut quædã phalerarum monilia, habeat etiã iacula potentiũ prophetarũ, quæ aduersus omnem extollẽtem se altitudinẽ lacertis quibusdã fidei diriguntur. Noli igitur in puluerẽ mortis deducere animam tuã, cui dñs etiam naturalẽ altitudinẽ tribuit, & vigorẽ quo se excitet & assurgat. Vnde etiã de hac coniunctione animę & corporis dictũ opportune accipitur, eo quod in naturali vitæ nostrę mysterio connexa anima corpori velut humi reptet, & pauimẽto adhæreat, L partim ppter hoc terrenũ habitaculũ, partim quia corpus istud de terra est. Et regionis igiť diuersoriũ, et materia ipsa corporis nostri huic cõcurrit sententiæ. Ideoq; pulchre Aplus de mortis huius corpore liberari cupit: quia carcere quodã claudimur, & in quodã luxurię gurgustio siti, tenebris inuoluimur delictorũ. Ergo secundum voluntatẽ dei ambulemus, vt adhęrere discamus deo. Nam qui secundũ corporis appetẽtiam viuit, caro est: qui secundũ præcepta dei, spiritus est. Nõ ergo fiat anima nostra caro, hoc est, vt dicamur caro, sicut & illi q in diluuio perierunt, de qbus dictũ est quia caro sunt: (Geñ. 6.) sed magis caro nostra obediens animę gubernaculum fiat animę, & hoc appellari mereatur nomine, sicut appellata est familia patriarchę Iacob, et generationis ei⁹ sancta posteritas. Sic enim scriptũ est: Hi filii Balę quã dedit Laban Rachel filiæ suę, & peperit hęc Iacob oẽs animas septẽ. (Geñ. 46.) Et alibi: Omnes autẽ animæ quæ intrauerunt in Ęgyptũ, quæ exierũt de femorib⁹ illius, pręter mulieres, sexaginta, inqt, & sex. Et in principio Exodi legimus: Erant autẽ omnes, animę de Iacob quinq; & septuaginta, qui erant cũ Iacob. (Exo. 1.) Ergo illi qui habitabant cum Ioseph, & de Ęgypto exierunt, animæ sunt. Qui autem cũ essent angeli dei, hoc est, vitæ probitate angelorũ imitantes gratiam, (qui enim nõ ducũt vxores, & quæ nõ nubunt, erũt sicut angeli in celo) M Qui ergo cum angeli viderẽtur, capti sunt decore fœmineo, hi caro sunt, sicut dñs deus dixit: Nõ permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternũ, propter quod caro sunt. (Geñ. 6.) Et merito expertes libidinis angelis cõparantur, caro non sunt, quia non sunt in carne, sed in spiritu: quales erant illi qui doctorẽ Apostolũ sequebantur, quibus ait: Vos autem nõ estis in carne, sed in spiritu. (Roma. 8.) Qui autem corporea fœminarum capiũtur libidine, caro sunt: atq; vtinã caro tantũ, & nõ etiã equi adhinniẽtes, quia in vxorẽ, inquit, proximi sui adhinniebãt. (Hiere. 5.) Rogat ergo qui deiectionẽ animę suę sentit ad pauimentũ vsq; curuatę, vt viuificetur secundũ verbũ dei, quod animas ad se trahit quascũq;, & miseratione sui liberare cupiẽs abducit a terris. Viuificatur autẽ anima q̃ vias ambulat Christi, peccato mortua, deo viuẽs, ita vt mors peccati dominatũ in ea post hęc habere nõ possit, posteaq̃ cõfes-

A pulta cũ Christo, iustificata est a pctõ. Sed q iustificari cupit vias suas, ante pronũciet. Ideoq; secũdo versu ait:

II Vias meas pnũciaui*, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

*als, enunciaui.

Pulchro ordine ad iustificationes dei perueniendũ putat, vt primũ sua peccata fateatur. Sic enim docemur & alibi: Dic iniqtates tuas, vt iustificeris. (Esa. 5.) Itaq; scire debemus quid sit vias suas ambulare hominem, & vias dei. Qui facit voluntates carnis, & viuit secundũ cõcupiscẽtiam mũdi huius, vias suas ambulat, quibus delectatur & gaudet. Qui autem venit voluntatẽ facere patris sui qui in cęlis est, cui cibus est vt mandatũ dei compleat, qui non quęrit q̃d voluptatis sit, sed quod placeat deo: ille viã domini pergit, illam viã quæ ait: Ego sum via, veritas, & vita. (Ioan. 14.) Vides ergo quia ille viuit secundũ verbũ dei, qui viam ambulat Christi. Ipse etiam dominus deus in Deuteronomio docet q̃modo in viis suis ambules, dicẽs: Et nũc Israel quid dominus deus petit a te, nisi vt timeas dominũ deum tuum, & ambules in viis eius, et diligas eũ, et seruias domino deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota aĩa tua custodias mandata eius & iustitias eius? (Deut. 10.) Liquet igitur alias vias esse carnis, alias dei: & si quis velit ambulare vias dei, ei prius esse vias carnis & corporis & secularis sapiẽtiæ deserẽdas. Relinquens itaq; eas Dauid pronũciat, & apud deum nõ tacet. Confitetur errores, nõ negat lapsus. Simile illi hoc dixit, Annunciabo aduersum me iniquitatẽ meã domino. (Psal. 31.) Si enim se accusauerit iustus, vocẽ parati accusatoris excludit, B qui solet aceruare peccata, & vniuscuiusq; exaggerare flagitia. Obstruit ergo os eius, qui ipse de se fuerit ante cõfessus, & pręstruit veniã confitẽtis. Verecũdia excusat reũ, pudor suus accusat autorẽ. Qui enim sua delicta non tacuit, videtur in se doluisse quod fecit, in diabolo prodidisse q̃d suasit. Ideoq; ait scriptura: Iust⁹ in exordio sermonis accusator est sui. (Prou. 18.) Qui se accusat, etsi peccator est, iustus esse incipit, quia nec sibi parcit, & dei iustitias cõfitetur, quẽ putat latere nihil posse. Vtinam Adam se prius accusare q̃ celare voluisset. Sed nõ satis est vt confiteamur errorẽ: verũetiã si corrigi volumus, a domino postulem⁹ vt doceat nos iustificationes suas, ne postea errare possimus. A dño igitur doceri petit, quia vnus est magister noster, vt ait Christus. (Mat. 23.) Nec ociose hoc petit. nõ enim ille beatus quẽ docet homo, sed quẽ tu erudieris domine. (Psal. 92.) Vbiq; meminit sui, nec putat satis esse vt doceat eũ iustificationes suas dominus deus noster, sed addidit:

III Viam iustitiarum tuarum insinua mihi,* & exercebor in mirabilibus tuis.

*als, iustificationũ tuarũ instrue me.

Vide ordinẽ. Prius est vt discamus domini iustificationes, deinde vt gradus quosdã iustificationũ & ordinem nouerimus, quid prius, quid cõsequẽs esse debeat. Nam scire quid facias, & ordinẽ nescire faciendi, nõ est perfectæ cognitionis. offendũt plerunq; prępostera. Denique iustus est qui se in exordio sermonis accusat, iniustus autẽ qui quod prius negauerat cõfitetur. C Ille verecundiæ inuenit gratiã, hic notã incurrit impudentię. Ita ordinis ignorantia conturbat negociorũ naturã, formamq; meritorum. Ille autẽ qui didicerit primo mysteria dei, deinde ordinẽ mysteriorũ, exercetur in mirabilibus dei. Græcus ἀδολεσχήσω posuit, quod dicit latinus hallucinabor. In quo videtur esse aliqua sermonis offensio, secundũ vulgarẽ consuetudinem, quia ἀδολεσχῆσαι vulgo ęstimatur, vel hallucinari, plus q̃ oportet aliquid loqui, & superfluũ videre* quod audiẽti fastidio est, & videtur esse pręter ordinẽ, cũ ordo rerũ videatur afferre fastidiũ, vt si causam velis enarrare aliquã, & ordinẽ nõ serues, auditor autem ad rerũ festinet exitum, superiora fastidit. Sed non potest plene instrui, nisi q ordine sui cuncta cognouerit: vnde non solũ factũ deprehenditur,

*dicere.

sed etiam facti pondus, & facientis affectus. D Ideoq; Dauid quasi bonus sui iudex atq; arbiter, prope vsq; ad fastidium vult doceri, & vel superfluo immorari tempore, q̃ necessariũ ordinem præterire. ἀδολεσχία enim vel hallucinatio videtur lõga quędã esse meditatio, & morosa quædã mentis intentio: a quo nõ longe abest exercitium vel animi vel corporis. Nam vt ille qui exercet mẽbra sua palæstra, diutius exercet vt roboret: ita qui exercet mentẽ suam in scripturis diuinis vel in cõsiliis, diutius exercere debet. Exiuit in campũ Isaac. (Gene. 24.) Græcus dixit ἀδολέσχησε, Latinus deãbulare, vel exerceri. Rebecca veniebat, typus in ea præfigurabatur ecclesię, parabãtur nuptiæ, in quibus sacramentũ foret magnum. Videns patriarcha ista mysteria, exiuit in campũ, diffundens acrimoniam suæ mentis, & deambulãs in innocentia cordis sui. Diuersis vtiq; cogitationibus exercebat animũ, & in mirabilibus mysteriis delectabatur: cuius vt imitator euaderet sanctus propheta, doceri iustificationes dei, & viam iustitiarum cælestium cognoscere gestiebat, vt nõ dormiret anima eius seculi istius somnum, nec mundanæ captus vanitatis illecebris, a persequẽda veritatis intentione diffueret. Qua ratione ergo doceri velit, subtexuit dicens:

IIII Stillauit anima mea præ tędio, cõfirma me in verbis tuis.

E Aliqui codices habent dormitauit, quia ἐνύσταξεν & ἔσταξεν duabus literis dissonãt. Potuit interpres vel antiquari⁹ scriptor hic falli. νυστάζειν dormire est, στάζειν stillare. Perfectus nõ dormitat, qui diuinis animũ intẽdit mysteriis. Deniq; ipse alibi dicit: Si dedero somnũ oculis meis, aut palpebris meis dormitationẽ. (Psal. 131.) sed vigilat semper: & si caro dormit, cor vigilat. Nõ ergo dormiebat, qui templũ condere dño cogitabat verborum cęlestium exædificatione, nõ lapidum. Verbum enim dei repulsoriũ tædiorũ est, quo somnus animę, sopor mentis excluditur. Ex tristitia enĩ & solicitudine seculariũ somnus irrepit. Qui autẽ adhæret deo, curas fugitãs: voluptatẽ capit cognitionis æternę, nullam illic mutationem rerũ sicut seculariũ pertimescens. Qui facilioribus igitur laborum vtuntur cõpendiis, dormitauit accipiunt: sed Origenes, qui multorũ interpretationes diligenti discussit indagine, stillauit secutus est, eo q perfecti anima quasi bene cõposita & confirmata nõ stillat, vt fastigia culminũ quę bene tecta atq; munita sunt: F cęterũ incõposita cito stillant. Inde vsurpatũ est, Stillicidia eiiciũt hominẽ in die hyemali de domo sua, in qua frigoris asperitate et frequẽti aeris mutatione tẽtamur. Deniq; docemur prouidere ne fuga nostra fiat hyeme vel sabbato. (Mat. 24.) Probatos enim iã nos dies debet reperire vel iudicii vel mortis, ne viduatos viriditatib⁹ prosperorum, & omni spoliatos secũdorum flore successuum exitus mortis inueniat. Caueamus ergo, ne vnusquisq; nostrũ eiiciatur de statu mẽtis suę, & naturali quadam mansione, si habeat foramina mansionũ e quibus fluẽtia stillicidia tanq̃ ex fundamẽtis subruant hominẽ nulla sapiẽtiæ soliditate fundatũ. Ideoq; ait propheta: Fili ne defluas. Confirmãda est igitur anima nostra ne stillet, & indiuidua virtutũ compage solidãda, vt possit regis æterni seruare mysteriũ. Cæterũ is quicunq; est facilis in verbis, velut plen⁹ rimarũ hac atq; illac effluẽs, interiora euacuat sua, & exterioribus passionibus inundatur, tegere se nesciens, nec tenere verbũ quod acceperit, sicut sancta Maria quæ cõseruabat omnia verba in corde suo, ne quod ex eius ore deflueret. Tali se munitã dote virtutũ ecclesia loqtur, vt digna videatur in cuius inuitatus sponsus succedat hospitiũ. Hinc primũ se pręsumit esse placiturã, si bene tectã, & fidam, seruantẽ silẽtia Christus aspiciat. Ecce es, inquit, formosus cõsobrinus meus, & quidẽ pulcher: (Cant. 1.) acclinatio nostra opaca, trabes domorũ nostrarum cedri, lacunaria nostra cupressi,

G Laudat sponsi decorem ecclesia, quę plus vnusquisq; ta
cito laudat affectu, & fidus mysteriorũ interpres tacen-
do plus prędicat. Nam qui arcana diuulgat, imminuit
Christi decorē. Ideo nemo mittat margaritas suas por
cis, ne conculcari faciat ornamēta preciosa. Nō ergo in
tabernaculo loquacis & garruli, quia multiloquio pec-
catum admittit: sed in viri serii, qui sit parcus alloquii,
nec sermonis intemperans, & verborũ sobrietate temu
lentiam loquacitatis euitans, caput suũ Christus recli-
nat. Et merito opacā significat acclinationē, quia in ec-
clesia constitutos virtus obũbrat altissimi. Hac vmbra
Dauid protegi se postulabat, ne eũ per diē sol vreret, vel
luna per noctem. Hanc vmbrā spiritalis ministrat gra-
tia, torrida seculi huius, & mundi æstiua fugientibus.
Opaca igit acclinatio Christi & ecclesię sunt quib⁹ dei
patris æterna illa requies aspirat. In hac ergo requiesca
mus vmbra, peccatorũ nostrorũ æstibus fatigati. Si q̃s
adussit libido, hos domini crux refrigeret, in qua se recli
nauit vt nostra delicta susciperet. Si quos culpa lassaue-
rit, hos IESVS gremio suscipiat suo, & molli foueat
amplexu. Vnde audeo dicere quod caro Christi accli-
natio sit ecclesiæ. Trabes domorũ nostrarum cedri. Ce
dri specie, maiorũ qui iusti fuerũt gloria declaratur. Iu-
Psal. 91. stus enim vt palma florebit, & sicut cedrus quæ in Li-
bano est, multiplicabitur. Sicut enim cedrus nō putre-
scit, ita nec maiorũ gloria vlla vetustate corrumpitur.
H Lacunaria nostra cupressi. Genus hoc arboris nunq̃ a-
mittit viriditatem suā, hyeme iuxta, vere atq; ęstate co
mam pascit, nec diuerso colore mutatur. Solā hanc ar-
borem vetus suo nunq̃ honore despoliat, sola nunq̃ ve-
teri exuitur amictu, aut nouo flore vestitur. Sic aposto-
lica quoq; gratia nescit defectũ, sed venustate sui floret.
Anima ergo corrũpi nescit, quę florentibus mēbris vi-
get, semper iustitiæ cæterarũq; virtutũ culmina patiēti
magnanimitate sustētat: & ideo nō defluit neq; deficit,
quia nihil in ea rimosum est ac remissum, nihil mobi-
le, nihil lubricum, nihil q̃d vitio sermonis ex ea possit ef
fundi. Ideoq; cōfirmari se petit in verbis suis propheta,
ne moueantur pedes eius, ne effundantur gressus eius.
Quę, si quis recto vigeat corde, nō patit, sed radicatus
atq; fundatus aduersus omes passionũ fluctus immo-
bilis perseuerat. Confirmatus igitur in verbis ait:

V Viā iniquitatis amoue a me, &* lege tua
*alias, de miserere mei.

Non dixit, Amoue me a via iniquitatis, sed, Viā ini
quitatis amoue a me: quasi in nobis sit, & nobis inesse
I videatur. Quādiu enim exercemus aliquid improbũ,
via iniqtatis interi⁹ manet, & nō recedit a nobis: ideo-
que studiose agamus vt eam a nobis separemus. Sed
quia hęreditariũ iniquitatis glutinũ mentibus inhæsit
humanis, opus est liberātis auxilio. Precare & tu, dici-
Rom. 7. to: Infelix ego homo, quis amouebit a me iniquitatis
viam? Gratia dei, per IESVM Christũ dominũ no-
strum. Et pulchre viam dixit iniquitatis, nō iniquita-
tem, eo quod non quasi naturalis iniquitas sit in nobis,
sed maiorũ post peccata currētium sit attrita vestigiis.
Meritoq; quia vulnus grāde ac vetus est & diu serpēs,
perfectioris medicinæ remedia deposcit, obsecrans vt
domini legitima miseratione curetur. Cito enim refri-
catur vulnus quod sanatũ medicinæ lege nō fuerit, im-
mo etiam seriorē curatio sentit profectũ. Ideoq; si virus
in interiora ꝑserpit, medicamēta foris apposita nō sen-
tit. Exigit ergo medicinę ratio vt aut sectione, aut adu-
stione curetur. Nisi enim putrefacta recidātur, aut hu-
mor inutilis decoquatur, frustra medicinę manus adhi
bētur ad vulnera. Ideoq; bonus medicus huiusmodi æ-
grum legitime dicit esse curandum, vt possit medicina
proficere. Lege ergo miseretur qui cũ iustitia sapiētiaq;
miseretur, vt ea dimittat quæ scit iure posse dimitti: ne
cum alterius miseretur, seipsum legi faciat obnoxium.

Agag postq̃ miseratione donat⁹ est, fecit peccare Saul. 1. Reg. 15
Peccauit enĩ in ipsa misericordia, & ideo peccauit post K
misericordiā. Consideremus etiā ne & ipsum deteriorē
faciamus cuius miseremur iniuste. Plerunq; enim non
coercere delinquētes, maioris autoritat est q̃ si vlcisca-
ris. Tradũtur enim in passiones ignominię, qui cũ ali-
quid inhonestũ commiserint, nullũ culpæ preciũ ferunt.
Deniq; eos qui cognitorē deum suorũ scelerũ non puta-
bant, & quasi sine iudice & sine lege viuebant, tradidit Roma. 1.
illos, inquit, deus in reprobũ sensum, quia elegerũt viā
iniquitatis, viam autē veritatis eligere noluerunt. Sed
propheta qui syncero conuerti voluit affectu,

Viam, inquit, veritatis elegi, iudicia tua VI
non sum oblitus.

Nō potest hoc dicere qui errat in vano dogmate. Nō
potest Arrianus dicere, nō potest Sabellianus, nō Ma
nichæus, nō potest dicere auarus qui secularia & mate-
rialia concupiscit, nō potest dicere qui negociatur. nō est
enim via veritatis habēdi studiũ, cupiditas possidendi.
Quomodo via veritatis, cũ ille diues in seculo nequeat
secũ suas trāsferre diuitias, & incipiat mendico illo La
zaro egētior esse post mortē? Non est via veritatis ho-
nor seculi, solicitudo mundi. Deniq; qui viam veritatis
elegit, paulopost dicit: Auerte oculos meos ne videant
vanitatem. Vanitas temporaliũ est, veritas ęternorũ.
Si volumus igitur ambulare viā veritatis, peregrine-
mur seculo magis quā deo, & ambulem⁹ per fidē. Qui
enim per fidem ambulat, deo præsens est: qui autē am-
bulat per speciem, adest seculo, peregrinatur a domi- L
no: sed hic cito cōfunditur. Vnde refugus ab huiusmo
di viro dicit Dauid:

Adhæsi testimoniis tuis domine, ne cō- VII
fundas me.* *alias, noli me cōfundere.

Adhæret testimoniis domini, qui eius mandata non
respuit, iudicia nō obliuiscitur, nec voluptatibus indul-
get suis. Qui adhæret dñi testimoniis, renunciat mun
do, superiora obliuiscitur, ad priora contendit, vt perue
niat ad brauiũ, quod est insigne victoriæ. Non ergo cō-
funditur quē mundi huius illecebrosa nō ceperint: non
confunditur etiā si erubescenda cōmiserit, qui veniā de-
lictorum poscit a Christo. Ideoq; respondetur ei: Dimis Luc. 7.
sa sunt tibi peccata tua, vade in pace. Sed ita nō confun
ditur, si fuerit in eo operata peccatorũ remissio, vt nō so
lum peccata, sed etiam peccādi affectũ auferat. Iustitia
remittit iniquitates, fortitudo timorem, tēperantia im
puritatem, vt non solum tēporalis, sed etiam perpetua
fiat remissio peccatorum. Intret in animam tuā Chri-
stus, inhabitet in tuis IESVS mentibus, vt in taber-
naculo virtutis peccato locus esse non possit.

Viam, inquit, mandatorum tuorum cu- VIII
curri, cum dilataris *cor meum. *alis, dilatasti.

Neq; enim poterat viā currere, si cor eius coartaretur
angustiis. Deniq; currētibus viā dñi ait Aplus: Dila- M
tamini & vos, & nolite iugũ ducere cũ infidelib⁹. Et de 2. Cor. 6.
se ait: Os nostrũ patet ad vos o Corinthii, cor nostrũ di
latatũ est. Ideo & de Salomone dicitur: Latitudo cor- 3. Reg. 4
dis ei⁹, sicut arena maris. Et vide distantiā, Via sit an-
gustior, cor latius, vt patris & filii & spiritus sancti sus-
tineat mansionē, ne veniat verbũ dei & pulset, & vidēs
cordis eius angustias dedignet habitare. Deniq; sapiē-
tia in exitu canit, in plateis autē cũ fiducia agit. Plateæ
latæ sunt. Nō igit in viis, sed in cordis latitudine sapiē-
tia decantat. In hoc igitur cāpo interioris hominis, nō
in angustiis mētis currēdum nobis est vt cōprehenda-
mus. Scriptũ est enim: Sic currite, vt omnes cōprehen- 1. Cor. 9.
datis. Deniq; cōprehendit q ita cucurrit vt diceret: Cur- 1. Tim. 4
sum cōsummaui. Cucurrit enĩ vt bonus equus. Siqui-
dem habet equos suos Christus, de quib⁹ dicit prophe-

Abacuc. 3 ta: Immisisti in mare equos tuos, turbantes aquas mul
A tas. eo quod gentiũ populos, qui mouētur vt aquę mul
tæ, & excitātur vt fluctus aquarũ multarũ, euangelizā-
do cōmouerint apostoli, vt assurgētes a terrenis idolo-
rum ceremoniis in Christũ crederēt. Et supra ait: Ad-
scēdisti in equos tuos, equitatus tuus sanitas. O bono-
rum equorũ duodeca iugum mirabile, quibus frena pa
cis, habenę sunt charitatis, cōstricti inter se concordię
vinculis, & iugo fidei subiecti, quatuor rotis euangelii
mysteriũ totius orbis finibus inuehentes, bonũ aurigā
portātes dei verbũ, cuius flagello fugatæ sunt illecebrę
seculares, exterminatus mundi istius princeps, iustorũ
cursus impletus est. O rationabiliũ equorum grāde cer
tamen, o mirandũ mysteriũ, rota intra rotā currebat, &
nō impediebatur. Nouũ testamentũ in veteri testamē
to erat, intra illud currebat per quod annunciabatur. In
quatuor partes ibant rotæ, & non conuertebātur retror
sum, quia spiritus vitæ erat in iis qui currebant in qua-
tuor partes totius mũdi, et sine offēsione currebāt, quia
bona equorum vita quadrabat. Currebant igitur equi,
quia non dormiebat qui ascēderat equos. Animarũ igi
tur nostrarũ auriga IESVS, qui nos quoq; vult ascen
dere equos nostros, hoc est, nostra corpora, sed vigilare
semper, ne dicatur nobis: Dormitauerũt qui ascēderũt
equos. Transeundũ est hoc mare impigre, vix transitur
B a vigilantibus. Si quis autē dormierit, transire nō pote-
rit, sed demergitur vt Ęgyptius, cuius & anima & cor-
Exod. 15. pus interiit. Equũ enim & ascēsorem proiecit in mare,
qui non sequebantur legem, sed persequebantur.

SERMO QVINTVS.

He ה SEQVITVR quinta litera He, quę La-
tine significat est, vel vt alibi inuenimus, vi
uit. Conuenit sibi vtraq; interpretatio. qui
enim est, viuit: & qui viuit, est. Deniq; gēti-
les nō sunt, & ideo nō viuũt, sed mortui sunt. IESVS
Heb. 13. autē heri & hodie ipse est, & in secula: & qui est, viuit.
Viuo enim ego, dicit dñs. Quomodo enim potest nō
esse qui viuit? Viuit autē IESVS, qui etiā mortuos
viuificat, & vocat quę non sunt, tanq̃ ea quę sunt. Nihil
mirũ si dño cedit natura, vt viuificētur & mortui, & in-
cipiant esse qui nō erāt. Et ideo quia via etiā vita est, se-
Ioan. 14. cūdum illũ qui ait: Ego sum via, veritas, & vita: viam
quæramus, vt vitā habere mereamur. Audiamus er-
go illũ qui viuit in Christo. Viuit autem qui ait: Sed
Psal. 113. nos qui viuimus, benedicimus te domine. In Christo
enim IESV etiam quicũq; mortuus fuerit, viuit. Au
diamus inquam quid dixit vt viueret.

I Legem mihi cōstitue* domine viā iusti-
alis, pone tiarum tuarum, & quærā illā semper.
*alis, iustificationũ.

Miles qui ingreditur iter, viandi ordinē nō ipse dispo-
nit sibi, nec pro suo arbitrio viā carpit, nec voluptaria ca
C ptat cōpendia, ne recedat a signis, sed itinerariũ ab Im-
peratore accipit, & custodit illud, pręscripto incedit ordi
ne, cũ armis suis ambulat, rectaq; via conficit iter, vt in-
ueniat cōmeantiũ parata sibi subsidia. Si alio ambula-
uerit itinere, annonā non accipit, mansionē paratā non
inuenit, quia Imperator iis iubet hæc pręparari omnia
qui sequũtur, nec dextra nec sinistra a præscripto itinere
declināt. meritoq; nō deficit qui Imperatorem sequitur
suũ. Moderate enĩ ambulat, quia Imperator non quod
sibi vtile, sed quod omnibus possibile, cōsiderat: ideo &
statiuas ordinat, triduo ambulat exercitus, quarto re-
quiescit die. Eligũtur ciuitates in quibus triduũ, quatri-
duum & plures interponātur dies. si aquis abundāt, cō
merciis frequētantur: & ita sine labore cōficitur iter, do-
nec ad eā vrbē perueniatur, quæ quasi regalis eligitur,
in qua fessis exercitibus requies ministretur. Hanc legē
viādi esse præscriptā Christo ducēte sanctis cōmeanti-
bus recognoscas velim. Profecti sunt enĩ & patres no-
stri de terra Ęgypti per lōga spatia terrarũ, quorũ stati- D
uæ omnes, māsionesq; descriptæ sunt, donec Cades, id
est, ad sanctā terram perueniretur. Istæ sunt statiuæ fi-
liorum Israel, quas descripsit Moyses ex præcepto dñi.
Aduertim⁹ ergo quis has ordinauerit māsiones, quo-
modo ambulare oporteret filios Israel. Præibat enim
illos deus per diē in colũna nubis, vt refrigeraret vian- Exo. 13.
tibus: noctu autē in colũna ignis, vt viā ostenderet am-
bulātibus, & tenebras dimoueret. Lex viarũ columna
erat & ignis & nubis. Deniq; in colũna nubis loqueba-
tur ad eos. vbi volebat exercitũ requiescere a labore iti-
neris, nō mouebatur colũna ignis, nec transibat nebula
lucis. Quādo autē volebat exercitũ mouere, pcedeba-
tur & colũna ignis in nocte, colũna autē nubis in die. Il-
la autem colũna nubis specie quidē precedebat filios Is
rael, mysterio autē significabat dñm IESVM in nu-
be veturũ leui, sicut dixit Esaias, hoc est in virgine Ma
ria, quę nubes erat secundũ hæreditatē Euæ, leuis erat
secũdũ virginitatis itegritatē. Leuis erat, q̃ nō homini
quęrebat placere, sed dño. Leuis erat, quę nō in iniqtate
cōceperat, sed spũ supueniente generabat, nec in delicto,
sed cũ gratia parturiebat. Aliter q̃q; hāc interꝑtationē
sumere licet. Venit ĩ nube leui Christ⁹ in Ęgyptũ, hoc
est, venit in susceptiōe corporis ĩ hoc seculũ. In nube ve-
nit, quē nebula corporis obũbrabat. Sed leuis erat caro, E
quā nulla sua grauabāt delicta. Quō enĩ pctis grauaret
suis, q auferebat omniũ pctā pplorũ? Ecce, inqt Ioānes, Ioan. 1.
agnus dei: ecce q tollit pctm mũdi. Ante hesternũ lectũ
est quia stabat IESVS, et habebat vestimenta sordi- Zach. 3.
da. mea enĩ peccata portabat. Sũpsit vestimēta nostra,
vt nos splēdore immortalitatis indueret. Venit in nu-
be leui quasi iustitia. iniqtas enĩ in talēto plũbeo sedet, Ibidem. 5
Christus in corde iustorũ, in quibus peccata nō erāt. Et
ideo bene lectũ est hodie: Quid retribuā dño pro oĩbus Psal. 115.
quę retribuit mihi? Pro nobis verbũ suscepit carnis in-
firmitatē, pro nobis esuriuit, vapulauit, crucifixus est,
mortuus est, vt nobis, in qb⁹ ante vita ignobilis & de-
gener habebat, inciperet mors esse preciosa. Sed reuer
tamur ad confectionē itineris, & ordinē māsionũ. Et tu
sequere spiritaliter hanc legē viandi, vt exeas ex Ęgy-
pto, et inde ꝓmoueas. Fige tabernaculũ in Sochot. hęc
prima tibi statio sit. Sochot prima māsio est, significās
tabernaculũ. Fige ergo tabernaculũ q̃d in te est, mētisq;
tuæ stationē confirma, vt radicatus atq; fundatus ma-
neas in fide Christi. Seqtur māsio in Mara, hoc est in Exo. 15.
amaritudine. Nō omnes māsiones æquales sunt. Inde
ventũ est in Helim, vbi fontes duodeci sunt, & septua- F
ginta arbores palmarũ. Post amaritudinē, ne populus
deficeret, debuerũt amœna & fœcunda succedere. Inde
Raphidin, q̃d est laudatio iudicii, inde seqtur Sina ha-
bens in se & populi tentationē, et legis promulgationē.
Variātur merita mansionũ, quia nulli iugis in hoc se-
culo viuendi potest esse successus. Bonus igitur Impe-
rator alibi māna esuriēti populo ministrauit, alibi potũ
de petra fluere, quo sitim populi restingueret, augusta
prouisione præcepit, alibi legē dedit, alibi triũphos do-
nauit, vt his beneficiis fotus exercitus nullum prolixi
itineris sentiret laborē. Itaq; in illo populo typus fuit,
in nobis veritas. Nos igitur cōmittamus iter nostrum
ductui dñi IESV, qui legē primo introduxit, & antea
per IESVM terrā repromissionis in possessionē po-
pulo suo dedit. Sed etiā quādo Moyses videbat ductor
esse, aderat illi IESVS. aderat illi autē nō palā, nec a-
perte ductorē aut principē populi sese gerens. Expecta-
bat enim donec Moyses tēpus expleret suũ, quo cōple-
to successit IESVS. Itaq; si cōsideres scripturā dicētē,
Erũt dies eorũ anni centũ viginti: videbis mysteriũ ple Gen. 6.
nitudinis tēporum ex centũ viginti annis, post quos &
Moyses in mōte requieuit, & IESVS manifeste mā
sionis suę cœpit principatũ, vt iā nō sub legis timore sit
ppls, sed resuscitat⁹ a mortuis fructu vitę fruat æternę.

G Ambulemus igitur secundū legis doctrinā, via nobis
Cant. 2. lex dei sit. Hāc viam ambulans ecclesia dicit: Ego flos campi, & liliū cōuallium, sicut lilium in medio spinarū. In totam enim terram fides populi credentis exiuit, & in spatioso posuit pedes suos Christus. Et ideo pulchre ait florem se esse campi. Flos erat etiā Paulus, qui di-
2. Cor 2. cebat: Bonus odor Christi sumus deo. Et vere flos, qui poterat noua & vetera de sui cordis proferre thesauro. Pulchre etiam liliū dicitur ecclesia. Sicut enim liliū fulget, ita etiā splendent opera sanctorū. Pulcherrime etiā dictum est lilium cōuallium, quia in humilibus magis elucet gratia. Sed hoc lilium in medio spinarū, hoc inter Iudæos & hæreticos, hoc inter solicitudines huius seculi, quæ mentē hominis animūq; compungūt. Possumus etiā aliter accipere, quia sicut lilium inter spinas eminet, ita super omnes cōuentus ecclesia dei refulget. Refert etiam cōsiderare quod hoc lilium splendore circūfusum sit, intus autem quod habet, rubeum sit, boni & ipsum odoris, eo quod caro Christi velut morali diuinitatis claritudine circumsepta, cœlestis habuerit protectionem gratiæ. Deniq; in posterioribus ait: Fraternus meus cādidus & rubeus. Candidus claritate diuina, rubeus specie coloris humani, quē sacraments incar-
H nationis assumpsit. Meritoq; & ipsum quod est rubeū bene olet, quia caro Christi sine peccato est, quā perfidi contrectātes manus suas inquinauerūt, sancti veneran tes pietatis odore fragrarūt. Accepit hunc odorem dominus IESVS fragrātis ecclesiæ suę, & ait: Ecce pro-
Cant. 2. xima mea bona. Et ecclesia dicit ad Christū: Ecce bonus fraternus meus, ecce es bonus tanq̄ malū in lignis siluæ. Huiusmodi pomū ōdorem gratū habet, vt cæterorum pomorū fragrantiam vincat. Christus ergo affixus ad lignū sicut malū pendens in arbore, bonū odorē mundanæ fundebat redemptionis, quæ peccati grauis deterſit fœtorem, & vnguētum positus vitale effudit. Tanq̄ malum, inquit, in lignis siluæ, ita consobrinus meus in medio filiorū. eo quod super prophetas & apostolos intima corda hominū verborum suauitate mulcebat. Sed nō solū odor, verum etiā cibus suauis in malo est. Ergo cibus suauis est Christ⁹. In vmbra, inquit, eius cōcupiui & sedi. Legē enim acceperat, hanc sequebatur, hanc currebat viā. In lege itaq; requiescēs, in vmbra Christi requiescebat. Bona vmbra quæ nos ab iniquitatis sole defendit. Cui autem dubium quod lex dei vmbra sit Christi? Quid est lex diei festi Neomeniæ,
I sabbatorum, nisi vmbra futurorū? Qui dies secundum legem Moysi, vt videā sex dies, et iterū septimum diē, & sic perpetua secula? Qui mēsis secundū legē Moysi, vt sciens mensem, sciam primā mensis Neomeniā, & vera sancta in Neomeniis offerēdas? Qui secundū legē
Exo. 21. Moysi annus sex illis diebus cōstat de quibus ait: Sex annis seruiet Hebræus, & septimo anno liberabitur. vt inueniantur sex anni quibus aliquis operatur terrā, septimo autem anno remittit illā proselytis, & pauperibus, & bestiis terræ? Qui septimus annus, quo concedūtur debita omnia Hebreis? In hac vmbra requiescebat patrū fides, prophetarū sancta deuotio. Dicit ergo congregatio religiosa, vel sancta anima: In vmbra eius cōcupiui & sedi. Vmbra eius est iubileus annus. Quis enim eius mystica videt, vt facie ad faciem cognoscat, quę anno quinquagesimo cōplēda lege prescripta sunt? Vmbra sunt dies festi secundū legem primo mēse, decima mēsis vsq; ad quartādecimā, & inde vsq; ad vicesimamprimā mēsis. Quę vmbra est celebritas illa inter primū & septimū mensem, in tēpore illo anno quinquagesimo qui iubileus dicitur? Vmbra est sanctificata libertas in sabbato. Vmbra est dies festus septimi mēsis Neomenię, & memoriale tubarū septimi mēsis, dies decimus, dies propitiationis. Vides quia monas & decas duo festi dies. Item quintusdecimus dies, dies tabernaculorū per octo dies. In vmbra hæc omnia. In vmbra prima dies vocata, & octaua dies vocata in vm k
bra, quę in scenophegiis prescripta secūdum legē. Constitue mihi aliquos ex circūcisione credētes, in lege doctos, obseruātię solicitę viros, & nūc euangelii agnitione illuminatos, spiritali saginatos gratia: Dicit his ecclesia quę videt Christū, quæ sponsum recipit, quę cibo eius pascitur: In vmbra eius cōcupiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucib⁹ meis. Qui fructus eius dulcis nisi
Psal. 126. prędicatio dominicę passionis, vt ipse ait: Ecce hæreditas domini, filii merces fructus vētris? Qui enī dulcior fructus potest esse in faucibus nostris, q̄ remissio peccatorum? Et bene flos est ecclesia, quę fructum annūciat,
Luc. 1. hoc est, dām IESVM Christū, de quo dictū est Mariæ: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vētris tui. Ergo vbi gustauit fructum suauitatis, impa
Cant. 2. tiens ad pfectiora festinat dicens: Introducite me in dominum vini, cōstituite me in dilectionē, cōfirmate me in vnguētis, stipate me in malis, quia vulnerata charitatis ego sum. Læua eius sub capite meo, & dextera eius cōplectetur me. Adiurauī vos filiæ Hierusalē in virtutibus & fortitudinibus agri, si suscitaueritis & resuscitaueritis dilectionē vsq̄quo voluerit. Merito quærit eū, merito desiderat, quia bene omīa in occursu atq; itinere disposuit imperator noster. Primū omnū, fidei fundamento tabernaculū hoc confirmandū putauit. Deinde si qua est nobis aspera atq; arida & prærupta mās̄io, imperator tamē iste turbata discernit, arida irrigat, deserta fœcūdat. Si quid amaritudinis, si quid tētationis, si quid infirmitatis est, ductor noster & amara tēperat, & solicita mitigat, dura dissoluit, & inualida cōfirmat. L
Sicubi vult requiescere rex terrę exercitū suū, nō ignobilem vicū, non cōmeatibus indigentē, non arenosa & nuda gignētium, sed vrbem ædificiis nobilē, refertā & vberem copiarū, aut agrū amœnū & virētem pascuis, aut nemorosa & cāpestria statiuis opportuna decernit. Ergo si reges terræ norunt cōmoda præuidere sequentibus se, quāto magis deus qui bonus est, nouit quēadmodum profutura disponat diligētibus se? Ac primū si incognitū carpendū est iter, duces eligūtur viarū, qui prę-
Psal. 98. currāt agmini. Sed hoc imperatores isti iniuriosum sibi arbitrātur: Deus autē præibat cū Hebræi facerent
Exo. 13. iter. Deniq; in columna nubis loquebatur ad eos. Et vt scias quia præibat: Deus, inquit, præibat illorū iter, die quidem in colūna nubis ostendens illis viā, noctu autē in colūna ignis, & nō deficiebat colūna nubis inter diē. M
Hanc precedentē nubis columnā sequens ecclesia, non deficientē, ne ipsa deficeret, vmbra eius refrigerabatur, & ideo dicit: In vmbra eius concupiui & sedi, & dulcis
Cant. 2. eius fructus in faucibus meis. quia a dño pascebatur, & deducta in locū pascuum, & aquā refectionis. Introducite me in domū vini. Ab his copiis prę paratis quærit progredi ad aliam mansionē, in qua mysteriorum gratiam, & lætitię capiat suauitatē. Hinc quoq; promouēs verum iter, ait: Constituite in me dilectionē. Bona statiua, vbi plenitudo est charitatis. Confirmate me, inqt, in vnguentis, stipate me in malis. Habes alias mās̄iones, ad quas ecclesia cum delectatione succedit. Istę mā
siones sunt crucis Christi & sepulturę, in quibus vulnerata est ecclesia, sed vulnere charitatis. Vulnus enī est quod Christus excepit, sed vnguentū est quod effudit: Pomum est quod pependit. Hoc pomum gustauit ecclesia, & ait: Et fructus eius dulcis in faucibus meis. Et vt scias quia pomum est dominus, legisti supra: Tanq̄ malū in lignis syluę, ita consobrinus meus. Nos quoq; vulnus fatemur cū prędicamus Christum crucifixum, sed bonus odor sumus deo, quia crux Christi Iudeis scā
1. Cor. 1. dalum, Græcis stultitia, nobis autem virtus dei atq; sapientia est. Hoc vulnere ecclesia vulneratur, cum salvatoris sui prædicat mortem, sed hoc vulnus est charitatis. Deniq; qui non credit, negat: qui diligit, confitetur. Manichęus negat, Christianus fatetur, & ideo scriptū

Prou. 27 est: Vtiliora vulnera amici, q̄ voluntaria oscula inimi-
A ci. Pulchre ergo dicit ecclesia, quia vulnerata charitatis ego sum. Nudemus mēbra nostra bono vulneri, nudemus sagittæ electę. Sagitta hęc, Christus est, qui dicit:
Esa. 49. Posuit me sicut sagittā electam. Bonū est ergo hac vulnerari sagitta, nō mediocris mās̄ionis iste processus, nō omnes possunt dicere quia vulnerati sunt dilectione. Dicebant apostoli cū pro Christo lapidarentur, & Christū prędicarent. Dicebat Paulus cū ter virgis cęderetur, & die ac nocte Christū adorandū gentibus disputaret. Dicunt hoc martyres, qui vulnerātur pro Christo: & quia vulnerari pro eius meruerūt nomine, plus diligūt. Ad hanc ergo veniēs mansionē ecclesia, ad hūc processum, vt p Christo filios suos offerat, vt excipiat vulnera charitatis, quasi bona fidei alimēta reperiens, pietatisq; fru
Psal. 33. ctus, gustauit ipsa, & hortari cœpit cęteros, dicens: Gustate, & videte quoniā suauis est dominus sicut malū: Et in malo vulnus est, sed tamē suaue est. Venit iterū ad vallem Botrionis, vidit ingētis virā magnitudinis, quā duo portare vix poterāt, vnus qui pręcederet, alius
Nume. 13 qui sequeretur. Gustauit mysterium in Iesu Naue, gustauit in Chaleb, qui dicebant populo: Vidimus terrā
Cant. 2. profluentē mel & lac. Gustate & videte quoniā suauis est dominus. Et addidit ecclesia dicere: Læua eius sub capite meo, & dextera eius cōplectetur me. Adiurauī vos filiæ Hierusalē in virtutib⁹ & fortitudinibus agri, si suscitaueritis & resuscitaueritis charitatē vsq̄quo voluerit. Et istę mansiones sunt via regali incedētis ecclesiæ. Multæ enim sunt mansiones apud patrē meū: testificatur dominus IESVS: ecce venio & accersio vos. Bona mansio sapiētię, & siue in læua eius, siue in dexte
B ra, bona mansio, quia via regalis est. Ideoq; sapiētes nū cii dicunt: Via regali ibimus, nō diuertemus in dexteram neq; sinistra, quoadusq; transeamus terminos tuos. Hoc dixerūt missi a Moyse nuncii ad regē Edom, hoc est, terrenū, quia terrena omnia, siue in dextera, siue in sinistra, mala sunt. Mala mansio insipiētia, mala mansio intemperantia, & ideo pertrāsit has mansiones Hebræus, nō diuertit ad eas, sed pertransit vt perueniat ad sinistrā sapientiæ & dexterā, & in ipsis maneat, vbi diuitiæ simplicitatis, vbi gloria, vbi lōgitudo vitę est. Lō
Prou. 3. gitudo enim vitę in dextera eius, vt ait Salomon: in sinistra autem eius diuitiæ & gloria. In dextera vita est, in sinistra requies. Vtinā super sinistrā eius requiescā, ne quæram cerealia. Væ enim iis qui assumunt cerea-
Ezech. 13 lia: Ezechiel dicit. Has mansiones præparat ecclesiæ suæ bonus ductor, & per vias sapiētiæ dirigit iter eius.
Prou. 3. Deniq; laudat sapiēs vias eius. Viæ eius viæ bonæ, &
Rom. 15. omnes semitę eius in pace. Sed quia sapiētia, honestas, daritas, ita pfecta sunt, si habeāt charitatē, (Plenitudo enim legis, charitas est) suscitari & resuscitari vult charitatem. Suscitari in veteri testamēto, resuscitari in no-
1. Ioan. 4. uo. Charitas deus est, vt legim⁹, charitas Christus est.
C Suscitatur vt leo, & catulus leonis, vt Iudę ascendat ex germine. Resuscitatur vt dormiens, vt recumbēs: quia nō humana, sed sua & patris maiestate est suscitatus a
Gen. 49, mortuis. Vnde ait scriptura: Quis suscitabit illū? Non enim poterat illū aut angelus, aut potestas suscitare aliena, cū ipse alios resuscitaret. Ergo cū hic dicit: Si suscitaueritis aut resuscitaueritis charitatē vsquequo voluerit: de iis dicit qui resurrectione eius possunt cōgrue prędicare, vt audiētib⁹ ardorē fidei & deuotiōis accendāt. Vel suscitatur Christus in iis qui primū accedit, resuscitatur in iis qui postq̄ accesserint, dormierūt. Dormit ergo Christus negligentibus, suscitatur in sanctis. Habet ergo ecclesia per quę gradiatur habitacula mās̄ionū in quibus requiescunt sancti, de quibus iste est qui dicit: Legem mihi constitue domine viam iustitiarū tuarū. Bene ait, Statue, vt in pectore eius immobilis & fixa permaneat, nec aliquo seculi turbine ab eius cōuellatur affectu, vt ipse lex sit sibi, opus habēs legis scriptum in corde suo. Et queram, inquit, illā semper. Non est enim D
mediocre quod requiritur paradisi gratia, dei regnū, angelorum consortiū, immortalitatis⁹ domicilii. Nō ergo vno die queritur, nec duobus, aut paucis mensibus, sed quæritur semper, & quęritur per omnia, vt meritorū multa cōcurrant suffragia. Διαπαντὸς enim & omne tēpus significat, & per omnia. Cum dicit igitur, quęram, sine fine dicit esse quęrendum. Sed nō satis est quęrere, nisi intelligas quod requiris: Ideoq; ait:

Da mihi intellectū, & perscrutabor legē II
tuā, & custodiā illā in toto corde meo.

Quærendū primū, deinde intelligēdū perscrutandūq; legis omne mysteriū, et in corde custodiendū. Quis autem potest custodire legē dei, nisi intellectū acceperit? Qui autem intelligit & scrutatur, scrutādo in semitam mandatorū deducitur. In quo illud aduertendum, quia lex est iustitia, mandatū iudiciū. Sicut & in hac litera legimus, est legis via, stare in viis legis. Est via iustitiarum, secūdum primum versiculū. Est ergo & testimoniorum via. In via testimoniorū tuorū delectabar. Est & via mandatorū. Viam mandatorū tuorum cucurri. Interrogem⁹ ergo has vias, vt dicatur nobis, State in viis legis, & interrogate semitas ęternas, & videte quę via melior, & ambulate in ea. Cū omnes igitur ambulauerimus vias, veniemus in omnia sine viarū, qui ait: E
Ego sum via. Christus ergo finis viarū, ipse enim est fi Ioan. 14.
nis legis ad iustitiam omni credēti. Hinc audeo dicere, Rom. 10.
quia finis iustitiarū Christus, qui est iustitia: finis testimoniorum Christus, de quo dictū est: Estote mihi te- Esa. 43.
stes, et ego testis, dicit dns, et puer meus quē elegi. Adiuertimus igitur quantū nobis ambulandū sit vt veniamus ad Christū. Ambulādum in lege, quia finis legis Christus est. Sine lege ergo nō peruenitur ad Christū. Vnde manifestū est quod hęretici qui legē veteris non accipiūt testamēti, etsi dicant quod Christū teneāt, tamen nō possunt tenere sine qui initiū non tenuerit: Ipse est IESVS, initiū & finis. Oportet igitur vt ambulemus secūdum legē spiritalē, vt veniamus ad legis sine dām IESVM. Oportet vt sequamur testimonia, vt peruenire possimus ad magnū testimoniū dominū IESVM. Oportet etiā vt in p̄ceptis dñi ambulemus, vt peruenīamus ad magnū p̄ceptū, de q̄ legisti: Dictū est Matt. 5.
antiquis, nō occides: ego autē dico vobis, hoc est, super omne p̄ceptū dico. Itaq; nō vsurpatorie dixerim, sed ve- F
re, quia sicut sunt facta factorū, ita p̄ceptū est p̄ceptorū. Sed vt ista seruare possim⁹, intellectū petamus a dño. Intelligam⁹ quid sit circūcisio. Circūcidit IESVS pe-
trinis gladiis, & abstulit opprobriū Aegypti a filiis Israel. Petra, Christ⁹ est. Circūcidat te verbū dei, & gla- 1. Cor. 10.
dius oris eius, & sic Ægypti carebis opprobrio. Nō igitē corporis, sed cordis intelligēda est circūcisio. Si intellexeris legē, seruabis eā in córde tuo. Iudęus in corde legē nō seruat, sed i labiis legē recitat, et legē ignorat. Deniq; populus hic, inqt, labiis me honorat, cor autē eorū lōge Mat. 15.
est a me. Quomodo potest legē tenere, qui lōge est a legis autore? Tertius versiculus qd habeat, cōsideremus.

Deduc me in semita mandatorum tuo- III
rum, quoniam volui eam.*

*als, qui ipsam vo- lui.

Quis hoc dicit, nisi qui sequitur Christū? Non potest
aliis hoc dicere, nisi qui illud exequitur q̄d scriptū est:
Post dominū deum tuū ambulabis, & ipsi adhærebis,
quia ipse te deducit. Quomodo deducat audi. Nisi qui Mat. 10.
tulerit crucē suam, & post me secutus fuerit, nō est me dignus. Prędedit ergo Christus, vt nos sequamur, prędedit verbū. Principium Christus est, ideo sapientia dicit: Dominus creauit me principiū viarū suarū. Aduer- Eccli. 24.
timus quod & principiū Christus, & finis viarū sit. Nō vereor ne qs dicat, creatū ergo Christū asseris? Respondebo, ita creatum dico, quēadmodum factū legi, hoc est

G factum ex muliere,factū sub lege,hoc est,secundū susce-
ptionem carnis creatū,secundū quod est natus ex virgi
ne.Creatus est,vt redimeret creaturas: homo factꝰ est,
vt homines a morte perpetua liberaret.Creatus est,vt
vias mihi demōstraret ęternas,quibꝰ homo redire pos
sit ad dei regnum. Ergo quia principiū est viarum dei,
hoc principiū sequamur.Prius viam noui ingressus est
testamēti,vt viam deuotionis sterneret nobis. Si ieiu-
namus,ante nos ille ieiunauit.si pro nomine eius susti
nemus iniurias, prius ille sustinuit pro nostra redem-
ptione. Ceruices suas posuit in flagella, maxillas suas
in palmas,ascēdit crucem, vt doceret mortem non esse
Ioan.21. metuendam.Deniq; quasi præcedēs ait Petro: Tu me
sequere.Et ideo Petrus cursum consummauit,quia se-
cutus est Christum.Sequitur versus quartus.

IIII Inclina cor meū in testimonia tua, & nō in auaritiam.

Vtilitatem alii habēt, & puto quod ideo mutatū sit,
quia vtilitas bonæ rei videtur esse expetenda potius q̄
declināda. Sed quia pleriq; lucrū pecuniarū vtilitatem
suam putant esse,ideo si legimus vtilitatē, non animæ
vtilitatē accipere debemus prophetā declinare,sed vti-
H litatem pecuniæ.Sanctus enim lucra ista nō nouit, sed
omnia hæc detrimentum arbitratur, vt Christum lu-
cretur,& recte. Quod enim putamꝰ lucrū esse pecunię,
damnū est animę,quia virtutis est detrimētum. Ergo
secundū eos qui ita acceperunt,vt optet propheta incli-
nare cor suū in testimonia,& nō in auaritiā,& nos con-
gruimus assensu: atq; vtinā precem sancti sequentes &
oremus quod ille orauit,& q̄d oramus, imitemur effe-
ctu. Quid enī mihi prodest si orem vt auertat cor meū
deus ab auaritia,& ipse diebus ac noctibꝰ pecunię quę-
ram compēdia? Si oramus sermone, compatiamur &
mente. Audit sensum nostrū IESVS,& cognoscens
duobus istis nō cōuenire,sermoni, & cupiditati, nō ex-
audit loquentem. Et ideo qui bene volebat orare, dice-
1.Cor.14. bat: Orabo spiritu,orabo & mēte: psallam spiritu, psal-
lam & mente.Ita magis audit orātem,si aspernetur a-
uaritiam.Sed quia inualidi sumus, & plerunq; volētes
auertere cor nostrum a pecunia,vel auro,vel argēto, ca
pimur aspectu,& agrum aut ædificium videntes alie-
num concupiscimus,bene addidit propheta dicens:

V Auerte oculos meos ne videant vanitatem,in via tua viuifica me.

Etenim qui in via est dei, vanitates non aspicit. Via
perfecta Christꝰ est.Qui igitur in Christo est,quomo-
I do potest vanitates aspicere,cum Christus in carne sua
omnes mundi huius crucifixerit vanitates? Auerta-
mus igitur oculos nostros a vanitatibus,ne quod ocu-
lus viderit,animus cōcupiscat. Mystica enim differa-
mus interim. Vtinā hac interpretatione possimus re-
uocare ad diuersa Circensiū ludorū atq; theatraliū spe-
ctacula festinantes. Vanitas est illa quā cernis. Panto-
mimum aspicis,vanitas est. Luctatores aspicis, vani-
tas est,quia cernis eos de viridi luctātes corona. Illi enī
veri sunt luctatores,qui aduersum huius seculi luctātur
illecebras. Non capiat oculos tuos palæstra membro-
rū. Equos currentes aspicis, vanitas est:quia vane cur-
runt,qui ascendentē saluare non possunt. Deniq; recur-
sus ipse te doceat quia vane currūt, qui nō directū confi
ciunt iter,obliuiscentes superiora,& ea quæ posteriora
sunt appetētes. Ante nos est Christus,ante nos brauiū
eius,ad quod peruenit qui nō in incertū cucurrit, nec re-
uocauit cursum suū,sed incitauit. Ad hūc dirige oculos
tuos,auerte ab spectaculis,auerte ab omni seculari pō-
pa. Sicubi populares cognoueris plausus, auerte ocu-
los tuos ab his,inflecte,deprime,& serua eos,vt erigas
melioribus. Erige ad cęlum,vel nocte stellarū monilia,
orbem lunæ decorū,vel die solem aspice. Specta mare,
terrā circumspice, vt opere facta diuino omnis creatura K
te pascat. Quę formarū gratia in ipsis bestiis? Quātus
decor in hominibus? Quanta in auibus pulchritudo?
Hæc intuere,& nō videbis iniquitatē & contradictionē
in ciuitate. Hęc vide,& nō introibit mors per fenestras
oculorum tuorū. Si videris mulierē ad concupiscendū Matt.5.
eam,intrauit mors per fenestrā. Si videris possessionē
minoris aut viduæ, & cōcupieris eripere eam: intrauit
mors per fenestram. Si videris aliena monilia,aurum,
argentū,& cōcupieris vt extorqueas:intrauit mors per
fenestrā. Claude ergo hanc fenestram, cum videris alie
nę mulieris pulchritudinē, ne mors possit intrare. Ocu
li tui ne videāt aliena, nec lingua peruersum loquatur.
Tuam ergo fenestram claude,ne morti pateat intrāti.
Sed etiam alienā fenestram caue. A fenestra enim do-
mus suæ intrat fornicaria. A fenestra sua intrat, cū ali-
quem petulātis oculi tentat lasciuia. Exclude igitur hāc
fenestram verbi ostio, ne capiaris oculis meretricis, &
arripiaris palpebris. Sed nō est vna fenestra per quam
mors consueuit intrare. Est & fenestra verborū per quā
sermones cōmeant meretricis. Et ideo te ab aliena vxo
re custodi,ne te sermonibꝰ gratiosis adoriatur: A fene-
stra enim domus suæ intrat. Intrat mors per oscula:&
ideo caue, ne te laqueis labiorum suorum alliget. In-
trat mors si meretrix te osculetur. Intrat mors si cito ac-
quiescas loquenti. Intrat mors si loquaris. Intrat mors
si multum loquaris. Multiloquio enim peccatum in-
curritur. Intrat mors etiam si nō loquaris,& Christum L
timeas confiteri. Ore enim confessio fit ad salutem. In- Rom.10.
trat mors etiam per cauernas aurium, & ideo aures
sunt spinis sepiendæ, vt illecebras meretricii sermonis
excludas. Hæc moralia. Sunt etiā mystici oculi, quos
auertere debeas a vanitate. Est enim & sensuum vani-
tas,quā oculi animæ tuę videre nō debeant,quia illi eā
vident,quos Apostolus damnat. Cognosce quæ sit va
nitas sensuum,quā oculi tui mystici videre nō debeant.
Vnde ipso magis autore discamus quę vanitas, & qui
oculi sint. Manifestū est enim esse plerosq; qui vanitate
sensus sui obscurati sunt corde,& alienati a via dei pro- Ephe.4.
pter ignorantiam quę in ipsis est, propter cæcitatē cor-
dis eorū:illos tamē gentes Aplꝰs dicit. Ignoret igitur
gētilis ille quod nō didicit,ignoret quod nō credidit,tibi
ignorare nō licet quod cōfiteris. Christus nō in vanita-
te venit,sed in virtute:nō in antiquitate, sed in nouita-
te:nō inflauit sensum hominis,sed viuificauit:nō cæci-
tatē cordis,sed illuminationē mētis operatus est. Inflā
mauit cor tuū,vt cōprehendas quę mandatorū cęlestiū
ratio,quę animæ substātia,quæ vitæ futuræ gratia, in
quo statu post hęc erimꝰ. Erige igitur mentē, vtere na-
turali ingenio. Ad imaginē dei factus es, vt supna aspi
cias,& terrena non quæras. Noli curuare ceruicē tuam
mundi premendā pondere,noli inhiare auro atq; argē-
to,ne te seculi vinculis alligandum prębeas. Ideo dixit M
dominus: Nolite possidere aurū atq; argentum.ne nos
auri atq; argenti cupiditas auara possideat. Noli ergo
inserere collum tuū diaboli laqueis. Strāgulat auaritia
pauperē in hoc seculo, sed in ppetuū diues suis laqueis
suffocatur: cuius sensus in vanitate est,in tenebris am-
bulat, qui in iis laborat,quæ sibi prodesse non possint.
Vanitas est solicitudo vitæ huius. Vnde nō in crapu-
la & ebrietate,nō in deliciis corporis, sed in cognitione
præceptorum cælestiū delectationē nostram debemus
ponere. In vanitate currit,qui sibi successibus videtur af
fluere secularibus,qui tanq̄ vmbra prætereunt. Auer-
te igitur oculos tuos,ne vanitatē videant. Sed nō satis
est vt tu auertas. Ne forte velis & nō possis,si effundat
tibi diabolus vanitatū spectacula, incentiua inferat vo
luptatū, pete vt dominus auertat oculos tuos. Et hæc
gratia dei,& hoc munus est domini, vt oculos animæ
nostræ a negociis mundi huius auertat. Beatitudo enī
omnis a domino est. Beatus autem vir, cui nomen Psal.39.

A domini spes eius,& nō respexit in vanitates et insanias
falsas. Qui nō respicit hæc,beatus est,qui autē respicit,
insanus atq; furiosus est: & ideo resipiscat vnusquisq; a
furore seculariū cupiditatū,quę ita mentē animūq; per-
turbāt,vt cōpos sui esse nō possit. Si in nauigio fluctuan
te sis constitutus,auertis a sentina oculos,ne vomitum
moueat tibi. Si in ciuitate ambulās aliquid fœtidi odo
ris offendas,longe refugis atq; declinas. Si quid occur-
rat quod horreat oculus tuꝰ,clauditur aut auertitur. In
salo seculi huius fluctuas,influit sentina vitiorū. In hoc
nauigio tui corporis mouetur æstus cupiditatū,et non
auertis oculos animæ tuæ ne videant sentinā libidinū,
ne aspiciāt mūdi huius stercora,ne fœtor immūdus na
res repleat tuæ mētis,in quibus spiritus sanctus esse cō
Iob.27. sueuit,vt possis dicere: Spiritus diuinus qui est in nari-
bus meis. Nares igitur animæ tuę a fœtore auertātur
criminū diuersorū. Est enī in his velut quoddā insigne
Cant.7. iudicii. Vnde dicitur sponsę: Nares tuę sicut turris Li
bani prospiciēs faciē Damasci. eo quod vnguentū veri
sacerdotis q̄d descendit de capite in barbā, hoc est,odor
ille diuinus,odor gratiæ spiritalis,qui de patre in Chri-
sto erat, & sacramēto incarnationis, descēdit in terras,
vt omnia fuso replerētur vnguēto, emineat pręcelsi po-
testate iudicii,& nares repleat animæ, vt bene olentia
discernat,& fœtida, suauia sanctorū qui possunt dicere:
2.Cor.2. Christi enim bonus odor sumus deo,a fœtidis peccato
B rum. Hæ sunt nares sicut turris Libani præcelsę supra
mundū,& ideo prospicit faciē Damasci, gentilē scilicet
populū,odorās fidem eius,cuius gratia delictorū suorū
detergit fœtorē. Facies igitur Damasci, fides est gen-
tium nullo obumbrata amictu,nullo adoperta vestitu,
nuda ac libera,cælo magis intenta q̄ terris. Hanc specu
lantur & prospiciunt nares ecclesię, quod suaue in ea &
odorū est aspirationis & gratiæ colligētes. Et bene na-
res eius sicut turris Libani,quia in sacrificiis odor sua-
uis ecclesiæ est,in quibus est boni odoris hostia, remis-
sio peccatorū. Sume igitur has nares o homo, vt a gra-
ue olentibus florulēta secernas, & tūc viuificabit te do-
minus. Cū enim aduerterit quod de ipso petis, vt auer-
tat oculos mētis tuę a vanitate,cooperatur animę tuæ
vt si specie aliqua capitur, aut duritia et infirmitate nō
flectitur, flectat eā iugo verbi, & habenis suis regat, vt
volūtate dei abducatur a vitiis, & vitæ odorem capiat
æternæ. Nō enim hæc vita perfecta est, sed hæc vita in
vmbra est. Ideo vt homo Christus IESVS ex virgi-
ne nasceretur,obūbrauit virtus altissimi matrē profutu
ram,quia in vmbrā descendit,ab vmbra incipiens ope-
rari salutē hominis,& cōsummaturus claritate solis æ-
terni. Vmbra est ergo vita hęc. festina ad solē, vt te de-
C fendat ab vmbrę huius frigore, & calorē tibi profundat
Mat.24. æstiuū. Et ideo suadet orandū ne fiat fuga nostra hye-
me vel sabbato,non tēpus diemq; significās,sed frigere
nos meritis prohibēs, & bonorū operum esse ieiunos.
Disce nūc quemadmodum auertat oculos eius cui mi-
sereatur dominus, a vanitate. Ex iis enim quę sequun-
tur,hoc intelligere possumus. Subiecit enim:

VI Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.

Psal.110. Initiū esse sapientiæ timorē dn̄i dicit propheta: Quid
est autē initiū sapientię,nisi seculo renūciare? Quia sa-
pere secularia, stultitia est. Deniq; sapientiā huius mun
1.Cor.1. di,stultitiā esse apud dn̄m, Apostolus dicit. Sed & ipse
timor dn̄i nisi secundū scientiā sit, nihil prodest, immo
obest plurimū. Siquidē Iudæi habent zelū dei,sed quia
nō habēt secundū scientiā, in ipso zelo & timore maio-
rem cōtrahunt diuinitatis offensam. Quod circuncidūt
infantulos suos,quod sabbata custodiūt,timorē dei ha-
bent:sed quia nesciūt legē spiritalē esse, circūcidunt cor-
pus,nō cor suū. Ignē sabbato adolere formidāt,cum lex
sanctificationis die libidinū ignē prohibeat accendi. Et
quid de Iudæis dicam? Sunt etiā in nobis qui habēt ti- D
morem dei,sed nō secundū sciētiam,statuentes duriora
præcepta,quæ nō possit humana cōditio sustinere. Ti-
mor in eo est,quia vidētur sibi cōsulere disciplinæ, opus
virtutis exigere:sed inscitia in eo est, quia nō cōpatiun-
tur naturæ,nō æstimant possibilitatē. Non sit ergo irra
tionabilis timor. Etenim vera sapiētia a timore dei in-
cipit,nec est sapiētia spiritalis sine timore dei. ita timor
sine sapiētia esse nō debet. Basis quædā verbi est timor
sanctus. Sicut enim simulacrum aliquod in basi statui-
tur,& tūc maiorē habet gratiā cum in basi statua fuerit
collocata,standiq; accipit firmitatē: ita verbū dei, vel ra
tionabile dei in timore sancto melius statuitur, fortius
radicatur,hoc est,in pectore timentis dominū, ne laba-
tur verbū de corde viri,ne veniant volucres, & auferāt
illud de incuriosi & dissimulātis affectu. Sed etiā verbo
dei timor ipse aptari ad vtilitatē, & cōstabiliri videtur,
vt nō sit alienus sciētiæ,sicut basis accepta statua nō est
aliena gratiæ. Timor ergo verbi est locus, sicut in pace
locus eius. Timor quidē statua verbi, verbum timoris
est disciplina. Plenus enim disciplinæ timor non nutat
ad lapsum. Et quia basim verbi timorē diximꝰ: ne quid
alienū a scripturis posuisse nos quisq̄ putet, accipiat le-
ctum de dei verbo in Canticis canticorū: Crura eius co Cant.5.
lumnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas. Signi
ficans colūnas esse ecclesiæ apostolos, qui fundati sunt
in timore sancto. Nā sicut Petrus, Iacobus, Ioannes &
Barnabas colūnæ esse videbātur ecclesiæ, sic & quicūq;
vicerit hoc seculū,fit colūna dei, quam confirmat qui di E
cit: Ego confirmaui columnas eius.ita & basis aurea ti Psal.74.
mor plenus disciplinę,quia initiū sapiētiæ est. In timo-
re ergo sapiētiū apostolica predicatio tanq̄ super basem
auream colūna cōfirmatur. Christi igitur eloquio & a-
postolico sermoni tribunal est timor iusti, & basis au-
rea plena prudentiæ,simulacrū autē bonū tanq̄ effigies
veritatis sermo sanctorū. Et vide tanq̄ basim aureā esse
sanctorū timorem. Lege Esaiam: vide quātis subiece-
rit timorem,vt faceret irreprehensibilē & bonum timo
rem. Spiritus,inquit,sapiētię & intellectus, spiritus cō Esa.11.
silii atq; virtutis,spiritus cognitionis atq; pietatis, spiri
tus sancti timoris. Quātis timorē subiecit, vt haberet
quod sequi possit? Informatur per sapiētiam, instruitur
per intellectū,consilio dirigitur,virtute firmatur, cogni
tione regitur, pietate decoratur. Tolle timori domini
ista,& est irrationabilis & insipiēs timor, vnus ex illis:
Foris pugnæ,intus timores. Quibus afflictus esset & 2.Cor.7.
Paulus,nisi habuisset dominū consolantem. Nec ocio-
sum est in prouerbiis: Tunc intelliges timorem domi- Prou.2.
ni. Quid est tunc? Cum sapiētiam inuocaueris,& pru-
dentiæ dederis vocē tuam: & si quęsieris illam vt pecu
niam,& vt thesauros scrutatus fueris eam, tunc intel- F
liges timorem domini. Et ideo tanq̄ super basim bonā
dicit, Statue seruo tuo eloquiū tuū in timore tuo. Ple-
na disciplinę oratio, per quā docemur quemadmodum
debeamus orare vnusquisq;. Sermo doctrina est depre-
candi. Et quia docuit nos orare, qui sit istius orationis
effectus,ostendit septimus versus.

VII Aufer* opprobrium meum quod suspicatus sum. *alias,amputa.

Subobscure dictū videtur, sed explanauit Apostolus
quod hic videbatur obscurū, vbi ait: Nihil quidē mihi 1.Cor.4.
conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Sciebat
enim se esse hominē,et sibi cauebat vt poterat, ne post
suscepta baptismi sacramēta peccaret: ideoq; delicti con
scius sibi nō erat:sed quia homo erat, peccatorē se fate-
batur,sciens vnū esse IESVM lumē verum,qui pec-
catū non fecit,nec est inuentus in ore eius dolus, ipsum
solum iustificari qui vere alienus esset a lapsu. Simili- 1.Pet.2.
ter ergo propheta etsi peccatum declinare cupiebat,ta-
men quasi deum repulsorem peccati esse cupiebat. Sui

G volebat auferri opprobriū quod suspicatus est, vel quia cogitauerat in corde,& nō fecerat,et pœnitētia licet abolitū, suspectus tamē erat ne forte adhuc maneret eius opprobriū,& ideo deū precatur vt illud auferat, qui so-
Psal. 68. lus nouit quod nescire potest etiā ipse qui fecit. Deniq; alibi ipse dixit propheta: Scis opprobriū meū. Quanq̃ istud opprobriū Christi sit,quod nō est verū opprobriū,
1.Cor.1. sed gloria dei. Crux enī Christi, Iudæis scandalū, Græcis stultitia. Illis ergo opprobriū, mihi virt⁹ est, per quā aduersariū repello, seculū vinco. Mihi sapiētia, per quā insipientiæ laqueos euado. Hoc opprobrium thesauris
Heb.11. Ęgypti Moyses prętulit, maius, inquit, ęstimās Ęgypti thesauris opprobriū Christi. Si opprobriū tuū gloria est domine IESV, quāta est gloria tua? Tuæ igitur gloriæ participatione quid erimus, cuius sumus opprobrio gloriosi? Dorsum meū posui in flagella, maxillas meas in palmas, os autem meū non auerti a confusione sputorū. Ecce opprobriū tuū dñe, in quo salus est vniuersorū, in quo mūdi redēptio, per quod opprobriū cœpimus nō erubescere, qui erubescebamus: nō cōfun-
Psal. 33. di, qui confundebamur. Deniq; scriptū est: Accedite ad eum,& illuminamini, & vultus vestri non erubescent. Hoc opprobriū auferri a nobis nolumus, opprobriū crucis domini IESV, quo nostra auferuntur opprobria. Sicut enim maledictum factus est, vt nostra maledicta deleret, homo factus est, vt leuaret hominis infirmita-
H tes: ita opprobrium factus est, vt omniū auferret opprobria. Non vno tēpore, non semel abstulit opprobria: aufert quotidie: peccatū incidimus, non vnum, sed multa, cooperti sumus opprobrio & confusione. Venimus ad baptismū, dilutū est omne peccatū,& cum peccato opprobriū. Abstulit opprobriū meū dominus IESVS opprobrio suo, quia crucifixus est mihi: quia quicūq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus. Non habeo quod auferri petā, sed post baptismū incidi opprobrium, debeo augere pœnitētiam, vt dicā: Aufer a me opprobrium meū, cum hoc ipsum peccati opprobriū sit, quia non ago pœnitētiam. Si autem pœnitētiam vt oportet ago, recte dico: Aufer a me opprobrium meum quod suspicatus sum.

Iudicia enim tua dulcia.*

*al's, quia iudicia tua iucunda.

Quomodo oportet cōfiteri? Quid timeo confiteri, q̃d timeo dicere peccata mea? Quid vereor opprobrii mei mentionē facere apud eū cuius iudicia dulcia sunt? Q̃d seuerū in aliis, in Christo dulce est, ī Christo suaue est,
Psal. 33. quia ipse suauis est. Deniq; gustate & videte quoniam
I suauis est dñs. Dulcia iudicia confitenti, quia ipse dicit:
Esa. 43. Ego sum, ego sum q deleo iniq̃tates tuas, et memor nō ero: tu autē memor esto, & iudicemur: dic iniquitates tuas, vt iustificeris. Dulcia iudicia agēti pœnitentiam,
Luc.15. quia ipse dixit: Gaudiū erit in cęlis super vno peccatore pœnitentiā agēte, q̃ in nonaginta & nouē iustis, qui nō indigēt pœnitētia. Si dulcia sunt igitur iudicia dñi, suauitatis fructus pcipere elaborem⁹. Vis scire q̃ dulcia iudicia dñi? Nō resurgūt impii in iudicio. Qui aūt in iudicio resurgūt, habēt spem veniæ, quoniā crediderūt. Impii nō sunt, peccatores esse possunt: fidē habent: et si culpam nō declinarūt, per fidē credunt. Qui autē credit in ipso, nō iudicatur. Dulcia ergo iudicia credētibus. Qui autē non credūt, non Christi iudicio dānati sunt: qui venit nō vt iudicet mundū, sed vt saluet et redimat: sed impietatis suę subiere iudiciū, qui in remissionē peccatorū credere noluerūt. Non enim possunt ad eius pertinere beneficiū, quē cognoscere refutarūt. Ergo qui non crediderunt in eū, iudicio eius vidētur indigni. Iudiciū enim
Ioan. 3. eius quid sit, agnosce dicēte ipso: Hoc autem iudicium est, quia lux venit in hūc mundū. Dulce ergo, quod lux est: dulce iudiciū, quod præcedit misericordia. Sic enim
Psal. 100. scriptum est: Misericordiam & iudiciū cātabo tibi domine. Et quia cognouit dulcia iudicia, dicit:

Ecce concupiui mandata tua, in tua iustitia* viuifica me. k VIII

*al's, in æquitate tua.

Bona iudicia autoritate ait. Ecce amat libertatē fidei, qui libertatem dedit. Diligi se gaudet, qui ideo venit in hunc mundū, quia hunc mundū dilexit. Amari exigit, qui omnes amat, quia charitas est. Cōcupiuit mādata dei vt bonus seruus, vt cultor sedulus. Cōcupiuit nō vt amator meretriciā copulā, non vt auarus pecuniā, non vt luxuriosus lasciuiā. De illis enim lex dicit: Non con- Exo.20.
cupisces. Dominū autem deū præcepit diligendum, & tenero, id est, tenaci quodā atq; interno amandū cupiditatis affectu. Et quia amic⁹ est qui diligit, seruus est qui timet, quasi amicus qui omnia fecerit quæ præcepit ei dominus: Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis quæ Ioan.15.
ego præcipio vobis. In tua iustitia viuifica me: audiet & dicit, eo quod illa sit vera vita, quæ viuit secundū dei iustitiam, quam viuebāt apostoli, immo qua viuunt. Sunt enim qui viuentes, mortui sunt: & qui mortui, viuunt. Deniq; alii descēdūt in infernū viuētes, alii cū sint corpore mortui, meritis suis viuūt. Sunt enim qui non gustabunt mortē, donec videant filiū hominis die iudi- Matt.16.
cii reuertentem, quando cum gloria sancti resurgent.

SERMO SEXTVS.

SEXTA litera vau, cuius interpretatio est, vt ille. Alius interpres, non est, ait. ו Vau

Et veniat super me misericordia tua domine, salutare tuum secundū eloquium tuum. I

L

Quid significet interpretatio literę, quoniā subobscura est, ex psalmi serie colligendū putaui. Nam cū pphetę postulet: Veniat super me misericordia tua dñe, veniat salutare tuū: non est dubiū quem videre deposcat, hoc est, in quo fructus & misericordię veniat & salutis. Deniq; in superioribus idē poposcit, in psalmo octogesimoquarto, in quo euidētius dñi IESV prophetauit aduētum. Nam terrā quā benedici postulet, satis notū est, illā videlicet quę peccatū in Adam contraxerat, cui dicit: Terra es, & in terrā ibis. Maledixerat autē deus, Geñ.3.
nō elementū naturę carnis, sed carnē preuaricantiū. Benedicitur caro igitur in Christo, vt maledicto superato caro soluatur. Benedicit caro, quā benedictus filius dei assumpta hominis cōditione suscepit. Et ideo subdidit: Deus tu cōuertens viuificabis nos, & plebs tua lętabi- Psal.84.
tur in te. Ostēde nobis dñe misericordiā tuā, & salutare tuū da nobis. Audiam quid loquatur in me dñs deus, quoniā loquetur pacē in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui cōuertunt ad ipsum cor suū. Verun- M
tamen prope timētes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. Totus hic locus IESVM dominum sonat, qui viuificauit mortuos, Lazarum ante passionē, plurimos tēpore proprię passionis. Ipse est misericordia, vtpote remissio peccatorū. Ideo dicit, Ostende, quē videre possit in corpore. Nam deū in maiestate sua videre nō poterat, quia deum nemo vidit vnquam. Ioan.1.
Auidus propheta desiderat videre, quē sperat tenere: quē si viderit, desiderat propriis manibus cōprehendere. Ideoq; ait: Et salutare tuū da nobis. Salutare dei virtus est, salutare dei Christus est, & ideo prope timētes hoc salutare. Longe erat Christus a nobis, longe erat a nationibus: descendit in terras, factus est prope, cœpimus non timere. Nam qui Christum timet, nō timori est subditus, sed deuotioni. Pietatis hic timor, nō infirmitatis est. Deniq; nihil deest timentibus eū. Quomodo autē factus sit prope, audi: Vt inhabitet, inquit, gloria in terra nostra. Quis est gloria, nisi dñs IESVS? Vnde & Apl's Paul⁹ ait: Deus dñi nr̃i IESV Christi, pater glorię. Merito cōplacet ī eo pater, quia patris gloria est. Hūc qui a patre separat, maiorē patri iniuriā

A facit, quem vult esse sine gloria. Hunc quisquis æqualē patri nō putat, inferiorē & patrem iudicat, cū alio verbo patrem plus laudare nō possit, cum summa laus glorię Christus est. Rogatur ergo vt veniat salutare dei. Ille est qui rogatur, hoc est, dominus IESVS, & nō est alius, sicut habet literæ interpretatio, est. Vel si nō solus pater rogatur, est & ille, hoc est, & filius qui rogatur, & rogatus aduenit, & salutare mundo dedit. Ideo σωτήρ, hoc est Saluator, ideo IESVS, sicut angelus dixit, quia saluum fecit populū suum. Cum inuocaret igitur Propheta, aderat, vt probaret illud, quia adhuc loquentibus nobis dicit, Assum. Adest, quia suscitatus a filiabus Iudææ, quasi resuscitatus a filiabus Hierusalē, au-
Cant.2. dit ecclesia sonum vocis eius, & dicit: Vox consobrini mei, ecce hic aduenit saliens super mōtes, transiliens super colles. Manipularis est liber, multas habens personas nobiles, velut manipulos triumphales: multosq; actus significans, quos intelligere magis, q̃ expressos tenere possumus. Nā quasi aduenientem sponsum audierit, cum aliquibus pariter viantibus colloquētibus dicit
B sponsa: Vox cōsobrini mei. Dum loquitur cū filiabus Hierusalē, & rogat vt excitent & resuscitent sponsum, subito tanq̃ de longinquo missæ vocis sonū sentiens, dicit: Vox cōsobrini mei. annūcians quē nunciari sibi ante querebat, quē cupiebat ab aliis suscitari, sua prece resuscitatum a patre venire iam credens, læta dicit: Vox cōsobrini mei. Bene addidit, Cōsobrini mei, vt nō aliæ, sed consobrina sola sibi eius vendicaret aduentū. Ecce, inquit, iste aduenit. adhuc ego eū quero, & ille iā venit: adhuc ego suffragia capto vt veniat, & ille iam proximus est. Ego suscitari mihi charitatem cupio, ego me vulneratam charitate puto, et ad me plus charitas ipsa festinat. Ego dixi, Veni: ille salit et trāsilit. ego rogo eū venire cū gratia, iste gratiarū operatur augmēta: & dū venit, incrementa gratiæ secū vehit, & veniendo acquirit, quia studet etiam ipse suæ placere dilectæ. Salit super excelsa, vt ascēdat super sponsam. Sponsę enim thalamus tribunal est Christi. Salit super ecclesiā, transilit super synagogam. Salit super gentes, transilit super Iudæos. Videamus salientē. Salit de cælo in virginē, de vtero in præsepe, de presepio in Iordanē, de Iordane in crucem, de cruce in tumulū, in cælū de sepulchro. Proba mihi Dauid salientē, proba currentem. Tu enim dixisti: Exultauit tanq̃ Gigas ad currendā viā, a summo
Psal.18. celo egressio eius, & occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscōdat a calore eius. Ergo & nūc salit & nunc currit de corde patris super sanctos suos, de Oriente super Occidentē, de Septentrione super Meridiem.
C Ipse est qui ascēdit super occasum, ipse super cęlos cęlorum ad Orientē. Ipse ascendit super montes, ipse super colles. Vtinā ego miser dicā, dicat anima mea, ecce iste aduenit, & aduenit non super terrena, non super valles, sed aduenit saliens super mōtes. Deus enim deus montium est, nō vallium. Vbi ergo salit, super mōtes salit. Si sis mōs, salit super te. Salit super Esaiam, salit super
Psal.124. Hieremiā, salit super Petrū, Ioānem, Iacobū. Montes in circuitu eius. Si nō potes mōs esse, nec pręuales, esto vel collis, vt super te Christus ascēdat: & si transilit, ita trāsiliat, vt te trāsitus eius vmbra custodiat. Diximus de Christo & ecclesia, dicamus de anima et verbo: Anima iusti sponsa est verbi, hæc si desideret, si cupiat, si oret, & oret assiduo, & oret sine vlla disceptatione, et tota intendat in verbū, subito vocē sibi videtur eius audire quem nō videt, & intimo sensu odorē diuinitatis eius agnoscit: quod patitur plerūq; qui bene credūt. Replētur subito nares animę spiritali gratia, et sentit sibi presentiæ eius flatū aspirare quē quærit, & dicit: Ecce iste est quē requiro, ipse quē desidero. Nōne cum aliquid de scripturis cogitamus, & explanationē eius inuenire nō possumus, dū dubitam⁹, dum quærimus, subito nobis quasi super mōtes altissima dogmata videntur ascēdere:
deinde quasi super colles apparens nobis, illuminat mē- D
tem, vt infundat sensibus q̃d inuenire posse difficile videbatur? Ergo quasi ex absente fit presens verbū in cordibus nostris. Et rursus cū aliquid nobis subobscurum est, tanq̃ subducitur verbū, et tanq̃ absentis aduentū desideramus. Et cum iterū apparet, ostēdit se nobis tanq̃ presens sit nobis in iis quę requirimus cognoscēdis. Salit ergo in vniuscuiusq; corde frequēter: transilit & exit, & reuertitur, si sequaris, si requiras, si tibi fideliū gratia disceptatione doctorū verbum quod exierat atq; trāsierat, postules resuscitari, sicut illa quæ quæsiuit & inuenit, quę dixit: Frater meus transiuit, anima mea exiuit in verbo eius. Ergo & si super montes salit, sequere: & si super colles, sequere. Reperiuntur enim in mōtibus & in collibus venatores domini, qui inuestigāt eos qui capiuntur ad vitam. Sic enim dixit per Hieremiā deus: Ecce mitto multos piscatores, & multos venatores, & Hiere.16.
venabūtur eos super omnē montem, & super omnem collem. Ibi ergo populus dei quæratur, et inueniatur in Petri & in Pauli doctrina gratia disciplinę, vt nō in cōualle sint, vbi fletus, sed in mōtibus, a quibus vnūquēq; Christus illuminat. Et cū Petrū legimus, Christus illuminat. Et cum Paulū legimus, Christus illuminat. Curauit Paulus, Christ⁹ illuminauit, quoniā inuocato dñi IESV nomine resurrexit, cuius sanatus est munere. Suscitauit mortuam Petrus, Christus illuminauit. Et ideo ait: Illuminās tu mirabiliter a mōtibus æ- Psal.75.
ternis. Nos igitur qui mōtes esse nō possumus, stemus in mōtibus vel in collibus: vt cū miserit piscatores suos dñs, & venatores, vt venētur eos qui super omnē mon- E
tem sunt, vel super omnē collē, id est in legis & prophetarum pręceptis, & noui & veteris testamēti cognitione omnē habētes conuersationē, inueniāt nos paratos, & velut bonas colligāt spicas opportūo missi messores tēpore: quia si quis extra montē aut collem fuerit repertus, colligi velut bona spica nō poterit ab iis qui (vt cōparationis faciamus alterius mentionē) triticū a paleis separare mittētur. Plurimarū igitur operationū solertes ministros dñs habet. Iidem piscatores, iidem etiam venatores sunt, atq; messores. Si in tēpore messis, quo dirigūtur isti meriti, maturus expectes, salientē in mon- F
tibus poteris intueri, & videbis dominum IESVM similē capreolo, aut hinnulo ceruorū super mōtes Bethel. Salit enim super ecclesiā, quę est domus panis, eo quod fidelium corda confirmet. Merito sicut capreola, quia caprea in altis pascitur. Dorcas dicitur a videndo, Dorcadicon etenim visus acutior est. Quid hoc aptius Christo, q patrē vidit, quē vidit nemo? Aut si quis vidit in Christo, ipse filius reuelauit. Merito sicut hinnulus ceruorū, hinnulus quasi fili⁹, cui paternæ inoleuerit vis naturæ, vt eū occulta nō lateant, serpentes fugiant, venena non lædāt. Deniq; eductus de latibulis suis serpēs qui pducebatur ex homine, dicebat: Quid venisti Matt.8.
ante tēpus torquere nos? Spectemus ergo salientē hūc hinnulū, vt non possimus timere serpentē. Non timebat Dauid. Deniq; de his dicebat serpentibus:

Et respondebo exprobrātibus mihi verbum, quia speraui in* verbis tuis. II

*al's, sermonibus tuis.

Quasi bonus ceruus qui bibisset de fontibus aquarū, nequaquā humanorū serpentiū spiras, & maledicorum venena metuebat. Coluber illi nō erat noxa, sed pręda. Cibus erat serpētini virus alloquii, & cibus laudis. De quo dicebat: Deus laudē meam ne tacueris, quia os pec- Psal.108.
catoris & dolosi super me apertū est. Saginabatur venenatorum sermonib⁹. Illi sibila obtrectationū ora tollebant, & sermonibus odii circundabāt innocentē. Bonus ceruus inter multos colubros positus nō timebat, ceruus amicitię, & pullus gratiarū. Simulabāt charitatem, fundebāt obtrectationē: ego autē, inq̃t, orabā. Bonus ceruus in medio viperarū innocuus pascebatur. Illi

G trisulcis ora linguis micabant,huc autē sancta pascebat
oratio,immo cibum obtrectātibus offerebat. Respōdit
obtrectātibus sibi verbū. Verbū enim cibus est. Deniq;
Mat. 4. nō in pane solo viuit homo,sed in omni verbo dei. Vi-
debāt me,inquit,et mouerūt capita sua. Maledicebāt,
ego autē benedicebā. Maledicebant qui obtrectabant:
benedicebā,qui verbū domini prædicabā. Q̄ bonū est
ferre conuitiū,& conuitiū non referre? Deū præsulē ac-
quirit,qui conuitianti nescit irasci. Deniq; quāta patien
Psal. 108. tiæ gratia dicētis: Maledicēt ipsi,& tu benedices? Bea
tus qui maledicta nō sentit. Beatus quē maledicta non
permouent. Non enī potest maledicto moueri qui ma
ledicta hominū diuinę munere benedictionis excludit.
Non potest sentire maledictū,qui habet verbum:& nō
potest referre maledictū,cui in ore semper est verbum.
Sed est etiam bonus serpēs,quem iste ceruus nō lædat.
Matt. 10. Estote,inquit,astuti sicut serpentes. Et sicut Moyses
exaltauit serpentē in deserto,ita exaltari oportet filium
hominis. In serpente æreo figuratus est meus serpens.
In ligno illo exaltatus est meus serpens bonus. Bonus
serpēs,qui de ore suo remedia,nō venena fundebat. Po
test nō timere serpentes,qui hunc nouit adorare serpen
Cant. 2. tem. De hoc serpente dicit illa quæ diligit: Ecce hic stat
post parietem nostrū prospiciens per fenestras, eminēs
per retia. Respōdit cōsobrinus meus,& dicit mihi: Sur
H ge,veni proxima mea,formosa mea,colūba mea,quia
ecce hyēs præteriit,imber abiit,discessit sibi, flores visi
sunt in terra. Serpēs profectō est, qui decursa hyeme a-
mictu corporis se volebat exuere, vt speciosō decore ver-
naret. Idē ergo est ceruus & serpēs. Ceruus habens cor-
nua legis & gratiæ. Cornua eius duo sunt testamenta.
velox gressu, impiger incessu, qui totū facile orbē per-
currat vno momēto,vbiq; celebrabilis. Serpēs quoq; bo
nus,cuius priora dētes legis immordeāt,posteriora nō
vulnerēt euangelii lenitate. Caput defendit a vulnere,
qui legē venit non soluere,sed tueri ab interpretationi-
bus perfidorum. Caudā in flagella diffundit liberā, cu-
piēs aduersarios magis flagellare q̄ perdere. Bonus co-
Luc. 10. luber in gremium dilectæ,atq; in ipsum intimæ sinum
mētis facilis illabitur, & attactu nullo implicās ignem
ossibus,precordia ipsa depascitur. Pulchre lectū est ho-
die: Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.
Celebramus enim diē quo reuelata sunt populis corpo
I ra sanctorū martyrū, qui velut boni serpentes depositis
carnis exuuiis,tentationū hyemaliū rigore superato,et
spiritus sancti renouati gratia, æstiua mundo luce ful-
sere,missi vero vt agni in medio luporū. Lupi sūt enim
persecutores,lupi sunt hæretici omnes. docere nescīūt,
vlulare consuerūt. Sed nemo moueatur si in mediū lu-
porum mittitur. Beneficio Christi & lupus ipse muta-
tus est. Beniamin lupus rapax Apostolus Paulus fa-
ctus est,nō iam insidiator ouilium Christi, sed defensor
& custos. Cum hoc lupo versari libet, per hunc lupum
factum est vt simus tuti in medio luporū. Nemo iam
veretur lupos,cū his pascimur, sicut scriptum est: Tūc
Esa. 65. lupi & agni simul pascētur. Sed iam cōsideremus quid
sit quod ait Propheta:

III Et ne auferas ex ore meo verbū veritatis
*alas,sup- vsq̄quaq;,quia in iudiciis tuis *sperauí.
sperauí. Viderat ecclesia vel anima iusti salientem sicut hin-
nulum super mōtes: repente proximum aspiciens post
parietē domus suæ,prospicientē per senestras,eminen-
tem super retia,exultat et gaudet,quia etiam ipsa ama-
tur a sponso,qui tanq̄ & ipse vulneratus charitatis de-
core,dilectæ primo cū abesset,ad oscula rogatus affue-
Cant. 1. rit. Rogatur enim cū dicitur: Osculetur me ab osculo
oris sui. Deinde preces sponsæ blanditiasq; non spreue-
rit,dilecta sibi vbera prędicātis,atq; in interiora domus
eam benignus induxerit. Deinde tanq̄ lasciuienti lu-
dens amore,quia velit pertētare sensus amantis, sæpe
egressus vt quæreretur a sponsa, sæpe regressus vt inti k
taretur ad oscula,astiterit post parietē, prospexerit per
fenestras,eminens super retia,vt non totus abesset,nec
quasi totus intraret,& ipse ad se sponsam vocaret,vt ve
niendi ad se inuicem fierēt gratiora cōmercia, amorisq;
vim mutuis adolerēt sermonibus. Exurge,inquit, ve- Cant. 2.
ni proxima mea,formosa mea,colūba mea. Et tu si ha
beas fundatū parietem, nō illum medium qui domus
vnius separet mēbra,sed ædificatum supra fundamen-
tum apostolorū & prophetarū, vt cōpaginata eius stru-
ctura crescat in templum, nec disterminet eius interna,
sed mumiat: Si habeas ergo in te ædificationem dei, &
ad Orientem pateant semper fenestræ tuæ, venit ver- Psal. 33.
bum, stat post tuū parietem, (oculi enim dñi super iu-
stos) pspicit per fenestras tuas. Q̄ sunt fenestrę istę? Hiere. 9.
Legimus fenestras, de quibus dicit Hieremias: Intra-
uit mors per fenestras, per quas intrauit auaritia, intra-
uit libido. Oculus tuus fenestra est, intrauit mors p ocu
lum tuum. Si videris mulierem ad cōcupiscendū eam,
intrauit mors per oculum tuū. Si videris possessionem
viduæ vel minoris,& concupieris inuadere, & indefen
sam putans ætatem essevel sexum,(sed non sunt inde-
fensi, quos dominus vult esse defensos) intrauit mors
per fenestram. Si videris decorem mulieris, aut thesau
ros minoris, & tuas excitaueris cupiditates: intrauit
mors per fenestrā. Sicut ergo per hæc intrat mors, in-
trat & vita. Si decorē puellæ aspiciens sacræ, venereris
dominum IESVM, quod in teneros annos venerit
ætas senectutis, vita immaculata: et ipse filiam tuā offe L
ras, vt pio consecretur velamine: si possessionē minoris
non tanquam solicitus inuasor aspicias, sed quasi parēs
sedulus religioso tuearis affectu: per has fenestras pro-
spicit Christus, vt vocet sponsam eminens super retia.
Bene eminēs, quia solus est quem retia nō inuoluerint
peccatorum. Omnes intra retia erāt, immo adhuc in-
tra retia sumus: quia nemo sine peccato nisi solus IE-
SVS, quem nō cognoscentē peccatum, peccatum pro
nobis fecit pater. Etenim tradidit eum laqueis, tradi-
dit eum retibus, mittens eū non in peccato, in quo erāt
omnes homines, sed in similitudine carnis peccati, vt
de peccato dānaret peccatū in carne. Peccatum erat ca-
ro secundum illud, quia hæreditario erat dānata male-
dicto. Peccatum erat illecebra & ministra peccati. ve-
nit domin⁹ IESVS, & in carne peccato obnoxia mi-
litiam virtutis exercuit. Facta sunt mēbra nostra iam
non arma libidinis, sed arma virtutis. Nanq; vbi erant M
incētiua libidinis, ibi nūc sunt domicilia castitatis. Hic
ergo venit ad laqueos, sed voluntarius: venit ad retia,
sed securus. Plena erant omnia laqueis, referta retibus.
Audi dicentē: In via hac qua ambulabā, absconderunt
superbi laqueum mihi. Et in libro Sapientiæ Syrach
moneris vt cognoscas quia in medio laqueorū ambu-
labas. Quot vitia, tot retia: ąt peccata, tot laquei hæ-
reditarii iam te nexus tenebāt. Venit ad laqueos IE-
SVS, vt Adā solueret: venit liberare quod perierat.
Omnes retibus tenebamur, nullus alium eruere pote-
rat, cū seipsum nō possit eruere. Talis ergo necessarius
fuit quem vincula generationis humanę delictis obno
xia non tenerent, nō cepisset auaritia, nō ligasset dolus.
is solus erat IESVS, qui cū huius carnis se circunde-
disset vinculis, captus nō erat, non erat alligatus: sed di-
rumpens ea atq; dissoluens, ad se magis vocauit eccle-
siam, prospiciens per laqueos, eminēs super retia, vt &
ipsa disceret vinculis non teneri. Deniq; eousq; non lon
ge a vinculis fuit, vt pro nobis subiret & mortē: sed ta-
men nō seruus mortis effect⁹, sed liber inter mortuos.
Liber enim erat, qui soluendæ mortis potestatē habe- Ioan. 2.
bat. Deniq; ipse te doceat, qui ait: Soluite hoc templū,
& in triduo resuscitabo illud. Audiamus itaq; quid di-
cat: Exurge, veni proxima mea, hoc est, surge a mortuis,
exurge a vinculis, quibus circundata tenebaris. Exur-

A ge, quia ego resurrexi tibi: solue vincula iniquitatis, qa
ego iam solui tibi: veni, quia iam retia soluta sunt. Vir-
go peperit, puer natus ex virgine est. Nihil debet mu-
liebri hæreditati, quia quasi filius mulieris non tenetur.
Cerne mediū parietē macerię iam solutū, qui interio-
rum affectuū concordia diuidebat, & in diuersum exci-
tabat dissensiones corporaliū passionū. Veni ergo secu-
ra, cupio videre faciē tuā, & audire vocē tuā: veni vt iā
me nō per retia videas, sed facie ad faciē vultibus ama-
toriis dilecta potiaris. Ethice ista decursa sint. Mystica
autē illa, si possumus, vel linea intueamur extrema. Se-
debat intra domū spōsa deuota dño, intra parietē legis
& prophetarū spiritalium lapidū exędificatione funda-
tū, qui claudebat atq; vallabat domū regiā plenā iucun-
ditatis atq; lætitiæ. Mirabatur thesauros regios, & in-
tuebatur solicite, cupiens sapientiā, quę has sibi diuitias
demonstraret, a scisceret. In secreto erat, sed secreti ipsius
interpretē requirebat. Venit dñs IESVS saliēs super
mōtes. Nobis sero videbaē venire, sed ille properabat.
Saliebat deniq; & trāsiliebat, vt Iudæorū corporalia &
B saxosa dogmata trāsiliret. Astitit post parietē domus,
quæ erat in veteri testamento, prospiciens per legis fe-
nestrā, prophetarū cauernas. Nondū erāt domus illius
aperta vestibula, nondū claues sciētiæ portarū claustra
patefecerant quibus legis claudebantur interna. De su-
periore tamen, hoc est, spiritali parte prospectās, Eccle-
siam vocat, vt per legem & prophetas, Euāgelii vertice
sublimis assurgēs, retia Iudaice interpretationis & no-
dos intrepido calcet vestigio. Ideoq; proxima vocatur,
vt adhæreat Christo, mūdana nō quærat: ideo formo-
sa, vt speciosos Euangelizantiū pedes proferat: ideo co-
Cantic. 2. lūba, vt spiritalia petat, terrestria derelinquat. Ecce, in-
quit, hyems p̄teriit, imber abiit, discessit sibi, flores visi
sunt in terra. Ante aduentū Christi hyems erat. venit
Christus, fecit ætatem. Tūc omnia erant florū indiga,
nuda virtutū: passus est Christus, & omnia cœperūt no
uæ gratiæ fœcundari germinibus. Imber abiit luxurię
profluentis, & nubila tetris ora flagitiis, æstiua iā purę
conscientiæ serenitate laxantur. Ideo nō euadūt, quorū
fuga hyeme fit, quia nō sequuntur dñi passionē: nō tol-
lunt crucē suā, & Christum sequuntur. Imber impedit
flores, at nunc flores videntur in terra. Boni flores apo-
stoli, qui diuersorū scriptorum atq; operū suorū fuderūt
odorem. Tempus secandi aduenit, quo matura in hor-
reis frumenta conduntur: & qui metit, mercedē accipit.
Vox turturis audita est, quia inuenit sibi nidū. Ecclesia
enim domus est castitatis. Ficus, quę propter infœcun-
ditatē iubebatur excidi, fructus iam ferre cœpit. Vinea
C translata ex Egypto, iā non maceriis destructa depositis, incursatur a bestiis, nec informis sentibus, sed odora
iam floribus, quæ solebat facere spinas, fructu curuescit
uarum. Merito igitur sanctus Dauid pascha dñi cele-
brans, & feruenti spiritu tēpora ingressus æstiua, qui in
verbo dei fructus varios colligebat, hyemis aduersa de-
clinans ait: Et ne auferas ex ore meo verbum veritatis
vsqquaq;, quia in iudiciis tuis sperauí. Quantus labor
1. Tim. 4. est vt verbum percipias? Quantū iterum periculum si
amittas? Et ideo tibi dicitur: Noli negligere gratiā quę
in te est. Excole diligenter quasi bonus agricola campū
tuū, vt pascantur agni tui, & tua fata floreant. Nō aufe-
ratur ex ore tuo verbum, ne forte verbis facta non con-
gruāt, & deformentur iniquitatis opera magisterium di-
scipline. Tollitur ex ore verbum, cum dicitur peccatori:
Psal. 49. Quare tu enarras iustitias meas? Et ipsa obmutescit fa
cundia, si egra sit conscientia. Veniunt aures cæli, etiam
ipsæ tollunt verbum ex ore tuo. Sunt & tēpora tētatio-
num, quæ tollunt verbi semen e saxo, ne radicē habēn-
tes fructum afferant. Nūc consideremus vtrū etiam ex
corde possit auferri verbū veritatis. Radicatū enī verbū
atq; depressum, & infixū mentibus nostris, difficile au-
ferri potest. Deniq; dictum est a dño: Quare tu enarras
iustitias meas? Nō dixit, Quare cogitas iustitias me- D
as? Et, assumis testamentū meum per os tuū: nō dixit,
per cor tuum. Sermo cohibetur indigni animi, non ob-
struitur pœnitentia: insolentiā prohibet, nō excludit cor-
rectionē. Cauēdū tamē est ne & ipsa interius corda tur-
bentur, & offundat tenebras malitia, vt cor vanis cogi-
tationibus obcęcatū lucem veritatis amittat, fulgorēq;
verbi capere nō possit. Si igitur Dauid orat ne auferaē
ex ore suo verbū, & si auferatur, nō vsquequaq;, id est nō
penitus auferatur: quis tantus est qui in potestate sua
gratiā disputationis esse cōmoret, præsertim si vita
redarguat qđ doctrina præsumat, & iudicio dei dānan-
da committat? Is enim qui i iudiciis dei sperat, seruare
potest verbum veritatis: quia dum veretur pœnam, cu
stodit gratiam. Ideoq; ait

Et custodibo * legem tuam semper, in IIII
æternum * & in seculum seculí. *als,custo
diam.
*als,in se-
culum.

Duo dixit, cum vnū satis esse posset, si vnū significare
voluisset. Sed quia non solū in præsenti vitæ huius tē-
pore, sed etiā in futuro post huius vitæ curriculū custo-
diēda lex promittitur: ideo arbitror quia & secundū eos
qui exemplari & vmbræ seruiunt cælestiū, & secūdum
eos qui in cælestibus siti secundū veram legem cultus
deo deferunt, pollicetur sibi esse viuendū, vt & hic & ibi
legē custodiat. Hic in exemplari, in speculo, in ęnigma-
te illic in ipsa facie veritatis. Possum⁹ & illud intellige-
re, quia Διαπαντὸς nō solū id significat qđ dicit semper,
sed etiam id qđ per omnia: quia ille per omnia legē custo-
diat, qui cum sit erudit⁹ in lege, sub lege natus, & supra
legem deuotionis suæ gradum promouens, liberatur
a lege. Christus enim nos redemit a maledicto legis: &
ideo non sine lege dei, sed in lege factus est Christi. Aut E
certe sic per omnia legē custodiemus, si legitimā puerī-
tiæ atq; adolescentiæ disciplinā, iuuentutis cōuersatio-
nem, senectutis maturitatē, tramitēq; singulis præscri-
ptum ætatibus nequaquā vitę nostrę vsus excedat. Si-
militer etiam animæ nostræ quædā esse videntur æta-
tes, per quas percurrit & trāsit, vt possit dicere: Cursum
consummaui. Deniq; animę ætas est illa de qua dicit⁹:
Et ætas senectutis vita immaculata. Per omnia ergo le- Sapien. 4.
gem custodit, qui & i his corporis nostri ætatibus, & in
illis animæ nostræ processibus non deuiarit a lege.

Et ingrediebar *in latitudine, quia testi- V
monia * tua exquisiui. *als, am-
bulabam.
*als, mā-
data.

Qui secundū mādata angustā & artam graditur viā, Psalm. 4.
ambulat in latitudine. Vnde legimus: In tribulatione Psal. 117.
dilatasti mihi. Et alibi: In tribulatiōe inuocaui dñm, &
exaudiuit me in latitudine. Sapiens enim in cordis sui F
ambulat innocentia, & de eius fonte superfluunt aquæ
super eius plateas, qui mentem suam nō intra corpora-
lia & terrena concludit, sed dirigit ad cælestia, vt cōuer-
satio eius in cælo sit. Audi illas angustias sentientem:
Pressurā, inquit, patimur, sed nō angustiamur. Et quo- 2. Cor. 4.
modo coangustari poterat, cuius os semper patebat, ne
credentes coartarētur? Ipse exponat quid sit ingredi in
latitudine. dicit enim, Quia etsi corpus angustū est, cor
nostrum dilatatū est. Nō angustiamini in nobis: coar-
tamini autē in visceribus vestris. Coangustari in Pau-
lo non poterant, in quo erat altitudo sapiētię, & fidei la-
titudo. Quomodo enim poterāt coartari in eo qui erat
vas electionis æternę? Sed coartabantur in semetipsis:
quia improbus in sespso coartatur, malitię suæ laqueis
strāgulatus. Cōstitue mihi auarū villarū quotidie ter-
minos proferentē, excludentē vicinos. vtrū is tibi dila-
tari, an coāgustari videē, quē terra ipsa nō capit? Quā-
tacūq; spatia domus suæ porrexerit, clauditur angustiis
opinionis suæ finibus, cui qđ habet, nō est satis. Sed nō
talis est qui potest dicere: Et ingrediebar in latitudine.
Addidit etiā causā, Quia testimonia, inq̄t, tua exq̄siui.

VI Et loquebar in testimonijs tuis in con-
spectu regum, & non confundebar.

G Grate conuenit ista vox martyri,qui vocatus ad sacri-
legiũ,exprobrantibus sibi regibus crucifixũ IESVM
nõ erubescebat:sed magis gloriabatur in cruce Christi,
& illam mundi salutẽ esse testimoniis cælestib⁹ astrue-
bat. Hos vocat Christus in sponsa,dicẽs in Canticis cã-
Cantic.2. ticorũ:Et veni o colũba mea in tegimento petrę iuxta
præmunitionẽ. Hoc est, veni iuxta Euangeliũ. Propu-
gnacula fidei tuæ,gesta sunt Christi:muri tui subsidia,
Ibidem. verba sunt dñi:passio dñici corporis,tua virt⁹ est. Ostẽ-
de mihi faciem tuam,& insinua vocẽ tuã:quia vox tua
suauis est,& facies tua pulchra. Suauis est vox,quia ore
Rom.10. cõfessio fit ad salutem:& decora facies,quæ nõ erubescit
autorẽ,non confunditur redẽptore. Ostendit ergo faciẽ
suã,signaculũ crucis præferens,& insinuat vocẽ suã au-
toritatem predicationis assumens. In tegimento enim
corporis Christi,quo redẽpta est a peccato,munimentũ
gratiæ spiritalis inuenit,vt salutaria sibi & sẽtiat & lo-
quatur. Suauis ergo vox,quæ in diuinis testimoniis lo-
quebatur:decora facies,quæ in cõspectu regum nõ con-
fundebatur. Possum⁹ & illos reges intelligere,quibus
1.Pet.2. dicitur a Petro:Vos autẽ genus electum,regale sacer-
dotium,gens sancta,populus in adoptionẽ. Sunt enim
reges qui offerunt in Hierusalẽ sapientiæ suæ munera,
quibus data est gratia verbum loqui,& quadã potesta-
te regali flectere populos,& animas mulcere sanctorũ,
non erubescẽtes in eo,quia nihil alienũ ab honestate lo-
quuntur:Quos nemo redarguat & repellat quasi non
sint digni quos idoneos Christ⁹ ministros noui fecerit
H testamẽti,& iã in illo nõ erubescẽtes,eo qđ nõ metuerẽt
ne confunderẽtur disceptantiũ cõtra assertionẽ superati.
Rex igitur est qui non erubescit ne in actu reprehẽdat̃,
redarguatur in sermonib⁹,eo qđ & vita debeat esse fun
datus & verbo. Itaq; quãuis perfectus ita esset Prophe-
ta,vt non erubesceret in conspectu regum:tamẽ medi-
tabatur in præceptis dei omĩ vitæ suæ tempore,& ope-
ra sua eleuatus,nihil agẽs quod terrenis cupiditatibus
adhæreret. Ideoq; ait:

VII Et meditabar in mandatis tuis, quæ di-
lexi nimis.

VIII Et leuaui manus meas ad mandata tua
quæ dilexi nimis,& exercebar in iusti-
ficationibus tuis.

Pulcherrimus ordo iste,vt primo meditemur,& eo-
rum præceptorum quę diligimus,sit nobis assueta me-
I ditatio. Meditatione enim mandatorum cęlestiũ ope-
ris boni vsus inolescit. Nam sicut meditationi verborũ
finis memoria est,vt quæ meditamur verba,teneam⁹:
sic meditationis præceptorum cælestium intentio vel
finis operatio est,actusq; directus ad implẽda præcepta
diuina:quæ nisi quis diligat,implere non poterit,nec so
lum diligat,sed etiam nimis diligat. Ideo prius posuit:
Et meditabar in præceptis tuis,quæ dilexi nimis. Et
subiecit:Et leuaui manus meas ad præcepta tua,quæ
dilexi nimis. Post meditationem etenim bonum est le
uare actus nostros ad præcepta dei,atq; id facere cũ cha-
ritate & gaudio,vt non ex necessitate sit bonum nostrũ:
non cum mœrore atq; mœstitia,sed voluntarium:quia
seruus inuitus facit,amicus volũtarius. Nos autẽ stu-
Ioan.15. deamus vt dicatur nobis:Iam nõ dicam vos seruos,sed
amicos:quia quasi amici mandatum dei ex voluntate
fecistis. Qui autẽ meditatur & diligit,& actus suos le-
uat,vt faciat quæ placeant deo,is debet non negligere
nec trãscurrere mandata diuina,sed exercere se in his,ĩ-
morari plurimum,iustificationes dei crebro reuoluens
solicitæ mentis affectu.

SERMO SEPTIMVS.

LITERA secundum Hebreos Zain,signi- ז
ficat latine duc te,alibi significat huc. Quid Zain.
sibi velit ista interpretatio,non satis liquet, K
nisi forte vt vnusquisq; se regat,& ipse sui du
ctor sit. Vel huc,id est,quo literæ huius versiculi vocãt,
dirigat iter. Meritoq; in primo statim versu requiem
suam postulat,quia ipsæ literæ septimus numerus est
quietis. Quę autem maior requies,q̃ vt in verbo dei re-
quiescat,atq; eius se gratia & consolatione demulceat?

I Memẽto,* inquit,domine verbi tui ser- *als,memor esto.
uo tuo,in quo mihi spem dedisti.

Verbũ dei deiectos nos atq; depressos ad cælestẽ gra-
tiam prouocauit,vt desiderem⁹ æternitatem,despicia-
mus præsentia temporaliũ incursionũ,si futura & inui-
sibilia requiramus. Vocat igitur nos ad se dei verbũ,
sicut habes scriptũ:Venite ad me omnes qui laboratis Mat.11.
& onerati estis,& ego reficiã vos. Ideoq; sequamur vo-
cantem dñm IESVM,vt a secularibus ad perpetua
transeamus,nosq; ipsos regere valeamus. Ergo Dauid
vocatus erat verbo dei,& spem in eo habuit,quoniã sę-
pe responsis erat inuitatus cælestib⁹,quibus remunera-
tionẽ fidei meritorũq; speraret fore,sicut habes scriptũ
dicẽte deo per Nathan prophetã:Accepi te de ouili ex
vno grege,vt sis in principem in populũ meũ Israel,&
eram tecũ in omĩbus quibus ingrediebaris:& extermi-
naui oẽs inimicos tuos a facie tua. Et infra:Et requiem
tibi dabo ab omnibus inimicis tuis. Quo respõso acce-
pto ait Dauid:Quis sum ego dñe deus meus,& quæ 2.Reg.7.
domus mea,quoniam dilexisti me in his,& memorata
sunt minima in conspectu tuo dñe,& locutus es pro do-
mo serui tui in longinquo? Et infra ait:Et nũc domine L
deus meus,dñe tu es deus,& verba tua sunt vera,& lo-
cutus es pro seruo tuo bona hæc:& nunc incipe benedi-
cere domũ serui tui,vt sim in æternũ in conspectu tuo,
quoniam tu dñe deus meus locutus es,& benedictione
tua benedicetur domus serui tui in æternũ. Hoc igitur
responso & aliis vocitatus Dauid sperare nõ desinit,&
propheticæ fidei autoritate conuenit dñm vt memine-
rit promissorum suorum,quorũ immemor esse non so-
leat. Sanctis enim quodcũq; spopõderit,implere cõsue-
uit,nostrarũ immemor iniquitatum,suarũ non imme-
mor sponsionũ. Deniq; scriptum est:Ego sum,ego sum Esaię.43.
qui deleo iniquitates tuas,& memor non ero:tu autem
memor esto,& iudicemur. Vult obliuisci quæcũq; mi-
nitatus fuerit peccatoribus,si vias aliquãdo conuertãt:
vult etiam cõueniri,vt si quis proposita secutus virtu-
tibus præmia bene certauerit,fructum remunerationis
expectet,quin etiam exigat,sicut habes scriptum:Cer- 2.Tim.4.
tamen bonum certaui,cursum cõsummaui:reposita est
mihi corona iustitię. Nõ est enim arrogans vsurpatio,
sed fidelis:quia verũ deum non posse fallere confitetur. M
Ideoq; admonet & Dauid,dicẽs,vt meminerit domin⁹
verbi sui,quo nos ad sperandũ prouocat,vt terrenis re-
nũciemus,inhæreamus cælestibus. Dicit ergo Dauid:
Certamen certatus sum,brauiũ peto verbi tui,qđ pro-
misisti mihi:memor esto promissorum tuorũ,quę spo-
pondisti seruo tuo. Nõ vsurpatorie speraui,quæ vt spe-
rarem ipse fecisti. Seruus sum,expecto alimentũ a dño:
miles sum,exigo ab imperatore stipẽdiũ:vocatus sum,
postulo ab inuitante promissum. Verecũde autẽ auto-
ritatem suę fidei tẽperauit,dicendo se seruum:quia ocu-
li seruorũ in manibus dominorũ suorũ. Hęc ex persona Psal.122.
Dauid propria bene prompta sũt. Cæterũ si quis infor-
mationẽ cuiusq; hominis considerat,potest Leuitis cõ-
munia promissa librare,sicut habes:Date Leui viros
eius,date Leui manifestos eius. Potest etiã populi cre-
dentis electis alloquiũ istud aptari,potest & resurrectu-
ræ Ecclesiæ cõuenienter aptari,cui per typũ Ioseph pri-
mo in typo eius nominis,deinde per tribuum in primę
electionis heredes transfusa est diuina promissio,dicẽte

Deut.33. Moyse:Primogenitus tauri,decus eius cornua eius,
A in ipsis gẽtes ventilabit simul vsq; ad summitatẽ terræ.
Vnicũ enim verbum dei hoc prophetatur oraculo toto
per gẽtes orbe fundendũ. Hoc ergo surrecturæ Ecclesię
promissum Dauid verecundus sui,impatiens vero cõ-
munis profectus morantis exigere videtur. Et addidit:

II Hæc me cõsolata est in humilitate mea,
*als,quia eloquiũ. quoniã *verbum tuum viuificauit me.

Hæc spes,hæc quę verbo tuo obuenit mihi,consolata
est me,vt tolerarem acerba præsentiũ. Dũ facit Paulus
contra nomen,nõ habet spei cõsolationẽ:dũ patitur pro
nomine,haurit spem de consolatione,& fidelis futuros
Roma.8. quomodo nos consolet̃ accipe. Quis nos separabit,in-
quit,a dilectiõe Christi?tribulatio,an angustia,an per-
secutio,an fames,an periculũ,an gladius?sicut scriptũ
Psal.43. est:Quia propter te morti tradimur tota die,æstimati
sumus vt oues occisionis. Et qua ratione illa patienter
tolerari possint,addidit:Sed in his omĩbus superamus
propter eũ qui nos dilexit. Ergo si quis vult aduersa su-
perare,si est persecutio,si est periculũ,si mors,si ægritu-
do grauis,si incursus latronũ,si facultatũ proscriptio,si
quicquid eorum quæ putantur in isto aduersa seculo:fa
cile superantur si sit spes quæ consoletur. Nam etsi illa
acciderint,tamen grauia esse non possunt dicenti:Exi-
Roma.8. stimo enim qđ indignæ sint passiones huius tẽporis ad
futurã gloriam. Quisquis enim meliora sperat,nũquã
leuioribus frangitur. In tempore igitur humilitatis no-
stræ spes cõsolatoria est,quę non confundit:tẽpus autẽ
tentationũ,tempus humilitatis animę nostrę arbitror.
B Humiliatur enĩ anima nostra dũ traditur tentatori du-
ris examinãda laborib⁹,vt luctetur & exerceat,cõgres-
sum contrarię experiens potestatis:sed in his tẽtationi-
bus viuificatur alloquio dei. Hęc est enim animę nostrę
vitalis substantia,qua alitur & pascitur,gubernat̃. Nec
quicquã est aliud qđ viuere faciat rationabilẽ animã,q̃
alloquium dei. Sicut enim augetur sermo dei in anima
nostra,dũ suscipitur,dũ intelligitur,dũ cõprehendit̃:ita
etiam vita eius augetur. Et quẽadmodũ econtrario al-
loquium dei deficit in anima nostra,ita & incurrit eius
vita defectũ. Itaq; vt cõnexio ista animę & corporis no-
stri spiritu vitali animatur atq; alitur,& tenetur:ita ver-
bo dei & spiritali gratia anima nostra viuificat̃. Vnde
omni genere studere debemus vt reliqua omĩa postha-
bentes,congregemus nobis alloquia dei,& cõgeramus
C in principale nostrũ,in sensus,in solicitudines,cõsidera-
tiones,actusq; nostros:vt alloquiis scripturarũ facta no-
stra conueniant,nec a serie præceptorum cælestiũ actus
noster discordare videatur,quo possimus & nos dicere:
Quoniam eloquium tuum viuificauit nos.

III Superbi inique agebant nimis,* a lege
*als,vsq;quaq;. autem tua non declinaui.

Maximũ peccatũ in homine superbia est,quandoqui-
dẽ inde manauit nostri origo delicti. Hoc telo nos pri-
mum diabolus vulnerauit,& perculit. Nam nisi homo
serpentis persuasione deceptus sicut deus esse voluisset,
& verum falsumq; cognoscere,qđ penitus discernere hu
mana fragilitate nõ poterat:ideoq; quid sequeretur ac-
ceperat,ne temeraria vsurpatione de illa paradisi felici-
tate decideret:nisi inquã homo suis nõ cõtẽtus finibus,
interdicta temerasset,nũquã feralis culpæ ad nos trãsis-
set hæreditas. Quid de homine dicã? Ipse diabolus per
superbiam naturæ suę amisit gratiã. Deniq; dum dicit:
Esaię.14. Ponam thronũ meũ super nubes,& ero similis altissi-
mo:cõsortiis excidit angelorum,cuius criminis digna
mercede dãnatus,hominẽ sibi participem requisiuit,in
quẽ consortium suæ trãsfunderet offensæ. Quid igitur
hoc peccato potest esse deterius,qđ a dei cœpit iniuria?
Iaco.4. Ideoq; scriptura dicit:Dñs superbis resistit. Tãq̃ suę cõ-
tumelię propulsator,veluti quoddam suscepit aduersus
superbiã speciale certamen. Tanq̃ dicat,Meus iste ad- D
uersarius est,qui me lacessit,mihi debet̃ ista congressio.
Vnde & Apl̃s multiplicis culpæ materiẽ esse superbiã
declarauit,dicens de hæretico:Quia ei quę secũdũ pie- 1.Tim.6.
tatem est doctrinæ,superbit,nihil sciens,sed languescẽs
circa quęstiones & pugnas verborũ,ex quibus oriũtur
inuidiæ,contentiones,sacrilegia,suspiciones malæ,cõ-
flictatiões hominũ mente corruptorũ,& a veritate alie-
norum,existimantiũ quæstũ esse pietatem. Quantorũ
itaq; expressit causam esse delictorum superbiã? Vnde
Dauid cõmendare volens deuotionẽ suam nõnulla su-
perborũ iniquitate attẽtatam,ait:Superbi inique age-
bant nimis. Nõ solũ iniquitatem agentiũ,sed etiam ni-
miam iniquitatẽ pariter declarauit,quæ conueniret su-
perbis. Quorũ ne aliquo tentaretur cõtagio,audi alibi
dicentẽ:Superbo oculo,& insatiabili corde,cum hoc nõ Psal.100.
edebam. Itaq; quoniã quanta vis mali in superbis esset
expresserat:quẽadmodũ vinceretur,debuit nos docere.
Meritoq; quasi bonus doctor demonstrat remediũ,qui
exaggerauit venenum. Audi ergo quomodo excludas
virus superbiæ:A lege,inquit,tua non declinaui. Lex
igit̃ dei sola potest superbiæ virus hebetare,quæ infor-
mauit virum deuotioni deditum quali se regere debeat
cautione. Multi enim nõ solum alieni a fide,sed etiam
qui vident̃ nõ mediocria scripturarũ pręcepta gustasse,
tentari solent prosperis superborũ processibus,vidẽtes
eos qui preuaricantur legẽ,impietatis arbitros,arrogã-
tes,contẽptores fideliũ,extollentes se aduersus eos qui
humiliant cor suũ secundũ timorẽ dei,& præcepta cæ-
lestia,abundare in hoc seculo diuitiis,præconiis,hono- E
ribus,potestatibus,eisq;,quo grauiora cõmiserint,eo af-
fluentioribus successibus cõmodorũ seculariũ secũdare:
cõtra autẽ iustos viros plerũq; laborare inopia,amissio-
nibus filiorũ,sterilitatibus cõiugum:quo exagitati atq;
turbati,sensũ mẽtis inclinãt vt putent dei in hoc quod-
dam errare iudiciũ,nõ tenẽtes caput veritatis,quo eui-
dentissime comprehẽditur nõ in hoc seculo,sed in futu-
ro repositam nostrorũ remunerationẽ esse meritorum.
Sed paucorũ est istud aduertere. Deniq; ĩ principiis etiã
Dauid ipse tẽtatus est,sicut habes scriptũ:Ecce ipsi pec- Psal.72.
catores,& abundãtes in seculo,obtinuerunt diuitias,&
dixi:Nunquid sine causa iustificaui cor meũ,& laui in-
ter innocentes manus meas,& fui flagellatus tota die?
Ita igitur & nostrũ vnusquisq;,qui perfecti non sumus,
hęc vidẽs dicit:Vbi est prouidẽtia dei?vbi iustitia? Su-
perbus iste abundat,arrogans iste locupletatur,impius
iste beatus & potẽs est:Iustus aũt ille vides quẽadmo-
dum iacet? Deiectus atq; despect⁹ est:quẽadmodũ ipso
victu indiget,afficitur cõtumeliis ab isto impio,ab isto
insolente conculcatur,excluditur. Non mediocris vtiq;
ista tentatio est,nisi ad ea quæ sunt ventura prospicias,
nisi præceptis plenius cælestibus instruaris. Deniq; & F
Dauid putabat se ante hæc cognoscere,sed nesciebat:&
ideo anxius fluctuanti animo laborabat. Vnde ait:Et
æstimabã me scire,hoc labor est ante me,donec ingre-
diar in sanctuariũ dei,& intelligã in nouissimis. In qui-
bus per id quod se extulerunt superbi,vidit prophetico
spiritu deiectiores fore,& ait:Quomodo facti ĩ desola-
tionem subito defecerunt,& exterminati sunt propter
iniquitatem suam,sicut somniũ exurgentis? Cognouit
igit̃ impiorũ successus in hoc seculo somnii esse similes,
non veritatis,quorum emolumenta tãdiu videtur esse,
dũ dormiunt. Vbi edormierint somnũ suũ qui videbã-
tur sibi potare,iã sitiunt:qui epulabantur,esuriunt:nihil
solidũ ex isto somnio perfectumq; referẽtes. Et bene so-
mniũ dormiunt seculares viri,qui licet seculo vigilent,
deo dormiunt. De quibus bene factus Iob,qui eorũ an-
tea fluentiam mirabatur,ait:Quia sicut paleæ iactãtur Iob.21.
a vento,& sicut puluis turbine dissipantur:moriuntur
autẽ cũ amaritudine animæ suæ,nihil manducãtes,ni-
hilq; boni habẽtes. Iustus autẽ habens bonæ fiduciam

G conſcientiæ,in ſuis magis nouiſſimis gratulatur,& ſe
vitæ huius exitu a laboribus intelligit liberari, merce-
2.Tim.4. dẽq; boni operis & factorũ requirit,dicens: Repoſita eſt
mihi corona iuſtitię,quã reddet mihi dñs i illa die iuſt⁹
iudex. Nõ ſolum autẽ mihi,ſed etiã iis qui diligunt ad-
uentum eius. Sed hoc ille ait,qui poterat dicere: A lege
autẽ tua non declinaui. In quo non ſolũ boni operis elu-
ceat gratia,ſed etiã intimæ puritas cõſcięti æ. Lex enim
non ſolum agendi muuus informat,verũetiam ſecretæ
emundat mentis affectũ. Nõ enim ſolũ in operibus,ſed
etiam in ipſis occultis ſecundũ legem dño militamus,
quia lex dicit: Non fiat verbũ iniuſtitia occulta in corde
tuo,vt non ſolum mihil in opere factiſq; delinquas cum
ſuperbos videris gloriari,nec ſermone labaris: ſed ne in
corde quidem intimo,dum de dei iudicio diſceptas, cõ-
trahas iniquitatis offẽſam: quæ quo putatur occultior,
eo frequẽtior eſſe conſueuit: quia tuto putat vnuſquiſq;
qđ huius diſceptatione velut ſeptus viſceribus ſuis, cõ-
ſcięti æ ſuæ credat,cũ ipſe ſui accuſator die iudicii ſit fu-
turus: quia reuelantur cordis abſcondita, teſtimonium
perhibente cõſcięti a accuſationibus noſtris. Cuiuſmodi
igitur ſit propoſitũ viri ſancti,hoc euidentius loco expo
nitur. Primum enim memor eſſe debet promiſſorũ cę-
leſtiũ,ſecundũ quæ viuentibus merces ſtatuta debetur.
Deinde aliud propoſitũ viri ſancti eſt,vt etiã ſi in pericu
lis & aduerſis poſitus ſit: ſpe tamẽ quam hauſit ex ſerie
ſcripturarũ,ſe debeat conſolari. Tertiũ propoſitum, vt
etſi impios & ſacrilegos videat,& ſuperbos inique agẽ
tes abũdare diuitiis in hoc ſeculo: non quaſi incredulus
H declinet a lege,ſed in eius ſemitis perſeueret, & fugiat
ſuperborum contagia. Cõtaminat enim omnis immũ-
dus: immũdus autẽ ſuperbus, de quo ſcriptum eſt: Im-
mũdus ante deum omnis tumidi cordis. Quartũ pro-
poſitum viri,vt memor ſit iudiciorum cæleſtium,ſicut
Dauid aſſerit,qui dicebat:

IIII *als,a ſe-culo dñe. *als,non habet.

Memor fui iudiciorum tuorum quæ a ſeculo ſunt,* & me conſolatus ſum.*

Niſi enim vnuſquiſq; legis inſtructus & formatus ex-
emplis,credat ſemper vera eſſe dei iudicia,cito declinat
a lege. Qui autem præterita repetit, & ſemper colligit
ſeriem vetuſtatis,cognoſcit qđ neq; peccator pœnã ſuæ
improbitatis euadat,neq; iuſtus æquitatis ſuę prẽmiis
defraudetur. Retexit enim animo qđ ab initio Adam
propter mãdati cæleſtis prẽuaricationẽ de paradiſi eię-
ctus ſit incolatu,& Cain parricidalis ſceleris preciũ di-
uinæ ſentẽtię autoritate dãnatus exoluerit: qđ Enoch
propter deuotionẽ raptus ad cæliũ,terrenæ malitiæ vi-
rus euaſerit: qđ Noe propter iuſtitiam diluuii victor,ge
neris factus ſuperſtes humani ſit: qđ Abrahã propter
fidẽ ſeminarium poſteritatis ſuæ toto orbe diffuderit:
I quod Iſrael propter laborũ tolerantiã,populũ credentiũ
proprii nominis ſignaculo cõſecrauerit: qđ ipſe Dauid
propter mãſuetudinẽ regali honore donat⁹, ſenioribus
fratribus antelatus ſit: qđ Helias propter zelũ dei curru
eleuatus in aerem,cæleſtis ſedis hoſpitiũ noui generis
acquiſierit incolatu. Hęc qui nouit retexere, habet vnde
gratiam ſuæ cõſolationis acquirat: ecõtra,qui nõ nouit,
nõ habet vnde cõſoletur. Quapropter cuſtodiamus iu-
dicia dei,Quia iudicia dei vera iuſtificata in ſemetipſa,
deſiderabilia ſuper aurũ & lapidẽ precioſum, & dulcio-
ra ſuper mel & fauum: etenim ſeruus tuus cuſtodit ea.
Cuſtodienti igitur dulcia ſunt diuina iudicia,negligẽti
autẽ ea amara eſſe nõ dubiũ eſt: quia nõ aduertit in op-
probrii turpitudine peccatorũ propoſitum ſibi diuinæ
euentũ eſſe ſentẽtiæ. Qui autẽ bene ſibi conſcius eſt,nõ
Roma.8. turbatur vtiq;,dicens: Hæredes ſumus dei, cohæredes
autẽ Chriſti: ſi tamen cõpatiamur,vt & ſimul glorifice-
mur. Sed quis noſtrũ huiuſmodi,vt ſe diuinorum iudi-
ciorũ ſerie conſoletur? Terribilia ſunt peccatoribus etiã
humana iudicia,quanto magis diuina formidini ſunt?
Deniq; vt hoc illa quę æterna ſunt,colligamus exẽplo, k
videmus in hoc ſeculo innocẽtes lætos ad iudiciũ feſti-
nare,odiſſe moras,celeritatẽ affectare iudicii: reos autẽ
refugere & pauere, differre, vitare, iurare, mœſtificari
deniq; cũ die iudicii audierint cõſtitutũ. Beatus itaq; ille
qui illud cęleſte iudicium lætus expectat. Scit enim ſibi
regnum cælorũ,angelorũ conſortiũ,coronam quoq; bo-
norum repoſitã eſſe meritorũ. Conſideremus nũc quod
ſit aliud propoſitũ viri ſancti,& ex ſequẽtib⁹ eſtimem⁹.

Puſillanimitas,* inquit, detinuit me a peccatoribus derelinquẽtib⁹ legẽ tuã. V *als,deſectio.

Nõ eſt hoc cõmune cũ multis. nam plurimorũ eſt cõ-
triſtari ſi quã ab aliquo patiantur iniuriã,ſi læſi,ſi appe-
titi,ſi decolorati ſint. Noſtra enĩ cauſa eſt,nos infirmio-
res fraudi nobis aliquos dolemus fuiſſe. At vero q for-
tior eſt,non propriã cõtumeliã dolet,ſed aliena peccata:
& in ſua iniuria lapſum alteri⁹ ingemiſcit: & cauſam ſe
fuiſſe deplorat lędẽtis errori. Exemplũ accipe apoſtoli-
cũ. Paulus enim in peccato flebat alieno, ſicut ipſe ait:
Nã ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vo- 2.Cor.2.
bis per multas lachrymas. Et cũ ipſe triſtareẽ, eoſipſos
quos arguebat,cõtriſtari nolebat. Deniq; addidit: Non
vt contriſtemini,ſed vt ſciatis quam charitatẽ habeo in
vobis abundãtius. Cõtriſtari enim volebat vſq; ad pœ-
nitentiã lapſos,non vſq; ad mœſtitiam profundiorem,
tantũ vt eorum qui arguebãtur,mœſtitia gaudiũ fieret
arguenti. Vnde ait: Si enim ego contriſto vos,quis eſt
qui me lętificet,niſi qui cõtriſtatur ex me? Arguit itaq;
vt alleuet diuturnitatẽ mœſtitiæ,quo pœnitentia fieret
in ſalutem: damnat vt abſoluat: excludit vt recipiat: nõ
ignoſcit,vt liberet. Ideo talis Paulus qui bene perit⁹ in
lege,cognouerat præceptũ dicentis: Puſillanimitas de-
tinuit me a peccatoribus derelinquẽtibus legem tuam.
Dolebat Dauid,non quia contẽnebatur,non quia ipſe
appetebatur,ſed quia lex dei relinquebatur: & eorũ qui
hoc faciebant,dãnum dolebat,quod perirent deo. Sicut
bonus pater in phreneſi conſtituti filii,cũ ab eo maledi-
catur,verberetur,afficiatur iniuriis,nõ ſuam ſed egroti
deflet erumnã: & cõtumeliam dolet,non qđ ſibi ſit irro-
gata,ſed quia per furorem quid faciat æger ignorat: ita
vir bonus cũ videt peccatorẽ non reuereri,non honora-
re etiam canos ſenioris,quo præſente faciat aliquid in-
digniũ,non agnoſcere quadã peccãdi inſania,q; inhono-
ra & inhoneſta cõmittat,quaſi moriturum dolet,quaſi
deſperatiũ a medicis ingemiſcit: & vt bon⁹ medicus pri-
mo monet,deinde etiam ſi grauia patiatur,tamẽ tanq;
ille ægrum,& ſi cædatur,ſuſtinet: & ſi maledicatur,non
reliquit: & quicquid poteſt medicinæ adhibere, nõ de- M
negat: nec tanq; cõtumacem deſerit, ſed tanq; bene de ſe
meritum omni ſtudio ſanare contẽdit: exercens nõ ſolũ
artis peritiam,ſed etiã mẽtis benignitatẽ. Ita ergo etiã
iuſtus & cũ cõtẽnitur a peccatore,non auertitur: & cum
læditur,ſororis illud putat eſſe,non improbitatis: ma-
giſq; vulneris eius medicinã afferre deſiderat,& cõpati-
tur & dolet: non propter ſe,ſed propter illũ qui deſpera-
to laborat incõmodo,& dicit hunc vnũ ex fratribus ſic
laborare,ſic affici,vt faciat mihi iniuriã: qui ſi agnoſce-
ret me,honoraret vtiq;,certe non læderet. Quid enim?
Læſus eſt in eo facto,vt habeat lędentis affectũ? Ergo
cũ non ſuppetit cauſa lædendi,nõ poteſt culpa eſſe pro-
positi. Ergo ſi iuſt⁹ ſum,afficior propter charitatẽ,pro-
pter dilectionẽ,propter Eccleſię damnũ,propter corpo-
ris detrimentũ. Poſſum etiam illud dolere,quod etiam
ſi ego lædentem non læſerim, & non ſim mihi conſcius
quod eum in me aliquibus iniuriis excitauerim: tamen
cauſa illi fuerim lapſus eius,quod innocentẽ me lædẽ-
do delinquat,qđ factus ſim ei materia peccati. Hoc ergo
dolet Dauid,& ideo dolet,quia cum vnũ membrũ pa-
titur,& cætera mẽbra compatiuntur. Ideo forte & illud
poſitũ eſt: Iuſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui. Prou.18.

A Nam etſi poſſit iuſtus habere in ſe qđ accuſet,& iuſtus
eſſe(quia nemo ſine peccato preter vnũ deum)& poſſit
etiã peccator hoc ipſo iuſtus eſſe, quia accuſator eſt ſui,
Eſaię.43. ſecundũ illud: Dic iniquitates tuas,vt iuſtificeris: atta-
men forſitan etiã aliquibus non videatur abſurdum vt
etiã de illo dictũ ſit,qđ iuſtus ſit qui ſe accuſat pro alio,
etiã ſi in ſe nihil habeat qđ accuſet. Q̃ igitur in his oñi-
bus ſancto Dauid viri iuſti prima conueniant,conſide-
remus. Accuſauit ſe nullo accuſante,peccatum cõfeſſus
eſt propriũ,quando percuſſus eſt in corde eo q̃ numera-
1.Para.21 uit plebem. Q ui & dixit ad dñm: Peccaui dñe,q̃ fece-
rim hoc verbũ: Et nunc dñe aufer iniquitatẽ ſerui tui
qđ deliqui vehemẽter. Itaq; quãuis ſcriptura habeat qđ
appoſita eſt ira dei vt iraſceretur in Iſrael,qđ regis pro-
lapſum excuſare videretur: tamen cũ vidiſſet angelum
qui ſtragem plebis efficiebat,percutientis ſibi ſeipſum
obiecit,dicens: Ecce ego peccaui,& ego paſtor maligniũ
feci: & hic grex quid fecit? Fiat manus tua in me, & in
domũ patris mei. Quaſi iuſtus ergo accuſator ſui i ipſo
ſermonis exordio & peccatũ ſuũ agnouit, & iniquitatẽ
propriam cõfitendo,iuſtificatus eſt in ſemetipſo. Alibi
2.Reg.12 quoq; de Vriæ morte coargutus a Propheta ait: Pec-
2.Reg.16 caui dño. cui reſpõſum eſt,propter pœnitentiã ablatum
a dño eius eſſe peccatũ. Item alio loco,cũ Semei male-
diceret ei,& lapidaret eũ ſeptum bellatoribus, per quos
vindicare ſe poſſet,patienter ferebat, ne verbo quidẽ re-
ferens cõtumeliã: quinetiam cũ Abiſai dux eius caput
maledicẽtis vellet auferre,ait rex: Quid mihi & tibi eſt
fili Saruiæ? Quod maledicit mihi,dñs dixit ei maledi-
cere Dauid. Primũ igitur culpã eius excuſauit, & cauſã
ad dñi retulit voluntatẽ. Secũdo in ſuum meritũ retor-
B ſit,vt non illũ erraſſe,ſed ſe meruiſſe ſignificaret. Tertio
maledictionẽ illius ſibi non ſolũ nõ nocere,ſed etiã pro-
deſſe memorauit,ſicut ſcriptum eſt: Et dixit Dauid ad
Abiſai,& ad omnes pueros eius: Ecce filius meus qui
exiuit de ſemine meo, quærit animã meã: quãto magis
filius Geminiẽ Grandẽ impetũ fregit vltoris. Quomo-
do enim maledictũ extranei pro regis iniuria vindica-
ret,cũ filii adhuc parricidium inultũ maneret? Nõ vtiq;
extranei maledictũ,& filii parricidium æqua eſſet lance
penſandũ. Et addidit: Sine illum maledicere, quoniam
dixit illi dominus,donec videat humilitatẽ meã,& re-
tribuat mihi dominus bona pro maledicto. Eſt & aliud
iuſti propoſitũ longe omnibus perfectius & potentius,
interuenire pro perſequẽtibus,& excuſare peccãtes,qđ
legimus in Euangelio dicente dño IESV cum cruci-
Lucę.23. fixus eſſet a perfidis: Pater dimitte illis,non enim ſciũt
quid faciunt. Liquet igitur his magiſteriis doctrinę cę-
C leſtis quod iuſt⁹ ſe accuſare malit, q̃ alium deformare.
Deniq; de Ioſeph cui deſponſata erat Maria mater do-
Matth.1. mini,ſcriptum eſt quod cũ eam grauem vtero vidiſſet,
cum eſſet iuſtus,noluit eam traducere. & vtiq; nullũ ad-
huc audierat oraculum. Ita nõ ſolum ab vltionis atro-
citate,ſed etiam ab accuſationis ſeueritate iuſti aliena
perſona eſt,potiusq; ducit ſuã remiſſionẽ accuſari quod
non iudicauerit,q̃ alienum crimen arguere. Sed dices,
Pſal.57. Quomodo dixit ipſe Dauid: Lętabitur iuſt⁹ cũ viderit
vindictam impiorũ? Mihi videtur quia lætetur quod
ipſe euaſerit,nõ quia impii puniãtur. Quęramus aliud
propoſitum ex ſequentibus. itaq; dicit:

VI

Cãtabiles mihi erãt iuſtificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

Merito peregrinationibus nõ frangebatur, ſuperbos
declinabat,eorumq; proſperis ſucceſſibus non mouebã-
tur. Conſolabatur ſe in iudiciis cęleſtibus,angebatur in
alienis peccatis,quia cantabiles habebat iuſtificationes
dei. Quæ enim bene tenemus, cantare cõſueuimus: &
quæ melius cantãtur,melius noſtris adhærẽt ſenſibus.
Nõ enim perfunctorie tranſeamus quę legimus, vt tũc
tantum cum legimus ea,in memoriã eorum redire vi-
deamur: ſed etiã cũ abeſt codex manibus, tanq; animã- D
tia quæ probãtur & mũda habẽtur in lege,etiã cum nõ
paſcuntur,ruminare cõſuerunt,ex ſemetipſis alimenta
ſibi recondita proferentes: ita & nos de noſtræ memo-
rię theſauro, de interioribus noſtris ruminãdum nobis
pabulum ſpirituale promamus. Hymni nobis, canticũ
nobis,pſalmi nobis iuſtificationes domini ſint. Pſalla- 1.Cor.14.
mus ſpiritu,pſallamus & mente: ne cũ obliti fuerimus,
in tempore neceſſitatis dicatur vnicuiq; noſtrũ: Abiecti Pſal.49.
ſti ſermones meos poſt te. Ideoq; vt expelleretur & eli-
miuaretur obliuio a domo ſancta ſua, cantatores ſibi fe-
cit rex verus Salomon,qui toto ſpiritu inquirendo co-
gnitionẽ diuinitatis intenderent,ne pſallentes deeſſent
Eccleſię ſuę,quorum cantu nequam ſpiritus fugaretur,
ſicut Dauid ſancti docemur exemplo,quo pſallente ma 1.Reg.16
lus ille ſpiritus expellebatur,qui Saul regis corda vexa-
bat. Prophetæ quoq; vt prophetarent,pſallẽdi peritum
iubebant pſallere,quo ſuaui inuitata dulcedine ſpiritua-
lis infunderetur gratia. Et in Euãgelio legimus in do- Lucę.15.
mo patris illius filiũ recuperantis percrepuiſſe ſympho-
niam,qua epulãtes delectabantur fideles, perfidus autẽ
impatienter audiebat. Dulcis igitur cantilena, quę non
corpus effeminat,ſed mentem animumq; confirmat.
Ideoq; Canticũ dicitur domini teſtamentũ: quia remiſ-
ſionem omnium peccatorum, dominiq; iuſtitias in ſcri
pturis Euãgelii ſuaui mentis exultatione conciuimus.
Ipſe quoq; dominus non dedignatus eſt dicere: Canta- Lucę.7.
uimus vobis,& non ſaltaſtis. Cantauimus nobis in Euan-
gelio venjam delictorum. debuerunt Iudæi mẽtem at-
tollere,nõ hiſtrionico corporis motu,ſed ſancto ſpiritu.
Non fecerunt,ideo reprehendũtur. Sed etiam corporis E
ſaltatio in honorem dei,laudabilis habetur. Deniq; ſal-
tauit Dauid ante arcam domini, & vidit Michol filia
Saul eũ ſaltãtem, & percutiẽtẽ in organis armatis* 2.Reg.6.
in conſpectu domini,& ait ad eum poſtea q̃ ſe domum *ἡμμοσ-μένος
recepit,Quid vtiq; honorificatus eſt rex Iſrael,quia de-
nudatus eſt hodie in oculis puellarum ſuarum ancilla-
rum,ſicut vnus ex ſaltatoribꝰ? Et dixit Dauid ad Mi-
chol in conſpectu domini: Benedictus dominus qui ele-
git me ſuper patrem tuum, & ſuper omnẽ domũ illius
voluit conſtituere in principem ſuper plebem Iſrael &
Iuda in cõſpectu domini: & denudabor adhuc ſic, & ero
nugax in conſpectu tuo,& cũ puellis cum quibus dixiſti
me nudatũ,glorificabor. Et Michol, inquit,filiæ Saul
non erat filius vſq; in diem mortis eius. Euidens itaq;
exemplum quod & Propheta qui & percutiebat in or-
ganis,& ſaltauit ante arcam domini,iuſtificatus eſt: &
illa quæ reprehendit eũ,ſterilitate damnata eſt. Sed nõ F
ſatis eſt vt aliquis cãtabiles habeat iuſtificationes dei,
niſi terrenarum exeat feruitio ſolicitudinũ. Ideoq; addi-
dit: In loco peregrinationis meæ. Cõuenit ſibi. Siquidẽ
& alibi ait: Aduena ſũ ego in terra hac. Vnde & Apo- Pſal.38.
ſtolus nõ vult nos in domo dei fideiq; vocatione adue- Epheſ.2.
nas eſſe & peregrinos,ſed ciues ſanctorum,& domeſti-
cos dei. Qui enim domeſticus dei eſt,exul eſt mundo:
qui cõuerſatur in cæleſtibus,peregrinus eſt terris. Pe-
regrinabantur in hoc mũdo Hebręi tres pueri naturam
incendii non ſentientes. Cantabiles habebant iuſtifica-
tiões dei,cũ hymnũ deo de creaturarũ laudatione cãta-
rent. Deinde qui cantat,vacuus eſt,& diuerſarũ cogita-
tionũ curas relegat, culpas relĩgat, ſequeſtrat auaritiã,
& nõ ſolũ corporis vocem,ſed etiã mẽtis ſuæ vanitates
emulcet. Non enim tanq; mœſtus inopiæ ſolicitudine,
ſed tanq; liber ab omnibus corporaliũ affectibus paſſio-
num canebat idem Propheta: Pſallam tibi in cithara Pſal.70.
ſanctus Iſrael. Gaudebunt labia mea cum cantauero ti-
bi,& anima mea quam redemiſti. Cantabat hæc lętus
tanq; his melioribus epulis paſceret. Epulabatur enim
animus piæ deuotionis alimẽto. Non ſolũ itaq; hymni
& pſalmi,ſed etiã legis præcepta cantabilia ſanctis ſũt.
Deniq; cantauit Moyſes qui legem accepit,cũ præter-

G gressus pedib⁹ mare seruati populi ductor iustificatio-
nes dñi prædicaret. Superest adhuc propositũ egregiũ
viri iusti: quia omni tempore circa dei laudes esse debet
intentus, nõ solum die, sed etiam nocte. Ideoq; addidit:

VII **Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam.**

Videamus si & ille memor est qui vocat dñm verbo,
non custodit autẽ mandata diuina. De quo dictũ est sa-
tis, quia nõ quicũq; dicit, Domine, dñe, acceptus est: sed
qui operibus bonis fidelem suũ probare potuerit affe-
ctum. Fides ergo, probitas, innocẽtia memorẽ probãt.
Quod autẽ ait, Memor fui nominis tui: plena deuotio
est: quia nemo dicit dñm IESVM, nisi in spiritu san-
cto. Hoc nomen inuocetur diebus ac noctibus, nullum
tẽpus prædicãdi vacuũ sinat sancta deuotio præterire.
Si studẽtes igitur doctrinis secularibus perparũ somno
indulgent: quãto magis qui deum cupiunt cognoscere,
non debent somno coporis impediri, nisi quantũ natu-
Psalm.6. ræ satis est? David per singulas noctes lectum suum la-
chrymis diluebat, surgebat etiam noctis medio, vt dño
confiteretur. Et ne totã noctẽ sopori existimes deputan-
dam, tunc magis tibi orandus est dominus, tunc præsi-
dia postulanda, culpa cauenda, quando videtur habere
secretũ: tunc maxime quando tenebræ in circuitu meo,
& parietes me operiunt, considerandũ quia dñs omnia
Eccli.23. intuet abscondita. Ne dixeris ergo circũfusus tenebris,
Quis me videt? Et quẽ vereor septus parietibus & in-
Psal.33. clusus? Quia vultus dñi super facientes mala. Deinde
si arbitrum non vides, teipsum non vides? Tuæ cõsciẽ-
tiæ testimoniũ non vereris? Nescis illã caliginẽ noctis
nõ opertoriũ sed incentiuũ esse peccati? Cum somno &
H cibo feruent corpora, tunc etiã vigor mẽtis sopore laxa-
tur, somno resoluitur, tũc irrepit impuri libido concubi-
tus, tunc perturbatur cor, squalorem immunditiæ non
veretur, castitatis puritas nõ cõsideratur, pudicitiæ glo-
ria nõ recensetur. Nox erat quãdo Iudas prodidit, quã-
do Petrus negauit. Illo igitur pręcipue tẽpore iustifica-
tiones dei animo retexẽdæ sunt, relegenda mãdata hor-
tatoria. Illa de castitate præcepta nõ absint, vt his occu-
pata mens flagrantiã libidinis, carnis restinguat ardo-
Psal.6. rẽ. Tene illud animo: Lauabo per singulas noctes lectũ
meũ. Quis enim stupris deditus, flagitiis inuolutus, la-
uat per singulas noctes lectum suũ? Nescit flere qui flẽ-
da cõmittit: & cũ sit ipse lachrymabilis, nõ habet pœnæ
lachrymas suæ. At ille qui castigat corpus suũ, & sui so
licitus gubernator est, atq; ingemiscẽs & dolens lapsus
superioris offensam, quærit quomodo abluat fluctibus
pœnitentiæ: hic lauat per singulas noctes lectum suum.
Nõ dormiamus ergo totis noctibus, sed maximã par-
I tem earum lectioni & orationibus deputemus. Audi
Ecclesiæ vocẽ querentis etiam in noctibus Christũ. In
Cantic.3. cubili, inquit, meo in noctib⁹ quæsiui quẽ dilexit anima
mea. Accipe secũdum literã. Quęsiuit in noctibus orã-
do, deprecãdo, etiam lachrymis deplorando. Quęsiuit
Psal.17. in noctibus, quia posuit tenebras latibulũ suũ, vt quære-
re eũ solicitius disceremus. Quæsiuit igitur in prophe-
tis Ecclesia ex gentibus cõgregata, & ideo credidit. De-
niq; aduẽtus dominici testimonia de prophetis euãge-
Psal.18. listæ psalmisq; posuerunt. Vnde scriptũ est, Quia nox
nocti indicat scientiã. Quæsiuit in noctibus, in persecu-
tionibus & aduersis, in tribulationibus & laboribus du
ris. Nox est omnibus quibus non est perfecta securitas.
Ioan.9. Vnde ait Dñs: Veniet nox, quando nemo potest ope-
rari. Cũ in hoc mundo sum, lux huius mũdi sum. Non
ergo operemur in tenebris. Si enim lucẽt opera nostra,
non operamur in tenebris, sed in lumine. Dies est qbus
adest Christus: nox est quibus se denegat. Non magnũ
ergo si tunc dño gratias agas, quando in prosperis & se-
cundis es: sed si tunc adhæreas Christo, quando te per-
secutor exagitat, quãdo aliqua ꝓcella perturbat. Ami-
sisti filium? In illo dolore, in illa nocte, in illa destitutiõe K
memento dñi dei tui, ne quasi non exauditus ingratus
sis, & in tua præuariceris erumna. Pulsus es in exiliũ?
Memẽto domini dei tui, ne patriæ interdictę charitatẽ
deo præferas. Alicuius diuitis oppressus potẽtia ami-
sisti proprias facultates, indiges sumptu? Memẽto dñi
dei tui, ne nox te egestatis abducat a deuotiõis affectu.
Hoc est enim mandatum legis, vt in nocte magis quę-
ras, quando magis exaudiaris a dño, & possis dicere: In
tribulatiõe inuocaui dñm, & exaudiuit me in latitudi- Psal.117.
ne. Sed nec quęrere perfunctorie abundat ad gratiã, sed
vt insistas & intendas muneri. Deniq; ista vel Ecclesia
vel anima quæ requisiuit in cubili, quæsiuit in noctib⁹:
primo non inuenit, quia fortasse in cubili quæsiuit: sed
posteaq̃ surrexit, & abiit in ciuitatẽ. Vide ne in illam ci-
uitatem in qua dominus celebraturus pascha discipu-
los destinauit, dicẽs: Ite in ciuitatẽ ad quendã. Posteaq̃ Mat.26.
in foro, vt dixi, quæsiuit, inuenit quẽ dilexit, vbi oleum
venditur, qđ expectantes sponsũ emere consuerunt: vbi
ius: vbi leges. Si lex spiritualis, & forũ est vtiq; spiritua-
le, vbi disputant periti leges æternę: Qđ forũ non litib⁹
tumultuosũ est, sed Christi tribunalibus gloriosũ. Vbi
quæsiuit inquam? In foro, & post quęsiuit in plateis, de
quibus hi qui ad patrisfamilias euangelici prandiũ cõ-
uenirent, colligebantur: qui vocati excusandũ ab huius-
modi epulis non reputarunt. Posteaq̃ in foro, inquã, &
plateis quæsiuit, incidit in eos qui circũeunt ciuitatẽ, &
tunc demum potuit inuenire. Quęrit fortasse qđ in tri- L
bulatiõe & metu posita magis inueniat gratiã. Deniq;
posterius ait: Inuenerunt me qui circũeunt ciuitatẽ, tu- Cantic.3.
lerunt mihi pallium. Habuit ergo certamen, sed qua ra-
tione supra non tulerint palliũ, hæreo reperire, nisi forte
quia ibi interrogasse se dixit, Nũquid quem dilexit ani- Ibidem.
ma mea, vidistis? Quæ Christũ loquebatur: nec exuta
est pallio, & quẽ quærebat inuenit. Disce quemadmo-
dum quæratur Christus. Ab his vtiq; qui non perfun-
ctorie quęrunt, violenter retinent: sicut ista quæ ait: Te-
nui eum, & non dimisi eum. Fide inuenit, meditatione
constrinxit. Si bonos custodes accipimus, vtiq; angeli
sunt. Qui vero angelos transiuit, verbum inuenit: ideo
non multum interualli fuit cũ trãsiuit ab his & inuenit
IESVM. Quomodo ergo infra tulerũt pallium, nisi
forte quia processu opere suæ fidei Ecclesia dum nuda-
tur, dominus plus amatur, expolians se veterẽ hominẽ
vt nouum induat, quem non operiunt indumenta, sed
mentis secreta clarificant, aut quia amictum sapientiæ
secularis ad Christum vẽtura deposuit. Et Noe exutus
est palliũ posteaq̃ cœpit esse perfectior. Simus ergo me- M
mores iustificationũ cælestium, vt dũ eas secreta men-
tis voce cantamus, memores simus in nocte nominis
domini, & dicamus vt scriptum est:

Hæc facta est mihi, quoniam * iustificationes tuas exquisiui. VIII *alš, quia.

Hoc est, hęc memoria facta est mihi, vt memor essem
& in nocte nominis tui, non ebrietate sopitus, non epu-
lis resolutus in somnum, non curis secularibus occupa-
tus obliuia mihi tuæ venerationis irreperent: sed quo-
tidiana meditatione membra castigans, & intẽtionem
mentis exercens, vt assiduitate fiat nobis cursus iste so-
lẽnis, vt dominum IESVM etiam in noctibus toto
veneremur affectu, cui est gloria, laus, perpetuitas a se-
culis, & nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

SERMO OCTAVVS.

OCTAVA litera Heth, quæ interpreta- ח Heth.
tione latina dicitur pauor. Sãctorum pauor
esse cõsueuit. Deniq; pauor cecidit in Abra Gene.15.
ham cum sacrificium offerret plenũ myste-
rii spiritualis: ipse quoq; Dauid ait: Ego dixi in pauore Psal.115.
meo, omnis homo mendax. Religionis enim reuerẽ-

A tiam significat magis quàm infirmitatem timoris, licet
Eccli.1. etiam ipse timor secundum deum sanctus sit. Initium
enim sapientiæ timor domini. Ergo qui timent deum,
Psal.93. sapiẽtes sunt: qui autem sapientes, beati. Beatus enim
quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eũ.
Hi quoq; qui timẽt deum, beati sunt, sicut exempli ex-
tat autoritas, quia beati omnes qui timent deum. Hoc
ita colligitur, quia timentes deum, & sapientes sunt, &
beati. Sanctus igitur timor domini, quia vere sanctorũ
est pauor. Deniq; pręmissa hac litera, statim sequit per-
sona iusti, dicens:

I **Portio mea domine, dixi custodire legem tuam.**

Codices pleriq; hunc versiculum qui primus est literę
octauæ, vltimo loco literæ habent septimæ. Sed secun-
dum Hebræos emendatus apud Græcos psalmorum
liber hunc versum docuit nos octauæ literæ copulandũ.
Deinde ordo ipse & numerus versuum ita conuenit, vt
ab eo incipiat octaua litera. Portio, inqt, mea domin⁹.
Q̃ rarus in terris qui potest dicere, Portio mea dñs, q̃
alienus a vitiis, q̃ segregat⁹ ab omĩ labe peccati, qui ni-
hil habeat cõmune cũ seculo, nihil mũdi huius vẽdicet
sibi, non sit corporalium possessio cupiditatũ, quem nõ
inflammet libido, nõ stimulet auaritia, nõ lasciuia effœ
minet, non luxuria decoloret, non sternat ambitio, non
maceret inuidia, non aliqua negociorum seculariũ cura
B solicitet, verus minister altaris, deo non sibi natus. Le-
ui enĩ, vt habet ĩterpretatio, significat ipse mihi assum-
ptus, significat & ipse meus, significat & tãtum assum-
ptus, significat & assumptus mihi. Ipse idẽ & mihi Le-
ui & deo est. quomodo idẽ & mihi sacerdos & deo est?
& mihi aduocat⁹, & domini deprecator, pro me offerẽs
sacrificium, & idem se offerens domino. Deniq; & alibi
Leui interpretatione dicatur, id est pro me. Etenim si
a me nominetur Leui, pro me est. Sin autem vocetur
a domino, ipse mihi dicitur: hoc est, nõ alii tributarius,
non decimarius, non de possessione munificus. ipse mi-
hi, hoc est tanq̃ abundans. Pro his omnibus non ab hoc
decimas, non fructus, non dona quæro, nõ munera, ipse
mihi pro munere est, ipse est ꝓ tributo, nõ in possessiõe
sua munificus mihi: sed ipse mihi possessio, ipse me⁹ fru
ctus, ipse meus census, assumptus mihi, vel assumptus
a me. Nõ potest hoc sine diuina esse gratia. Sicut enim
possessio non potest mea esse nisi emero eam, sic nõ po-
test esse Leui nisi fuerit assumptus a domino. Cũ enim
assũptus fuerit, recte dicitur ipse me⁹. Deniq; cũ Moysi
dictum esset vt populo Iudæorum per tribus singulas
diuideret incolatus, & distribueret singulis tribub⁹ por
C tiones, tribũ Leuiticam excepit deus dicens: Filiis Le-
ui nõ erit portio neq; sors in medio fratrum suorũ, quia
dominus deus pars eorum est. Et alibi: Ego dominus
portio eorum. Negatur his terrena diuisio, vt ipsi dum
secularem sibi non vendicant portionem, fiant cælestis
possessio. Vel hoc solum nouerint possidere, hoc est, fi-
dei & deuotionis obsequium, multo ditiores q̃ qui pos-
sessionum suarum spatia ampla diffundunt. Quantũ-
libet fines suos extendat, & terra deficit, & mare inclu-
dit insanas cupiditates, & pendũt tributa maiora q̃ fru
ctus sunt. At vero iste nihil possidens, nulli nisi deo mi-
litat, supra terram eius est portio, non eum deficit, non
mari clauditur. Cui portio deus est, totius possessor est
naturæ. Pro agris igitur ipse sibi satis est, habens bonũ
fructum qui nũquã possit perire. Pro domibus satis est
sibi, vt sit habitatio domini, & templum dei, quo nihil
Gala.6. potest esse preciosius. Quid enim preciosius deo? Aut
quid deest ei viro qui potest dicere: Nõ contingat mihi
gloriari nisi in cruce domini nostri IESV Christi, per
quem mihi mundus crucifixus est, & ego mũdo? Non
potest in hoc princeps mundi huius sibi consortiũ vẽdi-
care, in quo nihil suũ inuenit. Ideoq; domin⁹ qui venit
docere vt fieret nobis de⁹ portio, ait: Venit enim huius Ioan.14.
mũdi princeps, & in me inuenit nihil. Meritoq; imita- D
tores sui esse volẽs ait: Nolite possidere aurũ neq; argẽ- Mat.10.
tum, neq; pecuniã. Vnde Petrus ostẽdẽs in deo portio-
nem sibi esse, nõ in seculo, ait: Argentũ & aurũ non ha- Actuũ.3.
beo, sed qđ habeo, hoc tibi do. In nomine IESV Chri-
sti Nazarei surge & ãbula. hoc est, portio mea hæc est,
portio mea Christ⁹ est. In nomine igit Christi IESV
surge & ambula. hoc est, in portione mea diues sum, in
portione mea potens sum: merito tales præsumo fru-
ctus istius portionis, vt salus & vita donetur: quia hoc
est istius patrimoniũ portionis quam elegi mihi. Dixit
hoc claudo, & surrexit qui erat claudus ab vtero matris
suæ. Quomodo ergo Petrus poterat portiõis suę dãna
sentire, qui naturę damna reparabat? Quare nõ habeas
argentũ atq; aurũ Petre, dic nobis. Dic etiam quid sit
istud qđ habere te dicis, quia omnia quę habebas, te re-
liquisse dixisti. Sic enim locutus es dño: Ecce nos omĩa Mat.19.
dereliquimus, & secuti sumus te. hoc est, nõ quæsiuim⁹
quæ seculi sunt, nõ quęsiuimus partẽ de possessionibus,
sed te elegimus portionem. Reliquisti omnia ergo Pe-
tre quę habebas, vnde habes qđ habere te dicis? Surgit
claudus, & sono tui sermonis erigitur. Sanitatem aliis
donas, qui indigebas ipse tuæ salutis auxilio. Reliqui-
sti ergo quæ habebas, & cepisti quæ nõ habebas. Chri-
stus tibi portio, Christus tibi possessio est. Illius nomẽ
tibi munificũ, illius nomen tibi est fructuosum, illius no
men tibi tributa dependit, & bona tributa non pecunię,
sed gratiæ. Portio tua non ariditate siccatur, non imbre E
diluitur, non frigore vritur, nõ tẽpestate quassatur. Per
diem sol nõ vret te, neq; luna per noctẽ. Serua portionẽ Psal.120.
quã elegisti. Ea est enĩ portio, quã terrenę partes æquia-
re nõ possũt. Quid enim est qđ cõferri possit his de qui-
bus deus dicit: Et inhabitabo in his? Quid magnificẽ-
tius hospite cælesti? Quid beatius possessione diuina?
Et deambulabo, inquit, ĩ his. Alii querũtur de sui ruris
angustiis, in te deo est ampla possessio, in quo deambu-
lare se dicit, hoc est, laxæ spatia habitationis inueniens
qui terrã includit manu. Sic enim scriptũ est: Quis mẽ- Esaię 40.
sus est manu aquã, & celũ palmo, & vniuersam terram
clausa manu? Cui mũdus angustus est, tu ei ampla es
domus. Portio, iquit, mea dominus. Dicit hoc martyr,
Ipsi ergo viuam⁹, cui mori est gloriosum. Aliis verbis
q̃ bene dixit hoc Paulus, ostẽdẽs nullã habere se in hoc
seculo portionẽ. Sic enim scriptũ est: Vsq; ad hãc horã 1.Cor.4.
& esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis va-
pulamus, & instabiles sumus, & laboramus, operando
manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus: perse-
cutionẽ patimur, & sustinem⁹: blasphemamur, & obse-
cramus. Tanq̃ lustramenta huius mũdi facti sumus, o-
mniũ lustramẽta vsq; adhuc. Fortasse moueat qđ pur- F
gamentũ se esse dixit. Nõ enĩ est, sed hoc secularibus vi-
detur, qui putant summã in diuitiis esse gloriã vel deco-
rem. Nõne isti vniuersos purgamenta esse putant qui-
cunq; illis obsequũtur propter diuitias, & mirantur eos
propter opes, timent propter potẽtiã, laudãt propter no
bilitatẽ? Sed hæc omnia Paulus detrimẽta magis pu-
tabat esse q̃ cõmoda. Ideoq; ait: Quę mihi lucra fuerũt, Philip.3.
hęc duxi propter Christũ detrimenta esse, propter emi-
nentẽ sciẽtiam Christi IESV dñi mei, propter quem
omniũ detrimẽtum passus sum, & æstimor stercora vt
Christũ lucrifaciam. Ęstimor, inquit, non est hæc mea,
sed aliena sententia. Frequẽter enim ęstimatur pauper
ille irridẽdus, & execrãdus propter illuuiẽ vestium, aut
vulnerũ cicatrices, eo q̃ ĩ terra nullã habeat portionem,
& tamẽ portio eius in cælo est. Anima eius ibi sibi pa-
trocinium collocauit, quia audiuit IESVM dicentem:
Nolite thesaurũ vobis condere in terra: sed thesaurum Mat.6.
inquit, vobis cõdite in cælo. Sed hoc diuites audire non
possunt. Clausas aures habẽt, & sono æris obtusas, nũ-
mus magis illis resonat q̃ verba diuina. Deniq; accessit

G quidã dines ad dñm, qui portionem dñm non habebat. Habebat enĩ multas possessiones, sed dñs nõ inter multa numeratur. non enĩ dignatur habere cũ seculo cõfortiũ. Quę enim portio iustitiæ cũ iniquitate? Dicit ergo
Lucæ.18. hic dines: Quid faciens vitã æternã possidebo? Respõdit ei dñs, Mãdata nostri: nõ homicidiũ facies, nõ adulterabis, nõ falsũ testimoniũ dices. ostendẽs vitã æternã in his esse mandatis. At ille iustificare se volens, dicit: Hæc omnia feci, quid mihi restat? Ad quẽ dñs ait volens ei dñm fieri portionẽ, non pecuniã, nõ possessiones, sed vtiq; verũ deũ: Si vis perfectus esse, vende omnia quę habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cælo, & veni sequere me. Verũ ille cui portio aurũ atq; argentũ erat, sine quibus esse non poterat, cõtristatus est. Vnde dñs pronunciauit impossibile esse vt dines intret in regnum cælorũ: sed qđ impossibile per humanas cupiditates, hoc per diuinã gratiã solã posse esse possibile. Ali-
Mat.19. bi quoq; ait: Quicũq; reliquerit patrẽ aut matrẽ, domũ aut fratres, aut sorores, cẽtuplũ accipiet in hoc seculo, & vitã æternã possidebit. Forsitan autẽ dicas, vtiq; qui relinquẽdo domũ (per domũ autẽ totũ censum intellige) qui relinquẽdo propinquos, deum secutus fuerit, portio dñi est, & portio deus illi est: habet etiã vitã æternã: & quia accepto centuplo fit in hoc seculo dines: dines, inquies, intrat in regnũ cælorũ. Deinde si cẽtuplũ dat dñs eorũ quæ etiã simpla impedimentũ afferre consueruntad perceptionẽ hæreditatis æternæ: centũ ergo possessiones reddit pro vna possessione, centũ põdera auri pro
H vno põdere. Multos quidẽ in hoc seculo qui sua pauperibus donauerũt, vberiore thesauro locupletatos fuisse cognouimus. Et pulcherrime locutus, vt etiam ad misericordiã prouocẽtur. Sed non debẽt a dño secularẽ huiusmodi exigere mercedẽ, nec sperare quæ mũdi sũt: sed magis quia iis qui omnia reliquerint, deus portio est. Ipse est vtiq; merces perfecta virtutũ, qui non centupli enumeratiõe, sed perfectę plenitudinis æstimatione cẽsetur. Ego, inquit, de? tuus sum. Non dixit ero, sed iam sum, iam inhabito, iam possideo. Aufert dilationẽ, vbi
Lucę.23. inuenit iusti cõfessionẽ. Sane alibi ait: Hodie mecũ eris in paradiso. Futurũ promittit, sed id quod futurum est, vnius diei spatio nõ patitur protelari. Deniq; potuit dicere: Mecum eris in paradiso: sed addidit, Hodie: ne dilatione gratia minueretur. Sed non illi soli dicit dominus IESVS, Hodie mecũ eris in paradiso: sed & tibi dicit, Mecum eris in paradiso: si cõfitearis dominũ IESVM, si eius patrocinium tibi poscas, si & ipse dicas:
Ibidem. Memento mei dñe dum veneris in regnũ tuum. Sed tibi nõ dicit, Hodie mecũ eris. dicit martyri, Hodie mecum eris in paradiso. Tibi non dicit, quia adhuc in hoc
I febrienti corpore constitutus es, in hoc concupiscenti, in hoc terrena adhuc desideranti, sed cum potueris dicere:
Psal.115. Dirupisti vincula mea. hoc est, soluisti cursum istius vitæ, liberasti me ex hoc mortis corpore: tũc tibi dicit: Hodie mecum eris in paradiso. Habes igitur homo inter multa proposita etiam huiusmodi portionẽ. Proposuit tibi dñs in portione possessiones, in portione aurum, in portione argentũ, in portione honores, in portione nobilitatem. Proposuit etiam in portione seipsum. Habes igitur plurimas portiones, elige quam petas. Nõ te numerus perturbet, sed excitet gratia: nõ te labor auertat, sed fructus inuitet. In portione diuina gemitus & labores sũt. Vnde & sctus Apostolus, cui portio deus erat,
Roma.8. ait: Hæredes sumus dei, cohæredes autẽ Christi: si tamen cõpatimur, vt simul glorificemur. Vides quia vbi hæreditas Christi est, ibi debeat esse cõpassio. Qui autẽ compatitur, nõ perfunctorie compatitur: sed vt tribulationes Christi in corpore suo impleat, sicut implebat & Paulus. Implebat & Hieremias, qui ait sub hac ipsa li-
Threñ.3. tera: Misericordia domini est quod nõ defecimus, quia nõ sunt cõsummatæ miserationes eius. renouabit illas sicut lux matutina. Multi sũt gemitus mei, & cor meũ defecit. Sors mea dominꝰ, dixi: ideo sustinebo eũ. Qui k ergo sustinuit dñm, fors dñi est. Vnde & Dauid q ait: Sustinui dominũ, & respexit me: hoc loco portionem sibi deũ esse profitetur. Quàm rarus qui istud vsurpet sibi. nõ nobiktate, nõ diuitiis vsurpatur. Deniq; rex ille
Sapien.7 dines ait: Sũ quidẽ & ego mortalis homo similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior fictus est, & in ventre matris figuratus sum caro. Decem mensiũ tempore coagulatus sum in sãguine ex semine hominis, & delectamẽto somni cõuenientis, & ego natus hausi cõmunẽ aerem, & in similiter factã decidi terrã, & primã vocem simile omnibus emisi plorans, in inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Et addidit: Nemo enim ex regibus habuit aliud natiuitatis initium. Vnus ergo omnibus est introitus ad vitam, & similis exitus. Et quia vidit cõmune esse natiuitatis exordiũ, elaborauit esse portio dei, & inuocauit, & venit in eum spiritus sapientiæ. Sed luxuriosi aliam partẽ eligunt, qui dicunt:
Sapien.2. Vino precioso & vnguẽtis nos impleamus, & nõ prætereat nos ros* tẽporis. Coronemꝰ nos rosis anteq; marcescant. Et infra: Quoniã hæc pars nostra, & hæc sors. Q; magnum cõtẽnere diuitias, sed ũ rarum hoc ipsum est. Vtiq; & Moyses potuit regis esse successor, nutritꝰ a regis filia. Potuit ergo esse nõ solũ quasi Pharao, sed etiã & Pharao potuit esse. Vterq; enĩ homo, sed omnis potentia hominis in affectu. Moyses noluit rex esse cũ
Hiere.11. posset, sed opprobriũ Christi thesauris Ægypti arbitratus est præferendum: sed fugiendo potentiam, potẽtior L factus est. Factus est enim in deum regi Pharao. Rex erat Pharao, sed deꝰ nõ erat Moyses: factꝰ est illi deus, hoc est, regi ipsi terribilis, quẽ rex metueret & timeret. Sed hæc erat potẽtia sanctitatis. In taliũ cõgregatione deorũ deꝰ stat atq; discernit. Et tu si vis tanq; deꝰ peccatoribus esse terrori, regibus reuerẽtiæ, vt tanq; deo tibi videantur esse subiecti, quia operaris in dei nomine: cõtẽne quæ seculi sunt, & dominicę passionis opprobrium contende omnibus præferre diuitiis. Opprobrium dico quod illis videatur opprobrium, hoc est Iudæis scã-
1.Cori.1. dalum, gentibus stultitia: nobis autem virtus dei atq; sapientia. Sed hoc Pharao opprobrium putãs, hoc est inopiam, ignobilitatẽ, contumelias, maluit diaboli esse quam dei portio: & ideo qui deo subiectus esse nolebat, intercessioni hominis ipse se subiecit. Ergo quia portio dei erat sanctus propheta Dauid, recte ait: Dixi custodire legẽ tuam. Spiritualẽ vtiq; legẽ dicit, sicut & Paulus ostendit. Nam qui corporaliter legem interpretati sunt, non custodiunt legem, sed præuaricantur. Veniamus ad secundum versum, qui ita est:

Deprecabor vultum tuum* domine in toto corde meo, miserere mei secũdum eloquium tuum. II *als, deprecatus sum faciẽ tuã.

Legimus in veteri testamento quod deprecatus sit M Moyses vt vultum dei videret, & respõsum sit ei, Ne-
Exod.33. mo videbit faciem meam & viuet. Mystice hoc primum intelligamꝰ. Moyses legis figuram accepit. Lex per occulta mysteria nunciaunt Christum, non facie ad faciem demonstrauit, sicut Euangelium demõstrauit. In ipso enim facie ad faciem loquebatur, licet in Euangelio homo natus ex virgine apparuerit: verbũ autem se per opera demonstrauerit. & fortasse hoc declaratum sit Moysi, qđ populus Iudæorum moriturus esset, & ꝙ facie ad faciẽ Christũ vidisset, & nõ credidisset. Q; si ad legem referas, etiam finis legis Christus est, secundum illud Apostolicum: Finis enim est Christus secũdum
Roñ.10. legem omni credenti. Et mortua est legis interpretatio corporalis, vbi dominus Christus IESVS spiritualem ei gloriam demõstrauit. Vel certe quia omnes qui Christũ vidimus, & baptizati in Christo sumus, mortui sumus peccato, quia viuẽtes legis vinculis tenebamur. Vbi autem in Christo mortui sumus, mortificati

A vtiq; sumus legi per corpus Christi, vt simus alterius qui ex mortuis resurrexit. Sed hoc mysticum est. Morale autem historię veteris facit nos meminisse debere quę est de sancto Moyse, q rogauit deũ vt se demõstraret ei, & facie ad faciẽ eum videret. Norat vtiq; sanctus vates domini quod inuisibilem deum facie ad faciẽ videre non possit, sed deuotio sancta mẽsuram supergreditur, & putauit deo etiam hoc esse possibile, vt corporeis oculis faceret id quod est incorporeum cõprehẽdi. Nõ reprehẽsibilis hic error, sed etiã grata cupiditas atq; inexplebilis, quod dominũ suum velut manu tenere, & obtutu oculorum videre cupiebat. Sciebat enim ad imaginẽ & similitudinẽ dei factum esse hominẽ. Quãdo enim electus a domino deo est ad populũ liberãdũ, impletus est spiritu sapiẽtiæ. Viderat angelum illum & faciem eius in gloria. Deniq; fulgẽte eius lumine pauefactus est, & vidit rubum vri, & nõ exuri. Visu cœpit fulgorem, quem, miratus accessit, cupiditate & gratia prouocatus, vt diligentius fulgorẽ illum in rubo cõsideraret. Itaq; si tantum accepit ardorẽ, tantã subiit cupiditatem cum angelũ vidisset in flãma ignis de rubo, vt licet pauore apprehẽsus consideranre nõ auderet, cõsiderare tamen velit: quanto magis vultũ domini corporaliter videre desiderabat, dicẽs intra se: Vultum illum plenum lucis, plenũ gloriæ, plenum virtutis, plenũ di-
B uinitatis quẽ esse dicam? Nõ plus possum dicere vel sentire de deo. Cum enim cõsummauerit homo, tunc incipit: & cũ finierit, tũc aporietur, vt scriptum est, quia in-
Eccli.18. comprehensibilis est dei æterna maiestas. Irritus quidam erat postulationis effectus, sed affectus probabilis ferui, qui vltra naturam suam deuotione progressus de domini angelis æstimabat, quãtum in domini vultu plus desideraret quo cupiditatem suam gestiret explere. Nouerat in ipso homine aliam post mortẽ futuram
2.Cor.15. gloriam, aliam claritatẽ. Sicut enim stella in claritate est, ita & resurrectio mortuorum. Quæ & si semina tur in corruptione, surgit tamẽ i incorruptione, surgit i gloria, surgit in virtute, surgit corpus spiritale. Qui ergo hæc scire poterat, merito præsumebat vt vultũ dei videre cuperet, quem esset sopitus corporis morte visur?. Talem certe etiã formã receperat, talem dominꝰ iam probabat, vt non distaret ab angelis cælestis minister & executor oraculi. Et ideo cũ sciret quia angeli pusillorum quotidie viderent faciem patris qui in cælis est, putauit quod iam eam videre deberet, tanq; oblitꝰ corporis, & carne deposita, sicut ille qui i corpore adhuc po-
C situs cum raperetur in paradisum, vtrum in corpore sit ue extra corpus raptus esset ad tertium cælũ, nescire se dixit. Sancti enim etiã cum gerunt corpus, non sunt tamen in carne, sed in spiritu, quoniã qui in cupiditate & conuersatione sunt carnali, deo placere non possunt. Sãcti autẽ cõuersatione in carne non sunt, sed in cælo, sicut Paulus ostendit. Et quid dicamus de probabili desiderio vultus diuini? Homines qui sunt, & si quẽ nobilem, si quẽ fortẽ, si quẽ sapiẽtẽ esse audiunt, tanq; supra hominem arbitrãtes, concupiscunt videre. Procedit imperator, cuius regię potestati cõmissa pars est orbis terrarũ, concurrunt omnes, & in tãta multitudine illum solum aspicere gestiũt, & de fulgore purpuræ plus quiddã esse in vultu imperatoris existimãt. Miraris si dei desiderabilis vultus est, cum cõformem sui hominem humanus omnis miratur affectus? Hic datur intelligi etiam illud, quod imperatori vnuquisq; nullius reus criminis gestit occurrere. Nam & si crimen habeat conscientia, tegunt illud tamen cordis occulta, dummodo publico non sit inuolutus reatu, nec sit aliquod eius crimen expressum. Deniq; vbi rei aliqui fuerint aduocati, & imperatori se & ipsis iudicibus offerre prohibentur, quemadmodum turpes lenonum meretricumq; personæ a conspectu vel iudicis vel imperatoris arcentur, ne turpissimorum visus offendat vultus regii claritatẽ. Qui autem bene sibi cõscius est, nullius criminis reus, quasi D innocẽs procedit in medium. Ex his ergo sancti Moysi comprehẽdamus affectum. Videre dei vultum qui tasi innocens volebat, velut quodam vultu cõscientiæ desiderabat aperire ei faciem mentis intemæ. Cogniosci pleni? gestiebat & Moyses, & ipse sanctus Dauid, qui alibi ait: Proba me domine, & tenta me. Non enĩ vel- Psal.25.
let, pbari si in se crimen agnosceret, nec tentari si passionibus grauibus se sciret obnoxium. Liber igitur a peccato, deo se cupidus offerebat. Sed fortasse quia adhuc frequẽtioribꝰ dei visitationibus mũdus a vitio nõ foret nec fuerit in principio perfectꝰ, vtpote cui ante paululũ dictum erat: Solue calceamentum pedum tuorum: il- Exodi.3.
lud vtiq; calceamẽtum quod de Ægypto detulerat, hoc est, corporeę cõuersationis inuolucrum: ideo dicit ei dominus: Nemo hominum videbit faciem meã, & viuet. Quando dictum sit, cõsidera. Nondum ei dictum erat: Faciã te in deum regi Pharaoni. Adhuc homo erat: Exod.35.
ideo istud ei dicitur. Processu ei debebatur vt deus fieret, & ideo dictum est ei. De homine dixi. Desiste hominis habere peccata, & videbis faciem meã. Qui enĩ faciem meã videt, debet esse sine peccato. Sed quia homo sine peccato esse non potest, ideo vt in dei appellatione possit excrescere, cõmonetur. Et quid de dei appellatione dicamus? Esto angelꝰ, hoc est, diuini ministeri imperii, obsequere mandatis domini. Cum fueris angelus, videbis faciem domini. Magnũ est videre dei vultum. Lex tibi dicit vt tertio te offeras in Hierusalem.
Ipse dominus IESVS ait: Beati mundo corde: ipsi Mat.5.
enim deum videbunt. Aduertis quid a te exigatur vt videas deum, cui vitæ proposita sit prærogatiua videE di deum. Emunda igitur cor tuum, vt quasi nouũ creeẽ renouato spiritu. Omnes pollutas cogitationes de corde tuo abiice, nihil sit quo tuus inquietur affectus: sim plex mens, pura synceritas sit. Talibꝰ se dominus cum volucrum corporis deposuerint, demõstrare dignatur. Nunc de reliqua ipsius versus parte dicamus.

Miserere, inquit, mei secũdum verbum tuum.

Misericordia quidẽ iustitiæ portio est, vt si velis donare pauperibus, hæc misericordia iustitiæ est, secun-
dum illud: Disperfit dedit pauperibꝰ, iustitia eius ma- Psal.111.
net in æternum. Deinde quia cõformis tuus iniustum est vt non adiuuetur a socio, cum præsertim dominus deus noster terram hanc possessionem omnium hominum voluerit esse communem, & fructus omnium ministrare: sed auaritia possessionum iura distribuit. Iustum est igitur vt si aliquid tibi priuatim vendicas, qđ generi humano, immo omnibus animantibus in commune collatum est, saltem aliquid inde pauperibꝰ adspergas, vt quibus iuris tui consortium debes, his alimenta nõ deneges. Est etiam misericordiæ donare pec- E
catum: & misericordiæ est, & iustitiæ est. Deniq; iustitiæ asscribit scriptura diuina veniam peccatorum, secũdum illud quod hodie lectum est: Benedictum lignum Sapiẽ.14.
qđ fit per iustitiã, maledictũ autẽ lignũ quod fit per manum hominum. Superius ad crucẽ domini retulit, posterius ad errorem gẽtilium, qui ligna venerantur. Iustitia autẽ quę est crucis, nisi quod ascendens illud patibulum domin? IESVS Christus, peccatorũ nostrorum chirographum crucifixit, & itoti? orbis peccatum suo cruore mundauit? In quo ergo iustus deus, nisi in eo quia sciunt quod de limo terræ hominem figurauit, quæ terra vtiq; corruptelæ obnoxia est, ac vitio lubricæ passionis? Propterea ergo dominus qui secundum animam te ad imaginem & similitudinem sui fecit, hoc est, rationalem, iustum, pudicum, (In eo enim ad imaginem dei es, si sis iustus, vt sis imago iustitię: si sis castus, vt immaculata in te figura prefulgeat) Sciẽs ergo secundũ corporis fragilitatẽ corruptelæ patere hoiem,

G quasi iustus fragili lubricæq; naturæ delicta cõcesserit.
Ac ne forte dicat aliquis, cur ergo Adã maledicto sen=
tentiæq; subiacuit? nunquid iniustus deus? Non vtiq;:
sed quia quasi fragili atq; infirmo qd caueret ante præ=
scripsit,(infirmus enim nõ vsurpare debet, sed obedire
mandatis)ideo præuaricationis reum tenuit, quẽ pro=
lapsioni addixit. In illũ igitur iusta seueritatis proces=
sit sententia, quia scire voluit quod scire nõ profuit. No=
bis autẽ qui hæreditario vinculo tenemur astricti, qui
in hac carne sumus, quæ priorum præiudicio detrita iã
atq; assuefacta peccatis non poterat emergere, quasi iu=
stus indulsit. Iuste enim ignouit hæredi qui præiudicio
laborat autoris. Est ergo iusta misericordia, est etiã in=
iusta misericordia. Deniq; in lege scriptum est de quo=
1.Reg.15. dam: Non misereberis illi⁹. Et in libris Regnorum le=
gis quia Saul postea contraxit offensam, quia misera=
tus est Agag hostium regem, quem prohibuerat sentẽ
tia diuina seruari. At si quis latronis filiis deprecantib⁹
motus, & lachrymis coniugis eius inflexus, absoluẽdũ
putet, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus: nonne in=
nocentes tradit exitio, qui multorum liberat exitia co=
gitantem? Certe si gladium reprimit, vincula dissoluit.
Cur laxat exilio? Cur latrocinãdi qua potest clemẽtio=
re via non eripit facultatem, qui voluntatem extorque=
re non potuit? Deniq; inter duos, hoc est, accusatorẽ &
reum pari periculo de capite decernentes, alterum si nõ
H probasset, alterum si esset ab accusatore cõuictus, nõ id
quod iustitię est iudex sequatur, sed dum miseretur rei,
damnet probãtem: aut dum accusatori fauet qui proba
re non possit, addicat innoxium. Nõ potest igitur hæc
dici iusta misericordia. In ipsa ecclĩa, vbi maxime mi=
sereri decet, teneri q̃ maxime debet forma iustitiæ, ne
qs a cõmunionis cõsortio abstentus, breui lachrymula
atq; ad tẽpus parata, vel etiã vberiorib⁹ fletibus cõmu=
nionẽ quã plurimis debet postulare tẽporibus, facilita=
te sacerdotis extorqueat. Nõne cum vni indulget indi=
gno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouo=
cari? Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquẽ
ti. Hoc ideo dictum est, vt sciamus secũdũ verbum dei,
secũdũ rationẽ dispensandã esse misericordiã debitori=
bus. Medicus ipse si serpẽtis interi⁹ inueniat vulneris
cicatricem, cum debeat resecare vlceris vitium, ne lati⁹
serpat, tamen a secandi vrendiq; proposito lachrymis
inflexus ægroti, medicamẽtis tegat quod ferro aperiẽ=
dum fuit: nõne ista inutilis misericordia est, si propter
breuẽ incisionis vel exustionis dolorem corpus omne
I tabescat, vitę vsus intereat? Recte ergo & sacerdos vul
nus, ne latius serpat, a toto corpore ecclesiæ quasi bon⁹
medicus debet abscindere, & prodere virus criminis
quod latet, nõ fouere: ne dum vnum excludẽdum non
putat, plures faciat dignos quos excludat ab ecclesia. Iu
re ergo Apostol⁹ diuino nos hortatur exemplo, dicẽs:
Roma.11 Vide ergo bonitatem & seueritatem dei: in eos quidẽ
qui ceciderũt, seueritatẽ: in te autem bonitatem, si per=
manseris in bonitate. ostendẽs Iudæorum populũ iure
esse a corpore ecclesię separatũ, ne perfidię virus cõtami
naret ecclesiã: Populum autẽ gentium bonitate domi=
ni receptum, & obediẽtiæ munere gloriari. Iure igitur
huic diuina pietas suffragatur, quãdiu in diuina boni=
tate permaneat. Si vero & ipse desciscat, pro criminis
sui qualitate damnabitur. Qua gratia dominus & lux
& ignis esse describitur, vt in tenebris ambulãti luceat
quasi lumen, ne diutius possit errare qui quęrit luminis
claritatem. Ei autẽ qui multa fuerit operatus quæ ma=
nere non debeãt, sed ardere, ignis est dominus, vt ope=
ris nostri fœnum stipulãq; consumat, atq; vtili nos fa=
ciat saluos detrimẽto, sicut aurum quod dum excoqui=
tur, plus probatur. Fortasse dicat aliquis, qua ratione
scripserit propheta: Miserere mei secũdum verbũ tuũ?
Verbum enim dei iustitia est. Si igitur iustitia fretus
erat, cur misericordiam ante præmisit? Aut si miseri=
cordiam requirebat, cur eam ad mensuram iustitię pu= K
tauit esse poscendam? Qui enim bene agit, & bene vi=
uit, opus non habet misericordia, quia misericordia a
peccato liberat. Deniq; nõ diuitibus, nõ fortibus & feli
citate subnixis misericordia conferri consueuit a nobis,
sed egẽtibus vel debilibus, vel iis qui ex diuitiis in pau
pertatem aut captiuitatem aut necessitatẽ aliquã deci=
derunt. Ergo qui eget misericordia, peccator est: qui au
tem peccator non est, vtiq; iustus est, & non eget mise=
ricordia dei. Secundũ quid igitur vnusquisq;, hoc est se=
cundũ quem statum egeat misericordia, aut iustitiam
habeat, cõsiderãdum est. Aliter enim eget iustitia dei
angelus, aliter homo. Aliter eget misericordia archan=
gelus, aliter homo. Angelica enim natura nõ vtiq; ita
corruptelæ obnoxia est, vt natura generis humani: &
ideo illa eget misericordia dei, ne possit errare, & auer=
sa a se dei gratia labatur in vitiũ. Homo autẽ & si iam
firmiore proposito est, tamen propter contractorũ seriẽ
peccatorum, misericordiam dei quærit. Itaq; & si vterq;
misericordia dei indiget, aliter tamẽ angelo misericor=
dia, aliter homini debetur. Leue enim vitium in ange
lo iudicio grauiore cẽsetur. Peccatum quoq; adolescen= L
tiæ in homine, mitiore sententia q̃ peccatum senectu=
tis astringitur, & citius relaxat̃. Propheta igitur in isto
versiculo diuidit causas, vt & misericordiam quasi ho=
mo postulet, quia nemo sine sorde peccati: & iustitiam
quasi propheta deposcat: vel certe quoniam licet pecca=
uerit sicut homo, & quasi peccator misericordia egeat,
tamen correxit errorem, pœnitentiã gessit, abstinuit a
temulentia delinquendi, sobrietate virtutis. Petit er=
go iustitiam secundũ verbum dei, quia verbi dei sentẽ=
tia est vt conuersis venia donetur, si legitime est freta
conuersio.

Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. III

Diuiduus sensus, aut quia vias superiores meas cogi=
taui plenas lapsus atq; peccati, & ideo vt remissionem
peccatorum possim mereri, morum conuersione, stu=
dioq; virtutum auerti pedes meos in testimonia tua,
vt non iam meis gressibus, quibus ante sum lapsus, sed
testimoniorũ tuorũ itineribus ambularem, quo tuorũ
semitæ mãdatorum me errare non finerent, nec vesti=
gium ĩ deuia & tortuosa deflecterẽ. Frequẽter enĩ igno M
rãtes iter, si strata viarũ sequãtur, perueniũt quo deside=
rãt peruenire, & carẽt erroris anfractu. Sin autẽ vsurpẽt
scire qđ nesciũt, & putẽt aliqua sequenda cõpendia, a pu
blici tractus itinere recedẽtes, erroris labyrithos frequẽ=
ter incurrunt, vt eos de itinere deflexisse pœniteat: &
ideo post multa laborũ dispẽdia ad iter quod reliquerãt
redire cõtẽdunt. Hic ergo sensus vnus est. Alius autẽ
ita, Cogitaui vias meas, nõ superiores, sed futuras, vt
ante meos actus cogitationib⁹ præuenirẽ, ne incõsulta
operatione progressus aliquid in ipsis coactionibus of=
fensionis inciderẽ: vt si agere aliquid velim, ante cogitẽ
vtrum agẽdum sit illud quod desidero, aut quo agendũ
modo: similiter si alloquẽdũ, vtrũ alloqui debeã, deinde
publice an secreto loqui, præsentibus aliquib⁹, aut nul=
lis: sicut illud est, vt si velis fratrẽ corripere, primo solus Mat.18.
corripias, secũdo presentibus duob⁹ aut tribus testib⁹,
tertio, si nõ audierit, corã ecclesia. Itaq; si pretermisso or
dine velis corã ecclesia fratrẽ icrepare, quẽ ante monere
debueras, erratũ ipse cognoscis. Oĩa igiť cũ cogitatiõe
facito, vt nõ te pœniteat aptio oris tui. An vero si viã ĩ=
gressus, cũ veneris ad cõpitũ aliq̃d (ita enĩ appellat̃ plu=
rimarũ velut q̃dã cõcursus viarũ) si nescias qđ iter ingre
di debeas, stas tamẽ, & cogitas ipse tecum vtrum pri=
mam, an secũdam, an tertiam, an quartã, vel certe quĩ=
tam, si ita est, viam eligas quã sequaris, nec putas prius
adoriendum iter, q̃ animo definieris, & pleniore men=
tis intẽtione decideris. Stas igitur cogitans quę sit via

A quæ in ciuitatem ducat, ad quam tibi putas esse pergẽ=
dum. Quanto igitur magis animo debes ac mente cõ=
sistere qui ad regnum cæleste cõtendis, & cogitare tecũ
quia non omnis via illo ducit, nõ omnis via illo dirigit
ad Hierusalẽ illã quæ in cælo est. Sũt vię quę malos exi
tus habẽt, quas diaboli tẽtamẽta triuerũt: & ideo exit⁹
earũ, exit⁹ mortis sunt. Hæ nempe sunt viæ de quibus
Prou.14. legisti in prouerbiis, quia sunt viæ quæ vidẽtur viro re=
ctę esse, vltima autem earum aspiciunt in profundũ in=
Mat.7. ferni. Est autẽ via angustior illa quę ducit ad dei regnũ.
Volens ergo eã ingredi viã quæ ad deum ducit, nõ cir
cunspicies, non tecum ipse tractabis, non cõsiderabis ne
facile capiaris affectu, si viæ latitudine prouocatus in=
grediaris iter quod ad inferna deducat? Cogita ergo an
Mat.5. te atq; perpẽde quid facias. Qui viderit, inquit, mulierẽ
ad cõcupiscendum eam, iam adulterauit eam in corde
suo. Hic vtiq; cogitauit vt videret mulierem, vt videret
ad cõcupiscẽdũ: sed mala hæc cogitatio relinquat vias
suas. Alius nõ cogitauit quidem, sed subito aspexit, &
captus est, & vidit, & concupiuit, & ideo lapsus est. Qđ
si fragilem suum cõsiderasset affectum, & ante timuis=
set ne cum vidisset mulierem mente, caperetur animo,
vtiq; nõ prospexisset ad mulierem, ne concupisceret eã.
Videns ergo mulierem nõ direxit pedem suum in te=
stimonia domini: qui si ante lapsum suum cogitare po
tuisset, forsitan direxisset. Vnusquisq; ergo prius cogi=
tet quomodo videat mulierẽ, vt non videat ad cõcupi=
scendum eam, aut non attẽdat eam. Si autẽ videns re=
B pẽte, vel bona cogitatione fundatus dirigat pedẽ suum
ad testimonia domini, ne in captiuitate pmaneat: vtiq;
ei profuit cogitatio. Postremo amans mulierẽ, si auer=
terit nõ tantum pedem, sed & mentem, vt diligens cõ=
cupiscens Christum cõsideret iudicium eius, testimo=
nia eius de præmiis castitatis, & relinquat vias concu=
piscentiæ, sequatur vias Christi: & habebit laudem in
eis, si contemplatus dominum IESVM contemnat
carnis ardorẽ, flammãq; libidinis, quasi quodam fonte
extinguat, allidat teneras & infirmas cupiditates ad
petram Christi. Cogitet ergo primum, vt eadem repe=
tam, quemadmodum videat, quemadmodum loqua=
Psal.140. tur. Bene cogitauit qui dixit: Pone domine custodiam
ori meo: ne forte dum mens inflãmat ardorem, lingua
sermone labatur, aut multiloquio incauto etiam quod
mens nõ cogitauit, incurrat loquendi facilitate: cogitet
quẽadmodum pedem suum dirigat, manum ad se fe=
rat, ne impetu indignationis impulsus, cum repellere
debeat iniuriam, ipse alteri iactum notabilis cædis illi=
dat. Cogitandum est igitur quid geramus. Vbi enim
præcedit cogitatio, maturitas operationis adhibetur.
C Itaq; pes iste fidei vestigium est, quẽ meditatione per=
pensa a corporalibus motib⁹ ad testimonia diuina de=
flexit. Quid igitur profit cogitare ante, quod postea fa=
cturus sis: docet versiculus qui sequitur.

IIII Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua.

Vbi cogitatione quis præuenit quod actur⁹ est, sem=
per paratus ad agẽdum est, semper fixus & validus, vt
non queat subita aliqua accidẽtium offensione turbari.
Nulla enim flabra scopulosæ nimis ambitionis excu=
tiunt, nulla procella atq; tempestas iniustæ inuasionis
exagitat, nõ petulantis ocul⁹ meretricis illaqueat. Ocu=
lus enĩ meretricis, laqueus amatoris est. In aliena mi=
ser capitur possessione qui improuiso igne præuentus,
possessionẽ suæ mẽtis amisit. Si persecutio ingruit, in=
uenit iam paratum, vt vbi possit esse perturbatio salu=
tis incertæ, ibi sperata sacri corona certaminis, prouida
futuri meditatiõe demulceat. Sed maledictis obtrecta=
torum frequẽter obroditur: cogitet quia nõ est discipul⁹
super magistrũ, neq; seruus supra dñm. Si supra dei fi=
lium opprobria exprobrãtiũ nephãda ceciderunt, quẽ=
admodum seruus exortẽ eorũ sperare se poterit? Ideoq; D
mentẽ suã preparare debet, vt cũ ista acciderint, turba=
re se nõ queant. Præparet animum, & meditatione cõ=
ponat, vt possit dicere, si tamẽ possit: Quis nos separa= Roma.8.
bit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fa=
mes? & cetera. Quare autẽ nõ separetur adiecit, Sed in
his omnib⁹ superamus, inquit, & vincimus propter eũ
qui dilexit nos. Meritoq; cõfirmatus ait: Cõfido enim Ibidem.
quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; potestates,
neq; p̃sentia, neq; futura separe nos poterit a charitate
dei, quæ est ĩ Christo IESV. Multa Apl's dixit cõtra
quæ lucta nobis est, sed alia facilia sunt, vel certe nõ hu=
ius temporis aut loci, vt discutere omnia debeamus
quæ sint quę nos separare possint a charitate dei, nisi di
ligentius resistamus. Illud nunc quod videtur obscuri⁹
non prætermittimus, quia ait: Neq; altitudo, neq; pro=
fundum: quæ sunt grauia tentamenta. Deniq; habes in
Esaia scriptum ad regẽ Achaz: Pete tibi signum a dño Esaiæ.7.
in profundum, aut in altum. Respõdit ille, Non petam
& neq; tẽtabo dñm. Mysticum illi propositũ est, sed nõ
intellexit, & veritus est ne tẽtare dñm videretur si signũ
peteret in altum, aut in profundum. Dñs autem volẽs
grauia tẽtamenta remedio supplantare diuino, ait: Ec=
ce virgo concipiet in vtero. Hoc est magnum signũ, qđ
altitudinis & profundi tentamenta destruxit. Dñs enĩ E
IESVS non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, Philip.2.
neq; quæ sua sunt requisiuit, sed formã serui accepit, hu
miliauit se vsq; ad mortẽ. Itaq; neq; elatus est potestate,
neq; mortis quadã deiectione turbatus. Hoc igitur si=
gnum proponitur regi vt petat sibi remedium, per qđ
nec regiæ potestatis extolleretur supercilio, nec certe æ=
rumnæ alicuius exceptione perturbaretur, vt erat cor=
de turbatus cum bellũ sibi videret a Syriis inferri. Di=
uini igitur exemplo oraculi volumus ostendere quę es=
sent hæc grauia tẽtamẽta, quibus remedium solus po=
tuit Christus afferre. Verũtñ & pphetico sermone fa=
cile est docere sarcinã quãdã horũ tẽtamẽtorũ. Hæc enĩ
tẽtamenta duo maxima sanctus Salomon oratione p=
pria declarauit, & rogauit vt posset excludere dicẽs: Di= Prou.30.
uitias autẽ & paupertatem ne dederis mihi, sed ordina
mihi quæ opus sunt, & quæ abũdẽt: ne repletus mẽdax
fiam, & dicã, Quis me videt? Aut paup rapiã, & periu
rem nomẽ dñi. Potes igitur tu ista tẽtamẽta cõtẽnere,
quę formidauit Salomõ, qui sapiẽtiã postulauit & me=
ruit? Diues erat, timuit extolli: paup fieri formidauit, F
ne pauptatis necessitate abstinentiæ gratiã nõ teneret.
Qũ multi q̃ videbant̃ sc̃ti esse, ceciderũt ab altitudĩe cor
dis sui? Qũ multi aliqua necessitate deiecti nõ potuerũt
cõtẽti esse iniuria, qui fuerãt virtutũ exercitio roborati?
Rarus Iob inuenit̃ in terris, qui & diuitias amisit & fi=
lios, & vibicib⁹ corporis exarabat̃, cũ vermes toto cor=
pore fluerẽt: a Christi tñ charitate non potuit separari.
Paremus igitur affectũ nostrũ, ne imparatum vis repẽ
tina perturbet. Deniq; sciens dominus cito nos frangi
solere, ait etiam apostolis: Non turbetur cor vestrum, Ioan.14.
neq; formidet. Si te cupiditas appetentiaq; tentauerit,
lege euangelium, dicat tibi IESVS Christus: Non
turbetur cor tuũ. Si quis terror ingruerit, dicat tibi Chri
stus: Nõ turbetur cor tuum, neq; formidet. Si qua sup=
plicia persecutor inflixerit, lege euangelium, dicat tibi
IESVS: Nõ turbetur cor tuum, neq; formidet. Lege
Apostolum dicentem: Indignæ enim passiones sunt Roma.8.
huius tẽporis ad superuenturam gloriam. Si in mari
nauigãti grauis fluctus insurgat, tempestas atra desæ=
uiat, tibi dicat IESVS: Ego sum, noli turbari. Ve=
niens igitur in certamẽ aliquod magnum & graue, dic
prius: Paratus sum, & nõ sum turbatus, vt custodiam
mãdata tua. Et quid de secularibus dicamus? Esto pa=
ratus non solum aduersus ea quæ vides, sed etiã aduer
sus ea quę nõ vides. Foris, inq̃t, pugnæ, intus timores. 2.Cor.7.
In teipso tibi bellũ est, bonũ est vt ĩ trãquillitate sit ani=

G mus turs, & in quadam serenitate. Sed gubernator ille melior est, qui in tẽpestate nauim gubernat. Rege igitur te ipsum, quando turbatur animus, mens fluctuat. Laudauerim virtutem gubernatoris qui nullas procellas senserit, & cursum nauigii direxerit nulla tẽpestate iactatus? Sed illum laudauerim, qui aduersus ventos reluctatur, insurgit aduersus fluctus, non timet vel cum cleuatur undis nauigium, vel cũ ad profundi ima deponitur. Ita & ille laudãdus est gubernator sui qui ea quæ aduersa sunt, vincit patientia, virtute superat, secundis nõ extollitur, aduersis non frangitur. Bellũ tibi est etiã aduersus nequitias spirituales. Aduertis cũ quãtis tibi est prælium? Et ideo meditare, & statue animo vt procedens ad prelia dicas: Paratus sum, & nõ sum turbatus, vt custodiam mandata tua.

V Funes peccatorum circũplexi sunt me, & legem tuam non sum oblitus.

Hoc est, funibus me circũdederũt peccatores, vt mea implicarent vestigia, ne possim incursus eorũ præuidẽ di celeritate euitare. Non ergo illi funes sunt de quib⁹ Psal. 15. scriptum est: Funes ceciderunt mihi in præclaris. Sunt enim funes illi quibus vtũtur qui terminos metiuntur agrorũ, limitesq; distinguunt, & possessionũ spatia determinant. Tenduntur ergo illi funes quoad possessio vniuscuiusq; diffunditur. Sic factus est funiculus hæreditatis suæ Israel. Boni ergo illi funes. Isti autẽ funes quibus trahuntur peccata vt funelõgo, & vt loro iugi vitulæ iniquitatis. Vitula enim indomita plus se iac-
H tat & excutit cum tenetur, nec acquiescit imperio, nec adstringitur vinculo, sed magis cum loro retrahitur, exasperatur. Itaq; nec coacta se subiicit, nec tamen libera vinculorum est. Sicut ergo trahit vitula lorũ iugi, quæ etsi nõ tenetur e proximo, tenetur tamẽ, nec se explicat & absolut: ita trahit vnusquisq; peccator indomitis moribus iniquitates, qui putat se liberum, quia non est iugo subditus, subiectusque iudicio: & nescit quod non sit exutus, sed magis vt illa vitula & ipse se implicat suorũ nexib⁹ peccatorum. Hi sunt ergo funes delictorum nostrorum, quibus inuoluimur & ligamur: quẽadmodũ sunt & vincula delictorum. Et ideo saluator, qui habet in potestate peccatũ dimittere, dicit iis qui sunt in vinculis: Exite. Vtinã & mihi dicat: Exi de vinculis tuis, exi de nexibus peccatorũ tuorum. Solue funes erroris tui, quibus circumdatus & ligatus es. Etsi enim nequis-
I simus sim omniũ, & detestabilis sim vsu peccatorum, illo tamẽ iubente liber ero, qui sub vno momẽto latrocinii dãnatum reum supplicio eripuit, cõstituitq; in regno suo. Sunt ergo vincula quibus constringimur, etsi videamur nobis liberi. Beatus qui hæc soluit sibi vincu-
Psal. 2. la. Et ideo Dauid ait: Dirũpamus vincula eorum, & abiciamus a nobis iugum ipsorum. Nõ manu vtique visibili vincula dicit esse rumpẽda, sed inuisibiles criminum nexus morũ cõfessione & fidei professione soluẽdos. Aut manu, hoc est, opera manus tuæ eroga pauperibus, debiles eleuato, redime captiuos: & soluisti vi-
Tobiæ. 4. cula tua. Eleemosyna enim a peccato liberat. Eripe eũ
Prou. 24 qui ducitur ad mortem. hoc est, eripe eum intercessiõe, eripe gratia tu sacerdos, aut tu imperator eripe subscriptione indulgẽtiæ: & soluisti peccata tua, exuisti te evi-
Prou. 5. culis. Vinculis enim peccatorum suorũ vnusquisq; cõstringitur, sicut ipse legisti. Ligat nos vinculis carnis illecebra. Vinculũ nostrũ auaritia est, vinculum nostrũ ebrietas est, vinculũ nostrũ concupiscentia est, vinculũ nostrum superbia est. Sunt & diaboli vincula. Deniq;
Lucæ. 13. scriptum est: Hanc autẽ filiam Abrahæ, quam ligauit Satanas decẽ & octo annis. Ligat nos etiam diabolus criminũ nexu, ligat nos vinculo fornicationis, vinculo adulterii, vinculo perfidiæ, qua Christus negatur: vinculo inuidiæ, qua frequẽter etiam frater appetitur: vinculo crudelitatis, qua nõnunquam socius & conformis occiditur. Hæc sunt vincula quibus ligatus vnusquisq; Is
inclinatur, vt animã suam leuare nõ possit: nec obtutus ad cælũ mẽtis erigere, nisi ei dicat dñs: Dimissus es ab infirmitate tua. & munere eum suæ benedictionis erexerit. Hæc sunt sceleratorum vincula, quæ dure peccatores ligãt: hoc est, diabolus, & ministri eius: vel certe Nẽroth, hoc est amaritudo: vel certe Esau, hoc est terrenus & callidus. Isti enim venatores erant, qui feras laqueis captare cõsueuerunt, & muta animãtia vinculis illigare. Inutiles venatores, qui capiant bestias, quę in pompã spectaculo populari prębeãt ministerium crudelitati. Deniq; nullũ inuenimus diuinarũ in serie scripturarum de venatoribus iustum. At vero alia vincula sunt, vt dixi, dñi IESV, quẽ sequuntur, inquit, alligati vinculis: hoc est, vinculis adstricti charitat⁹, & spei amatores, fidei vinculis alligati. Licet sic possit intelligi, Alligati vinculis Christũ sequũtur: hoc est peccatorum & criminum remissorẽ, fontẽ indulgẽtiarum, redẽptionis autorem. Sequamur ergo vincula Christi, fugiamus vincula venatorũ: ne dum incidimus dũ ignoramus, laqueos eorum pes nostræ mẽtis incurrat: nec animæ nostræ ceruicẽ nexibus inseramus. Insidiantur enim quasi pessimi venatores: & quãdo, pperorũ cuẽtu animum relaxamus, ac secundis rebus remittimus, nec excubias cautionis habemus intẽtas, tunc plus iactant laqueos suos, aut in via qua ambulamus abscondunt, vt cum fuerint eorũ laqueis innexa vestigia, trahant quo securũ supplantent viantẽ, vel collo adstricto strãgulent cõmeantes. Noli ergo alta ambulare cerui- L
ce, sicut filiæ Iudæ. Altis enim cerucibus cito laqueus innodatur. Noli ad secularia mentẽ animumq; defigere, sed circumspice oculis animæ diligẽter: quia pluit dominus laqueos super peccatores: ne cadentes illigare te Psal. 10.
possint: quos poteris euitare, si legẽ domini non obliuiscaris. Etenim etiã qui ligat⁹ est, si sibi sit cõscius libertatis, obliuisci libertatem suã nõ desinit, & causam nõnunquam dicit e vinculis, eamq; sibi legum præscripto defendit, ac iudicio frequẽter absolut. Ergo & tu si peccaueris, memor esto legis. Si peccaueris, memor esto
Christi, qui te liberat, dicens: Ego sum, ego sum qui de- Esa. 43.
leo iniquitates tuas, & memor nõ ero. Ipsum diebus ac noctibus tene, ipsi tua confitere peccata. Docet te Propheta quomodo timeas dominum IESVM.

Media nocte, inquit, surgebã ad confitẽ VI
dum tibi super iudicia iustitiæ tuæ.* *als, iustificationis.

Non satis est dies ad deprecãdum, surgendum est & nocte, & media nocte. Ipse dñs pnoctauit in oratione, vt te proprio ad deprecandum inuitaret exẽplo: & vtiq; peccatis tuis ille indulgentiam postulabat. Postulabat a patre, operabatur, pria voluntate. Nõ tibi dicit Propheta vt tantummodo media nocte surgas, sed vt surgas nocte, & maxime nocte media. Nocte enim surgendum ante præmisit, dicẽs: Memor fui in nocte nomini tui domine. Potest vnusquisque memor esse, & M
non surgere: potest vnusquisq; & surgere, & cum surrexerit, ea quæ proprio arbitrio fecerint, postulare. Addidit, Media nocte surgebam, docens te, surgendũ esse media nocte. Nec ociosum est quod adiunxit: Ad confitẽdum tibi, hoc est, vt illo maxime tempore deprecari deum, & propria debeamus deflere peccata: nec solum præteritis veniã postulare, sed etiã presentia declinare, a futuris cauere. Multa enĩ illo in tẽpore tẽtamenta pserpunt. Tunc feruet carnis illecebra, tunc tentator illudit. Coquitur cibus, potusq; digeritur, Stomach⁹ eger, mens somnolenta, animus occupat⁹ est. Itaq; aut quiescenti calor soporis augetur, aut vigilanti nondum plenior refusus est vigor, qui errorum cauere possit incursus. Tunc igitur tentator assistit, tunc retia iacit quib⁹ turbare possit mẽtẽ improuidã. Tunc spiritales nequitiæ tenebras offundunt: tunc omne nephas suadere cõ-

A tendunt, quando nullus arbiter culpæ, nullus criminis conscius, nullus potest esse erroris testis. Tunc varias disceptationes pectori dormitantis infundũt, vt primo de statu mentis deiiciant reluctãtem, & aliquorum qui sancti habẽtur, proponatur exẽplum, quod illi aliquando deliquerint, sed postea veniam sint adepti, & texerit superiora delicta. Nam etsi omnẽ emendationem nostri inimicus exosus sit, tamẽ ad tempus, vt sobriæ inẽtis virum possit elidere, prætendit futuram indulgentiam, vt præsentia peccata persuadeat: & cum impulerit aliquem ad erroris assensum, si viderit eum iam nõ amore virtutis a culpa, sed pœnæ contẽplatione reuocari, inserit varias disceptatiões, vt dicat sibi: Quis me Eccli. 23.
videt? Et tenebræ circundãt me, & parietes: quem vereor? Non videt altissimus, non ad eum peccata nostra perueniunt, nõ dignatur spectare quæ turpia sunt. Hæc vtiq; vsu exemploq; cognoscimus. Nemo enim potest esse expers tentationis. Itaq; vt tempus habile hoc tentamentis, ita etiã tempus est pœnæ: quod ex lectione diuina possimus edoceri. Non enim ociose dominus deus noster cum posset quocunq; momento primitiua Egyptiorum extinguere, hoc tamen tẽpus dolori & luctui peccatoris opportunius iudicauit. Sic enim scriptũ
Exod. 12. est: Quia media nocte primogeniti Egyptiorum liberi ab exterminatore sunt interẽpti. Ideoq; sanctus Moy-
B ses propheta vt hoc pręueniret tẽpus, ac sine Hebræorum fraude trãsiret, agnũ ante immolauit, hoc est, vesperi, vt mãducantes eum, & pascha domini celebrantes, non occuparentur exterminatoris insidiis, ne inermes & vacuos spiritalis alimẽti nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent. Hæc diligenter intende, prudenter intellige, solicite require. Nõ perfunctorie ista dicuntur, sed diuina tibi mysteria declarantur. Præueni & tu insidias tentatoris, instaura prius cæleste conuiuium. Indictum est ieiuniũm, caue ne negligas. Etsi te fames quotidianum cogit ad prãdium, vt intẽperantia declinet ieiuniũm, tamen cælesti magis te seruato conuiuio. Nõ epulæ paratæ extorqueant vt cælestibus sis vacuus sacramentis. Differ aliquãtulum, non longe finis est diei: immo pleriq; sunt eiusmodi dies, vt statim meridianis horis adueniendum sit in Ecclesiã, canendi hymni, celebranda oblatio. Tunc vtiq; paratus assiste, vt accipias tibi munimentum, vt corpus edas domini IESV, in quo remissio peccatorum est, postulatio di-
C uinæ reconciliationis, & protectionis æternæ. Suscipe ante dominũ IESVM tuæ mẽtis hospitio. Vbi corpus eius, ibi Christus est. Cum hospitium tuũ aduerserius viderit occupatum cælestis fulgore præsentiæ, intelligẽs locũ tentamẽtis suis interclusum esse per Christum, fugiet ac recedet, & tu mediam noctem sine vlla offensione transibis. Admonet etiã sacrificium vespertinum vt nunquam Christum obliuiscaris. Non potes obliuisci, cum lectum ascendes eius domini cui in occasum precem suderis diei, qui esurientem te sui corporis epulis expleuerit. Et enim quod vesperi cogitaueris, cito cum euigilaueris recensebis. Excitabit te ipse dominus IESVS, admonebit vt surgas, & eo tempore arma orationis assumas, quo solet incursare tẽtator. Vi-
Actuũ. 16 de non ociose Paulus Apostolus & Silas trusi in carcerem, cum in nervo pedes haberent, media tamen nocte surgebãt mentis vestigio, exorabant dominum, & laudis sacrificium deferebant. Ideoq; vbi non defuit deuotionis officium, affuit etiam absolutionis remediũ. Subito enim media nocte terræmotus factus est grandis, ita vt mota sint fundamenta carceris, valuæ apertæ, omnium vincula soluta sint. Audis quẽadmodum si ligatus fueris, quibus manib⁹, quibus operib⁹ ipse te solues, quẽadmodum custodes timere nõ possis? Surge igitur ad precandum. Ea hora est qua tẽtator nocere cõsueuit, consueuit irruere. Ea hora est qua solet aduersus tẽtationes graues remedium venire cęleste. Excubãdum tibi est, ne qua fraude vincaris: prouidẽdũ vt D
eo tẽpore quo potes vincere, nequaquã vincẽdi tempus amittas. Et quia orationẽ esse subeundã media nocte diximus, nõ minus etiam de eiusmodi hora diei dicẽdum videtur, contraria enim diei nox est. Quid enĩ luci cõmune cum tenebris? Et ideo aduersa sibi eadẽ nocturna est diurna. Sicut enĩ media nocte primitiua Ægyptiorum tentator occidit, & ex eo cognoscitur quod ea maxime hora operetur aduersarius: ita e cõtrario q meridiano tempore virtus diuinæ lucis operetur. Vi-
de & Abraham circa meridiem sobrias tendebat excu- Gene. 18.
bias, & boni aliquos expectabat euẽtus, leuans oculos suos, ac finitima perlustrans, quod eo tẽpore aduenientem gratiam sibi quæreret. Illo igitur tẽpore, cũ duobus angelis suis diuinus ei hospes aduenit, illo tẽpore Christum suscepit hospitio: illo tẽpore illa quæ legis & intelligis, celebrata mysteria sunt. Quando enim magis debuit fidelem virum illuminare præsentia, ĩ quo lux diei plenior refulgeret? Meritoq; etiã sanct⁹ Ioseph receptis fratrib⁹, & accersito iuniore germano, quẽ ma- Gene. 43.
xime diligebat, meridie instaurat conuiuium. Erat enĩ meridies in sancto Ioseph pectore, quãdo lætas epulas fratribus splendentis gratiæ ministrabat, suauissimisq; cibos alloquii diuidebat, vt cum illi pœnã fratris meE
tuerent appetiti & vẽditi in seruitutem, ille diuino iudicio ipsis diceret esse prouisum vt in Ægyptum deduceretur, qui fame sustinentibus alimoniam nõ negaret. Habeamus ergo in nobis meridiẽ. Meridies est ei cui iustitiæ Sol refulget, & cuius opere bono, vel cogitationib⁹ innoxiis, & pura mẽte atq; syncera pascitẽ Christus. Discę igitur quẽadmodum tibi ipsi fias meridies. Reuela, inquit, dño viam tuã, & spera in eum, & ipse Psal. 36.
faciet, & educet sicut lumen iustitiam tuã, & iudicium tuum sicut meridiem. Vbi enim vera est fides, ibi veri luminis gratia est. Vbi innocẽtiæ plxior custodia, virtutũq; longa meditatione processus, ibi splendor bonæ cõscientiæ diu permanẽs, ibi intelligibilis est meridies, ibi & tu Christo mentis tuæ epulas exhibebis, & in diuitiis eius etiã ipse pasceris, ita vt non luminis præmatur? veri sequatur occasus, nec quidam studiis tuis tenebrosus cito vesper incumbat, & opera bona interF
ętus impediat. Quod si tẽtationum nox aduenerit, non immerito media nocte surgẽdũ, & orãdum diu, & protrahẽda psalmis tempora, donec veniat dies, & illucescat tibi Christus. Vide igitur ne & per diem tibi media nox fiat, quo mũdi princeps tenebrosus & squalidus plenitudinẽ tibi tẽtationis offũdat. Surge igitur, & excita tuam mẽtẽ. nõ dormitat qui custodit te, si te nõ reperiat dormientẽ: sed surgit, si & ipse fuerit tuæ animæ vigiliis excitatus: & imperabit vento, & fiet tranquillitas in tuo pectore, quod diuersarũ pcellarũ turbine fluctuabat. Surgendũ igitur nobis est. Solet sponsus media nocte venire. Caue ne te dormiẽtẽ inueniat, caue ne facem tuam nõ queas somnolentus accendere. Surgẽdum inquram, & domino cõfitendum est, vt gratias agas. Cõfitenda etiam eius iudicia ætena, vt quicquid nobis boni accidit, eius iustitiæ deputemus: ac siue diuites sumus, siue salubriter valemus, iustitiæ domini deferamus: quia iustus est vt opus suum tueatur ac ferat, vt quos nudos indotata quadãnaturæ sorte in hãc proiecit corporis infirmitatem, vigore animi, & misericordiæ suæ dote pauperes vestire dignetur. Q d vtiq; omni agẽdum tẽpore manifestũ est, vt nec die nec nocte, nec vllo tẽpore a gratiarũ actiõe debeamus vacare.

Partiçeps ego sum omnium timentium VII
te, & custodientium mandata tua.

Habet & Christus participes atque consortes suos. Deniq; Dauid probat dicens: Vnxit te deus deus tuus Psal. 44.
oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Habet participes carnis, quia carnem suscepit: habet pphetię, quia pro- Deut. 18.

G phetam,inquit, vobis suscitabit dominus deus vester de fratrib⁹ vestris.tanq̃ me, ipsum audietis per omnia quæcunq; loquetur vobis. Erit autē,omnis anima quæ non audierit prophetam illũ,exterminabitur de plebe. Ipse est verus propheta,qui sine alterius munere futura cognoscit:qui ea quæ vētura erãt,locutus est in prophetis. An nõ est ꝓpheta,qui facit alios ꝓphetare? Ipse est qui audit̃ sicut lex, qa & lex est ipsi⁹. Deniq; si Moy- Luce.16. sen,inquit,& prophetas nõ audiunt:nec si quis ex mortuis ad illos abierit,credēt. Ideoq; populus Iudæorum quia non audiuit hũc prophetam,de plebe exterminat⁹ est,vt populus dei esse desineret, qui ante populus dei dicebatur. Habet cõsortes baptismi,quia baptizat⁹ pro nobis est:habet consortes iustitiæ,quia ipse iustitia est, & nobis de suo dedit sui habere cõsortium:habet cõsortes veritatis,quia ipse veritas est,& nos tenere vluit veritatem:habet consortes resurrectionis,quia ipse est resurrectio:habet cõsortes immaculatæ vitæ, quia ipse immaculatus est. Et quicũq; in nouitate vitæ ambulauerit,quicunq; tramitē iustitiæ tenuerit, particeps Christi est. Habet etiam tribulationis suæ participes:ideoq; Coloss.1. qui particeps eius esse cupiebat,dixit: Nunc gaudeo in passionib⁹ pro vobis,& adimpleo ea quæ desunt tribulationum Christi in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia. Sepulturæ quoque eius participes sumus. Quisquis enim cõsepultus est cum ipso per baptismũ in mortem,particeps eius est. Ideoq; ipse Apostol⁹ adstruēs quam nobis gratiam dederit dñs IESVS,ait: Hebre.3. Participes enim IESV Christi facti sumus. Sed & ille particeps Christi est,qui lugētem mœsto consolatur affectu:qui in carcere constitutũ proprio non defraudat H officio:qui lecto ægrotantis assidet,nõ vt capiendæ hereditatis tendat aucupiũ,sed vt morbi vim solicito mitiget ministerio,vt sedulo fessum sermone demulceat: qui nudos vestiat,esurientes reficiat. In his enĩ frequē- Matt.25. ter est Christus,sicut ipse ait: In carcere eram, & venistis ad me. Nudus eram,& operuistis me. Quod enim vni corũ fecistis,mihi fecistis. Si oderim mēdaciũ, particeps Christi sum:quia veritas Christus est. Si fugiã iniquitatē,particeps Christi sum: quia Christ⁹ iustitia est. Beatus qui hoc potest dicere. Sicut enim mēbrum particeps esse dicimus totius corporis, sic cõiũctum omnibus timētibus deum,qui nõ dicat alteri, Nõ es de corpore meo:hoc est,nõ dicat pauperi diues,nõ ignobili nobilis,nõ ægro sanus,nõ fortis debili,nõ imperito sapiens dicat: Nõ estis mihi necessarii. Particeps corporis Christi est, quod est Ecclesia. Sed qui sciat qđ ii qui vidētur in Ecclesia debiles,pauperes,imprudētes,& iã peccatores, abũdantiori indigeãt honestate,& maiore I præsidio fulciendi sint? Qui hoc nouerit,ipse potest dicere: Particeps ego sum omniũ timētium te. Qui compatiatur magis huiusmodi hoĩbus, q̃ fastidiat eos: cõpatiatur infirmis, vt sciat quod vnũ corpus omnes sumus,& mēbris mēbra connexa, vt alterũ sine altero esse nõ possit:& cũ alterũ dolet,cõpatiatur alteri. Iste ergo recte potest vsurpare huius vocis autoritatē. Vide autem q̃ verecunde Propheta dixerit: Particeps ego sum timētium te. Nõ dixit imitantiũ,sed timētium. Initiũ Eccli.1. enĩ sapiētiæ est timor dñi. Inter rudes se cõstituit hũilitate,cum veteranos deuotione superaret. Sed tamē & Psal.33. timere virtutis est,quia scriptũ est: Timete dñm sancti eius. Sed quibus timor iste nõ sanctus videatur? Quia sunt qui ignaua formidine pertimescunt, & hebeti trepidãt metu,addidit: Et custodiētiũ mãdata tua. vt ostēderet se sancti timoris esse consortē. Aut sic: potest quidem timere corde deuotus, sed opere piger, vt sit religiosus affectu,ociosus actu. Nõ tamen potest piger esse,qui mãdata dñi custodit. Qui ergo timet,custodit: ergo eius est custodire,qui timeat. Sãctus itaq; hoc dicit: Ego autē hoc mihi vsurpare nõ possum. Quãti enĩ sunt qui timeãt deũ,& nõ illis cõpatior? Quærũt opē, & ferre nolo misericordiã:indigent sumptu,& nõ adiu- K torio. Quisquis autē hæc facit,ipse potest dicere se timentium Christum esse consortem.

Misericordia tua domine plena est terra,iustificationes tuas doce me. VIII

Quomodo misericordia dñi plena est terra, nisi per passionē dñi nostri IESV Christi, quã futurã præuidens quasi promissam Propheta cõcelebrat? Prophetis autē ea quæ vētura sunt præuidētibus, moris est vt quasi iam decursa memorēt quę posterioris ætatis sũt. Plena est ergo terra misericordia dñi, quia omnib⁹ est data remissio peccatorũ. Super omnes Sol oriri iubet̃. Et hic quidē Sol quotidie super omnes oritur. Mysticus autē Sol ille iustitię omnibus ortus est,omnib⁹ venit,omnib⁹ passus est,& oĩbus resurrexit. Ideo autem passus est,vt tolleret peccatũ mundi. Si quis autē non credit in Christũ,generali beneficio ipse se fraudat: vt si quis clausis fenestris radios Solis excludat,nõ ideo Sol non ortus est omnibus,quia calore eius se ipse fraudauit:sed quod Solis est, pręrogatiuam suã seruat:qđ imprudentis est,cõmunis a se gratiã lucis excludit. Super omnes pluuia est,& hoc diuinæ misericordiæ deputatur,quia pluit super iustos & iniustos. Aut certe sic in- Matt.5. terpretãdum,quod misericordiæ diuinę plena sit terra, quia dñi est terra,& plenitudo eius:ipse sup maria fun- Psal.23. dauit eam, & super flumina præparauit illam. Etenim per Ecclesiã in oēs gētes diffusa est misericordia dñi, in oēs gentes diffusa est fides. Fortasse dicas, qua ratione L nõ dictũ est, Misericordia dñi plenũ est cælum? Quia sunt etiã spiritales nequitiæ in cælestibus,sed nõ illę ad cõmune ius indulgentiæ dei,remissionēq; pertinēt peccatorum,quibus ignis seruatur æternus:& illa quæ cælestium vel potestatum vel ministeriorũ sunt, licet auxilio dñi fulciãtur,tamē nõ tanta eius indigent misericordia,quãta ea quæ sunt inferiora atq; terrena. Nõ enĩ illa carnis inuolucro vestiuntur,in qua est frequētis erroris illecebra. Ideoq; in superioribus ait idē Propheta: Quia deus dedit cælum cæli dño,terrã autē filiis ho- Psal.113. minum. Vnde & cælũ purius & defecati⁹ ab omni labe peccati est,lõgeq; remotius ab illo de quo scriptũ est: Sicut volatilia cæli. Hoc enĩ cælũ velut medius quidã inter cælũ & terrã aerius locus dicitur, in quo sunt etiã spiritales nequitiæ in cælestibus. Nã in illo nõ appella- Ephe.6. tiuo,sed vero cælo,etiã si diabolum legerimus in cõspe- Job.1. ctu dei angelorũ nõ defuisse concilio, puto tamen nulla operari tētamenta nequitiæ. Deniq; scriptum est,quia Gene.6. angeli amauerũt filias hominũ,eo quod terrenis capti M videantur illecebris princeps mundi istius ac ministri eius,in quibus nequitia spiritalis venenis quibusdã carnis huius imbuta,& hũanis infecta criminibus. Ideoq; dñs in Euãgelio suo ait: Fiat voluntas tua sicut in cæ- Matt.6. lo & in terra. Nõ eadē est illic iniquitas vicinum possessionis finitimo rure depellere, viduã hęreditatis fraudare cõpendiis,minores consortii iure detrudere, intra ligũ deniq; & qđcũq; argenti atq; auri vel æris metallũ velut effigiē quãdã cælestē includere potestatē. Hęc cũ sint maximi plena sacrilegii,in cælis vacãt,in terris fre- quētantur. Verbo enĩ dñi cæli firmãti sunt,nõ terra fir- Psal.32. mata est:& ideo iustificationes dei ab ipso dño vult doceri,quia difficile est in terra magistrũ huiusmodi reperiri qui ea doceat quæ ipse nõ viderit. Ad illũ igitur doctorē intimo propheta cõtēdit affectu,qui sol⁹ magister est verus. Quo enĩ potest homo quasi verũ docere qđ nesciat,cũ ipse sit mēdax? Meritoq; ait dñs vt nemo su- Mat.23. per terrã vocet sibi quēquã magistrũ,quia vnus est magister omniũ. Et quõ posset Dauid alium doctorē quęrere,cum ipse de deo dixerit: Qui docet hominē scien- Psal.93. tiam? Docet autē deus, & mētes illuminat singulorũ, & claritatē cognitionis infundit,si tu aperias ostia cordis tui,& cęlestis gr̃æ recipias claritatē. Quĩ dubitas,di-

Matth.7. ligenter inquiras. Qui enim quærit, inuenit: & ei qui A pulsat,aperitur. Multa obscuritas in scripturis propheticis:sed si manu quadam mentis tuæ scripturarum ianuam pulses,& ea quæ sunt occulta,diligenter examines,paulatim incipies rationē colligere dictorũ,& aperietur tibi non ab alio, sed a dei verbo,de quo legisti in Apoc.5. Apocalypsi quod agnus librũ signatum aperuit,quem nullus ante aperire poterat:quia solus dñs IESVS in Euãgelio suo prophetarum ænigmata,& legis mysteria reuelauit: solus scientiæ clauim detulit, & dedit aperire nobis. Dicunt se Iudæi habere clauim scientię, sed non habēt.nam si haberent,ipsi ingrederētur,ipsi agnoscerēt penetralia scripturarum. Nũc autem væ vo- Lucæ.11. bis Scribę & Pharisæi,qui abstulistis clauim sciētię,& ipsi non introistis,& introeuntes ꝓhibuistis. Quomodo enĩ clauim potestis habere sciētiæ, q̃ sciētię negastis autorē? Et ideo ad ipsum cõuersus Dauid ait: Tu me, inquit,doce iustificationes tuas,quia tu es vera iustitia. Tu doce quæ sapienter dicta sunt,quia tu es sapientia. Tu aperi cor meum,quia aperuisti librum. Tu aperi illud ostium quod in cælo est,quia ipse es ianua. Per te si quis introierit,regnum illud possidebit ęternum. Per te si quis intrauerit, non decipietur:quia falli nõ potest quicunq; domicilium fuerit veritatis ingressus.

SERMO NONVS.

Teth. B NONA litera Teth incipit,cuius interpretatio est exclusio. Quid est exclusio? Nunquid sicut domo aliquis hospitioq; deiicit̃, ita qui excluditur a dei regno, bonis illi⁹ fraudatur, Mat.25. sicut illæ exclusæ sunt virgines,quæ secum oleum non tulerunt:& dum venit sponsus,extinctæ sunt faces earum, atq; emendo oleo inflãmandisq; facibus occupatæ fecerunt moram,& ingresso iam sponso introire cupientes legũtur exclusæ? Non arbitror. Nã quomodo diceret,si bonis sanctus esset propheta deiectus,atq; exclusus a dei regno: Iucunditatē fecisti cũ seruo tuo? Nec Prophetæ meritum huiusmodi intellectũ videtur admittere,nec series subditorũ. Audis dicentem: Suauis es domine, & in iucũditate tua doce me iustificationes tuas. Audis dicentem: Bonum mihi lex oris tui super milia auri & argēti. & potest dicere quod sit exclusus a regno,qui non est exclusus a lege? Quid ergo intelligimus? Hæret interpretatio. Obscuritatem sensus sui sermonis videtur offundere. Vocãt merita Prophetę, vocat eius gratia, vocat subiectorum series vt altioris intellectus aliquid debeamus eruere,& occurrit in interpretatione quod interdum excludamur in bono. Scri- 1.Ioan.4 ptum est enim: Perfecta charitas timorem excludit foras. Et generaliter quidē charitas excludit timorē. Vt miles qui imperatorē diligit,bella pro imperatore suscepta non metuit: vt seruus amans dominũ,quãuis per C dubia & prærupta mittatur,tamen omnia pericula domini amore contēnit,ac si qs dominũ petat,seipsum offerre nõ trepidat: vt qui trans mare positos filios videre desiderat, nõ metuit naufragia liberorum charitate, ingreditur maris fluctus,subit incerta nauigii,sed metum discriminis leuant desideria filiorum. Q̃ pulchre etiam de martyribus dicitur, qui vere militãt Christo, qui persecutiones,vngulas,gladios,incendia nõ timentes,infestis se regibus obtulerunt. Timorē etenim quē poterant habere pœnarum,excluserunt amore martyrii. Hunc sensum autē esse interpretationis huius, etiã de Threnis Hieremiæ possumus approbare. Nam & Thren.3. ibi sub hac litera scriptũ est: Bonus est dominus sustinētibus eum,animæ quæ quærit eum. Bonum est sustinere & sperare in salutare dei. Bonum est viro cũ portauerit iugum graue a iuuentute sua,sedebit singulariter,& silebit,quia tulit iugum graue. Hęc vtiq; qđ aliud astruunt,nisi bonæ exclusionis hanc interpretationem videri? Quis enim sustinet dominum, nisi studio charitatis? Quis est qui sperat, nisi qui quod sperat optat D & diligit? Quod enim speramus,per patiētiã expectamus. Ergo qui spērat,sustinet:qui sustinet in patientia, vtiq; excludit affectum. Quis est qui portat iugum graue a iuuentute sua,nisi qui deliciis renunciat,luxuriã fugit? Quis est qui singulariter sedet,nisi qui secularibus voluptatibus abdicatis, molestiarum omnium excludit tumultus? Iste ergo nil timere poterit,qui charitatis gratia vim timoris absorbuit. Est & alius qui exclu- 1.Cori.5. datur in bono, vt ille qui apostolica autoritate sublat⁹ e medio plebis est:& quia malũ opus fecit,est tradit⁹ in carnis interitum,vt eius spiritus saluaretur. Ex quo intelligimus quia in bono excluditur qui iubetur agere pœnitentiã,vt humilietur,& cõpungatur corde. Hæc enim recõciliationis solent esse suffragia. Deniq; etiam Hieremiæ scripta sub hac litera id videntur significare. Sic enim legimus de Hierusalem illa terrena: Immun- Thren.1. ditia eius ante pedes eius. Nõ fuit memor nouissimorum suorum,& cecidit inualide,nõ est qui cõsoletur eã. Vide domine humilitatē eius, quia magnificatus est inimicus. Et quia humiliatur Hierusalē, merito postea ei dicitur: Defecit iniquitas tua,filia Sion. Et omni qui pœnitentiã egerit,lachrymis propriis peccata defleuerit,bene dicitur: Defecit iniquitas tua. Alibi quoque sub hac litera dicit Hieremias: Boni erãt vulnerati gla- Thren.4. dio,q̃ vulnerati fame. Abierunt cõpuncti a natiuitate agrorum. Cõpungimur igitur, quãdo nostrorum agimus pœnitentiã delictorum,cõpungimur etiam recordatione delictorum. Vnde ait Propheta Dauid: Quę Psal.4. dicitis in cordibus vestris,& in cubilibus vestris cõpungimini. Qui autē cõpungitur,vtiq; delectationem excludit erroris:& qui agit pœnitentiam, excludit pudorem,sequestrat verecũdiam flagitii cõfitēdi,vt recupe- E randæ spem salutis inueniat. Meritoq; & ipse Dauid vbi agnouit errorem: Peccaui,inquit,domino. Tãtus 2.Reg.12. rex,tantus Propheta nõ erubuit peccatum proprium confiteri,& ideo dictum est ei: Et dominus abstulit peccatum tuum. Sublato igitur peccato,ait:

Iucunditatem* fecisti cum seruo tuo domine secundum verbum tuum. I *al's,bonitatem.

Multa videntur in hoc seculo iucunda esse, quæ non sunt:multa suauia,bona plurima. Luxuries videtur esse iucunda,sed exhausto fit amara patrimonio. Dulcis libido cum feruet,sed eadem horrida & execrãda cum proditur. Suaues epulæ cum sumuntur,sed fœtidæ cũ digeruntur. Bona multa in hoc seculo,dum viuimus æstimantur,quia vsui nobis sunt, vt pecunia, honor, aurum,argētum,possessiones:eadē nihil possunt prodesse defunctis, hic omnia relinquuntur. Quin etiam maiori dolore quis moritur cum his se fraudari copiis F ingemiscit. Non est ergo iucunditas vera, nisi illa quæ secundum verbum eius est,vt quis bonorum meritorum atq; virtutum subsidiis gaudeat se esse munitum. Hac Dauid iucunditate vel bonitate dei lætatur, quia iugum graue a iuuētute portauit & sustinuit, atq; expectauit domini in se gratiam, non præripuit, qui sæpe occidendi regis Saul tributa sibi copia,maluit tamē expectare a domino deferēdi tempus imperii, q̃ occiso rege præripere. Semper deus bonus est:ideoq; & Paulus ait: Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. Bo- Rom.11. nitas enĩ in omnes est,seueritas in paucos. Deniq; subdidit idem Apostolus: In eos qui ceciderunt,seueritatē quidem, in te autem bonitatē. Si enim non cecidissent, vtiq; vterētur & ipsi bonitate dei. Nam & tibi ideo bonus est,quia permanes:quod si non permanseris in bonitate,& tu excideris. Non ergo deus propterea bonus esse desistet, quia tu lapsus es,& indiges seueritate. Siquidem & seueritas dei ĩ bonitate, vt recurrat vnusquisq; castigat⁹, pedē referat a peccatis, & ad virtutũ tramitem,bonamq; conuersationē recurrat. Deniq; docet de

Rom.11. illis qui ceciderunt, Apostolus: Quia si non permanse
G rint in incredulitate, inserentur. Potens enim est deus
iterum inserere illos. vt quēadmodum deserta virgulta, ita & homines velut caudicib⁹ quibusdam virtutis
inserti, bonorum fructus possint ferre meritorum. Ac
cuses necesse est medicū crudelitatis, quia putrefactas
vulnerum fibras ferro putauerit execandas: quia noxia
& serpentia vlcera igni adusserit, ne virus in vlteriora
proserperet: vel quia magister discipulum verberauerit
negligentē, vt metu verberum indueret diligentiā. Ca
stigare enim amantis est, non execrantis: & ideo boni
tatis est, non crudelitatis. Recte ergo & dominus vbiq;
est bonus, & cum remittit flagitia, & cum peccata ca-
Prou.3. stigat. Castigat enim dominus quē diligit. Castigatus
Psal.72. est etiam Dauid. Deniq; ait: Et fui flagellatus tota die.
Sed vir sapiens, qui intellexit castigationem illā sibi do
mini profuisse, ait: Bonitatē fecisti cum seruo tuo dñe
secundū verbū tuum. Hoc est, etsi ad tēpus amara visa
est mihi castigatio secundū carnem, secundū mœstitiā
corporis, tū secundū verbū tuū castigatio illa fructū bo
nitatis attulit. Illā mihi castigationē intelligo pfuisse,
H illa castigatiōe me a vitiis esse reuocatū, illa castigatiōe
non dur aliquid in me licuisse flagitiis, per illā castiga
tionem domini nihil in me aduersario licuisse, nil mor-
Psal.117. ti. Deniq; castigans castigauit me dñs, & morti nō tra
didit me, ipse Propheta memorauit. Castigatur enim
Psal.72. qui recipitur: qui autē non recipiunt, nō flagellātur. In
laboribus enim hominū non sunt, & cū hominibus nō
flagellabuntur. Ideoq; supra ait: Q bonus Israel deus
rectis corde. Ergo bonꝰ omnibꝰ, quia omnes rectos vult
esse corde. Q ui autem cor declinauerit, ipse a se gratiā
diuinae bonitatis auertit.

II *als,bonitatem. Iucunditatem* & disciplinā & scientiā doce me, quia in mandatis tuis credidi.

Iuxta Apostolum χρηστὸν, bonū intelligimus, quia
Rom.11. dixit: Vide ergo bonitatē domini. Iuxta Euāgelium,
Mat.11. χρηστὸν suaue accipimus. Dixit enī: Tollite iugū meū,
quia leue est: & onus meum, quia suaue est. Dixit enī:
φορτίον μου χρηστὸν. Vnde merito bonitatē dei ab i
pso querit doceri, ne forte quis perfunctorie accipiēs bo
num deum esse, in errorib⁹ perseueret, q per misericor
diam dei sciat impunitatē suis dari peccatis, cum & si
indulgeat dominus, tamē fœda est cōuersatio in crimi
nibus semper hærere. Non ergo bonitas ista vulgaris
est, sed quæ semper disciplinæ expectet profectū. Ideoq;
qui intelligit altam dei esse bonitatem, doceri desiderat
etiam disciplinam. Nam plerīq; auertuntur a studio di
sciplinæ, dum eam seuerā & tristē arbitrantur: sed per
I spicacior sensus intelligit quod disciplina si tristis ad tē
pus sit, posterioribus fiat iucunda tēporibus. Sed est di
sciplina vel correptio seuerior, est etiā moderatior. Mo
deratior, de qua dicit dominus: Corripiā eos in auditu
tribulationis eorū. Est seuerior, quæ est in ira & furore
correptio. Vnde refugiēs eam correptionem dicit Da-
Psalm.6. uid: Domine, ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo
Hiere.10. corripias me. Et Hieremias: Corripe nos domine i iu
dicio, & non in furore. Omnis ergo disciplina, etsi ad tē
Hebr.12. pus habeat amaritudinē, habeat perturbationē, postea
tamen pacificos fructus generare cōsueuit. Sed qui pe
tit doceri bonitatē & disciplinam, debet petere etiā scié
tiam doceri. Nisi enim habeat sciētiam, molesta est di
sciplina, molesta correptio. Quid sit scientia, doceat te
Sapien.7. Salomon, qui ait de domino deo nostro: Ipse enim mi
hi dedit eorum quæ sunt cognitionem veram. Et alibi
Psal.93. hic idem propheta ait: Q ui docet hominem scientiam.
Q ui autem petit sciētiā, credit mādatis dei. Aliud est
autem in mandatis dei credere, aliud mādatis credere.
Q ui enim mandatis dei credit, cito efficit vt sit in mā
datis dei, & in ipsis conuersetur. Per fidem igitur scien
tia assumitur, per sciētiam disciplina. Q uod enī scimus
placere deo posse, in eo nos cōuersatio ipsa delectat. De- k
niq; scriptum est: Nostra autem cōuersatio in cælis est. Philip.3.
Præcessit sciētia, secuta est cōuersatio. De mādatis dei
credere, diximus: in mādatis autem dei, hoc est in ipsis
esse, & credere quia vera mandata sunt. Nisi autem cre
deris mandatis dei, eorum vtiq; scientiā, quæ per mā
data dei docemur, habere non poteris.

Priusquā humiliarer ego deliqui, ppter hoc verbum tuum ego custodiui.* III *als,eloquiū tuū custodiui.

Alia editio habet: Priusquam humiliarer, ego nesci-
ui. Vnde putāt aliqui quod anima hominis hoc dicat,
Priusquā humiliarer, vt in hoc lutum corporis introi-
rem, tua, quæ non legerā, mādata nesciui. Sed quia Se-
ptuaginta virorum sententias magis sequitur Ecclesia,
& hic sensus est planior, nihil offensiōis admittēs quod
possit aliquibus scrupulum cōmouere: ideo accipiamus
humiliarer ita dictum, eo quod peccato videatur hu
miliatus. Propter peccatum enim tētationes sæpe na-
scuntur. Deniq; Adam & Eua post culpam vtiq; electi
sunt. Ergo humilitatis nostræ causa peccatū est, vel hu
miliationis. Non enim hoc fugio. Potest enī de aduer
sis plerūq; intelligi humilitas, vt est: Bonū mihi quod
humiliasti me, vt discā iustificationes tuas. &, Nisi lex
tua meditatio mea sit, tunc forsitan perissem in humi
litate mea. &, Humiliatus sum valde. Hic ergo osten-
dit humilitatem ortā esse de culpa. Et quia culpa præ
cessit, ideo humiliatū se ostēdit, hoc est, attritum tenta
tionibus & aduersis, & traditum anxietatibus: quēad-
modum & ille qui traditus est a Paulo in interitū car- 1.Cori.5.
nis, humiliatus vtiq; est, vt postea posset reconciliatio
nem mereri. Sed quanuis humilitas ista, hoc est velut
quædam deiectio perturbationis, non virtus sit: virtutē L
tamen sæpe generat, & sit nō pœna, sed remedium de
linquentis. Nam si peccatis tuis tribuas quod humilia
tus es: quicquid acciderit, in te retorques, & ex reo inci-
pies esse iust⁹, qui te ipse cōdēnas. Iustus enī accusator Prou.18.
est sui in exordio sermonis. Necpotes indignū te iudi
care humilitate, qui propria errata cognoscis, in qui
bus erubescendo nō vtiq; extolleris, sed humiliaris. Vi
des ergo quia ideo humiliatus es, quia deliquisti, & nō
seruasti eloquia dei. Vnde serua diligentius ne pecces,
ne iterum quia deiectus fis, tristitia absorbearis, & fiat
tibi deiectio tua incrementū iniquitatis, quę deberet cor
rectionis esse occasio. Etenim in tētationibus homo, si-
cut aurū i cōflatorio cōprobat. Vides pphetā qui dicit:
Priusquā humiliarer, inquit, deliqui. Iure ergo tētatio- M
nibus traditus est, quoniam delinquebat. Delinquebat
autē, quia dei eloquium non tenebat. Verum inde or-
dinem emendationis inuenit, vnde culpa processerat.
Cœpit esse subiectus eloquio diuino, & culpa desiit.

Bonus es* domine, & in bonitate tua do ce me iustitias tuas.* IIII *alstur. *alsiustificationes

Etiam vsus disciplinæ secularis accepit vt vnusquisq;
iudicem suū laudet. Vnde Apostolus sequēs diuinarū
ordinē scripturarū, cum diceret causam, ita cœpit: De
omnibus quibus accusor rex Agrippa a Iudæis, æsti- Actu.26.
mo me felicē apud te, incipiens rationē reddere. Et in
fra: Credis rex Agrippe prophetis? Scio quia credis.
Ergo si laudātur homines, in quibus plerīq; aliena lau
dantur: quanto magis vnusquisq; dei sibi gratiam cōci
liare debet, vt dicat: Bonus es domine? Nam si hoc di
catur homini, vt esse admoneatur quod forsitan nō sit,
& bonitatis etiā ipse prædicatione mitescat, terrorēq;
immitis deponat affectus: quanto magis deo laus sua
est deferēda, qui nisi bonus esset, super terrā stare quis,
posset? Proprium autē dei est vt bonus sit. Deniq; in
Euangelio habes quia arbor bona fructus bonos facit. Matth.7.
Fructus eius angeli sunt, fructꝰ eius hoies sunt: hoc est,
rationabiles sancti, si dñi præcepta custodiunt. Fructus

A eius sunt ii qui nascuntur in terris: fructus eius sunt vir-
tutes hominū. Merito ergo arbor bona bonos fructus
facit. Prius igitur radix laudetur, vt fructus possit pro-
Ibidem. bari. Sed & alibi ait idē dñs IESVS: Et pater vester,
qui bonus est, dabit bona data petētibus se. Sed quan-
uis bonus deus sit, cuꝰ etiam amara plus prosunt: (nō
enī inferūtur vt noceāt, sed vt corrigāt) rogaſ tū vt i bo
nitate sua doceat nos iustitias suas. Considera medicī
vtilia apponentē medicamēta vulneribus, ea tamē quę
mordeant vlceris virus: aut certe ferro putrefacta rese-
cantem: cū in eoipso bonus sit medicus, quia vtilitatem
operatur ægroti, & facit quod prodesse nouerit: tamen
quia eger dolorē aut nō vult aut nō potest sustinere pro-
pter infirmitatem affectus sui, rogat vt medicus eum
quadā bonitate & suauitate sua curet, & non asperitatē
adhibeat medicamētorū, non ferro incidat vulnerū fi-
bras: aut si aliter non potest, vt cū moderatione faciat,
& quadā subtilitate mitigetvim doloris. Et ideo i Euā-
gelii bonitate melius docētur iustificationes dei, quā
in legis seueritate. Opus autē iustitiæ iustificatio est.
Lucæ.7. Vnde scriptum est quia Pharisæi se iustificare volue-
runt, non baptizati baptismo Ioannis. In eo enim iusti-
B ficatione non fecerunt, quia noluerunt agere pœniten-
tiam delictorum: quam propheta in bonitate vult age-
re, vt ei fiat peccatorum remissio sine atrocitate dāna-
tionis, cum remissionis gratia.

V Multiplicata est super me iniquitas superborum, ego autē in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Quanto magis quis deo seruire desiderat, tanto ma
gis in se excitat aduersarios: & tanquā athleta fortis co
ronā iustitiæ reportare desiderans, irritat in se plurimos
& lacessit, qui inuidēt nostro profectui. Quod etiam in
Psal.119. posterioribus euidenter ostendit. Cum odio habētibus
pacem, eram, inquit, pacificus. Nihil tamē trāquillitas
eius proficiebat, vt eos qui pacem oderāt, sua tranquil-
litate cōponeret, & eorum studia cōprimeret. Cū loque
bar illis, impugnabant me gratis: hoc est, cum causas i-
pugnandi nō haberent, tamē impugnandi studium nō
deponebant. Ita ergo multiplicantur siue nequitiæ spi-
ritales, siue homines, & multiplicatur iniquitas eorum
super iustum. Verbi gratia Si filiū iustus amittat, (qđ
seculi vsu sæpe contingit) si amittat patrimoniū, vel di-
uersis afficiatur incōmodis rerum, vel corporis infirmi-
C tatibus, tunc dicunt superbi: Vbi est iustitia eius? Vbi
misericordia? Ecce quia simulatus est, ecce quia ei inno
centia sua nihil prodest. Ideoq; ad vitæ huius specimē
extrahēdum, tres illi sancto Iob specie amici, obtrecta-
tione autem iniqui, probitatis atq; iustitiæ eius inuidi,
exprobrantes grauia opprobria cōgerebant: & qui ve-
nerāt ad cōsolandum, insultare cœperūt. Sed iustus his
Iob.1. non mouetur, ideoq; nec Iob frangebatur. Deniq; in a-
missionibus filiorū vel patrimonii dicebat: Domin⁹ de-
dit, dñs abstulit: sit nomē domini benedictū. Ergo & in
aduersis positi dicamus: Bonitatē fecisti cū seruo tuo.
Potest enī dominus in melius mutare quæ facta sunt,
vt Iob sancti habemus exēplū: & quæ amissa sunt, red-
dere. Potest quis & amissis filiis generare meliores.
Nūquid deo est difficile meliora donare? Potest etiā si
nihil donet, hoc ipso tamē iusto esse prospectum, si forte
futuri improbi rapti sunt, ne mutaret malitia cor eorū.
Similiter & de patrimonio, quasi non videamus pluri-
mos propter opes patrimonii in periculum salutis esse
deductos, plurimis ex diuitiarum abundātia ortam es-
se causam peccandi. Q ui enim non habet quod donet,
asscribi ei culpa nō pōt qđ nō donauerit. qui autē habet
qđ donet, & nō dat, vtiq; obnoxius esse incipit peccato.

VI Coagulatum est vt lac cor eorū, ego autem legem tuam meditatus sum.

Subtile cor sanctorum, coagulatum est vero cor su- D
perborū. Vt enī lac natura sui purū, speciosum atq; syn
cerū est, sed corruptione coacescit: sic mētis & cordis hu
manī natura pura, syncera, pspicua est prius quā vitiorū
admixtione coalescat. Coagulato enim lacte fit quædā *coace-
cōcretio nec suauitatem habens eandē, nec gratiam. Ita scat.
homines, qui ante sedulitate, gratia, suauitate verborū
lactis speciem præferebāt nulla inuidia corruptam, hi si
cœperint inuidere, coagulatur in vitium cor eorum, &
fit de suauitate amicitiæ amaritudo maleuolentiæ, &
insuauis quidā horror inuidiæ. Ergo coagulatū est cor
per superbiam, per inuidiam, quæ lenitate naturę fluen
tem beneuolentiā malitiæ concretione vitiarunt. Ini-
quorū ergo cor coagulatur, iust⁹ autē humiliatur legis
præcepta meditādo, qui habet humilitatis magisteriū.

Bonum mihi quod humiliasti me, vt di- VII scam iustificationes tuas.

Hoc secutus Apostol⁹, Placeo mihi, ait, in infirmi- 2.Cor.12.
tatibus, in iniuriis, i necessitatib⁹, in persecutionib⁹, in
angustiis. Cum enim cōplacet in infirmitatibus, & nō
frāgit animo, nec cedit iniuriq, discere iustificatiōes dei
& meruit, & iplenit. Ergo hic, humiliasti me, hoc est,
diuersis tētationibus & incōmodis exercuisti, dicit. Qđ
aperuit & Symmachus scribēs: Profuit mihi quod af-
flictus sum, vt discerem iustitias tuas. Ergo qui humi-
liatur, nō deiiciat animum, neq; frangat, sed magis hu- E
miliando proficiat, vt superbū humilitate sua mitiget,
insolentes morum seueritate confundat, cōtumeliosos
patiētia sua frangat, auaros nōnunquā etiam æquani-
mitate dispendii a iurgii intentione deducat. Sic enim Lucæ.7.
legisti: Q uia iustificata est sapiētia a filiis suis. dū Chri
stus se offert supplicio, dedit iniuriis, non subducit op-
probriis, nec a confusione sputorum auertit faciem suā:
& ideo omnes sapientia sua instruxit, & liuore sanauit.

Bonum mihi lex oris tui super milia au- VIII ri & argenti.

Non quicunq; hoc dicit, immo rarus hoc dicit: id est,
qui legem dei auro atq; argēto præfert, qui potest pro-
pter legem dei omnia relinquere. Sed nec Christus hūc
reperit, nisi de iis quos ipse docere dignatus est. Petr⁹
hoc dixit, probauit effectu quia pluris legem quàm au-
rum habuit. Ideoq; ait: Aurum & argētum nō habeo. Actuū.3.
Nō aurarus hoc dicit, qui defosso auro incubat. Non di-
cit pecuniosus, qui quotidiana emolumenta solicito ri-
matur affectu, qui quotidie opes aggerat, qui hæredita-
tis tendit aucupia, qui circa ægrotantis lectulum inde- F
fessas exercet excubias. Hic aliqui legem oris dei tāquā
legem verbi accipiunt, vt si dicas, legē dexteræ dei. Be-
ne ergo & hoc cōuenit Petro dicēti: Verba vitæ æter- Ioan.6.
næ habes, & nos relinquimus te? hoc est, lex oris tui su
per milia auri & argenti est, & possumus tantū desere
re bonum, & seculi huius emolumenta captare? Sed &
Moyses lex oris dei potest dici, per quem dominus lo-
cutus est, & dedit legem.

SERMO DECIMVS.

DECIMA litera incipit apud Hebræos Iod, Iod.
quæ latina significatione cōfessio dicitur vel
desolatio. Nec discors ac dissonās videtur in-
terpretatio. Siquidē qui desolati sunt, citius
cōfitētur. Magis enim secūdis rebus animus extolli so
let. Cū autē vrgetur aduersis, tunc diuinū implorat au-
xilium. Nā & in iis quę humana sunt, hūc vsum esse co
gnoscimus, vt cui succedunt prospera, animus elatior
sit: cui mūdi huius infesta sunt expotētia alicuius ad-
uersa, tunc cōfugiat, tūc opem quærat, vt vel rogando
superioris mitiget potestatē, vel se viribus armet adiū-
ctis, ne quasi inferior potentioris viribus opprimatur.
Deniq; Hieremias sub hac litera ficait: Man⁹ suas ex- Thren.1.

G tēdit qui tribulat,in omnia desideria eius. Vidit enim gentes introcuntes in sanctificationem suā,quibus mādasti ne introirēt in Ecclesiam eius. De Hierusalē vtiq; hoc dicit Propheta,cui⁹ deplorat erūnā, cuius præcessit desolatio ac destitutio, vt postea sequeretur confessio. Castigat enim dñs omnē filium quē recipit. Recepturus igitur Hierusalē,ante captiuitatis flagellauit erūnis. Nimiū enim insoleuerat,& inflato sese corde iactauerat, vt caput tenere non posset dominū IESVM, id est,humilitatem,gratiā,iustitiam,sapientiā,hoc est, veræ fidei magisteriū nō teneret. Et ideo dñs castigauit eam,qui moderator omniū nouit quemadmodum vnūquenq; castiget. Vt enim medicus grauiora vulnera asperioribus medicamētis curare consuenit, leuiora leuioribus:ita & deus noster grauiora peccata maiore seueritate castigat. Sed ipsa castigatio ad salutem proficit. Dixit enim dominus: Percutiam, & ego sanabo. Deniq; de Hierusalem spem cœpit Hieremias prophe
ta pmittere. Nā in posterioribus sub hac litera ait: Dabit percutiēti maxillam suā,& satiabitur in opprobriis. Dabit in sepulturæ fossurā os suū,si tamen est spes patientiæ. In Euangelio dñs IESVS docens virtutem atq; insigne patientiæ,ait: Qui te percusserit in maxillam,præbe ei & alterā. Vult enim discipulos & iniuriarum esse patiētes,nec referire facile,ne dum ferire potēs iniuriam faceret,indiciū humilitatis non exhiberēt. Patiētia enim humilitatis indiciū est. Et ideo quoniā desolata erat ac destituta Hierusalem, Dabit, inquit, ps cutienti maxillam suam, vt nō se subducat iniuriæ, nec declinet cædis dolorem,sed percutienti maxillam offerat. Vtriq; intelligi potest, siue ei qui percutere incipiat, siue ei qui iam percusserit, vt illud Euangelicū cōpleatur: Qui te percusserit in maxillā, præbe ei & alteram. Et prophetice hoc positum est, vt doceret Hierusalem,hoc est,plebis Iudaicæ Ecclesiā nō aliter esse seruandam,nisi per Euāgelii disciplinam: vt cum cœperit Euāgelii precepta seruare,& opib⁹ iplere mandatū dñi IESV, tunc iugū captiuitatis de suæ animæ ceruice deponat,cum se subdiderit iugo Christi. Et satiabitur, inquit,in opprobriis. Nō dixit,Subibit opprobriū. Facile est enim vnam aut alteram cōtumeliā sustinere. Addidit,Satiabitur in opprobriis, quo facili⁹ dñi moueat misericordiam, opprobrioru cōpluriū deformitate miserabilis. Quod vtiq; ex libro Regnorum potes intelligere. Quippe cum cōuiciaretur Semei filius Gera sancto Dauid,virum sanguinariū appellās,& malediceret ei quādo fugiebat filiū suum Absalon: parricidalia ad tēpus bella declinās tacebat rex, & summum patiētiæ insigne præstabat. Etenim cum tentationis suæ tēpus intelligeret,vt ei parricidale prælium moueretur, magis humilem se volebat videri,quo dñi mitigaret offensam,q̄ exasperādū eius arbitrabatur in sua tētatione iudicium,si forte suas iniurias vltum iret. Vnde & populi duci Absai vindicare cupienti ait: Quid mihi & tibi est fili Saruiæ? Ideo maledicit mihi,quoniā dñs dixit illi vt maledicat. Ecce filius meus,qui exiuit de ventre meo,quærit animā meam. Si autē modo extraneꝰ maledicit mihi,dimittite illum vt maledicat,quoniam dñs dixit illi,vt videat humilitatē meā: & retribuet mihi dñs bona pro maledicto hoc. Quod & prophetico dixit spiritu,& probauit euentu. Cū enim repleta fuerit humilitas,peccatū soluitur. Deniq; & in Esaię libro habes quia dixit dñs: Sacerdotes loquimini in cor Hierusalem,cōsolamini eā, quia repleta est humiliatio eius, solutū est peccatū eius: quia accepit de manu dñi duplicia peccata sua. Aduertis igitur quia vbi desolatio, ibi humilitas. Desolationē enim sequitur humilitas iusto ordine,humilitatē patientia,patientiā probatio,probationem cōsolatio. Quod habes & in Apostolo scriptū: Quia tribulatio patientiā operatur, patiētia autē probationem,probatio autē spem: spes autē nō confundit,
quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū,qui vtiq; nostrorū consolator est affectuū. Quod autē ait, Dabit in sepulturā os suū, ostēdit quandam supra modum patientiæ tacitumitatem, vt tanq̄ sepeliat os propriū ne loquatur, & velut quodā aggere virtutum obstruat,ne vocē doloris emittat,tantū ponderans asserens patientiæ quam spes foueat, vt vocem ipsam velut busto quodā ac tumulo sepeliat ac includat, quam nulla extorquere, nulla excitare possit iniuria. Huius quoq; literę interpretationem, vt potuimus, explicauimus: veniamus ad psalmum.

Manus tuæ fecerunt me,& parauerunt* me,da mihi intellectum vt discam mādata tua. I

*als, plasmauerūt.

Magno commendationis exordio vsus est, vt opus dei esse sē diceret,quo facilius circa operis sui gratiā fauor inclinaretur autoris. Grandis etiā prærogatiua est in rebus humanis, vt aliquis operibus & beneficiis faueat suis: nec meritum spectet alienū, sed in suæ gratiæ munus intēdat,ne videatur abrogare quod ipse donauit. Itaq; etsi de luto corporis nostri substātia fit, carne induamur,& corpus ossibus intexatur & neruis, tamē q̄ simus preciosissimū opus dei,nemo dubitauerit. Nā & fabricā ipsam humani corporis si quis cōsiderare velit, nihil poterit in terra preciosius iudicare. Est enī homo statu celsus, vultu decorus, cęsaries grat⁹: nō in aliud cæterorū more curuatus animaliū, sed ipso naturæ iure sublimis, qui in cælū libero spectet obtutu, nulla captiuę seruitute ceruicis oppressus in terrā, sed tanq̄ propriæ conscius libertatis, & locuples sui testis autoris. Veritā mē in cæteris animātib⁹ membrorū forma laudetur, in quibus præter gratiā corporis nihil est aliud quod requiratur. Homo in eo est pulchrior, quod non videtur: non in corpore, quod videtur: in se habēs æternitatis gratiam, & præsentium venustatem. Quæ enī videntur, temporalia sunt: nam quæ non videntur, æterna sunt. In hoc in terrestri hospitio indutus habitatione cælesti, cui simul competit & in terris videri, & deo cōiūgi. Magnum sane munus, si se ipse cognoscat, & quædā forma iustitię, mūdo magis q̄ sibi nasci. Vñ Salomō ait: Grāde homo & pciosiū vir misericors. virū autē fidelem opus est inuenire. Et vere magnus est qui diuini operis interpres est, & imitator dei. homo est enī qui potuit dicere: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Terram excolit, mari tanq̄ possessione vtitur, cæli ornamenta grandis miratur assertor. Euanuerat rerum natura, nisi qui ea vteretur, diuina prouidentia esset adiectus. Deniq; postq̄ fecit deus cælum & terram & maria, posteaq̄ oia reptilia, volatilia, aiantia, postea hoiem fecit, quē animātib⁹ viuētib⁹ anteferret. De quo nō immerito cælesti sentētia resultauit: Faciamus homīnē ad imaginem & similitudinē nostrā. Cætera dixit, & facta sūt: mādauit, & creata sunt. Vt homo fiat, specialis quidā dei accedit hortatus, vt tanq̄ laborantis dei i huiꝰ munere creaturæ significetur operatio. Deus quidē expers laboris est, sed tamē scripturæ verba quid aliud, nisi studiosam tui ob gratiā operationē eius ostēdunt? Ergo si deus maiore quodā studio te creauit, cur ipse tui studium relinquis? Si deus in te laborauit, qui laborare non nouit, cur ipse fugitans fis laboris? Manus tuæ, inquit, fecerunt me & parauerunt. Clamat ad deum Propheta: Opus tuum dñe ne deseras, nō derelinquas. Te autorem cōuenio, te teneo cōditorem, præsidia aliena nō quero. In adiumētū accingere, qui accīctus es vt creares. Dic ipse Dauid quid senseris, cur dixeris: Manꝰ tuæ fecerūt meꝰ? Sed dixisti inferius: Dñe retribues propter me, dñe misericordia tua in seculum, opera manuū tuarū nō omittas. hoc est dicere, Bestias nō fecerunt manus tuæ, sed dixisti, Producāt aquæ reptilia animarum viuentium: & produxit terra secūdū

A genus quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ. Me autem, inquit, fecisti, me tuis manib⁹ figurasti: hoc est, nō figurasti bestias manibus tuis, nō reptilia, nō volatilia: me autē fecerunt manus tuæ, & parauerunt me. Non mediocre opus est quod paratū est. cum sapientia vnū-
Prouer. 8. quodq; disponitur & paratur. Deniq; sapiētia dicit: Cū pararet cælos, cum illo eram. Quod de hominibus dicit idē Propheta: Vox dñi præparantis cernos. Quæ
Psal. 28. vox dñi dei est, nisi, faciam⁹ hominē? Qui sunt isti cernui nisi inimici serpētib⁹, qui sup aspides ambulāt, & venena nō sentiunt? Nō vile igitur, nō corporale arbitror quod parauit deus. Nosce teipsum homo, tuæ animæ
Cantic. 1. dicitur in Canticis canticorum: Nisi cognoueris te formosam in mulieribꝰ. Cognosce te aia, quia nō de terra, nō de luto es, quia insufflauit i te deus, & fecit in animā viuentē. Opus est magnificī, dei generatione inspiratum. Attēde tibi, vt lex dicit: hoc est, tibi, id est, animæ tuę. Secularia te & mūdana ne teneāt, terrestria nō morentur. Ad illū tota intentione festina, ex cuius inspira-
Prou. 20. tione consistis. Grande, inquit, homo, & preciosum vir misericors. virum fidelem opus est inuenire. Disce homo vbi grandis & preciosus sis. Vilem te terra demōstrat, sed gloriosum virtus facit, fides rarum, imago preciosum. An quicq̄ tam preciosum q̄ imago est dei? Quę primū tibi fidē debet infundere, vt i corde tuo refulgeat quædā autoris effigies: ne qui mentē tuam interrogat, nō agnoscat autorem. An quicquā tam preciosum q̄ humilitas, vt naturam corporis animęq; perspiciens, altero te perspiciens, altero subiicias, altero recognoscas? Prona in vitium carnis illecebra, misericor-
B dia suadet quia quod alteri contuleris, tibi soluis: quicquid a te procedit, in te recurrit: & quicquid fueris, tibi soluis: & quicquid fueris, tibi proficit. Viuacis animæ vigor, sensus rationis & intellectus capax atq; iudicii, vt digna domus tanto habitatore videatur, non amittet suæ prærogatiuam naturæ, vt hominis nomen amittat. Scriptura enī eum hominē dicit, qui est ad imaginē & similitudinem dei: peccantē autem non hominē, sed aut serpentē, aut equum hinnientē fœminis, aut vulpeculā, aut iumētum vocare consuenit. No-
Psal. 31. lite fieri sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus. In camo & freno maxillas eorū cōstringe, qui non ap-
Lucæ. 13. propinquant tibi. &, Dicite huic vulpi, de Herode ait.
Lucæ. 3. Sed dicitur generatio viperarū a Ioāne plebs hominū. Magnū ergo opus dei es homo, magnū est quod dedit tibi deus. Vide ne quod deus tribuit, amittas. Magnum illud munus, quod es ad imaginem dei, & hoc in te punitur magis. Deus enim nō punit similitudinem suam, sed eum punit qui ad similitudinē dei factꝰ; hoc
C quod accepit, seruare non potuit. Punitur ergo illud qđ ad similitudinē dei esse desistit, hoc est, peccatū tuum. Nam suā deus non dānat imaginem, necillam in incēdium mittit æternū, sed magis vindicat imaginem suā de eo qui imaginī illi fecit iniuriā, vt per malitiā quod eras esse desineres, & ne fieres mulus ex homine. Vindicatur ergo imago, nō cōdēnatur. Vidicatur quasi expulsa, non cōdemnatur quasi rea. Postq̄ enim peccasti, aliud esse cœpisti: & illud qđ eras, esse desisti. Quomodo igitur punitur in te quod in te non inuenitur? Nam si inueniatur in te imago dei & similitudo, non supplicio incipis dignus esse, sed præmio. Ita imago illa quia ad imaginem & similitudinem dei factus es, non condēnatur, sed coronatur. Cōdemnaris autem in eo quod ipse mutatus es vt fieres ex homīe serpēs, mulꝰ, equus, vulpecula. His nos enim nominibus iam scriptura condēnauit, quia exuti cælestis imaginis ornamento, etiā nomen hominis amittimus, qui gratiā hominis nō tenemus. In aliquibus tamen codicibus inuenimus: Manus tuæ fecerūt me, & plasmauerūt me. Nec istud alienum, quia & Iob dixit: Manus tuæ plasmauerunt me
Iob. 10. & fecerūt. Vnde & hic edicitur vt meminerit deus quapuluis sumus, & vberioris gratię munus infundat, nec D
infirmum opus deserat. Gubernator fluctuāte nauigio plus laboris impendit, q̄ cum secundo remigio labitur fluctu, & ventorum flatum suo suparo superante procurrit. Manus tuæ, inquit, plasmauerunt me. Manus dicit pluraliter, nō manu. At vero alibi ait: Ego manu mea solidaui cælum, & manus mea fecit hæc. In hominis cōstitutione videtur nō abundare, quod toto mundo vt fieret abūdauit. Cælum vna firmauit manus, vt scriptū est: & vtraq; dei manus hominē figurauit, vt legimus. Cælū nō ad similitudinem, homo ad similitudinem. Angeli enim ad ministeriū, homo ad imaginē. Esto vt & angeli ad imaginem, scriptura tamē de homine loc:ta est quod sit ad imaginem. Habemus enī aliquid qđ fortasse angeli nō habeāt. Vbi enī abūdauit Roma. 5.
peccatū, superabundauit gratia. Nobis est natus Christus ex virgine. Legimus enim: Puer natus est nobis, Esaiæ. 9.
filius datus est nobis. Nobis carnē suscepit, immo potius nos in illa carne suscepit, quādo filium hominis in dei sede cōstituit. Nō lego angelos in dei sede nisi stantes, nisi ministeriū deferētes. Non lego angelos sed homines consepultos Christo, & in Christo resuscitatos. Deniq; ait Apls: Quia cōuiuificauit nos in Christo, cui Ephe. 2.
ius gratia estis saluificati, & simul suscitauit, simulq; sedere fecit in cælestibus in Christo IESV. Filius ergo hominis ad dexteram dei, nō angelus, nō archangelus, nec Cherubim & Seraphim. Illi laudant, filius hominis sedet. Filius hominis angelorū ore laudatur, quod E
angelos malos vicerit, de nequitiis spiritalib⁹ quæ sunt in cęlestibus, triūphauerit, quod fecerit similes angelorum homines in quibus ante erāt contagia mortuorū. Verbo, inquit, domini cæli firmati sunt, & spiritu oris Psal. 32.
eius omnis virtus eorū. Homo quoq; spiritu dñi perfectionem vitæ cōsummationēq; virtutis accepit. Inspirauit in eū dñs spiritum vitę, & factus est homo in ani- Gene. 2.
mam viuentē. Vita ergo nostra cœpit ex inspiratione diuina, sed vita hæc secessione animæ corporisq; dissoluitur, inspiratio autē diuina nō soluī. Et ideo intellige aliud esse qđ figuratū est, aliud qđ factū est vel paratū. Meritoq; dupliciter habes scriptū de homine. Primū enim scriptum est: Faciamus hominem ad imaginem Gene. 1.
& similitudinē nostrā: & dominabūtur, inquit, vel principatum habebunt: & fecit deus hominē ad imaginem dei. Secūdo autem loco ita scriptum est: Quia accepit deus puluerē de terra, & plasmauit hominē. Vbi pulF
uis, ibi plasmatio. vbi autē nō puluis, ibi non terra, non materia, sed incorporeū, sed admirabile: ibi nō materia, sed immateriale. Quod enim secundū imaginem est, non est in corpore, nec in materia, sed in anima rationabili. Ibi operatur, ibi ostēditur homo ad similitudinē & imaginem dei, vbi iustitiæ, vbi sapiētiæ, vbi omnis forma virtutis assumitur. Si intelligas imaginē, videbis ad imaginem. Homo enim nō est imago dei, sed ad Colos. 1.
similitudinem factus. Alius est imago dei inuisibilis, primogenitus vniuersæ creaturæ, per quē facta sunt omnia. Ille non ad imaginem, sed imago: tu non imago, sed ad imaginē. Habes ergo in tua substantia aliqd de imagine & similitudine dei, quod sit diuinæ simile imagini. Propterea imago ad eum qui est ad imaginē venit, & quærit imago eum qui est ad similitudinē sui, vt iterum signet, vt iterum conformet, quia amisisti qđ accepisti. Insufflauerat enim tibi deus, vt inspirationis suæ dono haberes gratiam, quam tibi tua culpa sustulerat. Factus eras in animam viuentem. Audi quid dicat, non in carnē, sed in animam viuentē. Sed qua peccator signaculū tenere nō potuit, & in crimine posit⁹ nō habebat quæ dei sunt, sed quæ hominū, pptерea venit dñs noster IESVS Christus, vt legisti in euāgelio, & a mortuis resurgēs cū clausos discipulos reperisset, clau- Ioan. 20.
stris ingressus est manētibus, & dixit: Pax vobis. Sicut ergo misit me pater, & ego mitto vos. Cūq; hoc dixisset

G insufflauit, & dixit eis: Accipite ſpiritū ſanctū. Vides
ne ergo quæ manus fecerint hominē, aut quē hominē
Coloſſ. 3. fecerint? Illū vtiq; quē ſecūdum Chriſtū induimus ex-
poliantes veterem hominē cum actibus ſuis, & indui-
mus nouū qui renouatur ad agnitionē ſecundū imagi-
nem eius qui creauit eum, vbi nō eſt ſeruus & liber, ſed
oīa & in oībus Chriſtus. Chriſtū ergo induimus, ſicut
Gala. 3. & alibi dictum eſt: Chriſtū induiſtis. Accepimus ſpiri-
tum ſanctū, qui nō ſolū noſtra peccata dimittit, ſed etiā
nos facit ſacerdotes ſuos aliis pctā dimittere. Ideo ait
Pſal. 138. propheta: Tu finxiſti me, & poſuiſti ſuper me manum
tuā. Finxit per lutū, poſuit per gratiā ſpiritalē. licet ple-
riq; hunc pſalmū ex perſona dictū ſaluatoris accipiant.
Audi quia manus dñi etiam ſpiritus dicitur. Clamat
Iob: Spiritus diuinus, qui fecit me. Iſtæ ſunt ergo ma-
nus quæ hominē parauerunt, Chriſtus & ſpiritus. Er-
go dñs IESVS & corporis autor eſt noſtri, qui pri-
mum fecit hominē ad imaginē, & poſtea de luto finxit,
& voluit ſeruare quod fecerat, ſaluare qđ plaſmauerat,
vt totum hominē ſaluum faceret, ſicut ipſe dixit in euā-
Ioan. 7. gelio: Mihi iraſcimini quia totū hominē ſaluū feci in
ſabbato. Quo ſpecialiter eccleſia docet quia non ſolum
anima, ſed etiā caro noſtra ſaluaſ: Aīa per cognitionē
dei, caro per reſurrectionē: quorū alterum docuit diuini
autoritate ſermonis, alterū propriæ reſurrectionis exē-
plo. Hic eſt ergo homo geminæ ſubſtātiæ. Alia eſt enī
facti ſubſtātia, alia figurati. Iſta de dei ſpū, illa de limo.
Propterea ait Iob: Reſuſcitabit coriū meum. quia qđ
de limo eſt, reſuſcitatur. Terra enim in terrā redit: quod
autē factum eſt vt principatū haberet ſuper cætera ani-
H mantia, id præſtātius eſſe intelligis. Luti etiam beſtiis
nobiſcum cōmune cōſortiū eſt, & ideo animę ſpecialis
prerogatiua donata eſt: Ideo tamē, quia ceteris animā-
tibus imperat: ſed vt poſſit īperare, debet deo eſſe ſubie-
ctus. Docetur igitur ſeruire, vt ad regnū puenire me-
reatur. Qui enim ſeruit Chriſto, placet deo. Qui ſer-
uit Chriſto, placet vtiq; veritati, & debet neſcire men-
dacium. Qui ſeruit iuſtitiæ, debet repellere iniquitatē.
Qui ſeruit immaculato, debet tenere caſtimoniæ di-
ſciplinam. Qui ſeruit luci, debet odiſſe tenebras pec-
catorū. Ergo quia corpus infirmum eſt, viſitationem
Pſal. 8. domini poſtulemus. Vnde propheta ait: Quid eſt ho-
mo quod memor es eius? aut fili⁹ hominis, quoniā vi-
ſitas eū? Et nunc in reliqua verſiculi portione ait:

Da mihi intellectum vt diſcam manda-
ta tua.

Spiritalē igitur ſe eſſe cognoſcit propheta per gratiā
ſpirit⁹ ſancti: Etenim intellectū dari a dño, & inter mu-
nera gratiarū primo conſtitui loco, in apoſtolica lectiōe
1. Cor. 12. didiciſti, quia vnicuiq; datur manifeſtatio ſpirit⁹ ad vti-
I litatē. Et in propheta primo loco ſapiētiæ & intellect⁹
ſpiritalis gratia poſtulatur. Petitur ergo dei donū. De-
niq; vide ordinē. Da mihi intellectū vt diſcam mādata
tua. Intellectus præmittitur, vt ſciētia ſequatur. Nā ni-
ſi quis intellexerit, doctus eſſe nō poterit. Doctrinā igiſ
intellectus facit, nō memoria. Nihil enī prodeſt multa
legiſſe, niſi intelligas ipſe quæ legeris. Et in Apoſtolo
poſt manifeſtationē ſpiritus, ſermonem ſciētiæ legiſti
poſtea ſubſtitutū, vt ſcias intellectū memoriæ prēferē-
dum, & illū poſſe habere ſciētiā, cui ante intellectus af-
fulſerit. Simul intellectū conſidera. Si ppheta intellectū
dari ſibi poſtulat, qs tā arrogās, qui pfiteaſ in ſua pote-
ſtate eſſe intelligētiā? Intellectū petit vt ipſe ſe nouerit,
& naturæ ſuæ poſſit ſcire rationē. At illi qui de rerū na
tura diſputāt, cæli ſcrutātur plagas, qui ſeipſos ſcire nō
poſſunt: putant intelligētiā ſine dei dono poſſe concedi.
Vnde & nos humilitatē debemus aſſumere, ne extol-
lamur ſi forte vnā aliquā de ſcripturis parabolā cogno-
uerimus: aut quia interdū ſecūdū literā plane legim⁹ ſi
forte ſecūdū literā aliquid intellexerimus, doctrinæ no-
bis aſſumamus ſciētiā. Propheta ille qui accepit ſpiritū K
ſanctū, poſtq̃ vnctus eſt in regnū, vnctus eſt in pphetā,
cēteſimūoctauūdecimū pſalmū ſcribēs, itellectū ſibi da-
ri poſcit vt mādata dei intelligat: & ſcit, niſi a dño acce-
perit gratiā, intelligere eius ſe mādata nō poſſe. In euā
gelio q̃q; lego quia pponebat parabolas dñs IESVS, Mat. 13.
& apoſtoli nō intelligebāt. Deniq; explanationē propo
ſitæ parabolę poſtulabāt. Ipſe dñs IESVS cū diceret,
vt legiſti in libro euāgelii ſecūdū Matthæum ſcriptū,
Beati pauperes ſpiritu: ſubiecit in poſterioribus: Oīsq Mat. 5.
audit verba hæc, & fecerit ea, ſimilis erit viro ſapienti. Mat. 7.
Nō ergo qui audit tantūmodo, ſimilis erit, ſed qui facit
quæ audierit. Ergo neq; factū ſine auditu, neq; auditio
ſine facto poteſt eſſe ſapienti ſimilis, ſed qui audit & fa-
cit. Audiamus igitur, intelligamus, faciamus: vt intel-
lexiſſe nos quod audiuimus comprobemus.

Qui timent te, vidēbūt me, & lætabun- II
tur, quia in verba tua ſperaui.* *als, ſuper ſperaui.

Fortaſſe aliquib⁹ videatur hoc eſſe cōtrariū quia iuſt⁹
dicit: Qui timēt te, videbūt me, & lętabūtur. Mult(enī
iuſtus grauis eſt cum videtur. Deniq; ī euāgelio pleriq;
dñm IESVM videre nō poterāt, ſicut Geraſeni roga Lucæ. 8.
bāt eum vt abiret de regionibus eorū: & alii ei tranſitū
denegabāt, qñ tamē per eos trāſire nolebat. Vnde pu-
to quod ſicut illic Iudaicæ forma impietatis exprimiſ,
ita hic eccleſiæ gratia reueletur. Prophetat enī totū or-
bem replēdū eſſe timore diuino, & ideo quaſi timentes
deum ſanctorū dicit cognitione lætari. Qui enī videt iu
ſtum & gaudet, etiā ipſe vult eſſe iuſtus. Pulchrum eſt L
enī vt eo in aliis delectetur, quod vult ipſe in ſe ſeruare ſi
poſſit. Eſt enim inſitū bonis, vt caſtum pudicus, prudē
tem ſapiēs affectu pio diligat, miſericors liberalē, & vir
tutes ſuas in aliis amet. Pleriſq; enim iuſti aſpect⁹ ad-
monitio correctionis eſt, perfectioribus vero lætitia eſt.
Qꝫ pulchrū ergo ſi videaris & proſis. Bonū ergo vir iu-
ſtus. Propterea deniq; Paulus apl's aſcēdit Hieroſoly-
mam, vt iuſtos videret: & cum Petro māſit diebus quī- Galat. 1.
decim, vt ex eius aliquid cohabitatiōe proficeret. Pro-
pterea ipſe Paul⁹ & Barnabas cū Hieroſolymā ingre- Actuū. 15
derētur, magnifice excipiebātur ab eccleſia, ab apoſto-
lis, & maioribus natu. Cum autē abire vellēt, ne diſcede
rent rogabātur: & vt poſtea de Paulo legimus, cum la-
chrymis deducebatur. Nā ſi eſt tanta vis in naturalib⁹,
vt animal viſum proſit ictericis, ita vt mortui q̃q; cor-
nu eius animātis prodeſſe dicatur ſi fuerit demōſtratū
iis qui huiuſmodi inciderint paſſionē: dubitare poſſu-
mus quod iuſti ſanet aſpectus? Ergo vile animal irra-
tionabile tantā virtutē habet, vt ſanare poſſit hominē M
momēto exiguo: quid videtur? homo iuſtus, ſi tñ cū fi-
de ab eo cōſpiciatur qui vtilitatem ab eo percipere deſi-
derat, nihil confert? Num vel ipſi oculorū radii virtutē
quādā videntur infundere iis qui fideliter eū videre de-
ſiderāt? Sed quēadmodū iuſtus lætificat cor innocētiū
cum videtur, ita & improbi iuſtorū cognitione torquē-
tur, quia vel tacitis ſanctorū moribus arguuntur. Tor-
quet caſtitas incōtinētē, auaritiā liberalitas, īpietatē fi-
des. De hoc quoq; parile vilis animātis ſumamus exē-
plū. Nā ſicut pdeſſe diximus mutum animal cū vide-
tur, ita obeſſe percipimus lupum ſi aliquē vidēdo præ-
uenerit. Vocē enim ferūtur amittere quos prior lupus
viderit. Baſiliſcus quoq;, hoc eſt, noxius ſerpēs, ſi quod-
cūq; prior viderit animal, fertur occidere: & allegatur
ſtatim necari qui potuerit a ſerpente huiuſmodi præui
deri. Ipſe quoque ſerpens mori dicitur ſi fuerit hominis
præuētus aſpectu. Ergo ſi tāta virtus vel in oculis ſer-
pētis vel in oculis eſt hoīs, vt ſi alter alterū prior vide-
rit, poſſit occidere: nō eſt virtus in oculis iuſti, qui reple-
tus virtutis eſt gratia, cū preſertim tātū operetur fides, Matt. 9.
vt & illa q̃ fimbriā dñi tetigit ſanaretur, & ille cui intē-
dit dñs IESVS, ſtatim ex eius oculis gratiā ſanitatis

A hauriret? Sed qui videt iuſtū, debet ſcire quid videat. nō
illū videt ī corpore, nō ī veſtimēto, nō ī patrimonio, nō
in vultu, ſed int⁹ videt. Nō inquā illū videt, niſi ei⁹ vide
rit mētē, niſi eius ſermonē intēderit, niſi ſenſus illi⁹ po-
tuerit cōprehēdere, ſapiētiā de tractatu eius potuerit aſ-
ſumere. Tunc igitur lętabitur, cū iſta perſpexerit, cum
iſta cognouerit. Ita ergo & nos ſicubi audimus iuſtū, fe
Lucæ. 7. ſtinemus videre, ſicut illa mulier quæ audiuit in domo
Phariſæi diſcumbere dñm IESVM, & ingreſſa eſt,
& eius pedes perfudit vnguēto. Illius imitatores ſim⁹:
quia Eccleſiæ in illa muliere figurā eſſe quis dubitet?
Sicubi ergo iuſtus ſedeat, ſicubi accumbat, feſtinemus
videre eum. Precioſum eſt videre virū iuſtū, vt videas
eum ſecūdū imaginē dei. Quod foris eſt, nihil prodeſt:
quod intus eſt, ſanat. Sane & in eo qui foris eſt, illū qui
intus eſt frequēter aſpicimus: vt ſi viderimus in paupe
re, illū ad cuius ſimilitudinē factus eſt, honoremus in
Mat. 25. paupere, de q̃ ait: Dediſtis mihi māducare: quia qđ vni
eorum dediſtis, mihi dediſtis. Qui enim coronat ima-
ginem imperatoris, vtiq; illū honorat, cuius imaginē
coronauit: & qui ſtatuam cōtēpſerit imperatoris, impe
ratori vtiq; cuius ſtatuā cōſputauerit, feciſſe videtur in-
iuriam. Gētiles lignum adorant, quia dei imaginē pu-
tant: ſed inuiſibilis dei imago non in eo eſt qđ videtur,
ſed in eo vtiq; quod non videtur. Vides ergo quia inter
multas Chriſti imagines ambulamus? Caueamus ne
coronā imagini detrahere videamur, quam vnicuique
B Chriſtus impoſuit. Caueamus ne aliquid detrahamus
iis quibus debemus adiūgere. Sed, qđ peius eſt, nō ſolū
nō honeſtamus pauperes, ſed etiā de honeſtamus, de-
ſtruimus, perſequimur: & ignoramus quas dei imagi-
ni congeramus iniurias, cum factos ad imaginē dei pu
tamus eſſe lædēdos. Qui enim irridet pauperē, exacer-
Mat. 25. bat eum qui fecit illum. Sed aderit ille qui dicat: Eſuri-
ui, & non dediſtis mihi māducare. ſitiui, & nō dediſtis
mihi bibere, æger erā, & nō viſitaſtis me. Et quāto iſta
leuiora ſunt, q̃ ſi dicat: Iniurias mihi feciſtis, nudaſtis
me, verberaſtis me? Quē ſi qs interrogauerit, Quādo
tibi iniurias fecimus? qñ ſpoliauimus? quādo etiā ver-
berauimus? dicet: Quādo vni horum minimorum fe-
ciſtis, mihi feciſtis. Propterea caueamus diligētius ne
cui vel minimo contumeliam irrogemus, ne ipſi dño
in illis minimis cōtumelioſi fuiſſe videamur. Qua ra-
tione autē dixerit, Qui timēt te, videbunt me, & læta-
būtur: ipſe expoſuit dicēs: Quia in verba tua ſuperſpe
raui, hoc eſt dicere: Intus me viderūt, intus me tetige-
runt, intus me aſpexerunt, vbi ſpem aſſumpſi de tuis
verbis, vbi tua verba percepi. Beati ergo qui vident iu
ſtum, & lætantur, quia ſperant in dei verba. Qꝫ multi
C autē ſunt qui oderunt iuſtos: quia perſcrutanſ dei ver-
ba qui iuſti ſunt, & cum aliquos doctos audiunt, impie
eos propter doctrinam vitare conſueuerunt.

III Agnoui* domine quoniā iuſta iudicia*
tua, & in veritate tua humiliaſti me.
*als, cognoui. *als, quia equitas.

Qui poteſt intelligere quæ ſunt diuinæ prouidētiæ,
vtitur eo ſermone quo vſus eſt propheta ſanct⁹ Dauid:
quia oīa iudicio dei fiunt, vt ægrū corpus aliquis ha-
beat, aut ſalubre, vt diues, vt pauper ſit, vt moriaſ iu-
uenis, vel ſenex. Si quis intēdat ſcripturis diuinis, intel
ligit hæc fieri iudicio dei. Nihil enim eſt pręter dei ſciē
tiam. Exēplū quærimus? Non eſt abſconditū. Siquidē
Iob nunq̃ amiſiſſet proprias facultates, niſi eſſet tradi-
tus aduerſariæ poteſtati. Dedit enim dñs diabolo pote
ſtatem in facultates eius, vt tētaretur qualē amiſſo pa-
trimonio haberet affectū. Dedit in filios, dedit in corp⁹
eius, vt pbaretur. Num defunctorum dolore liberorū,
aut cruciatu corporis a conſtantia mentis animæq; de-
feciſſet, niſi fortis exiſteret? Dñs quidē nouerat fortem,
ſed in illo docere atq; examinare nos voluit vtrum imi-
tatores eius eſſe poſſemus. Deniq; & Abrahā tentauit
quando filium ſenis vnicum ſibi petiit immolari. Scie- D
bat vtiq; mentē Abrahæ. Sed ſciens tentat dñs, ſicut le
giſti in euāgelio quia cum interrogaſſet dñs IESVS Ioan. 6.
diſcipulos quot panes haberent, & illi reſpōdiſſent quia
quinq; tātū haberent panes, ipſe ait: Quid faciemus, ī-
quit, inter tātos hoīes? Hoc aūt dicebat tētans eos. ſcie-
bat enī quid facturus eſſet. Qui ergo iuſtus eſt, exami-
ne iuſtitiæ ſuæ credit quia dei iuſta iudicia ſunt: vel ſe-
cundū Græcum, quia dei iudicia ſunt ipſa iuſtitia. Sed
hoc vt agnoſceret, fecit præmiſſa precatio, quoniā intel-
lectum ſibi dari popoſcit vt mādata dei diſceret. Acce-
pta eſt ergo intellectus & cognitionis gratia: agnouit
iuſta eſſe dei iudicia. Agnoſcere autē perfecti eſt. De-
niq; aliud eſt credere, aliud agnoſcere. Fides timentis,
agnitio eſt ſapiētis. Qui enim timet, rationem nō quę-
rit: ſapiens autē & agnitionem eorū inueſtigat quęcūq;
percipere deſiderat. Credidi, inquit, propter qđ locutus Pſal. 115.
ſum. Cognouit autē intelligēs qđ locutus eſt. In quo er
go iuſta iudicia dei ſūt? Quia per labores & tribulatio-
nes & afflictiones ad cæleſte præmiū peruenitur. Sicut
enim certātibus athletis corona defertur iuſto iudicio
hominū, ita legitime certātibus Chriſtianis diuino iu-
dicio palma decernitur. Vincēti, inqt, dabo ſedere me- Apoca. 3.
cum in ſede mea. Vita ergo noſtra examinatur igne ſi
cut ſplendor argēti, vt virtus certaminibus approbeſ.
Tranſiuimus, inquit, per ignē & aquā, & induxiſti nos Pſal. 65.
in refrigeriū. Per hæc igitur vera iudicia tua eſſe cogno
ui. Humiliatus enim ſum vt hæc viderem: quia ii qui
exaltati ſunt corde, oculos ad veritatē aperire non poſ- E
ſunt. Cū autē humiliamur, peccata noſtra cognoſcim⁹,
& ipſa humilitate delicta noſtra purgamus. Humilia-
tus ſum, inquit, & ſaluum me fecit. In veritate ergo hu
miliatus eſt qui humiliatus eſt ad ſalutē: nec vane per-
tulit paſſionē, qui ſalutē veritatis ſecutus eſt. Diſtat igi
tur inter cognoſcere & timere, vt eo reuertamur. De-
niq; euāgelii lectio docere nos debet. Ait enim dñs ad
eos qui credebant ei ex Iudæis: Si manſeritis in verbo Ioan. 8.
meo, cognoſcetis veritatē, & veritas liberabit vos. Si
māſeritis, inquit, cognoſcetis. Vides quia nō a princi-
pio potuit cognoſcere quicūq; timēs deū verbū eius au
diuit? Nō ſolū aūt nō idē eſt timor & cognitio, verūetiā
nō idē eſt fides & cognitio. Siquidē etiā Apl's docuit di
uerſa eſſe munera gratiarū. Alii enī, inquit, per ſpiritū 1. Cor. 12.
datur ſermo ſapiētiæ, alii ſermo ſciētiæ ſecūdū eūdē ſpi-
ritum, alii fides in eodē ſpiritu. Si ergo alii fides datur,
alii cognitio: vides, vbi fides, nō ſtatī cognitio. Vbi au
tem cognitio: & fides eſt & prudētia, nec ab eo poſſum⁹
diligētiā ſeparare. Habuit ergo cognitionē ſanctus Da
uid, vtpote propheta perfect⁹, qñ quidē ita pfecte cogno
uit vt humiliaretur in ipſa veritate. Siue ergo in aduer F
ſis poſitus, agnouit probationis gratiam: ea quæ labo-
rioſa & aduerſa ſunt, ſuſtinenda: iuſtum autem eſſe dei
iudiciū: & ideo bene certātes nunq̃ deſeri vel relinqui, &
coronā his poſt laborē poſſe deferri. ſiue in ſecundis &
proſperis poſitus, cognouit etiā diuitias rerū, diuerſoſq;
ſucceſſus tentationis, cauſas ſolere ſuppetere vt is qui
his vtitur, rerū proſperitate tētetur. In eo igitur ppheta
Dauid laudādus, quia cū iſta agnoſceret, humiliabaſ,
vt humilitate ſua vel proſperorū excluderet tētamēta,
vel aduerſorū ſubiret cōſtantiā ęquanimitate tolerātię.
Non ergo magnopere laudabilis eſſet propheta, ſi lau-
daret iudicia dei vſus affluētia ſecundorū. Quid enim
magnū facimus ſi quādo in ſecundis ſumus laudamus
deū, quādo in diuitiis ſumus, quando nullis vexamur
iniuriis? Illud eſt magnificū, ſi ſubiectus iniuriis, cōtu-
meliis, iudiciū dei laudes: ſi vexatus ægritudine, iudi-
cia dei prædices: ſi te inopia nō reuocet quo minus lau
des iuſtitiā dei. Ergo ſemper laudāda ſunt iudicia dei,
ſicut ſcriptū eſt: Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudi- Pſal. 47.
cia tua. Quæ ſunt filiæ Iudę, niſi animę religioſæ, ani-
mę eccleſiæ, quæ IESVM Chriſtum dñm cōfitētur?

G quæ videntes rationem iudiciorum tuorũ ſemper exultãt. Qui enim non ex aliquo ſecundo prouẽtu, ſed ex cognitione rationis induit lætitiam, nõ niſi in exultatione perpetua conſtitutus eſt.

IIII Fiat nũc* miſericordia tua vt exhortetur* me ſecũdum verbum* tuum ſeruo tuo.

*als, non habet nũc. *als, cõſoletur. *als, eloquium.

Aliqui habẽt in hoc loco: Conſoletur me. Sed etiã in apoſtolo legimus exhortationẽ pro conſolatione dictã, & cõſolationẽ pro exhortatione. Magna eſt ergo miſericordia dei, quæ nõ ſolũ remiſſionẽ tribuit peccatorũ, ſed etiã certantibus adhibet exhortationis calcaria, ne ſuſcepti certaminis paſſiones in belli formidine derelinquãt. Nõ ergo miſericordiã quaſi is qui vict⁹ cedat, aut vt veniæ precator implorat, ſed vt dei miſeratione ſuccinctus, maiora viribus tanto munere fultus expediat. Egregiã & ſingularẽ prophetę ſpectato virtutẽ. Alius enim humiliatus erũnis poſceret vt circa eum tẽtamẽta deſineret, & ſedare dñs aduerſa dignaretur, ne tribulationũ procella in eum ſæuiret: iſte autẽ tanq̃ athleta fortis & patiens, qui exerceri & cingi animã ſuã tribulationibus noſſet, nõ triſtitiã dimouere, nõ impugnantia declinare deſiderat, nõ omne illud deſinere qd fatigationẽ laboris afferret expoſcit, ſed magis in tẽpore laboris ſui aduerſus tentationũ procellas dari ſibi verbũ cõſolationis expoſcit, vt poſſit forti quæ ingerũtur mente tolerare, ne aliqua mœſtitiæ perturbatione laſſetur. In eo igitur obſecrat miſericordiã dei, ne auxilio deſtitut⁹ expediẽdi, cœptã militiã derelinquat. Deniq; adhortationis diuinæ eſſe miſericordiã, euidens teſtimonium (Exodi.33.) docet. Moyſi enim dicit deus: Miſerebor cui miſertus H ero, & miſericordiã præſtabo cui miſericordiã prẽſtitero. (Roma.9.) Igitur nõ eſt volẽtis neq; currentis, ſed miſerãtis dei eſt. Forte dicas: Ergo non debemus vel velle currere? Atqui negligẽtes deus deſerere cõſueuit. Nõ ergo hoc dicit, ſed quid dicat cõſideremus. Nõ volentis neq; currẽtis hominis perſeuerantia eſt. Nõ eſt enim in hominis poteſtate, ſed miſerãtis dei eſt vt poſſis cõplere quę cœperis. Deniq; iterũ Moyſi dicit: Quia in hoc ipſum te ſuſcitaui, vt oſtendã in te virtutẽ meã. Colligitur igitur adhortationẽ diuinæ miſericordiæ deputandã. Vnde ſequitur: (Ibidem.) Ergo cui vult miſeretur, & quẽ vult obdurat. Hunc miſeratus hortatur, illũ nõ reuocat execrat⁹. Et vere miſericordia eſt dei, noſtrarũ militia paſſionũ, (Lucæ.16.) per quã nobis peccata minuũtur. Deniq; Lazarus pauper quia in hac vita tolerauit mala cõplurima, in gremio Abrahæ requiẽ conſolationis inuenit: ille autẽ diues qui cõſolationẽ habuit in ſeculo, poſt curricula vitę huius fructũ quietis amiſit. Quẽ ſi miſerat⁹ eſſet deus, caſtigaſſet potius in hoc ſeculo, vt poſtea nõ flagellaretur. Deniq; Iob licet grauiter flagellatus, & quidem fla- I gellis plurimis inopiæ, amiſſionis filiorũ, doloribus corporis, opprobriis amicorũ: cõſolatiõe tamẽ fruitur æterna. Ergo quãto maiores tribulationes fuerint, tãto vberior cõſolatio reſeruatur. Et tamẽ ne cadas atq; ſuccumbas: quãto maiores tẽtationes videris, tanto magis roga verbum dei vt adhortationem tibi afferat: ſicut ro- (2.Cori.1.) gauit & Paulus, qui ait: Benedictus deus & pater dñi noſtri IESV Chriſti, pater miſericordiarum, & deus omnis cõſolationis, qui nos exhortatur in omni anguſtia, vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui ſunt in omni tribulatione, per exhortationẽ, qua & ipſi aduocamur a deo: quoniã ſicut abundãt paſſiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtũ abundat etiã cõſolatio noſtra. Tãta vis apoſtolicę petitiõis rogat vt cõſolationẽ accipiat a dño in omni tribulatione, quo nõ ſolum ipſe induat tolerantiam, verũetiã alios cõſoletur, vt & ipſi poſſint propriæ mentis anguſtias ſuſtinere. Si igitur ipſe in omni tribulatione fueris idoneus approbatus, tunc demũ dignus eris qui cõſolationẽ accipias ĩ omni tribulatione. Et tñ nõ oĩs paſſio, diuina cõſolatio eſt, ſed quę paſſio ꝑ Chriſto eſt, hæc conſolationẽ Chriſti meretur. Pulchre autẽ K addidit: Secũdũ verbũ tuũ ſeruo tuo. Ipſe enĩ dñs ꝑ ſuo noĩe præliãtibus auxiliũ pollicetur, dicẽs: (Mat.10.) Cũ ergo tradent vos, nolite cogitare quõ aut quid loquamini. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed pater meus qui loquitur in vobis. Ergo ne impares ſimus certamini, diuinũ ſemp oremus auxilium, vt nobis tribuat adhortationem. Si enim habeamus eum qui nos exhortetur, nõ facile cedimus. Pleriq; autẽ habẽt, Qui cõſolet nos: nec abhorret a vero. Inſtigantis enim aliquẽ blanda quædam eſt exhortatio, q̃ certãtẽ ſtudio laudis accẽdat, & velut q̃dã cõſolatione demulceat, ne laborũ aſperitate reuocetur.

Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuã: quia lex tua meditatio mea eſt. V

Cui lex dei meditatio eſt, huic præſto ſunt miſericordiæ, vt viuat in æternũ. Quõ enim beatus quis poteſt eſſe ſine miſeratione diuina? Beatus autẽ qui in dñi le- (Pſalm.1.) ge die ac nocte meditatur. Sed qui meditatur in lege, eruditur in lege: & quẽ lex erudierit, dñs erudit, qui locutus eſt legẽ. Ideoq; ſcriptum eſt: Beatus quẽ tu eru- (Pſal.93.) dieris dñe, & de lege tua docueris eũ. Diſcamus ergo & nos in lege meditari, nõ auocemur ſecularibus illecebris, nõ occupemur impedimẽtis, ſed ſemper ad legẽ ſimus attenti. Scriptũ eſt enim: Os iuſti meditabitur ſa- (Pſal.36.) pientiã, & lingua eius loquetur iudiciũ. Hoc in veteri teſtamẽto. Audi dicentẽ & in nouo: Prope eſt verbũ in (Rom.10.) ore tuo, & in corde tuo. Et maxime hãc meditationem L ſacerdotibus neceſſariã oſtendit ad Titũ ſcribẽs: Quia (ad Tit.1.) debet epiſcopus amplecti eum qui ſecũdũ doctrinã eſt fidelẽ ſermonẽ, vt potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui cõtradicunt arguere. Quod vtiq; ſolicitæ atq; intẽtæ meditationis eſt, nõ perfunctoriæ lectionis. Et ad Timotheũ ſcribẽs ait: (1.Tim.4.) Attende lectioni, exhortationi doctrinæ. Lectio enim frequẽs, nec intermiſſione aliqua deſtituta, doctrinę munus operatur. Quod autem poſcit vt viuat, frequẽter oſtẽdimus huius corporis vitam veræ vitæ gratiã nõ habere: ſed illam veram vitã fore, cuius bona vnuſquiſq; ſanctorum credit ſe videre in terra viuentium. Quod credimus nos viſuros, non M præſens vtiq;, ſed futurum eſt.

Confundãtur ſuperbi, quoniam* iniuſte iniquitatem geſſerũt* in me: ego autem exercebor in præceptis* tuis. VI

*als, quia. *als, fecerunt. *als, mandatis.

Superius ait idem propheta: Si reddidi retribuẽtib⁹ mihi mala. Nũ quid hic maledicit iis qui ĩ ſe iniqua geſſerũt? Nõ vtiq;. Videbat enĩ charitatẽ etiã inimiciſſimis deferendã cum veniſſet euãgelii prædicator. Vñ arbitror quia quaſi medicus velit eos ipſos ſanare qui læſerint, vt iniquitatis ſuæ cõtẽplatione cõuenti, de ꝓpriis flagitiis erubeſcãt: in quo nõ ſolũ propheticã incipiunt probare patientiã, verũetiã emẽdare ſuã inſolentiam. Pudor enĩ plerũq; corrector eſt noſtri: et dum incipit nos pudere cõmiſſi: ne diuti⁹ pudeat, deſerere quę erubeſcẽda ſunt admonemur. Nõ ergo maledicit ꝓpheta, ſed quaſi bonus medicus vult illos cognoſcere qd fecerint, vt cũ in ſuã cõſciẽtiam receperint quãta ſuorũ ſit colluuies delictorũ, incipiant erubeſcere, erubeſcentes autẽ poſſint priorib⁹ peccatis renũciare. Cõſideremus nũc aliquos fornicãtes, inequitantes viduis ac pupillis, aliena rapiẽtes, & in his nõ ſolũ non erubeſcere, ſed etiã gloriari ſolere, tanq̃ vel pulchritudinis vel potẽtiæ ſuę titulos deferẽtes: de quibus bene dixit Apoſtolus quod (Philip.3.) eorum gloria in cõfuſione ipſorum: eo deteſtabiliores ipſis criminibus ſuis, qd cũ tãta cõmittãt, nõ cõfundũtur: verum eorũ ſi quis poſtea veniat in eccleſiã, credat in dñm IESVM, audiat euãgeliũ, cõpũgatur corde, tũc demũ incipiet q̃ atrocia & grauia deliquerit agnoſcere, & in iis quæ agnouit erubeſcere. Quid ſit autem

A exerceri in præceptis dñi, quomodo exiſtimẽ, niſi quia (Exodi.23) dixit: Ego autẽ exercebor in præceptis tuis. In lege didiciſti, hoc eſt, ſi bos aduerſarii ceciderit vel iumẽtum, vt nõ deſerẽdũ exiſtimes, ſed potius eleuãdũ. Quod autem ait, Iniuſte iniq̃tatẽ geſſerũt: in quẽ hoc dicatur cõſidera, niſi in eum qui forte iuſte iniquitatem gerat, id eſt, ſi læſus per legẽ ſe cupiat vindicare iuxta præcepta Moyſi, iuſte videtur facere iniquitatẽ, ſed non ſecundũ (Mat.9.) euãgelii præcepta. Et ideo ait: Nõ veni vocare iuſtos ſed peccatores, quia Iudęi ad vindicãdum ſe autoritate legis vtũtur. Habes hoc & in aplo: Sobrii eſtote & iuſte. Nõ ſolum ſobrios nos, ſed etiã iuſte ſobrios eſſe debere docuit euidẽter. Poteſt aliquis & ſobri⁹ eſſe, & nõ iuſte ſobrius, vt ſobrius ſit a vino, & nõ ſit ſobrius æquitate atq; iuſtitia. Eſt enim crapula iniquitatis. Poteſt & aliquis ebrietati & luxuriæ ſemper indulgens, dum aliena tamen diripere conatur, eo occupatus ſtudio ſobrius eſſe a vino, & non ſobrius a rapina: nec iſte iuſte ſobrius. ideo Apoſtolus admonet vt ſit in nobis iuſta ſobrietas. Denique addidit: Et nolite peccare. Qui enim peccat, & ſi ſobrius ſit, nõ poteſt tamen tanquam iuſte ſobrius prędicari. Nolite, inquit, ſeduci, hoc eſt, ne alieni erroris ebrietas vos faciat temulentos. Corrum- (1.Cor.15.) pũt bonos mores colloquia mala, eo quod ore & labiis infidelium tanq̃ ebrietas quędam moribus audiẽtis in- B funditur. Meritoq; addidit: Sobrii eſtote iuſte, & nolite peccare. Ignorantiã enim dei quidam habent, vt ſobrius ille ſit qui non habet ignorantiam dei, nec titubat ebrietate perfidiæ. Iuſte autẽ ſobrius, in quo operũ gratia cum fidei ſobrietate reſplendet.

VII Conuertãtur ad me* qui timẽt* te, & qui ſciunt* teſtimonia tua.

*als, mihi. *als, timẽtes. *als, nouerunt.

¶ Alius habet, maxime iuxta Græcum: Conuertãtur mihi. Si ad me legimus: cõuertãtur qui timent deũ, ne cõmiſſis propriis erubeſcant, vel certe luãt ſupplicia delictorum. Cõuertãtur autẽ ad dei ſeruulũ, ꝓphetæq; doctrinã, vt dediſcãt pudẽda cõmittere, & tãti emẽdatione doctoris exuãt mores ſuos, delictorũq; labe deterſa virtutum induant diſciplinã. Si autẽ ita legimus, Cõuertãtur mihi: hoc eſt, quoniã exercebor in præceptis tuis, cõuertãtur mihi iam nõ peccanti, iam nõ erranti. Conuertãtur, inq̃t, qui timẽtes te propriis renunciauere peccatis, vt cõſortio iuſtorũ propheta ad vberius prouehatur, & ipſe de ea gratia quæ in ipſo eſt, plurimum vel primum cõferat audiẽtibus. Cõuertãtur igitur iam nõ peccante me, iuſti ad iuſtum. De teſtimoniis autẽ puto iam nõ opus eſſe repetere, cũ ante iam dictum ſit.

VIII Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.

Quanto excelſior eſt propheta vel munere prophetię C vel regni gratia, tãto magis ſequitur humilitatẽ, & docet quid nos debeamus imitari, eo quod propheta tantus immaculatũ cor fieri ſibi depoſcit. Supra poſtula- (Pſal.50.) uit: Cor mundũ crea in me deus. Nõ dixit fac, ſed crea, vt de integro cor eius inſtauret & mundet. Maior qdã in hoc ſermone ambitus eſt. Grãde enim cor eſt a dño creatum, quod recipiat verbũ de cæleſtibus virtutibus ac poteſtatibus. Grãde cor quod recipiat ipſum dñm di- (2.Cori.6.) cẽte: Inhabitabo in illis, & deambulabo ĩ ipſis. Vt hęc igitur recipiat, creatorem ſibi cordis ſui nõ angelũ fieri, ſed ipſum dñm deprecatur, qui cælum creauit & terrã. Et bene ait, Immaculatum: quia cor hoĩs velut indecẽtium cogitationũ colluuione maculatur. Si cogitatio ipſa polluit, quanto etiam facta ipſa contaminant? Noli extraordinariis cogitationibus aduerſa naturæ cõtaminare penetralia, ne id inquinamẽto graui polluas, qd putas habere te mũdum. Manus lauas quaſi poſſis crimina eluere, cum mentẽ tuã vel nudis cogitationibus (Matt.27.) inquinatã lauare nõ poſſis. Et Pilatus manus lauit, ſed cor ſuũ lauare nõ potuit. Mãſit ſcelere pollutus, quãuis D manus ſuas aquæ infuſione lauiſſet. Audi quia & cogitatio inquinat: (Mat.15.) Nõ quod intrat in os, coinquinat hominem, ſed quod exit de ore. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. Hæc ſunt quæ coinquinant hominẽ. Si ergo intus coinquinaris, prius munda quod intus eſt. Si qd intus eſt mundaueris, & exteriora mundaſti: vt ſi aqua turbida influat, fruſtra putas lacum eſſe mundãdũ. Si fons profluat cœno lẽtus, receptacula terſiſſe nihil proderit, cũ in fonte ſit vitium. Ipſe tibi ante purgãdus eſt, vt fluat omne quod purum eſt. Cor tuum cogitationũ tuarũ eſt ſcaturigo. In illo fonte vel turbida aqua impuritatis euomit, vel ſyncer æ pietatis vnda prorũpit. Didiciſti cor eſſe mundandũ, diſce queãdmodũ mũdes. Mundat hunc fontẽ iuſtificatio legitima, hoc eſt, cõfeſſio peccatorũ. Deniq; publicanus il- (Lucę.18.) le qui peccata propria fatebatur, iuſtificat⁹ magis de tẽplo q̃ phariſæus exiuit, quia ieiunia ſua & munera phariſæus atq; innocẽtiã præferebat. Munda ergo aquam tuã, illam aquã de qua dictũ eſt: Aqua alta cõſilium in (Prou.20.) corde viri. Bonã tibi aquam natura dedit, niſi eã cœno tuo polluas. ipſa te diluit, ſi pura, ſi ſimplex, ſi etiam na- F turalis ſit, ſi nihil habeat ſordidũ atq; terrenum. Quid mali eſt ſi ea aqua quæ mũdare debeat, polluat? Sed nõ eſt aqua tua quę te polluit. Iſta aqua aliena eſt. denique dictũ eſt tibi: Ab aliena aqua abſtine te. Aliena aqua mẽtitur & fallit, & cõtrarium naturę profluit. Ideo ait: (Pſal.17.) Filii alieni mẽtiti ſunt mihi. Nam ſi alieni nõ fuiſſent, vtiq; nõ fefelliſſent. Nemo enim glorietur caſtum ſe habere cor, quemadmodum Salomon dixit: ſed qui glo- (2.Cor.1.) riatur, in dño glorietur, qui ſanctis ſuis cor mundũ creare dignatus eſt, & immaculatum facere iuſtificationibus ſuis. Quæ ſint iuſtificationes, audiſti dicentem: (Eſa.43.) Dic iniquitates tuas, vt iuſtificeris. Ergo qui iniquitates ſuas dicit, iuſtificatur: qui autẽ iuſtificatur, nõ cõfũditur, q̃a pudorẽ peccatorũ matura cõfeſſione pręuenit.

SERMO VNDECIMVS.

כ Caph.

VNDECIMA litera Caph incipit, quę latina interpretatiõe ſignificat, curuati ſunt. Sonus interpretationis ipſe nos docet qd ſit curuari. Qui enim inclinatur ĩ terrã, curuari videtur. Vnde ait propheta ſub hac litera: Paulo minus E cõſummauerũt me in terra. Curuatur autẽ qui agit pœnitẽtiã, eo quod ceruicẽ ſuã curuat dum humiliatur ad dñm, & interiorẽ magis ceruicẽ, id eſt, ceruicẽ mẽtis & cordis. Nã de hac ceruice dictũ eſt: Nec ſic flectas vt circulum collũ tuum. Qui enim cor ſuũ nõ flectit, fruſtra ceruicẽ ſuam flexerit. Docet etiã Hieremias propheta humilitatẽ hac interpretatione ſignari. Ait enĩ ſub hac litera in Threnis: (Thren.3.) Quia nõ repellet in æternũ dñs, quia cum humiliauerit, miſerebitur ſecundũ multitudinem miſericordiæ ſuæ, quia nõ hũiliauit toto corde ſuo, neq; repulit filios hominũ. Bonũ ergo curuari, vt humiliemur dño, & dñs miſereatur. Deniq; & in ſuperioribus ſub hac litera idẽ Hieremias propheta oſtẽdẽs gemit⁹ & humilitatẽ plebis ait: (Thren.1.) Omnis populus eius ingemiſcentes, quærentes panẽ, dederunt deſideria ſua in eſcã vt reficiant animam. Vide domine & aſpice quia facta eſt ſine honore. Ergo qui animæ ſuæ quærit refectionem, humilitate curuet, quo poſſit citius ad dñi peruenire miſericordiã. Ideoq; tanq̃ curuat⁹ multo amplius anima ac mẽte q̃ corpore, exorſus eſt Dauid dicens:

Defecit in ſalutari tuo* anima mea, & in verbum tuum ſperaui*. I

*als, ſalutare tuũ. *als, ſuper ſperaui.

Nõ vſitatus ſermo nos capiat, vt tanq̃ corporeas fatigationes defectionẽ huiuſmodi iudicemus. Neq; enĩ hoc ſolum dixit, Defecit aĩa mea, ſed defecit in ſalutare tuũ. Itaq; vt de vſu capiamus exẽplũ, ſi verbi gratia di-

G camus, Defecit ille in illā, videtur exprimi hoc verbo
qđ totus in mulieris desiderium cupiditate trāsierit. Et
quicquid est qđ vehemēter expetimus, nisi eius matu-
riorē habeamus effectū, id nos videtur longa quadā in-
tētione lassare. Amor ipatiēs die noctuq; meretricias fo
res pulsans, si diuti⁹ potiēdi desideria differanē, ipsa de-
ficit expectatiōe dū sperat: in q̄ vtiq; nō finis amoris, sed
incremētū est. Et quicqd est desiderabile, si nō cōtingat
desiderāti, deficit in illud, & q̄si ipsam deponit animam
qui desiderat: si tū spes ppior assurgat, dat vires spes p-
xima. Si autē absentia sit dilecti, eo ipso q̄ absentē desi-
derat quæ cōcupiuit, aiæ suæ patitur defectionem. Itaq;
quāto lōgius est illud qđ desideratur, tāto magis deficit
qui desiderat. Id ergo deficere est, in id vnū quēq; totis
studiis migrare q̄d diligat. illud cogitat, illi adhæret, il-
lud pſonat q̄d receperit diligēdū, in id q̄dā aiæ defectiōe
trāsfunditur, vt si mater filii expectet præsentiā, quēad-
modū expectabat Tobiæ vxor filiū peregrinantē, defici-
ēs a desiderio, & in angustiis cōstituta, & tanq̄ resolu-
ta viribus. Quid enī aliud nisi defectū quēdā eius ver-
ba significāt? Sed quo magis lassaē affect⁹, eo amplius
amor crescit: & quo diutius abest qui desideratur, eo ex-
pectātis desideria maiore quadā vi amoris igniscunt.
H Caro deficit: sed cupiditas alitur & augetur. Hinc ergo
colligere possumus quid sit: Defecit in salutare tuū aia
mea. Etenī spiritui adhærēs anima deficit ab eo q̄d est
1.Cor.6. anima, & fit vnus spūs: qm̄ qui adhæret dño, vnus spūs
est. Itaq; sanctus & timēs deū, nescit aliud desiderare, ni
si salutare dei, q̄d est Christ⁹ IESVS. Illū cōcupiscit, il
lum desiderat, in illū totis intendit viribus, illū gremio
mētis fouet, illi se aperit & effundit, & hoc solū veretur,
ne illū possit amittere. Itaq; quāto maiore desiderio ex-
ercitata fuerit aia cupiēs adhærere saluatori suo, tanto
magis deficit. Ergo ista defectio iminutionē quidē fra-
gilitatis, sed assumptionē virtutis operatur. Deniq; ipse
Psal.62. alibi dicēs, Sitiuit in te aia mea, subiecit infra: Adhęsit
aia mea post te, me autē suscepit dextera tua. Qui enī
sitit, cupit semp adhærere fonti, nec aliud sibi nisi aquā
expetere & cōtingere videtur, vt ipso pascatur affectu.
Suscipiēs ergo me dei dextera, aiæ meæ inhians, & de
sua virtute mihi impartiēs, facit eā esse q̄d nō erat, vt di
Gala.2. cat: Viuo autē iam nō ego, viuit autē in me Christus.
Disce autē etiā hoc exemplo defectionē istā nimiæ esse
Psal.83. cupiditatis. Cōcupiscit enī & deficit anima mea i atria
dñi. Ante cōcupiscēs, inquit, & quasi totā se effundēs in
cōcupiscētiā, lōgo fine suspēsa defectione dissoluiē. De-
I niq; quō deficiat aia i salutare dei, Hieremias docet. Et
Hiere.20. factū est, inquit, in corde meo vt ignis ardēs, flāmās in
ossibus meis, & dissolutus sum vndiq;, & ferre nō pos-
sum. Hoc igitur inflāmatus desiderio ait Dauid: Defe
cit in salutare tuū aia mea, & in verbū tuū speraui. Re-
ctē sperauī dixit i verbū. Ante enī spes præcedit, & ideo
sequitur defectio. Sperauit autē in verbū q̄d prædicatū
est esse vēturū, quod pōt intelligi de dei verbo. aut cer-
te in verbū sperauit, qui verbo cælesti credidit, quo dñi
nostri IESV Christi annūciatē aduētus, vel q̄ eius glo
ria declaratur. Ergo ppheta cōsiderās quæ legerat, &
cernēs q̄d cū adesset corpori velut quibusdā ligatus vin
culis huius vitæ, aberat a salutari dei, cōcupiscebat, de-
siderabat, deficiebat, & toto dissoluebatur affectu, vt to
tus illius fieret q̄d desiderabat: sicut etiā in posteriorib⁹
Psal.141. ipse dicit: Effundo in cōspectu eius orationē meam, tri-
bulationem meā ante ipsum pronuncio, in deficiendo
ex me spiritū meū. Defecit enī eius spiritus: immo ab
eo deficit spiritus suus, qui seipsum negat vt adhæreat
Christo. Vnde semitę eius cognoscūtur a dño, quia nō
sunt carnis, sed Christi semitæ. Etenim requirētiū deū
via Christus est. Et nos igitur concupiscamus illud æ-
ternum salutare dei, nō cōcupiscamus pecuniā quā aua
rissimi cōcupiscūt, nō cōcupiscamus alienæ vxoris de-
corē, nō ambitionis exagitemur desiderio, non seculari
intēdamus glorię, nō fallacis circūscriptionis studiis oc- K
cupemur, nō proximum circūuenire iniquitate cupia-
mus, non postremo partes vulpium simus in terrenæ
voluptatis interiora demersi, tanq̄ exules æternorū, &
de illa supernæ spei præsumptione deiecti. Attollat igi
tur se anima nostra deficiens viribus suis, vt adhæreat
salutari dei, qui est Christus dñs IESVS, quod inter-
pretatiōe dicitur dñi salus. Ipse est enim salus vera, ve-
ritas, virtus, atq; sapiētia. Qui igitur deficit sibi vt vir-
tuti adhærеat, amittit q̄d suū est, accipit q̄d æternū est.

Defecerunt oculi mei in verbū* tuū, di- II
centes, quando consolaberis me? *als, elo-
quium,

Supra πρακτικῶς, hic θεωρητικῶς. Ibi in salutare dese-
cit anima, eo q̄d cōcupiscit eū cuius passione fermata est,
hic in verbū dñi prophetæ oculi defecerūt. Et videam⁹
ne quēadmodū illic adhęrēs Christo aīa defecit in vnū
spm̄, & fit vnus spūs, ita & deficiāt oculi vt fiat vna mēs.
Oculi enī mētis isti sunt oculi scilicet interioris hoīs, nō
hi oculi qui ministerio fungūtur obtutus. Est enī oculꝰ
& mens carnis. Sed ille cæcus est oculus qui non videt
quę diuina sunt, qui frustra mēte carnis inflatus est. Est
& alius sensus Christi, quo ecclesia videt Christū, sicut
ipse dicit ad spōsam: Corde nos cepisti ab vno oculorū Canti.4.
tuorū. Merito vno oculo Christ⁹ videtur, quia non vi-
detur oculo carnali, aut qa duos oculos habēs ecclesia,
moralē & mysticū, fidei oculo plus videt Christū. My
sticus enī oculus acutior est, moralis dulcior. Et fortas-
se isti oculi sunt quib⁹ Paulus videbat æterna, vbi cœ- L
pit corporalia nō videre. Deniq; qui Christū non vide-
bat priusquā oculos amitteret, vidit eum postea q̄ vi- Actuū.9.
sum amisit oculorū. Vidit eū qui dixit: Quid est dñe?
Videbat vtiq; Christū, quē etiā dñm fatebatur. Et in-
fra: Dñe, inquit, quid me vis facere? Non ergo videbat
eum, cuius expectabat imperiū? Quibus igitur oculis 1.Cor.14.
videre Paulus plus cœpit, nisi iis quos nobis ipse mon
strauit dicēs: Orabo spiritu, orabo & mente? Deniq; vt
scias quia vidit orādo: Factū est, inquit, reuertēte me in
Hierusalē, cum orarē in tēplo, pauorē habui, vidi illum
dicentem mihi: Festina, & exi citius de Hierusalē. non
enim recipiunt testimoniū tuum de me. Isti ergo oculi
in verbū dei deficiunt, & dicunt, quādo cōsolaberis me?
Istis oculis prophetæ dicebantur videntes, quia per re-
uelationem ea quę erant abscondita, mente cernebant.
Quid est oculos deficere? De corporalib⁹ dicamus, vt
intelligamus de spiritalib⁹. Nōne quādo aliquē deside-
ramus & speramus affore, eo dirigimus oculos, vñ spe
ramus esse vēturū? Itaq; cōtēti diu quotidiana expecta-
tione deficimus. Sic Anna circumspiciēs in viam, solici
tis aduētū filii explorabat excubiis. Sic Dauid ppheta M
currēte de prælio altero post alterū qui nunciaret, posi-
tis in turre exploratoribus interrogare de salute filii pa
ter sedulus gestiebat. Sic teneræ vxor ætatis de specu-
la littorali indefessa expectatione præstolatur aduentū,
vt quācūq; nauim viderit, illic putet coniugem naui gā-
re, metuatq; ne vidēdi gratia dilecti ali⁹ ante* aduertat, *antever-
nec ipsa possit prima dicere: Video te marite. sicut An tat.
na dicebat ad filiū, Video te fili, ammodo libēter mo-
riar. mortis videlicet dolorē exoptati conspectus suaui-
tate non sentiens. Ergo vt illa quæ aduenienti viro se
optat offerre, ablegatis omnibus domesticis occupa-
tionibus, semitas viantis aut pedum vestigia legit, sic
propheta curis exutus secularibus, interiorum oculo-
rum in verbum dei peruigil custos vsq; ad defectionē
sui intendebat obtutus, corpus suum redigēs seruituti,
& animā suam ad humilitatis patiētiam araneæ mo
do tabescentis erudiēs. Desiderabat enim sicut cernus
fontes aquarum, & sitiebat in dominū deum suum, cu
piens eius videre præsentiam, & apparere ante faciem
dei: mirnioq; desiderio & vehementi cupiditate deficiēs,
tunc se habiliorem iis quæ a domino posceret impetrā-

A dis prophetica gratia præsumebat. Et nos igitur inten-
damus cor nostrū vt possimus intelligere series scriptu-
rarū, & verbū vitę nobis venire a dño postulemus, atq;
intellectum dari. Si quis de longinquo verbū dei obtu-
tu mentis aspexerit, nondū planū atq; distinctū, is velut
quibusdā oculis interioribus verbi nauigium appropin
quare animæ suę cernit. Quo autem expressius videre
cœperit, eo magis quasi ad portū veritatis festinet acce-
dere, & fit proximus inuehēdæ. Defecerunt ergo oculi
prophetę in verbum dei, dicentis: Quādo consolaberis
me? Si oculi isti significati sunt, quibus cernimus & vi-
demus, dicere debuerunt: Quādo cōsolaberis nos? hoc
est, non singulariter, sed pluraliter. Sed quia oculus mē-
tis & oculus carnis vnus oculus fiunt, & tūc homo cō-
solatione fulcitur, cum caro & mens diuersa nō cupiūt,
sed vnū desiderant, vnū requirunt: ideo intēti ad eū qui
Ioan.10. ait, Ego & pater vnū sumus: isti quoq; oculi vnū esse se
confitētur, quia vno atq; eodē desiderio officioq; fungū-
tur. Deficiebat ergo in verbū Propheta. Nos autē ocio-
sos nos putam⁹, si verbo tātūmodo studere videamur:
& pluris æstimamus eos qui operātur, q̄ eos qui studiū
cognoscēdæ veritatis exercent. Dicunt enī plerīq: Ecce
homo, & opera eius, quasi qui verbo studeat, nō operet:
cū magis opus istud q̄ cætera sint. Si enī opus iustitia
est, si opus temperantia, si opus fortitudo: vtiq; opus est
etiā sapientia. Istæ enī quatuor principales virtutes ha-
B bentur. Nā si operatur Christus scdm quod iustitia est,
Ioan.1. vtiq; operatur scdm quod verbū est. Et operabatur cum
esset in principio apud patrē. Deniq; per ipsum omnia fa-
cta sunt, vt scias operatorē omniū esse, & opus nostrum
esse Christū IESVM. Et enim secūdum qđ verbū est,
verbū inquirentibus, grāde opus verbū est. Vnde cum
Martha festinaret circa ministeriū, Maria autē verbū
dñi audiret: ea quę audiebat, ei quę ministrabat meruit
Lucę.10. anteferri. Dicēti enim Marthæ: Dñe non est tibi curæ
qđ soror mea reliquit me solā ministrare? Dic ergo illi
vt me adiuuet. respōdens dixit dñs: Martha Martha,
Maria bonā partē elegit, quę non auferetur illi. Ita ver-
bum cognoscere maius opus esse q̄ ministrare, diuinæ
auctoritate sentētiæ definitur. Sed fortasse dicat aliquis
1.Cor.4. dictum esse ab Apostolo: Quia nō in sermone regnum
est dei, sed in virtute. Scriptum non nego, sed in quo ser-
mone, cognosce. Nēpe quē efflatus effuderit, qui audiē-
tibus sermo prodesse non possit, qui sine ostensione sit
spiritus atq; virtutis, hunc sermonem Paulus non di-
gnatur cognoscere. Vult enim magis virtutē sermonis
agnoscere. Deniq; nolebat talem suum esse Apostolus
sermonē, qui in infirmitate veniebat vt alios saluos fa-
ceret, & fortiores in timore & tremore: vt timētes nihil
C metuerent nisi dominum IESVM, tremētes pacem
eius tranquillitatēq; seruarent. Audi ergo qualē Apo-
1.Cor.2. stolus sermonē habebat. Et sermo, inquit, meus & præ-
dicatio mea non in persuasione sapiētiæ verborum, sed
in ostensione spiritus & virtutis: quia fides non in forēsi
sermone sapientię, sed in ostensione spiritus, sed dei vir-
tute firmatur. Ergo in sermone sanctorum virtus est, in
sermone autē forensi isto ac philosophico vanitas mun-
di. Virtutem autem esse in sermone sanctorū, etiam iste
Psal.67. Propheta te doceat, qui ait: Dñs dabit verbū euange-
lizātibus virtute multa. hoc est, vt multa possint virtu-
te euangelium prædicare. Probatum est ergo quod in
Euangelii prædicatione sit virtus. Prædicatio autem
Euangelii, sermo sanctorum est. Ita dubiū non residet
quin in sermone sancto sit virtus.

III Quoniā factus sum tanquā vter in geli-
*als, pruī- cidio: *iustificatiōes tuas nō sū oblitus.
na.

Vox ista, vox iusti est, qui mortificauerit suū corpus.
Recte enim vter dicitur iustus, qui expoliatus non nu-
dus inueniatur. Vter nāq; de exuuiis sit animātis mor-
tui. Igitur & nos peccato moriamur, vt viuamus deo,
atq; repleti spiritus iucunditate, & suauitate lętitiæ, eri- D
mus exuuiæ spirituales, carētes infirmitate corporea, &
integro mentis sinu inusitatam nobis diuinorū mysterio-
rum gratiam reseruantes. De his vtribus dicit quia vi- Mat.9.
num nouum in vtres nouos mittunt, qui volunt vtriq;
seruare, & corpus, & gratiam. Non effluat igitur tuus
hic vter, non rimosus sit, non terreno inueterascat situ,
nec vinū nouum veteres vtres rumpat, quo scindātur
vtres, fundatur gratia. Non iterū Sole iniquitatis & ni-
mia vi caloris arescant, sed feruentiū viscerū cupiditates
diuersæ niuali quodam frigore temperentur. Frigescat
æstus libidinis, & quodam continētię gelu, ieiuniorūq;
restinctus matutina oratione perfletur: quādo sicut ros
ita super terram nostram dei verba descendūt, sicut im-
ber super gramen, & sicut nix super fœnū. Nescit vtrē
bonū ista nix lædere, nix quæ diuini splēdore fulget elo-
quii. Nix hæc refrigerat, non adurit: fœcundat sata, nō
internecat. Nix hæc præceptio continentiæ est, quę ca-
lorem facit corporeū frigere, & omnē naturæ interioris
restinguit ardorē. Et forte ideo cum IESVS resurre-
ctionis suæ demonstraret gloriā, vestimenta eius erant
candida sicut nix: vt non solū ipse alienus estimaretur a
cōtagione peccati, verūetiā ne quicūq; refusicitatur, con-
gelatis coniugii cupiditatibus resurgere frigidus vide-
retur. In resurrectione enim neq; nubūt, neq; vxores du- Mat.22.
cunt, sed erunt sicut angeli dei in cælo. Boni ergo vtres
frigidi, hoc est, in gelicidio cōstricti pruinis, nō libidinis
calore resoluti. Vtrē autē corpus hoc dici, licet ex pluri-
bus locis, tamen etiā inde intellige, qđ Adā & Eua vbi E
imaginē deposuere cęlestis, quā ante portābāt, imaginē
terreni hominis induētes, tunicas dicti sunt vestiti esse
pelliceas. Corporales enī eos de spiritalibus fecerat cul-
pa cōmissa. Nec illud absurdū ad intelligendū, qđ ita fe
dicat factū Dauid sicut vtrē in gelicidio, eo qđ in asperi-
tate licet positus glaciali, mortificauerit tamen corpus
suū ne sentiret hyemis illius asperitatē, quā saluator di-
cit grauē futurā esse fugiētibus. Sicut enim glaciem nō
sentit vter, quia pellis est mortui: ita mortuus peccato
Propheta frigus peccati sentire nō poterat. vel certe qđ
non frāgatur necessitatibus, nec resistat caro menti, sed
molliori ductu animę se inflectat imperiis, & i hoc mū-
di gelicidio nō arescat: vel quia corpus afflictiōis sum⁹,
& mortē dñi IESV semper i nostro corpore circūferre
debemus. Hic est vter qui castigat corpus suū, nō vt ille
increpat? & obesus populus, qui sedit māducare & bi- Exod.32.
bere, & surrexerūt ludere. Hic est vter qui inebriat non
vino, sed spiritu, in quo nō botrio amaritudinis, nō dra-
conū furor, nō furor aspidū, sed poculū inebrians q̄ præ-
clarū. In hoc ergo gloriatur Dauid, quia factus est sicut
vter in gelicidio, operationē peccati nō sentiēs. Et bene
peccatū gelicidio cōparatur. Sicut enī gelicidiū ad nullū F
vsum vtile est, ad nullā operationē: sic culpa nulli pro-
dest vsui, nulli operationi: & ideo sicut gelicidium dec-
nanda est, ne noceat & adurat. Bonū ergo mihi est fieri
sicut vtrem in gelicidio, vt possim non obliuisci iustifica-
tiones dñi, & earū liquore perfusus refrigeret omnis
feruor internæ cupiditatis. Non ergo vacuum sed ple-
num hunc vtrē esse oportet, plenū spiritus, plenū iustifi-
cationū: vt peccata mea ipse confitear, vt luxuriam car-
nis meæ comprimam. Moriendum est enim mūdo, vt
viuamus deo. Si autē viuam⁹ carni, mors vtiq; est car-
nis prudentia: viuere non possumus deo, quia inimica
est deo carnalis ista sapientia, & vita secularis.

Quot sunt dies serui tui? quando facies IIII
mihi* de persequētibus me iudicium? *als, non
habet mi-
hi.

Potest sic accipi: Quot sunt dies serui tui? quasi dicat:
Quāti sunt dies humani? quantū tēpus? quātū spatiū?
Cur inuidetur tam breui vitę, ne tranquillo cursu istius
seculi perfruamur? Cur in breui spatio tam multi perse-
quentiū nos laquei tenduntur? Assit iā iudicium, in quo

G pœna est perfidorũ, in quo persecutoribus digna impietatis suę precia reddũtur. Vel sic: Quousq; insultare poterunt, quousq; inquietare, qui nos diuersis modis quærerunt affligere? Non serus erit terminus. Etenĩ prophęta quasi celeritatẽ trãscurrẽdæ istius vitę, nõ annorũ, sed dierũ æstimatione subducit, dicens: Quot sunt dies serui tui? Et bene dies dixit, vt nõ solũ moras annuas prophętica visione trãscurreret: verũetiã splendidũ sibi vitę huius curriculũ virtutũ lumine declararet. Meritoq; securus ait: Quãdo facies mihi de persequẽtibus me iudiciũ? Mihi, inquit, iudiciũ de persequẽtibus facies, nõ
Psalm. 1. de me persequentibus iudiciũ dabis: quoniã non resurgunt impii in iudicio. Sed mihi, inquit, da iudiciũ, vt cũ remunĕraueris innocentiã, fidẽ prouehas, misericordiã corones, impii persecutores meritorũ præmiis propheticorũ iudicent. Non absurdũ etiã illud, vt quia breues dies & pauci sunt istius vitæ, non diutius gratiã suam dñs circa Prophętã suũ differat; sed ipsi iudiciũ de persequentibus faciat. Nã hic quoq; iudiciũ est de persecutoribus. Siquidẽ qui nõ credũt in Christo, iã iudicati sunt.
Lucæ. 10. Iudiciũ aũt hoc est, qđ dedit seruulis suis dñs IESVS dicens: Habebitis potestatẽ calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnẽ virtutẽ inimici. Et verũ iudicium, in quo torquetur inimicus, sicut ipse cõfessus est di-
Mat. 8. cens: Quid venisti ante tẽpus torquere nos? Hoc ergo deposcit virtutũ stabilitate fundatus Propheta, vt subiũciatur sibi nõ homo, sed ille qui locũ sibi in homine vẽ-
H dicauit. Vnde & Apls ipsũ magis in hominis peccato putauit esse dãnandũ, ipsum subiiciendum, de quo ait:
Rom. 16. Cõterat deus Satanã sub pedibus vestris cito. Ex hoc ergo persecutore iudiciũ sibi fieri gestit, vt fidei prophęticæ vestigiis aduersarius conterat, & cõminuat eũ sub pedibus suis propheta sicut puluerem, & in hac corporis sui militia constitutus, quãdiu dies vitæ breues sint, triumphũ tamẽ de aduersario adipiscat, quo reformati hominis in veterẽ gratiã, quẽ ante delictorum vinculis tenebat astrictũ, & feruẽtis libidinis lassabat æstu, libertatẽ ingemiscat, potestatẽ sentiat. Subiectus est igitẽ aduersarius scdm dñi sententiã. Etenĩ dñs IESVS veniens in hunc mũdũ per virginis partũ, subiecit animæ nostræ oẽs contrarias potestates, vt fide tua, verbo tuo, cõuersatione tua, & operibus cõterant. Si ergo nõ cõteris aduersariũ, tua culpa est, qui permissa non vteris potestate. In nobis est igitur vt aut subiiciat aduersarius, aut resultet. Si enĩ actus noster displiceat, incipit aduersarius superbire. si aũtẽ bonis inhæreamus operibus, vt exerceamus studia castitatis, iustitiæ, cõtinẽtiæ, calcamus serpentẽ & scorpionẽ. Calcamus enim illum pedi-
I bus castitatis, cõterimus & scorpionem, ne possit excutere: calcamus continẽtię vestigiis, verecũdię, iustitięq; gressib⁹. Possumus ergo & in hac breui vita triumphũ de aduersariis habere perpetuum.

V Narrauerunt mihi iniusti exercitationes, *sed non sicut *lex tua domine.

*als, iniqui fabulationes. *als, vt.

Bene optat iudiciũ sibi fieri de persequentibus, qui nõ solũ opera iusti impedire, verũetiã fidẽ superflua narratione conati sunt. Etenĩ quasi fabulæ cuiusdam nenias narratas sibi dicit ἀδολεσχίας, hoc est superfluas loquacitates. Narratores enĩ superflui, sicut hirũdines, disputationis suauitatẽ loquacitatis cõtinuatione corrũpũt, vt Aristotelis sententia est. Superflua igitur loquit hæreticus, qui nõ loquitur veritatẽ, nõ loquitur scdm legẽ. Qui aũtẽ fundatus in lege est, nouita veris falsa discernere: spiritalis eruditione doctrinæ, hæretica ab euãgelicis dogmata separare. Ideo ne multi decipiant, iubef
Psal. 49. a dño tacere peccator. Peccatori enĩ dixit deus, Quare tu enarras iustitias meas? Cõticescat igit perfidia, quæ tramite veritatis tenere nõ nouit, quæ dei præcepta nõ seruat. Cur enim per os suũ assumũt peccatores euãgeliũ veritatis, in quorũ ore veritas nõ est? Omnia aũt præcepta dei veritas, Christus autem veritas. Nõ ergo est K Christus in disputationibus perfidorũ, qui dicit perfido: Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua cõmunit Ibidem. dolũ. Lingua enim quæ vult astruere mẽdaciũ, dolum vtiq; nectit affertis. Sed huiusmodi fur est, & cũ fure cõcurrens. Multi enĩ fures sunt, qui verbũ dei nõ ad vtilitatẽ suã furãtur & rapiunt: sed ad fraudẽ, & patrimoniũ quoddã cęlestiũ scripturarũ in sua furta detorquẽt, adulterina sibi compendia colligẽtes, dolo magis q̃ veritate quęsita. Sed hi sunt qui miscent aquã vino, tanq̃ caupones pessimi, adulterantes sermonem dei, & insyncerum proferentes quicquid perfido & tanq̃ ebrio ore depromperint: & ideo aliena loquuntur a lege. Vnde eos bene Propheta refutat atq; reprehendit, sciens quid præscripto legis acceperit. Recte ergo ait sequenti versiculo:

VI Omnia præcepta *tua veritas: iniusti* persecuti sunt me: adiũua me.

*als, mãdata. *iniqui.

Quasi bonus miles bella non refugit, nec conflictus quãuis grauiũ pręliorum bellator pauescit assuetus: sed fidelis & prouidus aspirare sibi diuinit⁹ orat auxilia, & piæ deuotionis fidelia sibi adiumẽta deposcit. Ideoq; nõ petit vt persecutiones quiescãt, sed in persecutionibus se
1. Tim. 3. postulat iuuari. Sciebat enĩ qđ oẽs qui volunt pie viuere in Christo IESV, persecutiones patiuntur. mauult ergo persecutiones pati, vt pie viuere in Christo possit. Et bene nõ vnã persecutionẽ, sed multas persecutiones dixit: nec expressit vocabula persequentium, quia multi persecutores, non solũ quos videmus, sed etiã quos non videmus. Persequũtur nequitiæ spiritales, persequitur hæreticus, Iudęus, gẽtilis. Oẽs ergo sub persecutorib⁹, qui volũt pie viuere: qa vbi multi persecutores, nullũ a persecutorib⁹ vacat tẽpus pie viuere gestiẽti. Et fortasse cũ persecutiões nõ patimur, tanq̃ cõdenati habemur, L quia nequaq̃ pie viuere volumus i Christo. Nã vtiq; cũ sit definita sentẽtia qđ oẽs qui volũt pie viuere in Christo IESV, persecutiones patiũtur: videtur is qui persecutiones nõ patit, abdicatus, qđ nõ sit spiæ intentionis in Christo. deuotionẽ etenim fidei prælia persequũtur. Si desint certamina, vereor ne deesse videatur qui certare desideret. Omnia, inqt, pręcepta tua veritas. Quæ
Ioan. 15. pręcepta nisi illa: Si me persecuti sunt, & vos persequẽtur? Hæc præcepta Dauid anterior licet incarnationis sacramẽto, iã tamẽ audiebat in spiritu, & quasi Christi discipulus nõ subtrahebat se passiõibus, sed certaminib⁹ offerebat. sciebat hoc solũ sibi ad gloriã fructuosum, hoc ad custodiã salutis tutum, vt frequẽtibus exercitiis iusti pietas cõfirmaretur. Cito enĩ fides inexercitata lãguescit, & crebris ociosa tentatur incõmodis. Remissas excubias callidus insidiator irrumpit: assuetum aũtẽ bello virum externa fraus instruit, & glorioſæ prouehit palma victoriæ. Pax ergo fidei, corruptelę materia est. Q̃ M pulchre nobis persecutiõis processere tẽpora. Intẽtus sicut medicus erat intimę ad deũ mentis affectus, illi adhęrebat, nec vllas cogitationes obstrepẽtes sibi precãtis animus sentiebat, totis viscerib⁹ fundebatur oratio, & quidã miscebatur sermo cum dño: quotidiana meditatio habebat iam contẽptum periculi, & vsum calcandæ mortis receperat. Q d amissimus exercitium: tẽtãt ocia quos bella non fregerãt. Periculosa igitur & pacis ocia. In pace plures persecutiones esse cœperũt. Nullus erat tempore persecutionis adulator, qui callida mentẽ adulatione tentaret. Non vacabat animo corporis delectatione dissolui, & huiusmodi quæ secundis rebus excitari solent, admittere passiones. Ideo apostoli cũ cæderentur, includerentur, exultabant quod illis iniuriis æternę gloriæ meritũ lucrabantur, qui digni fuerant pro Christi nomine iniurias sustinere. Non illis erat cura de patrimonio, studiũ de potestatibus & honoribus: non de prælatione, quę etiã iustos exagitare cõsueuit: sed ille se prę ferri putabat, qui esset pluribus verberibus flagella-

A tus. Merito ergo Dauid occasiones expetit triũphãdi, & certãdi copiã pro deuotiõis eruditione nõ metuit, qui nouerit persecutiones iniquorũ proficere ad incremẽta virtutis. Non enĩ dixit: Quia persecutiones patior, adiuua me: sed, Iniuste, inquit, persecuti sũt me, adiuua me. Potest enĩ quis & persecutiones pati, sed nõ iniuste: qa est etiã iusta persecutio, si oderimus obscœnos, si infesti simus iniustis, si iniquos velim⁹ opprimere, ne plurib⁹ noceãt, si auarũ fraudis suæ cõpendiis exuamus, si execremur insolẽtiam superborum. Qui aũtẽ pro fide, pro iustitia, pro castitate persecutionem patitur, bene is dicit: Iniuste persecuti sunt me, adiuua me.

VII Paulo minus consũmauerunt me in terra, ego autẽ non dereliqui mãdata tua.

Nõ superfluo diuinũ quæsiunt auxiliũ, qui sciebat sibi aduersus fortes esse certamẽ, pluraq; sibi prelia preparata dimicaturo nunc aduersus nequitias spiritales, quæ sunt in cęlestibus: nũc aduersus calorẽ sãguinis, & innumeras corporis huius illecebras, quarum nexu vario & diuturna colluctatione lassatus, pudẽdo corruisset certamine, nisi fidei seradice tenuisset. Discamus cauere quẽ gerimus. hic nobis hostis domesticus, hic inimicus grauis est nostri ipsi⁹ corporis. in flãmatur vino, ardet libi-
B dine, decore mulieris occursãtis accẽdit, spe aliẽ, despe-
ratione vritur, illecebris exuritur, non euaporat affectu, timore turbatur, metu frãgitur, luxuria mollitur, lasciuia dissoluitur, labore afficitur, solicitudine fatigat, passione conterit. Miraris si inter tot aduersarias passionũ vices se etiã iustus tenere vix possit, cũ impares simus etiã singularũ certamini passionũ? Quẽ vel sola libido non iudicet? quẽ nõ subiuget auaritia? quẽ formido non quatiat? quẽ luxuria non eneruet? quẽ lasciuia nõ emolliat? quẽ non supplãtet ebrietas? Q uasi cõscius igitẽ carnalis infirmitatis, & explorator persecutionis hostilis, dicit: Paulo minus cõsummauerũt me in terra. In hac vtiq; terra, in qua Adã primus corruit, & pudẽda prolapsione deiectus, totius gressũ futuræ posteritatis inflixit. In hac terra, in qua Cain munera fraterna dolẽs suis esse ẽlata, ruina est stratus inuidiæ. Deniq; vox fraterni sanguinis clamauit a terra. In hac terra Noe sẽtiũs, quẽ totius orbis diluuia in tantis procellis & fluctib⁹ peruigilẽ probauerũt: vbi tamẽ ocioso curas laxauit corpore, ubi somnũ ebrietatis offẽdit, quãdo mediastino filio delyrante, cõtumeliã paternæ pietatis incurrit, docẽs periculosa ocia secura esse virtuti. In hac terra Loth reuerẽdi parẽtis imitator, quẽ nõ luxuriãtis Sodomitanę plebis decoloraũit impuritas, nõ flãma Sodomę ardentis
C inuoluit, veniabilis quidẽ ignorãtiæ, pudẽdę tamen cõmixtionis non eurasit incestũ. Vrtur ille flãmis mulierũ, quẽ sulphurea flãma nõ vssit. In hac terra etiam Dauid propemodũ cõsummatũ esse se dixit. Siquidẽ pene motos pedes suos, & gressus suos paulo min⁹ sensit effusos, qa diuitias seculares, & successus corporaliũ prosperorũ loco beatitudinis ęstimauit peccatoribus abũdare.
Hebr. 12. Propter quod etiã flagellatus est, sed flagella iusto remedia salutis sũt. Castigat enim dñs quẽ recipit. Vnde etiã Dauid cõuersus ad dñi charitatẽ, atq; in eius eruditus præceptis, nõ ignorãs eo qđ caducis caduca fortuito quodã deferãtur cuẽtu, & quia nõ diuitiarũ abundãtia, sed virtutũ gratia vitæ probabilis merita pẽsantur, dilexit magis q̃ reliquit mandata dei, quibus solis potuit ingruẽtes negtias spiritales, & insurgẽtes huius corporis appetit⁹ in hac tã fragilis naturæ infirmitate superare. Magna igitur virtus, quę sub tãtis persecutionibus cõstituta, & pene oppressa, tamẽ suũ non est oblita præsidiũ, nec mãdata dei dereliquit. Ideo qa solũ sibi deũ profuisse cognouit, pces ad dñm dirigẽs ait versu sequenti:

VIII Secũdum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

Quam viuificationẽ sui postulet, supra diximus: quia D nõ id precatus est qđ habebat, sed quod desiderabat: id est, vt viueret in æternũ, intelligens vitę beatitudinem in hoc fluctuanti & infido nobis corpore esse non posse, cuius imbecillitas propositũ animæ derelinquat. Opus est ergo misericordia dei, vt continua & perpetua sit in hoc corpore viuificatio, quo quotidie iustus deo viuat, peccatoq; moriatur. Si enĩ culpa moriatur in nobis, erit vita deo viuens, & custodia præceptorũ cælestiũ perseuerãs: quã vtiq; ille custodit, qui viuificatur a domino. Deniq; viuificari se ante poscit a dño, & postea custodiã mandatorũ celestiũ pollicetur. Non enim cõmunis hęc vita custodit cæleste mandatũ, sed illa quæ munere fulcitur eterno per operationẽ gratię spiritalis. Possumus etiã sic intelligere, Q uia iam Propheta quæ erãt legis agnouerat, optat aduentus dñici misericordiã, vt accipiat præcepta quibus lex adimpleatur: vt nõ solũ adulterium sciret esse vitandũ, sed etiã concupiscentiã adulterii declinandã. Os enim patris IESVS dñs locutus est in Euangelio, eũ qui viderit mulierẽ ad concupiscẽ- Matth. 5.
dum eam, in corde suo adulterium perpetrasse. Q uãtũ Euangelio profecerunt studia castitatis, quo non solũ turpioris facti, sed etiam studii degeneris ablegatur opprobriũ? Q ui sunt aũtẽ de quibus dicit quod paulo mi- E
nus consummauerunt eũ in terra, nisi persecutores? De quorum vno ait dñs IESVS: Ite, dicite vulpi illi. hoc Lucę. 13.
est de Herode. Et alibi cũ se fraudulẽter interrogari adverteret, dixit: Vulpes foueas habent, & volucres cæli Mat. 8.
nidos vbi requiescant. eo qđ fraudulenter in terrestrium passionũ quibusdam latibulis demorentur. Inde etiam Sampson binas vulpes sibi nexuit, ad quarum caudas Iudic. 15.
alligauit faces, & dimisit eas per messes Allophylorũ, per hanc figuram significans quod improbi ac fraudulenti homines, & maxime hæretici, liberam linguam habeant ad latrandum, sed exitus impeditos: aut religiosa principia, finem vero fraudis suæ incendio deputatum. Ideoq; & trecentas vulpes dimisit: eo qđ perfidi crucis quidem se prædicatione cõmendare deliderant, sed mysterium eius tenere non possunt, qui hac prædicatione cõposita & falsa atq; simulata vrere magis fructus conantur alienos: cum vtiq; vera crux domini non exurataliena merita, sed fœcundet. Meritoq; scriptum
Cantic. 2. est in Canticis canticorum: Prendite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, vt vineæ nostræ floreant.
F Q uo ostenditur quod vel dominus IESVS, vel Ecclesia fraudulentorum dolos a vineis suis exterminandos esse præcipiant, ne pauxillulis vineis noceant, quia adultis iam vitibus nocere non possunt. Hæreticus enim imperfectum tentare potest, non potest supplantare perfectum.

SERMO DVODECIMVS.

AMED litera duodecima incipit: cuius 7
interpretatio, cor: vel vt alia interpretatio ha- Lamed.
bet, seruo. Vnde videtur admonere vel prudenter hæc intelligenda, vel solicite seruanda præcepta. nam hoc primus statim versiculus admonet. Cor etenim sibi mũdum creari in superioribus hic Propheta, vt legimus, postulauit. Cor sibi prudens dari orauit a domino filius huius Salomon. Q ui ergo habet cor mundũ, qui habet cor prudens, ipse intelligit seriem subditorum versuum, atq; virtutẽ. Vnde & alibi inuenimus, Cor solũ, id est, vel singulare, vel qđ nulla illecebra huius seculi impediat, & carnis possit interturbare sapientia. Q ui aũtẽ habet cor, seruat mandata dei: Luc. 2.
quẽadmodũ legisti: Maria gestabat omnia domini salvatoris in corde suo, vel dicta, vel gesta. Circũcidamus ergo cor nostrũ: nihil corporeum, nihil vile quæramus: vile aũtẽ omne terrenũ. Nihil ergo terrenũ, nihil seculare, nihil corporeũ, nihil leue atq; mutabile in eloquiis cõsiderem⁹ cælestib⁹. Eloquia enĩ dñi, eloquia casta. vt in Psal. 11.

G bis myſteriorũ cæleſtiũ immaculata & pudica ſynceri=
tas ſpiritali interpretatione reſplendeat. Nõ adulterina
quadã opinione miſceamus terrena diuinis,& illud in=
uiolabile ſacramentũ propheticæ viſionis,aut perennis
oraculi,naturę noſtrę æſtimatiõe violemus. Ideo enim
addidit: Argentũ igne examinatũ, probatũ terræ,pur=
gatũ ſeptuplũ: vt tanq̃ boni nũmularii ſpiritu examine=
mus prophetici ſermonis argentũ,ſecernẽtes dñi pecu=
niam,atq; ab omni labe terrena ſalutaris fontis infuſio=
ne purgãtes, vt Chriſto digne ſẽtire videamur,qui ait:
Mat.6. Nolite theſaurizare vobis ĩ terra, vbi ęrugo & tinea ex=
terminat: ſed theſaurizate vobis in cęlo. Theſaur⁹ tuus
eſt fides,pietas, miſericordia: theſaurus tuus Chriſtus
eſt. Noli eũ æſtimare de terris, hoc eſt de creaturis, q̃a
Hiere.17. dñs totius creaturæ eſt. Maledictus,inquit, homo qui
ſpem habet in homine. Sed mihi ſalus per hominẽ ve=
nit. Vide tamen quid ſcriptura vetus dixerit: Et homo
eſt,& quis cognoſcet eũ? Ille ergo homo non humana
mihi,ſed diuina poteſtate omnia peccata donauit,deus
in corpore dñs IESVS mundũ recõcilians ſibi, quem
redimebat a culpa. Theſaur⁹ noſter p̃cioſus intellectus
eſt. Si terrenus intellect⁹ fuerit,ſi fragilis,hæretica eum
tinea,& impietatis ærugo cõſumet. Leuemus ergo &
erigamus ſenſus noſtros,nec impoſſibile iudicemus vt
hæc humani corporis infirmitas ad cognitionẽ myſte=
riorũ cæleſtiũ proueh atur, cũ iã ad nos dñs IESVS,
in quo abſcõditi erant ſciẽtiæ ſapientięq; theſauri, diui=
na ſua miſeratione deſcenderit,vt clauſa referaret, ape=
H riret latentia,reuelaret occulta. Veni ergo dñe IESV,
aperi nobis & iſtius prophetici ſermonis ianuã. multis
enim clauſa eſt, etſi prima ſpecie aperta videatur.

I In æternum,inquit,domine,permanet verbum tuum in cælo.

Vides etiam in te permanere debere, qđ etiã in cælo
permanet ac perſeuerat? Serua ergo verbũ dei, & ſerua
in corde tuo,& ita ſerua,ne obliuiſcaris. Serua legẽ dñi,
& meditare,ne iuſtificationes dñi de tuo corde labant.
Docet te literæ interpretatio vt ſerues diligenter. Do=
cet Propheta in ſubditis,dicens: Niſi quia lex tua me=
ditatio mea eſt, tunc forte periſſem in humilitate mea.
In æternũ non obliuiſcar iuſtificationũ tuarum. Legis
ergo meditatio facit vt tẽpora tribulationis,tẽpora qui=
bus humiliamur aliquibus aduerſis,ſuſtinere & tolera=
re poſſimus, vt neq; humiliato nimis,neq; deiecto fran=
gamur affectu. Deniq; dñs nõ frãgi nos humilitate vſq;
ad deſperationẽ vult,ſed vſq; ad correctionem. Vnde &
Threñ.3. Hieremias ſub hac litera ĩ Threnis ait: Vt humiliaret
ſub pedibus omnes vinctos terræ, & declinaret iudiciũ
I viri contra faciẽ altiſſimi,& ad condẽnandũ hominẽ, cũ
iudicatur,dñs non dixit. Et infra: De ore altiſſimi non
exibunt mala. Humilitas ergo quæ a deo eſt,plena iu=
ſtitiæ,plena eſt æquitatis,quia non exeunt mala de ore
dñi. Deniq; qui humiliabatur a dño,dicebat: Humilia=
tus ſum,& ſaluũ me fecit. Ergo ſicut prudẽter cõſiderã=
dum eſt quando humilitas a dño ſit cauſa probationis,
quando etiã ipſa ab homine inferẽdæ humilitatis im=
preſſio,quę tamen ipſa ſolet patiẽtia & magnanimita=
te tolerari: ita etiã ſapienter cõſiderandũ quid ſit in ęter=
nũ in cęlo verbũ dñi permanere, vel ſicut aliqui codices
habent, in ſeculũ: quia Græcus εἰς τὸν αἰῶνα poſuit, qđ
diuerſe interpretati ſunt trãſlatores. Alii in æternũ,alii
in ſeculũ. In ſeculũ ergo permanet dñe verbũ tuũ in cæ=
Mat.14. lo. Et quomodo ipſe dixiſti: Cęlũ & terra tranſibũt, ver=
ba autẽ mea nõ præteribũt? In ſeculũ permanet verbũ,
nõ vltra ſeculũ & ſecula? Secula enĩ tẽporis ſunt. Cælũ
ergo & terra, id eſt, iſti⁹ mundi opera preteribũt,& tẽpo
ra permanebunt? Alius qui ſpiritalis eſt,& iudicat ver=
ba legis: In æternũ,inquit, dñe permanet verbũ tuũ in
cælo. Æternitas enĩ verbi manẽtis,opinionẽ verbi præ=
tereuntis excludit. Quomodo autẽ permanet verbũ in
cælo,ſi ipſum cælũ pręterit? Et quomodo poſſunt ſtare K
culmina,ſi cadant fundamẽta? aut quomodo permanet
habitator in habitatiõe ſua,niſi & habitatio perſeueret?
Sed forte illud occurrat,quia ſcriptũ eſt: Erit cęlũ nouũ. Eſaię.65.
Verũ nec ſic abſolubile,quia nec in hoc poteſt perma=
nere qđ præterit: nec illud poteſt dici manſiſſe, cũ cœpe=
rit. Tinea intellectũ ſuũ ſcindet,ſi putes verbũ ſicut cæ=
lum vel incipere vel præterire. Vnde ſi virtutẽ prophe=
tici ſenſus cognoſcere volumus,primũ in his quæ viſi=
bilia & ſenſibilia ſunt,& hic eũ locũ conſideremus,vt ex
eo quæ ſunt intelligilia manifeſtemus. Si verbũ dei in
cælo permanet,imitemur cęlũ vbi permanet verbum:
permanet ordo ſolẽnis cęleſtiũ ſtatutorũ,& beneficiorũ
dñi crebrę vices ſolẽnibus muneribus perſeuerant. Su=
perius nẽpe vel pluuiis,vel calore,vel fotu aeris huius
infunditur terris,atq; alitur larga fœcunditas. Cælo an=
nus labitur per dies ac mẽſes,& tẽpora hyberni atq; hy=
emis,veris quoq; & purę digeſtus æſtatis. De cęlo vitę
tuę imaginẽ cape: etiã quando nõ germinas fructũ, ſere
tamen ſemen ad fructũ. Sunt ſemina quę de cælo ſũt,&
ſerũtur in terris. Eſt etiam ſuperna vindemia. vnde ait
Propheta: Serite vobis ad iuſtitiã, vindemiate ad fru= Oſeę.10.
ctũ. Et quãdo nõ florẽt opera tua, foue tamẽ ſemina tua
ne laſciuiẽdo luxurient. Qđ luxuriat in flore ſermonis,
tenuat̃ & hebetatur in fructu. Fructus ipſos vſq; ad ma L
turitatẽ decoque. Imitatores etiã ipſius cæleſtis ſimus
elementi. nõ ſemper Sole feruet ardẽti, frequẽter nubi=
bus tegitur,pluuiis vehemẽtib⁹ inhorreſcit, iactis niui=
bus tegit terrã. Non ergo ſit in te diuturna laſciuia, ſuc=
cedant mœſta ſeniliũ curarum tẽpora,& tanq̃ cana ma=
turitas agrum hunc tui corporis reprimat. Vtilior ſepe
triſtitia eſt, quæ comitẽ ſolet habere grauitatẽ. Nũquid
vlla in ipſo eſt Sole præuaricatio? Nõne quotidianos
curſus ſuos ſeruat? Nũquid cõtinuos non nouit Luna
defectus,& cõmiſſi munus deſerit miniſterii? Hiſdẽ nẽ=
pe vicib⁹ annus redit, eodẽ ſtatu reparãtur tẽpora, hiſdẽ
obſequiis reformantur. Sol diem illuminat, tẽpora ſta=
tuta cuſtodiẽs. Fulget ſplẽdoribus Luna nocturnis, &
lux eius in tenebris micat. Stellarum nitentium rutilat
globus, ſolẽniq; ſtatione & cõuerſione ac demutatione
funguntur. Lex vna diuerſis, cõſtitutorum ſemel vices
curſuum cuſtodire, nec fines tranſire præſcriptos. Ma=
net ipſa immutabilis demutatio,& cõuerſio vertere or=
dinem ſuũ neſcit. Vna omniũ obedientia, diſcretis mu
neribus indiſcretã præſcriptę conſtitutionis tenere cõ=
cordiã. In cælo ergo permanet verbũ, quia Satanas de
cælo cecidit. Non habebat in cælo locũ, propterea ceci= M
dit. Quo cecidit niſi ĩ terras? Ideo hic adulteria, homi=
cidia, ebrietates abũdare cœperũt. Inde excluſus acrior
ad nos venit, & tẽtationes ſolito aſperiores tanq̃ iratus
exercet. In cælo igitur permanet verbũ, quia inde deie=
ctus eſt diabolus: in terris nõ permanet, quia huc totus
aduenit. Et vide vtrum hic permanere verbũ poſſit in
nobis, vbi tantos laqueos diabolus aſperſit: qui cũ eſſet
in cęlo, nec ibi verbum poterat permanere. Deniq; quia
& ipſe verbum non tenuit, cecidit e cælo. In cælo ergo
verbũ permanet,& qđ ſecundũ verbi diſpoſitionẽ regi=
tur & gubernatur. Sed quia ipſum cælũ præterit, ideo
nõ dixit in ſecula permanere, ſed in ſeculũ: quãquã pro=
pterea prætereat, vt fiat nouũ cælũ, & noua terra, nouũ
teſtamẽtum, vt facie ad faciem gloriam domini videre
poſſimus. Verũtamen quia & in cælo fuit vitiis locus.
nam vtiq; nõ cecidiſſet inde aduerſarius niſi in crimini=
bus deprehẽſus, (nã & ſtultus vt Luna mutatur, & cę= Eccli.27.
lũ ipſum tenebris obducitur) videtur vtiq; nõ de elemẽ=
to dictum, ſed de virtutibus poteſtatibusq; cæleſtibus.
Sunt enim ſanctæ virtutes in cælo, in quibus nihil lu=
bricum atq; terrenum ſit. Sunt etiam in terris cæli qui
enarrant gloriam dei. Qui ſunt iſti cæli? Audi dicentẽ:
Sicut portauimus imaginẽ illius terreni, portemus & 1.Cor.15.
imaginem huius cæleſtis. Iſti igitur ſunt cæli, qui etiã

Philip.3. in terris poſiti audent dicere: Noſtra autẽ cõuerſatio in
A cælis eſt. Iſti ſunt cæli in quibus fides, grauitas, cõtinẽ=
tia, doctrina, vita cæleſtis eſt. Nam quẽadmodũ terra
dictus eſt, qui lapſus ex illa præuaricatiõe cæleſtis gra=
tiæ,& in hæc vitia terrena deiectus, preuaricatiõis ſuæ
ſe vinculis religauit: ita ecõtrario cęlũ dicitur, qui vitã
angelorũ cuſtodia integritatis exercet, & corpus ſuum
continenti ſobrietate moderatur: mentẽ quoq; ſuã miti
tranquillitate cõponit: pecuniã pauperibus miſericordi
liberalitate diſpenſat. Eſt ergo & in terris cęlum, in quo
poſſunt virtutes eſſe cæleſtes. Cælũ mihi thronus, ego
magis iuſti affectum q̃ elementũ intelligo. Illum puto
cælũ ad cuius animã venit Chriſtus,& pulſat ianuã, &
ſi aperueris ingreditur. Nec ſolus ĩgreditur, ſed etiã cũ
Ioan.14. patre, ſicut ipſe ait: Ego & pater veniemus, & manſio=
nem apud eum faciemus. Vides igitur q; verbũ deus
& ocioſum prouocat,& dormientẽ excitat? Qui enim
venit, & ianuã pulſat, vult ſemper intrare. Sed in no=
bis eſt qđ non ſemper ingreditur, non ſẽper manet. Pa=
teat aduenienti ianua tua, aperi ianuã tuã, expande gre
mium mentis tuę, vt videat diuitias ſimplicitatis, the=
ſauros pacis, ſuauitatẽ gratiæ. Dilata cor tuum, occur=
re ſoli lucis æternæ, qui illuminat omnẽ hominem. Et
illud quidẽ verũ lumen omnibus lucet: ſed ſi quis fene=
ſtras ſuas clauſerit, ęterno lumine ſe ipſe fraudabit. Ex=
cluditur ergo & Chriſtus, ſi tu mentis tuæ ianuã clau=
das: & ſi poſſit intrare, nõ vult tamẽ importunus irrue=
re, non vult inuitos cogere. Ortus ex virgine, proceſſit
ex aluo, vniuerſa totius orbis irradians, vt luceret omĩ=
B bus. Capiant qui deſiderant fulgoris perpetui claritatẽ,
quã nox nulla ĩterpolat. Soli enim huic quem quotidie
cernimus, nox tenebroſa ſuccedit: Sol autẽ iuſtitię nun=
quã occidit, quia ſapientiæ nõ ſuccedit malitia. Beatus
ergo ille, cuius pulſat ianuã Chriſt⁹. Ianua noſtra fides
eſt, quæ totã domũ, ſi fuerit robuſta, cõmunit. Per iſtã
ianuam Chriſtus ingreditur. Vnde & Eccleſia dicit in
Cãticis: Vox fratris mei pulſat ad ianuã. Audi pulſã=
Cantic.5. tem, audi introire cupientẽ: Aperi mihi ſoror mea ſpõ=
ſa, colũba mea, perfecta mea: quia caput meũ repletum
eſt rore,& crines mei guttis noctis. Conſidera quando
maxime pulſat ianuã tuã deus verbũ, cũ repletũ eſt ca=
put eius rore nocturno. In tribulatione etenim & tenta=
tionibus poſitos viſitare dignatur, ne quis forte ſuccũ=
bat victus erũnis. Repletur ergo caput ei⁹ rore vel gut=
tis, quãdo corpus eius laborat. Tunc ergo vigilandũ, ne
cũ ſponſus venerit, recedat excluſus. Si enĩ dormias, &
cor tuũ non vigilet, diſcedit anteq̃ pulſet. Si cor tuũ vi=
gilet, pulſat,& aperiri ſibi ianuã poſcit. Habemus ergo
animæ noſtræ ianuã, habemus & portas, de quibus di=
Pſal.23. ctum eſt: Tollite portas principes veſtras, & eleuami=
ni portæ æternales,& introibit rex gloriæ. Eſt ergo &
C cælũ in iis in quibus portę ſunt æternales. Si has fidei
tuæ portas velis attollere, intrabit ad te rex glorię, triũ=
phum portans propriæ paſſionis. Habet etiam iuſtitia
portas. Nã etiam de his legimus ſcriptum dicente dño
Pſal.117. per Prophetã ſuũ: Aperite mihi portas iuſtitiæ. Et in=
Pſal.147 fra ait propheta Dauid: Lauda Hieruſalẽ dñm, lauda
deũ tuum Sion: Quoniã cõfortauit ſeras portarũ tua=
rum. Eſt ergo anima quæ habet ianuam, eſt quę habet
portas. Ad hanc ianuam venit Chriſtus & pulſat, pul=
ſat & portas. Aperi ergo illi. vult ergo ĩtroire, vult ſpõ=
ſam inuenire vigilantẽ. Noli ergo bono amatori facere
moras, cito recedit,& tu ſomno torporis tui videris ex=
cluſiſſe pulſantẽ. Excludis enim cũ deſidioſus es, cũ pi=
ger, cũ ſomnolentus. His repagulis Chriſtus excludit̃.
& ſi caſtus,& ſi ſobrius ſis, caue ne negligẽs ſis. Maio=
rem Chriſto facit iniuriã, qui aduenientẽ repellit. Non=
nunq̃ etiã ſi moraris, mittit manũ ſuam per feneſtram,
Cantic.5. ſicut ait ſponſa: Frater meus miſit manũ ſuã de proſpe=
ctu,& venter meus cõturbatus eſt ſuper eum. Exurrexi
ergo aperire fratri meo. Man⁹ meæ diſtillauerũt myr=
rhã, digiti mei myrrha pleni. Primũ ergo tanq̃ de pro= D
ſpectu mittit manũ ſuã, quãdo de⁹ eſſe operib⁹ æſtima=
tur. Vnde ait: Si mihi nõ creditis, vel operib⁹ credite. Ioan.10.
Deinde augetur amor,& intimis viſceribus cõcept⁹ in=
oleſcit. Inde intelligibili vtero, in quo eſt receptaculum
verbi, ſeminibus eius infuſis, plenitudinẽ eius corpora=
liter inhabitantẽ haurire anima noſtra deſiderat. Non
enĩ turbat̃ vterus fœminarũ, niſi q̃ fuerint aluo graues.
Surgit igitur anima, vt aperiat dei verbo: ſed dũ ſe ex=
pãdit atq; aperit, vt opera mũdi iſtius verbi receptione
mortificet: ſicut ille qui ait: Mortificationẽ dñi IESV 2.Cor.4.
in corpore noſtro circũferimus. ergo dũ aperit, trãſit ſpõ
ſus. Vult enĩ ſemper quęri, frequẽtius inueniri: & ſi clau
ſam inuenerit ianuã, pulſat: & ſi per morã fuerit exclu=
ſus, recedit. Sed cito redit, & iterũ pulſat, vt vel poſtea
ſponſam inueniat præparatã. Poteſt quidẽ & ſic accipi:
Frater meus trãſiuit, ſicut legimus q; penetrauit dile=
ctæ intima medullarũ, & quẽadmodũ ad Mariã dictũ
eſt: Et tuã ipſius animã pertranſibit gladius, vt reuelẽ= Lucæ.2.
tur multorũ cordiũ cogitationes. Deniq; addidit ſponſa
animã ſuã exiſſe in verbo eius. qđ fit quãdo anima per=
egrinatur a corpore,& deo præſens eſt. Explanauimus
igit̃ vt potuimus quid eſſet, In ęternum dñe permanet
verbũ tuũ in cęlo. Poſſumus tamen & ſic intelligere, q̃a
in cælo magis permanet in æternũ, vbi angeli & archã= E
geli, Cherubim & Seraphim: quoniã homines quãuis
ſancti ſint, tamen affectus eorũ ſæpe mutatur. Nũc gau
demus, continuo mœremus, iraſcimur, ingemiſcimus.
In ipſa pœnitẽtia non vult nos ſatis cõtriſtari Apłs, ne
triſtitia abſorbeamur. Vbi ergo iracundia, vbi triſtitia
grauis, nõ permanet ibi verbũ. Deniq; de ſolo dño IE=
SV dictũ eſt a Ioãne quia vidit ſpiritũ ſanctum deſcẽ= Mar.1.
dentẽ de cælo ſicut columbã,& manẽtẽ ſuper eũ. Nã &
prophetæ non ſemper prophetabant, ſed cũ infunderet
his gratiã ſpiritus prophetandi. Deniq; nec Dauid prę=
ſciuit quid annũciaret Nathan propheta miſſus a dño:
& vtiq; inferior Nathan propheta cognouit qđ Dauid
præſtantior neſciebat. Et alius dixit Propheta: Cela= 4.Reg.4
uit me dominus. Vnde & pleriq; accipiunt in cælo per=
manere dei verbum, in poteſtatibus cæleſtibus, in qui=
bus non ſunt affectuum varietates. Aliqui autẽ de ipſa
accipiunt trinitate, quæ ſola immutabilis ſit: & ideo in
cælo permanet verbum, id eſt in patre, quia verbum di=
xit: Ego in patre,& pater in me. Ioan.14.

In generatiõe & gñatiõe veritas tua. II

Multi ſunt qui dicũtur dii, ſed non ſunt. Ergo in gen=
tibus mendaciũ eſt, in Eccleſia veritas. Hanc tamẽ ve= F
ritatẽ habuit primo Synagoga, quæ habebat eloquia
dei. Eſt enim veritas & in veteri teſtamento, quæ fuit Pſal.75.
ante in populo Iudæorũ. Notus enim in Iudæa deus.
deus autẽ veritas eſt. Ergo in Iudæa veritas. Fuit igit̃
veritas in patribus, Moyſe, & Ieſu Naue, in Samuel,
in Dauid, Helia, Heliſęo,& in illis ſeptẽ milibus virorũ
qui nõ curuauerunt genua ante Baal. Sed quia poſte=
rior ſoboles Iudæorũ a patrũ moribus deuiauit, receſſit
ab illis veritas,& ad Eccleſiã venit. Receſſit enĩ ab illis
quando dixerunt de domino IESV: Tolle tolle, cru= Ioan.19.
cifige eum. Tradiderunt enim veritatem, & elegerũt
iniquitatem. Omnes ergo aliæ generationes veritatis
exortes, omniũ hæreticorũ generationes non tenẽt ve=
ritatẽ: ſola Eccleſia veritatẽ pio affectu poſſidet: quia ge
neratio Iudæorũ, quæ ante eam poſſidebat, amiſit. Po
pulus ergo Iudæorum prior fidei generatio,& ideo in=
fantior & infirmior, quia lubrico adoleſcentiæ ſtare non
potuit: populus autẽ Chriſtianus fidei ſecũda genera=
tio, ideo robuſtior & venerabilis, q̃a maturior ſenectu=
te. Illa generatio legis, hęc gratiæ. Vnde & alibi ait: In
generatiõe & generatiõe annunciabo veritatẽ tuam. Pſal.88.

Fundaſti terram, & permanet: diſpoſitione tua permanet dies.

G Quomodo fūdauerit deus terrā, scriptura nos docuit,
Prouer.3. dicēte Propheta: Deus sapiētia fundauit terrā, parauit
autē celos in intellectu. Terra autē tanq̃ fundamētū est,
in qua cōsistimus: licet ipsam vel in hemicyclo cæli esse
& is qui foris est sermo concelebret, & scriptura signifi=
Iob.26. care videatur, dicēte Iob: Suspēdens terrā in nihilo. In=
cluditur ergo orbe cælesti: & ideo Sol noctibus non vi=
detur, quia gyrādo in inferiore inuenit orbis parte cæ=
lestis. Sed nō est cura sanctis, axem cæli & elementorū
spatia philosophico more numerosq; describere. Quid
enī hoc prodest saluti? Quia sancti spiritalibus sēper in=
tēdūt, & vitę æternæ profutura vel cognoscere gestiūt,
vel docere. Deniq; hūc locū pulchre nobis aperuit Eccle=
Eccls.1. siastes spiritalē esse non materialē, dicens: Quæ abūdā=
tia homini in omni labore suo q̃ laborat sub Sole? Ge=
neratio vadit, & generatio venit, & terra stat in seculū.
hoc est, quæ abundantia spiritali homini laboranti sub
Psal.33. Solæ iustitiæ? Et subiecit: Generatio vadit, & genera=
tio venit. Vadit generatio, quia diuites eguerūt & esu=
rierunt. Qui ante abūdabant gratia: postea tamen pro=
pter perfidiā suam egere cœperunt. Qui autē pauperes
erant populi nationū, iā per fidē Christi satiātur & abū=
Psal.21. dant, sicut scriptū est, Edent pauperes, & saturabuntur.
Audierunt enim dicentē: Abundātes in omi verbo. nō
in pecuniis vtiq;, nō in auro & argēto, sed in omni ver=
bo, inquit, & cognitione. Et alibi ait: In diuitiis simpli=
citatis. Hæ diuitiæ sunt salubres: nā copiæ seculares sa=
lutem afferre non possunt. Qui autē habuerit abundā=
tiam spiritalē, huius terra fructifera stat in seculū, bene
fundata radice virtutum: vel anima bonos vtiq; germi=
nās fructus, vel caro nullis cupiditatib⁹ mobilis ad pro=
lapsionem. Hanc terrā circuit Sol iustitiæ salutaris, de
Eccls.1. quo scriptū est: Et oritur Sol, & occidit, & in locū suum
H vadit. Ipse oriēs illuc vadit ad Austrū, & gyrat ad A=
quilonē: gyrando gyrat spiritus, & in gyros eius cōuer=
titur spiritus. Oritur Sol iustis, occidit autem iniustis:
oritur tranquillitati piæ mentis, occidit iracūdię. Vnde
Ephes.4. ait: Sol non occidat super iracundiā vestrā. Hinc potest
intelligi quia iisdem oritur & occidit, quorū & vitia se=
peliat, & gratiā illuminet. Mortuus est enim peccato,
vt deo viueret: hoc est, peccato simus in illo mortui, vt
deo in perpetuū viueremus. Vide ipsum mysteriū prę=
nūciatū: Et oritur, inquit, Sol, & occidit, & in locū suum
Ioan.12. trahit. Hoc est q̃d ait dñs: Cū exaltatus fuero, omia tra=
ham ad meipsum. Traxit enim ad se omniū studia, vt
vel peccata nostra crucifigeret, vel bonū ingeniū ad iu=
stitiam prouocaret. Aduerte queādmodū trahat ad se:
Ioan.17. Pater, volo vt vbi ego sum, & isti sint mecum. Et ad la
Lucę.23. tronem ait: Hodie mecū eris ī paradiso. Aduerte quo=
modo omnia trahat. Exaltatus est in cruce, & totus cre
I didit mundus. Ipse Oriens, inquit, vadit ad Austrū, &
gyrat ad Aquilonē. Ille vtiq; Oriens, qui ait: Oriēs no=
men est mihi. qui semper oritur piis, nunquam occidit.
Ipse Oriens populo Hebræorū ad Austrū iuit, ad mol=
liorē populum luxuria magis feruētis corporis lubricū,
q̃ immanitatis impietate prędurū: aut certe ad nobilio=
rem plebem, quæ erat genus electum, vendicans sibi pa
triarcharum prosapiā. Sed quia perseuerabat in vitiis,
nec emendabat errorē: ideo Sol iustitię gyrauit ad gen=
tes, quæ ante eloquiis cælestibus defraudatę, immanes
& ignobiles habebantur. Aquilo enim grauis ventus,
vt populi nationū. Sed q erant graues ante in perfidia,
nūc sup aquilas leuiores facti sūt fide atq; pietate, postq̃
venit qui diceret: Ab Aquilone adduc. Et in Euange=
Lucæ.13. lio: Venient ab Oriente & Occidente, ab Aquilone &
Austro, & recumbent in regno dei. Et ecce sunt nouissi=
mi qui erāt primi, & sunt primi qui erāt nouissimi. De=
Psal.47. niq; & ipse Psalmista ait: Mons Sion, latera Aquilo=
nis, ciuitas regis magni. hoc est, qui erāt Aquilonis la=
tus, populus factus est regis æterni, quia solus est ma=
gnus dñs. Sed forte dicas: Quomodo in Cāticis est di=
ctū: Exurge Aquilo, & veni Auster? Pleriq; enim acci= Canti.4.
piunt quasi proiiciatur Aquilo, & inuitet Auster. Qd K
si ita accipiunt, exturbatur ab Ecclesia perfidiæ glacia=
lis asperitas, ne fiat fuga nostra hyeme vel Sabbato, &
inuitatur Australis verna tēperies. Aut certe, Exurge
Aquilo, hoc est: Surge q dormis, & exurge a mortuis. Ephes.5.
Populus nationum, qui diu ante dormisti, euigila ali=
quādo, & illucescet tibi Christus. Postremo omnes in=
uitantur ad Ecclesiā, & Synagogę populus, & gentiliū,
sed prius Synagogæ: qa priores ex Iudæis apostoli cre=
diderunt, per ipsos postea nationum populi congregati
sunt. Vides ergo venientem Solē nostrum ad Austrū,
postea gyrātē ad Aquilonem: Hierusalē, Hierusalem.
Venit vtiq; ad eā, quā etiā vocare dignat⁹ est. Sed hæc
Hierusalem terrena est, quæ occidit prophetas, hoc est
Synagoga Iudæorū. Quotiens, inquit, volui cōgrega= Mat.23.
re filios tuos, sicut gallina pullos suos, & noluisti. Ecce
relinquet domus vestra deserta. Gyrauit igitur ad gen=
tes, gyrando autē gyrauit spiritus dei, & in gyro suo cō=
uersus est, vt fieret deus omia, & in omnibus. Ideo san 1.Cor.15.
ctus cælū dicitur, quia vicinior eum claritas Solis sēper
illustrat. Habet splendorē suum domesticū, vt tenebras
noctis non sentiat. Ideo Ecclesia & cælū dicitur & mū=
dus, q habeat sanctos angelis & archangelis cōparan=
dos, habeat etiā plerosq; terrenos. Dicitur & orbis terra
rū, qui est fundatus super maria, & super flumina præ=
paratus. Deniq; quasi orbis terrarum dicit Ecclesia: No Cantic.1.
lite aspicere me quoniam fusca sum, quia non respexit
me Sol. eo q velut pruinis hyemalibus, geluq; constri=
ctam gentilis erroris congregationem gentiū Sol iusti= L
tiæ diu indignam æstimauerit quam serena vultus sui
luce lustraret. Nōne tibi videbatur hyberni rigor tēpo=
ris, quādo notus erat in Iudæa tantūmodo deus? Nūc
autem plenitudo lucis effulget æstiuæ, quando omnia
& in omnibus Christus. Nonne terra domini, & pleni= Psal.23.
tudo eius? Et vere orbis terrarum in Ecclesia, in qua nō
Iudæus tantummodo aut Græcus, non Barbarus aut
Scytha, non seruus aut liber, sed omnes in Christo vnū Coloss.3.
sumus. Sol omibus fulget, dies omib⁹ lucet. Ideoq; ait:

Dispositione* tua permanet* dies. III

*als, ordinatione. *als, perseuerat.

Nam nisi ita accipias, quomodo permanet dies, cum
post breue momētum diei sequatur occasus, & fiat no=
ctis successio? Sed sunt quibus semper dies est, illis vtiq;
quibus Christus adest, qui dicit: Ambulate dum lucem Ioan.12.
habetis. Hic est dies quem vidit Abrahā, dies remis=
sionis peccatorum, de quo legis: Hic est dies quem fecit Psal.117.
dominus, exultemus & lætemur in eo. Sunt ergo san=
cti quibus Sol nunquam occidit, quia dominus lux eo=
rum est, sicut scriptum est: Et erit illis dñs lumen æter=
num. Expressit causam permanētis diei, atq; subtexuit:

Dispositiōe, inquit, tua permanet dies, quoniam vniuersa* seruiunt tibi.

*als, oia.

M Videtur itaq; significare futurum illud, quando nox
non erit amplius, & non indigebitur lucernæ vel Solis
lumine, quoniam dominus illuminabit eos. Qui sunt
illi? Supra ait, dicens: Et serui eius seruient ei. hoc est,
domini facient voluntatē. Nunc enim non omnes ser=
uimus. Cum autem tradiderit regnū deo & patri, tunc 1.Cor.15.
subiecta erunt omnia ei, qui sibi vniuersa subiecit, acqui=
rens omnium fidem per vnigeniti passionem. Subie=
ctio igitur mentium facit sedulam seruitutem. Ergo cū
omnes crediderint in dominum IESVM, tunc vni=
uersa deo seruient, vt sit deus omnia, & in omnibus.
Nūc autem non omnes serui dei, quia pleriq; serui pec=
cati. Qui enim peccatū facit, seruus est peccati. Domi= Ioan.8.
nus autem non vult cum aliis consortium habere do=
minatus. Permanet ergo dies immutabilis. Potuit er=
go dicere, Permanebit: sed prophetis futura pro præ=
sentibus præsto esse videntur in spiritu.

IIII Nisi quia lex tua meditatio mea est, tūc forsitan *perissem in humilitate mea.

*als, forte.

A Lucebat Propheta vt dies, cui meditatio lex erat. Et=
enim oleū luminis accipiebat ex lege. Deniq; ne in cor=
pore mortis lux diei posset extingui, ambulabat ī lege,
& ideo ambulabat in lumine. Alioquin, īquit, perissem
in humilitate mea. Humilitas nō sēper virtutis est, sed
etiā afflictionis: hoc est, non semper voluntaria, sed etiā
quæ ex necessitate suscipitur, quando aliqua afflictione
tentamur. Alioquin nemo perit in humilitate, quę ma=
gis seruare consueuit. Ergo quando in afflictionis tem=
pore sum⁹, & quatimur aduersis: meditatio nobis in le=
ge sit, ne imparatos procella tētationis affligat. Athle=
ta nisi exercitio palæstræ prius fuerit assuefactus, non
audet subire certamē. Vngamus igitur oleo lectionis
nostrę mētis lacertos. Sit nobis tota die ac nocte exerci=
tii vsus in quadā cælestiū scripturarum palęstra, artusq;
animorū nostrorū salubris spiritaliū ferculorū esca con=
firmet, vt cum aduersarius assistere cœperit, & puluere
nos suæ tētationis asperserit, stemus intrepidi: nitamur
nō vt in incertum, nec vt aera cædentes. Melius percu=
timus verberati, si percutienti maxillā alteram prebea=
Deut.32. mus, si vindictam nō requiramus, sed ei qui dixit, Mihi
vindictā, ego retribuam: causam vindictę integram re=
seruemus. Cædim⁹ aerias potestates, si nosipsos casti=
gare nouerim⁹. Castigabat carnē suā Paulus, vt aduer=
sarios verberaret: & seruituti redigebat corpus suū, vt
B dominaretur inimicis. Exerceamur igit indefesso me=
ditationis vsu, exerceamur ante certamē, vt simus cer=
tamini semper parati: & cū frequentior aduersarii ictus
ingruerit, nunc inopia, nunc rapina, nunc orbitate, nunc
corporis ægritudine, nunc mœrore animi, nunc terrore
mortis, & acerbitate pœnarū: dicat vnusquisq; nostrū q
potuerit sustinere ac perpeti: Nisi quia lex tua medita=
tio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate mea.
Quāta simul coaceruata sūt vt in illa afflictiōe Iob san=
ctus periret? Sed quia patriarcharū moribus informa=
tus, oraculorūq; cælestiū & naturalis legis erat institu=
tione formatus, ideo in tentationibus tantis perire non
potuit. Deniq; cū amisisset tā amplas subito facultates,
charissimos filios: quasi is cui meditatio q̃tidiana esset
Iob.1. in lege diuina, ait: Nudus exiui de ventre matris meę,
nudus ibo eo. Dñs dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit,
ita factū est: sit nomen dñi benedictū. Perfusus etiā cor=
poris totius vlceribus, cū tētaretur vxoris alloquiis, qui
meminisset Adā sic esse deiectū dū ppriæ credit vxori,
Iob.2. respondit: Sicut vna ex insipiētibus mulieribus locuta
es. Qz si illā quasi sapientē voluisset audire, ipse sapiens
non fuisset. Tētatus etiā diuersis alloquiis amicorū, cū
fidei stabilis immobilisq; patiētiæ præmia meruisset a
C dño, nōne dicebat: Nisi quia lex tua meditatio mea est,
tunc forsitan perissem in humilitate mea? Qz grate hoc
dicit hodie qui in martyrio plurima flagella sustinuit,
equuleo & vngulis, plūbo, laminis ardentibus, gladioq;
cōprobatus? Potuit enī perire nisi meditat⁹ in lege, gra
uiora præsentibus futura supplicia credidisset. Quanta
sanctus Ioseph pertulit, q̃ acerba, q̃ dura? Primū fratrū
odia, degeneris seruitutis erumnas, parētib⁹ defrauda=
tus, ablegatus exilio, negociatorū vernula, & Ęgyptii
ignobilis vile mācipium. Quæ potuit nobilis prosapię
puero grauior esse tētatio, q̃ vt tanto familiæ splendore
deiectus, seruiret apud Ęgyptios? Est cōsolabilis serui=
tus, seruire iustis. Ęquitate dñi leuatur iniuria seruitu=
tis. Tāto igitur genere deiectus, satis gratum habebat
si ministro regio suū obsequiū probaret. Nec hoc quidē
satis fuit ad tētationis acerbitatē, rediit aduersarius ad
suas artes, totasq; vires suas omi fraude cōmouit, vt per
mulierē laqueos innoxiæ necteret cōsciētiæ. Concitauit
in eum libidinis stimulis vxorē dñi sui, quę adulterinos
a seruulo cōcubitus flagitaret: vt si acquiesceret, crimen
impleret: si recusaret, incideret offensam, nexū calūniæ D
nō euaderet. Deniq; trusus in carcerē, & innocens inter
noxios æstimatus, ab eo amplius cœpit vrgeri, cui fidē
suam cū periculis præstitisset. Sed quia cōtumelię virū
frangere nequiuerunt, mutata est tentatio, longe aspe=
rior specie prosperorū. Plurimos enī supplantauerūt se=
cundæ res, quos supplicia acerba non fregerant. Produ=
citur e carcere nutu regio, interpretatur somniū, eligitur
vt honore præstantior esset omnibus Ęgyptiis, regi se=
cundus, esuriētibus populis alimēta diuideret. Obiiciū=
tur ei fratres, qui eum ad seruitutis iniuriā nō fraterno
amore vendiderant, vt vel cōtumeliæ & appetitæ salu=
tis dolore tentatus excuteret germanitatis affectū. Sed
vir iustus oblitus est cōtumeliā, cumulauit gratiā: eoq;
se magis fratrē voluit exhibere, quo fratres ipse nō fuis=
set expertus. Deniq; hoc munere & fratres recepit, & pa
trem pia fraude quæsiuit. Quid igitur aliud melius di=
ceret sanctus Ioseph, q̃ istud ad dñm: Nisi quia lex tua
meditatio mea est, tunc forsitan perissem in humilitate
mea? Fertur prophetæ cuidā (& pleriq; ferunt de Esaia
in carcere posito) cū mole imminentis vrgeretur exitii,
dixisse diabolū: Dic qa non a dño locutus es quę dixisti;
& omniū in te mētes affectusq; mutabo: vt q indignan=
tur iniuriā, absolutionē conferant. Sed ille gratius iudi=
cauit pro veritate suppliciū, q̃ pro adulatione beneficiū.
Qd vtiq; nō fecisset nisi meditatione legis fuisset exer= E
citatus. Sit ergo nobis quotidiana lectio pro exercitio,
vt quę legimus, meditemur imitari. In hac desudemus
virtutū palæstra, vt cū increpuerint tentamēta, nō tanq̃
inexercitatos, nō tanq̃ inexpertes spiritaliū ciborum, &
attenuatos ieiunio lectionis tentationū tēpus inueniat.
Qz si athleticis epulis pastam animā nostram poterit
inuenire, si sit Euāgelicus succus in nobis, si apostolicis
escis maturitas nostræ mētis thoros, animæq; robusta
solidauerit: si frequēti meditatiōe memoria tenax præ=
ceptorū cælestiū parata ad tēpus exēpla deprompserit,
nulla tentationum poterit nos perturbare congressio.

In æternū non obliuiscar iustificationū tuarū, *quoniā ī ipsis viuificasti me dñe. V

*als, iustificationes tuas.

Lex scdm Apostolū pędagogus est paruulorū, donec
ad perfectę fidei maturiorē quandā veniamus ętatē. In
lege autē mādata sunt iustificationes, testimonia iusti=
tię pcepta. Viuificabimur ergo ī lege. Vnde ait Apls:
Lex autē non est ex fide: sed q facit illā, viuit in ea. Sed Gala.3.
quia idē supra ait, Quoniā in lege nemo iustificatur: in=
telligis vtiq; quia iustificatio legis species est & imago,
non veritas. Secūdū veritatē ergo & perfectionē nemo
iustificat in lege, scdm speciē iustificatur. Ergo sanctus
Propheta, qui adhuc in legis iustificatione viuebat, vi= F
debat autē fulgorē Euangelii: quasi memor veteris di=
sciplinę legis, tanq̃ pędagogo vtili gratiam reseruabat.
Considera aliquē excedentē ex ephebis in diuitiis & ho
noribus constitutū, pędagogo suo honorificentiā reser=
uatā habere, cui⁹ officiis informatū se esse cognosceret,
vt maturiorē regere possit ætatē. Monet siquidē etiam
ipsa lex, vt his q̃ nobis aliquādo profuerunt, nequaq̃ esse
debeamus ingrati. Nā sicut habem⁹ in veteri testamē=
to, pascha celebratū est in Ęgypti finibus, cū adhuc sub
rege Pharao positi patres nostri deplorarēt miseræ ser=
uitutis iniuriā: & postea liberati, rursus ī terra repromis=
sionis pascha celebrarūt: superi⁹ ad cōmonitionē, poste=
rius ad recordationē. Si quis ergo interroget Hebræū
qua ratione in Ęgypto pascha celebratū est, respōdebit:
Quia regi Pharao adhuc seruitutis vinculo obnoxii te=
nebamur. Ille agnus patrū populū liberauit, ille agnus
vocauit ad libertatē, ille agnus maris profunda solida=
uit, vt Ęgyptū transire possemus. Quotiens ergo pa=
scha celebramus, meminisse debem⁹ veteris seruitutis,
& nouę libertatis: quid fuerimus, & quid acceperimus.
Nō enī potest plene quis intelligere quid acceperit, nisi

G meminerit ante quid fuerit. Nō ergo obliuiscamur qa dñs IESVS agnus dei mundi hostia soluit nos grauiū nexibus delictorū,quib⁹ Pharao ille teterrimus,nō vnius Ægypti,sed seculi istius princeps vinculo seruitii grauis nos tenebat astrictos. Nō obliuiscamur in æternum,vt cum venerimus in illam veræ terrā repromissionis,vbi est regio viuorum,meminerimus quāta hic nobis Pharao dirus intulerit,quid perpessi in hoc seculo simus,quibus tandem erepti malis: & agamus gratias eripienti nos domino IESV, qui perturbatorem omnium fecit esse captiuum.

VI *als,ego, saluū me fac.

Tuus sum *,salua me domine,quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Facilis vox & cōmunis videtur,sed paucorū est.Satis rarus est enī qui potest dicere deo: Tuus sum. Ille enim dicit,qui adhæret deo totis sensibus,qui aliud cogitare nō nouit. Ille hac voce vtitur,qui potest dicere domino: Ioan.14. Ostende nobis patrē,& sufficit nobis. Nunquid hac voce vtitur auidus pecuniæ,honoris, potestatis? Multis nō est satis deum scire,& quidē pluribus. Tanti populi, tantæ nationes,tanti diuites paupertatem putant dñō seruire,& qui supra omnes est, illis exiguus & angustus est:illis nō est satis dei filius,in quo sunt omnia. Denique Mat.19. ille diues in Euangelio,cui dictum est:Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: deum sibi nō sufficere iudicauit. Denique & cōtristat⁹ est, quasi pluris esset qd relinquere iuberetur,q̄ qd eligere. Ille ergo dicit, Tuus sum,qui post dicere: Ecce omnia reliquimus,& secuti sumus te. Apostolorū itaq; vox ista est, Ibidem. nec omniū tamen apostolorū. nam & Iudas apostolus fuit,& in conuiuio Christi inter apostolos recumbebat. Dicebat & ipse, Tuus sum:sed voce,non corde. Venit & introiuit in eū Satanas,& cœpit dicere: Nō est tuus H IESV,sed meus est. Denique ea quæ mea sunt,cogitat: quæ mea sunt,in pectore suo voluit:tecum epulatur, & mecū pascitur:a te panem accipit, a me pecuniā:tecum bibit,& mihi tuum sanguinē vēdit:tuus est apostolus, & meus mercenarius. Nō potest dicere secularis, Tuus sum:plures enī dominos habet. Venit libido, & dicit, Meus es:quia ea quæ sunt corporis,cōcupiscis:in illius adolescentulæ amore te mihi vendidisti: in illius cōcubitu meretricis preciū pro te annumerauī. Venit auaritia,& dicit: Argentū & aurū qd habes,seruituti; tuæ precium est:possessio quā tenes,iuris tui emptio, vēditio libertatis tuæ est. Venit luxuria,& dicit: Meus es, vnius diei cōuiuiū preciū tuę vitę est:ille sumptus epularū,tui capitis licitatio,tui est fūma cōtractus:&, quod pęius est,caro emptus es precio, vilior cibo es tuo:precioſior est vnius diei mensa tua,q̄ totius temporis vita. I Inter calices te redemi,inter epulas acq̄siui. Venit ambitio,& dicit tibi: Plane meus es, Nescis qd ideo imperare aliis te feci, vt mihi ipse seruires? Nescis qd ideo potestatē in te cōtuli,vt meæ te subiicerem potestati? An Mat.4. ignoras ipsi dñō salutari dictū esse ab huī⁹ mūdi principe,cū ei ostendisset omnia regna mūdi: Hęc omnia tibi dabo,si procidēs adoraueris me? Ante ergo ipse subiicitur,qui alios vult habere subiectos. Venūt omnia vitia, & singula dicunt: Meus es. Quē tanti cōpetunt,q̄ vile mancipiū est? Quomodo ergo tu qui huiusmodi es,potes Christo dicere: Tuus sum? Respōdebit tibi ille: Nō Mat.7. quicunq; dicit mihi, Dñe,dñe,intrabit in regnū cælorū: nō quicūq; dicit mihi, Tuus sum,meus est. Meus plane es,si vocē nō redarguat cōscientia, si fermonē tuū animus aut opera nō refutent. Ego non nego meū esse eū qui ipse se nō neget,aut certe si pro me seipsum sibi abneget. Nolo habere seruulū plurimis dominis seruiētē. Nā quomodo me? est,si mihi dicat verbo, Tuus sum: & operib⁹ neget,& factis se diabolo adiudicet & obstringat? Non est meus quem libido succēdit, quia mea est castitas. Non est meus quem cura spoliādi minores exagitat,quia mea largitio est. Nō est meus quē aura mobilitatis inquietat,qa mea trāquillitas est. Nō est meus vini crapula temulentus,illuuie ambitionis impurus, gloriæ secularis cupidus,ebrius in periculū,qui non potest sobriæ moderatiōis seruare vestigiū. Pax sum ego, litigare nō nouī. Vt quid mihi eū de quo veniat diabolus,& dicat: Meus est? Nam mihi sua colla curuauit, mea in illo plura reperio:nomen sibi tuum vendicat, & meū munus. Non est ergo Christi,nisi qui est alienus a crimine:nō est Christi,nisi qui potest semper se Christi seruulū demonstrare. Nā si qs mutabilis est, vt ego, qui aut mœrore mutor,aut indignatiōe,nō est Christi. Venit ira,& dicit: Meus est.ante horā meus erat,spero qd iterū meus fiat. Venit tristitia,& dicit: Meus est. ante horā in mea possessione fuit,in meo iure:erigere animū pre mœrore nō poterat,nec oculos leuare:& si triste aliquid accideret,ad me illico reuertet. Quis ergo est dei, 1.Cor.4. nisi qui potest dicere: Nihil mihi conscius sum? Ideo dicebat Paulus apostolus dñi nostri IESV Christi, qa nulli alii obnoxius tenebatur. Ego autem nunc dei mei sum,nūc tristitiæ,nūc iracundiæ,nūc verbi ocioſi:& ideo qui plures dominos habet,nō potest vni dicere: Domine IESV,tuus sum. Vnde arbitror etiā de huiusmodi dominis dixisse Paulū: Nā etsi sunt qui dicantur dii, 1.Cor.8. siue in cælo,siue in terra:nobis tamē vnus deus pater, L ex quo omnia,& nos in illo:& vnus dñs IESVS, per quem omnia,& nos per ipsum. Verbi igitur totus erat apostolus Paulus,ideo dicebat: Quoniā experimentū 2.Cor.13. queritis eius qui in me loquitur Christus. Ille ergo dicebat:Christi sum,& respōdebat ei dñs, Meus es. Qui vere dicit, Tuus sum:audit a dño, Meus es. Denique de ipso dñs ad Ananiā,cū mitteret eum ad sanandū Paulum,ait: Vade,quoniā vas electionis est mihi. Et quia Actuū.9. perseuerauit Christi esse,quasi impleto certamine coronam meruit iuenire iustitiæ. Recte ergo propheta Dauid dixit: Tuus sum,qui semper in deo mansit. Et qua ratione dixerit, Tuus sum,addidit:Iustificationes tuas exq̄siui.hoc est,nihil aliorū queſiui, sed id solū qd tuū est desideraui. Alii q̄runt monilia preciosa,ego solas iustificationes tuas quasi quedā serta iustitię. Alii domū ad domū,villā ad villā iūgūt,quasi soli habitare possint in terra hac,& elementū volūt occupare cōmune:alii possessionē aeris ipsius vēdicare:mihi in tuis iustificatiōib⁹ omne patrimoniū est. Nescio possidere nisi qd tui iuris est. In tuis eloquiis spiritalis mihi cura refulsit argenti. Mihi portio de⁹ est. Tuus sum ego,qa pars mihi hereditatis nō ī auro,nō in argēto est, sed ī Christo IESV.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me,testimonia tua intellexi. VII

Potest voxista cōuenire martyrio,in quo positus sanctus iā de iudicio persecutoris egressus dicat: Me expectauerūt peccatores vt perderēt me.hoc est,adhibuerūt M omnia genera pœnarū,omnes artes persuasionum,sed de proposito abducere nequiuerūt. Vicit fides vitę huius illecebrā,corporisq; cruciatū:expectauerunt peccatores vt de me triūphū referrent:sed gratias Christo, qui mihi dedit de persecutorib⁹ triūphare. Redite victi,qui sperabatis vos esse victores:redite deiecti,qui veneratis superbi. Vbi est victoria tua, vbi est mors acule⁹ tuus? 1.Cor.15. Non tua iam,sed nostra cœpit esse victoria: quia in te vincim⁹,q̄ qua antea vincebamur. Bene ergo dicit martyr: Me expectauerūt peccatores,vt perderēt me. Post momentum,immo in corpore adhuc positus videt deducentium choros,angelorum gaudia. Qui enim super vnius peccatoris conuersione lætantur,quanto magis in passione iustorū? Videt gloriam,& ait: Me expectauerunt iusti,vt deducerent me. Videt dominum IESVM, & ait: Me expectant Christus,vt coronaret me. Aliter qui vult intelligere: Multi,inquit,peccata persuadere, atque ex pectore fidem extorquere co-

A nati sunt mihi,alius adulterii,alius hominis necem,alius oppressionē viduæ vel pupilli,alius aliud, & putabant me suis retib⁹ esse capiendū. Expectauerūt me, vt perderent cōtagione peccati:sed ego non illecebris peccatorū mentem a studio diuinę cognitionis auerti,nec intentionē meam domine a mandatorū tuorum serie declinaui,sed intellexi testimonia tua. Si enim nō intellexissem,peccatores me vtiq; illi perdidissēt. Quę intellexi vtiq; sensu,etiā operibus secutus sum. Neq; enī nudus intellectus est,sed quē etiam facta testantur. Denique Psal.40. beatus qui intelligit super egenū & pauperē. Ille vtiq; intelligit super egenum & pauperem, qui largitur pauperi. Nam quid prodest misereri inopis, nisi alimoniā eidem largiaris?

VIII *als,latū. *alias, ut mis.

Omnis consummationis vidi finē,amplificum*mandatum tuumvalde.*

Non possumus in omnibus vim Græci sermonis exprimere:maior in Græco plerūq; vis & pōpa sermonis est.τέλος dicitur Græce,q̄d nos latine & finē dicimus & consummationē.τέλος autem & consummationis Rom.10. ipsius finis est: sicut finis legis est Christ⁹ ad iustitiam Mat.28. omni credenti. Habes scriptū: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cōsummationē seculi. Cōsummatio ergo seculi,finis seculi est: finis autem omnium Christus. Consummationes autē multæ. Est consummatio,quādo & resurrectio ad salutem. Cōsummatum quoq; opus dicitur perfectū opus. Cōsummata malitia B dicit,id est plena,cui nihil defit ad studiū & artē nocendi. Est cōsummatio hominis, & multę consummationes,donec ad perfectū veniat. Legimus ergo & cōsummationē seculi supra posuimus exemplū,quā sequitur resurrectio. 1.Cor.15. Sicut enim in Adā omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabūtur. Post resurrectionē commutatio, vnusquisq; autē in suo ordine,primitię Christus, deinde ii qui sunt Christi,qui in aduentum eius crediderūt: deinde finis,cū tradiderit regnū deo et patri,cū euacuauerit omnem principatū & potestatē. Ergo cōsummationem seculi sequitur finis iuxta apostolū. Vnde colligitur quod sequatur finis omnē consummationē. Mū- 1.Ioan.5. dus in maligno positus est,vt dixit Ioannes: ergo & seculum in maligno est:mūdus plenus peccati. Consum 1.Reg.20 mauerat malitiam suam mūdus, sicut cōsummauerat Saul,cuius videns cōsummatā malitiam Ionathas filius in Dauid prophetā, eidem nunciauit vt declinaret & fugeret. Est ergo cōsummatio malitię,cōsummatio peccatorum. Venit agnus dei,qui tulit peccata mūdi, qui est Christus IESVS, finis legis,principium & finis,& remissio peccatorū. Hunc finem cōsummationis vidit Propheta in spiritu,qui cōsummatū seculi aboleret errorē, vidit sanguine eius diuersa omniū peccata mūdari. Benē ergo dixit: Omnis cōsummationis vidi C finem.hoc est, vidi cōsummati adulterii remissorē, vidi consummatæ luxurię atq; lasciuiæ, cōsummatę crudelitatis atq; sæuitiæ, omnis postremo flagitii per crucem suam delicta donantē. Est & etiā consummata virtus, cōsummata sapientia, cōsummata iustitia, sed habet finem. Finis omniū virtutū Christus, qui finis est legis ad iustitiā omni credēti. Vides quia finis est fidei? Benē ergo ait: Omnis cōsummationis vidi finē. Nūc quia Matth.7. cōsummationis finē agnouimus,aguoscamus quid sit Latum mādatū tuū valde. Legimus quod angusta sit porta per quā ingrediātur qui æternę vitæ fructū adipiscantur. Rara enim virtus,difficilis est passionū tolerātia. Plures sunt qui seculi huius spatiosa sectētur,qui dicant: Angusta & arta nobis est via quę ad dominū ducit:conterimur in illa,relinquamus eā. Quomodo ergo dicit Propheta latum mandatum dei,& valde latum? Ideo quia angusta via, latū mandatū necessarium est. Pfal.4. Deniq; hicipse Propheta ait: In tribulatione dilatasti mihi. Et iterū: In tribulatione inuocaui dominū, & exaudiuit me in latitudine. Hę latitudo mandatorū cęlestium cor Prophetæ dilatabat, dilatabat & Apostoli. Deniq; & ipse dicebat: Os nostrū patet ad vos o Corinthii,cor nostrū dilatatū est. Dispensando enim cælestia mādata cor suū dilatauerat: & quod ante persecutionis perfidia coartabat,hoc Christi amplificauit gratia. Et qua ratione latū mandatū? Ne nos coartaremur angustiis mandatorū. Vnde ait: Non coangustamini in nobis. Si hoc Paulus,quāto magis Christ⁹,qui clausa reserauit? Ergo dicit: Nolo coartetē in me populus meus in angusto virtutū tramite. debet latitudo pręcepti mei viantibus esse solatio, ne quis deficere possit aut cōteri. Ambulemus ergo in dei mādato,quia satis latum est. Est enim latum mādatum sapientia,quę in exitu canitur, in amplis aut fiducialiter agit.πλατεῖα enim Græce sermonis est,quę latine dicitur latitudo. Dilatemus igitur cor nostrū,vt recipiamus apostolicæ vim sentētiæ, quæ ait: Capite nos. Recipiam⁹ ergo eius sermones in 2.Cor.7. cor nostrū, induamus viscera misericordię, beniguitatem,humilitatem,patiētiam. O homo q̄ latus es si ad amplitudinē præceptorū cęlestium sinū mētis tuæ expandas? Q̄ latum mandatū est charitatis? Diligite,in Matth.5. quit,inimicos vestros. Omnes vtiq; affectu charitatis includit,qui nō excludit inimicos. Quis eū videtur exceptus,cū recipiatur inimicus? Vnde Apostol⁹ ait: Si Roma.12. fieri,inquit,potest,cū omnibus hominibus pacē habentes. Non potest hoc Iudęis dici,non gētibus,vt cum omnibus pacē habeant. Illi vix suos diligūt, Christiano E etiā inimicos nō licet nō amare. Christianū cum dico, perfectum dico. In Christo enim plenitudo diuinitatis Col.2. est,cuius nomē vsurpas. Qui vocabulū geris,interpretationē vocabuli perfectionēq; curr refugis? Audi latū mandatum: Benedicite eos qui persequūtur vos,& no Ro.12. lite maledicere. Iste qui latū dicit esse mādatum,probauit supra,dicēs: Illi detrahebant,ego autē orabā. Quid orabas Dauid? dicito nobis ipse. Sed dixisti. Legi enī Psal.108. dicentem: Maledicent illi,& tu benedices. Ibidem.

SERMO TERTIVSDECIMVS.

MEM litera sonat in latinū ex intimis, vel vt alii, ignis ex vltimis. Et vtrūq; nō discordat Mem. a textu. Nam statim prim⁹ versus internorū viscerū charitatē exprimit, quę vtiq; ex vltimis procedit medullis, & quodam nexu caloris implicatur ossib⁹. Deniq; in Threnis Hieremię textus literę huius hoc cōtinet: Ex alto suo misit ignē ossibus meis. Thren.1 Bonus ergo deus qui nobis immittit vnde diligentes eum, meritum sub conspectu eius inuenire possimus. Quē mittat ignem,ipse nos doceat. Ignē veni mittere Luc.12. in terram, & quid volo nisi vt accēdatur? Bonus ignis quem desiderat omniū saluator accēdi, cum præsertim F ipsum deū legerimus ignē esse,qui nostra peccata cōsumat,intimisq; pectoribus nostris diuinę cupiditatē agnitionis infundat,vt ardeat in nobis cor nostrum cum legimus diuinarū serem scripturarū, si forte aliquid quo aperiantur propheticę lectionis occulta,intellectu assumamus spiritali. Hoc igne Cleophas cor suum dicebat Luc.24. ardere,cū ipsi & socio eius Christus scripturas aperiret. De hoc igne dixit domin⁹ in libro Ezechiel: Ecce profi Ezech.21 ciscar in Hierusalē,& exufflabo in vos ignem iræ meę, vt tabescatis ja plumbo & ferro & reliquis materialib⁹. Profunda in verbis vsitatis videmus mysteria. Totū hoc spiritale. Quibus precibus emerear vt veniat dei verbū,intret ecclesiam,fiat ignis consumens,vt exurat fœnū & stipulā,& quicquid est seculare consumat? Grauę plumbū iniquitatis, q̄d in plerisq; est, liquefiat igne diuino,& ferreus quidam peccati rigor superno mollescat incendio. Melioretur vasa aurea & argētea, vt omnis sapientiū sensus,omnis sermo prudentiū flagrantium passionū calore decoctius incipiat esse precioſior.

G Bonus ignis charitatis, quo corpus omne ecclesiæ in mutuam adolescit gratiā. Bonus ignis dilectionis,quo vnusquisq; sanctis ad reuerētiam sui autoris accēditur. Sed qui deum diligit,non perfunctorie diligit, sed diligit legem eius,pręcepta custodit,iustificat cor suū,non dictorū sonora prędicatione,sed studiosa factorū imitatione. Doceat igitur nos deus quemadmodū a sanctis suis diligitur deus: Sic inquiens Propheta dicit:

I Quomodo dilexi mādatum tuum* domine, tota die meditatio mea est.

*alias, legē tuam.

Diligentis circa studiū cognoscēdæ legis hęc vox est, quæ instruit perfectionē hominis, quā totus hic Psalmus informat. Et quoniā maximū mandatum in lege Mat.22. esse cognouit vt diligamus dominū deum nostrū ex toto corde nostro, & ex tota anima nostra: sui imitatione nos quoq;, quos erudire studet, vult esse ꝑfectos, dicens: Quomodo dilexi mandatū tuū domine. Hoc ipso charitas crescit affectu, quod ipsum testem aduocat cuius munus dilectionis impēditur, nec speciem sed plenitudinem charitatis tali cōuentione testatur. Hac vsus est Ioan.21. Petrus: Tu scis,inquit,domine,quia diligo te. Sed qui Luc.2. diligit deum,legem eius diligit,sicut Maria diligēs filium, omnia verba eius in corde suo materno conferebat affectu. Diligēs te,feci volūtatem tuam,scriptū est. Ideo cōmisit Christus Petro vt pasceret gregē suum, & domini faceret voluntatē, quia charitatē eius agnouit. Qui enim diligit,ex volūtate facit quę sibi sunt imperata: qui timet, ex necessitate. Itaq; dominus operationes seruulorū suorū spontaneas probat potius q̄ coactas. Ideo ex seruis liberos facit, vt magis volūtatum nostrarū munera,q̄ necessitatum obsequia cōferamus. Non potest dicere Marcionita, Quomodo dilexi legē H tuam: qui legē non suscipit. Non potest dicere Iudæus, qui legem spiritalē ignorat,& literā legis nudā, non sensum legis intellectūq; meditatur. Solus ergo dicit Christianus,qui multū iam legis cognitione profecerit, qui nō pœnam legis pauido corde formidet,sed diuina mysteria veri Hebręi,veri sabbati,veræ remissionis intrepido miretur affectu. Vere ergo diligit qui sine tristitia,sine timore,voluntario potius studio q̄ coacto præcepta conseruat.

II Super inimicos meos intelligere me fecisti mandata tua, quia tu es.*

*alias, prudētem me fecisti mādato tuo, quia in æternū mihi est.

Cito probauit diuturnę meditationis effectū,quando intellexit super inimicos suos domini mandatum. Sed quos habet inimicos propheta,qui aut sui populi viros legitima debet charitate cōplecti,aut alienigenas Euāgelica narratione vel prędicatione inuitare ad dei gratiam? Feræ consortē naturę suæ diligūt. Quomodo dilectionem cōformis sui propheta respuerat? Esse igitur iustam aliquā causam oportet qua ii quos significat,iure videantur inimici. Ea quę sit, possumus inuestigare I si meminerim⁹ quia alibi idem iste dixit: Super inimicos tuos tabescebā,& iusto odio oderā illos. Istos ergo euangelica autoritate suos inimicos dicit esse, qui inimici sunt dei. Nam si is qui nō relinquit parentes propter dei nomē,nō est deo dignus: quanto magis qui diligit eius inimicos,acceptus deo esse nō poterit? Quos ergo inimicos habet? Si gentiles,quomodo sup eos intellexit, quos ꝑphetico credituros spiritu præuidebat? Deniq; vt benedicāt et ipsi dominū,in superioribus adhortatus est. Et quæ magna laus super eos intelligere qui metalla & saxa venerando similē rigorem stuporis attraxerint? Quos igitur habet inimicos, nisi hæreticos? Ipsi enī sunt impugnatores fidei,veritatis inimici. Quos nisi Iudæos? Ipsi enim sunt grauiores inimici, qui ex amicis facti sunt inimici. Sup eos intelligit, qui legem spiritalē esse intelligit. Quid ergo prodest lex, si finem legis ignores, si mysteriū nescias, si sacramēta nō noueris? Iudęis ex ouibus agnus occiditur pro celebri- K tate paschali,nobis pro redemptione mūdi vnigenitus dei partus virginis immolatur. Quid proficiunt Iudei quod sanguine agni domos & postes suos illinūt? Nihil vtiq;,quoniā ligna his aut saxa prodesse nō possunt. Nobis proficit om̄e mysteriū qui abhorrere credimus a gratia spiritali,vt habitationes nostras sanguine pecudis cruētemus,ora nostra cruore tingamus, sed corpora nostra sacramēto crucis dominicę cōsecrem⁹,& cōfessione mortis dn̄i nostri IESV Christi sanctificem⁹ oris alloquia. Corde enim creditur ad iustitiā, ore autē Rom.10. confessio fit ad salutē. Quid prodest quod Hebræi aurē serui pertundit subula,& preputia sui circuncidunt corporis? Non intelligunt penitus quid lex diuina discernat. Signa sunt ista, non veritas. Sed ille intelligit qui cor suum spiritali circuncisione castificat, vt colluuiem omnem corporeæ labis emundet. Ille intelligit qui subulam & aurem mētis vigore trāscēdit,et illam animā quam pertransiuit gladius ad reuelāda cordis occulta, perpetuę præmio libertatis attollit: vel examinādis sermonibus solicite seruiens, quoscunq; virtutis suæ aure susceperit,mysterio sanctificat spiritali. Azyma sibi Iudæus quotannis facere consueuit, & nescit se malitię esse fermentū. Sed qui intelligit quid sit, vetus expurgat fermētum, ne totā massam corrūpat: veterem hominē cū actibus suis expurgat,vt fiat noua conspersio veritatis. Iudæo ista dicta sunt, & Christianus audiuit: quia dum aurē suam illa subula pertundit, audire nō potuit, vulneratā aurem gerēs. nō legis,sed stultitię suæ subula cruentauit aurē suā,illa audiendo quæ spiritaliter re- L uelantur. Perforauit aurē suam ferro. Maluit enim in ferrum q̄ in verbū credere. Ideo seruit, ideo liber esse nō meruit,ideo nec cōpleti temporis ei gratia suffragatur, quia plenitudinē temporis nō recepit quo filius dei missus est ad salutē,& venit ad redemptionē factus sub lege,natus ex virgine,victor mortis,largitor resurrectionis. Manet ergo vulnus illi cui Christus nō resurrexit. O vuln⁹ quod sarciri nō possit,nisi forte relinquat subulam,& sumat sibi gladium quo Christi nomen nō refutet,vel quo corporalia a spiritalibus, vmbrā a veritate distinguat: sumat dei verbū,gladiū bis acutum,& ex illo diuino ore doceatur mandatū domini prescriptum legis agnoscere,quod nō temporalis habeat obseruantiā celebritatis, sed salutaria & sempiterna remedia succo gratię spiritalis infūdat. Tota ergo die in lege meditare,nō perfunctoria tibi debet esse transcursio. Si agrum emere velis,si mercari domū,prudētiorem adhibes, & quid iuris sit,diligenter consideras: & ne in aliquo forte fallaris,tibi ipse nō credis. At nūc tuipse emēdus es ti- M bi,de tuo precio tractatur. cōsidera qui sis, quod nomen habeas,quid acquiras tibi: non agrū,non pecuniam,nō gemmarū monilia,sed Christum IESVM, cui nulla possint precia, nulla ornamenta cōferri. Adhibe tibi consiliarios, Moysen, Esaiam, Hieremiā, Petrū, Paulum, Ioānem, ipsum magnū consiliariū IESVM dei filiū, vt acquiras patrē. Cum his tractandū, cum his cōferendum est tibi,tota meditādum est die. Sic meditabatur Dauid,& hæc erat illi sola meditatio. Nō secularibus animus traducebatur illecebris, non pecuniaria coaceruandi patrimonii cupiditate flagrabat,nō proferendi limitis,excludēdiq; finitimi anxius curarū æstus studiū meditationis intentū reflectebat affectū. Quicquid poterat tēporis dies habere,hoc totū sola sibi in lege meditatio vēdicabat. Sed etiam hoc parū est diligēti,qui velit ad beatitudinis gratiam peruenire. Beatus enī die ac nocte meditatur in lege. Angustior dies est meditatione doctrinę. Non tantus dies in tēpore,quantus meditatus in lege. Vnde vide ne illud magis videatur significare, quod ei qui in lege meditat̃,semper dies est,& lumē sine defectu, quod nullę tenebrę noctis interpolent. Alioquin quomodo negligentiorē in pro-

A cessit operis declararet, quē diligētiorem in ipsis operis sui propheta principiis esse voluisset? In die ergo meditatur legis & euāgelii prędicator. Et fortasse illi qui nouum nō recipiunt testamentū, in nocte legerūt, & ideo nescierūt neq; intellexerunt. Vnde etiam Saluator, ne nos legeremus in tenebris,admonet dicēs ambulandū Ioan.11. in die, quia nō offendit qui in die ambulat. videt enim gratiam lucis. Qui enim ambulat in tenebris,scopulum offensionis incurrit.

III Super omnes docētes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est.

Doctrinam profitētur scribæ Iudęorū, quia legem & prophetas ipsi priores habere meruerūt. Sed illi profitētur docere,sed nō docent. Ei autem populo qui est ex gentibus,cōpetit dicere: Super omnes docentes me intellexi: quia illi nō intellexerūt. Respōdet Iudęus: Vn- Deut.32 de habuisti intelligere? Scriptū est: Interroga patrem tuū,& annūciabit tibi: seniores,& dicent tibi. Ego sum pater tuus,me interroga. Sed & si interrogauero, non respōdebitis mihi,dixit IESVS: & ex illo noui respōdere,& ex illo supra illos intelligo qui non intelligebāt, Mat.16. quia testimonia didici,quæ ille non nouit. Didici: Qui Matth.5. sequitur me, tollat crucē suam. Didici: Diligite inimi- Roma.9. cos vestros. Et ideo optat anathema esse Paulus ꝑ fratribus genere,inimicis fide. Videretur inconueniēs esse verecūdiæ prophetali huiusmodi vsurpatio,eo quod pręsumpserit dicere quod super omnes docētes intellexerit,cum vel legē Moyses acceperit a domino,& populo eius instituta tradiderit, Aarō sacrificiorū omniū B decurso ritu sacerdotalē docuerit disciplinā, Iesus Naue significauerit quēadmodum circūcisio possit iterari, Samuel vnctionis ꝑphetica pariter ac regiæ sacramenta ministrauerit.* Videretur inquā incōgrua præsumptio,nisi præmisisset superiora,quibus nō immerito super docētes intellexisse se comprobaret. Debuit hanc assumere confidentiā,qui docebatur a domino: & mādatum quo docebat̃, domini erat: & ipse domin⁹,qui docebat. Merito super omnes intellexit,quē docebat ipsa Psal.93. sapiētia. Vnde & alibi ait: Beatus quē tu erudieris domine,& de lege tua docueris eum. Ostēdit igitur,quod diuinū est, homines docere nō posse: & ideo qui docere presumūt,nesciūt, sed agnoscit discipulus qui docetur. In quo? Propter donum scientię quod de spiritu sancto fuerat cōsecutus. Moralis quoq; suauis locus est,quod multi docentes sunt q id quod nō intelligūt,docere se di- C cunt, & plurimi sunt discipuli qui studio suo assequūtur & industria,quod nō didicerūt a magistris. Deniq; ante nos quidam interesse dixit inter docētes atq; doctores, fortasse hoc arbitratus, quia doctores sunt alienorū iudicio ad hoc munus electi,docentes autem qui propria vsurpatione hoc sibi munus assumpserint. Sed cedant necesse est ei doctores quoq;, quem testimoniorū meditatione cęlestium doctrina dei docentis imbuerit.

*mōstrauerit.

IIII Super seniores* intellexi, quia pręcepta* tua exquisiui.

*als, senes *alias, mādata.

Nec hoc quidem difficile, vt is quē dominus docuerit, super seniores intelligat. Siquidē dei gratia erogata ad doctrinā, maturitatē ætatis supergreditur senilis. Cum enim ætas senectutis vita immaculata sit, vtiq; doctrina vitæ immaculatę senilē præstat ætatē. Deniq; excusanti Hieremię quod iuuenis esset,responsum est: No- Hiere.1. li dicere, iuuenis sum. eo quod nō æstimaretur iuuenis definitione diuina,qui canam haberet prudētiam,quæ sanctificationis cęlestis gratia reluceret. Veruntamen nō mihi videtur seipsum laudare propheta, & præferre Eccli.8. senioribus,cū legerit: Non te prætereat narratio seniorum. & ipsi enim didicerunt a patribus. Nā & alibi Si- Eccli.32. rach dixit sapientia: Vbi sunt senes,nō multum loquaris. Sed nouit quibus se præferat seniorib⁹,inueteratis scilicet in peccato,et veterno impietatis,atq; senio perfidiæ delyrantibus. D Isti sunt seniores plebis qui dominū Mar.14. &.15. IESVM Pilato pręsidi tradiderūt. Cōuenerūt enim sacerdotes,& scribæ,& seniores,vt ait Marcus. Et iterum: Fecerūt sacerdotes consiliū cum seniorib⁹ vt eum traderēt. Et aduersum Apostolos,in Actibus eorum, Actu.4. quod seniores Israel cōuenerint, Petrus sanctus & Lucas euāgelista testātur. Non ergo senili derogauit ætati,sed voce populi iunioris indocilē dei vetustum illum dierum Iudæorū fore populum prophetauit, qui quod in iuuentute sua nō acquisierit, & in senectute inuenire non potuit. Nanq; a principio frequentibus dominum exasperauit offensis. Cuius igitur gratiā cum esset iuuenis nō poterat emereri,huius aduentū senex nō meruit agnoscere,huius donū tenere nō potuit. Speciosum au- Eccli.25. tem incanæ iudiciū senectutis sensu est: & veterani consilii sciētia,intellectus maturitate,nō vitæ longæuitate profertur. Exquiram⁹ ergo mādata dei,vt super seniores intelligamus. Fugiamus viam lubricā peccatorū, vt possimus pręcepta custodire cælestia. Hoc enim declarant sequētia. Super seniorē Esau intellexit Iacob iu- Gen.25. &.27. nior frater: quia cū senior Esau prærogatiuā sibi benedictionis priuilegio ętatis exposcit,reliquit epulas mitiores,dum quærit agrestes. Profecto illo in venationē directo,iunior frater vestimenta eius accepit,& mihi tradidit populo nationū,materno vsus cōsilio. Illam ergo sapiētiæ stolam quā habuit antea populus Iudęorum, induit me Rebecca. Stola eius bona,lex & prophetæ. E Hac stola ille populus est nudatus, nos induti sumus. Induit nos mater illa Hierusalem,quæ in cælo sursum est. Accedimus ergo ad patrē, offerimus illi epulas mitiores,patientię cibos,misericordię lenitatē,intellectus suauitatē. Accipio benedictionē,præripio fratri seniori gratiam spiritalē. Venit ille,irascitur: nō inuenit quod accipiat. Mater occurrit,& pio nos hortatu informat. Residet penes me stola illa bonis intexta mandatis.

V Ab omni,inquit,via mala prohibui pedes meos,vt custodiam verba tua.

Vere dignus qui super seniores intellexerit, quandoquidem diuino est honoratus spiritu vt seniores doceret non solū intellectus veritatē, verumetiā peccati fugam, culpęq; cautelā. Itaq; cū fragilitas humana prona sit vt labatur nō ad vnū affectibus malū, & currentem F cuncta in pręceps suscipiant probra, atq; toto e vestigio feratur in vitiū: docet quemadmodū vitę istius lubricā declinans semitā,itineris huius anfractus viantē implicare nō possit. Prohibui,inquit,pedes meos a maligna via,hoc est,ab istius seculi vanitate, quia seculū in maligno positum est. Dubiū quicquid est, & ancipitis effectus,hoc malignū est. vt lux dubia,maligna dicitur: ita malignū est quicq̄d admiscet malitię tenebras veritati. Reuoca ergo ab istius mundi lubrico pedes animi tui, & mentis incessum. Prohibe inquā, resiste cupiditatibus,obsiste motibus, qui videntur irruere sicut bestiæ atq; iumenta,vt teneros fructus & noua ruris huius nostri culta depascāt. Prohibui,inquit,pedes meos. Non vtiq; corporis pedes prohibuit, qui mētis piæ plerunq; obsequuntur arbitrio. Neq; enim prohibendi sunt cum prodeunt ad dei templū, viduæ opem ferre festināt, impium præuenire, supplātare aliquē fraudulentū. Alius igitur est pes qui iure prohibetur. Qui ille sit, ipse propheta nos doceat. Non veniat, inq̄t, mihi pes superbię. Psal.35. Est etiam pes iniquitatis,qui cito labitur, stare non potest,sicut perfidorū est, de quibus scriptū est: Ibi cecide- Ibidem. runt operātes iniquitatē,expulsi sunt,nec potuerūt stare. Prohibe ergo pedes tuos ne cadas. Sunt enim nō solum criminū,sed etiam infirmitatis pedes. Et videndū ne cadas. Et videris tibi forsitan bene stare,sed dicit tibi Paulus: Et tu qui stas, vide ne cadas. Diligenter at- 1.Cor.10. tēde viam tuam, vt audias, Tu autem hic sta mecum.

G Stans enī cū domino lapsum timere nō poteris. Stans cum domino, poteris dicere: Eruit pedes meos a lapsu. sed ita eruit dñs pedes tuos ab omni lapsu, si cognouerit quod tu prohibeas pedes tuos a lapsu. Ideo hoc meruit Dauid, vt deus a lapsu pedes eius erueret, quoniā pedes suos ipse phibebat, ne præcipiti atq; incauto pectorū laberentur vestigio. vnde & potuit verba custodire diuina. Nō enim custodire quis poterit, nisi potuerit prius stare. Cum autē custodierit, ipse incipit dei verbo ferre custodiam. Prohibitos pedes suos a via maligna bene dicit qui Christum viam esse nouit.

VI. A iudiciis tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi.

Exposuit quid esset a via maligna prohibere pedē, a iudiciis vtiq; nō declinare diuinis, & firmū atq; immobile perseuerantis innocētię tenere vestigium, non deflectere gradū, nec de curriculo auertere disciplinæ, sed semitis non solū veteris in Syna, sed etiam nouæ legis insistere secundū euangelii claritatē. Est etiā euangelii
Psal. 9. lex, de qua dixit in superioribus hic propheta: Cōstitue domine legislatorē super eos, sciant gētes quoniam homines sunt. Aduentū vtiq; domini intelligimus, pphetari, vocationem gentiū, quæ ante in luto quoddā corporis huius videbantur infixæ, voluptati corruptionis suæ tanq; feci & libidini inhærētes, quia dominū nescierūt. Et ideo iratus, Auertātur, inquit, peccatores in infernum. vt non viderent descendentē & ascendentē animam domini IESV, & cōuerterentur ad dominum,
H qui conuerti cū viuerent noluerūt. Sed de illis dicit gentibus quę obliuiscuntur dominū. Scierunt ergo & obliti sunt: tamen prophetica benignitate orat vt exurgat dominus, nō præualeat homo, vt cogitationes terrenæ & motus omnes feruētes huius corporis conquiescant. Iudicentur gentes, quoniam tūc cognoscitur dominus cum timentiū conuertit affectus grauis terrore iudicii. & discant gētes quoniam homines sunt, luti corruptione solubiles, & limo durescēte formati, quod ante qui legem nō acceperant, nesciebant. Vnde propheta quasi & ipse perturbatus terrenæ fragilitatis cōtemplatione ait: Vt quid domine recessisti lōge? Bene timet qui homines se esse cognoscit. sed quia plus timet nobis, qui sumus ex gentibus peccatores, precatur ne longe fiat a suis gentibus: vt qui lōge eramus, incipiamus esse propiores, & sciamus quia homines sumus, ad imaginem scilicet & similitudinē dei facti, quibus per virginis veterum etiam Christus nostri conformis est factus. Recte
I ergo & ad infirmitatē accipit & ad gratiā, Sciant gētes quoniam homines sunt: altero per cōmune quoddā atque carnale consortiū bestiarū, altero per imaginē. Per imaginē dei, & carnis dominicæ sacramentū, dignitas esse cœpit quę ignobilitas videbatur. Merito ergo non declinauit a iudiciis dei populus nationū, qui potest dicere: Quoniam tu legem posuisti mihi. Nō per Moysen, non per prophetas, sed ipse per te IESV legē posuisti mihi, hoc est, cuangeliū. Ideo non declinaui, quia te aspexi, & itinera tua cognoui, & te secutus veram cognoui viam. Ideo itaq; predicationem audiens euangelii quam propheticus spiritus præcinebat, ait:

VII. Quam dulcia faucibus meis verba* tua super mel et fauum* ori meo.

*alias, eloquia.
*alias, non habet & fauum.

Et bene dulcia, quibus predicatur remissio peccatorū, vitæ perennitas, resurrectio etiā defunctorū, quę perpetuæ mortis & acerbæ amaritudinem temperarūt. Per hæc mortē cōpimus non timere, qui cōpimus dicere:
1.Cor.15. Vbi est mors victoria tua? Et bene faucibus dulcia, eo quod intimis infusa viscerib⁹ gratia spiritalis sit. Super mel & fauum, inquit, ori meo dulcia. Et ideo quia dulcia nobis verba tua esse cœperūt, dicit ad ecclesiā: Fauū
Cant. 4. distillāt labia tua sponsa. Qui sit fauus, docet nos Salomon. Tu enim dixisti: Fauus mellis sermones boni. Et vere bonus fauus quē mādicat ecclesia, multorum prophetarū velut apum spiritali vbertate cōgesta mella redolentē. Hoc est mel de quo ait: Manducaui panē meum cū melle meo, bibi vinū meū cū lacte meo. Mysticus sermo cęlestiū scripturarū sicut panis est, q confirmat cor hominis velut fortior cibus verbi. Suauorius autem ethicus dulcis & mollior, eo quod ethica prædicatione mentis interna mulcentur. Amara febribus, id est pœnitentia delictorū, miti corda sermone dulcescūt. Stillant mel labia prędicātis, quando collisa duris casibus vel ruinis, lapsæ animę mēbra refouentur. Est etiā vis feruentior verbi, sicut & vini. Est etiā in lactis specie sermo lucidior. Edite, inquit, proximi mei, & bibite, &
Ibidem. inebriamini. Bona ebrietas, q̄ ad meliora atq; iucunda facit quendā mentis excessum, vt immemor solicitudinum animus noster vino iucunditatis hilaretur. Bona
Psal. 22. mensæ spiritalis ebrietas. Deniq; poculum inebrians q̄ præclarū. Sed & alibi habes: Riuos eius inebria, mul-
Psal. 64. tiplica generationes eius. eo quod ebrietas terræ cū infusa fuerit imbre cæleſti, suscitare semina, fructus multiplicare consueuerit. Itaq; vbi verbū quod sicut pluuia descēdit de cęlo, venas terræ nostrę vel animę ac mētis nostræ inebriauit prędicatione diuina, excitauit virtutum studia diuersarū, fructusq; fidei & castę deuotionis
Ibidem. adoleuit: merito ei dicitur: Visitasti terrā, & inebriasti eam. Susceptione etenim corporis visitauit vt sanaret infirmos, inebriauit gratia spiritali, vt anxios iucunditate mulceret. Recte ergo sponsæ dicitur: Fauum di-
Canti. 4. stillant labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua. Os enim iusti distillat sapiētiā, de ore iusti suauitatis & misericordiæ mella procedūt. In ore iusti nullus dolus, nul
L la fallacia, nulla est amaritudo peccati. Audit ecclesia verba iusti, audit plebs dei præcepta sapiētis, delectatur alloquii suauitate, moralis disputatiōis incūditate mulcetur, dicens: Q̄ dulcia faucibus meis verba tua, super mel & fauū ori meo. quia mel apum ad horā delectat, sed cito sapor eius euanescit, & plerunq; viscera vitiosa lædunt: verborū autem moralium etsi pungūt mella, nō lędunt. Cognosce tamē cui illa credantur. Scriptū
Prou. 23. est enim: In aurē insipiētis nihil dicas, nequādo irrideat prudentes sermones tuos. Euomet enim & reiiciet sermonē tuū stultus, qui eius non potest sentire suauitatē.

VIII. A mandatis tuis intellexi, propter* hoc odio habui omnem viam iniquitatis.

*alias, propterea odiui.

Consequēs huic versiculo est: Concupiscēs sapientiā, seruta mandata. Sed nemo potest seruare, nisi qui intelM ligit. Deniq; reddātur q̄tidie omnia verba legis a quibusdam senioribus Iudeorū, & nemo eorum potest custodire mandatū. Neq; enim arborē dixerim custodire fœcunditatē naturæ, quæ luxuriat in foliis, vanescit in fructu. Nec terram illā dixerim custodire fructus suos, quæ cū filicem inutilem pascit, agricolis edere frumēta non solcat. Nec pastor custodire videtur pecus, qui elingere pabula profutura nō nouerit, lupos cauere, canib⁹ vallare ouilia sua, nesciat potum cū opus sit ministrare. Nam producere tantūmodo sine vlla cura mutum pecus, tantumdē est quantū scripturas legere tantū populum Iudæorū, & nescire vbi sint spiritalis pascua sacramenti, vbi litera occidat, vbi intelligibiles incurrant lupi, vbi sit requies refectionis, vbi spes resurrectionis, qui sint canes qui pro gregis possint latrare custodia, popu
Psal. 49. lus & ipso grege magis mut⁹? ignorat. Itaq; si dicat, mādata custodio, respōdetur ei: Tu vero odisti disciplinā, & proiecisti sermones meos post te. Si videbas furem, simul currebas cū eo, & cū adulteris portionem tuā ponebas. Os tuū abundauit nequitia, & lingua tua cōcinnabat dolos. Sedens aduersus fratrē tuum detrahebas. Non est hoc custodire mādata, sed preuaricari. statutis facere cōtraria, nō est intelligere, sed ignorare. Quomo

A do possunt verba dei dulcia esse in faucibus tuis, in quibus est amaritudo nequitiæ? Quomodo mel et lac sub lingua tua, cum dolū lingua tua componat, vt aliud pectore concipias, aliud forensi sermone prętēdas, vt decipias incautū? cum tibi Petrus apostolus dicat vt deponas omnem malitiā, & fucum simulationis abiicias, di-
1.Petri. 2 cens: Sicut dudū geniti infantes rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite. Ostendens enim nobis quid sit mel & lac habere sub lingua, docet vt nō maledicere maledicentibus, sed benedictionē referre nouerimus, nesciamus odisse nisi viā iniqtatis, vt facere quod execramur reluctandi caueamus affectu. Ideo Paulus cauebat in
1.Ioan.2. carne sua malū, quia oderat. Ideo Ioānes monet in epistola sua ne diligamus seculum, quia omne quod in seculo est, concupiscētia est carnis, & cōcupiscentia oculorum, & iactantia vitæ. Est ergo in nobis vt & bene aliquid oderimus, & bene aliquid diligamus. Sicut bene enim amare possumus seruos dei, & bene diligere possumus inimicos nostros secundū mandatū domini, ita bene odisse possumus inimicos dei, odisse iniquitatem, odisse perfidiā, odisse turpitudines, odisse mundi istius vanitates. Odio igitur esse debēt quæ seculi sunt, ne securis affectibus & ociosis blanda cōcaliatricula voluptatis irrepat illecebra. Facile capit oculos petulantis forma meretricis, nisi eos odia premant iusta, & impurita
B tem indignatus auertat affectus. Inflat plerunq; homines, & tumido ore supinat fastigium nobilitatis, iactātia, & rerū affluentia secularium, nisi pudeat in te aliena magis q̄ propria laudari. Christ⁹ cū dives esset, pau-
2.Cor.8. per factus est: in paupere nō in diuite te redemit. Constentibus dei filiū imperabat tacere, vt operibus magis q̄ sermonibus deus agnosceretur: & tu nobilē te dicis, qui es factus e terra? Dauid rex dicit: Memento domine quia puluis sum⁹: & tu in hoc caduco atq; limoso genere gloriaris, & diuitē te putas, qui cras potes esse mē dicus, cui vita tua nō in abūdantia tua, sed in dei sit misericordia? Cui honor, gloria, laus, ppetuitas a seculis, & nunc, & semper, & in omnia secula seculorū. Amen.

SERMO DECIMVSQVARTVS.

Num. 3 NVN litera hebręa est quartadecima, Cuius interpretatio est, vnic⁹, vel sicut in alia interpretatione habetur, pascua eorum. Ecce ipse Hebræorū literę testantur dīm IESVM esse vnicum patris filium, verbū dei. Deniq; primo statim versu Dauid de vnico filio dei dicit:

I *als, lumē. Lucerna pedibus meis verbum tuū domine, & lux* semitis meis.

Vnde intelligimus ideo per literas Hebręorum psalC mum hūc esse digestū, vt homo noster tanq̄ paruulus, & ab infantia per literarum elemēta formatus, quibus ętas puerilis assueuit, vsq; ad maturitatem virtutis excrescat. Literæ autem singulæ velut tituli sunt eorum versuum qui sub iisdē literis adscribuntur, seriem & cōtinentiam declarantes, sicut hic vnicū significat litera, & de vnigenito dei filio atq; eius æterni luminis claritate, Psalmi eius portio prophetatur. Nec sane ab ista abhorret etiā illa in alio reperta codice literæ huius interpretatio, quę est, pascua eorū, hoc est, fidelium. Quę
Psal. 92. sunt pascua nisi Christ⁹? In cuius pascuis se locatū propheta lætatus est dicēs: In loco pascuæ ibi me collocauit. Ipse enim nos pascit, & reficit. Bona pascua, diuina sacramēta sunt. Carpis illic nouum florē, qui bonū odorem dedit resurrectionis. Carpis liliū, in quo sit splēdor æternitatis. Carpis rosam, hoc est, dominici corporis sanguinē. Bona etiam pascua libri sunt scripturarū cælestiū, in quibus quotidiana lectione pascimur, in quib⁹ recreamur ac reficimur, cū ea quę scripta sunt degustamus, vel summo ore libata frequentius ruminamus. His pascuis grex domini saginatur. Bona etiā Christi pascua, qui pascit in liliis, hoc est, in splendore sanctorū. D Bona pascua etiam montes contallīi, sicut luminaria istius mundi sedula humilitate fulgētes, qui virtutum diuersarū præstant cacumine, et supra mūdum meritis suis eminent. Isti sunt de quibus dicitur: De hoc mūdo
Ioan. 17. non sunt, sicut & ego nō sum de hoc mundo. quia supra mundū sunt qui Christū sequuntur. Conualles autem mundus est. Ideoq; dispositi in cōualle fletus, eo quod in hoc mundo fletus sint lachrymęq;. Et prouidens dominus disposuit in hoc mūdo testamentū suum, vt magis hic fleamus peccata nostra, q̄ flenda seruemus. Pascua nostra etiā isti versiculi sunt, de quibus hodie tractaturi sumus, in quibus Dauid dicit: Pascebā aures patris mei. ostendens verā lucernā, docens humilitatē. In talibus pascuis verus Dauid, verus humilis, & manu
Phil. 2. fortis, qui non rapinā arbitratus est esse se æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit, et homo natus per virginis partum humiliauit se vsq; ad mortē, oues patris sui diuina prædicatione pascebat, cū secūdum scripturas suū
Mat. 14. probaret aduentū, cum quinq; panib⁹ & duobus piscibus quinq; hominum milia satiaret. Hæc ergo nostra sunt pascua, hæc eorū qui possunt dicere: Q̄ dulcia faucibus meis verba tua. Hęc eorū pascua sunt qui dicunt: Lucerna pedibus meis verbū tuum domine. Pascitur enim os nostrū verbo, cum loquimur mandata dei verbi. Pascitur & oculus noster interior lucernæ spiritalis E lumine, quę nobis in hac mundi nocte prelucet, ne sicut in tenebris ambulātes incertis titubemus vestigiis, & viam verā inuenire nequeamus. Intelligibilis enim pedum gressus, intelligibilis & lucerna, quia verbū dei lu-
Ioan. 1. cerna est. Nonne hoc in principio erat verbū apud deū? Quomodo ergo lucerna est? Nonne hoc erat verū lumen quod illuminat omnem hominē venientem in hūc mundum? Quomodo ergo lucerna dicitur? Esaias cla-
Esa. 9. mat: Populus qui sedebat in tenebris, lucem vidit magnam. Quomodo hic dicitur lucerna? Sed videamus ne forte idem verbū dei aliis magna lux sit, aliis lucerna. Mihi lucerna, angelis lux est. Petro lux erat quādo
Actu. 12. astitit ei angel⁹ in carcere, & lumē resulsit ei. Paulo lux erat, quādo euntem ad persequēdum populū Christianum circūfulsit eum lux de cęlo, & audiuit dicentē sibi:
Actu. 9. Saule Saule, quid me persequeris? Et magna quidem lux. Deniq; lucernæ Pauli lumen euanuit, vbi diuinæ splendor lucis emicuit. Et vere lucerna est mihi Chris-
F tus, quando is nostro ore recēsetur. Lucet in limo, fulget in vase fictili thesaurus ille quē habemus in vasis fictilibus. Lumen lucernę est: mitte oleū, ne deficiat tibi
2.Cor.4. lumen lucernæ. Et oleum, non oleæ terrestris, sed illud oleū misericordię cælestis gratię quo vngebantur prophetæ. Oleum tuū humilitas est, quo cerucis nostræ dura mollescūt. Oleum tuum misericordia tua est, quo etiam collisa scopulis peccatorū fouentur corpora. Hoc oleum vulnerato illi a latronibus descendēti ex Hieru-
Luc. 10. salem, Euāgelicus ille Samaritanus infudit, qui vidēs eum, misericordia motus est, & alligauit vulnera eius, infundēs oleum et vinū. Hoc oleum curat egrotos. Misericordia enim a peccato liberat. Hoc oleū lucet in tenebris, si opera nostra luceāt corā hominibus. Hoc oleū lucet in ecclesię solennitatibus. Deniq; quibus oleū non defuit, nec lumen fidei defecit, sed cum lāpadibus in locum nuptiarū introire meruerūt. Quæ autem in vasis
Matt. 25. suis oleum nō tulerunt, hoc est, non habuerūt fidem, nō prudentiā, non misericordiā, animæ in hoc constitutæ corpore, merito infidelitatis exclusæ sunt. Ideo & tu habeto semper lucernā ardentem, vel lucentem facem. Si enim neq; lucerna neq; lampas tua luceat, stulta virgo diceris, nec introibis in thalamū sponsi tui superioris, sed remanebis in tenebris cęcitatis, quasi qui oderis lucem, ne opera tua flagitiosa prodantur. Omnis enī qui
Ioan. 3. male agit, odit lucē. Habeto fidē, habeto prudētiam, vt semper habeas in vasis tuis oleū misericordię, deuotio-

Gnis gratiâ, quia prudentes acceperunt oleũ in vasis suis cum lampadibus suis. Vngite o homines lãpades vestras: cũ ieiunatis, vngite caput vestrum. Infundamus mẽtibus nostris oleũ, vt corpus nostrũ lucidum sit. Luceat tibi semper lucerna verbũ dei, luceat & lucerna corporis tui oculus tuus. Conscientia tua lucẽs bene in hoc corpore lucernæ lux est, ipsa est oculus tuus. Si purus oculus tuus, si conscientia tua munda sit, munda est caro tua. Si autẽ in te est tenebrosa conscientia tua, etiã corpus tuũ conscientię tuę nocte tenebrosum erit. Lucernæ ergo & nos sumus toto operti corpore, vix aliquid exiguum habentes vnde lucere possimus. Deniq; & Ioannes lucerna erat, sicut dixit dominus de eo: Ille erat lucerna ardẽs, & illuminãs. Bona lucerna, quę lumẽ accipiebat a Christo, vt lucere posset in hoc seculo. Merito ardens, merito illuminãs, qui erat nuncius Christi, illuminãs prędicatione fidei pectora singulorũ. Sed & istis lucernis dedit vt lux mũdi essent, dicens ad apostolos: Vos ẽstis lux mundi. Ergo si gloria sanctorũ nũc sicut lucerna, nũc sicut lux mũdi fulget in hoc seculo, quid dicimus de verbo dei, quod & lucerna est pedibus meis? Et fortasse vbi non sunt tenebrę, non est lucerna verbũ dei, sed supra lucernã, quia lux est. Tenebrę iis non sunt qui vident lucẽ. Deniq; tũc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eorũ. Et fortasse secundum legẽ lucerna est verbũ dei, secundũ euangeliũ lux magna est. Iudæis lucerna est, & lucerna sub modio. Lucet lex, sed nõ videtur, quia operta eorum doctrina est & cõtagione vitiorum, et cęcitate perfidię: populo autem nationũ lux est. Deniq; populo qui sedebat in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Aperi igitur fenestras tuas, vt splendor tibi mãgnæ lucis in troeat. Paratũ fac candelabrũ tuũ, vt lux tua nõ operiatur integumẽto corporis tui, & mẽsura terrenæ huius fragilitatis, sed supra mẽsuram corporeæ infirmitatis animę tuę virtute prefulgeas. Aut si ad mensurã teneris, vide ne superefficiãt ipsæ mensuræ, ne superefflũãt, sed bonis feminibus sint contentæ. Non sit ociosus sermo tuus, nõ ferietur & vacet verbũ tuũ, ne fiat lucerna sub modio. Potens est deus qui supra candelabrũ constituat lucernã tuã, vt luceat omnibus qui in domo sunt, et qui ingrediuntur, vt lumen videant. Candelabrum principale nostrum est. Pone sermonẽ in principali tuo, & omnibus lucet qui ingrediũtur in ecclesiam. Accipe & aliud candelabrũ. Considera os tuum, considera & sermonem tuũ. Nonne os tuum candelabrũ est, & verbum tuũ lucerna est, cũ de ore tuo proferatur? Hæc lucerna semper tibi luceat, hoc est, verbum tuũ luceat, & nunq̃ extinguatur. Quæris vt doceam quomodo nõ possit extingui? Scriptũ est: Lumẽ iusti semper inextinguibile est, lumen autem impiorũ extinguetur. Hoc lumen erat lucernę quæ lucebat in tabernaculo testimonii, & hodieque lucet in ecclesia, vir sapiens. Hic est oculus ecclesię, qui nõ dicit manib⁹, hoc est operãtibus (cũ sit quidem angustiis opertus, sed nõ angustus ad intelligendum) Non est̃ mihi necessarii. Ergo super candelabrũ lucebat, qui dicebat: Nostra autem conuersatio in cælis est. Nam & Dauid tota mente iam conuersabatur in cęlo, & adhuc tamen dicebat: Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. Aut fortasse quasi bonus magister mihi præire cupiebat, vt lumen sequi discerem, & illius pedib⁹ ambularẽ. Ostẽdit ergo mihi lucernã, hanc sequar in istius ignorantię operimento, in istius corporis tenebris cõstitutus, vt Christum sequẽs nullum lapidẽ offensionis incurrã. Errabat Petrus in tenebris ignorantię, negabat Christũ esse moriturum, quia adhuc nõ videbat moriturũ & resurrecturum esse pro nobis. Conuersus ad eũ dominus ait, Vade retro post me. Ostendit illi lucernã quam deberet sequi, post me dicens. Secutus verbũ dei confirmatus est. Postea cœpit inhærere Christo, timens ne iterũ aliquo laberetur errore. Nonne & ipse qui dicebat, Lucerna pedibus meis verbũ tuum: ad hanc lucernã festinauit cũ diceret: in mari, Domine iube me venire ad te super aquã? Sed quia nõ sequebatur lucernam, motus est, atq; titubauit naturæ vehemẽtioris mole turbatus. Sequamur ergo lucernam hãc sicut lucernam, & sicut in nocte ambulemus ad lumen. Multę foueę, multi scopuli in istius seculi caligine nõ videtur. Præfer tibi lucernam quã propheta monstrauit, vide quo debeas transferre vestigiũ, contuere vbi pedẽ ponere mentis internæ, per singulos cura sit gressus, nulli credas tuũ nisi præeunte lucernæ istius luce processum: & vbi putas quod luceat, ibi gurges est. videtur lucere, sed polluit: & vbi putas solidũ esse vel siccum, ibi lubricũ est. Sed & si lucerna tibi lõgius sit, sit ergo fides tibi itineris tui præuia, sit tibi iter scriptura diuina. Bonus est cælestis ductus eloquii. Ex hac lucerna accende & tu lucernã, vt luceat interior oculus tuus, qui lucerna est tui corporis. Multas habes lucernas, accẽde omnes, quia dictũ est tibi: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardẽtes. Quia multę sunt tenebrę, multæ sunt lucernę necessariæ, vt meritorũ nostrorum in tantis tenebris lumẽ eluceat. Istas lucernas lex significauit semper lucere debere in tabernaculo testimonii, non illas quas Iudęi accendũt quotidie. Illę sub vmbra lucent, & extinguuntur quotidie: quia quod faciunt, nõ videt: quod legunt, nesciunt, accipientes secundũ literã quod præcipitur secundũ spiritum. Tabernaculũ enim testimonii corpus hoc nostrũ est, in quo Christus aduenit, peramplius & perfectius tabernaculũ, sicut scriptũ est, vt per sanguinẽ suum intraret in sancta, & conscientiam nostram ab omni opere mortuorũ & labe mũdaret, quo in corporibus nostris quæ suorũ testimonio & qualitate factorũ, cogitationũ nostrarum abscondita et occulta testãtur, lucernarum modo luceat nostrarũ lux clara virtutum. Istæ sunt lucernę ardentes, quæ die ac nocte in templo dei lucent. Si templũ dei in corpore tuo seruas, si mẽbra tua membra sunt Christi, lucent virtutes tuæ, quas nullus extinguit, nisi eas tuum crimẽ extinxerit. Hoc lumine castæ mẽtes, & piæ deuotionis solennitatis nostræ festa resplẽdeant. Luceat ergo semper lucerna tua. Arguit Christus etiã eos qui vtuntur lucerna, si nõ semper vtãtur, dicẽs: Sint lũbi vestri præcincti, & lucernę ardẽtes. Non ad horam exultemus in lumine. Ad horã exultat qui audit verbũ in ecclesia, & gaudet, egressus autem obliuiscitur q̃d audiuit, & negligit. Iste est qui sine lucerna in domo sua ambulat: ideoque in tenebris ambulat, quia opera tenebrarũ facit, in comessationibus & ebrietatibus, in cubilibus & impudicitiis, in contẽtionibus & emulationibus, indutus vestimenta diaboli, non Christũ. Hęc fiunt quando verbi lucerna nõ lucet. Nunq̃ ergo negligamus verbum dñi, ex quo nobis omniũ origo virtutum est, vniuersorũq; operum quidã processus. Si mẽbra corporis nostri sine luce operari rectẽ nõ queunt, nam pedes vacillãt sine lumine, & manus errant: quãto magis ad verbi lumẽ diligenda sunt animæ nostrę vestigia, atq; mẽtis incessus? Sunt & manus animę quę bene tangũt, vt tetigit Thomas dñicę resurrectionis indicia: si verbi p̃sentis nobis lumẽ luceat. Hęc lucerna accẽsa sit in omni verbo, in omni opere. Ad hãc lucernã gressus noster forẽsis internusq; moueatur. Sed iã progrediamur ad cætera, et fiat pedibus meis lucerna verbũ dei, & semitis meis lux. Pedibus lucerna satis ad ambulandũ, semitis non est satis ad illuminandũ: idẽ verbũ tamẽ & pedibus lucerna est, & semitis lux est: quia idẽ vnigenitus dei filius & delinquẽtibus adrocatus, & remunerator est fortib⁹, peccatorũ remissor, præmiorũ largitor. Itaq; cui lucerna fuerit verbũ dei, huic q̃cũq; pgit, lucẽt semitæ, sicut lucebãt sancto Dauid: & ideo quasi in lumine ambulans dicit:

Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum vsq; quaq;.

A Vox ambulantis in lumine est cũ auctoritate diceret Iuraui, & statui. Qui enĩ statuit, non mouetur, nõ metuit ne cadat, quia plus est statuere q̃ stare. Stat igitur Dauid mẽtis statione fundatus, nec timet ne in his mũdi tenebris possit errare. Si enim metueret, nõ iuraret. si trepidaret vtrũ diuina posset custodire iudicia, nõ cum iurisiurandi statueret sacramẽto. Nemo bene iurat, nisi qui potest scire quod iurat. Iurare igitur, indiciũ scientię, testimoniũ conscientiæ est. Et bene iurat qui ad lucernã verbi pedes suos dirigit, qui lucem in semitis suis cernit. Lux tibi præcat si iurare disponis, id est, cognitio veritatis pręcedat, vt vinculũ sacramenti tibi nõ possit nocere. Vbi religio sanctior, ibi fides veritatis est plenior. Deniq; ideo dominus qui venit docere paruulos, imbuere nouos, firmare perfectos, ait in euãgelio: Nõ iurandũ omnino. quia infirmis loquebatur. Deniq; nõ ad solos Apostolos loquebatur, sed ad turbas. Voluit enim te non iurare, ne periures. Et addidit: Non iurare neq; per cęlũ, neq; per terrã, neq; per Hierosolymã, neq; per caput tuum. per hæc videlicet quæ subiecta nõ sunt tuæ potestati. Iurauit dominus, nec pœnitebit eũ. Iuret ergo ille q̃ sacramẽti sui pœnitere nõ poterit. Et quid iurauit dominus? Quia Christus in ęternum sacerdos est. Nũquid incertũ, nunquid impossibile quod iurauit dominus? Nunquid poterat esse mutabile? Noli ergo vsurpare exemplũ sacramenti, qui implendi sacramẽti non habes potestatẽ. Quid igitur iurauit Dauid? Custodire iudicia iustitię dñi. In nullo videlicet iam perfectum, iam instructũ diuinæ iustitię mouebant iudicia. Quanti mouẽtur cum vidẽt iustũ aliquem orbatum liberis, dispendiisq; frequẽtibus ad vltimæ egestatis deductum necessitatẽ, vt ipsa alimentorũ subsidia habere nõ possit, fractũ ægritudine graui, & perpetua debilitate vexatum, vt obire nequeat cõmunis officia naturæ. Sed qui firmus est, non mouetur, & is magis intelligit iustitiam dei prędicandã, quia corripit dominus quem diligit. Nunquid nõ frequentius corripitur filius q̃ seruulus? Iniusta ergo pietas patris, magis q̃ domini seueritas? Asperioribus exercet pater filiũ, q̃ dominus vernaculum. Sed dura patris nõ æstimantur impertita flagella, quia vult filiũ meliorẽ esse q̃ seruulũ. Eruditio ergo plena iustitię est. Orbatus est sanct⁹ Iob liberis suis, in quos dominus potestatem diabolo dedit. Nunquid iniquus deus? Absit, immo iustus, quia probaturus iustum suũ per huiusmodi exercitia in quib⁹ eius est probata sapiẽtia, magis dignũ qui probaretur effecit. Quo enim clarius meritum coronati, hoc vberior iustitia coronãtis. Nudatus est facultatibus cũ diues esset, & hæc B deo subiit permittente dispendia. Non erãt pecuniæ iã damna, sed vitæ, cũ deesset alimonia ademptis omnibus. Quis accuset iustitiã dei: cum si Iob omnẽ amisisset pecuniam, nõ tantam inuenisset gratiã? Athletam suum nudum vngere voluit deus oleo pœnitentiæ, vt & subeundo faceret certamine fortiorem, & emerendo præmio digniorem. Perfusus totũ corpus vlcere grauissedebat in stercore radens saniem sæuis vlcerum vibicibus defluentem: & hoc permissu domini diabolus intulerat iusto viro. Videretur vicisse sibi diabolus, nisi accepta quã popposcerat potestate esset etiã ipse superatus. Quid igitur fuit illa tentatio, quid inopia facultatum, destitutio filiorũ, tolerantia vulnerũ, nisi exercitiũ fidei, insigne patientię, eruditio gloriosa virtutis, confessio plena victorię, vt qui ante contradicentem habebat diabolũ, postea nõ haberet? Nemo ergo dura putet esse quę iusta sunt. Non videbãtur dura ei qui poterat dicere: Nudus natus sum, nudus exibo. Dominus dedit, dominus abstulit, sit nomẽ domini benedictum. Benedicit enim dominũ iustus cum laborat, peccator cũ luxuriatur. Non ergo ex infirmitate nostra vis æstimanda iustitiæ est, qui durũ putamus esse quicquid per imbecillitatem animi ferre non possumus. Tolle persecutiones, & martyres desunt. Sed & pśecutores deus atq; D potestates seculi est passus assurgere, ne deessent q̃ vincerent Christo. Quis tunc non dixit infirmus: Domine cur dedisti plebẽ tuam in potestatem persequentiũ? Sed quis hodie neget beatiores illos esse qui passi sunt q̃ illos quos nulla vexarũt supplicia persecutorũ? Iustus ergo optat probari, tentari nõ timet. Qui enim statuit custodire iudicia dei, nõ timet tẽtationes. Vbi statuit, nisi in corde? Illic enim radicati & fundati esse debem⁹, non fluitantes neq; mobiles omni vẽto doctrinę. Intus ergo stabiamus in corde nostro, in pectore, in animo, vt nobis fiat illud propheticũ: Cogitationes iustorũ semitæ. In his semitis bene ambulat iust⁹, ideoq; dicit: Proba me domine, & tenta me. Deniq; hoc loco autoritati respondens suæ qui iurauerat & statuerat custodire iudicia iustitię dei, probari se voluisse dicit, qui humilitatem subeundam credidit esse pro Christo. Ideoq; ait: Psal. 25.

Humiliatus sum nimis, * viuifica me secundum verbum tuum. III

* als, vsq; quaq; dñe.

Non solum humiliatũ, sed etiã nimis humiliatum se esse gaudet. Beatus qui gloriatur humilitate magis q̃ potestate. Potestas decipit, humilitas nõ destituit. Bona humilitas, quæ etiã in Christo laudẽ virtutis inuenit. Hanc in illo plus veneror q̃ creationẽ, quia creati ad laborẽ sumus, redempti ad quietẽ. Deniq; ipse aduocãs populos ad misericordiã suã, de humilitate propria gloriatur dicens: Palam factus sum nõ quærẽtibus me, apparui iis qui me non interrogabant. Et alibi: Scapulas meas dedi in flagella, maxillas meas in palmas, faciẽ autem meam nõ auerti a confusione sputorũ. Recte ergo Dauid humiliare se voluit, vt tribulationũ Christi in seipso q̃d deesset impleret. Potest & ipse hoc ex sua persona per os Dauid locut⁹ dixisse, Humiliatus sum nimis: qui dixit in euãgelio: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiã. Tollite iugum meũ super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiẽ animabus vestris. Discamus ergo ab eo qui docere nos voluit quod proficeret ad salutẽ, & nobis dicit: Discite a me. Nõ est mediocre quod dicit, Discite: & addidit: A me discite. Nõ facile potest quisq̃ humilitatẽ docere inflatus. quamuis sit humana præditus sapiẽtia, mens tamẽ inflatur quã superbia carnis extollit. Et qui pauptate contentus est, non est contentus iniuria: & qui potest ferre verberum pœnas, exagitatur verborum cõtumeliis: & qui potest administrationẽ contẽnere, dolet sibi aliquẽ honorificẽtia esse prętatũ. Grande est in omnibus humilitatis tenere mẽsuram. Superbia hominẽ prima deiecit. Qua propter dũ plus volumus, etiam q̃d minus est solemus amittere. Bona humilitas, quę nihil appetendo totum quod cõtemnit adipiscitur. Ipse enim dñs IESVS se E humiliauit, vt nos eleuaret, & humiliauit vsq; ad crucem: propter quod exaltauit illũ, inquit, deus, vt in nomine eius omne genu flectatur. Quanta fecit dñs, audeo dicere, & non flexi ei genu? Sed flexi ei postq̃ se humiliauit. Si cenim, hoc est, per humilitatẽ, per crucem sibi ecclesiã cõgregauit. Dauid rex erat, incerta & occulta sapientię sibi patefacta testatur, sed ideo se magis humiliabat. At vero Ezechias cecidit ab altitudine cordis sui. Ille laudabilis rex, qui de obsidione, de ęgritudine beneficiis domini mirabilibus est liberatus, cecidit per superbiam, & gratiam meriti superioris imminuit. Quid fuisset Ioseph, si humilis non fuisset? Sciuit sibi ipse obfuisse quod prętatus erat fratribus. etiam pius amor miseriã prælationis inuenerat. Prælatio armauit fratres, humilitas conciliauit extraneos. Prętatio cõciauit germanos, humilitas regẽ subditum fecit, vt vere quasi ex persona Ioseph dictũ putemus quod hic ipse supra dixit: Humiliatus sum, et saluũ me fecit. quanq̃ si consideremus quę iste tolerauit, ex persona sua eũ dixiss

Ioan. 5.
Matth. 5
Mat. 13.
Esa. 9.
Iob. 18.
Phil. 3.
Matt. 16.
Mat. 14.
Luc. 12.
Ro. 13.
Ioan. 10.
Heb. 9.
Mat. 5.
Psal. 109.
Iob. 2.
Iob. 1.
Esa. 50.
Mat. 11.
Phil. 2.

1.Reg.18. se reperiemus. Golia superato occurrerãt iumẽtũq; psal-
G lentes, Saul in milibus, Dauid in decẽ milibus. Cõmo-
tum est fel regis, & quẽrebat eum occidere: & humilia-
uit se Dauid ante Ionathan filiũ regis, & cõuertit eius
affectum, vt quẽ successorem patrii regni poterat habe
re suspectũ, eundem aduersum studia paterna seruaret,
1.Reg.19 dicens patri: Quid peccas in sanguinẽ innocẽtis? Et id
voce extorqueret inuito, quod nõ mereretur occidi Da
uid. Recte ergo ait: Humiliatus sum, & saluũ me fecit.
2.Reg.12 Et iterũ cum ad eũ propheta venisset, & indignationẽ
dñi in causa Bethsabeæ mulieris denunciasset, humi-
liauit se, & ait: Peccaui domino. Et dixit Nathã ad eũ:
Quoniam pœnituit te, abstulit dominus peccatũ tuũ.
nõ morte morieris. Bona igitur humilitas. Deniq; hu-
miliatus est, & saluus factus est. Et alio loco cũ propter
numeratũ populum dominus esset offensus, & misisset
2.reg.24. prophetã Gad, qui regi Dauid diceret: Elige tibi quid
velis fieri, triennio famem super terrã, aut tribus mẽsi-
bus fugere te a facie inimicorũ tuorum persequentium
te, aut fieri triduo mortẽ in terra: respõdit Dauid: An-
gustiæ sunt mihi hæc tria: Sed magis incidã in manũ
domini, quoniã magna est misericordia illius valde: q̃
in manus hominũ incidam. Et cum dedisset dominus
mortẽ in Israel a mane vsq; ad horã prãdii, septuaginta
milibus hominũ mortuis, respexit Dauid ad dominũ:
& cum vidisset angelũ ferientem populũ, ait: Ecce ego
peccaui, & ego pastor male feci: isti in hoc grege quid
H fecerũt? Fiat manus tua in me, & in domũ patris mei.
Et propitius factus est dominus, cũ sacrificiũ recõcilia-
tionis ei esset oblatũ. Bona ergo humilitas, quę regem
plebemq; seruauit. Itaq; recõciliato domino ait Dauid:
Bonum mihi est quod humiliatus sum. Bona ergo hu
militas, præsertim si adiungatur ei deuotio voluntaria.
Ideoq; se viuificari secundũ verbum petit, vt secũdum
verbum viuat, & omnia cũ ratione faciat, non secundũ
carnis voluntatem. Vnde mysticũ illud etiam morali-
Ioan.1. ter accipi potest: In principio erat verbũ, & verbũ erat
apud deũ, et deus erat verbũ. hoc erat in principio apud
deum. omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est
nihil. Et tu imitator esto dei. Quo imitator? Nunquid
cælum potes facere, aut terram, aut mare? Non vtiq;,
sed vt omnia per verbum facias, nihil sine verbo: omnia
cum ratione, nihil sine ratione: quia non es irrationabi
lis o homo, sed rationabilis.

IIII. Voluntaria oris mei cõproba* domine,
*alias, be- & iudicia tua doce me.
neplacita
fac. Qui se humiliat, viuificatur secundũ promissum do-
minũ: qui viuificatur spiritu dei, voluntarius est minis-
ter. Plurimũ enim refert vtrũ ex volũtate quid facias,
an ex necessitate quod placeat deo. Deniq; voluntarius
minister habet præmiũ, coactus dispẽsat obsequiũ, sicut
1.Cor.9. apostolo dicẽte cognouimus. Scripsit enim: Væ enim
I mihi est si nõ euangelizauero. Si enim volẽs hoc ago,
mercedem habeo. Si autẽ inuitus, dispẽsatio mihi cre-
dita est. Vide voluntariũ executorem cęlestis arbitrii.
Liber erat ex omnibus, & omniũ seruus est factus, vo-
luntate vtiq;, nõ necessitate, vt plurimos lucraretur. Iis
quoq; qui legis vinculo tenerentur, quasi sub lege esset,
se exhibuit, cũ sub lege non esset, vt eos seruaret qui sub
lege viuebãt. Infirmis ifirmus factus est, vt infirmos
assumptione infirmitatis proprię sustineret. Omnibus
omnia factus est, nõ legitima necessitate, sed volũtatis
obsequio. Aperuit mihi huius altitudinẽ consilii in epi
stola ad Philemonem scripta, quia quod ipse esset, aliũ
esse vellet, vt volũtate potius q̃ necessitate detulisse do-
mino videretur. Itaq; pro Onesimo intercedẽs sic ait:
Ad Phi- Tu autem illum vt mea viscera suscipe, quẽ ego volue-
lemonẽ. ram mecũ detinere, vt pro te mihi ministraret in vincu
lis euangelii: sed sine consilio tuo nil facere volui, ne ve
lut ex necessitate bonum tuũ esset, sed volũtarium. Q̃

sedulus suasor, qui cum esset vas electionis diuinæ, con k
fortium consilii nõ dediguabatur alieni, ne alterũ fructu
voluntatis proprię defraudaret. Recte ergo Dauid ait
quasi propheta: Volũtaria oris mei cõproba domine.
oris sui offerens domino sacrificiũ voluntariũ, eo quod
vt apes illa prophetica bonos flores colligere ore cõsue
uerit, fauos ore fingere, mella ore cõponere, et ex herbis
suauibus ore flores legere, quę cũ sit, inquit, robore insir
ma, sapientię prædicatione substãtiæ suę producit æta
tem. Quod sit istud voluntariũ oris sacrificiũ, recogno
sce: Immola, inquit, deo sacrificiũ laudis. Expectat dñs Psal.49.
voluntarios ministros. Deniq; in libro Esaiæ dicit dñs:
Quẽ mittã? Vtique seruulo suo poterat imperare, quẽ Esa.6.
dignũ qui mitteretur inuenerat: sed maluit eum spon-
taneæ oblationis nõ fraudare mercede, qui vt ipse se of-
ferret, prælatus? est. Et quãuis eius saret affectũ, expe-
ctauit tamẽ vocẽ, vt cumularet gratiã. Vnde se offerẽs
Esaias ait: Ecce ego, mitte me. & sic postea missus est
ad populum. Ideo de eo dictum est, Quia Esaias audit
& dicit. Et enim quasi voluntariũ organũ vberiore spi-
ritus sui gratia Christus implenit. Nec ociose hoc posi-
tum puto, quia voluntaria oris sui placere desiderat do-
mino. Multi prophetę, sed nõ in omnibus oris volũta-
ria placent. Excusabat Hieremias dicens: Quis es do- Hiere.1.
minator domine? Ecce, nescio loqui, quia iuuenior sum
ego. Et dixit ei domin?: Noli dicere, quia iuuenior sum
ego: quia ad omnes ad quoscũq; mitto te, adibis: & se-
cundum omnia quęcũq; mãdauero tibi, loqueris. Ve- L
recunde propheta ætatẽ corporis prætendebat, ne exe-
quendis cęlestibus imperatis impar esse adolescẽtia de-
prehenderetur. Sed deus, qui morũ magis q̃ annorum
iudicaret ætatem considerandã, & iuuenili corpore ma
turitatem robustæ sapientię in suo seruulo prænideret,
ait: Noli dicere, iuuenior sum ego. hoc est, prohibuit eũ
iuuenilis ætatis contemplatione vires suas perpẽdere,
cui fides canitiẽ sapientię ministraret. Et iterum in po-
steriorib⁹ cum dixisset idem propheta, Seduxisti me Hiere.20.
domine, & seductus sum: Et dixi: Non nominabo no-
men eius, & nõ loquar in nomine eius vltra: addidit: Et
factus est in corde meo vt ignis ardẽs, flammans in os-
sibus meis: & dissolut? sum vndiq;, & ferre nõ possum.
Aduertimus igitur quod iis etiã qui excusandũ, aut of
ficium suũ certa aliqua causa negãdum putauerint, do-
minus tamẽ noster aut ratione persuadeat, aut cupidi-
tate propheticę reuelationis inspiret vt ad subeundum
officiũ voluntate cõcurrant, non necessitate concedant,
quo merces ad eos integrę deuotionis possit plenior p-
uenire. Prophetauit & Caiaphas, quia expedit vnum Ioan.11.
hominẽ mori pro populo: sed hoc voluntariũ oris mini M
sterium non erat, quia loquebatur inuitus: deniq; quid
diceret, nesciebat. Quę ergo volũtaria oris sui domino
Dauid placere desiderat? Elegi abiectus esse in domo Psal.83.
domini magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum.
Audiã quid loquatur in me dominus deus. Aperiã in Psal.84.
parabolis os meũ, loquar propositiones ab initio seculi. Psal.77.
Paraui lucernam Christo meo. Corpus suũ, quod erat Psal.131.
ante limosum, & cœno hereditarię colluuionis obstruc-
tum, vt oleũ spiritale recipere posset, Christo parauit,
vt luceat. Christo lucet, cuius opera in Christi lucent lu
mine. Christo lucebat Petrus, cum diceret: In nomine Actu.3.
IESV Christi Nazareni surge, et ambula. Christo lu
cebat ille qui dicebat: Sanet te dñs IESVS. Christo Actu.9.
lucet martyrum lucerna, qui pro Christo subiere mar-
tyrium. Christo lucebat Dauid, qui poterat dicere: Cor Psal.83.
meum & caro mea exultauerũt in deum viuũ. Christo
parauerat mentẽ, cum de eo a quo frequenter ad mortẽ
fuerat appetitus, diceret: Nõ mihi cõtingat a domino, 1.reg.24.
si fecero hoc verbũ, domino meo Christo domini iniꝛ
cere manũ meã. cum maiorem haberet causam salutis
suę vt occideret persequentẽ, qui etiam alios qui suade-
bant inimico nõ esse parcendũ, quẽ dominus iuxta pro-

A missum suũ, in manus ipsius tradidisset, ab eius necãdi
cupiditate renocabat. Christo lucebat propheta, cũ de
eo qui patris domũ turpi maculauerat incestu, qui pa-
tris salutẽ parricidalibus prælijs appetebat, pius tamẽ
2.Reg.8. pater diceret ad prælium profecturis: Parcite filio meo
Absalon. Tacebat improbitatis scelus, pietatis autem
gradũ, & nomen necessitudinis præferebat, vt pugna-
turi nõ aduersariũ regis, sed filiũ cogitãtes, dolorẽ læsæ
pietatis inhiberent. Et post mortẽ eius operuit faciem
suã, & voce magna clamabat dicẽs: Filius meus Ab-
salon, filius meus. Hanc vocẽ parricida non meruit, sed
Christi ꝓphetabat gratiã. Didicerat propheta de Chri
sto bonus esse pater, q bono filio seruiebat. Deniq; ideo
Psal.35. dicebat: Et iudicia tua doce me, quia iudicia dei sicut a-
Roma.11 byssus multa, & inscrutabilia, vt Apostolus dicit. Ideo
nõ poterat ea nisi Christo docẽte cognoscere, quia vnus
magister omniũ Christus est. Hęc autem Christi iudi
cia sunt, vt iis qui nobis infidiati fuerint, nouerimus nõ
vicẽ iniurię rependendã, sed pro iniuria magis deferen-
dam gratiã. Deniq; maledicẽtibus nõ remaledixit, per-
cutientes non repercussit, sed magis etiã crucifixus pro
persequẽtibus se pię intercessionis apud patrẽ auxilium
Lucę.23. deferebat, dicẽs: Pater, dimitte illis, nõ enim sciũt quid
faciũt. Hęc igitur quisquis spiritaliter intellexerit & fe-
cerit legis iudicia, remuneratione donatura Christo.
Sed quis iudicia dei docere potest, nisi qui animã suam
semper intenderit ad dominum? Qui potest dicere:

V *alis, meis Anima mea in manibus tuis* semper, & legem tuam non sum oblitus.

Aliqui habẽt: Anima mea in manibus meis semper,
hoc est, in actibus meis, hoc est, in operib⁹ meis. Quan
B tuis in periculis positus dicit iustus ad dominũ, Propter
te quotidie morior, ẽtidie periclitor. Periclitor ab insi-
diatore, periclitor ab obtrectatore, periclitor ab iis quos
arguo, quos reuinco, periclitor proveritate atq; iustitia:
propterea in manibus meis anima mea, ego tamẽ nec
periculis territus tuæ legis oblit? sum. Sed quia pleriq;
habẽt, Anima mea in manibus tuis semper: hoc latius
explanandũ arbitror. Scit propheta, scit vbi animę suæ
præsidiũ locet, vnde opem speret, in manibus dei consti
tuere vult animam suã, quia cor regis in manu dei est.
Quicunq; propriũ corpus subegerit, nec eius passioni-
bus turbari animam suã rector sui congrua viuacitate
permiserit, is bene regia quadã potestate se cohibẽs, rex
dicitur, quod regere se nouerit, arbiter sui iuris sit, nõ ca
C ptiuus trahatur in culpã, nec præceps feratur in vitiũ.
Huius anima nõ perit in eternũ, nec quisquã rapit eam
de manu patris omnipotẽtis aut filii. Manus enim dei
quę solidauit cælũ, quos tenuerit, nõ amittit. Quę sint
Cantic.2. igitur istæ manus, cõsideremus. In Cãticis habes: Lę-
ua eius sub caput meũ, & dextera eius cõplectitur me.
Hæc loquitur sponsa de Christo, anima de verbo dei.
Christus autem idẽ est verbũ dei atq; sapientia. Beata
ergo anima quam complectitur sapiẽtia. Magna est sa
pientiæ manus, magna dextera, totã complectitur ani-
mam. Tota enim munita est, quæ despõsata dei verbo
est. Plenitudo enim sapientię, timere deum. Quę ergo
deum timet anima, pleno se munit ipsa præsidio, mittit
sapientia lęuã suam sub collũ eius, dexterã autem in cõ
plexum eius. Vtriq; quidem brachiũ eius ad vtilia ex-
tenditur. Habent tamẽ propria sua singulę manus. Sa
pientia in dextera & longitudo vitę est, in sinistra autẽ
diuitiæ & gloria. Bonis vtiq; manus vtraq; dotata est
dotibus. In eo tamẽ habẽt varietatẽ sui muneris, quod
& præsentia et futura tẽpora cõprehendunt, vt lęua præ-
sentium remuneratrix, dextera futurorũ sit. Possumus
Gen.48. hoc etiam de prophetia sancti patriarchę Israel cogno-
scere. Nam cum dexterã suam posuisset super Effrem,
sinistrã autẽ super Manassen, & conuertere eas Ioseph
ætatũ consideratione voluisset, vt dexterã patris super
caput Manasse senioris filii collocaret, noluit, & dixit: D
Scio fili, Et hic erit in populũ, & hic exaltabitur, sed fra-
ter iunior maior illo erit. In quo maior? In eo vtiq; quia
benedictione prælatus est, dicentib⁹ posteris, hoc est Ef-
frem, Faciat vos de⁹ sicut fecit Effrẽ & Manassen. vel
quia semen eius multitudo gentiũ sit, quę in hoc seculo
laborem elegit, credẽs in dominũ IESVM, vt conso
lationem habeat futurorũ. Manasses autem semẽ, est
populus obliuionis, qui propriũ oblitus autorem, exal-
tatus ad tempus in hoc seculo, est daturus in reliquum
pœnas graues, quia deum suum et dominũ denegauit.
Hoc ideo diximus, vt probaremus ea esse potiora quæ
futura sunt. Deniq; lęua sapientię sub capite sponsę est,
dextera autẽ superior, quæ totã complectitur sponsam.
Itaque illa quasi fulcrũ est quietis præsentis, quo anima
innixa requiescit. Habet vbi reclinet caput suũ, quia læ-
ua sapientię sunt diuitię & gloria. Ad tempus hæc de-
mulcent, & ex parte solatio sunt. Et ideo filius hominis
nõ habebat vbi caput suũ reclinaret, quia cum diues es-
set, pauper factus est: nec gloriã aliquã istius seculi re-
quirebat, quia venerat non vt in portione, sed vt vniuer E
so humano generi subueniret, dicẽs: Mihi indignami- Ioan.7.
ni, quia totum hominẽ sanum feci in sabbato. Hoc est
totum, non vt facultatũ collatione ditaret, non vt hono
rum insignibus, non vt gloriæ secularis cumularet au-
gmẽto. Hæc enim non habẽt beatitudinis & gratię ple
nitudinem, sed totum, hoc est, quod longitudinem vitę
cõplecteretur æternę. Neq; enim cõmunis vitæ similis
vita in dextera est sapiẽtię, sed lõgitudo vitæ est, vt qui
accipit vitã a sapientia, non exiguitatẽ vitæ, sed perpe-
tuitatem, & æternitatis lõgitudinẽ adipiscatur. Bonus
amicus æternitatis vitę. Hoc pallium cælestis sponsæ
custodes murorũ voluerunt auferre, quo primus homo
fuerat exutus, sed anima deo deuota quęsitũ diu tenen-
do & nõ dimittendo dilectũ, precioso charitatis diuinæ
se vestiuit inuolucro. Beati igitur qui tali pallio vestiã-
tur, et amicũ huiusmodi legis obseruatione meruerũt,
quia nõ sunt legis obliti, sed quę erãt legis operati sunt.
Nam qui præter legem agit, legis oblitus est. Et ideo
hæc anima candida ascendit e terris, quia fulget ami-
cta veste sapientiæ, & dicit de ea virtutes illæ quę por- F
tas cęli custodiunt: Quæ est hæc quę ascendit candida, Cant.8.
innitens super fratrẽ suum? Quomodo ea quæ posuit
caput suum super lęuam sapientiæ, vt aperiret manus
pauperi ad subueniẽdum inopi: partitis autem derelic-
tis sibi, non inuasis atq; direptis diuitiis vteretur, quæ
glorię cupida bonis eam operibus acquisiuit, non inani
secularis iactantia ambiuit dignitatis. Hoc est enim ca
put suum, & quoddam sensuum principale supra ma-
num constituere sapientię. Ea, inquam, anima meritis
ascendit albentibus ex isto vitæ huius, vt habent ple-
rique, deserto, ad illum florentem semper locũ iucundi-
tatis æternę. Istę sunt virtutes quæ & in Esaiæ libro lo
qui dicuntur: Quis est iste qui aduenit ex Edom, ru- Esa.63.
bor vestimentorum ex Bosor, sic speciosus in stola?
Istæ, inquã, sunt quæ mirantur ex isto conspicuo sco-
pulo quę deserto aliquam ascendere animam posse si-
ne magnorum labe vitiorum, & ideo gratulãtur reper-
tam quę vestimenta innocẽtiæ naturalis non polluerit
atramento insipiẽtię secularis, sed magis sapientię spi-
ritalis & gratię candore mũdaret. Dicit ergo ea anima
iam secura, iam læta:

VI Posuerũt peccatores laqueum mihi, sed a
als, & de- tuorũ mãdatorũ nõ declinaui semitis.
mandatis
tuis nõ ex- Digna vox relinquẽtis hoc seculũ, eo quod retia perse-
rauí. quẽtium, & insidiatorum laqueos euaserit. Vox digna
martyrib⁹, quibus multa supplicia proponebãtur, mul-
ta etiã offerebãtur præmia vt a martyrii studio vel ter-
rore pœnarum, & seuę mortis horrore, vel præmiorum
reuocarẽtur illecebra. Grauis laqueus ꝓscriptionis, qui

G sæpe frangit sanctos inopiæ deformitate, quos mortis
formido nõ fregerit. Laqueus alius incēdii, laqueus car
ceris, diuturniq; supplicii. Grādis laqueus, cum diuitiæ
promittuntur, cū honores, cū amicitię tyrannorū. Qui
ergo hęc euaserit, et ad martyriū peruenire potuerit, re-
cte dicit: Posuerūt peccatores laqueū mihi, sed a tuorū
mandatorū non declinaui semitis, cui despiciēti presen
tia, futura quęrenti, regnū cæleste diuinitatis tuæ pro-
missione reseratum est. Qui sunt isti peccatores, qui po
suerūt laqueos? Aperuit tibi Apostolus autorē omniū
1. Tim. 6. peccatorū, et demonstrauit, dicens: Qui volunt diuites
fieri, incidunt in tentationē et laqueū diaboli. Aduertis
laqueum diaboli esse diuitias, quem tetendit etiā Sal-
uatori. Sed ille, qui nihil habuit quod posset princeps
istius mundi veniens suū dicere, laqueorū eius vincula
dissoluit. Ac ne mediocrem hūc laqueum putes, hic la-
queus Iudam apostolū strangulauit. Qui miser cū es-
set illaqueatus vt proderet dominū: vbi aduertit quan-
tū sceleris esset admissum, laqueo se ipse suspendit. Sed
et ipse laqueus diaboli fuit vt nõ ageret pœnitentiā, sed
laqueo se suffocaret. Deus enim etiam in ipsos pius est
ꝓditores, vt ad pœnitentiā prouocētur, atq; a flagitioso
proposito reflectantur, & resipiscant a diaboli laqueis, a
quo capti tenētur ad ipsius voluntatē. Iam nõ erumna
H est incidisse, sed crimē, qui non solū se dedere capiēdos,
sed etiā ad voluntatem diaboli tenētur astricti, cū pos-
Psal. 2. sint dicere: Dirūpamus vincula ipsorū. Dedit enim tibi
scriptura diuina vt non solū caueas diaboli laqueū, sed
etiam per pœnitentiā eius vincula dirūpas. Quid tibi
homo cū deliciis ac voluptatibus? Non capit laqueus,
nisi ante esca te ceperit. Dum prędā petis, laqueo ipse te
nectis. Esca laquei, auaritia est: esca diaboli, luxuries
est, quibus nos vult inescare, nõ pascere. Et ideo clama-
Col. 2. bat Apostolus: Ne attaminaueritis, ne gustaueritis,
quę sunt omnia ad corruptelā ipso vsu. Noli ergo atta-
minare luxuriam, & illa te cõtaminare nõ poterit. No-
li gustare auaritiæ corruptelam, & eris immunis a la-
queo. Quid tibi postremo cum terris, qui cum Christo
Col. 3. resurrexisti? Quę sursum sunt, quęrite, vbi Christꝰ est:
quæ sursum sunt, sapite, non quę super terram. Mortui
sumus terris, vitā nostram cū Christo abscondimus in
deo nostro. non iam nos viuimus, sed Christus viuit in
Psal. 54. nobis. Quid iterū ad terrena remeas? Ecce elõgaui fu-
giens, dicit sanctus. Vidi laqueos iniquitatis & cõtra-
dictionis in ciuitate. Laquei sunt enim, vbi est vsura &
dolus. Elõgauit ille fugiēs terrena dedecora, ideo ad cę
lestia peruenit præmia. Quid, inquā, te reflectis in ter-
rā, si in Enoch raptꝰ ad cęlū es, in Helia leuatus es cur-
ru, in Paulo raptus ad paradisum, cõuersatus in cælis,
I in Dauid exauditus vt pennas colūbæ assumeres & vo
lares, in Christo exaltatus volucris factus in spiritu?
Quādo sicut colūba descēdit, illas tibi alas dedit, vt tu
disceres euolare de terris. Neq; vero cunctādum putes
quomodo tibi volandū sit, quibꝰ alarū remigiis. Dixit
Ibidem. quidē Dauid: Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ, &
volabo, & requiescā? Et quasi dubitasse visus est a quo
pennas posset accipere, licet sic soleat diuina gratia de-
clarari, quæ in terris nõ potest inueniri. idem tamen in
posterioribus, quę sint istæ pennę, docuit euidenter, di-
Psal. 67. cens: Si dormiatis inter cleros medii pennæ colūbę de-
argētatæ, & posteriora eiꝰ in specie auri. Etsi dormias,
exurgunt tamē pennæ tuę. Sunt enim qui vigilāt dor-
Canti. 5. mientes, vt vigilabat illa quę dixit: Ego dormio, & cor
meum vigilat. Etsi nox est, vigilat spiritus, de quo scri
ptum est: De nocte vigilat ad te spiritus meus. Tūc ti-
bi pandētur alæ ex eloquiis spiritalibꝰ, preciosæq; auri
prudentiæ volatus assurgit. Vbi ergo laqueos poteris
pertimescere, cui remigiū pręsto spiritale est? Si synce-
ritas animi, si puritas mentis affulgeat, colūba es. Ideo
Matt. 10. tibi dictū est: Estote simplices sicut colūbæ. Si maiora
desunt remigia, vel minora ne spernas. Esto vel passer,
vt laqueos sagaci indagine pręuideas, et pene captus il K
lecebris peccatorū, tamen aliquādo reuocatus possis di
cere: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo ve Psal. 123.
nātium, laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus. De
quo quoniā alibi putauimus esse tractādum, nunc alio
transeundū videtur. Satis est tibi vt auem te esse noue-
ris, assumptū in naturam volandi, dicente domino per
prophetā: Liberate vos ex laqueo venatorū, & a verbo
conturbationis. Non enim iniūste tendūtur retia aui-
bus. Auis es o homo, qui sicut auis in quādam aquilæ
renouatus es iuuentutē. Quid enim te in terrā deiicis,
qui iam cælū petebas? Non iniuste renouato tendūtur
retia, quia iam Christi esse cœpisti, venantium esse de-
sisti. Ante te laqueo venator, ante quasi prædam suam
diabolus suo iure capiebat, nūc dominicæ crucis mercē
cur alienus incursat? Potes tamē etiā hos laqueos eui-
tare, ne dicas: Venātes ceperūt me sicut passerem. si la
queum cordis euadas, quem misit diabolꝰ in cor Iudę,
& ita eū in facinus proditionis armauit. Auertat a no-
bis deus hos laqueos, quos sup peccatores pluit. Et ideo
dicit propheta: Dabis illis domine laqueum cordis eo-
rum, quem parasti eis. Nobis autem da domine auxi- L
lium vt post te sequamur, tuis alligati vinculis. Nulla
enim vehemētiora, nulla sunt gratiora q̃ vincula chari
tatis. Qui tibi ligatus est, solutus est mundo.

Hęreditate quęsiui* testimonia tua in æ-
ternū, quoniā exultatio cordis mei sūt. VII

*alias, acquisiui.

Etiam ista vox martyrū est dicentiū quod hęreditatē
acceperint cælestiū testimoniorū. Dicit ergo propheta:
Hæres sum mandatorū tuorum, successionem tuam si
dei pietatisq; iure quæsiui. Non potest dicere istud nisi
qui mandata custodit, cælo & terra testibus acquisita.
Dixit enim dominus: Audi cęlū, & auribꝰ percipe ter- Esa. 1.
ra. Testatur elemēta dominus ad redarguēdos eos qui
nolunt pręcepta diuina seruare, vt refugia omnia excu
sationis obsepiat. Testatur & homines dicens, Estote
mihi testes, & ego testis, dicit dñs. Mandata ergo dñi
plena sunt testimoniis, & ipsa sunt testimonia, quorum
satis idoneus testis est qui nõ mentitur deus, apud quē
& consciētia tua testis est cogitationibus accusantibus
aut etiā defendentibus, satis fidelis etiā in infido pecto-
re, quoniā arbitrū omniū quæcunq; cõmissa sunt latere M
nõ possunt. Nam si in iudicio terrestri etiam is qui ad
mentiendū venerit subornatus, tamē si testimonio fue
rit conuictus, alterius solet prodere veritatē: quāto ma-
gis in iudicio cælesti apud dñm IESVM necesse ha-
bet quę vera sunt cõfiteri, quē nouit scire quod factū est?
Et bene ait, Hęreditate quęsiui testimonia tua: quoniā
sicut ante hęredes fuimus peccatoris, ita nunc hæredes
sumꝰ Christi. Illa fuit criminū, hæc est virtutis hæredi-
tas. Illa nos obligauit, hæc soluit. Illa oberatos fœnore
delictorū adiudicauit inimico, hęc redēptos titulo dñicę
passionis Christo acquisiuit. Mala Euæ successio totū
hominē deuorauit, præclara Christi hęreditas totū ho-
minem liberauit. Non ad vnū quidē, nõ ad paucos, sed
ad omnes testamentū suum scripsit IESVS. Omnes
scripti heredes sumus, non pro portione, sed pro vniuer
sitate. Testamentū commune est, & ius omniū, hære-
ditas vniuersorū, & soliditas singulorum. Nouum ta-
men testamentum singuli adeunt, & omnes possident.
Nec minuitur hæredi quicquid a cohæredibus vēdica-
tur, manet emolumentū integrum, & eo magis singu-
lis crescit, quo pluribus fuerit acquisitū. Alia cõditio est
hęreditatis humanę. Si diuisa fuerint emolumēta, mi-
nuuntur, & heredis est damnū asscriptio cohęredis. In-
diuisum regnum Christi est, indiuisa hæreditas. Quō
fieri poterat vt diuisa esset hęreditas, cū hęreditatis fru
ctus sit indiuisus, quod est regnū cælorum? Aurum, ar
gentum, prędium, ab homine pluribus derelictū distri-
buitur ac secatur, solida ad singulos Christi dona perue

A niunt, omēs habēt, & nemo fraudatur. Audiamus igi-
tur commoda hęreditaria. Remissio peccatorū, hęredi-
tas Christi est. Certe solida per singulos, & in cõmune
est lucratiua. Quibuscūq; enim collata fuerit, solida est,
nulli decedit, accedit omnibꝰ. Corpori acquiritur, quic-
quid vnicuiq; relaxatur. Nam si angeli super vno pec-
catore pœnitentiā agente lætātur, quia lucrū suum pu
tant hominis redemptionē: quanto magis lucrū est ge-
neris, quod est lucrū naturæ? Hæreditas Christi est re-
surrectio. Hanc quisquā dānū suum dixerit, quæ in vno
communis gratiæ nomē inuenit? Christus enim resur-
gens, omnibus surrexit, quoniā per hominem resurre-
ctio mortuorum. Quomodo igitur potest singulorum
esse dispendiū, quæ est totius corporis & humani gene
ris reformatio? Recitetur igitur testamentū, & institu-
tiones eius consideremus. Testis autem nobis est spi-
ritussanctus. Cū enim dixerit, Testis sum testamento-
rum meorū, quæ testificatus sum in vobis: tūc testimo
Hiere. 31. nium perhibebit quod testatus sit dicens: Hoc autē te-
stamentum quod testabor ad illos, dicit dominus: Dā-
do leges meas, in cordibus eorū, & in sensibus eorū scri
bam eas, & peccati & iniustitiæ eorum nõ ero memor.
O vere testator æternus, qui nostris cordibus leges af-
figit suas, & scribit in sensibꝰ, vt nihil aliud cogitare nisi
diuina pręcepta possimus, nihil aliud sentire nisi dei o-
racula debeamus. Dedit gratiā, reformauit naturam,
sibiq; comminiscēs qui obliuisci nihil solet, memoriam
meorū abstulit peccatorum, mihiq; dedit pręceptorum
suorum. Noli ergo tollere de corde tuo legē dei, & affi-
B gere legem peccati. Noli scribere in sensibus tuis diabo
li illecebras, & dei delere mādata. Ecce ego, inquit, pin-
xi muros tuos, dicit dominus ad Hierusalē, hoc est, ad
animā studiosam trāquillitatis & pacis, quam fecit ad
imaginem suā. Noli, inquam, auferre imaginē cæleste,
& imaginem mortis imponere. Recusasti hæreditatē
seculi, serua Christi testimonia, quoniā in his exultatio
atq; lætitia est, quandoquidē omnis fletus delebitur, &
Apoc. 21 mors non erit amplius, neq; luctus, neq; fletus, neq; cla-
mor. Passio Christi imago fuit regni cælestis. Nemo
audiuit in plateis vocem eius, quia illo silētio passionis
suæ clamorē omnem in posterū impiæ vocis abolebat.
Luce. 23. Nolebat fleri, quia dicebat ad filias Hierusalem: Filiæ
Hierusalē nolite me flere, sed vosipsas flete. Ablaturus
enim omnes lachrymas suæ beneficio crucis, in passio-
ne propria futuræ instar beatitudinis exhibebat, vt ne-
mo fleret, nisi qui Christi beneficia nõ teneret. Merito
C igitur vir euāgelicus dicit: Hęreditate q̃siui testimonia
tua in æternū, quoniā exultatio cordis mei sunt. Quis
non exultet quia cælū & terrā hęreditate quęsiuit? quæ
duo elementa contestatus est etiam deus cū legem da-
ret: quia quæsiuit deū, de quo dicit sanctus: Portio mea
dominus. Quęsiuit dominū IESVM, quęsiuit spiri-
tum sanctū, & post illa quęsiuit angelos, & cū illis viuit,
non hodie tantum et cras, sed in æternum, nec vllis pro
nomine domini contristatur iniuriis. Deniq; gaudebāt
apostoli cum verberarentur, cū in carcerem traderētur.
Exultans autem in testimoniis domini iure dicebat:

VIII. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustitias*
tuas in æternū, propter retributionē.

*alias, iustificationes

Qui retributionē bonorū operum sperat a Christo, et
ad eū festinat, inclinat cor suū vt faciat Christi iustitias.
Mat. 3. Quę est Christi iustitia? Sine nos, ingt, implere omnē
iustitiā. qua peccatū minuitur, culpa laxatur. Et bene
ait, Inclinaui, vt nõ sit tibi arduū atq; difficile, cū mentē
tuā quasi ad humilia & plana cõuerteris: aut certe quo-
niam sapiētia carnis legi dei nõ est subiecta, videtur in-
clinare cor suū, qui legi facit esse subiectum, extollēte se
corporis sensu, cõtuituq; religionis inflectit, atq; ille dudū
extollēs se frustra, & inflatus mente carnis suę cū se hu-
miliat, inclinat. Humiliauit enim & ipse se Christus, vt
nouū conderet testamētum. Cū lego euangeliū, audio D
filiū dei carnē sumpsisse de Maria, videor mihi cū Chri
sto ipse descēdere. Lego enim eum qui cū in forma dei Phil. 2.
esset, semetipsum exinaniuit. Exinaniuit aūt vt formā
serui acciperet, et specie inuētus vt homo, humiliauit se
vsq; ad mortē. Lego eū dicētē: Venite ad me omēs qui Matt. 11.
laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos, &. Discite a
me, quia mitis sum, & humilis corde. Nõ dixit: discite
a me quia potens sum. non dixit: discite quia gloriosus
sum, sed, discite quia humilis sum, quod potestis imita
ri. Nolite extollere vos, nolite exaltare cornu vestrum.
Docuit ergo me humiliari, & inclinare cor meū ad fa-
ciendas iustitias, nõ ad iniquitatem, sed ad æquitatem
inclinare propter retributionem. Retributio, regnum
cęlorum, & paradisi est incolatus.

SERMO DECIMVSQVINTVS.

ס Samech.

SAMECH litera decimaquinta, quæ inter-
pretationē habet, audi. Est & alia eius inter-
pretatio, quę dicitur firmamentū. Quid est
audi? Nõ ociose dicitur, quod commune est
omnibus, et suppetit vniuersis ipso iure naturę. Et ideo
non est ociosum quod admoneris vt audias, cū etiā in-
uiti & aliud agentes, sonum tamē aut vocem audire so
lemus. Sed quia nõ est solum audire hoc quod suppetit
officio naturæ, sed etiā illud quod maius est, vt audias
non vsu tantū corporis, quantū intellectu mētis: ideo dī
ligentius cõsidera istius literę interpretationē, seriemq;
versuum qui sequūtur. Vt noueris autem mysticū esse
audire, vt audias & intelligas mysteria, de Iudæis scri-
ptum est quia mysteria legis audierunt, sed non intelle
xerunt. Vnde ait dominus: Audi populus meus, & lo
quar. Lex vtiq; spiritalis est. audi ergo spiritaliter. De- E
nique qui se sciuit audire, ait: Audiam quid loquatur in Psal. 84.
me dominus deus. id est, vt cognoscam quid locutus in
me fuerit deus. Ideoq; alibi ait: Quanta audiuimus, & Psal. 77.
cognouimus ea. vt comprehēderet nõ solum audisse se,
sed etiam intellexisse. Nemo enim cognoscit, nisi prius
intellexerit. Audi ergo, ne si te videat negligentem, ve
niat Petrus, arripiat gladiū, abscīdat auriculam tuam,
quod superflue habēs aurem corporis sis, qui audire &
examinare non noueris. Et fortasse virtutē animę quæ
examinat quæcunq; audiūtur, habent amputatam, qui
ea altitudine qua scriptum est, audire nõ possunt. Me-
ritoq; hanc literam firmamētum alii interpretati sunt,
quod cū superiore interpretatione concurrit. Nisi enim
vnusquisq; audierit quid sequi debeat, nemo firmatur.
In officio igitur audiendi, omniū firmamētum est. Di- F
cit igitur tibi in Threnis Hieremias propheta per lite-
ram, Audi. Et vt scias mysticū esse q̃d audire debeas,
subiecit huiusmodi seriem huic literæ: Abstulit omnes Threno. 1.
fortes meos dominus de medio mei. Vocauit in me tē
pus, vt contereret in me electos meos. Lacum calcauit
dñs virgini filię Iudæ. Nõ tunc abstulit omnes Iudæę
fortes dñs, quādo in Babyloniā regionē captiuus ductꝰ
est populus Iudęorū, sed quādo Christus aduenit, & li-
bertatem animę suę captiua nõ vidit, nesciēs grauibus
incuruata peccatis mentis suę erigere ceruicē, & quędā
fidei colla ad lucē cognitionis attollere. Ideo lacus factꝰ
est Iudeis passio Saluatoris, quæ gētibus portū salutis
ostendit, quia crux dñi non credētibus pręcipitiū est, sed
vita credētibus. Hac ratione p̄misit Audi, vt futura co
gnosceret. Alio quoq; loco literæ huic ista subiecit: Te- Threno. 2.
nuerūt sup te manus omnes trāseūtes p viā, sibilauerūt
& mouerūt caput suū sup filiā Hierusalē. Hæc est ciui-
tas, dicēt, corona glorię, & iucūditas vniuersę terrę. Pas
sionē dñi Saluatoris prophetari liquet et defleri ab Hie
remia, nõ excidiū Iudęorum: q̃d cū ex aliis, tū ex illo in-
telligi potest, quia in posterioribꝰ habet: Spiritus ante Thren. 4.
faciē nostrā Christꝰ dñs cõprehēsus est in interitu nr̃o,
sub cuius vmbra, diximus, viuemus inter gētes. Quid

G hoc manifestius, quando & nomen expressum est, & cõ
prehensio inter manus persequentium perfidorum est
declarata, & vmbra viuificans, & gratia gentibus cõfe-
renda descripta est? Sed etiã ipsa verba significant quæ
in euãgelio de passione domini legimus, quia hoc loco
mors eius annũciata est per Prophetã. Sic enim Mat-
Mat. 27. thęus scripsit: Transeuntes autẽ blasphemabant eum,
mouentes capita sua, & dicẽtes: Vah qui destruebat tẽ
plum dei, et in triduo illud reędificabat. libera te si filius
dei es. Vulgus populi cum insultat alicui, sibilare con-
suerunt. simul quia uocẽ non habebãt qui verbum nega-
bãt, sicut irrationabilia animalia sibilabãt. Et ideo trã-
sibant uiam qui in via stare debuerãt. Non stabãt ergo
quasi constantes, sed transibant quasi mobiles. Iusti au
tem pedes stabant in atriis Hierusalem, in quibus per-
fidi stare non poterãt, & ideo præteribãt, sicut Marcus
significauit. Pręterit umbra, nõ ueritas. Dies eius sicut
umbra pręteriet, qui obliuiscitur quod delinquit. Sed et
Psal. 79. transire infideles legimus, sicut est illud: Et uindemiãt
eam omnes transeuntes uiã. Quis enim nisi perfidus
Psal. 128. despoliat uineã Christi? Sed & alibi scriptũ est: Et non
dixerunt transeuntes uiã, benedictio domini super uos.
Psal. 133. Stantibus enim dicitur: Ecce nũc benedicite domino.
Tamen & in bono legimus trãsire, ut est illud Moysi:
Exo. 3. Transiens videbo hoc uisum magnũ. Et qui uidit im-
Psal. 37. pium exaltatum ut cedros Libani, Transiui, inquit, &
Luc. 17. ecce nõ erat. Et nemo dicit seruo, transi, recumbe. Quę
ergo distinctio sit cõsideremus, nisi forte illa, quia ubi in
bono accipitur trãsire, absolute dictũ est. non dixit, hoc
H aut illud transiens, sed tantũmodo trãsiens. Vbi in ma
lo: transeuntes, inquit, uiam. Via enim bona est quę a
commeantibus frequentatur, non facile ucursatur a la-
tronibus, qui auersa uiarum obsidere consuerũt. Ita re-
gale iter munitũ est. Moyses autem non transiuit uiã,
Exo. 33. sed in via stetit, cui dictum est: Tu autem hic sta mecũ.
Ioan. 14. Stetit cũ illo qui ait: Ego sum via, & ueritas, & uita.
Hanc qui uiã trãsit, labitur. Moyses autẽ nõ lapsus est,
sed pertransiuit a secularibus ad spiritalia, a temporali-
bus ad æterna. Et qui uidit impiũ, nec remãsit, sed per-
transiuit, euasit, quia nõ hæsit impio, ne fieret unũ cor-
pus, sed se ab eodẽ seperauit. Et cui dicitur: Trãsi, recũ-
be, euadit utiq; laboriosam præsentẽ seruitutem, ut ha-
beat gloriosam futurorum quietem. Et sponsæ dicitur:
Cant. 4. Ades huc a Libano spõsa, ades huc a Libano, trãsibis,
& pertrãsibis. A principio fidei transit, & pertrãsit, quæ
festinat ad sponsum. Pertransit seculum, & festinat ad
I Christũ. Nũc discutiam? quid sit mouere caput. Quis
1. Cor. 11. est populi caput nisi Christus? Caput enĩ mulieris uir,
caput autem uiri Christus. Sed etiam lex intelligibilis
caput mulieris. Deniq; mulier sub lege tanquã sub uiro
fuit. Mortificato autẽ ritu Iudaico qui erat secundũ lite-
rã legis, innupsit ei mulier qui a mortuis resurrexit.
Vnde quidã mystice interpretati, mortificato ritu Iu-
daico tanq; fratris defuncti ritu ueteri euangelio mulie-
rem illã intelligibilẽ nubere ex lege uoluerunt, quia lex
euangeliũ fraterna quadã prędicatione pręcessit. Ergo
synagoge caput mortuũ est, hoc est, caput eius lex mor
tua est, obseruatio uidelicet legis, euacuata est legis li-
tera, spiritalis eius intellectus astruitur. Huius commo
tionis meminit Dauid in quadragesimotertio psalmo
dicẽs: Posuisti nos in parabolam gentibus, cõmotionẽ
capitis in populis. eo quod a lege in euãgelium sit facta
cõmotio quasi transitus quidã. In uicesimo autẽ & pri-
mo psalmo, in quo & totius prophetatur series passio-
nis, sic habetur: Omnes qui conspiciebãt me, asperna-
bantur me, & locuti sunt labiis, et mouerũt caput. Spe-
rauit in domino, eripiat eũ, saluũ faciat eũ, quoniã uult
eum. Mouerũt ergo legẽ quę immobilis uidebatur, &
finis legis Christus intrauit. Qui mouerãt capita, pha
risæi fuerũt, id est, a ueritate diuisi. Vnde & in ueritatẽ
non crediderunt, Sed & sic potest accipi. Mouerunt ca-
put suum Christũ, qui in sua uenerat. Sed mouerũt eũ,
quia sui eum nõ receperunt. Mouerunt autem dicẽtes:
Ioan. 19. Tolle, tolle, crucifige eum. Et mouerunt capita sua, qui
Mat. 27. onera sua mouere nolebant, cum ligarẽt onera grauia,
& aliis imponerent, ipsi autem digito, inquit, ea moue-
re nolũt. Quod est mysticum, quia corporalis ritus ob-
seruationem nunq; mutare uoluerũt, & introducere in-
tellectum spiritalem. Digitũ enim pro spiritu legimus:
Deut. 9. ut lex digito dei scripta est, & ideo lex spiritalis est.
Noluerunt ergo onera sua mouere, quę sunt grauia, &
leue Christi iugum atq; onus eius suaue susciperẽ. Ve
rum quia passio Saluatoris omnes redemit, non absur
dum est intelligere ita hos mouisse capita sua, sicut p-
phetabat princeps ille synagogæ: Expedit unum mori
Ioan. 11. pro populo. Aliud dicere uolebat, aliud significabat. Et
isti aliter mouebant caput quasi insultãtes, & aliud an-
nunciabant, quia ipse erat qui uenit ut pigrũ illud atque
terrenũ principale hominũ commoueret, quo euacuata
obseruatione literæ, mysteriũ quæreremus in uerbis.
Vnde ait: Posuisti nos in parabolã gentibus, commo
Psal. 43. tionem capitis in populis. Quod in bono utiq; accipi-
tur, quia præmisit: Et in nationes dispsisti nos. Dispersi
sunt enim Iudæi, ut reliquiæ eorũ saluæ fierent secun-
dum electionẽ gratię. In parabolam autẽ positi sunt, ut
ea quæ per parabolam dicta sunt, reuelata esse illorum
exitu disceremus, uel eorũ exemplo admoneremur ca-
uere perfidiã. Tunc enim cognouit magis Hieremias
Iudæam esse deflendã, et ideo Hierusalẽ captã esse tunc
tẽporis prophetauit, quando redemptorẽ proprium nõ
recepit. Illi igitur insultatur, de qua dicent: Hæc est, in-
L quit, ciuitas uniuersæ terræ. eo quod ubi erat ante fidei
iucunditas, ibi nunc sit amaritudo perfidiæ. Vel certe
mouendo caput suum, & de corporalibus ad spiritalia
transeundo mereatur audire, cum crediderit in Christũ
quod corona sit gloriæ. Quæ est autem corona gloriæ,
nisi ecclesia, quæ caput suum Christũ coronat? Quę iu
cunditas uniuersæ terrę, nisi domus populi Christiani,
Psal. 18. aula sanctorũ, de quibus scriptũ est: In omnem terram
exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorum?
Ergo quia corona glorię est ecclesia, ideo dicitur in Cã-
Cant. 3. ticis: Egredimini filiæ Sion, & uidete regẽ Salomonẽ
in corona qua coronauit eũ mater eius in die sponsalitii
eius, & in die iucũditatis cordis eius. Ad animas dicit
vt e gurgustiis & claustris exeãt corporalib⁹, extra cor-
poris cogitationes exeãt, egrediantur a cupiditatib⁹ & a
curis & cæteris carnis istius & affectus lubrici passio-
nibus, supra mundum ascendãt, de hoc mundo exeant,
Christo occurrãt, paratę assint facib⁹ ardẽtibus relucen
tes. Quasi angeli Christi hoc loquuntur, Non potestis
uidere claritatẽ eius, gloriam eius, nisi egrediamini hu
manę fragilitatis curas, filię Hierusalem. Quasi dicãt:
M Quid uiuentẽ inter mortuos quæritis? Non intra hũc
mundũ quęritur Christ⁹, qui supra mundũ suos uoluit
esse discipulos. Quæ est corona qua coronat Christus,
nisi corona glorię? Ioseph coronã habuit castitat(, Pau-
lus iustitiæ, Petrus fidei. Singularũ uirtutum coronæ
sunt. Solus Christus habet coronã glorię, qua eũ eccle-
sia coronauit. In hac corona omnes coronę sunt, quia glo
ria nõ portio unius coronæ, sed pręmiũ omniũ corona-
rum est. Tertia traditione mouerunt caput suũ, hoc est
Christũ, qui est caput suę plebis. Caput eius aurum ce-
phas. Vnde & Aquila Petrũ aurum dixit: Symma-
chus lapidẽ aureũ, quod significat stabilẽ eminentẽq; sa
pientiã. Corpus Christi, ecclesia est. Huius caput aurũ,
id est, sapiẽtia preciosa sanctorum est, hoc est, uiri iusti
atq; prudẽtes. Crines eius abietes nigrę sicut torax, de
Cant. 4. quo alibi ait: Capillamẽtum tuũ ut grex tõsarum. Ideo
& 6. capillamẽtum, quia uirtus omniũ sensuũ in capite est.
Eccles. 2. Oculi enim sapiẽtis in capite eius. Profunda igitur do-
ctorum prudentia, quæ potest ea quę obscura sunt reue
lare, & alta aperire sensuum. Et huiusmodi disputato-

A res crines ecclesię sunt, sicut pulli coruorũ, quibus domi
nus escam dat: sicut dedit sancto Iacob a iuuẽtute eius,
& eum pauit. Hos altos ac profundos ubertate doctri-
Cant. 4. næ pascit dominus cælestibus sacramẽtis. Oculi quoq;
& 5. eius sicut columbę. Oculi sunt uiri, uidelicet spiritalib⁹
ornati sensib⁹, qui ad uidẽda mysteria sunt acuti, & pa-
rati ad penetranda scripture secreta diuinæ, rationabili
lacte fulgẽtes, in quibus nõ sit aliqua doli maculosa cor
fusio, sed simplicis affectus pura & immaculata synce-
Cant. 5. ritas. Ideo in aquarum abũdantia lotas has colũbas in
lacte memorauit. Iam cętera: Dentes & genas, & sicut
coccineũ restículum labia sponsæ, intelligimus animæ
esse uirtutes, doctorũq; diuersitates: qui uel spiritalẽ mẽ
ti alimoniã dispensatione sedula subministrẽt, uel præ-
dicationẽ dominicę crucis, sicut uerbi quadã linea alli-
gent audientẽ, uel modestia uerecũdi, et inuẽtutis flore
gratissimi. Et si a tractatu pudore reuocentur, redoleat
tamẽ in his odor Christi, & sicut in Genesi, quasi de ca-
pite sacerdotali descẽdit unguentũ, eluceat pulchritudo
doctrinæ. Et hoc caput monit synagoga, & ideo abstu-
lit dominus mirabilem consiliariũ, et prudentẽ architec-
tum, & sapiẽtem auditorem. Caput, inquit, & caudã:
quoniam qui caput non tenuerãt, nouissima habere nõ
possunt. Sed iam ea quæ annexa sunt consideremus.

I Iníquos odío habui, & legẽ tuã dilexí.

Quanto ergo dominus noster perpendat affectũ, san
ctus propheta Dauid hoc uersiculo declarauit, quia cũ
B suos inimicos nequaq; sit persecut⁹, utpote qui & regis
Saul, a cuius insidiis periculum salutis cauere uix pote
rat, nec uitã putauerit appetendã, & mortẽ æstimauer-
it uindicandã, & parricidę filii ingemuerit interitũ, &
multorũ persequẽtium se flagitiis appetitus ignouerit,
ut ipse ait quia uicem iniurię lædẽtibus non repẽderit:
prætiaricatores tamẽ diuinæ legis exosus horrescat: in
quo utiq; & clementia morũ eius, mansuetudoq; pieta
tis, & uehemẽs deuotionis aperitur intẽtio, Euangeli-
ci pręcepti contentus disciplinę, quã prophetico spiri-
tu prænidebat. Et enim dominus IESVS & nostrorũ
inimicorum dilectionem nobis expetẽdam esse præce-
pit, & dei hostes etiam si nobis aut parẽtum, aut filio-
Luc. 14. rum, aut coniugii germanitatisq; necessitate copulen
tur, odio persequẽdos. Sic enim scriptũ est: Si quis uene
rit ad me, & non oderit patrem & matrẽ, & uxorẽ, & fi-
lios, & fratres, & sorores, adhuc etiam & animã suam,
non est me dignus. Quod si quis ociosis accipiat auri-
bus, fortasse dicat: Tu domine IESV legẽ dedisti, di-
Deut. 6. cens: Dilige dominũ deum tuum, dilige proximũ tuũ.
Leui. 19. Et ut impleres hanc legẽ, uenisti. Dixisti per legẽ: Ho-
Deut. 5. nora patrẽ & matrem. & in euangelio iubes ut parẽtes
oderim? Quomodo sibi conueniunt ista pręcepta? Sic
mitis & humilis corde uenisti? Non possum saluo pie-
C tatis iure odisse patrẽ, cui debeo quod creatus sum, nec
matrem longo decẽ mensium fastidio pii fœtus onera
portantem, cui in absolutione plus periculi, in dilatione
plus tædii est. Quid dulcissimi merentur filii ut pater-
no excludantur amore, cũ sit impiũ mori nolle pro libe-
ris? Quid uxor charissima quædã uitæ coheres, & con
sortium cõmunis naturæ? Quid fratres iisdem cõcreti
visceribus, atq; formati eodem naturę hospitio in hunc
usum lucis emissi? Oderim ergo pignora charitatis?
Ita euãgelii lenitate rigorem prædurae legis Iudęis in-
flectis, ut quorũ lex condemnat iniurias, eorũ tu euan-
gelio tuo cõdemnes gratiã? Video istiusmodi assertio-
ni me respondere nõ posse, sed tu domine respõde. Nec
enim indiges ut excuseris, qui non eguisti ut uinceres.
Eccles. 3. Respõdebit igitur. Ego non condẽno pietatem, qui odi
iniquitatem. Ego parẽtes non pręcipio non amandos,
qui inimicos suadeo diligendos. Sed nõ legisti tempus
amandi, & tempus odio habẽdi, et tempus belli, & tem
pus pacis? De quo hoc dicit Ecclesiastes? Nonne de eo
quod ratione temporis fiat, ut aliquos pie & amare & D
odisse possim⁹, ut quos dilexeris, odisse: & quos oderis,
amare conueniat? Non ego parentũ infudi odia pecto-
ribus filiorũ, uec coniugum suasi fastidia mentibus ma
ritorum. Naturam interroga quid exegerim, quę utiq;
autoris arbitriũ genitali singularũ necessitudinũ testa-
tur affectu. A mare parẽtib⁹ filios, lex naturæ est: mari-
tis coniuges, lex diuina est, quę coniugii charitatẽ in na
turam uertit, ut fiat una caro, & unus spiritus. Diligere
fratribus fratres naturæ prærogatiua est, quæ eodẽ do-
micilio diu fotos assuefecit ad gratiã charitatis. Nõ er-
go necessitudinũ intestina bella mandaui, sed illecebri
suspectam habui. An non iure suspectam, cui serpens il-
le callidus et astutus ad constituẽdas nequitię suę artes,
quo incorruptæ ac rudis naturę dote fundatũ primoge
niti Adam labefactaret affectũ, fœmineis magis illece-
bris, q̃ suis cõmisit uenenis? Itaq; fœmina uirum quem
serpens tentare nõ ausus est, cibo oris & ui amoris infle
xum molli quadã & cõciliatricula uxorię sedulitatis af-
fectione traduxit. Et adhuc Eua liberos non habebat?
quorũ gratia uti dulcis ad amorẽ, ita esset facilis ad la-
psum. Q̃ plurimos a martyrii cõsummatione sæpe re-
uocauit? Deniq; sæpe cognouimus quoniam quem for
midolosa carnificũ pompa non terruit, nec diuisi lateris
sulcus infregit, nec ardentes laminæ a triumphalis for-
titudinis rigore abducere potuerunt, eum inter sacra iã
præmia constitutũ, uxor teneræ sobolis oblatione mi-
serabilis uniusq; lachrymæ miseratione decepit. Sãpson
captus est per uxorẽ, nunquid tu fortior? Salomon ca-
ptus est in uxore, nũquid tu sapientior? Ille igitur cuius E
sapiẽtia totis celebratur seculis, factus est insipiẽs, quia
nimium amauit uxorẽ. Quid de fratribus dicã? Exper
ta est in liberis & prophetæ domus detestabiliora ini-
mici oscula, q̃ odia esse fraterna. Itaque fratricidiũ pater
quidem fleuit, sed magis est indignatus incestũ. Deni-
que licet parricidam, percussorem tamẽ reuocabat ince
sti. Tempus igitur amandi, tempus odio habendi, hoc
est, tempus martyrii, quando ea quæ diuina sunt, omni
charitati necessitudinũ præferenda sunt. Tempus bel-
li, quo etiam bellũ pro Christi uomine perfidis pigno-
ribus inferamus. Tẽpus pacis, quia in pace locus eius.
Deniq; ipse in euangelio euidenter exposuit qua ratio-
ne nostros debeamus odisse, dicẽs: Qui diligit patrem
aut matrem plus q̃ me, non est me dignus. Non dixit Matt. 10.
indignos esse qui parentes suos diligunt, sed eos indi- E
gnos ait, qui plus parentes q̃ Christũ diligũt. Si enim
ideo deferimus parẽtibus, quia nostrę generationis au
tores sunt, quãto magis Christum oportet amare, qui
ipsorum est autor parentum? Isti dederũt quod non po
testatis est, sed ministerii sui: Christus donat salutem,
qui parentum beneficia conseruat. Pulchre autẽ dixit:
Iniquos odio habui, legem autem tuã dilexi: quia si le
gem amamus, odisse debem⁹ aduersarios legis, qui o-
peribus suis præcepta legis impugnant. Græcus me-
liius eos, & proprie nuncupauit dicens, παρανόμους. παρ
ράνομος ex lex uocatur, quia extra legem est. Hos er-
go odit qui in lege Christi est, quia legis mandata non
seruant. Non solum enim qui legem nesc:it, sed etiam
ille qui non agit secundum legem, exors legis est, quia Rom. 2.
non auditores legis tantum, sed factores legis iustifica-
buntur. Redarguit me ipse Dauid si aliter intelligam.
Quomodo iniquos homines oderat, qui parricidam
filium commẽdabat prælatoribus, ne eum aliquis oc-
cideret? qui Saul regis mortem etiam uindicauit in eũ
qui a se nũciauit occisum? Ergo non iniquos homines,
sed iniquos sermones oderat. Denique iniquos hos di-
xit odio habui, nõ addidit uiros. Deniq; cum dicat IE-
SVS in euãgelio, Diligite inimicos uestros: dicat A- Matt. 5.
postolus, Benedicite eos qui persequũtur uos: & nolite Rom. 12.
maledicere: quomodo excusaretur iste uir euãgelica ui-
tiẽs disciplina, si iniquos hoies odisset nisi intelligas q̃d

G iniquitatem odio habuit, non eos qui & si operētur iniquitatem, possent tamē euangelica predicatione cōuerti? Aut certe nisi ita accipiamus quia sicut ille qui non honorat patrē, iniquus est: idem tamē secundum illud Luce.14. exosus patrē, quod scriptū est: Qui nō odit patrem aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut animam suam, nō potest meus esse discipulus: etiam laudabilis habetur: sic & iste iniquos odio habuit. Eodē modo & eos oderat quo patrem preuaricantem, aut animā suā, preferēs videlicet vitæ eius suauitati gratiā Christi.

II *alias, supsperaui.

Adiutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum spero.*

Adiutor per legem, susceptor per euangeliū. Quos lege adiuuit, in carne suscepit, quia scriptū est: Hic peccata nostra portat, & ideo in verbū eius spero. Grecus tamē ἐπήλπισα habet, quod est supersperaui, quod de eo dicitur qui semper addit ad sperandū, & cum sperauerit aliquid, iterū sperat, & spe proficit, extendens se semper ad superiora, & ea quę præterijt obliuiscēs. Pulchre autem ait: In verbum tuū speraui, hoc est, non in prophetas speraui, nō in legē, sed in verbum tuum speraui, hoc est, in aduentum tuum, vt venias & suscipias peccatores, delicta condones, ouem lassam tuis in cruce humeris bonus pastor imponas. Si quis sperat in Christum, separare se debet a consortio perfidorum. Ideoq; dicit:

III Discedite a me maligni, & scrutabor mādata dei mei.

H Cuius versiculi testimonio significatur quia vbi malignitas est, ibi custodia mandatorū cęlestiū esse nō possit. Sapieñ.1. In maleuolā enim animā non intrat sapientia. Et alibi: Quærent me mali, & nō inuenient. Simplicē mentem ac defecatū animū diligit Christus, nec potest immaculatæ virtuti vllū cum maculosis cōtubernium esse. Flagitia odit, refugit, aspernatur contagia, qui dicit: Discite a me quia mitis sum. Malignos repellit, labo- Psal.6. rātes vocat. Dicit illis IESVS: Discedite a me omēs Mat.11. qui operamini iniquitatem. Istis ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Nō vtiq; malignitate mentis, sed infirmitate carnis onerati. Onerati, inquam, alieni hæreditate peccati. Laborantibus subuenio, fraudulentis prodesse non debeo, ne pluribus noceant. Hos pœna compescat, illos emēdet gratia. Malitia enim fons peccati est, culpa infirmitatis est lapsus. Illi debeo subuenire qui laborat, illum etiam odisse qui decipit. Malas igitur operationes repellit. Nā nisi ita accipias, videtur dicere: Discedite a me, quia mundus sum, quia purus sum. Hoc Pharisæus dicebat, & repre- I hensus a Christo est. Non ergo propheta dicit, Mun- Psal.50. dus sum, sed cor mundum crea in me deus. Ideoq; relegato consortio malignorum, quasi qui ante permixtus illis suscipi non possit a domino, dicit:

IIII Suscipe me secūdum eloquium tuum, & viuā, & non confundas me ab expectatione mea.

Si viuit qui in sinu est patriarchæ Abrahę, vt ille Lazarus pauper, quāto magis viuit qui suscipitur a Christo? Quomodo enim potest non in æternū viuere, quē sempiterna vita suscepit, quē totū sibi Christus assumpsit, qui totus verbi est, cuius vita abscōdita est in Christo IESV? Sed qui in sinu Abrahæ sedet, susceptus a Christo est. Intolerandę autē presumptionis videretur dicere dño, Suscipe me: nisi promissum eius adiungeret: hoc est, Vt hoc auderemus, ipse fecisti, tuo te chirographo conuenimus, quoniā nostrū chirographū sustulisti. Nos fecimus chirographū mortis, tu scripsisti chirographū vitæ. Ergo nō cōfundas ab expectatione sua Roma.5. seruulū tuū, quia in te spero. Spes enim nō cōfundit. Et si tribulamur, patientiā subministra vt ferre possimus, vt quia a te expecto, nō opprimar infirmitatibus, nō suc- K cumbam tētationibus, nō affligar procellis, in quibus est probanda patientia, vt probatio consequatur spem quę confirmat & roborat, quę nō confundit. Hoc est, frangimur frequēter laboribus, fatigamur: sed si spes desit, cōfundimur, & tota mēte turbamur. Sed esto, sint aliqui duri ad labores, firmi ad iniurias perferēdas: si spem auferas, nō potest perpetua esse patientia. Ipsa patiētia nō probatur si fides desit, cuius radix spes est. Quę enī potest probatio esse, nisi pro Christi nomine vel incōmoda vel picula vniuersa sustineas? Ideo spes est sola quæ nostrum nō cōfundit affectū. Vbi est spes: apostolicum 2.Cor.7. illud, foris pugnæ, intus timores nocere non possunt. Alia interpretatio habet, Non erubescere facias. Non erubescet qui sperat in Christū. Ideoq; qui bene sperat, dicit: In te cōfido, non erubescā. Et bene ait, cōfido. Ro- Psal.24. bur enim spei nostræ, & quædā sperandi autoritas, confidentia est. Spera igitur semper, et nemo te ab expectatione cōfundit. Expectatio nostra, vita æterna est. Expectatio nostra est regnū dei, angelorū consortiū, benedictiones sunt spiritales. Spera quotidie, sinē ista res nō habet, nescit inducias. Spera etiam positus in aduersis. Si quis dicat tibi aliqua forte necessitudinū amissione percusso, Quid tibi prodest iustitia tua? tu tamē spera, L nō deficiat fides tua. Si qs dicat tibi, Quid tibi q̃tidiana profuere ieiunia? Quid castitas corporis, pudor mētis? ecce sicut iniustus & impius vulneratus es: nō deficiat fides tua. nam etiā si infirmus es, fidelis tamē, solicitus est pro te Christus. Dicit ad discipulos, Date illis Mat.14. vos manducare, ne deficiāt in via. Habes apostolicum cibum, manduca illum, & nō deficies. Illū ante manduca, vt postea venias ad cibū Christi, ad cibum corporis dominici, ad epulas sacramenti, ad illud poculum quo fideliū inebriatur affectus, vt lætitiam induat de remissione peccati, curas seculi huius, metū mortis, solicitudinesque deponat. Hac ergo ebrietate corpus nō titubat, sed resurgit: animus nō confunditur, sed consecratur.

Adiuua me, inquit, & saluus ero, & meditabor iustificationes tuas* semper. V *alias, in iustificationibus tuis.

Qui sperat, præsumit iuuari. vbi autem adiumētum dei, ibi certum salutis auxilium. Supra dixit: Adiutor meus et susceptor meus es tu: hic iterū iuuari petit, quasi dicat: Sine cessatione me adiuua. Nō mihi satis est q̃d M poposci, iterū peto vt saluus fiam. Hic nō magna, nō vera est salus: tūc saluus ero, cū fuero in paradiso, cū viuere cœpero inter electos tuos angelos, cum laqueos terrę huius euasero. Sed ne forte adiuti in necessitatibus, postea in prosperis positi negligamus, docet nos immemores beneficiorū cęlestium nequaq̃ esse debere, sed meditari iustificationes domini, vt & cū boni operis aliquid fecerimus, semper tamen ei nostra peccata fateamur. Hæc enim est iustificatio domini. Deniq; pharisęi non iustificauerunt deū, qui baptizari baptismo pœnitētiæ noluerunt. Ergo ille iustificatur, quē suorū pœnitet delictorū. Quē enim pœnitet, confitetur, vt est illud: Tibi Psal.50. soli peccaui, & malū coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis. Ideoq; publicanus magis iustificatus exiuit e tēplo, quia Phariseus se iustificabat suis iustitias Luc.18. predicādo, publicanus autē iustificabat deū, iniquitates proprias cōfitēdo. Ergo qui meditatur iustificationes, semper humiliatur. Nō hodie humiliatur, & cras exaltatur, sed semp humilis corde, et mitis affectu est. Plus est aūt semper, q̃ die ac nocte, vel tota die: hoc enī supra tempus est. Ergo vel inter angelos annumeratus dicas oportet iustificationes dei semper, & illā quā adeptus es gloriam non tuis meritis arroges, sed diuinæ miserationi semper adscribas, ne tibi dicatur: Quid habes 1.Cor.4. quod nō accepisti? Si aūt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Omnis enim creatura quæcūq; bona habet: accepit a Christo, qui totius est autor creaturæ.

A VI *alias, discedētes a iudiciis tuis quia iniusta.

Spreuisti, inquit, omnes qui discedunt a iustificationibus tuis, quia iniqua* cogitatio eorum.

Omnis superbus immūdus est in conspectu dei, quia non potest per superbiā suam mūdare peccata, qui arrogāti spiritu coaceruat errorē. Ideoq; spernitur atq; despicitur, quia despectui habet diuina mandata. Bene autē celestis seruatur prerogatiua clemētię, quia nullū repellit, sed quicunq; noluerint peccata propria confiteri, ipsi discedunt a domino deo nostro. Deniq; ille discessit qui peregre profectus, omē quod acceperat a patre, fidei & gratię patrimoniū dissipauit. Et quia cū discessisset pœnituit, postea est regressus ad patrē quē reliquerat tunc cum peccatū propriū nollet cōfiteri. Non ergo interuallo locorum deus relinquitur, sed prauitate morū, & deformitate gestorum. Discedit a domino qui se elōgat a domino, quemadmodū audita presentia dei Adam latere cupiebat. Sed discedens a domino salutē habere nō Psal.72. poterit, quoniā scriptū est: Ecce qui elongant se abs te, peribunt. Vnusquisq; igitur suis studiis sese aut iungit aut separat. Deniq; quod plerosq; nec locorū interualla secernant, vel finitima vel vicina cōnectant, indicio est quia sunt pleriq; in corpore siti qui peregrinantur a corpore, Esa.6. & assunt deo, vt ille qui dicēte deo, Quem mittā? respōdit: Ecce, ego. Audet & Paulus adesse deo, quia nihil in se præter carnis materiā videbat esse corporeū. Exi- Geñ.4. uit Cain a facie dei postq̃ cōmisso parricidio gerendam peccatorum suorū pœnitentiā non putauit. Recte autē ait: Ad nihilum deduxisti preuaricatores. Non peccatores dixit, sed preuaricatores. Nam quę nobis spes fo- B ret, quando omnes sub peccato sumus? Etiā illud pulchre: Omnes ad nihilū deduxisti præuaricatores. Siue ille diues sit, nihil illi diuitiæ suæ prosunt: siue honoratus, nihil dignitas: siue potēs, nihil potentia. Sed aliud est preuaricatorē esse discedentē a iustificationibus dei, aliud preuaricatorē esse terrę. Illud grauius, hoc leuius. Ideoq; subiecta ne turbent, vide quid subiecit his.

VII *alias, præuaricātes reputaui. *alias, ideo.

Preuaricatores æstimaui* omnes peccatores terræ: ppterea* dilexi testimonia tua semper.

Recte præuaricator dicitur, qui discedit a dño. Deniq; Græce a discedendo apostata nominatur. Vnde et ille: Eccli.19. Vinū & mulieres faciūt apostatare. Cauenda ergo incentiua & lenocinia delictorū, ne in scelus vergāt. Præuaricator autē Latine & transgressor vocatur, eo quod a lege domini transeat ad errorē, & transgrediatur mādata cęlestia, cui dictū est vt adhereat domino deo suo. Adhæreto igitur indiuiduo semper affectu, ne te ab eo vis vlla possit euellere. Si quid rarū, si quid intermissum aduersarius viderit, statim se immittit in pectus & cor C tuum, vt te laqueo teneat suæ fraudis, & hostilis vinculo potestatis innexus a deuotione retraharis. Sed nō solus ille præuaricator est, qui posthabita ecclesia ad cultus transgreditur idolorū, sed etiā quicunq; legis mādata non seruat. Omnis enim peccator preuaricator. Vnde illud: Omnis preuaricatio iustam accipit remunerationem. Nomen cōmune, sed diuersa merita delictorū, & precia ergo diuersa culparū. Quid sibi vult quod ait, peccatores terræ? Sunt ergo & cęli peccatores, sicut ille Luc.15. qui ait: Peccaui in cælum, & coram te. Sunt qui dicant quia is qui cęlestia non seruat oracula, præuaricator est cæli. Sed siue hoc siue illud sit, e diuerso vnum significamus peccatorē, alterū preuaricatorem, quia minuit gratiam quam accepit e cælo, quā spiritus sanctus infudit, siue quia ciuis cęli factus, nō debes in terrā redire de cælo. In cælū ergo peccas, si cęli incola cælū relinquas. Diuersitas igitur est eorū. Alii peccatores cæli, alii pecca- Psal.100. tores terrę sunt. In matutinis, inquit, interficiebā omēs peccatores terrę. Quomodo vnus omēs interficere poterat peccatores terræ? Sed si cōsideres iustum, cui nox D præcessit, dies appropinquauit: potes videre quomodo exoriente tibi sole iustitię de luce vigilans interficias fomenta omnia delictorū. Vtinam mihi aspiret hæc gratia, vt gladio spiritali qui est verbū dei, ab ecclesia domini incentiua vniuersa possim abolere vitiorū, & terrena auferre delicta, quibus in foueam quandā lubrici præcipitamur erroris, vt de ciuitate dei expellatur iniquitatis operator. Ciuitas dei, ecclesia est, ecclesia corpus est Christi. Peccat in cęlū, qui cælestis ciuitatis iura contaminat, et immaculati corporis violat sanctitatem suorū collutione vitiorū. Et vide ne forte sint qui cæli & terrę peccatores sint. Nam vtiq; Adam cū in paradiso esset cælestis erat, post lapsum autem terrenus est factus, & de paradiso expulsus est & eiectus. Vnde & Apls ait: Primus homo de terra terrenus, secūdus homo de cęlo 1.Cor.15. cęlestis. Abiiciatur ergo a nobis imago terreni, suscipiatur imago cęlestis, nō fuco expressa, nō ceris, nō coloribus adumbrata, sed moribus, in qua Christus se agnoscat.

Confige clauis a* timore tuo carnes meas, a iudiciis enim tuis timui. VIII *alias, nō habet, clauis a.

Qui diligit domini testimonia, configit clauis carnes suas, sciens quia vetus homo suus cū Christo confixus cruci, luxuriā destruat carnis, ne cupiditates eius indomito feruore lasciuiant, ne radix auaritię serpentibus se fundat radicibus. Confige ergo clauis, & destrue fomēta peccati, moriatur in carne tua omis illecebra delictorum, libertatem vagandi cupiditas voluptatum cruci affixa non habeat. Est quidā clauus spiritalis, qui pati- E bulo crucis dñicæ affigat has carnes. Et fortasse sunt carnes quædā animæ, sicut corpus est animæ. Carnes animę sunt carnales cogitationes. Configat has carnes timor domini & iudiciorum eius, & seruituti redigat. Qđ si carnes istæ reiiciunt clauos diuini timoris, haud dubie dicitur: Non permanebit spiritus meus in his ho- Geñ.6. minibus, quoniā carnes sunt. Nisi igitur affigantur cruci hæ carnes, & configantur clauis a timore domini, nō permanebit in his spiritus dei. Sicut sunt aculei timoris, quibus cōpungimur: ita sunt claui timoris, quibus configimur. Qui cōpungitur, excitatur: qui cōfigitur, mortificatur, vt peccato deficiat, deo viuat. Vt sciamus autem clauos spiritales esse, etiā stimuli spiritales sunt, de quibus scriptū est: Durū tibi est aduersus stimulū calci- Actu.9. trare. Hoc stimulo Paulus stimulatus surrexit e terra, & se leuauit, vt cōuersaretur in cælo. Cōfixus est clauis apls Thomas, vt diceret: Nisi videro in manibus eius Ioan.20. fixuras clauorū, & mittā digitū meū in locū clauorum. Claui erant bonę cupiditates, claui erant, etsi non perfectæ fidei, tamē fidei incremēta quęrentis. His cōfigitur clauis qui Christo cōmoritur, vt cū Christo resurgat. His configitur clauis qui mortificationē dñi IESV in F corpore suo portat. His clauis cōfigitur q meretur audire dicētem IESVM: Pone me vt signaculū in cor Cant.8. tuum, vt sigillū in brachiū tuū, quia valida est vt mors charitas, durus sicut inferi zelus. Infige ergo pectori tuo & cordi tuo hoc signaculum crucifixi, infige & brachio tuo, vt opera tua peccato mortua sint. Nihil in his criminis reuiuiscat, nihil erroris resurgat. Fortasse hanc imaginē claui nō solum timoris, sed etiā charitatis affigunt, quia valida est vt mors charitas, durus sicut inferi zelus. Nō te ergo offēdat duritia clauorū, quia est duritia charitatis: nec validus clauorū rigor, quia valida est etiā charitas sicut mors. Charitas enī culpā et omia peccata mortificat. Charitas sicut mortis ictus interimit. Deniq; morimur flagitiis atq; peccato, dū dñi mādata diligimus. Charitas est deus, charitas dei verbū est, q̃d Heb.4. est validū, & acutius oī gladio acutissimo, vsq; ad diuisionem quidē animę ac spūs, artusq; & intima penetrās medullarū. Est durus ergo zelus charitatis, qui nō cedat infernis, cū pro dei zelo vnusquisq; nec suis parcat. His

G clauis charitatis cõfigatur anima nostra & caro nostra,
Canti. 5. vt & ipsa dicat: Quia vulnerata charitate ego sum. Habet ergo clauũ suũ charitas, habet gladiũ suũ, quo anima vulneraẽ. Felix qui hoc gladio meruerit vulnerari.
Prou. 27. Hęc sunt vulnera quę oculis p̃ferũtur: vtiliora vulnera amici, q̃ voluntaria oscula inimici. His nos vulneribꝰ offeramus, quibꝰ quicunq; mortuus fuerit, mortẽ gustare non poterit. Talis eorũ erat mors, qui dominum sequebantur, de quibus dictũ est: Sunt aliqui de istis astantibus qui non gustabunt mortẽ donec videant filium hoMat. 16. minis venientẽ in regno suo. Merito Petrus nõ timebat hãc mortem. Non timebat enim, qui dicebat' quia
Mat. 26. etsi oportuerit eũ pro Christo mori, non eũ relinqueret aut negaret. Tollamus ergo crucẽ domini, quæ cõfigat carnes nostras, peccatũ destruat. Est timor qui configit carnes. Nisi, inquit, quis tulerit crucẽ suam, & secutus me fuerit, non est me dignus. Ille enim dignus est, qui habet Christi timorẽ, vt crucifigat carnale peccatum. Hunc timorẽ sequitur charitas, quę consepulta cũ Christo, non direllatur a Christo, moriatur in Christo, attumuletur Christo, resurgat cum Christo.

SERMO DECIMVSSEXTVS.

Ain. IN litera decimasexta, cuius interpretatio est oculus, siue fons. Oculo vtimur videndi munere: sed videmus ea quæ complacẽt, et sæpe quę displicẽt: nec in eo oculi est vel culpa vel probitas, pro eorum qualitate quę viderit. Ocu-
H li est enim officiũ nunciare quę viderit. Est sane offensa vel gratia, si aut delectetur suauibꝰ, aut offendatur aduersis. Ideo frequẽter oculus suppliciorũ dicitur, oculus tentationis, oculi hœdi, oculus vitulæ, oculus generationis, aut fons generationis. Legimus in euangelio
Ioan. 3. quia baptizabat Ioannes in Ennon. Ennon oculũ supplicionum interpretati sunt. Itaq; nemo venit ad baptismũ, nisi qui desiderat sibi propria peccata dimitti, quorum supplicia corde prouido perhorrescat. Itaq; licet oculus supplicioꝝ dicatur, prędictis est tamẽ supplicia, non sustinentis: licet baptismũ pœnitentiæ habeat aliquam de supplicioꝝ susceptione tolerãtiam. Oculi est vt intuendi officio fungatur, tuũ est cauere quod videris. Deniq; & oculus tentationis dicitur, quia per oculũ sæpe tentamur. Oculus meretricis laqueus amatoris.
Matt. 5. Sed oculus nihil delinquit. Ideoq; saluatoris sententia plena iustitię est, dicẽtis: Q ui viderit mulierẽ ad concupiscendum eã, iam adulterauit eã in corde suo. Non di-
I xit, Q ui viderit mulierem, sed' ad concupiscendũ viderit. Oculum absoluit, mentẽ ligauit. Non dixit, adulterauit eã in oculo, sed in corde. In oculo visus est, in corde peccatũ. Oculus hœdi ad sinistrã est: quod ea quę dextera sunt, peccator videre nõ possit. Sanctus autem di-
Psal. 15. cit: Prouidebã dominũ in conspectu meo semper, quoniam a dexteris est mihi, ne commouear. Et Petro sancto apostolo, cũ tota nocte nihil cepisset, vt legimus in
Ioan. 21. euangelio, a saluatore dictũ est: Mittite in dexterã partem retia nauigii. Itaq; fretus imperatis cęlestibꝰ, misit retia, & plurimũ piscium cõgregauit. In sinistra nox erat, in dextera diuini sermonis claritudo fulgebat diuina. Est & oculus vitulę: quod æque ad peccatores refertur: quia sicut iugi lora vitulę, ita peccatores attrahunt iniquitates, non dirũpentes neq; abscindentes propriũ, sed longo trahentes fune peccatum. Indomita enim vitula sero mansuescit, & trahit lora, nõ suscipit, quia impatiẽs est tenẽdi: & q̃ diutius traxerit, eo amplius impeditur. Oculus quoq; generationis, aut fons generationis dicitur, quia ex oculi conspectu aut bona aut aduersa generantur. Vidisti mulieris pulchritudinẽ, laudasti artificis opus, venustatẽ naturæ: generatio fidei, deuotionis est partus. Cõtentus fuisti formæ decore, nõ cęsus ambitione sumpsisti in vxorem, genuit filios liberalioris gratię: oculus tibi fuit generatio prosperorũ. Contẽplatus es sacrã puellã, pressit oculos tuos augustæ reuerentia castitatis: prędicasti dñm IESVM, qui seruilẽ dedisset in adolescẽtula ætate grauitatẽ, immaculatamq; vitã inter infirmas tã lubricæ carnis illecebras humanis infudisset affectibꝰ: fons bonorũ est. Vidisti possessiones pupillorũ, nõ ad inuadendũ, sed ad tuendũ: & paternis ingemuisti visceribus si quid aduertisti de minoris cõmodis esse neglectũ, repulisti eũ qui fines eius volebat inuadere, iudicasti pupillo: oculus tuus fons tibi fuit & origo iustitiæ. Iudicasti viduę. Sicut enim mala drachma nõ est drachma, sic malũ iudiciũ nõ vtiq; iudicium. Iudicasti ergo sicut iustus & bonꝰ iudex. Vidisti vsurpatorẽ improbũ, qui maritali auxilio destitutã suã prędã putaret: iniq tatẽ nõ passus es, attulisti indefensæ opem: quo adiuta p̃sidio, inoffensa opera castitatis exercuit, nec auxiliũ quęrere maritale cõpulsa est. Dicit tibi
Esa. 1. dñs: Venite disputemus, quia iudicasti viduã: oculus tuus fons gratię tibi factus est. Vidisti nudum corpus inopis iacere defuncti, non p̃teristi, vt ille q exponitur in euãgelio sacerdos atq; leuita: sed cõtinuo miseratus sepulturę te solatiis tradidisti: generauit tibi oculus materiã redẽptionis. Contra, si aspiciẽs agrũ pupilli vineis
L consitũ, lætũ segetibus, nemoribꝰ vmbrosis, aut fluuiis decurrẽtibus, aut fontibꝰ scaturientibus, aut riparũ herbosis amœnũ thoris, & auaritiæ facibꝰ accẽsus transtulisti patrũ limites, atq; in possessionẽ indefensam improbus irruisti: oculus tuꝰ tibi mortis ppetuę acerba generauit. Vicinæ viduæ iura temerasti, coegisti eã, q̃ aut doloreſuũ, aut pudoreſecretis clausa parietibus fouere deberet, prosilire in publicũ, inuerecũdius q̃ iniustius litigare: oculus tuus partus iniquitatis est factꝰ. Vidisti inopẽ supbo oculo, & insatiabili corde, despexisti precẽ pauperis: & quẽ misereri debueras, cũ fastidio p̃teristi: oculus tuus fons tibi fuit & origo peccati. Ideoq; oculi tui non lupi oculi sint, & insidiantes ad prædã, sed sicut sponsæ dicitur: Oculi tui stagna in Esebõ, in portis filię Canti. 7.
multorũ: nares tuę sicut turris Libani. Stagna in Esebon quid est, nisi in cogitationibꝰ rationabilibus abundãtia, quę est in portis ecclesię, cui merito deferẽ multitudo doctrinę? Filia enĩ multorũ, plurimarũ doctrinarũ posteritas effectus est, cuius naris odor est sacrificiorũ floribus oibus p̃stãtius. Quid enĩ Christi odore sublimius, qui aboleuit thuris fragrantiã? Oculus ergo iste puideat quę futura sunt: & si aduersa imminere p̃uiderit, fletu lachrymisq; emollire ac mitigare nõ desinat.
M Ideo Hieremias in captiuitate gẽtis Iudæę positus, futuram præuidãs perpetuæ captiuitatis erumnã, quam perfidię precio Iudæorũ populus habebat exoluere, di-
Threno. 1 cebat in Threnis sub hac eadẽ litera: In hoc ego fleo, oculi mei caligauerũt a fletu, quia elõgauit a me qui me cõsolãbatur. Nõ igitur abductũ se esse de terris suis dolebat, sed a Christo populũ relinquendũ, consolationẽq; futuræ vitę cernebat amissam. Hęc est vere dolẽda captiuitas, qui ęternę speri libertate priuata videbaẽ. Alio quoq; loco sub hac eadẽ litera repetiuit in Threnis, di-
Threñ. 2. cens: Dñs, quę cogitauit, cõsummauit verbũ suũ, quod mãdauit a diebus antiquis. Destruxit, & non pepercit, & lætificauit super te inimicũ, & exaltauit cornu tribulantis te. Nonne euidenter futurum iudiciũ Christi annunciatur, sicut in psalmo quoq; p̃senti declarari certũ est? Oculus ergo præuideat quæ futura sunt, & ea aut profusione lachrymarum, aut erroris correctione detorqueat. Deniq; Hieremias flebat, quia malã causam impiæ plebis susceperat, quæ perfidiæ pertinacia propriũ negabat autorẽ. Dauid autẽ prophetico spiritu iudiciũ p̃uidẽs Christi, in quo nemo innocens periclitabitur, nemo sceleratus eludit, bona fretus conscientia dicit:

I Feci iudicium & iustitiam, ne tradas me nocentibus*me.
*als, calũniãtibus.

Nõ quasi gloriosus insolẽs se ipse laudat, cũ vtiq; perit?

A legis, alterius magis q̃ proprio ore vnũquẽq; laudandũ esse non ignoraret. Non inquã prædicatoris iactãtia est hic vlla virtutũ, sed vitę innocẽtis assertio iure p̃sumpta, ne dignus æstimaretur qui propter grauia peccata a dño relinqueretur, & nocentiũ potestati tradereꝰ. Defensio est igitur, non arrogantia, quãdo non excellentia aliqua honoris assumitur, & formidabilis erumna propulsatur. Deniq; Petrus hoc genere defensionis vtitur,
Mat. 19. dicens: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? In quo si dicti arrogãtis decolor aliquis nęvus fuisset, non tantũ gratiæ de dñi saluatoris sentẽtia retulisset, vt non solũ minime subdẽdus ipse iudicio, sed etiã iudicaturus de aliorũ meritis ipse nunciaretur. Neq; enim in iudicio, si quis innocẽtię suę tuędæ gratia quid feciſſet aperiret, ad iactantiã potius q̃ ad defensionẽ causæ dictũ æstimaretur. Aliud est dignum se prẽmio dicere, aliud indignum iniuria. Et tamen ille ipse philosophię summus, vt aiunt, magister, cũ accusaretur, interrogatus qua tandem pœna se dignũ putaret, respondisse fertur, vt in prytaneo publico quotidie conuiuio susciperetur. Ille honorẽ vsurpauit, hic erumnam deprecatus est: ille gloriam arrogauit, hic humilitatem seruauit. Nã quæ maior esse humilitas potest, q̃ vt cõscius sibi iudicii & iustitię referuatę, tradi potestati diaboli vereatur? Hominẽ se esse cognouit, impar sibi bellũ aduersũ spiritalia nequitiæ in cælestibus, raptũ Enoch
B esse, ne malitia mutaret cor eius, Noe inebriatũ, Loth incestatũ, sacerdotẽ primũ ipsum Aaron cũ Maria sorore tentatũ, lepræ maculis aspersam Mariã primum, post absolutã: Moysen pene internecatũ, nisi circũcisione filii, & eiusmodi sanguinis fusione Sephora mulier eius omne ab eo periculũ depulisset. His igitur cõmonitus exẽplis nequaquã se fortitudini suę credit: sed cauta humilitas diuinũ sibi precando asscisit auxiliũ, petens ne tradatur nocentibus. Scit enim autorẽ esse principẽ mundi omniũ delictorum. Ipse indiuiduos proximorũ itarum stimulis excitatis scindit affectus, ipse flãmam accẽdit libidinis, ipse adolet auaritię cupiditates: vt quo plus rapuerimus, amplius requiramus: ipse suggerit & ministrat fomenta luxuriæ, ipse odia exasperat, & ĩmodicę studia ambitionis inflãmat. Q d vitium blandũ in exordio, sæuum in processu, nec fraternæ germanitatis potuit cõtẽplatione reuocari. cũ enĩ dolet sibi gratię cælestis ambitor fratrẽ esse prælatũ, de sacrificio processit ad parricidiũ. Autorẽ igitur incõtinẽtiæ diabolum esse
1. Cor. 7. Apostolus docet, Ne tentet vos, inquiẽs, Satanas propter incõtinentiã vestram. Incẽtorẽ quoq; auaritiæ ipsũ
1. Tim. 6. esse legimus, dicẽte Paulo: Q ui volunt diuites fieri, in-
Coloss. 3. cidunt in tẽtationẽ & in laqueũ diaboli. Et alibi: Mortificate igitur membra vestra quæ sunt super terrã, for-
C nicationem, immũditiã, libidinẽ, concupiscentiã malã, & auaritiã, quę est idololatria. In his enĩ diaboli voluntatem facimus, & exequimur potestatẽ, qui per carnis istius desideria incẽtiuum suæ fraudis operatur. Q uẽcunq; ergo in vitiorum suorũ possessione repererit, tanq̃ obnoxiũ suo iuri vendicabit. Adulteriũ qui facit, luxuriã exercet, aliena diripit, portio diaboli est: pudicus aũt & continẽs & misericors, Christi portio est. Christi ergo seruum sibi non potest vendicare, nisi forte lapsum in vitia deprehendit: nec tũ quidẽ vendicat, sed tanq̃ suũ sibi tradi postulat. Ideo ergo dicit Dauid: Feci iudiciũ & iustitiã: vt non arroget, sed excuset, ne quasi peccator
1. Cor. 5. deseratur a Christo. Exẽplo sit nobis apostolica lectio, quamobrẽ vnusquisq; tradatur. Illũ enĩm qui vxorẽ patris habuit, quia sic operatus est, tradidit Satanę Apostolus. Nõ ergo esset traditus, nisi opera feciſſet diaboli. Vnde non immerito recusat Propheta nocẽtibus tradi, qui allegat non diaboli opera se feciſſe, sed Christi.
Esaiæ. 1. Christus enĩ dicit: Iudicate pupillo, & iustificate viduã. Hoc est ergo, Feci iudiciũ & iustitiã, in iudicio nõ contempsi pauperem, nõ oppressi viduã, personam diuitis nõ recepi, in omnibus operibus iustitiã seruaui. Iudicii D finis iustitia est. In altero veritatis custodia, ĩ altero fructus est æquitatis: vtraq; tamen non priuata virtus, sed publica. Nã immaculatum corpus a virili permixtione seruare, & palmã castimoniæ limoso in corpore vsq; ad angelorum conuersationẽ custodia integritatis cucherere, vtilitas priuata, laus publica est. Frugi esse ac modestum, & sobrię parcitatis tenere mẽsurã: probaẽ a pluribus, sed sibi soli p̃ficit. Fortitudo in p̃liis eminet, in ocio friget: cuius opus in tempore necessarii, in voto aduersum. Malunt enĩ homines nõ pugnare, q̃ vincere. Sola iustitia est, quę omnibus temporibus aliis potius nata q̃ sibi, quotidiano vsu & fructu, publico suo damno alienas custodit vtilitates, quę nihil habeat vtilitatis, & plurimum laudis. Hanc igitur Propheta prætendit ad sui meriti cõmendationem, dicens: Feci iudiciũ & iustitiã, ne tradas me nocentibus me. Vbi iustitia, ibi misericordia. Misericordia a peccato liberat. Q uomodo ergo
Cantic. 5. peccatoribus tradorꝰ? Simile illud in Canticis: Exui tunicam meã, quomodo induã eam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Exui tunicã peccatoris, vestimenq; terreni: cur quasi peccator atq; terrenus aduidicor? Laui pedes meos, ne qua delicti fors posset adhęrere vestigio: cur das in me delinquentibus potestatem?

Suscipe seruum tuum in bono,* non calumnientur me superbi. II
*als, bonũ

Quasi iudicii & iustitię sibi cõscius, autoritate prophetica progreditur, vt seruum dñi se dicere nõ reformidet. E
Seruus enĩ dñi nihil debet alienis. Preciosa hęc seruitꝰ, quæ virtutũ cõstat expensis. Cur autẽ timeat nocẽtibus tradi, aperiẽt euidenter, quia calũniatores sunt: qui oderint veritatẽ, impugnent innocentiã, quia superbi sunt. Qualis enim aduersum seruulos dei potest superbus
Esaię. 14. esse, qui aduersus deũ se exaltat, & dicit: In cælũ ascendam, super sydera cæli pœnam sedem meam, sedebo in mõte excelso, super mõtes altos, qui sunt ab Aquilone: ascendã super nubes, & ero similis altissimo? Q uid igitẽ mirum si grauare homines potest, qui peruicaci spiritu nec deo cedit? Q uomodo mensurã veritatis, & fidẽ in homine seruabit, qui sacrilego impudentię mendacio omnipotẽti se dño adæquãdũ esse promittit? Q uomodo non calumniatur singulos, qui totam irritauit terrã, cõcussit reges, posuit vniuersum orbẽ desertum, & ciuitates destruxit: eos qui in abductione erant, non soluit? Caueamus ergo ne muros animæ nostræ destruat, ne propugnacula nostrę mẽtis diruat, ne super sydera throMatth. 5. num suũ ponat. Ponit super sydera, quando electũ decipit, quãdo iustum circũuenit, cuius opera elucent sicut F
stellę in cælo. Nõne & Iudas proditor inter cęteros audiebat: Vos estis lux mundi? Nonne diabolus lumen eius extinxit? Q uinetiã quos non potuerit circũuenire, calũniatur, inuidens regni cælestis gloriã: vt quos illecebris suis a Christo nõ potuit separare, eos calumniis suis debiti honoris fructu fraudare conetur. Fugiamus ergo malos calũniatores, qui peccatũ operãtur in nobis: & ipsi nobis calũnias infestissima accusatione cõponũt, id quod ipsi fecerint arguentes. Ecce manus dñi parata est, quæ te fugientẽ ab aduersariis tueatur ac protegat. Pharao te tenebat superbus, in patribus immitis. Fugisti ab eo, suscepit te manus dñi, & de periculis liberauit. Non dimisisset Pharao, nisi tu ad dñm cõfugisses.
Exod. 5. Dicebat Pharao: Dñm nescio, & Israel non dimitto. Vides q̃ superbus? Merito ergo susceptus in bono est, qui malũ fugit. Non patitur ergo deus in malo nos esse, suscipit in bono: nec patitur suos calumniis subiacere.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ. III

Qui sũt isti oculi, cõsidera, qui in Christũ deficiũt, dũ eius p̃stolantur aduentũ. Animę videlicet oculi, non

G corporis,tota fidei intētione defixi. In eo enim quē diligimus,totis oculis occupamur,nec quicquā aliud videre delectat. Non potest hoc dicere nisi qui a mundanis solicitudinibus & secularibus voluptatibus intentionē omnē sue mentis auertit. Nam quomodo hoc dicit qui theatralibus ludibriis occupatur? Sed ille hoc dicit qui supra dixit, Auerte oculos meos,ne videāt vanitatem. Qui autē sunt oculi qui deficiūt in eloquiū dei,nisi oculi interioris hominis,obtritusq; animæ,qui tenduntur vt videant dei verbū,& nimia intentione & expectatione deficiunt in salutare dei,defectū sui patiētes vt assumāt qđ verbi est? Et quia eloquiū dei plerosq; mouere potest, ideo addidit: Eloquium iustitiæ, vt mouere nō debeat.

Gene.25. Mouere autē poterat, quia scriptū est: Maior seruiet minori. Nā nisi ad mysterium accipias, naturæ iniuria

Ezech.20 est. Et dedi vobis præcepta non bona. Ergo deus mala dat præceptа? Et ego dīs creans mala. Sed & de præceptis sic soluitur,qui infirmis non debuit dare perfecta præcepta,quæ sustinere nō possent. Q; si nō faceret,quādo audiret Iudæus, Dimitte omnia tua,& sequere me?

Mar.10. Quando audiret Iudæus,Qui non tulerit crucē suā,& secutus me fuerit,nō est me dignus? Sed hæc perfectiora præcepta Euangelio reseruata sunt. Et mala nō creauit deus,sed hæc quæ uidentur nobis austera, verbera, mors,& huiusmodi alia,quæ propter emēdationē præ-

1.Tim.1. scripta sunt noxiorū. Iustis enī non est lex posita,sed iniustis. Nā si noxii nihil timerent,innocētes semper pertimescerent. Q ui sunt igitur isti oculi qui deficiūt in sa-

H lutare dei? Diximus oculū suppliciorum esse,qui prędiens futura supplicia peccatorū, gerendā annūciat pœnitentiā. Demonstrauit hunc oculū baptista Ioānes,di-

Lucæ.3. cens: Generatio viperarū quis ostendit vobis fugere ab ira uenturā? Facite ergo fructus dignos pœnitētię. Ad baptismū Ioannis ueniebat,qui habebat oculū suppliciorū: ad Christi autē baptismū uenit, qui videt gratiā. Hic enim oculus est quem dominicæ passionis umbra tuet & protegit. Aliud ergo Ennon,aliud Ain. In Ennon baptizatur conscius grauiū delictorū: qui autem purum oculū habet,gratiā suscipit spiritalem. Et imperfectæ fortasse animæ oculus suppliciorū est: perfectę autē oculus gratiarū est purior atq; syncerior, qui significat hac litera,ad quam iusti forma dirigitur: quia imperfecta peccati tātūmodo iudiciū declinare desiderat, perfecta vero meritū regni cælestis acquirere. Præsumimus tamen qđ vtrūq; oculum una anima habeat,& oculum suppliciorū,& oculū gratiæ: læuum oculū suppliciorū, dexterū gratiæ: quia non a primo homines possunt esse perfecti,sed per processum virtutis ascendūt. Ante igit vnaquæq; anima quasi ad baptismum Ioānis venit,vt

I premittat pœnitētiā delictorū,& in processu paulatim, vbi peccata sua defleuerit,spiritali abluta baptismate, Christi accipit sacramentū. Vnde videtur & in Cant-

Cantic.4. cis canticorū Ecclesia prædicari,cui dicitur: Cor meum cepisti soror mea sponsa,cor meum cepisti vno ab oculis tuis. vt iste oculus gratię sit, qui Christi sibi pleniorem acquisierit charitatē. Plerique tamen hoc loco accipiunt duos oculos Ecclesiæ: vnū qui mystica videt,alterū qui moralia: eo qđ sancta Ecclesia non solū moraliū teneat disciplinā,sed etiā cælestis doceat secreta mysterii. Vn-

Cantic.2. de dictū est de ea: Oculi tui sicut columbę,extra taciturnitatem tuam. qđ & spiritaliter videat,& nouerit tempus tacendi esse,& tempus loquēdi: vt in tēpore sermonem suum proferat,ne importunitate loquendi peccatū possit incurrere. Habe ergo oculos colūbæ ad similitu-

Cantic.5. dinem Christi,quia & de ipso lectum est: Oculi tui sicut colūbæ,super abundantiā aquarū lotæ in lacte sedentis super plenitūdinē. Baptizat in lacte dīs,id est in syceritate. Et isti sunt qui vere baptizantur in lacte, qui sine dolo credunt,& puram fidem deferunt, immaculatam induunt gratiā. Ideo candida sponsa ascendit ad Christum,quia in lacte baptizata est. Ideo mirantur eā vir-

tutes,dicētes: Quæ est hæc quæ ascēdit dealbata? An- Cāt.6.& 8
te paululū dicebat: Nigra sum. Nūc dealbata cernitur, Cantic.1.
& ascendit ad cælū: & innixa dei verbo,alta iā penetrat. K
Nec immerito illic aquarū abūdātia, vbi Christ⁹, vnde mens humana repleri cupiat. Has sitit aquas cervus, quas cū biberit,sitire nō possit. Has aquas sitit Prophe-
ta cū dicit: Sitiuit in te anima mea. Sedet ergo Christ⁹ Psal.62.
super abundantiā aquarum,& super plenitudinē: vnde & nos omnes de plenitudine eius accepimus. Vnde & oculus suppliciorū non alienus est ab Ecclesia, quia etsi baptizabat Ioānes ī Ennon,baptizabat iuxta Saalim, vbi erat aquarum abūdantia,& duodecim fontes,& septuaginta palmarū arbores. Hos fōtes habet Ecclesia, hoc est,in veteri testamento duodecim patriarchas, in nouo duodecim apostolos. Ideoq; dictū est in Ecclesia: Benedicamus dīm de fontib⁹ Israel. His fontibus ante perfunditur quicūq; mysteria sacrosancta cōsequitur. Isti enī fontes ex ęterno fonte manantes,toto orbe fluxerunt. Vbi isti fontes,ibi ascensio animarum. Deniq; Saalim interpretati sunt,ipsum ascendētem. Ille enim vere ascēdit,qui propria peccata deponit. Hoc igit verbo purificatoriæ sanctificatiōis vsus exprimitur. Vnde etiam bene in Cāticis Christus dicit ad Ecclesiā: Den- Cati.4.
tes tui sicut grex tonsarum,quæ ascenderunt a lauacro, quæ omnes geminos creant,& infœcūda non est in eis. L
Q d̄ specie de caprisdicitur,mystice autem de Ecclesię grege. Nec vilia tibi videātur ista animalia. Deniq; audi quæ de his sanctus loquatur spiritus: Capillamentū Ibidem.
tuū vt grex tonsarū,quæ reuelatæ sunt a mōte Galaad. Dentes tui vt grex tonsarū,quæ ascēderunt de lauacro. Vides qđ in altis grex iste pascitur. Audisti in montē. Itaq; vbi aliis præcipitia, ibi capris nullū periculū: vbi aliis periculū, ibi gregis huius alimētū, ibi cibus dulcior, ibi fructⁱ electior. Spectātur a pastoribⁱ suis dumosa de rupe pendentes: vbi luporū incursus esse nō possunt, ibi fœcundę arbores fructum integrum subministrant. Cernere licet vberi lacte distentas,super teneram sobolē materna pietate solicitas. Ideo elegit eas spiritus sanctus quibus cœtum venerabilis Ecclesiæ cōpararet. Et vt mystice audias,capillamentum,verbi est altitudo & eminentia quædam iustarum animarum, quoniā sensus sapiētis in capite eius. In altitudine enim cogitationis humanę certum est esse sapientiā: & quēadmodum tondētur capræ vt superflua deponant: ita etiā tōsarum animarum gregē, hoc est, multarum animarū virtutes habet fācta Ecclesia, in quo grege nihil possis insensibile reperire, nihil superfluum: quoniā fides sapientes facit, spiritalis autem gratia ab omni superfluorū labe mundauit. Merito igitur reuelatę sunt animæ iustorum, & reuelatæ a monte Galaad, hoc est a trāsmigratione testimonii, eo qđ a Synagoga ad Ecclesiā testimoniū cæ- M
leste migrauit. In hoc itaq; mōte nascitur Thymiama, Resina, & cęteri odores, quos negociatores illi Ismaelitæ, vt habes in primo libro testamenti veteris, deferebāt. Hos odores habet Ecclesia, quos mercatores ex gētibus cōgregati, fide & deuotione vexerunt. Itaq; sicut capræ bonis refectę cibis, & Solis calore vernantes, lauātur in flumine, & exultantes mundæ surgunt de flumine, ita animæ iustorum ascendunt ab spiritali lauacro. Istæ sunt vere quæ geminos creant, in quibus non est infœcūditas aliqua virtutum, sterilitas vlla meritorū. Bene geminos creant, qui cōgeminant sensus suos. Vnde habes in Prouerbiis scriptum: Et tu scribe hæc tibi tripliciter, in consilio, in cognitione. Triplicem prę-misit scriptionem, & duo subdidit, consiliū, & cognitionem. Sed cognitio gemina est, vna incorporaliū, altera corporaliū. Diximus de fœcunditate, dicamus de dentibus. Nam & nauigantes pleriq;, & propērātes ităre terreno, vbi viderint speciosum aliquē locum, delectationis gratia demorantur, pascūt oculos, animumq; alleuant, nec mora vlla cōmeādi putatur, sed gratia. Ita

A & nobis pulcherrimos dentes iustarū animarū cōsiderare cordi est. Docuit enim scriptura pulcherrimos dētes esse iustorū, dicens fecūdū literā quidē de patriarcha

Gene.49. Iuda, spiritaliter autem de Christo: Hilares oculi eius a vino,& dentes sicut lac. In quo nō vtiq; carnis humanæ officia, sed diuinę gratię munera prędicauit. Docet igit exemplū, dentes nō esse prętereundos, vbi de oculis dixerimus. Qui sunt igitur iustarū dētes animarum, nisi qui informē ac durum accipientes cibum, vel frigidum plerūq;, vel supra modū calētem: nunc cōminuunt, nunc fouent, nunc tēperāt, prout qualitas fuerit alimentorū? Dura cōminuūt, ne asperitas literæ in veteri testamēto, & secularis intellectus rigor, nisi fuerit spiritali dente solutus, vitalia ipsa interclusis ciborū salutariū meatibus, & gulam quandā animæ incuriosa edacitate suffocet. Par est igitur vt diuidas primū, si solida tibi videt esca quæ sumitur, & distinguas eam: atq; emollitā sine noxa aliqua animę in omnia eius membra naturali diffusione transfundas, vt vitalem succum omne eius corpus epuletur. Nihil cadauerosum, nihil mortuū ore tuo

Psalm.5. sumas, ne dicatur: Sepulchrū patens est guttur eorum: sed viuum haurias verbum, vt in tuæ mentis visceribus possit operari. Hi dentes super lac candidiores, quia dentes iustorum sunt. Deniq; cum omnes in Moyse baptizati in nube & in mari patres nostri fuerint, nō ocio-

1.Cor.10. se tamen scriptum est, Q uia omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, & omnes eūdem potum spiritalem biberunt: vt iſtis sanctorū dentibus maior qui-

B dam fulgor accederet, quos post transitum maris rubri myrrhei fontis amaritudine per ligni gratiā temperata, agnoscimus esse mundatos: deinde duodecim fontium potu, postremo petræ spiritalē vndā vomentis irriguo. Petra enim erat Christus. Vnde & manna manducauerunt, vt toties abluti manducarent panē, vt scriptum est, angelorum. Nunc quoq; in Euangelii mysteriis recognoscis baptizatos licet toto corpore, postea tamen esca spiritali potuq; mūdari. Merito ergo Dauid & oculos interiores purificatos,& dētes tanq̄ illuminatos spiritaliū dentium candore, sermone profert dicēs: Feci iudicium & iustitiā. Ille est enim vere dentium fulgor, vbi bene sibi conscię mētis resonat canora confessio. Ille mundus oculus, quē peccatorū grauiū trabes nulla depresserit: quē purgamentorū leuiū festuca nulla turbauerit. Iste oculus iustitiæ defecit in verbū iustitiæ. Q ui

1.Cor.6. enim Christo adhæret, vnus est spirit⁹. Et Balaam pe-

Num.23. tebat vt anima sua deficeret in anima iustorum, id est, vt proprii obliuisceretur erroris: quod suum erat, deponeret: qđ iustitiæ & æquitatis, assumeret. Sed progrediamur ad cætera.

IIII *als,iustificatiōes. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam,& iustitias* tuas doce me.

Præstruxit viam, & cōmendationis suæ incrementa

C præsumpsit. Supra popoſcit ne nocentibus traderetur, iterū petit vt suscipereturin bono,ne calumniarentur ei superbi: hoc est, non declino iudiciū, sed calumniā perfidorū. Illi enim iudicare nescīunt, calumniari sciunt. Ad te confugio, qui nosti repręsentare iudiciū. Et bene non vult calumniatorib⁹ tradi. Multa enim Iob passus est iustus post⁊ traditus est nocenti. Sed difficile fuit illud & grande certamen, qđ nisi Iob nimia patiētia, haud facile quisquā superare potuisset: & tamen ille nō totus est traditus, sed meliore exceptus est portiōe, qui dicit: Nō tradas me, quæ maiora sunt, cōprehendit. Plus autē in anima, q̄ in carne sumus. Iustis enim dicitur: Vos autē nō estis in carne, sed in spiritu. Tradi ergo animā suam recusat, qui corpore sicut aranea tabescebat. Hoc igitur loco maiore quodam familiaritatis vsu potiora præsumens ait: Fac cū seruo tuo secundū misericordiā tuam, & iustitias tuas doce me. Misericordiā sibi deferri poscit, iustitias doceri. Alibi quoq; id est, in posteriorib⁹ habes hūc sensum: Et ne intres in iudiciū cū seruo tuo. D
Etenim nostrorū conscii peccatorū, misericordiā magis petere dei nostri, q̄ iustitiam implorare debemus. Aliis veniam largitur, aliis examen impertit. Q uæ spes hominibus certandi apud eum, quem occulta nō fallunt, quē latere peccata non possunt? Ideoq; scient eius potē-
tiam, qui hominē nō timeret, ait: Tibi soli peccaui. Nō Psal.50.
potest hoc iustus negare, quia nemo sine peccato: nō potest rex, quia etsi leges in potestate habet, vt impune delinquat, deo tamen subditus est, qui nulli debet: immo plus ipse debet, cui plus cōmissum est. Hoc ergo dicit: Fac cum seruo tuo secūdum misericordiā tuā: quia etsi quid boni feci, plura debeo q̄ seru⁹. Nō vno facto seruus absoluitur, quia nemo seruū habens arantem, aut oues

Lucæ.17. pascentē, dicit illi: Transi, recumbe: sed dicit illi: Para qđ cœnem, & precinge te, & ministra mihi. Nunquid gratiam habet seruo si fecit qđ imperatū est ei? Ergo & cū fecerimus qđ nobis imperatū est, nō statim nos exaltare debemus, sed magis humiliare: quia nō statim si aliquid fecimus, impleuimus omnia seruitutis obsequia. Q uis tanta naturę munera, vitæ salutisq; seruatę diuina beneficia digno possit æquare seruitio? Q uis potest soluere qđ accepit? Ideoq; sciens omnia, misericordiam petit potius q̄ audientiā: quoniā, inquit, non iustificabi- Psal.142.
tur in conspectu tuo omnis homo viuens.

Seruus tuus sum ego, da mihi ītellectū, V
vt sciam testimonia tua.

Intellectus spiritale munus est: & ideo qđ dei est, a domino postulatur. Nec quasi extraneus poscit, qui seruū se confitetur. Bene ait: Seruus tuus sum. Seruus enim voluntatē dīi sui facit. Seruus quærit seruitutis stipendia, remunerationē non sperat. Seruus dīi non potest E
idē esse seruus peccati: & ideo intellectū sibi dari poscit, vt possit cohibere peccatū. Habebat quidem intellectū, sed vt redūdare sibi crederet, vberiorē inquirit. Est autē & intellectus naturæ, est & intellectus non bonus. Ideo & Salomon ait: Intellectus autē bonus dat gratiā. Nā si omnis intellectus bonus esset, nō opus fuisset additamento. Iure ergo gratiā domini sui quærit. aliter enim scire non potest secreta domini, nisi intellectus spiritalis munus acceperit. Habes hoc in Hieremia: Notū mihi fac domine. Et scio quia nisi deus notum fecerit hominibus, mysterium suum scire non possumus.

Tempus faciendi domine, dissipauerūt VI
legem tuam iniqui.* *als,non habet iniqui.

Bene ait tempus faciendi esse. Est enim tēpus tacēdi, & tēpus loquēdi. Sed loquēdi tēpus aduenit, ac per hoc dīnici aduentus tempus esse iam cōmemorat: vt quia legis facta est prēuaricatio, veniat finis legis, & consum- F
matio eius, & plenitudo dīs IESVS, q̄ deleat vel donet hominibus vniuersa delicta: & abolito chirographo debitorū, absoluat omnes & liberet peccatores. Tēpus est faciendi, vt si ingraueſcente ægritudine alicuius incōmodi, curras ad medicum, vt citius veniat, ne postea subuenire non possit. Medicus enim tunc amplius desideratur, cum grauis incubuerit ægritudo languenti. Ergo cū videat in spiritu Propheta prēuaricatores populi, luxuriā, delicias, dolos, fraudes, auaritiā, temulentiam, quasi pro nobis interueniat, currit ad Christū, quē solū tantis sciebat subuenire posse peccatis: vrget vt veniat, nec patitur fieri moras. Tēpus, inquit, faciēdi dīnē hoc est, vt pro nobis crucem ascendas, mortem subeas. Totus in periculum vltimum mūdus vrgetur, veni vt tollas peccata mūdi. Veniat vita morientibus, veniat resurrectio iam sepultis. Factum tuum subueniat, quoniam nec tua præcepta prodesse potuerūt. In lege præceptum est, in Euāgelio mysteriū. Cæcus omnis populus proprium non videbat autorē. Claudus erat mundus, & titubante vestigio fidei fluctuabat. Non erat qui

G malagma imponeret, neqꝫ oleum, neqꝫ alligaturã. Om̃e patrimoniũ suũ medicis erogauerat mulier illa Euangelica, speciem habens congregationis humanæ quæ coibat ex gẽtibus, cui nec fluentẽ sanguinẽ, & inueteratæ passionis letale profluuiũ poterant seculi huius medici restringere. Principis populi posteritas interierat, & omnis occiderat eius hereditas. Vidẽs hęc Propheta dicit ad Christũ: Tẽpus faciendi dñe. Nõ iubẽdi, inquit, sed faciendi: quia non legatus neqꝫ nuncius, sed dñs saluaturus erat populũ suũ. Et ille quidẽ tẽpus sciebat, & nõ differebat: & nos nesciebamus quo melius tẽpore subueniret: & iam venit & abiit, & iterũ vult venire, & tẽpus nescire. Aut fortasse vult a nobis admoneri, vult rogari: immo si rogatus fuerit, & ante tempus venit, & venit ad ficulneã, & ante horã venit, vt dicit ad matrẽ.
Ioan. 2. Illa rogabat pro nobis, illa festinabat, dicens: Vinũ nõ habẽt fili. Respõdit ei IESVS: Quid mihi & tibi est mulier? Nondũ venit hora mea. Et mater quæ sciebat eius affectum, dicit ministris: Quodcũqꝫ dixerit vobis, facite. IESVS quoqꝫ qui horã suã venisse negauerat, fecit qđ ante differebat. Omnia deus tẽpore fecit. Quicquid facit, non est extra tẽpus: sed totũ opportunum est quod fecerit, & mihi tẽpore suo aduenit. Om̃e enĩ tempus opportunum salutis, nihil preproperum pro salute periclitantium, sed volebat expectare adhuc Synagogę correctionẽ: ideo ante tẽpus ad ficulneam venit: hoc est, cito Iudæis venit, opportune gẽtibus. Cito venit perituris, commode credituris.

VII *als, ideo.
Propter * hoc dilexi mandata tua super aurum & Topazion.

Lex annunciatrix Christi est. Præcepta ergo legis
H spem futurorũ bonorũ deferunt. Mandatũ est enĩ dñi: Attende tibi, ne derelinquas leuitẽ per omne tẽpus qđ vixeris super terrã. Quis est iste leuites? Intelligis si cõsideres qui sit. ille qui venit ministrare, qui sacerdos est
Deut. 16. in æternũ. Aliud mandatũ audi: Custodi mensem nouorũ, & facies pascha dño deo tuo. Et infra: In loco quẽ elegerit dñs deus tuus inuocari nomẽ suum, ibi occidas pascha vespere ad occasum Solis ĩ tẽpore, quo existi de Ęgypto. Ergo mandata dei habent futurę redẽptionis indicia, resurrectionis insignia: ideo super aurũ & Topazion memorat sibi esse dilecta. Quid enim salute gratius, resurrectione preciosius? Vel quia quæ stulta sunt
1. Cor. 1. mundi, Christus elegit, vt quoniã per sapientiã mũdus non cognouit deũ, per stultitiam prędicationis salutem afferret credentibus. ideo ait: Super sapientiã operatio-
I nis cælestis, & mundanæ constitutionis, & super ornamenta Solis & Lunæ, stellarũqꝫ preciosa monilia, dilexi audientiã dñicæ passionis. Plus enĩ redimendo mihi contulit, q̃ creãdo. Tunc enim sine sensu natus sum, nũc cum voluntate seruatus. Sed nõ hoc quicũqꝫ dicit, Dilexi mandata tua super aurũ & Topazion. Non dicit auarus, qui auro incubat, diuitiis inhiat, ornamenta de-
Actuũ. 3. siderat: sed ille dicit, qui potest dicere: Aurũ & argẽtum non habeo, quoniã non requiro, quoniã nihil mihi aurũ prodest: præceptũ autem & mandatum cęleste me redemit. Diximus continentiam sensus, nunc de Topazio lapide exprimamus historiam. De quo inuenimus scriptum in historia Xenocratis, qui scripsit quasi Lithonomon, nasci eum vel inueniri circa Thebaidis ciuitatem Alabastrũ, vel Topazion, vt aliqui putãt: vnde & nominatus est ab eo loco in quo gignitur. Sunt autem qui putauerũt insulã nũcupari Topazion, ad quã appulsos Troglodytas, orta subita commotione maritima, qđ nauiũ vsũ non haberent, reuerti nequiuisse. Deinde plurimo ĩmorantes tẽpore, in insula inuenisse lapidẽ, & delectatos colore eius repetisse domũ, & Arabibus negociatoribus aduenientibus vendidisse, ab illis emisse Philonem, & ad matrẽ Ptolemæi secundi, cui nomen erat Berenice, ab ipso esse perlatũ: illam autem quauis regalibus ornamẽtis abundaret, supra modũ tamen co- K lore eius stupefactam, elaborasse vt diutius species tam preciosi lapidis non lateret: ideoqꝫ studio eius quæsitum lapidẽ, in vsus frequentiores venisse. Diximus quomodo innotuerit Topazion lapis, nunc expressius de eius qualitate dicamus. Duorum colorum est in hoc lapide κρᾶσις, hoc ẽst, quædam temperata permixtio. πρασοειδὴς & Chrysopa, similis Chrysopraso, secũdum vtrũqꝫ velut quasdã extendens colorũ figuras, & plenius quidẽ a peritis fertur extẽdere. Est autem Parychrus, & satis purus, & Chrysochrus, & pinguis, resplendenti similis, maxime cũ Solis splẽdore percutitur. Est etiã pulcherrimus & mirabilis super omnes Chrysoprasos magnitudine, vt dixi, vsu pinguior. Natura huiusmodi, vt si polire & leuigare eũ velis, asperetur magis. vsu minuitur. Est autẽ quodã genitali opere naturæ Euglyphus, hoc est bene insignit⁹. mirabilis, summo studio dignus habetur. Difficile inuenitur, & repertus insignitur: raro tamen in vsu hominũ est, quasi is quẽ diues regina mirata sit. Sed iam sicut Troglodytæ illi, quasi pręcisi ora mansionis lapide inuento repetierunt domũ: ita & nos emolumẽto morę huius recepto redeamus eo vnde diuertimus. Nec par est nos ornamẽtis regiis diutius sermonis nostri quædã admouere brachia, cũ habeamus in manibus crucẽ Christi, quam admonet Propheta sit per aurũ & Topazion præferendã, quæ ab omni errore culpaqꝫ reuocat & corrigit. Quis enim iustorũ non ambiat Christi in morte solatiũ, in resurrectione consortiũ? Quis non reflectat gradum, quãdo audit sibi superiora omnia peccata donari? Hoc enim pleriqꝫ ad conuersionis studium reuocare solebant, quod delictorũ suorũ cõ- L scii nullam spem veniæ præsumerent: & Ecclesię quãto sanctiora præcepta, tanto sine venia putarẽt esse pręcepta. Ideoqꝫ ait octauo versiculo:

VIII *als, dirigebar. *als, iniquam.
Propterea ad oĩa mandata tua corrigebar, * omnẽ viã iniustam * odio habui.

Merito corrigebatur, quoniã diligebat: Charitas enĩ operit multitudinem peccatorũ. Vide quanta operiat, quanta corrigat. Charitas patiens est, benigna est. Cha- 1. Pet. 4. ritas nõ æmulatur, non agit perperam, non inflatur, nõ est ambitiosa, non querit quæ sua sunt. Non iritatur, nõ 1. Cor. 13. cogitat malũ, nõ gaudet super iniquitate, cõgaudet autem veritati. Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquã excidit. In inferioribus tria perfecta posuit, spem, fidem charitatem, maiorem autẽ dixit charitatem. Et recte. Charitas enim omnia sperat, omnia credit. Cum igitur spes & fides in charitate sit, nõ est dubium quod maior charitas sit. Et bene sibi respondit Propheta. Supra enĩ dixit: Lex dñi M irreprehensibilis, cõuertens animã. Si lex animã cõuerterit, vtiqꝫ qui diligit, legis dilector est. Deinde in hoc ipso centesimodecimooctauo psalmo primum posuit: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. Si immaculatus est qui in lege dei ambulat, vtiqꝫ conuertitur qui diligit dei legẽ. Ergo si lex immaculatũ facit, recte charitas multitudinem operit peccatorũ, quia ple- Roñ. 13. nitudo legis charitas est. Omnẽ, inquit, viam iniustam odio habui. Si is qui præcepta iustitiæ diligit, facit illa quæ diligit: vtiqꝫ is qui odit iniquitatem, non facit quod exosum est. Nec immerito ad omnia præcepta dñi corrigitur, qui omnem viam odit iniquitatis. nã nisi omnẽ viam iniquitatis oderis, non potes in omnibus præceptis dei corrigi. Potest enim fieri vt aliquis se temperet a crudelitatis horrore: lubrico tamen deceptus amore meretricis, & semitas incõtinentię iuuenilis ingressus, impressum semel non queat reuocare vestigiũ. Multos enim vitia blandiora decipiunt, econtra auertit a se plurimos tristis & nimium seuera crudelitas. Sed iuuẽtus ad amorẽ liberior, ad lapsum incautior, ad infirmitatẽ fragilior, ad correctionẽ durior est. Alius se restringit a

A luxu, sed auaritiæ cupiditate raptatur. Plerũqꝫ enĩ peccata huiusmodi sunt, vt si alterũ declines, incurras alterum: & naturæ vsus adiuuat infirmitatẽ. Odis tu luxuriam quasi frugi, sed frugalitatis studio habendi cupiditas frequenter irrepit. Auaritiæ ipsi rapina est subdita. Et quanto tolerabilius est propria profundere, q̃ aliena diripere? Sunt qui metuentes aliquid proprio minuere de censu, etiã inopibus sumptũ negent, & misericordiã detrimentũ putent. Sunt qui degenerẽ vitantes ignobilitatem, flabro secularis ambitionis agitẽtur, & sicut quassatæ harundines huc atqꝫ illuc ferantur incerti. Sũt etiã qui dũ maiorũ suorũ statũ sequuntur, veluti digna conuersatione contenti, ne errores quidẽ patrios existiment declinãdos, vt fide mutandã perfidiã non arbitrẽtur, cũ in melius mutare propositũ nõ leuitas sed virt⁹, neqꝫ culpa sed gratia sit. Alius Circensibus ludis, atqꝫ theatralibus solicitatus voluptatibus, aut cęteris vanitatibus occupatus, Ecclesiã non frequentat, alium ruris quieta delectãt, eaqꝫ causa ad Ecclesiã rarus accessus est. Itaqꝫ diuerso vsu in eundem indeuotionis errorẽ vterqꝫ concurrit. Sed qui omnẽ viã iniquitatis odit, ad vniuersa corrigitur & emẽdatur. Et bene posuit, viam iniquitatis. Ille enim facilius iniquitatẽ declinat, qui vias eius non fuerit ingressus.

SERMO DECIMVSSEPTIMVS.

פ Pe. PE LITERA decimaseptima, latine significat errauit, siue os aperui. Merito hęc lachrymabilis series psalmi subiecta est huic literæ. Respice in me, & miserere mei, & nõ
B dominetur mei omnis iniquitas. Faciẽ tuam illumina super seruum tuũ, vt ei qui erat in vmbra mortis, populo cælestis misericordiæ lumẽ oriretur, adueniret Christus, remissio peccatorũ, captiuorũ redẽptio, subsidium laborantiũ. Sed quia venire tardius desiderantibus videbatur: Exitus, inquit, aquarũ transierũt oculi mei. In Hieremię quoqꝫ Threnis lachrymabilior series sub hac
Threñ. 1. litera est: Expãdit Sion manus suas, nõ est qui consolet eam. Dignã remuneratione recipit, vt quę expandentẽ manus audire neglexit, & sub alas eius succedere: ipsa postea expanderet manus, & consolantem inuenire nõ posset. Nam etsi ante aduentũ dñi Hieremias captiuitatem Iudęorũ a Babyloniis illatã deflere videatur, tamen prophetico spiritu istam magis captiuitatem pręuidẽs, qua eos intelligibilis Babylonius in perpetui er-
*exortes. roris vnda subiecit, & domesticę virtutis extorres * de statu paternæ deuotionis eliminans, longæqꝫ afficiens
C peregrinatiõis exilio, miserabili dolore deplorat. Nulla enim patria verior q̃ fides, quæ eos qui longe erãt, prope esse fecit: & aduenas atqꝫ peregrinos ciuitatis super-
Ephes. 2. næ iure connexuit, sicut scriptũ est: Ergo iam non estis aduenę atqꝫ peregrini, sed estis ciues sãctorũ, & domesti-
Threñ. 2. ci dei. Alibi quoqꝫ Hieremias dicit sub hac litera: Aperuerunt in te os oẽs inimici tui, sibilauerũt & fremuerũt dentibus, dixerunt, Deglutiuimus eam, tamen hæc est dies quam sperabamus, inuenimus eã, vidimus. Et hic sicut Iudæorũ populus os aperuit in Christũ, quemadmodum in vicesimoprimo psalmo de eius passione legisti, qđ aperuerunt os suum maledicentes: dignæ fortẽ remunerationis agnoscis, vt ipsi ab inimicis suis talia sustinerent, fremeret in eos dẽtibus intelligibilis ille peccator diabolus, sicut leo rugiens, & requirens quẽ deuo-
1. Pet. 5. raret. Isti igitur non dixerunt: Benedictus dñs qui non
Psal. 123. dedit nos in capturam dẽtibus eorũ. quia sperandum de dño nõ putauerũt. Ergo excidium eorũ diabolus, quod presumebat inuenit. Deglutiuit eos, quoniã deerat pastor offẽsus, qui extraheret de ore leonis crura ouis aut chartilaginẽ. sequi noluerũt, audire noluerũt: ideo decedente pastore, vestigia eorũ atqꝫ aures suis faucibus leo occupauit: quia faciẽ sanctorũ non receperunt, & nobilibus misericordiã nõ dederunt, vt tertio Hieremias sub hac litera dicit in Threnis. Qui erãt nobiles, nisi qui nõ D obscuram hanc vitã, sed in lumine sanctitatis egerunt? Et omnibus quidẽ misericordia inopibus iure debetur, sed maior quædam cum ex diuitibus atqꝫ nobilibus in vltimũ statum atqꝫ egestatis necessitatẽ aliquos erũna deiecit, miseratiõis pulsat affectus. Hieremias ergo flebiliter satis, vtpote q perpetuæ aculeo mortis deploraret amissos: Dauid vero moderate, quasi q obreptionẽ doleret erroris, remediũ nõ desperaret correctiõis, vt cõtristaretur, nõ absorberet. Deniqꝫ cõfirmat⁹ sobrietate, sub pietate pœnitẽtię & spe veniæ prouocat⁹, sic cœpit:

I *als, ideo.
Mirabilia testimonia tua, ppterea * scrutata est ea anima mea.

Moralis oratio, vt quoniã eũ puderet erroris, deũ tamen proprię miserationis testimoniis conueniret. Hoc est dicere: Ego in exordio sermonis loquens mea peccata, non audeo leuare oculos meos ad te deum viuũ, sed tu domine me ad sperandã veniã, tantarũ indulgentiarũ titulis prouocasti. Mirabilia testimonia tua. Cũ in Abrahã non lapsu incuriæ iuuenilis offensus es: dũ vt Chaldæorũ errores, patrũqꝫ cognationem relinqueret, euocatũ virtutis exercitiis erudisti: cũ Hebræorum populũ a paternę studio nobilitatis auersum, & viles escas Ęgypti super diuina munera præferentẽ, non solũ solidatis rubri maris fluctibus liberasti: verũetiam cũ triũphis plurimis euexisti ad gloriã, & vberis terræ possessione donasti ad quietem: te fotus securitate deseruit: te bellorũ acerbitate depressus inuocauit: & vt iniurias E tuas obliuiscereris, emeruit. Te Iesus Naue ducem sibi cęlestis militię venisse cognouit. Te popul⁹ triũphator vt Madian sibi dominaretur, offenderat. Te vt Madian vinceretur, orauit. Tibi in Saul rege non obtẽperauit, vt de eo alienigenæ triũpharẽt. Tibi Dauid præeunte seruiuit, vt de alienis victoriam reportaret. Ego quoqꝫ pastor malignũ feci, & cõfessione peccati veniam reportaui. Pulcherrimus itaqꝫ versiculus ad martyrum cohortationem. Deniqꝫ prophetica anima sic profecit in melius, dũ mirabile credit dei testimoniũ: & quia credidit, diligenti indagine quęsiuit. Profectũ quæris? agnosce ex his versiculis qui sequuntur.

II *als, declaratio. *als, non habet me.
Manifestatio * sermonum tuorum illuminat me, * & intellectũ dat paruulis.

In Euãgelio, cum mitteret discipulos suos Ioãnes ad dñm IESVM, dicebat: Tu es qui vẽturus es? an aliũ expectamus? Respondit IESVS cæcos videre, clau- Mat. 11. dos ambulare, audire surdos. Hoc enim aduẽtus sui testimoniũ fore, per Esaiã prophetã significauerat. Hæc ergo quæ annunciauit per prophetas, in Euãgelio ma- F nifestauit: & qđ ipse locutus est per prophetas, in Euãgelio ipse cõpleuit. Ipsius ergo sermo erat propheticus sermo, sicut habes scriptũ: Audi celũ, & percipe auribus Esaiæ. 1. terra, quoniã dñs locutus est. Intellectus ergo datus est etiã his qui perfectã sapientiã non habẽt, dum muti loquuntur, mortui resuscitantur. His enim signis intellectum est ab his qui rudes erant, & adhuc quasi in cunabulis fidei cõstituti, vt erat populus nationũ, ipsum venisse qui expectabat. Illuminat igitur fidei claritate, resurrectionis suæ gloria, & diuinorũ operũ potestate, & intellectũ dat paruulis. Quibus vtiqꝫ nisi de quibus in Psal. 35. Euãgelio gratias agit patri, in eo qđ ipse operabat fili⁹, qđ mysteria sua deus abscõdisset a sapiẽtib⁹, & paruulis reuelasset: ostẽdens citius plebẽ ex gentibus, vel status inferioris viros, q̃ scribas & principes Iudæorũ, & diuites huius seculi credituros. Ideo diuites eguerũt & esurierunt: pauper autem clamauit, & exauditus est.

III *als, attraxi. *als, quia
Os meum aperui, & duxi * spiritũ, quoniam præcepta tua concupiscebam. *

Habemus in Euangelio quod dominus IESVS

mandata tua desiderabam.

aperuit os suum, cũ benedictiones daret. Sed ille os aperuit, vt daret aliis spiritum: Dauid aperuit vt acciperet. Denique IESVS dicit: Accipite spiritum sanctũ. IESVS dicit: Dilata os tuũ, & adimplebo illud. Hoc est, homini dicit. Plenitudo enim Christi est. Qui implet omnia, implet os tuum. Scribe ergo quæ dicit in latitudine cordis tui, hoc est, os tuum clamet ad dominũ. Clamat os tuum & cum tacet, sicut & Moyses cum taceret voce, clamabat spiritu. Ab hominibus nõ auditebatur, apud deũ personabat. Est enim interioris clamor affectus, qui auditur e cælo. Anna quoq; cum oraret, tacita clamabat: labia non mouebat, & interiori voce pię mẽtis excitabat IESVM. Deniq; cum effectu redit, quę cum silentio precabatur, quia clamabat in ea spiritus dei, qui etiam tacẽtib⁹ nobis clamat, Abba pater. Intellige ergo quid os sit, vtrum cor, an interioris hominis habitus. Habet & os anima, quę habet mẽbra. Hoc os aperit nõ solum Christo, sed etiam Christi discipulo qui os suum Christo implẽdũ prębuit, & ideo dicit: Os nostrũ patet ad vos o Corinthii, cor nostrum dilatatũ est. Ideo imitatores nos sui esse debere admonet, sicut ipse Christi est. Qui sanctior est, Christo aperuit os suum: qui inferior, Apostolo. Prius Propheta legit & Apostolus, & sic Euangeliũ, in quo verba lucida, sed validiora prędicta sunt. Lex dicit: Diliges proximũ tuũ. & Euangelium dicit tibi: Diliges inimicũ tuum. Dauid ergo quasi perfectus propheta os suum Christo aperuit, & ideo in parabolis aperuit os suũ. Aperuit os, duxit spiritũ. Merito ait: Qã dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo. Sponsa Christi os suum spõso aperuit, percepit omni melle dulciora præcepta. Et ideo testata est dicens: Fauces eius dulcedinis, & totus desiderium. Delectata igitur tenuit eum, & non dimisit eum. Et introduxi, inquit, eum in domum matris meę, & in secretum eius quæ me concepit. Fortasse domus est, in qua præfulget moralium disciplina: secretũ autem illud est, in quo sunt altiora mysteria. Merito ergo cõcupiscebat præcepta domini, in quibus diuinæ gratiæ mella redolebant. An non omni melle dulcior peccatorum remissio? Nõne omni flore gratior resurrectio mortuorum?

Leuit. 19 Mat. 5. 2. Cor. 6. Cantic. 5. Cantic. 3.

IIII Respice* in me, & miserere mei, secundũ iudicium diligentium nomen tuum.

*als, Aspice.

Pulchre addidit: Respice in me, & miserere mei, quia respicit & iratus, vt respexit super castra Egyptiorum, & ligatis axibus curruum omnes eos deiecit in fluctus. Respexit super Sodomã & Gomorram, quarũ vtraq; peccatorum suorũ luitura suppliciũ diuinę preciũ soluit offensæ. Scriptum est etiam: Aspicies super terram, & facies eã tremere. Ecõtra respexit super munera Abel, super Cain autẽ munera nõ respexit. Quo exasperatus Cain, parricidali crimine cruorem fratris effudit. Quid sit autem respicere deum, euidentissime illo testimonio declaratur, Quia respexit super filios pauperum, & nõ despexit preces eorum. Oculus enim domini nõ aspernatur iustorum munera. Deniq; oculos nostros cum in aliquem mouemur, auertimus, quasi indignum eum aspectu iudicemus, quem oderimus affectu.

Pslal. 103. Genes. 4. Pslal. 101.

V Gressus meos dirige secũdũ verbũ* tuũ, & nõ dominetur mihi omnis iniquitas.*

*als, eloquium. *als, iniustitia.

Gressus pro profectibus animæ accipiendos frequẽtibus scripturarum testimoniis admonemur. Nam quis tam stolido ingenio est, qui putet Dauid de pedũ suorum corporalium gressu esse solicitũ, & his diuinę directionis auxiliũ postulare? Ille vero vt sanctus vitæ suæ cursum dirigi gestiebat, sicut & alibi scriptura testatur dicens: A domino dirigũtur gressus viri. Deniq; ipsius veramur testimonio, qui ait in superioribus: Paulo minus effusi sunt gressus mei, quia zelaui in peccatoribus pacem. Animi itaq; sui ostendit claudicasse vestigium, dum pacem peccatorũ putat esse mirandam. Videntur quidem habere trãquillitatem, videntur quiete frui: sed non est quies, vbi animus inquietus est: nõ est trãquillitas mentis, vbi animus exagitatur obnoxiæ stimulis conscientiæ. Quomodo securitas, vbi diuersarũ pugna est passionũ? vbi conflictus grauiũ cogitationũ? Vnde dominus definiẽs quid sit pacẽ habere, ait: Pacẽ meam do vobis, pacẽ meam relinquo vobis: nõ sicut mundus dat, ego do vobis. ostendens pacẽ quã mundus dat, verę pacis gratiam non habere. Ideoq; nõ in homine esse pacem volens docere, addidit: Pacem meã relinquo vobis. & iterum: Pacẽ meam do vobis. Deniq; Propheta dicebat: Pax pax, & vbi est pax? Manifestũ est igitur eum de titubatione suę dixisse sententiæ, in qua animi, nõ corporis titubauerat gressus. Et Moyses ait: Trãsiens videbo hoc visum magnũ. Etenim vt deum videret, progressione quadã virtutis ad altiora processit. Pastor erat ouium, & dux factus est ciuiũ. Et ad spõsam dicitur in Cãticis: Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filiorũ Aminadab: Moduli femorum tuorũ similes torquibus opere artificis. Nõ est dubium gressus hic quoq; Ecclesiæ, vel animæ profectus significari. Qã speciosi pedes sunt euangelizantiũ pacem, euangelizãtium bona. Vtiq; speciosos dicit euãgelicæ prędicationis & disputationis progressus, vt alibi dicitur: Trãsgredere flumina, hoc est, fluentia & lubrica istius mũdi transcurre stabili mentis incessu. Qã de animæ gressibus dicit in posterioribus, hic ipse Dauid euidẽter ostẽdit, asserens qđ torrentẽ iniquitatũ sua anima transiret. Sed reuertamur ad sponsę gressus. Quid sibi vult quod ait in calciamẽtis speciosos gressus Ecclesiæ? Legimus itaq; dictũ ad Moysen: Solue calciamentũ pedum tuorum. quo videtur admonitus ne corporalibus vinculis teneretur astrictus. Ergo speciosam significat in Cantícis animæ pulchritudinẽ, quæ carne tanq̃ calciamento vtitur, & in ipso impedimentũ nõ patitur, sed incessus decore præcellit. Calciat se ergo carnis anima ecclesiastica gratia, vt cursum vitæ huius & tranfitũ cũ decore prętereat. Qđ fit si calciamentũ suum nõ inquinet luto corporali, nec in vitiorũ mergat voragine, si castiget carnem suã ne moretur ad cursum, & animę pinguis ponderę prægrauetur. Bonũ calciamentũ animę, pudicitia est. Bonus gressus vestigiũ est castitatis. Sapiẽtia autẽ amictus est animę. Vnde scriptũ est: Honora eã, & amplectetur te. Vtamur ergo corpore tanq̃ calciamẽto, ad inferioris opera virtutis: ad ministeriũ, non ad præcipitium: ad obsequiũ, nõ ad delectationẽ: ad obedientiã, nõ ad dissensionẽ: & in via sapientiæ vestigiũ collocemus, ne gressus nostros vis torrentis aliqua concludat. Ideo ad Moysen dictũ est: Solue calciamẽtũ. Dictũ est & ad Iesum Naue. De Christo autem dictũ non est, sed magis scriptũ est, dicẽte baptista: Post me venit vir, cuius non sum dignus calciamenta portare. quia illi bene admonentur vt soluant calciamentũ suum, qui sine peccato esse non poterant. Hi autem nõ solum calciamẽtum non soluit, sed etiã calciamenta aliorum absoluit, quia non solum corpus suũ a peccatis immune seruauit, sed etiam omniũ dedit indulgentiã peccatorũ. Ergo Ecclesia ad imitationem Christi speciosa est, & in calciamẽtis omni abluta delicto. Et fortasse quando sapientiam inter perfectos loquitur, speciosa est in superioribus mẽbris: quando autem etiam inferioris status aut doctrinę homines verbum sequuntur, fidei seriẽ non obliuiscuntur, sacerdotis præcepta custodiũt, speciosa est in calciamentis. Plerũq; clerus errauit, sacerdotes mutauerunt sententiam, diuites cum seculi istius terreno rege sensérunt, populus fidem propriam reseruauit. Vnde etiam de domino IESV bene possum⁹ dicere, quia & in his quæ corporalia sunt, speciosos gressus verbum habeat, cum de moralibus disputatur. Et apostoli ideo fortasse nudis mittũtur pedibus, ne obumbretur eorum disputatio, sed eluceat. Itaq; ecclesia filia Aminadab, hoc est, voluntarii vel beneplaciti, quia voluntarius eam & beneplacitus congregauit, & in calciamentis speciosa est.

Prouer. 4 Ioan. 14. Hiere. 8. Exod. 3. Cantic. 7. Esaię. 52. Esaię. 47.

VI Libera* me a calumnia hominum, & custodiam mandata tua.

*als, Redime.

Non vnum genus est nostræ afflictionis: Est & tẽtatio, est & calumnia: sed tentatio leuior, calũnia grauior. Siquidem tentatio potest esse calumnia, calumnia in se & tẽtationem habet. Est humana tentatio, quam ferre possumus, calumnia autẽ grauis est. Et ideo dominus quæ sunt grauiora suscepit, & calumniis appetitus filẽtium detulit triumphale. Calumnia autem eo grauior est, quia non solũ falsa componit, verũetiã quę pie gesta

Matth. 3. Cantic. 7. Cantic. 7. Cantic. 7. Ibidem. 1. Reg. 18 *als, & pietatis.

sunt decolorati: vt Ioseph nõ solum adulterii obiectione tentatus est, & inuitatus ad crimen herilis illecebrę, verũetiam tẽtatus calumniis, composito elogio qđ ipsum adulterium dominæ suæ inferre voluisset, comprehensusq; exuerit vestem, ne fraudis indiciũ, atq; insigne criminis teneretur: cum vtiq; amictũ ideo fugiens dereliquerit, vt laqueos vim ferentis, & nexus illecebrosę artis euaderet. Ipse Dauid senserat qđ timebat. Quibus enim Saul regis calumniis laborauit? Perterritis omnibus, allophyli impetũ lusit, singulari certamine summã belli, & totius prælii pondus excepit, virtute sua solus cõmune crimen refellens, & totius retorquẽs in hostem plebis opprobrium: & tamen quia iuuenculæ dixerũt: Saul triũphauit in milibus, Dauid in decẽ milibus: gloria in inuidiam versa, odio cœpit vrgeri. Et vt de posterioribus loquamur, Susãna bene sibi cõscia erat, & apud homines sibi adesse non poterat. Duo presbyteri senes falsum testimoniũ deferebant. numerus sacerdotũ atq; senectus vocem auferebant puellæ, sola conscientia erat apud deum libera. Deniq; hominum damnata iudicio, nutu absoluta diuino est. Ideo ait Propheta: Libera me a calũnis hominũ, vt custodiã mãdata tua. Qui enim opprimitur calumnia, non facile potest custodire mandata diuina. Tristitiæ necesse est pleriq; aut timori cedat, & affligatur vel metu calumniæ, vel dolore.

1. Reg. 18

VII Vultum* tuum illumina super seruum tuum, & doce me iustitias* tuas.

*als, faciẽ tuam. *als, iustificatiões.

Illuminat dominus sanctos suos, & lucet in corde iustorũ. Itaq; cũ sapientem videris, cognosce quia descẽdit super eum dei gloria, illuminauit eius mentem scientię fulgore, cognitionisq; diuinæ. Illuminauit autẽ etiam corporaliter faciem Moysi, & transfigurata est gloria vultus eius, quem videntes Iudęi trepidauerũt: & ideo factũ est vt Moyses velamen poneret super faciem suã, ne in eã filii Israel intenderẽt, & superturbarẽtur. Simul declarabatur mysteriũ, qđ illud velamen quod in facie Moysi corporaliter ponebatur, in cordibus Iudæorum mystice poneretur, eo qđ veram legis claritatem videre non possent. Vultus enim Moysi, fulgor est legis: fulgor autẽ legis non in litera, sed in intellectu est spiritali. Itaq; quãdiu vixit Moyses, & alloquebatur Iudęorum populũ, velamen habebat in facie sua. Mortuo autem Moyse Iesus Naue iam non per velamen, sed facie reuelata & presbyteros alloquebatur, & populũ, & nemo trepidabat: cũ vtiq; & ipsi dixerit deus quod cũ ipso ita esset futurus vt fuit cũ Moyse, & eũ similiter illuminaret, gestorũ vtiq; non vltus gloria: hoc significante spiritu sancto, qđ venturus esset IESVS Sveus, ad quem si quis conuerteretur, & eum vellet audire, de corde suo velamen auferret, & reuelata facie verum saluatorẽ videret. Ergo deus omnipotens pater qui in Moysi facie excæcauit populũ Iudæorum, non duritia sed præscięntia, nec malitia, sed equitate atq; iustitia: (Ipsi enim sibi velamen posuerũt, qui legem intelligere noluerũt. Lex enim spiritalis est, sicut dixit Hebræus. Is vtiq; secundũ illud qđ dat vni cuiq; nostrum, in quo non tribuentis sed diligẽtis est culpa) iste inquã dominus illuminauit cor populi nationũ i facie Christi IESV per eius aduẽtũ: quod euidẽter apostolico declaratur exemplo, sicut scriptum habemus: Quoniã deus qui dixit de tenebris lumen splẽdescere, illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis dei in facie Christi IESV. Ideo ergo dicit Dauid ad dominũ IESVM: Vultũ tuum illumina super seruũ tuum. Faciẽ Christi videre cupiebat, vt mens eius illuminari posset. Et secundum incarnationem potest accipi. Multi enim prophetæ & iusti videre voluerunt, vt ipse dominus declarauit. Qđ autem negatum Moysi fuerat, non quęrebat, vt corporaliter dei vultũ in corpore videret: si tamen & Moyses tam sapiens & eruditus hoc potuerit simpliciter magis

Exod. 34. 2. Cor. 3. 2. Cor. 4.

G q̄ in mysterio postulare, humanum tamen est desideriā supra nos extendere. Nec immerito faciē eius aduenientis ex virgine quærebat videre, vt illuminaretur in corde, Luce.24. sicut illuminabantur etiam illi qui dicebant: Nonne cor nostrū ardebat i nobis cū aperiret nobis scripturas? Qz si quis ad deū patrem dictū vult videri, potest accipi vultus patris, filius. Qui enim videt filium, videt & patrem. Illuminat tamē vultus dei, secundū qd oculi eius super iustos habentur. Quod cū spiritaliter sit probādū, tamen quia incidit illuminationis vultus Moysi historia, ne quis nō putet corporaliter id fieri potuisse, cognoscat etenim vsu solis quod multis etiā pallore confectis totius corporis figura mutatur, & ignis vapore calefactis, species vultus rutilās offunditur. Oriente die rubēt terrę croceo colore perfusę, imaginem de beneficio mutuatæ. Gemmarū quoq; monilia coruscantia transfundunt finitimis qd ipsa radiauerint: & miraris si Moysi vultus diuinæ infectus sit claritate præsentię? Miraris si refulgente dei gratia iusti vaporetur ingenium? Non dubitauit Propheta, q poposcit illuminari prius, vt iustitias domini posset addiscere.

VIII Decursus* aquarum descenderūt* oculi mei, quia non custodiui* legem tuam.

*als, Exitus. *als, deduxerunt. *als, custodierūt.

Granditer affectū pœnitentiā gerentis expressit dicēs qd aquarū decursus oculi sui descenderint, siue quia per eos tanq̄ per meatus vndantiū fluentorū ita exuberantium lachrymarū se quidā duct⁹ effuderit, & fletus irrigui per cōtinuū quoddā & iuge profluuium, siue qd ipsi descēderint oculi. Habet enim hoc vis summi doloris, vt cū lachrymis oculi quodāmodo ipsi videantur descē-H dere: eo qd tanta vis lachrymarū sit, vt putētur oculi in fletus resolui, & i lachrymis effūdi. Oculi ergo ipsi tanq̄ in decursus descendunt aquarū. quo verbo impetus deplorantiū vehemēs expressius declaratur, secundū illud Canti.4. quod in Canticis scriptū est. Fons ortorū, puteus aquæ viuę, & impetus descēdēs a Libano. Hos impetus Ecclesia deduxit a Libano, hoc impetu diluūtur peccata, hoc impetu puri fontis spiritus sancti affluit a Libano sponsa, & a principio fidei transiuit seculū, & pertrāsiuit ad regnū. Aliis fons est, aliis puteus pro captu nostro gratia spiritalis, aliis ortus clausus, fons signatus: aliis ortorū fons, qui in Ecclesię dote numeratur: aliis impetus descendēs a Libano: & magnus impetus, qui nunq̄ deficit. Non enī deficiunt de petra vbera, neq; nix a Libano, neq; aqua quæ fertur valido vento virgini Hierusalem. Descendit impetus a Libano, quādo collectis in Actuū.2. vnū apostolis, & pluribus credentibus, factus est subito de cælo sonus tanq̄ vi magna spiritus ferretur, & repleti sunt omēs spiritu sancto diuersitates donāte lingua-I rum. Bonus impetus, qui lędere nesciat, norit implere. Si quis igitur hunc impetū superuenientis e cælo gratiæ vult mereri, descendat etiā ipse oculis in decursus aquarum. Qui hūc primū impetū fuderit, illum merebitur. Descendit oculis suis in hos ductus aquarū, quę lachrymis irrigauit in Euangelio domini pedes: & ideo fidei suæ precio emit animæ suæ & corporis sanitatem, iam non sanguinis proflua, sed gratiæ spiritalis. Descendit ergo Dauid propheta. ideo de peccato gratiam retulit. Descendit in aquarum ductus, hoc est, repleuit eos, & decurrentium aquarum lachrymis suis fluenta cumulauit, aut inanes & vacuos ductus solis repleuit fletib⁹, aut, quod elocutionis moralis quidam sensus ostendit, descendit in aquarum ductus, trāsiuit eos. & possemus dicere, Transcēdit eos, & supergressus est: sed minuitur vis eloquii, quo vis maior affluentiæ descendētis quàm ascendentis exprimitur. Vide rogo quid de vsu verba habeant, impetum suum sermo propheticus non amittat, licet vsus ipse scriptorum sensui seruire maiore decore cōsueuerit. Diuerse hoc & sępe significauit, & propemodum incrementa semper assumpsit. Dixit enim primo: Lauabo per singulas noctes lectum meū, in lachrymis stratum meum rigabo. K Psal.6. Dixit iterum: Fuerūt Psal.41. mihi lachrymæ meæ panes. Dixit etiā: Et potū meum Psal.101. cum fletu miscebā. Hic addidit dicens: Decursus aquarum descenderunt oculi mei. Hoc secutus in Threnis Hieremias, affectum doloris expressit, vim oculi descēdentis imitatus. Sic enim habes: Defecerunt in lachry- Threñ.2. mis oculi mei, oculi mei caligauerunt. Tanquā descenderūt oculi, qui deficiunt in lachrymis. Et alibi: Oculus Threñ.3. meus absorptus est. Sed plus est aquas lachrymis vincere, q̄ oculos absorberi fletib⁹. Et alibi idē Hieremias: Exclamauit cor eorum ad dominum: Muri filię Sion Threñ.2. ducāt torrētes, fluant lachrymas die ac nocte. Noli dare tibi requiem, non sileat pupilla oculi tui. Oculi igitur qui torrentes deducūt lachrymis suis, ipsi ductus aquarum descendunt, hoc est, cumulātur vt faciant eos suis augentes fletibus impetu exundare torrentiū. Sunt tamen codices qui habeant διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου. hoc est, ductus aquarū direxerunt oculi mei. Sed ego i Græco codice meo κατέβησαν legi, hoc est descenderūt: in quo pōt fieri vt in vtrālibet partem duarum adiectione aut diminutione literarū scriptor errauerit. Et habuit quidem multa quæ fleret, vel incestum filiæ, vel interitū filiorum: sed hic non hoc fleuisse se dicit, sed quia non custodiuit legem domini. A facto viro plus culpa quàm erūna deffetur. Fleuit itaq; L quando ei Nathan de Vrię morte indignationem domini nūciauit: & peccatum suum de præuaricatione legis agnouit. Deniq; filio in ægritudine constituto, neq; cibum sumpsit, neq; regium thronū aut cubile conscendit: sed strat⁹ in terra ieiuna ora lachrymis diluebat, nō tam filii mortem q̄ peccati pœnam in illo leuare desiderans. Fleuit quādo numerato populo repēte corde percussus est. Deniq; Peccaui, inquit, grauiter, peccaui stulte. Fleuit igitur primo quia elatus regia potestate, quęrendo numerum plebis, mensuram egressus est conditionis humanæ. Deinde quia sui erroris precio vindicabatur in plebem: sed a domino hęc proposita pœna fuerat, non a rege est postulata: domini tamen se committendo misericordiæ, electionis causam probauit: simul quia propter eum populus laborabat, ipseq; se offerēdo pro populo, elationis soluit iniuriam, pietatis probauit affectum.

SERMO DECIMVSOCTAVVS.

צ Zadic. SEQVITVR Zadic litera octauadecima, quæ Latina interpretatione dicitur cōsolatio. Post more torrentiū lachrymas defluentes, & graues fletus doloris, oporte- M bat cōsolationem sequi. Nā qui in doloribus sunt, consolatione indigent: & qui grauibus erumnis pœnas cōmissorum luerunt criminum, sperant indulgentiam: & qui fletibus & lachrymis propria delicta lauerūt, requiē promerentur. Hæc omnia in scripturis diuinis qui quęrit inuenit. Nam & primum illud, vt in dolore positos consolemur, docet illa quæ in libro Hieremiæ flebiliter clamat ad captiuos & exules Iudæorum: Ite proficisci- baruch.4 mini filii. ego enim derelicta sum deserta. Exui me stola pacis, indui autem stolam precatiōis meæ, & clamabo ad excelsum in diebus meis. Animo æquo estote filii, clamate ad deum, & extrahet vos de manu principū inimicorum: Ego enim speraui in illo æterno salutem vestram. Credentibus igitur in dominum, est in domini misericordia cōsolatio. Est etiam aliud consolationis genus iis qui graues soluerint pœnas, vt habes scriptū in Esaię libro: Consolamini consolamini populū meū, Esaię.40. dicit dominus: Sacerdotes loquimini in cor Hierusalē, consolamini eam, quoniam repleta est humiliatio eius: solutum est peccatum eius: quoniam accepit de manu domini duplicia peccata sua. Etiam si fides deerat, pœna satisfecerat. Releuātur solutione pœnarum, qui ab-

A soluuntur commendatione meritorum. Tertium est, Psal.6. cum lachrymis crimē abluitur, vt est illud: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem, quoniam exaudiuit dñs vocem fletus mei. Quod etiā hoc loco & plerisq; locis in libro Psalmorum facile reperitur. Cōsolatio igitur prima ordine est, quoniam non obliuiscitur deus facere misericordiam, neque in æternum proiicit quos putauerit coercendos. Secunda, quod decursis suppliciis quæ propter peccata nostra tolerauimus, ad veniam pertinemus. Vnde nonnulli philosophi disputauerunt obesse improbis absolutionem, prodesse mortem: quod in illa incētiuum sit delinquēdi, in morte autem absumptū esse* de nostris. Cui dubiū, cum in pro- Prou.13. uerbiis Salomonis sit: Qui parcit baculo, odit filiū suū, Prou.26. castigat autem dñs quem diligit? Et infra flagellum equo, & stimulos asino imperat. virga autē nationi imprudenti. Pœna enim corrigit & emendat erranté. Si talis est qui emēdari nō queat, aufertur e medio, ne grauiora cōmittat. Mortuus enī iā nescit errare. Ideoq; & Eccls.4. Ecclesiastes ait: Et laudaui ego mortuos magis quā viuentes, & optimū iudicaui supra hos eum qui nōdum natus est, qui non vidit hoc opus mali. Mortuus præ-B fertur viuenti, quia peccare desiuit. Mortuo præfertur qui natus non est, quia peccare nesciuit. Nunc dicamus etiā de iis qui pœnas scelerum soluerūt suorum. Nōne isti tulerunt culpę preciū, & iam non integra his pœna Esa.40. debetur? Clamat per Esaiam dñs: Cōsolamini populū meū, quia recepit de manu dñi duplicia peccata sua. Discite vnde Plato hæc sumpserit. Eruditionis gratia in Ęgyptū profectus, vt Moysi legis oracula, & prophetarū dicta cognosceret, audiuit consolationé populi, qui supra peccati modū videbatur fuisse punit⁹: & hūc locū quadam adopertū doteverborum, in dialogū trāstulit quē scripsit de virtute. Quē locū tamen dñs in euāgelio plenius cōprehendit, & apertius declarauit, dicens per Luce.16. Abrahæ personā ad illum diuitē seculi huius: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autē hic cōsolationem habet, tu vero cruciaris: et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt ii qui volunt hinc trāsire ad vos, non possint, neq; inde huc trāsmeare. Sed iam au-C diamus quid iustus in consolando se loquatur.

I Iustus es domine, & rectum iudiciū tuū.

Vere iustus vir, qui lachrymis profluens, inuolutus erūnis, graui supplicio delicta persoluens, nō tædio vincitur, nō metu frangitur, non labore lassatur, non ingratus aut tristis est. Plerūq; enim vulgus hominum sua delicta nō repetēs, iniuste se putat tolerare quæ patitur. At vero vir iustus, qui seipsum statī in exordio sermonis accusat, iustitiā dñi prædicat, quod meritis suis digna patiatur. Dicendo autē iustum deum, de sua quidē iniustitia ante pronūciat, sed de iustitia dñi sperat & veniam. Iustus enī nō semper irascitur. sicut enī vltor culpæ, ita moderator est pœnæ. sicut vindex peccatorum, ita remūcrator est virtutū, optimorūq; meritorū. Qui vult dare premiū, debet expectare certamē, quia nemo sine certamine coronabitur. Sinit ergo nos sæpe tentari, volens iusta præmia dare, luctanti vtiq;, nō dormienti. Non decet redimitos floribus corona, sed puluerulētos: nec molles deliciis, sed labore exercitatos ornat victoria. Iustus ergo in aduersis suis iustitiā dei laudat. Sed non hoc sentit amissis teneris parēs liberis, nō immaturo nuptæ viduat⁹ cōsortio, nō æger in dolore, nō naufragus in periculo, nō reus ī iudicio, nō captiuus in laqueo. Clamat tamen Hieremias, cum futuræ annūcians populis captiuitatis erumnā, in luti voragine turpi necandus illuuie mergeretur: Iustus es dñe. Clamabat iterū cum victæ plebis miserandis seruitiis angeretur: Iustus est dñs, quia os eius ad iracūdiā irritaui. Et sub alia litera: Ita foris sine filiis fecit, & ab intus mors, hoc est, sicut in paradiso fecit, ita et in huius seculi erūnā D desæuit. Inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem Sapien.2. terrarū. Iustus es dñe. Clamabant Hebræi cū propter virtutē deuotiōis, & fidei gratiā, fornacis ardētis ambirētur incēdiis: Iustus es dñe in omnibus quæ fecisti. & ideo meruerunt vt illæsi ignib⁹, dñi iustitias prædicarent. Daniel quoq; ꝓpheta secūdo in lacū missus leonū, & immaniū ferarū sæuitia atq; horrore circūdat⁹, recta oīa in conspectu esse dñi imperterrito clamore iactabat. Ionas inclusus vtero bestiali, anhelandi spiritus vix habens cōmeatum, iustus iniustorū sorte dānatus, clamabat de ventre ceti in mari cum voce laudis & confessionis, Supplico tibi. Dauid cum fugeret a facie Absalon, parricidalib⁹ armis & terris pulsus, & regno egressus, cū pro toti⁹ populi se offerret excidio, dicebat: Iustus es dñe, & rectū iudiciū tuum: Grex innocēs iste quid fecit? Ego pastor feci malū apud iustum deum, pœna de culpæ autore sumatur. Ipse pater fidei Abrahā, cū ad immolādū vnicus a sene fili⁹ posceret, paternę pietatis affectū diuinæ confessione iustitiæ tēperabat, dicens: Iustus es dñe. Nō enim poscis alienum, sed tuū reposcis. ipsum tibi restituo quē dedisti. Hunc imitatus Iob extinctis liberis, patrimonioq; nudat⁹ amisso, amictū sui corporis scindens ait: Nudus natus sum, nudus, inqt, Iob.1. & moriar. Dñs dedit, dñs abstulit: sit nomē dñi benedictum. Omnes ergo iustū dñm prædicemus: & qui mo- E ribunda sepulchro sua membra cōponit, & qui damno feritur, aut funere filiorū, dicat, Iustus es dñe. Quid enī nostrum amittimus? Clamat Apostol⁹: Quid habes quod non accepisti? Quod habemus ergo, accepimus. Quod igitur amittimus, reddimus, nō amittimus. Iustus dñs in periculis, iustus in dānis, iustus in vltionib⁹ est, nō solū quia vnusquisq; iuste culpæ suæ pœnas luit, verūetiā quia dum vnus punitur, plurimi corriguntur. Ananias & Sapphira ī actib⁹ apostolorū fraudati precii qd de agri vēditione perceperant, crimen admiserūt, qui poterāt nihil offerre, & crimē euadere. Verū ne qs ipune circūscribēdos aplos arbitraret, aut mīæ suæ munus fraude cōtaminaret perfidię, morti addictos æternæ perfidos, vniuersos ad fidei studiū iusto terrore cōposuit. Pharao cū populo suo fluctib⁹ mersus, mūdanę cōuersationis exemplū est, ne quis dei populum persequatur. Deniq; potuit eum deus voluntati suæ facere obediētem, sed eius pœna oēs voluit emendari. Ideoq; dicit ad eū dñs: Quia ad hoc ipsum te suscitaui, vt ostēdam in te virtutē meā, & annuncietur nomen meū in E vniuersa terra. Nō vtiq; dñs suæ laudis, sed nostræ correptiōis incremēta quærebat. Oēs ergo sapiētes dicūt: Iustus es dñe, & rectū iudiciū tuū. Neq; enim tradimur aduersariis sine iudicio ipsius, neq; sine ipsi⁹ iudicio ī tribulationes venimus. Hæc iustorū est cōsolatio, hoc est dñi iudiciū. Deniq; & supra habes: Memor fui iudiciorū tuorū, quæ a seculo sunt, & me consolatus sum. Aduertis ergo quia iudicia domini consolationes sunt.

II Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis.

Vtrum nimis mandasti, an nimiā veritatem? Sed & nimia veritas plena laudis, & nimium mandare prouidentiæ atq; cautelæ est. Etenim infirmos nouerat, ideo sæpius admonebat, vt non obliuiscerentur.

III Exquisiuit me* zelus dom⁹ tuæ, quoniā inimici mei obliti sunt verborū tuorū.

*als, tabescere me fecit zelus meus, qa obliti sunt verba tua inimici mei.

Est zelus ad vitā, & est zelus ad mortē. Ad vitā zelus est diuina præcepta seruare, & amore domini eius custodire mandata, vt fecit Phinees, de quo legimus in Numeris dicēte dño ad Moysen: Phinees fili⁹ Eleazar filii Aaron sacerdotis sedauit furorem meum a filiis Israel, in eo quod æmulatus est zelum meū in illis, & non consummaui filios Israel in zelo meo sicut dixi.

G Ecce ego do ei testamentum pacis, & erit illi & semini eius post eum testamẽtum sacerdotii æternũ, propter quod æmulatus est deum suum, & nõ exorauit pro filiis Israel. Cęsa iacebant vigintiquatuor milia populorum, tendebat pœna in oẽs, nec vllus finis exitii. arripuit Syromasten Phinees, duos occidit iterdicta sibi cõsuetudine copulatos, redemit omnes, indignationẽ domini mitigauit, dedit victoriam quibus negabat salutem. Q̃ salutaris est igitur dei zelus? Nõ vnius tẽporis illud vitiũ fuit: & nũc Madianitis miscef Iudęo. Madianitis est quæ nullo est vxoris legitimæ copulata cõiugio, nullo fidei iuncta cõsortio. Madianitis est hæreticorum perfidia, cum populũ dei tentat. Q̃ multis populis meretrix ista feralis irrepsit, quæ publico funere totum populũ cõmuni morte tumulauit? Veni & nũc Phinees, arripe gladium verbi, interfice perfidiã, iugulato hæresim, ne propter eam populus vniuersus intereat. Vrget ira cælestis, percute ipsam vuluam impietatis, generatoriumq; perfidiæ, ne partus formetur infelix, ne adulterina conceptio diffundat seminariũ prę-uaricationis & sceleris, vt dñs tecũ statuat testamentũ pacis, & testamẽtũ gratiæ, testamẽtũ ꝓmissionũ cælestiũ. Zelũ habere debet sacerdos, qui incorruptã seruare

H studet ecclesiæ castitatẽ. Et ideo princeps sacerdotũ dicit: Zelus domus tuæ deuorauit me. Et Phinees sacerdos erat, & nepos sacerdotis, & filius sacerdotis. Bonus zelus & vtilis in sacerdote, præcipue ne negligẽs, ne remissus sit. Melius est vt vnius aut duorum dãnatione plurimi liberentur, q̃ duorum absolutione plures periclitentur. Exquisiuit, inquit, me zelus domus tuæ. Vides quia zelus dei gratia est, qui exquirit, q supuenit, qui se iusti infundit pectori. Zelus dei vita est. Deniq; dominus ait: Zelus domus tuæ deuorauit me. Sicut enim ante in Adã deuorauerat hominẽ mors præualẽs, ita zelus deuorauit quem viuificauit in Christo.

3.Re.19. Zelum habuit Helias, & ideo raptus ad cælum est. Zelans, inquit, zelaui dominum. Zelum habuit Mathathias Buthanus, qui aduersus sacrilegia Antiochi excitauit dei plebem. Zelũ qui habent, omnes sibi inimicos suos putant qui sunt hostes dei, quanuis patrem, fratres, sorores. Omnibus dicit: In hostes facti sunt mihi. sicut Dauid ait. Quid multa? Apostolus quoq; domini hoc declarat⁹ est nomie, vt Iudas zelotes diceref,

Lucæ.6. sicut legimus in euangelio. Zelo fidei populus gentiliũ vitam sibi acquisiuit æternam, quam negligentia atq; desidia Iudæorum popul⁹ amisit. Ideoq; scriptum est:

I Zelus apprehendit populum ineruditum. Quoniã populus qui erat eruditus in lege, nullum fidei habebat ardorem, contulit se zelus ad gentes: cuius tanta est gratia, vt electionis prærogatiuã vicerit, & eruditionis industriam. Deniq; apprehendẽs populũ ineruditum, fecit esse meliorem. Itaq; ea gratia operata est in populo nationũ, vt hæreditatem domini mereretur quã operatus est dominus, vt ecclesiam sibi ex nationib⁹ copularet. Zelus ergo charitas est. Denique valida est sicut mors charitas, dur⁹ sicut inferi zelus. Durus zelus, quẽ vitæ huius nulla vincit illecebra. Durus sicut inferi, per quẽ peccato morimur, vt viuamus deo. Angeli quoq; sine zelo nihil sunt, & substantiæ suæ amittunt prærogatiuam, nisi eam zeli ardore sustentent. Denique in Apocalypsi Ioannis dominus ad angelum Laodiciæ

Apoca.3. dicit: Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus. Vtinã frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo, quia dicis quod diues sum & ditatus, & nullius egeo, & nescis quod tu es miser & miserabilis & mẽdicus & nudus & cæcus. Cõsulo tibi vt emas a me aurum igne ꝓbatum. Hic est dei zelus, hic est fidei vapor, deuotionis feruor, qui nos velut suauem cibum in Christo remollit & format. Quãta domini gratia, vt nos in suo ore constituat, & quasdam meritorum nostrorum epuletur dapes, ac si meremur, deuoret, si nostri cibi suauitatibus delectetur? K

Beatus quem sapiẽtia deuorauerit, quem virtus hauserit, quẽ iustitia receperit. Culpa in eo habere non potest portionem, quẽ absorbuerit remissio peccatorum. Vbi enim error inueniet, quem integritas immaculata susceperit? Et quid miremur si angeli eũ habẽt? Ipse deus pater ait: Zelãs zelabo Hierusalem zelo magno. Quia deus magnus, ideo & zelus eius magnus est, & pro vniuscuiusq; potẽtiæ qualitate, ita & zelus aut mediocris aut magnus est. Zelo vindicatur Hierusalem. Zelo ecclesia cõgregatur. Zelo fides acquirif. Zelo pudicitia possidetur. Domin⁹ quoq; IESVS ait: Zelus Ioan.2. domus tuæ comedit me. increpãs Iudęos quod domũ orationis fecerint speluncam latronum, fecerint & domum negociationis. Sed non solum locum ecclesię zelare debemus, sed hanc quoq; interiorem in nobis domum dei, ne sit domus negociationis, aut spelunca latronum. Si enim lucra, quæstus pecuniæ & emolumẽta aucupemur, domũ negociationis fecimus. Si inuadamus alienas possessiones, fines viduę vel minorũ, fecimus spelũcam latronũ. Veniat ergo verbum dei, & de hac domo proiiciat fures, direptores, caupones, vt mundum sit cor tuum, pectus tuũ. Sed est zelus ad culpam, est zelus ad gratiam. L Nam & ipse Dauid ait: Zelaui in peccatoribus pacẽ. Psal.72. Et in Ecclesiastico scriptum est: Non zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te Eccli.9. malitiã doctrinæ nequã. & mulier zelotypa in muliere fideli iure reprehẽditur. Aduertimus ergo quod mẽsura quędã & disciplina sit zeli, sicut disciplina virtutis. Et ideo beatus qui zeli nouerit disciplinã, & oderit eos qui dñi gratiã relinquentes salutẽ propriã deserunt, errorem sibi fraudis adsciscũt. Ideoq; ait: Quoniã obliti sunt verborum tuorũ inimici mei. Qui sunt isti inimici? Si populus Iudæorum, quomodo inimici erant sub eius imperio cõstituti? Dauid enim Iudæos oẽs regno proprio gubernabat. Si gentiles, quomodo obliti verborũ dei, qui legẽ dñi nesciebãt? Nemo enĩ nisi id qđ acceperit, obliuisci põt. Illi ergo iimici mei, q inimici tui, qui dñm ĩ ꝓpria sua veniẽtẽ nõ erãt recepturi. Hos graues hostes, hos inimicos suos ꝓpheta testaf, nõ q sibi essent, sed qui Christo rebelles. Deniq; alibi ait: Et sup inimicos tuos tabescebã. Psal.138. Iusto odio oderã illos. grauiora putãs arma ꝑfidiæ esse q̃ pugnę. Nemo enĩ grauior hostis omniũ, q̃ q omniũ lædit autoré. Ideo ergo zelo magno acquisit⁹ est ppl's nationũ, qm̃ a suo deus populo negabatur. M Nec enĩ poterãt aut fidei deuotionẽ, aut disciplinã tenere virtutis, qui memoriã præceptorũ cælestiũ nõ tenebant. Sic Adam de paradiso eiectus est, sic ppl's Iudæorum de prærogatiua electionis exclusus est.

Ignitum eloquiũ tuum nimis*, & seruus tuus dilexit illud. IIII

*als, vehementer.

Ignẽ quidẽ dñs misit in terrã, non vt ea Sodomitano rursus, sicut scriptum est, arderet incendio, nec vt eam donatæ munere fœcũditatis, aut vsu vel flore viriditatis excluderet. Opus enĩ suũ dñs ꝓbare magis atq; augere, q̃ minuere aut dãnare cõsueuit. Neq; vero dignũ erat vt elementa innoxia nostri luerẽt sceleris vltionẽ. Quid natura deliquerat si adulta iam soboles errauit? Nõ erat part⁹ in vitio, si deuio lapsa est errore ꝓgenies. Nõ est hic natura, sed vsus ĩ culpa. Quẽ ergo dñs ignẽ in nouo sparsit testamẽto? Qui secretos mẽtiũ diuinæ ardore cognitionis inflãmaret affect⁹, qui vaporẽ fidei & deuotiõis adoleret, qui cupiditatẽ virtutis accẽderet. Hoc igne calefact⁹ dicit Hieremias: Et erat ignis flãmi Hiere.20. gerãs ĩ ossibus meis. Hoc sermonũ igne cælestiũ vaporati Cleophas & ille alius q simul cũ dño ab Hierusalẽ vsq; ad castellum cõfecerant iter, dicebãt: Nõne cor no- Luc.24. strum ardẽs erat in nobis, cũ aperiret nobis scripturas? Ignis ergo hic, sermo Christi est. Et bonus ignis, q calefacere nouit, nescit exurere, nisi sola peccata. Hoc igne

A super bonũ fundamẽtum posito, apostolicũ illud aurũ probatur. Hoc igne illud morum vel operum examinatur argentum. Hoc igne preciosi illi lapides illuminantur, fœnum autem & stipula cõsumitur. Mundat ergo hic ignis animum, cõsumit errorem. Vnde & do-

Ioan.15. minus ait: Iam vos mũdi estis propter sermonẽ quem locutus sum vobis. Hic est ignis qui ardet ante dominum. Nisi enim quis flagrantiã deuotionis sumpserit, præsentiã domini habere non poterit. Accende hũc primum ignem in mẽtibus tuis, vt Christi tibi lumen effulgeat. Hoc igne vrebatur rubus, & non exurebatur. Vrit enim sermo diuinus, vt corrigat cõscientiam peccatoris, nõ exurit vt perdat. Hic ignis habitare Christũ per fidem facit. Hic ignis extinguere materialium sæua flãmarũ cõsueuit incendia. Deniq; Hebræi hoc igne succensi, fornacis ardẽtis vaporem nec timere, nec sentire potuerũt. Merito ergo bon⁹ seruus diligit ignitũ dñi alloquium, quo induitur charitas, quæ excludit timorem. Pulchre autẽ addidit, nimis, quia omnis quidem doctor inflammat audiẽtis affectum, sed supra omnes est sermo dei, diuisiones artuum & intima penetrans medullarum. Tripliciter ergo describe tibi ignitum alloquium dei, vel quod mundat, vel quod accendit, vel quod illuminat audientes. Ideo ait dominus:

Soph.1. Scrutatus sum Hierusalem ad lucernam. Sed neminem in ea vel qui mundaretur, vel qui accenderetur,

B aut illuminaref, inuenit: ideo eã in tenebris dereliquit. Nec mireris si seruus diligit ignitũ dñi alloquiũ, quod

Canti.4. & sponsa dilexit: quæ ait: Sicut resticula coccinea labia tua. In cocco enim species ignis, & crucis dominicę sanguis irrutilat. Coccinea labia domini, quæ passionẽ ꝓpriam loquebantur. Deniq; in Exodo coccum pro igne collatum est. Nõ enim ex cocco mũdus, sed ex quatuor constat elemẽtis. Sed in cocco figura ignis expressa est, cuius vapor nisi cælum atq; aerem, maria, terrasq; penetraret, omnia tanq̃ effœtis viribus soluerentur. Per resticulam igitur vinculum persuasionis agnoscimus: per cocum vel cupiditatis ardorẽ qui scintillat in animis audientium, vel indicium passionis. Vnde & ali-

Cantic.5. bi ait spõsa: Labia eius lilia stillantia myrrham plenã. Per myrrham enim passionis vnguentum, & resurrectionis gratia declaratur, quæ rediuiuum vitæ odorem

C suscitatis mortuorum visceribus infundit. Merito igi-

Ibidem. tur alloqui eius accipiens suauitatem exclamans spõsa testatur: Fauces eius dulcedinis, & totus desideriũ.

V Iuuenis* ego sum & despectus*, iustificationes tuas non sum oblitus.

*als, adolescentul⁹. *als, contemptus.

Multis sanctorum qui a prima adolescentia exercitati sunt duris laboribus, potest hic versiculus conuenire. Nam & Ioseph cum a fratribus iunior in Ęgyptũ vẽderetur, iunior erat & despect⁹, qui ad seruitutis iniuriã vẽdebatur, & postea cũ productus e carcere, præposit⁹ Ęgypto, populis frumẽta diuideret, fratribus vicẽ iniuriæ nõ referret, sed refuso precio alimẽta donaret, senilẽ patris a fame atq; ieiunio vendicaret ætatẽ, curruq; sũmisso obuius, & famulantibus cæteris amplæ potestatis insignibus adoraret, iure dicebat: Iuuenis ego sum & despectus, iustificationes tuas non sum oblitus. Ipse quoq; iunior fratribus cum patris oues pasceret tanquã vili ablegatus obsequio, non oblatus est sacerdoti, quasi indignus qui vngeretur in regnũ, sed a sacerdote quęsitus, & accersitus a pascuis, prærogatiuam regiæ vnctionis accepit. Postea quoq; progressus ad bellum, cũ Golias totum populum Iudæorum corporis sui mole despiciens, singulari certamine prouocaret, timẽtibus cæteris poposcit a rege vt congrediendi sibi permitteret facultatem. Neccdum quidem tãto certamini habi-

1.Reg.17. lis æstimatus est, rege dicente: Non potes ire ad Allophylum, & pugnare cum eo, quoniam tu puer es, & ille vir bellator est a iuuentute sua. Neq; esset admissus, nisi fecisset fidem quod in sua adolescentia leonem suis D manibus strangulatum extractis raptæ ouis cruribus peremisset. Ipse etiã despectus ab Allophylo, quod aduersus armatum præliatorem cum virga & lapidibus processisset, retulit non viribus se fretum esse, nõ armis, sed in nomine domini cõfidẽtem ad prælium esse progressum, vt lacessitæ plebis auferret opprobriũ. Hic ergo iuuenis atq; despect⁹ strauit Allophylum, potitusq; victoria, in decem milibus iuuencularum psallentium testimonio triumphauit. Gerebat enim typũ eius qui quasi despectus venturus esset in terras, & sine legato, sine adiutore, sine nuncio totum populum mundi huius, crucis suæ prælio liberaret: cui applauderent animæ sanctorum per baptismatis sacramenta renouatæ, quod verum illum Goliam reuelatũ nobis ac proditũ verbi sui gladio trucidasset. Iacet igitur verus Golias humilitate filii dei stratus, amisit caput, quod in multas artes vertebat & fraudes. Psallunt securæ iam animæ, quæ ante peccatorum suorum tormẽta deflebant. Dicunt tympanis, hoc est, corporibus suis peccato mortuis resultãtes: Saul triumphauit in milib⁹, Dauid in 1.Re.18. decem milibus. Rex ille durus indignatur & irascitur diabolus, eo quod canerent iuuenculæ: quia duritiæ fili⁹ paucos decepit, Christus totũ mũdũ redemit. Dicit ergo Christus nat⁹ ex virgine: Iuuenis ego sum & de- E spectus, iustificationes tuas non sum oblitus. Dicit etiã populus nationum ille in prima electione despectus, rudis adhuc fide, & studio primæuæ deuotiõis adolescẽs, vel certe renouatus aquilæ iuuentute per baptismatis sacramenta: Iuuenis ego sum & despectus, iustificationes tuas non sum oblitus. Ille ego despectus ante iam præferor, iam anteponor electis. Ille ante despectus populus peccatorum, habeo cælestium sacramẽtorũ venerãda consortia. Iam mẽsæ cælestis honore suscipior, epulis meis nõ pluuia vndatur, non terræ partus laborat, non arborũ fructus. Potui meo non flumina quærenda, non fontes. Christus mihi cibus, Christus mihi potus. Caro dei cibus mihi, & dei sanguis est potus. Non iam ad satietatẽ mei annuos expecto prouentus, Christus mihi quotidie ministratur. Non verebor ne qua mihi cæli intẽperies, aut sterilitas ruris immineat si pii cultus diligentia perseuerat. Nõ iam coturnicum pluuias mihi opto descendere, quas ante mirabar. Nõ manna quod ante cibis omnibus præferebam, quia qui mãna manducauerunt patres, esurierunt. Meus cibus F est, quem siquis manducauerit, nõ esuriet. Meus cibus est, qui non corpus impinguat, sed cõfirmat cor hominis. Fuerat mihi ante mirandus panis de cælo. Scriptum est enim: Panem de cælo dedit eis manducare. sed nõ erat verus ille panis, sed futuri vmbra. Panẽ de cælo illum verum mihi seruauit pater. Mihi ille panis dei descendit de cælo, qui vitam dat huic mundo. Non Ioan.6. Iudæis descendit, non synagogæ descendit, sed ecclesiæ descendit, sed populo dei iuueniori descendit. Nã quomodo Iudæis descendit panis qui vitam dedit, cum omnes qui illum panem manducauerunt, hoc est, mãna, quem putauerunt Iudæi verũ panẽ, in deserto mortui sunt? Quomodo synagogæ descẽdit, cum synagoga omnis interierit, & æterno ieiunio fidei macerata defecerit? Deniq; si accepissent panẽ verũ, nõ dixissent: Dñe semper da nobis panẽ hunc. Quid petis Iudæe vt tribuat tibi panẽ quẽ dat oĩb⁹, dat quotidie, dat semp? In teipso est vt accipias hũc panẽ. Accede ad hũc panẽ, & accipies eũ. De hoc pane dictũ est: Oẽs qui elõgãt se Psal.72. abs te, peribunt. Si elongaueris ab eo, peribis: si appropinquaueris ad eum, viues. Hic est panis vitæ. Qui ergo vitam manducat, mori nõ potest. Quomodo enim morief, cui cib⁹ vita est? Quõ deficiet, qui habuerit vitalẽ substãtiã? Accedite ad eũ, & satiamini, quia panis est. Accedite ad eũ & potate, qa fõs est. Accedite ad eũ & illũinamini, qa lux est. Accedite ad eũ & liberamini,

2. Cor. 3. quia vbi spiritus domini, ibi libertas. Accedite ad eum
G & abſoluimini, quia remiſſio peccatorum eſt. Qui ſit
Ioan. 6. iſte, quæritis? Audite ipſum dicẽtẽ: Ego ſum panis vi-
tæ, qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non
ſitiet vnquam. Audiſtis eum, & vidiſtis eum, & nõ cre
didiſtis ei, ideo mortui eſtis: vel nunc credite, vt poſſitis
viuere. Sed miramini Moyſen, quia patres veſtros per
mare ſiccis duxit veſtigiis. Moyſes non imperauit, ſed
impetrauit. Nõ iuſſit mari, ſed ſeruiit iubẽti fluctib⁹.
Moyſen laudatis, quia regem Pharao cũ exercitu ſuo
merſit. Moyſes orabat, & alius ſperabat. Moyſes pre-
cabatur, Chriſtus operabatur. Moyſes fugiebat, Chri-
ſtus inſequebatur. Moyſes columnã ſequebatur, vt no
ctũrnas tenebras declinaret: Chriſt⁹ illuminabat. Moy
ſen agnoſcis, quia aquæ amaritudinẽ tẽperauit. Moy-
ſen agnoſcis, quia aquã produxit de petra. Chriſtũ non
agnoſcis, qui veri illius Ægyptii ſtrauit exercitũ, & abyſ
ſi merſit profundo. Qui nos liberat quotidie de mundi
huius fluctibus, ne nos ſeculi procella demergat. Quid
profuit patribus tranſire per mare rubũ, quibus ad ter-
ram repromiſſionis nõ licuit peruenire? Quicunq; eni
exierunt de Ægypto, perierũt in deſerto. Mortuus eſt
Aaron, mortua eſt Maria, mortuus eſt & ipſe Moy-
ſes: ſolum Ieſum Naue nominis ſacri ſimilitudo fer-
H tauit. Plaudat Iudæus, quia ſitiẽti illi vndam ſaxa vo-
muerũt. Mihi de corpore dei fons fluxit æternus. meã
amaritudinẽ bibit Chriſtus, vt mihi ſuæ donaret gra-
tiæ ſuauitatem. Dicit ergo populus Chriſtianus: Iuue
nis ego ſum & deſpect⁹, iuſtificatiões tuas nõ ſum obli-
tus. Bene hoc dicit qui iuſtificauit deũ baptiſmatis ſa-
cramentis. Qui enim baptizatur, iuſtificat deum, quia
peccata propria cõfitetur, & a dño ſuorum præſtolatur
indulgentiam peccatorum. Iuſtificauit Dauid, qui ait:
Pſal. 50. Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris
in ſermonibus tuis. Non iuſtificauerũt phariſæi, qui ba
ptizari Ioannis baptiſmo noluerunt, vt in euãgelio le-
giſti. Nõ ſolum iuſtificare ſatis eſt, ſed etiam non obli-
uiſci iuſtificationũ dei, id eſt, vt intemerata gratiæ ſpi-
ritalis dona cuſtodiat, & ſacræ remiſſionis munera illi-
bata, atq; indefeſſa cõſeruet. Hæc generalia. Sed etiam
ſpecialis ſingulis Chriſtianis ſuppetit prærogatiua di-
cendi: Iuuenis ego ſum & deſpectus, ſi humilis corde, ſi
mitis atq; manſuetus. Dicat ergo: Iuuenis ego ſum &
deſpectus. Præmittat ætatis generalem iactantiã, quo
plus cõmendet humilitatis ſuæ gratiam. Nõ mirabilis
humilitas in ſenectute, quæ effœta viribus, fracta debi-
I litatibus, triſtis doloribꝰ, anhela ſuſpiriis, cocta curarũ
æſtibus, & ipſo viuẽdi mœſta faſtidio, alacritatem eſt
oblita iactantię. Rara ſane in iuuenibus eſt humilitas,
ideoq; miranda. Dum ætas viget, dũ vires ſolidæ ſunt,
dum ſanguis æſtuat, dum ſolicitudo neſcitur, dũ igno-
ratur debilitas, dum lætitia frequẽtatur: tunc feruet ia-
ctantia, tũc ſe iuuentutis ſuperbus extollit affectus, tũc
humilitas quaſi vilefcit, abiecta contemnitur: tunc ſub-
iectio, degeneris conſcięntiæ æſtimatur eſſe infirmitas.
Grãdis igitur morum eſt aſſuefaciẽda maturitas, quæ
vincat naturam. Denięs ſi cõſideremus, in paradiſo de-
fecit humilitas, & ideo venit e cælo. In paradiſo orta eſt
inobedientia, & ideo obedientia cum ſaluatore deſcen-
dit. Inflabat caro, vnde ſubiectio manſuetudinis inue-
niri non poterat in terris. Intumuerat omnis præuari-
catoris hæreditas. veniens dominus IESVS primũ
Philip. 2. ſe exinaniuit, nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualẽ
deo, formã ſerui ſibi accipiens, & ſpecie inuentus vt ho-
mo, humiliauit ſemetipſum factus obediẽs vſq; ad mor
tem. Non te moueat quia ſcriptum eſt, vt homo. Non
enim ſimilitudinem ſuſcepit hominis, ſed veritatẽ. Nã
1. Tim. 2. ipſe Apoſtolus ait alibi: Mediator dei & hominũ ho
mo Chriſtus IESVS. Et vt de euangelio afferamus
Ioan. 1. exẽplum: Vidimus, inquit Ioannes, gloriam eius, glo
riam quaſi vnigeniti a patre, plenũ gratia & veritate.
Numquid quia dixit, quaſi vnigeniti, ſimilitudinẽ ma- Ie
gis, vnigeniti, q̃ veritatem voluit æſtimari? Non enim
ſuperuacuo Chriſt⁹ aduenit. Iã poteſt dicere homo: Iu
uenis ego ſum & deſpect⁹, qui erat ante in populo prio-
re ſenex ſuperb⁹. Dicit ergo, Iuuenis ſum & deſpectus:
quomodo eccleſia: Nigra ſum & decora. Præmiſit ni- Cantic. 1.
gram, vt augeret decoram. Sic & hic præmiſit iuuenẽ,
vt augeret humilitatem. Non dixit, nigra ſum decora:
ne quod nigrum eſt, decorũ æſtimaretur. Nec dixit, iu-
uenis ſum deſpectus: ne iuuentus deſpicabilis putaret.
ſed ait, Iuuenis, & quod mireris, humilis, nõ ſuperbus,
deiecto propior q̃ tumenti. Sic & ibi: Nigra ſum ſupe-
riore peccato, ſed decora cõfeſſione peccati, & correctio-
nis ſtudio, atq; amore virtutis. Quãuis ergo, &, ſyllaba
vt grammatici appellant, cõiunctiua ſit, habet tamẽ di
ſtinctionem qua confuſio diſiungitur ac ſeparatur: vt ſi
dicas Ambroſium Baſſum intus eſſe, vnus putatur.
Sin autem aſſeras Ambroſium & Baſſum intus eſ-
ſe, duo vtiq; intelliguntur. Dicat ergo: Iuuenis ſum &
deſpectus, quia Chriſtus in paupere atq; deſpecto mũ-
dum redemit, quia Chriſtus humilitate diabolum vi-
cit. Dicat, deſpect⁹ ſum, quia cor humiliatum deus nõ
ſpernit, quia deſpectus ille Lazarus in Abrahæ nũc re- Lucæ. 16.
quieſcit ſinu, & diues ille ſactantior affligitur in infer-
no. Deſpectus erat Moyſes, nec ſibi idoneus videbatur, Exod. 3.
cum ad liberãdum Hebræorũ populũ mitteretur. De-
ſpectus erat Hieremias, qui dicebat: Dominator domi Hiere. 1.
ne, eccę neſcio loqui, quia iuuenis ſum ego. Sed facilius L
iſte deſpectus eligitur. Denięs dicitur ei: Noli dicere qa
iuuenis ſum ego: quia ad oñes quoſcũq; miſero te, abi
bis: & omnia quęcunq; mandauero tibi, loqueris. Ne ti
meas a facie eorum, quia ego tecũ ſum, dicit dñs, vt li-
berem te. Deſpectus erat ille publicanus, qui oculos ad Lucæ. 18.
cælum non audebat leuare, & ideo facilius q̃ ille pha-
riſęus exaudiebatur. Omnis enim qui ſe exaltat, humi
liabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur.

Iuſtitia tua iuſtitia in æternũ, & lex tua VI veritas.

Poſſunt quidẽ ſinguli facere opa iuſtitię, ſed nõ ęter-
nũ manẽtia. Diues ille cui abũdauerũt diuitię hoc ſe-
culo, fortaſſe fecerat aliq̃ opa iuſtitię, quorũ remunera-
tionẽ in preſenti vita accepit, quę ad vitã ęternã nõ per-
tinuerint, qđ nõ magna fuerint opera illa, nec remune-
ratione digna perpetua. Quid qđ etiã ſi facimus opera
aliqua iuſtitiæ, facimus tñ nõ cõtinua, ſed rara? Pleriq;
nõ rapiũt aliena, ſed neſciũt de ꝓprio largiri. Alii inua-
dẽtes indebitas facultates, q̃ ſpecię iuſtitię ſibi quęrant,
ſolent cõferre pauperib⁹. Nõ eſt iſta in æternũ iuſtitia.
Multi iuſti plerũq; grauiter deliquerũt, nõ habẽtes ęter M
ne fructũ iuſtitiæ. Soli deo ſuppetit ꝓpetuũ per oĩa poſ
ſidere iuſtitiã, qui paſcit iuſtos & iniuſtos. Non enĩ bñ
ficis ſolis referenda iuſtitia eſt, ſed illa vera iuſtitia eſt,
quę ipſis quoq; defertur inimicis. Meritoq; ait iuſtitia
dei: Diligite inimicos veſtros. Ergo ſicut in æternũ eſt Mat. 5.
iuſtitia ſolius dei, ita lex dei veritas. Sed quõ iſtud ac-
cipimus? vtrum quia lex dei veritas eſt, hoc eſt vera: &
qđ ſtatuit deus, omne verũ eſt, ſicut infra ait: Oĩa præ-
cepta tua veritas? An quia veritas lex dei eſt, qa nõ mẽ
titur deus? Apud eũ igiẽ veritas lex eſt, fallaci ꝑuarica
tio eſt. Sed & ſic põt accipi: Lex dei veritas eſt. Apud
Iudæos ergo nõ eſt lex dei, qa nõ recipiũt veritatẽ. Lex
dei ſpiritalis eſt, ſicut Apls dixit. Nõ habẽt ergo verã
legẽ, q̃ eã nõ acceperit ſpiritaliter. Q̃ autẽ nõ verũ, mẽ
dax eſt: qđ mẽtiẽ, occidit. Litera ergo q̃ occidit, mẽtiẽ:
ſpũs q viuificat, verus eſt. Accipiam⁹ & ſic: Lex dei, nõ
typus, nõ vmbra, nõ exẽplar cæleſtiũ, ſed ipſa cæleſtia.
Vñ & ſcriptũ eſt qa finis legis eſt Chriſt⁹. Nõ defect⁹ Rom. 10.
vtiq; ſed plenitudo legis in Chriſto eſt, qa venit legẽ nõ
ſoluere, ſed adimplere. Sicut enim teſtamẽtũ vetus ve-
nit non ſoluere ſed implere, ita nouum certificare. Sed

A ſicut omnis veritas in nouo eſt teſtamẽto, ita & lex per D
Moyſen data, figura legis eſt verę. Ergo illa lex verita-
tis exemplar eſt. In exẽplari enim agni ſanguis effun-
*Exceſſi- ditur, in veritate Chriſtus immolatur. Meritoq; Apo
giis Græ- ſtolus cum præmiſiſſet vitulorum immolationẽ ſecu-
corum ele dum legem, adiecit: Neceſſarium itaq; eſt exemplaria
mẽtorum cæleſtium his mundari. nam ipſa cæleſtia melioribus
nihil po- hoſtiis. non enim in manufacta ſancta intrauit Chri-
tuit diui- ſtus exemplaria verorũ, ſed in ipſum cælum, & nũc ap-
narii: ex ſẽ paret vultui dei pro nobis. Vt cognoſcamus autẽ quia
ſu ꝓbabile legem nouã dedit dñs IESVS, habes dicentẽ ſpiritũ:
eſt fuiſſe Hoc autẽ eſt teſtamẽtũ quod teſtabor ad eos, dicit dñs,
ſcriptum dando leges meas in cordibus eorum, & in ſenſibus eo-
κατὰ ἀντί- rum ſcribã eas, & peccati & iniuſtitiæ eorũ nõ ero me a-
φρασιν, mor. Vbi ergo remiſſio, iam nõ oblatio pro peccatis.
aut κατ' ἐ- Quo euidẽter oſtenditur omnẽ veritatem euangelio
ναντίωσιν cõtineri, quia lex dei in ſenſibus hominũ & in cordibus
& legi le- ſcribitur, nõ in tabulis lapideis. Qui ergo præcepta dei
gendi ar- non habent in cordibus ſuis, non habent legẽ, ſiue quia
bitror. Si- inueteratur in Iudæis, renouatur in nobis, vmbra eſt
qdẽ Am- nõ veritas, vt cum fiat oblatio pro peccatis ſecundũ le-
bro. retu- gem, non fiat remiſſio peccatorum. Impoſſibile eſt enĩ
lit dixit p ſanguine taurorum & hircorum peccata mũdari. Mẽ-
reddidit ſi dax ergo erat illa remiſſio, donec remiſſionis veritas ad
ue oppo- ueniret. Q̃ quid inde manifeſtius q̃ Ioannis euãgeliſtæ
ſuit. Et cõ ſentẽtia, qui ait quia lex per Moyſen data eſt, gratia au
traria cõ- tem & veritas per IESVM Chriſtum facta eſt?
trariis red * legis retulit veritatẽ. Nam cum ſit autem
di ſiue re- diſtinctio, intelligendũ eſt diſtinctionẽ ideo interpoſi-
ferri inter tam, quia ſi veritas fuiſſet in lege, nõ fuiſſet gratia facta
ſe dicãtur. per Chriſtũ. Poſſumus & ſic intelligere: veritas Chri-
B ſtus eſt, ergo veritas lex eſt. Et ſi mãdatum dñi lex eſt,
multo magis viuum & operatorium verbũ dei lex eſt.

VII *alſ, angu ſtia.

Tribulatio & neceſſitas *inuenerũt me, mandata tua meditatio mea eſt.

Quęrũt tribulationes & neceſſitates iuſtũ, & interdũ
inueniunt, interdum nõ inueniunt eum. Inuenitur cui
corona debetur, nõ inuenitur qui idoneus certamini nõ
probatur. Tribulatio igitur velut quędã gratia eſt. De-
nięs ſacrificium deo, ſpirit⁹ cõtribulatus. An nõ eſt gra-
tia, quæ operatur patiẽtiã? Qui ergo nouerat tribula-
tionis profectum eſſe: quæſitus a tribulatione, inuẽtus
eſt, nec refugit. Dicit ſapientia, Quærẽt me mali, & nõ
inuenient. nõ quia dominus nolebat inueniri ab homi-
nibus, qui ſe omnibus etiã non quærentibus offerebat,
ſed quia his operibus quærebatur, vt indigni eſſent qui
C quærerent inuenire. Cæterũ Symeon qui eũ expecta- B
bat, inuenit. Inuenit Andreas: denięs ait ad Simonẽ:
Inuenimus Meſſiã, quod interpretatur Chriſt⁹. Phi-
lippus quoq; dixit ad Nathanael: Quem ſcripſit Moy
ſes in lege, & prophetæ, inuenimus IESVM filiũ Io
Ioan. 1. ſeph, qui eſt a Nazareth. Et vt oſtenderet quemadmo-
dum Chriſtus inueniretur, ait: Veni & vide. Qui ergo
Chriſtum quærit, veniat non corporis greſſu, ſed men
tis veſtigio. videat eum nõ exteriorib⁹ oculis, ſed inter-
nis. Ęternus enim corporalibus non videtur aſpectib⁹,
quoniam quæ videntur, temporalia ſunt: quæ autẽ nõ
videntur, æterna. Chriſtus igitur non temporalis, ſed
ex patre ante tempora quaſi deus verus dei fili⁹, & qua-
ſi virtus ſempiterna ſupra tempora eſt, quem nullus tẽ
porum finis includat, quaſi vita ſupra tempora, quem
Roma. 6. nunquam dies mortis inueniat. Quod enim mortuus
eſt peccato, mortuus eſt ſemel. quod autem viuit, viuit
deo. Audis quid dixerit hodie Apoſtolus? Peccato,
inquit, mortuus eſt ſemel. Semel tibi peccatori mor-
tuus eſt Chriſtus. Noli iterum peccare poſt baptiſmũ.
Omnibus in commune ſemel mortuus eſt, & ſingu-
lis ſemel moritur, non frequenter. Peccatũ es o homo.
ideo peccatum fecit Chriſtum ſuum omnipotẽs pater.
Hominem fecit, qui peccata noſtra portaret. Mihi er-
go peccato mortuus eſt dominus IESVS, vt nos in D
illo eſſemus iuſtitia dei. Mihi eſt mortuus, vt mihi re-
ſurgeret. Semel eſt mortuus, ſemel reſurrexit. Et tu cũ
illo mortuus, cum illo ſepultus, cum illo in baptiſmate
reſuſcitat⁹, caue ne cum mortuus fueris ſemel, moria-
ris iterum. Iam non peccato morieris, ſed veniæ: ne cũ
reſurrexeris, moriaris fecũdo. Chriſtus enim reſurgẽs
ex mortuis iam nõ moritur, mors in eum iam non do-
minabitur. Ergo mors dominata eſt i eum. Vtiq; qui
dixit non dominabitur, oſtẽdit eſſe dominatã. Noli tã
tum amittere beneficium o homo. Propter te Chriſt⁹
dominationi mortis ſe ſubdidit, vt te iugo dominatio-
nis exueret. Ille ſuſcepit mortis ſeruitutem, vt tibi tri-
bueret vitæ æternæ libertatẽ. Qui quærit ergo Chri-
ſtum, quærit & tribulationem eius, nec refugit paſſio-
nem. Denięs Dauid qui dignus erat vt a tribulatione
quæreretur, tribulationem & ipſe quæſiuit. Nam niſi
quæſiſſet, non inueniſſet. Quod inuenerit autem, ipſe
teſtatur dicens: Tribulationem & dolorem inueni, & Pſal. 114.
nomen domini inuocaui. Et alibi: In tribulatione inuo Pſal. 117.
caui dominum, & exaudiuit me in latitudine. Bona er-
go tribulatio, quę dignos facit nos qui in latitudine ex-
audiamur a dño. Gratia eſt autem exaudiri a dño deo
noſtro. Qui quærit igitur tribulationem, non refugit:
qui non refugit, inuenitur. Nõ enim refugit, qui mãda-
ta dei ſenſu operoſus q̃ meditatur. Nam vtique illum
athletam certamina inueniunt, qui in vſu exercitii fue-
rit cõſtitutus. qui vero exercitium dereliquerit, ſine du-
bio non poterit reperiri, quia indignus eſt vt quæratur.
Dauid ergo quaſi bonus athleta dicit: Tribulatio &
neceſſitas inuenerũt me, quia paratum ſemper habue-
runt, non refugientem neceſſitatum & tribulationum B
prælia, ſed petentem.

VIII *alſ, æqui tas.

Iuſta* teſtimonia tua in æternum, intel- lectum da mihi eorum, & viuifica* me.

Quis tãtus qui poſſit intelligere domini teſtimonia? *alſ. & via
Et ideo intellectus a dño poſtulãdus eſt, cuius tãta eſt uam.
vis vt initiũ eius ſit plenitudo virtutis. Denięs ſcriptum
eſt: Pietas autẽ in deum, initiũ intellectus. quæ virtutũ
omnium fundamẽtũ eſt, iuxta humanarum rerum &
cæleſtium diſciplinam. Pietas amica deo, parentibus
grata, dũm ꝑciliat, neceſſitudines fouet, dei cultura eſt,
merces parentũ, filiorũ ſtipẽdiũ. Pietas, iuquã, iuſtorũ
tribunal, egenorũ port⁹, miſerorũ ſuffugiũ, indulgẽtia
peccatorũ. Q ui enĩ habet itellectũ, ipſe vere eſt pius. In-
telligit enim humanæ lubricũ fragilitatis, & cito igno
ſcit errãti. Intelligit cõmune nobis datũ naturæ, viuſq; B
cõſortium, & ideo pauperibus tanq̃ debitum ſoluit, nõ
inficiatur tanq̃ indebitum. Intelligit vices eſſe calami-
tatum, & ideo tanq̃ naufragiis mũdi iſtius portu quo-
dam ſuæ humanitatis occurrit. Hæc perfecta virtus in
hominibus, hæc plena in deo laus eſt. Merito intelle-
ctum ſibi etiã Salomon, magiſterũ ſecutus paternũ, a
dño poſtulauit dicẽs: Ego ſum puer humilis, & ignoro 3. Reg. 3.
introitum meũ, & exitum meum, & ſeruus tuus in me
dio populi tui quẽ elegiſti, populũ multum ſicut arena
maris, qui dinumerari nõ poteſt pre multitudine, & da
bis ſeruo tuo cor prudens audire & iudicare cum iuſti-
tia populũ tuũ, & intelligere inter bonũ & malũ. Vñ
complacuit dño quia non ſibi longæuitatẽ vitæ, & re-
galiũ diuitiarũ copias, ſed ſapiẽtiã ad intelligẽda dñi iu
dicia & iuſtitias depoſcit: & ideo tãtũ populũ regno
pacifico gubernauit, quia nõ vſurpauit vt Adã boni &
mali ſcire diſtãtiã, ſed intelligendæ eius gratiã orauit a
Chriſto. Q đ enim ſcire diuinũ eſt, hoc a dño deo tuo vt
poſſis cognoſcere promerẽdum eſt. Si petiſſet & Adã
ſicut petiuit Salomõ, nequaquã illos inextricabiles er-
roris laqueos incidiſſet, quibus oĩs eius hæreditas ſtrã-
gulatur. Ideoq; mortuus eſt, & qđ grauiꝰ eſt, morte pec
cati, quia ante vſurpauit ſcire, q̃ intellectũ quo viuifica

retur acciperet. Viuificat ergo intellectus vt spiritus, quia ipse intellectus gratia spiritalis est: ideoq; intellectum munere suo spiritus sanctus operatur. Intellectus autem bonus est omnibus qui eum faciunt. quo docemur quia non solum sensu complecti, sed etiam factis id quod intelligimus exequi debeamus.

SERMO DECIMVSNONVS.

ϒ kuph.

KVPH, cuius interpretatio est cōcussio, & sicut alibi inuenimus, aspice. Distat litera, cōgruit sensus. Nam qui concluditur, circumspicere se debet, & causam periculi non dissimulare, maxime cū letale discrimē sit. Cōcludit vnusquisq; tumescentibus visceribus, internis ve faucib⁹, cū intercluso spirit⁹ cōmeatu, spirandi ac respirādi cōmercia coartantur. Cōcluditur fœmina cum sit periculum matricis, qua pectoris ipsius premitur principale, vnde graues oriuntur angustiæ, & nisi in locum suū illa recipiēdorum seminum aula retrocetur, vitā consuerit excludere. Ita etiam qui animo angitur, & quibusdā aduersis imminentibus perurgetur, cōcludi dicitur nō minoribus angustiis mentis q̄ corporis. Maiores enī animæ æstus febresq; sunt animorum q̄ corporū. Conclusus igitur viscerum tumore, medicum quærit vt possit propulsare periculum, & cōstricta laxare. Veniēs medicus tentat omnia, explorat interna. Et tu ergo cōclusus animi feruore, aspice teipsum interiore oculo. Morbi vis vrget, feruet noxia conscientia, moles peccatorum premit, intercipiunt sensum mentis angustiæ: cognosce teipsum, & orationis quære medicinā, posce vt veniat medicus ille qui descēdit e cælo, qui maxime ægro
Matth.9. tos requirit, sicut ipse ait: Nō opus est sanis medic⁹, sed iis qui male habent. Habes vulnera? ne differas. nō est apud eum vlla conferendæ dilatio sanitatis. Habes vlcera? ne timeas. verbo non ferro curare cōsueuit. Aspice igitur illis oculis quibus Dauid auxilium quæsiuit
Psal.120. & meruit. Leuaui, inquit, oculos meos ad mōtes: quæsiui vnde mihi veniret auxilium. Nō inueni nisi a dño. Qui enim mūdum condidit, tuetur accolas mūdi. Aspice ergo, & semper aspice, quia iusti oculi semp ad dominum. Hæc monet te etiam Hieremias in Threnis
Thren.2. sub hac ipsa litera, dicēs ad Hierusalem: Surge, expergiscere in nocte, in principio vigilię tuæ effunde sicut aquam cor tuū coram facie domini, extolle ad dominū manus tuas pro animabus paruulorum tuorū qui deficiunt a me in plateis omnium itinerum. Nōne & apte conclusionis ostendit angustias, & monet vt intētione cordis, in quo est oculi melioris obtutus, remedium tibi salutare prouideas? Denique etiam infra iterum
Thren.4. I sub hac litera ait: Appropinquauit enim tēpus nostrū, repleti sunt dies nostri, aduenit finis noster. Leues facti sunt qui persecuti sunt nos, super aquilas cæli. In mōtibus accensi sunt, in deserto insidiati sunt nobis. Demōstrauit summam cōclusionem, nec vllum remediū, nisi in aduentu domini nostri IESV Christi, qui solus desperatis possit afferre medicinā. Et quasi ostēdēs eum, dicit: Spiritus ante faciem nostrā, Christus domin⁹ cōprehensus est in interitu nostro. In vmbra eius viuem⁹ inter gētes. Et infra: Bibes, inquit, & inebriaberis. Adhuc visitabit iniquitates tuas, reuelabit super peccata. Q̄ breuiter aduentum & passionem eius expressit, remissionemq; omnium peccatorum. Q̄ aperte congregationem futurarum gētiū declarauit. Hinc illud apo-
Rom.11. stolicum, quia cæcitas ex parte Israel cōtigit, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Veni domine IESV, sed iam non in vmbra, sed in sole iustitiæ. Si vmbra profuit, si passionis tuæ vmbra protexit, si corporis vmbra saluauit, quantum conferre poterit claritas aperta virtutis? Per vmbram lepra curata est. Per vmbram quoq; illius fœminæ quę fimbriam vestis dominicæ attigit, sanguis stetit. Per vmbram te vidimus, quādo nō habebas speciē neq; decorem. Vmbra tua caro fuit, quæ nostrarū æstus refrigerauit cupiditatum, quæ compescuit insolentiam vitiorum, quæ restinxit ignes libidinum, quæ anaritiæ diuersarumq; passionum incēdia temperauit. Et quid dicam de vmbra domini, quando & apostolorum vmbra sanabat? Veniente etenim Petro vnusquisq; offerebat ægros suos, quos transeuntis apostoli vmbra reddidit sanitati. Audi quia caro domini vmbra erat. Ecce dominus sedet super nubem leuem, & veniet in Aegyptum. Dauid dicit: Sub vmbra alarum tuarum protege me. Factus est igitur exinanitus vmbra nobis, q̄s sol iniquitatis exusserat. Vidimus ergo eum in vmbra eius, cum adhuc fides prima procederet. Sed nunc iam totum illuminat mūdum, & tamen adhuc eum per sui corporis, quæ est ecclesia, vmbram videmus, nōdū facie ad faciem. Neq; enim oculi corporis diuinitatis possunt recipere fulgorem. Hæc quoq; vmbra totum quotidie protegit orbem terrarum. Profuit igitur conclusio. Cōclusit enī deus omnia in incredulitate, vt omnū misereatur. Sed iam consideremus quid in conclusione dicendum sit, & vnde incipiendum.

Esa.19. Psal.16. Roma.8. M Esa.58. 1.Reg.1. Exod.14. K L Ephe.6. Rom.11.

Exclamaui*ī toto corde meo, exaudi me domine: iustitias* tuas requiram. I *als, clamaui. *als, iustificationes

Cū impressiones patimur corporales, exclamare consueuimus, vt alios ad præsidium nobis vocare possimus. Premebatur sanctus propheta appropinquantibus sibi persecutoribus. Saul primo infestus armato eū insequebatur exercitu, postea parricida filius imminebat: non contentus fugiētis exilio, vitam patris quærebat eripere. Sed ab illis minus pati poterat quos ī præsenti videbat, q̄ ab aliis quos non videbat. Est enī collustatio sanctis non solum aduersus carnem & sanguinem, sed etiā aduersus principatus & potestates huius mundi, rectores q; tenebrarum, qui latronum modo in istius seculi nocte humanis insidiantur affectibus. Horum igitur sanctus Dauid cum graues aduersum se videret fieri incursus, exclamauit in toto corde suo. Et enī aduersus diabolū non vocis magnitudine, sed magnanimitate cordis vtendum est. Est tamen & vox cordis, quia est & vox sanguinis, quæ ad deum peruenit. Denīq; deus dicit: Vox sāguinis fratris tui clamat ad me. Clamat ergo cor nostrum, non sono corporis, sed cogitationum sublimitate, concētuq; virtutum. Grandis fidei clamor. Denīq; in spiritu adoptionis clamamus abba pater, & ipse spiritus dei clamat in nobis. Magna vox iustitiæ, magna est castitatis, per quam & mortui loquuntur, nec solū loquuntur, sed etiam sicut Abel clamant. At vero iniusti anima nec viuens clamat, quia deo mortua est. Nihil in illa sublime, nihil magnificū est, quale eorum quorum sonus ī omnem terrā exiuit, & verba in fines orbis terrarū. Gracili voce loquebatur Moyses, & plus oīb⁹ audiebatur. Q uotidie auditur in ecclesia: ab illis solis, hoc est, a Iudæis non auditur, qui aure audiunt, sed corde nō audiunt. Prophetæ dicitur alteri: Exalta viribus vocē tuam. Anna tamen nō clamabat i corde suo sicut Moyses, loquebatur, fortasse quia filios postulabat, hoc est, bona quidē, sed priuata nō publica clamabat. Sed quia a dño postulabat quę domino eum si quem susciperet offerebat, loquebatur deo. Clamabat autem Moyses, quia nō p se, sed pro omni populo precabatur. Vnde dictum est ei a domio: Quid clamas? Clamabat affectu pio, & sensu profundo, & personabat in cęlo, miraculis petēs digna cælestibus, vt mundi elementa mutaret. Denīq; vt ipsius loci seriē recēseamus: Instabat Pharao, & innumeris Ægyptiorum stipatus curribus vrgebat Hebræos hinc circūfusus hostis, inde iterfusum mare plebē dei clauserat. Nulla in armis fiducia, spes nulla in viribus. Strepebat tātūmodo querela miserabilis, quod cōmodius sibi fo-

A ret dura in Ægypto seruitutis onera subire, q̄ acerba in deserto morte consumi: querela nihil præsidii ferēs, plurimum offensæ afferens. Stabat ergo Moyses mœst⁹, solicit⁹, anxius populi & periculis & querelis, expectās fidem cælestium promissorum: & tacitus secū ipse volebat qua tandē dominus ope, iniuriæ immemor, memor gratiæ, subueniret. Dicit ad eum dominus: Q uid clamas ad me? Sonum eius nō audio, vocē eius agnosco, silentium eius lego, clamorem eius in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur: tacebat Moyses, & audiebatur. Nō populo dictū est, Q uid clamas ad me? Nō enim ad deū clamabat popul⁹, qui iniusta & viris indigna clamabat. Sed Moysi dictū est, Q uid clamas ad me? hoc est, tu sol⁹ ad me clamas, qui de me speras. tu solus ad me clamas, qui virtutem meā excitas. tu solus ad me clamas, qui per vniuersam terram annunciari meum nomē expectas. Clamabat ergo Moyses in corde suo, & omnis sapiens in corde suo
Prou.9. clamat. Denīq; sapientia cū altissima prædicatione cōrocat ad craterem, dicens: Relinquite insipientiam, & quærite sapientiam. Magnæ sublimitatis, magnę vocis hæc prædicatio est: quæ stultis sapientiam pollicetur. Et IESVS dñs clamabat: Si quis sitit, veniat
Ioan.7. ad me, & bibat. Et voce vere magna clamabat, qui vocabat hoīes ad regnū cælorū, ad illū venerabilem potū
B quo vitæ æternæ fluctus infunditur. Et tu cū oras, magna ora: id est, ea ora quæ æterna sunt, nō caduca. Ora quæ diuina sunt atq; cælestia, vt fis sicut angeli in cælo. Noli orare p pecunia, quia aerugo est: noli pro auro, qa metallum est: noli pro possessione, quia terra est. Ista oratio ad deum non peruenit. Non audit deus nisi quod dignum suis ducit esse beneficiis, sed audit piam vocē plenam deuotionis & gratiæ. Non solum ergo clamādum in corde, sed etiā in toto corde clamandum est. Sicut enim corporaliter tūc bene clamatur, cum toto ore clamatur, ita spiritaliter toto est clamandum corde, si volumus magna referre, & a domino quæ poscimus impetrare. Hanc dominus vocē exigebat a populo, quā
Mat.15. populus nesciebat. Ideoq; dixit dominus: Populus hic labiis me honorat, cor autē eorum longe est a me. Q ui ergo appropinquauerit corde, ipse auditur a domino.
C Cor ergo prius clamet, vt sermo possit audiri. Sed non satis est clamare ad dominū, sed etiā iustitias eius exquirere. Exquirit autem iustitias, qui id quod in omnibus creaturis, & maxime in animantibus rationabilib⁹ vel
iustum. etiam irrationabilibus iustum est, prouidētiæ ascribit diuinæ. Vnde turturi studiū pudicitiæ, quæ compare amisso, concubitu indulgere non nouit, quod homines seruare nō possunt? Vnde plerisque animantibus tam fobria partus cura seruandi, vt vbi conceptionis munus agnouerint, coitum non putent esse repetendum, ne receptorum seminum fiat adulterina permixtio? Phœnix coit⁹ corporeoꝝ ignorat, libidinis nescit illecebras, sed de suo surgit rogo sibi auis superstes, ipsa & sui hæres corporis, & cineris sui fœtus. Aquila ne degeneres part⁹ nutriat, diligēti librat examine, & adhuc teneros fœtus pio vngue suspendit, solisq; offert radiis, vt si forte oculos suos vi fulgoris inflexerint, tāquam degeneres laxato in præceps vngue dimittat. Sin vero naturæ vigore constanti aduersum radios solis obtutum potuerint vendicare, dignæ indolem sobolis onere grato reportet. Volatilia cæli omnia non ferunt neq; metūt, & deus pascit illa, quia iustitias domini custodiunt, nihil sibi proprium vendicādo, sed ligno
Mat.6. fructifero, quod domini indicio communem ad escam datum est, famē releuare cōtenta. Ex his igitur nos cognoscimus quàm diuinæ subsidia prouidentiæ hominibus non deessent, si dei iustitiam seruare vellemus. Qui alit aues, non aleret homines, quos ad imaginem & similitudinē sui fecit? Nonne pluris sumus illis? Naturæ prærogatiua pluris sumus, sed inferiores dimi-

nutione gratiæ, & præuaricationis iniustitia. D

Clamaui ad te, salua me*, & custodiam testimonia* tua. II *als, saluū me fac. *als, mandata.

Repetit quod ad deum clamauerit, & custodē se promittit cælestium statutorū, quæ cælo terraq; testibus dominus deus sanxit, vt præuaricatores elemētorum testimoniis arguantur. Q uomodo cælū aspiciat præuaricationis suæ cōscium? Q uomodo fructus de terra expectet, quæ nouit ingratos? Vide igitur q̄ non parua promittat propheta. In clamando fidelis & promptus affectus exprimitur: in custodiendo testimonia tua, cōtinentiæ virtus obsequii sedulitate declaratur.

Anticipaui* in maturitate, & clamaui: in* verba tua sperai*. III *als, præueni. *als, qa in. *als, supsperaui.

Græcus ἐν ὀκορίᾳ dixit, quod est, ante horam, ante tempus. Q ui ergo dominum deprecatur, non velut præscripta præcipue tempora præstoletur, nescions in obsecrationibus domini tempus esse aliquod, sed semp in ipsis sit. Siue māducamus, siue bibimus, Christum annunciemus, Christum rogemus, Christum cogite-
1.Cori.10 mus, Christū loquamur, in corde nostro semper, semper in ore sit Christus. Sed fortasse dicas: Q uomodo scriptū est: Tempus omnib⁹, & tēpus omni rei sub cælo est? Sed dominus IESVS supra cælū est, nullo circūscriptus est tempore. Claudat os suum Arriana perfidia. Tempus, inquit, omni rei sub cælo. quāto magis
Eccls.3. sub deo tēpus, non supra deum? Generatio ex patre nō habet tēpus. Neq; enim opus ante autorem, sed autor supra operis exordium. Fortasse obiiciant quia dixit: Tēpus nondum aduenit. Et iterum dixit: Pater venit
Ioan.7. hora. Sed hæc hora est passionis. Est etiam tēpus vir-
Ioan.12. ginalis cōceptionis. Ecce virgo in vtero accipiet. Q uia
Esaię.7.et virgo sub tēpore, & ideo præscripta ætate cōcepit. Q ui
Matth.1. rogat itaq;, semper roget: & si nō semper precatur, parat tum semper habeat precātis affectum. Pernoctabat in
Lucæ.6. oratione dominus IESVS, nō indigens precationis auxilio, sed statuens tibi imitationis exēplum. Ille pro
E te rogās pernoctabat, vt tu disceres quomodo pro te orogares. Redde igitur ei quod pro te detulit. Audi supra dicentem prophetā: Media nocte surgebā ad confitendum tibi. Et tu surge vel media nocte, si nō potes tota semper nocte vigilare, vt dum oras nocte, veri solis pectori tuo splēdor irradiet: quia omnis anima quę Christum cogitat: in lumine semp est. Dies lucet tibi, Christus aspirat. Sed quia sequens versiculus de tēpore precandi euidenter expressit, in isto versiculo actuū magis operumq; arbitror q̄ orationis tempus intelligendum. Præcurrit ætatis maturitatē quisquis in adolescentia positus senilem grauitatem induit, & iuueniles annos veterana quadam cōtinentia regit, feruoremq; virentis
F corporis incana morum maturitate cōponit. Nā quid potest habere laudis, si effœtum corpus voluptatibus, & iam senectutis gelu frigidum, ad sera deuotionis officia depositō iam segnior vigore cōuertat? Nō est corona, nisi vbi fuerit difficilioris lucta certaminis. Ad quā rari attīgere possunt, nec omnes qui ingressi fuerint stadium, peruenire. Ille laudabilis, cui est in seipso ante certamen, qui carnem suam reluctantem sibi mentis coercet imperio, parca frugalitate castigat, & seruituti redigit, ne effrenata libertate luxuriet, atq; indomita ferues cupiditate habenas animi regentis abrumpat. In hora est ergo senex, si mumia sobrię maturitatis exerceat: ante horam præcurrens iuuenis, si senili pondere incentiua comprimat voluptatum, ac feruentes illecebras cupiditatis extinguat. Bonus est enim dominus sustinētibus, Hieremias dicit. Et bonū est viro qui graue portauit iugum a iuuentute, sedebit singulariter, & silebit,
Thren.3. quia tulit iugum verbi. Q ui enim a iuuentute iugum portauerit, & habenis maturi moderaminis teneriora

G volens colla subdiderit, sedebit singulariter remotus a
strepitu interpellantium passionum, & quietus silebit,
cui necesse est iam non iurgari cum corpore, decertare
cum variis cupiditatibus, quia tulit iugum verbi ani=
ma quæ quærit deũ, quæ captiuas sibi fecit omnes de=
licias iuuentutis. Vnde fortasse & illud dominicũ, Nõ
clamabit neq; cõtẽdet, neq; audiet quisquam in plateis
vocem eius: nõ solum ad defensionis silentium, absolu=
tionisq; contemptum, & tolerantiam passionis, sed etiã
ad compressiones omnium accipere possumus corpo=
1.Pet.2. ralium voluptatum. Vnde & alibi scriptum est: Quia
peccatũ non fecit. Recte igitur tacebat in mortis pericu
lo constitutus, qui mortis aculeũ non timebat. In ver=
ba, inquit, tua speraui. Grecus ἐπήλπισα dixit, quod est
ad sperandum semper crescere, & spem spei adiungere.
Iustus semper sperat, & in aduersis positus, & frequen=
tibus afflictus erumnis desperare nõ nouit, sed quo gra
uiora tolerauit, magis sperat, & sperãdi sumit profectũ,
Esa.40. secundũ illud oraculum: Cõsolamini, consolamini po=
pulum meum, dicit domin⁹. Sacerdotes, loquimini iu=
stitiam in cor Hierusalem, consolamini eam, quia re=
pleta est deiectio, & solutum est peccatum eius, quia re=
cepit de manu domini duplicia peccata sua. Qui cito di=
xit plenitudinem deiectionis solutionem esse peccati, et
repetiuit causam consolationis eo maius esse reconci=
liationis insigne, quo numerosior fuerit pœna q̃ culpa.
Iob tot grauatus incommodorum acerbitatibus, pio
spem cumulabat affectu, discretam a piis causam asse=
rens impiorum, quorum lumẽ extinguitur: Lux autẽ
secundum Salomonẽ semper iustis. Vnde colligitur
quia iustus semper in verba dei sperat, & spem adiicit
H spei. Quod euidẽtius expressit Esaias dicens: Tribula=
tionem super tribulationẽ expectat, spem sup spem. Ad
perlactatos & abductos ab vberibus loquebatur, hoc
est, ad eos qui prima infantiæ alimẽta transissent, cibo
iam habiles fortiori. Exemplo fit, quod ablactat⁹ Isaac
patriarcha tantus euaserit, vt adhuc inter rudimẽta pri
mæuæ positus ætatis, nequaquã tamen gladium feri=
turi parentis horruerit. Plures filios habuit Abra=
ham, nullum ablactauit alium, sed in hoc solum fecisse
legitur epulum magnũ. Et bene magnum epulũ scri=
ptura dixit, quia typus erat eius quem semper epulan=
tur corda sanctorum.

IIII **Præuenerunt oculi mei* mane, medita=
ri verba mea.**

*als, ad te diluculo, vt meditarer eloqa.

Supra ait: Præueni ἐν ἀωρίᾳ, hoc est, ante horas, an=
te tẽpus: hic ait, Mane, aliud significans tempus orãdi
atq; psallendi domino, vt sit illud prius, secundũ qđ ait:
I Media nocte surgebã. hoc autem iuxta illud: Præueni
orientem solem. Graue est enim si te ociosum in stratis
radius solis orientis inuerecũdo pudore conueniat, &
lux clara feriat oculos somnolento adhuc torpore de=
pressos. Arguit nos tanti temporis spatium, sine vlli⁹
deuotionis munere ac sacrificii spiritalis oblatione fe=
riata transmissum. An nescis o homo qđ primitias tui
cordis ac vocis quotidie deo debeas? Quotidiana tibi
messis, quotidian⁹ est fructus. Occurre ergo ad solis or=
tus, vt te oriens inueniat iam paratum, ne lumina tua
madido adhuc sopore mergẽtia, primus diei fulgor exa
Canti.3. gitet. In cubiculo meo in noctibus quæsiui quem dile=
xit anima mea, dicit ecclesia. Ideo meruit eum inueni=
re, ideo eius gratiam promereri, quia etiam in cubiculo
quæsiuit. Quesiuit in noctib⁹, propterea copia eius ad=
Cantic.7. epta in posterioribus loquitur ad sponsum: Veni fra=
ter meus, exeamus in agrum, requiescamus in castel=
lis, diluculo surgamus in vineas. Aduertis queadmo=
dum sponsa verbum inuitet dei, vt veniat in terras, &
tollat pctã mũdi? Ager hic erat ante desert⁹, sentib⁹ no
strorum squalidus delictorum, horridus spinis. Castel=
lum erat in quo relegatus Adam perpetuo suæ poste=
ritatis hæredes stringebat exilio. Illo ergo ducit eccle= K
sia Christum, vt Adam liberet. Deinde exulibus abso=
lutis cœpit mundi istius ager idoneos habere cultores:
& qui erat ante ieiunus, factus est vitis æternæ plãta=
tione fœcundus. Nec tamen sic spiritalibus læta palmi
tibus euagatur, sed ad has vineas vocat Christum, vbi
psallentes sint & orantes, vbi noctibus ac diebus fruct⁹
innoxius perseueret. Ibi, inquit, dabo vbera mea, ibi de= Ibidem.
derunt mandragoræ odorem. Pleriq; discernunt quen=
dam inter mãdragoras sexum, vt & mares putent esse
& fœminas, sed fœminas grauis odoris. Significat er=
go gentes quæ ante fœtebant cum essent infirmiores:
eurata quadam imbecillitate perfidiæ, boni odoris fru
ctus ferre cœpisse, postquã in aduentum domini credi=
derunt. Legimus etiam quod mandragoras acceperit
sancta Rachel a sorore sua Lia, vt concederet ei illa no=
cte dormire cum sancto Iacob. Mandragoras Ruben
primogenitus attulerat matri suæ Liæ, quæ lippienti=
tibus oculis synagogæ figurã accepit, quia Christi gra=
tiam videre non potuit, hebetato debilis mentis obtu=
tu. Quo declaratur quod fructus quos ante synagoga
a primogenito dei filio susceperat, ecclesiæ cõcessit. Sed
quia illius noctis potita cõcubitu cõcepit & genuit Lia
suæ posteritatis hæredem, impletur mysterium, quo=
niam credẽtibus apostolis reliquiæ Iudæorum per ele=
ctionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Vnde ait ecclesia: No=
ua & vetera frater meus seruaui tibi: Quis dabit te fra Cantic.8.
trem lactentem vbera matris meę? Inueniens te foris,
osculabor te, & quidem nõ spernent me. Assumam te
& inducam in domum matris meę, & in secretum eius
quæ cõcepit me. ibi docebis me. & cætera. Habens igi=
tur informationem nouarum & veterum scripturarũ, L
nec despicabilem esse sentiens, nõ solum orationibus in
secreto cordis verbum tenet, verũetiam psallentis cho=
ri vocibus velut quibusdam eum osculis gratiæ oscu=
latur. Itaq; malorum granatorum, hoc est, diuersorum
& innumerabilium fructuum & præcipue fidei odori=
bus, gratiæ, sapientiæ & gloriæ, vitæq; æternæ subni=
xa diuitiis, quæ sunt circa sinistram & dexteram spõsi,
per animas sanctas laudantium cõgregationum plau=
sibus excitat Christum, dicẽs: Adiuraui vos filiæ Hie= Cantic.2.
rusalem, vt non suscitetis & resuscitetis dilectionẽ vsq; 3.&.8.
quo voluerit. Vnde eam mirantur filiæ Hierusalẽ san=
ctæ animæ patriarcharum & prophetarũ veterũq; iu= M
storum, vel cælestes potentiæ, dicentes: Quæ est hæc
quæ ascẽdit dealbata innitens super fratrẽ suum? Hoc Cantic.8.
est, talibus solẽnitatibus fulget ecclesia: & quæ ante per
diem fusca erat, iam splendet in noctib⁹ & relucet. Ipse
quoq; dñs tanto munere psallentiũ delectatus ait: Po= Ibidem.
ne me vt signaculum in cor tuum, vt sigillũ in brachiũ
tuum, quia valida est vt mors charitas, durus sicut in=
feri zelus tuus. Alæ eius, alæ ignis flãmæ. aqua mul=
ta excludere non poterit charitatem, & flumina nõ vn=
dabunt eam. Quia vidit tantã deuotionẽ ecclesiæ, ido=
neos putat esse iã populos qui in corde nostro & in bra=
chio signaculum eius portare possimus. Ipse enim pa=
ter signauit deus, & qui testimoniũ eius accepit, signa=
uit, quia deus verax est: & ideo operantes cibũ perma=
nentẽ in vitã æternam, signati sunt ad imaginem & si=
militudinem Christi, qui est imago inuisibilis dei. Si=
cut ergo deus verax est, & tu signa in tuo sensu & ope=
re veritatem, vt os tuum non loquatur mendaciũ: ma=
nus tuæ nõ operentur opera hominũ, quæ sunt fallacis
istius mũdi, sed illa quæ dei sunt, vt pauperibus largiã=
tur, debiles subleuent, mortuos honorẽt tumulis sepul=
turæ. His operibus charitas queritur, vt nemo possit a
Christo vel periculo mortis auelli. Vnde ille ait: Quis Roma.8.
nos separabit a Christo? Tribulatio, an angustia, an p=
secutio? Et infra: Cõfido enim quia neq; mors, neq; vi=
ta, neq; angeli. Ea specie etiam zelus durus est charita=
tis, & alę eius alę ignis. Habet alas sicut columba. sunt

A enĩ pẽnæ colũbæ deargẽtatæ, quib⁹ euolat qui diligit, di
Psal.54. cens: Ecce elongaui fugiens, & mãsi in solitudine. Sed
alæ charitatis, alæ ignis, quib⁹ dilectionis inflãmat ar=
dorẽ. Hoc vapore feruẽtes fecit dñs angelos suos spũs,
& ministros suos ignẽ vrẽtẽ, sed nõ exurẽtẽ. Legimus
& alã tẽpli supra quã diabol⁹ tẽtãs fecit ascẽdere salua=
torẽ, quæ erat in tẽpli culmine. Sunt ergo fastigia pie=
tatis, sunt culmina charitatis, quæ vaporẽ gratię pecto=
ribus humanis adolere consuerunt, vt multa aqua ex=
tinguere atque excludere non queat charitatem, & flu=
mina eam secularium tempestatum nulla concludant.
Cum ergo tãta ecclesiæ gratia, tanta nos præmia de=
uotionis inuitent, præueniamus orientem solẽ, occur=
ramus ad eius ortus, anteq̃ dicat: Ecce assum. Vult se
præueniri sol iustitiæ, & vt præueniatur expectat. Au
di queadmodum expectet & cupiat pręueniri: dicit an=
Apoc.2. gelo Pergami ecclesiæ: Age pœnitentiã: cæterum ve=
Apoca.3. nio tibi. Dicit angelo Laodiciæ: Emulare ergo: & pœ=
nitentiã age: Ecce sto ad ianuam, & pulso: & si quis au=
dierit vocem meã, & aperuerit ianuam, intrabo ad illũ.
Poterit intrare deniq;, quia nec resurgentẽ eum cũ cor=
pore vlla clausarũ valuarũ repagula retinere potuerũt,
subito se aplicis penetralib⁹ improuisus infudit. sed stu
dia deuotionis tuæ desiderat experiri. aplos enĩ pbatos
habebat. Aut forte in psecutione pręuenit. Vbi trãql=
litas est, pręueniri cupit. Præueni certe hũc quẽ vides so
Ephe.5. lẽ. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, vt illucescat
tibi Christus. Si hũc solẽ præueneris anteq̃ iste surgat,
aspicies Christũ illuminãtẽ. Ipse prius in tui cordis illu
cescit arcano: ipse tibi dicẽti, De nocte vigilat ad te spũs
me⁹, matutinũ lumẽ tẽporib⁹ faciet splẽdere nocturnis,
si mediteris verba dei. Dum enim meditaris, lux est: &
B videns lucẽ nõ temporis sed gratiæ, dices, quia lux pręce=
pta tua. Cum autem te meditantẽ verba diuina dies
inuenerit, & tã gratũ opus orandi & psallendi delecta=
uerit tuam mẽtẽ, iterum dices ad dominũ IESVM:
Exit⁹ matutinos & vesperę delectabis. At vero Moy=
se magistro vsus est populus Iudæorũ quotidie in ser=
monibus suis a mane vsq; ad vesperã iudicium dei ope
Exodi.18. riẽdo. Quod videns cognatus eius esse intolerabile, cõ=
silium dedit negocii cõsummãdi partito cum aliis one=
re, qui ad hoc munus electi sunt. Noctibus ac diebus si=
ne vlla cessatione recẽseto scripturas diuinas, quia & si
quid aliud seniorem interrogaueris, nescit nisi scriptu=
ræ diuinę seriem resultare. Vacat illic sermo de seculo,
sola illic scriptura contexitur, singulorum sibi per vices
ora succedunt, ne quando sacer ille sonus mãdatorũ cæ
lestium ferietur: & tu Christiane dormis, cui magister
C est Christ⁹? & nõ vereris ne de te dicat: Popul⁹ iste nec
labiis me honorat? Iudęus vel labiis, tu vero nec labiis.
Si illius qui vel labiis honorat, cor longe est a deo: quo=
modo potest cor tuum prope esse, qui etiã labiis nõ ho=
noras? Quandiu te somnus, quãdiu te secularia tenẽt,
quandiu solicitudo istius vitæ, quandiu terrena? Diui=
de saltem deo & seculo tempora tua: vel quando nõ po
tes agere in publico quæ sunt istius mundi, & tenebræ
prohibẽt noctis, deo vacato, indulge orationibus: & ne
obdormiscas, psallito: somnum tuum bona fraude frau
dato: mane festina ad ecclesiam: defer primitias pii vo=
ti: & postea si vocat secularis necessitas, nõ excluderis di
cere: Præuenerũt oculi mei mane meditari verba tua.
& sic securus procedis ad tuos actus. Qui iucũdũ inchoa=
re ab hymnis & canticis, a beatitudinibus quas in euã=
gelio legis? q̃ prosperum vt te Christi sermo benedicat,
& dum recantas domini benedictiones, studium ali=
cuius virtutis assumas, vt etiam in te benedictionis di=
uinæ meritum recognoscas.

V **Vocem meam exaudi* secundum miseri
cordiam tuam domine, secũdum iudi=
cium tuum viuifica me.**

*als, audi.

Semper homo, etiam si sanctus, si iustus sit, debet ora= D
re, vt exaudiat eum dominus secũdũ misericordiã suã,
nõ secũdũ merita virtutis alicuius, quia rara virt⁹, mul=
ta peccata. Et secũdum iudicium suum viuificet, vt in=
firmis opem ferat. Et maxime hoc debemus orare cũ
aliquibus vrgemur aduersis. Vnde non ociose a sancto
Dauid præmissa est diuinæ misericordiæ postulatio.

Appropinquauerũt persequẽtes me ini VI
que*, a lege autem tua elongauerunt.*

*als, iniqtati. *als, lõge facti sunt.

Græcus sic posuit: Appropinquauerunt persequẽtes
me iniquitate, hoc est, cũ iniquitate me persequebãtur.
Quanto magis mihi appropinquauerunt, tanto am=
plius se a lege tua separauerunt: quoniam qui fratrẽ suũ
persequitur, a lege secernitur. Lex enim dicit: Diliges Deuter.6.
dominum deum tuũ, diliges proximum tuum. Nõ er= Leuit.19.
go oderim fratrem, ne dicatur mihi: Si fratrem tuũ nõ 1.Ioan.4.
diligis, quem vides: quomodo potes deũ diligere, quẽ
non vides? Nescis fratrem tuum mercẽ esse sanguinis
Christi? Mercem ergo non diligis Christi, si fratrẽ non
diligis. Ergo persecutor mihi appropinquat, vt noceat,
sed is se a lege disterminat. Quæ enĩ portio iustitiæ cũ
iniquitate? Qui autem a lege dei se separat, separat se
ab æterna vita. Lex enĩ vita est. Deniq; ostendens pro=
pheta legem dei ait: Ecce ista est vita, quoniam qui fa=
cit ea quæ legis sunt, viuet in eis. quod legi cõuenit vtiq;
spiritali. Et fortasse qui mihi appropinquat vt noceat
mihi, dum separatur a lege, separatur a Christo, quia
Christus est vita. Ego autem si adhæreã Christo, nec
mihi appropinquat: quia etiã si corporis mei habeat po
testatem, animæ tamẽ meę nocere non poterit. Deniq;
persecutores martyrum q̃ longe ab eorum meritis se=
parati sunt. Sed forte dicas: Quomodo sancti adhærẽt
deo? Et ideo sequitur:

Prope es* domine, & omnia præcepta VII
tua* veritas.

*als, tu. *als, & omnes viæ tuæ.

Prope est dominus omnib⁹, qui vbiq; adest: nec refu=
gere eum possumus si offendimus, nec fallere si delinq=
mus, nec amittimus si colamus. Spectat omnia deus,
omnia videt, assistit singulis, dicens: Deus appropin= E
quans ego sum. Et quomodo potest deesse alicui deus,
cum de spiritu dei legeris: Spiritus domini repleuit or= Sapien.1.
bem terrarũ? Quia vbi dñi spiritus, ibi dominus deus.
Cælum & terrã ego compleo, dicit dominus. Vbi igi= Hiere.23.
tur deficit qui implet omnia? aut quomodo de plenitu=
dine eius omnes accepimus, nisi omnibus appropin=
quet? Deniq; Dauid sciens illum vbiq; esse, & implere
cęlum & terram & maria, ait: Quo ibo a spiritu tuo? et Psal.138.
quo a facie tua fugiam? Si ascẽdero in cælum, tu ibi es:
si descendero in infernũ, ades. Si sumpsero pẽnas meas
ante lucem, & habitem in nouissimo maris, etenim ibi
manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Qui
cito significauit vbiq; deum esse: & vbi est dei spiritus F
ibi deum esse: & vbi est deus, ibi spiritũ dei esse pręsen=
tem. Quo loco indiuidua copula trinitatis expressa est.
Siquidem hæc per os prophetæ locutus est dei filius
in persona hominis locutus, qui per incarnationẽ descẽ
dit in terras, per resurrectionẽ ascendit in cælũ, per cor=
poris mortẽ penetrauit infernum, vt solueret alligatos.
Aut si ad pphetã referas, aduertis expressum qđ vbiq;
manus & dextera dei Christus assistat, vbi pater deus,
& sanctus dei spirit⁹. An cum de sole dubitare nequea=
mus quod procedens toto orbe radios diffundat suos,
& omnibus lumen infundat, quem etiã illi qui videre
nõ possunt, sentiunt tamen aeris ipsius fotu esse pręsen=
tem? Vbi enim deest calor illius? Quo radii eius non
perueniunt, cum discussis noctis aut nubium tenebris
illuminat terram? In cælo fulget, in mari rutilat, feruet
in terris. De sole ergo non dubitas quod vbiq; resplen=
deat: de deo dubitas quod non vbiq; fulgeat splendor

G gloriæ eius, & imago subſtantiæ ? Quid non penetret
verbum dei, ſplendor æternus, qui etiam occulta men-
Hebr. 4. tis illuminat, quæ nō poteſt iſte ſol penetrare ? Verbū
enim dei gladius ſpiritalis eſt, vſq; ad diuiſiones animę
atq; artuum medullarumq; peruenięs. De quo dicit iu-
Luc. 2. ſtus ad Mariam : Et tuam ipſius animam pertrāſibit
gladius, vt reuelentur multorum cordium cogitatio-
nes. Penetrat ergo animam, & quaſi candor æternę lu
cis illuſtrat. Sed quāuis diffuſe per omnes & in omnes
& ſupra omnes poteſtate ſit, quia omnib⁹ ortus ex vir-
gine eſt, & bonis & malis, ſicut & ſolem ſuum oriri iu-
bet ſuper bonos & malos: illum tamen fouet qui appro
pinquat ſibi. Sicut enim a ſe fulgorē ſolis excludit qui
feneſtras domus ſuæ clauſerit, locūq; tenebroſum i quo
diuerſetur elegerit: ita qui ſe auerterit a ſole iuſtitię, nō
poteſt ſplendorem eius aſpicere. In tenebris ambulat,
& in omnium luce ipſe ſibi cauſa eſt cæcitatis. Aperi
igitur feneſtras tuas, vt tota domus tua veri fulgore ſo
lis illuceat. Aperi oculos tuos, vt videas orientem tibi
ſolem iuſtitiæ, Sed caue ne eos vlla ſtipulæ feſtuca p-
turbet. Si quid ſordis in oculo fuerit mentis tuæ, non
poteris eum intueri. Si quid ægritudinis, plus grauā-
bit, cum cōfuſam oculorum aciem lux ferit, maioremq;
que dolorem excitat. Sit ergo ſimplex oculus tuus, ne
H incipiat totum corpus tuum eſſe tenebroſum, & vacil-
let in lumine ſicut ſunt cæcorum veſtigia. Numquid ſi
quis oſtia domus ſuæ claudat, ſolis eſt culpa quod non
illuminat domum eius? Ergo ſi quis peccatorum ſuo-
rum repagulis obſcurandam mentē propriam iudica-
uerit, & verbi a ſe ſplēdorem ſtultus auertat, ac ſibi inſe
rat inſipientiæ cæcitatem, cauſari poterit quod ſol iu-
ſtitiæ noluerit intrare? aut infirmitatem luminis cæle-
ſtis argueret? Pulſat ianuam tuā dei verbum : Si quis
mihi aperuerit, inquit, intrabo. Si quis ergo nō aperue-
rit, numquid nō ingredientis, & non magis non aperię-
tis eſt culpa? Nihil quidem deo eſt obſeratū, nihil clau-
ſum æterno lumini, ſed portas malitiæ dedignatur a-
perire, conclauia non vult penetrare nequitiæ. An ve-
ro cum animæ noſtræ vigor putrem corporis refugiat
portionem, quod eius gratiā corrupti artus ſentire non
poſſint, deus corruptæ animæ membra quædā digna-
I tur habitare? Animæ tamē vigor per corpus omne dif
funditur, ſiue manus, ſiue pes, ſiue digit⁹ particeps ſen-
ſus eſt: dei poteſt alicubi deeſſe ſapiētia, alicubi eius de-
eſſe maieſtas? Sane fugientes non retinet, nō cogit in-
uitos, ſed neq; faſtidit appropinquātes: & illi⁹ quidē vir-
tus, illius verbū, deus oībus prope eſt. In ipſo enī cōſtāt
oīa, & ipſe eſt caput corporis eccleſię, in quo oīs inhabi-
tat plenitudo diuinitatis. Sed pleroſq; ab eo peccata ſe-
Pſal. 72. cernūt, de quibus dictum eſt: Ecce qui elongant ſe a te,
peribunt. Vnde ſanctus ait: Mihi autem adherere deo
bonum eſt. Et Apoſtolus ait non eſſe longe deum ab
Actu. 17. vnoquoq; noſtrū. In ipſo quoq;, inquit, viuimus & mo-
uemur & ſumus. Vitalem etenim omnibus gratiam
ſubminiſtrans, omnibus præſto eſt munere bonitatis
ſuæ, ſed propior eſt illis qui contrito ſunt corde. Quod
vetus quoq; per ænigmata hiſtoria docet. Moyſes in
montis Sina ſupercilio erat, & ſolus erat, populꝰ in val
le in imo montis, preſbyteri in parte montis ſupra me-
rita plebis, ſed plurimo interuallo a Moyſi meritis ſe-
parati. Non omnes in vertice, neq; in imo omnes, ſed
populus, Moyſes ſolus in vertice Sina mōtis, qui latī-
na interpretatione dicitur tentatio. Et tu ſi ſupra tēta-
tiones aſcenderis, & cōtrito corde detuleris precem, deo
proximus eris. Si mundo corde fueris, & tu deum vi-
Mat. 5. debis. Beati mūdo corde, quia ipſi deum videbūt. Qui
ergo deo pximus eſt, dicit: Prope es domine, & omnia
præcepta tua veritas. Iudæus hoc nō poteſt dicere, qui
non recipit dominum IESVM. Separauit enim ſe,
nec in veritate ſed in vmbra credit. Quō dicit, Præ-
cepta tua veritas, cum gratia & veritas per IESVM
Chriſtum facta ſit, cum eum nō agnoſcat, qui veritate k
& plenitudine circumciſionis ſuæ totū mūdū redemit?

Initio cognoui de teſtimoniis tuis, quia VIII
in æternum fundaſti ea.

De teſtimoniis, inquit, tuis ab initio cognitionem &
fidem aſſumpſi, quod in æternum fundata ſunt. Teſti-
monium enim fidele eſt, & præſtat paruulis ſapiētiam.
Si cognouiſſet Adā & Eua quę quaſi paruulis data eſ-
ſent eis cautiora præcepta, ne vſurparent ſibi ſcientiā
boni & mali, quam recto diſcrimine definire non poſ-
ſent, paradiſi incolatum in perpetuū vendicare potuiſ-
ſent. Si conſiderent homines quia ſanguis hominis ad
deum clamat, manus proprias a nece hominis abſtine
bunt. Si cuſtodiant præcepta quæ dedit dominus corā
cælo & terra teſtibus, dicens: Audi cælum, & auribus
percipe terra: ſcientes quia quicquid flagitii commiſe-
rint, aduerſus legem domini feciſſe, angelorum & po-
teſtatum, ſanctorum quoq; hominum teſtimoniis ar-
guantur: ſupra hæc teſtimonia fundamentum ſibi con
ſtituent, quia æterna ſunt atq; perpetua. Et nos ergo
opus noſtrum ædificemus ſupra fundamentum teſti-
moniorum cæleſtium, vt non ardeat ſicut lignum aut
ſtipula, ſed ſicut aurum probetur, vt æterno maneat ni
xum fundamine.

SERMO VICESIMVS.

INCIPIT litera Res, quę Latina interpꝛta- Res.
tione caput dicitur vel primatus. Caput eſt, L
vt formam generis humani conſideremus,
quod fouet membra omnia, & dirigit atq; im
plet ſenſibus. Senſus enim ſapientis in capite eius. In-
de ductus venarum, meatusq; ſpiritus, ſanguinis vires
in totius partes corporis deriuantur. Luſtrat omnia,
ornat omnia. Sublato capite, corpus ſine nomine eſt.
Non agnoſcitur, nec vlla ſupereſt vſura viuendi. Pro-
pterea qui in aliquo dānatur crimine, eo quod ornamē-
tum eſt toti⁹ corporis, capite abdicatur: & qui turpi vel
ſceleſto reatu beluinę obſcœnitatis illuuiem vel beſtia-
lis īmanitatis horrorē commiſiſſe detecti ſunt, tanquā
ii qui ꝓpoſito hūanæ moderationis exciderint, formā
quoq; humanæ cōditionis iubentur exuere. Reciſo enī
capite, reliqui corporis trūcus beſtiarū corpori cōparaſ,
& ſapiētiæ arce fraudatur, qui ſapiētię nō potuit tenere
rationē. Sepeliſ igitur ſine decore ſuo corpus. In capite
etenī vigor vitæ, in capite eſt gratia venuſtatis. Fertur
coluber, cui vrgetur periculo, caput ſemper abſcōdere, & M
in orbem ſe colligēs obiecta reliqua parte corporis hoc
ſolum tueri, quod illæſa feratur mēbra cætera ſaluo ca-
pitis vigore reparare. Hoc & tu moraliter caput ſerua,
hoc ſeruato & myſtice. Myſticum caput Chriſtus eſt,
quia oīa in ipſo cōſtant, & ipſe eſt caput corporis eccle-
ſiæ. Hoc caput qui amiſerit, viuendi vſum habere non
poterit. Hoc ſolo diſtamus a beſtiis, ad imaginem dei
& ſimilitudinem virtutum vigore formati. Fides nos
ab irrationabilium pecudum comparatione ſecernit.
Hoc caput humani ſeruate ſerpentes, etiā ſi omnia mē
bra cædantur, totum vratur corpus incendiis, merga-
tur profundo, euiſceretur a beſtiis, hoc tamen capite cu
ſtodito, vita integra, ſalus tuta eſt. Nemo enim poteſt
perire, cui nō ſublatus eſt Chriſtus. Eſt & caput, ſum-
ma ſtudii atq; operis noſtri, ſumma negocii, ſumma
ſpei, ſumma virtutum. Omnis autem ſumma eſt ſtu-
dii noſtri, vt ſimus humiliores, veritatē ſequamur, quā
non videt extollens ſe fruſtra inflatus mēte carnis ſuæ,
& non tenens caput. Quod ſit hoc caput, euidenter ex-
preſſit dicēs: Ex quo omne corpus per compaginatio- Coloſſ. 2.
nes & colligationes ſubminiſtratum & copulatum cre
ſcit in incrementū dei. Et in Eſaiæ libro dicit dominus
per prophetam: Auferam a Iudæa caput & caudam, Eſa. 9.
initium & finem. Hoc caput Iudæa quod tenebat ac

A miſit, quæ IESVM dominum non recepit. Vbi fi-
des eſt, & initium & finē habemus. Vbi perfidia, nec
initium nec finis eſt. Eccleſiæ principium eſt primoge-
Apoc. 22. nitus ex mortuis. Habet & finem, quia ipſe eſt primus
Rom. 10. & nouiſſimus. Ipſe eſt finis legis ad iuſtitiam omni cre
denti. Synagoga nec initium nec finem habet, quia nec
in principio inuenit quod ſequatur, nec in fine quod ſpe
ret. Inflatus ergo caput non tenet, hoc eſt, illam humi-
litatem Chriſti qua deſcendit vſq; ad crucem, deſcendit
vſq; ad inferos. Ideo Iudæus non credidit, quia cōtem-
Mat. 11. pſit dicentem: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis
corde. Hæc humilitas virtutum omniū caput eſt, quæ
totum velut quoddam noſtrorum actuū fouet corpus.
Quamuis infirmus aliquis ſit, pauper, ignobilis, tamē
ſi non ſe extollat & præferat, ipſa ſe humilitate cōmen-
dat. Sit aliquis prædiues & nobilis: idem ſi nobilitatē
generis & diuitias ſuas iactet, inſolentia ſibi vilis eſt.
Sit aliquis facundus & fortis, qui tumore facundiæ ac
virtutis elatus, plurimum ſibi arroget: nonne ei ꝓpter
verecundiam & inſipiēs plerūq; & inualidus anteferē?
Lucę. 18. Deniq; phariſæus in euangelio cum abſtinens & par-
cus eſſet alieni, liberalis ſui, non refugus ieiunii, vt ipſe
dicebat, tamē propter iactantiā etiā illa quæ habere po-
terat amiſit. Nihil ei tot genera virtutū vno vitio deco
lorata prodeſſe potuerūt. Publicanus qui nihil enume-
rare poterat quod poſſet probari, propter humilitatem
tamen iuſtificatus magis ꝙ ille Phariſæus deſcendit
Pſal. 33. e templo, ſecūdum quod ſcriptū eſt in propheta: Quia
humiles ſpiritu ſaluabit. Hoc autem eſſe caput qđ hæc
litera exprimat, euidēter etiā in Hieremiæ Threnis do
Thren. 4. cemur. Nam prælata hac litera ait propheta: Spiritus
ante faciem noſtrā Chriſtus dominus: ſub vmbra eius
B in gentibus viuemus. Hoc ergo caput vere eſt, quod o-
mnium caput eſt. Diximus de capite: dicamus & de
primatu: quod licet ſermone diſtet ac litera, ſenſu tamē
in eandem cōcurrit intelligentiam. Primatus enim le-
gimus in veteri teſtamēto, quos in primogenitis Eſau
fratri ſuo ceſſit, & ideo vocatum eſt nomē eius Edom,
hoc eſt, terrenus & callidus. Iſti ſunt autem fratres, de
quibus rogatus eſt dominus ab Iſaac patre eorū vt da-
ret ei ſuæ poſteritatis hæredes de Rebecca vxore ſua, q̄
per viginti annos nullum dederat generationis ſuæ in-
ſigne. Exaudiuit eum, & concepit Rebecca, & rogauit
Gene. 25. dñm cū luctari inter ſe paruuli viderētur in vtero eius,
& reſponſum accepit: Duæ gentes in vtero tuo ſunt, &
duo populi ab vtero tuo ſeparabūtur, & populus popu-
C lum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Nōne apertum
eſt myſterium, duos ſignificari populos, hoc eſt, popu-
lum Iudæorum ſeniorem, & Chriſtianum populum
iuniorem, qui propter cocturam lentis primatus fratris
accepit ſenioris? Quo indicio euidenter exprimitur qđ
populus ſenior ille terrenus propter intemperantiā gu-
læ primatum quē habuit amiſit. Populus autem eccle
ſiæ per ſobrietatem & continentiam primatus quos or
dine non habebat ætatis, confeſſione fraterna & pio fur
to paternę benedictionis eripuit. Quid eſt igitur quod
populus rapuit Chriſtian⁹, niſi dominum IESVM?
Mat. 11. A diebus enim Ioannis baptiſtæ regnum cælorum co
gitur, & cogētes diripiunt illud. ſicut ipſe dominus de-
clarauit. Bona fraus, quæ vitam furatur æternam. Sed
quoniam ſatis dictum de literæ huius interpretationi-
bus arbitramur, conſideremus ea quæ huic literæ pro-
pheta ſubiecit. Primus itaq; verſus eſt:

I Vide humilitatē meā, & erue * me: quo-
*als, eripe niam * legem tuam non ſum oblitus.
*als, quia.

Fortaſſe dicat aliquis, gloriatur de ſe propheta. & ſi
gloriatur, gloriatur in infirmitatibus ſuis, in quibus &
2. Cor. 12 Apoſtolus gloriatur dicens: Gloriabor in infirmitati-
bus meis. Alius in diuitiis, alius in titulis nobilitatis
ac proſapiæ ſuæ, alius in adminiſtrationibus & hono-
ribus gloriatur, iuſtus in humilitate gloriat. Bona eni D
gloria, Chriſto eſſe ſubiectum. Vt ſcias autem quia ia-
ctare noſe cupiat, ſed domini in ſe gratiam prouocare,
alibi idem propheta ait: Vide humilitatem meam, &
laborē meum. Ergo quaſi is qui humiliauerit cor ſuū,
quaſi is qui plurimum laborauerit, ibi ſibi dimitti pec-
cata deſiderat, hic eruī ſe precatur. Conſtitue aliquē ſa-
cerdotem pro miniſtri ſalute ſolicitum, quem probatū
aduertat deo, aliquem patrem pro filio in ægritudine
conſtituto grau, aliquam fœminā vel pro filio vel pro
viro mœſtam, orationibus incubantem, fundentē vbe-
res lachrymas noctibus ac diebus, humiliantem ſe ac
ſternentem ſolo, multiplicantē ieiunia, & quod his gra-
uius eſt, mentis atq; animi dolore confectam, morbi ac
periculi dilatione torpentem, dicere ad dominum: Vi-
de humilitatem meam, & erue me. Cōſidera etiā quia
ſpirituali quodam oleo cæleſtium præceptorum vngit
nos atq; exercet quotidie ſcriptura diuina, & dominus
noſter plurimos ad ſubeunda certamina geſtiens pro-
uocare, diuerſa poſuit præmia coronarum. Conſidera
inquam Chriſti athletam innumeris contentionibus E
fatigatum, ac propeiam laſſatis viribus reſiſtentē, peri
culi mole turbatum, cum videat ſibi non ſolum aduer-
ſus carnem & ſanguinem, ſed etiam aduerſus ſpirita-
les nequitias quæ ſunt in cæleſtibus, eſſe luctamen, di-
cere: Vide humilitatem meam, & erue me, quoniam
legem tuam non ſum oblitus. Non enim potuit obliui
ſci qui ſecundum eius præcepta certauit. Cōtuere etiā
aliquem in martyrio conſtitutum, frequentibus affli-
ctum ſuppliciis, retruſum in tenebras, graui fractū pon-
dere catenarum, neruis crura diſtentum, euiſceratum
equuleo, exaratum vngulis, aduſtum candētibus lami-
nis, perſeuerantis fidei virum, ſed iam tædiantis animi
quod diutius differatur ſacræ mortis corona, dicentē:
Vide humilitatem meā, & erue me, quoniā legē tuam
non ſum oblitus. Nō ſolū enim i ſtudiis atq; propoſitis,
ſed etiā in tētationib⁹ humilitatē dici poſſe, teſtimoniis
ſcripturarū docemur. Siqdē lectū eſt: Hoīes acceptabi-
les in fornace hūilitatis. ταπεινώσεως enī Græcus dixit,
quod eſt humilitatis. Hoc ideo poſui, quia plurimi ha-
bēt latini, in fornace afflictionis. Latinus diſcernit, Gre
cus non ſeparat. ταπεινώσεις & humilitas virtutis dici- F
tur, & humilitas afflictionis. Nihil impedit ſi latinus
ſeparat. Non enī Græcus ex latinis trāſtulit, ſed latinus
ex græco. Deniq; & Hebręi quādiu in Ægypto erant, in
fornace erant ferrea, hoc eſt in fornace tētationis, in for-
nace afflictionis, cum duris affligerētur imperiis. Vn-
de & ſcriptum eſt: Quia eduxit eos deus de fornace fer Hiere. 11.
rea ex Ægypto. Fornax erat ferrea, quia nullius adhuc
in Ægypto opera virtutum plena lucebant, nullius au-
rum illic fuerat comprobatū, nullius plumbū iniquita-
tis exuſtū. Dura fornax, fornax mortis perpetuæ. Quā
fornacem nullus poterat euadere, quæ omnes cōſume-
ret, in qua ſolus dolor ineſſet & luctꝰ. At vero fornax in
qua Ananias, Azarias, Miſahel, hymnum deo cane- Daniel. 3.
bant, fornax aurea illa, nō ferrea, per quam toto orbe ſa
pientia fide deuotionis illuxit. Erat quidem etiam hęc
fornax in Babylonia, vbi aurum non erat ſpirituale, niſi
forte captiuum. Captiuā enim dominus duxit captiui-
tatem. Hoc erat aurum in dei ſanctis, qui captiui erant
apud Babylonios corpore, ſpiritu autē liberi apud deū,
ſoluti vinculis captiuitatis humanæ, iugo gratię ſpiri-
talis innexi. Et fortaſſe eadem fornax ferrea fragilibus
eſt, aurea perſeuerātibus. Omnes oportet per ignē pro-
bari, quicūq; ad paradiſum redire deſiderant. Nō enim
ociоſe ſcriptum eſt quod eiectis Adam & Eua de para-
diſi ſede, poſuit deus in exitu paradiſi gladium igneum
verſatilem. Omnes oportet tranſire per flammas, ſiue
ille Ioannes euangeliſta ſit, quē ita dilexit dominus, vt
de eo diceret ad Petrum: Sic eum volo manere, quid ad Ioan. 21.
te? tu me ſequere. De morte eius aliqui dubitauerunt,

G de transitu per ignem dubitare non possumus, quia in paradiso est, nec separatur a Christo. Siue ille sit Petr⁹, qui claues accepit regni cœlorum, qui supra mare ambulauit, oportet dicat: Trasiuimus per ignem & aquã, & induxisti nos in refrigeriũ. Sed Ioanni cito versabile igneus gladius, quia non inuenitur in eo iniquitas, quẽ dilexit æquitas. Si quid in eo vitii humani fuit, charitas diuina decoxit. Ærea enim eius sicut aleę ignis. Qui habuerit hic charitatis ignem, illic ignem gladii timere non poterit. Ipsi Petro qui toties mortem suam pro Christo obtulit, dicet: Transi, recumbe. Sed ille dicet: Igne nos examinauit, sicut examinatur argẽtum. Et enim in quo aqua multa excludere non potuit charitatem, quomodo eam ignis excludet? Sed ille examinabitur vt argentum, ego examinabor vt plumbum: donec plumbũ tabescat ardebo. Si nihil argenti in me inuentum fuerit, heu me, in vltima inferni detrudar, aut vt stipula totus exurar. Si quid inuentum in me fuerit auri vel argenti, non per meos actus, sed per misericordiam & gratiam Christi, per ministeriũ sacerdotii, dicam fortasse ego: Et enim qui sperant in te, non confundentur. Illo igitur igneo gladio iniquitas exuretur, quæ sedet super talentum plumbeum. Ideo vnus ignem illum sentire nõ potuit, qui est iustitia dei Christus, quia
H peccatum nõ fecit. Nihil enim ignis in eo quod exurere posset inuenit. Deniq; illi soli eleuatæ sũt portæ eternales, vt intraret rex gloriæ, nõ reus causæ. Et hic quidem mortẽ caro illius gustauit, neq; enĩ aliter posset resurgere. Q d legi, præsumo: qđ nõ legi, venerat? sciẽtib⁹ derelinquo: vnũ cõfitẽs, quia quicquid caro illius subiit, ideo subiit, vt viã ceteris vel triũphãdi per martyrii passionẽ, vel trãseũdi in paradisum suis vestigiis reformaret. Nemo ergo sibi arroget, nemo de meritis gloriet, nemo de potestate se iactet, sed oẽs speremus per dñm IESVM misericordiã inuenire, qñ oẽs ante tribunal eius stabimus. De illo veniã, de illo indulgẽtiã postulabo. Q uæ enim spes alia peccatorib⁹? Et qui se hic aurũ putat, habet plumbum: & qui putat se granum tritici, habet paleam quæ possit exuri. Sed hic sibi multi aurũ videntur. Non illis inuideo: sed etiã aurum examinabitur, vretur vt possit probari. Sic enim scriptũ est: Sicut aurum in cõflatorio probabo illos. Ergo aduertãt,
I quia examinabuntur omnes. Multi ergo qui se aurum putant, & ipsi humilitatem sequantur, vt vitia sua decoquant. Sed hic inanis iactãtia est. Ideo multis qui se massas putant auri, dicit sapientior auri massa: Omnes nos fornax ꝓbabit. Ergo quia examinãdi sum⁹, sic nos agamus, vt iudicio probari mereamur diuino. Teneamus hic positi humilitatem, vt cum vnusquisq; nostrũ venerit ad iudicium dei, ad illos ignes quos transituri sumus, dicat: Vide humilitatem meã, & erue me. Nã si superbus fuerit, si arrogãs, si contumax, non poterit hoc dicere. Nemo autẽ dicet, Vide superbiã meã: sed, Vide humilitatem meã: vt ei? gratia eruĩ ab illo igne rhereatur. Est ergo humilitas laboris & fatigationis, est & humilitas virtutis atq; propositi, quã & in secũdis & prosperis & in ocio positus tenet iustus. Nullo licet fractus labore, nullius certaminis dubius euentu, humilem omnib⁹ affectum exhibet, nec sua extollere studet, sed magis minuere operis sui preciũ, & meriti sui gratiam. Audi iustum humiliatẽ se: Ego sum, inquit, minimus apostolorum. Ille vas electionis diuinæ, ille gẽtium doctor minimum esse se dicit, indignũ eius officii nomine quod suis operibus præferebat: nihilq; sibi arrogat, sed totũ gratiæ dei deputat. Hoc vtiq; decet iustũ.
Gene. 18. Hac humilitate Abraham pater fidei nuncupatus est: qui cum diuino participaretur alloquio, terram se esse
Psal. 21. dicebat, & limum. Ipse quoq; dominus ait: Ego autem sum vermis, & nõ homo: opprobrium hominũ, & abiectio plebis. cũ de sui corporis passione loqueretur, qui nõ quæ sua sunt quæsiuit, sed quæ aliorum. Cuius nos imitatores vult fieri Apostolus, atq; hortatur dicens: k
Philip. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo IESV: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs. Nec nos igitur nobilitatem generis, nec diuitias requiramus, si volumus Christum sequi. Exinaniuit se, cum esset in dei forma: cum diues esset, pauper factus est. Noli & tu cõtemnere plebeium, quia nobilis es: noli despicere seruũ, quia potens es: noli pauperem fastidire, quia diues es. Nũquid nobilior, nunquid potentior Christo es? Ille pro te suscepit illa quæ tu despicis. Ille pro te humiliauit se vsq; ad mortẽ, & mortẽ crucis, vt tuæ lapsũ aboleret supbię, vt qđ per vnĩ⁹ Ade inobedientiam perdideramus, per Christi humilitatẽ reciperemus. Propter quod deus, inquit, illum exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, quoniã dominus IESVS in gloria est dei patris. Cõsidera o homo quid legas. Non laborauit apostolus potentiã Christi probare, sed obedictiã prædicare, sed demonstrare quãta sit humilitatis gratia, quãtus eius profectus. Si simplicibus accipias auribus, & Christum exaltauit. Sed
Ioan. 12. Christus nõ quæ sua, sed quę tua erant, illa humilitate quærebat. Ego, inquit, si exaltatus fuero a terra, omnia trahã ad meipsum. A ccipe ergo argutis auribus: Moraliter tibi profuit, mystice tuam redemit salutẽ. Quo- L
modo vis intellige: Salus est tua. Si putas quod Christo profuit humilitas sua, cui ergo non proderit? Si illũ exaltauit, quẽ nõ augebit? Factus est minister omniũ dominus, & autor omnium vapulauit, pedes lauit, crucifixus est, mortuus est. Sed in his omnibus detrimentum nullum video diuinitatis eius, profectum operationis agnosco. Qui nihil habebat qđ ad potestatẽ suã adderet, habuit quod ad cultum suæ maiestatis adiũgeret. Audeo dicere: Operationis suæ mun⁹ amiserat, nisi id humilitas recepisset. Itaq; nos quidẽ redemit, sed etiam sibi acquisiuit. Nihil ergo humilitas affert dispẽdii. Ille qui se exinaniuit, plenus est. Ille qui nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, formam serui accipiens: in gloria est dei patris. Suscepi quem nesciebam, agnoui quem non cognoscebam, confiteor quem negabam. Ipsi genu corporis flecto, ipsi genu mentis inflecto, ipsum adoro, quẽ ante fugiebam. Gratias tibi agimus IESV Christe quod creasti nos: sed creatos, feris bestiis, mutis animãtibus præfecisti. Maiora sunt M
visitationis tuæ munera. Visitatos maiestatis tuæ cõ
Psal. 21. sortiis honorasti, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Suscepto enĩ corpore frater es factus, nec dominus esse desisti. Maiorem redemptionis gratiã prestitisti, quia periclitantes morte propria redemisti, sicut scriptum est: Expedit vnum hominẽ mori pro po- Ioan. 11.
pulo. Suscitasti mortuos, dicens: Soluite tẽplũ hoc, & Ioan. 2.
in triduo resuscitabo illud. In illo enim templo dominici corporis omnibus resurrectio accreuit. Resurgentes adæquasti angelis, sicut dixisti: Quoniam quæ nõ Mat. 22.
nubunt, neq; ii qui ducunt vxores, erunt sicut angeli dei in cælo. Postremo ad dexteram dei in illo filii hominis solio collocasti, sicut ipse dignatus es dicere: Ex Lucę. 22.
hoc autem erit filius hominis sedens ad dexteram virtutis dei. Vnde Apostolus admirãs diuinæ dona pietatis, simul ostendens vnam patris & filii liberalitatẽ
Ephe. 2. ait: Deus autem qui diues est in misericordia propter multam charitatem qua dilexit nos. Audis in quo debeas homo diues esse, quas habere virtutes? Amorem dei te probato imitari, beneficia misericordiæ charitatisq; cælestis. Et addidit: Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati, & simul suscitauit, simul fecit federe in cęlestib⁹ in Christo IESV. In Christo vtiq; honoratur & caro. Ille igitur qui ad dexterã dei sedet, ꝓpter nos hũiliatus est. Ideoq; dicit nobis: Discite a me qa mitis sũ, & humi Mat. 11.

A lis corde. Nõ dixit, Discite a me quia potẽs sum, sed humilis corde: vt tu illum imiteris, vt tu ei dicas: Domine audiui vocem tuam, impleui preceptum tuũ. Dixisti vt a te disceremus humilitatem: didicimus nõ solũ sermone, sed etiam actu tuo. Feci quod imperasti, vide humilitatem meam. Athleta bonus membra sua monstrat, vt conuersationis suæ approbet disciplinam. Monstrat etiam tunc membra sua, quando post aliqua certamina graviora iterũ certare cõpellitur, vt iudex videt sessum corpus, nequaquam eum certare compellat. Et tu ostẽde cordis tui humilitatem, vt titulus virtutis ostẽdas.
1. Tim. 4. Ostende & corporis tui certamina, vt dicas: Certamen bonum certaui, cursum consummaui. & videns spiritalis iudex certaminis agonem, coronã iustitiæ decernat, quoniam legem agonis implesti.

II
*als, redime. *alias, eloquium.

Iudica iudicium meũ, & líbera*me, propter verbum*tuum viuifica me.

Festinant innoxii ad iudiciũ, & proprię innocentię arbitris desiderãt citius comprobari. Habet hoc vsus etiã in seculo, qđ est cõmune cum sanctis. Verũ is qui apud deum iustus est, habet aliã causam iudicii non timendi, quia apud misericordem iudicem sibi causa est, apud redemptorem suum vult cito & sperat absolui. Absolutio enim matura factorum est. Vnde & Dominus ait per
Ezech. 9. Ezechielem ad angelos qui ministri sunt vltionum: A sanctis meis incipite. Non vult dominus cõmune sanctis cũ diaboli sociis consortiũ esse iudicii. Diabolus enĩ
B & ministri eius cum hominibus non flagellabũtur. Separata est pœna vbi distat & culpa. Ideoq; alio loco scri
1. Pet. 4. ptura ait: Tẽpus incipere iudicium a domo dei. Quos miseratur enim, cito castigat, vt non diutius afficiãtur futuri expectatione iudicii, nõ prolixius misera reatus sorte macerentur, vt vnusquisq; reddat etiã duplicia peccata, quo tãdem possit absolui. Pœna enim reorũ, quædam absolutio delictorum est. Videmus in hoc seculo insertos nexibus catenarũ reos in specie pompę miserabilis duci: & nonnunq̃ hoc patiuntur insontes, vt tolerabilius sit mori, q̃ talia subire supplicia. Optant vtiq; audiri, bene sibi conscii. Optãt etiam hi qui grauibus flagitiis vrgentur, pœnam mortis celeritate transigere, vt aliquanta compẽdia pœnarũ lucrentur. Spes est etiam de iudicis misericordia. Ipso exilio clausa carceris duriora sunt, nec reditus in perpetuum omnibus interdiditur relegatis. Si hoc operatur humanũ examen, quãto magis Christi est omnibus expetẽdũ? Differtur diaboli iudiciũ, vt sit semper in pœnis reus, semper improbitatis suæ innexus catenæ, cõscientiæ suę in perpetuũ sustineat ipse iudicium. Ideo diues ille in Euangelio, li-
C cet peccator pœnalib⁹ vrgetur erumnis, vt citius possit euadere: Diabolus autem nequaquã puniri ad iudiciũ demonstratur, nequaquã adhuc pœnis esse subiect⁹, nisi quas ipse tantorum cõscius scelerum soluit timore perpetuo, ne aliquãdo securus sit: immo, vt verius dicam, sanctus ad iudicium venit, impius non venit, quoniam non resurgunt impii in iudiciũ. Hic petit vt absoluatur, vt coercitus dimittatur. Q ui autẽ nõ iudicatur, nõ credidit, sed impietatis suæ iudicio ipse punitur. Apud imperatores istos nõ puniũtur sceleris rei Barbari quod in sua gente cõmiserint, quia non sibi subditi, sed grauiore nomine hostes habentur, qui sine interrogatione priuati sceleris puniuntur. Ita & Christus suos castigat quos diligit, alienos tanũ generali dãnatiõe impietatis astrictos pœna dãnat æterna. Nouissima enim destruetur mors, & tamen verecũde docet Propheta exemplo sui vt etiam qui difficilt operibus suis, propter verbũ tamẽ dei clementiorẽ speret sententiam. Alius propter diuitias viuere cupit, alius propter filios, hic propter verbũ dei viuificari petit: sicut Symeon dñi expectauit aduen-
Lucæ. 2. tum: vnde & dominum accipiens in templo ait: Nunc dimittis seruum tuum in pace, qui a viderunt oculi mei salutare tuum. affereus virendi sibi cupiditatem aliam D
nõ fuisse, nisi vt Christum videret. Deniq; vidit, & vinculis solui corporis postulauit. Possumus etiam intelligere, Iudica iudicium meum, quasi grauior nobis causa sit de iudicio nostro, q̃ de errore dicenda. Errãti enim facilius datur venia, quam improbe in alium iudicanti. Necesse est enim eam formam in te redire iudicii, quã in alium ipse decernendam putaueris.

III
*alias, non habet est. *als, quia iustificationes.

Longe est*a peccatoribus salus, quoniã iustitias*tuas non exquisierunt.

Quorum ferum est iudicium, eorũ salus longe est: sed ipsi sunt sui autores periculi, qui domino nõ appropinquarunt. Ideo facti sunt longe, quia volũtate sua a salutis se gratia separauerũt. Non refugit eos salus, sed ipsi
Lucę. 19. salutem, qui se elongauerunt. Venit ad Iudęos, sed illi salutem non receperũt. Q uomodo non receperũt? Audi: IESVS salus est, IESVS filius hominis nunciatus est. Venit filius hominis quærere & salvum facere quod perierat: sed Iudæi dimitti sibi latronẽ postulauerunt, IESVM repudiauerunt. Q uis autẽ est qui se longe facit a domino, nisi qui non exquirit iustitias eius? Qui vero iustitias exqrit, prope est, adhæret deo.
Ephes. 2. Et ideo iustitias dei quærẽtibus dicit Apostolus: Vos qui eratis lõge, facti estis prope, in sanguine Christi. Sãguis Christi, iustitia est. Deniq; ipse ait ad Ioannẽ: Sine
Matth. 3. nos implere omnem iustitiam.

IIII
*alis, misericordiæ. *al. nõ habet nimis. *als, iudicium tuũ.

Miserationes*tuæ multæ nimis*domine, secundum iudicia tua*viuifica me.

Etsi longe est a peccatoribus salus, tamen nemo desperet, quia multæ sunt misericordiæ domini. Qui suo peccato pereunt, misericordia domini liberantur. Miserebor, inquit, cui misereor. Palam apparuit non quærentibus, vocauit refugientes, congregauit ignaros, pro omnibus se obtulit passioni. Non ergo multum E
misericors? Misericordia enim hominis in proximum suum, misericordia domini in omnẽ carnem, vt omnis caro ad dominum ascenderet, illa domini miseratione donata. Sed quomodo cum dixerit multas esse domini miserationes, secundũ iudicia eius viuificari petit, maxime cum alibi ipse dicat: Et non intres in iudiciũ cum
Psal. 142. seruo tuo? Sed aliud est illud iudiciũ beneficiorum dei, (cui respondere nõ possumus. Q uis enim potest debitum referre naturæ, debitum salutis & gratiæ?) aliud iudicium quo fragilitatis nostræ æstimatione censemur. In hoc ipso tamen iudicium cum misericordia copulatum est, vt veritas iudicii miseratione domini tẽperetur. Aut forte quia dixerat, Iudica iudiciũ meum, ideo subtexuit miserationes domini nimium multas esse. Graue est enim de alio iudicare. Vnde etiam scriptum est: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Cum Lucæ. 6.
enim vnusquisq; sit suorum conscius peccatorum, quomodo potest de alterius iudicare peccato? Iudicet de al- F
terius errore, qui non habet quod in seipso condemnet. Iudicet ille qui non agat eadẽ quæ in alio putauerit punienda: ne cum de alio iudicat, in se ferat ipse sententiam. Iudicet ille qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Audisti hodie quid iudex verus & iustus locutus sit: Non possum, inquit, ego a me facere quicquam. Nonnulli hæretici solebãt hinc facere quæstiones, quasi infirmus esset filius qui a se nihil faceret, quasi secũdum diuinitatem quoq; subditus, & paterno subiectus imperio: nec aduertunt quod hoc quoque magis potestatis diuinę vnitas comprobetur, vbi putant inter patrem et filium esse distantiam potestatis. Nihil a se facit filius, quia per vnitatem operationis, nec filius sine patre facit, nec sine filio
Genes. 1. pater. Denique pater dicit ad filium: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. commu nem asserens operationem esse, vbi cõmune consilium

G est. Quid sine sapientia facit, qui omnia in sapientia fecit? vt lectum est: Omnia in sapientia fecisti. Deniq; Psal.103. Prou.8. pientia dixit: Cum faceret cælos, cum illo eram, & ego Ioan.1. eram cui applaudebat. Et Euangelista ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. vt doceret non solum operatorem omnium filium, sed etiã paternę operationis consortẽ esse. Ego tamen arbitror quod hic locus ad iudicii formã videatur esse referẽdus. Euãgelium etenim nõ solum fidei doctrina, sed etiam morum est magisterium, & speculum iustæ cõuersationis. Inuenio in Euangelio qđ dominus IESVS multorum affectũ & officia suscepit, vt doceret quomodo nos in his conuersari oporteret officiis. Suscepit personã pa- Ioan.10. storis, & ait: Pastor bonus animam suã ponit pro ouibus suis. Ideoq; pro rationabili grege seipsum passioni corporis nõ negauit, vt ouem lassam crucis suæ humeris superponens pii oneris functione recrearet. Suscepit 1.Ioan.2.. aduocati personã. Ipsum enim aduocatũ habem⁹ apud Lucæ.6. patrem. Pernoctabat in oratione pro nobis, vt nos suo informaret exemplo quemadmodum veniam nostris debeamus exorare peccatis. Non enĩ ideo pernoctaret, quasi qui aliter patrem nobis reconciliare nõ posset, sed vt qualis aduocatus esse debeat, demõstraret, qualis sacerdos, vt nõ solũ diebus, sed etiam noctibus pro grege Christi debeat precator assistere. An impetrandi egebat auxilio, qui facere ipse poterat quod rogabat, quem- Ioan.14. admodũ ipse dicebat: Ego ad patrẽ vado: et quodcunq; Ioan.16. ab eo petieritis in nomine meo, hoc faciam? Deniq; alibi ait, cum Lazarum resuscitaret: Sciebam qđ semper me audis. Hic quasi infirm⁹ pernoctabat, qui sciebat qđ Ioan.11. semper auditur, & clamauit: Lazare veni foras. Locuta est resurrectio, mors recessit. Suscepit etiam affectum H rei, & stetit ante iudicem quasi reus, nec dedignatus est dominus omniũ presidis vilitatem. Interrogatus tacebat, ostendens non in clamore vocis, nec in forẽsis assertione patrocinii, sed in conscientiæ integritate esse innocentiæ defensionem: nec salutem corporis ambiendam, sed animi puritatẽ. Deniq; qui Susannã absoluit tacẽtẽ, se obtulit morti. In illa causam ostendit vt nemo desperaret, in hac vt redimendæ vniuersitatis sacrificiũ non negaret. Cæsus postremo non cõuitiatus est, nõ repercussit: & dominus cæli atq; terrarum studium deposuit Ioan.18. vltionis, vocem humilitatis emisit dicẽs: Si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si autẽ bene, quid me cædis? Quasi infirmus cędis deplorat iniuriã, & cũ se posset vlcisci, queri maluit q̃ vindicare. Ergo & hic per- Ioan.5. sonam iudicis præpositiq; suscepit dicens: Non possum a me facere quicquam. Bonus enim iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis, sed iu- I xta leges & iura pronunciat, scitis iuris obtemperat, nõ indulget propriæ volũtati, nihil paratum & meditatũ domo defert: sed sicut audit, ita iudicat: & sicut se habet negocii natura, decernit. Obsequitur legibus, nõ aduersatur: examinat causæ merita, non mutat. Discite iudices seculi, quẽ in iudicãdo tenere debeatis affectũ, quam sobrietatem, quam synceritatem. Dominus omniũ dicit: Nõ ego possum a me facere quicquam. Alibi lego: Negare semetipsum non potest. Non potest vtiq;, non per infirmitatẽ, sed per integritatem: nõ per impossibilitatem faciendi, sed per obseruantiã iudicandi. Quid nõ potest qui omnia potest, nisi quod posse nolit? Non vult posse quod damnat, non vult posse aduersus fidem, non vult posse aduersus veritatẽ. Audi postremo ipsum di- Ibidem. centẽ cur non possit a se facere quicquã. Sicut audio, inquit, iudico. hoc est, non ex mea potestate decerno quod libitũ, sed ex iudicãdi religione qđ est: & ideo iudicium meum verũ, quia nõ volũtati meæ indulgeo, sed æquitati. Audite quid iudex dicat cælestis: Non possũ a me facere quicquã, sed sicut audio iudico. Et Pilatus dice- Ioan.19. bat ad dominum IESVM: Potestatẽ habeo crucifigẽdi te. Vsurpas o homo potestatem quam nõ habes, cũ dominus neget se habere, qui habet super omnia po- K testatem. Audi quid iustitia dicat: Nõ possum a me facere quicquã. Audite qd iudex æquitatis asserat: Sicut audio, ita & iudico. Audite qd iudex iniquitatis loquatur: Potestatem habeo dimittẽdi te, & potestatẽ habeo crucifigẽdi te. Tua Pilate voce constringeris, tua dãnaris sententia. Pro potestate igitur nõ pro æquitate crucifigẽdum dominũ tradidisti: per potestatem absoluisti latronẽ, autorem vero vitæ interfecisti. Sed nec istam a te habuisti quã habere te asseris potestatẽ. Deniq; dicit tibi dominus IESVS: Non haberes potestatẽ aduer- Ioan.19. sum me vllã, nisi data tibi esset desuper. Mala potestas licere quod noceat. Potestas ista tenebrarũ est, verũ nõ videre, sed spernere. Audite quid verus iudex loquat: Non quæro voluntatẽ meã, sed voluntatẽ eius qui misit me. Quasi homo loquitur, quasi iudex docet: quoniã qui iudicat, non voluntati suæ obtẽperare debet, sed tenere quod legũ est. Constitue iudicẽ de hoc seculo: numquid potest aduersum imperialis formam venire rescripti? Numquid potest normã augustę definitionis excedere? Quãto magis diuini formã debem⁹ seruare iudi- Ioan.5. cii? Christus dicit: Nõ quæro voluntatẽ meam, hoc est hominis, quæ vel odio dirigitur, vel studio intenditur, vel gratia inflectitur, vel aliorũ mendacio depranatur. Omnis enim homo mendax. Sed voluntatem, inquit, Psal.115. eius qui me misit, hoc est, diuinæ cognitionis formam veni docere, vt in iudicãdo magis cordi sit veritatis custodia, q̃ obedientia voluntatis. Non ergo hic quoq; in- L firmitas potentiæ, sed forma est expressa iustitiæ. Iustũ igitur est iudiciũ filii dei, quia est secundũ volũtatẽ dei, non secundũ hominis affectum. Deus enim misericordiarũ plenus est, & misericordia eius cũ iudicio, & iudicium cũ misericordia. Neq; enim sine iudicio misereturneq; sine misericordia iudicat. Deniq; scriptum est: Misericordia eius in stateris. Filii autẽ hominũ mendaces in stateris, vt decipiãt. Examinat ergo & trutinat deus merita singulorũ, & quẽadmodũ per mensurã dat gratiã, ne super mensurã sit, ita per mensurã dat misericordiã. Vnde ait: Mensurã bonã, confertã, cõmotã, super- Lucæ.6. effluentẽ dabunt in sinũ vestrũ. Eadẽ vero mẽsura qua mẽsi fueritis, reddetur vobis. Similiter in statera singulorũ opera pensantur, vt si bona malis præponderãt, remuneratio præmii deferatur: si peccata virtutibus, tristior reum pœna constringat. qđ expressiũ habes ad Timotheũ, dicẽte apostolo Paulo: Quorundã hominum 1.Tim.5. peccata manifesta sunt præcedẽtia ad iudiciũ, quosdam autẽ & subsequũtur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quę aliter se habẽt, absconditi non possunt. Omnia M ergo a dño deo nostro mensura quadã & pondere fiunt. Quis posuit, inqt, rupes in statera? Et supra: Quis mẽ- Esaię.40. sus est manu aquã, & cælũ palmo? Qui nostra examinat, sua vtiq; examinata largitur, & saluo omnia decernit examine. Ponderat misericordiã, ponderat vltionẽ: in vtroq; certũ pondus, habilisq; mensura est. Vnde & Dauid ait: Et potum dabis illis in lachrymis in mensu- Psal.79. ra. ne sine moderatione mẽsuræ pœnæ cumulo grauarentur, & sustinere non possent. Et alibi idem ait? Prophe- Psal.74. ta: Calix in manu domini vini meri plenus est mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc, verũtamen fex eius nõ est exinanita. Et Hieremias ait: Calix aure⁹ Babylon Hier.51. in manu domini, a quo inebriatæ sunt gentes. hoc est, pœna a nationibus persoluta est, ne diutius insultarent, quod dei populũ acerbissima populatione vexauerint Sensus igitur versus Dauidici hic est: Parata & plena est pœna quæ debetur impiis, quam dominus declinat in perfidos: sed tamen miseratione sua non vsq; ad fecem dignatur effũdere, ne plenitudinem supplicii ferre nõ possẽt. Inclinat ergo calicẽ, nõ euacuat. Q̃d inclinat, censuræ est: qđ non euacuat, misericordię. Ergo iudiciũ quoq; misericordia tẽperat dominus deus noster. Quis enim nostrum sine diuina potest miseratiõe subsistere?

A Quid possumus dignum præmiis facere cælestibus? Quis nostrum ita assurgit in hoc corpore, vt animum suum eleuet quo iugiter adhæreat Christo? Quo tandem hominum merito defertur vt hæc corruptibilis ca- 1.Cor.15. ro induat incorruptionẽ, & mortale hoc induat immortalitatem? Quibus laboribus, quib⁹ iniuriis possumus Roma.8. nostra leuare peccata? Indignę sunt passiones huius tẽporis ad superuenturam gloriam. Non ergo secundum merita nostra, sed secundum misericordiam dei cælestium decretorum in homines forma procedit.

V Multi persequẽtes *me, & tribulantes* me, a testimoniis tuis non declinaui.

*al. q̃ persequntur. *alias, tribulant.

Non est magnum si tunc a dei testimoniis non declines, cũ te nullus affligit, nullus persequitur. Quis enim inoffensę fibi prosperorũ euentuũ secundo successu fieret ingratus? Quis diuitiis affluens, iugi salute robustus, non ad dei gratiã referat quod sibi illa concessa sint? Deniq; cũ sanctũ Iob prædicaret dominus, ait aduersarius: Iob.1. Nunquid gratis colit Iob deum? Nõne tu vallasti eũ? Mitte manum tuam in omnia quæ habet, si non in faciem te benedicet. Tunc igitur plus probatus est, quãdo amissis opibus & filiis, a domini cultu & gratia non recessit. Sed non vnus persecutor est, multos ministros habet, sed nõ te terreat. Per multas enim tribulationes Act.14. oportet nos introire in regnũ dei. Si multæ persecutiones, multæ probationes. Vbi multę coronę, multa certamina. Tibi ergo proficit quod multi persecutores sũt, B vt inter multas persecutiones facilius inuenias quomodo coroneris. Vtamur exemplo Sebastiani martyris, cuius hodie natalis est. Hic Mediolanẽsis oriũdus est. Fortasse aut iam discesserat persecutor, aut adhuc non venerat in hæc partium, aut mitior erat. Aduertit hic aut nullum esse, aut tepere certamen. Romã profectus est, vbi propter fidei studiũ persecutiones acerbæ feruebant. ibi passus est, hoc est, ibi coronatus. Itaq; illic quo hospes aduenit, domicilium immortalitatis perpetuæ collocauit. Si vnus persecutor fuisset, coronat⁹ hic martyr vtiq; nõ fuisset. Sed, quod peius est, nõ hi solũ persecutores sunt qui videntur: sed etiam qui non videntur, & multo plures persecutores. Sicut enim vnus persecutor rex multis persecutionis præcepta mittebat, & per singulas vel ciuitates vel prouincias erant diuersi persecutores: ita etiam diabolus multos ministros suos dirigit, qui non foris tantũ, sed etiã intus faciant persecutiones in animis singulorũ. De his dictũ est persecutio- 2.Tim.3. nibus: Omnes qui volũt pie viuere in Christo IESV, C persecutiones patiuntur. Omnes dixit, nullum excepit. Quis enim exceptus potest esse, cũ ipse dominus persecutionũ tentamẽta tolerauerit? Persequitur auaritia, persequitur ambitio, persequitur luxuria, persequitur superbia, persequitur fornicatio. Vnde & Apostolus ait: 1.Cor.6. Fugite fornicationẽ. Nam qua causa fugeres si nulla te persequeretur? Est enim malus spirit⁹ fornicationis, est malus spiritus auaritiæ, malus spirit⁹ superbiæ. Isti sunt persecutores graues, qui sine gladii terrore mẽtem hominis frequenter elidunt, qui illecebris magis q̃ terroribus animos expugnant fidelium. Hi tibi hostes cauendi, hi grauiores tyrãni, per quos Adam captus est. Multi in persecutiõe publica coronati, occulta hac per- 2.Cor.7. secutione ceciderunt. Foris, inquit, pugnæ, intus timores. Aduertis q̃ graue certamẽ sit quod est intra hominem, vt secum ipse confligat, cũ suis cupiditatibus prælietur. Ipse Apostolus fluctuat, hęret, astringitur, captiuari se asserit in lege peccati, & mortis corpore debellari, nec potuisse euadere, nisi esset domini IESV liberatus gratia. Verum vt multæ persecutiones, ita multa martyria. Quotidie testis es Christi. Tentatus es spiritu fornicationis, sed veritus Christi futurum iudicii, temerandam mentis & corporis castimoniam non putasti. martyr es Christi. Tentatus es spiritu auaritię, vt possessionem minoris inuaderes, indefensæ viduæ iura D temerares: & tamen contemplatione cælestium præceptorum opem magis ferendam quàm inferendam iniuriã iudicasti. testis es Christi. Deniq; tales vult testes Christus assistere, secũdum quod scriptum est: Iudicate Esaiæ.1. pupillo, & iustificate viduam, & venite disputemus, dicit dominus. Tentatus es spiritu superbię: sed vidẽs inopem atq; egenum, pia mente compassus es: humilitatem magis quàm arrogantiã dilexisti. testis es Christi. Et, quod est amplius, non sermonis tantum modo, sed etiam operis testimoniũ perhibuisti. testis es Christi. Quis enim locupletior testis est, q̃ qui confitetur dominum IESVM in carne venisse, cum Euãgelii præceptа custodit? Nam qui audit & nõ facit, negat Christũ & si verbo fatetur, operibus negat. Quam multis dicẽtibus, Domine domine, nonne in tuo nomine prophe- Matth.7. tauimus, & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? in illa die respõdebit: Discedite a me oniẽs operarii iniquitatis? Ille ergo testis est, qui astipulãtibus factis domini IESV præcepta testatur. Quanti ergo in occultis quotidie martyres Christi sunt, & IESVM dñm cõfitẽtur? Nouit hoc martyriũ Apostolus, & testimoniũ Christi fidele, qui dixit: Hæc est enĩ gloriatio 2.Cor.1. nostra, testimonium conscientiæ nostræ. Quanti foris confessi sunt, & intus negauerunt? Nãq; vxoris ducẽdę gratia, quæ gentili viro a Christianis parentibus negabatur, simulata ad tẽpus fide pleriq; produntur quod fo- E ris cõfessi sunt, intus negasse. An fornicatiõis causa tãtũmodo putamus dominũ deũ nostrũ in populum Iudæorũ tam seuere esse cõmotũ, vt viginti tria milia de populo necarentur propterea q̃ Madianitæ gentis fœminis cõcubitu miscerẽtur, ac non eo q̃ per illos concubitus alienigenarũ discedere a fide, negare dominũ cogerentur? Nolite, inquit, omni spiritui credere, sed a fru- 1.Ioan.4. ctibus eorũ cognoscite quibus credere debeatis. Venit quis in ecclesiã dũ honorem affectat sub imperatoribus Christianis, simulato metu orationem se fingit deferre, inclinatur, & solo sternitur, qui genu mẽtis non flexerit: videt illi homo, Christianũ putat: videt homo orãtem suppliciter, & credit: sed deus audit negantem. Discedit probatus ab homine, sed condẽnatus a iudice. Quanto tolerabilius fuerat homini negasse, & deo esse confessũ? Licet hoc quoq; sit reprehensibile. Perfecta enim cõfessio & animi querit deuotionem, & vocis professionem. Corde enim creditur ad iustitiam, oris autem confessio Rom.10. fit ad salutem. Ergo in persecutiõibus interioribus esto fidelis & fortis, vt in istis forẽsibus persecutionibus approberis. Et in intimis persecutiõibus sunt reges & præsides terribiles iudicii potestate. Habes exemplũ in do- E mini tentatione quam pertulit. Demõstrata enim sunt ei omnia regna, & dictũ est ei: Tibi dabo hæc omnia, si Mar.4. procidens adoraueris me. Lectum est & alibi: Non re- Roma.6. gnet peccatum in vestro mortali corpore. Vides ante quos reges statuaris o homo, ante quos præsides peccatorum, si culpa regnat? Quot peccata, quot vitia, tot reges. Et ante hos adducimur, & ante hos stamus. Habẽt etiam isti reges tribunal in mentibus plurimorũ. Sed si quis Christum fateatur, statim regẽ illum facit esse captiuũ, deiicit de solio suæ mentis. Quomodo enim poterit diaboli tribunal manere in eo cui Christi tribunal assurgit? Multi ergo persequentes & tribulantes me. Et fortasse Christus hoc dicit, & dicit in vocibus singulorum. Ipsum enim aduersarius persequitur in nobis. Si declines persequentem: Christum abiicis, qui se tẽtari patitur, vt vincat. Vbi illum viderit diabolus, ibi parat insidias, ibi tẽtationum machinas admouet, ibi dolos nectit, vt illum, si possit, excludat. Vbi autẽ diabolus preliatur, ibi Christus assistit. Vbi diabolus assidet, ibi Christus includitur, ibi murorum spiritalium sepia defendit. Ergo qui persecutorem refugit, recipit etiam defensorem. Sed cũ audis, Multi persequẽtes & tribu-

Roma. 8. ſantes me,noli timere,qui potes dicere:Si deus pro no-
G bis,quis cõtra nos? Verum hoc dicit quia teſtimoniis
domini nullo vitiorum declinat anfractu.

VI Vidi non ſeruãtes pactũ,* & tabeſcebã, quoniam verba * tua non cuſtodierũt.

*al's. præuaricãtes. *al's, quia eloquia.

Beatus qui in charitate dei tabeſcit,qui videt non ſer-
uantes pactũ. Alius propter vitioſos amores tabeſcit,
qui diſtillat dũ eſt dilatus amore dilectæ,& dũ protela-
tur flagrantis cupiditatis affectus,animus deficit,vires
corporis quadam deformitate palloris, feſſorũq; artuũ
tabe minuuntur. Alius qui pecuniam cõcupiſcit:donec
potiatur eam,auaro miſer tabeſcit affectu:alius immo-
dice capeſſendi honoris impatiens,ſi deſideria lõga ſu-
ſpiret, non mediocri mentis tabe conficitur. Non talis
eſt qui dicit:Quàm diſtabuit caro mea in terra deſerta
& in inuia & ſine aqua. Hic enim caſtigabat carnem
ſuã & tabeſcere faciebat,dum indefeſſo deſiderio diuinę
cognitioni intentus, & lucem diei ſolicita expectatione
præueniens,antelucanum ſoluere domino Canticis &
Hymnis geſtiebat obſequium. Tabeſcit ergo vir paci-
ficus,quando alios videt pacta reſcindere,conſenſuũ ab-
olere concordiam, iurgia de pace reparare, in tumultus
redire de gratia. Qđ vtiq; nõ facit qui domini præcepta
Ioan. 14. cuſtodit. Non facit qui audit dicentem: Pacem meam
do vobis,pacem relinquo vobis. Ergo qui pactũ ſeruat,
is Chriſti obedit imperiis. Qui autem non ſeruat, ille
Chriſti pręcepta contemnit,& quod peius eſt,comper-
ta faſtidit & negligit.

VII Vide quia præcepta*tua dilexi domine, in miſericordia tua viuifica me.

*al's,quoniã mandata.

Hic quoq; inuitat dominũ vt plenũ charitatis ſuæ ex-
H pectet affectũ. Nemo dicit, vide,niſi qui iudicat ſe ſi vi-
deatur eſſe placiturũ. Et pulchre dixit,& vide ſecũdũ le-
gem dixit,quia lex præcepit vt vnuſquiſq; ter in anno ſe
offerat in conſpectu domini. Quotidie ſe ſãctus offert,
quotidie apparet,& non vacuus apparet. Non eſt enim
vacuus,q de plenitudine eius accepit. Non erat vacuus
Pſal. 125. Dauid qui ait:Repletum eſt gaudio os noſtrum. quia
gaudiũ fructus eſt ſpiritus ſancti. Et ſicut de plenitudi-
ne verbi nos omnes accepimus, quemadmodum dixit
Ioannes,ita etiã ſpiritusſanctus de plenitudine ſua re-
pleuit orbem terrarum. Non erat vacuus Zacharias,
qui repletus eſt ſpiritu ſancto, & prophetauit aduẽtum
domini IESV. Non erat Paulus vacuus qui euãge-
lizabat in abundantia, & repletus erat accipiens odorẽ
I bonæ ſuauitatis,& ab Epheſiis placentem deo hoſtiã.
Non erãt Corinthii vacui,in quibus abũdabat dei gra-
tia,iuxta eiuſdem apoſtoli teſtimonium. Offerebat ſe
ergo Dauid quotidie deo,& non vacuus offerebat, qui
poterat dicere: Os meum aperui, & adduxi ſpiritum.
Ideo ergo dicebat: Vide quia pręcepta tua dilexi. Audi
in quo te offerre debeas Chriſto. Non in his quæ vidẽ-
Mat. 6. tur,ſed in occultis,ſed in abſcõdito:vt pater tuus qui vi-
det in abſcõdito, reddat tibi,& fidelem remuneret affe-
ctum. Præcepta,inquit,tua dilexi. Nõ dixit ſeruaui, nõ
dixit cuſtodiui. Nam imprudẽtes nõ cuſtodierunt præ-
cepta domini. Aliqui eñi codices habẽt,ἀσυνετοῦντας,
hoc eſt inſipientes,non intelligẽtes. Ergo qui nõ intelli-
gunt,non ſapiunt,hi qui non cuſtodiunt. Qui autẽ per-
fectus eſt intellectu,perfectus ſapientia, diligit,quod eſt
amplius quàm cuſtodire. Cuſtodire enim neceſſitatis
plerunq; eſt & timoris,diligere charitatis. Cuſtodit qui
euangelizat,ſed qui volens euangelizat,mercedem ac-
cipit. quãto magis qui diligit,mercede donatur? Poſſu-
mus etiam non amare quod volumus, non poſſumus
nolle qđ amamus. Sed quãuis mercedem perfectæ cha-
ritatis expectet,& miſerationis diuinæ ſuffragium po-
ſcit,vt in ea viuificetur a domino. Nõ ergo arrogãs de-
bitæ mercedis exactor, ſed verecundus miſericordiæ
diuinæ eſt deprecator.. K

VIII Principium verborum tuorum veritas, in æternũ omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.

Cum principium verborũ dei veritas ſit,veritas vtiq;
fidei fundamẽtum eſt. Primum etenim oportet vt cre-
damus vera eſſe dei ſummi quę in diuinis ſcripturis le-
gimus oracula: ſecũdum eſt, virtutem eorum pleniore
cognitione diſcamus. Sicut eſt initium ſapiẽtiæ timor
domini,ita plenitudo ſapientiæ dilectio. Lex enim ſa-
pientia,plenitudo autẽ legis dilectio:ita plenitudo ver-
borum dei,ſapientia,cognitioq; iuſtitię. Nam ſicut a ti-
more domini proceſſus quidam eſt ad gratiã charita-
tis,ita a veritate ad iudicium iuſtitiæ diuinæ quidam
videtur fieri proceſſus. Veniſti ad Eccleſiã,audiſti vnũ
deum dici,vnde lex incipit,ſicut habes ſcriptum: Audi Deut. 6.
Iſrael,dominus deus tuus,deus vnus eſt: crede vnum
deum eſſe,non plures deos. Cum autem cœperis lege-
re dominũ IESVM dei filium in carne veniſſe pro-
pter totius mundi redemptionem, diſtingue ſapienter
vnum deum patrem eſſe,ex quo omñia,& nos in illum:
& vnum dominum IESVM,per quem omñia,& nos
per ipſum. Cognoſce quia ideo venit,vt virtutis ſemi-
tis noſtros informet affectus,vt morum manſuetudinẽ
conuerſationis eius diſceremus exemplo,vt aboleretur
culpa per gratiam,& tunc a veritatis confeſſione ad co- L
gnitionem iuſtitiæ proceſſiſti. Fides principium Chri-
ſtiani eſt,plenitudo autẽ Chriſtiani iuſtitia eſt. Fides
in confeſſione populorum,iuſtitia in martyrum paſſio-
ne. Scientes igitur in æternum manſura iudicia omnia
iuſtitiæ dei,caueamus ne opera noſtra diſpliceant,& in
æternum incipiamus ſubire iudicium:nec ſi aliquid bo
ni fecimus,reſupino ſoluamur affectu. Omnes oportet 2. Cor. 5.
nos ãte tribunal Chriſti aſſiſtere,vt recipiat vnuſquiſq;
quod geſſit,ſiue bonum ſit,ſiue malum. Vides quia &
Paulus aſſiſtet,vt ipſe commemorat. Caue ne ligna,
caue ne ſtipulam ad iudicium dei tecum deferas, quæ
ignis exurat. Caue ne cum in vno aut duobus habeas
quod probetur,in pluribus operib9 deferas quod offen-
dat. Si cuius opus arſerit,detrimentum patietur,poteſt 1. Cor. 3.
tamen & ipſe per ignem ſaluari. Vnde colligitur quia
idem homo & ſaluatur ex parte,& cõdemnatur ex par-
te. Cognoſcentes itaq; multa eſſe iudicia, opera noſtra
examinemus omnia. In viro iuſto graue eſt detrimen-
tum,graue operis alicuius incendium, in impio pœna
miſerabilis:ſint magis omnia iudicia plena gratiæ,ple-
na florentium coronarum,ne forte dum trutinantur fa-
cta noſtra,culpa præponderet.

SERMO VICESIMVSPRIMVS.

INCIPIT litera Schin, quæ latine dicitur ש
ſuper vulnus. Super vulnus quid eſt niſi me- Schin.
dicamẽtum,quo vulneris acerbitas mitiga- M
tur? Super vulnus oleũ infunditur, vt omnis
vulneris aſperitas molliatur. Super vulnus malagma,
ſuper vulnus alligatura,a quibus omñe vulnus fouetur.
Vbi ergo ſpes refundendæ eſt ſanitatis,ibi adhibentur
medicamenta vulneribus. Vbi autem omne caput in
dolore,& omne cor in mœſtitia,non eſt vulnus neq; ci-
catrix,non plaga cum feruore. hoc eſt,vbi nõ portio, ſed
vniuerſitas periclitatur,& quædã corruptio totius cor-
poris tabe conſumitur, ibi non eſt malagma impone-
re,neq; oleum,neq; alligaturam. Multo igitur commo
dius eſt vt ſit vulnus quod foueas atque conſtringas,
quàm ſine vulnere mors ſerpat interior. Sed eſt non ſo-
lum corporis vulnus,ſed etiam mentis,quod oleo quo-
dam mollioris alloquii, & pacifici ſermonis ſuauitate
miteſcit. Sunt fomenta verborum, ſunt medicamenta
cæleſtium præceptorum,quibus omne nequitiæ virus
aboletur. Sunt legis vincula quæ non adurant,ſed ma-
gis liberent alligatos, & malagma ſpiritale quo colliſa

A animæ quedã membra ſolidentur. Conſideremus igi-
tur quid ſit vulnus, quid ſupra vulnus. Principes per-
ſecuti me gratis, vulnus eſt. Exulto ergo in verba tua,
ſicut qui iuenit ſpolia multa. Supra vuln9 eſt, quia ver-
bis dominicis vulnera dura curantur. In Threnis quoq;
Threñ. 3. Hieremiæ habes ſub hac litera ſcriptũ: Audiſti oppro-
briũ eorũ domine,omnia cõſilia eorũ aduerſum me,la-
bia inſurgẽtiũ aduerſũ me tota die,ſeſſionẽ eorũ, & re-
Ibidem. ſurrectionem eorũ. vulnus eſt. Sed ſubiecit: Aſpice in
oculis eorũ,redde illis retributionẽ eorũ domine ſecun-
dũ opera manuum ipſorũ. Super vulnus eſt, quia vin-
dicta plerũq; ſolet dolorem vulneris mitigare. Et infra
Threñ. 4. idẽ Hieremias ait:Gaude & lætare filia Idumęæ, quæ
habitas in Geth. Et quidem ad te pertranſibit calix,bi-
bes,& inebriaberis adhuc. ſuper vulnus eſt. Calix enim
domini,remiſſio peccatorũ eſt,quo ſanguis effunditur,
qui totius mundi peccata redemit. Hic calix inebriauit
gentes,ne proprii meminiſſent doloris,ſed veterẽ obli-
uiſcerẽtur errorem. Bona igitur ebrietas ſpiritalis, quæ
turbare neſcit corporis inceſſum,leuare mẽtis nouit ve-
ſtigium. Bona ebrietas poculi ſalutaris, quæ mœſtitiã
peccatricis abolet conſciẽtiæ,iucunditatem vitæ infun-
Pſal. 22. dit ęternę. Ideo ſcriptura dicit: Et poculũ tuũ inebrians
q̃ præclarũ eſt. Medicamentũ igitur ſuper vulnus eſt,
quia dominus IESVS ipſe eſt medicus,qui vulnera
noſtra curauit,infundens vinũ & oleum,& alligãs vul-
nera Adæ illius,qui deſcendens ab Hieruſalẽ a latroni-
bus vulneratus eſt. Caueat igitur vnuſquiſq; ne deſcen-
dat ab Hieruſalẽ. Peccatis enim ſuis vnuſquiſq; deſcen-
dit,& meritis aſcẽdit. Aut quia fragiles ſumus,qui de-
ſcendit,currat ad illũ Samaritanũ,cuſtodẽ corporis ſui,
B cuſtodem legis & gratiæ,vt vulneri ſuo poſſit inuenire
medicinam,qui alligaturam verborũ cæleſtium ſuper
Matth. 3. vulnus imponat,dicens: Pœnitentiam agite,appropin
quabit enim regnũ cælorum. Bona alligatura,quę fra-
cta animæ tuæ oſſa connectat, & ſoliditate reparata in
priſtinas vires reformet, ac diſciſſos artus ſine vlla ci-
catricis offenſione reſtituat. De literæ interpretatione
ſatis pro captu noſtro dictum putamus,adoriamur ſan-
cti prophetæ verſus conſiderare, quos ſpiritu ſancto re-
uelante ſubiecit.

I Principes perſecuti ſunt me gratis, & a verbis tuis trepidauit*cor meum.

*al's,formidauit.

Si veterem repetamus hiſtoriã, & Saul & Abſalon,
& multi alienigenę principes ſanctum Dauid perſecuti
ſunt,ſed nemo potuit de eo triũphare. Sunt & principes
mũdi,rectoreſq; tenebrarũ,qui te in tuo pectore conan-
tur opprimere,& perſecutionum ſęua intus operantur:
promittentes regna terrarũ,honores,atq; diuitias,ſi fra-
C gili mẽte ſuccumbas,& obediendũ eorũ imperiis arbi-
treris. Iſti principes interdũ gratis perſequũtur,interdũ
non gratis. Gratis perſequuntur apud quẽ nihil ſuũ in-
ueniunt,& eum ſubiugare contendũt. Non gratis per-
ſequũtur eũ qui ſe eorũ dederit poteſtati,& in poſſeſſio-
nẽ ſeculi totus intrauerit. In ſuos enĩ iure ſibi domina-
tum vendicant,atq; ab his mercedẽ iniquitatis efflagi-
tant. Bene hoc martyr dicit, qđ iniuſte perſecutionũ tor
menta ſuſtineat,qui nihil rapuerit,nullũ violentus op-
preſſerit,nullius ſanguinem fuderit,nullius thorum pu
tauerit eſſe violãdũ,qui nihil legibus debeat,& grauio-
ra latronũ ſuſtinere cogatur ſupplicia, qui loquatř iuſte
& nõ audiatur,qui loquatur plena ſalutis & impugneť,
Pſal. 119. vt poſſit dicere: Cũ loquebar illis, impugnabant me gra
tis. Gratis igitur perſecutionẽ patitur,qui impugnatur
ſine crimine:impugnatur vt noxius,cũ ſit in tali confeſ-
ſione laudabilis:impugnatur quaſi veneficus,qui in no-
mine domini gloriatur,cum pietas virtutũ omniũ fun-
damentum ſit. Vere fruſtra impugnatur,qui apud im-
pios & infidos gratia impietatis acceſſitur,cum fidei ſit
magiſter. Verũ qui gratis impugnať, fortis debet eſſe
& cõſtans. Quomodo ergo ſubtexuit: Et a verbis tuis D
trepidauit cor meũ? Trepidare infirmitatis eſt,timoris
atq; formidinis. Sed eſt etiam infirmitas ad ſalutẽ, eſt
etiam timor ſanctorũ. Timete dominum omnes ſancti Pſal. 33.
eius. et, Beatus vir qui timet dominũ. Qua ratiõe bea- Pſal. 111.
tus? Quia in mandatis eius cupiet nimis. Pone ergo
martyrẽ inter pericula conſtitutũ,cum inde immanitas
beſtiarũ ad incutiendũ terrorem infremat:aliunde ſtri-
dor cãdentiũ laminarũ,& flamma fornacis ardẽtis ex-
æſtuet,ex parte alia perſonent tractus grauium catena-
rum,hinc carnifex cruentus aſſiſtat. Pone,inquã,circũ-
ſpectantem omnia plena ſuppliciis, deinde cogitantem
mãdata diuina,illum ignem perpetuum, illud ſine fine
incendium perfidorum,illam pœnę recrudeſcentis ęru-
mnã,trepidare corde,ne dũ præſẽtibus cedat, perpetuis
ſe dedat exitiis, perturbari animo, dum futuri iudicii
rhomphæam illam terribilem quadam conſpectus ſpe-
cie contuetur. Nonne ad hanc trepidationẽ fiduciæ viri
conſtantis,æqualis in eundẽ concurrit effectũ confiden-
tia cupientis æterna,& diuina trepidantis? Sit tamen
fortior ille qui ſperat,ſit fortior q præſumit. Vtinã ego
talis eſſe merear,vt ſi forte perſecutor ingruerit,nõ con-
ſiderem ſuppliciorũ meorũ acerbitates,non metiar tor- E
menta,non pœnas,non cogitem vllius atrocitatẽ dolo-
ris:ſed hæc omnia leuia ducam,trepidem ante Chriſtũ,
ne Chriſtus me neget,ne Chriſtus excludat, ne me re-
pellat de concilio ſacerdotũ,ſi indignum collegio me iu-
dicauerit: videat magis licet permotũ corporaliũ terro-
re pœnarum,plus tamen trepidantẽ futura iudicia. Etſi
dixerit mihi, Modicæ fidei quare dubitaſti? porriget ta
men dexteram,& inſurgentis huius ſeculi fluctus mole
turbatum,fida mentis ſtatione firmabit.

II Exulto in verbis tuis, * ſicut qui inuenit ſpolia multa.

*al's, lętabor ego ſuper eloqa tua.

Bona ergo trepidatio a verbis dei,ſi exultationem ge-
nerat. Qui enim trepidat a verbis dei,poſtea exultat in
verbis dei. Ergo qui habet ĩ aula ſua,corde videlicet ſuo
verba dei:excludit ſermones principum a corde ſuo,ex-
cludit timor timorem. Si enim ingreſſus quis balneas
Solis deponit æſtus, & calor excludit calorem: quanto
magis diuini iudicii terror hunc terrorem excludit hu-
manum? feruorem gratię ſecularis,gratię feruor æter-
næ? Exultat ergo qui habet verbum dei. Habet enim
ſpolia multa,quæ Iudæis abſtulit, habet proſtrati ho-
ſtis exuuias. Sicut Dauid abſtulit Goliæ gladium, &
ipſius gladio caput eius execuit:ſic verus Dauid humi-
lis atq; manſuetus dominus IESVS, intelligibilis
Golię caput armis ipſius amputauit. Arma enim dia- F
boli gentes erãt,fide autem gentium vulneratus,caput
quod habebat amiſit. Detracta ſunt ſpolia proſtrato,
vaſa eius direpta,quia alligatus eſt fortis. Vas diaboli
caro erat hominis peccatoris,ſed poſtea quàm in Chri-
ſtum credimus, caro noſtra cœpit eſſe vas electionis,
vt habes de apoſtolo Paulo, qui ad gentes miſſus eſt,
dictũ a domino IESV ad Ananiam: Vade, quoniã Actuũ. 9.
vas electionis mihi eſt. Merito ergo vocatum nomen
eſt Chriſti, Velociter ſpolia detrahe,diuide cito:qa pri- Eſaię. 8.
us quàm ſciat puer vocare patrem aut matrem,accipiet
virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ contra regem
Aſſyriorum. Ergo rex Aſſyriorum,eorũ ſcilicet quos
vanos ſua perfidia fecerat, amiſit ſpolia quæ tenebat.
Et vt iterum cognoſcas quia ſpolia Chriſtus a diabo-
lo,quæ in Adam ille inuaſerat,vendicauit, & ſaba do-
na adduxit,viri excelſi ad dominũ IESVM alligati
vinculis tranſierunt,atq; illũ cœperunt adorare,quia ca-
ptiuã duxit captiuitatẽ:ideo caput eius abſtulit, vt ipſe
caput eſſet corporis interẽpti. Merito nunc gentes toto
orbe caput regale circũferunt, quia mẽbra ſunt Chriſti.
Cognouiſti de nationib9,cognoſce etiã de Iudęis, qui-
bus dñs IESVS abſtulit ſpolia:hoc eſt,regnũ cælorũ

G abstulit,& dedit genti facienti fructum eius. Abstulit virtutem panis,& virtutem aque,prophetã, & admirabilem consiliariũ,& prudentem architectũ,& sapiẽtem auditorem. Illis abstulit,nobis dedit. Merito exulto,sicut q inuenit spolia multa. Sine labore meo inueni spolia quæ non habebã. Inueni heptaticũ,* inueni Regnorum libros,inueni Prophetarũ scripta,inueni Esdram, inueni Psalmos, inueni Prouerbia, inueni Ecclesiastẽ, inueni Cantica canticorũ,inueni admirabilẽ consiliariũ Christum,inueni Paulum prudentẽ architectũ, inueni sapientem auditorem populũ Christianũ, qui nouit ea quæ leguntur audire. Ille enim audit,qui ea quæ audit intelligit. Lex spiritalis est. Non illã audit Iudæus,qui audit corporaliter:sed ille audit,qui audit in spiritu. Habent illi libros,sed sensum librorum non habẽt. Habent prophetas,sed nõ habent quẽ illi prophetauerũt. Quomodo enim habent, quem non receperunt? Ideoq; cum Moyse & Helia mihi apparuit,qa ab illis recessit. Multa habet spolia,qui habet dei verbũ. Habet resurrectionem,habet iustitiam, virtutem atq; sapientiam, habet omnia,quia omnia in ipso constant. Hebræi spoliauerunt Egyptios,& vasa eorum abstulerunt. Iudæorum spolia habet populus Christianus, & totũ habemus qđ illi habere se nesciebant. Illi aurum & argentum materiale abstulerunt,nos aurum mẽtis accepimus, nos acquisiuimus cælestis sermonis argentum.

*pẽtateuchum. Exod. 12.

III Iniustitiam* odio habui & abominatus sum,legem autem tuam dilexi.

*al's,iniquitatem.

Merito odit iniustitiam,qui habet arma iustitię. Hebræus cũ haberet hæc arma,hoc est,legẽ & prophetas, H murem vel hominem abominabatur mortuũ, quia lex dicit: Omnis qui tetigerit mortuum, immũdus erit.& (Num. 19.) humanitatis suprema negabat officia defunctis. sed legi non est mortuus,nisi qui iniustus est. Hæc enim immũditia iustis quæ iniquitas? Quid enim immũdius, q̃ mẽtem,qua nihil homini preciosius est datum, turpibus cõmaculare criminibus, & atrocibus efferare commentis? Quid illis prodest quod mortuum hominẽ visere formidant? Vtinam vitia eorũ non polluerẽt appropinquantẽ,quorũ mors contaminare neminem potest. Mors nemini nocet, vtinam vita nõ noceat. Contagiũ enim colluuionis,consortiũ iniquitatis est. Quomodo ergo contaminare potest,qui iniquus esse iã non potest:cum etiam si fuit,tamen esse desiuit? Fuge ergo iniquitatem,ne te comprehendat. Fuge iniustitiã,quæ viuentes adhuc mortuos facit. Sed nemo fugit iniquitatem,nisi qui diligit ęquitatem. Et ideo ait: Legẽ autẽ tuã dilexi. In lege æquitas est,si spiritalẽ accipias legẽ: si consurgas cũ Christo,& ibi altare sacrosanctum illud I cęleste consideres,non altare terrenũ, qđ hostili populatione destructum est. Si illam Hierusalem spectes quæ in cælo est,non istam quæ a populo Iudæorũ frequẽtabatur in terris,quæ propter incolarũ perfidiam a Romano exercitu triumphata,iniecto flagrauit incendio. Si intuearis illũ principem sacerdotũ de quo scriptũ est: (Hebr. 4.) Habentes itaq; magnũ sacerdotem egressum de cælis, IESVM filiũ dei,teneamus confessionem fidelẽ, qui quotidie aduocatus pro nobis est apud patrem, vt pro quibus in diebus carnis suæ misericordi est compassus affectu,pro his operetur remissionem quotidie peccatorum. Quę enim spes alia generi humano nisi omnium viuẽtium delicta donentur? Ille ergo princeps solus est sacerdotum,cui astãt pii sacerdotes intra cælestium sacrarium illud altissimum merito proprii cruoris ingressi. Illa ergo lex diligenda est, in qua verus Hebræus liber ab omni seruitute vitiorũ, in qua magnum sabbatum & inoffensa requies defunctorũ,in qua mortui populi semen resuscitatur,non commixtione, sed fraterna redemptione. Secundum hanc ergo legem odio habet sanctus iniustitiam,non iniustum,qui potest sæpe conuerti,nec mortuorum reliquias,sed mortuam iniquitatem execratur & refugit. K

IIII Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.

Et numero quidem studium sanctę deuotionis exprimitur. Sed puto magis quod purus & quiet⁹ ac vacuus ab omni onere delictorum declaretur affect⁹: vt sine vllis iracundiæ imprecationibus,aut flagitiosæ cupiditatis incendio deferatur oratio, & nihil quod alii noceat postulemus,nihil quod nos secularibus petitiõibus decoloret. Laudemus in Hymnis & Canticis, vera semper & iusta ea quæ de diuinis canimus laudibus confitentes. Non sit anceps & dubia sententia, non discolor mentis intentio,non materialibus negociis occupata a propositi spiritalis executiõe deflectat. Iustificetur semper iustitia dei tranquillo animo,non ocio feriato.

V Pax multa diligentibus nomen tuum,* & non est illis scandalum.

*al's,legẽ tuam.

Supra diximus quia charitas excludit timorem, nũc dicimus quia excludit omnem perturbationẽ. Etenim qui deum diligit,profunda est ei confirmatæ mentis tranquillitas. Aquæ,inquit, multæ excludere non potuerunt charitatem,& flumina non inundabunt eam. (Cantic. 8.) Multa aqua diuersarum est passionum,& flumina secularium cupiditatum corporalibus motibus incitata. Ideoq; charitate fundatus dicit: Torrentem pertrãsiuit anima nostra. (Psal. 123.) Nunquid aqua maris excludere Moysi potuit charitatem? Et vt secundũ literam tibi psalmorum series suffragetur, nempe diligẽs deum tutum sibi credidit iter esse per maria. Qui autem non dilexerunt L deum,hi demersi fluctibus dignum sacrilegiis suis exitum pertulerunt. Helias atq; Helisæus Iordanẽ transierant pede,& hęc fuit nimiæ merces & gratia charitatis. Hi igitur vt transirẽt aquas fluuii Iordanis,passionum fluenta nostrarũ mentis prius vestigio transierũt. De hac aqua dicit Dominus: Si trãseas per aquam, tecum sum, & flumina non inundabunt te. (Esaie. 43.) Adest iustis suis semper cum aliquibus teruntur aduersis, si tamen trãseant mente cõstanti, nõ dubitanti, nõ fidei turbẽtur incerto. Transi ergo & tu fidelis animi directione, si diuinam vis tibi adesse præsentiam,si non solum pax, sed etiam multa sit in animo tuo dilectio,nulla te pręlia diuersæ cupiditatis impugnent,non iracundia stimulet, non libido:et si est pugna, tamen foris nõ intus sit. Pręliare aduersus persequentes,licet & ipsis silẽtio sæpe M cedendum sit,quia tibi vincunt. Illorum potentia,tua victoria est. Tunc deniq; triumphantur,cum se vicisse crediderint. Non ergo te impugnet auaritia,nõ cupiditas exagitet,non tristitia deiiciat,non inflammet libido,nõ resupinet superbia,nõ curuet ambitio, nõ formido consternat. Pax multa abundet,quę exuperat omnẽ mentem, (Philip. 4.) secundum apostoli sentẽtiam: quo nihil pulchrius dici potuit. Summus enim sapientię finis est, vt simus mente tranquilla. Non commentitiis poetarum fabulis lubricus turbetur affectus. Sũmus finis est iustitiæ, vt iniquitas mentem iusti mouere non possit. Virtutis totius hic finis est,vt corporea ipsius fortitudinis efficiat miles bella, & confecto bello pacem reformet. Paci ergo & ipsa plerunq; militat fortitudo bellandi. Nemo ergo pacificum turbet affectum. Multa generantur ad perturbationem hominis,& vxor plerunq; decepta serpẽtis insidiis animũ viri exagitare conatur:& pater fidẽ filii frequẽter irridet,& vir coniugis suę mentẽ tẽtat opprobriis. Sed in his omib⁹ superat iustus,&dicit: Quis (Roma. 8.) nos separabit a charitate Christi? Tribulatio,an angustia,an persecutio? Quoties bene facta crimini dantur, quoties virtus opprobrio ducit̃,quoties ipsa ingrata est gratia. Vẽdidit iust⁹ facultates suas,dispẽsauit pauperibus,nihil sibi reliquit:cõtẽnit̃ plerũq; in ipsa Ecclesia,

(Canti. 8.) quia diues esse desiuit: sicut scriptũ est: Si dederit vir A omnes facultates suas ĩ charitate,cõtẽptu cõtẽptus erit. Non ergo moueatur. Non enim mercedẽ huius seculi nec gratiam,sed vitæ quęsiuit æternę. Nõ indignetur, quia homines pecuniis magis q̃ operib⁹ bonis deferũt. Nam si ei propter bonũ opus in hoc seculo deferatur,& huius studii fructũ hic adipiscatur, dicetur de eo: Percepit mercedẽ suam. Habet quidem opus bonũ, & hic gratiam,sed breuis portio emerendæ salutis est. Serua futuris mercedem tuam,et istius seculi opprobria incrementa mercedis tuæ iudica. Cogita semper apostolicũ (Roma. 8.) illud,quod indignę sint passiones huius temporis ad futuram gloriam. Nullis ergo iustus frãgatur iniuriis,nullis moueatur periculis,nullis tentetur procellis, siue mors ingruat,siue vita,siue angeli cælorum. Neq; deiiciatur aduersis,nec extollatur secũdis. Nusquam sit eius infirmus affectus. Et mors tentat, & vita tentat. Caueat scandalum. Qui pacẽ habet,quæ omnẽ mentẽ superat: magnus est, non est de pusillis istis. Ideo scandalum pati non debet,quia pusillorũ est exagitari scandalo. (Matt. 18.) Vnde & dominus ait: Quicunq; scandalizauerit vnũ de pusillis istis minimis. Non solũ pusillos,sed etiã minimos dixit, quos perturbãt scandala: & ideo graui obnoxius pœnæ est, vt legisti, quicunq; turbauerit infirmæ mentis infantiã. Sicut enim grauiori dignus supplicio est qui persuaserit crimẽ infantulo, & incautam pręcipitarit ætatem: ita qui inualidũ & insipientem & improuidum circũscripserit persuasione erroris,aut exagitatione cordis affectum. Vis scire q̃ infirmus sit qui (1. Cor. 8.) scandalizatur? Non mãducabo,inquit,carnem, ne fratrem meum scãdalizem. Quanta infirmitas,& quędã infantia animi,vt eum etiã esca fratris exagitet. Vnde B non potest homini esse præcipitium,quãdo etiam hinc est periculum? Et quod peius est, infirmitas huiusmodi serpit in multos. Vides inopem iustũ, tẽtaris. vides diuitem iniquum,tẽtaris. vides sine liberis sanctũ,tentaris. vides liberis,honoribus,laudibus secularibus abundantem iniustum,tentaris. Quantæ fouęę,quãti laquei, & quod est grauius, qui multos strangulẽt. In Sodomitana vrbe vix vnus Loth qui nõ tentaretur inuẽtus est, cuius tamẽ vxor non potuit tẽtationis laqueos euadere. Hebræorum populus maria transiuit,sed non potuit tentamenta trãsire. Tentati sunt omnes præter Iesum & Caleph, qui ideo de senioribus terram repromissionis introire meruerũt, quia fuerũt tẽtationis expertes. Nec Aaron introiuit, nec Maria,quia & ipsi tẽtati sunt. Nec Moyses introiuit,quia dux erat populi qui tentabatur. Typus legis qui excludere tentamenta non poterat, nõ poterat in terram resurrectionis inducere, quia ista euangelio gratia debebatur. Lex pacem nõ potuit dare,ideo Moyses quoad vixit semper præliatus est. Sẽper legis populus versatus in ancipiti bellorum est,Iesus autem Naue plebis animos profunda C pace cõposuit: quoniam qui sub lege est, agitatur incertis: (Ioan. 14.) qui sub euãgelio,audit dicentẽ: Pacem relinquo vobis,pacem meã do vobis. ideoq; diligentibus nõ est scãdalum. (1. Cor. 1.) Accipe aliter, Crux Christi Iudęis scandalum, Græcis stultitia est. Scandalũ est perfido,quia dicit Iudęus: Ergo hic deus est,q homo visus est? Hic deus est qui ieiunauit? Hic deus est,q vapulauit? Hic deus est,q crucifix⁹ est? qui de cruce descẽdere,& se liberare nõ potuit? Deniq; hoc dicebãt tempore dominicæ passionis: (Mat. 27.) Descendat de cruce,et credimus ei. Cõfidit in deo,liberet nunc si vult eum. Non te ista tentent,nõ te ista perturbent,non in animũ tuum huiusmodi se inferant cogitationes. Vbi pax est, & multa pax, ibi crux Christi non opprobrio,sed saluti est. Non fuit opprobrio Petro crux Christi,quæ tantũ ei glorię dedit,vt inuersis Christum honoraret vestigiis,metuens ne si ea specie crucifixus esset qua dominus,affectasse domini gloriã videretur. Crux ergo opprobrium perfido, fideli autem gratia,fideli redẽptio, fideli resurrectio est, quia pro nobis D passus est dominus,quia illo nos redemit sanguine,illa ad paradisum resurrectione reuocauit. Qui hæc credit, q̃modo potest turbari,cui spes regni cælestis assurgit?

VI Expectabam salutare tuum domine, & præcepta* tua feci.*

*alias,mãdata. *al,dilexi.

Qui expectat,sperat charitatem. Ergo spes præcedit, sequitur salus. Spes igitur pręcurrit effectũ. ideo qui expectauit salutẽ a domino,pręcepta domini fecit. Vnde & dominus appellat amicos in euãgelio, nõ seruos, qui sua pręcepta fecerũt. Qui diligit enim,facit: & qui fecerit,merito dilectionis remuneratione donatur.

VII Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea nimis.*

*al's, vehementer.

Plus est diligere q̃ custodire, vt supra diximus,quia custodire interdũ necessitatis est vel timoris,diligere charitatis. Ideo cum hic dixisset, custodiui, adiecit, dilexi, vt custodia amãtis fuerit,non timentis. Qui nimium diligit,nimium custodit.

VIII Seruaui pręcepta* tua & testimonia tua, quoniam omnes viæ meę in conspectu tuo domine.*

*alias,mãdata. *al' nõ habet dñe.

Beatus qui potest dicere: Omẽs viæ meę ante te. qui nolit abscõdere omnes cogitationes suas,omnes actus suos. Abscõdebat Adam viam suam, abscõdebat Eua post culpam, abscondebat Cain necem fratris. In affectu habemus abscõdere, nõ in effectu. Plena abscondentis perfidia,& si apud deum nulla sit latebra. Ideo ecclesia in Canticis sua ei secreta monstrabat,dicens: Assumam te,& ducã te in domũ matris meę,& in secretum (Cant. 8.) eius quę cõcepit me. Nam & si deus omnia videat cordis occulta,bonum tamen est vt vnusquisq; animã suã E ei aperiat & expãdat, & tanq̃ lumini vel calori eius occurrat. Nec immerito gloriatur ecclesia dicẽs: Ego erã (Ibidem.) in oculis eius tanq̃ inueniens pacem. quoniã vias suas prodere nõ timebat. Iusti ergo est ista vox. Oculi enim (Psal. 33.) domini sup iustos. Itaq; domino IESV Christo, qui est via & veritas, bene hoc dicitur ab iis qui illã veram viã fide,moribus,actuq; desiderant conuenire: Omnes viæ meę coram te domine. Nulla enim potest via bona esse, nisi quam tu illuminandam tui visitatione luminis iudicaueris: cui est honor & gloria, laus, perpetuitas a seculis,& nunc et semper,& in omnia secula seculorum. Amen.

SERMO VICESIMVSSECVNDVS.

INCIPIT Tau litera,quæ latina interpretatione significat errauit. (ת Tau.) Alia interpretatio habet consummauit. Quid est errauit? Vicesimasecunda litera est, quę apud Hebręos F est vltima. Psalmo autem isto,hoc est, cẽtesimooctauo decimo profectũ hominis diximus significari, qui doctrinæ moralis magisteriis eruditus deponeret omnẽ inexercitatę mentis infantiam,assumeret autẽ veterani consilii scientiã,& prudentię senilis ætatem. Vbi autem error est,culpa signatur. Hic ergo est profectus finis,vt culpa sit. Sed vide quid interpretetur. Errauit, inquit,nõ errat,sed errauit. Errasse pęteriti est temporis,errare pręsentis. Qui errauit,desiuit errare,& veterem condẽnat errorem. De eo enim dicitur errauit,qui in eo errore iam nõ sit. Nam is qui adhuc in errore permanet,non errasse dicitur,sed errare. Errare enim permanentis in vitio est,errasse corrigentis est lapsus. Deniq; emendator morum ait: Eramus enim aliquãdo (ad Titũ. 3.) insipientes,increduli,errantes in desideriis & voluptatibus. Non dixisset vtiq;, eramus aliquãdo insipiẽtes, nisi qui adeptus esset postea sapiẽtiæ disciplinam. Neq; dixisset,eramus errãtes,nisi superiorem deposuisset er-

Grorem. Deniq; vt abolitum lapsum docuerat, nec vllum
Ibidem. offensionis resedisse vestigiū, ait: Cū autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri, nō ex operibus iustitiæ quę fecimus nos, sed secundū suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti. Veteri ergo errore depositō, & spiritu sancto atq; omni morū emēdatione renouatus dicit: Eramus enim aliquādo errātes. Vides ergo quia errori renūciasse nō vitii, sed pfectus est. Postremo ipse te doceat dominus IESVS, si humanis
Luc. 15. consiliis vel sententiis nō putas esse credendum. Nanq; in euāgelio suo ipse asserit quod pastor reliquit nonaginta & nouē oues, & vnam requirit quæ errauit. Centesima ouis est, quā dicit errasse, perfectio & plenitudo numeri. ipsa te instruat & informet. Nō immerito cæteris antefertur, quia plus est a vitio se reuocasse, q̄ prope vitia ipsa nescisse. Imbutos enī vitiis animos exuere frenis cupiditatum atq; emēdasse, non solū perfectę virtutis, sed etiam cęlestis est gratię. Emendare etenim futura, attentionis humanę est: prēterita donare, diuinæ est potestatis. Deniq; inuentam pastor ouem humeris imponit suis. Agnoscis vtiq; mysteriū, quomodo ouis lassa reficiatur, quia nō potest aliter humana cōditio lapsa recreari, nisi sacramēto dominicæ passionis, & sanguinis IESV Christi, cuius principatus super humeH ros eius. In illa enim cruce infirmitates nostras portauit, vt ibi omnium peccata vacuaret. Merito gaudent angeli, quia is qui errauit, iam nō errat, iam sui est oblitus errorem. Non error igitur, sed consummatio est, vt altera docet interpretatiō. Consummatio autem, perfectio disciplinæ est. Vnde & Hieremias in suis Threnis
Thren. 4. sub hac litera ait: Defecit iniquitas tua filia Sion, nō adiiciet te expellere adhuc. Visitauit iniquitates tuas filia Edom, reuelauit super peccata tua. Aduertis quoniā iniquitas nō potuit sine dei visitatione deficere, nec plena esse correctio nisi per gratiā dñi saluatoris. Quomo-
Cant. 5. do autem deficiat iniquitas, audi dicentē ecclesiā: Exui tunicam meam, quomodo induam eam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Veteris igitur hominis vestimentum vitiis erroris intextū, in lauacri regeneratione depositū, nescit quomodo possit induere. Studio enī correctionis inoleuerat obliuio peccatorū. Tanta vis cōsummatæ emēdationis est, vt in quandā puerilię redeat spiritalis ætatem, quę vias erroris ignoret, crimen etiā si velit nō possit admittere, quia defueuerit peccādi vsum nosse. Et iam de huius literæ interpretatione satis dictum arbitror, nunc cognoscamus ex subditis quę sit viri consummati sententia. Itaq; sic ait:

I Appropinquet oratio* mea in conspectu tuo domine, secūdum verbū tuum intellectum tribue mihi.*

*al. deprecatio. *als, iuxta eloquium tuū da mihi intellectum.

Volare facit orationē bona vita, & dat alas precibus spiritales, quibus sanctorū ad deū euehatur oratio. Sed & spiritus quo oramus, subleuat precem iusti, maxime si corde contrito cōpatiens eam cōmendet affectus. Cōsummati autem viri ista est cōfidentia. Deniq; ipse David in superioribꝰ istius psalmi lucernam suis pedibus requirebat, ne in hoc itinere terreno ambulās posset errare. Nunc autem quasi iam in fine positus & processur, consummato viandi munere totus assurgit, & orationem suam dirigit in cælestia, mittit eam in conspectū domini Saluatoris, dans illi flabra iustitię, sapientię flamina, remigia deuotionis & fidei, innocētię puritatisq; subsidia. Peccato enī grauescit oratio, & longe fit a deo. Tanto autem plus grauatur, quāto improbior est vita deprecantis. Innocētium ascēdit oratio, & gemitus cōpatientis affectus, si Egyptium lutū oderint, & operari terrena declinent. Deniq; sic legisti, quod Hebreorū, qui dura Aegyptiorū imperia ferre non poterant, & vt gratia, ita & lutulēta opera indigna sui nobilitate generis recusabant, gemitus & vox ascenderit ad dominū deū nostrum. Ascendit enim oratio: quia etsi operabātur, tamen operabātur inuiti. Descendebat itaq; ad illos dei misericordia, quia illorum ad deum ascēdebat deuotio. Ascendebat itaq; non corporaliter. neq; enim propheta tantus precationem suam petebat corporaliter appropinquare. Nam qui ita putat, vtiq; is deū certo aliquo loco ac sede cōcludit, vt diffusiorem locū in quo deus sit arbitretur, cum vtiq; inuisibilis, ineffabilis, incōprehensibilis impleat omnia, et diuinitatis in eo habitet plenitudo. Legi Moysen appropinquasse deo cū legem acciperet: sed solita Dauid verecūdia nō semetipsum, sed orationem suā deo appropinquare postulat: vt videatur ordo quidam esse distinctus, quod ii qui perfectiores sunt, ipsi appropinquent deo: sequētis autē ordinis instituit viri satis habeāt si eorum appropinquet oratio. Ex vsu autem nostri sermonis consideremus quid sit appropinquare. Cōstitue magistrū atq; discipulum. si discipulus studiosius magistri vel hausit ingenium, vel præcepto intēdit, ita vt ad similitudinē operis eius atq; doctrinæ proxime videatur accedere, nōne dicere solemus quod appropinquauit magistro? Ergo et tu si imitatorem te
1. Cor. 4. præbeas Christi, sicut & ille q̄ ait: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi: si dolū nescias, mendaciū oderis, veritatem sequaris, iustitiam non refugias, diligas castimoniam, appropinquasti Christo, & per Christum L. deo. Ipse via est qua peruenitur ad patrē, qui apud patrem semper est. Didicimus quid sit appropinquare orationem, hoc est, eleuetur actibus nostris. Si eleuas actus tuos, eleuasti orationē tuā. Qui nouit leuare manus suas, dirigit orationem suam in conspectu dei, sicut
Psal. 140. infra legisti: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. eleuatio manuū mearum sacrificiū vespertinum. Hæc vtiq; oratio ad vitam, alia oratio in peccatum. Et oratio, inquit, eius fiat in peccatū. Et tu si secu-
Psal. 108. laria petas, si flagitiosa postules, oratio tua non ad deū dirigitur, sed in peccatum. Ideoque intellige quę petas. Secundum, inquit, verbum tuum mihi tribue intellectum. Aduerte quid postulet. Non intellectum generaliter dixit, sed intellectum secundum verbum dei. Est enim intellectus ad mortem, sicut est prudentia ad in-
Luc. 16. teritum. Filii huius seculi prudētiores sunt q̄ filii lucis in hac generatione. Sed prudentia ista quę seculi est, ad vitam non suffragatur æternā. Circa honorem, circa lucella est, quæstibus coaceruandis intenta, nō meritis cōparandis. Postremo circa elementa mūdi est, phaleraM ta magis q̄ vera sapiētia, vt est philosophia omnis, quę aliena quærit, cū sua nesciat: scrutatur cęli plagas, munditia rimatur, quę sibi prodesse nō possunt: deū ignorat, quem solum deberet inquirere. Ideo verus sapiēs di-
1. Cor. 3. cit: Si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mūdi, stultitia est apud deū. Elaborādum est igitur vt in hoc seculo stulti simus, nihil nobis cū philosophia, ne fidē nostram per elemēta mundi huius traducat a vero, ne quis assertionem nostrā per philosophiam deprędetur. Sic enim Arrianos in perfidiā ruisse cognouimus, dū Christi generationem putant vsu huius seculi colligendam. Reliquerūt apostolū, sequuntur Aristotelē. Reliquerunt sapientiam quæ apud deum est, elegerūt disputationis tendiculas, & aucupia verborum secūdum
Col. 2. dialecticæ disciplinā: cum clamaret Apostol⁹: Ne quis vos deprędetur per philosophiam, & inanem seductionem, secundū traditiones hominum, secundū elementa huius mundi, & non secundū Christum. Vtinā possim imitari illam stultitiam qua sim sapiens, illum virum habentem amplas possessiones, sed nō negligentē fructum, intūtum deo: illum virum qui honores etiam delatos sibi respuat, doctrinam philosophiæ non requirat: & si ante cognouit, tamen scire dissimulet, & non requirendo dediscat. Non quęrat quæ sua sunt, sed aliūs

A sua conferat, sibi acquirat æterna. Hic potest dicere, secundum verbum tuum intellectū tribue mihi, id est, nō secundū philosophos, non secūdum causidicos, non secundum mercatores huius seculi, non secundū architectos domorum, sed secundū verbum tuum, quod est vera sapientiæ bonorumq; operum fundamentum, vt super illud constituat propheta aurum cordis sui, argentum sermonis sui, lapides preciosos operationum suarum, vt opus suum labi & perire non possit.

II *als, in cōspectu tuo domine. *alas, eloquiū tuū eripe me. Intret postulatio mea coram te, *secundum verbum tuum líbera me.*

Vide ordinem. Primū dixit, Appropinquet oratio mea: postea intellectum popposcit, Secundum verbum tuum: tertio ait, Intret postulatio mea coram te. Nonne quodam dominus inuitat vsu & suscipere dignatur affectus? Nonne cum aliquē de primariis viris desideras cōuenire, primū ad eius domū appropinquas, postea quæris informari atq; instrui, vt cognoscas mentem patrisfamilias, deinde vt eius domum ingrediaris imploras, ne quis te abiiciat & excludat? Pulsa ergo & tu regiam illā cælestem, pulsa nō manu corporis, sed quadam rationis tuę dextera. Nō sola manus corporis pulCant. 5. sat, pulsat & vox. Scriptū est enim: Vox fratris mei pulsat ad ianuam. Pulsam? & digito. Deniq; & Thomas digito meruit ianuam resurrectionis aperire. Et tibi di-
Ioan. 20. cit IESVS: Infer digitum tuum huc, et mitte manus tuas in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Pulsa ergo digito, si nō potes tota manu. Pulsa ianuā:
Ioan. 10. Christus est ianua, qui ait: Per me si quis introierit, salB uabitur. Cum hāc igitur ianuam pulsaueris, vide quomodo ingrediaris, ne forte iam ingressus extra conspectum regis sis. Multi ingrediuntur palatia, & non statim regem istum terræ vident, sed frequenter obseruāt vt aliquando videri mereantur. Nec prēsumunt videre copiam, sed iussi repræsentantur, & precem fundunt, vt cū benevolentia suscipiantur. Primus hic sui sermonis ingressus est, ne quid titubet, ne qd offendat. Quanto magis rogandus est deus vt ostiū misericordiæ suæ nostra ingrediatur oratio? Deniq; & Paulus rogat vt aperiatur sibi ostium verbi ad loquendum mysterium Christi. Sed quia Græc⁹ habet, ἐισελθέτω ἐξίωμάμας, hoc est, Intret dignitas mea: licet potuerit scriptor errare, & fecerit ἀξίωσις, hoc est, deprecatio: tamen hoc q̄q explanemus vt possimus. Nempe cū hominē rogas, regem te dicis, vt contēplationem habeat honoris tui, tangat eum tuę contēplatio dignitatis, vt aut misereatur si venia est postulāda, aut deferat pro ordine digniC tatis. Et quid dicam, Rogas? sic vnusquisq; ingreditur, vt dignitatib⁹ deferatur. Recte ergo & deuotus deo dicit: Intret dignitas mea corā te. Habet & Christianus dignitatē suam, qui tanto imperatori militat. Sunt maximæ & verę fidei dignitates, sunt honorum diuersi & apud Christum ordines. Posuit deus in ecclesia primo apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. Sed istæ administrantium dignitates. Sūt etiam priuatorū, vt est pietas, iustitia, sobrietas, castimonia, disciplina. Sūt etiā orationis dignitates. Si pro vidua roges, si roges pro pupillo, si roges pro misericordi, si roges pro nimiū deuoto acfideli, si roges in tribulatione, roges cum dolore, si mœsto & ipse qui rogas compatiaris affectu: intrat oratio tua dei gratiam, intrat domum eius, si tecū ecclesia deprecetur, si populꝰ vniuersus imploret, vt domini inclinet fauorem. Quid autem rogat? Vt eruatur, vt liberetur, eo quod iā diu aduersus nequitias spiritales, aduersus tentamenta huius seculi prælietur, eo quod graue est satis longæuo cursu istius diuturnam sustinere militiam. Deniq; & infra dicit: Heu me quod incolatus meus prolōgatus est. Ingemiscit enim quod indefessas iugi labore tendat excubias. Ideo petit a tot aduersantibus liberari, nec cū terrenis hominibus vult habere consortium.

D Eructabūt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas. III

Eructuat hymnū, qui potest dicere: Bonus enim odor 2. Cor. 2. Christi sumus deo. Et bene eructuat, q̄ plurima & suauia præcepta domini gustauerit. Eructuat hymnū, qui eructuauerit verbum. Deniq; & Dauid ante eructuauit verbum bonum, hic eructuat hymnū. Bonum enim panem gustauit, qui de cælo descendit. Bonum panē, quē si quis manducauerit, nō morietur in æternum. Habet verbum dei epulas suas, alias fortiores, vt est lex & euangelium, alias suauiores, vt sunt Psalmi, & Cantica cāticorum. Eructuabat hymnū ecclesia, vel anima pia, cui dicebat dei verbū: Insinua mihi vocem tuam, quia Cant. 2. vox tua suauis est. Eructuabat hymnū, cui dicebat: FaCant. 4. vum distillant labia tua o sponsa, mel & lac sub lingua tua. Sed non potest quis ante eructuare hymnū, nisi dicerit iustitias dei, et didicerit ab ipso domino deo suo. Ideo specialiter hoc Dauid petit, vt eum doceat deus. Audierat enim & cognouerat in spiritu quia vnus magister est, & ideo vbiq; ipsum doctorē fieri postulabat, vt ab ipso disceret iustificationes eius. Quomodo enī cātare potest in metu posit⁹? & timore pœnarū? Quomodo enim cantare potest grauiū sibi conscius delictorum, nisi prius fiat venię securus? Deniq; in posterioribus habes: Quomodo cantabimus canticū domini in Psal. 136. terra aliena? in qua impugnetur, in qua captiuetur in lege peccati, in qua defleat atq; deploret suæ captiuitatis E erumnas? Et tu ergo ede scripturarum cælestiū cibos, & ede vt permaneant tibi in vitam æternā, & ede quotidie, vt non esurias, ede vt replearis, ede vt verborum cælestium eructes saginam. Spiritales epulæ non obesse solent, sed prodesse satiatis: ideoq; repleri volebat propheta, qui dicebat: Repleatur os meū laude tua, vt can Psal. 70. tem gloriam tuam. Qui cantat dei gloriam, hymnum domino cor eius eructuat.

Loquetur* lingua mea verbū* tuū, quoniam omnia mandata tua iustitia est.* IIII

*als, pronunciabit. *alsa, eloquium. *alæ tas

Qui didicerit iustitias dei, loquitur verbū dei: & qui verbū dei loquitur, ociosum verbū non loquitur. Ociosum verbū est, loqui opera hominum. Ideo sanctus dicit dari sibi a domino gratiam, vt nō loquatur os suum opera hominū, quia ociosum verbū est, nec solū ociosum, sed etiam periculosum, pro quo rationē reddituri sumus. Omne enim verbum quodcūq; locuti fuerītis, reddetis pro eo rationem. Non enim mediocre periculum est, cum habeas tanta eloquia dei, & dei opera quę fecit in Genesi, fecit in Exodo, fecit in Leuitico, Numeris, Deuteronomio, Iesu Naue, Iudicū libro, Regnorū atq; Esdræ libris, fecit in euangelio, in Actibus apostolorū, illis prætermissis loquaris, quæ seculi sunt, audias quæ seculi sunt. Sepi aures tuas spinis, vtinā & linguā Eccli. 28. obsepias, ne loquaris quæ seculi sunt, audias quæ seculi sunt. Sed quod peius est, circumdata est lingua tua spinis, quæ compungunt & vulnerant loquentē quę munditia sunt. Ideo aduersatius etiam orantibus frequēter secularis offundit cogitationes. Si ergo nō debemus audire aliena vel superflua, quāto magis nō debemus obloqui, cum dicat vnicuiq; nostrū scriptura venerabilis: Argētum & aurum tuum alliga, & ori tuo fac iugum & pondus? Alliga sensum tuū fide, taciturnitate alliga sermones tuos, impone iugū ori tuo, ne indomita cernice verborū se iactet. Impone pondus, vt cauto omnia quę loquimur trutinemus examine. Quibus tamē spinis sepias aures tuas, vt scriptura tibi dicit, nisi cōtrito corde, & timore iudicii? Salubriter ista cōpungunt, stimulāti sta, non vulnerant, licet & vulnera vtilia sint amici. Omnia, inquit, mandata dei iustitia est, quia sunt mandata iustitiæ, & ideo sine iustitia esse non possunt.

G Mandatum dei est vt diligas deum tuum. Vnde ait
Rom. 13. Apostolus Paulus: Qui enim diligit proximū suum, legem impleuit. Scriptum est enim: Non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces. & si quod est aliud mādatum, in hoc verbo instauratur. Si in hoc verbo instauratur omne mandatū, quod verbum iustitia est: (quid enim tam iustū, vt, diligas deum tuū, & diligas fratrē tuum?) vtiq; omnia dei mandata iustitia est. Sicut enim qui occidere potest fratrem suum, vtiq; non diligit: qui adulterat fratris vxorem, vtiq; non diligit fratrem: qui furatur, qui cōcupiscit alienum, vtiq; nō diligit eum quē fraudare desiderat: ita qui superbe despicit fratrem, qui eum deformare conatur, qui pascitur eius iniuriis, a consortio charitatis alienus est.

V *alias, vt saluet. Fiat manus tua saluum facere*me, quoniam mandata tua elegi.

Aduentū domini videtur orare, quia manus dei Christus est. Ipsum legimus dexteram dei, de qua supra ait:
Psal. 117. Dextera domini fecit virtutē, dextera domini exaltauit me. Cur ergo hic manum dixit, nisi forte non solum propter diuersitatem gratię quam scriptores nō prętermittere solēt, sed etiam propter quādam proprietatem manuum dictū est, vt ibi dextera dicatur, vbi scribitur quod exaltauit cū virtute: hic manus, vbi intelligi oportet quod cum humilitate seruauit? Potest & sic intelligi manus domini, sicut dicitur in vsu: Magna est ma
H nus illius regis. hoc est, magnus exercitus. &, illius inferior est manus. vt etiā hic intelligamus: Fiat adiumentum tuum atq; subsidiū, vt mittas angelos tuos, opem tuam, subsidia potentiæ tuæ ad liberandum populum
Heb. 1. tuum. Hæc est manus dei, de qua scriptum est: Nonne omnes ministri spiritus sunt, qui mittuntur in ministerium propter eos qui futuri sunt hæredes salutis? Qui ergo elegit mandata dei, vtitur confidentia, vt cum auctoritate deposcat sibi diuina subsidia.

VI Cōcupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est.

Alius lōgæuitate vitæ istius delectatur, & cōcupiscit vsq; ad depositæ senectutis tēpora corporis huius vitā producere. Alii frāgitur egritudinis infirmitate, de quis
2. Cor. 12. bus nemo potest dicere: Cū infirmor, tunc potens sum. Beatos se putāt si inoffēsa valetudinis cōmoditate potiantur, quibus non est infirmitas ad salutē. Horū quoq; nemo potest dicere: Concupiui salutare tuum domine.
I Suam enim magis salutem q̄ salutare dei quęrūt, medicis potius sunt q̄ scripturis obedientes. Contraria autē studiose sunt diuine cognitioni præcepta medicinæ. A ieiunio reuocant, lucubrare nō sinunt, ab omni intētione meditationis abducunt. Itaq; qui se medicis dederit, seipsū sibi abnegat. Qui autē quærit salutare dei, Christum sequitur, qui dicitur salus dei: nō quę corporis, sed quæ æterna sunt quærēs, cum hoc corpore conseruetur quod salus quæritur: qui autem salutem dei quærit, die vtiq; & nocte meditetur in lege. Iugis illi meditatio est diuinorum decretorū, neq; aliqua cura corporis huius auertitur a studio disciplinæ.

VII Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.

Futurę vtiq; vitę, nō presentis sibi remuneratione blā ditur. Hæc enim vita quomodo dici potest, de qua scri-
Psal. 21. ptum est: Et in puluere mortis deduxisti me? Q̄ multi viuētes in inferno sunt? Ipse Paulus cupiebat de corpore mortis huius liberari, qui vere concupiuit salutare
Phil. 1. dei, dicens: Dissolui enim cupio, & cū Christo esse. multo enim melius: permanere autē in carne magis necessarium, q̄ volūtarium. Quomodo ergo viuit anima operta mortis inuolucro? Aut quæ est vita quæ in vmbra est? In regione vmbræ mortis sumus: absc̄dita est vita nostra, nō libera. Erit enim libera in regione viuo- k
rum, in qua fiduciam cōplacendi iustus assumit, vt placeat domino in regione viuorum. Ibi ergo viuit anima nostra, vbi nihil mortale, nihil infirmum amicta sit, nihil debitum pœnæ. Ibi laudabit dominū, vbi depositio infirmitatis corpore, conformis esse cœperit glorię corporis Christi. Nam dū in peccato sumus, plene laudare quid possumus? Peccatori autē dixit deus, Quare tu Psal. 49.
enarras iustitias meas? In vmbra sumus hic positi, in vmbra viuimus: perfecte in vmbra laudare non possumus. Deniq; audisti in posterioribus dicētes: Quomodo cantabimus cāticum domini in terra aliena? Adiuuant autem iudicia dei sanctos, cum bonis operibus remuneratio vitæ cōfertur æternę. Beatus qui dicit: Et iudicia tua adiuuabūt me. Ego infirmus, ego peccator timeo iudicia dei propter conscientiā delictorum. mihi terrorem afferunt, me exagitant, sanctos adiuuāt. Sed tamen iuuabūt etiam peccatorem, licet diuerso modo. Sanctus adiuuabitur, dum probatur: peccator adiuuabitur, dum humiliatur, dū castigatur vt peccata soluat duplicia, dum opus eius exuritur, vt ipse saluus fiat, sic tamen quasi per ignem. Fortassis etiam sic cōuenit sensus: Si dignus fuero iudicio, dignus ero vt exuar cōsortio impiorū, quoniam non resurgūt impii in iudicium. Et adiuuabūt me iudicia, quoniam qui credit in domino, iudicatur. Proderit illi fides, & suffragabitur ad ve- L
niam, etiam si qua in operibus offensa sit.

Erraui sicut ouis quę perierat, *viuifica* seruum tuum, quoniam mandatorum tuorum non sum oblitus.* VIII *al. periit. *al. quęre. *als, quia mandata tua.

Græcus habet, Quęre seruum tuum, hoc est, ζήτησον, & potuit falli scriptor, vt scriberet ζῆσον, quod est viuifica. Sēsus quidē vterq; constat, sed opportunior est huic loco, quærę seruū tuum: quoniā ouis quæ errauit, quærēda est a pastore, ne pereat. ideo dicit, erraui. Dic & tu Esa. 43.
iniquitates tuas, vt iustificeris. Quod lapsum fateris, in eo tibi cum omnibus cōmune consortiū est, quia nemo sine peccato. negare hoc, sacrilegiū est. Solus enim deus sine peccato est. Cōfiteri hoc deo, impunitatis remediū est. Erraui, inquit. Sed qui errauit in via, potest redire in viam, reuocari potest in viam. Et pulchre addidit, sicut ouis quę perierat. Non enim perit qui agnoscit errorē. Quære, inquit, seruum tuū, quoniam mandata tua non sum oblitus. Veni ergo domine IESV, quære seruum tuū, quære lassam ouem tuam, veni pastor, quęre sicut oues Ioseph. Errauit ouis tua dum tu moraris in mōtibus. Dimitte nonagintanouem oues tuas, & veni vnam quærere quæ errauit. Veni sine canibus, veni sine malis operariis, veni sine mercenario, qui per ianuam introire nō nouerit. Veni sine adiutore, sine nuncio, iam dudum te expecto venturum. Scio enim vēturum, quomā mandata tua non sum oblitus. M
Veni nō cum virga, sed cū charitate, spiritusq; māsuetudine. Noli dubitare relinquere in montibus nonagintanouem oues tuas, quia in montibus constitutas lupi rapaces incursare nō possunt. In paradiso semel nocuit serpens, amisit ibi escam postq̄ Adā inde depulsus est. illic iam nocere non poterit. Ad meveni, quem luporū grauium vexat incursus. Ad me veni, quē eiectū de paradiso serpentini diu vlceris venena pertentant, quia erraui a gregibus tuis illis superioribus. Nam & me ibidem collocaueras, sed ab ouib⁹ tuis lupus nocturnus auertit. Quęre me, quia ego te reqro. Quęre me, inueni me, suscipe me, porta me. Potes inuenire quē tu requiris. dignare suscipere quē inueneris: impone humeris quem susceperis. Non est tibi pium onus fastidio, non tibi oneri est vectura iustitię. Veni ergo domine, quia etsi erraui, tamen mandata tua nō sum oblitus. Spera medicinæ referuo. Veni domine, quia & erraticā solus es reuocare qui possis, & quos reliqueris, non mœstiti-

A cabis. Et ipsi enim peccatoris reditu gratulabūtur. Veni vt facias salutem in terris, in cęlo gaudium. Veni ergo & quære ouem tuam iam non per seruulos, non per mercenarios, sed per temetipsum. Suscipe me in carne quæ in Adam lapsa est. Suscipe me nō ex Sara, sed ex Maria, vt incorrupta sit virgo, sed virgo per gratiā, ab omni integra labe peccati. Porta me in cruce quę salutaris errātibus est, in qua sola est requies fatigatis, in qua sola viuēt quicunq; moriūtur. Pulchre autem etiā viuifica potest dici, eo quod mori non possit quem humeris suis virtus portauerit. Dicit ergo & anima, dicit & ecclesia: Erraui sicut ouis quæ perierat. Sed dicit:
Cant. 3. Quæsiui quē dilexit anima mea. hoc est enim dicere: Viuifica seruum tuū, quoniam mandata tua non sum oblitus. Ego te quæsiui, sed inuenire nō possum te, nisi tu volueris inueniri. Et tu quidem vis inueniri, sed vis diu quæri, vis diligentius indagari. Nouit hoc ecclesia tua, quia non vis vt te dormiens quærat, non vis vt te iacens inuestiget. Deniq; pulsas ad ianuam, vt excites dormientē: exploras si cor vigilat, & caro dormit. Vis
Ephe. 5. iacentem leuare, dicens: Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Mittis manum per cauernā, vt surgat: & si tardius surrexerit, derelinquis. Vis vt quærat iterum, & quærat a multis, & nō obliuiscatur quęrere, non obliuiscatur sermones tuos: & si tenet eos, offeras te videndum, nō refugias teneri. Quæ cum te meruerit amplec-
B ti, ostendit fructus suos, docebit non oblitā se mandatorum tuorū, dicetq; tibi: Veni frater meus, exeamus
Cant. 7. in agrum, & in floribus nostris omnis fœtus arborum. Noua & vetera frater me⁹ seruauit tibi. Hoc est dicere: Teneo mandata omnia noui & veteris testamēti. Sola hoc dicere ecclesia potest. Non dicit alia cōgregatio, non dicit synagoga, nec secundum literā noua tenens, nec secundū spiritum vetera. Non dicit hæresis Manichæa, Vetera seruauī tibi, q̄ pphetas nō suscipit. Merito dealbata cernitur, quæ vtriusq; fulget gratia testa-
Cant. 8. menti. Respondit ei sponsus: Pone me vt signaculū in cor tuum, vt sigillum in brachium tuū, quę noua & vetera seruasti mihi. Signaculum meum es, ad imaginē meam es & similitudinē. Fulget in te imago iustitiæ, imago sapiētię, imago virtutis. Et quia imago dei es, in corde tuo est, fit & in operibus tuis, sit effigies euangelii in tuis factis, vt in tuis moribus mea præcepta custodias. Effigies euāgelii erit in te, si percutienti maxillam alteram præbeas, si diligas inimicum tuum, si cru-
C cem tuam tollas, & me sequaris. Ideo crucem ego porte portaui, ne tu propter me portare dubitares. Audierunt hoc filiæ Hierusalē, quod iam dominus IESVS sibi ecclesiam copulabat: & quia cōsiderantes magnitudinem verbi, impares se tantis nuptiis æstimabant, ne
Ibidem. forte tantæ copulæ pondus sustinere non possent, excusant dicentes: Soror nostra parua, & vbera non habet. Sic enim qui volūt differre nuptias, excusare cōsuerūt, vt prętendant immaturę ætatis infirmitatē, & astruāt quod vbera non habeat, quę nubilis significant tempus
Ibidem. ętatis. Hoc solet symbolū commune omnibus virginibus esse nupturis, vt cum vbera cœperint eminere, tūc coniūctioni habiles iudicētur. Turbatæ igitur quod stu-
Ibidem. dio dilectionis vrgeat nuptias sponsus, dicunt: Quid faciemus sorori nostræ in die qua loquetur in ea? Vel vt Symmachus, qua loquatur ei. hoc est, sponsalium celebritate solet fieri collocutio & confirmatio nuptiarum. Quid ergo faciemus? dicunt turbatę, quia vrgetur coniunctio spiritalis. a tantis nuptiis excusare nō possunt. Nemo enim est qui copulam vel animę & spiritus, vel Christi & ecclesię non beatam putet. Sed quia plenitudo verbi vel spirit⁹ sancti vibrat & fulget, & nihil est q̄d illis possit æquari, ideo differre desiderāt, vt illa dilatione vel anima vel ecclesia possit esse perfectior. Dicūt ergo: Si murus est, ędificemus super eum receptacula: & si ianua est, sculpamus super eā tabulas cedrinas. Mu-
D rus est anima sancti. Habet & ecclesia muros suos, quę iā perfectior dicit: Ego ciuitas munita. Hic est murus qui habet duodecim portas apostolicas, per quas populo nationū patet ingressus in ecclesiā. Sed murus quāuis ambitū totius vrbis includat, tunc tamen est munitior, cum receptacula habuerit præparata in quib⁹ propugnatores vrbis tutum spectādi ac tuendi possint habere subsidium. Sed quia rationalis hæc ciuitas est, & omnis spes eius in dei verbo est: non ferrea, sed argētea ei propugnacula requirūtur, eloquiis cælestibus magis q̄ corporis voluptatibus hostiles impetus repulsare cōsueta. Eo fulta præsidio, eo splendore fulgens habilior Christi copulę iudicatur. Et quia ianua Christ⁹ est, qui
Ioan. 10. ait: Per me si quis introierit, saluabit⁹: & ecclesia ianua nuncupatur, quia per ipsam patet populis aditus ad salutem. Sed ne hæreticorum corrūpatur tineis aut vermibus, dicunt filiæ Hierusalem, vel angeli, vel animæ iustorum: Ędificemus super eam tabulas cedrinas. hoc est, fidei sublimis bonum odoré. Est enim suauis huius materiæ odor, quam nō vermis, non tinea corrumpat. Ideo huius materię vsus eligitur tectorum fastigiis elegantis, formādisq; literarū elementis, quibus ætas puerilis ad studium liberalis eruditionis imbuitur. Est ergo materia ista sublimis ad gratiā, leuis ad onus, suauis ad odorem, vtilis ad instrumentum scientię, habilis ad ministerium cognitionis æternæ. Sed quēadmodū E
sponsam suam diligēs Christus vrgebat ad copulę spiritalis solemnitatem, ita & ecclesia verbi decore iam capta festinabat ad nuptias. Ideoq; morarū & dilationis impatiens, quas filiæ Hierusalem innectere gestiebāt, dicit: Ego mur⁹, & vbera mea turres. hoc est, nolite du-
Cant. 8. bitare vtrum murus sim. Illę enim dixerant: Si murus est. Ego, inquit, murus sum: & nō parua vbera habeo, sed vt turres vbera mea sūt. Quomodo dicitis quia nō habeo vberes sensus, quę turres habeo sapientię, in quibus est abundantia, sicut scriptum est: Et abūdantia in
Psal. 121. turribus tuis? His vberibus, id est, sensibus habilem se tātis nuptiis æstimabat: sed filię Hierusalem adhuc nō poterāt æstimare, quia sensuum eius abundātiam non videbant. Et addidit: Ego eram in oculis eius tanq̄ inueniens pacem. hoc est, deliberatis de meis sensibus, cū
Phil. 4. pacem dei inuenerim, quę exuperat omnem mētem, & custodit & corda & sensus in Christo IESV. Talis, inquit, eram in oculis sponsi, qualis quæ habet pacem. Scriptum est enim: Qui recte quęrunt pacem, habebūt eam testimonium. Festinantibus igitur dilecto atq; di-
F lecta, celebrata coniūctio spiritalis est, mutuo expetita consensu. Ideoq; tanq̄ nuptiale canēs carmen, exultauit spiritus in propheta, dicens: Vinea facta est Salomoni
Cant. 8. in Belammon, dedit vineam suam iis qui seruant. Clamat ergo spiritus, plantata est cōgregatio populorum, sed vitis æternæ radice fundata, & spiritalia sub iugū verbi corde māsueto colla subiecit. Plantata autem in multitudine nationum. Hoc enim intelligendum Belammon. Symmachus, Aquila, aliæque translationes Græco sermone docuerūt. Repudiata est vetus copula quę fructum afferre nō poterat, data est vinea nouis fidelibusq; cultoribus, qui non solum facere fructum possent, sed etiā custodire. Vna igitur ouis errauit, sed reuocata totius spatia orbis impleuit. Vnā ouem error abduxerat, sed multitudinem populorum domini gratia congregauit. Errauit homo, sed ecclesia iam murus est, & murus validus. Errauit Adā, murus est Dauid, qui mandata dei oblitus nō est. Custodita igitur & valata hęc vinea munimine spiritali, mille fructi⁹ dat Christo, ducentos autē custodibus. Ideoq; ait ecclesia: Vitis
Ibidem. mea in conspectu meo, mille Salomoni, & ducenti seruantibus fructū. Perfectio & plenitudo Christi est, portio seruulorum. Habes hoc mysterium in Genesi, vbi quinq; partes Beniamin fratri iuniori tribuit Ioseph, sin-
Gene. 43. gulas reliquis fratribus. Domino igitur quinq; sensuū

G portio & prærogatiua defertur, quã illi vtiq; tribuit ipſe quem diligit, ſicut dilexit & Paulum, cui dedit ad euocandas gentes ſapientiæ principatum. His igitur fru-
Ibidem. ctibus delectata eccleſia dicit ad Chriſtum: Qui ſedes in ortis, amici intendentes ſunt voci tuæ: vocem tuam infinua mihi. Delectabatur enim quod in ortis Chriſtus ſedebat, & in ortis poſiti amici intendebant voci eius. Sed quia amici illi de cæleſtibus erant archangeli vel dominationes & throni, (homines enĩ expulſi de paradiſo fuerant propter inobedientiam cæleſtium mandatorum, atq; ideo adhuc eccleſia vocẽ eius audire non poterat, quam cupiebat audire) ideo ait: Vocẽ tuam infinua mihi. Vnde & nos ſi volumꝰ cum in nobis ſedere, ſimus orti clauſi atque muniti, feramus virtutum flores, gratiæ ſuauitatem, vt diſputantem angelis dominum IESVM audire poſſimꝰ. Sed quia futurum erat vt cum ad plenitudinẽ eccleſia peruenireſſet, perſecutionibus variis tentaretur, ideo cum verbi gratia delectaretur, ſubito cernit inſidias perſecutorum: & quæ plus ſponſo quàm ſibi timeret, aut quia a perſecutorib?
Ibidem. Chriſtus magis appetitur in nobis, ideo ait: Fuge frater meus, & ſimilis eſto tu capreolæ, aut hinnulo ceruorum ſuper mõtes aromatum. Propter infirmos fugit, qui tentamenta grauiora ferre nõ poſſunt. Ideo ſcriptũ Matt. 10, eſt vt de ciuitatibus ad ciuitates fugiamus: & ſi nos in H hac ciuitate fuerint perſecuti, fugiamus in aliã. Propter infirmos igitur, vt diximus, fugiat perſequẽtes, aut fugiat ab infimis, & trãſeat ad mõtes aromatum, qui pro martyrio odorẽ poſſint beatę reſurrectiõis afferre. Mõtes aromatũ ſancti ſunt. Ad eos cõfugit Chriſtus, quia fundamẽta eius in montibus ſanctis. Ad eos igitur cõfugit, qui ſunt eius ſtabilia fundamenta. In nobis fugit, in illis fida ſtatione conſiſtit. Mons igitur aromatum Paulus eſt, qui poteſt dicere: Bonus enim odor Chri- 2. Cor. 2. ſti ſumus deo. Mons aromatũ Dauid, cuius orationis odor aſcendebat ad dominũ: & ideo dicebat: Dirigatur Pſal. 140. oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. Symmachus autem et Aquila interpretati ſunt quod Chriſtus dicit ad eccleſiã, Quæ ſedes in ortis, hoc eſt, iam in ortis ſedes, ſuperno digna es paradiſo: & ideo vocẽ tuam infinua mihi, cui amici intendunt. Ego quoq; eã audire deſidero. Cœpit in ortis eſſe eccleſia, poſtq̃ in ortis paſſus eſt Chriſtus.

FINIS.

TITVLI RERVM QVAE IN HIS COMMENTARIORVM IN LVCAM X. LIBRIS EXPLICANTVR.

LIBRO PRIMO.

Procemii Euangelii ſecundum Lucam Explanatio.

Lucæ I. Cap.

De conditione ac laude parentum ſancti Ioannis Baptiſtæ.
De ingreſſu Zachariæ in templum domini.
De angeli apparitione.
De turbati Zachariæ confirmatione.
De incredulitate Zachariæ, & eius punitione.
De conceptione Ioannis præcurſoris domini.

LIBRO SECVNDO.

De miſſione angeli Gabrielis ad virginem Mariam.
De ſalutatione Mariæ, & eius turbatione.
De Mariæ turbatæ conſolatione.
De Mariæ interrogatione, & angeli reſponſione.
De aſſenſu Mariæ, & ſaluatoris conceptione.
De abitu Mariæ in montana, & ſalutatione Elizabeth.
De Ioannis in vtero exultatione, & matris ſpiritu ſancto repletione.
De Mariæ ab Elizabeth benedictione.
De mora Mariæ cum Elizabeth.
De ortu præcurſoris domini.
De nomine præcurſoris, & reparatione vocis Zachariæ.
De prophetatione Zachariæ.

Lucæ II. Cap.

De tempore ortus Saluatoris.
De natiuitate Saluatoris.
Interpoſitio narrationis de aduentu Magorum.
De nati Saluatoris manifeſtatione.
De angelorum laudatione.
De paſtorum collocutione.
De conſeruatione dictorum in corde Mariæ.
De circunciſione Saluatoris, & eius oblatione.
De Symeone & Anna.
De exordio diſputationis IESV.
De reſponſione IESV ad matrem.
De ſubiectione IESV.

Lucæ III. Cap.

De exordio predicationis Ioannis.
Confirmatio per teſtimonium Eſaiæ.
Redargutio malitiæ Iudæorum.
De reſponſione Ioannis ad populum cogitãtem eum eſſe Chriſtum.
Teſtimonium Ioannis de Chriſti aduentu.
De virtute & iudiciaria Chriſti poteſtate.
De IESV baptizato, & dei patris teſtimonio.

LIBRO TERTIO.

De genealogia domini Saluatoris.

LIBRO QVARTO.

Præfatio.

Lucæ IIII. Cap.

De ductu IESV in deſertum.
De prima tentatione Chriſti a diabolo.
De ſecunda tentatione Chriſti.
De tertia tentatione Chriſti.
De receſſu diaboli a Chriſto.
De egreſſu IESV in Galilæam ad docendum.
Teſtimonium ſcripturæ de miſſione IESV ad prædicandum & ſaluandum.
De reſponſione IESV ad concires ſuos.
Confirmatio reſponſionis exemplo Heliæ & viduæ.
Confirmatio eiuſdem exemplo Heliſæi & Naaman.
De indignatione Iudæorum, & electione IESV.
Confirmatio doctrinæ Chriſti per miracula.

Lucæ V. Cap.

De aſcenſu IESV in nauem Simonis, vt doceret, & miraculo quoſdam ad ſe traheret.
De reſponſione Simonis.

LIBRO QVINTO.

Confirmatio doctrinæ Chriſti per miraculũ de leproſo mundato.
Cõfirmatio eiuſdem per miraculum de paralytico per teſtum ſubmiſſo.
De ſubmittentium fide Chriſtum ad curationẽ mouente.
De ſcribarum & phariſæorum reprehenſione.
De myſtica vocatione publicani.
De excuſatione diſcipulorum.
De prima ſimilitudine per IESVM data.
De ſecunda ſimilitudine.

Lucæ VI. Cap.

De eo quod in ſabbato ſecũdoprimo diſcipuli IESV vellebant ſpicas.
De curatione hominis habentis manum aridam.
De oratione IESV in monte, & electione duodecim apoſtolorum.
De deſcenſu IESV ad docendum turbas.
De ſermone IESV de beatitudinibus proborum.
De væ improborum, & de inſtructione ad altiores gradus virtutis, & inimicorum dilectione.
De prohibitione iudicationis.
De arbore mala, ex cuius ſimilitudine improbi homines cognoſcuntur.

Lucæ VII. Cap.

De ſeruo Centurionis curato.
De filio viduæ reſuſcitato.
De miſſione diſcipulorum Ioannis ad IESVM.
De ſcandalo in Chriſto cauendo.
De laudatione Ioannis a conſtantia mentis.
De laudatione Ioannis ab aſperitate veſtimentorum.
De laudatione Ioannis ab excellentia cognitionis.
De intelligentia præmiſſorum.

LIBRO SEXTO.

De iuſtificatione dei a populo, & contẽptu a phariſæis & legiſperitis.
De ſimilitudine qua phariſæi & legiſperiti confutantur.
De muliere peccatrice ingrediẽte domum Simonis ad IESVM.
De reſponſione IESV Simonem arguentis.

Lucæ VIII. Cap.

De reſponſione IESV cum ei nunciatum eſſet matrem & fratres foris ſtare.
De aſcenſu IESV in nauem, & ſedatione tempeſtatis.
De eo quod ſecundum Matthæum duo homines dæmoniis afflati Chriſto occurriſſe narrentur, Lucas vero vnum inducat.
De filia principis Synagogæ reſuſcitata, & muliere flu-

xum sanguinis patiente, sanata.

Lucæ IX. Cap.

Qualiter discipuli a Christo missi se habere debeãt ad eos qui ipsos non receperint.
De refectione turbarum ex quinq; panibus, & duobus piscibus.
De interrogatione IESV quem se esse dicant discipuli, ac responsione Simonis Petri.
De eo quod IESVS præcepit discipulis ne eum manifestarent.

LIBRO SEPTIMO.

De eo quod dominus IESVS quibusdã promisit visionem gloriæ suæ in vita præsenti.
De eo quod dominus IESVS assumpsit Petrũ, Iacobum, ac Ioannem, & duxit eos in montem, ostẽditq; illis maiestatem suam.
De responsione IESV respuentis eum qui se sequi dixit quocunq; ierit.

Lucæ X. Cap.

De missione discipulorum ad prædicandum.
De institutione discipulorum ad cauendam cõcupiscẽtiam temporalium.
De prohibitione salutationis in via.
De condemnatione contemptorum Euangelii, humiliumq; commendatione, & legis ignarorum confutatione.
De homine descẽdente ex Hierusalẽ in Hiericho, & incidente in latrones.
De exemplo Marthæ & Mariæ, per quas duæ vitæ designantur.

Lucæ XI. Cap.

De exemplo discipulos ad instantiam & frequentiam orationis inducente.
De argumentis quibus IESVS cogitationes phariſæorum falsas esse conuincit.
De increpatione generationis nequam signum quærentis.
De similitudine qua ad ostensionem fidei adhortamur.
De redargutione interioris immunditiæ, multorumq; vitiorum phariſæorum & legisperitorum.

Lucæ XII. Cap.

De exemplo quo & timor mortis excluditur, & fides roboratur.
De irremissibilitate blaphemiæ in spiritum sanctum.
De responsione domini ad postulationem cuiusdã, qua auaritia abolenda docetur.
De prohibitione solicitudinis de victu & vestitu.
De vigilantia & negligentia seruorum.
De spiritali intellectu eius quod dominus dixit se venisse non vt daret pacem, sed separationem.
De liberatione ab aduersario in via.

Lucæ XIII. Cap.

De parabola arboris fici quid significet.
De curatione mulieris quæ spiritum infirmitatis decẽ & octo annis habebat.
De comparatione regni cælorum ad granum sinapis.
De comparatione regni dei ad fermentum quod mulier abscondit in tribus mensuris farinæ.

Lucæ XIIII. Cap.

De curatione hydropici, & suasione humilitatis atque pietatis.
De parata cœna magna, & multorũ vocatione, simulq; omnium excusatione.

Lucæ XV. Cap.

De oue centesima, & drachma decima perditis & inuentis.
De duobus filiis, adulescentiore, & seniore, quibus pater substantiam diuisit.

Lucæ XVI. Cap.

De eo quod nemo seruus possit duobus dominis seruire, & de villico iniquitatis, faciendisq; amicis de iniquo mammona.

LIBRO OCTAVO.

Quomodo lex & prophetæ vsq; ad Ioannem.
De lege coniugii, & vxore non dimittenda.
De diuite induto purpura & bysso, & Lazaro mendico.

Lucæ XVII. Cap.

De venia largienda iis qui in nos peccauerint, & se ab errore conuerterint.
De virtute fidei per comparationem ad granum sinapis, & de obsequio quod iure domino debetur.
De eo quod in hora aduentus domini ad iudicium qui in tecto est, non descendat. &c.
De duobus in vno lecto, & duabus molentibus in vnũ, duobusq; in agro, quorũ vnus assumetur, & alter relinquetur.

Lucæ XVIII. Cap.

De permittendis pueris venire ad Christum, & simplicitate puerili sectanda.
De responsione IESV ad interrogationem cuiusdam principis qua asserit neminem esse bonum nisi solum deum.
De eo quod facilius est camelum transire per foramen acus, q; diuitem in regnum dei.
De honorandis parentibus atq; pascendis.

Lucæ XVIII. & XIX. Cap.

De illuminatione cæci, & vocatione Zachæi.
De seruo qui vna mina a domino accepta decem acquisiuit.

LIBRO NONO.

De eo quod dominus ascensurus Hierosolymam, venit ad montem Oliueti, & inde duos discipulos misit. &c.
De eiectione vendentium & ementium in templo, ac euersione mensurarum & cathedrarum.

Lucæ XX. Cap.

De vinea plantata, & colonis locata.
De confutatione phariſæorũ per interrogationẽ Christi de imagine & inscriptione denarii.
De tentatione Christi a Sadducæis.

LIBRO DECIMO.

De eo quod scriptum est, & a Christo phariſæis obiectum: Dixit dominus domino meo, Sede a dextris meis.

Lucæ XXI. Cap.

De futura templi destructione.
De signis futuræ destructionis templi.
De signo appropinquantis desolationis.
De væ prægnantium & nutrientium in illis diebus.
De orando ne fiat fuga hyeme vel sabbato.
De signis aduentus domini.

Lucæ XXII. Cap.

De homine portante amphoram aquæ, discipulis pascha paraturis occurſuro.
De sponsione præmii discipulorum Christi, qui secum in tentationibus permanserunt.
De sacculo & pera tollendis, tunicaq; vendenda, & gladio emendo.
De tristitia, dolore, tædio, & oratione Christi.
De Iudæ osculo, & Christi traditione, comprehẽsione, ac ligatione, Petriq; percussione.
De Petri proditione per ancillam, & eius negatione.
De cassa proditoris pœnitentia.

A Lucæ XXIII. Caput.

Cur dominus a Pilato interrogatus tacuerit.
Cur dominus corã Herode tacuerit, nec aliquid fecerit: & de reprehensione Pilati manus lauantis, & facta non diluentis.
Cur dominus ab Herode veste alba indutus, ad Pilatum fuerit remissus.
Quid designet quod dominus a militibus chlamyde coccinea & purpurea tunica indut⁹ fuerit. Quid etiã corona, flagella, illusoria adoratio, arundo in manus tradita, capitis percussio, significent.
De crucis Christi portatione, & vestimentorum regalium depositione.
Christus qualis crucem ascenderit, & de tituli scriptione ac positione super crucem.
De diuisione vestimentorum domini.
De duobus latronibus, vno rogante, ac veniam consequente, & altero conuitiante.
De oblatione aceti, & potatione IESV.
De commendatione spiritus IESV in manus patris, & traditione eiusdem: de tenebrarum quoque offusione, petrarum scissione, ac cæteris signis tunc factis.
B De commendatione Mariæ matris discipulo Ioanni, & de percussione lateris IESV post mortem eius.
De sepultura corporis IESV, & diligẽtia mulierum circa illam.

Lucæ XXIIII. Caput.

De deuotarum mulierum atq; discipulorum ad monimentum aduentu, angelorum quoq; apparitione, ac dubitationibus circa hæc occurentibus.
De hora dominicæ resurrectionis, & de Maria Magdalena vtrũ vna vel plures. De manifestatiõe præterea domini IESV post eius resurrectionem.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EXPLANATIONEM EVANGELII SECVNDVM LVCAM PREFATIO.

C SCRIPTVRI in librum euãgelii vnum, quem sanctus Lucas pleniore quodammodo rerum dominicarũ distinctione digessit, stylum ipsum prius exponendũ putamus. est enim historicus. Nam licet scriptura diuina mũdanæ euacuet sapientiæ disciplinam, quod maiore fucata verborum ambitu, q̃ rerum ratione submixa sit: tamen si quis in scripturis diuinus etiã illa quæ miranda illi putant, quærit, inueniet. Tria sunt enim quæ philosophi mundi istius præcellẽtissima putauerunt, triplicem scilicet esse sapiẽtiam, quod aut naturalis sit, aut moralis, aut rationalis. Hæc tria iam & in veteri testamento potuimus aduertere. Quid enim aliud significant tres illi putei, quorũ vnus est visionis, alius abundantiæ, tertius iuramenti, nisi triplicem istam in patriarchis fuisse virtutẽ? Rationalis est pute⁹ visionis, eo quod ratio visum mentis acuat, & animi purget obtutũ. Ethicus puteus abundãtiæ, eo quod cedẽtibus allophylis, quorum specie vitia corporis figurantur, viuæ Isaac liquorem mentis inuenit. Pure enim profluũt boni mores, & bonitas ipsa popularis abundat aliis, sibi restrictior. Tertius puteus iuramenti, hoc est, sapiẽtiæ naturalis, quæ ea quæ supra naturam, vel naturæ sunt, cõprehẽdat. Quod enim affirmatur, & quasi deo teste iuratur, etiam diuina complectitur, cum dominus naturę fidei testis adhibetur. Quid etiã tres libri Salomonis, vnus de puerbiis, alius eccl'iastes, terti⁹ de Canticis cãticorũ, nisi trinæ huius ostendunt nobis sapientiæ sanctũ Salomonem fuisse solertẽ? Qui de rationalibus & ethicis in Prouerbiis scripsit, de naturalib⁹ in Ecclesiaste, quia vanitas vanitatum, & omnia vanitas, quæ in hoc mũdo sunt cõstituta. Vanitati enim creatura subiecta est. Roma. 8.
De moralib⁹ autẽ & rationabilibus in Cãticis canticorum, eo quod cum animæ nostræ amor verbi cælestis infunditur, & rationi mens sancta quadam societate cõnectitur, admiranda mysteria reuelantur. Euangelistis quoq; quam putas defuisse sapientiam, quorum alii cæ varijs generibus sint referti, singuli tamen diuerso genere præstant? Est enim vere sapientia naturalis in libro euangelii qui scribitur secundũ Ioannem. Nemo enim, audeo dicere, tanta sublimitate sapientiæ maiestatem dei vidit, & nobis proprio sermone reserauit. Transcẽdit nubes, transcendit virtutes cælorum, transcendit angelos, & verbum in principio reperit, & verbum apud deum vidit. Quis autem moralius secundũ hominem singula prosecut⁹, q̃ sanctus Mathæus, qui edidit nobis præcepta viuendi? Quid rationabilius illo admirabili copulatu, q̃ quod sanctus Marcus in principio statim locãdum putauit: Ecce mitto angelũ meũ: &, Vox clamantis in deserto: vt & admirationem moueret, & doceret hominẽ humilitate atq; abstinentia & fide placere debere, sicut ille sancti⁹ Ioannes baptista his ad immortalitatem gradibus ascẽdit, vestimẽto, cibo, nuncio? At vero sanctus Lucas velut quẽdam historicum ordinẽ tenuit, & plura nobis gestorũ dñi miracula reuelauit: ita tamen, vt omnes sapientiæ virtutes euãgelii istius complecteretur historia. Quid enim præcellentius ad sapientiam naturalem, q̃ quod spiritum sanctum creatorem etiam dominicæ incarnationis extitisse reserauit? Docet ergo naturalia, si creat spiritus. Vnde & Dauid docens sapientiam naturalem: Emitte, inquit, spiritum tuũ, & creabuntur. Docet moralia in eodem libro, cum me in illis beatitudinib⁹ docet mores, quem ad modum amare inimicum debeam, quẽad modum non referire & nõ repercutere verberãtem, quẽadmodum benefacere, mutuũ dare cum desperatione recuperationis, & cũ remuneratione mercedis. Merces enim facilius sequitur non expectãtem. Docet etiam rationabilia, cum lego: Quoniam qui fidelis est in mĩmo, etiam in magnis fidelis est. Quid adhuc de naturalibus dicam, quod docuit virtutes cælorum moueri, dominum solum esse vnigenitũ dei filium, in cuius passione tenebræ per diẽ factæ sunt, terra obscurata est, sol refugit? Ergo omnem quem mundana fibi prudentia falso vendicat principatum, sapientia vere possidet spiritalis, præsertim cum audacius vt aliquid vsurpemus, ipsa fides nostra, ipsum mysterium trinitatis sine hac triplici sapientia esse non possit, nisi credamus & illũ naturaliter patrem, qui nobis genuit redẽptorem: & illũ Ethicum, qui patri vsq; ad mortẽ secundum hominem obediens, nos redemit: & illũ rationabilẽ spiritum, qui rationem colendæ diuinitatis, & vitæ regẽdæ humanis pectoris infudit. Nec quisquã putet nos potestatis aut virtutis feciſſe distãtiam, cum hac calumnia etiam Paulum possit incessere. Neq; enim distantiã fecit ille cum dixit: Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idẽ autẽ dñs: & diuisiones operationum sunt, idem autẽ deus, qui operatur omnia, & in omnibus. Operatur enim omnia, & in omnib⁹ filius, sicut habes alibi: Quia omnia in oĩb⁹ Christus. Operatur & spiritus sanct⁹, quia omnia operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Nulla ergo operationum distãtia, nulla discretio est, vbi vel in patre, vel in filio, vel in spiritu sancto nulli secũda plenitudo virtutis est. Hæc igitur cũ legim⁹, diligẽter cõsiderem⁹, vt in ipsis locis nobis possint meliꝰ elucere. Quis enĩ quærit, inuenit! & q̃ pulsat, aperiet ei. Pſal. 103.
Aperit sibi diligẽtia ianuã veritatis, & ideo præceptis cælestib⁹ paream⁹. Neq; enĩ ociose dictũ est hominĩ, quod Mat. 7.

Gene.3. nulli aliorum animãtium: In sudore vultus tui mãducabis panem tuum. His enim animalibus quæ natura irrationabilia sunt, iussit dei terra pabulũ ministrare præcepta est. Soli autẽ homini, vt rationabile quod accepit exerceat, vitæ cursus in labore præscribitur. Qui enim non est cõtẽtus animalium pabulo cæterorũ, cui non satis est lignum fructiferum, cõmune omnibus ad escam datum, sed delicias sibi variarum exquirit epularũ, delicias sibi trãsmarinis accersit e terris, delicias vertit e fluctibus, recusare nõ debet, qui labore victum requirit brevem, si laborem pro vita subeat æterna. Itaq; si quis in hæc sacratarũ disputationũ certamina veniẽs exuat se vitæ huius expositæ ad errorẽ solicitudine, & nudus malitię, athleta pietatis, oleo spirituali velut quãdam animæ mẽbra perfusus, suscipiat certamina veritatis, haud dubie perpetua pmerebitur sacratarũ præmia coronarum. bonorum enim laborũ nobilis fructus est. Et quanto plura certamina, tanto præcellẽtior corona virtutum. Sed ad propositũ reuertamur. Historico enim stylo diximus hunc euangelii librum esse digestum. Deniq; describẽdis magis rebus, q̃ exprimendis præceptis, studium vberius comparatione aliorum videmus impensum. Et ipse euãgelista historico more a narratione sumpsit exordiũ. Fuit, inquit, in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias. eãq; historiã plena digestione prosequitur. Vnde etiã ii qui quatuor animalium formas, quæ in Apocalypsi reuelantur, quatuor euangelii libros intelligẽdos arbitrati sunt, hunc librum volunt vituli specie figurari. Vitulus enim sacerdotalis est victima. Et bene congruit vitulo hic euangelii liber, quia a sacerdotibus inchoauit, & cõsummauit in vitulo, qui omnium peccata suscipiens, pro totius mundi vita est immolatus. Sacer dotalis enĩ & ille vitulus. Idem quippe & vitulus est & 1.Ioan. 2. sacerdos. Sacerdos, quia propitiator est noster. Aduocatum enim ipsum habemus apud patrem. Vitulus, quia suo sanguĩe nos diluit & redemit. Et bene accidit, vt quoniam euãgelii librum secũdũ Matthæum diximus esse moralem, opinio huiuscemodi nõ prætermitteretur. Mores enim ꝓprie dicuntur humani. Plerisq; tamen hinc putant ipsum dominũ nostrũ in quatuor euangelii libris, quatuor formis animaliũ figurari, qđ idem homo, idem leo, idẽ vitulus, idem aquila. Homo, quia natus ex Maria est: leo, quia fortior est: vitulus, quia hostia est: aquila, quia resurrectio est. Atq; ita in libris singulis forma animaliũ figuratur, vt vniuscuiusq; libri series propositorũ videatur animaliũ aut naturæ, aut virtuti, aut gratiæ, aut miraculo conuenire. Quæ licet omnia in omnibus sint, tamen plenitudo quędam
I in singulis virtutũ est singularũ. Ortum hoĩs alius descripsit vberi⁹, mores quoq; hominis præceptis vberioribus eruditi. Alius a potentiæ cœpit expressione diuinæ, quod ex rege rex, fortis ex forti, verus ex vero, vi uida mortẽ virtute contempserit. Tertius sacrificium sacerdotale præmisit, & ipsam vituli immolationẽ stylo quodam pleniore diffudit. Quartus copiosius cæteris diuinæ miracula resurrectionis expressit. Vnus igitur omnia, & vnus in omnibus, sicut lectum est, nõ dissimilis in singulis, sed verus in cunctis. Sed iam ipsum sermonem adoremur euangelii.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER PRIMVS.

Prœmii Euangelii Secundum Lucam, Explanatio.

QVONIAM QVIDEM multi conati sunt ordinare narrationẽ rerum. Plerasq; nostrorũ, quẽadmodum veterum Iudæorum, paribꝰ & generibꝰ formantur & castis, atq; exemplorum similiũ pari vsu exituq; conueniunt, principioq; rerum & fine cõcordant. Nam sicut multi in illo populo diuino infusi spiritu prophetarunt, alii autẽ prophetare se pollicebantur, & professionẽ destituebãt mendacio: erant enim pseudoprophetæ potius q̃ prophetæ, sicut Ananias filius Azot) erat autẽ populi gratia discernere spiritus, vt cognosceret quos referre deberet in numerum prophetarum, quos autẽ quasi bonus nũmularius improbare, in quibus materia magis corrupta sorderet, q̃ veri splendor luminis resultaret: sic & nunc in nouo testamento multi euãgelia scribere conati sunt, quæ boni nũmularii nõ probauerunt. Vnũ autem tãtum modo in quatuor libros digestum ex omnibus arbitrati sunt eligendum. Et aliud quidem fertur euangeliũ, quod duodecim scripsisse dicãtur. Ausus est etiam Basilides euãgelium scribere, quod dicitur secũdum Basilidẽ. Fertur etiã aliud euãgelium, quod scribitur secundũ Thomã. Noui aliud scriptum secũdum Mathiã. Legimus aliqua, ne legãtur: legimꝰ, nę ignoremus: legimus, nõ vt teneamus, sed vt repudiemus, & vt sciamus qualia sint in quibus magnifici isti cor exaltant suũ. Sed ecclesia cum quatuor Euangeliũ libos habeat, per vniuersum mundũ euãgelistis redundat: here ses cum multa habeant, vnũ nõ habẽt. Multi enim conati, sed dei gratia destituti fuit. Pleriq; etiã ex quatuor euangelii libris in vnum ea quæ venenatis putauerũt assertionibus cõuenientia, referserunt. Ita ecclesia, quæ vnum euangelium habet, vnum deum docet. Illi autẽ qui alium deũ veteris testamenti, aliũ noui asserunt, ex multis euangeliis nõ vnum deum, sed plures fecerunt. Quoniã multi, inquit, conati sunt. Conati vtiq; illi fuit, qui implere nequiuerunt. Ergo multos cœpisse nec impleſſe etiam sanctus Lucas testimonio locupletiore testatur, dicens plurimos esse conatos. Qui enim conatus est ordinare, suo labore conatꝰ est, nec impleuit. Sine conatu sunt enim donationes & gratia dei: quæ vbi se infuderit, rigare cõsueuit, vt non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, nõ conatus est Marcus, nõ conatus est Ioannes, nõ conatus est Lucas, sed diuino spiritu vbertatẽ dictorum, rerũq; omniũ ministrante, sine vllo molimine cœpta cõpleuerunt. Et ideo bene dicit: ¶ Quoniam multi conati sunt ordiniare narrationẽ rerum quæ in nobis cõpletæ sunt.) Vel quæ in nobis redũdant. Quod enim redundat, nulli deficit: & de completo nemo dubitat, cum fidem effectus astruat, exitus prodat. Itaq; euangelium completum est, & redundat omnibꝰ per vniuersum orbem fidelibus, & mentes omnium rigat, animumq; cõfirmat. Ergo fundatꝰ in petra, & qui omnem fidei summ pserit plenitudinem, firmamentũq; cõstãtię, recte dicit: Quæ in nobis cõpletæ sunt. quoniã nõ signis & prodigiis, sed verbo vera & falsa discriminãt qui salutaria dñi gesta describũt, vel qui animũ mirabilibꝰ eius intẽdũt. Quid enĩ tã rationabile, q̃ vt credas, cũ legis ea gesta quæ supra hominẽ sunt, potioris esse naturæ? At vero cũ legis ea quæ sunt mortalia, suscepti credas esse corporis passiones? Ita verbo atq; ratione, non signis fides nostra fundatur. ¶ Sicut tradiderunt, inquit, nobis qui ab initio ipsi viderũt, & ministri fuerunt verbi.) Nõ cõgruit ista elocutio, vt magis ministeriũ verbi visum q̃ auditũ esse credam⁹. Sed qa nõ platiniũ verbũ sed substãtiale signaẽ verbũ illud qđ caro factũ est, & habitauit in nobis: nõ vulgare verbũ, sed illud cęleste itelligam⁹, cui

A apostoli ministrarunt. Et tamen in Exodo lectum est:
Exod. 20. Quia populus videbat vocẽ domini. & vtiq; vox non videtur, sed auditur. Vox enim quid est, nisi sonus, qui non oculis cernitur, sed aure percipitur? Verum altissimo ingenio volnit declarare Moyses, quia vox videtur dei, interioris enim mentis videtur obtutu. In Euangelio autem non vox, sed illud quod voce præstantius est, verbum videtur. Vnde & Ioannes sanctus Euãge-
1.Ioan. 1. lista: Quod erat, inquit, ab initio, quod audiuimus, & quod vidimus, & oculis nostris perspeximus, & mãꝰ nostræ contrectauerũt de verbo vitæ, & vita apparuit, & vidimus, & testimur & annũciamus vobis de vita, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Vides ergo quod verbũ dei & visum est apostolis, & auditum. Nõ solum enim secundũ corpus viderunt dominũ, sed etiam secũdum verbum. Viderunt enim verbũ, qui cum Moyse & Helia viderunt gloriã verbi. Isti enim viderunt IESVM, qui in sua viderunt gloria, alii non viderũt, qui corpus tantũmodo videre potuerunt. Non enim corporalibus, sed spũalibus oculis IESVS videtur. Deniq;
Ioan. 8. Iudæi nõ viderunt eũ, quia nõ videbãt in spiritu. Vidit eum Abrahã, quia scriptũ est, Abrahã diem meum vidit, & gauisus est. Vidit ergo eum Abraham, qui dominum vtiq; in corpore nõ videbat: sed qui vidit in spiritu, vidit in corpore: qui autem vidit in corpore, & non
B vidit in spiritu, nec in ipso vidit corpore quod videbat.
Esa. 53. Vidit eũ Esaias: & quia vidit in spiritu, vidit & in corpore. Deniq; non habebat, inquit, speciem neq; decorẽ.
Roma. 1. Non viderunt eum Iudæi. obæcatum enim erat insipiens cor eorum. Ipse quoq; non se posse a Iudæis videri, testificatur dicens: Duces cæci hquantes culicem, camelum autem glutientes. Non vidit eum Pilatus, nõ viderunt illi qui clamabant: Crucifige crucifige eum.
Ioan. 19.
1.Corin. 2. Si enim vidissent, nunq; dominũ maiestatis crucifixissent. Qui ergo deum vidit, vidit Emanuel, hoc est, vidit nobiscum deum. Qui autẽ nobiscum deum non vidit, nõ potuit videre quem virgo peperit. Deniq; qui nõ crediderunt dei filium, nec filium virginis crediderunt. Quid est ergo deũ videre? Nolo me interroges, Euãgelium interroga, ipsum dominũ interroga, immo di-
Ioan. 14. centem audi: Philippe, qui videt me, videt & patrẽ qui me misit: Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Nõ credis quia ego in patre, & pater in me est? Vtiq; non corpus videtur in corpore, nec spiritꝰ videtur in spiritũ, sed solus ille pater videtur in filio, aut filius videẽ in patre. Nõ enim dissimiles in dissimilibus videntur, sed vbi vnitas operationis est, atq; virtutis, & filius in patre, & pater videtur in filio. Quæ ego, inquit, opera facio, & ille facit. In operibus IESVS videtur, in operibus filii & pater cernitur. Vidit IESVM qui Gali-
C læum illud mysteriũ vidit, quod nemo posset, nisi mundi dominꝰ elemẽta cõuertere. Video IESVM, quãdo lego quia cęco liniuit oculos luto, & reddidit visum.
Ioan. 9. Ipsum enim recognosco, qui de luto finxit hominem, & ei viuendi spiritum, videndi lumen infudit. Video IESVM, quãdo peccata condonat. Nemo enim potest peccata dimittere, nisi solꝰ deꝰ. Video IESVM, quãdo Lazarum suscitat, & non viderũt qui viderunt. Video IESVM, video etiã patrem, quando oculos ad cælum erigo, ad maria cõuerto, ad terrã retorqueo.
Roma. 1. Inuisibilia enim eius, per ea quę facta sunt, intellecta cõspiciuntur: sicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, & ministri fuerunt verbi. Germina virtus est i homine perfecto, vt & intentio sit, & actio. Vtrãq; igitur virtutem sanctus Euãgelista apostolis defert. Non solum enim viderunt, inquit, sed etiã ministri verbi fuerũt. Intẽtio visionis, actionis est ministeriũ: finis autẽ intẽtionis est actio: principiũ actionis intentio. Atq; vt
Mat. 4. ꝓprio apostolorũ vtamur exẽplo, intẽtio est qđ Petrꝰ & Andreas audita dñi voce dicẽtis, Facia vos fieri piscatores hominũ: fine vlla cõperẽdinatione reliquerũt scalum, verbum secuti sunt. Sed nõ statim in intentionẽ D
actio. Ibi quidẽ adhuc nõ actio, sed intẽtio, vbi dicit Petrus: Dñe, quare non possum te sequi modo? Animã Ioan.13. pro te ponã. Erat enim intẽtio passionis, sed nõdũ erat actio: licet in ieiuniis iã esset actio, esset in vigiliis, esset in cõtẽptu corporaliũ voluptatum. Hæc enim est actio Christiani. Neq; enim in oibus rebus simul & intentio & actio est, sed cum sit rei alteriꝰ actio, alteriꝰ adhuc intẽtio est. Nã & ipse Petrꝰ cũ multa apostolica virtute pegisset, postea tamẽ quãdo dixit ei dñs, Tu me sequere, Ioan.21. tulit crucẽ suam, & secutus est verbũ, atq; actionẽ subiit passionis. Sed fuerat in Petro, Andrea, Ioanne, & cæteris apostolis & intentionis & actionis æqualitas. Est autem nõnunquam plus in intentione q̃ in actione, aut plus in actione q̃ i intentione: vt in Euãgelio cernimus inter sanctã Mariã & Martham fuisse distantiã. Alia enim verbum audiebat, alia festinabat circa ministerium, quæ stetit & ait: Dñe, non est tibi curæ eo quod Lucæ.10. dereliquit me soror mea solam ministrare? Dic ergo illi vt me adiuuet. Et dixit illi dñs: Martha Martha, Maria optimã partẽ elegit, quę nõ auferetur ab ea. Ergo in altera intentionis studium, in altera actionis ministeriũ redundabat, vtriq; tamen vtriusq; virtutis studium suppetebat. Sicdẽ & Martha, nisi audisset verbum, ministeriũ nõ subiisset. cuius actio, intẽtionis indiciũ est. Et Maria tãtũ gratiæ de vtriusq; retulit pfe- E
ctione virtutis, vt ungeret pedes IESV, & tergeret capillis, & totã domũ suæ fidei odore compleret. Est etiã nõnunquam maxima intentio, cãssa actio: vt si medicinæ animũ aliquis intendat, & cũ oĩa medẽdi præcepta cognouerit, nõ exequatur officia: atq; ita fit, vt quia cassa actio, cassa etiã intẽtio sit. Est etiam in nonnullis vbe rior aliquando actio, exilior intentio, vt si aliquis baptismi salutaris sacramenta percipiat, & cognoscendis variũ virtutũ præceptis animũ nolit, intendere, fit plerunq; vt per intentionis in aurũ fructum actionis amittat. Ideo ergo vtriusq; virtutis plenitudo quærẽda est, quã cõsequi potuerũt apostoli, de quibus dicit: Qui ab initio viderunt, & ministri fuerunt. vt per id quod viderunt, diuinæ cognitionis intelligatur intẽtio: per id qđ ministri fuerunt, eorum actio declaretur. Visum est, i- quit, mihi.) Potest etiã nõ soli visum esse, qđ visum sibi esse declarat. Nõ enim voluntate tantũ humana visum est, sed sicut placuit ei, qui in me, inquit, loquitur F
Christus: qui, vt id quod bonum est, nobis quoque bonum videri possit, operatur, quẽ eũ miseratꝰ, & vocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse voluerit Christianus, respondere: Visum est mihi. Quod cum dicit, nõ negat deo visum. A deo enim præparatur voluntas hominum. Vt enim deus honorificetur a sancto, dei gratia est. Deniq; plurimi voluerũt scribere Euãgeliũ, sed quatuor tãtũmodo, qui diuinam meruerũt gratiã, sũt recepti. ¶ Visum est, inquit, & mihi assecuto a principio, oĩa diligẽter ex ordine tibi scribere.) Prolixiorẽ hunc Euangelii librũ q̃ cæteros esse nemo dubitauerit. Et ideo non ea quæ falsa sunt, sed quæ vera, sibi vẽdicat. Deniq; etiã a sancto Apostolo Paulo testimoniũ meruit diligẽtię. Sic enim laudat Lucam: Cuius laus, inquit, est in Euãgelio per omnes 2.Cor.8. ecclesias. Et vere laudabilis est, qui meruit a tanto gẽtium doctore laudari. Assecutũ itaq; se nõ pauca dicit, sed oĩa: & assecuto oĩa, visum est scribere nõ omnia, sed ex oĩbus. Nõ enim scripsit omnia, sed assecutus est oĩa: quia quæ fecit, inquit, IESVS, si scribantur omnia, nec ipsum capere mundũ arbitror. Aduertis enim qđ consulte etiã ea quæ ab aliis sunt scripta, præteriit, vt diuersa in euangelio gratia refulgeret: & propriis quibusdam singuli libri mysteriorum gestorũq; miraculis eminerent. Diuiserunt enim sibi vestimẽta dñi milites Christi, quod suo loco plenꝰ explanabitur. Scriptũ est autẽ euãgelium ad Theophilum, hoc est, ad eum quẽ

G deus diligit. Si deum diligis, ad te ſcriptum eſt. ſi ad te ſcriptum eſt, ſuſcipe munus Euangeliſtæ, pignus amici, in penetralibus animi diligẽter aſſerua. Bonum depoſitum cuſtodi, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis: frequẽter inſpice, ſæpius diſcute. Fides pignori prima debetur, fidem ſequitur diligentia, ne cõmiſſa tibi pignora aut tinea aut ærugo cõſumat. Quod enĩ tibi cõmiſſum eſt, cõſumi poteſt, Euangeliũ cõſumi nõ poteſt. Euãgeliũ bonũ pignus eſt, ſed vide ne vel in animo tuo illud aut tinea aut ærugo cõſumat. Cõſumit tinea, ſi quod bene legeris, male credas. Tinea hæreticꝰ eſt, tinea Fotinus eſt, tinea tua Arrius eſt. Scindit veſtimẽtum, qui ſeparat a deo verbum. Scindit veſtimẽtũ Fotinus cum legit: In principio erat verbũ, & verbũ erat Ioan.1. apud deum, & deus erat. Integrum enim veſtimẽtum eſt, ſi legas: Et deus erat verbum. Scindit veſtimentũ, qui ſeparat a deo Chriſtũ. Scindit veſtimẽtum, qui legit: Hæc eſt autem vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Ioan.17. verũ deum, niſi cognoſcãt & Chriſtum. Nõ enim ſolũ patrẽ vere deũ cognoſcere, vita æterna eſt, ſed etiã Chriſtum cognoſcere verũ deũ, verũ de vero, deũ de deo, vita eſt ſempiterna. Tinea eſt Chriſtũ cognoſcere ſine diuinitatis fide, aut corporis ſacramẽto. Tinea eſt Arrij, tinea eſt Sabellij. Patitur has tineas ſpiritꝰ fluctuãtiũ. Patitur has tineas ſpũs qui nõ credit quia pater & filiꝰ Ioan.10. diuinitate vnũ ſunt. Scindit qđ ſcriptũ eſt, Ego & pater vnum ſumus, qui vnum per diſcretas ſubſtantias dimidit. Patitur hanc tineam ſpiritus qui IESVM Chriſtum in carne veniſſe non credit, & ipſe tinea eſt. Ipſe eſt enim Antichriſtus. Qui autem de deo ſunt, fidem tenent. Et ideo tineam pati non queũt, quæ diuidit veſtimentum. Omne enim quod inter ſe diuiditur, ſicut Satanæ regnum, nõ poteſt eſſe perpetuum. Eſt etiam

H ærugo animi, cum ſeculariũ ſordibus cupiditatum religioſæ acies intẽtionis obducitur, aut fidei puritas decoloratur nube perfidiæ. Ærugo mentis eſt rei cupiditas familiaris: ærugo mentis, incuria eſt. Ærugo mentis eſt appetẽtia dignitatum, ſi in his ſumma ſpes vitæ præſentis locetur. Et ideo ad diuina cõuerſi, acuamus ingenium, exerceamus affectum, vt gladium illum quẽ vẽdita veſte emi dñs iubet, paratum ſemper & lucidum tanquã in vagina mentis recõditum habere poſſimus.

2.Cor.10. Arma enim ſpiritalia, & fortia deo ad deſtruẽdas munitiones militibus Chriſti debẽt ſemper eſſe preſentia,

I ne cum venerit dux cæleſtis militiæ, ſitu noſtrorũ offenſus armorum, a legionum ſuarum nos ſocietate diſcernat.

ENARRATIO EVANGELII SECVNDVM LVCAM.

De conditione ac laude parẽtũ ſancti Ioãnis Baptiſtæ.

CA. I. » FVIT, inquit, in diebꝰ Herodis regis Iudææ
» ſacerdos quidam nomine Zacharias, de vi-
» ce Abia, & vxor eius de filiabus Aaron, &
» nomen eiꝰ Elizabeth. Erant autẽ iuſti ambo
» ante deum, incedentes in omnibus mãdatis & iuſtifi-
» cationibus domini ſine querela.)

EXPOSITIO LITERAE.

DOCET nos ſcriptura diuina, nõ ſolum mores in iis qui prædicabiles ſunt, ſed etiam parentes oportere laudari, vt veluti tranſmiſſa immaculatæ puritatis hæreditas, in iis quos volumus laudare, præcellat. Quæ enim alia intentio hoc loco ſancti Euangeliſtæ, niſi vt ſanctus Ioannes baptiſta nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere, paſſione? Sic etiã ſancti Samuel mater Anna laudatur, ſic Iſaaca parentibus nobilitatẽ pietatis accepit, quã poſteris dereliquit. Sacerdos itaq; Zacharias, nec ſolum ſacerdos, ſed etiam de vice Abia, id eſt, nobilis inter ſuperiores ſemine*. Et vxor, inquit, eiꝰ de filiabꝰ *familias
Aaron. Non ſolum igitur a parentibus, ſed etiã a ma- k
ioribus ſancti Ioannis nobilitas propagatur: nõ ſeculari poteſtate ſublimis, ſed religiõis ſucceſſione venerabilis. Tales enĩ maiores habere debuit prænuncius Chriſti, vt nõ repente cõceptam, ſed a maioribus acceptam, & ipſo infuſam iuræ naturæ prædicare fidem dominici videretur aduentus. Erant, inquit, ambo iuſti ante deum, incedẽtes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Quid ad hoc referunt qui peccatis ſuis ſolatia præferentes, ſine peccatis frequẽtibus hominẽ putant eſſe non poſſe, & vtuntur verſiculo quia ſcriptum eſt in Iob: Nemo mundus a ſorde, nec ſi Iob.15.
vnius diei vitæ ſit in terra, numeroſi menſes eius ab ipſo? Quibus reſpondẽdum eſt, prius, vt quid ſit hominem ſine peccato eſſe, definiant, vtrũ nunquã omnino peccaſſe, an deſiſſe peccare. Si enim hoc putant ſine peccato eſſe, deſiſſe peccare: & ipſe cõſentio. Omnes enim Rom.5.
peccauerũt, & egẽt gloria dei. Sin autem eũ qui veterẽ errorem correxerit, & in eã ſe vitæ trãſformauerit qualitatem, vt tẽperet a peccato, negant abſtinere delictis: non poſſumus in eorum cõuenire ſententiam, cum legamus: Quia ſic dominus dilexit Eccleſiam, vt exhi- Ephe.5.
beat ſibi ipſe glorioſam, & nõ habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. Nã cum Eccleſia ex gẽtibus, hoc eſt, ex peccatoribus congregata ſit, quomodo ex maculatis immacu- L
lata poteſt eſſe, niſi primo per dei gratiã, ꝙ abluta a delicto ſit, deinde ꝙ per qualitatem nõ peccandi abſtineat a delictis? Ita nec ab initio immaculata (humanę enim hoc impoſſibile eſt nature) ſed p dei gratiã, & qualitatẽ ſui, quia iam non peccat, fit vt immaculata videatur. Nec ociose iuſtos ante deum dixit, incedentes in mandatis & iuſtificationibus dñi. In quo patrem omnipotentem & filium cõprehẽdit. Filium eſſe qui legem tulerit, mãdata præſcripſerit, etiã ſanctus Euãgeliſta declarat. Et bene iuſtos ante deũ. Nõ enim omnis qui iuſtus eſt ante hoĩes, iuſtus eſt ante deum. Alit er vident homines, aliter deus: homines in facie, deus i corde. Et ideo fieri poteſt vt aliquis affectata bonitate populari, iuſtus videatur mihi, iuſtus autem ante deum non ſit: ſi iuſtitia nõ ex mentis ſimplicitate formetur, ſed adulatione ſimuletur. Abſcõdita enim in ea homo nõ poterit deprehendere. Perfecta igitur laus eſt, ante deũ iuſtum eſſe. Vnde & Apoſtolus: Cuius laus, inquit, nõ ex hominibꝰ, ſed ex deo eſt. Beatus plane ille, qui in cõſpectu dei iuſtus eſt. Beatus ille, de quo dñs dignatus Ioan.1.
eſt dicere: Eccevere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Verus enim Iſraelita, qui deum videt, & videri ſe nouit a M
deo, & ipſi exhibet cordis occulta. Solus enĩ perfectior, qui ab eo probatur qui nõ poteſt falli. Iudicia enim domini vera, iudicia autẽ hominũ ſæpe falluntur: vt & iniuſtis iuſtitiæ gratiam frequẽter adſcribãt, & iuſtũ aut odio perſequantur, aut mẽdacio decolorent. Nouit autem dñs imaculatorũ vias, nec pro peccatore laudabilẽ, nec pro laudabili peccatorẽ, ſed vnumquẽq; pro competẽtium iudicat ratione meritorum. Idem eſt enim arbiter mẽtis & facti. Diuina nãq; iudicia meritũ iuſti ex mentis habitu, nõ aliquo factorũ exitu metiũtur. Plerũq; enĩ aut bona mẽs facti reprehẽſibilis exitu deformatur, aut improba cogitatio facti alicuius decore velatur. Sed etiã qđ bene feceris, ſi male cogitaueris, diuino Deut.16.
iudicio nõ põt cõprobari. Scriptũ eſt enim: Iuſte qđ iuſtum eſt ꝓſequeris. Nã niſi eſſet vt iuſtũ iuſte faceres, nunq̃ dictũ eſſet: Iuſte qđ iuſtũ eſt perſequeris. Et certe poſſe iuſtũ iniuſte fieri, docuit nos ipſe ſaluator, dicens: Cũ feceris eleemoſynã, noli tuba canere ante te. Et cũ Mat.6.
oratis, nõ eritis ſicut hypocritæ. Bona eſt enĩ mia, bona eſt oratio: ſed poteſt iniuſte fieri, ſi iactantiæ cauſa aliquis pauperi largiatur, vt videatur ab hominibus. Vnde ſanctus Euãgeliſta nõ ſolũ iuſtos ante deum, &

A incedentes in mandatis omnibus & iuſtificationibus domini, ſed etiam ſine querela incedẽtes ait. Quod mi
Prou.20. re cum prophetico cõgruit dicto, quo ſanctus Salomon
Rom.12. in prouerbiis vſus eſt, dicẽs: Prouide bona ſemper corã deo, & corã hoĩbus. Nulla ergo querela eſt, vbi & mẽtis bonitas concordat & facti. Et plerũq; inſtitia durior hominum querelam excitat. Qñ vero congruat verborum ipſa diſtinctio, & ordo conueniat, diligẽter aduerte. Incedentes, inquit, in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini. Prius enim mãdatum, ſecuda eſt iuſtificatio. Itaq; cum mandatis cæleſtibus obedimus, in mãdatis incedimus domini. Cum iudicamus, & congrue iudicamus, facere domini iuſtificationes videmur. Plena igitur laudatio, quę genus, mores, officium, factum, iudicium comprehendit. Genus in maioribus, mores in æquitate, officium in ſacerdotio, factũ in mandato, in iuſtificatione iudicium.

De ingreſſu Zachariæ in templum domini.

» EXACTVM eſt autẽ cum ſacerdotio fungeretur Zacharias i ordine vicis ſuę ante deũ,
» ſecundum cõſuetudinẽ ſacerdotii, ſorte exiit
» vt incenſum poneret ingreſſus in templum
» domini, & omnis populꝰ foris orabat hora incẽſi.) Videtur hic ſanctus Zacharias ſummus deſignari ſacerdos, quia ſicut lectũ eſt de priore tabernaculo, in quod ſemper intrabant ſacerdotes miniſteria cõſummantes,
B vno tãtum anni tẽpore intrabãt in tẽplum: in ſecundo autem ſemel in anno ſingularis ſummus ſacerdos, nõ ſine ſanguine, quẽ offerret pro ſe, & populi delictis. Hic eſt ille ſummus ſacerdos, qui adhuc forte quẽritur, quia verus adhuc ignoratur. Qui enim forte legitur, humano iudicio non cõprehenditur. Ille igitur quærebatur, & alius figurabatur. Ille quærebatur verus in æternum
Pſal.109. ſacerdos, cui dicitur: Tu es ſacerdos in æternũ. qui non hoſtiarum cruore, ſed proprio ſanguine patrẽ deũ genẽri reconciliaret humano. Sed tunc ſanguis fundebatur in ſpecie, in ſpecie ſacerdos ordinabatur: nunc quia veritas venit, relinquamus ſpeciem, veritatẽ ſequamur. Et tunc quidẽ vices erant, nunc autem eſt perpetuitas. Erat ergo, & certe erat, cuius vices etiã gerebãtur. Sorte ergo legebatur vt introiret templum ſacerdos. Si igitur in typo nullus poterat teſtis adhiberi, quid aliud ſignificabatur, niſi eum ſacerdotẽ eſſe venturum, cuius ſacrificium nõ eſſet cõmune cum cæteris, qui nõ in manufactis templis ſacrificaret pro nobis, ſed in ſui corpo-
C ris templo noſtra peccata vacuaret? Sorte ergo quære-
Ioan.19. batur ſacerdos. Ideo fortaſſe & milites veſtimenta dñi ſortiebantur, vt quoniam in templo ſuo pro nobis dñs deferre ſacrificium preparabat, circa ipſum quoq; ſortis agitatio præceptum legis impleret. Propter quod ait:
Mat.5. Nõ veni legem ſoluere, ſed adimplere. Certe vt ipſe eſſet, qui & expectatus veteri teſtamento, & mãdato dei
Actuũ.1. videretur electus. Deniq; & ſuper apoſtolum Mathiã ſors cecidit, ne apoſtoli electio a mandato diſcrepare legis veteris videretur.

De angeli apparitione.

» APPARVIT autẽ illi angelus ſtans a de-
» xtris altaris incenſi.) Nõ immerito angelus videtur in tẽplo, quia veri ſacerdotis iam nũciabatur aduentus, & cæleſte ſacrificiũ parabatur, in quo angeli miniſtrarẽt. Et bene apparuiſſe dicitur ei, qui eum repẽte cõſpexit. Et hoc ſpecialiter aut de angelis, aut de deo ſcriptura diuina tenere cõſueuit, vt quod non poteſt præuideri, apparere dicatur. Sic enĩ
Gene.18. habes: Apparuit deus Abrahæ ad ilicem Mambre. Nã qui ante nõ præſentitur, ſed repentino videtur aſpectu, apparere memoratur. Non enim ſimiliter ſenſibilia videntur, & is cuius in voluntate ſitum eſt videri, & cuius naturæ eſt nõ videri, voluntatis videri. Nam ſi non vult, nõ videtur: ſi vult, videtur. Apparuit enim D
deus Abrahæ, quia voluit: alii, quia noluit, non apparuit. Viſum eſt etiam Stephano, cum lapidaretur a Actuũ.7.
populo, aperiri cælum: viſus eſt etiam IESVS ſtans ad dexterã dei, & non eſt viſus a populo. Vidit Eſaias dominũ Sabaoth, ſed alius videre non potuit: quia cui Eſa.6.
placuit, apparuit. Et quid de hominib? loquimur, cum etiam de ipſis cæleſtibus virtutibus & poteſtatibus legerimus quia Deũ nemo vidit vnquã? Et addidit, qđ Ioan.1.
vltra militię cæleſtis eſt poteſtates, Niſi vnigenit? filiꝰ qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Aut acquieſcatur igitur neceſſe eſt, ſi deum patrem nemo vidit vnquam, filium viſum eſſe in veteri teſtamento, & deſinant hæretici ex virgine ei principium dare, qui antequam naſceretur ex virgine, videbatur. Aut certe refelli non poteſt, vel patrem, vel filium, vel certe ſpiritum ſanctum, ſi tamen eſt ſpiritus ſancti viſio, ea ſpecie videri, quam voluntas elegerit, non natura formauerit: quoniam ſpiritum quoq; viſum accepimus in colũba. Et ideo deũ nemo vidit vnquam, quia eam quæ in deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conſpexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit enim, ad vtrunq; referendum eſt. Deniq; cum additur, Vnigenit? filius ipſe enarrauit, mentium magis q̃ oculorũ viſio declaratur. Species enim videtur, virtus vero narratur: illa oculis, hæc mente comprehenditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphim quãdo voluit apparuit, & vocem eius E
Eſaias ſolus audiuit. Apparuit angelus, & nunc præſto eſt, ſed non videtur. Neq; enim in poteſtate noſtra eſt videre, ſed in poteſtate illius apparere. Tametſi poteſtas non eſt videndi, eſt gratia promerendi vt videre poſſimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia deum videndi gratiam non habemus. Et quid mirum ſi in præſenti ſeculo, niſi quando vult, dominus non videtur? In ipſa quoq; reſurrectione nõ facile eſt deum videre, niſi iis qui corde ſunt mundo. Et ideo beati mundo cor- Mat.5.
de, ipſi enim deum videbunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tamen videndi his deum non promiſerat facultatem. Si ergo ii qui mundo ſunt corde, deum videbunt: vtiq; alii non videbunt. Neq; enim indigni deum videbũt, neq; is qui deum videre noluerit, poteſt deũ videre. Neci loco deus videt, ſed mũdo corde: nec corporalibus oculis deus quæritur, nec circũſcribitur viſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur in- F
ceſſu. Et cum abſens putatur, videtur: & cum præſens eſt, non videtur. Deniq; nec apoſtoli omnes Chriſtum videbant, & ideo ait: Tanto tempore vobiſcum ſum, & Ioan.14.
adhuc me non cognouiſtis? Qui enim cognouit quæ ſit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum, & ſupereminentẽ ſcientiæ charitatẽ Chriſti: vidit & Chriſtum, vidit & patrem. Nos enim iam ſecundũ carnem 2. Cor.5.
non nouimus Chriſtum, ſed ſecundũ ſpiritum. Spiritꝰ enim ante faciem noſtrã Chriſtus dominus, qui nos in omnẽ plenitudinẽ dei miſericordia ſua implere dignetur, vt videri poſſit a nobis. Ideo ergo apparuit Zachariæ angelus a dextris altaris incẽſi, quia apparuit cum voluit, non apparuit quando noluit. Apparuit autẽ a dextris altaris incẽſi, quia diuinæ inſigne miſericordiæ deferebat. Dominus enim a dextris eſt mihi, ne cõmo- Pſal.15.
uear. Et alibi: Dñs protectio tua ſuper manum dextę- Pſal.120.
ræ tuæ. Atq; vtinam nobis quoq; adolẽtibus altaria, ſacrificiũ deferẽtibus aſſiſtat angelus, immo præbeat ſe videndum. Nõ enim dubites aſſiſtere angelum, quando Chriſtus aſſiſtit, Chriſtus immolatur. Et enim paſcha noſtrũ immolatꝰ eſt Chriſtus. Nec verearis ne turbeſ 1. Corĩ. 5.
cor tuum angeli viſione. Perturbamur enĩ, & a noſtro alienamur affectu, quando perſtringimur alicuius ſuperioris poteſtatis occurſu. Idem enim angelus qui occurrerit nobis, confirmare nos poterit, ſicut turbatum ante Zachariam firmauit animo, dicens:

G De turbati Zachariæ confirmatione.

» NE TIMEAS Zacharia, quoniã ecce ora-
» tio tua exaudita est, & vxor tua Elizabeth
» pariet filium, & vocabis nomen eius Ioãnẽ.
» Et erit gaudium tibi, & multi in natiuitate
» eius gaudebunt.) Plena semper & redundantia sunt di
uina beneficia, non exiguo cõstricta numero, sed vberi
bonorum coacerυata cõgestu: vt hic primo precationis
fructus, deinde sterilis partus vxoris, tum lætitia pluri-
morum, & magnitudo virtutis, altissimi quoq; prophe
ta promittitur. Q uinetiã ne qua esset dubitatio, futuri
quoq; vocabulum designatur. Tantis igitur supra votũ
fluentibus, nõ immerito diffidentiæ pœna silentiũ est.
quod in posterioribus explanabimus. Solennis autem
lætitia est in ortu & generatione sanctorũ. Sãctus enim
non solum parentum gratia, sed etiam salus est pluri-
morum. Vnde admonemur hoc loco sanctorum gene
ratione lætari. Admonẽtur etiã parentes gratias age-
re non minus pro ortu q̃ pro meritis filiorum. Nõ eni
mediocre munus est dei, dare liberos propagatores ge
neris, successiõis hæredes. Lege Iacob duodecim filio-
rum generatione gaudere. Abrahę filius datur, Zacha
rias exauditur. Diuinum igitur munus fœcũditas est
H parietis. Agant itaque patres gratias, quia generaue-
rũt: filii, quia generati sunt: matres, quia coniugii præ-
miis honorãtur. Stipendia enim militiæ suæ, filii sunt.
Vernet in dei laudem terra, quia colitur: mũdus, quia
cognoscitur: Ecclesia, quia deuotæ numero plebis au-
getur. Nec ociosę in principio statim Genesis dei iussu
cõiugium copulatur, nisi vt hæresis destruatur. Sic eni
deus coniugium probauit, vt iungeret: sic remunerat?
est, vt quibus sterilitas filios denegasset, pietas diuina
» concederet. ¶ Et erit magnus coram domino.) Non cor
poris hic, sed animæ magnitudinem declarauit. Est co
ram domino magnitudo animæ, magnitudo virtutis.
Est etiam paruitas animæ, ex pueritia virtutis. Iuxta
enim animæ & corporis numeramus ætates, non pro
ratione temporis, sed pro qualitate virtutis: vt vir per-
fectus ille dicatur, qui careat errore pueritiæ, & lubricũ
adolescentiæ animi maturitate nõ sentiat. Pusillus au-
tem, qui nullum adhuc virtutis videatur habuisse pro-
Hiere.31. cessum. Vñ illud in Hieremia, cũ miseretur dñs deſẽ-
deprecã- tis Effrẽ, & peccata propria deplorantis: A iuuẽtute
tis. inquit, mea dilectus mihi est filius Effrem, puer in de-
liciis. Si enim nõ fuisset puer in deliciis, nunquã pecca-
uisset. Et benevtriq; dixit, & in deliciis, & puerum. Est
Esaię.42. enim puer, qui nõ peccat. Ecce puer meus, quem elegi.
Per delicias itaq; peccauit, qui nõ ita erat informatus a
domino, vt nescius esset erroris. Ergo & si puer in delici-
is non fuisset, & si in virum perfectũ virtutis processis-
I set ætate, nũquã lapsus fuisset, vt illi necesse esset veniã
suorum petere delictorum, cui magis meritorũ præ-
Mat.18. mia sperare deberet. Q uod etiã dominꝰ noster in Euã
gelio videtur exprimere, cum dicit: Nolite cõtemnere
vnum de pusillis istis. Sed loco suo plura seruentur. Er-
go pusillus cõtrarius est magno. Et si iuxta Apostolũ,
Gala.4. paruulus sub elementis est (cum enim essemus paru
li, sub elementis huius mundi eramus) ergo magnus
supra elementa mũdi est. Erit itaq; Ioãnes magnus nõ
virtute corporis, sed animi magnitudine. Deniq; nõ fi-
nes alicuius propagauit imperii, non triũphos aliquos
bellici certaminis adoreis præoptauit, sed, quod est am
plius, i deserto prędicãs, delicias hoĩm, corporisq; lasci-
uiã magna animi virtute depressit. Paruulꝰ ergo in se-
culo, magnus in spiritu. Deniq; quasi magnus, nec vi-
tæ captus illecebris, sententiæ constãtiam viuendi de-
» siderio mutauit. ¶ Et spiritu, inquit, sancto replebit ad-
» huc in vtero matris suæ.) Nõ dubium, verum hoc an-
geli esse promissum. siquidẽ sanctus Ioannes antequã
nasceretur, matris adhuc in vtero positus, spiritus acce
pti gratiam designauit. Nam cum & pater eius & ma
ter nulla ante mirabilia fecissent, in vtero parentis exi-
» liens domini euãgelizauit aduentum. Sic enim habes
quod cum aduenisset mater domini ad Elizabeth, ait
illa: Ecce, vt facta est salutatio tua in auribus meis, ex-
ultauit infans in vtero meo. Nõdum enim erat illi spi-
ritus vitæ, sed spiritus gratiæ. Deniq; & alibi viuendi
substantiæ præcurrere sanctificandi gratiã potuimus
aduertere, cum dicit dominꝰ: Prius quã te formarẽ in Hiere.1.
vtero, noui te: & prius quã exires de vulua matris, san-
ctificaui te, & prophetam in gentibus posui te. Alius
enim est spiritus vitæ huius, alius gratiæ. Ille nasce-
do sumit exordium, moriendo defectum: iste non tem-
poribus, nõ ætatibus coercetur, nõ obitu extinguitur,
nó aluo matris excluditur. Deniq; & sancta Maria ple-
na sancto spiritu, pphetauit: & Helisæus mortuus de-
functum cadauer hominis tactu sui corporis suscitauit,
& Samuel post mortem secundũ scripturæ testimoniũ
futura non tacuit. Et spiritu, inquit, sancto replebitur.
Cui enim adest spiritus gratiæ, nihil deest. Et cui spiri-
tus sanctus infunditur, magnarũ plenitudo virtutũ est.
¶ Deniq; multos, inquit, filiorum Israel cõuertet ad do- «
minum deum ipsorũ.) Non egemus testimonio quod «
plurimorum sanctus Ioannes corda cõuerterit, in quo
nobis propheticæ scripturæ & Euangelicæ suffragan-
tur. Vox enim clamantis in deserto, Parate viam do- Esaię.40.
mino, rectas facite semitas eius. & baptismata populis
frequentata declarant conuersæ plebis non mediocres L
factos esse processus, quia dum creditur Ioanni, credi-
tur Christo. Nõ enim de se, sed de domino prædicabat
prænuncius Christi. Et ideo ¶ Præibit in conspectu do «
mini, in spiritu & virtute Heliæ.) Bene ista iũguntur. «
Nunquã enim sine virtute spiritus, nec sine spiritu vir-
tus est. Et ideo fortasse in spiritu & virtute Heliæ, quia
sanctus Helias & virtutem magnam habuit & gratiã.
Virtutem, vt ad fidem animos populorũ a perfidia re-
torqueret. Virtutem abstinẽtiæ atq; patientiæ, & spi-
ritum prophetandi. In deserto Helias, in deserto Ioan-
nes. Ille corυis pascebatur: hic dum* dies esset, calcata *als, hic
omni voluptatis illecebra, parsimoniã prætulit, luxũq; dumis, &
contempsit. Ille Achab regis gratiam nõ quæsiuit, hic calcata
spreuit Herodis. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrum &c.
salutare cõuertit. Hic cum domino versatur in terris, il
le cum domino apparet in gloria. Hic prioris, ille sequẽ
tis dominici præcursor aduentus. Ille post triẽnium plu-
uiis terram rigauit, & hic post triennium arescentẽ no-
stri corporis humum fidei imbre perfudit. Quæris ąd
triennium sit? Ecce, inquit, anni tres sunt ex quo venio Lucę.13.
quærẽs fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Mysti M
cus enim numerus debebatur vt salus populis redderẽ-
tur. Vnus in patriarchis annus. Deniq; de hominibus
tunc anni prouentus fuit, qualis ferme nõ fuit postea su
per terrã. Alius in Moyse & Prophetis cæteris. Ter-
tius in domini saluatoris aduẽtu. Ecce, inquit, annum
domini acceptum, & diem retributionis. Et ille pater-
familias qui plãtauit vineam, non semel exactores fru-
ctuũ, sed sæpiꝰ destinauit. nã primũ seruulos, scdo alios
seruulos destinauit, tertio autẽ filium suũ misit. Venit
ergo Ioannes in spiritu & virtute Helię. Alterum enĩ
sine altero non potest esse, sicut etiam in sequẽtibus re-
peritur, cum dicitur: Spiritus sanctus superueniet in te,
& virtꝰ altissimi obũbrabit tibi. Sed fortasse hoc supra
nos & supra apostolos videatur exemplum. Nã & ille
sub Helia diuiso amne fluuialium recursus vndarum
in originem fluminis, sicut dicit scriptura, Iordanis cõ-
uersus est retrorsum: significauit salutaris lauacri futu
ra mysteria, per quæ in primordia naturæ suæ qui ba-
ptizati fuerint paruuli malitia, reformantur. Q uid qđ
etiam apostolis suis ipse dominus virtutem spiritus es
se tribuẽdam promisit dicens, Accipietis virtutem ad- Actuũ.1.
uenientẽ in vos spiritu sancto? Deinde in sequentibus:
Factus est, inquit, subito sonus de cælo tanquã vi ma- Actuũ.2.
gna ferretur spiritus. Bene vi magna, quia spiritu oris
Psal.32. eius omnis virtus eorum. Et virtus est illa quam a san
cto spiritu apostoli consecuti sunt. Bene etiam præibit
ante faciem domini sanctus Ioannes, qui prænuncius
natus est, & prænũcius mortuus est. Et fortasse hoc my
sterium in hac vita nostra hodieq; celebratur. Præcur-
rit enim animæ nostræ quædam virtus Ioãnis, cũ cre-
dere paramus in Christum, vt paret ad fidem animæ
vias nostræ, & de vitæ istius tramite tortuoso, rectas
semitas nostri faciat cõmeatus, ne anfractu labamur er
roris, quo omnis vallis animæ nostræ virtutis fructib?
possit impleri, & omnis secularium altitudo meritorũ
domino se humili magis timore posternat, sciens nihil
sublime posse esse quod fragile est.

De incredulitate Zachariæ, & eius punitione.

» IT dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc
» sciam? Ego enĩ sum senex, & vxor mea pro-
» cessit in diebus suis. Et respondit ei angelus
» dicẽs: Ego sum Gabriel angelus, qui assisto
» ante dominũ: & missus sum hæc annunciare tibi. Et ec
» ce eris tacens, & non poteris loqui vsq; in diem quo hęc
» omnia fiant, propter quod non credidisti verbis meis,
» quæ implebũtur in tempore suo.) Condẽnatur silentio
B incredulitas sacerdotis, & fides prophetarum probatur
Esa.40. oraculo. Clama, inquit. Et dixit: Q uid clamabo? Ois
caro fœnum. Vides iubentis imperiũ, obtẽperãtis ob-
sequium: interrogantis affectum, obsequentis oraculũ.
Credidit enĩ: & qđ clamaret exposcit: & qa credidit, pro
phetauit. At vero Zacharias quia non credidit, nõ po-
» tuit loqui. ¶ Sed erat annuens illis, & remãsit mutus.)
Non vnius mysterium, nec vnius silentium est. Ta-
cet sacerdos, tacet propheta. Nisi fallor, in vno vox to-
tius plebis obmutuit, quia in vno totus ad dominũ per
Moysen populus loquebatur. Cessatio sacrorum, & si-
lentium prophetarum, taciturnitas prophetæ, & taci-
Esa.3. turnitas sacerdotis est. Auferam, inquit, validã virtu-
tem, prophetam & cõsiliarium. Et vere absτulit pphe-
tas, a quibus absτulit verbũ quod loqui in prophetis so-
lebat. Et vere his absτulit virtutem, a quibus dei virtꝰ
recessit. Absτulit his consiliariũ, quos magni cõsilii an-
gelus declinauit. Absτulit vocem, quia vox verbi, non
vocis est verbum. Nã si verbũ illud non operetur in no
C bis, nullus est sonus vocis. Vox Ioannes est: vox enim
clamantis est in deserto. Christus est verbum, hoc ver-
bum operatur. Et ideo vbi desiuit operari, muta repẽte
carens spiritu veluti quædam animæ lingua cõticuit.
Transiuit enim ad nos dei verbũ, & in nobis nõ tacet.
Deniq; iam nõ potest Iudæus dicere, quod potest dice-
2.Cor.13. re Christianus, quia experimentũ quæritis eius qui in
me loquitur Christus. Et ipse erat annuẽs illis. Remã-
sit ergo mutus Zacharias, & erat annuens illis. Q uid
est mutus, nisi quidã sine verbo corporalis actus, indi-
care moliẽs nec exprimens volũtatem: quidã suprema
morte, voce suppressa, mutus sermo morientiũ? Nõne
tibi videtur huic similis esse populus Iudæorum, ita ir-
rationabilis, vt actuum suorũ nõ possit præstare ratio-
nem, qui in vltimo spei vitalis obitu constitutus vocẽ
quam habebat amiserat, & titubantis actu corporis fi-
gnum verbi cupiebat explicare, nõ verbum? Mutus er
go populus, sine ratione, sine verbo. Cur enim tibi ma-
gis videatur mutus esse qui sonum q̃ qui mysterium
nescit? Et est profecto vox operum, fideiq; clamor, sicut
Gene.4. lectum est: Sanguis fratris tui ad me clamat. Et ille cla
mat, qui i corde suo clamat per diem. Q ui ergo cordis
clamorem perdidit, perdidit & linguæ. Nam qui di-
stinctionem fidei nõ tenet, quomodo potest tenere ver-
borum? Et ante quidẽ Moyses dixerat quia loqui non
potĕrat, sed postea q̃ dixit, verbũ accepit, & bonorũ ope
rum edidit claritatem. Ergo sicut Moyses typus po-
puli fuit, & typus legis, ita etiã Zacharias tacuit. Sin-

gula itaq; vt concurrant, considerandum est. Verbum D
in vtero, lex in silentio. Ioannes appellatꝰ, & Zacharias
loquitur. Verbũ editur, lex absoluitur. Sed legis absο-
lutio, verbi est explicatio. Et ideo qui dixerit verbũ, lo-
quitur, etiam si ante nõ fit locutus. Ab angelo iubetur
tacere Zacharias, ab angelo vox premitur Iudæorum.
Non enim humanæ, sed diuinæ hoc potestatis impe-
rium est, vt nõ loquatur deo, qui nõ credit Christo. Et
ideo credamus, vt loquamur. Credat Iudæus, vt loqui
possit. Loquamur spiritu mysteria, intelligam? ratio-
nem sacrificiorum veterum, ænigmata prophetarum.
Mutus est qui non intelligit legem, mutus est qui nõ
intelligit diuinarum seriem scripturarum. Vox enim
nostra fides est: & ideo mallo in Ecclesia quinque verba 1.Cor.14.
mente mea loqui, vt alios instruam, q̃ decem milia ver
borum in lingua. Linguæ enim in figuũ sunt non fide-
libus, sed infidelibus: prophetiæ autem nõ infidelibus,
sed fidelibus.

De conceptione Ioannis præcursoris domini.

POST hos autem dies concepit Elizabeth «
vxor eius, & occultabat se mẽsibus quinq;, di «
cens: Q uid mihi fecit dominus in diebꝰ «
quibus respexit auferre opprobrium meum «
inter homines?) Magna sanctis cura est verecũdiæ, vt «
plerũq; in ipsis pudor voti sit, sicut hoc loco aduertimꝰ E
sanctam Elizabeth, quę vtiq; filios habere cupiebat, oc
cultãtem se mensibus quinq;. Q uę causa occultationis
est, nisi pudoris? Est enim vnicuiq; officio præscripta
ætas: & quod tẽpore decet, tẽpore non decet: æuiq; mu
tatio, facti vniuscuiusq; mutat sæpe naturã. Sunt etiam
ipsi quædam tẽpora præscripta coniugio, quando dare
operam liberis sit decorũ. Dum anni vigent, dum fusci
piendorum liberorum spes est, dum generandi vsus est
in exẽplo, copulæ quoq; vsus in studio est. At vero vbi
matura æui senectus successerit, & ætas regendis libe-
ris habilior q̃ creãdis, pudor est legitimi licet coitus in-
dicia gestare, & grauari alienæ ætatis onere, & tume-
scere aluum non sui temporis fructu. Senes enim abi-
psa cõduntur ætate, & iusto intemperantiæ pudore
reuocantur facere opera nuptiarum. Adolescentes ipsi
plerunq; filiorum vota prætendunt, & excusandum ar-
bitrantur ætatis calorem generationis affectu. Q uãto
magis senibus agere turpe est, quod adolescentibus pu
dor est cõfiteri? Q uinetiã ipsi iuuenes sobria timore di
uino corda qui tẽperant, suscepta plerunq; sobole renun
ciant operibus iuuentutis. Et quid mirum de homini-
bus, si pecudes quoq; muto quodam opere loquũtur ge
nerandi sibi studium, nõ desideriũ esse coeundi? Siqui-
dem vbi semel grauem aluum sibi senserint, & genita- F
li aluo semen receptum, iam nec cõcubitu indulgẽt, nec
lasciuiam amantis, sed curã parentis assumunt. At ve-
ro homines nec conceptis, nec deo parcunt, illos conta-
minant, hunc exasperant. Prius q̃ te, inquit, formarẽ in Hiere.1.
vtero, noui te, & ivulua matris sanctificaui te. Ad cohi
bendã petulantiam tuam, manus quasdam tui autο-
ris in vtero hominẽ formantis aduertis. Ille operatur,
& tu sacri vteri secretum incestas libidine. Vel pecudes
imitare, vel deum verere. Et quid de pecudibꝰ loquar?
Terra ipsa a generãdi opere sæpe requiescit: & si impa-
tienti hominum studio iactis frequenter seminibus oc
cupetur, impudẽtiã multat agricolæ, & fœcunditatem
sterilitate cõmutat. Ita quidem in ipsis elementis ac pe
cudibus ab vsu non cessare generãdi, naturæ pudor est.
Merito ergo etiam sancta Elizabeth erubescebat gra-
tiam, etsi non cognosceret culpã. Nã etsi cõcepit de vi-
ro (Neq; enim aliter de hominis ortu fas est credere) ta
men partus sui erubescebat ætatem. Et rursus carnisse
se gaudebat opprobrio. Pudor est enim fœminis nup-
tiarum præmia non habere, quibus hæc sola est cau-
sa nubendi. Hoc igitur opprobrium consolatur sui pu-

G dore sublatũ, eo pudore, vt dixi, quod pudebat eã propter ætatem. Vnde intelligi potest quia iam non conueniebant inter se concubitu coniugali. Neq; enim ea quæ senilem nõ erubesceret coitum, erubesceret partũ: & tamen erubescit onus parentis, quãdiu nescit mysterium religionis. Illa quæ occultabat se quia conceperat filium, iactare se cœpit quia generabat prophetam. Et quæ erubescebat ante, benedicit: & quę dubitabat ante, firmatur. Ecce enim, inquit, vt vox salutationis tuæ facta est in aurib⁹ meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Itaq; magna voce clamauit vbi domini sensit aduẽtum, quia religiosum credidit partum. Nulla enĩ causa erat pudoris, vbi prophetæ ortus datæ non affectatæ fidem generationis adscisceret.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM LVCAE LIBER SECVNDVS.

De missione angeli Gabrielis ad virginẽ Mariã.

H IN diebus...

H EODEM AVTEM tẽpore missus est angel⁹ Gabriel a domino in ciuitatẽ Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatã viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomẽ virginis Maria.) Latent quidẽ diuina mysteria, nec facile iuxta propheticũ dictũ quisquã hominum potest scire consiliũ dei. Sed tamen ex cæteris factis atq; præceptis dñi saluatoris possumus intelligere & hoc propẽsioris fuisse cõsilii, quod ea potissimum electa est vt dominũ pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autẽ non anteq̃uã desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur quod cõceperit ex adulterio. Et bene vtrunq; posuit scriptura, vt & despõsata esset, & virgo. Virgo, vt expers virilis cõsortii videretur. Despõsata, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre. Ma-

I luit autem dñs aliquos de sui ortu q̃ de matris pudore dubitare. Sciebat enim tenerã esse virginis verecũdiã, & lubricã famã pudoris, nec putauit ortus sui fidẽ matris iniuriis astruẽdã. Seruatur itaq; sanctæ Mariæ sicut pudore integra, ita inuiolabilis opiniõe virginitas. Oportet enim sanctos & ab iis testimoniũ habere qui foris sunt. Nec decuit sinistra virginibus opinione viuentibus velamen excusationis relinqui, quod infamata mater quoq; domini videretur. Quid autẽ Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum videretur ex adulterio persecuti? Quẽadmodum autẽ ipse diceret: Non veni legem soluere, sed adimplere: si videretur cœpisse a legis iniuria, cũ partus innuptæ lege dãnetur? Quin etiam locupletior testis pudoris marit⁹ adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobriũ, si nõ agnosceret sacramẽtum. Quid quod etiã fides Mariæ verbis maior adsciscitur, & mẽdacii causa remouetur? Videretur enim culpã obumbrare voluisse mendacio innupta prægnans. Causam autẽ mentiẽdi indesponsata habuit, despõsata nõ habuit: cum cõiugii præmiũ & gratia nuptiarum partus sit fœminarũ. Nõ mediocris quoq; causa est, vt virginitas Mariæ falleret principem mundi: qui cum desponsatam viro cerneret, partum nõ potuit habere suspectum. Fallendi autẽ (vt dixi) principem mundi fuisse cõsiliũ, ipsius domini verba declarant, cum apostoli iubẽtur tacere de Christo, cum (Mat. 5.)

K sanati prohibentur gloriari de remedio, cum dæmones præcipiũtur silere de dei filio. Fallẽdi (vt dixi) principẽ mũdi fuisse cõsiliũ etiã apostolus declarauit dicens: Sed loquimur dei sapientiã in mysterio absconditã, quã nemo principũ istius seculi cognouit. Si enim cognouissent, nunq̃ dñm maiestatis crucifixissent. hoc est, nunq̃ me redimi dñi morte fecissent. Fefellit ergo pro nobis, fefellit vt vinceret: fefellit diabolũ cũ tentaretur, cũ rogaretur, cum dei fili⁹ diceretur, vt nusquã diuinitatis proprietatem fateretur. Sed tamen magis fefellit principẽ seculi. Diabolus enim etsi aliquãdo dubitauit, cum diceret: Si filius dei es, mitte te deorsum: tamẽ vel sero cognouit, & discessit ab eo. Cognouerũt & dæmones qui dicebãt: Nouimus te, quia es IESVS dei filius. quid venisti ante tempus torquere nos? Et ideo venisse cognouerunt, quia præcognitũ habebant esse venturum. Principes autẽ seculi nõ cognouisse, quo maiore possumus q̃ apostolicæ sententiæ probare documento? Si enim cognouissent, nunquã dominũ maiestatis crucifixissent. Dęmonum enim malitia facile etiã occulta deprehendit. At vero qui secularibus vanitatibus occupãtur, scire diuina nõ possunt. Bene autẽ sibi diuiserunt Euangelistæ, vt sanctus Matthæus Ioseph ab angelo moneri induceret Mariam accipere, Lucas Euãgeli-

L sta testimonium ferret quod non conuenissent, hic ipsa Maria fatetur cum dicit angelo: Quomodo fiet istud, quoniã virum nõ cognoui? Sed & ipse sanctus Lucas virginẽ declarauit dicens: Et nomen virginis Maria. Et propheta edocuit, qui ait: Ecce virgo in vtero cõcipiet. Et Ioseph designauit, qui quoniã prægnantẽ videbat quam nõ cognouerat, dimittere gestiebat: & dominus ipse in cruce positus manifestauit cum dixit matri: Mulier, ecce fili⁹ tuus. Deinde discipulo dixit: Ecce mater tua. Etiam vterq; testatus est, discipulus & mater, quia ex illa hora suscepit eam discipulus in suam. Vtiq; si cõuenissent, nũquã virum propriũ reliquisset, nec vir eam iustus passus esset a se discedere. Quomodo autẽ dñs diuortiũ præcepisset, cum ipsius sit sententia, quia nemo dimittere debet vxorem, excepta causa fornicationis? Pulchre autẽ docuit sanctus Matthæus Euangelista quid facere debeat iustus qui probrũ coniugis deprehẽderit, vt incruentũ ab homicidio, castũ ab adulterio pręstare se debeat. Qui enĩ iũgitur meretrici, vnũ corpus est. Ergo vbiq; in Ioseph iusti gratia & psona seruatur, vt testis ornetur. Os enĩ iusti mendaciũ nescit, & lingua eius loquiť iudiciũ. Iudiciũ eius loquiť veritatẽ. Nec te moueat q̃d frequẽter scriptura cõiugẽ dicit. Nõ enim virginitatis ereptio, sed coniugii testificatio, nu-

M ptiarum celebratio declaratur. Deniq; quam non accepit, nemo dimittit. Et ideo qui nolebat dimittere, fatebatur acceptam. Simul etiam mouere non debet q̃d ait Euãgelista: Non cognouit eã, donec peperit filiũ. Illud enĩ velut idioma scripturæ est: sicut habes alibi: Et do nec senescatis, ego sũ. Nũquid post illorũ senectutẽ de⁹ esse desiuit? Et in Psalmo: Dixit dñs domino meo, Sede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ. Nunquid postea non sedebit? Vel quia qui causam agit, satis putat quod causæ est dicere, redũdantia non requirit. Satis enim est ei vt causam susceptam astruat, incidentem differat. Et ideo qui incarnationis incorruptum susceperat probare mysterium, nõ putauit vberius prosequendum virginitatis Marię testimoniũ, ne defensor magis virginis, q̃ assertor mysterii crederetur. Certe quando iustum docuit Ioseph, satis declarauit quod sancti spiritus templum, matrem domini, vterũ mysterii violare non potuit. Didicimus seriem veritatis, didicimus cõsilium: discamus mysteriũ. Vere desponsata, sed virgo, quia est ecclesię typus, quæ est immaculata, sed nupta. Concepit nos virgo de spiritu, parit nos virgo sine gemitu. Et ideo fortasse sãcta Maria alii nupta, ab alio repleta, quia & singulę ec-

(Margin: 1. Cori. 2. — Mat. 4. — Matth. 8. — Esa. 7. — Ioan. 19. — Mat. 5. — 1. Cori. 6. — Matth. 1. — Psal. 109.)

A clesiæ spiritu quidem replentur & gratia, iunguntur tamen ad temporalis* speciem sacerdotis.

(*als, ad tpis speciem sacerdoti.)

De salutatione Mariæ, & eius turbatione.

ET ingressus ad eam angelus dixit: Aue gratia plena, dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Ipsa autẽ vt vidit eum, mota est in introitu eius.) Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce virginẽ oraculo, disce mysterio. Trepidare, virginũ est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres ꝓpositũ pudoris imitari. Sola in penetralib⁹, quã nemo virorũ videret, solus angelus reperiret, sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenere deprauaretur affatu, ab angelo salutatur. Disce virgo verborum vitare lasciuiã. Maria etiã salutationẽ angeli verebať. ¶ Erat enim, inquit, cogitãs qualis esset hæc salutatio. Et ideo cum verecundia, quia pauebat. Cum prudẽtia, quia benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nusquã lecta est, nusquã ante comperta. Soli Mariæ hæc salutatio seruabatur. Bene enim sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam quã nulla alia meruerat, cõsecuta est, vt gratiæ repleretur autore. Erubescebat ergo Maria, erubescebat etiã Elizabeth. Et ideo cognoscamus quid

B intersit inter mulieris & virginis verecundiam. Illa de causa erubescebat, hæc pro verecundia. In muliere modus pudoris adhibetur, in virgine pudoris augetur gratia.

De Mariæ turbatæ consolatione.

ET AIT angelus ad eã, Ne timeas Maria. inuenisti enĩ gratiã apud deum. Et ecce cõcipies in vtero, & paries filiũ, & vocabis nomẽ eius IESVM. Hic erit magnus.) Dictũ est quidẽ etiã de Ioanne ab angelo, quia erit magnus. Sed ille quasi homo magnus, hic quasi deus magnus. Magnus enim dñs, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ est finis. Et vere est & ille magn⁹, quia inter natos mulierũ propheta maior Ioanne baptista nemo est. Habet tamen maiorẽ, quia qui minor est in regno dei, maior est illo. Magnus autem Ioãnes, sed corã domino. Et magnus Ioannes vinum & siceram nõ bibit, hic cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit. Ille abstinentia meritũ colligat, cui potentia nulla naturæ. Christus autẽ cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret quos abstinentibus pôterat præstare meliores? Simul mystice non dedignatur eorum cõuiuium, quibus daturus est sacramẽtum. Hic ergo manducat, ille ieiunat. Vtriusq; populi typus, in il-

C lo ieiunat, in hoc pascitur. Sed ieiunauit & Christus, ne pręceptum declinares. Mãducauit cum peccatoribus, vt gratiã cerneres, agnosceres potestatẽ. Magn⁹ ergo & Ioãnes, sed huius magnitudo habet principium, habet finem. Dñs autem IESVS idẽ est finis atq; principium, idẽ primus et nouissimus. Nihil ante primũ, nihil vltra nouissimum. Neq; te generationis humanæ consuetudo in vitiũ trahat, vt putes nõ primũ esse, quia filius est. Sequere scripturas, vt errare non possis. Primus filius dicitur. Lectum est etiã quia & solus pater, qui solus habet immortalitatẽ, & lucem habitat inaccessibilem. sicut legisti: Et immortali soli deo. Sed neq; primus ante patrẽ, neq; solus sine filio. Si alterũ negas, alterũ destruis. vtrunq; sequere, & vtrunq; confirmas. Nõ dixit, ego prior, & ego posterior: sed, Ego prim⁹, & ego nouissim⁹. Primus est fili⁹, & ideo coæternus. Habet enim patrẽ, cum quo sit æternus. Audeo dicere, primus est fili⁹, sed solus nõ est: & bene dico, & religiose dico. Quid erigitis ad impietatẽ hæretici aures? Laqueos quos tẽditis, incidistis. Primus est filius, & solus nõ est. Primus, quia cũ patre semper. Sol⁹ nõ est, quia sine patre nunquam est. Non ego hoc dico, sed ipse dixit: Et non sum solus, quia pater mecum est. Solus pa-

D ter, quia vnus deus: solus pater, quia sola diuinitas patris & filii & spiritus sancti. Et quod vnũ est, solum est. Solus pater, solus vnigenitus, solus & spiritus sanctus. Neq; enim qui filius, & pater: aut qui pater, & filius: aut qui spiritus sanctus, & fili⁹. Alius pater, alius fili⁹, alius spiritus sanctus. Legimus enim: Rogabo patrẽ, & alium paracletũ mittet vobis. Sol⁹ pater, quia vnus deus, ex quo omnia. Solus fili⁹, quia vnus domin⁹, per quem omnia. Solum diuinitas facit, generatio & patrem testificatur & filium: vt nusquã filius sine patre, aut pater esse videatur sine filio. Ergo nec solus, quia nõ solus immortalis, nec solus lucem habitat inaccessibilem, quia deum nemo vidit vnquã, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, qui sedet ad dexteram patris. Et huic quidam audent dicere inaccessibilem lucẽ esse quam habitat pater. Nunquid lux melior patre? Quæ autem lux inaccessibilis ei, cui non est inaccessibilis pater? Et ipse lux vera, & genitor lucis æternæ, de qua dictum est: Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mũdum. Vide ne illa sit lux inaccessibilis quã habitat pater, habitat & filius, quia pater in filio, & filius ĩ patre. Bene ergo magnus. late enĩ funditur dei virtus, late cælestis substãtiæ magnitudo porrigitur. Nihil præscriptum, nihil circunscriptũ, nihil emẽsum, nihil dimensum trinitas habet. Non loco

E clauditur, nõ opinione cõprehenditur, nõ æstimatione cõcluditur, nõ ætate variatur. Dedit quidem dominus IESVS hominibus magnitudinẽ. In omnem enim terrã exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nõ in fines tamẽ mundi, non in fines cæli, non vltra cælos. At vero in domino IESV omnia condita sunt in cælo & in terra, visibilia & inuisibilia, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant. Cælũ aspice, IESVS illic est. Terrã intuere, IESVS adest. Ascẽde verbo in cælum, descẽde verbo in infernũ: IESVS adest. Etenim si ascẽderis in cælum, IESVS illic est. si descẽderis in infernum, adest. Hodie cũ loquor, mecũ est intra hoc punctũ, intra hoc momentũ. Et si in Armenia nũc loquatur Christianus, IESVS adest. Nemo enim dicit dominum IESVM nisi in spiritu sancto. Abyssos opiniõe si penetres, illic quoq; IESVM videbis operari. Scriptũ est enim: Ne dixeris in corde tuo, Quis ascẽdit in cælum? id est Christum deducere. aut quis descẽdit in abyssum? hoc est Christum a mortuis reducere. Vbi ergo nõ est, qui cælestia, inferna, terrena compleuit? Bene ergo magnus, cuius virtus mũdum repleuit, qui vbiq; est, & erit semp, quia regni eius

F non erit finis.

De Mariæ interrogatione, & angeli responsione.

DIXIT autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoui?) Videtur hic non credidisse Maria, nisi diligẽter aduertas. Neq; enĩ fas est vt electa ad generandum vnigenitũ dei filiũ, fuisse videatur incredula. Quo autem modo fieri posset, licet salua prærogatiua sit matris, cui profecto fuit amplius deferẽdum: Sed vt prærogatiua maior, maior etiã fides ei debuit reseruari: Quo ergo fieri modo posset vt Zacharias qui non crediderat, silentio condẽnaretur: Maria autẽ si non credidisset, spiritus sancti infusione exaltaretur? Sed neq; nõ credere Maria, neq; tã temere debuit vsurpare: nõ credere angelo, vsurpare diuina. Neq; enĩ facile erat scire mysterium abscõditũ a seculis in deo, quod nec superiores potestates scire potuerunt. Et tamen nõ fidem renuit, nõ officium refutauit, sed accommodauit affectum, spopõdit obsequiũ. Etenim cum dixit, Quomodo fiet istud? non de effectu dubitauit, sed qualitatem ipsius quæsiuit effectus. Quanto tẽperantior ista responsio, q̃ verba sunt sacerdotis? Hæc ait: Quomodo

(Margin: Psal. 144 — Mat. 11. — 1. Tim. 6. — 1. Tim. 1. — Ioan. 8. — Ioan. 14. — Ioan. 1. — Ibidem. — 2. Cor. 12.)

G fiet istud? Ille respõdit, Vnde hoc sciã? Hæc iam de negocio tractat, ille adhuc de nuncio dubitat. Negat ille se credere, qui negat scire, & quasi fidei adhuc aliũ quærit autorem: ista se facere profitetur, nec dubitat esse faciẽdum, quod quomodo fieri possit, inquirit. Sic enim habes: Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognouiẽ? Incredibilis & inaudita generatio ante audiri debuit, vt crederetur. Virginem parere, diuini est signum mysterii, non humani. Deniq; accipe, inquit, signum tibi: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium. Legerat hoc Maria, ideo credidit futurum: sed quomodo fieret, ante non legerat. Nõ enim quemadmodum fieret, vel prophetæ tanto fuerat reuelatum. Tantum enim mãdati mysterium nõ hominis fuit, sed angeli ore promẽ-
» dum. Hodie primum auditur: ¶ Spiritꝰ sanctus super-
» ueniet in te.) Et auditur, & creditur.

De assensu Mariæ, & saluatoris conceptione.

» DENIQVE Ecce, inquit, ancilla domini, cõ
» tingat mihi secundum verbum tuũ.) Vide humilitatem, vide deuotionẽ. Ancillam se dicit domini, quæ mater eligitur, nec repẽtino exaltata promisso est. Simul ancillam dicẽdo, nullã sibi prærogatiuam tãtæ gratiæ vendicauit, quæ faceret quod iuberetur. Mitẽ enim humilẽs paritura, humilitatem debuit etiam ipsa præferre. Ecce ancilla domini, contingat mihi secundũ verbũ tuum. Habes obsequium, vides votum. Ecce enim ancilla domini, apparatus officii est. Contingat mihi secundũ verbum tuũ, H cõceptus est voti. Q̃ cito ergo etiam de impari concepti-
als, cõditione one* credidit Maria. Quid enim tã impar q̃ spiritus sanctꝰ & corpus? Quid tam inauditũ q̃ virgo prægnans contra legem, cõtra consuetudinem, cõtra pudorem, cuius carior cura est virginis? Zacharias autẽ non de impari conditione, sed de senili ætate non credidit, nam conditio cõgruebat. Ex viro & fœmina solennis est partus, nec incredibile debet videri, vbi natura cõcordat. Cũ enim ætas naturæ sit, nõ natura ætatis, fit plerumq; vt ætas impediat naturam: nõ est tamen irratio-
nabile vt minor cedat causa maiori, & potior prærogatiua naturæ vsum inferioris excludat ætatis. Huic accedit quod Abraham & Sara filium in senectute susceperant: et Ioseph filius senectutis est. Quod si quia risit Sara reprehenditur, iustius cõdemnatur qui nec oraculo credidit, nec exemplo. Maria autẽ cum dicit, Quo- I modo fiet istud, quoniam virũ nõ cognoui? nõ videtur dubitasse de facto, sed de facti qualitate quæsisse. Liquet enim quia faciẽdũ esse crediderit, quæ quomodo fierent interrogauit. Vnde & meruit audire, Beata quæ credidisti. Et vere beata, quæ sacerdote præstantior, cum sacerdos negasset, virgo correxit errorem. Nec mirum si dominus redempturus mundũ, diuinam operationẽ suam inchoauit a matre, vt per quam salus omnibus parabatur, eadẽ prima fructũ salutis hauriret ex pignore. Et bene quæsiuit quomodo fieret. Legerat enim ga virgo conciperet, non legerat quemadmodũ virgo gene- Esa.7. raret. Legerat (vt dixi) Ecce virgo in vtero accipiet, quomodo autem acciperet, in euãgelio primum angelus est locutus.

De abitu Mariæ in mõtana, & salutatione Elizabeth.

» EXVRGENS autem Maria in diebus il-
» lis, abiit in montana cum festinatione in ciui-
» tatem Iudæ, & intrauit in domũ Zachariæ,
» & salutauit Elisabeth.) Morale est omnibꝰ vt qui fidem exigunt, fidem astruant. Et ideo angelus cum absconditã nũciaret, vt fides astrueretur, exemplo senioris fœminæ sterilisq; conceptum virgini Mariæ nunciauit, vt possibile deo omne quod ei placuerit asseueret. Vbi audiuit hoc Maria, non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de nuncio, nec quasi dubitans de exẽplo, sed quasi læta pro voto, religiosa pro officio, K festina pro gaudio, in montana perrexit. Quo enĩ iam deo plena, nisi ad superiora cum festinatione cõtenderet? Nescit tarda molimina sancti spiritꝰ gratia. Discite & vos sanctæ mulieres sedulitatem quam prægnantibꝰ debeatis exhibere cognatis. Mariam, quæ ante sola in intimis penetralibus versabatur, non a publico virginitatis pudor, non ab studio asperitas montium, nõ ab officio plixitas itineris retardauit. In mõtana virgo cũ festinatione, virgo officii memor, iniuriæ immemor, affectu vigente non sexu, relicta perrexit domo. Discite virgines non circũcursare per alienas ædes, non demorari in plateis, nõ aliquos in publico miscere sermones. Maria in domo sera, festinat in publico. Mansit apud cognatam suã tribus mensibus. Etenim quæ propter officium venerat, inhærebat officio. Mansit etiam mẽsibus tribus, nõ quod domus eam delectaret aliena, sed quia frequẽtius videri in publico displicebat. Didicistis virgines pudorem Mariæ, discite humilitatem. Ve- L nit propinqua ad proximam, iunior ad seniorem. Nec solum venit, sed etiam prior salutauit. Decet enim vt quanto castior virgo, tanto humilior sit. Nouerat deferre senioribus. Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. Est & causa pietatis, est etiam norma doctrinæ. Cõtuẽdũ est enim quia superior venit ad inferiorẽ, vt inferior adiuuet, Maria ad Elizabeth, Christus ad Ioanẽ. Deniq; etiã posteaquam sanctificaret baptismum Ioannis, dominus venit ad baptismum. Cito quoq; aduentus Mariæ, & præsentiæ dominicę beneficia declarantur.

De Ioannis in vtero exultatione, & matris spiritu sancto repletione.

» SIMVL enim vt audiuit salutationẽ Ma- «
» rię Elizabeth, exultauit infans i vtero eius, «
» & repleta est spiritu sancto.) Vide distinctio- «
nem, singulorumq; verborũ proprietatem. Vocem prior Elizabet audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa naturæ ordine audiuit, istę exultauit ratione mysterii. Illa Mariæ, iste domini sensit aduentũ. Fœmina mulieris, & pignus pignoris. Iste gratiam lo- M quuntur, illi intus operantur, pietatisq; mysterium maternis adoriuntur profectibus, duplicique miraculo prophetant matres spiritu parυulorum. Exultauit infans, repleta mater est. Nõ prius mater repleta q̃ filiꝰ, sed cũ filius esset repletus spiritu sancto, replenit & matrem. Exultauit Ioannes, exultauit & Mariæ spiritus. Exultante Ioanne repletur Elizabeth. Mariam tamẽ non repleri spiritu, sed spiritum eius exultare cognouimus. Incomprehensibilis enim, incomprehensibiliter operabatur in matre. Et illa post conceptum repletur, ista ante conceptum.

De Mariæ ab Elizabeth benedictione.

» BENEDICTA tu inter mulieres, & bene- «
» dictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi «
» vt veniat mater domini mei ad me?) Nouit «
sermonem suum spiritus sanctus, nec vnquã obliuiscitur. Et prophetia non solum rerũ cõpletur miraculis, sed etiam proprietate verborum. Quis est iste fructus ventris, nisi ille de quo dictum est: Ecce hæredi- Psal.126. tas domini filii merces fructus ventris? Hoc est, hæreditas domini filii sunt, qui merces sunt fructus illiꝰ qui de Mariæ ventre processit. Ipse fructus ventris est, flos radicis, de quo bene prophetauit Esaias dicens: Exiet Esaiæ.11. virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascẽdet. Radix enim est familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Christus, qui veluti bonæ arboris fructus pro nostræ virtutis processu nũc floret, nunc fructificat in nobis, nunc reditura corporis resurrectione reparatur. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me?

A Non quasi ignorans dicit. Scit enim esse spiritus sancti gratiam & operationem, vt mater prophetæ a matre domini ad profectũ sui pignoris salutetur. Sed quasi nõ humani hoc meriti, sed diuinæ gratiæ munus esse cognoscat, ita dicit: Vnde hoc mihi? hoc est, quantum bonum mihi accidit, vt mater domini mei veniat ad me, non cognosco meũ. Vnde hoc mihi? qua iustitia? quibus factis? pro quibus meritis? Non vsitata hæc officia fœminarum sunt, vt veniat mater domini mei ad me. Miraculum sentio, cognosco mysterium, mater domi-
» ni verbo fœta, deo plena est. ¶ Ecce enim vt facta est vox
» salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio
» infans in vtero meo. Et beata quæ credidisti.) Vides non dubitasse Mariam, sed credidisse, & ideo fructum fidei consecutam. Beata, inquit, quæ credidisti. Sed & vos beati qui auditis & creditis. Quæcunq; enim crediderit anima, & concipit & generat dei verbũ, & opera eius agnoscit. Sit in singulis Mariæ anima, vt magnificet dominũ. sit in singulis spiritꝰ Mariæ, vt exultet in deo. Si secundũ carnẽ vna mater est Christi, sed m
B fidẽ tamẽ omniũ fructus est Christus. Ois enim anima accipit dei verbũ, si tamen immaculata & immunis a vitiis sit, & intemerato castimoniã pudore custodiat. Quæcunq; igitur talis esse potuerit anima, magnificat dominum, sicut anima Mariæ magnificauit dominũ, & exultauit spiritus eius in deo salutari. Magnificatur enim dñs, sicut & alibi legisti: Magnificate dominum Psal.33. mecum. Non quod domino aliquid humana voce possit adiungi, sed quia magnificatur in nobis. Imago enĩ dei Christus est: & ideo si quid iustum religiosumq; fecerit anima, illã imaginem dei, ad cuius est similitudinem creata, magnificat. Et ideo dum magnificat eam, magnitudinis eius quadam participatione sublimior fit, vt illam imaginem splẽdido bonorum colore factorum, & quadã æmulatione virtutis in se videatur exprimere. Magnificat autem anima Mariæ dominũ, & exultat spiritus eius in deo, eo quod & anima & spiritu patri filioq; deuota, vnum deum ex quo omnia, & vnum dominum per quẽ omnia, pio veneretur affectu. sed Mariæ quo persona melior, eo prophetia plenior. Nec otiosum videtur quod & ante Ioannẽ Elizabeth prophetauit, & Maria ante domini generationẽ. Scripsunt enim iam tẽtamenta salutis humanæ. Nã sicut peccatum a mulieribus cœpit: ita etiam bonum a mu-
C lieribus inchoatur, vt fœminæ quoq; muliebria opera deponentes infirmitati renuncient: & anima quę nõ habet sexum, vt Maria quæ nescit errorẽ, religioso imitetur studio castitatem.

De mora Mariæ cum Elizabeth.

» MANSIT autẽ Maria cum illa mẽsibus tri-
» bus, & reuersa est in domum suã.) Bene inducitur sancta Maria & exhibuisse officiũ, & mysticum numerũ custodisse. Non enim sola familiaritatis est causa quod diu mansit, sed etiam tantivatis profectus. Nam si primo ingressu tãtus profectus extitit, vt ad salutationem Mariæ exultaret infans in vtero, repleretur spiritu sancto mater infantis, quantum putamus vsu tanti temporis sanctæ Mariæ addidisse præsentiã? Mansit autẽ Maria cũ illa mensibus tribus. Vngebatur itaq;, & quasi bonus athleta exercebatur in vtero matris ppheta. Amplissimo enĩ virtus eius certamini parabatur. Deniq; tandiu mansit Maria, quandiu Elizabeth pariẽdi tempus impleret. Quod si diligẽter aduertas, inuenies hoc nusquam positum, nisi in generatione iustorũ. Deniq; impleti sunt dies vt pareret Maria, impletũ est tempus vt pareret Elizabeth, impletum est vitæ tempus, cum sancti viri ex hoc vitæ curriculo demigrarent. Plenitudinem iusti vita habet, inanes autem dies sunt impiorum.

De ortu præcursoris domini.

» ELIZABETH impletum est tẽpus pariẽ- « D
di, & peperit filium, & audierunt vicini eius «
& cognati eius, quia magnificauit dominus «
misericordiam suã cum illa, & cõgratulabã- «
tur ei.) Peperit ergo filiũ Elizabeth, & cõgratulabãtur vicini. Habet sanctorum editio lætitiam plurimorum, quia cõmune est bonum. Iustitia enim communis est virtꝰ. Et ideo in ortu iusti, futuræ vitę insigne præmittitur, & gratia securturæ virtutis exultatione vicinorũ præfiguratę signatur. Pulchre autem tempus quo fuit in vtero propheta, describitur, ne Mariæ præsentia taceatur, sed tempus fletur infantiæ, eo quod præsentia domini matris in vtero roboratur, qui infantiæ impedimenta nescivit. Et ideo in Euangelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius, & oraculum, exultationem in vtero, vocem in deserto. Neq; enim vllam infantiæ sensit ætatem, qui supra naturam, supra ætatem in vtero situs matris a mensura perfectæ cœpit ætatis plenitudinis Christi.

De nomine præcursoris, & reparatione vocis Zachariæ.

» ET factum est, in die octauo venerunt circum- « E
cidere puerum, & vocabant eum nomine pa «
tris sui Zachariam. Et respondit mater eius «
& dixit: Non, sed vocabitur Ioanes. Et respõ «
derunt ad illam: Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Annuebãt ergo patri eius, quem vellet vocari eum. Et accepit pugillarem, & scripsit dicẽs: «
Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt omnes. Continuo autem resoluta est lingua eius, & apertum est os «
eius, & loquebatur benedicens deũ.) Mire sanctus euã- «
gelista præmittẽdum putauit, quod plurimi infantem patris nomine Zachariam appellandum putauerunt, vt aduertas matri nõ nomen alicuius displicuisse degeneris, sed id sancto infusum spiritu quod ab angelo ante Zachariæ fuerat præuunciatũ. Et quidẽ ille mutus intimare vocabuli filii nequiuit vxori, sed per prophetiã Elizabeth didicit qđ nõ didicerat a marito. Ioanes est, inquit, nomen eius. Hoc est, non ei nos nomen imponimus, qui iam a deo nomen accepit. Habet vocabulum suum quod agnouimus, non quod eligimus. Habent hoc merita sanctorũ, vt a deo nomen accipiãt. Sic Iacob Israel dicitur, quia deum vidit. Sic dominus F
noster IESVS nominatus est antequã natus, cui nõ angelus sed pater nomen imposuit. Reuelabitur enim 4.Esdr.7.
inquit, filius meus IESVS, cum iis qui cum eo incidabunt, qui relicti sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & cõuertetur seculum. Vides angelos, quæ audierint, non quæ vsurpauerint nunciare. Nec mireris si nomen mulier qđ non audiuit asserit, quãdo spiritꝰ ei sanctus qui angelo mandauerat reuelauit. Neq; poterat dñi ignorare prænuncium, quæ prophetauerat Christum. Et bene additur quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc noiẽ, vt intelligas nomen nõ generis esse, sed vatis. Zacharias quoq; nutu interrogatur: sed quia incredulitas ei affatum eripuerat & auditum, quod voce nõ poterat, manu & literis est locutus. Scripsit enĩ dicẽs: Ioanes est nomen eius. Et hic nomen non imponitur, sed astruitur: meritoq; continuo resoluta est lingua eius, quã quã vinxerat incredulitas, fides soluit. Credam? & nos igitur vt loquamur, vt lingua nostra quæ incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce soluatur. Scribam? spiritu mysteria, si volumus loqui: scribamus prænuncium Christi non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui Ioannem loquitur, Christũ prophetat. Loquamur Ioannem, loquamur & Christum, vt nostrum quoq; os possit aperiri, quod in sacerdote tanto irrationabilis modo pecudis frena nutantis fidei coercebant.

G De prophetatione Zachariæ.

» IT Zacharias pater eius impletus est spiritu
» sancto,& prophetabat dicens.) Vide q̃ bo-
nus deus,& facilis indulgere peccatis. Nõ so-
lum ablata restituit,sed etiam insperata con-
cedit. Ille dudum mutus prophetat. Hæc enim gratia
dei maxima,quod eum qui negauerat cõfitetur. Ne-
mo ergo diffidat,nemo veterum cõscius delictorũ pre-
mia diuina desperet. Nouit dominꝰ mutare sententiã,
» si tu noueris emendare delictum. ¶ Et tu puer prophe-
» ta altissimi vocaberis.) Pulchre cum de domino pphe-
taret,ad prophetam sua verba cõuertit,vt hoc quoq; be-
neficium esse domini designaret: ne cum publice enu-
meraret sua,quasi ingratus tacuisse quæ acceperat be-
neficia videretur quæ agnoscebat in filio. Sed forta sse
aliqui quasi irrationabilem mẽtis excessum putent, qđ
octo dierum alloquitur infantem. Verum si teneam⁹,
intelligimus profecto quod potuit vocem patris natus
audire,qui Mariæ salutationem antequam nasceretur
audiuit. Sciebat propheta alias esse aures pphetæ,quę
spiritu dei,non corporis ætate reserantur. Habebat in-
telligendi sensum qui exultandi habebat affectum. Si-
mul illud aduerte,q̃ paucis Elizabeth,q̃ multis Zacha-
rias prophetet,& vterq; sancto repletus spiritu loquebа-
tur: sed disciplina seruatur,vt mulier discere magis que
H diuina sunt studeat q̃ docere. Nec facile vllam prophe-
tasse uberius q̃ matrem domini reperimus. Ipsa Ma-
ria soror Aaron q̃ cito cantici verba concluſit? Badeq;
vbi prolixius est locuta cum fratre,nequaquam sui pœ
nam sermonis euasit.

De tempore ortus Saluatoris.

CAP. II. EXACTVM est autem in diebus illis, exiit
» edictum a Cæsare Augusto,vt censum pro-
» fiteretur vniuersus orbis terræ.) De ortu sal-
uatoris dicturi,nõ putamus alienum,vt quo
natus sit tẽpore requiramus. Quid enim professio secu
laribus obtenditur,spiritalis impletur,non terrarũ
regi dicanda,sed cæli. Professio ista fidei,census animo-
rum est. Abolito enim synagogę censu vetusto,nouus
census Ecclesiæ parabatur,qui tormenta non exigeret
sed auferret,& spiritaliter in typo plebs sua iam Chri-
sto nomina cõferebat. Non hic spatia terrarum, sed mẽ
I tium animorumq; censentur. Nec describitur limites,
sed proferuntur. Nec ætas vlla distinguitur,sed omnis
adscribitur. Nullus enim ab hoc immunis est censu,
quia omnis ætas munifica Christo est, quem vagiẽtes
pueri martyrio confitentur, quem intra vterum positi
exultatiõe testãtur. Nihil in hoc cẽsu verearis terribile,
nihil immite,nihil triste: sola vnumquẽq; fides signat.
Vis Christi audire censores? Iubentur censere,sed non
virgis,nec terrore,sed gratia plebem quærere. Recõde-
re gladium,nõ possidere aurum. Talibus cẽsoribus ac-
quisitus est orbis. Deniq; vt scias censum non Augusti
esse sed Christi,totus orbis iubetur profiteri. Quando
nascitur Christus,omnes profitẽtur: quãdo mundus cõ
cluditur, omnes periclitãtur. Quis ergo poterat profes
Psal. 23. sionem totius orbis exigere,nisi qui totius habebat or-
bis imperium? Non enĩ Augusti,sed domini est terra
& plenitudo eius,orbis terrarũ,& vniuersi qui habitãt
in ea. Gothis non imperabat Augustus,nõ imperabat
Armeniis,imperabat Christus. Acceperũt vtiq; Chri
sti censorem, qui Christi martyres ediderunt. Et ideo
als, qm. fortasse nos vincãt, vt præsentia docent. Quomodo
» quem illi oblationes sanguinis fatebantur,huic Arriani
» quæstionem generis inferebant? ¶ Hæc, inquit, profes-
sio prima facta est.) Atqui plerasq; iam partes terrarũ
sæpe fuisse descriptas loquuntur historiæ. Hæc est ergo
professio prima, non terrarum,sed mẽtium,cui omnes
profitemur,quia nullus excipitur,non prẽconis enuncia- k
tione,sed vatis,qui multo ante prædixit: Omnes gen- Psal. 46.
tes plaudite manib⁹, iubilate deo in voce exultationis:
Quoniam deus summus terribilis,& rex magnus su-
per omnem terram. Deniq; vt scias censum esse iusti-
tiæ,venit ad eum Ioseph & Maria,hoc est, iustus &
virgo. Ille qui verbum seruaret, ista quæ pareret. Vbi
autẽ profitentur iustus & virgo,nisi vbi nascitur Chri-
stus? Omnis enim spiritus qui confitetur IESVM
Christum in carne venisse,de deo est. Vbi autẽ secun-
dum altiorem rationem nascitur Christus, nisi in cor-
de tuo,& in pectore tuo? Prope est enim verbum in ore Rom. 10.
tuo,& in corde tuo. Pulchre autem quod & præsidis no
men addidit,vt seriem temporis designaret. ¶ Præside, «
inquit, Citino facta est hæc prima professio.) vt quasi «
consulem quendã signi gratia huic libro euãgelista ad-
scripsisse videatur. Nam si consules adscribuntur tabu-
lis emptionis,quãto magis redemptioni omnium de-
buit tempus adscribi? Habes ergo omnia quæ in con-
tractibus esse consuerunt. Vocabulum summã illic po
testatem gerentis,diem,locum,causam, testes quoque
adhibere solent. Hos quoq; natiuitati suę & generatio-
ni secundum carnem Christus adhibuit, qui signarent
Euangelium,dicens: Vos eritis mihi testes in Hieru- Actuũ. 1.
salem.

De natiuitate saluatoris.

EXACTVM est autem, cum essent ibi,im- «
pleti sunt dies vt pareret, & peperit filium «
suũ primogenitũ,& pãnis eum inuoluit, & «
posuit in præsepio, quia non erat ei locus in «
diuersorio.) Breuiter sanctꝰ Lucas & quomodo,& quo L
tempore, & quo loco secũdum carnem Christus natus
sit explicauit. At vero de cælesti generatione si queris,
lege euangelium sancti Ioannis,quia cælestibus exor-
sus ad terrena descendit. illic inuenies & quãdo erat, &
quo erat,& qd erat,quid egerat,qd agebat,& vbi erat,
& quo venerit,& quomodo venerit, quo tẽpore vene-
rit,qua causa venerit. In principio,inquit,erat verbum.
habes quãdo erat. Et verbum erat apud deum. habes
quomodo erat. Habes etiam quid erat. Et deus,inquit,
erat verbũ. Quid egerat, Omnia per ipsum facta sunt.
Quid agebat. Erat lux vera, quæ illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum. Et vbi erat,In
hoc mundo erat. Quo venerit, In sua propria venit.
Quomodo venerit: Verbum caro factum est. Quãdo
venerit, Ioannes testimoniũ perhibet de ipso dicens: Hic
est de quo dixi,qui post me venit,ante me factus est, qa
prior me erat. Qua causa venerit,Ioannes ipse testatur:
Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Si igi-
tur generationem vtranq; cognouimus,& vtriusq; vnã
esse causam qua venit aduertimus, vt pereuntis mun- M
di peccata suscipiens, peccati labem, & omniũ mortẽ
in se qui vinci non posset aboleret: consequens est vt nũc
quoq; sanctus Lucas Euangelista nos doceat,& vias
domini secundum carnem crescentis ostẽdat. Nec quẽ-
quam mouere debet quod altiori consilio Ioannis in-
fantiam diximus prætermissam, Christi vero infantiã
asserimus esse descriptam. Non enim omnium est
dicere: Factus sum infirmis infirmꝰ, vt infirmos lucri- 1. Cor. 9.
faciam: omnibus omnia factus sum. Neq; de quoquã
ita alio dici potest quia vulneratus est propter iniquita Esa. 53.
tes nostras, & infirmatus est propter peccata nostra.
Ille igitur paruulus,ille infantulus fuit, vt tu vir possis
esse perfectus. Ille inuolutus in pannis, vt tu mortis la-
queis absolutus sis. Ille in præsepibus, vt tu in alta-
ribus. Ille in terris, vt tu in cælis. Ille alium locum in eo
diuersorio nõ habebat, vt tu plures haberes in cęlestib⁹
mansiones. Qui cũ diues,inquit,esset,propter vos pau- 2. Cor. 8.
per factus est, vt illius inopia vos ditaremini. Meã er-
go paupertas illius patrimoniũ est,& infirmitas domi

A ni mea virtus est: Maluit sibi egere, vt omnibus abun-
daret. Me illius infantiæ vagientis abluit fletus, mea
lachrymę illæ delicta lauerũt. Plus igitur domine IE-
SV iniuriis tuis debeo quod redemptus sum, q̃ operi-
bus quod creatus sum. Non prodesset nasci nisi redimi
profuisset. Sed nemo intra vsum corporis formam o-
mnem diuinitatis includat. Alia natura carnis est, alia
diuinitatis gloria. Propter te infirmitas, in se potentia.
Propter te inopia, in se opulentia. Noli hoc æstimare
quod cernis, sed quod redimeris agnosce. Quia in pan-
nis est vides, quia in cælis est non vides. Infantis audis
Esaię. 1. vagitus, non audis bouis dominum agnoscentis mu-
gitus. Agnouit enim bos possessorem suum, & asina
præsepe domini sui. immo præsepiũ dixerim, sicut scri-
psit qui tranſtulit. Nihil enim apud me distat in verbo
quod nõ distat in sensu. Nam si orator illorum qui pha-
leras sermonum sequũtur, negat in hoc fortunas posi-
tas esse Græciæ, hoc an illo verbo vsus sit, sed rem spe-
ctandam putat: si ipsi philosophi eorum qui totos dies
in disputatione consumunt, minus Latinis & receptis
vsi sermonib⁹ sunt, vt propriis vteretur: quanto magis
nos negligere verba debemus, spectare mysteria, quib⁹
vincit sermonis vilitas, quod operũ miracula diuinorũ
nullis venustata sermonibus, veritatis suæ lumine re-
fulserunt. Deniq; asinam illam irrationabilem non suc
co deliciarum, sed succo naturalis alimoniæ præsepia
sancta pauerunt. Hic est dominus, hoc præsepe, quo no
B bis diuinum mysterium reuelatũ est, irrationabiles gẽ-
tes pecudum intra præsepia more viuentes, alimoniæ
sacræ vbertate pascendas. Agnouit ergo asina, species
scilicet & forma gentilium, præsepe domini sui. Et ideo
Psal. 22. dicit: Dominꝰ pascet me,& nihil mihi deerit. An me-
diocrib⁹ signis deus probatur, quod angeli ministrant,
quod Magi adorant, quod martyres confitentur? Ex
vtero sunditur, sed coruscat e cælo. Terreno in diuerso-
rio iacet, sed cælesti lumine fulget. Nupta peperit, sed
virgo cõcepit. Nupta concepit, sed virgo generauit. Do
cuit enim nos sanctus Matthæus nõ mediocre myste-
rium, quod sanctus Lucas, quia plenius iam erat exposi-
tum, silendum putauit, satis se diuitem fore credens, si
præsepe sibi domini ex omnibus vendicasset.

Interpositio narrationis de aduentu Magorum.

Matth. 2. STVM igitur paruulum quẽ tu quasi vilẽ
C qui infidelis es arbitraris, Magi ex Oriẽte
venientes tam longo spatio sequebantur,&
procidentes adorant,& regem appellant,&
resurrecturum fatentur, offerẽtes de thesauris suis au-
rum, thus,& myrrham. Quæ sunt ista veræ fidei mu-
nera? Aurum regi, thus deo, myrrha defuncto. Aliud
enim regis insigne, aliud diuinæ sacramentum est po-
testatis, aliud honor est sepulturę, quæ nõ corrũpat cor
pus mortui, sed reseruet. Nos quoq; qui hæc audimus
& legimus, de thesauris nostris talia fratres munera pe-
2. Cor. 4. feramus. Habemus enim thesaurum in vasis fictilib⁹.
Si igitur in teipso non ex te debes æstimare quod es,
sed ex Christo, quãto magis in Christo non tua debes
æstimare, sed Christi? Ergo Magi de thesauris suis of-
ferunt munera. Vultis scire q̃ bonum meritũ habeãt?
Stella ab his videtur: & vbi Herodes est, non videt: vbi
Christus est, rursus videtur: & viã mõstrat. Ergo stel-
Num. 24. la hæc via est, & via Christus, quia secundum incarna-
tionis mysteriũ Christus est stella. Orietur enim stella
ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Deniq; vbi Chri-
stus, & stella est. Ipse enim est stella splendida & matu-
tina. Sua igitur ipse luce se signat. Accipe aliud docu-
mẽtum: Alia venerunt via Magi, alia redeunt. Qui
enim Christum viderant, Christũ intellexerãt, melio-
res vtiq; q̃ venerant reuertuntur. Duæ quippe sunt vię,
vna quæ ducit ad interitum, alia quæ ducit ad regnũ.
Illa peccatorũ est, quæ ducit ad Herodẽ: hæc via Chri-
stus est, qui a reditur ad patriam. Hic enim tẽporalis est D
incolatus, sicut scriptũ est: Multum incola facta est ani- Psal. 119
ma mea. Caueamus igitur Herodem, mundanæ ad tẽpus
præsulem potestatis, vt patriæ cælestis æternum cõse-
quamur habitaculum. Non electis tãtum præmia ista
proposita sunt, sed etiam omnibus, quoniã omnia & in
omnibus Christus. Vides enim quia non ociose vel de
Chaldæis, qui peritiores in numeris habentur, Abra-
ham deo credidit, vel Magi, qui licet magicis artib⁹ cõ
ciliandæ sibi studium diuinitatis impenderũt, ortum in
terris domini crediderunt. Nõ inquam ociose, sed vt ex
aduersariis gentibus sanctæ religionis testimonium su
meretur,& diuini timoris exemplum. Sed tamen qui
sunt isti Magi, nisi qui (vt historia quædã docet) a Ba-
laam genus ducunt, a quo prophetatum est: Orietur Num. 24.
stella ex Iacob? Isti ergo sunt non minus fide⁹ q̃ succes-
sionis hæredes. Ille stellam vidit in spiritu, isti viderunt
oculis,& crediderunt. Viderunt nouã stellam quę non
erat visa a creatura mundi. Viderũt nouam creaturã,
& non solum in terra, sed etiam in cælo gratiam noui
hominis requirebãt, secũdũ quod Moyses prophetia-
ce posuit quia orietur stella ex Iacob, & exurget homo
ex Israel. Et cognouerunt hãc esse stellam, quæ homi-
nem deumq; signabat,& adorauerũt paruulum. Vtiq;
non adorassent, si paruulum tãtummodo credidissent.
Magus ergo intelligit suas cessare artes, tu non intelli
gis tua dona venisse? Ille fatetur alienũ, tu nõ agnoscis
promissum? Ille cõtra se credit, tu pro te non putas esse E
credẽdum? Natum ergo Magi nunciant regem. Per-
turbatus Herodes cõgregat scribas & principes sacer-
dotum,& interrogat vbi Christus oriatur. Magi tan-
tummodo regem nunciant, Herodes Christum requi
rit. Ipsum igitur regem de quo interrogat, confitetur.
Deinde cũ vbi nasci haberet inquiritur, vtiq; prænun-
ciatus ostenditur. Neque enim quæri poterat, qui non
erat nũciatus. O amentes Iudei, venisse* non creditis, *hoc totũ
quem videtis? Venisse non creditis, quẽ dicitis esse vẽ- ve. nõ cre-
turum? Nũciate, inquit, mihi vt veniã,& adorem puer- di. qué vi-
um. Insidiatur quidem Herodes, sed deum nõ negat de. in vetu
quem memorat adorandũ. Deinde infantes occidi iu- sto exem-
bet. Cui alii nisi deo talis victima debebatur? Expers plari vicło
licet sensus infantia, dominũ tamen pro quo interimi- triano non
tur cõfitetur. Hęc de Matthęo pauca libauimus, vt cla habetur.
reret infantię tempora a diuinitatis operibus minime
vacauisse. Quod si ętas carnis ignaua operis fuit, profe-
cto deus erat qui diuinitatis operibus exercebat carnis
ętatem. Qui etiam pastores faciebat in illa regione vi-
gilare, custodientes vigilias noctis supra gregem suũ. F
Videte ecclesię surgẽtis exordium. Christus nascitur,
& pastores vigilare cœperunt, qui gentium greges pe-
cudum modo ante viuentes, in caulam domini congre
garent, ne quos spiritalium bestiarũ per effusas noctiũ
tenebras paterẽtur incursus. Et bene pastores vigilãt,
quos bonus pastor informat. Grex igitur populus, nox
seculum, pastores sunt sacerdotes aut fortasse etiam il-
le sit pastor cui dicitur: Esto vigilans,& cõfirmare. quia Apoca. 3.
nõ solum episcopos ad tuendum gregem dominus or-
dinauit, sed etiam angelos destinauit.

De natí saluatoris manifestatione.

ECCE angelus domini stetit ante illos.) Vi-
dete quẽadmodum diuina cura fidẽ astruat.
Angelus Mariam, angelus Ioseph, angel⁹
pastores edocet. Nõ satis est semel missum,
duobus enim & tribus testibus stat omne verbum. Mat. 18.

De angelorum laudatione.

ET Facta est cum angelo multitudo exercit⁹ «
cælestium laudãtium deum,& dicẽtiũ: Glo- «
ria in altissimis deo,& in terra pax homini- «
bus bonæ voluntatis.) Bene angelorũ nomi- «

G naũtur exercitus, qui ducem cælestis militię sequebantur. Cui igitur laudem angeli, nisi domino suo dicerẽt? Psal.148. iuxta quod scriptum est: Laudate dominum de cælis, laudate eum in excelsis. Laudate eum oẽs angeli eius. Impleta igitur prophetia est: Laudatur de cælis dominus, & videtur in terris. De quo sanctus Marcus ait Marc.1. Quia cum bestiis erat, & angeli ministrabãt ei. Vt in altero misericordiæ insigne, in altero diuinæ indicium potestatis agnoscas. Tui est quod bestias patitur, tuũ quod ab angelis prædicatur.

De pastorum collocutione.

ET aiunt: Videamus hoc verbum quod factũ est, sicut dominus ostendit nobis. Et venerũt festinantes.) Vides festinare pastores. Nemo enim cum desidia Christũ requirit. Vides pastores angelo credidisse, & tu patri, filio, spiritui sancto, angelis, prophetis & apostolis credere non vis? Vide ẽ signanter scriptura singulorum libret momenta verborum. Festinant, inquit, verbũ videre. Etenim cum caro domini videtur, verbũ videtur, quod est filii?. Non mediocre fidei tibi hoc videatur exemplũ, nõ vilis persona pastorum. Certe quo vilior ad prudentiam, eo preciosior ad fidem. Non gymnasia chori referta sapiẽtium, sed plebem dñs simplicem requisiuit, quæ phalerare audita & fucare nescirẽt. Simplicitas enim quæritur, nõ ambitio desideratur. Nec contẽnẽda putes quasi verba vilia prophetarum. A pastoribus etiam Maria fidem colligit. A pastoribus populus ad dei reuerẽtiam congregatur. Mirati enim sunt de iis quæ dicebantur a pastoribus ad ipsos.

De conseruatione dictorum in corde Mariæ.

MARIA autem cõseruabat omnia verba hęc, cõferẽs in corde suo.) Discamus sanctæ virginis in omnibus castitatem, quæ non minus ore pudica ẽ corpore, argumenta fidei conferebat in corde. Si Maria a pastoribus discit, cur tu docilinas discere a facerdotibus? Si Maria ante præcepta apostolica tacet, cur tu post apostolica præcepta magis cupis docere ẽ discere? Disce, psonæ vitiũ esse, nõ sexus. Sexus enĩ sanctus. Deniq; Maria præceptũ non accepit, exemplum edidit.

De circumcisione saluatoris, & eius oblatione.

I CIRCVNCIDITVR itaq; puer.) Quis est iste puer, nisi ille de quo dictum est: Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Esa.9. Gala.4. Factus est enim sub lege, vt eos qui sub lege essent lucrifaceret. Sistit autẽ in Hierusalẽ. Quid sit autẽ in Hierusalem sisti domino, dicerem, nisi in Esaiæ cõmentis ante dixissem. Circũcisus enim vitiis, dominico dignus iudicatur obtutu: quia oculi domini super iustos. Vides omnem legis veteris seriem fuisse typum futuri. Nam & circumcisio purgationem significat delictorum. Sed quoniam prona quadam cupiditate peccãdi humanæ carnis & mentis fragilitas inextricabilib? vitiis implicatur, eo per octauũ circũcisionis diem culpæ totius futura purgatio resurrectionis præfigurabatur ætate. Hoc est enim illud: ¶Quia omne masculinũ » adaperiẽs vuluam, sanctum domino vocabitur.) Vers» bis enim legis promittebatur virginis partus. Et vere sanctus, quia immaculatus. Deniq; ipsum esse qui lege signetur, in eũdẽ modum ab angelo repetita verba declarãt: Quia quod nascetur, inquit, sanctum, vocabitur filii? dei. Nõ enĩ virilis coitus vuluæ virginalis secreta reserauit, sed immaculatum semẽ inuiolabili vtero spiritus sanctus infudit. Solus enĩ per omnia ex natis de fœmina sanctus dominus IESVS, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senserit, & cælesti maiestate depulerit. Nam si literã sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos Is sceleratissimos fuisse nõ lateat? Numqd sancti? Achab? Numquid sancti pseudoprophetæ, quos ad Heliæ preces vltor cælestis iniuriæ ignis absumpsit? Sed ille sanctus quẽ in figura futuri mysterii pia legis diuinæ præscripta signabant, eo quod solus sanctæ ecclesiæ virginis ad generandos populos dei immaculatę fœcũditatis aperiret genitale secretum. Hic ergo solus aperuit sibi vuluam. Nec mirũ. qui enim dixerat ad prophetã: Hiere.1. Prius quàm te formarẽ i vtero, noui te, & in vulua matris sanctificaui te: qui ergo vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suæ vuluam, vt immaculatus exiret.

De Symeone & Anna.

ET ecce homo erat in Hierusalem, cui nomẽ Symeon, & homo iste iustus & timoratus expectans consolationem Israel.) Non solũ ab angelis & prophetis, & a pastorib? & parentibus, sed etiam a senioribus & iustis generatio domini accepit testimoniũ. Omnis ætas & vterq; sexus euẽtorumq; miracula fidem astruunt. Virgo generat, sterilis parit, mut? loquitur, Elizabeth ꝓphetat, Magus adorat, vtero clausus exultat, vidua confitetur, iustus expectat. Et bene iustus, qui non suam sed populi gratiã requirẽbat, cupiens ipse corporeæ vinculis fragilitatis exolui, sed expectans videre promissum, sciebat enim quia beati oculi qui eum viderent, ¶Nũc, inquit, L dimitte seruum tuum domine.) Vide iustũ velut corporeę carcere molis inclusum velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo. Dissolui enim & cũ Christo esse, mul Phil.1. to melius est. Sed qui vult dimitti, veniat in tẽplũ, veniat in Hierusalem, expectet Christũ dominũ, accipiat in manib? verbum dei, cõplectatur velut quibusdã suæ fidei brachiis, operibus suis. Tunc dimittetur vt nõ videat mortem, quia viderit vitam. Videsvberem in omnes gratiam domini generatione diffusam, & prophetiam incredulis negatam esse, nõ iustis. Ecce & Symeon ꝓphetat, in ruinam & resurrectionem plurimorum venisse dñm IESVM Christum, vt iustorũ iniquorumq; merita discernat, & pro nostrorum qualitate factorum iudex verus & iustus aut supplicia decernat, aut præmia. ¶Et tuam, inquit, ipsius animam pertrãsibit gladius.) Nec litera nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enĩ anima sed corpus materiali gladio transuerberatur. Et ideo prudentiam Mariæ haud ignarã mysterii cæleHebrę.4. stis ostendit. Viuum enim verbum dei & validum, & M acuti? omni gladio acutissimo, penetrans vsque ad diuisionem animæ & spirit?, artuum quoq; & medullarum, cogitationes cordis & secreta scrutatur animorũ, quia nuda mentium & aperta sunt omnia dei filio, quẽ conscientiæ secreta non fallunt. Prophetauit itaq; Symeon, prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat virgo. Debuit etiam vidua prophetare, ne qua aut professio deesset, aut sexus. Et ideo Anna & stipẽdiis* *al's, dispẽ viduitatis & morib? talibus inducitur, vt digna plane diis. fuisse credatur quæ redemptorem veniſſe omniũ nunciaret. Cuius merita cum alibi descripserimus cum viduas hortaremur, hoc loco quoniã ad alia properamus non putamus iterãda. Nõ ociose tñ annos octogintaq; tuor viduitatis ei? expẽsit, quia & septem dpdecades, & duæ quadragesimæ, sacrũ videtur numerũ designare.

De exordio disputationis IESV.

ET cũ facti essent illi anni duodecim.) A duo« decimo anno, vt legim?, dominicæ sumitur disputationis exordium. Hic enim prædicãlæ fidei Euangelizantium numerus debebatur. Nec ociose immemor suorũ secundum carnem parentum, qui secundum carnem vtiq; sapiẽtia dei implebatur & gratia, post triduũ reperitur i tẽplo: vt esset

A iudicio quia post triduum triumphalis illius passionis, in sede cælesti & honore diuino fidei nostræ se resurrecturus offerret, qui mortuus credebatur.

De responsione IESV ad matrem.

49 VID est quod me quærebatis? nesciebatis
50 quia in propria patris mei oportet me esse?) Duæ sunt in Christo generatiões. Vna est paterna, materna altera. Paterna illa diuinior, materna vero quæ in nostrũ laborẽ vsumq; descendit. Et ideo quæ supra naturam, supra ætatẽ, supra consuetudinem fiunt, non humanis assignãda virtutibus, sed diuinis referẽda sunt potestatibus. Alibi eũ ad mi*mysteriũ nisteriũ* mater impellit, hic mater arguit, quia adhuc quæ humana sunt exigat. Sed cũ hic duodecim describatur annorum, illic discipulos habere doceatur: vides *al's, vt. matrẽ didicisse a filio ne* exigeret a validiore minis*mysteriũ terium, *quæ stupebat in iuniore miraculum.

De subiectione IESV.

50 ET venit Nazareth, & erat subditus illis.) Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? & miramur si patri defert qui subditur matri? Non vtiq; infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est. Attollat licet fœuis emissus latebris coluber perfidiæ caput, & serpentinis euoB mat venena pectoribus, cum dicit se filius missum: maiorem hęreticus appellet patrem, vt imperfectũ filium dicat, qui potest habere maiorẽ, vt alienis auxiliis assecurat eum qui mittitur indigere: nũquid & humano egebat auxilio, vt materno seruiret imperio? Deferebat homini, deferebat ancillę. Ipsa enim dicit: Ecce ancilla domini. Deferebat patri, & miraris si deo detulit? An homini deferre pietas est, deo deferre infirmitas est? Vel ex humanis diuina perpende, et quid patri amoris debeatur, agnosce. Pater honorificat filium, nõ vis vt filium honorificet patrem? Pater voce cęlesti in filio se cõplacere profitetur, nõ vis vt filius humanę amictu carnis indutus, cũ humana voce humano loquatur affectu, patrem dicat esse maiorẽ? Nam si magnus dñs & laudabilis nimis, et magnitudinis eius non est finis: vtiq; magnitudo quę finẽ non habet, nec augmentũ habet. Sed cur non accipiã religiosis auribus filium patri in susceptione corporis obedientẽ, cum religiose accipiã patrem filio deferentẽ? Discę potius tuę vtilitatis præcepta, & exẽpla pietatis agnosce. Disce quid parentibus tuis debeas, cum legis a patre filiũ non voluntate, non opere, non tempore discrepare. Etsi personis duo, potestate vnũ sunt. Et vtiq; nullum pater ille cęlestis laborẽ queret, ver C generationis expertus est. Tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispẽdium, partus periculũ, matri lõga fastidia, matri lõga discrimina, cui miseræ in ipsis votorum fructibus maius periculum est: et cum ediderit quod optauit, partu absoluitur, nõ timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatos alienis vsibus census, iactaq; agricolę semina posterorum ætatibus ꝓfutura? Nonne pro his obsequia saltem oportet rependi? Cur impio patris vita prolixior. & cõmunitas patrimonii videtur angustior, cum Christus non refugiat cohæredes?

De exordio prædicationis Ioannis.

CAP. III. ACTVM est verbũ domini super Ioannem Zachariæ filiũ in deserto.) Congregaturus ecclesiã dei filius, ante operatur in seruulo. Et ideo bene posuit sanctus Lucas factum esse dei verbũ super Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto, vt ecclesia nõ ab homine cœperit, sed a verbo. Ipsa enim est desertũ, quia plures filii desertæ magis ꝙ eius quę habet virũ. Deniq; ipsi dicit: Lętare sterilis, & exul Esa.54. ta desertũ, quia nullis adhuc cõuenæ plebis operibus co« lebatur, neq; vllũ adhuc arbores illę ꝙ fructũ ferre nõ poD terant, meritorum suorũ verticem proferebãt. Nõdum venerat qui diceret, Ego aũt sicut oliua fructifera in do- Psal.51. mo domini. Nondũ vitis illa cęlestes fructus palmitib? suis verborum quodã suorum traduce ministrabat. Factum est ergo verbũ, vt quę erat ante deserta, fructũ nobis terra generaret. Factũ est verbum, vox secuta est. Verbũ enim prius intus operatur, sequitur vocis officium. Vnde et Dauid dicit: Credidi, propter quod locu- Psal.115. tus sum. Prius credidit, vt lõqui posset. Factũ est autẽ verbum, vt sanctus baptista Ioannes pœnitentiã prędicaret. Et ideo pleriq; sanctio Ioanni typũ legis imponũt, eo quod lex peccatũ denunciare potuit, donare non potuit. Lex enim vnũquemq; qui viam gẽtium sequebatur, reuocat ab errore, restringit a crimine, pœnitẽtiam suadet, vt gratiã consequatur. Lex autem & prophetæ Matt.16. vsq; ad Ioannẽ, Ioannes autẽ prænũcius Christi. Ita lex ecclesię prænũcia, & gratię pœnitẽtia est. Bene itaq; sanctus Lucas cõpẽdio vsus est, vt Ioannẽ declararet prophetam, dicens factũ esse supra eum verbũ dei, alia non adderet. Nullus enĩ eget indicio sui, qui verbo dei abũdat. Vnũ itaq; dixit, & omnia declarauit. At vero sanctus Matthęus & Marcus & vestitu & cinctu & cibo prophetam declarare voluerunt, eo quod vestitũ de pi- Pfal. 91. lis camelorũ habuit, & zonam pelliceã super lumbos suos, locustas autem & mel syluestre edebat. Prænuncius enim Christi non patiebatur immũdarum perire E exuuias bestiarũ, ipso quoq; vestitus indicio designans Christũ esse venturũ, qui belluinis induuiis quę cõtexẽ sunt per nostrorũ deformitatem meritorũ, gentilitatis immundæ peccata suscipiẽs, in illo trophęo crucis amictu quodã se nostræ carnis exueret. Quid autẽ sibi vult cinctus zonæ pelliceę, nisi quod caro ista quæ mentem prius grauare cõsueuerat, ea post aduentũ domini non impedimento cœpit esse, sed cingulo? Eo quod et iuxta Dauid, in salicibus organa nostra suspẽdimus. Et iu- Psal.136. xta apostolũ, confidẽtiam non habemus in carne, & cõ- Phil.3. fidentiam habemus in corpore: non habemus in voluptatibus, habemus in passiomib?, quo spiritu feruẽs vigeat affectus, & ad oĩe accingamur obsequiũ cælestiũ pręceptorũ, deuotione mẽtis intenti, atq; apparatu corporis expediti. Cibus quoq; propheticus, index officii, nunciusq; mysterii est. Quid enim tam ociosum ãd hominis officiũ, ꝙ locustas quærere, & quid tam plenũ advatis mysteriũ? Nam quo magis ad fructũ inutiles, ad vsum laboris inertes, ad tactũ fugaces, vagæ saltu, ore stridulæ sunt locustę, eo conueniẽtius his populi figura gentilis aptatur, qui nullo vsu laboris, nullo operis sui F fructu, sine grauitate, sine voce sonũ querelę ederet, verbum vitę ignoraret. Hic igitur populus cibus est ꝓphetarum. Nam quo numerosior populus cõgregatur, eo vberior ꝓphetici oris vsus augetur. Ecclesię quoq; gratia prefiguratur in melle syluestri, non intra aluearium legis plæbis Iudaicæ fœtu reperta, sed in cãpis & foliis syluę gentilium errore diffusa, iuxta quod scriptum est: Inuenimus eam in cãpis syluæ. Et hic quidem mel syl Pfal.131. uestre edebat, annuncians populos de petra melle saturãdos: sicut scriptũ est: Et de petra melle saturauit eos. Pfal. 80. Sic etiam Heliam corui cibo aduẽtitio & lucratiuo po- 3.Reg.17. tu inter deserta pauerunt, vt indicio foret populos nationum tetro squalentes colore meritorum, qui ante cibum fœtidis in cadaueribus requirebant, nũc de se aduẽtitiam prophetis alimoniã præbituros. Cibus enim prophetarũ, diuinę voluntatis effectus est, sicut ipse dominus declarauit dicens: Meus cibus est vt faciam vo Ioan.4. luntatem eius qui me misit.

Confirmatio per testimonium Esaiæ.

VOX clamantis in deserto.) Bene vox dici« tur Ioannes, verbi prænuncius. Nam interrogatus ipse Ioannes, Quid dicis de teipso?

G ait:Ego vox clamātis in deserto.Et ideo ait:Qui post me venit,ante me factꝰ est.quia vox ꝓcedit inferior,verbum sequitur,quod precellit.Ideo & a Ioāne baptizari voluit,quia in hominibus verbum cōsecratur voce doctoris.Ideo fortasse & Zacharias vocē recepit, quia vocem locutus est.

Redargutio malitiæ Iudæorum.

GENERATIO viperarū,quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitētię,et ne cœperitis dicere: Pater noster Abraham est. Dico autem vobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahę.) Argui quidem videtur malitia Iudęorū, eo quod varii noxiæ mentis veneno serpentinos lapsus,et terrena cubilia,non diuinę aliquod mysteriū cognitionis operentur:sed tamen cū dicitur, Quis ostendit vobis fugere a ventura irā? ostēditur his dei miseratione infusam prudentiam, vt gerant suorū pœnitētiam delictorum, futuri terrorē iudicii prouida deuotione metuentes. Ad generationē ergo non ad successionem referenda est comparatio viperarum. Aut fortasse iuxta Matt. 10. quod scriptū est, Estote prudentes sicut serpētes,ostenduntur habere prudentiā naturalem,qui profutura videant,& sponte deposcant, sed adhuc noxia non relinquant. Et ideo admonentur claritatē sibi magis operis H q̃ nobilitatem generis vēdicare,quod nulla in successione prærogatiua sit,nisi fidei astipuletur hæreditas,quā dei nutu ad populos gētilium transferendam,sermone prophetico reuelauit dicens: Potens est deus de lapidibus his suscitare filios Abrahæ. Nam licet deus possit diuersas conuertere & commutare naturas, tamē quia mihi plus mysterium q̃ miraculū prodest, in prenuntio Christi nihil magis q̃ ædificationem ecclesiæ debeo sur gentis agnoscere,quę non rupeis saxis,sed viuis lapidibus extructa,in habitaculum dei & fastigiū templi conuersione nostrorum surrexit animorum. Etenim parabat deus mentium nostrarum dura mollire, & de lapidibus offēsionis excitare cultores religionis. Quid enī aliud q̃ lapides habebantur, qui lapidibus seruiebāt, similes vtiq; iis qui facerent eos? Prophetatur igitur saxosis gentilium fides infundēda pectoribus, & futuros I per fidem Abrahę filios oracula pollicētur,quibus per duritiam mentis saxeus quidam insensibilis irrationabilisque naturę vsus inoleuerat. Nam si lapidibꝰ viuis firmatos viros fidei robore sentētia apostolica compa-1.Petri.2. rauit,iuxta quod scriptum est: Et vos tanq̃ lapides viui ædificamini domos spiritales in sacerdotiū sanctum,offerētes hostias spiritales:multo altius* hic vidētur voce prophetica lapidibus homines comparari,qui ita humanæ sensum mentis amiserant,vt dum lapidibus putant diuinitatis alicuius inesse rationē,ipsi in naturam lapidum,nō vsu corporis, sed mentis habitu verterentur. Deniq; ex Abrahę secundū carnem successione manantes,et principes Sodomorū appellantur,et parietes dealbati.ita sibi prerogatiuam generis morum magis similitudo vendicat, q̃ ordo maiorum. Quinetiam vt scias quia lapidibꝰ comparati sunt homines,arboribus quoq; homines cōparauit subiiciens propheta, ¶Quia iam securis ad radices arborū posita est.) Exempli autem ideo facta mutatio est, vt illo cōparationis processu quidam intelligatur hominis clementior iam profectus. Nam illi ante deformes ad vsum,nudi ad ornatū, steriles ad fructū,irrationabiles ad profectū, iam in arborum speciem figurantur,quę rationabili quodam naturæ munere decorę ad vsum, ad aspectum venustę,ad fructū opimę,surgunt cacuminibus, fundūtur brachiis, replentur fructibus,frondibus vestiuntur. Atq; vtinam nos fœcundarū vsum arborum possimus imitari,meritisque crescētibus longæuæ humilitatis radice fundati, sublimes ab humo,decori ad speciem, adultos fructuosorum operum vertices erigamus, ne euāgelici securis K agricolę trunci radicē syluestris excidat. Væ enim mihi est si nō euangelizauero. 1.Cor.9. Sed vox ista apostolica est, Væ mihi est si non peccata defleuero. Væ mihi est si nō media nocte surrexero ad confitendū tibi. Væ mihi si dolū proximo meo fecero. Væ si locutus nō fuero veritatem. Ad radicē securis est posita,faciat fructum qui potest gratiæ,qui debet pœnitentię. Adest dn̄s qui fructum requirat,fœcundos viuificet, steriles deprehēdat. Anni tres sunt ex quo venit,& fructū in Iudęis inuenire nō potuit. vtinam inueniat in nobis. Iussurus est succidi infructuosos,ne terrā occupent. Sed qui adhuc non habet fructum,conetur vt afferat in futurū. Bonus ille cultor agri interueniet pro nobis infœcūdis, pro nobis infructuosis,vt detur spatiū,patiētia deferatur,ne forte & nos aliquē fructū ferre deo possimus. Singulis quoq; generibus hominū conueniens tribuit sanctus baptista Ioānes responsum, vnū omnibus,ita,Publicanis ne vltra præscriptum exigant,militibus ne calumniā faciāt, ne prædam requirant. Docens idcirco stipendia constituta militiæ,ne dū sumptus queritur, prædo grassetur. Sed hæc & alia officiorum præcepta propria singulorum,misericordia communis est vsus. Ideo commune L preceptum omnibus officiis,omnibus ætatibus necessaria,& ab omnibus deferēda. Non publicanus,nō miles excipitur,nō agricola vel vrbanus, diues & pauper, omnes in commune admonentur vt conferāt non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est proposita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis alimentisq; suis parcant. Misericordię tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanę mensura seruatur, vt nō sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

De responsione Ioannis ad populum cogitantem eum esse Christum.

AESTIMANTE autē populo & cogitāte in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit dicens: Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitētia.) Videbat ergo Ioānes cordis occulta:sed cōsideremus cuius hæc gratia. Quemadmodū autē prophetis palā fiāt cordis occulta, Paulus ostēdit dicens: Occulta q̃q; cordis eius manifesta fient,& procidens in faciē adorabit dominū, M pronūcians q̄d vere deus est in vobis. Dei ergo munus est,qui reuelat: nō virtus hominis, q diuino magis adiuuatur beneficio, q̃ naturali cernat officio. Quo autē proficit ista cogitatio Iudęorū,nisi vt secundum scripturas venisse Christus ꝓbetur? Erat enī, qui expectabat: et ipse vtiq; qui expectabatur,nō is qui nō expectabatur aduenit. Quid autē ineptius q̃ quod is qui in alio æstimatur,in seipso esse nō creditur? Quē per mulierē venturum putabāt,per virginem venisse nō credunt. Quę deo secūdum carnem dignior generatio, q̃ vt immaculatus dei filius, immaculatæ generationis seruaret etiā in suscipiēdo corpore puritatē? Et vtiq; diuini aduētus signum in virginis partu,nō in mulieris constitutū est. ¶Ego,inquit,vos aqua baptizo.) Cito probauit nō esse se Christū,qui visibili operet officio. Nam cū ex duabꝰ naturis homo,id est, ex anima subsistat & corpore: visibile per visibile,inuisibile per inuisibile mysteriū cōsecratur. Aqua enī corpus abluitur,spiritu animę delicta mundātur. Aliud agimus,aliud inuocamꝰ. Licet etiā in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspiret. Nō enim aqua omis ablutio est,sed hęc inter se diuisa esse nō possunt. Et ideo aliud fuit baptismū pœnitentię,aliud gratiæ est. Istud ex vtroq;,illud ex vno. Nam cū cōmunia delicta sint mentis & corporis, purificatio quoq; debuit esse cōmunis. Et bene sanctus Ioannes se intellexisse significās q̄d in cordibꝰ cogitarēt,et quasi nō intellexerit, declinās maiestat(inuidiā,nō verbo,sed ope declarauit

A non esse se Christū. Opus enī hominis est gerere pœnitentiā delictorū,dei munus est gratiā implere mysterii.

Testimonium Ioannis de Christi aduentu.

VENIT autem fortior me.) Non comparationem fecit, vt ipso se tantū fortiorē dixerit Christum!(neq; enim inter dei filium & hominē vlla poterat esse collatio) sed quia mul-Mat. 12. ti fortes. nā et diabolus fortis. Nemo enim potest vasa fortis diripere, nisi prius alligauerit fortē. Multi ergo fortes,fortior nemo nisi Christus. Deniq; eousq; non fecit comparationē, vt addiderit: ¶Cuius nō sum dignus calceamenta portare.) Euangelicę prędicationis ostendens in apostolos gratiā esse collatam, qui sunt calceati in euāgelium. Videtur tamen ideo hoc dicere, quod plerunq; Ioannes personā accepit populi Iudæorū. Vnde ad hoc referunt quod ait: Illū oportet crescere, me autem minorari. quod oporteret minorē fieri populū Iudæorum,crescere in Christo populū Christianum. Denique & Moyses accepit personā populi,sed ille calceamentum nō dominicum portabat,sed pedum suorum. Et isti calceati sunt calceamento fortasse non suorū pedum. Ille autem soluere calceamentū pedū iubetur suorū,vt animi eius egressus & mētis corporei nexus vinculis absolutus iter spiritale gradiatur. Apostoli autē calceamentum deposuerūt corporale, quādo missi sunt B sine calceamento,sine virga, sine pera,sine zona: sed nō statim dei calceamenta portarunt. Fortasse post resurrectionē portare cœperunt. Ante enim ne cui gesta domini dicerent,admonebātur. Deniq; postea his dicitur: Marc. 16. Ite in orbem vniuersum, & predicate euangeliū. vt euangelicę prędicationis vestigium proferentes,toto dominicorum seriem circumferrent orbe gestorū. Est igitur calceamentum nuptiale euāgelica prædicatio. Sed de hoc opportunius aliquid in aliis explicabimus.

De virtute & iudiciaria Christi potestate.

IPSE vos baptizabit in spiritu sācto & igni, habens ventilabrum in manu sua, & purgabit aream suam,& congregabit triticū in horreum suum,paleas autem igni comburet inextinguibili.) Habēs ventilabrū in manu. Ventilabri indicio discriminandorū dominus declaratur ius habere meritorū,eo quod dū frumenta in area ventilantur, plena a vacuis,ab inanibus fructuosa veluti quodā auræ spirantis examine separantur. Per hanc igitur cōparationem ostenditur q̄d dominus iudicii die solidę merita fructusq; virtutis ab inanis iactantiæ exiliūq; factorum infructuosa leuitate discernat, pfectioris meriti viros locaturus in māsione cęlesti. Ipse enī perfectior fru-C ctus est, qui meruerit eius esse cōformis, qui sicut granū tritici cecidit, vt plurimos fructus afferret in nobis, inuisus paleis, inanibꝰ meritis nō amictꝰ*. Et ideo ante eū ignis ardebit, nō natura sui noxius, vtpote qui mala improbitatis exurat, splendorem probitatis accumulet.

*als, amicus.

De IESV baptizato,& dei patris testimonio.

FACTVM est autem,cū baptizatus esset omnis populus,et IESV baptizato et orāte,apertū est celum,& descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est: Filius meus es tu,in te complacui.) Baptizatus est ergo dominus,nō mundari volēs, sed mūdare aquas, vt ablutę per carnē Christi, quę peccatum non cognouit, baptismatis ius haberēt. Et ideo qui ad Christi lauacrum venerit, peccata deponit. Pulchre autem in iis quę a ceteris dicta sunt, sanctus Lucas euangelista compendiū sumpsit, et intelligendū magis quod a Ioāne dominus baptizatus est, q̃ expressum reliquit. Quæ autē dominici causa baptismatis, dominus Mat. 3. ipse declarat dicēs: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Cum igitur tāta ad ædificationem D ecclesiæ suę diuino deus fauore concesserit, vt post patriarchas, prophetas, angelos, vnigenitus descēderet dei filius, & ad lauacrū veniret, nonne vere atq; diuine de ecclesia cognouimus dictū: Nisi dominus ædificauerit domum, inuanū laborauerūt qui ædificant eā? Psal. 126. Nec mirum si homo ædificare non potest, qui non potest custodire. Nisi dominus custodierit ciuitatē, inuanū vigilauerunt qui custodiunt eam. Hęc de quodam psalmo. Audeo tamen etiā ego dicere, quod homo viā non possit adoriri, nisi dominū habeat præuiantem. Vnde scriptum est, Post dominū deū tuū ambulabis. &, A domino dirigūtur viæ viri. Prou. 20. Deniq; ille perfectior, qui intelligeret se sine domino ambulare non posse, Vias, inq̄t, tuas edoce me. Et vt ad historiā veniamus, (Nō enim simplicem tantū rei gestæ seriem debemus haurire, sed etiam actus nostros ad æmulationē scriptorum referre.) Ex Ęgypto populus exiuit, nesciebat viam quę ad terram duceret sanctā. Misit deus columnam ignis, vt per colūnam populus viam disceret. Misit etiam per diem colūnam nubis, vt neq; ad sinistram, neq; ad dexteram declinaret. Sed non es talis homo, vt merearis et tu ignis columnam, non habes Moysen, non accipis signum. Nunc enim post aduentū domini fides exigitur, signa conduntur. Time dominū, & pręsume de domino. Immittit enim angelos dominus in circuitu timētium eum, & eripiet eos. Psal. 33. Vides quia vbiq; domini E virtus studiis cooperatur humanis, vt nemo possit ædificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicq̃ incipere sine domino. Et ideo, iuxta Apostolum, siue manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloria dei facite, 1.Cor.10. in nomine domini nostri IESV Christi. In duabus enim epistolis, alibi in nomine domini nostri IESV Christi, alibi in gloria dei facere te pręcepit, vt scias eādem esse patris & filii gloriā, eandemq; virtutem, nec in aliquo circa sui diuinitatem patrem & filiū discrepare, qui circa pręsidia nostra non discrepant. Docuit igitur me Dauid quod nemo sine dn̄o ædificet domū, custodiat ciuitatem. Docuit me etiam Moyses quod nemo nisi deus fecerit mundū. In principio enim fecit deus cęlum & terram. Gen. 1. Docuit etiā quod hominē deus opere suo fecerit. Nec ociose posuit: Finxit deus hominē de limo terræ, Gen. 2. & insufflauit in faciem eius flatum vitę. vt actum quendā dei circa ædificationem hominis vsu quodā corporalis operationis aduertas. Docuit etiā quia & mulierē fecit deus. Immisit enī deus soporem in Adam, & dormiuit, et sumpsit vnam costā de latere eius, & repleuit locū eius carne: & ædificauit F dominus deus costam quā sumpsit ab Adam, in mulierem. Nō frustra, vt dixi, corporalibꝰ quibusdam manibus circa Adam & Euam Moyses deū inducit operātem. Mundū deus fieri iussit, & factus est, & vno verbo opus mūdi scriptura indicat absolutū. Ad hominem venitur, & manus ipsas quodāmodo studuit tibi propheta dei laborātis ostēdere. Plus nescio quid in his intelligere, q̃ lego, opera dei elaborata me cogunt. Subuenit Apostolus æstuanti, & quod ego non intelligebā quid esset, Os de ossibus meis, & caro de carne mea: &, Hæc vocabitur mulier, quoniā de viro suo sumpta est: diuino mihi spiritu reuelauit dicens: Sacramētum hoc magnum est. Ephe. 5. Quod sacramētum? Quia duo erunt in carne vna: & quia relinquet homo patrem & matrē, & adherebit vxori suæ: & quoniam mēbra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Quis est iste vir propter quē mulier parētes relinquat? Relinquit parentes ecclesia, quæ de gentilibus populis congregata est: cui prophetice dicitur: Obliuiscere populum tuum, Psal. 44. & domum patris tui. Propter quem virum, nisi forte propter illum de quo dicit Ioannes: Post me venit vir, qui ante me factus est? De cuius latere dormientis costam deus sūpsit. Ipse enī est qui dormiuit, & quieuit, &

*aliis.

G resurrexit,quoniam dñs suscepit eum. Quæ est huius costa,nisi virtus? Quia tunc quãdo miles latus eius aperuit,continuo aqua & sanguis exiuit, qui effusus est pro seculi vita. Hæc seculi vita,costa Christi est,hæc co-
1.Cor.15. sta fecundi est Adam. Primus enim Adam in animã viuentẽ,nouissimus Adam in spiritũ viuificantẽ. Nouissimus Adam Christ⁹ est, costa Christi vita ecclesię est. Nos ergo mẽbra sumus corporis eius, de carne ei⁹ & de ossibus eius. Et fortasse hęc est costa de qua dixit:
Mar.5. Sentio de me virtutẽ exisse. Hęc est costa quę de Christo exiuit,nec corpus eius imminuit. Non enim corporalis,sed spiritalis est costa. Spiritus autẽ non diuiditur ipse,sed diuidit singulis prout vult. Hęc est Eua,mater omnium viuentiũ. Si enim intelligas viuentẽ cũ mortuis quæri,intelligis eos mortuos esse qui sine Christo sunt,qui participes vitę non sunt. Hoc est enim Christi non esse participes,quia Christus est vita. Mater ergo viuentiũ ecclesia est, quam ędificauit deus in ipso summo angulari lapide Christo IESV,in quo omnis structura compaginata crescit in templũ dei. Veniat ergo deus,ædificet mulierem illam quidem adiutricẽ Adę, hanc vero Christi. Nõ quia Christus adiumentũ requirit,sed quia nos quęrim⁹ & desideram⁹ ad Christi gratiam per ecclesiam peruenire. Et nũc ædificatur,& nũc formatur,& nunc mulier figuratur,& nunc creatur. Et ideo nouo verbo vsa est scriptura,quia superędificamur
Ephe.2. super fundamentũ apostolorũ & prophetarum. Et nũc domus spiritalis surgit in facerdotiũ sanctũ. Veni domine deus ædifica mulierẽ istam,ædifica ciuitatem,ve
H niat & puer tuus. Tibi enim credo dicenti: Ipse ędificabit ciuitatẽ mihi. Ecce mulier omniũ mater, ecce domus spiritalis,ecce ciuitas quæ viuet in æternum,quia mori nescit. Ipsa enim est ciuitas Hierusalẽ, quæ nunc videtur in terris,sed rapietur supra Heliã. Helias enim
Sapiẽ.4 vnus fuit. Transferetur super Enoch, cuius mors non inuenit. Ille enĩ raptus est,ne malitia mutaret cor eius. Hæc aũt diligit a Christo quasi sponsa gloriosa,sancta, immaculata,sine ruga. Et quãto melius totũ corpus assumitur,q̃ vnus assumptus est? Hęc enim est spes ecclesiæ. Rapietur profecto,assumetur,transferetur ad cęlũ. Ecce currũ ignęo raptus est Helias,rapiet ecclesia. Nõ mihi credis? crede vel Paulo,in q̃ Christus locutus est.
1.Thes.4 Rapiemur,inquit,in nubibus obuiã Christo in aera,et ita semper cum domino erimus. Ad hanc igitur ædificandam mittũtur quidem plures, mittũtur patriarchę, mittuntur prophetę,mittitur Gabriel archangelus, innumeri angeli diriguntur, & multitudo cęlestis exercitus deũ laudat,quia ciuitatis huius ædificatio propinquat. Mittũtur plures ad eam,sed Christus eam solus ædificat. Verũ non est solus,quia pater præsens est. Et
I si solus ædificat,gratiã tamen tantę ædificationis non solus vsurpat. Scriptũ est de tẽplo quod ædificauit Salomon,in quo typus ecclesiæ fuit,quia tria milia sexcẽti erant qui in humeris portarent, & septuaginta milia lapidum cæsores,& octoginta milia tollentes onera. Veniant angeli illi,veniant lapidum cæsores, cędantur superflua lapidum nostrorũ, aspera leuigẽtur. Veniãt & qui in humeris portãt. Scriptũ est enĩ: Supra humeros tollentur. Venit ergo ad Ioannẽ, quoniam cętera corperistis. Venit ad Ioannis baptisma,sed Ioãnis baptisma habebat pœnitentiã delictorũ. Et ideo prohibet eũ
Matt.3. Ioãnes dicens: Ego a te debeo baptizari,& tu venis ad me? Cur venis ad me,qui peccatũ nõ habes? Ille enim baptizandus est,qui peccatum habet. Qui autem peccatum non fecit,lauacrum pœnitẽtiæ cur requirat? Sine,inquit,modo. hoc est, dum ecclesia ædificetur. decet nos implere omnẽ iustitiam. Quæ est iustitia, nisi mi-
Psal.111. sericordia? Dispersit enĩ dedit pauperibus,iustitia eius manet in ęternũ. Dedit mihi pauperi,dedit mihi inopi gratiã,quam ante non habui. Iustitia ergo eius manet in æternũ. Quæ est iustitia,nisi vt quod alterum facere velis,prior ipse incipias,& tuo alios horteris exemplo? K
Quæ est iustitia, nisi vt qui carnem suscepit,non quasi deus sensum aut ministeriũ carnis excluderet,sed quasi homo carnem vinceret,vt vincẽre me deceret? Docuit enim qua ratione possim terrenis concretã vitiis obnoxiæ carnis illuuiem* sepelire criminib⁹,renouare virtu- *inglumię
tibus. O vere diuinã in ipsa humilitate domini prospicientiam. Quãto enim abiectior humilitas,tanto diuinior prouidẽtia. Iniuriarũ suarum acerbitate deus proditur,& remediorũ suorum vsu,qui nullis remediis indigeret,deus probatur. Quid enim tam diuinũ ad populos prouocãdos,q̃ vt nemo refugiat lauacrũ gratiæ, quãdo Christus lauacrum pœnitẽtię non refugit? Nemo se dicat exortem esse peccati, quãdo Christus venit ad remediũ peccatorũ. Si pro nobis Christus lauit,immo nos in corpore suo lauit, quanto magis nos nostra delicta lauare debemus? Quo igitur magis opere,quo magis mysterio deus (quanq̃ deus in omnibus) q̃ hoc probatur,quãdo per totũ mundum qua generis humani cõditio diffũditur per separatarum diuortia tractusq; regionum, vno momẽto in vno corpore deus fraudem vetusti erroris aboleuit,gratiam regni cęlestis effudit?
L Vnus enim mersit,sed lauit omnes. Vnus descẽdit,vt ascẽderemus omnes. Vnus omniũ peccata suscepit,vt in illo omniũ peccata morerẽtur. Purificate igitur vos, vt apostolus dicit,quia purificauit se ille pro nobis, qui purificatione non eguit. Hæc de nobis. Nunc cõsideremus mysteriũ trinitatis. Vnum deum dicimus,sed patrem cõfitemur. Nam cum scriptũ sit, Diliges dominũ Deut.10.
deum tuũ, & ipsi soli seruies: negauit filius esse se solũ, dicens: Sed nõ sum solus. pater enim mecũ est. Nec nũc Ioan.16.
solus est. Pater enim se adesse testat. Adest & spiritus sanctus. Nunq̃ enĩ potest a se trinitas separari. Deniq; apertũ est cęlũ,descẽdit spiritus sanctus corporali specie sicut columba. Quomodo ergo heretici dicunt quia solus in cęlo est,qui non est solus in terris? Aduertamus mysterium quare sicut colũba. Simplicitatem enim lauacri requirit gratia,vt simus simplices sicut columbę. Pacem lauacri requirit gratia,quã in typo veteri colũba quondam ad illã arcam quæ sola fuit diluuii immunis, aduexit. Docuit me cuius typus colũba illa fuerit, qui nunc descẽdere dignatus est in specie columbę. Docuit,in illo ramo,in illa arca typum fuisse pacis ecclesię, quod interipsa mundi diluuia spiritus sanctus ad ecclesiam suam pacem afferat fructuosam. Docuit etiã Da-
uid, qui prophetico spiritu cernens baptismatis sacra- M
mentum ait: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Psal.54.
Venit ergo spiritus sanctus, sed attende mysterium. Venit ad Christũ. Omnia enim per ipsum facta*sunt, *creata.
& in ipso cõstant. Sed vide benevolum dominum, qui solus se iniuriis subdidit,solus gratiam nõ quęsiit. Et
vbi ædificauit ecclesiam? Rogabo,inquit,patrem,& a- Ioan.14.
lium paracletum dabit vobis,vt vobiscum sit in æternum,spiritum veritatis,quem hic mundus non potest accipere,quia nõ videt eum,nec agnoscit eum. Merito ergo se in corpore demõstrauit, quoniam in diuinitatis substantia non videtur. Vidimus spiritum, sed in specie corporali: videamus & patrem: sed quia videre non possumus,audiamus. A dest enim benevolus deus,nõ derelinquet templũ suum. Vult omnẽ exędificare animam,vult eam ad salutẽ informare,vult lapides viuos a terra ad cælum transferre. Diligit templum suum,& nos diligamus eum. Si diligimus deum, prącepta eius seruemus. Si diligimus eum, nouerimus eum. Qui
enim dicit quia nouit eum,& prącepta eius non seruat, 1.Ioan.2.
mẽdax est. Quomodo enim potest deum diligere,qui nõ diligit veritatem,cum deus veritas sit? Audiamus ergo patrem. Inuisibilis enim pater, sed & filius inuisi- Ioan.1.
bilis secundum diuinitatẽ. Deum enim nemo vidit vnquam. Cum ergo filius dei,in eo vtiq; quod deus est filius, non videtur, demonstrare se voluit in corpore: &

A quia pater corpus non gerebat,ideo pbare volunt pater nobis in filio se esse presentẽ,dicens: Filius meus es tu,
Psal.138. in te cõplacui. Si vis discere filiũ cum patre semper esse presentẽ,lege filii vocem dicẽtis: Si ascẽdero in cælũ,tu ibi es: si descendero ad infernũ, ades. Si patris testimonium quęris,audisti a Ioanne. Crede igitur ei, cui se baptizandum credidit Christus, cui pater filiũ cęlesti voce cõmisit,dicẽs, Hic est filius meus dilectus, in quo cõplacui. Vbi sunt Arriani,quib⁹ nõ placet filius, in quo cõplacuit pater? Hoc nõ ego dico, neq; hominũ quisquã
Matt.17. locut⁹ est, neq; per hominẽ deus, neq; per angelos, neq; per archangelos, sed ab ipso patre vox de cælo missa signauit. Deinde alibi idem pater repetit, dicens: Hic est
Ioan.10. filius meus dilectus, in quo cõplacui: ipsum audite dicẽtem vtiq: Ego & pater vnũ sumus. Qui ergo filium non credit, nõ credit patri. Testis est ille de filio. Si dubitatur de filio, paterno nõ creditur testimonio. Deinde cum dicit, In quo cõplacui: nõ aliena in filio, sed sua laudat. Quid est enim dicere, In quo cõplacui, nisi quia o-
Ioan.16. mnia quę habet filius, & pater habet: sicut & quę patris sunt, filii sunt? Filius dixit: Omnia quę habet pater, mea sunt. Indifferentis enim diuinitatis potentia non secernit inter patrem & filium, sed vnam patri filioq; participat potestatem. Credamus patri, cuius voce elementa
B fonuerunt. Credamus patri, cuius voci elementa obsequium præstiterunt. Credidit mundus in elemẽtis, credat in hominibus. Credidit in exanimis, credat in viuẽtibus. Credidit in mutis, credat in loquẽtibus. Credidit in iis quæ non habent sensum, credat in iis qui sensum vt deum cognoscerent consecuti sunt.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

Commentariorũ in euangelium secundum Lucam, Liber tertius.

De genealogia domini Saluatoris.

» » » »
C TIPSE IESVS erat incipiẽs fere annorum triginta qui putabatur filius esse Ioseph.) De generationibus dicturi, quarũ nonnullam videmus in euangelio secundum Matthęum, vel in hoc cuius interpretationẽ habemus in manibus, esse distantiã, quoniam non est credibile aduersantia sibi sanctos viros potuisse dicere, de generationibus præsertim domini Saluatoris: quãto studio possumus, non dixisse eos discrepantia demõstremus. Et primum omniũ neminem mouere debet quod ita scriptũ
Genẽ.1. est: Qui putabatur esse filius Ioseph. Bene enim putabatur, quia natura nõ erat. Sed ideo putabatur, quia eũ Maria quę Ioseph viro suo erat desponsata, generauerat. Sic enim habes: Nonne hic est filius Ioseph fabri? Diximus supra qua ratione per virginẽ, diximus etiã qua ratione per desponsatam, & quare census tempore nasci voluerit dominus salutaris. Non alienũ etiam videtur vt qua ratione fabrum patrem habuerit, declaremus. Hoc enim typo eum patrẽ sibi esse demõstrat, qui fabricator omnium cõdidit mundũ, iuxta quod scriptũ est: In principio fecit deus cælũ & terram. Nam etsi humana nõ sunt cõparanda diuinis, typus tamen integer est, quod pater Christi igne operatur & spiritu, & tanq̃ bonus animæ faber vitia nostra circundolat, cito secturim admouens arboribus infœcũdis, secare doctus exigua, culminibus seruare sublimia, rigida mentiũ spiritus igne mollire, & in varios vsus omne humanum genus diuersa ministeriorũ qualitate formare. Cur autẽ Ioseph magis q̃ Mariæ generatio describatur, cũ Ma- D
ria de spiritu sancto generauerit Christũ, & Ioseph a generatione domini videatur alien⁹, dubitare possemus, nisi constitutio nos instrueret scripturarũ, quæ semper viri originẽ quærit. Sic enim habes: Phares fuit filius Mat.1.
Iudæ principis tribus, hic generauit Esrom, & Esrõ generauit Aram, & Aram generauit Aminadab, & Aminadab generauit Naason, & Naasõ generauit Salmon, & Salmon generauit Booz, & Booz generauit Obeth, et Obeth generauit Ieſſe, et Ieſſe generauit David. Viri enim persona quęritur, qui etiam in senatu & reliquis curiis ciuitatũ generis asserit dignitatẽ. Qz deforme autem si relicta viri origine, origo fœminæ quęreretur, vt videretur patrem nõ habuisse ille totius mũdi populis prędicãdus? Sed etiã alibi diuerso ordine generationem doceamus esse decursam, ne hic quoq; euãgelistæ discrepare videãtur, qui veterem ordinem sunt
1.Reg.1. secuti. Sic enim habes: Fuit homo ex Arath, & nomẽ eius Helcana, filius Hieremihel, filius Heli, filius Ozi. Vides & a patribus ad filios, & a filiis ad patres originis descriptionem veteri more cõtextam. Vides vbiq; familiam per virorũ generationes esse decursam. Noli mirari si Matthæus ab Abraham vsq; ad Ioseph, Lucas a Ioseph vsq; ad Adam & ad deũ generationũ ordinem percurrit. Noli mirari quod Ioseph origo descripta est. Et enim secundũ carnem natus, vsum debuit se- E
qui carnis: & qui in seculũ venit, seculi debuit more describi, maxime cũ in Ioseph origine etiã origo sit Mariæ. Nam cũ vir iustus fuerit Ioseph, vtiq; ex tribu sua & ex patria sua accepit vxorem, nec potuit iustus facere contra id quod lege prescriptum est. Sic enim habes:
Num.36 Quia vnusquisq; in hereditate tribus suæ patrię adhęrebunt filii Israel, nec de tribu ad tribum transibunt: & omnis filia quæ habet hereditatẽ tribuum filiorũ Israel, vni ex populo & ex tribu patris sui erit vxor. Itaq; & cẽsus tempore ascendit Ioseph de domo & de patria Dauid, vt profiteretur cũ Maria vxore sua. Quæ ex eadẽ domo, & ex eadẽ patria professionem defert, vtiq; eiusdem tribus & eiusdem patriæ se esse defignat. Cognata quoq; Mariæ inducitur Elisabeth, primo q̃d omnes Iudæi cognati, quemadmodũ & Apostolus docuit dicens: Optabam enim anathema esse ipse pro fratribus
Roma.9. meis, cognatis secundum carnẽ, qui sunt Israelitæ. Cognatæ ergo, quia ambæ Israelitę erant: simul et cognatæ, quia ambæ erãt ex tribu Iuda. Didicisti ex tribu Iuda Mariam, disce & Elisabeth. Nam exurgẽs Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem, inquit, Iudę, & intrauit in domum Zacharię. Cum enim iuxta tribus suas Moyses habitare vnum- E
quemq; prescripserit: vtiq; cum in ciuitate Iudę manserit, erat & in tribu Iuda, maxime cum ex genere Elizabeth fuerint sacerdotes, quorũ deus portio est. Simul q̃ pulchrum, vt cum illa prænuncium Christi, Christum illa genauerit, et altera de spiritu sancto cõceperit, altera sancto repleta spiritu prophetauerit, secundũ carnem quoq; videantur fuisse cognatæ, quę secundum deũ spiritalis cognationis consortio non carebant. Quod si o-
Ephe.5. mnis fœminæ caput vir, secundum sanctum Apostolum: & sunt duo in carne vna secundum legem diuinãtvtiq; ii qui vna caro erant, & vnus spiritus, quo poterat fieri vt viderentur patriam & tribum habere diuisam? Accedit illud, quod etiã angelus Gabriel de dño prænũciauerat q̃ dabit illi deus sedem Dauid patris sui. Certum est igitur etiã Mariã de Dauid generatione manasse. Simul etiã dicimus nihil referre quo ordine generationis series exprimatur, cũ iter hinc atq; inde sit pervium. Cur autẽ sanctus Matthæus ab Abrahã generationem enumerare cœperit Christi, sanctus vero Lucas a Christo vsq; ad deũ perduxerit, explanandũ videatur. Sed prius cur sanctus Matthęus cum ab Abrahã cœperit gñationis ordinẽ, nõ ita posuerit, Liber gene-

G rationis Abrahe: sed, Liber generatiõis IESV Christi filii Dauid, filii Abrahã. Et cur hos duos potissimũ nominauerit, nequaq̃ prętereundũ puto. Non enĩ ociose fidelissimi autores generis eligũtur, vt intelligamus quod in ipsa generatione carnis spiritalis magis successio requiratur. Duo sunt enim istĩ viri in quos manauerunt promissa diuina. Prior Abrahã, qui ante Moysi legem, & ante populũ Iudæorũ propria derelinquẽs, & cognoscẽs deum, meruit fidei testimoniũ, quia credidit
Genĩ. 15. deo, & reputatũ est ei ad iustitiam. qui etiã a deo acce-
Genĩ. 12. pit oraculũ dicẽte sibi: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram quã tibi monstrabo, & faciã te in gentẽ magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuũ, & eris benedictus, & benedicam benedicẽtes te, & maledicã maledicentes te, et benedicẽtur in te omnes tribus terrę. Vides igitur congregationes gentiũ, et sacrosanctũ ecclesiæ cœtũ oraculo diuino huic esse primo promissum. Et ideo is autor generis debuit designari, qui instaurandę ecclesię sponsionem primus emeruit. Dauid quoq; merito et ipse autor generis declaratur, quia cum iureiurãdo responsum
Psal. 131. quod ex ipso secundum carnem Christus futurus esset,
accepit. Sic enim scriptum est: Iurauit dominꝰ Dauid
Psal. 88. veritatem, & nõ pœnitebit eũ, De fructu vẽtris tui ponam super sedẽ meam. Et alibi: Semel iurraui in sancto meo, si Dauid mẽtiar, Semẽ eius in ęternũ manebit, &
H sedes eius sicut sol in cõspectu meo. Et in Paralipome-
1. Para. 17 nõ: Et erit, cum cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, suscitabo semen tuũ post te, qui erit de vẽtre tuo, & parabo regnum eius: ipse mihi ędificabit domum, & erigam sedem eius in seculũ. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filiũ, & misericordiam meã nõ dispergam ab eo, sicut dispersi ab iis qui ante te fuerunt.
Esa. 11. Per Esaiam quoq; idẽ dñs deus generationem domini revelauit dicẽs: Exiet virga de radice Iesse, & flos ex ra
dice eius ascẽdet, & requiescet super eũ spiritus domini, spiritus sapiẽtiæ & intellectꝰ. Et infra: Et erit radix Iesse, & qui exurget imperare gentibus: in ipso gẽtes spe-
Esa. 9. rabũt. Et alibi: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principium super humeros eius, & vocabitur nomẽ eius, magni consilii angelus. Adducã enim pacẽ super principes & salutẽ. & magna potestas eius, & pacis eius nõ erit finis, in sede Dauid, & in regno eius. In quo iuxta Aquilæ quoq; interpretationẽ, non quasi de homine, sed de eo qui vltra hominẽ esset, videmus exti
tisse pmissum. Idẽ enim interpretatus est: Puer natus
I est nobis; filius datꝰ est nobis, & facta est mẽsura in humero eius, & vocabitur nomẽ eius admirabilis cõsiliarius, consiliarius meus fortis, potens, pater seculi, princeps pacis. Eius impleta est disciplina, & pacis eius nõ est finis, supra sedẽ Dauid, & supra regnũ eius. Omnia conuenire de Christo, euidẽtibus signatur oraculis, nec posse diuine fructum potẽtiæ ad Salomonis gratiã deriuari, qui Dauid filius fuit, cuius finis haud dubie cognoscitur. Finis enim fuit regni Salomonis, & pacis, vt Regnorũ lectionibus demõstratur. Vnus est Christus, cuius regnũ non habet finem. Deinde nullis Salomon gẽtibus imperauit, Christus vero ecclesiam de nationibus cõgregauit. Postremo, viuẽte Dauid & natus est Salomon, et regnũ est consecutus. Hic autẽ qui promittitur, post mortem Dauid surrecturus esse mõstra-
2. Reg. 7. tur, sicut habes: Quia cũ cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis, suscitabo de semine tuo qui erit ex vẽtre tuo, & parabo regnũ eius: ipse mihi ædificabit domum, et erigã sedem eius in seculũ. Numquid in seculum regnauit Salomon, qui annis tantũmodo quadraginta regnauit? Ego ero, inquit ei in patrem, & ille mihi in filium. Quis est iste proprius dei filius, nisi cui dictum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et mi-
Psal. 2. sericordiam meam non dispergam ab eo, & fideli eum seruabo in domo mea, & regnũ eius in seculum. At ve
k ro Salomonẽ errasse ideo fortasse tã grauiter, ne errarent homines, & ad ipsum crederetur manasse promissum, diuinarũ serie cognouimus lectionum. Aedificauit enim templũ Astartæ idolo propter amorẽ mulieris, & indignatus est dominus in Salomonẽ. Stigitur viuente Dauid regnare cœpit (sic enim habes, quod cũ
3. Reg. 1. esset nunciatũ Dauid regnare Salomonẽ, adorauit rex Dauid in cubiculo suo, & dixit: Benedictus dominus deus Israel, qui dedit mihi hodie de semine meo sedentem in throno meo, & oculi mei vidẽt) si errauit, si offendit, vides quoniã promissi series Christũ spopondit. Et ideo istos duos generis autores euangelista delegit. Vnum qui promissum accepit de cõgregatione populorum: alterũ qui de generatione Christi oraculũ consecutus est. Et ideo licet ordine sit successionis posterior, prior tamen q̃ Abrahã in domini generatione describitur: quia plus est promissum accepisse de Christo, q̃ de ecclesia, quoniã ecclesia ipsa per Christum. Ergo vnus princeps generis secundum carnẽ, alter princeps generis secundum spiritũ: alter secundũ seminis gratiã, alter secundũ populorũ fidem. Potior enim qui saluat, eo qui saluatur. Et ideo David filius dicitur. Liber generationis IESV Christi, filii David. Eius enim primo loco debuit filius dici, qui clare filius est promissus: licet apostolus etiã Abrahę Christũ dicat esse pmissum. Abra L hæ enim dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibꝰ, tanq̃ in multis, sed sicut in vno: & semini tuo, quod est Christus: vt alteri proprietas generationis, principatus alteri deferatur. Illi delatũ est vt IESVS eius filius diceretur: huic quasi principi familiæ gentium q̃ prerogatiua seruatur, vt ab Abrahã generationis dominicæ manaret exordium. Qui enim fidei autor est, ipsum asserere scriptura quoq; debuit diuinæ generationis autorem. Vnde & Lucas ad deũ putauit originem eius esse referendam, quod verus Christi generator deus sit, vel secũdum verã generationem pater, vel secundum lauacri regenerationẽ mystici autor muneris. Et ideo nõ a primo generationẽ eius cœpit describere, sed posteaquã baptismum eius explicuit, autorem omnium deum per baptismũ cupiens demõstrare, Christum quoq; a deo ordine manasse successionis asserit, vniuersa contexens vt & secundum naturam, & secundum gratiam, & secundum carnem dei filium demonstraret. Quod autem euidẽtius diuinæ M
nerationis iudicium, q̃ quod de generatione dicturus, ipsum patrem pręmisit loquentem: Hic est filius meus dilectus, in quo complacui? Hic quoq; aliqui solent ferre quæstiones, quod Matthæus ab Abraham vsq; ad Christum quadraginta duas generationes enumerauerit, Lucas vero quinquaginta: & quod per alias personas Matthæus, per alias Lucas generationem manasse descripserit. in quo iã illud potest probari quod diximus, quia cum aliõs Matthæus maiores dominici generis, alios vero Lucas in ordine generatiõis texuerit: ab Abraham tamen & Dauid reliquos autores generis vterq; signauit. Quod vero per Salomonẽ Matthæus generationem deriuãdam putauit, Lucas vero per Nathan, alteram regalem, alteram sacerdotalem Christi familiam videtur ostendere. Quod nõ ita accipere debemus, quod alterũ altero verius, sed alter alteri pari fide & veritate concordet. Fuit enim vere & secundum carnem regalis & sacerdotalis familiæ. Rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus: licet oraculũ non de carnalibus, sed de cælestibus exprimatur: quoniã & rex in dei virtute lætatur, cui iudiciũ a patre rege defertur, & sacerdos est in æternũ, secũdum quod scriptũ est:
Psal. 109. Tu es sacerdos in æternum secundũ ordinem Melchizedech. Bene igitur vterq; tenuit fidem, vt Matthęus per reges ductã originem cõprobaret, & Lucas per sacerdotes a deo transmissam in Christum seriem generis deducendo, sanctiorem ipsam originem declararet.

A Simul in hoc quoq; vituli figura signatur quod vbiq; sacerdotale mysterium putat esse seruandũ. Nec mireris si ab Abraham plures secundũ Lucã successiones vsq; ad Christum sunt, pauciores secũdum Matthæũ, cum per alias personas generationẽ fatearis esse decursam. Potest enim fieri vt alii longæuã transegerint vitam, alterius vero generationis viri immatura ætate decesserint: cum videamus cõplures senes cũ suis nepotibus viuere, alios vero viros statim filiis obire suscepti s. Illud quoque aduertimus quod sanctus Matthæus, Iacob, qui fuit pater Ioseph, filiũ Mathan esse memorauerit: Lucas vero Ioseph, cui despõsata erat Maria, filium Heli, Heli autem filium Melchi esse descripserit. Quomodo vnꝰ duo patres, id est Heli et Iacob? Quomodo etiam duo paterni aui, Mathã & Melchi? Sed si requiris, inuenies quod iuxta pręscriptũ legis veteris duo fratres diuersos filios vterinos ex vna vxore genauerint. Traditur enim Mathan, qui a Salomone genus duxit, Iacob generasse filiũ, & vxore superstite decessisse, quam postea Melchi accepit vxorẽ, ex qua generatus est Heli. Rursus Heli fratre sine liberis decedẽte, copulatus est fratris vxori, & generauit filiũ Ioseph, qui iuxta legem Iacob filius dicitur: quoniã semen fratris defuncti frater iuxta legis veteris seriem suscitabat. Ita duorum filius dictus est, nõ ab vtroq; generatus, sed quia alterius secundũ generationem, alterius secũdum legem factus est filius. In quo pręscripto legis futuram
B perpetuitatem defunctorum seminis nobis esse promisam, non intellexit populus Iudæorum, sed secundum literam accipiẽs, gratiam corrupit oraculi. Alius enim erat frater, qui defunctorum fratrum semen resuscitaret, non frater secundum carnis germanitatem, sed secundum gratię puritatẽ. Et ideo fortasse frater nõ redemit, redimet homo: quia non germanus frater ille, sed dominus, & mediator dei & hominũ, homo Christus IESVS resurrectionis gratiam propagauit. Licet sit versiculi istius & alia interpretatio, quam suo dicemus loco. Non absurdũ autem videtur, quod geminato mystico numero quaternasdenas generationes diuidendas sanctus Matthęus putauit, ab Abrahã vsq; ad David, a Dauid vsq; ad transmigrationẽ Babylonis, a trãsmigratione Babylonis vsq; ad Christum: in quo vices mutationũ pariter designauit. Ab Abrahã enim vsq; ad Dauid tempora sine regibus fuit populus Iudęorũ. Regnum enim iustũ a Dauid cœpit, deinde per reges
C actum genus omne est Iudæorũ, & intemerata vsq; ad transmigrationem eorũ regna manserunt. Post trãsmigrationem vero in occasum degeneratis populi nobilitas circũcisa vergebat. De quinquaginta vero generationibus quas ab Abrahã Lucas contexẽdas putauit, numeri mystici seruata gratia satis claret. Nam & decimus & septimꝰ numerus mysticꝰ est, & tertio vterq; repetitus mysteriũ signat. Et Pẽtecoste, cuius Lucas, & Tesseracoste, cuius Mattheus secutus est gratiam, satis superq; numerũ mysticum prodiderunt. Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famosæ, vt illis videtur, Mattheus cõmemorationẽ in dominica generatione cõtexẽdam putauerit, cur etiam Ruth, cur eius quoq; mulieris quę Vriæ vxor fuit, & occiso marito in Dauid nuptias cõmigrauit: cũ præsertim Saræ & Rebeccę & Rachel sanctarũ fœminarũ nusq̃ fecerit mẽtionem. Sic enim habes: Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudã, & fratres eius: Iudas autem genuit Phares & Zaram ex Thamar. Nõ ociose vtiq; huius mulieris euangelista nomẽ inseruit, de qua diuise interim tractandũ videtur. Primũ enim, si veris intendas animũ, non hæc mulier tã famosa q̃ iusta. Nõ enim tẽporalis vsum libidinis reqsiuit, sed successionis gratiam cõcupiuit. Erat enim deforme liberos non habere: quod etiam legũ ciuilium fuit autoritate multatum. Promiserat eam filio suo Iudas, sed diu pactarũ
De conceptu Thamar, & geminis ei?
fœdera distulerat nuptiarũ. per moram promissi defunD ctus est sponsus. Nondũ virginitatis, nondũ viduitatis ante Christi aduentũ vernabat gratia. Dolẽs se sine filiis remãsisse, dolũ studio generationis cõmenta est, & Iudam cõsilio præuertit, vt se eidem offerret ornatam, posteaq̃ defunctam eius cognouit vxorẽ. Vides vbiq; mulieris vitam probari, quod non alienũ pręripuit thorum, nõ meretricio studio quasi meretrix adornata est. Non enim vagam captauit libidinẽ, sed diu soceri fraudata promissis, ex ea familia quã delegerat, cõuerso dolo fructũ voluit successionis adipisci. Quis itaq; castior, illa quæ tãdiu expectauit promissum, an ille qui amorẽ ferre non potuit oblatum? Illa quę sponsi familiam non refugit, an iste qui meretricẽ putauit? Illa quę oram sui corporis volentibus non permisit ad copulã, an iste qui quod studio cœpit erroris, ad successionis gratiã castitate mulieris cõsummauit? Illa quę filios non habebat, & tẽpus cõceptionis mora coniugii timebat excludi, illa quę grauitatẽ maturioris elegit: an iste qui ętatẽ adolescentioris adamauit? Denique ipse cõfessus est, dicẽs:
Iustificata est Thamar magis q̃ ego, propter quod non Genĩ. 38.
dedi eam Selon filio meo. Itaq; illa experiri exactorem ipsum sue voluit castitatis. Deniq; nunquã postea virũ experta est, amictũ viduitat(sumpsit a coitu. Ille vnius E
horæ impatiens, qui annos apuella exegerat castitatis, luctũ expulit, vestem mutauit, comam totõdit, rogum deseruit, thorum amator adcẽdit. Sed non ita ista defendimus, vt illũ accusemus, immo vtriq; excusem⁹. Nõ autem nos, sed mysteriũ quod copulæ illius fructus expressit. Generauit enim mulier Phares & Zarã filios, generauit geminos. Vnde nõ ociose Matthęus vtriq; signauit, cum Phares tantũmodo cõmemoratione cauisa deposceret. Phares enim genuit Esrom, Esrõ genuit Aram, deinde per ordinẽ singuli. Cur autem cũ Isaac duos generauerit, Iacob plures, singulorũ tantũmodo quos successionis dominicę causa poscebat, fecit scriptura series mẽtionem, horum autem vtriq; memorauit: nisi quia hic in vtroq; mysteriũ est? Tractauimus moralem locũ, quia non opera meretricis exercuit, sed munera fœcũditatis elegit. Tractem⁹ historicũ, & mysticũ vẽtilemus. Neq; enim sine mysterio potest esse q̃d annulũ & monile accepit, & virgã. Non vilis persona quę meretur accipere ornamentũ, signaculũ, potestatem: factorum signaculũ, pectoris ornamentũ, regię libertatis insigne. Ergo vt ordiamur historiam, cum generaret B
Thamar, legisti quia vnus de vtero eius pręmisit manum: quã apprehẽdens obstetrix, coccũ in eã ligauit, dicens: Hic exiet prior. Vt autẽ reuocauit manũ puer in matris vterũ, statim exiuit frater eius. Dixit autẽ obstetrix: Quid incisa est per te sepes? Et vocauit nomen eius Phares. Et post ipsum exiuit frater eius, in cuius manu erat coccũ, & vocauit nomẽ eius Zaram. Vides quãta enigmata mysteriũ prodant? Manus pręmissa, coccũ ligatũ, reducta man⁹, vox obstetricis gemina, q̃d prior alter exiret, sępem alter incideret. Cur autẽ alter manũ pręmisit ex vtero, alter genitali pręcessit exortu, nisi quia per geminorũ mysteriũ gemina describit vita populorũ: vna secundũ legẽ, altera secũdum fidem: vna secundũ literã, altera secũdum gratiam? Prior gratia q̃ lex, prior fides q̃ litera. Et ideo gratię typus manũ ante pręmisit, quia gratiæ actus ante p̃cessit, qui fuit in Iob, Melchizedech, Abrahã, Isaac, & Iacob, qui per fidem
fine lege viuebãt. Credidit enim Abrahã deo, & repu- Genĩ. 15.
tatum est ei ad iustitiã. Melchizedech quoq; sancti gratiam pręcedẽs sacrificii figura mõstrauit. Præueniẽtes enim legẽ patriarchę sancti, pręscriptorũ vinculis absoluti, libera & consimili nobis euãgelii gratia refulserũt. Iunior horũ frater, secũdus ordo pietatis. Primus ergo in patriarchis, secundus in regibus & sacerdotibus est. Vtraq; enim vita secundũ deum, quia illi quoq; qui secũdum legẽ Moysi religiosam & piam militiã militaKK iiii

G bant,non sunt gratiæ & honoris exortes, sed prior pietatis fructus in autoribus ꝙ heredibus. Prior enim Zara, qui interpretatione significatur oriens. Lux enī pietatis, veri splendor Orientis est, illius vtique qui dixit: Oriēs nomē est mihi. cuius in patriarchis primitus radius lucis illuxit. Hi enim primæ vitę suę actum in hoc seculo premiserūt, in quorum manu nostri quoq; actus tanꝙ plenioris corporis, qui adhuc naturę quodā generantis vtero tenebamur, figura p̄cessit. Sed media tanꝙ sepes obiecta legis est obseruatio, & quodāmodo vita maiorū videtur incisa, de qua in typo illa obstetrix, fortasse iustitia, quę nos emissos aluo naturę matris excepit, dixisse ꝓditur: Hic exiet prior. Et reuera mirabilis ille erat ordo pietatis, non a Moyse, nec ab aliquo homine, nec per hominē, sed munere quodā sapiētię sponte se infundētis impressus. Prima igitur disciplina pietatis secūdum euāgelium, quia per crucē & sanguinem
Ioan.8. credimus Christi: cuius Abrahā diem vidit, & gauisus est: cuius Noe gratiā in typo ecclesiæ figuratā, spiritali cognitione præsensit: cuius Isaac vicem in sacrificio nō recusauit: quē Iacob cū vinceret, adorauit: cuius Esaias ruborem vidit vestimentorū. nam secundū euāgelium vita etiam prophetarū est: in cuius sanguine inter excidia mūdi publicę futurū salutis īsigne Rhaab illa typo
H meretrix, mysterio ecclesia, figurauit: quę multorū conuenarū copulam nō recusat: & quo coniūctior pluribus, eo castior, immaculata virgo sine ruga, pudore integra, amore repleta, casta meretrix, vidua sterilis, virgo fœcunda. Meretrix, quia a pluribus amatoribus frequentatur, cum dilectionis illecebra, & sine colluuione delicti. Qui enī adhæret meretrici, vnū corpus est. Vidua
1.Cor.6. sterilis, quæ viro parere nō norit absente. Venit vir, & hunc populū plebemq; generauit. Virgo fœcūda, quæ hanc genuit multitudinē cum fructu amoris, sine vsu libidinis. Sed vt ad historiā reuertamur, quid sibi volunt
Geñ.38. obstetricis eloqa dicentis: Hic exiet prior, nisi quia eius typū gerebat, qui ortu corporis posterior, virtute & veritate primus existens, principatū sibi omniū vendicauit? Inde & Ioannes: Post me venit vir, qui ante me fa-
Ioan.1. ctus est. Quid sibi vult ꝺ coccū in manu eius ligauit, nisi quia typus eius erat qui crucis indicio suę, & sanguinis fusione actum illustrauit humanū? Itaq; posteaquā manū reduxit, quasi incisione facta sepis, exiuit frater eius, quem quasi medium parietem sepis vel maceriæ Apostolus nominauit, atq; ipse de incisione nomē accepit. Phares enim diuisio est. Vnde & Pharisæi nuncupati, eo quod a multorū se coniunctionibus separarent.
I Beatius autē & multo melius fuisset nō incidisse sepē, sed vnam eandē & indiuiduam permanere. Quod fieri potuit si ei vitæ quę prior manū misit, hoc est, actum ostendit suum, consequēs fuisset eius vitæ militia quæ secuta est. Multo enim melius, si circumcisus populus vitam maiorū voluisset imitari. Sic enim fuisset vna sepes, vna materia, vna ædificatio priorū ac sequentiū. Sed quia primū illum vitæ actum, posteriorū infirmitas non potuit implere, incisione sine dubio facta sepis eius siue maceriæ quę secundum deum ædificata erat, tanꝙ medius paries interiectus est, vt illa sepes, hoc est, perpetua atq; continua bonorū morum ædificatio rumperetur. Sepes enī est qua ager circundatur fructuosus, furis remouetur incursus, quę culta cōcludit, deserta secernit. Materia quoq; domū claudit. hęc si maneat, do-
Esa.5. mus tuta est. Deniq; auferam, inquit, maceriā eius, & erit in direptionē. Optemus vt hæc integra sit materia domus nostræ, domus spiritalis quę in nobis est. Non enim ab homine exædificari potest, sed a deo viuo, qui ait: Et maceriam circundedi. Perdiderūt igitur salutē, qui maceriam perdiderūt. Maneat ergo materia, ma-
Eccli.28. neat hæc sepes. Vis scire ꝙ sit vtilis sepes? Sepi aures tuas spinis & tribulis, & noli audire linguam nequam. Sepes enim ista te defendit a culpa. Ergo dominus IESVS, qui postea secūdum carnem venit in lucem, veteris illius munitionē sepis instaurās, in maiorum nos actuū, & antiquā simplicitatē fidei reformauit. Vnde de eo & ꝓpheta dixit: Vocaberis ædificator sepis. Tu-
Esa.58. lit enim illū obicem qui vnitatę mentis & corporis, seriemq; vitæ simplicis diuidebat, atq; ipse factus est pax nostra, qui fecit vtraq; vnū, & mediū parietē sepis soluēs. Quem parietem exponit Apostolus inimicitias
Ephe.2. esse in carne. Has ergo inimicitias tulit dominus, & pacem refudit, legemq; mandatorū in decretis euacuauit, vt duos conderet in vno nouo homine: in quo non solū exteriorē & interiorem, sed etiam Iudęum significat et Grœcum, vt esset omnia & in omnibus Christus. Dominus enim sabbati superstitionem tulit sabbati corporalis, et quasi medium soluit legis parietem, qui nos ab ea pietate quæ secundū deum est, decretorum difficultate prohibebat, eo quod iuxta Moysi legē non erat facile atq; possibile gentibus militare deo, cum inanis superstitio Iudęorū purum affectum gētium a subeunda obseruatione reuocaret. Quid ergo? Lex inutilis? Absit, sed vtilis incredulis, infirmis necessaria, quę lubricos et errātes p̄cepti salutaris austeritate cohiberet, et obseruationum attētione cōcluderet. Bona autem lex est,
L quia spiritalis. Ei autem nō bona, qui non putat spiritalem, qui mēte exiguus humilisq; factus, eam quæ super legem est, maiestatē scilicet Christi videre non potuit. Quam vtiq; tanꝙ supra illum parietē respiciēs illa mente sublimis Esaias gloriā dei vidit, quæ videtur in mōtibus, nō in collibus. Docuit itaq; nos ecclesia in Cāticis canticorū, quod iste paries domino nostro IESV Christo obstare nō potuit, vel ei qui secutꝰ est Christū,
Cant.2. dicēs: Vox fratris mei: ecce hic venit saliens sup mōtes, & trāsiliēs sup colles. similis frater meus capreę, vel hinnulo cerborū in mōtibus Bethel. Ecce hic retro post parietē nostrū, prospiciēs per fenestras, ꝓspiciēs per retia. Respondit frater meus, & dixit mihi: Surge, veni ꝓxima mea, speciosa mea, colūba mea: quoniā ecce hyems transiuit, pluuia abiit, discessit, flores visi sunt in terra, tempus secandi aduenit, vox turturis audita est. Flores apostoli, tempus messis, fructus est Christus, vox turturis vox ecclesiæ. Iure igitur dei filiꝰ posteaq; terrenos homines, nec gradiētes ad superna, & corporalibus inspexit angustiis coartatos (Non enim erat qui faceret
Psal.13. bonum, non erat vsq; ad vnū.) descendere in terras ipse
M dignatus est, vt parietē illum legis, hoc est, molē quandam & superstitionē intellectꝰ corporalis auferret, quæ quasi premeret & obūbraret corda populorū. Melior igitur materia, ꝙ paries. Deniq; non bonus paries dealbatus. Quod non ociose dictū est principi sacerdotum,
Actu.23. eo quod mediī parietis impedimenta seruabat, quē dominus IESVS abstulit quasi durā militiam, quo clariorem obseruātiam religionis infunderet, vt iam non vnum Iudæorum genus quasi corporalis quodam perscripto legis inclusum, sed omnes gētes ad dei cultū p̄q euangeliū vocarētur. Duo igitur gemini, duę geminæ vitæ, duę geminę sunt militię, ita vt prior melior sit sequēte. Et ideo quod est melius, reformatū est. Quis autem neget euangeliū præstare legi? Bona tamen lex, si
2.Cor.3. supra literā mētem erigas. Litera enim occidit. Quid autē haberet hęc historia gratię, nisi lucē tanti mysterii videremus? Docuit enim nos Apls sanctus in simplicitate historiæ secretū quęrere veritatis, & in quasdā nō intelligibiles secundū literam disputationes sensum referre, scribens: Dicite mihi sub lege volētes esse. legem
Gala.4. non audistis? Scriptū enim est quia Abraham duos filios habuit, vnū ex ancilla, & vnum de libera: sed qui ex ancilla, secundū carnem natus est: qui autē de libera, secundū promissionē. Quæ sunt, inquit, per allegoriā dicta. Hęc enim sunt duo testamēta. Et infra: Quæ autē sursum est Hierusalē, libera est. Ad illā igitur, quā medius paries incidere & diuidere non potuit, mētis sub-

A limitate tēdamus. Solutus est enim secundū intellectū corporalē veteris ille paries testamēti, expulsa est ancilla, teneturę libera. Ex libera sumus liberi. Libera est enī Ecclesia, expulsa Synagoga est. Seruiebat enim populus Iudæorū, remotū est seruitutis iugū, qd nostræ animæ quædā colla reprimebat, ne vltra parietē vitę prioris possimus aspicere. Habemus iugū bonū ac leue, qd habenis pacis, & gratiæ vinculis magis erigat ꝙ deprimat copulatos. Hic est dominꝰ, cuius i Zara typus ante præcessit, eo qđ ex tribu & ex semine illius Zarę dominus IESVS secundū carnem nō solum a fœmina, sed etiā sub lege generatus est, vt eos qui sub lege erāt, redimeret precio sui sanguinis. Cuius figura ideo in manu illius Zaræ præcessit, vt promitteret nobis quia venturus erat qui veteris vitæ reuocaret vsum, & libertatem quā tribuerat primo illi Adam, in Adā nouissimo reformaret, vt iā genus hominū sine lege esset seruitutis. Si igitur Thamar cognouimus propter mysteriū inter dūicas generationes esse descriptā, Ruth quoq; sine dubio pari ratiōe minime prætermissam æstimare debemus, de qua sensisse videtur Apostolus sanctus cū alienigenarū vocationem gentium spiritu prænuntiaret per
1.Tim.1. Euangelium esse celebrādam, dicēs ꝙ lex non sit iustis posita, sed iniustis. Quomodo enim Ruth, cū esset alienigena, Iudæo nupsit? Et qua ratione in Christi generatione eius putauit Euāgelista copulæ cōmemorationem esse faciēdam, quæ legis serie vetabatur? Nō ergo
B qd nō ex legitima saluator generatione manauit, videl esse deforme, nisi ad apostolicā sentētiā reuertaris, quia lex non est iustis posita, sed iniustis. Hæc enim cum sit alienigena & Moabitis, præsertim cū lex Moysi prohiberet has nuptias, Moabitasq; excluderet ab Ecclesia, (Sic enī scriptū est: Moabitæ nō intrabūt in Eccle-
Deut.23. siam dñi vsq; ad tertiā & quartā generationē, & vsq; in seculum) quomodo intrauit in Ecclesiā, nisi quia sancta & immaculata moribus supra legem facta est? Si enim lex impiis & peccatoribꝰ posita est, vtiq; Ruth quæ definitionē legis excessit, & intrauit in Ecclesiam, & facta est Israelitis, & meruit inter maiores dominici generis computari, propter cognationē mentis electa, nō corporis: magnū nobis exemplū est quia i illa nostrū omniū, qui collecti ex gētibus sumus, ingrediendi in Ecclesiam domini figura præcessit. Hāc igitur æmulemur, vt quia hæc moribus hanc prærogatiuam meruit ascisceꝺę societatis suæ, sicut historia docet: nos quoq; propter morum electionē in Ecclesiā dñi meritis suffragātibus ad-
Ex libro Ruth. legamur. Etenī cū Israelitas in diebꝰ Iudicū superioribus fames tēporibꝰ vrgeret, a Bethleem ciuitate Iudę,
C in qua natus est Christꝰ, abiit vir colere in agro Moab cū vxore & duobus filiis, Elimelech viro nomē, mulieri Noemi. Filii eius acceperunt sibi vxores Moabitidas, nomen vni Orpha, & nomen secūdæ Ruth: & habitauerunt illic quasi decem annis, & mortui sunt. Sed derelicta mulier a duobus filiis, & viro proprio destituta, cognito qđ deus visitaret Israel, regredi domū parās, cœpit suadere vt domū propriā repeteret vxores filiorum suorū. Vna concessit, Ruth vero cū socru mansit. Cui cū diceret socrus: Ecce iam consponsata tua ad populū suū regressa est, & ad deos suos, & tu reuertere pariter cū conspōsata tua: respondit Ruth: Non cōtingat mihi dimittere te, & redire ad deos meos: ga quocūq; tu ieris, ibo tecum: & vbi habitaueris, habitabo. Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Et vbi mortua fueris, moriar: & vbi sepulta fuer(), sepeliar. Atq; ita duę peruenerunt in Bethleem. Hos igitur mores, atq; hāc sanctitatem erga socrū, pietatem erga defunctū, religionem erga deum, cū cognouisset Booz proauus Dauid, iuxta legē Moysi, vt semē defuncti proximi suscitaret, eā sibi elegit vxorē. Refert autē aduertere qđ & in agro pleno messis reperta, manipulos (sicut scriptū est) colligens, & socrui fructus referuans, nō post iuuenem abiit, sed virum perfectum secuta est, vnde & meruit audire:
D Quia mulier virtutis es tu, & ga bene fecisti misericordiam tuā nouissimā, plus q̄ primam. Nouissima enim misericordia Ecclesię cōgregatæ præstat priori. Quod breuius hic comprehendi, quia plenius in libris digessimus quos de fide scripsi. Appropinquauit enī qui lōge erat, quia elongauit qui proximus erat, & calciamentū proximi muliere acquisiuit accepta. Mos enim erat, vt qui proximus erat, si nollet accipere in cōiugiū propinquam suam, calciamentū suum solueret, & alii cederet. In quo non mediocre mysteriū, eo qđ is qui alienigenā in typo sumpsit, euangelizandi accepit facultatē. Deniq; in typo has fuisse nuptias testatꝰ benedictio seniorū dicentiū: Det deus mulierē quæ intret domū tuam sicut Rachel, & sicut Lia, quę ædificauerunt vtreq; domum Israel, & facere virtutē in Effrata, & sit nomē in Bethleem, & fiat domus tua sicut domus Phares, quem peperit Thamar Iudæ. De semine tuo det tibi dominus ex hac puella. Et accepit Booz Ruth, & facta est ei i matrimoniū, & peperit Obeth patrē Iesse, auum Dauid. Recte igitur sanctus Matthæus per Euangeliū gētes ad Ecclesiam vocatus, autorē ipsum dominū gentiliE tiæ congregationis alienigenarū generationē secūdum carnē assumpsisse memorauit: vt iam tunc esset indiciū qđ illa generatio ederet gentiū vocatorem, qué sequeremur omnes ex alienigenis congregati, reliquentes paternam domū, & dicentes ei qui nos ad dei cultum vocaret, verbi gratia Paulo, aut cuicunq; Episcoporū: Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Ergo Ruth sicut Lia & Rachel oblita populi & domum patris sui, soluens vinculū legis, ingressa est in Ecclesiā. Soluit autē calciamentū, qui non accepit Ecclesiam. Et
Exod.3. Moysi dicitur: Solue calciamētū pedū tuorum, ne ipse ꝓpōsus Ecclesiæ crederetur. Solus ille non soluit, qui verus est sponsus. Et ideo dicit Ioānes: Cuius non sum dig-
Mat.1. nus soluere corrigiā calciamenti eius. Ergo & hic typus est eo quod edificaret domum Israel. Q̄ vero commemoratio eius dominicæ prosapiæ fuerit inferenda, declarat mysterii altioris expressio, qua prophetatū est ex genere eius in Effrata Christū esse generandū, cui dicitur: Det tibi dñs facere virtutē in Effrata, & sit nomē in Bethleem. Quæ est enim virtus, nisi quæ per Chri-
F stum gentiū populos congregauit? Q̄d autē nomē, nisi illud quod Bethleem patria dñi secundū carnē nascētis est facta? Vnde per Prophetā dictū est: Et tu Bethleē
Mich.5. Iudę nō es minima inter principes Iuda. Ex te enī exiet princeps qui regat populū meū Israel. Videmꝰ igitur mulierū cōmemorationi historiā, moribus mysterium cōuenire. Neq; tamen abnuo, cū Thamar & Ruth defendo, peccatores quoq; inter maiores dominici generis cōputatos: quorū cōmemorationē sanctus Lucas declinare desiderans, aliūm quendā successionū ordinem tenuit. Neq; enim Achab, neq; Iechoniā, neq; postremo Vriæ vxorē nominandos putauit, vt immaculatā sacerdotalis generis seriē declararet. Sed vt illi talis consilii sui ratio subsistit, ita etiam sancti Matthæi consiliū a ratione iustitiæ non abhorret. Nam cū euangelizaret dñm secūdū carnē de Zara esse generatū, qui omnium peccata susciperet: subiectū iniuriis, subditū passioni: ne huius quidē putauit exortem asserendū esse pietatis, vt maculatæ quoq; originis non recusaret iniuriam: simul ne puderet Ecclesiā de peccatoribus congregari, cū dñs de peccatoribꝰ nasceretur. Postremo vt beneficiū redemptionis etiā a suis maioribus inchoaret, ne quis putaret originis maculā impedimento posse esse virtuti, nec se insolens de sui generis nobilitate iactaret, neve parentum crimina verecundior erubesceret cui obumbrādæ originis facultas dare flore virtutis. An vero sanctus Dauid, licet multa eius in mysteriū figurentur, nō eo præcelsior, ꝙ hominē se esse cognouit, & cōmissum superabrepta Vriæ vxore peccatū pœnitētiæ putauit

G lachrymis abluendū,oſtẽdens nobis neminem virtuti
propriæ debere cõfidere? Habemus enim aduerſarium
magnum,qui vinci a nobis ſine dei fauore nõ poſſit. Et
plerunq; illuſtribus & beatis viris grauia peccata fuiſſe
reperies,vt quaſi homines tẽtatiõi patuiſſe cognoſcas,
ne virtutibus egregiis plus q̃ homines crederentur. Si
enim Dauid,qui præſumptiõe virtutis elatus dixerat:
Pſalm.7. Si reddidi retribuentibus mala mihi:et alibi: Ego autẽ
Pſal.29. dixi in mea abundantia,non mouebor in ęternum: ſta-
tim inſolentiæ huius pœnam ſe ſubiiſſe memorauit,di-
Ibidem. cens: Auertiſti faciem tuã a me, & factus ſum contur-
batus:ſi ipſe dominici generis autor inſolentiæ excepit
offenſam,quanto magis nos cæteri peccatores, quibus
nulla ſuffragatur prærogatiua meritorũ, inſolẽtiæ ſco-
pulum timere debem⁹,in quo naufragium ſit honorũ:
præſertim cũ tantus vir nobis & magiſterii autor ſit &
exempli,qui quaſi palinodiam quandã ad repropitiãdũ
Pſal.130. dominũ in poſterioribus cauendã putauit, dicens: Dñe
Pſal.15. non eſt exaltatũ cor meum,neq; elati ſunt oculi mei. et,
Dñs a dextris meis,ne cõmouear. Sciuit enĩ quãdo ſe
ſibi credidit,eſſe lapſũ. Deniq; nihil aliud eſſe in homine
Pſal.143 deſignauit,niſi quia deũ nouit. Sic enim habes: Quid
eſt homo q̃d innotuiſti ei,aut filius hominis quia com-
putas eum? Si ergo Dauid inſolentiã damnat,humili-
tatem induit,recte in hiſtoria vxoris Vriæ magiſterii
iſtud affectãdæ humilitatis adſciſcitur. Et tamẽ ſi ex ea
natus eſt ille pacificus Salomon,videam⁹ ne forte my-
ſterium ſit, q̃ ſublato eo de medio,qui ante cõiugio ſuo
H plebem gentium vendicabat,alii Eccleſia viro nupſerit
vero Dauid. Dauid enĩ vocatus eſt Chriſtus, in paren-
Pſal.88. tis nomẽ adſcitus,iuxta q̃d ſcriptum eſt: Inueni Dauid
ſeruum meum.cui nupſit Eccleſia,quæ verbi ſemine &
ſpiritu dei plena,Chriſti corpus effudit, populũ ſcilicet
Chriſtianũ. Eſt ergo mulier,quæ viuente viro alligata
eſt legi:& ideo mortuus eſt vir eius, vt nõ eſſet adulte-
ra, ſi eſſet cũ alio viro. Myſteriũ igitur in figura, pecca-
tum in hiſtoria:culpa per hominẽ,ſacramentũ per ver-
bum. De qua hiſtoria quoniã alibi plenius diximus,hic
tranſcurrendũ videtur. Meritoq; ſanctus Dauid de hac
hiſtoria myſticũ pſalmũ quinquageſimum ſcripſit,pro-
Pſal.50. pter Bethſabeę nuptias,dicens: In plurimũ laua me ab
iniuſtitia mea,& a deliẽto meo mũda me. Si iniquitatẽ
ſuam dei amicus cognouit,& meritis ſuis obſtare deli-
ctũ,ſi deniq; deo ſe peccaſſe confitetur: cur tu de cõfeſſio-
ne criminis erubeſcas,cũ criminis cõmentum,non con-
feſſio ſit pudori? Ergo cũ Dauid Bethſabeę hiſtoriã nõ
prætermiſerit in ſuis pſalmis,vt in ea vel myſteriũ, vel
actum perfectæ pœnitentiæ nos doceret,iure videmus
etiã in gñationibus dñicis nõ prętermiſſã,ga & ipſe Da
uid qui eã accepit ĩ vxorẽ ſibi,generatiõis dñicæ ſecũdũ
I carnẽ p̃ceſſor aſſeritur. Cuius ſpeciale(vt diximꝰ)meri-
tũ,vt Eccleſię in hoc myſterio videret exortũ,& accipe-
ret oraculũ q̃d ex ſuo Chriſtus genere naſceret. Alterũ
Pſal.131. enim ad Eccleſiã pertinet,q̃d dixit: Ecce audiuimus eã
in Effrata,inuenimus eã in cãpis ſiluæ. Alterũ ſpecia-
liter ad dominici corporis ſuſceptionem:q̃d oraculo ma
Ibidem. nifeſtiſſimo reuelatur,cum dicitur: Ex fructu vẽtris tui
ponã ſuper ſedem meam. Noli tamen tanto negligens
eſſe promiſſo.non enim ſine definitione datũ eſt. Sed ſi
cuſtodieris teſtamẽtum,& teſtimonia ſeruaueris dñi,
quæ in Euangelio ſe pollicetur eſſe dicturum:tibi quoq;
copia ſedis patebit ætęrnæ. Hæc de vxore Vriæ. De
Achab autẽ ſatis claret,cui vxor Iezabel. Et de Iecho-
nia,de quo ſatis idoneus autor eſt Hieremias maximi
reuma eſſe deliẽti:cui etiam q̃d habuit,nomẽ eripuit. Et
ideo qui Ioachim in Regnorũ libris dicitur,Iechonias
Q d in Ie- ab Hieremia eſt nominatus,dicẽte eo: Abiectus eſt Ie-
chonia re- chonias vt vas,non eſt vſus in eo. propter q̃d proiectus
gnum de- eſt ipſe, & ſemen eius. Terra terra audi verbũ dñi,ſcri-
fecerit Iu- be virum iſtũ abdicatũ,quia nõ exurget ex ſemine eius
dæorum. ſedẽs in throno Dauid princeps adhuc in Iuda. Eo enĩ
regnante Iudæam Babyloniĩ vaſtauerunt,neq; poſtea k
vnquã de ſemine eius regnũ quiſquam in Iudæa potuit
obtinere. Poſtea enĩ populus de captiuitate dimiſſus,
ſub ſacerdotibus & tetrarchis fuit. Vnde etiam vſq; ad
Chriſti generationem manſere tętrarchę,ne ipſi quidẽ,
quãtum hiſtoria docet, regalis dignitatem generis re-
ſeruantes. Fertur enim ab his,qui ſiue argumentati, Q d Hero
ſiue ſimpliciter docentes,ſiue vere aſtruẽtes tradiderũt dis regnũ
nobis:quia Idumęi latrones Aſcalonẽ vrbẽ Palæſtinę non fuerit
ingreſſi,de phano Apollinis quod vicinum muris erat, legitimũ.
Antipatrũ Herodis cuiuſdã Hieroduli filiũ inter alios
abduxere captiuũ,quẽ pater redimere propter pauper-
tatem nequiuit. Is igitur imbutus diſciplinis & myſte-
riis Iudæorũ,Hircano Iudææ regi amicitia copulatur,
quẽ pro ſe ad Pompeiũ Hircan⁹ legatũ direxit: & quia
legationis fructu potitus eſt,per eam gratiã partem re-
gni affectauit. Occiſo autẽ Antipatro propter felicita-
tis inuidiã,filius eius Herodes poſtea ſub Antonio ſe-
natuſcõſulto Iudæis regnare præceptus eſt. Cuius He-
rodes filius,& alii tetrarchę. Q d ideo ex Greco rũ hiſto-
riis putauimus transferẽdum,vt clareat Herodẽ nullo
affinẽ generi Iudæorũ,regnum adulterina fraude quę-
ſiſſe. Deniq; conſcius ignobilitatis ſuæ,ne qua poſteris
ſuis vel de preſcripto veteri queſtio moueretur,ſcriptu-
ras eorũ incendit:exiſtimans q̃ ſi indicia de publico ſuſ-
tuliſſet,nullis aliis teſtimoniis clarere poſſet quin de pa-
triarcharũ vel proſelytorũ veterum genere emanaret. L
Sed,vt pleraq; curæ humanę ſunt,cognitioni hoc & in-
dagini veritatis præiudicare non potuit. Ne nobis ta-
men poſſit præiudicare,videamus,qui veri regaliſq; ge-
neris dicim⁹? Chriſtũ,& per veros & nobiles reges actũ
dñi genus. Sed vbi adulterina regnũ affectauit propa-
go,ſucceſſionẽ nobilitatis ſuæ,non potẽtiæ,ſed genera-
tionis ordo ſeruauit. Tamẽ ipſum regẽ ſecundũ honorẽ
ſeculi nõ accipimus Chriſtũ. Q uomodo ergo ex fructu
vẽtris tui ponã ſuper ſedẽ meã? Q uomodo & angelus
de eo dicit q̃ dabit illi dñs deus ſedẽ Dauid patris ſui,&
regnabit in domo Iacob in ætęrnũ? Q uo ergo regnare
promittit̃,nec oſtẽditur? Aut quo ex ſemine Iechoniæ
nullus regnatur⁹ dicit per Prophetã? Si enĩ Chriſtus
regnauit,ex ſemine autẽ Iechonię Chriſt⁹ eſt,Prophe-
ta mẽtitus eſt,mẽtita ſunt & oracula. Sed illic futuros
ex ſemine Iechonię poſteros non negatur,& ideo de ſe-
mine eius eſt Chriſtus:& q̃ regnauit Chriſtus,nõ con-
tra prophetiã eſt. Non enim ſeculari honore regnauit,
nec in Iechonię ſedib⁹ ſedit,ſed regnauit in ſede Dauid.
Verum cum ipſe Iechonias Dauid ſederit ſedẽ,quem-
admodũ ſoluitur q̃d dictum eſt quia Dauid ſedẽ Iecho-
niæ poſteri non ſederũt,cum eadẽ ſedes fuiſſe videatur
amborũ? Itaq; & nos ſedẽ Dauid fuiſſe negare non poſ- M
ſumus:non eandẽ tamen regis Dauid ſedem Chriſtus
quã Iechonias ſedit:immo nec quiſquã alius ex genere
Dauid ſedem eius potuit ſedere q̃ Chriſtus: quia nec in
aliquo alio ſemẽ eius ætęrnum eſt,ſed in Chriſto,ſicut
deus ipſe reſeruauit dicens: Semel iurraui ĩ Chriſto meo, Pſal.88.
ſi Dauid mentiar,ſemen eius in ætęrnũ manebit, & ſe-
des eius ſicut Sol in cõſpectu meo. Q uę igitur dicit hic?
Non Salomonẽ vtiq;,non Roboam,non Nathan,ſed
illum de quo ſolo poteſt dicere: Ponã in mari manum Ibidem.
eius,& in fluminib⁹ dexteram eius. Ipſe inuocabit me,
Pater meus es tu,& ponã in ſeculũ ſeculi ſemen eius,&
thronum eius ſicut dies cæli. Non vtiq; hunc thronum
Salomon ſedit,non Roboam,nec Iechonias. Vis ſcire
qui ſederit? Is eſt de quo dicit angelus ad Mariam: Ec-
ce cõcipies in vtero,& paries filium, & vocabis nomen
eius IESVM. Hic erit magnus,& filius altiſſimi vo-
cabitur:& dabit illi dñs deus ſedem Dauid patris ſui,&
regnabit in domo Iacob in ætęrnum,& regni eius non
erit finis. Si angelo non credis,ipſi ſaltẽ dño crede dicẽ- Ioan.18.
ti: Tu dicis,quia ego rex ſum. Nũquid ergo & ipſe mẽ-
titus eſt,quia regnare ſe dixit,qui nõ regnauit in terris?

A Q uomodo ſcriptura ſoluitur, quæ regnare eũ dicit,&
regnare non aſtruit? In abruptum diſputationis veni-
mus,hęrem⁹ in vado,& quodã veritatis naufragio flu
ctuamus. Excitemus igitur Chriſtũ, ipſum interroge-
mus,ipſe reſpondeat. Interrogemus ſcripturas. Inueni-
mus quia regnũ dñi non eſt de hoc mũdo. Ipſe enim di-
Ibidem. xit: Regnũ meum non eſt de hoc mundo. Q ui dicit nõ
eſſe de hoc mundo regnũ ſuum,oſtendit eſſe ſupra mũ-
dum. Ita & erat regnũ eius,& nõ erat:nõ erat in ſeculo,
ſupra ſeculũ erat. Erat enim regnum aliud veri Dauid,
q̃d ſolus Chriſtus accepit:& erat ſemẽ aliud Dauid, q̃d
in ætęrnum manet,de quo ſolus generat⁹ eſt Chriſtus,
Pſal.88. qui ſolus verus filius Dauid, cuius etiam ſolus nomen
accepit,iuxta q̃d ſcriptũ eſt: Inueni Dauid ſeruũ meum,
in oleo ſancto meo vnxi eum. Q d vtiq; nõ de propheta
Dauid,ſed de dño dici præmiſſa declarant. Scriptũ eſt
Ibidem. enim: Poſui adiutorium ſuper potentẽ, & exaltaui ele-
ctum de populo meo. Solus enim potens, ſolus electus
eſt Chriſtus. Sanctorũ enim maius in fide,q̃ in genera-
tione ſemẽ eſt. Et ideo Apoſtolus: Si enim qui ex fide
ſunt,hi filii ſunt Abrahæ. Illud quoq; non prętermittẽ-
dum putamus, q̃d a Dauid tẽporibus vſq; ad Iechoniã,
hoc eſt vſq; ad captiuitatem,cũ decẽ & ſeptẽ fuerint re-
ges Iudææ,quatuordecim generationes ſanctus Mat-
B theus poſuerit: & rurſus a Iechonia vſq; ad Ioſeph cum
viritim generationes duodecim cõputẽtur,poſtea qua-
tuordeci generatiões deſcriptas eſſe memorauerit. Sic
enim habes: Omnes generationes ab Abrahã vſq; ad
Dauid,generatiões quatuordecim, & a Dauid vſq; ad
trãſmigrationẽ Babylonis generatiões quatuordecim,
& a tranſmigratione Babylonis vſq; ad Chriſtũ gene-
rationes quatuordecim. Et primum oportet cognoſce-
re,q̃d ante iam diximus, poſſe plures eſſe ſucceſſiones,
pauciores generationes. Poſſunt enĩ diutius viuere ali-
qui,& ſerius generare,aut certe penit⁹ exortes genera-
tionis exiſtere. Itaq; non quæ regum,eadẽ generationũ
tẽpora. Vnde & Matthæus eos quos ad generationẽ
nõ putauit pertinere,prætẽriit. Nam ſi propoſitũ eſſet
ei ſucceſſiones deſcribere, ratiõabiliter moueremur cur
cum in Regnorum libris & Paralipomenon cõueniat
quod poſt Iorã Ochoziam regnauerit, & Ioas & Ama-
ſias, Amaſiæ autẽ ſucceſſerit Ozias: ſanct⁹ Matthęus
tres illos reges prætẽrierit, Ochoziam, Ioam,& Ama-
ſiam,& poſt Ioram Oziam ſubiecerit. Sed nõ eũ in re-
gum ſucceſſione,ſed in generatione ſubiecit:deniq; ge-
nerationũ relatorẽ fuiſſe memorauit. Potuit autẽ fieri
C vt & Ioram tardius generauerit,& Ioſaphat ſerius per-
ceperit regnũ,atq; ita Ioram patri ſuo,cui ĩ poteſtate nõ
Q d ab Ie ſucceſſit,in generatiõe ſucceſſerit. Q d vero poſt Iecho-
chonia vſ- niã duodecim generationes enumeraſſe videtur Euan-
que ad Io- geliſta, ſi diligenter aduertas, hic quoq; quatuordecim
ſeph duo- generationũ poteris inuenire rationẽ. Duodecim enim
decim ge- vſq; ad Ioſeph numerãtur,non vſq; ad Chriſtum. Ter-
neratiões tiuſdecimus eſt Chriſtus,ſed nihil refert vtrum in dua-
ſcriptę ſit, bus generationibus,an vna mendacium ſit. Tamen ne
& q̃uor- hic quidem cæcum aliquem ſcopulum aut naufragium
decim cõ- inuenias veritatis, duos Ioachim, hoc eſt, duos Iecho-
putentur. nias fuiſſe hiſtoria indicat: vnum ante trãſmigrationẽ,
alterum in ipſa trãſmigratione generatũ,id eſt, patrem
& filium. Ergo pater inter generationes ſuperiores eſt
computatus,qui ſucceſſit Ioſię:filius inter poſteriores,
qui ſucceſſit patri,id eſt nepos Ioſiæ. Duos autẽ fuiſſe
Regnorũ libri indicãt. Sic enim ſcriptum eſt: Et impe-
4.reg.23. trauit Pharao ſuper Iſrael,Ioachim filio Ioſiæ regnãte
in Iudæa pro Ioſia patre ſuo,& cõuertit nomẽ Ioachim
in regnãdo,& vndecim annos regnauit in Hieruſalem.
Quibus ſubiecit: Et reliqua verborũ Ioachim, & omnia
4.reg.24 quæ fecit,nõne ſcripta ſunt in libro verborũ Regum,&
in diebus eorum quibus regnauerũt in Iudęa? Et dor-
miuit Ioachim cum patribus ſuis,& regnauit Ioachim
filius eius pro eo. Filius decem & octo annorũ erat Joa-
chim:& aũ regnaret, tribus menſibus regnauit in Hie- D
ruſalem.nomen matris eius Meſola:& omnia quæ fe-
cit ſub oculis dñi pater eius,& ipſe fecit: & in dieb⁹ eius
aſcẽdit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Hieruſalẽ.
Vides igitur q̃d alius fuit Ioſię filius,alius nepos. filius
ille,cui Hieremias nomen impoſuit:nepos iſte,qui pa-
tris vocatus eſt nomine. Et bene ſanctus Matthæus a
Propheta noluit diſcreparet:vt non Ioachim,ſed Iecho-
niã nominaret. Simul,vt ſupra diximus,maiorẽ fructũ
dñicæ pietatis aſtruxit,ſi generis nobilitatẽ nõ in oniũ-
bus dñs requiſiuit:ſed de captiuis & peccatoribus con-
grue naſci voluit,qui remiſſionem veniebat prædicare
captiuis. Non igitur ſuppreſſit alterum Euãgeliſta,ſed
vtrũq; ſignauit,q̃d vterq; Iechonias dictus ſit. Ita addi-
to rumore Iechonia,generationes quatuordecim cõpu-
tãtur. Ergo illa Matthæus. Pulchre autẽ Lucas, quo-
niam filios Iacob plures non poterat comprehẽdere,nẽ
extra generationes euagari ſuperflua ſerie videretur:li-
cet in aliis,id eſt,lõge multo poſteriõibus, patriarcha-
rum tamen nequaquã nomina prætermittẽda arbitra-
tus ſit,ſed prę cæteris eligẽda,Ioſeph, Iudę,Symeonis,
& Leui. Q uatuor enĩ genera in his, quorũ iſti poſteri
ſunt,cognoſcimus fuiſſe virtutũ. In Iuda,id eſt,illo ſu-
periore,dominicæ per figurã paſſionis myſterium pro- E
phetatũ,in Ioſeph pręceſſiſſe caſtitatis exemplũ,in Sy-
meon vindictã læſi pudoris,in Leui officiũ ſacerdotis.
Per Nathan quoq; expreſſam aduertimus prophetiæ
dignitatem,vt quia vnus omnia Chriſtus IESVS,in
ſingulis quoq; maioribus genera virtutũ diuerſa prę-
derent. Nec quoq; iuſti inter dominicas generationes
cõmemoratio nõ debuit prętermitti,vt quia ædificator
Eccleſiæ naſcebatur, eum ſui generis autorem præmi-
ſiſſe videatur,qui eam in typo ante fundauerat. Nã de
Mathuſala quid dicã,cuius vltra diluuium numeratur
anni:vt quoniam ſolus eſt Chriſtus,cuius vita nullam
ſentit ætatẽ,in maioribus quoq; ſuis nõ ſenſiſſe diluuia
videretur? Enoch vero,nonne manifeſtum & pietatis
dominicæ,& diuinitatis indiciũ eſt, eo q̃d nec mortem
ſenſerit dñs,& ad cælũ remeauerit,cuius generis autor
raptus ad cęlum eſt? Vnde manifeſtum eſt & Chriſtũ
potuiſſe non mori,ſed voluiſſe, vt nobis mors illa pro-
deſſet. Et ille quidem raptus eſt,ne malitia mutaret cor
eius. Dñs autẽ,quẽ malitia ſeculi mutare non poterat:
eo vnde venerat,naturæ ſuę maieſtate remeauit. Sile-
tur plane parricida fratris. Neq; enim rationabile erat
vt is qui percuſſerat fratrẽ,inter dñi numeraretur auto-
res,cum ſeruulos iſte ſeruauerit, vt fraterni nominis ho
nore donaret. Sed nec illud ociоſum, q̃ Seth prętereitus
non eſt,quẽ poſteriore Adam generatione ſuſcepit: vt
cũ duæ ſint populi generatiões, ſignaretur in typo dñm E
noſtrũ IESVM Chriſtũ in poſteriore potius q̃ priore
generatione numerandũ. Iam de ipſo Adam,qui iuxta
Apoſtoli figuram accepit Chriſti,quid pulchrius po-
tuit conuenire,q̃ vt ſacroſancta generatio a dei filio inci-
peret,& vſq; ad dei filium deduceretur,creatusq; præce-
deret in figura,vt natus in veritate ſequeretur, ad ima-
ginẽ factus pręiret,propter quẽ dei imago deſcenderet?
Et ſi myſterium primi diſcutiamus erroris,lignũ ſcien-
tiæ boni & mali fallẽte diabolo Euæ ſuadẽte ille guſta-
uit,vt iſte nobis prius quam ſciret malũ, eligeret bonũ,
diriq; ſerpẽtis inſidias Eccleſia ſuadẽte euacuaret,iuxta
quod ſcriptũ eſt: Q uoniã prius quam ſciat puer bonum
aut malum,nõ credet malitiæ,vt eligat q̃d bonum eſt,
et, Prius q̃ ſciat vocare patrẽ aut matrẽ, accipiet virtu-
tẽ Damaſci,& ſpolia Samariæ. Hic enĩ eſt puer, cuius
incunabula Magi ſpoliis Orientalibus referſerũt,quia
gens ante Chriſtum incredula,de exuuiis idolorũ mu-
tata iam fide manubias obtulit domino triumphales.
Hæc tibi frater de generatione Chriſti nõ incognita pu
taui prolixius proſequẽda,ne quis cum iſta in Euange-
liis minus attẽto animo receſeret,aliquatenus fluctua-

Gret:quæ ſancti Euangeliſtæ ad maiora miracula,& diuiniora domini geſta properantes, perſtringenda breuius q̃ diffundenda vberius putauerunt. Eorum igitur more,qui ſatis putãt,ignaris viarum quaſi notas quaſdam itineris & ſemitas demonſtrare: ſpiritalis viæ ſemitas colligentes, videro vtrũ ſecundo veritatis euẽtu, certe religioſo fidei ductu in myſteriorũ ſecreta contendimus,verẽtes ne quis iſta cũ legerit, qđ proterbialiter dicitur,quaſi puer machæram,tractare per infantiã fortiora arma neſciret,magiſq; vulnus ex imprudentia, q̃ ſalutem ex lectiõe ſentiret. Infirmos enim tela ſua vulnerant,nec poteſt bene vti armis,qui ea ferre nõ nouerit. Et ideo circa fidem vir perfectus exigitur, in quo nõ per humum ſcientiæ reptet infantia,nõ debilis quædã, nec carẽs ſenſibus myſticę cognitionis titubet ætas,quę virtute iuuẽtutis amiſſa,coronã glorioſi certaminis nõ requirat,& ſeneſcentis aquilæ modo,quæ prius aut leporem rapere pedibus cõſueuerat,aut anſerẽ,æuo feſſa minorũ auium fœtus implumes requirat, qui ſolidiorẽ cibum afferre non poſſint.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIB. IIII.
PRÆFATIO.

HON ABSVRDVM opinor de generatione domini cõſecimus opus, certe infructuoſũ non fuit dñicis diutius inhærere maioribus. Nam ſi ii qui magnum mare littoralis parãt nauigatione trãſmittere, altioris compẽdiũ curſus itidem vt nos fiducię infirmitate vitãtes, agrum & vrbes littore deductas capti locorum decore frequenter inuiſunt:quanto magis nos in tanto non elementorum,ſed geſtorũ cæleſtiũ ſiti profundo, viciniores legere portus, & frequentes amare debemus excurſus, ne quis longæ nauigationis tædio fatigatus, faſtidii vomitum tenere nõ poſſit. Certe ſi quis intutæ ratis vitia infida perſpexerit,tãquam frequenti librorum portu obiecto:licet vt aurium vela deponat, lectiõis anchorã figat. Nõ videf deſeruiſſe nauigiũ,ſed confeciſſe curſum, qui deſcẽdit in portum. Et pleriſq; locis fortaſſe amœnitas locorũ ipſa
I inuitet prętermeantem. Nãſi Vlyſſem illum, vt fabuEſaię. 15. lę ferunt,(licet & Propheta dixerit: Habitabit in ea filiæ Sirenum. et ſi non dixiſſet Propheta, nemo tamen iure reprehenderet,cũ & gigantes,& vallem Titanum ſcriptura comprehẽderit.) Si ergo Vlyſſem illum poſt decem annorũ exilia,quibus bellatum in Ilio eſt,decẽq; erroris annos feſtinantẽ ad patriam, Lotophagi ſuauitate baccarũ tenere potuerunt, ſi orti Alcinoi retardarunt,ſi poſtremo Sirenes cantu vocis illectũ,ad illud famoſum voluptatis naufragiũ pene deduxerant,niſi aduerſus illecebroſæ ſonitus cantilenæ inſerta cera ſociorum clauſiſſet aures:quanto magis religioſos viros cæleſtium factorum decet admiratione muſceri? Atq; hic iam non baccarũ ſuauitas haurienda, ſed panis ille qui deſcendit de cælo:nõ olera Alcinoi ſpectanda,ſed ſacraRom. 14. menta ſunt Chriſti. Nam qui infirmus eſt,olera mãducet. Non laudendæ igitur aures,ſed referandę ſunt,vt Chriſti vox poſſit audiri:quã quiſquis perceperit, naufragium non timebit. Non corporalibus Vlyſſes ad arborem vinculis alligandus, ſed animus ad crucis lignũ ſpiritalibus nexib? vinciendus,ne laſciuiarũ moueatur illecebris, curſuq; naturæ detorqueat in periculũ voluk ptatis. Figmentis enĩ poeticis fabula coloratur, vt quędam puellæ ſcopuloſo in littore maris habitaſſe prodatur:quæ ſi quos deflectere nauigium propter aurũ ſuauitatem dulci voce pepulliſſent,in vada cæca deductos, & infida ſtatione deceptos, naufragii miſerabilis ſorte conſumerent. Compoſitũ hoc ſpęcie,& ambitioſa cõparatione fucatũ eſt, vt mare, vox fœminæ,littora vadoſa fingãtur. Q đ autẽ mare abruptius q̃ ſeculũ,tam infidũ, tam mobile,tam profundũ,tam immũdorũ ſpirituum flatib? procelloſum? Quid ſibi vult puellarũ figura,niſi euiratæ voluptatis illecebra,quæ conſtantiã captæ mẽtis effœminat? Q uæ autẽ illa vada,niſi noſtræ ſcopuli ſunt ſalutis? Nihil enim tam cæcum,q̃ ſecularis ſtrauitatis periculum:quę dũ mulcet animũ, vitam obruit,& corporeis quibuſdã ſcopulis ſenſum mentis illidit. Merito igitur dñs noſter IESVS Chriſtus ieiunio ſuo nos atq; deſerto aduerſus voluptatũ iformat illecebras, & tẽtari ſe a diabolo dñs omnũ patitur, vt in illo oñes vincere diſceremus. Aduertamus igitur quia tria non ocioſe a dño principaliter ordinata Euangeliſta deſcripſit. Tria ſunt enim quæ ad vſum proficiunt ſalutis humanæ,ſacramẽtũ,deſertũ,ieiuniũ. Nemo enim niſi qui 2. Tim. 2.
legitime certauerit,coronatur. Nemo autẽ ad certamẽ virtutis admittitur,niſi prius ab omnibus ablutus maL culis delictorũ,gratiæ cælestis munere cõſecretur. Venit igitur dñs ad lauacrum, vt myſterii gratia nobis & viſu probaretur & ſenſu. Et quoniã lex cælo & terris teſtib? promulgatur, vt myſteriũ diuinitatis abſcõditũ a ſeculis in deo plus crederes eſſe q̃ legem,non iã ad teſtimoniũ cælũ vocatur,ſed vtitur teſtis officio, cũ vox dei defertur e cælo. Simul ne fidei myſteriũ dubio mentis offẽdas, inuiſibilia tibi viſibiliter declarãtur operari. Venit dñs ad lauacrũ. Omnia enĩ pro te facta? eſt: iis qui ſub lege ſunt,quaſi ſub lege eſſet,cũ ipſe ſub lege non eſſet. Circũciſus eſt, vt eos qui ſub lege ſunt,lucrifaceret. His qui ſine lege erant,conuiuii cõmunitate ſociatus eſt, vt lucraretur eos qui ſine lege viuebãt. Factus eſt infirmis infirmus per corporis paſſionem, vt infirmos lucrifaceret. Omnibus poſtremo omnia factus eſt, pauper pauperibus,diues diuitibus, flens flentibus, eſuriẽs eſuriẽtibus, ſitiens ſitientibus, profluus abundantibus. In carcere cum paupere eſt, cum Maria flet, cũ apoſtolis epulatur, cum Samaritana ſitit. In deſerto eſurit, vt cibus primi hominis, quem per pręuaricationem guſtauerat, ieiunio domini ſolueretur. Noſtro periculo Adam ille ſcientiæ boni & mali famem ſoluit, noſtro emolumento famem iſte ſuſcepit.

De ductu ipſius IESV in deſertum.

CAP. IIII. M

VNC dñs IESVS ductus eſt in deſertũ a ſpiritu, vt tẽtaretur a diabolo. Cõuenit recordari quẽadmodũ de paradiſo in deſertũ Adã primus eiect? ſit, vt aduertas quemadmodũ de deſerto ad paradiſum Adã ſecundus reuerterit. Videte enim quẽadmodũ ſuis nodis præiudicia reſoluantur, & ſuis diuina beneficia veſtigiis reformentẽ. Exterta virgine Adam, Chriſtus ex virgine. Ille ad imaginẽ dei factus, hic imago dei. Ille omnibus irrationabilibus animalibus, hic ommbus animantibus antelatus. Per mulierem ſtultitia, per virginẽ ſapientia. Mors per arborem, vita per crucẽ. Ille ſpiritalium nudus, arboris ſe texit exuuiis: hic ſeculariũ nudus, corporis non deſiderauit exuuias. In deſerto Adã, in deſerto Chriſt?. Sciebat enim vbi poſſet inuenire damnatũ, quẽ ad paradiſũ reſoluto errore reuocaret. Sed quoniam ſecularibus indutus exuuiis redire non poterat, nec paradiſi incola poteſt eſſe, niſi nudus a culpa, exuit veterẽ hominẽ, nouũ induit: vt quia ſolui non queunt diuina decreta, perſona magis quàm ſententia mutaretur. Sed qui in paradiſo ſine duce iter amiſit acceptum, quemadmodum de deſ

A ſerto ſine duce iter repetere poſſet amiſſum, vbi tentationes plurimæ,niſus ad virtutem difficilis,lapſus facilis ad errorẽ? Cum eadẽ ſit virtutis natura, quæ nemorum, vt ſi adhuc exigua de terrenis ad ſuperna ſe ſubrigunt,dum teneris ætas adoleſcit frondibus,ſæui veneno dẽtis obnoxia facile aut ſuccidi poſſit, aut vri. Si vero alta ſe radice fundauerit, & ramorũ ſublimitate ſuſtulerit,fruſtra iã vel ferarũ morſibus, vel lacertis agreſtium, vel diuerſorũ flatuum procellis arbor robuſta tẽtetur. Q uem igitur apponeret ducem contra tot illecebras ſeculi,cõtra tot verſutias diaboli, cum ſciret nobis primo contra carnẽ & ſanguinẽ, deinde contra poteſtates,cõtra rectores mundi tenebrarũ harũ, aduerſus ſpiritalia nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibus, eſſe luctamen? Angelũ apponeret? & ipſe lapſus eſt, legiones angelorũ vix ſingulis profuerũt. Seraphim dirigeret? & ipſum
*polluta. deſcẽdit in terras in mediũ populi immunda *labia habentis,& vnius tantũ prophetæ appoſito labia carbone mundauit. Alius dux requirendus fuit, quem ſequeremur omnes. Q uis tãtus eſſet dux qui prodeſſet omnibus,niſi ille qui ſupra omnes eſt? Q uis me ſupra mundum conſtituet,niſi qui maior eſt mũdo? Q uis tantus eſſet dux,qui poſſet maſculũ & fœminam, Iudæum & Græcum, Barbarum & Scythã, ſeruum & liberum vno regere ductu,niſi ſolus qui eſt oñia & in omnibus Chriſt??Multi enim laquei quacũq; progredimur. La-
B quei in corpore,laquei in lege,laquei in pinnis tẽplorũ, in crepidinibus parietũ tenduntur a diabolo. Laquei in philoſophis,laquei in cupiditatibus. Oculus enim meretricis,laqueus eſt peccatoris. Laqueus in pecunia, laqueus in religione,laqueus in ſtudio caſtitatis. Exiguis enim momentis mens inclinatur humana, & huc atq; illuc pro verſutia ſuadentis frequenter impellitur. Videt aliquẽ diabolus religioſum virũ deo venerabiliter deferentem,& qđ ſacroſanctũ eſt æſtimantẽ,nullius capacem iniuriæ. in ipſa eum religione ſupplantat, vt faciat non credere qđ dei filius vere hãc noſtram ſuſceperit carnem,hoc noſtrũ corpus, hãc noſtrorũ membrorũ fragilitatem: cum vtiq; paſſio corporis fuerit, diuinitas exors iniuriæ mãſerit. Ita de religione fit culpa. Omnis enim qui negat IESVM Chriſtũ in carne veniſſe, de deo non eſt. Videt integrũ & illibatæ caſtimonię virũ, ſuadet vt nuptias damnet, quo eiiciatur ab Eccleſia, & ſtudio caſtitatis a caſto corpore ſeparet. Audiuit alius quia vnus deus, ex quo omnia: adorat, atq; veneraf. Infidiatur ei diabolus, claudit aures, ne audiat quia vnus deus per quem omnia. ĩta nimia pietate impiũ eſſe cõpellit, vt dum patrem a filio ſeparat, patrẽ filiũq; cõſumdat, & perſonã vnam putet eſſe, nõ poteſtatẽ. Itaq; dum
C menſuram fidei neſcit, perfidiæ incurrit erumnã. Quomodo igitur hos laqueos euitabimus, vt poſſimus &
Pſal. 123. nos dicere: Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantiũ: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus? Non dicit, Ego contriui laqueum. non auſus eſt hoc dicere Dauid,ſed: Adiutoriũ noſtrũ in nomine domini. vt oſtenderet vnde laqueus ſolueretur, vt prophetaret q̃ venturus eſſet in hanc vitam, qui contereret laqueum fraude diaboli præparatum. Sed nõ potuit melius cõteri laqueus, niſi prædã aliquam diabolo demonſtraſſet: vt dum ille feſtinaret ad prędam, ſuis laqueis ligaretur: vt ego poſſim dicere: Laqueos parauerunt pedib? meis,& ipſi inciderũt in eos. Q uæ potuit eſſe pręda, niſi corpus? Oportuit igitur hãc fraudẽ diabolo fieri, vt ſuſciperet corpus dñs IESVS,& corpus hoc corruptibile, corpus infirmũ, vt crucifigeretur ex infirmitate.
Mat. 26. Si enĩ fuiſſet corp? ſpiritale, nõ dixiſſet: Spiritus promptus, caro autem infirma. Audi igitur vtrãq; vocem,& carnis infirmæ,& ſpiritus prõpti. Pater,ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Hæc carnis eſt vox. Sed non qđ ego volo, ſed quod tu vis. habes deuotionẽ ſpiritus & vigorem. Q uid repudias dignationẽ domini? Dignationis eſt qđ ſuſcepit corpus meũ, dignationis eſt quod D
ſuſcepit iniurias meas, ſuſcepit infirmitates meas, quas vtiq; natura dei ſentire non potuit,cũ etiã natura hominis contẽnere didicerit, vel ſuſtinere ac perpeti. Et ideo ſequamur Chriſtũ, iuxta qđ ſcriptũ eſt: Poſt dñm deũ tuum ambulabis,& ipſi ſoli adhærebis. Cui adhærebo niſi Chriſto? ſicut Paulus dixit: Q ui adhæret domino, vnus ſpiritus eſt. Illius igitur de deſerto, vt ad paradiſũ redire poſſimus, veſtigia proſequamur. Et videte quibus itineribus reducamur. Nũc in deſerto Chriſtus eſt, agit hominẽ, inſtruit, informat, exercet, vngit oleo ſpiritali. Vbi videt robuſtiorẽ, per fata & fructuoſa traducit: vt quando querebanẽ Iudæi qđ diſcipuli eius Sabbato de ſegete ſpicas vellerẽt. iã enim apoſtolos ſuos in agro culto,& fructuoſo opere collocauerat, poſtea in paradiſo cõſtituit tempore paſſionis. Sic enim habes: Hæc cum Ioan. 18.
dixiſſet IESVS, cũ diſcipulis ſuis tranſiuit trans tor*cedri. rentẽ Cedron,*vbi erat ortus, in quem introiuit ipſe cũ diſcipulis ſuis. Agro enim fœcũdo ortum eſſe potiorẽ docet Propheta in Canticis canticorum, dicens: Ortus Canti. 4.
cluſus ſoror mea ſponſa, ortus cluſus, fons ſignatus, emiſſiones tuæ paradiſus. Illa eſt enim animæ pura & immaculata virginitas, quę nullo terrore penarũ, nullis a fide ſecularis voluptatis illecebris, nullo vitæ amore traducitur. Deniq; virtute dñi hominẽ eſſe reuocatum, præ cæteris hic Euangeliſta teſtatur, qui ſolus inducit dominũ dicentẽ latroni: Amen dico tibi, hodie mecum E
eris in paradiſo. ¶ Plenus igitur IESVS ſpiritu ſancto « agitur in deſertũ.) Conſilio, vt diabolũ prouocaret. Nã « niſi ille certaſſet, non mihi iſte viciſſet. Myſterio, vt illũ Adam de exilio liberaret. Exemplo, vt oſtẽderet nobis diabolũ ad meliora tendentibus inuidere, & tũc magis eſſe cauẽdum, ne myſterii gratiam deſerat mentis infirmitas. Q uadraginta autẽ dies, myſticũ numerũ recognoſcis. Tot enim diebus aquas abyſſi effuſas eſſe meminiſti,& tot ieiunio dierũ ſanctificato Propheta, refuſã cæli ſerenioris eſſe clementiã. Tot ieiunio dierũ ſanctus Moyſes perceptionẽ legis emeruit. Tot annos in eremo conſtituti patres panẽ angelorũ & cæleſtis alimoniæ gratiam cõſecuti ſunt:nec antequã myſtici numeri tẽpus explerent, terrã repromiſſionis intrare meruerũt. Tot ieiunio dierũ dñi nobis in Euãgelium pateſcit ingreſſus. Vnde ſi quis Euangelii gloriam, fructũq; reſurrectionis optat adipiſci, myſtici ieiunii pręuaricator eſſe non debet. Q đ & in lege Moyſes, & in Euangelio ſuo Chriſtus, vtriuſq; teſtamẽti autoritate præſcripſit fidele virtutis eſſe certamẽ. Q uid vero ſibi vult qđ Euãgeliſta dominũ eſuriſſe ſignificauit, cũ de Moyſi atq; Heliæ ieiunio nihil tale videamus expreſſiũ? Nunquid hoF
minum patiẽtia deo fortior? Sed qui quadraginta diebus eſurire non potuit, oſtendit ſe non cibũ eſurire corporis, ſed ſalutem: ſimul vt aduerſarium laceſſeret ĩã timentẽ, qui quadraginta dierum fuerat ieiunio vulneratus. Et ideo fames domini pia fraus eſt, vt ĩ quo diabolus maiora metuens iam cauebat, famis ſpecie lacſatus tentaret vt hominẽ, ne impediretur triumphus. Simul illud diſce myſteriũ, ſancti ſpiritus opus, hoc eſt, diuinũ fuiſſe indiciũ, vt tentandũ ſe diabolo Chriſtus offerret.

De prima tentatione Chriſti a diabolo.

DIXIT autẽ illi diabolus: Si filius dei es, dic « lapidi huic vt panis fiat.) Tria præcipue do« cemur tela diaboli, quibus ad cõuulnerandã mẽtẽ hominis conſueuit armari. Gulę vnũ, aliud iactantiæ, ambitionis tertium. Inde autẽ cœpit, vnde iam vicit. Et ideo inde incipio in Chriſto vincere, vnde in Adam victus ſum, ſi tamen mihi Chriſtus imago patris virtutis exemplũ ſit. Diſcamus igitur cauere gulam, cauere luxuriam, quia telũ eſt diaboli. Laqueus tenditur cũ menſa regalis cõuiuii præparat, quę conſtantiã ſepe mentis inclinat. Non ſolum enim cum

G audimus verba diaboli, sed etiã cum videmus eius copias, laqueum vitare debemus. Didicisti igitur diaboli telum: sume scutum fidei, loricã abstinentiæ. Sed quid sibi vult talis sermonis exordius, Si filius dei es: nisi quia cognouerat dei filium esse venturũ, sed venisse per hanc infirmitatem corporis non putabat? Aliud explorãtis, aliud tentãtis est: & deo se profitetur credere, & homini conatur illudere. Sed vide arma Christi, quibus tibi nõ sibi vicit. Nam qui maiestate sua lapides in panẽ posse conuerti naturę alterius transfusione monstrauit, docet nihil tibi pro diaboli arbitrio nec declarãdę virtutis cõtemplatione faciendũ. Simul in ipsa tentatione artificẽ diaboli discе verſutiam. Sic tentat vt exploret, sic explorat vt tẽtet. Ecõtra dãs sic fallit vt vincat, sic adhuc vincit vt fallat. Nam si cõuertisset naturã, proderet creatorẽ. Medie ergo respondit dicens: ¶ Scriptum est, Quia » non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo dei.)

Vides quo genere vtatur armorũ, quo hominẽ a spiritalis nequitiæ incursione defendat aduersus irritamẽta gulę septum atq; munitũ? Non enim quasi deus vtitur potestate. Quid enim mihi proderat? Sed quasi homo cõmune sibi arcessit auxilium, vt diuinæ pabulo lectionis intentus, famem corporis negligat, alimentũ verbi cælestis acquirat. Huic intentus Moyses panẽ non desiderauit. Huic intẽtus Helias famem prolixioris non sensit ieiunii. Non enim potest qui verbum sequitur, panem desiderare terrenũ, cum panis substãtiã cęlestis accipiat. Humanis enim diuina præstare nõ dubiũ est, & corporalibus spiritalia. Et ideo qui vitã verã desiderat, illum panem expetat, qui per insensibilem substantiam H humana corda confirmat. Simul cũ dicit, Non in pane solo viuit homo, ostendit hominẽ esse tẽtatum, hoc est, susceptionem nostram, non suã diuinitatẽ. Sequitur iactantię telum, quo procliue delinquitur: quia dũ homines gloriam virtutis suæ iactare desiderãt, de loco meritorum suorum & statione decidunt.

De secunda tentatione Christi.

» T duxit illum, inquit, i Hierusalẽ, & statuit
» eũ supra pinnã templi.) Ita enim est iactan-
» tia, vt dũ se putat vnusquisq; ad altiora con-
*trahatur scendere, sublimium vsurpatione factorũ ad
» inferiora trudatur*. ¶ Et dixit illi: Si filiꝰ dei es, mitte te
» deorsum.) Vere diabolica vox, quę mentẽ hominis de gradu altiore meritorum præcipitare contendit. Quid enim tam propriũ diabolo, q̃ suadere vt vnusquisq; se mittat deorsũ? Discе ergo & tu diabolũ vincere. Agite spiritus, sequere spiritum. Non te reuocet carnis illecebra, spiritu plenus discе contẽnere voluptates. Ieiuna
I si vis vincere. Cõsequens est vt per hominẽ diabolus te putet esse tentandũ. Christus quasi fortior facie ad faciẽ tentatur, tu per hominem. Et illud diaboli verbum est cum dicit: Homo fortis esto, mãduca & bibe, & similis mane. Noli te tibi credere, nõ erubescas egere præsidiis quibus non egebat Christus, & tamen ea non negligebat, vt te doceret dicens: Cauete ne grauetur cor vestrũ Lucę. 21. in vino & crapula. Nõ erubuit Paulus, qui ait: Sic enitor non vt aerem cædens. Aera quidem non cædebat 1. Cori. 9. Apostolus, sed potestates aerias verberabat. Sed castigo, inquit, corpus meũ, & in seruitutem redigo: ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus inueniar. Simul infirmitatẽ suã diabolus malitiãq; designat, quia nemini potest nocere diabolus, nisi ipse se miserit. Nam qui relictis cælestibus terrena eligit, voluntariũ quoddã præcipitium vitæ labentis incurrit. Simul quoniam telum suũ diabolus vidit obtusum, quo omnes homines proprię subiecerat potestati, plus cœpit q̃ hominẽ iudicare. Sed dãs rursus nec ea quidẽ quę de se fuerãt prophetata, ad arbitrium diaboli putauit esse faciẽda, sed diuinitatis propriæ autoritate seruata, verſutię eius occurrit: vt quia scripturarũ exemplũ prętenderat, scripturarum vinceretur exemplis. Potestas enĩ est deo vincere, scriK ptura mihi vicit. Discе hic quoq; quia Satanas transfi- 1. Cor. 11.
gurat se velut angelum lucis, & de scripturis ipsis sæpe diuinis laqueum fidelibus parat. Sic hæreticos facit, sic euiscerat fidem, sic iura pietatis impugnat. Ergo non te capiat hęreticus, quia potest de scripturis aliqua exẽpla proferre, nec sibi arroget quod doctꝰ videtur. Vtitur & diabolus testimoniis scripturarũ, non vt doceat, sed vt circũscribat & fallat. Cognouit aliquẽ attentũ religioni, virtutibus clarũ, signis & operibus præpotentẽ iactãtię tendit laqueũ, vt huiusmodi virum inflet tumore, quo pietati se non credat, sed credat iactantiæ: nec deo deputet, sed sibi arroget. Ideoq; Apostoli non in suo, sed in Christi nomine dæmonis imperabãt, nẽ arrogare sibi aliquid viderentur. Sic Petrus paralyticũ curat dicens: Actuũ. 3.
In nomine IESV Nazareni surge & ambula. Discе etiam de Paulo fugere iactãtiã. Scio, inquit, hominem 2. Cor. 12.
siue i corpore, siue extra corpus nescio, deus scit, quoniã rapt9 est in paradisum, & audiuit verba ineffabilia quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autẽ nõ gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Ergo & hic diabolus quoniam fortem sensit, iactantiã prætẽdit, quæ etiam fortes decipit. Sed dominus respõdit ei: » ¶ Non tentabis dominũ deum tuum.) In quo & domi- «
num & deũ Christũ, & patrem & filiũ potestatis vnius esse cognoscis, iuxta qd scriptum est: Ego & pater vnũ Ioan. 10.
sumus. Et ideo si vnũ obtẽdit diabolus, occurre ei quia L
scriptũ est, Sumus. Et distingue vnũ, ne discernas potestatẽ: distingue vnũ, ne patrem filiumq; fecernas.

De tertia tentatione Christi.

» T duxit illum diabolus iterũ in montẽ altissi- «
mum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ «
in momento tẽporis.) Bene in momento tẽ- «
poris secularia & terrena demonstrãtur. Nõ enim tam conspectus celeritas indicatur, q̃ caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cũcta illa prætereunt, & sæpe honor seculi abiit antequã venerit. Quid enim seculi potest esse diuturnũ, cum ipsa diuturna non sint secula? Docemur hic inanis ambitionis flabra despicere, qd omnis dignitas secularis diabolicæ subiaceat potestati, ad vsum fragilis, & inanis ad fructũ. Sed quomodo hic dat diabolus potestatẽ, & alibi legis, Quia omnis potestas a deo est? Nũquid potest Rom. 13.
quis duobus dominis seruire, aut a duobus accipere potestatem? Num ergo contrariũ est? Minime. Sed vide quia omnia a deo. Neq; enim fine deo mundus, quia & mũdus per ipsum factus est. Sed licet a deo factus sit, ta- Ioan. 1.
men opera eius mala, quia seculũ in maligno positũ est, 1. Ioan. 5.
& ordinatio mũdi a deo, opera mũdi a malo. Ita etiam a deo potestatũ ordinatio, a malo ambitio potestatis. Rom. 13.
Deniq; non est, inquit, potestas nisi a deo. Quæ autem M
sunt a deo, ordinatę sunt: non datę, sed ordinatæ: & qui resistit potestati, dei, inquit, ordinationi resistit. Hic quoq; licet dicat dare se diabolus potestatẽ, omnia tamen illa ad tẽpus permissa sibi esse nõ abnuit. Itaq; qui permisit, ordinauit: nec potestas mala, sed is qui male vtitur potestate. Deniq; vis nõ timere potestatẽ? Fac bonum, & habebis laudẽ ex illa. Non ergo potestas mala, sed ambitio. Deniq; eousq; a deo ordinatio potestat(), vt dei minister sit qui bene potestate vtitur. Dei, inquit, minister est tibi in bonum. Non ergo muneris aliqua culpa est, sed ministri: nec dei potest ordinatio displicere, sed administrãtis actio. Nam vt de cælestibus ad terrena deriuemus exemplum, dat honorem imperator, & habet laudem. Q̃ si quis male honore vsus fuerit, nõ imperatoris est culpa, sed iudicis. Habẽt reum sua crimina, nõ quia potestas vnũquẽq;, sed malitia sua implicat. Quid ergo? Bonũ est vti potestate, studere honori. Bonum si deferatur, nõ eripiatur. Distingue tamen hoc ipsum bonum. Alius enim bonus in seculo, alius perfectę virtutis

A tis vsus. Bonum est enim cognoscendæ diuinitatis studium, nullis occupatiõibus impediri. Nam etsi multa
Ioan. 17. bona, vna tamẽ est vita æterna. Hęc est autẽ vita æterna, vt cognoscant te solum verũ deum, & quem misisti IESVM Christũ. Et ideo vitæ æternæ maximus fructus solus est: deus vitę remunerator æternę est. Solum deum & dũm nostrũ adoremus, & ipsi soli seruiamus, vt sol? ipse nos fructu remuneret amplissimo. Fugiamus omnia quæ diabolicæ subiacent potestati, ne tanq̃ malus tyrannus in eos quos intra suũ regnũ inuenerit, acceptæ fœuitia potestatis vtatur. Nõ ergo a diabolo potestas est, sed obnoxia tamen insidiis diaboli. Nec tamẽ ideo mala ordinatio potestatum, quia malo obnoxiæ potestates. Bonũ est enĩ deũ quærere, sed quidã ipsius inquisitionis anfractus & error obrepit. Nãsi inquisitor in sacrilegium sęua interpretatione vertatur, in deterius vertitur quærentis offensa, q̃ si nõ quæsisset: nec tamen inquisitionis, sed quæsitoris est culpa: nec inquisitio obnoxia malo, sed quærẽtis affectus. Q̃ si is qui deum querit, propter fragilitatem carnis & mentis angustiam sæpe tentatur, quãto magis qui seculũ querit, obnoxius est? A tq; hoc ipso pernitiosior ambitio, quod blanda quædã est cõciliatricula dignitatũ, & sæpe quos vitia nulla delectãt, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia, subruere facit ambitio criminosos. Habet enim forẽsem gratiã, domesticũ periculũ: & vt domineẽ aliis, prius seruit. Curuatur obsequio, vt honoB re donetur: & dũ vult esse sublimior, fit remissior, cum in ipsa potestate qđ præcellit, alienũ sit. Legibus enim imperat, sibi seruit. Dicet fortasse aliqs, quia solus qui malum fecerit, timet: tamen qui mare nauigat, plus timet. Econtra in immobili terrarum statione cõsistens, non solet timere naufragiũ. At ti mobile conscẽdat elementum, frequentioribus obnoxius fit periculis. Fuge ergo seculi mare, & naufragium non timebis. Etsi frequenter arborũ vertices spirantiũ verberent flabra ventorũ, solidatis tamẽ radicibus nullus occasus est. At in mari furentibus ventis, etsi nõ omnium naufragium, omnium tamẽ periculũ est. Ita etiam aduersis flatibus nequitiæ spiritalis, nullus in arena vel in salo tutus est, et naues Tharsis vehementi sæpe spiritu conteruntur. Hæc moraliter. Cęterum qđ ad mysticũ ordinẽ spectat, cernis vetusti erroris vincula suis resoluta vestigiis: vt primo gulæ, sc̃do facilitatis, tertio ambitionis laqueus solueretur. Pellect9 est enim Adam cibo, & in* locũ interdictæ arboris sententię facilitate transgressus. Temerarię quoq; ambitionis crimen incurrit, dũ similitudinẽ diuinitatis affectat. Et ideo prius dominus veteris nexus soluit iniuriæ, vt nos iugo captiuitatis excusso, vinC cere crimina scripturarũ præsidio discеremus. Q̃ si dãs IESVS propria nõ desiderauit, tu aliena cur quæris? Si creator omnium seculi gloriã subeundę paupertatis virtute cõtempsit, cur tu fastidias qđ natus es, appetas qđ indebitũ est? Cur ea quæ ad vsum tibi diuturna esse non possunt, ad supplicii diuturna deposcas? Caue insidias, caue fraudes. Et hoc ipso qđ ad subruendũ hominẽ totum versuta diabolus mundum fraude concutiat, totius seculi pugnet illecebris, eius tibi blanditiæ plus cauendæ. Non Euam cibus flexerat, nõ mãdatorũ desistuerat obliuio, sed promissi honoris ambitio illecebrosa decepit. Quæ si solum dominum adorare voluisset, indebita non quæsisset. Et ideo remedium datur quo telũ ambitionis obtundas, vt soli domino seruias. Caret enĩ ambitione religiosa deuotio.

De recessu diaboli a Christo.

» T cõsummata omni tentatione diabolus re-
» cessit ab illo vsq; ad tẽpus.) Prope omniũ cri-
minum fontes, hæc tria genera demonstrantur esse vitiorũ. Neq; enim consummatã omnẽ tẽtationẽ, scriptura dixisset, nisi in his trib9 esset omniũ materia delictorũ, quorum semina in ipsa origine sunt D
cauenda. Finis ergo tentationũ, finis est cupiditatum: quia causæ tentationũ, causę cupiditatum sunt. Causæ autem cupiditatũ sunt, carnis oblectatio, species glorię, auiditas potentiæ. Q̃ religiosum videtur vt cõmemorationem Christianę fœminæ nõ recuses: sed crebra inde tẽtatio. Si attentos deo viderit diabolus, suggerit vt decipiat. Sed tu quãtis de proposito præsumas, caue tẽtationem, sciẽs naturam. Hæc tria, si recorderis, etiam Paulus cauenda præscripsit, designans tres esse species peccatorũ, a quibus liber expectat iustitiæ coronã. Neq; enim, inquit, in verbo adulationis fuimus, neq; in occa- 1. Thes. 2.
sione auaritiæ, deus testis est, neq; gloriã quærentes ab hominib9. Et ideo diabolũ vicit, coronã petiuit. Vides ergo ipsum diabolũ nõ esse in studio pertinacem, cedere verę solere virtuti. Etsi inuidere nõ desinat, tamẽ instare formidat, quia frequẽtius refugit triũphari. Audito itaq; dei nomine, recessit, inquit, vsq; ad tẽpus. Postea enim non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit. Docet igitur te scriptura diuina, non tibi cõtra carnem & sanguinem, sed contra insidias spiritales esse certamen. Vides magnificentiam Christiani viri, qui certat cum rectoribus mũdi: & licet cõstitutus in terris, aduersus spiritalia nequitiæ quæ sunt in cælestib9, animi virtute decernit. Nõ enim de terrenis cõtẽdimus, vt dimicemus in terra, sed spiritalib9 propositis præmiis de re- E
gno dei, & Christi hęreditate, necesse est spiritalia prius impedimenta superẽtur. Corona proposita est, subeũda certamina sunt. Nemo potest nisi vicerit coronari. Nemo potest vincere, nisi ante certauerit. Ipsius quoq; coMatth. 7.
ronæ maior est fructus, vbi labor maior est. Arta enim & angusta est via quæ ducit ad vitam, lata vero & spatiosa quæ ducit ad mortem. Et ideo tẽtationem nũquã timere debemus. Estenim causa victoriæ, materia triũphorum. Diues ille qui tentationẽ non sensit in hoc seculo, in pœnis est apud iferos. Pauper ille Lazarus qui ita paupertate morboq; afflictus est & attritus, vt vibices eius a canibus lamberentur, vitę istius labore miserabilis, coronã gloriæ quæsiuit æternæ. Multæ enim tribulationes nõ quorũcũq;, sed iustorũ. Deniq; quos diligit dãs, sæpe castigat. Petrus tentatus est vt negaret, negauit vt fleret. Et quid de cæteris dicã? Nempe Iob erat probatus a deo: sed licet probatus erat, victor tamẽ non erat. Probata erat deuotio virtutis, tamen præmiũ nõ habebat. Et ideo tentãdus offertur, vt glorioſior redderetur. Illius quoq; certaminis refert vt gradum spectes. Non vnum telum diabolus habet, frequentat spicula, vt aut præmio vincat, aut tædio. Primo cupiditate vulnerat, secundo pietate, tertio sanitate. Mentis enĩ F
pariter & corporis pugnat vlceribus. Diuersitas quoq; ipsa tentationum, pro diuersitate certantium est. Auaritiæ dãno diues vrgetur, pater dispendio filiorum, homo doloribꝰ, corpus vlceribus. Quãta hęc tela? Vnde dominus noluit habere quod perderet, & ideo pauper huc venit, ne haberet diabolus quod auferret. Vis scire q̃ verum sit? Ipsum dominũ dicentẽ audi: Venit huius Ioan. 14.
mundi princeps, & in me inuenit nihil. Noluit etiã pauperum esse pater, vt esset omniũ. Fruſtra autẽ corporis tentaretur vlceribus, qui cõtẽneret omnes corporis passiones: simul vt ostenderet nobis qđ imaculata sibi corporis hoste depulso victoria deberet. Sed ille quasi homo suis tentatur, hic publicis. Illi patrimoniũ aufertur, huic regnũ orbis offertur. Nec totus sine fraude diabolus, qui exasperare dei filium vereretur, illũ iniuriis tentat, hunc p̃miis. Ille quasi seruulus dicit: Dãs dedit, dãs Iob. 1.
abstulit. hic naturæ suæ dispositionis conscius sua sibi ridet offerri. Et vt ad illud reuertamur, ingruit nuncius super nuntiũ, cõgeminãt vulnera, nec tamẽ fortis athleta mente turbatur. Adhibetur mulier primæ fraudis illecebra: hic per virginem natus, errori obnoxiam non habebat. Amici adhibẽtur, qui prauis cõsiliis opprimãt

G reluctantẽ,ſed in omnibus quæ acciderunt ei,nuſquam peccauit Iob labiis ſuis in conſpectu dei. Nã qđ maledi-
Iob.3. cit diei dicens, Pereat dies illa in qua natus ſum. et infra: Et maledicat ei is qui maledixit diem illam,qui habet magnũ cetum opprimere:ad prophetiã pertinet: eo qđ diabolum tanq̃ procelloſi ſeculi iſtius cetum dñs noſter IESVS Chriſtus oppreſſit. & generationis ſuæ carnalis diem perire deſiderat,vt dies eius in regeneratione numeretur. Pereat,inqt,dies ſecularis,vt dies ſpiritalis oriatur. Ergo in tentatione ſanctus Iob myſteria loquitur. Qui enim vincebat ſeculum, Chriſtum videbat. Nos igitur non timeamus tentationes,ſed magis
2.Cor.12. in tentationibus gloriemur,dicentes: Quãdo infirmamur,tunc potentes ſumus. tunc enim nectitur corona iuſtitiæ. Sed illa Paulo fortaſſis accõmoda:nos autẽ, quia plures coronæ ſunt,quãcunq; ſperare debemus. In ſeculo laurus corona eſt corona eſt & ſcutum. At vero tibi propoſita eſt corona deliciarum. Corona enim deliciarũ obumbrabit te. Et alibi: Scuto voluntatis ſuæ circũdabit te. Gloria quoq; & honore quem dilexit dñs coronauit. Ergo qui vult coronã dare,tentationes ſuggerit. Et ſi quãdo tentaris,cognoſce quia paratur corona. Tolle martyrũ certamina,tuliſti coronas. Tolle cruciatus,tuliſti beatitudines. Nõne tentatio Ioſeph virtutis
H eſt cõfectratio? Nõne iniuria carceris corona eſt caſtitatis? Quemadmodũ regni in Ægypto conſortiũ potuiſſet adipiſci,niſi venditus fuiſſet a fratribus? Qđ dei factum arbitrio,vt iuſtus probaretur,ipſe monſtrauit dicẽs, Quemadmodum fieret in hodierno vt paſceretur populus multus? Nõ debemus igitur tẽtationes ſeculi pro malis timere,quibus bona præmia cõparantur: ſed magis rogare contemplatione conditionis humane, vt eas tentationes ſubeamus,quas ferre poſſimus.

De egreſſu ipſius IESV in Galilæam ad docendũ.

» T egreſſus IESVS in virtute ſpiritus in
» Galilæam.) Completur hoc loco prophetia
Eſaiæ.9. » Eſaiæ dicẽtis: Regio Zabulon,& terra Neptalim,& cæteri Paraliam inhabitantes,& qui ſecus maritima trans Iordanẽ Galilææ gentiũ,populus qui ſedebat in vmbra mortis,lucem viderũt magnam. Quis eſt enim lux magna,niſi Chriſtus,qui illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum? Deinde librum accepit,vt oſtẽderet ſeipſum eſſe qui locutus eſt in prophetis:& remoueret ſacrilegia perfidorum,qui aliũ deum dicunt veteris teſtamẽti,aliũ noui, vel qui initiũ Chriſti dicunt eſſe ex virgine. Quomodo enim cœpit ex virgine,qui ante virginem loquebatur?

Teſtimonium ſcripturæ de miſſione IESV ad prædicandum & ſaluandum.

» SPIRITVS dñi ſuper me.) Vides trinitatẽ coæternã atq; perfectã. Ipſum loquitur
I ſcriptura IESVM deũ hominẽq; i vtroq; perfectum,loquitur & patrem,& ſpiritũ ſanctum. Spiritus enim ſanctus cooperator oſtẽditur, quãdo corporali ſpecie ſicut columba deſcẽdit in Chriſtum cũ dei filius baptizaretur in fluuio,pater loqueretur e cælo. Q đigitur maius quæremus teſtimonium, q̃ quod ſe fuiſſe qui locutus eſt in prophetis, propria voce ſignauit? Vngitur oleo ſpiritali,& virtute cęleſti,vt pauperta-
tem conditionis humanæ theſauro reſurrectionis ri-
garet æterno,captiuitatem mẽtis auerteret, cæcitatem illuminaret animorũ,annũ dñi perpetuis diffuſum tẽporibus prædicaret,qui redire in orbem laboris neſciat, continuatione fructus hominibus & quietis indulgeat. Atq; ille ita ad omnia ſe curuauit obſequia,vt ne lectoris quidem aſpernaretur officium. Nos vero impii, qui diuinitatis fidem miraculis operum colligendam contẽplatione corporis negabamus.

Dereſponſione IESV ad conciues ſuos.

AMEN dico vobis,qđ nemo Propheta ac- « k
ceptus eſt in patria ſua.) Non mediocriter «
inuidia proditur,quæ ciuicæ charitatis oblita,i acerba odia cauſas amoris iflectit. Simul hoc exemplo pariter & oraculo declaratur qđ fruſtra opem miſericordiæ cælestis expectes,ſi alienæ fructibus virtutis inuideas. Aſpernator enim dñs inuidorũ eſt, & ab iis qui diuina beneficia in aliis perſequuntur,miracula ſuæ poteſtatis auertit. Dominicæ quippe carnis actus,diuinitatis exemplum eſt, & inuiſibilia nobis eius per ea quæ ſunt viſibilia demonſtrantur. Non ocioſe itaq; ſaluator excuſat qđ nulla in patria ſua miracula virtutis operatus ſit,ne fortaſſis aliquis vilioré patriæ nobis eſſe debere putaret affectũ. Neq; enim ciues poterat nõ amare,qui amaret omnes,ſed ipſi ſe charitate patriæ qui inuident abdicarunt. Charitas enim non 1.Cor.13.
æmulatur,non inflatur,nec tamen exors beneficiorum patria diuinorũ eſt. Quod enim maius miraculũ, q̃ qđ in ea natus eſt Chriſtus? Videte igitur quid mali inuidia afferat. Indigna propter inuidiã patria iudicatur,in qua ciuis operet̃,q̃ digna fuit in qua dei filius naſceret.

Confirmatio reſponſionis exẽplo Heliæ & viduæ.

IN veritate dico vobis,multę viduæ fuerunt « L
in diebus Heliæ.) Non quia Heliæ dies fue- «
runt,ſed in quib? Helias operatus eſt: aut ga
dies faciebat illis,qui in eius operibus lucem videbant gratiæ ſpiritalis,& conuertebantur ad dominum. Et ideo aperiebatur cælum videntibus æterna & diuina myſteria,claudebatur quando fames erat, quia nulla erat cognoſcendæ diuinitatis vbertas. Sed de hoc plenius ſcripſimus cum de viduis ſcriberemus.

Confirmatio eiuſdẽ exemplo Heliſæi & Naaman.

T multi leproſi erant In iudea tp̃ib? Heliſęi «
pphete,& nemo eorũ mũdatus eſt niſi Na- «
aman Syrus.) Euidenter hic ſermo nos do- «
mini ſalutaris informat,& ad ſtudiũ venerãdæ diuinitatis hortatur,qđ nemo ſanatus oſtenditur,& maculoſi morbo corporis abſolutus, niſi q religioſo officio ſtuduit ſanitati. Non enim dormientibus diuina beneficia,ſed obſeruantibus deferũtur. Et bene apto comparationis exemplo arrogantia ciuium retũditur inuidorũ,dominicũq; factũ ſcripturis docetur veteribus cõ-
uenire,qđ in libris quoq; Regnorũ legimus gentilẽ vi- 4.Reg.6.
rum Naaman prophetico oraculo lepræ maculis abſolutum,cũ plurimos iudęorum lepra corporis pariter & mentis abſumeret. Siquidem etiã quatuor illos qui co- 4.Reg.7.
gente fame in caſtra primi regis Syriæ tetenderũt,tra- M
dit hiſtoria fuiſſe leproſos. Cur igit̃ nõ curabat fratres, nõ curabat ciues,nõ ſanabat propheta cõſortes,cũ ſanaret alienos,ſanaret eos qui obſeruantiã legis & religionis cõſortiũ nõ habebant,niſi quia voluntatis eſt medicina,nõ gentis,& diuinũ mun? votis eligit̃,nõ naturæ iure deferẽ? Diſce chriſtiane rogare qđ cupias ipetrare: faſtidioſos viros cæleſtiũ profect? munerũ nõ ſequitur. Sed quãuis ſimplex expoſitio moralẽ informet affectũ, gratia tamen nõ eſt occulta myſterii. Etenim cũ poſteriora a ſuperioribus deriuentur, tum etiam ſuperiora poſterioribus aſtruuntur. Diximus enim in libro alio, in vidua illa ad quam Helias directus eſt,typũ Eccleſiæ præmiſſum. Populus Eccleſiã cõgregauit, vt ſequatur populus ille ex alieni gẽis cõgregat?. Populus ille ante leproſus,popul? ille ante maculoſus,prius quàm myſtico baptizaretur in flumine,idem poſt ſacramẽta baptiſmatis maculis corporis & mentis ablutus,iam non lepra,ſed immaculata virgo cœpit eſſe ſine ruga. Merito ergo magnus Naaman in conſpectu dñi ſui, & admirabilis facie deſcribitur,quoniã in eius typo ſalus futura gentibus declaratur,qui ſacratę cõſilio puellę, quę fractis viribus ciuium in hoſtilem captiua venerat po-

A teſtatem,a prophęta ſalutẽ ſperare cõmonitus,non terreni regis imperio,ſed diuinæ miſericordiæ liberalitate
4.Reg.5. ſanatur. Cur myſtico numero mergere iubeb̃? Cur Iordanis fluuius eligitur? Nonne boni,inquit, Abana & Pharfar fluuii Damaſci præ Iordane? Sed iratus hos prætulit,Iordanem meditatus elegit. Neſcit enim ira myſterium,fides nouit. Diſce baptiſmatis gratiam ſalutaris.qui leproſus merſerat,fidelis emerſit. Diſce ſpiritalia ſacramẽta ſignari. Corporis remedium petitur, mẽtis acquiritur. Ablutur caro, affectus abluitur. Nõ enim magis corporis q̃ mentis lepra video fuiſſe mundatam,quando poſt baptiſmũ veteris erroris colluuione deterſa,negat ſe diis alienis hoſtias quas ſpopõderat domino litaturum. Diſce etiam congruę præcepta virtutis.probauit fidẽ,qui præmia recuſauit. Diſce vtroq; doctorũ factorũq; magiſterio quid ſequaris. Habes domini præceptum,vatis exemplũ,gratis accipere,gratis dare,nec vendere miniſteriũ,ſed offerre. Non enim precio taxatur dei gratia,nec in ſacramentis lucrum quæritur,ſed obſequiũ ſacerdotis. Nõ tamẽ ſatis eſt ſi lucrũ ipſe non quæras: familiæ quoq; tuæ cohibendæ manus ſunt: nec hoc ſolum expoſcitur, vt te ſolũ caſtũ immaculatumq; cuſtodias. Non enim dixit Apoſtolus,te ſolũ, ſed,teipſum caſtum cuſtodi. Quæritur ergo nõ ſolum
1.Tim.5. tua ab huiuſmodi nũdinis,ſed etiam domus tuæ caſtitas. Oportet enim irreprehẽſibilem eſſe ſacerdotẽ, ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos, cũ omni caſtitate. Si quis autẽ domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſię dei diligentiã habebit? Inſtrue ergo
B familiam tuã,hortare,cuſtodi: et ſi te fefellerit ſeruulus (humanam non excipio facultatem) prophetico deprehẽſus repudietur exemplo. Cito turpem ſequitur lepra mercedem,& pecunia corpus animumq; male quæſita
4.Reg.5. commaculat. Accepiſti,inquit,pecuniam,& poſſidebis ex ea agrũ,& vineas,& oliueta,& greges,& lepra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo vſq; in æternum. Vides quia facto autoris ſucceſſio damnatur hęredis. Inexpiabilis eſt enim venditi culpa myſterii, & gratiæ vindicta cæleſtis tranſit ad poſteros. Deniq; Moabitæ & cæteri non intrabunt Eccleſiã vſq; ad tertiã & quartã generationẽ,tandiu videlicet, vt ſimplicius interpretemur, donec culpã autorũ multiplicis ſucceſſio generationis aboleret. Sed cum illi qui in deum idololatrię errore deliquerunt,in quartam generationẽ videãtur eſſe mulctati: profecto durior videt̃ eſſe ſententia qua Giezi ſemen vſq; in æternũ pro cupiditate habendi prophetica autoritate damnatur: præſertim cũ dominus noſter IESVS Chriſtus per lauacri regenerationẽ omnibus remiſſionẽ dederit peccatorum: niſi vt vitiorum magis
C q̃ generis ſemen intelligas. Sicut enim qui filii promiſſionis ſunt,æſtimantur in ſemen bonum: ita etiam qui filii erroris ſunt,æſtimantur in ſemen malum. Nam & Iudæi ex patre diabolo,non vtiq; carnis ſucceſſione, ſed criminis. Ergo omnes cupidi,omnes auari Giezi leprã cũ diuitiis ſuis poſſident: & male quæſita mercede, non tam patrimoniũ facultatũ q̃ theſaurũ criminũ cõgregaeunt,æterno ſupplicio,& breui fructu. Nã cum diuitiæ ſint caducæ,pœna perpetua eſt: quia neq; auarus, neq; ebrioſus,neq; idolis ſeruiens regnum dei poſſidebunt.

De indignatione Iudæorum,& electione IESV.

» T repleti ſunt ira omnes in Synagoga hęc
» audientes,& ſurrexerũt,& eiecerunt illum
» extra ciuitatem.) Sacrilegia Iudęorum quę multo ante dominus prænunciauerat per Prophetas,& pſalmi verſiculo declarauerat quæ paſ-
Pſal.37. ſurus eſſet in corpore conſtitutus, dicens: Retribuebãt mihi mala pro bonis: in Euãgelio docet eſſe completa. Nam cũ ipſe per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirum ſi perdiderũt ſalutẽ, qui eiecerũt de ſuis finibus ſaluatorem. Moralis enim dominus: & quí docuerat exẽplo ſui apoſtolos ſuos omnia- D
bus omnia fieri: nec volentes repudiat, nec inuitos alligat, nec eiicientibus reluctatur, nec rogãtibus deeſt. Sic Geraſenos alibi,cũ virtutes eius ſuſtinere,non poſſent, quaſi infirmos & ingratos reliquit. Simul intellige non ex neceſſitate fuiſſe,ſed voluntariam corporis paſſionẽ, nec captũ a Iudæis, ſed a ſe ipſo oblatũ. Et enim quãdo vult capitur,quando vult elabitur,quando vult ſuſpẽditur,quando vult non tenetur. Et hic in ſupercilio montis præcipitandus aſcenderat: & ecce per medium illorum,mutata ſubito vel obſtupefacta furentium mente, deſcendit. Nõdum enim hora venerat paſſionis, quin etiam malebat adhuc Iudęos ſanare quàm perdere, vt inefficaci furoris exitu deſinerent velle,qđ implere non poſſent. Vides igitur & hic diuinitatis eſſe quod nõ captus eſt, & illic voluntatis eſſe quod captus eſt. Nam quemadmodũ a paucis teneri potuit, qui a populo non tenetur? Sed noluit ſacrilegiũ eſſe multorũ, vt in autores culpę crucis inuidiam retorqueret, atq; a paucis quidem affigeretur,ſed pro toto orbe moreretur.

Confirmatio doctrinæ Chriſti per miracula.

ET in Synagoga erat homo habens ſpiritum « c
immundum.) Et infra: Surgens autem de «
Synagoga intrauit in domum Simonis & Andreæ. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.) Vide clementiã domini ſaluatoris, nec indignatione commotus, nec ſcelere offẽſus, nec in- B
iuria violatus Iudæam deſerit: quinetiam immemor iniuriæ,memor clementiæ,nunc docendo,nunc liberãdo,nunc ſanando,infidæ plebis corda demulcet. Et bene ſanctus Lucas,virum ab ſpiritu nequitię liberatum ante premiſit,& ſubdit fœminæ ſanitatẽ. Vtriq; enim ſexum dominus curatur? aduenerat,& prior ſanari debuit qui prior creatus eſt,nec prætermitti illa quæ mobilitate magis animi q̃ prauitate peccauerat. Sabbato medicinæ dominicæ opera cœpta ſignificat, vt inde noua creatura cœperit, vbi vet? creatura ante deſuit: nec ſub lege eſſe dei filium,ſed ſupra legem in ipſo principio deſignaret: nec ſolui legẽ,ſed impleri. Neq; enim per legẽm,ſed verbo factus eſt mũdus,ſicut legimus: Verbo Pſal.32.
domini cæli firmati ſunt. Non ſoluitur ergo lex,ſed impletur,vt fiat renouatio hominis iam labẽtis. Vnde &
Apoſtolus ait: Expoliãtes vos veterem hominem,in- Epheſ.4.
duite nouum qui ſecundum deum creatus eſt. Et bene Sabbato cœpit,vt ipſum ſe oſtẽderet creatorẽ,qui opera operibus intexeret,& proſequeretur opus quod ipſe iam cœperat: vt ſi domum faber renouare diſponat,nõ a fundamẽtis,ſed a culminibus incipit ſoluere vetuſtatem*. Itaq; ibi prius manũ admouet, vbi ante deſierat. * vetuſtã.
Deinde a minorib? incipit,vt ad maiora perueniat. Li- E
berare a dæmone & homines,ſed i verbo dei poſſũt: reſurrectionem mortuis imperare, diuinę ſolius eſt poteſtatis. Nec quenquã mouere debet quod IESV Nazareni nomen in hoc libro diabolus dixiſſe primus inducitur. Nec enim ab eo Chriſtus nomẽ accepit, quod de cælo angelus ad virginẽ detulit. Eſt enim huius impudentiæ, vt inter homines aliquid primus vſurpet,& ad homines quaſi nouum deferat,quo terrorem ſuę poteſtatis incutiat. Deniq; & in Geneſi primus deum homini nũcupauit. Sic enim habes: Et dixit ſerpens mu- Geneſ.3.
lieri: Quid vtiq; dixit deus,Ne edatis ab omni ligno? Geneſ.2.
Vterq; igitur deceptus a diabolo eſt, ſanat? a Chriſto. Sequere cætera,& Euangelicę lectionis diſce myſteria, atq; in duorũ ſanitate publicę ſacramentũ ſalutis agnoſce. Sicut enim in Adam omnes moriuntur,ita & in 1.Cor.15.
Chriſto oñes viuificabũtur. Quis eſt ille qui in Synagoga ſpiritum dæmonii habebat immũdum,niſi populus Iudæorũ,qui quaſi ſerpentinis ſpiris reuinctus,& inuodatus diaboli laqueis,ſimulatã corporis mũditiã

G interioris mẽtis sordibus inquinabat? Et bene in Synagoga homo erat qui spiritũ immũdum habebat, quia spiritũ sanctũ amiserat. Introierat enim diabolus, vnde Christus exierat. Simul ostenditur natura diabuli non improba, opera iniqua. Nã qui per superiorẽ naturam deũ cõfitetur, opere negat: & in hoc apparet eius nequitia, & improbitas Iudæorũ, qđita populo vesanæ cæcitatem mentis offudit, vt populus neget, quẽ dæmones confitentur. O peior magistro discipulorum hæreditas, ille verbo dominũ tentat, hi facto. Ille dicit: Mitte te, isti adoriuntur vt mittant. Si altiore cõsilio ista pensamus, animi debem⁹ intelligere & corporis sanitatẽ, vt prius animus qui serpentinis laborabat insidiis, absolut⁹ sit. Anima enim nunquã a corpore vinceretur, nisi prius a diabolo tentaretur. Nã cum anima corpus agat, viuificet & gubernet, quẽadmodum in eius illecebras captiua raperetur, nisi & ipsa superioris alicuius potestatis vinculis stringeretur? Deniq; non prius Eua esuriuit, q̃ serpentis versutia tẽtauit, & ideo aduersus ipsum autorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Fortassis etiam in typo mulieris illius socrus Simonis & Andreæ variis criminũ febribus caro nostra lãguebat, & diuersarũ cupiditatũ immodicis æstuabat illecebris. Nec minorẽ febrem amoris esse dixerim q̃ caloris. itaq; illa animũ febris, hæc corpus inflammat. Febris enim nostra auaritia est, febris nostra libido est, eo qđ ignitæ sint cupiditates. Vnde & Apostolus ait: Si non se cõtinent, nubant. melius est nubere q̃ vri. Febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est. Quę licet corporis vitia sint, ignem tamen ossibus implicant, mentẽ, animũ, sensumq; pertentãt. Hæc prior diaboli solicitatur arte. Etenim ager bon⁹, vestis, monile, suadela serpẽtis est. Honorum gratia, sublimitas potestatũ, epularum suauitas, forma meretricis laqueus est diaboli, & quasi quidã nequitiæ spiritalis illecebrosius affectus, qui per carnis illecebram quę cito fœminea quadam leuitate mollitur, animũ quoq; de gradu deiicit. Neq; enim formam mulieris animus prius quàm corporis oculus concupiscit. Deniq; qđ nõ videris non amabis: sed vbi caro concupierit, cõpatientis quoq; animi constantia defatiscit, & mens cõsortio amoris inflectit. Duo enim in carne vna sunt, atq; ita mors irrepit sceleris effectu, tentante diabolo, carne suadẽte. Vehemẽtior tamen est animi q̃ corporis febris, & ideo pro animi voluntate corporis salus plerunq; contẽnitur, nec a periculis abstinetur. Vnde non alienũ videtur repetere quẽadmodum Theotimus cum grauioculorũ incõmodo laboraret, & amaret vxorẽ, interdicta sibi a medico facultate coeundi, cupiditatis impatiẽs, atq; impetu
I libidinis raptus se moderari nequiuerit. Sciens enĩ prudensq; qđ esset oculos amissurus, prius quàm cõueniret vxori, in ipso æstu feruentis cupiditatis, & cõsuetudinis apparatu: Vale, inquit, amicã lumen. Sic febre libido flagrantior est, grauiusq; præcipitat & inflammat. Sed vbi quis resipuerit a furore, tũc cõscientiæ interioris visus aperitur, factiq; succedit pœnitentia, & pudenda sui vnusquisq; facinoris erubescit. Tũc deus timetur, & pector cupit se celare, sed nõ potest: tunc caro arguit, diabolus accusatur: hæc quasi lena vitiorum, ille quasi autor erroris. Patescit deformitas. Nudum est enim deo omne secretũ, nec illius ficus foliis, hoc est, tegimine corporali, & iactãtia seculari flagitiorum secreta velantur. Et vnusquisq; diuinum peccati conscia formidat mente iudicium, dicens: Qui super me montes cadant, in quibus me abscondam fissuris petrarum cum venerit confringere terrã? Tunc tribulos & spinas animo caro, hoc est, curarũ morsus, solicitudinũq; generat, æstusq; quos sibi per concupiscentiã carnis animus ipse circundedit. Etenĩ quasi clauis quibusdã suffigitur anima corporeis voluptatibus, & cum semel adhæserit cupiditatibus demersa terrenis, difficile in altum potest vnde descendit
K sine dei fauore reuolare. Actuum enim suorum victa laqueis, & deliciarum seculariũ illecebris obnoxia iam tenetur. Hunc ergo Adam, hanc Euam dominus liberaturus aduenit, quorũ alter ad imaginẽ dei factꝰ, altera virtutẽ sui accipiens viri, quãdiu fuit subdita fortiori, vnam gerebant in vno spiritu deo placitam voluntatẽ, & in paradiso positi dei vitæ cælestis operabantur alimoniam. Postea vero q̃ caro suadere diuersum, & legẽ cœpit primam non timere, paradisi exules facti in hunc inferiorẽ dimersiq; locũ peccati merito reciderunt. Nec quisquam putet incongruum esse si Adam atq; Eua in typo animæ & corporis æstimentur, cũ in typo Ecclesiæ æstimẽtur & Christi. Nam cũ duo esse in vna carne Apostolus diceret, adiecit: Sacramentũ enim hoc magnum est. Ego autẽ dico in Christo & i Ecclesia. In quo ergo superni dei, i eo multo magis animi nostri potest esse mysteriũ. Sed hæret, suffixus est, captus est, & corporeis successus est febribus, cõpassione carnis ægrescit. Quærẽdus est medicus. Sed quis iste tãtus est, qui sauciæ mentis medeatur vlceribus? Quis tãtus est homo qui possit aliis subuenire, cum sibi ipse nõ possit? Quis aliis possit vitam reddere, cũ ipse mortẽ non possit euadere? Omnes enim in Adam moriuntur, quia per vnũ Roma.5.
hominẽ in hunc mundũ peccatũ introiuit, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines pertrãsiit, in quo oẽs peccauerũt. Illius igitur culpa, mors omniũ est. Deniq; missi sunt sancti, missi sunt & prophetæ, qui oracula diuina loquerentur, nec quicquã promouere potuerunt. Quæramus ergo aliquẽ de angelis aut archãgelis medicum. Sed quẽadmodũ mihi possunt præsidium ferre
L ne peccem, cum ipse archangelus a peccato nõ potuerit abstinere? Quemadmodũ ad paradisum angelus reuocare me poterit, cum ipse Satanas & angeli sui sedem quam acceperant, seruare non potuerint?

De ascensu IESV in nauem Simonis vt doceret, & miraculo quosdam ad se traheret.

ASCENDENS autem in vnã nauim quę » CAP.
erat Simonis, rogauit eum vt a terra duce- » V.
ret pusillum.) Vbi dominus multis impar- »
tiunt varia genera sanitatum, nec tempore nec loco cœpit ab studio sanãdi turba cohiberi. Vesper incubuit, sequebantur: stagnum occurrit, vrgebant. Et ideo ascẽdit in Petri nauim. Hæc est illa nauis quæ adhuc secũdum Matthæum fluctuat, secundum Lucam repletur piscibus: vt & principia Ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberantis cognoscas. Pisces enim sunt qui
M hanc enauigãt vitã. Ibi adhuc discipulis Christus dormit, hic præcipit. Dormit enĩ tepidis, perfectis vigilat. Sed quemadmodum dormiat Christus, audistis dicẽtem in Propheta: Ego dormio, & cor meũ vigilat. Et Cantic.5.
sanctus Matthæus recte non prætermittendũ putauit æternæ indiciũ potestatis, vbi imperat ventis. Non est enĩ humana doctrina, sicut audisti Iudæos dicere, Verbo imperat spiritib⁹? sed cęlestis maiestatis iussigne. Qđ turbatum sedatur mare, & diuinæ vocis imperio obsequuntur elementa, atq; in sensibilia sensum accipiũt obsequendi, diuinæ mysterium gratiæ reuelatur. Qđ fluctus mitescunt seculi, verbo immundus spiritus cõquiescit: non alterum altero refellitur, sed vtrũq; celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documẽtum in mysteriis. Ergo quia sanctus Matthęus illa prælibauerat, sanctus Lucas eam sibi nauim in qua Petrus piscaretur elegit. Non turbatur ista quę Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen eã adhuc perfidia proditoris agitabat. In vtraq; Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidũ, caueamus proditorem, ne per vnum plurimi fluctuemus. Ergo nõ turbatur hæc nauis in qua prudẽtia nauigat, abest perfidia, fides aspirat. Quẽadmodũ enim

A turbari poterat, cui prẽerat is in quo Ecclesiæ firmamẽtum est? Illic ergo turbatio, vbi modica fides: hic securitas, vbi perfecta dilectio. Deniq; etsi aliis imperatur vt
» laxẽt retia sua, soli tamen Petro dicitur: ¶ Duc in altũ.)
Hoc est, in profundũ disputationũ. Quid enim tã altũ, q̃ altitudinẽ diuitiarũ videre, scire dei filiũ, & professionem diuinæ generationis assumere? Quam licet mẽs non queat humana plenæ rationis inuestigatione comprehẽdere, fidei tamen plenitudo cõplectitur. Nam etsi non licet mihi scire quemadmodũ natus sit, non licet tamen nescire qđ natus sit. Seriẽ generationis ignoro, sed autoritatẽ generationis agnosco. Nõ interfuimus cum ex patre dei filius nasceretur, sed interfuimus cũ a patre dei filius diceretur. Si deo nõ credimus, cui credemus? Omnia enĩ quæ credimus, vel visu credimus, vel auditu. Visus sæpe fallitur, auditus in fide est. An asserentis persona discutitur? Si viri boni dicerent, nefas putarem⁹ nõ credere. Deus asserit, probat filiꝰ, refugiẽs Sol fatetur, tremẽs terra testatur. In hoc altũ disputationis Ecclesia a Petro ducitur, vt videat hinc resurgentẽ dei filiũ, inde spiritũ sanctũ profluentem. Quæ sunt autem
B apostolorũ quæ laxari iubẽtur retia, nisi verborũ complexiones, & quasi quidã orationis sinus, & disputationum recessus, qui eos quos ceperint, nõ amittãt? Et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reseruant: & de profundo ad lumẽ extrabunt, & fluctuantes de infernis ad superna perducunt. Est & aliud apostolicũ piscandi genus, quo gene-
Mat.17. re solum Petrum piscari dominus iubet dicens: Mitte hamum, & eũ piscem qui primus ascenderit tolle. Magnum quidẽ est & spiritale documentũ, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docẽt debere esse subiecti, ne quis cõstitutionẽ regis terreni putet esse soluendã. Si enĩ cẽsum dei filius soluit, quis tu tãtus es qui nõ putes esse soluendũ? Et ille cẽsum soluit qui nihil possidebat: tu autẽ q̃ seculi sequeris lucrũ, cur seculi obsequiũ nõ recognoscas? Cur te supra seculũ quadã animi arrogãtia feras, cũ seculo sis misera cupiditate subiectus? Pẽditur igitur didrachma, qđ erat precii nostrę redẽptiõis & corporis, in lege promissũ, in Euãgelio persolutũ, nõ ociosi ei ore piscis inuentũ. Ex ore enĩ tuo iustificaberis. Etenĩ precii immortalitatis est nobis nostra confessio,
Rom.10. quia, sicut scriptũ est, ore cõfessio fit ad salutẽ. Et fortasse primus hic piscis, primus est martyr, in ore habẽs didrachma, hoc est precium cẽsus. Didrachma nostrum Christus est. Habebat igitꝰ primus ille martyr, Stephanus scilicet, in ore thesaurum, cnm Christum in passione loqueretur. Sed reuertamur ad propositum locum, & discamus apostolicam humilitatem.

De responsione Simonis.

» PRĘCEPTOR, inquit, per totã noctem
» laborantes nihil cepimus, sed in verbo tuo
» laxabo retia.) Et ego dñe scio qa nox mihi
C est quãdo nõ imperas. Nemo adhuc nomẽ suũ dedit, adhuc noctẽ habeo. Misi iaculũ vocis per epiphaniam, & adhuc nihil cepi. Misi per diẽ, expecto vt
» iubeas. in verbo tuo laxabo retia. O vacua præsũptio, o
» humilitas fructuosa. Qui nihil ante ceperãt, magna in
» verbo dñi cõcludũt piscium multitudinẽ. Nõ hoc humanę facũdiæ opus, sed supernæ vocatiõis est munus. Cedũt disputationes hominũ, fide sua plebs credit. Rũpuntur retia, nec labitur piscis. vocãtur ad adiumentũ socii qui
Psal.113. erant in alia naui. Quæ est illa alia nauis, nisi forte Iudęa, ex qua Ioãnes & Iacobus allegunturꝰ Facta est enĩ Iudæa sanctificatio eius. Hi igitꝰ de Synagoga ad nauẽ Petri, hoc est, ad Ecclesiã cõuenerũt, vt implerent ambas nauiculas. Oẽs enim in nomine IESV genu flectũt, siue Iudæus, siue Græcus: omnia & in omnib⁹ Christus. Sed mihi cumulus iste suspect⁹ est, ne plenitudine sui naues pene mergantur. Oportet enĩ & hæreses esse
D vt probẽtur boni. Possumus tamen & aliã Ecclesiã intelligere nauẽ alterius. Ab vna enĩ plures Ecclesiæ deriuãtur. Ecce alia solicitudo Petri, cui sua tã pia suspecta est. Sed nouit perfectus quẽadmodũ seruare possit recõditos, qui scit quẽadmodum possit capere dispersos. Quos in verbo capit, verbo credit: negat suã prædã, negat suũ munus. ¶ Exi, inquit, a me dñe, quia homo pec- «
cator sum.) Admirabatur enĩ dona diuina, & quo plus « meruerat, hoc præsumebat minus. Dic & tu: Exi a me domine, quia homo peccator sum. vt respõdeat tibi dominus, Noli timere indulgenti domino peccatũ fateri. Noli timere etiam quæ tua sunt dño deferre, quia quæ sua sũt, nobis ille concessit. Nescit inuidere, nescit eripere, nescit auferre. Vides q̃ bonus dominus, qui tantum tribuit hominibus, vt viuificandi habeant potestatem.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER QVINTVS.

Confitmatio doctrinæ Christi per miraculum de leproso mundato.

FACTVM EST « cum esset in vna ciuitatum, « ecce vir plenus lẽpra & ipse « procidens in faciem rogauit « eũ dicens: Domine, si vis, po- « tes me mundare. Et extẽdẽs « manũ, tetigit illũ, dicẽs: Vo- « lo, mũdare.) Bene vbi lepro- « sus mundatur, certus non exprimitur locus, vt ostendatur E
nõ vnũ populũ specialis alicuius ciuitatis, sed omnium populos fuisse sanatos. Bene autẽ & secũdũ Lucã quarto signo ex quo in Capharnaum dñs venit, iste sanatur. Nã li quartũ diẽ Sole illuminauit, & clariorem cæteris fecit diebus cum illuc esset, elemẽta mũdi, & hoc clarius opus æstimare debemus. Et secundũ Matthæum primus hic post benedictiones a dño sanatus inducitur: vt quia dixerat dñs, Non veni legem soluere, sed adim- Mat.5.
plere: ille qui excludebatur a lege, purgari se dñi potesta te præsumens, nõ ex lege, sed supra legẽ esse gratiã indicaret quæ leprosi maculã posset abluere. Verum vt in dño potestatis autoritas, ita in illo fidei constãtia declaratur. Ille in faciem procidit, quod humilitatis est & pudoris, vt vnusquisq; de suę vitæ maculis erubescat. Sed confessionẽ verecũdia nõ repressit. Ostendit vulnus, remediũ postulauit: & ipsa religionis & fidei plena cõfessio est. Si vis, inquit, potes me mũdare. In volũtate dñi F
tribuit potestatẽ. De voluntate autẽ dñi non quasi pietatis incredulus addubitauit, sed quasi colluuionis suæ conscius non præsumpsit. Cui morali quadã dominus sanctitate respondit: Volo, mundare. Et cõtinuo lepra eius discessit ab eo. Nihil enim medium est inter opus dei atq; præceptũ, quia in præcepto est opus. Deniq; dixit, & facta sunt. Videtis igitur, qđ dubitari non potest, quia voluntas dei potestas est. Si ergo volũtas eius potestas est: qui vnius voluntatis trinitatẽ asserunt, vnius vtiq; asserunt potestatis. Itaq; statim lepra eius discessit, vt intelligas medentis affectum, qui veritatem operi addidit. Deniq; secundum Marcum miseratus est cũ dominus. quod est pulcbre positum. Et pleraq; talia posuerunt Euãgelistę, qui nos in vtroq; fundare voluerũt, describentes signa virtutis ad fidem, exprimẽtes opera virtutis ad imitationẽ. Vnde & tangit nõ dedignatus, & imperat nõ diffisus. Hoc enim est indiciũ potestatis, quia quasi habens potestatem sanandi, & iubẽdi autoris

G tatem, operandi testimonium non refugit. Volo ergo dicit propter Fotinū, imperat propter Arrium, tangit propter Manichæum. Nec vnius tantū lepra curatur,
Ioan.15. sed omniū quibus dicitur: Iam vos mūdi estis propter sermonē quē locutus sum vobis. Si igitur leprę medicina verbū est, contēptus vtiq; verbi lepra mentis est. Sed ne lepra transire posset in medicū, vnusquisq; dñicæ humilitatis exemplo iactantiā vitet. Cur enim præcipitur nemini dicere, nisi vt doceret nō vulganda nostra beneficia, sed premenda, vt non solū a mercede abstineamus pecunię, sed etiā gratiæ? Aut fortasse etiam illa filētii causa est imperati, qđ meliores putabat qui fide magis spōtanea, q̄ speratis beneficiis credidissent. Offerre autē iuxta legē se præcipitur sacerdoti, non vt alium deferat, sed vt seipsū deo offerat spiritale sacrificiū, vt actus præteriti collusione detersa, per cognitionem fidei, & sapiētiæ disciplinā, placitura deo hostia consecretur. Omnis
Rom.12. enī victima sale salietur. Vnde & Paulus ait: Obsecro ergo vos fratres per misericordiā dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam acceptabilem, placentē deo. Simul illud mirabile, qđ eo sanauit genere quo fuerat obsecratus: Si vis, potes me mundare. Volo, inquit, mundare. Habes voluntatē, habes etiam pietatis effectū. Et extendens manum tetigit eum. Lex tangi leprosos prohibet: sed qui dominus legis est, non obsequitur legi, sed legem facit. Non ergo tetigit quia sine tactu mundare non poterat, sed vt probaret quia subiectus nō erat legi. Nec contagiū timebat vt homines, sed quia cōtaminari nō poterat q alios liberabat: simul econtrario vt lepra tactu domini fugaretur, quę solebat cōtaminare tangētem. Ostendere autē se sacerdoti iubetur, & offerre pro
H emundatione sua, vt dū offeret se sacerdoti, intelligeret sacerdos, non legis ordine, sed gratia dei supra legē esse curatum. Et dum mundatur per sacrificium secundum præceptum Moysi, ostenderet dominus quia legē non solueret, sed impleret, qui secundum legem gradiēs, supra legē sanare eos quos remedia legis non sanauerant videretur. Et bene addidit, sicut precepit Moyses. Lex enim spiritalis est, ideoq; videtur sacrificiū spiritale mādasse. Deniq; addidit, Vt sit in testimoniū hoc vobis. hoc est, si deo credatis, si impietatis lepra discedat, si occultorū cognitor sit sacerdos, si puri testis affectus: vnde
Psal.109. potest ille magis sacerdos videri, quē occulta non latēt, cui dicitur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Confirmatio eiusdem per miraculum de paralytico per tectum submisso.

I ET ecce viri portātes in lecto hominē qui erat paralyticus, & quærentes eū inferre, & ponere ante illū. Et nō inuenientes qua parte illū inferrent præ turba, ascenderūt super tectū, & per tegulas submiserunt illū in lecto in mediū ante IESVM.) Nō ociosa huius paralytici nec angusta medicina est, quādo dñs & orasse præmittit. Nō vtiq; propter suffragiū, sed propter exemplū. Imitandi enim speciem dedit, nō precandi ambitū requisiuit. Et conuenientibus ex omni Galilæa & Iudæa & Hierusalē legis doctorib⁹, inter cæterorū remedia debiliū, paralytici istius medicina describitur. Primū omniū, qđ ante diximus, vnusquisq; æger petendæ precatores salutis debet adhibere, per quos nostræ vitę compago resoluta, actuumq; nostrorum clauda vestigia verbi cælestis remedio reformentur. Sint igitur aliqui monitores mētis, qui animū hominis, quāuis exterioris corporis debilitate torpentē ad superiora erigant. Quorū rursus adminiculis & attollere & humiliare se facilis ante IESVM loceſ, dominico videri dignus aspectu. Humilitatē enim respicit dominus, quia respexit humilitatem ancillæ suæ.

De submittentium fide Christum ad curationem mouente.

VORVM fidem, inquit, vt vidit.) Magnus dñs, qui aliorum merito ignoscit aliis: & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud deū seruus & interueniendi meritū, & ius habeat impetrādi? Disce qui iudicas, ignoscere: disce qui eger es, impetrare. Si grauium peccatorū diffidis veniam, adhibe precatores, adhibe Ecclesiam, quę pro te precetur, cuius contemplatione qđ tibi dñs negare posset ignoscit. Et quāuis historię fidem debeamus non omittere, vt vere paralytici istius corpus credamus esse sanatum: cognosce tamē interioris hominis sanitatē, cui peccata donātur. Quæ cū Iudæi asserunt a solo deo posse cōcedi, deū vtiq; cōfitentur, suoq; indicio perfidiam suā produnt, vt opus astruant, personam negēt. Itaq; ab ipsis & operis sui dei filius accipit testimoniū, & vocis suffragium nō requirit. Perfidia enim confiteri potest, credere non potest. Itaq; testimoniū non deest diuinitati, fides deest saluti. Nam & validius est ad fidē quod confitētur inuiti: & perniciosius ad culpam quod negāt, qui suis assertionibus retinciuntur. Magna itaq; infidæ plebis amētia. vt cum confessa fuerit solius dei esse donare peccata, nō credat deo peccata donāti. Dominus autē saluos volēs facere peccatores, & occultorum cognitiōe deum se esse demonstrat, & admiratione factorum, adiiciens:

De scribarum & pharisæorum reprehensione.

VID est facilius, dicere, Dimissa sūt tibi pec „
cata tua: aut dicere, Surge & ambula?) Quo „
loco plenam speciem resurrectionis ostendit, L
qui mētis vulneribus corporisq; sanatis, peccata donat animorū, debilitatē carnis excludit. hoc est enim totū hominē esse curatū. Quāuis igitur magnū sit hominibus peccata dimittere, (Quis enī potest peccata dimittere nisi solus deus, q̄ per eos quoq; dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatē?) tamen multo diuinius est resurrectionē donare corporibus, quandoquidem ipse dñs resurrectio est. Hic lectus, qui tolli iubetur, quid est aliud nisi quia humanū iubetur corpus attolli? Ipse est qui per singulas noctes lauatur a Dauid: lectus doloris, in quo anima nostra graui cōscientię ægra cruciatu iacebat. Sed si quis secundum Christi precepta se gesserit, iam non lectus doloris est, sed quietis. Miseratione etenim dñi cepit quies esse qđ mors erat: qui nobis soporem mortis vertit in gratiā voluptatis. Nec solum leuare lectū, sed etiam domum suam repetere, hoc est, ad paradisum redire censetur. Ea est enim vera domus, quæ hominem prima suscepit: nō iure amissa, sed
M fraude. Merito ergo restituitur domus, quoniā venerat qui nexum fraudis aboleret, ius reformaret. Nec mora vlla sanitatis interuenit, vnū dictorū remediorūq; momentū est. Spectant surgentem increduli, mirantur abeuntē, & diuini operis miracula malunt timere q̄ credere. Nā si credidissent, nō timuissent vtiq;, sed dilexissent. Perfecta enim dilectio timorem excludit foras. Et ideo 1.Ioan.4.
isti quia nō diligebant, calūniabātur. Calumniantibus autē dicit: ¶Quid cogitatis mala in cordibus vestris?) „
Quis hoc dicit? Sacerdos magnus, qui leprā videbat in cordibus Iudæorum, ostendit eos peiores esse leprosos. Ille sacerdos ti est se iussus offerre purgatus, hos sacerdos repudiat, ne alios quoq; lepra eorum contaminet.

De mystica vocatione publicani.

SEQVITVR mystica vocatio publicani, quem sequi iubet, nō corporis gressu, sed mentis affectu. Itaq; ille prius auara de mercedib⁹, dura de laborib⁹ periculisq; nautarū emolumēta cōuerrēs, verbo vocat⁹, propria dereliquit, qui rapiebat aliena, ac vile illud sedile destituens, toto post dñm vestigio mētis incedit. Cōuiuiū quoq; magni exhibet apparatū. Quī enim domicilio Christū recipit

A interno, maximis delectationibus exuberantiū pascitur voluptatum. Itaq; dñs libēter ingreditur, & in eius qui crediderit, recūbit affectu. Sed rursus accēditur inuidia perfidorū, & futuræ pœnæ species prefiguratur. Epulātibus enim fidelibus, & in illo cælorū recumbētibus regno, perfidia ieiuna torquebitur. Simul ostenditur quātum intersit inter æmulos legis & gratiæ, qđ illi qui legem sequuntur, ieiunæ mentis famem patiantur æternam. Qui vero verbū in interioribus animę receperūt, alimēti cælestis & fontis vbertate recreati esurire & sitire non possunt. Et ideo quia animo ieiunabant, murmurabant, dicentes: Quare cū publicanis & peccatoribus manducat & bibit? Serpentina vox ista est. Deniq; hanc primā vocē serpens emisit, dicēs Euæ: Quid vtiq; dixit deus, Nolite manducare ex omni ligno? Ergo patris sui venena diffundit, q̄ dicunt: Quid vtiq; cū publicanis & peccatoribus manducat & bibit? Vnde dñs cū peccatoribus mādūcando, etiā cū gentilibus non prohibet nos inire conuiuiū, dicens: Non egent qui sani sunt, medico, sed qui male habent. Nouum medicamentum nouus magister aduexit. Hoc de terra non pullulauit. Imprudens enī est oīs creatura huī? confectionis. Venite omnes qui incurristis peccatorū varias passiones, vtimini peregrino medicamento, quo venenū serpentis excluditur: qđ non solū passionum abstulit cicatrice, sed etiā causam diri vulneris amputauit. Hoc medicamētum non famem indicit, sed cibū animæ subministrat.
B Venit enim filius hominis manducās & bibens, & dicunt: Dęmoniū habet, & vorax est. Et ideo mēs nostra non est ieiuna. Ieiunāt hi, quibus abest Christus, bonorumq; meritorū copijs egēt. At vero cui virtus sua voluntate sufficit, qui sua domo recipit Christū, conuiuiū magnum exhibet: hoc est, bonorū operum spiritale cōuiuium, quo diues populus eget, pauper epulatur.

De excusatione discipulorum.

„ T ideo, inquit, ieiunare nō potuit filii sponsi, „
„ quādiu cū illis est sponsus. Veniēt autē dies „
„ cum auferetur ab illis spōsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.) Quī sunt illi dies quibus a nobis Christus aufertur, maxime cū ipse dixerit:
Mat.28. Vobiscū ero vsq; ad consummationē mūdi? Ipse dixit:
Ioan.14. Non relinquam vos orphanos. Certū est enim q̄ si nos relinquat, salui esse nequeamus. Nemo tibi Christū pōt auferre, nisi te illi ipse auferas. Non te auferat iactantia tua, non te auferat arrogātia, nec tibi de lege præsumas.
Matth.9. Nō enim vocare iustos venit, sed peccatores. Quomodo igitur dñs iustitias dilexit, neq; Dauid vidit iustum derelictum? Aut quæ ista equitas, si iustus relinquitur, peccator adsciscitur: nisi itelligas qđ eos iustos dicit, qui
C ex lege præsumant, & Euangelii gratiam nō requirāt? Nemo autem iustificatur ex lege, sed redimitur ex gratia. Est igitur in lege iustitia, sed nō per legem iustitia. Nam ipse Apostolus Hebræus ex Hebræis, secūdum
Philip.3. legem Phariseus, secundū iustitiā, quæ in lege est, conuersat? sine querela, qui gloriat ex lege, Quæ mihi, inquit, lucra fuerūt, hæc duxi propter Christum detrimēta esse. hoc est, abiecit iustitiam & gloriam legis. Iustitia enim legis sine Christo vacua est, quia plenitudo legis Christus est. Et ideo tī est in iustitia, non est tamen per legem iustitia. Si enim per legē iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Mortuus est enim Christus, vt impleret iustitiam. Deniq; Ioanni dicenti, Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? respondit: Sine modo. sic enim decet nos implere omnē iustitiam. Ergo non gratis mortuus, sed pro nobis mortuus est Christus, vt iusti fulgerent sicut Sol in regno patris sui. Sed non Iudęi iusti, quibus dicitur: Cum videritis iustos intrare regnum cælorum. Isti sunt iusti, qui percutiētem non repercutiunt, qui inimicum diligunt. Si sic non accipimus, inuenitur contrarium: Nō veni vocare iustos.
D Sed illos non vocat, qui se iustos dicit. Ignorātes enim deum, & suam iustitiā quærentes statuere, iustitiæ dei
Rom.10. non sunt subiecti. Ergo vsurpatores iustitiæ non vocātur ad gratiam. nā si gratia ex pœnitētia, vtiq; qui fastidit pœnitentiam, abdicat gratiam. Isti erunt vulnerati, qui se sanctificant. Istis sponsus auferetur. Nobis autē non Caiphas, non Pilatus Christum abstulit, nec possumus ieiunare, quia Christum habem⁹, & Christi carnem epulamur & sanguinem. Quomodo enim videtur ieiunare, qui non esurit? Quomodo videtur ieiunare, qui nō sitit? Quomodo autem sitire potest, qui bibit
Ioan.4. Christū? cum ipse dixerit: Qui biberit de aqua quam ego dabo, non sitiet in æternum. Deniq; de animi dictū ieiunio, etiam sequentia declararunt.

De prima similitudine per IESVM data.

DIXIT enim similitudinem ad illos, quia „
nemo cōmissuram de vestimento nouo im- „
mittit in vestimētum vetus.) Dixerat filios „
sponsi, hoc est filios verbi, qui per lauacri regenerationem in ius diuinæ regenerationis assumpti sunt, quandiu cum illis est sponsus, ieiunare non posse. Non vtiq; hoc ieiunium relegatur quo conficitur caro, & corporalis luxuria castigatur. Hoc enim ieiuniū nos cōmendat deo. Nam quēadmodum discipulos ieiunare prohiberet, cum ipse dñs ieiunaret: & cū postremo diceret nequissimos spiritus non nisi ieiuniis & orationibus superari posse? Deniq; etiam hoc loco ieiuniū vestimentū appellauit vetus, qđ extendū Apostolus æstimauit, dicens: Expoliate vos veteré hominē cū actibus
Coloss.3. eius, & induamus eū qui baptismatis sanctificatione renouatur. In eandē igitur formā series cōuenit præceptorū, ne actus veteris & noui hominis misceamus, cū ille
E corporalis exterior opera carnis operetur, & hic interior qui renascitur, non versicolorē speciē veterum nouorūq; debeat habere gestorū, sed cōcolor Christo illum studio mentis imitari, cui renatus est in lauacro. Absint igitur decolora mētis velamina, quę displicent sponso. Displiceret enim ei, qui vestē nō habuerit nuptialē. Sponso autē quid potest placere, nisi pax animi, puritas cordis, charitas mētis? Bonus spōsus dñs IESVS, hic nouo partu naturā nostram initiauit, huic despōsata corruptelis carnis absoluit. Non filios mortales requirit, nō Eue delectatur doloribus. nō virū obnoxiū culpæ regrit, nō hęreditatē condēnati patris. Vidit enim carnis vlcera, quā antea cōcupiscebat: aduertit nō esse pulchritudinē verā, quæ vitiorum habeat deformitatē. Et ideo quid tibi cū tali sponso fœmina? Require diligenter, & in omni corpore inuenies cicatricē. Cognosce aliū magis sponsum, qui circūdatur luce, cuius species nō potest interire. Hūc tolle in animum tuum, cōsecra in tēplo tuo: tolle in cor- F
pore tuo, sicut scriptum est: Tollite dominū in corpore vestro. Huius thalamos ingredere nouos, huius spectato peregrinum decorē, hunc indue, hunc vide ad dexterā patris: & gaude quia talem habes sponsum. hic te vestiet benedictione, nequa noceat scissura peccati. Seruemus igitur vestem qua nos sacro dominus emergētes fonte vestiuit. Cito scinditur vestis, si facta nō cōgruāt: cito tineis carnis atterit, & veteris hominis errore maculatur. Ergo hic noua veteribus copulare, in Apostolo autē etiam nouis vetera superuestire prohibemur: sed exuere vetus, nouum sumere, vt expoliati nō nudi inueniamur. Expoliamur enim meliora sumpturi, nudamur autem, cum indumentum nobis aliena fraude detrahitur, non nostra voluntate deponitur.

De secunda similitudine.

ET nemo mittit vinum nouum in vtres vete „
res.) Fragilitas humanæ conditionis aperi- „
tur, cum corpora nostra exuuiis defunctorum animaliū comparātur. Atq; vtinā bonorum

G vtrium vſum poſſimus implere, vt ſacramentum quod accepimus, reſeruemus. Leuat iniuriã induſtria, ſi renouatis vtribus noua vina creduntur. Et ideo vtres hos plenos ſeruare ſemper debem⁹. vacuos enim cito tinea & æruginis cõſumit, gratia ſeruat impletos. Pulchre autẽ operi huic talia præcepta cõueniunt. Sextum eſt enim opus, quo Matthæus Leui noua quadã figuratur forma. Sexto autẽ die factus eſt homo. Sexto igitur Chriſti opere reformatur iam non vetus, ſed noua creatura, & quędam forma peregrina. Et ideo tanquã noua creatura conuiuiũ Chriſto exhibet, eo quod & in ipſo Chriſtus delectaretur, & ipſe partem delectatiõis mereretur habere cũ Chriſto. Ad hunc igitur informandũ præcepta dat dñs. Sequebatur enim iam lętus, alacer, & exultans, dicens: Iam non publicanũ gero, iã non porto Leuin. Exui Leuin, poſtquam Chriſtũ indui. Odi genus meum, fugio vitam meam priorem: ſolũ te ſequor domine IESV, qui ſanas vulnera mea. Quis enim me ſeparat a charitate dei, quæ in te eſt? Tribulatio, an anguſtia, an fames? Ligatus ſum fidei clauis quibuſdam, & bonis cõpedibus charitatis innexus ſum. Omne mãdatum tuum, ſicut cauterium impreſſum tenebo. Etſi vrit cauteriũ mandati, tamen putrefacta carnis exurit, ne ad viuum ſerpat contagio. Etſi mordet medicamẽtum, tamen vitium vlceris tollit. Auferigitur domine IESV potenti machæra tua meorũ putredines peccatorum: dũ me habes ligatum charitatis vinculis, ſeca quodcunq; vitioſum eſt. Veni cito incidens occulta, & latẽtes varias q; paſſiões: aperito vulnus, ne noxius ſerpat humor. Emũda omne qđ fœtidum eſt peregrino lauacro. Audite me terreni homines, qui in peccatis veſtris cogitationes ebrias geritis. Et ego Leui talibus paſſionibus eram ſauciatus. Inueni medicũ qui in cælo habitat, & in terris ſpargit medicamenta. Hic ſolus poteſt ſanare vulnera mea, q ſuta neſcit: hic auferre cordis dolorem, pallorem animæ, qui nouit occulta.

De eo quod in Sabbato ſecundoprimo diſcipuli IESV vellebant ſpicas.

CAP. VI. » ACTVM eſt autem in Sabbato ſecundoprimo, cũ tranſiret IESVS per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant, » confricantes eas manibus ſuis.) Non ſolum comprehenſione verborum, ſed etiam vſu ipſo, ſpecieq; geſtorum incipit hominẽ dominus IESVS veteris obſeruatiõe legis exuere, nouoq; indumẽto veſtire gratiæ. Itaq; eũ iam in Sabbato per ſeminata traducit, hoc eſt, admouet fructuoſis itineribꝰ. Quid ſibi Sabbatum velit, quid ſeges, quid ſpicę, non mediocre myſteriũ eſt. Ager enim eſt omnis hic mũdus: agri ſeges, in ſatione humanĩ generis fœcunditas numeroſa ſanctorũ: ſpicæ agri, fructus Eccleſiæ, quos operibus diſcutientes ſuis apoſtoli paſcebantur, noſtro ſe alentes profectu. Stabat igitur ſeges iam fœcunda virtutũ pullulantibus ſpicis, quibus noſtri fructus merito comparantur. Eque enim aut imbre marceſcunt, aut Sole torrẽtur, aut pluuiis humeſcũt, aut tẽpeſtatibus elidũtur, aut a meſſoribꝰ intra horreorũ felicia receptacula recõdũtur. Receperat ergo terra iam dei verbũ, & cæleſti ſemine ſatus diuites fœtus ager almus effuderat. Eſuriebant diſcipuli ſalutem hominũ, & tanũ folliculis corporũ mentiũ fructus ad fidei lucem præclaris operum ſuorũ miraculis eruebant. Sed hoc putabant Iudæi Sabbato non licere. Chriſtus autẽ nouæ gratiæ munere deſignabat ociũ legis, opus gratiæ. Nec ſine myſterio hoc ab Euangeliſta ſecundũ Matthæum & Marcũ Sabbatũ ſecundũ poſitũ puto, quoniã ſabbatũ perpetuæ ferię ſunt reſurrectionis æternæ. Vel in hoc igitur ſeculo feriatis ac vacãtibus ſuperſtitionibus Iudęorum, vel in futuro feriis ipſi perpetua ſolennitate celebrãtes, quæ bona ſunt terræ mãducabi-
Eſaię. 65. mus, iuxta quod ſcriptũ eſt: Illi mãducabunt, vos vero eſurietis. Mire tamen ſecundũ Lucam, ſecũdoprimũ, k non primoſecundũ Sabbatũ dixit. δευτεροπρωτον enim ſcriptum eſt. Preferre enim debuit qđ præcellit. Secundum ideo, quia primũ ante ex lege præceſſit, in quo etiã pœna præſcripta eſt ſi quis operaret. Primũ autẽ ideo, quia Sabbatũ illud ex lege ſolutũ eſt, qđ erat primũ: & hoc primum factũ eſt, qđ ſecundo eſt conſtitutũ. Nã & cũ operari Sabbato liceat, & operantis nulla ſit pœna: Sabbati vtiq; ex lege, cuius vis ſoluta eſt, nec nomẽ hęrebat: ſed tamen fuerat illud primũ ordine, hoc primum munere: nec ideo minus hoc, quia ſecũdũ. nã & Adam primus, nec comparãdus ſecũdo Adam. Primus enim 1.Cor.15. Adam in animã viuentẽ, nouiſſimus Adam in ſpiritũ viuificantẽ. Et primus homo de terra terrenus, ſecũdus homo de cælo cæleſtis. Prælatus vtiq; ſecundus primo. ille enim cauſa mortis, hic vitę. Sic & ſecundoprimum Sabbatũ dicitur, ſecundũ iuxta numerũ, primum iuxta operationis gratiã. Melius eſt enim ſabbatũ quo impunitas datur, q̃ quo pœna præſcribitur. Prima lex, ſecũdum Euangeliũ: inferior tamen formido q̃ gratia. Aut forte & primum hic in prædeſtinatione conſilii, & ſecũdum in ſanctione decreti. Bene autẽ dñs in lege typum futuri hoc quoq; demõſtrat loco, & defenſores legis arguit neſcire quæ legis ſunt: exemplũ afferens quod Da- 1.Reg.21.
uid cum eſuriret, ipſe cum ſociis intrauit in domũ dei, & panes propoſitionis ſumpſit & manducauit, & dedit iis qui cum ipſo erant. Magnum & vere exemplũ prophęticum, quo primum nõ inania legis, ſed ſolius vtilitatis nobis ſequenda produntur. Deinde quia Dauid cũ L
ſociis fugiens a facie regis Saul, hic præfiguratus in lege Chriſtus eſt, qui cũ apoſtolis principẽ mundi lateret. Quomodo autem ille obſeruator legis atq; defenſor panes & ipſe manducauit, & dedit iis qui ſecũ erant, quos non licebat manducare niſi tãtũmodo ſacerdotibus: niſi vt per illam demõſtraret figuram, ſacerdotalem cibum ad vſum tranſiturum eſſe populorũ? Siue quod omnes vitam ſacerdotalem debemus imitari, ſiue quia omnes filii Eccleſiæ ſacerdotes ſunt. Vngimur enim in ſacerdotium ſanctũ, offerentes noſmetipſos deo hoſtias ſpirituales. Legi igitur iam ſuperfluit doctrina Chriſti, nec legem ſoluit, ſed implet, quia nec Sabbatum ſoluit. Si enim Sabbatũ propter homines factũ eſt, vtilitas autẽ hominis poſtulabat eſurientem hominem qui diu fuerat terræ fructib⁹ abdicatus, veteris famis ieiunia vitare: nõ vtiq; lex ſoluitur, ſed impletur. Quomodo igitur domino ad crimen obiicitur, quod in ſeruo pro crimine non tenetur? Quid autem euidentius hac figura, quæ per totam currit hiſtoriam? Intrauit Dauid in domum Abimelech ſacerdotis, ſed nec periculo mortis propoſito hoſpitem recuſat, declinat exulem ſanctus animus ſacerdotis. Tanta hoſpitalitatis eſt gratia, vt libenter in M
nos aliena pericula tranſferamus. Verum hoc in hiſtoria morale, in myſterio prophęticũ eſt, qđ nec præſumpto futuræ mortis exitio, verum illum Dauid hoſpitio ſuę mentis religioſi excluderent ſacerdotes. Nec ſolum in huiuſcemodi domo vatis reperturus docetur Chriſtus hoſpitium, ſed etiam per figuram nequitię ſpiritalis manubias & arma ſumpturus. Nam qui Chriſtum recipit hoſpitio, intelligibilẽ illum Goliam ſpoliat ſuis telis. Quid vero euidentius, quàm quod in Abimelech domo quinq; panes petit Dauid, & vnũ accipit, demonſtrante typo quod iã non quinq; libris, ſed Chriſti corpore cibus fidelibus pararetur, vt Chriſtus corpus aſſumeret, ne quis de fidelibus eſuriret? Nec Doech figura vacat, qui erat cuſtos mulorum, eo qđ nemo alius niſi infructuoſi gregis cuſtos Iudę typum proditoris implearet. Iam illud qđ pro Dauid receptiõe omnem Abimelech domum præter Abiathar principem tunc temporis ſacerdotem Saul perſecutus eſt, oſtendit prophetia nobis quod nemo poſſit nocere vero principi ſacerdotum, qui ſolus eſt Chriſtus.

A DINC ad alia progredię domin⁹ IESVS. Nam qui totum hominem ſaluum facere diſpoſuerat, per ſingula membra curabat, vt
Ioan.7. vere diceret: Mihi iraſciminĩ, quia totũ hominem ſanum feci in Sabbato.

De curatione hominis habentis manum aridam.

» ET erat ibi homo, & manus eius dextera erat
» arida.) Itaq; hoc loco manũ illã quã extendit Adam, & iterdictæ arboris poma decerpſit, ſuccis bonorũ factorũ ſalutaribꝰ irriganit: vt quæ crimine aruerat, bonis operibus ſanarctur. In quo Iudæos redarguit Chriſtus, qui malis interpretationibus legis præcepta violarent, æſtimantes Sabbato etiã a bonis operibus feriandũ, cũ lex in præſentibus formã præfiguraucrit futurorũ: in quibus vtiq; malorũ ferię futuræ ſunt, nõ bonorũ. Nam licet ſeculania opera cõquieſcãt, nõ ocioſus tamen boni operis actus eſt in dei laude requieſcere. Audiſti igitur dñi verba dicẽtis: Extẽde manũ tuam. Cõmunis iſta generaliſq; medicina eſt. Et tu qui putas manũ habere te ſanã, caue ne auaritia, caue ne ſacrilegio contrahatur. Extende ſæpius eã, extende ad illum pauperem, qui te obſecrat: extende vt proximum iuues, vt viduæ præſidium feras: eripias iniurię, quem vides iniuſtæ contumeliæ ſubiacere: extende ad
B deum pro peccatis tuis. Sic manus extenditur, ſic ſanatur. Sic Hieroboam manum cũ idolis ſacrificaret, contraxit: & rurſus cum deum rogaret, extendit.

De oratione IESV in monte, & electione duodecim apoſtolorum.

» ACTVM eſt autẽ in illis diebus, exiit in
» montẽ orare, & erat pernoctans in oratione
» dei.) Non omnis qui orat, aſcendit in mõtẽ: (eſt enĩ oratio quę peccatũ facit:) ſed qui bene orat, a terrenis ad ſuperiora progrediens, verticẽ curæ ſublimis aſcendit. At ille non aſcẽdit in montẽ, qui de ſeculi diuitiis, aut de honore ſolicitus eſt, nõ aſcendit in montẽ qui fundi ius optat alieni. Aſcẽdit ille qui deũ quærit, aſcendit ille qui curſus ſui dñica adiumẽta depoſcit. Omnes magni, oẽs ſublimes mõtẽ aſcendũt. Non
Eſaię. 40. enim cuicunq; Propheta dicit: Aſcende in montem excelſum, qui euangelizas Sion: exalta in virtute vocem tuã, qui euãgelizas Hieruſalem. Non veſtigiis corporalibus, ſed factis ſublimioribus in hũc mõtẽ ſi aſcẽdas,
Pſal.124 ſequeris Chriſtũ, vt ipſe eſſe mons poſſis. Mõtes enim in circuitu eius. Quare in Euangelio inuenies ſolos cũ dño montẽ aſcendiſſe diſcipulos. Orat ergo dñs, non vt
C pro ſe obſecret, ſed vt pro me impetret. Nã etſi omnia poſuerit pater in poteſtate filii, filius tamen vt formã hominis impleret, obſecrãdum patrẽ putat eſſe pro nobis, quia aduocatꝰ eſt noſter. Noli inſidiatrices aperire aures, vt putes filiũ quaſi infirmũ rogare, vt impetret qđ implere non poſſit. Poteſtatis autor, obedientiæ magiſter, ad præcepta virtutis ſuo nos informat exẽplo. Ad-
1.Ioan.2. uocatũ, inquit, habemus apud patrẽ. Si aduocatus eſt, debet pro meis interuenire peccatis. Non ergo quaſi infirmꝰ, ſed quaſi pius obſecrat. Vis ſcire quia omnia quæ velit poſſit? Et aduocatꝰ & iudex eſt. In altero pietatis officium, in altero inſigne eſt poteſtatis. Et erat, inquit, pernoctãs in oratiõe dei. Species tibi datur, forma præſcribitur quam debeas æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quãdo pro te Chriſtꝰ in oratione pernoctat? Quid te facere cõuenit, cum vis aliquod officiũ pietatis adoriri, quãdo Chriſtꝰ miſſurus apoſtolos, orauit prius, & ſolus orauit? Nec vſquã alibi, ſi non fallor, oraſſe cum apoſtolis reperitur, vbiq; ſolus obſecrat. Dei enim conſiliũ humana vota non capiunt, nec quiſquam interiorũ poteſt eſſe particeps Chriſto. Vis ſcire quia mihi nõ ſibi orauerit? ¶ Vocauit, inquit, diſcipulos
D ſuos, & elegit duodecim ex ipſis.) Quos ad propagandum auxiliũ ſalutis humanę per terrarum orbẽ latores fidei deſtinaret. Simul aduerte cæleſte cõſilium: nõ ſapientes aliquos, nõ diuites, non nobiles, ſed piſcatores & publicanos, quos dirigeret, elegit, nẽ traduxiſſe prudentia, ne redemiſſe diuitiis, ne potentię nobilitatiſq; auctoritate traxiſſe aliquos ad ſuã gratiã videretur, vt veritatis ratio, non diſputationis gratia prævaleret. Eligitur & Iudas, nõ per imprudẽtiã, ſed per prouidentiã. Quãta eſt veritas, quam nec aduerſarius miniſter infirmat? Quanta moralitas dñi, qui periclitari magis apud nos iudiciũ ſuũ q̃ affectũ maluit? Suſceperat enim hominis fragilitatẽ, & ideo nec has partes recuſauit infirmitatis humanę. Voluit deſeri, voluit prodi, voluit ab apoſtolo ſuo tradi, vt tu, ſi a ſocio deſeris, ſi a ſocio prodis, feras, moderate feras tuã erraſſe iudiciũ, periſſe beneficiũ,

De deſcenſu IESV ad docendum turbas.

« ET deſcendit, inquit, cum illis, & ſtetit in loco
« campeſtri.) Aduerte omnia diligenter, quo-
« modo & cũ apoſtolis aſcendat, & deſcẽdat ad turbas. Quomodo enĩ turba niſi in humili Chriſtũ videret? Nõ ſequitur ad excelſa, nõ aſcendit ad ſublimia. Deniq; vbi deſcendit, inuenit infirmos. In excelſis enim infirmi eſſe nõ poſſunt. Sic enĩ Matthæus docet, in inferioribus debiles ſanatos eſſe. Prius enim vnuſquiſq; ſanatus eſt, vt paulatim virtutibus procedẽtibus aſcendere poſſet ad montem. Et ideo vnuquęq; in E
inferioribus ſanat, hoc eſt, a libidine reuocat, iniuriam cæcitatis auertit, ad vulnera noſtra deſcẽdit: vt vſu quodam & copia ſuæ naturæ comparticipes nos faciat eſſe regni cæleſtis. Et ſanabat hos quidẽ, ſed in inferioribus
Matth.5. relinquebat. Videns autẽ turbas, vt legiſti, aſcendit in montẽ. Et cũ ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius. Euangelizaturus enim, & benedictionũ de theſauro diuinitatis prompturus oracula, ſcipit eſſe ſublimior. Hic autem etſi in humili ſtabat, tamen oculos eleuauit. Sic etiã cũ Lazarũ ſuſcitaret, infremuit ſpiritu: ſic etiã, caput leuaturi, cũ mulieri adulteræ peccata donaret. Quid eſt enim leuare oculos, niſi interius lumen aperire? Denique ſanctus Matthæus, Aperuit, inquit, os ſuũ. Theſauros ſcilicet ſapientiæ & ſcięntię dei, reclufis adytis tẽpli ſui ora reſeruit. Ergo & tu aperi os tuum, ſed prius vt aperiatur implora. Si enim Paulus in adapertione oris ſui implorat auxiliũ, multo magis implorare te cõuenit. Oſtendit enĩ tibi dauę ſcientię, qua os aperire tuũ debeas, dicẽs Propheta: Aperi os tuũ verbo dei. Verbũ dei clauis tui oris eſt, clauis ſcięntię oris tui clauis eſt, qua laxatis filẽtii catenis, imperitię clauſtra reſerantur.

De ſermone IESV dẽ beatitudinibus proborum.

« BEATI pauperes, quia veſtrũ eſt regnum
« dei. Beati qui nunc eſuriunt & ſitiſt, quia ſa-
« turabuntur. Beati qui nunc fletis, quia ride-
« bitis. Beati eritis cũ vos oderint homines.)
Quatuor tantũ beatitudines ſanctus Lucas dñicas poſuit, octo vero ſanctus Matthæus: ſed in iſtis octo illæ quatuor ſũt, & in quatuor iſtis ille octo. Hic enĩ quatuor velut virtutes amplexus eſt cardinales, ille in illis octo myſticũ numerũ reſeruauit. Pro octaua enĩ multi ſcribũtur pſalmi, & mandatũ accipis, octo illis partẽ dare, fortaſſe benedictionibus. Sicut enĩ ſpei noſtræ octaua perfectio eſt, ita octaua ſumma virtutũ eſt. Sed prius quæ ſunt ampliora videamus. Beati, inquit, pauperes ſpiritu, quoniã ipſorũ eſt regnũ cælorũ. Primã benedictionẽ hanc vterq; Euãgeliſta poſuit. Ordine enim prima eſt, & parens quædã generatioq; virtutũ: quia qui cõtẽpſerit ſecularia, ipſe merebitur ſempiterna: nec poteſt quiſquam meritũ regni cæleſtis adipiſci, qui mundi cupiditate poſſeſſus, emergẽdi nõ habet facultatẽ. Secũda benedictio: Beati, inquit, mites. Tertia: Beati qui lugent,

G Quarta: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiã. Quinta: Beati misericordes. Sexta: Beati mundo corde. Septima: Beati pacifici. Et bene septima, quoniam eo die ab omnibus mundi operibus requieuit deus. Dies enim quietis & pacis est. Octaua: Beati qui persecutionẽ patiũtur propter iustitiã. Veni dñe IESV, doce nos ordinẽ beatitudinum tuarũ. Neq; enim sine ordine dixisti primo beatos pauperes spiritu, secũdo beatos mites, & tertio beatos qui lugent. Etiam si cognosco aliquid, tamen ex parte cognosco. Si enĩ Paulus ex parte cognouit, quantũ ego possum cognoscere, qui Paulo quãtum vita, tantũ etiam verbo inferior sum? Vita enim verbũ exigit & acquirit. Sermo autem sine vita non est sermo dei. Quanto me sapiẽtior Paulus? Ille gloriatur in periculis, ego in successibus. Ille gloriatur quia reuelationibus non extollitur: ego si quæ reuelationes mihi cõtingerent, gloriarer. Sed tamen potest deus de lapidibus homines suscitare, & verbũ proferre de clausis, vocẽ elicere de mutis. Q; si asinæ oculos aperuit vt videret angelũ, potens est & nobis quoq; aperire oculos, vt possimus dei videre mysteriũ. Beati, inquit, pauperes, non omnes beati pauperes. Paupertas enim media est, possunt & boni esse & mali pauperes. Nisi forte ille intelligendus pauper beatus: quem Propheta describit dicẽs:
Prou. 19. Quia melior pauper iust⁹, q̃ diues mẽdax. Beatus pauper qui clamauit, & dñs exaudiuit eũ. Pauper a crimine, pauper a vitiis, pauper in quo mundi princeps nihil inuenit. Pauper illius æmulus pauperis, qui cum dives esset, propter nos pauper factus est. Vnde plene Matthæus aperuit, dicens: Beati pauperes spiritu. Pauper
H enĩ spiritu non inflatur, nõ extollitur mente carnis suæ. Prima ergo ista benedictio est, cũ deposuero omne peccatum, & exuero omnẽ malitiã, & simplicitate cõtẽtus fuero, inops malorũ, superest vt mores meos temperẽ. Quid enĩ mihi prodest carere secularibus, nisi fuero mitis atq; mãsuetus? Nam qui sequitur viã rectã, sequitur
Mat. 11. vtiq; illũ qui ait: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Depone igitur quæ improba sũt, ege vitiis secundũ bonam paupertatẽ, mitiga affectũ tuum, vt non irascaris: aut certe iratus ne peccaueris, iuxta quod scriPsalm. 4. ptũ est: Irascimini, & nolite peccare. Prædarũ est enim motum temperare consilio, nec minoris virtutis ducitur cohibere iracũdiam, indignationemq; compescere, q̃ omnino non irasci: cum plerũq; illud lentius, hoc fortius æstimetur. Cum hoc feceris, memento quia peccatores es: & lugeto peccata tua, lugeto delicta. Et bene tertia benedictio est peccata deflentis, quia trinitas est quę peccata cõdonat. Ablue igitẽ te lachrymis tuis, laua fletibus. Si tu ipse te fleueris, alius te nõ flebit. Nã si Saul
I deflesset peccata sua, Samuel eum non fleuisset. Habet vnusq;q; quos fleat mortuos suos. Mortui sumus quãdo peccamus, quando implemur ossibus mortuorum. Mortuus est sermo malus qui exit ex ore, exit enim de
Psalm. 5. sepulchro malo. Sepulchrum autem patens est guttur
1. Cor. 4. eorum. Ideo dicit Apls: Imitatores mei estote. Vult nos delictorũ meminisse nostrorũ. Paulus non habebat qd lugeret, ex quo in Christum credidit, & tamẽ priora
1. Cor. 15. deflebat, dicens: Q uia nõ sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiã dei. Ille igitur peccator ante fidẽ, nos vero adhuc peccamus post fidẽ. Q ui
Prou. 18. peccator est, defleat se, & arguat se, vt fiat iustus. Iustus enim accusator est sui. Ordinem igitur persequamur,
Cantic. 2. quia scriptum est: Ordinate in me charitatem. Deposui peccatũ, tẽperati mores, delicta defleui, esurite incipio & sitire iustitiam, Eger enim cũ in graui morbo est, nõ esurit, quia egritudinis dolor excludit famem. Sed quæ est ista fames iustitiæ? Q ui sunt isti panes quos esurit
Psal. 36. iustus? Ne forte panes illi de quibus dictũ est: Iuuenis fui, & senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærẽs panem. Q ui esurit, vtiq; virium quærit augmentum. Q uod autẽ maius virtutis incremẽtum, q̃ norma iustitiæ? Post hęc, Beati, inq̃t, misericordes. Iu- k
stitiã enĩ sequitur misericordia. Vnde dictũ est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternũ. Sed Psal. 111.
etiam qui misericordiam defert, mercedem amittit, nisi mundo corde misereatur. Nã si iactantiã quęrat, nullus est fructus. Emũda igitur interiora mentis tuæ: et si diligenter pectoris tui secreta mũdaueris, cõpatere iis qui impugnantur: & intellige quãti hominũ, quanti fratrũ tuorũ auxiliũ tuũ quærant. Sed nisi tu prius interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati, ne dissensiões cõtentionesq; ex affectu tuo prodeant, nõ potes aliis ferre medicinã. A te igitur pacẽ incipe, vt cũ fueris ipse pacificus, pacẽ aliis feras. Q uomodo enim potes aliorũ corda mundare, nisi tuũ ante mũdaueris? Profuisti igitur aliis, tulisti auxilium pluribus: festina, cõtende ad finẽ. Psal. 115.
Multi cũ essent exitus vitę, vnus dñs cõpetebat. Nam qd natũ erat secundũ carnẽ, oportebat secũdum carnem mori. Elegit passionẽ, vt moreretur pro nobis: & tu dic de omnibus quę retribuit tibi dñs, Calicẽ salutaris acci- Psal. 115.
piam, & nomẽ dñi inuocabo. hoc est, passionem. Vnde etiã illis qui ad dexterã vel ad sinistrã sedere cupiebant, ait: Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibiturus sum? Vsq; Mat. 20.
ad finẽ te ducit, vsq; ad martyriũ prosequitur, & constituit beatitudinũ palmã. Vide igitur ordinẽ. Oportet te pauperem fieri spiritu. Humilitas enim spiritus, diuitię virtutũ sunt. Nisi pauper fueris, mitis esse non poteris. Q ui mitis est, potest lugere præsentia: qui inferiora luget, potest desiderare meliora: qui superiora quærit, inferiora deuitat, vt & ipse a superioribꝰ adiuuef: qui mi- L
seretur, cor suum mũdat. Q uid est enim mundare animũ, nisi sordẽ mentis abluere? Eleemosyna enĩ a morte Tobię. 4.
liberat: patientia vero perfectio est charitatis. Q ui autẽ patitur persecutionem, in vltimo certamine cõstitutus probatur aduersis, vt cũ legitime certauerit, coronetur. Hos quidẽ gradus volunt esse virtutũ, per quos ab vltimis ad superiora possimus ascẽdere. Deniq; sicut incrementa virtutũ, ita etiã sunt incremẽta præmiorũ. Plus est enĩ dei esse filiũ, q̃ possidere terrã, & cõsolationẽ mereri. Sed quia & primũ præmiũ regnũ cælorũ est, & vltimũ præmiũ regnũ cælorũ est: nũquid æquale præmiũ incipiẽtib⁹ atq; perfectis est? Ne forte mystice docemur quia est primũ regnũ cælorũ, illud apostolicũ: Dissolui, Philip. 1.
& esse cũ Christo? Habes primũ regnũ, quãdo sancti rapiuntur in nubibus obuiã Christo in aera. Multi enim 1. Thes. 4
dormientiũ surgent, isti in vitã ętẽrnã, illi in opprobriũ. Dañ. 12.
Primũ ergo regnũ cælorũ sanctis propositũ est in absolutione corporis: secundũ regnũ cælorũ est post resurrectionẽ esse cũ Christo. Cũ fueris in regno cælorum, tũc M
processus est mãsionũ: et si vnũ regnum, diuersa tamen merita sunt in regno cælorũ. Post resurrectionẽ terram tuã incipies possidere absolutus a morte. Ille enĩ cui dicitur: Terra es, & in terrã ibis, nõ possidet terrã suã. non Genes. 3.
enĩ potest esse possessor, qui non capit fructũ. Absolutus igitur per dñicã crucẽ, si tamen intra iugũ dñi fueris inuetus, cõsolationẽ in ipsa possessione reperies: cõsolationem sequitur delectatio, delectationẽ diuina miseratio. Qui autem miseratur dñs, & vocat: qui vocatur, videt vocantẽ: qui deũ viderit, in ius diuinæ generationis assumitur: tũc demũ quasi dei filius cælestis regni diuitiis delectatur. Ille igitur incipit, hic repletur. Nã & intra hoc seculũ multi in imperio Romano sunt: sed maiorẽ imperii gratiam, qui propiores imperatori sunt, cõsequuntur. Nũc dicamus quẽadmodũ in quatuor benedictionibus sanctus Lucas benedictiões octo sit complexus. Et quidẽ scimus virtutes esse quatuor cardinales, temperantiã, iustitiã, prudentiam, fortitudinem. Q ui pauper est spiritu, auarus non est. Q ui flet, nõ superbit: sed mitis est, & pacat⁹. Q ui luget, humiliatur. Q ui iustus est, nõ negat quod scit oibus ad vsum cõmuniter datũ. Q ui miseretur, largitur de suo. Q ui suũ donat, nõ quærit alienũ, nec dolũ proximo suo struit. Connexæ igitur

A sibi sunt concatenatæq; virtutes, vt qui vnã habet, plures habere videatur: & sanctis vna competit virtus, sed eius quę fuerit vberior, vberius est præmium. Q uanta hospitalitas in Abraham, quãta humilitas, quãta sanctitas, vt fratris filiũ ab hoste seruaret? & quanta abstinentia, vt nihil de præda quęreret? Sed quia fide præstitit, fidei præ cęteris meruit principatũ. Ergo vnicuique plura præmia, quia plura incẽtiua virtutum. Sed quo in aliquo merito copiosius, hoc etiam in prẽmio redundantius. Beati igitur pauperes spiritu. Habes tẽperantiam, quę a peccato abstinet, seculum calcat, illecebrosa non quęrit. Beati qui esuriunt & sitiunt. Q ui enim esurit, esurienti cõpatitur, compatiendo largitur, largiẽdo fit iustus: quia iustitia eius manet in æternũ. Vnde & in Matthæo sitim & famem intelligimus spiritalem, qua cibus iustitię desideratꝰ aut potus: quę virtus quasi materia quędam virtutũ est, vt iustus æqualem se inse- 1. Cor. 1.
rioribus præstet, dolũ excludat, veritatẽ requirat. Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. Habes prudẽtiam, cuius est flere occidua, & ea quę æterna sunt quærere, lugere secularia, quę seipsa compugnẽt: deum pacis inquirere, qui stulta mũdi elegit, vt confundat sapientes: & qui ea quæ nõ sunt destruat, vt quę sunt possit adipisci. Beati eritis cum vos oderint homines. Habes fortitudinem, sed eam quæ non odium mereatur ex crimine, sed persecutionem patiatur ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronam, si gratiã hominum negligas, diuinã sequaris. Deniq; vt scias consummationẽ esse fortitudinis, passionem: Secũdum hęc, inquit, faciebant prophetis patres eorum, quia prophetas Iudæi vsq; ad mortẽ
B corporis persecuti sunt. Est etiam fortitudinis, irã vincere, indignationemq; cohibere: ac per hoc fortitudo animum iuxta corpusq; confirmat. Nec perturbari finit timore aliquo vel dolore, quibus velut prauis interpretibus plerumq; percellimur. Ergo tẽperantia cordis habet animiq; munditiam, iustitia misericordiam, pacem prudentia, mansuetudinem fortitudo.

De væ improborum, & de institutione ad altiores gradus virtutis, & inimicorum dilectione.

" VAE vobis diuitibus, qui habetis cõsolatio-
" nem vestrã.) Licet in pecuniariis copiis multa sint lenocinia delictorũ, pleraq; tamẽ sunt etiã incentiua virtutũ. Q uanq̃ virtus subsidia non requirat, & cõmendatior sit collatio *pauperis, *als, consolatio.
q̃ diuitis liberalitas: tamen nõ eos qui habeãt diuitias, sed eos qui vti his nesciant, sententiæ cælestis autoritate condemnat. Nam vt ille pauper laudabilior, qui promptolargitur affectu, nec repagulis impendẽtis egestatis inhibetur, inopemq; se nõ putat, qui habet quod naturę satis est: ita hic criminosior diues, q; vel deo referre gratiam de eo debuit quod accepit: nec censum ad cõmunẽ vsum datum sine vsu abdere, defossisq; terræ incubare thesauris. Non cẽsus igitur, sed affectus in crimine est.
C Et quanquã tota ætate custodiæ miserabilis solicitas auara mens tendat excubias, quo nulla pœna grauior est, successorum profutura compẽdiis anxio timore seruare: tamen quoniã auaritiæ studia, & desideria congrendi, inani quadã voluptate pascuntur: qui consolationem vitæ presentis habuerũt, remunerationem perpetuæ perdiderunt. Possumus hic tamen diuitem intelligere populum Iudeorũ, vel hæreticos, vel certe mundi philosophos, qui vbertate verborũ, et quodã ambitiosę facundiæ patrimonio delectati, simplicitatẽ veræ fidei supergressi, thesauros inutiles condiderunt. Nonne tibi videtur hæreticus aliquis, cum audis eũ de generatione domini iuxta vsum seculi disputãtem, diues in verbis, pauper in viribus? qui putat se in hoc tẽpore locupletes habere diuitias: sed in futuro egestatem suæ fidei recognoscet, cibumq; perfidię, quem presenti ætate ructauerit, æterno fidei cõmaceratus ieiunio, causam tãti sciet esse supplicii. Eritq; tẽpus, vt risus suos lugeant, qui di- D
cta nostra nũc rident. Q uibus bene dicitur: ¶ Væ cum " vobis benedixerint omnes homines.) Nõne tibi vide- "
tur his dicere, qui dudũ in Ariminensi concilio perfidiæ pręuaricationis autores, cũ imperatoris gratiã sequuntur, dei gratiam perdiderunt? Q ui cũ placere potentibus aucupãtur, maledicto se perpetuo subdidere. Ergo sanctus Matthęus præmiis ad virtutẽ & fidem populos prouocant, hic etiã a criminibus atq; peccatis futurorũ suppliciorũ denunciatione deterruit, qui nõ ociose plurimorũ factorum cęlestium enumeratione progressus, ad benedictionũ locum serius venit, vt populos diuinorum miraculis roboratos, vltra legis tramitẽ virtutum progredi vestigiis edoceret. Fuit canẽdum illic, vbi adhuc infirmæ plebis corda nutabant, hic tubę clãgore excitãda virtus fuit. Docet hoc libri huius, quæ in procemiis, & quę in processu sermonis aperitur oratio. Illic qui infirmi sunt, adhuc quodã legis lacte potantur, & ideo per legis tramitem ducũtur ad gratiam, audiũt quę legis sunt, vt vltra legem, legẽ sequẽdo procedant: hic ecclesia fundatior non lacte imbuitur, sed cibo vescitur. Cibus enim validior est charitas. Deniq; inter tria maxima, spem, fidẽ, charitatem, maior est charitas. Ordinatur igitur charitas, cũ dicitur: ¶ Diligite inimicos " E
vestros.) vt compleatur illud ecclesiæ, quod ante iã dic- "
tum est: Ordinate in me charitatẽ. Ordinatur enĩ charitas, cum charitatis præcepta formantur. Videq; ab altioribus cœperit, & legẽ post benedictionis euangelicę terga reiecerit. Lex vicissitudinẽ imperat vltionis, Euangelium inimicitiis charitatẽ, benignitatem odiis, vo
ta maledictis, subsidia persequentibus, patientiam esurientibus, & gratiã remunerationis impartitur. Q uanto athleta perfectior, qui nõ sentit iniuriã? Et ne videatur dominus legem dissoluere, in beneficiis vicem seruat, quã negligit in iniuriis. Sed tamẽ dicẽdo, ¶ Prout vultis vt faciãt vobis homines, facite & illis similiter.) Vicissitudo ipsa cumulatior est, quãdo votis aq̃us æquatur. Nescit enim virtus mensuram gratię, nec contenta referre quod acceperit, vult cumulare quod sumpserit, ne inferior sit beneficio, licet æquetur officio. Nõ enim cumulo tantum, sed ordine & tẽpore beneficia pẽsãtur, cum in beneficio pati prior sit qui prior cepit. Beneficus enim est, qui gratiam ceperit, debitor qui retulerit. Aliud itaq; beneficiũ est beneficii principat⁹. nam si qui pecuniam reddidit, nõ soluit gratiã, manetq; gratiæ debitor, etsi iam non sit pecuniæ: cur gratiã referendo putemus posse vacuari, cuius relatio acceptæ magis est testimonium, q̃ solutæ? Bono itaq; exemplo imbuitur Christianus, vt non contentus iure naturę, gratiam eius requirat. Si enĩ cõmune est oĩbus etiã peccatorib⁹ redamare: cui genus pfessionis excelsius, studiũ quoq; E
debet esse virtutis vberius, vt diligat etiã non amãtes. Nã etsi nulla merita diligẽdi, vsum amoris excludant, nõ tamẽ virtutes excluserint. Sicut enĩ in eo qui te diligit, pudet gratiã non referre, et gratię amore referendæ amor tibi eius inolescit, quẽ antea nõ amabas*: ita etiã *habebas
in eo qui non amat, debes amare virtutẽ: vt dum virtutem amas, incipias eum amare quem nõ amabas, cum rara & caduca remuneratio sit amãtis, sempiterna virtutis. Q uid autem tam mirum, q̃ percutiẽti maxillam prębere alteram? Nonne omnis indignantis frangitur impetus, ira sedatur? Nõne fit per patientiã, vt sua ampliùs pœnitẽtia reuerberes verberantẽ? Ita erit vt & iniuriã repellas, & gratiã queras. Ac sæpe maximę causę amoris existunt, cũ patientia insolentię, gratia refertur iniuriæ. Et quidem, vt audire me memini, vel hoc solo pręssum philosophiæ superciliũ putamus, quod in tres partes illa sibi videtur diuisisse iustitiã: Vnam in deũ, quæ pietas vocatur: alteram in parẽtes, vel reliquũ humanum genus: tertiã in mortuos, vt his exequiarũ iusta soluant. At vero dñs IESVS legis oraculũ ac phi

G losophię fastigiũ supergressus, in eos quoq; qui leserint, pietatis porrexit officiũ. Etenim si hostis qui tecũ bello armisq; certauerit, depositis armis misericordiã sitæ salutis adipiscitur, idq; plerunq; vel contẽplatione naturæ, vel ipsius belli iure defertur, vt subiectis vita tribuatur: quãto amplius meliore religionis contutu deferendum est? Nam cũ præliatorẽ appetitæ salutis causa nõ moueat, nũquid mouere debet militẽ pacis? Itaq; illud
1. Cor. 13. apostolicũ, Quia charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non inflatur: in his præceptis cõsummatum videmus. Si patiẽs est, debet patientiã verberanti: si benigna est, nõ debet respondere maledictis: si non quærit quę sua sunt, non debet resistere diripienti: si non æmulatur, odisse non debet inimicũ. Et tamẽ apostolicis diuinæ superfluunt præcepta pietatis. Plus est enim donare, q̃ cedere: plus est amare inimicos, q̃ non æmulari.
1. Pet. 2. Quæ omnia dominus & dixit, & fecit. Qui cũ maledicereturnõ maledixit: qui cum percuteretur, nõ repercussit: cum spoliaretur, non restitit: cum crucifigeretur, ipsis persecutoribus veniam postulauit dicẽs: Pater, di
Luc. 23. mitte illis peccatum, quia nesciunt quid faciunt. Crimi natores suos excusabat a crimine. Illi crucẽ parabãt, hic salutem & gratiã rependebat. Et tamen quoniã studia ipsa virtutũ sine remuneratione torpescunt, et exemplũ nobis attulit, & mercedẽ spopondit e cælo, filios dei futuros pollicens, qui fuerint imitatores eius. Qui enim festinat ad præmiũ, fastidire nõ debet exemplum: quia quanto præcellentius præmiũ, tanto impensius officiũ. Quanta autem misericordię merces, quę in ius diuinę adoptionis adsciscitur? Sequere igitur misericordiẽ, vt merearis gratiam. Late patet benignitas dei, super in
H gratos pluit, malis fœcunda nõ negat terra prouentus. Idem mundi Sol sacrilegos religiososq; pariter illuminat. Aut vt mystice ista pendamus, prophetícis populum Iudæorum dominus pluuiis irrigauit, et Solis æterni refulsit radiis, etiam non merentibus. Sed quoniã illi mundano rore maduerunt, Ecclesia dei ad cęleste lumen adsciscitur: ita tamẽ, vt illis quoq; misericordiæ, si credant, prærogatiua seruetur.

De prohibitione iudicationis.

» NOLITE iudicare, & non iudicabimini.) Addidit non temere iudicãdum, ne cum sis tui conscius, ipse delicti in alterum cogitaueris ferre sententiam.

De arbore mala, ex cuius similitudine improbi homines cognoscantur.

» I NON est arbor bona, quę facit fructũ malos.) Magna etiã disciplina virtutis, vt de infructuosis fructuosa non quæras, nec de incultis prouectum fœcunditatis expectes. Vnicuiq;
» enim sua cultura dat fructus. ¶ Neq; enim de spinis colligunt ficus.) In spinis istius mũdi ficus illa non potest reperiri: quæ quia fœcũdis fructib? melior est, bene speciesei resurrectiõis aptatur: vel quia, vt legisti, ficus dederunt grossos suos, quod iam immaturus, & inutilis, & caducus in synagoga fructus ante præcessit: vel quia immatura vita nostra est in corpore, matura in resurrectione. Et ideo procul a nobis debemus seculares solicitudines abdicare, quę mordent animum, mentẽq; aduruntvt maturos fructus culturę diligẽtis possimus adi pisci: quod in incultis istius mundi reperire non possumus: quia non legũt de spinis ficus, neq; de tribulis vindemiant vuam. Alterũ ad mũdum & resurrectionem, alterũ ad animã & corpus refertur: vel quia nemo peccatis fructum acquirit animæ suę, quę sicut vua proxima terris corrumpitur, in superioribus maturatur: vel quia nemo potest damnationẽ carnis euadere, nisi quẽ Christus redemerit, qui sicut vua pependit in ligno. Procul igitur ab illa carne, quę damnato homini tribulos gene

rare præcepta est, leuemus oculos spiritales, tendamus K manus, vt Christum vindemiare possimus. Omnium autem fundamentũ docet esse virtutũ obedientiã cælestium præceptorũ, per quam domus hęc nostra nõ profluuio voluptatum, nõ nequitiæ spiritalis in cursu, non imbre mundano, non hęreticorũ possit nebulosis disputationibus cõmoueri. Pulchre autem vbi præcepta cõpleuit, formam docet suorum præceptorum exequi.

De seruo Centurionis curato.

ET factũ est, cum cõsummasset omnia verba CAP. VII.
sua in aures plebis, intrauit Capharnaũ. Cẽturionis autem cuiusdã seruus. & reliqua.) Nanq; statim gẽtilis Cẽturionis seruus dño curãdus offertur, in quo populus nationũ, qui mũdanę seruitutis vinculis tenebatur, æger letalibus passionibus, beneficio dñi sanãdus exprimitur. Quod autem moriturũ dixit euãgelista, nõ fefellit. Moriturus enim erat, nisi fuisset sanatus a Christo. Implenit igitur præceptũ charitate cęlesti, qui sic dilexit inimicos, vt morti eriperet, atq; ad ppetuę spem salutis adsciscret. Quantum autẽ diuinæ humilitatis insigne, vt cæli dominus nequaq; dedignaretur Centurionis seruulum visitare? Elucet fides in operibus, sed plus operatur humanitas in affectibus. Quod vtiq; nõ ideo faciebat, quia absens curare non poterat, sed vt formã tibi daret humilitatis imitãdæ, qua iuxta humilioribus doceret ac superioribus deferendũ. Deniq; alibi Regulo dicit: Vade, filius L
tuus viuit. vt scias & potentiã diuinitatis, & humilitatis gratiam. Ibi noluit pergere, ne in Reguli filio videretur magis diuitiis detulisse: hic ipse perrexit, ne videretur in Centurionis famulo conditionẽ despexisse seruilem. Omnis enim seruus & liber in Christo vnũ sumus. Sed vide fidẽ prærogatiuam esse medicinæ. Aduerte etiam in ipso populo gẽtili perspicaciam esse mysterii. Dominus pergit, excusat Cẽturio, militarię depositio tumore reuerentiam sumit, & ad fidem facilis, & ad honorificentiam promptus. Et bene Lucas etiã in occursum amicos dicit esse a Centurione transmissos, ne præsentia sua grauare domini verecundiam videretur, & officium officio prouocasse. Hæc moraliter. Mystice autem, quem Iudæorum populus crucifixit, inuiolatum ab iniuria manere desiderat populus nationum: & quod ad fidẽ pertinet, fermoni credidit: hoc est, non hominis, sed dei potestate conficiẽs dari a Chri
M sto hominibus sanitatẽ. Quod vero ad mysterium spectat, vidit in pectore adhuc gentiliũ non esse penetrabilem Christũ. Et ideo qui necdũ cogitationis pręteritæ maculas abluisset, grauari se magis dñi putauit dignatione, q̃ iuuari. Sic illa vidua Sareptena indignã se prophetico iudicauit hospitio. Ideoq; dñs i vno isto fidẽ gẽtium præfert. Et quidem si sic legas, In nullo tantã fidẽ inueni in Israel: simplex intellectus & facilis est. Sin vero iuxta Græcos, Nec in Israel tãtam fidẽ inueni: fides huius etiã electioribus & deum videntibus anteferetur. Videte autẽ œconomiam domini, probatur fides domini, et ferui sanitas roboratur. Potest ergo meritũ domini etiam famulis suffragari: nõ solũ fidei merito, sed etiam studio disciplinæ. Spectate etiam alterã œconomiam dominicę humilitatis. quæ non spondet, operatur. nam etsi nõdum imperauerat sanitatem, tamẽ seruũ qui missi fuerant, sanum seruulum repererunt.

De filio viduæ resuscitato.

IBAT dñs IESVS in ciuitatẽ quæ vocatur Naym, & ibant cum illo discipuli eius, et turba copiosa. Cũ autẽ appropinquaret portæ ciuitatis, & ecce efferebatur defunctus filius vnicus matris suę. Et hęc erat vidua, & turba multa cum illa. Quam cũ videret dñs, misericordia mot? dixit illi: Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum.) Et

A hic locus ad vtranq; redundat gratiã, vt & cito flecti diuinam misericordiã matris viduæ lamẽtatione credamus, eius præcipue, quæ vnici filii vel labore vel morte frangatur, cui tamen viduę grauitatis meritũ exequiarum turba cõciliet: et hanc viduã populorũ turba septã, plus videri esse q̃ fœminã, quæ resurrectionẽ vnici adolescẽtis filii sui lachrymis meruerit impetrare, eo quod sancta ecclesia populũ iumiorem a pompa funeris, atq; a supremis sepulchri, suarũ reuocet ad vitam contemplatione lachrymarũ, quæ flere prohibetur cum, cui resurrectio debeat. Qui quidẽ mortuus in loculo materialibus quatuor ad sepulchrũ ferebat elemẽtis. Sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno. Quod etsi nobis ante nõ proderat, tamen posteaq̃ IESVS id tetigit, proficere cœpit ad vitã, vt esset indicio salutẽ populo per crucis patibulũ refundendã. Audito igitur dei verbo, steterũt acerbi illi funeris portitores, qui corpus humanũ letali fluxu naturę materialis vrgebãt. Quid enim aliud, nisi quasi in quodã feretro, hoc est, supremi funeris instrumento iacemus exanimes, cum vel ignis immodicę cupiditatis exæstuat, vel frigid? humor exundat, vel pigra quadã corporis habitudine vigor hebetatur animorũ, vel cõcreta noster spiritus labe, purę lucis vacuus alit mẽtem? Hi sunt nostri funeris portitores. Sed quãuis suprema mortis spem vitę omnis abo
B leuerint, & tumulo proxima corpora iaceant defuncto rum, verbo tamẽ dei iam moritura resurgũt cadauera, vox redit, redditur fili? matri, reuocatur a tumulo, eripitur a sepulchro. Quis iste est tumulus tuus, nisi mali mores? Tumulus tuus perfidia est, sepulchrum tuum guttur est. Sepulchrũ enim patens est guttur corũ, vnde verba mortua proferũtur. Ab hoc sepulchro te liberat Christus. ab hoc tumulo resurges, si audias verbum dei. Et si graue peccatũ est, quod pœnitẽtiæ lachrymis ipse lauare nõ possis, fleat pro te mater ecclesia, quę pro singulis tanq̃ pro vnicis filiis vidua mater interuenit. Compatitur enim quodã spiritali dolore naturæ, cum suos liberos letalibus vitiis ad mortẽ cernit geri. Viscera sumus de viscẽribus eius. Sunt enim & spiritalia vi-
Ad Phi scera, quæ habet Paulus dicẽs: Ita frater ego te fruar in
lemonem domino, refice viscera mea in Christo. Nos ergo viscę-
Ephe. 5. ra sumus ecclesiæ, quoniã mẽbra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Doleat igitur pia mater, assistat & turba, non solũ turba, sed etiam multa, cõpatiatur bonæ parenti. iam resurges in funere, iam libera beris a sepulchro. Stabunt illi ministri tui funeris, incipies vitalia loqui, timebunt omnes. Vnius enim exẽplo plurimi corriguntur. Laudabunt etiam deum, qui
C tanta nobis remedia vitandæ mortis indulserit.

De missione discipulorũ Ioannis ad IESVM.

» IT cõuocauit duos de discipulis suis Ioãnes, & misit ad dominũ dicens: Tu es qui venturus es? an alium expectamus?) Nõ simplex intellect? in simplicib? est verbis. Alioquin
» præsentibus superiora cõpugnant. Quomodo enĩ Ioannes quẽ in superioribus deo patre demonstrante cognouit, hic nescit? Quomodo & ibi quẽ ante nescíuit agnouit: & hic iam quẽ sciebat, ignorat? Nesciebam, inquit,
Ioan. 1. eum: sed qui misit me baptizare, ipse mihi dixit: Super quem videris spiritũ descendentem de cęlo. Et dicto credidit: & demonstratũ agnouit: & baptizatũ adorauit: & venientẽ prophetauit. Deniq; ego, inquit, vidi, & testimonium perhibui, quoniã hic est electus dei. Vnde ergo fieri posset vt sic propheta tãtus erraret, vt de quo dixerat, Ecce qui tollit peccatũ mũdi: adhuc eum dei filium esse non crederet? Aut enim insolentiæ est ei tribuere diuina quẽ nescias, aut de dei filio dubitasse perfidia est. Nõ cadit igitur in talem prophetã tanti erroris suspicio. Itaq; si intellectus simplicis formæ cõpugnat, spiritalẽ quæramus figurã. Et quia supra iam diximus

in Ioanne typum esse legis, quæ præmitia fuit Christi: D
recte lex quæ pectoribus perfidorũ tanq̃ æterna carceribus luce vacuatis corporaliter tenebatur inclusa, quam viscera fœcunda pœnarũ & fores amentiæ coercerent, plenum exitũ testimonii dominicæ dispensationis sine euãgelii nequit astipulatione pferre. Prophetauit quidem lex in Exodo baptismatis gratiã per nubẽ & mare, spiritalem in agno prænunciauit escam, fontẽ perennem designauit in petra, remissionẽ peccatorum in Leuitico reuelauit, regnũ cælorũ annunciauit in psalmis, terrã repromissionis in Iesu Naue manifestissime declarauit. Hęc omnia cũ Ioannis quoq; congruunt testimonio, sed tamẽ tyrannicis mundi istius potestatibus quo minus lucẽ dominicę resurrectionis effunderet, inclusa cohibebatur. Mittit ergo suos discipulos ad Christũ Ioannes, vt supplementũ scientię cõsequantur, quia plenitudo legis Christus est, vt, quoniã mutant plerunq; dicta sine factis, & fides plenior gestorũ testificationibus q̃ verborũ sponsionibus exhibetur, quę tunc in pectoribus Iudęorũ velut obserata lege mutabatur, ipso spectaculo dominicæ crucis, & pleno resurrectionis testimonio pãderetur. Et fortasse isti discipuli fuit duo populi, quorum vnus ex Iudęis credidit, alter ex gẽtibus, qui ideo E
credidit, quia audiuit. Voluerunt ergo isti videre propter illud: Vestri autem beati oculi qui vident, et aures vestræ quę audiunt. Sed etiã nos vidimus in Ioanne, oculis nostris perspeximus in Apostolis, & manib? nostris perscrutati sumus in Thomę digitis. Quod enim 1. Ioan. 1.
erat ab initio, quod audiuim?, et quod vidimus, oculis nostris perspeximus, & manus nostrę scrutatæ sunt de verbo vitæ, & vita apparuit nobis. Quando apparuit? Quãdo vidimus. Non sic apparebat anteq̃ videretur. Gratias ergo domino, qui crucifixus est p fide nostra, crucifixus pro cupiditatibus nostris. Mens mea in illo crucifixa est. Itaq; & nunc qui vetus testamentũ recensent anteq̃ cognoscant euangeliũ, & quasi quędã domi nici corporis vestigia legunt, vẽturum putant, & requirunt vtrum ipse sit Christus dei filius, qui vẽturus est. Et cum legunt quãdo cũ Abrahã locutus est, vel quando se ducem militiæ cælestis ostendit, dicunt vtiq: Tu es qui venturus es? an aliũ expectamus? Cum autẽ ve- F
nerint ad euangeliũ, & cognouerint illuminari cæcos, & ambulare claudos, audire surdos, mũdatos esse leprosos, mortuos resurrexisse, tunc dicũt: Vidimus eum, & oculis nostris perspexim?, & in vestigia clauorum eius digitos nostros inseruimus. Videmur enim nobis vidisse quem legimus, spectasse pendentẽ, & vulnera eius spiritu ecclesię scrutante tentasse. Si enim digito dei eiiciuntur dęmonia, fides quoq; digito ecclesiæ reperitur. Aut fortasse in parte quadam operatrice corporis nostri omnes videmur inuestigasse dominicę seriem passionis. Fides enim per paucos ad plures peruenit. Lex ergo Christũ venturũ annunciat, euãgelii scriptura venisse confirmat. Nonnulli etiã de ipso Ioanne sic intelligunt, magnũ quidem prophetã, ita vt Christũ agnosceret, annũciaret remissionẽ peccatorũ futuram, sed tamẽ non tanq̃ dubium, sed tanq̃ pium vatem, quẽ vẽturum crediderat, nõ credidisse moriturũ. Non igitur fide, sed pietate dubitauit. Dubitauit & Petrus, dicens: Propi- Mat. 16.
tius tibi esto domine, nõ fiat hoc. Ille fidei princeps, cui se Christus nondũ dei filiũ dixerat, & tamẽ ille credidetat, de morte Christi nec Christo credidit. Pietatis affectus, nõ indeuotionis est lapsus. Deniq; alibi lauari fibi pedes recusat, vbi mysteriũ nõ agnoscit, dum dominico grauatur obsequio. Ergo moriturũ Christum nec sancti crediderunt. Quod enim oculus nõ vidit, nec au- 1. Cor. 2.
ris audiuit, nec in cor hominis ascendit, hęc præparauit deus diligentibus eum. Religiosus itaq; lapsus amoris fidem nõ impedit. Deniq; dominus sciens neminẽ sine euangelio plene posse credere, quia sicut fides a veteri incipit testamento, ita impletur in nouo: interrogatus

G de se, nō verbo aliquo, sed factis se esse signauit. ¶Ite, inquit, renunciate Ioanni quę videtis & auditis: Ceci vident, claudi ambulant, surdi audiūt, leprosi mundātur, mortui resurgūt, pauperes euangelizantur.) Plenum sane testimoniū, quo dominum propheta cognoscęret.

Psal. 145 De ipso enim, non de alio fuerat prophetatū quia Dominus dat escā esurientibus, dominus erigit elisos, dominus soluit cōpeditos, dominus illuminat cæcos, dominus diligit iustos, dūs custodiet aduenas, orphanū & viduam suscipiet, & viam peccatorum exterminabit. Quis ista, inquit, faciet, regnabit in æternum. Ergo non humanę ista, sed diuinæ virtutis insignia sunt, cæcis perpetuæ tenebras noctis aperire, defossorumq; oculorū vulnera infusa luce sanare, auditū insinuare auribus surdorū, laxatis soluta mębra reformare cōpagibus, in lucem quoq; refuso vigore viuendi reuocare defunctos. Hæc ante euāgelium vel rara, vel nulla. Receperit licet Tobias oculos, vnus est in exemplo, & tamē angeli fuit illa medicina, nō hominis. Helias mortuum suscitauerit, ille tamen rogauit & fleuit, hic iussit. Helisæus leprosum mūdari fecerit, nō tamē illic valuit præcepti autoritas, sed figura mysterii. Non defecerit ad escam viduæ esurientis propheticis se multiplicans farina pręceptis, vnam tamē viduā farina illa, vel potius eadē quoq; sacramēti species præfigurata seruauit. Sed tamē parua adhuc ista dominicæ testificationis exępla sunt: plenitudo fidei, crux domini, obitus, sepultura est. Et ideo cum illa superiora dixisset, addidit:

H De scandalo in Christo cauendo.

» BEATVS, inquit, qui in me nō fuerit scāda
» lizatus.) Crux enim, etiam electis scādalum posset afferre. Sed nullum hoc maius diuinę personę est testimoniū, nihil est quod magis esse vltra humana videatur, q̄ toto vnum se obtulisse pro mūdo. hoc vel solo plene dūs declaratur. Deniq; sic
Ioan. 1. designatus est a Ioanne: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Verū hoc nō duobus illis viris Ioannis discipulis, sed nobis respondetur oībus, vt ita credamus in Christū, si facta cōueniunt. Veniet enim qui hoc sibi nomen vsurpet, quē licet nominis nō queas appellatione secernere, factorum tamen consideratione discernas.

De laudatione Ioannis a constantia mentis.

» QVID existis in desertū videre? Arūdinem
» vento moueri?) Vbi premonuit discipulos Ioānis in crucē dominicam esse credēdum, redeuntibus illis cōuersus ad turbas cœpit ad virtutem pauperes prouocare, ne exaltati corde, mēte instabiles, consilio infirmi, speciosa vtilibus, æternis caduca pręferrent: sed humili spiritu crucē potius tollerent, q̄ phaleras mundi huius extollerent, & quasi beati pauperes, qui nihil haberēt seculi quod amitterēt, liberter corporis vitam cū immortali gloria commutarent. Non ociose igitur sancti Ioannis hic persona laudatur, qui vitæ amore posthabito, iustitiæ formā nec mortis terrore mutauit. Quid, inquit, existis in desertū videre? Deserto mūdus hic cōparati videtur, adhuc inculto, adhuc sterilis, adhuc infœcūdus, in quē negat nobis ita dūs prodeundū, vt mente carnis inflatos, vacuosq; virtutis internę viros, & fragili se glorię secularis sublimitate iactantes, pro exēplari quodā & imagine nobis putemus imitādos, quos procellis mūdi huius obnoxios vita mobilis inquietat, iure arundini comparandos, in quibus solidæ iustitiæ nullus est fructus, qui forensibus crimiti phaleris, nodis obsiti, vacuo oris strepitu sonori, nulla sui vtilitate, frequēti etiā offensione, intus mania, foris speciosa sectantur. Arundines sumus, nulla validioris naturę radice fundati. Et si leuis aspirauerit prosperioris aurā successus, vago motu proximos verberamus, inopes ad suffragandū, faciles ad nocendū. Arundines fluuios amāt, & nos labētia mūdi caducaq; delectant. Tamen hanc arundinē si quis de terrę cuellat plātariis, & superfluis exuat, expolīās veterē hominē cum actibus eius, & scribæ velociter scribentis manu temperet, incipit non arūdo esse, sed calamus, qui pręcepta cęlestium scripturarū penetralibus mentis imprimat, tabulis cordis inscribat. De quo calamo habes dictū: Lin Psal. 44
gua mea calamus scribæ velociter scribentis. quod ad Christum alii referre volūt. Vno igitur loco & verbū & calam⁹ legitur & scriba. Verbū, quia de genitali patris processit arcano. Eructauit cor meū verbum bonū. Calamus, quia caro Christi paterne seriem voluntatis expressit, & linguæ mādata diuinę facri effusione cruoris impleuit. Scriba, quia calamo suo diuidua quadam distinctione noui & veteris testamēti, vel diuinitatis et carnis, paternæ nobis dispositionis mysteria reuelauit. Hunc calamū imitare tuę carnis tēperamento. Et calamum tuū, hoc est, carnē tuam tinge, nō atramento, sed 2. Cor. 3.
spiritu dei viui, vt quod scribis, æternū sit. Tali calamo Paulus illam epistolā scripsit de qua dicit: Epistola nostra vos estis, inscripta nō atramento, sed spiritu dei viui. Tinge carnem tuā in Christi sanguine, sicut scriptū Psal. 67.
est: Vt tingatur pes tuus in sanguine. Et tu ergo vestigium animi tui, & mētis incessum, indubitata cōfessione dominicæ crucis tinge. Tingis carnē tuam in Christi sanguine, si vitia diluas, peccata detergas, mortem Christi in tua carne circūferas, sicut Apostolus docut dicens: Mortificationē IESV Christi in corpore nostro circūferentes. Noli ad terrena inflecti, ne arūdinem 2. Cor. 4.
tuam frangas. Et ideo de Christo, quia nō erat ad terL
rena curuandus, prophetatū est: Arūdinem quassatam Mat. 12.
non cōfringet, quoniam carnē quam peccata quassauerant, resurrectionis virtute solidauit. Bona arundo caro Christi, quę serpentis diaboli caput, & mundanæ cupiditatis illecebras patibulo crucis affixit.

De laudatione Ioannis ab asperitate vestimentorū.

« SED quid existis in desertū videre? Arundi-
« nem vēto moueri? Quid existis videre? ho-
« minē mollibus vestimētis indutū?) Nō hic
« dūi sermo de vestibus, q̄q̄ pleroſq; mollioris cura vestis efœminet, qui quasi lanæ onus ferre nō possint, sericas vestes tectis per terrā verrūt vestigiis, vtq; faciunt vt amictus honori sit. Sed tamē alia videtur hic indumenta signare, & nisi fallor, humana corpora, quibus anima nostra vestitur. Deniq; & Ioseph tunica ad speciem dominici corporis cruentata est. Et apostolicū illud, Exuēs se carne, principatus & potestates omnes traduxit: quid aliud ostendit, nisi vice indumēti corpus fuisse, quo se ita expoliauit dominus in passione, vt diuinitas libera immunisq; maneret iniuriæ? Totus igitur hic locus exēplo nos prophetico ad virtutē subeumM
dæ passionis hortatur. Deniq; addidit: ¶Ecce qui in ve-
« ste preciosa sunt, in domibus regū sunt.) Sunt etiā mol
« lia indumenta, delicioſi actus & mores: propter quod nos hortatur Apostolus vt expoliātes veterem homi- Col. 3.
nem cum actib⁹ eius, induamus nouū, in quo nō dulcis illecebra fit, ludusq; lasciuię, sed vsus laboris & fructⁱ⁹, eo quod tenera corporis cura, luxuq; & lasciuiarū cupiditate mollitos, nequaq̄ cęlestis aula suscipiat, ad quā duris laborioſę gradibus virtutis ascenditur. Hi vero quibus fluida deliciis membra soluūtur, regni cælestis extorres, intra mūdi huius habitacula consenescūt, quos rectores huius mūdi atq; tenebrarum vocat apostolus. Hi sunt enim reges, qui seculari quadā potestate dominantur, suorum æmulos operum receperunt.

De laudatione Ioannis ab excellentia cognitionis.

« SED quid existis videre? Prophetam? Vtiq;
« dico vobis plus quā prophetam. Hic est de q̄
« scriptū est: Ecce ego mitto angelū meū ante
« faciem tuam, qui præparabit viam tuā ante te.) Quomodo igitur in deserto Ioannem videre cupiebant, qui erat clausus in carcere? Quem nobis dominⁿ proponit imitandū, qui viam domino nō solū nascēdi secundum carnem ordine fideiq; nuncio, sed etiā precursu quodam gloriosæ parauerit passionis. Maior sane propheta, in quo finis est prophetarū. Maior ppheta, quia multi cupierunt videre quę iste prophetauit, quem iste conspexit, quē iste baptizauit. Sed tamē nūquid & illo maior,
Deut. 18. de quo Moyses dixit, quia prophetam vobis suscitabit dominus deus vester? De quo dixit: Erit autē, omnis anima quæ nō audierit prophetā illum, exterminabitur de plebe. Si igitur Christus propheta, quomodo maior hic omnibus? Nūquid Christum prophetā negamus? Immo & dominū prophetarum affero, & hunc omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris non virginis natos. Maior enim fuit iis quib⁹ æqualis esse poterat sorte nascendi. Alia ista natura est, nec cū humanis generationibus comparanda. Non potest homini cū deo vlla esse collatio. suis enī quisq; præfertur. Deniq; eousq; cum dei filio non poterat Ioānis esse vlla collatio, vt & infra angelos æstimetur.

De intelligentia præmissorum.

» NAM qui minor, inquit, est in regno cælorū,
» maior est eo.) Etenim quoniam angelū dixerat, hominib⁹ iure prælatus est: & quia inter natos mulierū potiorē declarauerat, ideo
B addidit: Nam qui minor est in regno cælorū, maior est eo. vt angelis sciret esse cedendū. Merito autem Ioannes suis prefertur æqualibus, a cuius diebus regnū cælorum cogitur. Q uę subobscura videtur esse locutio, & ideo eam de alio libro euangelii putauimus deriuandam. Nā si literā sequamur, vtiq; inferior a potiore cogitur. Regnū autem cęli prestat humanis. sed cum sint aliqua quæ cogendo desiari feruntur, nō est absurdum quia cogitur regnū, quando pluribus frequētatur, cogētesq; diripiunt illud. Si repetamus dominicū illud quod scriptum est, dicēte filio dei, Regnum dei intra vos est: aduertimus in nobis regnū cęleste solidari, cū Christus exploso mūdani principis regno, fugatisq; deliciis secularibus, intra nostrorū secreta regnat animorū. Vis igitur menti affertur humanę, quę diuersis illecebris delenita laborem fugit, voluptatem expetit, cum vel metu supplicii coercita, vel prēmio prouocata vincere ipsa sentitur, & tanq̄ exantlatis laboribus palmā quę sibi pluribus aduersantibus subtrahebatur, eripere contēdit. Rapimus enim ex hoc mūdo palmā salutis, & quasi excubātibus obsessos serpētibus fructus perūgili labore decerpimus, ita tamē, vt nō furtiua sublatio, sed direptio triūphalis sit. Est & aliud direptionis genⁿ, quādo aliis oblata diripimus. Qui sint igitur raptores isti, nō laboramus intelligere, cū de Beniamin lupi rapacis genere nos manare nouerimus. Pręcesserat Ioannes vt iustificaret populū Iudeorum, ipse dominus venerat ad oues perditas domus Israel. Apostolos destinauerat, vt fidē populi Iudæorū vel disputatione, vel signis miraculisq; fundarent: sed cū illi munera sibi oblata defugerent, publicani & peccatores in deū credere, in fide coire cœperunt. In his igitur apostolica predicatione regnū cęlorū cogitur, & fidelis populi aspiratiōe solidatur. Diripuit regnū illa quę fluxu sanguinis laborabat. Nam cū dūs ad filiam principis synagogæ tēderet, furtiuo quodam tactu sanitatis remediū prælibauit. Diripuit regnū illa Chananea, quę a finibus suis egressa clamabat dicens:
Mat. 15. Miserere mei domine fili Dauid, filia mea male a dæmonio vexatur. Vere hæc regnū coegit, ptinax in precibus, sapiens in responsis, fidelis in verbis. Prætereundum tem reuocat, tacentē rogat, excusantē adorat, negātem inclinat. Nōne tibi videtur eripere, cum elicit quod negatur? præripere quod aliis seruaf? Negauerat enim dominus panem filiorū dari canibus oportere. A tilla D
consensit, & cōsentiendo diripuit dicēs: Vtiq; domine. Nam & catelli edunt de micis quę cadunt de mēsa dominorum suorū. Didicisti quemadmodū regnū cęleste rapiatur. Cogamus igitur & nos, diripiam⁹ illud. Nemo enim nisi festinās pascha mādducat. Sed quę est ista quæ rapit regnū? Nōn improbitas, non lasciuia, nō voluptas, sed illa de qua dicitur: Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Ecce rapuit, quæ quod voluit impetrauit, quod rogauit extorsit. Rapuit & illa vidua, quę frequēter orando, si nō propter innocentiā, saltem propter importunitatem vt exaudiatur extorsit. Rapuit igitur ecclesia a synagoga regnū. Regnū meum Christus est, rapio illum Iudæis missum sub lege, natū sub lege, nutritum iuxta legem, vt me qui erā sine lege, seruaret. Rapitur Christus, cū aliis promittitur, aliis predestinatur. Rapitur Christus, cum aliis nascitur, aliis suffragatur. Rapitur Christus, cū ab aliis occidit, sepelitur a nobis. Rapitur insidiātibus, rapitur dormiētibus. Habes vbi ipsi confessi sunt nos rapuisse, se dormisse dicētes: Dici- Mat. 28.
te quia discipuli eius nocte venerūt, & furati sunt eū nobis dormientibus. Surge igitur qui dormis, ne & tu cū Ephe. 5.
dormis, Christū amittas. Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Vides mortuos esse qui dormiunt. Et ideo nō inuidemus aliis, sed prouidemus nobis. Non enim mortui poterant seruare viuentē. Exurgāt vel sero qui dormierunt, etiā qui Christū perdiderūt. Non sic amittitur Christus, vt nō reperiatur, si tamē requiratur, sed E
vigilantibus regreditur, & exurgētibus præsto est, immo oibus adest, qui vbiq; semper est, quia cōplet omnia. Nulli enim deficit, nos deficimus. Nulli inquā deficit, superabundat omnibus. Superabundauit enim pecca- Roma. 5.
tum, vt superabundaret gratia. Gratia Christus est, vita Christus est, & Christus est resurrectio. Qui surgit igitur, inuenit esse presentē. Rapitur ergo regnum cęlorum, cū Christus a domesticis denegatur, a gentilibus adoratur. Rapitur cum ab illis repudiatur, colitur a nobis. Rapitur cum per hereditatem non agnoscitur, per adoptionem acquiritur.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIB. VI.

De iustificatione dei a populo, & contemptu a pharisæis & legisperitis. F

« ET OMNIS populus au-
« diēs & publicani iustificaue-
« runt deum, baptizati bapti-
« smo Ioannis: Pharisæi autē
« & legisperiti cōsiliū dei spre-
« uerunt in se, nō baptizati ab
« eo.) Aperuit sanctus Lucas
« specialibus additis, q̄d quasi generalibus sanctus Mat-
thæus subobscurū reliquerat. Ille enim ait: Et iustifica- Mat. 11.
ta est sapientia a filiis suis. Primū quę sit illa sapientia hic videmus expressum. Ait enim: Iustificauerūt deū. Deus ergo sapientia est, quia sapientia dei filius est. Sapientia per naturam, non per profectū. Alia est sapientia dei patris virtus, alia sapiētia virtus animæ. Illa nata est, hęc creata. Alia sapientia autor operū, alia opus. Opus enim mentis sapere prudenter, sentire vtiuciter. Hæc dona naturę sunt. Operator autē nō creatura est, sed creator, hoc est, non naturæ munus, sed munerator naturę. Iustificatur igitur deus ipse per baptismū, dum se homines peccata propria confitēdo iustificant, sicut

Esa.43. scriptum est: Dic tu iniquitates tuas, vt iustificeris. Et
G iustificatur in eo, quia nō per contumaciam refutatur,
Psal.10. sed per iustitiā dei munus agnoscitur. Iustus enim dominus, et iustitias dilexit. In eo ergo iustificatio dei est, si non ad indignos & obnoxios, sed ad innocentes per ablutionē factos videatur & iustos sua munera transtulisse. Iustificemus igitur dominū, vt iustificemur a domino. Quid sit iustificari deū, impensius requiramus.

Roma.5. Aplūs dicit: Sit autē deus verax, omnis autē homo mē
Psal.50. dax, sicut scriptū est: Vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, & vincas cū iudicaris. Ipse quoq; Dauid dicit: Tibi soli peccaui, & malū corā te feci, vt iustificeris in sermonib⁹ tuis, & vincas cū iudicaris. Ergo is qui peccat, & confitetur deo peccatū, iustificat deum, cedēs ei vincenti, & ab eo gratiam sperās. In baptismate igitur iustificatur deus, in quo est et confessio & venia peccatorū. Non cōtemnamus igitur, sicut pharisæi, consiliū dei esse in baptismate Ioannis. Quis igitur dubitet dei esse consiliū in Christi lauacro? Hoc est cōsilium quod magni cōsilii angelus reperit, quod nemo cognouit. Quis enim cognouit sensum dominī? Hominis consiliū nemo contemnit, dei consilium quis refutet? Ergo quasi filii matrem iustificemus, matrē sequamur. Scimus quia mater pro filiis se offert periculo. Matris sapientię cōsilio, matris obediamus imperio.

Rom. 11.

De similitudine qua pharisæi & legisperiti cōsutātur.

» CANTAVIMVS vobis, & nō saltastis:
» lamentauimus, & non ploraſtis.) Etsi nō incongrua hęc puerorum videantur esse personæ, qui leuem corporis motum imprudētia adhuc maturioris grauitatis exercēt, tamen ad altiorē sensum referri posse presumo, eo quod videantur Iudęi nec psalmis primo, nec Threnis postea propheticis credidisse, psalmis ad præmia prouocati, Threnis ab errore reuocati. Cātauit Dauid, vt in salicibus nostra suspēderemus organa. Cantauit & ipse, & ante arcā dominī
H non pro lasciuia, sed pro religione saltauit. Ergo nō histrionicis motibus sinuati corporis saltus, sed impię grę mētis & religiosa corporis agilitas designatur. Sed nō in triūphis, nō in excidiis Iudæorū secuta correctio est, qui diuinæ indulgentiæ muneribus prouocati, leuare mentē, corpus attollere, terrena deserere, cęlestia quærere debuerūt, & iniuriis captiuitatis attriti deflere peccatū, quod culpa esset autor iniuriæ. ¶ Iustificata est ergo sapiētia ab omnibus filiis suis.) Bene ab omnibus, quia circa omnes iustitia reseruatur, vt susceptio fiat fidelium, reiectio perfidorū. Vnde plerique greci sic habēt: Iustificata est sapiētia ab omnibus operibus suis. quod opus iustitię sit, circa vniuscuiusq; merita seruare mensuram. Bene ergo dicit: Cantauimus vobis, & non saltastis. Cantauit enim Moyses quādo in mari rubro ad
I transitum Iudeorū fluctus obriguit, vnda circumstetit, eademq; equos Aegyptiorū ascensoresq; refusa demersit. Cantauit Esaias dilectæ vineę suæ cāticum, significans asperam flagitiis fore plebem, quæ fœcūdis prius erat virtutibus fructuosa. Cantauerūt Hebræi cum vestigia eorū tactu flāmæ rorantis humescerent, & intus extraq; ardētibus omnibus, solos tamē ignis innoxius lamberet, nec adureret. Abacuc quoq; cātico publicam doctus mulcere mœstitiā prophetauit dulcē dominī fore fidelibus passionē. Cantauerunt ergo prophetæ spiritalibus modulis publicę salutis oracula resultātes. Fleuerunt prophetæ Threnis flebilibus dura Iudæorum corda mulcētes. Docuit nos scriptura cātare grauiter, psallere spiritaliter. Docuit etiam saltare sapiēter, dicēte domino ad Ezechtel: Plaude manu, et percute pede.
Ezech.21 Neq; enī histrionicos fluxu corporis motus deus morum censor exigeret, aut indecoros strepitus viris plausus q; fœmineos imperaret, vt tantū prophetam deduceret ad ludibria scenicorum, & mollia fœminarū. Nō cōgruūt resurrectionis reuelata mysteria, & opprobria « K
saltationis exacta. Est sane est quidam ꝓprius bonorū actuum factorūq; plausus, cuius sonus in orbem exeat, & bene gestorū resultet gloria. Est honesta saltatio, qua tripudiat animus, & bonis corpus operibus eleuatur, quando in salicibus organa nostra suspendimus. Iubetur ergo propheta plaudere manu, & percutere pede: iubetur psallere, quia sponsi nuptias iā videbat, in quibus desponsatur ecclesia, Christus adamatur. Et bonæ nuptiæ, quādo verbo anima, spiritui caro nubit. In his ꝓpheta Dauid nuptiis ludere nos voluit, ad has inuitauit, quia suos posteros copulabat, & ideo lætior ꝙ cęteri, quasi in ipso actu positus nuptiarū nos ad celebritatē
Psal.80. festi muneris adhortatur dicens: Exultate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob. Sumite psalmū, & date tympanum, psalterium iucundū cum cithara. Nonne actum
Psal.70. quendā prophetę saltantis aduertis? Deniq; alibi: Psallam tibi deus in cithara sanctus Israel. Gaudebūt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea, quā redemisti. Audis citharizantiū voces, audis saltātium strepitus, nuptias crede. Sume & tu citharam, vt pulsata spiritus plectro interiorum chorda venarū boni operis sonum reddat. Sume & psalteriū, vt harmonia doctorū factorumque tuorū concinat. Sume & tympanū, vt organū tui corporis spiritus moduletur interior, factisq; operan
Cant.4. tibus dulcis morū tuorū suauitas exprimatur. Sic psallebat propheta cū diceret: Veni huc a Libano sponsa, veni huc a Libano. Hoc canticum cecinerūt pueri, nec auditi sunt. Quī pueri? De quib⁹ dicit: Ecce ego, & pue
L ri quos dedisti mihi. Sed hoc canticū nō in foro, non in plateis canebatur, sed in Hierusalē. Ipsa est enim dñicā forum, in quo ꝓceptorum cælestium iura conduntur.

De muliere peccatrice ingrediente domum Simonis ad IESVM.

ET ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix.) « Hoc loco pleriq; pati videtur scrupulū, & fe
rere quæstiones, vt rumnā videantur euāgelistæ duo discordasse de fide, an vero aliquā in dictorum diuersitate, diuersitatē signare voluisse mysterii. Habes enim in euangelio secundū Matthæum quia IESVS cum venisset in Bethaniā in domum Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum vnguēti precioſi, & recūbente illo fudit super caput eius. Deinde istic phariseus intra se dicit, quod si esset propheta, sciret peccatricē, & vnguētum eius vitare deberet. Illic vnguento effuso discipuli conqueruntur. Vtrunq; igitur explicandum est, sed ante quod scriptorum ordine prius est, priorē quoq; ordinē interpretationis accipiat. Venit ergo dñs IESVS in domū Simo
M nis leprosi. Apparet œconomia, quod leprosū non refu
Ioan.10. gит, non vitat immundū, vt maculas humani corporis possit abolere. Domus autem leprosi erat in Bethania, quę per interpretationē domus obedientiæ dicitur. Omnis igitur locus Bethania, portio autem totius loci domus Simonis. Nonne tibi videtur Bethania mundus hic esse, in quo seruitii obedientis debem⁹ obsequiū? domus autem Simonis leprosi terra esse, quæ mundi portio est? Princeps autē seculi huius quidam leprosus est Simon. Ergo dñs IESVS Christus ex illis superioribus locis venit in hunc mundū, & descendit in terram. Non erat in hoc mūdo, sed obediente pietate missus est in hunc mundū. Ipse dicit: Sicut misit me pater in hunc mundū. Audiuit ergo mulier ista venisse Christum, intrauit in domū Simonis. Neq; enim sanari potuisset hęc mulier, nisi Christus venisset in terrā. Et fortasse ideo etiam ipsa ingreditur domū Simonis, quod speciem cuiusdā habeat superioris, animę scilicet vel ecclesiæ quę descendit in terrā, vt bono odore sibi populū congregaret. Hanc ergo mulierē inducit sanctus Matthæus supra caput Christi effundentē vnguentum. Et

A ideo forte noluit dicere peccatricē. Nam peccatrix secūdum Lucam supra Christi pedes effudit vnguentum. Potest ergo nō eadem esse, ne sibi contrariū euāgelistæ dixisse videantur. Potest etiā quæstio meriti & temporis diuersitate dissolui, vt adhuc illa peccatrix sit, iā ista perfectior. Etsi enim non personā mutat ecclesia vel anima, tamen mutat profectū. Itaq; si constituas animam fideliter appropinquantē deo, non peccatis turpibus & obscœnis, sed pie seruientē dei verbo, habentē immaculatæ fiduciam castitatis, aduertis quod ad ipsum Christi ascēdat (caput, caput autē Christi deus est) & odorē meritorum spargit suorū. Christi enim bonus odor sumus deo. Deum quippe honorat, bonū fragrans odorē
2.Cor.2. vita iustorū. Si hęc intelligas, videbis hanc fœminam, videbis plane beatam vbicunq; prædicatum fuerit hoc euangeliū, nominari, nec eius vnquā exolescere memoriam, eo quod super caput Christi bonorū fragrantiam morum, iustorūq; factorū effudit vnguentū. Qui accedit ad caput, nescit extolli, sicut ille frustra inflatus mēte carnis suæ, & nō tenens caput. Sed qui caput non tenet Christi, vel pedes teneat, quia corpus vnū copulatum & subministratū crescit in augmentum dei. Altera est illa vel persona, altera vel profectu quę propinqua nobis est. Nondū enim peccatis nostris renūciauimus.
Psal.94. vbi sunt nostrę lachrymæ? vbi gemit⁹? vbi fletus? Venite adoremus & procidamus ante eū, & plorem⁹ ante deum qui fecit nos, vt saltē ad pedes IESV venire possimus. Nōdum enim possum⁹, quia peccator ad pedes, iustus ad caput. Habet tamen & quæ peccauit vnguen
B tum. Defer mihi & tu post peccata pœnitētiam. Quocunq; vel in domū indigni, vel in domū pharisæi audieris iustū venisse, contende præripere hospitis gratiam,
Mat.11. præripere regnū cælorū. A diebus enim Ioannis baptistæ regnū cælorum cogitur, & cogētes diripiunt illud. Vbicunq; audieris Christi nomē, accurre. in cuiuscūq; interiorem domum IESVM intrasse cognoueris, & tu ipse festina. Cum repereris sapientiā, cum repereris iustitiā in alicuius penetralibus recūbentem, accurre ad pedes, hoc est, vel extremā partē quære sapientię. Noli fastidire pedes. fimbriam illa tetigit, & sanata est. Lachrymis cōfitere delicta, dicat de te ꝙq; iustitia illa cælestis, Lachrymis suis rigauit pedes meos, et capillis suis terſit. Et fortasse ideo non lauit pedes suos Christus, vt eos lachrymis nos lauem⁹. Et bonæ lachrymæ, quę nō solum nostrū possunt lauare delictū, sed etiā verbi cælestis rigare vestigiū, vt gressus in nobis eius exuberent. Bonæ lachrymæ, in quibus non solū redemptio peccatorum, sed etiā refectio est iustorum. Iusti enim vox est:
Psal.41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Et si ad caput Christi accedere nō potes, tāgat pedibus suis
C caput tuū Christus. Et fimbria eius curat, & pedes curant. Expande capillos, sterne ante eum omnes tui corporis dignitates. Non mediocres capilli sunt q̄ possunt tergere pedes Christi. Testatur hocille qui quandiu capillos habuit, vinci nequiuit. Deniq; & mulierem decaluatā orare nō decet. Habeat plane capillos quib⁹ Christi circumuoluat vestigia, quibus suæ criniculis pulchritudinis & decoris sapiētię pedes tergat, vt extremo saltem diuinæ rore virtutis humescāt, figat iustitiæ pedibus oscula sua. Nō mediocris hęc meriti est, de qua potest dicere sapientia: ¶ Ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos.) Vt aliud nisi sapientiā loqui nesciat, vt aliud nisi iustitiam diligere nesciat, vt aliud nisi castitatem libare nesciat, vt aliud nisi pudicitiā osculari nesciat. Osculum enim mutui amoris indiciū est, osculum pignus est charitatis. Beatus qui potest & oleo vngere pedes Christi. Deniq; adhuc Simon non vnxerat, sed beatior quę vnxit vnguēto. Multorū enim florum in vnū collecta gratia spargit odorū varias suauitates. Et fortasse istud vnguentū non possit alius nisi ecclesia sola deferre, quæ diuersi spiraminis innumerabiles habet flores: quæ merito speciem accepit peccatricis, quia D
Christus quoq; formā peccatoris accepit. Et ideo nemo tantum potest diligere, quantū illa quę in pluribus diligit. Nec Petrus ipse qui dixit: Domine, tu nosti quia diligo te. Nec Petrus ipse qui doluit quia interrogatus est: Amas me? Q d enim manifestū erat, nolebat quasi incognitū queri. Ergo nec Petrus ipse, quia ecclesiā dilexit in Petro. Nec Paulus ipse, quia Paulus quoq; est eius portio. Et tu plurimū dilige, vt & tibi remittatur plurimū. Multum peccauit Paulus, qui etiam persecutor fuit sed multū dilexit, qui vsq; ad martyriū perseuerauit. Remissa sunt ei peccata multa, quia et ipse multum dilexit, qui sanguini proprio pro dei nomine nō pepercit. Vide œconomiam, in domo pharisæi peccatrix glorificatur, in domo legis & prophetæ nō pharisæus, sed ecclesia iustificatur. Phariseus enim nō credidit, ista credebat. Deniq; ille dicebat: ¶ Si esset propheta, sciret vtiq; quę & qualis esset mulier quę tangit eū.) Domus autem legis Iudęa, quæ nō in lapidibus scribitur, sed in tabulis cordis. in hac iustificatur ecclesia iā lege maior. Lex enim peccatorum nescit remissionē, lex mysteriū non habet quo occulta mundantur. Et ideo quod in lege minus est, consummatur in euangelio.

De responsione IESV Simonem arguentis.

DVO, inquit, debitores erāt cuidam fœnera- « E
tori. vnus debebat denarios quingētos, alius « F
quinquaginta.) Qui sunt isti debitores duo, « G
nisi populi duo, vnus ex Iudęis, alter ex gen
tibus, fœneratori illi thesauri cælestis obnoxii? Vnus, inquit, debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non mediocris est iste denarius, in quo regis imago formatur, qui trophęum habet imperatoris expressum. Non materiale fœneratori huic debemus pecuniā, sed meritorū examina, æra virtutū: quarum meritū grauitatis pondere, iustitiæ specie, sono confessionis expēditur. Væ mihi si non habuero quod accepi, quia difficile quisquā est qui fœneratori huic integrū debitū possit exoluere. Vę mihi si non petiero concedi mihi debitū. Nō enim nos ita dñs orare docuisset vt peteremus, Di
Matth.6. mitte nobis nostra debita: nisi sciret difficile aliquos fore idoneos debitores. Sed quis est populus iste qui amplius debet, nisi nos, quib⁹ amplius creditū est? Illis credita sūt eloquia dei, nobis creditur partus virginis. Habes talētum virginis partum, habes fidei centesimum fructū. Creditus est Emanuel nobiscū deus, credita domini crux, mors, resurrectio. Etsi Christus pro omnib⁹ mortuus est, pro nobis tamē specialiter passus est, quia pro ecclesia passus est. Itaq; non est dubiū quod plus debeat qui plus accepit. Et secundū hominem plus fortasse offendit qui plus debuerit: sed per misericordiā domini causa mutatur, vt amplius diligat q̄ ampliusdebuit, si tamen gratiā consequatur. Gratiam enim & qui red- F
dit, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, soluit. Nā & reddendo habetur, et habendo redditur. Et ideo quoniam nihil est quod digne deo referre possimus: (Quid enim referamus pro susceptæ carnis iniuria? quid pro verberibus? quid pro cruce, obitu, sepultura?) væ mihi si non dilexero. Audeo dicere: Non reddidit Petrus, et ideo plus dilexit. Non reddidit Paulus. reddidit quidē mortem pro morte, sed alia nō reddidit, quia multa debebat. Audi ipsum dicētē quia nō reddidit: Quis prior
Roñ. 11. dedit illi, & retribuetur ei? Reddamus licet crucem pro cruce, funus pro funere, nūquid reddimus quod ex ipso, & per ipsum, & in ipso habemus oñia? Reddamus ergo amorem pro debito, charitatē pro munere, gratiam pro sanguinis precio. Plus enī diligit, cui donatur amplius. Sed reuertamur ad illā superiorem cuius consiliū adhuc nec apostoli intelligūt, quod erat absconditū a seculis in deo. Quis enim cognouit sensum dominī? Cōquerebantur ergo discipuli quia mulier super caput eſ-

Matt.26. fudit vnguētum,& querebantur dicētes:Quare hoc ſic
G perit? Potuit enim venundari precio, & dari pauperi-
bus.Quid vtiq; in eorū ſermonibus diſplicuerit,nō po-
teſt deprehendi,niſi myſteriū intelligas. Luxurioſi enī
hominis vel potius nō hominis eſt olere vnguentum.
*al. q oleo ſe vngere ſolent. Certe & ipſi qui olent,*vngere ſe, non pfundere ſolent.
Quid diſplicet quia dictū eſt:Potuit hoc venūdari pre-
cio,et,dari pauperib⁹?Certe & ipſe ſupra dixerat:Quic
Mat.25. quid vni minimorū horū feciſtis,mihi feciſtis. ipſe mor
tem ſuā pro pauperibus offerebat. Non eſt igitur ſim-
plex figura,& ideo reſpōdit illis dei verbū:Quid mole-
ſti eſtis huic mulieri? Sēper pauperes habetis vobiſcū,
me autem nō ſemper.Semper ergo tecū pauperem ha-
bes, & ideo benefac. Num igitur differre pauperē de-
Prouer.3 bes,quia ſemper tecū eſt,cū tibi ꝓpheta dicat:Ne dixe-
ris pauperi, cras dabo? Sed ille de ſola miſericordia lo-
cutus eſt,hic autē miſericordiæ fidē prætulit, quæ tunc
habet meritū,ſi fide pręcedēte conferatur. Mittēs enim
vnguentum hoc in corpus meū,ad ſepeliendū me fecit.
Non ergo vnguentū dn̄s,ſed charitatē dilexit, fidē ſuſ-
cepit,humilitatē probauit.Et tu ſi deſideras gratiā,cha
ritatem auge,mitte in corpus IESV fidē reſurrectio-
nis,odorem eccleſiæ,cōmunis charitatis vnguētum,&
ita progrediēs pauperibus dabis. Plus tibi pecunia illa
proderit,ſi non tanq̄ affluentē tribuas,ſed tanq̄ profutu
ram Chriſti nomine largiaris, ſi ita eam cōferas paupe
ri,vt deferas Chriſto. Nō ergo iuxta literā tantūmodo
2.Corin.3 accipias ſuperfuſum capiti vnguentum,litera enim oc-
cidit,ſed ſecundū ſpiritum,quia ſpiritus vita eſt.Quod
H ergo iſtius mulieris vnguentū eſt?Quis hoc audire po
teſt?Quis tales aures habet, vt dicente IESV verbū
q̄d accepit a patre,immo quia ipſe verbū eſt,poſſit tan-
tam altitudinem capere myſterii? Et diſcipuli ex parte
intelligunt,etſi non totū intelligunt. Vnde & quidā pu
tant dixiſſe diſcipulos vnguenti precio emi fidē gentiū
debuiſſe, quę ſanguinis dominici tantū precio debeba-
tur.quod videtur veriſimile. Deniq; Ioannes euangeli-
ſta inducit ſermone Iudæ Scarioth æſtimatū trecentis
Ioan.12. denariis illud vnguentū,ſicut habes: Potuit enī venum
dari trecētis denariis, & dari pauperibus. Trecētorum
autē æra,crucis inſigne declarant: ſed dominus nō per-
*cōpleri. functoriā myſterii pręſcientiā quęrit, ſed conſepeliri*in
vult. ſe fidē credentiū mauult.Id tamē de cæterorū apoſto-
lorum vocibus intelligimus. Iudas autem condēnatur
auaritię,qui pecuniā dominicæ prętulit ſepulturæ, qui
etiā ſi de paſſione ſenſit,errauit.Tam vili auctione vult
æſtimari Chriſtus,vt ab omibus ematur,ne quis pau-
per deterreatur. Gratis,inq̄t,accepiſtis,gratis date. Pe-
cuniam non quęrit diuitiarum altitudo,ſed gratiā.Ipſe
nos precioſo ſanguine emit,non vendidit. De quo ple-
I nius diceremus,niſi a nobis ipſis tractatū alibi recorda-
remur. Ergo ſecundū dicta domini,in quo ſunt theſauri
ſapientiæ & ſcientiæ abſcōditi,quos nemo potuit præ-
uidere,operari me oportet ī ſepulturā eius, vt caro eius
requieuiſſe, nō corruptionem vidiſſe credatur, & mors
corporis eius ita domū noſtram odore ſui compleat, vt
credamus quia in manus patris commēdauit ſpiritum
ſuum,& a morte ſequeſtrata diuinitas corporalium nō
ſubiit cōſortium paſſionū. Intellige quemadmodū cor-
pus filii vnguentū oleat. Corpus illud eſt quod exutum
eſt,nō quod amiſſum eſt.Corpus eius,traditiones ſunt
ſcripturarū. Corp⁹ eius eccleſia eſt. Corporis eius odor
ſumus: & ideo decet vt mortē corporis eius ornemus.
Etſi noſtros illa nō requirat ornatus , ſed requirūt pau-
peres. Ornabo corpus eius,ſi fiam ſermonū eius prædi
cator,& poſſim gētibus crucis aperire myſterii. Orna-
1.Corin.1 uit ille qui dixit: Quia prędicam⁹ Chriſtū crucifixum,
Iudæis quidem ſcādalum,gentibus autem ſtultitiam,
ipſis vero vocatis Iudæis atq; Græcis Chriſtū dei vir-
tutem,& dei ſapientiam. Ornatur crux, cū id quod per
imperitiam ſtultū putatur, per euangelium ſapientius
æſtimatur,vt poſſimus docere quēadmodū virtus ad- K
uerſaria per crucem dn̄i deſtruatur. Miſſi in dn̄i corpus
vnguētū,ſpirare incipit quod mortuū putabatur. Ideo
vnuſquiſq; adoriatur emere labore ſuo niſuq; virtutū
alabaſtrū vnguenti,nō vile aliquod atq; commune,ſed
precioſum vnguentū alabaſtri,& vnguentū pyſticū.Si
enim quis fidei cōgreget flores,& prędicet IESVM
Chriſtū crucifixū:in omnē eccleſiā, quę Chriſti corpus
eſt, mūdo mortua,requieſcēs deo,fidei ſuæ tranſfundit
vnguentū. Olere incipit tota domus dn̄i paſſionē, ole-
re incipit mortē, olere incipit reſurrectionem, vt poſſit
vnuſquiſq; ex hoc ſacrę plebis numero dicere: Mihi au Gal.6.
tem abſit gloriari,niſi in cruce dn̄i noſtri IESV Chri-
ſti.Spirat odor,redolet vnguentū in corpore,ſi quis poſ
ſit,atq; vtinā ego poſſim, confidenter loqui: Mihi autē
mūdus crucifixus eſt. Nō amāti diuitias, nō amāti ho-
nores ſeculi,nō amāti quę ſua ſūt,ſed quę IESV Chri
ſti,non amāti quæ videntur,ſed quę non videntur,non
cupido vitæ,ſed ei qui feſtinat diſſolui,& cū Chriſto eſ-
ſe,crucifixus eſt mundus. Hoc eſt enim crucē tollere,et
ſequi Chriſtū,vt & nos cōmoriamur & conſepeliamur
cum eo,vt vnguentū quod iſta mulier in ſepulturā eius
miſit, olere poſſim⁹. Nō mediocre iſtud vnguentū eſt,
quo Chriſti longe lateq; diffunditur nomē. Vnde etiā
prophetice dictū eſt: Vnguentū exinanitum eſt nomē Cant.1.
tuum. Ideo exinanitū,vt maiore fides odore fragraret.
Ex hac ergo muliere intelligimus illud apoſtolicū quid
ſit: Superabundauit peccatū,vt ſuperabundaret gratia. Rom.5.
Nā ſi in iſta muliere nō ſuperabūdaſſet peccatū,non ſu
perabūdaſſet gratia. Agnouit enim peccatū, & detulit
gratiā. Et ideo lex neceſſaria. Per legem enim peccatū
agnoui. Si lex non fuiſſet,peccatū lateret. Agnoſcendo L
peccatum, veniam peto. Per legē enim genera pecca-
torum,præuaricationis quoq; crimē agnoſco. Curro ad
pœnitentiam,gratiam conſequor. Lex ergo autor eſt
boni,quæ mittit ad gratiam.

De reſponſione IESV cum ei nunciatū eſſet ma-
trem & fratres foris ſtare.

MATER & fratres mei hi ſunt,qui verbū dei " CAP.
audiūt & faciunt.) Moralis magiſter,qui de " VIII.
ſe cæteris prębet exemplum, atq; ipſe prece-
ptor,ipſe etiam ſuorū executor eſt pręcepto-
rum. Pręſcripturus enim cęteris: Quoniā qui non reli-
querit patrē aut matrem ſuā,nō eſt filio dei dignus: ſen
tentiæ huic primus ipſe ſe ſubiecit: non quo maternæ
refutet pietatis obſequia,(ipſius enī præceptū eſt: Qui
nō honorauerit patrē & matrem, morte moriatur) ſed M
quia paternis ſe myſteriis amplius q̄ maternis affectib⁹
debere cognoſcat. Neq; tamen iniurioſe refutantur pa-
rentes,ſed religioſiores copulę mētium docentur eſſe q̄
corporum. Ergo nō debuerūt foris ſtare,qui Chriſtum
videre quærebant. Prope eſt enim verbū in ore tuo,& Roma.10
in corde tuo. Intus igitur verbū,intus & lumen. Vnde
& ille ait: Accedite ad eū,& illuminamini. Si enim fo-
ris ſtantes nec ipſi agnoſcūtur parentes, & propter no-
ſtrum fortaſſe non agnoſcuntur exemplū: quemadmo-
dū nos agnoſcimur ſi foris ſtemus? Nec putet aliquis
offendiculū eſſe pietatis,vbi mādatum legis impletur.
Si enim relinquet homo patrē & matrem, & adhære- Ephe.5.
bit vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna,recte ſacramen
tum hoc in Chriſto ſeruatur & Eccleſia. Et ideo paren-
tes corpori proprio nō oportuit anteferri. Ergo hic non
(vt quidā heretici tendiculas aucupantur) mater nega-
tur,quæ etiā de cruce agnoſcitur, ſed neceſſitudini cor-
porali,pręſcriptorum cæleſtium forma præfertur. Illud
quoq; intelligere nō abhorret,quia per figuram parentū
demonſtrat, Iudæis,ex quibus eſt Chriſtus ſecundum
carnem,eccleſiam quę credidit, præferendā. Itaq; qui ſe
intelligeret propter diuinum in terras veniſſe myſte-
rium, eccleſiæq; conuentum:

A De aſcēſu Ieſu in nauem, & ſedatione tempeſtatis.

" RELICTIS nauem aſcendit parentibus.)
Neq; enim quiſquā poterat hūc mūdū ena-
uigare ſine Chriſto, quādo eos quoq; quib⁹
dominus adeſt, tētationum ſeculariū ſæpe
procella perturbat. Et œconomia ſeruatur in apoſtolis,
vt aduertas ſine tentatione neminē poſſe ex hoc vitæ
curriculo demigrare,quia exercitium fidei tentatio eſt.
Subiecti igitur ſumus nequitiæ ſpiritalis procellis, ſed
quaſi peruigiles nautæ gubernatorē excitemus. Verū
& ipſi periclitari ſolent. Quē igitur gubernatorem re-
quiramus? Illū vtiq; q non ſeruiat ſed imperet vētis: de
" quo ſcriptum eſt: ¶At ille ſurgens increpauit vētum
" & tempeſtatem aquæ,& facta eſt tranquillitas.) Quid
eſt ſurgēs? Quieſcebat enim. Sed quieſcebat corporis
ſomno,cum intēderet diuinitatis myſterio. Vbi enī ſa-
pientia,vbi verbū,nihil ſine verbo fit, nihil ſine pruden
tia. Supra habes quia pernoctabat in oratione, quo-
modo hic in tempeſtate dormit? Sed exprimitur ſe-
curitas poteſtatis, quod omnibus timētibus ſolus in-
trepidus quieſcebat. Nō eſt ergo conſors naturę,qui nō
eſt cōſors periculi. Et ſi corpus dormit,operatur diuini-
" tas,operatur fides. Deniq; dicit: ¶Modicæ fidei,quare
" dubitaſtis? Et bene arguuntur qui præſente Chriſto ti
mebāt,cum vtiq; qui ei adhæreat,perire nō poſſit. Er-
go cōfirmauit fidē,refudit tranquillitatē. Vētum ceſſa-
B re præcepit,nō Aquilonē,nō Africum,ſed illū vtiq; vē
tum cui dictum eſt ab angelo Michael in Epiſtola Iu-
Iudæ.1. dæ: Imperet tibi dn̄s. Vnde etiam ſanct⁹ Matthæus,
Matt.8. Imperauit,inquit,vento & mari. Atq; vtinā in nobis
flatus eius aſperos cohibere dignetur, vt fluctuanti vi-
tæ refuſa tranquillitas naufragii metum demat. Et ſi
iam nō dormiat ſui corporis ſomno, caueam⁹ tn̄ ne no-
ſtri corporis ſomno nobis dormiat & quieſcat. Et quo-
niam quæ loco ſuperiori perſtrixim⁹,delibaſſe ſatis eſt:

De eo quod ſecundum Matthæum duo homines
dæmoniis afflati,Chriſto occurriſſe narrentur, Lucas
vero vnum inducat.

Mat.8. NVNC quia in libro ſecūdū Matthæū duos
homines in regione Geraſenorum dæmo-
" niis afflatos Chriſto occurriſſe cognouim⁹,
" hic autem ſanct⁹ Lucas, ¶Et cum egreſſus
" eſſet ad terram,occurrit illi quidā qui habebat dæmo-
nium iam multis tēporibus) vnū inducit, eundēq; nu-
dum: (Nudus enim eſt quicūq; tegumētū naturæ ſuę
& virtutis amiſit) qua ratione de numero Euangeliſtę
diſſonare videantur,nō ocioſe prætereundū, ſed requi-
rendum arbitror. Et quidē licet diſcordet numerus, ta-
mē cōcordat myſteriū. Vir enī iſte qui habebat dęmo-
nium,populi figura gētilis eſt,opertus vitiis, nudus er-
C rori,patēs crimini. Duo illi quoq; ſimiliter figuram po-
puli gentilis accipiunt,quoniā cum tres filios Noe ge-
nerauerit, Sem, Cham,& Iaphet, Sem tātūmodo fa-
milia in poſſeſſionem adſcita eſt dei. Ex duobus illis di
uerſarum nationum populi pullularunt, quorum alter
maledictus,q̄d nudatū patrē nō texerat: benedict⁹ alter,
quod auerſus licet,ne cōfuſionem nudati parētis hauri-
ret,duce tamē patrē pietate texiſſet,& fraterni maledi-
" ctum ſeminis eluiſſet. ¶Qui multis,inquit, tēporibus
" agebatur.) Vtpote qui a diluuio vſq; ad aduentum do-
mini vexabatur furore dementi, rūpēs vincula naturę.
Nec immerito etiā ſanctus Matthæus in monumē
tis illos habitaſſe ſignificauit. Siquidem talium animę
in quibuſdam habitare videntur tumulis ſepulchrorū.
Quid enim aliud ſunt corpora perfidorum, niſi quędā
defunctorum ſepulchra,in quib⁹ dei verba nō habitēt?
Agebatur ergo in loca deſerta , ſpiritalium ſcilicet in-
fœcūda virtutum. Profugus a lege,diſertus a prophe-
tis,remotus a gratia. Nō enim vno dæmonio, ſed to-
tius legionis laborabat incurſu: quæ cum dominū vi-
diſſet,cognouiſſetq; præſcia dominici aduentus tempo D
re in abyſſos ſe eſſe trudendā, cœpit orare vt introeun-
di in porcos acciperet facultatem. Et primū clemētiam
domini debemus aduertere,quod nulliū prius ipſe con-
demnat,ſed vnuſquiſq; ſibi autor eſt pœnæ. Non mit-
tuntur in porcos dæmones,ſed ipſi petunt, quia cæle-
ſtis luminis claritatē ſuſtinere nō poterant, vt qui ocu-
los dolent,radium Solis ferre nō poſſunt, ſed tenebro-
ſa eligunt,& ſplēdētia derelinquunt. Fugiant ergo dę-
mones ſplendorem lucis æternæ,& ante tempus debi
ta ſibi tormenta formident, nō prædiuinātes quæ futu-
ra ſunt,ſed quæ prophetata ſunt recordātes. Dixit enī
Zacharias: Et erit in illa die, diſperdet domin⁹ nomina Zacha.13
idolorum de terra,& nō erit vlterius memoria eorum,
& ſpiritum immundū exurā de terra. Docemur ergo
quod non ſemper manebunt, nec malitia eorum poſ-
ſit eſſe perpetua. Nunc igitur illam metuentes pœnā,
aiunt: Veniſti perdere nos. Sed quia adhuc eſſe deſide Mat.8.
rant,iam ab hominibus recedentes , propter quos pœ-
nam ſciunt ſibi eſſe ſubeundā, petunt mitti in porcos.
Qui ſunt iſti porci, niſi forte illi de quibus dictum eſt:
Nolite dare ſanctum canib⁹, nec miſeritis margaritas Mat.7.
veſtras ante porcos,ne forte cōculcēt eas pedibus ſuis?
Illi ſcilicet qui immundorum vſu animaliū vocis & ra-
tionis expertes, lutulentis vitæ ſuæ actibus naturaliū
coinquinauerint ornamēta virtutū. Qui impetu ferū-
tur in præceps,quoniam nullius meriti cōtemplatione
reuocantur,ſed tāquā de ſuperioribus ad inferiora per
improbitatis procliue detruſi,ſuffocātur in aquis inter
fluctuātia mūdi iſti⁹, ſtrāgulatorū in modū, intercluſo
pereuntes ſpiritus cōmeatu. Neq; enim in iis qui flui- E
do æſtu voluptatum huc atq; illuc feruntur incerti, vl-
lius ſpiritus poteſt eſſe vitale cōmercium. Videmus
igitur quia homo ipſe ſibi eſt autor erūnæ. Nā,niſi q̄ſ
porci more vixiſſet, nunquā accepiſſet in eum diabol⁹
poteſtatem, Aut ſi accepiſſet,non vt perderet,ſed pro-
baret. Aut fortaſſe quia poſt dn̄i aduētum bonos iā de-
prauare nō poterat,nō omniū hominū ſed leuium iam
quærit interitum,vt latro nō armatis inſidiatur ſed in-
ermibus, & iniuriis laceſſit infirmum, qui ſe intelligit
vel a forti cōtemni, vel a potente dānari. Sed dicit ali-
quis: Cur hoc a deo permittitur diabolo? At ego dico,
vt boni ꝓbentur,improbi puniātur. Hæc enī pœna pec
cati eſt. Deniq; lege,quia immittit dn̄s febrē, & tremo-
rem,& malos ſpiritus,& cæcitatē, & oīa flagella iuxta
merita peccatorum. Sed redeamus ad lectionem. ¶Vi "
derūt,inquit,hoc magiſtri gregū,& fugerūt.) Neq; enī "
aliquā philoſophiæ ꝓfeſſores, vel principes ſynagogæ
pereuntibus populis poſſunt ferre medicinā. Solus eſt
Chriſtus qui aufert peccata populorum,ſi tamē medē-
di patientiam nō recuſent. Cæterum curare nō dignat F
inuitos,& cito infirmos deſerit,quibus oneri videt eſſe
præſentiā ſuā , ſicut Geraſenorum populis: ¶Qui ex- "
euntes de ciuitate,) In qua ſpecies ſynagogæ videtur "
exiſtere: ¶Rogabāt vt diſcederet.) quia timore magno "
tenebātur. Infirma enim mens nō capit dei verbū , nec
poteſt pōdus ſuſtinere ſapientiæ. fatiſcit & ſoluitur. Et
ideo diutius moleſtus non fuit,ſed aſcēdit,& regreſſus
eſt. Aſcēdit vtiq; ab inferioribus ad ſuperiora,a ſynago
ga ſcilicet ad eccleſiam . ¶Et reuerſus per ſtagnum eſt, "
vt hic ait: aut ſicut Matthæus, per fretum . Inter nos
enim & illos fretum magnum eſt. Itaq; nemo de eccle-
ſia ad ſynagogam ſine periculo tranſit ſalutis. ſed & ille
qui de ſynagoga ad eccleſiam trāſire deſiderat, crucem
ſuā tollat, vt diſcrimē euadat. Cur autē non recipitur li-
beratus,ſed domum redire cenſetur,niſi vt & iactantiæ
cauſa vitetur, & infidelibus ſit exēplo, quanquam do-
mus illa naturale ſit diuerſoriū? Et ideo quia remediū
ſanitatis fuerat conſecutus,a tumulis & ſepulchris in il
lam ſpiritalē domū redire præcipitur , vt fiat dei tēplū,
in quo erat mentis ſepulchrum.

G De filia principis synagogæ resuscitata, & muliere fluxum sanguinis patiente sanata.

ET ecce vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogę erat. Et cecidit ante pedes IESV rogans eum vt intraret domũ suam, quia filia vnica erat illi, fere annorum duodecim, & hæc moriebatur.) Reliquerat in Gerasenis synagogã Christus, vt diximus: & quem sui nõ receperãt, excepimus alieni: excepim⁹ quẽ expectabamus. Nec nobis igitur; a quibus expectabatur, diu defuit: nec ad illos, si rogetur, redire fastidit. Vir enim iste princeps synagogę cui filia erat vnica, pro synagogę pereũtis remedio precabatur, quæ vrgebatur in mortem, quia deserebatur a Christo. Quẽ putamus synagogæ principẽ esse, nisi legem? Cuius contemplatione dñs synagogam nõ penitus dereliquit, medicinã salutis credentibus reseruauit. Ad hãc ergo principis filiam dum properat dei verbũ, vt saluos faceret filios Israel, sancta ecclesia ex gẽtib⁹ cõgregata, quæ inferiorum lapsu criminũ deperibat, paratam aliis fide præripuit sanitatem. Moraliter hunc locum satis putauimus exprimẽdũ. Et ideo non illa quę dicta sunt recensemus, sed mystica breui volumus sermone perstringere. An nõ ita factum est, vt dei verbũ cum venisset ad Iudęos, adscisceretur a gẽtib⁹, & prius ab illis qui i legem nõ crediderãt, in gratiã crederetur?

H Nam sicut illa quæ in medicos erogauerat omnẽ substantiam suam, ita etiã congregatio gentium amiserat omnia dona naturæ, & patrimoniũ vitale prodegerat, sancta, verecunda, religiosa, fide prõptior, pudore cũctatior. Hoc est enim pudoris & fidei, agnoscere infirmitatem, nõ desperare veniã. Verecũda ergo fimbriam tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiens sanatam se esse cognouit. Sic sancta plebs gentiũ quæ deo credidit, peccatum erubuit vt desereret, fidem detulit vt crederet, deuotionem exhibuit vt rogaret, sapiẽtiã induit vt sanitatem suam & ipsa sentiret, fiduciã sumpsit vt fateretur quod præripuisset alienum. Cur autẽ retro tangitur Christus? An quia scriptum est: Post dominum deum tuũ ambulabis? Quid etiã sibi vult quod & principis filia annorũ duodecim moriebatur, & mulier ista fluxu sanguinis ab annis duodecim laborabat, nisi vt intelligatur quia quãdiu synagoga viguit, laborauit ecclesia? Defect⁹ illi⁹, hui⁹ virt⁹ est: quia illorũ delicto sal⁹ gẽtib⁹: & cõsũmatio illi⁹, huius exordiũ est: nõ naturæ
Rom.11. exordiũ, sed salutis, quia cæcitas ex parte Israel cõtigit, donec plenitudo gẽtium intraret. Nõ igitur tempore,
I sed specie sanitatis antiquior synagoga q̃ ecclesia, quia quãdiu illa credebat, ista non credidit, & per varias corporis atq; animæ passiones immedicabili remedio ægra languebat. Audiuit ægrotare populum Iudæorũ, sperare cœpit salutis suæ remediũ, tempus venisse cognouit quo medicus adesset e cælo, surrexit vt occurreret verbo, vidit quia cõprimebatur a turbis. Non enim credunt qui cõprimunt, credunt qui tangunt. Fide tangitur Christus, fide Christus videtur, nõ corpore tãgitur, nõ oculis comprehẽditur. Neq; enim videt, qui videns non videt: neq; audit, qui ea quæ audit non intelligit: neq; tangit, qui non fideliter tangit. Deniq; vt fidem tangentis exprimeret, ait: ¶ Tetigit me aliquis. nã ego cognoui virtutem de me exisse.) Quod est euidẽtis indicii quia non intra possibilitatem cõditionis humanę, atq; intra corporis claustrum inclusa sapiẽtia diuinitatis coartata est. nõ capitur angustiis corporalibus, non tenetur, sed vltra fines nostræ mediocritatis virtus exũdat æterna. Non enim humana ope plebs gentium liberatur, sed dei munus est cõgregatio nationum, quæ etiam breui fide misericordiam inclinat æternam. Nã si consideremus quãta sit fides nostra, & intelligamus quãtus sit filius dei, videmus quia comparatione eius fimbriam tãtummodo tãgimus, superiorem vero vestimenti eius partem nequimus attingere. Si igitur & K nos curari volumus, fide tãgam⁹ fimbriã Christi. Nõ latet eũ quicũq; fimbriã tetigerit, qui tetigerit auersũ. Neq; enim deus indiget oculis vt videat, neq; corporaliter sentit, sed in se habet cognitionem omniũ. Beatus ergo qui vel extremam partem verbi cõtigerit: Nã totum quis potest cõprehendere? Verum vt ad illam quæ adhuc ægra est reuertamur, ne per nostram morã dum diu Christi moramur ingressum, mortua esse credatur: ¶ Venerunt, inquit, serui dicentes principi: Noli vexare illum. filia tua mortua est.) Et primum illud consideremus, quod suscitaturus mortuã, ad faciẽdam fidem hæmorrhousam ante curauit. Et vt scias, exempli gratia, stetisse sanguinis fluxum: dum ad illam petitur, ista curatur. Sic & resurrectio temporalis in domini passione celebratur, vt perpetua illa credatur. Sic & paritura sterilis indicatur, vt conceptura virgo credatur. Deniq; audiuit parituram Elizabeth Maria, nec de sua generatione dubitauit. Venerũt, inquit, serui dicentes principi: Noli vexare illum. Adhuc & hi increduli ad resurrectionem, quã IESVS in lege prædixit, in euangelio compleuit. Itaq; cum venisset in domum, paucos futuræ resurrectionis arbitros adsciuit. Nõ enĩ a multis continuo est credita resurrectio. Deniq; dicente domino, ¶ Non est mortua puella, sed dormit: deridebant, inquit, eum.) Quicunq; enim nõ credit, irridet.
L Fleant igitur mortuos suos qui putant mortuos: Vbi resurrectionis fides est, nõ mortis species sed quietis est. Nec illud abhorret Matthæi quod ait tibicines fuisse in domo principis, & turbã tumultuãtem. Mat.9. Vel quia more veteri tibicines ad incendendos excitandosq; luctus ferebautur adhiberi, vel quia per legis & literæ cãtilenam, exultationẽ synagoga non poterat capere spiritalem. ¶ Tenens ergo manum puellę IESVS sanauit eam, & iussit dare ei manducare.) Quod est testimoniũ vitæ, vt nõ phãtasma sed veritas crederet. Beatus ille cui manum sapiẽtia tenet. Vtinam meos quoque teneat actus, teneat manum iustitia, teneat dei verbum, inducat in penetralia sua, spiritum auertat erroris, cõuertat salutis, dari mihi iubeat manducare. Panis enĩ cælestis dei verbũ est.
M Inde & illa sapiẽtia quę diuini corporis & sanguinis sacrosãcta altaria repleuit alimentis, Venite, inquit, edite panes meos, & bibite vinum quod miscui vobis. Prou.9. Quæ tñ tãtæ diuersitatis est causa? Supra publice viduæ filius suscitatur, hic remouentur plures arbitri. Sed puto quod in eo quoq; pietas ibi domini declaretur, quia vidua mater vnici nõ patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur. Est etiam forma sapientiæ in viduæ filio, cito ecclesiam crediturã, in archisynagogæ filia credituros quidem Iudæos, sed ex pluribus pauciores.

Qualiter discipuli a Christo missi se habere debeãt ad eos qui ipsos non receperint.

ET quicũq; nõ recepit vos, exeũtes de ciuitate illa etiã puluerẽ de pedib⁹ vestris excutite in testimoniũ supra illos.) Qualis debeat esse qui euãgelizat regnũ dei, præceptis euãgelicis designatur, vt sine virga, sine pera, sine calceamẽto, sine pecunia, hoc est subsidii secularis adminicula nõ requirẽs, fideq; tutus putet sibi quo min⁹ ea requirat, magis posse suppetere. Quę possunt q volũt ad eũ deriuare tractatum, vt spiritalẽ tãtummodo locus iste formare videatur affectum, qui velut indumentũ quoddã videatur corporis exuisse, nõ solũ potestate reiecta, cõtẽptisq; diuitiis, sed etiã carnis ipsius illecebris abdicatis. Quib⁹ primo oĩm datur pacis atq; cõstãtię gñale mandatũ, vt pacẽ ferãt, cõstãtiã seruẽt, hospitalis necessitudinis iura custodiãt, alienũ a prædicatore regni cęlestis astruens cursitare p domos, & iuiolabilis hospitii iura mutare. Sed vt hospitii gr̃a deferẽda cẽset, ita etiã si nõ

A recipiãtur, excutiendum puluerem, & egrediẽdum de ciuitate mandatur. Quo mandato nõ mediocris boni remuneratio docetur hospitii, vt nõ solum pacẽ tribuamus hospitibus, verumetiã si qua eos terrenæ obumbrant delicta leuitatis, receptis apostolicæ prædicationis vestigiis auferantur. Nec ociose secundũ Matthęũ domus quã ingrediantur apostoli, eligenda decernitur, vt mutandi hospitii necessitudinisq; violandæ causa nõ suppetat. Non tamen eadẽ cautio receptori mandatur hospitii, ne dum hospes eligitur, hospitalitas ipsa minuatur. Sed hæc vt secundũ literam de hospitii religione venerabilis est forma præcepti, ita etiã de mysterio sententia cælestis arridet. Etenim cum domus eligit, dignus hospes inquiritur. Videamus ne forte ecclesia præferenda designetur, & Christus. Quæ enim dignior domus apostolicæ prædicationis ingressu q̃ sancta ecclesia? Aut quis præferendus magis omnibus videtur esse q̃ Christus, qui pedes suis lauare cõsueuit hospitibus, & quoscunq; sua receperit domo, pollutis non patiat habitare vestigiis, sed maculosos licet vitę prioris, in reliquum tamẽ dignetur mutare processus? Hic est igitur solus quẽ nemo deserere debet, nemo mutare. Cui bene dicitur: Dñe, ad quẽ ibimus? Verba vitæ æternæ habes, & nos credimus. Vides executorẽ cælestium præceptorum, qui quoniã non mutauit hospi-
B tium, cælestis consortium consecrationis emeruit. Fides igitur in primis ecclesiæ quærenda mandatur: in qua si Christus habitator sit, haud dubie sit legenda. Sin vero populus perfidus, aut pręceptor hęreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum cõmunio, fugienda synagoga censetur. Excutiendus pedum puluis, ne fatiscentibus perfidiæ sterilis siccitatibus, tãquã humi arido arenosoq; mẽtis tuæ vestigium polluatur. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet euangelii prædicator, & tanq̃ propriis inania gesta pulueri comparanda alleuare atq; abolere
2.Cor.11. vestigiis, iuxta quod scriptum est: Quis infirmatur, & ego non infirmor? ita si qua est ecclesia quę fidẽ respuat, nec apostolicæ prædicationis fundamenta possideat: ne quam labem perfidiæ possit aspergere, deserẽda est.
ad Tit.2. Quod Apostolus quoq; euidenter asseruit dicens: Hęreticũ hominẽ post vnã & secundã correptionẽ deuita.

De refectione turbarum ex quinq; panibus, & duobus piscibus.

DIXIT autem ad eos: Date illis vos manducare. At illi dixerunt: Non sunt nobis plusq̃ quinq; panes.) Quæ ratio est, quod cum in
C posteriorib⁹ Ioãnis passio describatur, hic iã mortuus verbis Herodis ostẽditur? Ne forte illa, quia post legis defectum euãgelicus cibus incipit ieiuna pascere corda populorum? Deniq; posteaquã illa quæ ecclesiæ typum accepit, a fluxu curata est sanguinis, posteaquã apostoli ad euãgelizandum regnum dei sunt destinati, gratiæ cælestis impartitur alimẽtum. Sed quibus impartit, aduerte: Nõ ociosis, nõ in ciuitate quasi in synagoga vel seculari dignitate residentibus, sed inter deserta quærẽtibus Christum. Qui enim non fastidiunt, ipsi excipiũtur a Christo, & cũ ipsis loquitur dei verbum, non de secularibus, sed de regno. Et si qui corporalis gerũt vlcera passionis, his medicinã suã libẽter indulget: consequẽs igitur erat, vt quos a vulnerum dolore sanauerat, eos alimoniis spiritalibus a ieiunio liberaret. Itaq; nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus. Et illi qui vocãtur ad cœnã, prius vocãdo sanãtur. Si claudus fuit, gradiẽdi facultatẽ vt veniret accepit. Si lumine erat priuatus oculorum, domum vtiq; dñi nisi refusa luce intrare nõ potuit. Vbiq; igitur mysterii ordo seruatur, vt prius per remissionem peccatorũ vulneribus medicina tribuatur, postea alimonia mẽsæ cælestis exuberet, q̃q̃ nondum validioribus hæc turba reficiatur alimentis, neq; Christi corpore & san- D guine ieiuna solidioris fidei corda pascantur. Lacte, inquit, vos potaui, nõ esca. nõdũ enim poteratis; sed nec 1.Cor.3. adhuc quidem potestis. In modum lactis quinque sunt panes. esca autem solidior corpus est Christi, potius vehementior sanguis est dñi. Nõ statim a primo epulamur omnia, neq; potamus omnia. Hoc primum, inqt, bibe. Est ergo primũ, est etiã secũdum, est tertium. Primũ quinq; panes sunt, secũdũ septẽ, tertium ipsum corpus est Christi. Nequaquã igitur talẽ dñm deseram⁹, qui pro vniuscuiusq; viribus impartire nobis alimenta dignatur, ne aut infirmũ validior cibus opprimat; aut validum exilia alimenta non satient. Qui enim infir- Rom.14. mus est, olera manducet. Et ille qui iam videtur laqueos infirmitatis euadere, de quinque istis manducet panibus, & duobus piscibus. Certe si petere cibum validiorem veretur, ipse relictis suis omnib⁹ festinet ad dei verbum. Dum audire incipit, incipit esurire. Incipiunt apostoli esurientes videre. Et si illi adhuc nõ intelligũt quid esuriant, intelligit Christus. Scit quod nõ seculare cibum esuriãt, sed cibum Christi. Dicat, Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Bonus dñs studia exigit, vires ministrat. Vtinam dñe IESV velis mecũ istos ieiunos non dimittere, sed impartitis a te epulis reficias eos, vt possint tuis alimoniis fortiores infirmitatem ieiunii nõ timere. Dicas vtinã etiã de nobis, Nolo eos ieiunos dimittere. Causam mihi dicito, quare nõ vis eos ieiunos dimittere? Immo iã dixisti, quia si quẽ dimiseris ieiunũ, deficit i via, hoc est, deficit vel in istius cursu vitæ, vel antequã ad caput perueniat viæ; anteq̃ perueniat ad patrem, & intelligat quod ex patre Chri- E stus est, & intelligat quod Christus e cælo, & intelligat quod Christus qui descendit, ipse est qui ascendit: ne forte cum acceperit quod natus ex virgine est, incipiat non dei virtutem sed hoĩs æstimare. ¶ Ergo ne deficiant in via, inquit, date illis vos manducare. At illi dixerunt: Nõ sunt nobis plusq̃ quinq; panes, & duo pisces: nisi nos eamus & emamus i omnẽ hãc turbã escas.) Nõdũ intellexerãt apostoli cibũ populi credentis nõ esse venalẽ, nouerat Christus, nouerat ipse nos potius esse redimẽdos. suas vero epulas gratuitas donat. Nondum ergo habebant discipuli cibum qui redimere nos posset. Habebãt tamẽ iam cibum qui satiare nos posset, habebãt cibũ qui cõfirmare nos posset. Panis enim cõfirmat cor Psal.103. hoĩs. Miseretur ergo dñs, ne quis deficiat in via. Si qs ergo defecerit, nõ p dñm IESVM, sed per se deficit: nec habes qd adscribas dño, qui vincit cum iudicatur. Quid enĩ dicas ei, qui in te cõtulit oĩa firmamenta virtutum? Nõne te ipse genuit? Nõne te ipse pauit? Cib⁹ eius virtus est, cibus eius fortitudo est. Sed si tu negligentia tua virtutem quã acceperas perdidisti, nõ alimẽtorum cælestium sed tuæ mẽtis tibi præsidia defuerũt. F Deniq; dñs sicuti super iustos & iniustos pluit, ita etiã iniustos pascit & iustos. Nonne in escæ virtute cum iã deficeret in via sanctus Helias, quadraginta ambulabat dieb⁹, & illã escã angel⁹ dedit? Si autẽ te pauerit IESVS, & acceptã escã seruaueris, ambulabis nõ q̃draginta dieb⁹ & quadraginta noctibus, sed audeo dicere scripturę fretus exẽplis, q̃draginta annis egrediẽs ab Ęgypti finib⁹, donec p̃uenias in terrã multã, in terrã fluẽtẽ lac & mel, quã iurauit dñs daturũ se patrib⁹ nr̃is. Hui⁹ terrę tibi virt⁹ requirẽda est, quã possidet mitis. Nõ istã terrã dico quæ arida est, sed illã quæ Christi cõfirmat alimẽtis, quę sub iperio cõstituta regis ęterni, sanctorũ incolatib⁹ frequẽtat. Diuidit ergo escas dñs Iesus. & ille qdẽ vult dare oĩbus, negat nemini. dispẽsator enĩ est oĩm. Sz cũ ille panes frãgat, & det discipulis; si tu man⁹ nõ extẽdas tuas vt accipias tibi escas, deficies i via, nec poteris in eũ culpã tuã referre, qui miseretur & diuidit, sed his diuidit qui cum eo etiã in deserto permanẽt, qui primo & secundo die & tertio non recedunt. Sic enim

Mat. 15. habes alibi: Misereor huius turbę, quia triduum est iã
G quod perseuerant mecum. Quãta dignatio, quanta in eo hoĩbus inspiratur humanitas. Nõ vult ieiunos dimittere, non vult, ne deficiant in via. Noli ergo deficere a disciplina dñi, neq; fatigeris cum ab eo increparis. Non fatigeris nũc, ne postea fatigeris. Quid enim respõdebis ei? Aut quomodo te excusabis, si escã virtutis quã ministrat, amiseris? Non potes dicere quia escã non dedit, quia dat omnibus. Nõ potes dicere quia noluit te bonum facere, ante quẽ posuit bonum & malũ, vt nõ ex necessitate bonũ tuum esset, sed voluntarium. Multũ enĩ refert inter eum qui ex necessitate inuit⁹ aliquid agit, & inter eũ q ex volũtate qđ bonũ est eligit. Si
1. Cori. 9. enĩ inuitus hoc ago, dispẽsatio mihi credita est. si volẽs, mercedẽ habeo. Cõsideremus ergo quia stabimus ante tribunal Christi: & si opus nostrũ arserit, nõ habebim⁹ quod excusare possimus. Dicet etenĩ quod iã per pro-
Mich. 6. phetam locutus est: Popule meus quid feci tibi? aut in quo molestus fui tibi? Responde mihi. Dicet & ei qui in via defecerit: Qua ratione defecisti in via? Nõne panes fregi? Nonne benedixi? Nonne iussi dari? Sed cur tu accipere noluisti? Quanti etiã præsentium deficient in via, & post hos sermones, qui licet nostri sint, tamen quia nemo dicit dominũ IESVM nisi in spiritu sancto, panes æstimãdi sunt: Quãti, inquam, deficiẽt, & in
H vias gentiũ trãsuersariis itineribus fornicãtes abibũt? Atq; vtinã vnus, & nõ plurimi. Sed non IESVS autor defectus, etiam si quis defecerit. omnibus enĩ distribuit qui sequuntur, siue quinq; milia, siue quatuor milia sint. Non ociosus numer⁹, nõ ociosus ordo, nõ ociosæ reliquiæ mãducãtiũ. Cur enim plures, id est, quinq; milia, quinq; panibus, hoc est numero minori satiãtur: pauciores vero, qui sunt quatuor milia, septem panib⁹, hoc est, numero redundãtiore pascuntur? Si enim facti tãtũ sequamur miraculũ, videtur esse diuinius quod de minori modo pluribus abundauit. Cur ergo quod minus est, ei quod est amplius, quasi præstaret adiectum est? Prius enim quĩq; milia quinq; panibus, postea etiã quatuor milia septẽ panib⁹ satiata legimus. Quęram⁹ ergo mysterium, quod miraculo præstet. Itaq; videntur illa quinq; milia quasi quinq; corporis sensus adhuc corporalibus proxima alimenta accepisse de Christo, quatuor vero milia etsi adhuc in corpore sint, & in hoc mũdo, qui ex quatuor constat elemẽtis, nõ ociose tamẽ feruntur mysticæ accepisse escam quietis. Iã enim ęquã-
I tur mundo supra mundũ futuri. Nam etsi in hoc mũdo sunt, intra mũdũ tamẽ nõ sunt, quib⁹ mysticæ quietis impartitur alimẽtũ. Sex enĩ dieb⁹ mũdus est fact⁹, septimo requietum est die, & dñs sanctificauit eum. Vltra mũdũ ergo quies, vltra mundũ etiã fructus quie-
Mat. 5. tis. Deniq;, Beati pacifici. ipsi enim filii dei vocabũtur. Nã cum deus supra mundũ sit, nemo vtiq; potest deũ videre, nisi mundũ prius spiritali transcẽdat obtutu. Septima itaque benedictio pacatorum, septem etiam illis quatuor milibus fragmẽtorum sportæ supersunt. Non mediocris hic panis est, sabbatorum panis sanctificat⁹, panis quietis. Et fortasse si primũ quinq; panes sensibiliter mãducaueris, audebo & dicam, post quinq; panes & septem, tertio iam in terra nõ manducabis panem, sed supra terram manducabis octo panes, sicut qui sunt in cęlestibus. Sicut enim septem panes, panes quietis: ita octo panes, panes sunt resurrectiõis. Ergo isti qui septem aluntur panibus, triduo persteterunt, & fortasse integram resurrectionis futuræ fidem & constantiam consecuti. Deniq; sanctorum vox est, Tribus dieb⁹ ambulabimus, vt epulemur domino deo nostro. Sed illa suo loco. De quiq; vero panibus sanctus Ioãnes docuit me quod nesciebam, quod non docuerat sanctus Matthæus, non docuerat sanctus Lucas. Singulis enim diuersa impartita est gratia. Docuit, inquam, me, quinq; stos panes hordeaceos fuisse. Et ideo nõ inepte dixim⁹ escam istam esse habilem corporalibus. Cur enim pri- K
mo hordeaceos? Quia primo lacte, deinde esca nutriẽdus est qui accedit ad fidem. Nondũ enim poteramus, & fortasse pleriq; nec adhuc possumus. Nam cum sint inter nos cõtentiones & dissensiones, nõne carnales sumus, & secundum hominẽ ambulamus? Suis quæq; apta sunt alimenta virtutibus: & ideo prius hordeum, deinde triticum nobis ad alimoniã datur. Fortiori vero, sicut Heliæ, de interioribus frumenti panis farinaceus ministratur: Quem autem non queunt contaminare, sed pascere peccatores. Nec solum panis & numeri, sed etiam accubitionis est differẽtia. Illi enim supra fœnum discumbunt, isti supra terram recũbunt. Supra fœnum quinq; milia, supra terram quatuor milia. Plus est terram premere, q̃ supra fœnũ iacere. Illi enim adhuc quibus sensus sunt corporales, mollioribus delectãtur, & ideo supra fœnum recumbunt. Omnis enim ca- Esa. 40.
ro fœnum. Isti vero supra terram, quę triticum & vinũ gignit & oliuam, cibum gratiæ cõsequuntur. Illi discũbunt, isti recumbũt. Maior enim est quædam requies recumbẽtis. Ibi duo pisces, hic sine numero. Vnde pleriq; septiformis spiritus gratiam in panib⁹ definitam, in piscibus quoq; duplicis testamenti figuram intelligẽdam putarunt. Nõ piget ergo æstimare quod quatuor milia ex quatuor mũdi collecta partibus, in quibus ecclesia figuratur, maioris gratiæ cibum sumant, iuxta L
Matt. 8. quod scriptum est: Quia venient ab oriente & occidẽte & septentrione & austro, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorũ. Vnde hic gratiæ patri aguntur a Christo. Nõ enim frustra illic benedictio tantum, hic etiam gratiarum est actio. Pro ecclesia quippe sua dominus patri gratias agere consueuit: quia quæ abscondit a sapientibus, ea paruulis reuelauit. Benedictio igitur super nos, qui inferiores sum⁹. Gratiarũ actio super eos qui de infirmitatibus corporum suorum sacratis passionibus triumpharunt. Iam illud in superioribus prælibauimus, quia cũ quinquageni discumbere iubentur, licet sacrato numero definito, tamen videtur hic fundatioris ecclesiæ populus, qui sine definitione numeri recumbit. Mysticum quoque est, quod & mãducãs populus satiatur, & apostoli ministrant. Nam & in satietate repulsæ in perpetuum famis indicium designatur, quia nõ esuriet qui acceperit cibũ Christi: & in apostolorũ ministerio futura diuisio dominici corporis sanguinisq; pręmittitur. Iã illud diuinum, queadmodum quinq; panes quinq; milib⁹ populi redundauerint. Nõ enim exiguo sed multiplicato M
cibo populum liquet esse satiatum. Videres incomprehensibili quodã rigatu inter diuidentium manus quas non fregerant fructificare particulas, & intacta frangentium digitis sponte sua fragmenta subrepere. Qui hęc legit, quemadmodum iuges aquarũ miretur meatus, & liquidis fontibus stupeat continuos fluere successus, quando etiam panis exũdat, & naturæ solidioris rigatus exuberat? Hęc igitur facta sunt, vt illa quoq; quę nõ cernim⁹, cerneremus*. His euidẽter illorũ quoq; se designauit autorẽ, & totius naturæ creatorẽ materialis existere, q̃ nõ (vt philosophi volũt) reperta, sed facta, gignẽdis omnibus reb⁹ successus defluos subministrat. Hoc quidẽ mirũ, quicquid de fluminib⁹ haurias, signo dispẽdii nõ notari. quicquid de fontib⁹ auferas, vsurario quodam reparari meatu. Sed & fluminibus si nihil decederet, nihil tamẽ videtur accedere, & fontibus vt cumulata fluẽta cernũtur, ita dum minuuntur fluẽta prodũtur. At vero hic panis quẽ frangit IESVS, mystice quidem dei verbum est, & sermo de Christo: qui cũ diuiditur, augetur. De paucis enĩ sermonibus, omnibus populis redũdãtẽ alimoniã ministrauit. Dedit sermones nobis velut panes, qui cum in nostro libãtur ore, geminantur. Visibiliter q̃q; panis iste, incredibili ratione dũ frãgitur, dũ diuiditur, dũ editur, sine vlla dispẽdii cõ-

* credere mus.

A prehensione cumulatur. Nec dubites vel quod in manibus ministrantiũ, vel in ore edẽtiũ cibus crescat, quãdo vbiq; nostri operis testimoniũ ad firmamẽtum credulitatis adsciscitur. Sic in nuptiis ex fontibus vina ministris operantibus colorantur, & ipsi qui impleuerant hydrias aqua, vinũ quod nõ detulerant hauriebant. Cõprehende, si potes, tãta rerum miracula. Hic edentibus populis crescunt suis fragmẽta dispendiis, & de quinq; panibus maiores reliquiæ q̃ summa est colligũtur. illic in alienã speciem vertuntur elemẽta, nec suos patit̃ natura defectus, nec suos agnoscit ortus, vsus tñ proprios recognoscit. Quin etiã melior est mutati vini natura q̃ nati, quia in arbitrio creatoris est & quos vsus velit assignare naturis, & quas naturas impartire gignendis. Vide quãtis operibus opus astruat, dum aquam minister infundit, odor trãsfusus inebriat, color mutatus informat, fidem quoq; sapor haustus accumulat. Conferant gẽtiles, si placet, cũ Christi beneficiis, deorum suorum nõ facta sed ficta. Ferũt certe eorũ fabulæ fuisse regem quẽdã qui quicquid tãgebat, aurũ fiebat, sed etiã cõuiuia ipsa feralia. Nam & ipsa mãtilia digitis appre-
B hẽsa riguerunt, & cib⁹ in ore crepitabat, ferens nõ alimẽta, sed vulnera, & in gutture potus hærebat, nec penetrare facilis, nec redire. Digna bñficia votis, digna tãto mũera p̃catore, digna liberalitas cõferẽte. Talia sũt idolorũ bñficia, vt cũ vidẽtur p̃desse, plus noceãt. At vero Christi munera parua vidẽtur, & maxima sunt. Deniq; nõ vni collata, sed populis. Nã & cibus edẽtium in ore crescebat, & videbatur esse corporalis alimoniæ, sed sumebatur salutis æternæ. Cur autẽ quinq; milib⁹ hoĩm plus redũdat, q̃tuor milib⁹ min⁹? Quia quatuor milia ista triduo cum Christo fuerunt, & ideo ampliorẽ cælestis pabuli alimoniam receperunt. Nec ociose quę turbæ supersunt, a discipulis colliguntur: quia ea quæ diuina sunt, apud electos facilius possis q̃ apud populos reperire. Vtinam mihi contingat audire: Collige quę supersunt. Si audiero & fecero, habebo multa quæ turbę, habebo multa quę pueri & mulieres edere nequiuerũt. Beatus ille qui potest colligere quæ etiam doctis sup-
Exod. 20. sunt. Videam⁹ quomodo colligat. Dixit lex: Nõ mœchaberis. Fregit hunc panẽ Christus, diuisit hoc verbũ, non aliunde adiiciens, sed de suo partiens: Qui viderit,
Mat. 5. inquit, ad concupiscẽdũ mulierem, iam mœchatus est eam. Habes fragmẽtum. de suo addidit: Si ocul⁹ tuus
C dexter scandalizat te, erue eũ. Habes aliud: Et si dextera tua scãdalizat te, abscide eam. &, Qui dimissam a viro ducit, mœchatur. Vides ex vno q̃ multa fragmẽta.
Gene. 21. Moyses dicit quod Abraham duos filios habuit, vnũ
Gala. 4. de ancilla, & vnũ de libera. Paul⁹ dixit: Hæc sũt duo testamenta. Diuisit hoc verbũ, & inuenit mysteriũ. Beatus ergo qui colligit quæ diuidit Christus. Qua ratione autem cophinos duodecim Christus impleuit, nisi vt illud populi Iudaici solueret, quia manus eius in co-
Psal. 80. phino seruierunt? Hoc est, Popul⁹ qui ante lutũ in cophinis colligebat, hic iam per crucem Christi vitæ cælestis operatur alimoniam, & eo fidei cibum congerit, vbi erat ante cœnum perfidiæ gentilis. Nec paucorum hoc munus, sed omniũ est. Nam per duodecim cophinos tanquã tribuum singularum fidei firmamentũ re-
Psal. 103. dundat. Panis enim confirmat cor hominis.

De interrogatione IESV quem se esse dicãt discipuli, ac responsione Simonis Petri.

" DIXIT autem illis: Vos quẽ me dicitis esse?
" Respondit Simon Petrus: Christum dei.) Nec turbæ quidẽ ociosa opinio est, quia alii Heliã, quẽ venturum putabãt, alii Ioannem quem decollatũ sciebãt, aut vnum de prophetis prioribus surrexisse credebãt. Sed hoc quærere supra nos est, alterius scientiæ, alterius prudẽtiæ est. Nam si Paulo
1. Corin. 2. apostolo satis est nihil scire nisi Christũ IESVM, & hunc crucifixum, quid amplius mihi desiderandum est D
scire q̃ Christũ? In vno enim hoc nomine & diuinitatis & incarnationis expressio, & fides est passionis. Et ideo licet cæteri apostoli sciant, Petrus tamẽ respondet præ cæteris: Tu es Christus filius dei viui. Cõplexus ce
est itaq; omnia, qui & naturã & nomẽ expressit in quo summa virtutum est. Etiã ne nos de generatione dei serimus quæstiones, cũ Paul⁹ iudicauerit nihil se scire nisi Christũ IESVM, & hũc crucifixum: Petr⁹ nihil amplius q̃ dei filiũ putauerit cõfitẽdũ? Nos & quãdo & quomodo natus sit, & quãtus sit, humanæ infirmitatis cõtẽplatione rimamur? Sciuit Paul⁹ quod in istis magis offendiculũ q̃stionis q̃ ædificationis profectus esset, & ideo iudicauit nihil se scire nisi Christũ IESVM. Sciuit Petrus quod in filio dei omnia sint. Omnia enĩ dedit pater filio. Si oĩa dedit, æternitatẽ quã habet maiestatemq; transfudit. Sed quo prolabor longius? Fidei meæ finis Christ⁹ est, finis fidei meæ dei filius est. Nõ licet mihi scire generationis seriem, nõ licet tamẽ nescire generationis fidẽ. Crede igitur sic queadmodum Petrus credidit, vt & tu beat⁹ sis, vt & tu audire merearis: ¶ Quoniam nõ caro & sanguis tibi reuelauit, sed pater me⁹ qui in cęlis est.) Caro enĩ & sanguis nõ queunt nisi quæ terrena sunt reuelare. At vero q̃ spiritu loq̃tur my-
steria, nõ carnis & sanguinis magisterio, sed diuina inspiratione fundatur. Noli ergo acquiescere carni & sanguini, ne carnis & sanguinis pręcepta haurias, atque i- E
1. Cori. 6. pse sanguis & caro fias. Qui enim carni adhæret, caro
Gene. 6. est: & qui adhæret deo, vnus spiritus est. Non permanebit, inquit, spiritus meus in hominibus istis in æternum, propter quod caro sunt. Sed vtinam caro & sanguis non sint qui audiunt, sed a carnis & sanguinis remoti cupiditatibus possint dicere singuli: Non timebo Psal. 55.
quid faciat mihi caro. Qui enim carnẽ vicerit, ecclesiæ fundamentũ est: et si æquari Petro non potest, imitari potest. Magna sunt enim dei munera, qui nõ solum nobis quæ fuerãt nostra reparauit, verũ etiã quæ sunt sua propria concessit. Refert tamẽ quid sibi velit quod non aliũ turba opinabatur, nisi aut Heliã, aut Hieremiam, aut Ioãnẽ baptistã. Et Heliam forte, quia rapt⁹ ad cęlũ est. Sed nõ Helias Christ⁹. Ille rapit̃, iste regredit̃. Ille p̃ turbinẽ* rapit̃, iste rapinã nõ arbitrat⁹ est eẽ se ęqualẽ *al's, i vitã
deo. Ille petitis ignib⁹ vidicat̃, hic p̃secutores suos maluit sanare, q̃ perdere. Cur autẽ Hieremiã putabãt? Fortasse quia sanctificatus in vulua est. Sed non hic Hieremias. Ille sanctificatur, iste sanctificat. Illius sanctificatio cœpit ex corpore, hic sanctus ex sancto. Cur etiã Ioãnem putabãt, nisi forte quia ĩ matris vtero positus dñi præsentiã sentiebat? Sed nõ hic Ioannes. Ille adorabat F
in vtero, hic adorabatur. Ille baptizabat in aqua, Christus in spiritu. Ille pœnitentiã suadebat, hic peccata donabat. Et ideo Petr⁹ nõ expectauit populi sententiã, sed suã p̃psit dicẽs: Tu es Christus fili⁹ dei viui. Qui est, semper est, nec cœpit vt esset, & esse nõ deficit. Magna autem Christi gratia, qui oĩa prope vocabula sua discipulis suis donauit. Ego sum, inq̃t, lux mũdi. & id tamen quo ipse gloriatur, discipulis nomẽ indulsit dicẽs: Vos estis lux mũdi. Ego sum panis viu⁹. &, Nos oẽs vnus panis sum⁹. Ego sum vitis vera. & tibi dicit: Plãtaui te vitẽ fructuosam omnẽ verã. Petra est Christus. Bibebant enĩ de spiritali sequẽti petra, petra autẽ erat Christus. Etiã discipulo suo hui⁹ vocabuli gratiã non negauit, vt & ipse sit Petrus, qđ de petra habeat soliditatẽ cõstãtiæ, fidei firmitatẽ. Enitere ergo & tu vt petra sis. Itaq; nõ extra te, sed intra te petram require. Petra tua actus est, petra tua mẽs est. Supra hãc petrã ædificet̃ dom⁹ tua, vt nullis possit neq̃tię spiritalis euerberari p̃cellis. Petra tua fides est, fũdamẽtũ ecclię fides est. Si petra fueris, ĩ ecclia eris, q̃a ecclia supra petrã est. Si ĩ ecclia fueris, portę inferi nõ p̃ualebũt tibi. Portę inferi, portę mortis sunt. Portę autẽ mortis, portæ ecclię esse

G non poſſunt. Quæ autem ſunt portæ mortis, hoc eſt, portæ inferi, niſi ſingula quæque peccata? Si fornicatus fueris, portas mortis ingreſſus es. Si fidem læſeris, portas penetraſti inferi. Si peccatum mortale cõmiſeris, portas mortis intraſti. Sed potẽs eſt deus qui exaltet te de portis mortis, vt annũcies omnes laudes eius in portis filiæ Sion. Sũt enim portæ eccleſiæ, ſunt portæ caſtitatis. Sũt portæ iuſtitiæ, quas iuſtus intrare cõ-
Pſalm. 9. ſueuit, dicẽs: Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas cõfitebor dño. Sed vt portæ mortis portę inferi,
Pſal. 117. ita & porta iuſtitiæ dei porta eſt. Hæc enim porta dñi, iuſti introibunt per eam. Et ideo fuge pertinaciã delictorum, ne portæ tibi poſſint inferi præualere. Si enim dominatũ fuerit peccatum in te, mortis porta præualuit. Fuge ergo contentiones & diſſenſiones, ſtrepitus tumultusq; diſcordiæ, ne per portas mortis ingreſſus incurras.

De eo qđ Ieſus p̄cepit diſcipulis ne eũ manifeſtarẽt.

DOMINVS enim IESVS Chriſtus prędicari ſe primo noluit, ne vllus ſtrepit⁹ naſceretur. ¶ Increpat enim diſcipulos ſuos ne cui hæc dicerent, quod oportet filium hoĩs multa pati, & reprobari a principibus ſacerdotum & ſenioribus & ſcribis, & occidi, & die tertio reſurgere.) Et fortaſſe ideo hoc addidit, quia ſciebat dñs difficile paſſioni & reſurrectiõi etiã diſcipulos credituros. Et ideo paſſionis & reſurrectionis ſuæ aſſertorẽ ſe eſſe maluit, vt ex facto fides, nõ ex auditu diſcordia naſceretur. Ergo Chri-
H ſtus noluit gloriari, ſed maluit ignobilis videri, vt paſſionem ſubiret. Et tu qui ignobilis natus es, gloriaris? Eadem tibi qua Chriſtus ambulauit, gradiẽdũ eſt via. Hæc eius agnitio, hæc eius imitatio, per ignobilitatẽ & bonam famam, vt glorieris in cruce dñi, ſicut ipſe eſt gloriatus. Sic ambulauit Paulus, & ideo gloriatur di-
Galat. 6. cens: Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce dñi noſtri IESV Chriſti. Sed videamus cur ſecundũ Mattheũ reperiamus admonitos diſcipulos ne cui dicerent quod ipſe ſit Chriſtus, hic autem ſcriptum ſit increpatos eſſe ne cui dicerent quod eſſet multa paſſurus, & reſurrecturus. Videtis quod in vno Chriſti noĩe omnia ſint. Ipſe eſt enĩ Chriſtus qui natus ex virgine, ipſe eſt qui admirabilia fecit in populo, ipſe qui mortuus eſt pro peccatis noſtris, & reſurrexit a mortuis. Vnum horũ ſi retraxeris, retraxiſti ſalutem tuã. Nã etiam hæretici habere ſibi Chriſtũ videtur. Nemo enim Chriſti nomẽ negat: ſed negat Chriſtũ, qui nõ oĩa quæ Chriſti ſunt cõfitet̃. Multis igitur ex cauſis iubet tacere diſcipulos, vt fallat principem mũdi, vt declinet iactantiam, doceat humilitatem, ſimul ne rudes & imperfecti adhuc diſcipuli
I maximę prędicationis molibus opprimãtur. Nũc qua cauſa etiam immundos ſpiritus iubeat tacere, conſideremus. Sed & hoc nobis ſcriptura aperuit, quia peccatori dixit deus, Quare tu enarras iuſtitias meas? Et ne quis dum prædicãtẽ audit, ſequatur errantẽ. Improb⁹ enim magiſter eſt diabolus, qui falſa veris ſæpe permiſcet, vt ſub ſpecie veritatis teſtimonium fraudis obtexat. Etiam illud conſiderem⁹, vtrum hic primũ mãdauerit diſcipulis ne cui dicerent quia ipſe eſſet Chriſtus, an vero & ante mãdauerit quãdo apoſtolos duodecim
Matt. 10. deſtinauit, denuncians illis: In viam gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis: Ite autem ad oues quæ perierunt domus Iſrael: Ęgrotos curate, leproſos mũdate, dæmones, inquit, eiicite, & diſcite quis in ea dignus ſit, atq; ibi manete. Itaq; nec hic mandatum videtur vt Chriſtũ dei filium prædicarent. Ordo igitur diſputationis eſt ordo tractat⁹: & ideo etiã nos cũ aliqui ex gẽtibus vocãtur ad eccleſiã, ita præceptorum ſeriẽ formare debemus, vt primo vnũ deũ au-
Actu. 17. torem mũdi omniũq; eſſe doceamus, in quo viuimus & ſumus & mouemur, cuius & genus ſumus: vt nõ ſolum propter munera lucis & vitæ, verũ etiã propter co- K
gnationẽ quãdã generis diligendus a nobis ſit. Deinde opinionẽ illã quæ eſt de idolis, deſtruamus, & quod nõ poſſit auri argẽtiq; vel ligni materia vim in ſe habere diuinã. Cum vnũ deum eſſe perſuaſeris, tunc indicio eius aſtrues per Chriſtũ nobis ſalutẽ datam: incipiens ab illis quę geſſit in corpore, & ea diuina deſcribẽs, vt plusq̃ homo fuiſſe videatur, victã vnius virtute mortẽ, mortuũq; ab inferis ſuſcitatũ. Paulatim enim fides creſcit, vt cum ſupra hoĩes fuiſſe videatur, deus eſſe credatur. Nã niſi probaueris qđ facere illa ſine diuina virtute nõ potuit, queadmodũ potes probare in eo vim fuiſſe diuinam? Sed fortaſſe nobis parũ autoritatis & fidei deferatur: lege ſermonẽ apoſtoli apud Athenienſes habitũ: qui ſi a primo deſtruere voluiſſet ceremonias idolorũ, ſermonẽ eius aures gẽtiliũ reſpuiſſent. Ab vno igitur deo operatore mundi incipit, dicẽs: Deus qui fecit mũ- Actu. 17.
dum, & cũcta quæ ſunt in eo. Negare nõ poterãt vnum operatorẽ eſſe mundi, vnũ deũ, vnum omniũ creatorẽ. Adiunxit, eo quod cæli & terræ dñs in manufactis nõ dignetur habitare. Deinde q intra auri argentiq; caſſam materiem nequaq̃ veriſimile ſit artificio hominis vim diuinitatis includi: erroris remediũ docẽs eſſe ſtudiũ pœnitẽdi. Tunc venit ad Chriſtũ, nec tñ deũ maluit q̃ hominẽ nũcupare, dicẽs: In viro quo definiuit oĩb⁹ fidem, ſuſcitãs eũ ab inferis. Qui enĩ tractat, debet audiẽ- L
tiũ cõſiderare perſonas, ne prius irrideatur q̃ audiatur. Quãdo enim Athenienſes crederẽt quia verbũ caro factum eſt, & de ſpiritu virgo cõcepit, qui irridebant quia reſurrectionem audierãt mortuorũ? Tñ & Dyoniſius Ariopagites credidit, & alii crediderũt in virũ, vt ĩ deũ crederẽt. Quid intereſt quo quiſq; credat ordine? Non in principiis perfecta quærũtur, ſed de principiis ad ea quæ perfecta ſunt peruenitur. Ergo tali Athenienſes informauit præcepto, talis nobis apud gẽtiles ordo ſeruãdus eſt. At vero cũ Iudæos alloquerẽtur apoſtoli, ipſum Chriſtũ eſſe dicebãt qui p̄pheticis nobis eſſet p̄miſſus oraculis: quẽ nõ prius autoritate ſua dei filiũ nominabãt, ſed virũ p̄batũ, virũ iuſtũ, virũ a mortuis ſuſcitatũ, illũ virũ de quo dictũ eſt in p̄phetis: Fili⁹ meus Pſalm. 2.
es tu, ego hodie genui te. Ita ergo & tu ad ea quę difficile credunt̃, autoritatẽ diuini ſermõis adſciſce, & p̄miſſũ ei⁹ aduẽtũ p̄phetarũ voce deſigna, reſurrectionẽ quoq; multo ante compertã ſcripturarũ teſtimoniis edoceto, non vſitatã cum cęteris atq; cõmunẽ, vt in ipſa ſuſcitati corpis aſſertione, æternæ teſtimoniũ diuinitatis acqui- M
ras. Cũ enĩ cęterorũ corpora corruptionẽ p̄baueris ſubiiſſe poſt mortem: hunc vtiq; de quo dicitur, Nõ dabis Pſal. 15.
ſanctũ tuũ videre corruptionẽ, cõprobas humanę fragilitatis expertẽ, p̄bas humanæ cõditionis merita ſupergreſſum, deo magis q̃ hoĩb⁹ cõferẽdũ. Qđ ſi ad ſacramẽta fideliũ tẽdẽs catechumenus imbuẽdus ſit, dicẽdũ q̃ vnus eſt deus ex quo oĩa, & vnus IESVS Chriſt⁹ per quẽ oĩa, nõ duos deos eſſe dicẽdos: perfectũ quidem patrẽ, perfectum eſſe & filiũ, ſed vnius patrem & filiũ eſſe ſubſtantiæ, verbũ æternũ dei, nõ qđ p̄fertur, ſed qđ operatur, ex patre genitũ, nõ voce editũ. Prohibẽtur ergo apoſtoli euãgelizare eũ dei filiũ, vt euangelizarẽt poſtea crucifixũ. Hęc eſt fidei gloria, ſi vere intelligas crucẽ Chriſti. Alię cruces nihil mihi proſunt, ſola crux Chriſti mihi vtilis eſt, & vere vtilis, per quam mihi mũdus Galat. 5.
crucifixus eſt, & ego mũdo. Si mihi crucifixus eſt mũdus, ſcio quia mortuus eſt, non diligo eũ, ſcio quia præterit, nõ cõcupiſco eũ, ſcio quia corruptela cõſumet hũc mundũ. quaſi fœtidũ vito, quaſi luem caueo, quaſi nociturũ relinquo. Sed non ſtatim per crucẽ poſſunt aliq̃ credere ſalutẽ mũdo refuſã. Aſtrue ergo per hiſtorias Grecorũ hoc fuiſſe poſſibile. Sic interdũ etiã Apl's ſuadet incredul(, nec verſus refugit poeticos, vt fabulas deſtruat poetarum. Si enim reuocetur in memoriã quod legiones ſæpe & magnos populos oblatis aliquorum mor-

A tibus hiſtoriæ Græcorum aſſerãt liberatos: Si recordetur q imperatoris filia propter Græcorũ exercitus trãſferendos ad ſacrificium ſit vocata: Si noſtrũ illud cõſi-
Hebræ. 9. deremus, quia ſanguis taurorũ & hircorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos ſanctificat ad carnem emundandã, ſicut ad Hebræos ſcriptũ eſt: Si peſtilẽtia regionum aliquibus hominum cõtracta peccatis, vnius alicuius morte aſſeritur eſſe reſoluta, quod aut ratiõe pręualuit, aut diſpoſitione conualuit, quo facilius in crucẽ domini crederetur, procliue erit, vt qui ſua negare non poſſunt, noſtra cõfirment. Sed quoniam nullus hominum tantus eſſe potuit qui totius mundi peccata tolleret, neq; Enoch, neq; Abrahã, neq; Iſaac, qui licet morti ſe obtulerit, ſeruatus tamen eſt, quia omniũ nõ poterat abolere peccata (qs enĩ tantus homo, in q̃ oĩm peccata morerentur?) idcirco non vnus e plebe, non vnus e numero, ſed filius dei a deo patre electus eſt: qui cum ſupra omnes eſſet, pro omnibus ſe poſſet offerre: quẽ mori oportuit, vt cũ eſſet fortior morte, alios liberaret: factus inter mortuos ſine adiutorio liber, ſine adiumẽto ſcilicet hominis aut alicuius creaturæ liber a morte. Et bene liber, qui ſeruitutem cupiditatum repulit, mortis vincula neſciuit.

DIVI AMBRO
B SII COMMENTARIO. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER SEPTIMVS.

De eo quod dominus IESVS quibuſdam promiſit viſionem gloriæ ſuæ in vita præſenti.

DICO AVTEM VObis, vere ſunt aliqui hic ſtãtes qui non guſtabunt mortem donec videant regnum dei.) Semp dominus ſicut ad pręmia erigit futura virtutũ, atq; vtilem ſeculariũ rerum docet eſſe contẽptum, ita etiam infirmitatem mentis humanę præſentium remuneratione ſuſtẽtat. Arduum quippe eſt crucem tollere, & animã periculis, morti corpus offerre, negare quod ſis, cũ velis eſſe quod nõ ſis, raroq; q̃uis excelſa virtus, futuris cõ-
C mutat præſentia. Difficile quippe videtur hominibus vt ſpem periculis emant, damnoq; præſentium futuræ lucrum mercentur ætatis. Ergo bonus & moralis magiſter, ne quis deſperatione frangatur aut tædio, quoniam vitæ dulcis illecebra conſtãtem quoq; mulcet affectum, cõtinuos viuendi ſucceſſus fidelibus pollicetur. Frigẽt enim ſolatia ſub metu mortis, magnusq; amor vitæ ægre blanditias ſpei cum appetitæ ſalutis terrore cõpenſat. Non habes igitur quod queraris, non habes quod excuſes, arbiter omnium dedit & virtuti prẽmiũ, & infirmitati remedium, vt præſentib⁹ ſuſtineatur infirmitas, virtus futuris. Si fortis es, cõtemne mortem. ſi imbecillis, fuge. Sed nemo poteſt fugere mortẽ, niſi vitam ſequatur. Vita tua Chriſt⁹ eſt, ipſa eſt vita quæ mori neſcit. Itaq; ſi volumus mortem non timere, ſtemus vbi Chriſtus eſt, vt & de nobis dicatur: Vere ſunt aliqui hic ſtantes, qui nõ guſtabunt mortẽ. Non ſatis eſt ſtare, niſi vbi Chriſtus eſt ſtetur. Soli enim nõ queũt guſtare mortẽ, qui poſſunt ſtare cum Chriſto. in quo licet ex verbi ipſi⁹ qualitate perpendere nec tenuem quidem ſenſũ mortis habituros qui Chriſti videant̃ meruiſſe cõſortia. Certe et ſi mors corporis libando guſtetur, vita animę poſſidẽdo teneatur. Sed quid eſt guſtare mortem? Ne forte queadmodum panis vita eſt, ita etiam panis mors ſit. Sũt enim qui mãducant panẽ do- D
loris, ſunt etiã Ęthiopum populi qui acceperũt in eſcã draconẽ. Abſit a nobis venenum draconis vorare. Habemus enĩ panẽ verũ, panẽ illũ qui deſcẽdit de cælo. Panem illũ manducat, qui ea quæ ſcripta ſunt ſeruat. Sũt ergo qui mortẽ nõ guſtent donec videant regnum dei. Sunt etiã qui mortem non videant, ſicut ſcriptum eſt: Quis eſt homo qui viuet, & nõ videbit mortẽ? Sed qs Pſal. 88.
eſt homo qui nõ moriatur, cũ reſurrectio niſi mortui eſſe nõ poſſit? Quãuis de Enoch & Helia nullã mortem corporis acceperimus, & de euãgeliſta Ioanne dñs dixerit: Sic eũ volo manere donec venio: tamẽ quoniam Ioan. 21.
nõ de vno Ioanne hic putamus expreſſum, ſed generale de multis hoc eſſe præceptum: nõ hic mors corporis ſed animę denegatur. Sũt enim qui mortui viuãt, quoniã ſunt qui viuẽtes mortui ſunt, ſicut illa quæ viuens mortua eſt, ſicut ſcriptum eſt: Veniat mors ſuper eos, 1. Tim. 5.
& deſcendant in infernũ viuentes. Si ergo viuus qs in Pſal. 54.
infernum deſcẽdit, (peccato enim mortis in infernũ deſcendit) ſunt profecto quib⁹ nec in morte corporis interruptus ſit ordo viuẽdi, ſicut Abraham, Iſaac & Iacob, quos viuere diuinæ ſentẽtiæ autoritate comperimus, qm̃ cũ ſit deus Abrahã, Iſaac & Iacob, non vtiq; mortuorum eſt deus, ſed viuẽtiũ. Itaq; nõ de vno ſed de pluribus dicit. Neq; enĩ Petr⁹ mortuus eſt, cui ſecũdũ dñicam ſententiã inferi porta præualere nõ potuit. Nec Iacobus & Ioannes mortui, filii tonitrui, quibus in vſum gloriæ cæleſtis aſſumptis non præualent terrena, ſed ſubiacent. Eſto ergo & tu Petrus, deuot⁹, fidelis, pacificus, vt portas eccleſiæ aperias, portas mortis euadas. E
Eſto fili⁹ tonitrui. Dices: Quõ poſſũ eſſe fili⁹ tonitrui? Potes eẽ, ſi nõ ĩ terra, ſed in pectore xpi recũbas. Potes eſſe fili⁹ tonitrui, ſi te terrena nõ moueãt, ſed ipſe poti⁹ ea q̃ terrena ſunt, mẽtis tuæ virtute cõcutias. Tremat te terra, nõ capiat, vereatur caro poteſtatem animi tui, & cõcuſſa ſubdatur. Eris filius tonitrui, ſi fueris fili⁹ eccleſiæ. Dicat & tibi de patibulo crucis Chriſtus: Ecce Ioan. 19.
mater tua, dicat & eccleſiæ: Ecce fili⁹ tuus. Tunc enim incipis eſſe fili⁹ eccleſiæ, cũ in cruce victorẽ videris Chriſtum. Nã qui crucẽ ſcandalũ putat, Iudæus eſt, eccleſię filius nõ eſt. Qui crucẽ ſtultitiã putat, Græcus eſt ille. Eſt autẽ eccleſiæ filius, qui crucẽ triũphũ putat q̃ crucẽ Chriſti triũphãtis agnoſcit. Ergo vt ſcias quia Petrus, Iacob⁹ & Ioãnes mortem nõ guſtauerũt, gloriã reſurrectionis videre meruerũt. Solos enim tres iſtos

De eo qđ dñs IESVS aſſũpſit Petrũ, Iacobũ & Ioãnẽ, & duxit eos in mõtẽ, oſtẽditq; illis maieſtatẽ ſuam.

POST hæc fere verba in diebus octo aſſumpſit, & duxit in montem.) Quid eſt qđ iſte dicit, in dieb⁹ octo poſt hæc verba? Ne forte quia is qui verba Chriſti audit & credit, E
reſurrectionis tempore gloriã Chriſti videbit? Octaua enĩ die facta eſt reſurrectio. vnde & pleriq; pſalmi ĩ octaua ſcribuntur. Aut forte vt oſtẽderet nobis quia dixerat qđ is qui p̄pter dei verbũ perdiderit animã ſuã, ſaluam faciet eã, qm̃ promiſſa ſua ĩ reſurrectiõe reſtituat. Sed Matthæus & Marcus poſt dies ſex aſſumptos hos eſſe memorarũt. De quo poſſemus dicere, poſt ſex milia annorũ. Mille enĩ anni in cõſpectu dei tanq̃ dies vna: ſed plures q̃ ſex milia computãtur anni. Et maluimus ſex dies per ſymbolũ intelligere, qđ ſex diebus mũdi opera ſunt creata, vt per tẽpus opera, per opera mundum intelligamus. Et ideo mũdi temporib⁹ impletis, reſurrectio futura mõſtratur: aut quia is qui ſupra mũdum aſcẽderit, & huius ſeculi momẽta trãſcẽderit, velut in ſublimi locatus, futuræ reſurrectiõis fructũ expectabit ęternũ. Trãſcẽdam⁹ igit̃ opa mũdi, vt poſſim⁹ facie ad faciẽ deũ videre. Aſcẽde ĩ mõtẽ q̃ euãgelizas Siõ. Eſa. 40.
Si ĩ mõtẽ aſcẽdit q̃ euãgelizat Siõ, quãto magis q̃ Chriſtũ euãgelizat, & Chriſtũ in gloriã reſurgẽtẽ? Fortaſſe

G enim in corpore eum multi viderũt. Multi enim secũ-
2.Cor.5. dum carnem cognouimus Christum, nunc autẽ iã non
nouimus. Multi cognouimus, quia multi vidimus.
Esa.53. Vidimus eum, & nõ habebat speciem, neq; decorem.
Tres autẽ soli, & tres electi ducuntur ad montẽ. Puta-
rem in tribus mystice genus hominum cõprehensum,
quia ex tribus filiis Noe genus omne defluxit huma-
num, nisi electos cernerem. Aut fortasse quia soli ex o-
mnibus ad resurrectionis peruenire gratiã qui Christũ
confessi fuerint merebuntur, quia impii in iudiciũ non
resurgunt, sed tanq; habito iudicio puniũtur. Tres igit̃
eliguntur qui ascenderent montẽ, quia & duo eligũtur
qui cum domino viderentur. Vtrinque sacratus nu-
merus. Et hoc fortasse propterea, quia nemo potest vi-
dere resurrectionis gloriam, nisi qui mysterium trini-
tatis incorrupta fidei syncerit̃ate seruauerit. Petr⁹ ascẽ-
dit, qui claues regni cælorum accepit: Ioannes, cui cõ-
mittitur mater: Iacobus, qui primus solium sacerdota-
le cõscendit. Inde apparent Moyses & Helias, hoc est,
lex & prophetæ cum verbo. Neq; enim lex potest esse
sine verbo, neq; propheta nisi qui de dei filio propheta-
uerit. Et illi quidẽ filii tonitrui corporali gloria Moy-
sen quoq; & Heliam speculati sunt, sed etiam nos quo-
tidie videmus Moysen cum dei filio. Videmus enĩ in
Deut.6. euangelio cum legimus: Diliges dominũ deum tuũ.
Esa.7. Videmus Heliam cum dei verbo cum legimus: Ecce
virgo in vtero concipiet. Vnde bene Lucas addidit:
¶Quia dicebant excessum eius quẽ completurus erat
in Hierusalẽ.) Docẽt enim te de excessu eius mysteria.
H Et hodie Moyses docet, & hodie Helias loquit̃, & ho-
die i maiore gloria Moysen videre possum⁹. Q uis enĩ
non potest, quãdo & populus Iudæorũ eum videre po-
tuit, immo vidit? Vidit enim in gloria faciem Moy-
si, sed velamen accepit, sed in montem non ascendit. Et
ideo errauit, quia solum Moysen vidit, dei verbum si-
mul videre nõ potuit. Reuelemus igitur nos faciẽ no-
2.Cor.3. stram, vt reuelata facie gloriam dei speculantes, in eã-
dem imaginem reformemur. Ascendamus in montẽ,
deprecemur dei verbũ, vt in specie & pulchritudine sua
appareat nobis, & cõfortetur, & prospere ꝓcedat & re-
gnet. Et hæc enim mysteria sunt, & referuntur altius.
Etenim pro tua possibilitate tibi verbum aut minuitur
aut crescit: ac nisi altioris prudentiæ cacumen ascẽdas,
non tibi apparet sapientia, non tibi apparet mysteriorũ
cognitio, non tibi apparet quãta sit gloria, quãta sit spe-
cies in dei verbo: sed dei verbum quasi quodã apparet
I in corpore, nõ habẽs suam speciem neq; decorem, & ap-
paret quasi homo in plaga qui ferre possit infirmitates
nostras: apparet tibi quasi quidã sermo natus ex homi-
ne, literarum opertus inuolucris, virtute spiritus nõ re-
fulgens. Sed si dum hominẽ consideras, de virgine cre-
das esse generatum, & paulatim aspiret fides quod de
spiritu dei natus sit, incipis montẽ ascendere. Si in cru-
ce positum triumphãtem de morte videas, nõ perẽptũ,
si videas quod terra tremuit, sol refugit, tenebræ offuse-
runt oculis perfidorum, monumenta aperta sunt, mor-
tui resurrexerunt, vt esset indicio quia gentilis popu-
lus qui mortuus erat deo, tanquã reseratis corporis sui
tumulis infuso crucis lumine resurrexit: si hoc videas
mysterium, in excelsum ascendisti montẽ, alteram ver
bi gloriam cernis. Vestimenta eius alia deorsum sunt,
alia sursum. Et fortasse vestimẽta verbi sermones sunt
scripturarum, & quædã intellectus indumenta diuini,
quia sicut ipse Petro Ioanni & Iacobo in altera specie
apparuit, & vestit⁹ eius albus resulsit, ita & oculis tuæ
mentis iam diuinarum lectionum sensus albescit. Fiũt
igitur verba diuina sicut nix, vestimenta verbi candida
nimis, qualia fullo super terram facere nõ potest. Quæ-
ramus hunc fullonẽ, quæramus hanc niuẽ. Legimus
ad villam fullonis ascendisse Esaiam. Quis est iste ful-
lo, nisi forte ille q delicta nostra lauare cõsueuit? Deniq;
ipse dixit: Si fuerint delicta vestra sicut phœnicium, vt k
niuem dealbabo. Quis est iste fullo, nisi qui indumẽta
nostri intellectus ablut̃, & induẽs nos indumẽta virtu-
tum, ablutis maculis corporalibus, soli solet offerre di-
uino? Audiui etiam, vt ad redarguendos eos de cõtra-
riis sumamus exemplũ, duorũ prudẽtium facundiam
niui & apibus comparatã. Inueni quoq; dixisse Dauid:
Psal.118. Q dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauũ
ori meo. Et infra: Lucerna pedibus meis verbũ tuum
domine, & lux semitis meis. Verbum dei lux est, ver-
bum dei nix est. Super mel quoq; & fauũ est dei verbũ,
quod ore diuino melle dulcior fluxit oratio, & perspicuę
niuis ritu mollioribus caduntverba sentẽtiis. Vere hic
solus sermo niuibus cõparandus, qui de cælo missus in
terras, ieiuna nostrorum arua pectorũ fœcundauit. Q d
nõ vsurpatorie præsumptum, sed ex lectionis serie deri
uatum deus ipse testatur dicẽs: Expectẽt sicut pluuia
eloquium meũ, & descendãt velut ros verba mea, sicut
imber super gramẽ, & sicut nix super fœnũ. Vtinã do-
mine IESV mens mea pluuiæ tuæ humore viride-
scat, vtinam terram meã niuis isti⁹ cãdore respergas,
ne præpropero calore vernãtis corporis aruta luxuriẽt,
sed potius fotu niuali semina verbi cælestis pressa fœ-
cundẽt. Nix cum cadit, aues cæli vbi inhabitent nõ ha
bent, & lætior solito tritici prouentus exuberat. Vidit
hãc gratiã Petr⁹, viderũt & qui cũ illo erãt: & licet sõno L
grauati fuissent, sicut scriptũ est: ¶Petr⁹ vero, & qui cũ
illo erant, grauati erãt somno: euigilantes autem vide-
runt maiestatem eius, & duos viros qui stabãt cum il-
lo. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad
IESVM: Præceptor, bonum est nobis hic esse, & fa-
ciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi,
vnum Heliæ: nesciẽs quid diceret.) Premit enim incõ-
prehensibilis splẽdor diuinitatis, nostri corporis sensus.
Nam si solis radium e regione oculorum contuẽtium
corporea nequit acies sustinere, quomodo dei gloriam
humanorum ferret corruptela membrorum? Eoq; pu-
rior & subtilior exhausta concretione vitiorum, corpo-
ris habitus in resurrectione formatur. Et fortasse ideo
grauati somno erant, vt resurrectionis viderẽt speciem.
Post quietem itaq; euigilantes viderunt maiestatem
eius. Nemo enim nisi vigilans gloriam videt Christi. M
Delectatus est Petrus, & quem seculi huius illecebro-
sa non caperẽt, gratia resurrectionis illexit. Bonum est,
Philip.1. inquit, nos hic esse. Hinc & ille, Dissolui enĩ, & cũ Chri
sto esse, multo melius. Nec laudasse cõtentus, nõ solum
affectu, sed etiã factorũ deuotione, præstãtior, ad exẽdi
ficanda tabernacula tria impiger operarius cõmunis
obsequii ministerum pollicetur. Et quamuis nesciret qd
diceret, tamen pollicebatur officium: in quo nõ incõsul-
ta petulantia, sed præmatura deuotio fructus pietatis
accumulat. Nam quod ignorabat, cõditionis fuit: quod
promittebat, deuotionis. Sed non capit humana cõdi-
tio in hoc corruptibili, in hoc mortali corpore facere ta-
bernaculum deo. Siue in animo, siue i corpore, siue alio
aliquo loco fuge quærere quod nõ licet scire. Si Petrus
nesciuit, quẽadmodũ tu potes scire? Si nesciuit ille qui
promisit, & qui corporis terminos magnitudie animi
nesciebat, quemadmodum scire nos possumus, desidia
quadã mentis intra proseptum carnis inclusi? Denique
placuit tãta deuotio deo: ¶Et inter hæc verba facta est
nubes, & obumbrauit eos.) Diuini spiritus est obum-
bratio ista, quæ nõ caligat affectibus hominum, sed re-
uelat occulta. Quæ etiam alio comperta est loco, dicẽ-
te angelo: Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Cuius
profectus ostenditur audita dei voce dicentis: ¶Hic est
filius meus dilectus, ipsum audite.) Hoc est, nõ Helias
filius, non Moyses filius, sed hic est filius, quem solũ vi-
detis. Recesserant enim illi vbi cœpit dom⁹ designari. Vides hanc nõ solum incipiẽtium, sed etiã perfecto-
rum, immo etiam cęlestium fidem esse perfectam, filiũ

A dei scire. Sed quoniam hæc iam supra diximus, cognos-
cę nubem istam nõ fumigantium esse montium nebu
loso humore cõcretã, & coacti aeris caligine piceã, quæ
cælum tenebrarum horrore subtexat: sed lucidam nu-
bem, quæ nos nõ pluuialib⁹ aquis & humentis alluuio-
ne imbris immadidet, sed de qua mentes hominũ vo-
ce dei omnipotẽtis emissa, fidei ros rigauit. ¶Et dum
fit vox, inuentus est IESVS solus.) Itaq; dum tres e
sent, vnus est factus. Tres in principio videntur, vnus
in fine. Perfecta enim fide vnum sunt. Deniq; hoc etiã
dominus patrem orat, vt omnes vnum simus. Nec so-
lum Moyses & Helias in Christo vnum sunt, sed etiã
nos vnum corpus sumus Christi. Ergo & illi tãquam
in vno corpore recipiũtur in Christi corpus, quia & nos
vnum erimus i Christo IESV. Aut fortasse quia lex
Rom.10. & prophetæ ex verbo: quæ autem ex verbo cœperunt,
in verbo desinunt. Finis enim legis est Christus, ad iu-
stitiam omni credenti.

De responsione IESV respuentis eum qui se sequi
dixit quocunq; ierit.

» VLPES foueas habẽt, & volucres cæli ni
» dos vbi requiescant. Nã filius hominis non
» habet vbi caput suum reclinet.) Non videt
conuenire rationi, vt simplicem fidelẽq; istũ
arbitremur, qui domini dignatione respuitur, cum in-
defessi famulatus obsequium spopondisset. Sed domi-
nus nõ obsequiorum speciem, sed puritatem quærit af-
fectus. Deniq; supra ait: Q uicunq; receperit puerũ istũ
B in nomine meo. Q uo loco dom⁹ simplicitatem sine
arrogantia docet, charitatem sine inuidia, deuotionem
sine iracundia esse debere. Nam & pueri mens proue-
ctioris affectu recipienda suadetur, quia dum puer ni-
hil sibi vẽdicat, formã virtutis exequitur: et si rationem
nescit, culpam ignorat. Tamen quia plerisq; non virtus
sed infirmitas videtur sine ratione simplicitas: vt tu ve
ram suscipias admoneris, id est, vt exequaris industria
munus naturæ. Et ideo ait: ¶Q uicunq; receperit pue-
rum istum i nomine meo, me recipit: & qui me recipit,
recipit eum qui me misit.) Q ui enim imitatorẽ Chri-
sti recipit, Christum recipit: & qui imaginem dei rece-
perit, recipit deum. Sed quia imaginem dei nõ poteras-
mus videre, facta est ad nos per incarnationem verbi
præsentia, vt recõciliaretur nobis quæ supra nos est di-
uinitas. Q uod autem propenso studio charitatis Ioã-
nes plurimum diligens, & ideo redamatus plurimum,
C excludendum putat a beneficio eum qui nõ vtatur ob-
sequio, recte non reprehẽditur, sed docetur. Nõ reprehẽ-
ditur, quia amore faciebat: sed docetur vt nouerit infir-
morum esse firmorumq; distantiam. Et ideo domin⁹
etsi fortiores remunerat, tamen non excludit infirmos.
» ¶Sinite eos, & nolite prohibere. Q ui enĩ nõ est aduer-
» sum vos, pro vobis est.) Bene domine, nam & Ioseph
& Nicodemus occulti discipuli propter metum, in tẽ-
pore tamẽ suum tibi officium nõ negarunt. Sed tamẽ
quia alibi dixisti: Q ui non est mecũ, aduersum me est,
& qui mecum non colligit, dispergit: aperi nobis ne vi-
deatur esse contrarium. Et puto quia si quis mentium
consideret scrutatorem, dubitare non debeat vniuer-
cuiusq; factum mente discerni. Deniq; alii dicit: Seque
re me. alii, Vulpes foueas habent. Ille cogitur, iste re-
mouetur: vt scias quia deuotus admittitur, indeuotus
excluditur. Q uod vero discipulos increpauit quia ignẽ
supra eos descendere cupiebãt qui non receperãt Chri-
stum, ostẽditur nobis nõ semper in eos qui peccauerint
vindicandum, quia nonnũquam amplius prodest de-
mentia tibi ad patiẽtiã, lapso ad correctionẽ. Deniq; Sa
maritani citius crediderũt, a quib⁹ hoc loco ignis arcef.
Simul disce qa recipi noluit ab iis ꝙs sciebat nõ simplici
mẽte cõuersos. nã si voluisset, ex ideo deuotis deuotos feci-
sset. Cur autẽ non receperint eum, Euangelista ipse me-
morauit, dicẽs: Q uia facies eius erat euntis in Hieru- D
salem. Discipuli autẽ recipi intra Samariã gestiebant,
sed dominus quos dignatur, vocat: & quẽ vult religio-
sum facit. Nec discipuli peccãt, qui legẽ sequũtur. Scie-
bant enim & Phinees reputatum ad iustitiam quia sa-
crilegos interemerat: & ad preces Heliæ ignem descen
disse de cælo, vt ꝓphetæ vindicaretur iniuria. Sed vin-
dicetur qui timet, vindictam nõ quærit qui non timet.
Simul ostenditur nobis in apostolis fuisse merita pro-
phetarum, quãdo eandem sibi potestatẽ quã Prophe-
ta magnus emeruit, impetrandi iure præsumũt. Et be-
ne præsumunt, quia ad sermonem suũ ignis de cęlo de-
scenderet, quoniam filii sunt tonitrui. Dñs autem mire
omnia, nec illũ temere se offerentẽ recipit, nec in hos in-
deuote dãm refutãtes propriũ cõmouetur, vt ostẽderet
quia non habet vltionis studiũ perfecta virtus: nec vlla
sit iracundia vbi plenitudo est charitatis: nec excluden
da infirmitas, sed iuuanda. Procul a religiosis indigna-
tio, procul a magnanimis cupiditas vltionis, pcul etiã
a prudentibus inconsiderata cõiunctio, & incauta sim-
plicitas. Vnde et isti dicitur: Vulpes foueas habẽt. nec
obsequium eius admittitur, cuius nõ probatur officiũ.
Circũspectũ etenim fidei esse debet hospitium, ne dum
infidelibus nostræ domus interna reseramus, in alienę E
perfidiæ casses improuida credulitate labamur. Sed ne
illud improuide præteriisse videamur, cur hic eos qui
possunt per manus impositionem immundis impe-
rare spiritibus in nomine IESV, neget esse prohibẽ-
dos: secundum Matthæum autem dicat his, Non Matth.7
noui vos, discedite a me omnes operarii iniq̃tatis: ad-
uertere debemus non esse distantiã sensus, sentẽtiarũq;
discordiam, sed illud conferi eo quod nõ solum officii in
clerico, sed etiã virtutis opera requirantur: tãtumq; esse
Christi nomen, vt etiã parũ sanctis opituletur ad præ-
sidium, etsi nõ opituletur ad gratiã. Vnde se nemo ia-
ctare debet, nec purgati hominis sibi gratiam vendica-
re, in quo æterni nominis virtus, nõ aliqua possibilitas
humanæ fragilitatis operata fit. Nõ enim merito tuo
diabol⁹, sed odio sui vincitur. Q uod potest homo, syn-
ceram exhibeat fidẽ, & obseruantiã mandatorum reli-
giosa mente custodiat, ne dicatur ei: Vulpes foueas ha
bent. Fallax quippe animal, & insidiis semper intentũ,
rapinã fraudis exercet. Nihil tutũ, nihil ociosum, nihil
patitur esse securũ, qđ inter ipsa hospitia hoĩm prędam
requirat. Hæreticis autem vulpes comparat. Deniq; F
cum gentes vocet, hæreticos excludit. Vulpes enĩ ple-
num fraudis est animal, foueã parans, & in fouea sem-
per latere desiderãs. Ita sunt hęretici, qui domũ sibi pa-
rare nõ norunt, sed circunscriptionibus suis alios deci-
pere conãtur. Iacob enĩ domum habitat, hæreticus in
fouea est, vt fraudulenta vulpes gallinæ illi Euangeli-
cæ dolum semper intẽdens, de qua scriptum est: Q uo- Mat. 23.
tiens volui congregare filios tuos sicut gallina pullos
suos, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra
deserta. Merito ergo foueas habẽt, quia domũ quam
habuerant, perdiderunt. Hoc animal neq; manſuescit
vnquam. Vnde & apostolus ait: Hæreticum post vnã ad Tit.3.
correptionem deuita. neque vlli vsui est, aut cibo vtile.
Non enim de hoc dixit Christus: Meus cibus est vt fa Ioan.4.
ciam voluntatem patris mei, qui in cælis est. Q uinetiã
eas a fructibus suis relegat, dicens: Capite nobis vulpes Cantic.2.
pusillas exterminantes vineas. hoc est, quæ minorem
vineam, non maiorem exterminẽt. Et ideo Sampson
ad caudas earum faces ligauit, & dimisit in messes alie
nigenarum, eo quod hęretici fructus incendere conan-
tur alienos, latratibus magis sonori, q̃ vocibus expo-
liti*. Q ui enim verbum negat, nec vocem habet. Ad *excitati.
præsens ore liberi, sed in futurũ finem iam vincti cau-
dæ facibus, significantes sui finis incẽdium. Volucres
quoq; cæli, quæ frequẽter ad nequitiæ spiritalis simili-
tudinẽ deriuãtur, velut̃ nidos quosdam struunt in pe-

G floribus improborum: & ideo filius hominis, quia abū
dauit iniquitas, nō habet vbi caput suū reclinet. Et enim
dominātē versutia, cū simplicitati locū nullū fit, nulla po
test in affectibus singulorum diuinitatis esse possessio.
Caput enī Christi deꝰ est: qui vbi mētē probarit inno
xiam, supra ipsam quodāmodo vim suæ maiestatis re
clinat. Quod esse videtur indicio quia profusiore qua
dam gratia bonorum pectoribus inseratur. Itaq; vt ad
uertas deum nō cultus aspernātem esse, sed fraudis: qui
repudiauerat fraudulentum, eligit innocētem, dicens:
» ¶Sequere me.) Sed hoc dicit ei, cuius patrem iam scie
bat mortuum. Illum vtiq; patrem, de quo dictum est:
Obliuiscere domum patris tui. Vide igitur quia dñs
quos miseratur, etiam imprudētes aduocat. Et postulā
ti paternæ veniam sepulturæ respondit: ¶Sine mortui
sepeliant mortuos suos, tu autē vade annuncia regnū
dei.) Itaq; cum religiosum humandi acceperimus offi
cium, quem ad modū hic paterni quoq; funeris sepultu
ra prohibetur, nisi vt intelligas humana posthabenda
diuinis? Bonum studium, sed maius impedimētū. Nā
qui partitur studium, deriuat affectum: qui diuidit cu
ram, differt profectum. Ergo prius obeunda quæ maxi
ma sunt. Nam & apostoli, ne occuparēt studium dispu
tandi, ministros pauperibus ordinarūt. Et ipsis, cum a
domino mitterentur, neminem in via salutare præscri
H ptum est: non quo beneuolētiæ displiceret officium, sed
quo persequēdæ deuotiōis intētio plus placeret. Quo
modo autem mortui sepelire mortuos possunt, nisi ge
minam hic intelligas mortē: vnam naturæ, alterā cul
pæ? Est etiā mors tertia, in qua peccato morimur, deo
viuimus: sicut Christus, qui peccato mortuus est. Qđ
Rom.6. autē mortuus est peccato, mortuus est semel: quod au
tem viuit, viuit deo. Vna est igitur mors, qua copula
corporis & animæ separatur, nō formidabilis, nō timē
da, cum discessio quædam nostri videatur esse, nō pœ
na: non metuenda fortibus, desideranda sapiētibus, mi
Apoca.9. seris expetenda: de qua dictum est: Quærēt homines
mortem, & non inuenient eam. Est & alia, quæ secula
rium affert interitū voluptatū, in qua nō natura, sed de
licta moriuntur. Hanc mortē subimus consepulti in ba
ptismo, & mortui cum Christo ab elemētis huius mūn
di, cum actus patimur prioris oblitia. Hac morte mo
I ri voluit cum prophetaret Balaam, vt deo viueret, &
Num.23. ideo dixit: Moriatur anima mea morte iustorum, &
fiat semen meum vt semen eorum. Est & tertia mors
quando Christus, qui est vita nostra, nescitur. Scire au
tem Christū vita est sempiterna, quæ nunc iustis præ
sto est in vmbra, in futurum autē erit facie ad faciē. Spi
ritus enim ante faciem nostrā Christus dñs, de quo di
Thren.4. xit: In vmbra eius viuemus in gētibus. In vmbra alarū
eius sperauit Dauid, in vmbra eiꝰ cōcupiuit & sedit Ec
clesia. Si tantum dñe IESV confert vmbra tua, quā
tum vtiq; veritas afferet? Quemadmodum viuemꝰ,
Coloss.3. quādo iam nō erimus in vmbra, sed in ipsa vita? Nunc
enī vita nostra abscondita est cum Christo in deo: cum
autē Christus apparuerit vita nostra, tūc & nos, inquit,
cum eo apparebimus in gloria. Dulcis illa vita est, quę
non habet mortē. Hæc enim vita corporis habet mor
tem forte naturæ, quæ plerunq; etiā desideratur. Habet
Ezec.18. etiam ipsa anima plerunq; mortem labe peccati. Ani
ma enim quę peccat, ipsa morietur. Cum autē firmita
te beatitudinis roborata cœperit obnoxia nō esse pecca
to, iam nō erit mortalis, sed vitam carpet æternā. Ad
hanc vitā fratres festinemus, mœsti in seculo, quia pere
grinamur a domino. Qui enim nō peregrinatur a cor
pore, peregrinatur a dño. Multo autē melius dissolui
a corpore, & adhærere deo, vt & nos vnū simꝰ apud oī
potentem deum, & vnigenitum dei filium videamus
per resurrectionis gloriam in naturæ claritatem cæle
stis assumpti, & inuiolabili cōcordia, animorūq; fœde
re sempiterno vnitatē diuturnę pacis imitati, vt cōplea
tur id quod de nobis dei filiꝰ patri orādo promisit, Vt k
& ipsi vnum sint, sicut & nos vnū sumus. Nō ergo pa
terni funeris sepultura prohibetur, sed necessitudini ge
neris diuinæ religionis pietas antefertur. Illud cōsorti
bus relinquitur, hoc mandatur electis. Aut quia sepul
chrum patēs guttur est impiorum, memoria eorū ab
olenda prescribitur, quorū simul cum corpore meritū
occidit: nec reuocatur ab officio patris filius, sed fidelis
a perfidi cōmunione secernitur. Est enim propria quę
dam sepultura iustorū, qualis illa de qua dictū est: Hęc Mat.26.
enim mittēs hoc vnguentum in corpus meum, ad se
peliēdū me fecit. Et ideo qui bona fide i se sepelit Chri
stum, vt cum eo resurgat, diaboli perfidiam in se sepe
lire nō debet. Est & illa prophetica, vt supra sepultura* *als,sepul
malorum quædam ponamus, quæ lector agnoscis, in chra ma
fidelis intelligere non debet: non quo cibus imperetur lorum.
aut potus, sed sacræ oblationis veneranda communio
reueletur. Non ergo interdictum est muneris, sed reli
gionis mysterium, communionem nobis cum gentili
bus mortuis non futuram. Nam cum sacramenta via
uorum sint, non videntur mortui qui habent vitam.

De missione discipulorum ad prædicādum.

ECCE ego mitto vos sicut agnos iter lupos.) CAP.X
Ad septuaginta discipulos dicit hoc, quos «
designauit & misit binos ante faciem suam.) «
Qua ratione binos misit? Quia bina missa
sunt animalia in arcam, hoc est, cū mare fœmina, im L
munda per numerum, sed mundata Ecclesię sacramē
to. Quod cōpletum est oraculo quod sanctus Petrus
accepit dicente sibi spiritu sancto: Quod deus munda Actuū.10
uit, tu ne commune dixeris. Et adūertit dictum esse de
gentilibus, qui corporeę magis generationis successio
nem q̄ spiritalis gratię sequebātur. Hos mūdauit dñs,
& passiōis suę fecit hæreds. Mittens ergo discipulos in
messem suam, quę licet verbo dei insita, tamen culturę
laborem & solicitū munus operarii requirebat, ne aues
cœli sparsa semina dissiparent, ait: Ecce ego mitto vos
sicut agnos inter lupos. Contraria sunt ista sibi anima
lia, vt alia ab aliis deuorentur. Sed bonus pastor lupos
gregi suo timere nō nouit, ideoq; isti discipuli nō in prę
dam, sed ad gratiam dirigūtur. Solicitudo enim pasto
ris boni efficit vt lupi in agnos audere nihil possint.
Mittit ergo agnos inter lupos, vt cōpleret illud: Tūc M
lupi & agni simul pascentur. Et quoniā proxime de vul Esa.66.
pe nobis nō ingratus tractatꝰ euasit, si iudicium vestrū
fidele in figura minusculi animātis expertus sum, prę
sumo quod profunda mysteria quæ luporum specie ve
lantur, studiorum vestrorum possim aperire suffragio.
In specie vulpium hæreticos significari supra expressi
mus, qui promittunt nomine quod Christū sequantur,
sed studio fraudis abiurāt. Hos non suscipit dñs, sed a
suo nido arcet & prohibet. Lupi quid significare videā
tur, debemus aduertere. Bestiæ nempe sunt quæ insi
diātur oulibus, circa pastorales versantur casas, habi
tacula domorū intrare nō audent, somnum canū, absen
tiam aut desidiā pastoris explorāt, ouium guttur inua
dunt vt cito strāgulēt, feri, rapaces, iidemq; natura cor
poris rigidiores, vt se facile nō possint inflectere, impe
tu quodā suo feruntur, & ideo fœpe ludūtur. Tum prę
terea si quem priores hominē viderint, vocē eius qua
dam naturæ vi ferūtur erpere: si autē homo prius eos
viderit, exagitari memorantur. Et ideo cauēdum mihi
est, ne si in hodierno tractatu spiritalium mysteriorum
gratia nō potuerit refulgere, lupi me prius vidisse credā
tur, & soléne vocis extorsisse suffragiū. Nōne lupis istis
hæretici cōparādi sunt, qui insidiātur oulibus Christi,
fremunt circa caulas nocturno magis tēpore q̄ diurno?
Semper enim perfidis nox est, qui lucē Christi scœuæ
nebulis interpretationis obducere, & quātū in ipsis est
fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas, fabula

A tamen Christi intrare nō audent. Et ideo non sanātur,
quia in stabulū suum nō vult eos Christus inducere, in
quo curatus est ille qui de Hierusalem descendens inci
dit in latrones: quē vulneribus alligatis infuso oleo &
vino, imponēs in iumētū suū Samaritanꝰ ille duxit in
stabulū, & sanādum stabulario dereliquit. Nō accipiūt
ergo medicinā qui medicū nō requirūt. Si enim requi
rerēt, nō derogarent. Explorant pastoris absentiam, &
ideo pastores Ecclesiarum vel necare, vel in exiliū age
re cōtēdunt: quia præsentibus pastoribus oues Christi
incursare nō possunt. Spoliare ergo gregē dñi & diripe
re conātur, qui corporea quadā mentis intentione duri
ac rigidi nequāq; solent a suo errore deflectere. Et ideo
ad Tit.3. Apostolus ait: Hæreticum hominē post vnam corre
ptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmo
di est. Hos scripturæ verus interpres Christi illudit, vt
inanes suos in vanum effundāt impetus, & nocere nō
possint. Qui si quē versuta disputationis suæ circumscri
ptione prœuenerint, faciūt obmutescere. Mutus est enī
qui verbum dei nō eadem qua est gloria cōfitetur. Ca
ue ergo ne tibi vocem tollat hæreticus, si prior eum nō
ipse deprehēderis. Serpit enim dum latet eius perfidia.
Si autē cōmēta impietatis eius agnoueris, iacturā piæ
vocis timere nō poteris. Caue igitur versutæ disputa
B tionis venena. animā petunt, guttur inuadūt, vitalib9
vulnus affigunt. Graues sunt morsus hæreticorū, qui
ipsis grauiores & rapaciores bestiis, nullum auaritię fi
nem impietatisq; nouerunt. Necvos moueat quod for
mam prætēdere videtur humanā, etsi foris homo cer
nitur, intus bestia fremit. Et ideo eos lupos esse nō du
bium est, iuxta domini IESV diuinā sententiam, qui
Mat.7. ait: Attēdite vobis a falsis pphetis, qui veniunt ad vos
in vestitu ouiū, intus autē sunt lupi rapaces. ex fructib9
eorum cognoscetis eos. Si quis ergo specie mouetur,
fructum interroget. Audis aliquem facerdotē dici? Ra
pinas eius nō agnoscis. Vestitū ouis habet, facta prædo
nis. Foris ouis, intus lupus est: qui modū non habet
rapinarum, qui tanquā in nocte Scythico membra du
ratus gelu, cruētus ora, circumuolat quęrēs quē deuoret.
Nonne vobis videtur lupus, qui humanæ necis insatu
rabilis crudelitate fidelium morte populorū, rabiem sitā
desiderat explere? Vlulat iste, non tractat, qui negat
vocis autorem, & sacrilego sermone bestiale murmur
C interstrepit, qui nō confitetur dominū IESVM æter
næ præsulē vitæ. Audiimus eius vlulatus, cū in or
bem gladius mitteretur. Dentes asperos, ora tumida
præferebat, & putabat quod vocē omnibus abstulisset,
quam solus amiserat. Et ideo vt hos lupos effugere pos
simus, docet dominus quid sequamur, dicens:

De instructione discipulorum ad cauēdā concupiscē
tiam temporalium.

» NOLITE portare sacculū, neq; peram, neq;
» calceamēta.) Quid sit sacculum nō esse por
tandū, alibi euidēter expressit. Scripsit enim
Matthæus quoniā dixit ad discipulos dñs:
Matt.10. Nolite possidere aurum, neq; argētum. Si prohibemur
aurum possidere: quid eripere, quid auferre conamur?
Si quod habes, donare præciperis, quēadmodum cōge
Roma.2. ris quod possidere prohiberis? Qui prædicas nō furan
dum, furaris? Qui dicis nō mœchandum, mœcharis?
Qui execraris idola, sacrilegium facis? Qui in lege glo
riaris, per prœuaricationē legis deum inhonoras? No
men enim dei per vos blasphematur. Nō sic apostolus
Petrus, qui primū dominicæ executor sententiæ fuit. vt
Actuū.3. ostēderet nō in vacuum dñi effusa mādata, cum posce
retur a paupere vt ei aliquid pecunię largiret, ait: Ar
gētum atq; aurum nō habeo. Ille gloriatur qđ non ha
beat argētum atq; aurum, vobis pudori est minus ad
huc habere q̄ cupitis. Est ergo & pauperies gloriosa, qa
Mat.5. est & beata paupertas, de qua scriptū est: Beati paupe
res spiritu. Tamē nō tā hoc gloriatur Petrus, quod ar D
gētum & aurū nō habeat, q̄ quod seruet dñi mādatum,
qui præcepit: Nolite aurum possidere. Hoc est dicere:
Vides me Christi esse discipulum, & aurū a me requi
ris? Aliud nobis multo preciosius auro donauit, vt in
nomine eius operemur. Itaq; non habeo quod non de
dit, sed quod dedit habeo. In nōe dñi IESV surge &
ambula. Sicut ergo qui horrea vult cōgerendis ædifi
care frumētis, dñicæ sententiæ autoritate reprehēditur
ita qui sacculū vult auro parare cōdendo, næuum repre
hensionis incurrit. Nō peram, nō calceamēta. Vtrumq;
de corio mortui animātis confici solet. nihil autē in no
bis dñs IESVS mortale vult esse. Denique ad Moysē
dicit: Solue calceamētum pedum tuorū, locus enim in Exodi.3.
quo stas, terra sancta est. Mortale igitur atq; terrenum
calceamētū iubetur soluere, cū mitteretur ad populum
liberādum. Huius enī minister muneris timere nihil
debet, nec a suscepto officio mortis periculo retardari.
Ipse enim cum defensionem fratrum, hoc est Iudęorū,
voluntarius recepisset, calumniæ terrore reuocatus est
ab incepto, & fugit ex Ægypto. Et ideo cum dñs affe
ctum eius probasset, cōditionem autē vidisset infirmā,
animi eius mentisq; vestigiū mortalibus vinculis cen
suit exuēdum. Quod si quē mouet qua ratione in Ægy
pto calceati iubētur edere agnum, apostoli autem sine
calceamētis ad prędicādum euāgelium dirigūtur, is cō E
fiderare debet quia i Ægypto positus debet adhuc mor
sus cauere serpētis. Multa enī venena i Ægypto: & qui
in typo paschæ celebrat, patere potest vulnerī, qui autē
minister est veritatis, cui tot venena, nō trepidat. Denię
momordit Paulum vipera in Melita insula, & viden Actuū.28.
tes pendētem de manu eius viperam incolæ loci illius
putabant eum esse moriturū. Sed vbi inoffensum stare
viderunt, deum esse dicebāt, cui venenum nocere nō po
terat. Et vt scias hoc verū esse, ipse dñs ait: ¶Ecce dedi «
vobis potestatē calcādi super serpētes & scorpiones, & «
supra oēs virtutes inimici: & nihil vobis nocebūt.) Nō «
virgas in manu iubētur tollere apostoli. Sic enī Mat
thæus scribēdum putauit. Quid est virga, nisi præferē
dæ potestatis insigne, & vlciscēdi instrumētū doloris?
Ergo humilis dñi (in humilitate etenī iudiciū eius sub
latum est) humilis inquā domini præceptum, discipuli
eius humilitatis officiis exequuntur. Eos enim misit
ad seminādam fidem, qui non cogerēt, sed docerēt: nec
vim potestatis exercerent, sed doctrinā humilitatis at
tollerēt. Quo loco humilitati putauit etiā patientiam
copulandam, quia ipse quoq;, iuxta testimoniū Petri, F
cum maledīceretur, nō remaledixit: cum percutertur, 1.Pet.2.
nō repcussit. Hoc est ergo dicere: Imitatores mei esto
te, vltionis studia deponite, insolētiam verberātiū non
iniuriæ relatione, sed magnanimitate patiētiæ suppor
tate. Nemo in se debet quod in alio reprehendit imita
ri: grauiora cōtumacibus mansuetudo vulnera refert.
Hoc pugno repercussit dominus verberantē, dicendo:
Qui te percutit in maxillam, præbe illi & alterā. Fit enī Mat.5.
vt iudicio suo ipse se dānet, & quodam stimulo sui cō
pungatur affectus, qui relatā sibi sedulitatem pro iniu
ria quā fecit, aduerterit. Habet tamen quos & cum vir
ga apostolos miserit, sicut Paulus testificatur dicens:
Quid vultis? In virga veniam ad vos? an in charitate 1.Cor.4.
& spiritu māsuetudinis? Hāc virgam etiam & Timo
theo dedit Apostolus dicens: Argue, obsecra, increpa. 2.Tim.4.
Aut fortasse ante passionē dñi, quæ nutātium popula
rum corda firmauit, necessaria sola fuerit māsuetudo,
post passionem correptio? Certe mulceat dñs, increpet
Paulus: suadeat, qui potest pectora etiā dura mollire:
arguat, qui nō potest vniuersa suadere. Virgam igitur
Paulus ex doctrina legis assumpserat. Legerat enim:
Qui parcit baculo, odit filium suum. Legerat etiā qui a Prou.13.
agnum manducātes, baculū in manib9 habere præce Exod.12.
pto ppherico iubebātur. Et ideo dñs in veteri testamē

Psal.88. to ait: Visitabo in virga iniquitates eorum. In nouo au-
Ioan.18. tem seipsum obtulit, vt ignosceret vniuersis, dicés: Si
G me quæritis, sinite hos abire. Et alibi habes quia cum
apostoli ignē de cælo petere vellent, vt cōsumeret Sa-
maritanos, qui IESVM dominū intra ciuitatē suā
recipere noluerūt, cōuersus increpauit illos, & ait: Nescitis
cuius spiritus estis. Filius enim hois nō venit animas
hominū perdere, sed saluas facere. Perfectiores ergo si-
ne virga diriguntur, infirmiores cum baculo mādūcāt.
Sed & Paulus virgā quidē minatur, sed in spiritu mā-
suetudinis visitat delinquētes. Deniq; vt scias mitē esse
doctorem, eorū ipsorum quos arguit, consulit volutatē.
Quid vultis? inquit. In virga veniā ad vos? an in cha-
ritate & spiritu māsuetudinis? Semel virgam dixit, bis
mitiora subiecit, adiiciés māsuetudinē charitati. Prius
tamē minatus est virgā, sed exhibuit mansuetudinem.
2.Cor.1. Nā in secunda epistola ad eosdem Corinthios scribens
ait: Testem deum invoco in animā meā, quod parcens
vobis nōveni Corinthum. Audi qua ratione putauerit
2.Corin.2 esse parcēdū. Ne iterū, inquit, in trīstitia veniré ad vos.
Abiecit virgam, & affectum charitatis assumpsit.

De prohibitione salutationis in via.

" NET neminem salutaueritis in via.) Fortasse
H quibusdam hoc durū & superbū, nec māsue-
ti & humilis dāi præcepto cōuenire videat̄,
quod ille qui etiā accubitionis loco præcepit
esse cedēdū, hoc loco mādet discipulis: Neminē salutā-
ueritis in via. cum iste cōmunis sit vsus gratiæ. Sic in-
feriores superiorū sibi fauorē cōciliare cōsueuerūt. Gēti-
les quoq; cum Christianis habent huiusmodi officiorū
cōmercia. quomodo dīs hunc vsum humanitatis auel-
lit? Sed cōsidera nō hoc esse solum, Neminem salutā-
ueritis, sed non frustra aditum: In via. Deniq; & Heli-
3.Reg.4. sæus cum mitteret seruum suū vt baculum eius pone-
ret supra corpus pueruli defuncti, mādauit ei ne per viā
aliquē salutaret. Festinato enim iubebat ad eū cōtēde-
re, vt celebrandæ resurrectionis exequeretur officiū, ne
cōfabulatione alicui⁹ obuii mādato reflecteretur a mu-
nere. Ergo & hic nō salutationis officiū ac fedultas au-
fert̄, sed obstaculū impediēdæ deuotionis aboletur, vt
qñ diuina mādātur, paulisper sequestrētur hūana. Pul-
chra est salutatio, sed eo pulchrior, q̄ p̄ceptorū maturior
executio diuinorū, quę per morā sæpe trahit offensam.
Ideo autē & honesta prohibentur, ne solēnis gratia ob-
repat officii, & impediat ministeriū, cuius mora culpa
als, illud sit. Iam illa moralia, ne de domo ad domum quis va-
virtus. ga facilitate demigret, vt seruemus etiā hospitali in a-
more cōstātiā, nec coalitā amicitiæ necessitudinem fa-
cile resoluamus, vt pacis præferamus nūciū, vt ipse pri-
mus ingressus pacis benedictione celebretur, cibo po-
tuq; oblato oportere nos esse cōtentos: vexilla fidei nō
premenda, & regni cælestis Euangeliū prædicandum,
excutiendū de pedibus puluerem, si quis recipiēdos ci-
uitatis hospitio non putauerit.

De cōdemnatione cōtēptorum Euāgelii, humiliūq;
cōmendatione, & legis ignarorum confutatione.

DOCET etiam grauiori pœnæ obnoxios fo-
re qui Euāgelium non sequendum, q̄ qui le-
gem iudicauerint esse soluēdā, eo quod Ty-
rus & Sidon si tanta operationū cælestium
vidissent miracula, nō despexissent remedium pœnitē-
tiæ. Istam quoq; vel affluētiā vel insolētiam secularem
neq; cælesti muneri cōparandam, neq; rursus sine reme
dio derelinqui, cum vnicuiq; sit subsidiū pœnitēdi. Po-
stremo aperit cæleste mysterium, quod placuerit deo
vt paruulis magis q̄ prudentibus istius mūdi suā gra-
tiam reuelaret. Quod Apostolus Paulus stylo plenio-
re digessit dicés: Nōne stultam fecit deus sapiētiā hui⁹
mundi? Nam quoniā in dei sapientia nō cognouit hic
mundus per sapientiā deum, placuit deo per stultitiam
prædicationis saluos facere credentes. Paruulum ergo
accipiamus, qui se exaltare nō nouerit, & phaleratis ser
monib⁹ artē suæ iactare prudētiæ: quod philosophi ple
riq; faciunt. Paruul⁹ erat qui dixit: Dñe nō exaltaui cor Psal.130.
meum, neq; elati sunt oculi mei, neq; ingressus sum in
magnis, neq; in mirabilibus super me. Et vt scires paru-
ulum hunc nō ętate, nō sensu fuisse, sed humilitate sui,
& quadā declinatione iactantiæ, addidit: Sed exaltaui
animā meā. Vides q̄ excelsus fuerit hic paruulus, quā-
to virtutum sublimis vertice? Tales nos paruulos vult
esse Apostolus cum dicit: Si quis videtur sapiens esse 1.Cori.3.
inter vos in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapiē-
tia enim huius mūdi stultitia est apud deum. Pulcher-
rimus connectitur de fide locus, quādo oia sibi tradita
dicit a patre suo. Cum omnia legis, omnipotētē agno-
scis: nō decolorem, nō degenerē patris. Cum tradita le-
gis, filium cōfiteris, cui per naturam omnia vnius sub-
stātie iure sunt propria, nō dono collata per gratiā. Ad-
didit: ¶ Nemo scit quis est filius, nisi pater: & quis est pa-
ter, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.) Quē locū
in iis quos de fide scripsi libellis, meminī nō esse prēteri-
tum. Vt scias autē quia sicut filius patrē quibus vult
reuelat, etiā pater reuelat quibus vult filiū, audi dicen-
tem ipsum dīm IESVM cum laudaret Petrum qđ Mat.16.
eum filium dei esse cōfessus sit: Beat⁹ es Simon bar Io-
na, quia nō caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus
qui in cælis est. Adhæret his lectio, qua exponuntur hi
qui sibi legisperiti videtur: qui verba legis tenēt, vim le
gis ignorant, & ex ipso primo legis capitulo docet esse
legis ignaros, probās quod in principio statim lex & pa- L
trem & filium prædicauerit: incarnationis quoq; dīcæ
annunciauerit sacramentum, dicés: ¶ Diliges dīm deū
tuum, & diliges pximū tuū sicut teipsum.) Vnde dīs
ait ad legisperitū: ¶ Hoc fac, & viues.) At ille qui nesci-
ret proximū suum, quia nō credebat in Christū, respon-
dit: ¶ Quis est meus pximus?) Ita qui Christū nescit,
nescit & legem. Quomodo enim potest scire legē, cum
veritatem ignoret, cum lex annunciet veritatem?

De homine descēdente ex Hierusalem in Hiericho,
& incidente in latrones.

" HOMO quidam ex Hierusalē descēdebat in
Hiericho.) Vt eum locū qui propositus est
nobis, planius possimus absoluere, veterē ci
uitatis Hiericho repetamus historiā. Me-
minimus itaque quod Hiericho, sicut legimus in li-
bro qui īscribitur Iesu Naue, magna ciuitas fuerit, mu-
ralibus septa parietibus, quæ nō ferro peruia, non arieti
posset esse penetrabilis: in ea Rhaab habitasse meretri- M
cem, quę exploratores quos direxit Iesus, hospitio rece-
pit, cōsilio instruxit, postulātibus ciuibus abisse respon-
dit. Abscōdit in tecto, & vt se suosq; vrbis excidio pos-
set eripere, coccū in fenestra ligauit. Vrbis autē ipsius
inexpugnabiles muros septem tubarum sacerdotaliū
sono, & populi iubilantis vlulatu cōsono corruisse. Vi-
dete quēadmodū vnusquisq; proprium seruet officium:
exploratores excubias, mysteriū meretrix, fidē victor,
religionem sacerdos. Hi periculum pro laude non me-
tuunt, illa susceptos nec in periculis prodit. Iste solicit⁹
fidem magis seruare q̄ vincere, meretricis prius man-
dat salutē, q̄ excidiū ciuitatis. Religionis autē insignia
arma sunt sacerdotis. Iam illud quis nō plenum putet
esse miraculi, quod ex tota vrbe nemo seruatus est, ni-
si quē meretrix liberauit? Hæc simplicis historia veri-
tatis est: quæ si altius cōsideretur, admirāda signat my
steria. Hiericho enī figura istius mūdi est: in quā de pa-
radiso, hoc est, de Hierusalē illa cælesti eiectus Adam,
prævaricationis prolapsione descēdit: hoc est, de vitali-
bus ad inferna demigrās, cui nō loci, sed morum mu-
tatio naturæ suæ fecit exiliū. Lōge enī mutatus ab illo

A Adam, qui īnoffensa beatitudine fruebatur: vbi in secu
laria peccata deflexit, incidit in latrones. In quos nō in-
cidisset, nisi his mādati cælestis deuius se fecisset obno-
xium. Qui sunt isti latrones, nisi angeli noctis atq; te-
nebrarū, qui se nōnunq; trāsfigurāt in angelos lucis, sed
perseuerare nō possunt? Hi ante despoliāt quæ accepi-
mus indumēta gratię spiritalis, & sic vulnera inferre cō
sueuerunt. Nā si intemerata quæ sumpsimus indumē-
ta seruemus, plagas latronū sentire nō possumus. Ca-
ue ergo ne ante nuderis, sicut Adam ante nudatus est,
mandati cælestis custodia destitutus, & exut⁹ fidei ve-
stimento, & sic letale vulnus accepit. In quo omne ge-
nus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descē-
dens, vulnera eius acerba curasset. Non mediocris iste
Samaritanus, qui eum quē sacerdos, quem leuita de-
spexerat, non etiam ipse despexit. Nec vocabulo sectæ
despicias, quem verbi interpretatione miraris. Sama-
ritani etenim vocabulo custos significatur. Hoc habet
B interpretatio. Quis est custos, nisi ille de quo dictū est:
Psal.114. Custodiens paruulos dīn⁹? Itaq; sicut Iudæus alius in
litera, alius in spiritu: ita Samaritanus alius foris, alius
Ioan.3. in occulto. Hic ergo Samaritanus descendens (Quis
est qui descēdit de cælo, nisi qui ascēdit in cælū, filius hois
qui est in cælo?) videns semiuiuum, quē nemo poterat
ante curare, sicut illā quę fluxu sanguinis profluens, in
medicos erogauerat omne patrimoniū suū: venit secus
eum: hoc est, factus cōpassionis nostræ susceptione fini-
timus, & misericordiæ collatione vicinus. ¶ Et alliga-
uit vulnera eius, infundēs oleum & vinū.) Multa me-
dicamina medicus habet iste, quibus sanare cōsueuit.
Sermo eius medicamētū est. Alius eius sermo cōstrin
git vulnera, alius oleo fouet, alius vinum infundit. Cō-
stringit vulnera austeriore præcepto, fouet remissione
peccati, sicut vino cōpungit denunciatione iudicii. ¶ Et
impositum, inquit, in iumētū suū.) Audi quomodo te i-
ponat. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet, &
pastor imposuit ouem lassam super humeros suos. Ho
mo enim iumentis similis factus est: & ideo supra iu-
C mētū suū nos imposuit, ne nos essemus sicut equus &
mulus, vt per nostri corporis assumptionē infirmitates
nostræ carnis aboleret. Deniq; duxit nos in stabulū, qui
eramus iumēta. Est autē stabulū, in qđ fessi lōgo itine-
Psal.112. re succedere solent. Duxit itaq; in stabulum dīn⁹, qui sus
citat a terra inopē, & de stercore erigit pauperem. ¶ Et
curam egit.) Ne æger ea quæ acceperat, nequaq̄ præ-
Esaiæ.1. cepta seruaret. In quo agnouit asina præsepe dīi sui.
Sed non vacabat Samaritano huic diu in terris dege-
re, redeūdū eo erat vnde descenderat. Itaq; Altero die.)
Quis est iste alter dies, nisi forte ille dīcæ resurrectio-
Psal.117. nis, de quo dictum est: Hic est dies quem fecit dominus?
¶ Protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Cu
rā illius habe.) Qui sunt isti duo denarii, nisi forte duo
testamēta, quæ imaginē in se habent æterni regis ex-
pressam, quorū precio vulnera nostra curātur? Redem
pti enim sumus precioso sanguine, vt vltimę mortis vl-
cera vitaremus. Hos ergo duos denarios, licet horum
quoq; librorum quatuor formas nō absurdū sit intellige
Philip.3. re, accipit stabularius. Quis? Ille forsitā qui ait: Aestī-
mo vt stercora, vt Christū lucrifaciam. quo curā habe-
ret hoīs vulnerati. Stabulari⁹ itaq; ille est qui dixit: Mi
Marc.16 sit me Christus euāgelizare. Stabularii sunt illi quib⁹
dicitur: Ite in orbē vniuersum: & prædicate Euangeliū
vniuersæ creaturæ, & qui crediderit & baptizatus fue-
rit, hic saluus erit. Saluus vtiq; a morte, saluus a vulne-
re quod infixum est a latronibus. Beat⁹ ille stabulari⁹,
qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille cui dicit
dīn⁹: ¶ Quodcūq; supererogaueris, reuertēs reddā tibi.)
Bonus dispēsator, qui etiam supererogat. Bonus dispē
sator Paulus, cuius sermones & Epistolæ veluti ei ra-
tioni quā acceperat, superfluunt. Moderatū dīi mēda-
tum prope immoderato labore mētis & corporis exe-
cutus, vt multos ab ægritudine grauī spiritalis alloquii D
dispēsatione releuaret. Bonus ergo stabularius stabuli
eius in quo agnouit asina præsepe dīi sui, & in quo gre
ges clauduntur agnorū, ne fremētibus ad caulas rapa-
cibus lupis, facilis in ouilia sit incursus. Spondet ergo
mercedē se redditurū. Quādo reuerteris dñe, nisi in die
iudicii? Nam licet vbiq; sis semper, & stās in medio no
strum nō cernaris a nobis, erit tamen tempus quo vni-
uersa caro te aspiciat reuertentem. Reddes ergo qđ de-
bes. Beati quib⁹ es debitor: vtinā nos simus idonei de-
bitores: vtinā quod accepimus, possimus exoluere, nec
nos aut sacerdotii aut ministerii mun⁹ extollat. Quo-
modo reddes dñe IESV? Promisisti quidem in cæ-
lo bonis copiosam esse mercedē. Reddes tamē & cū di
ces: Euge bone serue & fidelis, qm̄ sup pauca fidelis fui Mat.25.
sti, super multa te cōstituam. intra in gaudium domi-
ni tui. Ergo quoniā nemo magis proximus, q̄ qui vul-
nera nostra curauit, diligamus eum quasi dominū, di-
ligamus & quasi proximum. Nihil enī tam proximū,
q̄ caput membris. Diligamus etiam eum qui imitator
est Christi: diligamus & eū qui inopiæ alterius corpo-
ris vnitate cōpatitur. Non enim cognatio facit proxi-
mum, sed misericordia, quia misericordia secūdum na-
turam. Nihil enim tam secundum naturam, q̄ iuuare
consortem naturæ. Dictum est igitur de misericordia,
sed non vna est forma virtutis.

De exemplo Marthæ & Marię, per quas duæ vitæ
designantur.

" SVBIICITVR Marthæ exēplo & Ma B
riæ, alterius operibus actuosa deuotio, alte-
rius religiosa mētis intentio dei verbo: quæ
si cū fide cōgruat, etiā ipsis operibus anteferē
tur, iuxta qđ scriptū est: ¶ Maria optimā partē sibi ele-
git, quæ nō auferetur illi.) Studeamus igitur & nos ha
bere qđ nemo nobis possit auferre: nō vt pfunctoria, sed
diligēs audiētia deferatur. Solēt enī etiā ipsius semina
verbi cælestis auferri, si secus viā sint seminata. Agat
te sicut Mariā desiderii sapiētiæ. Hoc enim mai⁹, hoc
perfectius opus. nec ministerii cura a cognitione verbi
cælestis auertat, nec arguas eos & ociosos iudices q̄s
videas studere sapiētiæ. Hanc enī sibi cohabitātem Sa
lomon ille pacificus adsciuit. Nec Martha tī in bono F
ministerio reprehēditur: sed Maria, quod meliorē par-
tem sibi elegerit, antefertur. IESVS enim multis abū-
undat, & multa largitur. Et ideo sapientior iudicatur,
quæ qđ principale aduertit, elegit. Deniq; apostoli opti
mum nō putauerunt relinquere dei verbū, & ministra-
re mēsis. sed vtriq; munus sapiētiæ est. Nā & Stepha- Actuū.6.
nus plenus sapientia, minister electus: & ideo qui minī
strat, doctori deferat, & ministrantē doctor inuitet &
prouocet. Vnū enim corpus Ecclesiæ, et diuersa mem 1.Cor.12.
bra, alterū altero eget. Nō potest dicere oculus manui,
Operā tuā nō desidero. aut iterū caput pedib⁹: aut au-
ricula se negare esse de corpore. nā & si alia principalia,
tamen alia necessaria. Sapiētia in capite, actus in mani
bus. Oculi enim sapientis in capite eius. Quia ille ve- Eccls.2.
re sapit, cuius animus in Christo est, & cuius interior
oculus erigitur ad superna. Et ideo sapiētis oculi in ca-
pite ipsius, stulti autem in calcaneo.

De exemplo discipulos ad instantiam & frequentiā
orationis inducente.

" QVIS vestrum habens amicum, ibit ad illū CAP.
media nocte, & dicet illi: Amice, commoda XI.
mihi tres panes?) Alius præcepti locus est,
vt oībus mōtis nō solū dieb⁹, sed etiā no-
ctib⁹ oratio deferatur. Vides enī qđ iste q̄ media nocte
prexit, tres panes ab amico suo postulās, & in ipsa petē
di intētione perfistēs, nō defraudetur oratis. * Qui sunt *orans.
isti tres panes, nisi mysterii cælestis alimētū? Q đ si di-

Gligas dominū deum tuum, nō solū tibi, sed etiā aliis poteris emereri. Quis autē amiciorē nobis, q̄ qui pro nobis corpus suū tradidit? Petiit ab hoc media nocte panes Dauid, petiit & accepit. Petiit enī quando dicebat
Psal. 118. Media nocte surgebā ad cōfitēdū tibi. Ideo meruit hos panes, quos apposuit nobis edendos. Petiit cum dicit:
Psalm. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meū. Neq; enī timuit ne excitaret dormiētē, quē scit semper vibrare vigilantē. Et ideo scriptorum memores, noctibus ac diebus orationi insistātes, peccatis nostris veniam postulemus. Nā si ille tā sanctus, & qui regni erat necessitatib⁹ occupatus, septies in die laudē dño dicebat, matutinis & vespertinis sacrificiis semper intētus: quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mētis fragilitate delinquimus, vt de via lassis, & istius æui cursu, ac vitæ huius anfractu grauiter fatigatis, panis refectiōis deesse nō possit, qui hominis cor cōfirmet? Nec solum media nocte dñs, sed oīb⁹ prope docet vigilādum esse momētis. Venit enim & vespertina, & secunda, & tertia vigilia, & pulsare cōsueuit. Beati itaq; serui illi quos cū venerit dñs, inuenerit vigilantes. Si ergo desideras vt virtus dei precingat se, & ministret tibi, vigilādū est semper. Multæ enī insidiæ sunt bonis, & grauis corporis somnus: cui si dormire mens cœperit, vigorem suæ virtutis amittit. Excita igitur somnum tuū, vt pulses ostium Christi. Q̄d aperiri sibi etiā Paulus exposcit, nō solum suis, sed etiā po-
H puli orationibus obsecrans se iuuari, vt aperiatur ostiū sibi ad loquēdū mysterium Christi. Et fortasse illud est
Apoc. 4. ostiū quod apertū vidit Ioānes. Vidit enī, & dixit: Post hæc vidi, & ecce ostium apertū in cælo: & vox prima quā audiui tanq̄ tubā loquentem mecū, & dicētē: Ascēde huc, & ostendā tibi quæ oportet fieri. Apertū est igitur ostium Ioānī, apertū est ostium Paulo, vt nobis panes, quos ederem⁹, acciperet. Perseuerauit enim ostiū pulsans opportune, importune, vt gētes mundani tramitis labore vexatas, alimoniæ cælestis vbertate recrearet. Ergo præceptiuus locus frequēter orandi, spes
ratio. impetrādi, oratio persuadendi: prius in præcepto, post in exemplo. Qui enim p̄mittit aliquid, spem debet afferre promissi, vt monitis obedientia deferatur, promissis fides, quæ humanæ cōtēplatione pietatis in maius æternæ spem pietatis acquirit, si tamen æqua poscant, ne in peccatū vertatur oratio. Nec erubuit aliquid sepius postulare, ne vel diffidere de dñi misericordia videretur, vel arrogāter dolere quod nō prima prece aliquid
I impetrauerit. Propter hoc, inquit, ter dominū rogaui.
1. Cor. 12. & ostendit quod frequēter deus ideo nō cōcedat oratus, quod inutilia iudicet quæ nos profutura credamus.

De argumentis quibus IESVS cogitationes pharisæorum falsas esse conuincit.

» MNE regnum in seipsum diuisum, desola-
» bitur.) Causa dicti huius ea est, q̄d in Beelzebub p̄cipe dæmoniorum eicere dæmonia dicebatur, vt ostenderet regnum suū indiuiduum esse, atq; perpetuū. Meritoq; etiam Pilato respō
Ioan. 18. dit: Regnū meū nō est de hoc mundo. Et ideo qui nō in Christo spem gerūt, sed in p̄cipe dæmoniorū eiici dæmones opinātur, eos regni negat esse perpetui. Quod spectat ad populū Iudæorum, qui huiuscemodi passionibus ad dæmoniū eiiciēdū, dæmonis arcessat auxilium. Nā quemadmodū potest, cum fides scindatur, regnum manere indiuisum? Et enim cū in lege sit populus Iudæorum, Christus quoq; secūdum carnē ex lege generatus sit, quomodo regnū potest Iudeorū esse perpetuū, q̄d ex lege est, cum populus ipse diuidat legē, q̄a legis populo IESVS negatur, qui ex lege debetur? Ita ex parte se fides Iudaicæ plebis impugnat, impugnādo diuiditur, diuidendo dissoluitur. Et ideo regnū Ecclesiæ manebit in æternū, quia indiuidua fides cor-
pus est vnum. Vnus enim dñs, vna fides, vnū bāptisma, vnus deus & pater omnium: qui super omnes, & per oēs, & in omnibus. Q̄nta hic sacrilegi furoris amentia, vt cum dei filius ad immundos spiritus cōterēdos, & ad manubias mundani principis auferendas susceperit carnē, & destruendæ nequitiæ spiritalis hoībus quoq; dederit potestatem, diuidēs spolia eius, quod insigne est triumphātis, aliqui sibi adiumētum & præsidia diabolicæ potestatis adsciscant, cum in digito dei, vel certe secundū Matthæum, in spiritu dei dæmones excludātur? Vnde intelligitur indiuiduum quoddā velut corpus esse diuinitatis & regnū, cum Christ⁹ dei dextera sit, spiritus autē digiti specie velut vnius secundū diuinitatem corporis seriem videatur exprimere. Nōne videtur indiuiduum esse regnū, cum velut corpus sit indiuisum? Habitat enim (vt legisti) corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo. Q̄d vtiq; & de patre negare nō poteris, & de spū negare nō debes: nec tibi mēbrorum cōparatione nostrorum portio quædam videatur faciendæ virtutis. Indiuiduæ enim rei nō potest esse diuisio. & ideo ad formā vnitatis, nō ad distinctionem potestatis referenda digiti nuncupatio est, cum dextera dei dicat: Ego & pater vnum sumus. Sed licet indiuidua diuinitas*, distincta psona est, digitus tamen cū dicitur, spiritus operatoria virtus significatur, quod diuinorum operū sicut pater & filius, ita & spiritus sanct⁹ operator sit. Dauid enim dicit: Quoniā videbo cælos opera digitorum tuorum. Et in XXXII. psalmo: Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Paulus ait:
1. Cor. 12. Hæc autē omnia operatur vnus atq; idem spiritus, dividens singulis prout vult. Et hic cum dicit, ¶ Quod si in spiritu dei ego eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum dei:) Simul ostēdit imperialem quādā esse sanctū spiritus potestatē, in quo regnum est dei. Nos quoq; in quib⁹ habitat spiritus, regalē domū habemus. Vnde & in posterioribus dixit: Regnū dei intra vos est. Et ideo diuinitatis, & dominationis, & imperatoriæ maiestatis consortē debemus æstimare spiritū sanctum, quia dñs est spiritus. Vbi autē spiritus dñi, ibi li-
2. Cor. 3. bertas. ¶ Cū immūdus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærēs requiē, & nō inuenīēs.) Hoc de Iudeorū plebe dictū ambigi non pōt, quā dñs a regno suo i superiorib⁹ segregauit. Vñ oēs q̄p hæreticos & schismaticos a regno dei, & ab eccl'ia intellige separatos. Et ideo nō dei, sed immūdi spūs oēs schismatū hereticorūq; liquido claret esse cōuētus. Itaq; in vno homine totius Iudaici populi cōparatio est, a quo per legē spiritus immundus exierat. Sed quia in nationibus & gētibus per fidem Christi requiē reperire nō potuit (immundis enim spiritib⁹? Christus incēdium est, qui i pectoribus gentilium, quæ ante arida erāt, postea per baptismum rore spiritussancti humescebāt, iacula aduersarii ignita restinxerat) ideo regressus ad plebē est Iudæorū, quæ forensi & perfunctoria specie cōpta, animo manet interiore pollutior. Neq; enī sacri fontis irriguo aut abluebat aut restinguebat ardorē: meritoq; ad eam spūs redibat īmūdus, adducens secū septē spirit⁹ negores se, qm̄ in hebdomada legis & octauę mysteriū sacrilega mēte cōmisit. Itaq; vt nobis multiplicatur septiformis spūs gratia, ita illis imūdorū spirituū oīs cumulatē iniuria. Vniuersitas enī hoc numero aliq̄tiens cōprehēditur, ppter q̄d septimo die conclusis mūdi operibus requieuit deus. Ideo & sterilis septē peperit, & populosa in filiis infirmata est. Deniq; vt scias Synagogę populū deformari, vbi Ecclesiæ beatitudo laudatur, subiecit:

De increpatione generatiōis nequā, signū quærētis.

GENERATIO hęc generatio nequam est, signum quærit, & signū nō dabitur ei, nisi signum Ionæ. Nā sicut Ionas fuit signum Niniuitis, ita erit & filius hominis.) In hoc q̄p

A Iudæorum plebe damnata, Ecclesiæ mysterium euidēter exprimitur, quę in Niniuitis per pœnitētiā, & in regina Austri per studium percipiendæ sapientiæ de totius orbis finib⁹ cōgregatur, vt pacifici Salomonis verba cognoscat. Regina plane, cuius regnum est indiuisum, de diuersis & distātibus populis in vnum corpus
Ephes. 5. assurgēs. Itaq; sacramentū illud magnum est de Christo & Ecclesia, sed tamen hoc maius est, quia illud in figura ante præcessit, nunc autē plenum in veritate mysterium est. Illic enim Salomonis typus, hic autē Christus in suo corpore est. Ex duobus igitur constat Ecclesia, vt aut peccare nefcias, aut peccare desinas. Pœnitētia enim delictum abolet, sapientia cauet. Hoc in mysterio. Cæterum Ionæ signum vt typus dominicæ passionis fit, ita etiam grauiū, quæ Iudei cōmiserint, testificatio peccatorum est. Simul aduertere licet & maiestatis oraculum, & pietatis indicium. Nāq; Niniuitarum exemplo & denunciatur supplicium, & remediū demonstratur. Vnde etiam Iudæi debēt nō desperare indulgentiam, si velint agere pœnitentiam.

De similitudine qua ad ostēsionē fidei adhortamur.

» NEMO lucernam accendit, & in abscondito
» ponit, neq; sub modio, sed super cādelabrum vt qui ingrediuntur, lumen videant.) Ergo
B quia in superioribus Ecclesiā Synagogæ prætulit, hortatur nos vt fidem potius nostrā ad ecclesiam transferamus. Lucerna enim fides est, iuxta quod scriptum est:
Psal. 118. Lucerna pedibus meis verbū tuum domine. Verbum enim dei fides nostra est, verbū dei lux est, lu-
Ioan. 1. cerna est fides. Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientē in hunc mūdum. Lucerna autē lucere non potest, nisi aliunde lumen acceperit. Hæc est lucerna quæ accēditur, virtus scilicet nostræ mētis & sensus, vt drachma illa possit quę perierat reperiri. Nemo ergo fidē sub lege cōstituat. Lex enī intra mēsurā est, vltra mēsurā gratia. Lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideo nemo fidē suā intra mensurā legis includat, sed ad Ecclesiam conferat, in qua septiformis spiritus relucet gratia, quā princeps ille sacerdotum fulgore superuę diuinitatis illuminat, ne eam legis vmbra restinguat. Deniq; lucerna illa quam matutinis vespertinisq; tēporibus ritu veteri Iudæorum priceps sacerdotum solebat accēdere, velut sub modio sita legis euanuit: & ciuitas illa Hierusalem, quæ in terris est, quæ occidit prophetas, quasi in cōualle fletus posita delitescit: illa autē Hierusalem quæ in cælo est, in qua militat fides nostra, in illo altissimo omniū locata mōte, hoc est in Christo, Ecclesia non potest tenebris & ruinis huius mundi abscōdi, sed fulgens candore Solis æterni, luce nos gratię spiC ritalis illuminat.

De redargutione interioris immūditiæ, multorūq; vitiorum pharisæorum & legisperitorum.

» NVNC vos pharisęi prius quod deforis est ca-
» licis & catini, mundatis.) Vides corpora nostra terrenorum & fragilium expressione signari, quę breui lapsu præcipitata franganē: & facile ea quæ mēs voluit interna, per sensus & gesta corporis prodi: sicut illa quæ calix interius continet, foris lucent. Vnde & in posterioribus nō dubium est vocabulo calicis passionem corporis declarari, cum dicit
Ioan. 18. dominus: Calicem quē mihi pater dedit, non vis vt bibam illum? Bibit enim corpus suum, qui corporalē fragilitatem spiritali absorbet affectu, & quasi in mentem animumq; transfundit, vt interioribus interiorum imbecillitas hauriatur. Cernis igitur quod nos nō exteriora huius calicis aut catini, sed interiora cōtaminant. Et ideo quasi bonus præceptor docuit quēadmodum nostri mūdare corporis cōtagium debeamus, dicēs: ¶ Date eleemosynam, & ecce omnia mūda sunt vobis.) Vi-
des quanta remedia? Mundat nos misericordia, mundat nos dei sermo, iuxta quod scriptū est: Iam vos mūdi estis propter sermonem meū, quem locutus sum vobis. Nec hoc loco solum, sed etiam in aliis quanta gratia sit, expressum tenes. Eleemosyna enim a mortalibe
Tob. 12. rat. &, Cōclude eleemosynam in corde pauperis, & hęc
Eccls. 29. pro te exorabit in die malo. Totus itaq; pulcherrimus ab hinc dirigitur locus, vt quoniā nos ad studium simplicitatis inuitat, superflua Iudeorū & terrena cōdēnet, qui secundū corpus intelligendo quæ legis sunt, vitro & catino propter fragilitatem sui nō immerito cōparātur, & ea de quibus nobis nullus est vsus, obseruant: ea autē in quibus nostræ spei fructus est, negligūt: & ideo peccatum grāde cōmittunt, dum meliora despiciunt: & tamē ipsis peccati abolitio promittitur, si misericordia consequatur. Breuiter autē vitia eorum multa perstringit, qui vilium fructuum decimis cōferendis omne studium intēdant suum, nec vllum futuri iudicii metum, nec aliquam dei habeāt charitatem, cum opera sine fide vana sint. Prætereunt enim iudicium & charitatē dei. Iudicium ideo, quia non omnia quæ agūt, in iudicium referunt. Charitatē ideo, quia non ex affectu deum diligunt. Sed ne rursus fidei nos studiosos faciat operum negligētes, perfectionē fidelis viri breui sermone cōcludit, vt & fide & operibus approbetur, dicens: ¶ Hæc oportuit facere, & illa nō omittere.) Arrogātiam quoq; iactantiāq; redarguit Iudæorū, dum primatus accubitionis in cōuiuiis appetunt. In ipsos quoq; peritos legis damnationis sententia promulgatur: ¶ Væ vobis, qui estis vt monumēta.) Q̄ui quasi sepulchra, quæ nō apparent, specie fallunt, visuq; decipiunt: vt cum foris speciosa promittant, intus plena fœtoris includant. Quod
E faciunt pleriq; doctores, qui ab aliis exigunt quę ipsi nō queant æmulari. Et ideo ipsi monumēta sunt, sicut & alibi dictum est: Sepulchrum patēs est guttur eorum.
Psal. 5. Bonus etiā locus aduersus superstitionem vanissimā Iudæorum: ¶ Væ vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum.) quia ædificando sepulchra prophetarum, patrum suorum facta damnabant. Æmulando autem paterna scelera, in seipsos sententiam retorquebāt. Etenim propheticorū ædificatione tumulorū sceleris eos qui occiderant arguebāt, & similium æmulatione factorum se quoq; declarabāt paternæ iniquitatis hæredes. Non igitur ædificatio, sed æmulatio loco criminis æstimatur. Neq; enī possunt hæreditariæ iniquitatis absolui, qui dei filiū crucifigēdo, quod grauius est, paternis cumulū sceleribus addiderunt. Et ideo bene alibi addidit: Implete mensurā patrum vestrorum, quia nihil est vltra dei iniuriam grauius peccare quod possint. Propterea mittit ad illos Sapientia apostolos & prophetas. Q̄uis est sapiētia, nisi Christus? Deniq;
F in Matthæo habes: Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes. Arguuntur adhuc sub nomine Iudæorū, & futuro supplicio statuūtur obnoxii, quia cum doctrinam sibi diuinæ cognitionis vsurpent, alios impediant, nec ipsi quod profitentur agnoscant.

De exemplo quo & timor mortis excluditur, & fides roboratur.

CAP. XII.

» ONNE quinq; passeres veneunt dipon-
» dio? Et vnus ex illis non est in obliuione coram deo. Sed & capilli capitis vestri omnes
» numerati sunt. Nolite timere, multis passeribus pluris estis.) Pulcherrimū locū tenēdæ simplicitatis, & æmulandæ fidei saluator intexuit, ne Iudaicæ perfidiæ more alia promamus affectu, alia voce simulemus, cum vltimo tempore occulta cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, secretū nostræ mentis apertura videantur. Q̄uæ enim maior est simplicitatis illecebra, q̄ vt vnusquisq; cognoscat latebram fraudis esse nō posse? Sed quoniam gemina est causa

G perfidię, quia aut ex inolita malitia, aut ex accidẽti metu nascẽ: ne qs metu territus potestatis, deũ quẽ corde cognoscit, negare cogat, pulchre addidit aiæ tantũ formidabile esse suppliciũ, pœnã corporis nõ esse metuendã. Mors enĩ naturæ suus, nõ pœnæ est. Et ideo mortẽ supplicii corporalis esse defectum, pœnã vero animę esse perpetuã: eoq; deum solum esse metuẽdum: cuius potestati non natura præscribat, sed eadem natura subiaceat. Mortẽ vero nõ esse terribilem, quam locupletiore fœnore sit immortalitas redẽptura. Inspirauerat dominus simplicitatis affectum, virtutẽ mentis erexerat, fidẽs sola nutabat, bene eam devilioribus roborauit. Nã si deus oblionem passerum nõ habet, hominum habere q potest? Q d si tãta est dei etiã æterna maiestas, vt vnus ex passeribus, aut nostrorum numerus capillorum præter scientiam dei non sit, q̃ indignum est æstimare quod fidelium corda dñs aut ignoret aut spernat, qui viliora cognoscat? Fortasse dicat aliqs, Quomodo
2.Cor.9. Apostolus dixit: Nunquid de bubus cura est deo? cum vtiq; bos passere precio sior sit? Sed aliud est cura, aliud scientia. Deniq; numerus capillorum non in actu cõputationis, sed in facilitate cognitionis accipitur. Non enĩ solicitam deus curæ numerantis intendit excubiã, sed cui cognita sunt omnia, quasi numerata sunt oĩa. Bene tamen numerati dicimtur, quia illa quæ volumus seruare, numeramus. Possumus tamẽ hic discutere aliqd
H intelligẽtiæ spiritalis arcanum, præsertim cum hoc videatur absurdũ, vt homines nõ poti? hominibus q̃ passeribus cõparentur. Videtur enim quinq; isti passeres, quinq; esse corporis sensus, tactus, odoratus, gustus, visus, auditus: qui modo passerum, si terrenarũ sordium rimentur illuuiem, atq; ex incultis locis & fœtidis cibũ quærãt, delictorum suorũ laqueis occupati, ad superiorum operum fructus quibus epulantur animi, reuolare non possunt. Est enim lenocinantis quidã laqueus voluptatis, qui nostrorum vestigiis animorũ quædã vincula subnectat, vt si igneum vigorẽ, puritatemq; naturæ, terrenæ materiæ sensus hebetauerit, luxurię precio secularis addictum, sub quadã vitiorum auctione cõstituat. Sunt etiã quædam nostrorum nundinæ delictorum. Itaq; variarum capti illecebris voluptatũ, aut venundamur sub pctõ, aut redimimur a peccato. Christus nos redimit, aduersarius vẽdit: ille auctionatur ad mortem, hic redimit ad salutem. Vnde bene Matthæus duos passeres posuit, corpus animãq; significans: quoniam caro quoq;, si cõsentiens dei legi, & exuens se lege
I peccati, in naturã animæ sensuũ puritate transierit, alis ad cælum spiritalibus eleuatur. Itaq; docemur quia vocandi nobis gratiã natura dedit, voluptas abstulit, quæ malorum escis grauat animã, atq; in naturã corporeæ molis inclinat. Meritoq; posuit quia nemo illorum cadit sine voluntate dei. Quod enim cadit, vergit in terrã: & quod volat, fastigio immortalitatis euehitur. Ne cui autẽ dubium esset quod Matthæus dixit, Lucas euidenter absoluit: quia voluntas dei, cognitio dei. Nõ enĩ quisquã voluntate dei cadit, sed qui delictorum suorum mole ruerit, deum latere nõ poterit. Nam & Iob ex dei voluntate tentatur. Dedit tibi aduersarium, sed proposuit præmium. Nec excuses fragilitatẽ, qui habes imaginem, accepisti munitionem: vnde & hoc proficit ad salutem, vt sine permissione dei diabolum nocere non posse cognoscas, ne potentiam diaboli magis timeas,
Psal.123. q̃ diuinitatis offensam. Iam illud non dubium est, animæ passerem comparari, cum legeris: Anima nostra
Psal.10. sicut passer erepta est de laqueo venantium. Et alibi: Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montẽ
Psal.101. sicut passer? Ipsum quoq; hominem legimus comparari passeri, quia scriptũ est: Ego autem quasi passer vnicus in ædificio, scilicet ex duobus passeribus in vnũ passerem: hoc est, spiritalis substantiæ subtilitatem concordans, vtriusq; alæ compage formatus. Ergo passer bonus est, cui voladi natura suppeditat. Est etiam malus K
passer, qui volandi vsum terrenę vitio labis abolcuerit: quales sunt isti passeres, qui dipondio veneunt. Alibi asse veneunt, alibi dipondio. Quãta vilitas delictorũ? Mors enim vilis, sed preciosa virtus. Etenim aduersarius tanquã captiua mãcipia vilioris precio æstimationis addicit. At vero dominus tanquã speciosa seruitia, quæ ad imaginem & similitudinẽ sui fecit, idoneus sui operis æstimator, magno precio nos redemit, sicut sanctus Apostolus dixit: Empti enim estis precio ma- 1.Cor.9.
gno. Et bene magno, quod nõ æstimatur ære, sed sanguine: quia pro nobis mortuus est Christ?, qui precioso nos sanguine liberauit: sicut etiam sanct? Petrus in 1.Pet.1.
Epistola commemorat sua, scribẽs ad nos: Quia non corruptibilibus argento & auro, inquit, redempti estis de vana vestra cõuersatione paternę traditiõis, sed precioso sanguine quasi agni incõtaminati & immaculati Christi IESV. Et bene precioso, quia immaculati corporis sanguis est, quia sanguis est vnici filii dei, qui non solum de maledicto legis, sed etiã de impietatis morte perpetua nos redemit. In summa igitur hic sensus est: Si dñs vilibus auibus & infidelibus hominibus vel in oriundo sole, vel in terrena fœcunditate prospexit, si misericordiæ suæ omnibus munus impartit, haud esse dubitandum contemplationem apud illũ fidelium valiturã esse meritorũ. Preclare autẽ & fidẽ acuẽdo itexuit, & si dei ipsi virtutũ fundamẽta subiecit. Nã vt fortitudinis incẽtiuum est fides, ita fidei firmamentũ est fortitudo. L

De irremissibilitate blasphemiæ in spiritũ sanctum.

IT omnis qui dicit verbũ in filiũ hois, remit- «
tetur ei: in spiritum autẽ sanctum qui dixe- «
rit, nõ remittetur ei.) Vtiq; filium hominis «
Christum intelligimus, qui de spiritu sancto generatus & ex virgine est, quod parens eius in terris sola fit virgo. Nunquid ergo maior est spiritus sanctus Christo, vt in Christum peccantes veniam consequantur, in spiritum sanctum delinquẽtes remissionẽ nõ mereãtur adipisci? Sed vbi vnitas potestatis est, nulla comparationis est quæstio, neq; cõtrouersia magnitudinis, cũ magnus sit dominus, & magnitudinis eius finis esse non possit. Si igitur, quod credimus, vnitas trinitatis est, indiscreta vtiq; magnitudo, sicut indiscreta operatio. Quod in sequentibus demõstratur. Nam cum alibi dictum sit: Pater vobis dat quid loquamini, hic subiecit: ¶ Spiritus enĩ sanct? docebit vos in illa hora quæ oporteat dicere.) Ergo si operatio vna est, vna est & cõtumelia. Sed ad proposita reuertamur. Hic videtur quibusdam vt eũdem & filiũ hominis & spiritũ sanctum Christũ intelligamus: salua distinctione personarum, & vnitate substãtiæ, quia vnus & deus & homo Christus, idem spiritus, sicut scriptum est: Spirit? M
ante faciem nostrã Christus dominus. Idem sanctus, quia sicut deus pater & fili? dñs, dñs pater & fili? deus, ita etiam & pater sanctus, & fili? sanctus & spiritus sanctus. Deniq; Cherubim & Seraphim indefessis vocib? clamant: Sanctus sanctus sanctus. vt trinitas repetita tertia appellatione signetur. Si ergo vtrumq; Christus est, quæ est diuersitas, nisi vt sciamus quia diuinitatem Christi nobis negare nõ liceat? Denique in persecutione quid quæritur, nisi vt dominum Christũ negemus? Itaq; quicunque non confitetur in Christo deum, & ex deo atque in deo Christum, veniam non merebitur. Sed etiam quicunque non confitetur Christum in carne venisse, ex deo non est. Qui enim hominem negauit, deum negauit: quia deus in homine, & homo in deo Christus. Plerique tamen illud tenent, vt eam blasphemiã dicant non esse veniabilem, si quis Christum dicat in Beelzebub eicere dæmonia, non potestate diuina.

A De responsione domini ad postulationem cuiusdã, qua auaritia abolenda docetur.

» IT ait quidam de turba: Magister, dic fratri
» meo vt diuidat mecũ hæreditatem. At ille
» dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem
» aut diuisorẽ supra vos?) Totus hic locus ad subeundã pro confessione domini passionẽ, aut contemptu mortis, aut spe præmii, aut mansuri denunciatione supplicii, cui nunq; venia laxetur, instruẽ. Et quoniam auaritia plerunq; solet tẽtare virtutẽ, etiam huius abolendæ & præceptum subiicitur, & exemplũ, dicente domino: Quis me constituit iudicẽ aut diuisorem supra vos? Bene terrena declinat, qui propter diuina desecẽderat: nec iudex esse dignatur litiũ, & arbiter facultatum, vitiorum habens mortuorũq; iudicium, arbitriũq; meritorũ. Non ergo quid petas, sed a quo postules, intuendum est, nec maioribus intento animo putes minoribꝰ obstrepẽdum. Vnde nõ immerito refutatur hic frater, qui dispensatorẽ cęlestiũ gestiebat corruptibilibus occupare, cum inter fratres patrimoniũ non iudex medius, sed pietas debeat sequestra diuidere: q̃q; immortalitatis patrimonium nõ pecunię sit hominibus expetendum. Frustra enim congregat opes, qui se bis nescit vsurum,
» ¶ Hominis cuiusdã diuitis vberes fructus possessio at-
» tulit &c.) Sicut ille qui cũ repleta horrea nouis messib?
rumperentur, exuberantiũ sibi fructuũ receptacula preB parabat, cui congregaret ignarus. Remanent enim in seculo cuncta quæ seculi sunt, & pereunt nobis quæcũq; congregãtur hęredibus. Neq; enim nostra sunt, quę nõ possumus auferre nobiscum. Sola virtus comes est defunctorum, sola nos sequitur misericordia, quæ cęlestiũ dux præuia mansionũ, pecuniæ vilis vsura tabernacula defunctis acquirit æterna, sicut domini præcepta testantur, dicẽtis ad nos: Facite vobis amicos de iniquo mãmona, qui vos recipiant in æterna tabernacula sua. Bonum itaq; ac salutare præceptũ, & idoneũ quod vel auaros possit animare quo studeant corruptibilia perẽnibus, terrena mutare diuinis. Sed quoniã plerunq; deuotio fidei infirmitate reuocatur, & ad conferẽdum patrimonium prõpti, victus sui confideratione retrahuntur, ideo addidit dominus dicens:

De prohibitione solicitudinis de victu & vestitu.

» NOLITE soliciti esse animę quid manduce-
» tis, neq; corpori qd vestiamini. Anima plus
» est q̃ esca, & corpus quàm vestimentũ.) Nihil enim moralius ad faciẽdam fidẽ, omnia credentibus a deo posse conferri, q̃ quod aerius ille spiritus vitale collegium animæ corporisq; contubernio fœC deratum sine nostro labore perpetuat, nec salutaris deficit vsus alimenti, nisi cũ venerit dies suprema moriendi. Cum igitur anima indumẽto corporis vestiatur, & vigore animæ corpus animetur, absurdum est vt victus nobis copiam defuturam putemus, qui viuendi iu
» gem substantiam consequamur. ¶ Considerate, inquit,
» volatilia cęli.) Magnũ sane & aptum quod fide sequamur exemplum. Nam si volatilibus cæli, quibus nullũ exercitiũ cultionis, nullus de messium fœcũditate prouentus est, indeficientem tamen prouidẽtia diuina largitur alimoniã: verum est causam inopiæ nostræ auaritiã iudicare.* Et enim illis idcirco inelaborati pabuli *videri.
vsus exuberat, quod fructus sibi cõmunes ad escam datos, speciali quodam nesciunt vẽdicare dominatu: nos communia amisimus, cum propria vendicamus. nam nec propriũ quicquam est vbi perpetuum nihil est: nec certa copia, vbi incertus euentus. Cur eui diuitias tuas æstimes, cum tibi deus etiam victum cum cæteris animantibus voluerit esse communẽ? Aues cæli speciale sibi nihil vendicant, & ideo pabulis indigere nesciunt,
» quia non norunt aliis inuidere. ¶ Considerate lilia agri
quomodo crescunt. Et infra: Si autem fœnum quod ho « D
die in agro est, & cras in clibanum mittitur, deus sic ve- «
stit.) Bonus quidem sermo atq; moralis, quod ad fidẽ «
nos diuinæ misericordiæ conferẽdæ, vel iuxta literam, quia ad statutam corporis nostri, vel spiritaliter, quia supra mensuram staturę nostrę sine dei fauore nihil valemus adiũgere, comparatione nos floris & fœni sermo dominicus prouocauit. Quid enim tã morale ad persuasionem, q̃ cum videas quod etiã quæ sunt irrationabilia, sic dei prospicientia vestiuntur, vt nullo vsu vel ad gratiã egeãt, vel adornatũ: multo magis credas rationabilem hominẽ, si omnẽ sui vsum in deo collocet; nec studio nutandi violet fidem, nunq; egere posse, eo quod iure presumpserit de fauore diuino? Sed tamẽ vt etiam altius ista pandamus, quia nõ ociosum videtur q̃d flos vel homini confertur, vel certe plus pene q̃ hominibus in Salomone præfertur, qui tantũ meruit vt vel in speE cie templi deo conderet, vel in mysterio Christi ecclesiam figuraret: Non alienũ videtur vt per claritatẽ coloris, angelorũ cælestiũ gloriam putemus expressam: qui vere mũdi istius flores sunt, quod eorũ claritatibus mundus ornatur, & bonum odorẽ sanctificationis aspirant. Quorum præsidio fulti possumus dicere: Bonus 2.Cor.2.
odor Christi sumus deo in iis qui salui fiũt, qui nulla solicitudine præpediti, nullo vsu laboris exerciti, diuinæ in se liberalitatis gratiã, & cælestis seruãt dona naturæ. Vnde bene & hic vestitus gloria sua Salomon, & alibi coopertus ostenditur, quod infirmitatẽ corporeæ naF turæ veluti virtute quadam mentis adopertam operũ gloria vestiebat. Angeli vero, quorum natura diuinior expers manet iniurię corporalis, recte licet maximo viro, consideratione tamẽ inuriæ præferũtur. Ergo quoniam per resurrectionẽ erũt homines sicut angeli in cælis, nos quoq; exemplo angelorũ gloriæ cælestis augmentũ domin?, qui & eã illis tribuit, sperare præcepit, quo absorbeatur hoc mortale a vita. Oportet enim 1.Cor.15.
corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Pleriq; etiã comparationem hanc secundũ naturam floris & vsum putant propositi germinis aptiorẽ, eo quod lilia nullius annui vsus cultum requirant, nec sicut erga prouentũ fructuũ cæterorum, ita etiã erga generationẽ istius floris, solicitis in orbem redeat labor actus agricolis. Quibuslibet enim ficcitatibus agri omne illud quod alitur in florem, quadam virtute genitali ex sese atq; in se succi semper manẽtis animatur. ita cum foliorum puberum caulem videas aruisse, floris tamen natura viuescit. Absconditur enim viriditas, nõ amittitur. Ast vbi vernis fuerit prouocata blãditiis, indumẽtum germinis, comam floris, lilii sui resumit ornatus. Quem locũ nunc, quoniã alibi F
vberius tractatum esse reminiscimur, perstrinxisse satis est, ne in eadẽ fit recursus. Illud delectat aduertere, quia nõ in asperitatibus montiũ, incultisq; syluarũ lilia, sed in ortorũ amœnitate generãtur. Sũt enim orti quidam diuersarũ pomiferi virtutũ, iuxta quod scriptũ est: Ortus conclusus soror mea sponsa, ortus cõclusus, fons Cant.4.
signatus. eo quod vbi integritas, vbi castitas, vbi religio, vbi fida secretorum silẽtia, vbi claritas angelorum est, illic cõfessorum violę, lilia virginũ, rosæ martyrum sunt. Nec incongruum quisquã putet quod angelis lilia comparentur, cum lilium se Christus ipse memoraCant.2.
uerit, dicens: Ego flos campi, & lilium conuallium. Et bene lilium Christus, quia vbi martyrũ sanguis, ibi Christus, qui est flos sublimis, immaculat?, innoxius, in quo non spinarum offendat asperitas, sed gratia circumfusa clareſcat. Sunt enim spinæ rosarũ, quia tormẽta sunt martyrum. Non habet spinas inoffensa diuinitas, quæ tormenta non sensit. Ergo si lilia vel angeli supra hominum gloriã vestiuntur: nec in nobis misericordiam dei desperare debemus, quibus per resurrectionis gratiã dñs similẽ angelis speciẽ polliceẽ. Quo loco etiã

G illam videtur perstringere quæstionē, quam etiā Apo
stolus non omisit, quia gentes huius mundi quærunt
quomodo resurgāt mortui, et quali corpore veniāt. Nā
» cum dicat, Quærite regnū dei, & hæc omnia adiicien=
» tur vobis: nec ad pręsens, nec in reliquū fidelibus ostē=
dit gratiam defuturā, si modo qui diuina desiderāt, ter=
rena nō quęrāt. Indecorū quippe est homines curare de
cibo, qui militāt de regno. Nouit rex quēadmodū fami
Psal. 54. liam suā pascat, alat, vestiat: & ideo dixit: Iacta in dn̄m
» cogitatū tuū, & ipse te enutriet. ¶Ignē veni mittere in
» terrā, & quid volo nisi vt accendatur? Baptisma habeo
» baptizari, & quomodo angor vsq; dum perficiatur?

De vigilantia & negligentia seruorum.

» BEATI serui illi, quos cū venerit domin⁹ in=
» uenerit vigilantes.) In superioribus vigila=
re nos voluit, per omnia expectantes momē
ta domini saluatoris aduentū, ne dū aliquis
remittit & negligit, de die in diem opera sua differens:
iudicii futuri die, vel propria morte pręuētus meritum
suæ cōmēdationis amittat. Et illa quidē in omnes pręe=
cepti forma generalis: ¶Qd si dixerit seruus ille in cor=
de suo, morā facit dn̄s me⁹ venire &c̄.) Verū series se=
quentis exempli dispensatoribus, hoc est, sacerdotibus
videtur esse proposita, quo sciant sibi graué in futurum
pœnam esse subeundā, si secularibus intenti deliciis, fa=
miliam dn̄i plebemq; cōmissam sibi gubernare negle=
xerint. ¶Ille autem seruus qui cognouit volūtatem dn̄i
H sui, & non preparauit &c̄.) Sed quia exiguus est profe=
ctus, & parua meritorū gratia, supplicii metu ab errore
reuocari, maiorq; prærogatiua charitatis & amoris: eo
dn̄s ad promerendā sui gratiā studia nostra acuit, & ac=
quirendæ cupiditatē diuinitatis inflāmat dicēs: ¶Ignē
veni mittere in terrā.) Non vtiq; illū ignē consumpto=
rem bonorum, sed bonæ voluntatis autorem: qui au=
rea dominicę domus vasa meliorat, fœnum vero cōsu=
mit & stipulā, ac secularia omnia mundi voluptate con
creta, peritureque opus carnis exurit, ignis ille diuinus
qui flammigerabat in ossibus prophetarū, sicut sanctus
Hiere. 20. Hieremias dicit: Quia factus est sicut ignis ardens, flā
migerans in ossibus meis. Est enī ignis domini, de quo
Psal. 49. dictum est: Ignis ante eū ardebit. Est & idem dominus
ignis, sicut & ipse dixit: Ego sum ignis ardēs, & nō con
sumēs. Ignis enim dn̄i, lumen æternum est. Quo igne
illæ accenduntur lucernæ, de quibus supra dixit: ¶Sint
I autē lūbi vestri pręcincti, & lucernæ ardentes.) Et ideo
quia nox est dies huius vitę, lucerna est necessaria. Hūc
alias, A= ignē in se etiam Amaus & Cleophas a dn̄o missum
maon. esse testantur dicentes: Nonne cor nostrū ardēs erat in
via cum aperiret nobis scripturas? Euidenter itaq; do=
cuerūt qualis istius ignis sit operatio, qui secreta cordis
illuminat. Et ideo fortasse dn̄s in igne venturus est, vt
resurrectionis tēpore vitia vniuersa consumat, suiq; con
spectu desideria compleat singulorū, meritorūq; & my=
steriorum lumen accendat. Tanta itaq; domini digna=
tio est, vt infundēdę nobis deuotionis, & consummādę
perfectionis in nobis, & maturandę pro nobis studium
passionis sibi inesse testetur: qui cū in se nihil habuerit
quod doleret, nostris tamen angebatur erumnis, & sub
tempore mortis mœstitiam prætēdebat, quam non ex
metu mortis suæ, sed ex mora nostræ redemptionis as
sumpserat, iuxta quod scptū est: ¶Et quomodo angor
vsq; dum perficiatur?) Vtiq; qui vsq; ad perfectionē an=
Matt. 26. gitur, de perfectione securus est. Sed etiā alibi, Tristis,
inquit, est anima mea vsq; ad mortē. Non propter mor
tem, sed vsq; ad mortem tristis est dominus, quia eum
conditio corporalis affectus, non formido mortis offen
dit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire quæ
corporis sunt, vt esuriret, sitiret, angeretur, contristare=
tur. Diuinitas autem cōmutari per hos nescit affectus.
Simul ostendit qd in certamine passionis mors corpo=
ris, absolutio anxietudinis, non coaceruatio sit doloris. K

De spiritali intellectu eius quod dominus dixit se ve
nisse non vt daret pacem, sed separationem.

PVTATIS quod pacem veni dare in ter= «
ram? Non, dico vobis, sed separationē. Erūt «
enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres «
in duos, & duo in tres diuidentur: Pater in fi «
lium, & filius in patrem suū: mater in filiā, et filia in ma «
trem suam: socrus in nurū suam, & nurus in socrū suā.) «
Cum in omnibus fere euangelii locis spiritalis intelle=
ctus operetur, tamen in presenti maxime, ne quem du=
ritia nudæ expositionis offendat, spiritali altitudine sen
sus series temperanda est, pręsertim cū sacrosancta reli=
gio moralib⁹ disciplinis & mitibus pietatis exemplis
etiam fidei exules ad reuerentiā tamē sui clementer in=
uitet, vt præuia fidei disciplina, māsuetudine sui super=
stitionum dura dissoluat, & obnoxias erroribus mētes
cogat etiam fidē credere, quas potuit pietate mulcere.
Etenim cum fidei alta pectoribus non capiuntur infir=
mis, per ea quæ præcepta sunt, ea quæ veneranda sunt
æstimātur, vt iusta de iusto, sancta de sancto, bonorum
suorum bonum testentur autorem. Ergo dominū illū
qui simul diuinitatis reuerentiā, & pietatis gratiam sua L
lege complexus est dicens, Diliges dominū deum tuū, Mat. 22.
& diliges proximum tuum: ita nūc mutatum esse opi=
nabimur, vt abolere necessitudinum nomina, collidere
pietatis affectus, charissimorū pignorum dissidia man
dasse credamus? Et quomodo ipse est pax nostra, qui fe
cit vtraq; vnum? Quomodo ipse dicit: Pacē meam do Ioan. 14.
vobis, pacem meam relinquo vobis: si parentes a filiis,
filios a parētib⁹ dissidio necessitudinis separaturus ad=
uenit? Quomodo maledictus qui nō honorat patrem,
religiosusq deserit? Sed si aduertamus quia prima cau
sa religionis, secūda pietatis est: enodem etiā hanc æsti
mabimus quæstionē. Oportet enim vt diuinis huma=
na posthabeas. Nam si officiū parentibus exhibēdum
est, quanto magis autori parentū, cui gratiā etiam pro
parentibus tuis debes? Aut si illi omnino nō recogno=
scunt parentē, quemadmodū tu recognoscas? Non igi=
tur dicit renunciandū esse pignoribus, sed deum omni=
bus præferendū. Deniq; habes in alio libro: Qui diligit Matt. 10.
patrem aut matrē plus q̄ me, non est me dignus. Nō di
ligere parētes, sed deo præferre prohiberis. Etenim na=
turæ pignora, domini beneficia sunt. Nec quisq̄ debet M
plus amare beneficiū quod accepit, q̄ deum, a quo bene=
ficium seruatur acceptū. Ergo etiam secundū literā pie
intelligentibus expositio religiosa non deest, subest ta=
men quo altius referēdum putemus hunc sensum, quia
addidit: ¶Erūt ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres in
duos, & duo in tres diuidētur.) Qui sunt enī quinq;, cū
sex personarum facta videatur subiectio, patris & filii,
matris & filię, socrus & nurus? q̄q̄ eadem mater quę so
crus accipi possit. Quæ enim mater est filii, socrus eius
vxoris est: vt iuxta literam quoq; numeri non absurda
sit ratio, liquidoq; clareat fidem vinculis nexam non es=
se naturæ, quia licet officio pietatis obnoxii, fide tamen
liberi sunt. Non incongruū quoq; videtur si mystica in=
terpretatione enodemus hūc sensum. Domus vna, ho=
mo vnus est. Vnusquisq; enim domus aut dei est, aut
diaboli. Itaq; domus spiritalis, homo est spiritalis, sicut
habemus in epistola Petri: Et vos tanq̄ lapides viui æ= 1. Pet. 2.
dificemini domus spiritalis, in sacerdotiū sanctum. In
hac ergo domo duo in tres, tres in duos diuiduntur.
Duos legimus frequēter animam & corpus. Quod si
duobus in terra cōuenerit, efficiuntur vtraq; vnum. Et
alibi: Castigo corpus meū, & seruituti redigo. Aliud 1. Cor. 9.
est quod seruit, aliud cui subiicitur. Si duos agnoui=
mus, etiā tres agnoscamus. quod procliue ex illis duo=
bus est intelligere. Tres enī animæ in corpore affectio=
nes sunt, vna rationabilis, alia concupiscibilis, tertia

A irritabilis, hoc est, λογιστικόν, ὀρεκτικόν, ὀργιστικόν. Non
ergo duo in duos, sed duo in tres, & tres in duos diuidē
tur. Etenim per aduentū Christi homo qui erat irratio
nabilis, rationabilis factus est. Ante eramus similes be
stiarū, quę rationē nesciūt. Eram⁹ carnales, eramus ter=
Gen. 3. reni, iuxta dn̄i sententiam: Terra es, & in terrā ibis. Ve=
nit dei filius, misit spiritū suum in corda nostra, facti su=
mus filii spiritales. Possum⁹ etiā dicere quia in hac do
mo sunt alii quinq;, id est, odor, tactus, gustus, visus, au
ditus. Ergo si secūdum ea quæ audimus aut legimus,
separato sensu visus atq; auditus, excludamus supfluas
corporis voluptates quę gustu tactuq; & odore pariun=
tur, duos in tres diuidemus: eo quod mētis habitus vi=
tiorum nō capiatur illecebris, sed æmulatione virtutis
a lenociniis se voluptatis abducat, ne fiat omniū vna cō
sensio, quę precipitet in errorē, sed diuidēdo se separent
desideria cordis, & officia virtutis. Aut si quinq; sēsus
accipimus corporales, vitia iā corporis & peccata se se=
parent. Et fortasse quinq; sunt quos fratres suos ille in
euangelio diues luxuriosus appellat qui cruciari descri=
bitur apud inferos, quibus mādari rogat vt nouerint in
diuitias. hoc seculo delicias abdicādas, vt possint requiem habe
re post seculū studio virtutis. Possunt etiam videri ca=
ro atq; anima ab odore tactu gustuq; luxuriæ separata,
in vna domo se aduersus incursantia vitia diuidētes: ca
B ro & anima subiicientes se dei legi, remouētes se a lege
peccati: quorū licet dissensio per præuaricationē primi
hominis in naturam verterit, vt nequaquā sibi paribus
ad virtutē studiis conuenirēt, tamē per crucem domini
Saluatoris tam inimicitiis q̄ etiā mandatorū lege eua=
Ephe. 2. cuatis, in societatis cōcordiā congruerūt, posteaq̄ Chri=
stus e cælo pax nostra descendens fecit vtraq; vnum, &
mediū parietē maceriæ soluēs inimicitias in carne sua,
legem mandatorū in decretis euacuans, vt duos cōde=
ret in vno homine, faciens pacē, & reconciliaret vtrosq;
in vno corpore deo. Quis est vterq;, nisi vn⁹ interior, al=
ter exterior? Alterū ad animæ spectat vigorē, alterum
in sese pa refertur ad corporis sensum: Quanq̄ inseparabilis affe
rilis. ctus cōspiratione concordēt, cum caro subiecta meliori
salutaribus obedit imperiis: non quo in naturā animæ
materię. subtilitate macerię trāsfusa demigret, sed quia deliciis
abdicatis ab omni defecata labe vitiorū, cælestis cōuer
sationis tramitē obedientiæ affectione gradiatur, iam
non vt antea legi mentis repugnās, sed per legē mentis
& spiritū vitę liberata a lege peccati, vt animę caro fiat
appendix, non iam lena vitiorū, sed æmula quędam &
quasi pedissequa virtutis. Et rursus quādo anima cor=
C poris non conniuet illecebris, nec carnaliū voluptatum
delectatione vincitur, sed mens pura, mūdiq; huius ex=
uta famulatu, sensus corporis in suas illicit & attrahit
voluptates, vt audiendi legēdiq; vsu incrementa virtu=
tis epuletur, atq; interioris succi spiritalibus nescitura fa
mem satietur alimentis. Etenim ratio cibus mētis est,
pręclara quędā alimonia suauitatis, quę mēbra nō one=
ret, neq; in naturę pudēda sed ornamēta conuertat, cum
libidinum volutabrū commutatur in dei templū, diuer
sorūq; vitiorū sacrariū incipit esse virtutū. Quod vtique
tūc sit, cum caro in naturā regressa vigoris sui agnoscit
altricem, atq; ausu deposito cōtumacię, moderantis ani
mæ coniugatur arbitrio, qualis fuit cū inhabitanda pa=
radisi secreta suscepit, anteq̄ veneno pestiferi serpētis in=
fecta sacrilegam famē sciret, diuinorūq; memoriā præ=
ceptorum animæ sensibus inhærentē edacitatis studio
preteriret. Hinc peccatū manasse proditur tanq̄ corpo=
re animaq; genitoribus, dum corporis natura tētatur,
anima male sana compatitur. Quæ si appetētiam cor=
poris refrenasset, in ipso ortu esset extincta origo pecca=
ti, quam velut virili infusam corporis motu male fœ=
ta anima etiam sui vigore corrupto alienis grauis one=
ribus parturiit. Etenim ille valentior & fortior sexus
quodā valido impetu velut virilis fertur affectus, hæc
molliorem q̄ vehementiorē studet tenere rationem. Ex D
his itaq; diuersarū cupiditatū motus inoleuit. Sed vbi
in se anima redit deformis partus pudore conuēta, de=
generes abiurat hęredes, abdicans motus, exosa pecca=
tum. Caro quoq; grauium laborū defœnerata sorte, &
vsura iniuriæ miserabilis fatigata, vbi se cupiditatibus
suis, quas sibi ipsa generauit, tanq̄ sentib⁹ mūdi doluit
esse cōfixam, veterē hominem festinat exuere, vt se sibi
auferat, ne improuidam parentē successio peritura de=
stituat. Rursus cupiditatū irrationabilis motus, quasi
cuiusdam formæ decore fucato, voluptatis lenociniis il
lectans, eam sibi tanq̄ in vsum societatis asciuit. ita ve=
lut quædā corporis atq; animæ nurus voluptas, motui
prauæ cupiditatis innubit. Ergo quādiu māsit in vna
domo conspirātibus vitiis indiuidua inseparabilisq; cō
sensio, nulla videbatur esse diuisio. Vbi vero Christus
ignem quo delicta cordis exureret, vel gladiū qui signi=
ficat exertæ aciem potestatis, quo spiritus medullarūq;
secreta penetrātur, misit in terras: tunc caro atq; anima
regenerationis innouata mysteriis, oblita q̄d erat, inci=
pit esse q̄d nō erat: ac se a veteris vitii, quanuis sibi ante
dilecti, societate secernit, et quasi prodigæ copulā poste
ritatis eliminat, vt diuidantur parentes in filios, dū in=
temperans motus tēperantia corporis abdicatur, & a=
nima declinat consortiū culpæ, nec extrariæ illi & foris E
sumptæ locus remanet voluptati. Filii quoq; in paren=
tes diuidūtur, dum renouati hominis censurā senilem
vitia vetusta declinant, pietatisq; normā voluptas ado
lescentior tanq̄ seriæ domus refugit disciplinam. Non
incongruū quoq; est si putemus quod & isti ideo se di=
uidant, vt meliores fiant parentibus, maxime cū in po=
sterioribus dixerit: Si quis venit ad me, & non odit pa=
trem aut matrē, & filios, & fratres, & sorores, etiā ani=
mam suam, nō potest meus discipulus esse. Et ideo se=
cundum simplicem intelligēdi formam, gentilibus pa=
rentibus qui Christū sequitur filius antefertur. Religio
enim prestat pietatis officiis. Illud quoq; secundū altio=
rem interpretationē, quia de carne peccatum nascitur,
& velut in vtero carnis operatur, de quo ait Apostol⁹:
Si autem quod nolo hoc ago, iam nō ego illud operor, Roma. 7.
sed q̄d habitat in me peccatū. Cū enī p vita mūdi huius
effusus domini sanguis aboleuerit vitia, in gratiam ex
offensione cōuertitur. Superabūdauit enim peccatum,
vt superabundaret gratia: fitq; vt ex peccato orta pœni
tentia ad cōuersionem me propositi, & ad cupiditatem
gratiæ spiritalis impellat. Itaq; quod erat mihi ad mor
tem, hoc erit in salutem. Ergo peccatum irriguo fontis F
ablutum, ab ea vnde generatū est carne secernitur: &
dum vnusquisq; cupit redimere delictum, fit ex serie cul
pæ studium disciplinæ: concupiscētia quoq; rerum ma=
larum, & quidam motus feruidior cupiditatis, dei ver=
bo in appetitum transfunditur diuinæ charitatis & a=
moris, atq; in eadē natura fit varia disciplina, multoque
meliorem q̄ antea voluptatē sibi mysteriorum cælestiū
ille corporis atq; animæ appetit⁹ acquirit. Alitur enim
animus cognitione rerum, & comperta futurorum re=
promissione sublimior anima opera vetusta fastidit.
Animalis enim homo non percipit quæ sunt spiritus 1. Corin. 2.
dei. stultitia enim illi est. Spiritalis autem diiudicat o=
mnia, ipse autem a nemine diiudicatur.

De liberatione ab aduersario in via.

DVM vadis cū aduersario tuo ad magistra= «
tum in via, da operā liberari ab illo, ne forte «
condemnet te apud iudicē, & iudex tradat te «
exactori, & exactor mittat te in carcerē. Di= «
co tibi, nō exies inde, donec etiam nouissimū quadran= «
tem reddas.) Hoc etiam Matthæus posuit, sed ille spe «
cialiter, iste generaliter. Ille enim de reconcilianda pace
dissidentium fratrum dicendum putauit, hic de pœni=
tētia, & omnis emēdatione delicti. Discutiamus igitur

G qui sit aduersarius,qui magistratus,q iudex, qui ve exactor, quid ve putemus esse quadrãtem quem nisi quis exoluerit,mittatur in carcerẽ. Et iuxta Matthæũ quidem aduersarius est,cũ quo miniue tibi in hac vita cõuenisse videatur, qui apud iudicem futurũ viuorũ atq; mortuorũ, manẽtis simultatis te crimine persequatur. Iuxta Lucam autẽ est aduersarius noster ille præcipue qui serit illecebras delictorũ,vt habeat in supplicio participes quos habuit in errore consortes:atq; ideo socios querit ad culpã,vt obnoxios prodat ad pœnã. Quẽ nobis cauendũ Petrus apostolus monet dicẽs: Aduersarius vester diabolus tanq̃ leo rapiens & rugiens quærit
1.Petri. 5 quem deuoret. Est aduersarius noster iuxta Matthæũ, omnis virtutis vsus,& apostolicus & propheticus sermo,qui nos ad asperiora præcepta & durioris vitæ documenta constringit. Cui nos cõsentire conuenit, vt cũ operibus emulemur, ne aliqua nostra cõtumacia ab eo desciuisse prodamur. Iuxta Lucã autẽ nemo nobis magis aduersarius q̃ noster est lapsus,qui nos vitæ nostræ accusat iudiciis:non quod accusationis vllius iudex futurus querat officiũ, sed quod apud omniũ cognitorem noster nos actus accusat,dũ ab vsu virtutis apostolicisq; præceptis munitur alienus. Itaq; aduersarius nobis omnis vitiorum est vsus. Aduersaria nobis libido,aduersaria auaritia, aduersaria omnis improbitas, aduersaria omnis iniqua cogitatio, omnis deniq; mala conscientia, quę nos & hic afficit,& in futuro accusabit & prodet,si-
Rom. 2. cut testatur Apostolus dicẽs: Testimonium reddẽte illis conscientia illorum,& inuicẽ cogitationibus accusantibus,aut etiam excusantibus. Quod si conscientia vnũquemq; prodit,quanto magis gestorũ nostrorum opus ante deum præsto est,quod expressum in nostro corpore vltimo tẽpore recẽsebitur, & secretũ cogitationis scriptum in cordibus nostris legetur? Demus igitur operã vt dum in hoc sumus vitæ curriculo constituti, tanq̃ a malo aduersario, ita ab improbo liberemur actu,ne dũ imus cum aduersario ad magistratum in via,nostrum coudẽnet errorem. Ideo & secundũ Matthæũ,Esto cõsentiens aduersario tuo dum es cũ illo in via. εὐνοῶν autem Græcus dixit,hoc est,benevolus. Si enim dum sumus in hac vita,exoluamus nos a vinculis diaboli,nec ille ppter nos dãnabitur, & nos a vinculis eius erimus alieni. Vnde & pro Assyrio psalm⁹ inscribitur septuagesimusnonus. Bene enim cõsulis aduersario,& p illo Assyrio hoc est vano bene facis si eius laqueis exutus præstes hãc benevolentiã, vt pœnã tui lapsus et mortis euadat. Quod si vinculis eius hereas,tradet te tanquã reum magistratui, id est,accusatõr & ꝓditor. Quis est magistratus, nisi penes quem omnis potestas est, & qui
I pleni & perfecti tẽporis sublimẽ sibi vẽdicat dignitatẽ? Ad quẽ bonorũ operũ fretus conscientia,non timẽs adPsal.41. uersarium,sanctus propheta festinat dicẽs: Sitiuit anima mea ad deũ viuũ,quãdo veniã & apparebo ante faciem dei? Hic enim magistratus tradet reum iudici, ei scilicet cui viuorũ & mortuorum tribuit potestatẽ. Tribuit per naturam, non per gratiã. Non enim quam nõ habebat accepit,sed quã ex substantia patris cum genearetur assumpsit. Hunc magistratũ tibi & iudicẽ monstrat,qui monstrauit & accusatorẽ,& ostẽdit quando sit
Roma. 2. reuelãdus. In die,inquit, qua iudicabit deus occulta hominum secundũ euangelium meũ per IESVM Christum dominũ nostrum. Hic igitur est iudex IESVS Christus,per quẽ omnia occulta redarguũtur, & improbi operis pœna mandatur. Vis scire Christũ esse iudicem,qui exactori tradit,& in carcerẽ mittit? Ipsum in-
Matt.22. terroga,immo ipsum lege in euangelio dicentẽ: Tollite & mittite illũ in tenebras exteriores. Exactores quoque suos ipse mõstrauit alio loco vbi dicit: Sic erit in cõ
Matt.13. summatione seculi: Exibunt angeli,& separabunt malos de medio iustorũ,et mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus, & stridor dentiũ. Superest nunc vt intelli

gamus qd sibi velit figura quadrãtis. Et videtur vsua- k
lis*rei expressum nomine, intellectus spiritalis arcanũ. *vilis.
Nã sicut qui pecuniã soluunt,debitũ reddunt, nec prius euacuatur fœnoris nomẽ, q̃ totius sortis ad nummum vsq; quocunq; solutionis genere quantitas vniuersa soluatur: sic compẽsatione charitatis actuumq; reliquorũ vel satisfactione quacũq; peccati pœna dissolutur. Nõ ociosum etiam quia nõ æra (sicut alibi) duo, nõ assem, non denariũ,sed quadrantẽ hoc posuit loco. Quadrantaria enim permutatio velut quædã est compensatio, cũ aliud redditur, & aliud significatur solutũ. Ita & hic aut precio charitatis redimitur iniuria,aut iniurię æstimatione pœna laxatur. Quadrãtem autem in balneis dari solere reminiscimur, cuius oblatione vt illic vnusquisq; lauãdi accipit facultatem, ita hic accipit eluendi: quia vnusquisq; peccatum supra scriptæ genere conditionis eluitur,cum tamdiu exercetur noxius pœnis,vt commissi supplicia erroris expendat. De Galilæis autem illis quorum sanguinẽ Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum,figura quædã videtur eos tangens qui coactu diabolico non pure offerunt sacrificium, quorum oratio in peccatum,sicut de Iuda scriptum est proditore,qui proditionem sanguinis dominici inter sacrificia ponitur cogitabat.

De parabola arboris fici quid significet. L

ARBOREM fici habebat quidã plãtatam « CAP.
vineæ suæ.) Quid sibi vult quod in euãgelio « XIII.
suo dominus fici parabolam frequẽter inducitẽ? Habes enim alibi,quod iussu domini viriditas omnis huius ligni frondentis aruerit. Vnde intelligimus omniũ creatorem,qui potest imperare naturis vt vel arescant subito,vel viresc̃ant. Alibi ex teneritudine arboris huius & foliis cõmemorat conuici solere ætatis aduentũ,vtroq; significãs & Iudaicę plebis inanem quam prætendebat gloriam velut floré in aduẽtu domini decidisse,qa ab operib⁹ infructuosa durabat:& iudicii diẽ velut ętatis aduentũ,quo adulti fructus terarum omnium recondũtur, ex plenitudine ecclesiæ in quam Iudæi quoq; crediturisunt, metiendum. Etiam hic ergo altioris sensus aliquod quæramus arcanũ. Ficus in vinea est. Erat autẽ vinea domini Sabaoth,quã dedit in rapinã gentium. Itaq; qui vineã suam diripi fecit,hic etiam ficum iussit excidi. Apta autem synagogę arboris istius comparatio est,quia sicut ista arbor foliis redundãs fluentibus spem possessoris sui cassa speratorum prouentuũ expectatione destituit:ita etiam in M
synagoga dum doctores eius operibus infœcundi,ver-
bis tamen velut foliis redundãtibus gloriantur, inanis vmbra legis exuberat, spes autem falsi expectata proueutus,populi vota credẽtis illudit. Est etiam in natura arboris quo magis credas synagogę speciem comparatione huius expressam. Etenim si diligẽter inquiras, discretam ab vsu arborum cæterarum cõsuetudinẽ naturæ huius inuenies. Nanq; aliæ floré ferunt anteq̃ fructum,pomaq; ventura prænũcio sui flore designãt:hæc sola ab initio germinat poma pro floribus. In aliis flos discutitur, & poma nascuntur:in hac poma decidũt, vt poma succedant. Ergo priorailla cassa fructuũ, vice floris emergunt. Ita præcoci quodam nascendi vsu, quæ ordinem naturæ nescìunt,beneficiũ naturæ seruare nõ possunt. Etenim qua se medio trudere de cortice gemma consueuit,ea minutissima quæq; huius generis poma prorumpunt. De quibus legimus in Canticis cantorum: Ficus producit grossos suos. Itaq; cæteris albẽtibus primo vere virgultis,sola ficus proprio nescit flore canescere, eo fortasse quod nullus istis maturior sit vsus in pomis. Nanq; succedentibus aliis hæc quasi degenerantia respuũtur,& arenti infirma radice, renoua-
tis qbus sit succus vtilior exuruntur*. Manẽt tamẽ ali- *exuũtur.
qua perrara, nec decidũt, quibus hic prouẽtus arriserit:

A vt de medio duarum virgarũ clauiculo breui erũpente promergãt, quo geminis tecta prosidiis tanq̃ naturę parentis gremio,succi fotu plenioris inolescãt. Ea clementioris auræ prouocata temperie,& prolixioribus adultiora tẽporibus, vbi syluestrẽ animũ succi prioris exuerint, specie cæteris & maturitatis gratia præferuntur. Specta nunc cultus & animos Iudeorũ,qui quasi primi fructus male feracis synagogæ, grossi labentis similitudine corruerunt,vt mãsura supra ævum nostri generis poma succederent. Etenim primus synagogę populus quasi radice operũ infirmus arentiũ,vbertatem sapientiæ naturalis haurire non potuit. Et ideo velut inutilis decidit fructus,vt quasi ex iisdem clauiculis arboris fructuosæ, de pinguedine religionis antiquæ nouus ecclesiæ populꝰ emergeret. Ergo ille qui erat, esse desiuit, vt inciperet iste q̃ nõ erat. Primi tamẽ ex Israel, quos naturę validioris ramus extulerat,sub vmbra legis & cru-
cis,in vtriusq; sinu,succo gemino colorati, grossi matu-
Mat.19. rescentis exemplo,pulcherrimorũ gratia fructuũ cæteris pręstiterũt,quibꝰ dicitur: Sedebitis super duodecim thronos,iudicãtes duodecim tribus Israel. Nec illud alienum quod Adã atq; Eua primi illi nostri vt generis ita erroris parẽtes,qui huius arboris texere se foliis, paradisi exules esse meruerũt, cum domini deambulãtis presentiam transgressionis suæ conscii declinarẽt, vt significarent futurũ quod vltimis tẽporibus populus Iudæorum sub domini saluatoris aduẽtu, qui eos vocatu rus aduenit, exutũ se virtutibus per diaboli tentamen-
B ta cognoscẽs, & intecta conscientiæ probra formidans, a religione deuius, prętaricatione confusus esset a dño recessurus, verborũ fluentium velut foliorum velaminibus adopertus pudẽda gestorũ. Ergo illi qui folia de ficulnea nõ poma carpserũt,eliminati sunt a dei regno. Erant enim in animã viuentẽ. Venit secũdus Adam, et iam non folia sed poma quærebat. Erat enim in spiritum viuificãtem. In spiritu autẽ fructus virtutis acquiritur,dominus adoratur. Quærebat autem dominus, non quia fructũ ficulneæ deesse nesciret,sed vt ostenderet in figura quia fructũ synagoga iam habere deberet. Deniq; ex sequẽtibus docet nõ se ante tempus venisse, qui per triennium venit. Sic enim habet: ¶ Ecce anni tres sunt ex quo veni quęrens fructum in ficulnea hac, & nõ inuenio. Succide ergo illã. vt quid etiã terrã occupat?) Venit ad Abrahã, venit ad Moysẽ, venit ad Mariã, hoc est, venit in signaculo, venit i lege, venit in corpore. Aduentũ eius ex beneficiis recognoscim⁹. Alibi purificatio,alibi sãctificatio,alibi iustificatio est. Circũcisio purificauit,sanctificauit lex,iustificauit gratia. Vnꝰ in oi-
C bus,& vnũ omnia. Nemo enim mũdari potest,nisi qui metuit dominũ. Nemo legẽ meretur accipere,nisi purificatus a culpa. Nemo accedit ad gratiã, nisi nouerit legem. Ergo populus Iudeorum neq; purificari potuit, quia circumcisionem nõ animi sed corporis habuit: neq; sanctificari,quia virtutem legis ignorauit, qui carnalia magis q̃ spiritalia sequebatur. (lex autem spiritalis est) neq; iustificari, qui delictorũ suorum pœnitentiam non gerebat,& ideo gratiam nesciebat. Merito ergo nullus in synagoga fructus inuẽtus est, & ideo iubetur excidi. Sed bonus cultor,& fortasse ille in quo ecclesiæ fundamentum est,prefagiens alterũ ad gentes,se autẽ ad eos qui ex circumcisione sunt esse mittendũ, religiose ne excidatur interuenit, fretus vocatione sua etiam populũ Iudæorũ per ecclesiã posse saluari:ideoq; dicit: ¶ Dimitte illam & hoc anno, vsq; dum fodiã circa illam, & mittam cophinũ stercoris.) Q̃ cito duritiã Iudæorũ superbiamq; causas esse sterilitatis agnouit. Itaq; nouit excolere,qui nouit vitia deprehendere. Pollicetur dura cordis eorum apostolicis ligonibus esse fodienda, vt lõgo incultu situm mẽtis obductum fermo bisacutus inuertat,& corde prosciso excitet sensum aerio spiramine iã vigentẽ,ne radicem sapiẽtiæ terratũ aceruus obruat &

abscõdat. Cophinũ quoq; stercoris dicit esse mittẽdum. D
Magna profecto vis stercoris, quæ tãta est vt de infœcundis fœcũda,de arentibus virẽtia, de sterilibus faciat fructuosa. In quo sedit Iob cũ tentaretur,& vinci nequiuit. Et Paulus æstimat stercora, vt Christum lucrifa- Phil.3.
ciat. Deniq; cũ ante Iob plurima perdidisset, posteaquã sedit in stercore,non habuit quod ei diabolus posset auferre. Bona ergo terra quæ foditur,bonũ stercus q̃d mittitur. Deniq; dominus de terra suscitat inopẽ, & de ster- Psal.112.
core erigit pauperẽ. Itaq; per intellectus exercitiũ spiritalis, et humilitatis affectũ, etiam Iudęos in euangeliũ Christi cultor ille bonꝰ fore existimat fructuosos. Meminerat enim quia per Aggæũ dñs locutus est: Quoniam quarto & vicesimo noni mẽsis a die quo fundatũ est templũ domini omnipotẽtis, vineã, inquit, & ficus, & malogranata,& ligna oliuæ, quę nõ afferunt fructũ, ex hac die benedicã,quo reuelatur sub ipsum anni vergentis occasum,hoc est,seculi iam senescentis occiduo, sanctũ dei templũ (quod est ecclesia) esse cõdendũ,cuius gratia per sanctificationẽ lauacri,Iudæorũ nationumq; populi fructum suorũ possint habere meritorum. Ergo per naturam arboris,synagogæ species indicatur secundis prouentibus fructuosa. Nos enim ex patrũ semine. Meritoq; Iudæi grossis labẽtibus cõparantur,quod incrassato corde & prædura ceruice ad perennitatem sui peruenire nõ possunt. Qui si moriãtur, & quasi decidãt huic mundo,vt in interiorẽ hominem per lauacri gratiam renascantur,erũt vtiq; fructuosi. Perfidia autẽ hominum pertinacium synagogã inutilem fecit, & ideo E
quasi sterilis iubetur excidi. Quod de Iudæis dictum, omnibus cauendũ arbitror,& nobis maxime,ne fœcũdum ecclesiæ locũ vacui meritis occupemus, qui quasi malogranata benedicti,fructus ferre debem⁹ internos, fructus pudoris, fructus coniunctionis, fructus mutuæ charitatis & amoris,sub vno vtero ecclesiæ matris inclusi,ne aura noceat,ne grando decutiat,ne æstus cupiditatis exurat,ne humoris imber elidat. Nõnulli tamẽ ficum istam per allegoriã non synagogæ sed malitię & improbitatis figuram putant:hi tamẽ in nullo distant, nisi quod pro specie genus eligũt. Id autem cauere sedicunt,quia dominus dixit ad ficum. Nunq̃ ex te fructus nascatur in sempiternũ,cum vtiq; plurimos ex Iudæis credidisse & credituros esse nouerimus. Sed qui credit, nõ synagogę iam fructus est,sed ecclesię,nec ex synagoga nascitur qui renascitur in ecclesia. Sicut enim sunt qui ex nobis exierunt,sed nõ erant ex nobis, (si enim ex nobis essent,nobiscum mãsissent) sic de iis qui ex Iudæis E
credunt dicimus,quia si ex synagoga essent, in synagoga manerẽt:sed propterea exierunt de synagoga, vt ex ea non fuisse credantur. Deinde pro malitia interueniret aliquis,& diceret excolẽdam vt fructũ afferret, cum ideo venerit dominꝰ, vt semina improbitatis aboleret.

De curatione mulieris quæ spiritũ infirmitatis decem & octo annis habebat.

ERAT autem docens in synagoga eorũ sab- «
batis,& ecce mulier quæ habebat spiritũ in- «
firmitatis annis decem & octo, & erat incli- «
nata.) Quàm cito q̃d de synagoga diceret indicauit. Ad ipsam vtiq; arborem venisse se mõstrat, qui in eadẽ prędicabat. Deniq; in muliere infirma quasi ecclesiæ figura succedit,quæ cum mensuram legis & resurrectionis impleuerit,in illa quiete ppetura in sublime erecta fastigium,inclinationẽ nostræ infirmitatis sentire non poterit. Nec aliter curari potuisset hæc mulier,nisi quia legem impleuit & gratiã. Legem in præceptis,in lauacro gratiã,per quam mortui seculo resurgimus Christo. Nam in decẽ verbis,legis perfectio est: in octauo numero, resurrectionis est plenitudo. Opus ergo sabbati signũ futuri est,quod vnusquisq; lege perfunctus & gratia, per misericordiam Christi corporeæ

G fragilitatis molestiis exuetur. Et ideo in signo ante per Moysen promissa est sanctificatio, vt esset exercitiū futuræ sanctificationis, & observantiæ spiritalis a secularibus operibus abstinendi. Deniq; & deus ab operibus mundi quieuit, nō ab operibus, cuius sempiterna & iugis operatio est, sicut filius ait: Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor. vt ad similitudinē dei secularia nostra opera non religiosa cessarent. Hoc autem nō intelligens archisynagogus prohibebat quenq; curari sabbato, cum sabbatū futurarū typus sit feriarū. Et ideo nō operis boni sed mali feriæ sunt, eoq; præscriptum sit vt nullam ferētes sarcinā delictorū, nec bonorū ieiuni operum sabbata post mortē futura celebremus. Vnde dominus spiritaliter videtur respōdere cum dicit: ¶ Hypocritæ, vnusquisq; vestrū sabbato nō soluit bouem suum aut asinum, & ducit adaquare? Cur enim non aliud animal indicauit, nisi vt ostenderet aduersantibus licet synagogæ principibus, futurum tamen vt Iudaicus & gentilis populus sitim corporis æstūq; mūdi istius dominici fontis vbertate deponat? Agnouit enī bos possessorem suū, & asinus præsepe domini sui. Itaq; ille populus qui antea fœni vilis, quod priusq; euellaf arescit, alimonia pascebatur, panē illū qui e cælo descendit, accepit. Et ideo per vocationem duorū populorū ecclesiā dicit saluam futuram, quæ tēpore legis impleto, & dominicæ resurrectionis ætate, tempus suæ absolutionis acceperat. Q̄ clemens ergo dominus, q̄ pius in vtroq;, cum aut miseretur, aut vindicat. In synagogæ typo arborem excidi iubet, in typo ecclesiæ fœminam saluat.

H Quàm dulcis parabola, facilis autem solutio. Vinculum vinculo comparat, vt insimulatio Iudeorum actu ipsorū redarguatur. Nam cum ipsi animalibus sabbato soluant vincula, reprehendunt dominū qui homines a peccatorum vinculis liberauit.

De comparatione regni cælorū ad granum sinapis.

VI simile est regnum dei? & cui simile illud æstimabo? Simile est grano sinapis, q̄d acceptum homo misit in ortum suum, & creuit, & facta est arbor, & volucres cęli requieuerunt in ramis eius.) Docet nos præsens lectio naturam comparationū spectandā esse, nō speciem. Itaq; videamus cur sublime regnum cęlorū grano sinapis comparetur. Nam memini etiā alio loco granū sinapis lectum, vbi fidei confertur, dicēte domino: Si habueritis fidem sicut granū sinapis, dicetis huic monti, tollere, & iactare in mare. Nec exigua hæc, sed magna est fides, quæ monti possit vt se transferat imperare. Neq; enim mediocrem fidem dominus exigit ab apostolis, quibus

I aduersus altitudinē extollentē se nequitiæ spiritalis scit esse certandū. Vis scire magnam fidē requiri? Lege in Apostolo: Et si habeā omnē fidem, ita vt montes trāsferam. Ergo si regnū cęlorum sicut granū est sinapis, & fides sicut granum sinapis: fides vtiq; regnū cælorū, & regnum cęlorū est fides. Itaq; qui fidem habet, habet & regnum cælorū. Et regnū intra nos, & fides intra nos est. Legimus enim, Regnū dei intra vos est. Et alibi: Habete fidē in vobis ipsis. Deniq; Petrus qui omnē habuit fidem, regni cęlorum claues vt aliis reseraret accepit. Nūc ex natura sinapis, quæ virtus cōparationis sit æstimemus: Granū certe eius res est vilis et simplex: si teri cœperit, vim suā fundit. Etiā fides primo simplex videtur: sed si teratur aduersis, gratiā suę virtutis effundit, vt alios quoq; qui vel audiunt, vel legunt, odore sui compleat. Granū sinapis martyres nostri sunt, Felix, Nabor, & Victor, Gerualius, & Protasius, & Nazarius. Habebant odorē fidei, sed latebant. Venit persecutio, arma posuerūt, colla flexerūt, contriti gladio per totius terminos mūdi gratiā sui sparsere martyrii, vt iure dicatur: In omnē terrā exiuit son? eorū. Sed alias teritur fides, alias premitur, alias seminat. Ipse dominus granū est sinapis. Erat integer ab iniuria, sed cū velut granū sinapis qui nō attigerat populus nesciebat. Teri maluit, vt diceremus: Christi enim bonus odor sumus deo. Cōprimi maluit. vnde & Petrus dixit: Cōprimūt te turbæ. Seminari maluit velut granū, quod acceptū homo misit in ortum suū. In orto enim Christus & captus, & sepultus est. In orto creuit, vbi etiā resurrexit, et factus est arbor, sicut scriptū est: Sicut arbor mali inter ligna syluæ, ita frater meus in medio filiorū. Ergo & tu semina in orto tuo Christū. Ortus vtiq; locus plen? est florum & fructuū diuersorū, in quo gratia tui operis efloreat, & multiplex odor variæ virtutis exhalet. Ibi ergo sit Christ?, vbi fruct? est. *Semina dīm IESVM. granū est cum cōprehēditur, arbor est cū resurgit, arbor mundū obumbrās. Granū est cum sepelitur in terra, arbor est cū eleuatur ad cælū. Preme etiā cum Christo & semina fidem. Premitur fides, cum crucifixū credimus Christū. Pressit fidē Paulus cū diceret: Et ego veniens ad vos fratres, veni nō cum eminentia sermonis aut sapientię, prędicans vobis mysteriū dei. Neq; enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi IESVM Christū, et hunc crucifixū. Et quia docuit premere fidem, docuit & leuare, dicēs: Nūc enim crucifixum iam nō nouimus Christum. Seminamus autē fidē, cum ex euāgelicis & apostolicis & ppheticis lectionib? credimus in domini passionē. Seminamus ergo fidē, cū eā velut mollito & subacto solo dīnicæ carnis operimus, vt quasi vapore & cōpressu sacri corporis fides se ipsa disseminet. Qui enī crediderit factū hominē dei filiū: credit mortuū esse pro nobis, credit resurrexisse pro nobis, credit ascēdisse p nobis. Semino ergo fidē, cum sepulturam eius interfero.

L Vis scire granū Christi, & seminatū Christum? Nisi granū tritici cadens in terrā moriatur, ipsum solū manet: si autē mortuū fuerit, multū fructū affert. Ergo non errauimus, quia diximus quod ipse iam dixerat. Est autem & granū tritici, quia confirmat cor hominis: & granū sinapis, quia cor hominis accēdit. Et licet ad omnia vtrunq; cōueniat, videtur tamē granū tritici cū de eius resurrectione tractatur. Panis enim dei est, qui de cælo descēdit, eo quod verbū dei & resurrectionis exēplum mentem alat, spem acuat, firmet affectū. Granū autem sinapis, eo quod amarior & acrior sermo sit de dīni passione. Amarior ad flendū, acrior ad cōmouēdum. Itaq; cum audimus et legimus ieiunasse dīm, sitisse dīm, lachrymasse dīm, vapulasse dīm, dicētem dīm sub tempore passionis: Vigilate & orate, ne intretis in tētationem: velut succo amarioris sermonis increpati, dulciores* iusto voluptatū suauitates corporaliū tēperamus. Ergo qui seminat granū sinapis, seminat regnū cęlorū. Ne despicias hoc granū sinapis. minimum quidem est omnibus seminibus, fit autē cum creuerit, maius omnibus oleribus. Si granū sinapis Christus, quēadmodum Christus est aut minimus, aut crescit? Verū nō per naturam, sed per speciē nostram rursus excrescit. Vis scire minimum? Vidimus eum, & non habebat speciem neq; decorē. Disce maximū: Speciosus forma præ filiis hominum. Etenim ille qui non habebat speciē neq; decorem, excellētior factus est angelis, vltra omnem gloriam prophetarū, quos infirmus Israel velut olera māducauerat. Panē enim quo corda cōfirmātur, alterū refutauerat, alterū non acceperat. Semen autē Christus, quia semē Abrahæ. Abrahę autē dictæ sunt repromissiones, et semini eius. Nō dicit & seminib? tanq̄ in multis, sed sicut in vno, & semini tuo, q̄d est Christus. Nec solum semen est Christus, sed etiam minimū omnibus seminibus, quia nō venit in regno, non in diuitiis, nō in istius mundi sapientia. Subito autem velut arbor sublimem suæ verticē potestatis effudit, vt dicamus: Sub vmbra eius concupiui & sedi. Et frequēter simul (vt arbitror) videbatur & arbor & granū. Granū est cum dicitur: Nonne hic est filius Ioseph fabri? Sed inter hæc

A verba [illegible]o testātibus Iudæis, qui quasi latæ arboris ramos nō poterant cōprehendere, dicētes: Vnde huic ista sapientia? Granū igitur est figura, arbor est sapiētia. In cuius frondētibus ramis ille nyctcorax in domicilio, ille passer singularis in ędificio, ille raptus in paradisum, in aera rapiēdus & nubes, tuta iā sede requiescit. Requieſcūt etiā potestates, & angeli cælorū, & quicunq; spiritalibus factis euolare meruerunt. Requieuit sanctus Ioānes cū recūberet super pect? IESV, immo & ipse eius arboris succo velut ram? extendit. Ramus Phil.3. est Petrus, ramus est Paulus, posteriora obliuiscēs, & ea quę sunt priora appetēs. In quorū sinus, & quoſdam disputationū recessus, qui eramus longe, nos scilicet ex nationibus congregati, quos diu per mare mundi procella & turbo nequitiæ spiritalis agitabat, assūptis virtutum remigiis aduolamus, vt nos vmbra sanctorum ab istius mundi ardore defendat, certę stationis iam fecaritate vernātes, eo quod anima nostra grauibus ante sicut illa mulier inclinata peccatis, vt passer erepta de laqueo venantiū, in ramos domini monteſq; migrauit. Itaq; ante superfluis obseruationibus vani & inani lentate volitantes, nūc iam per fidem Christi soluti manus, & liberi a vinculis sabbatorū, bonis operibus intēdimus, & in ipsis epulis libertatem habemus, intemperantiam excludimus, ne liberi a lege cupiditatibus seruiamus. Lex enim ligauit sibi, vt absolueret cupiditatibus. Gratia quę minorem abstulit seruitutem, multo

B grauiora præcepit. Omnia nobis licent, sed non omnia expediunt. Graue est enī potestate vti, vt sub potestatē recidas. Desiste esse sub lege, vt virtute supra legem sis.

De cōparatione regni dei ad fermentū quod mulier abscondit in tribus mensuris farinæ.

VI simile æstimabo regnū dei? Simile est fermento, quod acceptū mulier abscōdit in farina, donec fermentatū est totū.) Hæc de requirendis quęstionibus cōparatio, quę tantū ambiguitatis effundit, vt diuersas habeat sentētias plurimorum. Opportune itaq; granū tritici supra diximus Christum, quia suberat nobis spiritale fermētum: eoq; pleriq; fermentū Christū putāt, quod virtutem attollat acceptam. Et quia fermentum ex farina, vi non specie generi suo præstat: Christus quoq; ex patribus æqualis corpore, sed diuinitate incōparabilis p̄minebat. Igitur sancta ecclesia, quiæ typo mulieris istius euāgelicæ figuratur, cuius farina nos sumus, dīm IESVM in interioribus nostrę mētis abscondit, donec animi nostri secreta penetralia color sapiētiæ cęlestis obducat. Et quia

C in Matthæo legimus tribus mēsuris abscōditum esse fermentū, congruere visum est vt dei filiū crederemus absconditū in lege, adopertum in prophetis, euāgelicis prędicationibus adimpletū, vt perfectā fidem nobis acquirat ex omnibus, & scriptorū collatione formatus, in nobis qui sumus corpus ipsius, omnia et in oībus impleatur. Ipse enim erat verbū dei, atq; mysterium quod abscōditum est a seculis, & a generationibus: quo nihil potest ad expressionem perennitatis eius attestatius dici. Erat enim profecto. Nam ita erat, vt absconditus a crīlegis, manifestatus in sanctis, prædestinatus ante secula, seruaretur ad gloriā. Hæc est autem gloria, vt possimus fratres inuestigare mysteriū absconditū a seculis in deo. Quod in deo, vtiq; & ex deo. Neq; enim deus alienæ capax potest esse nature. Nec sum dubius animi quod aliqui de hoc mūdo dictū putent, donec fermentetur in lege, prophetis & euāgelio, vt dominū omnis lingua fateatur. Itaq; discutiamus omnia, diligētius requiramus. Nemo inuenit, nisi qui ante quæsierit. Ędificemus turrim, cōputemus sumptus scripturarū, conferamus impensas, ne quis etiam de nostrum aliquo dicat, Hic voluit ædificare, & nō potuit cōsummare. Qui ædificat, bonum debet iacere fundamentū. Bonum fundamentū est fides, bonū fundamentū est apostoloru & prophetarū. Duobus enī testamētis fides nostra cōsurgit: nec iniuriā facit qui parem dixerit in vtroq; perfectę fidei esse mēsurā, cū dicat ipse dīs: Si crederetis Moysi, credereris & mihi. quia & in Moyse dominus est locutus. Bene ergo in vtroq; perfecta mēsura, quia vnius est virtutis & sensus oraculum atq; responsum. Me tamē sequi iubet quod ipse dominus docuit, fermētum ecclesiæ spiritalē esse doctrinā. Nam cum scriptū sit, Cauete a fermento pharisæorū: & cum apostolus dixerit, Non in fermēto nequitię & malitię: ostenditur quia doctrina fermentū est. Sed aliud est fermentū zizaniæ, aliud tritici. Vnde & bonis autorib? acqescimus, vt dicamus quia ecclesia renatum hominē qui est in corpore & anima & spiritu, fermēto sanctificat spiritali. Sanctificatur enim corpus atq; anima per gratiam spiritalē, et accipit sanctificationis augmentum, cum per ecclesiæ velut quoddam fermentantis officiū, scripturarumq; doctrinam, quę velut cælestiū collatione sermonū & vbertate concrescit, insistus toto homini atq; permixtus vsus inoleuerit, vt fiat vnum etiam ipsa fermētum. Quod vtiq; tunc fit, cum sibi tria hæc pari quadā cupiditatum lance consentiūt, & æqualis aspirat cōcordia voluntatū. Hoc igitur ecclesiæ opus non tumultuariū, nec fortuitum, sed diuturna meditatione collatum, vt hæc tria vnū sint, integra a lege peccati. Cuius sententiæ assertorē habemus apostolum dicentem: Ipse autem dominus sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima, & corpus, sine querela in die dīni nīi IESV Christi seruetur. Q̄d per secularia quidem tentamēta non prouenit, nisi fermentum illud cui comparatur regnū cælorum, mulier illa euangelica abscondat in farinæ mēsuris tribus, donec fermentetur totū. Tres enim mensurę sunt, vt dixi, carnis, animæ, & spiritus. Sed spiritus quo viuimus omnes in hoc corpore sīti, hoc verius, quādo carnis lasciuia non redundat, & anima corporalibus non incurvatur erroribus, ac mensura viuendi in toto homine inofensa seruatur. Sed quia mensurarū æqualitas sine adiumento ecclesię atq; doctrinę difficile perseuerat, idcirco mulier illa quę figuram ecclesię gerit, tandiu virtutē illis doctrinæ spiritalis admiscet, donec fermentetur totus ille interior homo cordis absconditus, et in gratiā pacnis cælestis assurgat. Bene enim fermentū doctrina dicitur Christi, quia panis est Christ?, & Apostolus ait: Quia vnus panis, vnum corpus multi sumus. Fit ergo vnum fermentum, quando caro non concupiscit aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem, sed facta

F carnis mortificamus, & anima ex afflatu dei flatū vitæ sumpsisse se cōscia, secularis necessitudinis contagia terrena declinat. Vnde & Apostolus non in carne sed in spiritu ambulare nos præcipit, vt sanctificati per lauacrum regenerationis, veterem hominem cum suis desideriis exuentes, induti nouum qui secundum Christum creatus est, non iam in vetustate literæ, sed in nouitate spiritus gradiamur, quo possit nobis etiam resurrectionis tempore incorrupta corporis & animæ & spiritus manere communio: & tunc omnia quę petimus, impetremus. Quod pleriq; videtur etiā dominus significasse cum dicit: Si duobus ex vobis conuenerit super terram, de omni re quamcunq; petieritis, fiet vobis a patre meo qui in cælis est. Itaq; alii duos, animam & corpus accipiunt, alii animam & spiritum: vt si in terra, hoc est, in corpore sibi anima spiritusq; consentiant, nec se impugnent inuicem diuersis cupiditatibus, omnia in effectum videantur orata posse deduci. Quod ita fit cum fuerint vtraq; vnum, si subtractis inimicitiis vel solutis duo condantur in vnum nouum hominē, id est, anima & spiritus, vt oremus spiritu, oremus & mēte. Licet pleriq; duos populos accipiant, ex Israel & gentibus, in vnum resurrectionis tēpore congregādos,

G vt fiat in æternū mansura perfectio, & id quod ex parte
est, destruatur. Pleriq; autem virū & vxorē consentien-
tes sibi studio charitatis accipiūt. Itaq; si in hac vita tres
mensuræ in eodem fermento manserint donec fermen
tentur & fiant vnū, vt æqualitatum nulla distantia sit,
nec cōpositi ex trium diuersitate videamur, erit in futu-
rum diligētibus Christū incorrupta cōmunio, nec com
positi manebimus. Nam & qui compositi nūc sumus,
vnū erimus, & in vnā substātiā trāsformabimur. Neq;
enim in resurrectione aliud erit alio inferius, sicut nunc
fragilis in nobis est carnis infirmitas, & corporalis ha-
bitudo naturæ vel vulneribus patet, vel iniuriis subia-
cet, vel sui oneris mole depressa supra terras nequit ex-
tollere altius atq; eleuare vestigiū: sed in simplicis crea-
turæ gratiam figurabimur, cū completū fuerit quod di
1.Ioan.3. ctum est a Ioāne: Charissimi, nūc filii dei sumus, & nō-
dum reuelatum est quid erimus. Sed scimus quia cum
reuelatus fuerit, similes ei erimus. Itaq; cum dei natu-
ra sit simplex, (spiritus enim deus est) nos quoq; in ean
2.Corin.3 dem imaginem figurabimur, vt qualis cęlestis, tales &
1.Cor.15. cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem illius ter-
reni, portemus & imaginē huius cælestis, quā animus
noster debet induere.

De curatione hydropici, & suasione humilitatis atq; pietatis.

H
CAP. XIIII. » ET factum est cum intraret in domū cuiusdā
» principis, & ecce homo hydropicus erat ante
» illum.) Ideo primo ab hinc loco curatur hy-
dropicus, in quo fluxus carnis exuberans a-
nimæ grauabat officia, spiritus extinguebat ardorem.
¶ Et respondēs IESVS dixit illis: Cū inuitatus fue-
ris ad nuptias, non discūbas in primo loco.) Deinde do-
cetur humilitas, dum in illo cōuiuio nuptiali appetētia
loci superioris arcetur. Clemēter tamē, vt persuasionis
humanitas asperitatē coercitionis excluderet, ratio ꝓfi-
ceret ad persuasionis effectum, & correctio emēdaret af
fectum, huic quasi proximo limine humanitas copula-
tur: quę ita dominicę sentētiæ definitione distinguitur,
si in pauperes & debiles conferatur. ¶ Dicebat autem
& ei qui se inuitauerat: Cū facis prādiū aut cœnā. &c.)
Nam hospitalē remuneraturis esse, affectus auaritiæ
est. Postremum quasi emeritæ militię viro contēnen-
darum stipendium præscribitur facultatum,

De parata cœna magna, & multorum vocatione, simulq; omnium excusatione.

» HOMO quidam fecit cœnā magnam, & vo
» cauit multos.) quod neq; ille qui studiis in-
I tentus inferiorib9 possessiones sibi terrenas
coemit, regnum cęli possit adipisci, cū dñs di
cat: Vende omnia tua, et sequere me. Nec ille qui emat
boues: cum Heliseus occiderit, et populo diuiserit quos
habebat. Et ille qui duxit vxorē, cogitet quę mūdi sunt
non quę dei. Non quo coniugiū reprehēdatur, sed quia
ad maiorē honorē vocetur integritas: quoniam mulier
innupta & vidua cogitat quę sunt dñi, vt sit sancta cor-
1.Cori.7. pore & spiritu. Nā quę nupta est, cogitat quæ sunt mū-
di, quomodo placeat viro. Sed vt in gratiā, vt supra cū
viduis, ita nūc etiā cum cōiugibus reuertamur, non re-
fugimus opinionē quā sequuntur pleriq;, vt tria genera
hominū a cōsortio magnæ illius cœnę æstimemus ex-
cludi, gentiliū, Iudæorū, hæreticorū. Et ideo apostolus
auaritiā dicit esse fugiēdam, ne impediti more gentili
iniqtate, malitia, impudicitia, auaritia, ad regnū Chri-
Ephe.5. sti peruenire nequeamus. Omnis enim immūdus, aut
auarus, quod est idolorū seruitus, non habet hęreditatē
in regno Christi & dei. Iudæi autē corporali ministerio
iuga sibi legis imponūt, & ideo secūdum prophetā, Di-
Psal.2. rumpamus vincula eorū, & proiiciamus a nobis iugū
ipsorum. Christū enim recepimus, qui ceruicib9 nostris

pietatis suæ iugum mite suspēdit. Quinq; autem iuga K
sunt, verborū decē, vel quinq; libri veteris legis, de qui-
bus in euangelio videtur Samaritanæ dicere: Quinq; Ioan.4.
enim viros habuisti. At vero hæresis velut Eua fœmi
neo rigore fidei tentat affectū, & lubrica facilitate prola
bens lenocinia falsi decoris affectat, intemeratam negli
gens pulchritudinē veritatis. Ideo igitur excusāt, quia
nemini intercluditur regnū, nisi ei quē suæ professio vo
cis excluserit. Dominus autē omnes clemēter inuitat,
sed nos aut desidia nostra aut error auertit. Ergo & ille
qui villam emit, alienus a regno est. Emētes enim atq;
vēdētes, Noe, vt legisti, tēpore, diluuia sorbuerūt*. Et *subrue-
ille qui iugū potius legis q̃ gratiæ munus elegit, & ille runt.
qui propter ducēdā excusat vxorē. Scriptū est enim: Si
quis venit ad me, & nō odit patrem suū, & matrem, &
vxorem, nō potest meus discipulus esse. Etenim si pro-
pter te dominus suæ renūciat matri, dicēs: Quę est ma
ter mea, aut q fratres mei? cur tu domino tuos cupias
anteferre? Sed neq; ignorare naturam, neq; seruire na-
turæ dominus iubet, sed ita indulgere naturę, vt vene-
reris autorē, nec ab eo parentū amore desciscas. Itaque
post diuitum resupina fastidia contulit se ad gētes, iu-
bet bonos & malos introire, vt bonos augeat, malorū
affectū in meliora cōmutet, vt cōpleretur illud quod ho- L
die lectū est: Tunc lupi & agni simul pascentur. Inuitat Esa.65.
pauperes, debiles, cæcos: quo ostēditur nobis vel quod
nullum debilitas corporis excludat a regno, rariusq; de-
linquat cui desit illecebra peccādi: vel q̃d infirmitas pec
catorum per misericordiā domini remittatur, vt nō ex
operib9, sed ex fide redemptus a crimine, si gloriatur, in
domino glorietur. Mittit itaq; ad exitus viarum. pru-
dentia enī in exitu canitur. Mittit ad plateas, quia mi-
sit ad peccatores, vt de latioribus viis ad angustā viam
veniret, quę ducit ad vitam. Mittit ad vias, & circa se-
pes, quod hi videlicet apti sint regno cælorū, qui nullis
præsentium cupiditatibus occupati ad futura festinēt,
in quodam bonæ voluntatis tramite constituti, & qui
modo sepis, quę ab incultis culta secernat, et incursus ar
ceat bestiarū, nouerint bona malaq; distinguere, & ad-
uersus tentamenta nequitiæ spiritalis fidei munimen
obtendere. Deniq; dominus vt vineam suam ostende-
ret fuisse munitā, Et sepem, inquit, circūdedi, & circun- Mat.12.
fodi eam. Et Apostolus mediū parietem sepis dicit es
se sublatum, qui cōtinuationem munitionis irruperat.
Fides igitur & oratio* quæritur, & quæritur ī plateis, *ratio.
hoc est, in meatibus interioris affectus, quia scriptum
est: In plateis tuis diffundātur aquæ tuę. Nec hoc tamē Prou.5.
plenū est, vt aliquis vocatus adueniat, nisi vestem ha-
beat nuptialē, hoc est fidem habeat et charitatē. Et ideo
qui pacem & charitatem non detulerit ad Christi alta- M
ria, tolletur pedibus & manib9, & mittetur in tenebras
exteriores. Ibi erit fletus, & stridor dentium. Quę sunt
tenebræ exteriores? Nunquid illic quoq; carcer aliquis
latomiæq; subeundæ sunt? Minime. Sed quicunq; ex-
tra promissa sunt cælestium mandatorum, in tenebris
exterioribus sunt, quia mādata dei lumen sunt. Et qui-
cunq; sine Christo est, in tenebris est, quia lumē in* te- *al's, lumē
nebris est Christus. Ergo neq; corporalium stridor ali- interius.
quis dētium, neq; ignis aliquis perpetuus flammarum
corporalium, neq; vermis est corporalis. Sed hęc ideo,
quia sicut ex multa cruditate & febres nascuntur & ver-
mes: ita si quis nō decoquat peccata sua velut quadam
interposita sobrietate abstinentiæ, sed miscendo pecca-
ta peccatis tanquā cruditatem quandam cōtrahat ve-
terum & recentium delictorū, igne aduretur proprio, &
suis vermibus consumetur. Vnde & Esaias ait: Am- Esa.50.
bulate in lumine ignis vestri, & flamma quam accen-
distis. Ignis est quem generat mœstitia delictorū. Ver
mis est, eo quod irrationabilia animę peccata mentem
rei sensumq; compungunt, & quędam exedunt viscera
conscientiæ: quæ tanquam vermes ex vnoquoque na-

A scuntur, tanq̃ ex corpore peccatoris. Deniq; dñs id per
Esaię.66. Esaiam declarauit dicens: Et videbunt mēbra hominū
præuaricantiū in me, & vermis eorum nō morietur, &
ignis eorū non extinguetur. Stridor quoq; dētium pro-
dit indignantis affectum, eo quod sero vnūquemq; pœ-
niteat, sero ingemiscat, sero irascatur sibi, quod tam per-
uicaci improbitate deliquerit.

De oue centesima & drachma decima perditis & inuentis.

CAP. XV. » QVIS ex vobis, inquit, homo qui habet cen-
» tū oues, et si errauerit vna ex illis, nonne di-
» mittit nonagintanouē in deserto, & ibit ad
» illā quæ errauit?) Didiceras in superioribus
ablegare negligentiā, vitare arrogātiam, deuotionē su-
mere, secularibus occupationibus nō teneri, caduca non
præferre perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmū
nequit in tanto seculi lubrico tenere vestigium, etiā ad-
uersus errorem remedia tibi bonus medicus demōstra-
uit, spem veniæ iudex misericors nō negauit. Itaq; non
ociose sanctus Lucas ex ordine tres parabolas posuit,
ouis quæ perierat & inuenta est, drachmę quæ perierat
& inuenta est, filii qui erat mortuus & reuixit, vt triplici
Eccl's.4. remedio prouocati vulnera nostra curemus. Spartum
enī triplex nō rūpitur. Qui sunt isti, pater, pastor, & mu
lier? Nōne deus pater, Christus pastor, mulier ecclesia?
Christ9 te suo corpore vehit, qui tua in se peccata susce-
pit. Quærit te ecclesia, recipit pater. Quasi pastor reue-
hit, quasi mater inquirit, quasi pater vestit. Prima mise
ricordia, secūda suffragatio, tertia reconciliatio. Singu-
la singulis quadrant: Redēptor subuenit, ecclesia suffra-
gatur, autor recōciliatur. Eadē diuini operis misericor-
B dia, sed diuersa pro meritis nostris gratia. Ouis a pasto
re lassa reuocatur, drachma quæ perierat inuenitur, ad
patrem filius suis vestigiis redit, & plena condēnati er-
roris regreditur pœnitentia. Vnde bene scriptū est: Ho
Psal.35. mines & iumenta saluos facies domine. Quę sunt ista
iumenta? Dixit Propheta: Semen Israel in semen ho-
minum, & Iuda in semen animalium. Itaq; quasi Israel
homo seruatur, quasi ouis Iuda colligit̃. Malo ergo fi-
lius esse q̃ ouis. Ouis enim a pastore reperitur, a patre
filius honoratur. Gaudeamus igitur, quoniam ouis illa
quę perierat in Adā, leuatur in Christo. Humeri Chri-
sti crucis brachia sunt. Illic peccata mea deposui, in illa
patibuli nobilis ceruice requieui. Ouis illa genere est vna,
non specie. Vnū enim omnes corpus sumus, sed multa
1.Cor.12. mēbra. Et ideo scriptū est: Vos autē corpus estis Chri-
sti, & membra ex membris eius. Venit itaq; filius ho-
C minis saluū facere q̃d perierat. Oēs scilicet, quia sicut
1.Cor.15. in Adā oēs moriūtur, ita & in Christo oēs viuifica-
buntur. Diues igitur pastor, cuius omnes nos cētesima
portio sumus, habet angelorū, habet archangelorū, do-
minationū, potestatū, thronorū, aliorumq; innumera-
biles greges, quos in montibus dereliquit. Qui quoniā
sunt rationabiles, non immerito hominū redemptione
lætantur. Quanquam hoc quoq; proficiat ad incentiua
probitatis, si vnusquisq; conuersionem suam gratā fore
credat cœtibus angelorū, quorum aut affectare patroci-
nium, aut vereri debet offēsam. Et tu igitur esto ange-
lis lætitiæ, gaudeāt de reditu tuo. Non ociosum etiam
quod mulier illa drachma lætatur inuenta. Nō medio-
cris hęc drachma est, in qua principis est figura. Et ideo
imago regis, cēsus ecclesiæ est. Oues sumus, oremus vt
super aquā refectionis nos collocare dignetur. Oues in-
quā sumus, petamus pascua. Drachmæ sumus, habea-
mus preciū. Filii sumus, festinemus ad patrē. Nec ve-
reamur quia acceptū spiritalis patrimonium dignitatis
terrenis prodegimus voluptatibus. Quod pater in filiū
quē habebat thesaurum cōtulit: fidei census nunquam
exinanitur. licet totū dederit, totū habet: qui q̃d donaue-
rit, non amittit. Nec verearis ne te nō recipiat. nō enim

delectatur deus perditione viuorū. iā occurrens venienti D
tibi cadit supra collum. Dñs enim erigit elisos. Osculū Psal.146.
dabit, quod est pign9 charitatis* & amoris. Stolā, anu- *pietatis.
lum, calciamēta proferri iubebit. Tu adhuc iniuriā me-
tuis, ille restituit dignitatem. Tu suppliciū vereris, ille
osculum defert. Tu conuitium times, adornat ille cōui-
uium. Sed iam ipsam parabolam discutiamus.

De duobus filiis adolescentiore & seniore quibus pater substantiam diuisit.

HOMO quidā habuit duos filios, & dixit illi «
adolescentior: Da mihi portionē substantiæ «
quæ me contingit. Et cætera.) Vides q̃d di- «
uinum patrimoniū petētibus datur. Nec pu
tes culpam patris quod adolescētiori dedit. nulla dei re-
gno infirma ætas, nec fides grauatur annis. Ipse certe se
iudicauit idoneū qui poposcit. Atq; vtinā nō recessisset
a patre, impedimētū nescisset ætatis. Sed postea quàm
peregre profect9 est, cœpit egere. Merito ergo prodegit
patrimoniū, qui recessit ab ecclesia. ¶ Postea quàm do- «
mum, inquit, patriā derelinquens, peregre profectus est «
in regionem longinquā.) Quid enim longinquius q̃ a «
se recedere, nec regionibus sed moribus separari: studiis
discretum esse, non terris: & quasi interfuso luxurię secu
laris ęstu, diuortia habere factorū? Etenim qui se a Chri
sto separat, exul est patriæ, ciuis est mūdi. Sed nos non Ephes.2.
sumus aduenæ atq; peregrini, sed ciues sumus sanctorū
& domestici dei. Qui enim eramus longe, facti sumus
prope in sanguine Christi. Nō inuideamus de longin-
qua regione remeātibus, quia & nos fuimus in regione
longinqua, sicut Esaias docet. Sic enim habes: Qui se- Esaiæ.9.
debant in regione vmbræ mortis, lux orta est illis. Re- E
gio ergo longinqua, vmbra est mortis: nos autem qui-
bus spiritus ante faciem Christus est dñs, in vmbra vi- Threñ.4.
uimus Christi. Et ideo dicit ecclesia: In vmbra eius cō- Cantic.2.
cupiui, & sedi. Ille igitur viuendo luxuriose consumpsit
omnia naturæ ornamenta. Vnde tu qui accepisti ima-
ginē dei, qui habes similitudinē eius, noli eā irratiōabili
fœditate consumere. Opus dei es, noli ligno dicere, Pa-
ter meus es tu, nec accipias similitudinē ligni, quia scri-
ptum est: Similes illis fiāt qui faciunt ea. ¶ Facta est fa- Psal.113.
mes per regionem illam.) Fames non epularū, sed bo- «
norū operū atq; virtutū, quę sunt miserabiliora ieiunia.
Etenim qui recedit a verbo dei, esurit: quia nō in solo pa
ne viuit homo, sed in omī verbo dei. Qui recedit a fon- Mat.4.
te, sitit: qui recedit a thesauro, eget: qui recedit a sapien-
tia, hebetatur: qui recedit a virtute, dissoluitur. Merito
ergo iste egere cœpit, qui thesauros sapientiæ & sciētię
dei, diuitiarūq; cælestiū altitudinem dereliquit. Egere
ergo ideo cœpit, & famem pati, quia nihil prodigæ sa- F
tis est voluptati*. Semper famē patitur sui, qui alimen- *volūtati.
tis perpetuis nescit impleri. ¶ Abiit itaq;, & hesit vni ci- «
uium.) Qui enim hæret, in laqueo est. Et videtur ciuis «
iste priceps esse istius mūdi. Deniq; ad villā eius mittit̃
quā emit qui excusat a regno. ¶ Et pauit porcos.) Illos «
vtiq; in quos petit diabolus introire, quos præcipitat in
mare istius mundi, in sordibus ac fœtore viuentes. ¶ Et «
cupiebat, inquit, siliquis implere vētrē suū.) Neq; enim «
alia cura est luxuriosis, nisi vt ventrē suū impleant, quo- Philip.3.
rum deus venter est. Qui autē aptior huiuscemodi ho-
minibus cibus, q̃ is qui siliquæ modo intus inanis, foris
mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur, vt sit
magis oneri q̃ vsui? Sunt qui porcos accipiant pro gre-
gibus dæmoniorū, siliquas pro exili virtute inaniū ho-
minū, sermonumq; iactātia, qui nihil prodesse possunt:
inani quadā philosophię seductione, & quodam sonoro
facundiæ plausu, pompā magis q̃ vtilitatē aliquam de-
monstrantes. Sed hęc diuturna oblectamenta esse non
possunt: ¶ Et ideo nemo illi dabat.) Erat enim in regio-
ne illius qui neminē habet, quia eos qui sunt, nō habet.
Omnes quippe gētes in nihilū æstimātur. Solus autē Rom.4.

G deus qui viuificat mortuos, vocat quæ non sunt, tanq̃
» quæ sunt. ¶ In se autem reuersus dixit: Quãtis pambus
» mercenarii patris mei abũdant̃?) Bene in se reuertitur,
qui a se recessit. Et eum qui ad dominum regreditur, se
sibi reddit: & qui recedit a Christo, se sibi abdicat. Mer-
cenarii autem qui sunt, nisi qui ad mercedẽ seruiũt? qui
sunt ex Israel, nõ id qd bonũ est probitatis studio perse-
quentes, nec virtutis gratia, sed vtilitatis studio prouo-
cati. At vero filius, qui habet sancti spũs pign? in corde:
secularis mercedis lucella nõ quærit, qui ius seruat hæ-
redis. Sunt etiam mercenarii qui cõducũtur ad vineam.
Bonus mercenarius Petrus, Ioannes, & Iacobus, qui-
Mat. 4. bus dicitur: Venite, faciam vos piscatores hominum.
Isti non siliquis, sed panibus abũdabãt. Deniq; & colle-
Ioan. 6. gerũt fragmẽtorũ cophinos duodecim. O dñe IESV,
si nobis auferas siliquas, & panes tribuas. Tu enĩ dispẽ-
sator in domo es patris. O si nos quoq; mercenarios di-
gneris conducere, licet sero venientes. Nã & vndecima
conducis hora, & æqualem dignaris mercedẽ soluere,
æqualẽ mercedẽ vitę, non gloriæ. Neq; enim omnibus
2. Tim. 4. repolita est corona iustitię, sed ei qui potest dicere: Cer-
tamẽ bonũ certaui. Q̃d ideo non prętermittendũ arbi-
tratus sum, quia scio quosdã dicere qd ad mortẽ sibi la-
uacri gratiam vel pœnitentiam reseruẽt. Primum, qui
scis an nocte proxima tua a te anima reposcat̃? Deinde
cur putas ocioso tibi omnia posse deferri? Pone vnã gra
tiam, vnam esse mercedẽ: diuersum tamẽ brauiũ victo-
riæ est. Ad quod senõ frustra Paulus extendit, qui post
mercedẽ gratiæ, brauiũ tamen vt cõprehenderet se que-
batur, quia sciebat etsi par esset merces gratię, palmam
H tamen esse paucorũ. Et quoniam in vineam domini ve-
nimus, nõ vacui recedamus. Iuuat enim fructus legere,
mercenarios eius videre. Quid enĩ sibi vult qd vna die
diuersis horis cõducũtur operarii: nisi quia mille anni in
oculis domini sicut dies hesterna quæ præteriit, & hora
in nocte? Quæ est nox, nisi quę præcessit, vt dies appro-
pinquaret? Et bene hora in nocte, quia mille anni sicut
Hebr. 13. dies vna. Nouit vim dicti huius ille qui dixit: IESVS
Christus heri & hodie ipse est, & in secula. Sciuit & ille
Genes. 2. diem esse multiplicẽ, qui scripsit: Hic dies generationis
cæli & terræ cum facta sunt, qua die fecit deus cælum &
terram, & omne viride agri. Cũ enim supra septem de-
scripsisset dies, postea vno die omnia facta esse cõplexus
est: totũ mundi tempus ostendens in cõspectu dñi tanq̃
diem vnũ, eo qd ex incompositis atq; tenebrosis forma
istius mundi diuini operis claritate processerit. Ergo si
dies totũ tempus est mũdi, habet vtiq; etiam in seculis
horas suas: aut ipsa secula horæ sunt. Horæ autem diei
I duodecim sunt. Vnde bene in mysterio dies Christus,
cuius apostoli duodecim, qui cælesti lumine distinctis in
se gratiæ vicibus refulserũt. Venit ergo paterfamilias,
& prima hora cõduxit operarios: fortassis eos qui a prin
cipio mundi vsq; ad diluuiũ iusti esse meruerũt, de qui-
bus dicit: Et locutus sum ad vos ante lucem, & misi ad
vos seruos meos prophetas ante lucem. Tertia post di
luuium incipit, Noe cæterorũq; tempora cõprehendẽs,
qui quasi boni operarii in vineã destinantur. Ideo quasi
in prandio inebriatus est Noe. Sexta & reliquis Abra-
hæ & Isaac & Iacob patriarcharum merita distinguun-
tur. Nona inclinante iam seculo, & tanq̃ pallescente luce
virtutis, lex & prophetæ, decolores mores hominũ no-
tauerũt. Vndecimã, & quod superest diei, sacer produ-
cit aduentus. Vnde & ipse in Euangelio dicit: Ambu-
late dum lucẽ habetis. Sed iam redeamus ad patrẽ: licet
non verear ne istius pœnitẽtiam gerentis exemplo diu
abfuisse videamur. Numquã enim abfuimus, qui versa-
bamur in vinea in qua si & iste mansisset, non recessisset
a patre. Cauendũ tamen est ne nos ei recõciliationis fa-
ciamus morã, quã non fecit pater. Facile reconciliatur,
quando impense rogatur. Et ideo discamus quali pater
obsecratiõe sit ambiẽdus. Pater, inquit. Q̃ misericors,
q̃ pius, qui nec offensus patriũ dedignatur nomẽ audi- k
re. ¶ Pater, inquit, peccaui in cælum, & corã te.) Hęc est «
prima confessio apud autorẽ naturæ, prędulẽ misericor-
diæ, arbitrũ culpæ. Sed etsi deus nouit omnia, vocẽ ta-
men tuæ cõfessionis expectat. Ore enim confessio fit ad Rom. 10.
salutẽ: quia alleuat pondus erroris quisquis ipse se one-
rat: & accusationis excludit inuidiã, qui accusatorẽ præ-
uenit confitẽdo. Iustus enim in primordio sermonis ac- Prou. 18.
cusator est sui. Frustra autẽ velis occultare quẽ nihil fal-
las, & sine periculo prodas quod scias esse iam cognitũ.
Confitere magis, vt intercedat pro te Christus, quem
aduocatũ habemus apud patrẽ. Roget pro te Ecclesia, 1. Ioan. 2.
& illachrymet populus. Nec vereare ne non impetres.
Aduocatus spõdet veniã, patron? promittit gratiã, re-
conciliationem tibi paternę pietatis pollicetur assertor.
Crede, quia veritas est: acquiesce, quia virt?* est. Habet *iustus.
causam vt pro te intercedat, ne pro te gratis mortuus
sit. Habet & causã ignoscendi pater, quia qd vult filius,
vult & pater. ¶ Peccaui in cælũ, & corã te.) Nõ vtiq; ele
mentum exprimitur, sed peccato animæ cælestia signi-
ficantur dona spiritus imminuta: vel quia ab illius gre-
mio matris Hierusalẽ quę i cælo est, nõ debuit demigrare.
¶ Iã nõ sum dignus vocari filius tuus.) Deiectus enim «
se exaltare nõ debet, vt merito suę possit humilitatis at-
tolli. ¶ Fac me sicut vnũ mercenariorũ tuorũ.) Nouit «
esse distãtiã inter filios, amicos, mercenarios, & seruos.
Filius per lauacrum, amicus per virtutẽ, mercenarius L
per laborẽ, seruus per timorẽ. Sed etiã ex seruis & mer-
cenariis fiũt amici, iuxta qd scriptũ est: Vos amici mei Ioan. 15.
estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. iam non dicã
vos seruos. Hæc apud se dixit. Sed non satis est dicere,
nisi ad patrem venias. Vbi illũ requiras? vbi inuenias?
Exurge primo, qui sedens ante dormiebas. Et ideo di-
cit Apostolus: Surge qui dormis, & exurge a mortuis.
Iniquitas in talẽto plũbeo sedet. Moysi dicitur: Tu aũt
hic sta. Stantes elegit Christus. Exurge ergo, curre ad
Ecclesiam: hic est pater, hic est filius, hic est spiritus san-
ctus. Occurrit tibi, qui audit te intra mentis secreta tra-
ctantẽ. Et cum adhuc longe sis, videt & accurrit. Videt
in pectore tuo: accurrit ne gs impediat: cõplectit quoq;.
in occursu præsentia * est, in cõplexu clemẽtia. Et quasi *p̃sciẽtia.
quodã patrũ amoris affectu supra collũ cadit, vt iacẽtẽ
erigat, & oneratum peccatis atq; in terrena deflexũ re-
flectat ad cælũ, in quo suũ quærat autorẽ. Cadit in collũ
tuum Christus, vt ceruicẽ iugo exuat seruitutis, & col-
lo tuo iugũ suaue suspẽdat. Nõne tibi videtur cecidisse
in collum Ioannis, quãdo erat Ioãnes in sinu IESV
ceruice recumbẽs reflexa? Et ideo verbũ apud deũ vi- M
dit, quia erectus est ad superna. Cadit in collũ, cũ dicit:
Venite ad me qui laboratis, & ego vos reficiam. tollite Mat. 11.
iugum meũ super vos. Cadit ergo in collũ hoc modo, si
conuertaris, & iubet proferri stolam, anulum, calciamẽ-
ta. Stola amictus est sapientię, quo nuda corporis apo-
stoli tegunt, eo qd se vnusquisq; cõuoluat. Et ideo stolas
accipiunt, vt corporis infirmitatem sapientiæ spiritalis
virtute conuestiant. De sapientia enim dictum est: La-
uabit in vino stolã suam. Ergo stola spiritale indumen-
tum, & vestimentũ est nuptiale. Anulus quid est aliud
nisi syncerę fidei signaculũ, & expressio veritatis? Cal-
ciamentũ autẽ Euangelii prædicatio est, & ideo accepit
sapientiam primã. Est enĩ & alia quæ mysteriũ nescit, q̃
accepit dictorũ suorum factorũq; signaculũ, & quoddã
monumẽtũ bonæ intẽtionis & cursus, necubi offendat
ad lapidẽ pedẽ suũ, & supplantatus a diabolo, dominicę
p̃dicationis officiũ derelinquat. Hęc est p̃dicatio* Euã- *p̃paratio
gelii, ad cælestẽ cursum dirigens præparatos, vt non in
carne ambulemus, sed in spiritu. Occiditur & vitulus sa
ginatus, vt carnẽ dñi spiritali opimã virtute, per gratiã
sacramenti mysteriorum cõsortio restitutus epuletur.
Nemo enim nisi qui timuerit deũ, (qd est initiũ sapien-
tiæ) nisi signaculũ spiritale vel custodierit vel receperit,

A nisi dominũ prædicauerit, sacramentis debet interesse
cælestib?. Qui audẽt anulum habet, & patrem habet, &
filium, & spiritũ sanctum: quia signauit nos deus, cuius
imago Christus: & dedit spiritũ pignus in cordibus no
stris, vt sciamus hocanuli istius qui in manu datur, esse
signaculũ, quo cordis interiora factorũq; nostrorũ mini-
steria signantur. Ergo signati sumus, sicut & legimus:
Ephes. 1. Credentes, inquit, signati estis spiritu sancto. Bene autẽ
carnẽ vituli, quia sacerdotalis est victima, quæ pro pec-
catis fiebat, epulantẽ patrem induxit filius, vt ostẽderet
quoniam paternus cibus est salus nostra: & patris gau-
dium, nostrorũ redemptio peccatorũ est. Et hic quidem
si ad patrẽ referas, quia hostia pro peccatis filius est, de-
lectatur pater reditu peccatoris, supra delectatur filius
inuenta oue: vt scias qa vna est patris & filii delectatio,
vna operatio in ecclesiæ fundamẽto. Lætaf autẽ pater
» ¶ Quia filius perierat, & inuẽtus est: mortuus fuerat, &
» reuixit.) Ille perit qui fuit. non enim potest perire qui nõ
fuit. Itaq; gentes non sunt, Christianus est, iuxta quod
1. Cor. 1. supra dictũ est: Q̃ia elegit deus quæ non sunt, vt quæ
sunt destrueret. Potest tamẽ & hic in vno accipi species
generis humani. Fuit Adam, & in illo fuimus omnes.
Periit Adam, & in illo omnes perierunt. Homo igitur
in illo homine qui perierat reformatur, & ille ad simili-
tudinem dei factus & imaginẽ, diuina patientia & ma-
gnanimitate reparatur. Q̃uid est ergo, Elegit de? quæ
nõ sunt, vt quæ sunt destrueret? Id est, elegit populum
gentiũ qui non erat, vt destrueret populum Iudęorum.
B Potest & de agente pœnitentiã dictum videri, quia nõ
moritur nisi qui aliquando vixit. Et ideo gentes nõ mo
riuntur, sed mortuæ sunt. Etenim qui in Christum non
credit, semper est mortuus. Et gentes quidẽ cum credi-
derint, per gratiam viuificãtur. Q̃ui vero lapsus fuerit,
per pœnitentiã reuiuiscit. Sequitur locus vt remittẽdis
post pœnitentiam debeamus fauere peccatis: ne dũ ve-
niæ alterius inuidemus, ipsi eam non mereamur a dño.
Quis enĩ tu es qui domino contradicas ne cui velit cul-
pam relaxet, cũ tu cui volueris ignoscas? Vult rogari,
vult obsecrari. Si omniũ iustitia, vbi dei gratia? Quis
tu es q̃ inuideas deo? Et ideo notaf hic frater vsq; adeo
vt de villa venire dicaf. hoc est, terrenis operibus occu-
patus, ignorans quæ sunt spiritus dei, vt deniq; nunquã
pro se vel hœdũ queratur occisum. Non enim pro in-
uidia, sed pro venia mundi agnus est immolatus. Inui-
dus hœdũ quærit, innocens agnum pro se desiderat im-
molari. Ideo & senior dicitur, eo qd cito aliquis per inui
diam consenescat. Ideo & foris stat, eo qd maleuolentia
eum animi liuẽtis excludat. Ideo chorũ & symphoniã
C audire nõ potest, hoc est, nõ illa theatralis incẽtiua lasci-
uiæ, nec aulicorum cõcentus sonorũ: sed plebis cõcordia
cõcinentis, quæ de peccatore seruato dulcem resultet le-
titiæ suauitatem. Cõstitue mihi aliquem ex his qui sibi
iusti videntur, qui trabẽ in oculo suo nõ vident, & alieni
festucam vitii ferre nõ possunt. Q̃uomodo indignatur
quando alicui peccatũ fatenti, & diu indulgentiã deplo-
ranti venia relaxatur? Q̃uomodo aures eius sympho-
niam populi spiritalem ferre non possunt? Hęc est enim
symphonia, quãdo cõcinit in ecclesia diuersarũ ætatum
atq; virtutum velut variarũ chordarũ indiscreta cõcor-
dia. Psalmus respondetur: Amen dicitur. Hęc est enim
1. Cor. 14 symphonia quam sciuit & Paulus: & ideo ait: Psallam
spiritu, psallam & mente. Hæc de parabola præsenti pu
tauimus esse tractãda. Nec inuidemus si quis duos fra-
tres istos velit referre ad populos duos, vt sit adolescen-
tior populus ex gentibus tanquã Israel, cui frater maior
beneficiũ paternæ benedictionis inuidit. Q̃d faciebant
Iudęi cũ quererentur quia Christus cum gentibus epu-
laretur: & ideo hœdũ mali odoris sacrificiũ requisierũt.
Iudæus hœdum requirit, Christianus agnum: & ideo
illis Barrabbas soluit, nobis agnus immolatur. Vnde
apud illos fœtor est criminũ, apud nos remissio pecca-
torũ: dulcis in spe, suauis in fructu. Q̃ui hœdũ quærunt, D
expectãt antichristũ. Christus enim boni odoris est vi-
ctima. Q̃ueri etiam in hœdo videtur, quia Iudęi ritum
veteris sacrificii perdiderunt: vel qa nullius sanguis his
prosunt, sicut Christi sanguis Ecclesiæ. Non enim red-
imere eos sanguis potuit Prophetarũ. Impudens autẽ
& similis illius publicani iustificantis se arrogãti prece,
qui putabat quod nũquam præterierit mandatum dei,
quia legẽ seruabat i litera. Impius, qui accusabat fratrẽ
quod cũ meretricibus paternam subst antiã prodegisset,
cum debuerit aduertere quia sibi dictũ est: Meretrices
& publicani præcedent vos in regno cælorũ. Stat autẽ
foris, nec excludit̃, sed nõ ingreditur, ignoras voluntatẽ
dei de vocatione gẽtiũ: seruus iã factus ex filio. Seruus
enĩ nescit quid domin? agat. Vbi cognouit, inuidet, &
torquetur ecclesię bonis, & foris stat. Foris enim Israel
audit chorum & symphoniam, & irascitur: quia hic cõ-
cinit plebis gratia, & cõsonat populi iubilatio. Sed bo-
nus pater etiã hunc saluare cupiebat, dicens: ¶ Tu me- «
cum semper fuisti.) Vel quasi Iudęus in lege, vel quasi «
iust? in cõmunione: & es, si desinas inuidere. ¶ Et omnia «
mea tua sunt.) Vel Iudæus sacramenta possidens ve- «
teris testamenti, vel baptizatus etiam noui.

De eo quod nemo seruus possit duob? dominis
seruire, & de villico iniquitatis, faciendisq;
amicis de iniquo mammona.

NEMO seruus potest duobus dominis ser- « CAP.
uire.) Non quia duo, sed vnus est dominus. « XVI.
Nam etsi tunt qui mãmonæ seruiũt, tamẽ E
nõ ille nouit aliqua iura dominatus, sed ipsi
sibi iurgii seruitutis imponũt. Neq; enim iusta potestas,
sed iniusta est seruitus. Et ideo ait: ¶ Facite vobis ami- «
cos de iniquo mãmona.) Vt largiendo pauperibus an- «
gelorũ nobis cæterorũq; sanctorũ gratiã comparemus.
Nec reprehenditur villicus, in quo discimus nõ ipsi esse
domini, sed potius alienarum villici facultatũ. Et ideo
licet peccauerit, tamen quia fibi in posterũ ex indulgen-
tia domini quęsiuit auxilia, prædicatur. Pulchre autem
iniquum mammona dixit, quia variis diuitiarum ille-
cebris nostros auaritia tentabat affectus, vt vellemus
seruire diutius. Vnde ait: Si in alieno fideles nõ fuistis,
quod vestrũ est, quis dabit vobis? Alienæ a nobis diui-
tiæ sunt, quia præter naturam sunt: neq; nobiscũ nascũ-
tur, neq; nobiscum trãseunt. Christus autem noster est,
quia vita est. Deniq; in sua propria venit, & sui eum nõ Ioan. 1.
receperũt. Ergo nemo dabit quod vestrum est, quia ves-
trum non credidistis, vestrũ non recepistis. Argui igi-
tur videtur Iudæi & fraudis & auaritiæ. Et ideo qui in
facultatibus fideles non fuerunt, quas cum alienas sci- F
rent, (cõmunem enim ad vsum fructus terrarum a do-
mino deo datus est omnibus) debuerũt vtiq; particípa-
re pauperibus: nec Christum accipere meruerũt, quem
Zaccheus vt acquireret, dimidiã partem bonorum suo-
rum obtulit. Ergo non seruiamus alienis, qui nullum
dominum debemus scire nisi Christum. Vnus enim
deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus domi-
nus IESVS, per quem omnia. Q̃uid ergo? Patet
domin?, aut filius deus* nõ est? Sed & pater dominus, *domin?.
quia verbo domini cæli firmati sunt: & filius deus, qui
est super omnes deus benedictus in secula. Q̃uomodo
ergo nemo potest duob? dominis seruire? Vnus enim
dominus, quia vnus deus. Denique dominum deum
tuum adorabis, & illi soli seruies. Vnde claret vnum
patris & filii esse dominatum. Vnus autẽ est si nõ di-
uidatur, sed totus in patre, totus in filio sit. Itaq; quia
vnius deitatis atque dominatus asserimus trinitatem,
vnum deum & vnum dominum confitemur. Q̃ui au-
tem aliam patris, aliam filii, aliam spiritus sancti me-
morant potestatem: plures deos, & plures dominos in
Ecclesiam gentilis vitio erroris inducunt.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER OCTAVVS.

Quomodo lex & prophetæ vsq; ad Ioannem.

LEX ET PROPHETÆ vsq; ad Ioannē, & ex eo regnū dei euāgelizatur, & omnes in illud vim faciunt.) Non quia lex defecit, sed ga incipit Euāgeliū prædicatio. Videtur enī minora compleri cum potiora succedunt. Et ideo vim faciamus regno cælorū. Omnis enim qui vim facit, vehemēti studio properat, nō torpēti lentescit affectu. Est ergo fidei religiosa violētia, segnitia criminosa. Lex multa secundum naturam, vt naturalibus indulgentior desideriis ad iustitiæ studium nos reuocaret: Christus naturā incidit, quia naturales quoq; amputat voluptates: & ideo vim faciamus naturæ, vt nō ad terrena demergat, sed ad superna se subrigat.

De lege coniugū, & vxore non dimittenda.

OMNIS qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mœchatur: & qui dimissam a viro ducit, mœchatur.) Prius dicendū arbitror de lege cōiugii, vt postea de prohibendo diuortio disputemus. Quidam enim putāt omne coniugiū a deo esse, maxime quia scriptū est: Quę deus cōiunxit, homo nō seperet. Ergo si omne cōiugiū a deo est, omne cōiugium nō licet solui. Et quomodo Apostolus dixit: Q̄ si infidelis discedit, discedat? In quo mirabiliter & nouit apud Christianos causam residere diuortii, & ostēdit non a deo omne cōiugium. Neq; enim Christianæ gentilibus dei iudicio copulantur, cū lex prohibeat. Sed occurrit illud quod ait Salomon: Domū & substātiam patres partiuntur filiis, a deo autem præparabitur viro vxor. Q̄d qui in Græco legit, non putat esse contrariū. Bene enim dixit Græcus ἁρμόζεται. Harmonia enim, conueniens & apta rerū omnium dicitur cōmissa cōnexio. Harmonia est cū fistulæ organi per ordinem copulatæ legitimę tenent gratiā cantilenę, chordarūq; aptus seruat ordo concordiā. Itaq; nō habent harmoniā suam nuptię, quando Christiano viro gentilis mulier non legitime copulatur. Ergo vbi nuptiæ, harmonia: vbi harmonia, deus ibi est. Vbi harmonia nō est, pugna atq; dissensio est: quę non est a deo, quia deus charitas est. Noli ergo vxorem dimittere, ne deum tuę copulæ diffiteari autorē. Etenim si alienos, multo magis vxorios debes tolerare & emendare mores. Audi quid dixerit Dñs: Qui dimittit mulierē, facit eam mœchari. Etenim cui non licet viuente viro mutare coniugiū, potest obrepere libido peccādi. Itaq; qui autor erroris, etiā reus culpę est. Quo cū paruulis fœta dimittit? Quo titubāti vestigio grandęua detruditur? Durū, si excludas parentē, piguora teneas: vt ad contumeliā charitatis addas etiā pietatis iniuriā. Durius, si propter matrem etiam filios simul pellas, cum magis redimere a patre liberi debeāt culpam parentis. Q̄ periculosum si fragilem adolescētulæ ætatem errori offeras? q̄ impium si eius destituas senectutē, cuius defloraueris iuuentutē? Ergo inhonoratum stipendiis & veteranū imperator dimittat ingloriū, atq; imperii sui possessione detrudat, & rusticū laboris efœtum agro suo propulset agricola? An quod in subditos nefas est, in comparē fas est? Dimittis ergo vxorē quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, sed diuina prohibet. Quibo minibus obsequeris, deum verere. Audi legem dñi, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt: Quę deus coniunxit, homo non separet. Sed nō solum hic cæleste præceptum, sed quoddam etiam opus dei soluntur. Pateris ne oro liberos tuos viuēte te esse sub vitrico? aut in columi matre degere sub nouerca? Pone si repudiata nō nubat: & hæc viuo viro tibi debuit displicere, cui adultero fidē seruat? Pone si nubat: necessitas illius tuum crimen est: & cōiugium quod putas, adulteriū est. Quid enim refert, vtrum aperta criminis cōfessione, an mariti specie adulterū admittas*? nisi quod grauius est legē criminis feciſſe, q̄ furtum. Sed fortasse dicit aliquis: Q̄ uomodo Moyses mandauit dare libruū repudii, & dimittere vxorem? Qui hoc dicit, Iudæus est: qui hoc dicit, Christianus non est. Et ideo qui hoc obiicit quod obiectum est domino, respondeat ei dñs: Ad duritiam, inquit, cordis vestri permisit vobis Moyses dare librū repudii, & dimittere vxores. ab initio autē non fuit sic. Moyses permisit, inquit, non deus iussit. Ab initio autē dei lex est. Quæ est lex dei? Relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori suę: & erunt ambo in carne vna. Ergo qui dimittit vxorem, carnem suam scindit, diuidit corpus. Ostendit autem hic locus, quæ propter fragilitatē humanā scripta sunt, non a deo scripta. Vnde & Apls, Denuncio, inquit, nō ego, sed dominus, vxorem a viro nō discedere. Et infra: Cæteris, inquit, ego dico, nō dñs: Si quis frater infidelem habet vxorem. Et reliqua. Itaq; vbi est impar coniugium, lex dei non est. Et addidit: Q̄ si infidelis discedit, discedat. Simul hicidem Apostolus negauit* legis esse diuinę vt coniugiū qualecunq; soluatur: nec ipse præcepit, nec dedit deserendi autoritatem, sed culpam abstulit destituto. Hæc moraliter. Tamen quia supra proposuit regnū dei euangelizari, & cum dixisset de lege vnū apicē nō posse cadere, subiecit: Omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alterā, mœchatur: recte admonet Apostolus dicens: Sacramentum hoc magnū est, sed de Christo & ecclesia. Inueni igitur coniugium quod nemo dubitet a deo iunctū, cū ipse dicat: Nemo venit ad me, nisi pater me? qui misit me, attraxerit eum. Ille enim solus potuit has nuptias copulare. Et ideo mystice Salomon dixit: A deo præparabitur viro vxor. Vir Christus, vxor Ecclesia est. Charitate vxor, integritate virgo. Ergo quē de? traxit ad filiū, nō separet persecutio, nō auertat luxuria, non philosophia deprędetur, non Manichęus cōtaminet, non Arrianus auertat, non Sabellianus inficiat. Deus iunxit, Iudæus nō separet. Adulteri sunt omnes qui adulterare cupiūt fidei & sapientiæ veritatem. Quis liber, inquit, iste est repudii matris vestræ, quo dimisi eā? Audisti repudiū, crede coniugiū. Audisti quid Iudæorū plebi ipse vir dicat: Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & peccatis vestris dimisi matrē vestrā. Mane ergo tu in domo patris, mane cum spōso, enitere vt placeas viro. Mens quæ credidisti deo, esto fortis mulier, qualis illa vel anima ecclesiastica, vel ecclesia, de qua dicit Salomō: Mulierē fortē quis inueniet? Pretiosior autē est lapidibus preciosis, quę talis est. cōfidit in ea vir suus. Videamus quid hæc viro faciat suo, q̄d opus eius, q̄d sit obsequiū, cur confidat in ea Christus. Bona vxor virū suum vestit. Vestiat IESVM fides nostra corpore suo. vestiat carnem eius diuinitatis suæ gloria, sicut & illa bina vestimenta fecit viro suo, vt & in præsenti & in futuro seculo honorificet eū. Nō mediocris hęc fœmina, cuius tale textrinū est: quā non mollia lanæ fila carpētem, sed preciosæ virtutis pensa tractantē vir eius inueniat, quæ manus extollat in noctibus, & ad libram dirigat opus, morūq; suorū pondus examinet, gestorū quoq; nouerit seruare mēsuram, glorioſi subtegmen laboris intexēs: solicita quādo vir redeat, anxia atq; suspirans, & iā cum viro suo esse desiderās, dicēs: Moras facit vir meus venire, festinabo ipsa ad eum, occurram ei facie ad faciē, cū venire cœperit in gloria sua. Veni domine IESV, vt inueniās sponsam tuam, non contaminatā, non adulteratam: quæ non violauerit domum tuam, nō mādata neglexerit. Dicat tibi: Inueni quē dilexit anima mea, introducat te in domū vini. (Vinū enī lętificat cor hoīs) inebrietur spiritu, agnoscat mysteriū, loquatur oraculū.

De diuite iduto purpura & byſſo, & Lazaro mēdico.

HOMO autem quidā diues induebatur purpura. Et cætera.) Narratio magis q̄ parabola videtur, quādo etiā nomē exprimitur. Nō ociose autē hic diuitem dñs persumctum deliciis secularibus in perpetuæ famis apud inferos cōstitutum significauit eruditus. Cui non immerito quinq; fratres, id est, quinq; sēsus corporis, naturali quadā germanitate videntur fuisse sociati, qui immodicis atq; innumeris cupiditatibus æstuabant. Lazarū vero in Abrahæ gremio quasi in quodam sinu quietis & sanctitatis recessu locauit: ne illecti præsentium voluptate maneamus in vitiis, vel tędio victi, laborū dura fugiamus. Sine itaq; Lazarus pauper in seculo, sed deo diues, sine apostolicus aliqs pauper in verbo, locuples in fide, (neq; enī omnis sancta paupertas, aut diuitiæ crimino sæ: sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem cōmendat sanctitas) sive ergo apostolicus qui veram teneat fidē, verborum infulas, fucum argumentorū, ambitiosa sententiarū velamina nō requirat: fœneratā mercedē accipit impugnans hæreticos, Manichæū, Marcionē, Sabellium, Arrium, Fotinūq;. Isti enim nō aliud q̄ fratres sunt Iudæorum, quibus perfidię germanitate nectuntur. Reprimēs quoq; carnis cupiditates, quæ illis, vt dixi, quinq; sensibus vaporātur: fœneratā, inquā, mercedē accipit, cui compensatio exuberantium copiarū, & perpetuitatis vsura est. Nec alienū putam? vt de fide quoq; opinemur hunc esse tractatum, quam Lazarus abiectā de mensa diuitis colligit: cuius vtiq; vlcera secundū literam diues fastidiosus horreret, nec inter preciosas epulas vnguentatosq; cōuiuas fœtorem vlcerum lambētibus canibus sustineret, cui odor aeris, & ipsa esset natura fastidio: quāquam insolentia & tumor diuitū indiciis competētibus exprimatur, q̄d ita cōditionis immemores humanę sint, vt tanquā supra naturā siti, de miseriis pauperū incentiua suarū capiant voluptatū, rideant inopem, insultent egenti: & quorū misereri deceat, his auferant. Vtrūq; ergo qui volet, tanq̄ Lazarus colligat. Cui simile illum puto, qui cæsus sæpius a Iudeis, ad patientiam credētiū, & vocationē gentiū, vlcera sui corporis lābenda quibusdā velut canibus offerebat, quia scriptum est: Conuertentur ad vesperam, & famem patiētur vt canes. Q̄d agnouit Chananitis illa mysteriū, cui dicitur: Nemo tollit panem filiorum, & mittit canibus. Agnouit hunc panem non panem esse qui videtur, sed illum qui intelligitur: & ideo respōdit: Vtiq; dñe. nam & catelli edunt de micis quę cadunt de mensa dominorum suorū. Micæ istæ de illo pane sunt. Et quia panis verbū est, & fides verbi est, micæ velut quædā dogmata fidei sunt. Vnde respōdit dñs, vt ostenderet fideliter dictum, O mulier, magna est fides tua. O felicia vlcera, quæ perpetuū excludunt dolorem. O vberes micæ, quę repellitis ieiunium sempiternum, quę colligentem paucum æternis expletis alimentis. Abiiciebat vos de mensa sua archisynagogus, cum propheticarum scripturarum & legis interna mysteria refutaret. Micæ enim sermones* sunt scripturarum, de quibus dicitur: Et proiecisti sermōes meos post te. Abiiciebat vos scriba, sed Paulus diligētissime colligebat, iniuriis suis eligēs plebem. Lābebāt vlcera eius, qui morsu serpētis intrepidum excusso serpente viderunt, & crediderūt. Lābebat ille carceris custos, qui vulnera Pauli lauit, & credidit. Beati canes, in quos vlcerū taliū distillat humor, vt adimpleat cor, & impinguet fauces eorū: qui custodire domū, seruare gregē, cauere assuescant lupos. Pone nūc ante conspectū secularibus Arrianos studiis intentos, qui societatem potentię regalis affectant, vt armis militaribus impugnent ecclesiæ veritatē. Nōne tibi videtur in quadā purpura & byſſo extructis iacentes thoris, qui pro veris fucata defendāt, ditibus abundare sermonibus, cū iactant dominico terrā tremuisse sub corpore, cælum tenebris obductū, excita verbo maria vel sedata, veritatem dei filiū denegātes? Cōstitue & illū pauperem qui sciens non in sermone, sed in virtute regnū dei esse, paucis quid sentiret expressit dicēs: Tu es filius dei vini. Nonne illæ tibi videntur egere diuitiæ, hęc redūdare paupertas? Diues hęresis Euangelia multa cōposuit, pauper fides hoc solum Euāgeliū tenuit quod accepit. Diues philosophia plures sibi deos fecit, pauper ecclesia vnum deū nouit. Inter hūc igitur diuitem & pauperem chaos magnū est, quia post mortē nequeūt merita mutari, eoq; in inferno diues inducitur cupiens aliquid de paupere spiritus* refrigerantis haurire. Aqua enim refectio est animæ in doloribus constitutę, de qua dicit Esaias: Et saliet aqua cū delectatione de fontibus saluatoris. Cur autem cruciatur ante iudiciū? Quia luxurioso carere deliciis, pœna est. Nam & dñs dicit: Ibi erit fletus, & stridor dentium, cū videritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes prophetas in regno cælorum. Serus autem diues iste magister esse incipit, cum iā nec discendi tempus habeat, nec docendi. Quo loco euidentissime declarat dñs, vetus testamentū esse fidei firmamētum*: retundēs perfidiam Iudæorū, & excludēs nequitias hæreticorum, a quibus mēs supplantatur infirmior. Ipsi enim pusilli sunt, qui adhuc nesciant incremēta virtutis. Licet autem aduertere quod in villici illius superiore, & istius diuitis præsenti comparatione incētium misericordię sit. Si tibi fortasse sanctis quos amicos dicit, & quibus tabernacula tribuit, hic vero docet pauperibus conferendum.

De venia largienda iis qui in nos peccauerint, & se ab errore conuerterint.

SI peccauerit in te frater tuus, increpa illū.) Q̄ bene post diutē qui cruciatur in pœnis, subiecit præceptū veniæ largiendę: his vtiq; qui se ab errore conuertūt, ne quē desperatio non reuocet a culpa. Q̄ vero moderatus est, vt neq; difficilis venia, nec remissa sit indulgētia: ne quē vel austera percellat inuectio, vel cōuentia inuitet ad culpam. Sic & alibi: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum. Plus enim proficit amica correptio, q̄ accusatio turbulenta. Illa pudorem incutit, hęc indignationē mouet. Seruetur potius quod prodi metuat qui monetur: Bonū quippe est vt amicū magis te qui corripitur credat, q̄ inimicū. Facilius enim consiliis acquiescitur, q̄ iniurię succūbitur. Vnde & Apostolus, Corripite, inquit, vt erubescat, non vt inimicū eū existimetis. Infirmus enim custos diuturnitatis est timor. Pudor autem bonus magister officii. Q̄ui enim metuit, reprimitur, nō mēdatur: quem pudet facere, in naturā vertit. Pulchre autē posuit: Si peccauerit i te. nō enim equa cōditio, in deū, hominemq; peccare. Denique Apostolus qui diuini est verus interpres oraculi, Heretico, inquit, post vnam correptionē deuita. quia nō est eque perfidia vt culpa venialis. Et quoniam plerūq; per imperitiam error obrepit, corripiēdum præcipit: vt aut pertinacia vitetur, aut prolapsio corrigatur. Verū quid est, Si septies conuersus fuerit ad te, dimitte illi? Num veniæ numerus præfinitur? An vero quia cū septimo die requieuit deus ab omnib⁹ operibus suis, post hebdomadā istius mūdi quies nobis diuturna promittitur, vt quēadmodū mala istius mūdi feriata* cessabūt, ita etiā vindictæ seueritas conquiescat? Sabbatū autē nō solum

G dierũ,ſed etiam menſiũ eſt.Et ideo ſeptimi menſis de=
cima die ſabbata ſabbatorũ,nec ſolũ menſiũ, ſed anno=
rum quoq;:nec annorũ tantũmodo,ſed etiam genera=
tionũ. Poſtremo ipſius mundi,cuius typus eſt Sabba=
tum magnũ:ſicut ĩ lege eſt hebdomada ſeptima,poſtq̃
celebratur annus Iubileus.Q uod myſteriũ nobis dñs
Mat.18. voluit reuelare cũ dixit:Nõ ſolum ſepties,ſed etiam ſe=
ptuageſies ſepties.Q uia ſeptima generatiõe,vt habes
ſecundũ Lucam,Enoch raptus eſt,ne malitia mutaret
cor eius:& in eo aculeus doloris quieuit.Septuageſima
autẽ & ſeptima generatiõe dominus natus ex Maria,
humani generis in ſe peccata ſuſcipiens,remiſſionẽ tri=
buit omniũ delictorũ.Ergo quãuis ſecundũ literam di=
ſcas frequenter ignoſcere,nec indignationẽ tenere,(ni=
hil enim eſt quo poſſit offendi,cui ignoſcendi eſt cõſue=
tudo)tamen agnoſce myſteriũ.Neq; enim ocioſe Sab=
bato dixit dominus mulieri:Dimiſſa es ab infirmitate
tua:oſtendens plebi ſuæ,quę ſicut mulier illa vocata ſe=
queretur,aduentu ſuo ſe remiſiſſe peccata. Septuagies
Geneſ.4. itaq; & ſepties Lamech cõdẽnatur,quia grauius delin=
quit qui ſcelus dum punit,admittit.Omnẽ autẽ enor=
mitatem ſceleris baptiſmi ſacramẽta dimittunt. Diſce
ergo donare iniurias tuas,q̃a perſecutoribus ſuis Chri=
ſtus ignouit.Nec illud ocioſum quod Sabbato paſſus
eſt,magnũ ſignificãs fore Sabbatũ quo mors deſtrue=
retur a Chriſto.Q; ſi Iudæi Sabbatũ ita celebrãt,vt &
menſem & annũ totũ quaſi Sabbatũ habeant, quanto
H magis nos reſurrectionem domini celebrare debem⁹?
Et ideo maiores tradiderunt nobis pẽtecoſtes omnes
quinquaginta dies vt paſcha celebrandos, quia octauæ
hebdomadis initiũ pẽtecoſtẽ facit.Vnde & apoſtolus
quaſi Chriſti diſcipulus,qui ſciret diuerſitatem tempo=
1.Cor.16. rum,ſcribẽs ad Corinthios, Apud vos,inquit, forſitan
manebo & hyemabo. Et infra: Manebo autẽ Epheſi
vſq; ad pentecoſten. Oſtium enim mihi apertũ eſt ma=
gnum.Itaq; apud Corinthios hyemẽ agit,quorũ errori=
bus angebatur,q̃d eorũ circa dei cultũ frigeret affectus.
Cum Epheſiis pentecoſten celebrat,atq; his tradit my
ſteria,relaxat animũ,quia fidei cernebat ardore feruen=
tes. Ergo per hos quinquaginta dies ieiuniũ neſcit eccle=
ſia,ſicut dñica qua dñs reſurrexit, & ſunt oẽs dies tanq̃
dñica. Erit & alia dñica qua dñicũ corpus reſurgat. No
1.Cor.12. uit hãc Paulus,qui ait: Vos autẽ eſtis corpus Chriſti,
& mẽbra ex mẽbris. Hoc enĩ corpus domini, & oſſa de
oſſibus eius capiti cohærebũt,caput autẽ eccleſiæ Chri=
ſtus. Tũc ergo ceſſabit ieiunium,quoniam in perpetua
iucũditate fatigatio,cura,laſſitudo ceſſabit. Tũc mors
1.Cor.15. deſtruetur. Nouiſſima enim mors deſtruetur. Nã etſi
ceſſauit in Enoch,& non eſt inuenta in eo,deſtructa ta=
men non eſt.Ille enim raptus eſt,vt euaderet: Chriſtus
I vt deſtrueret immolat⁹ eſt. Et ideo bene dixit: Vbi eſt
mors victoria tua? Vbi eſt mors acule⁹ tuus? Ergo in
hac reſurrectione iterum Chriſtus tanq̃ ſuo reſurget in
Apoc.20. corpore. Beatus itaq; qui habuerit partem in prima re=
ſurrectione. Sicut enim primitię dormientiũ Chriſtus,
ſic tũc primitię reſurgẽtiũ eccleſiæ ſancti eius. Hoc my=
ſteriũ Petrus ſcire nõ potuit. Fortaſſe ſcierit de Enoch:
quis tamen potuit myſterium abſconditum in deo hu=
mana mẽte comprehendere? Veniat ergo dominus in
animam meam,in mentem meam,atq; eam ſubiiciat
Pſal.22. ſibi,vt cum ſubiecta mens fuerit mea,dicam: Nõ time=
bo mala,quoniam tu mecum es.

De virtute fidei per cõparationẽ ad granũ ſinapis, & de obſequio quod iure domino debetur.

» SI habueritis fidem ſicut granum ſinapis,di=
» cetis huic arbori moro: eradicare,& iactare
» in mare:& obaudiet vobis.)De grano ſina=
pis ſupra dictum eſt,nũc de arbore moro eſt
diſputandũ. Arborem lego,nõ tamen arborem credo.
Nam quæ ratio,qui profectus hic noſter,vt arbor quæ
laborãtibus agricolis ferat fructus,eradicetur,& mitta= K
tur in mare? Licet hoc pro virtute fidei poſſibile iudi=
cemus,vt ſenſibilibus imperiis natura inſẽſibilis obſe=
quatur:quid ſibi vult tamẽ etiam ipſa arboris ſpecies?
Legi quidem: Paſtor eram caprarũ vellicans mora. & Amos.7.
puto prophetam ſignificaſſe nobis quod ex peccatorũ
grege peccator ipſe cõuerſus ſit:licet conueniat vt futu=
rus propheta gentiũ fructũ quęſiſſe videatur in ſentib⁹,
cibum ex ſentibus eruiſſe, decolores & fœtidos greges
gentium populos nationũ in ſuorũ ſcriptorum paſcuis
nutriturus,* vt ſpiritali refectiõe pingueſcerẽt,ipſe aũt *locatur⁹
de peccatore cõuerſo lac ſpiritale mulgeret.Sed cum in
alio Euãgelii libro de monte ſit dictũ,cuius ſpecies nu=
da gignentium,vitiũ olearũq; ieiuna, infœcũda meſſi=
bus,apta latibulis beſtiarũ, ferarũq; curſibus inquieta,
extollẽtem ſe altitudinem nequitiæ ſpiritalis videatur
exprimere,ſicut & ſcriptũ eſt: Ecce ego ad te mons cor= Hiere.51.
rupte, qui corrumpis omnẽ terrã:cõgruit vt hoc quoq;
loco opinemur id dictum quoniã fides ſpiritũ excludit
immũdũ,maxime cũ arboris natura huic cõcurrat opi=
nioni. Nam fructus eius primo albet in flore,deinde iã
format⁹ irrutilat,maturitate nigreſcit. Diabolus quoq;
ex albenti angelicæ flore naturæ & poteſtate rutilante
præuaricatione deiectus,tetro inhorruit odore peccati.
En tibi illud arbori moro dicentẽ, Eradicare, & iactare
in mare. Cũ legionẽ eiicit ex homine,in porcos tranſire
permittit:qui exagitati diabolico ſpiritu ſe in maria de=
merſerunt. Hic igitur locus hortatorius ad fidẽ,docens
moraliter etiã ea quæ ſolida ſunt,fide poſſe diſſolui. Ex L
fide autẽ charitas,ex charitate ſpes,& rurſus in ſe ſan=
cto quodã circuitu refundũtur. Sequit̃ vt nemo in ope=
ribus glorietur,quia iure domino debem⁹ obſequium.
Nã ſi tu non dicis ſeruo aranti,aut oues paſcẽti, Tranſi
recumbe (vbi intelligitur quia nullus recũbit niſi ante
tranſierit. Deniq; & Moyſes ante trãſiuit,vt magnum
viſum videret) Sicut ergo tu nõ ſolũ nõ dicis ſeruo tuo
Recũbe, ſed exigis ab eo aliud miniſteriũ,& gratias ei
nõ agis:ita nec in te patitur dominus vnius vſum eſſe
operis aut laboris, quia dũ viuimus,debemus ſemper
operari. Ergo agnoſce te eſſe ſeruũ plurimis obſequiis
defœneratum. Non te præferas quia filius dei diceris:
agnoſcẽda gratia,ſed nõ ignoranda natura. Neq; te ia=
ctes ſi bene ſeruiſti,q̃d facere debuiſti. Obſequitur Sol,
obtẽperat Luna,ſeruiunt angeli. Vas gentiũ electus a
domino, Nõ ſum,inquit,dignus vocari apoſtolus,quia 1.Cor.15.
perſecut⁹ ſum eccleſiã dei. Deinde alibi nullius ſe oſtẽ=
dens conſcium culpæ,ſubiecit: Sed nõ in hoc iuſtifica= 1.Cor.4.
tus ſum. Et nos ergo nõ a nobis laudem exigamus,nec
præripiamus iudicium dei,& pręueniamus ſentẽtiam
iudicis,ſed ſuo tẽpori,ſuo iudici reſeruemus. Poſt hanc M
reprehenduntur ingrati,atq; ita demum ad tractatum
futuri iudicii venitur.

De eo quod in hora aduentus domini ad iudicium, qui in tecto eſt,non deſcendat.&c.

IN illa hora qui fuerit in tecto,& vaſa eius in «
domo,ne deſcẽdat tollere illa. Et qui in agro, «
ſimiliter non redeat retro. Memores eſtote «
vxoris Loth.) Interrogatus a diſcipulis do= «
minus quando veniret regnum dei,ait:¶ Regnum dei «
intra vos eſt.) Vtiq; per veritatẽ gratiæ, non per ſerui= «
tutẽ culpę. Itaq; qui vult eſſe liber,ſit ſeruus in domino.
Ea enim parte qua participamur ſeruitute, participa=
mur & regno. Ait ergo: Regnũ dei ĩtra vos eſt. Q uã=
do autẽ veniret,noluit dicere,ſed dixit iudicii diem eſſe
vẽturũ,vt terrorẽ* omnibus iudicii imminentis incu= *horrorẽ
teret,nec ſecuritatẽ dilationis afferret, Et ne videretur
cõtriſtare diſcipulos ſi his aliquid negaret,ait in alio li=
bro: De die autem & hora nemo ſcit, neq; angeli cæ= Mat.24.
lorum, neq; filius. Bene medie poſuit filium. Eſt enim
idem filius hominis,filius dei:vt magis dictũ ſecũdum

A filiũ hominis æſtimemus,quia tẽporũ finẽ non per na=
turam hominis,ſed per naturã dei nouit. Nec alienum
tamẽ a fide eſt,ſi filiũ accipias dei. Q uid enim eſt quod
bonus pater filiũ celauerit,cui omnia dedit? Aut quo=
modo nõ dedit cognitionẽ tẽporis,cui dedit ipſius iudi
cii poteſtatẽ? Q uomodo autẽ filius neſcire poteſt quod
pater nouit,cũ in patre filius ſit:& ſpiritus ſcrutetur etiã
alta dei,cũ ipſe filius altitudo ſit diuitiarũ ſapientiæ &
ſcientiæ dei? Sed cur nolit dicere,oſtendit alio loco: Nõ
Actuũ.1. eſt veſtrũ ſcire tẽpora & annos,quæ pater poſuit in ſua
poteſtate. Videtis quo tẽdat qui trinitatẽ negat vnius
poteſtatis,vt ſit aliquid quod neſciat filius. Cur enĩ ce=
laret filium proprium pater? Aut enim inuidiæ cauſa
nolumus aliis intimare quod ſcimus,aut ne forte pro=
damur. Sed nec inuidi in patrem,nec proditoris in filiũ
ſuſpicio cadit. Ergo vnius ſunt cognitionis, quia vnius
ſũt poteſtatis. Deniq; q ſigna nouit futuri iudicii, vtiq;
nouit & finẽ. Q uid enĩ eſt quod neſciat ille ſicut fulgor
coruſcans,eo quod lux dei filius interna myſterii cæle=
ſtis illuminet? In illa,inquit,hora. Ergo & horã nouit
ſed nouit ſibi,mihi neſcit. Bene autẽ cauſam diluuii &
incendii & iudicii de noſtris aſſerit prodiſſe peccatis,q̃a
deus malũ non creauit,ſed noſtra ſibi merita repererũt.
Edebant enim & bibebãt,vxores ducebãt, & nubebãt.
Nõ quia coniugia dãnentur,neq; alimenta damnẽtur:
cum in iſtis ſucceſſiões, in illis naturę ſubſidia ſint:alio=
quin de hoc mũdo eſt exeundum: Sed in omnibus mo
B dus quæritur. quicquid enim abũdãtius,a malo eſt. Sit
aliquis conſenſus ad tẽpus,vt vacemus orationi,ſit ali=
qua inter ſolicitudines mundi & intemperãtiæ crapulã
ſobrietas religionis, & fiducię caſtitatis. Ergo quia pro=
pter improbos neceſſe eſt probi in hoc ſeculo cõtritionẽ
cordis animiq; patiãtur,quo vberiorẽ mercedẽ accipiãt
in futurũ,remediis inſtruũtur: vt qui in Iudæa ſunt,fu=
giant in montes. Q uæ eſt iſta Iudæa? Noui enĩ & aliã
Pſal.75. Iudęã ſecundũ ſpiritũ,non ſecundũ literã. Notus enim
in Iudæa deus. Q uales autem iſti montes qui poſſint
motũ futuri cohibere iudicii,cũ ſcriptũ ſit: Tremor ãte
te montes occupabit,cælũ & terra tranſibũt? Q uomo=
do terrarũ portio manebit immunis,aut tueri me po=
terit,quæ nec ipſa ſe ſeruat? Vbi igitur me ab ira eius
abſcondam,qui conturbat profundũ maris? Si aſcẽde=
ro in cęlum,ibi eſt:ſi deſcendero in infernum, adeſt. Nõ
ergo falli poteſt q vbiq; eſt,ſed placari. Adeſt itaq; iudi=
cii dies. ſi vis non comprehendi,quotidie time,quotidie
Eſaię.40. fuge. Q uæris quomodo fugias? Aſcende in montẽ qui
euãgelizas Sion, vt excelſorum vertice poſſis eminere
3.Reg.20 meritorũ. Deus enim montiũ, & nõ deus vallium eſt.
Aſcẽde eo vbi Chriſtus ſedet ad dexterã dei,cuius fun=
damenta in mõtibus ſanctis,& mõtes in circuitu eius.
C Mons tuus Paulus,mõs tuus Petrus eſt. Supra illorũ
fidem mentis tuæ locato veſtigiũ. In lege dei atq; hæ=
reditate fidei conſtitutos iudicii dies nõ ad pœnã inue=
nit,ſed ad gloriã. Si quis etiã in tecto eſt poſitus,hoc eſt,
ſuperiora iam domus ſuę eminentiũq; virtutũ culmen
aſcendit,ad terrena mũdi huius opera non recidat. No
ui enim tectũ in quo Raab illa typo meretrix,myſterio
Eccleſia, ſacramentorum conſortio populis copulata
gentilibus,exploratores quos Ieſus direxit,abſcondit:
qui ſi ad inferiora deſcendiſſent domus,ab exploratori=
bus qui ad corripiendos eos miſſi fuerant,occiſi eſſent.
Tectũ ergo ſublime eſt mẽtis officium, animæq; faſti=
giũ,quo nuda corporis operitur ĩfirmitas. Vnde mihi
videtur etiam paralyticus ille idcirco eſſe ſanatus, qui a
quatuor iuuenib⁹ dimiſſus e tecto eſt:quia quatuor ad=
miniculo virtutũ, prudentię,fortitudinis,temperantię,
atq; iuſtitiæ ad pedes Chriſti alta quadã ſe ratione ſub=
iecit. Nihil enĩ excelſius humilitate,quæ tanq̃ ſuperior
neſcit extolli,quia nemo id affectat quod ĩtra ſe iudicat.
Sed quoniam in iudicio verſamur,non digrediamur a
tecto,ne dum vaſa quæ in domo ſunt cupimus auferre,
capiamur. Non enim in omni domo ſunt vaſa aurea & D
argentea, ſed in pleriſq; ſunt lignea:nec omnes domus
plenę. ſunt enim & vacuæ,quas nouit Propheta qui di=
xit: Q uid factũ eſt tibi nunc,quia aſcẽdiſti in domos va
cuas,impleta eſt ciuitas clamãtiũ? & ſubiecit: Omnes
principes tui fugerũt,quicũq; in te vulnerati ſunt, & ad
perfidiam de fide lapſi ſunt. Vulneratus eſt Sabellius,
vulneratus eſt Valẽtin⁹,vulneratus eſt Arrius. In do=
mo enĩ vacua ſũt reperti. Vis domũ videre plenã? Se=
quere Petrum,cũ eſuriret,ad domus ſuperiora gradiẽ=
tem. ibi agnouit myſteriũ eccleſiæ cõgregandæ, vt gẽ=
tilem populum nõ iudicaret immundũ,quẽ fides poſſet
ab omni mundare contagione. Vaſa autẽ de luto ſunt.
Ergo vas corp⁹ eſt. Et ideo caue ne deſiderio corporis
præclara mentis ſtudia derelinquas. Si Petrus non ac=
cepit myſterium in inferioribus poſitus,tu quẽadmodũ
accipies? Ille accepit, quia aſcendit vt euãgelizaret do=
minum,paſſionẽ corporis nõ timeret.¶ Ergo qui in te= «
cto eſt,non deſcẽdat:& qui in agro eſt,nõ reuertatur re= «
tro.) Vnde intelligam qui ſit ager, niſi ipſe me doceat
IESVS dicens: Nemo mittens manũ in aratrum, &
reſpiciẽs retro,aptus eſt regno cælorũ? Ocioſus in villa
ſedet,laborioſus in agro ſeminat: debilis ad focũ, fortis
ad aratrũ. Bonus odor agri. odor enĩ Iacob, odor agri Gene.27.
pleni. Ager plenus eſt florũ,plenus eſt fructuũ diuerſo=
rum. Ara igitur agrũ tuum, ſi vis dirigi ad dei regnũ.
Floreat tibi bonorũ ſeges fœcunda meritorũ. Sit vitis E
abundans in lateribus domus tuę,& nouella oliuarum Pſal.127.
in circuitu menſæ tuæ. Dicat anima tua Chriſto ferti=
litatis ſuæ iam conſcia,& ſeminata dei verbo, ſpiritali=
bus quoq; inarata culturis: Veni frater meus,exeamus Cantic.7.
in agrum. Ille reſpondeat: Introiui in ortum meũ ſoror
mea ſponſa,vindemiaui myrrham meam. Q uæ enim Cantic.5.
melior q̃ fidei vindemia,qua reſurrectionis fructus recõ=
ditur,qua perpetuæ lætitiæ fons rigatur? Itaq; cũ reſpi=
cere prohibearis,multo magis redire prohiberis,& tol=
lere tunicam. Comperiſti enim quod ei qui tunicam te
petierit,remittere debeas & pallium. Ergo directus ad
dei regnũ,opes & patrimonium nõ requiras. Nouit &
aliam ſcriptura tunicã, de qua nos hortatur Apoſto=
lus dicens vt expoliãtes veterem hominẽ cum actibus Coloſſ.3.
ei⁹, induti nouũ, ſuperioris tunicã non requiramus er=
roris. Vnde & illa ait: Nocte exui me tunicam meam, Cantic.5.
quomodo induã eam? Q uod non ſolũ renunciare pec=
catis,ſed etiã memoriam omnẽ debeas actus ſuperioris
abolere. Deniq; Paulus anteriora obliuiſcens, culpam
exuit, pœnitentiã nõ omiſit.¶ Et ideo dñs, Memores «
inquit,eſtote vxoris Loth.) quæ ideo quia reſpexit re= «
tro,perdidit naturæ ſuę munus. Retro enim Satanas, F
retro Sodoma. Q uapropter fuge intemperantiam,de=
clinato luxuriã. Et vt cognoſcas quia non omnes poſ=
ſumus fugere in montẽ,recordare quia ille qui ſe a vete=
ribus ſtudiis non reflexit (Sodomã enĩ ante delegerat)
ideo euaſit,quia peruenit ad montẽ. Illa quæ infirmior
fuit,quoniam ad poſteriora reſpexit,nec mariti adiuta
ſuffragio ad montem peruenire potuit,ſed remanſit.

De duobus in vno lecto, & duabus molẽtibus in vnum,duobusq; in agro,quorũ vnus aſſumetur,& alter relinquetur.

IN illa nocte erunt duo in lecto vno,vnus aſ= «
ſumetur, & alter relinquetur.) Bene noctem «
dixit, quia Antichriſt⁹ hora tenebrarũ eſt:
eo q̃d pectorib⁹ hominũ tenebras offundat,
cũ dicat ſe eſſe Chriſtum,exurgentibus pſeudoprophe=
tis qui aſſerant nunc in deſertis IESVM degere, vt
vagæ errore opinionis illudant:nunc in penetralibus,
vt qui audierint,præcelſæ nomine poteſtatis arceant.
Chriſtus autẽ ſicut fulgur coruſcans per vniuerſũ mun=
dum luminis ſui globos ſpargit. Et ideo nec in deſertis
vagatur,nec aliquibus locis clauditur,quia cælũ & ter=

Hiere.23. ram ego impleo,dicit dñs.Sed luce fulgoris sui fulget,
G vt in illa nocte resurrectionis gloriam videre possimus.
Quid igitur sibi vult quod ait:Duo in lecto vno,& duę
molentes,& duo in agro:vnus assumetur,& alter relin-
quet? Nũquid iniquus de⁹, vt pares studiis & societa-
te viuẽdi,atq; indiscreta actuũ qualitate,meritorũ remu
neratione discernat? Nõ ita est,sed pro actib⁹ hominis,
qualitas. remuneratiõis est ęqualitas. Nõ ergo merita hominũ
copulæ vsus exæquat. Nam & pater in filiũ,& filius in
patrem studio religionis insurgũt:quia nõ omnes quod
Mat.10. adoriũtur efficiunt:sed qui perseuerauerit in finem, hic
saluus erit. Tum deinde non forense obsequium,sed in-
teriorem dominus rimatur affectũ. Neq; enim si iuste
offeras,& nõ iuste diuidas, acceptũ est sacrificium deo.
Ergo ex vno strato (Est enĩ stratũ infirmitatis huma-
Psal.40. næ,quia scriptũ est:Vniuersum stratũ eius versasti in
infirmitate eius) vnus relinquetur,alter assumet. Qui
assumitur, rapitur obuiam Christo in aera: qui autem
» relinquitur,improbatur.¶ Duæ molentes in pistrino.)
Sensus quidem est quod hi significari videantur, qui ex
occultis alimenta quærant,& in apertũ ex interioribus
proferãt. Sed tamen quid molant istę mulieres,requi-
rendũ est. Nisi forte quod legimus in Esaia:Si offeratis
similaginem,vanũ est. vt similago sit quæ a molẽtibus
offeratur. Discutiamus ergo quæ molant, quidve mo-
H lãt, quodve pistrinũ sit. Et fortasse mũdus iste pistrinũ
est: in quo aptius reor q̃ humani corporis forma refe-
ratur,in quo anima nostra velut quodam carcere inclu-
al's,panẽ sibi vt cõsulat,operatur.&c. ditur corporali,panẽ,si cõsulat boni, operatura cęlestẽ.
In hoc ergo pistrino vel Synagoga, vel anima obno-
xia delictis triticũ molendo madefactũ,& graui humo-
re corruptum,nõ potest interiora ab exterioribus sepa-
rare:& ideo relinquit, quia eius similago displicuit. At
vero sancta ecclesia,vel anima nullis maculata cõtagiis
delictorum,quæ tale molit triticũ qd̃ Solis æterni calo-
re sit torridum,quod deus quemadmodũ voluit sic ve-
stiuit,& angeli ab omni purgamentorũ labe mũdarũt,
bonam similaginem de penetralibus hominũ deo offe-
rens,sacrificii sui liba cõmendat. Nec solum molentes
duæ,sed etiam operãtes duo erũt in agro vno,e quibus
assumetur vnus. Bonus seminator,qui non supra vias
seminauerit,sed supra aratum & cultum solum, vt fru-
ctũ humilitate pressum,non iactatione dispersum,terra
multiplicet. Relinquitur autem seminator zizaniorũ,
ex quibus refutabilis similago conficitur. Qui sint autẽ
isti agricolæ differentes,possumus reperire si aduerta-
mus qua ratione duos νοῦς,hoc est, duas mentes esse in
nobis apostolus dixerit. Fortasse enim ideo,quia altera
I exterioris est hominis,qui corrũpitur: altera interioris,
qui per sacramẽta renouatur. Et eo ille fortasse deterior
qui extollitur frustra inflatus mente carnis suæ, & non
tenens caput,qui a domini nostri IESV Christi salu-
tarium præceptorum obseruatione declinat. Ipse enim
caput omniũ,qui autor est omnium. Alter est ille præ-
stabilior,qui humilitatem diligit,sapiẽtiam quęrit,mi-
Psal.111. sericordiã nõ omittit:bonus scilicet seminator. Disper-
sit enĩ dedit pauperibus,iustitia eius manet in æternũ.
Hic igitur spiritalis est,ille carnalis. Nam sicut verbis
apostolicis comprehendimus illum extollentẽ se tumi-
do animo seductorem mente carnis inflari,ita etiã san-
ctum virum renouari spiritu mentis ostendimus,dicẽ-
Ephes.4. te eodem:Renouamini autem spiritu mentis vestræ.
Duas ergo mentes esse demõstrat,vnã quæ mens car-
nis efficitur victa peccato,alteram quæ spiritui copula-
ta carnis abiurat illecebras. Nec solum duę mentes,sed
etiam duę leges in nobis sunt:quarũ vtrãq; nobis Apo
Rom.7. stolus explicuit dicens:Cõdelector enim legi dei secun-
dum interiorem hominem. Video autẽ aliam legẽ in
membris meis repugnantem legi mẽtis meæ,& capti-
uantem me in lege peccati,quę est in mẽbris meis. Est
ergo lex interioris hominis, est etiã exterioris. Illa quæ
peccatũ prohibet,ista quæ suadet. Illa quæ damnat er- K
rorem,ista quæ suggerit. Illa quæ mentem instruit,ista
quæ tentat. Sunt etiam duæ aliæ vehemẽtiores in no-
bis leges,vna dei,altera peccati,secundũ eũdem magi-
strum,qui ait:Igitur ego ipse mẽte seruio legi dei, car-
ne autem legi peccati. Et ostenditur q̃ si mentẽ tãtum-
modo dicas,cõtrariã carni ostẽdas. Cũ enim dicit Pau-
lus se legi dei mẽte seruire, vtiq; mentẽ per seipsam, nisi
a carne vincat̃,bonã esse demõstrat, & natura ita crea-
tam, vt resistat errori. Itaq; cũ vincitur,mẽs carnis est:
nõ ex natura habens sed ex carne quod labitur:& quasi
in nomen proprietatẽq; victricis victa succedit. Natura
autem aduersa carnis est. Deniq; mente deo seruimus,
carne peccato. Melior autẽ mens erit,si cooperaria san-
cto spiritui religiosum nõ intermittat officiũ. Istæ sunt
igitur operantes in agro nostro,quarum altera bonum
fructum diligentia dat,altera amittit incuria: quam san
guinem legislator appellat,dicens: Anima omnis car- Leuit.17.
nis, sanguis eius. Quo pleriq; referũt etiam illud quod
scriptum est:Non manducabis carnem in sanguine. ne Genes.9.
vulneribus animæ cruentatas corporis voluptates, re-
fectionis potius loco q̃ reatũ sãguinis ęstimemus, quos
oportet dei verbo refici. Est ergo cibus refectiõis, est ci-
bus sanguinis. Sicut enim caro domini vere est cibus,
ita sanguis vere noster est potus. Bonã ergo de nostris
operibus escam domino suggeramus, ne rursus cũ ve-
nerit,& sicut in illa ficu pomũ nõ inuenerit, nostrorum
meritorũ infœcũditate ieiunus propositũ pietatis auer-
tat,dicens ad illam animã quã nudã pomorũ repererit,
& sanguine cruentatã, Nunquã ex te fruct⁹ nascatur in L
sempiternũ. Est ergo anima carnis omĩs,sanguis eius.
Est etiã pręstabilior anima,de qua dixit deus:Omnes Ezech.18
animæ meæ sunt,sicut anima patris, ita etiam anima
filii mea est. Nec illud prætereat,vt duos populos iter-
pretemur,id est,quod in hoc mundo,qui agro frequen-
tissime cõparatur,duo populi sint,vnus credentiũ, alter
qui non credit, relaturi meritorum vicem suorũ:et ideo
alter qui fidelis est,assumat̃:alter qui ĩfidelis, relinqua-
tur. Duæ autem illæ molentes, duæ animæ, vel certe
Ecclesia atq; Synagoga. Nõ enim vna tantũ figura,sed
multiplex in diuinis scripturis esse cõsueuit,vt vn⁹ ser-
mo plures species comprehendat. Itaq; mens carnis,&
anima carnis,& Synagoga,idem triticum colligũt, &
eam similaginẽ molunt,quæ offertur inuanum. Mens
autẽ quæ coniuncta est animæ,& anima quæ receptrix
est salutaris verbi, vel Ecclesia dei,excolũt & molũt ve-
ræ legis similaginẽ spiritalem,vnde etiam panes pro-
positionis fiunt,quos soli sacerdotes edunt, quibus pu-
riorem panẽ mãducare præscriptum est,illum vtiq; qui
descendit de cælo. Omnes autẽ sumus,si merita nostra
patiãtur,iustitiæ sacerdotes,qui vnctione lætitiæ in re- M
gnum & sacerdotiũ cõsecramur. Ergo ita exerceamus
& colamus agrum nostrũ in istius culturæ munere cõ-
stituti, vt in illa superiore Hierusalẽ,vbi legis custodia
vera celebratur, babeamus similaginem de manipulis
nostris,quos beati qui potuerint cõgregare,vt veniẽtes
veniant in exultatione tollentes manipulos suos. Isti
igitur fructus sunt spiritales,& felices veri prouẽtus la-
boris,qui nullo inutili imbre madefiãt. Fructus autem
carnis corruptelæ obnoxi⁹:& ideo qui carnalia semina-
uerit,carnalia metet. De agro vero quid dicam,cũ ma-
nifestũ sit in opere cultoris vel laudem esse vel culpã?
¶ Et respõdentes dixerunt:Vbi dñe?) Hoc discipuli lo- “
cuti sunt:dñs autẽ vbi præmonuit & quo fugiendũ, &
vbi commorandũ,& quid esset cauendũ,complexus est
summam definitione generali,dicẽs:¶ Vbi fuerit cor- “
pus,ibi cõgregabũtur aquilę.) Itaq; prius quę sint aqui- “
læ coniiciamus, vt quod sit corpus definiamus. Iusto-
rum enim animæ aquilis cõparantur,quod alta petãt,
humilia derelinquant, lõgæuam ducere ferantur æta-
tẽ. Vnde & Dauid animæ suæ dicit: Renouabit̃ sicut Psal.102.

A aquilæ iuuentus tua. Si igitur intelleximus aquilas,de
corpore iã dubitare nõ possumus, maxime si memine-
rimus qd̃ a Pilato Ioseph corp⁹ acceperit. Nõne tibi vi-
dentur aquilæ circa corpus Maria Cleophæ, & Ma-
ria Magdalene, & Maria mater dñi, apostolorũq; cõ-
uentus circa dñi sepulturã? Nonne tibi videtur aquilæ
circa corpus,quãdo veniet in illa die cũ intelligibilibus
nubibus filius hominis,& videbit eũ omnis oculus, &
Ioan.6. qui eũ cõpũxerũt? Est etiã corpus de quo dictũ est:Caro
mea vere est cib⁹,& sanguis meus vere est potus. Circa
hoc corp⁹ verę aquilæ sunt,quæ alis circumuolãt spiri-
talib⁹. Sũt & circa corpus aquilę quę credũt IESVM
in carne venisse,quia omnis spiritus qui confitetur IE-
SVM Christũ in carne venisse,de deo est. Vbi ergo
fides,ibi sacramẽtum, ibi diuersoriũ sanctitatis est. Est
etiã corp⁹ ecclesia,ĩ qua per baptismi gratiã renouamur
spũ,& occidua senectutis in rediuiuas reparant̃ ætates.

De permittendis pueris venire ad Christum,& simplicitate puerili sectanda.

CAP. XVIII. » SINITE pueros venire ad me,& nolite eos
prohibere. talium est enim regnũ dei. Amẽ
» dico vobis,quicunq; non receperit regnũ dei
» sicut puer,nõ intrabit in illud.) Atq; ætas
hæc infirma est virib⁹,inualida ingenio,immatura cõ-
silio:nõ ergo ætas pręfertur ætati,alioquin obesset ado-
lescere. Quid votis opus est vt ęui maturitas cõsequa-
tur,si mihi meritum regni demptura cælestis est? Er-
go deus vitę processum ad vitia dedit,non ad incremẽ-
ta virtutis? Et cur ipse apostolos non puerilis, sed pro-
uectioris ętatis elegit? Cur autem pueros aptos regno
B dicit esse cælorum? Fortasse quia malitiam nesciant,
fraudare nõ nouerint,referire nõ audeant,scrutari igno-
rẽt opes,honorẽ ambitionẽq; nõ appetãt. Sed nõ igno-
rare ista virtus est,sed contẽnere:nec cõtinẽtiæ laus,vbi
infirmitatis integritas. Non igitur pueritia,sed æmu-
la puerilis simplicitatis bonitas designatur. Non enim
virtus est nõ posse peccare,sed nolle: atq; ita tenere per-
seuerantiã voluntatis,vt volũtas infantiam, vsus imi-
tetur naturam. Deniq; ipse hoc saluator expressit,dicẽs:
Nisi conuersi fueritis,& efficiamini sicut puer iste, non
intrabitis in regnũ cælorũ. Quis est ergo puer imitan-
dus apostolis Christi? num vn⁹ ex paruulis? Hæc igit̃
virt⁹ apostolorũ. Quis ergo puer? Ne forte ille de quo
Esaiæ.9. Esaias dicit:Puer natus est nobis,filius dat⁹ est nobis?
Ipse enim tibi puer dixit:Tolle crucem tuam,& seque-
1.Petri.2. re me. Et vt agnoscas puerũ:Cum malediceretur, non
remaledixit:cũ percuteretur,nõ repercussit. Hæc est enĩ
perfecta virtus. Itaq; & in pueritia est quædam venera-
bilis morum senectus,& in senectute innocẽs pueritia.
Sapiẽ.4. Senectus enim venerabilis est,nõ diuturna,nec nume-
ro annorum cõputata. Cani sunt autẽ sensus hominis,
C & ætas senectutis vita imaculata. Vnde & scriptũ est:
Psal.112. Laudate pueri dominum,laudate nomẽ domini. quia
nemo nisi perfectus laudat dominum. Nemo enim di-
cit dominũ IESVM, nisi in spiritu sancto. Quod vi-
detur de Ecclesiæ populo prophetatum, qui iunior se-
niorem populum Iudæorum virtutis studiis anteiuit.
Esaiæ.8. Et ideo illud:Ecce ego & pueri mei quos dedisti mihi.
Isti sunt pueri qui dominum pullo asinæ superuectum
propheticis vocibus prosequentes,redemptionem gẽ-
tium venisse dicebant. Isti sunt pueri vel infantes qui
Christi illa vbera super vinũ haustu pleniore suxerunt.
Psalm.8. Ex ore enim infantium & lactentium perfecisti laudẽ.
Durum itaq; aliquib⁹ & immite videri potest quod di-
scipuli ad dominum infantulos adire prohibebant, nisi
vel mysteriũ intelligas,vel affectũ. Neq; enim inuidæ
in pueros mentis asperitate faciebant,sed sedulæ serui-
tutis obsequia domino deferebant, ne comprimeretur
a turbis. Denique alibi scriptum est: Magister,compri-
munt te turbæ. Respuenda quippe est vtilitas nostra,
vbi diuinitatis iniuria est. Ergo fugiamus superbiam, D
sequamur puerilem simplicitatem, quia veritas aduer-
saria superbię,simplicitas autem concurrens veritati,in
ipsa humilitate sublimis. Non enim in abiecto corde
habitat deus,sed sicut tradiderũt nobis prophetę,thro-
nus virtutis exaltat⁹ est,in eo scilicet cuius eleuatur sa-
pientia ad altitudinem veritatis. Nec sicut Cain frater-
na specie dolum percussoris abscondat,sed foris intraq;
sit frater. Hæc in affectu. In mysterio autem,quia prius
saluari populum Iudæorum,ex quo secundum carnem
nati fuerant,gestiebant. Sed & pro Chananæa mulie-
re supplicarunt. Sciebant ergo mysterium,quod vtrisq;
populis vocatio deberetur,sed fortasse adhuc ordinem
nesciebant. Nunc distantiam intende verborum. Vbi
ad se infantes accedere iubet, vt eos vel prædicatione
vel manuum impositione benediceret, pueros appel-
lat: vbi præcipit non scandalizandos, pusillos appellat.
Non enim scandalizãtur qui tanguntur a Christo, nõ
labuntur qui Christo propinquant. Sed labuntur illi
quos pusillos non ætatis exiguitas,sed virtutis pusillia-
tas fecit. Simul etiam docet infirmos non esse tentan-
dos,ne in nos eorum delicta vertantur,quorum preces
ad dominum, etsi ipsi virtutũ meritis infirmi sint,an-
gelorum tamen patrociniis euehuntur. Nemo ergo ir-
rideat pauperem, quia exacerbat illum qui fecit eum.
Nemo tentet inualidũ,ne angelos lædat. Nemo præ-
cipitet infirmum, ne soluat beneficium redemptoris.
Et ideo dixit:Væ huic mundo ab scandalis. quia cru-
cem domini pleriq; scandalum iudicarunt, cum domi- E
nicæ humilitas passionis nostrę sit sacramentum salu-
tis, vt adoriamur virtutis officium, sumamus humi-
litatis exemplum. Væ igitur ei qui in crucem domini
non crediderit, qua scandalizantur infirmi. Expedit ei
vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demerga- Mat.18.
tur in profundum maris. In diuinis quidem scripturis
non verborum seriem,sed rerum põdus examinare de-
bemus. Plus enim proficit ad reprimenda peccata, in-
auditi generis atque deformis beluina quædam pom-
pa supplicii. Tamen ne cui hinc quoque scandalum ge-
neretur infirmo, non ociose simul positum putamus,
molam asinariam,collum hominis, profũdum maris.
Etenim cum asini typum populus gentilis acceperit,
nõne tibi videtur tanquam molam asinariam voluere
quãdiu in imperitiæ suæ errore versatur, naturæ qui-
dem vinculis alligatus, vt verbum emolat,deum quæ-
rat:sed opertæ mentis cæcitate suffusus, vt vultum a-
nimi erigere ad deum,& oculos cordis aperire non no-
uerit? Et ideo sine vlla cursus alacritate vestigiis ĩ se sæ-
pe redeuntibus inuitus vsui laborat alieno. Tamen
qui molam voluit,consummãdi aliquando finem ope-
ris habet, & exuendæ spem gerit cæcitatis. Cui vero F
mola ad collum suspenditur,portat lapidem,qui porta-
re domini iugum recusauit. Asinus ergo ad molã, cæ-
cus ad lapidem,gentilis ad saxum,qui adorat eũ quem
non videt nec agnoscit. Deus enim non in manufactis Act.17.
habitat, nec in saxo agnoscit̃,sed in spiritu. Vterq; igi-
tur populus & gentilis & Iudeus pompa quadam ser-
monis huius exponitur,sed vehemẽtior in Iudeos pœ-
na decernitur. Gentilium enim memoria seculi istius
fluctibus obruetur, & cœno mundi huius abolebitur,
qui inter ea quæ non sunt, esse voluerunt, & alienati a
scientia dei,tanquam in profundum maris mersi sunt.
At vero Iudæi per patriarchas assumpti,circuncisione
signati,per legẽ eruditi,non tanquam ignoti peribunt,
sed tanquam sacrilegi punientur. Etenim Athenien-
sibus ignotus deus,in Iudæa notus, sed non receptus.
Et ideo qui ignorat,ignorabitur:qui præuaricatur,dã-
nabitur. Nec ille exut⁹ a culpa,qui suum nesciuit auto-
rem: & ille exutus a venia,qui dominum non recepit.
Tolerabilius tamen est fidem non detulisse Christo,
quàm manus intulisse.

G De responsione IESV ad interrogationem cuiusdam principis, qua asserit neminem esse bonum nisi solum deum.

» INTERROGAVIT autē eum quidam princeps dicens: Magister bone, quid faciēdo vitam æternā possidebo? Dicit autem ei IESVS: Quid me dicis bonū? Nemo bonus, nisi solus deus.) Versuta interrogatio, & ideo arguta respōsio. Tentator enim princeps iste, magistrū bonum dixit, qui deum bonum dicere debuisset. Nā licet & in diuinitate bonitas sit, & in bonitate diuinitas (ne-
Psal.115. mo enim bonus nisi solus deus, omnis autē homo mēdax: quicquid autē mēdax, vtiq; non bonū) tamen addēdo, magister bone, in portione bonū dixit, nō in vniuersitate. Nam deus vniuersitate bonus, homo ex parte. Propterea dīs, Quid me dicis bonū, quē negas deū? Quid bonū dicis, cū bonus nemo nisi vnus deus? Non ergo bonum se negat, sed deū signat. Bonus enim quid
Psal.13. est, nisi plenus bonitatis? At vero cū scriptum sit: Non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnū: vtiq; de hominibus non de deo dixit. Deus enim vnus est, nō vnus e numero. Ita & dei filius quasi vnicus exceptus est, non quasi vnus ex multis: & vnigenitus est, nō vnus ex genitis. Et ideo nemo bonus nō præiudicat Christo, quia nemo iudicat Christū. Nemo enim tanq; cōmuniter de nobis dicitur, sed nihil Christo cōmune nobiscum. Qz si
H quem mouet, quia nemo bon⁹ nisi vnus deus: moueat & illud, quia nemo bonus nisi deus. Qz si a deo filius nō excipitur, vtiq; neca bono Christus excipitur. Sed cum
1.Cori.8. in deo filius persona alter, potestate vnus sit: Vnus enī deus, ex quo oīa: & vnus dīs, per quem omnia: deus
Deute.6. autē & dominus nō duo dii, sed vnus deus sit, quia dominus deus tuus deus vnus est: vtiq; cū secundum maiestatem deus vnus in vtraq; persona sit, & bonus vnus in vtroq; est. Nā quomodo non bonus, ex bono natus?
Mat.7. Arbor enim bona bonos fructus facit. Quomodo non bonus, cū bonitatis substātia assumpta ex patre nō degenerarit in filio, quę nō degenerauit in spiritu? Et ideo
Psal.142 spiritus tuus bonus deducet me in viā rectam. Qz si bonus spiritus qui accepit ex filio, bonus vtiq; & ille q tradidit. Et cum bonus pater, vtiq; & ille bonus qui omnia habet quæ pater habet. Aut si negatis filiū habere bonitatem, negatis & patrē. Ratio euidens exemplis non eget, tamen vel autoritatē sequimini scripturarū. Scri-
Ioan.5. ptū est enim: Dominus iudex bonus domui Israel. De filio, an de patre dicitur? Sed pater nō iudicat quenquā, quia omne iudiciū dedit filio. Ergo dominus bonus fi-
I lius. Accipe aliud. Trinitatē vtiq; confitētur qui ad baptismū veniunt, quia baptizantur in nomine patris & filii & spiritussancti. Ergo & patri & filio & spiritui san-
Psal.105. cto confitentur. Cum ergo dicitur, Cōfitemini domino quoniā bonus: bonus vtiq; pater, bonus & filius, bonus & spiritussanctus, sed deus vnus est. Et quia bonus dominus expectantibus eum. An nō bonus, qui bona tribuit animæ quęrenti eū? An nō bonus, qui satiat in bo-
Ioan.10. nis animam tuā? An non bonus, qui ait: Ego sū pastor bonus? Sed putatis ideo deum bonū, quia iudicium nō habet, in quo est necessitas vindicandi. Quāquā iā prēmissum sit iudicem bonum esse domui Israel, tamen alibi habes: Qz bonus deus Israel rectis corde. De quo igitur putatis dictū? de patre? an de filio? Si de patre, ergo nō omnibus bonus. Cur igitur filio derogatis? Si de filio, ergo bonum deum & filium confitemini. Ipse est enim benedictus deus Israel, quia visitauit & fecit redēptionem plebis suæ. Ipse est rex & deus Israel, cui dicitur: Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Sic igit̄ huic dicit: Quoniam tu bonū me non potes sentire qui tentas, quid me dicis bonum? Bonus quidē ego, sed rectis
Sapien.7. corde, cui bonum esse ex natura suppetat, non ex versutia. Bonus ergo filius, Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Q uomodo ergo non bonus, qui est imago bonitatis? Sicut enim imago dei deus, sed vnus deus: ita & diuinæ imago bonitatis bona, sed vna bonitas. Mihi certe vtile est bonum deum credere, quem meorum habiturus sum iudicem delictorū. illi viderint qui credere bonum nolūt. Itaq; quia legisperitus est iste qui tentat, sicut in libro alio demonstratur, bene dixit: Ne-
mo bonus nisi vnus deus. vt admoneret quia scriptum Deute.6.
est: Non tentabis dominū deum tuum. sed magis con-
fiteretur domino, quoniam bonus. Denique eum sæpe perstringit. Nam glorianti in lege quod a iuuētute sua omnia custodisset, vt inanē iactantiam eius exponeret, ostendit ei adhuc deesse quod legis est. Et ideo ad misericordię præceptum tristis inducitur, vt in eum naturalis quædam detur forma sententiæ.

De eo quod facilius est camelū transire per foramen acus, quàm diuitem in regnum dei.

FACILIVS est camelū per foramen acus « transire, quàm diuitē intrare in regnū dei.) « Magna vis, magnū pōdus in verbis. Q uibus enī verbis aliis vehementius exprimeret non debere iactare se diuitē in diuitiis suis, q̄ talibus quibus definitur contra naturā esse diues misericors? Auser mihi lenocinia fucūq; verborū, quæ solent enerua-
re sententias. iactari* iste nō debuit, sed frāgi, qui mi- *lactari.
sericordiam respuebat. Tamen si quos verborū magis ornamēta, q̄ sensus virilis naturalis quidam habitus & forma delectāt, quod boni faciūt petitores in vxore ducēda, vt mores discutiāt, non decorē, nec aspectus offen- L
sione reuocentur, cū virtute animi prouocātur: hi quoq; in verbis mysterium quærant, quod est mens quædam & anima verborum, nec in mysterio verba discutiant. Camelus ergo in typo populus gētilis accipitur, quem leo ille quærens quem deuoret, onustum thesauro prophetici agit affatibus in desertū. In tribulatione enim & angustia leo & catulus leonis, aspides & progenies aspidum volantiū ferebant in asinis & camelis diuitias suas. Et bene camelus pro gentili figuratus est populo, quia superstitionis deformitate degenerās prius quàm crederet populus nationum, beluinæ speciem fœditatis, absurda vestigia, ora turpia gerebat. Facilius igit̄ iste peccator per viam intrauit angustam, quæ est via Christi, qui proprii corporis passione mortis penetrās viam, velut acu redintegrauit scissa quædā nostræ vestimenta naturę, quàm populus Iudeorū diues in lege, egenus in fide, præruptus in furore, probrosus in crimine. Potest etiam moraliter de omni intelligi peccatore, & de arrogante diuite. Nonne tibi videtur publicanus ille oneratus suorum conscientia delictorum, cum ocu-
los ad deum nō auderet attollere, velut quidam came- M
lus in foramen acus confessionis suæ remediis facilius introire, quàm Pharisæus ille in regnum dei, arrogans in prece, iactans innocentię, præsumptor gloriæ, exprobrator misericordiæ, prædicator sui, criminator alieni, qui magis conueniret dominum quàm rogaret? Si quis igitur horret camelum, horrescat eum qui factis fœdior sit camelo.

De honorandis parentibus atq; pascendis.

DONORA patrē tuum, & matrem.) Pul- «
chre mihi hodie legitur legis exordiū, quādo mei natalis est sacerdotii. Quotannis enim quasi de integro videtur incipere sacerdotiū, quādo tēporū renouatur ætate Bonū etiā quod legitur: Honora patrē, & matrē. Vos enim mihi estis parētes, qui sacerdotiū detulistis. Vos, inquā, filii vel parentes: filii singuli, vniuersi parētes. Libēter enī meos dixerim vos vel liberos, vel parētes, q verbū dei auditi & facitis. Filios, qa scriptū est: Venite filii, audite me. Parentes,

Mat.12. A quia ipse dīs dixit: Quæ mihi mater aut fratres? Mater & fratres mei hi sunt, qui audiūt verbū dei & faciūt. Bene ergo lex quę præmiserat, Diliges dīm deū tuū, & diliges proximū tuū: subiecit: Honora patrē tuū, & matrem tuā. Primus enim gradus iste pietatis est. Nāq; hos autores tibi esse voluit deus. Honora obsequiis, vt abstineas a contumeliis, quia ne vultu quidem lædēda
Leuit.20. pietas est parentū. Sed parū est nō lædere, quia lex prospexit ne patiātur iniuriam. Qui enim maledixerit patri vel matri, morte morietur. tu honora, vt bonus sis. Aliud est legis beneficium, aliud pietatis officiū. Honora tuos, quia suos dei filius honorauit. Legisti enī:
Lucæ.2. Et erat subditus illis. Si deus seruiuit, quēadmodū tu parentibus? Honorabat igitur Ioseph & Maria Christus, nō naturæ debito, sed pietatis officio. Honorabat & patrem deū, quēadmodū nemo potuit honorare, vt esset obediens vsq; ad mortē. Honora ergo & tu parentes. Est autē honor nō solum honorificētiæ, sed etiam
1.Tim.5. largitatis. Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt. Honor enim est deferre pro meritis. Pasce patrē tuū, pasce matrē tuā. Et si paueris matrē, adhuc nō reddidisti dolores, non reddidisti cruciatus quos pro te passa est, non reddidisti obsequia quibus te illa gestauit, nō reddidisti alimenta quę tribuit tenero pietatis affectu, im mulgēs labris tuis vbera. nō reddidisti famem quā pro te illa toleraūit: nec quid qā tibi noxiū esset, ederet: ne quid quod lacti noceret, hauriret. Tibi illa seiunauit, tibi māducauit: tibi illa quem voluit cibum non accepit: tibi quē noluit cibum sumpsit: tibi vigilauit: tibi flenti: & tu illam
B egere pateris? O fili quantū tibi sumes iudicium, si non pascas parentē. Illi debes quod habes, cui debes qā es. Quantū in te iciū, si pascat ecclesia quos tu nolis pascere. Si quis fidelis, inqt, aut si qua fidelis habet viduas, subministret illis, vt non grauetur ecclesia, vt his quę veræ viduæ sunt, sufficiat. Hoc de extraneis. Quid de parētibus? Non ociose diximus proxime quia nos matris querela perstrinxit, sed maluimus eum qui talis est publice monere, q̄ domestice coercere. Et si nostra voce nō proditur, vel suo tamen erubescat affectu. Ne cōmiseris fili vt parētes tuos aliorū fames pascat: ne cōmiseris fili vt ieiunia pauperū parētibus tuis cibū quærāt. Si nō propter gratiā & salutē, propter verecundiā pasce. Vel tu filia, non pudet si te ingredientē in ecclesiā, alienis manus suas anus mater extēdat, & prętermissa filia de extraneis stipem poscat, cū tu trāseas sublimi collo, & nutibus oculorū, trahens vestem, habēs inaures & dextralia & annulos, & reliqua quæ Esaias dicit? Qz si in te sermonē suū vertat reposcens naturæ debitū, nutrimētorum precium: manus tuæ qā generatrici debeant officium, quid respōdebis? Dabis ne aliis? Quid si tibi obiciant, Vade, prius matrē tuam pasce? Nā etsi pau-
C peres sunt, impiam tamen non quęrunt collationē. Nonne audisti supra quia diues ille in byſſo & purpura recubans, cuius de mensa micas Lazarus colligebat, pœnis cruciatur æternis, quia pauperi nō impartiuit alimēta? Si non donasse extraneis, graue est: quāto grauius excludere parētes? Sed dicis qā eras parentibus collaturus, ecclesiæ malle conferre. Nō quęrit donū deus de fame parentū. Vnde reprehēdentibus Iudæis quia discipuli dīi manus nō lauarent, respondit IESVS: Qui-
Mat.15. cunq; dixerit, Munus quodcūq; est ex me, tibi proderit, nō honorificabit patrē aut matrē. Quod propter obscuritatē sensus nō imprudenter deflexi mus. nā Iudæi dū hominum traditionem sequuntur, dei negligūt. Discipuli traditionē dei prę ferentes, hominū negligebant, vt manus non lauarent cū panē manducarent, quoniā qui lotus est totus, non habet necesse vt manus lauet. Lauerat eos IESVS. lauacrū aliud non quærebāt. Vno enim Christus baptismate omnia soluit baptismata. Itaq; quē lauerit ecclesia, non habet necesse iterū lauare. Ergo mysterio intendebant discipuli, nō sui mūditiam corporis, sed animæ requirētes. Hoc reprehendebāt Iu- D
dæi, sed argute redarguuntur a dño, quod inania obseruent, profutura despiciāt. Et ideo illis dicit: Vos quare dicitis patri aut matri, quos lex præcepit honorari, Munus quodcūq; est ex me, tibi proderit. id est, cū petat aliquid ad sumptū egens pater aut mater a filio, quia legē timens excusationē non dandi requirit, dicere solet: munus est quod ex me tibi proderit, vt dica: ā deo pecuniā pater religiosius accipere formidet. Sed hęc traditio hominū excusationes obtexentū auaritiæ suæ. Cęterum dei traditio est vt priùs pascas parētes. Nam si iuxta diuinum oraculū cōtumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quę morte grauior est? Quo loco insolentē dīs infrenati iactantiā. Multi enim, vt prędicētur ab hominibus, ecclesię cōferūt quę suis auferunt: cū misericordia a domestico progredi debeat pietatis officio. Da ergo prius parenti, da etiam pauperi, da illi presbytero quod tibi abūdat terrenū, vt ab illo accipias spiritale quod tibi deest. Eteni qui honorat, honorabit̄. Vide ergo quia ille cum accipit tradit: & accipit non quasi inops, sed quasi remuneraturus maiore mēsura. Da pauperi in requiem eius, vt & tu communicans de tuo inopi requiem consequaris. Sed vt pascēdos scriptura dicit parentes, ita propter deum relinquendos parentes si impediant deuotæ mentis affectum.

De illuminatione cæci, & vocatione Zacchæi.

RACTVM est autem cum appropinquas- « CAP.
set Hiericho, quidā cęcus sedebat secus viā.) « 18.&.19.
In libro secūdum Matthæum duo cæci in- Mat.20.
ducuntur, hic vnus. Ibi egrediēte Hiericho, hic appropinquante. Sed nulla distantia. Nam cum in E
hoc vno typus populi gentilis sit, q̄ sacramēto dominico recepit amissū luminis claritatē, nihil interest vtrū in vno mediciuā, an in duobus accipiat, quoniā ex Cham & Iapheth Noe filiis originē ducens, in duobus cæcis duos generis sui prætendebat autores. Quod videtur etiam Lucas nō omisisse, cum Zacchæum subiicit, qui statura pusillus, hoc est, nulla nobilitatis ingenitæ dignitate sublimis, exiguus meritis, sicut populus nationum, audito dīi saluatoris aduentu, quē sui nō recepērāt, videre cupiebat. Sed nemo facile IESVM videt, nemo potest IESVM videre cōstitutus in terra. Et quia nō prophetas, nō alibi regnū habebat, tanq̄ formæ gratiā naturalis ascendit in sycomorū, vanitatē scilicet Iudæorū vestigio suo proterens, errata quoq; corrigens superioris ætatis: & ideo IESVM interioris domus recepit hospitio. Et bene ascendit in arborē, vt arbor bo-
na bonos fructus faceret, ac naturali excisus oleastro, & Rom.11.
contra naturā insertus in bonā oliuam, fructū posset legis afferre. Radix enim sancta, etsi rami inutiles, quorū F
infructuosā gloriā plebs gentiū fide resurrectionis quasi quadā corporis eleuatione trāscendit. ¶ Et ecce vir no- «
mine Zaccheus.) Zaccheus in sycomoro, cæcus in via. «
Quorū alterū dīs miseraturus expectat, alterū māsionis suæ claritate nobilitat. Alterū sanaturꝰ interrogat, apud alterū se nō inuitatus inuitat. Sciebat enim vberē hospitii sui esse mercedē. Sed tamē etsi nondū vocē inuitantis audierat, iā viderat affectū. Verū ne cæcū illū tāq̄ fastidiosi pauperū cito reliquisse videamur, & trāsisse ad diuitē: expectem⁹ eū, quia expectauit & dīs: interrogemus eū, q̄ interrogauit & Christ⁹. Nos interrogemus, quia nescimus: ille, q̄ nouerat. Nos interrogemus, vt sciam⁹ vnde iste curat⁹ sit: ille interrogauit, vt in vno plures discerem⁹ vnde dīm videre mereamur. Interrogauit enī vt crederem⁹? nisi cōfitentē nō posse sanari. ¶ Et cōfestim, inquit, vidit, & sequebatur eum magnificans dīm, & perambulabat Hiericho.) Aliter enī nō videret, nisi sequeretur Christū, nisi dominū prædicaret, & nisi seculum præteriret. Cum diuitibus quoq; in gratiam reuertamur. nolumus enim offendere diui-

G tes,qui volum⁹, si fieri potest, sanare omes,ne in cameli comparatione perstricti, in Zacchęo citius q̃ oportuit derelicti,iuste habeant cõmotionis offensam. Discãt nõ in facultatibus crimen hærere,sed in iis qui vti nesciant facultatibus. Nam diuitiæ vt impedimenta improbis, ita bonis sũt adiumẽta virtutis. Diues certe Zacchæus electus a Christo,sed dimidium bonorũ suorũ pauperibus largiendo,reddẽdo etiam in quadruplũ quæ fraude sustulerat (Alterũ enim non sat est: nec habet gratiã liberalitas, si iniuria perseuerat:quia nõ spolia, sed dona quęruntur) vberiorẽ mercedem q̃ cõferebat,accepit. Et bene princeps inducitur publicanorũ. Quis enim de se desperet,quando & iste peruenit, cui census ex fraude? ¶ Et ipse,inquit,diues.) Vt scias nõ omes diuites auaros. Quid sibi vult quod nullius alterius staturam scriptura,nisi hui⁹ expressit, ¶ Quia statura pusillus erat?) Vide ne forte malitia pusillus,aut adhuc pusillus fide. Nondũ enim promiserat cũ ascenderet, nondũ viderat Christũ,merito adhuc pusillus. Deniq; Ioãnes magn⁹, quia & Christũ vidit,& spiritum sicut columbam super
Ioan. 1. Christũ manentẽ,sicut ipse ait: Vidi spiritũ descendentem sicut columbã, & manentẽ super eum. Quæ autẽ turba,nisi imperitæ confusio multitudinis, quę verticẽ nequit videre sapiẽtiæ? Ergo Zacchęus quãdiu in turba est,non videt Christũ.supra turbã ascendit,& vidit, hoc est,plebẽ iam trãsgressus, in scientiã meruit quam desiderabat aspicere. Pulchre autẽ addidit: ¶ Quia illa parte erat trãsiturus dñs.) Vel vbi sycomorus,vel vbi crediturus: vt & mysteriũ seruaret,& gratiã seminaret.

H Sic enim venerat,vt per Iudæos transiret ad gentes. ¶ Vidit itaq; Zacchæũ sursum.) Iam enim sublimitate fidei inter fructus nouorũ operum velut fœcundę altitudine arboris eminebat. Et quoniam de typo ad moralia deflexìmus,inter tot credentiũ voluntates dominica die relaxare animum,festiuitatem admiscere delectat. Zacchæus in sycomoro,nouũ videlicet noui temporis pomũ,vt in hoc quoq; cõpleretur illud: Arbor fici
Cantic. 2. produxit grossos suos. Ad hoc enim Christus aduenit, vt ex lignis nõ poma,sed homines nascerẽtur. Legim⁹
Ioan. 1. alibi: Cũ esses sub arbore fici, vidi te. Ergo Nathanael sub arbore,hoc est,supra radicẽ,quia iust⁹. Radix enim sancta. Sub arbore tamẽ Nathanael,qa sub lege: Zacchæus supra arborem,quia supra legem. Ille dñi occultus defensor,hic publicus prædicator. Ille adhuc Christum ex lege quærebat,iste iam supra legem relinquebat sua,& dominum sequebatur.

De seruo qui vna mna a dño accepta, decẽ acquisiuit.

I ECCE mna tua decẽ mnas acquisiuit.) Bonus ordo,vt vocaturus gẽtes,& Iudæos iussurus interfici,qui noluerũt regnare supra se Christũ,hanc pręmitteret comparationẽ, ne diceret̃, Nihil dederat populo Iudæorum vnde poterat melior fieri: vt quid ab eo qui nihil recepit,exigitur? Non mediocris ista est mna,quam supra mulier Euãgelica quia non inuenit,lucernã accendit,lumine quæsit admoto,gratulat̃ inuẽtã. Deniq; ex vna decẽ mnas alius fecit,alius quinq;. Fortasse iste moralia habet, quia quinq; sunt corporis sensus: ille decẽ duplicia,id est mystica legis,& moralia probitatis. Vnde & Matthæus quinq; talenta & duo talenta posuit. In quinq; talentis vt sint moralia,in duobus vtrunq; mysticũ atq; morale. Ita quod numero inferius,re vberius. Et hic possumus decem mnas,decẽ verba intelligere,id est legis doctrinã,quinq; mnas magisteria disciplinæ. Sed legisperitũ
1. Cor. 4. in omnibus volo esse perfectũ. Non enĩ in sermone,sed in virtute est regnũ dei. Bene autem quia de Iudeis dicit, Duo soli multiplicatã pecuniam deferunt: nõ vtiq; æris,sed disputationis vsuris. Alia est enĩ pecuniæ fœnebris,alia doctrinæ cælestis vsura. Denique dñs dicit: ¶ Quare nõ dedisti pecuniam meam ad mẽsam?) Non

K nostræ,sed suę pecuniæ quærit vsurã. Vnus intra terrã abscondisse se dicit,quod rationẽ (quę ad imaginẽ & similitudinẽ dei data est nobis) studio voluptatis obruit, & tanq̃ in fouea carnis abscõdit. De aliis siletur, q quasi prodigi debitores quę acceperant perdiderunt. In duobus illis pauci sũt,qui per duas vices ad cultores vineæ destinati sunt,in reliquis omnes Iudęi. Quã comparationem Matthæus etiã nobis voluit aptare, qđ similiter vt diues qui pecuniam suam non impartit pauperibus,ita etiam qui doctrinæ suæ gratiã non diuidit imperitis,docere cum possit, haud mediocris reus est culpæ. De quo quoniam in libris de fide scriptis diximus, transcurrere melius fuit. Ciuitates autẽ decem esse quę possunt, nisi forte animæ,quibus iure præponitur qui pecuniam domini & illa eloquia casta probata sicut argentũ,mentibus hominũ fœnerauerit? Nã sicut Hierusalẽ dicit̃ ędificata sicut ciuitas,ita sũt animę pacificę. Et sicut angeli præsũt,ita & hi q vitã meruerint angelorũ.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM LIBER NONVS.

De eo qđ dñs ascẽsurus Hierosolymã venit ad mõtem Oliueti,& inde duos discipulos misit. &c.

L ET FACTVM EST cũ appropinquasset ad Bethsage & Bethaniam,venit ad montem qui vocatur Oliueti,misitq; duos discipulos dicens: Ite in castellum qđ contra vos est. In quo introeuntes iuenietis pullũ asinæ alligatũ,ĩ quo nemo sedit. soluite illũ,& adducite.) Pulchre relictis Iudęis,habitatur⁹ in affectib⁹ gentiũ tẽplũ dñs ascẽdit. Hoc enĩ tẽplũ est verũ,in quo nõ in litera,sed in spiritu dñs adorat̃. Hoc dei tẽplũ est,qđ fidei series,non lapidũ structura fundauit. Deserũtur ergo q oderãt, eliguntur q amaturi erãt. Et ideo ad montẽ venit Oliueti,vt nouellas oleas in sublimi virtute plãtaret. Quorũ mater est illa q̃ sursũ est Hierusalẽ. In hoc monte est ille cęlestis agricola,vt plãtati oẽs in domo dei possint viritim dicere: Ego autẽ sicut oliua fructifera in domo dñi. Psal. 51.
Et fortasse ipse mõs Christus est. Quis enĩ alius tales fructus ferret olearũ,nõ curuescentiũ vbertate baccarũ, sed spũs plenitudine gentiũ fœcundarũ? Ipse est per quẽ M
ascẽdimus,& ad quẽ ascẽdimus. Ipse est ianua, ipse est via,qui aperit̃,& qui aperit,qui pulsat̃ ab ingrediẽtib⁹, & a bene meritis adoratur. Ergo in castello erat,& ligatus erat pullus cũ asina.non poterat solui,nisi iussu dñi. Soluit eũ manus apostolica,talis actus,talis vita, talis gr̃a. Esto talis & tu,vt possis ligatos soluere. Nũc cõsiderem⁹ qui fuerint illi q errore detecto de paradiso eiecti,in castellũ sint relegati. Et vides queãdmodũ quos mors expulerat,vita reuocauerit. Et ideo scdm Matthæũ & asinã & pullũ legimus, vt quia in duobus ho- Mat. 21.
minibus vterq; fuerat sexus expulsus,in duob⁹ animalibus sexus vterq; reuocetur. Ergo illic in asina matrem quasi Euã figurauit erroris: hic autẽ in pullo generalitatẽ populi gẽtilis expressit: & ideo pullus sedet̃ asinę. Bene in quo nemo sedit,qa nullus anteq̃ Christ⁹ nationũ populos vocauit ad ecclesiã. Deniq; scdm Marcũ sic habes: Quẽ nemo adhuc sedit hominũ. Alligatus aũt Mat. 11.
perfidiæ vinculis tenebatur iniquo addictus dño errore famulatus,sed dominatum sibi vendicare nõ poterat, quẽ reũ fecerat non natura,sed culpa. Et ideo cũ dominus dicitur,vn⁹ agnoscit̃. Nã & multi dii,& multi dñi, 1. Cor. 8.

A sed generaliter vnus deus,& vnus dñs. Itaq; si nõ exprimitur,dñs definitur: non iam per adiunctionẽ personæ, sed per vniuersitatẽ naturę. Marcus autẽ induxit ligatum ante ianuã,quia extra Christũ quicũq; est, foris est a via. qui autẽ in Christo est,foris nõ est. In trãsitu addidit,vbi nullius certa possessio,nõ præsepe,nõ alimenta,nõ stabulum. Misera seruitus,cui vagũ ius est. Plures enim dominos habet,qui vnũ non habet. Alieni alligant vt possideant,iste soluit vt teneat. Vehemẽtiora enim iura nouit esse,q̃ vincula. Nec illud ociosũ quod duo discipuli dirigũtur, Petrus ad Corneliũ,Paulus ad reliquos. Et ideo non personas designauit,sed numerũ definiuit. Tamen si quis est qui personas exigat, potest
Actuũ. 8. æstimare de Philippo quẽ spiritus misit in Gazã, quãdo Cãdacis reginæ baptizauit Eunuchũ, & ab Azoto in Cæsaream per oẽs ciuitates verbum dñi seminauit. Nec illud prætereundũ quod mox remittendos asserit qui dirigendi erãt,qui dñm IESVM in finibus gẽtiũ prædicarent. Illi ergo directi cũ soluerent pullũ, nũquid suis verbis vsi sunt? Minime. Sed dixerũt sicut dixerat illis IESVS,vt agnoscas qđ non suo sermone,sed dei verbo: nec proprio,sed Christi nomine fidẽ populis infudere gentilibus: atq; aduersariæ potestates quæ sibi nationũ obsequia vendicabant,mãdato cessere diuino. Vnde & apostoli propria Christo vestimenta substernunt,quo facti gloriã Euangelica pr̨edicatione præfer-
B rent. In scripturis enim diuinis plerũq; vestimenta virtutes sunt,quæ gentiũ duritiã in aliquantulum propria quoq; virtute mollirent,vt inoffensa vecturæ felicis obsequia sedulis affectibus exhiberẽt. Nõ enim dñm foresi specie gestari dorso asinæ delectauit,sed vt latente mysterio penetralia nostrę mentis insterneret,& in secretis animorũ interiore cõsessu mystic⁹ vector insideret,quasi quodã corpore diuinitatis infusus regẽs mẽtis vestigia, lasciuiã carnis infrenãs,vt ductu pietatis assuetũ populi gẽtilis edomaret affectũ. Felices illos,qui talẽ internis renibus recepere vectorẽ. Felices plane illos,quorũ ora ne multiloquio soluerẽtur,verbi cælestis habena restrixit. Quę est ista habena fratres? Quis me doceat quẽadmodũ ora hominũ aut restringat aut soluat? Mon-
Ephes. 6. strauit mihi habenã ille qui dixit: Vt det̃ mihi sermo in apertiõe oris mei. Sermo ergo habena est,sermo stimulus est,& ideo durũ est tibi aduersus stimulũ calces mittere. Docuit igitur hic nos aperire cor,stimulũ perpeti,iugũ ducere. Doceat & alius lingue retinacula pati. Rarior enĩ tacẽdi virtus est,q̃ loquẽdi. Doceat plane ille,qui velut mutus aduersus dolũ non aperuit os suũ, paratus in flagella,& verbera non recusans,vt esset pia
C fessio deo. Disce a domestico dei gestare Christũ,quoniã prius te ille gestabat,cũ pastor errantem reduceret ouẽ. Disce sedula mẽtis tuæ dorsa substernere,disce esse sub Christo,vt possis esse supra mũdũ. Nõ quicũq; facile
Psal. 37. vehit Christũ,sed ille qui potest dicere: Incuruat⁹ & humiliatus sum nimis,rugiebã a gemitu cordis mei. Qz si desideras nõ moueri,super illa vestimenta sanctorum elutũ fige vestigiũ. Caue enĩ ne lutulẽtis pedibus incedas,caue ne transuersariis gressibus perstrata tibi propheticarũ viarũ itinera derelinquas. Nãq; vt tutior vẽturis gentibus esset incessus,propriis indumẽtis vsq; ad dei tẽplũ,qui præibãt IESVM,semitam munierũt. Vt tu sine offensione gradiaris,discipuli dñi amictu se proprii corporis exuẽtes,inter aduersa turbarũ viã tibi suo strauere martyrio. Si quis tamen ita vult accipere, nõ renitimur,q̧ pullus iste iã supra Iudæorũ vestimenta graderetur. Quid autẽ sibi velint ramorũ fragmina, quæ vtiq; incedentiũ gressus implicare cõsueuerunt: dubitarẽ profecto,nisi me in superiorib⁹ bonus mũdi totius docuisset agricola,quia iã securis ad radices arborũ posita est,quæ sub aduentu domini saluatoris infœcunda succidat,& infructuosarum inanem gloriã gẽtium solo sternat fideliũ pedibus proterendã,vt renouatę mentis

D spiritu nationes,velut nouellarũ arborũ stirpes de vetustis possint germinare caudicibus. Ne ergo despicias hunc asellum. nã sicut in vestitu ouium sunt lupi rapaces,ita contra inest homo cordis abscõditus sub specie bestiali: quia sub exuuiis corporis,quod nobis est cõmune cũ beluis,mẽs deo plena vegetatur. Qđ ad figuram hominũ pertinere sanctus Ioannes euidentius declarauit,addendo,quia acceperunt sibi medullas palmarum.
Iustus enim vt palma floret. Et ideo aduẽtãte Christo Psal. 91.
erigebantur iam supra humeros hominũ vexilla iustitiæ,& insignia triumphorũ. Quid miratur turba quod operatur mysteriũ? Etsi nesciat quid miretur,mirat̃ tamen quia in illo pullo sapientia sedet,virtus inhabitat, hæret iustitia. Ne despicias asinã quoq; istã,quæ quondam angelũ dei vidit,quem homo videre nõ potuit. Et vidit,& detulit,& locuta est,vt agnosceres posterioribus temporibus sub aduentu magni angeli dei gẽtiles illos ante asinos locuturos. Pulchre autẽ secundũ Lucam turbas laudãtes deũ ad descensũ montis occurrisse legimus,vt operatorẽ mysterii spiritalis significarẽt sibi venisse de cælo. Turba igitur agnoscit deum,regẽ appellat,prophetiã repetit: ¶ Osanna filio Dauid.) hoc est redemptorẽ domus Dauid,expectatũ quoq; secundum carnẽ Dauid filiũ venisse declarat: & hoc turba illa post exiguum crucifixura momentũ. Vere memorabile diuinæ operationis insigne,vt aduersum se testimonium extorqueatur inuitis,cum deũ negant affectibus,quem vocibus confitẽtur. Vnde & dominicũ illud: ¶ Si hi tacuerint,lapides clamabunt.) Neq; enim mirũ si laudes
dñi contra naturam suã saxa respondeant,quẽ scopulis E
duriores pr̨edicant peremptores. Aut fortasse quia obmutescentibus Iudæis post domini passionẽ viui erant secundũ Petrũ lapides clamaturi. Ergo cõpugnãtibus licet affectibus suis,turba tamen deũ ad templũ suum cum laude deducit. Sed deus templum suum non mercatoris vult esse diuersorium,sed domiciliũ sanctitatis: nec vẽdibili religionis officio,sed obsequio gratuito vsũ ministerii sacerdotalis informat. Cõsidera igitur quid tibi ad exemplum viuendi dominica gesta præscribãt.

De eiectione vendentium & ementium in templo, ac euersione mensarum & cathedrarum.

ET eiiciebat oẽs vẽdẽtes & ementes in tẽplo,& mensas nũmulariorũ euertit,& cathedras vendẽtiũ columbas.) Generaliter itaq; supra docuit seculares a dei tẽplo abesse debere cõtractus,specialiter autẽ nummularios pepulit. Qui sũt nũmularii,nisi qui de pecunia dñi lucrũ quærũt,nec bona malaq; discernunt? Pecunia enĩ dñi scriptura diuina est. nã & denarios seruis distribuit profecturus,& talẽta
diuisit,& pro sanitate hominis vulnerati duo æra sta- F
bulario dereliquit. Duobus enĩ testamẽtis vulnera nostra curantur. Sed tu quasi bonus nũmularius eloquia dñi,eloquia casta,argentũ igne examinatũ recõde,purgatũ spiritu septiformi,nec adulterã imaginẽ regis (qa & Satanas trãsfigurat se in angelũ lucis) ipsa cõmutatione suscipias: nec imminutã principis tui figurã Arrianę fraude perfidię,thesauro tuo misceas: nec pecunię sono aures tẽtes fideliũ,vt religiosarũ audiẽtiã scripturarũ tinnitus æris excludat,vel religiosis affectib⁹ habẽdi cupiditas inserat̃. Nõ ergo oẽs excludãtur nũmularii, sunt enĩ & boni. Deniq; pecuniã meã,inqt,dedisses nũmulariis,& ego veniẽs cum vsuris recepissem eã. Qz si nũmus est scripturarũ,& vsura est scripturarũ. Cathedras autẽ vẽdẽtiũ colũbas cur euerterit,secũdũ literã nõ intelligo. Neq; enĩ nũdinatores aiũ vẽdicare sibi poterãt honorati alicui⁹ in nũdinis solii dignitatẽ. nã q̃ prorogatiua dignitatis est in colũbis? Admonet tamẽ dñici forma baptismatis,quãdo descẽdit spũssanct⁹ in colũbę typo,eiectorũ de tẽplo huiusmodi mercatorũ in ecclesia dei cõsortiũ eos habere nõ posse,qui sacti spirit⁹ gra-

G tiam nundinẽtur. Gratis, inquit, accepistis, gratis date.
Deniq; Simoni, qui sanctificãdi munus precio in se pu-
Actuũ. 8. tauit posse conferri, respondit Petrus: Pecunia, inquit,
tua tecũ sit in interitum, quoniã gratiã dei putas te pe-
cunia cõsequi posse: non est tibi pars neq; sors ĩ hac fide.
Venditores quoq; ouium & boum eos puto, qui de la-
bore alieno vel simplicitate fœdi auctionatores quasdã
nũdinas aucupãtur: aut quia oues eiiciũtur & boues, &
colũbæ iubẽtur auferri, populus videtur Iudæus exclu-
di. Effrem enim sicut colũba, qđ eorũ dñs & successiões
oderit & labores. Aes effunditur, vt gratia colligatur:
mẽsa nummulariorũ euertitur, vt domini subrogetur:
ara deiicitur, vt erigantur altaria. Atq; hoc non aliqua
succinct9 manu diuitiisq; faciebat, sed flagello de resti-
bus cædebat turbas, & nullus resistere audebat. Et nũc
Psal. 44. virga vtitur, nũc flagello (Virga enĩ recta est virga re-
gni tui) Virga, vt corrigat: flagello, vt suadeat. Directa
illic, hic moralis, quasi inflexa præceptio, qua peccatoris
cõsciẽtia velut lento verbere flagellatur. Alii sunt enim
terrores prophetici, aliæ apostolicæ suasiones, in vtroq;
tamen vnius verbi est disciplina. Et ideo flagellum de
Psal. 15. restibus fecit, quia funes ceciderunt, inquit, mihi in præ-
claris. etenim hæreditas mea præclara est mihi. Funes
enim dicuntur, quibus agrimensores metiendorũ limi-
tes partiũtur agrorum. Et ideo tanq; bonus agrimensor
H Synagogæ terminos distinguebat, & Ecclesiæ sacrile-
gos, de tẽplo iubebat exire. Nouus enim venerat fera-
cium metator animarũ, qui agrorum genera, non spa-
tia metiretur. Pulchre tamen nõ extentis funibus mo-
dus aliquis possessionis includitur, nec quasi definitę rei
limites fidei terminantur, sed flagello in immensum li-
bero fines Ecclesię porriguntur: eliminantur Iudæi, nõ
præscripto aliquo exilio, sed interminо, vtiusquã Sy-
agogæ locus in orbe remaneret.

De vinea plantata, & colonis locata.

CAP. XX. » VINEAM plantauit homo.) Pleriq; varias
significationes de vineę appellatiõe deriuãt.
Sed euidenter Esaias vineam dñi Sabaoth,
domum Israel esse memorauit. Hãc vineam
quis alius nisi deus cõdidit? Hic est ergo qui locauit, &
peregre profectus est: nõ quia ex loco ad locũ profectus
est dominus, qui vbiq; semper præsens est: sed quia est
præsentior diligẽtibus, negligẽtibus absit. Multis aũt
tẽporibus abfuit, ne præpropera videretur exactio. Nã
quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior pernica-
cia. Vnde bene secundum Matthæum habes quia &
I sepẽ circũdedit, hoc est, diuinæ custodię munitione val-
lauit, ne facile spiritalium pateret incursib9 bestiarum.
» ¶ Et fodit in ea torcular.) Quomodo intelligimus quid
sit torcular, nisi forte quia psalmi de torcularibus inscri-
buntur: eo qđ in his mysteria dominicæ passionis, mo-
do musti sancto feruente spiritu prophetarũ, redũdãtius
æstuauerint? Deniq; ebrii putabãtur, quib9 spiritussan-
ctus inundabat. Ergo & hic fodit torcular, in quod vuæ
rationabilis fructus interior spiritali infusione defluere-
et. Ędificauit turrem, verticem scilicet legis attollens, atq;
ita hanc vineam munitam, instructam, ornatã locauit
Iudæis. Et tẽpore fructuum seruulos suos misit. Bene
tẽpus fructuũ posuit, non prouẽtũ. nullus enim fructus
extitit Iudęorum, nullus vineę huius prouẽtus, de qua
Esaię. 6. Dominus ait: Expectaui vt faceret vuas, fecit autẽ spi-
nas. Itaq; nõ lætitiæ vino, non spiritali musto, sed cruẽ-
to prophetarũ sanguine torcularia redundarũt. Deniq;
Hieremias in lacũ missus est. Hęc enim erãt torcularia
Iudæorũ, non vino repleta, sed cruore. Et licet genera-
liter prophetæ videantur exprimi, dat tamen lectio vt
illiq; qui lapidatus est, Naboth esse credamus: cuius etsi
nullũ acceperimus prophetię verbũ, accepimus tamẽ
propheticum factum, quia multos pro hac vinea futu-
ros martyres proprio sãguine prophetauit. Quis autẽ
est ille qui in capite vulneratus est? Nimirum Esaias, k
cuius facilius cõpagem corporis serra diuisit, q̃ fidẽ in-
clinauit, cõstantiam ve detriuit, aut vigorẽ mentis exe-
cuit. Eo igitur factum est vt cũ plures alios destinasset,
quos Iudæi inhonoros & inanes sibi, de quib9 nihil po-
tuerũt pficere, dimiserunt: nouissime etiã filiũ suũ vni-
genitum mitteret, quem perfidi quasi hæredem remo-
uere cupientes, occiderunt crucifigendo, eiecerũt negã-
do. Breuiter itaq; q̃ magna, q̃ multa: primũ quia natu-
ralis est bonitas, quæ plerũq; credit indignis: deide quia
postremum malorum remediũ Christus aduenit: tum
quoniam qui hæredẽ negat, de autore desperat. Hæres
autem Christus, idẽq; testator. Hæres, quia morti pro-
priæ superuiuit, & testamentorũ quæ ipse cõdidit, tanq̃
hæreditaria in nostris profectibus emolumenta conse-
quitur. Pulchre ergo interrogat, vt sua se ipsi dãnẽt sen-
tentia. Venturum autem dominũ dicit vineæ, quod in
filio affit etiã paterna maiestas, vel quod vltimis tem-
poribus præsentior humanis aspiret affectib9. Ipsi itaq;
in se sententiam dicunt, vt mali pereant, & ad alios co-
lonos vinea transferatur. Qui igitur sunt coloni, quæ
vinea, consideremus. Vinea typus noster est, quod po-
pulus de vitis æternę radice fundatus, supereminet ter-
ris: ac solum vile* prætexens, nũc gẽmante flore pube- *viride.
scit, nũc circunfusa viriditate vestitur, nũc mite iugum
suscipit, cũ maturioribus brachiis quasi sarmẽtis fœcũ-
dæ vitis adoleuerit. Agricola quippe omnipotens pa-
ter, vitis est Christus: at vero nos palmites: qui nisi fru- L
ctũ feram9 in Christo, cultoris æterni falce succidimur.
Recte igitur vinea Christi populus nominatur, vel qđ
crucis in fronte prętexat indiciũ, vel qđ fructus eius po-
strema anni legatur ætate, vel qđ omnib9 vt ordinibus
vinearũ, ita pauperibus atq; diuitibus, humilibus atq;
potẽtibus, seruis ac dominis in Ecclesia dei æqua dimẽ-
sio, nulla discretio sit. vt vitis maritat arboribus, ita cor-
pus animæ, anima quoq; corpori cõiugatur. Vt vinea
dum iugatur, erigitur: et recisa nõ minuitur, sed auge-
tur: ita sancta plebs dũ ligatur, exuitur: dũ humiliatur,
attollitur: dum reciditur, coronatur. Q uinetiã vt tener
surculus veteri abscissus ex arbore, ĩ alterius fœtu radi-
cis inseritur: ita populus hic sanctus surculi veteris cica-
tricibus enodatis, in nouo illo crucis ligno tanq̃ gremio
piæ parentis fotus inolescit. Spiritusq; sanctus sicut in
altas dimissus terrarũ scrobes, ita ĩ hoc carcerẽ corpus
infusus, aquæ salutaris irriguo diluit quicquid est fœti-
dum, membrorũq; nostrorũ habitus in cælestem erigit
disciplinã. Hanc vineam diligens agricola fodere, riga-
re, tondere cõsueuit: eruderatisq; terrenæ molis aggeri-
bus, operta corporis nostri nunc Sole torrere, nũc imbre
perfundere, stirpare agrũ solitus, ne a sentibus gẽma le-
datur, ne luxuriet vmbra foliorũ, verborũq; infructuosa
iactantia virtutibus obumbrando, maturitatẽ indolis
naturalis impediat. Sed absit vt huic vineę quicquã ti-
eam9 aduersi, quã perugil custodia dñi saluator/ ad-
uersus oẽs negtiæ secularis illecebras muro vitæ valla-
uit æternę, extẽdẽs palmites eius vsq; ad mare. Dñi enĩ Psal. 23.
est terra. Vbiq; deus pater colit, vbiq; Christ9 dñs ado-
ratur. Hæc est nostra vindemia. Læti igitur atq; securi
pars gremiũ sunũ, mitiũ funiculis oneret vuarũ, alii cęle
stia munera ore libemus, pleriq; bonarũ gressibus volũ-
tatũ diuini fructũ numeris exprimẽtes, vestigia coturnis
nuda direptis, musto fluẽte tingamus. Locus enim
in quo stamus, terra sancta est: & ideo calciamẽta soluẽ-
da sunt, vt spiritale vestigium sacrosanctæ sedis tribu-
nal ascẽdẽs, corporei nexus vinculis exuatur. Decet enĩ
totius orbis hic esse vindemiam, vbi totius orbis est vi-
nea. Eu tẽpus acceptabile, quo nõ hyemalibus perfidiæ
caligãtis pruinis annus riget, nec altis niuib9 informis
crusta blasphemiæ gelu durante concrescit, sed procel-
lis sacrilegii liberata, nouos fructus terra iã parturit, ve-
teres præterit. Dissensionũ quippe omniũ procella de-

A ferbuit, cuncti secularis cupiditatis ardores, eestusq; oẽs,
quibus Italiæ populus per Iudaicæ olim, Arriane pro-
xime fœuitatis incendia coquebatur, sereno iã spirami-
ne temperantur. Sedata tempestas est, cõcordia naui-
gat, fides spirat: certatim nautę repetũt fidei quos reli-
quere portus, & dulcia patriis oscula littoribus affigũt,
liberatos se periculis, absolutos erroribus gratulantes.
Salue vinea tanto digna custode. Te nõ vnius Nabu-
thę sanguis, sed innumerabiliũ prophetarũ, & (quod est
amplius) preciosus cruor dñi cõsecrauit. Ille licet nõ re-
galibus minis territus, cõstantiã metu pressérit: nõ præ-
miis vberrimis prouocatus religiosũ vẽdiderit affectũ,
sed studio regis obsistens, ne in ortulis suis maluarum
olus succisa vite fereretur, quãdo aliud facere nequibat,
parata vitibus incendia proprio cruore restinxerit, tem-
poralem tamen vineam defendebat. Te vero in perpe-
als, mar- tuum multorum nobis martyrum plãtauit interitus.
tyriũ plan Te crux apostolorum æmula dominicæ passionis vsq;
tauit i ter- in orbis totius terminos propagauit.
ris.

De confutatione pharisæorum per interrogationẽ
Christi de imagine & inscriptione denarii.

» VIVS habet imaginẽ & inscriptionem?)
B Docet hoc loco dñs circũspectos nos ĩ respõ-
dẽdo aduersus hæreticos vel Iudęos esse de-
bere. Alibi dixit: Estote astuti sicut serpẽtes.
Mat. 10. Quẽ locum pleriq; accipiunt, vt quia serpente suspenso
Christi crux annũciata est, quo serpentinũ nequitię spi-
ritalis virus aboleret, videatur astut9 ita esse debere si-
cut Christus, simplex sicut spiritus. Imitare & tu serpẽ-
tẽ illũ, qui caput sẽper custodiat, letale vulnus excludat.
Interrogat9 enĩ a Iudæis vtrũ de cælo accepisset pote-
statem, respõdit: ¶ Baptismũ Ioãnis vnde est? de cęlo?
» an ex hominibus?) Vt dũ illud de cælo esse negare nõ
» auderent, ipsi se amentiæ confutarẽt, qui eius autorem
negarẽt esse de cælo. Postulatus didrachma, quærit de
imagine. Alia enim imago dei, alia imago mũdi. Vna
1. Cor. 15. de & ille nos admonet: Sicut portauimus imaginẽ terre-
ni illius, portemus & imaginẽ huius cęlestis. Imagi-
nẽ Cæsaris nõ habet Christus, quia imago est dei. Ima-
Mat. 19. ginem Cæsaris non habet Petrus, quia dixit: Reliqui-
mus omnia, & secuti sumus te. Imago Cæsaris nõ re-
peritur in Iacobo vel Ioãne, quia filii tonitrui sunt. Sed
reperitur in mari, vbi dracones illi cõtritis capitibus su-
per aquam, & ipse draco maior cõminutus caput, datus
est in escam pọpulis Ethiopũ. Si ergo non habuit ima-
C ginem Cæsaris, cur dedit censum? Nõ de suo dedit, sed
reddidit mundo qđ erat mundi. Et tu si vis nõ esse ob-
noxius Cæsari, noli habere quæ mundi sunt. Sed si ha-
bes diuitias, obnoxius es Cęsari. Si vis nihil regi debe-
re terreno, relinque omnia, & sequere Christũ. Et bene
prius quæ Cæsaris sunt, reddenda decernit. Neq; enim
potest esse quis domini, nisi prius renunciauerit mũdo.
Sed omnes renunciamus verbo, non omnes renuncia-
mus affectu. nam cũ sacramenta suscipimus, renuncia-
mus. Q̃ grauia vincula, promittere deo, & non soluere.
Eccls. 5. Melius est, inquit, non vouere, q̃ vouere & non redde-
re. Maior est contractus fidei, quàm pecuniæ. Redde
promissum dum in hoc corpore es, prius quàm veniat
Matth. 5. exactor, & mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non
exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

De tentatione Christi a Sadducæis.

» SI frater alicuius mortuus fuerit.) Sadducęi,
hoc est, detestabilior portio Iudæorum, hoc
loco dominũ tentant, quorũ aperte stultitia
reprehenditur. Mystice autẽ sentẽtia retor-
quetur, quale de se dederunt castitatis exẽplũ, dũ secun-
dum literam nubere cogitur & inuita, vt defuncti semẽ
excitet frater. Ergo litera occidit quasi lena vitiorũ, spi-
ritus autẽ magister est castitatis. Itaq; videam? ne hęc
mulier Synagoga sit, quæ septẽ viros habuit: sicut Sa- D
maritanæ dicitur: Quinq; enĩ viros habuisti. quia Sa- Ioan. 4.
maritana quinq; tantum libros Moysi, Synagoga sẽ-
ptem sequitur principaliter: & de nullo propter perfidiã
suã hæreditarię posteritatis semen accipit. Et ideo par-
tẽ cũ viris suis in resurrectione habere non poterit, quia
spiritale præceptũ secundũ sensũ carnis inuertit. Nõ enĩ
frater carnalis aliquis denũciatus est qui semen fratris
suscitaret defuncti: sed frater ille qui de mortuo populo
Iudæorum sapientiã sibi diuini cultus assciseret i vxo-
rem, atq; ex ea semẽ in apostolis suscitaret: qui quasi de-
fũctorũ reliquiæ Iudæorũ, informes adhuc in Synago-
gæ vtero derelicti, secundũ electionem gratię reseruati
noui seminis admixtione meruerũt. Synagoga autem
frequenter stolam accipit, qđ est insigne coniugii, quasi
autor fideliũ. Repudiata quoq; frequenter inducitur, qa
mater est perfidorũ: cui lex occidit corporalis, vt spirita-
lis resurgeret. Ergo sancta plebs dei si septẽ libros legis
quadam coniugii charitate dilexerit, & quasi maritali-
bus obsecũdarit imperiis, habebit in resurrectione cæ-
leste consortium nõ corporeæ colluuionis pudore con-
fusa, sed diuinæ gratiæ dotata muneribus.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTAR. IN EVANGE= LIVM SECVNDVM LV= CAM LIBER DECIMVS.

De eo quod scriptum est, & a Pharisæis obiectum: Dixit dominus domino meo. &c.

IXIT DOMINVS » C
domino meo.) Consummatu- » E
turus præcepta domin9, etiã
prętiam passioni fidẽ ac mi-
sericordiã testamenti sui fine
cõcludit. Fidẽ in eo, vt Chri-
stum & dominũ & deum no
strũ, & ad dexterã dei sedere
credamus: nõ quod corpora-
liter sedeat, qui vbiq; est. De-
niq; ipse in patre est, qa in substãtia dei: quia vna virtus,
vna maiestas. Ipse ergo in patre, & in ipso pater: qa ver-
bum in deo, deus in verbo. Ipse in patre, quia verbũ: ipse
ad dexterã patris, quia patri consors, nulli secũdus. Ipse
missus a patre, quia descẽdit de cælo paternum imple-
turus arbitrium. Tolle hinc perfidię questiones, & ple-
na est religio. Nec prefertur filius quia ad dexteram se-
det: nec iniuriã patitur quia mittit. Gradus nõ quæri-
tur dignitatis, vbi plenitudo est diuinitatis. Illud quoq;
considerandũ, quia reprehendit eos qui Christũ Dauid F
filium dicunt. Et quomodo cæcus ille Dauid filiũ con-
fitẽdo meruit sanitatẽ? Q uomodo pueri dicẽtes, Osan-
na filio Dauid, prælectæ predicationis deo gloriam de-
ferebant? Sed non reprehenduntur hoc loco quia Da-
uid filium confitentur, sed quia non credũt filiũ dei. Nõ
enim alterum, sed alterutrũ in fide vera est. Nam etsi
in principio iudicauimus nihil nos scire nisi Christum
IESVM, & hunc crucifixum: nunc tamen, vtpote iu-
dicio proximi, crucifixum iam nõ nouimus Christum,
sed veniẽtem in nubibus operimur. Incredulus vulne-
ra aspicit, fidelis obuiam Christo in aera rapt9 occurrit.
Ergo & deum Christum & hominem esse credamus,
vnũ in vtroq;, non alterum, cui a patre subiiciuntur ini-
mici: non per infirmitatem potestatis suæ, sed per vni-
tatem naturæ, quia in altero alter operatur. Nam & fi-
lius subiicit inimicos patri, qui patrem clarificat super Philip. 2.
terram: & dedit pater filio nomen, quod est super omne
nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur.
Sed & filius patri dicit: Nomen tuum manifestaui ho- Ioan. 17.

G mũnibus quos dedisti mihi. Dando autẽ nomen quod
est ſuper omne nomen, nõ plus dedit q̃ habuit: ſed totũ
quod habuit, dedit. Dedit autem hoc nomen, vt omnis
lingua cõfiteatur deo: quoniam dominus IESVS in
gloria eſt dei patris. Vide ergo ſingula: Pater ſubiicit
filio, filius ſubiicit patri. Pater ſuſcitat filium, filius ipſe
Ioan. 2. ſe ſuſcitat. Vnde ait: Soluite hoc templum, & in triduo
illud reſuſcitabo. Et pater dñs, & filius dominus. Dixit
dominus dño meo: ſed non duo domini, ſed vnus dñs:
quia & pater deus, & filius deus. Sed vn⁹ deus: quia pa
ter in filio, & filius in patre. Vnus de⁹, quia vna deitas.
Pſal. 44. Sedes tua deus in ſeculũ ſeculi: virga recta eſt virga re-
gni tui. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ, propterea
vnxit te deus deus tuus. Sed vnus deus, in quo & noui
& veteris teſtamenti doctrina cõcordat. Nã & in vete-
Deute. 6. ri teſtamẽto ſcriptũ eſt: Diliges dñm deũ tuũ. et, Dñm
&. 10. deum tuũ adorabis, & ipſi ſoli ſeruies. In nouo: Vnus
deus, & pater omniũ. Sic & patẽr dñs, & filius domin⁹:
Matth. 6. ſed vnus dñs. Deniq; ſcriptũ eſt: Nolite duob⁹ dominis
Deut. 6. ſeruire. hoc in nouo. In veteri autẽ ſcriptum eſt: Audi
Iſrael, Dñs de⁹ tuus, deus vnus eſt. Vnde admirabili-
ter Apoſtolus, ne duos deos diceret, aut duos dños no
1. Cori. 8. minaret, aut derogaret vel filio, vel patri, Vnus, inquit,
deus pater, ex quo omnia: & vnus dominus IESVS,
per quem omnia. Nã qui deus, & dominus: & qui dñs,
Pſal. 99. deus. Deniq; ſcriptum eſt: Scitote quia dñs ipſe eſt deus
noſter. Omĩa ergo quę pater habet, & filiꝰ habet. Deus
pater ſecundũ generationis rationem: deus filius ſecũ-
H dũ imaginis vnitatẽ. Dñs filius, quia omnia ſibi, cũ po-
teſtate poſſet, ratione ſubiecit. dñs pater, quia radix eſt
filii. Sic nobis pater in filio perſonarũ definitione diſtin-
guitur, poteſtatis vnitate cõnectitur. Itaq; alter in alte-
ro, & vnũ in alterutro. Nã & patris gloria eſt ſi nõ dege
nerauit ĩ filio: & filii gr̃a, ſi pater videt ĩ Chriſto. Ergo
nõ degener, in quo vnitatis ſũma maieſtas: nõ alienus,
in quo proprietas generationis expreſſio veritatis eſt.

De futura templi deſtructione.

CAP. XXI. NON relinquetur lapis ſuper lapidẽ, qui nõ
deſtruatur.) Sequebat⁹ de vidua locus: quã
quoniam in libro quẽ de viduis ſcripſimus,
prædicauimus, nunc ſequeſtramus. Verũ
autem dictum eſt iuxta propoſita de templo quod Sa-
lomon condidit: idq; primum ab hoſte iudicii eſſe tem-
pore ſubuertendum. Nihil eſt enim opere & manu fa-
ctum, quod nõ aut vetuſtas cõficiat, aut vis ſubruat, aut
ignis exurat. Tamen eſt & aliud templũ conſtructum
expreciofis lapidibus, & ornatũ donis, cuius euerſionẽ
I dominus ſignificare videt: Synagogam ſcilicet Iudæo-
rum, cuius ſtructura vetus Eccleſia ſurgente diſſoluitur.
Eſt etiam templũ in vnoquoq; quod deficiẽte fide
labitur: & maxime ſi quis falſo Chriſti nomẽ obtẽdat,
quo interiorem expugnet affectũ. Poteſt etiam ea eſſe
expoſitio, quæ mihi plus profit. Quid enĩ mihi prodeſt
diem ſcire iudicii? Quid mihi prodeſt tantorum cõſcio
peccatorũ, ſi domin⁹ veniat, niſi veniat in meũ animũ,
redeat in meam mentẽ, niſi viuat in me Chriſt⁹, in me
Chriſtus loquatur? Ergo mihi Chriſtus debet venire,
mihi debet aduentus eius fieri. Fit autẽ domini ſecun-
dus aduentus in defectione mundi, quãdo poſſumus di
Gala. 6. cere: Mihi autẽ mundus crucifixus eſt, & ego mundo.
Sed hũc virũ talis mũdi defectus ſi in ſuperioribus do-
mus inueniat, vt cõuerſatio hui⁹ in cęlis ſit, tũc deſtruc-
tur templũ corporale atq; viſibile: lex corporalis, paſcha
corporale, & paſcha viſibile, azyma corporalia, & azy-
ma viſibilia: audeo dicere, Chriſtus temporalis, vt ſunt
Paulo autẽ credere⁹: quia ĩ eo cui mũdus deficit, Chri-
ſtus ęter⁹ eſt. Huic ſpiritale tẽplũ, lex ſpiritalis, paſcha
etiã ſpiritale: quoniã ſemel Chriſt⁹ occidit. Hic epulat
azyma, nõ ex fruge terrena, ſed ex fruge iuſtitiæ. Fit er-
go huic p̃ſentia ſapiẽtię, preſentia virtutis atq; iuſtitiæ,
preſẽtia redẽptionis. Chriſt⁹ enĩ ſemel quidẽ pro pecca- k
tis populi mortuus eſt, ſed ꝗtidie pẽtã populi redẽptur⁹.

De ſignis futuræ deſtructionis templi.

VM autẽ audieritis pl̃ia, & opiniones pre- «
lionũ, nolite terreri.) Interrogatus dñs quãdo «
tẽpli futura deſtructio, & qđ ſignũ eſſet aduẽ-
tus eius, de ſignis docet, de tẽpore non putat
intimandũ. Sed Matthæus interrogationẽ tertiã ad-
didit, vt & templi tẽpora deſtruendi, & ſignũ aduẽtus,
& cõſummatio ſeculi a diſcipulis quæreretur. Lucas ſa
tis putauit de cõſummatione ſeculi cognitũ, ſi de aduẽ-
tu domini diſceret. Verborũ autẽ cæleſtiũ nulli magis
q̃ nos teſtes ſum⁹, quos mũdi finis inuenit. Quãta enĩ
prelia, & quas opiniones accipimus preliorũ? Hũni in
Alanos, Alam in Gothos, Gothi in Taifalos & Sar-
matas inſurrexerunt. Nos quoq; in Illyrico exules pa-
tria Gothorũ exilia fecerunt: & nondum eſt finis. Quæ
omniũ fames, lues pariter boum atq; hominũ, cæteriq;
pecoris, vt etiam nos qui bellum nõ pertulimus, debel-
latis tamen pares fecerit peſtilentia. Ergo quia in occa-
ſu ſeculi ſumus, præcedũt quædam ægritudines mun-
di. Eę gritudo mũdi eſt fames, ægritudo mũdi eſt peſti-
lentia, ægritudo mũdi eſt perſecutio. Sunt autẽ & alia
bella quę vir ſuſtinet Chriſtianus: diuerſarũ quoq; pre-
lia cupiditatum, ſtudiorũq; cõflictus: multoq; grauiores
domeſtici hoſtes, q̃ extranei. Nunc auaritia ſtimulat, L
nunc accẽdit libido, nũc metus terret, nũc iracũdia exa-
gitat, nunc ambitio mouet, nunc terrere tentãt ſpirita-
lia nequitiæ quæ ſunt in cæleſtibus. Itaq; quaſi quibuſ-
dam vrgetur prælijs, & quibuſdam terræmotib⁹ quaſ-
titur mobilis animi nutantis affectus. Sed fortior dicit:
Si conſiſtant aduerſũ me caſtra, nõ timebit cor meũ: Si Pſal. 16.
exurgat aduerſũ me p̃liũ, i hoc ego ſperabo. Stat i acie
ferens hoſti obuium pectus. etiam ſi quis Golias exur-
gat immitis atq; præcelſus, timentibus tamen cæteris
exurgit humilis quaſi Dauid, regis abiiciens arma ter-
reni, ſumens fidei tela leuiora, & triplici ſparto iaculum
puræ cõfeſſionis intorquens, perſecutoris vulnerat im-
pudentiam, contemptor minarũ, negligens poteſtatũ,
etiã idoneus in quo Chriſtus loquatur. Alibi Chriſtus,
alibi pater, alibi ſpiritus loquitur patris. Non diſcordãt
iſta, ſed congruunt. Quod vnus loquit̃, tres loquũtur,
quia vox vna eſt trinitatis. Huic victori, qui ſuo Goliã
gladio peremerit, dũ mortẽ pro Chriſto excipit, fugatis
Allophylis occurrũt iuuenculæ, illæ ſcilicet ſicut aqui- 1. Reg. 18
læ, dicẽtes: Percuſſit Saul in milibus, Dauid in decem
milibus. Qđ indicio eſt victores ſeculi principibus an-
teferri. Deniq; mortuis regib⁹ in perpetuum martyres
regnũ cæleſtis gratiæ honore ſuccedunt: & illi fiũt ſup- M
plices, hi patroni. Eſt & alius Goliæ gladius, aliud dia-
boli telum, ſermo ſcilicet hæreticorũ, quem vir ſpiritalis
ſciens arripit, vt aduerſarium vincat: audiens hic bella,
non patiẽs, nec alicuius vento doctrinę mobilis inquie-
tus: neſciens famẽ verbi, & ſcripturæ cæleſtis vbertate
ſatiatus, qui vanis hæreticũ vocibus perſonãtem laceſ-
ſere non reformidet. Tunc qui eſt infirmus, expectet, ne
præiudiciũ cæteris faciat cõgreſſu impari. Veniat Da-
uid, cui Chriſt⁹ os aperiat ad eloquẽda myſteria: veniat
ille Nazareus, cuius capillus nõ cadat, vel nihil habens
ſuperfluũ quod cadere poſſit, vel nihil de ſuperioribus
virtutibus amiſſurus, integer ſobrietate, fortis in pace,
qui ſeſius oẽs vſq; in finẽ & verba cuſtodiat. Predicatur
Euangeliũ, vt ſeculũ deſtruat. Sicut enĩ præceſſit in or-
bem terræ Euangelii predicatio, cui iã & Gothi & Ar-
menii crediderũt, & ideo mundi finẽ videmus: ita & a
viro ſpirituali Euangeliũ prædicatur, quando omnes ſa-
piẽtię ꝓgreſſus, & oẽs formas virtutis exequit̃, pſallẽti
mẽte & ſpiritu nouiſſimã deſtruẽs mortem. Tũc enim 1. Cor. 15.
finis, cum tradiderit in eo Chriſtus regnũ deo & patri:
fueritq; iſte ſubiectus ei, qui ſibi ſubiecit omnia, vt ſit

A deus omnia in omnibus. Et prædicabitur euangelium
Pſal. 75. per omnes ciuitates Iudææ. Notus eſt enim in Iudæa
deus. Tunc enim ciuitates ædificantur Iudææ, quãdo
virtutum fundamenta ponuntur.

De ſigno appropinquantis deſolationis.

» VM videritis circũdari ab exercitu Hieru-
» ſalem.) Vere Hieruſalem ab exercitu obſeſ
ſa eſt, & expugnata a principe Romano. Vn
de & Iudæi putauerunt tunc factã abomina
tionẽ deſolationis, eo quod caput porci in templũ iece-
rint illudẽtes Romani Iudaicæ ritũ obſeruatię. Quod
ego nec furens dixerim. Abominatio enim deſolatio-
nis execrabilis aduentus Antichriſti eſt, eo quod ſacri-
legũs infauſtis mentiũ interiora contaminet, ſedẽs iu-
xta hiſtoriam in tẽplo, vt ſibi diuinæ vendicet ſolũ po-
teſtatis. Iuxta interpretationẽ autem ſpiritalẽ pulchre
inducitur ſtare, eo quod in affectibus ſingulorum veſti
gium perfidiæ ſuæ cõfirmare deſideret, ex ſcripturis diſ
putans eſſe ſe Chriſtũ. Tũc appropinquabit deſolatio,
quoniam a vera religione pleriq; lapſi errore deſciſcent.
Tũc erit domini dies. quod etiam Apoſtolus euidẽter
2. Theſ. 2 expoſuit, dicens obſeruandũ eſſe nobis quaſi inſtet dies
domini, ne quis nos ſeducat vllo modo: quia niſi vene-
rit diſceſſio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, fi-
lius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra oẽ
quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei
B ſedeat oſtendens ſe tanq̃ ſit deus. et reliqua. Ergo ſede-
bit in tẽplo, & in templo interiore Iudæorum, qui Chri
ſtum negabit: in templo nõ inuiolabili, ſed corruptele
obnoxio, quod aut perfidiæ inuoluat ruina, aut iracun-
diæ vis ſubruat, aut cupiditatum ignis exurat. Et bene
tũc veniet dies domini, & breuiabũtur dies propter ele-
ctos: quoniã ſicut primus aduẽtus dñi ꝓpter redimẽda
peccata, ita & ſecũdus propter reprimẽda delicta, ne plu
res perfidiæ errore labãtur. Tunc pſeudoprophetæ, tũc
fames. Repete mihi Heliæ tempora, & inuenies tunc
prophetas cõfuſionis, tunc Iezabel, tũc famem, tũc ari-
ditatẽ terræ. Quã ratione? Quia abundauerat iniqui-
Epheſ. 6. tas, refrixerat charitas. Deniq; iuſt⁹ in deſerto, iniquus
in regno eſt. Eſt & alius Antichriſtus autor huius, dia
bolus ſcilicet, qui meã Hieruſalem, meã animam, certe
animam dei, animam pacificã obſidere nititur ſuæ le-
gionis exercitu. Non eſt enim colluctatio nobis aduer-
ſus carnem & ſanguinẽ, ſed aduerſus principatus & po
teſtates, aduerſus mũdi huius rectores tenebrarũ harũ.
C Tunc eſt diſceſſio, cum anima a ſeipſa deſciſcit. Et rur-
ſus cum dominũ cogitat, tremit atq; turbatur. Tũc cũ
iſte Antichriſt⁹ tenet: donec de medio fiat, iuſtitia exu
lat, iniquitas regnat. Tunc fides rara, vt ipſe quaſi ad-
Lucę. 18. dubitans dñs dixit: Tunc veniens filius hominis, num-
quid inueniet fidẽ ſuper terrã? Vel in noſtra vtiq; terra,
Pſal. 13. vel in orbe terrarum. Sic & alibi: Dominus reſpexit ſu
per filios hominũ, ſi eſt intelligẽs, aut requirens deum.
non quia dubitet deus, ſed quia ita rara erat in homini-
bus fides, vt ſecundũ opinionẽ hominum videretur eſ-
ſe dubitandũ. Ergo quando in medio templi eſt diabo-
lus, deſolatio abominationis eſt ſecũdum Danielẽ pro-
phetam. Cum autẽ vnicuiq; laboranti Chriſti præſen-
tia ſpiritalis illuxerit, tollitur iniquus e medio, & inci-
pit regnare iuſtitia, quæ omniũ fidelium mẽtibus eua-
cuat principatũ. Eſt etiã tertius Antichriſtus, aut Ar-
rius, aut Sabellius: immo oẽs ſunt Antichriſti, qui pra
ua nos interpretatione ſeducunt. Et ideo qui legit, intel
ligat. Qui intelligit, nõ ſeducitur vt credat falſa pro ve-
ris, more vtiq; Iudæorũ, qui verum Chriſtum negaue-
runt: vnde conſequens erit vt credant verum eſſe qui
falſus eſt. ſic & Arriani quod negãt Chriſto, Antichri-
ſto non negabunt.

De væ pregnantiũ & nutrientium in illis diebus.

AE illis quæ in vtero habẽt, & vbera dãtib⁹ « D
in illis diebus.) Ergo cõceptio criminoſa eſt? «
Atqui liberi præmia nuptiarũ ſunt. Et quo-
modo Sarã dñs benedixit, & peperit? Quo-
modo Anna orauit, & genuit? Quomodo Rachel fi-
lios benedicta ſuſcepit? Nunquid errauerũt prophetæ?
Quoniã dñs errare non potuit, ſed in prophetis quoq;
dñs eſt locut⁹, et ideo nec illi errare potuerũt. Qui igit̃ * aß Quid
quadrare poterit diſcordia literarũ? Sed quia ibi bellũ ergo? Er-
eſt, conuertamur ad ſpiritũ pacis. Pax enim dixit: Mu rare pote-
lier cũ parturit, triſtitiã habet, quia venit hora eius: cũ rit diſcor-
autem pepererit, iam nõ meminit preſſurę. Et ſubiecit: dia. &c.
Et vos modo quidem triſtitiã habetis, iterũ autem vi- Ioan. 16.
debo vos, & gaudebit cor veſtrũ. vt oſtẽderet perfecto-
rum eſſe lętari, nutare infirmorum, quaſi adhuc incerta
metuentiũ. Sed & hic in ſuperioribus dixit: Edebãt, &
bibebant: nubebãt, & vxores ducebãt. ligãtes ſcilicet ſe
in hanc vitam, & ſolicitudinibus ſecularibus vinciẽtes.
Hæ ſunt itaq; prægnãtes quibus væ dicitur, quę arti-
nam ſuæ carnis extendant, & quibus intimorũ greſſus
pigreſcãt animorũ, effœtæ virtutum, fœtęq; vitiorum.
Sed nec illę pregnãtes condẽnationis exortes ſunt, quę
in bonorum actuũ molimine conſtitutę, necdũ aliquos
ſuſcepti operis dedere proceſſus. Sunt enim & quæ de
dei timore cõcipiunt, quæ dicũt: De timore tuo conce- E
pimus & parturiuimus. Sed nõ omnes pariunt, nõ o-
mnes perfecti, nõ oñes poſſunt dicere: Peperimus ſpi-
ritum ſalutis in terra. Nõ omnes Marię, quę de ſpiritu
ſancto Chriſtũ concipiant, verbum pariant. Sunt enim
quę abortiuũ excludant verbũ anteq̃ pariant. Sunt quę
in vtero Chriſtũ habeant, ſed nondũ formauerunt: qui-
bus dicitur: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec for- Gal. 4.
metur Chriſt⁹ in vobis. Ergo qui adhuc in vtero ſunt,
parturiuntur quaſi imperfecti: iam illi perfectiores, qui
bus dicitur: Ego vos per euangelium genui. Multi pa 1. Cor. 4.
tres per euangeliũ, & multæ matres quę Chriſtum pa
riunt. Quis mihi igitur Chriſti monſtret parẽtes? Ipſe
monſtrauit dicẽs: Quę mihi eſt mater, aut qui fratres? Matt. 12.
Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe
mihi & frater, & ſoror, & mater eſt. Fac volũtatem pa-
tris, vt Chriſti mater ſis. Multæ conceperunt Chriſtũ,
& non genuerunt. Ergo quæ parit iuſtitiã, Chriſtũ pa-
rit: quę parit ſapientiã, Chriſtũ parit: quæ parturit ver-
bum, Chriſtũ parturit. Eſt etiã quæ parturiuit iniuſti-
tiam, & peperit iniquitatẽ. Iſtis væ pregnantibus, quæ F
corpore graues, ad euadẽdum periculũ pigriores ſunt.
Iſtis væ, quibus futuri partus, quo corpus omne concu
titur, dolor integer. His futuri ſigna iudicii initia ſunt
dolorum. Docuit etiã Moyſes eſſe pregnantẽ, quam ſi
duo cõculcauerint litigãtes, abortiuum cito inducãt. Et
ideo bona fœmina litem fugiat, pacẽ ſequatur, vt partũ
poſſit abſoluere, nec nouem mẽſium tempus expectet.
Verbi partus nõ in temporis, ſed diligẽtię plenitudine
eſt. Conſummatus autẽ in breui iuſtus impleuit tẽpo-
ra multa. At contra cito anima imperfecta calcatur, &
verbũ quod concepit, amittit. Sed væ illi, qui ſcandali-
zauerit vnũ de puſillis iſtis, væ illi qui pregnantẽ calca
uerit. nam ſi informe adhuc pignus excluſerit, pecuniæ Exo. 21.
iactura eſt. ſi vero formatũ, reddet animã pro anima,
oculũ pro oculo, dentẽ pro dente, manũ pro manu. Sed
cur oculũ aut manũ, cũ abortiuus & manũ habeat, &
oculum habeat, qui iam formatus excluſus eſt? Vnde
apparet pro eo modo quo nocuit, vnũquenq; damnan-
dum. Si enim catechumenũ quis vel hęreticus vel ſchi-
ſmaticus tanquã de vtero vel animæ vel eccleſiæ par-
turientis excuſſerit, leuius punitur: ſi fidelem, grauius.
Et ideo cauendum ne cum talibus litigando, eccle- 2. Tim. 2.
ſiam calces. Stultas enĩ pugnas, & ſine diſciplina quæ-
ſtiones deuita, ſciẽs quia generant lites, quibus eccleſia
quaſi parturiens totius corporis conculcatione vexa-
tur. Ergo cito reple ventrem tuum, vt citius poſſis par-

G tum edere. Audi quomodo repleas, & quibus repleas.
Prou. 12. Ex fructibus, inquit, oris sui vir implebit ventrē suum, fructibus autem labiorū suorum satiabitur. De nutriētibus quoq; docuit me illud Salomonis sublime iudicium, & illa duarum cōtētio fœminarū, quod etiamsi iam partus dolore sint absolutæ, adhuc tamē cōfirmandorum pignorū metu nutrient: quia per temulētiam nutrienti somn⁹ obrepat, paruulū mater opprimat: neget suū, quærat alienū. Sed & illa quę filium non peremit, periclitatur suo, quia iudicii hęret incerto. Ergo & nos, ne quasi imperfectorū parentes operum aut iudicii dies aut mortis inueniat, paruulos nostros ablactare properemus. Ablactatus Isaac non fuit somno matris obnoxius, & ideo epulū magnum exhibuit Abrahā quādo ablactauit filium. Ablactatus Dauid retributionem animæ suę sperat. Non enī vt Corinthius in primordio fidei, escę adhuc ītalidus fortiori, lacte potatur, sed iam pane solido firmat⁹, in plenitudinē perfectę ætatis adoleuerat. Ergo nō satis est cura generādi, nisi suppetat efficacia nutriendi. Itaq; & tibi tanq̄ Mariæ verbum dei crescat, sapiētia et ætate proficiat. Quod ita fit, si omnia dicta iustitię in corde custodias, nec senectutis tēpus expectes, sed in prima ætate despōsatam viro iusto sapientiam sine corruptela corporis tui cito cōcipias, cito parias, cito nutrias. Vide mihi Paulū hesterno persequētem, hodie credentem, die crastina prędicantem.

Gen. 21.

H

De orando ne fiat fuga hyeme vel sabbato.

» SRATE ne fiat fuga vestra hyeme vel sab-
» bato.) Cum iudicii die venturus sit dns ante quem ignis ardebit, iguis autē vis aut semper eadem, aut citius adurat ætate: quomodo orandum dicit ne fuga nostra hyeme fiat? nisi forte quia is qui in mōtes fugit, frigus & glaciē, procellas & grādinem delictorū timere nō debet, sed optare æstiuæ lucis serenitatē, ne lubrico corporis vestigia infirma labātur? Vnde & illa iam secura processu, iam firmis radicibus nixa lætatur dicēs: Hyems abiit, tempus secandi aduenit. Hyeme enim arbores ventus suo honore despoliat, & asperitas frigoris teneras frondes in speciē mortis interficit. Vere autē resurgunt semina, & tanq̄ noua ętas naturę viridātis adolescit. Vere Pascha est, quando seruatus sum: æstate est Pētecoste, quando resurrectionis gloriā celebramus ad instar futuri. Orandum etiā ne sabbato te, hoc est, ab operibus ociante veniens dominus deprehendat. Et ideo iuxta legem operare diem* in die, & esto spiritu feruēti, & labore peruigili. Nec ociosum illud, quia scriptum est: Sabbato humiliabis animam tuam. Et quia septuaginta annis populus in captiuitate durauit, tunc violata religio, obtrita libertas, pudicitia vulnerata. Ergo tunc tibi emigrādum ex hac vita, quando virtutes vigent, vitia captiua sunt, non quādo captiua est anima, & vigor eius & virtus vacat, *corporis peccata dominantur.

Cant. 2.

*de die in diem.

I

*vacua.

De signis aduentus domini.

» ERunt signa in Sole, & Luna, & stellis.) Et prophetiæ vera series, & integra causa mysterii, quod & captiui Iudæi secundo in Babyloniam Assyriamq; ducētur, captiui in toto erunt orbe, quia negauerūt Christū: & Hierusalem, quæ videtur, ab hostili exercitu calcabitur, cadentibus Iudæis in ore gladii. Et Iudęa omnis a nationibus credituris subiicietur in ore gladii spiritalis, qui est sermo bisacutus, & fiēt signa diuersa in Sole, & Luna, & stellis. Quę signa secundū Matthæū euidētius exprimuntur. Tunc, inquit, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suū, & stellę cadēt. Plurimis enī a religione deficiētibus clara fides obscurabitur nube pfidię: quia mihi Sol ille cęlestis mea fide vel minuit, vel augetur. Quēadmodū si plurimi radios mundani Solis aspiciāt, pro captu videntis aut pallidior Sol videtur, aut clarior: ita pro deuotione credētis vnicuiq; spiritale lumē infunditur. Et quemadmodū mēstruis cursibus Luna, vel terrę oppositu, cū fuerit e regione Solis, vanescit: sic & sancta ecclesia, cum lumini cęlesti vitia carnis obsistūt, fulgorem diuini luminis de Christi radiis non potest mutuari. Nanq; in persecutionibus lucē dei solus plerunq; amor vitæ huius excludit. Cadēt stellæ, illi vtiq; resurrectionis gloria iam micātes, illi viri sicut luminaria in seculo verbū vitæ continētes, illi viri de quibus Abrahæ dictum est quia sicut cęlum fulget & stellæ, sic & semen eius. Excident ergo hominibus patriarchæ, excident prophetę, si psecutionis acerbitas cōualescat. Quę oportet fieri, donec ecclesię in omnib⁹ virtutibus in singulis plenitudo cumuletur. Sic enim probātur boni, sic produntur infirmi. Ergo varii animorū ęstus ita graues erūt, vt delictorū multitudine male conscīis, futuri iudicii metu, sacri in nobis ros fontis arescat. Aret enī perfidia, fides rorat. ¶ Nam virtutes cęlorū cōmouebūtur. Et tunc videbūt filiū hominis venientē in nubib⁹.) Fortasse quēadmodū dñi expectatur aduentus, vt eius presentia in toto fiat vel hominis orbe vel mundi, quæ fit vtiq; in singulis cū oibus affectibus receperint Christum: sic etiā virtutes cęlorū aduentu dñi saluatoris accreditu (est enim virtutū dns) augmentū gratiæ consequātur necesse est, et plenitudine diuinitatis propius se infundēte moueantur. Sunt etiā virtutes cęlorum, quę enarrāt gloriā dei, & quę pleniore Christi infusione moueantur, virtutes spiritales, quæ videt Christū. Docuit nos Dauid quēadmodū hę moueantur virtutes, dicēs: Accedite ad eū, & illuminamini. Docuit etiā Paulus quemadmodū Christum videas. Cum enim cōuersus fueris ad dñm, aufertur velamen, & vides Christum. Vides illū in nubibus. Nō equidem puto quod in caligine tenebrosa & horrore pluuiali Christus aduenīat. Nubes enim quę videntur, cęlū vtiq; caliganti horrore subtexunt. Et quomodo in Sole posuit tabernaculum suū, si pluuialis erit eius aduētus? Sed sunt nubes, quæ quia sic oportet, cælestis obtexunt mysterii claritatem. Sunt nubes quę rore gratię spiritalis humescant. Aspice nubem in veteri testamento: In colūna, inquit, nubis loquebatur ad eos. Per Moysen vtiq; loquebatur, per Iesum Naue, qui Solē statuit, vt plenioris luminis acciperet claritatem. Ergo Moyses & Iesus nubes sunt. Aspice quia viri sancti nubes sunt, quia sicut nubes volant, & quasi colūbæ cum pullis. Super me nubes sunt Esaias, Ezechiel, qui mihi per Cherubī & Seraphim sanctitatem diuinæ trinitatis ostēdunt. Nubes sunt omnes. In his nubibus venit Christus. Venit in nube in Cāticis canticorū, serena nube, & sponsi refulgens lætitia. Venit & in nube leui, incarnat⁹ ex virgine. Vidit enim propheta sicut nubē venire ab Oriēte. Et bene leuem nubē dixit, quā terrena vitia non grauarent. Vide nubem, in qua spiritus sanctus superuenit, & virtus altissimi obūbrauit. Cum ergo apparuerit Christus in nubibus, concidēt se tribus terrę. Est enim quidā ordo criminum, & series peccatorū, quæ Christi dirimatur aduentu. ¶ Videte ficulneā, & omnes arbores: cum produnt iam ex se fructū, scitis quia prope est æstas.) Diuerso quidem modo, in vnū tamen cōcurrere videtur euangelistarum sententia. Matthæus enim de sola dixit ficulnea, cum ramus eius tener fuerit: hic de arborib⁹ omnibus. Verū siue cum fructus in omnibus virescit arboribus, & ficulnea fœcunda iā floret, vt omnis lingua confiteatur iam deo, cōfitente etiā populo Iudæorum, sperare dñi debemus aduentū, quo tanq̄ tēporibus ęstatis resurrectionis fructus metētur: siue cū leuem fragilemque iā stantiā homo iniquitatis tanq̄ folia Synagogæ ramos induerit, conicere debemus appropinquare iudicii. Nam remunerare fidē dns, & delinquendi finē afferre festinat. Duplicē igit̄ habet figurā hæc ficulnea,

Pſal. 33.
2. Cor. 3.
Pſal. 18.
Pſal. 96.
Eſa. 60.
M

A vel cum dura miteſcāt, vel cum peccata luxuriāt. Nam per fidem credentiū quæ arebant nate, florebunt: & per gratiam delictorum peccatores gloriabūtur. Ibi fructus est fidei, hic perfidię lasciuia. Fructū mihi ficulneę agricolæ euangelici cultura promittit. Desperare non debemus, si foliis ficulneæ peccatores se tanquā fraudis veste texerunt, vt conscientiam velarent. Ergo folia suspecta sine fructu. Tales vestes paradisi exules habēt. Duplicem igitur habet figuram.

De homine portante amphoram aquæ, discipulis Pascha paraturis occursuro.

CAP. XXII. » CCE introcūtibus vobis in ciuitatē, occurret vobis homo amphorā aquæ portans.) Bonū est cōsiderare vbi dominus pascha faciat. Secundū Matthæum habes: Ite in ciuitatem ad quēdam. Primū maiestatē diuinitatis aduerte. Cū discipulis loquit̄, & iam nouit quid alibi sit futurū. Deinde dignationē eius intuere, quia non persona diuitis aut potentis eligitur, sed pauper ambitur, & angustum hospitiū pauperis amplis nobilium ædibus antefertur. Ite, inquit, ad quendam. Sciebas dñe nomē eius, cuius sciebas ministeriū, cuius sciebas occursum. Sed ideo sine nomine designatur, vt ignobilis æstimetur. Nihil hic cōpositū, vbi non exprimitur persona, sed causa. Secundū Marcum autē, lagenam aquę portans. Hic ergo apostolis mandatur sequēdus. Et quomodo
B paterfamilias? Vt agnoscas sanctitatis definitionē esse, non census. Quomodo in superioribus habēs stratū magnum? Vt meritū eius aduertas, in quo dūs cū discipulis sublimiū virtutū eius delectatione requiesceret. Vtinā ergo mihi cōtingat amphorā aquę portare, contingat lagenā aquæ portare, quā portat paterfamilias, habēs in superioribus stratum magnū. Quid est enim amphora, nisi mensura perfectior? Non mediocres qui mensurā habent. Deniq; dns, Mēsuram, inquit, bonā, cumulatā, superefluentē dabunt vobis. Nam de aqua quid loquar? Super aquā ante ipsos mundi natales sanctus, vt legis, spiritus ferebatur. O aqua, quæ humano aspersum sanguine, vt presentiū lauacrorū figura præcederet, orbem terrarū lauisti. O aqua, quę sacramentū Christi esse meruisti, quę lauas omnia, nec lauaris. Tu incipis prima, tu cōples perfecta mysteria. A te principium, in te finis: vel potius tu facis vt finē nesciamus. Per te fœtor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia situ viscera aspersо sale in multā seruantur ætatē. Per te la-
C rentibus æstu corporibus, dulcis ad gratiā, salutaris ad vitā, suauis ad voluptatē potus infunditur. Tu nomen prophetis & apostolis, tu nomen Saluatori dedisti. Illi nubes cæli, illi sal mundi, ille fons vitæ est. Quæ montibus pressa, non clauderis: quæ scopulis illisa, non frangeris: quę terris infusa, non deficis, sed intimis scaturiēs venis, aut spiritū inclusa vitalem inhalas, aut succū diffusa fertilē præstas, aut rigatum superfusa ad commodum subministras, ne siccatis exanimata vitalibus solennes neget terra prouentus. Omniū elementorū substantia, cælum, aer, mare, & terra, te reddūt. Te prophetico percussa tactu, vt fitientium rigares corda populorum, vomuit petra: te, cum de latere Saluatoris erūperes, percussores viderunt, & crediderūt: & ideo regenerationis nostrę de tribus vna es testibus. Tres enim testes sunt, aqua, sanguis, et spiritus: Aqua ad lauacrum, sanguis ad precium, spiritus ad resurrectionem.

De sponsione prędmii discipulorū Christi, qui secum in tentationibus permanserunt.

» EGo quidem dispono vobis, sicut disposuit
» mihi pater regnum.) Regnum dei nō est de hoc mūdo. Non ergo equalitatis homini ad deum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus est plena imago dei, propter expressam

D in se paternæ claritudinis vnitatē. Iustus autem homo ad imaginem dei est, si propter imitandā diuinæ cōuersationis similitudinē mundū hunc dei cognitione contemnat, voluptates q; terrenas verbi perceptione despiciat, quo alimur in vitam: vnde & corpus Christi edimus, vt vitæ æternę possimus esse participes. Non enī victus & potus nobis prędmii loco spōdetur & honoris, sed cōmunicatio gratiæ cęlestis & vitę. Neq; duodecim throni tanq̄ aliqua corporalis sūt receptacula sessionis, sed quia secundum diuinā similitudinē iudicat Christus cognitione cordiū, nō interrogatione factorū, virtutem remunerans, impietatēq; condēnans. ita & Apostoli in iudiciū spiritale formantur remuneratione fidei, et exercitatione perfidiæ, virtute errorem redarguētes, sacrilegos odio persequentes. Conuertamur igitur, & caueamus ne in perditionē aliqua inter nos de prelatione possit esse contentio. Si enim contēdebant apostoli, nō excusationi obtenditur, sed cautioni apponitur. Si Petrus aliquādo cōuertitur, qui ad primā dei secutus est vocē, quis potest dicere cito se esse conuersum? Caue ergo iactantiam, caue seculū. Ille enim confirmare iubetur fratres suos, qui dixit: Omnia reliquimus, & secuti sumus te. Deinde contuendū est quia nō omnis honorificētiæ studiū humilitatis definitur. potest enim deferre alicui propter seculi gratiam, potentiæ metū, vtilitatisq; contuitū. Tua ædificatio quęrit̄, nō alterius honor: & ideo vna datur omnibus forma sentētiæ, vt nō de prælatione iactātia sit, sed de humilitate contētio, eo quod se dominus proponit imitandū. Egebamus omniū, ipse nullo: & tamen præbuit se humilitatis autorem, cum discipulis ministraret. Quod vtiq; faciebat non studio vtilitatis, sed exercitatione virtutis. Petrus autem etsi spiritu prōptus, corporis tamē adhuc infirmus affectu, denunciatur dominū negaturus. Neq; enim poterat diuinæ constantiam intētionis æquare. Passio domini æmulos habet, pares nō habet. Ita non reprehendo quod negauit, laudo quod fleuit. Aliud commune conditionis est, aliud speciale virtutis. Et ideo instruitur ad cauendum, non cogitur adnegandum.

Matt. 19.

E

De sacculo & pera tollēdis, tunicaq; vendēda, & gladio emendo.

VI nō habet, inqt, sacculū, tollat, siliter & pē- «
rā. Et qui non habet, vēdat tunicam suam, «
& emat sibi gladium.) O dñe, cur emere me «
iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quē vetas promi? nisi forte vt sit parata defensio, nō vltio necessaria: & videar potuisse vindicari, sed noluisse? Lex tamen referire non vetat, et ideo fortasse Petro duos gladios offerēti, Sat est, dicis, quasi licuerit vsq; ad euangelium, vt sit in lege æquitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio. Multis hocinicquum videtur, sed non iniquus dominus, qui cū se posset vlcisci, maluit immolari. Est enim gladius spiritalis vt vēdas patrimonium, emas verbum quo nuda mētis penetralia vestiuntur. Est etiam gladius passionis, vt exuas corpus, et immolatæ carnis exuuiis ematur tibi sacri corona martyrii. quod ex benedictionibus dominicis colligere potes, qui summā omnium coronarum, si quis persecutionem patiatur pro iustitia, prędicauit. Deniq; vt scias quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum protulit, dicēs: ¶ Quoniam hoc quod scriptum est, oportet impleri de me, Quod & cum iniustis deputatus est.) Mouet tamen adhuc quod duos gladios discipuli protulerūt, ne forte vnum noui, alterū veteris testamenti, quibus aduersus diaboli armamur insidias. Denique dicit dominus: Sat est. quasi nihil desit ei quem vtriusque testamenti doctrina munierit.

F

Eſa. 53.

De tristitia, dolore, tædio, & oratione Christi.

G » PATER, si possibile est, trāsfer a me calicem
hunc.) Herent pleriq; hoc loco, qui tristitiam
Saluatoris ad argumentum inolitę potius a
principio, ꝗ susceptę ad tēpus infirmitatis in-
clinant, & naturalis sensum cupiunt retorquere senten-
tiæ. Ego autem non solū excusandū nō puto, sed etiam
nusquā magis pietatē eius maiestatemq; demiror. Mi
nus enim cōtulerat mihi, nisi meū suscepisset affectum.
Ergo pro me doluit, qui pro se nihil habuit quod dole-
ret: & sequestrata delectatione diuinitatis æternæ, tæ-
dio meę infirmitatis afficitur. Suscepit enim tristitiam
meam, vt mihi suam lætitiā largiretur: & vestigiis no-
stris descendit vsq; ad mortis erumnā, vt nos suis vesti-
giis reuocaret ad vitam. Confidēter ergo tristitiam no
mino, quia crucē prædico. Neq; enim speciem incarna-
tionis suscepit, sed veritatē. Debuit ergo & dolorē susci
pere, vt vinceret tristitiā, non excluderet. Neq; enim ha
bent fortitudinis laudem, qui stuporē magis vulnerum
tulerint ꝗ dolorē. Homo enim in plaga, & sciēs, inquit,
ferre infirmitates, nos voluit erudire, vt quia in Ioseph
didiceramus carcerē non timere, mortē vincere discere-
mus in Christo, &, quod est amplius, quēadmodum fu
turę mortis mœstitiā vinceremus. Quomodo enim te
imitaremur dñe IESV, nisi sequeremur vt hominē,
nisi mortuū crederem⁹, nisi vulnera vidissemus? Quē-
H admodum discipuli crederēt fuisse moriturū, nisi mori-
turi tristitiam comperissent? Sic adhuc dormiūt, & ne-
sciunt dolere, pro quibus Christus dolebat. Ita enim le-
Esa. 53. gimus: Qui peccata nostra portat, & pro nobis dolet.
Doles enim dñe nō tua sed mea vulnera, non tuā mor-
tem, sed nostrā infirmitatem, & nos æstimauimus te
esse in doloribus, cum tu nō pro te sed pro me doleres.
Infirmatus enim es, sed propter peccata nostra, nō quia
illa tibi infirmitas erat ex patre assūpta, sed pro me sus-
cepta, quia mihi proderat vt eruditio pacis nostrę esset
in te, & liuore tuo vulnera nostra sanares. Sed quid mi
rum si pro omnibus doluit, qui pro vno fleuit? Et quid
mirum si moriturus pro omnibus tædiat, qui Lazarū
resuscitatur⁹ illachrymat? Sed & ibi piæ sororis lachry
mis cōmouetur, quia mentē humanā tangebāt. Et hic
alto operatur affectu, vt quia ī carne sua peccata nostra
perimebat, mœrorem quoq; animæ nostrę suæ animæ
mœrore aboleret. Et fortasse ideo tristis est, quia post
I Adæ lapsum tali trāsitu nobis erat ex hoc seculo rece-
Sapieñ. 1. dendum, vt mori esset necesse. Deus enim mortem nō
fecit, nec lętatur in perditione viuorum, & ideo fastidit
» quod ipse non fecit. Deniq; ait: ¶ Transfer a me calicem
» istum.) Quasi homo mortē recusans, quasi deus sentē-
tiam suā seruans. Oportet enim mori nos seculo, vt re-
surgamus deo, vt iuxta diuinā sententiam lex maledi-
ctionis resoluta, in terræ limū naturę fine soluatur. Qđ
autē ait, ¶ Non mea volūtas, sed tua fiat,) Suam ad ho
minem retulit, patris ad diuinitatē. Volūtas enim ho-
minis tēporalis, voluntas diuinitatis æterna. Non alia
voluntas patris, alia filii. Vna enim voluntas, vbi vna
diuinitas. Disce tamē deo esse subiectus, vt non ꝗd ipse
vis eligas, sed quod deo scias esse placiturū. Deinde ver
» borum ipsorū proprietatē consideremus. ¶ Tristis est,
» inquit, anima mea.) Et alibi: Nunc anima mea turba-
ta est valde. Non ergo suscipiēs, sed suscepta turbatur.
Anima enī obnoxia passionibus, diuinitas libera. De-
nique: Spiritus prōptus, caro autē infirma. Tristis autē
est non ipse, sed anima. Non est tristis sapiētia, nō diui-
na substantia, sed anima. Suscepit enim animā meam,
suscepit corpus meum. Nō me fefellit vt aliud esset, &
aliud videretur. Tristis videbatur, et tristis erat, nō pro
sua passione, sed pro nostra dispersione. Deniq; ait: Per-
Matt. 25. cutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Tristis
erat, quia nos paruulos relinquebat. Ceterū ꝗ cōstanter
se morti obtulerit, consequētia declarant: quandoquidē
querētibus occurrit, turbatos cōfirmauit, trepidos ꝓuo-
cauit. Proditorē osculi dignatione suscepit. Nec illud K
distat a vero, si tristis erat pro persecutoribus suis quos
sciebat immanis sacrilegii pœnas daturos. Et ideo di-
xit: Transfer hunc calicē a me. Non quia deus dei filius
mortem timebat, sed quia nec malos pro se perire vole-
bat. Deniq; ait: Pater, ne statuas illis hoc peccatum, ne
exitialis esset populo passio sua, quę esset oib⁹ salutaris.

De Iudæ osculo, & Christi traditione, comprehen-
sione, ac ligatione, Petriq; percussione.

IVDA, osculo filium hominis tradis?) Ma
gna diuinæ significatio potestatis, magna
disciplina virtutis. Et consiliū proditionis a-
peritur, & adhuc patiētia non negatur. Ostē
disti dñe quē proderet, dum occulta manifestas. Ostē-
disti etiam quē traderet, dum ducis, filiū hominis: quia
caro non diuinitas cōprehenditur. Illud tamen plus cō
futat ingratum, quod eum tradiderit, qui cum esset dei
filius, propter nos tamen filius hominis esse voluisset.
Quasi dicat, propter te suscepi ingrate quod tradis. In
hypocrisi ergo per interrogationē pronunciandū puto,
quasi amātis affectu corripiat proditorē: Iuda, osculo fi-
liū hominis tradis? hoc est, amoris pignore vulnus in-
fligis? & charitatis officio sanguinē fundis? & pacis in-
strumento mortē irrogas? Seruus dominū, discipulus
ꝓdis magistrū, electus autorem? Hoc est illud: Vtilia L
vulnera amici, quàm volūtaria oscula inimici. Prodito Prou. 27.
ri hoc. Pacifico vero qđ dicitur? Osculetur me ab oscu- Cant. 1.
lo oris sui. ¶ Et osculat⁹ est eū.) Nō quo simulare nos do
ceat, sed vt ne proditionē refugere videretur, et plus affi
ceret proditorē, cui amoris officia nō negaret, quia scri-
ptum est: Cum odientibus pacem eram pacificus. ¶ Et
signo dato, inquit, ab iis qui cum fustibus venerāt, com
prehenditur.) Sed dominū omniū mysteria non arma
tenuerūt. Denique locutus est, & ceciderunt retrorsum.
Quo mihi legiones angelorū? Quo cæleste exercitū?
Vox domini sola plus terret. Hanc ille ad demonstran
dum diuinæ maiestatis indicium, qui in pectore Chri-
sti recūbebat, elegit. Volenti ergo iniicit manus turba,
nectuntur vincula. O amētes, o perfidi, non sic compre-
henditur sapientia, non sic tenetur iustitia. Nec discipu
lorum studia defuerunt. Deniq; Petrus eruditus in le-
ge, promptus affectu, qui sciret Phineæ reputatū ad iu-
stitiam quod sacrilegos peremisset, percussit principis
seruum. Sed dñs vulnera cruenta detorsit, mysteria di-
uina subiecit, vt seruus principis mūdi, hoc est, non na-
turæ conditione, sed culpæ, seculariū famulus potesta-
tum, auris suæ vulnus exciperet, quia non audisset ver
ba sapientiæ. Omnis deniq; qui facit peccatum, seruus Ioan. 8.
est peccati. Peccatis, inquit, vestris vēditi estis. Vendi- Esa. 50.
tio propter peccata nostra, propter bonitatē autem dei M
redēptio peccatorū. Aut si Petrus volens percussit au-
rem, docuit quod aurem habere in specie nō deberent,
quā in mysterio nō haberēt. Sed bonus dñs & ipsi refun
dit auditum, secundū prophetica dicta demonstrans &
ipsos, si cōuertātur, posse sanari, qui in passione domini
vulnerati sunt, eo quod omne peccatum fidei mysteriis
abluatur. Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus?
Quia ipse est qui accepit claues regni cælorū. Ille enim
condēnat qui & absoluit, quoniā ligandi idem & soluē-
di adeptus est potestatem. Tollit autem male audien-
tis, tollit autē gladio spiritali aurem interiorē male in-
telligētis. Caueamus ne cui tollatur auricula. Legitur
passio dñi. si ad diuinitatē eius referimus infirmitatem
corporeę passionis, exciditur auricula, & exciditur a Pe
tro, qui nō passus est Christum prophetā æstimari, sed
dei filium docuit fideli cōfessione signari. Ergo cū legi-
mus teneri IESVM, caueamus ne ab aliquo audia-
mus, & putem⁹ eum secūdum diuinitatē teneri, teneri
inuitū, teneri quasi infirmū. Tenetur quidem, & vt di-
xit Ioannes, ligatur secundū corporis veritatē. Sed va-

A illis qui ligant verbū. Verbū enim ligant, qui tantum-
modo Christū hominē putant. Ligant qui præsciū nō
putant, qui omnipotentē non confitentur. Mala vincu
la Iudęorū, quibus non Christū ligant, sed seipsos alli-
gant. Ligatur autē in domo nō pii alicuius & iusti, sed
in domo Caiphæ, hoc est, in impia domo, vbi etiā mo-
riturus pro omnibus prophetatur. Qđ amentes igitur
qui beneficia diuina confitētur, & beneficiorū autorem
persequuntur. Ideo aurem perdūt, quia perdiderūt au-
ditus profectum. Auditum multi nō habēt, qui habere
se credunt. In ecclesia omnes habent, extra ecclesiā non
habēt. Aut fortasse ideo aurem tulit, ne amplius delin-
querent audientes, qui audita seruare nō possent. Sic et
aliquando confudit deus linguas extruentiū turrem, ne
se audirent, et opus suæ impietatis augerēt. Cōprehen-
de, si potes, quomodo ad dexteræ saluatoris attactū fu-
giat dolor, & vulnera non medicamēto aspersa, sed ta-
ctu obducta sanentur. Operatorē suum limus agnoscit,
& operatricem suam dñi manum sequitur caro. Quo-
modo vult enim opus suum creator instaurat. Sic & a-
libi cæco illi visus, luto supra oculos illito, quasi in natu
ram redierit, reformatur. Iubere potuit, sed operari ma
luit, vt cognoscamus ipsum esse qui e limo terrę corpo-
ris membra nostri variis apta formauit officiis, & infu
so vigore mētis animauit. Venerunt ergo & compre-
henderūt eum, grauius perituri studii sui fructu. nec in-
tellexerunt infelices mysterium, nec venerati sunt tam
clementē pietatis affectum, quod etiam hostes suos nō
B passus est vulnerari. Illi iusto mortem inferebant, perse
cutorum vulnera iste sanabat.

De Petri proditione per ancillā, & eius negatione.

» PETRVS vero sequebatur a longe.) Et be
ne a longe sequebatur iam proximus nega-
turo. Neq; enim negare potuisset, si Christo
proximus adhæsisset. Sed fortasse & in hoc
nobis maxima sit admiratione reuerēdus, quod domi-
num non reliquit etiam cū timeret. Metus naturę est,
cura pietatis. Alienū quod timet, suum quod nō fugit.
Quod sequitur, deuotionis: qđ negat, obreptionis. Cō-
mune quod labitur, fidei quod pœnitet. Iam in domo
principis sacerdotū ignis ardebat. Accessit Petrus, vt
calefaceret se. Quia clauso domino calor mētis etiā in
ipso refrixerat. Quid sibi vult quod prima eū prodit an-
cilla, cū viri vtiq; magis eum potuerit recognoscere: nisi
vt & iste sexus peccasse in necē dñi videretur, vt & iste
sexus redimeretur per dñi passionē? Et ideo mulier re-
surrectionis accepit prima mysteriū, et mandata custo-
dit, vt & veterē pręuaricationis aboleret errorē. Petrus
ergo proditus negat. Ponam⁹ enim negasse Petrum,
C quia dixit dñs, Ter me negabis. Et malo negasse Pe-
trum, ꝗ dominū fefellisse. Quid negauit? Quod ꝓmi-
sit incaute. Deuotionē considerauit, non respexit condi
tionem. Multatus quia dixit se animā ponere: quod nō
humanę infirmitatis, sed diuinę est potestatis. Cum tā
grauem imprudētis sermonis multā luerit, quanta est
pœna perfidiæ? Vbi tamē negat Petrus? Non in mō-
te, non in tēplo, nō in sua domo, sed in pretorio Iudæo-
rum, in domo principis sacerdotū. Ibi negat, vbi veri-
tas nō est. Ibi negat, vbi Christus captus, vbi Christus
ligatus est. Quomodo enim nō erraret, quē intromisit
ostiaria, & interrogauit ostiaria, & ostiaria Iudæorū?
Male Eua induxit Adā, male Petrū introduxit fœmi
na. Sed ille in paradiso labitur, vbi nō veniabilis culpa:
hic in prætorio Iudæorū, vbi difficilis innocētia. Illi in-
terdictus lapsus, huic predictus error. Ille cōmissus huic
prejudicauit, hic illū resoluit. Consideremus etiā quo in
» statu neget. ¶ Frigus, inquit, erat.) Si tempus conside-
remus, frigus esse non poterat. Sed frigus erat vbi IE-
SVS non agnoscebatur, vbi non erat qui lucē videret,
vbi negabatur ignis cōsumens. Frigus ergo erat men-
tis, nō corporis. Deniq; ad carbones stabat Petr⁹, quia D
algebat affectu. Mala flamma Iudaica: vrit, nō calefa-
cit. Malus focus, qui quondā etiam sanctorū mētibus
fuliginem erroris aspergit, iuxta quē etiam Petri inte-
riores oculi caligarūt. Illi oculi non carnis & sanguinis,
sed oculi mētis, quibus Christū videbat. Dicet aliquis:
Tu Iudęorū etiam elementa condēnas? Non condēno
elementa, quia nō sunt Iudæorū elementa, sed Christi.
Sed alia est quā condēno flamma perfidię. Hanc flam-
mam cōdemno Iudęorū, diuina secutus oracula. Dicit
enim dñs: Argentū vestrum reprobū est. Si argentum Hiere. 6.
reprobū est Iudæorum, & focus reprobus Iudęorū est.
Deniq; foco & auro Iudæorū caput vituli figuratū est,
hoc est, sacrilegii principatus. Sed videam⁹ negādi te-
norem, quē inter euangelistas video esse diuersum. Ita
nouū fuit Petrū potuisse peccare, vt peccatū eius nec ab
euangelistis potuerit cōprehendi. Itaq; Petrū prodenti
ancillæ quod ex illis esset qui cū IESV Galileo erant,
prima voce Matthęus posuit respondisse: Nescio quid Matt. 26
dicas. Hoc etiā Marcus, qui secut⁹ est Petrū, & ex ipso
potuit veri⁹ cognoscere. Prima vox negātis est Petri:
qua tamen nō negare dominū, sed a proditione se sepa-
rasse mulieris videtur. Quid tamen negauerit, conside-
ra. Ex illis vtiq; se esse qui cum IESV Galilæo erant.
Vel, vt Marcus posuit, cū IESV Nazareno. Num- Mar. 14.
quid negauit cū dei fuisse se filio? Hoc est dicere: Nescio
Galilæum: nescio Nazarenū, quem dei filiū noui. Ha-
beant homines locorū vocabula, dei filiū patria non po E
test nūcupare, cuius maiestatem locus nullus includit.
Et vt scias hoc verum esse, etiā exemplo probatur. Nā
alibi cum interrogaret dñs discipulos, Quē dicunt esse
homines filiū hominis? alii Heliam, alii Hieremiā di-
xerunt, aut vnum de prophetis: Petrus autem ait: Tu Matt. 16.
es Christus filius dei viui. Nūquid & ibi negauit, quia
Christum nō hominis filiū, sed dei maluit cōfiteri? Cer
te quid hic putamus ambiguū, quod etiā Christus pro-
bauit? Et aliud accipe. Interrogatus Petrus, Et tu ex il
lis es qui cum IESV Galilæo erāt? verbū æternitatis
refugit. nō enim erant, qui esse cœperūt. hoc est dicere,
ille solus erat, qui in principio erat. Deniq; ait: Nō sum
ego. Illius est enim esse, qui semper est. Vnde & Moy
ses ait: Qui est, misit me. Rursus cum vrgeretur quod Exo. 3.
ex illis esset, secundū Marcum negauit, vt scias euāge
listam veritati ꝗ gratiæ plus dedisse. Sed tamen nega-
uit ex illis se esse, non Christū negauit. Negauerat ho-
minum consortia, non dei gratiā. Negauerat ex illis se
esse qui cum Galilæo erāt, non negauit cū dei filio. De-
nique secundum Matthæū proditus quod cū IESV F
Nazareno fuisset, ait: Nescio hominē. Hoc idem & in
tertia voce vterq; de quibus proposuimus euangelistæ
cum iuramēto eum respōdisse posuerunt, quia nesciret
hominē. Et bene negauit hominē, quem sciebat deum.
Deniq; vbi iusiurandū est, cauta responsio est. Nam &
si negauit Petrus, non tamē peierauit, quia nec domi-
nus peieraturū esse memorauerat. Quod si in Petro
dubiū est, ꝗ periculosum est iusiurādum? Ioannes autē
sic posuit, quoniā interrogatus ab ancilla Petrus vtrū
ex discipulis esset illius hominis, prima voce responde-
rit: Non sum. Non enim erat hominis Apostolus, qui
erat Christi. Deniq; & Paulus hominis apostolū se es- Gal. 1.
se negauit, dicens: Paulus apostolus nō ab hominibus
neq; per hominē, sed per IESVM Christū, & deū pa-
trem. Sed ne videretur ambiguū aliquod incarnatiōis
afferre, subiecit: Qui suscitauit eum a mortuis. vt et ho
minem credas, cū deū ante credideris. Qđ alibi quoque
eodē tenore custodit, vbi dicit: Vnus enī deus, & vnus 1. Timo. 2
mediator dei & hominum, homo Christus IESVS.
Prius vtiq; mediatorē dei ꝗ hominū nuncupauit. Non
enim sat est vtrunq; credere, nisi fidei ordo seruetur. Cō
cordat igitur vbiq; respōsio. Nam qui dixit, Nescio ho-
minem: æquum erat vt interrogatus vtrū esset ex disci

G pulis hominis, diceret: Non sum. Itaq; nō Christi discipulum se negauit, sed hominis negauit esse discipulū. Itaq; & Petrus & Paulus hominem negauerunt, quē dei filium fatebantur. Quod sensit Petrus, & Paulus expressit. hīc & ille p̄cipit. Error Petri, doctrina iustorū est: et titubatio Petri, omniū petra est. Deniq; super vndas titubat, sed dexterā porrigit Christo. In monte cadit, sed leuatur a Christo. Titubauit quidem Petrus in mari, sed ambulauit firmior. Titubatio Petri super aquā, nostra est firmitudo. Ibi cadit, quo nullus ascēdit: ibi nutat, vbi nemo ambulat. Et tamē inter vndas licet titubat, nō labitur: nutat, nō cadit: fluitat, nō p̄cipitatur. Et si cecidit, in monte tamē cecidit. Sed felicius ille cecidit q̄ alii steterunt. Felicius cecidit quē Christus leuauit. Iterū autem interrogatū num ex discipulis eius esset, Ioannes scripsit negasse. Et bene negauit, quia ex eius dicebatur esse discipulis, quē hominem in superioribus sunt locuti. Nam & tertiò quod cū illo visus esset negauit. hoc et de superioribus deriuatur. Cū illo quem hominē nuncupatis, nō fui, sed a dei filio nō recessi. Lucas quoq; scripsit Petrū interrogatū vtrum ex illis esset, respondisse prima voce: ¶ Nō noui illū.) Et bene dixit. Temerariū quippe erat vt diceret quia nouerat cū, quem mens humana non potest cōprehendere. Nemo
Matt. 11. enim nouit filiū, nisi pater. Rursus secunda voce secundum Lucam idem Petrus ait: ¶ Non sum ego.) Maluit videlicet se negare q̄ Christū. Aut quia videbatur
H negare Christi societatē, vtiq; se negauit. Certe cum de homine negat, in filiū peccauit hominis, vt remitteretur ei: non in spiritū sanctum. Tertio quoq; interrogatus ait: ¶ Nescio quid dicas.) Hoc est, sacrilegia vestra nescio. Sed nos excusamus, dīs ipse non excusauit. Nō enim satis est inuoluta responsio cōfitentis IESVM, sed aperta cōfessio. Quid prodest verba inuoluere, si videri vis denegasse? Et ideo Petrus non de industria sic respondisse inducitur, quia postea recordatus est, & tamen fleuit. Maluit enim ipse suum accusare peccatū, vt iustificaretur fatēdo, q̄ grauare negando. Iustus enī
Prou. 18. in principio accusator est sui. & ideo fleuit. Quare fleuit? Quia culpa obrepsit ei. Ego soleo flere si culpa mihi desit, hoc est, si nō me vindicē, si non obtineam quod improbe cupio. Petrus doluit & fleuit quia errauit vt homo. Nō inuenio quid dixerit, inuenio quod fleuerit. Lachrymas eius lego, fatiſſi.ctionē non lego. Sed quod defendi nō potest, abluī potest. Lauent lachrymæ delictum quod voce pudor est cōfiteri. Et veniæ fletus consulunt, & verecundæ lachrymæ sine horrore culpā loquūtur. Lachrymæ crimen sine offensione verecundiæ cō-
I fitentur. Lachrymæ veniā non postulant, sed merētur. Inueni cur tacuit Petrus, ne tā cito veniæ petitio plus offenderet. Ante flendū est, sic precandū. Bonæ lachrymæ, quæ lauant culpā. Deniq; quos IESVS respicit, plorant delictum. Negauit primo Petrus, & nō fleuit: quia nō respexerat dīs. Negauit secūdo, nō fleuit: quia adhuc non respexerat dīs. Negauit & tertio, respexit IESVS, & ille amarissime fleuit. Respice dñe IESV, vt sciamus nostrū deflere peccatum, lauare delictum. Vnde etiā lapsus sanctorū vtilis. Nihil mihi nocuit quod negauit Petrus, profuit quod emendauit. Dicit cauere alloquia perfidorū. Petrus inter Iudæos negauit, Salomon cōtubernio gētili deceptus errauit. Fleuit ergo amarissime Petrus, fleuit vt lachrymis suum posset lauare delictū. Et tu si veniā vis mereri, dilue culpam lachrymis tuam. eodem momēto, eodē tempore respicit te Christ⁹. Si in aliquo fortasse laberis: quia secretorum tuorū assistit testis: respicit vt recorderis, & fateāris errorem. Imitare Petrū dicentē alibi tertio: Do-
Ioan. 21. mine, tu scis quia diligo te. Et enim quia tertio negauerat, tertio confitetur. Sed negauit in nocte, cōfitetur in die. Hęc autem ideo scripta sunt, vt sciamus neminem iactare se debere. Nam si Petrus lapsus est quia dixit:
Et si alii scādalizati fuerint, ego non scādalizabor: quis Mat. 26.
aliūs iure de se præsumat? Deniq; & Dauid quia dixe- k
rat, Ego dixi in mea abundātia, non mouebor in æter- Psal. 29.
num: eam sibi iactantiā obfuisse profitetur dicēs: Auertisti autem faciē tuam a me, & factus sum cōturbatus. Vnde te euocem Petre, vt doceas me quid flens cogitaueris? Vnde, in quā, te euocē? De cælo, vbi iam choro insertus es angelorum: an etiam de tumulo, quia nō putas iniuriā & ibi esse vnde dīs resurrexit. Doce nos quid tibi profuerint lachrymæ tuæ. Sed docuisti illico: Nā qui lapsus es antequā fleres, postq̄ fleuisti erectus es, vt alios regeres, qui teipsum ante nō rexeras. Habebat ergo lachrymas Petrus, pio quas fundebat affectu, non habebat proditor fletus quibus culpā ablueret, sed tormenta conscientię quibus sacrilegiū fateretur, vt dū suo reus iudicio, damnatur, & spontaneo supplicio faci-
nus expiatur: pietas domini, qui se ipse nollet vlcīsci, & diuinitas probaretur, qui conscientiam mentis inuisibi-
li potestate interrogaret.

De cassa proditoris pœnitentia.

RECCAVI, inquit, quod tradiderim san- Mat. 27.
guinem iustū.) Etsi cassa est pœnitētia proditoris, quia peccauit in spiritū sanctū, est tamen vllus in scelere pudor culpam agnoscere. Et quāuis ille non absoluitur, Iudæorū tamē impudentia confutatur, quos cū professio redarguat vēditoris, scelerati tamē sibi vendicant iura cōtractus, & exortes reatus esse se credūt, dum dicūt: Quid ad nos? tu videris, Amentes plane, qui putāt solui se magis autoris scelere q̄ teneri. In pecuniariis causis refuso precio ius
L soluitur. Hi precium recipiūt, & sacrilegiū persequuntur, ac pertinacibus studiis funestam sibi vendicant sanguinis auctionē, cum refunderet vēditor sacrilegii mercedem. Euidēter itaq; dum preciū sanguinis a Iudeorū gazophylaciis separatur, & ager figuli ea qua venditur Christus, comparatur pecunia, dum is locus humādis peregrinorū reliquiis dicatur, & prophetię impletur oraculum, & surgētis ecclesiæ mysteriū reuelatur. Ager enim secundū diuina præcepta mundus hic omnis est: Figulus autē ille, qui nos formauit e limo: de quo habes in veteri testamēto: Quia finxit deus hominem de Gen. 2.
limo terræ. formādi per naturā, reformandi per gratiā M
habēs pro suo arbitrio potestatem. Nam etsi propriis vitiis corruamus, per illius tamen misericordiā resumpto mētis spiritu secundū Hieremiæ oracula reformamur. Precium quoq; sanguinis est preciū dominicę passionis. Ergo precio sanguinis emitur mundus a Christo. Venit enim vt saluetur mundus per ipsum: in quo iuxta vt opus autoris & ius est. Venit ergo vt cōsepultos per baptismū & cōmortuos Christo, ad perpetuitatis gratiā reseruaret. Sed non passim omnibus ad sepeliendū est locus. Nam etsi omnes mūdus includat, non omnes reseruat. Etsi communis habitatio, tamē legitima sepultura est eorum scilicet qui nunc sunt per fidem domestici dei, sed fuerūt in lege peregrini. Qui sunt isti
nisi de quibus dicitur: Memores estote quod aliquādo Ephe. 2.
vos gentes qui eratis in carne, alienati a conuersatione Israel, & peregrini promissionis testamentorū? Sed hi nunc iam non sunt aduenę atq; peregrini, quoniā ciues sanctorum esse fidei iure meruerunt.

Cur dominus a Pilato interrogatus tacuerit.

CAP. XXIII.

EQVITVR admirabilis loc⁹, quo subeundæ æquanimiter iniurię moralis insun
ditur patientia pectoribus humanis. Accusatur dīs, & tacet. Et bene tacet, qui defensione non indiget. Ambiant defendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem tacendo cōfirmat, sed despicit non refellendo. Quid enim timeret qui non ambiret salutem? Salus omniū suā prodit, vt acquireret omniū.

A Sed quid de deo loquor? Susanna tacuit, & vicit. Melior enim causa, quę non defenditur, & probatur. Et hīc Pilatus absoluit, sed absoluit iudicio, crucifixit mysterio. Verū hoc speciale Christi, illud humanū, vt apud iniquos iudices magis videatur noluisse q̄ non potuisse defendi. Cur autem dominus tacuerit, ipse p̄misit dicens: Si vobis dixero, non credetis mihi. Si vos interrogauero, non respondebitis mihi. Illud tamē p̄stantissimum, quod maluit regē se probare quàm dicere, vt condemnandi causam habere nō possent, qui quod obiiciunt, hoc fatentur.

Cur dominus coram Herode tacuerit, nec aliquid fecerit: & de reprehensione Pilati manus lauantis, & facta non diluentis.

HERODE autem cupiēte aliqua mirabilia eius videre, tacuit, & nihil fecit, quia nec illi? crudelitas merebatur videre diuina, & dīs iactātiā declinabat. Et fortasse typice in Herode omnes impii significant, qui si legi nō crediderint & prophetis, mirabilia Christi opera in euāgelio quoq; viderenon possunt. Ad Herodē mittitur, ad Pilatū remittitur. Etsi vterq; reum nō pronūciant, alienę tamen crudelitatis studiis obsequūtur. Lauit quidem manus Pilatus, sed facta nō diluit. Iudex enim nec inuidiæ ce-
B dere debuit, nec timori, vt sanguinē innocentis addices-
Matt. 27 ret. Monebat vxor. Lucebat in nocte gratia, diuinitas eminebat, nec sic a sacrilega sententia tēperauit. Similiter in hoc typū omniū iudicū arbitror esse p̄missum, qui damnaturi essent eos quos innoxios æstimarēt. Tolerabiliores tamē gentiles esse q̄ Iudæos coniuncta Pilati persona demonstrat, & magis eos posse diuinis ad fidem operib⁹ admoneri. Quales autem illi qui dominum maiestatis crucifixerunt? Nec immerito homicidę absolutionē petunt, qui flagitabant innocētis exitiū. Tales leges iniquitas habet, vt oderit innocētiā, scelus diligat. In quo tamen nominis interpretatio speciē dat figurę. Barrabbas enim, patris filī? latine dicitur. Illi er-
Ioan. 8. go quibus dicitur, Vos ex patre diabolo estis: vero dei filio patris sui filiū Antichristū p̄laturi esse prodūtur.

Cur dominus ab Herode veste alba indutus ad Pilatum fuerit remissus.

» IT indutum illū veste alba remisit.) Non o-
C cioſum quod veste alba induitur ab Herode, immaculatę tribuens indicia passionis, quod agnus dei sine macula, cū gloria, mundi peccata susciperet. In typo etiam Herodis atq; Pilati qui amici ex inimicis per IESVM Christū facti sunt, plebis Israel & populi gētilis figura seruatur, quod per domini passionē vtriusq; sit futura concordia, ita tamen vt prius populus nationū capiat dei verbū, & ad populum Iudæorum fidei suæ deuotionem transmittat, vt illi quoq; gloria maiestatis suę corpus vestiant Christi, quem ante despexerant.

Quid designet quod dīs a militib⁹ chlamyde coccinea & purpurea tunica indutus fuerit. Quid etiam corona, flagella, illusoria adoratio, arundo in manus tradita, capitis percussio, significent.

Mat. 27. CHLAMYDEM autem coccineā induitur a militibus, & purpureā tunicam: in altera designās martyrū palmas, in altera regiæ potestatis insignia, quod caro eius fusum to
to orbe terrarum sanguine esset susceptura pro nobis, et passio regnū paritura de nobis. Corona quoq; de spinis capiti eius annexa, quid aliud q̄ diuini operis munus ostendit, quod de peccatoribus mundi tanq̄ seculi pœnis triūphalis deo gloria quæreretur? Nec flagella vacant, quia flagellatus est ipse, ne nos flagellaremur. Homo enim in plaga cōstitutus, & sciēs ferre infirmitates pro
nobis dolet, a nobis qui deū ante fugiebamus, flagella D
detorquēs, tam patiēs dīs, vt fugitiuorū vinculis proprias mantis, fugitiuorū flagellis suū corpus offerret. Detestabili itaq; mētis affectu, honoratum tamē Iudei exitum p̄dunt. Nam & cōpungentes coronant, & illudentes adorant. Etsi corde nō credūt, quem perimunt confitentur. Illis licet defuit boni operis affectus, deo tamen situs nō defuit honor, qui salutatur vt rex, coronatur vt victor, quasi deus & dominus adoratur. Arundo quoq; vel secundum Mattheum cōprehenditur manu eius, vt humana fragilitas iā non sicut arundo moueatur a vento, sed operibus Christi corroborata fundetur, & affixo cruci chirographo quod erat cōtrarium nobis, sententiæ vetustas cessaret: Vel secundum Marcum caput eius percutitur, vt solidata diuinitatis attactu nostra conditio nutare non possit. Sed iam trophęū suum victor attollat.

De crucis Christi portatione, & vestimentorum regalium depositione.

RVX super humeros imponitur, vt tro-
phæum quod sue Simon siue ipse portauerit, & Christus in homine, & homo potauit in Christo. Nec discordāt euāgelistarum sententię, quando cōcordat mysteriū. Et bonus odo nostri profect⁹ est, vt prius crucis suæ trophæū ipse erigeret, deinde martyribus traderet erigendū. Nō Iudęus est qui crucē portat, sed alienigena atq; peregrin⁹: nec præcedit, sed sequitur, iuxta quod scriptū est: Tolle E
crucem tuā, & sequere me. Non enim suā, sed nostram crucem Christus ascendit: nec mors illa diuinitatis, sed quasi hominis fuit. Vnde et ipse ait: Deus deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? Pulchre autē ascēsurus crucem regālia vestimēta deposuit, vt scias quasi hominē passum esse, non quasi deū regem: & si vtrunq; Christus, quasi hominem tamen, nō quasi deum crucifisse suffixum. Sed milites non Iudæi sciunt quo tēpore qualia Christo vestimēta conueniant. Iudicio quasi victor assistit, ad passionem tamen quasi reus humilis venit. Nunc quoniā trophęum iam vidimus, currū suum triumphator ascēdat, non arborū truncis aut quadrigis plaustris manubias de mortali hoste quæsitas, sed patibulo triumphali captiua de seculo spolia suspēdat. Non hic reuinctis post tergum brachiis gentes, nec exsilarum vrbium imagines, oppidorūq; captorū simulacra cernimus, aut submissa captiuorū regū colla miramur, qualis humanorū solet esse species triumphorum, nec victoriæ terminos regionis fine distinctos, sed
F ouantes populos nationum, quęsitos non ad supplicū, sed ad præmiū: reges liberis affectibus adorantes, voluntariis vrbes studiis deditas, & in melius reformatas imagines oppidorū, quas non fucus expresserit, sed deuotio colorauerit, fidei arma, victoriarūq; iura toto orbe currētia, captiuum principem mūdi, & spiritalia nequitiæ quę sunt in cęlestibus, obedientia imperio vocis humanæ, subditas dominationes, variarumq; virtutū species non fericis sed moribus emicantes. Fulget castitas, fides splendet, & induta mortis exuuiis deuotio fortitudinis: iam resurgit vnius dei triumphus: fecit omnes prope iam homines triūphatores crux domini.

Christus qualis crucem ascenderit, & de tituli scriptione ac positione super crucem.

REFERT igitur considerare qualis ascēdat. Nudum video. Talis ergo ascēdat qui seculum vincere parat, vt seculi adiumenta non quęrat. Victus est. Adā qui vestimēta quęsiuit, vicit ille qui tegimenta deposuit & talis ascendit, quales nos autore deo natura formauit. Talis in paradiso homo primus habitauerat, talis ad paradisum homo secundus intrauit. Et vt non sibi soli, sed omnibus

G vinceret, manus extendit, quo omnia traheret ad se, vt nodo mortis exuta, iugo fidei suspesa, cœlestibus ea quę prius erant terrena sociaret. Scribitur & titulus. Solet precedere pompa victores. At vero currū domini triūphalem præbat bona pompa resurgētium defunctorū. Solet etiam titulus subiugatarū gentium numerū designare. Sit in illis triumphis ordine quodā digesta miserabili deuictarū præeuntiū cōtumelia captiuitas nationum, hic redemptarū gentium vernat gratia. Digni tanto triumpho iugales, vt cælū, terra, maria, inferna, a corruptela mutentur ad gratiā. Scribitur autē titulus & super crucē ponitur, non infra crucē, quia principium
Ioan. 2. super humeros eius. Principiū autem quid est, nisi sempiterna virtus eius atq; diuinitas? Vnde & ipse interrogatus, Tu quis es? respōdit, Principiū, qui & loquor vobis. Legamus hūc titulū: ¶ IESVS, inquit, Nazarenus, rex Iudęorum.) Merito supra crucē titulus, quia non humani corporis, sed diuinę potestatis est regnum quod habet Christ⁹. Merito supra crucē titulus, quia licet in cruce erat dñs IESVS, supra crucem tamen regis maiestate radiabat. Vermis in cruce, scarabæus in cruce. Et bonus vermis, qui hęsit in ligno. Bonus & scarabeus, qui clamauit e ligno. Quid clamauit? ¶ Domine, ne statuas illis hoc peccatū.) Clamauit latroni: Hodie mecum eris in paradiso. Clamauit quasi scarabeus:
Deus deus meus respice me, quare me dereliquisti? Et
H bonus scarabæus, qui lutum corporis nostri ante informe ac pigrum, virtutum versabat vestigiis. Bonus scarabæus, qui de stercore erigit pauperē. Erexit Paulum qui æstimatus est stercora. Erexit & Iob, qui sedebat in stercore. Nō mediocris ergo titulus. Ipse autem crucis locus, vel in medio, vt conspicuus omnibus, vel supra Adæ, vt Hebræi disputant, sepulturam. Congruebat quippe vt ibi vitæ nostræ primitiæ locarentur, vbi fuerant mortis exordia.

De diuisione vestimentorum domini.

DIVIDVNTVR vestimenta. alii aliud sorte defertur. Dei enim spiritus non humana opinione cōprehēditur, sed quasi quodam euentu inopinanti illabitur. Et fortasse milites isti, quatuor euangelistarū habeant typum, qui scripserunt titulū, quem omnes legamus. Lego titulū regis Iudęorum, cum lego: Regnum meū non est de hoc mūdo. Lego causam Christi supra caput eius scriptā, cū lego: Et deus erat verbū. Caput enim Christi deus.
I Isti ergo seruabant IESVM, & hodie seruant, ne cui forte labatur, ne cui de passione descēdat, quod petebat populus Iudæorum. Mihi plane Christus in passione moriatur, vt post passionem resurgat. Noluit descendere, ne descenderet sibi, sed moreretur mihi. Nobis ergo iam Christus seruatur, propter nos diuidūtur vestimēta eius. Non possunt singuli habere omnia, & ideo super tunica sors agitatur, quia nō pro hominis voluntate diuisio fit spiritus sancti. Diuisiones enim gratiarum
1. Cor. 12. sunt, sed operatus est spiritus diuidēs singulis, put vult. Intuere nūc Christi vestimēta diuisa. Vbi illa quærās? Quære in Matthæo. inuenies penes ipsum solū chlamydem coccineam, penes Ioannē vestem purpureā, penes Marcum purpurā tantū, penes Lucam vestem albam. Hac eni sola pro sua fuit portione cōtentus. Quātos itaq; Christus sua veste vestiuit? Puto autē quod nō quatuor tantū, sed omnes vestiuit milites, & omnibus abundauit. Sed reuertamur ad euangelistas. Istæ itaq; quatuor partes, nō partes vestium, sed qualitates mihi videnē esse virtutū. Alius eni de regno sublimius scripsit, alius de hominis institutione diffusius. Lucas nitorē sibi sacerdotalis vestis elegit. Marcus verborū textum nō desiderauit. Deniq; Ioannes quasi quasdam intexit sententias, quibus vestiat fidem nostrā. Nonne tibi videtur intextū illud: In principio erat verbū, & ver
k bum erat apud deū, & deus erat verbū, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt? At vero Marcus tanq̄ purpuræ fulgore contētus, sine vlla intextione verborum, Initiū, inquit, euāgelii IESV Christi filii dei. Ergo cętera vestimenta diuisa sunt Christi vel gesta vel gratia: tunica non potuit diuidi, fides scilicet: quoniam non pro portione singulorum, sed pro iure communis est omnium. Quod enim nō diuiditur, singulis manet integrū. Et bene desuper texta legitur. Sic eni texitur fides Christi, vt de diuinis ad humana descēdat, eo quod ante secula ex deo natus, posteriore tēpore susceptionē carnis assumpserit. Significatur igitur nobis eo, q̄ non debeat fides scindi, sed solida permanere.

De duobus latronibus, vno rogante ac veniam consequente, & altero conuitiante.

AMEN amē dico tibi, hodie mecum eris in « paradiso.) Pulcherrimū affectandæ conuer « sionis exemplum, quod tam cito latroni venia relaxatur: & vberior est gratia q̄ precatio. Semper enim plus dominus tribuit q̄ rogatur. Ille enim rogabat vt memor sui esset dñs cū veniret in regnum suum: dominus autē ait: Amen amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiso. Vita est enim esse cū Christo: quia vbi Christ⁹, ibi regnū. Cito igitur ignoscit dominus, quia cito ille cōuertitur. Vnde & illud solui videtur, quia alii duos conuitiantes inducūt latrones, iste L vnum conuitiantē, vnū rogantē. Fortasse & iste prius conuitiatus est, sed repente cōuersus est. Nec mirum si conuerso culpā ignoscebat, qui insultantibus veniā relaxabat. Potuit etiam de vno pluraliter dicere, sicut illud
Psal. 2. est: Astiterunt reges terræ, & principes cōuenerunt in vnum. Solus enim rex Herodes & princeps Pilatus in apostolorum actibus cōspirasse aduersus Christum
Heb. 11. Petri voce produntur. Sic & ad Hebræos habes: In caprinis pellibus ambulabāt, fecti sunt, & leonum molas obstruxerūt. cū solus Helias meloten habuisse, Esaias fectus esse, Daniel a leonib⁹ intactus māsisse doceatur. Q̄ execrabilis in facto iniquitas Iudęorum, vt quasi latronē crucifigerēt omniū redemptorē. Bonus tamen in mysterio latro, qui insidiat⁹ est diabolo, vt vasa eius auferret. Mystice tamen latrones duos populos peccatores significat per baptismū crucifigēdos esse cum Christo. Quorū dissēsio, diuersitatē pariter credētiū signat. Deniq; vnus a sinistris, alter a dextris erat. Increpatio quoq; futurū crucis scandalū etiā circa credētes reuelat.

De oblatione aceti, & potatione IESV.

ET acetū offerebant Iudei.) Bene ad cōsum « manda omnia & corruptio synceritatis hau M ritur, vt omnia cruci quæ vitiata fuerāt figerentur. Acetū itaq; bibitur, vinū cū felle non bibitur: non quia fel, sed quia admixtæ vino amaritudines recusantur. Nam vtiq; amaritudines vitæ nostræ pro corporis conditione suscepit. Deniq; ipse ait: Dede-
Psal. 68. runt in escam meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sed synceritati non debuit amaritudo misceri, vt ostenderetur sine amaritudine futura immortalitas resurgentium. Quæ quoniam immortalitas in vase corruptibili acuerat humano, reparatur in Christo. Ergo acetū bibitur, hoc est, vitiū corruptæ per Adam immortalitatis aboletur in calamo, vt de corpore absolueretur *humano. Nos quoq; vitia nostra per incuriā mētis corporisque concreta transfundamus in Christum, transfundamus per baptismū, vt crucifigamur in Christo. Trāsfundamus per pœnitentiā, vt ab illo nobis vini sanguinisq; cælestis incorrupta synceritas refundatur. Deniq; vbi acetum bibit, consummata sunt, inquit, omnia: eo quod assumptæ mortalitatis impletū esset omne mysteriū, & exhaustis omnibus vitiis immortalitatis sola lætitia remansisset. Et ideo ait:

*absorberetur.

A De cōmendatione spiritus IESV in manus patris, & traditione eiusdem, de tenebrarum quoq; offusione, petrarum scissione, ac cæteris signis tunc factis.

PATER, in manus tuas cōmendo spiritum meum.) Et bene commēdatur spiritus, qui seruatur. Quod enim cōmendatur, vtiq; nō amittitur. Bonum ergo pignus est spiritus,
2. Tim. 8. bonum depositum. Vnde & ille ait: O Timothee, bonum depositum custodi. Cōmendatur ergo patri spiri-
Psal. 15. tus. Et ideo ait: Quoniā non derelinques in inferno animam meā. Vide autem magnum mysterium. Nunc cōmendat in manibus patris spiritum suum, nūc in patris gremio sedet, quia totum alius nō capit Christum.
Ioan. 14. Deniq; ego, inquit, in patre, & pater in me. Cōmēdatur ergo patri spiritus: sed cum sit in superioribus, illuminat & inferna, vt vniuersa redimātur. Et enim Christ⁹ omnia, & in Christo omnia, licet in singulis Christus operetur. Caro moritur vt resurgat, spiritus patri commendatur, vt cælestia quoq; ab iniquitatis vinculo solueretur, & pax fieret in cælo, quam terrena sequerētur. ¶ Et hoc dicto tradidit spiritum.) Et bene tradidit, qui non inuitus amisit. Deniq; Matthæ⁹ ait: Emisit spiritum. Quod enim emittitur, voluntarium est: qd amittitur, necessarium. Propterea addidit: Voce magna. In quo vel pfessio gloriosa, vsq; ad mortē se pro nostris descēdisse peccatis (Ergo nec ego erubescā fateri qđ Christus nō erubuit voce magna profiteri) vel euidens manifestatio cōtestantis dei secessionē diuinitatis & corporis. Sic enim habes: Clamauit IESVS voce magna
Mat. 27. dicēs: Deus deus meus respice me, quare me dereliqsti? Clamauit homo diuinitatis separatione moriturus. Nam cum diuinitas mortis libera sit, vtique mors esse
B non poterat, nisi vita discederet: qa vita diuinitas est. Iā quæ sequuntur, ostendunt quia propter impietatē hominum finis seculi sit futurus. Itaq; significatur per domini passionem occasura presentia, vt oriantur futura. Tenebræ igitur offusæ sunt oculis perfidorum, vt fidei lumen resulgeret. Sol occidit sacrilegis vel refugit, vt fu nesti spectaculum sceleris obūbraret. Petræ scissę sunt, vt per prærupta saxorum ostenderetur futurum quoniam verbivis pectorum dura penetraret, quo facilius ex cautis petrarum illi venatores quos Hieremias prędixit, dñō venarentur. Monumentorum autē reseratio quid aliud, nisi claustris mortis effractis resurrectionē significat mortuorū? quorum in aspectu fides, in processu typus, quod in sanctam prodeundo ciuitatem presentium specie, declarabāt in illa Hierusalem quæ in cælo est, futurum perenne diuersorium resurgētium. Etiam
C velum scinditur, quo vel duorum populorū diuisio, vel mysteriorum synagogæ prophanatio declaratur. Scindit ergo velum vetus, vt ecclesia nouæ fidei suæ vela suspendat. Synagogæ velamen aufertur, vt religionis interna mysteria reuelato mentis cernamus obtutu. Denique iam etiam Centurio dei filium quem crucifixerat, confitetur. O duriora saxis pectora Iudæorum. Finduntur petræ, sed horum corda durantur. Iudex arguit, credit minister, proditor scelus suum voluntaria morte cōdemnat, elementa furgiunt, terra concutitur, monumenta reserantur: Iudæorum tamen immobilis duritia manet orbe concusso.

De commendatione Mariæ matris discipulo Ioāni, & de percussione lateris IESV post mortem eius.

STABANT autem mulieres hęc vidētes.)
Ioan. 19. Stabat & mater cū studio pietatis, quæ sua pericula posthaberet. Sed & dñs suspēsus in cruce, qui sua pericula contemneret, pio matrem commendabat affectu. Quod non ociose Ioānes pluribus prosecutus est. Alii enim mundum descripsere cōcussum, cælum tenebris obductum, refugisse solē. Addiderunt Matthæus & Marcus, qui humana atq; mortalia vberi? prosecuti sunt: Deus deus meus respi- D
cee me, quare me dereliquisti? vt ad crucē Christi fusceptionem peruenisse crederemus conditionis humanæ. Lucas autē cōpetenter asserunt latroni veniam facere dō tali intercessione donatā, & Iudæis persequentibus eodem munere indulgētiam postulatā. Ioannes ergo qui plenius diuina penetrauit mysteria, non immerito laborauit, vt quæ deum generauerat, māsisse eam virginē declararet. Solus ergo me docet, quod alii nō docuerunt, quēadmodum in cruce positus appellauerit matrem, pluris putans quod victor suppliciorum atq; pœnarū, victor diaboli, pietatis officia diuidebat, q̄ quod regnum cæleste donabat. Nā si religiosum est quod latroni venia donatur a dño, multo religiosius quod mater honoratur a filio. Nec prepositurum iudicetur, quod prius latronis absolutionem q̄ matris appellationē scripsi. Qui enim venerat saluos facere peccatores, nō abhorrendum si prius in meis scriptis susceptū munus in redi
mēda salute peccatoris implerit. Deniq; ipse ait: Quæ Mat. 12.
est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quia non venerat vocare iustos, sed peccatores. Sed ibi pro loco, hic & in cruce non immemor matris, appellat eā dicēs: Ecce Ioan. 19.
filius tuus. Et Ioanni: Ecce mater tua. Testabatur de cruce Christus, & testamētum eius signabat Ioannes. Dignus tanto testatore testis. bonum testamētum, nō pecunię, sed vitæ: quod non atramento scribitur, sed spiritu dei viui. Lingua mea calamus scribæ velociter scri Psal. 44.
bentis. Sed nec Maria minor, quæ, vt matrem Christi decebat, fugientibus apostolis ante crucē stabat, & piis
E specbatur oculis filii vulnera, quia expectabat nō pignoris mortem, sed mundi salutem. Aut fortasse quia cognouerat per filii mortē mūdi redēptionem, aula regalis putabat se & sua morte publico muneri aliquid additurum. Sed IESVS nō egebat adiutore ad omniū redemptionem, quia dixit: Factus sum sicut homo si- Psal. 87.
ne adiutorio inter mortuos liber. Suscepit quidem matris affectū, sed nō quæ fiunt hoīs auxiliū. Habemus igitur pietatis magistrū. Doceat lectio quid maternus debeat affectus, imitari, quid sequi reuerentia filiorum, vt illæ se offerant in filiorum periculis, illis amplius solicitudo materna, q̄ suæ mortis mœstitia fit dolori. Quo loco vberrimum testimoniū Mariæ virginitatis phibetur. Neq; enim abrogaretur vxor marito, cū scriptū sit: Quod deus cōiunxit, homo nō separet. Sed quæ pro Mat. 19.
mysterio cōiugiū prętexuit, cōpletis mysteriis iā cōiugio nō egebat. Aut si moralia sequimur, in mœrore castitas imperatur. Mysticū tū est quod cōmēdatur Ioā-
F nni inter cęteros iuniori: qđ nō ociosis auribus debemus accipere. Periculosa est eni mulieribus copula adolescētis, & species iuuētutis, ne qua fortasse curiosa exempli, incuriosa mysterii, quæ luxuriari in Christo cupiens, Mariam specie prætēdat, nō imitetur affectu, sicut vulgus nunc male audit mulierū, relicto seniore marito vt iuniorem sequatur. Discat ergo ecclesię hoc esse mysteriū, q̄ pplo seniori specie ante copulata, nonvsu, posteaq̄ peperit verbū, & in corporib⁹ ac mētib⁹ hominū per fidē crucis & sepulturā dñici corporis seminauit, ex præcepto dei societatē populi iunioris elegit. Quęro etiam cur ante mortē nō inueniamus esse passū, post mortē inueniamus: nisi forte vt volūtari⁹ magis q̄ necessarius exit⁹ eius fuisse doceat, & ordinē mysticū nouerim⁹, qa nō ante altaris sacramēta q̄ baptismū, sed baptismū ante, sic populū. Deinde vt aduertamus qa licet corporis ei⁹ fuerit natura mortalis, licet q̄litas filiis, dissimilis tū gratia. Nam vtiq; post mortem sanguis in nostris corporibus cōgelascit. Ex illo autē incorrupto licet corpore, sed defuncto, omnium vita manabat. Aqua enim & sanguis exiuit, illa quæ diluat, iste qui redimat. Bibamus ergo precium nostrum, vt bibendo redimamur.

De sepultura corpis Iesu, & diligētia mulierū circa illā.

G VID sibi etiam vult quod non apostoli sed Ioseph & Nicodemus Christum sepeliunt, vnus iustus & cõstans, alter in quo dolus nõ erat? Talis enim Christi est sepultura, quæ fraudem iniquitatéq; nõ habeat. Obstruitur igitur tergiuersandi locus, & domestico Iudæi testimonio reuincuntur. Nam si apostoli sepelissent, dicerent vtiq; nõ sepultum, quem raptum esse dixerunt. Iustus autẽ Christi corpus operit sindone, innocẽs vngit vnguẽto. Nãq; hæc nou ociose distincta reperimus, quia iustitia vestit ecclesiam, innocentia gratiam subministrat. Vesti ergo & tu domini corp⁹ gloria sua, vt & ipse sis iust⁹. Etsi mortuum credis, operi tamen diuinitatis propriæ plenitudine. Vnge illud myrrha & aloe, vt bonus odor Christi sis. Bonum linteũ misit Ioseph illevir iustus, & fortasse illud quod Petrus vidit e cælo ad se esse demissum, in quo erant genera quadrupedum & ferarum & volucrum, ad similitudinem gẽtilium figurata. Mysti co igitur vnguento illo pystico consepelitur ecclesia, quę diuersitatẽ populorũ fidei suæ cõmunione sociauit. De hoc Ioseph in Ioanne solo inuenio, qđ occultus venerit ad Pilatũ, ꝓpter metũ Iudæorũ. Quo iust⁹? latebrã piculi timore quæsiuit? Ego autẽ puto qđ ideo occulte pe
H tierit, vt corp⁹ impetraret, nõ vt periculũ caueret. Et tũ quid mirum si occultaba& iustus, qũ occultabantur & apostoli iustorum magistri? Veni & tuvel sero, vel nocte, vel quacunq; hora: quãdocũq; veneris, inuenies IESVM ad suscipiẽdũ paratũ, nec minorẽ seruis veniẽtib⁹ mercedẽ pia largitate soluẽte. Nã & qui sexta hora venit, non est mercede fraudatus: & qui vndecima, plenitudinem mercedis accepit. Sed etiã Nicodemus nocte venit. Nox erat, quia adhuc nõ erat resurrectio. De-
Rom. 13. nigs resurrexit Christ⁹, & iustus ait: Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Hũc Ioseph iustum Lucas dixit, Matthæus diuitem. Et merito diues hoc loco dicitur, vbi corpus suscepit Christi. Suscipiendo enim diuitem, nesciuit fidei paupertatem. Diues est ergo qui iustus est. Iustus igitur sindone inuoluit. Israelita vero & diuersos miscet virtutum odores, & aloes mittit quasi libras cẽtũ, hoc est, perfectæ fidei quãtitatem. Et ligauerunt corpus IESV iuxta consuetudinem spiritalium Iudæorum: non vtiq; nodis perfidiæ, sed fidei ligaturis. Et posuerunt eum in orto. cui frequẽter ecclesia cõparatur, quæ diuersorum habet poma meritorũ,
I floresq; virtutum. Nec ociose alius monumentũ nouũ dixit, aliius monumẽtum Ioseph. Non habebat igitur Christus tumulum suũ. Etenim tumulus his paratur qui sub lege sunt mortis. victor mortis tumulum suũ nõ habet. Quæ enim cõmunio tumulo & deo? Deniq; Ecclesiastes ait de eo: Qui meditatur in bonis, & sepultura non est illi. Specialis igitur præter communem omniũ mortẽ mors Christi est, & ideo non cum aliis sepelitur, sed solus tumulo includitur. Omnia enim in similitudinẽ hominum habuit incarnatio domini, sed similitudo erat cum differentia. Natus est ex virgine similitudine generationis, dissimilitudine cõceptionis. Curabat ægros, sed imperabat. Aqua Ioannes baptizabat, hic spiritu. Et mors ergo Christi cõmunis secundum naturam corporis, specialis secundum virtutem. Quis autẽ est Ioseph cuius in tumulo ponitur? Vtiq; ille iustus. Bene ergo Christ⁹ i monumẽto ponitur iusti, vt habeat filius hominis vbi caput suum reclinet, & iustitiæ habitatione requiescat. Bene autem nouo, secundum literam quidem, ne alius suscitatus a perfidis diceretur. Mystice vero quid possumus intelligere, ni-
Psalm. 5. si forte quia legimus: Sepulchrum patens est guttur eorum? Ergo sepulchrum patens est guttur hominis, in quo perfidia letalis & mortua verba cõduntur, quod per vetustatem & incursionem aliquã bestiarum fatiscit & soluitur. Est ergo e contrario monumẽtum in secretis hominum, quod sibi in pectoribus diuitiæ genti-

lis penetrabili verbo iustus excidit, fidei atq; doctrinæ k
operibus expolitum, vt prætẽderet in nationibus virt⁹ Christi. Cui pulcherrime lapis admot⁹ est, ne pateret. Quicũq; enim in se bene humauerit Christum, diligẽter custodiat, ne eũ perdat, ne ve perfidiæ sit ingressus. Vides enim quia Petrus & Ioannes priores intrare meruerũt. Deniq; Ioãnes ipse nõ anteq̃ crederet introiuit. Et bene in petra excisum dicitur, hoc est, in fidei firmamẽto, de qua verj Israelitæ dulcedinẽ mellis & oleũ spiritale suxerunt. Sepelierũt enim Christum iustus & qui deum vidit. Nõ enim sepeliunt Christum, nisi qui deum credunt. Nõ omnes possunt sepelire Christum. Deniq; quãuis religiosæ mulieres, lõge stant: sed quia religiosæ, locum diligenter obseruãt, vt vnguẽta afferant, & superfundãt. Solicite tamẽ & a monumẽto posteriores recedunt, & ad monumentum priores reuertuntur. Etsi deest cõstantia, nõ deest diligentia. Sexus nutat, deuotio calet.

De deuotarum mulierum atq; discipulorum ad monumentum aduentu, angelorum quoq; apparitione, ac L
dubitationibus circa hæc occurrentibus.

DENIQVE resurrectionis tempore præsto sunt: & cum viri fugarentur, solæ tamen ab angelo ne timeant admonẽtur. Petrum euocant studio priores, sed posteriores fiducia. Deniq; ille sine metu aduenit, & cõstãter qui posterior venerat, prim⁹ ingredit, quasi qui claues regni vt alijs aperiret acceperat. Terræmotus autem fidelibus resurrectio est, imperitis met⁹. His, quia pigrũ corp⁹ a mortis sopore se cõmouet: illis, quia tremore corporis & terrena mobilitate turbati, a resurrectionis fide & credulitate desciscunt. ¶ Mane autem sabbati venerunt valde tẽpore ad monumẽtum.) Magna oritur hoc loco pleM
risq; dubitatio. Nam etsi non videntur euangelistæ dixisse contraria, tamẽ diuersa dixerunt. Si quidem hic, Mane valde tempore: Marcus, Valde mane: Matthæus, Vespere sabbati: Ioannes, Prima sabbati cum Marc. 16.
adhuc tenebræ essent: mulieres ad monumentum ve- Mat. 28.
nisse dixerũt. Deinde hic duos viros, Marcus vnũ iu- Ioan. 20.
uenem in albis sedentẽ, Matthæus vnum angelũ, Ioãnes duos angelos in albis sedentes visos esse memorarunt. Postremo, quod vix enodabile videatur, Ioannes scripsit dictum Mariæ Magdalenæ: Noli me tãgere. nõdum enj ascẽdi ad patrẽ meũ. Matthæus occurrisse dñm scripsit Mariæ Magdalenæ, & alteri Mariæ, & illas accessisse & tenuisse pedes eius, & adorasse, euidẽtissima descriptione digessit. Quo ergo soluẽdum, nisi q̃tuor euangelistas de diuersis q̃tuor putes dixisse tẽporibus, vt & psonas alias mulierũ, & alias cõicias visiones? Deniq; alię cum vnguento prima sabbati veniunt, alię sine vnguẽto vespe sabbati. Istarũ nomẽ exprimit, illæ de Galilæa secutę dñm designantur. Quo loco ne quę spinosæ interpretationis in fine offendat asperitas, vbi suauia forte præsumpta sunt: æstimate iam nos cõplendi sermonis vela submittere, quoniã ad portũ venimus, & nauis quæ cursu concito maria transmeauerit, vbi littori cœperit appropinquare, latẽtia cautium cursu perstringit infracto. Ergo ne tanquam inerti gubernatori in arenis littoris sermo mibi hæreat, tanquam vada cæca legam. lẽtãdũ iter q̃ præcipitãdum arbitror, quo minus rimosa nobis fatiscat oratio.

De hora dominicæ resurrectionis, & de Maria Magdalena, vtrũ vna vel plures: De manifestatione præterea domini IESV post eius resurrectionem.

PRIMVM igit̃ illd spectãdũ est, qd est qđ Mat. 28.
scriptũ est, vespere autẽ sabbati quæ lucescit in prima sabbati, resurrexisse dñm. Sic enj habes, quia vespe sabbati venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrũ. Et ecce

A terræmotus factus est magnus. Non enim die sabbati, (nam siluerunt die sabbato secũdum mãdatum) sed post sabbati diẽ, nocte vtiq; resurrexit. Deniq; quę mane venerunt, licet valde tempore, tamẽ iam dominum resurrexisse cognouerunt. Sic igitur tẽperãdum est, vt neq; mane dominica quæ est prima post sabbatũ, neq; sabbato resurrectio facta credatur. Nam quomodo triduum completur? Non ergo vesperascente die, sed nocte vespere resurrexit. Deniq; Græc⁹ sero dixit, hoc est, ὀψέ. Sero autẽ & horã significat in occasum diei, & cuiusq; rei significat tarditatem: quomodo si dicas, Sero mihi suggestum est, id est, tarde. Sero venit, id est, qui post præstitutum tempus aduenit, licet mane sequenti die venerit, sero est tamen vbi agendi tempus emensum est. Est & sero tempus noctis profundum, vt si dicas, Sero ad lucubrãdum surrexi, id est, non vespertino tempore, sed profunda nocte surrexi. Vnde & mulieres ad monumẽtum accedẽdi habẽt facultatem, iam vtiq; custodibus quiescentibus: & ipsi custodes terrẽtur amplius, quod vsutenit somno excitis. Postremo etiã principes sacerdotum congregati cum senioribus, nocte id
Mat. 28. factum esse cõfirmãt, dicentes custodibus: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormiẽtibus. Ex tempore enim quod a custodibus cõpererunt, argumentum fraudis arripiunt. Nam & Ioãnes mane, cum adhuc tenebræ essent, Mariã Magdalenam ad se & ad Petrum venisse significat, & tamen ignaram factæ resurrectionis inducit. Nam vtiq; si adB
uesperascente die facta esset, statim potuit innotescere. Mane est, & adhuc, Petrus nescit, nescit Ioannes. Nũquid patiebatur dominus diutius torqueri discipulos suæ mortis incerto, ad quos statim angelus domini gestæ rei nuncias mulieres destinauit? Et vt scias nocte factũ, mulieres aliæ nesciunt, aliæ sciunt. sciunt quæ obseruarunt noctib⁹ & diebus, nesciunt quæ recesserũt. Nescit vna Magdalene Maria secundũ Ioãnem, scit altera Maria Magdalene secundũ Matthæum. Nã eadem & ante scire, & postea nescire non potuit. Ergo si plures Mariæ, plures fortasse etiam Magdalenę: cũ illud personæ nomen sit, hoc locorum. Deniq; alteram esse cognosce. Illa admittitur pedes domini tenere, tangere dominum ista prohibetur. Illa angelũ videre meruit, hæc primo quũ venit, neminem vidit. Illa discipulis dominum resurrexisse nunciauit, ista raptum esse significat: illa gaudet, hęc plorat. Illi in gloria sua iã Christus occurrit, hæc adhuc mortuum quærit. Illa dominũ vidit & credidit, hæc nõ potuit agnoscere cum videret. Illa fideli adorabat spiritu, hæc dubio mœstificabatur
C affectu. Merito nimirum prohibetur tãgere dominũ. Non enim corporali tactu Christum, sed fide tãgimus. Nondũ enim, inquit, ascendi ad patrẽ meũ. hoc est, nõdum tibi ascendi, quæ viuẽtem cum mortuis queris. & ideo ad fortiores mittitur, quorum credere discat exemplo, vt illi resurrectionem prædicent. Sicut enim in principio mulier auctor culpę viro fuit, vir executor erroris: ita nunc quæ mortem prior gustauerat, resurrectionem prior vidit, culpæ ordine, remedio prior. Et ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret: quæ culpam viro transfuderat, trãsfudit & gratiam: veterisq; lapsus compensat erumnã resurrectionis indicio. Per os mulieris mors ante processerat, p os mulieris vita reparat. Sed quia constantia ad prædicãdum inferior sexus, ad exequendum infirmior: viris euangelizãdi mandatur officium. Nam sicut mulierum per IESVM nõ solũ culpa soluitur, sed etiam multiplicatur gratia, vt pluribus suadeat quę vnum ante deceperat: ita & vir, qui temere ante crediderat, fœneratum mun⁹ recuperare debuit: vt qui sibi ipse fuerat ad credendum lubricus, fieret aliis ad prędicãdum idoneus. Sed aduertamus ipsa
Ioan. 20. verba mandati. Noli me tangere. nondum enim ascẽdi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, &

dic eis: Ascẽdo ad patrem meum, & patrem vestrum: D
deum meum, & deum vestrum. Quomodo non ascẽderas domine IESV? Quẽadmodum aberas, qui in manus patris commendaueras spiritum? Aut quãdo abesse potes, qui semper in patre es, cum patre semper? Denique ipse dixisti: Si descendero in infernum, ades. Psal. 138.
Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitẽ in extremo maris: etenim illuc man⁹ tua deducet me. Aut quomodo ascẽdens* abesse potes, qui vbiq; semper es? *al̃s, ascendis, q̃vbiq;
Descendisti quidem filius hominis, nec patri cũ descenderas, absiuisti: sed descendisti nobis, vt te oculis ac mẽ- &c.
tibus videremus, vt in te crederemus. Ergo & ascende nobis, vt te sequamur mentibus, quẽ oculis videre non possumus. Ascẽdisti apostolis, quibus dixisti: Qui me Ioan. 14.
videt, videt & patrem. Deniq; Ioãnes vbi te quæreret, sciuit. Apud patrem quæsiuit, & reperit. Et ideo ait: Et Ioan. 1.
verbum erat apud deum. Ascendisti & Paulo, qui non cõtentus solus te sequi, nos quoq; docuit quẽadmodum te sequamur, & vbi te reperire possimus, dicẽs: Si ergo Colos. 3.
cõsurrexistis cũ Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexterã dei sedẽs. Et ne oculorum magis hoc q̃ animorum putaremus officiũ, addidit: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Ergo non supra terram, nec in terra, nec secundum carnẽ te quæ- 2. Cor. 5.
rere debemus, si volumus inuenire. Nunc enim secundum carnem iam nõ nouimus Christum. Deniq; Stephanus nõ supra terram quæsiuit, qui stãtem te ad dex- Actuũ. 7.
teram dei vidit. Maria autem quæ quærebat in terra, tãgere non potuit. Stephanus tetigit, quia quæsiuit in cælo. Stephanus inter Iudæos vidit absentem, Maria inter angelos non vidit præsentem. Sed quare non potuerit illa tangere, Euangelista ipse nos docuit, di- E
cens: Quia cum te videret, nesciebat quia tu es. Sic enj habes: Conuersa est retrorsum, & vidit IESVM stã- Ioan. 20.
tem, & nesciebat quia IESVS est. Merito tãgere nõ potuit, quæ videre non poterat. nam qui videt, tangit. Itaq; quid interfuit illam & hanc Mariam, scriptura distinguit. Illa occurrit vt IESVM videat, hæc retrorsum conuertitur: illa salutatur, hæc redarguitur. Deniq; quę sic habes: Dicit ei IESVS: Mulier. Quæ non credit, mulier est, & adhuc corporei sexus appellatione signatur. Nam quæ credit, occurrit in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, carẽs iam nomine seculi, corporis sexu, lubrico iuuentutis, multiloquio senectutis. Dicit ergo IESVS: Mulier quid ploras? Quasi dicat: Nõ lachrymas nudas deus, sed fidem exigit. Bonæ lachrymæ, si Christum agnoscas. Quem quæris? inquit. Molimina enim fera dñs condẽnat. Sed bene addidit, Quẽ quæris? non quo iste dubitet quem requirat, sed quia illa quẽ quærebat, ignoret. Non enim Christum quærit, quem putat raptum. Adest Christus quẽadmodum quæritur. Nescitur, ergo qui quæritur, quando non agnoscitur cum videtur. Deniq; Christum videbat, & ortulanũ putabat. Sic enj habes: Illa existimans quia ortulanus esset, dixit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eum tollã. Etsi fide incerta, tamẽ sermone nõ lu F
bricat: et si ortulanum putauit, tamen dei filiũ designauit: & si adhuc nõ credat, tamen affectat vt credat. Ipse enim corpus tulit, qui suscitauit. Ergo veniabilis error mulieris, quæ licet dubitare nõ debuit Christi corpus p gloriã resurrectionis assumptũ, doceri tũ gestit a Christo, & fidẽ suã iam deuota p̃mittit, vt & ipsa illud iam tollat e terris, & ad dexterã dei quærat. Deniq; post hęc verba non mulier, sed iã Maria vocatur. Aliud est enj cõmune vulgi nomẽ, aliud speciale personę Christũ sequẽtis. Et ad discipulos, licet nõdũ arbitra, plenę tamẽ fidei nuncia destinatur. Prohibetur autẽ tãgere, q̃a nõdum inhabitare in Christo corporaliter plenitudinẽ diuinitatis sicut Paul⁹ acceperat: nõdũ euacuauerat lubri cũ seculi, carnis ambiguũ: nõdũ vitam vixerat Christi.

G Deniq; ista nec adorat dominum, nec pedes tenet, sicut illa Maria: in qua vtiq; non tam obsequium corporale, q̃ plenæ fidei designatur affectus, quod Christum & hominẽ & deum credat. Deus est enim qui adoratur, homo autem qui tenetur. Nõ igitur tangi dominus fastidita fœmina, cuius & Maria pedes vnxit vnguento: nec tactum dedignatur, sed profectũ docet: quia non omnes Christum possunt tãgere resurgentẽ, quem tetigerunt in hac vita & corpore cõmorantem. Qui vult Christum tãgere, sua membra mortificet, & resurrectu ro similis induat viscera misericordiæ, nõ ambigat renunciare terrenis. Quid est igitur, Noli me tangere? Noli manum adhibere maioribus, sed vade ad fratres
Mat. 12. meos, hoc est, ad perfectiores. Quicũq; enim fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus & frater, & soror, & mater est. Quia resurrectio non facile nisi a perfectioribus capi potest, fundatioribus huius fidei
1.Cor. 14 prærogativa seruatur. Mulieribus autem docere in ec
1.Tim. 2. clesia non permitto. domi viros suos interrogent. Ad eos ergo mitto, qui domestici sunt. & accepit præscripta mãdata. Nec fugit hoc loco sensisse quosdam ideo
spiritum Christum noluisse tangi, quia nõdũ receperat typum quem cõmendauerat patri, quasi adhuc eum tãgere nõ
Ioan. 20. deberet. Ascendo ad patrem meum, & patrẽ vestrum, deum meum, & deum vestrũ. Bene distinxit, quia mulieri loquebatur. Nõ enim cõmunis nobis natura cum Christo, nisi cõditionis humanæ. Illi pater generatione propria, nobis adoptione voluntaria: illi per naturã,
H nobis per gratiam: illi deus vnitate mysterii, nobis potestate cælesti. Dicit aliquis: Quomodo ergo Thomas cum adhuc nõ crederet, tetigit tamen Christum? Sed ille nõ de resurrectione domini, sed de resurrectionis videtur qualitate dubitasse: & tactu suo debuit me doce-
1.Cor.15. re, sicut docuit & Paulus. Oportet enim hoc corruptibile induere incorruptionem, & hoc mortale induere immortalitatẽ, vt increduli credat, & cũctator dubitare non possit. Facilius enim creditmus quod videmus. Habuit autem admirãdi causam Thomas, cum videret clausis omnibus per inuia septa corporibus inoffensa compage corpus insertum. Et ideo mirum quomodo se natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inuisibili aditu, visibili conspectu: tangi facilis, diffi
» cilis æstimari. Deniq; ¶ Conturbati discipuli æstima-
» bant se spiritum videre.) Et ideo dominus, vt speciem
» nobis resurrectionis ostẽderet, ¶ Palpate, inquit, & vi-
» dete, quia spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me vi-
» detis habere.) Non ergo per incorpoream naturã, sed per resurrectionis corporeæ qualitatem impenia vsu clausa penetrauit. Nam quod tãgitur, corpus est: quod palpatur, corpus est: in corpore autem resurgemus. Se-
I minatur enim corpus animale, surgit corpus spiritale. Sed illud subtilius, hoc crassius, vtpote adhuc terrenæ labis qualitate cõcretum. Nam quomodo nõ corpus, in quo manebãt insignia vulnerum, vestigia cicatricũ, quæ dominus palpanda obtulit? In quo non solum fidẽ firmat, sed etiam deuotionẽ acuit, quod vulnera susceptа pro nobis cælo inferre maluit, abolere noluit, vt deo patri nostræ precis libertatis ostenderet. Talem sibi pater ad dexteram locat, trophæum nostræ salutis amplectans, tales illic martyres nobis cicatricis suæ corona monstrauit. Et quoniam sermo huc noster vsq; euasit, consideremus qua gratia secundum Ioannem crediderint apostoli, qui gauisi sunt: secundũ Lucam quasi increduli redarguãtur: ibi spiritum sanctũ acceperint, hic sedere in ciuitate iubeãtur, quoadusq; induãtur virtute ex alto. Et videtur mihi quasi Apostolus maiora & altiora tetigisse, hic sequentia, & humanis proxima: hic historico vsus circuitu, ille compendio: quia & de illo dubitari non potest, qui testimonium perhibet de iis qb⁹ ipse interfuit, & verũ est testimoniũ eius. Et ab hoc quoq; qui Euangelista esse meruit, vel negligẽtiæ vel mendacii suspicionẽ æquum est propulsari. Et ideo ve- k
rum putamus vtriq;, non sententiarũ varietate, nec personarũ diuersitate distinctũ. Nã etsi primo Lucas eos nõ credidisse dicat, postea tamẽ credidisse demonstrat: & si prima cõsideremus, cõtraria sunt: si sequentia, certum est cõuenire. Ipsa igitur scripturæ verba cõsideremus. Sic ait Ioãnes: Et gauisi sunt discipuli viso dño.
Dicit ergo his iterum: Pax vobis cũ. Sicut misit me pa Ioan. 20.
ter, & ego mitto vos. Et cũ hoc dixisset, insufflauit his, & dixit: Accipite spiritũ sanctũ. quorũ remiseritis peccata, remittũtur his: & quorũ retinueritis, retenta sunt. Lucas autem dicit: ¶ Et quomodo cognouerunt eũ in «
fractione panis. Cum hæc autẽ loquuntur, ipse stetit in «
medio eorũ, & dicit eis: Pax vobis. ego sũ. nolite time- «
re. Cõturbati vero & conterriti æstimabãt se spiritũ vi- «
dere.) Et potest videri hic plures fuisse: sed quia & hic
sero resurrectionis die, nam aduesperascente iã die qui fuerant ingressi manere cum dño, vbi ille se repẽte subtraxit, eadem hora ad discipulos hi duo remeasse produntur, quando palpandum se obtulit: & secũdũ Ioannem sero die illa vna sabbatorum inducitur apparuisse discipulis, & vulnera obtulisse palpanda. ne quid ambiguitatis afferret, putauimus diligẽtius requirẽdum.
Videtur enĩ separatim se istis vndecim demonstrasse, sicut se Ammaoni & Cleophæ seorsum iã vespere de- L
monstrauerat: & quẽadmodum isti duo, ita etiam vidẽ illi vndeci ad cõfirmãdos reliquos cõuenire potuisse. Deniq; conturbati sunt, vt habes secundũ Lucã. Et
ideo ¶ Aperuit eis sensum, vt intelligerent ea quæ scripta sunt.) Hunc autẽ loquacius*, illum succinctius scripsisse non dubium est. Quomodo enĩ soli Cephæ visũ *latius.
dicerent, si aboibus erat visus? Sed sicut ex mulieribꝰ Mariæ, & alii Mariæ Magdalenæ, ita ex viris Petro visus est primo mane. Et Paulꝰ sic ait: Tradidi enĩ 1.Cor. 15
vobis in primis, quia Christꝰ mortuus est secundũ scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secũdũ scripturas, & visus est Cephæ. Et ideo Marcus Mat. 16,
specialiter induxit iuuenem mãdantem vt Petro & discipulis dicerent mulieres, quia surrexit dñs. Petrus ergo vidit solus dominũ. Deuotio enim parata semper & prompta credebat, & ideo studebat frequentiora fidei signa colligere. Alibi cum Ioãne, alibi solus, vbiq; tamen impiger currit, vbiq; aut solus, aut primus: nõ cõ- M
tentus vidisse quæ viderat, repetit intuenda: & quærẽdi dñi amore succẽsus, nõ satiat videndo. Vidit eũ solꝰ, vidit cũ vndeci, vidit cũ septuagĩta, vidit & qñ thomas credidit, vidit cum piscaretur: sed non vidisse cõtentus, impatiens desiderii, negligens captionis, immemor periculi, non tamẽ immemor reuerẽtiæ, vbi dominum vidit in littore, veste se texit, serum æstimans si cũ cæteris nauigio peruenisset. Sic cum in mari dominꝰ amb
ularet, super vndas maris naturæ suæ oblitus occurrit. Sic cum a Iudæis dominꝰ teneretur, aduersum turbas gladii solus exeruit. Sic & nũc cum dñs stetisset in littore, periculoso cõpedio religiosum maturauit obsequium. Nõ est igitur dubium credidisse Petrũ, & credidisse quia dilexit, dilexisse quia credidit. Vnde & cõtristatur quia tertio interrogatur: Amas me? Is enĩ interrogatur, de quo dubitatur: sed dñs nõ dubitabat qui interrogabat, nõ vt disceret, sed vt doceret: quẽ elevãdꝰ in cælũ, amoris sui nobis velut vicarium relinquebat.
Sic enim habes: Simõ Ioãnis diligis me? Vtiq; tu scis Ioan. 21,
dñe qa amo te. Dicit ei IESVS: Pasce agnos meos. Bene conscius sui nõ ad tẽpus assumptũ, sed iam dudũ deo cognitũ Petrus testificatur affectũ. Quis est alius qui de se hoc facile profiteri possit? Et ideo quia solꝰ, pfitetur ex omnibus, omnibus antefertur. Maior enim omnibus charitas. Illud quoq; diligentius intuendum, cur, cũ dominus dixerit, Diligis me? ille respondit, Tu scis domine quia amo te. In quo videtur mihi dilectio habere animi charitatẽ, amor quendã æstum conceptũ

A corporis ac mentis ardorem: & Petrum opinor nõ solũ animi, sed etiã corporis sui circa dei cultum signare fiagrantiã. Deniq; tertio dominus non iam, Diligis me? sed, Amas me? interrogauit: & iam nõ agnos, vt primo, quodã lacte vescendos, nec oniculas, vt secũdo, sed oues pascere iubetur perfectiores, vt pfectior gubernaret. Et ideo quasi perfecto in oĩbꝰ, quẽ caro iã reuocare non posset a gloria passionis, corona decernitur. Cum esses, inqt, iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te
præcinget, & ducet q̃ tu nõ vis. Bona senectus, nõ vitæ
als, longæuitate ibecilla ad vsum, sed maturitate virtutis
giquitate. ad martyrium præparata, quæ lasciuiam corporalium reprimat voluptatum, nec indulgeat cupiditatibꝰ, dulcia quæq; declinet, speciosa non appetat. Caro enim cõ-
Gala. 5. cupiscit aduersum spiritum, & transuersarios tramites gradiẽdi qua velit, diuersarũ sibi inuenit voluptatum. Bona vero mẽtis senectus, quæ nõ id qđ suaue corpori, sed quod menti vtile putat, eligit: nec voluptario corporis rapitur appetitu, sed repugnãdi moderamine quasi inuita reuocatur. Ergo & Petrus etsi paratus erat animo subire martyrium, tamẽ vbi periculum aduenit, cõstantiã mentis inflexit. Capit enĩ nos suauitate sui cælestis vsus muneris. Nã quis martyrium nõ eligeret, si libenter mori posset? Ergo & Petrus videtur nolle, sed parat vincere. Et quid mirum si Petrus nolit, cum do-
B minus dicat: Pater, si fieri potest, transfer a me calicem hunc: veruntamẽ non mea voluntas, sed tua fiat? Deniq; post tentationẽ præsumptionis suæ Petrus iã non audet voluntatis perseuerãtiã polliceri, sed quasi ad solatium sui cõsortium quærit alterius. Tot igitur adductã virtutis exemplis, Petrũ credimus non potuisse dubitare. Ioannem quoq; credidisse manifestum est, dum saluatorẽ videret: qui iam tunc credidit, posteaq̃ vacuũ corporis vidit sepulchrum. Cur ergo Lucas inducit fuisse turbatos? Primo omniũ, quia paucorum opinione sententiam maioris partis includit. Deinde quia & si Petrus de resurrectione crediderat, turbari tamen potuit, cũ videret quod se dominus cũ corpore in ea quæ vestibulis obseratis & obstructis erant septa parietibꝰ, improuisus infunderet. Lucas ergo historice singula
C prosecutꝰ est, & ille finem spectauit, hic seriem. Nã vtiq; dicendo, Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent ea quæ scripta sunt: etiam ipse discipulos credidisse profitetur. Spiritum autẽ sanctũ vel illis vndecim quasi perfectioribus insufflauit, & reliquis postea tribuẽdum esse promittit: vel iisdem ibi insufflauit, hic spõdet. Nec
videtur esse cõtrarium, cum dimsiones gratiarum sint.
1.Cor.12. Alii enim datur sermo sapientiæ, alii autẽ sermo scientiæ secundũ eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alteri gratia curationum, alii genera linguarũ. Ergo aliam insufflauit ibi operationem, hic aliam pollicetur. Ibi enim remittẽdorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur augustius: & ideo insufflatur a Christo, vt credas spiritũ Christi, & credas de deo spiritum. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autẽ
Ioan. 20. liguarũ gratiã descripsit effusam. Deniq; ibi habes: Accipite spiritum sanctũ. quorũ remiseritis peccata, remissa erunt. At vero in Actibꝰ apostolorum sic habes: Et
Actuũ. 2. repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, quomodo spiritus dabat loqui his. Diuersitas autem visionum, frequẽtiã famulantium significat
Ioan. 1. angelorũ, iuxta quod dominus ipse promiserat, dicẽs: Et videbitis angelos descendentes & ascẽdentes ad filium hominis. Atq; vtinam cũ Euangelii fine noster quoq; sermo claudatur. Cur secũdũ Matthæũ & Mar cum mandat discipulis: Præcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis. secundũ Lucam vero & Ioãnẽ etiam intra cõclaue obtulit se videndum? Et quidem quod se
1.Cor.15. videndum frequenter obtulerit, & pluſq; quingentis fratribus, & Petro & Iacobo, etiam Apostolico probationis testimonio. Et Lucas i Actib. apostolorũ docuit Actuũ. 1.
quod discipulis manifestauerit se viuere post passionẽ D
suam, in multis argumẽtis apparens his, & disputans de regno dei. Ergo quia sæpius & diuersis apparuit, cũ in Galilæa quãdo sit visus, nequaquam præscriptum ac definitum tẽpus scriptura signauerit, in Hierusalẽ quãdo se obtulerit, & diem & horã expresserit, timidiores intra conclaue visitantur, fortiores ad montem conuenerunt. Deniq; intra conclaue ostiis clausis inducit Ioannes discipulos congregatos propter metum Iudæorum, quos nõ vndecim Lucas, sed plures scripsit fuisse. Istos autem Matthæus vndecim solos in Galilæa cõ-
uenisse non siluit. Deniq; sic habes: Vndecim autẽ di- Mat. 28.
scipuli abierunt in Galilæam, in mõtẽ vbi constituerat illis IESVS, & videntes eum, adorauerunt, quidã autem dubitauerunt. Quibus docendi & baptizandi tribuit potestatem. Vndecim quoq; discumbentibus discipulis & Marcus in fine apparuisse scribit, quãdo similiter prædicandi his per totum orbem mãdat officium. Vnde hoc conuenientius arbitror, quod dominꝰ quidem mandauerit discipulis vt in Galilæa se videret, sed illis metu intra conclaue residentibus, primũ se obtulisse, postea vero cõfirmatis animis vndecim illos Galilæam petisse. Vel certe hoc quoq; diligentibus scripto E
ribus placuisse reperio: nihil obstat si dicamus paucio-
res intra conclaue, in monte complures fuisse.

EXPLANATIONIS SANCTI AMbrosii in Euangelium secundum Lucam liber decimus explicit.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM PAVLI AD ROMANOS.

PRAEFATIO.

PRINCIPIA RERVM requirẽda sunt, vt notitia earum possit haberi. Tuncenĩ E
facilꝰ poterit causæ ratio declarari, si eius origo discatur. Si ergo Epistolæ datæ modum ostẽderimus, potestverum videri quod dicimꝰ. Cõstat temporibus apostolorũ Iudæos, propterea quod sub regno Romano agerent, Romæ habitasse, ex quibus
ni qui crediderãt, tradiderãt Romanis, vt Christũ profitẽtes, legẽ seruarẽt. Romani autẽ audita fama virtutũ Christi, faciles ad credẽdũ fuerũt, * vtpote prudẽtes. *Hæc nõ
Nec immerito prudẽtes, qui male inducti, stati se corre cohęrent:
xerũt, & mãserũt in eo. Igitur ex Iudęis credẽtes, & im Opinor
probe sentiẽtes de Christo, legẽ seruãdã dicebant, quasi fuisse scri-
nõ esset in Christo salus plena. Ideo negat illos spiritua- ptũ, Faci-
lem gratiã cõsequutos. Hi sunt qui & Galatas subuer- les ad cre-
terunt, vt a traditione Apostoli recedẽtes, Iudaizarẽt. dendũ fue-
Quibꝰ ideo irascitur Apostolus, quia docti bene, facile runt, sed
fuerũt traducti. Romanis autẽ irasci nõ debuit, sed lau- male indu-
dare fidẽ illorũ: quia nulla virtutũ videtes insignia, sus- cti, statim
ceperũt fidẽ Christi, quãuis corrupto sẽsu. nõ enĩ audie- se conexe-
rãt mysteriũ crucis Christi. Propterea quibusdã de Iu- rũt, & mã-
dæa in vrbẽ Romam aduentiẽtibꝰ, sicut Priscilla & A- serunt in
quila, de edẽda carne & non edenda quæstiones fiebãt. eo, vtpote
Igitur quatuor modis scribit Romanis. Hi enĩ caput prudẽtes.
sunt omnium gentium, vt in his discãt cæteri, arguens Igit. &c.
ab initio genus hominũ, partim physica ratione, partim per legem. Primus modus est, quo se ostendit quid sit,

G & cuius sit,& quid fuerit prius:quo & hereses percutit. Secundus modus est,quo arguit quod naturæ ratione non se subiecerint vni deo:& quæ inhonesta & turpia egerint,despecti ob hoc a deo, vt gratulétur credentes. Tertius modus est,quod datam legē spreuerunt:vnde antepouit Græcis Iudæos. Quartꝰ modus est, quo docet Iudæos exorbitasse a lege & ꝓphetis,in causa Christi similes factos gētibus,vt vtriq; indigeant misericordia dei,nō per legem sperando salutē,sed per fidem IESV Christi. Vnde omni industria ad agit, vt a lege eos tollat,quia lex & prophetæ vsq; ad Ioannē, & in sola fide illos Christi cōstituat,& quasi contra legē Euāgelium vindicat:nō destruens legē,sed præferens Christianismū. Ostendit enim sic promissum Christū,vt illo aduenīente lex cessaret:nō tota,quia abbreuiatio legis facta est,quæ cōpendio daret salutem. Multa enim veteribꝰ tradita sunt propter duritiam cordis illorum, vt oneri essent, quæ misericordia dei abbreuiauit, per Christum data præteritorum remissione. Ingratus est enim misericordiæ dei,qui vult esse sub lege. Nā dixerat Moyses: Sic timētes facies filios Israel. vt quacūq; se verterent,legem haberent,vt sine solicitudine omnino non essent. Vt igitur in Christo sine lege spem vitę salutisq; ponendam tradat,& ipsum esse dominum o-
H mnium doceat,sic incipit:

CENSVRA.

SCITO lector, argumenta quæ præferuntur epistolis,nō esse Ambrosii,sed inepti cuiuspiā consarcinatoris. In hoc autem argumēto prodigiosa erat exēplariorum varietas, vt facile liqueret hic scribas suo arbitratu lusisse,velut in suo campo. Si quis legat argumēta quæ feruntur in Bibliis Hieronymi titulo, mox deprehendet aliquot huius rhapsodi centones. Quæ vtinā non similiter lusissēt in ipsis commentariis.

CAPVT PRIMVM.

» PAVLVS seruus IESV Christi.) Apud veteres nostros ratiōē oīa cōponebant, vt Isaac ꝑpter risum,& Iacob ꝑpter calcaneū. ita & iste,ꝑpter inquietudinē Saulꝰ est nūcupatꝰ. Postq; autē credidit,ex Saulo Paulū se dicit, hoc
I est,immutatū. Et quia Saulꝰ secūdū supradictū sensū, inquietudo seu tētatio interpretatur,hic cum ad fidem Christi accessit, Paulum se dicit:id est quasi ex tentatore factum quietū,humilemq;,vel paruulū, & quia pax est fides nostra. Cum prius enim tētationes ex inquietudine Iudaismi dei seruis inferret, post ipse tētationes passus est propter spem, quā ante amore Iudaismi negarat. Seruum autē IESV Christi se profitens,a lege se exutum ostendit. Et ideo vtrumq; posuit,id est, IESV Christi: quia in vtroq; est dominus, sicut & Petrus apostolus testatur,dicens: Hic est omnium dominus. Quia ergo & dñs,est & deꝰ. Et sicut Dauid dicit: Quia dominus ipse est,quod hæreses negāt. Marcionī enim videtur odio legis Christū & corpus eius negare, IESVM profiteri: Iudæis autem & Fotino propter zelum legis IESVM negare quod deus sit. Nā quotiēscunq; aut IESVM dicit aut Christū,aliquādo deum,aliquādo hominē significat: sicut hoc loco in-
1.Cor.8. ter cætera, Et vnus,inquit,dñs IESVS, per quē oīa. quod vtiq; ad dei filium pertinet iuxta quod deus est.
Lucæ. 2. Et alio loco: IESVS autem,inquit,proficiebat ætate » & sapientia. quod vtiq; homini cōpetit. ¶ Vocatus A» postolus.) Propter quod deum cognouit & fatetur,factus idoneus seruus,promotū se ostēdit,dicēs: Vocatꝰ Apostolꝰ,hoc est,a dño missus ad res eius agēdas. Per
Mat.11. quod ostēdit hunc meritum habere apud deum,qui seruit non legi,sed Christo. Dominus est enim filius hois etiam sabbati. ¶ Segregatus in Euangelium dei.) Euā « k
gelium dei est bonū nuncium,quo peccatores ad indul gētiam conuocātur. Apostolus autem quoniam in Iudaismo locū doctoris habebat, vtpote pharisæus, ideo a Iudaismi prædicatione segregatū se dicit in Euangelium dei, vt a lege dissimulans, Christū prædicaret: qui quod lex non potuit,credentes in se iustificaret: sed non cōtra legē,sed pro lege est. Ipsa enī hoc dicit futurū, dicēte Esaia propheta: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat captiuitatem ab Iacob, & hoc illis a me testamētū, cū abstulero peccata eorū. ¶ Quod ante promiserat.) «
Vt probet ratam & integrā fidei spem esse in Christo, iam prius Euāgelii eius dicit a deo promissum: vt ex eo idoneum illum spōsorem vitæ doceret, priusquā veniret,testimonium ei datum ostēdit,paria testante Pe
Actuū.4. tro apostolo. Nec enim aliud datū est,inquit,nomē sub cælo,in quo oporteat saluos fieri. ¶ Per ꝓphetas suos.) «
Vt manifestius salutarem esse aduentum Christi significaret,etiā personas per quas promissionem signauerit,demonstrauit, vt q̄ vera & magnifica sit promissio,ex his videretur. Nemo enim rem vilē magnis præcursoribus nunciat. ¶ In scripturis sanctis.) Hoc ad cu- «
mulum veræ protestationis adiecit,vt maiorem fiduciam credētibus faceret,& legem cōmendaret. Sanctæ enim sunt scripturæ,quæ vitia damnāt, & sacramentī illic vnius dei & incarnationis cōtinetur filii dei pro sa- L
lute humana,testibus signorū ꝓdigiis. ¶ De filio suo.) «
Dignum fuit vt quia deus filium suū proprium mūdo promittebat,per claros viros illum promitteret, vt ex iis q̄ potētissimus esset qui prædicabatur, posset sciri,vt scripturis sanctis aduētum eius futurum inferret,& vt falsum non posset videri quod a sanctis prædicatum est scripturis. ¶ Qui factus est ei ex semine Dauid secundū «
carnem.) Eum qui erat dei filius secundū spiritum sanctum,id est,secundū deum: quia deus spiritus est,& sine dubio sanctus est: factum dicit iuxta carnem dei filium ex semine Dauid, iuxta illud: Et verbum caro factum Ioan.1.
est. vt iam vnus sit dei & hominis filius Christus IESVS. Qui enim ex æterno dei filius erat, ignorabatur autem a creatura: dū vult manifestari pro humana salute, visibilis debuit & corporeus fieri, quia & cognosci se voluit per virtutē,& hominē peccatis abluere i carne morte deiecta. Et ideo ex semine Dauid fit, vt sicut de deo deus ante secula natus est, ita & secūdū carnem ex rege ortum regium caperet,factus opere spiritussancti de virgine,hoc est natus, vt reuerētia ei reseruata, ex hoc vltra hominē cognosceretur,qui ab humanæ legis M
natiuitate distaret, sicut prædictū fuerat ab Esaia propheta: Ecce virgo in vtero cōcipiet. &c. vt cum nouum Esaiæ.7.
factum videretur,ac laude dignū,prouidētia quędā dei circa visitationem humani generis futura dinosceret. ¶ Qui prædestinatus est filius dei in virtute secundū spi- «
ritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum IE- «
SV Christi dñi nostri.) Filiū dei dicēs,patrē significauit deū. Addito autē spiritu sanctificatiōis, ostēdit mysterium trinitatis. Hic ergo qui incarnatꝰ quid esset latebat,tunc prædestinatꝰ est secundū spiritū sanctificationis,in virtute manifestari filiꝰ dei,cū resurgit a mortuis,sicut scriptū est in psalmo. 84. Veritas de terra orta est. Oīs enim ambiguitas & diffidētia resurrectione eius calcata est & cōpressa. Siquidē adhuc in cruce positum, Cēturio vidēs magnalia,dei filiū cōfitetur. Nā & discipuli in morte eius dubitauerūt, dicēte Cleopha in
Emaus: Nos putabamus quia ipse erat qui incipiebat Lucę.24.
liberare Israel. Ipse enī dñs ait: Cū exaltauerit is filium Ioan.8.
hois,tunc cognoscetis quia ipse ego sū. Et iterū: Cū ex- Ioan.12.
altatꝰ fuero a terra,oīa trahā ad me. id ē,tūc cognoscar oīm esse dñs. Ideo autē nō dixit ex resurrectiōe IESV Christi,ꝙ ex mortuorū,qa resurrectio xp̄i gñalē tribuit resurrectionē. Hęc enī maior videtur virtus in Christo & victoria, vt ea potestate operaref mortuus, qua ope-

A ratus fuerat & viuus. Quo facto apparuit illusisse mortem, vt redimeret nos. vnde dominū nostrū hūc vocat.
» ¶ Per quem accepimus gratiam & apostolatū ad obe-
» diendum fidei in omnibus gētibus pro nomine eius.) Post resurrectionem manifestatus filius dei in virtute, gratiam dedit,iustificans peccatores, & apostolos nominauit: quorum se hic socium dicit, vt apostolatus cū gratia esset doni dei,nō sicut Iudæorū sunt apostoli. A deo ergo patre per Christum dñm hanc acceperunt potestatem, vt vice domini signis doctrinā dominicā acceptabilem facerent,& virtutē quam in saluatore zelarētur perfidi Iudæi,hanc in seruis eius a turbis admirari videntes, vehemētius torquerētur. Testis enim doctrinæ virtus est, vt ga ḡd prędicatur, incredibile mūdo est, gestis fieret credibile. Missos igitur apostolos vocat vt prædicarēt fidē oīb⁹ gētib⁹, vt obedirēt,& saluarent: vt donū dei nō iā solis Iudeis, verūetiā oīb⁹ gentib⁹ cōcessum videretur: & hāc esse dei volūtatē, vt in Christo,& per Christū oīb⁹ misereatur, vicariis eius prædicātib⁹:
2.Cor.5. hoc est,pro nomine eius: sicut alibi dicit: Pro quo legatione fungimur. ¶ In quibus estis & vos vocati IESV
» Christi.) Hoc est,legatione nobis fungētibus in omnibus gentibus pro nomine IESV Christi, inter quos estis & vos vocati: quia donum dei omnibus missum est, vt cum audiunt se inter cæteros vocatos, sciant se sub lege agere nō debere, quia sine lege Moysi suscepe-
» runt cæteræ gentes legem Christi. ¶ Omnib⁹ qui sunt
» Romæ dilectis dei vocatis sanctis.) Quamuis Romanis scribat, illis tamen scribere se significat, qui in charitate dei sunt. Qui sunt hi, nisi qui de dei filio recte sentiunt? Isti sancti sunt, & vocati dicuntur. Sub lege enī agentes, male intelligunt Christum, & iniuriā deo pa-
B tri faciūt, cum an in Christo perfecta spes salutis sit, du-
» bitant: ideo sancti non sunt, neq; vocati dicuntur. ¶ Gra-
» tia vobis & pax a deo patre nostro, & domino IESV
» Christo.) Gratiā & pacē cum iis dicit esse qui recte credūt. Gratia est, quia a peccatis absoluti sunt: pax vero, quia ex impiis reconciliati sunt creatori: sicut dicit do-
Lucę.10. minus: In quācunq; domum introieritis, & receperint vos, dicite, Pax huic domui. Et vt sine Christo nullā eē pacem & spem doceret, adiecit gratiam & pacē non solum a deo patre esse, sed & a Christo IESV. Deum patrem nostrum dicit propter originem, quia ab ipso sunt omnia: Christum autem dicit, quia eius sanguine redēpti, facti sumus filii dei.
» PRIMVM quidē gratias ago deo meo per IE-
» SVM Christum pro omnib⁹ vobis, quia fides
» vestra annunciatur in vniuerso mundo.) Finita prefatione ante omnia gaudiū suum esse testatur, vtpote gentium Apostolus, quod cum Romani regnent in mundo, subiecerint se fidei Christianæ, quæ prudentibus seculi humilis & stulta videtur. Cum ergo multa
C essent ex quibus gauderet in Romanis: erant enī doctrinæ memorabiles, & boni opis cupidi, studioso; magis agendi bene, q̄ sermonis, quod non longe est a religione diuina: in hoc tamē primū se gaudere dicit, quia fides illorū in omni loco currebat: quamuis non secundū regulam ab autoribus traditæ veritatis, tamē quia qđ ab vno deo erat, interposito nomine Christi cœperant venerari, gratulatur, sciens illos posse proficere. Per qđ etiam charitatem suam circa illos ostendit, quando cōgaudet bono cœpto illorum, & hortatur ad profectum. Gratias ergo agere se dicit deo suo duntaxat, quia adhuc illorū non erat plene, quia ex ipso est omnis paternitas: sed quia omnis dispositio salutis nostręa deo quidem, sed per Christum est, non per legem, neq; per aliquem prophetam, gratias quidē se agere dicit deo, sed per Christum: quia fama fidei illorum, erat profectus multorum, vt hoc ipsum ad dei prouidentiam referat per Christum. Aut enim gaudebāt roborati, qui crediderant: ceteri, quia videbant principes suos factos Chri-
D stianos: aut certe qui non crediderant, poterant credere horum exemplo. Facile enim facit inferior, quod fieri viderit a priore. ¶ Testis enim mihi est deus, cui seruio « in spiritu meo, in Euangelio filii eius, quod sine inter- « missione memoriam vestri facio semper in orationi- « bus meis.) Vt suadeat charitatem, deum testē dat, cui « seruit. Ad quem & precem pro his facit, non in lege seruiendo, sed in Euangelio filii eius: hoc est, non in eo quod Moyses seruus tradidit, sed in eo quod filius dilectissimus docuit: vt quātum distat seruus a domino, tā tum distet Euangelium a lege: non quod mala sit lex, sed quia melius est Euāgelium. Deo itaq; seruit in euāgelio filii eius, vt ostendat dei esse voluntatem vt creatur in Christum. Et seruio. Quomodo? In spiritu meo, inquit, non in circūcisione manufacta, neq; in neomeniis, & sabbato, & discretione escarum, sed in spiritu
2.Cor.3. id est, in mēte. Quia enī deus spūs est, spiritu vel animo potius debet illi seruiri. Cui enī animo seruitur, ex fide illi seruitur. Hæc & dominus fatus est ad Samaritidē
Ioan.4. putantem quod in monte adorari se deus velit, dicens: Venit hora, & nunc est, quod veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Etenim pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est deus. Adorantes ergo, in spiritu & veritate oportet adorare. Et non locus orationē cōmēdat, sed deuot⁹ animus. hoc est in veritate adorare in spiritu deū spiritū & Christum vnum ex quo oīa, & vnū per quem omnia. Hos querit adoratores pater. Memorem ergo se illorum in orationibus E
suis flagitat, vt seminet in illis charitatem. Facit enim illis desiderium sui. Quis enim non amet eum quem audit memorem sui esse? Si enim ab iis qui missi non erant, libenter acceperant doctrinam sub nomine Christi adulteratis verbis, quanto magis ab eo quem scirent esse Apostolum, & cuius verba comitaretur virtus, desiderarent audire? ¶ Obsecrās si quo modo tandem ali- «
quando prosperum iter habeam in volūtate dei ad vos.) Orationis suæ pro illis sensum ostēdit. Deū « enim se dicit petere, vt veniret ad vrbem, ad profectum illorum cum dei voluntate, cuius prædicat donū. Tūc enim profectus adest, si quod agendum est, cum dei voluntate agatur. Orat ergo vt quacunque ex causa iā detur occasio qua veniret ad vrbem, quia occupatus erat aliis prædicando, Sic prosperum iter imputans, si deo volente veniret, quia proūida est dei voluntas. Prosperum ergo iter est, non incassum laborem itineris subire. Hoc rogat vt deus impleat vocando illos ad suam gratiā. Auiditate animi loquit. Desiderat enim illos, 1.Thes.2.
scīēs & illis & sibi prodesse: sicut alibi dicit: Q̄ est gaudium nostrum & corona? Nonne vos in aduentu domini? Fructus enī Apostoli est vberior, si lucretur multos. Præterea quia maius gaudium est si potentes mūdi conuertantur ad deum: quia quanto inimici graues B
sunt, tāto magis reconciliati necessarii. Voluntati itaq; eius sic occasio data est, vt coactꝰ appellaret Cæsarem, & dirigeretur ex alia causa ad vrbem Romam, deo volente, vt impleret propositum voluntatis suæ. Deniq; in naufragio posito astitit dominus, dicens: Noli time- Actu.23.
re Paule. Sicut enim testificatus es de me Hierosolymis, ita & Romæ. ¶ Desidero enim videre vos, vt gra- «
tiam spiritalem vobis administrem ad confirmandos «
vos.) Confirmatio hæc tres personas requirit, annuen- «
tis dei, ministrantis Apostoli, accipientis populi. Nūc ergo desiderii sui voluntatē ostēdit, quonam esset voto circa illos. Cū enim dicit, Vt gratiā spiritalē vobis ministrem, carnalē illos sensum assecutos significat: quia sub nomine Christi non illa quæ Christꝰ docuerat, fuerant assecuti, sed ea quæ fuerāt a Iudæis tradita. Sea tē cupere citius venire, vt ab hac illos traditione abstraheret, & spiritale illis traderet donum, vt acquirat illos deo: pticipes illos faciēs gratię spiritalis, vt in ꝓfessione & fide sua essent perfecti. Hinc datur intelligi superiꝰ

G non fidem illorum laudasse, sed facilitatē & votum circa Christum. Christianos enim se profitentes, sub lege agebant simpliciter, sicut illis fuerat traditum. Nā misericordia dei ad hoc data est, vt lex cessaret: quod sæpe iam dixi: quia deus cōsulens infirmitati hūanę, sola fide addita legi naturali, hoīm gen⁹ saluari decreuit. Quid est, quod cū scriptis illos corrigat, & a carnali sensu abstrahat, præsentiam suā necessariam dicit, vt gratiā illis spiritalem ministraret: cū quæ scribit, spiritalia sint: nisi quia aliter dicta ad aliud solent rapi, sicut ab hereticis fit? Ideo desiderat vt præsens doctrinā Euāgelicam sensu quo scribit, his tradat, ne sub autoritate literarū eius nō auferretur error, sed firmaretur: quippe cū præsens quæ verbis suadere nō poterat, suaderet virtute, vt magis illis proficiat aditis. ¶Id est simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est fidem vestrā atq; meā.) Consolari se dicit cū illis, si apprehendāt spiritalia: quia quāuis cōgaudeat fidei illorum, dolet tamē quia nō rectam accipiebāt fidem. Hoc affectu fuit Apostolus, vt aliena vitia quasi suā doleret. Ac per hoc cōsolemur, inquit, per vnam atq; eandē fidem. vt tunc consolatio vna sit, si vnius fidei efficerentur in Christo, vt administratio gratiæ spiritalis euangelizante Apostolo hūc præstaret effectum.

NON autē arbitror ignorare vos fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibit⁹ sum vsq; adhuc.) Propositum & votum suū ostēdit, quod quidē scire illos non ambigit per eos fratres qui ab Hie-
H rusalem vel confinib⁹ ciuitatibus causa suæ religionis ad vrbem veniebant, sicut Aquila & Priscilla, votum eius insinuantes Romanis. Cum enim sæpe vellet venire, & prohiberetur, sic factum est vt scriberet epistolā, ne diu in mala exercitatione detenti, non facile corrigerenf. Et fratres eos vocat, nō solū quia renati erāt, sed qa erāt inter eos, licet pauci, qui recte sentirēt. Vnde dicit, Vocatis sanctis. Quid tū est, Vocatis sanctis? Si enī iam sancti sunt, quomodo vocantur vt sanctificentur? Sed hoc ad dei pertinet prescietiam, quia quos scit deus futuros sanctos, iam apud illū sancti sunt, & vocati permanent. Prohibitum tamen se dicit vsq; ad tempus datæ epistolæ, a deo vtiq;, qui sciens adhuc imparatos illos, ad alias vrbes direxit Apostolū, quę iam ad recipiēdam veritatem essent capaces, quāuis sub nomine agerēt saluatoris: sed vitiis prohibebātur carnalibus, ne digni iam essent addiscere spiritalia. Deniq; volentes ali-
Actu. 16. quando in Bithyniam ire, prohibiti sunt a sancto spiritu
I Paulus & Sylas. Cur, nisi sciret adhuc effectum deesse? Apud Corinthios autē cōmonetur Apostolus, dicēte
Actu. 18. domino: Loquere, ne tacueris, quia populus mihi multus est in hac ciuitate. Non ergo ociose prohibitū se dicit, sed & causas morarum discreuit. Et hos vt se prępararent adhortatus est, vt audientes sibi gratiā spiritalē ministrandam fore, dignos se efficerent, a vitiis carnalibus abstinentes, ad excipiendā eam. ¶Vt aliquē fructum habeam & in vobis, sicut & in cæteris gentibus.) Pro vtilitate cōmuni cupidum se veniendi ad hos declarat, vt & hi salutem spiritalis gratiæ consequantur, ratam habentes fidei suæ professionem, vt hic fructum habeat apud deum ministerii sui, per quod lacessit illos ad fidem rectam exemplo cæterarū gētium. Prōptior enim fit quis ad rem sibi traditā, si illi multos videat assentire. ¶Grecis & Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.) Debitorem se dicit horum quos memorat, quia ad hoc missus est, vt omnibus prædicaret: per quod etiam omnes significat debitores. Confiteri enim creatorem deum, ex quo omnia, & per quem omnia, debitus & honor est, & salus confitentis. Grecos enim gētiles posuit, sed eos qui Romani dicantur siue natione, siue adoptione. Barbaros vero eos qui Romani nō sunt, quorum genus aduersum est, & nō sunt gētiles. Sapientes autem illos dixit, qui mundanis rationibus eruditi, sapiētes vocātur in seculo, dum aut syde- K rum speculatores sunt, aut mensuris, aut numeris, aut arti Grammaticæ student, aut Rhetoricæ, aut musicæ. His omnibus ostendit nihil hæc prodesse, nec vere sapientes esse, nisi credant in Christū. Stultos vero hos dixit, qui simplicitatem sequētes, harum rerum imperiti sunt. His omnib⁹ missum se prædicare testatur. De Iudæis autem tacuit, quia magister gentium est. Ac per hoc debitorem se profitetur, quia ad hoc accepit doctrinam, vt tradat: & cum tradit, acquirat. ¶Itaq; quod in me est, promptus sum & vobis qui Romę estis, euangelizare.) Quanuis missum se prædicare omnibus dicat gentibus, prōptum tamen se Romanis asserit tradere Euangelium gratiæ dei, apud quos regni Romani caput & sedes est. Ad mēbrorum enim vtilitatē pertinet vel requiē, si caput inquietū non fuerit. Ideo Romanorū pacē optat, vt nō multum se iactet Satanas, & vberiores fructus habeat operis sui. ¶Non enim erubesco euangelium. Virtus enim dei est in salutem omni credenti.) Hoc dicto illos tangit a quibus acceperāt nō rectam fidem. Apostolorum tamē doctrinā virtus cōmendabat, vt quia incredibile videbatur quod prædicabatur, signa & prodigia ab apostolis facta, testimonio essent non diffidendum de iis quæ ab illis dicebantur, in quibus tanta virtus inesset. Nulli enim dubium verba virtuti cedere, ac per hoc, quoniam illorum nulla visa erant portenta, prædicatio illorum sine virtu- L te dei erat. Ideoq; nō se dicit erubescere Euangeliū dei, illos autem erubescere, quia quod illis tradiderat, in reprehensionem veniebat, nec quoquam testimonio firmabaf, & discordabat a doctrina apostolica. Virt⁹ igitur dei est, quæ inuitat ad fidem, & dat salutē omni credenti, dum peccata donat, & iustificat, vt a secūda morte detineri non possit signatus mysterio crucis. Prædicatio enim crucis Christi, indicium est mortis euictæ, dicente apostolo Ioanne: Ad hoc enim venit filius dei, vt solueret opera diaboli, vt omnis credens non teneaf a morte, quia signū habet quod victa mors est. ¶Iudæo primū, & Græco.) Id est, huic qui est ex gñe Abrahæ, & huic qui ex gētib⁹. In Greco enī gētilē significat, ī Iudeo vero eū qui ex gñe sit Abrahę. Nā Iudæi ex tēpore Iudę Maccabæi dici cœperūt, qui ī causa cladis restitit sacrilegiis gētiū, & fiducia dei collegit populū, & defendit genus suum. Fuit autē ex filiis Aaron. Quāuis ergo præponat Iudæum causa patrum, tamen similiter etiā ipsum indigere dicit dono Euangelii Christi. Si er- M go & Iudæus non iustificatur nisi per fidē Christi IESV, quid opus est esse sub lege? ¶Iustitia enim dei reuelatur in eo ex fide in fidē.) Hoc dicit, quia in illo qui credit, siue Iudæus sit, siue Grecus, iustitia dei reuelaf. Iustitia dei dicit, quia gratis iustificat impium per fidē sine operibus legis, sicut alibi dicit: Vt in illo inueniar Philip. 3. nō habens eam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quę ex fide est. Quæ ex deo est iustitia in fide, ipsam iustitiam dicit reuelari in Euangelio, dum donat homini fidem, per quam iustificetur. Ostēditur enim in eo veritas & iustitia dei, dū credit & profitetur. Iustitia est dei, quia quod promisit, dedit. Ideo credens hoc esse se cōsecutum quod promiserat deus per prophetas suos, iustū deū probat, & testis iustitiæ eius. Ex fide in fidē. Quid aliud est ex fide in fidem, nisi quia fides dei est in eo qđ de se repromisit: & fides hominis, qui credit ꝓmittēti, vt ex fide dei promittentis in fide hominis credētis dei iustitia reueletur? In credente enim iustus deus apparet: in eo autem qui non credit, iniustus videtur. Negat enim veracem deum, qui nō credit deum dedisse quod promisit. Hoc contra Iudæos loquitur, qui negant hūc esse Christum, quod ꝓmisit deus. ¶Sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit.) Propterea ad exemplum prophetæ Abacuch se cōuertit, vt declaret olim osten- Abac. 2. sum iustū ex fide non ex lege viuere: hoc est, nō iustifi-

A cari hominem apud deum per legem, sed per fidē. Vita enim ex fide nō hæc præsens est, sed futura: quia iustus ex fide viuit, sed apud deum.

REVELATVR enim ira dei de cælo ī omnē impietatem & iniustitiam hominū eorum qui veritatē dei ī iniustitia detinēt.) Sicut enī in illo qui credit, iustitia dei reuelatur, sicut supra memoraui: ita & in eo qui non credit, impietas & iniustitia reuelatur. Ex ipsa enim cæli fabrica irat⁹ illi deus videtur. Idcirco enim tā pulchra astra cōdidit, vt ex iis quātus & q̄ admirabilis creator eorum est, possit agnosci, & solus adorari. Vnde scriptū est in psalmo. 18. Cæli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annūciat firmamētum. Per naturalem ergo legē reum facit genus humanum. Potuerūt enim id per legem naturę apprehendere, fabrica mūdi testificante autorē deum solū diligēdum, quod Moyses literis tradidit: sed impii facti sunt nō colendo creatorem: & iniustitia in eis apparet, dum videntes dissimulant a veritate, nō faciētes vnum deum. ¶Quia quod notū est dei, manifestū est in illis.) Notitia dei manifesta est ex mūdi fabrica. Vt enī de⁹, qui natura inuisibilis est, etiā visibilib⁹ possit sciri, opus factum est ab eo quod opificē visibilitate sua manifestaret, vt per certum incertum possit sciri: vt per hoc qđ
B cæteris impossibile est, ille esse deus omnium crederetur, qui hoc opus fecit. ¶Deus enim illis manifestauit. hoc est, opus fecit, per quod possit agnosci fides. Inuisibilia enim eius a creatura mundi, per ea quę facta sunt, intellecta cōspiciuntur.) Idem sensus est, quē repetit, vt absolutius doceat: quia cum per se potētia & maiestas dei creaturæ oculis aspici non possit, opere mundi intellecta conspiciuntur. Hoc igitur genere reos facit eos qui sine lege vixerunt & naturæ, & Moysi. Consuetudine enim peccandi obruerūt legem naturæ, obliti sunt memoriam eius. Legem autē quæ ad reformationem data fuerat, ꝑcipere noluerūt, vt duplici modo obnoxii fierent damnationi. ¶Sēpiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles.) Vt omnino excusari impietas non possit, adiecit etiā virtutes dei, & diuinitatē sempiternam cognitam esse ab hominibus, & stupore quodam hebetasse ad honorādum deum: quem & esse & operari ad vtilitatem suā nō ignorarēt. Ea enim quę humanis vsibus euoluto anno gignuntur, ipsum decreuisse nulli in dubiū venit. Ęterna ergo virtus eius Christus est, quia instituit quæ nō erant, & in eo manēt. Cuius si dudum persona agnita non est, opera tamen manifesta sunt. Diuinitas vero, qua in opere sibi decreto ꝑseuerant elemēta rerum, vt sint inexcusabiles. Multis enim modis qui reus conuincitur, excusari non potest. ¶Quoniam cum cognouissent deum, nō sicut deū magnificauerunt, aut gratias egerunt.) Vsq; adeo nō ignorauerunt, vt faterentur vnum esse principium, a quo o-
C mnia initium sortita sunt, cælestia, & terrestria, & inferna: & hunc vnum esse qui omnibus decreuerit proprietates & officia naturaliter: & hæc scientes non egerunt gratias. De anterioribus loquitur, vt præsentes & futuros corrigat. ¶Sed euanuerūt in cogitationibus suis.) Euanuerunt. Videntes enī mundū miro ornatu aptatum ab eo quem eius opificē cognouerant, dissimulauerunt. ¶Et obscuratum est insipiens cor eorum.) Nebula erroris texit cor illorum, quia cum creatorē ex iis quę fecit pulchra, plus amplius honorificare debuerint, obtusi sunt relicto illo, hoc solum sibi dicentes sufficere ad salutem. ¶Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.) Sapientes enim se arbitrātur, quia rationes physicas inuestigare putant, scrutantes cursus syderū, & qualitates elemētorum, dominū autem horum spernentes: ideo stulti facti sunt: cum si hæc laudanda sint, quanto magis creator illorū? Solēt tū pudore passi neglecti dei, misera vti excusatione, dicentes per istos posse ire ad deum, sicut per comites peruenitur ad regem.

Age, nunquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ D
immemor, vt honorificentiā regis vendicet comiti, cū de hac re si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei damnentur maiestatis? Et isti se non putāt reos, qui honorem nominis dei deferunt creaturæ, & relicto domino conseruos adorant, quasi sit aliquid plus quod seruetur deo. Nam & ideo ad regē per tribunos aut comites itur, quia homo vtiq; est rex, & nescit quibus debeat rē publicam credere. Ad deum autē (quē vtiq; nihil latet, omnium enim merita nouit) promerendum suffragatore non opus est, sed mēte deuota. Vbicunq; enim talis locutus fuerit ei, respōdebit illi. ¶Et mutauerūt gloriam incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis.) Sic obcæcatū est cor illorū, vt maiestatem inuisibilis dei, quē ex his factis agnouerāt, nō hominibus, sed, quod peius est, & inexcusabile crimen, in similitudinē hominum mutarēt, vt forma corruptibilis hominis deus ab his vocetur, hoc est, simulacrum hominis: vt quos viuos numine donare nō audēt, mortuorum imagines in gloriā dei recipiant. Quāta ægritudo, quanta stultitia hos se sapientes appellare ad suā damnationem, apud quos plus mortui possunt q̄ viui, E
& mortui potiores sunt viuis? A viuo enim deo recedentes, mortuis fauent, in quorum numero sunt, sicut scriptum est: Mortalis fingit mortuum manibus iniquis. Hoc de huiusmodi sapientia Salomonis dictum est. ¶Et volucrum & quadrupedum & serpētium.) His subiectis, cumulauit ad pœnā hebetudinis, vt vltra stultitiam & vanitatem sint huiusmodi. Sic enim dei maiestatem & gloriam minuerūt, vt horū quæ minima & parua* sunt, similitudini, dei honorificētiam darent. *praua.
Primi enim Babylonii deum vocauerunt figmētum Beli cuiusdam, quondam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur egisse. Coluerūt & serpētem draconem, quem occidit Daniel homo dei, cuius similitudinem habēt. Aegyptii autem colebāt quadrupedem quam dicebant Apin, in similitudinē vaccæ: quod malum imitatus est Hieroboam, vaccas instituens in Samaria, quib⁹ sacrificarēt Iudei: & volucres, qa Coracina sacra habent pagani. Harum tamē omnium rerū quas memoraui, simulacra coluerunt Aegyptii, & alia quæ nunc dicere nō est necesse. Hæc ab his facta sunt, qui se sapientes æstimauerunt in mundo. Quia enim inuisibilem deū non honorauerunt ista faciendo, nec iis quæ visibilia sunt, sapere potuerunt. Difficile enī in maiori- F
bus prudens, in minoribus non sapit. ¶Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis illorum, in immūditiam, vt contumeliis afficiant corpora sua in semetipsis.) Quoniā, inquit, ad iniuriam creatoris dei figmēta & similitudines rerum deificauerunt, traditi sunt illudendi, & traditi non vt illa agerent quæ nolebāt, sed vt illa perficerent quæ desiderabant. Et hic bonitas dei est, cum dignum fuisset subiici illos, vt facerent quæ nolebāt, & cruciarentur: quia licet bonū, si cōtra voluntatē fiat, amarum & malū est. Isti autē auertentes se a deo, traditi sunt diabolo. Tradere autem est permittere, nō incitare aut immittere: vt ea quæ in desideriis conceperāt, adiuti a diabolo explerent in opere. Nec enim possunt huiusmodi bonum cogitatum habere. Traditi ergo sunt in immūditiā, vt cōtumeliis afficiant corpora sua in semetipsis. Cum præterita recolat, etiam pręsentis temporis significat: quia traduntur nunc vsq; vt cōtumeliis afficiāt corpora sua. Originis enim illius nūc vsq; sunt homines, qui dicuntur corpora sua dehonestare inuicem. Cum cogitatio animæ sit in crimine, corpora dicūtur dehonestare. Quare, nisi quia macula corporis indicium est peccati animæ? Cum enim corpus contaminatur, nemo ambigit animæ esse peccatum. ¶Qui commutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierūt creaturæ potius q̄ creatori, qui est benedictus in secula. Amen.) Commutātes verita-

Gtem dei in mẽdaciũ:id est,nomẽ dei,qui verus est deus, dederunt iis qui nõ sunt dii. Lapidib⁹ enĩ,vel lignis,vel ceteris metallis auferẽtes qđ sunt,dant illis qđ nõ sunt. & hoc est immutare verũ in falsum. Nõ enim vocãtur iam lapis aut lignũ,sed deus.hoc est seruire potius creaturæ q̃ creatori. Nõ negãt enim deum,sed seruũt creaturæ:quo nõ excusantur,sed accusantur magis, quia cognoscentes non honorant deũ, qui est benedictus in secula, Amen:hoc est,verum. Deus vero benedictus ait in secula,quia permanet deus,diis autẽ gentiũ ad tempus impietas dat honorem:ideo non est verum. In deo autem manet veritas. Hãc benedictionem alio loco filio dei assignat,inter cætera dicẽs: Et ex quib⁹ Christ⁹ secundum carnẽ,quia est deus benedictus super omnia in secula, Amen.aut vtraq; ad Christum pertinent,aut eadem dixit de filio,quæ & de patre.

» PROPTEREA tradidit illos deus ĩ passiones » ignominiæ. Nã fœminæ eorum immutauerunt » naturalem vsum in eum vsum qui est cõtra natu » ram.) Hæc ira to deo propter idololatriã humano generi proueniſſe testatur, vt mulier mulierẽ turpi desiderio ad vsum appeteret. Quod quidam aliter interpretant, non perspicientes vim dicti. Quid est enim immutare naturalem vsum in eum vsum qui est contra naturam, nisi sublato concesso vsu,alitervti, vt vna atq; eadẽ pars corpis vniuscuiusq; inter se inuicẽ sexus aliter se ad vsũ prębeat,q̃ cõcessum est? Nã si illa est pars corporis quã putant,quomodo immutauerunt vsum naturæ,cũ habeat huiusmodi vsum datum a natura? Superius iam dixerat traditos in immunditiam, nõ tamen qualitatẽ H operis immunditiæ ipsius ostẽderat: pro quo nunc declarat. ¶ Similiter autem & masculi relicto naturali vsu » fœminæ,exarserunt in desideriis suis in inuicẽ, masculi » in masculos turpitudinẽ operantes.) Nunc manifestauit quomodo superius de mulieribus quod dixit,intelligi debeat. Quando enim subiecit,Similiter & masculi,dicens,exarserunt in desiderium sui: ostẽdit apertum peccatum mulierum. Et quid mirum,cum hodieq; tales mulieres reperiantur, vt sicut illud a viris,ita & hoc a mulieribꝰ fiat inuẽtum? Deniq; si mulieres inter se accusant,& viri similiter:manifestum est vt qui iam veritatem dei immutauerunt in mendacium, immutarẽt & naturalem vsum in eum vsum per quẽ dehonestarẽtur rei facti mortis secũdæ. Quoniã enim aliam legem dare nõ potest Satanas, nihil enĩ habet,concessa & licita in alium ordinem versat, vt dum aliter fiunt q̃ concessa sunt,sint peccatũ. ¶ Et mercedẽ quã oportuit erro» ris su in semetipsos recipientes.) Hanc dicit cõpensa I tionem esse contẽpti dei,id est,turpitudinem & cõtamination em. Hæc est enĩ prima causa peccati. Quid enĩ peius,quid deterius hoc peccato? Quãtum enim idololatria perimpium & grauissimum delictum est , tantũ & compensatio eius horrenda, & persordida passio est. » ¶ Et sicut non probauerunt deum habere in notitia,tra » didit illos deus in reprobũ sensũ, vt faciãt ea quæ nõ cõ » ueniũt.) Propter errorem simulacrorum traditi sunt ad turpia facienda inuicem , sicut iam dictum est. Et quia impunitatem horum æstimauerũt, incuriosum deum iudicãtes,ac per hoc negligendũ,hinc additũ est, vt magis ac magis hebetati,ad omnia mala admittenda fierent promptiores, vt facta quæ hominibus non ambigerent displicere,deum non crederent vindicare. Nunc enumerat omnia mala quæ illis superaddita sũt, vt vel sic conuersi ad naturalem intellectum,intelligerent ira» to deo hẽc sibi prouenisse. ¶ Repletos,ait,omni iniqui» tate.) Hic summatim locutus est, & subiecit membra » iniquitatis. ¶ Malitia,fornicatione.) Hæc fornicatio habet in se & adulterium. Si enim dixisset adulterium, videbatur excusasse fornicationem, sicut leges Romanę: Ideo quod minus est posuit, vt quod maius est , inultũ » nõ posset credi,& cætera quæ manifesta videtur. ¶ Aua ritia,nequitia,plenos inuidia,homicidiis,cõtẽtione,dõ « lo,malignitate,susurrones,detractores,deo odibiles,cõ « tumeliosos,superbos,elatos,inuentores malorum,pa « rentibus nõ obedientes.) Quanta autẽ insolentia arrepti sunt, vt nec parentes suos quos autores in natiuitate habent,agnoscerẽt:quib⁹ se natos gauderẽt, illos per quos esse cœperãt,cõtẽnebãt.hoc est esse sine intellectu, sine charitate scilicet dei. Nã erat iter illos charitas carnis. Hi dei iustitiam cognoscẽtes per legem naturę,scierunt enim hęc deo displicere,sed hoc in animo ponere noluerunt. ¶ Insipientes,incõpositos, sine affectione, « sine misericordia. Quĩ qui hæc agunt,digni sunt mor « te:& nõ solum qui faciunt ea,sed etiã qui cõsentiunt fa « cientibus. (Assensus enim participatio est.) ¶ Qui cũ « iustitiã dei cognouissent, nõ intellexerũt,quoniã qui ta « lia agũt,digni sunt morte.) Vsq; adeo iustitiam dei co « gnouerunt, vt nõ negent hæc omnia quæ faciunt, pœna digna & morte. Hæc omnia mala corpus est peccatorum,cui mãcipati facti sunt potestatis eiusdem vt faciant punienda. Hæc enim malorum causa a Sodomitis cœpta est offensione dei, sicut supra dictum est, & in omnẽ prope partem mundi ramos suos extendit,iram dei idololatriæ causa nuncians,quæ prima pars est erroris & impietatis,quã primum cõdẽnat, vt cũ hęc emẽdata fuerint, facile corrigãtur & morum vitia. Sublato enim malitiæ semine,nequitiæ fructus aresc ent . Non enim dat arbor fructus,cuius excisæ sunt radices. Nam ideo & Moyses Sodomæ & Gomorræ gesta memorauit,exitumq; nõ tacuit, vt timorẽ poneret hui⁹ rei vitandæ. Nõ ergo hoc vitiũ & cõtaminatio dehonestatæ vitę ab hoc admittitur,qui in animo cogitat deum. Sũt quidã qui se reos non putant si non operentur quę mala sunt,assentiunt autẽ facientibus . Assentire est autẽ, si cum possit reprehẽdere,taceat,aut audiens has fabu- L las adultet. Sciens enĩ impurus & malignus nõ ignorari quæ agit,& minime se vitari,sed & honori esse,gloriaꝰ fore se talem:nec cõfundi potest in his,quãdo videt faueri sibi,& obsecundari ab iis qui nõ sunt tales , & ita est, vt qui fomitem præbeãt delictis illorum: ideoq; dignum est vt pari crimine rei habeantur . Sunt iterum alii qui non solum faciunt mala,sed etiam qui consentiunt faciẽtibus,vt non solum faciant,sed & talibus cõsentiant. Duplex ergo horum est nequitia. Nõ enim tã mali sunt qui faciũt, & facientibus cõtradicunt. Sciẽtes enim nepharia,nõ illa vindicant. Illi enim tam nequissimi sunt qui faciunt,& cõsentiunt faciẽtib⁹ , vt nec deũ timeant, increscere cupientes mala . ideo hæc minime vindicant , vt suadeant non illa esse vitanda.

CAPVT SECVNDVM.

M

VAPROPTER inexcusabilis es o ho « mo omnis qui iudicas.in quo enim iudicas « alterum,teipsum cõdemnas. Eadem enim « agis quæ iudicas.) Quoniã facientem ma « ligna,& cõsentientem faciẽtibus, morte dignos ostendit:ne forte hic q̃ facit , & nõ cõsentit faciẽtib⁹, excusare se posse putaret , docet huiusmodi inexcusabilem fore. Non enim iustum est vt huic impune concedatur,quia per hypocrisin ostendit se non talem,cum peior esse deprehendatur. Fallit enim,vt dum puniendus sit, honore dignus appareat . ¶ Scimus autẽ quoniã iudicium dei « est secundũ veritatem in eos qui talia agunt.) Hoc est, « nõ ignoramus deum iudicaturum de his in veritate, quãdo nosipsi de his iudicamus. Si enĩ nobis displicẽt, quãto magis deo,qui magis iustus est,& opus suũ zelatur? In veritate ergo cum dicit iudicaturũ deum de his,terrorem incutit,vt quem hi incuriosum dicũt,iste malos secundum veritatẽ dicat iudicaturum , hoc est, verissime reddere secundũ mensurã vniuscuiusq; non parcere. ¶ Existimas autẽ hoc o homo qui iudicas de «

A « iis qui talia agunt,& facis ea,quia tu effugies iudicium » dei? Hoc est,nunquid quia tibi examẽ datum est potestatis iudicandi de malis & stupris , cum eadem agas, & non est qui te ad præsens iudicet , effugies iudicium dei? Nõ vtiq; , quia si iudicium dei in mundo euasisti, quia omnis hæc potestas & iudicium a deo est,in futurum nõ euades. Per se enim iudicaturus est deus,apud quẽ cessat adulatio & personarum acceptio. Aut certe si iustum alicui videtur vt huiusmodi immunis a pœna sit,dicat. Quod si iustũ est vt nõ euadat, credat deũ iudicaturum, vt & quod iustũ esse iudicat, verum sit & impleatur,& deum cõditorẽ mundi prouidenter & curiose operis sui merita requirere fateatur. Si enim fecit & negligit,malus opifex dicitur,quia per id quod negligit,non bona se fecisse quæ fecit ostendit. Sed quia bona fecisse negari nõ potest: (indignũ est enim & improbabile , bonum male fecisse) curã eorũ necesse est vt dicatur agere,quia cõtumelia eius erit & accusatio,si bonorum a se factorum negligens inducatur: quippe cum eius nutu ac prouidẽtia vita ipsa sustẽtetur ministerio elemẽtorũ, sicut ipse dominus dicit: Qui solẽ suum Mat. 5. oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Qui ergo præstat curam,nõ agit conseruare quod fecit, vt amantes se remuneret,spernentesq; con» demnet? ¶ An diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & lõ» ganimitatis contẽnis ? ignoras quoniã bonitas dei ad » pœnitentiã te adducit?) Hæc dicit vt non iam se putet euasisse,si illum bonitas dei patitur diu peccãtẽ,nec paB tientiam eius putet cõtemnendam quasi non curãtem res humanas. Intelligat autẽ ideo a se dissimulari, quia non in hac vita iudicium dei promissum est futurum, vt in ventura vita pœniteat illum iudicem deũ nõ credidisse. In pœna enim positus sine fructu pœnitentiam pœnitebit,quia nõ credidit iudicium dei quod videt verum. Necesse est enim vt acrius emendetur, immo pœnis perennibus torqueatur, quę patiẽtię longanimitas non emendauit. Seuerissime loquitur , sciens malignã mentem non posse nisi timore a vitiis facile reuocari.

» ¶ Secundum duritiam autẽ tuã & impœnitẽs cor the» saurizas tibi irã in die iræ & reuelatiõis iusti iudicii dei, » qui reddet vnicuiq; secundũ opera sua.) Impunitatẽ spe rans peccatorum , non solum durat incõuersibilis & intractabilis manẽs, sed adhuc acerbi⁹ peccat, securus qđ non sit vltio futura,cor habens impœnitens,ignorãs qa iram sibi congregat in die iræ. Necesse est enĩ seueriori pœna vt plectatur, immo flãmis perennibus torqueatur,qui longa dei patientia non solum se emendare noluit,sed adhuc addens ad cõtemptum exaggerauit pec C cata. Dies iræ est peccatoribus quo puniẽtur. ideo ipsis est ira,qui sentiunt pœnam in die reuelationis iusti iudicii dei. Reuelabitur enim,id est agnoscetur,quod modo futurum negatur. ideoq; cum ostenditur quod nõ esse creditur,reuelatur. His enĩ ostẽditur qui negant,quia credẽtibus manifestum est,vt cõfiteantur etiam inuiti iustum iudicium dei,cum vnicuiq; reddet secundũ opera sua. Nunquid non hæc fatebũtur iuste fieri,cum viderint mala inuicem facta vlcisci? ¶ Iis qui secundũ pa» tiẽtiam boni operis,gloriam & honorẽ & incorruptio» nem quærentibus vitã æternã.) Quoniã iudicium dei iustũ prędicat,quale autẽ bonis futurum est,declarauit: Hos dicit qui patiẽtiã dei scientes,partim ad correptionẽ , partim ad maiorẽ vltionẽ non se corrigentiũ protelari,priorum operũ pœnitẽtes, bene versantur , freti fiducia fidei , ne diu hic positi dãnum incurrant promissæ vitæ. Dabit ergo eis gloriam & honorem. Et ne nõ hoc valdẽ magnum ad comparationem præsentis vitæ videretur,quia & hic gloriosi videntur & honorati, adiecit,& incorruptionem: vt ex eo alia gloria & alter honor intelligeretur,quando incorruptio simul comitabitur. In presenti enim honor vel gloria frequẽter amittitur,quia corruptibilis est qui dat,& qđ dat,& qui accipit. In die enim iudicii dei incorruptis iam dabitur ho- D nor & gloria, vt sint tota vita æterna. Ipsa enim glorificabitur subſtantia quadam immutatione meritorum. Hi ergo quærunt vitam æternam,qui nõ solum bonæ professionis sunt,sed & vitæ. ¶ His vero qui ex cõtẽtio « ne, & qui diffidunt veritati,obediunt autem iniquitati, « ira & indignatio,tribulatio & angustia.) Hoc est, itera « ta angustia,diffidentes de futuro dei iudicio per Christum,ac per hoc & patiẽtiam eius contemnentes , contendunt euacuare illud , cum sit verum & stabile . Cẽdunt enim iniquitati. Iniquitas est enim negare quod deus futurum prędixit. Tria ergo alia posuit incredulitati condigna , dicens : Ira & indignatio & angustia. Ira est non ei qui iudicat , sed illi qui iudicatur , dum fit reus. Irasci enim dicitur deus , vt vindicaturus credatur. Nam dei natura ab his passionibus immunis est. Et vt nõ solum irasci,sed & vindicare credatur, adiecit, & indignatio. Indignatio est quam addendo super irã, iniuriam suã deum vindicaturũ significat. Angustiæ vero sunt quibus sententia cõstrictus tribulabitur i pœna. ¶ Super omnẽ animã hominis operantis malum.) « In hoc opere non solum facta significat , sed & perfidiæ professionem. De incredulo enĩ dicit: & ideo super animam dixit,vt spiritalem pœnam intelligas,non corporalem,quia anima inuisibilibus pœnis artabitur . ¶ Iu « dæi primum,& Græci.) Semper Iudæum anteponit « prerogatiua patrũ, vt aut coronetur primus,aut dãnetur,quia credens propter Abrahã honorificentior est: diffidens autem peius tractãdus est , quia donum promissum patribus refutauit . ¶ Gloria autẽ & honor & « pax omni operãti bonum: Iudæo primum, & Græco.) « Quomodo incredulis tria pœnalia posuit , sic & fidelibus tria magnifica , vt honorem habeant geminum, quasi filii dei. Gloria autẽ sit pro immutatione. Pax ve B ro eo quod bene viuentes quieti erũt in futuro, nulla perturbatione commoti: quippe quia omnis homo a contrariis se abstinens,apud iudicem habet pacem. ¶ Non « enim personarum acceptio est apud deum.) Quoniã « ostẽdit Iudæum siue Græcum nõ despici a deo,si tamẽ credat in Christum,sed accepto ferri ambobus iustitiã fidei,sic iterum nõ credentes pariter reos esse,quia magis oberit circuncisio sine fide , & proderit præputium per fidem , ac per hoc docet personarum acceptorẽ deũ non esse. Nec enim prærogatiuam generis sequitur, vt suscipiat causa patrum diffidẽtem,aut abiiciat a se propter indignitatem parentum credentẽ , sed vnumquẽque pprio merito aut remunerat aut condẽnat. ¶ Qui « cunq; enim sine lege peccauerunt , sine lege peribunt.) « Quomodo potest sine lege peccare,cum omnes simul subditi sim⁹ legi naturali? Sed de Moysi lege dicit , cui Iudæi obnoxii sunt dum nõ credunt , necnon & gentiles,sed iam dudũ,quia adiungere se illis noluerunt. Nõ credẽtes ergo gẽtiles duplici genere fiunt rei , quia neq; F legi datæ per Moysen assenserunt, neq; Christi gratiã receperunt. ideo dignum est vt pereant. Igitur sicut qui sine lege peccat,peribit: ita & qui sine lege legem seruauerit,iustificabitur. Iustitiam naturaliter seruans,custos legis est. Si enim iusto non est lex posita, sed iniustis: qui non peccat,amicus legis est. huic sola fides deest,per quam fiat perfectus,quia nihil illi ꝑderit apud deum abstinere a contrariis, nisi fide in deum acceperit vt sit iustus per vtraq;,quia illa tẽporis iustitia est, hæc æternitatis. ¶ Et quicunq; in lege peccauerunt,per legẽ « iudicabũtur.) Quoniam Iudæi legem habent, in qua « salus illis promissa est: nõ credentes, vel non recipientes promissum,per legem iudicabuntur , sub qua vixerũt. Ipsa enim accusante pœnas exoluent. Nam prope gratior Iudæorum causa est apud eos ipsos q̃ gentilium. Sicut enim credentes præferuntur,ita & cum diffidũt peiores inueniuntur. Plus enim displicet qui quod habuit amisit,q̃ qui quod nõ sperauit,consequi nõ potuit.

G Iste enim non intrauit in regiam, ille foras missus est.
» ¶Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed
» factores legis iustificabuntur.) Hoc dicit, quia nō bi iu-
sti sunt qui audiunt legem, sed qui credunt in Christū
quem lex promisit. & hoc est facere legem. Omnis au-
tem non facit legem qui non credit legi, dum non reci-
pit cui lex testimonium perhibet. Q ui autē in lege nō
videtur esse, quia incircumcisus est carne, credit autē in
Christum, hic fecisse legem dicitur. Et ille qui se dicit in
lege esse, id est Iudæus, auditor legis sit, nō factor, quia
non credit in Christum scriptū in lege, sicut dixit Phi-
Ioan. 1. lippus ad Nathanel: Quem scripsit Moyses in lege &
» prophetæ, inuenimus IESVM. ¶Cum enim gētes
» quæ legem nō habēt, naturaliter quę legis sunt faciūt.)
Gentes Christianos dicit alio loco: Vobis enim dico
gētibus, qui incircūcisi neq; neomenias neq; sabbatum
neq; escarum legem seruant, & duce natura credunt in
deum & Christum, id est, in patrē & filiū. Hoc est enim
legem seruare, deum legis agnoscere. Prima enim sa-
pientiæ pars hęc est, timere deum patrē, ex quo sunt o-
mnia: & dominū IESVM filium eius, per quē sunt
omnia. Ipsa ergo natura proprio iudicio creatorē suum
H agnoscit, nō per legem, sed per rationem naturæ. opus
» enim opificem cernit in se. ¶Hi legem nō habētes; ipsi
» sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in cordi-
» bus suis.) Idē sensus est, quia dum natura duce credūt,
opus legis ostendunt, non per literam, sed per cōsciētiā.
Opus autem legis est fides, quam cum dictis exhibet
deo, naturali iudicio ostendit semetipsum legem sibi es
se: quia quod mandat lex, vltro facit, vt credat in Chri-
» stum. ¶Testimonium reddente ipsis cōsciētia ipsorū.)
Teste interiore conscientia sua credunt, quia conscii si-
bi sunt conuenire sibi quod credūt. Cōgruum est enim
creaturæ credere & venerari suum cōditorem. Nec ab-
» surdum est vt dominum seruus agnoscat. ¶Et inter se
» cogitationibus inuicem accusantib⁹, aut etiam defen-
» dentibus in die qua iudicabit deus occulta hominū, se-
» cundum euāgelium meum per IESVM Christū do
» minum nostrum.) Q uoniam Iudæos diffidentes per
legem dixit iudicandos fore. Lex enim illos accusabit,
quæ Christū illis promisit, quem venientem recipere
noluerunt. Gētes autę quæ legem vtiq; nō habent, per
conscientiam iudicabuntur si credere noluerint. Primū
quidem accusatores erunt gentiles credētes nō creden-
tium gentilium, sicut Iudæis nō credentibus dicit do-
Mat. 12. minus de discipulis suis: Ipsi iudices vestri erunt. quia
perfidia Iudæorum iudicabitur fide apostolorum, qui
I cum ex ipsis essent, illis diffidentibus crediderūt. Dein-
de cogitationibus suis accusabūtur gentiles, si compū-
cti creatoris fidem & virtutem noluerint credere, aut si
stupore quodā non cōsiderant vt credant verbis & ge-
stis dominicis, defendentes se conscientia in die iudicii,
quia non cogitauit se debere credere, & iudicē nō qua-
si malenolus, sed quasi ignorans: nō tamen sine pœna
futuros, quia non licet ignorare. Gētes enim duplici ge
nere significat, tam credentes, q̄ infidos. Superius enim
de gentilibus credētibus dicit. Post autem subiecit etiā
de his gentilibus qui nō credunt: vt sicut per conscientiā
suam laudantur credentes, ita & per conscientiam suā
accusentur diffidentes. Q uānis enim sibi videatur mi-
nime reus qui non credidit, quia apud se tractare istud
non potuit: ratione tamen conuincitur, quia nō sibi sua-
sit verum hoc esse quod & virtutum testimoniis vide-
rat cōfirmari, & multos sequi. Puto etiam sic posse in-
telligi, si tota quæstio de gentibus non credentibus di-
1. Cori. 5. xisse credatur, quia quod ait: Q uid mihi de iis qui foris
sunt, iudicare? Et qui nō crediderit, inquit, iam iudicat?
est: Et quia non resurgunt impii in iudicio. Sine lege
enim peccantes, sine lege & peribūt. ac per hoc ante tri-
bunal Christi stare non potent, & reddere causas, quia
resurgentes ducentur ad gehennam. Illi enim quos di-
cit inimicē cogitationibus suis accusari aut defendi in die
iudicii dei, Christiani sūt ii qui discordāt a catholica, di-
uersa sentientes de Christo, aut de sensu legis in tradi-
tione ecclesiæ, siue Cataphrygæ, siue Nouatiani, siue
Donatiani, aut cæteri hæretici. Horum cogitationes
inuicem se accusabūt in die iudicii. Si intellexit quis ve
ram esse catholicā, & ne uideretur emēdatus, sequi no-
luit, erubescēs ab eo quod diu tenuit recedere, in die iu-
dicii cogitatione sua accusabitur. Duæ etenim cogita-
tiones in homine inuicem se accusabunt, bona & mala.
Bona accusabit malam, quia contradixit veritati. Ma
la iterum accusabit bonā, quia non secuta est vt sensit:
& per hoc constituitur reus qui cogitauit sentiens bonā
& veram esse ecclesiam catholicā, & permansit in hæ-
resi vel schismate. Eius autem cogitationes se inuicem
defendent, qui semper hoc cogitaut, putans vtile quod
secutus est. Dicturus est enim, Sēper in cogitationib⁹
meis hoc putaui vtile quod secutus sum, hæc fuit fides
mea. Hic leniorem habebit causam, quanuis emendā-
dum sit, quia a conscientia sua non accusabitur in die iu
dicii. Hoc modo iudicabūtur occulta hominum in die
iudicii dei per IESVM Christū dominum nostrū.
¶Si autem tu Iudæus cognominaris.) Cognomen Iu
dæi est, quia ex prærogatiua parentum est vt dicantur
Israelitæ. Et tamen si totum velimus quod ad causam
pertinet comprehendere, cognomen Iudæis tripartito
genere significādum debemus aduertere. Primū quia L
filii sunt Abrahæ, qui ob fidei suæ meritum pater posi
tus est cunctarum gentium. Deinde propter Iacob, qui
augmētandæ fidei gratia Israel appellatus est. Cœpta
enim patris dignitas nobilitatur in filiis. Tertio nō ma
gis propter Iudā, sed propter Christū, qui ex Iuda ort⁹
est secundū carnē, Iudæi cognominantur, quia in Iuda
hoc significatum est quod futurū erat in Christo. Dictū Iudic. 20.
est enim: Iudas erit dux vester. &, Iuda te collaudant Gene. 49.
fratres tui. Q uæ laus data Iudæ nō probatur, sed Chri
sto, quem omnes quotidie laudant ii quos fratres suos
dignatus est appellare. Ipse enim dixit mulieribus: Ite Mat. 28.
& dicite fratribus meis, quia præcedo vos in Galilęā.
Quis enim nō laudet eū cuius beneficio viuit? A posto
lus ergo sub hac significatiōe quę posterior nūmero, sed
perfectior merito est, totum voluit cōprehendi, quod Iu
dæi nō intelligentes, nomen sibi carnalis Iudæ defen-
dunt. ¶Et requiescis in lege, & gloriaris in deo, & nosti «
volūtatem eius, & probas vtiliora, instructus per legē.) «
Non magnū valde videri vult si Iudæus credat: quip-
pe cum sit instructus per legem. Periculosum autē val-
de si non credat. ducem enim habet legem. Sed vt prę-
ponatur credens, merito facit patrum, quia quāuis ali-
quis per se floreat, erubescit tamen in suis. ¶Cōfidēsq; «
teipsum ducē esse cæcorum, lumē eorū qui in tenebris «
sunt, eruditorem insipiētium, magistrum infantiū, ha- «
bentem formā scientiæ & veritatis in lege.) Vera sunt M
hæc, quia legis documētum hoc est, erudire imperitos,
& deo subiicere prophanos, vel per idololatriæ culturā
impios. Promissio nanq; facta per legem est ad melio-
ris spei fiduciā, puocare. Recte ergo gloriatur in his le-
gis doctor, quia formā tradit veritatis. Si autem nō reci
pit eum quem lex pmisit, frustra gloriatur de lege, cui
iniuriam facit dum Christum spernit promissum in le-
ge. & nec iam eruditor erit insipiētiū, nec magister in-
fantium, nec lumen eorum qui in tenebris sunt, sed dux
omniū horum ad perditionem. ¶Q ui ergo alium do- «
ces, teipsum non doces.) Hoc est, tu qui gētiles arguis «
quod sine lege & deo sint, teipsum non arguis. diffidēs
enim de Christo in lege promisso, in eisdē quæ arguis,
inueniris. ¶Q ui prædicas nō furādum, furaris.) Facis «
enim, quod prædicas fieri non debere. Dum enim fidē
Christi per malam interpretationem subripis, negas
Christum nostrum in lege promissum. ¶Q ui dicis nō «
mœchandum, mœcharis.) Adulteras autem legem, «

A quando veritatem Christi tollis, & mendacium ponis.
» Vnde alio loco dicit: Adulteratores verbi dei. ¶Qui
» execraris idola, sacrilegium facis.) Sacrilegus es quan-
do Christum quem lex & prophetica sermo deū signi
Esa. 45. ficant, negas. Dicit enim Esaias: Q uia in te est deus,
& nō est de⁹ prēter te. Tu enī es de⁹, & nesciebam⁹, de⁹
Israel saluator. Nūquid Iudæi de deo pfe dicebāt, Tu
es enī deus, & nesciebam⁹: cū tota lex dei patris autori-
tatē prędicet, ex q̄ sunt oīa? Sed quia fili⁹ dei semp quidē
apparuit, latebat autē qs esset, cū post resurrectionē co-
gnoscīt, diciturq; ei in cōfessione: Tu enī es deus, & ne-
sciebamus. Q ui enim putabatur in lege tantū angel⁹,
» & dux exercitus domini: at cum intelligitur filius esse
» dei, dicitur ei cū gratiarum actione: Tu enim es deus, &
» nesciebamus. Per hoc ergo significat quia ipse esset qui
apparuerat quidē patriarchis in deum, & post incarna-
» tus est, sed non fuerat intellectus ab hominibus. ¶Q ui
» in lege gloriaris, per præuaricationē legis deum inho-
» noras.) Prævaricator legis es, quādo sensum legis qui
de incarnatione & diuinitate Christi est, præteris: Et
deum inhonoras, dum testimoniū eius quod dedit de
Mat. 3. filio suo, nō recipis. Ipse enī dixit: Hic est fili⁹ meus dile-
» ctus. ¶Nomē enim dei per vos blasphematur inter gē-
» tes, sicut scriptum est.) Hoc dixit Esaias propheta, quia
dei nomen blasphematur inter gentes, quādo Iudæos
pro noxiis suis traditos sibi nō aduertebant, sed idolis
B suis dabant glorias, quasi Iudæorum deum vicissent
in Iudæis. Ita tempore apostolorū dei nomen blaspha-
mabatur in Christo, quia Iudæi Christum deum negā
Lucæ. 9. do, blasphemabant & patrē, sicut dicit dñs: Q ui me re-
cipit, non me recipit, sed eū qui me misit. Et ideo inter
gētes blasphemabatur, quia credentib⁹ gētilib⁹ Iudæi
suadere nitebātur Christum deum nō credēdū, vt bla-
» sphemium gentiū a Iudęis vel Fotini autorib⁹ fit pro-
» fectum. ¶Circumcisio quidem prodest si legē obserues.)
Potest dici e contra, si prodest circumcisio, cur præter-
mittitur? Sed tunc prodest si legem obserues. Tenēda
ergo circumcisio est: & vt possit pdesse, seruanda est lex.
Q uid ergo, phibuit, quod prodesse, si lex seruetur, ostē-
dit? Videtur ergo male prohibitum quod nō per se dis-
plicet, sed per alterius negligentiam frustrari dicitur.
» ¶Si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præ-
» putium facta est.) Hoc est quod dicit, quia si lex seruata
non fuerit, Iudęus gētilis efficitur. Sed circumcisionem
pro genere posuit Abrahæ, quia ex Abraham circun-
cisio. Nec enī poterat ædificare quæ destruxerat. Hoc
enim ait vt doceat tunc prodesse ex genere Abrahę es-
se, si lex seruetur, id est si in Christū credatur, qui pmis-
sus est Abrahæ, quia & suum meritū habent iustifica-
ti per fidem, & honore patrum sublimātur. Omnis enī
C salus in lege, de Christo est. Hic ergo ferrat legem qui
credit in Christo. Si autem nō credit, transgressor legis
est, quia non recipit Christum quē lex ad iustificatio-
nem venturum cecinit, quam ipsa dare nō potuit, & ni-
hil illi proderit dici filium Abrahæ, quia hic secun-
dum meritum fili⁹ est Abrahæ, qui fidem sequitur, per
quam dignus deo extitit Abrahā. Vnde ait: Circunci-
sio tua præputium facta est. id est, gentili similis factus
es non credens in eum qui in signo circumcisionis filius
» promissus est Abrahæ. ¶Si igitur præputium iusti-
» tias legis custodiat, nonne præputium illius in circum-
» cisione reputabitur?) Iustitia legis fides est Christia-
na, sicut alio loco dicit: Finis legis Christus ad iustitiā
omni credenti. Ideo manifestum est quia si gentilis cre
dat in Christum, fit filius Abrahæ, qui pater est fidei.
» ¶Et iudicabit quod ex natura est præputium legē per-
» ficiens, te qui per literam & circūcisionem prævarica-
» tor es legis.) Credens gentilis duce natura in Christū,
condemnat Iudæum cui lex promiserat Christum, &
aduenienti ei credere noluit. Q uanta ergo gentilis di-
gnus est gloria, qui per solam naturam intellexit auto-
rem, sicut dicit Petrus apostolus: Autorem vero vitæ Actuū. 3.
interfecistis. Tanto magis Iudæus puniendus est, qui D
neq; per naturam, neq; per legem Christū agnouit au-
torem. ¶Non enim qui in manifesto Iudæus est, neq; «
palam in carne circumcisio, sed qui in occulto Iudæus «
est, & circumcisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus «
non ex hominibus sed ex deo est.) Nō est obscurū quia «
circumcisionem carnis negat laudem habere apud deū.
Nec enim Abraham ideo iustificatus est, quia circun-
cisus est, sed quia credidit, iustificat⁹ est: postea autē cir-
cūcisus est. Cordis aūt circūcisionem laudabilem apud
deum esse. Circumcidere enim cor, amputato errore a-
gnoscere est creatorem. Et quia circumcisio cordis futu-
ra erat, primus Moyses dixit: Circumcidetis duritiam Deut. 10.
cordis vestri. Et Hieremias similiter: Circūcidite præ-
putium cordis vestri. hoc dixit Iudæis idola sequenti-
bus. Velamen est enim circa cor, quod cōuersus ad deū
circumcidit, quia fides aufert nebulam erroris, & tribuit
perfectam dei cognitionem in mysterio trinitatis, quod
incognitū erat a seculis. Huius ergo circumcisionis laus
ex deo est, occulta hominibus. Cordis enim meritū est
quod aspicit deus, non carnis. Nam Iudęorum laus ex
hominibus est. Gloriantur enim in carnis circumcisione
quod ex patribus sit. Vnde inter cætera ait: Et gloria Philip. 3.
in pudendis eorum qui terrena sapiunt. hoc est, qui cir-
cumcisionem carnis gloriam putant. Terrena enim sa-
pit, qui i carne gloriatur. Q ui vero in spiritu gloriatur,
huius laus ex deo est. spiritu enim non carne creditur.

CAPVT TERTIVM.

 VID enim amplius est Iudæo, aut quæ «
vtilitas circumcisionis? Multum per omnē «
modum. Primū quidem quia credita sunt «
illis eloquia dei.) Q uid cū multa sint quæ «
ad honorificentiam & meritū pertineant feminis A-
brahæ, hoc solum aperte memorat: quia maxime lau- E
dis eorum est, vt legem per quam addidicerūt rectum
a peruerso distinguere, digni iudicarentur accipere, vt
post hoc primum, cætera qualia sint, possint intelligi.
Quoniam autem Iudæis carnalibus, id est incredulis
nihil proficere testimonium generis ostēdit, ne omnes,
id est, & credentes male tractasse videretur, docet mul-
tum vtile esse Iudæis credentibus quia filii sunt Abra
hæ. His enim eloquia dei sunt credita, dum legem quę
peccatis hominū obfoleuerat, quasi impune peccaretur
apud deum, merito patrum reformatā accipiunt, & po
pulus dei vocantur. Egyptus quoq; propter iniurias il
lorum diuersis plagis percutitur. cælesti pane cibātur,
omnibus gentib⁹ terrori sunt, testante hoc Rhaab me-
retrice. Q uibus etiam Christus saluator ad sanctifica-
tionem promissus est. Ideo ait multū vtile Iudæis per F
omnem modum quia filii sunt Abrahæ. Anteponū-
tur enim gentibus, sed qui credūt. ¶Q uid enim si qui- «
dam illorum nō crediderunt? Nunquid incredulitas il- «
lorum fidem dei euacuauit? Absit.) Non, inquit, quia «
aliqui Iudæorum credere noluerunt quæ deus promi-
sit filiis Abrahæ, idcirco præiudicabit cæteris Iudæis
ne digni dicantur accipere quod deus promisit fidelib⁹:
quippe cum sic facta sit promissio, vt credentibus pro-
ficeret. Igitur nō indignatus deus propter illorum per-
fidiam, id est, Iudæorum, non dabit reliquis credentib⁹
vitam æternam, quā promisit futurā per fidem Chri-
sti: quia qui non crediderūt, ipsi se indignos fecerunt si-
ne præiudicio cæterorum. His dictis cōmendat creden
tes Iudæos, quia nihil obest eis quia multi ex illis cre-
dere noluerunt. ¶Est enim deus verax, omnis autē ho «
mo mēdax, sicut scriptū est, Vt iustificeris in sermoni- «
bus tuis, & vincas dum iudicaris.) Vt firmaret quod «
supra dixit, quod deus in promissione sua fidelis est, &
omnis homo mēdax, exemplū prophetici subdidit ex

G psalmo quinquagesimo, quo & deum verbis suis iustificari, & hominem mēdacē incredulitatis causa signauit. Vtrūq; enim legitur in libro psalmorū, quia deus iust⁹ & verax est, & omnis homo mēdax. Mēdacē hominem dicit, dum non credit quod promisit deus. Negans enim daturum deum quod promisit, mēdax est: & dum ipse mendax est, multis ex causis deum mēdacem pronunciat, quādo promissis eius non credit. Igitur omnem hominē mendacē dicit qui diffidens est de promissis dei. Maxime tamē hoc ad Iudæos pertinet, quorum causa tractat hoc loco Apostolus, qui vidētes Christum negauerunt hunc esse quē promisit deus, ac per hoc mendaces pronūciātur. Deus autem verax est, quia misit Christū, sicut promisit: & sic vincit cum iudicatur, quia dabit quod daturus negatur. Dum enim nō ei creditur, mēdax iudicatur. Ille autē cum dat quod iudicatur nō daturus, vincit, ostendens se veracē, illū autē mēdacē q nō credit verbis eius. Videbit enī dei filiū in maiestate, quē negat: videbit & carnis resurrectionē, & sciet victā esse perfidiā pollicitatione & veritate dei. Nā & Christus cum iudicatus est, vicit. Inique enī occisus est, reū fecit diabolum, quē nō iam peccando superauerat, vt secūdo victus amitteret quos tenebat in inferis, hoc est, quia omnis homo mēdax, deus autē sol⁹ verax.

SI autem iniustitia nostra dei iustitiam commēdat, quid dicemus? Nunqd iniquus deus, qui infert irā? secundum hominē dico. Absit.) Hoc iuxta sensum prophetæ Dauid dicit apostolus. Dauid autem quādo peccauerat in causa Vriæ Ethei, sciens quia promissio H peccatoribus dari non potest, exorat vt iustificatio verborum dei vincat iudiciū quo iudicantur ii qui peccāt, & pœnitentem reformet sanctificans, vt det ei quod iustis se daturū promisit. Ac per hoc subiecit: Si autē iniustitia nostra iustitiam dei cōmēdat, & reliqua. id est, si quia nos peccatores sumus, deus iustificat̃, iniquus erit si vindicet. Nam si iniustitia nostra ei proficeret, sine dubio iniquus erat si peccantes damnaret, quia iniustitia nostra deum facit iustum si peccātibus nobis det quod promisit sanctis: quia quanuis peccatores simus, reformati tamen per pœnitētiam, vt non iam peccatores sed abluti promissionem mereamur accipere. Non ergo hic sensus est in verbis prophetæ Dauid cū dicit: Psal. 50. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas dum iudicaris: qui malorum hominū praua interpretatione asseritur, vt peccata hominū & mali actus dei iustificatione proficiāt, & per mala nostra bonus appareat, & iniustitia nostra illū iustū ostēdat. Quoniā itaq; iniquus non est deus cū irrogat iram, iam nō peccatis nostris iustificatur, quia si peccatis nostris iustificaretur, iniquus erit si vindica- I ret. Sed quia non est iniquus cum vindicat, manifestū est quia iniustitia nostra dei iustitiam non cōmendat. Si autem cōmendaret, non vindicaret, quia iustus est. Ac per hoc subiecit, secundū hominē, inquit, dico. Absit. hoc est, absit ne deus iniquus dicat̃, quia hoc homini competit, quē constat & errare & falli & fallere. Nā deus immutabilis perseuerat, nec potest nō amare quæ fecit. ¶Alioquin quomodo iudicabit deus hūc mūdū?) Verum est, quia nō erat iustum vt iudicaret deus mūdum si peccata eius ipsi proficerent vt nutu eius peccātes dum veniam cōsequūtur, deus bonus videretur, & si non peccarent, nō videretur iustus. si enim nō peccēt, non habendo cui remittat, nō erit bonus. ¶Si enim veritas dei in meo mēdacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquā peccator iudicor?) Manifestum est quia si ad gloriam dei proficit mendaciū hominum, vt ille solus verus appareat, peccatores nō sunt dicendi qui peccant: quia nō volūtate, sed impulsu eius videbuntur peccare: quod absit. ¶Et non sicut blasphemamur, & sicut aiunt nos quidā dicere: Faciamus mala, vt veniant bona.) Nūc aperit quorum causa hæc solicite & cum reuerentia disputat. A peruersis enī hoc K opponebatur, quasi hic esset sensus prædicantiū remissionem peccatorum, vt facerent mala, & venirēt bona, hoc est, peccarent, vt remittendo illis deus videretur bonus, secundū quæ supra dicta sunt: quod blasphemiā appellat, & abiicit a sensu diuinę doctrinę. Nec enī peccare debere fides tradit, quippe cum iudicaturū deū prædicet, sed delinquētibus cōsulit vt recuperata salute sub lege dei viuētes iam nō peccēt. Ideoq; subiecit: ¶Quorum dānatio iusta est.) Id est, horum hominū qui æmulatione inuidiæ istud de nobis interpretantur quod supra dictum est, damnatio iusta est. Hæc enim iactabāt Iudæi, vt doctrinam apostolicam criminarentur, dicentes quod cum remissionem peccatorū prædicant, peccandi fomitem præbeāt, vt quasi securi homines de remissione, prompte peccarent: cum constet post acceptā fidem periculosum esse peccare, & hoc prædici credentibus.

QVID ergo? præcellim⁹ eos? Nequaquā. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omēs sub peccato esse.) Hoc est, quid adhuc immoramur latius loquētes? Ostēdimus enim redditis causis, tam Iudæos q̃ Grecos, id est, gētiles omnes reos esse, ideoq; frustra legem seruari. Primum enim Græcos ostendit reos iuxta legem naturę, & quod neque legem Moysi L reciperent: quamobrem pessima eorum & pergrauissima causa. Deinde etiam Iudæos ostendit reos, qui sub lege dei viuere videntur, ac sibi ex merito patrum defenderent dignitatem, ex eo præcipue, quod promissionem patrum spreuerint, dei gratiam in irritum deducentes. Ad quā rem firmādam exemplū propheticū subdidit ex Psalmo tertiodecimo, dicens: ¶Sicut scriptum est, quia nō est iustus quisquā.) Ab iniustitia cœpit mala opa eorū enumerare, & parti peiora subiicere, vt manifestaret in his nullam spem videri, nisi implorent misericordiam Christi qui peccata dimittit. Deinde adiecit: ¶Non est intelligēs.) Verum est, quia si daret operam intelligere, iniustus non esset. ¶Non est requirens deum.) Nec istud occultū est, quia si intelligeret quid prodesset, deum quæreret, & non sicut Asa rex Iuda, qui post multa dei beneficia sic deprauat⁹ est, vt infirmitatē pedum passus propheta præsente nō quæreret deum. ¶Omnes declinauerūt simul, inutiles facti sunt.) Nemini dubium quia omnes nō quærētes deū, inclinantur vt auxilium requirant a vanitate: vanitas autem est idolum: ideo inutiles fiunt. ¶Non est qui faciat bonum, non est vsq; ad vnum.) Quia neglecto deo inutiles facti sunt, bonum vtiq; facere nō possunt. Iam enim deprauati proficiunt in peius. ¶Sepulchrum patens est guttur eorum.) Iam malis mācipati, bonos, si posset fieri, deuorare volebāt, vt sicut sepulchrum patet M ad recipienda cadauera, ita & aduersus bonos guttur eorum. ¶Linguis suis dolose agebant.) Qui tam malis operibus assueuerant, quæ loquebantur, in fallacia erant. ¶Venenum aspidum sub labiis eorum.) Hoc dicit quia verba huiusmodi hominum muscipula sunt. Ad hoc enim loquuntur, vt decipiant: vt sicut per labia serpentis venenum infunditur, ita & per labia horum dolus & circumuentiones. ¶Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.) Manifestum est quia cōtra bonos mali semper maledicta & amara proponūt, in conuitium illorum prorumpentes & detractionem. ¶Veloces pedes eorum ad effundēdum sanguinem.) Hoc de nece prophetarum dixit, quos occiderunt impigre, ad bonum segnes, ad parricidium veloces. ¶Cōtritio & infelicitas in viis eorum.) Quoniam citati erant ad malefaciendum, iter ipsorum vel gressum tribulatum & infelicem pronunciat. ¶Et viam pacis non cognouerunt.) Via pacis lenis est & inturbata. Omnis enim bona vita trāquilla est, & actus modesti ipsi sunt pacifici, & per istos itur ad deum. Illi ergo nolentes hęc

A scire, elegerunt viam tribulationum, per quam itur in gehennam. ¶Non est timor dei ante oculos eorum.) Quoniā huiusmodi sine sensu sunt, dei timorē nō habent. Initium enim sapiētiæ timor domini, dicit Salomon. Eccli. 1. Et nō dixit timorem dei hos non habere, sed non est, inquit, timor dei ante oculos eorum. Videntes enī tam maligna opera sua, & nō horrentes, timorem dei dicuntur ante oculos nō habere. Istos omnes & ꝓpheta Hieremias significat, dicens inter cætera: Tunc omnes insurrexerunt in prophetam domini, volētes occidere eum. Et sequitur: Omnis autē populus non permisit. Illos ergo omnes dicit, sed malos: & hos omnes, sed bonos. Neq; enim quia dicit, omnes declinauerunt, totam penitus plebē significat, sed hanc partem plebis, sicut & memoratus propheta dicit, in qua omnes mali se cōdiderant. Sēper enim duo populi sunt in vna plebe. Hic est ergo populus quē increpat dominus sub nomine Hierusalem, dicens: Hierusalē Hierusalem quæ Mat. 22. occidis prophetas. Et alio loco: Generatio, ait, mala & adultera, & natio viperarum. De huiusmodi queritur Esa. 1. etiā ꝓpheta Esaias dicēs: Væ gēti peccatrici, semē pessimum. Per malam enim voluntatē, dum fructus malos faciunt, semen pessimum sunt. Et quia si voluerint, possunt conuerti, vox probat apostoli in alia epistola di- Ephe. 2. centis: Eramus & nos aliquādo natura filii iræ, sicut & cæteri. ¶Scimus quoniā quæcunq; lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur.) Manifestum est quia hos increpat lex qui & primum nō crediderunt duci suo Moysi, neq; prophetis parētib⁹ suis, quos & persequentes occiderunt, neq; apostolis cognatis suis secundum carnem, B quorum sanguinem effuderunt, semper impii, & in deū rebelles, vt per legē dānentur. Sicut enim omniū malorum vna est causa in malo, ita & cunctorum bonorū. In istis ergo omnium similium arguitur malū. Hęc ad Iudæorum cōfusionem pertinent, qui sibi & parētibus suis testimoniū ex lege ferebāt. ¶Vt omne os obstruatur, & subdit⁹ fiat omnis mundus deo.) Hoc dicit, quia Iudæis in peccatis cōstrictis, oīs mūdus subdit⁹ fit deo. Nulli enī dubiū est quia pagani obruti sūt delictis & impietatib⁹, ac p hoc tot⁹ mūdus deo ꝓstrat⁹ est vt possit ad indulgētiā puenire, quia oīs mūdus Iudæi erāt & gētiles, a quib⁹ segregati sūt fideles. Quādo ergo Iudeos qui legē acceperūt a deo, & quibus facta promissio est, peccatis probat obnoxios, dubium nō est omnes Græcos reos esse mortis. quāobrē omne os obstruatur, ait, & subditus fiat omnis mūdus deo, dum omnes rei approbati indigent misericordia dei, tam Iudæi, q̃ etiam Græci. ¶Quoniam quidē nō iustificabitur ex operib⁹ legis omnis caro coram deo.) Nō ideo minime iustifi- C catos homines asserit apud deum, quia legē iustitię nō seruauerunt in præceptis, sed quia sacramentū mysterii dei quod in Christo est, credere noluerūt. Per hoc enī decreuit deus iustificare hominē, non per legē, quia lex ad tempus iustificat, nō apud deum. Ideo legem seruātes in tempore, iusti dicūtur apud deum, quia fides per quam iustificātur homines apud deum, non est in eis. Maior enim fides est q̃ lex: quia lex ad nos pertinet, fides ad deum. Idcirco lex temporalē habet iustitiā, fides æternā. Nā omnē carnē dicēs, oēm hoīem significauit, Esa. 40. sicut & propheta Esaias ait: Et videbit oīs caro salutare dei. id est, videbit omnis homo Christū domini, in quo salus omnium cōtinetur. Et idcirco in carne significantur, quia peccatis obnoxii sunt. Sicut enim iustitia spiritales facit, ita & delicta carnales, vt ex actu nomen accipiat homo. ¶Per legē enim cognitio peccati.) Per fidem autem abolitio. ideo sequenda fides est. Quæ est hæc lex per quam dicit cognitum esse peccatum, & cognitum quomodo? Videmus enim veteres non ignorasse peccatum, quia & Ioseph in carcerē missus est, licet per calumniā, & pincerna & pistor Pharaonis causa peccati. Quomodo ergo latebant peccata? Triplex quidem lex est, ita vt prima pars de sacramento diuinitatis sit dei, secunda autem quæ congruit legi naturali, quæ interdicit peccatum. Tertia vero legis factorum, id est, sabbata, neomeniæ, circuncisio &c̃. Hæc est ergo lex naturalis quæ per Moysen partim reformata, partim autoritas eius firmata in vitiis cohibendis, cognitum fecit peccatū, non quod lateret, sicut dixi, sed ostēdit peccata quæ fiunt, non impune futura apud deum, ne forte quis ad tempus euadēs, legem illusisse putaretur, hoc est ergo quod lex ostendit. ¶Nunc vero sine lege iustitia dei manifestata est, testimoniū habēs a lege & ꝓphetis.) Aptū est quia iustitia dei sine lege appuit, sed sine lege sabbati & circūcisionis & neomeniæ & vindictę, nō tñ sine sacramēto diuinitatis dei, quippe cū iustitia dei de sacramento dei sit. Nā quādo quos lex reos tenebat, iustitia dei ignouit illis, sine lege vtiq; hoc fecit: quia iniq̃s lex vīdicatura erat, hęc donauit illis peccatum. Et ne hoc forte contra legem factum putaretur, adiecit iustitiam dei testimoniū habere ex lege & prophetis, hoc est, quia ipsa lex ex alia parte olim istud futurum dixerat, quia venturus erat qui homines saluaret: quod legi concessum non erat vt peccata donaret. Ideo autem iustitia dei dicta est, quæ videtur esse misericordia, quia de promissione originem habet: & cum promissum dei redditur, iustitia dei dicitur. Iustitia enī dei est, quia redditum est quod promissum est. & cum suscipit confugientes ad se, iustitia dicitur, quia non suscipere cōfugientem, iniquitas est. ¶Iustitia autem dei E per fidem IESV Christi.) Quid est aliud per fidem IESV Christi, nisi quia ipsa dei iustitia manifestatio Christi est? Per fidē enim prædicationis IESV Christi agnoscitur donum dudū promissum a deo vel sumitur. ¶In omnes & super omnes qui credūt.) Hoc est, super omnes Iudæos & Græcos, credētes videri dei iustitiam. ¶Nō enim est distinctio. omnes peccauerunt, & egēt gloria dei.) Quia dixerat super omnes Iudæos & Græcos dei esse iustitiā, vt hoc probaret, adiecit, Omnes enim, ait, peccauerūt. Hoc generaliter accipiendum. vnde ait: Non est distinctio. Omnes enim hic cōprehendit, etiam & sanctos, vt ostenderet nihil profuisse legem sine fide. Sic enim lex data est, vt fides esset in lege quæ futuram speraret salutem. Quāobrem mors Christi omnibus proficit, quia & hic in seculo quid credendum & obseruādum est docuit, & de inferno eripuit omnes. ¶Iustificati gratis per gratiam ipsius.) Iustificati sunt gratis, quia nihil operantes neq; vicem reddētes sola fide iustificati sunt dono dei. ¶Per redēptionē quæ est in Christo IESV.) Gratiam dei in Christo esse testatur, quia voluntate dei a Christo redempti su- F mus, vt manumissi iustificaremur, sicut ad Galatas dicit: Christus nos redemit, offerens se pro nobis. Gala. 3. Permisit enim sæuienti diabolo, sed impræscio. Putās autem se Christum posse retinere, veluti accepit eum: sed quia virtutem eius ferre non potuit, omnes quos tenebat, simul cum illo amisit. ¶Quem proposuit deus propitiatorem fidei.) Hoc dicit, quia in Christo proposuit deus, id est, disposuit propitium se futurū humano generi, si credat. ¶In sanguine ipsius.) Ideo in sanguine ipsius, quia morte eius liberati sum⁹, vt & manifestaret illum, & mortem passione eius damnaret. ¶Ad ostensionē iustitiæ suæ.) Hoc est, vt promissum suum palā faceret, quo nos a peccatis liberaret: sicut ante promiserat: quod cum impleuit, iustum se ostendit. ¶Propter propositum præcedentium delictorum, in patientia dei.) Sciēs deus propositum benignitatis suæ, quo cēsuit peccatoribus subuenire, tam iis qui sunt apud superos, q̃ qui in inferno tenebātur, vtrosq; diutissime expectauit, euacuans sententiam qua iustum videtur omnes damnari, vt ostenderet nobis quod olim decreuerat liberare genus humanū per Christū, sicut promisit per Hieremiam prophetam dicens: Propitius ero Hiere. 31

G iniquitatibus eorum, & delictorum illorū non memorabor. Et ne forte hoc donū solis Iudæis promisisse videretur, per Esaiam dicit: Esa. 56. Domus mea domus orationis vocabitur in omnibus gētibus. Quanuis enim Iudaismo facta promissio sit, sed præscius deus eo quod donum eius reprobaturi essent impii Iudæi, gentes se ad percipiēdam gratiam suā promisit admittere, quorum æmulatione in iram missi cruciarentur impii Iudæi. ¶ In hoc tempore.) Id est, tempore nostro, quo dedit deus quod olim promiserat dādum tēpore quo dedit. ¶ Vt sit iustus iustificans eū qui est ex fide IESV Christi.) Recte ait, quia vt sit iustus, dedit quod promisit. hoc autem promisit, iustificare se credentes in Chri-
Abacu. 2 sto. Dicit autem in Abacuc: Iustus autem ex fide viuit. vt dum dei fidem habet & Christi, sit iustus.

» VBI est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quā
» legem? Factorum? Nō, sed per legē fidei.) Red
dita ratione, ad eos loquitur qui agūt sub lege, quod sine causa glorientur blandientes sibi de lege, & propter quod genus sint Abrahæ, videntes non iusti-
» ficari hominem apud deum nisi per fidem. ¶ Arbitra-
» mur enim iustificari hominem per fidem sine operib?
» legis.) Gentilem dicit hominem pro certo haberi quod iustificetur credens, nulla faciens opera legis, id est, sine circumcisione, aut neomeniis, aut veneratione sabbati.
» ¶ An Iudæorum tātum deus? nonne & gentium? imo
» & gentium.) Sine dubio omnium deus vnus est. Nec enim soli Iudęi possunt sibi vēdicare qđ deus illorum non etiā gentium sit, cum relegant ab vno Adam omnium esse originē, & nullum aduenam volētem ad legem accedere prohiberi. Deniq; aliquāti exierunt cū
H illis in eremum de Egyptiis, quos suscipere iubentur, tātum vt circumciderentur, & pariter cum illis ederent azyma vel pascha, necnō & Cornelium donum dei accepisse gentilē non Iudaizantē, & q̄ iustificatus sit, di-
» uino testimonio cōprobatū. ¶ Quoniā quidē vnus de?,
» qui iustificauit circumcisionem ex fide, & præputiū per
» fidem.) In circumcisione Iudæos significat, eo qđ ex fide promissionis iustificati sunt credentes hūc esse Christum, quem in lege promiserat deus. In præputio vero gentes significat per fidem Christi iustificatos apud deum. Tā enī gētiles q̄ Iudæos nō aliter q̄ credentes iustificauit. Quia enim omniū vnus est deus, vna ratione omnes iustificauit. Quid ergo prodest carnis circūcisio, aut quid obest præputium, quando dignitatem &
» meritum non facit nisi fides? ¶ Legem ergo euacuam?
» per fidem? Absit. Sed legem statuimus.) Non vtique lex exinanitur per fidē, sed adimpletur. Firmatur enim status eius, quādo quod futurum dixit, fides istud adueniſſe testatur. Hoc propter Iudęos, qui putant fidem
I Christi legi esse inimicā, ignorantes sensum legis. Nō ergo euacuat legem, cum illam cessare debere iam docet, quia tēpore suo recte illā datā asserit, sed iam agere non debere. In ipsa enim lege dictum est, tēpore exolutæ promissionis legē cessare debere. Angelus enī Gabriel Danieli pphetæ desideriū huius rei sciēdæ habēti, ostendit, inter cetera dicēs aduenīente Christo chrisma id est vnctionē regalē cessare, quæ potestas intelligitur. Et iudiciū, ait, nō erit ampli?, qđ est lex, & tollet sacrificiū meū. Ideo inquit, meū, vt scīretur oblationem
Luce. 16. veterē cessaturā. Quē sensum adaperiēs saluator, Lex, ait, & pphetæ vsq; ad Ioānē. Et qusa lege Moysi cessante meliora præcepta daturus erat deus, Hieremias p-
Hiere. 31. pheta cecinit dicens: Ecce dies venient, dicit dns, & cōfīmabo domui Israel & domui Iuda testamētū nouū, nō secundū quod dedi patribus eorū. His vtiq; qui venientem Christū ex promissione receperunt. Ideo saluator, Nō veni, ait, soluere legē aut prophetas, sed adiplere. Et quia domus dei nō tātū in sola Hierosolyma, sed & i cęteris locis fittura erat, ait Zacharias ppheta: Ponā Hierusalē in omnibus gentibus, quę est ecclesia.

CAPVT QVARTVM.

VID ergo dicemus inuenisse Abrahā patrem nostrū secundū carnem?) Postq̄ ostendit non posse per opera legis quēquam iustificari apud deū, adiecit nec Abrahā potuisse aliquid mereri secundū carnem. Carnē dicēs, circumcisionem posuit, quia nihil quæsiuit Abrahā per circūcisionem. Ante enim iustificat? est, q̄ circūcideretur. ¶ Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriā, sed non apud deū.) Hoc proponentis est. Nā Abraham ex fide iustificatus est, quod nulli dubiū est: ideo habet gloriam apud deum. Sed quia qui legē seruant siue Moysi, siue naturæ, iustificantur ad presens, ne rei sint in presenti iudicio: ideo ait, Ex operibus legis Abraham iustificatus est, nō habet apud deum gloriam: quia qui fecerit, inquit, legem, viuet i ea. id est, nō morief vt reus, nec tamē meritū ex hoc habebit apud deum, sed fidei causa. ¶ Quid enim dicit scriptura? Credidit Abrahā deo, & reputatū est ei ad iustitiā.) Manifestauit nō ideo Abrahā gloriā apud deū habere, q̄a circūcisus est, aut quia abstinuit se a pctō, sed quia deo credidit. hinc & iustificatus est, laudis suæ præmiū in futuro cōsecuturus. ¶ Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundū gratiam, sed secundum debitum.) Absolutum est, ei qui legi factorum, id est, Moysi subiectus est, aut naturali, non imputari meritū ad mercedem, vt gloriam haberet apud deum. Debitor est enim facere legem, quia necessitas imposita est per legem, vt velit nolit faciat legem, ne dānetur: sicut alio loco dicit:
L Qui autem cōtēnunt, ipsi sibi dānationem acquirunt: quia ad præsens rei sunt. Credere autē, aut non credere, voluntatis est. Neq; enim quis cogi potest ad id quod manifestum nō est, sed inuitatur, quia non extorquef, sed suadetur. Quāobrem assentiens premiis afficiēdus est, sicut & Abraham quod nō vidit credidit. ¶ Ei vero qui nō operat. Id est, ei qui obnoxi? est peccatis, q̄a nō operatur quod mandat lex. ¶ Credenti autem in eū qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.) Hoc dicit quia sine operibus legis credēti impio, id est gentili in Christum, reputatur fides eius ad iustitiam sicut Abrahæ. Quomodo ergo Iudæi per opera legis iustificari se putant iustificatione Abrahæ, cū videant Abraham non ex operibus legis, sed sola fide iustificatum? Non ergo opus est lex, quando impius per solam fidem iustificatur apud deum. ¶ Secundū propositum gratiæ dei.) Sic decretum dicit a deo, vt cessante lege solam fidem gratiæ dei poscęret ad salutem. ¶ Sicut & Dauid dicit.) Hoc ipsum munit exemplo prophetæ. ¶ Beatitudinem hominis, cui deus accepto fert iustitiā sine operibus.) Beatos dicit, de quibus hoc sanxit deus, vt sine labore & aliqua obseruatione, sola fide iustificen
M tur apud deum. Temporis ergo beatitudinē prædicat quo natus est Christus, sicut ipse dns ait: Multi iusti & Mat. 13
prophetæ cupierunt videre quæ videtis, & audire quæ auditis, & non audierūt. ¶ Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beat? vir cui non imputabit dns peccatum.) Manifeste beati sunt, quibus sine labore vel opere aliquo remittuntur iniquitates, & peccata teguntur, nulla ab his requisita pœnitentiæ opera, nisi tātum vt credant. Beatus etiam hic vir est, cui non imputabit dominus peccatum. Remittere & tegere & nō imputare, vna ratio & vnus est sensus. Omnia enim vno modo obtinētur & donātur. Videtur autem quibusdā tripartita ratio esse in his dictis, quia diuersis propheta vsus est verbis, & quia a plurali numero ad singularē descendit. Cum enim verba dei in vbertatem gratię, quia peccati diuersa sunt nomīa, per delictorum vocabula enumerare vult, latius locut? est, vnius tamē significationis sunt verba, quia & cum tegit remittit, & cū remittit non imputat. Ad laudē enī gratiæ dei prolixius loquitur, vt amplificet gratiam.

A Tres enim gradus fecit propter delictorū varietatem. Quorū primus gradus iniquitas est vel impietas, dū non agnoscitur creator. Secūdus, grauiū peccatorū operibus. Tertius vero leuiū. Hos tamen omnes in baptismate obliterari. Trib? his gradib? totius peccati corpus significauit. Quemadmodū autem ad pœnitentiū personam potest pertinere, cum dicit: Beati, quorū tecta sunt peccata: cū cōstet pœnitentes labore & gemitu remissionem peccatorū acquirere? Aut quomodo martyrio congruit quod dicit: Beatus vir, cui non imputabit dominus peccatū: cum sciamus gloriā martyrii passionibus et pressuris acquiri? Propheta autem tempus felix præuidens in Saluatoris aduentu, beatos nuncupat, quibus sine labore vel aliquo opere per lauacrū remittuntur & teguntur, & nō imputātur peccata. Apostolus tamē propter plenitudinē temporū, & quia plus gratiæ in apostolis est, q̄ fuit in prophetis, maiora protestatur quę ex dono baptismatis consequūtur, quia nō solum remissionem peccatorū accipere nos, sed & iustificari, & filios dei fieri profitetur, vt beatitudo hęc perfectam habeat & securitatē & gloriam. ¶ Beatitudo ergo hæc in circūcisione tantū manet, an & in præputio?) Id est, nunquid beatitudo ista Abrahæ tantū filiis cessa est, an & iis qui incircuncisi sunt? Si enim illo tempore non prohibitæ sint gētes accedere ad legē & promissionem Abrahæ, qui fieri poterat vt tēpore Christi prohiberentur venīētes ad gratiam, quādo deus plene
B incitauit? Dicimus enī.) Hoc est, sensu legis loquimur, ¶ Quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.) Ab origine incipit, vt omnē tergiuersationē cauillationis excludat, quia qui a capite excluditur, non habet vnde incipiat facere quæstionem. ¶ Quomodo ergo reputata est cum in circūcisione esset, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio, & signū accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentiū per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam.) Abraham cum esset in præputio, credidit deo. Quid credidit? Semen se habiturum, id est filiū, in quo omnes gentes iustificarentur per fidē in præputio, sicut & Abrahā iustificatus est. Nam circuncisionem signū accepit iustitię fidei. Credēs enim se filium habiturū, huius rei signum accepit quā credidit, vt quid credēs iustificatus sit, cerneretur. Non ergo circuncisio aliquid habet dignitatis, sed signū est tantum. Quod signū ideo accipiebant filii Abrahæ, vt scirētur eius filii esse, qui credens deo hoc signū acceperat, vt æmuli essent paternæ fidei, vt credерēt in IESVM qui promissus est Abrahæ, cuius in figura natus est Isaac.
C Nec enim in Isaac omnes gentes benedicuntur, sed in
Actu. 4. Christo: quia nō est aliud nomē datum sub cælo in quo
» oporteat saluos fieri, dicit Petr? apostolus. ¶ Vt sit pa-
» ter circumcisionis eorū qui non solū ex circūcisione sunt,
» sed & eorū qui sequuntur vestigia fidei, quæ est in præ-
» putio patris nostri Abrahæ.) Hoc dicit, quia credens Abrahā, primus factus est pater circumcisionis, sed cordis, non tantū eorum qui sunt ex eius origine, sed eorū qui similiter credūt ex gētibus. Secundū carnem enim Iudæorū pater est, secundū fidem vero omnium credētium. ¶ Nō enim per legē promissio Abrahę aut semi-
» ni eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiā fidei.) Manifestum est quia neq; adhuc lex data erat, neq; iā erat circuncisio, quando promissio facta est Abrahæ credēti, & semini eius quod est Christus, qui hominum pec-
Ioan. 1. cata abluerat. Vnde dicit Ioānes Baptista: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatū mundi. Non ergo merito seruatæ legis hęres factus est mundi, sed fidei. Hęres autē mundi, hęres est terræ, quā in filiis consecutus est. Chri-
Psal. 2. stus autem hęres est gentiū, vt Dauid canit: Et dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionē tuam termi-
» nos terę. Ipsi enim moriemur & viuemus cum eo. ¶ Si
» enī qui ex lege, hi sunt hæredes.) Id est, si ii qui ex lege vel sub lege sunt, hæredes ex lege sunt: ¶ Euacuata est fides, abolita est promissio.) Manifestum est quoniā si ex lege hæreditas, promissio quæ ex fide facta est ad Abrahā, in interitū venit. Sed non est per legē facta promissio, sed per iustitiam fidei hereditas. Ostendit enim Apostolus quid mali sit hæreditatem sperare ex lege. ¶ Lex enim irā operatur.) Vt penitus ostēdat non posse iustificari hominē per legē apud deum, neq; promissionē per legē fieri potuisse, Lex, ait, irā operatur. Ad hoc enī data est, vt reos faceret deliquētes. Fides autē donū est misericordię dei, vt per legē rei facti, veniā consequantur. idcirco fides gaudium operatur. Non cōtra legem loquitur, sed anteponit illi fidē, quia qui per legē salui esse nō poterāt, gratia dei saluātur per fidem. Non ergo lex ira est, sed ira operatur peccanti, id est pœnā, dum nō ignoscit, sed vindicat. Pœna enim per iram generatur: ira autē nascitur ex peccato: ac per hoc relinqui vult legē, vt ad fidem confugiatur, quæ delicta ignoscit vt saluet. ¶ Vbi enim nō est lex, nec preuaricatio.) Hoc
D dicit, quia sublatis reis de potestate legis data venia, p̄uaricatio nulla est. Iustificati enim sunt, qui per præuaricationē legis fuerant peccatores. Cessat enim factorū lex, id est, obseruatio sabbatorū, neomeniarum, circūcisionis, escarū discretio, animalis mortui aut sanguinis mustelæ obseruatio. ¶ Ideo ex fide secundū gratiam, vt firma sit promissio omni semini.) Firma esse nō potest promissio omni semini, hoc est, omni homini ex omni gēte, nisi fuerit ex fide, quia origo promissionis ex fide est, non ex lege, quia q̄ sub lege sunt, rei sunt. Promissio autem reis dari nō potest, ac per hoc purificādi sunt prius, sed per fidē, vt digni fiāt dici filii dei, & sit firma promissio. Si enim filios dei se dicant, cū sint rei, hoc est, sub lege, non est firmū, quia filii dei liberi sunt a peccato. Si ergo qui sub lege sunt, erudendi de sub lege sunt, vt promissionem mereātur accipere, quāto magis qui sub legē nō sunt? Non ergo expedit vt se mittat sub lege, vt possit compēdio medelā vulneris inuenire. ¶ Non ei qui ex lege est tantum, sed & ei qui ex fide est Abrahę.) Hoc est
quod supra dixit, Omni semini, tam Iudęorū, qui vtiq; ex lege veniebant: q̄ gentiliū, qui fidē sequuntur Abrahæ, quā gentilis credidit vt esset iustus. Sine lege enim credidit Abraham, ideoq; magis gētilibus iūgitur Abraham vt firma sit eis promissio, credētibus ei cui credidit Abraham. ¶ Qui est pater omniū nostrum, sicut
» scriptū est, Quia patrē multarū gentiū posui te.) Con-
» firmauit exemplo legis, Abraham omniū patrē esse, sed eorum qui credūt: & sic firmam esse promissionē, si fidei causa recedatur a lege, quia promissio regni cęlorū iustis deputata est, nō peccatoribꝰ. Et qui sub lege sunt, sub peccato sunt, quia omnes peccauerūt: nec posse aliquem & sub lege esse, & gratiā consequi, sicut & ad Ga-
latas ait: Euacuati estis a Christo, qui in lege iustifica- Gala. 5
mini, a gratia excidistis. ¶ Ante cū cui credidisti deo.)
E Vt vnū deū omniū doceat, alloquitur gentiles, Abraham ipsi deo credidisse, & iustificatū esse ante eum, in quem & gentes credūt, vt iustificentur, vt non sit distātia Iudæi & Græci in fide, quia sublata circumcisione & præputio, vnū fiunt in Christo, quia & Abrahā in præputio credidit, & iustificatus est. ¶ Qui viuificat mortuos, & vocat ea quę non sunt, tanq̄ ea quæ sunt.) Hoc
dicto ad fidē Abrahę gentes inuitat: quia cum esset in præputio credēs deo, cuius nūc fides prędicatur in Christo, iustificatus est cum sua coniuge. Cum essent enim obsoleta ætate seniores, reuiruerūt, ita vt nō diffideret habiturū se ex Sara filiū, quam sterilē sciebat, & in qua iam fluxus muliebris naturæ deficeret, vt per hæc non curent neq; de præputio, neq; de circūcisione, & prompti sint circa fidem, securi quia cui credunt, viuificat mortuos, nec alium esse qui hāc habeat potestatem, & cum voluerit esse quod non sunt, statim eius voluntate subsistunt. Ideo Abrahā cum pater adhuc nō esset, vocatus

G est pater multarum gentium, et credidit, securus de dei
potẽtia. Vt autem pater Christi idem esse deus crede-
retur cui credidit Abraham, tale signum datum est in
Zacharia & Elizabeth, cum promissio redditur in mũ
do, imminẽte Christo, quale datum fuit in Abrahã &
Sara quãdo signata prmissio est, vt simili genere emor-
tua corpora senectute generarẽt sanctum Ioannẽ, sicut
» natus fuerat & Isaac. ¶ Qui contra spem in spem credi-
» dit.) Manifestũ est quia dum spem non haberet gene-
randi Abraham, credidit deo, fidem habẽs cõtra spem
» generare se, sed sciẽs omnia posse deũ. ¶ Vt fieret pater
» multarũ gentium, secundũ quod dictum est, Sic erit se-
» men tuum.) Hoc in Genesi. Ostendẽs enim illi stellas
Geñ. 15. cæli, dixit: Sic erit semẽ tuum, quod credẽs, iustificatus
est. Credidit enim quod mũdo impossibile videtur, dũ
in rerum naturã non cadit vt possint senes generare, &
tanta copia multiplicari semẽ eorum, vt numerari non
possit. Ideoq; preciosa est fides, quia contra id quod scit
aut videt, credit futurũ, hac spe consolans se, quia deus
est qui promittit, de quo sentiri plus par est, q̃ humana
» imbecillitas capit. ¶ Et non infirmatus est fide, nec con
» siderauit corpus suum emortuum, cum iam fere centũ
» esset annorũ, & emortuã vuluã Saræ. In repromissio-
» ne autem dei non hæsitauit diffidẽtia, sed confirmatus
» est in fide, dando gloriam deo, certum habens quia qui
» promisit, potens est & facere: ideoq; æstimatũ est illi ad
» iustitiam.) Hac laude dignũ prædicat Abraham, quia
cum se sciret non posse, infirmitatẽ suam fide firmauit,
vt crederet se posse per deum, quod sciret fieri per mũdi
decreta nõ posse. Magni ergo meriti est apud deũ, qui
contra scientiam suam deo credidit, non dubitãs posse
H illum, vtpote deum, quod scit secundũ mũdi rationem
fieri non posse. Pro certo enim habet deum vltra ratio-
nem mundi esse. Nemo enim intra id esse dicendus est
quod creauit. Ideo huiusmodi remunerãdus est a deo,
quia autori suo plus tribuit, q̃ ipse sapit. Quod quidem
nullius precii esset, si omnes æqua sentirent, sed multo-
rum diffidentia cõmendatur fides credentiũ apud deũ.
Hortatur ergo gentes ad hanc fidei firmitatem, vt dei
promissionem & gratiam sine aliqua ambiguitate sus-
cipiant, securi exemplo Abrahæ: quia inde credẽti laus
crescit, si quod incredibile est, & mundo stultũ videtur,
credatur: quia quanto impossibile putatur q̃d creditur,
tanto magis honorabilior erit credens. & vere tamen
stultum esset hoc credere, si sine deo fieri diceretur. Et
ideo tanto laudabilior est Abrahæ fides cęterorum fi-
de, quia nullis signorũ prodigiis attracta est. Quoniã
autem mũdus certa lege & potestate gubernatur, et re-
I gitur modo definito a deo: homines autem amore car-
nis circa rationẽ studiosi, deum huius opificem negle-
xerunt, deus vt errorem auferret, & deum se omnium
demonstraret, hoc se posse & fecisse prędicari voluit, q̃d
mundo impossibile est, vt qui hoc crederent, damnatis
iis qui ratione mundi inflati deum neglexerũt, discreti
» saluarentur dei dominio mancipati. ¶ Non autem scri-
» ptum est tãtum propter ipsum solum, quia reputatum
» est illi ad iustitiam, sed & propter nos, quibus reputabi-
» tur credentibus in eum, qui suscitauit IESVM Chri
» stum dominũ nostrum a mortuis, qui traditus est pro-
» pter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationẽ
» nostram.) In Abraham formã dicit datam Iudæis &
gentibus, vt exẽplo eius credamus in deum & in Chri-
stum, & in spiritum sanctum, & reputetur nobis ad iu-
stitiam. Quãnis differat quod non creditur, vnũ tamẽ
donum habet fides. Hoc ergo cõsequimur, quod credi-
mus. Credentes enim Christum dei esse filium, a deo
adoptamur in filios. Nihil enĩ vltra potuit donare cre-
dentibus, q̃ vt filii dei dicantur, perfidis abdicatis. Nos
enim filii dei vocamur, illi autẽ nec serui digni sunt nũ-
cupari. Pro infinita enim magnificentia sua deus hoc
donauit diligentibus se, quod suæ dignũ est maiestati,
non quod homines mereantur: quia in dono plus ma- k
gis dantis q̃ accipientis cõsideratur sublimitas, & ex eo
plus accipitur laudis, cũ paruulis magna dona largitur
per Christũ, qui nostri causa occidi se passus est, vt nos
data venia, a fecũda morte eruueret, id est, a pœna infer-
ni, & surrexit vt pro lætitia triũphi mortis euictæ gra-
tiam nobis iustificationis donaret, vt digni essem⁹ dici
filii dei. Ante passionẽ enim qui baptizati sunt, solã re-
missionem acceperũt peccatorũ, quorum zelo Satanas
occidit Saluatorem. Post resurrectionẽ vero, tam ii qui
prius, q̃ isti qui postea baptizati sunt, omnes iustificati
sunt per datã formã fidei triuitatis, acceptoq; spiritu san
cto, qui signũ est credẽtium, quod sint filii dei. Et vt ad
cumulum nobis iustificationis proficeret, resurgẽs pre-
ceptis suis autoritatẽ tribuens, emulos nos eorum hac
fiducia faceret, per quam iustificemur, meritis nos au-
geremus, per quam gloriã adepti clari appareamus in
regno dei, quia iustificati a morte teneri nõ possumus.
Passione enim Saluatoris victa mors, quę prius causa
peccati dñabatur, iustificatos ab eo retinere non audet.

CAPVT QVINTVM.

IVSTIFICATI igitur ex fide, pacem ha- «
beamus ad deũ, per dñm nostrũ IESVM «
Christum.) Pacem cum deo habere fides fa «
cit, non lex. Hæc enĩ nos deo reconciliat sub- L
latis peccatis, quæ nos deo fecerant inimicos. Et quia
dñs IESVS huius gratiæ minister est, per ipsum pa-
cificati sumus deo. Maior enim fides, q̃ lex est. Lex enĩ
nostra causa est, fides dei. Et lex ad præsentẽ disciplinã
pertinet, fides vero ad salutẽ pertinet perpetuã. Sed qui
de Christo non ita sentit vt debet, ad fidei præmia non
poterit peruenire, quia fidei non tenet veritatem. ¶ Per «
quem & accessum habemus in gratiã istam in qua sta- «
mus, & gloriamur in spe glorię filiorũ dei.) Manifestũ «
est per Christum nos aditum habere ad gratiã dei. Ipse
enim est arbiter dei et hominũ, qui nos doctrina sua eri-
gens, sperare fecit donum gratiæ dei, stantes fide eius.
Ideo stantes, quia prius iacuimus: credẽtes autẽ erecti
sumus, gloriãtes in spe claritatis quã promisit deus no
bis. ¶ Nõ solum autem, sed & gloriamur in tribulatio- «
nibus nostris.) Quoniã per tribulationes oportet nos «
intrare in regnum dei, ideoq; & in his gloriandũ docet.
Spei autem addita tribulatio, augmentũ facit prẽmii.
Index enim fixæ spei tribulatio est, quæ testimonium
perhibet ad coronã. Vnde dominus ait: Beati eritis cũ Matt. 5.
vos persequentur, & dicent omne malũ aduersum vos
propter iustitiã dei. Gaudete & exultate, ecce enim co-
piosa merces vestra in cælo. Contemnere enim præsen
tia, & quæ oblectamenta sunt, & in pressura non cedere M
spe futurorum, magni meriti est apud deum. Ideoq; in
tribulationibus gloriandũ est, quia tanto plus acceptu-
rum se credit, quanto in tribulatione se viderit fortiorẽ.
¶ Scientes quod tribulatio patientiam operatur.) Hoc «
est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa
motũ non patiatur infirmitatis aut dubitationis. ¶ Pa- «
tientia autem probationem.) Manifestum est quia pa «
tientia si talis fuerit qualem diximus, firma videbitur
probatio. ¶ Probatio autem spem.) Spes in eo qui pro- «
batus videtur, nõ immerito dicitur. Dignus enim scie-
tur, accepturus remunerationẽ in regno dei. ¶ Spes au- «
tem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cor- «
dibus nostris per spiritum sanctum qui datus est no- «
bis.) Spes non confundit, dum stulti & hebetes a perfi- «
dis iudicamur, credentes quę mundana carent ratione.
Pignus enim charitatis dei habemus in nobis per spi-
ritum sanctum datum nobis. Fidele enim esse promis-
sum dei, pbat spiritus sanctus datus apostolis, et nobis,
qui diuersis linguis imperiti loquerentur, cũ interpreta-
tionibus prestitit ad confirmandã spem, & vt charitatẽ

A dei commendaret in nobis, vt quia charos falli impossi
bile est, securos nos faceret de promissione, quia et deus
est qui promisit: & iis quos charos habere vult, promi-
sit. Quia enim fidei nostræ rationẽ humana verba as-
serere non valent, virtutũ testimonio, quæ cum tacent
clamant, rationabilis approbatur, ad confusionem pru-
dentium mundi: qui audacia verborum terrenis contra
cęlestia dimicãt, & carnalib⁹ aduersus spiritalia, & pru-
dentes se dicere non erubescũt. Nam sicut peregrini ho
minis improbabilis origo in terra aliena est, ita & fidei
nostræ veritas peregrinæ in terris: & quia natura eius
verbis explicari non potest, virtutis, quę maior res est,
testimonio commendatur.

» VT quid enim Christus cũ adhuc peccatores es-
» semus secundum tempus, pro impiis mortuus
» est? vix enim pro iusto quis moritur. Nam pro
» bono forsitan quis audeat mori.) Si pro incredulis ac
dei inimicis Christus ad tẽpus morti se dedit: (Ad tẽ-
pus enĩ mortuus est, quia tertia die resurrexit) quanto
magis cum in illũ credimus, auxiliis suis muniet nos?
Ad hoc enim pro nobis mortuus est, vt & vitam et glo
riam nobis acquireret. Itaq; si pro inimicis mortu⁹ est,
quantũ prestet amicis, debet intelligi. Apud homines
ergo, id est, secundum tempus mori visus est. Ille enim
apud inferos pro salute animarũ irreuerentes & nequã
spiritus iudicabat. Tempora in mundo sunt, vbi oritur
B & occidit Sol, & Luna crementũ & detrimẽtum facit,
& dies & nox in statu suo non perseuerant. Res enim
quæ tẽpori & ætati subiecta est, mutabilis semper est.
Huic ergo tempori Christus mortuus est, dum exces-
sit e corpore. Vbi autem tẽpus non est & ætas, ibi non
solum viuus, sed & victor repertus est. Hinc voluit affe
ctum Saluatoris erga nos commẽdare, cum dicit: Vix
pro iusto quis moritur: Christus autẽ pro impiis mo-
tuus est. Si enim pro iusto vix aliquis moritur, pro im
piis quomodo potest fieri vt quis moriatur? Et si ,p bo-
no vno forte audeat qs mori, aut forte non audeat, quia
vtrunq; difficile esse significat: quemadmodũ videri po
test vt audeat aliquis pro multorum impietatibus mo
ri? Si enim quis pro iusto aut bono audeat forte mori,
miseratione quadam illectus, aut affectu bonorum ope
rum eius: pro impiis vero non solũ quod suadeat mori
deest, sed & quod in lachrymas prouocet. Christus autẽ
mortuus est pro impietatibus populi adhuc non sui, vt
omnia quæ mũdus diffidit, faceret credibilia. Duos ergo
C gradus fecit iusti, & boni. Quanuis enĩ & iustus bonus
dicendus sit, tamẽ genera ipsa posuit, iustum exercitio
significans, bonum vero natura, qui simplicitate inno-
cens dicatur. Vnde quanuis melioris meriti sit, quan-
tum ad locum istũ pertinet, iustus q̃ bonus: tamen pro
bono, inquit, forte aliquis audeat mori. vt quia misera-
bilior causa innocentiæ est, ad hoc cogi forte aliquẽ pos
se significet. Deniq; optant parentes pro infantibus bo
nis mori, non dicam vxores pro bonis maritis. Nam si
velimus de bono & iusto proponere, aliquando melio-
rem iustum deprehendimus, aliquando præponẽdum
bonum. Si enim iuxta dei legem iustus est, melior bo-
no est, sed illo qui necdum secum laborauit vt amplifi-
caret se bonis. Exercitio enim bonũ naturæ suæ iustus
meliorabit. Si autem iuxta mũdum fuerit iustus, præ-
ponitur illi bonus, propter innocentiam: quia huiusmo
di nõ est sine impietate iustitia. Itaq; omnis natura, bo-
na est: iustitia autem legis dei, fructus est cõpetens na-
turæ. Ideoq; iustitia bonitas est, vnde iusti semper ap-
pellantur & boni. Non tamẽ semper boni iusti, quia nõ
propter opera vocantur boni, sed propter innocentiam.
Iustitia enim perfecta est bonitas, dum explet opere na
» turæ suæ bona. ¶ Commẽdat autem suam charitatem
» deus in nobis.) Sic commẽdat suam charitatem, dum
adhuc inimicis suis benuolus est, & mittit qui saluet
» eos, cum vtiq; non mereatur. ¶ Quoniam si cum adhuc
peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, « D
multo magis iustificati nũc in sanguine ipsius, salui eri- «
mus ab ira per ipsum.) Hoc dicit, quia si pro peccatori- «
bus filium suũ deus occidi permisit, quid faciet pro iu-
stificatis, nisi seruet eos ab ira, id est, tutos illos præstet
ab illusione diaboli, vt securi sint in die iudicii, cum cœ-
perit perfidos vltio deuastare? Quoniã enim bonitas
dei nullum perire vult, mortẽ dignissimã dedit, vt intel
ligentibus dei gratiam circa se, adderet dignitatẽ & glo
riam, ingratis cumularet pœnã. Ingrati ii sunt qui deo
vocante dissentiunt, dei gratiam abnuentes, vt in pro-
posito erroris & maliguitatis permaneãt. ¶ Si enim cũ «
inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii «
eius, multo magis reconciliati salui erim⁹ in vita ipsi?.) «
Manifestum est quia si vt reconciliaret nos sibi deus, fi-
lium suum morti tradidit, quanto magis reconciliatos
saluos faciet in vita ipsius? Si enim mors Saluatoris
profuit nobis, quanto magis vita ipsius cum resurgit a
mortuis? Quia sicut mors eius a diabolo nos eruit, ita
& vita eius de die iudicii dei nos liberabit. ¶ Nõ solum «
autem hoc, sed & gloriamur in deo, per dominum no- «
strum IESVM Christum, per quem nũc reconcilia- «
tionem accepimus.) Non tantum pro accepta salute et «
securitate deo gratias agẽdas docet, sed & gloriandum
per Christũ IESVM in deo, qui dignatus est ex im-
piis & inimicis dici nos suos amicos, vt omnia benefi-
cia per Christũ consecutos nos gaudeamus: vt quia per
ipsum cognouimus deum, gloriãtes in eo reddamus ei
honorificentiam parem deo patri, ipso sibi idoneo teste
prædicante, Vt honorificẽt, inquit, filium sicut honori-
ficant patrem. Post dei ergo patris prouidẽtiam, & do-
num quod dedit per Christum, vt personam filii nobis
gratam faceret, quia per vnum Christum redempti su- E
mus ab vno deo patre, adiecit: ¶ Propterea sicut p vnũ «
hominem peccatum in hũc mundũ intrauit, & per pec- «
catum mors, & sic in omnes homines pertrãsiit, in quo «
omnes peccauerunt.) Quoniam superius dei gratiam «
per Christum datam ostendit secũdum ordinem veri-
tatis, nunc ipsum ordinem vnius dei patris, per vnum
Christum filium eius declarat, vt quia Adam vnus,
id est Eua (& ipsa enim Adã est) peccauit in omnib⁹,
ita vnus Christus filius dei peccatum vicit in oñibus.
Et quia propositum gratiæ dei erga genus humanum
ostendit, vt ipsa primordia peccati ostenderet, ab Adã
incepit, qui primum peccauit, vt prouidentiam vnius
dei per vnum reformasse doceret quod per vnum fue-
rat lapsum & tractũ in mortem. Hic ergo vnus est per
quem saluati hanc illi reuerentiam, quam deo patri de-
bemus, ipso volẽte. Dicit enim idem alio loco: Qui in
his seruit Christo, placet deo: cum scriptum est: Domi- Deut. 6.
num deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Si ergo soli Matt. 4.
deo seruiẽdum dicit, & Christo seruire præcipit, in vni-
tate dei est Christus, nec dispar aut alter deus, quando
cum soli deo seruiendũ lex commonet, Christo seruiẽs F
deo placere dicatur. Igitur sicut per vnum hominẽ pec
catum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors,
ita & per vnum Christum damnatio & mors peccati,
præstans vitam æternam. Quod inferius declarat. In
quo, id est, Adam, oñes peccauerũt. Ideo dixit, in quo,
cum de muliere loquebatur, quia non ad speciem retu-
lit, sed ad genus. Manifestũ itaq; est in Adam omnes
peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corru-
ptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Exeo
igitur cũcti peccatores, quia ex ipso sumus omnes. Hic
enim beneficium dei perdidit dum præuaricauit, indi-
gnus factus edere de arbore vitę, vt moreretur. Mors
autem dissolutio corporis est, cum anima a corpore se-
paratur. Est & alia mors, quæ secunda dicitur in gehen
na, quam nõ peccato Adæ patimur, sed eius occasione
propriis peccatis acquiritur, a qua boni immunes sunt,
tantũ quod in inferno erãt, sed superiori, quasi in libera,

G quia ad cælos ascendere non poterant. Sententia enim tenebantur data in Adam: quod chirographū in decretis morte Christi deletum est. Sentētia autem decreti fuit, vt vnius hominis corpus solueretur super terram, anima vero vinculis inferni detenta exitia pateretur.
» ¶ Vsq; ad legem enim peccatū erat in hoc mundo. Pec
» catum autem non imputabatur, cum lex non esset.) In Adam omnes dicit peccasse, sicut supra memorauí, & vsq; ad legem datā non imputatum esse peccatum. Putabant enim se homines apud deū impune peccare, sed non apud homines. Nec enī lex naturalis penitus obtorpuerat, quia non ignorabāt quia quod pati nolebāt, aliis facere non debebant. Nam vsque adeo non ignotū fuit peccatum inter homines, vt Iacob cum idola sua apud illum quęreret socer eius Laban, in quo inuentum fuisset furtum, morte dignum iudicaret: & Ioseph quānis per calūniā, tamen quasi reus clausus in carcere est, & pistor & pincerna Pharaonis ob delictum similiter passi sunt, & Moyses occiso Aegyptio atterritus lege est. Quomodo ergo nō imputabatur peccatū cum lex non esset, aut quomodo vindicabatur, nisi lex sciretur? Lex naturalis semper est, nec ignorabatur aliquando, sed putabatur ad tempus tantū autoritatem habere, nō & apud deum reos facere. Ignorabatur enim quia iudicaturus est deus genus humanū, ac per hoc non imputabatur peccatum, quasi peccatū non esset apud deum: incuriosum deum asserentes. Vbi autem lex data est per Moysen, manifestatum est curare deum res humaH nas, & non impune iis futurum qui malefaciētes, quacunq; ex causa in presenti euadunt. Nam vtiq; qui inter se, magistra natura, peccata non inulta censebāt, quanto magis deum hæc quem mūdi sciebant opificem, requisiturum non debuerant ignorare? Quippe cum Sodoma & Gomorra per ignē adiudicata sit deperire, ād obliuio quidem texerat, Moyses autem vt affirmaret deum iudicē fore, scribēdo manifestauit. Sed cum prætermisso deo figmenta cœperunt in honorē dei recipere deprauati mente, partem legis naturalis, quę prima est, calcauerunt: Quia lex naturalis tres habet partes, Cuius prima hęc est, vt agnitus honoretur creator, nec eius claritas & maiestas alicui de creaturis deputetur. Secunda autem pars est moralis, hoc est, vt bene viuatur, modestia gubernante. Congruit enim homini habenti notitiā creatoris, vitam suam lege frenare, ne frustretur agnitio. Tertia vero pars est docilis, vt notitia creatoris dei, & exemplum morum cęteris tradatur, vt discant quemadmodum apud creatorem meritum collocatur. Hæc est vera & Christiana prudentia.
» SED regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen.)
I Quoniam non imputabatur peccatū antequā lex daretur per Moysen, sicut dixi, ipsa vsurpationis impunitate regnabat mors, sciēs sibi illos deuotos. Regnabat ergo mors securitate dominationis suæ tam in hos qui ad tempus euadebant, q̄ in istos qui etiam hic pœnas dabant pro malis suis operibus. Omnes enim
Ioan.8. suos esse videbat: quia qui facit peccatū, seruus est peccati. Impune enim cedere putātes, magis delinquebāt: circa hæc tamen peccata pr̄optiores quę mundus quasi licita nutriebat. Quo facto gaudebat Satanas, securus quod causa Adæ relictum a deo hominē in possessionē
» habebat. ¶ Regnabat ergo mors in eos qui nō peccaue-
» runt, in similitudine præuaricationis Adæ, qui est for-
» ma futuri.) Quod in subiectis monstrabimus. Itaque non in omnes mortem regnasse manifestum est, quia non peccauerunt omnes in similitudinem præuaricationis Adæ, id est, non omnes contempto deo peccauerunt. Qui autem sunt qui contempto deo peccauerūt, nisi qui neglecto creatore seruierunt creaturæ, deos sibi constituentes quos colerent ad iniuriam dei? Nam & Thara pater Abrahæ, & Nachor & Laban proprios deos sibi vendicabāt. Et peccatum Adæ non longe est ab idololatria. Præuaricauit enim putans se hominem k futurum deum. Aestimauit enim hoc magis profuturum quod diabolus suasit, q̄ quod deus iussit, in loco dei diabolum statuens, vnde & subiectus est diabolo. Similiter & hi transgresso deo, dum creaturæ seruiunt, peccant simili modo, nō eodem, quia simili modo solet habere aliquid dissimile. Nec enī potest dici quia & ii qui præceptum acceperūt non edendi de arbore, sicut Adā, fuerunt qui peccauerunt, non præterito deo, sed in lege naturali. Qui enim intellexit & veneratus est deū, nulli honorificentiam nominis ac maiestatis eius impertiens, si peccauit (quia impossibile est non peccare) sub deo peccauit, non in deū, quem iudicem sensit: ideoq; in huiusmodi mors non regnauit. In hos autē, sicut dixi, regnauit, qui sub specie idolorū seruierūt diabolo. Propterea quod lex in autoritate nō erat promulgata, iudicem deum præsentire nequiuerūt. Maxima pars mundi deum fore iudicem, ignorabat: perpauci autē in quos nō regnauit mors. In quos autem regnauit post istam mortem quæ prima dicitur, a secunda excepti sunt ad pœnam & perditionē futuram. In quos autem non regnauit, quia nō peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ, sub spe reseruati sunt, aduentu Saluatoris in libera, sicut legitur de Abraham, quia quanuis apud inferos fuerit, discretus tamē longo interuallo est, ita vt chaos esset ingens inter iustos & peccatores: quāto magis pijs & iustis esset refrigeriū, & peccatoribus æstus, impijs vero ardor, vt ante iudicium quod vnusquisq; di L gnus esset nō lateret? Ac p hoc regnabat in eos mors, quia videbat opera subtilitatis suæ profecisse eis ad pœnam quasi inimicis. Nō enim latuit illum ad hoc factū hominem in mundo, vt imperiū vnius dei prædicaret, quod præuaricatus est Satanas. Ac si in Græco nō ita cautum dicat. Sic enim dicitur scriptum, Etiam in eos mortem regnasse qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ. Totum enim hic cōplexus videtur, vt quia mors, id est, dissolutio per inuidiam facta est diaboli, & in eos qui non peccauerunt, regnasse mortem. Moriuntur enim: quod voti est Satanæ. Quod si verum esset, nō oportuit dici: Regnauit mors ab Adā vsq; ad Moysen, si ab initio vsq; ad finem regnat in omnes. Aut forte gradus fecit, vt ab Adā vsq; ad Moysen regnauerit, et a Moyse vsq; ad Christum, a Christo vero vsq; ad finem, vt ad quam vtilitatem hæc locutio proficeret, cū nec sic locutus probetur. Dixit enim, Ab Adam regnauit mors vsq; ad Moysen, propter quod lex nō erat manifestata, vt data lege sub autoritate eius viuerēt, sciētes quid cauerent, ne regnaret in eos mors. Igitur qui ante legem hoc seruauit natura duce quod postea lex mandauit, nunquid potest dici quia mors regnauit in eum? Nam vide quid de eo scriptum sit: Pec M catum, inquit, non imputabatur cū lex non esset & adiecit: sed regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen. eo vtiq; tēpore quo lex non erat: & conuenit vt quia anteq̄ lex daretur mors regnauit, in eos regnasse dicatur qui peccauerunt in similitudine præuaricationis Adę, sicut supra memorauimus. Sicut enim post legē datam qui fornicationi aut idolis seruierunt, contemnētes legislatorem, regnauit in eos mors: ita & ante legē qui se sub lege præcesserunt, honorificantes autorē eius, non vtiq; regnauit in eos mors. Propterea enim regnasse dicitur, quia cognitio vnius dei euanuerat in terris. Denique sic cœpit data lex: Ego sum, inquit, dominus deus tuus Exo.20. qui eduxi te de Ęgypto, de domo seruitutis. non erunt tibi dii alii præter me, & non facies tibi idolum, neque vllam similitudinem. Data igitur lex est, ne mors regnaret, vt abolitis peccatis prioribus, vni deo obsecundaret genus humanum. Vnde alio loco dicit idem Rom.6. Apostolus: Non regnet peccatū in vestro mortali corpore vt obediatis ei. Quo dicto ostendit etiam nunc regnare mortem si lex cōtemnatur. Quod enim regnum

A mortis est, nisi cum fit voluntas eius dum imperat ad perniciem obedientis? Cuius imperii voluntas caput est idololatriæ. & tamen sic præscribitur nobis de Græcis codicibus, quasi non ipsi ab inuicem discrepent, quod fecit studium contentionis. Quia enim propria quis autoritate vti non potest, ad victoriam verba legis adulterat, vt sensum suum quasi verba legis asserat, vt non ratio, sed autoritas præscribere videatur. Constat autem quosdam latinos porro olim de veteribus Græcis trāslatos codicibus, quos incorruptos simplicitas temporū seruauit & probat: postquā autem a concordia animis dissidentibus, & hæreticis perturbātibus torquere quæstiones cœperunt, multa immutata sunt ad sensum humanum, vt hoc contineretur in literis, quod hominis videretur. Vnde & ipsi Græci diuersos codices habent. Hoc autem verū arbitror, quando & ratio & historia et autoritas obseruatur. Nam hodie quæ in latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur a veteribus posita, Tertulliano, Victorino, & Cypriano. Primū enim
Psal.75. in Iudæa cœpit destrui regnū mortis, quia notus in Iudæa deus. Nunc autem in omnibus gentibus quotidie destruitur, dum magna ex parte ex filiis diaboli fiant filii dei. Itaq; nō in omnes regnauit mors, sed in eos qui peccauerunt in similitudine præuaricationis Adę, sicut supra memorauí. Adam autē ideoq; forma futuri est, quia iā tunc in mysterio decreuit deus per vnū Christū emendare, quod per vnum Adam præuaricatum erat,
B sicut dicitur in Apocalypsi Ioānis apostoli. Agnus, inquit, q̄ occisus est a cōstitutione mūdi. Deniq; subiecit:
» SED non sicut delictum, ita & donū.) Propter quod
» enim et formam esse dixit vnius Christi, vnū Adā,
» ne & causa Adæ talem significasse putaretur, quasi
» & Christi est, ait: Sed nō sicut delictum, ita & donū. quia in eo tantum forma Adam Christi est, quia quod
» vnus peccauit, vnus emēdauit. ¶ Si enim in vnius deli
» cto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, et donū
» in gratia vnius hominis IESV Christi in plures abū
» dauit.) Hoc est, si vnius delicto multi mortui sunt imitantes præuaricationē eius, magis gratia dei & donum in plures abundauit confugiētes ad se. Plures enim gratiam consequuntur q̄ mortui sunt delicto Adæ. Vnde manifestum est nō de hac morte quę omnibus communis est significasse, quia omnes omnino moriuntur, & non tamē omnes gratiam consequūtur. Neq; mortem in omnes regnasse, sed in eos qui delicto Adæ mortui sunt significatur, quos in similitudinē præuaricationis Adæ dicit peccasse. Ii sunt quos dicit in vnius delicto multos mortuos: gratiam autē dei in plures abundare, quia et iis qui delicto Adę mortui dicūtur, similiter peccantes, & in iis qui non peccauerūt in hac Adæ præuaricationis similitudine, dei gratia abundauit. Paterno
C autem peccato ex dei sentētia erāt apud inferos, gratia dei abūdauit in descensu Saluatoris, omnibus dans in-
» dulgentiam, cum triūpho sublatis eis in cælū. ¶ Et non
» sicut per vnum peccatum, ita & donū. Nam iudicium
» quidem ex vno in condēnationem: donum autē ex mul
» tis delictis in iustificationē.) Manifeste diuersum est, quia vno Adæ peccato condemnati sunt, qui in similitudine præuaricationis eius peccauerunt. Gratia vero dei per Christum nō ex vno delicto, sed ex multis iustificauit homines, dando illis remissionē peccatorū. Hoc ad magnificentiam pietatis dei & Christi loquitur, vt cum delicto Adæ multi tenentur a morte secūda in inferno inferiori, donum tamen gratiæ dei, cum iustū esset plectī illos, non solum ignoscit illis, sed & iustificat.
» ¶ Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, mul-
» to magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iusti-
» tiæ accipientes in vita, regnabunt per vnū IESVM
» Christum.) Contuēdum est vnū esse sensum, & in nullo differre. Mortem enim dicit regnasse, non regnare: quia qui intellexerunt per legem iudicium dei, sublati sunt de eius imperio. Regnauit autem, quia sine mani D festatione legis timor dei in terris nō erat. Superior ergo sensus est, vt quia mors regnauit ab Adam vsq; ad Moysen in eos qui peccauerūt in similitudine præuaricationis Adæ, multo magis gratia regnet abundantia donī dei in vitam per vnum IESVM Christum. Si enim mors regnauit, quare non magis gratia regnet, quæ multo plures iustificat, q̄ hi sunt in quos regnauit mors? quāto magis gratia regnare credēda est, quę confert vitam per Christum? ¶ Igitur sicut per vnius deli- «
licti in omnes homines in cōdemnationem, sic & per «
vnius iustitiā in oēs homines in iustificationē vitæ.) «
Hoc est, sicut per vnius delictū omnes condēnationem meruerunt similiter peccantes, ita & in iustitia vnius omnes iustificabuntur credentes. Si qui autē condēnationem hanc generalem esse putant, simili modo & iustificationem generalem accipiēt. Sed non est verum, quia nō omnes credunt. ¶ Sicut enim per inobediētiam «
vnius hominis peccatores cōstituti sunt plurimi, ita & «
per vnius obedientiā iusti constituentur multi.) Quos «
supra omnes dixit, hic plures & multos significat. Plures enim delictum Adæ secuti sunt prętaricando, non omnes: & multi iusti constituētur, non omnes. Non ergo in eos reguauit mors, qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ. ¶ Lex autē subintrauit, «
vt abundaret delictum.) Potest dici ecōtra, Non ergo «
oportuit dari legem, ne peccata increscerēt. Si enim ante legem minus peccatum est, non opus fuit lege. Plane necessaria fuit lex, vt ostēderet imputari apud deum peccata, quæ impune fieri credebantur, vt de cætero scirent quod euitare deberent. Vnde Esaias propheta, Lex, inqt, adiutorio data est. Vt quia ipsi naturæ quo- E
dammodo inserta sunt iustitiæ semina, addita lex est, cuius autoritate & magisterio ingenium naturæ proficeret ad fructum iustitiæ faciendum. Sicut enim natiuitas interit nisi nutrimenta habeat quibus fota adolescat, ita & naturale iustitiæ ingeniū nisi habeat quod respiciat & veneretur, sed ægrotat, & superuenientibus cedit peccatis. Consuetudine enim delinquendi premitur, ne crescat in fructu, & per hoc extinguitur. Prouidēter ergo data est lex, sicut testatur propheta: sed populus veterē consuetudinem sequens, multiplicauit peccata. Ipso enim vsu plus cœpit peccare, q̄ antea peccauerat, & sic factum est vt data lege non minuerentur sed abundarent peccata. Apostolus enim ostendit quid prouenerit data lege, non quid lex fecerit. Quomodo autem legis vitio crescebant peccata, quæ comminatur ne peccetur: sed subintrasse dicitur, vt abūdaret peccatum? Verum est, quia quasi profuturæ intrauit, & cum humilitate: postea autē cœpit dominari eis quibus præceperat ne peccarēt, & peccabāt. Osten- F
dere enim cœpit lex abundantiam peccatorum: cumq; interdixerat, plus fiebant, quàm facta erant. Igitur hoc modo vt abundaret delictū, data est lex. Commendans enim Apostolus fidem, per quam vtiq; peccata delentur, legem dixit fecisse vt abundarent peccata, sicut supra dixi, quia non data est vt abolerentur peccata, sed vt abundarent, dum & ante legem peccatores ostendit, & post legem reos omnes tenuit. ¶ Vbi autem abun- «
dauit peccatum, superabundauit gratia.) Manifes- «
tum est quia cum abūdaret peccatum, superabundauit gratia, dum donum dei venit ex promissione, & omnium peccata cōtexit, vt diaboli inuidia nihil se profecisse doleat. Quia enim cum data esset lex ad vtilitatem humanam, id egit diabolus, vt suadendo illicita inuerteret, vt quod profuturum datum erat, in contrarium proficeret, dum mandata contempta sunt, vt non vtilitas ex lege commendatio gratiæ dei, sed iudicium ad vindictam procederet: tunc iustus atque misericors deus, vt gloriam diaboli quam de triumphato homine quæsierat, exinaniret, filium suū ventu-

G rum decreuit,qui omnia peccata donaret,vt maior fieret lætitia ex dono gratiæ, q̃ fuerat luctus ex peccato. Gaudium enim doni dei etiam his proficit, de quibus triumphare nõ potuit Satanas. Idcirco superabũdauit » gratia super peccatũ quod suasit Satanas. ¶ Vt quẽad- » modum regnauit peccatũ in mortẽ,ita & gratia regnet » per iustitiã in vitam æternã,per IESVM Christum » dominũ nostrum.) Peccatum regnauit videndo opus suum peccantibus in mortẽ proficere, in qua gloriabatur:simili modo vt & gratia regnet per iustitiam in vitam æternã per IESVM Christũ dominum nostrũ, vt sicut per Adam cœptum peccatũ regnauit,sic & per Christum gratia. Sic autem regnat gratia per iustitiã, si accepta remissione peccatorũ iustitiã sequimur,vt videns gratia fructũ se habere in bonis quos redemit, regnet in vita æterna,sciens nos futuros æternos. Superabũdat ergo gratia, quia peccatũ ad tempus regnauit: gratia autem in æternũ. Dei enim regnũ est gratia regnante,sicut diaboli regnũ erat peccato regnãte. Totũ tamen ad Christũ refert, vt omnis gratia dei a Christo discatur. Ad superiorẽ igitur sensum respondet dicens:

CAPVT SEXTVM.

» QVID ergo dicemus? Permanebim⁹ in pec- » cato,vt gratia abũdet? Absit.) Hoc est,nun H quid semper peccandũ est vt donũ dei abundet,tegens nostra peccata, vt semper remissionem peccatorũ sperantes,quia deus pius est,Christi gratiam proferamus? Non vtiq. Ideo enim nostri misertus est deus per Christũ,vt de cætero non peccantes & meritũ nobis & dei gratiã in nos regnare faciamus. Aufert enim regnum gratiæ dei,& tradit peccato, qui rursus redit ad veterẽ hominem,id est,ad ritũ prꝛteritę vitæ. Duabus enim ex causis misericordiã accepimus, vt & diaboli regnũ excluderetur,& dei imperium ignorantibus prædicaretur, per hoc ipsum dignitate nobis » quæsita. ¶ Qui enim mortui sumus peccato,quomodo » adhuc viuemus in illo?) Hoc dicit quoniã viuẽtes peccato,mortui eramus apud deum. Qui peccat enim,vivit peccato:sicut qui nõ peccat, viuit deo. Superueniente enim gratia dei per Christũ, & nos per fidẽ lauacro spiritali regenerante,cœpimus viuere deo, mortui autem esse peccato,qui est diabol⁹. hoc est tamẽ mori peccato,liberari a peccato,fieri autem serui dei. Itaq; mortui iam peccato non redeamus ad mala pristina,ne iterum viuamus peccato,& morientes deo amissa dignitate pœnam quam euasimus incuramus.

» AN ignoratis quia quicunq; baptizati sumus in » Christo IESV, in morte ei⁹ baptizati sum⁹?) I Hoc dicit, vt sciamus baptizatos nos iã non debere peccare,quia cum baptizamur, cõmorimur Christo.hoc est in morte eius baptizari. Illic enĩ omnia peccata nostra moriuntur, vt innouati dẽpositi morte resurgere videamur ad vitã renati, vt quomodo Christ⁹ mortuus peccato resurrexit, ita & nos per baptismum spem resurrectionis habeamus. Baptismũ itaq; mors peccati est, vt alia sequatur natiuitas, quæ corporis mantente cõpagine,hominẽ mente innouat sepulta omniũ » malorum actuum vetustate. ¶ Consepulti enim sumus » cum illo per baptismũ in mortem, vt quemadmodum » Christus resurrexit a mortuis per virtutẽ patris, ita & » nos in nouitate vitæ ambulemus.) Hæc dicẽs, etiam istud significat quod primum est,quia Christus corpus suum a mortuis excitauit. Ipse enim virtus est dei patris,sicut dicit: Soluite templũ hoc,et ego tribus diebus Ioan.2. excitabo illud. hoc autẽ dicebat de templo corporis sui, et quia resurrexit in nouã vitam,quę iam mori nesciat. Noua autem dicitur,quia a Christo data est, quę est disciplina Christiana. Nos autem baptizati cõsepulti sumus Christo, vt de cætero hãc vitam sequamur,in qua Christus resurrexit. Baptismum itaq; resurrectionis pi- k
gnus est & imago, vt iam in præceptis Christi manentes,ad præterita denuo nõ reuoluamur. Qui enim mo- ritur,iam non peccat. mors enim finis peccati est. Nam ideo per aquam celebratur, vt sicut aqua sordes corporis abluit,ita & nos per baptismũ ab omni peccato spiritaliter purgatos & innouatos credamus, vt quod incorporale est,inuisibiliter ablutur. ¶ Si enim complan « tati sum⁹ similitudini mortis eius,simul & resurrectio- « nis erimus.) Tũc nos feliciter dicit posse resurgere,si similitudini mortis eius fuerimus complãtati,id est,si in baptismo omnia vitia deponẽtes,in nouam vitã translati,de cætero non peccemus,per quod simul & resurrectionis illius similes erimus. Similitudo enim mortis, similem præstabit resurrectionẽ. Quod in epistola sua 1.Ioan.3. Ioannes apostolus memorat dicens: Scimus cũ apparuerit,similes ei erimus. hoc est,immortalem & gloriosum resurgere. Nec enim hęc erit similitudo vt nihil differet,quia similis erit in corporis gloria,non in diuinitatis natura. ¶ Sciẽtes hoc, quia vet⁹ homo noster simul « crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltra non « seruiamus peccato. Qui enim mortuus est,iustificatus « est a peccato.) Multa innectit & iterat, vt baptizatos « doceat iam non debere peccare, maxime ne ad idololatriam reuertantur. Grauissimum enim crimẽ & caput totius erroris est, ne perdant gratiam acceptã a deo per Christum. Hominem ergo veterem, actus præteritos dicit, quia sicut nouus homo per fidem & purã vitam dicitur,ita & vetus homo per diffidentiam & malos actus. Hos actus crucifixos dicit, id est mortuos, vt corpus destruatur peccati,quod est cũcta crimina. Omnia enim peccata simul corpus appellat, quod destrui dicit L per bonam vitam,& fidem catholicam. ¶ Si autẽ mor « tui sumus cum Christo,credimus etiam quod simul vi « uemus cum illo.) Manifestum est hos qui carnem cru « cifixerunt, id est, mundum cum vitiis & concupiscentiis eius,mori mundo,& cõmori Christo,æternę quoq; vitæ ac salutari coimaginari, vt gloriæ Christi similes effici mereantur. Caro vero,id est, corpus sic crucifigitur,si desideria eius calcentur,quę manente in ea peccato creantur ex præuaricatione primi hominis cœpta. In carne enĩ diabolus crucifigitur. Ipse enim est qui fallit per carnem. Caro ergo aliquando mundus, id est elementa, aliquãdo vero corpus hominis intelligitur, vel ipsa anima sequẽs corporea vitia. ¶ Sciẽtes quod Chri- « stus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi « vltra non dominabitur. Quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel. quod autem viuit, viuit deo.) « Securitatem æternitatis in resurrectione Saluatoris ostendit.ad quam venire cõtingit, si melioris vitæ fuerit æmulatio. Qui enĩ bene agendo viuit deo,hic vere vi- M uit,quia æternam habet vitam. ¶ Ita & vos existimate « vos mortuos esse peccato: viuentes autem deo in Chri « sto IESV domino nostro.) Sic loquitur vt doceat nõ « aliter mori posse peccato, & deo viuere, q̃ vt in Christo sit omnis spes: quem dominum nostrum appellat, vt nihil legis ad salutem proficiat capessendam in futuro seculo, quando non aliter deo viuitur quàm per Christum.

NON ergo regnet peccatũ in vestro mortali cor- « pore,vt obediatis concupiscẽtiis eius.) Mortale « corpus est ex causa prꝛuaricationis Adæ, ex fide autem Christi fore creditur immortale. Vt autem ad promissionem hanc veniatur, non obediẽdum dicit peccato,ne regnet in vestro mortali corpore. Si autem non regnat,nõ videbitur corpus hoc esse mortale, quia in spe æternitatis est. Nõ propter dissolutionem dixit mortale corpus,sed propter pœnã gehennę,vt ille mortalis dicatur,qui in gehennã mittẽdus est,quia qui peccato obediũt,mortẽ inferni non euadũt,a qua Saluator in se credentes liberauit. Mortale ergo dicens corpus,

A totum hominẽ significauit,quia qui obediunt peccato, Ezech.18. mortales dicuntur. Anima enim, inquit, quæ peccat, ipsa morietur,id est,totus homo. nemo enĩ sine corpo- » re iudicabitur. ¶ Sed neq; exhibeatis membra vestra ar- » ma iniquitatis peccato.) Ostendit diabolũ nostris nos iaculis expugnare. Occasio enĩ datur illi per nostra peccata, vt deferente nos deo, accepta potestate illudat & mortificet nos. Ideo mẽbra nostra ab omni opere iniquitatis cõtinere debemus, vt inimicus noster inermis inuẽtus subiiciatur. Et nõ dixit, Exhibete corpora vestra,sed mẽbra vestra. mẽbris enim ministris erratur, » non toto corpore. ¶ Sed exhibete vos deo tanq; ex mor- « » tuis viuẽtes.) Mortem ignorantiã & infidelitatẽ cum « mala vita significat,quia vita est cognoscere deum per Christũ. Quia enim nemo sine parente ortũ sumit vitę,omnia autem a deo orta sunt ad vitam per Christũ: idcirco qui non cognoscit parentẽ omniũ esse deum per Christum, vitam habere nõ dicitur, hoc est,sic habetur ac si non sit. Ipse enim semetipsum esse negat,dum sine parente deo esse se putat. Itaq; ignorantia & turpis vita, mors est. Vitia enim ista mortem acquirunt,et nõ mortem hanc quę cõmunis est omnibus,sed mortẽ gehennæ,sicut supra memoraui, vt cognitio parentis dei & sancta conuersatio vita sit, nõ hęc quæ occasui subiacet,sed illa futuri seculi,quę vocatur æterna. Quam ob B rem exhibete vos deo,inquit, quem cognoscẽtes profecistis in salutem, vt inhonestæ vitæ renunciantes sitis » ex mortuis viuẽtes. ¶ Et membra vestra arma iustitiæ » deo.) Tanta nos modestia cõuersationem nostrã vult gubernare, vt actus nostri iustitiæ dei proficientes, non mundanę iustitiæ,quia mũdi iustitia sine fide est Christi,sine qua nõ vita,sed mors est,arma præbeamus illi ad defendendos nos: cui cum arma per opera bona præbemus,dignos nos facimus adiuuari ab ea, quia iustitia dei indignos despicit. Vbi enim iustitia dei fuerit, ibi habitat spiritus sanctus ad adiuuandã imbecillitatẽ nostram. Sicut enim peccato arma præbemus cũ male agimus,ita & iustitię cum recte versamur, membra cu- » stodientes ab omni turpitudine. ¶ Peccatum autẽ ve- » stri iam non dominabitur. non enim sub lege estis, sed » sub gratia.) Si secundũ præcepta quę dat ambulemus, peccatum nobis dicit non posse dominari. Iis enim dominatur qui peccant.non enim ita ambulantes vt præcipit,sub lege sumus:si vero non peccemus, non sumus sub lege,sed sub gratia. Si autẽ peccemus, vertimur sub lege,& incipiet nostri dominari peccatũ: quia qui facit peccatum,seruus est peccati, & necesse est quod sit sub lege quandiu remissa nõ accipit. Peccatum enim auctoritate legis reum facit peccatorẽ: ac per hoc cui data remissio est,& custodit se ne de cętero peccet,neq; peccatũ ei dominabitur, neq; sub lege est. Cessat enim circa eũ C autoritas legis,qui liberatus est a peccato. Quos enim reos tenet lex,traditi sunt illi a peccato. Qui ergo pec- » catis exutus est,non potest esse sub lege. ¶ Quid ergo? » Peccabimus,quia non sumus sub lege, sed sub gratia? » Absit.) Quoniã lex a deo est,ac per hoc ne forte opponeretur,ipse sibi ꝓposuit:si ex deo est lex,inquit,cur non debemus esse sub lege? Hoc cognoscit,ac docet cum dei voluntate,qui legis autor est,a Christo nos liberatos de sub lege. Quamuis enim recte data sit lex,data est enim vt reos ostenderet a pud deũ qui peccauerunt ante legẽ, & timori esset,vt de cętero nõ peccarent: sed quia imbecillitate infirmitatis sue genus humanum a peccatis se inhibere nõ potuit,factum obnoxium mortis infernæ, motus deus pietate clementiæ suæ, qua semper humano generi subuenit, prouidit per Christum qua ratione desperatis iam daretur medela, vt remissione peccatorum accepta, eruti a lege quæ illos habebat obnoxios, releuati & reparati deo adiuuante per fidẽ, vitiis a quibus prius subacti fuerant repugnarẽt: ideoq; non peccatumus quasi legẽ spernẽtes dei, sed ipsius dei prouidentiam secuti sumus per Christũ. ¶ Nescitis quia cui exhi- « D
betis vos seruos ad obediẽdum,serui estis eius cui obe- « distis,siue peccati in mortem,siue obeditionis ad iusti- « tiam?) Nũc ne aliud profitẽtes,aliud faciamus,& cum « dei serui dicimur,gestis serui diaboli intueamur,præmonet & denũciat eius nos seruos esse,cuius & voluntatem explemus operibus,& non parũ obesse deum cõfiteri dominum,& actibus diabolo famulari. Nam hoc olim deus denotat et accusat dicẽs: Plebs hęc labiis me Esa.29. honorat,cor autem eorum longe est a me. Et dñs ait in euãgelio: Nemo potest duobus dominis seruire. Et in Luc.16. lege dictũ est: Deus nõ deridetur. ¶ Gratias autem deo « quod cũ fuissetis serui peccati, obedistis ex corde, in eã « formam doctrinæ in qua traditi estis, credentes autem « in Christo serui facti sumus iustitiæ.) Eius enim dici- « mur serui cui obedimus. Et quia iustũ est obedire Christo,ipse enim iustitia est,& quæ præcepit,iusta sunt: idcirco dicit seruos nos factos iustitię ex corde,nõ ex lege, vt professio nostra animi iudicio promatur. Per naturam enim inducti sumus ad fidẽ,non per legem, in qua forma doctrinę dei imperio facti sumus,qui finxit naturam. In natura enim habemus vt cognoscamus a quo, & per quem,& in quo sumus creati. Forma ergo doctrinę est,in quam tradidit nos creator naturaliter, hoc est quod supra dixit, Ipsi sibi sunt lex,dũ vident naturę suæ esse quod credunt, vt quod Iudæis lex & prophetę prædicarunt de Christo, hoc gentiles ex corde confiteãtur. E Hinc gratias refert domino, quia cũ essemus serui peccati,obediuimus ex corde credẽtes in Christũ,vt seruiremus deo,non per legem Moysi, sed per legẽ naturæ. ¶ Humanum dico propter infirmitatẽ carnis vestræ.) « Dum infirmitatẽ carnis memorat, minus se significat exigere ab homine q̃ dignũ est circa dei culturã. Deniq; subinfert. ¶ Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire « immũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ.) « Vt occasionẽ nobis auferret timoris accedendi ad fidẽ, quę quasi importabilis nobis & aspera videret,ea mente sua nos deo seruire præcepit, qua prius famulabamur diabolo: cum vtiq; propensius deberemus seruire deo q̃ diabolo: quippe cum hic salus,illic damnatio operetur. medicus tamẽ spiritalis nõ plus a nobis exigit,ne dum præcepta quasi grauia fugeremus,perpẽdẽtes infirmitatem nostrã maneremus in morte. Vnde dominus; Matt.11. Tollite,inquit,iugum meũ super vos,quia suaue est,et « onus meũ leue. ¶ Cum enim serui essetis peccati, liberi « eratis iustitiæ. Quem enim fructũ habuistis tunc in illis in quibus nũc erubescitis? nam finis illorũ mors est.) Manifestum est quia qui liber est a deo, est seruus pec- F cati. Dum peccat enim,recedit a deo,& fit sub peccato. Quales ergo sunt fructus peccati in quibus addiscẽtes bonã vitam confundimur,eo quod dudum turpiter viximus: & non solũ hoc,quia & sententia paganorum turpis & fœda est,maxime quę in Phrygia inuẽta est, in qua nisi spurcitiis interfit,sacramẽtũ mutũ est,& torpescit religio. Ecce maculis plena libertas,et squalorib⁹ obligata, cuius opus turpẽ mercedẽ habet, cuius finis mors. Finem dixit exitũ vitę et actuũ, cui aut mors aut vita succedit. Sed hoc loco mors duplex. a morte enĩ ad mortẽ trãsitur. ¶ Nũc vero liberati a peccato, serui facti « deo,habetis fructũ vestrum in sanctificationem, finem vero vitã æternã.) Hoc est,si accepta remissione peccatorum,bonorũ actuũ æmuli fuerimus, acquirimus sanctitatem,finẽ vero habebimus,id est,exitũ,vitã perpetuam. A morte enim hac quã finem dixit, trãsimus ad vitam quę fine fine est. ¶ Nã merces peccati mors est.) « Quæstum peccati mortẽ dicit,quia peccatũ mors. Ac per hoc qui de cętero abstinent se a peccatis, stipẽdium accipiunt vitam æternãtquia qui nõ peccãt, alieni sunt a morte secunda. ¶ Gratia autẽ dei vita æterna,in Chri « sto IESV dño nostro.) Sicut enim sequẽtes peccatũ, «

G acquirunt mortem, ita & sequentes gratiã dei, id est fidem Christi, quæ donat peccata, habebũt vitã æternã, vt gaudeant se ad tẽpus dissolui, scientes se hanc vitam cõsecuturos, quę & omni tædio careat, & successionem non habeat. Quam sanctus Symeon exoptãs petiit se hinc dissolui, vt iret in pace, id est, vitã quę nullã patitur inquietudinem. Et hoc donum a deo per Christum nobis datum dominũ nostrum testatur, vt deo patri gratias per nullum alterum nisi per suum filium agamus.

CAPVT SEPTIMVM.

» AN ignoratis fratres, scientibus enim legem
» loquor.) Vt animos eorũ firmet in doctrina
diuina, exemplo humanę legis vtitur, vt per
terrena suadeat cęlestia, sicut a mũdi creatura deus agnoscitur. Quia enim vnius est totũ, licet diuersæ sint res, ex aliqua tamen parte sibi inuicẽ similes sunt. Sciunt ergo legẽ Romani, quia non sunt barbari, sed comprehenderunt naturalem iustitiã partim ex se, partim ex Græcis, sicut & Græci ex Hebræis. Quãuis enim ante Moysen non latuerit lex, sed ordo non erat, neq; autoritas, nõ leges Romanis ex Athenis perlatæ
» sunt. Non ignorantibus ergo legẽ dicit: ¶ Quia lex do-
» minatur homini quãto tempore viuit.) Non est occultum omnẽ vitã hominis esse sub lege naturæ quę data est mũdo. hæc lex generalis est. Nunc vero aliã proponit specialẽ, quanuis & ipsa generalis est: sed dũ non recipitur ab omnibus, fit specialis. per quam vult probare
H assertionẽ suam. Gradatim enim vult tradere veritatẽ.
» dicit ergo. ¶ Nam quæ sub viro est mulier, viuẽte viro
» alligata est lege viri. Quod si mortuus fuerit vir eius,
» soluta est a lege viri. igitur viuẽte viro vocabitur adul-
» tera si fuerit iuncta alteri viro.) Hęc lex de euãgelio est, nõ ex Moyse, neq; ex iustitia terrena. Aliquid ergo duce natura, aliquid ex legẽ Moysi addiscẽtes, perfecti fiũt per euãgeliũ Christi. Sequẽti ergo exẽplo apertius suadet Christianismum exutũ esse a lege factorum, nõ ab omni lege, nec vltra iam expedire esse sub lege, ne gratiam dei euacuet reuersus sub legem, quia dei gratia liberauit a lege hominem, vt spiritu, id est, mẽte seruiat deo. Sicut enim mulier mortuo viro liberata est a lege viri, non a lege naturæ: ita & ii qui gratia dei liberati a lege fiũt, a qua tenebãtur rei, vt mortua illa sit, vt Christianismo iuncti nõ sint adulteri. Si enim lex apud illos viuit, adulteri sunt, et nihil illis pderit dici Christianos, quia obnoxii erũt vltioni. Nec enim legis erit adulter,
I sed euangelii, qui mortua lege iunctus euangelio, post redit ad legem. Mortua enim lex dicitur, quãdo quem tenebat reum, cognitũ est ei autoritate legis cessante.
» ¶ Quod si mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege vi
» ri, vt non sit adultera iuncta si fuerit alteri viro.) Sublati a lege accepta remissione peccatorũ, & iuncti euangelio, nõ sunt adulteri legis, quia mortua apud illos est. Si autem seruantes legẽ accedere se putant ad euangelium, rei erunt & adulteri, quia viua lege iunxerũt se fi-
» dei. erunt in vtroque adulteri. ¶ Itaq; fratres mei & vos
» mortificati estis legi per corpus Christi.) Quoniã Saluator noster corpus suum diabolo crucifigere permisit, sciens pro nobis esse contra illũ, idcirco per corpus Christi saluos nos dicit factos. Mori enĩ legi, deo viuere est, quia lex dominabitur peccatoribus. Cui ergo dimittuntur peccata, moriẽ legi. hoc est liberari a lege. Itaq; per corpus Christi hoc consequimur beneficium. Tradens enim corpus suũ Saluator, mortem vicit, & peccatum damnauit. In ipso enim peccauit diabolus, cum illũ innocentem occidit, & qui peccatũ omnino nesciret. Cum enim hominẽ sibi peccati causa defenderet, inuẽtus est in eo reus, in quo accusabat. Hinc factũ est vt omnes credentes in Christũ eruantur a lege sublato peccato, quia victum peccatũ, quod est diabolus, per corpus Christi, non habet autoritatẽ in eos qui ad illum pertinẽt a quo k
victus est. Dum enim nõ peccat & occiditur, quasi reus vicit peccatũ de peccato, hoc est, diabolũ proprio peccato quod in eo admisit, damnauit, & chirographũ quod peccato Adæ decretum erat, deleuit, quando ab inferis resurrexit, data huiusmodi forma credentibus sibi, vt a morte secũda teneri non possent: ac per hoc mortui sumus legi per corpus Christi. Qui enim legi mortuus non fuerit, reus est: & qui reus est, secundã mortem euadere nõ potest. ¶ Vt sitis alterius qui ex mortuis resur- «
rexit, vt fructificemus deo.) Hoc dicit, quia ideo mortui «
sumus legi, vt de cętero Christi simꝰ serui solius. et hoc erit fructificare deo. Acquiritur enim deo, qui in gratia eius manet dignus resurrectione promissa. ¶ Cũ enim «
essemus in carne.) Cum in carne sit, negat se esse in car- «
ne. Est enĩ in corpore, quia hic dicitur esse in carne, qui aliquid sequitur quod lege ꝓhibetur. Igitur in carne esse multifarie intelligitur. Nã omnis incredulus in carne est, id est, carnalis, & Christianus sub lege viuens in carne est, & qui de hominibus aliqd sperat, in carne est: & qui male intelligit Christũ, in carne est: & sigs Christianus luxuriosam habet vitã, in carne est. Hoc loco tamen in carne esse sic intelligamus, quia ante fidẽ in carne eramus. Sub peccato enim viuebamus, hoc est, carnales sensus sequentes vitiis & peccatis subiacebamus. Sensus autem carnalis est, non credere spiritalia, id est, sine commixtione virginẽ peperisse, & ex aqua et spiritu sancto hominẽ denuo nasci, & solutam animam a copula carnis rursus in carne surgere. De his diffidens, in L
carne est. ¶ Hinc vitia, ait, peccatorũ, quę per legẽ osten- «
duntur, operabantur in mẽbris nostris, vt fructificarent «
morti.) Manifestum est quia qui non credit, sub pecca- «
to agit, & captiuus trahitur ad vitia admittẽda, vt fructum faciat morti secũdæ. Lucrũ enim tunc facit mors cum peccatur. In mẽbris tamen dicit vitia operari, non in corpore, ne occasio esset male tractãtibꝰ corpus, quia in maliloquio lingua arguitur, & in furto manus corripitur, & indissimulantes aures increpãtur, & ita in cętteris, quanuis de corde exeant, membrorũ tamẽ ministerio explentur operibus. Disputatio hæc tãgit Iudæos, & eos qui Christiani dicuntur, & sub lege volunt viuere, vt ediscentes carnales se esse recedãt a lege. Vitia tamen peccatorũ quæ dominari in carne a gentibus dicit per legẽ ostendi, non per legem fieri demonstrat. index enim peccati lex est, non genitrix, reos faciens peccatores. ¶ Nunc autẽ soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur.) Soluti sumus a lege, dum remissionẽ peccatorum accepimus. Nõ enim habet in nos potestatẽ. infidis enim & peccatoribus dominatur. Lex autẽ mortis ideo dicta est, quia punit reos. mortificat enim pec- M
catores. non ergo mala est, sed iusta. Quãuis enim malum sit patientibus quod infertur a lege, sed illa non est mala, quia iuste infert irã. Itaq; non mala est peccatoribus, sed iusta, bonis vero spiritalis est. Quis enim dubitet spiritale esse prohibere peccare? Sed quia hoc non potuit vt saluaret hominẽ remittendo peccata, lex fidei data est, quę credentes liberaret a dominio legis, vt posſint reparare se ad vitam, quos lex tenebat reos mortis. Ipsis enim lex mortis est, quibus iram operatur causa peccati. ¶ Ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non «
in vetustate literæ.) His legem tangere putatur, quam «
quidem ad comparationẽ legis fidei inferiorem facit, non tamen inimicam iudicat. Nam ideo dicit nos eruitos a lege mortis, vt seruiam⁹ legi fidei, quæ nobis præsidium contulit salutare, quod vetus lex non potuit, ne gratiæ beneficium inanire videamur, legi veteri seruientes. Lex vetus non criminis vtique nomen est, sed tẽporis vel ætatis. Senuit enim, quia cessauit. Lex autem spiritꝰ ipsa est lex fidei, qua fides in anima est, nec operibus addiscitur, sed corde creditur: & mens ipsa intelligit naturę suæ esse quod credit, nec oculis cernitur,

A aut manibus palpatur: & quę sperantur dona, non visibilia sunt nec terrena, sed spiritalia. Vetus ergo lex in tabulis lapideis formata est: lex autẽ spiritus in tabulis cordis spiritaliter scribitur, vt sit æterna. Litera autẽ legis veteris ætate ꝓsumitur. Est & alia interpretatio legis spiritꝰ, vt quia prior lex ab opere malo inhibuit: hęc autẽ cũ nec in corde peccare debere dicit, lex spiritus vo-
» catur, vt totũ hominem faciat spiritalem. ¶ Quid ergo
» dicemus? Lex peccatũ est? Absit.) Quoniã legẽ mortis hanc dixit, & erutos nos ab ea gratulaꝰ, & in illa deo seruiri negat: ne iniquã hanc asserere putareꝰ, hoc pur-
» gat cum dicit: Absit. ¶ Sed peccatũ nõ cognoui nisi per
» legem.) Non ergo peccatum est lex, sed index peccati. Ostendit enim & quæ latebant peccata, & quę impune futura non essent apud deum. Quo comperto homo factus est reus, & ideo nõ videẽ gratias agere legi. Quis enim libenter habeat eũ qui sibi pœnam imminere annuncat? Legi autẽ fidei gratias agit, quia qui per legẽ Moysi reus factus est, per legẽ fidei reconciliatus est deo, quãuis & illa iusta & bona sit. Ostendere etenĩ immines periculum, bonũ est. Sed huic magis gratias agit,
» per quem ereptus de periculo viuit. ¶ Nam cõcupiscen-
Exod. 20. tiam nesciebam, nisi lex diceret:) In Exodo: ¶ Non concupisces.) Non discreuit concupiscentiã hanc a peccato, sed miscuit, hoc significans, quia cũ nec suspicio quidem esset istud non licere apud deũ, cognoui, inquit, esse peccatum. Sub ista persona quasi generalem agit causam.
B Lex itaq; cõcupiscentiã prohibet, quæ propterea quod oblectamẽto est, nõ putabatur esse peccatum. Simplex enim videbatur causa, cõcupiscere aliquid proximi. hoc lex prodidit esse peccatum. Secularibꝰ nãq; hominibus nihil tam inultum videtur & placidũ, quàm voluptas.
» ¶ Occasione ergo accepta peccatum per mandatũ ope-
» ratum est in me omnẽ concupiscentiã.) Omnem dicẽs concupiscentiã, cũcta peccata significat. Supra enim cõcupiscentiã iuxta legẽ memorat, cui nunc cætera addẽs vitia, omnẽ dixit concupiscentiã operatam in homine impulsu diaboli, quem in peccato significat, vt in cõtrarium fieret homini lex, quæ data erat vt prodesset. Videns enim diabolus auxiliũ per legẽ homini prouisum, quem in cõditione se tam propter peccatũ Adæ, q̃ propter ipsius habere gratulabatur, intellexit factũ aduersũ se. Quẽ vidit enim factum sub lege, pro certo habuit de suo sublatũ dãno. Agnouerat enĩ homo quomodo pœnã inferni euaderet. Hinc exarsit iracũdia aduersus hominem, vt illi legẽ inuerteret, vt prohibita admittẽdo, deum rursus offenderet, & denuo in potestatẽ diaboli caderet. Cœpit non imperare, sed subtiliter fallere, quo-
niem in lege data amisit dominiũ diabolus, sciẽs homi-
» nem ad dei iudicium de cætero pertinere. ¶ Sine lege
» enim peccatũ mortuũ erat.) Hoc duplici genere intelli-
C gendũ est, vt & diabolũ in peccato sciat significatum, & hoc ipsum peccatũ qd vocatur peccatũ. Mortuus enim dicitur fuisse diabolus, quia cessabat ab illusione hominis ante legẽ, sed erat quasi quiet⁹. securus enim erat de possessione eius. Peccatũ mortuũ esse dixit, quia putabatur quod nõ imputaretur apud deum. ideo apud hominem mortuũ erat, quasi impune peccaretur. Nã non latebat peccatum, sicut supra dixit, sed ignorabatur hoc, quia deus iudicaturus est. Quod cũ data lege manifestum est reuixisse peccatũ. Quare reuixit, nisi quia ante vixerat, & postea desidia hominũ mortuũ æstimatum est, cũ viueret? Putabatur enim non imputari peccatũ cum imputaretur. Viues ergo pro mortuo habebatur.
» ¶ Ego autem viuebam aliquando sine lege.) Quid est
sine lege vixisse, cũ lex semper fuerit, sicut supra memorauí, nisi quia sine timore dei homo viuebat, securus qd
» non esset deus iudicaturus actus humanos? ¶ Sed cum
» venisset mandatũ, peccatũ reuixit.) Ideo dixit reuixisse peccatũ, vt significaret quia ante vixerat: postea autem desidia hominũ mortuũ æstimatũ est cũ viueret, sicut asso!et falsa fama fieri peregrinis. Hoc ergo significat, D
quod in initiis non latuerit peccatũ putari apud deum, hoc est vixisse: sed cũ cõsuetudo peccandi hoc obliterasset, mortuum æstimatũ est, vt crimen cũ persona deficere putaretur. Cũ autẽ data esset lex vel reformata, reuixit apud eos apud quos mortuũ estimatũ erat. cœperunt enim scire imputari peccatũ. ¶ Ego autẽ mortuus «
sum.) Mortuus est homo, quia videt se reum esse apud «
deũ, qui ante se putabat non futurũ obnoxium exhis quæ peccabat. ¶ Et inuẽtũ est mihi mandatũ, quod erat «
ad vitam datũ, hoc esse ad mortem.) Verũ est, quia lex «
ad vitam data est: sed cũ hominem nõ solũ de ꝓterito, sed & de futuro peccantẽ reum fecit, ficta est lex data ad vitam, esse ad mortẽ: sed, vt dixi, peccanti, quia obediẽtibus proficit ad vitã. ¶ Nam peccatũ accepta occasione «
per mãdatũ seduxit me, & per illud occidit.) Peccatum «
hoc loco diabolum intellige, qui autor peccati est. Hic occasionem per legẽ inuenit, quomodo crudelitatẽ suã de nece hominis satiaret, vt qa lex dominata est peccatoribꝰ, homo iustinctu eius prohibita semper admittẽs offenso deo vltionem legis incurreret, vt ab ea quæ illi profutura data erat, dãnaretur. Quia enĩ inuito illo data est lex, exarsit inuidia aduersus hominem, vt eo amplius vitiosis voluptatibus macularet, ne manus eius euaderet. ¶ Itaq; lex quidem sancta, & mandatũ sanctũ, «
& iustũ, & bonũ.) Vt nihil aduersæ suspicionis remaneret in lege, sic illam cõmendat, vt nõ solũ iustam hãc, sed & sanctã & bonã pronunciet. Nam mandatũ legem E
intelligi, Euangelicus sermo testatur. Ait enim: Si vis Mat. 19.
ad vitam venire, serua mãdata. ¶ Quod ergo bonũ est «
mihi, mors estꝰ Absit.) Vere absit. Vnde enĩ fieri potest, vt qd bonũ esse probatur, mors intelligatur? ¶ Sed «
peccatũ vt appareat peccatũ, per bonũ mihi operatum «
est mortẽ.) Diabolũ per bonũ occasionẽ dicit accepisse «
vt malũ operaretur homini, dũ illũ seducit ad mortem: quia vt ea quę ante legem male gesta sunt, per illecebrã cupiditatis probarentur esse peccata, & de cętero vitarẽtur, data est lex manifestata in literis. Tunc incẽsus est Satanas, per bonũ vtiq. Vidit enĩ prouideri homini, & illicita illi surasit, vt pro vita ex lege ei mors puemeret. Quod quidẽ negligentiæ humanæ asscribendũ est, quę sic vigorẽ naturæ suæ infirmauit cupiditate peccãdi, vt suggestiones aduersarii reprimere nõ posset. Inimicus tamen quẽ in peccato significat, vt appareat esse inimicus, per legẽ accepit occasionẽ operari homini mortem. Dũ enĩ ad illicita illũ suadet, apparet esse inimic⁹. Quãquam & ante legẽ mortẽ homini procurauerit, excepta prima causa Adæ: post legẽ tamen maiores ei pœnas apud inferos, vbi mors secũda est, adiuenit. Minus enĩ F
criminis est ante legẽ manifestatã peccasse, q̃ post legẽ. ¶ Vt fiat supra modũ ipsum peccatũ peccans per man- «
datũ.) Quid est supra modũ, quasi datus sit modus de- «
linquẽtibus, cũ peccare nõ liceat? Sed dei verba sunt dicentis: Non sunt completa peccata Amorræorũ. Per qd ostendit mẽsurã quandã esse delictorũ, quã cũ impleuerint peccatores, vita digni minime iudicẽtur, sicut & Pharao quia istũ modũ impleuerat, dei virtutes & signa in illũ ostẽsa sunt, per quæ cæteri territi ad emolumẽta vitæ se exercerẽt, vt in mortuo vita discatur. Sed alius est modus quẽ tractat Apls. Vt ostẽdat enĩ plus peccatũ esse sub lege, q̃ fuerat ante legẽ: supra hũc modum peccatorũ ampliorem modum significat creuisse post legem, inuidia & astutia Satanæ, vt prouidentia dei contraria fieret homini, cum timore legis minime peccare debuerint. Ideo deus vt inuidiam diaboli vinceret, & prouidentiam homini ratam faceret, mutauit ordinem, mittens saluatorem Christum, qui & diabolum vinceret, & statuta dei erga hominem firmaret.

SCIMVS enim quod lex spiritalis est.) Quoniã «
Scientibus legem loquitur, ideo ait: Scimus quia lex spiritalis est. ¶ Ego autẽ carnalis sum venundatus «

G » sub peccato.)Legem Moysi spiritalē vocat,quę est data in tabulis:q̄ quia peccare prohibet,spiritalis est,quippe cum visibilia & carnalia coli prohibeat. Hæc ad commendationē legis pertinent,ne culpa digna putaretur, quia seueritatem exercuit in peccatores. Hominē autē carnalē appellat,dū peccat. Venditus sub peccato. hoc est vēditum esse sub peccato,ex Adam qui prior peccauit,originē trahere,& proprio delicto subiectū fieri pec-
Esaię.50. cato,sicut dicit Esaias propheta: Venditi, inquit, estis peccatis vestris. Adā enim vendidit se prior,ac per hoc omne semen eius subiectū est peccato. Quā ob rem infirmum esse hominē ad præcepta legis seruāda,nisi diuinis auxiliis muniatur,hinc est. vnde ait: Lex spiritalis est: ego autem carnalis sum venundatus sub peccato.hoc est,lex firma est & iusta,& caret culpa: homo autē fragilis est,& paterno subiugatus delicto,vt potestate sua vti nō possit circa obedientiam legis. ideo est ad dei misericordiā confugiēdū,vt seueritatē legis effugiat,& exoneratus delictis,de cętero deo fauente inimico resistat. Quid est enim subiectū esse peccato,nisi corpus habere vitio animę corruptū,cui se inserat peccatum,& impellat hominē quasi captiuū delictis vt faciat volun-
Lucæ.8. tatem eius? Hinc dns inter cætera ait: Venit enim diabolus,& tollit quod seminatū est in cor illorum,ne salui
Ephes.6. fiant. Vnde idem Apostolus in alia epistola ait: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē,sed aduersus principes & potestates,cōtra spiritalia nequi-
H tiæ in cælestibus.quos satellites cōstat esse Satanę. Nā ante prævaricationem hominis,prius quàm se manciparet morti,nō erat his potestas ad interiora hominis accedere,& cogitationes aduersas inserere. Vnde'astutia eius factū est vt cōfabulatione per serpentē hominē circūueniret. Postquam autē circūuenit eū & subiugauit,potestatem in eum accepit vt interiorē hominē pulsaret,copulans se mēti eius, ita vt non possit agnoscere quid suū sit in cogitatione,quid illius,nisi respiciat legē.
» ¶Quod enim operor,nō intelligo.) Nō intelligit quod operaſ,quia videt aliud se per legē scire,& aliud agere.
» ¶Non enī quod volo,hoc ago:sed quod odi,illud facio.)
» Subiectus peccato,facit vtiq; qđ nō vult.¶ Si autē quod
» odi,illud facio,consentio legi.) Probat legem recte prohibere, quando inuitū se hoc facere qđ lex vetat profitetur,& naturæ suæ dicit esse quod mādat lex: quia quod
» extra facit,odiosum sibi dicit.¶ Nūc autē iam non ego
» operor illud,sed quod habitat in me peccatū.) Quoniā audit legem prohibere quod agit,& cōsentit nō debere fieri,ac per hoc aliud esse cuius impulsu hæc agi declarat,id est peccatū. Peccatū autē ideo semper nominat,
I cū sciatur diabolus esse cū angelis suis:quia nisi peccasset primus homo,hæc non prouenirent,ac per hoc pec-
» catum est quod ea omnia facit.¶ Scio enim quoniā in
» me nō inhabitat,hoc est,in carne mea,bonū.) Nō sicut quibusdā videtur,carnē malā dicit: sed quod habitat in carne,nō esse bonum,sed esse peccatū. Quomodo inhabitat in carne peccatū,cū non sit substantia,sed præuaricatio boni? Quoniā primi hominis corpus corruptum est per peccatū,vt possit dissolui:ipsa peccati corruptio per cōditionem offensionis manet in corpore,robur tenens diuinæ sentētiæ datæ in Adam:quod est signum legis diaboli,cuius instinctu peccauit Adā. Per id ergo quod facti causa manet,inhabitare dicitur peccatum in carne,ad quā diabolus accedit quasi ad suā legē,& manet quasi in peccato peccatū,quia caro iā peccati est,vt decipiat hominē suggestionibus malis,ne homo faciat
» quod præcipit lex.¶ Nā velle adiacet mihi.) Tam bona asserit quæ iubet lex,vt naturaliter sibi placere dicat,&
» velit facere.¶ Perficere autē bonū nō inuenio.) Et placet ergo qđ a lege iubetur,& voluntas est faciendi: sed vt impleatur,potestas & virtꝰ deest:quia sic pressus est potestate peccati, vt non possit ire quo vult, neq; valeat contradicere, quia potestatis eius alter est dominus.

Homo enim iā consuetudine peccādi grauatur,& faci- k
lius succumbit peccato q̄ legi,quā scit bona docere.ac si velit bona facere,premit illū cōsuetudo aduitore inimico.¶ Non enī quod volo, facio bonū:sed qđ nolo malū, «
hoc ago.)Sæpe repetit, vt dilucidet. Hoc ergo est quod « supra dictum est,quia vt captiuus per supradictas causas illud cogit facere quod vult peccatū.¶ Si autē quod « nolo,hoc facio:iā non ego operor illud,sed quod habitat « in me peccatum.)Hoc est quod iam supra memorauit, « quia pressus & subiugatꝰ peccato,nō suā,sed illius perficit voluntatem. Nunquid quia inuitū hominē dicit peccare,immunis debet videri a crimine: quia hoc agit qđ non vult,pressus vi potestatis? Non vtiq;. Ipsius enim vitio & desidia hæc cœpta sunt. Quia enim mācipauit se per assensum peccato,iure illius dominatur. Primū enim suadet,vt victo iam dominetur. Apostolus autē vt gratiā dei referat,hęc exponit de quātis malis hominem liberauerit,vt quæ exitia ex Adā trahit, quæ vero beneficia per Christū cōsecutus est,cui nec lex subuenire potuit,demōstraret.¶Inuenio igitur legē volēti mi- «
hi facere bonum,quia inest mihi malū.) Legē Moysi «
asserit voluntati suę dare cōsensum cōtra peccatū quod in carne habitat,quod aliud cogit facere,q̄ quod vult homo & lex.¶Cōdelector enim legi dei secundū interiorē «
hominē.)Animū his oblectari dicit quæ a lege tradū- «
tur.hic est interior homo,quia nō in animo habitat peccatū,sed ī carne,quia est ex origine carnis peccati,& per traducem fit omnis caro peccati. Si enim anima de traduce esset & ipsa, & in ipsa habitaret,quia anima Adæ magis peccauit q̄ corpus, sed peccatū animæ corrūpit L
corpus. In carne ergo habitat peccatū quasi ad ianuas animę,vt nō illā permittat ire quo vult. In anima autē si habitaret,nunquā se cognoscere homo: nunc autem cognoscit se,& delectatur legi dei. ¶ Video autē aliā le- «
gem in membris meis,repugnantem legi mētis meæ, «
& captiuum me ducentē in lege peccati qđ est in mem- «
bris meis.)Duas leges memorat, ex quib? vnā in mē- «
bris suis videre se flagitat,id est,i exteriore homine,qui est caro vel corpus. Hæc est lex aduersa,hęc repugnans animo,trahens illum captiuum in cōditionem peccati, ne vltra egrediens inueniat assertorē. Alia est lex mētis,quæ est lex Moysi,vel naturalis,quæ est in animo. Hæc pressa est violentia peccati,negligentia quidē sua, quia dum diligit vitia,subiecit se peccato, vt ipsa cōsuetudine teneretur captiua. Dominatur enī homini consuetudo. Quatuor quidem leges nominat. Primā legē spiritalem,quæ est etiā naturalis,quę reformata est per Moysen,& posita in autoritate.ipsa est dei lex. Deinde
legem mentis consentientē legi dei. Tertiā legē pecca- M
ti,quā ex prævaricatione primi hominis in mēbris dicit habitare. Quartā vero quæ in mēbris videtur dum suggerit mala,& recedit. Sed hę leges iteratę quatuor videntur,cū sint duæ,id est,boni & mali. Lex enī mentis ipsa est lex spiritalis, siue Moysi,quæ vocat lex dei. Peccati vero lex eadem est quæ & illa quā in membris dicit videri,quæ contradicit legi mentis nostræ.¶ Infe- «
lix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis hu- «
ius? Gratia dei per IESVM Christum dīm nostrū.) «
Infelicē hominē dicit,quia nascit sub peccato. Nūquid non vere infelix est homo, qui in hanc hæreditatē prævaricationis successit,hospitem secum habens peccatū, per quod ad illum aditū habet Satanas? Gradus enim fabricauit Adā,per quos ad filios eius expoliator ascēdit,nisi clementissimus dns motus misericordia gratiā suā per Christū dedisset,vt releuatū genus humanum, remissione peccatorū accepta,de cætero possit resipiscere represso & dānato peccato. Potest enim exoneratus malis & purgatꝰ resistere aduersario,potestate accepta cōtra illū,dū adiuuatur a deo. Hic quasi legē fidei tertiā inducit potiorē,quā & gratiā vocat,quæ ex lege tamen spiritali originē habet,quia per hāc liberatus est homo;

A vt quia Moyses dedit legem,dediteq; & dns,duę dicantur,vna tamen intelligatur quātum ad sensum & prouidentiam pertinet. Illa enim initiatrix est salutis,hęc vero cōsummatrix. Sed nō hanc partem legis dico,quę in neomeniis est & in circūcisione & in esais, sed quę ad sacramentū dei pertinet & disciplinā. Gratia dei liberatus est homo de corpore mortis huius. Hanc dicit mortem,quam supra ostēdit in necem hominis per peccatū inuentā apud inferos,quæ appellatur secunda. Corpus autem mortis est,cuncta peccata. Multa enim vnum corpus sunt, singula quasi membra vno autore inuēta, ex quibus homo ereptus gratia dei per baptismum, supradictam mortem euasit. Nec enim in carneo corpore positus de eo ipso ereptum se diceret,sed hoc corpus dixit quod superius per baptismum & obseruantiā legis destrui significat. Nā & cū dicit, de corpore mortis, ostē
» dit aliud corpus esse non mortis.¶Igitur ego ipse men-
» te seruio legi dei.)Legi dei cū dicit,& Moysi significat
» legem & Christi.¶ Carne autē legi peccati.) Ego ipse, id est,qui liberatus sū de corpore mortis. In corpore est, quomodo liberatus est de corpore mortis,nisi quia liberatus est a cunctis malis? Remissio enim peccatorum omnia tollit peccata. Liberatus ergo de corpore mortis, gratia dei per Christū mente vel animo seruio legi dei: carne autē legi peccati,id est diaboli, qui per subiectam sibi carnē suggestiōes malas ingerit animę. Quia ergo duplex est homo,carne cōuersus & animo,legi dei mē-
B te seruire se dixit, quia animus deuotus est deo,& recuperata sui potestate repugnare potest peccato quod per carnem operatur. Quia enim caro corrupta est,& morti subiecta,quæ sic facta erat vt societate & cōiunctione animæ non moreretur,recepit desideria quorum quasi honorē quendā transfert ad animum,vt etiā ipse generetur. Sed quid respuit illā mortem? Gratia dei. Mēte seruio legi dei:carne autē legi peccati, sicut dictū est. Iā enim liber animus,& in consuetudinē bonā reuocatus, spiritu facto adiumāte malas suggestiones potest spernere. Reddita est enim illi auctoritas qua audeat resistere inimico. Qui enim iā non est obnoxius, minime poterit indagari in vitiis. Caro autē quia iudicium nō habet,neq; capax est discernendi(est enī bruta natura)non potest inimico aditū claudere,ne veniens introeat, atq; animo cōtraria suadeat,ac per hoc carne, ait, seruit legi peccati. Cū enim vnus homo carne cōstet & anima, ex illa parte qua sapit,deo seruit: ex altera autē qua stolidus est,legi peccati. Si autē homo in eo quod factus est perduraſſet,non esset potestas inimico ad carnem eius accedere,& animæ contraria susurrare. Vt autē totus
C homo minime reparatus fuisset Christi gratia ad statū pristinū,sententia obstitit data in Adā. Iniquum enim erat solui sententiā iure depromptā. Idcirco manente sententia,prouidētia dei remedium inuentū est,vt redhiberetur homini salus,quā proprio vitio amiserat,vt hic sanatus crederet quia aduersarius eius deuictus potentia Christi,nō auderet transpuncta sententia primæ mortis hominem sibi defendere,adunato genere Adę, ne ad primæ originis redderetur facturam iam totus permanens immortalis.

CAPVT OCTAVVM.

» NIHIL enim nūc dānationis est iis qui sunt
» in Christo IESV, qui nō secundū carnem
» ambulant.) Verū est, quia nulla erit dānatio horum qui sunt in Christo IESV, legi dei solicite seruiētes.¶ Lex enim spiritus vitæ,in Christo IESV liberauit me a lege peccati & mortis.) Securitatē flagitat homini per gratiā dei, vt de suggestionibus diaboli non sit solicitus, dummodo spernat illas. Nihil enim oberunt homini apud mortē secundā, quia lex fidei,id est,spiritus liberauit hominē a morte secun-
da dānato peccato. Nec obesse iam homini, quia carni D
ineſt peccatū:si modo repugnet ille memor auxilii dei, sed & coronādus est qui peccati manētis premit cōsilia. Magna enī solertia est domestici hostis insidias euitare. Lex ergo spirit? vitę,ipsa est lex fidei. Nā & Moysi lex spiritalis est,quia prohibet peccare:non tamen vitę, quia reis mortis peccata remittere non potest,vt viuificet mortuos. Hæc vero qa & peccare nō vult,& a morte reuocat,lex spiritus vitæ appellatur, nō per literā cōstans,sed per spiritum, quia corde creditur,& spirit? est quod creditur. Hęc itaq; lex in Christo IESV, hoc est, per fidē Christi liberat credētem a lege peccati & mortis. Lex peccati est quā in membris dicit habitare,quæ suadere nitiē aduersa. Lex vero mortis, Moysi lex est, quia mortificat peccatores. Nā & in alia epistola inter
cætera dicit de autoritate legis: Si ministratio mortis 2.Corī.3.
formata in lapidibus fuit in gloria. Non ergo mirum si lex spiritalis dicatur,& lex mortis,cū & Euangelium eodem modo sit. Dicit enī alio loco inter cætera, Aliis 2.Corī.2.
odor vitę ad vitā,aliis odor mortis ad mortem. Quos enim opinio virtutum,aut rerū gestarū visus aut auditus attrahebat ad fidē,his odor vitę erat Euangelium. Illis autē quorū sensum inflāmabat facta virtus ad contradicendū,mortis erat odor prædicatio fidei. Vna ergo cum sit fides,diuersitatem præstat hominibus,sicut & sol cū sit vnus, ceram soluit,lutū stringit. Qua ergo quis mente odoratus fuerit fidē,sic proficiet illi. Sed dicitur forte: Si eadē præstat fides quę & lex,cur non etiā ipsa ex parte lex mortis dicatur: mortificat enim nō cre E
dētes? Sed nō ita est. Fides enim data est quæ iustificat confugientes ad se,vt remittat eis quos lex tenet reos, vt agētes sub fide,liberi sint a peccato. Nā sub lege agētes obnoxii sunt. Qui ergo non obediunt fidei,nō occidētur a fide,sed a lege,quia nō accedentes ad fidē rei tenētur a lege: ideoq; omnes qui malo animo odorantur verba fidei,remanēt in morte. Videamus nūc quid interſit cum dicit lex spiritalis,& lex spirit? Hoc interest,quia idcirco dicitur lex spiritalis, quia præcepta dat per quæ nō peccetur: quia qui nō peccat,spiritalis vocatur,æmulus superiorum cælestium. Lex autē spiritus propterea vocatur: qa deus cuius fides est, spiritus est. Illic ergo verba sunt,hic res. Illic quæ dei sunt,hic deus ipse.¶Quia quod impossibile erat legis,in quo infirma «
batur per carnem,deus filiū suum mittens in similitu- «
dinē carnis peccati,de peccato dānauit peccatū ī carne.) «
Hæc dicit vt baptizatos securos reddat quia liberati a peccato sunt: Quoniā quod impossibile erat, inquit,legis. Cui impossibile? Nobis scilicet impossibile erat mādatum legis implere,quia subiecti eramus peccato. Ob hoc deus filium suum misit in similitudinē carnis peccati. Hęc est similitudo carnis,quia cum eadem caro sit quæ & nostra: non tamen ita facta in vtero est & nata, E
sicut & caro nostra. Est enī sanctificata in vtero,& nata sine peccato,& neq; ipse in illa peccauit. Ideo enim virginalis vterus electus est ad partum dominicum, vt in sanctitate differret caro domini a carne nostra. In causa enim similis est,non in qualitate peccati substātię. Propterea ergo similē dixit,quia de eadem substātia carnis, nō eādem habuit natiuitatem,quia peccato subiectum nō fuit corpus domini. Expiata est autem a spiritu sancto caro domini,vt in tali corpore nasceretur quale fuit Adæ ante peccatū,sola tamen sentētia data in Adam. Misso ergo deus Christo,de peccato dānauit peccatū, hoc est,peccatū peccato proprio dānauit. Christ? enī cū a peccato crucifigitur,qđ est Satanas, peccauit peccatū in carne corporis saluatoris. Quo facto damnauit deus peccatum in carne,ibi vtiq; vbi peccauit: sicut & in alia epistola ait: Detriumphans illos in ipso,id est in Christo. Nā solet dici de quocūq; dānato:in qua causa dānatus est,respondetur: vt puta,in homicidio. Ita & peccatum in carne damnatum,hoc est,in peccato qđ admisit

G in carne. Hoc itaq; peccato reus factus Satanas, amisit dominiū retētarū animarū, vt iam signatos signo crucis, in qua victus est, in secūda morte tenere nō audeat. Quā ob rem ad securitatē nostram hæc tractat Apls.
» ¶ Vt iustificatio legis adimpleretur in nobis, qui nō se-
» cundū carnem ambulamus, sed secūdum spiritū.) Ideo damnatū dicit peccatū, vt impleretur in nobis iustificatio legis datę a Moyse. Sublati enim de conditione legis, facti sumus amici eiusdē. Iustificati enī amici legis sūt. Quomodo autē impletur in nobis iustificatio, nisi cū datur remissio omniū peccatorū, vt sublatis peccatis iustificatus appareat mēte seruiēs legi dei? Hoc est non secūdum carnem ambulare, sed secundū spiritū, vt deuotio animi, qui est spiritus, non consentiat desiderio peccati, quia per carnem seminat concupiscētias animę quod ineſt peccatū. Si damnatū est peccatū, quomodo ineſt? Dānatū est, & a saluatore, & triplici genere dānatum. Primo enim in loco dānauit peccatū, dū non peccauit dissentiēs a peccato. Deinde in cruce peccatū quia peccauit, damnatum dicitur. Vnde sublata est illa auctoritas quasi peccati qua detinebat homines in inferno propter delictum Adæ, vt de cætero in quibus signum crucis est, detinere nō audeat. Tertio dānauit peccatū, dum irrita fecit delicta remissione peccatorum cōcessa. Cum enim peccator causa admissi peccati damnandus esset: ignoscēs autē ei, damnauit in eo peccatū. Itaq; si & nos saluatoris exēplo nō peccemus, dānamus peccatū.
» ¶ Qui enim secundū carnē sunt, quæ carnis sūt sapiūt.)
H Hoc dicit, quia qui suggestioni quæ efficitur per carnē, obtemperat: quæ carnis sunt, sapit. Hoc enim illi suaue videtur quod sequitur, contra fas appetens vsum & sententiam erroris carnis. in carne enim mūdanus error signatur quacūq; ex parte. ¶ Qui vero secundū spiritum,
» ea quę sunt spiritus sentiunt.) Manifestum est quia qui se a carnis desideriis continet, iuxta legem mētis viuit. Hoc enim illi vtile videtur sapere, quod conueniat legi.
» NAM prudentia carnis, mors est.) Prudētia carnis peccatum est, quod generat mortē. Prudētia enim ideo dicit, cū res stulta sit, quia secularibus hominibus errores ex visibilibus concepti siue in sensu siue in actu contra legē dei, prudentia vidētur: maxime quia omnis industria & astutia illorū in eo est, vt peccēt. Sapere enī sibi videntur si istud diligētius curent, cum nihil stultius sit q̄ peccare. Est & alia prudentia carnis, quæ mūdanis rationibus inflata, negat aliquid fieri qd mundi careat ratione. Vnde deridet virginis partum,
» carnis resurrectionem. ¶ Prudētia autē spiritus, vita &
» pax.) Vere hæc est sapientia, quæ vitā acquirit & pacē. Sequens enim spiritalia cōtemptis illecebris vitæ præ-
I sentis, æternā habebit vitā cum pace, id est sine inquie-
» tudine. Vbi enī perturbatio est, & pœna est. ¶ Quoniā
» sapientia carnis inimica est deo. Legi enim dei non est
» subiecta, nec enim potest.) Non carnē dixit inimicā, sed sapientiā carnis: id est, non substantiā, sed actus, aut cogitationem siue assēuerationē quæ nascitur de errore. Sapientia ergo carnis est primo in loco, astrorū ab hominibus inuenta disputatio, deinde visibiliū oblectatio. Hęc inimica deo sunt, quia elementorū dominū, & opificem mundi his coæquant quæ fecit, astruentes nihil posse fieri præterquam mundi continet ratio. Quā ob rem negant deū fecisse vt virgo pareret, aut mortuorū corpora resurgerent: quia stultum est, inquiunt, vt deus fecerit vltra q̄ sapit homo. O prudentes mūdi, qui putāt deum nō debere aliter facere q̄ ab eo facit cōdita creatura, vt ipse similis creaturis putet. Sic cæcati sunt, ne videant qualē cōtumeliam deo faciunt. Opus enim quod in laudem suam prędicandā facere dignatus est, isti vituperantes, incredulum & stultum asserunt. ac per hoc legi dei hoc studium subiectū esse nō potest, in eo quod
» exercitatur vt dei gestis repugnet. ¶ Qui enim in carne
» sunt, deo placere non possunt.) Sapiētes mūdi in carne sunt, quia respicientes mūdū, spirituali sapiētiæ resistunt, k
quia totus mundus caro est. Omne enim visibile carni deputatur. cognata enim sunt carnis, immo elementa carnis. Ideoq; qui mundanis rebus obtemperat, in carne est. ¶ Vos autem nō estis in carne, sed in spiritu.) In «
carne positi dicūtur nō esse in carne, si assentiētes Ioāni apostolo mundana nō diligant. Sententia enim hominī suā quasi tingit natura, vt hoc appelletur quod sētit. ¶ Si tamē spiritus dei habitat in vobis.) Hoc ideo am- «
bigue dicit, quia in lege inducti, non adhuc perfecte erāt fidei, sed spem in eis videbat perfectiōis. Vnde aliquādo quasi perfectis loquitur, aliquando quasi perfecturis. hoc est, aliquando laudat, aliquādo cōmonet: vt si secundum supra memorata versentur iuxta legē naturæ, in spiritu esse dicātur: quia spiritus dei in eo habitare non potest, qui carnalia sequitur. ¶ Si quis autē spiritū Chri «
sti non habet, hic non est eius.) Spiritum dei nunc spiri- «
tum dicit Christi, quia omnia patris, filii sunt. Hoc ergo dicit, quia qui supradictis errorib⁹ subiect⁹ est, ad Christum non pertinet. spiritum enim eius nō habet, quem vt filius dei esset acceperat. Duabus enim ex causis deserit hominem spiritus sanctus, cū aut sensum carnis habet, aut gesta. Itaq; per hæc ad bonam conuersationem compellit. Quātus enim bonitate dei erigantur homines, non erunt tamen filii dei vocati nisi sic vixerint, ne satis indigni concesso nomine videantur. ¶ Corpus qui- «
dem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vita «
propter iustificationem.) Peccati causa corpus mortuū «
asserit eorum quos deserit spiritus sanctus, nec ad istum, id est, spiritū quis eorū passione potest peruenire. Spiritus enim dei nescit peccare. Ad iustificationē enim datur, vt adiutorio suo iustificet. Ergo qa peccare nescit, L
vita est. Mori enim non potest, quia per peccatū mors: ac per hoc sibi peccator oberit, nō spiritui quem accepit. Nec enim spiritus erit in causa, qui voluit iustificare. Signum enim iustificationis hoc est in homine, vt per id quod inhabitat in eo, iustificatus apparcat esse filius dei. Non enim in ficto homine, neq; in corpore subdito peccatis potest habitare spiritus sanctus, sicut dicit Salomon. Si quis autem denuo carnaliter viuat, desertus Sapiēn. 1.
ab spiritu sancto, in iniustitia sua morietur. Corpus autē dicens, totū hominē significat mortuum peccati causa: sicut & a propheta sub vocabulo animæ totus homo significatur, quasi a parte totū. Ait enim: Anima quæ Ezech. 18
peccauerit, ipsa morietur. Nūquid sine corpore? Hic corpus pro toto homine posuit, ille autē animā. Et alius Propheta carnem dicendo, totum hominem significauit. Ait enim: Videbit omnis caro salutare dei. Et Esaię. 40.
quoniam baptizato datur spiritus sanctus, etiam ipsius esse spiritus dicitur. Idcirco cætera hominis ad comparationem eius corp⁹ appellauit. Præterea quod anima dū peccat, caro dicatur. hoc enim vocatur qd sequitur, M
sicut sępe iam dixi. Simili modo & dūs cum in passione sua diuinitatē suā minime formidare vellet intelligi, sed hominis esse mœstitiā, ait: Spiritus quidē prōptus est, caro vero infirma. vt in spiritu deum, in carne vero hominem significaret. ¶ Q̄ si spirit⁹ eius qui suscitauit «
IESVM a mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit «
IESVM a mortuis, viuificabit & mortalia corpora «
vestra propter inhabitātē spiritū eius in vobis.) Ipsum «
scilicet eadem tractat ratione. Corpora enim dixit, per quę homines significat. Et quia supra dixit propter peccatum corpus mori morte secūda, hic iterū propter bonam vitam mortalia corpora viuificari promisit, id est totum hominem. ¶ Igitur fratres debitores sumus non «
carni, vt secundū carnem viuamus.) Rectū & manifes- «
tum est nōnos adinuētioni Adæ, quia carnaliter egit, obsecundare debere, qui prior peccans mortē nobis hæreditatis titulo dereliqt: sed legi Christi seruire nos debere, q̄ nos spirituali ratione a morte supradicta redemit. Huic enim debitores sumus, qui nos carnalibus vitiis

A sordidatos per lauacrum spiritus ablutos iustificauit, & filios dei fecit. Prius enim in carne positi exēplo Adæ viuebamus subiecti peccatis, nunc vero liberati reddere debemus obsequiū redēptori. Quod quidē obsequiū nō illi vtiq; proficit, qui nullius eget, sed nobis vitā acquirit ętернā. Sic enim diligit nos, vt sibi imputet quod
» nobis promisit. ¶ Si enim secundū carnē vixeritis, mo-
» riemini.) Nihil enī verius: quia si secundū Adā vixerimus, moriemur. Adam enim præuaricans vendidit se peccato, carni deputatur. Omne enim peccatū, caro est. Propter quod enim deforis vitia & delicta nascuntur ex sensibus, de auditu, visu, odoratu, vel gustu, carni deputantur. Omnis enim cogitatio foras respiciens incurrit delictum. Nā & primi hominis deforis peccatū natum est. Secundū carnē ergo viuere, mors est. Omnis enim
» actus carnis, extra legem est. ¶ Si autē spiritu facta car-
» nis mortificaueritis, viuetis.) Corpus vult lege animæ gubernari. Vnde ostēdit, si duce sancto spiritu actus & consilia carnis, quę huius mundi instigātibus potestatibus concinnātur, fuerint repressa, ne agendi accipiant potestatē, vitā præstari. Mortificari enī dicuntur si cessent. nō sunt enī si cessant, quia peccatū non est si nō fiat.
» QVICVNQVE enim spiritu dei aguntur,
» hi filii sunt dei.) Hos dicit spiritu dei agi, in quorum actibus consilia principum & potestatum huius mundi nō videntur. In quorū enim vidētur, nō
1. Ioan. 3. sunt filii dei, sed diaboli: quia qui de deo nat⁹ est, nō pec-
B cat, dicit Ioannes apostolus. Hoc est enim quod probat dei filios, & diaboli. Vnde dns ad Iudæos quod male
Ioan. 8. agerent, & parricidiū cogitarent, ait: Vos de patre dia-
» bolo estis. ¶ Nō enim accepistis spiritū seruitutis iterū
» in timore.) Hoc dicit, quia accepto spiritu sācto a timore malorum actuum exuti sumus, vt de cætero nihil tale agamus vnde iterum timeamus. Ante enim sub timore eramus, quia lege data omnes rei sunt constituti. Spiritum ergo timoris legem dixit, quia homines peccati causa in timore cōstituit. Lex autē fidei, quę in spiritu adoptionis significatur, lex securitatis est: quia a timore nos eruit dum donat peccata, ac per hoc securos nos fecit: ac dicitur spirit⁹ nō timoris secūdū hūc mūdū.
» ¶ Sed accepistis spiritū adoptiōis filiorū, in quo clama-
» mus, abba pater.) In quo clamamus abba, id est pater. Gratia dei a timore liberati, accepim⁹ spiritū adoptionis filiorū, vt considerantes quid eramus, & quid dono dei sumus adepti, magna cum diligentia vitā nostram ordinemus, ne nomen dei patris in nobis iniuriā patiatur, & ea omnia quæ euasimus, veluti ingrati incurra-
C mus, vt audeamus dicere deo, abba, id est pater. Idcoq; cōmonet ne accepta fiducia in temeritatē vertatur. Si enim huic voci qua dicim⁹, abba pater, dissimilē vitam exhibeamus, iniuriam deo facimus vocantes eū patrē. Idcirco enim bonitate sua hoc nobis idulsit quod super naturam nostrā est, vt quod substantia indigni sumus,
» operibus mereamur. ¶ Ipse spiritus reddet testimoniū
» spiritui nostro, qd sumus filii dei.) Bene agentibus nobis, & per hoc ipso manēte in nobis spiritu sancto, huic voci & animo nostro quo clamamus in oratione, abba, id est pater, spiritus dei testimoniū dat, dū manet in nobis, quoniam nō temere dicimus, abba pater. Dignam enim vitā huic voci exhibeamus, & hoc est testimoniū filiorum, si in eos per spiritum videatur signū paternū.
» ¶ Si autem filii, & hæredes: hæredes quidē dei, cohære-
» des autem Christi.) Cum deus pater nullo modo mortuus possit dici, Christus autem eius filius mortuus dicatur causa incarnatiōis, quid est vt hic q̄ mortuus est, semper viuentis hæres esse dicatur, cū hæredes vtiq; nō nisi mortuorū sint? Sed hęc causa humanitatis est. Nā apud deum quæ apud nos hæreditas dicitur, donū est patris in filios obedientes transfusum, vt viuus viuentis heres sit merito proprio, nō necessitate defuncti. Vnde & dns in Euangelio nō magis humana q̄ diuina ratione viuum viuentibus substantiā suā partitum esse, D
licet in parabola, significauit. Nec enim parabola absurda ratione cōponitur. Vt ergo prōptos nos ad obediēdum deo patri faceret, hac spe exhortatur dicēs dei nos futuros hęredes, cohęredes autem Christi: vt quia spes magna præmii est, tāto magis in dei rebus propēfiores essemus, postponētes curam mūdanorū. Quid sit autē cohæredē esse filii dei, ab apostolo Ioanne docemur. In-
1. Ioan. 3. ter cętera enim ait: Scimus quoniā cū apparuerit, simi- «
les ei erimus. ¶ Si tamen cōpatiamur, vt & simul glori- «
ficemur.) Quomodo cohæredes Christi fieri possimus «
declarat, dicens: Si tamen cōpatiamur, vt & simul glorificemur. Videamus ergo quid sit compati. Compati est persecutiōes tolerare propter spem futurorū, carnēq; crucifigere cū vitiis & cōcupiscētiis, hoc est, voluptates & pompas seculi spernere. Cū enim hęc omnia mortua fuerint apud hominē, crucifigit mundū, futuri seculi vitam credēs, in qua se sperat cohæredem Christi futurū. ¶ Existimo ergo quod nō sint cōdignæ passiones huius «
temporis ad futuram gloriā quę reuelabitur in nobis.) «
Exhortatio hæc ad superiora pertinet, per quā ostendit parua esse quæ hic possunt a perfidis irrogari, ad cōparationē decreti muneris in futuro seculo. Propterea ad omnia exitia paratos esse debere, quia magna pro his repromissa sunt præmia, vt in tribulatione cōfoletur se animus, & spes crescat. Nam & quosdā, immo multos scimus pro presentibus lucris ad modicū vtiq; profuturis q̄ asperos & duros subire labores, & ad quæ aliquando, quia ipsa vita fragilis est & incerta, peruenire nō pos- E
sunt. Nautæ pro quibus cōmodis tantis se procellis & tēpestatibus credunt, cum sciant in his magis mortem ante oculos esse, q̄ vitam? Et milites spe præsentis præmii, cū incerta victoria sit, in gladios insurgere nō dubitant. Quāto ergo magis pro Christo patiēdi est, cuius etiam protelata sunt nobis beneficia, qui pro paruis magnifica, & pro temporalibus perpetua prędicia cū gloria pollicetur. Pro Christo dicimur pati, cum nobis, non illi proficiat quod patimur. Sed quia ille occasionē quærit remunerandi nos, hoc præcipit. Vt bonus enī vel profusus largitor causas quærit quomodo donet aut indiguis aut verecūdis. Deniq; vtipsa exitia tolerari possit, ipse suggerit vires. ¶ Nam expectatio creaturæ, reuela- «
tionem filiorū dei expectat.) Quoniā presentis tempo- «
ris passiones indignas dixit ad futuram gloriā, subiecit qd creatura hoc expectat, vt cōpleatur numerus filiorū dei destinatus ad vitam: vt tūc demū etiā ipsa creatura possit liberari a seruitute corruptiōis, & cessaret in vitio. ¶ Vanitati enim creatura subiecta est non voluntaria.) «
In dāi & creatoris potestate posita creatura, non vtiq; F
sponte subiecta est vanitati. Non enī proderit sibi quod subiecta est, sed nobis. Quid est ergo i quo vanitati subiecta est, nisi quia quæ generat, caduca sunt? Operatur enim vt fructū faciat corruptibiles. Corruptio ergo ipsa vanitas est. Omnia enim quę nascuntur in mūdo, infirma, caduca & corruptibilia, ac per hoc vana sunt. Vana sunt enim, quia statum suum tenere nō possunt. Nam cūcta deformata per fluxum semper in se redeūt cōfusa in naturam. Dicit de his & Salomon, quia omnia hæc Eccls. 1.
vanitas. Nec discordat ab his Dauid dicens: Verūtamen vanitas, omnis homo viuēs. Māducare enim, & bibere, & res mundi curare, nōne vanitas est? & prodest tamen ipsa vanitas. Proficit enim hominibus natis in mūdo, vt per hęc in corporibus exercitati, discāt mysterium creatoris, ad cōparationē enim æternorum vana sunt. Nā suo bona sunt, quippe cū sint necessaria. ¶ Sed «
propter eum qui subiecit illam in spe.) Quæ spes? sta- «
tim subiecit dicens: ¶ Quoniā & ipsa creatura liberabi- «
tur a seruitute corruptelę in libertatē glorię filiorū dei.) «
Quoniā contradicere nō potest creatura conditori suo, eius causa subiecta est, non sine spe. Habet enim in labore posita hoc solatium, quoniā habebit requiem, cum

G crediderint omnes quos scit deus credituros: quorū etiā causa subiecit: ¶ Scimus enī quoniā omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc.) Parturire, dolere est. Ipse sensus est, quia omnis creatura per quotidianū laborē ingemiscit & dolet vsq; modo. Vsq; modo, tādiu significat, quādiu legitur. Ipsa enim elemēta cū solicitudine operas suas exhibēt, quia Sol & Luna non sine labore statuta sibi implent spatia, & spiritus animalium magno gemitu arctatur ad exhibenda seruitia. Nā videmus illa gemētia cogi inuita ad laborem. Hæc ergo omnia expectant requiem, vt a seruili opere liberentur. Si autem hæc esset seruitus quæ ad deū proficeret promerendū, gauderet, nō doleret creatura: sed quia nostri causa subiecta est seruituti corruptiōis, dolet. Videt enī quotidie opera sua interire. quotidie enim oritur & occidit opus eius. Recte ergo dolet, cuius operatio nō ad æternitatem pertinet, sed ad corruptionem. Quantum ergo datur itelligi, satis de nostra salute solicita sūt, sciētia ad liberationem suam proficere, si modo nos citius agnoscamus autorem. Hæc itaq; sciētes, omni cura diligentiaq; dignos nos præbeamus aliis quoq; vt exēplo simus, nō nostra solū miseratiōe cōmoti, sed & eius causa quæ diebus ac noctibus iniurias patiens ingemiscit. Solemus enim in alienis causis propensius vigilare. ¶ Non solum autem illa, sed & nos qui receptaculū spiritus habem⁹, nos ipsi intra nosmetipsos ingemiscimus expectantes redemptionem corporis nostri.) Post creaturam mundanā adiecit etiam nos hoc expectare, & ingemiscere ad deū, vt hinc liberemur cuncti destinati ad vitam, quia Christianis mundus hic pelagus est. Sicut **H** enim mare aduersis excitatur procellis, insilit, & tēpestatem nauigantibus facit: ita & seculū perfidorū cōspiratione cōmotū, perturbat fideliū mentes: & tanta peruersitate agit inimicus, vt quid prius euitandū sit, ignoretur. Si enim potestas desinit esse aduersum nos, priuatorum mentes exagitat. si & hi compescātur, per domesticos conflat incendium. Et si hoc positū fuerit, arte sua inter ipsos germanos facit discordiā: vt quatuor angulis pulsata domus, ex aliqua parte faciat ruinā. propter qđ vno cōsilio fugiēdū est hinc Christianis. Exemplū enim debent sequi sancti Symeonis, qui sciens bellū hic geri contra perfidiam, in pace dimitti se postulauit. Hoc est quod singuli orantes, pro omnibus oramus, vt veniat regnū dei. Tunc enim erit liberatio corporis nostri, id est, omniū Christianorū. In corpore enim omēs significauit, quia sumus alter alterius mēbra. Apostolus quidē quasi vir diuinus bene sentit de nobis, dicens quia ingemiscimus vt hinc liberemur, sicut & ingemi- **I** scebat Symeon. Sed video oblectatione mundi nos teneri. Igitur per hæc quæ supra dicta sunt, ostēdit quam vim creatura patiatur nostri causa, quando nos quibus obsequiū eius proficit, quiq; dei spiritū adiutorem habemus, ingemiscimus vt hinc liberemur, vt promissa cōsequamur præmia. Quanto magis ergo creatura ingemiscit, quę neq; adiutorem habet spiritū sāctū, nec in sua causa laborat, addicto hoc, vt ea quę labore suo generat, vt alimentis seruorum dei proficiant, contra fas videt idolis immolari. Vnde plus dolet, & optat citius liberari, sciens hoc ad iniuriam proficere creatoris.

SPE enim saluati sumus.) Hoc dicit, quia sperando quod promisit deus in Christo, nobis meritū fecimus vt liberemur. Ergo in spe liberati sumus, qa nō aliud futurū putamus q̄ credimus. ¶ Spes enī quę videtur, nō est spes.) Manifestū est nō esse spem quæ videt̄, sed quod nō videtur: ac per hoc sperātes premiis afficiēdi sunt: quia quæ non vident, sperant. ¶ Nā quod videt quis, quid sperat? Sed si quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.) Dubiū non est ea sperari quæ non videtur. expectātur enim futura. Hęc expectatio patiētia est, quæ multū meretur a domino: vt de die in diem expectans cupiat venire regnum dei, & nō dubitet quia tardat. ¶ Similiter autem & spiritus adiuuat **K** infirmitatē nostræ orationis.) quoniam superius ingemiscere nos, & precari liberationē memorauit, & in dolore positi aut quæ lōge futura dicta sunt, mox fieri volumus, aut cito tolli, per quæ ad meritū peruenimus: & videmur imbecilla oratione precari, dū illi denegat̄ effectus. Infirma est enim, quia cōtra rationē postulat: ac per hoc infirmitatē hanc a sancto spiritu dato nobis adiuuari ostēdit. Adiuuat autē, quia quæ aut ante petūtur q̄ peti debeant, aut sunt cōtraria, nō sinit fieri. ¶ Nā quid oremus sicut oportet, nescimus.) Infirmitatē orationis nostrę ignorantiam significare declarauit. Fallimur enī putātes prodesse quæ poscimus, cū nō prosint. Deniq; eidē apostolo tertio deprecanti vt tētationes ab eo cessarent, quia crebræ erant, dictū a domino est: Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate perficit̄. 1.Cor.12. id est, sic meritū quis collocat, dū in tribulationibus patiens inuenitur. Didicit ergo contra se esse qđ petebat. Est & aliquādo superba & stulta petitio, sicut fuit duorum apostolorū Iacobi & Ioannis, quibus incōgrua & immensa petentibus dictum est: Nescitis quid petatis. Mat.20. ¶ Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.) Non humanis eloquiis postulare pro nobis dicit spiritū domini, sed more naturæ suæ. Cū enim qđ de deo est, deo loquitur: eo more loquat̄ necesse est, quo ille loquitur de quo est. Nemo enim cum ciue suo alia lingua loquitur. Superfundit enī se precibus nostris spiritus datus nobis, vt imperitiā & improuidētiā nostrā motu suo operiat, & illa nobis a deo petat quæ prosint nobis. ¶ Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundū deū postulat pro sanctis.) Manifestum est quia deo cui nihil tacitū est & occultū, nota **L** est precatio omniū spirituū: quāto magis spiritus sācti qui eiusdē vtiq; substātiæ est, eloquit̄ nō impulsu aeris, neq; vt angeli, aut sicut cætera ex creaturis, sed sicut cōpetit eius diuinitati. Deo ergo loquitur, cū nobis tacere videtur, quia & videt cū non videatur, & hæc petit quæ scit deo placere, & nobis prodesse. Tunc sane pro nobis interponit se idem spiritus, cū scit nos per ignorantiam non per iactantiā contraria postulare. ¶ Scimus autem quoniā diligētibus deū omnia procedūt in bonū, iis qui secundū propositū vocati sunt sancti.) Hoc dicit, quia diligētes deū etsi imperite precati fuerint, nō illis oberit, quia propositū cordis illorum sciens deus & ignauiam, non illis imputat quæ aduersa postulant, sed ea annuit quæ danda sunt deū amantibus. Vnde & Dn̄s ait: Scit Mat.6. autē, inquit, pater vester quid vobis opus sit, antequā petatis ab eo. Hi autem secūdum propositū vocantur, quos credētes præsciuit de⁹ futuros sibi idoneos vt antequam crederēt scirentur. ¶ Nam quos prȩsciuit, & prędestinauit.) Istos quos præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos elegit ad promissa prȩmia capessenda: vt hi q credere vidētur, & nō permanēt in fide cœpta, a deo electi **M** negētur: quia quos deus elegit, apud se permanent. Est enim qui ad tempus eligitur, sicut Saul & Iudas, nō de prȩsciētia, sed de prȩsenti iustitia. ¶ Consortes fieri imaginis filii sui.) Hoc dicit, quia ideo prȩdestinantur in futurū seculū, vt similes fiāt filio dei. quod iam supra memoraui. ¶ Vt sit ipse primogenitus in multis fratrib⁹.) Recte primogenit⁹, qui ante omnē creaturā nō factus, sed natus est, ad cuius exemplū deus homines in filios sibi adoptare dignatus est. Est & primogenit⁹ in regeneratione Christus. Est & primogenitus ex mortuis, cuius natura ignoratur. Est & primogenitus post victoriam ascendens in cælos. Primogenitus igitur in omnibus frater noster dicit̄, quia homo dignatus est nasci. Dominus vero est, quia deus noster est, sicut dicit propheta Hieremias: Hic est deus noster.

QVOS autem prȩdestinauit, illos & vocauit.) Vocare est cogitātē de fide adiuuare, aut compungere eum quem sciat audire. ¶ Et quos vo-

A cauit, ipsos & iustificauit: quos autē iustificauit, hos & magnificauit.) Hoc dicit quod supra, quia quos præsciuit deus aptos sibi, hi credentes permanent, quia aliter fieri non potest: nisi quos præsciuit deus, ipsos & iustificauit: ac per hoc & magnificauit illos, vt similes fiāt filio dei. De cæteris quos nō præsciit deus, non est illi cura in hanc gratiā, quia non præsciit. ac si credant, aut eligantur ad tēpus, quia vidētur boni, ne iustitia contēpta videatur, nō permanēt vt magnificētur, sicut & Iudas Scarioth, aut illi septuaginta duo, qui electi, post scādalum passi recesserunt a saluatore. ¶ Quid ergo dicemus ad hæc? Si deus pro nobis, quis cōtra nos?) Manifestū est quia deo nobis testimonium ꝑhibēte: quis est qui audeat accusare nos, quādo ipse qui iudex est, ante præsciit nos, & idoneos iudicauit? ¶ Qui ꝓprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis oīb⁹ tradidit illum.) Sic securos nos debere esse fidei causa hortatur, vt deū quo prȩscio* antequā ex impiis fideles essemus, filiū suum pro nobis morti tradidisse ostendat. ¶ Quomodo non etiā cū illo oīa nobis donauit?) Deū olim decreuisse dicit remunerandos credentes in Christū. Si enim quod maius & præcipuum est præstitit nobis, vt filium suū verum & charissimum traderet propter nos adhuc impios, quare nō quod minus est, facturus credatur pro nobis credētibus sibi, quia iam parata sunt credētibus præmia? Minus est enim nobis omnia cū illo donare, q̄ illum nostri causa morti tradere. ¶ Quis accusabit aduersus electos dei?) Neminem audere nec posse iudiciū & prȩscientiā **B** dei in nobis retractare, apertum est. Quis est enim qui possit hęc quę deus probat, improbare, cū nemo æqualis sit deo? ¶ Deus qui iustificat.) Hoc in Esaia propheta est, quod hic quasi suū ponit, quia nemo est alius qui qđ probat deus, arguat. Aut ne forte ipse nos deus accuset, sed non potest quos iustificat accusare. ¶ Et quis erit qui cōdemnet? Christus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, & est in dextera dei, qui etiā interpellat pro nobis?) Deum, quia nos iustificat, accusare nos negat: simul & Christū damnare nos nō posse, quia eo affectu diligit nos, vt moreretur pro nobis: & resurgens, semper causas nostras agit apud patrem. Cuius postulatio cōtemni nō potest, quia in dextera dei est. hoc est, in honore qđ deus est, vt de deo patre securi, & Christo filio eius, q iudicaturus est, in fide eorū lætemur. Hinc illud Lucę.22. est quod dicit Petro apostolo: Ecce expostulauit Satanas vt vos ventilet sicut triticū: ego autē rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Hoc ergo modo interpellat pro nobis saluator. Sciens enim impudētiam & altitudinem aduersarii nostri, cū se cōmouet aduersum nos, si non ei assentiamus: saluator noster interpellat pro nobis, ne aliquid violenter præsumat circa nos, vt arceatur inso- **C** lentia eius. Hac causa tamen dicitur filius interpellare, cū ipse agat totū, & æqualis sit deo patri. Et quia vnus dicitur deus, ne pater & filius singularis vel vnio putaretur, ad personarū distinctionem sic loquitur scriptura, vt & filiū nō disparem tradat: & patrem, quia pater est, & quia ab ipso sunt omnia, præferat. ¶ Quis nos separabit a charitate Christi?) Hoc est, quis nos auertere poterit a dilectione Christi, qui nobis tam magna & innumera præstitit beneficia? ¶ Tribulatio?) Sed non facit, quia dilectionē firmi Christiani nulla vincūt tormenta. Amantis enim plus incitatur charitas, si eū cuius sensit beneficia, prohibeatur amare. Dū enim putāt se immerita eius seminare, memorat beneficia. ¶ An angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Sicut scriptū est: Quia propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus velut oues occisiōis: sed in his omnibus superamus propter eū qui dilexit nos.) Hoc scriptum est in psalmo 43. Manifestum est ergo hæc omnia quæ enumerat, exitia, tribulationes, pressuras, & mortem nō posse cōferri vel comparari charitati Christi, quam seminauit in nobis. Multo enim maiora eius beneficia habemus, q̄ hæc sunt oīa quæ vidētur aduersa. **D** Si enī morimur pro illo, qđ grauius videt̄ in his: & ille mortuus est pro nobis. Sed ille vt ꝓdesset nobis, nostra autē mors nō illi proficit, sed nobis. Temporalē enim vitā perdimus, vt nobis rependatur æterna. Et quid mirū si serui moriantur pro bono dn̄o, quādo dn̄s mortuus est pro seruis, & malis? Vincunt ergo beneficia, & exhortantur animū ad perseuerādum propter eū qui dilexit nos. ¶ Cōfido enim quia neq; mors.) Cōfidentia hæc de spōsione Christi est, qua promisit in tribulatione adiuuare sibi dicatam fidem. ¶ Neq; vita, neq; angelus, neq; virtus, neq; altitudo, neq; profūdum, neq; præsētia, neq; futura, neq; alia creatura poterit nos separare a charitate dei, quæ est in Christo IESV domino nostro.) Hæc sunt omnia quæ ad abductionē nostram a diabolo inferūtur: quę idcirco memorat, vt muniat nos: vt si aduenerint, confidentes de spe & auxiliis Christi, armati fide aduersus hæc repugnemus. Quid enim si mors illata fuerit? nōne lucrum est maximū, occasionē inuenire qua citius eatur in regnū promissum? Neq; si prȩsēs vita promissa nobis fuerit dignitate munita, debet nos auertere a spe & beneficiis Christi, quē scimus, quia nō solū in futuro, sed & in prȩsenti proderit nobis. Nec quidem si se angelus nobis ostēdat ad seducendos nos, subornatus fallaciis patris sui diaboli, præualere debebit aduersum nos, cū sciam⁹ Christo vt magni consilii angelo nihil præponendū. Neq; si virtus ab aliquo facta fuerit, sicut dicitur facta a Simone Mago, qui dicitur in aere sursum, vt populū Christi scādalizaret, volasse, fidem nostram debebit minuere, scientium **E** saluatorem nube famulante susceptum ascendisse super omnes cælos. Neq; si in altitudinem se nobis ostendat, de qua dicit idem Apl's: An ignoratis altitudinē Satanæ? a deuotione nos dn̄i IESV debebit auferre, quē scimus descēdisse de cælo, vt terrena spiritalibus sociaret. Neq; si per phantasiā, qua seducere meditatur, profundū nobis ostendat errorē mirandū, qua territi forte succumbamus illi: nec sic dignū est vt Christo fidē frangamus, quem scimus nostri causa in profundū terrȩ descendisse, & morte pressa gen⁹ humanū liberasse. Neq; si futura nobis spondeat, quæ promisit Euæ, assensum dabimus illi, discreti a Christo, quem virtute & natura deū credimus & scimus. Nec si arte & sublimitate astutiæ suȩ aliam creaturā fingat ad horam, sicut finxerunt Iamnes & Mambres palā Pharaone, cōueniens est vt per hæc a deo creatore vero nos reuocet, quē non ignoramus per Christū filiū suū creaturā condidisse in æternum existentem. Quibusdā videtur aliam creaturā dixisse de idolis, sed nō est verū, quia hanc debuit significare, quā sub admiratione seductionis videretur finge- **F** re Satanas. Nā quis seducatur fideliū ad hæc, a quibus recessit manifestato errore? Sed hæc meditatur ac iungit, per quæ etiā electos possit seducere. Nulla ergo sunt quę nos possint a charitate dei separare, quę est in Christo IESV. Deus enim charitatē suam in Christo nobis ostendit, dum tradidit illum pro nobis.

CAPVT NONVM.

VERITATEM dico in Christo IESV, non mentior, testimoniū mihi reddente conscientia mea in spiritusancto, quia tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipse ego anathema esse a Christo pro fratrib⁹ meis cognatis secūdū carnē, qui sunt Israelitȩ.) Quoniam superius cōtra Iudæos loqui videtur, qui ex lege iustificari se putant: nūc vt votum suū & affectum circa eos ostēdat, teste cōsciētia sua in Christo IESV & in spiritusancto dicit se loqui, vt nō velut inimico illorum fides haberi non possit. Ideo Christū & spiritūsanctum, quos nihil latet, testes dat: & quorū testimonium

G reprobari nõ poteſt,qui ſic perhibent teſtimoniũ Apoſtolo,dum cõmendant eũ virtute ſignorũ,quæ faciebãt per illum.Quia enim tam magnũ præſidiũ Chriſti, & præcipuam charitatẽ erga genus humanũ oſtendit & dignatio eius glorioſa,& imortalia præmia repromiſſa:ac per hoc dolet genus ſuũ quod eſt ſecundũ carnem, quia incredulitate ſua hoc perenni & ſalutari beneficio ſe priuarũt:Ergo optabam,ait, non opto: quia ſcit fieri nõ poſſe vt tam honeſtũ membrũ ſtullo præcedente vitio abſcinderetur a corpore Chriſtiano, affectũ tamẽ & » dilectionem circa genus ſuũ oſtendit.¶ Quorũ adoptio » eſt filiorũ:)Iuſte ſe dolere probat, quãdo prædicat laudem generis eorũ: quia olim filii adoptati affectum & gratiam dei patris irritũ habuerunt. Adiecit adhuc,vt » & alios dolere pro his faciat,dicẽs: ¶ Et gloria,& legis» latio,& teſtamenta,& obſequiũ,& promiſſa,quorũ pa» tres,& ex quibus Chriſtus ſecũdũ carnem,qui eſt ſuper » omnia deus benedictus in ſecula.Amen.)Tanta præconia nobilitatis & dignitatis generis Iudæorũ & promiſſionum enumerat,vt omnibus pro his dolorẽ incutiat:quia nõ recipiendo ſalutatorem,prærogatiua patrũ & promiſſionis meritũ perdiderunt,peiores gentilibus facti,quos prius,quia ſine deo erãt,abominabãtur. Propenſius enim malũ eſt dignitatem perdidiſſe,q̃ non habuiſſe. Interea de ſaluatore dicit: Qui eſt ſuper omnia H deus benedictus in ſecula.Amen.Quando enim nulla paterni nominis fit mentio,& de Chriſto ſermo eſt,nõ poteſt differri ne deus dicatur. Frequenter enĩ ſcriptura propter vnius dei profeſſionẽ,ſi de deo patre loquitur, & deo adiungit filiũ, deũ patrem vocat,& filium dñm. Si quis autem non putat de Chriſto dictũ,qui eſt deus, det perſonam de qua dictũ eſt. De patre enim deo hoc loco mentio facta non eſt.Sed quid mirum ſi in hoc loco Chriſtum deũ ſuper omnia aperta voce loqueretur, de quo alia in epiſtola hunc ſenſum tali ſermone firma- Philip.2. uit,dicẽs: Vt in nomine IESV omne genu flectatur, cæleſtiũ,terreſtriũ,& infernorũ? Hęc ſunt omnia,ſuper quæ deus Chriſtus eſt. Neq; enim,exceptis his, ſũt aliqua,vt nõ ſuper omnia deus Chriſtus ſit:nec poteſt genu flecti ab omni creatura,niſi deo. Deniq; Ioãnes apoſtolus inſcius cũ angelũ vt deũ vellet adorare, audit ab Apoc.19. eo:Ne feceris: quoniã conſeruus tuus ſum.deũ,inquit, adora.Nec dñs vtiq; adorari ſe pateretur,niſi quia deus eſt.Si quo minus,vſurpaſſe dicendus eſt,& peccaſſe:qđ abſit:cum ipſe diabolũ increpans,dñm deũ adorãdũ,& ipſi ſoli ſeruiendũ oſtendat.Nihil ergo præiudicat deo patri,cũ adoratur Chriſtus vt deus: quia & cũ ſoli deo ſeruiendũ dicatur,ſeruitur & Chriſto. Dicit enĩ alio loI co:Q ui in his ſeruit Chriſto,placet deo. Q uid ergo ſu- Rom.14 pereſt,niſi vt pater deus,& filius deus,& nihil omnino vnus deus credatur vterq; ? Siue enĩ patrẽ quis adoret, ſiue filiũ,vnum deũ dicitur adorare:& ſeruire patri aut filio,vni deo ſeruitiũ exhibetur.Nulla igitur diſcretio eſt,quia qui adorat filium,adorat & patrem: & qui ſeruit patri,ſeruit filio. Et vt ſine adulatiõe deitatis huius confeſſionem eſſe doceret, in concluſione poſuit, Amẽ, hoc eſt, verum eſt:vt Chriſtum deum ſuper omnia in veritate oſtenderet benedictum in ſecula.

» NON autem excidit verbũ dei.)Non excidit ver- Gene.21. bũ dei dicentis:In Iſaac vocabitur tibi ſemen. id eſt,hoc euenit,inquit,qđ dixit deus futurũ,vt nõ hi dicerentur ſemen eſſe Abrahę,qui filii eius eſſent ſecundũ carnem:ſed iſti qui fidem acciperent,per quã natus eſt Iſaac,reformatam tempore Chriſti:nõ iam ſpeciale,ſed generale:vt qđ Abraham credidit de Iſaac,iſti crederẽt de deo & Chriſto,qui natus eſt dei filius ad ſa» lutẽ humani generis redimendã.¶ Neq; omnes qui ſunt » ex Iſrael,hi ſunt Iſraelitæ: neq; quia ſemen ſunt Abra» hæ,omnes filii dei:ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.) Hoc eſt qđ vult intelligi,nõ iam ideo dignos eſſe omnes, quia filii ſũt Abrahæ,ſed illos eſſe dignos,qui filii promiſſionis ſunt:id eſt,quos præſciit deus promiſſionem ſuã ſuſcepturos,ſiue ex Iudæis,ſiue ex gẽtibus. Hi enĩ digni ſunt dici Iſraelitæ,id eſt,videntes deũ,qui credũt. Nam de Iſaac vtiq; oẽs hi filii ſunt Abrahæ,quia omĩs propago generis Iudæorũ ex Abraham per Iſaac eſt. Sed quia, ſicut dixi,hi ſunt vere filii Abrahę,q promiſſionem ſequuntur,quæ in Iſaac facta eſt, ac per hoc reliqui filii nõ ſunt dicendi Abrahæ. Abraham enim credens Iſaac accepit propter fidem, quia credidit deo. In quo myſteriũ futurę fidei deſignatũ eſt, vt illi eſſent fratres Iſaac,qui eãdem fidem haberẽt,in qua Iſaac natus eſt:quia Iſaac in typo ſaluatoris natus eſt ex promiſſione:vt qui crediderit Chriſtũ IESVM promiſſum eſſe Abrahę,hic ſit filius Abrahæ,frater vero Iſaac. Dictũ eſt ergo Abrahæ, Q uia in ſemine tuo benedicẽtur oẽs Gene.26. gentes.qđ vtiq; in Iſaac factum non eſt,ſed in eo qui in Iſaac promiſſus eſt Abrahæ,q eſt Chriſtus, in quo oẽs gentes benedicuntur credentes. Cæteri ergo Iudæi filii ſunt carnis, dũ promiſſione priuãtur:nec deputari poſſunt merito Abrahæ,qui fidem nõ ſequũtur per quam dignus extitit Abraham.¶ Id eſt,non qui filii carnis,hi » ſunt filii dei:ſed qui filii promiſſionis,æſtimantur in ſe» mine.)Apertũ eſt quia non poſſunt dici filii dei. Hi enĩ » ex cõcupiſcentia carnis nati ſunt,iſti vero ex fide ſpiritaliter,ſecundũ quod promiſſum eſt Abrahæ, vt hi æſtimarentur ſemẽ eſſe, qui crederẽt.¶ Promiſſionis enim » verbum hoc eſt, Ad hoc tẽpus veniã, & habebit Sara Gene.18. filium.)Hoc in Geneſi habetur,vt quod præfiguratum » in Chriſto eſt,vt futurus Chriſtus promitteretur filius Abrahæ,in quo promiſſionis verbũ impleretur, vt in Chriſto benedicerẽtur oñes gẽtes terræ. Q uãdo enim promiſſio facta eſt Abrahæ,& audiuit: Quia i ſemine L tuo benedicentur omnes gẽtes terræ: Chriſtus vtiq; illi promiſſus eſt ex traduce Iſaac,in quo hoc impletum vidimus.¶ Nõ ſolum autem hæc,id eſt Sara,ſed & Re» becca ex vno cõcubitu habens Iſaac patrem noſtrum.) » Nõ tantũ ergo Saram in typo dicit generaſſe Iſaac, ſed & Rebeccã vxorẽ Iſaac. Sed alia cauſa eſt in Iſaac, alia in Iacob & Eſau: quia Iſaac in figura ſaluatoris natus eſt,Iacob vero & Eſau duorũ populorũ habent typum: id eſt,credentiũ,& non credentiũ: vt cum ex vno ſint,diuerſi ſint tamẽ. In ſingulis enĩ & genus ſignificatur, vt hi vnius generis dicãtur, qui in cauſa fidei vnum ſunt, vel perfidiæ. Vnus enim ſignificatur in multis, nõ per traducem carnis,ſed per cõmunem cauſam: quia & ex Eſau Iacob filii dicendi ſunt,& Iacob Eſau imputandi ſunt filii. Nec enim quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati filii eius merito dicẽdi ſunt:aut quia Eſau diſplicet, omnes ex eius origine reprobi ſunt:cũ videamus & de Iacob traduce natos factos perfidos, & de Eſau fideles & deo charos. Nam quia & de Iacob multi ſũt perfidi, dubiũ non eſt. Omnes enim Iudæi non credentes aut credentes ex eo habent originem. Et quia de Eſau ſunt M boni & fideles,probat Iob,qui eſt ex filiis Eſau quintus ab Abraham,hoc eſt,nepos Eſau.¶ Nã cũ nati nondũ » fuiſſent,aut aliquid egiſſent bonũ vel malũ:vt ſecundũ » electionem propoſitũ dei maneret,non ex operibus,ſed » ex vocante dictum eſt: Q uia maior ſeruiet minori, ſi» cut ſcriptum eſt:Iacob dilexi,Eſau autem odio habui.) » Mal.1. Hoc in Malachia habetur. Præſciẽtiam dei flagitat in his cauſis,quia nõ aliud poteſt euenire,q̃ nouit deus futurũ. Sciẽdo enim qđ vnuſquiſq; illorũ futurus eſſet,dixit: Hic erit dign⁹,qui erit minor: & qui maior,erit indignus. Vnũ elegit præſcientia,& alterũ ſpreuit. Et in illo quem elegit,propoſitũ dei manet:quia aliud nõ poteſt euenire q̃ ſcit & propoſuit in illo, vt ſalute dign⁹ ſit. Et in illo quem ſpreuit,ſimili modo manet propoſitum qđ propoſuit de illo,quia indignus erit. Hoc quaſi præſcius,nõ perſonarũ acceptor. Nam neminẽ damnat antequam peccet:& nullũ coronat antequam vincat. Hoc pertinet ad cauſam Iudæorũ, qui ſibi prærogatiua de-

A » ſendunt,quod filii ſint Abrahæ. A poſtolus autẽ conſolatur ſe,vt quia dixerat dolorẽ habere ſe cordis cõtinuũ cauſa incredulitatis eorũ,quorũ adoptio erat filiorũ, & legis conſtitutio,& ex quibus Chriſtus ſaluator,ſicut & ipſe ait,quia ſalus ex Iudęis eſt:tractata lege inuenit qa non omnes qui ex Iſrael ſunt,creduturi ſunt:neq; quia dicuntur filii Abrahæ,omnes Abrahæ filios dicẽdos, ſicut ſupra memorauĩ. Minuit ergo dolorẽ ſuũ,inueniẽs olim prædictum qđ nõ omnes eſſent creduturi: vt hi ſoli doleãt,qui per inuidiã in incredulitate laborant. Poſſũt tamen credere qđ ex ſubiectis aperit. Incredulis tamen prædictis nõ valde dolendũ eſt:quia nõ ſunt prędeſtinati ad vitam. Præſciẽtia enim dei olim hos nõ ſaluãdos decreuit. Q uis enim plangat eũ qui olim mortuus habetur? Sed ſubintrantibus gentibus, quę ſine deo prius erant,& ſalutem quã illi perdiderũt,accipiẽtibus,exſuſcitatur dolor: ſed iterum quia ipſi ſibi perditionis cauſa ſunt,ſopitur. Præſcius itaq; deus malæ illos voluntatis futuros,nõ illos habuit in numero bonorũ,quãuis dicat ſaluator illis ſeptuagintaduobus diſcipulis quos elegeLuc.10. rat ſecunda claſſe,qui ab illo poſtea receſſerũt:Nomina veſtra ſcripta ſunt in cęlo. Sed hoc propter iuſtitiã, quia hoc eſt iuſtũ,vt vnicuiq; pro merito reſpõdeatur. Quia enim boni erant,electi ſunt ad miniſteriũ,& erãt ſcripta nomina illorũ in cælo propter iuſtitiã,ſicut dixi: ſecũdũ præſcientiã vero in numero erãt malorum. De iuſtitia enim deus iudicat,non de præſcientia. Vnde & Moyſi Exod.23. dicit:Si quis peccauerit ãte me,delebo eũ de libro meo vitæ. vt ſecundũ iuſtitiã iudicis tunc videatur deleri,cũ peccat, iuxta præſciẽtiam vero nunquam in libro vitæ B fuiſſe. Hinc & apoſtolus Ioannes de huiuſmodi ait:Ex 1.Ioan.2. nobis exierũt,ſed nõ fuerũt ex nobis.ſi enim fuiſſent ex nobis,permanſiſſent vtiq; nobiſcũ. Nõ eſt perſonarum acceptio in præſciẽtia dei. Præſcientia enim eſt,qua definitum habet qualis vniuſcuiuſq; futura voluntas erit, in qua manſurus eſt,per quam aut damnetur,aut coronetur. Deniq; quos ſcit in bono mãſuros,frequẽter ante ſunt mali:& quos malos ſcit permanſuros, aliquotiens prius ſũt boni. Vnde ceſſat querela,quia deus acceptor perſonarũ non eſt. Nã & Saul, & Iudas Scarioth ante 1.Reg.9. fuerunt boni,dicente ſcriptura de Saul:Erat vir bonus, & non erat illo melior in filiis Iſrael. Et de Scarioth diAct.1. cit Petrus apoſtolus:Q ui ſortit⁹ eſt ſortem miniſterii huius in ſignis & prodigiis faciẽdis. Q uomodo igitur miniſteriũ ſalutare fortiretur,niſi eſſet bonus? In ſorte enim dei iudiciũ fuit dignũ illũ fuiſſe tempore illo quo electus eſt:ſicut illi ſeptuagintaduo,quos ſupra memoMat.27. rauĩ. Hinc eſt vnde & Iudas poſt mali toti⁹ admiſſum ſcelus pœnitẽtia motus laqueo vitã finiuit. Nõ poteſt enĩ in aliquo omne bonũ penit⁹ obliterari, quippe cũ natura,nõ poſſit imutari,ſed voluntas: nõ in oñibus tamẽ cauſis,gã remanet in natura,qđ teſtimonio ſit creatori.

C » QVID ergo dicemus? Nunquid iniquitas apud » deum? Abſit.)Q uia enim vnũ diligit, & alte» rum odit:nunquid,ait,iniquus eſt? Non plane, ſed iuſtus. Scit enim quid faciat,& nec retractandũ eſt Malac.1. eius iudicium. Hoc in Malachia propheta habetur: Iacob dilexi,Eſau vero odio habui. Hoc iam de iudicio dicit. Nã prius de præſcientia ait: Maior ſeruiet minori. Gene.25. Sicut & de præſcientia Pharaonẽ damnauit,ſciens nõ correpturum: A poſtolũ vero Paulum perſequentẽ elegit,præſcius vtiq; quod futurus eſſet bonus. Hũc ergo præuenit ante tẽpus, quia neceſſarius erat: & Pharaonem ante futurum iudiciũ damnauit,vt crederetur iuExo.33.» dicaturus.¶ Moyſi enim dicit:Miſerebor cui miſertus » ero:& miſericordiam præſtabo cui miſericordiam præ» ſtitero.) Ergo miſerebor, inquit,eius cui miſertus ero. hoc eſt,eius miſerebor,cuius præſcius eram quod miſericordiam daturus eſſem, ſciens conuerſurũ illũ,& permanſurũ apud me. Et miſericordiã præſtabo ei cui miſericordiam præſtitero, id eſt, ei miſericordiã diabo,quę præſciui poſt errorẽ recto corde reuerſurũ ad me.hoc eſt D dare illi cui dandũ non eſt,neq; non dare illi cui dãdum eſt:vt eũ vocet quem ſciat obaudire,illi autẽ non vocet quem ſciat minime obaudire. Vocare eſt autẽ complẽgere ad recipiendã fidem.¶ Igitur nõ volentis neq; cur» « rentis,ſed miſerentis eſt dei.) Recte dicit,quia nõ in vo « luntate petentis,ſed in dantis arbitrio debet eſſe qđ poſcitur. An enim dandũ ſit,dantis debet iudicio penſari. Nam Saul peccans cũ petiſſet veniam,non accepit: at contra Dauid peccans,& ignoſci ſibi veniam poſtulãs, conſecutus eſt. Ex hoc vtiq; dantis dei & nõ dantis iudiciũ ſequendũ eſt,quia non iniuſte iudicat, qui omnes ſaluos vult,manente iuſtitia. Inſpector enim cordis ſcit petentem, an hac mente poſcat, vt mereatur accípere. Et quãuis periculoſum ſit iudiciũ dei diſcernere,tamẽ propter diffidentes,vt mens eorũ medelã conſequi poſſit,ne putẽt iudicium dei iniuſtũ,dicentes: Vnũ vocat, & alterũ negligit:ſic arbitrantes excuſari poſſe damnãdos,rebus iſtud potius probemus q̃ verbis. Vbi enim rerum geſtarũ exempla ſunt,nemo audet queri,nec aliquam excuſationem obtẽdere. Duo fuerunt, Dauid & Saul. Requiramus hiſtorias qualis vnuſquiſq; eorum reperiãt poſt iudiciũ dei, vt ſi Saul bene ſe egiſſe poſtq̃ miſericordiam non accepit,probetur:iniuſtũ,qđ abſit, dei iudiciũ arbitremur:aut ſi Dauid accepta miſericordia deum contempſiſſe inueniatur:an in eo mãſerit, in quo miſericordiam conſecutus eſt,& vtatur diſpendio. Vterq; neceſſitatẽ paſſus eſt regni. Et quãta fuit neceſſitas Dauid,vt filius eius vellet eum regno priuare. In qua neceſſitate flens,nudo pede iter faciebat,vt fugeret rex & dux populi dei,intantũ humiliatus, vt & in faciẽ E ſibi ſeruo ſuo maledicenti non reſpõderet, vt per patiẽtiam deũ ſibi propitiũ faceret,per quem regnum ſibi crediditreferuari. Saul autem nec in tali neceſſitate inuentus,quia maius malũ eſt inteſtinũ bellũ quàm externũ, inſup ægre ferens, quia ſemel & iterũ nõ ſit auditus,cũ eſſet indignus:nec in prece perſtitit,vt meritum ſibi faceret quod eſſet dignus:ſed impatiens,& de dei iudicio indignatus,ab idolis quæ prius velut nullius momenti damnauerat,auxilium requiſiuit. Ecce iuſtũ eſſe iudicium præſcientiæ dei,etiam nolentibus manifeſtum eſt. ¶ Dicit enim ſcriptura Pharaoni: Q uia in hoc ipſo « Exod.9 « te ſeruaui,vt oſtendam in te virtutem meã, & vt nun« « cietur nomen meum in vniuerſa terra.)Alii codices ſic « habent: Ad hoc te ſuſcitaui,vt oſtẽdam in te virtutem meam. Siue ſeruaui,ſiue ſuſcitaui, vn⁹ eſt ſenſus. Hoc enim dicit, quia cum Pharao(quod nomẽ regum erat E apud Ægyptios,ſicut & apud Romanos reges Auguſti appellantur)hic ergo Pharao cum tãtis malis eſſet reus,vt viuere nõ deberet,nunquam futurus bonus:ne ſe aut merito viuere,aut deum quem ſæpe fallendũ cenſebat,ad vindictam dandam impotentem putaret, audit a deo: Ad hoc te ſeruaui,vt oſtẽdam in te virtutem meam,& vt nũcietur nomen meum in vniuerſa terra. vt in hoc cæteræ gentes addiſcerent non eſſe aliũ deum præter hunc qui Iudęorũ erat, & factus eſt Chriſtianorum:quãuis & illi Chriſtiani fuerint, & nos nũc ſumus Iudæi propter Iudam,ex quo Chriſtus eſt ſecundũ carnem:quia Iudæi veteres ſperando futurum Chriſtum redemptorẽ,Chriſtiani erant. Nã Rhaab meretrix dicit exploratorib⁹ miſſis a Ieſu Naue,qui prius Auxes Ioſue.2. dicebatur: Auditæ ſunt hic virtutes & plagæ quę factę ſunt in Ægypto a deo veſtro,& cõterriti ſunt nimis.timent enĩ a facie veſtra. Ad hoc enim ſeruatus eſt Pharao,vt multa ſigna & plagæ oſtẽderẽtur in illũ,quaſi iã mortuũ. Suſcitatus autẽ dictus eſt,quia cũ apud deum mortuus eſſet,modicum tempus accepit vt viuere videretur: vt eſſet in cuius pœnam & varia tormẽtorum genera vſq; ad mortem,omnes qui ſine deo erãt,metu territi,hũc ſolũ deum eſſe cũ admiratione maxima fatẽrẽtur,a quo hæ vindictę ſunt. Hoc etiã genere antiqui

G medici in hominibus morte dignis, vel mortis sententiã cõsecutis, requirebãt, quo modo prodesset viuis, quæ in homine latebãt: vt apertis his cognoscerẽt causas egritudinis, vt pœna moriẽtis proficiat ad salutem viuẽtis.

» IGITVR cui vult miseretur: & quẽ vult indurat.
» Dicis itaq; mihi.) Ex persona cõtradicẽtis loquitur, nõ quasi putet deum neglecta iustitia alicui gratiosum: vt vnũ e duobus paribus accipiat, alterũ respuat. hoc est, vnum compũgat vt credat, alterum induret ne credat. Cui quidem ex autoritate respondit, seruata tamen iustitia ex supra memorata præscientia dei, dicẽs:
» ¶Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit?) Primũ dicit quia resisti ei nõ potest. Est enim potentissimus vltra omnes. Deinde quia deus omniũ est, & parens, & ideo nulli male vult. Quę fecit enim, incolumia vult manere. Nec enim competit ei vt iniustus sit, cuius beneuolẽtia tanta apparet, vt nõ solum faceret esse quæ non erant: verũ ea ipsa vita æterna donaret & gloria, vt opus eius aliquid mãifestatis eius simile haberet. Qui ergo tam prouidus & bonus est, ambigi nõ
» debet quia iustus est. ¶ O homo tu quis es qui respon-
» deas deo?) Magna est, inquit, indignitas & præsũptio, homini respondere deo in aduersis, iniquũ iusto, malũ bono, imperitũ perfecto, infirmũ fortissimo, corruptibile incorrupto, mortalẽ immortali, seruũ nequã dño, creaEsa. 45 » turã cõditori. ¶ Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit,
» Quid me fecisti sic?) Hoc de Esaia ꝓpheta est, quod hic quasi propriũ ponit, quo ostendit contra autorem opus eius queri nõ posse. In potestate enim autoris est qualẽ
H » velit condere creaturã. ¶ An non habet potestatẽ figu-
» lus luti ex eadẽ massa facere aliud quidẽ vas in honorẽ,
» aliud vero ad contumeliã?) Manifestũ est vasa aliqua fieri ad honorem, quæ ad vsus honestos sint necessaria: alia vero ad cõtumeliã, quę strumento sint culinarum: vnius tamen esse substãtię, sed differre voluntate opificis in honore. Ita & deus, cũ omnes ex vna atq; eadem massa simus in substantia, & cũcti peccatores, alii miseretur, & alterum despicit, nõ sine iustitia. In figulo enim sola voluntas est, in deo autem voluntas cũ iustitia. Scit enim cuius debeat misereri, sicut supra memorauí.
» QVOD si volens deus ostendere irã, & manife-
» stare potentiã suã, in multa sustinuit patientia,
» in vasis iræ præparatis in interitũ.) Ipse sensus est, quia voluntate & longanimitate dei, quæ est patiẽtia, præparãtur infideles ad pœnã. Diu enim expectati conuerti noluerunt. A deo ergo expectati sunt, vt inexcusabiles perirent. Sciuit enim deus hos nõ credituros.
» ¶Et vt ostẽderet diuitias gloriæ sue in vasis misericor-
» diæ, quæ præparauit ad gloriã.) Patientia & longanimitas dei ipsa est quæ sicut malos præparat ad interitũ,
I ita & bonos præparat ad coronã. Boni enĩ sunt, in quibus spes fidei est. Omnes enim sustinet, sciẽs exitũ singulorũ: ac per hoc patientia est quæ illos qui ex malis corrigũtur, aut in bono perseuerantes sunt, præparat ad gloriã dei. Diuitię autẽ gloriæ sunt, dignitas multiplex præparata credẽtibus. Eos autẽ qui ex bonis fiũt mali, & in cœpto malo perdurãt, præparat ad perditionem. Hoc est autẽ manifestare potentiã suã in multa patientia, quia cũ putatur non vindicaturus, quia diu dissimulat: cũ cœperit vindicare, apparebit eius potẽtia: quia cũ posśit statim vindicare, diu sustinuit, vt perfidi queri nõ possint damnati. Præparare est autẽ vnũquẽq; præscire
» quid futurũ est. ¶ Quos & vocauit nos, non solũ ex Iu-
» dæis, sed etiam ex gentibus.) Hos ergo quos vocauit, præparauit ad gloriã, siue eos qui prope erant, siue illos
» qui loge, sciẽs peemãsuros in fide. ¶ Sicut in Osee dicit:
» Vocabo non plebem meã, plebẽ meã: & non dilectam,
» dilectã. Erit enim in loco vbi vocabũtur nõ plebs mea,
» ibi vocabũtur filii dei viui.) A pertũ est istud de gẽtibus esse prædictũ, quæ prius nõ erant plebs dei: postea autẽ ad opprobrium Iudæorũ, misericordiã accipientes, vocatæ sunt plebs dei: & qui dilecti ante nõ erãt, abdicatis k
Iudæis adoptati in filios, & dilecti sũt: vt in loco vbi nõ vocabantur plebs dei, ibi vocarẽtur filii dei viui. Prius enim nusquam vocabãtur filii dei, nisi in Iudea, hoc est, Hierosolymis, vbi domus dei erat, sicut dicit in psalmo sexagesimoquinto: Notus in Iudæa deus. Postea autẽ in propheta Zacharia, Ponam, inquit, Hierusalem in Zacha. 12
omnibus gentibus. quia vbiq; futuri erãt filii dei, & domus dei in omnibus locis, quæ est Ecclesia. Hinc Dominus ait Iudæis, Quia tolletur a vobis regnum dei, Mat. 21,
& dabitur genti facienti fructum eius.

ESAIAS autẽ clamat pro Israel.) Hoc dicit, ga « Esaias clamat pro iis qui credunt in Christũ. Hi
enim vere sunt Israelitæ, sicut dicit Dñs ad Na-
thanael: Ecce vere Israelita, in quo dolus nõ est. ¶ Si fue « Ioan. 1,
rit numerus filiorũ Israel tanquã arena maris, reliquiæ « saluæ fient.) Recedentibus Iudęis a merito & promis- «
sione patrum, dũ illa non recipiunt: hi reliquiæ sunt, qui credẽdo in fide promissionis patribus factę, sunt fideles effecti. A lege enim recedũt, qui in eum quẽ lex solũ ad salutẽ sufficere promisit, non credũt. Igitur apostatę habeantur necesse est, qui dũ Christũ nõ recipiunt, rei sunt violatæ legis. De maxima itaq; multitudine solos credentes dicit saluari, quos præscit deus. ¶ Verbũ enim «
cõsummans & breuians in equitate, quia verbũ breuia- «
tum faciet dñs super terrã.) Saluari hos promittit, quos «
reliquos dicit per verbũ, quod iuste definiens, breuiauit dñs super terram. Cõuenit enim vt in solo nomine dñi conditoris consequatur salutẽ creatura, hoc est per fidẽ:
quia sublatis omnibus neomeniis, & sabbato, & circũ- L
cisione, & lege escarũ, & oblationibus pecorũ, sola fides posita est ad salutẽ, quæ abbreuiata ex lege est: quia qd in fide est, in lege habetur quasi principale legis, dicente
Saluatore: De me enim scripsit Moyses. Abbreuiata Ioan. 5.
ergo lege reliqui Iudęorũ saluantur. Cæteri vero saluari non possunt, quia per definitionẽ dei sperauntur, per quam genus humanũ saluandũ decreuit. ¶ Et sicut pre- «
dixit Esaias: Nisi dñs Sabaoth reliquisset nobis semẽ, «
sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorra similes fuis- «
semus.) Hoc semen, qd de omnibus solũ relictũ & rese- «
uatũ est ad reformationẽ generis humani, Christ⁹ est,
& doctrina eius, sicut & ipse dicit: Semen est verbũ dei. Lucæ. 8.
Hoc ergo nobis olim promissũ, sublatis quę oneri erãt, legis, reliquit ad redemptionẽ, vt data remissiõe peccatorũ non periremus a lege, sicut periit Sodoma. Saluatore ergo relictũ nobis dicit ad suffragium vitę, quã lex præuidere non potuit, quẽ ab initio deus nasci decreuit: qui propterea qd solus sine peccato inueniretur, deuicto humani generis hoste, omniũ peccata deleret. Hoc & in
Apocalypsi Ioãnis habetur: Quia nemo, ait, dign⁹ in- Apoca. 5.
uẽtus est, siue in cælo, siue in terra, qui aperiret librũ &
signacula ei⁹, nisi saluator qui vicit mortẽ. Hoc ergo est M
semen qd olim promissum referuauit deus, vt tunc fructificaret, quando omniũ tam Iudæorũ q̃ gentiliũ peccata repleta erant. Fructus autem eius est indulgentia peccatorũ. Nisi enim Christus fuisset reseruatus, quem idcirco semen dicit, quia per ipsum reparatũ est genus humanum, interisset progenies Abrahæ, eo quod peccatis obruti erant, & lex eis prodesse non potuit. Idcirco hunc sequendum docet, qui præsidium contulit vitæ.

QVID ergo dicemus? Quod gentes quę nõ se- «
ctabantur iustitiam, comprehenderunt iustitiã: «
iustitiam autẽ quę ex fide est.) Quoniam iustiN «
tia est in lege, quę credita mundo est, quæ prohibet peccare: idcirco gentes non hanc iustitiã dicit cõprehẽdisse, quę natura magistra diuoscitur, sed eam iustitiam quę ex fide est Christi. Deo enĩ hæc vera iustitia est & permanens, si ipse agnoscatur. Quid enim est tam iustũ, q̃ cognoscere deũ patrem, ex quo sunt omnia: & Christum filiũ eius, per quẽ sunt omnia? Prima ergo hæc iustitia est agnoscere creatorem, deinde custodire quę præcepit.

A Gẽtes ergo quæ prius nõ requirebant iustitiã, id est legem, quæ creatori testimoniũ perhibebat, veniẽtes inuenerũt iustitiã superabundantẽ plus q̃ scribarũ & phariseorũ. Qui enim tunc qd minus est nõ fectabãtur, cõprehenderũt postea qd maius est: Iudæi autẽ in lege po
» sĩti, qui proficere magis debuerãt, deteriorauerũt. ¶ Nã
» Israel sectãdo legẽ iustitiæ, in legẽ iustitię nõ peruenit.)
Perfectio legis fides est, quã gentes apprehẽdentes, totam legẽ implere videtur. Iudæi autẽ dũ per inuidiam saluatori non credũt, iustitiã quę in lege mãdata est vẽdicantes, id est Sabbatũ, circumcisionẽ, & cæteratin legẽ non peruenerunt, hoc est, legẽ nõ perfecerunt: & qui nõ perficiũt legẽ, rei sunt iuxta legẽ. Hic enim implet legẽ,
» qui a lege Moysi peruenit ad fidem Christi. ¶ Quare?
» Quia nõ ex fide, sed quasi ex operib⁹.) Spernẽtes enim fidẽ, quæ, sicut dixi, perfectio legis est, ex operibus legis iustificari se dicebãt, id est, per Sabbatũ, neomenias, circũcisionẽ, &cętera, ĩmemores scripturę dicẽtis qa iustus ex fide viuit. Iustitia autẽ legis idcirco dicitur, quia iusto iudicio dei hęc Iudæis data sunt propter duritiã cordis illorũ: vt si mustelam forte quis mortuam calcasset, aut tetigisset aliqua morticina, aut si forex i vas ruisset, immundũ diceretur: qd magna cũ solicitudine obseruãtes, ex quacũq; causa incurrebant vt immũdi essent. Si autẽ sanguis mustelæ pauimentũ maculasset, non leui cura expiandum erat, & vt a cibis melioribus abstineretur. Sabbatũ vero & circũcisio propriã habuerunt iustitiam
B tẽpore suo, qa in figura data sunt. Hoc dñs per Ezechiel
Ezech. 20 prophetã ostendit, inter cætera dicens: Propterea dedi illis præcepta nõ bona. quia erant irreuerẽtes & infideles. In aduentu autẽ Christi, qui salutare donũ erat da-
Hiere. 31. turus, per Hieremiã prædicat dicens: Dabo illis testamentũ nouum, nõ quale dedi patribus illorũ. Hoc testamentũ legem vocat, in quã non peruenerũt, sicut supra memorauí. Nam cũ gentibus quę crediderãt, hanc sarcinã obseruationis Iudęi credẽtes vellent imponere, tũc
Act. 15. apostolus Petrus ait: Quid imponitis iugũ supra cervicem fratrũ, qđ neq; nos, neq; patres nostri portare potuerũt? A tẽpore enim Christi indulgẽtia data est promissa in lege. Ait enĩ Esaias ꝓpheta: Veniet ex Sion
qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis a
me testamentũ, cũ abstulero peccata eorũ. hoc est nouũ
» testamentũ promissum a deo in Christo. ¶ Offenderũt
Esa. 28. » enim in lapidẽ offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono
» in Sion lapidẽ offensionis, & petrã scãdali: & qui credi-
» derit in illum, non confundetur.) Hoc in Esaia habetur. Multorũ relatione cõpertũ est, in petra vel lapide Chri-
Daniel. 2. stũ esse significatũ. Daniel enim propheta lapidem hũc dicit, qui abscissus a mõte sine manibus percussit & cõminuit omnia regna, & repleuit omnẽ terrã. qđ euidẽ-
C ter de Christo dictum est. Et in lege petra de qua fluxerunt aquæ, Christus est appellatus. Petra autẽ, inquit,
Actuũ. 4. erat Christus. Et Petrus apostolus inter cætera ad Iudæos ait: Hic est lapis qui reprobatus est a vobis ædificãtib⁹. Offensio ergo posita in Sion, Christ⁹ est. Sion vero altitudo est, siue ciuitas ipsa Hierusalẽ, quæ propter notitiam dei nõ immerito excelsa dicta est, in qua saluator a deo patre suo positus prædicator, offensio factus est Iudæis, dũ se filiũ dei prædicat, natus de spiritu
Ioan. 6. sancto ex muliere. Per corpus autẽ eius scãdalum passi sunt, & dicebant: Nõne mater & fratres eius apud nos sunt? Quomodo ergo hic dicit, Quia de cælo descẽdi? Nolebãt enim verba gestis cõparare, vt perinde agnoscerent nõ absurdum esse quod dicebat de cælo se descẽdisse, quasi corpus operaretur, & non deus latens, operibus tamen se prodens in corpore. Petra ergo hæc scandalũ est Iudæis & offẽsio, quæ petra sine dubio corpus intelligitur saluatoris. Hæc excisa sine manib⁹ propterea, quia sine viro de spiritu sancto facta de virgine est.

CAPVT DECIMVM.

RATRES, voluntas quidẽ cordis mei, & « D
obsecratio fit ad deum pro illis in salutẽ. Te- «
stimonium enim perhibeo illis, quod æmu- «
lationem dei habent, sed non secũdum agni- «
tionem.) Quoniam a lege vult eos auferre credentes, «
quia velamen est Iudæis, ne hoc odio Iudaismi facere
videretur: ostendit affectum suum circa illos: & legi dat
multũ, sed docet tempus iam seruandæ legis non esse
ac per hoc prouidere se illis velle testatẽ, si modo audiãt
illum, ac probent suum non esse inimicum, quãdo & testimoniũ perhibet illis nobilitatis & traditionis paternę.
¶ Ignorantes enim dei iustitiam, & suã quærentes con- «
stituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti.) Per ignorãtiã di- «
cit nõ illos credidisse in Christũ: æmulationem quidem
dei habentes, sed voluntatẽ & consilium eius nescięntes,
contra deum agebant, quę se defendere testabantur. De
iis dicit, qui non malevolẽtia & inuidia, sed errore Chri
stum nõ receperũt. Quibus & Petrus apostolus dicit:
Scio fratres quia per ignorantiã gessistis hoc malum, Actuũ. 3.
sicut & principes vestri. Ignorãtes enim hunc esse Christum, quem promiserat deus, alterum expectãdum dicebant. Huic iustitias suas quas ex lege habebãt, anteponẽtes, qui est dei iustitia in fide. Iustitia enim ipse est,
quia qđ promiserat deus, in ipso implevit. ¶ Finis enim «
legis Christus ad iustitiam omni credenti.) Hoc dicit «
quia perfectionẽ legis habet, qui credit in Christũ. Cum
enim nullus iustificaretur ex lege, quia nemo implebat
legem nisi qui speraret ĩ promisso Christo, fides posita
est, quæ crederet perfectionẽ legis, vt omnibus præter-
missis fides satisfaceret pro tota lege & prophetis.

MOYSES enim scripsit iustitiã quæ ex lege est: Leuit. 18.
quia qui fecerit homo ea, viuet i eis.) Hoc dicit, « E
quia iustitia legis Moysi reos illos nõ faciebat
ad tempus, si seruaretur. id est, viuebant faciẽdo legem,
debitores enim erãt. Hoc dictum est in Numeris, & in
Leuitico. ¶ Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne «
dixeris in corde tuo, Quis ascendit in cælum?) Hoc in Deut. 30.
Deuteronomio dictum est, quod hic interpretatur in
Christo, dicẽs: ¶ Hoc est Christum deducere. Aut quis «
descendit in abyssum? id est Christum ex mortuis redu «
cere.) Hoc proprium apostoli est. Itaq; iustitiam hãc di- «
cit esse fidei, si non dubitetur de spe dei quæ in Christo
est, ne diffidens dicat: Quis potuit ascẽdere in cælum?
quia ideo passus est, vt expoliatis inferis virtute patris,
deuicta morte resurgens, cum animabus ereptis in cæ-
lũ ascenderet. Omnis enim quicũq; viso saluatore apud
inferos sperauit de illo salutẽ, liberatus est, Petro apostolo hoc testãte. Dicit enim, quia & mortuis prædicatus est. Qui de his ergo in corde suo non dubitat, iustificatus est ex fide. Ex lege autem iustificari timor facit.
Timet enim legem, quia videt illam pœnã inferre pec- F
cantibus. Ideo non magna iustitia legis est, nec meritũ
collocat apud deum, sed ad præsens: fides autẽ quia incredulis iustitia est, mercedem habet apud deũ, de quo
quod non videtur speratur. ¶ Sed quid dicit scriptura? «
Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo.) Hoc scri- Deut. 30.
ptum est in Deuteronomio, quia non est longe ab animo nostro vel ore, quod nobis dicitur vt credamus.
Quãuis enim oculis non videatur, a natura tamen animorum & loquendi rationẽ nõ discordat quod credimus. In ipsa enim natura inserta fiũt velut semina, quæ
auditu & voluntate exculta fructificant testimonium
creatoris. ¶ Hoc est verbum fidei, quod prædicamus.) «
Nullum oppus dicit legis, sed, solam fidem dandam in
causa Christi. ¶ Quia si cõfitearis in ore tuo Christum «
dominum IESVM, & credideris in corde tuo quod «
deus illũ excitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim «
creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem.) «
Quęcũq; superius locutus est, hic illa manifestauit, hãc
esse regulam fidei, credere dominum esse IESVM,
& non erubescere profiteri quia deus illum ex mortuis

G reducens,deduxit illũ in cælũ cũ corpore: vnde venerat
incarnandus:ne incurrat sentẽtiã euangelicam dicentẽ:
Ioan. 12. Multi,inquit,ex principibus crediderũt in IESVM,
sed palã nõ profitebant, propter Iudeos. Maluerũt enĩ
gloriã hominũ magis,q̃ gloriã dei.¶Dicit enĩ scriptura
Esa. 28. per Esaiã:Omnis qui credit in illũ,nõ cõfundetur.)Cũ
examen cœperit fieri omniũ rerũ in die iudicii, & oĩa
falsa cõmenta vel dogmata in cõfusionẽ deduci,tunc in
Christũ credẽtes tripudiabũt videntes omnibus manife-
stari quia qd crediderũt,verũ est:& prudẽs,qd putabat
stultũ. Aspiciẽt enim inter cæteros se solos gloriosos &
prudẽtes,qui estimati fuerãt contẽptibiles & stulti. Illic
est enim vera probatio, vbi remuneratio & cõdẽnatio.
¶Nõ est enĩ distinctio Iudei & Græci.)Generaliter oẽs
aut cõfundi propter diffidentiã dicit,aut sublimari cau-
sa credulitatis:quia sine Christo apud deum nulla salus
est,immo pœna est,aut mors. Nec enĩ Iudæos cõmen-
dare poterit prerogatiua patrũ,aut legis latio,qui meri-
tum & promissionẽ patrũ non receperũt. Gẽtes autem
nullũ habẽt testimoniũ quo vel scdm carnẽ cõmẽdent,
nisi credant in Christũ.¶ Nã idem dñs omniũ, diues in
omnibus qui inuocant illũ.) Manifestũ est ad oẽs hoc
pertinere,siue Iudæos,siue Græcos: quia sine vocatiõe
dñi Christi nemo viuit apud deũ. Cũ ergo omniũ dñs
sit,cõsentiẽte Petro apostolo,& dicente: Hic est,inquit,
omniũ dñs:diues tamen non est nisi in iis qui inuocant
illũ,quia ipsi accipient remuneratiõẽ. Perfidis vero nõ
H est diues,quia participes nõ sũt bonorũ eius. Neq̃ enim
accipient qd daturũ illũ nõ crediderunt:& tamen nõ di-
xit deũ diuitẽ credẽtibus,sed inuocantibus illũ: vt postq̃
credidit,nõ desinat anim⁹ id postulare,qd a deo semper
doctus est postulandum:quia in Euangelio Lucæ dicit
Luc. 18. propter aduersariũ,quia subtilis & versutus est,semper
orandũ esse. Credẽtibus autẽ sola datur remissio pecca-
torũ. Sequitur autẽ vt precibus deditus,liberetur a ma
lo,& possit cõsequi qd promisit deus toto corde vigilã-
tibus.¶Omnis enĩ quicunq̃ inuocauerit nomẽ domini,
saluus erit.) In Michea dictum est. Ipse deus qui visus
est Moysi,dicit:Nomẽ mihi dñs. Hic est filius dei, qui
ideo & angelus & deus esse dictus est, vt non ipse esse a
quo sunt oĩa,putaret, sed hic esse per quẽ sunt oĩa,
vt ad id pertineat,quia deus dictus est,qd vnũ sunt pa-
ter & filius. Angelus autẽ ad hoc,quia nũcius promisse
salutis est, missus a patre.& missus ideo dicitur,vt non
ipse pater esse credatur,sed ab eo genitus.ideoq̃ quicũq̃
inuocauerit nomen dñi,saluus erit. Hoc sensu & Moy-
Deut. 18. ses locutus est:Quicunq̃, ait,non audierit prophetam
illum,exterminabitur de plebe. Si ipse est omnium do-
minus,ipse inuocatur a seruis. Et quia verus est, adiecit:
QVOMODO ergo inuocabunt,in quẽ nõ cre-
diderunt?)Certe Christo nõ credunt Iudei ipsi
I quẽ dixit dñm. Hoc sequitur qd supra dixi, quia
prius credendũ est,vt sit fiducia postulandi.¶Aut quo-
modo credẽt ei quẽ nõ audierunt?)Apertũ est nõ posse
credi illi cui obediẽtia denegatur.¶Quomodo autem
audient sine prædicante?)Nec hoc obscurũ est,quia qui
prædicãti resistit, autorẽ eius nõ recipit.¶Aut quomo-
do prædicabũt,nisi mittantur?)Neq̃ istud recipit que-
stionem,quia non erũt veri apostoli,nisi a Christo mit-
tantur,nec poterunt prædicare sine autore. nulla enim
his signa virtutũ perhibẽt testimoniũ.¶Sicut scriptum
Naũ. 1. est:Q̃ speciosi pedes euangelizantiũ pacẽ, euangelizã-
Esa. 52. tium bona.)Hoc propheta dicit Naum. Pedes dicẽdo,
aduẽtũ significat apostolorũ circũeuntiũ mũdum,& re-
gnum dei aduentare prædicantium. Aduentus enim
ipsorũ illuminabat homines,viã ostendens qua itur in
pace ad deum,quã primũ Ioãnes baptista venerat pre-
parare. Hec pax est,ad quã festinat credẽtes in Christũ.
Deniq̃ sanctus Symeon,quia in mundo discordia erat,
Lucæ. 2. lætus in ortu Saluatoris, Nunc,ait, dñe dimittis seruũ
tuũ in pace. quia regnũ dei pax est. Omni enim ampu-
tata discordia,omnes vni deo genu flectũt. Deniq̃ Hie- K
rusalem superior ciuitas pacis intepretatur,que est ma-
ter nostra.¶Sed non omnes obediũt Euãgelio.)Verũ
est,quia quãuis illustretur mundus splẽdore disciplinæ
dominicæ:sunt tamen qui repugnent,qui lumen tene-
bras vocant. Horũ enim sic errore acies obtusa est mẽ-
tis,vt nec veri luminis recipiant splendorẽ. Quos accu-
sat Euangeliũ,dicens: Lux in tenebris lucet,& tenebræ Ioan. 1.
eam non cõprehenderũt.¶Esaias enim dicit: Dñe, quis Esa. 53.
credidit auditui nostro?)Hoc est, quis credidit quæ au-
diuim⁹ abs te,& loquimur? Firmauit Iudeos esse pro-
phetico exemplo contradictores Euangelicæ veritatis.
Lex enim Iudæos icrepat,quia sicut fuit apud veteres,
ita & nunc est. Hunc enim numerũ non tãgit,qui fidem
nõ recipit.¶Ergo fides ex auditu, auditus autẽ per ver-
bum Christi.) Manifestũ est quia nisi dicatur aliquid,
nec audiri potest,nec credi.¶Sed dico:Nunquid nõ au-
dierunt?)Hoc est,audierũt,& credere noluerũt. Quã-
uis enim fides ex auditu sit,sunt tamen qui audiẽtes nõ
credũt. Audiũt enim, & nõ intelligũt,quia maleuolen-
tia obcæcatũ est cor illorum.¶In omnẽ terrã exiit sonus Psal. 18
eorũ,& vsq̃ ad fines orbis terre verba illorũ.)Vsq̃ adeo
prædicationẽ dei a Iudeis auditam esse testatur,vt etiã
impletũ orbẽ diuina annũciatione pronũciet. Ipsa enim
fabrica mũdi prædicat creatorẽ. Quod enim Psalmo-
graphus de creatura dixit, hoc Apl's de Euangelistis.
Quia vbiq̃ audita est,& peruenit in omnẽ locũ predi-
catio nominis Christi. Vbi enĩ presentia hominis pre- L
dicãtis defuit,sonus tamen & fama peruenit,sicut per-
uenerat opinio factarũ virtutum in Egypto ad omnes
gẽtes,teste Rhaab meretrice. Si enim in omnẽ locum
peruenit,nõ potuerunt non audire Iudæi apostolicam
prædicationem,vt nemo ex his excusatus sit a crimine
diffidẽtiæ.¶ Sed dico:Nunquid Israel non cognouit?)
Hoc est,cognouit:ne quia per supradicta testimonia ge
nus Israel incredulitatis causa arguit,cũ dolore de oĩ-
bus Israelitis queri videretur, non negat Israel cogno-
uisse & assecutũ esse quod illi promissum fuerat in lege:
sed eum qui spiritu magis Israel est quàm carne, quem
& deus præscierat crediturũ. Omnes enim audierunt,
& nõ omnes crediderũt.¶Ideo primus Moyses dicit:)
In cantico Deuteronomii:¶Ego ad æmulationem vos Deut. 32.
adducam in non gentem,in gentem insipientẽ,in iram
vos mittã.)Indignantis verba sunt,propter quod sem-
per diffidẽtes inuẽti sunt Iudæi,& omnibus malis vnã
assignat generationẽ & causam.dum præsentes incre-
pat ibidem,tãgit magis futuros,ad quos hoc pertinet.
Omnium enim horũ vna damnatio est,si permaneant
in diffidentia. Emulatio ergo illis data est inuidentiæ,
dum vident gentem,quæ prius,quia sine deo fuit,sensu
bruta erat, deũ suum appellare,qui fuerat Iudæorũ, & M
donum illis promissum assecutam, per quã zelũ passi
iracũdia distenderẽtur, vt malitiæ & incredulitatis suæ
mercedes exoluerent. Nulla enĩ res sic consumit homi-
nem nisi zelus:quem ideo deus vltorẽ posuit increduli-
tatis,quia graue peccatũ est. Nã semper in ira missi ex-
cruciãtur,quãdo audiũt legẽ & prophetas ad nos perti-
nere,qui in Christum credim⁹.¶Esaias audit, & dicit,
Palã factus sum nõ querẽtib⁹ me,& inuẽtus sum inter Esa. 65
eos qui me nõ interrogabãt.)Qm̃ supra verbis Moysi
visus est de exclusiõe Iudæorũ,ad hoc quoq̃ Esaie pro-
phetæ exemplum subdidit,vt de eius persecutiõe aper-
tius doceret deum expulsis Iudæis vltro gẽtibus gra-
tiam obtulisse ad opprobriũ & necem Iudæorum. Hæc
enim Esaias propheta ex persona Christi testat.¶ Ad
Israel autẽ quid dicit? Tota die expãdi manus meas ad
populum non credentem & cõtradicentem.) Hic Israel
carnalis est,hoc est Abrahæ filii, sed non secundum fi-
dem. Nam Israel verus & spiritalis est,qui credẽdo vi-
det deũ. Tota die,semper significat. Semper enim cor-
recti sunt,propterea increpantur non credituri,vt sciant

A quia ipsi sibi causa sunt perditiõis. Potest hoc & de sal-
uatore accipi,qui in cruce extensis manibus,interficien-
tium eum peccatum arguit. Causa enim illa clamat sce
leratum facinus Iudæorum: superius q̃ visus sit dicere
Esaias de iis qui dei fuerant inimici,ostendit hos ami-
cos futuros:& eos qui Israelitæ dicebantur, propter qd
inobedientes erant, vt inimicos abiiciendos.
DICO igitur, Nunquid repulit deus hæreditatẽ
suam? Absit.)Quia populũ Israel incredulum
ostendit,nunc ne omnẽ Israel dixisse diffidẽtem
putaretur,ostẽdit nõ repulisse deũ hereditatẽ suam,quã
præsciit:id est filios Abrahæ, quos fideles sibi futuros
scit. Nec enim promitteret eis regnũ,si sciret nullum ex
his crediturũ. Hereditas ergo dñi iuxta legem filii sunt
Abrahæ,sed credẽtes.¶ Nã & ego Israelita sum ex se-
mine Abrahæ,de tribu Beniamin.) Exẽplo suo docet
partẽ Israel saluatã,quã præsciit deus saluandã,aut ad-
huc posse saluari:& partẽ Israel propter iugẽ diffidentiã
perditioni deputatam.¶Non repulit deus plebẽ suam,
Ioã. 17. quam presciit.)Hoc est qd dicit Saluator: Pater, quos
dedisti mihi,custodiui:& nemo ex his periit, nisi filius
perditionis. Ita & hi quos præsciit deus credituros, ne-
mo ex his a promissione repulsus est: quia sic factũ est,
sicut præsciit deus futurum.¶An nescitis in Helia quid
3. Reg. 19 dicit scriptura,quomodo postulat deũ cõtra Israel: Dñe
prophetas tuos occiderunt,altaria tua effoderũt,& ego
relictus sum solus,& querunt animã meã? Sed quid di-
cit illi respõsum diuinũ? Reliqui mihi septem milia vi-
rorum,qui non curuauerũt genua ante Baal.)Aperta
B sunt hæc. Ostendit enim nõ solum Heliã remãsisse qui
deuotus deo non adorauerit idola: sed & multos qui in
fide dei permanserunt, sicut & ex Iudæis nõ pauci cre-
diderunt. Huic rei historia cõgruit,quia multi per spe-
luncas occultati sunt propter Achab regẽ Samariæ, &
Iezabel vxorem eius,qui pseudoprophetis credẽtes,dei
prophetas persequebantur, & populũ ad idololatriam
hortabantur.¶Sic igitur & in hoc tẽpore reliquiæ secũ-
dum electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt.)Hoc est,ita,in-
quit,& nunc hi remãserunt in legis promissione,recedẽ-
tibus multis quos præsciit deus. Qui enim susceperũt
Christũ quasi in lege promissum,ii in lege steterũt. qui
enim nõ illum receperũt,a lege recesserũt. Ideo credẽtes
reliqui dicũtur,hoc est,remanẽtes in lege.¶Si autẽ gra
tia,iam nõ ex operibus.) Manifestũ est quia gratia do-
num dei est,nõ debita merces operibus,sed gratuita ra-
tione,misericordia interueniente,concessa. ¶ Alioquin
gratia iã non est gratia.)Verum est,quia si merces est,
non est gratia. Sed quia merces non est,sine dubio gra-
tia est:quia veniã dare peccantibus non est aliud q̃ gra-
tia,& iis qui non requirunt,sed offertur illis vt credant.
C Duplex ergo gratia est,quia hoc cõpetit deo, qui abun-
dat misericordia, vt & requirat quos gratis curet.
QVID ergo? Quod quærebat Israel, hoc nõ est
consecutus:electio autẽ consecuta est.)Israelitæ
ii carnales sunt,qui ex operibus legis iustificari
se putantes,nõ adepti sunt vt iusti essent per fidẽ apud
deum. Præterea cum omnes rei sint per legẽ, quia ma-
Deut. 27. ledictus omnis qui nõ permãserit in omnibus quæ scri-
pta sunt in libro legis, vt faciat ea. Qui autẽ per fidem
iustificari se crediderunt,cõsecuti sunt electionẽ,vt iusti-
Abacuc. 2 ficati filii dei fierent, memores scripture dicentis, Quia
iustus ex fide viuit,id est,nõ ex lege.¶Cæteri vero ex-
cæcati sũt,sicut scriptũ est.)Hoc subiectũ in Esaia legit:
¶Dedit illis deus spiritũ compũctionis,oculos vt nõ vi-
deant,& aures vt nõ audiãt,vsq̃ in hodiernũ diem. Et
Dauid dicit: Fiat mensa eorũ in laqueũ,& in captionẽ,
& in scandalũ,& in retributionẽ illis. Obscurentur oculi
eorũ vt non videant,& dorsum illorũ semper incurua.)
Ideo mẽsam maledicit malorũ,quia illic decipi solẽt in-
nocẽtes. Dolo enĩ vocãtur ad cõuiuiũ,vt perimãtur: qa
sic & Amon fili⁹ Dauid decept⁹ est a fratre suo Abes-
salon, & malignus Olofernes per epulũ factam Iudith D
putauit se posse decipere,& ĩ mẽsa scelerati Herodis se-
uierũt maligni in caput Ioãnis prophetæ. Vnus sẽsus
est duorũ prophetarũ de huiusmodi hominibus, qui ab
initio infidi & repugnãtes inuẽti sunt hostes bonorum.
Sed aliqui illorũ emẽdati sũt & correcti,licet tarde: qui-
dam vero in pertinacia manẽtes,seueritatẽ sentẽtiæ nõ
euaserũt,in perpetuũ curuati,hoc est excæcati, ne dece-
tero possint veritatis viam aspicere,quam maleuolẽtia
aspernati fuerãt,declinãtes ab ea, & ad salutis gratiam
peruenire. Qui enĩ cũ intellexisset,credere noluit:id de-
bet consequi qd vult, ne decætero possit fidẽ recipere,&
saluari. Exẽpla igitur prophetarũ supradicta duplicem
cõtinẽt sensũ. duobus enĩ modis decreta sunt,& scripta.
Duo etenĩ genera hominũ hic cõtinẽtur. vnũ est quod
maleuolẽtiæ sue causa excæcatur in sempiternũ,ne sal-
uetur. Sunt etenĩ pessimæ volũtatis,vsq̃ adeo vt intel-
ligẽtes dicãt se nescire qd audiũt. Deniq̃ dicebãt de sal-
uatore:Quid est qd dicit? Nescimus quid loquit. Quid Ioan. 10.
eũ auditis? Dæmoniũ habet,& insanit. Alia autẽ pars
quæ vere Israel est,cõtradicebat illis: Hæc verba nõ sũt
dæmoniũ habẽtis. Nũquid dæmoniũ potest cæcorum
oculos aperire? Dũ inuidẽt ergo saluatori,nolebãt vide-
ri intelligere quæ audiebant: vt dũ a legisperitis & pha-
risæis nõ intelligi videtur,res absurdas,& quæ extra le-
gem essent,loqui putaret:quæ res etiã alios a fide pos-
set auertere. Vnde audiũt a saluatore: Vos habetis cla- Luc. 11.
uẽ sciẽtie,& neq̃ vos intratis,neq̃ alios sinitis introire.
Quis enĩ nõ leuiũ,sed paulo grauiorũ, legisperitorũ & E
pharisæorũ cõsiliũ & sententiã nõ sequeretur, & qui vi-
derent legis defensores? Deniq̃ iis q̃ vere Israelitæ sũt,
dixerũt: Nũquid aliquis ex principib⁹ credidit in illũ? vt
inde iuste viderent nõ credidisse,si multos cõspiratiõis
suæ socios fecissent:quia quod a paucis defenditur, so-
let non probatũ videri. Ideo excæcati sunt,ne decætero
possint credere,& saluari. In voluntate ergo sua adiuti
sunt,vt qm̃ sciẽtes verũ,dicebãt esse falsũ: decætero non
intelligerent qd est verũ, vt verũ haberẽt,sed falsum,qd
volebant. Alterũ genus est,qd cũ iustitias legis sectat,
iustitiã Christi nõ recipit:ex quo iã nõ per inuidiã male
volũtatis hr agit,sed errore æmulãdo enĩ traditionẽ pa-
trũ cæcantur ad tẽpus:quia cũ deberent ex magnalibus
Christi addiscere hunc non posse fallere, cuius tam ma-
gnifica virtus in rebus gestis appareret,& prædicationẽ
eius testamento nouo promisso per prophetas compa-
rare,& exinde profiteri hunc esse qui promissus est: ne-
gligentes contra deum, & hominibus assentientes in-
uenti sunt. Propterea ergo cæcantur, vt admiscentibus
ad promissionem eorum,ipsa æmulatione,dũ inuident
gentibus,reuertantur ad fidem Christi.

CAPVT VNDECIMVM.

DICO ergo: Nũquid sic offenderunt, vt cade-
rent? Absit.) Hoc dicit qd supra memoraui,
quia nõ sic diffiderũt,vt nũquã iã crederẽt: id
est,nõ ita propter improbitatẽ suã cecati sũt,
vt curari nõ possent: sicut & diabolũ legimus cecidisse,
dicẽte Esaia propheta: Quomodo cecidit de cælo luci-
fer? casum apostasiã significauit. Nõ ergo hos sic offen-
disse dicit vt caderẽt,sed offensionis suæ causa ad tẽpus
obtusos.¶Sed illorũ delicto salus gẽtibus, vt illos æmu-
lẽtur.)Hoc est quod dixit, quia propter peccatũ illorum
gentibus salus data est. Quia enim donum dei recusa-
uerũt Iudei, trãslatũ est hoc ad gentes, vt æmulatione
zeli accensi Iudæi conuerterentur ad Christum, zelan-
tes promissionem patrum.¶Q̃ si delictum illorum di-
uitiæ sunt mundi,& diminutio eorum diuitiæ gentiũ:
quanto magis plenitudo illorum?)Manifestũ est quia
si delictum illorum profuit mundo, dum horum dispẽ-
dio plures habet bonos, quia multo plures sunt gentes
quàm Iudæi: & diminutio eorum, quod est dammum

G promissionis,diuitiæ gentium,per id quod lucrati sunt
vitã æternã,quanto magis plenitudo eorũ? Apertũ est
quia magis diues erit mũdus hominibus bonis,si,& ii
qui excæcati sunt,cõuertãtur. Ex magna enĩ parte sal-
uabitur mundus. Mundo homines significantur,sicut
Ioan.12. dictũ est de saluatore: Ecce totus mũdus abiit post illũ.
» VOBIS enim dico gẽtibus,quãdiu quidem ego
» sum gentiũ apostolus,ministeriũ meum glori-
» ficabo, si quo modo ęmuler carnẽ meã, vt saluos
» faciã aliquos ex illis.) Ostendit gẽtibus quo affectu di-
ligat Iudęos. Nam ministeriũ suũ, quo apostolus gen-
tium est, honorificat,si propter affectũ generis sui data
opera etiam Iudæos acquirat ad fidẽ. Honorificentior
enĩ fiet si & illos,ad quos nõ missus est,lucretur ad vitã.
Patribus enim in laude maxima erit,si fratres inuene-
» rit qui perirent.¶ Si enim amissio eorũ recõciliatio est
» mũdi,quæ est assumptio,nisi vita ex mortuis?) Hoc di-
cit,quia si nõ credentibus Iudæis gẽtes recõciliatæ sunt
deo,ad incrementũ mundi circa fidem Christi, quę erit
in hac parte,& quanta plenitudo salutis si assumantur
& Iudæi ad fidẽ Christi, nisi vt ex mortuis viuificetur
mũdus in hominibus? Quia ergo profectus est, dãdam
dicit operam vt credãt,quoniã cæcitatis obtusio tẽpore
cõpensati delicti aufertur, vt volũtatis suæ recipiãt libe-
» rum arbitriũ.¶ Q2 si delibatio sancta est,& massa.) Ma
nifestũ est quia quod vnius substãtiæ est, vnũ est: ac per
hoc nõ potest delibatio sancta esse,& massa immunda.
H Delibatio enim de massa est. Ideoq; ostendit non posse
indignos dici ad fidẽ,hos quorũ iam patres adepti sunt
fidẽ: quia si pars Iudæorum credidit,cur non & alia pars
» posse credere dicatur?¶ Et si radix sancta,& rami.) Im-
mutatis verbis eadẽ repetit,vt sensum cõmendet duo-
» bus exemplis.¶ Q2 si aliqui ex ramis fracti sunt.) Id est,
» si aliqui nõ crediderũt ex eis, excisi a promissione.¶ Tu
» autẽ cũ esses oleaster,insertus es in illos,& socius factus
» es radicis oleę.) Hoc significat,quia nõ credẽtibus mul-
tis Iudæis,gẽtes insitæ sunt per fidem in spem promis-
sionis,vt dolori esset Iudæis. Sed nõ iuxta legẽ agricul-
turæ,quia bonũ furculũ inserunt in non bonã arborẽ. Hi
enim cũ essent in radice mala,inserti sunt in bonã arbo-
rem. Ideo oleastrũ dicit insertum,vt fructũ furculus ra-
» dicis afferat,socius eius effectus.¶ Noli gloriari aduer-
» sus ramos.) Hoc est,noli gaudere ĩ incredulitate illorũ.
Displicet enim deo si quis exultet ĩ malis alterius,dicit
Salomon. Nec enim causa gentiũ abiecti sunt, vt gau-
I deant: sed quia nõ crediderunt,occasionem dederunt vt
» prædicaretur gentibus.¶ Q2 si tu gloriaris: nõ tu radicẽ
» portas,sed radix te.) Id est,si te extuleris super illos,in
quorũ insertus radicẽ es,insultes generi qđ te vt ex ma-
lo bonus esses susceperit: nec stabis si illud per quod stas
» destruis.¶ Dicis itaq;,fracti sunt rami, vt ego inserer er.)
Ex persona gentilis credentis loquitur, qui exultãdum
putat in casu Iudęorũ diffidentium,dicens: Illorum re-
probatio locũ fecit gentilibus. Sed non sunt reprobati a
deo vt gẽtes intrarẽt, sed seipsos reprobos fecerũt sper-
nẽtes donũ dei, vnde occasionẽ dederũt gẽtilibus ad sa-
lutẽ. Quã extollentiã reprimi vult, vt magis saluti cõ-
gaudeatur,nõ ægritudini insultetur. Facile enĩ decipit
» qui gaudet alienis malis.¶ Bene.) Id est recte dicis,quia
» fractis ramis insert9 es.¶ Sed incredulitate fracti sunt.)
Hoc est,nõ propter te,sed suo vitio,quia illis diffidenti-
bus,ad æmulationẽ illorũ tu vocatus es ad salutẽ. Ideo
gratias debes agere dono dei per Christũ, nõ illis insul-
tare,sed petere,si malũ illorũ tibi cõtulit salutẽ,vt & ipsi
redeant ad originem. tũc placebis deo, qu tui misertus
est. Ideo enim te aduocauit,vt per tuam ęmulationem
» reduceret & illos ad gratiã.¶ Tu autẽ fide stas.) Quia
Iudæi per diffidentiam lapsi sunt,hos fide dicit stare:
quia cum prius perfidiæ causa iacerent, credendo stare
» cœperunt.¶ Noli altum sapere,sed time.) Id est,noli su
» perbus esse, sed caue ne & tu offendas.¶ Si enim deus
naturalibus ramis nõ pepercit,ne forte nec tibi parcat.) « k
Verũ est,quia si illos qui prærogatiua patrũ dignitosi
erant,quibus etiã facta repromissio est,deo in filios ad-
optati,incredulitatis causa excæcauit: qđ his,si dubita-
uerint,aut si se extulerint,faciet,qui nulla cõmẽdatione
sublimati sunt,qui cũ nullius dignitatis essent, honora-
ti sunt?¶ Vide ergo bonitatem & seueritatẽ dei: in eos «
quidem qui ceciderunt,seueritatẽ: in te autem bonitatẽ «
si permanseris in bonitate: alioquin & tu excideris.) Bo «
num deum gentibus esse testatur, quia cũ idola seque-
rentur,digni vtiq; mortis: patiẽtia sua expectauit illos,
& nec sic requirẽtes se,vltro vocauit illos,& peccata eis
remisit: Iudæis autem seuerus est. excæcauit enim eos,
quia donum dei spreuerunt. Hos tamen nunc significat
Iudæos,qui propter maleuolentiã suam in perpetuum
cæcati sunt. vnde eos & cecidisse dixit. Illos autẽ quos
supra memorauit offendisse, non tamen cecidisse,quia
ad tempus cæcatos illos ostendit: ac per hoc seuerum
deum in eos fuisse, vt in perpetuum cæcati essent apo-
statæ.¶ Sed & illi si non permanserint in incredulitate, «
inserentur. Potens est enim deus iterum inserere illos.) «
Ostẽdit iustitiam dei nõ in seueritate permanere circa
illos quos excæcauit ad tempus: quia non sic illos exci-
dit,vt nõ illos possit iterum inserere si conuertantur,qui
per prophetã dixit: Reuertẽtes ad me replãtabo. vt hoc
scientes Christiani non insultẽt Iudæis, certi reseruari
illis quasi lapsis misericordiam dei.¶ Nam si tu ex natu «
rali excisus es oleastro,& cõtra naturã insertus es in bo «
nam oliuam: quanto magis hi secundũ naturã inseren- «
tur suæ oliuæ?) Oliuam,fidẽ per quam Abrahã iustifi- «
catus est, accipimus: oleaster vero, quia agrestis & in- L
fructuosa natura est,perfidiam significat: ac per hoc si ii
qui semper inimici dei fuerunt,conuersi in fidẽ Abrahę
inserti sunt,ex cuius origine non sunt: quãto magis Iu-
dæi si post diffidentiam credant,paternę reddendi sunt
naturæ,inserti iterum in suam promissionem.

NOLO enim ignorare vos fratres mysteriũ hoc, «
vt nõ sitis ipsi vobis sapientes: quia obtusio quæ- «
dam ex parte Israel facta est,donec plenitudo gẽ- «
tium intraret,& sic omnis Israel saluus fieret.) Non est «
obscurum quia ad tempus cęcitatis obtusio data est Iu-
dæis,iis qui dum æmuli legis sunt, non viderunt do-
num venisse promissum a deo,qđ prædicabatur a Chri
sto. Zelo enim excæcati sunt,putantes legem factorum
nunquã debere cessare. Vnde Sabbatũ zelabantur. qua
offensione ex parte obtusi sunt, vt pro incredulitate sua
cruciarentur videntes gẽtes profiteri cũ gaudio, cõsecu-
tos repromissionẽ Abrahæ: copia tamen admissa gen- M
tium,abstergeretur caligo ab oculis eorũ, vt possint cre
dere: vt spiritũ cõpunctionis prohibens a cordibus eorũ
qui eis præstat cæcitatẽ,reddat eis larbitriũ liberum vo-
luntatis: quia non de maleuolẽtia erat incredulitas, sed
de errore emẽdarẽtur, vt postea saluarẽtur. ¶ Sicut scri- «
ptum est.) Vt probaret donum illis seruatum a deo, «
exemplum Esaiæ prophetæ in subiectis ponit, vt hac
gratia qua liberati sunt Iudæi credentes,& hos liberari
posse doceret,quia nõ erat exinanita, sed semper abun-
dat. Dicit ergo:¶ Veniet ex Sion qui eripiat & auertat « Esa.59
impietatẽ ab Iacob,& hoc illis a me testamẽtum, cum «
abstulero peccata eorum.) Exempli huius ratio semper «
manet quãdiu sunt qui credãt. Hic enim dominus IE-
S V S qui de cælis venturus promissus est ad libera-
tionem humani generis,ipse quotidie remittit peccata
conuersis ad se,nec statim non credentes condemnat,
sed expectat,sciens posse proficere ad agnitionem dei.
¶ Secundum Euangeliũ quidem inimici propter vos.) «
Causa incredulitatis inimici sunt euangelii,vt error &
delictum illorum gentibus aperiret viam ante tempus
intrandi ad fidem,sicut supra memorauí. Prius enim
vbiq; omnibus Iudæis prædicandũ erat, tunc demum
& gentibus oportebat credi verbum dei. Sed quia non

A crediderunt,ablatũ ab eis regnũ,datũ est gẽtibus. Itaq;
nõ insultandũ esse his præmonet,quorũ delictũ profuit
gentibus. Illi enim insultandũ est cuius peccatũ obfuit
aliquibus. Nõ enim perfidiæ illorũ gratulãdum est, sed
dolendũ si tardãt cõuerti: vt quomodo peccato illorum
gauisæ sunt gẽtes,quia saluatę sunt: sic cõuersione eorũ
lætentur. ipsorũ enim occasione dei gratiã citius perce-
» perunt.¶ Secũdũ electionẽ autẽ dilecti propter patres.)
Quãuis grauiter peccauerint Iudæi reprobando donũ
dei,& digni sint morte,tamẽ quia filii sunt bonorũ,quo-
rũ prærogatiua & merito plurima a deo beneficia per-
ceperunt,regressi ad fidẽ suscipiẽtur cũ lętitia,quia dile-
» ctio in his dei exuscitatur memoria patrũ.¶ Sine pœni-
» tentia enim sunt dona & vocatio dei.) Verũ est,quia
gratia dei in baptismate nõ quærit gemitũ, aut plãctũ,
aut opus aliquod,nisi solã ex corde professionẽ. Ne enĩ
quia grauiter deliquerant nõ recipiẽdo promissum dei,
& quia quæ grauiter peccantur,nõ nisi fletu & gemitu
ad veniam pertinent: ideo illos non posse iam accipere
misericordiã putarẽt,quia dolere illos nõ videbãt: ostẽ-
dit hoc inter primordia fidei nõ requiri. Donũ enim dei
» gratis donat peccata in baptismo.¶ Sicut enim & vos
» aliquando nõ credidistis deo,nunc autẽ misericordiam
» consecuti estis propter illorũ diffidentiã: ita & isti nunc
» nõ crediderũt in vestra miseratione,vt & ipsi misericor-
» diam consequantur.) Incredulitatẽ gentiũ memorat,vt
ipso rubore nõ se iactarent insultãtes Iudæis qui nõ cre-
diderant,sed oblectarẽt illos agnoscere promissum dei.
Quia enim vos,inquit,gẽtes cũ his eloquia dei credita
sunt,repugnãtes fuistis: nuc autẽ misericordiã accepistis,
nõ vestro merito,sed ad horũ opprobriũ: quare non ma-
B gis isti conuersi accipiant misericordiã,qui prius in lege
» dei cõuersati sunt,& quib9 facta promissio est?¶ Cõclu-
» sit enim deus omnia in incredulitate,vt omnium mise-
» reatur.) Gentes porro ab antiquis tẽporibus in impie-
tate & ignorantia versabãtur, vtpote sine deo: propter
quod manifestata lex in literis est, qua possent infrena-
ri præcipites. Et quoniam versutia aduersarii cumula-
ri peccata cœperunt,vt per interdictum magis reus ho-
mo cõstitueretur: deus clementia bonitatis suæ semper
homini procurans,vt & quod sine lege peccatũ erat, &
in lege, posset deleri: hoc decreuit, vt solã fidẽ poneret,
per quã omniũ peccata abolerentur: vt quia nulla spes
per legẽ omnibus hominib9 erat,dei misericordia salva-
rẽtur. Hoc est omnia cõclusisse in incredulitate,vt tunc
decretũ donũ a deo veniret,quando omnes diffidẽtia la
borarẽt,vt gratia muneris esset gratissima. Itaq; nemo
se iactet. miserũ est enim superbũ esse eũ cui ignotũ est.
» O Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei,q̃
» inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles
» viæ ipsius.) Excelsum & immẽsum deũ in diui-
tiis sapiẽtiæ & scientiæ suæ cũ omni laude & gratiarum
C actione testatur. est enim cõsilium & iudiciũ eius incõ-
prehensibile. Nã sciens ab initio cõuersationes & opera
hominum,quia neq; sola seueritate iustitiæ saluari pos-
sit hominũ genus,neq; sola misericordia ad profectum
meritorũ peruenire,vnoquoq; tẽpore decreuit quid esset
prædicandũ: ante tamen permittẽs vnũquẽq; suo iudi-
cio,quia natura ipsa duce cognoscitur iustitia. Et quia
autoritas naturalis iustitiæ obtorpuerat consuetudine
delinquendi,data est lex,vt humanũ genus terrore ma
nifestatę legis frenaretur. Sed quia non se cohibẽtes, rei
tenebantur a lege, prędicata misericordia est,quæ ad se
confugientes saluaret: refutantes autem cæcaret ad tẽ-
pus,ad promissionem eorũ gentes inuitans, quæ prius
iustitiam dei per Moysen datã sequi noluerunt, vt ho-
rum saluti dum inuident,ipso zelo ad radicis saluatoris
originem se reformarent promissæ in lege. Hæc est al-
titudo diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ dei,qui tam Iu-
dæos quàm gentes multipharia prouidentia acquisiuit
» ad vitam.¶ Quis enim cognouit sensum domini, aut « D
quis illi cõsiliarius fuit,aut quis prior dedit illi,& retri- « Rom.11.
buetur eis?) Hoc in Esaia scriptum habetur. Manifestũ Esaię.40.
est solum deum esse qui nouerit omnia consilia,& hunc
vnum esse qui nullius egeat,quia ab ipso sunt omnia: ac
per hoc consilium eius a nullo nec comprehenditur,nec
metitur,quia inferiora superioris sensum scire non pos-
sunt. Deniq; Iudæis credentibus impossibile videbatur
consilium esse & voluntatem dei ad redemptionẽ gen-
tium: simili modo & gentibus arduum & incredulum
videbatur, Iudęos qui nõ crediderãt, posse conuerti, aut
credentes suscipi vt saluarentur. Inter cętera hoc est cõ-
silium dei quod latuit,nec potuit comprehẽdi.¶ Quo- «
niã ex ipso,& per ipsum, & in ipso sunt omnia. ipsi glo- «
ria.) Quia ratione sensus & consilium dei inuestigari
nõ potest, declarauit. Ex ipso enim, inquit, & per ipsum
& in ipso sunt omnia. ipsi gloria. Hoc dicto aperuit sen-
sum qui occultus erat mũdo. Quia enim omniũ crea-
tor est deus (fecit enim ea quæ non erant, vt essent) ideo
ex ipso sunt omnia. Et quoniam ab ipso sunt,per filium
eius,qui eiusdem vtiq; substãtiæ est,esse cœperũt,cuius
opus,patris est opus. Quia ergo ipse operatur per filiũ,
per ipsum sunt omnia. Et quoniam quæ fiũt ex deo,per
deum sunt,post renata in spiritu sancto fũt,in ipso sunt
omnia: quia & spiritus sanctus de deo est patre: vnde &
scit quæ in deo sunt. Ergo & in spiritu sancto pater est,
quia quod de patre est deo, non potest aliud esse quàm
est deus pater. Ac per hoc ipsi gloria, quia ex ipso & per
ipsum & in ipso sunt omnia. Itaque ex ipso & per ipsum
& in ipso vt essent, esse cœperunt: sensum & consilium E
eius scire non possunt. Ipse autẽ scit omnia, quia in ipso
sunt cuncta. Patefecit mysterium dei quod superius di-
xit non ab eis ignorari debere.

CAPVT DVODECIMVM.



OBSECRO itaq; vos fratres per misericor- «
diã dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã «
viuam,sanctam,deo placentem, rationabile «
obsequium vestrũ: et nolite conformari huic «
seculo, sed reformamini in nouitate sẽsus vestri, vt pro- «
betis quæ sit volũtas dei,quod bonum & placitum & «
perfectum est.) Per misericordiã dei illos hortatur, per «
quam saluatur humanum genus. Post tractatũ enim
legis & fidei, populi natura Iudaici & gentilis ad bonã
vitam agendam hortatur. per hanc enim spes fidei ob-
tinetur. Cõmonitio est ergo hæc, vt memores sint quia
misericordiam acceperunt: & vigilent circa obsequium
eius a quo illis data est, per quem ex impiis gratis iusti-
ficati sunt: scientes hanc esse hostiam viuam, sanctã,&
deo acceptabilem, si corpora nostra incontaminata ser- F
uemus, dissimiles a secularibus, qui voluptatibus stu- 1.Thes.4
dent. Hæc est voluntas dei, sanctificatio vestra. Nam
corpora subiecta peccatis, nõ viua habẽtur, sed mortua.
sub desperatione enĩ promissæ vitæ sunt. Ad hoc enim
peccatis dono dei abluimur, vt de cætero mũdã vitam
agentes, dei amorem in nos prouocemus, non irritũ fa-
ciẽtes opus gratię eius. Nam apud veteres ideo oblata
occidebat hostia, vt homines peccati causa morti sub-
iectos significaret. Nunc autẽ q a per donũ dei purifica-
ti sunt homines, & a morte secũda liberati, viua hostiã
debent offerre, vt signũ sit vitæ æternæ. Nõ enim, sicut
tunc, corpora pro corporibus immolãtur: nũc vero non
corpora, sed vitia corporis perimẽda sunt. Vt autẽ ob-
sequii nostri effectum habere possimus, seruata iustitia
pudorẽ custodiam9. Nihil enĩ proficit pudor, nec ratio-
nabilis potest videri neglecta iustitia. Hoc erit cõformã
fieri spiritalium, renouatum in spiritu ac fide, hoc scire
quod placet deo, nec aliud bonum & perfectum esse.

DICO enĩ per gratiã quę data est mihi, omnibus «
qui inter vos sunt, non plus sapere q̃ oportet sa- «
pere, sed sapere ad sobrietatẽ, & vnicuiq; sicut di- «

G » uisit deus mensurā fidei.) A perte ostendit hoc debere nos sapere, quod iustitię terminos nō egrediatur, vt nō nobis solis vtile fit, sed & nulli obfit. Hæc est enim prudentia, prodesse magis aliquibus q̄ obesse, & contētum esse debere forte qua mēsus est deus merito & fidei vniuscuiusq;, nec sibi defendere quod non sibi cōcessum videt. hoc est, nō plus sapere, quia vni totum concedi non potest. Nec enim si quis bonæ vitæ est, ex eo sibi etiam doctrinæ prudentiā debet defendere: aut quia peritiam habet legis, Leuitarum sibi obsequia vendicare debebit. Hortatur ergo & docet per gratiam sibi datā. Hæc gratia peritia intelligitur dominicæ disciplinę, per quā humilitati iustitiæ studendum tradit.

» SICVT enim in vno corpore multa mēbra habemus, omnia autē membra nō eadem habēt officia: » ita multi vnū corpus sum⁹ in Christo, singuli autē » alter alterius membra.) Exēplo corporis docet nō posse nos singulos omnia, quia sumus inuicē mēbra, vt alter alterius nō egeat: ac per hoc curam nostri inuicem nos agere debere, nec alterū alii obsistere, quia inuicē officiis nostris opus habem⁹. Hoc erit diligere Christum, si inuicem se membra exhortētur, vt impleant modum » quo corpus in Christo perfectum fit. ¶ Habentes autem » donationes dei diuersas secundum gratiā quæ data est » nobis.) Nunc autem ipsa officia deputata mēbris merito fidei enumerat, vt cū viderit membrū qđ sibi deputatum officiū est, nō perstrepat alteri cui viderit aliud traditum, sed cōgerat, vt corpus ecclesiæ sit perfectum.

» ¶ Siue prophetiā secundū operationē fidei.) A prophetia incipit, quę prima probatio est rationabilē esse fidem nostrā. Deniq; credentes accepto spiritu prophetabant.

H Hæc ergo datur pro modo accipientis, hoc est, quātum » causa exigit propter quā datur. ¶ Siue ministeriū in mi» nistrando.) Ad obsequiū fraternitatis præbendū intātū minister firmatur, quantū credidit debere se obsequi, ne vltra fidem laborās in obsequio, fatigetur incassum, » quia hoc sequitē vnūquēq; quod conat⁹ ex corde. ¶ Siue » qui docet in doctrina.) Similiter dicit adiuuari doctorē in doctrina, vt inquantū fides eius est ad docendū, intā» tum inspiretur ad tradēdā disciplinā cælestē. ¶ Siue qui » exhortatur in exhortādo.) Et hunc eodem modo in eo ipso in quo tēdit, auxilio spūs præparari, vt habeat gratiam dū prouocat. Lacessit enī fratres ad bonū, aut in» credulos ad fidē. ¶ Qui largitur in simplicitate.) Huic dicit qui bono animo tribuit, auxilia sęper suppeditare procurāte spiritu, vt nō desit tribuenti simpliciter, dicēte Salomone: Qui tribuit pauperib⁹, nō indigebit. Hic ergo tribuit simpliciter, qui nō in simulatione hoc agit

I vt laus ei ab hominibus detur, sed vt a deo per hoc ipsi » meritū cōsequatur. ¶ Qui præest in solicitudine.) Eum qui curam vt præsit fratribus suscepit, iuxta fidē suā accipere vigilantiā & autoritatem, vt proficiat in quo so» licitus sit, habens in illis fructum quibus præest. ¶ Qui » miseretur in hilaritate.) Hūc quoq; secundū sensum suū qui lęto animo misericordiā facit, nō quasi nolenti extorquetur, fundari & roborari a deo vt in hac re nullam infirmitatē patiatur, sciens dictū a Salomone: Dū habes occasionē, benefac. Sed hoc multipharie intelligēdum est. Multiplex est enim misericordia sub vno vocabulo. Nā si supra dixit, Qui largitur in simplicitate: quid erat opus iterare, nisi quia sub vno misericordię nomine multa bona opera significauit? Peccātib⁹ etenim ignoscere misericordia est, & in necessitate aliqua posito vel oppresso opem ferre, misericordia est, & nudū vestire, & esurienti panē frangere, & paruulū expositū colligere, & cadauer operire, & alia operari, misericordia est. Ideo si hæc impigre & sine tædio fuerit operat⁹, habebit huius operis & in præsenti & in futuro mercedem. Omnis ergo misericordia & simpliciter & cum gaudio fieri debet, vt simplicitas excludat hypocrisin, gaudium » vero fretū futuræ spei testetur examen. ¶ Dilectio sine simulatione.) Huic merito qui hoc meditat, vt ideo di« k
ligat fratrē, q̄a scit hoc placere autori deo, ne adulatione
præsentis vitæ hoc agat, subuenit spirit⁹: vt qa hoc de
uota mēte querit, obsequiis possit implere. Audiuit enī
dictū a dño: Præceptū nouū do vobis, vt diligatis inui- Ioan. 13.
cem. ¶ Odientes malum, adhærētes bono, fraternitatis «
amore inuicem benigni, honore mutuo prævenientes.) «
Non magnū dicit euitare malū, nisi adhæreatur bono.
Illud enim de timore fit, hoc de amore: nec benignum
esse fraternitatis honorē, si nō mutuis se obsequiis præ-
uenerint. ¶ Solicitudine nō pigri.) Hoc est qđ dicit pro- «
pheta Hieremias, quia maledict⁹ qui facit opera dñi ne- Hier. 48.
gligenter. Piger enim in conuersatione diuina, siue spe
est. ideo subiecit: ¶ Spiritu feruētes.) Hoc est, vt in exer- «
citio diuini operis aut legis nō sit tepidus, sicut dicitur
in Apocalypsi Ioānis: Quoniā tepidus es, inquit, euo- Apoca. 3.
mā te ex ore meo. Quotidiana enim meditatio tollit
soporē, & facit vigilantē. Opera enim dñi sunt quę mā-
dat fieri pro vtilitate ecclesiæ, id est fratrū. ¶ Tēpori ser- «
uientes.) In Græco dicitur sic habere: Deo seruiētes. qđ «
nec loco cōpetit. Quid enim opus erat summā hāc po-
nere totius deuotionis, quādo singula membra quæ ad
obsequia & seruitia dei pertinēt, memoret⁹? In omnibus
enim iis quæ enumerat, plenū deo seruitiū exhibetur.
Nā seruire tēpori quid sit, alibi soluit cū dicit: Redimē- Ephes. 5.
tes tēpus, quoniā dies mali sunt: vt sciatis quemadmo-
dum vnicuiq; respōdeatis. Quoniā autē dixerat, Spiri-
tu feruētes: ne hoc sic acciperent, vt passim & importu-
ne verba religionis ingererēt tēpore inimico, per quod
forte scandalum excitarent, statim subiecit: Tēpori ser- L
uientes. vt modestē & cū honestate aptis & locis & per-
sonis, & apto tēpore religionis fidem loquerētur. Sunt
enim quidā etiā hoc tempore quo pax est, qui sic perhor
rent verba dei, vt audientes cū magna ira blasphement
viam Christianā. Nā & ipse seruiuit tēpori quando qđ
noluit, fecit. Inuitus enim circūcidit Timotheū, & raso
capite purificatus secūdū legem ascendit templū, vt Iu-
dæorū sopiret insaniam. ¶ Spe gaudētes.) Postq̄ dixit, «
Tēpori seruiētes: adiecit, Spe gaudentes. vt si forte pro-
pter iniquitatē temporis nō liceat de fide publice loqui,
sed esse in metu, spe gaudeat, quia hæc tristitia parit lę-
titiam. ¶ In tribulatione patientes.) Hoc est, spe gaude- «
re, in tribulatione patientē esse. De gaudio enim spei to
lerat tribulationē, sciens multo maiora esse quæ pro his
promissa sunt. ¶ Orationi instātes.) Necessaria est val- «
de oratio, quia vt tribulatio possit tolerari, precibus in-
sistendū est. ¶ Memoriis sanctorū cōmunicātes.) Ma- «
nifestum est quia qui preces suas exaudiri vult, æmu-
lus debet esse vitæ sanctorū. Cū imitatur enim, cōmu- M
nicat, vt hoc sit memorē esse & cōmunicatorē, imitari
actus illorū: & si sumptibus indigent, cōmunicandum
eis, sicut dicit alio loco: De collectis autem quæ fiunt in 1. Cor. 16.
sanctos. Et ad Galatas: Vt pauperū memores essem⁹. Gala. 2.
¶ Hospitalitatē sectantes.) Imitator & amator sanctorū
hospitalitatē sectatur, exēplis sancti Abrahæ, & Loth
viri iusti. ¶ Benedicite, & nolite maledicere.) Vt Chri- «
stianos per omnia nouos faciat, etiam ab hac illos con-
suetudine auferre vult, quę omnibus communis est, ne
irato animo incitati prius facile maledicere velint, sed
vt magis victa iracūdia benedicant, & laudi sit disciplī-
na dominica. ¶ Gaudere cum gaudētibus, flere cū flēti- «
bus.) Hoc est quod alio loco dicit: Si quid patitur vnū 1. Cor. 12.
membrum, compatiuntur omnia membra: & si lætatur vnum membrū, cōgaudent omnia membra. Cum
enim quis fideli solatio est i necessitate, exigit animum
eius, & apud deum sibi collocat meritum, quia mem-
brum diligit corporis Christi: & si cum infideli condo-
leat, prouocat magis illum ad profectū disciplinę dómi-
nicæ. ¶ Idipsum inuicem sentientes.) Hoc est, quod di- «
ctum est, compati debere in tribulatione: sicut & in alia
dicit epistola: Considerās teipsū, ne & tu tēteris. Alter Gala. 6.

A « alterius onera portate. ¶ Non alta sapientes.) Alta sa-
pere, superbia est. Nam & diabolus cū alta sapuit, apo-
statauit. Ne elatio sit in animo, & præsumēs forte de in-
columitate actus sui, non cōdoleat fratri suo, sed expro-
bret quasi peccatori. hæc superbia est, quæ cū se præpo-
Mat. 7. nit, offendit. Quod & domin⁹ denotat dicēs: Eiice tra-
bem prius de oculo tuo, & tūc videbis eiicere festucam
de oculo fratris tui. Ipsa enim elatio peccatum est: ac si
non sit peccator, (quod impossibile est) sit peccator dū
superbit. Deniq; dicit Salomon: Superbis deus resistit.
» ¶ Sed humilibus consentiētes.) Hoc est, vt depositā su-
perbia alienā causam suam faciāt, et suam quasi alienā,
vt habeāt gratiā apud deum: quia qui se exaltauerit, hu
» miliabitur. ¶ Nolite esse prudētes apud vosmetipsos.)
Hoc in Esaia propheta scriptū est, quod hic quasi pro-
prium ponit, vt iustitia cōmunis habeatur, non vt sibi
» quis iustus sit, cæteris autē iniustus. ¶ Nemini malum
» pro malo reddētes.) Hoc est quod dominus dicit: Nisi
Matth. 5 abūdauerit iustitia vestra plus quā Scribarū & Phari-
sęorum, non intrabitis in regnū dei. Mandatū enim in
lege erat: Diliges proximū tuū, & odio habebis inimi-
cum tuum. Hęc, quantū videtur, iustitia est: sed vt abū-
det iustitia Christianorū, docentur nō reddere malum
pro malo, vt perfecti sint, & pro hoc merces illis redda-
tur in iudicio dei. Supergredi enim videtur ipsam iusti
tiam, cū quod licet, vt melior fit, nō facit cęlestis iustitię
imitator. Mundi ergo iustitia a deo illi cōcessa innocē-
B tem facit, cęlestis autē perfectū, vt meritū habeat apud
» deum. ¶ Prouidētes bona nō tantū coram deo, sed etiā
» coram omnibus hominibus.) Prouidere est bona futu
ra ante oculos habere, vt ea gerātur quæ possint postq̄
facta fuerint in reprehēsionem nō venire, sed magis lau
di esse, siue apud deū, siue apud homines. Ne quis exi-
stimet quia deo licita nō displicent, idcircoq; nō curādū
si fratri scandalū sint, hoc præmonet, quia illud fieri de-
bet quod & deo nō displiceat, & fratri scandalū non sit.
Et si liceat enim, & fratrem scādalizet, deo non placet,
quia deus saluti studendum monet. Sic ergo prouiden
tur bona corā deo & hominib⁹, si ea quę licent, sic agā-
» tur, ne scandalū faciāt. ¶ Si fieri potest, quantum ex vo-
» bis est, cū omnibus hominibus pacē habentes.) Omni-
bus pacificos vult esse, qui diuinam seruāt iustitiā. Vi-
derit si quis hāc pacem spreuerit, vt tali viro inimicus,
cū aut reprehēdi forte ab illo nō vult, aut inuidet bonis
eius: quod ad illū tamen pertinet, non discordat a bene
agētibus. Hic est enim impacificus, qui prętermissa vo
Psal. 119 luntāte legis, suū ius sequitur: q̄q̄ dicat Dauid: Cum iis
qui oderūt pacem, eram pacificus. Sed hoc necessitatis
erat propter potentiā personarum, vt vel obsequiis hu-
militatis vincatur, quē sic extollit superbia, vt mādata
legis spernat. potest fieri vt dē timore dei pacificum se
quis præbeat illi qui odit pacem. Quādo enim vicem
C malis reddere nō vult, pacificus est. hoc est de bono vin
cere malum, vt vel obsequiis vincatur, quē mandata le
gis non vincunt. Ergo si fieri potest, inquit, quod ex vo
bis est, vt bene agētes pacem habere videamini. Iam si
nō fuerit amator pacis, tu tamē vis esse pacificus, quā-
tum ad te pertinet. Si autem irreuerens et blasphemus
quis sit, & pacē habere cum illo nō possis, non vtiq; tibi
adscribendū erit, quia Ioannes apostolus eos qui negāt
in carne Christū venisse, nec salutari permisit. Nos er-
go parati simus, si fieri potest, vt cum omnibus pacēha
beamus: aliis vero repugnantibus fiat impossibile, non
ex nobis, si de nobis tantū querela non deponatur. Qui
» enim nullū lædit, apparet esse pacificus. ¶ Non vosmet
» ipsos defendētes charissimi, sed date locū irę.) Vt & pa
cis fœdera seruari possint, ab ira dissimulādum monet,
maxime quoniā per iram solet peccari, quādo quis furo
re cōmotus plus exigit q̄ postulat causa delicti, aut sibi
ipsi incommodum præstat, si grauiora peccata in com-
petēti vindicta vult exequi. Debilem enim efficit quem
potuit emendatū habere & sanum. Vnde & Salomō, D
Noli, ait, iustus esse multū. Est enim, inquit, qui perit Eccls. 7.
in sua iustitia. Volens enim singulis peccatis respōde-
re circa vindictā, mortē potest inuenire tam sibi q̄ ci quē
plagis affligit. Solent enim in pœnā deliniquere. Non
solum autē de subiectis vindictam prohibet competen
tem, sed & de paribus & magnis, hoc est, de fratre forte
in nos peccante non quæramus vindicari, sed remitta-
mus dei iudicio reseruantes, ne dum ab ira detinemur,
inueniat locū inimic⁹ in quo suggerat & suadeat quod
cōtra nos est. ¶ Scriptū est enim.) Vt fortius suadeat, «
exemplo legis hoc cōfirmat dicens: Scriptū est, in Pro-
uerbiis: ¶ Mihi vindictā, & ego retribuam, dicit dñs.)
Vt si minime a nobis fiat quod docet, deū a nobis con-
tēptum ostendat. Duplici ergo genere proficitur si deo
remittatur vindicta, quia & cum iracūdiā vincit, perfec-
tus fit, & dei iudicio vindicabitur. ¶ Si esurierit inimi- «
cus tuus, ciba illū: si sitit, potum da illi. hoc enim faciēs, «
carbones ignis congeres super caput eius.) Non nudā «
vindictam deo referuari debere ostēdit, sed et beneficia
dari inimicis, vt vere ostēdamus nō meritis nostris ha
bere nos inimicos, quos vt ab inimicitiis desināt, obse-
quiis vincere nitimur. Qui si in inimicitiis perduraue-
rint impietate mentis suæ, nostra obsequia proficiēt il-
lis ad pœnam: aut certe obsequiorū nostrorū lenitate
compuncti, veluti carbones mortui reuiuiscēt. Vt er
go nos intātum perfectos faciat, vt nō solū nosipsos, sed
& alios acquiramus ad vitam, inimicis non solū vicem
reddere prohibet dñs per Salomonē, verumetiā huma E
nitate ad amicitiam prouocare hortatur. ¶ Noli vinci a «
malo, sed vince in bono malū.) Hæc interpretatio apo- «
stoli est cohortantis ne vicem reddamus inimicis, sicut
dictum est. Multū enim proderit nobis, si malitię ceda
mus. Vincit enim malū, qui ad tempus vinci videtur
ab illo. Et Saluator enim sic vicit malū, dum non resti-
tit. Cōtra se enim agit malitia, et dum vincitur, vincere
se putat. Id enim agit in inimicis, vt & nos de proposito
nostro abstrahat, occasionem quærens quomodo pec-
cemus. Ideo si prouocati ab illo, vicem illi non reddā-
mus, vincimus illū in bono. Ideo enim non resistimus,
vt bonum seruemus neglecta iustitia, quia cogit iusti-
tia ad retribuendum.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

OMNIBVS potestatib⁹ sublimioribus subditi estote. Nō est enim potestas nisi a deo.) « Quoniam cœlestis iustitię legem sequendā mādauit, ne ab hac præsenti dissimulare videretur, hanc cōmendat: quippe cum nisi hęc fuerit obseruata, illa custodiri non possit. hęc enim quasi pæda-
gogus est, quæ paruulos imbuit, vt possint potioris iu-
stitiæ viam sequi. Nemini enim potest imputari mise F
ricordia, nisi habuerit iustitiam. Vt ergo ius & timorē
legis naturalis confirmet, deum autorē eius testatur, &
ministrantes eam dei ordinationē habere. Ideo adiecit:
¶ Quæ autem sunt, a deo ordinata sunt.) Vt nemo pu «
tet quasi humana cōmenta contenenda. Vident enim
ius diuinū humanis autoritatibus deputatum. Hic er-
go subiectus est potestati, qui se terrore dei ab iis absti-
net quæ prohibet. ¶ Itaq; qui resistit potestati, dei ordi- «
nationi resistit.) Hæc contra illos qui per potentia for- «
tem, aut quia aliquid deprehēdi se posse non credunt, &
per hoc illudere se legem putāt. Ostendit his dei esse le-
gem, & non euasuros iudicium dei, qui ad tempus ali-
quo pacto euadunt. ¶ Qui autem resistunt, ipsi sibi da- «
mnationem acquirūt.) Manifestū est quia vnusquisq; «
operib⁹ suis aut iustificabitur, aut cōdemnabitur. Qui
enim audiētes legē peccant, inexcusabiles sunt. ¶ Nam «
qui principātur, nō sunt timori bonis operibus, sed ma «
lis.) Principes hos reges dicit qui propter corrigēdam «

G vitam,& prohibenda aduersa creatur,dei habetes ima
ginem, vt sub vno sint cæteri. Vis autem non timere
potestatem? Bonum facito,& habebis laudē ex illa.)
Laus ex potestate tūc surgit, cum quis innocens inue-
» nitur.¶ Dei enim minister est tibi in bono.)Manifestū
» est ideo rectores datos,ne malū fiat.¶ Si enim malefe-
» ceris, time. nō enim sine causa gladiū portat.)Hoc est,
» ideo cōminatur, vt si fuerit cōtemptus, vindicet.¶ Dei
» enim minister est, vindex in irā in eum qui male agit.)
Quoniam futurū iudicium deus statuit,& nullū peri-
re vult,hoc in seculo rectores ordinauit,vt terrore inter-
posito omnibus velut pædagogi sint,ne in pœnam in-
» cidant futuri iudicii.¶ Ideoq; subditi estote,nō solū pro-
» pter iram,sed etiam propter conscientiam.)Recte dicit
subiectos esse debere nō solū propter iram,id est, vltio-
nem præsentē, (parit enim ira vindictā) sed & propter
futurum iudiciū: quia si hic euaserint,illic eos pœna ex-
» pectat, vbi accusante conscientia ipsa punientur.¶ Nā id-
» circo tributa pendi tis. Ministri enī dei sunt in hocipso
» seruientes.) Ideo dicit tributa præstari, vel quæ dicun-
tur fiscalia, vt subiectionē præstent per quam sciāt nōse
esse liberos,sed sub potestate degere, quę ex deo est. Pri
cipi enim suo, qui vicē dei agit, sicut dicit Daniel pro-
pheta. Dei est enim,inquit,regnum,& cui vult dabit il-
Mat. 22. lud. Vnde & dominus,Reddite,ait,quæ sunt Cæsaris
Cæsari. Huic ergo subiiciendi sunt sicut deo,cuius sub-
iectionis probatio hęc est,cum illi pendunt tributa.
» H REDDITE ergo omnibus debita.) Reddi vult
» ab oīibus debita, quia & potētes sunt debitores
» minoribus, vt respondeant meritis illorū. ¶ Cui
» tributum,tributū: cui vectigal, vectigal.)Primū ea quę
» sunt potestati regiæ debita,exolui iubet, quia maiorin
» his causa aut necessitas est. ¶ Cui timorem,timorem.)
Timorē potestati exhibendū,quia timor prohibet pec-
catū: deinde aut parēti, aut domino terreno, vt gratias
» agat in filio aut seruo Christiano. ¶ Cui honōrē, hono-
» rem.) Potest hic honor etiā circa eos esse qui sublimes
videntur in mūdo,vt vidētes humilitatē seruorū Chri
sti,laudent magis q̄ vituperent euāgelicam disciplinā.
» ¶ Nemini quicq̄ debeatis,nisi vt inuicē diligatis.)Pacē
vult nos habere, si fieri potest,cum omnibus,dilectionē
vero cū fratribus,& hanc tamē honore seruato. Idcirco
autem debitores dicit,quia homini qui dignus honore
est,siue præsente siue futuro,dignū esset debitū inclina-
ri. Illi enī quis inclinatur a quo honorē accepit: ideo de-
bitor dicitur. Si enim nō hoc feceris principi tuo,super-
bus es. aut enim merito quis aut ætate honorādus est.
» ¶ Qui enim diligit proximū,legem impleuit.)Legem
Deut. 5. datam a Moyse implet qui diligit proximū.nam nouę
» legis mandatū est etiam inimicos diligere.¶ Nam non
» adulterabis,non occides,nō furaberis, non cōcupisces.)
I Hoc Moyses scriptū accepit a deo, ad reformationē le-
» gis naturalis. ¶ Et si quod est aliud mandatū,in hoc ver
» bo cōsummatur, Diliges proximū tuū sicut teipsum.)
Leuit. 19 Hoc scriptū est in Leuitico, manētibus supradictis mā
datis. Itaq; in dilectione impleri legē significat,sicut di-
xit:ac si sint alia mandata quæ nunc tacuit, tamen pro
omnibus mandatis dilectio satisfacit. Nā si se humanū
gen? ab initio dilexisset,iniquitas in terris nō esset. Ex-
ordium enim iniustitiæ discordia est:ideoq; iniquitatis
dilectio,iniquitas est:quia q̄d malo malum est, bono bo
» num est.¶ Dilectio proximi malū non operatur. Pleni-
» tudo enim legis est dilectio.) Malū non operatur,quia
bona est dilectio, nec peccare potest illa quæ legis est pa-
fectio.per legis verba ad sensum euāgelicum peruenit.
Ideo enī quod summū est legis, memorat, vt huic eu-
angelium socie t,ostendens vnius esse sensum autoris.
Sed quia tempore Christi addi aliquid oportuit: nō so-
lum proximos, sed inimicos diligere præcepit. Vnde
subditur: Plenitudo legis est dilectio.vt iustitia sit dili-
gere proximū, abundās vero & perfecta iustitia etiā ini-
micos diligere. Inimicū autem diligere quid aliud est,q̄ k
optare delinere illū ab odio,& nihil asperū petere aduer
sus illū? Hoc est amare illū,ea illi optare per quę deū ha
beat propitium.hęc est cęlestis iustitia, hęc deo patri si-
miles facit, quę non colentibus se annua dona largitur.
Nā & dīs in cruce positus postulat pro inimicis,vt ple
nitudinem iustitiæ quam docuerat, demonstraret.

ET hoc sciētes tempus, quoniā hora est iam nos «
de somno surgere.) Tēpus esse dicit quo ad me- «
ritum proficere debeam?. Hoc est de somno sur-
pere, operari bonum, quasi in die, hoc est, palam. Illi-
cita enī in nocte,id est,in absconditio fiunt. Iam enim in
manifestatione positi,quod est in notitia dei, agnoscen
tes quid sequi debeamus, dare operam debemus vt pu
re viuētes ad promissum prēmiū veniamus excusso so-
mno,id est ignorātia siue negligētia. ¶ Propior enī est «
nūc nostra salus, q̄ cū credidimus.) Manifestū est quia «
post lauacrum bene viuētes,& charitati studentes,non
lōge sunt a merito resurrectionis promissæ. Bona enim
vita Christiani,signū est salutis futuræ.¶ Nox præces- «
sit, dies autē appropinquauit.)Noctem veterē hominē «
significant,qui per baptismū innouatus est. Hūc præce
sisse dicit quasi noctē, diē autē appropinquasse,cuius lu
mine veritas nobis apparuit,vt scirem? quid agere de
beremus. Prius enim ignorātes Christum in tenebris
eramus. at vbi didicim?, lux nobis orta est. trāsiuimus L
enī ex falso ad verū. ¶ Abiiciamus ergo opera tenebra- «
rum,& induamur arma lucis.) Tenebrarum sunt ope- «
ra vita carnalis,quę illecebris agitur secularibus.hęc di-
gna est tenebris:sicut dicit dīs: Tollite illum,& ligatis Mat. 22.
manibus & pedibus mittite in tenebras exteriores. In-
duere arma lucis,gesta sunt bona: quia sicut mala actus
tenebris deputātur,quia occulte fiunt:ita & qui bene a-
gunt,palam agunt,quia nō verentur,sed gaudēt. Boni
ergo actus arma lucis sunt impugnantes tenebras, quę
sunt vitia carnis. ¶ Sic vt in die honeste ambulemus.) «
Verū est,vt quia publice nō peccatur, sic agamus quo-
modo agitur publice. nihil enim tā publicū q̄ veritas.
¶ Non in comessationibus aut ebrietatibus.) Comesa- «
tiones sūt luxuriosa cōuiuia, quæ aut collatione omniū
celebrantur,aut vicibus solent a contubernalibus exhi-
beri,vt neminē illic pudeat aliquid inhoneste dicere aut
facere,quia vnusquisq; præsumit quod suī conuiuiū sit.
Solent enim in aliena mēsa pudore coerceri: sed hic ad
hoc conuenitur,vt fœda illic gerantur copia vini,& in- M
citetur libidinis diuersa voluptas. Idcirco euitanda præ-
cipit huiusce modi cōuiuia.¶ Non in cubilibus & impu «
dicitiis.)Post luxuriosum cōuiuium et ebrietatem hoc «
subiecit q̄d sequitur,id est,concubitus impudicus. Hoc
genus huius lasciuitatis est fructus.¶ Non in contētio- «
ne & æmulatione.) Recte ab his coerceri monet,quia «
omnis contentio & zelus inimicitias parit, quas tene-
bras vocat, quia ad lucis præmium peruenire non pos-
sunt.¶ Sed induite dominum IESVM Christum. «

ET carnis curā ne feceritis in desideriis.) Curam «
carnis prohibet,id est, voluptatē: vt omne quod
prohibetur per legē,nō desideretur, aut certe de-
sideratum vincatur. Ipsa sunt enim opera carnis. vt his
exuti induant dīm IESVM Christū,id est,innouati
per Christū,ab his malis se retineant. Hic enim induit
Christum,qui se ab omni errore & turpitudine separa-
uerit,ne in cōuiuio nuptiarum sine veste eius inuentus
turpiter abiectus tenebris mācipetur: si quo minus,nō
sunt induti IESVM Christum dominū nostrum, su
per cuius nouā vestem veteres pānos induunt. Exutis
enim veterē hominem, in nouitate vitæ manendū est.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

INFIRMVM autē in fide assumite, non «
in disceptatione cogitationū.) Quoniam ex «
Iudæis erāt qui Romanos ad nomē Christi

A assumpserant admixta lege,sicut in primordio epistolę
memorauī:ideo quibusdā videbatur prohibitā carnem
edere non debere. Aliquibus autem qui sine legē Chri
stum sequebātur,videbatur contra legē licere edere. Et
per hocipsum disceptationes erāt inter eos:quas Apo-
stolus concordiæ & saluti studens, diuina disputatione
aufert,ostendens neq; edenti prodesse apud deum, neq;
non edēti obesse. Infirmū esse dicit qui propterea quod
Iudæi prohibiti sunt,timet edere. Hūc ergo remitti iu-
dicio suo,ne scandalū passus,a charitate,quæ quasi ma-
ter est animarū, recedat cum mentis perturbatione, cū
» Christiani pacifici debeant esse & quieti. ¶ Alius enim
» credidit edere omnia.) Hic fiducia lectionis nō dubitat
omnia edenda quæ data sunt humanis vsibus. Legit
Genē. 1. enī in Geneſi omnia bona valde esse quæ creauit deus,
ideo nihil reiiciendū,quia nec Enoch qui prim? deo pla
cuit,neq; Noe qui in diluuio solus iustus inuentus est,
neq; Abrahā ille amicus dei, aut Isaac aut Iacob iusti
& dei amici, inter quos & Loth fuit,aut cęteri iusti ab
» his abstinuisse legitur. ¶ Is vero qui infirmus est,olera
» māducet.) Igitur quia hoc putat vt ille olera edat, ideo
suadēdum nō est vt carnē edat,ne cum scrupulo edat,et
» videatur peccare,quia propositū suū nō custodit. ¶ Itaq;
» qui edit,non edentē non spernat:& qui nō edit, edētem
» non iudicet.) quia voluntatis est edere aut nō edere, ac
per hoc quæstio hinc fieri nō debet. Ad hoc enim facta
sunt omnia, vt volūtati subiaceāt:quia dominio huma
» no subiecta sunt.¶ Deus autē illum assumpsit.)Assum
» ptus a deo est,qui ad gratiam vocatus est.¶ Tu quis es
» qui iudicas alienū seruum? suo dño aut stat,aut cadit.)
B Manifestū est seruum nō debere conferri voluntatem
iudicare,cui lex in hac parte tradita nō est. Nā qua con-
scientia edat aut nō edat,deus iudex est,cuius seruus est.
» ¶ Stabit autem.potens est enim deus statuere illum.)
Stabit,inquit,domino suo, propterea quia neq; ei edat,
reus erit:neq; si nō edat,culpabilis: si tamen deuotione
» hoc agat,nō euitans hanc velut contrariam. ¶ Nam a-
» lius quidē iudicat diem inter diē.) Hoc est, alicui placet
interpositis dieb? edere. Nā sunt quidā qui quarta feria
carnem non edendam statuerūt,sunt qui sabbatis, sunt
» iterum qui a pascha vsq; ad pentecosten edant. ¶ Alius
» autem iudicat omnē diem.) Hic omnem diem iudicat,
» qui nunq̄ edit. ¶ Vnusquisq; in suo sensu abūdet.) Hoc
» est,vnusquisq; suo cōsilio remittatur. ¶ Qui sapit diem,
» dño sapit.) Verum est,quia qui semper abstinet se,deo
» placere se putat.¶ Et qui edit, dño edit.) Domino edit,
» quia gratias agit creatori. ¶ Et qui nō edit,domino nō
» edit,et gratias agit deo.)Gratias agit,dum fatetur dei
esse creaturā, & bona creata,sed se dissimulat ab ea nō
condemnare.

» NEMO enim nostrū sibi viuit, & nemo sibi mo-
» ritur.) Sibi viueret aliquis,si nō ageret sub lege.
C At qui freno legis moderatur, non sibi vtiq; vi-
uit,sed deo qui legem dedit, vt secundū voluntatē eius
viuat. Et qui moritur, simili modo deo moritur, quo
» iudice aut coronabitur aut condēnabitur.¶ Siue enī vi-
» uimus, dño viuimus: siue morimur, dño morimur.)
» Idem est sensus.¶ Siue ergo viuim?,siue morimur,dñi
» sumus.) Verū est omnes nos dñi quasi seruos in condi
tione & redēptoris dominio, & vnūquemq; pro merito
» suo tractari.¶ In hoc enim Christ? & vixit,& mortuus
» est,& resurrexit:vt & mortuorū & viuorū dominetur.)
Per Christū dīm facta est creatura,quæ per peccatum
alienata est ab autore, facta captiua:quā deus pater,ne
opus eius periret, misso filio suo de cælis ad terras, do-
cuit quid faciēdo manus piratarum effugeret. Propter
quod & occidi se passus est ab inimicis: qui descendens
ad inferos,innocens erat occisus,vt reum faceret pecca-
tum,vt quos tenebat apud inferos,amitteret. Quoniā
ergo viuis ostendit viā salutis,ac se obtulit pro eis,mor
tuos vero liberauit de inferno, tam viuorū q̄ mortuorū
dominatur. ex perditis enim iterū reformauit sibi illos D
in seruos.¶ Tu autem quid iudicas fratrē tuum in non «
edendo? aut tu quare spernis fratrē tuum in edendo? o- «
mnes enī stabimus ante tribunal Christi.)Docet enim «
nō oportere iudicare,hac re, quia nō continetur in lege,
propterea,cum deū iudicē expectemus. ¶ Scriptum est «
enim,Viuo ego,dicit dīs,quia mihi flectetur oīe ge- «
nu,& cōfitebitur oīnis lingua deo.) Hoc in Esaia scri- « Esa. 45
ptum est,quia oīnis lingua cōfitebitur deo in fide Chri
sti. Nam quia occisus resurrexit futur? iudex, recte ait:
Viuo ego,dicit dīs:& non solum viuo,sed & iudicatu-
rus sum,& inimici fatebūtur in me,& genu flectent co-
gnoscētes me deum de deo. ¶ Itaq; vnusquisq; nostrum «
pro se rationē reddet deo.)Q uoniā,inquit,nos pro no- «
bis inuicē reddituri sumus rationē, non nos in hac par-
te quæ suprascripta est,alterutrū condēnemus. ¶ Nō er «
go amplius inuicē iudicemus.)Id est,scientes hoc,cesse «
mus a discordia. ¶ Sed in hoc iudicate magis,ne pona- «
tis offendiculum fratri, vel scandalum.) In eo iudican- «
dum monet quod profit, quod potest & autoritate le-
gis defendi. Nulli autem fratrū carnem edenti aut non
edenti fiat scandalum.

SCIO & cōfido in dño,quia nihil cōmune p ipsum.) «
Manifestū est quia Saluatoris beneficio oīnia mū-
da sunt,qui de sub iugo legis eruens homines & iu-
stificās,reddidit statum pristinū libertatis,vt digni sint
vti tota creatura,sicut & veteres sancti. Q ui autē adhuc
sub lege sunt,nō licet illis vti aut edere quæ phibet lex,
quia indulgentiā datam spernūt. Non enim secundum
naturam suam, sed cum cōtra edictū eduntur,immūda
sunt. Deniq; in lege ait: Erūt immunda vobis. ¶ Ei pla- «
ne qui existimat aliquid esse cōmune, illi cōmune est.) «
Siue qui ex Iudæo Christianus est, siue gentilis fidelis
putat esse aliquid tale vitandū,ipse est quē scriptura in-
firmum dicit. Dubitādo enim est infirmus. apud istum
immundū est quod putat nō edendū: & quia nō hoc su-
perstitione facit,sed timore,suo iudicio remittendum. E

NAM si propter escā frater tuus cōtristatur, iam «
non secundū charitatē ambulas.) In alia episto- «
la dicit: Esca ventri,& vēter escis.hūc & hāc deus 1.Cor.6.
destruet. Quia nō de esca aut placet quis deo aut displi
cet,ideo charitatē sectandā monet,qua nos deus libera-
re dignatus est. Sic enim ait: Deus autē propter chari- Ephe. 2.
tatem nimiā misertus est nostri. Q ui ergo huius bene-
ficii memor est, hanc excolit, nec illi aliquid anteponit,
sed prętermittit maxima,quæ scit promissionē non pa-
rare apud deum. ¶ Noli cibo tuo perdere illum,pro quo «
Christ? mortuus est.) Q uantū valeat salus fratris, ex «
morte Christi cognoscitur. Itaq; qui scit quantū cōstet,
confirmare illū debet,nō scādalizare, vt ex re friuola fa-
ciat illi scrupulū,& incipiat hæsitare an māducāda caro
sit nec ne,qui forte simpliciter edebat,securus de cōscien
tia sua. At vero cum adeūt cōtrouersię,incipiet pertur-
batione in dei creaturā peccare,& erit in iniuriā creato-
ris,quæ proficiet ad perditionē dubitantis. ¶ Non ergo «
blasphemetur bonū nostrum.)Hoc est,doctrina domi- «
nica,cum sit bona & salutaris, nō debet per rem friuolā
blasphemari. Blasphematur autē cum dubitatur de dei
creatura. Potest & sic intelligi bonū nostrum blasphe-
mari,quia qui bona opera habet,si in alia reprehēdatur F
re minima, bonum illud suū obfuscat, & incipiet bonū
eius blasphemari per malum eius,sicut scriptum est in
Ezechiel,Iustitia iusti nō,pficiet si errauerit. Tale est si Ezech. 33
quis decor? nāmū forte habeat in frōte,aut nasū collisū,
vnde deformetur species eius. Ideoq; illa monet sectan-
da,quæ bonis reliquis nō tollāt fauorē. ¶ Non est enim «
regnū dei esca & potus.) Manifestū est quia nemo per «
escā placet deo aut displicet. ¶ Sed iustitia & pax,& gau «
dium in spiritu sancto.) Hos in regnū dei dicit intrare, «
qui iustitiā sequuntur,sed Christianā habentes pacem
quam dīs dedit dicēs: Pacē autem meā do vobis,pacē Ioan. 14.

G relinquo vobis. ex quo oritur gaudiū in ſpiritu ſancto. Diſceptatio autem nō habet gaudiū, ſed iram: ideo nō illic reſpicit ſpiritus ſanctus, quia gaudet in ſolis pacificis. Sicut enim ex nobis cōtriſtatur, ſic & gaudet de nobis. ¶Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo, et probatus eſt hominibus.) Quoniā Chriſtus nos redemit, ideo ait: Qui in hoc ſeruit Chriſto, quaſi redēptori placet deo. Quare? Quia ipſe miſit Chriſtū, vt redimeret
Ioan. 5. genus hominū, ſicut ipſe dñs ait: Qui nō honorificat filium, non honorificat patrē qui miſit illū. Qui ergo placet deo, probatus eſt hominibus. Quomodo? Accepit enim donū per quod appareat dignus deo. ¶Itaq; quæ pacis ſunt ſectemur, & quę ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamꝰ.) Quoniam diſceptatio diſcordiam parit, ideo vt pacifici eſſe poſſimus, ab intentione edendi aut non edendi diſſimulare nos docet. Aedificationis autē viam ſequi hortatur, vt cū pace ea conferamus, per quę inuicē nos ædificemus, ab iis quæ infructuoſa ſunt & magis cōtraria, declinantes. Collatio enī poteſt prodeſſe. Eſt enim excitans mentē, ſi tamē vincendi ſtudium contēnatur. hoc eſt enim quod parit litē. ¶Noli propter eſcam ſoluere opus dei.) Homo opus dei eſt, & iterum opus dei eſt dū reformatur per regenerationē. Et eſca opus dei eſt: ſed nō homo propter eſcā, ſed eſca propter hominem. Multū enim diſtat. Ideo noli, inquit, hoc opus dei quod clarū eſt, diſſoluere propter id qđ humillimum eſt. Hoc eſt ſalutē fratris ſtudere, non curam eſcę agere vt fratrem cōtriſtes. Beneficiū enim dei irritū fa-
H cit qui fratrē liberatū a peccato, per diſceptationē rurſus prouocat ad peccandū, ſoluēs in ipſo opera Chriſti quę geſſit vt hominē a peccato liberaret. ¶Omnia quidem mūda ſunt.) Verū & manifeſtū eſt omnia mūda eſſe:
Gen̄. 1. quippe cum in Geneſi legatur omnia quę deus fecit, eſſe bona valde. ¶Sed malū eſt homini qui per offenſionem edit.) Cum ergo per naturā omnia bona & mūda ſint, dubitantibus tamē fiunt immūda, & erit illi offendiculum qui cum dubitat, edit tamen immūda conſciētia, quia quod ſibi inutile putat, facit: ideo nulli contradicendum eſt quid in hac re ſequatur. ¶Bonū eſt nō edere carnē, & nō bibere vinū.) Cum de ſola carne ageret, adiecit & potū: vt cōfoueat eos qui ab his abſtinent, per id quod licitū eſt & carnē edere, & vinū bibere. Ne contriſtarentur ab illis qui his vtuntur, dedit eis reſpirandi ſolatiū, vt & in voluntate ſua quieſcerēt, & diſceptatio per quam diſcordia fit, ceſſaret. Cum enim nō latet bonum eſſe & carnem edere, & vinū bibere, & ecōtra carnē non edere, & non bibere vinū, bonū eſſe addiſcunt, nemo li-
I tigat. Creatura enim data eſt ad vſum volētibus, nō tamē neceſſitas eſt impoſita aut volēti aut nolēti. ¶Neq; enim in quo frater tuus offendit, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.) Eadē dicit, nō debere fratri qui infirmum animū ſibi conſtituit ad edendū, fieri queſtionē, ne perturbatus offendat, neſciens quid teneat. ¶Tu fidem habes penes temetipſum. habe corā deo.) Hoc eſt, tu qui edis ſecurus, quia creatura dei bona eſt, non opus eſt vt de altero iudices, quia plus eſt vt pacem habeas cum fratre. Hoc enim vtile eſt apud deū. In eſca enim vtilitas carnis eſt, in pace vero, et carnis et animæ: ac p hoc ab huiuſmodi diſceptatione ceſſandū eſt, vt vnuſquiſq; in propoſito cordis ſui maneat. ¶Beatus qui nō iudicat ſemetipſum in eo quod probat.) Vnūquemq; proprio iudicio cēſet condēnandum, qui quod dicit nō debere ſe facere, facit: & hunc beatū qui nō aliud facit, q̄ ſibi vtile probat. ¶Qui autem diſcernit quid ederit, dānatus eſt.) Verū eſt, quia qui iudicat non edendū, & edit, dānatus eſt. Ipſe enim ſe dānat, quando id quod ſibi inutile aſſerit, facit. ¶Quia nō ex fide.) Non vtiq; ex fide edit, qui edendū negat, & edit. ¶Omne autem quod nō eſt ex fide, peccatum eſt.) Recte peccatū appellat, quod aliter fit q̄ probatū eſt. Quoniā Romani in lege inducti erāt ſicut in primordio epiſtolæ memoraui: aduenientibus
autem qui rectius crederēt, quæſtiones mouerentur de K
edenda carne & non edenda, & horū pars qui edendam & non probandā diceret, melior videretur, quia omnia munda valde ſunt: infirmos dicit qui edendā negarent, ſiue ex Iudeis, ſiue ex gētibus, & remitti illos in propoſito cordis ſui. Nec enim obeſt nō edere, aut prodeſt erga deum edere: ne quauis ratione aſtricti, per quod tamen cum ſcrupulo ederent, delinquerent.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

DEBEMVS autem nos firmiores infirmitates inualidorum portare.) Recte ait debemus, quia oportet doctores infirmos firmare, & imperitos erudire cum manſuetudine: ne prouocati contendere velint: & ne dum humiles videntur, in peius proficiant. ¶Et non nobiſmetipſis placere.) Hoc eſt, non quod nobis profit & placeat, vēdicare, ſed & quod fratri, quia inuicē curam noſtri agere debemus. ¶Vnuſquiſq; proximo ſuo placeat in bono ad ædificationē.) Nūc perſonā ſuam diſcernit. Hos enim cōmonet vt charitati ſtudētes proximis placeant ad id quod eſt vtile. Hęc eſt ędificatio, ſicut alibi ait: Ego, in- 1. Cor. 10.
quit, omnibus per omnia placeo. ¶Nā & Chriſtus non ſibi placuit, ſed ſicut ſcriptū eſt: Detractiones exprobrātiū te ceciderunt ſuper me.) In pſalmo ſexageſimooctauo. Saluatorē non ſibimetipſi dicit placuiſſe, ſed deo patri, quia dicit: Non enim deſcēdi de cęlo vt faciam volū- Ioan. 6.
tatem meā, ſed volūtatem eius qui miſit me patris. Et quia cum hæc diceret, contradicētibus Iudęis quaſi peccator occiditur, pſalmographus ex perſona eius verba L
facit ad deum patrem, dicens: Detractiones exprobrantium te ceciderunt ſuper me. Hoc eſt, ego cum voluntatem tuam facerē, dixerunt me peccare in te, qui non me recipiendo, quem miſiſti, exprobrauerūt te: quia Iudæi cum peccarent in deum non recipientes quē miſit Chriſtum, inſuper & occiderunt eū quaſi peccantem in deū. ſic peccata peccantium in deum ceciderunt ſuper Chriſtum. Innocēs enim a peccatoribus occiditur quaſi blaſphemus, ſicut ſcriptum eſt in euangelio.

QVæcunq; enim ſcripta ſunt, ad noſtram confirmationē ſcripta ſunt, vt per patiētiam, et exhortationem ſcripturarū, ſpem habeamus.) Manifeſtum eſt enim quia quęcunq; ſcripta ſunt, ad noſtrā diſciplinam ſcripta ſunt, vt ex ipſa exhortatione proficiamus ad ſpem, nō diffidētes de promiſſis ſi adhuc tardent. ¶Deus autē patientiæ & conſolationis det vobis vnum inuicē ſapere ſecundū IESVM Chriſtum, vt vnanimes vno ore honorificetis deū & patrem dñi noſtri IESV Chriſti.) Quaſi ad ſalutē miſſus Apl's bono voto plebē proſequitur, optās vt deus det eis vnum M
ſenſum ſapiētiæ ſecundū IESVM Chriſtū, vt iuxta doctrinam Chriſti ſapiāt. Tunc enim poterūt dilectionem ſeruare, exēplo dñi, dicentis: Maiorē hac dilectio- Ioan. 15.
ne nemo habet, q̄ vt animā ſuā ponat pro amicis & fratribus ſuis. & ita vno ore, vna cōfeſſione laudare deum patrē in Chriſto, ſi inuicē ſe iuxta ſenſum Chriſti fuerint exhortati vt ſine ceſſatione laudēt deū: omnia quæ fecit per Chriſtū: & poſt errorē lapſa per eūdem iterum erigere & reformare dignatus eſt, duplex dans beneficium, miſericordiā & cognitionē. ¶Propter quod aſſumite alterutrū, ſicut et Chriſtus aſſumpſit vos in honorem dei.) Sic aſſumpti ſumus a Chriſto, dum infirmitates noſtras accepit, & ægritudines noſtras portauit, vt hoc exēplo nos inuicem noſtras infirmitates per patientiam cōfirmemus, vt nomen honoris dei aſſumptū in nos nō euacuetur. Filii enim dicimur dei per gratiā Chriſti. ¶Dico enim Chriſtū miniſtrum fuiſſe circunciſionis propter veritatē dei in hoc vt cōfirmaret promiſſiones patrum.) Originē cōmendat Iudæorū. In circunciſione enī filios ſignificat Abrahę, quibꝰ miſſus Chri-

A ſtus miniſtrauit patribus gratiā repromiſſam. Vnde Saluator: Ego enim ſum, inquit, in medio veſtrū, non vt miniſtrer, ſed vt miniſtrem, vt veritas in promiſſione facta patribꝰ probaretur. Circūciſio enim carnis data eſt Abrahę in figurā circūciſionis cordis, quā poſtea propheta futurā ſignificauit, dicēs: Circuncidite duritiā cordis veſtri. Huius verbis circūciſionis promiſſæ miniſter Chriſtus eſt, hoc eſt, prędicator. Dehinc apoſtolis, vt circūciſis carne miniſtraret cordis circūciſionem,
Ioan. 17. ſic ait: Sicut me miſiſti in hunc mundū, ita & ego miſi eos in hunc mundū. Circuncīſio autē cordis eſt, ſublata erroris nebula agnoſcere creatorē, deum patrē, & filiū eius Chriſtū, per quē creauit omnia, vt veritas dei impleretur. Promiſerat enim daturū ſe miſericordiam, & promiſerat patribus Iudęorū. Nam dixerat Abrahæ:
Gen̄. 26. In ſemine tuo benedicētur omnes gētes. Et ad Dauid
Pſal. 131. dixit: De fructu vētris tui ponā ſuper ſedem meam. &,
Nūe. 24. Orietur ſtella ex Iacob. ¶Gentes autē ſup miſericordiā honorare deū.) Quia enī his nulla promiſſio erat: quaſi indigni, per ſolā miſericordiā aſſumpti ſunt ad ſalutē, vt per confeſſionē honorēt deum, quia increduli inhonorent. ¶Sicut ſcriptū eſt: Propter hoc cōfitebor tibi in gētibus, et nomini tuo canam.) Exemplo prophetico probat. Scriptū eſt enim in pſalmo decimoſeptimo gentes admittendas ad gratiā dei ad percipiendā ſalutē. Vox enim Chriſti eſt, qua futurū dixit quod in gētibus prędicatio eius fructū habitura eſſet confeſſionis ſacramēti dei. ideo gratias ex hoc agit filius obedientiæ gentiū.
Mat. 11. Vnde in euangelio ait: Confitebor tibi pater, dñe cæli
B & terræ, qui abſcōdiſti ea a ſapiētibus & prudētibus, & reuelaſti ea paruulis, quoniā bonū placitū ante te. Confeſſio ergo iſta vnius dei eſt in trinitate, ex qua ſurgit lętitia, vt poſt veri confeſſionē lętus decātet miſericordiā et donum dei. ¶Et iterū dicit: Lætamini gentes cū plebe eius.) Hoc in cātico Deuteronomii. ¶Et iterū dicit: Laudate omnes gētes dñm, & magnificate eū omnes populi.) Hoc in pſalmo centeſimodecimoſexto. Olim decreuiſſe deum oſtēdit interueniente miſericordia ſua cōcordes facere Iudæos & gētes, vt gratiā adepti gentiles ſocii fierent Iudæorū, qui & ipſi olim dono dei plebs eius erat nominata. Sed iā nobiles Iudæi, hi vero ignobiles, per miſericordiā nobilitati ſunt, vt ſimul omnes læti ſint agnitione veritatis, & laudātibus gētibus deū magnificēt omnes populi, duodecim tribus vnū deum qui auxit numerū plebi ſuę adiunctis gentibus. Deniq; cum diſceptarent Iudęi contra apoſtolum Petrū cauſa Cornelii, reddita ſibi ratione quieuerunt magnificātes
Actuū. 11. dominū, dicētes: Forſitan deus & gētibus pœnitentiā tribuit ad cōſequēdam vitam. ¶Eſaias dicit: Erit radix Ieſſe, & qui exurget regere gētes: in eū gētes ſperabūt.)
C Vt maiorē fiduciam gētibus faciat, & ſpem nō dubiā, multis teſtimoniis firmat decretū dei hoc fuiſſe, vt omnes gētes benedicerentur in Chriſto, ne inſolētia infi-
al's inuidentium. dētium Iudęorū contriſtaret & dubios redderet credētium animos gentiū, quaſi fruſtra ſibi ſpem promittāt, quod a deo Abrahæ accepto feratur fides Iudæorū, vt ipſa lætitia & ſecuritate creſcerēt. Quare tamen Chriſtus ex radice Ieſſe, & non ex radice Booz viri iuſti, aut ex radice Obed? Sed quia Dauid filius dicatur propter regnū, vt ſicut ex deo natus in regē eſt, ita & ex Dauid rege ortū haberet iuxta carnē, ideo radix Ieſſe arbor Dauid, quæ fructū fecit per ramū qui eſt Maria virgo, quę genuit Chriſtū. ¶Deus autē ſpei repleat vos omni gaudio & pace in credēdo, vt abūdetis in ſpe & virtute ſpiritus ſancti. Certus ſum autem fratres & ego ipſe de vobis, quia & ipſi pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientia, ita vt poſſitis alterutrū monere.) Hæc exhortationis ſunt. Per laudē enim prouocat eos ad meliorem & intellectū & vitā. Qui enim videt ſe laudari, data opera elaborat vt vera ſint quæ dicūtur. Ideo nō dixit vt inuicem ſe doceant, ſed admoneāt. Hoc enim ſolet moneri
quod cum ſciatur, aliquando ſubterfugit animo. Cetera non ſunt obſcura, vt indigeant explanatione. D
¶Audacius autē ſcripſi vobis fratres ex parte tanq̄ in memoriam vos reducēs propter gratiam quę data eſt mihi a deo, vt ſim miniſter Chriſti IESV in gētibus, ſanctificans euangeliū dei, vt fiat oblatio gentiū accepta & ſanctificata in ſpiritu ſācto.) Non enim temere ſe ſcripſiſſe ſignificat, autoritatem ſibi datam per dei gratiam dicens, vt omnibus gentibus audeat ſcribere, admonens & confirmās propoſitū eorum in Chriſto, vt ſolicitudinem ſuā oſtendat in miniſterio euāgelii quaſi magiſter gentiū, & ſacrificiū eorum poſſit acceptū fieri ſanctificationis cauſa in ſpiritu ſancto. Quicquid enim fide integra & mēte ſobria offertur, a ſpiritu ſancto purificatur. ¶Habeo igitur gloriā in Chriſto ad deum. nō enim audeo aliquid loqui eorū quæ per me non efficit Chriſtus in obedientiā gentium verbo & factis, poteſtatē ſignorum & prodigiorū in virtute ſpiritus ſancti.) Gloriā habere ſe dicit apud deū per Chriſtū IESVM. Credens enī & ſeruiēs Chriſto IESV in conſciētia pura, meritum ſibi fecit apud deum patrē, intantum vt nihil deeſſe dicat quod nō per illū operatus ſit Chriſtus ad exhortationem gentium, dādo ſigna & prodigia per manus eius, vt prædicationē eius virtus cōmendaret. Hinc eſt vnde gloriā ſe oſtendit habere in Chriſto ad deum. Seruiens enim Chriſto gloriā habet ad deum, intātum vt indigere nō habeat aliquid diuinæ virtutis, q̄d ſibi pręſtitum non ſit a deo: ſed omnia ſe, quia idoneus inuētus eſt diſpenſator, conſecutū, quę ad conuerſionē gentium E
per ſignorū virtutē proficerēt, profitetur: quod eo proficit, vt ſe nō minus potuiſſe probet q̄ cæteri apoſtoli qui fuerāt cum domino, nec aliquid minus inter gētes virtutum operatū eſſe deum, vt per hoc ipſum creſcant, videntes hanc ſe gratiā aſſecutos, quam aſſecuti erant Iudæi, qui ſibi prerogatiuā vendicant patrum. ¶Ita vt ab Hieruſalē in circuitu vſq; Illyricum repleuerim euangelium dei, & filii eius IESV Chriſti. Sic autē hoc prædicaui euangelium nō vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſupra alienū fundamētum ædificarē.) Non ſine cauſa illic ſe prædicare niti dicit, vbi nō nominatus eſt Chriſtus, ſciēs pſeudoapoſtolos aliter q̄ oportebat Chriſtū tradere. Ad hoc enim circumibāt, vt ſub nomine Chriſti aliis dogmatibus populum mācıparent: quod poſtea corrigere maximi erat laboris. Idcirco pręuenire voluit, vt inuiolatæ prędicationis verba traderet audiētibus, et integra linea ſuperficies ordinata, incolumis fundamenti robur haberet. Et quia magiſter datus eſt gentibus, oportebat eum ſolicite hoc curare, vt illic doceret vbi Chriſtus non fuerat nunciatus, & vt autoritatē ſuā F
firmaret, & laborū ſuorum plenum fructum haberet ex iis quos plantauerat. Hinc eſt vnde omnia loca eccleſię occupauit. Hæreſes enim poſtea ſubtilitate malignantes, ſub nomine Chriſti legis & fidei ſenſum corrūpere nitebātur. Quod teſtimonio legis monuit, dicēs: ¶Sicut ſcriptum eſt: Quia quibus non eſt annunciatum de Eſa. 52.
eo, videbunt: & qui nō audierunt, intelligent.) In Eſaia habetur. Vt ergo hic intellectus verus atq; inuiolabilis eſſet de vero dei filio, ſe feſtinaſſe ſemper dicit imbuere gentes euāgelica veritate. ¶Propter quod impediebar plurimum venire ad vos, nunc vero vlterius locum nō habēs in his regionibus, cupiditatē habens veniēdi ad vos ex multis iam præcedētibus annis, cū in Hiſpaniā proficiſci cœpero, videbo vos, & a vobis pręmitti illuc, ſi vobis primū ex parte fruitus fuero.) Quod in capite epiſtolæ memorat, dicens: Quia ſæpe, inquit, propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſq; adhuc: nunc abſoluit, oſtendēs qua cauſa impeditus ſit, vt volēs venire aliud ageret q̄d imminebat, vt excluderet pſeudoapoſtolorum praua commēta: & deniq; poſtq̄ omnibus in circuitu prædicauit, iā vacare ſibi dicit venire Romā, quod olim optauerat. Romanos igitur, quia ī lege in-

G ducti fuerant, interim per epistolā corrigit. Illos autem
qui non audierūt adhuc prædicationē, vtilius esse præ-
sentia sui doceri, vt fundati recta fide difficile aliud ali-
quid reciperent. Venturum tamē se promisit tempore
quo ad Hispaniā erat iturus, quia illic Christus nō erat
prædicatus, vt occuparet mentes illorū. Et qua pseudo
apostolis difficile fuit iter ad illos, ideo tardi⁹ fi iret, nō
» erat molestum. ¶ Nunc vero proficiscar in Hierusalem
» ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia &
» Achaia collationē aliquam facere in pauperes sancto-
» rum qui sunt in Hierosolyma.) Prius tamē iturū se di-
cit ministrare sanctis Hierusalē: per quam rem Roma-
nos scire vult quia huiusmodi operibus studēdum est.
Qui enim per misericordiam viuunt, & iustificati sunt
» apud deū, huic inseruire debent. ¶ Debitores enim sunt
» eorum: quoniā si spiritualium eorum participes factæ
» sunt gētes, debēt & in carnalib⁹ ministrare eis.) Q uip-
pe cum debitores eos dicat Iudæorū credentium, vt fi-
cut in spiritalibus participes eorū facti sunt, ita & hi cō-
municent corporalibus necessitatibus illorū, vt gaudē-
tes ex Iudæis credētes collaudēt prouidentiā dei in sa-
lutem ipsorum per ministerium eorū. Hi enim totos se
diuinis dedentes obsequiis, & nihil mundanum curan-
tes, exemplum bonæ cōuersationis præbebant creden-
tibus. Intātū deniq; nos humanos & misericordes vult
esse apostolus, vt & debitores nos dicat circa eleemosy-
nam largiendā, & bonis operibus exercēdum cum ala-
critate cordis: quia qui misericordiā a deo sperat, debet
H esse misericors, vt probet se recte hāc sperare: quia si ho-
mo miseretur, quanto magis deus? Retributio enī hęc
est vel merces, vt qui accipiunt misericordiā, misericor-
Mat. 5. diam faciant. Vnde dominus, Beati, inquit, misericor-
» des. ipsorum enim miserebitur deus. ¶ Hoc igitur cum
» consummauero, et assignauero eis fructū hunc, profica-
» scar per vos in Hispaniā. Scio enim quoniā veniens ad
» vos, in abūdantia benedictionis Christi veniā.) Certus
de dispositione & gratia dei, promisit se in abundantia
benedictionis venturū quam prædicat Christi. Benedi-
ctio autem hęc signorum virtus est per quam cōfirma-
ti sunt. ¶ Obsecro ergo vos fratres per dominum nostrū
IESVM Christum, & per charitatē spiritus sancti,
vt solicitudinē impartiamini mihi in orationibus pro
me ad dīm, vt liberer ab infidelib⁹ qui sunt in Iudæa.)
Dehinc orat vt adiuuetur in orationibus vt euaderet
manus Iudæorū infidelium: non quia ipse minus me-
reatur, sed ordinē sequitur, vt ab ecclesia fiat oratio pro
rectore suo. Multi enim minimi dū congregātur, vna-
nimes fiūt magni, & multorum preces impossibile est
I vt non impetrent. Si ergo & ipsi cupidi sint vidēdi apo-
stolum, impētius orent vt inde liberatum possint susci-
pere illum in gaudio charitatis. ¶ Et munerū meorum
oblatio accepta fiat in Hierosolyma sanctis, vt veniam
ad vos cum gaudio per voluntatem IESV Christi, &
refrigerer vobiscum.) Etiam hoc orandū dicit, vt minis-
tratio munerum eius accepta fiat sanctis in Hierusalē,
& omnia cum voluntate dei facere se ostendat, vt quia
deuotus est animus eius ad ferenda munera, etiā illo-
rum animo dei iudicio respōdere sibi vult, vt intellecta
charitate illius erga se cum illo vnanimes deo gratias
agant. Magnus enim profectus est ei cuius ministerio
» læti effecti, deum laudibus prosequūtur. ¶ Deus autem
» pacis sit cum omnibus vobis. amē.) Deus pacis, Chri-
Ioan. 14. stus est, qui ait: Pacem meam do vobis, pacē relinquo
vobis. quē optat esse cum his, sciēs dixisse IESVM:
Mat. 28. Ecce, ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad cōsum-
mationem seculi. Tales ergo istos cupit esse, vt sit cum
illis dominus Christus IESVS, qui amputata omni
discordia erroris humani dedit, ac ostendit quid sit ve-
rum, vt in ipsa veritate maneant pacifici.

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

OMMENDO autē vobis Phœben so- « Is
rorem nostrā quę est ministra ecclesię apud «
Cenchris, vt eā suscipiatis in dño digne san- «
ctis, & assistatis illi in quibuscunq; desidera- «
uerit vestri. etenim ipsa quoq; astitit multis, & mihi.) «
Phœben veniētem cōmendat sororē communē, id est,
de lege, quā vt merito cōmendet, ait hanc ministrā esse
ecclesiæ Cēchris: & quia multis adiutorio fuit, dignam
ipsam dicit adiuuandā peregrinationis causa. Vt autē
sine intermissione excipiendā illam, & assistendū illi in
necessitate, si peruenisset, suaderet, etiam sibi illā affuis-
se testatur: vt quāto sublimior persona eius cæteris sit,
tanto magis reddere huic debitū obsequiū per charita-
tem ostenderet. ¶ Salutate Aquilā & Priscillam adiu- «
tores meos in Christo IESV, qui p anima mea suas «
ceruices suppouerūt: quibus non solū ego gratias ago, «
sed & cūctæ ecclesię gentiū, & domestica eorū ecclesia.) «
Hi ex Iudæis fuerūt, qui credētes facti sunt socii laboris
apostoli, quia recte crediderāt, vt etiam ipsi exhortaren
tur cæteros ad fidem rectā. Deniq; Apollo quāuis fue-
rit exercitatus in scripturis, ab his tamen viam dñi dili
gentius instructus est. ideo socios laboris sui dicit eos,
sed in Christo IESV. Cooperarii enim eius fuerūt in
euāgelio dei. Aquila vir Priscillæ est. quos non ociose
Romam venisse manifestū est. Propēsiores enim erāt
in dei deuotione. Nam ad confirmationē Romanorū,
ii omnes quos salutat, his fuisse intelligumtur. Vnde di
cit nō solū se, sed & omnes gētium ecclesias gratias his
referre, tangens & Romanos, vt his obediant, quos ad L
profectum gentiū audiūt laborare ad exhortandā fidē
in Christo. Q uos intātum laudat, vt pericula pati pro
eo non abnuerēt. Inimicitias enim & Iudæorū & falso-
rum fratrū subire nō aspernati sunt, dummodo apostо-
lum obsequiis & charitate iuuarēt. Falsi fratres ii erāt,
qui credētes in Christū, legē tamen seruandā dicebant,
non sufficere ad plenū salutis effectū Christū putantes:
quod Apostolus destruebat: quare & persecutiones ab
his patiebatur. Horū etiā domesticos & vernaculos sa-
lutat, quos ecclesiā appellat, quia sanctorū virorū erant
discipuli circa fidem. ¶ Salutate Epęnetū dilectū mihi, «
qui est primitiuus Asiæ in Christo.) Huius Epæneti «
etiā præsentē dignitatē non tacet, vt ostendat & digni-
tos credere, & inuitet primos Romanorū ad fidem,
aut certe humiles crescerent. ¶ Salutate Mariam, quæ «
multū laborauit in vobis.) Cōmonet hos nomine Ma «
riæ quam intelligimus ad exhortationē illorū impen-
sius laborasse, vt gratias illi agāt. ¶ Salutate Androni- «
cum & Iuliam cognatos & concaptiuos meos qui sunt «
insignes in apostolis, q ante me fuerunt in Christo IE- «
SV.) Hos cognatos & iuxta carnē & secundū spiritū, «
quomodo & angelus dixit ad Mariā: Ecce Elizabeth Luc. 1.
cognata tua &c. quos etiā apostolis priorib⁹ obsecutos M
cum testimonio sui declarat, & secū per captiuitatē pas-
sos fidei causa, ideoq; istos plenius honorādos. ¶ Salu- «
tate Ampliandū dilectū mihi in Christo.) Hunc quasi «
amicū salutat, sed in dño amicū, non tamē qui interfue-
rit labori eius aut captiuitati. ¶ Salutate Vrbanū adiu «
torem meū in Christo.) Nō solum istum suū adiutorē «
dicit, sed & cæterorū fuisse sociū in exhortatione credu-
litatis. ¶ Stachin quoq; dilectum meum.) Hūc Stachin «
quāuis dilectū vocet, tamē subiicit illum Vrbano par-
ticipi operis euangelici. ¶ Salutate Apellen probum in «
Christo.) Hunc Apellen nō quasi amicū suum aut par- «
ticipē operis salutat, sed propter quod tentationib⁹ pro-
batus est, & in Christo fidelis inuentus. ¶ Salutate eos «
qui sunt ex Aristoboli domo.) Aristobolus iste cōgre- «
gator fuisse intelligitur fratrū in Christo: cuius factū sic
probat, vt eos quos cōgregabat, dignos salutatione sua
designet. ¶ Salutate Herodionē cognatum nostrum.) «
Hūc quem cognatum tantū vocat, ostēdit deuotum in
charitate renascibilitatis, nō tamē vigilantiā illius de-

A » signauit. ¶ Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui
» sunt in dño.) Narcissus hic illo tēpore presbyter dicitur
fuisse, sicut legitur in aliis codicibus. Et quia presens nō
erat, videris qua causa eos in dño salutet vt sanctos qui
ex eius erāt domo. Hic autem Narcissus presbyter offi
cio peregrini fungebatur exhortationibus firmans cre
dentes, & quoniā non sciebat Apostolus merita illorū
qui cum illo fuerant, sic dixit: Salutate eos qui sunt ex
Narcissi domo in dño, hoc est, quos scitis dignos esse ex
his salutatione mea, qui in dño posuerūt spem suā, illos
» salutate nomine meo. ¶ Salutate Tryphęnā & Tripho
» sam, quæ laborāt in domino.) Has vno honore dignas
» declarat in Christo. ¶ Salutate Persidē charissimā, quę
» multū laborauit in dño.) Ista antepositа videtur supra-
dictis, quia multū laborauit in dño. Labor hic in exhor
tatione est, & in ministerio sanctorū, & in pressura, & in
egestate propter Christum, quia domus suas relinque-
» bāt fugati, & opprobrio erant infidis. ¶ Salutate Ruffū
» electū in dño, & matrē eius & meam.) Ideo istum Ruf
fum præposuit matri propter electionē administratio-
nis gratiæ dei, in quo mulier locum non habet. Electus
enim erat, id est, promotus a dño ad res eius agendas.
Matrē tamen tam sanctā habuit, vt Apostolus suam
» quoq; matrē hanc vocaret. ¶ Salutate Asyncletū, Phle-
» gontam, Hermān, Patrobā, Hermen, et qui cū eis sunt
» fratres.) Hos simul salutat, quia sciebat eos esse concor-
des in Christo, hoc est, iunctos in amicitiā Christianā.
Salutat simul & fratres qui erant cum eis, quorū nomi-
» na prętermisit. ¶ Salutate Philologum, et Iuliā, & Ne-
» reum, & sororē eius Olympiadē, & omnes qui cum eis
» sunt sanctos.) Hi omnes vnanimes intelligūtur fuisse,
quos hac causa simul salutat, quorum meritū ex iis qui
B simul cum eis erant dinoscitur. Sanctos enim nūcupat
» eos, vt merito illos salutare videatur. ¶ Salutate inuicē
» in osculo sancto.) Omnes quibus scribit, & quos nomi-
nat, iubet salutare se inuicē in osculo sancto, id est, in pa
ce Christi, nō in desiderio carnis, sed in spiritu sancto, vt
» religiosa sint oscula, nō carnalia. ¶ Salutant vos omnes
» ecclesię Christi.) Per hoc intelligitur dici ecclesiam, quę
nō sit Christi. Vnde & Dauid cōspirationē iniquorum
ecclesiam malignantiū vocat. Omniū ergo locorū illo-
rum ecclesias dicit eos salutare, vt crescant in fide. Hoc
ergo ad superiorē sensum retulit, vt ostēdat Christū es-
se in quo salus est, & hunc esse cuius populus fidelis est,
& cuius nutu viuit cūcta creatura. Autor enim vitę hic
est, sicut dicit Petrus apostolus, non lex in qua quidā il-
lorum putabant sperari debere. ¶ Oro autē vos fratres
» vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter
» disciplinā quam vos didicistis, faciūt, & declinate ab il-
» lis. Hi enim tales Christo domino nostro non seruiunt,
» sed suo vētri, & per illecebras ac blandimenta sermonū
» deprauant corda innocentiū. Vestra enim obedientia in
» omni loco diuulgata est.) Hoc in loco de personis rupit
C pseudoapostolorū, quos in tota epistola cauendos mo-
nuit, sicut & nunc, sed sine manifestatione traditionem
illorū compressit. Hi enim cogebant credētes Iudaiza-
re, vt dei beneficiū circa se inanirent, sicut supra memo-
rauī. Compositis enim genealogię verbis tractatus sibi
coaptabant ad cōmendationē traditionis suæ, per quos
simpliciū corda deciperēt. Vestra enim obedientia, in-
quit, in omnē locum diuulgata est. hoc est quod in pri-
mordio epistolæ dicit, quia fides vestra prædicatur in
vniuerso mūdo. hoc significat, quod securus sit de obe-
dientia eorum. Erat enim incredulū quod se subiicerēt
» post cognitā veritatem rei stultę quasi prudētes. ¶ Gau-
» deo igitē de vobis.) Et hic sensus de superiore parte epi-
stolæ est. Gaudet enim quia Romani qui regnū habere
» videtur, subiecerūt se fidei Christianę. ¶ Volo vos pro-
» ficere vt eruditi sitis in bonū, rudes vero in malū.) Eru-
ditus in bono hic est qui bona operatur. Rudes autē in
malum ii sunt qui ignorāt opera mala, id est, vsum ma
litiæ nescіunt. ¶ Deus autem pacis cōteret Satanā sub « D
pedibus vestris velociter.) Id est breui. Hoc de aduētu «
suo dicit, quia aduētus eius opprimeret diabolū, ob hoc
quod isti spiritalē gratiā accepturi erant: cui rei inuidet
Satanas, quia vult homines pmanere in errore, vt dis-
crepent cum sint vnius professionis. ¶ Gratia dñi nostri «
IESV Christi vobiscum.) Gratiam quā promisit illis «
in aduētu suo, iam optat esse cū illis. Si enim merentur
accipere iam cū illis in spe. ¶ Salutat vos Timotheus «
consors laborū meorum, & Lucius & Iason & Sosipa- «
ter, cognati mei.) Timotheus cōsors laborum eius est «
quasi coepiscopus, & cum magna solicitudine ecclesiā
gubernabat positus in inuidiam Iudæorū, vsqadeo vt
inter initia circūcideretur propter scandalū Iudęorum,
vt quia matre Iudæa erat, doctor esse nō posset incircun
cisus. Illos vero cognatos dicit, partim generis, partim
fidei causa. ¶ Saluto vos ego Tertius qui hanc epistolā «
scripsi in domino.) Tertius nomine, nō numero, hic est «
scriba epistolæ, cui cōcessit suo nomine salutare plebem
Romanā, ad quam scribit vt cæteros salutent quos no-
minat. Adhuc enī rectores ecclesiis paucis erāt in locis.
¶ Salutat vos Caius hospes me⁹, & vniuersæ ecclesię.) «
Hic Caius, vt arbitror, ad quē scribit Ioānes apostolus,
exultās in charitate eius quam exhibebat fraternitati,
prębens sumptus illis necessarios. Et cū superius dicat,
Salutāt vos omnes ecclesię Christi: nunc iterat dicens:
Salutant vos vniuersæ ecclesiæ, quod puto non ociose
iteratū. Nihil enim tantus vir & tam tractabilis super-
fluum ponebat. Sed quia salutāt vos, inquit, omnes ec-
clesiæ Christi, id est, omnes sancti, sicut alio loco dicit:
Q ui autem sunt Christi, carnē suam crucifixerunt. nūc Gal. 5.
subiecit etiam hos salutare qui sequētes sunt, vt benedi
ctum populum significet ecclesiæ, quia in omni ecclesia E
duo sunt populi. Potest & duarū prouinciarū nominaf
se ecclesias, vt primum vnius, deinde alterius loci dixis
set omnes ecclesias, aut certe Iudęorum & gentilium.
¶ Salutat vos Erastus, dispensator ciuitatis, & Quar- «
tus frater.) Dispēsator ciuitatis est quasi curator, qui di- «
stante iustitia gubernabat ciuitatē, maxime in preciis
moderādis. Hos omnes ideo nominatim enumerat in
salutatione Romanorū, vt scirent quales & quāti con-
gaudent bono cœpto illorū. ¶ Ei autem qui potest vos «
stabilire secundū euangeliū meum, & prædicationem «
IESV Christi, secūdum reuelationem mysterii quod «
temporibus æternis in silētio fuit, manifestatum est au «
tem nūc per scripturas propheticas secundū imperium «
æterni dei, ad obedientiā fidei in omnes gētes cognitū, «
soli sapiēti deo, per IESVM Christū, cui gloria in se- «
cula seculorum: Amē.) Deo patri ex quo sunt omnia, «
dat gloriam, vt cœptum Romanorū, quia potēs est, di
gnetur implere, confirmando in fide animas eorum ad
profectum euāgelii, & reuelationē mysterii absconditi F
a seculis, manifestati autē per Christū, vel in Christo.
Sacramentum enim quod latuit semper in deo, tempo
ribus Christi declaratū est, quia nō singularis est deus,
quia est apud illum ex æternis & sermo & paracletus,
in qua veritate omnē creaturam decreuit saluā fieri per
agnitionē. Cuius quidē sacramenti veritas per prophe
tas fuerat designata figuris quibusdā, soli deo cognitū
sapienti: cuius gratiæ participes voluit esse gētes, quod
latuit genus hominum. Solus ergo est sapiēs, quia ab
ipso est omnis sapiētia, sicut dicit Salomon: Omnis sa- Eccl. 1.
pientia a domino deo est, & cū ipso fuit semper. Sapien
tia ista, Christus est: quia de ipso est: & cū illo erat sem-
per, per quem ipsi gloria in secula seculorum. amē. Ideo
nihil sine Christo plenum, quia per ipsum sunt omnia:
qui cū agnoscitur, datur deo patri laus per ipsum, quia
intelligitur per Christum, quasi per sapiētiam suam in
qua saluos facit credētes. Gloria ergo patri per filium,
hoc est, ambobus gloria in spiritu sancto, quia vterq; in
vna gloria est. ¶ Gratia domini nostri IESV Christi

G » cum omnibus vobis amen.)In conclusione Christum ponit, per quem facti, et iterum reformati sumus gratia eius, vt mentibus nostris hæreat: quia si beneficiorum eius memores simus, semper nos tuebitur, sicut dixit:
Mat. 28. Ecce, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.

DIVI AMBRO SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD CORINTHIOS PRIMAM.

PRAEFATIO.

PRECEPTO DOMIni admonitus apostolus residit apud Corinthios annũ vnum, et menses sex, docens inter eos verbũ dei. Hinc est vnde magna cum fiducia & charitatis affectu agit cũ eis aliquãdo cõmonens, aliquando arguens, aliquando blandiens vt filiis. Nã multę causæ sunt propter quas scribit ad eos. Quarũ prima hæc est, quod more hæreticorũ dissentientes ab inuicem, hominibus deuoti, Pauliani, & Petriani, & Apolloniaci
H dici volebãt, non Christiani: quod valde exprobrat apostolus. Erant tamẽ inter eos qui ab his dissentirẽt, Christo soli dicati. Secunda hæc est, quia eloquẽtia delectari cœperant & terrena philosophia, vt sub nomine Christi iis imbuerẽtur quæ cõtraria sunt fidei. Tertia, eo q̃d inflati essent q̃ nõ iret ad illos Apostol⁹. Quarta, propter fornicatorẽ fratrem quem inter se esse patiebãtur. Quinta, vt cõmoneret de pręterita epistola, quam ante hanc quæ prima dicitur scripserat. Sexta, quia inuicem sibi iniurias & fraudes faciebãt, & infidelitũ potius examina requirebant. Septima causa est, in qua designat licere sibi sumptus accipere, sed contẽnere, ne forma esset rapacibus pseudoapostolis. Octaua vero est, vt respondeat epistolæ illorũ. Perturbari enim cœperant ab hæreticis de matrimoniis. Nona est, in qua declarat fidebere vnumquemq; manere vt credidit. Decima autem de virginibus, eo quod nihil sit sibi pręceptũ. Et reliquę sunt causæ quæ in corpore videbuntur.

CAPVT PRIMVM.

» PAVLVS vocatus apostol⁹ Christi IE» SV per voluntatẽ dei.) Ad Romanos aliI ter cœpit, quia altera causa est: Hic vero apostolum se esse Christi IESV dei voluntate scribit, quia omnia quæ egit, filii dei egit voluntate, qui dixit ad Paulũ: Vade, ego longe ad gentes mittam te. Hinc vocatus est apostolus, hoc est dei voluntate missus ad gẽtes. Per quod etiã tangit illos quos neq; Christus miserat, neq; verũ erat quod docebãt. Deum enim & Christũ ideo frequẽter nominat, vt Christũ deũ non ipsum patrẽ ostendat, sed esse Christum filiũ, esse et deũ patrem, non vnionẽ, cum ostẽditur filium dici. Multæ enim sectæ emerserant, quæ euangeliũ Christi pro sensu sui arbitrio asserebant, ex quibus rami aridi extant nunc vsq;, quarum assertores ecclesias euertebant. Hinc apostolus omnia quę hęresibus contraria sunt ponit, ac se verũ prædicatorem per id quod a Christo dei volun» tate missus est, asseuerat. ¶Et Sosthenes frater.) Etiã » istum sua cõmendat societate. ¶Ecclesię dei quę est Co» rinthi, sanctificatis in Christo IESV.) Propterea ecclesiæ scribit, quia adhuc tunc singulis ecclesiis rectores k
non erant cõstituti. Et cũ in multis arguat eos, ait: Sanctificatis in Christo IESV. Sed ideo quia regenerati in Christo, sanctificati sunt, post autem cœperant male conuersari, vt ostenderet omnẽ ecclesiam sanctificatam fuisse in Christo, sed quosdã illorũ praua doctrina pseudoapostolorũ euersos a traditione veritatis. ¶Vocatis « sanctis.) Hoc est, vocati estis vt sancti sitis: quod est, vt « nõ recedatis a regula sanctificationis. ¶Cum omnibus « qui inuocant nomẽ dñi nostri IESV Christi, in omni « loco ipsorũ & nostro.) Id est, cum Iudęis veris iungit et « gentes, quia salus ex Iudæis est, vt in omni loco vbi gẽ Ioan. 4.
tes quæ inuocant nomen dñi nostri IESV Christi, & vbi Iudæi supra memorati sũt, similiter sint omnes vnũ. Pseudoapostoli enim qui nomẽ Christi per prudentiã mundi prędicabant, id est admixta philosophia, veterẽ legẽ & prophetas reprobant. Negabant enim Christũ vere crucifixum, sed tantũ visum crucifigi, sicut Marcion & Manichæus. Vnde Apostolus: Nos autẽ, inquit, prædicamus Christũ crucifixũ. Neq; carnis resurrectionem fatebãtur, quod propheta Esaias clamat, dicens: Qui in monumentis sunt, resurgent. ¶Gratia vo « bis & pax a deo patre nostro, & dño IESV Christo.) « Ne quia dixerat, Qui inuocant nomen dñi nostri IESV Christi: patris aut nomen aut donũ tacuisse videretur, & suspicionẽ forte aut occasionem daret vnionis, docet quidẽ Christũ rite inuocandũ, sed omnẽ gratiam esse patris, vt & duos qui vnũ sunt, per diuinitatẽ ostenL deret, & patris autoritatẽ præferret. ¶Gratias ago deo « meo semper pro vobis.) Quanq; omnibus in ecclesia scri« bat, sed ita significat cum aliquãdo corripit, aliquando laudat, vt vnusquisq; cũ epistola legitur, intelligat quid pro se, quid aduersum se dicatur. In vna enim plebe duobus populis scribit, vt cũ arguit, qui male cõuersantur, sciant sibi hęc scripta. Similiter & cũ laudat, sciat qui in regula manet, ad se hoc dici. Ideoq; inquit, Gratias ago deo meo semper pro vobis. ¶Super gratia dei quę data « est vobis in Christo IESV.) Datã dicit gratiã a deo « in Christo IESV, quæ gratia sic data est in Christo IESV, quia hoc constitutum est a deo, vt qui credit in Christũ, saluus sit sine opere, sola fide gratis accipiens remissionẽ peccatorũ. ¶Quia in omnibus ditati estis « in ipso, in omni verbo, et in omni scientia.) Hoc significat, quia in accepta gratia & in verbo veritatis doctrinę « scientiam spiritalẽ assecuti permanserũt: ideoq; gratias « agit in his deo. ¶Sicut testimoniũ Christi cõfirmatum « est in vobis.) Testimoniũ Christi cõfirmatũ est in his, « quia roborati in fide nihil de hoibus sperabãt, sed omnis « spes illorũ in Christo erat, nullis voluptatis illecebris ca« pti. ¶Ita vt nobis in nullo desit aliqua gratia expectãti« bus reuelationẽ dñi nr̃i IESV Christi.) Manifestum « est hũc expectare diẽ iudicii, qui circũspectus solicit⁹ est. M
Futurũ iudicium dei dicit, in quo dñs noster IESVS Christus reuelabitur tam fidis q̃ infidis, vt cognoscant increduli ac sciant verum esse quod credere noluerũt, & pereant: fidi vero gaudeãt plus boni inueniẽtes quàm putauerant. ¶Qui & confirmabit vos vsq; ad finem si« ne crimine in aduentu domini nostri IESV Christi.) « Alacri animo confisus de spe illorum, securus est quia inuiolati vsq; ad futurum iudicii erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum & perturbationes diuersitatum immutari non potuerunt, proculdubio in eodem mansuros se ostendunt. Cum hos laudat, illos qui errore pseudoapostolorum deprauati fuerãt, inuitat. Dũ enim horum fidem prædicat, illos ad pœnitentiam vocat. ¶Fidelis deus, per quem vocati estis in societatem « filii eius IESV Christi, domini nostri.) Quis ambi« gat de promissis & fide dei, quia non erit aliter quàm dixit, filios nos adoptatos sibi, credentes in Christum. Hoc enim nobis donat quod credimus, vt quia credimus Christum filium esse dei, hoc nos esse incipiamus

A mansuri in eadẽ dignitate, sicut manet Christ⁹ quẽ credimus filiũ dei. Societas enim fraternitatis est, vt quomodo fidem dei incolumem in hac causa nobis futurã ostendit, ita nos non diffidentes & perfidi inueniamur, sed perseuerantes in adoptione.

» OBSECRO autem vos fratres per nomen do» mini nostri IESV Christi, vt idipsum dicatis » omnes. Omnes nũcorat vt vnum sentiãt, hoc vtiq; in quo renati dei filii appellati sunt. Ad omnem enim ecclesiam modo loquitur, vt ii qui dissentire cœperant, reuerterẽtur ad cœptam fidẽ, quam videbãt in his » laudari qui in illa perseuerabant. ¶Et non sint in vobis » schismata. sitis autem perfecti in eodem sensu, & in ea» dem scientia.) Perfectos vult eos esse in eodẽ sensu quẽ illis tradiderat, vt non discreparent. Ad illorũ enim exẽplum quos supra laudat, hos prouocat vt hoc sentiant ac defendant.

» PERLATVM est enim mihi de vobis fratres » ab iis qui sunt Chloes.) Quamuis euersi fuerant, tamen fratres illos appellat, sicut & in Esaia propheta dicit deus ad illos qui secũ erãt, vt eis qui pseudoprophetis credebant, dicerent: Fratres nostri estis vos. vt per id non dissentirẽt ab his, quasi fratres. Quod autem dicit, Ab iis qui sunt Chloes, aliquib⁹ videntur homines esse manẽtes & fructificantes in fide Christi: aliquib⁹ videtur locus esse, vtputa si dicatur, Ab iis q̃ sunt
B Antiochiæ. Aliquib⁹ autẽ videtur fœminã fuisse deo deuotam, cum qua multi fuissent colẽtes deum, quibus fides non negaretur, vt quod deferrẽt de Corinthiis, ve» rum esset. ¶Quod contentiones inter vos sint.) Cõtentiones inter eos esse dixerunt, vt ostenderent diuersitatem mentis illorũ de disciplina dñica. Et quæ esset, sub» iecit dicens: ¶Hoc autẽ dico, quod vnusquisq; vestrum » dicit: Ego quidẽ sum Pauli, ego autem Apollo, ego ve» ro Cephæ, ego autem Christi.) Errorem ostẽdit, sed autorum nomina nõ prodidit. Nec enim in loco stabant, sed circũibãt ad euertendum simplicium. Nã hos quos nominat, sine dubio boni erãt doctores, sed sub eorum specie falsos apostolos tangit. Si enim in his gloriãdũ negat, quanto magis in malis doctoribus? quorum doctrinam prauam in subiectis significat. Inter eos tamẽ hos perseuerantes designat qui dicebant se Christi esse » non hominis: quos superius laudat. ¶Diuisus est Chri» stus?) Diuisum dicit Christum, quia gloriã eius homines sibi partiti sunt. Sicut hæretici qui se aut Fotinianos, aut Arrianos, aut Cataphrygios, aut Nouatianos aut Donatianos, aut Manichæos vocari non abhorrent, ita & Corinthii diuersorum hæreticorum nomiC nibus subiici cœperant, vt viderẽtur loco Christi homines venerari, qui dum diuersa de Christo accipiunt, diuidunt Christum. Vnus enim hominẽ tãtum accipit Christum, aliter deum purum sine homine vel corpore fatetur, alius dicit per prophetas prædictũ Christũ, alter negat prophetas de Christo locutos. Cũ ergo Christus vnus sit deus & homo, isti sibi alius aliud eius vẽdicantes diuidũt Christũ, & quia sub nomine suo ecclesias faciunt multas. ¶Nunquid Paulus crucifixus est » pro vobis?) Ideo a se cœpit, ne forte putaretur aliorum ideo refutare personas, vt suam commẽdaret. Si enim Christus pro nobis, inquit, mortuus est, quomodo gratiam eius & beneficiũ hominibus imputamus ad eius » iniuriam? ¶Aut in nomine Pauli baptizati estis?) Si credẽtes autem, inquit, in Christũ baptizamur, vt i nomine eius iustificemur, quid est vt fidei huius homines nobis autores faciam⁹ imemores cœptæ credulitatis?

» GRATIAS ago deo quod neminem vestrum » baptizaui nisi Crispum & Caium, ne quis dicat » quod in nomine meo baptizati estis. Baptiza» ui autem & Stephanæ domum, cæterorũ nescio si quẽ » alium baptizauerim.) Gratias agit deo, quia non multos ex illis baptizauit, ne quia error sub hac re cœperat, ex nomine eius error esset in plurimis: per hoc arguens D
& baptizantes & baptizatos, qui ad iniuriam saluatoris baptismatis eius gratiam hominibus deputabant, illis dissimulantib⁹ gloriæ causa. Si ceni erãt sicut nunc Nouatiani & Donatiani, qui baptismum sibi vẽdicãt, a nostris baptizatos reprobãtes: & baptizati ab his gloriantur in personis eorum. Deniq; Christi nomine abdicati, Nouatianos & Donatianos vocari se gloriãtur. Crispus ergo & Caius Corinthii sunt, quos ad testimonium nomiat, qa sic baptizati sunt ab apostolo vt nullã illi gloriam ex hac causa dandam assererent. Stephanę autem domus primitiæ sunt Achaiæ, sicut in postrema parte epistolæ significat: quibus testimonium dat, quia in ministeriis sanctis se constituerunt. ¶Nõ enim « misit me Christus baptizare, sed euangelizare.) Quo« « niam maius est euangelizare quàm baptizare, ideo nõ se missum baptizare dicit, sed euangelizare, quia in epi scopo omnium ordinationũ dignitas est: caput est enim cæterorum membrorum. Per quod etiam illos humiliat, quibus illi multum dabant propterea quod ab illis fuerant baptizati, vt ex eo scirent non magnum esse baptizare, quia nõ omnis qui baptizat, idoneus est & euãgelizare. Verba enim solennia sunt quæ dicitur in baptismate. Deniq; apostolus Petrus credentem Corne- E
lium cum suis iussit baptizari, nec dignatus est ministris aſtãtib⁹ hoc opus facere. Si eni defuissent, ipse hoc egerat necessitate compulsus. Quanto ergo melior his sit quos illi venerabantur ostendit, & non tamẽ hoc nomini suo decerni permisit, sciens periculosum esse gloriam dei nominis homini vẽdicare. est enim quasi idolatria. ¶Non in sapientia verbi, vt nõ euacuetur crux « Christi.) Quia prædicatio Christiana nõ indiget põ« « pa & cultu sermonis, ideoq; piscatores homines imperiti electi sunt qui euangelizarent, vt doctrinæ veritas ipsa se commendaret telte virtute, ne hominum versutia & calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis videretur, non veritate, sicut disciplinæ ab hominibus inuẽtæ, in quibus non ratio, non virtus, sed verborum quæritur compositio: ac per hoc gloriam suam quærit qui fidem Christi verbis exornare vult. Obscurat enim illã splendore verborum, vt nõ illa sed ipse laudetur. Sicut & pseudoapostoli, ne stulti viderentur prudentibus mũ di, in sapientia hominum Christum prædicabãt dupli« ci genere, vt & eloquentiæ studerent, & ea quæ mun- F
dus in nobis stulta iudicat, euitarent, vt neq; incarnatũ dei filium, & de virgine natum docerent, neq; carnis futuram resurrectionem, quia mundi istud sapientiæ ratio stultũ iudicat: ac per hoc apostolus non se in sapiẽtia hominum dicit Christum prędicare, ne euacuetur crux Christi, quia qui in sapientia hominis Christum annũciant, negant veritatem prædicationis: sicut supra memoraui.

« VERBVM enim crucis pereuntib⁹ quidẽ stul« titia est.) Manifestũ est quia quibus crux Chri« « sti stultitia est, in perditione sunt. infernæ enim morti nõ sunt erepti. ¶His autẽ q̃ salui fiunt, virtus dei « est.) Non est obscurum quia iis qui credunt, dei virtus « est. Credunt enim non infirmitatem esse crucem Christi, sed virtutem, intelligentes mortem victã esse in cruce: cuius signum qui habent, salui sunt, quia ab illa tenẽri non possunt.

« SCRIPTVM est enim in Esaia: Perdã sapientiã « sapiẽtiũ, & intellectum prudẽtiũ reprobabo.) Per« « dit sapientiã sapientiũ, dum quæ illi negãt posse fieri, facit. Et reprobat intellectum prudentium, cum deũ quem incuriosum dicãt, aggressum probat ea quę stulta putant, vt dei filius incarnatus de virgine crucifigeretur pro humana salute: quod factũ vere testatur virtute, nõ verbis. ¶Vbi sapiẽs? vbi scriba? vbi cõquisitor « huius seculi?) His dictis tam in Iudęos quàm gentiles « inuehitur, quia & Iudæorum scribæ & legisdoctores

G deū filium habere ſtultum putant credi. Simili modo
et gētes iſtud riſui deputāt. Sed Iudæi, quia hoc non tā
aperte in lege ſignificatum eſt, diffidunt: Gentiles ve-
ro, quia mundi ratio non iſtud recipit, (nihil enim dicit
poſſe fieri ſine cōmixtione) ſtultū iudicant. Cōquiſitor
tamen ſeculi hic eſt, qui a cōſtellationibus agi mundū,
& duodecim ſignis ortus & occaſus fieri decernit calcu
lis, nihil omnino ſine horum motu putans poſſe fieri.
» ¶Nonne ſtultam fecit deus ſapientiā huius mundi?)
Stulta eſt facta ſapiētia huius mundi. putās enim ſe ſa
pere, intenta eſt imprudens. Quod enim impoſſibile
iudicabat, poſſibile declaratum eſt, deum incuriosum
æſtimās. Eſt aliquid hac aſſeueratione ſtultius, vt feciſ
ſe dicatur mundū, & curā eius nō agere? Vt quid fecit,
ſi non ad illū pertinet quod fecit? Sed quia vident quoſ
dam feliciter mundo frui, quoſdam deprimi, & bene a
gentes deſpici, malenolos gloriari, idcirco incuriosum
deum eſſe crediderunt. Qui incuriosum deum eſſe di-
cit, non negat maleuolū aut iniuſtum. Aut enim iudi-
caturus eſt mundū, aut iniuſtus eſt diſſimulans de bo
nis, & patiens fieri mala. Si igitur animaduertāt depo
ſito odio diuinæ legis, poſſunt videre cauſam iſtam a
nobis terminari, qui dei iudicium expectamus, in quo
Rom.2. depreſſi exaltabunf, & violenti humiliabūtur: quia nō
» eſt perſonarum acceptio apud deum. ¶Nā quia in ſa-
» pientia dei non cognouit mundus per ſapientiam deū,
» placuit deo per ſtultitiam prædicationis ſaluos facere
» credentes.) Nō cognouit mundus id eſt homines deū
in ſapientia eius, quia vnicam maieſtatem illius figmē
tis dederunt vel elementis, diſſimulantes de eo, per ſa-
H pientiam carnis putantes hæc debere coli quæ viden-
tur. Propterea placuit deo prædicatione ordinare quæ
illis ſtultitia videretur, vt credentes quæ illi diffidunt,
ſaluti fierent, illis damnatis. Viciſſitudo ergo hæc eſt,
» per quā dei cōſilio falſum a vero damnatur. ¶Quoniā
» Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiā quærunt.) Iu-
dæi ſigna petunt, quia non diffidunt potuiſſe fieri, ſed
Num.17. an factum ſit quærunt, ſcientes virgam Aaron aridam
Ione.2. germinaſſe, & fructū tuliſſe: Ionā a ceto glutitū, in vētre
eius tribus dieb⁹ & trib⁹ noctib⁹ fuiſſe, & viuū eiectū eſ-
ſe. Illud tamen præcipue quærunt, vt aliquid tale vide-
ant, quod vidit Moyſes, deū in igne: vnde dicunt: Nos
Ioan.9. ſcimus quia Moyſi locutus eſt deus. cum maius mor-
tuum Lazarum iam fœtidum quarto die viuū de mo
numento exiſſe vidiſſent. Græci vero ſapientiam quę-
runt, quia nolunt audire præterquā quæ mundi ratio-
» ne poſſibilia ſunt. ¶Nos autem prędicamus Chriſtum
» crucifixum, Iudæis quidem ſcādalum, gētibus autem
» ſtultitiam.) Scādalum eſt Iudæis dum audiunt Chri-
ſtum filium dei ſe profitentem, & ſabbatum euacuātē.
I Gētibus autē ſtultitia, quia ea audiunt prædicari, quæ
dum rationi humanæ non cōgruunt, inſenſata videnf,
» vt partus virginis, & reſurrectio mortuorū. ¶Ipſis ve-
» ro vocatis Iudeis atq; Græcis, Chriſtū dei virtutem, &
» dei ſapientiā.) Suadente virtute, quæ potior verbis eſt,
credentes in Chriſtū intelligunt, Iudęi primum qui ſi-
gnum quærebāt, Chriſtum dei eſſe virtutem, & Græci
ſimiliter vident Chriſtum dei eſſe ſapientiā: illam au-
tem mundanā quam prius putabant prudentiā, maxi-
mam eſſe ſtultitiā. Virtus ergo dei eſt, quia per ipſum
omnia fecit pater deus. Sapientia autem idcirco, quia
per ipſum cognitus eſt deus. Nec enim poſſet cognoſci
Lucę.10. deus, niſi per eum qui eſſet de eo, quia nemo nouit pa-
trem niſi filius, & cui voluerit filius reuelare.
» QVIA quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt ho-
» minibus.) Stultū dei, inquit, non quia vere ſtul
tum eſt, ſed quia ab hominib⁹ dum rationi mū
danæ non conuenit, ſtultum putatur, cum ſit ratio ſpi-
ritalis: ac per hoc ſapientius dinoſcitur eſſe hominibus,
quia ſpiritalia plus ſapiunt q̄ carnalia. Non enim ſpiri-
talia per carnalia ſunt, ſed carnalia conſtant per ſpirita-
lia, ideoq; ſubiecta ſunt carnalia ſpiritalibus. ¶Et quod « K
infirmum eſt dei, fortius eſt hominib⁹.) Sine dubio ce- «
leſtia vincunt terrena. Quamobrem infirmum dei nō «
eſt infirmum, quia infirmitas Chriſti magna victoria
eſt. Vicit enim cum victus videtur, ſicut ait in Pſalmo
50. Et vincas cum iudicaris. Victor enī exiſtit qui in-
iuſte occiditur, reum cōſtituēs a quo occiditur. ¶Intue- «
mini enim fratres vocationem veſtrā, quia non multi «
ſapientes ſecundū carnē, non multi potentes, non mul- «
ti nobiles.) Manifeſtum eſt quia rari ſunt qui mūdi ra «
tionib⁹ inflati magis q̄ eruditi ſunt, hoc eſt qui ſtellarū
motus inſpiciunt & diſcernunt. Ipſos autē dicit & for-
tes ſecundum carnē, quos & prudentes. Et ideo fortes,
quia paſſionem crucis Chriſti infirmā aſſerunt. Iniqui
tas enim fortis & vincere ſibi videtur ad tempus. Ipſi
etiam nobiles per quos ſuperſtitionis ſuæ originē an-
tiquitatis aſſignant, nos nouellos dicentes. Non ergo
hanc aſſeuerationem elegit deus quæ in paucis eſt.
¶Sed ſtulta mundi elegit deus, vt confundat ſapiētes.) «
Stulta mundi ſunt, virginem peperiſſe, & dei filiū cru-
cifixū. Credi enim ſtultū hoc putat. ideo deus vt hūc cō-
fundat, hos elegit qui hoc credunt, quod hic ſtultum iu
dicat. Cōfunduntur enim ſapiētes, dū q̄ pauci negāt,
multos vidēt fateri. Nō eſt enim ambiguum multorū
ſentētias, paucorum anteponi ſententiis. ¶Et infirma «
mūdi elegit deus, vt cōfundat fortia.) Idem ſenſus eſt, «
quia quod pauci infirmū putant ii qui ſe prudentes exi
ſtimant in ſeculo, diffidentes deſpe:a multis virtus aſ-
ſeritur, quia multi credunt q̄ nō credunt, ad illorum ru- L
borem. Vident etenim infirma Chriſti nominata, dæ-
moniis imperare, & prodigia facere. Infirma autē ſunt
mundo iniuriæ & paſſio ſaluatoris neſciēti hæc ad vir-
tutem proficere, quia ideo iſta pati ſe permiſit, vt vince
ret mortem. Iniuſte enim pati, & poſſe reſiſtere & nol-
le, gloria eſt patientis, & damnatio occidētis. ¶Et igno «
bilia huius mundi & contēptibilia elegit deus quę non «
ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.) Ignobilia ergo & con- «
temptibilia elegit, non quia vere ignobilia & contēpti-
bilia ſunt, ſed ſic iudicantur a mundo, quia ſpernunt ra-
tiones mundanas credēdo in Chriſtum, vt ea quę ſunt
vere ignobilia & cōtemptibilia deſtrueret, quia ipſi ma
gis iudicandi & cōdemnandi ſunt qui iudicant. Aſſeuē
rationem enim illorum error inuenit, nec fuit ab initio,
noſtra autem diſciplina ab initio eſt. Deſtruitur ergo,
dū ſine teſtimonio nudis verbis aſſeritur, nſa vero non
verbis ſolis, ſed & teſte virtute probatur. ¶Vt non glo- «
rietur omnis caro in conſpectu dei.) Id eſt, vt ſapientia «
carnis erubeſcat in errore ſui iudice deo. Senſus enī car-
nis eſt diffidere dei potentia virginem peperiſſe, quia M
hoc mundi ratio qui cognatus eſt carnis, non recipit.
¶Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto IESV.) Ex ipſo, «
id eſt, ex deo, qui omnipotens eſt eſſe nos in fide Chri-
ſti. Dei enim propoſitum eſt vt veritatem eius & mi-
ſericordiam per Chriſtū diſceremus. Veritas eſt my-
ſterium trinitatis. Miſericordia vero, quia cū eſſemus
captiui, redemit nos. ¶Qui factus eſt ſapientia nobis a «
deo & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio.) Ad confir «
mationem credentium Chriſtū dei voluntate dicit egiſ
ſe quæ geſſit, vt nos ſciamus vere ſapientiam didiciſſe
& ſanctificatos eſſe & iuſtificatos & redemptos a deo
per Chriſtum. Nemo enim redimit niſi quod ſuū fue-
rat. Siue ergo quod redēpti ſum⁹, ſiue qđ ſanctificati, id
eſt ab opere carnis & idolorū immunditia purgati, ſiue
quod iuſtificati, (Iuſtum eſt enim creatorem colere cę-
teris ſpretis, ſiue quod ſapiētes per id quod mundanos
didicimus imperitos, totum hoc dei beneficium eſt per
Chriſtum. Redemptio tamen noſtra hæc eſt. Obtulit
enim ſe Chriſtus diabolo cupienti vt peccati ipſe cōtra-
dictionem auferret, & ſic captiuos eius erueret. ¶Vt «
quemadmodum ſcriptum eſt: Q ui gloriatur in domi- «
no, glorietur. ¶Hoc ſcriptum eſt in Hieremia ppheta. « Hier.9.

A Dignum eſt quod dicit propheta, vt in domino glorie-
mur, quia non poterit cōfundi qui gloriatur in domino.
Opera enī eius & magnificentia in rebus geſtis appa-
rent. Ideoq; confundantur, inquit, in idolis ſuis, qui non
pluunt, nec fecerunt cælum & terram. Simili modo &
qui in hominibus gloriantur, quos ſciunt vtiq; nullius
eſſe virtutis. Quare & ait ſcriptura: Vana ſpes eſt in
homine.

CAPVT SECVNDVM.

» ET EGO cum veniſſem ad vos fratres, veni
» non cum eminentia ſermonis aut ſapientiæ,
» prædicās vobis myſterium dei. Neq; enī iu-
» dicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Chriſtū
» IESVM, & hunc crucifixum.) Q uoniā ſuperius gra
datim formam diſciplinæ noſtræ oſtēdit, nūc ſe nō alī-
ter illis tradidiſſe probat, quāq; oſtēdit, quia & in humi-
litate ſermonis, & ſtultitia prædicationis, ſicut mundo
videtur, locutus eſt illis de Chriſto myſterium. Q uod
ideo myſterium vocat, quia quod incarnatum eſt, occul
tum erat a ſeculis apud deum deus verbū. Hæreticos
autem eſſe in quibus gloriabātur, quia & per eloquen-
tiam prauam doctrinā cōmendabant, & prudentiā mū
di ſectantes, crucē Chriſti euacuabant, erubeſcētes ſtul
ti appellari a mundo, vt neq; natum Chriſtū ex virgi-
B ne prædicarent, neq; vere crucifixum docerent, quia ſtul
1.Ioan.6. tum videtur dei filium natum hominē fateri & crucifi-
xum. Hos & apoſtolus Ioannes deſignat dicens: Qui
negat Chriſtum in carne veniſſe, antichriſtus eſt: & qui
negat filium, nec patrem habet. quia ipſum patrē ſibi fi
lium appellatum dicebant. Ex quibus Marcion traxit
errorem, qui arguit quæ clauſa videntur, qua non illa
manifeſtat, ſed intelligi vult ex eo quod prudentia mū
di inuenitur, quæ eſt religioni inimica. Q uæ autē ſunt
quæ corripit, ex eius iudicio vult diſci, vt quæq; noſtra
deridet velut ſtulta, ea ſe omnia in Corinthiis reprehē
dere oſtendat. Corpus enim ipſum memorat, vt ex eo
membrorum eius ratio dinoſcatur. Corinthiis tamen
manifeſta erant, quia cauſas in quibus arguebantur,
» non ignorabāt. ¶Et ego in infirmitate & timore & tre-
» more multo fui apud vos.) Chriſtum enim in ſtultitia
humanæ ſapientiæ prędicās, odium ſibi & perſecutio-
nes prouocabat, quaſi rem vanā annuncians, & inimi-
» cam Iudæis atq; gentibus. ¶Et ſermo meus & præ-
» dicatio mea non in perſuaſione ſapientiæ.) Oſtēdit nō
ſe vt hominum fauorē acquireret, humanæ ſapiētię pla
cuiſſe, neq; verborum arti ſtuduiſſe, ſed fidem autori ex-
C hibuiſſe, qui doctrinam ſuam nō ornatu traditionis hu-
manæ acceptabilem voluit eſſe verborum ſtrepitu, ſed
» ipſis rebus, quia res ante verba ſunt. ¶Sed in oſtenſio-
» ne ſpirit⁹ & virtutis dei.) Vt quia verbis, quæ infirma
iuxta virtutem ſunt, res fatuæ comptæ prudentes vidē
tur, deus prædicationem ſuam non teſtimonio verbo-
rum voluit commendari, ſed virtutis, vt verbi ſtultitia
iudicata factis ſe ſapientium demonſtraret ſpiritali ra-
» tione fundata. ¶Vt fides veſtra nō ſit in ſapientia ho-
» minum, ſed in virtute dei.
» SAPIENTIAM autem loquimur inter perfe-
» ctos.) Hoc eſt inter eos qui crucem Chriſti virtutis
teſtimonio ſapiētiam fatentur. Hi enim ſapientes
& perfecti ſunt, qui fidem non magis verbis habent q̄
» rebus. ¶Sapientiam autē non huius ſeculi.) Recte ait,
ſapientiam nō huius ſeculi, ſed futuri, in quo veritas dei
negantibus apparebit. Hoc enim ſeculum rationē hāc
» non capit infirmitate cogitationis terrenæ. ¶Neq; prin
» cipum eius qui deſtruuntur.) Manifeſtum eſt non eſſe
ſapientiam hanc principum huius mundi, qui deſtruī
tur ab illa. Chriſtianitas enim errores quos hi inferue-
runt excidit, id eſt, idololatriam, auaritiā, & cætera vi-
1.Ioan.3. tia, ſicut dicit Ioannes apoſtolus: Propter hoc venit fi-
lius dei, vt ſolueret opera diaboli. ¶Sed loquimur dei ſa « D
pientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt.) Occultum «
ſenſum manifeſtare ſe miſſum teſtatur, quem neq; prin
cipes neq; poteſtates ſcirent, neq; mundus audierit, ac
per hoc ſtultum putari, quia incognitum eſt: Eſſe autē
rationale & ſalutare teſte virtute, cui omnis intentio ce
dit ratiocinationis humanæ. Abſcōdita eſt ergo dei ſa-
pientia, dum non in verbis, ſed in virtute eſt, nō huma-
na ratione poſſibilis, ſed ſpiritus efficacia credibilis.
¶Quam prædeſtinauit deus ante ſecula in gloriā no- «
ſtram.) Vſq; adeo vera ſapiētia & cum deo ſemper fuit «
ſe declaratur, vt ante ſecula prędeſtinata in gloriam no
ſtram dicatur qui credimus. Præſcius enim deus erro-
res futuros in mundo quem erat facturus, hoc decreuit
ad confuſionem illorum qui ſibi ſtultitiam ſapientiam
facturi erāt, ad noſtrā autē gloriā qui crediturī eramus
& credimus. ¶Quam nemo principū huius ſeculi co- «
gnouit. Si enim cognouiſſent, nūquam dominum ma «
teſtatis crucifixiſſent.) Principes hui⁹ ſeculi nō ſolū ho- «
mines accipiendos Iudæorum ac Romanorum, ſed &
hos pricipes ac poteſtates quos ſupra dixit, ad quos ve-
re pertinet dictum hoc, aduerſus quos nobis colluctatio
eſt, ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus, quia cōſilio ac vo
luntate illorum crucifixus eſt Chriſtus. Deniq; poſt tē- Lucæ.4.
tationes diabol⁹ receſſit, ait, vſq; ad tempus. Et ipſe do- E
minus: Princeps, inquit, huius mundi venit, & in me Ioan.14.
inuenit nihil. Principes ergo huius ſeculi per ignoran-
tiam dominum maieſtatis crucifixerūt. Nam Iudæo-
rum principes quomodo principes huius ſeculi poſſunt
intelligi, qui erant ſubiecti regno Romano? Et neque
Romanorum principes crucifixerunt Chriſtum, quip-
pe cum dixerit Pilatus: Nullam cauſam mortis inue- Lucę.23.
nio in eo. Vnde & manus lauit dicens Iudæis: Inno- Mat.27.
cens ego ſum a ſanguine iuſti huius, vos videritis. Hi
ergo principes crucifixerunt dominum, quos detrium-
phauit libere in ſemetipſo, quamuis dicat Marcus euā-
geliſta de dæmonibus, Sciebant enim Chriſtū ipſum
eſſe IESVM. Scierunt quidem ipſum eſſe, ſed qui in
lege promiſſus erat: myſterium tamen eius quo filius
dei eſt, neſciebant. Hoc etiam & Petrus apoſtolus ad
populum Iudaicum dixit: Scio fratres quia per igno-
rantiam egiſtis hoc malum, ſicut & principes veſtri, nō
tamen huius ſeculi. Si ergo per ignorantiam ſerui occi
derunt dominum, peccatum eis adſcribi nō debet. Sed
non licet ignorare. Et qtāuis dominum eſſe neſcirent, E
tamen quia rem impiam faciebant, non erāt neſcii. Do-
minus tamen maieſtatis crucifixus dicitur, cum mori
neſciat. Sed quia verbum caro factum eſt, id eſt dei filiꝰ
incarnatus homo factus eſt, ipſi adſcripta eſt mors: qa
Iudæi non vtiq; carnem perſecuti ſunt, ſed eum qui ope
rabatur per carnem: ac per hoc quamuis dominus ma-
ieſtatis mortem ignoret, quantum tamen ad Iudæorū
votum pertinet, & ad principem huius ſeculi, dominū
occiderunt in carne. ¶Sed ſicut ſcriptum eſt: Q uod ocu « Eſa.64.
lus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſce «
dit, quæ præparauit deus diligentibus ſe.) Hoc ſcripti «
eſt in Eſaia propheta aliis verbis. Per hoc exemplum
inopinatam rem factam, & quæ nō ſolum in humanū
ſenſum non caderet, ſed & cæleſtes potētias lateret, dei
ſcilicet filium incarnatū, vt quod ſupra dixerat, firma-
ret: quia ſi principes huius ſeculi deum hominē factum
non intellexerunt, quanto magis homines? Sed ſi ver-
ba offendiculum vel ſcandalum faciebant, virtutibus
tamen & ſignis fides non debuerat denegari. Infirmi-
tati enim & ignorantiæ humanæ virtus debuerat præ-
poni, & credi quod humanæ rationi impoſſibile vide-
batur: ideoq; diligētibus deum, id eſt, credentibus præ-
parauit donum hoc.
NOBIS vero reuelauit deus per ſpiritum ſuū.) «
Quia principes ſeculi hoc ignorabant, deus hoc
per ſpiritū ſuum reuelauit credētib⁹: quia res dei

G non potest sine spiritu dei addisci. Nam non solum hominibus sacramentum istud missum se dicit declarare, sed & principibus & potestatibus in cælestibus, qui dominum crucifixerunt, vt hoc prædicãte in terris, discãt qui sunt in carnalibus cælis, qui degunt sub elementis firmamenti. Hic ergo singularis apostolus est, qui hãc gratiam cõsecutus est: quia trinitatis mysteriũ a nullo
Actuũ. 9. sic potuit explanari. vnde & vas electionis diuino iudicio vocitatus est. ¶ Spiritus enim omnia scrutatur, etiã
» profunda dei. Quia enim de deo est hic spirit⁹, omnia nouit dei. Profunda autẽ ideo ait, quia omnem virtutẽ & præscientiam eius nouit: quod omnino creaturæ impossibile est. ¶ Quis enim scit hominũ ea quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?) Manifestũ est cogitationes nostras a nullo sciri, nisi ab animo nostro, quem spiritum dixit. Deniq; in euangelio inter cætera ficait: Et spiritus eius reuersus est ad illam. ¶ Sic & quæ in deo sunt, nemo nouit nisi spiritus dei.) Hic spiritus dei docuit nos quod scit naturaliter non doctus, & docuit nos de mysterio Christi, quia non solum spirit⁹ dei est, sed & Christi.

» NOS autẽ non spiritum huius mũdi accepimus,
» sed spiritũ qui ex deo est.) Hinc scimus quia spiritum qui de deo est, accepimus, quia mundi spiritus non potest scire quæ ab hoc nobis insinuata sunt. Spiritus tamẽ mundi hic est, per quem arripiũtur phanatici, qui sine deo sunt. Est enim inter mũdanos spiritus potior, vnde solet conjecturis quæ mundi sunt diui
H nare, quẽ pythonem appellãt. Hic est qui per verisimilia fallitur & fallit, hic est qui per Sibyllã locut⁹ est, sensum nostrorum secutus, locũ volens inter cælestes habere. ¶ Vt sciam⁹ quæ a deo donata sunt nobis.) Quia enim dei spiritus datus est nobis, scimus quæ a deo donata sunt nobis. Nõ enĩ possemus scire si mũdi spiritũ haberemus, quia non potest scire mundi spiritus. Sensum cuĩ dei nemo nouit nisi qui de deo est spiritus dei. Inferiora enim non possunt superiorum scire cõsilium,
» neq; creatura conditoris sui dinoscere volũtatẽ. ¶ Quæ
» & loquimur.) Vt hinc manifestũ sit scire nos quę a deo nobis donata sunt. quia hæc & loquimur, vt & alii discant per doctrinam spiritalẽ. Prædicatoribus enim, id est, apostolis, insinuata diuinitus sunt quæ traderẽt populis, & addiscerent principes huius seculi quid admi-
» sissent mali. ¶ Nõ in doctrina verborũ humanę sapien-
» tiæ, sed in doctrina spiritus.) Verba enim humanæ sapientiæ hunc sensum non videt, neq; literatura studiis apprehenditur, sed per fidem spiritali ratione concipit,
Esaiæ. 7. dicente Esaia propheta: Nisi crediderit is, neq; intellige
I tis. Naturali enim magis lege, q̃ cursu syderum, & calculis signorum quæ in firmamẽto denotãtur, addiscit. Deniq; credentes non humanis verbis, sed naturæ suæ vident congruere quod credunt. Opus enĩ agnoscit opificem: ideoq; euangelium animis nostris loquitur spiri
» talia, excitans illos ad cognitionem sui creatoris. ¶ Spi-
» ritalibus spiritalia comparãtes.) Hoc est iis qui mundanam prudẽtiam refutant, spiritalem efficaciam tradere, quæ mysterio fidei continetur ad illuminãdos seu sus beneuolorum hominum. Credẽtes enim quæ mũ-
» di sapiẽtia stulta iudicat, spiritales sunt. ¶ Animalis au-
» tem homo nõ percipit ea quę sunt spiritus dei, stultitia
» est enim illi.) Pecoribus enim similis sensum suum in terrã deprimit: ideoq; nõ assequiẽ nisi quæ videt, nec putat aliquid posse fieri q̃ quomodo scit. Ideo quicquid aliter audit q̃ nouit, stultitiam iudicat. nihil enim æstimat posse fieri sine commixtione. Vnde ridet audiẽs deum filium genuisse, quem scit simplicem & incorporeum, & virginem peperisse, & resoluta corpora rursum reuocari ad vitam: cum hæc magis ad laudem dei proficiãt, vt credatur fecisse cuius operis ratio inuestigari nõ possit. Deus est enim qui fecit. Imbecillitas enim humana stultum putat quod scientia sua non concludit, cũ hoc magis stultum deberet habere, & illud prudens, quod
ks quia dei factum dicitur, non potest cõprehendi. ¶ Et nõ «
potest scire, quoniam spiritaliter iudicatur.) Humanã «
traditionem sequẽtes, dum vnius dei fidem abnegant, spiritaliter factum est, quod ratione carnis inflati putãt fieri non posse, & sic reprobi annotati, spiritaliter condemnati sunt. ¶ Spiritalis autem diiudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur.) Quoniam vera ratio spiritalium est, id est credentiũ, (hoc enim quis nũcupatur qđ credit) omnia iudicãt. Ipsorum enim exemplo infidelitas diiudicabitur: ipsi autem a nemine iudicabuntur. Quis enim cõdemnet vera dicẽtem? Cum enim constet omnes inimicos fidei falsa tenere pro veris, accusatio illorum in irritum iam deducta est, veri iudicio condemnata: quia qui nõ crediderit, inquit dominus, iã iu- Ioan. 3.
dicatus est. ¶ Quis enĩ cognouit sensum dñi? quis in- «
struxit eum?) Sensus dei est, quo hæc spiritaliter iussit «
fieri: per quem mundi sapientia stulta probaretur, negans posse fieri quod factum est. Quem sensum nullus est qui cognouerit, & displiceat illi vt emendet consiliũ dei: quia qui cognouit, laudat potentiam dei: quem qui omnia negat posse, nec mundum credit fecisse. Quid enim magnum est vt de se credatur generasse, qui non ambigitur cuncta ex nihilo fecisse? Quippe cum dicat L
Saluator: Apud deum autem omnia possibilia sunt. «
¶ Nos autem sensum domini habemus.) Hoc dicit «
quia credentes participes sumus eiusdem, id est diuinę «
scientiæ.

CAPVT TERTIVM.

ET ego fratres nõ potui vobis loqui quasi spi «
ritalibus, sed quasi carnalibus.) Nũc his lo- «
quitur, qui propterea quod seculi adhuc voluptatib⁹ seruiebãt, carnales erãt. Quãuis iã baptizati essent, & spiritum sanctũ accepissent: tñ quia post baptismum statim ad veterem hominem fuerũt reuersi, cui abrenunciauerant, dicuntur carnales. Spiritus enim sanctus tunc permanet in eo cui se infuderit, si permaneat in proposito regenerationis: si quo minus, abscedit, ita tñ, vt si se reformauerit homo, redeat ad illum. Semper enim paratus ad bonum est, diligẽs pœnitẽtiam. ¶ Quasi paruulis in Christo lac vobis po- «
tum dedi, non escam.) Quanuis renati essent in Chri- «
sto, tamẽ nõ fuit dignũ tradi his spiritalia. Accepta enĩ fide, quæ est velut semen spiritale, nullũ fructum deo dignũ fecerunt, vt perfectionis verba mererentur addisce re: sed quasi paruuli imperfectionis sensibus studebant. Apostolus autẽ vir diuinus, & medicus spiritalis, vnicuiq; secũdũ vires eius tradebat, ne per imperfectionẽ & M
imperitiã quis de rebus spiritalibus scandalũ pateretur. ¶ Nondum enim poteratis.) Ostẽdit aperte non illos «
debuisse audire quæ confirmatis dicenda sunt. ¶ Sed «
neq; nunc potestis. adhuc enim carnales estis.) Hic val «
de arguit temeritatem illorum qui querebantur dudũ se non audisse spiritalia, cum adhuc digni non essent audire. Pseudoapostoli enim promiscue omnib⁹ vno atq; eodem genere tradebant, nullius personam discernentes, vt acceptabiles fierent per hypocrisin commẽdati: cum cõstet dominum & autorem nostrum Christum aliter populis, aliter discipulis interfatũ, & inter ipsos apostolos fuisse distãtiã. Tribus etenim discipulis gloriam suam in monte ostẽdit, dicens illis vt tacerent visum quandiu a mortuis resurgeret. ¶ Cum enim in vo «
bis æmulatio & contentiones sint, nõne carnales estis, «
& secundum hominem ambulatis?) Indignitatis causas ostẽdit, quia de homine qui sperat auxiliũ, carnalis est. Q ui autem spreta humanitate de deo sperat, spiri- Ioan. 4.
talis est, quia deus spirit⁹ est. ¶ Cũ enim quis dicat, Ego «
sum Pauli, alius autem, ego Apollo: nonne homines «
estis?) Sicut enĩ gloriantes in deo, & de ipso omnẽ gra- «

A tiam sperantes, dii dicuntur a deo adoptati: ita & in homine gloriantes, & homines & carnales dicuntur, sententia dei concluſi, qui ait: Ego dixi, dii estis, vos autẽ sicut homines moriemini. A sua ergo persona incipit, ne forte putaretur per inuidiam magis personas illorũ destruere, ostendẽs magnũ esse errorem, & ad dei cõtumeliam pertinere, quando deo prædicato gloria datur hominib⁹. Q uid ergo minus est a gentilitate, dum ad-
» huc aliquid de hominibus speratur? ¶ Q uid igitur est
» Apollo? quid vero Paulus? Ministri eius cui credidi-
» stis.) Vt quia ministri sunt, spes in his non sit; sed in domino cuius ministri sunt. Illi enim gratiarum actio deferenda est, cuius donum est: hi vero serui, quos etiam inuitos oportet dispẽsare. Nũquid nõ Moyses coactus est ire ad Pharaonẽ, & Ionas inuit⁹ missus est prædicare Niniuitis, & Ananias cõtradicẽs missus est Saulo
» manum imponere? ¶ Et vnicuiq; sicut dominus dedit.)
Id est, sicut voluit & sciuit, diuisit singulis officia ministerii. ¶ Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incremẽ-
» tum dedit.) Plantare est euangelizare, & ad fidem attrahere: rigare vero, baptizare solẽnibus verbis. Peccata autem dimittere, & spiritum dare, dei solius. Si ergo effectum salutis deus dat, nulla gloria in hac hominis est. Sumus enim & spiritum sanctũ sine manus impositione datum a deo, & non baptizatum cõsecutum remissionem peccatorum. Nũquid non hic inuisibiliter
B baptizatus est, quando donum baptismatis cõsecutus
» est? ¶ Itaq; neq; qui plãtat est aliquid, neq; qui rigat, sed
» qui incremẽtũ dat deus.) Et plantata enim solent emori, & rigata ad effectum fœcunditatis minime peruenire nisi det deus vegetam vitam. Quantum ergo ad honorificẽtiam dei pertinet, nihil est homo: quãtum autẽ ad ministerium pertinet, necessarius est vt honorificetur quasi seruus, nõ vt aliquid de illo speretur ad iniuriam
» dei. ¶ Qui autẽ plantat, & qui rigat, vnum sunt.) Vnũ
» sunt, quia ambo mercenarii sunt, quãuis diuersa sint illorum officia. ¶ Vnusquisq; autem propriã mercedem
» accipiet secũdũ suũ laborem.) Quanuis enim vnũ sint, sed quia maior est qui euangelizat, q̃ qui baptizat, ideo discreuit mercedes illorum: & nõ solum ad hoc, sed ad doctrinæ synceritatem pertinet, vt mercede sit dignus qui inuiolatam tradit doctrinam.
» DEI enim sumus operis participes, dei cultura,
» dei ædificatio estis.) Hoc ad apostolorum per-
» sonam pertinet, quos cõstat dei esse adiutores,
» dum vicarii sunt Christi. ¶ Secundũ gratiam dei, quæ
» data est mihi, vt sapiens architectus fundamẽtum po-
» sui.) Gratiam sibi datam dicit vt dignus esset prædicare Euãgelium, vt & hoc dei esse ostẽderet, nõ hominis. secundum hanc itaq; gratiam vt sapientem architectũ fundamentum se dicit posuisse. Sapiẽs architectus est
C qui iuxta disciplinam autoris collocat fundamẽtum: id est, qui secundum traditionem saluatoris euangelizat.
» ¶ Alius autem superædificat.) Superædificia sunt, quę
» post prædicationem apostolorum a superuenientibus
» traduntur aut malis aut bonis doctoribus. ¶ Vnusq;q;
» autem videat quẽadmodum superædificet.) Id est, vt superædificia congruant fundamento, ne si obliqua fuerint & friuola, ruinam faciant, manente incolumi fundamẽto: quia si male docuerit, Christi nomẽ permanet, quod est fundamentum: doctrina autem mala peribit, sicut dicit dominus: Omnis plantatio quam non plan-
» tauit pater meus cælestis, eradicabitur. ¶ Fundamẽtũ
» enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ
» est, quod est Christus IESVS.) Ideo nemo potest ponere aliud fundamẽtum, quia quãuis hæretici sint aliqui, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito saluatoris nomine prædicent, vt res contrarias & absurdas nominis dignitas faciat acceptabi-
» les. ¶ Si quis autẽ superædificat supra fundamentũ hoc
aurum, argẽtum, lapides preciosos.) Lapides preciosi « I
sunt, quos nõ corrumpit ignis. Tria genera posuit præclara in mundo, in quibus bonã doctrinam significauit. ¶ Ligna, fœnum, stipulã.) Tria alia genera posuit, sed « friuola, vt in his corrupta & vana doctrina designata dinoscatur. ¶ Q ui facit hoc opus, manifestus erit. dies enĩ «
domini declarabit, quia i igne reuelabit.) Hoc est, ma- «
la doctrina in igne omnibus apparebit. nũc enim quosdam fallit. ¶ Et vnius cuiusq; opus quale sit, ignis proba- «
bit.) Q uia enim per ignẽ examinatio fiet, si in aliquo «
non inuenerit quod exuret, manifestat illum bonũ fuisse doctorem. Mala enĩ & adultera doctrina idcirco in ligno, fœno, & stipula significata est, vt ostenderet ignis esse esca. Si cuius opus manserit quod superædificauerit, mercedẽ accipiet. Cum enim nihil in illo sordis inuẽtum fuerit prauæ doctrinæ, vt in bono auro: ita erit vt tres fratres in camino ignis, mercedem vitã æternam cum gloria accepturus: quia sicut aurum, & argentum, & lapides quos ignis nõ corrumpit, ita & bonus magister incorruptibilis permanebit. ¶ Si cui⁹ opus arserit, «
dãnum patietur.) Opus quod ardere dicitur, mala do- «
ctrina est, quę interibit. Cuncta enim mala peribunt, sicut iter impiorum: quia nõ sunt substantiæ, sed asseuerationes peruersæ. Dãnum autem pati, est pœnas perpeti. Q uis enim in pœna positus iacturam non facit? B
¶ Ipse tñ saluus erit, sic tñ quasi per ignẽ.) Saluum illũ «
futurũ dixit, quia nõ interibit substãtia qua cõstat: sicut & doctrina mala pibit, quia accidẽs causa est. Ideo autẽ dixit, Sic tñ q̃si per ignẽ, vt salus hęc non sine pœna fit: quia non dixit, Saluus erit per ignem, vt merito suo ab igni non combustus, saluus fiat examinatus per ignẽ: sed cum dicit, Sic tamen quasi per ignem, ostendit salvum illũ quidem futurum, sed pœnas ignis passurum, vt per ignẽ purgatus fiat saluus, & nõ sicut perfidi æternę ignis in perpetuũ torqueatur, vt ex aliqua parte operæ precium sit credidisse in Christũ. Semper enim erubescat necesse est, qui se videt falsum defendisse pro vero. Et simili modo semper fiduciã habebit dei, qui abiecto falso secutus est verum, & spreta impietate succubuit pietati. Extra catholicam enim quicquid est, contrarium est.

NESCITIS quia templum dei estis, & spiritus « dei habitat in vobis?) Templũ dei nos esse dicit, « vt deum in nobis habitare sciamus. In tẽplo enĩ suo habitet necesse est. Et quia spiritum dei dicit habitare in nobis, deum significat intelligendum spiritum sanctum. ¶ Si quis autem templum dei violauerit, dis- «
perdet illũ deus. Tẽplũ enĩ dei sanctum est, quod estis «
vos.) Hæc idcirco præmisit, vt illos cõpungat, qui turpiter viuentes, corpora sua violando corruperunt, ma- E
xime illequi vxorẽ patris habebat, vt ante esset reus, quàm causa illius in medium prorumperet. Deniq; simili, immo eodem modo, cum causam illius iudicat, loquitur dicens: An nescitis quia corpora vestra tẽplum est spiritus sancti, quem habetis a deo? Superius templum dei dixit, hoc autem loco templum spiritus sancti. Q uis hinc dubitet quia spiritũ sanctũ, deũ significauit?

NEMO se seducat.) Id est, nemo proprio vel hu- «
mano cõsilio putet se sibi prodesse. Ad superiorẽ sensum redit. ¶ Si quis videtur sapiens esse inter «
vos in hoc seculo, stult⁹ fiat vt sit sapiẽs.) Hoc dicit qa «
si quis intelligit salutem promissam, & mysterium incarnationis dñi nostri IESV Christi, stult⁹ fiat: id est sapiẽtiã huius mũdi fugiat, vt stultus ab ea iudicetur, & tũc erit prudẽs: quia stultus seculo prudẽs est deo, dũ credit deũ fecisse quæ ratio mundi nõ capit, sicut supra memorauimus. Pseudoapostoli autẽ prudẽtes volẽtes videri mundo, neq; deum filiũ habere, neq; incarnationẽ verã esse, neq; carnẽ posse resurgere prędicabãt. ¶ Sapiẽ «
tia enim huius mũdi stultitia est apud deum.) Sic stul «
titia est sapiẽtia huius mũdi apud deum, dũ facit deus

G quod mundus fieri posse negat, sapientiam illius stultitiam probat: & cum multos deos dicat, fides autē vnū probet teste virtute, in prudentia sua confundentur.

Iob.5. » ¶Scriptum est enim: Reprehendens sapiētes in astutia
» eorum. Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapiē-
» tium, quoniam vanæ sunt.) Istud in psalmo habetur xciii. Deniq; idem sensus est. Sciens enim vanas cogitationes illorum, vt stultos esse probaret, sapientiam illorum reprehendit, ostendens verum esse quod falsum dicebant, & falsum quod verum putabant.

» ITAQVE nemo glorietur in homine.) Quoniā enim humanæ cogitationes & consilia improuida & infirma sunt, non est gloriandum in homine, sed in deo, cuius consilium retractari non potest. quicquid
» enim homines sine deo sapiunt, stultum est. ¶Omnia
» enim vestra sunt, siue Paul⁹, siue Apollo, siue Cephas,
» siue mundus, siue vita, siue mors, siue presentia, siue fu-
» tura, omnia vestra, vos autem Christi, Christus autē
2.Co.4 » dei.) Alio loco dicit de eodē sensu: Nos autē seruos ve-
» stros propter IESVM. Seruos pro ministris posuit, vt non singulos sibi defenderent, cum omnibus vterē-
tur, sicut & dominus dicit: Ego sum in medio vestrū non vt minister, sed vt ministrem. Nā mundus vtiq;
noster est, sed vt de illo secundum dei voluntatē sentia-
H mus, & decretos cursus eius in dei volūtate ponamus. Et vita presens concessa nobis est, sed vt modeste illā & cum dei gloria transigamus. Siue mors, vt pro Christo mori libenter habeamus spe promissionis futuræ. Siue presentia, vt sic presentibus vtamur ne offendamus. Siue futura, vt futura credentes, ipsis nos magis quia meliora sunt commendemus. Vos autem Christi, vt quomodo hæc iudicio nostro cōcessa sunt & subiecta, ita nos Christo subiiciamur, quippe cū per ipsum esse cœperimus & i prima origine, & in regeneratione. Christus autem dei. Christus dei est patris sui propri⁹ filius faciens voluntatē eius, vt & nos ipsius faciamus. Si ergo Christi sumus famuli, quid est vt ad eius iniuriam de hominibus aliquid speremus?

CAPVT QVARTVM.

» ITA nos existimet homo vt ministros Chri
» sti, & dispensatores mysteriorum dei.) Hoc
significat, quia minus de illo sentiebant ali-
qui Corinthiorū, sed vt hoc homo de illo sen
tiret qđ & deus qui illum elegerat, ideo ministros Chri
I sti ait, & dispensatores mysteriorum dei. Quādo enim nō verborum strepitus, neq; humana sapientia nitebaſ, intelligi debuit sacramentum Christi dispēsare, in quo non verba sed virtus fulgebat, non per quod homo, sed deus gloriosus videretur. Collega enim piscatorū non aliter q̄ illi Christum prædicabat. Cum ergo ministrū se Christi & sacramētorum dei probat, pseudoapōstolos notat, & abnegat Christi esse quod tradūt, per id qđ
» discordarent a traditione apostolica. ¶Hic iam quæri-
» tur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.) Hoc quod dicit, nō solum ad pseudoapostolorum personam pertinet, sed ad reliquorum qui accepta dispensatione, aut verecundia, aut timore, aut certe cōmēdationis suę causa constanter arguere trepidabāt aut malos sensus aut mores. Hic enim tam cōstans erat, vt nec vitæ suę
» parceret, dummodo fideliter omnia celebraret. ¶Mihi
» enim pro minimo est vt a vobis diiudicer, aut ab hu-
» mano die.) Quos in tantis vitiis reprehendit, miserū dicit ab his se iudicari: quippe cum nec a iustis iudicandum se sciret. Aut ab humano autem die hoc est, quia nec a legibus mundo creditis iudicandus erat. Super-
gressus enim humanam iustitiam, cælesti iustitiæ stu-
Mat.5. debat, sicut dicit dñs: Nisi abundauerit iustitia vestra plus q̄ scribarum & pharisæorū, nō intrabitis in regnū dei. Humanū ergo diem cū dicit, significat & diuinum, in quo iudicaturus est Christus: quia sicut iuris consulti k
seu pontifices, quos vocant sacerdotes, certos dies quibus iudicatur decreuerunt, ita & dies dñi definitus est quo iudicaturus est mundū. ¶Sed neq; meipsum iudico. nihil enim mihi conscius sum.) Apertum est quia cōscientiam puram habēs solicitus de se non erat. ¶Sed « non in hoc iustificatus sum.) Nūc humiliat se, & loquitur vt homo qui possit culpam incurrere nescius. ¶Qui « autem iudicat me, dominus est.) Recte ait. quāuis humiliauerit se, tamē dño Christo plurimum dedit, quia potest quod hominē latet, dum occulta iudicat, manifestare, non vt reum faciat, sed prudētem. Quāuis enim homo est, quem* nō potest, nisi aliquid lateat. Interdū enim aliquid vtile putamus quod inutile est. Nec enī omnia membra aut latera cōuersationis humanæ descripta habemus: ab iis autem quæ grauia sunt, aperte prohibiti sumus. Nam quædā causæ nos fallere solent ex causis aliquibus ortæ, vt quod non est vtile, putem⁹ vtile. Quod leue quidē est, quia propositum liberū est. ¶Itaq; nolite ante tempus iudicare, donec veniat dñs.) «
Monet illos ne iudicent, cū iudicādi sint, & habeāt duplex peccatum, sicut ait dñs: Nolite iudicare, vt nō iu- Mat.7.
dicemini, sed expectate diem iudicii dei. ac si fideles & boni sint. Iniuria enim iudicis est, si ante cognitionem eius a seruo procedat iudicium aut sententia. ¶Qui il- «
luminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia «
cordium, & tunc laus erit vnicuique a deo.) Hoc dicit «
quia in die iudicii nihil occultum erit eorum quę gesta, aut cogitata sunt, & simplicitas & hypocrisis illic apparebit, vt & qui despectus habebatur, fortedignus appareat: & qui aliquid esse putabatur, inueniatur reprobus. Omnia enim nuda erunt in die iudicii, & tunc laus
erit bene agēti vel cogitāti. Hic enim qui laudatur, im- L
probabile est an dignus sit, sicut & in alio loco dicit: Nō 2.Cor.10.
enim qui seipsum commendat, probatus est, sed quem deus commendat. quem vtiq; nihil latet.

HEC autem fratres trāsfigurauī in me & Apol- «
lo ppter vos, vt in nobis discatis ne supra q̄ scri- «
ptum est vnus pro vno infletur aduersus alte- «
rum.) Transfiguraui hæc in se & Apollo, dum pseu- «
doapostolorū glorias & traditiones peruersas sub sua persona & Apollo euacuat, summatim illos designās non singulatim, ne forte maior discordia in populo nasceretur. Nemo enim audiens nomen suum taxari, aut eius cui fauet, contētus est tacere. Tacito autē nomine si quis audiens de se intelligat dictum, dissimulat. Sub hac ergo propositione euacuauit personas illorum, cū dicit: Ego plantaui, Apollo rigauit. &c. vt in his discerent nihil dādum hominibus. ¶Quis enī te discernit?) «
Id est, sunt aliqui qui amplius accipiētes in baptismate aut in doctrina, ceteros dicant minus cōsecutos. Hoc M
his loquitur, qui baptizatos ab aliis, plus aliq̄d esse putabant. quorum eloquentia seducebantur, vt fuco quodam peruersa recta putarent. Tāta enim discordia erat in populo, vt multa essent studia diuersarum partiū: & sic omnia dicta sua aptauit Apostolus sine manifestatione nominum omnib⁹ partib⁹, vt cum legeretur epistola, vnaquæq; pars ad se dicta susciperet, audiēs quod causæ suæ intendi cognosceret. ¶Quid autē habes qđ «
non accepisti?) Nihil illum boni vltra dicit cōsecutum ab aliis q̄ ab eo acceperat: ideo frustra queri. Quod enī habebant, ab Apostolo acceperant. Ad vnum autē videtur loqui, quia ad partē plebis loquitur. ¶Si autē ac- «
cepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?) Hoc quasi «
insultatores apostoli agebant per imperitiam, vt eadē audientes quæ ab Apostolo iam didicerāt, illum euacuantes, de eorum magisterio glorientur. Eloquentia enim commendati, prædicationis gloriam in se cōuertebant. Apostolus vero contemptibilem se volebat videri, dummodo dei gloriā faceret acceptabilem. ¶Iā sa «
turati estis, iā diuites facti estis, sine nobis regnatis.) «

A Ironia est, sicut dicunt. Irascentis enim verba sunt, non confirmantis. In quibus enim tanta vitia arguit, regnare illos dicit. sic enim putabāt, gloriātes de iis quæ
» a pseudoapostolis tradebantur. ¶Et vtinam regnetis,
» vt & nos vobiscum regnemus.) Vt pius pater etiā ingratis filiis bene optat. Qui enim poterat fieri vt sine apostolis regnarent? Quicquid enī nō ab apostolis traditum est, sceleribus plenum est. Sic tamen ordo fuerat dicere: Vt nobiscum regnetis, sed quia præmiserat, Et vtinā regnetis, aliter dicere non potuit, nisi, Vt & nos vobiscū regnemus. Regnare autē est de spe & promissis Christi securum esse, & gaudere in iis quæ aduersa propter nomen Christi accidunt. Lucrum enim affe-
2.Cor.12. runt, non detrimētum. Vnde alio loco dicit: Cum infir mor, tunc potens sum.

» PVTO enī deus nos apostolos nouissimos ostē-
» dit, quasi morti destinatos.) Hoc ideo ponę suæ deputat, quia semper in necessitate fuit, persecutiones & pressuras vltra cæteros passus, sicut passuri sūt Enoch & Helias, qui vltimo tempore futuri sunt apostoli. Mitti enim habent ante Christum ad præparādum populum dei, & munienda omnes Ecclesias ad resistendū antichristo, quos & persecutiones pati & occidi lectio Apocalypsis testatur. Horum ergo tēpus suo
B tempori cōparauit Apostolus dicens, quasi morti destinatos. Ad hoc enim venturi sunt, vt occidātur. ¶Quia
» spectaculum facti sumus huic mundo, & angelis, & ho-
» minibus.) Quia erūt spectaculum & Enoch & Helias vsq; adeo, vt corpora eorum in platea proiiciantur in cō spectu totius populi infidelis: ita & apostoli spectaculū facti sunt, quia publice ridebantur, positi ad iniurias & mortem quam passi sunt. Mundū autē angelos & homines dixit, ga & angeli mali sunt, dicēte Dauid i psalmo lxxvii. Vexabat illos per angelos malos. Et homines mali & increduli, his apostolorum iniuriæ oblecta mento sunt. Mundus autem idcirco infidelitas dicit,
» quia visibilia sequitur. ¶Nos stulti propter Christum.)
Verum est quia amantes Christum, stulti sunt mun-
» do. ¶Vos autem prudētes in Christo.) Qui prudēs in Christo iudicatur a perfidis, nō recte asserit Christum. Deniq; Marcion, qui negat filium dei, & incarnari deū potuisse, prudens est mundo: & Fotinus, qui non fatet Christum per id quod natus est, deum, sapiens videtur
» mundanis. ¶Nos infirmi, vos autem fortes.) Infirmi ideo, quia sine adulatione & cum stultitia, sicut videtur mundanis, prædicātes Christum iniuriis subiiciebantur. ¶Vos autem fortes.) Ideo fortes, quia sic profitebantur Christum, ne offenderent homines, vt essent fe-
» curi. ¶Vos nobiles.) Qui enim Christum nō fatetur, quia Abrahæ promissus est, & ab initio prædicat⁹, hic nobilis contra Christum est, quia antiquitatē promissi
C » Christi aliis deputat. ¶Nos vero ignobiles.) Ignobilis mundo est, qui Christum, quod mūdus denegat, ab initio profitetur. Hæc igitur omnia supradicta, quæ negare videtur, confirmat: & quæ quasi confirmare videtur, negat. Irascentis enim verba sunt, qui negando cōfitetur, & confitendo negat. ¶Vsq; in hanc horam & esu-
» rimus & sitimus, & nudi sumus, & laboramus nostris
» manibus operantes.) Libere enim & iuxta fidem verā sine aliqua adulatione Christum prædicantes, & gesta prauæ vitæ arguentes, gratiam apud homines nō habebant, & colaphizabantur, id est, iniuriis agebātur, & instabiles erant, quia fugabātur, ne in loco diu manentes, plures docerent. Ideo & manibus operabātur, quia non solum gratiam apud homines nō habebant, verū etiam ab his accipere indignū erat qui errori studebāt: sicut dicit in psalmo. cxl. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. quia & libertatem arguendi amittit, & peccat qui ab eo accipit, qui ideo dat ne corri-
» piatur. ¶Maledicimur, & benedicimus.) Male tractā-
» tes enim, se hortabantur ad bonū. ¶Persecutionē pati- « D
mur, & sustinemus.) Quia persequētibus se nō resiste- «
bant. ¶Blasphemamur, & obsecramus.) Blasphemā- «
tes enim rogabant vt permitterēt sibi reddi rationem.
¶Tanquam purgamēta huius mundi facti sumus o- «
mnium peripsema vsq; adhuc.) Nō resistendo vlli, neq; «
vicem in malis reddendo, sed semper se subiiciendo, vt
per patientiam prouocaret ad bonū, cōtēptibilis & despectus fiebat. Vsq; modo, id est, vsq; nunc etiam apud
Corinthios, pro quibus hæc quæ supra memorat mala passus est. Et quoniam humilitatem suā nihil in his proficere videbat, queritur dolore cōmotus tantā subiectionem & iniurias nullum fructum habere potuisse, sed &, quod deterius est, in peius profeciſſe. ¶Nō vt cō- «
fundam vos, hæc scribo.) Hoc est, non vt ruborem vo- «
bis faciam, hæc scribo, sed vt corrigatis. ¶Sed quasi fi- «
lios charissimos moneo.) Adhuc se supplicem facit, ne «
correpti, & ad iram prouocati, admonitionē eius sperner ent: id agit vt medicus salutaris, qui putramina abscindēs, dolorē illatū spe & blanditiis mitigat, vt ægerē curari permittat.

SI enim decem milia pædagogorum habueritis in «
Christo, sed non multos patres. Nā in Christo IE- «
SV per Euāgeliū ego vos genui.) His dictis ostē- «
dit nullū posse eo affectu diligere illos, quo ipse eos diligebat. Quis enī alienos filios suis præponat in amorē? Acper hoc monita eius, qui & pro his tanta mala passus est, non debere eos spernere. ¶Obsecro ergo vos «
imitatores mei estote.) O beneuolentiam sancti Apo «
stoli, qui obsecrat filios vt imitentur patrem, hoc est, sponte rogat ægros vt recipiant medicinā. In his tamē
sui illos imitatores vult esse, vt sicut hic multa exitia p
salute eorū ab incredulis passus est, & non cessit, dūmodo per dies & noctes euangelizaret illis donum gratiæ B
dei: ita & illi manentes in fide eius & doctrina, non reciperent falsorum apostolorum prauа cōmenta, sed persisterent cōtinentes opprobria aut detractiones, vt patri suo spiritali inuiolatum seruarent affectū. ¶Ideo mi «
si ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, «
& fidelis in domino.) Hortatur eos in hoc eodem Ti- «
motheo, quem ideo charissimum & fidelem filium obtestatur in domino, vt in hoc discerent quid peccarent.
Cum enim huic testimonium perhibet, illos arguit.
¶Qui vos cōmonefaciat vias meas quæ sunt in Chri- «
sto IESV, sicut vbique in omni Ecclesia doceo.) Per «
istū quē fidelē filium in domino cōfirmat, reuerti illos
vult ad regulam a se traditæ veritatis, vt cōmoniti verbis & exemplis operum eius resipiscerent, cognoscētes non perperam se fuisse ab Apostolo doctos, quādo eadem tenere omnes Ecclesias discerent. ¶Tanquam nō «
venturus essem ad vos, sic inflati sunt quidam.) Indi- «
gnabantur quidā Corinthiorū quia nō ibat ad illos, nō E
desiderio, sed superbia, qđ quasi indignos illos haberet:
cum magis Apostolo hoc studiū fuerit, vt de indigniis
faceret dignos. Habebat ergo votum eundi, sed maiora erāt quę agebat. ¶Veniā autē cito ad vos, si dñs per- «
miserit.) Post cōmonitionē pmittit se ire ad illos, sed si «
dñs permitteret, vt quia plus scit deus q̄ homo, si sciret
operæ preciū esse, permitteret et si nō iret, dñm noluisse ostēderet, causa vtiq; indignitatis illorū. ¶Et cogno- «
scam non sermonē eorum qui inflati sunt, sed virtutē.) «
Confundit illos, quia cū oblique cōuersarētur, indigna-
bantur, quasi digni essent ab Apostolo visitari. ¶Nec «
enim in sermone est regnum dei, sed in virtute.) Sicut «
regnum dei non splendore verborum cōmendatur, sed
virtute signorum, ita & hi non verbis nudis, sed virtute operum spiritalium dignos se ostenderent ab Apostolo visitari. ¶Quid vultis? In virga veniam ad vos? «
an in charitate spiritus & māsuetudinis?) Terroris ver «
ba infert, vt pudorem passi qui inflati erant, humiliarētur: vt si vere apostoli præsentiam desiderarent, præparent se ad excipiendum eum, id est, abluerēt se ab omni

G macula criminis, vt veniens ad illos, lætitiam haberet quasi cum filiis charissimis.

CAPVT QVINTVM.

» OMNINO auditur inter vos fornicatio, &
» talis fornicatio, qualis nec inter gentes.) Vt
q̃ graue sit istud peccatum ostẽderet, nec ab
iis hoc dixit admitti, qui deum nesciunt: vt
proinde qua pœna hic multãdus esset ostẽderet, qui sub
æterna & diuina iustitia cõstitutus, tanti sceleris crimẽ
» admiserat. ¶ Ita vt quis vxorẽ patris habeat.) Præmis-
si criminis, pdidit genus, vt non solum illum aperte reũ
mortis faceret, sed & adhærẽtes illi nõ immunes a cri-
mine demõstraret. In quo enim difficile peccatur, plus
» facit reum. ¶ Et vos inflati estis, & non magis luctum
» habuistis.) Superbiã illorum in tãtum humiliat, vt nõ
querulos iam, sed magis supplices faciat. Erant enĩ &
ipsi participes, dum paterentur reum tam ingentis fa-
cinoris secum incorreptum cõuenire: vt omnes vno cõ
filio abiicerent eum, si negaret emendare se. Si autem
quis potestatem nõ habet quem scit reum abiicere, aut
probare non valet, immunis est: & iudicis non est fine
accusatore damnare: quia & dominus Iudã cum fur es-
set sciebat, sed quia non est accusatus, minime abiecit.
» ¶ Vt tolleretur de medio vestrum, qui hoc opus fecit.)
H Cognito opere isto pellendum illum fuisse de cœtu fra-
ternitatis. Omnes enim crimen eius sciebant, & nõ ar-
guebant. publice enim nouercã suam loco vxoris habe
bat. In qua re neq; testib⁹ opus erat, neq; tergiuersatio-
ne aliqua poterat tegi crimen.

» EGO quidem sicut absens corpore, præsens autẽ
» spiritu.) Id est, absens facie, præsens autem auto
» ritate spirit⁹, qui nusquã abest. ¶ Iam iudicaui vt
» præsens, cum qui sic operat⁹ est, in nomine domini no-
» stri IESV Christi congregatis vobis & meo spiritu
» cum virtute domini IESV, tradere hunc Satanæ in
» interitum carnis.) Quoniã omnis carnalis voluptas a
diabolo est, ac per hoc cum huic voluptati remittitur,
traditur Satanę. Caro enim hoc habet in natura, vt in-
tereat. Anima ergo cum seiungit desiderio eius, infir-
mans spiritalem suum vigorem, simul interitum pati-
tur. Itaq; si hic correptus stupri admissi erubescret eie-
ctum se, non interiret, pœnitentia subsequẽte. Nam o-
mniũ consensu & præsentia, sed & virtute dñi IESV,
id est, sententia, cuius legatione fungebatur Apostol⁹,
abiiciendum illum de Ecclesia. Cũ eiicitur, traditur Sa
tanę in interitũ carnis. Et anima enim & corpus inter-
eunt, quãdo quæ cõtra legẽ sunt, fiunt. Sed in hac aliter
causa interitus carnis homini deputatur. Quãquã enĩ
I omnia peccata carnalẽ hominẽ præstent, hoc tamẽ spe
cialiter desideriũ carnis est quod sordibus maculatam
animã cum corpore tradit gehennæ: quia victa anima
libidine carnis, fit caro: sicut & corpus recte gubernatũ,
spiritale appellatur. Animus tamen est qui aut victus
illecebris totum hominẽ carneum facit: aut in vigore
naturæ suæ manens, carni præstat vt spiritalis dicatur.
» ¶ Vt spiritus saluus sit in die domini IESV Christi.)
Tradi contaminatum supradictum Satanæ, vt spiri-
tus sanctus saluus sit in hominibus Ecclesię in die iudi-
cii. Nisi enim eiectus esset, nõ fieret saluus spiritus Ec-
clesiæ in die iudicii. Deserebat enim omnes cõtamina-
tionis causa, vt in die dñi nudi ab spũsancto inuẽti, au-
Matth.7. dirẽt a iudice dño: Recedite a me, nõ noui vos. Sicut di
Roma. 8. cit ad Romanos: Si quis autẽ spiritum Christi nõ ha-
Ephe.4. bet, hic non est eius. Et in alia epistola: Nolite cõtrista-
re spiritũ sanctum dei. Si enim cõtristatur, deserit: & nõ
erit saluus: nõ vtiq; sibi, qui impassibilis est: sed nobis q̃
bus datus est, vt per illum dei filii esse probemur. Res
enim quæ amittitur, salua non est, non vtiq; sibi, quæ
vbicũq; sit, necesse est fit: sed ei a quo amittitur.

NON bona gloriatio vestra.) Hoc est mala. Læti « k
enim erant, cum magis contristari debuerant in
fratre tã acerbe peccãte, sicut tristis fuit Samuel
in Saule peccãte. A quo crimine mali doctores aut dis-
simulabãt, aut negligentius arguebãt, sicut & Heli fa-
cerdos filios suos peccantes in deum, ne amarus eis es-
set, non eos arguebat. ¶ Nescitis quia modicum fermẽ- «
tum totam massam corrumpit?) Ita & peccatũ vnius, «
quod cognitum nõ arguitur, multos contaminat: imo
omnes qui norunt, & non deuitãt, aut cum possint ar-
guere, dissimulãt. Non enim sibi videtur peccare, quã-
do a nullo corripitur aut vitatur. ¶ Expurgate vet⁹ fer- «
mentũ, vt sitis noua cõsperso.) Hoc duplici genere ac- «
cipiendũ est, quia est & fermẽtum humana doctrina, di
cente saluatore: Cauete a fermẽto pharisæorum, id est Mat. 16.
a doctrina. Et ad malam ergo doctrinã cauẽdam, & ad
hanc causam dictum est, quia & eiecto fornicatore, ve-
tus fermẽtum eiicitur. Ideo autẽ vetus, quia antiqui er
roris peccatum est. Noua autẽ cõsperso, Christi doctri-
na est. ¶ Sicut estis azymi.) Azyma ex causa nõ fermẽ- «
tatæ farinæ dictum est, cũ filii Israel eiecti sunt de Ęgy
pto: vt fermẽtum vetustas haberetur, azyma autem no
uitas. Abiectis enim veteribus erroribus Aegyptiorũ
in nouam legem inducti sunt. ita & Corinthii post Pa-
ganorũ errores in Euangeliũ Christi inducti sunt. Hor L
tatur ergo vt secundum professionem suã, quã ab Apo
stolo sub nomine Christi acceperant, & viuerẽt, iam vi-
tæ nouę cultores. hoc est azymos esse. ¶ Et enim pascha «
nostrum immolatus est Christus.) Secundũ legem do «
cet nouitatem paschæ ratione consistere, & ideo Chri-
stum esse occisum, vt ex eo noua prædicatio nouã face-
ret cõuersationem: vt quia paschæ rationem colimus,
veterem vitam nõ sequamur. Pascha itaq; immolatio
est, nõ transitus, sicut quibusdã videtur. Prius enim pa
scha, & sic transitus: quia ante exemplũ est saluatoris,
& sic signum salutis. Nec enim ante signum q̃ crux. nã
occiso vespere agno in Aegypto filii Israel pascha ege-
runt, ex cuius sanguine postes signauerunt, vt noctu an
gelus transiens, ea loca non contingeret quæ sanguine
agni fuerãt oblita. ¶ Itaq; festa celebremus non i fermẽ- «
to veteri.) Hoc est, lætitiam habẽtes renouationis, fa- «
cta vetera fugiamus, immunditiã omnem abiicientes
a nobis, quæ est corruptio: quia sicut fermẽtum totam M
massam corrumpit, ita & mala vita totum hominẽ. Er
go vt non solum a turpitudine vitæ nos obseruemus,
sed & ab iniquitatis studio, adiecit: ¶ Nõ fermẽto ma- «
litiæ & nequitię, sed i azymis synceritatis & veritatis.) «
Hoc est, vt synceritas mundam vitã faciat, veritas au-
tem omnem fraudem excludat.

SCRIPSI vobis in epistola, Ne cõmisceamini for- «
nicariis.) Scripsisse se significat prius, vbi cõmonet «
illos ne cõiungerẽt se malæ vitæ hominibus. Et qa
non intellexisse forte ea quæ scripserat, videbãtur: nunc
in hac epistola quid scripserit, interpretatur dicens: Nõ
vtiq; fornicariis huius mundi, sed a fratribus talib⁹ scri
pti recedendũ. ¶ Aut auaris, aut rapacib⁹, aut idolis ser «
uientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiisse.) «
Igitur intellectum eorũ arguit, qui putabant forte quia
ab incredulis, fornicariis, aut auaris, aut rapacibus, aut
idolis seruientibus prohibuisset, nõa fratribus: & ideo
illum qui vxorem patris habebat, inter se esse non egre
ferebant. Si igitur his cõmiscemini, inquit, melius erat
mori vos. Cõpendium est enĩ male agentibus si citius
moriantur, q̃ si diutius in peccatis versentur. ¶ Nũc autẽ «
scripsi vobis nõ cõmisceri. Si is qui frater nomiatur, est «
fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledi- «
cus, aut rapax, aut ebriosus, cum huiusmodi nec cibũ «
quidem sumere.) Cum infideli non prohibuit cibũ su- «
mere, quippe cum dicat: Si quis vos vocat ex infidelib⁹ 1. Cor. 10.
ad cœnam, & vultis ire: omne quod appositum fuerit,
manducate. Ideo ait: ¶ Quid enim mihi de iis qui foris «

A sunt, iudicare? Verum est quia perfidos episcopus non
potest iudicare: cum fratre autẽ in quo vitia hæc repe-
riuntur, non solum sacramenta nõ edenda, sed nec com
munẽ escã docet, vt erubescat cũ vitatur, & se corrigat.
» ¶ Nonne de iis qui intus sunt, vos iudicatis?) Iudicat
quis, dum discernit cui fratri adhæreat, quẽ arguat, quẽ
» deuitet. ¶ Nam eos qui foris sunt, deus diiudicabit.) Su-
perius, Nolite, ait, ante tempus iudicare. hic non prohi
bet. Sed superius incognita per suspicionem maxime
de rectore prohibuit iudicare, quia dei solius est occul-
ta iudicare. Hoc autem loco vt frater fratrem examinet
2. Cor. 13. etiã iubet, sicut alio loco dicit: Vosipsos tentate si estis
in fide: ipsi vos probate. Qui autem foris sunt, in die
Ioan. 3. iudicii dãnabuntur, quia dixit dominus: Qui non cre-
diderit, iam iudicatus est. In quo enim spes non est, pro
» mortuo habendus est. ¶ Auferte malum a vobis ipsis.)
Ad hoc commonet vt discernantur a malis & operi-
bus & hominibus.

CAPVT SEXTVM.

» AVDET aliquis vestrum aduersus alterum
» habens negocium, iudicari apud iniquos, &
» nõ apud sanctos?) Iniquos duplici genere si-
gnificat, quia & nõ credũt, & leges a deo mũ
do creditas, frequẽter cum adulatione interpretantur,
autoritatẽ horum idolis deputantes: ideoq; iniqui sunt.
Et quia in Ecclesia magis lex est, vbi dñs legis timef,
B melius dicit apud dei ministros agere causam. facilius
enim de dei timore sententiam legis veram promunt.
» ¶ Aut ignoratis quoniam sancti de mundo hoc iudica-
» bunt?) Nihil ociose dicit Apostolus. Ideo enĩ hũc mũ
dum dixit, vt ostẽdat & alterum: quia & Ioannes apo-
1. Ioan. 2. stolus, Nolite, ait, diligere hunc mundũ. Et dñs in euã
gelio: Sic, inquit, dilexit deus hunc mundũ. &c. Hic er-
go mundus in errore est, nõ ille superior, ad cuius simi-
litudinem hic factus est. Vnde homo hic positus est ad
imaginẽ dei factus, vt sicut in superiore mundo ab vno
deo sunt omnia, ita & in hoc ab vno homine omnes ha
berent originem. Hinc est vnde Moyses in Deutorono
mio, Cũ diuideret, inquit, altissimus gentes, quemad-
modum dispersit filios Adæ: statuit fines gentium se-
cundum numerũ angelorum dei. Quid tã apertũ hunc
mũdum superioris esse imaginem certa ex causa? Est
ẽnim & Hierusalem inferior, & illa superior, quam ma
trem nostrã vocat idẽ Apostolus. Est & inferior para-
disus, in quo homo positus, mandatũ & vt operaretur
C ibi, & vt custodiret, accepit. Est & ille cælestis, in quo ra
ptus Apostolus audiuit verba arcana. Iudicabunt er-
go sancti hũc mũdum, quia exemplo fidei illorum per-
» fidia mũdi dãnabitur. ¶ Et in vobis iudicabitur hic mũ-
» dus.) Tunc iudicatur hic mũdus in nobis, si opus per-
» fidorum hominũ nõ inueniatur in nobis. ¶ Indigni er-
» go sunt huiusmodi qui etiã de minimis iudicent.) Hoc
est, non sunt vtiq; indigni ii qui ipsum mundũ iudicatu
» ri sunt, ea iudicare quæ mundi sunt. ¶ Nescitis quoniã
» angelos iudicabimus?) Addit plus dicendo: Angelos
iudicabimus, id est, potentias spirituales, quas alio loco
tradit in cælestibus degere, eodem genere iudicandos
» angelos a nobis, quo & mũdus iudicabitur. ¶ Secularia
» igitur iudicia si habueritis, contẽptibiles qui sunt in Ec
» clesia, illos ad iudicandum constituite.) Secularia iudi
cia sunt ad corpus pertinentia vel corporea. Et qa non
sic fieri debet, adiecit: Ad verecundiam vestram dico.)
Ne supra, quia negocium nominauit, sed quale, non si-
gnificauit, sunt enim & diuina negocia, dicente eodẽ:
Adiutor negocii mei: & secularia forte iudicia qa pro-
hibuerat apud perfidos agenda, quamuis in Ecclesia, si-
cut audierant, a qualibuscũq; tamen putarent audiẽda
aut terminanda: ad ruborem eorum ait: Contemptibi-
les qui sunt in ecclesia, illos ad iudicandum constituite.
Sunt enim in ecclesia & lignea vasa. Tam ergo intra- D
stabiles & incõsideratos eos significauit, vt imperitos
forte ex fratribus iudices eligerẽt. hoc de experto Apo
stolus. Sciebat enim q̃ tepidi & improuidi in reliquis
causis fuerant deprehensi. ¶ Sic non est inter vos quis- «
quam sapiens, qui possit iudicare inter fratrem suum?) «
Quia ergo sunt, inquit, sapiẽtes fratres, aliqui horũ eli-
gantur ad iudicandum, quorum iudicium miretur mũ
dus. Magnus enim pudor est si inter eos qui dicuntur
deum cognouisse, nõ inueniatur qui examinare possit
negocium iurxta ius euangelicum. Ideo autem fratrem
iudicem eligendum dicit, quia adhuc rector in Ecclesia
illorum non erat ordinatus. ¶ Sed frater cum fratre in-
dicio contendit, & hoc apud infideles.) Manifestum est
quia infideles, aut arbitros, vt assolet fieri, postulatos si
gnificat, aut iudicem publicũ, cui dici solet: Hodie dies
sacrorum est, ius dici non potest.

IAM quidem omnino delictum in vobis est, quod
iudicia habetis inter vos.) Peccatum esse significat
quia frater cum fratre litigat, cum dãda opera sit vt
concordes sint quasi germani, maxime cũ fides nostra
paci studeat. Quanquã enim Christianus litigare non
debeat, tamen si graue fuerit, & quod cõtemni non pos
fit, causam ad Ecclesiam deferat, ne & dãnum ad præ- E
sens & offensionem forte incurrat. ¶ Quare non magis
iniuriam accipitis? quare nõ magis fraudem patimi-
ni? Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis, & hoc fratri-
bus.) Nũc hos corripit, quorum iniustitia iurgium ge-
neratur: quia non solũ per fraudẽ admissam rei sunt, sed
& partẽ habent delicti illorũ, qui coacti iniuria aut frau-
de eorum, infideles rogant ad iudicandum: & cum frau
dem aut iniurias illatas persequi non deberent, non so-
lum vindicant, sed & ipsi fraudem & iniurias faciũt, vt
punienda exempla fratribus tribuant. Et quid aliis fa-
cere credatur, qui non parcit suis?

AN nescitis quia iniqui regnum dei non possidẽ-
bũt?) Hoc dicens, ostendit illos non nescios pec-
care, ac per hoc grauius vindicandum. Si enĩ im-
misericordes rei sunt apud deum, quãto magis iniqui?
¶ Nolite errare: neq; fornicarii, neq; idolis seruiẽtes, ne- «
que adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubito- «
res, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, ne- «
que rapaces regnum dei possidebunt.) Non hæc ideo «
memorauit, quasi nescirent, apud quos annum & sex
menses sedit docens Euangelium dei: sed commo-
nuit, vt resuscitaret in illis reuerentiam legis, & meri-
tum ad regna cælorum. ¶ Et hæc quidem fuistis.) Ne «
omnibus hoc adscribere videretur, aut certe omnes ab
his criminib⁹ immunes faceret si faceret, (probibuisse
enim videbatur, nõ reuelasse crimina illorum) idcirco
ficait: Et hæc quidẽ fuistis. Et ne ad iram illos prouo-
caret, adiecit: ¶ Sed abluti estis.) Vt agnoscẽtes crimi- «
na rei facti, statim respirarẽt audiẽtes, Sed abluti estis. F
Solent enim aliqui pudorem pati, & corrigere cum de
se audiunt bona. ¶ Sed sanctificati estis, sed iustificati
estis in noie dñi nostri IESV Christi, & spiritu dei no
stri.) Hæc omnia beneficia puritatis in baptismate cõ-
secuti noscuntur: quod est fundamentum euangelicæ
veritatis. Illic enim omnibus peccatis depositis, abluis-
tur credens, & iustificatur domini nomine, & per spiri-
tum dei nostri deo filius adoptatur. Per hæc admonet
illos quanta & qualis sit gratia, quã per verã traditionẽ
assecuti sunt: post ea vero cõtra hãc regulã fidei impulsu
malorum doctorum sentientes, his beneficiis se exue-
runt. Vnde id agit, vt reuocet illos ad primam senten-
tiam, vt recuperent quod fuerant consecuti.

OMNIA mihi licent, sed non expediunt.) Qui- «
busdam videtur propter libertatem concessi ar-
bitrii dixisse Apostolũ: Omnia mihi licent. &c.
vt liceat fornicari, sed nõ tamẽ expediat. Sed quomodo
licet quod ꝓhibetur? Aut certe si omnia licẽt, nihil po-

G teſt dici illicitum. Sed licet, non tamen expedit. Hęc ſuſurrant potius q̃ aſſerunt aut immemores, aut negligẽtes. Marci. 6. Dicit enim Ioannes baptiſta ad Herodem: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Sed forte Ioãnes expers fuerit humani eloquii inſpirat⁹ in vtero: quia ſi hoc eſt, dicere debuit, licet tibi, ſed non expedit. Sed & dominus ſimiliter mulieri Chananææ ait: Mat. 15. Nõ licet accipere panem filiorũ, & mittere canibus. Et iterum dicit Lucæ. 6. dñs Iudæis: Non legiſtis quid fecit Dauid cum eſuriret, quomodo intrauit in domũ domini, & panes propoſitionis accepit, quos nõ licebat ei edere? &c̃. Om̃e ergo quod prohibetur, nõ licet, ſed aliquãdo interueniẽte cauſa aliqua nõ expedit. ¶ Omnia mihi licent, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate.) Omnia ſibi licere dicit, ea ſcilicet quę & coapoſtolis eius licuerũt, quæ & lex cõtinet naturalis, nõ Moyſi: quia multa prohibuit Moyſes propter duritiam cordis populi increduli & ceruicoſi. Tamen ſi ad cauſam reſpicias, aliud fuit in ſenſu apoſtoli vt hæc loqueretur. Hæc enim præmiſit poſtea acturus hanc cauſam, ſicut fecit & de illo qui inceſtũ admiſerat. Proponit enĩ deſignãs qd acturus eſt poſtea. Deniq; ſtatim ad ſuperiorẽ ſenſum breuiter interim recõmendata redit. Hoc enim ideo dixit, quia licebat illi ab his ſumpt⁹ accipere. Sed quoniã ſciebat pſeudoapoſtolos occaſionem quærere accipiendi, noluit ab his accipere, ne cauſa ventris vigor euangelicæ veritatis torpeſceret. Si enim ab iis acciperet quos in tantis vitiis arguebat, autoritatem magiſterii conceſſam ſibi a domino inclinabat. Non enĩ poteſt cõſtanter argui a quo accipitur, maxime cum ideo promptus ad dandum ſit, vt ſibi humiliet præpoſitũ. Vnde & dicit: Sed ego ſub nullius redigar poteſtate. ¶ Eſca ventri, & venter eſcis, deus autẽ & hunc & has deſtruet.) Deſtructio ventris eſt, cum edendi ceſſat officiũ: eſcæ vero deſtructio tunc H erit, quando ſteterit natiuitas. Pſeudoapoſtoli autem, qui non vtiq; religionis cauſa, ſed quæſtus circũibant, peccantibus amari eſſe nolebant. ¶ Corpus autem non fornicationi, ſed domino.) Nunc redit ad ſuperiorẽ ſenſum. ¶ Et dominus corpori.) Quid dominus corpori? Subaudiatur, immortalitatẽ reſuſcitato pręſtabit. Corpus enim deo dicatũ, dono ſpiritali remunerabitur merito ducis, id eſt animi. ¶ Deus vero & dñm ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuã.) Idem ſenſus eſt, quẽ exemplo voluit dominicæ reſurrectionis firmare. Virtus tamen dei Chriſtus eſt, qua nos ſuſcitauit, & ipſum dñm. Hoc dixit q̃a ipſe dñs corpus ſuũ ſuſcitauit: ſicut Ioan. 2. & ipſe dñs ait: Soluite tẽplũ hoc, & ego tribus dieb⁹ ſuſcitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis ſui.

NESCITIS quoniam corpora veſtra mẽbra ſunt Chriſti?) Corpora noſtra mẽbra Chriſti ſunt, ſed I in nouum hominem, qui ſecundũ deum creatus eſt, quia ipſe eſt caput Eccleſiæ. ¶ Tollens ergo membra Chriſti, faciã mẽbra meretricis? Abſit.) Ait quia meretrici adhærentia membra deſinunt eſſe membra Chriſti. ¶ An neſcitis quia qui adhæret meretrici, vnũ corpus fit?) Hoc dicit quia qui cõtaminationi ſe admiſcet, vnum fit cum eo cui ſe admiſcet. Fornicatio enim ambos vnum facit, vt quomodo in natura, ſic & in macula vnum ſint. ¶ Erunt, inquit, duo in carne vna.) Manifeſtũ eſt, vt q̃a mulier de viro eſt, ambo in carne vna ſint. ¶ Qui autem adhæret domino, vnus ſpiritus eſt.) Quoniam in bene agentibus ſpiritus dei eſt cõmunis cum deo & hominibus.

FVGITE fornicationem.) Recte fugiẽdam monet fornicationẽ, per quã filii dei fiunt filii diaboli. ¶ Omne peccatum quodcũq; fecerit homo, extra corpus eſt.) Quia cætera peccata etſi per corpus generantur, non tamẽ animã ita carnali cõcupiſcẽtia faciunt obſtrictã & obnoxiã, queãdmodum cõmiſceri facit animam cum ipſo corpore vſus libidinis agẽs in opere carnalis fornicationis: quia intãtum agglutinatur anima corpori, vt in ipſo momento nihil aliud cogitare homini liceat aut intendere, quia ipſam mẽtem captiuã ſubdit ipſa ſubmerſio & abſorbitio libidinis & cõcupiſcentiæ carnalis. K Vnde ſubditur: ¶ Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.) Oſtẽdit grauiſſimum eſſe peccatum, quia ex hoc omne deperit corpus, in cæteris autem peccatis portio perit, nõ totum. Totũ enim corpus vir eſt & mulier, quia portio viri eſt mulier. Quicũque enim aliud peccatum admiſerit, extra ſe peccat: fornicarius vero in carnem ſuam peccat. Age, ſi laqueo vitam finiat, au ferro ſe trucidet: non in corpus ſuũ videtur peccare, ſed in animam, cui vim facit. Fornicari autẽ corporale delictum eſt, quod & corpus cõtingit & animã. Nõ enim ſine deſiderio carnis, quia habet & caro propriũ motum, anima cõcupiſcit vt peccet in carnẽ, quãuis ſine anima nihil poſſit. Per id ergo quod in carnem, quæ ex ſe eſt, peccat, (ad originẽ enim retulit) in corpus ſuũ dicit peccare, vt deſinat a fornicatione quaſi ſibi parcẽs. Nouatiano tamẽ hic qui fornicatur, nõ in corpus ſuum videtur peccare, ſed in Chriſti. Aliter enim hoc pronũciat, vt etiam illum qui fornicatur, in ſpiritumſanctum dicat peccare, propter cauſam qua ſciſſus eſt ab Eccleſia. Hoc nulla ratione aſtrui poteſt. corpus enim Chriſti non eſt vnus aut duo Chriſtiani, ſed omnes, ſinguli autem mẽbra ſunt. Quomodo ergo qui fornicatur, in corpus Chriſti peccat, cum nõ oẽs contaminet? Quod ſi ita eſſet, vt Nouatiano videtur, cætera omnia peccata extra deum eſſent, & ſola fornicatio peccatum eſſet in deum: etiam qui vadit ad idola, nõ peccat in deum, neq; qui negat in perſecutione, quia omne peccatum L quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt Chriſti, ſicut illi videtur. Si autem & hoc aliter voluerit pronunciare, vt neget aliquod extra corpus Chriſti eſſe peccatũ, cogetur dicere quia omnis quicunq; quodcunq; peccatum fecerit, in deum peccat & in ſpiritumſanctũ, vt & fur, & periurus, & mendax in ſpiritumſanctum peccare dicatur. Et quomodo eſt illud quod ait dñs: Mat. 12. Quia omnia peccata & blaſphemiæ remittentur hominibus: qui autẽ peccauerit ĩ ſpiritũſanctũ, nõ remittetur ei neq; hic, neq; in futurũ? Apparet vtiq; exceptis cęteris peccatis aliud eſſe peccatũ quod peccatũ dicitur in ſpiritumſanctũ. Quibuſdã iterum videtur quia qui fornicatur, ideo in corpus ſuũ dicitur peccare, quia Eccleſiæ membrum eſt: & ſe contaminans, in Eccleſiam peccat, cuius membrum eſt. Qui ergo Eccleſiæ mẽbrum eſt, dicendum eſt illi cum fornicatur, quia non ſibi ſed in Eccleſiam peccat. Porro autẽ dicit Apoſtolus quia qui fornicatur, per id quod in portionẽ ſuam delinquit, in corpus ſuum peccat. ¶ An neſcitis quia corpora veſtra templũ eſt ſpiritusſancti, quem habetis a deo?) Superius templum dei dixit, hic templum ſpiritusſancti, quia in ſub- M ſtantia hoc eſt ſpiritusſanctus, quod deus. Hoc idcirco dixit, vt corpora noſtra incõtaminata ſeruaremus, vt poſſit illic ſpiritusſanct⁹ habitare. ¶ Et non eſtis veſtri. Empti enim eſtis precio magno.) Manifeſtũ eſt quia qui emptus eſt, nõ eſt ſui arbitrii, ſed eius a quo empt⁹ eſt, vt nõ ſuam ſed illius faciat voluntatẽ. Et quia caro precio empti ſumus, propẽſius dño noſtro ſeruire debemus, ne offenſus, a qua nos redemit, morti nos reddat. Q; enim cariſſimo precio nos emit, vt ſanguinem ſuũ daret pro nobis. ¶ Clarificate & portate deum in corpore veſtro.) Hoc eſt clarificare & portare deum in corpore, vt ſecundum legem eius ambulemus. Per legẽ enĩ ſuam ipſe videtur in nobis. Portare tamen deum hoc eſt, imaginem dei in rebus beneg eſtis oſtendere.

CAPVT SEPTIMVM.

DE HIS autem quæ ſcripſiſtis mihi, bonum eſt homini mulierem non contingere.) Prauis ſenſibus pſeudoapoſtolorum exagitati, qui nuptias per hypocriſin, vt puriores cæte-

A ris viderentur, ſpernẽdas docebant, hæc per epiſtolam ab Apoſtolo requirebant. Quia enim non oblectabãtur hac ſententia, prætermiſſis cæteris hoc ſolum requirunt. Quib⁹ tamen reſpondit bonum eſſe quidem mulierem nõ contingere, quanquã non illi iſtud ſimpliciter aſſerant, ¶ Tamen propter fornicationẽ.) Hoc eſt, ne quid contra legẽ admittatur, cũ quãdo quod lex non prohibet, vitatur. ¶ Vnuſquiſq; vxorem ſuam habeat, & vnaquæq; ſuum virum habeat.) Solent enim qui cõpendium quærunt, errare. Qui enim fieri poſſet vt hi ab vxoribus ſuis ſe abſtinerent, quos in tantis vitiis reperit? Ideo ergo non permittit, ne ab licitis ſe abſtinentes, inconceſſa præſumerent, ſicut faciunt Manichæi. ¶ Vxori vir debitũ reddat, ſimiliter & vxor viro.) Inuicem ſibi ſubiici illos ĩ cauſa, vt quia vnũ corpus ſunt, vna eorum ſit & voluntas in lege naturæ. ¶ Mulier autem ſui corporis poteſtatem non habeat, ſed vir: ſimiliter & vir ſui corporis poteſtatem nõ habeat, ſed mulier.) Hoc dicit quod neq; viro neq; mulieri liceat corp⁹ ſuum alii tradere. Inuicem enim ſibi debitores ſunt in hac cauſa, ne peccandi daretur occaſio. ¶ Nolite fraudare inuicem.) Hoc dicit vt conueniat illis in re vxoria, ne diſſenſio generet fornicationem. ¶ Niſi ex conſenſu ad tempus.) Id eſt vt ex condicto abſtineãt ſe propter gratiarum actiones. ¶ Vt vacetis orationi.) Quanquã enĩ ſine intermiſſione orãdum ſit, (meditatio enim hæc omni die facienda eſt) tamen vt orationi inſiſtatur, huic rei vacandum præcipit interpoſitis temporibus ad dominum promerendum. Vt enim miſereatur, mũdius exorandus eſt. Quamuis munda ſint coniugia, tamen B etiam a licitis abſtinẽdum eſt, vt facilius ad effectũ deducatur oratio. Nam & in lege ſanctificari volẽtes, inter cætera etiam ab vniſpaſſis iuſſu domini temperabant, vt fierẽt ſanctiores. Cum enim quis etiam cõceſſa non cõtingit, oſtendit ſe velle quod precatur accipere. Aliter. Quoniam coniugiis cõſilium dat vt ad ipſum dominum reuertantur, abſtinẽtes ab vxoribus ſuis, vt poſſint dignius accipere corpus domini. ¶ Et iterum reuertimini ad idipſum.) Quoniam cõſilium cõiugiis dat poſt dies orationis ad vſum naturalem reuerti debere. ¶ Ne vos tentet ſatanas propter intemperãtiam veſtram.) Interpoſitis diebus abſtinendum monet, ne C occaſio detur diabolo, ſicut dicit Petrus Apoſtolus, 1. Pet. 5. Ecce diabolus vt leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Si enim cauſa filiorum creãdorum ducitur vxor, non multũ tempus cõceſſum videtur ad ipſum vſum, quia & dies feſti, & dies purgationis, & ipſa ratio conceptus & partus iuxta legem ceſſari tẽporibus his debere demonſtrant.

HOC autem dico ſecundum indulgentiã, non ſecundum imperiũ.) Manifeſtum eſt ideo hoc illum dare cõſilium, vt fornicationẽ excludat, nõ vt ad meliorem vitam tẽdentibus iter claudat. ¶ Volebã autẽ oẽs homines eſſe ſicut meipſum.) Quãtum ergo ad beneuolum & ſolicitum magiſtrum pertinet, oẽs tales, ſi fieri poſſet, volebat eſſe ſicut ſeipſum. Quales autẽ ipſe erat, mox in ſubiectis oſtendit. ¶ Sed vnuſquiſq; proprium donum habet a deo, alius quidem ſic, alius vero ſic.) Hoc eſt, vnuſquiſq; iuxta votum ſuum donum dei habet, vt ſi velit, ipſius nutu dei poſſibilitatem conſequatur. Ideo nõ debet quis conſtringi, ne a licito prohibitus, illicita admittat, ſed ipſe ſibi eligat quid ſequatur.

DICO autem nõ nuptis & viduis, bonũ eſt illis ſi ſic ꝑmaneant, ſicut & ego.) Nõ diceret, Bonũ eſt innuptis vt ſint ſicut & ego, niſi eſſet integer corpore. Nec diceret, Omnes homĩes volebam eſſe ſicut meipſum. Si enim habuerit vxorẽ, & hoc dixit, virgines eſſe noluit. ſed abſit. Sic enĩ a pueritia ſpiritui ſeruiuit, vt huius rei ſtudium non haberet: quippe cum iuuẽculus anticipat⁹ ſit a gratia dei. Poſtq̃ dixit vnumquemq; propriũ donum habere a deo, oſtẽdit in qua re D melius eſt eſſe propẽſiorẽ, quia in eo adiuuatur quis qđ videtur auiditate mẽtis appetere. ¶ Quod ſi ſe nõ cõtinẽt, nubãt.) Imitari illos vult cõtẽdere vt ſe cõtineant. Quod ſi impulſu carnis perſeuerare ſe viderint nõ poſſe, quia nec ſunt promptiores in eo ipſo, vt adiuuentur a deo: (Illum enim de⁹ iuuat, quem videt tota virtute cõtendere) nubãt itaq; ſi vri timent. Forte enim poterũt hoc poſtea adipiſci. Digeſto enĩ impedimẽto reparat ſe voluntas robuſtiore virtute. ¶ Melius eſt enĩ nubere q̃ vri.) Non ideo dixit, Melius eſt nubere q̃ vri, quaſi bonum ſit vri, ideo nubere melius: ſed cõſuetudinem ſecutus eſt. Solemus enim dicere: Melius eſt lucrum facere q̃ damnum. Vri vero eſt deſideriis agi vel vinci. Cum enim voluntas calori carnis conſentit, vritur. Nam deſideria pati, & non vinci, illuſtris viri eſt & perfecti.

HIS autem qui matrimonio iuncti ſunt, pręcipio non ego, ſed dominus.) Poſtquã innuptis & viduis locut⁹ eſt, hos alloquitur qui matrimonio iuncti ſunt, ore dominico: ¶ Vxorem a viro nõ diſcedere. quod ſi diſceſſerit, manere innuptã.) Hoc Apoſtoli cõſilium eſt, vt ſi diſceſſerit propter malã cõuerſationẽ viri, iam innupta maneat. ¶ Aut viro ſuo recõciliari.) Quod ſi cõtinere ſe, inquit, non poteſt, quia pugnare nõ vult cõtra carnem, viro recõcilietur. Non enim permittitur mulieri vt nubat, ſi virum ſuum cauſa fornicationis dimiſerit, aut apoſtaſiæ, aut ſi illicite impellẽte laſciuia vſum quærat vxoris: quia inferior nõ omnino hac lege vtitur qua potior. ſi tamen apoſtatet vir, aut vſum quærat vxoris inuertere, nec alii poteſt nubere mulier, nec reuerti ad illum. ¶ Et virum vxorẽ non dimittere.) Subauditur autẽ, excepta fornicationis cauſa. Et ideo non ſubiecit dicens, ſicut de muliere, quod ſi diſceſſerit, manere ſic: quia viro licet ducere vxorem ſi dimiſerit E vxorem peccantem: quia non ita lege conſtringitur ſicut mulier. Caput enim mulieris vir eſt. ¶ Nam cæteris ego dico, non dominus.) Hoc enim dixit, vt oſtẽdat quid proprio ore dominus iuſſit, & quid huius autoritati conceſſit, quia per iſtum domin⁹ loquitur. Ait enĩ: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur 2. Cor. 13. Chriſtus?

SI quis frater vxorẽ habet infidelẽ, & hæc conſentit habitare cum illo, nõ dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virũ infidelẽ, & hic conſentit habitare cũ illa, non relinquat virum.) Hoc dixit quia inter illa primordia cum ambo vtiq; eſſent gentiles, fiebat vt vnus ex his crederet: & quia horrebant perfidi culturam dei, ſimiliter & credentes contaminationem præteriti erroris, ideo præcipit vt ſi cõtenti eſſent habitare cum immutatis, cõtenti eſſent fideles cum illis. ¶ Sanctificatus eſt enĩ vir infidelis in vxore fideli, & ſanctificata eſt mulier infidelis a viro fideli.) Habere illos beneficium bonæ volũtatis oſtẽdit, quia horrorẽ nominis Chriſti nõ habent: & ad tuitionẽ hoſpitii pertinet, in quo ſignum F ſit crucis, quo mors victa eſt. ſãctificatio enĩ eſt. ¶ Alioquin filii veſtri immundi eſſent.) Immundi eſſent filii eorũ, ſi dimitterẽt volẽtes habitare ſecum, & aliis ſe copularent. Eſſent enim adulteri, ac per hoc & filii eorum ſpurii, ideo immundi. ¶ Nunc autem ſancti ſunt.) Sancti ſunt, quia de cõiugiis licitis nati ſunt, et q̃a ſub creatoris veneratione nati ſunt propẽſiore ex parte: quia ſicut quicquid per dicationem idolorũ fit, immundũ eſt: ita & quicquid ſub dei creatoris ꝓfeſſione fit, ſanctũ eſt. ¶ Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat.) Propoſitũ religionis cuſtodit præcipiendo ne Chriſtiani relinquãt cõiugia: ſed ſi infidelis odio dei diſcedit, fidelis nõ erit reus diſſoluti matrimonii. Maior enĩ cauſa dei eſt, q̃ matrimonii. ¶ Nõ eſt enĩ frater aut ſoror ſeruituti ſubiectus in huiuſmodi.) Hoc eſt, nõ debetur reuerentia cõiugii ei qui horret autorẽ coniugii. Non enim ratũ eſt ma-

/paulg fuit Xgo ./.

G trimonium quod sine dei deuotione est, ac per hoc non
est peccatum ei qui dimittitur propter deum, si alii se
iunxerit. Cōtumelia enī creatoris soluit ius matrimo-
nii circa eum qui relinquitur, ne accusetur alii copulat⁹.
Infidelis autē discedēs, & ideī & ī matrimoniū pecca-
re dinoscitur, quia nolunt sub dei deuotione habere cōiu
giū. Itaq; nō est ei fides seruāda coniugii, q ideo recessit,
ne audiret autorē esse Christianorū deū coniugii. Nā si
Esdra dimitti fecit vxores aut viros infideles, vt, ppiti⁹
fieret de⁹, nec irat⁹, si alias ex gñe suo acciperēt: (nō enī
ita præceptū his est, vt remissis istis alias minime du-
cerent) quāto magis si infidelis discesserit, liberum ha-
bebit arbitrium, si voluerit nubere legis suæ viro? Illud
enim nō debet imputari matrimonium, quod extra le-
gem dei est: sed cum post cognoscit, & dolet se deliqui-
sse, se emendat, vt veniam mereatur. Si autē ambo cre-
» dideriṅt, per cognitionem dei confirmāt coniugiū. ¶ In
» pace autem vocauit nos deus.) Verū est, quia nō opor
tet litigare cū eo qui discedit, quia odio dei discedit, ac p
» hoc necdignus habēdus est. ¶ Quid enim scis mulier si
» virum saluum faciās? aut vnde scis vir si vxorem saluā
» faciās?) Hoc dicit quia forte possunt credere qui nō hor
» rent nomen Christi. ¶ Nisi vnicuique sicut diuisit dñs.)
Diuisit vnicuiq; dñs qū saluet, hoc est, scit qū possit cre-
dere, & sustinet illū. sic & hic docet expectandos eos, nec
scandalū de his pati debere, quia custodiēda est spes il-
» lorū. Si enī ipsi discesserint, diffimuladū ab his. ¶ Vnū-
» quēq; sicut vocauit deus, ita ambulet.) Hoc est, vt si ma-
trimonio iūctus est q credit, nō deserat, neq; vir, neq; mu
» lier, sed sic maneat, siue Iudæus, siue Græcus. ¶ Sicut in
» omnibus Ecclesiis doceo.) Vt sua deat, nō se aliter his
tradere dicit q̄ cæteris: vt cum cæteros huius fidei hoc
H doceri audiunt, prōptius assequantur. Facile enim quis
» inclinatur si viderit socium consensisse. ¶ Circūcisus ali
» quis vocatus est? non adducat præputium.) Hoc est qd
dixit, vt ita ambulet sicut vocat⁹ est: vt Iudæus factus
Christianus, nō putet se fore indignum quia præputiū
» non habet, dans gloriam præputio. ¶ In præputio quis
» vocatus est? non circumcidatur.) Vt gētilis vocatus nō
æstimet se debere circuncidi, per id quod filios Abrahę
audit præponi. Nec enim quia circuncisi sunt, præpo-
nuntur, sed merito Abrahæ, cuius filii sunt in vtroq; si
credant: si quo minus, peiores erunt gētilibus. Deteri⁹
» est enim fuisse & non esse, q̄ nunquam fuisse. ¶ Circūci-
» sio nihil est, & præputium nihil est.) Manifestum est
» quia nec obest, nec prodest. ¶ Sed obseruatio mādatorū
» dei.) Id est, fides propitium facit deum, si bonis operi-
bus approbetur.

» VNVSQVISQVE in ea vocatione in qua
» vocat⁹ est, in ipsa pemaneat.) Hoc firmat quod
» supra dixit. ¶ Seruus vocatus es? non sit tibi cu-
» ræ: sed & si potes liber fieri, magis vtere.) Hortatur vt
I bene seruiens de dei timore carnali dño, dignum se fa-
ciat libertate, ne audiēs forte, Seruus vocatus es? nō sit
tibi curæ: negligentior esset circa bonos actus carnalis
domini, & doctrina Christi blasphemaretur, & necille
deū pmereretur: quia in his terrenis bene seruiēs, me-
Luc.16. ritum sibi collocat apud deum, quia dixit dñs: Q̄ui in
» minimo fidelis est, & in maguo. ¶ Q̄ui enim in dño vo
» catus est seruus, libertus est domini.) Ereptus enim a
peccatis, quæ vere seruos probant, libertus fit. Hic enī
omnino seruus est, qui imprudenter agit, sicut & vete-
ribus placuit, qui omnes sapiētes liberos appellarunt,
Eccli.10. imprudentes autē oēs seruos. Vnde & Salomon: Ser-
uo, inquit, sapienti liberi seruiunt. Hic ergo qui credit,
etsi seruus sit ad tempus, quia rem facit prudētē vt cre-
dat in Christum, libertus fit dñi. Si ergo peccata seruos
faciunt, sicut Cham filius Noe peccati & imprudentiæ
causa factus est seruus: cum accipit remissionē peccato-
» rum, libertus efficitur. ¶ Sīt qui liber vocat⁹ est, seruus
» est Christi.) Profectus est, ex libero seruum fieri Chri-
sti. Liber enim erat a deo, quod maximum crimen est, &
& ideo amissa amara & contraria libertate, conditionē
sortitus est quæ prodest, sicut dicit dñs: Tollite iugum Mat.11.
meum super vos, quia suaue est: & onus meum, quia le
ue est. Superbiam itaq; abscidit, & vsitatē fecit, vt neq;
seruus pudore cōditionis despectum se putet, neq; liber
elatione mētis inflat⁹, seruo se superponat. ¶ Precio em
» pti estis, nolite fieri serui hominum.) Verū est, quia ca
» ro precio empti sumus, vt a nullo redimi potuissemus,
nisi a Christo, qui omnium dūes est. Q̄ui ergo precio
emitur, magis seruire debet, vt aliquatenus vicem red-
dat emptori. A deo ergo empti, id est a Christo, serui
hominū esse nō debēt. Serui autē hominū hi sunt, qui
humanis se subiiciūt superstitionib⁹. Apostolus tamē
illud memorat, quod in capite epistolæ reprehendit, eo
quod dicerēt: Ego sum Pauli, alius autē, Ego Apollo.
dedit tamē articulum, Christum fatēdum deum, quā-
do seruos Christi nō hominis seruos appellandos ostē-
dit. ¶ Vnusquisq; frater in quo vocat⁹ est, in eo manēat
» apud deum.) Hoc est quod supra dixit, quod vt plene cō
» mendet, reiterat.

DE virginibus autem præceptū nō habeo.) Hoc
» ad scripta illorum respōdit, sicut supra dixit, De
quibus autē scripsistis mihi. &c. ¶ Consiliū autē
» do tanquā misericordiā consecutus a domino, vt sim fi
» delis.) Præceptū de virginibus negat se accepisse, quia
non poterat autor cōiugii rem aduersam nuptiis impe
rare, ne factum suum pristinū accusaret. Cōsilium autē,
ait, do. nō quod displiceat, neq; quod adulatione fucatū
sit, quia ad hoc gratiam cōsecutus est, vt idoneus sit in L
dādis cōsiliis salutarib⁹. ¶ Existimo ergo hoc bonū esse
propter præsentē necessitatē, quia optimum est homi-
ni sic esse.) Bonum dicit esse virginē permanere. Et vt
hoc absolutius ostēderet, propter præsentem necessita-
tem, ait: quia optimum est vt inter bonū & optimum
nihil tam præclarum atq; vtile esse cognoscerur, q̄ est
virginitas: quia non solum apud deum virginitatem
cōmendatiorem docet, sed & apud vitam præsentē, dū
necessitates temporis nescit quas patitur cōiugatio, &
mœrores partus, simulq; orbitates filiorū ignorat. Vt
ergo ad hanc affectandā hortaretur, præsentis necessita
tis exitia lucrari docet has quæ illam dilexerint, vt cum
non solum hāc apud deum locum meliorem habere di
scant, verumetiam in præsenti, omni industria hanc ap
peterent. Vnum enim est quod laborat, vt affectum
carnis vincat, in cæteris oibus libera. Q̄uia enim caro
in origine sua est & natura, vsus eius suauis videtur, & M
dulcis affectus videtur: ideo hæc superare, non breuis
gloriæ est. ¶ Vinctus es vxori? ne quæsieris solutionē.)
» Hæc remedium cōsilia sunt. Dicit enim non debere
quenquā absolui ab vxore, nisi causa fornicationis. Fre
quenter enim suas dimittentes, sub tegmine cōtinētiæ
alias decipiūt, refrigescēte proposito. Sed si melius vult
viuere cum vxore sua posit⁹, exhortetur illā, vt sine scā-
dalo purius viuant. ¶ Solutus es ab vxore? ne quæsieris
» vxorem.) Vt sciens hoc magis deo acceptū, & a neces-
» sitate liberum, nō quærat vxorē, ita tamen, vt a cæteris
temperet. Si quo minus, quid prodest desideriū carnis
premere? hoc est, rem licitam spernere, & illicitis subia-
cere? ¶ Si autem acceperis vxorem, nō peccasti.) Non
» vtiq; peccat: quia quod concessum est, facit. Si vero con
tempserit, meritum sibi collocat & coronam. Magnæ
enim patiētiæ est hoc non cōtingere quod prohibitum
non est. ¶ Et si nupserit virgo, non peccauit.) Non pec-
» cat, quia apud deum ex hac causa libera est. ¶ Tribula-
» tiones tamen carnis habebunt huiusmodi.) Hoc est, et
» si a peccato liberi sint, in hac tamen vita tribulationes
habebunt. gemitus ventris, nutrimenta filiorum, vi-
ctus, tegumēta, dotes, ægritudo, apparat⁹ domus, vxo
ris necessitas, mariti dominatio. ¶ Ego autē vobis par-
» co.) Parcit, quando ad hæc magis prouocat, quæ tribu

A lationes carnis & solicitudines memoratas excludunt.
Potest sic videri parcere, cum permittit, & nō contra-
» dicit volentibus: quod onerosum ostendit. ¶ Hoc itaq;
» dico fratres, tēpus breuiatū est, reliquum est.) Breuia-
tum tēpus & reliquum dicēs, finem mundo imminere
significauit, quanuis sciret adhuc tēpora superesse. Sed
aliter scribere non debuit propter hos qui lecturi hæc
tunc sunt cum perbreue supererit tēpus: ne semper dū
lōge esse putaretur dies iudicii, aut nón timeretur, aut
falsum esse æstimaretur. Illud autem quod dicitur, cū
adhuc lōge sit, imminere, multum proficit. Terrorem
enim incutit ad meliorem vitam agēdam hominibus.
Denique hic in præsenti quàm soliciti sunt ii qui apud
iudices habent quæ agant, cum actorum dies dicitur
2.Cori.6. imminere. Hoc sonat hic quod alio in loco dicit: Sedu-
» ctores, sed veraces. ¶ Vt & qui habent vxores, ita sint
» ac si non habentes.) Q̄uia enim mundi finis in proxi
mo est, non debere ad generandum esse solicitos, ne-
que ad vsum ipsum deditos, vt propēsiores & vigilan-
tes in diuinis operibus exercitati, circa curam legis im
minente prælio repugnent. Pressuræ enim erunt qua-
les nunquam fuerunt, & multi casuri sunt in laqueum
diaboli. Deniq; nullus nostrū vult tēpore suo hæc pro-
uenire, timens prædictas a saluatore pressuras. Ideo si-
B cut nobis optamus, cōsulamus & aliis, vt a generatio-
ne nos filiorum multorum abstineamus, plus orationi
& dei seruituti subiecti, prouidentes diem iudicii, ne &
nos simus imparati per impedimēta necessitatis præ-
sentis, & illi incurrant quod nos timemus. Etiam a li-
citis ergo vult temperare fideles, vt nō solū innocētes,
sed & glorioſi videantur. Cōcessa enim præterire virtu-
tis est maximę, & prohibita nō desiderare nō longe est.
» ¶ Et qui flent, tanq̄ nō flentes.) Scientes enim in proxi
mo finem mūdi, mox cōsolationem eorum futurā qui
pro dei iustitia forte premuntur, hac spe inter eos cōso-
» lantur se. ¶ Et qui gaudent, tanquā non gaudentes.) In
præsenti enim qui gaudent, sciant mox luctum ventu-
rum, eis videlicet qui mundo gaudent, ambigentes de
» dei iudicio. ¶ Et qui emunt, tanquā nō possidētes.) Cre
dentes enim qui emunt, parum tēpus superesse mun-
do, sic agant, vt non omnē curā in rem cito periturā im
pendāt, magis autē curā animæ suæ gerant, quā sciunt
» æternam. ¶ Et qui vtuntur hoc seculo, tanquā nō vtan-
» tur.) Id est, vt non præsumant de vsu hoc, quia cito per-
» ibit corruente mundo. ¶ Præterit enim figura huius
» mundi.) Q̄uia finiri mundū dixit, ostendit figurā eius
præterire, & hunc esse finē, id est non substantiam eius
C præterire, sed formam. Itaq; si forma mundi peribit, du
bium vtiq; non est omnia quæ in mūdo sunt interire.
» Ideo præterit, quia cotidie senescit mūdus. ¶ Volo vos
» sine solicitudine esse.) Diminuta enim solicitudine se-
» culi, in dei reb⁹ propēsius vigilaſ. ¶ Q̄ui sine vxore est,
» cogitat q̄ dñi sunt, quomodo placeat deo.) Q̄uomodo
sine solicitudine simus, ostēdit dicens: Q̄ui sine vxore
est, cogitat quæ dñi sunt. Amputata enim solicitudine
rei vxoriæ, quæ sola in mundo cæteris grauior est, ad
deum promerēdum animus eruditur: si tamen hac spe
animus his molestiis se exuat, vt deo magis seruiat.
» ¶ Q̄ui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt hu-
» ius mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est.) Cu
ra enim vxoris & filiorum, cogitatio mundi est. Nā in-
ter cætera solēt aliquando res puniendas admittere ne
illas offendāt, sicut refert Zorobabel vnus de tribus cu
bicularijs Artaxerxis in libro Esdræ. Magna enī ama
ritudo est in domo vxor tristis. Diuisus ideo dicitur, qa
nō potest & diuinis insistere rebus, & vxoris facere vo-
» luntatem. ¶ Diuisa est mulier & virgo.) Diuisa nō vtiq;
natura, sed actu, quia legimus in Numeris mulieres
virgines appellatas. Alia ergo solicitudo mulieris, alia
virginis est: tamē cū dicitur mulier, incertum est quid
significet, nisi significatio subsequatur. cum autē dicit
virgo, manifesta locutio est. Hic Apostolus virginem D
post mulierē posuit, vt mulierem non virginē significa
ret. Per hoc enim voluit ostēdere virginē liberā a tēdiis
& laborib⁹ quos patiē mulier viro copulata. ¶ Q̄uę au
» tem nō est nupta, solicita est de iis quę dñi sunt, vt sit sā
» cta & corpore & spiritu.) Id est, animo. Dum enim spe
» cælestium, mariti & filiorū solicitudinē non suscipit, de
dño cogitat, quomodo propositum deo deuotū custo-
diat, si tamē in corpore mūdo animus terrena abiicies
cælestibus studeat. Animus est enim qui aut sanctifi-
cat aut polluit corpus. Q̄uid enim prodest corpus mū-
dum habere, & animā pollutam, cui merito animæ aut
honoratur corpus aut dānatur? ¶ Nam quæ nupta est,
» cogitat quæ sunt huius mūdi, quomodo placeat viro.)
Lege enim maritali constricta, solicita est quō impleat
ius maritalis officii, subdita mundanis necessitatibus.
¶ Hoc autem ad vestrā ipsorum vtilitatē dico, vt nō la-
» queum vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est.)
Quoniā quibusdā asperum & graue videtur, quod vti-
lius aut melius est propter cōsuetudinē tēporalis vsus:
ideo post rationem redditā hortatur affectu charitatis
simpliciter hoc vtili⁹, hoc honestius esse quod dicit. Ho
nestum est, quia sanctum & mundū: vtile vero, quia di
gnitosum est apud deum, & leue in seculo. Q̄uid ergo
dicemus si virgines de deo cogitāt, & iunctæ viris de
mundo, quæ spes relinquitur nūbentibus apud deum?
Si enim ita est, dubium est de salute eorū. Nā videmus
virgines de seculo cogitare, & matrimonio iunctos do- E
minicis studere operibus. His virginibus nō imputa-
bitur sanctimoniū a deo, & his matrimoniis erit mer-
ces apud deum: quia cū obligati essent terrenis & carnis
nexibus, operā dederūt vt in futurum aliquid immor-
talis præmii mererētur. Illis autē non solum nō impu-
tabitur virginitas, sed & pœnæ subiicientur, qui sub
tegmine melioris spei vitam & cōuersationē suam mū
diali cura & solicitudie occupātes, pigros se ad dei ope-
ra agenda fecerunt: sicut dicit Hieremias propheta: Hiere. 48
Maledictus qui opera dei facit negligenter. Hi sunt de
quibus in alia epistola dicit: Habentes quidē speciem 2. Tim. 3.
pietatis, virtutem autē eius abnegantes. Apostol⁹ au-
tem his loquitur, qui mira deuotione obsequi desiderāt
cælestibus præceptis, ostēdens & docens quo compen-
dio citius iturad deum: quia qui propter deum prome
rendū virgo manere vult, sciēs quale præmiū possit ac-
cipere, quia licito tēperat: vt melior fiat, simul oīia im E
pedimēta carnis spernit, nō nescius hæc esse quæ gres-
sum currentis velut oneribus compedum dētinent.

SI quis autē turpē se viderit supra virginē suam si sit
» vltra pubertatē, & sic oportet fieri: quod vult faciat.
» non peccat si nubat.) Propter quod superius virgi-
» nitatem tenendā & continētiā reddita ratione hortat⁹
est, ita vt pene ad cōparationē earum coniugia inutilia
& abiicienda videantur: nunc ne nuptias negare puta-
retur, nō peccare virginē si nubat ostendit, sed rem ma-
ximi laboris aggredi: quia apud deum præmiū non ha
beat, sicut non habet pœnam. Christianos enim vult
per omnia esse meliores. Si ergo aliqua in desiderio nu
ptiarum est iam matura ad vsum, melius esse vt fecū-
dum concessam legem publice nubat, q̄ occulte turpiter
agat istud, & erubescatur illa. ¶ Q̄ui autē statuit i cor- «
de suo firmus, nō habens necessitatē, potestatem habet «
de sua voluntate, & hoc decreuit in suo corde seruare vir «
ginem suā, bene facit.) Hoc dicit vt qui virginē habet «
cui animus ad nuptias non est, seruet illā: nec illi inge-
rat fomitem nuptiarum, quā videt nubēdi voluntatem
nō habere. Beneficia enim si præstāda sunt, quāto ma-
gis minime auferēda? ¶ Itaq; & qui nuptū dat virginē «
suam, bene facit.) Bene facit, quia licet qd facit. ¶ Et qui «
non dat nuptū, melius facit.) Melius facit, quia & apud «
deum meritum illi collocat, & seculi solicitudine illam
liberat. ¶ Vxor vincta est lege quandiu viuit vir eius.) «

G Hæc idcirco prosequitur, vt doceat quia mulier etiam
» si a viro fuerit eiecta, nubendi licentiam nō habet. ¶Si
» autē mortuus fuerit vir eius, liberata est.) Etiā hæc ad
supradictas pertinēt causas, vt ostēdat tē beata sit virgo,
cum nulli nisi soli deo subiecta sit. Vincere enī videtur
naturalē subiectionē, quādo quod per naturā humliatū
» est, erigit. ¶Cui vult nubat, tātū in dño.) Id est, quē sibi
aptum putauerit, illi nubat, quia inuitæ nuptiæ solent
malos, puētus habere. Tātū autē in dño, hoc est, vt sine
suspicione turpitudinis nubat, & religionis suæ viro nu
» bat. hoc est in dño nubere. ¶Beatior autē erit si sic per-
» māserit secundū meū cōsiliū.) Cū dicit nubat, lege loquitur
naturali, quanq̄ a deo primæ nuptiæ sint, secundē ve
ro permissæ sunt. Denicq̄ primę nuptiæ sub benedictio-
ne dei celebrātur sublimiter: Secundæ autē & in presen
ti carēt gloria. Cōcessæ sunt autē propter incontinētiā,
& quia solent viduatum iuniores incurrere: ac per hoc
concedit secundas. Sed quia melius est vt se cōtineat, vt
» dignior sit in futuro, consiliū dat spiritali ratione præci
» puum, vt se cōtineat. ¶Puto autem & ego spiritum dei
» habeo.) Vt ratum & prouidum cōsilium suum osten-
dat, humilitate verbi hoc cōmendat alto sensu.

CAPVT OCTAVVM.

» DE his autē quæ idolis immolantur, scimus,
» quia oēs scientiā habemus.) Nunc de sciētia
locutus est, & quæ sit scientia, nō interim di
cit, sed in subiectis ostēdit dicens: Quia ni-
» hil est idolum. ¶Scientia inflat.) Manifestum est habē
H tem scientiam in eoipso gloriari, si nō foris, quia prudēs
est vel apud se. Genus enim scientiæ hoc est, vt glorie-
» tur in sese. ideo inflat. ¶Charitas vero ædificat. Itaque
tūc sciētia magna est, & sibi vtilis, si charitate humilie-
tur, vt amplius crescat. Tē peraturenim a dilectione, vt
non satis mera sit, & inebriet sciētē vt se extollat. Sicut
enim vinum nō tēperatum admixtione aquę mentem
alienat: ita & scientia superbum facit, nisi fuerit tempe-
rata. Oia enī sola insuauia sunt & nociua, quia nec pa-
nis solus bene editur, nec reliqui cibi sine admixtione
grati sunt, & nociui. ideo charitas ædificat. Ipsa chari-
tas vno licet vocabulo appelletur, multis tamē cōsistit.
Sine patientia enim non potest, neq; sine humilitate,
neq; sine cordis simplicitate. Hi ergo inflati erant p sciē
tiam quia nihil est idolum, qui cōtra salutem fratrū im
peritorum carnes sacrificatorum edebāt, scientes licere
carnem edere: & quia nihil est idolum, ideo nō contami
nari edentem. Hi scādalo erāt fratribus, charitatem pre
oculis non habentes: quia plus erat carnē contēnere, q̄
I fratribus scandalū facere. Scientia enim illorū destrue-
bat animos imperitorum fratrū, putātiū esse illic apud
idolum aliquā gratiā, quando peritiores fratres interes
se illic, & nō horrere videbant. Ideo ait: Charitas ædifi-
cat. vt saluti fratrum studentes, scientiæ illic legibus nō
» vterentur, ne illis scādalum facerēt. ¶Quod si quis exi-
» stimat se scire, nōdum cognouit quēad modū oporteat
» scire.) Eosipsos qui in scientia gloriantur, ostēdit nō ita
cognouisse sicut cognoscēdum est. Dum enim charita-
tem, quæ mater omnium bonorum est, nō sectātur, nō
sciunt sicut oportet. Vt ergo scientia fructū habere pos-
» sit, charitati se debet subiicere. ¶Si vero qs diligit deū,
» hic cognitus est ab eo.) Hic diligit deum, qui charitatis
causa scientiam mitigat, vt prosit fratri, pro quo Chri-
» stus mortuus est. ¶De cibis igit̄ qui simulacris immo-
» lantur.) Immolatorum nunc causam ipsam pertractat,
vt ostēdat per rationem scientiam non solum nō profi-
» cere charitate cōtēpta, sed & obesse. ¶Scimus enī quia
» nihil est simulacrū, & quia nemo deus nisi vnus.) Ve-
» rum est. Apud Christianos enim vnus est deus. ¶Li-
» cet sint qui dicātur dii & dñi, sive in cælo, sive in terra.)
A paganis enim & Sol & Luna & cætera sydera dii
cælestes dicuntur. Et in terra Apollinem, Aesculapiū, k
Herculem, Mineruam deos dicunt & dominos. ¶No «
bis tamen vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in il- «
lo.) Omnia enim ex illo quęq̄ sunt, vbicunq̄ sunt. Nos «
autē cū dicit in illo, discernit nos a cęteris: qui cum ex il-
lo sint, non tamen sunt in illo, dum adhuc non credunt.
¶Et vnus dominus IESVS, per quem omnia, & nos «
per ipsum.) Omnia enim ex patre quidē, sed per filium «
creata sunt. Sed cum dicit, & nos per ipsum: per quem
creati fueram⁹, reformatos nos per ipsum significat in
dei cognitione: quia facti per ipsum cum cæteris, post
stuporem mentis & ignorātiæ nos per ipsum agnouī-
mus mysterium vnius dei. Vnū ergo deum patrē di-
xit, & vnū dominū IESVM filiū eius: vt quia deus
nō potest nō esse dns, similiter & dominus intelligatur
esse & deus, vnum esse deum & dominū demōstraret,
modum vnius principii cōseruando. ¶Sed nō in omni- «
bus est scientia.) Id est, non omnes norūt credentes my «
sterium dei vnius, ideo quidā putant ex iis qui credunt
aliquid numinis in simulacris. ¶Aliqui autē adhuc sciē «
tia simulacri quasi simulacro immolatum mādūcāt.) «
De plebe enim aliqui cum veneratione adhuc simula-
cri manducabāt de sacrificatis, quasi aliqua esset illic di
uinitas. ¶Et cōscientia illorum cum adhuc sit infirma, «
coinquinatur.) Maculatur conscientia, si infirma est cir «
ca deum vnum. ¶Esca autē nos non commendat deo.) «
Verū est, quia nō ideo deo placebimus, si omnia ede-
rimus, aut offendimus si aliqua contēpserimus. ¶Neq; «
enim si ederimus, abundabimus: neq; si non ederimus, «
deerit nobis.) Cōtempta enim sacrificiorum esca, non
vtiq; deerit quod edatur. Si autē sumpta fuerit, nō abū-
dabit, ita vt nihil requiratur: ac per hoc abiicienda, quia L
neque sine illa non viuitur, & scandalum fratribus est. «
¶Videte tamen ne forte licentia vestra offensio fiat in- «
firmis.) Hoc est, ne quia licere vobis edere carnem de
sacrificio dicitis, per id quod nihil esse idolum scitis, of-
fensionē generetis fratribus, qui nesciunt adhuc quia ni
hil est idolum. ¶Si enim quis viderit eū qui habet sciē- «
tiam, in idolio recumbentē, nōne cōscientia eius cum sit «
infirma, ædificabitur ad manducandū de simulacris?) «
Hoc ideo dixit, quia videns quis fratrem peritū in ido-
lio nouitatū recumbētē edere carnes sacrificiorū, putat
illic esse aliqd gratię, & incipit & ipse edere carnes sacri-
ficiorum, non illa cōscientia qua ille peritiæ causa sciēs
nihil esse idolum, sed esse putat illic numen, quando fra
trem peritum videt illic edere, nec horrere. ¶Et peribit «
qui infirmus est, in tua sciētia, frater pro quo Christus «
est mortuus.) Peribit infirmus, si edat cōtra vnius dei «
fidem de sacrificatis. Quod quidē quasi irascentis ver-
ba sunt, & ostēdentis quid mali possit parere scientia si
non fuerit temperata a charitate. In tua scientia, id est,
tua peritia, illū occidis, quādo a te fieri videt qd̄ ille ali-
ter intelligit. Et tu eris occasio mortis fratris, quē Chri M
stus vt redimeret, crucifigi se pmisit. Ac p hoc aliquā-
do ab scientia dissimulādū docet charitatis causa: quia
sine dubio plus est salus fratris, q̄ cibus, quia licet quidē
sed nō expedit. Hoc erit cognouisse sicut oportet scire.
¶Sic autē peccantes in fratres, & percutientes cōscien- «
tiam illorū infirmā, in Christo peccatis.) Quando enī «
charitatis non æmuli sunt qua Christus nos liberauit,
peccāt in Christo, nō in Christū: quia in Christum pec-
care, negare est Christū: in Christo autē, in hæc quę sūt
Christi. Sicut & hic qui sub lege est, in lege dicitur pec-
care: ita & ii qui sub Christo sunt, in Christo pecca- «
re dicuntur. ¶Propter quod si scandalizat fratrem, non «
edam carnē in æternū, ne fratrem scādalizarē.) Intan- «
tum charitati studēdū docet, vt licita pro illicitis habeā
tur, ne obsint fratri. Quātum enim mali est per illicita
non delinquere, & per ea quæ concessa sunt offendere,
vt lex seruetur in illicitis, & in licitis non custodiatur,
dum incōsiderate eduntur? Lex enim sic permisit quę

A concessit, vt modus tamen sit quem custodiant. Vxo-
rem certe licet habere: sed si fornicata fuerit, abiicienda
est: ita & carnem licet edere, sed si idolis oblata fuerit,
respuenda est.

CAPVT NONVM.

» NON sum Apostolus, non sum liber, nonne
» IESVM dominū nostrum vidi?) Cū ne-
garevideatur, cōfirmat. Iratus enim loquitur.
Apostolum enim se probat, quia missus est
ad gentes, dicente dño ad eum: Ego ad gētes mittā te.
Liberum autē se ostendit, quia nullius aliquid cōcupi-
uit, neque in adulatione docuit. IESVM autem do-
minū nostrū vidit, dum oraret in tēplo Hierosolymis.
» ¶Nōne opus meum vos estis in domino?) Ideo opus
eius sunt, quia ipse illos plantauit in dño, annum & sex
» menses euāgelizās eis verbum dei. ¶Si aliis non sum
» Apostolus, verūtamē vobis sum.) Quia a Iudæis cre
dentibus, & nihilominus legēseruātibus, apostolus es-
se negabatur. Iam enim circuncidi non debere docebat,
neq; sabbatum custodiri. Cæteris autē apostolis pro-
pter scandalū ab hac re dissimulantibus, hic aliter vide-
batur docere. ideo Apostol⁹ ab his negabatur. His enī
erat Apostolus qui viderant in eo virtutis insignia.
» ¶Nam signaculum apostolatus mei vos estis in dño.)
B Hoc enim prædicante conuersi sunt ab idolis ad fidem
» dei vnius. ¶Mea defensio ad eos qui me interrogant,
» hæc est.) Nunc incipit agere causam quā superius præ-
misit, dicens: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius re- E
digar potestate. esca ventri, & venter escis. Sic ergo in-
cipit causam hanc, vt dicat, Mea defensio apud eos qui
» me interrogāt, hæc est. Et quæ sit subiecit, dicēs: ¶Nū-
» quid nō habemus potestatem mādūcandi & bibēdi?)
» Hoc est quod dixerat, omnia mihi licēt. ¶Numquid nō
» habemus potestatē mulieres circumducēdi, sicut & cæ-
» teri apostoli, & fratres dñi, & Cephas?) Ideo addidit
& Cephas, quia cum primus esset inter apostolos, non
refutabat sumptus oblatos. Cephas ipse est Simon Pe
trus. Mulieres enim desiderio doctrinæ dñicæ & cupi
dæ virtutum sequebātur apostolos, & ministrabant eis
& sumptus & seruitia, sicut & saluatorem sunt secutæ
» ministrantes ei de facultatibus suis. ¶Aut solus ego &
» Barnabas nō habemus potestatem hoc operādi?) Hoc
est, habemus potestatē operandi, sed nolumus. Pro ac-
cipiendi tamen operandi ait, vt honestius loqueretur.
» Et vt hoc firmet, exempla subiecit, dicens: ¶Quis mi-
» litat stipendiis suis vnquam? quis plantat vineam, &
» de fructu eius non edit? Quis pascit gregem onium, &
» de lacte earum non percipit? nunquid secundū hominē
» hęc loquor?) Id est, nunquid humanā sententiā sequor?
» ¶An & lex eadem dicit?) Cōcordare docuit supradicta
C testimonia documētis diuinis, vt ostēdat nō sine causa
vtiq; nolle se ab illis sumptus accipere, quādo tot exem
» plis ostēdit & dādum & accipiendum esse. ¶In lege enī
Deu. 25 » scriptū est: Nō alligabis os boui triturānti. Nūquid de
» bubus cura est deo?) Interim paucis hęc absoluam⁹. In
Ione. 4. Iona enim propheta scriptū est: Nō parcam ciuitati in
qua habitāt plus q̄. cxx. milia hominū, & pecora multa.
Psal. 35 Et psalmographus: Homines & iumenta, inquit, sal-
uabis. Quomodo ergo deus nō curat de bubus & peco
ribus? Sed non curat de bubus & pecorib⁹ propter hęc
ipsa, sed propter nos, quorum causa sunt facta: ideo de
» nobis curat, nō de illis. ¶Aut pot⁹, ingt, ppter nos di-
» cit? ppter nos enī scriptū est.) Per figurā enī oia dicta
» ad nos trāseūt. ¶Quoniā qui in spe arat & triturat, de-
» bet spei suæ fructum percipere.) Verum est, quia hac
» spe laboratur, vt fructus capiatur. ¶Si nos vobis spirita
» lia seminauimus, magnū est si nos vestra carnalia me-
» tamus?) Nō dicit magnum neq; par esse, si euangeli-
zantes regnum dei, & cælesti cibo Ecclesiam saginan-
tes, alimenta corporis sumerent, vt tradentes æterna, D
consequerentur tēporalia. ¶Si alii potestate vestra vti- «
tur, nonne magis nos?) Si enim ii qui per Euangeliū «
patres vestri nō sunt, nec eundē affectū habēt erga vos,
facultatem habent accipiēdi, quāto magis nos? Et sub-
auditur vestri apostoli, quia Barnabas apostolus erat.
¶Sed non sumus vsi hac potestate, sed oia toleramus, «
ne quod impedimētū demus Euangelio Christi.) Diu «
occultatum prodidit sensum. Ostendit enim sumptus
ideo se nolle cum liceret accipere, ne vigor euangeli-
cæ autoritatis torpesceret. Pseudoapostoli enim pec-
cantibus blandiebātur volentes accipere, ita vt non si-
bi viderentur peccare illis subiecti. Sed quoniā hæc res
contra euangelicā erat disciplinam, hic non vult accipe
re, vt libere arguat, ne in illorum numero inueniatur.
Vt enim regulæ Christianę ius maneret, licita illicita
fecit, quia illi per licentiam offendebāt. ¶Nescitis quo- »
niam qui in sacrariis operātur, de sacrario viuūt: & qui «
altario deseruiunt, altari participātur? In sacrariis legē «
gentilium significat, in altari vero Iudæorū. Sic enim
decreuit dns per Moysen, vt de iis quæ oblata erant,
partē sumerent sacerdotes. ¶Ita & dominus IESVS «
ordinauit eos qui Euangeliū annunciant, de Euange- «
lio viuere.) Non ergo deus per Moysen gētilium for- «
mam secutus est: sed ipsa naturalis ratio hoc habet, vt
quis inde viuat vbi laborat. Hanc ergo rationem ipse
naturæ & conuersationi humanæ decreuit. Hæc tamē
ad cumulum adhuc addens, grauat causam, vt non le-
ue faciat neq; odiosum quod tantis testimoniis cōmen
dat: & tamen non sibi proficere vult, ne libertatē angrē- E
di humiliet. ¶Ego autē nullo horum vsus sum.) Postq̄ «
multis modis ostendit licere accipere, sibi tñ non opus
esse. Obest enim accipere a peccātibus, sicut supra me-
morau. ¶Non autē scripsi hæc, vt ita fiat in me. Bonū «
est mihi magis mori, q̄ vt gloriam meā quis euacuet.) «
Gloriam suam dicit in eo, si euāgelii seueritas maneat,
& mori magis eligit, q̄ euangelii iura violare, sciens
hoc magis sibi proficere ad futuram salutem. Debitū
enim obsequium abnuit ab his sibi impēdi, ne per hoc
accipiant fiduciam delinquēdi. ¶Nam si euāgelizem, «
non est mihi gratia. necessitas enim mihi incūbit.) Si- «
cut dicit dns: Cū feceritis quæ dico vobis, dicite, Serui Lucę. 17.
inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. ¶Væ «
enim erit, inquit, mihi, si non prædicauero euangeliū.) «
Missus enim seruus a dño facit etiam inuitus quod si-
bi præceptum est: si quo minus, astringitur plagis ne-
cesse est. Denicq̄ Moyses inuitus missus est ad Pharao
nem, & Ionas coactus est prædicare Niniuitis. ¶Nam «
si volens hoc ago, mercedem habeo.) Manifestum est «
quia nemo accipit remunerationem eius rei quā inui- F
tus agit. Si enim voluntarius, dignus mercede est, quia
consentit dño: & quod voluntate fit, melius fit. ¶Si au- «
tem inuitus, dispēsatio mihi credita est.) Nec hoc obs- «
curum est, quia qui indeuotus aliquid facit, non volun-
tate facit, sed necessitate. Quia enim voluntatis suę nō
est, facit inuitus quod sibi præceptum est. ¶Quæ ergo «
erit mea merces, vt Euāgelium annūciās, sine sumptu «
efficiam Euangelium, vt non abutar potestate mea in «
Euangelio?) Repressa verborum iactātia gloriatur, & «
vult intelligi quanta dignus mercede sit, quia potesta-
te sua nō vtitur in Euāgelio, dum respuit oblatos sump-
tus, ne vim prædicationis humiliet. Hoc est licere, sed
non expedire propter salutem fratrum, vt corrigantur.
Forma ergo vult esse cæteris, vt vbi vident non expe-
dire, etiam licitis non vtātur: si quo minus, de licito fiēt
rei, quod sic sumunt, vt ad detrimentum proficiat.
NAM cum liber sim ex omnibus, omniū me ser- «
uum feci, vt plures lucrifaciā.) Liber ex omnib⁹ «
est, cū nulli in adulatione tradidit Euāgeliū, nec
cuiusquā præter salutē aliqd cōcupiuit, neq; ad delicias
habendas ab aliquo sumptus largiores mercedē hypo-

G crisis accepit. Seruum autē sic se omnium factum dicit, dum semper humilitatē similē omniū mente imbecillium exhibuit, vt eos per patiētiā firmaret ad salutem futuram, cōfouens animos illorum qui aut peccabant, aut res diuinas tardius sequebantur, vt non aspere ferrent reprehendi se. ¶Et factus sum Iudæis tanquā Iudæus, vt Iudęos lucrifacerem.) Nō videtur quasi simulasse, vt omnibus fieret omnia, quod solent adulatores facere: sed non ita est. Vir enim diuinus & medicus spiritalis sciens omnium causas & vulnera, magna industria cōfouet illos, & cōpatitur. Cum omnibus enim hominibus quædam habemus cōmunia. Factus est ergo Iudæis quasi Iudæus, quia propter scādalum illorū circuncidit Timotheum, & purificatus ascēdit templum, ne occasionē per eum acciperent blasphemandi. Rem ergo fecit quæ iam cessare deberet, sed fecit secundū legem. Nam & consensit illis legem esse a deo & prophetas, & exinde illis ostendit Christum hunc esse qui promissus est, vt assensus eius haberet effectum. ¶Iis qui sub lege sunt, quasi sub lege essem, cū ipse non sum sub lege: vt eos qui lege sunt, lucrifacerem.) Ii qui sub lege sūt, Samaritani noscūtur. Legē enī solā accipiūt, id est,
H quinq; libros Moysi. Sūt autē ex origine Persarum & Assyriorū: q̄s rex Assyriorū sublatis filiis Israel ī captiuitatē posuit ad incolēda loca Samariæ. ideo & ignem colunt more Persarum. His ergo Apostolus, dum nō negabat legem esse a deo, fiebat quasi sub lege: sed ex ea illis miti verbo Christum intelligēdum tradebat, sicut
Ioan.4. & Samaritana illa quæ dixit ad dominum: Scio quia Messias venit. docta per legem. ¶Iis qui sine lege sunt, quasi sine lege essem, cum sine lege non essem dei, sed in lege essem Christi.) Hoc dicit, quia cum in lege Christi est, in lege dei est: quia quod Christi est, dei est: & quod
Ioan.17. dei, Christi est: sicut dicit: Omnia mea tua sunt, & tua mea. ¶Vt eos qui sine lege sunt, lucrifacerem.) Dū enī assentit illis, id est, gentilibus, iuxta physicam rationem mundum factum a deo, & quæ in eo sunt, & animam esse immortalem, & ab ipso nos originem habere, (Ita
Acto.17. enim in actis Apostolorū ait: Et sicut quidam ex vobis dixerunt: Ipsius enim & genus sumus) sic fiebat quasi sine lege, per quod subintroducebat illis Christū ipsum esse quem deus ad iudicandū mundum prælegit, & ipsum esse per quē omnia fecit. ¶Fact⁹ sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerē.) Infirmus factus est, dū propter fratres infirmos a licitis abstinet, ne illis scandalum generet. ¶Omnibus factus sum omnia, vt omnes saluos facerem.) Hoc fuit viri prudentis & spiritalis, vt
I omnibus omnia factus, propositū tamē religionis non excederet: quia vbi cessit, ad hoc cessit vt proficeret: nec aliud fecit q̄ lex mandauit. ¶Omnia autē facio propter euangelium, vt particeps eius efficiar.) Hoc est, omnia supradicta facio vt voluntatis euāgelicæ particeps fiā, quam habet circa salutem humanam.

NESCITIS quoniam qui in stadio currunt, oēs quidem currūt, vnus autē accipit palmā?) Nunc aliud vult exponere. Itaq; hoc exemplo ostendit quanta sit vtilitas legis nostræ, in qua nō vni, sed omnibus promissa est palma. ¶Sic currite, vt cōprehēdatis.) Solicite vult curri ad promissionem, quia magna est. ¶Omnis autem qui in agone contendit, ab omnib⁹ se abstinet.) Ab omnibus quæ vitanda eadem tradit disciplina, cum sciāt vnum coronandum, quanto magis nobis obseruandum est, quia omnibus promissa est salus. ¶Et illi quidē vt corruptibilem coronā accipiāt, nos autē incorruptā.) Et in hoc multū dispar donum est, ac per hoc diligētiores nos esse debere, quibus nō terrenis & marcescētibus floribus, sed æternis cōserta gēmis in modum regalis diadematis spiritalis corona seruatur.

EGO igitur sic curro, nō quasi in incertum.) Magna spe currere se ꝓfitetur, certū habēs quid sit ꝓmissum. ¶Sic pugno, nō quasi aerē cædēs.) Hoc est, non verbis magis, sed rebus contendo. ¶Sed castigo
K corpus meum, & seruituti subiicio.) Castigare corpus est ieiuniis illud agere, & illa ei dare quæ ad vitam proficiant, non ad luxum. Seruituti vero subiicitur, dū non suā perficit, sed spiritus voluntatē. ¶Ne forte aliis prædicās, ipse reprobus inueniar.) Ideo se refrenare corpus suum ostendit, vt remuneratione, quā aliis prædicat, etiam ipse dignus habeatur, ne aliis curatis ipse remaneret in vulnere. Ratam ergo spem prædicationis suæ affirmat, quādo gestis id se prosequi qđ docet ostēdit: quia qui aliter agit q̄ prædicat, suspectos facit audiētes, vt de promissis dubitēt. Suo itaq; exemplo nō magis verbis q̄ operibus exercendum hortatur.

CAPVT DECIMVM.

NOLO enim vos ignorare fratres, quia patres nostri oēs sub nube fuerunt, & oēs mare trāsierūt, & oēs in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari.) Iudæorū exēplo, qui negligētia sua offenderunt, solicitos nos vult esse. Ideoque sub nube dicit illos fuisse, quia omnia quæ gesta sunt, in figura nostri facta sunt, vt veritatis nostræ illi haberint imaginem. Contecti enim nube, & ab aduersariis suis tuti præstiti, dum a morte liberati sunt, baptizati dicūtur. Illis enim, id est Ęgyptiis in mari mortuis, dū hi duce Moyse feliciter trāseūt, erepti sunt a morte: qđ præstat baptismum. Nō enim illis præterita mala imputata sunt, sed per mare & per nubem purificati, præ-
L parati sunt ad accipiendā legem, & formā futuri sacramenti nostri. ¶Et omnes eādem escam spiritalem ederunt, & omnes eundē potum spiritalē biberunt. Bibebāt enim de sequēti spiritali petra. Petra autē erat Christus.) Manna, & aqua quæ fluxit de petra, hęc dicit spiritalia, quia nō mundi lege parata sunt, sed dei virtute sine elemētorum cōmixtione ad tēpus creata, habentia in se figurā futuri mysterii, qđ nūc nos sumimus in commemoratione Christi dñi. Ideo & panis angelorū dict⁹ est, quia virtute qua angeli subsistūt, creatus est, hoc significās, quia de cælis vēturus erat qui spiritaliter pasceret. Vñ & māna primū dñico die venit de cælo ad saturitatē populi. Sequēs autē petra dicta est, quæ intelligitur esse Christus. Vbi enī deficiebat humanū eis suffragiū, aderat Christ⁹. ideo sequebaẗ, vt vbi defecisset, ille subueniret. nec enī petra aquā dedit, sed Christus. ¶Sed nō in plurib⁹ eorū bene sensit deus.) Ideo hoc dixit, quia acceptū bñficiū nō intellexerūt. ¶Prostrati enī sunt in deserto.) Dignū est vt qui magna cōsecut⁹, ī paruis diffidēs est, nō solū hæc non adipiscatur, verūetiā a-
M mittat & illa. Quoniā ergo superius hortat⁹ est ad meliora, se etiā id elaborare, vt ad promissionē dignus occurrat: nunc vt istud exēpli terrore cōstrīgat, ac suadeat, Iudæos tūc simili modo dicit donū dei & gratiā sortitos sicut & nos: & quia indiligētes, & dubitātes de dei ꝓmissione fuerūt, ꝓstratos esse ī deserto, vt ideo semetipsum affligere se ostēderet, ne in illorū numero inueniretur: proinde elaborādum vt sui imitatores existerent.

HĘC autē in figura nostri facta sunt, vt nō simus desiderantes mala, sicut & illi desiderauerunt.) Hic sensus & ratio quā supra memoraui. ¶Neq; simulacris seruiētes, sicut qdā illorū.) Nūc hos tāgit qui in idolio recūbētes, putabāt nō esse peccatū. ¶Sicut scriptum est: Sedit popul⁹ māducare & bibere, & surrexe- Exo.32.
rūt ludere.) Ante idolū vtiq;, vt nō se crederent īmunes a crimine, qui in idolio epulabanẗ. Nā Moyse in mōte posito apud deum simulacro vituli facto post oblationē dedicationis causa, sedit popul⁹ māducare & bibere, & surrexerunt ludere. Hęc luxuria est, qua semp oblectati, in dei rebus infideles inuēti sunt. Ideoq; instruit ne in hāc diffidētiā per assensū luxuriæ in idolio incidamus. ¶Neq; fornicemur, sicut qdā illorū fornicati sūt, & ceci- Nu.25.
derunt vna die vigintitria milia hoīm.) Hoc illis retri-

A butum est, quādo cum Madianitis mulieribus se commacularunt. Ira enim dei extitit cōtra illos, quæ æmulatione Phinees sacerdotis habētis zelū dei, sopita est, ne plures morerētur. ¶Neq; tentemus Christum, sicut quidā eorū tentauerūt, & a serpētibus perierūt.) Detrahentes de deo Christū tentasse dicuntur, quia Christus erat qui ad Moysen loquebatur. Deniq; ne nos in eadē causa ueniamur, cōmonet, ne diabolo tradamur, cuius serpētes habēt figuram. ¶Neq; murmuraueritis, sicut quidā ex ipsis murmurauerunt.) Murmurare est falso
Num.21 adinuicē de prepositis & rectoribus queri, quantum ad mentē loci pertinet, quia solet murmur fieri, & iusta ex causa. ¶Et perierūt ab exterminatore.) Hoc est, in locū Iudæ concesserūt anticipātes illū, quia tradens Christū exterminatus est de numero Apostolorū a iudice deo. Per hæc exēpla ad correctiorē nos vitā prouocat, vt monitis eius aut præmiū, si obediētes fuerimus, aut propē siorem pœnā mereamur inobediētes. Nō est enim ambiguum illos peccātes plus subiiciendos tormētis, quibus peccātium pœnæ ad hoc relatæ sunt, ne peccarent.

HAEC autē omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autē ad correctionē nostrā, in quos fines seculorū deuenerunt.) Fines seculorū nos sumus, quia tunc hæc ideo facta noscūtur circa retributionē illorū, vt nobis essent exēplo, qui postremo seculo futuri eramus in fide Christi. Pro vtilitate enim nostra gesta sunt, vt si terrore horum in dei timore mānserimus, gloriā illis promissam accipiamus. si quo min⁹,
B geminabitur nobis pœna illorū: quia maior notitia legis plus facit reū. ¶Propterea qui se putat stare, videat ne cadat.) Hoc ad eos loquitur qui pręsumētes de scientia qua licitū est omnia edere, infirmis fratribus scādalo erant, & putātes aliquid se proficere doctrina pseudoapostolorū, deteriorauerāt, et iudicabāt Apostolū, cum ipsi essent rei. Superbiā ergo amputat, ne per hanc tententur, sicut Iudei tētati sunt, & perierūt. ¶Tētatio vos non apprehēdat, nisi humana.) Ac per hoc detrahētes Apostolo, dñm tētare videntur, quia & tunc cū Moysi detraherēt, & dubitarēt de eo, deum tentasse dicuntur. Omne enim quod probatū nō habetur, tētatur. Ideo vt hęc tētatio cōuellatur, admonet cū terrore. Vt autē humana tētatio illos apprehēdat, hortatur. Humana enī tētatio est propter spem dei diffidere de hoīe, quia vana spes in homine, vt in necessitate aut pressura nō desperet de deo, humanū auxiliū requirēdo, sicut & Iudęi qui dubitātes de deo, idolorū adminicula exorabāt, hoc est, humanū auxiliū: quia dii paganorū terra sūt, & culturā idolorū humanus error inuenit. Propter Christū ergo pati, humana tentatio est, per quā proficitur apud deū.

FIDELIS autē deus, qui nō patietur vos tentari super q̄ potestis, sed faciet cū tentatione etiā prouētum, vt possitis tolerare.) Ideo fidelē dicit deū,
C qui nō patietur vos tentari super id quod potestis, quia daturū se promisit deus diligētibus se regna cęlestia, & det necesse est, quia fidelis est. Propterea ergo tribulantis pro se aderit, nec patietur tantum irrogari quod tolerari nō possit, sed faciet vt aut cito cesset tētatio, aut si prolixa fuerit, det tolerādi virtutē: alioquin nō dabit qđ promisit, quia vincetur qui patitur. Homo est enim infirmitati subiectus, et nō erit qui accipiat. Sed quia fidelis est de⁹ qui promisit, subuenit, vt impleat quod promisit. Deniq; breuiatos dies dicit dñs, vt saluentur electi, vt possint cōsequi regnū dei. Quomodo tamē a deo adiuuatur, si tantū permittatur tētari, quātum potest? Adiuuatur plane, dū nō plus permittitur ei imponi, q̄ scitur ferre posse, vt quarto die pati nō permittatur, qui scitur vltra non posse q̄ triduo tolerare. ¶Quapropter charissimi fugite ab idolorū cultura.) Hortatur etiam nunc vt abstineant se ab omni societate idololatriæ, vt non solum spes, sed & animus inde tollatur, ne per hoc nascatur in deū tētatio. Nemo enim assiduus in idolio nihil speret de eo. Hinc enī sperare, dubitare de deo est,
D sicut & Saul relicto deo, qui ei fuerat delicti causa iratus, ad idololatriam se cōtulit, aliquid sperās de ea. Cui quidem & in præsenti obfuit, & in futurū gehennam vltricem prouidit. ¶Quasi prudētes vos iudicate quę dico.) Exempla subiicit, vt facilius suadeat: quia cui verba satis non faciunt, solent exempla suadere.

CALIX benedictionis quem benedicimus, nōne communicatio sanguinis dñi est? Panē quē frangimus, nonne cōmunicatio corporis domini est? Quia vnus panis vnū corpus multi sumus: omnes enī de vno pane & de vno calice participamus.) Quoniam vnum sumus, alter alterius mēbra: vnum nos sentire debere dicit, vt fides vna vnū habeat sensum & opus.

VIDETE Israel secundū carnē.) Hoc est, discite homines videntes deum, quemadmodū se habent carnalia, id est idololatria. ¶Nōne qui edūt hostias, participes sunt altaris?) Sicut enim nos de vno pane & de vno calice percipientes, participes sumus & consortes corporis domini, ita & qui edunt hostias, participes sunt altaris erroris. ¶Quid ergo dico? quia simulacro immolatū aliquid est, nō quia simulacrum est aliquid: sed quę sacrificāt, dęmoniis immolāt.) Simulacrū vere nihil est, quia imago videtur rei mortuæ, sed sub tegmine simulacrorū diabolus colitur. ¶Nolo vos participes fieri dęmoniorū.) Ostēdit illis nō hoc esse tantū quod videtur in idolio, sed esse occultū iniquitatis mysterium, quod vt vnius dei fidē corrūperet Satanas adinuenit. Vnde & Ioānes apostol⁹ in epistola sua dicit:
E Ad hoc venit filius dei, vt solueret opera diaboli. ¶Nō 1.Ioā.3
potestis calicē domini bibere, & calicē dæmoniorū. Nō potestis mensæ domini cōmunicare, & mensæ dæmoniorum.) Sicut & dñs ait: Non potestis deo seruire, & Mat.6
mammonæ. quia qui calicem dæmoniorum bibit, calici domini insultat: & cum mensæ dæmoniorum communicat, mensæ domini, id est altario obstrepit, & domini corpus crucifigit. Idcirco enim Christ⁹ crucifixus est, vt dissolueret opera diaboli. Qui ergo facit opera diaboli, Christo repugnat. ¶Aut æmulamur dominū? numquid fortiores illo sumus?) Vix fit vt humilis zeletur potentē. scit enim non sibi cōpetere in quo illi potest inuideri. sed aut inæquali inuidetur, aut ꝓpe æqualibus. Ideo Apostolus non posse dixit homines æmulari dominū IESVM. Præterea qui illum sciunt dominum, si quo minus, nō videtur eis dignus esse vocari dominus, quē zelantur ne dominus sit. Zelo enim Satanas idololatriam inuenit, vt homines negādo deum dñm, idolis seruiant quasi diis & dominis. ¶Omnia licent, sed nō omnia expediunt.) Omnia dicit licere secūdum legē naturæ. Omnia enim munda sunt. De escis
F enim agebatur, & carne idolis immolata. Nā quę prohibita & interdicta sunt, quō dici possunt licere, cū hic etiā ipsa quę cōcessa sunt, significet aliquādo nō expedire? sicut dicit Petrus apl's: Si hęc est causa viri cū vxore, Mat.19.
nō expedit nubere. ¶Oñia licēt, sed nō oñia ædificāt.) Idem sensus est, quia licet omnia edere: sed quod idolis immolatur, nō ædificat: quia scādalum facit fratri, sicut supra dictum est: ideoq; a licitis aliquando temperandū est, vt profit. Hinc est vnde sumptus ab his, cum ei liceret, noluit accipere, sciens non expedire.

OMNE quod in macello venit, edite, nihil interrogātes propter cōscientiā. domini est enim terra, & plenitudo eius.) Vt omnia mūda ostēderet, exēplo psalmi. XXIII. hoc roborauit, quia non potest immundū esse quod dñi est. Et quoniā superius de escis ait, Omnia licēt: statim subsecut⁹ est, Omne quod in macello venit, edite, nihil interrogantes propter conscientiam. Hoc autem ideo subiecit, vt libera sit cōscientia. Licet enim aliquid pollutū sit per accidētiam, id est oblationem idoli, cum hoc tamen nescit qui emit, nullū patitur scrupulum, & apud deum immunis est.

G » SI quis vocat vos ex infidelib⁹ ad cœnã, & itis, oñe
» quod appositum vobis fuerit, edite, nihil disquiren
tes.) Hoc est, simpliciter manducate ꝗd apponitur,
» non interrogantes vnde sit. ¶ Si vero aliquis dixerit, hoc
» immolatitiũ est, nolite mãducare propter conscientiam.
» Conscientiã autem dico, nõ tuã, sed alterius.) Hoc per
fectis loquitur, qui possunt, contẽnẽtes idololatriã, quia
nihil est, mãducare de sacrificio, certi quia quod sub dei
creatoris nomine editur, nõ potest pollutere: sed quia a
lius qui idolis seruit, gloriabitur te edẽte de sacrificatis
quasi venereris idola, ideo nõ debet edi. A pud cõscientiã
enim illẽ lætabitur suã, quia videt te libenter appetere
» quod idolis immolatũ est. ¶ Vt quid enĩ libertas mea
» iudicatur ab alia conscientia?) Hoc dicit quia cũ ab idoli
deuotione conscientia sit libera, quid opus est vt putetur
quia venerationis causa edat idolis immolata? Iudica
tur enim non distare ab eo qui colit idola, quando non
» horret quod oblatũ est simulacro. ¶ Si ego gratiẽ parti
» ceps sum, quid blasphemor pro quo ego gratias agos?)
Id est, si ego gratiæ dei cõmunico, quia in ipsi⁹ nomine
edo, quid opus est arbitrari hoc aliquem quia ego idolo
deuotus sum, dum non horreo quæ oblata sunt idolo?
hoc est, blasphemor. Et me ergo blasphemat, & ille in
idolo suo gaudet: & dũ me putat participẽ, habet occa
sionem permanẽdi in errore, & fratrib⁹ malũ datur exẽ
plum. Nam si præceptum in lege est vt luci & aræ & ti
tuli & ipsa idola confringantur, vide si non peccatũ est
non solum hæc non facere, sed & interesse epulis huius
modi, propterea de sacrificatis non expedit edere.
» SIVE ergo editis, siue bibitis, siue aliquid facitis, o
» mnia in gloria dei.) Per hæc subiecta declarauit in
idolio edere, inimicũ esse deo quauis licet conscien
H tia. Ad opprobriũ enim dei vnius hæc diabolo dedicã
tur. Nam in gloria dei edere & bibere & aliquid facere
hoc est, vt sub inuocatione creatoris cũ modestia conui
uium celebretur. In gloria enim dei aliquid fit, cum in
actibus & conuersatione Christiani deus laudatur, vel
» cum filiorũ procreatio a deo speratur. ¶ Sine offensione
» estote Iudeis, & Græcis, & ecclesię dei.) Sic temperan
dam cõuersationẽ nostrã docet, vt nullus in ea scandalũ
patiatur. Offensio ergo Iudeis fit, cũ idola quę illi abo
minantur, Christianũ, qui se dicit legẽ & ꝓphetas acci
pere, videt nõ horrere. Græcis vero, id est gẽtilibus, hęc
est offensio, si in eo in quo sunt, nõ solum non arguãtur,
sed & ꝓptiores fiant, dum non vitantur vota idolorũ
illorũ. Ecclesiæ autem dei sit offendiculũ quando quos
dam ex numero suo videt iis quæ inimica sunt deo, ad
» hęrere. ¶ Sicut ego omnibus per omnia placeo, nõ quę
» rens ꝗd mihi vtile est, sed multis, vt salui fiant.) Omni
I bus per omnia placere, est sine scandalo cuiusquã agere
ad profectũ vtilitatis illorũ, vt & illis & huic sit vtile.

CAPVT VNDECIMVM.

» IMITATORES mei estote, sicut & ego
» Christi.) Humanũ est quod dicit, vt imita
tores eius sim⁹, qui a deo nobis magister in
dultus est. Si enim hic dei imitator est, qua
re nos nõ hominis? quia sicut deus pater misit Christũ
magistrũ & autorem vitæ, ita et Christus misit aposto
los nobis magistros, vt eorũ imitatores essemus, quia
Ioan. 17. eius esse nõ possumus. Ita enim ait dñs ad patrẽ: Sicut
me misisti in hunc mũdum, ita & ego misi eos in hunc
mundũ. Et quia digni imitatores eius erãt futuri, subie
» cit: Et pro eis sanctifico meipsum ¶ Laudo aũt vos fra
» tres quod omnia mea memoria retinetis, & quomodo
» vbiq; trado, traditiones meas tenetis.) Postq; mores &
conuersationẽ illorũ arguit, nunc traditiones vult corri
gere. Ideo non hoc cõfirmat, sed succenset eis, quia cum
esset apostolus eorum, immemores erãt traditionum
eius, neq; quod adhuc non didicerant, ex aliarũ eccleſia
rum traditione sequebãtur, ac per hoc quasi nouiter tra
dit illis, dicens: k

VOLO vos scire quia omnis viri caput Christ⁹ «
est.) Ad autoritatẽ retulit, quia omnis homo a «
deo quidẽ, sed per Christũ. ¶ Caput autem mu «
lieris, vir.) Quia quãuis & mulier per Christũ, de viro «
tamen facta est, ac per hoc subiicitur viro. ¶ Caput autẽ «
Christi deus.) Dignum est vt filii caput pater dicatur, «
quasi genitor ei⁹. Aliter tamẽ caput viri Christ⁹ est, &
aliter vir mulieris, et aliter deus caput Christi est. Deus
autem ideo caput Christi est, quia de eo vel ab ipso ge
nitus est. Mulieris vero idcirco caput vir est, quia ex
eius costa dei virtute formata est. Christus autem ideo
caput viri est, quia per ipsum, cũ nõ esset, formatus est.
Vna ergo dictio diuersam habet intelligẽtiam, quia &
personæ discrepant & substantiæ.

OMNIS vir orans aut prophetans velato capi «
te, deturpat caput suum.) Orare dicit deprecari. «
Prophetare autẽ aduentũ fore dñi voce symbo
li post orationẽ effari. ¶ Omnis autem mulier orãs aut «
prophetans nõ velato capite, cõfundit caput suũ. Vnũ «
est enim atq; idipsum, vt decaluata. Si autẽ nõ velatur «
mulier, tõdeatur. Si autem turpe est mulieri tõderi aut «
decaluari, velet caput. Vir enim nõ debet velare caput, «
cũ sit imago & gloria dei.) Quãuis vna substãtia sit & «
vir & mulier, tamẽ quia vir caput est mulieris, antepo
nendus traditur, vt per causam & traditionẽ maior sit,
nõ per substãtiam. Inferior ergo mulier vico est. portio
enim eius est, quia origo mulieris vir est. Ex eo enĩ est:
ac p hoc obnoxia videtur mulier viro, vt imperio eius
subiecta sit. Honorificentiã & dignitatẽ viri obstare di
cit ne velet caput. Imago enĩ dei nõ cõgruum est vt ve
letur. absc̃ódi enim nõ debet. ¶ Dei enim gloria videtur «
in viro, mulier autẽ gloria viri est.) Multum distat in «
ter gloriam dei, et gloriã viri. Vir enim ad imaginẽ dei
factus est, nõ mulier. Hæc est autem imago dei in viro, L
quia vnus deus vnũ fecit hominem, vt sicut ab vno deo
sunt omnia, ita essent & ab vno homine omnes hoies,
vt vnius dei inuisibilis, vnus homo visibilis imaginem
haberet in terris, vt vnus deus in vno homine videre
tur autoritatẽ vnius principii conseruare ad confusionẽ
diaboli, q sibi neglectio vno deo dominiũ & diuinitatẽ
voluit vsurpare. Quod ꝓpheta Ezechiel significat, & 2. Thess. 2
Apls idẽ. Ait enim: Ita vt in tẽplo dei sedeat ostendẽs
se quasi sit deus. ¶ Non est enim vir ex muliere, sed mu «
lier ex viro. Etenim nõ est creatus vir propter mulierẽ, «
sed mulier propter virũ. propterea debet mulier pote «
statem habere supra caput propter angelos.) Potestatẽ «
velamẽ significauit. Angelos episcopos dicit, sicut do
cetur in Apocalypsi Ioannis. Et quia vtiq; hoies sunt,
quod nõ corriperẽt plebẽ, arguũtur: & quod rectũ est in
illis, laudatur. Mulier ergo idcirco debet velare caput,
quia nõ est imago dei, sed vt ostẽdatur subiecta. Et quia
preuaricatio per illã inchoata est, hoc signi debet habe
re, vt in ecclesia ꝓpter reuerentiã episcopalẽ non habeat
caput liberũ, sed velamine tectũ. Nec habeat potestatẽ M
loquendi, quia episcopus personã habet Christi. Quasi
ergo ante iudicẽ, sic ante episcopũ, quia vicarius domi
ni est, ꝓpter reatus originẽ subiecta debet videri. ¶ Ve «
rumtamen neq; mulier sine viro, nec vir sine muliere in «
domino.) Ideo in dño, quia deus ex vno fecit ambos & «
vnũ. vna enim caro & vnũ corpus sunt in dño. hoc est,
secundũ dominũ qui creauit. Deniq; qui non credũt mu
lierem de viro sumptã, hi sine domino, vel nõ secũdum
deum credunt hominũ originẽ. ¶ Nam sicut mulier de «
viro, ita & vir per mulierẽ.) Hoc firmauit quod dixit, «
quia ambo vnũ sunt in natura, quia origo mulieris vir
est, sicut legitur in Genesi factum a domino creatore.
¶ Omnia autem ex deo.) Postquã gradatim exposuit «
singula vt omnia deo subiiceret, vnum seruans princi
piũ ait: Omnia autẽ ex deo, vt neq; mulier subiectionis

A suæ causa contristaretur, neq; vir quasi exaltatus super
» biret. ¶ Vos ipsi iudicate, decet mulierẽ nõ velatã orare
» deum?) Hinc est vnde superius illis per ironiã succẽset
dicens: Laudo, quia omnia mea memoria retinetis, &
quomodo vbiq; trado, traditiões meas tenetis. Cũ enĩ
hæc esset traditionis ratio, vt velatæ essent mulieres in
ecclesia, illi contra reuelatas eas in ecclesia patiebantur.
Ideoq; iam nõ autoritate traditionis quã neglexerant,
sed p ipsam naturã suadere illis nititur veritatẽ, dicens:
» ¶ Necipsa natura docet vos, quia vir quidẽ si comã ha
» buerit, ignominia est illi.) Hoc secũdũ legẽ locutus est:
» prohibet enim virũ esse comatũ. ¶ Mulier autẽ si comã
» habuerit, gloria est illi, quoniã coma pro velamine da
» ta est ei.) Naturaliter hoc honestũ & propemodũ decre
tum vult esse, vt velata mulier satisfaciat & gratias a
gat deo. Coma ergo indiciũ velaminis est, vt naturę &
voluntas addatur. Deniq; nulla mulier reuelata adit po
» testatẽ. ¶ Si quis autẽ videtur contẽtiosus esse, nos talẽ
» cõsuetudinẽ nõ habem⁹, neq; ecclesia dei.) Post rationẽ
redditã, vt cõtentiosos vincat, autoritatem interponit,
quia neq; Iudaismus hoc habuit: vnde dicit: Neq; nos
neq; ecclesia dei, vt neq; Moyses, neq; Saluator sic tra
» diderit. ¶ Hoc autẽ ꝓcipio nõ laudans quod nõ in me
» lius, sed in deterius conuenitis.) Quomodo particulati
conuersationẽ illorũ per correctionem emẽdat, ita & tra
ditiones illorũ, non laudans vtiq;, sed vituperans eos.
» PRIMVM enim.) Primũ dicendo, genus pec
» dit. vbi enim dissensio est, nihil rectũ est. ¶ Conue
» niẽtibus vobis in ecclesiam, audio dissensiones esse, &
» partim credo. Oportet enĩ & hæreses esse, vt & qui pro
» bati sunt, manifesti fiant inter vos.) Sciendo nõnullos
B mente corruptos versutia diaboli, dicit, oportet hæreses
esse, nõ vtiq; voluit, nec optauit, sed quia sunt, futurũ di
Mat. 18. Luc. 9. xit: sicut & dñs, Oportet, inquit, venire scãdala. &, opor
tet filiũ hominis pati. præscius quia Iudas ꝓditor erat
futurus. Vt probati autẽ, cum dicit, manifesti fiãt inter
vos: illos significat qui in traditione accepta durantes,
exemplũ probationis erãt euangelicæ disciplinę ad cõ
demnationẽ cæterorũ. Ii sunt quos in capite epistolę si
gnificat, eo quod dicerẽt: Nos vero Christi: cum alii di
» cerent: Ego Pauli, ego Apollo. ¶ Cõueniẽtibus igitur
» vobis in vnum iam nõ est dominicã cœnã manducare.
» Vnusquisq; enim vestrũ propriã cœnã ꝓsumit in mã
» ducando, & alius quidẽ esurit, alius ebrius est. Nũquid
» domos nõ habetis ad edendũ et bibendũ? aut ecclesiam
» dei contẽnitis, & confunditis nõ habentes?) Hos notat
qui sic in ecclesiã conueniebãt, vt munera sua offerentes
adueniẽtibus pref byteris, quia adhuc rectores ecclesiis
non omnibus locis fuerãt constituti, totũ sibi qui obtu
C lerat, vẽdicaret schismatis causa. Dissensiones enim in
ter eos pseudoapostoli seminauerãt, ita vt oblationes
suas zelarẽtur, cum vna atq; eadẽ prece, omniũ oblatio
nes benedicerẽtur, vt ii q (vt assolet fieri) nõ obtulerãt,
aut vnde offerrẽt nõ habebant, pudore correpti confun
derentur nõ sumentes partẽ: & tam cito illud agebant,
vt superueniẽtes nõ inuenirẽt quod ederẽt. Ideoq; si sic,
inquit, cõuenitis, vt vnusquisq; suũ sumat, domi hęc a
gẽda, nõ in ecclesia, vbi vnitatis & mysterii causa cõue
nitur, nõ dissensionis & vẽtris. Munus enim oblatum
totius populi fit, quia in vno panẽ omnes significantur.
Per id enim quod vnũ sumus, de vno pane omnes nos
» sumere oportet. ¶ Quid dicã vobis? Laudo vos? hoc?
» non laudo.) Apertum est: deprehenso & correpto erro
re, vt de cętero corrigant, & sciant hoc verũ, quod dudũ
in primordiis ipsi didicerãt: formam illis quæ a Salua
tore in re huiusmodi data est, iterat dicens:
» EGO enim accepi a dño, quod & tradidi vobis,
» quoniã dñs IESVS in qua nocte tradebatur,
» accepit panẽ, & gratias agẽs fregit & dixit, Hoc
» est corpus meum quod pro vobis frãgitur. hoc facite in
mei cõmemorationẽ. Simili modo & calicẽ postq̃ coę «
natum est, dicens: Hoc poculum nouũ testamẽtum est «
in meo sanguine. hoc facite quotiẽscũq; bibetis in mei «
commemorationẽ.) Ostẽdit illis mysteriũ eucharistiæ «
inter cœnãdũ celebratũ, nõ cœnã esse. Medicinã enim
spiritalis est, quæ cum reuerẽtia degustata purificat sibi
dentũ. Memoria enim redẽptionis nostrę est, vt redẽ
ptoris memores, maiora ab eo consequi mereamur.
¶ Mortẽ dñi annunciantes donec veniat.) Quia enim «
morte dñi liberati sumus, huius rei memores, in edẽdo
& potãdo, carnẽ & sanguinẽ, quę pro nobis oblata sunt,
significamus, nouum testamentũ in his cõsecuti, quod
est nouã lex, quæ obedientẽ sibi tradit cęlestib⁹ regnis.
Nam & Moyses accepto sanguine vituli in patera a
sperſit filios Israel, dicẽs: Hoc est testamẽtũ quod dispo
suit deus ad vos. Hoc figura fuit testamenti quod dñs
nouũ appellauit per prophetas, vt illud vetus fit quod
Moyses tradidit. Testamentũ ergo sanguine constitu
tum est, quia beneficii diuini sanguis testis est. in cuius
typum nos calicẽ mysticũ sanguinis ad tuitionẽ corpo
ris & animę nostrę percipim⁹, quia sanguis dñi sangui
nem nostrũ redemit, id est, totũ hominẽ saluum fecit.
Caro enim Saluatoris pro salute corporis, sanguis ve
ro pro anima nostra effusus est, sicut prius præfiguratũ
fuerat a Moyse. Sic enim ait: Caro, inquit, pro corpore
vestro offertur, sanguis vero pro anima. ideoq; nõ man
ducãdum sanguinẽ. Si igitur apud veteres imago fuit
veritatis quę nũc apparuit & manifestata est in Salua
toris aduentu, quomodo hæreticis cõtrarium videtur
vetus nouo, cum ipsa sibi inuicem testimonio sint? E
ITAQVE quicunq; ederit panem hunc, aut bibe «
rit calicẽ dñi indigne dño, reus erit corporis & san «
guinis dñi.) Indignũ dicit esse domino qui aliter my «
sterium celebrat q̃ ab eo traditum est. Nõ enim potest
deuotus esse qui aliter presumit, q̃ datum est ab autore.
Ideoq; præmonet vt secũdũ ordinẽ traditũ deuota mẽs
sit accedẽtis ad eucharistiã dominĩ: quoniam futurum
est iudiciũ, vt quemadmodũ accedit vnusquisq;, reddat
causas in die domini IESV Christi, quia sine disciplia
na traditionis & cõuersationis qui accedũt, rei sunt cor
poris & sanguinis domini. Quid est autẽ reos esse, nisi
pœnas dare mortis dominię? Occisus est enĩ pro iis qui
beneficiũ eius in irritum ducunt. ¶ Probet autem se ho «
mo, & sic de pane edat, & de poculo bibat. Qui enĩ mã «
ducat & bibit indigne, iudiciũ sibi ipsi manducat & bi «
bit, non discernẽs corpus domini.) Deuoto animo et cũ «
timore accedendũ ad communionẽ docet, vt sciat mẽs
reuerentiam se debere ei ad cuius corpus sumendũ ac
cedit. Hoc enim apud se debet iudicare, quia dominus
est, cuius in mysterio sanguinem potat, qui testis est be
neficii dei. Quem nos si cum disciplina accipiamus, nõ F
erimus indigni corpore & sanguine dñi. gratias enim
videbimur reddere redemptori. ¶ Ideo multi in vobis «
inualidi & ægroti, & dormiũt multi.) Vt verum pro «
baret, quia examen futurum est accipientiũ corpus do
mini, iam hic imaginem iudicii ostendit in eos qui in
considerate corpus domini acceperãt, dum febribus &
infirmitatibus corripiebantur, & multi moriebãtur, vt
in his cæteri discerent, & paucorum exẽplo territi emẽ
darentur, non inultũ scientes corpus domini negligen
ter accipere, & eum quem hic pœna distulerit, grauius
tractari fore, quia contempsit exẽplum. ¶ Quod si nos «
metipsos discerneremus, non vtiq; iudicaremur. Dum «
iudicamur autem, a domino corripimur, vt non cum «
hoc mundo damnemur.) Hoc dicit, quia si nosmetipsi «
errores nostros corrigeremus, non a domino iudicare
mur. Et quia corripimur, tamen pro nobis est vt timo
re ipso emẽdemur. In paucis enim omnium est emen
datio, ne cum hoc mundo, id est, cum infidelibus dãne
mur. Nihil enim differt ab infideli, qui incõsiderate ad
mensam domini accedit.

G ITAQVE fratres cum conuenitis ad manducan
dum, inuicem expectate. si quis esurit, domi mandu
cet.) Ad inuicē expectandū dicit, vt multorum obla=
tio simul celebretur, vt & omnib⁹ ministretur, et si quis
impatiens est, domi terreno pane pascatur. ¶ Vt nō in
iudicium conueniatis.) Hoc est, ne mysteriū reprehen=
sibiliter & cū offensione agatis. ¶ Cætera autem cū ve=
nero disponam.) Caput prius salutis ordine agendum
ostendit, & quomodo in ecclesiam ab vtroq; sexu cōue=
niatur, præmisit. in quibus rebus si error fuerit, nō leue
peccatum est. Cætera autem quę ad ædificationem ec=
clesiæ pertinent, præsentia sua ordinare se promisit.

CAPVT DVODECIMVM.

DE spiritalibus autem nolo vos ignorare fra=
tres. scitis quia cum gētes eratis, simulacro=
rum forma euntes prout ducebamini.) Spi=
ritalia illis traditurus, exemplū prioris con=
uersationis memorat, vt sicut simulacrorū fuerunt for=
ma, colentes idola, & ducebātur duce voluntate dęmo=
niorum, ita & colentes deum sint forma legis domini=
cæ, ambulātes sicut placet domino. Forma enim vnius
cuiusq; legis in professione & conuersatione cultoris de=
bet videri. Ille enī forma et imago legis dei est, in cuius
fide & conuersatione euangelii veritas lucet. ¶ Propter
quod notum vobis facio quia nemo in spiritu dei dicit
anathema IESV, & nemo potest dicere dominū IE=
SVM nisi in spiritu sancto.) Quoniā rationē spirita=
lium ignorātes, per singula charismata hominibus po=
H tius q̄ deo dabant gloriā, nō assecuti per spiritū sanctum
hoc donū ministrari: & quia qui dominum IESVM
vocat, non sine spiritu sancto hoc dicit. habet enim gra=
tiam in eo ipso fidei suæ, propter gloriā nominis Chri=
sti. nō enī sine dono dei est, dominū dicere IESVM.
ac per hoc ostēdit illis in omnibus dei esse laudē & gra=
tiam: quia sicut idolorū imago in ministris eius est, or=
dinem suū habens per singulos gradus, totū tamen ho=
minis est: ita & in lege dominica gradus charismatum
sunt officiis ecclesiæ nō vtiq; meritis humanis indulti,
sed vt mēbra ad ædificationē ecclesiæ pertinentia, quæ
per se & in se habēt gloriam, sicut est etiam in humanis
officiis. Scholæ enim sunt quę positis in se dant digni=
tatem, vt loci honor hominē faciat gloriosum, nō pro=
pria laus. Ait ergo: Nemo in spiritu dei dicit anathe=
ma IESV. Vox enim quæ dicit anathema IESV,
humano est errore prolata. quicquid enim falsum est,
I ab homine est. Et nemo potest dicere dn̄m IESVM
nisi in spiritu sancto. Dictū enim ipsum quo significa=
tur dn̄s IESVS, non adulatione hominū, sicut & ido
la dii vocantur, sed spiritussancti veritate profusum est.
Quicquid enim verū a quocūq; dicitur, a sancto dicitur
spiritu. Ne ergo hominū fauorem existimarent in regu
la Christiana, & propter hoc se argui minime pateren=
tur, sicut est & in simulacris: (homo enim adinuenit vt
deus dicatur qui non est, ac per hoc subiecti sunt anti=
stites illis) ostendit eis nullum beneficium esse huma=
num in eo cū dicitur Dominus IESVS, sed magis
donū dei, qui dignatus est mysteriū suū hominibus de=
clarare. Etenim ipsa professio remissionē acquirit pec=
catorū, sicut exaggerat dicatio idolorū. Docet ergo eos
quia non præstant religioni beneficiū dicentes dominū
IESVM, sed accipiunt: ne more idolorū hominū pu=
tarēt gratiā esse in lege dn̄i, dū vocatur deus qui nō est.
Deniq; nō intelligentes dei donū esse in fide, singuli sin=
gulos sibi homines delegerant quos sequerentur, dicen
tes: Ego sum Pauli, ego vero Apollo. Superbiā ergo
illorū humiliat, vt patiantur se sicut dixi, argui. ¶ Diui=
siones autem gratiarū sunt.) Non hoc humanis meri=
tis vult adscribi, sed gratię dei, ad honorificentiā nomi=
nis eius. Sicut enim qui dicit dn̄m IESVM, in spiri=
tu sancto dicit qualisuis sit, ita & in loco ordinis officii
ecclesiastici positus, gratiā habet, qualisuis sit: nō vtiq; K
propriā, sed ordinis per efficaciā spiritussancti. Vnde &
inter initia dicit: Neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui ri
gat, sed qui incrementū dat deus. ¶ Idem autē spiritus,
& diuisiones ministeriorū sunt.) Per eundem spiritū di
uersa dona dicit præstari. ¶ Idē vero dn̄s, & diuisiones
operationū sunt.) Iungit nunc Christū spiritui sancto.
¶ Idem autem deus, qui operatur omnia in omnibus.)
Intātum non hoc hominibus dandū quasi propriū, sed
soli deo asserit, vt etiā donū spiritussancti, & gratiā dn̄i
IESV, vnius dei dicat operationē, ne gratia & donū
diuisum sit per personas patris & filii & spiritussancti,
sed indiscretæ vnitatis & naturę trium vnū opus intel=
ligatur, vt ad vnū omnem gloriā redigat & diuinitatē.
Diuisiones autē gratiarum sunt officiis ecclesiæ, nō hu
manis meritis deputatæ. Si enim spiritussanctus idem
dn̄s est, & dominus idē deus est, tres vnus deus est. Cū
enim spiritussancti gloria, & potestas, & natura dei est,
& dn̄s IESVS idē est in natura quod deus est, vnus
vtiq; spiritussanctus, & dn̄s IESVS, & pater deus est.
Et singuli enim deus vnus, & tres deus vnus. Denique
operāte vno, tres operari dicūtur, vt trinitatis mysteriū
in vnius dei natura & potestate claudatur, cū sit immē=
sum. ¶ Vnicuiq; datur autē manifestatio spirit⁹ ad vti=
litatem.) Hoc est, donum accipit, vt diuinis retinaculis
vitam suā gubernās, & sibi & aliis vtilis sit, dum exem
plum bonæ cōuersationis ostēdit. ¶ Cuidā enim datur
per spiritū sermo sapientiæ.) Id est, datur illi prudentia
non ex literis, sed corusco spiritussancti, vt cor habeat il L
luminatū & prudens, & discernat quæ vitāda sunt, quę
sequēda. ¶ Alii vero sermo sciētiæ secūdum eundē spi=
ritum.) Hoc est, vt habeat sciētiam rerum diuinarum.
¶ Alii gratia curationū in vno spiritu.) Id est, vt mede=
lam tribuat infirmis, vel ægris. ¶ Alii fides in eodē spi=
ritu.) Hoc dicit vt fidei profitendæ ac vendicādę pressa
verecundia accipiat facultatē. ¶ Alii operatio virtutū.)
Potestatē dari significat in eiiciendis dæmoniis, aut si=
gnis faciendis. ¶ Alii prophetia.) Id est vt spiritu reple=
tus dicat futura. ¶ Alii discretio spirituū.) Vt intelligat
& iudicet quod dicitur, an spiritussancti sit, an mūdani.
¶ Alii interpretatio sermonū. Alii genera linguarū.)
Interpretari est, vt dicta illorū qui linguis loquūtur vel
literis, per donū dei fideliter interpretetur. ¶ Omnia au
tem hæc operatur vnus atq; idem spiritus, diuidēs vni=
cuiq; prout vult.) Quod superius triū personarū dicit,
nunc per vnū spiritū sanctū agi ꝓfitetur, vt quia vnius
naturæ sunt & virtutis, quod vnus operatur, operātur
tres, vnus tamē est deus, cuius gratia diuiditur singulis
prout vult, non ad meritū magis hoīs, sed ad ædifica=
tionem ecclesię suæ: vt omnia quę mūdus imitari vult, M
sed non implet, quia carnalis est: hæc in ecclesia, quę do=
mus dei est, singulorū officiis & dono & magisterio spi
ritussancti indulta, ad probationē veritatis in iis qui cō=
temptibiles mūdo sunt, videātur. ¶ Sicut enim corpus
vnū est, & mēbra habet multa, omnia autem mēbra ex
vno corpore cū sint multa, vnū sunt corpus: ita & Chri=
stus. Etenim in vno spiritu nos om̄es in vnū corpus ba
ptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue li=
beri, & omnes vnū spiritū potauimus.) Per hæc docet
nullius personam quasi despecti contemnendā, neq; ali=
cuius quasi perfecta sit preferēdam, nec gloriam quæ so
li deo debetur, hominibus tribuēdam, quando in omni=
bus vnus atq; idem deus sit gloriosus: quippe cū omnes
& vnū baptisma habeamus, & vnū atq; eundem spiri=
tum sanctū. Hoc propter supradictā causam, quia in ali=
quibus gloriabantur, aliquos vero velut contemptibi=
les spernebant. ¶ Nam et corpus nō est vnum membrū
sed multa.) Hoc dicens ostendit vnitatem varietatis of
ficiorum, & diuersitatem hanc nō discrepare in vnitate
potestatis, quando corporis vnitas non in singularitate
consistit, sed in multis membris, vt inuicē sibi præstent

A quod debent. ¶ Si dixerit pes, quia nō sum manus, non
sum de corpore: nū ꝓpterea nō est de corpore?) Hoc est
nō posse eum qui infirmus videtur inter fratres, negari
esse de corpore quia nō est potens. ¶ Si dixerit auricula:
quia nō sum oculus, non sum de corpore: num propter=
ea nō est de corpore?) Non debere dicit illum qui paulo
inferior est, non necessariū putari corpori ꝓpterea quod
de primis non sit. ¶ Si totum corpus oculus, vbi est au=
ditus? si totū auditus, vbi est odoratus?) Id est, si om̄es
vnius essent officii & operis, quomodo impleretur reli
qua necessitas corporis, cum cōstet multis officiis opus
esse ad gubernacula corporis? ¶ Nunc autē deus posuit
mēbra vnumquodq; in corpore sicut voluit.) Volūta=
tem dei, quia prouida & rationalis est, mēbra dicit cor=
pori aptasse, vt nihil desit multis membris perfectum.
¶ Si autē fuissent omnia vnum membrū, vbi corpus?)
Manifestū est quia si omnes vnius fuissent dignitatis,
nō dicerētur membra, neq; corpus: ideoq; variis mēbro=
rum officiis cōgubernatur. Omnia enim vnū membrū
esse nō poterant. ideo autē multa sunt, quia ab inuicem
differunt dignitate. ¶ Quia si essent omnia vnū mem=
brum, vbi corpus? nūc autē multa quidem mēbra, vnū
autē corpus.) Hoc dicit quia multa mēbra cum sui in=
uicem egeant, nō discrepant in vnitate naturę, quāuis
diuersa sint, quia diuersitas hæc in vnū cōcurrit, vt cor=
poris vtilitas expleatur: sicut et ea quibus mundus ipse
constat, cum sint diuersa nō solū officiis, sed & naturis,
ad vnius tamē mūdi proficiūt perfectionē, & ex omni=
B bus his nascitur temperies quædā in fructibus qui hu=
manæ proficiunt vtilitati. ¶ Non potest autem dicere
oculus manui, Opera tua non indigeo.) Hoc est, nō po=
test dicere potior īferiori, Nō mihi opus es: quia oculis
quidem videtur, sed manus sunt quę operantur. ¶ Aut
iterum caput dicere pedibus, Nō estis mihi necessarii.)
Id est, maior gradu & dignitate non potest sine illo esse
qui humilis est, quia est quod humilis potest, quod non
potest sublimis: quia ferrū potest quod nō potest aurū:
ac per hoc honorē capiti faciunt pedes. ¶ Sed multo ma
gis quę videntur mēbra corporis infirmiora esse, neces=
saria sunt.) Manifestū est quia quāuis aliquis digni=
tate sublimis sit, si subiectus tamen defuerit q obsequiis
suis illum faciat gloriosum, ipsa dignitas cōtemptibilis
erit. Officiū est enim per quod dignitas cōstat. Tale est
si imperatori desit exercitus. Quāuis ergo magnus sit
imperator, necessariū tamen habet exercitū. Membrū
est enim corporis eius ante se habēs tribunos, comites,
magistros. His omnibus inferiores sunt milites, & ma
gis necessarii sunt, sicut mēbra corporis quæ cū inferio=
ra vidētur, plus vtilia sunt. Sine oculis enim manibus
operatur, & ambulās victū quæritat. ¶ At quę putam⁹
ignobiliora esse mēbra corporis, his maiorē honorē cir=
cundamus.) Similis est sensus, quia qui putātur sine di=
C gnitate esse, inuenimus in eis quod laudem⁹, sicut & in
mēbris, & plus nobis placeat, q̄ quod in cæteris inueni=
mus. Quo enim honore dignę sunt man⁹, quādo quod
volumus, tenemus: vel pedes, cū quo volumus, imus?
Propterea & nos addim⁹ eis honorificentiā, vtputa pe
dibus, quos, quia humiles sunt, & sine dignitate, calcea=
mentis ornamus. ¶ Et quę inferiora sunt nobis, reuerē=
tiam abundantiorē habent.) Manifestū est quia pudē=
da nostra, quæ turpia vidētur, dū aspectus publicos vi=
tant, honestate se cōtegunt, ne per irreuerentiā horreāt.
Simili modo & quidā fratrū cum sint egestate & habi=
tu inhonesti, nō tamē sunt sine gratia, propter quod mē
bra sunt corporis nostri. Nā solent succincti pede nudo,
vesticula tetrica incedere. Quæ ergo videātur cōtempti=
biles, magis honori sunt, quia solent vitā habere mun=
diorem. Quod enī hoībus videtur despectū, solet a deo
pulchrū iudicari. ¶ Quæ autē honesta sūt nostra, nulli⁹
egent.) Apertū est quia caput nō eget, neq; facies, neq;
manus, vt his addatur per quod decorētur. ita & fratri=
bus in quibus studiū peritiæ, & cōuersationis viget ho= D
nestas, nihil est q̄d a nobis addatur. debitus enim illis
redditur honor. Despectis vero vel humilibus exhorta=
tio necessaria est, per quā addatur illis aliquis honor vt
fiant vtiles: si quo minus, ipso contēptu negligentiores
circa se erūt, in quib⁹ magis proficiendū est. ¶ Sed deus
tēperauit corpus, ei cui deest, ampliorē honorē tribuen
do: vt nō sit schisma in corpore, sed ipsa pro inuicē solici=
ta sint mēbra.) Sic dicit a deo moderatū humanū cor=
pus, vt om̄ia mēbra eius necessaria sint, ac per hoc pro
se inuicē solicita, quia aliud sine altero esse nō potest, &
quod inferius putatur, magis necessariū est: sicut & de
fratribus expositū est vel disputatū, quia nullus debet
velut inutilis despici. ¶ Et si quid patitur vnū membrū,
compatiuntur omnia mēbra.) Hoc de mēbris corporis
carnis ambiguū non est: quia si oculus aut pes vel ma=
nus capiātur ægritudine aliqua infirmitatis, totū con=
dolet corpus. ita & nos docet condolere fratribus, si ali=
quid huiusmodi necessitatis emerserit. ¶ Siue glorifi=
catur vnū membrū, congaudēt omnia mēbra.) Mani=
festum est quia lætū est caput siue cætera mēbra, si pe=
des fuerint accurati vel sani. Sic debem⁹ & nos alacres
fieri si fratrē aliquē viderimus cultorē dei, & auctū ho=
nestate morum, hoc est, sanū esse cōsilio. ¶ Vos autem
estis corpus Christi, & mēbra de mēbro.) Ostēdit aper=
te nostrā se causam per mēbrorum carnaliū rationē tra
ctasse, quia nō omnes possumus eadem, sed singuli pro
qualitate fidei & gratiā habemus cōcessam. ¶ Et quos=
dam quidē posuit deus in ecclesia primum apostolos.)
Caput itaq; in ecclesia apostolos posuit, qui legati Chri
sti sunt, sicut dicit idē apostolus: Pro quo legatione fun 2. Cor. 5.
gimur. Ipsi sunt episcopi, firmāte istud Petro apostolo,
& dicēte inter cætera de Iuda: Et episcopatū eius acci= Actuū. 1.
piet alter. ¶ Secūdo prophetas.) Prophetas duplici ge=
nere intelligamus, & futura dicētes, & scripturas reue= E
lantes: quāuis sint & apostoli ꝓphetę, quia primus gra
dus omnia subiecta habet. Denique pessimus Caiphas
propter quod princeps sacerdotū erat, prophetauit, ordi
nis vtiq; causa, nō proprii meriti. Tamē specialiter erāt
prophetæ & scripturarū interpretes, & futura dicētes:
sicut erat Agabus, qui exitia & vincula huic aposto= Actu. 21.
lo ꝓphetauit futura Hierosolymis, & famē cecinit quæ & 11.
facta est sub Claudio. Ideo quanq̄ sit melior apostolus,
aliquādo tamen eget prophetis. Et quia ab vno deo pa
tre sunt om̄ia, singulos episcopos singulis ecclesiis prę=
esse decreuit. ¶ Tertio doctores.) Illos dicit doctores q
in ecclesia literis & lectionib⁹ retinēdis imbuebāt more
synagogę, quia traditio illorū ad nos trāsitū fecit. Quar
to loco ait: ¶ Deide virtutes, exinde gratiā curationū.)
Potest enim aliquis non esse episcopus, & habere in se
donū virtutis sanitatū. Quinto loco donū intellect⁹ tri= F
buit. ¶ Opitulationes, gubernationes.) Vt in rebus di=
uinis vigilet intellectu: ita tamē, vt in aliquib⁹ quę im=
plere non concedit, ab alio sumat q̄d dehabet, quia totū
vni cōcedi nō potest. Sunt & gubernatores qui spirita=
libus retinaculis hominibus documēto sunt. ¶ Genera
linguarū.) Vt donū sit dei, multas līguas scire. ¶ Inter=
pretationes sermonū.) Vt hoc alicui gratia dei imper=
tiat, vt linguarum interpretandarum habeat peritiam.
¶ Nūquid omnes apl̄i?) Verū est quia in ecclesia vnus
episcopus est. ¶ Nūquid omnes ꝓphetę?) Non est am=
biguum non omnibus cōcedi prophetiam. ¶ Nunquid
omnes doctores?) Ille doctor est, cui conceditur. ¶ Nun
quid omnes virtutes?) Hic potest habere virtutem, cui
dat deus demonia eiicere. ¶ Nūquid oēs gratiā habent
curationū?) Quomodo potest fieri vt omnes habeant
dona curationū? ¶ Nūquid omnes linguis loquūtur?)
Non vtiq; nisi qui accipit donū in hac re. ¶ Nūquid oēs
interpretantur?) Ille potest linguas interpretari, cui dat
deus. In supradictū sensum hæc inferenda. Explanauit
enī reddita ratiōe oēs habere diuersas gratias, nec totū

G alicui cõcedi,exemplo membrorũ. Exemplo enim corporis carnis, ſpiritale corpus inſinuat, ac per hoc in omnibus deũ benedicendũ,& in ipſius nomine gloriandum,cuius gratia eſt. Hãc rationẽ etiam in rebus phyſicis inuenimus. Aurum enim,cum melius argẽto ſit, plus tamen in vſu argentũ eſt: & cum æs neceſſarium ſit,plus tamen ferro opus eſt. Nihil enim pene ſine ferro fit,cum ſit inferius. Et poſt hæc:¶ Æmulamini autem chariſmata meliora.) Hoc mox in ſubiectis abſoluit.¶ Et adhuc magis excellentiorẽ viam vobis demõſtro.)Gradatim illos ad vtiliora prouehit,oſtendens illis gratiã ſupradicti omnis doni, quę in hominibus videntur,ſiue loquẽdi,aut curandi, aut prophetandi, non ad meritum hominis pertinere, ſed ad honorificẽtiam dei.Ideoq; nunc viam ſe dicit illis oſtendere planiorem, qua itur ad cælũ,quæ meritũ collocat apud deum. Nã quia ſupradicta non ſemper ad meritum pertinẽt, dicit
Mat.7. Saluator: Multi mihi dicẽt in illa die,id eſt iudicii, domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Et quia nõ hoc ad meritũ pertinet, ſed officia ſunt eccleſiæ:ad confuſionẽ gẽtilium, & dei honorificẽtiam ,pteſtandã,dicit eis dominus: Recedite a me,non noui vos, operarii iniquitatis. Securi enĩ quia dei in illis operatio cernebatur,negligentes erga ſe fuerũt. Nã & illis ſeptuaginta duobus diſcipulis gaudẽtibus quod
Luc.10. dæmonia illis ſubdita fuerãt,dicit Saluator: Nolite in hoc gaudere quod dæmonia vobis ſubiecta ſunt,ſed in
H hoc gaudete quod nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo. Quare,niſi quia nomini dei ſubiecta ſunt, nõ hominis merito? Et quare nunc non ita fit vt habeant homines gratiam dei? Inter initia fieri oportuit, vt fundamenta fidei acciperẽt firmitatem. Nunc autem non opus eſt, quia populus populum adducit ad fidem, cum videtur eorum bona opera, & prędicatio ſimplex.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

» SI linguis hominum loquar,& angelorum: charitatẽ autem non habeã: vnum ſum velut æramentum reſonans,aut cymbalũ tinniens.) Magna vtiq; videtur gratia diuerſis loqui linguis:plus autem aliquid eſt etiã ſi poſſit angelorum linguam ſcire, id eſt,ſi ſpiritaliter cognitũ poſſit habere angelicum motum. Sed hoc ad meritum nõ adſcribi,ſed ad dei gloriam ſubiectis oſtendit, dicens ſic eſſe vt æramentũ reſonãs,aut cymbalum tinniẽs,quia ſicut æramentũ impulſu alterius reſonat aut cymbalũ tinnit,ita & hic qui linguis loquitur,ſpiritus ſancti effectum habet & motum vt loqui poſſit, ſicut & alio loco
I Mat.10. dicit Saluator: Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui loquitur in vobis. Nã & aſina locuta eſt humana lingua ad Balaam filiũ Beor,vt addiſceret dei maieſtatẽ: & pueri infãtes in laudẽ dei proruperunt ad confuſionẽ Iudæorum. Saluator autẽ non ſolum iſtos, ſed & lapides ad coudẽnationem perfidorum,& gloriam dei,clamare poſſe oſtẽdit. Et inter ipſa primordia ad cõmendationẽ fidei, qui baptizabantur, » linguis loquebantur. ¶ Et ſi habeã prophetiam,& ſcie» ro omnia myſteria,& omnem ſcientiam: charitatẽ au» tem non habeam:nihil mihi prodeſt.) Vere nihil prodeſt. Ad dei enim gloriam prophetatur,ſicut dicit Dauid propheta: Non nobis domine,nõ nobis:ſed nomini tuo da gloriam. Nam & Balaam prophetauit, cum propheta nõ eſſet,ſed ariolus:& Caiphas prophetauit, non merito,ſed dignitate ordinis ſacerdotalis: & Saul prophetauit, cum iam inobedientię cauſa ſpiritu malo fuiſſet repletus,ſed propter dei cauſam non poſſet com» prehendere Dauid,quẽ & occidere volebat. ¶ Et ſi ſcie» ro omnia myſteria.) Iudę enim nihil profuit fuiſſe cum apoſtolis, & didiciſſe myſteria , cum charitatis hoſtis tradidit Saluatorem. Et propheta Ezechiel diabolum k
myſteria cęleſtia ſcire oſtendit, quando increpata voce in paradiſo illum dei fuiſſe,& precioſos lapides habuiſſe teſtatur. Quos lapides idem Apoſtolus doctrinę diuinæ myſteria ſignificauit, vt nihil illi profuit, quia charitatis immemor in ſuperbiam proſiliuit. ¶ Et ſi habeã « omnẽ ſcientiam.) Nil mihi prodeſt ſcientia, ſi charitas « non ſit. Deniq; ſcribis & phariſæis nihil profuit,dicente Saluatore: Vos habetis clauim ſciẽtiæ,& neq; vos in- Luc.11.
tratis, neq; alios finitis introire. Per inuidiam enim charitatem corrumpẽtes,ſcientiã eius ad nihilum deduxerunt. Nam & Tertullianus & Nouatianus non paruę ſcientiæ fuerunt, ſed quia per zelum charitatis fœdera perdiderunt,in ſchiſma verſi ad perditionem ſui hæreſes creauerunt. ¶ Et ſi habuero omnem fidẽ,ita vt mon « tes tranſferam.) Virtutes facere, aut dęmonia per fidẽ « eiicere,dei virtus & gloria eſt:nec hoc ad meritũ profi- « cit,niſi quis bonæ cõuerſationis fuerit æmulus, ſicut ſu- « pra memorauí. ¶ Et ſi erogauero omnem ſubſtantiam « meam.) Apertum eſt quia ſi omnis ſubſtantia impen « datur,nihil proficit charitate neglecta, quia caput religionis,charitas eſt: & qui caput nõ habet, vitam nõ habet. ¶ Et ſi tradidero corpus meũ vt ardeam,nihil mihi « prodeſt.) Sine charitate nihil prodeſt, quia fundamen- « tum religionis charitas eſt. Quicquid ergo ſine charitate fit, caducum eſt. ¶ Charitas magnanima eſt,iucun « da eſt. Charitas non æmulatur, nõ inflatur,non perpe « ram agit, non ambitioſa eſt, non quærit quæ ſua ſunt. « Non irritatur,non cogitat malum,nõ gaudet in iniqui- « tate,congaudet autem veritati. Omnia tolerat,omnia « credit,omnia ſuffert,omnia ſperat. Charitas nunq; exci « det.) Tanta præconia charitatis edocuit, vt non imme « rito hanc cæteris anteponere videretur, & incaſſum la- L
borare eos qui aliis mandatis operã dant, huic non obtẽperantes. Hinc ait Ioannes apoſtolus: Charitas deus 1.Ioan.4.
eſt:& qui charitatem non habet, ſciat ſe deum non habere. Vnde et in alia epiſtola idem Paulus Apoſtolus
Ephe.2. ait: Deus autem qui dites eſt in miſericordia , propter multam charitatem ſuam miſertus eſt noſtri. Qui ergo charitatem nõ habet,ingratus eſt miſericordiæ dei, quia nõ diligit per quod ſaluatus eſt. Vt proinde diſcerent quia grauiter delinquebant qui eſcã fraternę charitati præponebãt. Nã hęc eſt quæ & in preſenti ꝓdeſt, & in æternũ cum deo permanet. ¶ Siue autẽ prophetię « euacuabũtur,ſiue linguę ceſſabunt,ſiue ſciẽtiæ euacua- « buntur. Ex parte enĩ cognoſcimus,& ex parte prophe- « tamus : cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt.) Omnia chariſmatum do- « na euacuari dixit,quia non tantũ poſſunt comprehẽde- M
re,quãtum ipſa veritas habet. Neq; nos aut capere aut narrare poſſumus plenitudinẽ veritatis. Qui enim fieri poteſt vt lingua humana omne cõplectatur quod dei eſt? Ideo deſtruetur imperfectio noſtra, non id quod verum eſt euacuabitur: ſed dũ additur imperfectio , quod deeſt deſtruetur. Deſtructio enĩ imperfectionis eſt;quando id quod imperfectum eſt ,impletur verum. ¶ Cũ eſ- « ſem paruulus,quaſi paruulus loquebar, quaſi paruulus « ſapiebã,quaſi paruulus cogitabã,Cum factus ſum vir, « ea quę paruuli erãt,deſtruxi.) Hoc dicit quia exeuntes « ſancti de hoc mũdo, plus neceſſe eſt inueniãt,q̃ nunc pu- 1.Ioan.3.
tant,ſicut Ioannes apoſtolus de Saluatore dixit: Tunc videbim⁹ illũ ſicuti eſt. In hac ergo vita paruuli ſum⁹, ad comparationẽ futurę vitæ:quia ſicut vita hęc imperfecta eſt,ita & ſcientia.¶ Videmus nũc per ſpeculum in « ænigmate,tũc vero facie ad faciẽ.) Apertũ eſt nũc ima « gines videri per fidẽ,tũc res ipſas. ¶ Modo ſcio ex pte, « tũc vero cognoſcã ſicut & cognitus ſum.) Id eſt, videã « quę ꝓmiſſa ſunt,ſicut video. hoc eſt preſentem eſſe ad deũ vbi Chriſtus eſt. ¶ Manẽt autem fides,ſpes,chari- « tas:tria hęc:maior aũt horũ eſt charitas.) Digne maior « eſt charitas,quia vt fides ꝓdicaretur,& ſpes eſſet futurę

A vitę,charitas preſtitit:ſicut ſupra memorauí. Vnde &
1.Ioan.3 Ioãnes apoſtolus, Ex hoc cognoſcimus,inq̃t,charitatẽ eius,quia ipſe pro nobis animã ſuã poſuit. Iuſte igitur maior charitas, per quã reformatũ eſt genus humanũ.

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

» SECTAMINI charitatem, æmulamini « ſpiritalia,magis autẽ vt prophetetis.) Poſt « charitatẽ, prophetandi ſtudiũ magis habẽ- « dum hortatur: quia quãuis magni ſint ſpiri « tales gradus quos enumerat: hic tamen melior qui ad « vtilitatem eccleſiæ proficit, vt diſcãt omnes diuinæ le- « gis rationem. In quo enim quis animum dederit, in eo « ipſo accipit donũ,dicente Salomone: Scire legẽ,ſenſus « eſt optimus. ſcientia enim charitate ſubnixa non infla- « tur,ſed eſt manſueta,proficiẽs omnibus ad vtilitatem.
» ¶ Qui enim loquitur linguis , nõ hominibus loquitur,
» ſed deo. nemo enim audit. ſpiritu autem loquitur my-
» ſteria.) Hoc eſt quod dicit, quia qui loquitur incognita lingua, deo loquitur, quia ipſe omnia nouit . homines enim neſciũt,ideoq; nullus eſt ex hac re profectus. ſpiritu autem loquitur, non ſenſu, quia ignorat quod dicit.
» ¶ Qui enim prophetat,hominib⁹ loquitur ad ædifica-
» tionem & exhortationem,& conſolationẽ.) Ædificatur enim quãdo quæſtionum ſolutionem addiſcit. Exhortatio autem illi fit, vt deſideriũ patiatur prophetandi. Cõſolatur vero,quia contemptũ diſcipline in ſpe videt. Scientia enim legis firmat animos,& prouocat ad
» ſpei melioris profectũ. ¶ Qui loquitur lingua, ſe ipſum
» ędificat. qui vero prophetat, eccleſiam ædificat.) Per id enim quod forte ſolus ſcit quod loquitur,ſe ſolum ædificat:nam qui prophetat,omnẽ plebem ædificat, dum
B intelligitur ab omnibus quid loquatur. Prophetas interpretes dicit ſcripturarum. Sicut enim propheta futura prędicit,quæ neſciũtur: ita & hic dum ſcripturarum ſenſum,qui multis occultus eſt, manifeſtat:dicitur prophetare. ¶ Volo autem vos omnes loqui linguis, ma-
» gis autẽ vt prophetetis.) Non poterat prohibere loqui linguis,quia ſuperius donũ iſtud dicit eſſe ſpiritus ſancti:ſed ideo prophetãdi magis ſtudium habẽdum,quia
» vtilius eſt.¶ Maior eſt enim qui prophetat,q̃ qui loqui-
» tur lingua, niſi interpretetur.) Quia ſi interpretari poterit,non erit minor,quia eccleſiam ædificat. hoc enim maius eſt, quod omnibus prodeſt. Hic enim per donum dei linguis loquitur,qui etiam interpretatur, ſicut & illi
» duodecim in actibus apoſtolorũ. ¶ Nunc autẽ fratres,ſi
» venero ad vos linguis loquẽs, quid vobis prodero ſi nõ
» loquar vobis aut in reuelatione, aut in notitia,aut in pa-
» phetia,aut in doctrina?) Hęc omnia vnum ſignificant.
» Docere enim nemo poterit, niſi intelligatur. ¶ Tamen
» que ſine anima ſunt vocẽ dantia, ſiue tibia,ſiue cithara,
C » ſi diſtinctionẽ ſonitus nõ dederint,quomodo cognoſce-
» tur quod per tibiam canitur,aut quod citharizatur? Et-
» enim ſi incertam vocẽ dederit tuba , quis ſe parabit ad
» prelium?) Quoniam exempla facilius ſuadẽt q̃ verba, exemplis cõmendat per quæ facile aſſequantur non debere illos in eccleſia loqui linguis, qui interpretari non poſſunt. Vt quid enim loquatur, quẽ nemo intelligit?
» ¶ Ita & vos per linguã niſi ſignificãtem ſermonẽ dede-
» ritis,quomodo ſcietur quid loquimini? Eritis enim in
» aera loquentes.) Hoc eſt,nihil proficiẽtes. ¶ Vtputa ge
» nera linguarum ſunt in hoc mundo,& nihil ſine voce.)
Multa quidem genera ſunt linguarũ,inquit, ſed habẽt
» proprias vocũ ſignificationes,vt intelligãtur. ¶ Si ergo
» neſciero virtutẽ vocis, ero ei cui loquor barbarus, & is
» qui loquitur,mihi barbarus.) Non vtiq; id ſtudendum monet, vt inuicem per incognitã linguã barbari ſibi videantur,ſed quia cõcordię res eſt,his nitendũ eſt, vt per
» vnanimitatẽ intellectus,cõmuni lętitia glorientẽ. ¶ Sic
» & vos quoniam æmulatores eſtis ſpirituum ad ædifi-
cationem eccleſię,quęrite vt ꝓphetetis.) Quia prodeſt « D
ſcripturas explanare, nam incitatur & gaudet animus quãdo aliquid de ſcripturis percipit:et quantũ propẽſior in hac parte ſit,tantũ deſerit vitia,propterea ad hãc partem ſtudium monet applicandũ. ¶ Ideo qui loquitur lin- «
gua,oret vt interpretetur.)Eum qui linguis loqui deſi- «
derat,orare debere vt accipiat donum interpretandi,vt proficiat cæteris ſtudiũ eius. ¶ Si orauero lingua,ſpiri- «
tus meus orat,mens autẽ mea ſine fructu eſt.) Manifeſtum eſt ignorare animũ noſtrum ſi lingua loquatur «
quã neſcit,ſicut aſſolent Latini homines Græce cãtare oblectati ſono verborũ,neſciẽtes tamen quid dicãt. Spiritus autẽ qui datur in baptiſmo, ſcit quid oret animus dum loquitur, aut perorat lingua ſibi ignotã mens autem qui eſt animus, ſine fructu eſt. Quem enim poteſt habere fructũ, qui ignorat quę loquatur? ¶ Quid eſt er- «
go? Orabo ſpiritu,orabo & mente. pſalmũ dicã ſpiritu, «
pſalmũ dicam & mẽte.) Hoc dicit,quia cũ quis hac lin- «
gua loquitur quam nouit,tam ſpiritu q̃ mẽte orat,quia non ſolum ſpiritus eius quẽ dixit datũ in baptiſmo, ſcit quid oratur,ſed & animꝰ. ſimili modo & de pſalmo nõ ignorat. ¶ Cæterũ ſi benedixeris ſpiritu.) Hoc eſt,ſi laudem dei lingua loquaris ignota audiẽtibus. ¶ Quis ſup- «
plet locũ idiotæ? quomodo dicit amen ſuper tuã bene- «
dictionem,quia neſcit quid dicas?) Imperitus enim au «
diens quod non intelligit,neſcit finẽ orationis, & nõ reſpondet amen, id eſt, verum, vt cõfirmetur benedictio. Per hos enĩ impletur cõfirmatio precis,qui reſpondent amen,vt omnia dicta veri teſtimonio in audientiũ mẽtibus confirmentur. ¶ Nam tu quidẽ gratias agis.) De «
eo dicit qui cognita ſibi loquitur , quia ſcit quid dicat.
¶ Sed alius nõ ædificatur.) Si vtiq; ad ædificandã eccle- « B
ſiam conuenitis,ea debent dici quæ intelligant audientes. Nam quid prodeſt vt quis lingua loquatur quã ſolus ſcit, vt qui audit,nihil proficiat? Ideo tacere debet in eccleſia, vt ii loquãtur qui proſint audiẽtibus. ¶ Gratias «
ago deo meo,q̃d omniũ veſtrum lingua loquor.) Quo- «
niam ſuperius linguis loqui, donum eſſe dixit ſpiritus ſancti,ideo ad deum refert quod omniũ lingua loqueretur. Et ne forte quaſi æmulus per inuidiam hoc diceret videretur,oſtẽdit ſe omnium quidem horum loqui linguis,& quia nõ valde prodeſt. ¶ Sed in eccleſia, inquit, «
volo quinq; verba loqui per legẽ, vt & alios ædificem, «
quàm decem milia verborum in lingua.) Vtilius dicit «
paucis verbis in apertione ſermonis loqui quod omnes intelligant, q̃ prolixam orationem habere in obſcuro. Hi ex Hebræis erant, qui aliquando Syra lingua plerunq; Hebræa in tractatibus aut oblationibus vtebantur ad commendationẽ. Gloriabantur enim ſe dici Hebræos propter meritũ Abrahæ. Quod idem Apoſto- Ephe.6.
lus pro nihilo habuit,dicens: Mihi autẽ abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri IESV Chriſti. ¶ Fratres, «
nolite pueri effici ſenſibus,ſed malitia paruuli eſtote,vt «
ſenſibus perfecti ſitis.) Perfectos illos vult eſſe,vt ſciant «
quid ad inſtructionẽ eccleſiæ ſit neceſſarium, vt recedẽ- F
tes a malitia & erroribus,iis ſtuderẽt quæ proficerẽt ad vtilitatem fratrũ. Hic eſt enim ſenſu perfectus,qui id agit vt profit alicui maxime fratri. ¶ In lege enim ſcriptũ «
eſt,quia in aliis linguis & in labiis aliis loquar populo «
huic,& nõdum me exaudient,dicit dominus.) Hoc do- «
minus de his dixit quos præſcit nec Saluatori creditu- «
ros. In aliis enim linguis et in aliis labiis loqui,nouum teſtamentũ eſt prędicare,ſicut dicit Hieremias prophe- Hiere.31.
ta: Ecce, venient dies, dicit dominus, & conſummabo domui Iſrael & domui Iuda teſtamentũ nouum,nõ ſecundum quod diſpoſui patribus illorũ. hoc eſt, immutata ratione aliter loqui q̃ ſe legis veteris verba habeãt, dum audiunt ſabbatum ſolui,neomenias euacuari, circumciſionem ceſſare, ſacrificia immutari, eſcas dudum prohibitas licere edere, Chriſtum de deo deum prædicare,hoc eſt aliis linguis & aliis labiis loq: & nec ſic pere-

G fidi deum obaudire voluerũt. Potest & sic intelligi, vt quia multi Iudæorum maleuoli erant,& propterea dignum nõ erat his in reuelatione loqui euangeliũ, sed in parabolis loqueretur ad eos, & intelligẽtes ideo sibi nõ reuelari quia mali erant,nec sic se corrigerent vt mereri se facerent per explanationẽ audire verba dei. Vnde di- Mat.13. cunt discipuli ad dominũ: Domine, quare in parabolis loqueris illis? Et dominus: Quia vobis datum est, inquit,nosse mysterium regni dei:illis autem non: vt videntes non videant,et audiẽtes non intelligant.ne indigni salutẽ perciperent. quod animaduertentes pro meritis suis factum, nec sic conuersi deo satisfacere voluerunt.¶Itaq; linguæ in signum sunt.)Hoc est,velamine incognitæ linguæ obscurati sunt sermones dei, ne videantur a perfidis,vt cum audiũtur incognitæ linguæ, signum sit quia propter perfidiã factum est ne audiens intelligat. ¶Nõ vtiq; iis qui credũt, sed non credẽtib9.) Hoc est quod dixi,quia ad occultãdos sensus incredulis proficiunt linguæ. ¶Prophetia autem non incredulis, sed iis qui credunt.)Hoc est,non competit fidelibus audire linguas quas nõ intelligant,sed infidelibus, qui nõ Esa.6. sunt digni intelligere, sicut dicit Esaias propheta: Vade, & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis.&c.¶Si conuenerit vniuersa ecclesia in vnum,& loquantur omnes linguis,introeant autẽ & idiotæ,nonne dicent,quia insanitis?) Manifestũ est quia si omnes diuersis linguis loquãtur, tumultus fit quidam incõditus populi quasi phrenesin patiẽtis. ¶Si autem omnes prophetent,intret autem aliquis infidelis vel idiota,increpatur ab omnibus, redarguitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt, & tunc cadẽs in faciem, adorabit deũ,pronũcians quod vere deus sit in vobis.)

H Cum enim intelligit & intelligitur,audiẽs laudari deũ & adorari Christũ,peruidet veram esse & venerandam religionẽ, in qua nihil fucatum, nihil in tenebris videt geri,sicut apud paganos quibus velantur oculi, ne quæ sacra vocant perspicientes, variis se vanitatibus cernãt illudi. Omnis enim impostura tenebras petit, & falsa pro veris ostendit. Ideo apud nos nihil abdite,nihil sub velamine,sed simpliciter vnus laudatur deus, ex q̃ sunt omnia, & vnus dominus IESVS, per quẽ omnia. Si enim nullus sit qui intelligat,aut a quo ipse discutiatur, potest dicere seductionẽ esse quandã & vanitatem,quę ideo linguis canitur,quia pudoris est si reueletur.¶Quid est ergo fratres,cum conuenitis,vnusquisq; vestrũ psalmum habet.) Id est,laudem dei per cãticum eloquitur. ¶Doctrinam habet.)Hoc est,sensuum per spiritalẽ prudẽtiam habet expositionem. ¶Reuelationẽ habet.)Id est,subest ei prophetia occultorum, quę ad omniũ mentem perueniat fauente spiritu sancto.¶Linguã habet.)

I Vt eos qui lingua loqui poterant, non cõtristaret, permisit eos loqui linguis:ita tamẽ, vt interpretatio sequeretur.Ideo ait.¶Interpretationem habet.) Vt si interpres adesset, daretur locus loquendi linguis. ¶Omnia ad ædificationem fiant.)Conclusio hæc est,vt nihil incassum in ecclesia geratur, hocq; elaborãdum magis vt imperiti proficiant,ne quid sit corporis per imperitiam tenebrosum. Idcirco omnes paratos vult conuenire diuersis donis spiritalib9, vt ipsa auiditate animi vigilãtes inuicem se exhortati, meliora dona æmularẽtur ad illuminationẽ fratrum. ¶Siue enim lingua quis loquitur per duos,vt multũ tres,& particulatim vt vnus interpretetur.)Hoc est,duo aut tres,non plus linguis loquantur,sed singuli,non simul omnes,ne insanire viderentur. Ideo ergo vt multum tres, ne occuparent diem linguis loquentes,& interpretes illorum, & non haberent prophetæ tempus scripturas differẽdi,qui sunt totius ecclesiæ illuminatores.¶Quod si non fuerit interpres,taceat in ecclesia,sibi autem loquatur et deo.)Hoc est,intra se tacite oret aut loquatur deo,qui audit muta omnia. In ecclesia enĩ ille debet loqui,qui oĩbus prosit.

PROPHETAE autem duo vel tres loquãtur, K & alii examinent vel interrogent.) Ipsum modũ tenuit dicẽdo: Duo aut tres loquantur,singuli autem,sicut supra. Cæteros aut ĩterrogare permisit de iis quæ forte in ambiguũ veniunt,aut quæ assequi aliquis nõ potest,quia diuersa sunt ingenia,vt disputatione planiore dilucidẽtur.¶Quod si alii reuelatum fuerit sedenti, prior taceat.) Id est, permittat potior inferiori, vt si potest dicat:nec ægre ferat, quia potest & illi dari donũ vt dicat,cum videtur inferior, quod potiori concessum non est. Sicut enim totum vni concedi non potest licet potiori,ita & non potest alicui quãuis inferiori nihil impertiri, vt nemo sit vacuus a gratia dei.¶Potestis enim per singulos prophetare,vt omnes discãt,& omnes exhortẽtur.) Hæc traditio synagogæ est,quã nos vult sectari,quia Christianis quidem scribit,sed ex gẽtibus factis,non ex Iudęis,vt sedẽtes disputent seniores dignitate in cathedris,sequẽtes in subselliis, nouissimi in pauimento super mattas. Quibus si reuelatũ fuerit,dandum locum dicendi precipit,nec despiciendos, quia mẽbra corporis sunt.¶Et spiritus prophetarum,prophetis subiectus est.) Quia enim vnus atq; idem spiritus est, qui tam prophetis futura dicẽtibus,q̃ iis qui reuelãt scripturas,infundit se pro ratione & qualitate causarũ, idcirco dixit: Subiectus est prophetis, vt ingenia accẽderet hac spe q̃d spiritus conatus adiuuet. Desiderio enim optimo ad dei res enarrandas subuenit, vt impleat boni propositi voluntatẽ. Nam & de Saluatore idem dictum est: Bibebant autem de spiritali sequẽte petra: petra autem erat Christus. Hoc est & subiectũ esse, quod L & sequi. Sequebatur enim vt humanis suffragiis deficientibus adesset ad auxiliũ tribuẽdum. Ita & spiritus subiectus dicitur, vt conatus bonos adiuuet, cum suggerit. Subiectus enim videtur, qui cœpta alterius perficit. ¶Non est enim dissensionis res,sed pacis.) Quia ergo pacis res est, dicente Saluatore: Pacem meã do vobis, Ioan.14. pacem relinquo vobis:nemo alterum non sinat dicere, neq; debet dicenti studio contradicendi resistere, ne discordia fiat in corpore. Qui enim in pace vocãtur, patiẽtiæ debẽt studere, ne pacis iura soluantur. ¶Sicut in omnibus ecclesiis sanctorũ doceo.) Hoc dicto hortatur illos vt quæ precepit faciant, quando similiter se ecclesiis sanctorum prędicare testatur. ¶Aut a vobis verbũ dei profectum est,aut in vos solos deuenit?) Arguẽtis verba sunt. Sic enim inflati erant,quasi ipsis promissa fuisset hæc salus,& exemplo eorũ cæterę gentes vocarentur ad fidem,aut non essent aliqui possent accipere gratiam dei apostolis prædicãtibus. Sic enim se iactabãt, quasi beneficiũ darent magis q̃ acciperẽt accedentes ad M fidẽ. Vnde dicit: Aut in vos solos deuenit verbũ dei? Omnis enim qui vult aliquid emere quod scit ab aliis nõ requiri,cum quodam fastidio accedit ad emptionẽ, quasi beneficium præstiturus vendenti. Ideo hoc Apostolus arguit in Corinthiis, quia tales se præbebãt elatione vanitatis, quasi si ipsi non obedirent verbis fidei, nemo esset qui crederet: sicut dicit Iudæis: Vobis pri- Actuũ.13 mis oportebat loqui verba vitæ huius: sed quia repulistis ea,indignos vos faciẽtes æternæ vitæ, ecce conuertimus nos ad gentes. ¶Si quis existimatur propheta esse aut spiritalis,cognoscat quę scribo vobis,quia domini sunt.)Hoc dicẽs,tangit supra memoratos falsos apostolos,a quibus fuerãt deprauati,qui pro desideriis hominum non diuina sed terrena docebant. Ideo hic nihil suũ tradere se dicit,sed dñi, vt q̃bus suadet, deo acquisiti non hominibus videãtur:qua fiducia & cõstanter prædicat,liberam habẽs consciẽtiam,quia non hominibus placere vult,sed deo. Vnde peccatoribus non blãditur vt crescant:sed admonet,vt desinãt.¶Si quis autẽ ignorat,ignorabitur.)Recte,quia qui nescit dñi esse quæ loquitur Apostolus, & ipse a domino ignorabitur in die iudicii,dicente dño: Amẽ dico vobis, quod nescio vos.

A ¶Propter q̃d fratres ęmulationẽ habete prophetandi.) Quãuis arguat hos,& in multis reprehendat & corripiat,eo q̃d recesserãt a traditione eius:tamẽ fratres hos vocat,quia dicit Esaias ad plebẽ dñi: Dicite iis qui non recte ambulãt in viis meis, fratres nostri estis vos. Vt ergo cõsolaretur istos post correctiones,fratres illos vocat:& ad æmulationem prophetiæ hortatur,vt assidua disputatione & explanatione legis diuinæ fierent structiores,vt possẽt dicere peruersas esse pseudoapostolorum prædicationes.¶Et loqui linguis nolite p̃hibere.) Et hoc propter charitatẽ, vt qui possunt loqui linguis, & qui interpres fuerit pręsens,nõ vetẽtur,ne fiat dissensio.¶Omnia autẽ honeste,& secundum ordinem fiãt.) Hoc est secundum ordinem supradictum. Honeste autem illud fit quod cum pace & disciplina fit.

MVLIERES vestræ in ecclesia taceant.)Nũc tradit quod prætermiserat. Superius enĩ velari mulieres ĩ ecclesia præcepit,modo vt quietę sint & verecundę ostendit: vt operæpreciũ sit, quia velãtur. Si enim imago dei vir est,nõ fœmina, & viro subiecta est lege naturæ: quanto magis in Ecclesia debent esse subiectæ propter reuerẽtiam eius qui illius legatus est, qui etiã viri caput est?¶Non enĩ permittitur illis loqui, sed esse in silentio,sicut & lex dicit.)Quid dicit lex? Ad Genes.3. virũ tuũ cõuersio tua,& ipse tui dominabitur. Lex hæc specialis est. Hinc Sara dñm vocabat Abrahã virum suũ. Ac per hoc in silentio iubẽtur esse,ne supradictæ legis sententia infirmetur,cuius memor Sara viro suo erat subiecta,sicut dictũ est. Quãuis vna caro sit,sed duabus ex causis iubetur esse subiecta:quia & ex viro est, & per B ipsam intrauit peccatũ.¶Si quid autẽ discere volũt, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieribus in ecclesia loqui.)Turpe est,quia cõtra disciplinã est, vt in domo dei qui eas subiectas viris suis esse pręcepit,de lege loqui pręsumãt,cũ sciãt illic viros habere primatũ, & sibi magis cõpetere vt in domo dei precibus vacent, linguã retinentes,aures aperiant,vt audiant quomodo misericordia dei mortem vicit per Christũ,quę per eas regnauit. Nam si audeãt in ecclesia loqui,dedecus est, quia idcirco velãtur, vt humiliatæ appareant. Illæ autẽ se inuerecunde ostendũt,quod & viris opprobrium est. In mulierum enim insolentia,etiam mariti notantur.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

NOTVM autem vobis facio fratres, quia Euãgeliũ quod prædicaui vobis,q̃d & accepistis, ĩ quo & statis,per quod & salui efficimini,quod sermone annũciaui vobis,debetis tenere,nisi forte sine causa credidistis.)Ostendit illis C quia si in hac causa quæ subiecta est,a traditione eius seducti sunt,perdiderũt quod crediderũt. Omnis enĩ spes credentiũ in hoc sensu est,quia mortui resurgent. Quod autẽ dicit,in quo & statis,his dicit qui firmi erãt in fide traditionis hui9. Promiscuis enim loquitur, vt & ii qui in fide fixi sunt,gaudeant:& qui nutãt,corripi se doleãt & corrigantur.¶Tradidi enim vobis in primis, quoniã Christus mortuus est pro peccatis nostris secundũ scripturas.)Scripturas testamenti veteris memorat, quæ futuram passionẽ dñi cecinerũt. Dicit enim Esaias pro- Esaie.53. pheta: Vt ouis ad immolandũ ductus est. Et inter cætera,quoniam tolletur a terra vita eius, ab iniquitatib9 populi mei ductus est ad mortẽ. Hæc in Christo reperta noscuntur. Sed quia præteriti temporis significatio videtur,nõ est aduersum:quia apud deũ qui omniũ pręscius est,nihil futurũ est:ideo sic dicit quod futurũ est nobis,quasi factũ sit. Nã in apocalypsi Ioannis apostoli dicitur: Agnus,inquit,qui occisus est a cõstitutione mũdi. Quia enim aliter nõ fiet q̃ scit deus,factũ dicitur. nobis enim fit,non deo,quia apud deum nihil est quod futurũ dicatur. Et in psalmo ait: Dñs regnauit a ligno. Et Moyses de cruce eius ita significauit dicens: Tũc videbitis vitam vestrã pendentẽ ante oculos vestros,& non D credetis. Idcirco ergo in eadem causa & futuri tẽporis aliquando significantiã ponit,ne a peruersis nõ de Christo dictũ defenderetur,si totũ quasi pręteritum significaret.¶Et quia sepultus est.)Nulli dubiũ est sepultũ esse, sicut dicit Esaias propheta: Et dabo malos pro sepultu- Esaię.53. ra eius.¶Et quia resurrexit tertia die scd̃m scripturas.) Omnia in fide clausa sũt,ideo sub persona populi resurrectio dñi tertia die futura descripta est. Dicit enĩ Osee propheta: Post biduũ & in tertio die resurgemus, & vi- Osee.6. uemus in cõspectu eius. In Christo enĩ omnes resurrexisse,sicut in Adã mortuos esse,nemo fideliũ denegat. Simili modo & in psalmo sub persona hominis etiã de Christo significat,dicẽs: Omnia subiecisti sub pedibus Psalm.8. eius,gloria & honore coronasti eum.¶Et quia visus est Cephę.)Id est Petro. Hoc etiã Cleophas cum socio suo Lucę.24. testatur, vt in Euangelio κατὰ λοῦκαν, q̃d apparuit soli Petro.¶Postea illis vndecim.)Et hoc in Euãgelio cõtinetur.¶Deinde apparuit plus q̃ quingentis fratribus simul.) Hoc sua fide dicit.¶Ex quibus plures manent vsq; adhuc,quidam autem dormierunt.)De his quibus post resurrectionem apparuit dominus,tũc multos dicit fuisse in corpore.¶Deinde apparuit Iacobo.)Singulariter Iacobo apparuit,sicut & Petro. Quod ideo puto factum, vt multifaria apparẽtia fidem resurrectionis firmaret.¶Postea apostolis omnibus.)Iterũ omnibus apostolis visus est in monte vbi constituerat illis IESVS,sicut refert Mattheus euãgelista. Ante in Hierusalem post dies octo resurrectiõis suæ,id est,dñica die ianuis clausis ĩtrauit ad discipulos,vt Thomæ animus firmaretur,sicut dicit Ioannes apostolus. In mõte enim intelligitur mãdata illis dedisse. ¶Nouissime aũt omniũ E quasi abortiuo visus est & mihi.) Apparuit illi primũ in cælo,post oranti in tẽplo. Abortiuum se dixit: quia extra tempus natus in Christo apostolatũ accepit,iam Christo in cælos recepto cũ carne.¶Ego enim sum minimus omniũ apostolorũ.)Humiliat se,& tẽporis causã sibi ascribit. Tẽpore enim minor est,nõ dignitate. Sed quia & persecutor fuit,inclinat se dicens.¶Qui nõ sum dignus vocari apostolus, quia persecut9 sum ecclesiam dei. Gratia autẽ dei sum quod sum.) Deo dat gloriam qui eũ elegit,& dignitatẽ suam nõ sibi defendit,sed indignũ se dicit. Vnde vere plus meretur,sciens dixisse dominum: Qui se exaltat,humiliabitur.¶Et gratia eius Lucę.18. pauper in me nõ fuit.)Hoc dicit, quia nõ propter quod persecutus est,minorem gratiam in apostolatu accepit. ¶Sed plus illis oĩbus laboraui.) Addit ad causã, quia non solũ minoratus nõ est, sed & amplius propter constantiam qua vigebat in Christo, afflictus est: quod nõ ægre ferens dignior factus est.¶Non ego autẽ,sed gratia dei mecum.)Ne se extulisse iactanter putaretur,statim se humiliat,cũ hoc ipsum nõ magis sibi, sed dei gra F tiæ ascribit: vt semper omnẽ gloriam reportet ad deũ. vnde iure exaltãdus est.¶Siue igitur ego,siue illi,sic prædicam9,& ita credidistis.)Hoc est quod supra significauit,quia non inferiorẽ gratiã in prædicatione accepit, q̃ cæteri apostoli,sed vnã atq; eandem. Vnde magis arguit perfidiã Corinthiorũ,quia cũ manifestata esset credulitas hæc apud oẽs ecclesias, hi ab hac fide & spe desciuerant quã subiecit,dicens:¶Si autẽ Christus prędicatur quod ex mortuis resurrexit,quomodo dicunt quidam inter vos,quoniã resurrectio mortuorũ nõ est? Si ergo resurrectio mortuorũ non est,neq; Christus resurrexit. Si autem Christus nõ resurrexit,inanis est prędicatio nostra,vacua est & fides vestra.)Hæc a falsis apostolis erant tradita,qui Christũ neq; natum, neq; in carne passum,neq; resurrexisse asseuerabant:quos & Ioannes apostolus denotat quod Christum in carne venisse negabant. Vnde dicit: Qui negat Christũ in carne ve- 1.Ioan.2. nisse,hic est Antichristus: & qui negat filiũ,nec patrẽ

habet. Isti ambulabãt, & quorundã fidẽ, ne imprudẽtes a mũdi sapiẽtibus iudicarentur, subuertebant: quia prudẽtes seculi stultũ iudicant cũ audiunt resurrectionẽ mortuorũ. Q; si, inquit, verũ est quia Christus nõ resurrexit, falsi sum⁹ prędicatores, & fides vestra inanis erit. Hoc enim crediderunt apostolo prędicãte, quia mortui resurgent: & hac spe attracti sunt ad fidẽ: qd vtiq; ad detrimentũ illorũ proficere asserit, si crediderunt qd futurum non est: & pudoris est vt aliquis profiteatur hoc se credidisse quod falsum est. Et verecundiã ergo illis incutit, & labores illorũ dicit infructuosos, si qd a falsis apostolis audierunt, verũ est, quia mortui non resurgent. quod nemo vtiq; de se patitur audire. vt vidẽtes hoc cõtra se esse, reuerterentur ad primã fidem. ¶ Inuenimur autẽ & falsi testes dei, quia testimoniũ diximus aduersum deũ, quod suscitauerit Christũ, quẽ non suscitauit.) Qui asserit quod Christũ deus a mortuis suscitauit, falsus est testis si non est factum: virtutem tamen dei prędicat, non vtiq; vt inimicus, qui tam admirabile factum virtuti eius asscribit. Q; si verũ est quia excitauit Christum a mortuis, quid huic dicendũ est qui & testis contra deum falsus est, & opus eius stultitiam asserit? ¶ Si enim mortui nõ resurgent, neq; Christus resurrexit. Q; si Christus nõ resurrexit, adhuc estis i peccatis vestris: & qui dormierunt in Christo, perierũt.) Terret illos, vt quia nemo sibi male vult, doleat illis hoc cœpisse credere quod cõtra ipsos est. Q; uis enim peccata sibi remissa nolit audire? Et qui dormierunt in Christo, perierunt. Addit ad terrorẽ, quia charorum suorum excessum nolint æstimare perditionẽ. Q ui enim nõ timuerunt, sub hac spe de seculo exierũt, siue occidi non timuerũt, quia resurgere exẽplo Christi crediderũt: qd si nõ est verum, perierunt. Hoc illis dicit quod amore suorũ defunctorũ nolũt audire, vt illis amputet qd prius per errorem volebant audire. ¶ Si in hac vita tãtũ in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.) Manifestũ est quia & in hac præsenti vita & in futura speramus in Christo. Nec enim hic deserit seruos suos, sed dat illis gratiã, & in futuro erũt in gloria æterna. Si autẽ futuræ vitæ spes nõ esset, omnibus hominibus, qđ dixit, miserabiliores essem⁹. Vt quid enim ieiunia, vigiliæ, exitus, munda vita, iustitia, misericordia, mors, si pro his nulla merces erit in futuro? Increduli autẽ vel hac vita fruuntur. ¶ Si enim Christus resurrexit a mortuis initiũ dormiẽtiũ, quoniã quidẽ per hominẽ mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ.) Hoc dicens tãgit pseudoprophetas qui Christum natum negabãt, ac per hoc non resurrexisse carnem: quia qui natus non est, nec moritur. Sic autẽ probat Christũ a mortuis resurrexisse quia homo fuit, vt dubiũ non sit hominẽ a deo a mortuis excitatũ: vt quia peccato hominis mors inuẽta est, Christi iustitia resurrectionẽ meruerit mortuorũ. ¶ Sicut enim in Adam omnes moriũtur, ita & in Christo oẽs viuificabũtur.) Hoc dicit quia sicut Adam peccans mortem inuenit, & omnes ex eius origine tenuit vt dissoluãtur, ita & Christus non peccans, & per hoc vincẽs mortem: (quia qui non peccat, vincit mortẽ, quia mors ex peccato:) omnib⁹ qui sunt ex eius corpore, acquisiuit vitam, id est resurrectionem. Q uãuis ergo generalem tribuerit resurrectionẽ, vt sicut in Adam oẽs siue iusti siue iniusti moriũtur, ita & in Christo omnes tã credẽtes q̃ diffidentes resurgãt: licet ad pœnã, increduli tamẽ viuificari videtur, quia corpora sua recipient, tã nõ morituri, sed passuri pœnã in eis sine fine: quod credere noluerũt. ¶ Vnusquisq; autẽ in suo ordine.) Nunc ordines resurrectionis vult exponere. ne ideo putarẽt fabulosum esse, quia factũ non est adhuc in cæteris, ordines illis exponit, & tempora quando factũ sit, & quando futurũ vt resurgant mortui. ¶ Initiũ Christus.) Sicut in Actibus apostolorum testatur scriptũ esse in Moyse, si passibilis Christ⁹, si prior surgens ex mortuis. &c. Prior ergo resurrexit, vt forma fieret credẽtibus sibi. ¶ Deinde ii qui sunt Christi in aduentu eius.) Hoc duplici modo intelligendũ est, quia & in aduentu eius secũdo sancti resurgent, iuxta fidem apocalypsis Ioannis, sicut & in primo aduentu cũ resurrexit, multa corpora sanctorũ resurrexerunt ad protestationẽ euictæ mortis ac spoliatę. Sub vna ergo significatione duplicẽ aduentũ domini comprehendit. ¶ Deinde finis, cũ tradiderit regnũ deo & patri, cũ destituerit omnẽ principatũ, & omnem potestatẽ, & omnẽ virtutẽ, & omnẽ dominationẽ. Oportet enĩ illũ regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Nouissime inimica destruetur mors.) Hoc dicit quia tradito regno finis erit mundi, impleta resurrectione. Q̃d quidã territi asperitate sermonis, dum quasi pie volunt sẽtire, a proprietate sensus declinant. Horrẽt enim sonũ verbi, audiẽtes, Cũ tradiderit regnũ deo & patri: putãtes traditionẽ hãc regni, si iuxta sonum verbi intelligatur, vacuã remanere: vt si tradit, iam ipse non habeat, quasi pater tradẽs omnia filio euacuauerit se. Nã ipse Dñs ait: Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et postea: Hæc est autẽ vita æterna, inquit, vt cognoscãt te solũ verum deum, & quẽ misisti IESVM Christũ. Ecce regnãte filio regnat & pater. Q uomodo autem tradens regnũ filius euacuare se crederetur, cũ dicat angelus ad Mariam: Et dabit illi dñs deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternũ, & regni eius nõ erit finis? Et Daniel de eodẽ regno dicit inter cætera: Deus cæli excitabit aliud regnũ quod nũquã corrumpetur, & hoc regnum æternum erit. Nemo ergo dubitet filium semper regnaturũ cum patre. Traditio autẽ hæc est regni, vt cũ omnia filio fuerint subiecta, & adorauerit illũ vt deum, destructa morte: tunc filius ostendit illis nõ se esse ex quo omnia, sed per quem sunt omnia: & hoc erit tradere regnum deo & patri, ostẽdere ipsum esse ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur: & tũc erit finis. Destructio tamen mortis est resurrectio mortuorũ. ¶ Cum autẽ dicat, Omnia subiecta sunt ei: præter eũ qui subiecit ei omnia. Cum autẽ subiecta illi fuerint omnia, tunc & ipse subiectus erit ei, qui illi subiecit omnia: vt sit dñs omnia in omnibus.) Idem sensus est, quem nunc aperit, vt manifestet quid sit tradere regnũ filium deo & patri: hoc tamẽ addit ad sensum quia tradens pater filio regnũ nõ se subiecerit ei, sicut filius patri se subiecit. Incongruũ est enim vt pater subiiciat filio. Omnia ergo subiecit pater filio, vt similiter honorificetur filius, sicut & honorificatur pater. ¶ Cũ ergo omnia confessa fuerint Christũ deũ substrata pedibus eius, tũc & ipse Christus dñs subiicietur deo patri, vt sit deus omnia in omnibus.) Hoc dicit quia cum omniũ principum & potestatũ & dominationũ fuerit pressa superbia, & adorauerint Christũ quasi deum: tunc Christus propter vnicam autoritatẽ patris, deum quidẽ se ostendet, sed de deo, vt vnius principii sublimis & ineffabilis autoritas maneat. Hoc est subiicere se filiũ patri, hoc est deum esse omnia in omnibus: quia cũ discit omnis creatura caput suum esse Christũ, Christi autẽ caput deum patrẽ: omnia in omnibus est deus pater. hoc est, vt omnis creatura vnũ sentiat, vna voce omnis lingua cęlestium & terrestrium & infernorũ cõfiteatur vnum esse deum ex quo sunt omnia. Si autẽ dixisset, Vt sit deus in omnibus, intelligeretur in omnibus quidẽ esse, sed per affectũ aut cõmunẽ sensum, nõ tamen ea ipsa ex ipso esse. Sed cum dixit, omnia in omnibus: hoc significauit, quia ex ipso sunt, & in ipsis est. Ex ipso, quia ab ipso creata sunt. In ipsis autẽ, quia in omniũ confessione vnus erit deus. Nõ tamen sic subiicitur filius patri, sicut filio creatura. ¶ Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis? ¶ Si omnino mortui non resurgent, quid & baptizantur pro illis?) In tãtũ ratam & stabilem vult ostendere resurrectionẽ mortuorum, vt exemplũ de eorum qui tam

securi erant de futura resurrectione, vt etiã pro mortuis baptizarentur, si quẽ forte mors præuenisset, timentes ne aut male, aut nõ resurgeret, aut qui baptizatus non fuerat, viu⁹ nomine mortui tingebat. Vnde subiecit, Quid & baptizãtur pro illis? Exemplo hoc nõ factũ illorum probat, sed fixam fidem in resurrectione ostendit. ¶ Quid & nos periclitamur omni hora? q̃tidie morior pro gloria vestra, quã habeo in dño.) Dicẽdo, qd & nos periclitamur? discreuit personas, ostẽdẽs nõ catholicos esse. qui pro mortuis baptizabãtur. Deniq; supra dixit: Quid & baptizantur pro illis? nunquid & baptizamur pro illis? Nam & Iepte, quãuis in re q̃ accepta fieri non posset, fidelis inuentus est, offerens filiam suã secũdum votũ suum quod stulte vouerat. Non ergo factum probatur, sed perseuerãtia fidei in exemplũ profertur. Prædicantiũ pericula & labores memorat, dicens: Quid & nos periclitamur? & subaudit ur, nisi quia speram⁹ futurã resurrectionẽ. sicut supra memorat. Securi enĩ quia post istã mortẽ vera vita sequetur, pericula non timent illata ab infidelibus propter zelum illorũ quos quia crediderunt perdidisse se, dolẽt. Solicitudinẽ ergo suã ostẽdit quam habebat erga salutẽ illorum propter gloriam promissam a dño, sicut & in lege dictũ est: Exalta sicut tuba vocem tuã. si te audierint, lucraberis animas illorum. Ad hoc festinabat apostolus semper solicitus, vt gloria illi cresceret apud deũ acquisitæ salutis multorũ. ¶ Si secundũ hominẽ ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgent? Hoc est, si secũdum humanum sensum (qui videns hoc in rerũ naturã nõ cadere, vt caro iam soluta reformetur ad vitã, minime credit futurã resurrectionẽ mortuorũ) bestiis offerri, mori non timui, nihil profeci. Sed nõ hoc est, quia certus de promissa vita, nõ solum nõ timuit, sed & libẽter bestiis offerri se passus est, sicut inter cętera ait in Actibus apostolorũ: Ego enim nõ solum ligari, sed & mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine dñi IESV Christi. ¶ Mãducem⁹ & bibam⁹. cras enĩ moriemur.) Hoc ab Esaia propheta dictũ est. Propter hos qui quasi nihil futurum esset post mortem, ventri tantum studebant quomodo pecora, sicut & ii qui Corinthios deprauabant. ¶ Nolite seduci, Corrumpũt mores bonos colloquia mala.) Significat confabulatione malorũ hominum euerti posse bonũ propositũ. Assiduitas enim praui colloquii vitiat mentẽ, ac per hoc ab his cauendũ. Q uicunq; enim acceptã fidem custodire vult, maxime inter ipsa initia obstrepẽtes debet vitare, vt impleat qđ vtile iudicauit. ¶ Vigilate, iusti estote, & nolite peccare.) Vigilandum monet, ne circũuentione praui sensus capti & a fide abducti deprauarẽtur, mortuorũ resurrectionẽ nõ credendo. Iustos esse præcepit, vt non solũ terrenam iustitiam excolant, sed & cælestem, quia terrena iustitia meritũ nõ facit, sicut & nõ facit reũ. Q uid enim magnũ est aliena non tollere, quippe cũ hoc timoris sit? Magnum est autem de proprio nõ habenti largiri. hæc est vera iustitia. & vt non peccent, subiecit. Vnde intelligi voluit non se iustitiã temporalẽ seruandã mãdasse, sed diuinam: quia qui cælestẽ iustitiã seruat, sine dubio in hac præsenti perfectus est. ¶ Ignorantiã enim dei quidam habent. Ad reuerẽtiam vobis loquor.) Propositũ dei ignorantes ii qui inter eos cõuertebantur, mortuos resurrecturos stultũ esse dicebãt credere. Ideo pudorem illis incutit quasi imprudentibus. credebãt enim eis qui ignorantiam dei habentes, cõtra dei statuta docebant. ¶ Sed dicit aliquis, quemadmodũ resurgẽt mortui? quo autẽ corpore venient?) Hos dixit ignorantiã dei habere, quorum deprauatæ sententiæ verba protulit, dicẽs: Q uemadmodũ resurgẽt mortui? quo autẽ corpore venient? Cui congrue respondit dicẽs: ¶ Stulte, tu quod semĩnas, non viuificatur nisi moriatur.) Cũ animali homine non vtiq; legis autoritate agit, vt exẽplis suadeat, quæ si reciperet, non erraret: sed physica ratione, de qua sibi blanditur, vt non credat resurgere resoluta & emortua corpora. Ostẽdit enim mortua rursum reparari ad vitam, & multiplicata, vt cõfundatur error humanus. ¶ Et qđ seminas, non corpus quod futurũ est seminas, sed nudum granũ, vtputa tritici, aut alicuius cæterorũ. Deus autem illi dat corpus prout voluit, et vnicuiq; seminũ proprium corpus.) Si ergo nudũ granum seminaẽ, vt dei nutu quodãmodo elementorũ ministerio vestitum resurgat, multa secum habens incrementa vtilitatis humanę: cur nõ credibile sit dei virtute mortuũ posse resurgere, meliorata tantũ substãtia, nõ numero multiplicatum? Q uid ergo requiritur ab infideli quo corpore resurgant mortui, cũ exempla prædicant ad fidẽ hanc melioratę resurrectionis, nõ amissę substãtiæ: quia proprium corpus recipiet in quo creatus est Adam, iuxta exempla supradicta. ¶ Nõ omnis caro eadem caro. Alia quidẽ hominis, alia autẽ pecoris: alia caro volatiliũ, alia caro piscium.) Cum ex eadẽ massa omnis caro sit, vnde & quomodo in his tanta diuersitas est, vt vna impensa faceret genera diuersa? Dicant nunc sophistę mundi & scrutatores syderũ, si valent comprehẽdere quę extra se sunt: cum quid intra se sit, nesciant. Deniq; omnes mũdani philosophi quia mentẽ suam legi dei humiliare vt fidem eius susciperent noluerunt, diuersa semper & cõtraria asserentes, inanissimis disputationibus inuicẽ se cõfuderũt: quia in nullo horũ testificatæ veritatis signũ agnitum est, quod antepositũ verbis cõmẽdaret doctrinam: sicut & deus discreuit disciplinæ vestræ, quæ non verbis probatur, sed virtute, cui nõ possũt verba resistere. Q uemadmodũ ergo ex vna impẽsa diuersa animãtium caro est, ita & vnius carnis homines, diuersi erũt dignitate in resurrectione: vt talis vnusquisq; appareat qualis fuerit meriti, quippe cũ etiam hic diuersitatẽ corporũ videamus. ¶ Et corpora cælestia & terrestria: sed alia quidem cælestiũ gloria, alia autẽ terrestriũ.) Cælestia corpora sunt resurgẽtium: terrestria autẽ antequam moriantur aut surgãt: vt quia Christus cælestis est, ex eo corpora cęlestia dicantur: ex Adam vero, quia terrestris est, terrestria corpora. ¶ Alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas stellarũ. Stella enĩ ab stella differt in claritate.) Vnius naturæ cõparatione vtitur ad indiscretæ substantiæ reddendã rationem, quia sicut Sol & Luna & stellæ cum sint vnius quidem naturæ, diuersæ tamen claritatis sunt: ita & homines cum sint vnius quidem generis, merito tamen dissimiles erũt in gloria: vt claritati Solis, illorũ dignitas exæquetur, qui centesimum numerũ habẽt, qui vt perfecti essent, primi gradus æmuli fuerunt, de quibus dictũ est: Tũc iusti fulgebunt sicut Sol in regno patris sui. Lunari autem claritati hi comparandi sunt, qui sexagesimũ numerũ bonis operibus mercati sunt, vt secũdi gradus meritũ haberẽt. Stellis autem clarioribus eorũ merita cõparanda sunt, qui centesimũ tricesimũ numerum tertii gradus dignitatẽ iustis laboribus quæsierunt. Sequẽtibus vero stellis quæ inter claras & obscuriores mediæ sunt, peccatores homines coaptãdi sũt, qui de tribus nullius gradus adipisci honorẽ voluerũt. Tetricis autẽ stellis & omniũ nouissimis, perfidorũ resurrectio similis est: quia errorẽ secuti, stellis in errorẽ ducentibus comparãdi sunt, sicut dicit in epistola sua Iudas apostolus. Infidelitas enĩ nõ potest clarã resurrectionẽ habere: quia sicut carbo cinere suo coopertus obcęcatur, ita & hi perfidia sua erroris tenebris circumdati, luce carebunt. ¶ Ita erit & resurrectio mortuorum.) Exempla dat, vt nõ sit dubiũ resurrectionem mortuorũ futuram, vt accepta ratione nemo ambigat. ¶ Seminat in corruptela, surget in incorruptela.) Seminare est sepelire vt corrumpatur: resurgere autem in incorruptela, iam exsuscitatũ non posse corrumpi, sed habere claritatẽ immortalitatis. ¶ Seminatur in ignominia, resurget in gloria.) In ignominia seminat, qa dũ in tetrico ponitur, fit fœtidũ, & scatet vermibus. surgere

G est autem in gloria, quia exsuscitatum & lumen erit, & » nullâ squaloris inimicâ patietur. ¶ Seminatur i infirmi» tate, surget in virtute.)In infirmitate seminat, quia im» mobile est & irregibile: surget autẽ in virtute, quia iam » totum viuum erit ac vegetum. ¶ Seminatur corp⁹ ani» male, surget corpus spirituale.) Animale corp⁹ est dum cibis sustentatur vt viuat: spirituale autem cum borum nihil indigebit conuersum in vitam. Omnia supradicta hoc sensu claudũtur. Non enĩ corpus animale semper hic habere potest spiritũ sanctũ. Tunc vero, id est in resurrectione, semper manebit in sanctis. Surget corpus » spirituale quod possit ire obuiã Christo. ¶ Sicut scriptũ » est: Factus est primus homo Adam in animã viuentẽ, » nouissimus Adam in spiritũ viuificantẽ.)Notandũ est q̃ duos Adam eiusdẽ nature vtrosq; demonstrat, quod cõtra Manicheos & Apollinaristas facit, qui negant a » dei verbo perfectum hominẽ esse susceptum. ¶ Sed non » prius quod spirituale est, sed qđ animale, deinde qđ spiri» tale. Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de » cælo cælestis. Qualis terrenus, tales & terreni.) Cælestis dicitur, quia nõ humanę fragilitatis ritu, sed diuinę maiestatis nutu & cõceptus est & enixus. Nã vsq; adeo naturam nostri habuit, vt secundus Adã dicatur, & ho» mo. ¶ Et qualis cęlestis, tales & cęlestes.)Si ideo (vt hę» retici volunt) nostri generis assumptus homo non fuit, qui cælestis dicitur: ergo nec isti naturæ nostræ sũt, qui cælestes appellantur. Si vero de his nemo dubitat, nec » de illo est ambigẽdũ. ¶ Igitur sicut portauimus imagi» nem illius terreni, portemus & imaginem huius cæle» stis.) Peccator imaginẽ Adæ portat, iustus vero ima» H ginem Christi. Ergo sicut portauimus veterẽ hominẽ ante baptismũ, ita & post baptismũ portemus nouum. » ¶ Hoc autem dico fratres, quoniã caro & sãguis regnũ » dei non possidebit, neq; corruptio incorruptelã possideb» bit.)Frequẽter scriptura carnem pro operibus nominat carnis: vt ibi: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. Aliter caro sicut est, regnum dei non possidebit nisi » immortalitate vestita. ¶ Ecce mysteriũ dico. Obscuri» tatem significat nominando mysteriũ. ¶ Omnes quidẽ » resurgemus, nõ omnes immutabimur.) Omnes enim homines resurgent, sed soli qui regnaturi sunt, in gloriã mutabũtur. Siue ita: Omnes resurgemus, qui in aduẽtu Christi mortui inueniemur: nõ omnes immutabũ» tur qui i corpore sint reperti, quia sancti soli beatitudinis » gloriam consequẽtur. ¶ In momento, in ictu oculi.) Per ictum oculi, inimicã breuitatẽ vult significare momenti, vt quanta sit dei potẽtia, ex resurrectionis celeritate co» gnoscas. ¶ In nouissima tuba & mortui resurgẽt incor» » rupti, & nos immutabimur.)Nouissimus aduẽtus in» I telligitur Christi. Mortui autem vel peccatores intelligendi sunt, qui etiam viuentes mortui esse dicuntur, vt ad pœnã: aut immortales, vt absq; aliqua membrorum diminutione resurgant. Vel certe simpliciter oẽs mortuos resurgere dicit, & solos sanctos cũ iis qui viui iusti » inuenti fuerint, in gloriam immutari. ¶ Oportet enim » corruptibile hoc.)Necesse est fieri quod promissum est. » ¶ Induere incorruptelã: & mortale hoc induere immor» talitatẽ.)Et quod induit, & est similiter indumentum. » ¶ Cũ autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet Osee. xiii. sermo qui script⁹ est: Absorpta est mors i victoria.)Vt euacuatis causis mortis per diuinã victoriã, ac si absor» pta non pereat. ¶ Vbi est mors stimulus tuus? vbi est » mors victoria tua?)Propheta ex persona iustorũ loqui» tur insultãdo morti. Stimul⁹ autẽ mortis est peccatũ.) Sagitta mortis peccatum, per quod animæ iugulantẽ. » ¶ Virtus vero peccati lex.) Dũ fortius & maius fit per » scientiam peccatũ. ¶ Deo autẽ gratias, qui dedit nobis » victoriam per dñm nostrũ IESVM Christum.) Victoriam illius peccati in quo lex per carnalem nostram voluntatẽ fuerat infirmata, quã Christus crucis exẽplo » destruxit. ¶ Itaq; fratres mei.)Reddita resurrectionis ra

tione, de qua hæsitabãt, hortat eos in dei opere permanere, tam certos de retributiõe futura. ¶ Stabiles estote & immobiles, abundãtes in opere domini semper, sciẽtes quod labor vester non est inanis i domino.) Nemo vos de gradu spei futuræ vltra permoueat. ls

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

IAM de collectis quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui ecclesię Galatiæ, ita & vos facite.) De sumptib⁹ dicit, qui per singulas ecclesias collecti Hierosolymã sanctis pauperib⁹ mittebãtur. ¶ Per vnã Sabbati.) Vna Sabbati dñica dies est, sicut in Euãgelio dicit dñm vna Sabbati surrexisse. ¶ Vnusquisq; vestrũ apud se recõdẽs qđ ei bene placuerit, vt nõ cum venero, tunc collectę fiant.) Vt paulatim reseruantes, non vna hora grauari se putent, vt hilares datores diligantur a deo. ¶ Cum autem fuero præsens, quoscũq; probaueritis per epistolã, hos mittam perferre gratiã vestrã in Hierusalẽ. Q̃ si dignũ fuerit vt ego eã, mecũ ibunt.)Per se clarum est, quia vtrunq; in eorũ arbitrio derelinquit, vt & qđ dederint, portet: & per quos direxerint, ipsi eant. ¶ Veniã autẽ ad vos cũ Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniã pertransibo, nisi vos me deduxeritis quocũq; iero. Nolo enim vos nunc in transitu videre. Spero enim me aliquantũ temporis mansurũ apud vos, si dñs permiserit.)Quia ita se agũt Macedones, vt nõ sit necesse mihi apud eos diutius remanere. Apud vos necesse est vt maneam vel byeme. Multa enim sunt quæ corrigantur a nobis: sicut medi- L cus ibi moram habet, vbi plures ægrotant. ¶ Manebo autem Epheſi vsq; pentecosten. Ostiũ autẽ mihi apertum est magnũ & euidens, sed aduersarii multi.) Ideo ibi permanebo, quia cũ mihi euidẽs datus sit aditus? prędicandi, sunt plurimi qui resistãt. ¶ Si autẽ venerit Timotheus, videte vt sine timore sit inter vos: quia opus domini operatur, sicut & ego: ne quis illũ spernat.) Sine tribulationis formidine, vel etiam vestri contemptus. ¶ Deducite autem illũ in pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.)Nihil admittẽtes quod ad animi eius proficiat læsionem.

DE Apollo autem fratre notũ vobis facio, quia multum illũ rogaui venire ad vos cũ fratribus: & vtiq; non fuit voluntas vt nũc: veniet autẽ cũ opportunũ fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & cõfortamini: omnia vestra cũ charitate fiant.) Vigilate, mentis oculis ad diaboli astutias pręcauẽdas. State, quia stãtibus difficile somnus obrepit. Viriliter agi- M te. Muliebris enim omnis incõstãtia & varietas iudicatur. Cõfortamini, vt sit in vestra virtute profectũ. Omnia non inanis gloriæ causa, sed charitatis gratia facere festinate. ¶ Obsecro autem vos fratres, nostis domũ Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniã sunt primitiæ Achaiæ, & in ministeriũ sanctorum se ordinauerũt, vt & vos subiecti sitis talibus, & omni cooperanti & laboranti in vobis. Gaudeo autẽ in præsentia Stephanę & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi adimpleuerunt.)Quia præsentes sunt apud vos, & in illis magnũ potestis habere profectum: siue quia mihi venerunt pro vobis ministrare officiũ charitatis. ¶ Refecerunt autem & meum spiritum, & vestrũ spiritum charitate.)Pro vobis vestrũ, pro mea lætitia meã refecerunt. ¶ Cognoscite ergo huiusmodi.) Vnde alibi ait: Cognoscite eos qui ita ambulant, vt habetis formã nostram. Hic cognoscite, honorate, cognoscentes eorũ studium vel laborẽ. ¶ Salutant vos ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in dño Aquila multum & Priscilla cum ea quę in domo eorũ est ecclesia: apud quos etiã hospitor.) Domesticã congregationem fraternitatis ecclesiã nominauit. ¶ Salutant vos fratres omnes. Salutate inuicẽ in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis nõ

A amat dominũ IESVM Christũ, sit anathema.) Sicut illis qui eum amant, redẽptio vẽturus est Christus: ita qui eum nõ amãt, anathema sit, id est, vt illos abominetur & perdat. ¶ Maranatha.) Magis Syrũ est q̃ Hebræũ, tamen ex sermone vtrarũq; linguarũ aliquid Hebræũ sonat, & interpretatur, dominus noster venit. » ¶ Gratia dñi nostri vobiscũ.)Propriæ manus consuncta » subscriptio. ¶ Charitas mea cum omnibus vobis.) Vt quomodo vos ego diligo, ita & in Christo inuicem di» ligatis. ¶ In Christo IESV.)Non secundũ seculi cha» ritatẽ. ¶ Amen.)Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demõstrat, Quomodo, inquiẽs, dicit amen super tuam benedictionem?

DIVI AMBRO SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENT. IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD CORINT. SECVNDAM.

PRĘFATIO.

B SECVNDAM epistolã Apostolus scribit Corinthiis, cuius hæc principalis est causa, quoniam in prima pro quorũdam peccatis doctores eorum pręcipue corripuerat, & multum fuerant contristati. Nũc eos consolatur, suum eis proponens exemplum, & docens non debere ægre ferre quod pro aliorum sũt salute correpti, cum ipse pro aliena salute periculis quotidie & morti subiaceat.

CAPVT PRIMVM.

» PAVLVS APOSTOlus IESV Christi.) Quæri» tur cur in omn⁹ epistolis cõtra vsum epistolarum primo suum nomẽ ponat, q̃ eorum ad quos literę destinantẽ. Sed hęc autoritas apostolici ordinis, quia minorib⁹ scribit: sicut etiã & iudices seculi solẽt ad eos quos regũt, scripta dirigere. ¶ Per voluntatem dei.) Dei nõ hominũ volũtate: simul vt ostendat nõ sine patris voluntate se missum » a Christo. ¶ Et Timotheus frater ecclesiæ dei quæ est » Corinthi.)Nõ dixit, Paulus & Timotheus: quia non C ambo apostoli. Ad Philippenses vero, vbi nõ erat tãta » autoritas, serui ambo ponunt̃. ¶ Cũ sanctis omn⁹.) Hic sancti possunt accipi sacerdotes, qui in prima ponũtur dominũ inuocantes: & ad Philippenses, cũ episcopis & diaconis. Ideo autẽ postea nominãtur, ne parũ intelligentes eos prę missos esse putarent, cũ iam sint in eccle» sia cõprehensi. ¶ Qui sunt in vniuersa Achaia.) Cuius » est Metropolis Corinth⁹. ¶ Gratia vobis & pax a deo. » Benedictus deus & pater. Pater misericordiarũ) quia » ex ipso est omnis misericordia. ¶ Et deus totius cõsola» tionis.)Id est perfectæ consolationis, quia nõ est minus » tribulatione solatium. ¶ Qui consolatur nos in pressura » nostra.)Non in aliquibus, sed in omnibus. ¶ Vt possi» mus & ipsi consolari eos qui sunt in omni angustia, per » exhortationẽ qua exhortamur & ipsi a deo.) Propterea liberamur, vt & nos & alios cõsolari, & de tristitia liberare possimus. Aut ita formã nobis dat alios cõsolãdi, vt per exhortationẽ qua ipsi a deo cõsolamur, agnoscamus quod deus timentiũ se neminẽ derelinquat, & multo magis in futuro remuneret, quos etiã in præsenti non deserit. ¶ Quoniã sicut abundant passiones Chri» sti i nobis.)Id est, pro nomine Christi. ¶ Ita & per Chri» stum abũdat etiam cõsolatio nostra.)Vt & Petrus est de carcere liberatus, & ipse Paulus visione dñi & voce D cõfirmatus in templo. ¶ Siue autem angustiã patimur pro vestra exhortatione & salute.) Quia vos ad salutẽ exhortamur, siue vt vobis exemplum tolerantiæ præbeamus. Nã manifestũ est quia pro quo patimur, ipse nobis adest cõsolans nos per liberationẽ, eripiẽs nos de pressura interuentu maiestatis suæ. ¶ Siue autẽ pressuram patimur pro vestra exhortatione & salute, siue exhortationem cõsequimur pro vestra exhortatione quæ operatur per patientiã earundẽ passionum quas & nos ipsi patimur. Et spes nostra certa est pro vobis, quia scimus q̃ si socii estis passionũ, sic & consolationis eritis.) Generaliter loquitur, vt quia causa credẽtiũ persecutiones patiebantur a perfidis, subiecti iniuriis & cædibus: sic iterum auxilio dei liberabantur, ad consolationẽ credentium, ne scandalũ passi a fide exciderẽt: quia iniuriæ apostolorũ tentationes erant credẽtium, sicut scriptum est in propheta Zacharia: Percutiam pastorẽ, & dispergẽtur oues gregis. Quãuis futura credãt fideles, tamẽ inter ipsa primordia pressurę nouellis faciunt scandalũ. Putant enim inanem esse promissionẽ, si vi oppressum viderint prædicantem. Sed si iã firmus est credens, cõpatitur cum suo magistro, fidẽs de spe futura, vt simul consoletur cum quo & compatitur. Zach. xiii.

NON enim volum⁹ vos ignorare fratres de pressura nostra quæ facta est in Asia: quia supra modum grauati sumus supra vires, ita vt desperaremus nos etiam viuere.)Ideo passiones pressurarũ indicat prope vsq; ad mortem illatas, vt ostendat quæ mala salutis illorum causa patiebatur, vt nõ grauius ferrent si corriperẽtur errores illorũ ab iis qui hæc tã aspera tolerabãt pro illis. Quis enim medicorũ nõ arguat susceptum suũ negligentius se tractãtem, ne cura medicinæ eius sine effectu remaneat? ¶ Sed ipsi in nobis responsũ » mortis habuimus, vt nõ simus fidentes in nobis, sed in » deo, qui suscitat mortuos.) Tãta insolẽtiam iniquitatis significat insurrexisse cõtra fidei prædicatores, vt mortem ante oculos haberent. Deniq; erepti de ipsa pressura, resuscitatos se dicunt. Sic enim afflicti fuerant, vt desperarent de præsenti vita. Sed quia deus præsidia sua nõ negat i necessitate positis, maxime suis, eripuit illos desperantes de semetipsis, fidentes autẽ de deo. Nimia enim pressura deficere se profitebãtur, nisi adesset deus. ¶ Qui de tãtis mortib⁹ liberauit nos: in quo speramus, » quia & liberauit accedente pro nobis etiam vestra ora» tione, vt in multorum facie donũ quod in nos collatum » est, per multos in gratiarũ actiõe celebretur pro nobis.) Hoc dicit q̃ gr̃a dei multorũ causa cõsolata est apostolos: id est, omniũ credentiũ, quorũ causa & pressuræ eis F ingerebantur: ac per hoc quia omniũ causa est, cũcti deo gratias referant cũ cessat tẽtatio: aut cũ oritur, simul obsecrent. ¶ Gloria enĩ nostra hæc est, testimoniũ cõsciẽtię » nostræ.)Hoc dicit quia de cõscientia sua præsumebãt, quia pura erat ab omni simulatione: quãobrem de dei auxiliis nõ diffidebant. ¶ Quia in simplicitate & sinceritate, nõ in sapientia carnali, sed in gratia dei cõuersati » sumus in hoc mundo: abundãtius autẽ apud vos.)Hęc est gloria cõscientiæ quam dixit, simplicitas & synceritas. Et quia hæc de dei doctrina sunt, adiecit, Nõ in sapientia carnali, sed in gratia dei: vt ostenderet non humanæ sapientiæ, sed Euangelicę prędicationi liberam se cõscientiã exhibuisse. Pręterita refricat. Hoc enim significat qđ in prima epistola arguit fucatã prædicationem iuxta humanũ sensum aptatam: cuius prædicatores duplici genere in sapiẽtia carnali accusat, & qa iuxta mundi sensum prędicabãt, ne facile offenderent homines: & quæstus causa hoc agebãt, propriis lucris carnalibus studẽtes. Vnde Apostolus nunquã a Corinthiis sumptus voluit accipere, ne his occasionem daret, eo qđ similis eis esset in hac re. Hinc est quod dicit, abũdãtius apud vos simpliciter conuersati: quia cum ab aliis acce-

Gperit,ab his noluit,ne arguēdi,eos autoritatē amitteret.
» NON enim alia ſcripſimus vobis,q̄ quæ legiſtis
» vel cognoſcitis.)Ea ſe dicit ſcribere quæ non ſolū
literis cernerēt,ſed & operibus eius manifeſta ha
berent,vt probaret ea quę loquiſ,geſtis ſe implere,qui
» bus vniuſcuiuſq; mens & propoſitum diſcitur.¶ Spero
» autē qd vſq; ad finē cognoſcetis, ſicut & cognouiſtis nos
» ex parte,quia gloria veſtra ſumus,ſicut & vos noſtra in
» die dñi IESV Chriſti.)Proficere illos ſperat, ex eo qđ
iā cœperant meliores effici cognito affectu circa ſe apo
ſtoli,& gloriabantur in eo velut filii in patre chariſſimo.
Vnde & Apoſtolus gloriā ſuam videri teſtaturi filios
obaudientes,& tūc debere videri quādo prodeſt,id eſt,
» in die iudicii dei. Hoc dicens,perſeuerandū monet.¶ Et
» hac fiducia volueram prius venire ad vos, vt ſecūdam
» gratiam haberetis,& per vos trāſirē in Macedoniā,&
» iterum a Macedonia venirem ad vos,& a vobis dedu
» ci in Iudæam.)Hac fiducia emendata eſt vita illorum.
Iam enim & deſiderarē illos ſe ſignificat,quos ante in
dignum erat videre. Plenam ergo gratiā habuiſſent de
aduentu eius,quia imago eſt epiſtolæ: preſentia autem
veritas. Non eſt itaq; otioſum quia voluerat ire,& non
fuit. Intelligi enim vult eſſe aliquos inter eos quorū cau
ſa voluntatem ſuam nō impleuit,vt adhibita opera pu
» rificarētur.¶ Hoc ergo cogitans nunquid leuitate vſus
» ſum? aut quę cogito,ſecundū carnem cogito,vt ſit apud
» me eſt eſt,nō nō?)Quoniam dixit, Voluerā venire ad
H vos:& nō uit:idcirco nunquid leuitate vſus ſum? inquit.
quia videſ qui dicit aliquid & nō facit,leuitate vti. Ideo
ne forte iſtud de apoſtolo arbitraretur,hoc purgat:quia
nō iſtud leuiter,ſed cū cōſiliō fecit,vt nō impleret quod
diſpoſuerat. Aut nunquid quæ cogito,inquit, ſecūdum
carnem cogito? Qui enim ſecundum carnem cogitat,
tunc nō implet quæ diſponit,quando aut perſonis am
plioribus defert,aut certe lucris aut apparatibus vinci
tur.qd apoſtolus ſemper ſprenit. Spiritalis autem tunc
diſpoſitum non implet,quādo prouidētius aliquid pro
ſalute animæ meditat: ſicut & apoſtolus ideo non im
pleuit quod voluerat, vt per hoc ipſum meliores effice
rentur,ſcientes ideo diſtuliſſe eum,quia quidam adhuc
inter eos nō ſe purificauerant a peccatis. Vt ſit,inquit,
apud me eſt eſt,nō nō. Hoc ſignificat,qa non aliud egit
q̄ ſcit agendum,quia vtilitas anteponenda eſt volūtati.
Hic ſenſus ſpiritalis eſt.,Carnalis autem ſenſus ſic mu
» tatur,vt anteponat voluntatem vtilitati.¶ Fidelis autē
» deus,quia ſermo noſter nō eſt,eſt & nō.) Hoc eſt qđ di
Gala.2. cit & ad Galatas,Si quæ deſtruxi,hæc eadem ædifico,
preuaricatorem me cōſtituo. Ideo ergo fidelem in ſe di
cit dei prædicationem. Nā hoc faciunt adulatores. Fre
I quenter enim,ne homines offendāt,quæ vera ſunt pre
» termittūt.¶ Dei enim filius IESVS Chriſtus qui in
» vobis eſt,qui per nos prędicatus eſt, per me & Syluanū
» & Timotheū,nō fuit eſt & nō,ſed eſt i illo fuit.) Quā
tū ad idoneos prædicatores pertinet, hoc debet eſſe vt
ſit apud illos eſt eſt,nō nō,vt nō aliud faciāt q̄ ſciūt vti
le. Quia enim frequenter aliud volumus q̄ eſt vtile,ne
volūtas vincat vtilitatem,ideo apoſtolus volūtati ſuæ
vtilitatem præpoſuit,ne iret ad illos. In Chriſto enim
IESV nō fuit eſt & nō,ſed eſt in illo fuit: quia nūquā
aliud voluit q̄ eſt vtile. Semper enim voluntas eius cū
vtilitate eſt. nec immutatus eſt vt faceret inuitus ſicut
homo qđ eſt vtile,aut vt ambigeret de aliquib?,& mu
» taret voluntatem.¶ Quotquot enim promiſſiones dei
» ſunt,in illo eſt,& in illo amē deo ad gloriam per nos.)
Manifeſtū eſt quia ſēper in deo veritas eſt,hoc eſt amē,
manifeſtata per Chriſtū,poſt per apoſtolos prædicata
ad gloriam dei,ſignorū virtutibus teſtimonium perhi
bentibus vera eſſe quæ promiſit deus per Chriſtū dñm
noſtrum. Gloria enim dei eſt cū ab illo omnia & per illū
» & in illo eſſe dicuntur.¶ Qui autē cōfirmat nos vobiſcū
» Chriſt? dās,& qui vnxit nos deus, qui & ſignauit nos,
& dedit pignus ſpiritū in cordibus noſtris.) Chriſtū di« k
cit cōfirmare gentes in fide promiſſa Iudæis, quia ipſe
eſt qui fecit vtraq; vnum,id eſt,circumciſionē & præpu
tium,in vno nouo homine faciēs pacem. Dñs ergo cō
firmat,& deus qui vnxit nos,id eſt,qui dedit regiā ho
norificētiam,ſicut dicit Petrus apoſtolus: Quia ſumus 1.Petri.2.
inquit,genus regale,per vnctionē ſpiritalē,cuius typus
fuit in regibus Iudæorū. Qui & ſignauit nos dādo ſpi
ritum ſuum nobis pignus, vt non ambigamus de pro
miſſis eius. Si enim adhuc mortalibus ſpiritum ſuum
credidit,dubium nō eſt quia iam immortalibus addat
gloriam. Vnum tamē opus dicit patris & filii, quia &
Chriſtum dicit cōfirmare & deū. Quem enim cōfirmat
filius,cōfirmat & pater: & cū dat ſpiritū pater, dat & fi
lius: quia vtriuſq; eſt ſpiritus ſanctus, ſicut dicit ad Ro
manos: Si quis autem ſpiritum Chriſti non habet,hic Rom.8.
non eſt eius. Quoniam ergo de perfectione hominis lo
cutus eſt,trinitatis hoc loco fecit mētionē. omnis enim
ſumma perfectionis in trinitate conſiſtit.

EGO vero teſtem deū inuoco ſuper animā meā, «
quod parcens vobis non veni Corinthū.) Nunc «
manifeſtat qua cauſa cū voluiſſet ire ad illos,diſ
tulit,vt tunc iret quando iam prope omnes emēdatos
inueniret. His enī nunc loquitur,qui videbātur ſe velle
corrigere,ſed operā nō dabant vt hoc implerent. Quia
ergo corripere illos neceſſe erat,iter ſuū ad illos conuer
tit,ne cōtriſtaret multos. & hoc fuit illis parcere. Quod
vt mentibus eorum cōmendet,deum teſtem dat,ne pu
tarent ſe indignos eſſe,& contemni ab illo: quo cōperto, L
vt præſentiam eius mererentur,emēdarēt ſe.¶ Non qđ «
dominemur fidei veſtræ,ſed adiutores ſim? gaudii ve «
ſtri. Fide enim ſtatis.)Quoniam fides nō neceſſitatis, «
ſed voluntatis res eſt: ideo dicit, Nō quod dominemur
fidei veſtræ. Dominatus enī neceſſitatis cauſa eſt. Sed
adiutores ſumus,inquit,gaudii veſtri. hoc eſt, quia ſicut
in malo opere triſtitia eſt,ita & in emēdatione gaudiū.
Huius gaudii adiutores ſumus,inquit, quia volētibus
eis emēdare ſe, offerunt commonitiones, vt quod velle
cœperant,poſſent implere.

CAPVT SECVNDVM.

DECREVI autem hoc apud me,ne iterū «
in triſtitia venirē ad vos.) Apertū eſt quia «
ideo noluit ire, ne forte corripiens paucos,
multos cōtriſtaret,ipſe etiā cōtriſtatus. Cō
patiūtur enim omnia mēbra vnius mœrore.¶ Si enim «
ego cōtriſto vos,& quis eſt qui me lætificet,niſi qui cō «
triſtatur ex me?) Hoc dicit quia nō vult eos cōtriſtare, «
ſed qa peccatis ſtuduerāt,neceſſe erat illos cōtriſtari in M
uito apoſtolo: ita tamē,vt decætero obaudiētes facti lę
tificarent eos qui cōtriſtabantur cū eis: vt qui corripiēdo
cōtriſtauerat eos,lætaretur ex his dū corrigūtur.¶ Ideo «
& ſcripſi hoc ipſum,ne cū veniſſem, triſtitiā haberem a «
quibus oportuerat me gaudere,certū habēs quia meū «
gaudiū omniū veſtrū eſt.)Idcirco dicit hæc ſe ſcripſiſſe «
vt poſtea veniēs nō eſſet vnde cōtriſtaretur ſublatis vi
tiis,ſed gauderet cum eis quaſi cū chariſſimis filiis: vt
quia ab infidelibus tribulationibus afficiebatur, ab his
vtiq; gauderet qui crediderant. Gaudiū enim apoſtoli,
purificatio eſt populi. Ideo enim gaudet,quia vitupera
tio nō eſt in eis quos ſimul oportet gaudere.¶ Nam ex «
multa preſſura & anguſtia cordis ſcripſi vobis per mul «
tas lachrymas,non vt contriſtemini,ſed vt cognoſcatis «
charitatem quā habeo abundātius in vobis.) Manife «
ſtum eſt quia quādo hoc affectu quis aliquē corripit, vt
plus illo doleat peccatis eius: nō vtiq; vt illum cōtriſtet
corripit,ſed vt oſtēdat illi quo amore diligat eum. Qui
enim non hoc affectu corripit, fratrē contriſtat. Inſultat
enim qui nō condolet fratri.¶ Si quis autē cōtriſtauit,nō «
me cōtriſtauit,ſed ex parte,vt non onerē vos oēs.) Oēs «

A hos quos dicit,ſācti ſunt. Duæ enī partes in populo ſūt,
ſicut in prima epiſtola memorauī. Hi ergo ex parte ſan
ctorū ſūt,quos cōtriſtatos in errore fratris ſignificat, ſi
cut & ſemetipſū. Hoc dicens oneranit peccantē,vel eū q
peccauerat. Plus enim fit reus in cuius delicto multi tri
» bulātur: ac per hoc ¶ Sufficit ei qui talis eſt,inquit, hæc
» quæ fit a pluribus obiurgatio.) Magnū dolorem vtiq
» patitur qui delictū ſuum videt pluribus horrere.¶ Ita vt
» ecōtra magis donetis & cōſolemini, ne quo modo abū
» dantiore triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.) Affli
cto homini peccati ꝓprii cauſa ſubuenire præcipit,quia
pœnitētia ſi de vero animo eſt,hoc eſt, ſi correptus ſta
tim in animo doleat,protinus habet fructum. Denīq; in
Regnorum libro habetur quia Achab, cū arguiſſet eū
propheta,cōmot? animo ſtatim meruit veniā. Et Da
uid in cauſa Vriæ Ethei correptus,qa cognouit ſe pec
caſſe,delictū eius deletum eſt. Itaq; & apoſtolus illum
qui inceſtum cōmiſerat habens vxorē patris ſui, obiur
gatum & abiectum dolentē reuocari iubet,ne diu vidēs
ſe contriſtatum ſperni, deſperans de ſe, daret animū ad
mundū fruendū,quaſi qui locum apud deū iam nō ha
beret. Hoc eſt maiori triſtitia abſorberi, deſperātē de ſe
cōuerti ad admittenda peccata,quibus grauatus abſor
beatur a ſecunda morte. Hæc enim vera pœnitētia eſt,
ita ceſſare a peccato. Sic enim probat dolere ſe ſibi, ſi de
» cætero deſinat.¶ Propter quod obſecro vos vt cōfirme
» tis in illū charitatem. Ad hoc enim & ſcripſi, vt ſcirē an
» in omnibus obedientes eſtis.) Quantū datur intelligi,
B obedientes hos factos in cæteris probat. Emendauerāt
enim quæ ad ordinē eccleſiaſticū pertinent. Vnde etiā
in hoc vult illos eſſe obedientes, vt cōfirment fratrē in
» charitate,ſuſcipientes eū in cōmunione.¶ Si cui autem
» aliquid donaſtis,& ego.) Manifeſtū eſt quia qđ iubet
fieri,ipſe facit: nec poteſt hoc abnuere, qđ etiā obſecrans
vt fiat ſcribit,cum haberet poteſtatē iubēdi. Sed quia in
prima epiſtola graue eius detulit crimen,vt horrerent
illū omnes, nunc cū recipi illū vult,orat ne adhuc exul
cerato animo aduerſus illū,durum illis eſſet habere cū
illo cōmunionem eccleſiæ. Neq; enim tanta in eis erat
quanta in apoſtolo prouidentia, vt ſtatim intelligerent
faciendū eſſe quod dicebat apoſtolus in cauſa huius dū
taxat: ideo obſecrat vt dimittant illi, ſignificans deū illi
ignouiſſe, quia nihil ſine dei ſpiritu agebat apoſtolus.
» ¶ Et enim ego quod donaui,ſi quid donaui propter vos
» in perſona Chriſti.) Hoc dicto grauat illos, qa ſi magi
ſter petentibus diſcipulis donauit cui voluerūt peccatū,
quāto magis obaudire debēt diſcipuli magiſtro? Et vt
ratum ei cui donauit,oſtenderet apud deum, ait in per
ſona Chriſti ſe donaſſe qđ donauit. hoc eſt, accepto tu
liſſe Chriſtū cuius legatione fungebatur, vt factū apo
C ſtoli factū ſit Chriſti, ſicut dixit: Quæcunq; ſoluēris ſu
per terram,erunt ſoluta & in cælo. Si ergo huic pro quo
petierūt, per apoſtolū Chriſtus ignouit: quanto magis
huic iam ignotum erat,cui vt donent,ipſe etiā hortaē?
» ¶ Ne poſſideamur a Satana. Nec enī ignoramus aſtu
» tias eius.) Hoc dicit qđ ſupra memorauī, quia cōſolatio
debet ſubſequi fratrem delictum flentē,ne diu contriſta
tus & contēptus a charitate eccleſiæ, incipiat deſperare
de ſe,& videns qui ſēper in inſidiis eſt ſubtilis diabolus
mētem eius vilem effectā,accedat & ſuggerat ei vt vel
præſentibus fruaē,qui de ſpe futuri prēmii deiectus eſt,
et pereat frater poſſeſſus a diabolo,cui ad hoc pœniten
tia data erat,vt cōuerſus reformaret ſe,ſicut dicit i Eze
Ezech.18. chiele ꝓpheta: Nolo mortē moriētis,quātū vt reuertatur & viuat. Et iterū: Cōuertanē,inqt,& replātabo eos.
» CVM autem veniſſem Troadem propter Euā
» geliū Chriſti,& oſtiū mihi apertū eſſet in dño, nō
» habui requiē in ſpiritu meo,eo qđ non inuenerim
» Titum fratrē meū: ſed vale illis dixi, & profect? ſum in
» Macedoniam.) Troadē ſe perrexiſſe ſignificat ad præ
dicandum eis Euangeliū Chriſti: & cum cœpiſſet præ
dicare, fuiſſe qui caperēt verbū fidei. Sed quia ſolatium « D
Titi deſuit,intolerabilis erat labor perſtrepentiū cauſa.
Quātus enim quidam eorū aperuerāt corda ſua ad re
cipiendū ſermonē dei! tamen imprudentia infidelitū nō
minima exiſtebat,inſurgēs in apoſtolū zelo credentiū:
& hæc duo in vno impleri non poterant, aut fideles in
ſtruere,aut incredulis repugnare. Ideoq; vale illis facto «
qui ſuſceperāt eū,profectus eſt in Macedoniam.¶ Deo «
autē gratias,qui ſēper triūphat nos in Chriſto IESV.)
Hoc eſt deum apoſtolos triumphare in Chriſto,victo
res illos facere i fide Chriſti,vt calcata perfidia trophæū
habeat fides,dū ex perfidis fiunt fideles,& maleuoli nō
proficiunt in perſequendo credentes.¶ Et odorē notitię «
ſuæ manifeſtat per nos in oīi loco,quia Chriſti bonus «
odor ſumus deo: in iis qui ſalui fiunt,& iis qui pereūt.) «
Odor notitiæ dei,in Chriſto, & per Chriſtū eſt. Odorē
autem idcirco dixit,quia ſicut quædam res quæ cū non
videantur,per odorē tamen cognoſcuntur, & intelligis
in loco aliquo eſſe quod nō vides: ita & deus quia inuiſi
bilis eſt,per Chriſtum ſe voluit intelligi, vt prædicatio
Chriſti (quę vtiq; inuiſibiliter,ſicut ad nares odor,ita ad
aures peruenit) deum patrem inſinuaret creaturę, & fi
lium eius vnigenitū. Cuius rei legatione fungētes apo
ſtoli,(ſicut dicit dñs ad deū,filiū ad patrē: Sicut me mi- Ioan.17.
ſiſti in hunc mūdum,ita & ego eos mitto in hūc mun
dum) odorem notitię dei & Chriſti per ſigna & prodi
gia manifeſtarent. Vera enī eſſe de deo & Chriſto prę
dicatio,virtutis teſtimonio probatur. Quę ideo in odo
re ſignificata eſt,quia cū deus non videatur: per hęc quę
inuiſibiliter operatur in apoſtolis,eſſe ſtelligitur,vt ve- E
ritas doctrinę manifeſtaret. Qui ergo recte aſſerit Chri
ſtum,bonus odor eſt deo,laude dignus in eo qui credit,
nec vituperabilis in illo qui non credit. Qui vero nō re
cte aſſerit Chriſtum,malus odor eſt deo, tam in iis qui
fidi ſunt, q̄ in illis qui diffidunt. pro vtriſque enim reus
erit. Qui enim diffidit,idcirco videtur non credere,quia
peruerſum eſt qđ audit: & qui credit,male credit. Apo
ſtolus ergo ratione legis locutus eſt, vt ſicut in lege qui
hoſtias bono voto offerebat,bonus odor erat deo,& ac
ceptabilis: ita & nūc prędicationis virtus doctrinę odo
rem præſtat fragrātē deo. Quā ob cauſam auxiliis ſuis
tutos præſtabat deus apoſtolos, vt verba cognitionis
eius infunderent patentibus auribus, ſiue Iudæis, ſiue
gētilibus: addito his ſacramēto natiuitatis dñi IESV
ſecundū voluntatem dei & patris eius in vnitate fidei
ſalutaris, ad ſalutem credentium, & perditionem diffi
dentium.¶ Aliis quidem ſumus odor mortis in mor «
tem.)Hoc dicit quia incredulis prædicatio crucis Chri «
ſti odor mortis eſt. Audientes enim verbū dei, ſic accī
piunt quaſi peſtem ex qua oritur mors,& neceſſe eſt vt F
iuxta fidem illorum fiat eis.¶ Aliis autem odor vitę ad «
vitam.) Verū eſt quia fidis ſermo auditus dei,nunciꝰ «
eſt ſalutis æternæ,& ſecundum fidem illorū continget
eis. Siue ergo in iis qui pereūt,ſiue in iis qui ſalui fiūt,
Chriſti bonus odor deo erat apoſtoli,quia ſynceriter &
ſine adulatione prædicabant. Qui enim non credebāt,
ipſi ſibi laqueum circūdabant, his liberis, ſicut dicit do
minus ad Ezechielem prophetā: Tu prædica. ſi te au- Ezech.3.
dierint,lucraberis animas eorum. ſi quo minus,ipſi ſibi
viderint: tu tamē liberaris a perditione eorum.¶ Et ad «
hæc quis idoneus? non enim ſumus ſicut plurimi adul «
terantes verbum dei,ſed ex ſynceritate ſicut ex deo corā «
deo in Chriſto loquimur.) Pſeudoapoſtolos tangit di «
uerſos, qui corrupta doctrina verba dei per malā inter
pretationē adulterabant,& tollentes diuinum ſenſum,
ponebant humanum. Ex quibus quidam zelum habē
tes traditionis Iudaicæ,n eccle Chriſto bene docebant:
ideo minus idoneos hos dicit. Apoſtolos autem ſyncē
riter prædicaſſe, ſicut ex deo datum eſt, ante deūid eſt,
quomodo deus dedit: ipſo teſte in Chriſto loquebātur,
non ſuam quærentes, ſed dei gloriam. Hoc eſt in Chri-

G sto loqui, eius honorem & potentiam prædicare.

CAPVT TERTIVM.

» INCIPIMVS iterū nosmetipsos cōmendare.) Quoniā pseudoapostolos notat, praua eorum cōmenta designans: se autē verum prædicatorē testatur: videtur iterū cōmendare se, sicut in prima epistola. Et ne hoc versutia aliqua
» terrestris lucri gratia facere videreē, adiecit: ¶ Aut nūquid indigemus, sicut quidam, cōmendatitiis epistolis
» ad vos, aut ex vobis?) Hoc dicēs, & suum sensum purgat, & adhuc pseudoapostolos notat, quos pprii honoris & quæstus causa circuire ecclesias probat, ad auferēdam, non tribuendam salutem. Ex his erant quibus dicit Dñs: Comeditis domos viduarū & pupillorū, oratione longa orātes. propterea accipietis maius iudiciū.
Mat.23. Hi enim & res eorum & animas inuadebant. Apostolus autem necres eorum tangebat, & veritate doctrinę ānimas eorum saluabat. Nō ergo carnaliter, sed spiritaliter se cōmēdabat ad profectū salutis illorum, vt de illo hoc crederent qđ erat: quia qui de bono male sentit, peccat: ac per hoc commendatio hæc istis magis proficit.
» ¶ Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris.)
H Epistola, salutis iudicium est. Recte ergo ait, quia salus Corinthiorū in corde erat apostoli, & eorum qui cū illo erant. semper enim de salute eorum cogitabant. Cū ergo in corde sunt apostoli, & eorum qui cum ipso erant, epistola sunt scripta in cordib? eorum: quia qui semper
» alicuius memor est, scriptus est in animo eius. ¶ Quæ
» cognoscitur & legitur ab omnibus hominibus, manife-
» stati quia estis epistola Christi ministrata a nobis.) Apertū est quia cum dicitur Christiani, epistola Christi sunt, indicantes salutē quā dedit deus in Christo omnibus hominibus, scribētibus apostolis. dū enim docent,
» scribunt. ¶ Scripta nō atramento, sed spiritu dei viui.) Quoniam quæ promissa sunt, æterna sunt: idcirco dei spiritu scripta dicuntur, qui semper est: tēporalia autem
» atramēto, quod obsolescit, & perdit memoriam. ¶ Non
» in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalib?.) Nūc legem veterem pulsat, quæ primum data in lapideis tabulis abolita est, fractis tabulis sub mōte a Moyse. Nouа autem lex in animo scribitur, hoc est in corde, nō per calamum, sed per spiritum. Quia fides enim ęterna res est, ab spiritu scribitur, vt maneat. Vetera aūt pręcepta deficiente mundo cessabunt. Quomodo ergo differt lex a lege, ita differunt dispensatores illius legis a dispensatoribus legis fidei.

» FIduciam autem talem habemus per Christū ad
» deum.) Quanta dignitas sit in apostolis, manifestat cum dicit: Fiduciam autem talem habemus
I ad deū per Christum. vt ostendat veteres non hanc habuisse fiduciam ad deū, quia minor fuit administratio.
» ¶ Non quod sufficientes sumus æstimare aliquid a no-
» bis tanq̄ a nobis sit, sed sufficientia nostra ex deo est, qui
» & idoneos nos fecit ministros nou testamenti, nō litera, sed spiritu. Litera enī occidit: spirit? autē viuificat.) Quāuis pręferat apostolicam dignitatem, in dei tamē laudē prorumpit: nō istud meritis humanis asscribens, sed eius gratiæ qui dignatus est pro vita humana salutarem prædicationē ordinare, quæ quos lex vetus reos tenebat, saluaret, data remissione peccatorum per IESVM Christum dominū nostrum. Literæ enim ad hoc datæ sunt Moysi, vt contēnentes legem occideret secundū ius naturæ. Spiritus autem, id est lex fidei, quę nō scribitur, sed animo cōtinetur, viuificat reos mortis: conuertentes tamen se, vt iustificati, decętero non peccent. Recte ergo data fuerat lex, vt timor esset peccādi. Sed quia fragile est genus humanum, misericordia dei data est in prædicatione apostolis: vt donatis peccatis euaderent mortē, credentes in Christum. Hæc est prædicatio noui testamenti, quod promiserat deus per prophetas. ¶ Q̄ si administratio mortis literis formata in lapidib? fuit in gloria, ita vt nō possēt intueri filii Israel in faciē Moysi propter gloriā vultus eius, quę euacuatur: quomodo non magis administratio spiritus erit in gloriā?) Manifestum est maiorem esse gratiam legis fidei, q̄ legis Moysi. Q uanuis enim ad hoc data sit lex Moysi vt prodesset, contępta tamen facta est lex mortis. Ergo quia peccatoribus prouidere nō potuit, venit lex fidei, quæ hos saluaret, nō solū ignoscēs, sed & iustificans eos. Multū ergo interest inter legem & legem. Tunc enim maculati peccato vultum Moysi defcēdētis de monte cum lege accepta in tabulis, intueri nō poterant, quia gloriosa facta fuerat facies eius, ne a peccatoribus posset aspici, quia digni erant morte. Quę nunc gloria euacuatur per legē spiritus, cū accepta remissiōe peccatorū facti iusti, digni sunt aspicere & possunt gloriam dei, sicut viderunt in monte Petrus & Ioannes & Iacobus gloriam Christi. ¶ Si enim in administratiōe damnationis gloria, multo magis abundabit administratio iustitiæ in gloria.) Hoc dicit quia ampli? est donum iustitiæ dei per fidem Christi, q̄ legis veteris: quia magis gloria i salute est, q̄ in morte. quāuis iuste dānet, tamen ad laudem proficit magis si indulgeat, vt possit reus corrigere se. ¶ Nec enim gloriosum factū est id qđ glorificatum est in hac parte propter excellentē gloriā.) Manifestum est nō esse factum gloriosum quod visum est in vultu Moysi gloriosum. Quādo enim nulli prosunt gloria vultus eius, nō habuit fructū gloriæ, sed magis obfuit: licet non suo vitio, sed peccantium: tamen in hac parte gloria nō est. Illa autem est magis gloria quæ abundat in gratia, vt purificati homines dono dei, absterso caligine possint videre gloriam Christi. ¶ Si enim quod euacuatur, fuit in gloria: multo magis qđ permanet, in gloria est.) Nō negat gloriam fuisse i lege, vel in vultu Moysi, sed non permansit in Moyse, quia figura erat in Moyse, non veritas. ideo aduenientе saluatore cessauit figura, quia apparuit veritas manēs semper: vt quantū interest inter imaginē & veritatē, tantū interfit inter gloriam vultus Moysi, & gloriā Christi. ideo supra dixit, propter excellentem gloriam. Illa enim tanta erat gloria, quanta debuit credi seruo. Hæc vero tanta quāta est genitoris eius, quia dñs IESVS Christ? in gloria est dei patris. Sicut enim vespere stellæ gloriosæ sunt, oriente autē Sole euacuatur earum claritas: ita & Moysi gloria euacuaf apparente gloria Christi. ¶ Habentes autē talem spem, multa fiducia vtamur.) Spem habere nos dicit videndi gloriam, non talē qualis fuit in
M vultu Moysi: sed eam quā viderūt tres apostoli in mōte, reuelāte se dño. Hinc igitur conijcere debemus quātum nobis contulit diuina clementia, quantūcp nos superioris gr̄æ dono ditare dignata est, q̄ dederat Iudęis. Iudæi enim, cū minor esset gloria vultus Moysi, eam speculari non poterant: nos vero nō Moysi gloriā, quæ inferior est, sed excellētem saluatoris gloriā visuros nos credimus. Iudæi ergo seruī gloriā nō meruerūt videre: nos autē dñi cōmunis gloriam sumus visuri. Ideoq̄ & nos vicem reddere inquantū possumus debemus beneuolētiæ dei, vt propēfiores simus in eius amore, qui nobis fiduciā dedit, abluens nos a peccatis, videndi gloriā dei. Nūc itaq̄ opus est vt crescat in nobis fiducia bonis actibus parata. Tātum enim videbimus, quantū credimus. ¶ Et nō sicut Moyses ponebat velamē super faciē suā, ne intuerētur filii Israel vsq̄ ad finē eius qđ euacuatur.) Quoniā digni facti sumus per gratiam dei videre gloriā Christi, idcirco, & nō sicut Moyses, ait, ponebat velamen super faciē suā, ne intuerentur filii Israel. Ideo ponebat velamen, quoniā splendorem vultus eius ferre nō poterāt causa peccati, quo sublato potestas datur videndi gloriā dei vsq̄ ad finē eius: qa tādiu nō reuelaf, quādiu relicta lege cōuertanf ad gratiā fidei, & sic euacuaf. Accedēte enī dignitate p fidē, euacuaf idignitas.

A » ¶ Sed obtusi sunt sensus eorū vsq̄ in hodiernū diē.) Tā diu obtusos dicit, quādiu nō credūt. Quæ obtusio incredulitatis causa obuenit. ideo cōuersis ad fidem acuitur
» acies mentis, vt videant diuini luminis splendorē. ¶ Id
» ipsum velamē in lectione veteris testamenti manet dū
» nō reuelatur, quia in Christo euacuatur.) Obtusio, ait, hæc in lectione Exodi manet, quādiu credant. Nō enim reuelatur, nisi credant. In Christo enim euacuatur, hoc est, per fidē Christi aufertur velamē. Amoto enī delicto incipiunt videre, qđ obstante peccato videre nō po-
» terāt. ¶ Sed vsq̄ in hodiernū diē, cum legitur Moyses,
» velamen est supra cor eorum.) Manifestū est quia cum legitur hæc pars legis, sententia illorū recitatur qui sunt
» sub lege. ¶ Cū autē conuersus fuerit ad dominū, auferetur velamen.) Cōuerti ad dominum hoc est, credere in Christū, vt agnoscēs dominū veniam mereatur accipere. Hoc est auferri velamen, sententiā euacuari qua tenebatur reus sub lege. ¶ Dñs autem spiritus est. Vbi autē
» spiritus domini, ibi libertas.) Quoniā deus spiritus est, per Christum legem dedit spiritus, nō literis vtiq̄ scriptam, sed per fidem animis intimatā: non quæ visibilia doceat, sed inuisibilia credi suadeat: quę animus spiritaliter colligat, neq̄ oculus cernat. Hæc lex dat libertatē, solam fidem poscens: vt quia quæ nō videt credit, de cōditione erui mereatur. ¶ Nos autē omnes reuelata facie
» gloriā domini speculantes, ad eandē imaginē reforma-
» mur a gloria i gloriā, sicut a domini spiritu.) Nos dicit omnes qui libertatem sumus cōsecuti dono gratiæ dei,
B gloriā dñi per fidem speculātes, ad eandē imaginē trās formari quā speram?: id est, vt similes inueniamur trāsacta hac vita imaginis gloriæ Christi, sicut dicit Ioan-
ij.Ioan.3. nes apostolus: Scimus, inquit, quia cum apparuerit, similes ei erim?. A gloria in gloriam, sicut a domini spiritu, id est sublati beneficio dei gloriæ Moysi, quā reatus causa cernere nequibamus, transformamur ad gloriam quam credimus dari nobis a domini spiritu. Tantum enim dabitur gloriæ, quantū dignum est dare deū per spiritum suum. Ideo enim dixit, Sicut a domini spiritu: vt ostenderet talem gloriam dari quæ sublimitati congruat dantis. Moysi enim gloria nec tāta fuit, nec perennis. Pro modo enim legis & gloriam accepit. ita & pro modo legis fidei in qua spirit? dei est, dabitur gloria credētibus. Tantū enim concessit deus fidelibus, vt spiritum suū det eis pignus illius gloriæ quā promisit.

CAPVT QVARTVM.

» VARE habentes hāc administrationem
» prout misericordiā cōsecuti sumus, non de-
» ficiamus.) Tantam spem dicit administra-
C tionis huius, vt non deficiat in pressuris cōfortatus fide promissionū. Vnde superius dicit: Multa fiducia vtamur. Fidentes enī in his quę promissa sunt, quicquid aduersum accident, tolerāt. Quod nō humanis meritis deputat, sed misericordiæ dei, quæ hominē primo abluit, deinde iustificat, adoptās filiū deo, vt do-
» net ei gloriam similem gloriæ filii proprii dei. ¶ Sed re-
» nunciemus occultis dedecoris.) Vt illi gloriæ dignus sit homo, omnia turpia & polluta quæ fieri & cogitari possunt, amouenda docet, vt non solum de opere, sed & de cogitatione pellātur. Inuitantis verba sunt. Sub sua enim & suorum persona ad meliorem vitam hortatur, propter supradicta vitia quæ in his sæpe reprehendit. Possunt & hæc occulta dedecoris esse, quæ prauo sensu ad prædicandū meditantur vt fallant. Vnde subie-
» cit: ¶ Non ambulātes in astutia, neq̄ adulterantes ver-
» bum dei.) Ad dedecus enim & deformationem eius proficit, qui subdola mente confingit doctrinam ad decipiēdum corda simplicium. turpis enim inuenietur in die iudicii dei. Astutia enim malæ mentis, vt id quod sibi libitum est expleat, verba dei adulterat, vt sensum inuertat. Adulterare est autem, verum sensum per fal-
D sum velle excludere. ¶ Sed in manifestatione veritatis
cc commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam
cc hominum coram deo.) Hoc dicit quia in prædicatio-
cc ne euangelica nulli se fecit suspectum, addens amplius cum dicit, coram deo: vt hoc ipsum non solum hominibus manifestum probet, sed etiam deo, cui nihil occultum est. Testimonium ergo dei implorat, vt vel sibi credatur, quia ita prædicat sicut datum est ab autore: & deus hoc modo testis est, dum dat signa & prodigia fieri per manus eius.

cc SED et si opertum est Euangelium nostrum in iis
cc qui pereunt.) Verum est quia increduli nō vident,
cc perfidia obcæcante splendorem virtutis dei. Velamen enim est supra cor eorū, & obtusio infidelitatis, in Iudæis maxime. ¶ In quibus deus seculi huius ob-
cc cæcauit sensus infidelium, vt nō perurideant lumen Euā-
cc gelii gloriæ Christi, qui est imago dei.) Deum dicit se-
cc cularium hominum, quia maleuoli sunt erga fidē Christi, sensus obcæcare, ne videant veritatē Euangelii manifestatis Christi. Hoc ergo illis præstat qđ volunt. Quia enim mali voti sunt homines, & intelligentes verum dicunt esse falsum, in coipso adiuuantur, ne possint credere quod nolunt. Christum autem, cum sit imago dei, corporeum tantum asserit: & relinquentes gesta eius, solius carnis faciunt mentionē: de quibus dixit Esaias:
Esaiæ.6. Obcæcauit oculos eorum ne videāt, & auribus ne audiāt vsq̄ in hodiernum diem. ¶ Nec enim nosmetipsos
cc prædicamus, sed Christum IESVM dominum nos-
cc strum.) Hoc est, nō nostram gloriam annunciamus, ne quis nos dicat propter nosipsos euangelizare, vt nobis
E proficiat forte ad tempus, sed IESVM dominum nostrum annunciamus, subiicientes nos virtuti maiestatiq̄ eius. Quando ergo nullum grauamus, nullum concutimus, & Christum dominum nostrum fatemur: quid est vt elati iudicemur, aut pro nostra propria vtilitate prędicare vt glorioſi apparearnus? ¶ Nos autem
cc seruos vestros propter IESVM.) Intantū se seruum
cc Christi esse probat, vt iubēte ipso ministrum se horum in prędicatione testetur, vt pro vtilitate horum subiecti sint in ministerio Euangelii. Seruos ergo dicens, ministros significat: sed vt humiliter loqueretur, sic dixit: vt vere ostenderet non ad suā gloriam se prędicare Euangelium, sed ad claritatē domini Christi, cui obedit, cui seruit, sicut & ipse Domin? ait: Ego sum in medio vestrum non vt ministrer, sed vt ministrē. non merito horum quibus ministrat, sed propter imperium domini.
¶ Quia deus qui dixit de tenebris lumē fulgere, illuxit
cc in cordibus nostris, ad illuminationem cognitiōis glo-
cc riæ suæ in facie Christi IESV.) Hoc dicit quia misecc ricordia dei factum est vt nos, inquit, qui fuimus incredibiles in ignorantia, hoc est in tenebris, per nos daret
E deus lumen cæteris gentibus. Quantum se adhuc humiliat, vt dei solius & Christi gloriam pręferat. Illuminatur enim, vt cognitionē habeant glorię dei per Christum. Ideo gloriæ dei, ait, cognitionem, id est non dei solius, sed & Christi, qui est gloria ei?: vt significaret nō solum deum cognosci, sed & opera eius & misericordiā & prouidētiam qua cōdidit & saluauit genus humanū, visus in Christo per gloriā virtutis suæ. ¶ Habētes autē
cc thesaurum hunc in vasis fictilibus, vt excellētia sit vircc tutis dei, & non ex nobis.) Thesaurum sacramētum signuficauit dei in Christo, quod credentibus manifestaf: increduli vero quodam tectū est velamine: quia sicut thesaurus in occulto ponitur, ita & sacramentū dei intra hominē, id est in corde humano absconditur. Hunc ergo thesaurum in animo & corpore dicit esse a deo datum, vt eminentia virtutis eius appareat per homines prædicatores duntaxat, vt reconcilietur omnis lingua creatori suo, nō ad honorificentiam hominum, sed dei qui se manifestat per homines: qui cum humiles &

G imperiti essent, acceperunt potestatē a deo & loquendi magnalia, & agendi. Fictilia ergo vasa dicens, infirmitatem naturæ humanæ significat, quæ nihil potest nisi a deo acceperit virtutē, & ad laudē suā deus per hæc se prędicet quę infirma sunt, vt gloria illi detur, nō homini qui ex luto fictus est. ¶ In omnibus pressurā passi, sed non coangustati.) Nunc ostēdit propter qđ idonei erāt prædicatores, quia semper illis ī necessitate affuit deus. Ideo pressurā, ait, passi, sed nō coangustati. hoc est, non permisit deus tantum nos opprimi vt cederemus. ¶ Inopiam passi, sed non destituti.) Id est, in inopia positis affuit pastor deꝰ. ¶ Persecutionē passi, sed nō derelicti.) Verum est quia cōsulebat eis deus, ne satis sibi facerēt de his inimici. ¶ Deiecti, sed non perimus.) Id est verberibus prostrati, sed obstante deo non mortificati. Siue enim clausi, siue vinculati, adiutorio dei manus hostiū euadebant. Act. 16. Deniq; Paulus & Sylas cū essent clausi iam cæsi, & pedis eorum iam essent in neruo cōclusi: alacres hymnū canebāt deo, fortiores iis facti qui nō erāt cæsi. ¶ Semper mortē IESV in corpore nostro circūferentes, vt & vita IESV in corpore nostro manifestetur.) Dubiū nō est quia in martyribꝰ Christus occiditur: & in iis qui pro fide patiuntur aut exitus, aut vincula, aut verbera, Christi passiones sunt, vt & vita eius in corpore eorū palā fiat. Passiones enim sunt quæ ostēdūt meritum ad futurā vitam, quā promisit Christus. Vnde
H alio loco dicit: Cū infirmor, tunc potēs sum. Et iterum: Per tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

SI ergo nos qui viuimus, in mortē tradimur propter IESVM, vt & vita IESV palā fiat in hac mortali carne nostra.) Apertū est qđ dicit, quia ideo in mortē tradi, inquit, propter IESVM non recusamus cum possimus viuere, vt vita qua resurrexit a mortuis Christus, huic mortali carni nostræ præstetur. hoc est non timere mori propter resurrectionē promissā. ¶ Itaq; mors in nobis operatur, vita autē in vobis.) Hoc dicit, quia pro salute eorū morti subiiciebātur. Gētibus enim prædicātes inimicitias sibi excitabāt tam a Iudæis, q̄ a gētibus vsq; ad mortē. ¶ Habētes vero eundē spiritum fidei.) Hoc est cōmunē spiritū per quē firmatur fides, habemus vobiscū. Ideo enim pro ipsis tanta patiebantur mala, vt inuicem sibi copularētur in fide. ¶ Secundū Psal. 115. quod scriptū est: Credidi, propter qđ locutus sum. & nos credimus, propter qđ & loquimur.) Exēplū ideo dedit de psalmo centesimodecimoquinto, vt ostenderet ideo se promptum esse ad omnia toleranda, quia credidit futuram resurrectionē. Securus ergo de futura vita, præ
I sentē vitam nō habet charam: quippe cū hoc credatur, vt tunc illa beata vita speretur, si hæc contēnitur. Securus ergo quia quod credidit verū est, audet hoc prędicare, vt cæteros spei suæ participes faciat. ¶ Sciētes quod qui suscitauit dominū IESVM, & nos cum IESV suscitabit, & cōstituet vobiscum.) Hac spe dicit laborari propter fidem, quia exemplum præcedit resurrectionis domini IESV, quid futuri erunt qui credūt: quia sicut 1. Cor. 15. in Adam omnes moriūtur, ita & in Christo omēs viuificabūtur. Adā enim forma mortis est, causa peccati. 1. Petri. 2. Christus vero forma vitæ propter iustitiā, quia peccatum nō fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Et quoniam participes hos cōmunis fidei dixit: Resuscitatos inquit, constituet vobiscū, vt vnius fidei in vna sint domo pacis. Cū enim intelligunt quia pro ipsis patiūtur exitia, & isti soliciti sunt de passionibus horū velut cōpatientes, simul & participes erunt in vita promissa: vt simul contristati, simul gaudeant. propter illos sic loquitur qui resurrectionē negabāt, quos & in prima epistola exprobrat. ¶ Omnia enim propter vos, vt gratia abundans per multarū gratiarū actionē abundet in gloriam dei.) A munere suo deus nullum voluit esse alienum. Et quia nō omnes capiūt verbū fidei, apostolus dei voluntatē sciens, persecutiones & pericula pati nō timuit, dūmodo omnibꝰ fideliter prædicaret, vt plures possent K credere: vt abundās donū dei non per paucorū gratiarū actionē minueretur ad cōtumeliam dei, sed multis proficiēs afflueret per multarū gratiarū actionē ad gloriam dei. Quanto ergo hic dignus honore est qui animā suā semper morti subiecit, ne donū dei longe aliter proficeret q̄ datū est? Nunquid nō magna contumelia eius est qui cœnam faciēs opulentam, ac multos inuitans, paucos habet in sūma? ¶ Quapropter nō deficimus.) Manifestū est hæc ad superiorē sensum pertinere. Vt enim deuotionē suam adhuc propensiorē in dei rebus ostendat, hęc subiecit quibus nullo genere deficere se probat quo minus id quod deo placitū est impleat, securus tamen de resurrectiōe promissa. ¶ Licet si exterior homo noster corrūpitur, sed interior renouatur de die in diē.) Pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate caro corrūpitur, sed anima spe futuri præmii renouatur, quia assiduis tribulationibus purgatur. Proficit enim in pressura, nō interit, ita vt accedētibus tentationibus quotidie acquirat ad meritū, quia & corpori corruptio hæc proficit ad immortalitatē merito animæ. ¶ Id enī qđ in præsenti est momentaneū, & leue est pressuræ nostrę, supra modū in sublimitate æternū pōdus gloriæ operatur in nobis.) Præsentis tēporis tribulationes quæ causa fidei ingerūtur, mometāneas & leues dicit, quia sunt tēporales: supra modū tamen in sublimitate æternum pōdus glorię operari patientibus. Paruis enim laboribus ma L gna redditur merces, & pro leui tribulatione supra modum sublimitas gloriæ pensabitur perpetuæ. ¶ Nō cōtemplantes quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ vero non cernuntur, æterna sunt.) Desideriū cælestium & spiritaliū habētes hæc præsentia & terrena spernere profitetur, quia ad comparationem spiritaliū hæc nulla sunt. Sic enim sunt hęc ad superna, quomodo figura ad veritatem. Figura deperit, veritas manet: ac per hoc exire de isto seculo non metuunt iusti, sed gaudent.

CAPVT QVINTVM.

SCIMVS autem quia si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quia ædificationē ex deo habemus domum non manufactā æternam in cælis.) Hac fiducia dicit non timēdum dissolui de corpore violentia infidelium, aut forte vitæ, quia preparata est huiusmodi hominibus habitatio in cælis ęterna: vt de tēporali & terrena expulsi, in perpetuam domū recipiantur. Vnde & M hoc optandū est, si fieri potest. Sed quia optandū nō est, ne in tua gloria alius pereat: si tamen acciderit, libēter ferendū est. Terrestrē enim domū carnem hāc dixit, quia mortalis est: vt si de hac dissoluti fuerimus, ædificatam inueniemus in cælis domū æternā. Hæc domꝰ corpus immortale significat, in quo resurgētes semper erimus, cuius forma iā in cælis est in domini corpore declarata. ¶ Etenim in hoc ingemiscimus habitaculo nostro quod de cælo est, superindui cupiētes: siquidem induti, nō nudi inueniamur.) Propterea dicit in precibus ingemisci, vt gloria promissa de cælis possit resurgentes induere. Hoc ergo desiderātes insistunt precibus, ne surgētes recepto vtiq; corpore nudi, id est, alieni a promissa gloria inueniantur. Hoc enī opus est, vt induta anima corpore, dei iudicio superinduatur & gloria, quę est immutatio in claritatē. Mors enim de terra est, resurrectio vero de cælis, si tamen immutetur in gloriā. Alii codices sic habēt: Siquidē expoliati, nō nudi inueniamur, id est, si exeuntes de corpore Christum vestiti fuerimus: quia quicūq; in Christo baptizantur, Christū induunt. Itaq; si in forma baptismi & traditione manserimus, expoliati corpore nō nudi inueniamur: quia in interiore homine habitat Christus, quem cum induti, siue spiritu

A sancto dato nobis videbimur, erimus digni superindui promissa cælesti gloria. In illum enim decidet promissa claritas, quē viderit signū adoptionis habere. ¶ Nā cum sumus in isto corpore, id est mortali, ingemiscimus grauati, eo qđ nolumꝰ exui, sed superindui, vt absorbeatur mortale hoc a vita.) Idē sensus est. Ideo enim dicit grauatos nos passionibus corporis, & ipsius mūdi tēpestatibꝰ, postulationes ad deū dirigere, ne inmutemur victi, & indigni efficiamur. Sed et si contigerit exitus, perseuerātes in fide induti inueniamur sancto spiritu, qui in substantia Christus est. Tūc enim superindui promissa gloria poterimꝰ, si exuti corpore, nō despoliati a sancto spiritu fuerimꝰ. Sic mortale absorbetur a vita, id est, vt resurgētes superinduamur immortalitatē cū gloria, ne vltra mori possit, aut passionibus implicari. hoc est absorberi a vita. Nō enī dicendus est absorberi a vita, q ad hoc surgit, vt pœnis agaƭ. ¶ Qui aūt perficit nos in hoc ipsū, deus, q & dedit nobis pignus spiritū.) Hoc qđ ingemiscētes poscimus, id est, nō vt exui, sed superindui mereamur, iuxta supradictū sensum, in die iudicii deū perficere dicit, q̄a promisit, & fidelis est, dās huiꝰ rei implēdę pignꝰ spiritū. Ipse est enī signaculū adoptiōis nostrę.

FIdentes igitur semper, & sciētes quia inhabitātes in corpore peregrinamur a domino. per fidē enim ambulamus, non per speciem.) Manifestum est quia per fidem cū domino sumus, nō per presentiam: ac per hoc peregrinamur nō fide, sed specie. Et quare, cum Act. 17. idē dicat in Actibus apostolorū: In ipso enī viuimus & mouemur, & sumus: hoc loco peregrinari nos a domi
B no dicit? Si vbiq; est, quomodo hic positi peregrinamur a domino? Sine dubio vbiq;, immo omnia in deo sunt. Sed quia sedes dei in cælis est, & illic semper videƭ: ideo hic positi, vbi non videƭ, peregrinari a domino dicimur. quando enim non eū videmus, licet præsens sit, absentes ab eo sumus. ¶ Audemus ergo & consentimus magis peregrinari a corpore, & pręsentes esse ad deū.) Recte ait, audemus. Habentes enim fiduciam promissionis dei, & sciētes multum expedire illic esse quàm in seculo: consentiūt, & optāt excedere de corpore, vt requiescant vsq; in diem resurrectionis sub altare dei. ¶ Ideo conamur siue præsentes, siue peregrinantes placere illi.) Id agēdū dicit, & bonis operibꝰ insistēdū, vt siue in hac adhuc vita positi, siue ante tribunal Christi, p̄sentes placeamus ei. Vnde si disciplina seruetur, & hic & illic placebimus: quia qui hic placet, illic nō displicebit. ¶ Omēs enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bona, siue mala.) Igitur si iudicāte Christo vnusquisq; no
C strum facta corporis recipiet, nō vtiq; sine corpore adiudicabitur bono aut malo. Et nō dixit facta carnis, quia carnis vitia puniēda semper: sed facta corporis, quia aliquando spiritaliter, aliquando carnaliter operatur.

SCIENTES igitur timorem domini hominibus suademus: deo autem manifesti sumus.) Quoniā ergo iudicium dei futurū est per Christū ad singulorum discriminanda opera: idcirco Apostolus suadere se dicit ad bonū sensum & vitā, vt auditores eius securi sint de pœna futura, & ipse glorietur in his habens fructum laborum suorū, quia quorundā prauiloquio dies iudicii dei in dubium deducitur. Corrūpunt enim mores bonos colloquia mala. Hominibus suademus, ait, vt credant & prouideant ne incurrant & tunc pœniteāt quando pœnitentia fructum non habet. Deo autē manifesti sumus. hoc enim prędicabat quod deus iusserat, & hoc scire dicitur deus quod bonum est. Deniq; male agētibus dicit, Nescio vos. ¶ Spero autem & in cōsciētiis vestris manifestos nos esse.) Manifesta erat puritas eorum Corinthiis, quia neq; aliquando in adulatione fuerant deprehēsi, neq; prædicatio illorū displicuerat sanctis, nec ab aliquo illorū quicquā, vt assolet, occulte elicere tentauerāt, vt foris simplices apud turbas, intus vero impostores essent: ideo conscientias illorum pulsat, vt ipsi sibimet testes essent de veritate eorum. D

NON iterum nos cōmendamus vobis.) Quoniā superius verā prædicationem suā obtestans, laudare se visus est: idcirco nunc eadem significat, nō ad laudem suā hoc dicere se, sed ad eorū gloriā, vt gaudeant integrā prędicationē se addidicisse his annūciantibus. ¶ Sed occasionem damus vobis gloriādi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde.) Hoc dicit, vt quoniā multi per elationē gloriabantur in se de apostolis, profitētes se ab his doctos qui semper cū domino fuerunt: ideoq; & hic dicit, dare se & his ratione per quā & ipsi glorientur aduersus eos, quia apostolus erat a quo & isti didicerant. Vnde alio loco dicit: Nihil minus feci ab his qui valde sunt apostoli. 2. Cor. 12.
Quod quidē coactus dicit, ne silentiū eius istis obesset. Qui ergo in corde gloriatur, superbiam reprimit: sciēs quia humilibꝰ deus dat gratiā, superbis autem resistit. 1. Petri. 5.
Superborū enim mens fructum non facit deo dignum. ¶ Siue enim mente excedimus, deo: siue sanū sapimus, vobis.) Hoc dicit quia si elate vel superbe putatur locutus, quia laudare se visus est verū dicens: deo hoc remittendū. Si autem nō superbe intelligitur, sed ad gloriam audientiū esse locutus, Corinthiis proficere dicit: vt tūc sanum sit dictum audiētibus, si ita intelligatur vt dictū est. Si autē iactanter putetur dictū velut insanū, deo dimittēdū. Omnis enim superbia velut insania habetur. ¶ Charitas enim Christi vrget nos, hoc iudicantes, q si vnus pro omnibus mortuus est.) Quoniā Christus diligēs humanū genus, vt eos redimeret, morti se dedit: E
ideo apostoli vt vicē ei reddāt, homines ex aliqua parte exhortātur ad eius obsequiū: & vt eos attrahāt, necesse est vt verū se prædicare testētur, aliis praua docētibus: nec suum meritū taceant, vt malorū doctorū pœnā designent. Non ergo elatione mentis hæc agebant, sed vt donū Christi intelligeretur ab omnibus, & fideliter deuoti ei gratiarū actiones referrent. Propter Christi ergo charitatem, quæ & quāta dona eius circa diligētes eum sint, non taceant, non iactantiæ causa, sed vt inuitēt audientes ad eius deuotionē, ne mors Christi infructuosa videretur, nō vt laus apostolorum nosceretur. Per meritum enim & gloriam apostolorum agnoscitur Christi gratia, & beneficiū dei. ¶ Ergo omēs mortui sunt, & pro omnibus mortuus est: vt & qui viuunt, nō iam sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit.) Quia omnes necesse est mori causa Adæ, pro omnibus mortuus est Christus, vt eos a secunda morte libeberaret. Ideoq; qui viuunt in corpore, sciētes Christum mortuum esse pro se, sint ei subditi, profitētes hunc do- E
minum. quia enim prodest eis mors eius, testimonium perhibet resurrectio eius. Igitur hic sibi nō viuit, qui paratus est domini sui facere voluntatem.

ITAQVE nos ex hoc tempore neminem nouimus secundum carnem: et si cognouimus secūdum carnem Christum, sed nunc iam nō nouimus.) Verum est quia Christo resurgente a mortuis iam cessat in eo carnalis natiuitas, cessat infirmitas corporis, cessat & passio mortis. Vsq; ad crucem enim suspicio fuit infirmitatis in Christo. Post autem apparuit esse quod non credebatur, sicut & ipse ait: Cum exaltaueritis filium hominis, tūc cognoscetis quoniam ego sum. Ioan. 8.
Hoc ergo idcirco apostolus memorat, vt ostendat qua deuotione obsequēdum est Christo. Pro salute enim hominum nō solum hominē se nasci non dedignatus est, sed & iniuriis agi, & mori voluit: vt intelligētes quàm preciosa sit mors eius, propensius illi seruiant, nō quasi homini vicem reddentes, sed deo: quia vnicuique pro persona eius & meritis refundenda obsequia sunt. ¶ Quare siqua est in Christo noua creatura, vetera transierūt: ecce omnia facta sunt noua.) Manifestum est quia per Christum renouata sunt omnia, si animaduertant

G dignitatem eius. Nouus enim fit bis quibus prius homo tantū videbatur cū intelligitur esse deus, vt recedēte infirmitate agnoscatur diuinitas, & cessāte errore veteri, qui introducta multorū deorū opinione, ab vnius veri dei fide transduxerat gens humanum, reuertantur omnia ad simplicitatis professionē, vnum deū adorātia
» in trinitate. ¶ Omnia autem ex deo. Quāuis Christus nos redemerit, omnia tamē ex deo, qa ab ipso est omnis paternitas: ideoq; necesse est præferri personam patris.
» ¶ Qui reconciliauit nos sibi per Christū, & dedit nobis
» ministeriū reconciliationis, quoniā quidem deus erat in
» Christo mundū recōcilians sibi, nō reputans illis delicta
» ipsorum, & ponens in nobis verbū reconciliationis pro
» Christo, pro quo legatione fungimur, tanq̄ deo exhor-
» tante per nos, orantes pro Christo recōciliari deo, eum
» qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatū fecit, vt nos
» essemus iustitia dei in ipso.) Deus omnipotens genitor Christi, cū omnia quæ per Christū fecerat, errore caduca fuissent effecta, creatoris sui oblita, Christū dominū nostrū de sacris sedibus ad terrena venire dignatus est: & factū carne in specie hominis, vt forma esset hominibus quēadmodū sibi deū creatorē suū pacificū facerent. Deus ergo erat in Christo. Quomodo? Quasi in vicario aut legato, sicut fuit in prophetis: aut aliter nō sicut fuit in prophetis, sic intelligi potest fuisse & in filio. Filius enim naturaliter natus est patris dei. Vnde dicit: Qui a pater in me est, & ego in patre. Pater enim per id intelligitur esse in filio quod vna eorum sit substantia.

H Ibi enī est vnitas, vbi nulla est differētia: ac per hoc inuicem sunt, quia & imago & similitudo eorū vna est: vt vidēs filium vidisse dicatur patrē, sicut & ipse Dñs ait:

Ioan. 14. Qui me videt, videt & patrē meū. Recte ergo dicitur: Deus erat in Christo, hoc est, pater in filio, mūdū reconcilians sibi, nō reputās illis delicta eorū, quoniā creatura peccauit in deū, nec pœnituit vt reuerteretur ad eū. Deus opus suum nolēs perire misit filiū suū, per quem prædicata eis remissione peccatorum, reconciliaret eos sibi per ipsum, per quē nos creauerat. Siue ergo per filium, siue per seruos deus exhortatur populū: quia ad ipsum omnis sūma referēda est, cuius voluntate & prouidentia Christus incarnatus est ad salutē hominū redimendā. Qui cū reuerti vellet ad patrē, dispensationem acceptam a patre dedit discipulis. Orantes pro Christo

I recōciliari deo, hoc est quod dixi, quia pro Christo vicarios dedit apostolos, vt pro ipso prædicarent recōciliari deo. Eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit. Deū dicit patrem peccatū fecisse filiū suū Christū, eum vtiq; qui peccatū nesciebat, id est, qui nō peccauerat, quia factus caro nō immutatus, sed incarnatus factus est peccatū: sicut qui fit præfectus, nō amittit quod erat, sed assumit vtiq; qd non erat. Homo ergo factꝰ est Christus causa peccati, quem nō tangebat fors, neq; diguitas nasci hominē. Propter qd autem omnis caro sub peccato est, ideo factus caro, factus est peccatū. Et quoniam oblatus est pro peccatis, nō immerito peccatū factus dicitur, quia & hostia in lege quę pro peccatis offe-
Esaię. 53. rebatur, peccatū nuncupabatur, vt nos essemus iustitia dei in ipso. Qui peccatū nesciebat, dicente Esaia: Qui peccatū non fecit, nec dolus inuētus est in ore eius, quasi peccator occisus est, vt peccatores iustificarentur apud deū in Christo. Zelum enim passus est Satanas aduersus saluatorem, vidēs eum docere homines quomodo sibi propitium facerent deum, abrenunciantes diabolo, & propter hoc occidit eum, nescius futurū aduersus se. Christus enim post crucem descendens ad inferos denūcta morte, quia peccatum nesciebat, teneri a morte nō poterat: quia mors per peccatum inaniuit infernum, vt mors iusti peccatorib⁹ proficeret, vt decętero mors eos qui signum crucis habent, tenere non possit.

CAPVT SEXTVM.

ADIVVANTES autem & obsecramus, « k
ne in uacuum gratiā dei recipiatis.) Duplici « genere apostolus humanæ salutis curā subiacere cōtendit, vt & dei prouidētiæ deuotus existeret, & hominibus charitatis officium exhiberet. ¶ Tēpore enim, inquit, accepto exaudiui te, & in die fa- « Esa. 49
lutis adiui te.) Hoc scriptū est in Esaia propheta. Præ- «
destinatā docet gratiam dei in tēpore Christi. sic enim decreuit deus affluere misericordiā suā, vt nomen Christi poscentibus auxiliū largiretur. ¶ Ecce nunc tempus «
acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllam «
offensionē, ne vituperetur ministeriū nostrū.) Tempus «
adesse dicit, quo possint ad indulgētiam proficere peccatores. Tēpus adesse dicit, quo morbis mortalibus medicamina possint infūdi: & ideo se solicitū esse circa ægrorum salutē, ne forte negligentia aliqua medicinę gratia effectu careret, & bonę voluntatis suæ. Fide ergo & vigilantia sua omnē offensionē negligentibus amputat, ne horum forte segnitia offensiōis occasionē pareret discipulis: ac per hoc liberos se significant, quia qđ salutare est, simpliciter omni instantia predicāt. Vnde subiecit:
¶ Ne vituperetur ministeriū nostrum.) Vituperaretur « enim ministeriū ipsorum, si ea quę verbis docebāt, operibus suis vt fierent exempla nō darent. ¶ Sed in omni- «
bus cōmendātes nosmetipsos vt dei ministri.) Dei mi- «
nistri sine adulatione docent, vt ei cuius ministri sunt placeant, non sicut pseudoapostoli, scientes non se a deo L
missos, præsenti vtilitati studebant. ¶ In multa patien- «
tia.) Patientia est quæ saluat homines. Nisi enim pa- «
tiētia abusus esset, quomodo saluasset Corinthios quos post prædicationem suam tantis vitiis morū & erroribus diuersarū sectarū inuenerat inuolutos, quos patientia sua paulatim ad veram doctrinā reuocatē? ¶ In pres- «
suris.) Pressuras pertulit, sciēs quid a deo pro his pro- «
missum. ¶ In necessitatibus.) Necessitas erat etiam in «
pressura positū docere, quia a domino erat missus. ¶ In «
angustiis.) Spe futuri angustatus, perfidorū oppositio- «
nibus non cessit. ¶ In plagis.) A Iudeis & gentibus cæ- «
sus frequenter, non tacuit gratiam Christi. ¶ In carceri- «
bus sæpe.) In carcere missus contępta salute sua, etiam «
illic donum dei prædicauit. ¶ In perturbationibus.) In- «
tantum deo deuotus erat, vt nec perturbatio fiduciam «
quam in deo habebat minueret. ¶ In laboribus.) Labo- «
rare nō destitit manibus suis, ne cui grauis esset, certus hoc sibi proficere apud deum. ¶ In vigiliis.) Tam solici- «
tus erat circa officiū sibi delegatū, vt nec nocte cessaret.
¶ In ieiuniis.) Aliquando voluntaria, aliquādo necessi- «
tatis ieiunia pertulit causa penuriæ, & deo gratias egit spiritaliter se pascēti: quia ideo contentus erat, ne vētris causa inclinaretur. ¶ In castitate.) Castitatē siue corpo- «
ris siue Euangelii vēdicans, non paucos fecit inimicos. M
¶ In scientia legis & Euangelii.) Sciētiam non in sapiē- «
tia humana, neq; in simulatione asserens, deo se fidelem dispensatorem Christi exhibuit. ¶ In magnanimitate.) «
Grandis animi erat in baiulādis infirmitatibus fratrū, Gala. 6.
& in contēptu mūdi huius. Vnde alio loco dicit: Mi- «
hi mundus crucifixus est, & ego mūdo. ¶ In benignita- «
te.) Benignus erat, quia sicut arguebat, ita & blādieba- «
tur, vt post correptionem lenī exhortatione consolare- «
tur. ¶ In spiritu sancto.) Spiritus sanctus effugit fictum. « Sap. 1.
Quoniam ergo synceriter docebat in spiritu sancto, dei donum tradebat. ¶ In charitate nō simulata.) Simula- «
ta charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres. Vnde hic semper necessitates fratrum suas faciēs, simplex erat in charitate. Compatiebatur enim omnibus, sicut alio loco dicit: Quis scādalizatur, & ego nō vror? 2. Cor. 11.
Hæc enim vera charitas est, si sua vtilitate contempta eius curā agat quē diligere se profitetur, qđ semper fecit apostolus. ¶ In verbo veritatis.) Verbū veritatis erat « in eius doctrina, quia non aliud tradebat, quàm a domino acceperat. ¶ In virtute dei.) Virtꝰ in eo dei erat, quæ «

A per signa atq; prodigia hunc idoneū ministrum proba-
» bat. ¶ Per arma iustitiæ, a dextris & a sinistris.) Liberū se significat fuisse & fidelibꝰ & incredulis. Arma enim
» iustitię perimunt iniquitatem. ¶ Per gloriam, & igno-
» bilitatem.) Iis qui Euangeliū dei gloriam æstimabant, manifeste integrum se & fidelem prędicatorē dixit. Simili modo & eis qui verba diuinę doctrinæ ignobilitatem & deformationē putabant, fidelē se dei ministrum exhibuit, dum nō terretur, neq; pudorem patitur ea illis
» loqui quę horrent audire. ¶ Per infamiam, & bonam fa-
» mam.) Etiam his integrū se dei dispensatorē præbuit, qui fidei bonam opinionē faciebant: & qui malam, dum
» non metuit hanc inuidiam, sed cōstās est. ¶ Vt seducto-
» res, & veraces.) Increduli seductores eos vocabāt, fideles econtra veraces & simplices eos pronūciabāt. Nec
» hoc odio cedit, vt superducat fucū veritati. ¶ Vt ignoti, & qui cognoscimur.) Malis ignoti erant, bonis noti.
» agnoscebant enim in his veritatem. ¶ Vt moriētes, &
» ecce viuimus.) Odio illos habentes, quotidie putabant nō euadere minas iniquitatis. Isti autē quia deo propitio docebant, auxilio Christi tuti prestabantur a morte
» præsenti & futura. ¶ Quasi tentati, & morti nō traditi.) Tentati videbantur, quando sic tractabantur vt cedere putarentur: & quia non vincebātur, morti nō addicebātur. Hic enim addicitur morti, qui in fide nō permanet, & morti nō huic, sed futuræ. Potest & de præsenti morte intelligi. Tentari enim eos patiebatur deus vt pressuris crescerēt merita: nō tamē permittebat eos occidi.
» ¶ Vt tristes, semper autē gaudētes.) Verum est quia
B tristitia hæc gaudium operatur: & qui eos iniuriis con-
» tristabant, gaudium eorū exaggerabant. ¶ Vt egētes,
» multos autem ditantes.) Quantum ad presentem vitam pertinet, pauperes videbantur, sed spiritales diui-
» tias credentibus largiebantur, egeni in terris, in cælis diuites. ¶ Vt nihil habentes, omnia autē possidentes.) Hoc fuit in apostolis gloriosum, vt sine solicitudine & nomine possidendi, non solum ea quę in possessionibus erant, sed & ipsorum dominos possideret. Omnia enim necesse erat ante eorum poni pedes causa virtutum, sicut legimus in Actibus apostolorum.

» OS nostrū patet ad vos, o Corinthii.) Hoc libertatis causa loquitur, & puræ conscientiæ. Mali enim sibi cōscia mēs loqui trepidat, sensum per-
» dit, in verbis errat. ¶ Cor nostrum dilatatum est.) Eius cor dilatatur, qui fiducia bonæ cōuersationis gaudet in sese, aut certe futuri spe præmii in tribulatione non angustatur: quia sicut i hac vita nisi præcesserit labor, reditus nō sequitur: ita & in rebus diuinis si nō exitia an-
» teierint, præmium non sequetur. ¶ Non angustiamini
» in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris, eā-
» dem habētes mercedis retributionem.) Hoc dicit quia
C non oberat magistris si discipuli male verterentur contēnentes vigorem doctrinæ, quia vnusquisq; pro operibus suis mercedem accipiet: quia qđ ad magistros pertinet, non tacuerunt, dicente dño ad Ezechielē prophetā: Exalta vocē tuā, & loquere ad plebē. si te audierint, lucraberis eos. si quo minus, tu animam tuam saluabis.
» ¶ Sicut filiis dico, dilatamini & vos, & nolite iugū du-
» cere cum infidelibus.) Ad bonā conuersationē & spem eos hortatur, vt fidētes & purgantes conscientias suas, possint in semetipsis gaudere, habentes fiduciam puræ mentis, sicut & eorum magistri, separātes se ab infidelium societate in malis operibus. Et bene ergo agēdo & futura sperando, dilatari vult illos animo. Qui enim operatur, laborat, & futura non credit, sicut infidelis, an-
» gusti animi est desperatione futuri. ¶ Quæ enim parti-
» cipatio iustitiæ & iniquitati? aut quę societas lumini cū
» tenebris? aut quę ve consensio Christi cum Belial? aut quæ
» participatio fideli cū infideli? vel quæ cōuentio templo
» dei cū idolis?) Manifestum est hæc quæ enumerat, esse contraria: ac per hoc fugiendum ab his docet, quia dicit Dominus: Nemo potest duobus dominis seruire. Lex Mat. 6.
enim iustitiam prædicat, vt fugiatur iniquitas. Lumē D
ostendit quod est veritas, vt ab ignorantia quæ tenebrę sunt, recedatur. Christū in dei mysterio annunciat, vt a diabolo qui se deum mētiri vult, recedatur. Credētibus vitam pollicetur æternam, vt perfidia exuti ab omni infidelium errore sint alieni. Idola prohibuit coli, quia tēplo dei sūt inimica. ¶ Vos enim templū estis dei viui.) «
Nihil tam inimicum homini q̄ idola, quia ab vnius dei fide cogunt recedere. ¶ Sicut dixit deus, quoniā inhabi- Leui. 26.
tabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus, «
& ipsi erūt mihi populus. Propter quod exite de medio « Esa. 52.
illorum, & separamini, dicit dñs, & immūdū nolite tā- «
gere, & ego suscipiam vos, & ero vobis in patrē, & vos «
eritis mihi in filios & filias, dicit dominus oīnipotēs.) «
Interim primæ causæ sensum explicem⁹, vt cuius persōnæ verba sint, declaremus dicētis: Quoniā inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus, &
ipsi erunt mihi populus. Hæc verba Christi sunt. Hoc est enim quod & inter cætera Hieremias testatus est, dicens: Post hęc in terris visus est, & inter homines cō- Baruch. 3
uersatus est. Hic enim habitauit in nobis, dicēte Ioāne apostolo: Et verbū caro factū est, & habitauit in nobis. Ioan. 1.
Et quia deus noster est, dicit iterū Hieremias: Hic est deus noster. Et quia populus eius sumus, dubium non est. ecclesia enim Christi est: ideoq; separari nos vult ab omni cōtaminatiōe, vt suscipiat nos in filios, sicut dicit:
Filioli, adhuc modicū tempus vobiscum sum. Et quia Ioan. 13.
omnipotēs est, puto ambigi non debere. Si enim, sicut ipse dicit, Q uæcunq; facit pater, eadem & filius facit si- Ioan. 5.
militer: hoc est filium omnia posse quæ potest & pater. E
Si quid non potest pater, nō potest & filius. Si idoneus
est filius, qui dicit de patre: Apud deū autē oīnia possi- Mat. 19.
bilia sunt. Hoc testimonio & nos ad puram vitā exhortatus est ad dominum nostrum IESVM Christum, iam olim dominū nostrum, & suscepturum nos in affectu charitatis suæ prædestinatum ostendit.

CAPVT SEPTIMVM.

HEC ergo habētes promissa charissimi, mū- «
demus nosmetipsos ab omni inquinamēto «
carnis, perficiētes sanctitatē spiritꝰ in timore «
dei.) Manifesta sunt quæ dicit. Inquinamē- «
tum tamē carnis multifarie intelligendū est. Ideo etenī nō dixit ab inquinamēto carnis, sed ab omni inquinamēto, vt tota vitia carnalia fugiamus. Oīne enī qđlex prohibet, carnale est. Vt perficiamus sanctitatē spiritus in timore dei. Sanctitatē sic perficimus spiritus, si in timore dei recta sequamur, vt sub nomine Christi a peccatis nos abstinuētes sancti simꝰ. Q ui enī sine professione Christi a vitiis se cohibere videtur, sancti sunt iuxta mūdū, nō secundū dei spiritū, qui a secundū deū bi mūdi sunt, qui fideles sunt: ceteri vero qualesuis sint, immūdi sunt. Q uicquid enī sine Christo est, immundū est, sicut dicit ad Titū, ga infidelibus nihil est mundū. inquinata F
est enī eorū mens & cōscientia. ¶ Capaces estote nostri. «
nemini nocuimus, neminē grauauimus, neminē circū- «
uenimus.) Cōsiderare vult illos quę dicit, vt receptis his «
in animū, cōferāt secū vera esse quæ loquit, & spernētes hos quos tāgit, omnē animū trāsferant ad eos quos videt vero affectu se diligere. Pseudo enī apostoli erāt qui & nocebant illis, corrūpentes sensus illorū, & grauabant sacculos eorū circūuentione serpentinę astutię. ¶ Nō ad «
condēnationē dico.) Hoc est, nō vos abiicio, sed vt corri- «
gatis moneo. Q ui enim aliquē cōdēnat, non illi dimittit. ¶ Prædixi enim, quia in cordibus nostris estis ad cō- «
moriendum & ad conuiuendum.) Ex prędictis vult il- «
los cognoscere quo animo loquat ad eos. Quos enim participes vult habere & ad præsentes passiones pro Christo, & ad futuram vitam: nō vtiq; illos abiicit, sed vt participatione dignos se faciant, exhortatur.

G » MVLTA mihi fiducia ad vos, multa mihi glo
» riatio pro vobis. Repletus sum cõsolatione, su-
» perabundo gaudio super omni pressura nostra.)
Fiducia hæc de primæ epistolæ correptione est, quam
quia nõ aspere susceperũt, fiduciam dederũt admonẽdi
se. Visi sunt enim velle corrigere se. vnde gloriatur pro
his. Animũ etiã suum consolatũ ex hac parte pronun-
ciat, intantũ vt in omni pressura superabundare se gau-
dio obtestetur. Videṡ enim esse spem in his pro quibus
angustias patitur: gaudet cũ tribulatur, certus mercedẽ
» se a deo accepturũ acquisite salutis eorum. ¶ Etenim cũ
» venissemus in Macedoniã, nullã requiem habuit caro
» nostra.) Pressuras & cædes memorat quas patiebãtur
causa credentium, vt magis prouocaret eos ad charita-
tem. Nullam, inquit, requiẽ habuit caro nostra: vt cõpa
terentur eis, certi quia pro salute fidelium animas suas
traderent vsq; ad mortẽ. Antequã digereretur enim tri-
bulatio & corporalis iniuria, altera veniebat, vt requies
patienti non esset. Nam quoniã sensu bruta est omnis
caro, idcirco nullã requiem hanc habuisse vel habere in
passione significat. Animã autẽ, quanquã ipsa patieba-
tur in corpore, ex hac tamen parte requiem habere, qua
sperat pro tribulationibus his quę pro fide irrogantur a
perfidis, daturũ deũ mercedẽ. Deniq; ipsa pressura deo
» hymnos canebãt. ¶ Sed in omnibus sumus afflicti.) In-
Act. 16. xta historiã, dño vocãte intrauerunt Macedoniã: & cũ
H nõ parui credidissent, inuenissentq; solatiũ Lydiæ mu-
lieris quæ cũ omnibus suis credidit: tunc factũ est vt spi-
ritum pythonẽ, id est, diuinũ fugaret de ancilla quorũ-
dam, qui videntes perdidisse se non minimũ quæstum
quem puella referebat diuinando, cõcitauerunt seditio-
nem Paulo & Sylæ, & traxerunt eos ad forum ad ma-
gistratus: qui multas eis plagas imponentes miserunt
eos in ima carceris, ita vt pedes eorũ in neruo conclude-
rent. Hæc est pressura quam passi sunt in Macedonia,
& hinc est vnde dicit: Nullã requiẽ habuit caro nostra:
» ¶ Foris pugnæ, intus timores.) Pugnæ erãt corpori, dũ
cædebantur: animo timores. Illic enim timor est, vbi
intellectus est. Sed timor hic propter eos erat qui cre-
derant, ne passione eius scandalizarẽtur. Nam sibi quid
iam timeret qui patiebatur? Prẽterea cũ dicat in Actis
Actо. 21. apostolorum, non solum ligari, sed & mori paratum se
pro nomine dñi IESV Christi. Videtur enim totum
hominem afflictũ in carne significasse, vt ex parte spiri-
tus qui homini datus maneat, quia impassibilis est, affli
I gi potuisse minime intelligatur: sed vt homo totus ex
parte corporis & animæ afflictũ in carne dicat: ex parte
vero spiritus impassibilis. Potest & sic intelligi, vt foris
pugnæ id est, in publico a perfidis fierent contra fidos,
dum furore pleni resistebant veritati: cuius rei nuncius
int9 timores generabat, vbi erat apostolus. Quis enim
homo nõ timeat angustias? Sed quia in dei rebus pro-
» pensior erat, timorẽ hunc spe superabat. ¶ Sed qui cõso-
» latur homines, cõsolatus est nos deus in aduẽtu Titi.)
Quoniã deus suorum nõ est immemor, sed semper dat
eis in tribulatione solatium, acceleravit aduentũ Titi,
vt refrigerio esset positis in feruore. Magna enim cõso-
» latio est patientis, si secum habeat cõdolentẽ. ¶ Et non
» solum, ait, in aduentu eius, sed & in cõsolatione qua cõ-
» solat9 est in vobis.) Plus addit ad cõsolationẽ, quia au-
disse se a Tito significat cõuersationis eorũ promptam
voluntatẽ, intãtum vt Titus qui dolorẽ habebat inob-
auditionis eorũ, cõsolationẽ acciperet de pœnitẽtia illo-
rum. Quantũ affectũ haberet circa eos, ostẽdit Aposto
lus, vt nec ima carceris, nec plagarũ dolorem cõputaret
scissi corporis, neq; neruum quo pedes eius cõclusi erãt:
sed audita correctione eorũ lætaretur, immemor factus
passionum, deo gratias ageret pro eorum salute, sic hoc
» æstimans quasi remunerationẽ tribulationũ. ¶ Annũ-
» cians nobis vestrum desiderium.) Nũciauit Titus de-
siderium habere illos emendandi se. Addiscentes enim
quæ promissa sunt bene viuentibus, incitati sunt ad de- K
siderium horũ. ¶ Vestrum fletũ.) Correpti flebant, do- «
lentes quia peccauerunt, nec excusare se nisi sunt. vnde glo «
riatur in his. ¶ Vestrã æmulationẽ pro me.) Addisce- «
tes enim charitatẽ apostoli erga se, cœperunt illũ defen- «
dere contra aduersarios. ¶ Ita vt magis gauderem, quia «
et si cõtristaui vos in epistola, nõ me pœnitet.) Manife «
stum est nõ debere pœniteri ex hac re quã secutus effe-
ctus est, quoniã seueriusin prima epistola corripuit er-
rores eorũ. Non, inquit, me pœnitet asperius scripsisse,
quia hoc causa popposcit. ¶ Et si pœniteret, ait, video qa «
illa epistola etsi cõtristauit vos ad horam, nũc gaudeo.) «
Hoc dicit, quia si me pœniteret, inquit, propter charita-
tẽ, quia vos cõtristaui: cõsolatio succederet gaudii, quia
prosunt quod vos cõtristaui. ¶ Non quia cõtristati estis, «
sed qua cõtristati estis in pœnitentiã. Contristati enim «
estis secundũ deũ.) Idcirco gauisum se dicit, quia cũ pu-
dore cõtristati sunt, nõ cum ira. Qui enim reprehensus
pudorem patitur, corrigere se promittit: qui vero irasci-
tur, peiorem se futurũ ostendit. ¶ Vt in nullo detrimen- «
tum patiamini ex nobis.) Vt omnia, inquit, nostra effe- «
ctum habeant in vobis: etiam quod cõtristauimus vos,
pro vobis est. ¶ Quæ enim secũdum deum est tristitia, «
pœnitentiam ad salutem stabilẽ operatur.) Manifestũ «
est qd qui tristis est quia peccauit, secundũ deum tristis
est. dolet enim quia fecit quod odit deus. Hoc ad stabi-
litatẽ salutis pertinet. ¶ Tristitia autẽ huius mũdi mor «
tem operatur.) Hoc dicit quia sicut secũdum deũ tristi- «
tia vitã operatur (pœnitet enim, & sperat dei misericor- L
diam) ita secundũ mũdum tristitia mortem operatur.
Detectus enim peccator tristis est quasi puniendus, nõ
habens a quo speret misericordiã: et si forte ad præsens
defuerit qui vindicet, dei tamen iudiciũ euadere nõ po-
terit. ¶ Ecce enim hoc ipsum secundũ deum contristari, «
quantam in vobis efficit solicitudinem.) Verũ est quia «
qui pœnitet, solicitus est ne denuo peccet. ¶ Sed excu «
sationem.) Recte, quia pœnitentia nõ habet excusatio-
nem, sed cõfessionem. ¶ Sed timorem.) Ostendit timo- «
rem in peccato, qui delicti causa veniam postulat. ¶ Sed «
desiderium.) Desiderat reformari se, qui se scit factũ per «
peccatũ deformem. ¶ Sed æmulationem.) Zelũ incipit «
pati bonorũ operum perficiẽdorum, qui intelligit pro se
esse quod corripitur. ¶ Sed vindictã.) Necesse est vt quis «
vindicet eum cuius erga se sentit affectũ: & in se ipsum
vindicat, qui se causa delicti afligit. ¶ In omnib9 castos «
vos exhibuistis esse negocio.) Quando omnia quæ ad «
profectũ melioris spei pertinent, meditari videtur zelũ
habẽtes apostoli & præceptoris sui in omnibus officiis
humanæ cõuersationis, duce fide probos se videri con-
tendunt. ¶ Igitur et si scripsi, nõ propter eum qui inique «
versatus est.) Inique versatũ dicit illũ qui incestũ admi-
serat: necnon etiam hos tangit quos iniurias & fraudes M
fratribus in prima epistola fecisse significat. ¶ Sed neq; «
propter eũ qui inique tractatus est.) Hi inique tractati «
sunt, qui a fratrib9 cõtraria passi sunt. Hic sensus est quẽ
in capite epistolę memorat, vbi dicit: Si cui aliquid do-
nastis, & ego. Ostẽdit enim nõ magis horũ causa qui pec-
cauerũt, scripsisse remitti illis debere, sed magis propter
ecclesiã, quia in vno male agẽte multi sunt q cõfundan-
tur, & in vno cõtumeliã aut fraudẽ patiẽte multi sunt q
indignẽtur: quia si patitur aliquid vnũ mẽbrũ, cõpatiũ-
tur omnia mẽbra. ¶ Sed vt manifestaret solicitudo no- «
stra, quã pro vobis habemus corã deo.) Emẽdãdo iniu- «
stos, & pollutos sanctificãdo, & ecclesiæ reconciliãdo, to-
tius populi solicitudinẽ se habere demõstrat secundum
quæ supra memorauit. ¶ Ideo & cõsolationẽ accepim9.) «
Accepisse se, ac per hoc & dare dicit cõsolationẽ. Accepit autẽ cum dicit corrigere velle quos arguebat, vt per
pœnitẽtiam se reformaret. Dat autẽ dũ eos reuocat ad
ecclesiã, ne diu contristati desperarent de se, & ad publi-
cam & funestã vitã declinarent. ¶ In cõsolatione autem «

A » nostra, magis magisq; gauisi sumus super gaudio Titi,
» quia requieuit spiritus eius in omnibus vobis.) Corre-
ptos per primã epistolam audiens velle corrigere, cõso-
lationem accepit. A Tito autem addiscens quia dolorẽ
paterentur erroris sui, auctus est in consolatione gaudio
repletus, quia voluntas eorum in opere cœperat appro-
bari, Tito hoc idoneo teste cum lętitia animi referente.
» ¶ Quoniã in quibuscunq; pro vobis gloriatus sum, non
» sum cõfusus.) Antequã pergeret Tit9 ad Corinthios,
audiuit ab eis, id est, ab apostolo, & qui erant cũ eo, bo-
nam voluntatem esse Corinthiorum in emendãdis vi-
tiis: ac per hoc regresso, & eadem referente, nõ vtiq; con-
fusus est apostolus: sed alacer fact9 est, qa non aliter in-
» uenerat Titus, q̃ audierat ab eis. ¶ Sed quemadmodũ
» omnia vobis in veritate locuti sum9, ita & gloriatio no-
» stra apud Titum veritas facta est.) Exultans in spiritu
hæc scribit Apostolus, sic gaudens in his, vt efficaciam
eorũ tam veram probet q̃ est, & prædicatio eius ad eos
in correptione dũtaxat. Veritas enim arguentis in eo-
ipso, tunc videtur esse manifesta, si ii qui arguũtur, inci-
piant emendare se. Dũ enim correpti immutantur, te-
» stimonium perhibent arguenti. ¶ Et viscera illius abũ-
» dantius in vobis sunt.) Animũ & affectũ Titi dicit esse
in eis, quia vidit profectũ illorum. Sancti enim animus
» in omni bono est. ¶ Reminiscẽtis omniũ vestrũ obediẽ-
» tiam, quomodo cũ timore & tremore excepistis illum.)
Scientes Corinthii ab apostolo esse missum Titum, ac
se in tãtis vitiis, ab apostolo fuerãt correpti, territi sunt
B in aduentu eius. Et quia vitam suam cœperant emen-
dare, soliciti erant dedere præceptis eius: vt regressus
animũ apostoli mitigaret eis: quãobrẽ Titũ laudasse si-
» gnificat. In Tito enim apostolũ receperiti sunt. ¶ Gaudeo
» qđ in omnibus cõfido in vobis.) Non solũ in bona vo-
luntate eorũ lætatus est, sed & in operibus bonis quib9 quę
peccauerãt, emẽdabãt. Ideo i oibus, inq̃t, cõfido ī vobis.

CAPVT OCTAVVM.

» NOTAM autem facimus vobis fratres gra
» tiam dei quæ data est ecclesiis Macedonię
» quod in multa probatione pressuræ abundat
» gaudium ipsorum.) Quoniã deuoto animo
perceperunt verbũ fidei, idcirco eis gratiam datã a deo
dixit, vt in tribulatione Pauli & Sylæ quam supra me-
moraui, scandalũ non paterẽtur, sed in exultatione mẽ-
tis acciperent confidentes de spe promissa, vt probatos
» se horũ passionibus demõstrarent.) ¶ Et quod profun-
» da paupertas illorum abundauit in diuitiis simplicita-
tis eorum.) Votũ eorũ prędicat, quia cum tenues essent
substantia facultatũ, animus ipsorũ dives in uẽtus est in
C ministerio sanctorũ. pura enim cõscientia operati sunt,
» non vt hominibus, sed vt deo placerent. ¶ Quia pro vi-
» ribus testimonio illis sum, & vltra vires voluntarii fue-
» runt.) Quantũ dignũ fuit, & deo placitũ, qui vires illo-
rum scit, in facultatibus dederãt ad ministeriũ. Et quia
ex toto corde deo se dederant, amplius volebant offerre
» q̃ eorum vires admittebant. ¶ Cũ multis precibus orã-
» tes nostram gratiam, & cõmunionẽ ministerii quod est
» in sanctos.) Tam simpliciter & deuoto animo obtulisse
illos ministeriũ quod vltra vires eorũ erat prædicat, vt
cum lachrymis deprecantes offerrent, vt vel sic cogerẽt
accipi a se quod accipiendum non videbatur, quia plus
erat q̃ poterat eorum substãtia, ne forte eis postea ege-
stas boni operis pœnitentiam suaderet. Sed quia tales
se ostenderunt vt puro animo iam præsentia postponẽ-
tes, futuris se promissionibus confidentia fidei cõfirma-
rent, accipi ab eis visum est, ne boni cordis gratia fru-
» ctũ amitteret. ¶ Et nõ sicut sperauimus, sed semetipsos
» primum dederũt deo, deinde nobis per voluntatẽ dei.)
Idcirco, inquit, ab his accipi debuit: quia prius emendã-
tes errores pristinos & vitæ vitia ac morũ vltra q̃ spe- D
rabatur, deo se deuouerunt. Visum est enim simpliciter
illos hoc agere, vt nec timeret cui offerebatur accipere:
quia nõ vtiq; hoc animo offerebant, vt redimentes pre-
positos suos, vitia eorum paterẽtur, nec arguerẽt, quia
munera excæcant oculos, & vim auctoritatis inclinant.
Dantes ergo se deo, dum emendant vitia, deinde dum
fratribus offerunt sumptus, contristari nõ debuerũt, qui
ante prope q̃ inciperent perfecti esse voluerunt. Horum
igitur exemplo inuitat Corinthios, vt ea quę cœperãt,
hac exhortatione auctũ, mente sedula cõsummarent. ¶ Ita «
vt rogaremus Titum, vt quemadmodũ cœpit, ita con- «
summet in vos etiam gratiam istã.) Quoniã Titi affe «
ctum sciebat syncerum circa istos, necnon hos obedien-
tes ei: idcirco per ipsum etiam ad hoc opus exhortari il-
los facilius posse significat, vt quomodo in cęteris rebus
exhortationis suæ habuit fructum in eis, haberet etiam
in hac gratiam, vt ad ministerium sanctorũ promptos
eos faceret: vt quia iam vitia emendabant, huius largi-
tatis fructum haberent. Qui enim ad hoc dãt ne arguã-
tur, nullum fructum huius rei habebunt.

VOS autem quẽadmodũ in omnibus abũdatis «
fide & sermone, & sciẽtia, & omni solicitudine, & «
insuper illa quæ ex nobis & vobis est charitate, «
vt & in hac gratia abundetis.) Magis exhortatur illos, «
vt glorietur de his apud cęteras ecclesias. Hęc est enim
probatio emẽdationis eorũ, si prompti sint ad ministe-
rium sanctorum. ¶ Non secundũ imperiũ dico, sed pro- «
pter aliorũ solicitudinẽ, & vestræ charitatis bonũ com- «
probans.) Manifestũ est quia nõ imperat, sed exhorta- «
tur, vt penuriã patientibus mittãt sumptus, & releuent
solicitudinẽ illorũ, bonũ animũ suum deo & hominib9 E
ostendentes: pro qua re sine dubio mercedem accipiẽt.
¶ Nostis enim gratiam dñi nostri IESV Christi, quia «
ppter vos pauper fact9 est cũ dives esset, vt illius inopia «
vos diuites esletis.) Pauperẽ Christũ dicit factum, quia
deus nasci dignatus est homo, virtutem potestatis suæ
humiliãs, vt hominib9 diuinitatis diuitias acquireret:
vt sicut dicit Petrus apostolus, diuinę esset cõsortes na- 2. Petri. 1.
turæ. Homo ergo factus est, vt hominẽ in deũ assume-
ret, sicut scriptũ est: Ego dixi, dii estis. Hoc modo exhor Psal. 81.
tatur, vt largiẽdo quasi pauperes fiãt, vt prosit pauper-
tas eorũ, sicut Christi paupertas profuit nobis. Christ9
quidẽ nostri nõ sui causa pauper factus est: nos autẽ, vt
nobis proficiat. ¶ Et consiliũ in hoc do. Hoc enim vobis «
vtile est, qui nõ tatũ facere, sed & velle cœpistis ab anno «
priore. Nunc ergo & facere cõsummate, vt quẽadmodũ «
prõpta est voluntas in vobis velle, ita fit & perficiẽdi ex «
eo qđ habetis.) Hoc dicit vt voluntas illorũ in opere ap- «
pareat, si vera est secundũ vires: vt tantũ det quantũ po
test & vult animus, vt mũda fiat cõscientia, nõ in simu- E
latione vt hominibus placeat, & mercedẽ apud deũ nõ
habeat. ¶ Si enĩ voluntas prõpta est, secũdum facultatẽ «
acceptabilis est, nõ secundũ q̃d nõ habet.) Quoniã Co- «
rinthii ad hoc opus ministerii prouocantur, hoc eis in-
dicitur, vt nõ plus tribuant q̃ possunt: ne plus forte offe-
rentes coacti nõ volũtarii, grauati viderentur sine mer
cede futuri: quia qui coactus aliquid facit, mercedẽ non
habet. Ecclesiæ enĩ Macedoniæ vltro obtulerũt cum
precibus, vt probarẽt tota volũtate se hoc facere, vt plus
offerrent q̃ poterant: ideoq; acceptabile fuit. Quãto enĩ
amplius obtulerũt, tanto plus accepturi sunt. Nã si tã-
tum quis det, quantũ vult aut potest, acceptũ est. Iudi-
cio enim videtur hoc facere, ac per hoc tantũ det quãtũ
potest & vult animus, vt rei huius possit habere merce-
dem. ¶ Non enim vt aliis refrigerium sit: vobis autem «
angustia.) Verũ est quia sic dandũ est, vt nõ egestatem «
prętet donantibus. ¶ Sed ex equitate in hoc tempore.) «
Dicit hoc, vt quantũ habet ad tẽpus, diuidat cũ sanctis.
Non enim plus exigitur, q̃ sibi debet retinere, quia dili-
ges, inquit, proximũ tuũ sicut te ipsũ. Vnde Zacchæ9: Lucę. 19.
Ecce dimidium, inquit, bonorũ meorũ do pauperibus.

G »¶ Vt vestra abundãtia ad illorum inopiam,& illorum
»abundantia fiat ad vestrã inopiã.)Hoc est quod dicit,vt
quia iuxta tempus sancti inopiam patiuntur deferẽtes
omnia mũdi,& se in diuinis solis operibus cõstituẽtes,
vt doctrinę & orationi insisterent ad profectũ multorũ:
ii qui credunt, quiq; artibus aut negociis insistunt, aut
certe facultates paternas habent,ministrent sanctorum
inopiis:& iterũ sancti illicvbi diuites sunt,& isti inopes,
cõmunicent eis,quasi vicem repẽdentes ministerio illo-
Mat.25. rum,sicut dicit Dñs:Quandiu fecistis vni ex minimis
»istis,mihi fecistis.¶ Vt fiat æqualitas,sicut scriptũ est.)
Hæc est æqualitas,vt quia isti in hoc tẽpore ministrant
sanctis,reddantur illis vices in futuro. debitores enĩ sibi
Exo.16. »faciunt sanctos.¶ Qui multũ habuit,non abundauit:&
»qui modicũ,nõ minorauit.)Hoc in Exodo legitur. Plus
enim sancti habent in spe futuri seculi, magis q̃ ii qui in
hoc tẽpore videntur diuites:& tamen æquabuntur illic
vtriq;,vt sicut beneficio horum sanctorũ inopia susten-
tatur:ita & beneficio sanctorũ diuites fiant hi in futuro
seculo,in quo videtur pauperes. Non enim totos se de-
derũt deo,vt hic pauperes,illic essent diuites:sed ex hac
parte qua hic diuites sũt, illic pauperes,sanctorũ suffra-
gio qui hic positi iam illic mente sunt,ditabuntur. Non
enim qualecũq; meritũ est de iustis laboribus ministra-
»re sanctis.¶ Gratias autem deo,qui dedit hãc ipsam so-
»licitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam consola-
»tionem quidem accepit.)Deus qui iustus est,sciẽs Co-
H rinthios velle proficere,Titi affectũ incitat circa eos,vt
adimpleret exhortatione sua volũtatem illorũ in opere
bono,qui videns profectũ illorũ cõsolatus est,lętatus in
»eis.¶ Cũ sit autẽ solicitior, voluntarius profectus est ad
»vos.)Hoc est,vidẽs proficere illos circa bonos actus,so-
licitior factus est circa affectũ illorum: ita vt volũtarius
proficisceretur ad eos,qui prius etiam rogatꝰ excusaret
»ab eis propter vitia illorũ.¶ Misimus autem cum illo
»fratrem nostrũ,cuius laus est in Euangelio per omnes
»ecclesias. Nõ solum autem, sed etiam ordinatus est ab
»ecclesiis comes peregrinatiõis nostrę in hac gratia quæ
»ministratur a nobis per dñi gloriam,& solicitudinẽ no-
»stram.)Istum cõmẽdat,quia ignorabatur ab his,vt sci-
rent in quanta iã essent boni opinione,ad quos tales vi-
ri mittebãtur,vt cõgauderent cũ eis,augẽtes eos in fide
operationis dei:ad cuius gloriã solicite hoc agebant vi-
carii Christi,vt conditor deus cæli & terræ agnoscereẽ
»in his.¶ Deuitantes hoc,ne quis nos vituperet i hac ple
»nitudine,quæ ministratur a nobis.)Q̃m de ministerio
agebatur,ideo hoc subiecit,ne negligens circa curã pau
I perũ vel sanctorũ iudicaretur,si hoc segnius ageret. De
hac enĩ re constituerant inter se apostoli,vt memores
essent pauperũ:quod ad Galatas significat. Cũ ergo in-
uituperabilis esset in omnibus apostolus,ne in hac cau-
sa indiligens iudicaret,idcirco hoc se prænonere signi-
ficat,vt hoc opere impleto in omnibus solicitudo eius &
»prouidẽtia appareret.¶ Prouidemus enĩm bona nõ so-
»lum coram deo,verum etiã coram hominibus.) Pro-
uidet bona coram deo,dum quod iubet deus circa mini
sterium sanctorum vel pauperũ,fieri docet. Corã homi-
nib⁹ vero prouidet bona,quia tales mittit ad hoc opus
exhortandum,qui probitate sua nõ faciãt eis scandalũ,
sed prouoceãt eos ne bona doctrina apostoli per impro-
»uidos ministros eius in vituperationem caderet.¶ Mi-
»simus autẽ cũ illis & fratrem nostrũ, quem probauim⁹
»in multis sępe solicitum esse,nunc vero multo solicitio-
»rem multa fiducia vestri, siue per Titum qui est socius
»meus & adiutor in vobis, siue per fratres nostros apo-
»stolos ecclesiarum glorię Christi.) Titum ideo socium
suum vocat,quia & ipse episcopus erat. Cui ministrum
dedit notũ in omnibus ecclesiis ipsius prouincię. Q uibus addit & tertium fratrem,probatum in multis ope-
ribus bonis atq; solicitum. Per Titi autẽ relationem re-
ferentis bonam voluntatem Corinthiorum & cætero-
rum missorum quos apostolos ecclesiarũ gloriæ Chri- k
sti appellat,solicitiorem se factũ ostẽdit videndi illos,&
exhortandi ad ministerũ sanctorũ. Fiducią enĩm acce-
pit,audiens meliores esse factos Corinthios. Vnde sat-
agebat ad eos,certus quia obaudirent bona opera face-
re.¶ Ostentationẽ ergo charitatis vestræ,& nostræ pro «
vobis exultationis demõstrate in ipsis in facie ecclesia- «
rum.)Commonet eos,vt in his quos mittit,dilectionẽ «
suã ostẽdant,vt bona quæ de ipsis audierant, vera pro-
barent. Sic enĩm ostendebant profecisse se monitis apo-
stoli,si missos ab eo cum honore exciperent,vt cæteræ
ecclesiæ agnoscerent vera esse bona quæ de eis dici cœ-
perant. Prouocat ergo animos eorum, quia de quo be-
ne sentitur,solet se meliorem præbere.

CAPVT NONVM.

«AM de ministerio qđ fit in sanctos,super- «
uacuum est mihi scribere vobis. Scio enĩm «
promptam volũtatem vestram,de qua pro «
vobis glorior apud Macedones.) Et hæc «
oblectantis verba sunt. Superfluum enĩm esse dicit scri-
bere se de ministerio qđ fit in sanctos,vt de his bene sen-
tire videatur. Superfluum est enĩm si cõmoneas cũ quẽ
scias facturum. Sed vt diligentiã suam ostendat, neces-
sarium est vt scribat,& vt hos prõptiores faciat,& quid
de eis cæteris prædicet,manifestet. Nam superflua so-
lent maiorem parere solicitudinẽ. Nã & dñs non dubi- Ioan.21.
tans de amore erga se Petri apostoli, tertio dicit ei: Si-
mon Ioannis amas me? Quæ trina repetitio quasi su-
perflua videtur,sed prodest ad perfectionẽ monitionis.
vt sciant magna se cum diligentia debere curare qđ fre- L
quenter mandatur.¶ Quoniã Achaia parata est ab an- «
no priore.)Post Macedonas Achaia,id est,est ecclesię «
prouincię Achaię, nõ omes,quia & Corinthii Achaici
sunt,præparauerãt se æmulatione ducti Macedonum
vt ministrarent sanctis. Q uo dicto plus exhortatur Co
rinthios cum dicit illos paratos ab anno priore, sed ex-
pectare iam hoc vt diuideretur ministerium illorũ pro
vniuscuiusq; necessitate.¶ Et vestra æmulatio prouoca- «
uit plures.)Post Macedonas Achaiam paratã dicit, «
deinde vt & Corinthii fiant parati secundũ promissum
suum:cæteræ vero ecclesiæ æmulatione Corinthiorũ,
dum audiũt illos prius multis erroribus fuisse implica-
tos,post autem corrigentes se bonæ volũtatis effectos,
incitati sunt ad bonum opus:quia si ii qui post acceptã
fidem male versati sunt,hanc occeperant habere volun-
tatem:quanto magis isti in quibus hęc vitia nõ sunt re-
pertæ? ¶ Misimus autẽ fratres,ne gloria nostra qua vos «
pręferimus,inanis fiat in hac parte, vt quẽadmodũ di- «
xi,preparati sitis.)Hos fratres memorat,quos supra,id «
est Titum,& quos ei adiunxit adiutores,qui impẽsius M
exhortarentur eos ad promissionem implendã in mini-
sterio sanctorũ: vt nõ solũ literis,sed & facie ad faciẽ ob-
lectarẽt eos crebris admonitiõib⁹, ne exultatio apostoli
qua in splẽdore animi eorũ gloriabatur,euacuareť. Sæ-
pius ergo hoc memorãs,solicitudinẽ suã circa eos ostẽ-
dit,nolens illos cõfundi.¶ Ne cũ venerint Macedones «
mecum,& inuenerint vos imparatos, erubescamus,vt «
non dicã,omnes vos in hac parte.) Manifestũ est quia «
si non hoc inuẽtũ fuerit qđ testificatus est de his,& ipse
erubescat in ipsis, & ipsi amplius confundantur,qui nec
propterea qꝺ testis eis extitit apostolus,id agere nisi sũt,
quo verũ illud faceret,vel ꝑpter tãti viri personã.¶ Ne- «
cessariũ ergo existimaui rogare fratres vt ꝓcederent ad «
vos,& ꝓpararẽt ꝓmissã benedictionẽ hãc vestrã paratã «
esse: sed sic quasi benedictionẽ, nõ quasi circũuentionẽ.) «
Vt solicitudinẽ suam adhuc manifestet,rogasse se dixit
fratres per quos admoniti adimplerẽt qđ promiserãt &
non implebant. Cũ supra Titũ dicat voluntariũ profe-
ctum,hoc est,non illi fuisse extortũ,sed mox vt audiuit,

A libenter amplexus est,vt videatur voluntarius ad illos
profectus propter spem illorũ:nunc non ideo se rogasse
hos significat quasi nolẽtes ire, sed suum affectũ probat
circa illos,quãdo volentes ire insuper rogat, vt sine ali-
qua mora fiat quod & illi volũt, & hic precatur. Hoc er
go agit cum his,vt in promissione sua fideles sint, et se
ideo cõmonere propter existimationẽ illorũ,non circũ-
»uenire,sed vt tantũ offerãt quantũ nõ pœniteat. ¶ Hoc
»autem dico: Q uia qui parce seminat, parce & metet.)
Parcum,auarum significat,cui extorquetur vt inferat.
Pœnitet enĩm quia promisit. Hoc de tarditate illorum
collegit qui olim promiserãt,& diu deliberabant. Huic
parco perparua messis est: quia cum dubitatione semi-
»nat. nescit enĩm prodesse quod facit. ¶ Qui autem in be
»nedictione seminat,in benedictione et metet.)Hic in be
nedictione seminat, qui bona voluntate sub spe futurę
»retributionis hoc facit. ¶ Vnusquisq; secundũ propositũ
»tum cordis,non ex tristitia aut necessitate. Hilarẽ enĩm
»datorem diligit deus.) Docet illos tunc prodesse hoc in
futurũ,si læto animo fiat. Ex iis enĩm qui inferunt, hũc
elegit deus cui retribuatur, qui deuoto corde operatur,
quasi thesaurizans sibi apud deũ, quia qui inuitus facit
propter presentẽ pudorẽ,ne aliis inferentibus turpis in-
»ueniatur,mercedẽ non habet. ¶ Potens est autem deus
»omnẽ gratiam abũdare facere in vobis.) Dei potentiã
adesse illis exoptat,vt sicut in emendandis vitiis & do-
B ctrinæ veritate compungit corda illorũ,ita & in hoc fa-
ueat cœptis illorũ, vt abũdent in omni opere bono per
»gratiã dei. ¶ Vt in omnibus semper omnẽ sufficientiã
»habentes,abundetis in omni opere bono.)Hoc dicit &
optat,vt in omni re semper sufficiẽtes sibi sint dei nutu,
nec indigeãt iis quę ad salutem necessaria sunt. Si ergo
sufficientiã solam sibi eligãt, poterũt in dei opere abun-
dare. Illud enĩ sibi retinẽdo quod sufficit, cætera in vsus
sanctorũ vel pauperũ impendant necesse est, & hoc erit
abundare in omni opere bono. Licet enĩm exigui ho-
minis parum sit quod tribuit, abundat tamen,quia re-
cto iudicio fit: & non solũ quæritur quantum, sed & de
quanto,& quo animo detur. Deniq; illa vidua in euan-
Luc.21. gelio de paruo laudata est:& qui multa mittebant,lau-
dati nõ sunt. Illius enĩm parum multũ est, quia plus mi-
sit q̃ poterat. Diuites autẽ minus miserunt,cũ plus pos-
sent: ac per hoc modicũ illius, quia vltra vires suas mi-
sit,plus inuẽtum est,q̃ diuitũ multum, quia de eo quod
abundabat eis, miserũt. Q ui ergo tantũ dat quantũ po
test,recte facit: viduam tamẽ illam ante se habet, quia
»hęc omne quod habuit,misit.¶ Sicut scriptũ est: Disper
»sit,dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum.)
C Hoc in psalmo scriptũ est. CXI. Per exemplũ addit ad
curam pauperum, vt in omni opere bono abundẽt. Si
enĩm huius qui pauperibus largitur, iustitia manet in
æternũ,quanto magis eius qui ministrat sanctis? Pau
peres enĩm possunt dici qui publicani egeni sunt. San-
cti enĩm discernũtur ab his,quia hi serui dei sunt,insistẽ
tes orationibus & ieiuniis, purã vitam agẽtes, sicut &
Anna prophetissa, quæ nõ discedebat de tẽplo, ieiuniis
& orationibus seruiens die ac nocte, omnem mundi cu
ram postponẽs. Misericordia ergo hæc,iustitia appel-
lata est,quia sciens qui largitur, omnia deum cõmuni-
ter omnibus dare,quia sol eius omnib⁹ oritur, & pluit,
& terrã omnibus dedit: idcirco diuidet cum iis qui co-
piam terræ nõ habent,ne beneficiis dei priuati videan-
tur. Iustus ergo est qui sibi soli nõ detinet ꝗd scit omni-
bus datũ,& iustus non solũ in tẽpore, sed & in æternũ,
quia in seculo futuro hãc habebit secum in perpetuum.
»¶ Q ui autẽ subministrat semẽ seminanti, & panem ad
»edendũ ministrabit,et multiplicabit semẽ vestrũ,et am
»plificabit fructũ iustitię vestræ, vt in omnibus locuple-
»temini in omni simplicitate.) Omnia dei sunt,& semi-
na & nascẽtia dei nutu crescũt & multiplicãtur ad vsus
hominũ. Deus ergo qui hæc dat,ipse & iubet de his cõ-
municari eis qui indigent: ac per hoc nõ poterit qui tri- D
buit iuxta dei voluntatẽ, dei nutu non augeri incremẽ-
tis huiusmodi ad amplificandũ fructum iustitię. Dant
enĩm addit, vt eo amplius habeat vnde largiri. Hæc est
iustitia, vt quia deus dat,retribuat ex eo & homo ei cui
deest. Hos enĩm vult ministros esse eorum, qui potiora
eli gentes,copias pręsentis tẽporis spernunt,totos se dei
rebus obligantes. Vnicuiq; enĩm secundũ bonã volun
tatem deus pręstat auxiliũ. Sancti enĩm qui nihil volũt
hic possidere, nisi victum habere & vestitũ: hos qui hic
habere volunt,tutores illorũ deus esse disposuit, vt qui
bene et simpliciter eis ministrauerit, amplificẽť eis iu-
tur, vt habeat vnde largiri semper, & ad pręsens locuple
tatus, & in futurũ. Semel enĩm seminãs,bis metet,ita
vt si futuris consulit spebus, nolit eos subiectos habere,
sed magis se eis inclinet, quia a deo huius rei accipiet
mercedẽ. Si enĩ ad pręsens humiliari eos sibi voluerit,
spem futuræ amittit. Hic enĩm accipit mercedẽ operis
sui,non simpliciter hoc agens,sicut dicit dñs: Amen di Mat.6.
co vobis,perceperũt mercedẽ suam. ¶ Si quis operatur «
per nos gratiarum actionẽ deo, quoniã ministerũ offi- «
cii eius non solũ supplet ea quę desunt sanctis,sed & ab- «
undabit per multarũ gratiarũ actionem in deo,per pro- «
bationem ministerii huius magnificãtes deum in sub- «
iectione confessionis vestræ in euangelio Christi in sim «
plicitate cõmunicationis in illos, & ipsorum orationes «
pro vobis desiderantiũ vos videre propter superabun- «
dantem gratiã dei in vobis. Gratias deo super inenar- «
rabili dono eius.) Hoc dicit quia quicunq; operatur per «
dispensatores doni dei hoc opus, vnde gratiæ agantur E
deo,ab iis qui necessarios sumptus accipiunt sub nomi
ne Christi,non mẽdicitati subiecti,sed deo,de cuius bo-
nis ali se norunt:non tantũ ab eis gratię illis referũtur,
sed a reliquis fratribus,qui pro his gratias agãt deo,cõ-
mendãtes factum ipsorũ domino, vt paucis tribuẽtes,
multorum obsecrationibus deo commendentur. Pro-
bantes enim mentẽ eorum in hoc opere, magnificãt in
eis dominũ,cuius spe firmati obediunt euangelio Chri
sti in subiectione mentis,ne velint eos sibi humiliari vt
prębeant quę necessaria sunt sanctis. Et hoc erit in sim
plicitate hoc agere cõmunicationis illorum, commen-
dãtes se orationibus illorũ, & desideriis eorum. Q uis
enĩm non cupiat oculis videre, necessitatibus suis pro-
pter dei nomẽ subiectos? Deniq; dei dona vocãtur. Deo
enĩ dat qui in his ministrat,quia qui iubet fieri, ipsi im-
putatur quod datur. Gratias deo in his agẽtes, & super
ineffabili dono eius. Donum enĩm dei est quod incitat
homines ad bonũ opus. spes enĩm promissa lacessit ad
ministerium supradictum.

CAPVT DECIMVM.

IPSE autẽ ego Paulus obsecro vos per mã- « F
suetudinem et modestiã Christi qui ad faciẽ «
quidẽ humilis sum in vobis,absens autẽ con «
fido in vobis.)Hoc est quod nunc dicit, quia «
talis est absens, qualis & pręsens. Nec enĩm humilis
erat ad faciẽ adulatione aut subiectione alicuius rei, qui
constantiã suam sic celabatur, vt aliquãdo etiam a lici-
tis temperaret ne inclinaretur. Vnde dicit in alia epi-
stola: Omnia mihi licẽt, sed ego sub nullius redigar po
testate. esca ventri,& venter escis,& hũc & hęc deus de-
struet. Ideo ergo absens obsecratur,et modestiam Chri
sti interponit,ne pręsens durior inueniatur causa vitio-
rum eorum,quam est in epistola,vt componẽtes se qui
adhuc non emendauerant,mollirent sibi rigorem Apo
stoli,vt moderatos eos inueniens, pręssa seueritate læ-
taretur in eis. Confidentiam itaq; fiduciam seueritatis
significauit. quam forte in epistola tãtum habere puta-
batur,non tamen pręsens facie. quia in prima epistola
seuerus & nimis rigidus videbatur,ideo commonet,ne

G eadem seueritate præsens vtatur, sicut non sperabant.

ROGO autem vt non præsens audeam per fiduciam qua existimor audere in aliquos qui arbitrantur nos secundũ carnem ambulare.) Idē sensus est, quem vt dilucidet, repetit. Orat enim vt tales illos inueniat, ne cogatur irasci, sed vt requiescat cũ eis. Hic ergo aperuit q̃d supra significauit, & adhuc in subiectis plenius manifestat, hanc esse confidentiã quã hic fiduciã dixit, datæ sibi potestatis a Christo cuius vicarius est, vt vindicet in eos qui sub nomine Christi agētes non obaudiunt vt corrigãt in quibus reprehenduntur. Hos dicit qui non recipiendo spiritalia quæ ab apostolo dicebantur, sic eum existimabãt quasi carnalia loqueretur, quæ recipiēda non essent. Ideo dicit, Qui nos arbitrantur secundũ carnem ambulare: quia qui spernit spiritalia, putat illa carnalia. ¶Nam in carne ambulantes, non secundũ carnem militamus.) Hoc est, in corpore positi spiritaliter viuimus. Spiritaliter autē viuit qui facit quod placet deo. Hic ergo secundũ carnem militat qui desideriis carnis obtēperat. Omnis enim error, caro dicitur. Christo autem ipse militat qui obaudit eum in fide & disciplina. ¶Arma enĩ militiæ nostrę non carnalia, sed fortia deo.) Ideo fortia, quia incorrupta. Omnia enim carnalia corrupta sunt. Arma ergo ideo, quia repugnãt vitiis, signum habētia imperatoris sui Christi, qui hostis est vitiorũ. Sicut enim Imperator per milites
H tes suos vindicat suũ regnũ, ita & Saluator per nos seruos suos defendit vnius dei professionē & disciplinam. ¶Ad destructionē munitionũ cogitationes destruētes, & omnem altitudinē extollētem se aduersus cogitationem dei.) Arma spiritalia fides est incorruptę predicationis. Per hæc deus vincit pricipes & potestates, quos constat vt sibi vsurpēt imperiũ, extolli contra fidē Christi, cogitationibus se hominũ inserentes, vt auocēt eos a dei dominio, quas cogitationes destruit veritas fidei. Munitiones ergo principes dicit & potestates & spiritalia nequitię, qui se extollunt, & armant infideliũ animos ad contradicendũ Christo, cōtra quos pugnat dei lex, dissipans consilia eorũ. ¶In captiuitatem redigētes omnē intellectum ad obedientiã Christi perducentes.) Captiuat intellectũ dum contradicētem ratione vincit, & ad fidem Christi cui prius repugnauerat, humilē & mansuetũ inducit. ¶Et parati in omnibus vindicare inobedientiã, cum impleta fuerit obauditio nostra.) Manifestum est quia vindicat inobedientiã cum illam condemnat per obedientiã, tunc illam destruēs quando eos qui resistũt, perducit ad fidē, vt perfidia ab iis a quibus defendebatur, damnetur. ¶Quæ secundũ faciem sunt, videte.) Nunc vult eos quæ palam sunt considerare, id est, ea quæ dicturus est, quia sunt aperta, diiudicare. Dicit ergo, ¶Si quis confidit se esse seruum Christi, hoc cogitet iterũ apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.)
I Iis loquitur quorũ tangit superbiã, qui de se pręsumentes inflatione animi, minus q̃ dignum erat de apostolo sentiebant, quasi non egerēt pręceptis eius. Quos commonet vt si de se considerēt quia erant serui Christi, nō vtiq; deberent de apostolo dubitare, sed & de eo, quãuis impar sit, vel similiter sentire, cum vtiq; magis pręferre sibi deberent magistrũ gentiũ. Sed hic illos humilitatē in se docet, æquans se illis, cũ esset vas electionis, & magister gentiũ in fide & veritate. Hoc ergo vult illos cōsiderare, quod vtiq; clara luce videtur, quia de apostolo nemo credentiũ non plus æstimet q̃ de se, quãto magis nemo minus q̃ de se debeat æstimare. Hoc ergo contestatur & docet, ne elatione mētis bonæ vitæ meritum perderēt. Qui enĩ scit se aliquid esse, humiliet se, vt amplior fiat. ¶Nam & si aliquid amplius gloriatus fuero de potestate nostra quã dedit nobis dñs in ędificationē non in destructionē vestri, non erubescã.) Nunc significat quia superius se humiliauit, ipsis se cōparando, cũ si se erigat, nō erubescat, quia a dño accepit potestatē predicandi, vt saluet, nō vt perdat obaudiētes. Si ergo hic K
qui a dño missus est, ĩclinat se, & cōparat se inferiorib⁹, quãto magis ii qui nullius erant testimonii, cōparare se nō deberent, non dicã preferre maioribus? ¶Vt nō existimemur quasi terrētes vos per epistolas.) Ipse potest videri terrere per epistolas qui neq; autoritatis alicuius est, neq; præsens fiduciã habet arguendi: absens autem ideo audet, quia præsens timet. ¶Quia epistolæ quidē graues & fortes, præsentia autē corporis infirma, & sermo contēptibilis. Hoc æstimet qui huiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absētes, tales sumus & præsentes in opere.) Ideo non se aliũ esse absentem q̃ pręsentē probat, quia nō erat pręsumptor. A dño enim potestatē acceperat. Cui enim nō est data potestas, absens potest audere, pręsens autē pudorem patitur. Ideo apostolus nō erubescit dũ corripit, quia fiducia potestatis hoc agit. Hæc ꝑpter hos loquitur, qui nō missi prædicabant adulantes, quia seipsos commēdare volebant. ¶Non enim audemus coniũgere aut cōparare nosmetipsos quibusdã qui seipsos cōmendant.) Hi seipsos commendant, qui nō accepta potestate dominari volũt, nomini suo vendicãtes autoritatē. Qui enim mittitur: nō sibi, sed ei a quo mittitur, vēdicat potestatem: per quod etiam ostēdit se a domino dispensatorē electum. Sic ergo nō coniungit se aut cōparat iis qui nō missi prędicãt, dum nihil vltra cōcessum præsumit. ¶Sed ipsi in nobis nosmetipsos mēsurantes, & cōparãtes nosmetipsos nobis, non in immēsum gloriabimur, sed secundũ mensuram regulę quã partitus est nobis deus mēsurã pertingendi vsq; ad vos.) Tanta se vti dicit potestate, quanta concessa est ab autore, nec mensurã egredi. Idcirco non L
superba erit gloria, inquit, nostra, quãdo nō egredimur terminũ datæ potestatis. Gloriã pro autoritate posuit, qua vtebatur in correptionib⁹ peccatorũ, vt saluos eos faceret. Nec tamen gloriari se dicit in extollentia potestatis, sed ad ædificationem illorum. Ostendit enim potestatem: de qua si gloriari vellet, non illũ puderet, quia data est illi a domino. sed hic sic illa vtitur, vt nō glorietur nisi in profectu credentiũ, corripiens constanter vitiosos, vt glorietur in salute illorũ, vt potestas data saluti proficiat, non elationi. Duplici ergo genere non se in immēsum gloriari testatur, & secundũ datam potestatem, sicut dixit, & quia non vltra q̃ prædicatio eius personabat, vendicabat sibi autoritatē. De his enim confidebat, quos ipse fundauerat in fide Christi. Partitũ enĩ dicit vnicuiq; ad quos in prędicatiōe dirigeretur, vt singuli proprias aliquas ciuitates haberent, de quorũ fide gloriarentur. Dei enim nutu Macedonibus prædicare M
aduocatus est hic Apostolus: & vt Corinthiis euangelizaret, a domino monitus est. Iis ergo audenter loquitur quos ipse fundauit, & ad quos dei nutu peruenit: cęteris non tali fiducia, quia in aliena regula erãt, hoc est in parte alterius euãgelistæ. ¶Non enim quasi nō pertingentes vsq; ad vos, superextendimus nos.) Hoc est, non quasi nō missi peruenimus vsq; ad vos in prædicatione, sed destinati, deo mittēte nos ad vos. Superextendi autem est, vltra extendi q̃ conceditur. Sed non vltra, quia mensurã dedit deus quam seruarent euangelistæ eius, quã hic se custodisse testatur. Ideo enim hoc ostendit, vt sciant quoniã a deo ad hos directus est, ac per hoc obaudire illos debere monita eius, ne contēnentes, deo a quo missus est, resistere viderētur. ¶Nam vsq; ad vos peruenimus in euãgelio Christi, non in immēsum gloriantes in alienis laboribus.) Hic manifestius apparet quod dicit, quia ipse illos fundauerat, ideo tanta fiducia ad hos loquitur. Nec enim labore alterius acquisiti fuerant ad fidem, sicut in alia epistola ait: In Christo enim 1. Cori. 4.
per euangeliũ ego vos genui. Nō ergo extra mēsuram gloriatur, qui in labore suo gloriatur. ¶Spem vero habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari.) Quia fructum laboris sperat quæsitę fidei eorũ, idcirco

A non negligēter hoc agere se profitetur, ne tædiis & molestiis cederet: quia magnificari se credit apud deũ, si au-
Ioan. 17. geantur in fide auditores eius, sicut dicit dominus: Pater, sicut misisti me in hunc mũdum, & ego misi eos in hunc mundum, & pro eis sanctifico meipsum. Hoc dicit quia testimoniũ magistri est in discipulis obaudientibus. Vnde ait: ¶In vobis magnificari secundũ regulam nostrã in abundantia, in regionibus quæ vltra vos sunt euangelizare.) Lætior de fide eorũ vltra eos prædicaturum se necessario profitetur ad augēdam gloriã prædicationis, vbi adhuc non fuerat prædicatũ. ¶Non in aliena regula præparatis gloriari.) Manifestum est quia vir prudens non in his confidit, neq; gloriam sperat, quæ in aliorum laboribus constãt. Ideo & Apostolus non audet in hos qui aliis prædicãtibus crediderũt, ne in alienis laboribus gloriari videretur, sed hoc nititur, vt eis prædicet quibus non erat annunciatũ, vt gloriam labori suo quærat. ¶Qui autem gloriatur, in domino glorietur.) Hoc dicto significauit ipsam confidentiam & gloriã domino dandam, cuius gratia est vt qui in potestate euangelica confidit, deo auctore confidat, vt quæstus omnis negocii diuini domino in lucrũ veniat. Sed qui non accipit potestatem a deo, nō potest in domino gloriari, quia gloriam suã quærit. ¶Non enim qui seipsum commendat, probatus est, sed quem dominus cōmendat.) Verum est, quia illum dominus commēdat, & probatus est, quem dignum habet ac mittit vt prædicet donum eius. Quem autem nō mittit, non
B illum commendat. Ipse autem se commendat qui non missus prædicat, ac per hoc idoneus nō est, sed pręsumptor & reprobus.

CAPVT VNDECIMVM.

VTINAM sustineretis pusillũ imprudētiã meam, sed & patimini me.) Incipientem se vera de seipso narrare, insipientē se dicit, quia ad laudē eius videt pertinere. Propter quod
Prou. 27. dictum est: Non te laudent labia tua, sed proximi tui. Sed hic dolore compũgitur propter hos qui cum de eo bene præ cæteris sentire deberent, indigne sentiebant. ¶Zelans enim vos dei zelo, paraui enim vos vni viro virginem castam assignare Christo.) Quæ locuturus est, amore eorum dicturum se ostēdit, vt non magis ad laudem eius proficiat, sed ad profectũ horum, vt discant quemadmodũ parenti suo in euãgelio faueant, quia vituperatio patris, detractio filiorũ est: & laus filiorũ, gloria patris est. Virgines ergo vult eos esse in fide. Vnde & corruptores fidei zelatur ab his vt in die iudicii incōtaminatos eos assignet iudici Christo. Hic est vnde in
Apoc. 14 Apocalypsi Ioãnis legitur: Hi sunt, inquit, qui cũ mu-
C lieribus non sunt coinquinati. virgines enim permanserunt. ii sequuntur agnũ quocunq; ierit. In mulieribus errorem significauit, quia error per mulierem cœpit, sicut et Iezabel mulierem dicit propter vxorem Achab, quæ zelo Baal dei prophetas occidit, cum intelligatur idololatria, qua corrumpuntur mores, & fidei veritas. Nã si mulieres, mulieres intelligas, vt ideo putes virgines dictos, quia corpora sua intaminata seruauerũt, excludes ab hac gloria sanctos, quia omnes apostoli, exceptis Ioanne & Paulo, vxores habuerũt. Et vide an conueniat accusare Petrũ apostolũ, qui primus inter apostolos est, quanto magis inter cęteros. ¶Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic sensus vestri corrũpantur a castitate quę est in Christo IESV.) Ostendit qua causa cogitur vera de se ꝓtestari. Ad hoc enim gloriam sibi datam profitetur, nō vt se laudet, sed vt illos deformet qui sub nomine Christi contra Christum prædicabant, a quibus Corinthii seducebãtur, & veritas hæc his magis q̃ ei proficeret. Hoc enim ait ne audiãtur seductores quos diabolo comparauit propter astutiam malitiæ eorum, quia corrumpere fideliũ corda a veritate Christi conantur. Hoc ergo timens semper solicitus de eis est ne violentur. D

NAM si is qui venit, alium Christũ prędicat quē non prædicamus: aut aliũ spiritum accipitis, quē non accepistis, aut aliud euangeliũ quod non recepistis, recte pateremini.) Quare, Recte ait pateremini si alius vobis Christus prædicatus fuisset, aut si alius spiritus, vel aliud euãgelium traditum vobis fuisset, cũ dicat Galatis, Si quis vobis annũciauerit pręterquam Gala. 1.
quod accepistis, anathema sit? Si Galatis peruersũ erat aliud accipere, q̃ ab Apostolis fuerat traditũ: quomodo Corinthiis rectum erat si alius Christus prædicatus illis fuisset? Sed sciēs apostolus nunq̃ alium Christum q̃ hunc qui crucifixus est prædicari, idcirco ait, Recte pateremini si vobis alius potior Christ⁹ ab iis qui veniũt prędicatus fuisset. Galatis autem anathema dixit, si aliud audirēt quod non vtiq; maius esset, sed cōtrarium. Porro autem, inquit, si ipse Christus prædicatur ab iis qui a nobis annũciatur, & hoc euangeliũ, quid causę est vt nos inferiores habeamur, cum nihil amplius ab illis addiscatur? Superius de pseudoapostolis loquitur fidei corruptoribus, hoc loco autem de veris predicatoribus, quia plebs Corinthiorũ variis erroribus fluctuabat, vt aliqui fauerēt pseudoapostolis, quidam eis a quibus cōpositis verbis eadem audiebant quæ ab Apostolo audierant. Alii autem apostolis fauebãt, quia cum domino fuerant, apostolum suum Paulũ deformantes, quia in carne nō viderit dominũ nostrum. ¶Existimo enim me in nullo inferiorem fuisse ab iis qui valde sunt apostoli.) Non vult gratiã dei inferiorem in se videri, quia similiter docuit, & eadem fecit quæ faciebant Apostoli E
qui propensiores videbantur, quia priores cœperãt docere, & fuerant cum domino, vnde maioris autoritatis esse putabantur: cum huius apostoli electio cũ testimonio sit, & amplius cæteris laborauerit, & dominum in templo orans viderit, & locutus sit ei. ¶Sed & si imperitus sermone sum, sed non scientia.) Hoc non ad apostolos pertinet, quia non erant eloquētes, vtpote sine literis, pleni tamen spiritu sancto, sed hos tãgit quos pręferebant Corinthii causa accurati sermonis, cum in religione vis sermonis necessaria sit, nō sonus dulcis. Quomodo tamen se humiliat, vt imperitum se esse dicat in sermone? & vbi est illud quod Festus ait, Paule, inquit, Actu. 26.
Paule, multæ literæ te faciunt extorrem? Hoc ergo dicens, nō se loqui nescire voluit intelligi, sed propter eos qui non per fidem, sed per eloquentiã commendari volebant. Et in eo tamen dixit se imperitũ quod nō habet crimen. In eo autem quod nō caret crimine, & acquirit salutem, non se imperitũ pronũciauit, quia qui imperitus est in sermone, reus non est apud deum. qui autem scientiam dei non habet, reus est ignorantiæ: quia non licet ignorare, maxime quod pertinet ad salutē. Quã- F
obrem Apostolus spreta eloquentia id agebat, vt fides teste virtute acceptabilis esset, vt non fidem eloquentia commēdaret, sed virtus cui cedit eloquētia. ¶In omnibus autem manifestus sum vobis.) Manifestum se dicit esse Corinthiis in omnibus, quia non ignorabãt etiã loquendi habere illum peritiam, & hoc scientes aliis fauebant in eo quod istum inferiorē nesciebant: ideoq; cōmotus loquitur, quia hoc peius erat, cum scirent illum in nullo deesse, humiliarent illũ cæteris: cum vidissent per eum nō solum impleri prædicationem, sed et signa & prodigia fieri apostolica. ¶Aut nũquid peccatum feci meipsum humilians, vt vos exaltemini, quoniã gratis euangelium dei prędicaui vobis?) Quoniam inflati erant eo quod sumptus ab eis accipere noluit, & propter hoc alios ei præponebant, idcirco nunquid peccaui ait, quia me humiliaui vt me indignum ad accipiendũ iudicarem, quia inde mihi irascimini, cum hoc nō peccati sit, sed gloriæ. Itaq; sic se humiliauit, cũ id quod sibi

G debebatur, nō exegit. Debitum enim erat vt sumptus ab iis acciperet quibus prædicabat euāgelium dei, sicut dominus instituit, dicens: Dignus est enim operarius mercede sua. sed vt ad vtilitatem eorū proficeret, refutauit. Utrabus enim ex causis oblatos sumptus refutauit, ne & pseudoapostolis similis inueniretur, qui nō ad gloriam dei, sed ad suam vtilitatē prædicabant, vt non occasionem acciperent deprædandi. Alio enim nō acci piente nō potest alter multum expetere, & ne vigor euangelicæ potestatis torpesceret. Qui enim a peccantibus accipit, arguendi auctoritatē amittit. Sic ergo exaltantur, cum ideo ab eis non accipitur, vt correpti emen
» dentur, a morte eleuati ad vitā. ¶ Alias ecclesias expo
» liaui, accepto stipendio ad ministeriū vestrum. Et cum
» apud vos essem & egerē, nulli grauis fui.) Onerat eos. Ostēdit enim non solū noluisse se accipere ab eis, sed & ab aliis accepisse, & eis ministrasse. Et vt multum hoc ostēdat fuisse, non parum, ait: Alias expoliaui ecclesias ad ministerium vestrum. nō parua ergo significat se in eos impendisse. Cum enim dicit, expoliaui, multa acce pta & data significat, nō extorta. Vnde subiecit, Accepto stipendio. Stipendium est enim quod militans accipit ad sumptus vice mercedis. Ruborem ergo incussit eis, quia non vtiq; dolo refutauit quādo ipse eis ministrauit: et vt per hoc ministeriū quod promiserant facilius implerēt, scientes se esse debitores, vt nō valde glo
H riosum iam sit ministerium eorū, sed debitū, ne vel in
» de se iactarent. ¶ Et cum apud vos essem, & egerē, nulli
» grauis fui.) Intātum eis proficere voluit, vt egestatem suam consolaretur propter eorū salutem. Passus enim egestatem contētus fuit, ne illi aliquod scādalum paterentur. Qui enim dat, putat se exaltari, & iam se nō pa
» titur argui. ¶ Nam indigentiā meam suppleuerunt fra
» tres qui venerūt a Macedonia.) A Macedonib? semper accepit, ga prius vitia sua correxerunt. Et sicut a Corinthiis accipiendum non erat, ne illis in scandalū proficeret: sic iterum a Macedonibus accipiēdum erat, ne
» bene seminātes fructum amitterent. ¶ In omnibus sine
» onere vestro me ipsum seruaui, & seruabo.) In eo permansurum se dicit, ac si se corrigāt, propter pseudoapo
» stolos, qui occasionē quærebant deprædandi eos. ¶ Est
» veritas Christi in me quod gloria hæc non infringetur
» in me in regionib? Achaiæ.) Hortatur omnē Achaiā vt ministrent sanctis, sibi autem nō permittere, ne cœptam gloriā non impleret. Gloria est enim a licitis abstinere, maxime ad aliorum salutē. In Achaiæ ergo regionibus noluit vti, in cæteris vsus est, & amplius promittit sub testimonio Christi, dicens in eo se mansurū,
» ne aliquando ab Achaię regionibus acciperet. ¶ Qua
» re? Quia non diligo vos? Deus scit.) Reddita ratione
I etiam dei scientiam testem dat dilectionis suæ quā habebat erga eos: quia non ideo nolebat accipere, quia nō illos diligebat, sed ideo magis, quia amabat eos, vt hoc
» ipsum prodesset illis: sicut dixi. ¶ Quod autem facio, &
» facturus sum, vt amputem occasionē eorū qui volūt oc
» casionem, vt in eo quod gloriantur, inueniantur sicut et
» nos.) Gloria pseudoapostolorū in pecunijs erat accipiē dis. Ideo apostolus hoc refutauit, ne illis similis videretur, quia nisi hoc ab apło fuisset vitatū, maior occasio illis data fuisset accipiendi, aut magis extorquēdi, quādo in hac reformam ab apostolo datam ostenderent.

» HIVSMODI enī pseudoapostoli sunt ope
» rarii subdoli, trāsfigurātes se in apostolos Chri
» sti.) Subdoli sunt, quia auaritiæ causa, non religiosa mente, neq; missi prędicabant Christū, nomē sibi
» apostolicum vsurpantes. ¶ Nec vtiq; mirum, ipse enim
» Satanas transfiguratur velut angelus luminis.) Manifestum est quia frequēter multos fallit Satanas, ostēdens se illis quasi angelum dei, vt decipiat eos. Vnde Iesus Naue solicit? quæsiuit quis esset qui ei apparuit. Et apostoli in naui perterriti putabāt phantasma esse.

Vnde Petrus apostolus dicēti domino, Nolite timere, ego sum: non facile credens ait, Si tu es, iube me venire ad te super aquas. vt si firmiter posuisset pedem super aquas, sciret verum esse quia non erat phantasma quod apparebat. ¶ Non ergo magnū si & ministri eius transfigurantur, sicut ministri iustitię.) Ministri iustiæ apostoli sunt, quorū se hi socios mentiebātur, vt deciperent audientes. ¶ Quorum finis erit secundū opera eorum.) Sine dubio, quia indicabātur huiusmodi secundum animi sui nequitiam, quia non propter deum, sed propter suum ventrē simulant se esse ministros dei. Finem tamen illorū secundum opera illorum dixit, vt sicut opera & cura ventris interit, ita & hi interire intelligātur. ¶ Iterum dico, ne quis existimet me insipientē:
» alioquin velut insipientem accipite me, vt et ego modi
» cum aliquid glorier.) Supra iam dixit, Vtinā sustineretis pusillū imprudentiā meam. hoc nūc repetit. Semper eni proponit, quod postea multis interpositis prosequatur. Quod ergo supra proposuit, modo incipit enarrare. Nam vera dicturus, velut insipiētem se dicit, quia videntur ad laudem eius pertinere. Vt et ego modicū, inquit, glorier. Modicū hoc dicit, quia in verbis, non in sensu est. Nō ergo vere ad gloriam suam hæc loquitur, sed vult illis ostēdere quia quos putant gloriosos, nihil plus ab hoc habent: ac per hoc si putantur hi gloriosi, & ego inquit. Ideo insipientis hoc esse dicit, vt ad laudem suam aliquid profequatur, se autem coactū hæc loqui. Dolet enim ei vt illos putarent sublimes hoc contempto, qui nihil plus ab eo haberent. ¶ Quod loquor, nō loquor secundum deum.) Secūdum deum non loquitur, quia ad carnis tumorē hæc pertinent, nec de inflatione apud deum surgit gloria, quia apud deū humilitas gloriosa est. ¶ Sed quasi in insipientia in hac substantia gloriationis.) Non plenam dixit insipiētiam, sed ex parte. veritas enī est. Sed quia elatio vitiosa res est, ideo quāmis verum sit quod dicitur, quasi in insipientia tamē est vnumquēq; laudare se. Plena autem insipiētia est, si se falsis quis laudet. Ille enim superbus de vero est, hic stultus de falso. substantia tamen gloriationis in hac causa carnalis est, quia sicut flos fœni, ita decidit gloria ista.
» ¶ Quia multi gloriantur secūdum carnem, & ego glo
» riabor. Hoc dicit quoniā aliqui ex Iudęis credētes præ
» sumebāt sibi quod essent filii Abrahę. Hoc est secundū carnem gloriari, nobilitatem sibi carnis vendicare. Inde enim sibi defendunt generis prerogatiuā, quia filii eius dicuntur qui deo crediderit, cum anima quę peccauerit, ipsa morietur. Si ergo hæc gloria est, inquit, & ego gloriabor, quia & ego filius sum Abrahę. sed nihil prodest filium esse Abrahæ apud deum, quia fides est quę saluat, non propago generis Abrahæ. ideoq; hæc gloria carnis est gloria, vtputa si dicatur, filius nobilis homi- M
» nis. ¶ Libenter enim sustinetis insipiētes, cum sitis ipsi
» sapientes.) Insipientes appellat, qui de carnis circunci
» sione gloriabantur. Et quia a Corinthiis portabātur vt glorioſi viderentur, ideo Apostolus etiā se sustineri ab his vult, vt & ipse hoc se esse ostēderet quod erant hi, & non tamen gloriari ex hac parte secūdum deum: vnde gloriam hanc insipientiam vocat. Gloriari enim se dicit secūdum carnem, sed hoc stultū esse profitetur, vt & gloriam hanc inaniret, & se coactum in laudem carnis erupisse doceret. Igitur ironia est hæc. Nam quomodo prudentes sunt qui sæpe reprehendūtur? Nam plus sapit insipiētia Apostoli, q̄ horū prudentia. Hic enim sapiens sustinet imprudentes, qui patiētia sua suffert eos vt possint proficere, ne prouocans eos aut abiiciens, peiores illos faciat: aut certe si in illis proficere non potuerit, suam modestiam custodit. Horum in Corinthiis nihil est. Quomodo ergo libēter sufferunt imprudentes, cum ipsi sint sapientes, nisi quia sic non vult intelligi sicut sonāt verba? Hoc in sensu & pronūciatione est, quia eadem quidem verba nō eundem habent sensum aliter

A pronunciata, vt aliquando confirmet, aliquando neget quod dicit. Hi enim vt prudētes, insipientes sufferebāt
» falsos apostolos. ¶ Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit.) Hoc verum est, quia redigebātur in seruitutem, non per prudentiam, sed per stultitiam vt famularentur pseudoapostolis. ¶ Si quis deuorat.) Nec hoc falsum est, quia contēti erant deuorari res suas a falsis doctoribus. ¶ Si quis accepit.) Accipere est aliquem dolo capere, ideoque significat hos capi a dolosis magistris, & ferre quod nō expedit. ¶ Si quis extollitur.) Extollentia superbia est. Hos ergo tangit qui superbi erāt
» male taxātes apostolū, & his non displicebat. ¶ Si quis
» in faciem vos cædit.) In faciem cæditur, in cuius os iniuria irrogatur. Nunc hos significat, qui eo quod essent ex genere Abrahæ, obtrectabāt eis quod essent incircū
» cisi se præferentes, hos humiliantes. ¶ Secundū ignobi
» litatem dico.) Ignobilitatē dicit hoc quod supra ait: Et ego gloriabor secundum carnē. Non enim dicit ad laudem pertinere, quia infirmus nō erat, in quo se iactabāt
» quos occulte tangit. Vnde & adiecit: ¶ Quasi nos infir
» mi fuerimus in hac parte.) Manifestū est quia nō erat in hac gloria infirmus in qua se præferebant credentes Iudæi quos hi patiebantur, quasi apostolus eorū in hac re esset dissimilis, quia & ipse erat de semine Abrahæ, ac per hoc infirmus non erat in hac gloria carnis. Infirmi autem hi iudicabantur, qui appliciti fuerant generi Abrahæ. Isti ergo quasi infirmi in eo quo illi se præfere
B bant, eo quod essent Israelitæ, in hoc ipso volunt se sufferri. Vt ostenderet in hac gloria carnis non se esse dissimiles & infirmos, cum de sua causa loquitur, subinducit & Barnabæ personā socii sui. Vnde & in prima di-
1.Cori. 9. cit epistola: Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Non ergo minores erant in hac gloria in qua se Iudæi iactabant, sed non inde plau
» debant. Denique dicit: ¶ In quo quis audet? In insipiētia
» dico, audeo & ego.) Hoc est non fuisse infirmum in gloria qua se iactabant Israelitæ, nec quidem in hac re prudentem iudicari. preferre enim se non solent prudentes. In insipientia ergo dicit audere se in eo quod audent ii qui se iactāt eo quod sint filii Abrahæ. Vt gloriam eorum inaniat, imprudentem se pronunciat, ne illi prudē
» tes viderentur in hac parte aut nobiles. ¶ Hebręi sunt et
» ego, Israelitæ sunt & ego. Semē Abrahę sunt & ego.) In his parem se eorū de quibus supra significauit, ostendit, vt detractiones eorum quibus indignus his iudicabatur, falsas ostenderet. ¶ Ministri Christi sunt, velut
» insipiens dico magis ego.) Vera de se dicens insipientem se pronūciat, vt intelligatur coactus ad laudē suam
C prorupisse. Nam qui sponte ea refert quæ ad laudē eius proficiant, imprudenter se non dicit. Ostendit ergo quæ sint quæ faciant illū ministrū Christi magis esse, quàm sunt reliqui prædicatores. Occasione eni inuēta, omniū tangit personas etiā apostolorum, dolens quia dei gratia minor in hoc iudicabatur, cum eadē operaretur quę cæteri Apostoli, & fidei causa maiora exitia toleraret.
2.Cor.11. Vnde & in alia epistola dicit: Plus illis omnibus labo
» raui. ¶ In laboribus plurimis.) Ideo in laboribus plurimis ait: quia & illi laborauerūt, sed nō tātum. Hic enim a mane vsq; in quintam horā victum manibus quærebat, & exinde vsq; ad decimā horam disputabat publi
» ce, tanto labore, vt cōtradicētibus suaderet. ¶ In carce
» ribus abundātius.) Apertum est, frequentius istū missum fuisse in carcerem q̄ illos. ¶ In plagis supra modū.)
» Ideo supra modū, quia vltra q̄ oportuit. Nam & illi cesi
» sunt, sed non tantum. ¶ In mortibus sępius.) Verū est,
» quia hic frequētius pericula sustinuit q̄ cæteri. ¶ A Iu
» dæis quinquies quadragenas vna minus accepi.) Hoc dicit, quia quinquies flagellatus est a Iudęis, secundum legem Moysi accipiēs plagas trigintanouem, sicut scriptum est in Deuteronomio. Quod per quinq; ergo vi
» ces factum est, hic summatim refert. ¶ Ter virgis cęsus sum.) Hoc a gētibus passus est. ¶ Semel lapidat? sum.) D
A Iudęis lapidatus est in ciuitate Licaonia. ¶ Ter nau
fragium feci.) Qui omni tępore legitur nauigasse, aduersis procellis facile fuit ter naufragiū facere. ¶ Nocte & die in profundo maris fui.) Hoc factū est quādo missus est ad Romā cum appellasset Cęsarē. Tunc desperatione vitę in alto, hoc est in profundo maris fuit, mortem ante oculos habēs. Sic enim scriptum est in ipso loco: Ita vt desperaremus nos etiam viuere. ¶ In itineribus crebrius.) Nūcalia memorat pericula, vt terra marique pro Christo vexatū se secūdum carnem ostendat. Periculis, ait, fluminū. Si itinerū pericula recitat, quid est vt dicat periculis fluminum? Sed hyemę iter faciēs, quia vtiq; imbres assidui sunt egredientibus fluminibus incurrebat periculū. ¶ Periculis latronum.) Cum in ciuitate diabolus eum occidere nō posset, latrones illi excitabat in via cum nihil ferret quæ latrones cuperent.
¶ Periculis ex genere.) Iudæorum dicit persecutiones, qui fratres eius erant secundū carnem. Dolebant enim, quia spreta lege ad euangelium Christi se conuerterat.
¶ Periculis ex gentibus.) A gētibus persecutiones passus est, propter mysterium incarnationis domini nostri IESV Christi, & vnius dei prædicationē. ¶ Periculis
in ciuitate.) Vsqueadeo sub periculo fuit in ciuitate, vt per fenestram effugeret manus insidiātis sibi. ¶ Periculis in deserto.) Periculum hoc a Iudæis fuerat procuratum, quando eū factis insidiis in via volebant occidere.
¶ Periculis in mari.) Iam superius dixit, ter naufragiū feci, nocte & die in profundo maris fui: quod aliud fuit E
periculum in mari? Sed hoc est periculū quādo in mari, hoc est in naui milites cogitauerāt omnes custodias occidere ne quis enatās effugeret. Quod periculū Centurio prohibuit inferri ne Paulus occideretur, vt eum viuū Romā perduceret. ¶ Periculis in falsis fratribus.)
Falsi fratres ii sunt de quib? dicit ad Galatas: Propter Gal.2.
subintroductos autem falsos fratres, qui subintrauerūt explorare libertatem nostrā, quam habemus in Christo IESV. Hi enim partim Christiani erant, partim Iudęi, in neutro perfecti, qui zelo legis apostolo inuidiā excitabant, eo quod prædicato Christo, legē iam cessare dicebat. Denique his perurgentibus Timotheū compulsus est circumcidere. Fictus ergo Christianus est, qui æmulatione legis persequitur Christianū, hic est falsus frater. Si enim tantū Iudæi erant hi, & propter Iudaismum fratres eos falsos appellat, qd opus erat iterare? Iam enim superius dixit, periculis ex genere. Sed secūdum carnem non sunt falsi fratres, in Christo autē falsi sunt, quia non tota mente Christiani sunt. Fuerunt & alii falsi fratres, sicut Demas & Hermogenes. ¶ In labore & molestia.) Verū est, quia potest esse labor sine molestia. Sed hic ideo addidit & molestiā, vt laborē ipsum F
exitiosum ostenderet. ¶ In vigiliis multis.) Multę fuerunt eius vigiliæ, sed aliæ voluntarię, alteræ ex necessitate. In pressura enim positus, necesse erat vt vigilaret, dei quærens auxilium: & nō solum diebus, sed & noctibus doceret, sicut dicit in Actibus apostolorum. ¶ In fame, & siti.) Fugatus frequēter a Iudęis persequētibus, necesse erat vt famem pateretur & sitim per inopiam.
¶ In ieiuniis multis.) Sæpius ieiunauit, vt dei administrandi culo, ptegi mereretur. Ieiunat enim, qui dū habet quod edat, abstinet. ¶ In frigore, & nuditate.) In frigore fuit, & nuditate, quādo naufragiū passus est. Denique ignem fecerunt, ait, & refecerunt nos propter pluuiam immi- Actu.28.
nentem et frigus, Barbari in insula Mytilene. ¶ Præter illa quæ extrinsecus sunt, instantia mea, quotidiana solicitudo omniū ecclesiarum.) Solicitudo hæc, quā dicit quotidianam, detractionis vsu defecit, vt omnib? dies bus commissum sibi populum instruat. Illa autem quę supra memorat, superindicta sunt necessitate cogente. Dies enim ad operam datus est, nox ad requiem. Sed quia instabat necessitas, vt omnibus occurreret, etiam

G nocte docebat. Se enī affligere nō dubitabat, ne dei gratia esset in ocio. ¶ Quis enim infirmatur, & ego nō infirmor?) Compati se dicit omnibus, & condolere eo affectu, quo prouideat vulneri medicinam. Hoc autē ideo prosequitur, vt ostendat qua cura commissam sibi ecclesiam tueatur & regat, ac per hoc in nullo se minorē debere iudicari cæteris apostolis, quippe cū, secūdū quod claruit, plus illis omnibus laborauit. Maiore enim inuidia laborabat apud Iudæos præ cæteris Apostolis: quia cum persequeretur ecclesiā, subito immutatus factus est defensor eiusdē, testificans atq; confirmās quod Christum, quem prius vt hominē mortuū æstimabat, de cælo secum locutum audierit. Cuius testimoniū necessario multi sequerentur, scientes eum de persecutore non vtiq; sine ratione factū defensorē. Hac causa excruciabantur Iudæi, & querebant eum semper interficere. ¶ Quis scandalizatur, & ego non vror?) Scandalizari est carnis pati desiderium, quantū ad locum hunc pertinet. Et quia etiam inuiti solent scādalizari, illecti forma aut pulchritudine corporis, aut propriæ carnis calore. Apostolus autem necessitatē humanæ naturæ cōsiderans, vri se dicit: vt consulat talibus compatiēs infirmitati eorum: nec hos condemnās, sed commonens in humilitate sermonis, vt spe promissi præmii repugnēt stimulis carnis, ne quis eorum qui eum audiūt, desideriis carnis victi, desperantes de se, putātes iam non accepto
H ferre deum si corrigant, & in eisdem manentes, depereant. ¶ Si gloriari oportet: in iis quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.) Hoc dicit quia si gloriandum est Christiano, in humilitate gloriādum est, de qua crescitur apud deum. Vnde alio loco dicit: Cum infirmor, tūc potens sum. hoc est, cum humilior pro fratrum salute, tūc exaltor. Hinc gloriandum est, non de carnis progenie quia est quis ex semine Abrahæ.

CAPVT DVODECIMVM.

DEVS & pater domini nostri IESV Christi scit, qui est benedictus in secula, quod non mentior.) Deum testem dat, vt quæ dicit, facile credantur, propter hos dūtaxat qui eum non vt verum Apostolum honorificabant. ¶ Damasci princeps gentis Arethę regis custodiebat ciuitatē Damascenorum, vt me cōprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murū, & effugi manus eius. Gloriari oportet, sed non expedit mihi.) Princeps Damasci videns Iudæos insidias tendētes Apostolo, implere volunt per potentiam malā cogitationem eorū, vt
I ipse, si posset, eum comprehenderet, vt & Iudęis placeret, & vt diligēs in officio sibi credito videretur, si eum quem perturbatorē audiret, causa quietis interficeret. Hoc inter ipsa primordia, tunc quando apparuit illi in via dominus eunti Damascum. Incensi sunt Iudęi videntes eū qui vinctos credētes in Christo venerat perducere in Hierusalē, prædicare sectam quā venerat condemnare: & sic factum est vt a discipulis per fenestram per murum in sporta demissus effugeret. Quod quidē indigne factū dicunt, quia non dei auxilio liberatus est. Sed quod ab hominibus fieri potuit, quid opus erat vt dei suffragio liberaretur? cum dei suffragiū tunc fit necessarium, si humanū auxiliū deficiat. Quo facto nōsibi dicit expedire gloriari, quia præsentis vitę gaudium fragile est. Si enim non euasisset, martyriū fecerat. Sed quia fugiēdum in persecutione mādatum est, data opera effugit. Nec enī debet aliquis expectare vt in semetipsum peccetur. Ergo gloriandum dicit quia euasit, sed non expedit, inquit, propter superbiam: quia de humilitate crescitur, & auxilium dei mitibus proficit, non elatis. Præterea qui gloriatur mortem se euasisse quæ pro fide infertur, inane videri significat pati p Christo: ideo non expedit gloriari. ¶ Veniam autē ad visiones & revelationes domini.) Nunc ostensurus est quo sublatus est, vt proinde quāta & qualia sint quæ illi ostensa & dicta sunt, possint intelligi: ne, sicut quibusdā videbatur, minor cęteris apostolis crederetur. ¶ Scio, inquit, hominem in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, deus scit, raptū huiusmodi vsq; ad tertium cælum.) Vtrumq; cōfirmauit, quia vtrumq; posse fieri nō negauit, vt & sine corpore rapi potuisset, & in corpore. Et forte quibusdam videatur non magnū esse si homo Christi raptus est vsq; ad tertium cęlum, cum in tertio circulo dicatur luna esse. Sed non ita est, quia vltra omnia mundi sydera raptus intelligitur: & ideo magnifici & mirabile est q̄d narrat. Significat enim supra firmamentum, in tertium numero cælum de spiritalibus cęlis raptū semetipsum. ¶ Et scio talem hominē, siue in corpore siue extra corpus nescio, deus scit, quia raptus est in paradisum, et audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor.) Bis se raptum dicit: id est, hinc vsq; ad tertium cælum, deinde in paradisum cęlestem. Pro huiusmodi homine, id est, qui iam dign⁹ est deo vt ex hoc experiretur, gloriari se dicit: & non vult aperte dicere, quia de se loquitur, ne laudare se videat. Et Ioānes apostolus, cū de se sciatur loqui, Hic est, ait, discipulus quem diligebat IESVS, Ioan. 21.
qui & recubuit in cœna supra pectus eius. ne glorioſe de se effari videretur. ¶ Pro me autem non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis.) Sic de se non gloriatur, dū non aperte de se pfitetur. In infirmitatib⁹ sane, inquit, meis gloriabor. Exponere enim pressuras passionū, et infirmitates angustiarū, non videtur gloriosum, sed flebile. idcirco se in his gloriari dicit: sciens tamen quia ad profectum perducunt remunerationū cęlestiū. Quid enim tam gloriosum in futurū Christiano, q̄ exitia pro Christo illata sibi narrare? ¶ Nam & si voluero gloriari, non ero stultus. nam veritatem dico.) Hoc dicit quia si meritum suū profiteatur quod habet apud deum, non erit imprudens. vera enim loquitur. Ergo si quis pro meritis suis quæ sibi ostensa sunt loquitur, non est vtiq; stultus. Si autem taceat, est etiam prudens. Sed qua causa hic non palā gloriatur, nunc subiicit dicens. ¶ Parco autem, ne quis me existimet super id q̄d videt me, aut audit aliquid ex me.) Ostendit igitur qua causa non aperte glorietur. Ne quis me existimet, inquit, vltra gloriā
M meā tendere quā limes meritorū admittit. Hos significat quos obtrectatores habebat causa legis, sicut supra memorauī. Nam vtiq; meritorū gloriam bonū est non tacere, vt inuitentur credētes. ¶ Et ne sublimitate reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis, angelus Satanæ, vt me colaphizet, ne extollar.) Deū bonis meritis prouidere testatur, dū permittit tentationibus hos deprimi, nō solum ne laborū suorum fructibus abdicentur, verum etiā vt augeant̄ his ad cumulū possessionis æternę. Hoc ergo remediū datum est Apostolo, vt iniurijs pressus, aio nō possit extolli pro magnitudine reuelationū: quia ociosum pectus necesse habebat in iis quæ viderat extolli. ¶ Propter hoc ter dominū rogaui vt discederet a me, & ait mihi, Sufficit tibi grātia mea. nā virtus in infirmitate perficitur.) Stimulos diaboli, quos perfide mentibus inferens, ad nocēdum dei seruis instigat: vt cessarēt ab eo, ter dominum deprecatum se fuisse, & non impetrasse testatur, non quia despectum se dicit, sed quia inscius contra se petebat vt cessarent ab eo tētationes, per quas perfectior se fiebat. Ideo ad Romanos dicit: Nam quid oremus sicut oportet, Roma. 8.

A nescimus. Vnde hoc sibi dicit responsum, vt sufficeret sibi gratia dei, qua aut vires tolerandi addebantur, aut tempus pressurę abbreuiabatur, vt deuotio dum infirmitate pressurę accedētis nō frangitur, probata videatur. ¶ Libentissime itaq; magis gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.) Apertum est, quia tunc gloriandū docet, quando iniurijs humiliatur. A Christo auē virtus tolerandi præbetur, vt quia prius asperę, ac per hoc fastidiendæ iniuriæ videbantur, postea libenter suscipiędæ, vt Christi auxilio lenirentur. Libēter ergo cædi se dicit, dummodo a Christo curetur, sciendo plus addere medicinā Christi ad salutem, q̄ infirmitas detrahit sanitati. ¶ Propterea placeo mihi in infirmitatibus meis. Cum enim infirmor, tunc potens sum.) Verum est, quia tūc vincit Christianus cum perdere putatur: & tūc perdit perfidia, cum se vicisse gratulatur. Plaudit ergo cū illi insultatur, & surgit cum premitur. ¶ Factus sum insipiens, vos me coegistis.) Compulsum se dicit vt quid esset ostēderet. Et nō vtiq; stultus est, quia de se vera locutus est: sed inclinat se vt manifestet quia non voluptate merita sua ostēdit. ¶ Ego enim debui a vobis cōmendari.) Manifestū est quia hi debuerant testimoniū ei perhibere aduersus obtrectatores eius, apud quos ecclesiam cōstituit, & signorum prodigia apostolatus ostendit, vt hoc tacente illi eum defenderent quem patrē habebāt in euangelio
B Christi. ¶ Nihil enim minus feci, q̄ illi valde apostoli.) Valde, hoc est, nimis, sicut quibusdam videbatur. Nā hoc erant quod & Apostolus Paulus. Hoc ergo dicit, quia minor non est neq; in prædicatione, neq; in signis faciendis, apostolis præcessoribus suis, non in dignitate, sed tempore. Nam si de tempore præscribēdum putatur, ante cœpit Ioannes prædicare q̄ Christus, & non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptizauit. Non ergo sic iudicat deus. Deniq; prior secutus est Andreas Saluatorem q̄ Petrus: et tamen primatū non accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo apostolus quibusdam non videbatur, cum eadem posset per dei gratiam quę & apostoli? ideo dolet, & ostendit compulsus quid a dignatione domini mereatur. Hinc est vnde nō solum minorē se nō esse coactus est profiteri, sed & plus omnibus laborasse. His ergo displicebat, & non videbatur esse apostolus, qui æmulatione paternę legis prędicationē eius respuebāt quasi inimici traditionis Moysi, quia eam iam cessare dicebat: apostolis magis fauentes, & istum his humiliantes, quia nō illi tam constanter contra legem aliquid asserebāt. ¶ Et si nihil sum, tamen signa apostoli facta sunt in vobis, in omni patientia, signis, & prodigijs, & virtutib⁹.) Sic se humiliat, vt
C erigat, patientiam tamen primā memorat, quia diu illos portauit quasi impatientes ægros, vt adhibita medicina figiorum atq; virtutum curaret vulnera erroris illorum. ¶ Quid est enim quod minus habuistis cæteris ecclesiis, nisi quod egoipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.) Adhuc per humilitatem se cōmendat. Ostendit enim nō minus illos aliquid habuisse cæteris ecclesiis, sed & amplius. Euangeliū enim dei gratis his prędicauit, quod nullis cōcessum est ecclesiis,
1. Timo. 5 dicente domino: Dignus est enim operarius mercede sua. Si ergo pro bono opere iniuria, inquit, dign⁹ sum, ignoscite mihi. Omnis enim stultus boni accusator est. Vt hos ergo imperitos ostendat, veniam ab his postulat eius facti de quo laude dignus est.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

ECCE tertio hoc parat⁹ sum venire ad vos, & non vos grauabo.) Ne forte hoc inter initia feciſſe putaretur ad commēdationē suā, post autem mercedem euāgelicæ prædicationis velle accipere, ostendit in ea se voluntate durare, ne factū suum postea emēdare videretur, & esset quod D
ab obtrectatoribus reprehenderetur. ¶ Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos.) Ostendit ideo se nolle accipere ab eis, vt illos ipsos lucraretur, vt intelligētes quia pecuniæ prępo nit eos, tandem cognoscerent affectū illius erga se. ¶ Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.) Patrem se eorum significat, sicut in prima epistola dicit: Per euangeliū ego vos ge- 1. Cori. 4.
nui. Carnales tamen parentes sunt, qui filiis thesaurizant. Nam spiritales a filiis dignū est vt accipiāt sumptus ad sustentandam vitam præsentē. Non enim magnum est vt spiritalia tradentes consequantur carnalia. Hic autem in tantū probat se nolle accipere, vt transferat causam carnalis patris ad spiritalem, vt non solum nō ab eis accipiat, sed &, si potest fieri, ipse illis tribuat, sicut iam supradixit: Alias ecclesias expoliaui, accepto stipēdio ad ministerium vestrum. Hoc dicto tāgit eos, vt intelligant quantus sit, & quid ii mereantur qui tāti Apostoli prouidentiam neglexerunt. ¶ Ego vero libēE tissime impendam, & superimpendā, & ipse impendar pro animabus vestris.) Nunc aperte affectum & charitatem quam circa eos habebat, ostendit, quādo non solum sua pro eis impendere et propensius pędere parātū se dicit, sed et seipsum pro salute animarum eorum etiā etiam mori, sicut & apostolus Ioannes dicit: Quia exē 1. Ioan. 3.
plo Saluatoris pro fratribus, inquit, etiam animas nostras debemus ponere. ¶ Plurimū vos diligens, minus diligor.) Prouocat eos ad amorem, quia ipli plus illum deberent diligere, maxime per quē didicerunt viam salutis, per quem & acquisiti sunt deo, ex perfidis facti fi- E
deles, & ex contaminatis purificati. ¶ Esto autem, Ego vos non grauaui, sed vt astutus dolo vos cepi.) Omnia quæ possent ex aduerso proponi, non tacet, vt se purget per omnia, quia nihil per circūuentionē egit apud eos, sed in simplicitate, sibi semel prospiciens, his duplici genere, vt & apud deū prouideret eis, & hic censum illorū non quæreret: sibi autem hoc sufficere quod a deo promissum est in futurum. Forte enim suspicarentur ideo illum contēpsisse, quia parua erant quę offerebantur, vt maiora consequeretur, vt circumspiciens merita sua nō pecuniam refutaret, sed numerum indignum sibi æstimans cōtemneret. ¶ Num per aliquem eorū quos misi ad vos, circunueni vos?) Hoc est quod dicit, quia quos misit, non illis hoc intimarunt, vt si vellent pactum habere apostolū, dignam quantitatē personæ illius offerrēt, quia ideo noluisset accipere, quia minus q̄ dignum fuit offerebatur. Quod compositū apostoli astutia intelligerēt, vt quod egit, non per contemptū, sed per auaritiam egisse probaretur. ¶ Rogaui Titū, & misi cum il
lo fratrem. Numquid auarus in vos fuit Titus? nonne eodē spiritu ambulauimus? non iisdē vestigiis?) Apertum est quia quando ab iis quos misit, nil tale dictū aut F
factum est, vna eorum sentētia probatur in bono, exclusa suspicione auaritiæ. ¶ Iterū putatis quod excusemus nos apud vos.) Hoc est quod dicit, olim de nobis dubitatis, arbitrantes quia non simpliciter agamus vobiscum. A pseudoapostolis enim exagitabantur, qui volentes deprædari eos, tergiuersatione hoc agere apostolum asserebant, quasi vt plus possit accipere. ¶ Corā deo
loquimur: omnia autem charissimi pro vestra ædificatione.) Sic cupit illos verū & bene sentire de se, vt & ratione & testificatiōe satis illis faciat, quia nō vt sibi prosit, talem se prębet, sed vt ad ædificationem eorū proficiat, & vel sic amorem illorū circa se prouocet, dum non grauat censum illorum, & autoritatem potestatis in arguendis vitiis non inclinat. Sine dubio enim prodest ei qui corripitur, vt emēdet, si præpositus ideo oblata refutet, vt libere arguat. ¶ Timeo enim ne cum venero, nō
quales volo inueniā vos.) Quoniam nō omnes adhuc quos in prima epistola corripit, emēdauerāt in quibus fuerant vitiis reprehēsi, ideo cum autoritate vult videri

G iturus ad illos, vt territi corrigantur, vt tales illos inue-
» niat quales vult. ¶ Et ego inueniar a vobis nō qualem
» vultis.) Hoc dicit vt tales se prębeant, vt conueniat eis
cum apostolo, vt inuicē congaudeant sibi. Ille enim in-
uenit aliquē qualem nō vult, qui se talem facit vt dīscor
» det abillo. ¶ Ne forte sint inter vos contentiones, æmu-
» lationes, animositates, dissensiones, detractiones, susur
» rationes, tumores, seditiones.) Nūc errores mentorat
quos in superiore epistola reprehendit, quādo personis
deferētes, & alterum alteri præponentes dissidebāt ad-
» inuicē. ¶ Ne iterū cum venero, humiliet me deus apud
» vos, & lugeam multos ex iis qui ante peccauerūt, & nō
» egerunt pœnitentiam super immūditia, & fornicatio-
» ne, & impudicitia quam gesserunt.) Hoc præmonet vt
non illos tales inueniat quales dudum inuenerat, cum
vitiis diuersis operum immundorū, vel magis nomi-
num, quia omne opus sine crimine est, sed inordinatio-
nis nomen facit crimen. Tunc enim est illicitū cum ali-
ter fit q̄ concessum est. Illis ergo peccātibus se humilia-
ri dicit, quia incipit vt pius pater peccata filiorū deflere.
Quis enim pater nō gaudeat bene agētibus filiis? Sic
iterum necesse est vt lugeat si praue versentur. Ideo ad-
monet vt si qui præteritarum fornicationū aut alterius
immunditiæ vel impudicitię nō egerūt pœnitentiam,
sicut quidam quos significat egisse, nunc agerent: vt ve
H niens, sine tristitia esset cum eis. Cum enim dicit, Et lu
geam multos ex iis qui ante peccauerūt, & non egerūt
pœnitentiam: probat quosdā ex his egisse pœnitentiā,
quosdam non egisse. Quod Nouatiano aduersum est,
quia dicit fornicatores non posse peragere pœnitentiā,
et recipi in communionem. Hic probat peregisse, ac per
hoc receptos esse in pace ecclesię. Tres ergo formas pec
catorum probat, cum fornicationem, et impudicitiam,
& immunditiam nominat.

» TERTIVM hoc venio ad vos.) Superius præ-
Deut. 17. paratum se dixit, nūc iam venturū. In ore duum
vel trium testium stabit omne verbū. Hoc secun-
dum legem dixit, vt aliquis duob⁹ aut tribus testibus
aut purgetur, aut condemnetur. ita & hi tertio aduentu
» apostoli, vt purgati inueniantur commonet. ¶ Prędixi
» enim, & prędico, vt præsens secūdo aduentu, & absens
» nunc, iis qui ante peccauerūt, & cæteris omnibus, quia
» si venero iterum, nō parcam.) Pridem se dixisse signifi-
cat præsentem, vt corrigerēt se, ne cum pudore corripe-
rentur: & nunc iterum absentem se eadē dicere contesta
tur, vt post secundā correptionem, si se non emendauc-
» rint, parci eis nō debeat. ¶ Quomodo⁹ probationē quę-
» ritis eius qui in me loquitur Christus?) Probationem
quærūt Christi loquētis in Apostolo, dum præceptis
I non obediūt, volētes probare si audet vindicare: vt per
id intelligatur esse fidæ autoritatis, vt de cætero timea-
tur. Qui enim magistrum contēnit, emēdari se quęrit.
» ¶ Qui in vobis non infirmatur, sed potēs est in vobis.)
Potēs est in his Christus, quia viderūt in nomine eius
mortuos excitatos, dæmones fugatos, paralyticos con
ualuisse, surdos audisse, mutis redditū affatum, claudos
cucurrisse, cæcos vidisse. Hæc omnia virtutis sunt, non
infirmitatis. Denique hac causa attracti ad fidem sunt.
» ¶ Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, sed vi-
» uit ex virtute dei.) Verum est, quia propter peccata no
stra crucifixus est Christus, vt mortē destruens, creden
tes sibi liberaret ab ea. Infirmari ergo se passus est pro-
pter nos, vt mortem vinceret nobis. Descendens enim
ad inferos, qui omnino peccatum nescīebat, & quasi pec
cator occisus, chirographū Adæ deleuit, vt de cætero
defuncti sub eius nomine, a morte nō tenerentur, sed ha
berent fiduciam eundi ad cælos. Propter infirmitatem
ergo nostrā occisus, reuixit virtute patris, vt discipulis
probaret quę docuerat esse vera exemplo in se ostenso.
» ¶ Et enim nos infirmamur in illo.) Hoc ad Apostolorū
personam pertinet, qui cum, id est Christū prædicātes,
infirmabantur dū iniuriis agebantur, claudebantur, cę-
debantur. ¶ Sed viuemus cum ipso ex virtute dei erga
vos.) Manifestū est quia si a perfidis infirmabantur, a-
pud credētes nō erat hæc infirmitas, sed profectus: quia
hinc potentiores fiunt fideles, dum infirmātur. Illata er
go mors a perfidis, vita est erga credētes. virtute enim
dei resurgunt, vt viuāt cū Christo. ¶ Vosmetipsos ten-
tate si estis in fide, ipsi vos probate.) Inuicem vt se fra-
tres discutiant, præcipit. Solicitiores fiunt enim si secū
inuicem conferāt. Tentationē ergo hanc probationem
uolunt intelligi, quia omnis probatio tentatio est, nō ta-
men omnis tentatio probatio. Si enim deus tentare di
citur, probatio est. Si autē diabolus tentare dicatur, ten
tatio est, quia euertere nititur. Et homo aliquando ten-
tat vt probet, aliquando vt capiat. ¶ Aut non cognosci-
tis vos quod Christus IESVS in vobis est, nisi repro
bi estis?) Hoc dicit quia si probare vos inuicē nescitis,
non cognoscitis quia IESVS Christus est in vobis. &
hoc est reprobum esse, nescire religionis vel professionis
suæ fidem. Qui enim fidei suæ sensum in corde habet,
hic scit Christum IESVM in se esse. ¶ Spero autē co-
gnituros vos quia non sumus reprobi.) Prouocat eos
ad scientiā fidei, & rectæ vitæ. Cum enim cœperint scī-
re apostoli sui certam autoritatem & meritū apud deū,
poterūt & circa se esse soliciti. ¶ Oro autem deū ne quic-
quam mali faciatis, nō vt nos probati appareamus, sed
vt vos quod bonum est faciatis, nos autē quasi reprobi
simus.) Eo affectu quo semper orat pro eis, vt a malis
temperēt. Non vt nos, inquit, probati appareamus, id L
est, nō vt in autoritate videamur vobis peccātibus, sed
vt vos quod bonū est faciatis: nos vero vt quasi reprobi
simus. Quid est hoc? Orat Apostolus vt reprobus sit?
Non sane, sed hoc orat, vt his bene agentibus, dum nō
auderent corripere, quasi humilientur, & humiliati ve-
lut reprobi appareant. Probati enim a deo videntur, dū
iudicāt peccatores autoritate concessa. Si ergo quos iu-
dicent non sunt, cessante in his autoritate quasi repro-
bi videtur. ¶ Non enim possumus aliquid aduersus ve-
ritatem, sed pro veritate.) Hoc dicit quia potestas non
est data contra veritatem, vt arguant bene viuentē, sed
pro veritate, vt vindicēt in eum qui inimicus est legis.
Ideoq; cessabit potestas, si quod bonū est fecerint. Vn-
de & ad Romanos ait, cap. duodecimo: Vis nō timere
potestatem? bonū fac, & habebis laudem ex illa. Cū er-
go non timet bonum operādo, euacuata est apud eum
potestas. Hoc est quasi reprobum esse, quia hoc in eo ces
sat, vnde pbatur potestas. ¶ Gaudemus autem cū nos
infirmamur, vos autem fortes estis.) Hoc est infirma-
ri, non exercere potestatem. Hos autē optat fortes esse,
vt bene agentes vitia vincant, & prohibeant a se vindi M
ctam aut correptionem. ¶ Hoc & oramus in vestrā con
summationem.) Petit orans vt in eo perficiātur ne pec-
cent, consummati in virtute bonę vitę, & incorrupta fi-
de. ¶ Idcirco hęc absens scribo, vt non presens durius a-
gam.) Apertū est, quia ideo absens cōmonet vt correc-
tiores illos inueniat, & non illic positus increpet cū pu-
dore, vt erubescat qui peccat, in cœtu fraterno. ¶ Secun-
dum potestatē quā dominus dedit mihi in ædificatio-
nem, & non in destructionē.) Hæc potestas est quā su-
perius optat esse ociosam his bene agētibus: si quo mi-
nus, exercere se in hac, vt ædificentur correpti, nō mor-
tificati peccatores. Non enim destruuntur qui arguun-
tur vt corrigātur, sed ædificātur ad vitam. ¶ De cætero
fratres gaudete, perfecti estote, consolationē percipite,
idē sapite, in pace agite, & deus pacis & dilectionis erit
vobiscum.) Gaudium hoc de emēdatione erit, vnde &
poterit prouenire perfectio. Sed ante erit consolatio, vt
spe futurorum deserant presentē oblectationem. Idem
ait sapite. hoc propter veterē discordiam, vt iam vnum
sentiant. In pace agite. si concordes fuerint, habebūt pa
cem. Et deus pacis & dilectionis erit, inquit, vobiscum.

A Deus pacis est Christus, qui dixit: Pacē meam do vo-
Ioan. 13. bis, pacē reliquo vobis. Ipse est & deus dilectionis, quia
iterum ait: Nouum mandatum do vobis, vt diligatis
inuicem. Et in hoc, inquit, cognoscent omnes quia di-
scipuli mei estis, si dilectionem qua dilexi vos, habueri-
tis inuicem. Alia tamen pax dei, alia mūdi est: quia &
maligni & spurii habent pacem, sed ad damnationem.
Christi enim pax libera est a peccatis. Perfidiā ergo fu-
git, dolum spernit, factis malis repugnat. Hæc deo pla-
cita est & amica, diabolo autem inimica. Hanc qui ha-
buerit, habebit & dilectionem, simul & deum corū ad
» tuitionē perpetuā. ¶ Salutate vos inuicē in osculo san-
» cto.) Hæc salutatio ecclesiastica est, quia oscula hæc nō
carnalia, sed spiritalia sunt, quæ complexu corporū ani-
» mos copulant non desiderio carnis, sed spiritus. ¶ Salu
» tant vos sancti omnes.) Prouocat eos ad sanctitatē, vt
& ipsi audeant reddere vicē sanctis in salutatione. Ideo
» enim a sanctis salutātur, vt illos imitētur. ¶ Gratia dñi
» nostri IESV Christi, & dilectio dei, & communicatio
spiritus sancti cum omnibus vobis.) Trinitatis hic com
plexio est, & vnitas potestatis, quę totius salutis pfectio
est. Dilectio enī dei misit nobis saluatorē IESVM,
cuius gratia saluati sumus, vt possideamus hāc gratiā
salutis, communicatio facit sancti spiritus. Hic enim di
B lectos a deo & saluatos gratia Christi tuetur, vt trium
perfectio consummatio sit hominis in salutem.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTO-LAM BEATI PAVLI AD GALATAS.

PRAEFATIO.

OMNIS credens in Christum, & obseruans
legem factorum, male intelligit Christū. Si-
cut & Symmachiani, q ex Pharisæis origi-
nē trahunt, qui seruata omni lege Christia-
nos se dicunt, more Fotini Christum non deum & ho-
minem, sed hominem tantūmodo definiētes. Si enim
deum intelligerent Christum, nihil de lege factorum
sperarent, id est, de neomeniis, sabbato, circumcisione,
& discretione escarum: quia qui deum & dominum le-
gis colit, supra legem est: nec potest iudicari a lege, qui
cum legislatore concordat. Denique non illorū causa lex
data est qui deum colebant, sed eorum qui male & cre-
debant & agebant ad contemptū creatoris. Vnde dicit
1. Tim. 1. ad Timotheum: Nec enim iusto lex posita est, sed iniu
stis & maleversantibus. Et Moyses sic inquit, Timē-
tes facietis filios Israel. Vnde & Galatæ, vel ii qui eos
C subuertebant, adhuc erroris nebula cōtectum cor habē-
tes, non cernunt sensum Psaiæ prophetæ inter cætera
Esa. 10. dicentis: Verbū enim cōsummans & breuians in æqui
tate: quia verbū breuiatum faciet dominus super terrā.
Si ergo hæc dicta intelligerent, a lege recederent, scien-
tes a prædicatione Ioannis Baptistæ legem iam cessa-
re, vt sola fides sufficiat ad salutem abbreuiata ex lege.
In lege enim & de deo patre, & de Christo filio eius, &
de spiritu sancto cōtinetur prædestinatum in tempore,
quod manifestatū est in prædicatione. Nā si figuculi
causa circumcidebantur filii Israel, vt exinde appareret
filii esse Abrahæ iuxta carnem, rite cessare debet circū-
cisio, quia signum habent credentes mortis euictæ, quo
dinoscuntur filii esse Abrahæ, sed secūdum fidē. Abra-
hæ enim promissus est qui veniēs vinceret mortē. De-
nique hunc expectabat Abrahā: quem in spiritu sentiens
Ioan. 8. natū, gauisus est, sciēs se in breui introduci in cęlos. Vn
dicit dñs ad Iudęos: Abrahā cupiuit videre diē meū, &
vidit, & gauisus est. Tēpore enī quo simul adhuc erant
filii Israel in eremo, anteq̄ vicini essent gentiū, non sunt D
circumcisi. Atubi autem cōmiscen habebāt gētib⁹, tūc
a Iesu Naue circūcisi sunt de petra, quæ significat Chri
stum: quia petra, inquit, erat Christus. vt designaretur
per Christum futurā circumcisionem cordis: sicut dixe- Deut. 10.
rat Moyses, & Hieremias, ppheta: Circūcidite vos deo, Hiere. 4.
& circumcidite præputium cordis vestri. vt amputata
caligine, remissione accepta peccatorum, digni fierēt vi
dere gloriā dei, quam sub lege positi videre nequiuerāt
causa peccati. Vt ergo & Christū deum signaret: & nō
se ab hoīe ea didicisse quæ docebat, assereret, ita incipit:

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS APOSTO- «
lus non ab hominib⁹, neq; per «
hominē, sed per IESVM «
Christum, & deum patrē, qui «
suscitauit eū a mortuis.) Apo «
stolum se non ab hominibus electum, & missum ad prædi
cādū testatur, sicut erant quidam, qui electi ab apostolis
mittebātur ad Ecclesias robo
rādas: neq; sicut alii, qui a Iudæis mittebātur ad distur-
bandas Ecclesias, quos pseudoapostolos vocat: sed a fi
lio dei missum se: quem i hac causa idcirco hominē ne-
gare videtur, quia præcepta quasi deus dedit, nō quasi
homo: & quem elegit, diuino iudicio elegit. Per quod E
idoneū & firmum se prædicatorē significat: quia mul-
to vtique melior est quem deus elegit, q̄ quem homo.
Neq; enim per hominē, sicut arbitrabantur de Christo
qui bos cogebant circumcidi, sed per IESVM Chri-
stū, id est, per eum qui deus & homo est. Quod statim
aperit, cum dicit: Et deum patrē, qui suscitauit eum a
mortuis. Hoc dicto duas hæreses damnauit, & Mani-
chæi, & Fotini: quia Manichęus Christū hominē ne-
gat, & nō negat crucifixum: & Fotinus Christū deum
esse nō concedit, & tamē ipsum se hoc est corpus suum
excitasse a mortuis negare non audet: vt Manichæus
cum crucifixum nō negat, stulte eum hominē nō fate-
ri videatur: & Fotinus impietate quadam deum nega
re, quē seipsum a mortuis excitasse fatetur. Legit enim
dixisse dñm: Soluite tēplum hoc, & ego tribus diebus Ioan. 2.
excitabo illud. Hoc autē dicebat de tēplo corporis sui.
Igitur ipse excitans se a mortuis, corpus suum signifi-
cat se a mortuis excitasse: & nihilomin⁹ tamen a patre
suo dicitur excitatus, propterea quod omnis virtus fi-
lii de patre est, vt gesta filii facta sint patris, ex quo sunt F
omnia. ¶ Et qui mecū sunt fratres, Ecclesiæ Galatiæ.) «
Postquā autoritatem suam cōmendauit, adhuc auget
ad causam, vt cæteros qui secum erāt, omnes commo-
tos aduersus eos ostēderet. Quānis sufficeret autoritas
eius, nec possit refutari, tamen vt grauet factūm illorū
quo a prima fide desiterant, multos secum accēsos ad
errorem illorum arguendū designat. Facile enim pote
rit quis intelligere errare se, si se a multis videat repre-
hēdi. ¶ Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & domi- «
no IESV Christo.) Vtriusq; beneficio tam patris q̄ «
filii genus hominū subleuatū ostēdit. Nec minorē filiū
significat, cum eū dominū nostrum vocat: neq; patrem
maiorē, quia eum deum nostrum appellat, quia nō erit
verus deus pater, nisi & dñs sit: neq; verus dominus fi-
lius, nisi & deus sit. Si ergo vna gratia patris & filii erga
nos est, quid est, inquit, vt de filio minus sentiētes, legē
illi equetis, vt partim Christo, partim legi seruiatis? cū Lucæ. 6.
legeritis dñm dicentem: Quia dñs est filius hominis,
etiā sabbati. vt per hoc videant quāta cōtumelia ab eis
dño irrogetur, quādo cōparāt dominū famulæ. ¶ Qui «
dedit seipsum pro peccatis nostris.) Aperte ostēdit ni- «
hil prodesse legē, quando Christum dicit obtulisse se vt

G pro nobis pateretur, vt nos iustificaret quos lex reos tenebat: vt eruti a lege per fidem Christi, iam non peccatores essemus, sed iustificati secunda natiuitate, filii dei appellati. Cum enim in conditione diaboli genus humanum teneretur, Saluator obtulit se volenti diabolo, vt illudēs eū potestate virtutis suæ, (accipere enī voluit quem detinere non potuit) auferret ei quę malo iure tenebat obnoxia. Expoliatis itaq; inferis, trophæum animarum pertulit ad patrem, ex quo sunt oīa. Quod lex vtiq; facere non potuit. quanquā enī profutura data sit, nobis tamen peccantibus conuersa est vt fieret inimica, & cœpit occidere, non viuificare. Christus autē donans delicta, non solum viuificauit nos, sed & sibi sociauit, vt filii dei vocemur facti per fidem. Quātus ergo error est post gratiā reuerti sub lege, hoc est accepta libertate velle seruire, vt crept⁹ gladio, immemor beneficii denuo se vendat lanistæ? Accusator est enim emptoris, qui relicto eo rursum ad priorem dominum redit. ¶ Vt liberaret nos de præsēti seculo maligno.) Hoc dicit quia ideo morti concessit se dominus, vt nos ab errore seculi liberaret, id est, vt ab intelligentia huius seculi, quod curriculis senescente ætate deuergit in finē, alieni facti, futuri seculi quod occasum nescit, participes simus in sensu vnius dei. Præsentis enim seculi hæc est malignitas, quia non reddit cōgruam reuerētiā creatori suo deo, & restauratori Christo, dum multos sibi deos cōfingit error H humanus, aut dum Christo a credētibus debita honorificentia non reseruatur. ¶ Secundum voluntatē dei & patris, cui gloria in secula seculorum. Amen.) Vt firmum sit & plenum autoritate quod dicit, quia Christ⁹ nos liberauit, addit quia istud fecerit cum patris voluntate. ¶ Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui vocauit vos in gratiam Christi, in aliud euangelium.) Euangelium bonum nūcium est, ac per hoc & lex vetus Euangelium est, accepta lege factorum. Sed hoc potius, in quo quod promissum est, solutū est, per quod peccatores ad indulgentiam conuocantur. Mirari ergo se dicit ideo, qa de optimo & maximo beneficio decidentes, mācipauerunt se legi factorum, vt perderent quod fuerant consecuti, vt de accepta libertate ruerent in seruitutem, cito euersi: cum mos sit vt paulatim aliquis de malo transeat ad bonum. Hi autem de bono facile traducti sunt ad opera carnis, quæ sunt grauia. Raro enim contingit vt quis de lætitia ad exitium confugiat: ac per hoc admiratur hebetudinem illorū, qui in securitate positi, labori se subiiciebāt inani. Tale est, si nauta insanus stans in portu, de tempestate securus laxet nauim in altum, vt perturbetur diuersis ꝓcellis. Ita I & hi per stultitiam subegerunt se, vt dolores paterētur pudoris defecti, & iugum seruitutis legis susciperēt, nulla huius rei spe prædicata. In aliud ergo Euangelium vocati fuerant, q̃ quod hi prædicabant qui eos subuerterant. Non tamen aliud ab eo quod apostoli nunciabant, quod hi pseudoapostoli aliud esse asserebāt ad inuidiam apostoli qui eos instruxerat. Et vt Galatas per hanc fallaciam circumuenirent, necesse erat vt Euangelium Apostoli aliud esse dicerent, q̃ quod ratio saluatoris docebat: hoc autem esse verum, quod ab eis cum legis veteris cōcordia prędicabatur. Hi sunt qui quęstiones fecerunt Paulo & Barnabæ de hac re, sicut continetur in Act. apostol. Isti enim docebant ex gentibus credentes, quia nisi circumciderētur more Moysi, & Iudaizarent, salui esse non possent. ¶ Nisi aliqui sunt qui conturbant vos, & volunt conuertere Euangelium Christi.) Apertū est, quia hoc agebant, vt conuerterent euāgelium Christi, immutantes traditiones, vt sub nomine Christi essent Iudæi. id est conuertere Euangelium Christi in legē. ¶ Sed et si nos aut angelus de cælo euāgelizet vobis præterquā quod euangelizauimus, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præterq̃ qđ accepistis, anathema sit.) Nemo miretur Apostolum, qui feritatem K morū māsuetabat, sic esse cōmotum. Pro Galatarum enim salute indignatur aduersus inimicos disciplinæ Christianæ. Indignatio enim hæc ostēdit non leue peccatum esse post acceptā fidē conuerti ad legē. Nā tam firmum atq; verum Euangeliū quod eis prædicauerat asserit, vt etiā seipsos, id est apostolos, si immutati forte aliter prædicarent, nō audiri doceret, quorum vtiq; fama qđ essent apostoli Christi, peragrauerat omnē locum. Aut si forte diabolus angelum dei se fingens, vt facile possit audiri, de cælis appareret contra hæc prædicans, sciretur esse cōtrarium, & abominatio haberetur. Si ergo apostolos Christi, quorum tam præclara opinio in signis & prodigiis erat faciendis, & angelum de cælo, quem possit spiritalis ratio cōmēdare, aliter docētes q̃ ab apostolo Paulo edocti erant, anathematizari præcepit: quanto magis quos nullum testimonium ad seducendum potest cōmendare? Ideo autem iterat cōtestationem, vt confirmet eos in prima traditione. Iterata enim lex solicitiores reddit negligētes. ¶ Modo enī hominibus satisfacio, aut deo?) Hoc est, nūquid hominibus satisfacio, suadendo vobis reuerti ad gratiam Christi, aut deo? Nō hominib⁹ vtiq;, sed deo: vt per satisfactionem reuertantur ad deum quē spreuerant. Deniq; statim subiecit: ¶ Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerē, seruus Christi nō essem.) L Significat igitur hos a quib⁹ fuerant euersi, non deo sed hominibus placere in Galatarum subuersione, sicut & semetipsum iam dudum, quādo ecclesiam vt patrū traditionem vīdicaret, persequebatur. Vt enim a Iudæis laudari possent, secundū voluntatem illorum legē seruandā dicebant: ne si verum Euangeliū Christi prædicarent, inimicos eos facerent. Hic autē apostolus Paulus qui omni deuotione deo placeri docebat, non timebat homines offendere, dummodo dei gloriam cōmēdaret. Omnia enim præsentia postponens, futuris se cōmēdabat spebus, vt Christi idoneus seruus. Idonei autem serui esse non possunt, qui sub nomine domini propriis lucris student. Sed forte cōtra aliquis dicat. Ergo qui legem prædicabant quam deus dicitur dedisse, hominibus seruiebant. Quō ergo idonea lex esse dicitur cuius prædicatio secundū hoīm volūtates narratur tēperata? Ante aduentum domini lex iuxta dei voluntatem prædicabatur. Tēpus enim ei debebatur vt seruaretur. At ubi autem venit dominus promissus in lege, cessare oportuit legem, iuxta prædictā sententiam prophetarum. Vnde dicit dominus: Lex & prophetæ Lucæ.16. vsq; ad Ioannem. Nec enim dignum erat vt præsente M domino legis autoritas seruaretur. Ideoq; si quis decætero legem seruandam putat, iam nō domini voluntati obtēperat, sed repugnat. Similib⁹ enī suis satisfacit. ¶ Notum enim vobis facio fratres, euāgeliū quod prædicatū est a me, quia non secundum hominē est. Neq; enim ego ab homīe accepi illud aut didici, sed per reuelationem IESV Christi.) Nunc principia epistolę aperit. Ipsum enim sensum vult manistare, quia non ea quæ docebat, ab homine didicerat, vt forte dubitaretur de iis quæ docebat. Neq; secūdū humanum iudicium aptata erat eius prædicatio, vt indigna diuina autoritāte videretur: sed a dei filio dicit se didicisse per reuelationem, cum iam post resurrectionē esset in cælis, sicut supra memorauit, & ea quæ didicit, conuenire voluntati maiestatiq; eius a quo se didicisse testat̃. Spiritalia enī sunt quæ seruata meritū collocāt apud deum. Illa enim carnalia sunt quę tēpore suo seruata, nec meritū nec imeritū præstiterunt apud deum. Nō seruata obfuerūt, quia & qui nō fecerat legē, sub maledicto erat: & qui fecerat, nō iustificabatur apud deum, quia iustus ex fide Abac.2. viuit. Illa enim vt oneri essent, seruanda mandata sunt, nō dignitati. ¶ Audistis enim cōuersationem meā aliquādo in Iudaismo, qa supra modū persequebar eccle-

A siam dei, & expugnabam eam. & proficiebam in Iudaismo super multos coætaneos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.) Propositum suum quo prius iuxta carnem vigebat repugnans ecclesiæ, breuiter memorat: sed vt famulus Christi esset, hoc se reliquisse. Magis enim se deuotum, q̃ illos in vindicāda lege fuisse designat, nō tamen propter hominū fauorem, sed hoc putans vtile apud deum. Per ignorātiā enim, cūm humanitati placeret, deo se seruire putabat, liberā habens conscientiā. Nesciebat enim iam tempus asserendæ legis non esse, doctrinam secutus patrum, videns aut in errore aut in maleuolentia cōstitutorum, omni industria & feruore mentis id agebat, vt cæteris coæqualibus sibi æmulatione legis præstātior videretur, sic insaniens cōtra disciplinam Christi, vt nulli hominum parceret fidei fœdera assecuto. Sed cum dei reuelatione laborē hūc inanem esse didicisset, & magis contrariū, destitisse ab eo, & se fidei gratiæ subdidisse, vt profectus ei esset apud deū. Si ergo hic qui Israelita est, & qui dignitate doctoris fultus erat apud Iudæos, eruditus a Gamaliele viro prudētissimo, locum habēs cum optimis vita hominibus, reliquit legem, quanto magis ii qui extra legem erant, legi se subiicere non debuerant? Et si hic gaudet exisse se de sub iugo seruitutis, quid est vt hi libertatem suam obligauerint vinculis legis? ¶ Cum autē placuit ei qui me segregauit de vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suā, reuelare filium suum in me, vt euāgelizarem eum gētib⁹, cōtinuo non acquieui carni & sanguini.) Cum in lege haberet fiduciā, inscius iam tem- B pus legis seruandæ non esse, & omni auiditate contenderet putās dei se voluntate hoc agere vt resisteret euāgelio Christi, videns deus æmulationem eius bonam, sed scientiam ei deesse, placuit ei vocare illum ad gratiā suam, sciens iam idoneum hunc esse ad prædicandum euangelium filii eius gentibus: quia si in re minima tā velox & fidus erat audacia conscientiæ, non adulatione cuiusquam: quāto magis in prædicando dono dei futurus esset constantior spe promissi præmii? Præscientia ergo dei segregatus est de vtero matris suæ, id est, antequam nasceretur: vel statim natum scit deus futurū ho- Hiere.1. minem bonum, sicut dicit ad Hieremiā ꝓphetā: Prius q̃ te formarem in vtero, noui te, &c̃. Ita & apostolum Paulum, sciēs quid esset futurus, præuenit eum, vt antequam conuerteretur vocaret eum, quia erat necessarius. Deniq; statim suscepit dispensationem doni dei o- C mni postposita cura carnali. Nec enim consilium cuiusquam petiit, aut ad aliquem retulit quid esset facturus, sed protin⁹ prædicauit Christum quia hic est filius dei. Nam sicut futuri mali frequenter ante sunt boni, ita & solent futuri boni esse mali. ¶ Neq; veni Hierosolymā ad præcessores meos apostolos, sed abii in Arabiā, & iterum regressus sum Damascum.) Nō fuisse dicit necessitatem electum se a deo pergēdi ad præcessores suos apostolos, vt aliquid forte disceret ab eis, quia deus ei reuelauit per filium suum quomodo doceret. Hoc ideo loquitur, vt ostendat non aliud tenendū esse q̃ quod docet, nec hominibus credi, sed deo, a quo se didicisse testatur, ac per hoc eos qui illos in legem induxerant, esse doctores falsos, quia nō a deo traditū erat quod docebant. A Damasco ergo in Arabiam profectus est ad prædicādum, vbi nullus erat apostolorum, vt ipse illic fundaret Ecclesias, ne surrepentibus pseudoapostolis Iudaismus seminaretur. Et inde iterum regressus est Damascum, vt visitaret quibus rudis prædicauerat Euangelium gratiæ dei. ¶ Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum dieb⁹ quindecim.) Dignum fuit vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter apostolos, cui delegauerat saluator curam ecclesiarū: non vtiq; vt aliquid ab eo disceret, qui iam ab autore didicerat, a quo & ipse Petrus fuerat instructus, sed propter affectum apostolat⁹, & vt sci- D ret Petrus hanc illi datam licentiam quam & ipse acceperat. Veniens ergo ad eum, hospitio receptus est, & apud eum mansit diebus quindecim, quasi vnanimus coapostolus. Hæc ideo manifestat, vt ostendat concordiam se cum apostolis habuisse, nec in aliquo dissensisse, sicut susurrabāt deo pseudoapostoli, vt eum apud ecclesias gentium deformarent, & sua mala simplicioribus insererent, dicentes ea cōuenire cū doctrina apostolorum maiorum. ¶ Aliū autē apostolorū vidi neminē, nisi Iacobum fratrē domini.) Iacobū vidit Hierosolymæ, quia illic erat constitutus ab apostolis episcopus, qui & ipse prius fuerat incredulus, sicut dicit Euangelista: Quia nec fratres eius, inquit, adhuc credebāt in eū. Ioan.7. Hic Iacob⁹ filius fuit Ioseph, qui ideo frater domini appellatus est, quia & Ioseph pater eius, etiam domini pater nūcupatus est. Sic enim dicit Maria ad IESVM in Lucæ Euāgelio: Quid fecisti nobis fili? Etenim & Lucæ.2. ego & pater tuus mœsti & tristes quærebamus te. Et in Euāgelio Ioānis dicit Philipp⁹ ad Nathanael: Quē Ioan.1. scripsit Moyses in lege & prophetæ, inuenimus IESVM a Nazareth, filiū Ioseph. Hoc ergo modo dictus est dominus frater Iacobi & cęterorū, quo & filius nuncupabatur Ioseph. Quidā enī ducti insania hos veros domini fratres de Maria natos impia assertiōe cōtendunt, cum Ioseph nō verum eius patrem dicant appellatū. Si enim hi veri erant fratres eius, & Ioseph erit E verus pater: quia qui dixit patrem eius Ioseph, idem dixit & fratres eius Iacobum & cæteros. ¶ Quæ autem scribo vobis, ecce coram deo quia non mētior.) Quod ad cōmēdationem eius pertinet locuturus, testem deū dat, quia ita se habent quæ dicturus est: ne forte videretur compositum, cum personæ eius nō conueniat aliqđ fingere. sed cum se cōmendat, hos vult proficere. Commendatio enī hæc istis proficit, vt sciant ea quæ ab hoc dicūtur, esse verissima. ¶ Deinde veni in regionem Syriæ & Ciliciæ. eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ. solūmodo audiebāt quia qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam aliquādo expugnabat. & ī me magnificabāt deum.) Hoc dicit quia cū Iudaismum defenderat cōtra fidem, sicut & hi, a quibus fuerant Galatæ euersi: a deo electus est & doctus dissimulare a Iudaismo, & nouam legem prædicare, ita vt gauderent in eo ex Iudæis credentes quos pridem persequebatur, deo agentes gratias, qui de persecutore fecit defensorem: vt proinde scirent Galatæ circumuentos se, vt sub nomine Christi Iudæos se profiterētur, circū- F cidentes carnem præputii sui, cum Christi lex aliud imperet q̃ Iudaismus. Illic enim circuncisio carnis est, hic cordis. Illic sub elementis seruitur neomeniis & sabbato, hic soli deo ī spiritu, quia corde creditur. Illic cōditio est causa peccati, hic libertas ex remissione peccatorū. Multa itaq; distantia est.

CAPVT SECVNDVM.

DEINDE post annos quatuordecim iterū ascēdi Hierosolymā cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secūdum reuelationem, & exposui illis euangelium quod prædico gentibus, secreto autem iis qui sibi aliquid videbantur, ne forte inuacuum currerem, aut cucurrissem.) Quoniam multo tempore fama eius crebrescebat apud oēs Iudæos, facie autē non videbatur: perambulabat enim fundare & roborare Ecclesias solita constantia inter gentes: A Iudæis autem causa legis mala illi fiebat opinio, quasi discordaret a prædicatione cæterorum apostolorum: & hinc fiebat multis scrupulus, ita vt gentes possent perturbari, ne in aliud inducerentur ab eo quàm tradebant apostoli qui cum domino fuerant: Nam ipsa occasione subuersi sunt Galatæ

G a Iudæis dicentibus quia aliud tradebat Paulus q̃ Petrus. Hinc factum est vt admonitus reuelatione domini ascenderet Hierosolymam cum testibus prędicationis suæ, id est Barnaba, & Tito, vno ex Iudæo, & altero ex gentili: vt si quod de eo haberent scandalum, horum testimonio tolleretur: adaperiens illis sensum prædicationis suæ. Cum apostolis vero secreto contulit, vt scirent non illum discordare a regula Euãgelica, hoc est, ne putarent illum inuacuũ currere aut cucurrisse, sicut æstimabant aliquãti ex Iudæis credentibus. Nec enim aliquid ab eis discere poterat, qui a deo fuerat instructus: sed propter cõcordiam & pacem dei nutu factum est, vt tolleretur scrupulus aut suspicio fratribus aut coapostolis eius, & vt gẽtib⁹ proficeret, cognoscentibus quia concordabat Euangeliũ eius cum apostolis. Pręterea cum legẽ didicissent, non molestari eos qui ex gentibus credebant, sed vt ab his tantũ obseruarẽt, id est, a sanguine & fornicatione & idololatria. Nũc dicant Sophistæ Græcorum, qui sibi peritiam vẽdicãt, naturaliter subtilitate ingenii se vigere, quæ tradita fuit gentibus obseruanda? quę ignorabant, an quæ sciebãt? Sed quomodo fieri potest vt aliquis ea discat quæ nouit? Ergo hæc illicita esse ostensa sunt gentibus quę putabant licere, ac per hoc non vtiq; ab homicidio prohibiti sunt cum iubentur a sanguine obseruare, sed hoc acceperunt quod Noe a deo didicerat, vt obseruarent a sanguine edendo cum carne. Nã quomodo fieri poterat vt
H Romanis legib⁹ imbuti, quorum tãta autoritas in seruandis mandatis est, nescirent homicidium non esse faciendum: quippe cum adulteros & homicidas & falsos testes & fures & maleficos & cæterorũ malorũ admissores puniãt leges Romanæ? Deniq; tria hæc mãdata ab apostolis & seniorib⁹ data reperiũtur quę ignorant leges Romanæ, id est, vt obseruent se ab idololatria, & sanguine, sicut Noe, & fornicatione. Quæ Sophistæ Græcorũ nõ intelligentes, scientes tamen a sanguine abstinendum, adulterarũt scripturam, quartum mandatum addentes, & a suffocato obseruãdum. quod puto, nunc dei nutu intellecturi sunt, quia iam supra dictum erat quod addiderunt. ¶ Sed neq; Titus qui mecũ
» erat.) Hoc est, illo ipso tempore quo fui Hierosolymis,
» inquit, Titus qui mecum erat. ¶ Compulsus non est cir
» cuncidi.) Cũ vtriq; inter apostolos, & eos qui ex Iudæis
crediderant, essemus, nemo eum de his, id est, Titũ cõpulit circuncidi. Et subintelligitur, quid est vt vos circũ
I cidamini, cum Titus ab apostolis qui videbantur aliquid esse, non est compulsus circũcidi, sed susceptus est
» incircumcisus? ¶ Propter autem subintroductos fratres
» falsos, qui subintrauerunt explorare libertatem nostrã
» quam habemus in Christo IESV, vt nos in seruitutẽ
» subiicerent, ad horam cessimus subiectioni, vt veritas
» euãgelii permaneat apud vos.) Titum, quia Græcus erat, sicut Galatæ, negat circũcisum. Quo dicto hos arguit, qui paterẽtur se circũcidi, cũ essent Græci. Sed ne forte opponeretur ei quia ipse circũcideret Timotheũ, nunc causas exponit cur fecerit quod faciendum negabat, dicens: Propter subintroductos autẽ falsos fratres, qui subintrauerunt explorare libertatem nostram quã habemus in Christo IESV, vt nos in seruitutẽ subiicerent, ad horam cessimus subiectioni, vt veritas euangelii apud vos permaneat. Græci ecõtra dicũt, Nec ad horam cessimus. & hoc aiunt cõuenire causæ: quia qui fieri prohibebat, non oportebat, inquiunt, dicere se fecisse, ne probaret esse faciendum. Sed Apostolus vir diuinus sciens posse hoc opponi, ipse illud proponit, vt præueniat calumniosos: & reddit causas quibus compulsus est facere quod nolebat. Propter subintroductos autem, inquit, falsos fratres. Subintroductos dicit, quia cũ dolo introierunt ostendentes se fratres, cum essent inimici. Qui subintrauerunt, hoc est, cum humilitate intrauerunt fingentes amicitiam. Explorare libertatem
k nostram quam habemus in Christo IESV, vt nos in seruitutem subiicerẽt. Explorare est ficintrare, vt aliud fugat, & aliud quęrat. Quo possent accusare libertatẽ nostram quam habemus in Christo IESV. Libertas in Christo IESV hæc est, nõ subiici legi. Vt nos in seruitutem subiicerẽt, hoc est, ad hoc intrauerunt cũ dolo & fallacia, vt nostram libertatem seruituti subiicerent, cogentes nos subiici legi circumcisionis. Ad horã cessimus subiectionĩ, hoc est, ad horam nos subiecimus seruituti, humiliantes nos legi, vt circũciso Timotheo cessaret dolus & scandalũ Iudęorum. Parati enim erãt, sicut datur intelligi, commouere illi tumultum & seditionem. Fuit enim causa quomodo haberent aditũ calumniæ faciendæ. Timotheus enim erat matre quidẽ Iudæa, patre autem Græco. vnde factum est vt secundum legem circumcisus infans nõ esset. Volens autem Apostolus eum assumere vt ordinaret illum episcopũ, sicut fecit: quia testimonium ei, inquit, bonum perhibebant omnes loci illius: insidias passus est Iudæorum. Explorabant enim si filium Iudææ incircumcisum susciperet, parantes seditionem: quia si de Græcis contradicebat non esse circũcidẽdos, sicut & epistola ab apostolis de hac re fuerat data, vel filios Israel circuncidi nõ vetaret: quia nihil de his in epistola eadem significauerãt
L apostoli: ex cuius autoritate plus fæuiebant dextras Iudæi, quia nõ prohibebat Iudæos filios suos circuncidere ipsa epistola. Tunc, inquit, accipiens eum circuncidit propter Iudæos qui erant in locis illis. De gentib⁹ autem scandalum non habebãt, vnde Titus non est cõpulsus circũcidi. Ad horam ergo cessit, vt veritas euãgelii permaneat apud gentes, cum non subiiciunt se circuncisioni. Apud Iudæos autem nõ erat veritas euangelii, quia credentes circuncidebãt filios suos. In Christo enim IESV neq; præputium, neq; circuncisio aliquid valet, sed fides per dilectionem operans. Nam nõ solum historia, sed & literæ hoc indicant, quia cessit. Nam supra dicit Titum, cum esset Græcus, nõ esse cõpulsum circuncidi, & subiicit dicens: Propter subintroductos autẽ falsos fratres. Quid iã sonat, nisi quia cessit ad horã, propter subintroductos autem falsos fratres? Si quo minus, quomodo verba aut sensus se sequerentur? Titum certe negat compulsum circuncidi: propter subintroductos autem falsos fratres quid sonat, nisi quia cessit? Si autem ppter subintroductos falsos fratres nõ
M cessit, non voluntate non cessit. Nam cessurum se significauit si hoc est, sed propter subintroductos falsos fratres non cessit. Si ergo cedendum non fuit, quare falsi fratres dicuntur, quorum beneficio non fecit quod faciendum non erat? Itaq; si hoc est, beneficium præstiterunt Apostolo, quia horum causa non cessit quod cedere habebat. Curigitur exploratores dicti sunt, si hoc illum facere nolebant quod facturus erat, sed ppter istos non fecit? Si autem nõ erat facturus, sine dubio propter istos fecit. aliud enim non est. Literæ enim hoc indicãt quia cessit, & historia factum exclamat. Quomodo enĩ ad horam negaret se cessisse, cũ probaretur propter Iudæos Timotheum circũcidisse, quod est ad horam cessisse, & secundum legem purificatum in templum ascẽdisse? Ille enim posset dicere nec ad horã se cessisse, qui nunquã inueniretur cessisse. Aut enim cessurus, ppter fratres falsos non cessit, aut nõ cessurus propter fratres falsos cessit. Vnum ergo de duobus accipite. Falsi fratres tamen dicuntur, qui credentes iudaizabant. ¶ Ab « bis autem qui existimantur aliquid esse, quales aliquã- « do fuerant, nihil mea interest. Deus personã hois nõ ac « cipit.) Hoc significat, quia apostoli prius simplices ho- « mines erant & imperiti, nullius dignitatis in lege: sed hoc non obesse. Quis enĩ accuset eũ quẽ deus excusat? Quia non quæritur quis quid fuerit, sed quid sit. Præterita enim nec cõdẽnant, nec vẽdicant. Sed tamẽ vult intelligi quia & perit⁹ fuit ĩ lege, & clarus ĩ vita: ac per

A hoc & in dispensatione euangelii præcipuus minister.
» ¶ Mihi enim, qui existimantur aliquid esse, nihil cõtu-
» lerunt.) Nihil dicit se ab apostolis cõsecutum, sed a deo: quia qui imperitis sensum tribuit disciplinæ christianæ, ipse & mihi, inquit, cum essem legis peritus, dignatus est impartiri sensũ rationis huiusmodi. Quomodo ergo fieri poterat vt hic ab his disceret, quem peritũ in-
» ueniens, peritiorem fecit gratia Christi? ¶ Sed econtra
» cum vidissent quia creditum est mihi Euangeliũ præ-
» putii, sicut Petro circumcisionis. Qui enim operat⁹ est
» Petro in apostolatu circũcisionis, operatus est & in me
» ad gentes.) Petrum solum nominat, & sibi comparat, quia primatum ipse accepit ad fundandã Ecclesiam: se quoq; pari modo electum, vt primatum habeat in fundandis gentium Ecclesiis: ita tamen, vt & Petrus gentibus prædicaret, si causa fuisset, & Paulus Iudæis. Nã vterq; inuenitur vtrũq; fecisse: sed tamẽ plena autoritas Petro in Iudaismi prædicatione data dinoscit⁹, & Pauli perfecta autoritas in prædicatione gentiũ inuenitur. Vnde & magistrum se gẽtium vocat in fide & veritate. Vnusquisq; enim pro viribus suis & dispensationẽ fortitus est. Difficilius enĩ fuit eos qui longe a deo erãt, ad fidem suam attrahere, & suadere, quàm proximos.
» ¶ Et sciẽtes gratiã dei, quę data est mihi, Petrus & Ia-
» cobus & Ioannes, qui videbantur colũnæ esse, dextras
» dederunt mihi & Barnabæ societatis, vt nos ad gẽtes,
» ipsi vero in circumcisionem, tantum vt inopiis memo-
» res essemus pauperũ: quod & solicite curaui hocipsum
» facere.) Ab apostolis qui clariores inter cæteros erant, quos & firmitatis causa columnas apellat, quiq; cũ do-
B mino semper in secretis fuerãt, gloriã eius digni in mõte respicere, ab his itaq; probatum dicit donum quod accepit a deo, vt dignus esset habere primatum in prædicatione gẽtium, sicut & habebat Petrus in prædicatione circũcisionis. Et sicut dat Petro socios viros egregios inter apostolos, ita & sibi iungit Barnabã, qui diuino iudicio ei adiũctus est: gratiam tamen primatus sibi soli vendicat concessam a deo, sicut & soli Petro cõcessa est inter apostolos, ita vt apostoli circũcisionis dexteras porrigerent apostolis gẽtium, ad cõcordiam societatis demonstrandã, vt vtriq; sciẽtes perfectionis spiritum in dispẽsatione Euangelii se a domino consecutos, in nullo se inuicem egere ostenderẽt. Hoc solum tamen inter se conuenisse, vt quod nõ ex præcepto vel domino domini fuerant instructi, quia facile erat hoc ex lege cognoscere, hos quibus prædicabant, pauperũ memores esse iuberent, vt misericordiam, per quã a deo redẽpti sunt, colerent. Idcirco igitur hæc quæ inter se & apo-
C stolos facta sunt, manifestat, vt sciant Galatæ quia qd
» ab eo acceperant, hoc verum est & probatũ. ¶ Cum au-
» tem venisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti,
» quia reprehẽsus erat.) Post cõcordiam societatis, & honorificentiam primatus, quam sibi inuicem per gratiã dei detulerunt, nunc interueniente causa negligẽtię vel erroris, dissidere inter se videntur apostoli, non in propria causa, sed in solicitudine ecclesiæ. In faciem, inquit, illi restiti. Quid est hoc, nisi in præsenti ei cõtradixi? Et qua causa, subiunxit dicens: Quia reprehẽsus erat. Reprehensus vtiq; ab euangelica veritate, cui hoc factum aduersabatur. Nã quis corũ auderet Petro primo apostolo, cui claues regni cælorum dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciens se nõ imparem, cõstanter improbaret quod ille sine cõsilio fe-
» cerat? ¶ Prius enim q̃ venissent quidam a Iacobo, cum
» gentibus edẽbat. Cum autẽ venissent, subtrahebat &
» segregabat se, timens eos qui erant ex circumcisione. Et
» simulauerũt cũ illo & cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas
» consentiret simulationi eorum.) Hi omnes Iudæi, qui consenserunt simulationi Petri & Barnabæ, bonæ fidei fuerunt, sed propter scandalum illorum qui veniebant ab Iacobo, erant enim æmulatores legis, qui & le-
D gem & Christum æquo iure venerarentur, quod cõtra fidei disciplinam est, præsentibus eis non commiscebãtur gentibus. Timebant enim impetum audaciæ eorum, qui æmulabantur legem. Quod si solum fuisset, non erat reprehensibile: sed in quo erratum est, in subiectis ostendit. Nam & ipse vtiq; cessit animositati & audaciæ Iudæorum, timẽs ne per hoc quod facile est, furreperet scandalum quod difficile sedaretur: quia & secundum legem purificauit se coactus, & Timotheum circumcidit inuitus. ¶ Sed cum vidissem quia nõ recta via « incedunt ad veritatem Euangelii, dixi Petro coram o- « mnibus.) Ideo in solũ Petrum inuehitur, vt in eo qui « primus est, discerent cæteri. ¶ Si tu cum sis Iudæus, gẽ- « tiliter viuis, quomodo gentes cogis Iudaizare?) Nũc « aperit causam reprehensionis. Non enim aliquid fuisset erroris, si prę sentib⁹ Iudæis dissimulasset a gẽtilib⁹, timens scandalum. Sed hic tota causa reprehensionis est, quia aduenientibus Iudæis ab Iacobo, nõ solum segregabat se ab eis cum quibus gentiliter vixerat, sed & cõpellebat eos iudaizare, causa timoris illorũ: vt quid horum verum esset, ignorarent gentiles. Sciebãt enim ipsum secum non quasi Iudæum vixisse. Post autem audientes ab eo quia Iudæorum instar sequẽdum erat, hæsitabant vtiq; quid esset verum. Si enim hoc verum erat vt Iudaizarent: ipsum præuaricatorem tenebant, quia gentiliter vixerat. Si autem illud melius erat, & verum, vt simpliciter viuerent: euersio erat gentilium per eius ignauiam, quibus adempto bono res laboriosa & inefficax tradebatur. Apostolus autem Paulus quãdo ad horam cessit, non hoc & firafit, sed rem se su-
E perfluam & inanem facere clamitabat propter furorẽ Iudæorum. Cui quidem rei non succubuisset, nisi causa interfuisset, qua audacia Iudęorum plurimum se iactaret. Erat autem Timotheus filius mulieris Iudææ, patre autem Græco. Vnde factum est vt infans secundum legem minime circunciderẽtur. Infidiabantur ergo explorãtes si eum qui Iudæus natura erat, incircumcisum assumeret: quod illicitũ putabant genteri Iudæorum: occasionẽ quærẽtes qua eum euerforem tenerent legis. hac causa ad horam cessit furori eorum. ¶ Nos na « tura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes au « tem quia nõ iustificatur homo ex operib⁹ legis nisi per « fidẽ IESV Christi: & nos in Christũ IESVM cre- « dimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operi- « bus legis.) Manifesta ratione circumuẽtos eos ostẽdit « vt seruarent legem, in qua nemo iustificatur apud deũ: quippe cum hi ipsi qui natura Iudæi sunt, volentes iu- F
stificari relicta lege, confugiant ad fidẽ Christi. ¶ Quo- « niam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.) « Nullum hominem iustificatum dicit ex operib⁹ legis. Quicunq; enim iusti sunt, ex fide iustificati sunt: sicut Abrahã, & Isaac, & Iacob, & cæteri sancti. ¶ Si autem « quærẽtes iustificari in Christo, inuenimur & ipsi pecca- « tores: ergo Christus peccati minister est? Absit. Q uõ « Christus peccati minister potest esse, qui donat pecca-
ta? Ideo absit, inquit. Sed si iustificari volentes per fidẽ Christi, legi seruimus, sub peccato nos esse profitemur: quia fides extrahit hominem a lege, vt iustus sit. Ergo si damus nos legi, peccatores inuenimur: quia qui sub lege sunt, sub maledicto sunt. ¶ Si enĩ quæ de- « struxi, hæc iterum reædifico, præuaricatorẽ me consti- « tuo.) Absolutũ est. qui enĩ accedẽs ad Christũ, reliquit « legẽ, de seruo fit liber. Q d̃ si iterũ redeat ad legẽ, ipse sui accusator existit, qa factũ situ cõdẽnat. ¶ Ego enĩ per « legẽ legi mortuus sũ, vt deo viuã.) Hoc dicit qa p legẽ « fidei mortuus est legi Moysi. Moriẽ enĩ legi, qui liberatur ab ea: & viuit deo, cuius fit seruus emptus a Christo. ¶ Christo enĩ cõfixus sum cruci.) Hic cõfigitur cruci « Christi, qui æmul⁹ vestigiorũ eius nulla mũdi cõcupiscẽtia capiẽ, vt deo viuẽs, mũdo mortuus videaẽ. Q ui enĩ nõ agit q̃ mũdi sunt vel erroris, mortuus est mũdo,

G » ¶Viuo autē iā nō ego,sed viuit qui in me est Christ⁹.) Non est ambiguum,in eo qui per fidē liberatur a morte,Christū viuere. Morte enim digno dum donat peccata,ipse viuit in loco eius:ipsius enim præsidio crept⁹ » est morti.¶Quod vero nunc viuo in carne,in fide viuo » filii dei,qui dilexit me,& tradidit se pro me. Non sum » ingratus gratiæ dei.) Quoniam futura vita promissa est Christi iamis,ideo qui nūc in hac vita auxilio dei munitus viuit,in fide vitæ promissæ viuit. Hic enim imaginem eius cōtemplatur,quasi pignus habens vitæ futuræ,quæ per dei nutum Christi amore nobis quæsita est. Hi ergo non est ingratus Christo, qui in fide eius perdurat,sciēs nullius se habere beneficium,nisi huius: & ad contumeliā eius proficere, si alterum ei cōparat, » cuius auxilium habere nō potuit. ¶Si enim per legem » iustitia,ergo Christus gratis mortuus est.) Nihil tam apertum, quia si per legem potuisset homo iustificari, Christum non oportuerat mori. Sed quia lex dare remissionem peccatorum non poterat,neq; secundū mortem detriumphās expoliare captiuis quos tenebat causa peccati,idcirco Christus mortuus est,vt ea præstaret quæ lex non poterat:ac per hoc nō gratis mortuus est. Mors enim eius iustificatio peccatorum est.

CAPVT TERTIVM.

» INSENSATI Galatæ,quis vos fascina-
» uit?)Itascentis cū miraculo verba sunt, quia sic fuerant depranati,vt nec se agnoscerēt circumuentos. Procemio vsus est.Omnis enim qui fascinatur,de bono trāsit in malum:sicut & hi de li-
H bertate & securitate ad seruitium & solicitudinem trās-
» » ierunt.¶Ante quorum oculos Christus IESVS pro-
» scriptus est, & in vobis crucifixus est.) Manifestū est quia stultorū oculis Christ⁹ pscript⁹ videt̄,id est expoliat⁹ vel cōdēnat⁹. Prudētiū vero oculis & sensibus non solū non cōdēnatus,sed ipse mortem cruce sua damnasse videtur. Passio enī domini vita nostra est, & destructio mortis. Sed quia hi indigne cœperant sentire trāslatiad legem, idcirco mentibus eorum Christum condemnatum videri cōqueritur. Ideoq; subiecit: In vobis crucifixus est,hoc est, sesu vestro crucifixus est quasi homo. In quo enim spes plena nō est,homo est. Ideo hi nō putabant plenam salutem esse in Christo, quia legem illi æquabant. In his vero qui congrue intelligūt Christum,viuit in eis Christ⁹. In Fotino crucifixus est. Hic enim vere mortuus est,in quo Christus dicitur crucifixus,quia istud loco accusationis obiicitur. ¶Hoc solum volo discere a vobis,ex operibus legis spiritum accepistis,an ex auditu fidei? Sic sine intellectu estis? Adhuc
I cum stomacho loquitur. Dolet enim valde super errore eorum,quia fabricam suam,qua eos per Euangeliū ędificauerat,videbat esse destructā. Nō sic de Corithiis motus est,quia quamuis carnales eos appellet, non tamen vsq; adeo fuerant mente capti,vt circumcidi se patentur. Ideo & hi stulti & sine intellectu esse dicūtur, qa nec dolori carnis suæ consulere valuerunt. Vsq; ad hoc enim solet quis induci, quod delectat,aut dolorem non præstat. Interrogantis ergo verba sunt,& quod interrogat,ex parte confirmantis,cum dicit:Hoc solū volo discere a vobis,ex operibus legis spiritū accepistis, an ex auditu fidei? Hoc ab eis quærit, in quo & gloriabātur, & negare nō poterāt, quia spiritum sanctum per fidem acceperant,nō per legē,vt resipiscētes agnoscerent quia donum dei,in quo gloriabantur,non ex opere legis acceperant,sed credētes in Christū,vt vel sic gratis Christo legem quam sibi in nullo prodesse didicerant,relinquerent. Hoc proponit,quod illo in tempore negari nō poterat, spiritum dei inesse credētibus. Ad rudimenta enim fidei commendanda, donum dei hoc manifestabatur hominib⁹, sicut inter ipsa initia factum est in apostolis,& cæteris discipulis,necnon & in illis duodecim, k quos quia in adulterino baptismate sub nomine baptismi Ioannis fuerāt non tincti,sed fordidati,Paul⁹ Apostolus in trinitatis nomine baptizari præcepit, quibus impositis manibus decidit in eos spiritus sanctus,& diuersarum linguarū ministrabat eloquia cum interpretatione earum,vt nullus auderet negare spiritum sanctum inesse eis. Quamobrem sine intellectu Galatas esse appellat,qui huius rei ignari, & consciī degradantes se,carnis curæ se subiecerunt. ¶Incipientes spiritu, « nunc carne consummamini?) Hoc dicit, quia cum ab « inferioribus ad summa fidei ascensus sit, hi cōtra de summis in ima delapsi sunt. Per fidem enim spirituales effecti,conuersi ad legem,perdiderāt gratiā spiritus, quam fuerant consecuti. Cōsummatio enim perditionem significat,id est finem.¶Tanta passi estis sine causa, si ta « men sine causa?) Multa eos passos pro fide significat « ab infidelibus. Tunc enim qui credebant, cæteris opprobrio erant,siue domesticis,siue extraneis. Nam digito signabantur quasi rei maiestatis. Vnde similiter Galatæ multa passi sunt insaniores experti:cuius rei meritum perdiderant mittentes se sub lege. Sed quia adiecit,Si tamen sine causa,ostendit sperare se posse reformari illos.¶Qui ergo præbet vobis spiritum,& ope « ratur virtutes in vobis,ex operibus legis, an ex auditu « fidei?)Idem sensus est, cui adduntur virtutis insignia, « quæ testimonium præbent fidei,quod sit spe fida & rationabilis.Legem autē nulla virtus comitatur,quę at-
L trahat ad eius spem:quia quæ videntur,non sperantur, sed sunt tēporalia, sicut lex factorum,quam supra ostēdimus.¶Sicut scriptum est:Credidit Abraham deo,& « Gen.15
æstimatum est ei ad iustitiam.) Ostendit exēplo Abra « hæ,qui pater fidei est,iustitiam non ex operibus legis imputari,sed per fidem. credens enim iustificatus est, ac per hoc stulte & improuide legi eos se subiecisse, quę non ad iustificationē data est. ¶Cognoscetis ergo quia « qui ex fide sunt,hi sunt filii Abrahæ.)Verum est quia « credentes filii sunt Abrahæ, quia si Abraham ex fide iustificatus est primus,quotquot post hunc credunt,filii eius sunt,siue ex Iudæis,siue ex gentibus. ¶Præuidens autem scriptura quia ex fide iustificat gētes deus, « prænunciauit Abrahæ,quia benedicentur in te omnes « gentes.)Hoc dicit quia forma est Abraham omnium « credentium,vt hi benedicti in eo sint qui credunt.sequētes enim fidem eius,participes fiūt benedictionis eiusdem.¶Ergo qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli « Abrahā. Quotquot enī ex operib⁹ legis sunt, sub ma- « ledicto sunt. Manifestū est quia fideles cum fideli be- « nedicentur,quomodo infideles cum infidelibus puniē-
M tur. Nā qui sub lege agūt,sub maledicto sunt,quia trās- « gressores legis sunt peccatores.¶Scriptum quippe est: « Maledictus omnis qui non permānserit in omnib⁹ quæ «Deu.27
scripta sunt in libro legis,vt faciat ea.)Scriptum est « in Deuteronomio,quia si quid legis præteriisset aliquis, maledictus haberetur. Et tanta mandata sunt, vt impossibile sit seruari ea. Vnde & Petrus Apostolus in
Actu.15. actibus apostolorum ait: Quid imponitis iugum fratribus,quod neq; patres nostri neq; nos potuimus portare? Negligenti enī & superbo populo hæc data erāt, vt per omnem cōuersationem legem haberēt.¶Quod « autem in lege nemo iustificatur apud deum,manifestū « est,quia iustus ex fide viuit.) Ac per hoc recedendum « a lege docet,ne iustitia per fidē quęsita depereat.¶Lex « autem non ex fide est, sed qui fecerit ea, viuet in eis.) « Non est ex fide lex,quia nihil mandat credendum. Omnia enim eius manifesta sunt, vt seruans legem viuat.Si quo minus,necesse est plectatur: quia quod scimit vitandum,admisit. Potest opponi e diuerso,& dici, Si in lege nemo iustificatur, quid est vt maledicat⁹ qui aliquid præterit legis? Verum est, quia nemo per legē iustificatur,sed apud deū. Iustificatur autē apud mun-

A dum,vt securi⁹ sit in vita præsenti. Si autem apud deū iustificari vult,vt illi ad meritum proficiat in die iudicii,dei sequatur fidem. Alioquin hic securus, reus erit in futurum. Prodest ergo lex,sed quæ in tabulis scripta est. Nam cætera,sicut dixi, vt oneri essent data sunt. » ¶Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro » nobis maledictum.) Quoniam nemo poterat implere legē,rei erant omnes maledicto legis, vt vindicaret in eos. Christus autē homo natus,oblatus a patre pro nobis,redemit nos a diabolo. Morti enim volentē offerēs illum pro iis qui maledicto legis erant obnoxii,maledictum illum fecit hoc modo,sicut in lege hostia pro peccatis oblata,peccatū nuncupabatur:propterea pro maledictis oblat⁹,factus est maledictū. Nā & a Iudæis factus est maledictū,dum quasi peccator occiditur. Ideo non dixit:Factus pro nobis maledictus,sed maledictū. Is enim qui propter peccatum proprium morti offerebatur,maledict⁹ fiebat. in sua enim causa moriebatur. Et si propius aspicias, videbis Christum maledictum eorum factum,a quibus occisus est. Crux enim Salua- » toris,peccatū & maledictū est Iudæorum. ¶Quia scrip- » ptum est, Maledictus omnis qui pēdet in ligno.) Hoc
Deut.21. Moyses dixit in Deuteronomio de reis mortis,vt sufficeret suspēsis in ligno illic esse vsq; ad vesperam,& deponi ad sepulturam. Quia maledictus omnis,inquit, qui pēdet in ligno,vt reo mortis sufficeret hoc,quia suspensus moriebatur in ligno,ne diutius si esset suspēsus, maius haberet opprobrium mors eius q̄ deberet:& fie-
B ret macula generi eius, si amplius mors eius publicaretur. Ac per hoc Saluator innocens suspēsus in ligno non est maledictus, sed maledictū illorum a quibus suspensus est. Quantum tamē ad Iudæos pertinet, quasi peccatorē illum occidendum Pilato offerentes, maledictum illum fecerunt,vt quasi reus occideretur,cum esset innocēs:quia dignus morte maledictus est iuxta legem. Vidētes enim multos aggregari doctrinæ eius,
Ioan.12. zelati sunt dicētes:Ecce totus mundus abiit post illū. ac p hoc pro nobis occisus dicitur: & duplici genere pro nobis. Cum enim putant illū occidi debere,ne doceret, nihil profecerunt,quia & doctrina eius creuit, & mortē euacuauit in passione sua. Descendēs enim ad inferos, genus hominum liberauit,qua causa & occidi se permi » sit,sciens pro nobis esse cōtra diabolū. ¶Vt in gentib⁹ » benedictio Abrahæ fieret in Christo IESV,vt benedictionem spiritus accipiamus per fidem.) Hoc dicit
C quia exprobratis & maledictis Iudæis, cum sibi de iustitia legis blandirentur,occiso saluatore quasi sabbati violati reo,promissionis benedictio Abrahæ transitū fecit ad gentes per fidem Christi IESV. Vnde dicit
Mat.21. dominus Iudæis: Tolletur a vobis regnum,& dabitur » genti facienti fructus eius.¶Fratres secundū hominem » dico.)Hoc dicit quia exemplo humanæ causæ cōmen- » dare vult rationem diuinæ promissionis. ¶Tamen ho » minis testamentum cōfirmatū autoritate,nemo irritū » facit, aut superordinat.)Verū est,quia testamentū de- » functi iure factū nō potest scindi. ¶Abrahæ dictæ sunt » promissiones,& semini eius. Non dicit & seminibus, » quasi in multis,sed quasi in vno,& semini tuo quod est » Christus.)Hoc est quod scriptū est in Genesi ad Abra-
Gene.26. ham:Et in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Quod vtiq; impletum est in Christo,in cuius nomine omnes gētes benedicuntur per fidē. Ideo nō in multis,sed in vno firmata est promissio,qui est Christus. Hac disputatione sua Apostolus quasi reos falsati testamēti designat, qui credētes in Christum & de lege aliquid sperant,vt non solum salus promissa in Christo, sed & in lege sit. Ideo probat promissionē benedictionis in so- » lo Christo factam. ¶Hoc autem dico,testamentū con- » firmatum a deo in Christo, quæ post quadringēntos & » triginta annos facta est lex, non infirmat ad euacuan- » dam promissionem.)Intantum in solo Christo firmatam benedictionis promissionem docet, vt legem post D
quadringentos & triginta annos datam ostendat. Cōstituta enim promissione postea data est lex, quæ nō vti- que infirmaret promissionem, sed quod futura & quādo ventura esset,significaret.¶Si enim ex lege hæredi- « tas,iam nō ex promissione. Abrahæ autē promissionē « donauit deus.) Duas causas contrarias sibi defendunt « Iudæi.Nullo enim pacto, nulla ratione suaderi potest Iudæis, Abrahæ promissionem euacuatam per legē, & recte.Sed aliud aduersum impronida presumptione defendunt, putantes iustificationem sine operibus legis prouenire nō posse,cum sciant Abrahā, qui forma eius rei est, sine operibus legis per solā fidem iustificatum.Sed æmulatione quadam cæcati,non intelligunt neq; considerant quia si per legem iustificatio, excluditur promissio. Et si exclusa fuerit promissio, sine dubio frustrabitur fides Abrahæ.Quod ne audire quidem se patiuntur Iudæi,scientes quia promissio ex fide est Abrahæ.Quæ promissio ex fide iustificat,nō per legem, sicut & Abraham iustificatus ex fide est. Hi ergo hæredes sunt promissionis Abrahæ,qui illi succedunt,suscipientes fidē,in qua benedictus & iustificat⁹ est Abraham. Testimonium ergo promissionis Abrahæ testamentum appellatur,vt post mortem eius hæredes essent in promissione filii eius facti per fidem. Quæ causa cucurrit vsq; ad Christū Abrahæ repromissum, vt
E post mortē Christi credētes,hæredes essent fidei Abra hæ per testamentum sanguinis Christi. Donum ergo quod promissum est Abrahæ, filiisq; eius, in Christo solutum est:quāuis & ipse Abraham cōsecutus sit donum hoc illic vbi inuentus est.¶Quid ergo lex factorū « posita est,donec veniret semen cui promissū est?)Lex fa « ctorū,id est Moysi,posita est i medio inter cœptā promissionē & semē cui facta promissio est,hoc est inter Abrahā & Saluatorē. Ideo lōge data post factā promissionē, vt ipsa distinctione aliud lex,& aliud promissio videretur,vt populū dei a gentibus segregatū crudiret sub dei timore,vt dignus fieret ad excipiendam promissionem,quę est Christus. Lex tamen factorum ideo dicitur,quia docet quæ deo iubente corporaliter fiant de sacrificiis, de primogenitis,de decimis,& de cæteris talibus. ¶Dis- « posita per angelos in manu mediatoris.) Angelos di- « cit dei nūcios, id est, Moysen, filiū* Naue, & cæteros *Iesum
prophetas vsq; ad Ioannem Baptistam,de quo deus dicit: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuā. Per Mala.3.
hos ergo lex ordinata, disposita est a deo, in manu,id est,potestate saluatoris.Ipse est enim mediator vel recōciliator dei & hominum, vt saluet quos vult ex iis qui F
legem per supram emoratos angelos acceperunt. Ipse enim ait:Sicut enī pater suscitat mortuos, & viuificat, Ioan.5.
sic & filius quos vult viuificat. ¶Mediator autē vnius « non est.) Sine dubio mediator, hoc est arbiter,non est « vnius,sed duorum. Cum enim duo populi inuicē aduersum se dimicarent,semper dissidentes & inimici diuersitate doctrinæ,Saluator horum arbiter venit,amputans vtrisq; populis per quod discordabāt,vt possent esse pacifici. Abstulit ergo gentibus numerū deorum & famulatum elemētorum,quod scandalum erat Hebræis. Abstulit & Iudæis opera legis,id est, Neomenias,circumcisionem, & curam sabbati, & discretiones escarum,& cætera quæ abominabantur gentiles:& sic facti sunt pacifici,qui prius fuerant inimici. Si ergo hęc ita se habent, quid est vt Galatæ hebetudine mentis ab bitrum istum corrumpant, conuersi ad Iudaismum? Iudicium enim Saluatoris in irritum ducant, quando post factam pacem quasi pœnitentes de ea, subiiciunt se illis quæ prius paci fuerāt inimica. Iuxta sensum ergo Galatarum Christus arbiter non est, quia inducti in legem, de duobus populis vnum fecerunt: & vnius vtiq; populi arbiter nemo est. Hūc eundem sensum ad
Ephesios prosequitur,dicens:Ipse enim est pax nostra, Ephe.2.

G qui fecit vtraq; vnum,& medium parietē maceriæ soluens inimicitiam in carne sua, legē mādatorum in decretis euacuans, vt duos conderet in se in vno nouo homine faciens pacem. Si in vno nouo homine fecit pacē, ambobus vtiq; abstulit per quod dissidebant,& hoc eis statuit data sua lege, per quod essent pacifici. Hoc Gala
» tæ irruperunt, conuersi ad Iudaismum. ¶ Deus autem
» vnus est.) Hoc dicit, ne Christum prędicādo deum, quē arbitrum dicit vni deo, prædicasse putaretur contra legem & prophetas. Arbitrū ergo hunc per assumptionem carnis intelligi docet, sicut dicit ad Timotheum:
1.Tim. 2. Arbiter dei & hominū homo IESVS Christus. Iuxta autē quod deus est, a patre hūc nō separari, sed vnū esse cū patre. Siue enim pater, siue filius, deus vnus est. Deus enim naturæ nomen est & potestatis, quā in patre & filio individuam manere ipsa nominum ratio do
» cet. ¶ Lex igitur aduersum, pmissæ? Absit.) Absit vtique, quia non est lex inimica promissionis, quippe cum
Deut. 18. confirmet eam. Nā primus Moyses dixit: Prophetā vobis excitabit deus de fratribus vestris. Hoc dictū de Christo Petrus apostolus probat in Actis apostolorū
» septimo cap. ¶ Si enim data esset lex quæ posset viuifi-
» care, vere ex lege esset iustitia.) Iustitiā hanc dicit, quæ apud deum imputat iustitia, id est fidei, quia & lex ha-
H buit iustitiam, sed ad præsens, nō quia iustificaret apud deum. Remittere enim peccata non potuit, vt de peccatoribus faceret iustos, sed ad hoc data est, vt terrori esset, prouocans homines ad bonā vitam, irreuerētes pumens: ideoq; non est data lex, quæ posset viuificare, sed
» cōdemnare. ¶ Sed conclusit scriptura omnia sub pecca-
» to, vt promissio ex fide IESV Christi daretur credentibus.) Hunc sensum & ad Romanos. xi. posuit dicēs: Cōclusit deus omnia sub peccato, vt omnium misereatur. Hoc dicit quod supra memorauit, quia lex ad hoc data est, vt peccatores reos se scirent apud deum. Manifestatis enim peccatis suis conclusi sunt, vt se excusare nō possent, sed quærerēt misericordiā, vt veniens qui promissus erat Abrahæ, fidem solam ab eis posceret, quā habuit Abraham, vt & malorū suorum veniā & iustificationem mererētur. Hoc enim manifestauerat deus per Esaiā prophetā, dicēs: Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatē ab Iacob: & hoc erit illis a me testa
» mentum, cum abstulero peccata eorū. ¶ Prius enim q̄
» veniret fides, sub lege custodiebamur, cōclusi in eādem
» fidē, quæ incipiebat reuelari.) Hoc est quod dicit, quia
I antequā veniret Saluator, sub legis custodia agebam? ne peccaremus, vt veniēti promissione digni essemus. Hac enim spe lex tutos præstabat nos, vt veniēti Chri-
» sto offerret nos, id est Iudæos. ¶ Itaque lex pædagogus
» noster fuit i Christo IESV, vt ex fide iustificaremur.) Idem sensus est, quia sub cura legis eramus, donec ve-
» niret Christus, qui nos credentes iustificaret. ¶ Veniē-
» te autem fide, iam non sub pædagogo sumus. Omnes
» enī filii dei estis per fidē quę est i Christo IESV.) Sub pædagogo qui agit, potestatis suæ non est. Paruulus enim & lubricus ad peccādum sub pædagogi cura habetur. Veniente autem Christo, qui quasi de minorib? facit maiores, liberati de potestate pædagogi, per ablutionem peccatorū facti sumus filii dei, cum essemus ser
» ui peccati. ¶ Quotquot enim i Christo baptizati estis,
» Christum induistis.) Hoc dicit quia credentes dum immutantur, Christum induunt, quādo hoc appellantur
» quod credunt. ¶ Non est Iudæus neq; Græcus, non est
» seruus neq; liber, nō est masculus neq; fœmina. Omnes
» enim vos vnum estis in Christo IESV.) Nullā distātiam dicit credentium, vt nulli prę iudicetur quid fuerit antequā crederet. Omnibus enim his vnum decretum est donum. Apud deum enim nulla discretio personarum est, nisi morū & vitæ, vt homines vnius fidei meritis distinguantur, non personis. ¶ Si ergo vos omnes
» vnū estis in Christo IESV, ergo Abrahæ semē estis
secundum promissionem hæredes.) Semen Abrahæ « k
sunt omnes credentes, quia Abrahæ pater est omniū « credentiū. Et si filii sunt, necessario & promissionis eius hæredes, vt consequantur per fidem quod promissum est Abrahæ, vt participes sint iustificationis eius in regno cælorum.

CAPVT QVARTVM.

DICO autem quod quandiu hæres paruulus « est, nihil differt a seruo, cum sit dominus o- « mnium, sed sub curatoribus & actorib? est « vsq; ad præfinitum tēpus a patre.) Verum « est, quia ius patres ordinauerunt, & vsq; ad quā ætatem subiect? debeat esse ad ult?, statuerūt: ita vt quādiu paruulus est, libertate sua vti nō possit, neq; dominari quasi hæres, sed similis prope seruis in conditione est curatorum vel actorum. Hoc exēplo probat eos qui sub lege fuerunt, paruulos fuisse circa meritum, nec libertatē habuisse, quia in conditione legis erāt subiecti causa peccati. ¶ Ita & nos cum essemus paruuli, sub elementis « huius mūdi eramus subiecti.) In elemētis neomenias « significat & sabbatum. Neomeniæ enim sunt dies Lunares, quos obseruant Iudæi: Sabbatum vero dies requietionis. Antequam veniret ergo promissio, id est donum gratiæ dei, & purificans iustificaret credētes, quasi imperfecti & paruuli per legem dei, subiecti eramus conseruis quasi pædagogis. Libertas enim nostra obnoxia erat causa peccati. Nihil tamen de elemētis spe-
bant Iudæi, sicut & Pagani, sed creatorem deum L
venerabātur in creatura. ¶ At vbi venit plenitudo tem « poris, misit deus filium suū factum ex muliere, factum « sub lege, vt eos qui sub lege erāt, redimeret, vt filiorum « adoptionem reciperemus.) Plenitudo tēporis est com « pletum tēpus quod præfinitū fuerat a deo patre quādo mitteret filium suū, vt ex virgine factus quasi homo nasceretur, subiiciēs se legi vsq; ad tempus baptismi, vt formā daret quō peccatores abluti, & a iugo legis erepti dignatione dei filii ei adoptarētur, sicut promiserat, redempti sanguine filii eius. Saluatorē autē necesse erat fieri sub lege, quasi filium Abrahæ iuxta carnē, vt circumcisus appareret is esse, qui promissus Abrahæ, venerat gentes iustificare per fidem, signū habēs eius cui promissus fuerat. Ideo vltra neminē oportuit circumcidi, quia tandiu cucurrit signum, quoadusq; veniret qui promissus fuerat, restaurare fidem, in qua iustificatus est Abraham in præputio, vt credētibus non opus sit circumcisio. Abraham autē ideo circumcisus est, quia fi- M
lium se credidit habiturum in quo omnes gētes benedicerentur. Ideo tandiu cucurrit signū, donec veniret qui erat promissus. Si autem hoc crederetur quod credidit Abraham, nō stetisset circūcisio, ne forte opponeretur, quia si Abrahā credidit, & circumcisus est, quare nō circumciduntur credentes? ¶ Quoniā autem estis filii dei, « misit deus spiritum filii sui in corda nostra, clamātem « Abba pater.) Ab his cœpit, qb? & scribit, dicēs: Quo- « niam autē estis filii dei, & subiungit Iudæos, cum ait: Misit deus spiritum filii sui in corda nostra. Quando autē dixit gentes filios dei credentes in Christum, quæ prius fuerant inimici, dubium nō erat Iudæos credentes dici filios dei, quos cōstat iam pridē hoc nomīe nūcupatos. Nomen enim olim acceperāt velut in imagine, vt postea cōfirmaretur per Christum, quia sine spiritu non erat plenum. Hoc est quod dicit & ad Romanos octauo cap. Ipse spiritus reddet testimoniū spiritui nostro, quod sumus filii dei. Vt enim probaremur adoptati esse a deo in filios, spiritum suū dedit nobis, qui signum patris ostendat in filios, vt quia hoc non auderemus dicere in infirmitate & indignitate nostra, fuggerat vt audeamus dicere, Abba, quod est pater. Denīq; Iudæis hoc iā dudū nō est cōcessum dicere. ¶ Itaq; iā nō «

A » est seruus, sed filius.) Non est seruus, quia sublatus de
» potestate legis, socius factus est benedictionis propriī fi-
» lii dei. ¶ Si autē filius, & hæres per deum.) Dubium nō est, quia ideo quis adoptat sibi filium, vt hæredē illum relinquat. Sed hæreditās ex morte alicuius prouenit. Quid est ergo vt mortales hæredes eius dicantur, qui semper viuit? Sed scriptura more nostro loquit̄, vt intelligere possimus. Vt enim ostēdat daturum patrem filiis de bonis suis, hæc quæ daturus est, hæreditatē ap-
» pellat. ¶ Sed tunc quidē ignorātes deum, iis qui nō sunt
» dii, seruiebatis.) Quoniā prius per ignorantiam peccabant seruientes idolis, facile illis ignotum significat: fi-
Gen. 20. cut dicit in Genesi Abimelech ad deum: Domine, in-
» quit, nunquid gentē ignorantem perdes? ¶ Nunc autē
» cognoscētes deum, immo vero cogniti a deo, quomodo
» iterum cōuertimini ad infirma & egena elemēta, qui-
» bus denuo seruire vultis?) Graue illorū admissum notat, quia post agnitionem dei, ea quę paganorum sunt, sequi cœperant. Et plus addit, quia nō isti cognouerūt deum, sed magis cogniti a deo sunt. Cum enim hi non quærerēt deum, aduocauit eos ad suam gratiam: & hi ingrati, ad ea conuerti cœperāt quæ tunc colebāt quādo ignorabant deum, vt venerarentur infirma & egena elementa, & non tota mēte Christum, in quo omnis inhabitat diuinitas. Infirma & egena dicit elementa, quia imperfecta sunt. Ad regēdum enim mundū inui-
» cem egēt sunt in Christo enim perfecta salus est. ¶ Dies
» obseruatis, & menses, & tempora, & annos.) Quę elementa dixerit, nunc declarat. Diem Sol facit, menses cursus Lunæ. Tempora vero sunt ver, æstas, autumnus, hyems. quatuor hæc cōpleto numero proprio fa-
B ciunt annū. Dies ergo obseruāt qui dicunt, vtputa, Crastino proficiscēdum non est. Post crastinum enim non debet aliquid inchoari. & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, qui cursus Lunæ perscrutantur, dicētes vtputa, Septima Luna strumēta confici non debent. nona iterum Luna seruum emptum vtputa domum duci nō oportet. & per hæc facilius solēt aduersa prouenire. Tempora vero sic obseruant, cū dicunt: Hodie veris initium est, festiuitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia iterum aiunt: Posterū est, domū egredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt: Kalēdis Ianuariis nouus est annus, quasi nō quotidie anni īplean
tur. Sed vt Iani illius recolant memoriā bifrontis, hac superstitione vtuntur, quæ longe debet esse a seruis dei. Si enī deus ex toto corde diligat, ipso ppitio nulla debet esse formido neq; suspicio harum rerum. Prospere enī potest cedere quicquid simpliciter sub dei deuotio-
» ne fit. ¶ Timeo vos ne frustra laborauerim i vobis.) Du-
C plici genere subuersi fuerant Galatæ, vt post dei gratiā non solum ad legē cōuerterentur, sed ad errores pristinos. Inducti enim vel euersi in legem, facile declinarant ad obseruantiam dierum & mensium. Sabbati enī observatio & Neomeniarum attraxerunt illos ad hæc. Ideoq; timeo vos, inquit, ne sine causa laborauerim in vobis. Sic enim videbat eos in peius proficere, vt post-
» sent etiam a Christo penitus recedere. ¶ Estote sicut &
» ego, quia & ego sicut vos.) Hoc dicit vt dent operā corrigendi se, quia non est impossibile vt sint sicut ipse, quia & ipse hoc erat id est, homo, quod & illi: & cum fuisset in errore persequens Ecclesiam, correptus conuertit se.
» ¶ Fratres, obsecro vos, nihil mihi nocuistis.) Nunc mi-
tius agit cum eis, & bona eorum incipit memorare, vt post magnas correptiones bona opera sua audiētes, recrearentur, & data opera reformarent se, ne obiurgationibus diutius pressi, asperiores fierent exacerbati. nihil tamen sibi nocuisse illos dicit. Ipsis enim oberat delictū illorum. Apostolus enim impleuerat officium dispensationis sibi creditæ, vt omni cum diligentia prædicaret eis: sicut dicit dominꝰ ad prophetam Ezechiel: Tu, inquit, prædica. si te audierint, lucraberis eos. si quo mi-
nus, tu salutabis animam tuam. ¶ Scitis quia per infir- « D
mitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem, & tē- «
tationem vestrā in carne mea nō sprenistis neq; respuistis.) In memoriam reuocat illis tēpus quando primū «
prædicauit illis Euāgelium dei. Ipso enim tempore in-
firmis agebatur Apostolus, & cædibus infirmabatur. Infirmus enim videtur qui humiliatur, & non resistit propter Euangelium dei. & in hoc laudat constantiam eorum, quia non sunt abstracti a fide. Iniuria enim apostoli tentationes erant Galatarum, in qua firmi inuenti sunt, non dubitantes de fide. Possent enim scandalū passi dicere: Quæ est virtus aut spes in hac fide, quādo minister ei? sic humiliatur? Sed quia iam animum futuris spebus infecerant, præsentes exitus pro Christi nomine non pertimescebant, certi fidem nostrā non interis, sed in cęlis habere dignitatem, & pro his tribulationibus magna rependi præmia. Ruborē illis incutit, qa post hæc laudabilia circumuenti fuerāt, vt vituperabiles videretur. ¶ Sed sicut angelum dei excepistis me, si- «
cut Christū IESVM.) Hoc magis laudati eis, quia «
pressuris non deformatus est apud eos, sed cōmendat?, scientib? pro iis qui credunt, pati illum exitia. Sicut ergo angelum dei exceperunt Apostolum, credētes donum dei esse quod prædicat: sic ei deferentes, quasi ipsi autori domino IESV Christo. ¶ Quæ ergo erat bea- «
titudo vestra?) Beatos hos fuisse dicit apud cæteras ec «
clesias, per id quod apostoli iniuriis nō frangebātur, sed crescebant in fide. ¶ Testis enim sum vobis, quia si fieri «
potuisset, oculos vestros eruisse tis, & dedisse tis mihi.) «
Votum eorum circa religionem tam plenum ostēdit fuisse, vt nō solum bene ab eis susceptus sit, sed & fortes E
in fide inuēti sint: &, quod ad laudem magis proficit, omnia pene sua illi obtulerint profligāda. Hinc plus dolet, quia tanta charitas subuersa fuerat prauadoctrina. ¶ Ergo inimicus vobis factus sum verū dicens vobis?)
Hoc dicit, quia non potest fieri vt inimicus, inquit, ego vobis sim, quorum tāta sensi obsequia. Sed quia nemo se argui vult errantē, idcirco inimicus vobis videor, iuste vos reprehendēs. ¶ Aemulātur vos nō bene, sed ex- «
cludere vos volūt, vt eos æmulemini.) Inuidia Iudeorum subuersos eos significat. Videntes enim sic illos proficere in Euangelio, & tantā habere charitatem in Apostolo, id egerunt, quatenus illos deciperēt. Erant enim legis causa apostoli inimici, vt manente nomine saluatoris, facerent eos Iudæos, gaudētes in euersione eorum. Nō enim patiebātur vt gratiā sibi promissam audirent in circumcisis gētibus datam. Ideo imitatores suos illos voluerunt fieri, vt more eorum circumciderētur. ¶ Æmulamini autem meliora dona. Bonū æmula- «
mini semper, & nō solum cum prę sens sum apud vos.) «
Meliora dona spiritalia sunt, quæ imitati habebunt ef- F
fectum apud deū. Hæc spiritalia & bona sunt, quę vult vt semper imitentur: non ad tempus, sicut pridem, aut se præsente tātum, post autē ad aliud cōuertantur, sed vult illos de cætero perseuerare in bono. ¶ Filioli mei «
quos iterum parturio, donec Christus formetur in vo- «
bis.) Primum per fidē illos genuerat in baptismo, sed «
quia velut per abortum nati, deformati, & infirmi inuenti sunt, nūc cum dolore cōfilii reformat eos in Christum. Cōcipiētes enim fidem, & sensum fidei minime aduertētes, formatum Christum in animis suis negātur habere. Si enim intellexissent gratiam dei in Christo, post fidem in Iudaismū traducti non essent. ¶ Vel- «
lem autem præsens esse nunc apud vos, & mutare vocem meam, quia cōfundor in vobis.) Præsens vult ar- «
guere illos, vt mutet vocem suam de laude in vituperationem eorum, vt duplici genere cōfundātur, & de errore suo, & rubore apostoli quē patiebatur apud eos quibus illos prætulerat. ¶ Dicite mihi, qui sub lege vultis «
esse, legē nō legistis? Scriptum est enī quia Abraham «
duos filios habuit, vnū ex ancilla, & vnum de libera.) «

G Hoc in Geneſi habetur, quia cū Sara generare non poſſet, erat enim ſterilis, Agar ancillam ſuam obtulit viro ſuo Abrahæ in cōcubinam, vt quod generaret, adoptaret ſibi. Sic factū eſt vt Agar naſceretur Iſmahel. Poſt autem nutu dei promiſſus eſt Abrahæ filius de Sara vxore ſua, quæ erat ſterilis. hęc peperit Abrahæ Iſaac. Tūc cœpit Abraham duos habere filios, vnum de ancilla, & vnum de libera. ¶ Sed quidem qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem. quæ ſunt per Allegoriam dicta.) Iſmahel, qui ex ancilla Agar natus eſt, ſecundū carnē natus eſt, quia iuxta conſuetudinē natus eſt. Iſaac vero nō ſecundum conſuetudinē, ſed ſecundū prouidentiā dei virtute natus eſt, quippe cum Sara & anus eſſet, & ſterilis. In typum enim Chriſti natus eſt Iſaac. Ideo hæc per allegoriam aſſerit dicta, vt aliud ex alio ſignificent perſonæ Iſmahel & Iſaac. Iſmahel enim Iudæorum ſignificat natiuitatem, vel eorum qui ſeruī peccati ſunt: Iſaac vero Chriſtianorū, qui in libertate naſcūtur. Liber enī fit qui accipit remiſſionē peccatorū. ¶ Hæc enī ſunt duo teſtamenta.) Moyſes accipiens ſanguinē vituli in cratera, aſperſit populum dicens: Hic eſt ſanguis teſtamēti quod diſpoſuit deus ad, vos. Hoc eſt qđ dixit: ¶ Vnū quidem a monte Sina in ſeruitutē generans, quod eſt Agar.) Lex enim in mōte Sina data eſt, quam Moyſes recitans populo, librum hunc teſtamēti appellauit, & tunc aſperſit populum ſanguine, ſicut dixit. Hæc leges tenuit peccatores, & cœperūt ſeruī eſſe peccati. facti filii Agar quaſi ancillæ. ¶ Sina autē mōs eſt in Arabia, qui cōiungitur huic quæ nunc eſt Hieruſalem, ſeruiens cum filiis ſuis.) Cauſam Agar ſignificare dicit

H Hieruſalem terrenam, id eſt, ſynagogam, quæ in ſeruitutē generat: quia quos generat, ſub peccato ſunt. ¶ Illa autem quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.) Hæc quā matrem noſtram dicit, regula eſt myſterii dominici, per quā renaſcimur in libertatē, ſicut & ipſa libera eſt. Ideo & cæleſtis dicitur, quia cælum ſedes eius eſt: & quos generat, ibi erūt cum ea: ſicut
Ioan. 17. dicit domin⁹: Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ego fuero, & hi ſint mecum. Hæc eſt & vita, quia immortalitate donantur qui credētes renaſcuntur per eā. Sic et-
Ioan. 1. enim de domino dictum eſt, quia quod factum eſt in il-
Ioan. 5. lo, vita erat. Sicut enim pater habet vitam, ita dedit & filio vitam, & vita erat lux hominum. Hæc vita & lux, mater fidelium eſt. In Eſaia hoc habetur, quod ſubie-
Eſa. 54. ctum eſt. ¶ Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis, quæ nō paris erumpe, & exclama quæ nō parturis, quia multi filii deſertæ magis q̄ eius quę habet virū.) Hāc terrenā

I Hieruſalem virum habere dicit, quia ſecundū carnē generat: illam autem cęleſtē Hieruſalē, quam dicit matrē noſtram, ſterilem appellat, quia non parit ſecundū carnem, nec dolores patitur: hoc eſt, non parturit. Generat autem ſine paſſione ſpiritaliter exclamans in lętitia, qa deſerta aliquādo, (a quo niſi ab Adam, quia deſerta vita ſecutus eſt mortē?) nūc plures filios habet q̄ hęc quæ habet virum, id eſt, quæ carnaliter generat. Multo enī
Apoc. 7. plures ſunt Chriſtiani Iudæis, ſicut dicit in Apocalypſi: Et vidi turbā maguā quā dinumerare nemo poterat ex omni tribu & gente. ¶ Vos autem fratres ſecūdum Iſaac promiſſionis filii eſtis.) Hoc eſt nō carnis filios eſſe, ſed dei, quia Iſaac in typum natus eſt filii dei: & vult eos ſubintelligere, quia facti filii dei conuerſi ſunt vt eſſent filii carnis: ſi vero reſipiſcāt, ſunt filii dei. ¶ Sed quo modo tunc, qui ſecūdum carnē natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundū ſpiritum: ita & nunc.) Nō ſolū Iſmahel ſecundum carnem natus eſt, ſed & Eſau, quia & ipſe in populi Iudaici typū natus eſt. De quo in Ma-
Malac. 1. lachia ꝓpheta ſcriptū eſt: Iacob dilexi, Eſau vero odio habui. Hic perſequebatur Iacob, qui ī populi Chriſtiani figura vocatus eſt Iſrael, hoc eſt, homo vidēs deum. Similiter & Iudæos per inuidiam perſequi ſignificauit Chriſtianos, vnde data opera Galatas euerterant carnali aſtutia. ¶ Sed quid dicit ſcriptura? Eiice ancillā, & Geñ. 21
filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.) Hæc verba Saraę ſunt, quæ typum habet Hieruſalē cælestis, de promiſſione generans Iſaac, vt eiecto filio ancille, id eſt, Iudęo populo incredulitatis cauſa abiecto, (ſeruī enī peccati ſunt, quib⁹ data remiſſio peccatorum nō eſt) hęres ſit filius liberæ illius Hieruſalem ſupernæ, qui eſt populus nouus regni cælorū. ¶ Itaq; non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ, qua libertate nos Chriſtus liberauit.) Eramus igitur ancillæ filii, dū peccatis eramus obnoxii: ſed accepta remiſſione peccatorum a Chriſto liberati ſumus.

CAPVT QVINTVM.

STATE ergo, & nolite iterū ſeruitutis iugo cōtineri.) Standū monet in accepta gratia, ne redeuntes ad vetera, amittāt donum libertatis, quod fuerant cōſecuti. ¶ Ecce ego Paulus dico vobis, quia ſi circuncidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.) Nunc aperte veritatis & autoritatis ſuæ vim non tacet, dicens: Ecce ego Paulus dico vobis, id eſt, ego magiſter gentium, cuius opus eſtis in Chriſto, palā vobis dico, quia nihil proderit vobis Chriſtus, ſi circuncidamini. Ipſe enim dominus ait: Lex & Lucę. 16.
prophetæ vſq; ad Ioānem, ex quo regnum cælorū prædicatur. Antequā ergo noua inciperet predicatio, oportuit circuncidi: nunc autē lege fidei ſuccedente, ea ſequēda ſunt quæ rudis veritas iubet, quia vetus & nouum L
admiſceri non debēt, autoritate domini prædicantis. Ait enim: Nemo enim additamētum rudis panni aſ- Mat. 9.
ſuit veſtimento veteri: tollit enim fortitudinem eius a veſtimento, & maior fit ſciſſura. ac per hoc non ſolum nihil proderit fideli addita circunciſio, ſed oberit. Maius enim malum eſt ex libero ſeruum fieri, quàm naſci. ¶ Teſtificor autem omni homini circuncidenti ſe, quia debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.) Poſſunt aliqui legem aliquatenus ſeruare, & non circuncidi. Nam multi Romanorū in Iudæa ſeruabāt legē incircūciſi. Vnde
Actu. 26. dicit Paul⁹ Apoſtolus ad Agrippā regē Iudææ: Scio rex Agrippa, credis ꝓphetis: ſcio qa credis. Et Cēturio, cui⁹ ſeruus erat moritur⁹, qui mittēs ad IESVM, rogabat vt veniret, & ſanaret ſeruum eius: cui teſtimoniū
Lucæ. 7. perhibentes Iudæi, dicebāt ad IESVM: Dignus eſt M
vt preſtes ei, diligit enim gentem noſtrā, & Synagogā ipſe ædificauit nobis. Nemo tamē circūciſus nō totam legem ſeruat. Debitor eſt enim, quia circūciſis data eſt lex. Hoc ideo dixit, quia tam hebetes ſe oſtendebāt, vt digni eſſent oīnia onera legis portare. ¶ Euacuati eſtis a Chriſto.) Quibus nihil prodeſt Chriſt⁹, euacuati ſūt a Chriſto. Erant enim gratia eius pleni, qua recedente euacuati ſunt. His enim loquitur, qui poſt acceptū donum gratiæ dei circuncidi ſe maluerunt. ¶ Qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis.) Iuſtitia legis eſt, ſi ſeruētur quæ data ſunt. Ideoq; qui in his iuſtificari ſe vult poſt fidem, amittit gratiam: quia ad hoc venit donum dei, vt ceſſantibus oneribus legis, iuſtificaret credentes apud deum. ¶ Nos enī ſpiritu ex fide ſpem iuſtitię expectamus. In Chriſto enim IESV neq; circunciſio aliquid valet, neq; præputium, ſed fides, quæ per charitatem operatur.) Apertum eſt quod dicit, quia ſpes iuſtificationis in fide eſt per ſpiritum, nō per opera legis. In fide enim ſpiritaliter ſeruitur deo deuotione mentis, & puritate cordis. Vnde dicit dominus ad Samaritanā:
Ioan. 4. Deus ſpiritus eſt, & adorantes eum, in ſpiritu & veritate adorare oportet. Ac per hoc neq; præputium valet quicquā, neq; circunciſio, ſed ſola fides opus eſt in charitate ad iuſtificationem. Fides enim charitate fraterna debet micuiri, vt perfectio ſit credētis. Denig; ſaluator, quod primū mādatū eſſet interroganti ſcribæ reſpōdit:

Mat. 22. A Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum tāquam teipſum. In his, inquit, duobus mādatis tota lex pendet & prophetæ. Imperfecta ſunt itaq; cætera, quādo in his duobus mandatis perfectio continetur. ¶ Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire?) Exercitium illorum in opere fidei bonum fuiſſe teſtatur, ſed nequitia malorum hominum detentos, ne curſum ſuum effi cacia perſeuerante conſummarent: vnde vt reſipiſcant hortatur, de cætero nulli eorum credētes, qui vt opera legis ſeruanda ſuaderent, euangelicæ veritati non eos obedire ſinebant. ¶ Suaſio veſtra non eſt a deo, qui vocat vos.) Verum eſt, quia humano cōſilio hocagebāt Iudæi, vt mitterent eos ſub legis iugum: non dei iudicio, qui vocabat eos per Apoſtolum ſuum ad gratiam. ¶ Modicum fermētum totam maſſam corūpit.) Hoc dicit quia licet quippiam legis admiſcentes fidei, violant fidem, ne habeat fructum, aut ſit acceptabilis. Hoc ideo adiecit, ne forte incolumem ſe putarēt habere gratiam fidei, ſi pauca legis obſeruarent. ¶ Ego confido in vobis in domino, quia nihil aliud ſentietis.) Hac ſpe ſe dicit fidere de iis, quia non ſponte, ſed circumuenti erroris uiā intrauerant. Ideo oſtenſo vero itinere, facile eos poſſe reuerti confidit. ¶ Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicūq; fuerit.) Quomodo qui errantē cōuerti facit, remunerandus eſt, dicente Iacobo apoſto-
Iaco. 5. lo in epiſtola ſua: Qui conuerti fecerit peccatorem, ſalua-
B bit animam eius, & operiet multitudinē peccatorū ſuorū: ita & qui recta incedētem via, iter in deuium cogit flectere, damnationem conſequitur, quicūq; fuerit. Hoc propter hos ſubiicit, ne qui ſibi meritum defenderent eo quod filii eſſent Abrahæ iuxta carnem. Denig;
Ioan. 8. exaltantes ſe dicunt ad IESVM: Nos filii Abrahæ ſumus. ¶ Ego autem fratres ſi circunciſionem prædico, quid adhuc perſecutionem patior?) Apertum eſt quod dicit. Ideo enim quaſi inimicus a Iudæis habebatur, & non definebant a perſecutione eius, quia circunciſionē iam non ſtare docebat. Denig; Iudæis compellētibus, & ſæpenumero falſas accuſationes contra eum deferentibus, obliquum iudicē videns, coactus appellauit Cæſarem. ¶ Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis?) Scandalum erat Iudæis prędicatio crucis, quia ſabbatum & circunciſionem euacuabat. Si autem admitteret circūciſionem, nō eſſet ſcandalum, & pacifici eſſent nobis Iu-
Ioan. 9. dæi. Nam dicebant de Saluatore: Nō eſt homo a deo, qui ſabbatum nō cuſtodit. ¶ Vtinam & abſcindantur ii qui vos ſubuertunt.) Tale eſt hoc, quale & illud ad Corinthios in prima, capi. xvi. Qui non, inquit, amat dominū IESVM, ſit anathema. Ex ipſo grege mor-
C bido ſunt & ii, quos ſociat ſententiæ eorum, vt abſcindantur, a mia dei, qui Galatas dei gratia exuerūt: & nō ſolū ſpiritaliter, ſed & carnaliter hos maledicit, vt quia circuncidi Galatas cogebāt, ipſi abſcinderētur, vt multiplicaretur his dolor corporis. ¶ Vos autē in libertatē vocati eſtis fratres.) In libertatem vocati ſunt, quia cū peccatis eſſent obnoxii, dei gratiam accipiētes, remiſſa delictorum liberati ſunt. ¶ Tātum ne libertatem in occaſionem carnis detis.) Hoc dicit ne acceptam libertatem occaſio carnis adimat. Ad hoc enim circūcidi eos volebant, vt in conditionē legis intrarent. Ideo monet ne dent occaſionem conſentiēdi eis. ¶ Sed per dilectionem ſpūs ſeruite vobis inuicē.) Non per affectū carnis charitatem habēdam, ſed per ſpiritū exhortatur, vt inuicē ſibi ſubiecti ſint. ¶ Vniuerſa enim lex in vobis vno verbo impleatur: Diliges proximū tuum ſicut teipſū.)
Leui. 19. Hoc ſcriptum eſt in Leuitico, quod ſupra dictum eſt, quia perfectio ſalutis per dilectionē operatur: quia qui non diligit fratrem, non diligit deum, dicit Ioānes apoſtolus. ¶ Quod ſi mordetis inuicē, & criminatis, videte ne ab inuicem cōſumamini.) Manifeſtum eſt, quia diſſenſio fratrum inimica dilectionis eſt. Ideo monet vt pacifici ſint proficientes in bono. Cōtentiones enim ge- D
nerant iurgium; cuius fructus eſt vitæ cōſumptio. ¶ Dico autem, ſpiritu ambulate, & concupiſcentiam carnis nō perficietis.) Poſtquā a lege factorum eos prohibuit, in qua ſunt præcepta carnalia, nunc vt a vitiis carnis ſe abſtineant præcipit. Hic enim ſpiritu ambulat, qui fugit peccata. ¶ Nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus vero aduerſus carnē: hęc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non ea q̄ vultis faciatis.) Duas leges proponit, ſicut facit & in epiſtola ad Romanos, quæ inuicem aduerſæ ſunt, vnā dei, alteram peccati. Quæ ideo in carne ſignificatur, quia viſibilibus oblectatur cupido peccatorum, vt his ſibi aduerſantib⁹, medius homo non ea quæ vult agat. Diuina enim lex premit & fugat legem peccati, conſulens homini vt vigorē naturæ ſuę cuſtodiat, ne capiatur illecebris. Illa econtra in inſidiis agens laceſſit hominem blanditiis, vt ſpernat præceptū legis diuinæ. Cum ergo conſenſerit homo legi dei, cōtradicit lex peccati, ſuadens homini ne faciat quod imperat lex diuina. Ediuerſo autem lex dei reuocat hominem, ne faciat quod ſuggerit lex peccati. Quod quidē homo non videt eſſe abſurdum. ſcit enim naturæ ſuæ cōgruere ſi faciat quod imperat lex dei. Deniq; gaudet quando hæc agit. Cum autem ea operatur quæ ſuggerit lex peccati, videt ſe turpem, & horret poſt factum. Ideoq; legis ſpiritus præcepta ſeruanda ſunt, & carnalia fugienda. Ipſa enim cōſcięntia ſe accuſat ſi ei conſentiat, ſciēs horrori eſſe quæ ſuggerit lex peccati. ¶ Quod ſi ſpiritu ducimini, nō eſtis ſub lege.) Nō eſt obſcurum quia qui ducē habet ſpiritum ſanctū, nō errat. Lex enim E
errantibus dominatur: ſicut alio loco dicit: Iuſto non 1. Tim. 1.
eſt lex poſita. ¶ Manifeſta autē ſunt opera carnis, quæ ſunt adulteriū, fornicatio, impuritas, obſcœnitas, idolo latria, veneficia, inimicitiæ, cōtentiones, ſimulationes, iræ, ſimultates, diſſēſiones, hæreſes, inuidiæ, ebrietas, comeſſationes, & quæ ſunt his ſimilia, quę prędico vobis, ſicut & prædixi, quod iī qui talia agūt, regni dei hereditatem nō conſequentur.) Hę omnia & his ſimilia legis peccati membra ſunt, quæ Apoſtolus opera carnis appellat: quia errores iſti ex mundo ſunt, ex quo & caro. Omnia nanq; peccata deforis oriūtur ex parte carnis, nō ex parte ſpiritus: ideo non abſurde opera carnis dicuntur. ¶ Fructus vero ſpiritus eſt charitas, gaudiū, pax, longanimitas, benignitas, ſpes, lenitas, continētia, caſtitas, bonitas: aduerſus huiuſmodi non eſt lex. Qui autem Chriſti ſunt, carnē ſuam crucifixerūt cum vitiis & concupiſcentiis.) Non dixit opera ſpiritus charitas eſt, ſed fructus ſpiritus. Lex enim ſpiritus hæc quæ ſupra memorauit fructificat, vt ex his hæreditas regni cælorū quæratur. Qui enim Chriſto deuoti ſunt, bos F
dicit Chriſtos, id eſt, vnctos. Hi carnem, id eſt mūdum crucifigunt, quādo hæc ex quibus errores oriuntur, cōdēnant. Hunc ſenſum & Ioānes Apoſtolus ſecut⁹ ait, Nolite diligere hunc mundū, neq; ea quæ in hoc mun- 1. Ioan. 2.
do ſunt. Si quis diligit mundum, nō eſt charitas patris in illo: quia omne quod in hoc mundo eſt, cōcupiſcentia carnis eſt, & cōcupiſcētia oculorū. Qui ergo mundū, & quod in mundo eſt, nō concupiſcit, hic carnē crucifigit. Neq; enim corpori humano hæc vitia adſcribēda ſunt, id eſt, idololatria, veneficia, hæreſes, ſuidiæ, inimicitię, iræ, & talia. Sed ideo carnalia dicunt, quia ex parte mūdi ſunt, ſicut ſupra memorauī. Interea non ampli⁹ q̄ decem res poſuit quas fructus ſpiritus ſignificat, vt in his omnia complexus videatur ſecundū tabulas teſtamēti dei, in quibus non amplius q̄ decem verba mādatorum tradita ſunt. ¶ Si ſpiritu viuimus, ſpiritu ambulemus. Non ſimus inanem gloriam ſectātes, inuicē prouocantes, inuicem inuidētes.) Hoc dicit quia ſi bene & honeſte viuimus, bonos debem⁹ habere & mores. Hoc eſt enim ſpiritu viuere, intaminatam vitam habere: & ſic ſpiritu ambulamus, ſi paci ſtudeamus. hæc enim

Gparit charitatem. Inanis autem gloria est velle vincere vbi præmium non est, vt quis studium habeat contentionis & æmulationis, sciens quia hæc generāt discordias & lites. Scruum autē, inquit, domini nō oportet litigare. Bonae enim vitæ fructus aridos facit, perdens spem promissam castæ conuersationis. Bona enī & casta vita moribus ornanda est, & benevolentia locupletanda.

CAPVT SEXTVM.

» FRATRES, et si præoccupat⁹ fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, hu» militate huiusmodi in spiritu mānsuetudinis: » cōsiderans temetipsum, ne & tu tenteris. In» uicem onera vestra portate.) Nūc hos alloquitur qui fir miores erant, ne inflatione bonæ vitæ, cum qui forte a peccato circumuentus fuisset, spernendū putarēt & abiiciendum. ideoq; consulēdum his. Cum mansuetudine enim prouocandi sunt ad reformādos se: quia si acrius quasi ex autoritate fuerit correpti, nō se patiētur argui, sed & defendere incipient se, ne turpes videātur: & incipient peiores fieri. Tolle enim hominē a contentione & audacia, & habebis eum subiectū. Humilitas enim etiam superbos solet inclinare. Et vt cum tota animi lenitate fieret, adiecit, Ne & tu tēteris: vtvel hac causa nō » sperneret peccatorem, sciens & se posse peccare. ¶ Et sic » implebitis legē Christi.) Lex enim Christi omnes sal-
H uos vult fieri, ac per hoc qui fratri peccāti consulit vt re» deat ad propositum, implet voluntatē Christi. ¶ Si enī » quis videtur sibi esse aliquid, cum nihil sit, seipsum sedu » cit. Opus enim suum probet vnusquisq;, & tūc in semet» ipso tantum gloriam habebit, & non in altero.) Verū est, nec latet quenquā, quia si actus nostros & mentē cō sideremus, nulli nos anteponimus, & nec facile quenq; iudicamus. Qui enim extollitur quasi aliquid sit, errat: nescit enim quia de humilitate crescitur. Verba enim saluatoris & gesta ante oculos nō habet, qui cum sit omnium dominus, humiliauit se, vt nobis formam daret quid sequi deberemus si crescere velimus: & si nos erigeremus, inclinaremur: quod facit imperitia cordis inflati, vt apud homines cōmendatior videatur. Spernens enim & despiciens peccatores, iustum se videri cō tēdit, sicut & pharisæus ille quē dominus denotat. Nūquid non vere hic imperitus est qui præsentis glorię cupidus est? Nunquid non vere de futuris desperans, qui mercedem iustitiæ in præsenti vult consequi? Quare? quia non est iustus in opere, sed per fallaciā fingit iustiI tiam. Qui enim vult iustus esse, alterum sibi præponit vt vere iustus sit. Vnusquisq; enī plus mala sua nouit » q̄ alterius. ¶ Vnusquisq; enim sarcinam suā portabit.) Ad postremum hoc voluit innotescere superbis, quia non coinquinatur quis alieno peccato, dummodo dissentiat, vt nemo vereatur se iungere peccatori, aut acce » dētem ad se suscipere, vt eum lucretur. ¶ Communicet » autem is qui catechizatur, hoc est, qui verbum audiens » est: ei qui catechizat, in omnib⁹ bonis.) Hoc dicit, vt doctoribus audientes cōmunicent in omnibus bonis. Si autem aliter agant q̄ docent, in his illis non cōmunicādum, sed dissentiendum, vt magis lex tibi dux sit q̄ homo. Sibi enim oberit, nō tibi: quia quæ docuerit, obser » uas. ¶ Nolite errare, deus non deridet.) Nemini dubiū est deo impostura fieri non posse, sed hoc ab eo vnum» quenq; cōsequi quod meretur. ¶ Quod enim quis semi» nauerit, hoc & metet. Qui enim seminauerit in carne » sua, ex carne metet & corruptionem.) Hic carnalia vitia quæ in carne admitti solent, significat, vt qui carnem suam corruperit, sciat se corruptelæ futurum obnoxium. Corrumpit autem corpus qui inconcessa prę» sumit. ¶ Qui vero seminauerit in spiritu, de spiritu me» tet vitā æternā.) Homo Christian⁹ spiritu cōstat & car ne. Homo enim ad comparationem sancti spiritus ca- k
ro est. Cum ergo spiritui dat assensum cohibens se ab iis quę contraria sunt, spiritaliter seminat, vt possit metere vitam æternā. Testimonium enim spirit⁹ accipit, & immortalitatem loco mercedis. Sicut enim qui corrumpit dehonestans corpus suum, nō ad æternitatem sed ad corruptionem pertinebit: ita & qui intaminatū se custodit, vitam æternam consequetur. Hæc est enim æterna vita, viuere sine pœna, habere & gloriam, Nam si hic ad præsens qui in solicitudine est, negat se viuere: quāto magis vbi alienus a deo ignem torturem patie» tur? ¶ Bonum autē facientes non deficiamus. tēpore enī « suo metemus infatigabiles.) Hoc dicit quia qui fortis « est ad seminādum, fortis erit ad metēdum. id est, sic recipiet, quomodo facit. Ideo promptos nos ad benefaciē dum esse hortatur, nec fastidiū pati debere, securos quia pro paruis magna recipiemus, & pro terrenis ęterna tē pore quo promisit deus. ¶ Ergo dum tēpus habemus, « operemur bonum ad omnes.) Gentiles tempus habēt « operandi malū. Homines enim sine deo, quomodo pos sunt operari bonum? Christiani autem facti, tēpus habent operandi bonum ad omnes homines, vt post accē ptam fidem bonū opus proficiat mercedi promissę. Tē pus enim idcirco cōceditur vitæ, vt iam iuste versemur exemplū dantes gētilibus. ¶ Maxime autem ad dome « sticos fidei.) Verum est, quia faciliores & propēsiores « in bono circa fratres esse debemus, quia innucē sumus membra. Huic ergo rei inseruiendum quæ prodest, nō L circumcisioni rei nunc inani. ¶ Scitote qualibus literis « scripsi vobis mea manu.) Autoritatē dat epistolæ suæ. « Cum enim dicit, Ego scripsi mea manu, obediri vult literis his. Vbi enim holographa manus est, falsum dici non potest, ne forte circumuenti excusarent de epistola, quasi aut falsa esset, aut non esset apostoli, nolētes se reprehendi. ¶ Quicunq; volunt placere in carne, hi cogūt « vos circuncidi, ne crucis Christi persecutionem patian- « tur.) In carne placere, hominibus placere significat. Vt « enim Iudæis propitiis aut non infensis viuerent, quos pseudoapostolos dicit, sic Christum prædicabant, vt & legem seruandam docerent. Quod apostolus nunquā metuit, sed constanter quod verum est non tacuit, & sibi & his prouidēs quos docebat. Deniq; ego, inquit, nō Actuū. 21
solum ligari, sed & mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine domini nostri IESV Christi. ¶ Neq; enī « hi ipsi qui circuncisi sunt, legē custodiūt, sed volunt vos « circūcidi, vt in vestra carne gloriētur.) Tale est hoc quā- « le & illud dictum ad apostolum Petrum: Si tu cum sis M
Iudæus, gētiliter viuis: quomodo cōpellis gentes Iudaizare? Ita & hi cum ipsi legem non custodirēt, cōuersantes iniuste: circumcisionē zelabantur, vt proinde virtudices & amatores legis viderentur: cum cōstet hunc legem defēdere & custodire, qui iustitias eius exequitur, & mādatum quod ad vitam pertinens datum est, non prætermittit. Talis ergo Galatarū excusatio erat. Hęc dicit, vt vel sic intelligant quia illudebantur velut stulti & hebetes de quorum doloribus gloriarentur. ¶ Mihi « vero absit gloriari, nisi in cruce domini nostri IESV « Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mū « do.) Quomodo pseudoapostoli tribulationes pro no- «
mine Christi quasi nihil profuturas per hypocrisin redimebant erubescentes in his, ita & apostolus gloriabatur de his, sciēs magnam pro istis fore mercedem, quēadmodum & coapostoli eius, sicut scriptū est in Actis apostolorum: Tunc, inquit, cæsi exierunt Apostoli de Actuū. 5
concilio, gaudentes quia digni habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. Cuius ergo omnis spes in Christo est, hic gloriatur in cruce eius, huic & mundus crucifixus est, certus amorem crucis Christi vitam esse, mundi vero amorem parere mortem. Inuicem ergo sibi mortui sunt, & mūdus apostolo, & apostol⁹ mūdo, dum nihil concupiscit apostolus mundi, & dum ni-

A hil habet mundus suum quod agnoscat in apostolo, si-
Ioan. 14. cut & dominus ait: Ecce, inquit, princeps huius mundi
» venit, & in me inuenit nihil. ¶ Neq; enī circūcisio quic-
» quam est, neq; præputium, sed noua creatura. Et quot-
» quot hāc regulā sequuntur, pax super illos & misericor-
» dia, & super Israel dei.) Noua creatura est regeneratio nostra. hæc est quæ dat profectum permanentibus. Superistos enim est pax dei. Qui enim cū deo pacificus est, nullius inimicitiā metuit. Tutus enī est in protectione & misericordia dei, quæ promissa est & manet super Israel dei, non super Israel hominis. Iudæi enim nō credentes, Israelitæ sunt secundum carnem. Duas ergo partes significauit super quas manet pax & misericordia dei, Iudæorum credētium, & gentilium fideliū.
» ¶ De cætero nemo mihi molestus sit.) Molestias sibi noluit de cætero fieri, vt iterum forte cogeretur scribere, sed iam correctiores illos vult fieri, vt amputatis erroribus post tāta tædia pausam haberet. Si autem duriores se præstarent, & inflexibiles in conuertendo, cessarent ab eo, vt illis operas suas & efficaciam impende
» ret, de quibus mercedem aut lucrum speraret. ¶ Ego
» enim stigmata domini nostri IESV Christi in corpo-
» re meo porto.) Hoc dicit irat⁹, quia passiones quas credentium causa patiebatur, inefficaces in illis videbat, quoniam constantia & fide doctrinæ suæ pro Christo
B plagas & vincula pati non timuit, Sed passus est amore credentium cicatrices plagarum habere se in corpore, quo non minus fideliter eis prædicaret, sicut & pseudoapostoli, qui Galatas deceperant. Neminem itaque vult sibi molestū esse, qui huic rei deuotus non est. Ista enim stigmata, id est, cicatrices plagarum testimonia sunt credentium eorum qui patiuntur, quod digni sunt
» futura promissione. ¶ Gratia dñi nostri IESV Chri-
» sti cum spiritu vestro fratres.) Non legis gratiam dicit, sed domini nostri IESV Christi esse cum spiritu illorum quos spiritales fratres appellat. Neq; enim penit⁹ omnes fuerant euersi.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD EPHESIOS.

PRAEFATIO.

C EPHESIOS non apostolus fundauit in fide
1. Cor. 15. sed confirmauit, multa mala pro his passus a perfidis, sicut dicit. Si enim secundū hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui nō resurgent? Et quoniam pugnam suam non sine effectu profectionis illorū peruidet, gaudens in eis, ad meliora scriptis hortatur de vrbis Romæ custodia, quia veniens ab Hierosolymis in custodia sub fideiussore intelligitur deguisse manēs extra castra in conductu suo.

CAPVT PRIMVM.

» PAVLVS APOSTO» lus Christi IESV per vo» luntatē dei, sanctis omnibus » qui sunt Ephesi, & fidelibus » in Christo IESV.) Solito more scribit. Apostolum enī se esse Christi IESV dei voluntate testatur, Sāctis & fidelib⁹ in Christo IESV qui sunt Ephesi. Nō solum fidelibus scribit, sed & sanctis: vt tunc vere fideles sint, si fue- D
rint sancti in Christo IESV. Bona enim vita tunc prodest ac creditur sancta, si sub nomine Christi habeatur: alioqui cōtaminatio erit, quia ad iniuriam proficit creatoris. ¶ Gratia vobis & pax a deo pīe nostro, & do- «
mino IESV Christo.) Gratiam dei cum sanctis dicit « esse & fidelibus, quem patrem nostrū appellat, quia ab ipso sunt omnia & condita & restaurata: Christum autem dominum nostrū, quia redemit nos offerens se pro nobis. ¶ Benedict⁹ deus & pater domini nostri IESV « Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritua- « li.) Id est, non mundana, sed cęlesti benedictione, neque « corruptibili sed æterna, quia gloria Christianorū nō in terra sed in cęlo est, & est in Christo. Omne enim donū gratiæ dei in Christo est, vt si quis spreto Christo benedici se a deo putet, errare se sciat. Aliter tamen benedicitur deus, & aliter homines. Vnum quidē benedictionis nomen est, sed pro merito personæ debet intelligi. Nā & facere dicitur deus, & homines faciūt. Sed deus nutu solo impassibiliter facit, hoīes enī manu, conatu, labore, sudore efficiunt. Deus ergo benedicię, cum laudibus dignis extollitur. Homines autē sic bndicit deus, vt donum gratiæ suæ eis impertiat, nō secundum merita eorum, sed secundū misericordiam suā. Et ideo dixit: Q ui nos benedixit in benedictione spiritali. vt ostēderet perfectā benedictionem dari cælestium credētib⁹ Christo, vt pleni sint gloria cęlesti supra potestates sub- E
nectī cælorum, quia vbi ego, inquit, ero, illic & minister Ioan. 12.
meus erit. ¶ Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, vt essemus sancti & imaculati corā ipso in charitate.) Præscius deus omnium scit qui crediturī essent « in Christū, sicut dicit ad Romanos: Quos præscīt & Roma. 8.
vocauit nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gētib⁹. Quos ergo deus vocare dicitur, perseuerant in fide. hi sunt quos elegit ante mundum in Christo, vt sint incōtaminati corā deo in charitate, hoc est, vt amor dei sanctam illis faciat conuersationem. Nemo enim melius alicui obtemperat q̄ qui ex charitate obsequitur. ¶ Prę- «
destinans nos in adoptionem filiorum per IESVM «
Christum in ipsum.) Hoc dicit decreuisse deum, vt cre- «
dentes in Christum adoptarētur deo in filios, vt caput ipsorum sit Christus verus dei filius. ¶ Secundum pla- «
citum voluntatis in laudem claritatis suę.) Tale placitum dicit deum habuisse, vt ad laudem claritatis eius proficeret gratia data hominib⁹, vt salus nostra gloria dei fit. ¶ Q ua gratificauit nos ī dilecto filio suo.) Deus «
nobis gratiam suam dedit propter quod credidimus in filium eius Christum. Diligens enim vnigenitum suū F
amatoribꝰ eius diuina munera largitur. ¶ In quo habe- «
mus redēptionē p sanguinē ipsi⁹ remissionē peccatorū.) «
Duplicē gratiā flagitat, qa & redemit nos sāguine suo, & pctā nobis nō imputauit. id est, redemit, & manumi sit. ¶ Secūdū diuitias gratię suæ, quæ abūdauit in nobis «
in omni sapiētia & prudētia.) Addit ad gratiā, qa post «
supra memorata beneficia donum accedit sapientiæ & prudētiæ spiritalium rerum. ¶ Vt notum nobis faciat «
mysterium voluntatis suæ iuxta placitū suū quod pro- «
posuit in eo, & dispensationem adimpletionis tempo- «
rum, restaurans omnia in Christo quæ in cælis sunt, & «
quæ in terra.) Hoc placuit deo, cuius cōsilium retracta- «
ri non potest, vt ostenderet in Christo mysterium voluntatis suæ tempore quo reuelari illud voluit in agnitionem creaturæ. Voluntas autem eius hæc fuit, vt tunc propitius fieret omnibus qui in errore erant, siue in cælis, siue in terris, quādo Christum manifestauit hoc donum esse credentium, ne illis imputarentur peccata, suscipiētibus fidem Christi. Omnis ergo creatura in cælis & in terris dum discit agnitionem Christi, restauratur ad id quod est condita. Cum enim ad vnius dei fidē imbuitur, cognito mysterio saluatoris ab errore quē cœperat restauratur, pro certo habens creatorem suum

G vnum esse & deū & dominū. Hinc est vnde & Ioannes Apo. 12. in Apocalypsi dicit: Vidi Michael & angelos eius in cælo pugnare cum dracone, & cum exercitu eius. Hæc repugnantia partim de errore est, partim de vsurpatæ tyrannidis præsumptione. ¶In quo sortiti sumus prædestinati secundum propositum dei qui vniuersa creauit secundum consiliū voluntatis suæ, vt simus in laudem glorię eius, nos qui ante sperauimus in Christo.) Hoc est quod dicit, quia dispensatio prædicationis his decreta est a deo, qui ex Iudæis crediderunt in Christū. Vnde nullus ex gentibus ad apostolatum electus est. Dignum enim erat ex his eligi prædicatores, qui ante sperauerunt salutem quę illis promissa erat in Christo. ¶In quo & vos cum audissetis verbum veritatis Euāgelii salutis vestræ, credentes signati estis spiritu ꝓmissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redēptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.) Laus gloriæ dei est cū multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria medici est si multos curet. Ideoqꝫ ad gloriā dei pertinet quia gentes vocauit, vt salutis suæ medelā consequerentur per fidem promissam Iudæis, signum habētes redēptionis atqꝫ hæreditatis futuræ, spiritum sanctum datum post baptismum. Redempti enim hæredes designati sunt, si in regeneratione perdurent: vt fides prima veniam, sancta vero conuersatio perdurans cum fide coronam mereatur. ¶Propterea audita fide vestra in domino IESV, & dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agēdo pro vobis cōmemorationem vestri facere in orationibus meis.) Quoniam iu-

H xta decretū dei quo statuit gentes participes fieri promissionis Iudæorum, audito Ephesii verbo dei susceperunt fidem Christi, diligentes omnes sanctos sicut mādauit dominus, hac causa deo gratias agit pro conuersione & charitate eorum, qui dignatus est gentes cōcorporare Iudęis. ¶Vt deus dñi nostri IESV Christi, pater claritatis det vobis spiritum sapiētię & reuelationis in agnitione illuminatos habere oculos cordis vestri, ad hoc vt sciatis quæ est spes vocationis eius, quæ diuitiæ hæreditatis gloriæ eius in sanctos.) Manifestum est quia ideo se orare dicit pro eis, vt fidei suæ spem cognoscāt in remuneratione cælesti, quia cum plene scierint qui fructus est credentium, propēsiores fient circa excolendam religionem. Iam enim in huiusmodi profectus fore videtur, qui si antequā sciāt promissionis gloriam, tam deuoti sunt, propēsiores fient necessario cū cognouerint. Claritatis tamen patrē vocat deum, & Christi deum, cum verus pater Christi sit deus, & deus creaturæ. Ioan. 20. Sed & ipse dominus eadem dicit: Vado ad patrē

I meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrum. Totius ergo claritatis pater est, quia ab ipso est om̄is claritas & potestas & dignitas. Est & pater Christi, sed aliter, quia hic verus filius est, & deus omnium, sed non ita Christi deus est. Sic enim deus Christi est, quia deus de deo Christus est: cæterorum autem deus est causa terroris, sicut ipse dicit in Malachia propheta: Mala. 1. Si deus ego sū, vbi est timor meus? ¶Et quæ est excelsa magnitudo eius in vos qui creditis secundū operationem potentiæ fortitudinis eius quam operat⁹ est in Christo suscitās illum a mortuis, & collocauit ad dexteram sibi in cælestibus super omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed et in futuro.) Exemplum salutis credētium & gloriæ, in resurrectione saluatoris consistere profitetur, vt ex ea cognoscant fideles quid eis promissum est. Simili enim modo extollentur supra cælos futuri cum Christo, sicut Ioan. 17. ipse dicit: Pater, volo vt vbi ego fuero, & hi mecum sint, & videāt gloriam meam. Hoc propter incarnationem filii dei, vt etiam homo factus super omnes cælos esse dicatur, & super cunctam creaturam sedens ad dexteram dei, habens nomen dei per naturam, non

K per adoptionem, vt cognoscāt illum esse filium dei qui illum crucifixerunt. Honor enim quem illi dedit pater per generationē, tunc manifestatus est, cum natus homo passus est, & victa morte resurrexit, ascendens vnde descenderat, super oēs cælos. Vnde dictum est: Quia Psal. 84. veritas de terra orta est. Quia enim omne iudicium pa- Ioan. 5. ter filio dedit, idcirco ad dexterā dei sedere dicitur, quasi iudex. Deniqꝫ ipse dicit ad discipulos: Vsqꝫ modo nihil Ioan. 16. petistis in nomine meo. petite, & ego faciam. Vnde ait Iudæis: Amodo videbitis filium hominis sedētem ad Mat. 26. dexteram virtutis, & veniētem cum nubibus cæli. Ex eo enim quo innotuit, adiri cœpit & postulari quasi iudex. ¶Et omnia subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit super omnem ecclesiam quæ est corpus & plenitudo eius qui omnia in omnib⁹ adimpletur.) Patrem dicit filio omnem creaturā subiecisse, vt quia omnia per ipsum fecit, ipse omnium caput sit & dominus. Tunc illi omnia subiecit, quādo illū ante omnia genuit, vt per ipsum fierent quæ non erant. Omnē ecclesiam dicens, summatim totum cōprehendit quod in cælo est & terra, vt in nouum hominem mēbra eius efficiātur, dum confitentur hunc esse per quem facti a deo sunt. Subiiciūtur enim illi quasi capiti membra, ex quo trahūt originem, vt omnia in omnibus adimpleatur. Cum enim regressa fuerint ad confessionem vnius dei flectētes genu Christo, adimpletur in omnibus vt sit omnia, quia ab ipso sunt, ac p hoc ipse in eis est, quia virtute eius subsistunt. Recedētes enim a deo euacuare illum vidētur. L Vnde alio loco dicit: Vt crescāt oīa in incrementū dei.

CAPVT SECVNDVM.

ET VOS cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundū seculum huius mūdi.) Mortuos dicit, qui errores seculi sequūtur. Quicquid enī ab vnius dei professione recedit, mortuū habetur, quia non manet in radice ex qua trahit originem. ¶Secūdū principem potestatis aeris huius spiritū qui nunc operatur in filiis diffidētiæ.) Principem potestatis, id est, diabolum, significat seculi intelligētiā corrupisse, vt ab vno deo recederet, multorum deorum opinionem susciperet, vt socios illos suæ conspirationis efficeret, dum in eadem impietate inueniuntur negantes vnū deum. Principem ergo hunc erroris ideo aeris dicit spiritum, vt ostendat quia hanc partem sibi vsurpauit ad exercēdam dominationē. Alius est enī aer, & alius princeps: sed quia in mūdo vel in aere dñatur, spirit⁹ aeris appellatur. ¶In quib⁹ & nos aliquādo cōuersati sumus in desideriis carnis nostrę, faciētes voluptates carnis & cōsi- M liorū eius, & eram⁹ natura filii iræ, sicut & cęteri.) Perfidiā significat dū desideria carnis memorat. Voluptas enī carnis est visibilib⁹ oblectari, vt elementa quæ deus gubernacula mūdi instituit, deos appellet, cū hoc nomē vni deo debeatur ex quo sunt oīa, vt sicut nullum participem habet ex his in virtute, ita nullum habeat cōsortem in nomine. Christo autem idcirco hoc nomen non negatur, quia sicut communis eis natura est, ita erit & nomen. Hoc tamē inter patrem & filium interest, quia pater a nullo hoc accepit: filius autem per generationē omnia patris accepit, vt in virtute & substantia & nomine nihil distet filius a patre. Vnde dicit: Omnia quę Ioan. 16. habet pater, mea sunt, & mea patris. Nō ergo indignū neqꝫ contrarium est si & Christus deus dicatur, sed de deo patre, vt vnius dei autoritas conseruetur. Nam si quis aliud putat significare cum voluntatē carnis flagitat, sciat apostolum mūdam vitam habuisse, quia secundum iustitiam legis conuersatus est sine querela. Sed quia persecutus est fidem Christi, idcirco conuersati, inquit, sumus ī desideriis carnis nostræ. Omne enī peccatum caro dicitur, maxime perfidia, quę est totius

A sceleris mater. Nulli opera bona & castitas proderit si sit perfidus. Perfidia enim hæc omnia maculat. Hinc est qđ subdidit: Et eramus natura filii iræ, sicut & cæteri. Naturæ enim cum mala voluntas supponitur, fit natura iræ, id est, quæ vltioni subiicienda sit, immutata non substantia, sed mala voluntate. Hoc enim depu- Esaiæ. 1. tatur naturę qđ sequit. Vnde ait in Esaia: Semē pessimum. Et quare sit semen pessimū, subiecit: Reliquistis enim dominum, ait, & ad iracūdiam prouocastis sanctum Israel, vt natura quæ deserit deum, pessimum semen dicatur. Degenerare est enim ab autore recedere: & cum malum exemplum cæteris præbet, malum est semen. fructus enim pessimos facit. Si vero redeat ad autorem, bona erit natura, secundum apostolū, qui immutatus dum agnoscit creatorem suum, vas electionis appellatur. ¶Deus autem qui diues est ī misericordia, propter multam charitatem misertus est nostri.) Hæ veræ diuitiæ sunt misericordiarū, vt non quærentib⁹ vltro misericordia præstaretur, sicut dicit Esaias: Palam factus sum nō quærentibus me. Hoc enim est abundare misericordia, vt & non postulantib⁹ tribuatur. Hæc tñ charitas dei est erga nos, vt quia fecit nos, noluit perire nos. Diligit enī op⁹ suū. Ideo enī fecit, vt amaret qđ fecit. nemo enī laborē suū odio habet. ¶Et cū mortui essemus, cōuiuificauit nos in Christo.) A deo alie-

B nati mortui eramus, gratia autē sua reuocauit nos, hoc est viuificauit nos ī Christo. Quia enī p ipsū nos fecit, iterū p ipsū nos reformauit in ipso, id est, vt eius mēbra simus: ipse est autem caput nostrū. Ipsum enim habemus deo præstante autorē vitæ nostræ, sicut dicit Pe- Actu. 3. trus apostolus: Autorem vero vitæ interfecistis. ¶Cuius gratia estis saluati.) Huic dono addit & gentes, significans saluatos nos gratia Christi. ¶Et simul suscitauit & simul sedere collocauit in cælestibus in Christo IESV.) Hoc dicit quod supra memoraui, illic futuros sanctos etiam ex gētibus, vbi & Christus est caput eorum. ¶Vt ostēderet in seculis superueniētib⁹ superabundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo.) Significat quia ī futuro seculo immortale donum dei apparebit in remunerationem fidelium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligētibus se. Hæ sunt superabundantes diuitiæ, vt tantum detur credentib⁹, quantum inuestigare non potest mens. ¶Gratia enim salui facti estis per fidē.) Gratia fidei data est vt credentes saluētur. ¶Et hoc non ex vobis: dei enim donū est. Non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo in opera bona quæ pręparauit deus vt in illis ambulemus.) Verū est, quia

C omnis gratiarum actio salutis nostræ ad deum referēdā est, qui misericordiam suam nobis præstat, vt reuocaret errantes ad vitam, nō quærentes verū iter. Ideoqꝫ non est gloriandum nobis in nobis ipsis, sed in deo, qui nos regenerauit natiuitate cęlesti per fidem Christi, ad hoc vt bonis operibus exercitati, quæ deus nobis iam renatis decreuit promissa mereamur accipere. ¶Memoria retinentes vos qui aliquādo eratis gentes in carne, qui dicimini præputium, ab ea quæ dicitur circuncisio in carne manu facta, quoniam eratis illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israel, & hospites testamentorum, & promissionis eorum spem non habentes, & sine deo in hoc mundo.) Commonet gentes vt reminiscentes quid fuerunt, (Erant enim carnales, & sine spe, nullam promissionis communionem habentes Iudæorum in Christo, Iudæis enim promissus erat Christus, non gentib⁹) vt propensius gratias agāt deo p Christū, qui mīa sua fecit illos participes spiritalium, cum essent carnales. Ideo tamen circūcisio, ait, in carne manu facta, vt significaret aliam non manu factā spiritalem. ¶Nunc autem in Christo vos qui aliquando longe eratis, facti estis prope in sanguine Christi.)

D Adhuc donum & gratiam dei cōmendat, cū nos semper velut obnoxios gratias vult referre. Idcirco enim sanguine Christi proximos nos deo factos memorat, vt quantum affectum circa nos habeat deus, ostēderet, qui pro nobis filium suum mori permisit, vt & nos in fide eius durantes omnibus exitiis pro illo nobis illatis non cedamus, sciētes plus illum de nobis mereri, quàm quæcunque ab inimicis possunt inferri. Ille enim cum sit domin⁹, & nullius egeat, obtulit se pro nobis, vt nō illi sed nobis magis proficeret. Nos enim etiam si nobis non proficeret, forte cogeremur mori pro ipso domino serui: quanto magis cum non solum illius sed & nostra mors nobis præstet effectum? ¶Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraqꝫ vnum, & mediū parietem maceriæ soluens inimicitias in carne sua.) Pacem fecit inter circuncisionem & præputium passio saluatoris. Inimicitia enim, quæ velut paries media erat, & diuidebat circuncisionem a præputio, & præputium a circuncisione, hāc soluit saluator, dans legem vt neqꝫ Iudæus præsumens de circuncisione reprobaret gentilem, neqꝫ gentilis fidus de præputio, id est, de paganitate, abominaretur Iudæum, sed vt ambo innouati, vnius dei fidem sequerentur in Christo. Omnia enim quæ docuit saluator, tunc firmauit cum resurrexit. Parietem tamē qui medius erat diuidens inter legem factorum & gen-

E tilitatem, maceriam siue sepem significauit, id est, non parietem stabilem neqꝫ robustum, quia neque gentilitas firma res erat, quasi ab homine inuenta, neque circuncisio & neomenię, escarum & sacrificiorum vel sabbatorum stabilis & fixa obseruatio. Sic enim data sunt vt cessarent aduentente Christo. Quamuis enim deus hæc dederit, sed ad tēpus: fidei autem firma & sine successore est prædicatio. ¶Legem mandatorum in decretis euacuans vt duos conderet in se in vno nouo homine faciēs pacem.) Hoc est quod supra summatim memoraui, quia legem quæ data erat Iudæis in circuncisione, & in neomeniis, & ī escis, & ī sacrificiis, & in sabbato, euacuauit, hoc est, cessare iam iussit, quia oneri erant: & sic fecit pacem. Vnde Petrus Apostolus dicit in actis apostolorum: Quid imponitis iugū supra cer- Actu. 15. uicem fratrum, quod neqꝫ patres nostri neque nos potuimus portare? ¶Vt exhiberet & recōciliaret ambos in vno corpore deo per crucē.) Sublata inimicitia, morte sua Christus prius populos inter se recōciliauit, deinde deo patri pacificos fecit, vt homines naturæ vnius

F quia diuersi facti fuerant per errorem, membra efficerētur vnius corporis noui, cuius caput Christus est. ¶Interficiens inimicitiā in semetipso, & veniēs euangelizauit pacem vobis qui longe, & pacē iis qui iuxta: quia per ipsum habemus accessum vtrique in vno spiritu ad patrem.) Idem sensus est. Interfecit enim inimicitiam in se, dum pro omnib⁹ tā Iudæis quàm gētilibus mortuus est. Oībus enī profecit mors saluatoris. Resurgēs enim a mortuis damnata morte, quæ tenebat omnes, ostendit quam spem haberent credentes in eum. Hinc mandauit prædicationem qua omnes conuocarentur ad deum patrem in vnitate spiritus scissa discordia, vt siue Iudęi (qui prope ideo dicūtur, quia ipsorum patribus facta promissio est) siue gētiles (qui ideo longe dicuntur, quia dei legem non receperūt datam per Moysen) sublato præterito ritu susciperēt fidem Christi, per quam efficerentur vnū. ¶Ergo iam non estis hospites & incolæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei.) Admonet illos vt memores sint beneficiorū dei, quia cum longe essent a cognitione & timore dei, misericordia eius adiuncti sunt vt fierent participes eorum qui prope deum erant, ciues facti filiorum dei. Sicut enim quæcunque gens Romanorum pacem sequi desiderauit, oblatis donis suscepta est vt essent ciues Romani, quemadmodum e Tharso Cilicienses, vnde apostolus ciuem Romanum se dicit: a & quicunqꝫ fidei se Chri-

Gstianæ sociauerit, sit ciuis sanctorū, & domesticus dei.
» ¶ Superædificati supra fundamentum apostolorum &
» prophetarum.) Hoc est, supra nouum & vetus testamē
tum collocati. Quod enim apostoli prædicauerunt,
prophetæ futurum dixerunt, quanuis dicat ad Corin-
1.Cor.12. thios: Deus, inquit, primū posuit in ecclesia apostolos,
secundo prophetas. sed hi alii prophetæ sunt. Illo enim
loco de ordinatione ecclesiæ disputat, hic vero de funda
mento ecclesiæ. Prophetæ enim disposuerunt. nā apo-
Matt.16. stoli fundamenta iecerunt. Vnde dicit dominꝰ ad Pe-
trum: Super istam petrā ædificabo ecclesiam meā. hoc
est, in hac catholicæ fidei cōfessione statuo fideles ad vi
tam. Nā & Dauid disposuit domum dei, & signauit lo-
» cum vbi fieret, Salomon vero fundauit eam. ¶ Ipso an-
» gulari lapide Christo IESV, in quo omnis structura
» compacta crescit in tēplum sanctum in domino, in quo
» & vos coædificamini in habitaculū dei in spiritu.) Hic
Ibidem. sensus est vnde dominꝰ ait: Super istam petrā ædifica-
bo Ecclesiā meā. Duos enim populos in se suscepit sal-
uator, & fecit vnum in domino, sicut & lapis angularis
duos parietes continet in vnitate domus firmatos. Fi-
deles enim superficies sunt templi dei in spiritu conue-
nientes, vt possint hæredes fieri cælestis habitationis.

CAPVT TERTIVM.

» VIVS rei gratia ego Paulus vinctus Chri
» sti pro vobis fratribus.) Quoniā dispositio-
H nem clementiæ quæ fuerit ante mūdum er-
ga salutem gentium, ostēdit, nūc se legatio-
ne huius doni fungi dei prouisione Christo mittēte de-
clarat. Dominus enim post resurrectionem suam apo-
stolos suos vice sua misit prædicare, hūc dirigens ad cō
uersionem gētium. Sic enim dixit ad eum: Vade, ego
longe ad gentes mittam te. Dominico ergo vsus ver-
bo est cum dicit: Vobis qui longe, & pacem iis qui in-
» xta. ¶ Si tamen audistis dispensationem gratiæ quæ
» data est nobis in vos.) Vult eos scire quia dei iudicio a
Christo missus est prædicare gentibus mysterium gra
» tiæ dei. ¶ Secūdum reuelationem notum mihi factum
» est mysterium, sicut ante scripsi in modico, prout pote-
» stis intelligere prudētiam meam in mysterio Christi.)
Ostensam sibi significat reuelationem mysterii dei, de
quo prius breuiter se memorat scripsisse, hoc est tempe
rate, prout potuerant capere prudentiam apostoli in sa
» cramento Christi. ¶ Quod aliis seculis non fuit notum
» filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius &
» prophetis, spiritu esse gentes cohæredes & cōcorpora-
» tos & participes promissionis eius in Christo.) Hoc as-
serit ostēsum a deo tempore Christi quod latebat, quia
gētes participes futuræ essent gratię promissæ in lege.
I Quod ostensum dicit prædicatoribus sanctis & ꝓphe-
tis, id est, apostolis & legis explanatoribus, nō prophe-
tis veteribus. Quanuis enim admitterentur prius ad
legem gentiles, sed circumcidi inbebantur: & prophetæ
sciebant gentes participes futuras doni dei. nam & hoc
significauerunt multis in locis. sed hoc latuit, quia sine
circumcisione & sabbatis & neomeniis & cæteris talib⁹
gratiæ dei futuræ essent participes, vt absq; lege perci-
perent fidem Christi, & saluarentur. Hoc est quod dicit
spiritu esse gentes cohæredes & concorporatos & par-
ticipes promissionis eius in Christo. Qui enim spiritu
» deum colit, opere legis opus non habet. ¶ Per Euange-
» lium eius factus sum minister secundum donum gra-
» tiæ dei quæ data est mihi secundum operationem virꝰ-
» tutis eius.) Per prædicationem ministerii sui cogni-
tum asserit donum quod disposuit deus gentibus iux-
ta virtutis suæ operationem. Operatio enim virtu-
tis eius est quia Christum suscitauit a mortuis, deuicta
morte in qua omnes saluauit. Dispensatio tamen eua-
gelii eius hæc est, qua agnita est voluntas dei quia gen K
tes sine opere legis saluare decreuit. ¶ Mihi minimo o- «
mnium sanctorum data est hæc gratia.) Humiliat se cū «
se minimum dicit, sciens humilitatem profectum ha-
bere. Nam tātam gratiam sibi datam dicit, vt donum
hoc quod ante ignotum fuit præteritis seculis, sibi asse-
rit concessum, vt hoc manifestaret gentibus. Vnde enī
minimus sanctorum omnium videri potest, qui ante-
quam baptizaretur, vas electionis appellatus est. ¶ Vt «
in nationibus euangelizem inæstimabiles diuitias.) «
Electum se probat ad prædicandum donum dei in di-
uitiis incomprehēsibilibus Christi, quas gentibus iam
desperatis largiri dignatus est, vt sine opere saluaren-
tur per fidem. Et manifestum est quia nemo egregium
& munus maximum per indignam mittit personam.
Ostendēs ergo quantum a deo mereatur, humiliat ta-
men se, vt meritum eius crescat. ¶ Et illuminem quæ «
est dispensatio mysterii absconditi a seculis in deo qui «
vniuersa creauit.) Missum se dicit duplici modo doce- «
re gētes mysteriū quod fuit in deo ex quo sunt omnia,
vt per eum discant ac intelligant Christum semper in
deo, & apud deum, & quia sine circumcisione & cæte-
ris legis mandatis disposuit saluare gētes. Indigni enī
inuenti sunt Iudæi tantum ac talem habere doctorem.
Sic enim Iudæi credebant in Christum, vt legem ta-
men seruarent: quod odibile est apud deum. Denique
dicunt apostoli ad coapostolum suum Paulum: Vides L
frater quot milia sunt in Iudæa credentium? & omnes
isti æmulatores sunt legis. Vnde factum est vt vas ele
ctionis ad gentes docendas missus esset, vt vel ipsi fidei
suæ spem plenam haberent, nihil de lege, sed in solo
Christo sperantes. Manifestato enī sacramento Chri-
sti, tale donum datum est, quod perfectæ salutis habe-
ret effectum. Sicut enim in magna vota maxima dan-
tur apophoreta, ita & magnifico manifestato mysterio
gaudii & lætitiæ causa tam egregio munere donati
sunt homines, quod illis satis sit ad copiam salutarem.
¶ Vt nota fiat principibus & potestatibus in cælestib⁹ «
per ecclesiam multiformis sapientia dei.) Tantum de «
hoc bene sensit deus, vt non solum gentibus hunc ma-
gistrum daret, verum etiam vt per eum veritas Chri-
sti innotescat spiritibus in cælestibus, qui sunt princi-
pes & potestates. Potestates ideo, quia potentiores
sunt inter cæteros spiritus. Principes autem, eo quod
principentur potestatibus, vt agnoscentes per Ecclesiā
quę multifarie advitā attracta est, in Christo vnius dei
manere mysterium, desinant ab errore. Id enim agi-
tur, vt prędicatio ecclesiastica etiam his proficiat, & de-
ferant assensum tyrannidis diaboli, qua se aduersus dei M
vnius fidē impia præsumptione armauit. Qui sensus
in psalmo xxiii. præscriptus est, vbi deus vniuersitatis
dns demonstratur, dicente dei spiritu per Dauid: Do-
mini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vni-
uersi qui habitant in eo. Et in subiectis: Tollite portas
principis vestri, & eleuamini portæ æternales: & in-
troibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Domi-
nus virtutum ipse est rex gloriæ. Dicitur ergo his prin-
cipibus qui in errore sunt in cælestibus, siue ministris
eius in terris, vt auferant portas principis sui, id est,
diaboli de mentibus suis, per quas multorum deorum
asserendorum error intrauit. Sunt enim temporales,
quia omnis fallacia tempore clauditur. Iter enim im-
piorum peribit. Vt autem æternas portas eleuent, Psalm.
hortante iustitia admonentur, quia veritas in sempi-
terna secula perseuerat. Vnde ait in psalmo cxvii. Hæc
porta domini, iusti intrabūt per eam. Manifestum est
enim quia iusti per fidem intrant in cælos in regnum
dei. Quod nunquam corrumpi Daniel propheta testa-
tur, dicens inter cætera: Exurget regnum aliud incor- Daniel.2.
ruptibile. Impii autem per incredulitatē intrant in in-
fernum tartareum. Hic ergo rex gloriæ Christꝰ est, qui

A deuicta morte resurgens apparet dominus esse & rex
gloriæ. Virtute enim potestatis suæ qua subegit infe-
ros, manifestatur quia ipse est filius dei, qui vnius dei
regnū in cælis & in terris esse ad condemnationem ty-
» rannidis diaboli prædicauit. ¶ Secundū propositum sꝰ-
» culorum in Christo IESV domino nostro, in quo ha-
» bemus libertatem in confidētia per fidem ipsius.) Ma
nifestatū dicit Christū seculo, quo proposuit deus osten
dere mysterium suum pro salute humana, vt cognitio
mysterii dei mortalibus cōferret salutem, vt quasi dedi-
catio regni Christi hanc gratiam credentibus pro apo-
phoretis largiretur. Licet enim infectum sit, nouum ta
» men videtur ignoranti creaturæ. ¶ Propter quod peto
» ne deficiatis in tribulationibus meis, quę sunt in gloria
» vestra.) Manifestata spe quæ est in mysterio Christi,
commonet ne scandalum patiantur propter tribulatio-
nes quæ sanctis a perfidis irrogātur. Ad gloriam enim
pertinet illorum, si in tribulatione magistri non fuerint
scādalizati discipuli, hac spe firmati, quia fidelium pres-
suræ futuri seculi gloria cērgentur. Hæc enim fidelium
» probatio est, si fidei suę spem aduertāt. ¶ Huius rei gra-
» tia flecto genua mea ad patrem domini nostri IESV
» Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra no
» minatur, vt det vobis secūdum diuitias maiestatis suę
» virtutem confirmari in spiritu suo.) Hoc flexis genibus
precari se dicit, vt quia dignatus est aduocare gētes ad
cognoscendum mysterium voluntatis eius, hoc etiam
donet, quia dignes est, vt nutu eius firmentur in spiritu,
hoc est, vt nō illos perturbēt carnalia exitia illata a per-
B fidis, sed sint stabiles expectātes in futuro huiꝰ rei mer-
» cedem. ¶ In interiore homine habitare Christum per fi
» dem in cordibus vestris.) In eo petit eos magis firma-
ri, vt non ambigant, sed magis credant Christum habi
tare in se, quem non vident his oculis, vt spiritus datus
hoc eis per dei donum infundat, vt certi sint de Christo
quod viuit, & filius dei est, & habitat per fidem in cor-
dibus nostris, vt cum fidem eius habemus in cordibus
nostris, ipsum habere videamur. Quod eo ꝑficit, vt se-
curi simus de auxiliis eius, quia nō deserit nos, sed sem
per adest propter fidem suam quā videt in nobis: quip-
pe cum ideo spiritus eius, qui & dei patris est, detur no-
bis, vt vice eius tutos præstet nos si ei assentiamus, vt
occulta reuelet, per quem vtiq; ipsum in nobis habitare
ambigere non debemus. Est enī hic alius Paracletus:
inter quos personarum distantia est, nō naturæ: quia &
de eius accipit, & a deo procedit. In quibus enim natu-
ræ vnitas est, inuicē sui sunt. Vnde dicit dominus: O-
» mnia patris mea sunt, & mea omnia patris. ¶ Vt in cha
» ritate radicati & fundati possitis comprehendere cum
» omnibus sanctis quæ sit latitudo, & longitudo, & altitu
» do, & profundum.) Hoc præstare dicit habitantem spi-
C ritum vel Christum in nobis, vt fundati simus in cha-
tate dei deinfecti beneficiis eius, & possimus cum san-
ctis, qui sunt Apostoli & Prophetæ, immēsum & inæ-
stimabilem cognoscere deum, omnia excedētem maie-
state virtutis suæ. Cum enim dicit latitudo, & longitu-
do, & altitudo, & profundum: hoc vtiq; significat, vt si-
cut in sphæra tanta longitudo est quāta latitudo, & tan
ta altitudo quātum & profundum, ita & in deo omnia
æqualia sunt immēsitate infinitatis. Sphæra enim de-
finito modo concluditur. Deus autem non solū implet
omnia, sed & excedit. Nec enim clauditur, sed omnia in-
tra se habet, vt solus ineffabilis et infinitus habeatur, et
gratiæ huic insufficienter agantur, qui cū tantus sit, di-
gnatus est per Christum hominem visitare peccatis et
» morti subiectum. ¶ Cognoscere quoq; supereminētem
» scientiam charitatis Christi.) Post dei patris infinitam
& incomprehensibilem cognitionem et inenarrabilem
clementiam, Christi quoq; agnoscere nos vult charita-
tem, quia supereminentis est scientię, & subintelligitur
humanæ, vt super scientiam hominum habeatur dile-
ctio Christi. Quis enim potest colligere mysterii huius D
charitatis rationē, vt & deus hominis causa homo na-
sceretur, deinde moreretur ꝓ hominibus, pro seruis do-
minus, pro creatura creator, pro impiis pius? Propter
quid ita dilexit nos? Aut vt quid nostrum haberet qui
nullius indiget? numquid non charitas hæc super scien-
tiam hominū est? Aut quis hominum hāc poterit cha-
ritatem alicui exhibere, quanq; impar sit, ac per hoc su-
pereminet humana commenta? Hoc ergo vult nos sci
re, quia sensus noster assequi non potest nec perspicere
profunditatem beneficiorū Christi erga nos: vt proin-
de semper ei supplices & deuoti, & qui debitis nulla ra-
tione satisfacere possimus, vel in fide eius vsq; ad mor-
tem perseueremus. Ille enim pro magnificentia maie-
statis suę ea gessit pro nobis, quę sibi indigna sunt, vt et
nos inquantū possimus ei famulemur. ¶ Vt impleami «
ni in omnē plenitudinē dei.) Quia fides neq; in solo pa- «
tre integra est, neq; in solo filio pfecta, ideo adiecit: Vt
impleamini, ait, in omnem plenitudinē dei. vt cōfessio-
ne & gratiarū actione sicut patri, ita & filio honorificen
tia referretur, & omnia quę a deo patre sunt, per filium
facta & restaurata credantur, vt sit plena perfectio diui-
nitatis in professione credentiū. Nihil enim deerit Chri
stiano, quādo deum patrē per omnia immēsum esse co
gnoscit, charitatē quoq; Christi ineffabilē & superemi-
nentem scientiæ humanæ profitetur. ¶ Ei autē qui po- «
test super omnia facere abundantius q̄ petimus aut in- «
telligimus secundū virtutē quæ operatur in nobis, ipsi «
gloria in Christo IESV, & in ecclesia, & in omnia se- «
cula seculorū. Amen.) Ad patris personā hæc refert, vt «
quia melius scit quę vtilia & quę nō petēda sunt, et quā- E
do danda, & qualia & quāta opus sint, ipse gubernet pꝛ
uidentia & virtute sua sibi credentes. Cui ideo gloria in
Christo IESV, quia per ipsum omnia præstat nobis:
& quia honor patris in filio est, & in ecclesia, id est, in po
pulo quem sibi adoptare dignatus est. In charitate enim
filiorum, gloria patris est, dicēte domino: Sic luceat lu- Matt.5.
men vestrum coram hominibus, vt videant opera ve-
stra bona, & magnificent patrem vestrū qui in cęlis est.
In secula seculorum amen, id est, in æternum veritas.

CAPVT QVARTVM.



BSECRO itaq; vos ego vinctus in domi- «
no, vt digne ambuletis vocatione qua voca- «
ti estis.) Hortatur eos, vt recte incedentes in «
præceptis domini, ad promissam gloriā pos-
sint peruenire. Sicut enim peritus medicus obsecrat
infirmos, vt bene se agentes possint salutarem recipere
valetudinem, ita & magister gētium hortatur vt fidei
suæ digna opera faciētes, possint percipere quæ promi
sa sunt sanctis, sciens glorię suæ esse huius rei profectū. F
¶ Cum omni humilitate animi & modestia, cum ma- «
gnanimitate sufferētes inuicem in charitate, solicite ser «
uantes vnitatis spiritū in vinculo pacis.) Nunc disseꝛ- «
sionem prohibet, charitati autem studēdum monet, ne
spiritum vnitatis & pacis amittant, ac per hoc vt inui-
cem se sufferant cum patientia. Modestia enim profe-
ctum parit, quia cum se inuicē tolerant cum lenitate ani
mi monētes, corrigantur ad effectum, & pax in eis ma-
nebit, per quam filii dei non immerito vocabūtur, quia
dixit dominus: Beati pacifici, quoniam filii dei vocabū Matt.5.
tur. Perturbatio enim & inquietudo contentionē facit,
quæ solet etiā ea quę mala nouit, velle defendere, ne ce-
dere videatur. Hinc oritur discordia, quæ corrumpit pa
cis fœdera. ¶ Vnum corpus, & vnus spiritus, ita vt vo- «
cati estis in vna spe vocationis vestrę.) Propter pacem «
& cōcordiam hæc subiecit, vt quia vnū corpus est eccle-
sia, vnum sapiat populus, quia vnum est quod creditur.
¶ Vnus dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus deus «
& pater omnium, qui super omnes est, & per omnes, & «

G » in omnibus nobis.) Adhuc vnitatem commendat, vt quia vnitas est ad quam vocamur, in nullo dissentiamus. Si enim vnus est dominus, id est Christus, sicut Mat.23. & ipse ait in euangelio: Quia magister vester vnus est Christus: Vna fides, vnum baptisma, vnus deus & pater omnium, qui super omnia est, & per omnes & in omnibus credentibus: vnus debet esse & animus populi, quia hæc quæ enumerat, vnitatis sunt. Concordant enim in omnibus. Patrē tamen deum, quia nulli debet quod est, super omnia esse dixit, & per omnes. Ideo per omnes, quia ex eo omnes: & necesse est vt super hæc omnia sit, quæ ex eo sunt. Et in omnibus nobis, id est, fidelibus. In nobis est enim per confessionem, quia eum fatemur, & quia spiritum suum dedit nobis, per quem sine dubio in nobis est. In Paganis non est, quia pater » Christi negatur esse ab illis. ¶ Vnicuiq; autem nostrū » data est gratia secundum mensuram donationis domi » ni nostri IESV Christi.) Nunc, ne quia diuersa in hominibus dona sunt, putarētur officere vnitati, hoc purgat non esse cōtrarium, quia in donis officiorum diuersitas est, nō naturæ. Vnicuiq; autem tantum dicit dari gratiæ, quantum donare dignatus fuerit dominus: nō tamen sine æquitatis mēsura: quia vnicuiq; pro viribus » tribuit, vt tantū hauriat quātum sitit. ¶ Propter quod « dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē, » dedit dona hominibus. Hoc scriptū est in Psalmo sexagesimo septimo. Dona tamen hęc post triumphos cœpit largiri. Vincens est enim mortem exaltatus in cru- Ioan.12. ce, sicut ipse dixerat. Ait enim: Cum exaltatus fuero a H terra, omnia traham ad me. Expoliauit inferos, cum captiuos quos ex præuaricatione Adæ, aut propriis captos peccatis in conditione tenebant, abstulit cōsentientes sibi, & ascendens inde in cælos induxit. Ex quibus aliquanti resurgentes in corporibus, multis apparuerunt ad testimonium euictę mortis, vt qui forte Christi resurrectionem crediturі non essent, ex horum resurrectione quos mortuos scirent, rei fierēt. Hos enim viderunt quos cognoscerent dudum vixisse. Quāuis captiui inuiti & alieni ducantur, saluator tamen & suos duxit, & voluntarios. Apparentia enim sua dum lacessit » desiderantes liberari, cepisse illos dicitur. ¶ Quod au- » tem ascendit, quid est nisi quia etiam descendit in infe- » riora terræ?) Verum est, quia ideo descendit, vt ascenderet, non sicut homines, qui ad hoc descenderunt, vt illic remanerent. Ex sententia enim tenebantur apud inferos: quæ sententia Saluatorem tenere non poterat, quia vicit peccatum. Triumphato ergo diabolo descen I dit in cor terræ, vt ostensio eius prædicatio esset mortuorum, vt & quotquot cupidi eius essent, liberarentur. Nec poterat non ascendere, qui ad hoc descēderat, vt vi potestatis suæ calcata morte, cum captiuis quorū causa patisse pmisit, resurgeret. ¶ Qui descendit, ipse est qui » ascendit super omnes cælos, vt impleret omnia.) Hoc Ioan.3. est quod dicit dominus: Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cęlo, filius hominis q est in cęlo. Quod Psal.18. quidem & in psalmo continetur. Ait enim: A summo cælo egressio eius, & regressus eius vsque ad summum eius. Hic ergo descendens e cælis in terram, homo natus est, post mortuus descendit ad inferos, ex quib⁹ tertio die resurgens, ante omnes mortales ascendit super cunctos cælos, vt illusam mortem ostenderet creaturę. » ¶ Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam » autem Prophetas, alios vero Euangelistas, quosdam » vero Pastores & magistros ad consummationem sanctorum in opus ministerii.) Apostoli, episcopi sunt. Prophetæ vero explanatores sunt scripturarum, quamis inter ipsa primordia fuerint Prophetæ, sicut Agabus, & quatuor virgines prophetantes, sicut continetur in Actis Apostolorum, sed propter rudimēta fidei commendanda: nunc autem interpretes Prophetæ dicuntur. Euangelistę, diaconi sunt, sicut fuit Philippus, k nam quamis non sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodū & Stephanus & Philippus memoratus. Pastores sunt et possunt esse lectores, qui lectionibus saginent populum audientem: quia non in pane tantum viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore dei. Magistri vero exorcistæ sunt, quia in ecclesia ipsi compescunt & verberāt inquietos: siue ii qui lectionibus imbuendi, infantes solebant imbuere, sicut mos Iudæorum est, quorum traditio ad nos transitum fecit, quæ per negligentiam obsoleuit. Inter istos post episcopum plus esse intelligitur, qui propter referatum occultum scripturarum sensum prophetare dicitur, præsertim quia futurę spei verba depromit. qui ordo nunc potest esse presbyteri. Nam in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est, princeps est sacerdotum, & propheta, & euangelista, & cætera adimplenda officia ecclesiæ in ministerio fidelium. Tamē postquam omnibus locis ecclesię sunt constitutæ, & officia ordinata: aliter composita res est, quàm cœperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscunq; diebus vel temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quæsiuit aut diem quo eunuchum baptizaret, neq; ieiuniis interposuit. Neq; Paulus & Syleas tempus distulerunt quo Optionem carceris baptizarēt cum omnibus eius. Neq; Petrus diaconos habuit, aut diem quæsiuit quā- L do Cornelium cū oīi domo eius baptizauit, nec ipse, sed iussit fratribus qui cum illo erant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septē diaconos nullus fuerat ordinatus. Vt ergo crescęret plebs, & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & euangelizare, & baptizare, & scripturas in ecclesia explanare. At vbi autem omnia loca circumplexa est ecclesia, contenticula constituta sunt, & rectores & cætera officia in ecclesiis sunt ordinata, vt nullus de clero auderet qui ordinatus non esset, præsumere officium quod sciret nō sibi creditum vel concessum. & cœpit alio ordine & prouidētia gubernari ecclesia: quia si omnes eadem possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hinc ergo est vnde nūc neq; diaconi in populo prædicant, neq; clerici vel laici baptizant, neq; quocunq; die credentes tinguntur, nisi ægri. Ideo non per omnia conueniunt scripta Apostoli ordinationi quæ nunc in ecclesia est, quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Nam & Timotheum presbyterum a se creatum episcopum vocat, quia primi presbyteri episcopi appellabantur: vt recedente eo sequens ei succederet. Denique M apud Aegyptum presbyteri consignant si presens non sit episcopus. Sed quia cœperunt sequentes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenendos, immutata est ratio, prospiciente concilio, vt non ordo, sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum iudicio constitutum, ne indignus temere vsurparet, & esset multis scandalum. In lege nascebantur sacerdotes ex genere Aaron Leuitæ. Nūc enim omnes ex gene- re sunt sacerdotali, dicente Petro apostolo: Quia estis, 1.Petri.2 inquit, genus regale & sacerdotale. ideoq; ex populo potest fieri sacerdos. ¶ In ędificationem corporis Christi.) « Ecclesiæ ordinationem ad compagīnationem humani generis, in professionis vnitate dicit compositam, vt diuersi dignitate, in Christo omnes sint vnum caput habentes Christum, hoc est, autorem vitæ. ¶ Donec oc- « curramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem fi- « lii dei.) Tandiu dicit manere ordinationem, quandiu « cuncti destinati ad vitam vnius sint fidei in cognitionem Christi. ¶ In virum perfectum, in mensuram ætatis « plenitudinis Christi.) Ita elaborandum hortatur vt « perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, vt Christum perfectum & plenum deum teneat fides, ne mēsura humana metiatur, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus deus habeatur. Nec enim perfectum

A dicens virum, temporali ætate & mēsura significat, sed per hoc dictū perfectos nos vult fieri in plenitudine intel » lectus diuinitatis filii dei. ¶ Vt vltra non simus paruu- » li; neq; fluctuantes, & circumferamur omni vento doctri- » næ in nequitia hominum in astutia ad remedium erro » ris.) Fundatos & stabiles esse nos vult in disciplina fidei catholicæ, quā Petrus apostolus reuelante deo professus est, nec ventilari nos oberrantes per diuersarum hæresum pestilentiosas assenerationes nequitia humana inuentas, vt per has fallentis inimici sub veri nomine error possit afferri. Hoc enim remedium est falsitatis, vt sub prætextu veritatis inducat errorem. Et nō solum sub veri nomine, sed & ne sicut ante acceptā fidem sensu humiles vagabamur p diuersos errores, fideles facti discurreremus fragiles & dubii: de spe promissa cōmonet, quia iam Christiani facti fundati esse debent, quia ambiguitas in fide nostra non est. commendatur » enim virtute prodigiorum. ¶ Veritatem autem facien » tes in charitate, augeamus in ipsum omnia, qui est ca- » put Christus.) Hāc dicit esse veritatem, vt amorē Christi respicientes quo dilexit nos, & tradidit se pro nobis, omnia subiiciamus ei, scientes quia omnium est autor vitæ, vt quasi capiti membra subdantur. Vt si alii erro re vel maleuolētia nō fatētur omnia caput habere Christum, quia ab ipso facta sunt voluntate patris: nos tamē qui catholicæ fidei adhæremus, hoc omni deuotione & B cura agere debemus, vt huic fidei non damnum, sed lucrum afferamus, perseuerantes in hac asseneratione, vt comprimatur prauæ mentis colloquia aduersus veritatem armata. ¶ Ex quo totum corpus compactum & cō » nexum per omnem iunctūrā submiīstrationis, in mē- » suram vnius cuiusq; partis incrementum corporis facit, » ad ædificationem sui in charitate.) Qua ratione Christum caput esse omnīū dixerit, docet. Ex ipso enim, inquit, omne corpus, id est omnis chorus archāgelorum & potentiarū, principum & potestatū subsistit. Quamuis enim singula hæc numeros proprios habeāt, & sint legiones, vt ipse dominus dixit: quia ab vno tamen per vnum sunt, simul omnia vnum corpus appellat. Sicut enim mēbra cū sint vnius corporis, diuersa tamen sunt actu & dignitate: ita & creatura cōdita est a deo p Christum, vt a Cherubim & Seraphim potentiis quæ sub sede dei sunt, & angelis quos ipse dominus sanctos appellat, quasi quædam concatenatio sit, vsq; ad firmamētum ordinata descēdens, vt totū & iunctum sit, & meritis tamen discernatur. Meritis dico, non solū officiorum, sed & naturarum. Nec enim quia iuncta dicit o- C mnia, vnius erunt naturæ. Sed quod in corpore mēbra faciūt discreta officiis, non natura: ita & in his omnibus non membra, sed naturę ipsæ faciūt distinctiones. Hoc est ergo quod laboratur, vt ad vnum sensum redigatur creatura, & in sensu vnū sit corpus, dum omnium vna professio est, vt cōcordet in charitate creatoris ad suum profectum. Reędificat enim se in templum domini, de- » structa enim fuerat dementia et furore diaboli. ¶ Hoc et » go dico & testor in domino, vt non ambuletis sicut & » gentes ambulant in vanitate mentis suæ, obscurati intellectu, alienati a fide dei per ignorantiam quæ est in » ipsis.) Manifestato creatore, & ratione ostēsa quā sequi debeat creatura, in fide dei duntaxat, cōtestatur illos in deum, vt non aliter incedant vel sentiant q̄ docentur, ne similes gētilibus inueniantur, qui nec fidem recipiunt, nec cōuersationem quam mādat lex, obscurum habentes sensum, ne contemplentur diuini nominis veritatē. Vana enim sectantes quę sunt idololatria, infrenantur a diabolo, ne vnius dei iter incedant, vt socios illos suæ » perditionis efficiat. ¶ Propter ignorātiam quæ est in il- » lis, & duritiam cordis illorū, qui desperātes semetipsos » tradiderunt impudicitiis, in operationem immunditię » omnis & auaritiæ.) Gentiles futuræ resurrectionis desperatione cæcitatem cordis habere significat. Quasi D enim vltra non futuri vitam suam contaminant turpissima operatione, nolētes se subiicere legi fidei, quia prohibet voluptatem propter spem vitæ futurę. Quam bi- idcirco ridēdam censent, vt iure deboneſtare se, & alie- na appetere auida cupiditate videātur, quasi post hanc transpunctionem nulla sit vita. ¶ Vos autem nō ita di- « dicistis Christum, si tamē illum audistis, & in illo edo- « cti estis, sicut est veritas in IESV.) Manifestum est « Christianos non desperationē post mortem hanc dicere, sed spem ad vtrunq; Fidelibus enim vita, perfidis vero promittitur mors, quæ est pœna æterna, vt siue mors, siue vita in Christo discatur: quia qui eum sequitur, per eum resurget ad vitam. qui vero discernit se ab eo, per eum mancipabitur gehennæ. ipso enim iudicante damnabitur. Et quoniam sunt quidā in ecclesia qui sub nomine Christi non sequuntur Christi veritatem, ideoq; sicut est, inquit, veritas in IESV: vt si ita docti sunt vt est veritas in IESV, tunc Christum didicisse, & illum audisse, & in illo docti esse videantur. Christus enim de se docet quid sit, & quantus credēdus sit, & quę spes in eo sit, & quales debeant esse credētes. Qui enim didicit Christū, scit illum a mortuis resurrexisse, vt forma esset fidelibus, Ideoq; magna spes est pro ista morte amantibus deum. ¶ Vt exponatis secundū priorem « cōuersationem veterem hominem, qui corrumpitur se- « cūdum desideria erroris.) Qui Christum audiuit, hoc « didicit, vt recederet a cōuersatione pristina, qua vetus hominem nuncupat propter præteritum ignorantiæ tempus. Homo itaq; vnus atq; idem est: qui in pristi- E na vitia sequitur, vetus dicitur. si autē in nouitate vitæ ambulat alienus a secularі errore, qui est siue in affectu, siue in sensu, rudis dicitur, non vtiq; substātia carnis aut animæ, sed intellectu, & conuersatione vitę. Corruptus tamen vetus homo dicitur propter adulterum sensum, & turpem vitam. ¶ Renouamini autem sensu mentis « vestræ, & induimini nouum hominem, qui secundum « deum creatus est in veritate & iustitia.) Iustum & ve- « rum est rectam viam sequi. Hic autem rectam viam sequitur, qui deuotus creatori suo in voluntate eius ambulat, quam gentilitas nescit. Innouatus enim spiritu mētis, nouum hominem dicitur indutus, qui est Christus. Christū enim induitur, qui per fidem renatus in Christo, æmulus est vitæ quam tradidit Christus, vt iuxta deum creatus videatur. In eo enim quis creatur, in quo sapit: & ideo veritas & iustitia dei a gētibus ignoratur. Cum enim credentes deum agnoscunt creatorem, seruantes mandata eius, & iustitia & veritate creantur. F ¶ Propter quod deposito mendacio loquimini veritatē « vnusquisq; cum proximo suo, quoniā sumus inuicē mē- « bra.) Quia in veritate & iustitia creati sumus renati in « baptismate: idcirco vt in eo maneamus, mēdacium deponere iubemur, assumpta veritate: nec dolo aliquid cū fratre agere: vt quia vnius corporis mēbra sumus, cau- « sis nostris in veritate inuicem faueamus. ¶ Irascimini, « & nolite peccare.) Quoniam irasci quis nō potest pro- « hiberi: quippe cum ira motus sit naturalis cōceptus ex causis, qui solet ad profectum pertinere delinquētis: idcirco irascendum dicit, sed commonet ne per iram peccetur. Solemus enim modum egredi dum irascimur, & inuenimur ipsi peccare, qui peccātes arguimus, dum plus irascimur, & amplius oneramus peccātem, quàm meretur. Hoc ergo docet, vt ipsa ira cum moderatione fit, neque timium quis iustum se præbeat delinquenti: quia solent quidam sic peccare, vt tantis plagis affici videantur, quantas non possunt ferre: & qui poterat forte corrigi, tollitur de vita, non sine peccato irascētis. Hinc est vnde Salomon, Noli, inquit, iustus esse multum, Eccles.7. quia est q̄ perit in suo iusto. Sed imitatores dei esse debemus, qui temperatā habet iustitiam. Cum enim iustum esset plectі iniquos, patientia sua suffert eos, vt ali qui ex eis corrigantur. Nosipsos seruos suos peccantes

G » patitur,neccito aliquem percutit.¶Sol non occidat su-
» per iracundiam veſtram, neque locum detis diabolo.)
Iram tranſire vult,nec retineri in pectore,vt die orta cū
die decidat: quia ſi in animo manſerit, dat occaſionem
diabolo gloriandi. Neceſſe eſt enim iratus animus ma
le cogitet: quod cupit diabolus. Inuenit enim mentem
paratam ad malum,cui ſe inſerēs effectu ſuo decipit ho
minem factum ad vitā,quia hominis cogitare eſt, dia-
» boli implere. ¶Qui furabatur,iā nō furetur,magis au-
» tem laboret operando manibus quod bonum eſt, vt ha
» beat vnde tribuat neceſſitatem patienti.) Vt noui ho-
minis converſatio maneat,hortatur ne rurſum ad præ-
terita vitia & peccata redeatur: & nihil proderit nouū
dici, quando vetus homo malis operibus approbatur.
Non ſolum ergo Chriſtianus aliena non tollere iube-
tur,ſed & de labore ſuo penuriam patientibus ſubmini
ſtrare, vt bonis operibus deditus rependat quæ prius
abſtulerat,& de cætero theſaurizet ſibi in futurū. Qui
enim ceſſat a furto,veniam poteſt habere, nō gloriam.
Quid enim magnū aut cuius meriti eſt ab alienis tem
perare? Ad meritū enim proficit cum quis de proprio
» tribuit egenis. ¶Omnis ſermo malus de ore veſtro nō
» procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationē fidei, vt det
» gratiam audiētibus.) In dei ſeruo omnia debent bona
videri,nec ex aliqua parte puritas eius debet maculari.
Quid enim prodeſt mundam vitam habere,& os for-
Matt.12. didum, cū dicat dominus quod vnuſquiſq; verbis ſuis
aut iuſtificabitur,aut cōdemnabitur? Nec credibile po-
teſt videri bene viuere eum qui male loquatur. Male
enim loqui ad multa trahitur vitia. Poteſt enim male
loqui qui turpiter fatur,& qui bonis detrahit, & qui cū
dolo fabulatur,et qui mentitur.hæc errorem præſtant.
Bonæ enim & ſobriæ fabulę dant gratum exemplum
H audientibus,vt honorificent deum in verbis eius ædi-
» ficati in fide Chriſti. ¶Et nolite cōtriſtare ſpiritum ſan
» ctum dei in quo ſignati eſtis in die redēptionis.) Cum
bene agimus,gaudet in nobis ſpiritus ſanctꝰ datus no-
bis,videns monita ſua proficere vtilitatibus noſtris, ſi-
Luc.15. cut dictum eſt a domino: Ita gaudiū erit in cælo in vno
peccatore pœnitentiam agente. Gaudet ergo ſpiritus
ſanctus in ſalute noſtra,nō ſibi, qui non indiget lætitia.
ita econtrario ſi obedientes ei non fuerimus, contriſta-
tur,quia nō habet profectum in nobis. Vult enim nos
pertinere ad vitam. Non tamē ſic cōtriſtatur,vt patia-
tur,quippe cum impaſſibilis ſit. Sed cum eū contriſta-
tum dicit,noſtri cauſa hoc ſignificat,quia deſerit nos eo
quod læſerimus eum contemnendo monita eius. Con
triſtatio itaq; eius,indignitas noſtra eſt, quæ filios nos
dei prohibet appellari. Ipſe eſt enim ſpiritꝰ ſanctus qui
» ſignificat filios dei,manēs in nobis. ¶Omnis amaritu-
» do,& ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia aufe-
» ratur a vobis,cum omni malitia.) Omnia hęc quę per-
I niciem poſſunt præſtare animis, amouenda memorat.
Per iram enim fit indignatio, per indignationem cla-
mor, quaſi vox inſanientis, quæ aliena eſt a dei ſeruo.
Per clamorem ſurrepit blaſphemia,quæ non poteſt nō
mala eſſe,hæc amaram præſtat vitam trahēs ad mor-
tem. Ideoq; ab his omnibus cauendū. Timor enim dei
temperare debet,& modum imponere accidētibus cau
ſis. Sed quia poſſūt aliqui preſſa in animo ira & clamo-
re retinere malitiā ad retributionē nacta occaſione, id-
circo ſubiecit hæc auferri cum omni malitia: quia non
ſolum blaſphemare malitia eſt, verūetiam fingere pa-
» cem in facie,& in animo meditari diſcordiam. ¶Eſtote
» autem inuicem benigni, miſericordes, donantes vobis,
» ſicut & deus in Chriſto donauit vobis.) Exemplo dei
patris benignos & miſericordes inuicem fieri exhorta-
Luc.6. tur: ſicut & dominus, Eſtote, inquit, miſericordes, vt
ſimiles ſitis patris veſtri, qui in cælis eſt. Si enim deus
per filium ſuum ſeruorum miſertus eſt, quanto magis
ſerui ipſi inuicem ſui debeant miſereri,et donare ſi alter
in alterum peccet? Hæc precepta eius ſunt qui miſera- K
tus eſt: qui ſi in his contemptus fuerit, ſine dubio reuo-
cabit ſententiam per quam miſericordiam dederat: &
ita euenit,ſicut ait dominus in euāgelio de eo qui acci-
piens a domino miſericordiam, in conſeruū ſuum im-
pius deprehenſus eſt.

CAPVT QVINTVM.

ESTOTE imitatores dei, ſicut filii chariſ «
ſimi.) Hoc eſt quod ſupra dixit,quia dei pa- «
tris imitatores eſſe iubemur hac exhorta-
tione,vt ſi obaudierimus, filii dei & chariſ-
ſimi habeamur. Hic enim chariſſimus patris eſt filius,
qui bonorum eius imitator eſt. ¶Et ambulate in dile- «
ctione,ſicut Chriſtꝰ dilexit nos, & tradidit ſemetipſum «
pro nobis hoſtiam & oblationem deo in odorem ſua- «
uitatis.) Sicut dei patris imitatores nos eſſe vult in be «
nignitate & miſericordia,ita & Chriſti filii eius in dile-
ctione: vt ſicut ille dilexit nos,tradēs ſe pro nobis, ita &
nos inuicem pro nobis etiā animas ponere debeamus.
Quod etiam Ioannes apoſtolus dixit,exemplo domi-
ni pro fratribus animas ponēdas. Si ergo Chriſti mors
in odorem ſuauitatis eſt deo, mortem eius libenter ac- L
cepit. Quod ſi verum eſt,non peccauerūt qui illum ſe-
cundum dei voluntatem crucifixerunt. Sed non ita eſt,
quia Chriſtꝰ deo dicit ſe obtuliſſe dum occidi ſe paſſus
eſt,in dei patris ſui voluntate perduraus: quia qui iuſte
occiditur diabolo ſe offerens, voluntatem eius facit, vt
occidi mereatur. Ita & Chriſtus dum dei voluntati ad-
hæret,diabolo diſplicuit: & ideo illum occidit, quia deo
ſe obtulit iuſtitiam exequendo. In oblatione enim iu-
ſtitia ſignatur & veritas. Hanc enim reſpicit deus, &
hoc eſt eius ſacrificium acceptum. Itaq; immeritus qui
occiditur,placet deo,non quia occiditur,ſed quia vſq; ad
mortem iuſtitiam cōſeruauit. Suſcepit enim hanc mor
tem deus Chriſtus ad vitam: vnde & odor ſuauitatis
appellatur deo. Ad Romanos tamen dicit: Quia deus Rom. 8.
illum tradidit pro nobis omnibus. Nunc quærendum
eſt quomodo deus tradidit illum, aut quomodo ſe ipſe
obtulit deo. Nam hoc quantum ad verba pertinet, vi-
detur contrarium. Deus illum tradidiſſe dicitur,dum il
lum occidi permiſit, ſicut dicit dominus ad Pilatum:
Non haberes aduerſum me poteſtatem, niſi data tibi Ioan. 19.
eſſet deſuper. Data eſt enim,ſed non nolenti poteſtas,
hoc eſt,permiſſum eſt illi facere quod voluit. & hoc eſt
tradere. Dum enim diſſimulat,tradit. Si enim noluiſ- M
ſet permittere,non fuiſſet occiſus. Permiſit ergo occidi
eum, ſed ab iis qui eum volebant non coacti ſed ſponte
occidere. Nō ergo immunes a pœna ſunt, quia hoc eis
permiſſum eſt quod volebāt. Damnatio enim in eo cō-
petit, quia voluerūt. Quod ideo tamen permiſit deus,
quia ſcit iſtud aduerſum diabolum futurum pro mul-
tis. Dignum enim fuit vt quod inimicus impræſcius
futurorum contra ſe quaſi pro ſe facere putabat,permit
teretur ei, vt impræſcientiā ſuam ſibi imputās, facti ſui
pœnitentia torqueretur. Quod autem Chriſtus ipſe ſe
obtulit,aut deus illum tradidit, vnum eſt, quia ambo-
rum vna voluntas eſt. ¶Fornicatio autem, & omnis «
immunditia,aut auaritia, nec nominetur inter vos, ſi- «
cut decet ſanctos.) Manifeſta ſunt quę dicit: Quāmta «
men grauis res ſit auaritia,a qua diſſimulamus, quan-
do fornicationi et immunditiæ comparatur: & ſic a no-
bis videtur quaſi quędam culpa nullius momenti,cum
ſit graue peccatum. Sancti ergo eſſe non poſſunt in qui-
bus aliquid horum quæ prohibet,fuerit repertū. ¶Aut «
turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad «
rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio.) Quo- «
niam quidam ſolent aliquid turpe agere, aut ſtultilo-
quiis iocum mouere, quaſi non ſit peccatum: hoc pro-
hibet, quia dei ſerui ſemper ſobrii & modeſti de-

A bent videri. Per ſtultiloquia enim peccatur. Vnde Sa-
Prou.10. lomon: Stultus, inquit, per riſum agit mala. Et dñs in
Mat.11. euangelio dicit: Quia omne verbum otioſum quod lo
cuti fuerint homines,reddent de eo rationē in die iudi-
cii. Nec inulta poſſunt diſcerni quæ idcirco dicuntur,vt
ad alicuius pertineant contumeliā. ideo ad rem falsta-
rem non pertinent hæc. Quare hæc agenda & loquēda
monet,quæ ad vtilitatem proficiāt noſtram, & dei lau
dem,in cuius lege meditandū eſt die ac nocte,ſicut ſcri-
ptum eſt in pſalmo primo. Ex converſatione enim &
moribus dei ſerui etiam tacentes intelligendi ſunt, vt
quantum diſtat verum a falſo, tantum diſtent dei ſerui
» a ſeruis diaboli. ¶Hoc enim ſcitote, quod omnis for-
» nicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolola-
» tria, non habet hæreditatem in regno dei & Chriſti.)
Qua cauſa amouenda ſint hæc oſtendit, quia qui talis
fuerit,partem in regno cælorum non habebit, quod eſt
patris & filii. Vt auaritiam tamē rem periculoſam eſ-
ſe doceret,idololatriam hanc nūcupat, qua nullum pec-
catum maius eſt. Videamus ergo cur auaritia idolola
tria dicatur. Idololatria dei honorificentiam vſurpat,et
vēdicat creaturæ,cum in nomine diuinitatis,quod ſoli
cōditori competit, participem illi aſſerit eius factūram.
Auaritia autem idcirco huic exæquata eſt,quia ſimili-
ter ea quę dei ſunt ſibi vſurpat & recōdit auarus,vt que
vſibus omnium conceſſit cōmuniter,auaritia denegat,
quando idcirco hæc congregat apud ſe, ne alii vtantur.
Quæ res facit vt care vendūdent,ne pauperes viuant.
Si enim minime reconderentur, abundantia omnium
B rerum faceret vilitatē. Deniq; apud veteres quia auari-
tia non erat, nec caritas. Recte ergo idololatriæ cōpa-
rata eſt, quia multos lædit, creatori ſimiliter inimica.
Vult enim deus ac iubet de iis quæ creauit, ſubueniri
pauperibus: auaritia contradicit. Vide an ſine diabolo
» poſſit eſſe. ¶Nemo vos ſeducat inanibus verbis. Pro-
» pterea enim venit ira dei in filios diffidētiæ. Nolite er-
» go effici participes eorum.) Inanes ſermones vani ſunt,
vanitas autem idolorum cultura eſt, quæ vtiq; non ex
æquo initium habet, ſed de errore. Docet ergo ne horū
verbis aſſenſus præbeatur. Perſtrepunt enim ſemper,
& ſeductione quadam fallaciæ contra fidem conſuetu-
dinem antiquitatis obtendunt, rationem præſentium
non ſpem futurorum aſſerēdam iudicantes. Ideo venit
ſuper hos vindicta de cælis, vt ſciant verū eſſe quod cre-
dere noluerunt. A qua vanitate dei ſeruos longe docet
debere diſcretos eſſe, ne participes fiant pœnę illorum.
» ¶Fuiſtis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domi-
» no.) Tenebræ, ignorantiæ ſunt, quia nemo videt in te-
nebris. Ignorātia vero gētilitas eſt, ſiue perfidia, a qua
dei gratia ad fidem tracti ſunt, facti lux, id eſt veritas,
C quia in luce manifeſtantur quæ ſunt. Deniq; Pagani in
tenebris myſtica ſua celebrātes in ſpelęo velatis oculis
illuduntur. Ex his Chriſtiani facti cognita veritate filii
lucis dicuntur, quia deus lux eſt, cuius fidem in verita-
» te ſuſcipiūt. ¶Vt filii lucis ambulate. Nam fructus lu-
» cis in omni bonitate,& iuſtitia,& veritate eſt.) Hoc di-
cit, vt ſic converſentur, vt non immerito filii lucis dican
tur. Opera enim lucis palam ſine timore fiūt, tenebra-
rum autē opera in occulto, quia illicita ſunt. omē enim
» peccatū palam fieri timet. ¶Probate quid ſit quod pla-
» cet deo.) Ex magnificentia ſanctitatis & bonitatis per-
pēdi poteſt quibus deus operibus delectetur. Ipſe enim
Leuit.19. dixit: Sancti eſtote,ſicut & ego ſanctus ſum, dominus
Luc.9. deus veſter. Et dominus, Eſtote,ait,miſericordes,ſicut
& pater veſter. Hæc placent deo. In ſanctitate enim pu
rificatio, in miſericordia vero plena & perfecta iuſtitia
» eſt. ¶Et nolite communicare operib⁹ infructuoſis tene-
» brarum.) Monet ne malorum actibus per conſenſum
polluamur, qui ſunt infructuoſi erga bonū, & quæſtuoſi
» ad malum. ¶Magis autem & obiurgate quæ in occul-
» to ab eis fiunt, turpe eſt etiam iam dicere.) Non ſolum
alienos vult eos eſſe a malis actibus, ſed & arguere ma- D
la facta eorum qui in occulto turpiter operantur. Tunc
enim probantur peccata, ſi arguantur, vt admirentur fi
lios lucis, a quibus cū iuſte arguūtur, contradicere non
poterunt, ſed magis eos reuerebūtur. ¶Omnia autem «
cum obiurgantur, manifeſtantur.) Verū eſt, quia tunc «
videtur peccata, cum obiurgātur: quia qui peccat, quā-
diu nō corripitur, minime ſibi videtur peccare. ¶Omne «
enim quod manifeſtatur, lux eſt.) In manifeſto ambi- «
guitas non eſt, neq; excuſari poteſt quod palam delictū
eſt. Sicut enim apparēte ſole diem eſſe negari iam non
poteſt, ita & manifeſtato peccato obiurgatio falſa vide-
ri. ¶Et exurge de mortuis, & continges Chriſtū.) Dor «
mitionem hanc, ſtuporem mentis ſignificat quæ alie-
natur a vero. Alienatio vero hęc ſpecies mortis eſt. Ex
qua reſurgere commonetur, vt reſipiſcens agnoſcat ve
ritatem, quę eſt Chriſtus. Perfidi ergo & vitioſi demer
ſi in cœnum ſub deſperatione vitę, vt reſurgant ſiue e-
mergant admonētur, & habeant partem cum Chriſto,
vt de tenebris tranſeāt ad lucem, & a morte ad vitam.
¶Videte ergo quomodo caute ambuletis, non vt inſi- «
pientes, ſed vt ſapiētes, redimentes tempus, quoniam «
dies mali ſunt.) Quoniam ſuperius perfidiam & vitia «
vitæ a dei ſeruis arguenda mandauit, nunc vt prudenter ea ipſa arguantur propter ſcādalum, ſubiecit, vt in-
ter perfidos cum prudentia converſandum ſit, maxime
tempore quo perfidi reguant præſumētes rege propha-
no: vt ſi viderit Chriſtianus inquietū & iracūdum con-
tradictorem, diſſimulet ab eo, ne eum quidem incitet
ad blaſphemiam & tempeſtatem mouendam: illic au-
tem verba faciat, vbi datur facultas. Quemadmodum B
enim inter potentes perfidos interrogatus quid ſit, ta-
cere non debet, nec negare quod eſt: ita & ſi metus eſt
inter eos diſputare, diſſimulādum eſt: quippe cum de-
trimentum ſit ſeminare ſupra ſpinas. Hoc eſt enim pru-
dentis, ſcire quemadmodum vnicuiq; reſpondeat. Eſt
enim qui quanuis perfidus ſit, non tamē penitus intra-
ctabilis eſt, vt nec audire ſe patiatur verba fidei. Eſt ite-
rum in quo ſic feruet zelus perfidiæ, vt non tantum nō
cum illo, ſed nec præſente illo tractetur de fide. perſtre-
pente enim illo & blaſphemante multis ſit ſcandalum.
Vnde Paulus & Barnabas cum aduerſum ſe blaſphe
mantes audirent, excutientes veſtimenta ſua receſſerit
ab eis. ¶Ideo nolite effici imprudētes, ſed intelligentes «
quæ eſt voluntas domini.) Dominus IESVS paci ſtu «
dendum monet. Et vas electionis, Si poteſt, inquit, fie- Roma.12
ri, quod ex vobis eſt, cum omnibus pacem habētes. Et
ad Timotheum, Seruum, ait, domini non oportet liti- 1.Timo.2
gare, ſed manſuetum eſſe ad omnes. Hæc eſt voluntas E
domini, vt quæ agenda ſunt a ſeruis eius, cum mode-
ſtia agantur. Perturbatio enim & ſtrepitus, ſiue conten
tio cum animoſitate, inimicitiā generat. Hęc ergo pro-
pter ſuperiora ſubdidit, in quibus vult dei ſeruos corri-
pere delicta hominum peccatorum, vt quia per hoc ſo-
let oriri diſſenſio & rixa, cum temperantia & manſue-
tudine arguant peccatores, ne ad iracundiam prouoca-
ti inſiliant ad litem. Ideoq; prudenter iſtud curandum
monet, vt ſit pfectus. ¶Et nolite inebriari vino, in quo «
eſt luxuria.) Sobrii poſſunt habere fiduciam arguendi. «
Bona enim converſatio terrorem incutit delinquenti:
nec poterit qui arguitur, aſpere ferre quia reprehendi-
tur, quando ſcit optimam converſationem monentis
ſe. Nā vbi ebrietas & luxuria eſt, luxuria prouocat tur-
pitudinem. Quamobrem ſobrios eos eſſe conuenit, vt
bonæ converſationis iura ſeruentur. ¶Sed impleami- «
ni ſpiritu loquentes vobis in pſalmis, & hymnis, & «
canticis, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris «
deo.) Rationabilem vitam diligit ſpiritus ſanctus: «
quia ſi bene vixerimus, implebimur eo, vt memorat,
ad confitendum & extollendum dei donum, diuerſo
vocis canore, vt laus in deum omni lingua canatur.

G In quo enim est spiritꝰ, semper spiritalia meditatur, vt
non in labiis tãtum sit, sed de corde prorumpat, propter
Esa.29. vetus dictum domini per prophetã. Ait enim: Plebs
hæc labiis me honorat, cor autem eorum lõge est a me.
» ¶Gratias agentes semper pro omnibus in nomine do-
» mini IESV Christi patri & deo, subiecti inuicem in ti
» more Christi.) Deo gratias in omnibus donis eius age-
re iubemur, qui etiã adoptare dignatꝰ nos est per Chri-
stum filium proprium, per quem cognouimus eum, &
didicimus in spiritu deum, qua deus spiritus est, ado-
randum, alter alteri se subiiciẽs propter timorem Chri-
Ioan.4. » sti, qui humilitatem exequendam mandauit. ¶Mulie-
» res viris suis subdite sint, sicut domino: quoniam vir ca
» put est mulieris, sicut & Christus caput est ecclesie, ipse
» Saluator corporis. Sed ecclesia subiecta est Christo. ita
» & mulieres viris suis in omnibus.) Mulieres subditæ
esse viris naturali lege iubẽtur, quia mulieris autor vir
est. Vnde sicut domino, inquit, ita viris subdite esse de-
bent. Hinc Sara dominum vocabat Abraham. Sicut
enim caput ecclesiæ Christus est, ita & vir mulieris. A
Christo enim ecclesia sumpsit initiũ, vnde subiecta est
illi. ita & a viro mulier, vt sit subdita. In eo tamẽ distat,
quia mulier consubstãtia viro est, ecclesia autem in no-
» mine potest non in natura participari Christo. ¶Viri,
» diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit eccle-
» siam, & semetipsum tradidit pro illa, vt eam sanctifica-
» ret, mundans lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet ipse
» sibi gloriosam ecclesiam non habentẽ maculam aut ru-
» gam, aut aliquid huiusmodi vt sit sancta & immacula-
» ta. ita & viri debent diligere vxores suas.) Mulieres hu
H miles esse iubentur, & reuerentiã habere virorum. Vi-
ri vero ita diligere mulieres suas admonẽtur, vt etiam
animas suas pro illis ponant, causa dilectionis zelũ ha-
bentes circa affectum earum & disciplinam, vt religio-
» sæ & sanctę sint. ¶Suum corpus diligit, qui vxorẽ suam
» diligit.) Naturali ratione mulier portio corporis viri
est, ac per hoc vir in muliere se ipsum diligit, quoniam
Gen.2. si fornicetur, in se ipsum peccat, quia duo in carne vna
sunt. Non ergo personæ subsistantiam diuidunt, vt per
personas numerus fiat naturæ, sed sunt in vnitate na-
» turæ. ¶Nemo enim vnquã carnem suam odit, sed nu-
» trit & fouet eam, sicut Christus ecclesiam.) Exemplo
Saluatoris viros vxores suas diligere hortatur. sicut
Christus corpus suum nutrit & fouet, ita & vir mulie-
» rem, quia caro eius est. ¶Quoniam membra sumus cor-
» poris eius, & de carne ipsius, & de ossibꝰ eius.) Hoc spi-
ritaliter intelligẽdum est. In eo enim dixit nos esse mẽ-
bra eius, quia caput est ipse totius ecclesiæ, vt quia per
ipsum esse cœpimus, caput nostrũ dicatur, quasi ex quo
omne corpus subsistat, vt membra eius omnis spirita-
I lis creatura sit, si tamen in nomine eius genu flectat.
» ¶Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & ad-
» hærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.) Ad vni-
tatem commendandam vnitatis dedit exemplum, vt
sicut vir & mulier vnum sunt per naturam, ita & Chri
» stus & ecclesia vnum intelligãtur esse per fidem. ¶My-
» sterium hoc magnũ est, ego autem dico, in Christo &
» in ecclesia.) Mysterii sacramentum grande in vnitate
viri ac fœminę esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam
causam quæ non discordet a memorato mysterio fla-
gitat, quam scit ad profectum humani generis pertine-
re, hoc est, ecclesię & Saluatoris, vt sicut relictis parẽti-
bus homo vxori suæ adhæret, ita & relicto omni erro-
re ecclesia adhæreat & subiiciatur capiti suo, quod est
» Christus. ¶Veruntamen & vos singuli vnusquisque
» suam vxorem vt se diligat, mulier autem vt timeat vi-
» rum.) Quoniam vna natura in viro & fœmina est,
idcirco vir quasi seipsum ita mulierem diligere com-
monetur: mulier autem quia persona inferior est con-
ditionis causa, non naturæ, viro subiecta timere eum
iubetur.

CAPVT SEXTVM. k

PHILII obaudite parẽtibus vestris. hoc enim
» iustum est: Honora patrẽ tuum, & matrẽ.) Exo.20
Lex datur filiis, vt quia parentibus autoris-
bus constant, obediant eis. Iustum est enim
vt reuerentiam exhibeãt eis, per quos sunt. ¶Quod est
» mandatum primũ promissionis, Vt bene sit tibi, et sis
» lõgæuus super terram.) Promissio hęc in Exodo con-
» tinetur, vt honorificent parentes, & bene essent, & pro-
uectioris fierent ætatis. Quomodo tamẽ hoc primum
mandatum dixitꝰ cum constet primum mãdatum ita
contineri: Non sint tibi alii dii præter me. Deinde: Nõ
facies tibi similitudinẽ vllam quæ sunt in cælo sursum,
& in terra deorsum. Tertiũ: Non sumes nomen domi-
ni dei tui inuanum. Quartum: Obseruabis, inquit, sab
bata mea. Quintum autẽ: Honora patrẽ & matrẽ. &c.
Sed quia prima quatuor mandata ad deum pertinent,
hæc in prima tabula contineri subintelligitur. Cætera
ad hominem, vt honoret parentes, non occidat, nõ for-
nicetur, non furetur, nõ falsum testimonium dicat, neq;
quicquam proximi sui concupiscat. Hæc sex mandata
in secunda tabula videtur scripta, quorum primum est,
Honora patrẽ & matrem. Hac causa ergo dixit, Quod
est mandatum primũ in promissione. vt discerneret in-
ter mãdata quæ ad deum, & inter ea quæ ad hominem
pertinent. ¶Et patres nolite ad iracũdiam prouocare fi-
lios vestros, sed educate illos in disciplina & correptio-
ne domini.) Vt lex possit seruari qua cautum est vt fi-
lii honorificẽt parẽtes: parẽtibus quoq; alia lex ab Apo L
stolo datur, vt sic imbuant filios, ne mandata legis con-
temnant: quia si in timore domini fuerint enutriti, po-
terunt obseruare quæ præcepta sunt. Nam si ad irã pro-
uocant filios, nec ipsi modum legis custodiunt. Cogere
enim eos videntur vt præuaricatores inueniantur. In
ira enim nemo agnoscit quid sit vtile: idcirco tempe-
tiam parentum exemplo debẽt addiscere, vt quæ vtilia
sunt sectentur. Meminisse enim debent patres quia &
ipsi fuerunt filii, & noluerunt vtiq; exacerbari a patribꝰ.
Filii quoq; cognoscere debent quod futuri sunt patres,
& nolunt inhonorari ab eis. Idcirco vtriq; exhibeãt in-
uicem quod exquirunt adinuicem. ¶Serui obedite do-
minis carnalibꝰ cum timore et tremore, in simplicitate
cordis vestri sicut Christo.) Quoniã omniũ sublimior
& sola potens est religio nostra, & quæ credentibus cæ-
lorum regna pollicetur: ne hac igitur causa superbia
nasceretur hominibus, omnes debita conditionum &
officiorum presentium iubentur exoluere, vt & magis
incitent perfidorum animos ad culturam dei, quam vi-
dent & iustam & humilem. Videntes autem deũ me-
liorasse seruos, & in reddendis obsequiis fideliter profe- M
cisse. Serui quoq; dum cernunt mansuetudinem domi-
norum, omni auiditate concupiscunt fidem, cuius tam
placidis retinaculis gubernat humana officia. Nam &
qui in conditione est, si habuerit famulum, nõ vult con
temni ab eo: ideoq; nec ipse debet contẽnere dominum
suum: & sicut vult agere secum dominũ suũ, ita & ipse
agere debet cũ seruo suo: & sic poterit placere deo. ¶Nõ
ad oculum seruientes, quasi hominibus placẽtes, facien
tes voluntatem dei ex animo, cum benignitate seruien
tes domino, & nõ hominibus, scientes quod vnusquisq;
quodcũq; fecerit bonum, hoc cõsequetur a domino, siue
seruus, siue liber.) Propter timorem dei iusta & fidelia
vult hominibus exhiberi seruitia. Deo enĩ seruit, cuius
iura in obsequiis domini carnalis custodit, quẽ sibi pro
iustis actibus in die iudicii vicem reddere & cæteris o-
mnibus audit testari. Quæ res potest proficere etiam
ad salutem dominorum. Videntes enim, quod diffici-
le est, seruos dei per gratiam factos fideles ministros,
poterunt dei gloriam collaudare. ¶Et vos domini eã- «
dem facite ad illos, dimittentes minas, scientes quod «

A » & vester & illorum dominus est in cælis, & personarũ
» non est acceptio apud deum.) Non ignorantes vtique
carnales domini, deum omniũ dominũ esse cõmunem,
talia exigant seruitia, qualia a se exigi non ferant ægre.
Mat.7. In qua enim quis mensura mẽsurauerit, remetietur il-
li. dominus enim iustus iudex causas discernit, nõ per-
» sonas. ¶De cætero cõfortamini in domino, & in poten-
» tia virtutis eius.) Post omnia merita, & hortamẽta, &
disciplinæ ordinẽ traditum religiose, & dispositionem
mysterii manifestam, robustos illos vult esse in fide, fi-
ducia potestatis dei, vt scientes firmam esse spem pro-
missionis, prompti sint circa obsequia dei, erigentes gu
bernacula cõtra fluctus excitos impudẽtia inimici. Tẽ-
pestatem enim dei seruis cõmouet, sed ipse naufragũ
» facit. ¶Induimini vos armis dei, vt possitis stare aduer
» sum nationes.) Arma dei fides est stabilis, per quam so
» lam semper victus est Satanas. ¶Quoniam non est vo
» bis colluctatio aduersus carnẽ & sanguinem, sed aduer-
» sus principatus & potestates huius mũdi, tenebrarum
» harum rectores, aduersus spiritalia nequitiæ in cælesti-
» bus.) Certus apostolus quia exitia quę a perfidis dei fa
mulis irrogantur, autore diabolo muniri antur, cuius al
titudo grandis & hominibꝰ impossibilis est, monet ad-
uersus hæc arma dei sumenda, cuius solius virtute su-
perantur & destruitur omnia machinamẽta eius. Ipse
est enim cuius satellites sunt, quos tenebrarum harum
dicit rectores, spiritus nequissimi qui degunt in cælesti-
B bus in firmamento mundi. Hi sunt erroris duces, tene-
brarum rectores, hoc est, ignorantiæ & perfidiæ prepo-
siti. Rectores enim tenebrarũ in peruersum intelligen-
» di sunt gubernare, quasi incredulitatis magistri. ¶Ideo
» accipite vniuersitatem armorũ, vt possitis resistere ma
» lo, & in omnibꝰ perfecti stare, succincti lumbos vestros
» in veritate, & induti loricã fidei, & calciati pedes in pre-
» paratione euangelii pacis. Super his omnibus assumẽ-
» tes scutũ fidei, in quo poteritis omnia tela maligni igni-
» ta extinguere, & galeam salutis, & gladiũ spiritꝰ, quod
» est verbum dei.) Quoniam cõtra atrocissimos hostes
& omni tergiuersatione callidos bellum gerimus, idcir
co omni cautela & solicitudine vigilare debemꝰ, vt qua-
cunq; tẽtauerint, munitos nos & præparatos inueniãt.
Necesse est enĩ vt & deus adiuuet quos viderit in pre-
cibus vigilare, & de armis eius expectare victoriam. In
huiusmodi autẽ bello sobria mente opus est, & pura cõ
scientia, quia non contra carnalia nequitię, sed aduersus
spiritalia dimicatur. Cõtra terrigenos enim hostes cor-
pus sagina roboratur, & poculis mens incitatur, vt re-
C pugnandi sumat audaciam. Aduersus spiritalia enim
nequitię spiritaliter repugnandum est, & sobrietatis et
abstinentiæ arma sumẽda sunt, vt infusi sancto spiritu
immũdos & erraticos spiritꝰ deuincamus. Sic itaq; suc
cingemus lũbos nostros in veritate, si parati fumus er-
rori resistere. Omnis enim qui operari vult, succingit se,
» vt ablato impedimento diligentius operetur. ¶Per o-
» mnem orationẽ & precem orantes in omni tempore in
» spiritu, & in ipsum vigilantes, in omni perseuerantia et
» obsecratione pro omnibus sanctis, & pro me, vt detur
» mihi sermo in adapertionem oris mei, exerte notũ fa-
» cere mysterium pro quo legationem fungor in catena,
» vt in ipso exerta libertate vtar put oportet me loqui.)
Si recte cõuersemur, spiritus sanctus manet in nobis: &
quod postulamus, possiumꝰ impetrare. Hoc est ergo in
spiritu semper orare, munda conscientia & fide integra
precem ad deum dirigere. In carne enim orat qui pollu
ta mente precatur iterum peccaturus, non de euẽtu aut
subreptione, sed de proposito. Sed potest nõ peccari ad
mortem, si perseueranter oretur, vt animus sedula mẽ-
te intentus sit semper in dei legem, ea meditans die no-
ctuque quæ amat deus. tunc & pro sanctis possunt ora-
re. Nõ est enim indignum vt pro inuicem solicita sint
membra, nec temerariũ poterit videri si pro magistro
discipuli idonei interpellent, adiuuãtes enim, vt postpo « D
sitis impedimentis libertate vtatur ad prædicandum,
sicut traditum est ab auctore, ne pressus vi tribulatio-
num, ipsa formidine acumen doctrinæ obtundat, amis-
sa seueritate. Duplici igitur genere pro se orãdum hor-
tatur, vt & sensus eius impleatur spiritu ad eloquẽdum
plene mysterium, & facultas illi detur audaciæ in asse-
rendo, quam vtique precem libenter audit deus. Videt
enim legationem suam in Apostolo despici. vnde vtiq;
indignatus in causa sua non negabit effectum. Si enim
consuetudo et lex est, legatis hominum nõ inferre exi-
tia: qua præsumptione & audacia legatis dei nõ solum
exitia, sed & mors irrogaꝰ? Quare & dicit: Pro quo les-
gationem fungor in catena. Non enim permittebatur
libere loqui, sed in subiectione & necessitate verba dei
referens, vinculis, plagis subiiciebatur, & mortibus: Et
lapidatꝰ est enim, & ad bestias pugnauit Ephesi. ¶Vt «
autem sciatis & vos ea quæ circa me sunt: quid agam, «
plene notum faciet vobis Tychicus dilectus frater, et fi «
delis minister in domino, quẽ misi ad vos in hoc ipsum «
vt cognoscat quę circa vos sunt, & consoletur corda ve- «
stra.) Per Tychicum Ephesi discãt quid agat Aposto- «
lus, & idem cognoscit quid agerent Ephesii. De Apo-
stolo, quia diuina erant quę agebat, dubium nõ erat: sed
hoc sciẽdum erat de eo quid ageret inter perfidos, & in-
fidias eorũ. De Ephesiis vero hoc cognoscẽdum, si pro-
ficerent, necne. Vt ergo obedirent, & libenter audirent
verba Tychici, hunc commẽdat, & fratrem istum dile- E
ctissimum vocans, & ministrũ dei idoneum. ¶Pax fra- «
tribus & charitas cum fide a deo patre, & domino IE- «
SV Christo.) Pacem quæ est ianua dilectionis, optat «
esse cum fratribus, & charitatẽ cum fide, vt ingressi per
pacem possint manere in charitate, quæ est ex fide. Hęc
est enim dei patris, & filii eius domini nostri IESV
Christi. ¶Gratia cum omnibus qui diligũt dominum «
nostrum IESVM Christum in incorruptione.) «
Præscius Apostolus multos futuros desperatæ fidei
sensum habentes de domino nostro IESV Christo,
cum iis ęternam gratiam dicit mãsuram, qui diligunt
Christum, recte de illo & cum dei patris voluntate sen-
tientes. Qui enim degenerem hunc dicunt, data illis
gratia auferetur.

DIVI AMBRO
SII EPISCOPI MEDIOLANEN-SIS COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD PHI-LIPPENSES.

PRAEFATIO.

PHILIPPENSIBVS verbum fi- E
dei Apostolus tradidit. Somnio enim mo-
nitus est, sicut continetur in Actis aposto-
lorum, vt accederet ad eos, & aperiret aures
eorum ad recipiendum sermonẽ dei. Multis ergo die-
bus commoratus apud eos, instruxit eos doctrina do-
mini: & quia post discessum eius non sunt translati ad
aliud, sicut & Galatæ, sed permanserunt in fide, non re-
cipientes pseudoapostolos, per epistolam laudat eos,
gaudens in proposito cordis eorum. In laude enim ho-
rum, aliorum vituperatio continetur. Corinthii enim
multo tempore audientes Apostolum, recedente eo a
diuersis pseudoapostolis fuerant euersi. vnde isti iure
laudantur.

CAPVT PRIMVM.

G PAVLVS ET TIMOtheus seruꝰ IESV Christi.) Apostolū se tacet, quia iis scribit qui de illo recte sentirēt, ideo dignitatem suam supprimit. Erat enī his manifesta. Cōditionē vero fatetur, quia qui Christū cōfitentur dñm, hic liber est, & habet salutem. ¶ Omnibus sanctis in Christo IESV.) Sāctis scribit more suo, sed qui in Christo IESV sancti sunt, id est qui deū et hominē Christum fatētur. Fotinus enim Christū negat, & deū Manichęus hominē, ideoq; immundi sunt. Non ergo iis scribit qui mendaciis propriis supprimunt veritatē. ¶ Qui sunt Philippis.) Quibus scribat significat. ¶ Cū episcopis & diaconibus.) Hoc est cum Paulo & Timotheo, qui vtiq; episcopi erant, simul & significauit & diaconos qui ministrabant eis. Ad plebē enim scribit. Nā si episcopis scriberet & diaconib⁹, ad personas eorū scriberet, & loci ipsius episcopo scribendū erat, non duobus vel tribus, sicut & ad Titū & Timotheū. ¶ Gratia vobis & pax a deo patre nostro, & dño IESV Christo.) Manifestū est deum patrem esse: Christum vero IESVM dominū nostrū. Numquid nō videtur plus deū esse q̄ patrē? Sed inter homines in mundo, apud deum vero patrē, & apud Christū dominū concordia est. Hic enim, hoc est in mundo ideo plus est dominus q̄ pater, quia aut & ipsius patris dominus est, aut pater filiū nō
H suæ cōditioni generat, sed alienæ. Deus autē sic genuit vt in potestate eius sint quos genuit, vt nati ingenui, seruī tamē eius sint, cum hos tradit proprio filio, reddit illos etiam seruos filio suo, vt sit dominus eorū, sicut di-
Ioan.17. cit. Pater, quos dedisti mihi, tui erāt, & mihi eos dedisti, vt in patre & filio seruī sint dei vnius. ¶ Ego quidem gratias ago dño super omni memoria vestra, semper in omni oratione mea pro omnibus vobis, cū gaudio orationē faciens super cōmunicatione vestra in euangelio.) Primū quidem dño gratias agit, cuius nutu prospera omnia cedūt fidelibus, in omni oratione sua memor eorum cum exultatione, quod participes facti sint
2.Petri.1 euangelii, sicut dicit Petrus apostolus, inter cætera dicens: Vt sitis, inqt, consortes diuinę nature. ¶ A prima die vsq; nunc.) Pręuidit enim Apostolus deuotionem illorū & fidem ratam ex ipsis principiis, & gaudisus est in eis semper sciens multis exēplo futuros. ¶ Confidēs in hoc ipsum quod qui inchoauit opus bonum, perficiet vsq; ad diē Christi IESV, sicut est iustū mihi hoc sentire pro omnibus vobis, eo quod habeā vos in corde tā in vinculis meis q̄ in defensione & cōfirmatione euangelii, quoniā omnes mihi participes gaudii estis.) Se-
I curus de bonitate & iustitia dei, & de horū fide nō ambigēs, cōfidit q̄d dei auxiliis adiuti, perseueraturi sint in fide vsq; ad diē domini in quo remunerādi sint persistētes in fide. Nec aliud debuit de iis sentire quos semper inflexibiles in deuotione dei expertus est, tam directū & infatigabilē cursum eorū vidēs, vt cogitaret dignos hos sibi participes gaudii esse. Vnius enim fidei homines congaudere oportet de spe futuræ immortalitatis & gloriæ. ¶ Testis enim mihi est deus quemadmodū desiderem omnes vos in visceribus Christi IESV.) Deum testatur, vt affectū commēdet iusti. Qui enim multū de aliquo sentit, vt credibile hoc faciat, testificatur. per quod & prouocat desiderū illorū erga se, vt desiderati desiderēt. Desiderat ergo omnes hos, nō humana cupiditate, sed in amore Christi, non carnis affectu, sed spiritus, vt participes hos habeat & in sensu mysterii diuinitatis, & incarnatiōis domini IESV Christi. ¶ Et hoc oro, vt charitas vestra magis magisq; abūdet in agnitione & omni sensu, in hoc vt probetis quæ sunt vtilia, vt sitis synceri & inoffensi in diem Christi, repleti fructu iustitię per Christū IESVM in gloriā & laudem dei.) Deo adiutore ordinē disciplinæ Christianæ k
vult eos imbuere, vt quia firmati in fide sunt, non sint nescii sacramēti credulitatis suæ, & scientes discernere vtilia a cōtrariis, iustitiæ operibus ornent doctrinā domini, fructū facientes immortalitatis ad abundantiam omnium bonorum, vt gloriosus in his appareat magister gētium. ¶ Scire autē vos volo fratres quod quæ ad me attinēt, magis in profectū euangelii venerūt, ita vt vincula mea manifesta in Christo facta sint in oīi prętorio, & cęteris omnibus, & plures ex fratribus in dño confidentes, vinculis meis cœperūt magis audere sine timore verbum dei loqui. Alii quidē & propter inuidiā & contentionē, quidam vero propter bonā voluntatem Christum prædicāt. Alii quidem ex charitate, scientes quod in defensionē euangelii positus sum. Aliqui vero ex contentione Christū annunciant, nō simpliciter, existimantes quod pressurā suscitent vinculis meis.) Hæc explanatione nō indigent, tamē propter solicitudinē nostram, ne qua in dubiū veniāt, per ordinē apertius prosequamur. Quoniā superius participes hos gaudii sui pronunciauit, ideo quid profecerit prędicatio eius insinuat quasi charis, ita vt omnib⁹ innotuerint passiones eius pro Christo. Per hanc humilitatem gloriosum se indicat, vt habeāt occasionem gaudēdi amatores eius, quia cuius vincula in Christo manifestantur, dignitas eius crebrescit. In omni prætorio & in cæteris omnib⁹, id est, in omni Iudaismo & per vniuersas ecclesias gentium. Præsens enim Iudaismus, quia ipsi facta promissio est, sicut dicit dominus: Quia salus ex Iudæis est. Ioan.4.
L Ideoq; plures ex fratribus exemplum suum secutos, audacius dicit fuisse loqui verbū dei cum fiducia. Constantia enim eius multos animauit, vt non timerēt euangelizare comperto exēplo apostoli, quod deus est, vt tueatur diligentes se, sed & alios falsos fratres, non fiducia neq; dilectione dei, sed contētione zeli incitatos, dei verbum dicit prædicare quasi inuidos. Plures ergo ex fratribus syncera quidem, sed diuersa volūtate Christū annunciabant. Alii enim bona voluntate hoc agebāt ad gloriam dei solius. Alii vero charitate incitati apostoli, certi de tuitione dei. Sic iterū ecōtra alia duo genera ponit, quæ non syncero animo prędicabant. Quidā enim inuidentes Apostolo contentione hoc agebant, alii vero astutia simulationis Christum annūciabant, vt possint seditiones excitare apostolo, quasi autori huius sectæ, qui multos aggregauerat suę cōspirationi. Maior enim inuidia crescebat Apostolo, quādo ex latere eius multi videbātur docere. ¶ Quid enim? Dum tamen o- c
mni modo, siue occasione, siue veritate Christus annūcietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo: scio enim quod c
hoc mihi procedit ad salutē per vestrā precem, & subministrationem spiritus IESV Christi, secundum cō c
templationem & spem meam: quia in nullo cōfundar, c
M sed in omni ex certa fiducia sicut semper & nūc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue c
per mortem. Mihi enim viuere Christus est, & mori c
lucrum.) Primū gaudium eius est in fratribus, qui bona voluntate Christum annunciant. Deinde etiam in eo se dicit gaudere, q̄d fallacia hominum aduersus eum compositum erat, vt ad inuidiam eius & pressurā Christus prædicaretur. Hoc enim dicit sibi ad vitam profici cere, quod illi parauerant ad mortem. Hanc enim vitam suam dicit esse, si Christus omnibus prędicetur, & se etiam mori paratum, vt hoc possit impleri, scīēs magnam sibi pro hoc voto & efficacia dari posse mercedem. Imperita enim malitia aduersum se semper machinatur dum nescit. Ad calcandam ergo horum maleuolentiam, qui tecti fallacia, insidias vitæ eius tendebant, dei præsidiis se muniri testatur, iis quos vtiq; socios gaudii sui dicit, adiuuantibus oratione propter cōmunem alacritatem, & sancti spiritus subministratio-

A nem, qui contra voluntatē illorū, & vias aperiret prędicāti, dans gratiā & fiduciā verbis eius, vt ortas seditiones cōpesceret. In nullo ergo se dicit confundi in doctrina Christi, quia & spes magna promissionis est: & quia nihil in ea turpe & inhonestum aut fallax est, sicut apud paganos, sed aperta simplicitas. Hinc est vnde cū omni constātia non cedit aduersis, vt magnificet Christus in corpore eius, siue occidatur, siue cęsus euadat. Ex eo enī quæ & quanta spes in Christo est cōsideratur, quādo nō solū cædi & affligi pro eo, sed & mori paratus est. Vitā enim suā siue in præsenti, siue in futuro Christū esse dicit, sicut & euāgelista Ioānes testatur dicens: Q d factū
Ioan.1. est in ipso, vita erat, & vita erat lux hominum. Pro hac vita mortale corpus tradidit, vt id recipiat in ęternum:
» ac per hoc lucrū computat mori pro Christo. ¶ Si ergo
» viuere in carne, hic mihi fructꝰ operis est: & quid eligā,
» ignoro. Coartor autē ex his duobus, desiderium habēs
» dissolui, & cū Christo esse. multo enim melius est. Re-
» manere autē in carne, valde necessariū propter vos: &
» hoc certū habēs, scio quia manebo & permanebo oīnibus vobis in vestrū profectum, & gaudium fidei, vt glo
» ria vestra abundet in Christum per meū aduētum iterum ad vos.) Manifestū est quod dicit, quia si in carne positus nō ociosum est quod viuit, habet enim fructum operis sui: Quid eligam, inquit, ignoro. Duabus enim ex causis vrgetur. Habet enim desiderium excedere, & cum Christo esse. multo melius æstimans vt iam presens sit apud deū, vt exoptatis & promissis fruatur. In carne vero vt sit adhuc, necessariū dicit propter instru-
B ctionē credētiū. Et cum dissolui, & cū Christo esse, multo magis melius dicat: certum tamen hoc scire se protestatur, quia manebit in carne ad profectum fidelium, vt gloria eorum abundet in domino, proficiēs ad laudem apostoli, cum iterum viderint eum. Incremētum enim faciunt scientiæ, & plenius fundātur in fide. Quantum affectum habet circa credentes, vt hoc quod multo melius esse dicit, sibi nō eligat, sed hoc velit quod expediat multis: certus etiam domino hoc placere, q̄d pro multorū salute proficiat. Quis non tertii cæli cupidus sperneret omnē curam præsentem? Quis non paradisi superioris desiderio omnia hæc postponeret? Quis non verborum arcanorū memor humana eloquia euitaret? Quis non post tanta exitia eligeret requiem? Sed quia charitatē omnibus antepositi, hoc secutus est q̄ profi-
» ceret fratribus. ¶ Tantū digne in Euāgelio Christi cō
» uersamini.) Dignam cōuersationem vult eos exhibere disciplinæ dominicæ, ne pœniteat eum voluisse remanere in carne. ¶ Vt siue cum venero & videro vos, siue
» absens, audiam de vobis quod stetis in vno spiritu vnanimes pariter cum fide euangelii, certantes, & non pa-
» uescētes in quoquam ab aduersariis, quæ est illis ostēta-
» tio interit⁹, vobis autem salutis.) Vnanimes vult eos
C esse in fide & deuotione contra aduersarios, vt eadē audiat de illis absens quæ vidit & præsens: vt in nullo pauentes minas aut terrores aduersariorū, custodiāt fidē: scientes quia eis qui pro Christo tribulātur, ad salutem
» proficit: illis vero qui tribulāt, ad perditionem. ¶ Et hoc
» quia a deo donatū est vobis pro Christo, nō solum vt in
» eū credatis, sed etiā vt pro illo patiamini: idem certamē
» habētes quale & vidistis in me, & nūc auditis de me.) Quanquam dei gratiā extollat in omnibus, ad laudem tamen illorū proficit quod dicit, quia deus illis concessit pati pro Christo. Nō enim cōcedit vel donat nisi amatoribus Christi. Ideo dixit, pro Christo donatū est vobis, vt a patre deo donatum sit diligētibus Christum, vt ad augmentum meritorum suorum patiantur pro Christo: & sequentes exempla doctoris sui, omni confidentia certent ad triumphandos infideles.

CAPVT SECVNDVM.

Si qua ergo exhortatio in Christo, si quod so- c D
latiū charitatis, si qua societas spiritus, si qua c
sunt viscera & miserationes, implete gaudiū c
meum vt idem sapiatis eādem charitatem c
habentes, vnanimes, vnum sentiētes, nihil secūdū iri- c
tationes, neq; secūdum inanem gloriam, sed in humili- c
tate mētis: alius alium existimantes superiorē sibi: non c
quæ sua sunt vnusquisq; contēplantes, sed quæ aliorum c
sunt.) Hoc dicit, quia si est vera exhortatio spei in Chri- c
sto apud vos, qua nos inuicem cōsolamur: si solatiū charitatis cōmunis, si participatio spiritus sancti per quam iungimur in vno corpore nouo, si aliqua sunt viscera, id est, si in animo vestro sum, sicut & vos i meo: si miserationes, hoc est, si affectus pietatis in amore est, impletē gaudium meū. Hæc quæ enumerat, tunc vera probāda significat, si ista quæ subter mandat, fuerint seruata, vt vnanimes sint, & spiritu humiles, nō se inuicem prouocantes, sed in charitate gaudentes, vt gaudium plenum sit in eis apostoli. Sic ergo eos constringit, vt si hęc non custodierint, nec in cęteris probati videantur: vt quia in aliis nolunt se improbatos videri, ista quoq; seruent, vt perfecti sint. Sine dubio enim erant inter eos dissentientes & inquieti, & qui manigloriæ studerent, cōtendere & vincere volentes cū animi atrocitate, vbi præmium non est, sed parit lites, & rūpit charitatem. Quæ enim potest esse plebs in qua vasa aurea & argentea tantum sint, non & lignea & fictilia? Sed possunt exercitio boni immutata fieri aurea & argentea, quia nō naturæ vitiū est, sed voluntatis. ¶ Hoc enim sentite in vobis quod & c
in Christo IESV: qui cū in forma dei esset, non rapi- c
nam arbitratus est esse se parē deo.) Christus semper in c
forma dei erat, quia imago est inuisibilis dei. Sed Apo E
stolus de dei filio cū incarnatus homo factus est, tractat dicens: Hoc sentite in vobis q̄d & in Christo IESV, id est de deo & homine: qui cū in forma dei esset, inter homines vtiq; cōuersatus gestis & operib⁹ apparebat esse deus. Forma enim dei nihil differt a deo. Ideo enim forma & imago dei appellatus est, vt intelligeretur nō ipse pater esse deus, sed hoc esse quod deus est. Hic ergo non rapinā arbitratus est esse se parem deo. Sciens enim in
Ioan.10. forma dei se esse, nō furatus est vt diceret, Ego & pater
Ioan.5. vnum sumus. Et in Ioannis euangelio: Propterea, inquit, persequebantur Iudęi IESVM, quia non solum soluebat Sabbatū, sed & patrem sibi proprium dicebat deum, æqualem se faciens deo. Iure ergo exæquauit se deo. Ille enim arbitratur rapinam, qui se parem facit ei c
a quo inferior est. ¶ Sed semetipsum exinanuit formā c
serui accipiēs, in similitudinē hominū factus: & habitu c
inuētus vt homo, humiliauit semetipsū factus obediēs c
patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis.) Christus igitur sciens in forma dei se esse, æqualē se ostendit deo: sed vt humilitatis legem doceret, Iudæis se cōprehen- F
dētibus, non solū non repugnauit, sed semetipsū exinaniuit. hoc est, potestatem suā ab opere traxit, vt humiliatus ociosa virtute infirmari videretur. Formā serui accipiens, dum tenetur & ligatur, & verberibus agitur vsq; ad crucem, factus obediens patri cui se æqualē sciebat. Non sibi defendit æqualitatem, sed subiecit se. Hāc patiētiam & humilitatem imitari nos docet, vt nō solū coæqualibus non nos anteponamus, verū etiam inclinemus nos, autoris nostri secuti exēplū. Formā tamen dei nō accepisse dicitur, sed esse in forma dei. Seruī autē formā accepisse, dum quasi peccator humiliatur. Serui autem ex peccato fiunt, sicut Cham filius Noë, qui primus merito nomē serui accepit. Non enim mihi, sicut quibusdā, videtur sic formā serui accepisse, dum homo natus est. Vide enim quid dicat: Hoc sentite i vobis q̄d & in Christo IESV, id est deo & homine. Ante incarnationem enim aut Christꝰ potest dici, aut IESVS, quia simul ambo nomina & hominis filiū & dei filium significant. Nam ante natiuitatem quid dicit inter cæ-

1.Cor.10. teræ? Petra autē erat Christus. &, Non tentemus Christum, sicut quidam tentauerunt. G Vbi ergo aut deū aut hominem vult significare scriptura, vnum e duobus ponit, aut IESVM, aut Christum. Dei enim filius homo natus, sic in forma dei erat, quia cū homo videret, opera dei faciebat, vt in gestis reb9 appareret deus esse, qui tātū homo esse putabatur. Opera enim formam significabant, vt quia opera eius non vtiq; hominis opera sunt: hic qui in opere vel forma dei erat, deus itelligeretur. Forma enim dei quid est, nisi exemplū quo deus apparet dum mortuos excitat, surdis reddit auditū, leprosos mūdat, & alia? Quomodo autē homini similis factus dicitur, si homo tantū erat? & qua ratione habitu repertus vt homo est, si non esset & deus? nisi quia cum antequā se inclinari permitteret, semper ī dei virtute visus sit, postea infirmatus in habitu hominis repert9 est? Nam in monte vtiq; quasi deus apparuit, & in mari pedibus ambulans, nō solū homo, sed & deus visus & intellectus est. Deniq; qui erant in naui, quid dicunt? Mat.14. Vere filius dei est hic. Ista ergo virtute cessāte velut homo visus est. Ideo enī dicit quasi, vt illud significet, quia & deus est. Infirmitatis enim causa deū dicit similē factū hoībus. qđ in subiectis aperit dicēs: Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē, mortē autē crucis. Hinc est vnde habitu repert9 vt homo est. Retinēs enī H virtutē suā ne appareret in eo, vt homo visus est & occisus, qui mori nescit. ¶ Propter quod & deus illū superexaltauit, & donauit illi nomē qđ est super omē nomē: vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, terrestriū, & infernorū: & omnis lingua cōfiteatur quia dñs IESVS in gloria est dei patris.) Quid & quantū humilitas mereatur, ostendit, vt magis hanc appeteremus calcata iactantia. Vnde dicit Salomon: Superbis deus resistit, humilibus autē dat gratiam. De qua re & dominus, Qui se, inquit, exaltauerit, humiliabit: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Hæc est ergo humilitas, si sibi quis nec qđ deberi nouit, defēdat. Deniq; Pharisęus ille vera de se dicens, exaltasse se dictus est, ac per hoc humiliatus est. Christus autē plus fecit, qui cū deus sit, caro factus hominibus se inclinauit. Nūc videamus quomodo donatum est Christo nomen quod est super omē nomen, quasi eguerit filius dei, aut imperfectus fuerit. Qui enim eget, imperfectus est. Si enim in forma dei erat par & ęqualis deo, quomodo donatū est illi? Etenī donatū dicit, qui se humiliauit, & quasi homo apparuit, exinaniens se, factus obediens vsq; ad mortem. Si ergo perfectus nat9 est, quomodo eguit? Perfectū dei filium I natum de deo patre qui negat, Arrianus est. Nā ante passionem æqualem se deo patri ostendit, sicut & supra memoraui. Vnde cōstat hunc natum esse perfectū. In natiuitate enim sua omnia consecutus videtur. In plenitudine enim diuinitatis est natus ad omnia agenda quæ gessit, vt prius donum accepisset q̄ gereret ad quæ agenda natus est. Videtur ergo donum patris, hoc est esse filium, & nomen eius super omne nomē sit, hoc est esse deum. Nomen enim dei, sed per naturā, nō per solā appellationē super omne nomē est. Hinc est vt in nomine IESV omē genu flectatur, cælestiū, terrestrium, & infernorū: sicut ad Romanos significat, inter cætera dicens: Roma.9. Et ex quibus Christus secundū carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Quæ sint autem hæc omnia, in epistola ista aperit dicēs: Cælestia & terrestria & inferna. Alia enim nulla sunt. Quibusdam tamen videtur homini donatū esse nomen quod est super omne nomen, quod nullo genere, nulla ratione cōuenit. Si enim Christus dei filius idem ipse & homo est, & nō poterat deus homo fact9 sed manēs deus his egere quæ habebat: aut si secundū quod homo erat, his egebat quę dei sunt, ipse sibi dei filius deus dedisset quæ deerant ei iuxta quod homo erat. Quod quidē ad insipientiā dicitur. Et quare pater dicitur dedisse, cū ipse qui homo factus erat, nihil dehaberet: aut non poterat filiī diuinitas K corpori suo & animæ præstare quæ deerant? Sed forte quia a deo patre sunt omnia, ideo ipse dicitur dedisse. Si ergo a patre omnia, quare nō dicatur cuncta filio suo per generationē dedisse? & quāuis ęqualē sibi genuerit filiū, ordo tamen exigit vt in nomine patris agātur omnia. Hoc pater cōcessit filio, vt post crucē omnia in nomine filiī saluētur. Deniq; dicit Dominus de discipulis ad patrem: Ioan.17. Pater, quos dedisti mihi, custodiui. tui enī erant, & mihi eos dedisti. Et ad discipulos ait: Ioan.16. Vsq; modo nihil petistis ī noīe meo. petite, & accipietis. Hoc ergo natus accepit, vt post crucē manifestaretur quid a patre dū generaret acceperit. Non enim tūc accepit a patre, cū a creatura cœpit sciri. Cognoscitur enī quid propter hæc quę gessit, anteq̄ gereret acceperit. Deniq; ante crucē dixit: Mat.11. Oīa mihi tradita sūt a patre meo. Quomodo ergo hoc ad corpus potest referri, vt dei nomē corpori sit donatum, cū constet Christū hominem esse deū? quia nec dignū est vt deus immutetur in carnem, neq; caro hoc possit effici quod est deus. Sed forte vt adoptione deus esset, & hic color est. Incipiet enim ex parte deus verus esse Christus, & ex parte adoptiuus, aut duo dii: sed aliud scriptura significat. Illi enī donatū significat, qui se exinaniuit, qui formam serui accepit, qui ī similitudine hominis factus est homo, qui patri obediuit. Si homo deo patri obediuit, quid magnū est quod dixit Apostolus? Sed hoc magnū dicit, quia cū æqualis esset, obediuit. L Et quid laudis est si in similitudinē hominis factus est homo, vt homini similis homo factus dicatur? Sed nec potest fieri. Nemo enim in similitudinē fit alicuius nisi alius sit antequā fiat in similitudinē cui9 vult. Per causam enim similis factus est, non per substantiam. Et quis est qui se exinaniuit homo? Ergo habebat & quomodo accepit. sed qđ poterat se exinanire homo res infirma? Et ī forma dei nūquid homo erat? Sed forte homo in forma dei filius erat. Age, filius dei in cuius forma erat, etsi iā homo ī forma dei, hoc est, filius dei erat, iam ante passionē perfectus erat. Nō ergo post passionē aliquid accepit. Sed videamus quid de eo scriptum sit: Propter quod superexaltauit eū deus, inquit, & donauit ei nomen qđ est super omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur, cęlestiū, terrestrium, & infernorum, & confiteatur omnis lingua quia dñs IESVS in gloria est dei patris. Consideremus nunc dicta, & sic aduertamus vim elocutionis. Certe nomen quod super omne nomen est, dei nomen est. Sed si per naturam nō constat hoc nomen, nō est super omne nomen. Appellatiuum enim nomen in solo vocabulo est, non in nobilitate naturæ. M Et adoptiuo deo nō flectit genu creatura, sed vero, nō cōcreaturę. Et quomodo fieri potest vt homo sit in gloria dei patris? Etiam si adoptiuus deus sit homo, in gloria dei patris non potest esse. Nam ei hoc competit qui natus est de deo. In gloria enim dei patris esse, nihil differre a deo est, vt vna gloria sit patris & filii per cōmunem substantiā & virtutem. Est enim hæc vnitas naturæ. Quid rogo cōtrariū est si filius donum a patre accepisse dicatur, cū omnia filii a patre sint, a quo & cuncta esse credūtur? Substātiā autem dei idcirco naturā dicimus, quia natus de illa Christus est. ¶ Itaq; dilectissimi mihi, sicut semper obedistis nō præsentia mei tantūmodo, sed multo magis nūc in absentia cū timore & tremore vestrā ipsorū salutē operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona volūtate.) Deū bonos conatus adiuuare testat. Omnē enim gratiā semper reportat ad deū, vt nostrū sit velle, perficere vero dei. Nam quis vincere potest pricipes ac potestates, rectores tenebrarū harum, spiritalia nequitię in cælestibus, nisi solus deus, quos causa inuidię inimicos habemus? Indignātur enim nos dici filios dei. Nō ergo nouum est quod hortatur, sed vt more solito subditi sint Euangelio, curam propriæ conuersationis ha-

A bentes. bona enim cōuersatio salutē operatur. ¶ Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus, vt sitis irreprehensibiles & simplices, sicut filii dei immaculati, in medio nationis prauæ & peruersę, inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo, verbū vitæ cōtinentes in gloriam mihi in diē Christi, quia nō inuacuum cucurri, nec in irritū laboraui. Sed et si libor super sacrificiū & ministeriū fidei vestræ, gaudeo, & gratulor omnibus vobis. Idipsum autē & vos gaudete, & cōgratulamini mihi.) Vt fidei & operū suorū fructus possit habere, cōmonet vt omnia quę ad disciplinā pertinent Christianam, sine hæsitationibus faciant & murmurationibus: quia si negligenter & indeuote aliquid agitur, ad effectū non peruenit, quia in reprehensionē cadit: sed vt omni simplicitate operētur quasi filii dei īmaculati, vt memores professionis suæ respōdeāt vt inter diffidētes tam clari appareant vita, cōuersatione, moribus, quemadmodum Sol & Luna inter stellas splēdore sublimes sunt. Sicut enim stellæ apparente Sole obscurātur, ita & iniusti & infidi præsentibus fidelibus aut iustis turpes & deformati videntur, vt gloria sit apostoli in aduentu filii dei, cuius plātatio tales edidit fructus. Labor enim & efficacia eius tūc probabitur nō esse inanis. Ideoq; et si immolor, ait, super sacrificiū & ministeriū fidei vestrę, gaudeo. Si enim oppressus fuerit a perfidis, cur eos congregauerit suæ conspirationi, gratulandū sibi significat. scit enim effectū habere mortē suā. Magna enim mœstitia est si patiat quis pro eis in quibus nihil ꝓficit. Quāobrem B gaudere se in illis, & eos cōgratulari sibi debere testatur, vt inuicem participes sint gaudii cōmunis & plebs & magister idoneus. ¶ Spero aūt in dño IESV Christo Timotheum in breui mittere me ad vos, vt & ego bono animo sim, certior de vobis factus. Neminē enim habeo tam vnanimem, qui syncerā circa vos solicitudinem gerat. Nam omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Christi IESV. Probationē autē eius nostis, quod vt filius cū patre mecū seruiuit in Euangelio. Hūc ergo spero me missurum confestim, vt videro quæ sunt circa me. Confido autē in domino quod & ipse cito veniā.) Absoluta sunt hæc, nec interpretatione egēt. Post epistolā enim istā Timotheū se missurū significat, per quē ad fidē agnoscat quæ circa hos agantur. Erat enim apostolo vnanimus, quare & circa eos solicitior signat, non sicut quidā, qui dum semetipsos cōmendare volebant, negligētes erant de disciplina & cōuersatione fratrum. Non enim deuoto animo prædicabant, sed propter propria lucra. Et qa Timotheus vir erat egregius, dicit quia probatū hunc habebant, quia erat cū eo vt fi- C lius charissimus deseruiens Euāgelio Christi. Ideo hūc filium dicit, quia ab ipso fuerat ordinatus. hunc se præmittere, se quoq; in breui iturum ad eos. ¶ Necessarium vero arbitrat9 sum Epaphroditū fratrē & cōmilitonem meū, vestrū autē apostolū & ministrū operis mei mittere ad vos, quoniāquidē desiderabat oēs vos, & impatiēter solicitus erat, eo qđ audieritis illū infirmatum fuisse. Etenim infirmatus est prope mortē, sed deus misertus est illius: nō solum autē eius, sed & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.) Omnia hęc manifesta sunt. Epaphroditū enim significat missurū se cum ista epistola ad eos. Inuicem enim desiderio sui mœsti erāt infirmitatis eius causa & populus & Epaphroditus, vt viso eo recrearētur de recuperata salute eius, & ille caret solicitudine quā vidēdi eos gerebat. Erat enim eorū apostolus ab apostolo factus, dū illum ad exhortationē eorū mittebat ad eos: & quia vir erat bon9, desiderabatur a plebe. Quid ergo est vt pręsente apostolo qui mortuos suscitabat, hic Epaphroditus infirmaretur vsq; ad mortem? Nunquid nō orauit pro illo apostolus, & non impetrauit vt citius sanaretur? Sed signa infideliū causa fiunt. Nam huic nō ad detrimentū cōtigit ægritudo, sed ad augmentū. Probationes enim diuersæ sunt credentiū. D Alius enim per ęgritudinē, alius amissione charorum, alius per damnū pecuniæ, alius per tribulatiōes probatur si in necessitate stabilis inueniatur, auxilium a diuersa parte non quærens, vt augmentū faciat meritorū. Nō ergo cōtempta est postulatio apostoli, sed melius prouisum ei pro quo petebat. Quid aūt illud est, vt cum de excessu fratrū in alia epistola nō cōtristari debere admoneat: in hac autē contristandū se si exisset Epaphrodit9 de corpore, significat? Tristitiam se, si exisset, habiturū dixerat super tristitiam quā habebat de infirmitate eius. Erat enī necessarius ecclesiis. Nā ad Thessalonicēses, 1.Thes.4. Videte autem, ait, ne contristemini de dormientibus, sicut & cæteri qui nō habent spem. Sic autē sic tristem futurū dixerat de excessu Epaphroditi, quia solatiū eius & auxilium requirebat: non tamen vt quasi perditū lugeret. ¶ Solicitus itaq; misi eum, vt cū illū videritis, iterum gaudeatis, & ego meliore animo sim.) Affectionem habuisse Epaphroditum & plebem Philippensiū significat, quē videntes iterum in lętitiam excitarent se, & apostoli animus lætaretur, quia meliori animo fit qui ad charos suos mittit reuisendos. ¶ Excipite ergo illū in domino cū omni gaudio, & huiusmodi in honore habete, quia ꝓpter opus Christi vsq; ad mortem accessit, in interitū tradens animā suā, vt suppleret id quod ex vobis deerat circa meum officiū.) Quanquā indiuidua esset charitas Epaphroditi & plebis: tamen etiā ab apostolo cōmēdatur, vt chariorem illum faciat, maxime propter hos qui forte tam chari nō essent circa eius affectū. In omni enim plebe diuersitas est. Hinc est vnde & prælium eius memorat, ꝙ non dubitauit propter opus Euāgelii emori. hoc est, nō est deterritus mi- E nis & pressuris infideliū, sed perstitit in exhortatione fideliū, vt impleret quod deerat plebi in traditione iuxta dispensationem apostoli. Qui ergo a morte non retrahit animā suam, in interitū hanc tradit iuxta vitā præsentem, sicut & Dñs dixit: Mat.16. Qui enim voluerit animam suā saluā facere, perdet eam. Perditio hæc interitus est, quia secundū mundū qui animā suam tradit, pro Christo, amittit eam: in futurum tamen conseruabit eam.

CAPVT TERTIVM.

RELIQVVM fratres mei gaudete ī domino. eadem scribere vobis mihi quidē non est pigrum, vobis autem necessariū.) Ostēdit solicitudinē suam quam gerit circa profectum illorum, quia impiger est ad scribendū eis quę necessaria sunt vtilitatibus illorum. ¶ Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.) Hos designat qui inuidētes gētibus prauitate colloquiorum suorum euerterant Galatas, suadentes eis vt circumciderentur. F Quos omni genere vitandos & spernēdos docet, quasi canes qui primum oblatrant, dehinc morsu sæuo male operantur in carnem. ¶ Nos enim sumus circūcisio, qui spiritu deo seruimus, & gloriamur in Christo IESV, & non in carne fiduciam habemus, quanquam ego habeam fiduciam & in carne.) Manifestum est quia credentes ipsi circūcidunt cor suū, vt amputata erroris nebula aspiciant & agnoscant dominum creaturæ. hoc est, spiritu deo seruire, & gloriari in domino IESV Christo, qui legem spiritus dedit, vt carnis gloria exinaniretur. Apostolus tamen etiam hāc fiduciam habebat, vt si vellet, gloriaretur de carnis circūcisione: sed sciens vacuam esse hanc gloriam, repudiauit eā. ¶ Si qui videtur confidere in carne, ego magis circūcisionē octaui diei ex genere Israel, tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundū legem Pharisæus, secundū æmulationē persequens ecclesiā, secundū iustitiam quę in lege est conuersatus sine querela. Quæ mihi lucra fuerūt, hæc arbitratus sum propter Christū damna.) Quātū ad legis culturam pertinet, & ad iustitiam eius seruandā, & ad stu-

G dium hæresis Pharisæorũ, & iuxta zelum traditionis paternę in persequendo ecclesiã, hic parem non habuit. In cęteris enim erant consortes eius, qui similiter essent natura Iudæi. Sed quæ lucra videbantur iuxta humanum sensum, comparatione Christi inuenta sunt dãna. Quare damna, nisi quia iã tempus non erat vt lex seruaretur? Inania enim erant hęc omnia, & impedimẽta ne accederetur ad gratiã: & quia hæc sunt carnalia, nostra vero spiritalia. Ideo autem de tribu se dicit Beniamin, vt genus suum extolleret super hos qui de patriarchis concubinarũ Iacob filiis ducunt originem, aut propter illos qui erãt proselyti. Vnde dicit: Ego magis circuncisionẽ octaui diei ex genere Israel, vt ostẽderet primum se esse inter Iudæos, sed hoc se cõtemnere propter spem promissã a Christo. Hebræi tamẽ propter Abraham dicti sunt. Immutata est enim litera propter sonũ, vt non vocarẽtur Abręi, sed Hebręi, vt apud veteres cũ diceretur medidie, & esset absurdum, immutata est litera vt diceretur meridie. Si enim origo ex Abraham est, ex ipso trahi debet & nomen, nõ ex Heber, qui sexta generatiõe est super Abraham. Si enim in Abraham reformari cœpit genꝰ hominũ, & ipse est pater fidei, ex ipso & nomen & lingua Hebræa. Prima enim lingua quæ erat sine nomine, cum huic redditur, ex eo nomen accepit. Nam nulla causa est vt ex Heber trahat nomẽ. Abraham tamen Chaldæus fuit, non tamen Hebræi

H Chaldæam linguã habẽt. ¶ Verum quidem & omnia arbitror damnũ esse propter eminẽtem scientiã Christi IESV domini mei, propter quem om̃ia damna duxi & arbitror stercora vt Christũ lucrifaciam, & inueniar in illo, nõ habẽs meam iustitiã quæ ex lege est, sed illam quæ per fidẽ Christi, quę ex deo est, iustitiã super fidem ad cognoscendũ eum, vt virtutem resurrectionis eius, & cõmunicationem passionũ eius, conformans me morti ipsius, si quo modo occuram ad resurrectionem quæ est ex mortuis.) Cũ superius de genere Abrahę & de lege, & de iustitiis eius & meritis obseruantium loqueretur, hęc omnia detrimentum deputans ad comparationem promissionũ saluatoris, nũc addit non solum hęc, sed & omnia damnum esse propter eminentiã, inquit, sciẽtiæ Christi IESV domini mei. Post legẽ & iustitias eius quæ erunt hæc om̃ia, nisi vt ipsi vitæ corporis animæq; anteponatur agnitio Christi? Si enĩ, sicut dicit ad Colossenses, [Coloss. 2.] in Christo sunt om̃es thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ absconditi, cũcta quæcũq; sunt, nullius momenti dicenda sunt, vt ad excellentiã sapientiæ & scientiæ huius peruenire cõtingat. Sufficit ergo, immo exuberat iustitia quæ ex fide est, non ex lege, ad salutem quę est ex co-

I gnitione Christi, gratia dei indulta est. Cognitio enim mysterii incarnationis & passionis, & resurrectiõis eius perfectio vitæ est, & thesaurus sapientię. Vbi enim sapientia, & vita: quia vita nõ est vbi stultitia est. Deniq; [Prou. 10.] Salomon: Stultus, ait, in risu agit mala. Qui enim intelligit sui causa Christum hominẽ factũ & passum, & victa morte resurrexisse, cõtẽptis & spretis om̃ibus hũc sequitur, cuius præsidio videt se a morte liberatũ, quærens causas ad promerendũ eum, vt vel in aliquo illi vicem possit reddere, vt adhuc maiora consequi mereatur promissa in resurrectione. ¶ Non qd iam acceperim, aut iam iustificatus sim, aut iam perfectus sim: sequor autẽ si cõprehendã, in quo & comprehensus sum a Christo.) Quoniam in tota epistola gaudere se testatur in eis, & laudat obedientiã eorum & fidem, ne forte quasi homines inflatione eo q iam digni essent extollerentur, nunc per suam personã adhuc deesse ad iustificationẽ implẽdã aperta voce declarat, vt contẽdãt addere in operibus bonis. Si enim hic qui tanta præditus dignitate est, adhuc deesse sibi ad perfectionẽ cõfitetur: quanto magis hi intelligerent elaborãdum sibi esse vt iustificationũ merita adipiscerẽtur. Ideo subiecit: Sequor autẽ, inquit, vt cõprehendã, in quo & comprehẽsus sum a Christo. Dũ enim errore æstu mentis fluctuaret de via domini diffidens, [K] misericordia dei quasi fugientẽ gratiam Christi cõprehendit eum in via, euntem ad cõturbandã & affligẽdam ecclesiã, ad hoc vt donũ dei addisceret, & gratiã quam refutabat, & sciret pro hac etiam mori lucrũ esse: ideoq; non se posse obesse credẽtibus, sed sibi se nõ crederet, qui rem salutarem per ignorãtiã insequebatur. Ad hoc ergo comprehẽsus est, id est, a præsciẽtia dei requisitus inuentus est, & didicit mysteriũ Christi, vt in om̃i vita augmentum faciens meritorũ, cõprehendat destinatum prẽmiũ, promeritus eum quem didicit sui causa occisum. ¶ Fratres, ego me non arbitror comprehẽdisse adhuc: vnum autẽ, quæ quidẽ retro sunt obliuiscens, ad ea autẽ quæ ante me sunt extendens me, secundũ destinatum sequor ad palmã supernæ dei vocationis.) Hoc est qd supra dixit, qa ideo laborare se significat, vt quotidie in melius proficiat, semper extẽdẽs se ad potiora: vt illa quæ retro acta sunt obliuiscens, meliora sectetur: nõ quia mala sunt, sed quia parua sunt ad meritum collocandũ: in melius autẽ proficiendũ, vt ad destinatũ cælestẽ præmium occurratur. Causa enim tam admirabilis & inuisibilis præmii non leuiter vtiq; certandũ esse pronũciat. ¶ Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sẽtiamꝰ.) Superius perfectũ esse se negat, sed iuxta promissum vt adhuc addatur ad meritũ: ad comparationem autẽ cæterorũ qui res diuinas negligentius curãt, perfecti dicẽdi sunt, qui adhibita solertia perfectionis iter ambulãt. Hoc ergo sentiẽdum est, vt in melius proficiatur. ¶ Et si [L] quid aliter sentietis, id quoq; deus reuelauit.) Hoc dicit, vt si quid amplius ad culturam meliorate conuersationis excogitauerint, dei existiment donũ esse, ne per hoc inflarentur. ¶ Verũtamen ad quod peruenimus, vt idẽ sapiamus, & in eo ambulemꝰ.) Ne qua hinc orireť pręsumptio, & putaretur quod a deo nõ erat reuelatũ, ideo subiecit dicens: Ad quod peruenimus vt idẽ sapiamus. hoc est non extra regulam disciplinæ sapere in cõuersatione fidei, sed hoc sapere quod cõmune sit, & modestũ in Euãgelii veritate. ¶ Imitatores mei estote fratres, & considerate eos qui sic ambulant, sicut habetis formam nostram.) Vult illos solicitos esse ne prauorũ hominũ subtilitate capiantur, & notare vnũquẽq; qualiter cõuersetur & doceat, vt his iungantur in quibus sensum magistri sui agnouerint. ¶ Multi enim ambulãt quos sępe dicebam vobis: nunc vero & flens dico, inimicos crucis Christi, quorũ finis est interitus, quorũ deus venter est, & gloria in confusione illorum qui terrena sapiunt.) Hi quos significat, e numero eorũ sũt qui Galatas euerterant. Cũ dolo enim ambulantes Ecclesias subuertebãt, sub nomine Christi Iudaismũ colendum prædicantes, quasi vbi Christus promissus sit. Quos cũ dolore & la- [M] chrymis memorat, quia saluti credẽtium obsistebãt, de cibis edẽdis & non edendis quæstiones mouẽtes, quasi salus in esca sit, aut venter deus, quẽ iuxta legẽ mundis escis delectari putabãt, gloriantes in pudẽdis circũcisis. hoc est terrena sapere. Qui autẽ spiritalia sapit, in fide, in spe, in charitate gloriatur. Ad locum autẽ hunc non pertinet vt quæstus causa aut gulæ dixerit, Quorũ vẽter deus est. ¶ Nostra autẽ cõuersatio in cælis est, vnde & saluatorẽ expectamus dominum nostrũ IESVM Christum, qui trãsfigurabit corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suę secundũ operationẽ suam, qua possit etiam subiicere sibi omnia.) Spiritalia curãtes, in cęlis agere dicũtur, cũ ipsi adhuc sint ĩ terris: quoniam mali principes & potestates cũ sint adhuc ipsi in firmamẽto, cõuersatione tamen in terris sunt. Christianorum ergo actus in cælis sunt, vbi & spes salutis eorũ est, qui est Christus, quem omnis fidus expectat ad trãsfigurationẽ corporis carnis, vt quod ex humo est, indutum spiritali veste conforme efficiat aduentu maiestatis suæ corpori gloriæ suę, iuxta operationẽ suam, id est secũdum virtutẽ suam, qua possit subiicere sibi omnia.

A hoc est, quia per resurrectionem mortuorum & immutationem in gloria apparebit virtus domini manifesta, comprimens omnes principes & potestates, vt manifestetur deus & dominus esse omnium.

CAPVT QVARTVM.

ITAQVE fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudiũ meum & corona, sic state in domino dilectissimi.) Cõmonet vt in eadẽ fide perseuerent. Gaudiũ enim eius constantia illorũ ad præsens est, & in futurum corona. Discipulis enim in agone victoribus, dignus erit corona magister. ¶ Euhodiã rogo & Syntychẽ obsecro idẽ sapere in domino, & te rogo germane compar adiuua illas, quæ laborauerunt mecũ in Euangelio cũ Clemente & cęteris qui sunt mihi participes operũ, quorũ nomina sunt in libro vitę.) Euhodiã & Syntychen ad prudentiã amplexãdã hortatur, adiuuãtibus quos memorat: vt sicut in operibus Euãgelii profecerant, proficerent & in sciẽtia & sapiẽtia dei. quos omnes merito fidei in libro vitę haberi pronũciat. ¶ Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete.) Lætus Apostolus in operibꝰ & fide eorum, ad cumulãdam alacritatem suam exoptat illos in hoc studio proficientes in domino semper gaudere. hoc est enim quod iterat, vt se vera affectiõe gaudere in illis

B ostendat. ¶ Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. dominus prope est. nihil soliciti sitis, sed per omnia oratione & prece cum gratiarum actione postulationes vestrę innotescant apud deum: & pax dei quæ exuperat omnẽ mẽtẽ, custodiat corda vestra in Christo IESV.) Nunc exemplo eorum alios vult lucrari. Cũ enim modestia eorum manifestata fuerit, id est rationabilis conuersatio, lucebunt opera eorũ, & non deerunt qui imitẽtur bonũ illorum, vt nõ solum propriorũ gestorũ, sed & aliorum augmẽtum cõsequantur, vt (sicut dictum est) labores fructuum suorum edant. Quando enim fructus operum suorum alios acquirit ad opus bonum, labores eorum qui acquisiti sunt, proficient eis quorũ exemplo bona opera imitari cœperunt. Dominus, ait, prope est, nihil soliciti sitis. hoc est pręparatos esse debere, & vigilare in oratione & prece, deo gratias agentes, seposita mundi solicitudine illud sperare, & ante oculos habere, quod dominus repromisit: vnde & gratias ei agendas docet. Domino enim imminẽte solicitudo seculi cessat. Vt quid enĩ solicitus sit de re cito peritura? Ac per hoc postulationes vestræ notæ, inquit, fiant apud deum.

C Quæ notitia assiduitate fit, & vigilãtia orationis. Tũc demum munitionibꝰ pacis suæ, quæ omnem exuperat mentẽ, ait, custodiat corda vestra in Christo IESV. Hoc ideo dixit, quia cum deo qui habet pacem, non timet omnem mentem aduersam. Tutus enim est pace dei omnis diligens deũ in Christo IESV. Quis enim nõ metuat eum, quem scit dei esse amicũ? ¶ Reliquum fratres, quæcunq; sunt vera, quæcunq; magnifica quæcunq; iusta, quæcunq; amabilia, quæcunq; laudabilia, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hęc cogitate, quę & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & deus pacis erit vobiscum.) In conclusione, quæ reliqua erãt ad imitationem perfectionis exponit, vt ea quæ non solum in vituperationem non cadunt, verum etiam laude digna sunt, & cogitantes & agentes, secuti formam Apostoli, deum pacis habeant secum. Deus noster vere deus pacis est, qui non rogatus quasi potẽs, non timidus quasi infirmus, ad pacem hortatur, intantum vt & peccata in se commissa concedat, cum possit vtiq; terrore manifestatæ potentiæ, & ineffabilis magnitudinis suæ etiam inuitos non ad pacem cogere, sed ad subiectionem. Sed huiusmodi pax mundi est, nõ dei, cuius ipsa natura pax est. ¶ Gauisus sum autem in domino magnifice, quod tandem aliquando refloruistis, ad hoc vt pro me sentiatis in quo & sentiebatis. occupati enim eratis.) [D] Nunc alacritatem suam propensiorem factã ostendit, quia in quo negligentiores facti fuerant, adhibita solertia opus pristinum iterarũt, memores facti Apostoli sui, vt fructus suos ad eum mitterent condendos in horreo cælesti, vbi neq; tinea neq; rubigo exterminant. ¶ Non quasi propter penuriam dico. Ego enim cognoui in quibus sim sufficiens esse. Scio & abũdare, & humiliari. in omni & in om̃ibus imbutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriã pati. om̃ia possũ in eo qui me cõfortat.) Non se sui causa in hoc eorum opere gaudere, sed in profectu eorũ ipsorum se ante omnia contẽtum deo adiuuante testatur, vt neq; de penuria cõtristaretur, neq; de abundantia exultaret: sciens quia & abundãtia frequẽter extollit, & tolerata penuria diuitias cælestes acquirit: horũ tamen opera in se benigna declarat. multorũ enim necessitatibꝰ profuit. ¶ Scitis autẽ & vos Philippẽses quia in principio Euãgelii, cũ profectus sum a Macedonia, nulla mihi Ecclesia cõmunicauerit in ratione dandi & accipiẽdi, nisi vos soli, quia & in Thessalonica semel & iterũ vsibus meis misistis: nõ quia munus quærã, sed requiro fructũ crescẽtem in rationẽ vestrã.) Hæc idcirco cõmemorat, vt audiẽtes in memoria & laude esse opera sua, non dubitent illa accepto ferri apud deũ, sed magis studium fidei adhibeãt. [E]

¶ Percepi autẽ omnia, & abũdo: repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ a vobis missa sunt, odorem bonæ suauitatis, hostiã acceptabilẽ, placentẽ deo.) Non ociose cõmonet debere fieri, & hortatur qd factũ profitetur, nisi quia aut negligentius aut minus copiose, sicut solitum erat ab eis fieri, factum videbatur, vt reminiscẽtes priorum operũ, scirẽt se minus fecisse q̃ cœperãt. Licet enim nõ improbet factũ, sed significat deuotiores illos ante in opere hoc fuisse: se tamẽ gratũ esse, & accepto ferre deũ quasi sacrificiũ placẽdum. Deniq; Dominus ait: Facite [Luce. 11.] eleemosynã, & ecce vobis omnia mũda sunt. Q̃ gratũ ergo opus est, vt omnẽ maculã hominis & sordes emũdet. ¶ Deus vero meus impleat omne desideriũ vestrũ secundum diuitias suas in gloria in Christo IESV.) Ideo discreuit dicens, Deus meus, vt secundum ea quæ præstabat meritis eius, auxilia adessẽt, & desideriis eorũ in copia magnitudinis bonitatis suæ in gloria Christi IESV. Gloria est enim Christi IESV, cũ dei nutu Christianorũ implẽtur desideria secundũ euangelicam disciplinã. ¶ Deo autẽ & patri nostro gloria in secula seculorũ. Amẽ.) Hic nõ discreuit, sed generaliter ait: Deo & patri nostro. Deus propter timorẽ, pater autẽ hono- [F] ris causa, & quia ab ipso est omnis origo. Ipse enĩ dixit in Malachia propheta: Si deus ego sum, vbi est timor [Malac. 1.] meus? et si pater ego sũ, vbi est honor meus? ¶ Salutate omnẽ sanctũ in Christo IESV.) Hũc salutate in Christo IESV, qui se sanctificat, vt Christo dignus habeatur, qui dixit: Sãcti estote, quoniã ego sanctus sum, dñs [Leui. 19.] deus vester. ¶ Salutant vos qui mecũ sunt fratres.) Salutatio fratrũ solatium inuicẽ præstat. quasi imagines enim exhibet diuulsorum. ¶ Salutãt vos omnes sancti, maxime qui de Cæsaris domo sũt.) Hos significat propensiorẽ affectũ habere circa eos, qui de domo Cæsaris sunt. istos & potiores supra memoratis ostendit fratribus, quia hos sanctos appellat. ¶ Gratia dñi nostri IESV Christi cũ spiritu vestro.) Qm̃ de saluatoris persona quęstiones oriũtur, hic vt soliditatẽ in eo diuinitatis approbet, tuitionem glorię eius spiritui nostro exoptat.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPIST. BEATI PAVLI AD COLOSSENSES.

G

PRAEFATIO.

COLOSSENSES pseudoapostoli euertere nitebãtur, vt post prædicationẽ Epaphræ siue Archippi philosophicis disputationibus irretirent simplicitatem mẽtis eorũ, ne spernerent rationes elemẽtorum, quibus quasi gubernatur vita humana. Idcirco hos Apostolus hortatur per epistolam, & admonet ne alicui preter Christum aliquam esse spem putarent, & deciperentur.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS APOSTOlus Christi IESV per voluntatem dei, & Timotheus frater, iis qui sunt Colossis sanctis & fidelibꝰ fratribꝰ ĩ Christo IESV, gratia vobis & pax a deo patre nostro.) Caput epistolæ solito more scribit ad eos, in quo & sanctis & fidelibus & fratribꝰ literas se ordinare prosequitur, quibus exoptat dei gratiã manere per Christũ. ¶Gratias agimus deo patri domini nostri IESV Christi semper pro vobis orantes, audita fide vestra in Christo IESV, & dilectione quam habetis in omnes sanctos propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quã ante audistis in verbo veritatis euangelii qđ peruenit ad vos, sicut & in vniuersum mũdũ.)

H Quoniam dignum habuit deus credere istis filiũ suũ, gratias ei refert in orationibꝰ suis. Deinde propter charitatem quam habebãt in sanctos, fidi quia pro hac spes firma est apud deum, qua remuneraturus creditur credẽtes & diligẽtes se inuicem autore Christo, cuius nomen peruenit ad omnes gentes, vt multiplicẽtur in fide eius. ¶Et est fructificans & crescens, sicut & in vobis, ex qua die audistis & cognouistis gratiam dei in veritate, prout didicistis ab Epaphra dilecto cõseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi, qui etiam notam fecit nobis vestram dilectionem in spiritu.) Exemplum cæterarũ gentium hos crescere, & fructũ vitalem facere, alacri sermone prosequitur, vt ex eo ꝙ dei gratiã perceperunt, proficerent, & numero & opere adiungentes fidei suę qui fierẽt fratres eorũ in Christo. Exẽplo enim bonorum operum illorum attracti sunt multi, teste illis Epaphra, qui eis ministrauit gratiam Christi vice apo- I stoli, quam statim imbiberũt vt potum spiritalẽ in domini charitate, quæ nõ in carne est, sed ĩ spiritu. ¶Idcirco & nos ex qua die audiuimus, nõ cessamus pro vobis orantes & postulãtes, vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali, in hoc vt ambuletis digne deo ad omne placitũ in omni opere bono.) Audiens Apostolus deuotã ac promptam voluntatem illorum circa fidẽ Christi, orat pro eis, vt propẽsius agnita voluntate dei, rationabili opere explerent deuotionem quam audita fide Christi didicerant, ne tã fida mentis ædificatio, & robur fidei, dũ inconsulte aliquid imperite conficeret, laboris sui fructum amitteret. Hoc enim libenter accepto fertur, quod deuoto fit animo, & prudẽter. ¶Fructificãtes & crescẽtes in agnitione dei, in omni virtute robur capiẽtes secundũ potentiam glorię eius, in omnem patientiã & longanimitatẽ cum gaudio, gratias agentes patri, qui vocauit vos in partẽ sortis sanctorum in lumine, qui liberauit nos a potestate tenebrarũ, & transtulit in regnũ filii charitatis suæ.) Incrementũ operum eorũ cum scientia vult fieri, vt nõ ignorẽt fidei suæ spem. Tunc enĩ firmi & stabiles sunt, si aduertant quę pro fide promissa sunt, & quanta sit potẽtia gloriæ maiestatis dei in patientia, vt longa expectatione sustineat humanũ genus, quod irreuerẽtia sua

K non solum negligit creatorẽ, verũ persequitur amantes eum, vt & ipsi similiter patiẽtes sint, vt supportent probra & maledicta infideliũ, vel si illata fuerit pressura, expectantes iudiciũ dei, nec dubitãtes de eo: magis autem gaudentes in promissa vita cũ gratiarũ actionibus deo, qui dignatus est aduocare & inducere gẽtes in promissionem Iudæorum, quæ est lumen æternum, id est veritas perpetua. Liberati enim de cõditione tenebrarũ, hoc est eruti de inferno, in quo tenebamur a diabolo tã ex proprio ꝗ ex delicto Adę, qui est pater omniũ peccãtium: trãslati sumus per fidem in regnũ cæleste filii dei, vt ostẽderet nobis deus quo amore diligit nos, quando attollẽs nos de imo tartari, induxit in cęlos cũ vero filio suo. Iam enim omnes credentes, qui fixa mente deuoti sunt, exeũtes de seculo duce dextræ partis angelo inducuntur in cælũ, quod ante deuictam mortẽ cõcessum nõ erat. ¶In quo habemus redẽptionem remissione peccatorum.) In huius filii sui regnum trãstulit nos deus, per quem nos redemit, & manumisit. Remissio enim peccatorũ liberos facit, vt liberati debitis, teneri obnoxii nõ possint. Nam sine fide Christi nullus egressus de inferno est, qa obligatꝰ peccatis exire ianuas Tartari nõ potest. ¶Qui est imago dei inuisibilis.) Inuisibilis dei imago visibilis esse non potest, alioquin nec imago. Qđ enĩ inuisibile est, pingi non potest. nec enim visibilis potest inuisibilem videre. Aut enim corpus est quod videtur, aut figura, aut aliqua informata substantia quam fert acies oculorũ, totum tamen corpus est. Deus autẽ qui L ab his omĩbus alienus est, quomodo potest imaginem habere visibilẽ? Sed ideo sic dicitur, vt talis filius intelligatur, qualis est pater: vt quia de ipso est, & nihil distat ab eo ĩ diuinitate naturæ, imago eius dicatur & forma, ne alius deus a perfidis crederetur, quãuis nomine ipso hoc cõtineatur. Ideo enim verus dei filius dicitur, vt de ipso esse credatur. Sed propter malam intelligentiã etiã hoc additum est, vt imago eius dicatur, vt cũ apparet, licet in figura humana, aut certe ĩ igne, vt ad Moysen: nõ ipse pater intelligatur esse, sed filius: & per id qđ imago eius dicitur, nihil ab eo distare credatur. Vnde dicit ad Philippum: Philippe, qui me videt, videt & patrẽ: Ioan. 14. quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Hæc est vnitas & substantialitas patris & filii, vt inuicem sint: vt qui videt filium, videat & patrẽ. Nunc videamus quomodo visus sit filius, vt proinde intelligamus qua ratiõe Philippus vidẽdo filium, videat & patrem. Intellectu certe operum diuinorũ viderũt filium, nõ carnalibus oculis. M Quæ operatus est filius, dixit esse patris, vt vnitatem virtutis ostenderet. Eodem genere visus est & a Iacob, vnde nomen accepit Israel, id est homo vidẽs deũ. Propter hoc ergo imago dictꝰ est inuisibilis dei, vt ipse esse intelligeretur qui per intellectum visus est deus. patrẽ autẽ nũquam vllo modo apparuisse, sicut dictum est in Euãgelio: Deum nemo vidit vnquã. Ioan. 1. ¶Primogenitus vniuersæ creaturæ.) Ante omnem creaturã genitum filium nõ creatũ testatur, vt secerneret natiuitatẽ eius a creaturæ factura. Et vt hoc penitus clarescat, subiecit: ¶Quia in ipso condita sunt omnia in cælis, & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso cõdita sunt.) Non solũ in eo magnificum & gloriosum significat Christũ, quia antequã fierent omnia, natus est, sed & in ipso dicit omĩa cõdita. hoc est, vt omniũ potentia in eo esse credatur, & de eo perfecta, dũ omnia fiunt per ipsum. hoc est caput esse totius creaturę, quia ab ipso vt sint esse cœperũt. Ideo autẽ quæ ab ipso facta sunt, per ipsum facta dicuntur: quia ad hoc natus est, vt faceret creaturam. hoc est fecisse in eo, & per eum. Nec enim sibi natiuitas sua proficit, sed nobis, quia nõ eguit nasci qui in his erat: quomodo sit vnicus dei patris & filii, quomodo ipse nouit ꝗ ingenita sunt dei patris. Erat

A enim in deo qui processit de deo, ita vt vnus esset deus. ac sic sit vt neq; diminutio sit patris, neq; profectus filii dum nascitur. Et vt apertius tradat quæ & quanta sit potentia filii, ostendit quæ per ipsum sint: id est, throni, dominationes, & principatus, ac potestates: vt proinde omnino minus nihil in eo esse credatur, ꝗ est ĩ patre. ¶Et ipse est ante omnes.) Ante omnes sic est, quia hic solus de deo patre natus est, de ingenita vtiq; substantia dei. Hęc autẽ virtute eius, quam per generationem habet a patre, substiterunt, nõ vt cõmunio eis substãtię sit cum eo, sed ex nihilo nutu dei patris filio agente cœperunt. ¶Et cuncta in ipso cõstant.) In ipso cõstant, quia sine eo nihil sunt. Nisi enim huic fuerint subdita, errore deuia quasi perditioni fient obnoxia. ¶Et ipse est caput corporis ecclesiæ.) Ecclesiæ caput est Christus, si tamẽ omẽs vnum sentiãt cælestes & terreni, vt sint ecclesia, hoc est vnius fidei. Siquo minus, trũcati capite, hoc est, omniũ corporum: totius corporis, id est, a creatore suo seiuncti, amentia quadã & vanitate bacchantur. ¶Qui est principiũ primogenitus ex mortuis, vt fiat in omnibus ipse primatũ tenens.) Quoniã omnia per ipsũ sunt, per ipsũ denuo negligentia quadã facta caduca reformanda fuerunt, ne ad iniuriam eius pertineret si opus eius per alterum instauratum fuisset: vt quomodo ante omẽs natus est, sic iterũ ante omnes primus esset ex resurrectione mortuorũ reddita pristina vita. Ante omnia enim natus est de deo, vt cũcta crearet quæ non erant. iterum B autem accepta carne de virgine natus est, vt peccatum quod ex virgine Eua intrauerat in mundũ, aboleretur. Natus ergo & mortuus resurrexit, vt quæ primũ fecerat, postea iterũ recrearet: quia per errorem fuerãt velut mortua, vt semper in omni vita sit primus & princeps. ¶Quia in ipso complacuit omnẽ plenitudinẽ inhabitare.) Plenitudo in ipso est & manet, quia omnia potest semper, vt nihil exceptum sit qđ nõ per eũ possit pręstari, vt & faceret, & reformaret, & lapsa erigeret, & mortua viuificaret. Vnde ait: Ioan. 5. Sicut habet pater vitã in semetipso, ita dedit & filio vitã habere ĩ semetipso. Sicut enĩ pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Nec enĩ pater iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio. Quid tam iustum, nisi vt horũ quę fecit per illum, ipsi daret iudicium? vt omnis plenitudo diuinitatis habitet in ipso, per id quod diximus, omnẽ illum potestatem in se habere, hoc est, deum esse perfectum. qui enim hæc omnia non habet, nõ est deus. ¶Et per eum recõciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinẽ crucis eius siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terra.) Hoc est quod supra memoraui, quia vt ea omĩa quę C fecit per illum, restauraret, cũ errore quodam discrepare cœpissent abinuicem, necnon & ab autore, (est enĩ adhuc error in carnalibus cælis) humiliauit eũ incarnãdo illũ, vt homo factus ostẽderet ac doceret quomodo possint ea quæ in firmamẽto sunt, & super terrã, recõciliari creatori. Quod vt ad perfectum perduceret, occidi se passus est propter homines, vt quos apud superos docuerat, exeuntes hinc a morte secunda teneri nõ possint, vt doctrina eius fructum haberet primæ institutionis, & omnia facta per ipsum viuerẽt in ipso quasi in autore, sicut Petrus fatetur in Actis apostolorũ. ¶Et vos quondam alienatos & inimicos cõsiliorum eius in operibus iniquis: nũc autẽ recõciliatos in corpore carnis eius per mortem, exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehẽsos in cõspectu suo.) Quale donũ dei sit erga gentes, memorat: vt ostẽdat eos debitores, & quidẽ multũ, in gratiarũ actionibꝰ deo: qui cũ inimici essent cõsiliorũ eius quibus decreuit visitare genus humanum per famulum suum Moysen, cuius doctrinam & potestatem nõ receperunt, deuoti idolis suis, imo operibus iniquis: adorauerunt enim opera sua quę fecerunt, misericordia autem & prouidentia dei requisiuit eos, vt gratuito dei gratiam cõsequerentur, redeuntes ad eum in cõscientia

D munda: vt in die iudicii dũ nihil erroris veteris inueniretur in his, accorporarent̃ creatori suo, qui vt prodesset humano generi, incarnatꝰ homo factus est, vt in carne sua vinceret mortem. ¶Si quidẽ perseueratis in fide fundati, stabiles & immobiles a spe Euangelii qđ audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ est sub cælo. Cuius factus sum ego Paulus minister, qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis: & suppleo reliquias pressurarũ Christi in carne mea pro corpore eius, qđ est Ecclesia.) In tribulationibꝰ quas patiebatur, exultare se fatetur, quia profectum suum videt in fide credentium. Non est enim inanis tribulatio, quãdo cum pro quo patitur, acquirit ad vitã. Quas passiones Christo dicit inferri, cuius vtiq; doctrinã persequuntur, vt perfidos grauet impietatis suæ crudelitate, & fidelibus dei prędicet charitatem, cuius filius nũc vsq; iniurias patitur pro nobis. Nunc igitur intelligi vult qua causa scribit ad eos, cũ dicit, Si tamen perseueratis in fide fundati: vt scirent tunc prodesse sibi passionẽ Christi, si in accepta fide manerẽt. Idcirco enim omnipotẽtia magnitudinis quanta sit Christi, & ꝗ infinita, ab initio declarauit, vt doceret in ipso solo spem ponẽdam, quia ipsius sunt omnia: & quia nihil sine ipso potest viuere neq; in cælis, neq; ĩ terris. Ante omnes enim est, & cũcta ipsi constant, quia in omnibus ipse primatum tenet: vt si quis alicui elementorum aut angelorum vel potestatũ deuotum se debere esse putet, errare se sciat. Hic enim vnus est filius dei, ca- E put omnis principatus & principii, cuius Euangelium prædicatum est in toto mũdo, incipiẽs a Moyse, qui dixit Iudęis: Quia prophetam vobis suscitabit dominus Deut. 1 deus vester ex fratribus vestris. tãquam me ipsum audietis. Erit enim, quicũq; nõ audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Vnde Dñs ait Iudęis: Quia Ioan. 5. Moyses de me scripsit. Itaq; hic vnꝰ audiẽdus est, & colẽdus, nec ad hunc æstimandus est quisquã: quia qui caput tenet, reliquam partem subiectam habet. Nam qui se subiectis humiliat, totus errat: quia non tenens caput trũcus est, ex quo totũ corpus cõtinetur ad vitã. ¶Cuius factus sum ego minister secũdum dispẽsationẽ dei, quæ data est mihi in vos, ad implẽdum verbũ dei in mysterio quod abscõditum fuit a seculis seculorum, & a generationibus.) Ministrum factum se esse Euangelii inter gẽtes a deo per Christum cum fiducia loquitur, vt mysterium cœptum a domino per idoneum & efficacem seruum possit impleri, qđ ignotum fuit a seculis. ¶Nũc vero declaratum est sanctis eius, quibus voluit deus demõstrare quæ sint diuitiæ maiestatis mysterii dei in nationibus, qđ est Christus in vobis spes glorię, quem nos annunciamus.) Mysteriũ qđ latuit a seculis, modo reuelatũ esse asserit, id est, tempore apostolorũ ostensum: F quia & gentes admittẽdæ essent sine circũcisione carnis ad fidẽ Christi, qui promissus erat Iudæis. Prius enim ante prædicationem fidei circũcidi mãdatum est gẽtiles, si voluissent ad legẽ accedere. Nũc autem misericordia dei ita vt sunt suscipi iussi sunt ad fidem. Quod indignũ putabatur Iudæis, vt Christus in quo spes erat Iudæorũ, etiã gentes participes faceret glorię suæ. ¶Monẽtes omnẽ hominem, & docẽtes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo. in quo laboro certans secũdum operationem ipsius quę operatur in me in virtute.) Hanc dicit veram esse sapiẽtiam quæ est in disciplina dominica, cũ agnoscitur Christus. quod se ipsum Apostolus magna cum cura agere testatur: vt erudiẽs omnẽ hominẽ in hac sapientia, consummatũ eũ exhibeat deo in intellectũ Christi, vt mysteriũ natiuitatis ex deo, & natiuitatis ex Maria, & totius operis eius cælestiũ & terrestriũ assequatur. Cuius rei certamẽ cõtra perfidos habere se loquit̃, adiuuãtibꝰ signis virtutũ, vt p hęc vita infidelitatis cõprimat̃. Qui enĩ verbis subtilitate quadã diabolicę versutię ausus est cõtradicere, pudore correptꝰ necesse est vt cedat virtuti.

G CAPVT SECVNDVM.

» NOLO enim vos scire quãtam pro vobis & » pro his solicitudinem habeam qui Laodicię » sunt,& quotquot nõ viderũt faciẽ meã ĩ car- » ne, vt consolationẽ accipiant corda eorum cũ » fuerint instructi in charitate,in omnes diuitias plenitu- » dinis intellectꝰ, ad agnitionẽ mysterii dei in Christo, in » quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absc̃di- » ti.) Nõ se minus solicitum pro his quos in carne mini- me vidit, quàm de illis erat quibus presens prædicabat testatur, vt scirent nõ minore affectu diligi se ab eo quia eos nõ viderat,q̃ cęteros apud quos erat diligebat, vt foueret animos eorum in charitate, & prompti fierẽt per epistolã, agnitionẽ acciperẽt sacramenti dei in Christo, aduertẽtes has esse sapiẽtiæ & scięẽtiæ diuitias, si agnoscatur Christus in deitatis suæ plenitudine adorandus. Omne igitur mysteriũ sacramẽti dei in Christo est. Hic est enim vnus in quo oĩis creatura nisi sperauerit, per- ibit, vt omnium potentia in eo sit: vt qui cognoscit istũ, cunctorũ quæcunq; sunt, cognitionem videatur habere. Nec ꝯlẽdus alius præter hunc requiratur, quia omniũ potentiarũ virtus in eo est. Ex ipso enim habẽt omnes. Vnus enĩ cũ sit, omnia potest. Quare & caput omniũ dicitur, vt per ipsum omnes subsistere videãtur. Digne ergo omnes thesauri sapientię & scientiæ in eo dicũtur H absc̃diti. Omnis enim sciẽtiæ ratio totius creaturæ su- pernæ & terrenę in eo vt sit oportet, qui omniũ eorum caput est: siue angelorũ, siue Solis, siue Lunæ, siue stel- larum, aut cæterarũ rerũ, omnis sciẽtię peritia in autore illorum est: vt qui hũc agnoscit, nihil vltra requirat, nec sapientiam nec virtutẽ, quia agnouit eum in quo perfe- cta virtus, perfectaq; sapientia est. Quicquid enim alibi se putauerit inuenire, plene in hoc & abunde inueniet. Nã quid sapiẽti? Salomone? quid prudẽtius Daniele? quibus idcirco deus præ cæteris sapiẽtiam dedit, vt no- tum faceret infidelibus totius se sapientiæ esse autorẽ. Deniq; Nabuchodonosor dicit Danieli, admiras̃ super Daniel.2. sapiẽtiam eius: Vere deus vester ipse est deus vĩus, & aperiés mysteria. Quod quidẽ omnẽ incredulum latet, in Christo omnẽ esse sapientiam & scięẽtiam: quia nõ le- gunt in Euãgeliis Astrologiã, nõ in apostolo Gæome- trica, nõ in propheta Arithmeticã, nec Musicã: quę id- circo despecta sunt a nostris, quia ad salutẽ nõ pertinent, sed magis mittunt in errorẽ, & auocant a deo, vt dũ his studeant ratiocinationum disputatiõibus, curam animę suæ non habeant. Quæ enim tam vera sapiẽtia est nisi cognouisse quod profit, & despexisse quod obsit? Obest I enim, quia impedit animam ne curã sui agat. Non im- merito ergo qui Christũ agnouit, inuenit thesaurũ sa- » pientiæ & scięẽtię. agnouit enim quod ei sit vtile. ¶ Hoc » dico, vt nemo vos circũueniat in subtilitate sermonis. » Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscũ sum » gaudẽs, & vidẽs ordinationem vestram, & supplens id » quod deest vtilitati fidei vestrę.) Cõmonet ne in malo- rum colloquiis & astutia iniquitatis sensus eorũ tradu- ceretur, quia sapientes mũdi arte quadam & minutiis disputationũ irretire gestiũt simplicium animas, vt ra- tione mũdanarum rerum abstrahant eos ab spe quę est in Christo. Vnde Apostolus spiritu se illic adesse dicit, vt reuerentiam eius ante oculos habẽtes abstinerent se ab huiusmodi hominibus. Si enĩ spiritus Helisæi pro- phetæ vidit fraudem Giezi eũtis ad Naaman Syrum, vt acciperet sub nomine eius quæ illi mãdata non fue- rant, & descendẽtem prompto animo Naaman ei plus dedisse, q̃ fuerat postulatus: quanto magis apostolus ea quę dixit, poterat in spiritu videre? Maior enim gratia fuit in apostolis q̃ in prophetis. Et vt promptiores illos faceret circa traditionem Euangelii, gaudere se dicit in dispositione cõuersationis illorũ, vt sciẽtes vnde deo pla ceatur, ĩ eo fierẽt firmiores, per quod digni effecti ad vti- litatis profectũ, fidei suæ addiscerent sensum. ¶ Quẽad- « k modum enim accepistis Christum IESVM domi- « num nostrum, in ipso ambulate, radicati & ędificati in « ipso, & confirmati fide, sicut & docti estis ambulãtes in « illa cum gratiarum actiõe.) Hoc monet & hortatur, ne « deuotio eorum minueretur, & recederẽt a fide quã fue- rant assecuti, & pranis fabulis euersi aliter Christũ acci- perent q̃ didicerant. Multi enim corruptores fidei cir- cũibant ad seducẽdos simplices dolose, & cũ simulatio- ne annũciãtes Christũ: quos cuitari monet magna cau- tela, vt stabiles & firmi supra fundamẽtũ trinitatis spe futurorũ gratias vberes agerẽt super misericordia dei. ¶ Videte ne qs vos deprędet per philosophiã & inanẽ « fallaciam secundũ traditionẽ hominũ, secũdum elemẽ- « ta huius mũdi, & nõ secundũ Christũ, quia in ipso habi- « tat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.) Philoso- « phiam dicit terrenã, per quam solent seduci qui cupiunt prudentes iudicari in mũdo. Hæc argumentis & subti- litate minutiarum quorundã componitur, quasi physi- cas inuestigauerit rationes, quædam habens admixta quæ hortamẽta sunt bonæ vitæ vel documẽta: aliquã- do de mensuris, necnõ de numeris, aliquando de elemẽ- torum qualitatibus & quantitatibus ordinata. In cuius disputationibus qui inciderit, vix[& raro euadet. Deti- netur enim verisimilibus causis, & cõmentitiis rebus, nihil tam verum æstimans, q̃ conspicitur & intelligitur in elemẽtis. Et quia quæ ad præsens sunt, & cernuntur oculis, suauia & oblectabilia videtur, aliquãtos seducũt L qui spiritalem rationem despiciẽdam & ridendã putant desperatione futuri, omnem vim astris assignãtes, car- nali rationi obnoxii, ne grauia credẽda sint sustolli ĩ cę- lum posse, neue leuia venire ad terras, aut aliquid corpo- reum sine rerũ admixtione generari, repugnãtes potẽ- tiæ ac prouidẽtię dei. Sciũt enim legi in diuinis veteri- bus Hebræorum voluminibus multa gesta per Moy- sen quæ humana ratio non capit: simili modo & in no- uis libris facta a domino, aut per apostolos, quę tracta- tus carnalis prohibet credi. Hanc ergo traditionem vel philosophiam fallacẽ & inanem appellat, quia nõ a po- tẽtia dei ordinata est, sed ab imbecillitate ratiocinatio- nis humanæ, quæ potentiam dei intra scientiam suam coartat, ne aliter credatur facere q̃ carnalis se cõtinet ra- tio, qua singulis elementis diuinitatis diuersitatẽ depu- tant ad culturam, vt obligent animos imperitorũ, ne se ad deum verum extendant. Quãobrem cauẽdam mo- net traditionem istam, quia mũdi cultrix est, nõ dei, qui vnus est: nec ad Christũ, sed a Christo abstrahit, in quo perfectio diuinitatis est. Omnia enim quæ habet pater M dedit filio, cũ illũ in plenitudinis genuit diuinitate cor- poraliter: vt quia ipse caput est, creatura autẽ eius cor- pus est: quicquid putatur posse cælestis creatura, hoc to- tum plene in Christo esse credatur, vt nullus arbitretur quenquã colẽdum. Quicquid enim in aliquo magnum putauerit, plus in illo inueniet: quia omnes ex ipso ha- bent, sicut ex capite membra: ipse autẽ plenus est sem- per. ¶ Et estis in illo repleti, qui est caput omnis primi- « patus & potestatis.) Plus significat credentibus dari, q̃ « potest in elemẽtis comprehẽdi: quia qui in Christo est, repletus est diuinitatis abundãtia, quam elementa non habẽt. Deniq; in credentibus spiritus sanctus inhabitat: quod elemẽtis cõcedi nõ potuit: quia indignum erat & incongruum, vt inuisibilis habitaret in substãtia visibi- li, & incorporeus in iis quę sensibilia sunt. Audiãt ergo & veniant cultores eorũ, & credant in Christo, vt fiant maiores eorum quos nunc colũt. ¶ In quo etiam circũ- « cisi estis circũcisione non manufacta, in expoliatione « corporis carnis in circũcisione Christi, vna cũ illo sepulti « in baptismo, in quo & simul surrexistis per fidem opera « tionis dei, qui suscitauit illum ex mortuis.) Hi circũci- « dantur in Christo, qui amputata totius traditionis hu- manę cultura, Christo iũgũtur, corde nõ carne circũcis,

A id est, in spiritu nõ in carne seruiẽtes, vt a terrenis ad cę- lestia, ab humanis ad diuina, & ab errore conuertantur ad veritatem, capiti & autori suo copulati per charita- tem. Cũ quo & sepulti sunt in baptismate: resurrexerũt autem per fidẽ dei: in quo credũt quod exemplo Christi resuscitabit illos ex mortuis. Illic enĩ homo vetus depo- nitur, & nouus assumit. Peccatis moritur, vt viuat iu- stitię. Elemẽtis abrenũciat, vt Christo societur, resurre- ctionis futuræ tenens pignus exẽplũ Saluatoris, qui re- surrexit ex mortuis. Hæc igitur cõmonet, vt perseuerẽt in abrenũciatiõe pompæ & prestigiarũ Satanę. Quĩ id- circo elementorum suadet culturã, vt a deo auocet, par- ticipes apostasiæ suæ volẽs efficere homines. Quia enĩ sub nomine suo culturã suadere nõ potest (horret enim ipso nomine) sub alterius nomine sutã conatur implere » voluntatẽ. ¶ Et vos cũ mortui essetis in delictis & præ- » putio carnis vestræ, cõuiuificauit simul cum illo, donãs » nobis omnia delicta, deleto chirographo qd aduersum » nos erat decreti quod cõtrariũ erat nobis, & illud tulit » de medio, & affixit cruci: exuens principatus & potesta- » tes, ostẽtauit in autoritate, triũphans illos in idipsum.) Mortuos dicit gẽtiles fuisse. Primũ quidẽ quia legem quæ ad testimoniũ data est creatoris, & ad vitia condẽ- nauda, recipere noluerunt. Deinde quia ipsi etatis pctõrũ suorum causa indigni erant vita: ideoq; discreuit hos a Iudæis, qu. si qui fuerint inimici dei vnius. Iudæi vero B in vnius dei cõfessione degentes adueniẽte Christo ad- discũt mysteriũ dei, quod expectabãt ad iustificationem suam, vt in eo quod subreptũ illis fuerat, quia impossi- bile est esse sine peccato, acciperẽt remissionem. Vnde post causam gentiliũ inducit & Iudæos, dicens: Donãs nobis oĩia delicta, vt post specialem subiiceret & gene- ralem, quia cũctis donauit omnia delicta. Sed quia, sicut Lucæ.7. dicit Dñs, Cui plus donatum fuerit, amplius debet di- ligere: idcirco cõmonet gẽtes, vt cõsiderãtes causas ma- lorum suorũ, & qualẽ gratiam acceperint a deo in Christo, tota deuotione soliciti sint circa obsequiũ eius, a quo a diuersa mortis pœna sũt liberati. Quomodo ergo do- nauit nobis omnia delicta? Deleto, inquit, chirographo quod erat aduersarium nobis. Et quid est, & quantũ est delere, subiecit dicens: Et illud tulit de medio. Sic ergo delenit, cum tulit de medio. Sic autẽ tulit de medio, cũ affixit, ait, cruci. Affigere autẽ cruci, hoc dixit esse spo- liare principat⁹ & potestates publice, & detriumphare illos in Christo. Hæc, sicut videtur, obscura sunt: ac per hoc adhibita cura dilucidãda sunt. Hoc est præsidiũ dei, quod per significãtiam diuersarũ causarũ exponit apo- C stolus. Multa enim acta memorat vt genus hominũ ad indulgẽtiam peruenirẽt, vt nõ solum propria remit- teret nobis delicta, sed & illud tolleret peccatũ, quod ex Adæ erat præuaricatiõe, quod appellauit chirographũ in decretis: qđ nos a mortuis resurgere nõ sinebat: quia si nõ et hoc tulisset de medio, exeũtes hinc qui acceperãt remissa, illic tenerẽtur apud inferos. Porro autem ideo oĩia delicta cõcessa sũt, vt resurgerẽt a mortuis. Quia enĩ ex peccato mors, sublato peccato fit resurrectio mor tuorũ. Quod quidẽ fieri minime potuisset, nisi peccatũ affixisset cruci. Dũ enĩ non peccando saluator vincit pec catũ, quod hominẽ tenebat obnoxiũ: insuper & occidit ab eo innocẽs: sic crucifigitur peccatum. Deuictũ enim peccatũ, mortificatũ dicitur. Crux enim non saluatoris mors est, sed peccati. Innocens enĩ sic qui occiditur, reos illos facit a quibus occidit. Peccatũ autem principes & potestates intelligamus, quorũ studio peccauit primus Adam. Ad autores enim referendum est nomen hoc, quorũ mortẽ in expoliatione significauit. Mors enim ipsorum hæc est, quia victi a saluatore dum expoliãtur animabus quas tenebant in captiuitate, mortificantur. Rei enim facti sunt, quia cũ hac autoritate animas te- nerẽt, quia peccauerant: ipsi inuẽti sunt amplius pecca- tores, dum illum qui illos non peccando vicerat, occide- runt. Et sic iuste expoliati sunt, sicut dixit, publice, id est D in cruce: quod est pãlã detriũphari a deo in Christo. Ille enim detriumphatur, qui palam vincitur, & spolia eius publicantur. Ostenditur enim omnibus prostratus, qui cæteris insultabat. Decretũ autẽ quod dicit, nõ est hoc quod pagani fatũ appellant: quia illud nõ omnibus con- trarium asserũt: quia quosdã dicunt ex hoc felices, alios infelices. Hoc enim, decretũ omnibus dicit fuisse cõtra- rium. Sententia enim erat cunctis aduersa hominibus. ¶ Nemo enim iudicet vos in cibo vel in potu, aut ĩ par- « te diei festi, aut in neomeniis, aut in sabbato, qđ est vm- « bra futurorũ, corpus autem Christi.) Quoniam omnis « spes vitę in Christo est ac fiducia, nulli superstitioni aut legi subiacere nos debere prędicit. quãobrẽ perstrepen- tes, aut aliquid quod ad fidẽ Christi non pertinet susur- rantes, cõtẽnendos: istum autẽ solũ sequendũ, per quem deuicta mors est, & reddita resurrectio mortuorũ. Qui- dam enim Iudæorum solent iudicare fideles, ꝙ ea quæ interdicta per Moysen sunt, edant de cibis, cum omnia deus mũda fecerit. Indigni autem iudicati Iudæi de his edere, prohibiti sunt a melioribus. Solent iterum repre- hẽdere nos quia dies festos eorum spernimus, aut quia initia mensiũ non obseruamus, quæ neomenias vocãt: maxime autẽ quod dies sabbatorũ non custodimus, vt ocio & epulis cum luxuria transigantur: quod magis ad offensam pertinet, q̃ ad gratiã. Hæc autem omnia sunt corpus Christi, quia elementorum per effectus sunt vo cabula. Hinc est vnde in Euãgelio dicit: Dñs est enĩ, in- Mat.12. quit, filius hominis etiã sabbati. Per ipsum enĩ omnia. E quæ quidẽ fic data sũt per Moysen, vt vmbra esset vel figura futurorũ, vt apparẽte veritate figura cessaret. Si- cut enĩ absente imperatore imago eius habet autorita- tem, præsente nõ habetur & hæc ante aduentũ dñi tẽ- pore suo obseruanda fuerũt, præsente autẽ carent auto- ritate. Nunquid aliquis vicem dñi ageus, ipso presente dominatur? Si præfectorũ vicarii præsentib⁹ eis priua- ti sunt, quanto magis serui præsente dño etiam ipsi in obsequio debent videri? ¶ Nemo vos decãcat volẽs in « humilitate animi, & superstitione angelorũ ea quæ vi- « det, extollens se frustra, inflatus mente carnis suæ, & nõ « tenẽs caput illud ex quo omne corpus per compagines « & coniunctiones subministratũ & compaginatũ crescit « in augmẽtũ dei.) Quod superius sub nomine philoso- « phiæ cauendũ monuit, nũc apertius docet obseruandũ ab iis qui terrenæ sapientiæ studentes, hæc colẽda asse- runt, quæ obtutibus adiacent vel apparent, vt horũ de- tentæ culturis animæ sub firmamẽto obligatæ teneã- tur, ne se supra firmamentũ tendãt ad superiores cælos ad deum omniũ adorãdũ. Quod opera efficitur inimi- ci, vt semper animas super terras humiliatas detineat, F vbi se scit semper de cælis deiectum futurũ iusto iudicio dei, religionẽ simulans, cũ sit maximũ sacrilegium. In- flantur enim motum peruidentes stellarũ, quas ange- los vocat, nõ autoritate diuina, sed superstitione huma- na, quæ ad nihilũ proficit nisi ad damnũ: nolẽtes tene- re fidẽ Christi, qui omniũ creator & dñs est. Ex ipso enĩ omnes originẽ habent, quare & corpus eius dicuntur, si tamen agnoscant eũ. Ad ipsum enim conuersi reædifi- cãtur, compaginati fide eius: subministrãte Euangelio adunãtur cunctis, quasi mẽbra corporis in charitate Chri sti, vt augmẽtũ faciãt deo. Cũ enim redeunt ad illũ, qui per errorẽ deseruerãt illũ, minuẽtes copias diuitiarũ ei⁹, dum denegant eius se esse, cremẽtum faciunt deo, quia ex perditis acquirũtur deo. Rursũ de Iudæis dicit quia & ipsi sub elementis seruiunt, nõ elemẽtis. Hoc loco de paganis. ¶ Si ergo mortui estis cũ Christo ab elementis « huius mũdi, quid tanquã viuẽtes in hoc mundo decre- « nitis?) Omnis qui baptizatur in Christo, moritur mũ- « do. Cũctus enim superstitionũ erroribus abrenũciat, vt solã colat fidẽ Christi. A motis enim quę naturali iusti- tiæ accidũt, relinquitur disciplina data a deo, per quam

G viuitur deo per ſpem quæ eſt in Chriſto. Moritur autē
his quibus ſubiectus fuerat per errorē, dum negat illos
quos præſumpſerat eſſe. Et ita fit, vt per inimicitiā ab-
renūciationis inuicem ſibi mortui dicātur homo & ele-
mentorū cultura. Mundū enim dicens, errorem carnis
ſignificat. Omne enim qđ videtur, carni deputatur. Hinc
1.Ioan.2. eſt vnde & Ioannes apoſtolus, Nolite, inquit, diligere
hunc mundū, neq; ea quæ in hoc mūdo ſunt: id eſt, neq;
elemēta quibus cōpactus mūdus eſt, neq; errores quos
humana adinuenit traditio, diligam⁹, ſed ſolū Chriſtū
qui mortuus eſt ꝓ nobis, vt corpori ſuo nos ſociaret ex
perditis. Qui ergo conſepulti ſunt Chriſto, mortui ſunt
elemētis, vt nihil curēt ex his. Superna enim didicerūt
tenēda, quæ poſſunt vitam donare perpetuā. Hęc enim
nec præſentē dant, & impediūt ne apprehendat futura.
Qui autē poſt baptiſmū ambigit de aliquibus, putans
quędā de veteribus veneranda, viuere ſe oſtēdit elemē-
tis, quæ decernit colenda, aut dubitat contemnenda. hic
remanebit intra circulos mūdi, alienus a deo: quia vete-
» ri indutus homine, carnalia tranſire nō poterit. ¶ Ne te-
» tigeritis, ne guſtaueritis, ne contrectaueritis, quæ ſunt
» omnia in interitum & corruptionē per abuſionē ſecun-
» dum præcepta & doctrinas hominum.) Prohibet omni
genere ab ſpe mundanorū, quia inanis eſt, ne colant, ne
aſſentiant, ne cogitēt: quia quæ promittūt, corruptionis
H ſunt. Vſus enim culturæ ipſorum interitum generat,
quia præcepta & doctrinæ nō dei, ſed hominum ſunt, in
quibus vana ſpes eſt: quippe cum aduerſus creatorē in-
uenerit hæc error humanus, vt prohibens ab vnius dei
» fide, multorū deorū ſuperſtitionē inducat. ¶ Quæ ſunt
» rationē quidē habentia ſapiētię ſimulatione religionis,
» & humilitate animi, ad vexationē corporis, nō i honore
» aliquo ad ſaturitatē & diligētiam carnis.) Hinc ſe ſapiē-
tiæ rationē habere putant, quia traditioni humanæ no-
men religionis applicant, vt religio appelletur, cū ſit ſa-
crilegium: quia quod cōtra autorem eſt, ſacrilega mēte
inuentū eſt. Nomē ergo fingit, vt falſa quæ ſunt, poſſit
vera aſſerere, & humanas mentes in terra humiliat, ne
ſe erigant ad ſuperna: aut terrena colētes, excidant a ſu-
pernis cæleſtib⁹, & obſint corpori, cuius caput Chriſtus
eſt ſecundum primæuæ rationis facturam. Hinc enim
grauati nō poterunt ſurſum iungi capiti ſuo, vt inſtau-
rētur in illo, & honorati effecti quaſi prima parte corpo-
ris truncati, totos ſe dātes mundo ad ſenſum carnis ex-
plendū. Sagina enim carnalis ſenſus, traditio humana
eſt, quę hoc dicit ſufficere, quod carnis tradidit prouidē-
I tia. Rationem enim videtur habere ſapiētiæ iuxta car-
nem, quia ex elementis eſt omnis corporalis natiuitas:
ac per hoc non eſſe incongruum inquiunt his inclinari
quorum gubernaculis humanum regitur genus: vt his
ſe ſubiiciat quæ videt mundi clariſſima, nec requiri de-
bere ſpiritalia: quia his ſolis, inquiunt, ducibus vti cōce-
ſſum eſt. & per hanc rationem negligunt autorem.

CAPVT TERTIVM.

» SI enim conſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſur-
» ſum ſunt querite, vbi Chriſtus eſt ad dexte-
» ram dei ſedēs.) Hos cū Chriſto reſurrexiſſe
aſſerit in baptiſmo, qui ſuperceleſtia cogitāt,
vbi ſedes eſt Chriſti, vbi deus pater filio ſuo tradidit de-
xteram, vt regnet & iudicet. Iudicis enim in ſiniſtra ſe-
dere non eſt. Reſurrectio tamen duas habet formas, vt
primo animo de terris reſurgat ad cęlos, deinde recepto
» corpore reſurgat raptus obuiā Chriſto. ¶ Quę ſunt ſur-
» ſum ſapite, nō ea quæ ſuper terrā.) Supernorū cælorū,
qui ęterni ſunt, habitacula nos petere exhortatur: ab his
autem omnibus quæ in firmamēto & ſub firmamento
ſunt, diſſimulandū. Quiſquis enim his ſe ſuperſtitioni-
bus occupauerit, impedimentū patietur. Non enim po
terit hæc trāſcendere, quibus ſe inclinauit vt dominis.

¶ Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum « k
Chriſto in deo.) Apud mundi ſenſū mortuus Chriſtus «
videtur, & diſcipuli eius, dum cōſtet viuere illū cum his «
omnibus. Idcirco carnalibus ac mūdanis abſcōdita eſt
vita Chriſti & ſuorū in deo, extra mundū in regno eius
cæleſti, in quo viuūt. ¶ Cū Chriſtus apparuerit vita ve- «
ſtra, tunc & vos apparebitis cū illo in gloria.) Vita no- «
ſtra Chriſtus eſt, quia legimus in Actis apoſtolorū hūc
eſſe vitæ autorē, qui a perfidis nō credię futurus iudex.
Cū autē aduenerit in virtute cæleſti, & viſus fuerit eſſe
quod minime credebatur, tūc apparebūt cū illo etiā qui
crediderūt in illū, & manifeſtabitur omni perfidię, quia
viuit cū ſuis in gloria. Hæc conſolatio fiduciā ſpei parit,
vt ſecuri de futura vita omnia poſtponētes, Chriſtū ſe-
quamur. ¶ Mortificate ergo mēbra veſtra quæ ſunt ſu- «
per terram, fornicationē, immunditiā, libidinem, cōcu- «
piſcentiā malā, & auaritiam, quæ eſt idolorū ſeruitus.) «
Quoniā omnia ſimul peccata corpus eſſe in epiſtola ad
Romanos ſignificat, idcirco ſingula delicta deſcribens,
mēbra ea appellat, vt poſt acceptā ac ſeruatā euangelicā
de ſaluatoris plenitudine rationē, bonæ vitæ operā da-
rent, abſtinētes ſe ab omni turpitudine & deſiderio ma
lo, quo poſſint peritię diuinæ fructū nō amittere. Mul-
tum enim obeſt ſcire veri rationē, & minime illā factis L
proſequētibus affirmare. Hinc eſt vnde & dns inter cæ-
tera ait: Qui autē, inquit, ſcit voluntatem dñi ſui, & nō Lucę.12.
parauerit ei, vapulabit multis. Auaritiā tamen idolola-
trię cōparauit, vt nihil illa ſceleſtius demonſtraret. Sub
vno nomine duo peſſima & impia genera deſignauit,
& quæ omni ratione monet fugiēda. Primū enī & per-
graue crimen eſt idololatria. Quid enim tā pernicioſū,
tāq; funeſtū, q̄ ad iniuriam creatoris dei, lignis & lapidi-
bus vel aliis metallis honorificētię eius nomen tribue-
re: cū ipſi non patiātur vt ſeruus nomine dñi nuncupe-
tur, quem nō natura vtiq;, ſed quędā cōditio ſubiicit ſer-
uituti? Aliud econtra crimen eſt auritiæ, nō diſpar ma-
litia, ſed diuerſum in nomine. Vnde ad Timotheū ait: 1.Tim.6.
Radix enim omnium malorū eſt auaritia. Omnium
enim capax eſt delictorum, vt auiditatis ſuæ, quod im-
poſſibile eſt, impleat deſiderium, ſemper bibēs, & ſem-
per ſitiens. Non immerito ergo ſub vno nomine vtrūq;
malum oſtendit. Pene enim vno explentur opere, quia
ſicut idololatria vni deo auferre nititur gloriā, ne, quod
eius peculiare eſt, ſolus habeat nomē diuinitatis ſibi ſo-
li condignum: ita & auaritia in dei feres extendit, vt, ſi
poteſt fieri, vnus & ſolus creaturam eius ſibi vſurpet,
quam deus omnibus fecit. Vnde dicit deus per prophe-
tam: Meum eſt aurum, & meum eſt argentū. Vtraq; Aggei.2.
igitur deo eſt inimica. ambæ enim deo abnegant quæ M
eius ſunt. ¶ Propter quæ venit ira dei.) Malorum me- «
moratorū cauſa venturum dicit iudicium dei, vt vindi-
cetur in hos qui contempto deo & lege eius, interdicta
ſequi maluerunt. ¶ In quibus & vos aliquādo ambula- «
ſtis, cū viueretis in illis,) Quantū illis beneficiū præſti- «
terit gratia dei per IESVM Chriſtū, nō tacet, vt gra-
tulentur euaſiſſe ſe iram quę vētura eſt repēte ſuper in-
fideles totius terræ, & tales ſemetipſos præbeāt, vt pa-
rere poſſint præceptis eius, a quo a morte ſecunda ſunt
liberati. ¶ Nūc vero deponite & vos hæc oīa, irā & in- «
dignationē, animi malitiā, blaſphemiā. turpiloquiū de «
ore veſtro nō procedat. Nolite mētiri inuicem. Exuite «
vos veterē hominē cū actibus eius, & induite nouum, «
qui renouatur in agnitionē ſecūdū imaginē eius qui cō- «
didit illū, vbi nō eſt Græcus & Iudęus, circūciſio & pre- «
putiū, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber, ſed omnia & «
in omnibus Chriſtus.) Nūc ab his prohibet quę mino- «
ra peccata videtur, ne forte quia ſuperius quæ grauiora
ſunt, mortificāda mādauit: hęc admittēda, aut quaſi nō
periculoſa nō fugiēda putarētur: ſimul etiā vt exuti ve-
terē hominē, id eſt tā verbo q̄ actu, & incōtaminatos ſe
vidēt, noui facti in Chriſto per agnitionē veritatis, quæ

A olim ſaluit: modo autē manifeſtata eſt per nouā legem
credētib⁹, vt ſimiles fiāt imaginis eius qui creauit illos.
Imago hæc in cōuerſatione bonæ vitæ intelligēda eſt,
ſicut dicit ad Corinthios ī epiſtola prima. xv. cap. Quē-
admodū portauimus imaginē eius qui de terra eſt, ita
& portemus imaginē illius qui de cælo eſt. Ipſe eſt ergo
creator hominis, cuius imaginem portare nos iubet in
ſanctitate & bonis operibus, quæ de filii dei agnitione
deſcēdit. Nemo enim poteſt bonā & mundam habere
vitā, niſi habeat cui hanc exhibeat: a quo ſi nō præmiū,
certe vel laudem expectet. Sed apud deū & laus & præ-
mium ſperantur, quia nō patitur dei iuſtitia eū qui car-
nis vitia vicerit, nō coronari. In hac itaq; agnitione nul-
lus vt indignus excipitur, quaſi non mereatur accedere
ad fidē Chriſti. Omnes enim accedētes vnī fiūt, deleti
quid fuerint, & ſcripti quid eſſe cœperint: vt quia vnius
fidei ſūt, in coīpſo vnius ſint & meriti: vt quos fides iū-
git, nō poſſint diſcerni propter qđ diuerſi natura & gen-
te ſiue conditione ſunt. Omnia enim & in his omnibus
Chriſtus eſt. Quia enim cūcta mēbra eius ſunt, omnia
Chriſtus eſt: vt dum vna cōfeſſio eorum eſt, de ſpe eius
in omnibus Chriſtus: & ſic omnia corpus eius ſunt, vt
profeſſio eorū & natura cōcordet. Alia eſt tamen ima-
go hæc quā de agnitione Saluatoris dicit creari, & alia
imago ad quā factus eſt primus homo. Iſta enim ima-
go eſt & in fœmina, cum agnoſcit eum qui ſe creauit, &
obtēperans voluntati eius abſtinet a vita turpi, & actu
B perueſo. Illa autem imago in ſolo viro eſt, ſicut idē di-
cit in epiſtola ad Corinthios prima cap. xi. Vir quidē
nō debet velare caput ſuum, cū ſit imago & gloria dei.
Si autē & mulier nō velaret caput, eſſet & ipſa imago
dei. Sed incōgruum erat vt facta viro ſubiecta diceretur
eſſe imago dei. Nā & in Geñ. primo cap. ita ait: Et fecit
deus hominē, ad imaginem dei fecit eum. vt ſicut deus
vnus eſt, vnus ab eo fieret homo: vt q̄modo ex deo vno
omnia, ita ex vno homine omne genus eſſet ſuper faciē
totius terræ. Vnus igitur vnum fecit, qui vnitatis eius
haberet imaginē. Et ipſe in viro & muliere eſt ſimilitu-
do myſterii patris & filii. Barbarū tamen ab Scytha ſe-
gregauit, ſicut ſeruū a libero: nō vtiq; in Chriſto, in quo
omnes vnum ſunt: ſed in morū feritate, & gētis imma-
nitate. Peiores enim hos Barbaris intelligi voluit an-
tequā credant, cū Græcorū libri iuſtitiā eorū prædicent,
quā duce natura ſequebātur. Intantum magnum apud
eos peccatum, furti habebatur: quod Græci magna cum
induſtria, inquit, & doctrina iuſtitię ſemitas inueſtiga-
runt, hos naturaliter apprehendiſſe collaudāt. Sed quo-
modo degenerant omnia, poſtea magis vituperabiles
eſſe cœperunt, q̄ fuerant ante laudabiles. Poſtquā enim
C mulieres eorum lege viri' vti cœperunt, quas Amazo-
nas primitus aſſerunt appellatas, totā Aſiam cōtra na-
turam ſubiiciētes, ſic cōtigit vt & viri canū more rabi-
di efficerentur, immanes, ſylueſtres, inculti plus q̄ Bar-
bari, intātum immutati, vt carne humana veſcēda im-
bucerentur. Quid mirum, cū & ipſi Romani longe alii
fuerint, q̄ nūc ſunt? Nam & mulieribus eorū caſtitatis
cauſa vini vſus incognitus fuit, ſicut nūc aqua. Intantū
enim vigebat diſciplinæ autoritas, vt ſubiectū vas non
» faceret quod volebat. ¶ Induimini ergo vt electi dei ſan
» cti & dilecti viſcera miſericordiæ, benignitatē, humili-
» tatem, ſenſus manſuetudinē, longanimitatē, præbētes
» vobis inuicem patientiā, & donātes alius alii, ſi quis ad-
» uerſus aliquē habet querelā. ſicut & Chriſtus donauit
» vobis, ita & vos facite.) Vt lucrū poſſint habere, ad hęc
eos faciēda hortatur, quæ meritū collocant apud deum.
A peccatis autē abſtinere timor facit. veretur enim ne
mala faciens pœnis ſubdatur. Hæc autē quæ nūc faciē-
da monet, ad profectū pertinent meritorū. ex voluntate
enim fiunt, nō ex neceſſitate. Qui ergo ab illicitis ſe abſ-
tinet, habet laudē: qui vero a licitis tēperat, & laudē ha-
» bet & præmiū. ¶ Super hęc autē omnia charitatē, quod

eſt vinculū vnitatis, & pax dei in cordibus veſtris exul- « D
tet: in qua & vocati eſtis ī vno corpore: & grati eſtote.) «
Quia enim omniū maior eſt charitas, huic magis ſtu-
dēdum hortatur. Tunc enim omnia quæ ſupra mādau-
erat ſeruāda, ad effectū præmiorum poterūt deduci, ſi
duce charitate iter ambulēt legis. Tota enī mente ope-
ratur, qui de amore aliquid operatur aut facit. Hypocri-
ſis & ſimulatio nō eſt i charitate. Quare & Ioānes apo-
ſtolus, Timor, inquit, nō eſt in charitate. Qui enim ti- 1.Ioan.4.
met, perfectus non eſt. Perfecta enī dilectio foras mittit
timorē. Vnde & dīs amari ſe maluit, q̄ timeri. Hæc eſt
enim quæ complectitur vnitatē, hæc quę omnes vnum
corpus facit, hæc eſt quę veram habet pacē, quam corde
puro cuſtodit. Poteſt enim pax dici, & non habet charī-
tatem? charitas enim ſemper ſecum habet pacē. ¶ Ver- «
bum Chriſti habitet in vobis abunde, in omni ſapiētia «
docētes, & monētes vos met ipſos pſalmis, hymnis, can- «
ticis ſpiritalibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris «
deo.) Hæc meditāda monet ſemper, quæ ſonent Chri- «
ſtum. Hæc in corde habēda, quæ deo patri ſemper gra-
tias referāt, vt vox canora illi ſeruiat, illum laudet pſal-
mus, hymnus extollat. Et huic ſoli notū ſit, qui occulta
peruidet mentis, a quo ſperatur & præmiū. In cordibus
illi cantari mandauit, ne fauore hominū fieret, & fructū
amitteret. ¶ Oīe quodcūq; facitis in verbo aut in ope- «
re, omnia in nomine dñi IESV, gratias agentes deo, «
& patri per ipſum.) Quoniā ſupra in corde deū lauda- «
ri, & illi gratias referri præcepit, nunc tam in verbo q̄ in
opere totius conuerſationis noſtræ nomen dñi IESV
laudari & exaltari hortatur: vt cum verba noſtra carēt
reprehēſione, & opera noſtra bona ſunt, magnificet⁹ do-
minus IESVS, cuius magiſterio inuituperabiles ſūt E
diſcipuli. Tūc enī veras gratias agimus deo per ipſum,
ſi modum pręceptorum eius cuſtodiamus. ¶ Mulieres «
ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in dño.) Ita præcepit «
mulieres ſubditas eſſe debere viris, ſicut mādauit deus
inter cętera dicens ad mulierē: Et ad virū tuū conuerſio Geneſ.3.
tua, & ipſe tui dñabitur. vt ipſo ritu & diſciplina timeat
virū ſuum quaſi dīm, ex quo cœpit eſſe. ¶ Viri diligite «
vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas.) Rigorem «
virilis legis emollit, ne poteſtate qua præualet, nimius
quis ſit in dominatu vxoris: ſed debet reſpicere & affe-
ctum, quia mulier caro eius eſt: ne plus illam humiliās
exacerbet, & cōtraria cogitet. ¶ Filii, obedite parētibus «
per omnia. hoc enim placet deo.) Non poteſt aliud pla- «
cere deo, niſi qđ iuſtū & pium eſt. Tunc poſſunt filii deū
habere propitiū, ſi debitā honorificentiā rependāt parē-
tibus, circa obſequiū illorū faciles, in contēptu difficiles,
ſciētes filii nūquā aduerſus parētes ꝓuidere.* ¶ Patres, *ꝓterire
nolite ad irā prouocare filios veſtros, ne puſillo animo «
fiāt.) Modeſtos præcipit patres debere eſſe filiis, ne co- «
artati ab eis delinquāt in illos, & deū offendāt: qđ nolūt. F
Ira enī incōſiderata res eſt, intantū vt aliquādo nec ſibi
parcat qui irāſcitur. Debēt enī recordari patres quia fue
runt & ipſi filii: cōſiderare autē filii quia futuri ſunt pa-
tres: vt quo librato cōſilio vtriuſq; partis, & filii ſubiecti
ſint, & patres modeſti. ¶ Serui, obaudite per oīa dīis «
carnalibus, nō ad oculū ſeruiētes quaſi hoībus placētes, «
ſed in ſimplicitate cordis timētes dīm.) Q̄m deo aliter «
ſeruiri nō poteſt, q̄ puro corde. occulta enī peruidet ani-
morū. ſic & hominib⁹ pręcepit ſeruire debere. Qui enī
ad oculum ſeruit, in occulto aliud facit. qui enim ex ani-
mo, talis eſt foris, qualis & intus. Si ergo ī obſequio fue
rit fidelis, ꝑmerebitur dominū, quia ipſe dixit: Qui in Lucę.16.
minimo fidelis eſt, & in magno fidelis eſt. Si enī ei qui
ad præſens vindicat, fidelis nō fuerit: qui fieri poterit vt
illi fidē exhibeat, quē poſt mortē aūdit iudicaturū? Id-
circo in dñi carnalis cauſa iuſtū vult eſſe ſeruum, & ob-
ſequentē, vt poſſit & in dei rebus & fidelis eſſe & obſe-
quēs. Si enim in pręſēti idoneus fuerit, vbi ſcit nulla eſſe
niſi corruptibilia præmia, quāto magis propenſior erit

G in dei deuotione,quę scit fidelibus immortalia daturū
» præmia?¶Quicqd facitis,ex animo operamini vt do-
» mino,nō hominibus,certi ꝙ a domino recipietis retri-
» butionem hereditatis domini Christi,cui seruitis.Qui
» enim inique gerit,fert id qd gessit inique,& non est per-
» sonarū acceptio apud deū.) Vt promptos illos in obse-
quio & fide faciat,mercedē illos bonorū operū acceptu-
ros promittit a deo in regno Christi.Quod vt probatū
sit & acceptum,sic illos vult obsequi sicut domino a quo
mercedem expectant.Aut si inique egerit,non solū ho
minem offendit,sed & deum,quem in admissa fraude
carnalis domini contempsit.Si autem bene egerit,non
erit apud deum seruus hominis quasi despectior,sed re-
munerabitur quasi liber inter homines,seruus autem
Christi,quod dignitatis est nomen.

CAPVT QVARTVM.

» DOMINI,quod iustū est & æquum,seruis
» præbete,scientes quod & vos dominum ha
» betis in cælis.) Ne domini tēporales super-
bia extollantur, pręsumentes de dominatu,
mitigat & cohibet animos illorum,vt adhibita cōside-
ratione humani generis,animaduertāt autorē deū non
H seruos & liberos,sed omnes ingenuos cōdidisse.Sed hoc
mūdi iniquitate factū est,vt dū alter alterius fines inua-
dit,tunc captiuos ducit ingenuos: vnde & manu capti
dicti sunt a veteribus:inde mancipia. Hic casus & cōdi-
tio etiam nunc apparet.alii redimūtur,alii remanēt ser-
ui. Apud deū autē hic seruus habetur, qui peccauerit.
Genes. 9. Denique peccati causa Cham seruus auditur: Maledict⁹
puer Chanaā:seruus seruorū erit fratribus suis. Cui ter-
tię veteres assensere, ita vt definirēt oēs prudētes esse
liberos, stultos omnes esse seruos: quia prudens absti-
net a peccatis.vt hic ingenuus sit,qui recta sequit: seruus
autem,qui per stultitię imprudentiā subiicit se peccato.
Vnde & Cham propter stultitiam, quia risit nuditatē
patris stulte,seruus est appellatus. Ostēdit ergo domi-
nis,quia nō veri sunt domini, sed quasi per imaginem.
corporū enim nō animorum sunt domini. Solus enim
dominus & autor rerū inuisibilis deus tam corporibus
q̄ animis dominatur:vt hæc considerantes,iusta ab eis
exigant seruitia, talia vtiq; qualia & a se exigi volunt a
domino cōmuni. Nam cum ipsi non vt dignum est deo
seruiant,quē nō negant omniū potestatē habere,cuiusq;
quotidiana dona per ministeria creaturæ humanis vsi-
bus exhibentia paribus suis,non dicam fratribus,tā gra
uia exigunt seruitia,vt ferri non possint,nō ponentes in
I animo qa & ipsi velint nolint serui sūt,& viderint cuius
» meriti.¶ Orationi instate vigilantes in illa,orates simul
» & pro nobis,vt deus aperiat nobis ostium verbi ad lo-
» quēdum mysterium Christi: propter quod etiā vinctus
» sum,vt manifestē illud prout oportet me loqui.) Iā pru-
dētibus mysterii domini Christi in euitādis vitiis pec-
catorū orationi instandū ostēdit,vt meritis crescant de-
ficientibus tentationibus aduersarii. Quos intantū dig-
nos habet,vt iudicet eos etiam se posse precibus adiu-
uare ad asserendum audacter Euangeliū,ad quod ma-
» nifestandū legationē acceperat.¶ In sapientia ambulate
» ad eos qui foris sunt,tempus redimētes. Sermo vester
» semper in sale gratia sit cōditus,vt sciatis q̄modo opor-
» teat vos singulis respondere.) Quoniā necesse est am-
bulare nositer infideles, & colloquia miscere causa cō-
uersationis mundanæ:hoc est quod cōmonet, vt cū sa-
pientia sit ipsa cōuersatio propter scandalum gētilium,
ne occasionē accipiant per nos blasphemādi,& incitēn-
tur ad persequendum. Quid enim opus est loqui cū eo
quem scias intractabilem,& obstinatę mētis, paratum
ad contumeliam faciēdā? Ideo hæc monet, vt opportu-
no & loco & tēpore, magistra modestia,religionis ver-
ba promantur: aut si persona talis in medio est,quę per-
strepat,reticēdum. Aliter enim cum potentibus mūdi,
aliter cum mediocribus,& aliter cum humilibus agen-
dum est. Aliter iterum cum māsuetis,aliter cū iracun-
dis,quibus cedi oportet. hoc est redimere tēpus. Cū enī
insidianti dominicis verbis,& furēti tēporis audacia ce-
dis,iniurias infesti tēporis lucrifacis. Nā si caput, id est
rex assentit,corpori est libertas loquendi verba dei cum
mansuetudine,vt prouocentur ad bonum. perstrepenti-
bus tamen & animosis ad conuitia semper cedendum.
Vincis enim dum cedis.¶ Quæ circa me sunt, omnia «
nota faciet vobis Tychicus dilectus frater,& fidelis mi- «
nister,& cōseruus in domino,quem misi ad vos ad hoc «
ipsum,vt cognoscat quę circa vos sunt,& cōsoletur cor- «
da vestra cū Onesimo charissimo & fideli fratre,qui est «
ex vobis.omnia quę hic sunt,nota facient vobis.) Ad hoc «
se dicit fratres misisse, vt inuicem sibi nota fierent quæ
agerentur abinuicem. Quāuis superius dicat spiritu se
præsentem apud eos, & videre quæ agerēt, interuūciis
tamen opus est. Solicitior enim fit quis quando videt
ad se venire ad cōsiderandam cōuersationem suā. Plus
enim veretur,si speculetur se videri quæ agat. Nā cum
deus omnia videat,& sciamus omnia illi nota esse: quia
non tamen videmus nos videri ab eo,cōtraria facimus.
¶ Salutat vos Aristarchus comes captiuitatis meæ,& «
Marcus consobrinus Barnabę,de quo accepistis man- «
datum, vt si venerit ad vos, excipiatis illum. & Iesus «
qui dicitur Iustus.qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt «
adiutores mei in regno dei, qui mihi solatio fuerunt.) «
Hic Aristarchus bonę cōuersationis ac meriti videtur, L
qui deuotiōe dominica particeps & socius laborū apo-
stoli designatur. Marcum autem vt cōmendet quid sit
nō tacet: vt cū laudabilis viri Barnabæ affinis addiscę,
honorabilis habeatur. Addit & Iesum, quem Iustum
nomine vocari appellat. Quibus solis testimoniū per-
hibet quia hi ex circūcisione adiutorio fuerunt ei,assen-
tiētes & participes sentētiæ eius,vt iā circūcidi vlterius
nō debere prædicarent. ideo participes illos dicit suos in
regno dei. Circūcidendū autē esse,& sabbata & neome-
nias seruandas prædicare,nō spiritale est,sed terrenum.
¶ Salutat vos Epaphras, q est ex vobis, seru⁹ Christi.) «
Charioré illis facit epistolā,quādo ei qui ex ipsis est, te- «
stimonium reddit.¶ Semper solicitus pro vobis in ora- «
tionibus,vt stitis perfecti, & abūde expleti in omni vo- «
luntate dei,) Tam salutaria se illis exoptare testatur,vt
illum qui ciuis illorū est, & affectu vnanimitatis charis-
simus,participē suæ deuotionis in profectū eorū osten-
dat. ¶ Testimoniū enim adhibeo illi, quia habet multū «
laborē pro vobis,& pro iis qui Laodiceę sunt,& Hiera- «
poli.) Vt solicitos eos salutis suæ faciat,aliorū vigilan- «
tia quāta sit pro bis,ostēdit. Solicitior enī quis sit pudo M
re,quādo in causa sua alterū viderit laborare.¶ Salutat «
vos Lucas medicus charissim⁹,& Demas.) Vere cha- «
rissimus apostolo fuit Lucas, quia omnia postponens,
apostolos secutus est semper,qui & Euāgeliū & Actus
apostolorū scripsisse perhibetur:¶ Salutate eos qui sunt «
Laodiceę fratres,& Nymphā,& domesticā eius eccle- «
siam.) Quoniā simili modo & pro iis q Laodiceę sunt, «
solicitus erat,in eorum epistola hos salutandos monet,
Nymphā charioré existimās, cuius & domum salutat.
Tā enī deuota videtur fuisse, vt omnis dom⁹ eius signo
titulata esset crucis.¶ Et cum lecta fuerit apud vos hæc «
epistola,facite vt & Laodicēsiū Ecclesię legat,& Lao- «
dicensiū vos legatis.) Quia generales sunt institutiōes «
apostoli,& ad omniū pfectū scriptę epistole:idcirco etiā
Laodicēsib⁹ epistolā hāc legi p̄cepit,vt per hāc qd agē-
dū sibi esset,addiscerēt:& Colossenses vt eorum legerēt
iuxta sensū suspradictū. ¶ Et dicite Archippo: Vide mi- «
nisteriū qd suscepisti in dño, vt illud impleas.) Præpo- «
sitū illorū per eosipsos cōmonet, vt sit solicitus de salute
ipsorum. Et quia plebis solius causa scribitur epistola,
ideo nō ad rectorē ipsorū destinata est,sed ad Ecclesiam.

A Post enim Epaphram qui illos imbuit, hic accepit re-
» gendam eorum Ecclesiam. ¶ Ipsa enim salutatio mea
» manu Pauli. Memores estote vinculorū meorū. Gra-
» tia vobiscū.) Vt cōfirmet epistolā, manu sua scriptam
dicit,memorans vt in mente habeant exitus eius quos
patiebatur pro salute gentium:& tales se præberent,vt
non ferret ægre pati pro his iniurias.

DIVI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTO. BEATI PAVLI AD THESSAL. PRIMAM.

PRAEFATIO.

VT horum,id est Thessalonicensium exēplo
alios exhortetur ad fidei incremēta,istos lau
dat eo quod in accepta gratia permanentes,
ad profectum præmii aucti sunt meliora se-
ctādo,vt & ad perfectū tenderēt,& eorū virtutib⁹ quęsi-
ta dignitas cæteros prouocaret. Tā tæ enī fidei imbibe-
runt spiritū, vt spe futurorū etiā ciuium suorum Mace-
donū persecutiones illatas pro nomine Christi deuoto
animo paterentur. Vt horum ergo meritum,& suā ex
eorum profectu lætitiam literis signet,ita scribit ad eos:

CAPVT PRIMVM.

B PAVLVS ET SYL-
» uanus & Timotheus Eccle-
» siæ Thessalonicēsium,in deo
» patre & in dño IESV Chri
» sto gratia vobis & pax.) Triū
quidē episcoporū nomina lite
ræ cōtinent,sed sensus & verba solius Apostoli sūt. Quia
enim cōmuni gaudio exultāt in profectu illorū, ex consensu
ad plebem epistola scribitur in exultatione,dei patris & domini IESV Christi pacem & gratiā his exoptans.
» ¶ Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis,me-
» moriam vestri facientes in orationibus nostris,sine in-
» termissiōe memores operis fidei vestræ, & laborū cha-
» ritatis,& expectationis domini nostri IESV Christi
» coram deo & patre nostro.) Quoniā omnia bona a deo
sunt,idcirco ei primum gratias referunt in profectu il-
lorum,qui dignatus est non solum donū suum dare ho-
minibus sub peccato cōstitutis,sed in filios hos adopta-
re,simul adiuuans eos ad omnia exitia toleranda,vt di-
C gniores fiant. Quamobrem meminisse horum dicit se
in orationibus suis,eo qd crebrescerēt in opere fidei cæ-
teris Ecclesiis,vt nutu dei perficerent opus cœptū,prō-
pti in studio charitatis & patiētiæ,& spei aduentus do-
mini ante deum,qui dignatus est filium suum incarna-
re pro salute humana. Placitū enim dei est, si proficiat
» in Christo.¶ Scientes fratres dilecti a deo electionē ve-
» stram,quia Euangeliū nostrum non fuit ad vos in ver-
» bo solum,sed & in virtute,& in spiritu sancto,& in pleni-
» tudine multa,sicut scitis quales fuerimus in vobis ve-
» stri causa.) Humiles se fuisse inter eos significāt, vt illis
formam darent mansuetudinis,nō quod defuerint quæ
ad fidem illos hortarētur magnalia: quia doctrinæ euā-
gelicæ robur virtus præstabat signorum & prodigiorū:
in spiritu sancto id est,non in phantasia, sed in veritate
plenitudinis,vt nulli necessitati deesset auxilium,sed su
perabundans gratia videretur & in doctrina,& in cōuer
satione,& in ægris curandis,vt perfectum opus spiritus
sancti appareret in Thessalon. Ecclesius, vt in nullo se
minores videntes Iudæorum Ecclesiis, gauderent in D
dono dei,qui participes illos facere dignatus est promis
sionis Abrahæ.¶ Et vos imitatores nostri facti estis,& «
ipsius domini,suscipiētes verbum in pressura multa cū «
gaudio spiritus sancti,ita vt fueritis vos exemplū omni- «
bus credentibus in Macedonia,& in Achaia.) Cupidi «
credulitatis probra & iniurias a ciuibus suis passi, tole-
rarunt fiducia futurorum. Vnde æmuli dicuntur apo-
stolorum,& ipsius domini:quia & dom⁹ eadem pas-
sus est a Iudæis,& Apostoli sequentes fidem dei perse-
cutiones passi sunt,gaudētes quia digni habiti sunt pro
nomine domini contumelias pati,scientes pro his ma-
gna fore præmia repromissa. Idoneus enī seruus pro-
batur,quando pro amore domini sui inimicos eius of-
fendit. Cuius rei memores gausi sunt spe promissionis
in pressura. Itaq; magna exhortatio est ad profectum,
cum similes illos factos dicit & Christi, & apostoli, ad
formam præbendam cæteris credentibus illis in locis
quib⁹ fama illorum ambulabat.¶ A vobis enim diffa- «
matus est sermo domini nō solum in Macedonia & in «
Achaia,sed in omnē locū fides vestra quæ est ad deum «
processit.) Tale est hoc,quale & illud ad Romanos, cū «
dicit: Quia fides vestra prędicatur in vniuerso mundo.
Sed in his amplius,quia nō solum fides,sed opus fidei
illorum perueniunt in omnem locum.¶ Ita vt non necesse «
habeamus nos aliquid eloqui. Ipsi enim de nobis annū- «
ciāt qualem introitum habuerimus ad vos,& quomo- «
do conuersi estis ad deum ab idolis ad seruiendum deo «
viuo & vero,& ad expectandū filium eius de cælis, quē «
suscitauit a mortuis IESVM, qui eripuit nos ab ira «
uenīēte.) Sic peragrasse dicunt famam introitus sui,& «
cōuersationis eorum cū prædicatione Euangelii, vt nō
esset necesse ea dicere. Superfluum est ea fari,quæ nota E
sunt. Ad omnes enī in circuitu peruenerat, ita vt & an-
nunciarent cæteris qua deuotione susceperant aposto-
los. Et quia ad omnia quę audierāt ab eis,fuerāt prom-
ptiores,relinquentes deos mortuos: expectarēt autem
Christum de cælis,quem humanæ salutis causa mor-
tuum audierant,& resurrexisse deuicta morte, & cū car-
ne assumptum in cælos ministra nube,ad confusionem
prudentium mundi,qui consideratione habita munda-
norum,carnis naturā,quæ grauis est,putant non posse
fieri vt sustollatur in cælos. Hoc effectu sit spiritus sancti,
vt erubescant terrigenæ prudentes.

CAPVT SECVNDVM.

IPSI enim scitis fratres introitum nostrū ad «
vos,qa non inanis fuit,sed ante passi,& cōtu- «
meliis affecti, sicut scitis, in Philippis, exer- «
ta libertate ausi sumus in deo nostro loquen- «
do ad vos Euangelium dei in magno certamine.) Hāc «
pressurā quā nunc memorat,passus est in Philippis cū
Sylea propter spiritum pythonem quē a puella eiece- E
rat:qd iam suo loco dictū est. Cui pressurę non cessit, sed
fortior inuētus est,dū audet prædicare,nec loqui timet,
spe vtiq; promissi præmii: vt & hi secum essent perfecu-
tionibus,gaudētes propter futuram mercedē. Signum
ergo deuoti & fidelis p̄dicatoris hoc dicit esse,si in pres-
sura loqui verbū dei nō timeat: inanem illū significans
qui terrore præsenti formidinē patitur prędicandi. Qui
enim securus est de promissa spe,nō cedit vt coronetur.
¶ Nam exhortatio nostra nō ex fallacia,neq; ex immū- «
ditia,neq; in dolo,sed sicut probati sum⁹ a deo,vt crede- «
retur nobis Euangeliū: ita loquimur,nō vt hominibus «
placentes,sed deo,& qui probat corda nostra.) Hoc pro- «
propter pseudoapostolos dicit,qui dolo & fallacia præ-
dicabant non missi, vt circumuenirēt gentes ad seruien-
dum legi factorum. Iste autem electum se & missum
prædicare multis probat rebus: quia & in pressuris for-
tior inuentus est, & in conuersatione irreprehensibilis,

G vt nihil esset in hoc quod minus deo videretur dignum
prosequētibus signis. Quidā enim quæstus causa Chri
stum prędicabāt, fauori hominū seruiētes: quia & in ar
guendo remissiores erant, quippe cū nec autoritas esset:
& in tribulatiōe infirmi, quia nō ex corde, sed in fallacia
erat sermo eorum. Omīs enim qui aliquid sine spe agit,
» orta tribulatione succūbit. ¶ Neq; enim vnquā in verbo
» adulationis cōuersati sumus, sicut scitis, neq; in occasio
» ne auaritiæ, deus testis est.) Nunc aperit quod supra si
gnificauit, cum dicit: Non in occasione auaritiæ. deum
dans testem, quia istud ex corde faciebat, nō in hypocrisi
quasi cōtemnens pauca, vt forte plura offerrētur. Vnde
& ipsos cōuenit, scientes ac probantes quia nulli fuerat
adulatus. Pseudo enim apostoli formam auaritiæ dari
sibi optabāt, vt ipsa occasione, dū veros apostolos omīa
illata vidēt accipere, possint ipsi sine inuidia simpliciores
» homines deprædari. ¶ Nec quærētes ex hominib⁹ glo
» riam, neq; a vobis, neq; ab aliis, cum possemus honori
» esse, vt Christi apostoli.) Intātū grauat pseudoapostolo
rū causam, vt se abnuere dicat, cū liceret illi obsequia
requirere, ad cōprimendos eos quib⁹ nec facultas erat,
nec pudor, & tamen honorem sibi poscebāt. se enim po
tius q̄ dei doctrinam cōmendari volebant. Apostolus
autem qui gloriam nō ad presens, sed in futuro require
H bat, se humilem faciebat, vt dei prædicatio exaltaretur.
» ¶ Sed fuimus paruuli in medio vestrū, tanquā si nutrix
» foueat filios suos, ita desiderātes vos cupim⁹ impartiri
» vobis nō solum Euāgelium dei, sed etiam animas no
» stras, quia charissimi nobis facti estis.) Tantū affectum
habere se circa illos ostēdit, quē, quia verus est, non ver
bis magis q̄ reb⁹ probatum vult videri. potest enim in
verbis latere fallacia. vt his exhortationibus prouocati
omnem sensum suum in dilectione haberent apostoli.
» ¶ Meministis enim fratres laborē nostrū & fatigatio
» nem, nocte ac die operātes ad hoc, ne quē vestrū grava
» remus.) Hoc est quod dicit in Actis apostolorū: Omīa
inquit, quæ mihi, & iis qui sunt mecū, fuerūt necessaria,
laborauerūt manus istæ. Vnde & in alia epistola dicit:
Qui nō laborat, nec māducet. Et hoc cōtra pseudoapo
stolos, qui vt ocioſi māducarēt, prædicatores se fingebāt
esse. Vt ergo exemplū daret quemadmodū gubernā
da sit vita Christiana, & simulatores proderet, labori in
sistebat humano, offuscans pseudoapostolos: propterea
quia qui labori insistūt, a malis cogitationib⁹ declināt,
» occupātes animū suū, & a periculis prohibētes. ¶ Præ
» dicauimus vobis Euāgeliū dei, vos testes estis & deus
» q̄ fācle & iuste, & sine querela vobis qui creditis, facti su
» mus sicut scitis, quomodo vnūquēq; vestrū vt pater fi
» lios obsecrantes vos, & cōsolantes ad hoc, vt ambuletis
» digne deo, qui vocat vos in suum regnum & gloriam.)
I Manifesta sunt hæc. Cōmonet enī illos quomodo cre
diderint se prædicātem, & qualē eum fuerint experti, &
quæ præcepta dederit eis, vt digni fierent deo, qui illos
vocauit de terris ad cælos, vt exsuscitet lætitiam illorū.
» ¶ Ideoq; & nos gratias agimus deo sine intermissione,
» quod cū accepisſetis a nobis verbū auditus dei, suscepi
» stis nō vt verbum hominū, sed sicut est vere verbū dei,
» quod & operatur in vobis qui credidistis.) Deo gratias
referunt, qui aperuit sensus illorum ad recipiēdū Euan
gelium suum. Gloria enim prædicātium est, quādo au
diētes facile credūt. Tāta enim deuotiōe receperūt ver
» bum, vt probarēt se intellexisse dei esse doctrinā. ¶ Vos
» enim fratres imitatores facti estis Ecclesiarum dei, quę
» sunt in Iudæa, quę sunt in Christo IESV: quia eadem
» passi estis & vos a cōtribulibus vestris, sicut & ipsi a Iu
» dæis, qui & dominum interemerūt IESVM, & pro
» phetas, & nos persecuti sunt, & deo nō placuerunt, & o
» mnibus hominibus aduersantur, prohibētes nos genti
» bus loqui vt saluentur, ad hoc vt suppleant peccata sua
» semper: sed prævenit ira dei super eos vsq; ad finē.) De
impietate atq; crudelitate queritur diffidētiū Iudæorū,
qui non solum suæ salutis inimici sunt, verūetiam alio k
rum, prohibētes ne credāt, & salui fiant, ab initio parri
cidæ. vel domino enim cōmuni parcere debuerant, qui
cōseruis & præpositis suis nō pepercerūt. vt repleantur
peccata eorū in tantū, ne aliquādo misericordia cōsequi
mereātur. Ideo Thessalonicēses a ciuibus suis eadē pas
sos dicit, imitatos patiētia sanctorum, & domini nostri
IESV Christi: cuius sceleris autores inducit Iudæos,
vt & quanta gloria digni sint qui pro nomine domini
patiūtur, & quę vltio infestis & infidis preparata sit, di
noscatur. ¶ Nos autē fratres desolati a vobis ad tempus «
horæ, facie nō corde, abundātius festinauimus facie ve «
strā videre i multo desiderio. Quapropter voluim⁹ ve «
nire ad vos, ego quidē Paulus & semel & iterū, sed im «
pediuit nos Satanas.) Non animo, sed corpore diuul «
sos se dicūt ab eis. Charitas enim nō diuiditur nec sepa
ratur, sed propter maiorem instructionem etiā faciem
eorū cupere se dicunt videre. In rebus enim diuinis defi
ciunt articuli cōprehendere quæ possunt dici. Nec enim
sufficit dies stylo his quę vna hora possunt depromi, vt
nō dicā quædā esse mystica religionis nostræ, quæ pro
pter carnales sensus, ne scādalum patiātur, facile publi
cari nō debeāt: quia nō omnibus dicēda sunt omnia, sed
pro vnuscuiusq; captu moderāda sunt dicta: aliter rudi
bus, aliter fundatis. Idcirco præsentia corporis requirit,
quia sic perficitur veritas charitatis. Quānis enim cha L
ritas nō diuidatur, desiderium tamē facit absentia cor
poris. Deniq; oculis & amplexibus animorū expletur
voluptas. Cui rei impedimento asserit fuisse Satanā, qui
etiā apostolis obuias manus tēdebat, ne veritatis ratio
hominibus pāderetur. Accēdebat enim perfidorū men
tes vt eos verberibus ac vinculis detinerēt ne loquerē
tur verbum dei. Dixerūt enim maiores Iudæorū apo
stolis: Nōne præcipiētes denūciauimus vobis ne loque Actor. 5.
remini in nomine IESV vlli hominū? Sed quia quod
nō est a deo, stare nō potest, dissoluuntur impedimenta
Satanæ. ¶ Quę est enim nostra spes, aut gaudium, aut «
corona glorię? nonne vos corā domino nostro IESV «
in aduētu eius? Vos enī estis gloria nostra & gaudiū.) «
Manifestum est quia perfectio discipulorū, gaudium
& corona magistri est. Hi enim sūt qui labores fructuū
suorū edituri sunt. fructus enim magistri, discipulus est
obediens: cuius dū bona conuersatio proficit magistro,
fructus sui edit laborem. Labor enim discipuli in ope
re bono, coronam dat magistro iudice Christo.

CAPVT TERTIVM.

ADCIRCO iam nō tolerātes, optimū duxi «
mus vt Athenis soli relinqueremur, & misi «
mus Timotheum fratrē nostrū, & participē «
operis dei in Euangelio Christi ad hoc vt & «
vos cōfirmet, & deprecetur pro fide vestra, ne quis mo «
ueaturi his pressuris. Ipsi enim scitis quia ad hoc positi «
sumus. Nā & cū apud vos eramus, prædicabamus vo «
bis passuros nos pressurā, sicut factū est, & scitis.) Desi «
derii supra memorati causas expressit. Idcirco enī præ
sentes esse apud eos volebāt, vt animos eorū firmarēt,
ne quis ex his scandalū pateretur de pressuris apostolo
rum, vt qui tāta signa facerēt, aliquādo infirmarentur,
ita humiliati, vt verberib⁹ & vinculis subiicerētur. Ad
quā rem excusandā, Timotheum missum testatur, ido
neum doctorē, qui ostēderet hinc merita crescere Chri
stianis, si pro nomine domini passi gratias agant, a quo
huius rei mercedē expectant, simulq; preces deo funde
rent vt stabiles essent. Quā persecutionē idcirco se pas
suros prædicauerāt, vt per id q̄ præsciētiā huius rei ha
bere se protestarentur, posse se effugere & declinare has
iniurias approbarēt: sed quia spes magna in his est, ideo
illatas sufferre quidem libēter. ¶ Ideo & ego nō tolerans
amplius, misi ad hoc, vt cognoscerē fidē vestrā, ne quo

A » modo attentauerit ille tentator, & inanis fiat labor no
» ster.) Istud propter quosdā dicit, qui possint seduci astu
tia Satanę, quia in omī plebe est pars firma, & infirma
quorum causa solicitus erat nē amitteret fructū credu
litatis eorū. Et quia diutius passus nō est nescire se quid
certius ageretur circa illos, misit Timotheū episcopum
» a se creatum, a quo posset certum scire. ¶ Modo autem
» cū venisset Timotheus ad nos a vobis, & annunciasset
» nobis fidē & charitatem vestrā, & quoniā memoriā no
» stri habetis bonam, semper desiderātes nos videre, sicut
» & nos vos: ideo cōsolationē sumus adepti fratres in vo
» bis super omni necessitate & pressura nostra per vestrā
» fidē, quia nūc viuimus, si vos steteritis in Christo.) De
claranit cur alacri sermone scribat ad eos. Ideo enī nun
cio venīte, & firmitatem deuotionis illorum in fide, &
dilectione apostoli declarāte, lætus factus de communi
cōcordia, scribit ad eos, securum habens fructum fidei &
» bonæ cōuersationis eorum. ¶ Quam enim gratiarum
» actionē possumus referre deo de vobis super omni gau
» dio quo gaudemus propter vos corā deo nostro, nostu
» diēq; abundātissime orantes vt videamus facie vestrā,
» & suppleamus quæ desunt fidei vestræ?) Nihil dicit tā
dignum, quod sufficere possit ad compēsationē acquisi
tæ salutis gētium. Et quoniā prouexerant se perseuerā
tia fidei, & actu vitę melioris, magis ac magis cupit eos
videre: vt ea quæ ad perfectionē illorū pertinēt, edisca:
B sacramēta scilicet rerū spiritaliū, quæ facile publicari nō
debent, vt scirēt quis & q̄ immēsus est quem iudicē spe
rabant. Aliud est enim fidē accipere, & aliud expositio
nem fidei. Altera enī disputatio est de natura patris &
filii, & alia de personis. Pater ingenitus est, filius vero
genitus. Quātū ad personas pertinet, diuersum videt,
cum sit individua vnitas naturæ. Vnitas enim non in
persona est, sed in substātia. Spiritus autem sanctus nō
degener putetur, quia tertiꝰ ponitur. Qui ergo de secū
» da persona nō ambigit, admittit & tertiam. ¶ Ipse autē
» deus, & pater noster, & dominus noster IESVS Chri
» stus dirigat viam nostram ad vos.) Integro ordine iter
suum disponi postulat: primū a deo patre, quia ab ipso
sunt omīa: deinde a domino IESV Christo, per quem
sunt omnia: vt virtus atq; prouidentia patris & filii ad
uentum eius cōmendet, vt acceptabilis fiat audiētibus
se, & impedimenta diaboli soluerētur ad dirigendū iter
» eius. ¶ Vos autē dominus multiplicet, & abundare fa
» ciat charitate in inuicem in vos, & in omnes, sicut & nos
» in vos, ad cōfirmanda corda vestra irreprehensa in san
» ctimonia coram deo & patre nostro in aduentu domini
» nostri IESV Christi cum omnibus sanctis suis.) Vt
C gaudiū suū quo de eis gaudet, cumulet, in omīb⁹ bonis
multiplicari illos exoptat: vt veniens ad eos, plus inue
niat in eis quod laude dignū sit, quàm a Timotheo au
dierat, vt irreprehensibiles inueniantur cum sanctis in
charitate dei patris, & aduentu domini nostri IESV
Christi, cū cœperit ante tribunal eius examinatio sin
gulos approbare. Deum vocat propter terrorem maie
statis eius: Patrem vero propter benignitatem, qua di
gnatur credentes sibi adoptare in filios: quod in aduen
tu domini manifestabitur.

CAPVT QVARTVM.

VOD superest itaq; fratres, rogamus vos
& obsecramus in domino IESV, vt quem
admodū accepistis a nobis qualiter oporteat
vos ambulare, & placere deo, sicut & ambu
» latis, vt abundetis magis.) Hoc est qđ supra dixit, quia
ad cumulandum gaudiū suum crescere illos vult in bo
» nis operibus secundū mādata apostolica. ¶ Scitis enim
» quæ præcepta dederim vobis per dominum nostrum
» IESVM Christum. Nam hęc est volūtas dei, sancti
» ficatio vestra, abstinere vos a fornicatione, scire vnum
quēq; vestrum suum vas possidere in sanctimonia & in « D
honore, nō in passione desiderii, sicut & gētes quæ igno «
rant deum: vt ne quis supergrediatur, neq; circumueniat «
in negocio fratrē suū, quoniā vindex est dominus de his «
omnibus, sicut & prædicauimus vobis, & testificati su «
mus.) Q uānis laudet eos in tota epistola, tamē cōmo «
net ne aliqua surreptione ad illicita deducātur, vt incur «
rant vindictam, quia vltricem malorū didicerāt scientes
hoc deo placere, si corpora sua intaminata custodiāt, sed
& cū fratribus simpliciter agant, ne similes gētibus in «
uenti, adoptionis nomine abdicētur. ¶ Non enī vocauit «
nos deus in immunditia, sed in sanctimonia. Quapro «
pter qui spernit hęc, nō hominem spernit, sed deum, qui «
dedit spiritum sanctū in vos.) Vt fortius adstringat ad
ea quæ docet, dei interponit personā, dicens: Nō homi
nem spernit qui præterit præcepta, sed deum. Quē ideo
dicit spiritum sanctū nobis dedisse, vt sancte viuamus: Sapien. 1.
quia in corpore subdito peccatis nō habitat spiritus sanc
tus. ¶ De affectione autē fraternitatis nō habemus ne «
cessitatem scribēdi vobis. ipsi enim vos a deo docti estis «
ad hoc vt vos inuicē diligatis. Nā & facitis illud in oēs «
fratres per vniuersam Macedoniā.) Etiā hoc cū facere «
illos laudat, commonet tamen vt propensius hoc agāt.
Quos enim ab ipso deo doctos dicit, prōptiores esse de
bere in fraterna dilectione significat. Propter multā enī
charitatē deus misertus est nostri, cuius imitatores esse
ēti non imerito adoptatos nos ostēdimus a deo i filios. E
¶ Hortamur autem vos fratres abūdare magis, & emti «
quiescere, & vestrū negociū agere, & operari manibus «
vestris, sicut vobis præcepimus, vt honeste ambuletis «
ad eos qui foris sūt, & nullius desideriū sit vobis.) Iterū «
hortatur eadē, vt data opera abundēt bonis actibus. Vt
enī significet vere hoc esse, qđ placet deo, frequenter hoc
monet. Iustitiæ enim via tenenda est, vt ad misericor
diā iure veniatur: vt qui sūt inferiores substātia, mani
bus laborēt, vt ipsa intētione tollātur a vulgari inquie
tudine, & a praua cogitatione, vt disciplina eorū etiam
ab infidelibus laudet, & prouocari ad fidē possint. ¶ No «
lumus autē vos ignorare fratres de iis qui dormiūt, ne «
cōtristemini, sicut & cęteri qui spem nō habēt. Nā si cre «
dim⁹ qđ IESVS mortuus est, & resurrexit: sic & de⁹ «
illos q dormierūt per IESVM, adducet cū eo.) Ma «
nifesta est ratio, quia si resurrectio creditur mortuorū fu
tura, nō sunt lugēdi qui cū signo crucis exeūt. Lugendi
autē vere sunt infideles, qui hinc trāseūt in gehēnam: vt
ediscāt verū esse q̄d credere noluerūt. Fideles autē resur
gent ad gloriā, vt qui in seculo stulti habiti sunt propter
fidē, videātur prudētes. Prouiderūt enim sibi gloriā. Hi
sunt qui per IESVM, id est, sub spe fidei huius exeū F
tes, adducētur cū eo in aduētu eius, vt ab hominib⁹ vi
deātur. Cū tamen ipse defuncti excessum lugēdū prohi
beat, ipse alibi dicit: Ne tristitiā haberē. Sed iā suo loco Philip. 2.
solutū est. ¶ Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi, quia «
nos qui viuimus, qui subrelicti sumus in aduētu dñi, nō «
præueniem⁹ eos qui dormiērūt, ga ipse dñs i iussu & in «
voce archāgeli & in tuba dei descēdet de cælo: & hi qui «
mortui sunt in Christo, resurgēt primi: deinde nos q vi «
uimus, vna cū illis rapiemur in nubib⁹ obuiā dño Chri «
sto in aera: & sic sēper cū dño erimus. Quare cōsolami «
ni vos inuicē in his verbis.) Sēsum dñi loqui se profite «
tur, cū dicit: Hoc vobis dicimus in verbo dñi. Vt enim
fidam spem & ratam gloriā resurrectionis sanctis pro
missæ demōstret, ordinem ipsum quomodo futura sit,
exponit, nutu iudicis Christi, sancto spiritu intimāte: vt
ipsa spe qui charos suos præmiserunt, nō doleant, addi
scentes quia in aduentu domini priores resurgēt qui in
Christo moriuntur. Ipse enim Christus dñs voluntate
patris quasi primus angelus dei cum exercitu cęlesti, si
cut continetur in Apocalypsi Ioānis apostoli, descēdet
de cælo ad gerendum bellum nomine dei contra Anti
christum. Quo extincto, iussu eius resurgent mortui.

G Hoc est ergo in tuba dei descēdere,nomine dei bellū ge-
Iosue.5. rere. Est enim,vt ipse dixit ad Iesum filium Naue,dux
& princeps exercitus domini:propter quod archāgelus
dicitur. Cum autem in tuba dei descēdet,deus est, quia
vtrūq; continēt scripturæ,sicut in Exodo,quem angelū
in flamma apparuisse Moysi legimus,statim ipsum in
subiectis esse deū agnoscimus,id est filiū dei,dicēte eadē
Exod.3. scriptura: Et accedēs,inquit, Moyses,auertit se, quia nō
potuit cōsiderare in faciē dei. Deus ergo est,quia filius
dei verus est. Dux autem & princeps ideo, quia caput
omniū est,quia per ipsum omnia. Resurgentibus ergo
primis qui in Christo mortui sūt: deinde nos qui viui-
mus,rapiemur vna cū illis baiulis nubibus obuiā Chri-
sto in aera,vt cū domino omnes veniāt ad prælium, &
quos occiderat,videat viuos: quia sicut domino famu-
latę sunt nubes,ita & his quos fratres suos dignatus est
appellare. Et sic semper cum dño erimus. In ipso enim
raptu mors proueniet,& quasi per soporem, vt egressa
anima in momento reddatur. Cum enim tollētur,mo-
rientur: vt peruenietes ad dominum,præsentia domini
recipiant animas,quia cū dño mortui esse non possunt.
Hac spe cōsolari inuicē iubet eos qui adhuc more gen-
tili charorum suorum excessum putabant lugendum.

qui inuestimini in die iu ditij morient // vide gre. hi... c. 1 cor. 15. opp... tenete

CAPVT QVINTVM.

H De temporibus autē & momentis fratres non
est necesse vobis scribi. Ipsi enī diligenter sci-
tis quia dies domini vt fur noctu sic veniet.
cū dicit, Pax & firmitas,tunc repentinus eis
superueniet interitus,quemadmodū dolor partus pre-
gnanti:& nō effugient.) Hoc est quod in Euangelio do-
Mat.25. minus locutus est dicēs: Vigilate,quia nescitis horam
Lucę.17. qua dominus vester veniet. Et iterum: Si quis vobis
dixerit, Ecce hic Christus, aut ecce illic: nolite credere.
Subito enim & ex insperato apparebit,sicut coruscatio
apparet ab oriente in occidentem,habens secum mili-
tiam exercitus dei patris ad perditionem Antichristi,
& satellitum eius. Cū enim securi fuerint perfidi de re-
gno diaboli,interfectis sanctis,id est Enoch & Helia, &
lęti de victoria inuicem sibi mittentes munera,sicut di-
cit Apocalypsis: tunc illis subito veniet repentinus in-
teritus. In aduentu enim suo Christus hos omnes dis-
perdet,vt vidētes sancti qui euaserint,glorietur. ¶ Vos
autem fratres non estis in tenebris,vt vos dies ille tan-
quam fur comprehēdat. Omnes enim vos filii luminis
estis,& filii diei,non estis noctis,neq; tenebrarū.) In te-
nebris ignorantiam significat,& mendaciū: in die autē
I scientiam & veritatem. Idcirco Christianos non in te-
nebris esse dicit,gentiles autem vel incredulos Iudæos
filios tenebrarum,quia cultores sunt mendacii. Quā-
obrē fideles securos esse debere significat,quia nō igno-
rant futurum aduentum domini, sed expectant soliciti
vt veniat. qui autem ignorant diffidentes de eo, repēte
illos comprehendet improuidos, & interficiet. ¶ Igitur
non dormiamus sicut & cæteri,sed vigilemus,& sobrii
simus. hi enim qui dormiunt,nocte dormiūt: & qui in-
ebriantur,nocte sunt ebrii. Nos autem qui diei sumus,
sobrii sumus: induti thoracem fidei & charitatis, & ga-
leam spem salutis,quia nō posuit nos deus in iram, sed
in acquisitionem salutis per dominū nostrū IESVM
Christū,qui mortuus est pro nobis,vt siue dormiamus
siue vigilemus, simul cum eo viuamus. Propter quod
exhortamini inuicem,& ædificate alterutrum, sicut &
facitis.) Apertum est quod dicit. Cōmonet enim ne se-
curi de nomine Saluatoris, negligēter agamus: ideoq;
tribus propugnaculis nos muniri debere, id est fidei, &
spei,& charitatis. Dū enim fides manet,spem excitat:
spes autē necessaria solicita est de promissione,nec dor-
mit: charitas autē deuotum offeret deo. Nihil enim ad-
uersum admittit charitas. Idcirco enī mortuus pro no-
bis dñs IESVS,& resurrexit: vt siue vigilemus, hoc K
est viuamus,siue dormiamus,id est moriamur, vna cū
illo æterna vita fruamur. Hoc est quod supra dixit,quia
fideles in aduētu domini tam mortui q̄ viui obuiā tol-
lentur domino,& sic semper viuēt cum eo. In hoc me-
ditandū docet,vt inuicē se in eo ædificēt sensu. ¶ Roga-
mus autem vos fratres,vt cognoscatis eos qui laborāt
in vobis,& præsunt vobis in domino,& monēt vos, vt
illis summū honorē habeatis in charitate propter ope-
ra ipsorū. Pacē habete inter vos.) Hoc est quod dicit &
in alia epistola,presbyteros duplici honore honorādos, 1.Tim.5.
qui laborant in verbo & doctrina. Potest enī pigere eū,
qui per inopiam patitur,exercitiū facere quod profit au-
dientibus. Quid enī prodest honorē sine fructu habere?
aut quid magnū est offerre ei carnalia, qui tribuit spiri-
talia? Sicut enim diuitiæ negligentiā pariūt salutis,ita
egestas dū saturari quærit,a iustitia declinat. Hinc Sa-
lomon nec nimis diuitem se petit fieri, nec egestosum. Prou.30.
Hoc ipsum tamen in charitate fieri debere, vt honorifi-
centia sacerdotis nō de timore magis sit, sed de amore,
vt etiam illi proficiat qui facit. Res enim quæ spōte non
fit,ad effectū non peruenit. quāuis ad præsens proficiat
sumēti,nihil tamen proderit in futuro dāti. Et quia dis-
sensio multa generat mala,pacificos eos esse hortatur. L
¶ Rogam⁹ aūt vos fratres, corripite inquietos, cōsola-
mini pusillanimes,opitulamini infirmos,patiētes esto-
te ad oēs. Videte ne quis malū pro malo alicui reddat,
sed semper qd̄ bonū est,sectamini in inuicē,& in oēs. Sē-
per gaudete in dño,sine intermissione orate, in oñibus
gratias agite. Hæc est enī volūtas dei ī Christo IESV
in vobis.) Quoniā necesse est quosdā in plebe esse imo-
destos,quosdā autē pusillanimes,hoc est timidos, quos-
dam vero fide infirmos: ideo hos qui modesti sūt & ma-
gnanimes,& fide fundati, hortatur cū prece,vt his con-
sulant,vt possint proficere sufferētes eos,ne si retributio
fiat malorū,peiores se fiāt. Idcirco nihil aliud q̄ bonū se-
ctandū hortatur,nō solū in causa fratrū,sed & in omniū.
Possunt enim bonis operib⁹ attrahi infideles ad credu-
litatē,ex quia semper gaudeatur in dño,hoc est in bonū:
orandū autē sine intermissione. Sedulæ enī preces pro-
uocāt animū iudicis ad dandā misericordiā. In oñibus
vero actibus bonis deo gratias agendas,qui hāc tribuit
doctrinā in Christo IESV dño nostro. ¶ Spiritū nolite
extinguere,prophetias nolite spernere. Omnia autem
probate: qd̄ bonū est tenete: ab omni specie mala absti-
nete vos.) Hoc dicit,vt nō facile alicui per spiritū loquē-
ti iterdicatur. Extinguitur enī,si incipiētis loqui feruor
cōtradictiōe sopit̄,ne forte nō intelligētes dici ab eo spi- M
ritalia, iniuriā faciāt spiritui sācto,& peccēt per ignorā-
tiam: neq; aliquē qui quasi scripturas reuelet,non audiri
patienter debere,sed omnia dicta examinari,& sic iudi-
cari: ne forte gratiam datam fratri dū respuunt, autori
repugnēt. Omnia ergo quæ dicūtur, probāda monet: &
quicquid sobrie & bene dictū fuerit,retinendū. Quęcūq;
enim apostolorum & ipsius domini dictis cōgruunt,ea
bene dicta habēda sunt & retinēda: ab his autē quæ ini-
mica fidei videtur,abstinendū. Solēt enim spiritus mū-
di fallaciter quasi per imitationem dicere bona, & inter
hæc subinducere praua,vt per hæc quæ bona sunt,acce-
pto ferantur & mala: vt quia vnius spiritus dicta putā-
tur, non discernātur abinuicem: sed per id quod licitum
est,cōmendetur illicitum,autoritate nominis,nō ratio-
ne virtutis. Solent enim sub apostolorum nomine &
ipsius domini nefanda docere & aduersa: ideoq; omnia
probāda monet,quia nō possūnt eloquia dñi esse diuer-
sa. Hinc est vnde & Ioānis apostoli epistola, Nolite,in- 1.Ioan.4.
quit,omni spiritui credere,sed probate spiritus si ex deo
sunt: quiā si multa bona dicat,in aliquo autem quod fi-
dei aduersum est promat, sciatur non esse spiritus san-
ctus. Nihil enim erroris in spiritu sācto poterit reperiri.
Sed aut per exercitium eloquii quędā spiritalia, quædā

A vero carnalia,quia omīs error carni deputatur, aut cer-
te commento quodā astutiæ bona fingit, vt his inserat
mala,sicut supra memoraui: quemadmodum in Mon
tano & Priscilla & Maximilla prophetis Cataphryga
rum,spiritus mūdi imitatione quadā boni simulant,vt
per multa verisimilia necnō & vera mentiretur se esse
spiritum sanctū. ¶ Ipse autem deus pacis sanctificet vos
per omnia perfectos,vt integer spiritus vester & anima
& corpus sine querela in aduētu domini nostri IESV
Christi seruetur.) Deus pacis, Christus est. Ait enim:
Ioan.14. Pacem meā do vobis,pacē meā relinquo vobis. Quip
pe cum omnia quę habet pater,filii sint,hūc sanctificare
nos optat Apostolus,vt nos illustret pietatē clemētiæ
suę,& omne votū nostrum dirigat in perfectione,vt in-
teger sit spiritus datus nobis. Tunc enim integer est,si
bonæ vitę studeamus,animā habentes mundā, & cor-
pus sine querela,vt totus homo sit perfectus. Potest enī
corpus mūdum esse,& anima inquinari per malū cogi-
tatum: ideoq; spiritū in homine mundū dicit esse debe-
re. Si autem mala vita vel cogitatio intercedat, nō erit
integer spiritus,quia deserit hominē peccatis obnoxiū.
Dum enim dissentit anima et corpus,quāuis sine sensu
sit,alieni ab illo efficiūtur,& velut perdens eos non erit
integer spirit⁹. Ad hoc enim datur homini,vt maneat
& sit quasi caput eius. Integer ergo non erit,quia perdit
B mēbra,dum recedit ab eo homo ea agens quæ odit spi-
ritus sanctus. ¶ Fidelis est deus qui vocat vos,qui & fa-
ciet. Fratres,orate pro nobis.) Fidelē deū dicit in pro-
missis suis,vt securi de pręmio recte versentur. Et quia
qui recte viuunt iuxta euangeliū,facile poterunt impe-
trare quę postulāt,idcirco orare eos pro se hortatur. Fa-
cile enim multi impetrant quod desiderant. ¶ Salutate
fratres omnes in osculo sancto.) Sancta oscula sunt in sa
lutatione Christiana,cætera carnalia sūt,quia quicquid
sine Christo fit,carnale est,ac per hoc & mortale. Qui
enim autorem vitæ contemnit,in morte est. ¶ Adiuro
vos per dominum,vt legatur epistola hæc omnib⁹ fra-
tribus.) Astringit eos vt soliciti sint ad legendam epi-
stolam cunctis fratribus,vt cognoscant & laudes & ad-
monitiones suas, per quas fiāt perfecti. ¶ Gratia domi-
ni nostri IESV Christi vobiscum.) Sic illos in bonis
operib⁹ vult proficere, vt gratia domini nostri IESV
Christi permaneat in eis in æternum.

DIVI AMBROSII MEDIOLAN. EPISCOPI COMMENTARII IN EPIST. B. PAVLI AD THESSALONICENSES. II.

PRAEFATIO.

C QVONIAM in prima epistola ad Thessalonicenses data,inter cætera etiā de aduētu dñi quędam scripsit, & de resurrectione sanctorum: nunc aliā scribit ad eos in qua significat,licet obscure,neq; enī posset aperte scribere,de abolitione regni Romani, & de Antichristi apparentia & damnatione,& de quorundam fratrum inquietudine.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS ET Syluanus & Timotheus ecclesię Thessalonicēsium in deo patre nostro & Christo IESV: gratia vobis & pax a deo patre & dño IESV Christo.) Solēnibus verbis scribit ad eos. Solito enim more sermonū caput continetur epistolæ, et
idem ipsi tres sunt quorū nomine scribitur, sicut & pri- D
ma epistola. ¶ Gratias agere debem⁹ deo semper de vo
bis fratres,sicut dignū est,quoniam supercrescit fides
vestra,& multiplicatur charitas vniuscuiusq; omnium
vestrū in vos inuicem.) Deo se debitores de horū profe
ctu in gratiarū actione profitentur,& vt non qualecunq;
esse debitū ostenderet,sicut dignum est,ait: vt pro tā in-
finito dono satis magnas gratias referendas deo testa-
rētur. Post acceptā enim primā epistolam meliores es-
se q̄ fuerant perstiterūt, ita vt in eo copiosi & abundan-
tes viderētur,quod post domini et dei deuotionē habe-
mus mandatū,vt diligamus nos inuicē. ¶ Ita vt nosipsi
in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra
& fide in omnibus persecutionibus vestris & pressuris
quas sustinetis in exemplū iusti iudicii dei, in hoc vt di-
gni habeamini regno dei,pro quo & patimini.) Gloriā
esse suam in horū conuersatione & persecutione toleran
da testatur, intātum vt apud cæteras ecclesias exempla
eorū proferantur,vt imitatione eorū crescāt in deuotio-
ne passionū pro Christo,vt mereantur cōsequi quę pro-
missa sunt sanctis in die iusti iudicii dei, cuius amore
mundū spernere non dubitarūt. Ipsę enim pressurę exē
pla sunt futurorū meritorum in iis qui patiūtur,ad glo-
riam: in illis autē qui persequuntur,ad perditionē. ¶ Si-
quidem iustū est apud deum retribuere eis qui vos de-
primūt, pressurā: & vobis qui pressuram sustinetis, re-
quiem nobiscū in reuelatione dñi IESV de cælo cum
angelis virtutis eius in igne flammę dantis vindictā in
eos qui non nouerūt deum,et in eos qui non obaudiunt
euangelium dñi nostri IESV Christi,qui pœnas sol-
uent in interitum æternū a facie dñi, & gloria virtutis
eius.) Quoniam exemplū iusti iudicii dei apparere di-
cit siue in bonos siue in malos, idcirco subsecut⁹ ait: Si- E
quidem iustum apud deum,vt reddat vnicuiq; secundū
opera sua. Quid tam iustū, vt qui in seculo bonos depri
munt, & extorres faciūt persecutionib⁹, in futuro eadē
patiantur quæ faciunt: illi autem vt sint in requie cum
cęteris sanctis,qui de magna tribulatione venientes,re-
gnum accipient æternū in aduentu dñi de cælo, cū cœ-
perit venire cū cælesti exercitu suo, & ministro igne ad
dandā vindictā in paganos qui ignorant deum patrē es-
se IESV Christi,& Iudęos qui dicūt se deum scire,nō
credunt euangelio Christi,quod dedit illi pater deus vt
traderet seruis suis? Quos omnes præsentia dñi,& glo
ria maiestatis eius ignis exuret, vt debitas reddāt pœ-
nas interitus in æternū,semper sentientes,nō tamē pe-
nitus deficiētes,vt ipsa pœna illos quodāmodo generet
semper,quo consumātur. ¶ Cū venerit clarificari in san-
ctis suis,& mirificari in omnibus qui crediderunt, quia
fidem habuit testimoniū nostrum super vos in die illa
aduentus domini.) Duplicē cōtinet sensum. Adueniet
enim punire malos, & glorificare bonos. Ipse enim cla F
rus & mirabilis videbitur in eos qui credūt exemplo et
fide apostolorū, cum fuerint coronati, testimoniū red-
dente illis euangelio in die domini. Seuerus autem ap-
parebit incredulis cū æternis pœnis coartari cœperint.
Corona enim discipulorum magistri est gloria,et veri-
tas eius incredulorū est pœna, quia quod prędicabatur
non crediderūt. ¶ In quo & oramus semper pro vobis,
vt vos dignos habeat vocatione sua deus noster,& im-
pleat omni placito bonitatis & opere fidei in virtute,ita
vt clarificetur nomē domini IESV Christi in vobis,
& vos in ipso secūdum gratiam dei & domini IESV
Christi.) Gaudio addit & preces,vt quia deuoti sunt,di
gnetur deus adiuuare eos, vt perficiant opus cœptū ad
claritatē domini nostri IESV Christi,vt perseuerātia
discipulorum testimonium sit magistri ad gloriā. Au-
toritas enim magistri in discipulorum est fiducia,cum
se in accepta gratia faciunt digniores.

CAPVT SECVNDVM.

G ROGAMVS autē vos fratres per aduentum dñi nostri IESV Christi, & nostrę cōgregationis in id ipsum, ne facile moueamini a sensu vestro, neq; cōturbemini, neq; per spiritū, neq; per verbū, neq; per epistolam tanq̄ a nobis missam, quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat vllo modo: quoniā nisi venerit defectio primū, & reuelatus fuerit homo ille peccati fili⁹ perditionis qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita vt in templo dei sedeat ostendēs seipsum quasi sit de⁹.) Obsecrat eos ne leuiter et facile de aduētu quasi imminētis domini opinionē reciperent: & talia dat mādata, vt etiam si per spiritum aliquis velut propheta fuerit locutus, credi ei nō debeat, neq; sic per tractatum, aut per epistolā nomine forte apostolorum scriptam, assensum tribuēdum. Solent enim tergiuersatores, vt fallāt, sub nomine clari alicuius viri epistolam fingere, vt autoritas nominis possit cōmendare quod per ipsum recipi nō possit. Hoc ideo, ne ipsa perturbatione dum incauti inuenirentur, possint seduci ad adorandū diabolū qui idcirco hæc iactabit, vt sub Saluatoris nomine apparēs ac fallens sanctos, velit se adorari, vt decipiat credentes in Christū. Sed vt locum aut occasionē fallēdi quam se putat habere, non habeat impudētissimus Satanas, tēpus & signa aduētus dñi designauit: quia non prius veniet dominus, q̄ regni Romani defectio fiat, & appareat Antichrist⁹ qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate, sub suo tamē nomine. H Sciens enim vēturum dominū ad se comprimendū, nomē eius sibi vsurpabit: & vt regnū eius verū esse videatur, attrahet secū qui simul cum eo pereant, ita vt in domo dñi in sede sedeat Christi, & ipsum deū se asserat, non filiū dei. Vnde in euāgelio ad Iudæos dñs ait (Ioan. 5.): Ego veni in nomine patris mei, & non me recepistis. si alius venerit in nomine suo, illū accipietis. Quamobrē ex circūcisione aut circumcisum illum venire sperandū est, vt sit Iudęis credēdi fiducia illi. Itaq; cum Thessalonicēsibus scribit Apostolus, docet omnes in re huiuscemodi cautos esse debere. ¶ Non meministis quod me adhuc apud vos agēte hæc dicebātur vobis? Et nūc quid detineat scitis, ad hoc vt reueletur ille in suo tēpore.) Hoc superesse dicit, vt reueletur ille qui ante dñm venturus est, vt iam speretur & dñs venturus, quod supra quasi sub velamine factus est, dicēs: Nisi prius venerit defectio. quā regni Romani abolitionē superius intelligendā memoraui: vt cum defecerit, & venerit Antichristus, tūc aduētus domini imminere credatur. ¶ Nam mysteriū iam operatur iniquitatis tantū, vt qui nūc tenet, teneat, quousq; de medio fiat.) Mysteriū iniquitatis & a Nerone inceptum est, qui zelo idolorū & apostolos interfecit, I instigāte patre suo diabolo, vsq; ad Diocletianū, & nouissime Iulianum, qui arte quadā & subtilitate cœptam persecutionem implere nō potuit, quia desuper concessum nō fuerat. His enim ministris vtitur Satanas, vt interim sub turba deorū ad seducēdos homines vnius veri dei manifestatione illudat, quādiu steterit regnū Romanum. hoc est quod dixit: Donec de medio fiat. ¶ Et tunc reuelabitur ille iniquus, quē dñs IESVS interficiet spiritu oris sui, & destruet illuminatione præsentię suę. Cuius est aduentus secūdum operationē Satanæ in omni potestate & signis & prodigiis mēdacii.) Post defectū regni Romani appariturū Antichristum dicit, sicut memoratum est. Nouissimo enim tēpore sciens diabolus imminere sibi interitū, deficiēte autē regno Romano, & ille de cęlis mittetur deorsum proiectus in terrā, sicut dictū est in Apocalypsi Ioānis apostoli, subornabit sibi in quo & per quē signa quędam virtutis permissu iusti dei faciens, se cōmendet vt adoretur quasi sit deus. Imitabitur enim, vt sicut filius dei diuinitatē suā homo natus vel factus signis ac virtutib⁹ demōstrauit, ita & Satanas in homine apparebit, vt virtutib⁹ mēdacii ostendat se deū, sicut supra dictū est. Reuelatio vero mysterii K iniquitatis hæc est. Cū enim apparuerit Antichristus, cognoscetur ipse esse quasi eorū deus, quos prius nutu eius vt deos coluit vulgus, quorum sit ipse primus, aut summus: quod signorū virtutibus faciet credibile. Ideo portenta mēdacii dixit, quia hoc se vult credi per signa quod nō est, vt decipiat quos circumuenturus est. Quod sanctis ideo prædictū est, vt sciant quid caueant. ¶ In omni fallacia iniquitatis iis qui pereūt, pro eo quod dilectionem veritatis nō susceperūt ad hoc vt salui fierēt.) Iis dicit fallaciā iniquitatis prodigiorū eius proficere, qui perituri sunt. Quia enim veritatis charitatē spreuerunt, per quā saluari potuerant apostolis prædicātibus: traditi sunt diabolo. nolētes enim saluari, deseruntur a deo. ¶ Et idcirco mittit illis deus operationē erroris in hoc vt credant mēdacio, quatenus iudicētur omnes qui nō crediderūt veritati, sed consenserūt iniquitati.) Operatio erroris est falsis fidem committere, vt qui claritatem luminis diē esse consentire noluerunt, putent tenebras diem dici debere, vt possint propensiori delicto rei facti sine cōtradictione damnari veritatis inimici, fautores autē iniquitatis. ¶ Nos vero debemus gratias agere deo semp de vobis fratres dilecti a dño, quia assumpsit vos deus a principio ad salutē in sanctificatiōe spiritus, & fide veritatis, in quā & vocauit vos per euangelium nostrum in acquisitionē glorię dñi nostri IESV Christi.) Hoc loco pręscientia dei personat, qui scit omnium mentes ante natiuitatē eorum. L Nec enim latet illū qui credituri sunt. idcirco a principio scit hos fideles fore qui credentes augmentū fidei faciunt, nō detrimentū. Sanctificati enim per fidē veritatis euangelii filii dei acquiruntur ad augmentum gloriæ corporis Christi, sicut in alia epistola ait: Vt crescāt, inquit, omnia in incrementum dei. Quicūq; enim deserto diabolo confugiunt ad fidē Christi, augmētum faciunt deo in corpore Christi, qui prius fecerant detrimentum. ¶ Itaq; fratres, state, & tenete traditiones nostras quas didicistis, siue per verbum, siue per epistolam nostrā.) Vt præsciētia dei maneat in salutē illorū, idcirco in traditione euāgelii stādum ac perseuerādum monet, vt soliciti sint ne desidia et ocio torpētes in operibus dei, nō impleāt quod cœperunt. Sic enim præscit credere & posse manere, si crebra admonitione pulsentur. ¶ Ipse autē dominus noster IESVS Christus, & deus pater qui dilexit nos, & dedit consolationē æternam, & spem bonam in gratiā, consoletur corda vestra, & stabiliat in omi opere & verbo bono.) Quoniam pater & filius vna virtus, vnaq; diuinitas & substantia est: ideo non dubitauit primū dominū M nostrum IESVM Christū nominare, deinde deū patrem nostrum, dignatione eius, nō veritate naturæ: qui intātum dilexit nos, vt filiū suum daret pro nobis, deū pro hominibus, pro seruis dominū, pro adoptiuis filiū verum: vt mors eius, vita nostra sit: & resurrectio eius, iustificatio nostra. Secūdus autē aduētus eius, requies vitæ nostræ & gloria in æternum, vt ista spes consolatio sit præsentium pressurarū, per quam fundati crescerent in bonis operibus & doctrina.

CAPVT TERTIVM.

QVOD reliquū est fratres orate pro nobis, vt verbū dñi currat & clarificetur, sicut & apud vos, & liberemur ab iniquis & nequā hominibus. Nō enim omniū est fides.) Decætero orandum hortatur vt dignetur deus doctrinā suam infatigabili cursu dirigere & trāsfundere per os Apostoli sui in aures audientiū, & vt compesceret & sedaret malorum hominū seditiones qui diffidūt veritati: & loquēdi fiducia cresceret Apostolo ad eius fructū, & cōuersionem multorū. ¶ Fidelis autē deus, qui stabiliet vos, & custodiet a malo.) Quoniā deus fidelibus et bonę vitæ

A hominibus auxilium suum non defuturū in necessitate promisit ad cōfirmationem illorū, ii autem tam in fide q̄ in opere æmuli erāt bonorū: idcirco fidelē deum dicit in promissis eius, quia prouidentia eius esset circa eos. ¶ Confidimus autē in dño de vobis, quoniā ea quę pręcepimus, & facitis & facietis.) Propter q̄d mereri illos, vt dei defensione tutos pręstari cōfideret, idcirco ea quę illis pręcipiebat, in nomine dñi fieri ab illis & futura esse non dubitabat. ¶ Dominus autē dirigat corda vestra in dilectione dei, & expectatione Christi.) Hoc illis exoptat a deo, quod nō ambigit posse pręstari, vt in dei charitate cor eorū proficeret ad expectādum aduētum dñi, vt contēpto seculo desideretur aduentus eius qui seculū vicit. ¶ Denūciamus vobis fratres in nomine dñi nostri IESV Christi secernere vos ab omni fratre intēperanter ambulāte, & nō secūdum traditionē quā acceperunt a nobis.) Quoniā in omni plebe nō omnes obedientes sunt verbo doctrinæ, nō legis, sed suū placitū & consiliū sequentes: propter hoc declinandū ab his pręcepit, vt cognoscant semetipsos errare. ¶ Ipsi enī scitis quēadmodū debeatis imitari nos, quia nō intemperanter viximus apud vos, neq; gratis panē edimus a quoquam, sed in labore & fatigatione nocte dieq; operātes, ad hoc, ne graues essemus cuiq̄ vestrū, non quia non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitādos nos.) Nō illos dicit ignaros operis & laboris sui quē sedulo exitu operabatur, ne pane indigeret alie- B no, vt exemplū daret eis ad imitandū illum. Neq; enim reprehēsibile esset si panem ab his reciperet ad corporis curā, qui animis illorū escā spiritalē præbebat, quæ etiā corpori immortalitatem cum gloria procuraret. Tunc etenim exerta potest esse libertas, si semetipsum quis vētris causa aut pecuniæ nulli subiiciat, suo pane cōtētus, maxime quod ad laudē magis proficit, si cū liceat, & sit sumendi potestas, cōtineat. Hic talis prodesse potest audientibus se. Reuerētiam enim habebūt rigoris huius: & ea quę ab hoc mādanť, pretermitti nō poterūt. ¶ Nā cū essemus apud vos, hoc pręcipiebamus vobis, quod si quis non vult operari, nec manducet.) Non solū verbis docebat, sed hortabatur & factis. Idonei enim magistri est si ea quę verbis docet, operibus expleat. Tunc enim addiscētes vera esse sciunt quę audiūt, si negligi illa non viderint a doctore. Quāuis enī manifeste vera esse non ignorentur quæ docentur: tamen si negligi cœperint a magistro, difficile proficiēt audientibus. Magis enim opera suadent q̄ verba. Quamobrē magis præmiis remunerādi sunt, qui negligētibus magistris, de solis verbis proficiūt tam in opere q̄ in sensu. Forma enim erat C iis qui mediocris vel tenuis erant substātiæ in plebe, vt discerēt quatenus libertatē suam nō amitterent. Vnde & Salomō (Prou. 25.), Raro, inquit, inferes pedem ad amicū tuū, ne saturatus tui oderit te. Qui enim frequēter ad alienā mensam conuenit, ocio deditus adulet necesse est pascenti se: cum religio nostra ad libertatē homines aduocet. Ideoq; si quis, inquit, māducare spernit, cesset a labore: vt quia nullus sine cibo potest viuere, det operam laborandi, vt arbitrio suo viuens deū possit habere propitium. ¶ Audiuimus enim quosdā ambulare inter vos intēperanter, nihil operātes, sed curiose agentes.) Qui ociosi esse desiderāt, id agūt quatenus occasio nascatur qua introitū suum desiderabilē faciāt domibus diuitū, ambulantes gesta & opiniones verborū subtiliter colligunt, scientes quid de quo velint audire, vt libēter & requisiti pascantur. Quod factū valde abhorret disciplina dominica. Horū enim vēter, deus est, qui fœda cura necessaria prouident. ¶ His igitur huiuscemodi denunciamus et exhortamur in dño IESV Christo, vt cū quiete operātes suum panē manducēt.) Vt eis facilius suadeat, interposito nomine dñi IESV Christi exhortatur eos, vt obaudiāt quid eis sit vtile. ¶ Vos autem fratres, nolite deficere in benefaciendo. Quod si quis non obaudit verbo nostro per epistolā, hunc notate, & nolite cum eo cōuersari, vt reuerētia confundatur. D Non velut inimicū existimetis, sed monete consiliis vt fratrē.) Propter quod superius vnumquēq; suum panē manducare debere pręcepit: ne forte quidā illorum occasionem parcitatis & inhumanitatis captarēt, ideo statim subiecit: Vos autem, inquit, fratres, nolite defatigari benefaciētes. Neq; enim in reprehensionē venit qui humanus in largiendo est, sed hic qui cū possit laborē ferre, in ocio vult vitā agere. Quē si epistolæ autoritas non corrigit, notandum hūc, nec conuersandū cum eo pręcipit, vt cōfusus qui ab omnibus euitatur, subiiceret se pręceptis apostoli. Quod tamē sine iracūdia & cōtumelia vult fieri, vt patienter declinetur ab eo: ita tamē, vt si res attulerit loqui cū eo, monēdum illū vt patiatur se corripi, nec vltra pręcepta apostoli contēnenda: familiaritatē quoq; tamdiu cum eo nō habere, quādiu obaudiens fiat. Nā si ad iracūdiam cōtumeliis lacessatur, peior se fiet. Incitatur enim ad contentionē, & incipiet erratū suū velle defendere, post autē erubescere emēdare se: ne quod prius excusabat, postea fateri videatur. ¶ Ipse autē deus pacis det vobis pacē semper in omni loco. Dñs cum omnib⁹ vobis semper.) Quod suū est, bono voto illos prosequitur quasi charissimos filios, optans semper cū illis pacē manere, quæ est dux ad vitam æternā. Cum his enim dñs se esse promisit qui fuerint pacifici. ¶ Ipsa salutatio mea manu Pauli, quod est signum in omi epistola, ita scribo.) Propter interpolas & adulteratores scripturarum, semper se manu sua in omi epistola sua salutationem E subscribere testatur, vt sub nomine eius epistola accepto ferri non possit quæ non fuerit manu eius subscripta. ¶ Gratia dñi nostri IESV Christi cum omnibus vobis. Amen.) Hæc salutatio manu Apostoli cōscripta est, qua gratiam domini nostri IESV Christi optat esse cum eis. Amen.

DIVI AMBROSII MEDIOLAN. EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD TIMOTHEVM I.

PRAEFATIO.

TIMOTHEVS filius fuit mulieris Iudææ fidelis, patre Græco, cui⁹ causa paruulus circuncidi nō potuit. Qui studio matris suæ sacras literas didicit, quibus operam dans bonam sibi vitam instituit. Hunc Apostolus cum voluisset F assumere, sciens idoneū fore dispensatorē euāgelicæ veritatis, causa Iudęorū compulsus est circūcidere eum instātibus eis, vt qui matre Iudea natus esset, incircuncisus assumi nō deberet ad magisteriū propter testimonium generis. Hūc ergo iam creatum episcopū instruit per epistolam quomodo deberet ecclesiam ordinare.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS APOSTOLVS Christi IESV secundū imperium dei & Saluatoris nostri Christi IESV, spei nostræ, Timotheo germano filio in fide, gratia, misericordia, pax a deo patre, & Christo IESV domino nostro.) Patris & filii imperio apostolū se factum ostendit, vt in deo patre salutē, et Christo filio eius spem prędicaret, vt quia nemo negat salutē esse in deo, nec quisq̄ du-

G bitaret ſpem eſſe in Chriſto IESV, quẽ a mortuis excitatũ exemplũ huiꝰ ſpei dediſſe cognoſceret. Hoc modo ſcribit Timotheo, vt ſecurus eſſet de ſua ordinatione, quia imperio patris & filii electus eſſet ad docẽdum. Quẽ verum filiũ appellat, ſed in fide, ſicut dicit ad Co-
1.Cor.4. rinthios: In Chriſto enim IESV, inquit, per euangelium ego vos genui. Hæc vera & firma generatio eſt, quę neſcit occaſum, neſcit morbos & peſtilentiã, & quę ignorat famem & ſitim. Dicit autẽ in regno dei nullius egere, quia futura eſt dono dei immortalitas glorioſa in regno dei & Chriſti, quorũ gratiam & miſericordiã » & pacẽ exoptat cum iſto manere. ¶ Sicut rogaui te ſubremanere Epheſi cũ irem in Macedoniã, vt denuncies » quibuſdã ne aliter doceant, neq; intẽdant fabulis & ge» nealogiis infinitis, quæ quæſtiones præſtant magis q̃ » ædificationẽ dei, quæ eſt in fide.) Filius a patre rogari nõ debuit, ſed propter charitatis affectũ, & vt illi formã humilitatis oſtẽderet, obſecrat epiſcopus coepiſcopum ſuum ne pateretur Iudæos aliter populũ q̃ ab apoſtolo tradebatur docere, ne oblectarẽtur fabulis quas narrare cõſueti ſunt Iudæi de generatione ſuarum originum de Abrahã & Iſaac & cæteris patriarchis, & de circũciſione, & iis quę poſtea tradita ſunt a Moyſe: ne circumuenirẽtur ad hęc coléda quæ carnaliter data fuerãt. Quid enim opus eſt, generationum, quas cõſtat eſſe infinitas per traducẽ, facere mẽtionem, & quid & quatenus factũ eſt ſub vnoquoq; eorũ, & non potius compẽdio per fidẽ ſalutẽ quæreres? Inde enim quæſtiones oriũtur, cũ quid
H & quãdo, & quomodo, & quare factũ eſt, tractatur: quæ » res impedit ſalutẽ. ¶ Finis autẽ præcepti eſt charitas de » corde puro, & conſcientia bona, & fide nõ ſimulata: a qui» bus quidam errantes cõuerſi ſunt in vaniloquiũ, volen» tes eſſe legis doctores, non intelligẽtes neq; quæ dicũt, » neq; de quibꝰ affirmãt.) Quoniã omniũ maior eſt charitas, hanc finẽ eſſe dixit, id eſt perfectionis conſummationem omnium præceptorũ, ſi tamen ex corde puro ſit & bona conſcientia. Vera enim charitas nõ poteſt malam vitã habere, nec ſimulatã fidem habere, in quibus omnis lex impletur & prophetæ. Quidã autẽ Iudęorũ myſterium legis ignorãtes & prophetarũ, quia vſq; ad Chriſtũ ſeruãda ſunt tradita, errauerũt, putantes prędicato Chriſto & legem factorũ in Neomenijs & circumciſione & eſcis diſcernẽdis ſeruari debere. Idcirco in vaniloquium dicit eos cõuerſos, quia volebant docere quę » ignorabãt. ¶ Scimus autẽ quia bona eſt lex ſi quis ea le» gitime vtatur, certũ habẽs hoc, quod iuſto lex nõ eſt po» ſita, iniuſtis vero & inobſequẽtibus, impijs & peccato» ribus, ſceleſtis & prophanis, patricidis & matricidis & » fornicatoribus, homicidis, maſculorũ concubitoribus, » plagiarijs, mẽdacibus, periuris, & ſi quid aliud ſanę do» ctrinæ aduerſatur quæ eſt ſecundũ euangelium gloriæ
I beati dei, quod creditũ eſt mihi.) Bonam eſſe legẽ quæ per Moyſen data eſt, nõ negat, ita tamẽ, vt ſenſus eius ſciatur, & quomodo data eſt accipiatur. Hic enim ſcit legem, & qua cauſa data ſit, qui prędicato Chriſto deſerit illam ex parte qua lex factorũ appellatur: circa dilectionem autẽ dei vtatur ea, aſſerẽs & affirmans quę a Saluatore dicta ſunt in legẽ & pphetis. Hic enim legitime vtitur lege, qui poteſt diſcernere ea quæ ad tẽpus data ſunt, ab iis quę perpetua ſunt: & quę ad Chriſti pertinẽt ſacramentũ, ſeruari iam in futurum nõ oportere, quaſi veturus credatur qui iã venit. Si enim omnia locis ſuis accipiantur, bona ſunt: ſi quo minus, mala erunt aſſerẽti peruerſe. Peccare eſt enim vnaquæq; minime locis ſuis exponere. Præterea qua iuſtis lege non opus eſt, id eſt iis qui accepta remiſſione peccatorũ iuſtificati ſunt, ne iam vitant ſub lege, a qua liberati ſunt dono dei per fidem Chriſti, vt decętero ſeruata lege naturæ, quę creatoris cognitionẽ recepit, & non peccari hortatur: iudicii diem expectent, in quo iuſti remunerãdi ſunt, cuſtodientes legẽ naturalẽ: quam ſi humanũ genus ducẽ habuiſſet, lex in literis per Moyſen data nõ eſſet. Sed quia con- K
temptui ducta eſt quaſi nullius eſſet autoritatis, ſcriptura firmata eſt, vt ſciretur quod ſeruanda eſſet & propter tẽpus preſens, & quia requiſituras eſt in futurũ qui illã firmauit, a quibus neglecta, & a quibꝰ ſeruata eſt. Itaq; nõ ſolũ propter malos actus & vitia corporis legẽ datã dicit, ſed & propter perfidiã qua ſpernebant creatorẽ, vt bene viuere addiſcerẽt, & gratias agerẽt conditori. ¶ Et « gratias ago ei qui me confortauit Chriſto IESV dño « noſtro, quod fidelẽ me exiſtimauit, ponẽs in miniſterio « qui prius erã blaſphemus, & perſecutor, & cõtumelio- « ſus: ſed miſericordiã conſecutus ſum, quia ignorãs feci « nondũ credens. Superabundauit autẽ gratia dñi noſtri « cum fide et dilectione quę eſt in Chriſto IESV.) Pro- « pter quod omnis incredulus infirmitatẽ animi patitur, conſtrictus carnali ratione ne credat ſpiritali: idcirco ſe Chriſto gratias dicit agere, quia apparentia maieſtatis ſuæ imbecillitatẽ mentis ſuæ roborauit: quia impoſſibile putabat eſſe quod de dñi poteſtate & gemina natiuitate & reſurrectione & ſpe prędicabatur. Cõfirmatus autẽ talis viſus eſt qui dignus eſſet ac poſſit eſſe diſpenſator ſacramẽti dñici, vt ea vera per legẽ firmaret, quæ prius amore legis incredibilia iudicabat, & in perſecutionibus gauderet quas prius quaſi iuſte credẽtibus inferebat: dolẽs quia fecerat: lætus quia patiebatur. Tantam enĩ ſpem didicerat in eo quẽ ante negabat, vt plus gauderet in patiendo, q̃ prius exultauerat in perſequendo. Non enĩ malitia hoc agebat, ſed errore, cui facile poteſt cũ reſipiſcit ignoſci. Qui autẽ ſcit vera eſſe quæ negat, hic nõ errore hoc agit, ſed maleuolentia: huius incurabile vulnus eſt. Inuidia enim cõpellitur falſum appellare quod ſcit verũ. ¶ Humanus ſermo, et omĩ acceptio- «
ne dignus, quia Chriſtus IESVS venit in hunc mun « dum peccatores ſaluos facere: quorũ primus ſum ego. « Sed ideo miſericordiã conſecutus ſum, vt in me oſtẽde- « ret Chriſtus IESVS omnẽ magnanimitatem & pa- « tientiam ad exemplũ eorũ qui creditum ſunt illi in vitã « ęternã.) Quid tam gratũ, tamq; iucundũ q̃ peccatoribꝰ « indulgentiã prędicare? Quis enĩ ſine peccato eſt, vt hoc munus nõ cum omni gratiarũ actione ſuſcipiat, deum autorẽ huius præferẽs, & collaudãs in Chriſto? Qui vt hominẽ peccatis ablueret, de cęleſtibus ad terrena deſcẽdens carnẽ peccati accepit: terrenis ſe admiſcuit, vt eum cæleſtẽ efficeret. Mori ſe paſſus eſt, vt illũ morte erutũ paradiſo redderet immortalẽ. Quis hæc beneficia non in infinitũ extollat, quę deus præſtitit homini, dñs ſeruo, cõditor creaturę: vt plus eſſet adhuc in beneficiis humanis, q̃ cum fecit quę non erãt, poſt eaĩ fecit? Etenim derelictus ab his & contẽptus, & cõtumeliis appetitus, addit ad beneficia nõ requiſitus, vt gratior eſſet, & plus pręferendus dum reparat, q̃ cum fecit: vt oſtẽderet vnũ ſe eſſe qui hęc omnia poſſit. Igitur ſic Chriſtus pręſidiũ M
tulit homini, vt puritatẽ ſuam nõ violaret, nec amitteret poteſtatẽ. Hominem enim ſe naſci voluit, pro certo habens carnis cõtactu minime ſe violari. Cõuerſationi humanę ſe miſcuit, ſciens peccatis ſe corrũpi non poſſe. Occidi ſe paſſus eſt, non neſcius mortem ſibi dominari non poſſe, ſed eã ſua opprimere poteſtate. Hęc ergo geſſit, vt omnia ſe poſſe doceret. Humilitas enim iſta non ad diminutionẽ eius proficit, ſed ad gloriam: & non ſolum eius, verumętiã in ipſum credẽtium. Dignitas eſt enim ſeruum eſſe potẽtis. Cum ante apoſtolum multi vtiq; credidiſſent Iudęorũ ex iis qui dominũ occiderũt, Apoſtolus tamẽ vt ſe humiliet adhuc dolẽs de ſua incredulitate, primum ſe omniũ peccãtium vocat. Quoniam enim prę cęteris ſacramẽto ſe imbuit Saluatoris, propius ad cognoſcendam magnificentiã eius accedẽs, accuſat ſe magis, qui tãtum boni tarde agnouit, nec vltro, ſed miſericordia eius quę prius vt hominẽ mortuũ æſtimabat. Hæc accuſatio eius eſt, laus vero Saluatoris, qui ad exemplũ cęterorum credentium, perſequen-

A tem ſe vocauit ad gratiã, vt per patientiã ſuam & magnanimitatem in eo oſtenderet cæteris, qui inimico tã beneuolus extitit, qualis eſſet futurꝰ ad ſe decurrẽtibus.
» ¶ Regi autẽ ſeculorũ immortali, inuiſibili, ſoli deo ho» nor & gloria in ſecula ſeculorum, amen.) Hęc ad dei patris perſonam pertinẽt, quem immortalẽ ideo ſolum & inuiſibilem appellat, quia omnis immortalitas ab ipſo eſt, vt ipſi ſoli magis cõpetat in veritate, quia quiſquis ĩmortalis eſt, nõ a ſe hãc habet, ſed ab illo. Simili modo
Marci.10 & in euãgelio legitur dño dicẽte: Quia nemo eſt, inqt,
Mat.12. bonus niſi vnus deus. Et iterũ ipſe dicit: Bonus homo de bono theſauro profert bona. Nemo tamẽ niſi vnus deus bonus eſt, quia ipſe fons bonitatis eſt, ex quo cęteri potãtur vt boni ſint. Ipſe eſt & inuiſibilis ſolus deus, quia nulli vnquã viſus eſt. Omnia enim agit per filiũ, quẽ idcirco viſum dicimus, vt licet aliter q̃ eſt apparuiſſet, tamen illũ ſignificemus. Honorificentiã ergo & gloriam deo patri in veritate pronunciat, cuius pietate &
» puidẽtia Chriſtꝰ liberauit peccatores ex morte. ¶ Hoc » præceptũ commẽdo tibi fili Timothee, ſecundũ præce» dentes ſuper te prophetias, vt milites in illis bonã mili» tiam, habens fidẽ & bonam conſcientiã, quam quidam » repellentes, circa fidem naufragauerũt, ex quibus ſunt » Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanę, vt di» ſcant non blaſphemare.) Poſtq̃ dei patris & Chriſti filii eius quę & quanta beneficia ſint circa peccatores homines, memorauit, qui cum eſſent puniẽdi, non ſolũ ignoB uit eis, ſed & iuſtificauit, & in filios ſibi adoptauit, quo ordine populũ diſciplinę eccleſiaſtica imbueret in ſubie ctis oſtendit, commonẽs vt memor electionis ſuæ ſanctus Timotheus id ad quod prędeſtinatus eſt, impleat. Prædeſtinatus eſt enim quãdo ad hoc ab Apoſtolo aſſumptus eſt, vt ordinaretur dignus iudicatus futurus epiſcopus, vt impleret militiã euangelicã in fide, & pura conſcientia. Qui enim fideliter docet, non poteſt malam habere conſcientiã. Tunc enim fidem exhibet prędicationi, ſi ſe abſtineat a contrariis omnibus, quia exẽplo bonorũ operũ multos laceſſit ad credulitatem, fidẽtes de ſpe prædicationis. Nam qui fidẽ ſpernit, proculdubio malæ eſt conſcientiæ. Aut enim hypocrita prædicatur, aut apertus blaſphemus, ſicut erãt Hymenęus & Alexander, qui deſerentes fidẽ naufragi facti ſunt, id eſt nudi veritate, aut priuati vita. Quid eſt enĩ veritas niſi vita? Quos tradidiſſe ſe dicit Satanæ, vt emendarentur cauſa blaſphemię. Traditio autẽ hæc eſt, quia cõ
C motus Apoſtolus blaſphemiis eorũ, ſentẽtiam protulit in eos. Diabolus autẽ qui ad hoc paratus eſt, vt auer ſos a deo accipiat in poteſtatẽ: audita ſententia corripit eos. vt intelligerẽt hac cauſa ſe pœnis aſtringi, qui blaſphemauerant. Hinc eſt vnde in euangelio dictũ eſt in-
Ioan.5. ter cætera: Iam noli peccare, ne quid tibi deterius cõtingat. oſtendens cauſa peccati aliquando infirmitates inferri corporibus. Et quia miniſtro diabolo fiunt, declaLuc.13. rauit dominus dicens inter multa: Hæc autem cum ſit filia Abrahę, quam alligauerat Satanas decem & octo annis, non oportuit ſolui a vinculo die ſabbati?

CAPVT SECVNDVM.

EXHORTARE ergo primũ omniũ fieri » deprecationes, orationes, poſtulationes, gra» tiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro » regibus, & pro omnibus qui in ſublimiori lo» co poſiti ſunt, vt placitã & quietam vitam degamus in » omni pietate & caſtitate. Hoc enim bonum & acceptũ » eſt coram Saluatore noſtro deo, qui omnes homines vult » ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire.) Hęc re» gula eccleſiaſtica eſt tradita a magiſtro gentiũ, qua vtũ tur ſacerdotes noſtri, vt pro omnibus ſupplicent: deprecantes pro regibus huius ſeculi vt ſubiectas habeãt gentes, vt in pace poſiti, in trãquillitate mẽtis & quiete deo domino ſeruire poſſimus. Orãtes etiam pro iis quibus D
ſublimis poteſtas eſt credita, vt in iuſtitia & veritate gubernent rempublicã, ſuppeditante rerũ abundantia, vt amota perturbatione ſeditionis, ſuccedat lętitia. Pa Pſal.103.
nis enim confirmat cor, & vinũ lætificat mentem. Poſtulãtes vero pro iis qui in neceſſitate varia ſunt, vt erui & liberati, deum collaudent in columitatis autorem. Referẽtes quoq; gratiarum actiones pro iis quæ nobis quotidie dei prouidẽtia præſtantur ad vitã, vt in his omnibus pater collaudetur deus, ex quo ſunt omnia: & filius eius, per quẽ ſunt omnia. vt ſopitis omnibus quæ huic imperio infeſta & inimica ſunt, in affectu pietatis & caſtitatis deo ſeruire poſſimus. Perturbatio enim & captiuitas nec pietatẽ ſeruat, nec caſtitatẽ. Vnde enim pius qui nudus eſtꝰ & vnde caſtitas, vbi poteſtatis ſuæ nõ eſtꝰ Vt hęc ergo ſeruari poſſint, quies neceſſaria eſt, vt placita deo reddantur obſequia, qui omnes homines
ſaluos vult fieri, & cognoſcere veritatẽ. Hęc eſt, inquit, Ioan.17.
vita æterna, vt cognoſcãt te ſolum & verum deũ, & quẽ miſiſti IESVM Chriſtũ. Si deus, vtiq; qui omnipotens dicitur, omnes homines ſaluos vult fieri curꝰ nõ impletur eius voluntas? Sed in omni locutione ſenſus eſt, cõditio latet. Vnde dicit Petrus apoſtolus: Omnis ſcri 2.Petri.1
ptura indiget interpretatione. Vult enim deus omnes ſaluos fieri, ſed ſi accedant ad eum. Nõ enim ſic vult, vt nolentes ſaluentur: ſed vult illos ſaluari, ſi & ipſi velint. Nam vtiq; qui legẽ omnibus dedit, nullũ excepit a ſalu E
te. Numquid nõ medicus idcirco proponit in publico, vt omnes ſe oſtendat velle ſaluare, ſi tamẽ ab ægris requiratur? Non eſt enim vera ſalus ſi nolenti tribuatur, nec gaudere poteſt in percepta ſalute qui inuitus, ſi tamen fieri poteſt, accepit medicinã: vt non dicam quia medicinæ effectum habere nõ poteſt, niſi ad illam æger animum cõmodauerit, quia hæc medicina nõ eſt corporalis, ſed ſpiritalis, quæ neq; dubiis, pficit, neq; inuidis. Fides eſt enim quę dat ſalutẽ: quam niſi mens tota ſuſceperit voluntate, non ſolum nihil proderit, ſed & oberit. Fidei etenim gratia hãc habet poteſtatẽ, vt deuotis ſibi diuinam infundat medelam, indeuotis vero cõferat morbum per quẽ totus homo intereat. ¶ Vnus enim «
deus, vnus & mediator dei et hominũ, homo Chriſtus « IESVS.) Dei & Chriſti vnã ſignificat eſſe voluntatẽ « in ſaluandis hominibus: Vnde deũ patrẽ, quia ab ipſo eſt omnis autoritas, vnũ eſſe fatetur, & vnũ mediatorem dei & hominũ Chriſtũ IESVM. Miſſus enim a patre factus arbiter recõciliauit deum & homines, reformando eos ad agnitionẽ eius. Quia enim vnus eſt F
pater & filius, nõ perſona, ſed indifferẽti natura: vt arbiter eſſet dei & hominũ, filius dei aſſumpta carne homo natus eſt, vt mediator dei & hominũ homo eſſet Chriſtus IESVS, id eſt non ſine diuinitate, quia in deo homo erat, & deus in homĩe: & vt ex vtroq; eſſet mediator, & vtriq; recõciliaret, in ſe primum hoc fecit. Non enim poterat vnitatẽ dei cuſtodiẽs, mediator dei & hominũ vocari, quaſi aliũs eſſet deus qui diſſidentem hominẽ a deo in gratiã reuocaret: ſed homo qui legem datam nõ prætereiret, factus eſt arbiter inter eũ qui peccauit, & interillũ qui peccare ignorat, vt hic ignoſceret, & homo decætero in dei fide maneret. ¶ Qui dedit ſemetipſum «
redemptionẽ pro omnibus. Cuius teſtimoniũ tempo- «
ribus ſuis datũ eſt, in quo poſitus ſum ego prædicator «
& apoſtolus, veritatẽ dico, non mentior, magiſter gen- «
tium in fide & veritate.) Quoniã homo reconciliatus «
iam deo, obnoxius erat morti infernæ, ne ad deum cui reconciliatus erat, poſſit aſcendere: ſaluator vt arbitriũ ſuũ ad effectũ perduceret, mori ſe paſſus eſt contra ius, vt deſcẽdens ad inferos mortem de impietate quam in eo geſſerat, dãnaret, auferẽs ei quos tenebat, vt decætero quiſquis ſignum eius haberet, ab ea teneri nõ poſſet. Cuius rei teſtimoniũ tempore quo reſurrexit, oſtendit. Deſtructio enĩ mortis, reſurrectio mortuorũ eſt. Quã

G spem missus est hic Apostolus gētib⁹ prædicare, vt ab eo discerent quæ spes esset in Christo. Hic enim datus » est magister, vt fidē doceret & veritatem. ¶ Volo itaq; » orare viros in omni loco, leuantes sanctas manus sine » ira & disceptatione.) Pacificum animū in oratione esse debere, vt ad effectum deducatur oratio. Sanctæ enim manus sunt, quādo cor mundū est. Sic tamen in omni loco orandū præcipit, vt cōpetens locus intelligatur, nō vtiq; importuno aut sordido loco: quippe cū prohibeat dñs vulgo orare: sed hoc monet, ne in sola ecclesia putarent orandum. ¶ Similiter & mulieres in habitu ornato » cum verecūdia & pudicitia, ornātes semetipsas nō tor» tis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste precio» sa: sed (quod decet mulieres) profitētes pietatē per ope» ra bona.) Humili habitu mulieres orare debere, non in iactātia. Qui enim vult audiri, inclinare se debet, amota à se pompa, vt misericordiam dei prouocet. Habitus enim superbus nec impetrat, nec recta de se facit credi. Quis enim prudentiū iactanter ornatā mulierem non horreat? Quāto magis autor deus, qui corpus a se libe rum factū, obligatū metallis videt? Nam humilis habi tus bonæ professioni congruit, vt possit non aliud æsti mari, q̄ cernitur. Quę autē in domo dei cum pompa se mauult videri, non vtiq; propter deū, sed propter homi nes cōsequitur quod vult, vt gloriosa videatur, nihil cō
H secutura a deo nisi maculam. Quāto enim hominibus » splendida videtur, tanto magis despicitur a deo. ¶ Mu» lier in silētio discat, in omni subiectione. Docere autem » mulieri non permittitur, neq; dominari viro, sed esse in » silentio.) Non solum habitū humilē habere debere mu lierem, verumetiā autoritatē ei derogandā, & subiiciē dam precipit viro, vt tam habitu q̄ obsequiis sub pote» state sit viri, ex quo trahit originē. ¶ Adā enim primus » creatus est, deinde Eua: & Adam nō est seductus: mu» lier autem seducta facta est in preuaricationē. Salua au» tem erit per filiorū generationē, si tamen in fide manse» rint & in dilectione & sanctimonia cū pudicitia.) Præ» fert virum mulieri propter quod primus creatus est: vt inferior sit mulier, quia post virum et ex viro creata est. Adiicit & aliud, quia diabolus nō virū seduxit, sed mu lierem. Vir autem per mulierē deceptus est: ac per hoc nulla illi cōcedēda audacia est, sed esse debet in humili tate: quia per illam mors intrauit in mundū. Salua au tem erit, inquit, per filiorum generationē, si tamen in fi de manserint & charitate & pura vita. Hos enim filios dicit qui regenerātur per fidem Christi: quia si in gene ratione sua perseuerauerint, cū his liberabitur resurgēs ex mortuis: non quo ab illis liberabitur, sed per illorum
I generationē, cum credūt qui destinati sunt in vitā æter nam, peruenitur ad resurrectionem ex mortuis, & fiet salua credentibus illis, & vitam castam agentibus. Tā diu enim resurrectio suspensa est, quandiu omnes cre dant prædestinati ad salutem.

CAPVT TERTIVM.

» EVMANVS sermo est. Si quis episcopa» tum desiderat, bonū opus desiderat.) Quo» niam episcopū bonæ vitæ esse oportet: idcir co qui episcopatū cupit, bonum opus deside rat. Hoc enī cupiēs, bonā vitā appetere videtur, si tamē non ab iis declinet quę in subiectis habētur, ne ambitio» ne & desiderio pecuniæ hoc egisse videatur. ¶ Oportet » ergo episcopū irreprehēsibilem esse.) Qualis episcopus debeat esse describit, vt nemo episcopatū appetat, nisi fuerit fidus, qui ab omnibus contrariis abstinere se po» test, vt non indignus sit sua professione. ¶ Vnius vxo» ris virum.) Quamuis secundā numero vxorē non sit ha bere prohibitū: vt tamen quis dignus ad episcopatū sit, etiam licita debet spernere propter sublimitatem ipsius ordinis: quia cæteris melior debet esse qui cupidus est sedis illius. ¶ Sobrium, pudicū, ornatum, hospitalē, do« K cibilem, non obnoxiū vino, non verberatorē, sed mode« stum, non litigiosum, nō asperum, domū suam bene re« gentem, filios habētem subditos cum omni charitate.) « Talem hominē qui hęc custodiat quę enumerat bona, creari dicit debere episcopū. Hæc enī signa sunt dignitatis episcopalis. Si autē quis potiora sectatus, & cor pus & animā suā deo dicauerit ne se copulet matrimo nio, tanto magis dignus fiet. Ideo enim inferiorem po suit, vt de potiore nemo dubitaret. ¶ Si quis autem do« mui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ diligentiam « habebit?) Manifestum est, quia tūc potest idoneus re« ctor futurus probari, si prius domum suam recte guber nauerit. Qui enim in minimis fidelis est, & in magnis Luc. 1. fidelis est. ¶ Non Neophytum, ne in superbiā elatus in « iudicii incidat diaboli.) Verū est, quia rudis in fide so« let extolli superbia, maxime si accipiat ordinē. Nouita te enim & potestate inflatur, arbitrans se præ cęteris di gniorem. Vidēs enim primo anno natiuitatis collatū in se honorē, putat non magis ad suum, sed ad aliorum profectum se vocatum, quasi beneficiū religioni det ma gis q̄ accipiat ab ea: per quā rem elatus incurrit laqueū diaboli. Inuēta enim occasione superbię illius Satanas precipitat eum. Ideoq; in Salomone legitur: Superbis L deus resistit. Vnde & in alia epistola idem Apostolus Gal. 6. ait: Qui se putat esse aliquid, seipsum seducit. Et domi nus, Qui se, inquit, exaltauerit, humiliabitur. ¶ Opor« Luc. 14. tet autē eum & testimoniū habere bonum ab iis qui fo « ris sunt.) Sensum dominicū secutus ait: Oportet futu« rum episcopū testimonium bonū habere ab extraneis: quia qui in minimis fidelis est, & in magnis, sicut dicit dñs. Si in alieno māmona fideles non fuistis, quod ve strum est quis dabit vobis? vt hic q̄ in mundanis rebus & conuersatione humana fidelis minime inuenitur, du bium non sit quia et in diuinis rebus idoneus non erit. Si autē hominibus fidē exhibuerit, multo magis deo. ¶ Ne in opprobriū incidat, & laqueū diaboli.) Si timo« rem dei ante oculos non habuerit episcopus, tēpori ma gis se commēdans: hunc quasi infidelem & pseudopro phetam deserit deus, & difformis videbitur omnibus & maculosus, quia aliter facit q̄ prædicat, verbis suis ipse se accusans, quia deputat⁹ est gregi Satanæ. Tūc enim vera se, pbat prædicare, si ea conetur & gerere. Magna ergo cura eligēdus est qui domū dei regēdam accipiat. Si enim terrestrium rerū dispensatores idonei quærēdi « sunt, quanto magis cęlestiū? ¶ Diaconos pari modo pu « dicos, non bilingues, nō vino multo deditos, non turpi « bus lucris vacātes, habētes mysterium fidei in consci « tia pura: & hi autem probentur primū, & sic ministrent « sine crimine.) Qui tanta cura diaconos eligēdos pręci « pit, quos cōstat ministros esse facerdotū: quales vult es« M se episcopos, nisi, sicut ipse ait, irreprehensibiles? Nego cia tamen publica, turpia, vilia lucra non habētes. Scit enim ideo negociari, vt capiant lucra, nec aliud profite tur q̄ gerit. Turpia autem lucra hæc dicit esse, si sub pia professione quęstibus studeatur. Turpis enim deprehē ditur cum se purum ostētat. Post episcopū tamē diaco natus ordinationem subiecit. Quare? nisi quia episcopi & presbyteri vna ordinatio est. vterq; enī sacerdos est. Sed episcopus primus est, vt omnis episcopus presby ter sit, non tamē omnis presbyter episcopus. Hic enim episcopus est qui inter presbyteros primus est. Deniq; Timotheum presbyterum ordinatū significat: sed quia ante se alterū nō habebat, episcopus erat. Vndę & quē admodum episcopum ordinet, ostendit. Neq; enim fas erat aut licebat vt inferior ordinaret maiorem. Nemo enim tribuit quod non accepit. ¶ Mulieres similiter pu « dicas, non tudentes discordiæ, sed sobrias, fideles in o« mnibus.) Quia sanctum præcepit creari episcopū, ad« æque & diaconum: nō vtiq; disparem vult esse plebem: quippe cum dicat dominus: Sancti estote, quia & ego Leuit. 19

A sanctus sum. Ideoq; etiam mulieres quæ inferiores vi dētur, sine crimine vult esse, vt munda sit ecclesia dei. Sed Cataphrygæ erroris occasionē captantes, propter quod post diaconos mulieres alloquitur, etiā ipsas diaconas ordinari debere vana presumptione defendūt, cū sciant apostolos septē diaconos elegisse. Numquid nulla mu lier tūc idonea inuēta est, cum inter vndecim apostolos sanctas mulieres fuisse legamus? Sed vt hæretici ani mum suū verbis non sensu legis astruere videātur, apo stoli verbis contra sensum nitūtur apostoli, vt cum ille mulierem in ecclesia in silentio esse debere pręcipiat, illi econtra etiā autoritatē in ecclesia vendicent ministerii. » ¶ Diacones sint vnius vxoris viri, filios bene regētes, & » domos proprias. Qui enim bene ministrauerint, gra» dum bonū sibi acquirunt, & multā fiduciam in fide quę » est in Christo IESV.) Ea quæ minus dixerat de ordi natione diaconatus, nunc subiecit. Ostēdit etiam istos vnius vxoris viros esse debere, vt hi ad ministerium de eligantur qui nō sunt egressi constitutū dei. Homini enī vxam vxorē decreuit deus, cum qua benedicatur. Ne mo enim cum secūda benedicitur. Qui si filios bene gu bernauerint, & domos suas, id est vernaculos aut do mesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciā ha bere apud deum, vt sciāt se posse impetrare quod postu lant, iam decætero se ab vsu fœminæ cohibentes. Ve teribus enim idcirco cōcessum est leuitis aut sacerdoti bus vxores ad vsum habere: quia multū tēpus ocio va cabant a ministerio aut sacerdotio. Multitudo enī erat
B sacerdotum, & magna copia leuitarū, & vnusquisq; cer to tempore seruiebat diuinis ceremoniis secundū insti tutum Dauid. Hic enim viginti & quatuor classes con stituit sacerdotum, vt vicibus deseruirēt. Vnde Abia octauā classem habuit, cuius vice Zacharias fungeba tur sacerdotio, sicut cōtinetur in Paralipomenon, ita vt tēpore quo non illos cōtingebat deseruire altari, domo rum suarū agerent curam. Atubi autē tempus immi nebat ministeriū, purificati aliquantis diebus accedēbāt ad templū offerre deo. Nunc autē septem diaconos esse oportet, aliquātos presbyteros, vt bini sint per ecclesias. & vnus in ciuitate episcopus, ac per hoc omnes a cōuen tu fœminæ abstinere debere, quia necesse est eos quoti die præsto esse in ecclesia, nec habere dilationē, vt post conuentum legitime purificentur sicut veteres. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si nō quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada: & non desunt qui prope quotidie baptizentur ægri. Nam ve teribus ideo cōcessum est, quia multo tēpore in templo non videbantur, sed erant priuati. Si enim plebis homi nibus orationis causa ad tempus abstinere se præcipit,
C vt vacent orationi, quanto magis leuitis aut sacerdoti bus, quos die noctuq; pro plebe sibi cōmissa oportet ora re? Mundiores ergo esse debēt cęteris, quia actores dei » sunt. ¶ Hæc tibi scribo, sperans cito me venire ad te. Si » autem tardauero, vt scias quemadmodū oporteat te in » domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei viui, colūna & » firmamentū veritatis.) Quantū ad scientiā eius perti nebat, hoc erat in eo quod citius illū visurus esset. Sed quia solet aliud placere deo, cuius prouidētia ipsi soli co gnita est: idcirco ne forte, inquit, tardem, scribo tibi vt scias quomodo ecclesiā ordines, quæ est domus dei, vt cum totus mūdus dei sit, ecclesia tamen domus eius di catur, cuius hodie rector est Damasus. Mundus enim in præuaricatione est diuerso turbatus errore. Ideo illic necesse est dicatur esse domus dei & veritas, vbi secun dum voluntatē suam timetur. Hoc profitentibus de eo seruis, q̄d ipse dignatus est edocere, ne forte verba eius negarentur esse, virtutibus hæc signauit, quę a nullo a lio fieri possunt, vt his infidelitas accusata inexcusabi lis pereat. Firmamentū enim veritatis hui⁹ signa sunt » & prodigia. ¶ Et quidem omniū confessione magnum » est huius pietatis mysteriū.) Nullum fideliū admirari negat sacramentū veritatis in ecclesia prędicatæ, quam D pietatem appellat. Magnanimitatem enim & clemen tiam suam cognoscētibus se diuina tribuit dona, excep ta remissione peccatorum quā hic in presenti largitur. ¶ Quod declaratū est in carne, iustificatū est in spiritu, « visum est angelis, prædicatū est gentibus, creditum est « in hoc mūdo, assumptū est in gloria.) Sacramentū my« sterii dei, quod est Christus in carne, dicit manifestatū quod latebat in spiritu. Natus enī homo filius dei, qui in secreto erat apud deū, opere & prædicatione declara uit se creaturæ, & hoc est iustificatū esse in spiritu, ope ribus & virtute claruisse eum qui erat in carne quis es set: deinde apparuisse angelis, non iam in forma humi litatis, sed in potestate. Tandiu enim aspectu humilis visus est per carnem, quandiu deucta morte resurgeret a mortuis, & videretur maiestas eius qui natus vt ho mo, non erat totus homo: vt agnoscentes angeli myste rium quod prius latuit, declaratū in carne, genu illi fle ctentes quasi deo gratias agant, quia didicerunt verita tem quæ gentibus predicata est, vt ab errore liberaren tur: in quo mundus proficit, vt non dānetur. Ideo enim creditum est mūdo dei sacramentū, vt perfidia eius ve niam erroris mereri non possit: sicut dicit dominus de E Iudæis: Si non venissem, & locutus eis fuissem, pecca« Ioan. 15. tum non haberent. nunc autem excusationem non ha bebūt de peccato suo, quia quod velut infirmū & defor me contempserūt, assumptū est in gloria. Post crucem manifestata persona & virtute sua Saluator palam fa mulantibus nubibus ascendit gloriolus in cælos.

CAPVT QVARTVM.

SPIRITVS autem manifeste dicit, quia « in nouissimis temporibus recedent quidam « a fide, attendētes spiritus fallaces, doctrinas « demoniorū in simulatione falsiloquorū cau « teriatam habentium conscientiam suam, prohibentium « nubere, abstinere a cibis quos deus creauit ad percipien « dum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cogno « uerunt veritatem, quia omnis creatura dei bona, & ni « hil reiiciēdum quod cum gratiarum actione percipitur. « Sanctificatur enim per verbū dei, & orationem.) Quę sibi spiritus sanctus futura reuelauerit ad instructionem ecclesiarum & cautelā, nō tacet, vt prēmonitæ ecclesiæ solicitę sint ne ab huiusmodi possint circumueniri homi nibus. Quid enim tam clarum, tamq; apertum ad eui tandos aut magis condemnandos doctrinæ huius pe stiferæ viros potuit manifesta voce prefari, nisi vt asse uerationem eorum, fallacem ac simulatā doctrinā dæ moniorū nuncuparet? vt cum huius asseuerationis ser F mones audiūtur, a diabolo composita esse doctrina hęc sciretur, quam prędixerat spiritus sanctus, quę de incar natione Saluatoris asserit falsa, quę nunc in Marcioni stis, quanuis pene defecerint, vel Patritianis, aut maxi me in Manichæis denotatur. Hi enim & Christū na tum negāt, & nuptias prohibent, & abstinendum a ci bis tradunt. Quorum cauteriatam dicit conscientiam, hoc est simulatione corruptā, quia sicut cauterium co rium corrūpit, & notam infligit, ita & fallacia conscien tiam quæ dolo maleuolentię aliud scit, & aliud profite tur, denotat ad perditionē. Iā enim hos immutari ne gat, vt saluentur: quia sicut cauterium immutari nō po test, ita nec eorum animus emēdari. Nihil enim pęius simulatione. Tales enim ii sunt, quales & Iudei illi qui intelligentes Christū dei virtute operari, in Beelzebub hæc ab eo fieri dicebant. Vt enim fabricatorem homi nis male tractent, cum natos se non doleant, nuptias ta men prohibentes, Christo carnem subtrahunt, & vt ad eius iniuriam proficiāt, ab iis quæ vsibus nostris insti tuit, abstinendū docent, vt per id quod despiciūtur, ma la esse, & a malo autore inuēta videātur. Hinc est vnde

G Apostolus omnia a deo bona facta ostēdit: si tamen cū
gratiarū actione sumantur. Immūda enim erunt ei qui
nō laudat in his creatorem. Nec enim possunt bene illi
proficere qui sic illa sumit vt male tractet autorem eo-
rum. ¶ Hæc igitur proponēs fratribus bonus eris mini-
ster Christi IESV, enutritus verbis fidei, & bonæ do-
ctrinæ quam assecutus es.) Quid tam verū, quid tā cla
rum & prouidum, nisi vt disciplina Christiana incorru
pta tradatur, vt fructus eius in area dominica fertilis ac
firmus collaudetur? Hoc est, vt in die iudicii non repro-
bus & igni comburendus censeatur. Hoc boni doctoris
est atq; idonei ministri domini IESV Christi: quippe
cum enutritum hunc dicat verbis fidei & bonæ doctri-
næ quā ab infantia hunc assecutū asserit. Qui enim in-
tegris omnibus Hebræorū libris imbutus erat, accepta
fide perfectum fecit doctorem. ¶ Prophanas autē & ani
les fabulas abnue, exercēs temetipsum ad pietatē. Cor-
poralis enim exercitatio ad modicū vtilis est, pietas au
tem ad omnia vtilis est, promissionē habens vitæ præ-
sentis & futuræ.) Prophana verba aduersa intelligun-
tur. Aniles autē fabulę delyramenta sunt quædā. Hæc
quorundam perstrepentiū vocibus solent in contentio-
nem deduci, vt quasi tractat⁹ habeatur rei inanis, cuius
affectus nullus est nisi vanitatis. Ab iis ergo quæ con-
traria sunt, declinandum monet, simili modo & ab illis
quæ anilia sunt vanitate quadā composita. Sunt enim
aliqui qui calore animi mittūt se in disputationes huius
H modi. Pietati autē operā dandam cōmonet, quia gran-
dem habet profectum. Qui enim misericordiæ studēt,
senioribus vicem reddētes parētibus, & in præsenti vi-
ta auxilia dei non deerunt illis, & in futuro immortali-
tatem habebunt cum gloria. Exercitium autem corpo-
rale ad modicum vtile dicit. Ieiunare enim et abstinere
a cibis manente autoritate creatoris non multum pro-
dest, nisi addatur huic pietas, cuius opera multorū pre-
cibus adiuuatur ad dominum promerēdum. Denique
illos qui fratrib⁹ largi sunt, & variis titulis obsequētes,
in vitam æternā proficere euangelicus sermo testatur:
dissentientes autem ab hoc opere, in æternum ignem.
Corporis autem exercitiū nihil aliud quàm carnis fre-
na sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est,
lubricum tamē carnis patiatur, huiusmodi quid fiet? si-
ne dubio vapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc mi-
nime prætermitti. Si autem solū corporis habuit exer-
citium, perennes pœnas patietur, sicut in euāgelio do-
minus repromisit. Omnis enim summa disciplinæ no-
stræ, in misericordia & pietate est. Aliud tamen exerci
tium corporis habēt carnales, & aliud spiritales. Carna
I les enim sagina & dapibus nutriunt corpora sua, vt ce-
leri motu proficiant ad perditionem. Spiritales autem
ieiuniis et abstinentia tēperant corpora sua, vt pigra fa-
cta circa desideria, possint digna esse futura resurrectio-
ne. Hic enī propter spem futurā castigat corpus, ille ve-
ro propter futuri desperationē fouet, curam eius agens
ad tempus, vt moueatur citius ad peccandum. ¶ Fide-
lis sermo, & omni acceptione dignus. Ad hoc enim la-
boramus, & persecutiones patimur, quia speramus in
deum viuū, qui est salutaris omnium hominum, maxi
me fidelium.) Dignum est plane & accepto ferendum
pro spe quæ est in deo, pati persecutiones, quia in præ-
senti vita spes caduca est, in promissione autem dei fir-
ma atq; stabilis. Ipse est enim salus omniū, quia ex ipso
& per ipsum viuunt quātum ad præsentem vitam per-
tinet, omnes: quantum vero ad promissam salutē, fide-
les. Cognoscētibus enim se, post hanc vitam quæ mor-
te finitur, aliam se daturum promisit, quę immortalita
te vigebit. Ideo ergo ait, maxime fideliū. ¶ Præcipe hęc
& doce, nemo enim iuuentutem tuam contemnat, sed
forma esto fideliū, in verbo, in conuersatione, in charita
te, in fide & castitate.) Timotheus quātum ad ætatem
pertinet, iuuenis erat: quantum ad mores & conuersa-
tionem, senior & grauis. Quem ideo sic monet, vt pro- K
fectus eius per omnia exemplum esset bonorum ope-
rum, vt in adolescente mirabilis videretur & grauis di-
sciplina, vt actus eius excusarent ætatem: & nō quasi iu
uenis, sed quasi senior haberetur, & erubescerent maio-
res natu nisi se exhibuissent iuxta formam huius, con-
uersatione & morib⁹ graues: iuuenes autem coæuum
suum haberent magistrū. Mirabilis adolescens sanctis
simus Timotheus, cuius exemplo indisciplinata coer-
cenda iuuentus est, & seniorum irreuerentia punienda.
¶ Dum venio, attēde lectionem, exhortationem, ac do-
ctrinam. Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ da-
ta est tibi per prophetiā cum impositione manuū pres-
byterii.) Intentum hunc vult esse & deditum exercitio
lectionis, vt omni cura diligentiaq; hoc enitatur, vt ex-
hortetur & doceat. Exhortatio est, cum miti verbo ali-
quos prouocamus ad bonum opus. Docere vero, quā-
do ea quę latent, intimamus mentibus audientium. Si
enim rector populi ab his dissimulat, negligit gratiam
datam sibi. Ad hoc enim creatur dux populo, vt huius
salutis solicitudinem gerat, admonēdo, docendo, vt fru
ctum habeat ordinatio: quem ad hoc vtique deus con-
stituit, vt proficiat saluti plebis suæ. Qui ergo in hac
autoritate positus indiligens fuerit, dei contemptor ha
bebitur, minimus in regno cælorum vocatus. Neque
enim poterit facere, qui nec docere dignatur. Gratiam
tamen dari ordinatoris significat per prophetiam, &
manuum impositionem. Prophetia est qua eligitur L
quasi doctor futurus idoneus: manus vero impositio-
nes verba sunt mystica quibus cōfirmatur ad opus ele-
ctus, accipiens autoritatem teste conscientia sua, vt au-
deat vice domini sacrificium deo offerre. ¶ Hæc medi-
tare, in his esto, vt profectus tuus manifestus sit o-
mnibus. Attende tibi, & doctrinę: insta illis. Hoc enim
faciendo, teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.)
Vt forma sit omnibus non solum in bonis operibus,
verumetiam in doctrinæ exercitio, admonet. Appare-
re enim debere significat exercitu profectum, in doctri-
na duntaxat, & in gestis. Bona enim arbor bonos facit Matt. 7.
fructus. Similiter & bona doctrina mala opera habe-
re nō potest. vt cum visa fuerint bona opera, diuini ma
gisterii fructus esse intelligantur, & auditores possint
proficere. Tum vera enim & metuēda esse intelligunt
quæ dicuntur, quando ab eoipso qui docet, magna ve-
neratione obseruari vidētur. Quod rectori plebis duo-
bus proficit modis. Et suorum enim bonorum operum
& audientium mercedem accipiet: quomodo si negli-
gens fuerit, tam pro se quàm pro eis redditurus est ra-
tionem.

CAPVT QVINTVM.

SENIOREM ne increpaueris, sed ex- M
hortare vt patrem, iuniores vt fratres, anus
vt matres, adolescētulas vt sorores, in omni
castitate.) Propter honorificentiam ætatis
maiorem natu cum māsuetudine ad bonum opus pro-
uocandum, vt facilius suscipiat admonitionem. Potest
enim vereri commonitus ne postea corripiatur, quod
turpe est seniori. Nam apud omnes vtiq; gentes hono
rabilis est senectus. Vnde & synagoga, & postea eccle-
sia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur
in ecclesia. Quod qua negligētia obsoleuerit nescio, nisi
forte doctorū desidia, aut magis superbia, dum soli vo-
lunt aliquid videri. Iuniores quasi fratres censet admo-
nendos cum dilectionis affectu, vt vidētes amoris cau-
sa se commoneri, facilius se corrigant, quippe cum vi-
deant non discrepare opera eius a prædicatione. Anus
vero quasi matres, vt dum miti sermone doceri se vi-
dent, non aspere accipiant, quia honorifice proficiunt.
Asperum est enim senibus cum corripiuntur a iunio-

A ribus. Quod temperamento quodā leniri vult, vt pro-
fectus sit & dicenti & audienti. Adolescētulas vt soro-
res admonet edocendas, vt prōpte possint bonæ cōuer-
sationis suscipere disciplinā. Quando enim nō cum im
perio insinuari sibi videt quę ad bonam pertinent vitā,
& consentit, humilem se prębens admonenti. Blandi-
tiis enim solēt obtineri quæ autoritate nō possunt. Nā
animalia quādo mēbra sua zelātur, blanditiis tamē ce-
dunt. ¶ Viduas honora quæ vere viduæ sunt.) Has vi
duas dicit honorādas quę data opera viduæ sunt: quæ
cum possent nubere: vt meliores essent, & dignæ deo,
secundas nuptias respuerunt, sciētes semel benedici cō-
iugiū: æmulæ sanctissimæ Annæ, quæ ieiuniis & ob-
secrationib⁹ deo seruiebat noctu dieq;, vnius viri exper-
ta concubitum. ¶ Siqua autem vidua filios vel nepo-
tes habet, discat primum domum suam pie tractare, &
mutuam vicem gratiarū reddere parentibus. hoc enim
acceptū est coram deo.) Viduam prius in hac vita & cō
uersatione dicit probandā, vt tunc demum digna sit vi-
dua ecclesiæ nuncupari, quæ non quæstus causa magis
q̄ defensionis ecclesiasticæ succūbat disciplinæ. Præire
enim debent merita, vt accedenti debitus honor tribui
videatur. Quæ enim affectos suos pie tractauit, & do-
mum bene gubernauit, dei legē seruabit, digna effecta
remuneratione ecclesiæ. ¶ Nā quę vere vidua est & de-
solata, sperat in deo, & instat orationibus noctu dieq;.)
B Viduam filios aut nepotes habentē nō facile admittē-
dam ad stipendia ecclesiæ: quia si pie & solicite domum
suā gubernauit, necesse est reddi illi vicem a suis, sicut
& illa reddidit propinquis. Si autem, vt assolet, im-
pietas fuerit operata vt anus despiciaf a suis, quos pie
tractauit: dignum esse hāc suscipi ab ecclesia, quia in do
mini lege fideliter conuersata est. Vidua igitur desola-
ta, aut a suis contēpta, sperat in deo. Vidēs enim ex nul
la parte se habere suffragiū, toto animo deuota est deo,
de quo solo auxilium vitæ salutisq; expectat. ¶ Nā quę
in deliciis est, viuēs mortua est.) Viduā, propter quod
vidua dicitur, talē esse debere significat, vt ad dnm pro-
merendū orationibus vacet, deo seruiens noctu dieq;, vt
ostendat se idcirco nuptias secundas cōtēpsisse, vt insta-
ret disciplinæ dnicæ. Si enim sub nomine viduæ deli-
ciis vacet aut luxuriæ, viuens mortua habēda est, quia
imposturæ genus est aliud agere, & aliud profiteri: nō
obsequia & deuotionem dei, sed honorē viduæ volētes
habere: cum nominis ipsius professio hoc indicet, quia
spreto viro deū elegit, cui seruiat tota mēte propter vi-
tam promissam. ¶ Et hæc præcipe, vt irreprehensibiles
sint.) Tantā diligentiā actuum ac morū viduā vult ha-
C bere, vt reprehendi nō possit. Amota enim a spe mun-
danæ cōuersationis, & corporis curandi officio, propter
hoc se ad deum cōtulit, vt probabilē agat vitam. Subla
tis enim occasionibus quæ aditus solent aperire pecca-
tis, potest bona conuersatio incolumis permanere. ¶ Si
quis autem suorum & maxime domesticorū curā non
habet, fidē negauit, & est infideli deterior.) Hanc viduā
quæ negligens fuit circa suos affectos vt educaret eos
in disciplinam & correptionem dni, inhonorandā: quia
sicut perfidi, legi dei nō obediuit: vt peior habeatur ne-
cesse est qui sub lege & timore dei agens cōtēptor est, q̄
qui nō subiectus est legi. Hic enim nescit, ille autē sciens
cōtēnit. ¶ Vidua eligatur annorum nō minus sexagin-
ta, quæ fuerit vnius viri vxor, in operib⁹ bonis testimo-
nium habens, si filios enutriuit, si hospitio recepit, si san
ctorum pedes lauit, si pressuram patiētib⁹ ministrauit,
si omne opus bonū subsecuta est.) Si prærogatiua prę-
teritorum operū vidua cōmēdatur, eligendā hāc docet.
Dni enim iudicio adscribitur nomen eius ecclesiasticis
monimētis, quā dignā vetus vita declarat. Imbuta enī
diuinis obsequiis, & in his vitā atterens suscipienda est
in sinus ecclesię cui olim seuouit legitimis seruitiis. ¶ Iu
niores autē viduas deuita. Cū enī in deliciis egerint, in
Christo nubere volūt.) Prohibet adolescētulas viduas D
in hac suscipi pfessione. Lubricę enī ętati fides facile ha
beri nō debet, quippe cū quarundā exēpla præcedāt quę
post pfessionē vitę deliciarū oblectatione nomē nō ope
ra viduitatis habēt, & cōuersæ nuptiis solicitātur. Qui
enim putat se ī Christo vitā deliciis agere, minime in-
nocēs perseuerat. Luxuria enim trahit illū ad sua mē-
bra, vt subiiciatur peccato. deliciæ enim ianuæ sunt pec
cati. Non enim quo tendat ignoratur qui fluidā amat
vitā. ¶ Habentes dānationē, quia primā fidem irritā fe-
cerūt.) Quid maneat tales ostēdit, ne facile audeant qđ
implere difficile est: aut si anim⁹ est huic deuotioni de-
ditus, apud se interim teneat, quia dicit temerariū esse
profiteri, qđ adhuc iuuenili ętati credi non debet. Dāna
tioni enim fit obnoxi⁹ qui ab hoc declinat quod recte fe-
cerat. Quātū enim laudabile est si impleat quod vltra
vires eius creditur: tāto magis puniēdus erit si hoc au-
deat sibi imponere præsumptione temeritatis, quod fer
re nō possit: nec ad veniā debet pertinere, qui a primor-
dio infidelis inuentus est. ¶ Simul autē & ociosę discūt
circūire domos. Nō solum autē ociosę, sed & verbosę &
curiosę, loquētes quæ nō oportet.) Quædam virgines
vel viduæ cōmēdāte professione gloriosum est enī hu
ius rei vocabulū) acceptabiles sunt domibus diuitū, quę
id agunt, vt pareāt volūtatibus eorum, ambulantes &
quærentes quæ perferant ad illos quibus delectētur, vt
ociosę muneribus afficiātur. Et malo more plus quæ- E
runt fabulas, q̄ quæ operātur manib⁹, vt elatę procedāt
& cōpositę, cōtra professionē suā agentes. Quæ res so-
let istis etiam in hac vita esse contraria. reuelatur enim
id quod semper occultum putant. Quid est enim, vt ea
loquātur quæ nō oportet? Nuptiarū enim sunt proxi-
mę, multorum secretorū participes, adulatrices, sermo-
rum querulæ. ¶ Volo itaq; iuniores nubere, filios pro-
creare, matresfamilias esse, nullā occasionē dare aduer-
sario maledicti gratia. Iam enim quædā deerrauerunt
post satanā.) Qm̄ quæ supra dixit de huiusmodi cōtra-
ria & illicita, perducēt eas ad mortē: idcirco cōsiliū dat
& præcipit ea fieri quæ licita sunt. Meli⁹ est enī dom⁹
curā suę gerere, q̄ in aliena domo adulari. Et multū ex-
pedit nubere, q̄ sub bona & pia pfessione notabiliter in-
cedere. Plus autē est cū pudore manib⁹ victū quęrere, q̄
inuerecunde cū ocio aliena vtēsilia expectare. Sic enī i-
uenit occasionē satanas quō subuertat animas incōsul-
tas, cū pia pfitētes iniuste versantur. Nihil enī tā peri-
culosum est, q̄ si pfessioni gesta repugnent. Apertū enī
malū nō zelatur satanas, quia gaudet in illo iniustū vero
quē videt fallere, id agit, vt manifestet illū suū filiū esse, F
nō dei: qđ factū nō displicet deo. ¶ Si qs fidelis, vel siq̄ fi-
delis habet viduas, sufficiēter subministret illis, vt non
grauef ecclesia, vt veris viduis sufficiat.) Quid mirū si
apostolica potestas futura potuit præuidere? Nā appa
ret qđ dixit, quia fideliū viduæ nūc multū grauāt eccle-
siā, & eorū qui locupletes vidētur mūdi, qa per senectu-
tis causam desistētes eas ab opere lanificii, retrahūt eis
& vestimētū & victū, nō totū, tā ex parte, vt illę ipsa ino
pia ad ecclesiā cōuertātur vt viuāt. Quos oportebat nō
solū suis indigētib⁹ largiri, verū etiā alias inopes pasce-
re & cōtegere. Qđ multū obest. Cū enī his daf, cæteris
aut min⁹, aut nō daf qb⁹ magis dādū est, q̄ dignæ sunt
ecclesiæ sūptib⁹ ministrari. Sic autē grauaf, cū cogitur
vestire multos, q̄ deberet vestire paucos: & plebs quæ
libēter & frequēter possit ministrare paucis, cogitur plu
res dimittere, vt aut murmuret, aut tardius occurrat.
Nā cū pcipiat vni⁹ viri vxorē eligi viduā, nūc inueniūf
inter eas nō tātū duū aut triū maritorū vxores, sed & q̄
turpi⁹ vixerit: qđ aliqn̄ p negligētiā fit, aliqn̄ potētatu i-
sinuāt. ¶ Qui bn̄ psunt psbyteri duplici honore habeāf
digni, maxīe qui laborāt ī verbo & doctrina.) Boni dis-
pēsatores ac fideles nō solū honore sublimi debēt digni
iudicari, sz & terreno, vt nō cōtristenf īdigētia sūptuū,

G sed magis gaudeant fide sua & doctrina. Instantior enī fit si non humilietur inopia: & crescit in illo autoritas cū videt se etiam in præsenti laboris sui fructum percipere, non vt abundet, sed vt nō deſit. ¶ Dicit enim ſcriptura: Non infrenabis bouem triturantem. dignus est operarius mercede sua.) Tanta merces debet esse euangelizantis regnum dei, qua neq; cōtristetur, neq; extollat. ¶ Aduersum presbyterum accusationē ne receperis.) Quoniā huius ordinis sublimis honor est, huiusmodi enim vicarii Christi sunt, idcirco non facile de hac persona accusatio debet admitti. Incredibile enī debet videri istum qui dei antistes est, crimine seruersatum, sicut credibile est scenicū esse turpissimum. ¶ Delinquentes autem coram omnibus argue, vt cæteri metū habeāt.) Quoniam enim non facile credi debet de presbytero crimen, si probetur tamen, aut sit manifestum quia irreuerenter versatus est, publice præcipit arguendum vt cæteri terreantur: qđ nō solum ordinatis proficit, sed & plebi. Quādo enim vident dignitosum virum erroris causa corripi, necesse est vt caueant sibi. ¶ Testor coram deo & Christo IESV & electis angelis, vt hæc custodias, sine præiudicio nihil faciens in partem aliā declinans. Manus cito nemini imposueris, neq; cōmunicaueris peccatis alienis. temetipsum castū custodi.) Cō testationem deponit apud deum patrem & Christum filium eius, & electos angelos, quos dominus in euangelio sanctos appellat. Hi ergo electi sunt, quia sunt alii reprobi qui sunt non dei angeli, sed diaboli, assentientes apostasiæ eius. Sub testatione ergo ea quæ ad ordinationem ecclesiæ mandat custodiri, præcipit nihil fieri sine præiudicio, ne facile aliquis accipiat ecclesiasticā dignitatē nisi pri⁹ devita eius & morib⁹ fuerit disputatū, vt dignus approbatus minister aut sacerdos cōstituatur, vt non postea si reprehensibilis videatur, pœniteat forte principem populi non ad liquidum præiudicasse quid mereretur, quem improbabiliter ordinauit: nec illum cuius peccata ad suspicionem veniunt, ordinādū, ne cōmaculetur ordinator vitiis & delictis eius. Si ergo omnino latētia sūt delicta, immunis erit rector, quia cō scientia eius libera est. Suspicio enim trepidum facit. Peccat enim si non probat & sic ordinat. Melior enim cæteris debet probari qui ordinādus est. Non enim sufficit si sine crimine sit, quia merita eius debēt præire bonorum operum, vt dignus habeatur ad ordinationem. Hæc episcopus custodiēs, castum se exhibebit religioni: cuius rei in futuro præmium cōsequatur. ¶ Iam noli bibere aquam, sed vino modico vtere propter stomachum, & crebras tuas infirmitates.) Nunc ſpeciale consilium dat, vt seipsum salubri regat doctrina. Prudēter enim deus sibi seruiri vult, non vt nimietate sua debiles fiant, & postea medicorum suffragia requirant. Tēperandum est enim, vt si fieri potest, cœptum obsequiū gradatim prouehatur, q̄ per inconsideratiā minuatur. Intemperantia enim ipsam animā inquietam facit, vt cum de infirmitate solicita est, nō tantum dedita sit diuinis seruitiis. Damnum ergo affert improuidentia. Anima enim in tranquillitate posita, totum cor extollit ad deum, integro consilio obsecrās quæ petēda sunt. ¶ Quorundā hominum peccata manifesta sunt præcedentia in iudicium, quosdā vero & subsequuntur. Pari modo & opera bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.) Nullam excusationem vult intelligi fore eorum qui his adhærent quorum peccata propalam sunt, vt cum euitandi sint, magis honoti sint. Hoc enī significat, vt homo dei ab his secernatur, maxime dispensator Christi, qui etiam corripiendi eos habet autoritatem: qui si se emendare promittunt, retinēdi sunt. Alios vero subsequi mala opera illorū ostēdit, quia cū viuentes æstimātur boni, mortui detegunt̄: vt qui pri⁹ ostēdebāt se idoneos, postmodū declarēt impostores. Superiore ratiōe sicut mala, ita & facta bona manifesta sūt. Bona enī vita & actus modesti absq̄ H dī nō possunt, adhibita pietate faciunt perfectos. Sed sicut quædā mala occulta ad presens sūt, ita & bona. Nemo enī oīa i hoib⁹ potest scire, sed ex iis quę videt & audit, probat & iudicat. Perpendit enī an ea quæ dicūtur cōueniāt ei de quo dicuntur, siue bona, siue mala. Quę autem occulta fuerint hominibus, in die iudicii palam fient. Propter hoc ergo dicta sunt, vt sciant huiusmodi grauiore se causā habere præ cæteris. Peior est enī qui se, cū sit malus, bonū ostēdat, q̄ ille qui aperte est mal⁹.

CAPVT SEXTVM.

QVOTQVOT sunt sub iugo serui, dños suos omni honore dignos arbitrētur, ne nomē dei & doctrina blasphemetur. Seruoni obsequiis dños deo gratias vult referre. Cū enī per dei disciplinā fidelia illis exhibuerit seruitia, forte etiā ipsi huic se subiiciāt disciplinæ. ¶ Qui vero fideles habēt dños, nō contēnāt, quia fratres sunt: sed magis seruiāt, quia fideles sunt & dilecti qui beneficiū peciunt.) Si pphanis dñis seruiēdū tota solicitudine imperat, quāto magis fidelibus? Tūc enī probat se timori dei subiectū, si fideli & temporali dño toto animo fuerit obsecut⁹. Nec contēnendū putet, quia frater dicit̄ causa cōmunis fidei, quia magis corripiēdus erit qui fidelem dīm contēnendū putauerit. ¶ Hæc doce & exhortare.) Doctrinā dñicā manifestari vult, vt obtrectatores studeāt quia nō est qđ reprehēdatur in ea, cōsiderantes pariter quæ in sacris eorū sint occulta turpia, & erubescāt per qđ inexcusabiles erūt. ¶ Si quis aliter docet, nō acq̄escit sanis sermonib⁹ dñi nr̄i IESV Christi, & huic q̄ secundū pietatē est doctrinę, superbit autē, & nihil sciēs, sed languēs circa quæstiones & pugnas verborū, ex q̄bus fit inuidia, cōtētiones, blasphemię, suspiciones, malæ cōfrictiones hominū qui corrupti sunt mēte, & veritate caruerūt, existimātes quæstū esse pietatē, & deicul turā: discede ab huiusmodi.) Discrepātes a disciplina catholica spernēdos præcipit, maxime qui cōuicti & corrupti acquiescere nolūt perturbatione mētis prauę, qui cōtētionibus delectātur & pascūtur. Elatus enī vinci se nō patitur, quippe cū ad fauorē quærēdū in cōflictū prorūpat. qđ a māsuetis & bonis viris vitādum est. Cōtentio enī nunq̄ est sine lite: & parū esset si lis sola oriretur, sed blasphemiæ & inimicitiæ: quod a dei seruis alienū est. Ab his autē qui corrupti mente, veritate priuati sunt, vtile iudicatur. Dei enī cultura & pietatē quæstū existimāt, nō de futuro aliquid sperātes, sed quō in præsenti se trāsigant prouidētes, sicut & mūdanæ sectæ quas cōstat, ppter præsentia lucra inuentas, nō nescii quosdam hoc libēter audire, quod i hac vita florēdū sit, *ideoq; desistēdum ab huiusmodi. ¶ Est autem quæstus magnus pietas cū sufficiētia.) Magnas diuitias & acquisitionē in eo dicit, si quis fidelis suo cōtētus sit. Pius enim & in semetipso & cęteris est, q̄ misericordiā dei acquisturus ad futurā vitam, ad præsens sufficere sibi putat qđ habet, non dubitās ex eoipso largiri. Omnis enim auarus impius est, & sibi & cæteris nocens. ¶ Nihil enim intulimus in hunc mundū, verum quia nec auferre possumus quicquam. Habentes autē alimētum, his contenti simus.) Frustra mortales homines copiæ studere, & locupletes fieri velle aperta voce declarat, cum sciāt nihil se proprium habere in mundo. Cui rei proficit humana cupiditas, nisi quia ipsa sibi inimica existit? Nihil enim intulit mundo, nihil auferre poterit. Quid sibi incutit solicitudinē, & quærit cōgregare? Talis hinc exiet, qualis venit. Quod etiā scribit Iob, & in sua passione fatetur dicēs: Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus reuertar in terram, sit nomē domini benedictū. Quod si auari non retinerēt in perniciem suam, pauci conderent quod plurib⁹ possit proficere cum eorū ipsorum emolumēto. ¶ Nā qui volūt diuites fieri, incidunt

A » in tentationē & laqueum, & desideria multa & inutilia » & nociua, quę demergūt homines in exitium & interi- » tum. Radix enim omnium malorū est auaritia: quam » quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt sē » doloribus multis.) Nihil tam aspernum tamq; pernicio- sum est q̄ si Ecclesiasticus, maxime qui in sublimi loco est, diuitiis huius seculi studeat: quia nō solum sibi ipsi, sed & cæteris obest. Cōtrariam enim formam dat boībus. necesse est enī multos imitatores eius existere ad perditionē. Quanto enī honorificentior ordine est, tāto magis suadet imitandum se, maxime in hac re quæ in ista vita prodiuis est. Auaritia enī omnia mala potest admittere. ideo radix omnium malorum est, quia vt desideria sua expleat, quod impossibile est, & maleficia & homicidia & obscenitatem, & quicquid sceleris est perpetrat, nec ad præsens secura, quia semp cupida, » & in futuro dānata. ¶ Tu autem homo dei hæc fuge.) Abscidere se hominē dei ab hac hortatur & præcipit, vt hic securus sit, & in futuro præmiis remuneretur diuinis. Non enim immerito coronādus est qui hanc sperat, quæ multis suadet. ¶ Sequere autem iustitiam, pietatē, fidē, charitatē, patientiā, tranquillitatē animi. Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam » ad quā vocatus es, & confessus es bonam cōfessionē coram multis testibus.) Quoniā auaritia res iniqua est, hominē dei vt ab hac dissentiat, iustitiā sequi iubet atq; B pietatem, & alia quæ memorat. Nō enim poterit hanc euitare, nisi his adhæserit quæ auaritiæ aduersa sunt. Quomodo autem fieri potest vt auarus fidelis sit, qui operibus negat quod verbis fateri videtur? Vnde autē amator fraternitatis, cuius man⁹ sunt aridæ? Quō vero patiēs, qui semper ad aliena se tēdit? Aut quatenus quietem animi possit habere, qui die noctuq; auiditate cupiditatis incenditur? Sed quia ab homine dei Timotheo iniquitas hæc aliena erat, bonū certamen fidei aggredi iubetur. Fidei enī victoria est, cum oīa vitia & crimina subiugantur, vt ad æternæ vitæ præmia veniatur: cuius confessio inter ipsa rudimēta fidei teste interrogante & respōdente monimētis ecclesiasticis cōtinetur. ¶ Præcipio tibi in cōspectu dei, qui viuificat omnia, » & Christi IESV qui testat⁹ est sub Pontio Pilato bonam confessionē, vt serues mādatum immaculatū, ir- » reprehensibile vsq; in aduentū dñi nostri IESV Chri- » sti, quē suis temporibus ostēdet beatus ille & solus potens rex regnantiū, & dās dominātiū, qui solus habet » immortalitatem, & lumen habitās inaccessibile, quem » vidit nemo hominū, nec videre potest: cui honor & po- » testas æterna, amen.) Magna vigilantia atq; prouidē- C tia præcepta dat rectori ecclesię. In huius enim persona totius populi salus consistit. Non solicitus de cura Timothei, tā circūspectus est, sed propter successores eius, vt exemplo Timothei ecclesiæ ordinationē custodirēt: ipsi quoq; futuris formam tradentes a semetipsis incipe rent. Deniq; vt serues, inquit, mādatū immaculatū vsq; ad aduētū dñi nostri IESV Christi. Quod sic adstringit, vt coram deo & Christo hoc se mādare testetur. Et vt terrorem incutiat, passionē Christi memorat. Cuius passionis reus necesse est fiat qui hoc spernit propter qđ passus est Christus. Nec diem iudicii tacuit, quod prędestinato tēpore futurū est dei nutu, quē solum beatum & potentē & regem regū & dīm pronunciat. Solus est enim ipse qui propriā & a nullo habet acceptā beatitudinem atq; potētiā, dominatū & regnū, necnō immortalitatē. Hæc omnia habet pater, similiter & filius a patre. Lumen autē inaccessibile solius patris est, quia nulli vnquā apparuit. Deniq; subiecit: Quem vidit nemo hominū, nec videre potest, non quia aliud lumē filii sit: Psal. 35. quippe cum in psalmo scriptū sit: Et in lumine tuo videbimus lumē. hoc est lumē patris esse i filio. sed qa nemo videt patrem, ac per hoc inaccessibile habitat lumē. Nō est enī ordo alicui videndi patrē, nisi Christo, qui de deo est. hic vidit deum. Filius autē, quia omnia ipse agit, & D apparere dicitur & videri. Illud ergo peculiare patris est quod supra dictū est, cui honor & potestas ęterna, amē. hoc est, verum. ¶ Diuitibus huius seculi præcipe nō superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in deo » viuo, qui præstat nobis oīa abundāter ad fruendū in vo » lutate operū bonorū, diuites esse factis bonis, faciles ad » impertiēdū, cōmunicatores, thesaurizare sibi fūdamē- » tum bonū in futurū, vt apprehēdāt verā vitā.) Vera vita illa est quā speramus futurā, quæ nō occasū, nō tēporibus terminatur. Eterna est enim, merito vera appellatur. Hæc enī præsens imago vitæ est, non veritas. Et quia imago nō omnino inanitas est, in hac vita illa acquiritur: & vt ad illā festinarē, ex imagine, quā præcellat veritas, addicitur, quæ neq; superbia, neq; spe diuitiarum attingitur, sed humilitate & spe dei qui hanc promisit. In ipso enī sperandū est, quia ipse præstat quæ vsib⁹ sunt necessaria, nō in ipsis copiis, sed i autore earū. Quę enim spes videtur in re caduca atq; incerta? quippe cum aliquāti ex his discedāt, qui autē in his manere videtur, nullū lucrē ex his capiunt in futurū, sed damnū, nisi cū indigētib⁹ partiātur. Neq; enī æternę sunt, vt futuręve vitæ pręponātur. Sic superbos faciunt, quasi immortalitatem pollicentur. Resurrectionis exēplum habemus in Christo, & a multis nō sic diligitur Christus sicut diuitiæ, quarū nulli exēplū videtur quod aliquē a morte liberarunt. Christus nos redemit, nō diuitię. Ipse enim futuræ vitæ instar ostendit, vt his omnib⁹ spretis ipsū sequamur, vt ad immortales & cælestes diuitias veniamus. Quare hoc niti debemus, vt bonis factis diuites simus, & his terrenis copiis spirituales diuitias acquiram⁹. E Seminemus in terra, vt metamus in cælis, vbi thesaurus collocatur æternus. ¶ O Timothee cōmēdatum ci « stodi, deuitans pphanas vocū nouitates, & oppositio- « nes fallaces nominis scientiæ, quam quidā promitten- « tes circa fidem exciderūt. Gratia tecum.) Eadem admonet, vt ea quę supra dicta sunt seruētur, cōtraria aūt religioni euitanda, quæ nomen tantum scientiæ vsurpant, fallaces in professione, vt decipiant simplices. Fidem enī simulāt, a qua exciderunt, vt perfidiā inferant. Et manu propria subscripsit dicēs: Gratia tecū. Amen.

DIVI AMBRO

SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI AD TIMOTHEVM II.

PRAEFATIO.

ALIAM epistolam scribit ad Timotheum, E vt iam eruditum ecclesiastica disciplina, & quæ spes sit promissionis, suo exēplo ad martyrium prouocet, et quia futurū est vt quidam a sana doctrina, eo quod dura illis videatur, ad fabulas cōuertantur, id est, ad humana commenta.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS APOSTO- « lus Christi IESV per volū- « tatē dei secundū promissionē « vitæ, quæ est in Christo IE- « SV, Timotheo dilecto fi- « lio.) Hui⁹ rei gratia apostolū « se Christi Iesu dei voluntate appellatū significat, vt quę & q̄ta promissio i futuro i fide xpi sit edoceret, vt ꝑdicatiōe eius

G crementum faciat in saluãdis disciplina dominica. Idonei enim serui sunt qui instantia sua & fide negocia dominorum suorum exaggerant. Quod ideo huic quasi charissimo filio scribit, vt huius rei imitator existat, eadem cæteris tradens, vt per traducem successionem indeficiens sit idoneus doctor, per quẽ asserta veritas multos acquirat ad vitam promissam. ¶Gratia, misericordia, pax a deo patre & Christo IESV domĩo nostro.) Gratiam huic patris in miseratione exoptat, vt assit ei & Christi IESV domini nostri, quia deus gratiã suã per Christum largitur, vt vna gratia sit vtriusq;. ¶Gratiam habeo deo meo cui seruio a proauis in cõscientia pura, quod indeficiẽtẽ habeã tui memoriã in precibus meis, nocte dieq; multum desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum vt gaudio replear, recordationẽ accipiens eius quæ est in te syncerae fidei, quæ habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certum autem habeo quod & in te.) Quoniã dignum est meminisse bonorum, idcirco deo gratias agit, quia memor erat Timothei viri mirabilis, vt etiã hoc ipsũ dei donum sit. Non enim sine merito est qui cogitat de bonis viris. Et quia idem deus Christianorum est qui erat Iudæorum, ei se deo gratias referre testatur, cui a proauis famulatus est. Quãdo enim hoc sperabãt progenitores eius quod hic cœperat prędicare, vna eorum fides est. Et quia in parentũ successit seruitia, & quia in his erat adhuc cum illi deo seruirẽt, recte ait: Cui a proa-

H uis seruio. Quomodo? In cõsciẽtia pura, inquit. Sic enĩ aliquãdo persecut⁹ est ecclesiã, vt dei amore hoc ageret nõ maleuolentia. Nã simili modo & in epistola ad Hebræos scriptũ est quia Leui qui decimas accepit, decimas dedit Melchisedech, quia in Abrahæ, inquit, lũbis erat Leui qñ decimas obtulit Melchisedech. (Heb.7.) Ita & hic a proauis deo se dicit seruisse, quia & Leui ĩ proauo decimas dicitur obtulisse. Est enĩ pater Leui Iacob, auus Isaac, proauus Abraham. Multum ergo se memorem Timothei profitetur, & auide illum desiderare propter lachymarum eius recordationem, quas amore fuderat apostoli, sicut intelligitur, recedentis a se. Non immerito ergo amantem se desiderat, vt gaudio impleatur ex cõmuni lætitia causa fidei syncerae, quam & in auia eius, & ĩ matre fuisse significat, certissime & in eo. Omnis itaq; hic affectus ꝓpter fidem est quæ erat in eis inuiolata. ¶Qua de causa admoneo te vt recrees donum dei quod est in te per impositionem manuum mearũ. Nõ enim dedit nobis deus spiritũ timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.) Propterea se parentum eius synceritatem fidei significat memorasse, vt fortiorem hũc faceret. Quis enim laudẽ illorum audiens quorum in eo ipso particeps est, nõ crescat, addẽs

I animum huiusmodi viribus? Sic ergo recreat in se donum gratiæ dei acceptum per ordinationẽ presbyterii, dum animũ suũ confouet mentis alacritate, gaudẽs in semetipso, sicut in nouitate ordinatiõis gaudetur. Deniq; subiecit: Nec enim, inquit, dedit nobis deus spiritũ timoris, sed virtutis. Innouatus enĩ homo exit de timore, accipiens spiritum lætitiæ propter iustificationem, quia omnis iniust⁹ ĩ timore est, nõ fortis, sed infirmus, non in dilectione, sed in odio, nec in mentis sobrietate, sed errore saucius. Si autem his caruerit, per fidẽ & fortis & dilectus & sobrius erit. ¶Noli itaq; erubescere in testimonium dñi nostri, neq; in me vinctũ eius.) Constãtiã habẽdã docet, nec trepidari debere in professione. Nõ est enim vnde erubescatur in ea: quia si homo visus est Christus, gestis tamẽ apparuit deus: & si crucifixus est, resurrexit tamẽ a mortuis, & multis vidẽtibus suscipiẽte eum nube in cælũ ascẽdit. Nõ est ergo infirmitatis causa, sed potestatis: quia vbi putat̃ imbecillitas, ibi apparet potentia. Itaq; stulte infirmat⁹ dicitur, qui vicisse probatur. Hoc modo nec ĩ apostolo est quod ad ruborẽ pertineat: quia si pressuris & cædibus humiliatus dicitur, ex illa parte confundit obtrectatores suos, K qua in signis ac ꝓdigiis nutu mirabilis peruidetur: vt intelligatur nõ infirmitate humiliari, sed voluntate ad quẽdã meritorũ ꝓfectũ. Idcirco enim deus seruos suos ab iniquis humiliari permittit, ne illis iniuste præmia dare videatur. ¶Sed collabora in euãgelio secundũ virtutẽ dei, qui nos saluos fecit.) Quoniã virtute dei victa est mors, vt nos salui esse possimus: iuxta hoc ergo conuenit vicẽ nos ex aliqua parte reddere redẽptori. Quia enĩ ad oĩa ei beneficia respõdere nõ possumus, vel legatione eius fideliter & instãter agamus. ¶Et vocauit vocatione sancta.) Vocatio sancta est, cũ electi sunt ad gubernandũ populũ sanctũ dei. Ad sanctã autẽ senior vocatur qui dux eligitur sanctitatis. ¶Nõ secundũ merita nostra.) Verũ est, quia si ad liquidũ quæras, nullus hominũ dignus potest videri vicarius esse Christi. Oĩes enĩ quos elegit, pri⁹ fuerãt peccatores. Quãtũ ergo ad cõparationẽ cæterorũ ꝑtinet, hi digni inuenti sunt: quãtum vero ad rem ipsam, oẽs indigni sunt. ¶Sed secũdũ propositũ suum, & gratiã quę data est nobis in Christo IESV ante tẽpora secularia.) Quoniã dignatione sua deus olim decreuit peccatores saluos facere. Presci⁹ enĩ fuit de⁹ quid futurũ esset in hoĩe anteq̃ faceret eũ, & peccaret, quõ redintegraretur prędestinauit, quo tẽpore, & ꝑ quos & qua ratione saluari possint: vt neq; merito suo qui saluantur, neq; horũ per quos vocãtur, sed dei gratia L istud donũ præstari videatur per fidẽ Christi. ¶Nũc vero declarata per illuminationẽ aduẽtus saluatoris dñi nostri IESV Christi.) Donum dei qđ ante tẽpora secularia latebat ĩ mysterio, incarnatione & aduẽtu Christi declaratũ testat̃, qñ cœperũt hoĩes remissa pc̃torũ accipere. ¶Qui destruxit quidẽ mortẽ, illuminauit autẽ vitã æternitate per euãgelium, in quo positus sum ego prædicator & apostolus, & magister gentiũ.) Qua ratione saluũ fecit populũ suũ Christus, ostẽdit dicens, qa mortẽ destruxit, quæ erat hominis inimica, ne ab inferis posset resurgere: tũ demũ vitã illuminauit ęternitate, vt resurgẽs a mortuis iã mori nõ possit. Obscura enĩ vita est quæ tẽpore definitur, dũ soporatur, dũ ignorat, dũ male versatur. Et quõ illuminetur vita ostẽdit, quia per euãgeliũ credẽtib⁹ datur æternitas, magistro gẽtiũ prædicante. ¶Quã ob causam & hæc patior.) Prædicãs dei donũ, diabolũ patit̃ inimicũ, vt pssuras ei exuscitet, quia populũ de faucib⁹ eius eruit. ¶Sed nõ cõfundor.) In hoc securus, quia pro tribulationib⁹ magna ꝓmissa merces est, nõ cõfunditur, sed gloriatur in pressuris. ¶Scio enim cui credidi, & certus sum quia potẽs est depositũ meũ custodire in illa die.) Hoc est qđ dicit, quia spe & fiducia magnificẽtię saluatoris secur⁹ est, quia qđ cõmendat illi, ĩ tuto est. Quid autẽ illi cõmẽdat, nisi salutẽ suã, vt hic ꝓ illo patiẽs, salutẽ inueniat penes illũ cũ M cœpit iudicare, vt puniẽs infideles, istũ dignũ ęterna vita pũciet? ¶Formã habẽs sanorũ verborũ q̃ a me audisti in fide & dilectione q̃ est in Christo IESV, bonũ cõmẽdatũ custodire ꝑ spm̃ sc̃m̃ q habitat ĩ nobis.) ¶Pręcepta sua cũ gestis formã appellat salutar(doctrinę: quã istũ sequi mãdat, vt custodiat ea spiritu sancto fauente. ¶Scis hoc quod auersati sunt omnes a me qui in Asia sunt, ex quibus est Phygel⁹ & Hermogenes.) Hi quos memorat, fallacia pleni erãt. Simulabant enim amicitias Apostolo, vt adhærẽtes ei addiscerent vnde illi calumniã facerẽt, aut per alios immitterẽt. Qui posteaq̃ viderunt manifestatos se, recesserũt ab eo. ¶Det misericordiã dñs Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & super catenam meã non erubuit.) Duplici genere refrigerium hoc intelligẽdum est, quia & in necessitate custodiæ solatio suo refrigerauit eum, & siqua illi opus erant, siue indigentibus, ministrauit. Spe enim eorum quæ promissa sunt, nõ puduit illum accedere & requirere hoĩem positũ in custodia. Illi enĩ quos supra memorat, qa erubescebãt de cruce Christi, in necessita-

A te deseruerunt Apostolum. ¶Sed cum esset Romæ, solicite me quæsiuit, & inuenit. det illi domin⁹ misericordiam inuenire apud dominũ in illa die.) Romam veniens Apostolus, cum appellasset Cæsarem, a militib⁹ custodiebatur. Tũc enim eum Onesiphorus charitatis causa & magisterii, magna diligentia requisitũ inuenit. Cuius visitatio tam acceptabilis fuit Apostolo, vt eum sic dño commẽdet, vt inueniat misericordiam apud dominũ in die iudicii: vt sicut Apostolum requirens inuenit, ita & misericordiã quærẽs inueniat apud iudicẽ. Hoc enim orat, vt prestet ei dominus pater cæli & terræ inuenire gratiam apud dominũ humani generis, filium scilicet. Tale est hoc, quale & illud in Genesi Et pluit, inquit, dominus sulphur & ignem super (xix. cap.) Sodomam & Gomorram a deo de cælo. ¶Quãta autem Ephesi ministrauerit, melius tu nosti.) Quoniam solent quidam personis magis q̃ causis seruire, volẽtes gratificari maioribus, ideo Apostolus Onesiphori bonum generale ostẽdit, ne videretur forte personæ se cõmendasse dum Apostolo ministrauit, cum constaret illum manignanimum omnibus fuisse.

CAPVT SECVNDVM.

TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo IESV: & quæ audisti a me per multos testes, hæc cõmenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.) B Cõstantem hunc & robustũ esse præcipit in docendo gratiam dei, quæ data est in Christo IESV, & nõ solum in gratia, sed etiam in mysteriis quæ sunt de Christo, arcana fidelib⁹ ac dignis tradi vult, qui alios possint docere, non passim vulgaribus ac negligentib⁹. Magna enĩ cura eligẽdus est doctor. ¶Labora vt bon⁹ miles Christi IESV. Nemo enim militãs deo, obligat se negociis secularib⁹, vt placeat ei cui se probauit.) Manifestũ (Mat. 6.) est quod dicit, quia nemo potest duobus dñis seruire. Negocia enim secularia auaritiæ seruiãt necesse est: & nisi mentiti fuerint, transigi se nõ possunt. Est ergo, sed leue peccatum. Ecclesiastic⁹ autẽ idcirco deo se probat, vt huic deuotus officiũ impleat quod spopondit, in dei rebus solicitus, a seculari negocio alienus. Nõ enim cõuenit vnũ duplicẽ ꝓfessionẽ habere. ¶Et nisi certet quis, nõ coronatur, nisi legitime certauerit.) Dei militem tã exercitatum vult esse in dei operibus, vel officio deputato, vt possit ad gloriæ meritum peruenire: tota mẽte vi- C gilantem diuinis obsequiis, præsentia spernentem, cælestia diligentem. Ad hoc enim se probauit, vt hic laborans remuneretur in cælis. ¶Laborantẽ agricolã oportet primum de fructibus percipere. Intellige quæ dico. dabit enim tibi dñs in omnibus intellectum.) Tantæ abstinentiæ sanctus fuit Timotheus, vt etiã a licitis se tẽperaret. Hoc enim vult intelligi, quia a participatione gazophylacii se abstinebat, cum hoc dñs decreuerit, vt qui Euangeliũ annunciãt, de euangelio viuant. Ideo Apostolus prius hunc sumere præcipit qui primus est, & sic cæteris distribuere. ¶Memor esto Christum IESVM resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum Euãgelium meum, in quo laboro vsque ad vincula quasi latro, sed verbum dei nõ est alligatum.) Quoniam multi futuri erãt filii diaboli, qui filiũ dei incarnatum negarent: idcirco hoc memorat, quoniã fallaciter sub noĩe apostolorũ hoc asseuerare nitunt̃. Subiecit, secundũ Euãgelium meum, vt excluderet malæ mentis falsa colloquia. Nec enim plus hæreticis credẽdum est de apostolis, q̃ his ipsis de prædicatione sua testantib⁹: quam prædicationem cũ labore se agere queritur. Pressuris enim tribulabatur & carceribus, eo quod tam Iudæos q̃ gentiles offenderet, sicut illis videbatur incredibilia prædicando. Iratos enim habebat Iudæos ꝓpter legem, quã cessare docebat. Gentiles autẽ inimicos faciebat, quia vnum deũ prædicabat in Christo. Vnde D quasi latronem hunc tractabãt, alligantes, claudentes, si posset tacere, nescientes quia verbum dei alligare non poterant. Deniq; sæpe clausus nõ dispendium fecit, sed lucrum. Neq; enim desiit cũ prædicaret in carcere: vt quos libere inuitare ad fidem nõ posset, in vinculis positus pasceret dei verbo. ¶Ideo omnia suffero ꝓpter electos, vt & ipsi salutem cõsequantur, quæ est in Christo IESV, cum gloria cælesti.) Vt prædicatione sua saluaret homines prædestinatos ad vitã, exitiis erat subiectus, sciens profectum se habiturũ quæsitæ salutis illorum. ¶Si enim cõmortui sumus, & cõuiuem⁹: si sustinemus, & conregnabimus.) Sic posse ad immortalitatem & gloriam Christi peruenire significat, si in forma baptismatis manserimus, vbi omnia delicta moriũtur, vt innouati omnia vitia vetera & crimina fugiamus, vt autoris secuti vestigia, peccatis mortui videamur. Si vero additum fuerit ad causam, vt & tribulationes ac pressuras non ægre pro nomine dñi patiamur, sustinentes hæc simul cum illo regnabimus. Dignũ est enĩ vt qui pro illo opprobria patitur & exitia, in regno eius gloriosus appareat. ¶Si negamus, & ille negabit nos.) Verum est, quia si minime confessi illum fuerimus coram hominibus, tunc dicet & ipse nobis in illa necessitate futuri iudicii: Nescio vos. Hęc est punitionis signi- E ficatio. ¶Si non credimus, ille fidelis permanet: negare semetipsum non potest.) Nemo potest dño auferre qđ habet. Quis enim illo fortior est, per quem omnia extiterunt? Nec addi potest perfecto, quia non illi aliquid præstat qui credit ĩ illum: quomodo nihil aufert ei qui non credit in illum. Quicquid ergo agitur, ad profectũ nostrũ pertinet, ne in ignorãtia maneamus. Nec enim a nobis firmat̃, cũ ipse ex se & apud se firmus fit. ¶Hęc admone cõtestans coram dño. noli verbis pugnare. Ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionẽ audiẽtiũ.) Cõtẽtiones vitãdas monet, præcepta autẽ dãda sub dei timore & terrore, quia cõtẽtio potest adhuc minus stabilitis generare scrupulũ. Solẽt enim ĩ cõtẽtione talia opponi elimato maleuolẽtiæ ferro, vt moueãt animos incipiẽtiũ fratrũ. ¶Solicite cura temetipsum, vt probabilem exhibeas deo operariũ, non impudoratũ, recte tractantẽ verbũ veritatis.) Quoniã sunt aliqui qui dicãt cõtẽtionẽ audiẽtibus prodesse, Apostolus autẽ sciẽs magis obesse, hoc mãdat, vt vnusquisq; hoc curet, vt spreta altercatione semetipsum probabilem faciat: impudoratos appellãs eos, qui cõtentionibus nituntur. Necesse est enim vt contentio extorqueat aliquid imo multa quæ dicãtur cõtra cõsciẽtiã, vt intus in animo perdat, foris victor abscedat. Nemo enĩ patit̃ se vinci, licet sciat vera quæ audit. Recte autẽ tractat, & bona cõsciẽtia, q volẽtib⁹ loquitur & pacificis. Collatio ergo inter dei ser- F uos esse debet, nõ altercatio. ¶Prophanas autẽ vocũ nouitates deuita, plurimũ enĩ ꝓficient ad inanitatẽ, sermo enĩ eorũ sicut cancer serpit.) Hoc idẽ adhuc ꝓsequit̃, vt cõtẽtiones vitẽtur. Nec enĩ cõgruit vnius fidei viros habere cõtẽtionẽ, sed in tractatu patiãtur se inuicẽ, & consentiãt bonis dictis. Si quid autẽ improbabile videtur, cũ pace dissimuletur. Aduersarii enĩ & diffidẽtes solent se inuicẽ ꝓuocare, ex quib⁹ vnus catholicus est, & alter ꝓphan⁹. Hic ergo catholicus, cui Ap̃ls mãdat vt spernat & declinet a fabulis inanibus, quiet⁹ debet esse, vt semper de cõsciẽtia verba emittat, nec patiat̃ se corã impia verba depromi. Dant enĩ quibusdã occasionẽ vt in peius ꝓficiãt. Nõ enĩ desunt qui audiẽtes ꝓphana, cõcipiant cogitatũ malũ: ideoq; obest cõtentio. ¶Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui deerauerũt a veritate, dicẽtes resurrectionẽ iã factã esse, & fidẽ quorundã subuerterũt.) Nũc ipsorũ quorũ causa vitandas contẽtiones monet, prodidit nomina, quos & prophanos & impios designauit, errãtes a veritate. Hoc enĩ negabãt qđ palam est Christianorũ, vt credãt se ĩ futurũ a mortuis

G » resurgere. Hi autem, sicut ex alia scriptura docemur, in
filiis fieri resurrectionem dicebāt. quibus nō decrat qui
assensum præstaret peruersum cōtra fidem quā in pri-
» mordio fuerat consecutus. ¶ Firmum tamen fundamē
» tum dei stat, habens hoc signaculum. Cognouit enim
» dominꝰ quæ sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis
» qui nominat nomen domini.) Fundamētum dei fides
est, quæ continet quæ promisit deus, quæ fides non po-
terit infringi perfidorum & hæreticorum commentis.
Quanuis enim hi negent futura quæ credimus, deus
tamen dabit quæ credimus daturū illum, teste promis-
sione eius. Signaculum itaq; promissionis dei, fides no
stra est, quæ firmat dei verba. In die iudicii cognoscet
deus qui habent signum eius, dissentientes a perfidorū
& hæreticorum iniquitate, quæ dei promissionē infir-
mare se putat. Nihil enim tam iniquum q̄ dei fidei con
traire. Sic & Dathan & Abiron & Chore dictum est
a Moyse, cum contra dei præceptum offerre sacrificia
præsumerēt. Cognouit itaq; dominus quæ sunt eius.
Quo dicto ostendit quæ pernicies maneret eos qui dei
» verba inuerterent. ¶ In magna autem domo non solū
» sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia, &
» quædam in honorē, quædam autem in cōtumeliam.)
Hoc dicto significauit ecclesia diuersos esse homines.
H Quosdam bonos & summos viros, quos in auro intel
ligi vult. Quosdā bonos tantum, quos in argento desi-
gnat. Alios vero non bonos, ꝗs vasa lignea & fictilia
apellat. quod nulli ambiguū puto. Nā in Corinthiorū
hoc ecclesia probat frequēs sermo obiurgantis apostoli.
Nunc autem in ecclesia nostra palam est, & in templo
Hierosolymis, in quo typus erat ecclesiæ, manifestis le
ctionib⁹ approbatur. Erāt enim ibi Sadducæi, ex quo-
rum radice erant Hymenæus & Phyletus. De quorū
prava sententia cum apostolus esset locutus, statim hoc
subiecit, vt nō esset mirabile in ecclesia videri homines
dissentientes. Nam & in Corinth. ecclesia de qua dixi,
quidam erant qui dissentientes resurrectionē negabāt.
Insanus tamen Nouatianus, vt errori suo blandiatur,
aliter hoc intelligēdum tradit, vt domus magna totus
mundus significari credatur, quia habet hominum di-
uersitatem: cum cōstet apostolum exemplo vsum do-
mus diuitis & opulentis, quæ quāuis copiosa sit, habet
tamen vasa lignea & fictilia. Hoc modo & ecclesia quā-
quā sancta dicatur, habet tamē & vitiosos, & prava sen
tientes, sicut superius memorauimus. Quos cōtumelia di-
gnos ostendit: nō tū perituros, sed purgādos per ignē,
quia domui ex aliqua parte necessaria sunt. Nouatia-
I nus autem elatus superbia, vt ecclesiæ suæ veritatem
& sanctitatem generalem defenderet, hoc modo intel
ligēdum decreuit, quasi ecclesia penes ipsum sit, & cū-
ctos habeat purificatos propter illas causas quibus nos
Ioan.1.5. innocentes accusat. Sed quid opus erat hoc loco de mū
do aliquid dicere, aut vt quid affirmaret mundum do-
mum magnam significans? Nam dicit dominus apo-
stolis: Nō estis de mūdo, ego aūt elegi vos. Quomodo
igitur intra mundum cōcludendi sunt, qui negantur de
1.Cor.5. mundo esse? Et idem apostolus: Quo, inquit, mihi de
iis qui foris sunt, iudicare? Nā in vna domo omnes sub
vno sunt nomine. Vno enim domini sui nomīe cēsen-
tur omnes. Mundus autem diuersæ professionis cōti-
net homines, ita vt dispares profiteātur se habere deos
& dominos. Non ergo domum magnā mundum di-
xit, sed ecclesiam, in qua omnes sub vnius domini sunt
» nomīe. ¶ Si quis ergo purgauerit semetipsum ab istis,
» erit vas in honorem sanctificatum, vtile domino ad o-
» mne opus bonū præparatū.) Nunc alia hæresis fraude
sua conuincitur, quæ asserit animas quasdā natura esse
malas, quæ ad bonum cogi non possint: cum hic dicat
posse malos immutari in bonum, & sordidos purifica-
ri. Poterant enim Hymenæus & Phyletus mundare
sensum suum si voluissent, vt fierent vas sanctificatum
præparatum in honorē. ¶ Iuuenilia autem desideria fu- « k
ge.) Iuuenilia desideria aduersa sunt. Sunt enim volu- «
ptates mundanæ, quæ omnibus illecebris mancipate «
sunt, ac p hoc a dei seruo fugiēdæ sūt. ¶ Sectare vero in- «
stitiam, fidem, charitatem, pacē cum iis qui inuocāt do «
minum de puro corde.) Hæc sectanda iubet, quæ iuue- «
nili ætati deuia videntur & aspera. Qui enim iustitiā «
elegit, ei nihil facit contrarium: & qui fidem diligit, ser- «
uat mandata. Qui autem charitatem sequitur, omni- «
bus humilis est. Pacis vero custos nullū lacessit ad iur- «
gium. ¶ Stultas autem & ineruditas quæstiones deui- «
ta, sciēs quia generāt lites.) Insensatæ quæstiones par- «
tim infidelium, partim hæreticorum sunt, aliorum ex
parte infidelium, quæ modestos homines cogūt ad li-
tem. Immutantur enim nimia cōtradictione impieta-
tis eorum, & irati dicunt aliquid contra præpositū suū.
Nam solent quidā hęreticorū patientiam fingere, quā-
uis a catholico non possint audire aliquid asperum, vt
commendent prava sua colloquia. ideo dissimulādum
ab his est. ¶ Seruum autē domini non oportet litigare, «
sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientē, mode- «
stum, corrigentem eos qui diuersa sentiunt, nequando «
det illis deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis, & «
resipiscant a diaboli laqueis capti ab eo ad ipsius volun- «
tatem.) Hæc nulla indigent interpretatione. sunt enim «
manifesta. quātum tamen profit modestia, declarauit.
Si enim hoc in quibusdam hæreticis placitum est, quia
humiles videntur: quanto magis laudabile & fructuo-
sum erit in catholico si fuerit mitis, in quo & sensus vti- L
lis, & grauitas imitanda perspicitur?

CAPVT TERTIVM.

HOC autem scito, quia in nouissimis diebus «
instabūt tēpora periculosa, & erūt homines sui «
tantum amatores, auari, insolētes, superbi, «
blasphemi, parētibus nō obsequētes, ingra- «
ti, impii, sine fide, sine dilectione, criminatores, inconti- «
nentes, immites, bonorum inimici, proditores, proter- «
ui, tumidi, amatores voluptatum magis q̄ dei, habētes «
formam pietatis, virtutem eius abnegantes: & hos de- «
uita.) Prophetia est hæc sancti apostoli, in qua præui- «
dit quanta mala futura essent hæreticorum & Iudæo-
rum. In his enim omnia ista quæ inimica fidei sunt de-
notantur. Ipse enim Apostolus dixit: Quo enim mihi
de iis quæ foris sunt, iudicare? Qui enim male de deo
sentiunt, & non timent quod ad iniuriam eius pertinet
profiteri, quomodo in conuersatione humana possunt
esse beneuoli? Ideo enim dixit: Habentes formā pieta-
tis, virtutē autem eius abnegātes: quia profitētur qui-
dem semetipsos Christianos, cū sint & nequissimi ope-
ris, & sensu peruersi. Non enim in professione magis q̄ M
in gestis laus dei & virtus est. ¶ Ex his sunt enim qui ir «
repunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas one- «
ratas peccatis, quæ ducūtur variis desideriis, semper di- «
scentes, & nunquā ad scientiam veritatis peruenientes.) «
Quāuis omnib⁹ hæreticis hoc conueniat, vt subintrā-
tes domos mulieres subdolis & versutis verbis capiāt,
vt per eas viros decipiant more patris sui diaboli, qui
per Euam Adam circumuenit: Manichæis tamen præ
cæteris congruit. Nulli enim tam importuni, tam fal-
laces, tam captiosi sunt q̄ ipsi, quos constat aliud colere,
& aliud pfiteri, aliud int⁹gerere, & foris aliud vēdicare.
Nam sanctimoniam defendunt, & legē sua fauēte tur-
piter viuunt. Misericordiam laudant, cum inter se in-
iusti deprehendātur. Mundū spernendum asserunt, &
semper accurati procedunt. In ieiuniis insistere se iactā-
ter prædicāt, cum omnes saginati videantur, tātum qđ
arte quadā pallidi cernuntur, vt fallāt. Hæc ergo Apo-
stolus maxime de his prophetauit, quos cōstat apostо-
lorum tēpore nō fuisse, sicut nec Arrianos, quippe cum

A Diocletianus imperator constitutione sua designet di- «
cens, Sordidam hanc & impurā hæresim quæ nuper, «
inquit, egressa est de Persida. Hi inueniūt mulieres prę «
vanitate nouum aliquid desiderantes audire, & per ea «
quæ placida sunt, suadent illis fœda & illicita. Cupidæ «
enim sunt discēdi, cum iudicium nō habeant probādi. «
hoc est semper discere, & veritatis scientiam non habe- «
» re. ¶ Quemadmodū autē Iannes & Mambres restite-
Exo.7. » runt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corru-
» pti mēte, reprobi circa fidem, sed nō proficiēt amplius.
» Ignorantia enim eorum euidēs erit omnibus, sicut & il
» lorum fuit.) Exemplum hoc de apocryphis est. Iannes
enim & Mambres fratres erant magi vel venefici Ægy-
ptiorū, qui arte magiæ suæ virtuti dei quæ per Moy-
sen agebatur, æmulatione cōmentitia resistere se puta-
bant. Sed cum Moysi virtus in operibus cresceret, hu-
miles facti confessi sunt cum dolore vulnerum, deum in
Moyse operatum. Vnde similiter & hos nō amplius
proficere in impietate assertionis suæ dicit, quia impe-
ritia eorum palam fiet & seductio: & licet inuiti, confi-
» tebuntur tamen suā imperitiā in vltimo. ¶ Tu autē as-
» secutus es doctrinā meam, institutionem, propositum,
» fidem, longanimitatē, dilectionē, patientiā, persecutio-
» nem, passiones.) Eorum vult esse æmulū quæ enume-
rat. Hęc enim in vltimo non ad pœnitentiā, sed ad læ-
» titiam proficient. ¶ Qualia mihi facta sunt Antiochię,
» Iconio, Lystris, quales persecutiones sustinui: & ex oī
» bus liberauit me dominus. Sed & omnes qui volūt pie
» viuere in Christo IESV, persecutionē patientur. Ne-
» quam autē homines & deceptores proficient in peius,
» ipsi errantes, atq; alios erroribus inuoluētes.) Ideoque
B & quāta passus sit memorat, vt auxilia dei ostēdat qui
bus defendit & tutos præstat seruos suos ab impuden
tia Satanæ, vt securos illos faciat, & erigat, ne timeant
quæ irrogari possunt a perfidis, sed in persecutione ala-
cres sint, certi quia omnes qui in Christo recte conuer-
santur, odio habentur etiam a corporis sui membris.
Mali autem in deterius proficiunt, dum vidēt multos
sibi dare assensum, ita vt cęteros in errorem mittāt. Dū
enim sciuntur esse mali & deceptores, & nihilominus
florere & prosperari in mundo, attrahunt quosdam, vt
imitatores eorum efficiātur, non solum in propriis er-
roribus puniendi, verūetiam in horum quos exemplo
» suo deperdunt. ¶ Tu vero perseuera in iis quæ didicisti,
» & quæ tibi credita sunt, sciēs a quibus didiceris, & quia
» ab infantia sacras literas nosti, quæ possunt te erudire
» ad salutem.) Multum prodesse significat veteris testa-
mēti habere notitiā. Ipsas enim sacras literas dicit, quę
C Christi personam insinuant, & incarnationem eius ad
salutem hominum redimendā declarant. Hortatur eni
vt in his proficiat. Antiquitas enim hæc robur est no-
uitatis: sciēs quia a quo didicit, firma est autoritas. Si-
gna enim & prodigia vidit facta per eū, quibus omnis
» sermo succumbit. ¶ Omnis scriptura diuinitus inspira-
» ta vtilis est ad doctrinam, ad correptionem, ad redinte-
» grationem, ad eruditionē quæ est in ipsa iustitia, vt pa-
» ratus sit homo dei ad omne opus bonum cōsummat⁹.)
Manifestum est, quia omnis scriptura cuius de⁹ autor
ostenditur, vtilis est. Ad hoc enim data est vt proficiat
imperitis, & instauret deformes, attrahens iniquos ad
iustitiam, vt homo dei in omni opere bono perfect⁹ sit.
In nouo enim homine gradatim proficiens cōstituit il-
lum hominem dei.

CAPVT QVARTVM.

» TESTOR corā deo & Christo IESV, qui
» iudicaturus est viuos & mortuos, & aduen-
» tum ipsius, & regnum eius, prædica hoc ver-
» bū, insta opportune, importune, argue, hor-
» tare, increpa, in omni magnanimitate & doctrina.) Tā
solicite mandat inuiolate prædicādum dei donum, vt D
cū testatione dei patris & Christi filii eius hoc moneat
curandum, instandūq; in eo, vt assidua prædicatione &
crebra obiurgatione cū opportunitate prouocet ad me-
liorem profectum: & vt facilius arguenti assentiant, si-
ne amaritudine hoc agendū hortatur. ¶ Erit enim tem «
pus cum sanā doctrinā non sustinebunt, sed ad sua desi- «
deria magistros sibi aggerent, prurientes auribus: & a «
vertate quidē auditum auertent, ad fabulas vero cōuer «
tētur.) Et hæc simili modo prophetia est sancti aposto- «
li, qui præscius futurorum instādum in doctrina solici-
te præcipit, vt formati in fide, & bonis operibus eruditi
in disciplina sana robusti maneant, vt postremo tēpore
cum quidam a veritate ad errorē cōuerti cœperint, im-
mobiles perseuerent. Tales enim futuros dicit qui pro
desideriis suis doceri sibi velint, vt a magistris cōstantib⁹
& veracibus ad hos cōuertantur qui hæc illos doceant
quæ libēter audiant, quia veritas illis aspera videbitur,
vt rehēta sana doctrina fabulis vacent. Nolunt enim ar
gui maligna opera sua, quare tales volunt magistros
qui seruiant moribus eorū. Præuīt enim animos eorum
vt audiāt fabulas vanitatum cōpositas sub nomine do
ctrinæ: quibus delectentur. Quod nullis tam proprium
est q̄ Manichæis, qui nescio quæ habent diuersa cōmē
ta inflatis nominibus nuncupata, cum sint res friuolæ,
& quædam delyramenta. ¶ Tu vero sobrius esto, in oī «
bus patiens, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum «
exple. Ego enim iam delibor, & tēpus solutionis meæ «
iustat.) Admonet & hortatur vt vigilet, in disciplina «
ecclesiastica viriliter agat, scripturas explanet, vt prudē E
tes & eruditi inanes fabulas vitēt. Apostolus enī scies
passionem suam imminere, exemplū piæ conuersatio-
nis & sanæ doctrinę in sācto Timotheo vult reliquere,
vt per traducem nunquā deessent doctores idonei: pas-
sionem tamen suam delibationem appellat. Deo enim
immolatur, qui pro eius iustitia patitur. ¶ Certamē bo «
num certaui, cursum cōsummaui, fidem seruaui: quod «
reliquum est, reposita est mihi iustitiæ corona, quā red- «
det mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum «
autē mihi, sed & iis qui diligunt aduētū eius.) Omnia «
quæ sibi & cæteris vtilia essent & prospera, seruasse se
memorat. Nō solum enim in verbis, sed & in operibus
formā se præbuit audientibus, vt & autori suo veritate
prædicationis fidelis dispensator existēret, & cōtra mū
di principes & potestates omni solicitudine & peritia
colluctatus, exēplum quomodo vincerentur relinque-
ret, vt inuiolata doctrina, & agonis legitimū certamen
dignos illos faceret coronari, quia deus iustus iudex da
bit amplissima præmia diligētibus se, & expectātib⁹ fi
lium eius de cælis. ¶ Solicitus esto venire ad me q̄ pri- «
mum. Demas enim me dereliquit, diligēs hoc seculū, «
& abiit Thessalonicam, Crescens in Galatiā, Titus in « F
Dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcum assu- «
me, & adduc tecum. est enim mihi vtilis in ministerio. «
Tychicum autē misi Ephesum.) Cum cōstet omnē in- «
structionem viri ecclesiastici in epistola contineri, pro-
pter multam tamē charitatem præsentiam eius desi-
derat. Marco autem idcirco testimoniū dat, quia me-
mor est præteritorum eius laborum. ¶ Penulam quā «
reliqui Troade apud Carpū, veniēs affer tecum, & li- «
bros, maxime autem membranas.) Apostolus natu- «
ra Iudæus fuit, nec quicquā habuit alienum. Vnde er-
go illi penula? Sed quia erat a Tharso, quos cōstat in so
cietatem Romanorū receptos vt decætero appellarē-
tur ciues Romani, idcirco necesse est eos & curiam ha-
bere, in quam more Romanorum penulati cōueniant.
Quicunq; enim illo tempore cum muneribus obuiam
essent Romanis, immunitate perpetua donati, ciues
Romani & fratres eorum nuncupabātur, teste eodem
Apostolo. Potest ergo fieri vt si nō suam, quia totum
se legi dederat, patris sui haberet penulam. ¶ Alexāder «

G » ærarius multa mala mihi ostēdit. reddat illi dñs secun-
» dum opera sua: quē & tu denota. Valde enī resistit ver-
» bis nostris.) Alexander iste & Demas supradictus col-
legæ fuerunt. Hi prius cū Apostolo erant, simulantes
illi amicitiam: & quia fallaces tēpore probabātur, am-
bo ab eo recesserūt. Hic autē ærarius, qui audacior erat
in malis, sicab eo recessit, vt & cōtradictor verborū eius
existeret. Qui ergo Apostolo ausus erat contradicere,
nō immerito euitādum hunc admonet, dei iudicio istū
» dimittēs. ¶ In prima mea defēsione nemo mihi affuit,
» sed omnes me dereliquerūt. non illis imputetur.) Pres-
suram & tribulationes sibi illatas, defensionem suā nū-
cupat. Passio enim Christianis vita est, & persecutio
defensio. Pressura enī illata p iustitia, defendit illū i die
iudicii, reos cōstituens perfidos. Inter ipsa ergo initia il
latæ pressuræ derelictū se cōqueritur: & quia scit hāc esse
consuetudinē, non illis vult imputari, quia & dñm a Iu
dæis apprehēsum discipuli reliquērunt: quippe cū scri-
ptum sit in propheta: Percutiā pastorē, & dispergentur
Zach. 13. » oues gregis. ¶ Dñs autē astitit mihi, & cōfortauit me,
» vt per me prædicatio impleretur, & audirēt omnes gē-
tes.) Propter qđ dñi Christi auxiliis munitū se dicit, &
auctum virtute, vt prædicationem impleret in oīb⁹ gē
tibus: idcirco ignosci petit eis a quibus derelictus est in
necessitate: vt bene acceptus a deo, vindictā nō quęrat.
H Hæc enim causa amplius adiutum se credit a deo, quia
» derelictus est ab hominibus. ¶ Et liberatus sum de ore
» leonis. Liberauit me dñs ab omni opere malo, & saluū
» faciet in regno suo cælesti, cui gloria in æternū, Amē.)
Similiter dicit & Petr⁹ coapostol⁹ eius, quia aduersa-
1. Petri. 5. rius noster diabolus circuit fremens, sicut leo quærens
quē deuoret. Sed quia in Apostolo occasionē nō inue-
niebat qua illū deciperet, per filios suos pressurā illi in-
citabat & pœnas: vt si nō quasi peccator, vel quasi iust⁹
de hac tñ tolleretur vita, ne multos hortaretur ad fidē.
Q đ cū prope impleret, dei prouidētia liberat? Apostо
lus insultat illi, infirmū illū testificās, qa de ore eius ere-
ptus est: quia qđ cupiuit implere, non potuit. Igitur dei
auxiliis morti se ereptum gratulatur, & de prouidētia
dei tā securus est, vt & de futuris tentationibus liberari
se credat: & nō solum liberari ad presens, verūetiā saluū
se futurū in die iudicii, & regnaturū cum dño Christo in
» æterna secula. ¶ Saluta Priscillā & Aquilam & Onesi-
» phori domū. Erastus remānsit Corinthi. Trophimum
» autē reliqui infirmū Mileti. Solicitus esto ante hyemē
» venire.) Aquila & Priscilla hi sunt apud quos hospita-
tus operabatur manibus. Onesiphorus autē hic est, cu-
ius testis est in prima epistola. Qui est tamē vt præ-
I sente Apostolo qui mortuos excitabat, Trophimus
infirmaretur? Sed signa propter incredulos facta sunt:
& quia ex diuersis causis meritū collocatur apud deū,
vt siue qui in tribulatione, siue in ægritudine deo gra-
tias agit, nec ab aduersa parte suffragiū quærit, vt pro-
ficiat meritis apud deū. Propter imbres autē & frigora
» cōmonuit vt autūno ad se veniret. ¶ Salutat te Eubo-
» lus & Pudēs & Linus & Claudia, & omnes fratres.)
More consueto impleta est epistola salutatione fratrū.
» ¶ Dñs IESVS Christus cum spiritu tuo. Vale.) Hęc
subscriptio Apostoli est, quod signū esse dicit in omni
epistola. Et quia filius dei, idē filius hominis est, & IE-
SVS dicitur & Christus: vt & homo significetur &
deus, duobus nominibus uncupatur. Vtroq; tamē no
mine dignitas designatur: qua ratiōe sunt posita notā.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTO-LAM BEATI PAVLI AD TITVM.

PRAEFATIO.

TITVM Apostolus consecrauit Episcopū, & ideo commonet eum vt sit solicitus in ec-
clesiastica ordinatione, id est, ad quosdā qui-
simulatione quadam dignos se ostentant vt
sublimem ordinem teneant: simulq; & hæreticos ex ci-
uitatione corripiendos.

CAPVT PRIMVM.

PAVLVS SERVVS « dei, apostolus autem Christi « IESV, secundū fidem ele- « ctorum dei, & agnitionē ve- « ritatis eius quę secundū pie- « tatem est in spem vitæ æter « næ quam promisit deus ve- « rax ante tēpora secularia, ma « nifestauit autem temporib⁹ « suis verbū suum in prædica- « tione, quod creditū est mihi secundum præceptū saluа- « toris nostri dei. Tito germano filio secundū cōmunem « fidem, gratia & pax a deo patre & Christo IESV sal- « uatore nostro.) Decretum donum a deo quod ante se- « cula promiserat, tēpore saluatoris in prædicatione apo
stolorum manifestatū declarat. Sic enim promiserat,
quod etiā sibi creditum dicit, vt gētibus insinuaret pre-
destinatam misericordiā dei, vt & Titus verus eius fi-
lius, id est secundū euāgelium, (hoc est enim verū quod
æternū est) hāc dei voluntatē & solicite suscipiens præ-
dicaret gratiam dei & pacem, vt accepto dono pacifi- L
ci fiant cum deo patre, quia omnia ex ipso sunt, & Chri
sto IESV saluatore nostro, quia ipse liberauit nos a
morte. ¶ Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ «
desunt corrigas, & cōstituas per ciuitates presbyteros, «
sicut & ego tibi disposui. Si quis est sine crimine, vnius «
mulieris vir, filios habens fideles, nō in accusatione lu- «
xuriæ, aut inobsequētes. Oportet enim episcopum si- «
ne crimine esse, sicut dei dispensatorē, non proterum, «
non iracundū, nō vino deditum, non percussorē, nō tur- «
pia lucra appetentē, sed hospitalem, benigāum, prudē- «
tem, iustū, sanctum, cōtinētē, tenacē eius sermonis qui «
secundum doctrinā fidelis est, vt potens sit exhortari in «
doctrina sana, & cōtradicentes reuincere. Sunt enī mul «
ti & non obedientes, vaniloqui & seductores, maxime «
ii qui sunt ex circumcisione, quos oportet redargui, qui «
vniuersas domos subuertunt, docētes quæ non oportet «
turpis lucri gratia.) Manifesta sunt quę lecta sunt. Epi «
scopum enim & sanctum in operibus, & verbis prudētē M
ordinari vult, vt & fratres exhortari possit, & cōtradicē-
tes cōuincere, maxime eos qui erāt ex Iudæis, qui sub
nomine Christi Iudaizare docebant, quos alibi falsos
fratres appellat. Renati enim in Christo non puri erāt
Christiani: partim enim legē, partim Christum vene-
rari volebant. Hos dicit quia domos subuertebant pra
ua ista doctrina. Duplici eteni genere turpib⁹ lucris stu
debāt, quia ideo hęc magis agebāt, vt placerēt Iudæis,
a qb⁹ vt pecuniā lucrifacerēt, & præputiū. Hi sūpt⁹ spe- Mat. 23.
rabāt erāt quæstus eorū, sicut dns dicit Iudæis: Ambu
latis mare & aridā, vt faciatis vnū proselytū. Hæc duo
turpia lucra appellat, quia qui sub nomine dei docet, nō
deuotionis causa, sed quæstus, turpis lucri captator est.
Similiter & qui per circumcisionem aliquē vult acqui-
rere. Vnde alibi ait: Et gloria in pudendis eorum. Philip. 3.
¶ Dixit quidā ex ipsis proprius eorum propheta: Cre- «
tenses semper mēdaces, male bestiæ, vētres pigri. Te- «
stimonium hoc verum est. Quidā ex Cretēsibus me- «
lioratus per disciplinam dominicā, quid sentiēdum es-
set de Cretēsib⁹ indoctis, expressit, quod & mali essent,
et otiosi vellēt comedere. Malitia enim pasci volebāt,

A qui cum nihil prosunt, gestiunt et nocere. Duplex ergo
malum est. Tales erant & Cretenses, vnde istum pro-
phetam appellat, sed in causa Cretensium. Tam vera
enim hāc de his asserit locutum, vt prophetā. Falli enī
» prophetam impossibile est. ¶ Quā ob causam argue il-
» los dure, vt sani sint in fide, nō intendentes Iudaicis fa-
» bulis, & mādatis hominū auertantium se a veritate.)
Insistēdum præcipit in correptione illorum, vt cōuerti
possint, & illa sectari quæ iusta sunt, & legi dei condi-
gna, auertentes se a Iudaicis fabulis: quia in lege ne-
mo iustificatur apud eum, quāto magis in mādatis ho
minum. Quicquid enim aduersum veritatem oppo-
nitur, humana inuētio est. Nesciētes enim vim scriptu
rarum, & interiora verborū legis, colorē sequuntur, nō
saporem. ideo fabulas dicuntur narrare, nō veritatem.
Putant enim nunquā recedendum ab iis quæ Moyses
tradidit, vt puta de escis, aut cōingiis, aut neomeniis,
aut sanguine mustelæ, vel domo immunda diebus se-
ptem, cum sciāt primores suos Abraham Isaac & Ia-
cob sine his iustificatos, & dei amicos appellatos: &
Ezech. 20 Ezechiele propheta contestante, quia propter quod le-
gem dei & iustificationes eius prophanauerint, præce
pta acceperint & mandata non bona, in quibus iustifi-
Marc. 10. cari nō possent. Vnde & domin⁹ ait Iudæis: Quia hęc
ad duritiam cordis vestri scripsit Moyses. Hinc est vi-
Acto. 15. de & Petrus apostolus, Quid imponitis, inquit, iugū
supra ceruices fratrum, quod neq; patres nostri neq; nos
B potuimus portare? Nam si vtilia fuissent, tunc data es-
sent quādo lex in tabulis data est. Sed quia post tāta sig-
na prodigiorum & legem editam irreuerentes & dif-
fidentes & cernicosi inuenti sunt, talia actanta accepe-
runt mandata, in quibus respirare nō possent. Hinc fa-
ctum est vt & boni laborarēt cum malis accepturi mer-
cedem. Hæc ergo pro vindicta data sunt, ita vt tempore
quo promissum aduenit donū dei, misericordia dei re-
laxaret omnia quæ prius interdixerat. Quod nō intel-
ligentes Iudæi, sub iugo permanent, & quorūdā liber-
tatem his volunt vinculis obligare. Ideoq; hos obiur-
» gandos admonet, vt ab his auertantur. ¶ Omnia mun-
» da mūdis: his vero qui cōtaminati sūt & sine fide, nihil
» mundum, sed inquinata est eorum & mens & cōscien-
tia.) Istos mūdos esse significat, qui & qua causa inter-
dicta sunt norūt, & qua causa concessa sunt postea. Nā
si in Genē. primo capi. legitur quia omnia quę fecit deus,
bona sunt: dubium nō est quia & munda sunt. Qui ve-
ro non intelligunt, immūdi sunt. Accusatores ergo scri
C pturæ sunt. Si enim bona facta leguntur, cur interdicū-
tur quasi execrabilia? Si execrabilia non sunt, quia bo-
na sunt: propter duritiam cordis interdicta nosc untur,
quia indigni habiti sunt tota vti dei creatura. Nam qui
a melioribus prohibiti videtur, horum mens & cōsciē-
tia inquinata est, quia creaturam dei accusant, vt excu-
» sent semetipsos. ¶ Deū fatēt se nosse, factis autē negāt,
» quoniā sunt execrabiles & inobediētes, ad omne opus
» bonū reprobi.) Quāuis ad oēs hæreticos ptineat dictū
hoc, tamen de Iudæis intelligitur locutus, qui se Abra-
hæ deum solos dicunt scire, operibus vero abnegant, si-
Ioan. 8. cut dicit dominus: Si filii Abrahæ essetis, opera Abra
hæ faceretis. Quomodo ergo possunt deum Abrahæ
scire, qui' mysterium & fidem eius ignorant, non Euā-
gelii opera sectantes, sed legis factorum, in neomeniis
& circumcisione, & cæteris, perturbatores impii & irre-
uerentes? Hæc sunt opera quæ deum nesciunt.

CAPVT SECVNDVM.

TV autem loquere quæ decet sanā doctrinā.) Hęc scit deum, quę appellatur sana doctrina.
» Dei enim doctrina salutaris est. ¶ Seniores
» sobrios esse, graues, prudentes, sanos fide, di
» lectione, patientia.) Qui sint sanæ doctrinæ ostēdit, vt
minus sobrios, minus graues, infideles, siue charitate, D
impatientes, insanæ doctrinæ discipulos significaret.
His cui operib⁹ nescitur deus, neq; iustitia eius. ¶ Anus «
pari modo in statu religione digno, non criminatrices, «
non vino multo seruientes, bona docētes, vt instituant «
adolescentulas viros suos diligere, amare filios, pruden «
tes, pudicas esse, castas, domus curam habētes, subdi- «
tas propriis viris, ne verbum dei blasphemetur.) Ta- «
les precipit esse seniores, vt exēplo sint bonę cōuersatio-
nis iuniоribus, vt si infideles viros habeant, cōgaudeāt
eis magis q̄ blasphement nomen dei, dum vident quia
propter dei timorem propēsius obsequuntur suis viris.
¶ Iuniores similiter hortare cōtinentes esse, per omnia «
teipsum præbēs exēplum bonorum operum, in doctri- «
na, in integritate, in grauitate, verbum sanū, irreprehē «
sibile, vt is qui ex aduerso est, reuereat, nihil habens dice- «
re de nobis dignum reprehēsione.) Quoniam iuuētus «
solet modum egredi, imo prōptior esse ad lapsum, idcir
co salubribus retinaculis contineri iubetur, vt infrena-
ta diuinis legibus gubernetur. Quod vt effici nō sit ar-
duum aut difficile, magistrum formā esse præcipit, vt
ea quę docet, quomodo fiant ostendat: vt ii qui propha
ni sunt & inimici fidei, erubescant videntes quia quę ver
bis docet, vera esse probat factis. ¶ Seruos dominis suis «
subditos esse in omnibus optimos, non respōsantes, «
non fraudantes, sed omnē fidem bonam ostendētes, vt «
doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnib⁹.) Bo
nis operib⁹ & fide doctrinam dicit ornari dominicam. E
Tunc enim placita est & decora, si hic qui eam profite-
tur, non illam exosam faciat abnegās factis, sed amabi-
lem & veram. Nō potest enim indecorum esse quod ve
rum est. Cum ergo dicta sequentibus factis implentur,
ostēduntur vera, ac per hoc decora. Tunc possunt domi
ni seruos suos non tātum a fide non prohibere, verum-
etiam gaudere, quia fidem eorū etiā sibi vident profice
re. Nemo enim fidem dei custodiēs, infidelis potest es-
se hominibus. ¶ Illuxit enim gratia dei saluatoris nos- «
stri omnibus hominibus, erudiēs nos vt abnegata im- «
pietate, & secularibus desideriis, temperāter & iuste & «
pie viuamus in hoc seculo.) Donum dei illuxisse homi «
nibus dicit per Christum, id est, veritatē vnius dei ma-
nifestatam in Christo, vt pia professione creatorē præ-
dicemus in trinitatis vnitate: quod prius latuit huma-
num genus, nunc autem misericordia dei illuxit, vt er-
roris tenebras euitantes, id est ignorantiam & impie-
tatem mundanorum fugiētes, pii inueniamur in parē-
tem omnium deum, profitētes eum in veritate, quam
tradit Euangelium filii eius: & vt huius rei mercedem
habere possim⁹, bona opera faciamus. Quomodo enī F
illi qui solum patrem prædicat, spes nulla est si nō pro-
fiteatur in eadem veritate & filiū: ita & huius spes frus-
trata est, qui solā professionē fidei habet sine bonis ope
ribus. ¶ Expectātes beatam spem, & aduentum glorię «
beati dei, & saluatoris nostri IESV Christi, qui dedit «
semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniq- «
tate, & emundaret sibi populum abundātem, æmula- «
torem bonorum operum.) Hanc esse dicit beatā spem «
credentium, quia expectant aduentum gloriæ magni
dei, quod reuelari habet iudice Christo, i quo dei patris
videbitur potestas & gloria, vt fidei suæ præmium
consequantur. Ad hoc enim redemit nos Christus, vt
puram vitā sectantes, repleti operibus bonis regni dei
hæredes esse possimus.

CAPVT TERTIVM.

HEC loquere & exhortare, & argue cū omni «
imperio. nemo te cōtemnat. Admone illos «
principatibus & potestatibus subditos esse, «
obedire, ad omne opus bonū paratos esse.) «
Quæ spes credētium sit admonet, vt manifestet, cum

G arguuntur,vt sciant cui bono præparãtur, vt nõ aspere
accipiant:certi quia pro salute sua corripiuntur,& vt ad
malum tardi sint,ad bonũ vero parati, non nescii quid
» singulis persolui oporteat. ¶ Neminẽ blasphemare,nõ
» litigiosos esse,sed modestos,ostẽdentes omnem man-
» suetudinem ad omnes homines.)Christianos omnib⁹
hominibus humiles vult videri.sic enim possunt persi-
» di ad futurã spem vocari.¶ Eramus enim & nos quon-
» dam inconsulti,inobsequẽtes,errantes,seruientes desi-
» deriis & voluptatibus variis,in malitia & inuidia agẽ-
» tes,odibiles,odio nos inuicẽ habentes.)Hæc bona quę
incredulitas nõ habet,Christianis data memorat,vt in
omni iustitia elucẽtes,manifesti fiãt quod dei cultores
sint.Cum enim quondã inconsulti,nunc vidẽtur per o-
» mnia sani esse consilii,laudatur in his deus.¶ Cum ve-
» ro bonitas & humanitas illuxit salutaris dei nostri,non
» ex operibus iustitiæ quæ nos fecimus,sed secundũ mi-
» sericordiam suam saluos nos fecit per lauacrum regene
» rationis & renouationis spiritussancti, quem effudit in
» nos abunde per Christum IESVM saluatorem no-
» strum,vt iustificati gratia illius,hęredes efficiamur se-
» cundũ spem vitæ æternæ.)Hoc bonum quod in Chri-
stianis florere videtur,de radice pietatis diuinæ oritur.
Deus enim misericordia sua saluos nos fecit per Chri-
stum,cuius gratia renati, spiritumsanctum accepimus
abiide,vt bonis operibus inniti possimus,ipso nos in o-
mnibus adiuuante,vt per hæc hæreditatem regni cæ-
lorũ assequi possimus. Quãobrẽ omni deuotione huic
H obsequi debemus,& præceptis eius parere:quia quicqd
in nobis pulchrum est,spiritalibus lineamẽtis ipse de-
» pingit.¶ Fidelis sermo,& de his volo te cõfirmare,vt fo-
» liciti sint ad effectum bonorum operum ii qui credide-
» runt deo.hæc sunt bona & vtilia hominib⁹.)Nihil tam
apertum,quia misericordia atq; humanitas bona est ad
præsens,& vtilis in futurum. Et hic enim habet laudẽ,
& in iudicii die coronam. Omnis enim deo credens mi
sericordiæ debet studere,per quam viuit. Vt in hęc er-
» go esset solicit⁹ rector populi,admonetur.¶ Stultas au-
» tem quæstiones,& originũ enumerationes,& cõtẽtio-
» nem & pugnas legis deuita. sunt enim inutiles & va-
» næ.)Stultas has quæstiones appellat,quæ salutis effe
ctum non habent,neq; aliquam tribuunt scientiæ peri-
tiam ad vtilitatem. His verbis multorum hæreticorũ
denotat dogmata. Quãuis omnia quæ vera non sunt,
stulta dicenda sint:alius tamen est qui res fabulosas in-
ducit,& alius qui callidítate tergiuersationis rem vene
no plenam proponit,vt est Arrius & Fotinus. Fabu-
losa autem nõ lex,sed hæresis est,quantum ad tẽpus
I pertinet illud Iudæorum,dum quidã eorum sibi ven-
dicarent prærogatiuã originum patriarcharũ, quæ de
matrimoniis ortæ sunt, cum ex hoc nullum meritũ sit
apud deum.Quidã vero vrceorum & cæterorum va-
sorum baptisma, & sanguinem mustelæ magna cura
expiandi:& quia ideo Moysi sepultura abscondita est,
ne a Magis excitaretur,quod si verum esset,& cætero-
rum sanctorum abscondenda fuerat sepultura. Et quia
Salomon adiutorio dæmoniorum tẽplum ędificauit,
in quo opere ingens multitudo laborauit.quid tam fa-
» bulosum?¶ Hæreticũ hominem post primã correptio-
» nem deuita,sciens q; peruersus est huiusmodi,& delin-
» quit a semetipso damnatus.)Hæretici hi sunt, qui per
verba legis legem impugnant. Propriũ enim sensum
verbis astruunt legis, vt prauitatem mentis suæ legis
autoritate cõmendẽt. Sciens enim impietas autorita-
tem multum valere, fallaciam sub nomine eius cõpo-
nit:vt quia res mala per semetipsam acceptabilis esse
non potest,bono nomiuis cõmendetur. Idcirco huius-
modi homines vt inexcusabiles sint,semel corripi opor
tere. Frequentius enĩ correpti,exercitatiores fient ĩ ma
lo. Cogere autem illos videtur qui sæpe corripit, vt so-
licitiores fiãt ad perditionẽ multorũ: ideo dimittẽdos,
vt negligentiores effecti,soli forte depereant. ¶ Cũ mĩ « K
sero ad te Artemam aut Tychicũ, festina ad me veni- «
re Nicopolim.ibi enim statui hyemare.)Post epistolã «
datam etiã ipsum videre vult affectus causa, & vt ple- «
nius illum firmaret in ecclesiastica disciplina.¶ Zenam «
legis peritum & Apollo solicite præmitte, vt nihil il- «
lis desit. Discãt autem & nostri bonis operibus præesse «
ad vsus necessarios,vt non sint infructuosi.) Vterq; no «
bilis est sapientia & operibus,& idcirco iubet sumptus
illis necessarios dari ab iis q crediderãt, vt refrigerarẽt;
quia dignũ erat vt qui spiritalia tradebant,non illis de-
essent carnalia. Quanuis enim Zenam legis peritũ vo
citet, Apollo tamẽ perfectus erat in scripturis: sed quia
Zena huius professionis fuerat in Synagoga,sic illum
appellat.¶ Salutant te omnes qui mecum sunt.) Pro- «
pter cõpendium simul omnes consalutare illum signi-
ficat. ¶ Saluta eos qui nos amant in fide.) Illos salu- «
tatione sua dignos videri vult, qui fideliter illum dili-
gunt affectu Christi domini nostri.¶ Gratia dei cum o- «
mnibus vobis.)Nunc generaliter omnes salutat fra- «
tres & domesticos Titi.

DIVI AMBRO
SII MEDIOLANENSIS EPISCOPI COMMENTARII IN EPISTO-LAM BEATI PAVLI AD PHILEMONEM.

PRAEFATIO.

L PHILEMON nulla erat ecclesiasticę ordi-
nationis prædit⁹ dignitate,sed vir laudabi-
lis,vnus ex plebe. Cui causa Onesimi serui
eius familiares literas facit,vt nõ solũ igno-
scat ei,sed & deo gratias agat,quia talem illum recipit,
vt non seruum æstimet,sed dilectissimum fratrem.

DAVLVS VINCTVS « M
Christi IESV, & Timo- «
theus frater Philemoni di- «
lecto fratri, & laborum no- «
bis participi,& Appiæ soro- «
ri charissimę,& Archippo cõ- «
militoni nostro, & domesti- «
cæ eius Ecclesiæ:Gratia vo- «
bis et pax a deo patre nostro, «
& dño IESV Christo.) Vt dignitatem epistolæ a se «
missæ faceret,ab iniuria sua cœpit. Sicut enim peccati
causa vinciri opprobrium est,ita ecõtra pro Christo cu-
stodiæ vincula sustinere,maxima gloria est. Eo enĩ tẽ-
pore quo hanc epistolã misit,in custodia erat. Quãuis
clericus non fuerit Philemon,tamen intererat ecclesia-
sticis necessitatibus causa deuotionis.vnde participem
hunc dicit laborum. Sunt enim multi,qui cũ sint digni,
excusant tamen,infimos semetipsos iudicantes tanti
ministerii:vnde vere digni apparẽt. ¶ Gratias ago deo «
semper,mentionẽ tui faciens in orationibus meis, au- «
diens fidem tuã & charitatẽ quam habes in dñm IE- «
SVM,& in omnes sanctos,vt cõmunicatio tua acce- «
pta fiat in agnitione omnis boni,quæ ĩ nobis est ĩ Chri «
sto.)Gaudere se dicit,& deo gratias referre in precibus «
suis,quia firmus erat in fide,& bonis operibus insiste-
bat. Qui enim diligit Christum, probare hoc debet in
seruos eius,sciens dominũ sibi imputaturum quicquid
cõstiterit errogatũ in seruis. Apostolus tamẽ hoc se di-
cit addere precibus,vt operatio eius cũ cognitione fiat
bonitatis,hoc est vt tali hoc mente operetur,vt in futu
rum huius rei expectet mercedem.¶ Gaudium enĩ ma «
guum habui & consolationẽ super charitate tua, quia «

A » viscera sanctorum requieuerunt per te frater.)Manife-
stum est quia idcirco se significat lætum esse, quia san-
ctorum necessitatibus vtensilia ministrabat,vnde plus
gaudet, certus ex hoc quia obsequeretur & mandatis
» eius quem cõstat esse potiorem. ¶ Quapropter multã
» fiduciã habens in Christo imperandi tibi quod ad rem
» pertinet,propter charitatem magis deprecor,cum talis
» sis sicut Paulus senex, nunc autem & vinctus Chri-
» sti IESV.) Quantum ratio exigebat, dignum erat
imperare discipulo magistrum , & fiducia apostolicæ
autoritatis : sed quia vir bonus erat Philemon , per
affectum illum prouocat obaudire, quasi coæuum æ-
tatis,& vinctum Christi IESV,id est, obligatum ne-
gociis dominicis , vel propter nomen eius subiectum
vinculis,sicut erant & ipsi apostoli. Tales enim fuerũt
Iudas & Syleas,qui cũ ex plebe essẽt primores inter fra
tres,obligauerãt semetipsos dominicis actibus,vt vnà
cum apostolis coagonizarent propter fidem dei. vnde
» Syleas particeps laborum inuenitur apostoli. ¶ Obse-
» cro te de meo filio , quem genui in vinculis Onesimo
» quondã tibi inutilem,nũc vero tibi mihiq; vtilem , quẽ
» remisi ad te. Tu autẽ illum itidẽ sicut mea viscera sus-
» cipe,quem ego volueram apud memetipsum retinere,
» vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelii:sed cõ
» tra tuum consiliũ nihil volui facere, vt non velut ex ne-
» cessitate bonum tuum esset,sed voluntarium.) Nõ ma-
B guum est humilem inclinare se,laudabile vero sublimẽ
virum humiliare se. Ideo Apostolus rogat eũ cui im-
perandi habet potestatem, vt in omnibus forma sit ad
profectum meritorum. Onesimũ ergo profugum de-
currentẽ ad diuinum auxiliũ,cum esset in custodia vr-
bis Romæ, baptizauit Apostolus videns in illo vti-
litatis spem.Quem sic cõmendat,vt suum animũ in il-
lo significet idoneum ex inutili factum tam seculari-
» bus q̃ diuinis obsequiis. ¶ Forsitan enim idcirco recep-
» sit ad horam,vt æternum illũ reciperes, non iam velut
» seruum,sed pro seruo dilectissimum fratrem , maxime
» mihi:quanto autem magis tibi & in carne & in domi-
» no?) Onesimus offenso domino proprio confugit lon-
ga peregrinatione ad Apostolum,vt ostenderet se non
ad hoc recessisse,vt delicti esset obnoxius,sed vt oblitera
tis peccatis vtilis reuerteretur,intantum vt non solum
domino suo æqualis fieret meritis,sed ipsi magistro fra
ter. Et ne Philemon aliquod,vt assolet,quasi dominus
aduersum seruum fastidium inflationis pateretur, hu-
miliat illum,cum dicit illum fratrẽ & in carne & in do- C
mino:vt sublata humanæ conditionis causa, quia oẽs
ex vno sumus Adam,fratres nos cognoscamus,maxi-
me cum fides accedit media,quæ omnem superbiã am
putat.¶ Si ergo habes me socium , assume illum sicut «
me.)Tantũ se affectum habere circa Onesimum osten- «
dit,vt tunc Philemonem,quẽ superius laudat, particis
pem suum dicat, si istum sic susceperit sicut Apostolũ.
Hoc est enim quod dixit Salomon:Seruo sapienti libe Eccli. 10.
ri seruient. Quod dictum terrori est Philemoni, vt sal-
tem vel hac causa assumeret eum,si charitate flecti non
posset.¶ Sin autem aliquid læsit te,aut debitor est, hoc «
mihi imputa.)Nunc excusationem iracundiæ contel- «
lit,ne forte sic læsum se esse ab eo quereretur, vt illi
ignoscendum minime videretur. Quod si esset, sibi im
putandum dicit,per quem regni cælorum hæredes fu-
turi sunt qui ante peccauerũt. ¶ Ego Paul⁹ scripsi mea «
manu,ego reddam,vt non dicã tibi quod etiã teipsum «
mihi debes.) Siqua offensa est Onesimi, cautionẽ sur- «
testatur esse idoneam,vt pro illo satisfaciat. Et vt verũ
loquatur,suberigit se & dicit, quia minus ab illo exigit
q̃ debere ꝓbatur. In seruo enim cogitur satisfacere qui D
seipsum debito onerat.¶ Ita frater fiat ego te fruar in do «
mino,refoue viscera mea in Christo. Fiduciam habens «
obauditionis tuæ scripsi tibi,sciens quia super quàm di «
co facies.) Modo blãditur,vt obauditio eius voluntas «
ria fit,vt possit fructum habere. Sic enim prouocat eũ,
vt amplius faciat q̃ postulatur ab eo. Solet enim fieri
vt qui videt bene de se sentiri, meliorem se præbeat.
¶ Simul autem prepara mihi hospitium.spero enim q «
per orationes vestras donabor vobis.) Vt solicitiorem «
illum faciat,& magis obediat,venturum se esse illis si-
gnificat. Solent enim absentes cõtẽni. Et vt quid Apo-
stolus hic adhuc esse non dedignatur,qui semper tædia
passus est & exitia,cædes, persecutiones,ac vincula, &
cuius requies non erat nisi in solo Christo? Sed propter
profectũ credẽtiũ, vt & inimicos crucis Christi cõfunde
ret,ad dei gloriam augmẽtãdam carnem suam passio-
nibus offerebat,vt animæ suæ & corpori coronas im-
mortalitatis acqueret. ¶ Salutat te Epaphras cõcapti- «
uus meus in Christo IESV, Marcus, Aristarchus, «
Demas,Lucas,adiutores mei.)Hos omnes participes «
gloriæ suæ testatur.¶ Gratia dñi nostri IESV Chri «
sti cum spiritu vestro. Amẽ.)Hęc subscriptio Aposto- «
li est confirmantis epistolam missam.

DIVI AMBROSII MEDIOLA-
NENSIS EPISCOPI TO-
MI QVARTI

FINIS.

LVTETIĘ PARISIORVM APVD
CLAVDIVM CHEVALLONIVM
MENSE FEBRVARIO M.D. XXIX.



Index quaternionum.

† a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t v x y z. A B C D E F G H I K
L M N O P Q R S T V X Y Z. AA BB CC DD EE FF GG
HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY
ZZ && *.

Omnes sunt quaterniones præter p T quinternio-
nes,& † GG HH && * terniones.